Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
H
14
NAPOLI

Digitized by Google

XX. H 14

Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

De licentia eiuſdem D.N. GREGORII XIII. Pont. Max.

Digitized by Google

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVM pro munere paſtorali humeris noſtris iniuncto id præcipuè nobis propoſitum habeamus, vt omni ſtudio, diligentiaq; omnes Chriſti fideles his præſertim tam grauibus, calamitoſisque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agẽdum, & prouidendum ſit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate inſignium virorum ſtudio, Decretum Gratiani nuncupatum abſque gloſſis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus gloſſarum auctoribus, quibus cùm viri pij, & Catholici fuerint, ignoſcendum videtur, ſi quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à ſacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti ſunt: Verum etiam cum his, quæ ab impijs ſcriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra aſperſa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cùm autem ipſum Decretum abſque gloſſis à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum exiſtat, ipſiúſque maior pars à dilecto filio Paulo Conſtabili, tunc ſacri noſtri Palatij Apoſtolici Magiſtro vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri iam impreſſis recognita, & approbata ſit. Reliquum verò eiuſdem Decreti vnà cum annotationibus prædictis tam abſque gloſſis, quàm ipſum totum cum gloſſis, Sextúmque & Clementinas ſimul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiuſdem Palatij noſtri Apoſtolici Magiſtro, recognoſcenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum vt libri ſacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impreſſa diuulgari iuſſerimus, ac vt ad maiorem Chriſti fidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam citra, & vltra montes commorantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorruptè juxta exemplar hic Romæ impreſſum à Catholicis Typographis, à Romano Populo, ſiue ab eo deputatis

putatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi poſſit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Ius Canonicum ſic expurgatum ad omnes vbique Christi fideles ſartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquā addere, vel immutare, aut inuertere, nulláue interpretamenta adiungere, ſed prout in hac noſtra Vrbe Roma nunc impreſſum fuit, ſemper, & perpetuò integrum, & incorruptum conſeruetur. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnibus, & ſingulis in noſtro, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio, nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientibus, ac etiam extra dictum dominium vbilibet exiſtentibus Typographis, & librorum impreſſoribus, ac Bibliopolis, & quibuſcunque alijs perſonis vtriuſque ſexus cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ, & quo ad nunc, & pro tempore in dicto noſtro, & Romanæ Eccleſiæ dominio mediatè vel immediatè ſubiecto commorantes, etiam vltra præmiſſa ſub amiſſionum librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro vna videlicet officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accuſatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici executori irremiſſibiliter applicandorum, alijſque arbitrij noſtri pœnis eo ipſo ſi & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis apoſtolica auctoritate tenore præſentium inhibemus, & interdicimus, ne ipſius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum gloſſis, Decretalibus Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt præfertur, de cætero per decennium à Data præſentium ſub quouis titulo alibi quàm in Vrbe noſtra, & in eadem officina impreſſoria dicti Populi Romani, & ijs, quibus ab eodē Populo Romano, & ab eo ad hoc pro ipſo Populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet facultas, & licentia per dictum tempus deſuper conceſſa fuerit, prout nos eidem Populo Romano, & eiſdem ab eo deputatis, vt huiuſmodi licentiam, & facultatem tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet cuicunque, & quibuſcunque ipſi Populo Romano, ſeu eius pro eo Deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem Populo, & eius Deputatis viſum fuerit, ſignificata prius nobis, & approbata perſona, concedere, illamque ſic conceſſam prout, & quando ſibi placuerit, reuocare liberè, & licitè valeant, indulgemus, impreſſum, & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere, vel transferre, neque etiam ipſi abſque expreſſa etiam inſcriptis licentia eiuſdem Populi Romani, & ab eo Deputatorum dictum Gratiani Decretum cum ipſis annotationibus, & idem cum gloſſis, Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt dictum eſt imprimere, nec per dictum decennium ab eis, vel alijs præterquam à dicto Populo Romano, & ab eo Deputatis, vel de eorum licentia, vt præfertur, impreſſum, & imprimendum aliàs habere, ſeu tenere, aut etiam vendere, vel donare, ſeu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, directè, ſeu indirectè quouis quæſito colore, vel ingenio audeant, ſeu præſumant: ita quòd etiam nulli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quàm extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum, & Prouinciarum totius orbis liceat huiuſmodi libris dicti Iuris Canonici ſic, vt præfertur, de mandato noſtro recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nulláue interpretamenta adiungere, ſed prout opus huiuſmodi Romæ nunc impreſſum fuit, ſemper, & perpetuò integrum, & incorruptum conſeruetur, ſtatuimus, ſancimus, & ordinamus,

Mandan-

Mandantes vniuerſis,& ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis,cæteriſque locorum ordinarijs,& eorum Vicarijs in ſpiritualibus,& temporalibus,& in ſtatu temporali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ etiam Legatis, Vicelegatis, Sedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, Poteſtatibus, & Locumtenentibus, vt quoties pro parte dicti Populi Romani, & ab eo Deputatorum, ſeu licentiam, & facultatem ab ipſis,vt prȩfertur, pro tempore habentium, fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus,eiſdem Populo,& Deputatis,ac ab ipſis licentiam, & facultatem haben.efficacis defenſionis prȩſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnem Populi Romani & ab eo Deputatorum prȩdictorum licentiam, ſeu facultatem haben. requiſitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauan.& per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur:inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſæcularis. Et inſuper quia difficilè admodum eſſet præſentes litteras ad quælibet loca deferri, Volumus, & eadem apoſtolica auctoritate decernimus, illarum tranſumptis, & exemplis manu Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo Curiæ,vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam in ipſis operibus impreſſis plenariam,& eandem prorſus fidem vbique tam in iudicio,quàm extra iudicium haberi,quæ præſentibus haberetur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quorumcunque locorum, Gymnaſiorum, & Vniuerſitatum, etiam ſtudiorum generalium iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apoſtolicis etiam illis, & illorum, ac quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,etiam Motu,ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus,ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis,& approbatis,ac imposterum concedēdis,& approbandis.Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda eſſet,eorum tenores præſentibus pro expreſsis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus,Contrarijs quibuſcūque.Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſsint per litteras apoſtolicas non facien. plenam,& expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctū Petrum ſub Annulo Piſcatoris,die prima Iulij. M. D. LXXX. Pontificatus noſtri Anno Nono.

Cæ.Glorierius.

†† 3

Digitized by Google

In nom:ne Domini Amen

HOc eſt ſumptum, tranſumptum & exemplare cuiuſdam breuis per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Gregoriū Pap. xiij. imprimendi Juris Canonici Corpus, de quo in eodem breue per decennium inclyto Populo Roman. ſub die prima menſis Iulij, 1580. conceßi, fideliter, legaliterq́, per me Notarium publicum infraſcriptum tranſumpti & exemplati, nil addito vel diminuto quod ſubſtantiam mutet vel intellectum variet, niſi fortè litera vel ſyllaba, quæ ſubſtantiam mutare aut intellectum variare non habent: Cuius quidem breuis tenor talis eſt, prout infra ſequitur, videlicet, Gregorius xiij. Pap. Ad futuram rei memoriam, Cum pro munere paſtorali humeris noſtris iniuncto id præcipuè nobis propoſitum habeamus, vt omni ſtudio, diligentiaq́, omnes Chriſti fideles his præſertim tam grauibus, calamitoſisq́, temporibus, in recta & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum & prouidendum ſit, vt omnem omnibus oberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate inſignium virorum ſtudio, Decretum Gratiani nuncupatum abſq́, gloſis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalib. Greg. Pap. ix. prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis & Extrauagantib. non modo cum veteribus gloſarum auctoribus, quibus cùm viri pij & Catholici fuerint, ignoſcendum videtur, ſi quid vel ob priorem in illis, vel quia nondum pleráque à ſacris concilijs diffinita fuerant, liberius locuti ſunt: verum etiam cum his, quæ ab impijs ſcriptoribus, tam extra in marginibus, quàm etiam intra aſperſa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipſum Decretum abſque gloſis, à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum exiſtat, ipſiúſque maior pars à dilecto filio Paulo Conſtabili: tunc ſacri noſtri Palatij Apoſtolici Magiſtro, vna cum dictis Decretalibus felicis recordationis Greg. ix. prædeceſſoris noſtri iam impreßis recognita & approbata ſit. Reliquum verò eiuſdem Decreti vnà cum annotationib. prædictis tam abſque gloſis, quàm ipſum totum cum gloſis, Sextúmque & Clementinas ſimul, & Extrauagantes, à dilecto filio Sixto Fabri, eiuſdem Palatij noſtri Magiſtro recognoſcenda omnia, & approbãda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum, vt libri ſacri in ea fideliter & incorruptè imprimantur: erecta fuit, imprimi, & impreſſa diuulgari iuſſerimus, ac vt ad maiorẽ Chriſti fidelium vbique tam intra quàm extra Italiam, citra & vltra montes commorantium commoditatem hoc Juris Can. Corpus fideliter & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impreſſum, à catholicis Typographis, à Romano Populo, ſiue ab eo deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi poſſit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Jus Can. ſic expurgatum ad omnes vbique Chriſti fideles ſartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nulláue interpretamenta adiungere: ſed prout in hac noſtra vrbe Roma nunc impreſſum fuit, ſemper & perpetuò integrum & incorruptum conſeruetur. Motu proprio, & ex noſtra ſciẽtia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnibus & ſingulis in noſtro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio, nobis, & eidem Rom. Eccl. mediatè vel immediatè ſubiecto commoran-

morantibus,vel ad illud quouis prętextu aduenientib.ac etiam extra dictum dominium vbilibet exiſtentib.Typographis,& librorum impreſſoribus,ac Bibliopolis,& quibuſcunque alijs perſonis vtriuſque ſexus cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant in virtute ſanctę obedientię,ac ſub excommunicationis maioris latę ſententię: & quo ad nunc, & pro tempore in dicto noſtrō & Rom.Eccleſię dominio,mediatè vel immediatè ſubiecto commorantes, etiam vltra pręmiſſa ſub amiſſionis librorum,ac mille ducatorum auri de Camera,pro vna videlicet officio Inquiſitionis hęreticę prauitatis,& pro alia accuſatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici executori irremiſſibiliter applicandorum, aliiſque arbitrij noſtri pœnis eo ipſo ſi & quoties contra factum fuerit,& per quemlibet contrauenientem incurrendis Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium inhibemus & interdicimus,ne ipſius Gratiani Decretum cum annotationib.& idem cum gloſis Decretalib.Greg.ix.prędeceſſoris noſtri,Sexto Clementinis & Extrauagātibus vt pręfertur de cętero per decennium à data pręſentium ſub quouis titulo alibi quàm in vrbe noſtra, & in eadem officina impreſſione dicti Pop.Rom.& ijs quibus ab eodem pop. Rom. & ab eo ad hoc pro ipſo populo deputatis,tam in Italia,quàm extra Italiam,vbilibet facultas & licentia per dictum tempus deſuper conceſſa fuerit,prout nos eïdem Popul.Rom. & eiſdem ab eo deputatis, vt huiuſmodi licentiam & facultatem tam in Italia quàm extra Italiam, vbilibet cuicunque & quibuſcunque ipſi pop.Rom.ſeu eius pro eo deputatis pro tempore videbitur,& placebit, ac pro tempore eidem populo,& eius deputatis viſum fuerit,ſignificata prius nobis,& approbata perſona,concedere,illamq́ ſic conceſſam,prout,& quando ſibi placuerit,reuocare liberè,& licitè valeant, indulgemus,impreſſum & imprimendum tenere,vendere,dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere vel transferre,neque etiam ipſi abſque expreſſa etiam in ſcriptis licentia eiuſdem inclyti pop.Rom.& ab eo deputatorum dictum Grat.Decretum cum ipſis annotationibus, & idem cum gloſſis Gregor.ix.prędeceſſoris noſtri Decretalibus Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus vt dictum eſt,imprimere per dictum decennium,ab eis vel ab alijs, pręterquam à dicto Popul. Roman. & ab eo deputatis, vel de eorum licentia vt pręfertur, impreſſum & imprimendum,aliàs habere ſeu tenere,aut etiam vendere vel donare,ſeu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per ſe vel alium ſeu alios,publicè vel occultè,directè ſeu indirectè, quouis quęſito colore vel ingenio, audeant ſeu pręſumant: ita quod etiam nulli omnino hominum tam in vrbe,& tota Italia,quàm extra,vbiuis terrarum,regnorum, regionum & prouinciarum totius orbis liceat huiuſmodi libris dicti Iuris Can.ſic vt pręfertur, de mandato noſtro recognitis, correctis,& expurgatis, quicquam addere,detrahere,vel immutare,aut inuertere, nulláue interpretamenta adiungere:ſed prout opus huiuſmodi Romę nunc impreſſum fuit,ſemper & perpetuò integrum & incorruptum conſeruetur,ſtatuimus,ſancimus,& ordinamus.Mandantes vniuerſis & ſingulis venerabilib.fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cęterisq́ locorum ordinarijs,& eorum Vicarijs in ſpiritualibus & temporalibus,& in ſtatu temporali ſanctę Romanę Eccleſię,etiam Legatis,Vicelegatis ſedis Apoſt. ac ipſius ſtatus Gubernatoribus Poteſtatibus & Locumtenentib. vt quoties pro parte dicti Pop.Rom. & ab eo deputatorum ſeu licentiā, & facultatem ab ipſis vt pręfertur,pro tempore habētium fuerint requiſiti,vel eorum aliquis fuerit requiſitus,eiſdem Populo,& deputatis,ac ab ipſis licentiā,& facultatem habentem efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes pręmiſſa ad omnem Pop. Rom.& ab eo deputatorum prędictorum licentiam ſeu facultatem habentem requiſitionem contra inobediētes,& rebelles,etiā per cenſuras eccleſiaſticas & ſępius aggrauātem,& per alia iuris remedia, auctoritate Apoſtolica exequantur:inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis, & inſuper, quia difficile admodum eſſet pręſentes litteras ad quęlibet loca deferri,Volumus, & eadem Apoſt. auctoritate decernimus illarum tranſumptis & exemplis,manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Cu-

ria vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam in ipſis operibus impreſſis, plenariam, & eãdem prorſus fidem vbique tam in iudicio quam extra iudicium haberi, quæ præſentibus haberetur. Non obſtantib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, & quorumcunq; locorum, Gymnaſiorum & Uniuerſitatum, & ſtudiorum generalium iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis etiam, illis & illorum, ac quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſcunque tenorib. & formis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib. ac alijs in contrarium quomodolibet conceſſis & approbatis, ac in poſterum concedendis & approbãdis: Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda eſſet, eorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquib. communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die prima Iul. 1580. Pontificatus noſtri anno ix. In calce verò ſupraſcripti breuis originalis talis aderat ſubſcriptio; & c. Cæ. Glorierius. à tergo verò eiuſdem originalis breuis impreſſum aderat ſigillum ſub annulo Piſcatoris.

Et quia ego Nic. Pirotus, Rom. Pub. Dei gratia Apoſtolica & Imperiali poteſtate & conſ. ac illuſtr. dd. Conſeruatorum Cameræ almæ vrbis not. ſupradictum tranſumptum fideliter aliena manu mihi fida exemplari feci, factaq; de eo cum ſuo proprio originali diligenti auſcultatione: Ideò in præmiſſorum ijdem robur & teſtimonium me hic manu propria ſubſcripſi & publicaui, ſignóque meo ſolito & Conſueto requiſitus ſig. ſub anno Domini, 1582. Põtificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & D. N. D. Greg. Pap. xiij. anno eiuſdem vndecimo, indictione decima menſis Auguſti, die verò decima octaua eiuſdem.

N. P.

Hieronymus Matthæius, Prothonot. Apoſtolicus ſanctiſſimi D. N. Pap. eiúsq; Camerarij, necnon Curiæ cauſarum Camer. Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanaq; Curiæ Iudex ordinarius, & c. Vniuerſis, & c. fidem facimus & atteſtamur ſuperius D. Nicolaum Pirotum, de præmiſſis rogatum fuiſſe & eſſe pub. fidelem, legalem & authenticum Notarium, ſuiſq; ſcripturis publicis in iudicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe & de præſenti adhiberi fidem, in quorum fidem, & c. Datum Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno, indictione, die, menſ. & Pontific. quibus ſupra.

Pro. D. Rodulpho Cellerio, Notario.

Marcuſanus Brutus, Connoc.

In nomine Domini, Amen.

ANno à natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domin. Gregorij, diuina prouidentia Papæ xiij. anno eiuſdem vndecimo, indictione x. menſis Auguſti, die verò xvij. In mei Notarij publici, teſtiümque infra ſcriptorum, ad hac ſpecialiter vocatorum & rogatorum, præſentia, præſentes, & perſonaliter conſtituti Illuſtres dom. Bernar. Aldobrandinus, Patritius de Patritijs, & Valerius de Valle, Patritij Romani, ab inclyto Popul. Romano ſuper ſtampa eiuſdem inclyti Populi Romani deputati pro ſeipſis ac mea, & nomine illuſtr. Finis Proſperi Buccapadulij ſimiliter deputati abſentis, citra tamen quorumcunque procuratorum per eos quo ſupra nomine hactenus quomodolibet conſtitutorum reuocationem, ſponte & ex certa eorum & cuiuſlibet ipſorum ſcientia, ac ſpontanea voluntate, & non per errorem aliquem, ac omni meliori modo, via, iure, cauſa, titulo, ſiue forma, quibus magis melius, validius, & efficacius de iure fieri poteſt, & debet, ac poſſunt, & debent: conſtituerunt, fecerunt, ordinauerunt, ac deputauerunt eorum ac dicti inclyti Populi Romani, procuratores, actores, factores, negotiorumq; ſuorum, ac dicti inclyti Populi Romani infra ſcriptorum geſtores, ac nuncios generales & ſpeciales: ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, &c. mag. dd. Gul. Rouillium, ciuem & mercatorem impreſſorem in ciuitate. Lugdun. abſentem tanquam præſentem, ad Dominic. Baſam, mercatorem in vrbe Rom. præſentem & acceptantem, & quemlibet ipſorum inſolidum: ita tamen quod non ſit melior conditio primitus occupantis nec deterior ſubſequentis, ſed quod vnus ipſorum incœperit, alter id proſequi, terminare, ac finire poſſit, & valeat ipſo iudicio inchoato, ſpecialiter & expreſſè ad eiuſdem inclyti, Pop. Ro. nomine, & pro eo omnia, & quæcunque iura eiuſdem inclyti Pop. Rom. contra quaſcunque perſonas, loca, collegia, & Vniuerſitates, pro obſeruatione in regione Galliæ priuilegiorum dicto inclyto Pop. Rom. tam per ſanctiſ. Gregorium Pap. xiij. quàm per Catholicam maieſtatē Chriſtianiſſimi Regis, ſuper impreſſione Textus Canonici, defendendum, & obſeruare faciendum: & propterea coram quocunque iudice ſeculari vel eccleſiaſtico in præfato Regno Galliæ comparendum, & ab eiſdem dictorum priuilegiorum obſeruationem petendum & inſtandum, ac impetrandum & obtinendum, & generaliter omnia alia, & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, & quæ ipſimet domini conſtituentes, facerent, dicerent, gererent, & exercerent, aut facere, dicere, gerere & exercere poſſent, nunc, ſeu quomodolibet in futurū, ac ſi præſentes, & perſonaliter intereſſent, etiam ſi alia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale quàm præſentibus eſt expreſſum. Et quaſcunque perſonas, loca, Collegia, Capitula, & vniuerſitates deſuper in iudicio conueniendum, agendum, procurandum, & defendendum, libellum ſeu libellos, & quaſcunque petitiones

tiones

tiones, tam verbo quàm in ſcriptis dandum, & producendum, litem ſeu lites conteſtandum, & ex aduerſo conteſtari videndum, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, & quodcunque aliud licitum, & honeſtum iuramentum in animam ipſorum conſtituentium præſtandum, & ſubeundum, & ex aduerſo præſtari videndum, poſitionibus, & alijs partis aduerſæ reſpondẽdum, ac ſuis reſponderi petendum, & faciendum, teſtes inducendum, & iurari vidẽdum, iuraq; & inſtrumẽta quæcunq; producendum, & ex aduerſo produci videndũ, & contra teſtes & eorum dicta opponendum, dicendum, & allegãdum, crimina & defectus obijciendũ, de iudice, iudicibus, & notarijs concordandum, eumq; vel eos recuſandum, cauſas ſuſpicionis allegãdum, alioſq; dari petendũ, literaſq; remiſſorias, & commiſſiones quaſcunq; impetrandum & obtinendum, & cõtra ex aduerſo impetratis dicendũ, & impugnandum, beneficiumq; reſtitutionis in integrũ, & quæcunq; alia iuris & facti remedia petendum, & obtinendum, in cauſa & cauſis concludẽdum & concludi petendum, videndum, & audiendũ: expenſas, damna, & intereſſe petendum, & taxari faciendum, & ſuper illis ſi neceſſe fuerit iurandum: à ſententia ſeu ſententijs, vel quocunque alio grauamine illato, ſeu inferendo ſemel, & pluries prouocandum & appellandum, Apoſtoloſq; debita cum inſtantia petendum, & obtinendum, ac appellatum, & nullitatum cauſas proſequendum. Vnum quoque Procuratorem, vel plures cum ſimili vel limitata poteſtate ſubſtituendum, illóſque reuocandum, præſente nihilominus mandato in ſuo robore duraturo. Et generaliter omnia alia, & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu aliàs quomodolibet opportuna, & quæ ipſimet domini conſtituentes facerent, dicerent, & exercerent, aut facere, dicere, gerere, & exercere poſſent, nunc ſeu quomodolibet in futurum, ac ſi præſentes & perſonaliter intereſſent, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent, quàm præſentibus eſt expreſſum, ſpeciale magis. Promittentes ijdem domini conſtituentes, quo ſupra nomine mihi Notario publico infra ſcripto tanquam publicæ & authenticæ perſonæ præſenti, recipienti, & legitimè ſtipulanti pro omnibus & ſingulis, quorum nunc intereſt, intererit, aut intereſſe poterit nunc ſeu quomodolibet in futurum, ſeſe ratum, gratum, validum, & firmum perpetuò habituros totum id, & quicquid per ipſos dd. Procuratores, vt ſupra conſtitutos, & ſubſtituendos ab eis, actum, factum, dictũ, geſtum, procuratúmue fuerit in præmiſſis, ſeu quomodolibet præmiſſorum, ac dependentibus & annexis ab eis. Releuantes, & releuare volentes dictos eorum Procuratores conſtitutos, & ſubſtituendos ab eis ab omni onere ſatiſdãdi, iudicioq; ſiſti, & iudicatum ſolui, ſub hypotheca & obligatione omnium & ſingulorum bonorũ eiuſdem inclyti pop. Rom. mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, vbique exiſtentiũ. Et ad maiorem omnium & ſingulorum præmiſſorum cautelam, roboriſq; firmitatem dicti domini conſtituentes iurarunt ad ſancta Dei Euangelia, manibus tactis ſacroſanctis ſcripturis in manibus mei eiuſdem Notarij publici infraſcripti. Rogaruntq; me eundẽ Notarium publicum infra ſcriptum, vt de prædictis omnibus & ſingulis publicum ſeu publica conficerem atque traderem inſtrumentum, et inſtrumenta, vnum vel plura, prout opus fuerit. Actum Romæ in regione Arenubæ, & Domo, ac loco ſolitæ congregationis dictorum Illuſtr. dominorum deputatorum quærentibus ibidem audientibus hiſq; magn. dominijs Petro Polito, Senenſe, & Vincentio Accolito, Romano, ciue impreſſore in vrbe, teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter atque rogatis.

Et quia ego Nic. Pirotus, Rom. Pub. Dei gratia Apoſtolica & Imperiali poteſtate & Collegijs ac Illuſtr. dd. Conſeruatorum Cameræ almæ vrbis not. de præmiſſis omnibus rogatus: ideo hoc præſens publi. inſtrumentum manu propria ſubſcripſi & publicaui, ſignóq; meo ſolito in eiſdem ſign. rogatus pariter & requiſitus.

N. P.

Hieronymus Mattheius, Prothonot. Apoſtolicus ſanct. D. N. Pap. eiúſq; Camerarij, necnõ Curiæ cauſa-

cauſarum conſ. Apoſtolicæ Generalis Auditor, Rom. Curiæ iudex ordinarius, &c. vniuerſis, &c. notum facimus & atteſtamur ſupraſcriptum D. Nicolaum Pirotum de præmiſsis rogatum, fuiſſe & eſſe pub. fidelem, legalem & authenticum Notarium, ſuiſque ſcripturis publicis in iudicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti adhiberi fidem, in quorum fidem, &c. Datum Romæ in ædibus noſtris ſub Anno, indictione, die, menſe, Pontificatu quibus ſupra.

Pro d. Rodulpho Celerio, Notario.

Marcuſanus Brutus, Connoc.


S·AVGVSTIN'
S·HIERONYM
S·IOANNES
MOYSES
S·MATTHÆVS
IOB
S·LVCAS
DAVID
S·MARCVS
ESAIAS
S·PAVLVS
S·GREGORIVS
S·AMPROSIVS
IEREMIAS

DECRETVM ABBREVIATVM

SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes, quarum Prima eſt de diſtinctionibus, Secunda de cauſis. Tertia de Conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in Diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA Diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiúſque ſpecies omnes diffiniés, & inter ius ſcriptũ, & nõ ſcriptum differentiam ponens. col.1

Secunda, de iure Quiritũ ſiue Romanorũ, ipſum per ſpecies diffiniens. 6

Tertia, iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 7

Quarta, ad quid leges inuẽtæ ſunt, & quid ſacri canones mandent. 10

Quinta, quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat, quod ibi ponitur. 14

Sexta, an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputentur, & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 15

Septima, ponit legiſlatores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 19

Octaua ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 21

Nona, auctoritate & exemplo probat cõſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 26

Decima, oſtendit, quòd leges Imperatorum vincuntur à canonib. 30

Vndecima, dicit conſuetudinem legib. approbatis cedere. 35

Duodecima, habet laudabilem conſuetudinẽ eſſe ſeruandam, quæ nec canonib. ſacris, nec veritati, nec bonis morib. obuiet. 42

Decimatertia, vult quòd contra ius naturale nõ admittatur diſpẽſatio, niſi in fuga maioris mali. 47

Decimaquarta, quòd quis nõ debet min⁹ peccatũ committere, vt aliud maius euitare poſſit. 51

Decimaquinta, notat de tempore quo ſacri canones, libriq́; & cõcilia celebrata fuerunt, & quæ opuſcula ſunt admittenda. 51

Decimaſexta, ponit quòd canones Apoſtolorum ſunt recipiendi poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidẽte in papatu, vel imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 59

Decimaſeptima, dicit non concilia, ſed conuenticula celebrari ſine papa. 67

Decimaoctaua oſtendit quod prouincialia cõcilia nihil generaliter poſſunt cõſtituere, ideo cõſequẽter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno. & quo tẽpore anni & cuius auctoritate ſunt celebrãda, & quòd metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad cõcilium conuenientib. Addit de pęna epiſcopi qui vocatus ad ſynodum non venit. 71

Decimanona, vîm Decretalium oſtendens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda. 79

Vigeſima, dicit quòd in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda vero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 87

Vigeſimaprima, tractat de diuerſis ordinib. & gradib. miniſtrorum, docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonum, a maiori vſq; ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat, probans quòd maior à minori nõ debet iudicari. 90

Vigeſimaſecunda, de dignitate Romanæ eccleſiæ, & quarundam aliarum. 99

Vigeſimatertia, de ordinatione miniſtrorum, incipiens à Romano pontifice, & deſcendens vſque ad oſtiarium. 103

Vigeſimaquarta, de examinatione ordinandorum. 115

Vigeſimaquinta, de officiis clericorum, incipiẽdo ab oſtiario, & aſcẽdẽdo vſq; ad epiſcopũ. Circa mediũ Diſtinctionis, inchoat tredecim præcepta regulæ Apoſtolicæ, & proſequitur ibi, Oportet epiſcopũ eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione, ponit varias ſignificationes huius nominis crimen. Et oſtẽdit quod ſit mortale & quod veniale. 119

Vigeſimaſexta, exequitur ſecundum præceptum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. 127

Vigeſimaſeptima, probat, quòd nolentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi nõ ſunt, aſſignans differentiam inter ſolenne & ſimplex votum. 131

Vigeſimaoctaua, probat quòd clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali, addẽs de ſubdiaconatu, qui olim prohibit⁹ nõ erat. Vide quod ibi notatur. 135

Vigeſimanona, oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quædam ex tempore, quædã ex loco, quædam ex perſona. 143

Trigeſima, quia dictum fuit. 28. diſt. ſupra, quòd ſacerdotes non debent à ſe abiicere vxores ſuas prætextu religionis, hic dicit ꝙ ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 143

Trigeſimaprima, probat & ponit exempla in terminis qualiter clerici continere debent, & ꝙ ab omnib. eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 147

Trigeſimaſecunda, adhuc proſequitur de continentia clericorum. Et dicit quòd conſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenentur ↄtinere, & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 154

Trigeſimatertia, oſtẽdit, ꝙ bigami, corpore vitiati, vſurarij, publicè pœnitẽtes, luſores in ſcena, ludẽtes, furioſi, arreptitij, accipiẽtes meretrices in vxores, & ↄcubinas habentes promoueri non poſſunt. 163

Trigeſimaquarta, ponit quòd oportet epiſcopũ vitare nimiam familiaritatem domeſticorum perſonarum, & etiam conſanguinearum, & ꝙ venari non licet. 167

Trigeſimaquinta, agit de tertio c. apoſtolicæ regulę, Oportet ordinandum non eſſe vinolentum. 174

Trigeſimaſexta, exponendo illud, prudentem, dicit quòd clerici debent habere peritiam literarum ſacrarum. 178

Trigeſimaſeptima, oſtendit quòd clerici non debent libros gentilium reſpicere. peritiam tamen ſęcularium ſcientiarũ debent habere. 179

Trigeſimaoctaua, probat quòd litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare nõ debet. Ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 186

Trigeſimanona, oſtendit quòd oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotiis ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 191

Quadrageſima proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopũ eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutib. 198

Quadrageſimaprima, tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 194

Quadrageſimaſecunda, declarat illud, hoſpitalem. 202

Quadrageſimatertia, illa duo, pudicum, & doctorem. 203

Quadrageſimaquarta, illud nõ vinolẽtum, quod eſt pars eius quod diximus ſupra. 26. di. 210

Quadrageſimaquinta, illud, nõ percuſſorem. 214

Quadrageſimaſexta, illud, non litigioſum. 222

Quadrageſimaſeptima, illud non cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 226

Quadrageſimaoctaua, illud non neophytum. 231

Quadrageſimanona, prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat. Et ponit cauſas & rationes quare crimi noſi & vitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 231

Quinquageſima agit de lapſu & reparatione clericorum. 205

Quinquaſimaprima, de curialib. ſiue officiariis ratiociniis obligatis, iudicib. & aduocatis ordinandis, vel non. 270

Quinquageſimaſecunda, de prępoſteratione ſacrorũ ordinũ, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 271

Quinquageſimatertia, de curię annexis in clero vel monaſterio recipiendis, vel nõ. Et ibi probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non ſunt. 74

Quinquageſimaquarta, de ſeruis à non dominis manumiſsis non promouẽdis, niſi libertatem ſint conſecuti. 274

Quinquageſimaquinta, de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentib. ordinandis vel non. 286

Quinquageſimaſexta, de filijs presbyterorum, & natis de fornicatione & adulterio non ordinandis. 291

Quinquageſimaſeptima, de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 298

Quinquageſima octaua, de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 298

Sexageſima oſtendit ex quib. ordinib. aliquis eligendus ſit in præpoſitum, vel decanum, vel archipresbyterum, vel epiſcopum. 299

Sexageſima prima, oſtendit quòd laici non ſunt eligendi in epiſcopos, ſed poſtulandi. 302

Sexageſimaſecunda, oſtendit quòd clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 311

Sexageſimatertia, probat quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 331

Sexageſimaquarta, ponit quo tempore & quib. præſentib. debent epiſcopi conſecrari. 334

Sexageſimaquinta, dicit quòd præſentibus omnib. epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus cõſecrari ab archiepiſcopis. Et ibi dicit ꝙ ſi cæteris ordinationi epiſcoporum conſentientib. duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 335

Sexageſimaſexta, de promotione archiepiſcopi, qui ab omnib. epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus à paucioribus quàm à tribus. 339

Sexageſimaſeptima, de promotione ſiue ordine presbyterorum. 342

Sexageſimaoctaua, dicit quòd illi, qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos, iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de chorepiſcopis. 342

Sexageſimanona, quòd prima tonſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic ꝙ determinat de non ordinatis, ne in eccleſia Dei miniſtrent. 346

Septuageſima, tractat ne quis ordinetur ſine tit. 347

Septuageſimaprima, ne quis ordinetur a nõ ſuo epiſcopo. 350

Septuageſimaſecunda, ne ignotus clericus ſine

litteris dimiſſoriis, ſiue commendatitiis recipiatur. 351
Septuageſimatertia, oſtendit qualiter litteræ formatæ dimiſſoriæ fiant. 351
Septuageſimaquarta, tractat an inuitis ordines conferantur. 354
Septuageſimaquinta, de tempore & die conſecrationis epiſcoporum, necnon de temporib. ordinationum aliorum clericorum. 359
Septuageſimaſexta, de ieiunijs quattuor temporum, & quare ſunt ieiunanda. 363
Septuageſimaſeptima, ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi, & etiam tractat de interſtitiis temporum. 370
Septuageſimaoctaua, in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 373
Septuageſimanona, repetit de ordinatione ſummi pontificis, quæ ſolis Cardinalib. fieri debet. 375
Octuageſima, in quib. locis ſunt ponendi epiſcopi vel archiepiſcopi. 382
Octuageſimaprima, & epilogando docet quòd ordinandus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare debent. 383
Octuageſimaſecunda, docet quòd epiſcopus his qui ſuis manib. laborare nõ poſſunt prouidere debet, & addit quòd ſi quis miniſtrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiã ex diſpenſatione poteſt in ordinibus remanere. 394
Octuageſimatertia, docetur quòd prælatus non ſolum à peccato immunis eſſe debet, ſed etiã peccatis aliorum conſentire non debet. 399
Octuageſimaquarta, vult quòd prælatus ſit vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & curationem monaſteriorum. 401
Octuageſimaquinta, tractat de hoſpitalitate clericorum quæ eſt epiſcopis neceſſaria. 406
Octuageſimaſexta, probat quòd oportet epiſcopum eſſe doctorem, vt ſciat ſubditos corrigere. Item liberalem circa patiẽtes neceſſitatẽ, non circa hiſtriones. 407
Octuageſimaſeptima, probat quòd viduis, orphanis, & oppreſſis, epiſcopus debet dare ſubſidium. 418
Octuageſimaoctaua, dicit quòd clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſſe nõ debent, ſed pietatis cauſa curam orphanis, & viduis impendere. 419
Octuageſimanona, dicit quòd oportet epiſcopũ eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, vt ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſſe obſeruandam. 426
Nonageſima, docetur qualiter litigioſi corripiẽdi ſunt, & nõ ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operib. 430
Nonageſimaprima, de modo cantandi in eccleſia etiam de electi poteſtate. Dicit etiam quòd ſi clericis ſua beneficia nõ ſufficiant, poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio ſuo licito. 434
Nonageſimaſecũda, dicit quòd magis corde, quam vocib. cantandum eſt. 435
Nonageſimatertia, de obedientia minorum erga maiores, & quòd nullus debet communicare inimicis Romanæ eccleſiæ. 439
Nonageſimaquarta, de legato Romani põtificis, qui impediendus non eſt, & impedientes ſunt excõmunicandi. Probat etiam quòd maior in officio minori vices ſua committere poteſt, & de præſumptione archidiaconorum. 454
Nonageſimaquinta, dicit quòd etiã præſentib. epiſcopis presbyteri quamuis eis ſubditi poſſunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 455
Nonageſimaſexta, dicit quòd laicis (etiam Imperatoribus) non licet aliquẽ ordinare, vel de rebus eccleſiarum iudicare. 462
Nonageſimaſeptima, dicit quòd precib. eccleſiæ Imperator & cæteri principes poſſunt eam iuuare, ſubiicientib. eccleſiam Romanã legationem vndecunque ſine ſignatis apicib. non recipere. 474
Nonageſimaoctaua, dicit quòd clerici peregrini & vltra marini, ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non ſunt. 475
Nonageſimanona, dicit de Primátib. & poteſtate eorum, qualiter nullus eſt appellandus vniuerſalis. 478
Centeſima, tractat de pallio, & vſu eius. 482
Centeſima prima, & vltima, dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 486

Secunda pars, quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in Cauſis xxxvj. quarum qualibet plures ſub ſe Quæſtiones continet.

Prima cauſa quæſtiones habet ſeptem.

Prima, quærit vtrum vendere ſpiritualia ſit peccatum. Sol. ſic. 490
Secunda, an pro ingreſſu eccleſiæ vel monaſterij pecunia ſit exigenda vel perſoluenda. Sol. nõ. 563
Tertia vtrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia. Sol. ſic. 570
Quarta, vtrum ille reus criminis ſit cuius pater pro eo ignorante ſimoniam cõmiſit. Sol. ignorantia facti, non iuris, excuſat eum. 579
Quinta, vtrum liceat ei retinere quod pater pro eo ſimoniacè acquiſiuit. Sol. de rigore iuris non de miſericordia ſecus. 590
Sexta, vtrũ ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abiiciendi, vel non. Sol. probata ignorantia miſericorditer tolerantur. 591
Septima, vtrũ renuntians ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus. Sol. rigor vult eũ deponi, ſed diſpenſatio ſuſtineri. 594

Secunda cauſa habet octo quæſtiones, & in ea quinta præcedit quartam.

Prima, quærit vtrum in manifeſtis ſit ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſit notoria. 611
Secunda, vtrũ ſpoliatus ab aliquo ſit iudicãdus. Non, ante reſtitutionem. 630
Tertia, qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes. Tallione. 631
Quinta, vtrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. Non, niſi infamia publica laboret. 639
Quarta, an duorum teſtimonio epiſcopus ſit cõdemnandus. ſic. 651
Sexta, quo remedio cauſa ſubleuatur, appellatione, quæ tamen ei danda non eſt, qui cauſa dilationis appellat. 564
Septima, an laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum ſint admittendi in accuſatione maiorum. Non, de iure nouo. 683
Octaua, qualiter accuſatio fieri debeat. Solu. in ſcriptis. 711

Tertia cauſa quæſtiones xj. complectitur.

Prima, vtrum reſtitutio ſit facienda quibuſlibet ſpoliatis. Sol. ſic, niſi in caſib. Nam infamatus, apoſtata, vltrò ſpoliatus, præciſus, & ſuſpecti non ſunt reſtituendi. 715
Secunda, quærit de induciis, quo ſpatio ſint dandæ, an poſt reſtitutionem tantum, an poſt vocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſunt. Sol. ad arbitrium iudicis. 718
Tertia, quo ſpatio menſium ſint vtrique cõcedẽdæ. Sol. vt prius. 722
Quarta vtrum infames ſint recipiẽdi ad teſtimonium. Sol. non, niſi contra ſui ſimiles. 736
Quinta an teſtes domeſtici vel inimici ſint producendi. Sol. non. 730
Sexta, vtrum reus extra prouinciam ſit producẽdus. Sol. non. 735
Septima, vtrũ criminoſus poſſit eſſe iudex. Sol. ſic, ab eccleſia toleratus. 743
Octaua, vtrum epiſcopus poſſit ab vno iudicari. Sol. non, niſi à 12. epiſcopis reſeruata ſententia ſummo Pontifici. 751
Nona, vtrum accuſatores vel teſtes in abſentem vocem accuſationis vel teſtificationis exhibere valeant. Sol. non. 754
Decima, vtrum deficientes in vno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. Sol. non. 762
Vndecima, vtrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationem. Sol. non. niſi in maiori crimine. 763

Quarta cauſa habet 6. quæſtiones.

Prima, an in excommunicatione conſtitutus alium accuſare valeat. Sol. non. 767
Secunda, an infra xij. annos in criminali cauſa quis teſtificari poſſit. Sol. non. 767
Tertia, an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis. Sol. non. ibidem
Quarta, an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Sol. non. 778
Quinta, an ſi vocatus ad cauſam non veniat ſit excommunicãdus. Sol. ſic, niſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 779
Sexta, an calumniator in propria cauſa ſit audiẽdus. Sol. ſic, ſi cauſa non ſit criminalis. 782

Quinta cauſa habet vj. quæſtiones.

Prima, qua pœna ſit feriẽdus qui famoſum libellum ſcribit Sol. anathemate, niſi ſcripturam probauerit. 782
Secunda, quoties quis ſit ad cauſam vocãdus antequam excommunicetur, Sol. non tantum ſemel, ſed bis. 783
Tertia, an per procuratorem quis cauſam agere valeat criminalẽ Sol. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam verò iniuriarum ciuilem, ſic. 786
Quarta, an abſque ſynodali audiẽtia epiſcopus ſit damnandus Sol. non. 787
Quinta, an ſit habendus pro inimico qui aliquẽ accuſat. Sol. non, ſi hoc faciat ex charitate. 790
Sexta, qua pœna ſit plectendus qui non probat obiecta Sol. tallione. 794

Sexta cauſa quæſtiones v. continet.

prima, vtrum criminoſi vel infames religioſum epiſcopũ poſſint accuſare de ſimonia. Nõ. 795
Secũda, ſi epiſcopus accuſationem in accuſantẽ conuertere voluerit, an eius verbo ſimplici fides adhibenda ſit. Non. 806
Tertia, an liceat petere iudiciũ epiſcopi alterius prouinciæ. Non, niſi in cauſa damnationis. 807
Quarta, cuius iudicium ſit expetendum cũ epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordãt, Archiepiſcoporum & epiſcoporum viciniæ prouinciæ. 812
Quinta, an accuſatore deficiente reus ſit ad probationem cogendus. Non, ſed bene ad purgationem, ſi laboret infamia. 814

Septima cauſa habet ij. quæſtiones.

prima vtrum viuente epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Nõ, niſi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel ſenectute, datur ſibi coadiutor. 815
Secunda, vtrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſint cathedram repetere. Non. 846

Octaua cauſa quæſtiones v. colligit.

prima, vtrum liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere. Non. 847
Secunda, an amicorum patrocinia in electione valeant Non. 859
Tertia, an ſit ſimonia poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramentum præſtare. Sic, ſi pactum ſuper hoc præceſſit. 859
Quarta, an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non ante condemnationem, niſi per appellationem. 862
Quinta, an accuſatus coram apoſtolico, ſine eius literis debeat reuerti. Non. 863

Nona cauſa habet iij. quæſtiones.

prima, an ordinatus ab excommunicato eiiciendus ſit. Non, ſi ignorauit illum eſſe excommunicatum. ibid.
Secunda, an liceat archiepiſcopo vel epiſcopo clericos alterius ordinare. Nõ, ſine literis proprij epiſcopi. 867
Tertia, an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere vel damnare. Nõ, niſi data negligentia, vel appellatione interpoſita. 878

Decima cauſa quæſtionibus 3. eſt contenta.

prima, an eccleſia cum omni dote ad epiſcopum pertineat, vel ad eius ordinationes. Sol. ſic. 879
Secunda, an liceat epiſcopo res eccleſiæ diſtrahere. Sol. non, niſi in certis caſibus. 886
Tertia, quid à ſingulis eccleſiis nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos ſolidos. 894

Vndecima

Materia XXXVI. cauſarum

Vndecima cauſa habet iij. quæſtiones.

Prima, an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus. Non. 899

Secunda, qua pœna dignus ſit qui clericū ad ſæcularem iudicē traxit. Excōmunicatione. 919

Tertia, qua pœna dignus ſit qui ſententiam epiſcopi non ſeruauerit. Depoſitione. 919

Duodecima cauſa quæſtiones continet quinque.

prima, an liceat clericis proprium habere. Nō regularib. 963

Secunda, an res eccleſiæ poſsint dare. Non, niſi in caſibus. 979

Tertia, vtrū clerici acquiſita de reb. eccleſiæ poſſint relinquere quib. voluerint. Non niſi eccleſiæ. 1015

Quarta, quib. poſſunt clerici relinquere quæ de ſuis & eccleſiæ reb. prouenerunt. partim eccleſiæ, partim hæredib. 101

Quinta, an liceat clericis teſtamentū facere. Sic, de propriis reb. 1019

Tredecima cauſa habet ij. quæſtiones.

prima, vtrum decimæ ſint dandæ ratione territorij vel perſonæ. Sol. ratione vtriuſque. 1023

Secunda, an ius percipiendi & ſoluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. ſic. 1027

Decimaquarta cauſa habet vj. quæſtiones.

prima, an liceat clericis in iudicio ſua repetere. Sic. 1043

Secūda, an ſuper reb. eccleſiæ teſtes eiuſdem ſint audiendi. Sic. 1047

Tertia, an præter ſortem aliquid accipere ſit vſura. Sic. 1050

Quarta, an liceat clericis vel laicis vſuras accipere. Non. 1051

Quinta, an eleemoſynæ ſint de vſuris faciendæ. Non. 1054

Sexta, an vſurarij poſſint pęnitētiam agere. Nō, ſi habeant vnde poſſint reſtituere. 1059

Decimaquinta cauſa habet viij. quæſtiones.

prima, an ea quæ fiunt ab ignorantib. vel mente alienatis, ſint eis imputanda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 1063

Secunda, an pro impenſis patrociniis liceat clericis munera exigere. Sic. 1071

Tertia, an per cōfeſſionem mulieris cū qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus. Non. 1074

Quarta, an die dominico debeant epiſcopi cauſas audire. Non. 1078

Quinta, an neganti crimen purgatio ſit dicēda. Sic, ſi laborat infamia. 1078

Sexta, an in criminalib. confeſſio ſit extorquenda. Non. 1079

Septima, an ſolus epiſcopus diaconū vel presbyterum deponere poſſit. Non. 108

Octaua, ſi confeſſus vel conuictus de his quę ante ordinationem commiſit, valeat miniſtrare. Non. 1087

Decimaſexta cauſa habet vij. quæſtiones. Et in ea quinta quæſtio ponitur in tertio loco.

Prima, an liceat monachis officium celebrare. Sol. ſic, cum permiſsione epiſcopi, & licentia abbatis. 1091

Secunda, an liceat eis in capellis ſuis ſacerdotes inſtituere. Sol. ſic, ſi quas poſſideant pleno iure. 1127

Quinta, an epiſcop⁹ vel abbas iure territorij capellam valeat vendicare. Sol. non. 1131

Tertia, an iure eccleſiæ per præſcriptionem tollantur. Sol. ſic. 1134

Quarta, an eccleſia contra eccleſiam vel monaſterium poſsit præſcribere. Sol. ſic. 115

Sexta, ſi quis in rem eccleſię ab aliquo detentam ſua auctoritate irrepſerit, an cadat à cauſa. Sol. ſic, ſed non eccleſia. 1151

Septima, an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere. Sol. non, niſi eccleſia vel monaſteriū habeat ius patronatus. 1151

Decimaſeptima cauſa habet quatuor quæſtiones.

prima, an reus ſit voti qui à propoſito ſui cordis recedit. Sol. non, quātum ad eccleſiam, niſi ore pronunciauerit. 1174

Secunda, an beneficia ei reddenda ſint qui eis in infirmitate renunciauit. Sol. ſic, ſi non erat ſui compos. 1175

Tertia, an liceat illi qui ſe monaſterio tradidit poſtea ad propria redire. Sol. non. 1178

Quarta, an diſcedēs de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſſit ſua vendicare. Sol. non. 1178

Decimaoctaua cauſa habet duas quæſtiones.

prima, an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ, vel monaſterio. Sol. dū fuit abbas, acquiſiuit monaſterio, ſed factus epiſcopus eccleſiæ. 1195

Secunda, an per epiſcopum abbas ſit eligendus vel inſtituendus. Sol. ab epiſcopo eſt ordinandus, à fratrib. vero eligendus. 1195

Decimanona cauſa continet iij. quæſtiones.

prima, an epiſcopus debeat permittere clericos tranſire ad monaſterium. Sol ſic. 1210

Secunda, ſi noluerit, an liceat eis eo inuito tranſire. Sol. ſic. 1211

Tertia, an liceat canonicis regularib. tranſire ad monaſterium monachorum. Sol. non. ſine licētia ſui prælati. ibidem

Vigeſima cauſa quæſtiones iiij. comprehendit.

prima, vtrū pueri traditi monaſteriis ſint cogendi ibi manere. Non, niſi poſtquam venerint ad annos diſcretionis. 1218

Secunda, ſi præter voluntatem parentū intrauerint monaſterium, an per eos inde poſsint extrahi. Sic, infra annum & diem, ſi ſint infra annos diſcretionis. 1222

Tertia, an qui inuitus cucullam induit, cogatur eam retinere. Non, niſi poſt conſenſerit. 1223

Quarta, an liceat ab vno monaſterio ad aliud tranſire. Sic. 1227

Vigeſimaprima cauſa habet v. quæſtiones.

Prima, an clericus poſsit in duab. eccleſijs inſcribi. Sol. non. 1230

Secūda, an liceat clericis à ſua eccleſia ad aliam tranſire. Sol. non, ſine litteris vel licentia ſui prælati. 1234

Tertia, an liceat clericis ſuſcipere procurationē ſæcularium negotiorū Sol. non, niſi cauſa pietatis. 1235

Quarta, an liceat clericis veſtib. fulgidis ornari. Sol non. 1238

Quinta, qua pœna ſint puniendi clerici ad iudicium ſæculare fugientes. Sol. excommunicatione. 1239

Vigeſimaſecunda cauſa gerit quæſtiones quinque.

prima, an iuramentum ſit præſtandum. Sic, cauſa neceſsitatis. 1242

Secunda, an ſit periurus qui iurat falſum, & credit verum. Sic, propter intentionem fallendi, tamen poſtea dicitur contrarium. 1250

Tertia, an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam. Non, ante condemnationem. 1263

Quarta an iuramentum illicitum ſit ſeruandū. Non. ibid.

Quinta, an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 1274

Vigeſimatertia cauſa habet viij. quæſtiones.

prima, an militare ſit peccatum. Non, ſi iuſte ſit. 1283

Secunda, quid ſit bellum iuſtum. Sol. Quod ſit edicto ſuperioris repetendarum rerum, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 1290

Tertia, an iniuria ſociorum ſit armis propulſanda. Sic. 1291

Quarta, an vindicta ſit inferenda. Sic, ab eo cuius intereſt. 1255

Quinta, an ſit peccatum iudici vel miniſtro reos occidere. Non cauſa iuſtitiæ. 1334

Sexta, an mali ſint ad bonum cogendi. Sic. 1358

Septima, an hæretici ſint ſpoliandi ſuis & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 1359

Octaua an liceat clericis arma mouere. Non manu propria, niſi cauſa neceſſitatis. 1363

Vigeſimaquarta cauſa habet quæſtiones iij.

prima, an hæreticus aliquem poſsit excommunicare. Non. 1382

Secunda, an poſt mortem poſsit aliquis excommunicari. ſic, pro hæreſi. 1410

Tertia, an pro peccato domini eius familia poſſit excommunicari. Non, ſed interdicto ſupponi. 1410

Vigeſimaquinta cauſa habet ij. quæſtiones.

prima, an auctoritate priuilegij quis contra ius commune valeat ſe tueri. ſol. ſic. 1438

Secunda, an ſequentia priuilegia derogent priorib. ſol. ſic, ſi ex certa ſciētia fuerint conceſſa. 1443

Vigeſimaſexta cauſa quæſtiones 8 continet.

prima, an ſint ſortilegi qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt. ſol. ſic. 1455

Secunda, an ſit peccatum eſſe ſortilegum. ſol. ſic. ibidem.

Tertia, a quib. genus diuinationis ſumpſit exordium. ſol. 1459

Quarta, quot ſunt genera diuinationis. ſol. quatuor ſecundum numerum, duo ſecundum formam, quod videre potes. ibid.

Quinta, an ſortilegi ſint excommunicandi. ſol. ſic. 1463

Sexta, an excommunicatus ab epiſcopo poſsit reconciliari à presbytero. ſol. non epiſcopo inconſulto, niſi in neceſsitatis articulo. 1471

Septima, an morientibus ſit pœnitentia imponēda. Solu. non, tamen eſt eis innoteſcenda. 1478

Vigeſimaſeptima cauſa habet quæſtiones ij.

prima, an coniugium poſsit eſſe inter vouentes. ſolu non, ſi votum ſit ſolemnizatum. ſecus ſi ſimplex fuerit. 1483

Secunda, an liceat ſponſo à ſua ſponſa recedere. ſolu. non, ſi deſponſatio ſit de præſenti. 1507

Vigeſimaoctaua cauſa gerit quæſtiones 3.

prima, an coniugium ſit inter infideles. Solu. 1531

Secunda, an liceat conuerſo ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, ſi ſit diuiſus ab ipſa infideli. 1550

Tertia, an bigamus ſit qui ante baptiſmum vnā vxorem, & poſt aliam habuit. Sic ibid.

Vigeſimanona cauſa habet duas quæſtiones.

prima, an ſit coniugium inter ſeruum & ingenuam. Sol. ſic, niſi error impediat. 1551

Secunda, ſi prius putabat hunc eſſe liberum, & poſtea deprehendit ipſum eſſe ſeruum, an poſſit eum deſerere. ſol. ſic. 1554

Trigeſima cauſa habet quinque quæſtiones.

prima, an liceat reddere debitum vxori, qua filium de ſacro fonte leuauit. ſic, niſi ex conſenſu vtriuſque ſit factum. 1559

Secunda, an ſponſalia contrahantur inter infantes, Non. 1566

Tertia, an ſpirituales vel adoptiui filij poſsint naturalibus copulari. Non. ibid.

Quarta, an liceat alicui commatrem vxoris ſuæ ducere in vxorē. ſic, mortua vxore, ſi commaternitas matrimonium præceſſerit.

Quinta, an clandeſtina deſponſatio manifeſtè præiudicet Non, apud eccleſiam. 1570

Trigeſimaprima cauſa habet tres quæſtiones.

prima, an poſsit duci in vxorem quæ prius fuit polluta per adulterium. ſol. ſic, niſi adultera dederit ei fidem viuente viro, vel machinatus

ſit in mortem eius. 1579
Secunda, an filia ſit inuita alicui vxorem tradenda. Sol. non. 1587
Tertia, an poſt patris ſpõſionem poſsit alij nubere. Sol. ſic. ſi non conſenſerit. 1590

Trigeſimaſecunda cauſa habet octo quæſtiones.

Prima, an liceat ducere meretricem in vxorẽ. Sic. 1591
Secunda, an ſit vxor appellanda quæ ducitur in continentiæ cauſa. Non. 1599
Tertia, an mulier ſequatur arbitrium aui, liberi, an patris ſerui. Aui. 1610
Quarta, an viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios quærere. Non. ibid.
Quinta an ea quæ patitur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1622
Sexta, an adulter adulteram dimittere poſsit. Non. 1631
Septima, an viuente dimiſſa aliam accipere poſſit. Non. 1634
Octaua, ſi in hoc ſaltem infidelem ducere poſſit ea conditione vt ad fidem conuertatur. Non. 1643

Trigeſimatertia cauſa habet quinque quæſtiones.

prima, an propter impotentiam coeundi ſit aliqua à viro ſeparanda. Sol. Sic. 1646
Secunda, an ſeparata poſsit nubere cũ quo prius eſt fornicata. Sol. ſic, pœnitentia peracta. 1650
Tertia an ſola cordis cõtritione poſsit peccatum deleri. Sol. ſic, vbi facultas confitendi non ſuppetit. 1662

Notandum hic, quòd ratione huius tertiæ quæſtionis nota agitur de pœnitentia cuius tractatus per diſtinctiones ſeptem eſt diſtinctus.

prima, quærit an ſola cordis cõtritio deleat peccatum. Sic, ſi confitenti facultas deſit. 1663
Secunda, an charitas ſemel habita poſſit amitti. Sol. ſic, in via, ſecus tamen in patria. 1719
Tertia, an pœnitentia poſſit reiterari. Sol. ſic, prętter ſolennem. 1751
Quarta, an peccata ſemel dimiſſa redeãt. Sol. nõ, ſimpliciter. 1783
Quinta, quis modus debeat obſeruari in imponenda & accipienda pœnitentia. Sol. ad arbitrium proprij ſacerdotis diſcreti. 1801
Sexta, cui quis confiteri debeat. Solu. proprio ſacerdoti, ſi ſit diſcretus, alioquin alteri de eius licentia. 180
Septima, an pœnitẽtia timore mortis accepta ſit fructuoſa. Sol. ſic. 1811
Quarta quæſtio cauſæ ſupra proximè, eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tẽpore orationis. Sol. ſic. 1814
Quinta, an vir ſine conſenſu vxoris & econuerſo vouere poſsit continentiam. Sol. non. 1819

Trigeſimaquarta cauſa habet duas quæſtiones.

Prima, an rea ſit adulterij, quæ credens maritũ mortuum nupſit alteri. Sol. non. 1838
Secunda, an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda, & ad priorem redire. Solu. ſic. 1837

Trigeſimaquinta cauſa habet ix. quæſtiones.

prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione, Sol. non. 1835
Secunda, an liceat aliquam ducere de cognatione vxoris ſuæ. Sol. non. 1838
Tertia, vſque ad quem gradum debeat quis abſtinere a conſanguineis ſuis & vxoris ſuæ, Sol. olim vſque ad vij. hodie vſque ad iiij. 1838
Quarta, quare vſque ad ſeptimum gradum computatur conſanguinitas. Sol. ad inſtar vij. ætatum mundi. 1845
Quinta, quomodo gradus cõſanguinitatis ſunt computandi. Sol. ſicut oſtenditur in arbore. 1845
Sexta, qui iuſiurandum de propinquitate firmare debent. Sol propinqui & vicini. 1863
Septima, an inceſtuoſi filij repetentur. Solu. non. 1868
Octaua, ſi conſanguinei ignoranter coniuncti ſimul poſsint remanere. Solu. non, niſi ex diſpenſatione papæ in quinto gradu vel ſupra. 1869
Nona, an matrimonium per falſos teſtes ſeparatum, ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptam, ſit redintegrandum. Sol. ſic. 1871
Decima, ſi relicta alicuius in ſecundas nuptias tranſierit, an proles ex eis ſuſcepta poterit copulari conſanguineis prioris viri. Sol. non. 1876

Trigeſimaſexta & vltima cauſa habet duas quæſtiones.

prima, an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1878
Secũda, an rapta raptori nubere poſsit. Vtique. 1880

Tertia pars eſt de Conſecratione, quæ quinque Diſtinctiones duntaxat complectitur.

prima, agit de cõſecratione eccleſiarum & miſſarum celebratione. 1886
Secunda, de ſacramento Euchariſtiæ. 1911
Tertia, de feſtiuitatib. per anni circulum celebrãdis. 1965
Quarta, de baptiſmi ſacramẽto. 1974
Quinta de confirmatione & ieiunio. 2036

DECRETI TOTALIS MATERIA

PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

Decretum Domini Gratiani tres habet partes principales. Prima eſt de Diſtinctionibus, quæ ſunt vna ſupra centum. Et ſingulas Diſtinctiones ſinguli verſus ſequentes luculenter aperiunt.

1 PRimo legat quiſque diuinũ ius, hominiſque. col. 1
2 Altera dat textum quo noſces iura Quiritum. 6
3 Canonicq varia iuri dat nomina terna. 7
4 Quarta docet legũ quæ cauſa, modúſque ſtatuti. 10
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 14
6 Sexta notat vitium diſtinctio ludificatum. 14
7 Septima ſignat eos qui leges compoſuere. 19
8 Parte ſub octaua mores naturáque pugnant. 22
9 Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri. 27
10 In decima regum leges canon ſuperabit. 30
11 Canonis & ſecli ſuperatur legib. vſus. 35
12 Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpè relinquit. 42
13 Si perplexum te reddunt mala, tunc minus imple. 47
14 Non faciat leuia, quo quis vitet grauiora. 51
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphóſque libellos. 51
16 Suadet Apoſtolici vim canonis iſta teneri. 56
17 Auctor ſit papa, ſi concilium celebretur. 67
18 Dicitur hic quòd bis ſynodus celebretur in anno. 71
19 Hæc decretalis reſerat quid epiſtola poſſit. 79
20 Biſdena papæ ſanctorum dogmata cedunt. 89
21 Inferior ſummum non iudicat hac prohibente. 90
22 Iſta locus diſtinguit & ordinat eccleſiam. 99
23 Ordinat hæc omnes, maiores, ſiue minores. 103
24 Poſt examen honos eſt ordinis attribuendus. 115
25 Optat apoſtolus hic quòd ſit ſine crimine præſul. 119
26 Sit poſt baptiſma contentus coniuge ſola. 123
3.5. apo-ſtolica re-gula, & c. 27 Nullus poſt factum præſumat nubere votum. 17
28 Iſta ſacratorum connubia pagina damnat. 151
29 Hæc locus, & cauſa, tempus, perſona notantur. 143
30 Connubium terdena probat contra Manichæos. 143
31 Tangitur hic quòd contineant offerre volentes. 143
32 Deſere presbyterum qui ſcorta palam retinebit. 157
33 Luſori, bigamóve ſacer non traditur ordo. 164
34 Fœmina pontifici perſona domeſtica non ſit. 193
35 Non vinolentus præſul, ſed ſobrius eſto. 176
36 Inſtruit hæc prudens quòd debeat eſſe ſacrandus. 174
2.4.47 37 Hæc prohibet lege gentilia metra ſacratum. 178
38 Scripturas ſacras ſacrandus ſcire iubetur. 189
39 Vult hæc pontifices callere negotia ſecli. 190
5.6.6.2. 7.& 8 40 Internis pars dena quater virtutib. ornat. 194
41 Sit modus ingreſſu, cunctis, verbóque, cibóque. 1918
42 Clericus hoſpitiis peregrinos collocet omnis. 202
43 Factis & verbis doctor ſis, atque pudicus. 203
44 Vites ingluuium, conuiuia, ſiue tabernas. 210
9.5.10.5. 11.& 7. 13.5. 45 Atque caue quemquam palma linguáve ferire. 214
46 Reſpuit hæc hominem diſtinctio litigioſum. 222
47 Non bene præpoſitos domui, cupidóſque repelle. 216
48 Abiiciatur ſacrandus in hac, ſi neophytus ſit. 231
49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 231
50 An reparetur habet pars quinquageſima lapſus. 253
51 Sacrari vetat hæc homines quos pondera ſtringunt. 270
52 præpoſitus primo datus hic præpoſterus ordo. 271
53 Eſt ratione quis annexos ordinet vllos. 274
54 Hæc prohibet ſeruus ſine libertate ſacrari. 274
55 Cæſos iſta viros reiicit, membriſque carentes. 280
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 291
57 Qui baptizatur æger, manet ordinis expers. 298
58 Hæc vetat abbate monachos nolente ſacrari. 298
59 Officium negat hæc, niſi ſit bene quiſque probatus. 298
60 In ſacris præſul vult ſexageſima quod ſit. 299
61 Non in pontifices laicos aſſumere debes. 302
62 Clerus, plebs, princeps. hic eligit, hæc petit, hic vult. 311
63 Vſurpans laicus id vt eligat, audiat iſtam. 331
64 pars hæc pontifices iubet à trib. eſſe ſacrandos. 334
65 Vt ſacretur ab omnib. archiepiſcopus, hæc vult. 335
66 Cum diſſenſio ſit, à plurib. edita ſtabunt. 336
67 presbyter inſtitui valet hic à præſule ſolo. 342
68 Si dubius præſul quos ordinet, hi reſacrentur. 342
69 Si benedictus erit, lectoratum dabit abbas. 346
70 Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit. 347
71 Reſpice dicta patrum, ne promoueas quòd alienum. 350
72 Vlli non detur miſſoria, ni rogitetur. 351
73 illius hæc nobis formam diſtinctio præbet. 353
74 Inuitus nullus erit hic ad ſacra trahendus 354
75 Diſtinguit tempus hæc in quo promoueantur. 359
76 Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis. 365
77 Rectos indicat hæc modulos interſtitiorum. 370
78 Iſtat dat annorum numerum quo promouearis. 375
79 Ad Cardinales ſpectat electio Papæ. 375
80 Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit. 382
81 Crimine quòd careat ſacrandus, in hac replicatur. 383
82 Præſul pauperibus dabis, & lapſos reparabis. 394
83 Nunquam peccatis conſenſum des alienis. 399
84 Solicitus quòd ſis, & monogamus, iubet iſta. 402
85 Non præſul fies, hoſpes, niſi noſceris eſſe. 406
86 Corrigito, doceas, des ſed non turpibus vllis. 407
87 Libertos, inopes viduas defendere debes. 418
88 Reſpuitur clerus opus exercens, & auarus 419
89 Iſta beneficia te diſpenſare docebit. 426
90 Placat diſcordes pars nonageſima fratres. 430
91 Arte parabis opes, niſi ſint eccleſię res. 434
92 Hæc plus corde probat domino, quàm voce canendum. 435
93 Hæc dat obedire maiorib. inferiores. 439
94 Sub leuita vices papæ geſtare valebit. 465
95 presbyteris præſente licent hic præſule multa. 455
96 Hic ſecli princeps non ordinet eccleſiæ res. 496
97 Eccleſiæ precib. huic princeps auxilietur. 474
98 Vult ius muniri peregrinos quinque ſigillis. 475
99 Vniuerſalem nullum ſinit iſta vocari. 478
100 pallia prælatis donat centeſima multis 482
101 Abſit vt vna duos habeat prouincia patres. 486

DECRETI SECVNDA PARS

principalis eſt de cauſis, quæ ſunt xxxvj.

prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

Septem quæſtiones primæ cauſæ.

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 490
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 565
3 Si pro præbendis dederis quid, dicere Simon. 580
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 579
5 Vult rigor vt linquat natus ſibi quæ pater emit. 590
6 Ordinet ignaro ſi quos Simon, tolerantur. 593
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari. 94

Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

Octo quæſtiones ſecũdæ cauſæ, & 1 ea quita præcedit quartã.

1 Si ut cauſa patens iuris non quæritur ordo. 611
2 Nemo ſuis reb. diiudicet expoliatum. 630
3 Talio punit eos qui falſo crimina ponunt. 631
4 Si cadit accuſans, ſe non purget reus inde. 639
5 per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 651
6 Qui cauſas differt appellans reiiciatur. 654
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 683
8 Mandato legis datur accuſatio ſcriptis. 715

Tertia cauſa.

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæſtiones tertiæ cauſæ.

1 Singula reſtituit ius omnib. expoliatis. 715
2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 718
3 Induciis varium dat tertia quæſtio tempus. 722
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 726
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 730
6 Sub cenſore reum proprio producere debes. 735
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet. 743
8 Solus pontificem iudex non iudicet vnquam. 751
9 pellitur accuſans abſentem, teſtificánsque. 754
10 Submoueri à reliquis teſte in defectus in vno. 762
11 Mutua nunquam ſit delatio iure vetante. 765

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.

Sex quæſtiones quartæ cauſæ.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 767
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. Ibid.
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. ibi.
4 Teſtis & accuſans nemo ſimul eſſe valebit. 778

5 Non eſt ſtringendus anathemate, qui nequit eſſe. 779
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum 781

Quinta cauſa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

Sex quæſtiones quintæ cauſæ.

1 Multant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 782
2 Condemnandus ſemel & bis, terque vocandus. 783
3 Nemo procuret crimen, ciuilia curet. 780
4 præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 787
5 Celans crimen obeſt multo plus quàm manifeſtans. 794
6 Aut caput, aut lingua delatori copuletur. 794

Sexta cauſa.

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.

Quinque quæſtiones ſextæ cauſæ.

1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 795
2 Accuſans verbo non vincis ſimplice præſul. 806
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 808
4 Externi veniant, ſi ſit ſententia diſcors. 811
5 Si cadit accuſator, erit reus exoneratus. 814

Septima cauſa.

Septima pontificem tangit cathedram repetentem.

Duæ quæſtiones ſeptimæ cauſæ.

1 prçſule viuente nullus det pontificatum. 885
2 Nec cathedram repetit præſul, quam ſponte reliquit. 841

Octaua cauſa.

Octaua legitur deſertio pontificalis.

Quinque quæſtiones octauæ cauſç.

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 847
2 Nullus amicorum mihi proſit vt eligar inde. 859
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 859
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) prçſul. 862
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 863

Nona cauſa.

Soluere nona vetat alienos, atque ligare.

Tres quæſtiones nonæ cauſæ.

1 Bannitus præſul nequit ordinis eſſe miniſter. 863
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 867
3 pontificis clerum primas non ordinet vllum. 871

Decima cauſa.

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.

Tres quæſtiones decimæ cauſæ.

1 Baſilicæ iuri ſubduntur pontificali. 878
2 Nullus eccleſiæ præſul fructus alienet. 887
3 Nil præter ſolidos præſumat quærere binos. 894

Vndecima cauſa.

præfigens vndena forum ligat, atque relaxat.

Tres quæſtiones vndecimæ cauſæ.

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 899
2 Officij punit tales ſuſpenſio culpas. 919
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia, dico timendam. ibi.

Duodecima cauſa.

Eccleſiæ res ac proprias biſſena docebit.

Quinque quæſtiones duodecimæ cauſæ.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 963
2 Accipiens vel emens res eccleſiæ, ſibi reddat. 979
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 1015
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 1038
5 Si fortaſſe vales teſtari, de proprio des. 1019

Terdecima cauſa.

Tertia poſt decimam decimas & funera tractat.

Duæ quæſtiones tredecimæ cauſæ.

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 1023
2 Tempora longa trahunt ius funeris & decimarum. 7020

Decimaquarta cauſa.

Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.

Sex quæſtiones decimæquartæ cauſæ.

1 Quiſque poteſt licitè ſua quærere dummodo non plus. 1043
2 pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 1047
3 Si tulerit plus quàm dederit quis, fœnus habetur. 1050
4 Non petat vſuras laicus vel clericus vllas. 1051
5 Ex malè quæſitis eleemoſina non ſit egenis. 1054
6 Si malè parta tenet, dignè non pœnitet vllus. 1059

Decimaquinta cauſa.

In dena quinta furor & mulier memorantur.

Octo quæſtiones decimæquintæ cauſæ.

1 In furia pœnam non des, nam ſat furor vrget. 1063
2 pro patrociniis non quærat munera clerus. 1071
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1074
4 Nullas luce Dei cauſas tractare valemus. 1078
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1078
6 Extorquenda rei pœnis confeſsio non eſt. 1079
7 Solus non tollit præſul quem præſtat honorem. 1083
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1087

Decimaſexta cauſa.

In ſexta decima præbent monachi ſacramenta.

Septem quæſtiones decimæ ſextæ cauſæ. Et in ea quinta quæſtio tertium locum occupat.

1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 1016
2 Pleno poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1127
3 Eccleſias iure terræ non vendicat abbas. 1131
4 Temporis eccleſiæ tollit præſcriptio iura. 1134
5 Hæc quadragena dabit domibus ius religioſis. 1150
6 Vſurpans ſine iudicio, rem, decidet à re. 1151
7 Si dedit eccleſiam laicus, non hanc retinebis. 1155

Decima ſeptima cauſa.

Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.

Quattuor quæſtiones cauſæ decimæ ſeptimæ.

1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1174
2 Gonſaldus tenuit ſua quæ dimiſerat æger. 1175
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1178
4 Dum reddit illicitè, quæ contulit illa manebunt. 1178

Decimaoctaua cauſa.

Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.

Duæ quæſtiones decimę octauæ cauſæ.

1 Si monachus fiat præſul, bona parta bipartit. 1195
2 Inſtituit præſul abbates à grege lectos. 1195

Decimanona cauſa.

Dat decimanona præſul clero monachatum.

Tres quæſtiones decimænonæ cauſæ.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1210
2 Præſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1211
3 Multos canonicos canon prohibet monachari. ibid.

Vigeſima cauſa.

Biſdena pueri traduntur religioni.

Quatuor quæſtiones vigeſimæ cauſæ.

1 Quem pater offert, ſi placet exit cum ſit adultus. 1218
2 Extrahit à clauſtro puerum pater illico ſi vult. 1222
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1223
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit. 1227

Vigeſimaprima cauſa.

Ter ſeptena docet veſtes geſtare decentes.

Quinque quæſtiones vigeſimæ cauſæ.

1 Prima ſit ex titulo, ſit commendata ſecunda. 1230
2 Præſulis eccleſiam ſine ſcriptis nemo relinquat. 1234
3 Hæc prohibet clero tractare negotia ſecli. 1234
4 Veſtib. hic claris inhibetur clericus vti. 1238
5 Si proprium linquas cenſorem ſis anathema. 1239

Vigeſimaſecunda cauſa.

Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.

Quinque quæſtiones vigeſimæſecundæ cauſæ.

1 peccat periurans, non iurans quando neceſſe. 1242
2 Non eſt periurus iurans veluti putat eſſe. 1250
3 pare maiori quanquam malus eſſe putetur. 1263
4 Debent iurata mutari, turpia ſi ſint, ibid.
59 periurare cogis periurus haberis. 1274

Vigeſimatertia cauſa.

Biſdena terna tractantur bellica geſta.

Octo quæſtiones vigeſimætertiæ cauſæ.

1 Ex iuſta cauſa multis licet arma mouere. 1283
2 pro reb. licite bellum geritur repetendis. 1290
3 Ius eſt dum læſis locijs ſuccurritur armis. 1292
4 inferri vindicta valet, quæ crimina purget. 1295
5 Occidens iudex peruerſos inde meretur. 1334
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1358
7 Eccleſiæ reb. ſunt hæretici ſpoliandi. 1359
8 Si ſis de clero, tu nunquam belliger eſto. 1363

Vigeſimaquarta cauſa.

Hæreſiarcharum dat nomina biſduodena.

Tres quæſtiones vigeſimæquartæ cauſæ.

1 Si ſis hæreticus, tua, ſit ſententia nulla. 1382
2 Sunt poſt facta mali nonnunquam corripiendi. 1410
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1415

Vigeſimaquinta ſunt cauſa priuilegia tacta.

Biſdena quinta ſunt priuilegia tacta.

Duæ quæſtiones vigeſimæquintæ cauſæ.

1 Tuta ſit eccleſia, quam lex priuata tuetur. 1348
2 Et ſi ſubſequitur lex altera, derogat illi. 1443

Vigeſima ſexta cauſa.

Biſdena ſexta ſunt ſortilegi reprobati.

Septem quæſtiones vigeſimæ ſextæ cauſæ.

1 Qui ventura ſciunt per ſortes, ſortilegi ſunt. 1455
2 peccat qui ſcriptis vel ſortibus abdita quærit. ibid.
3 A perſis reprobæ ſumunt exordia ſortes. 1459
4 Quatuor his genera Varro fert ſortibus eſſe, ibid.
5 Ceſſent ſortilegi, ne ſint anathemate ſtricti. 1463
6 Quando neceſſe ſubeſt, vinctos a præſule ſolues, 1470
7 Aegris non dentur pœnæ, ſed notificentur. 1472

Vigeſima

In verſibus.

Vigeſimaſeptima cauſa.
Edocet an ſponſas ducant ter nona vouentes.
Duæ quæſtiones vigeſimæ ſeptimæ cauſæ.
1 Si ſit ſolenne dirimit connubia votum. 1483
2 Sponſum ſponſa, virum non vxor deſerit vnquam. 1507
Vigeſimaoctaua cauſa.
Biſdena octaua gentiles nubere noſces.
Tres quæſtiones vigeſimæoctauæ cauſæ.
1
2 Inter gentiles connubia dicimus eſſe. 1532
3 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 1550
Vir poſt baptiſma reliquam ducens, bigamus ſit. Ibid.
Vigeſimanona cauſa.
Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.
Duæ quæſtiones vigeſimænonæ cauſæ.
1 Connubij vires perſonæ diſſipat error. 1551
2 Inſcia cui nupſit dimittat libera ſeruum. 1554
Trigeſima cauſa.
Terdena claret cognatio ſpiritualis.
Quinque quæſtiones trigeſimæ cauſæ.
1 Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 1559
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1566
3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. Ibid.
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1570
5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 1578
Trigeſimaprima cauſa.
Terdena prima mœcho polluta negatur.
Tres quæſtiones trigeſimæprimæ cauſæ.
1 Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 1579
2 Inuitam ſponſo non det natam pater vlli. 1587
3 Tunc niſi conſenſum dederit, reliquo bene nubit. 1590
Trigeſimaſecunda cauſa.
An meretrix nubat, tangit terdena ſecunda.
Octo quæſtiones trigeſimæſecundæ cauſæ.
1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1591
2 Oſtat coniugio ſacro complenda libido. 1599
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 1610
4 Illicito prolem coitu quærat ſibi nullus. ibid.
5 Non ſine mente caro fertur violata puellæ. 1622
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1631
7 Non aliam ducas vxore ſuperſtite prima. 1634
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem. 1643
Trigeſimatertia cauſa.
Terdena terna friget, compunctio, votum.
Quinque quæſtiones trigeſimætertiæ cauſæ.
1 Si vir ſit gelidus, ab eo ſeiungitur vxor. 1646
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncta marito. 1650
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola. 1662

TRACTATVS DE POENITENTIA
habens ſeptem Diſtinctiones
hic inſeritur.

1 Gratia diuina contritis crimina delet. 1663
2 Perditur hic diuinus amor, non in paradiſ. 1719
3 Pœnam peccator bene pro vitijs iterabit. 1751
4 Iſta probat dimiſſa ſemel peccata redire. 1783
5 Vt purus ſias pro crimine plurima voluas. 1801
6 Crimina presbytero proprio dic, qui ſapiens ſit. 1807
7 Tandem lætus erit, qui continue gemet iſthic. 1811
Redeamus ad quartam quæſtionem trigeſimætertiæ cauſæ.
4 Reddito temporib. poſcenti debita ſacri. 1814
5 Mens vtriuſque niſi ſit, non bene continet alter. 1819
Trigeſimaquarta cauſa.
Terdena quarta nubit viuente marito.
Duæ quæſtiones trigeſimæquartæ cauſæ.
1 Morte viri dubia quæ nupſit adultera non ſit. 1828
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta ſecundo. ibi.
Trigeſimaquinta cauſa.
Cognatos gradib. numerat trigeſimaquinta.
Decem quæſtiones trigeſimæquintæ cauſæ.
1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1837
2 Omnes vxoris conſanguineas reprobabis. 1838
3 Copula ſeptenis gradib. talis prohibetur. ibid.
4 Hic graduum numerus ætates reſpicit orbis. 1845
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. ibidem
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 1863
7 Filius eſſe nequit, inceſtu qui genitus ſit. 1868
8 Diſpenſat ſolus cum iuncti ſanguine papa. 1869
9 Non bene ſeiuncta connubia priſca reformes. 1871
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato primi. 1876

Trigeſimaſexta cauſa.
Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.
Duæ quæſtiones trigeſimæ ſextæ cauſæ.
1 Raptum committens per vim rapiendo puellam. 1878
2 Hæc tibi iungetur, purgato crimine raptus. 1880

DECRETO TERTIA PARS ADIVN-
gitur, quæ eſt de Conſecratione quinque
diſtinctiones continens.

1 Conſecrat eccleſias, miſſaſque canit tibi prima. 1886
2 Sacrati tractat panis ſacramenta ſecunda. 1965
3 Tertia dat ferias, & poſt ieiunia ponit. 1965
4 Tempora baptiſmi diſtinctio quarta notauit. 1975
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 2036

Expliciunt verſus peculiares quibus ſatis claré vniuerſalis
materia Decreti comprehenditur.

Quæſtiones cauſarum ſunt clxxij.
Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex.
Eſt in cauſarum tractatu rite notata.

Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per v. carmina ſequentia, in quib. ſunt tot dictiones quot ſunt cauſæ. ſ. xxxvj. Et quælibet dictio cauſam vnam repræſentat. 1. dictio primam cauſam, 2. ſecundã, &c. Item quot ſunt litteræ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa per illam dictionem repræſentatæ. Verbi gratia, prima dictio, ſ. diſcere, quæ primam cauſam repræſentat ſeptem habet litteras, & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda dictio eſt cauſarum, vbi ſunt octo litteræ, ad denotandum quòd ſecunda cauſa habet octo quæſtiones. & ſic de alijs. Aduerte tamen, quòd ſuperior numerus ſignificat cauſas & inferior quæſtiones. Verſus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Diſcere cauſarum quarumlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Optes vt doceo, ſed non ſis deſes, & anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 5 5
Inſtanti dabitur quod tu vis, quod petis illud.
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes.
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vſu doctrinæ totum ſi conſtituas te.

Carmina ſubiecta eãdem prorſus materiam complectuntur, neque ſunt ſententiæ ſalubris expertia.

Tempora labuntur vernantib. indita formis.
Ciues te lædit res tua. nam miſer es.
Sperne fluentia, reſpice, cras cras ea non tibi ſumes.
Multa recondis, cur, vt moriens ea des.
Da celer. eſt ſi quidem tutum. da præueniens te.

Do. Baptiſta de ſancto Blaſio in repeti. primæ rubr. ca. Decreti dicit canones eſſe ter mille & nonaginta, ponens tales verſus,

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies. Decretum continet in ſe.

Cauſæ decreti ſunt trigintaſex.
Sub magni longa Decreti parte ſecunda.
Sex & triginta cauſas reperire licebit.

Cauſæ ipſæ xxxvj. patent per xxxvj. vocabula, in ſeptem ſubiectis verſib. poſita, ex quib. nõ tantum numerum, ſed etiam principalem materiam cuiuſlibet facile cognoſces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui ſex habet.

1 2 3 4 5
Simon a appellat b ſpoliatus c teſte d libello e.
6 7 8 9 10
Infames f viuens g ſucceſſor h ſolue i regendo. k
11 12 13 14 15
Cenſuram l teſtor m funus n fœnus o furioſus p.
16 17 18 19 20
Monachus q occidit r abbates ſ clauſtra t volentes u.
21 22 23 24 25
Commendat x iurans y pugnas z hæreſis a violatas b.
26 27 28 29 30
Sortilegus, c ſponſis d inſidis e ſeruiat f intans g.
31 32 33 34 35 36
Mœcha h coit i mente k dubitans l gradibus m rapiente n.

SECVNDA PARS DECRETI VBI TRActantur Cauſæ, quia longè prolixior & difficilior eſt reliquis, ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum eſt. Illius profecto obſcuritatem paucis elucidatam conſpiciet, quiſquis hic impreſſa diligenter adnotauerit.

a 1 SIMON. Simoniacus eſt, & peccatū cōmittit, qui ſpiritualia vendit. Dānantur epiſcopi per pecuniam facientes ordinationē, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorū ſacramenta effectū gratię non habent. Sacerdotes digniores facilius quàm reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Chriſti, quod eius corpori æquiparatur. ca. interrogo. Et in fine de crimine concuſsionis tractatur.

2 Simonia cōmittiť, ſi pro ingreſſu monaſterij pecunia exigatur, vel exacta perſoluatur. Eccleſiaſtica ſtipendia accipere non debet qui bonis patrimonialib. ſuſtentari poteſt. c. clericos.

3 Simonia an committatur ſi præbendę emantur. Inueſtitura eccleſiæ à laicis fieri prohibetur. c. ſaluator.

4 Simonia paterna, an ſit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniacè acquiſita eccleſia per patrem, an poſsit per filium licitè obtineri. Itē an poſsit filius fungi ordinatione quam paterna pecunia eſt aſſecutus.

6 Simoniacus eſt, qui pecuniam largitur, vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine malè accepto pœnitentiam agere nō poſſunt, & ibi principaliter tractatur, an ab hæreſi redeuntes ſine in ſuis ordinib. & dignitatib. recipiendi, & quòd decreta poſſunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b 1 APPELLAT. Appellare non eſt opus à ſententia à non ſuo iudice lata. quia talis ſententia nulla eſt. c. in primis. circa fi. & in prima q. hui⁹ 2. cauſę principaliter tractatur, an ordo iudiciarius ſit in manifeſtis obſeruandus, & q̄ excōmunicatio non eſt ferenda antequàm cauſa fuerit examinata. c. nemo. & iudex peccatum ſibi ſoli notum damnare non debet. c. ſi peccauerit.

2 Appellare poſſet ſpoliatus ſi ante reſtitutionē ſibi factam accuſatori reſpondere cogeretur. Nullus enim debet accuſari dum ſuis reb. fuerit ſpoliatus.

3 Appellandus eſt calumniator, qui ſcienter falſa crimina intēdit. præuaricator, qui vera crimina abſcondit. Tergiuerſator, q in vniuerſum ab accuſatione deſiſtit. §. notādū, & in hac 3. q. principaliter tractatur qua pęna feriēdi ſunt qui in accuſatione deficiūt.

4 Appellať purgatio quędam vulgaris, quędā canonica, & ibi tractať, an deficiētib. accuſatorib. reus ſit ad purgationē cogēdus.

5 Appellatur teſtimonium ſufficiens qd̄ ore duorū vel triū firmatur, & ibi tractatur principaliter quot teſtes requirūtur, nō tātū ad cōuincendum epiſcopum, ſed ēt contra quemlibet clericum.

6 Appellatio eſt remedium contra cauſas vitiatas. Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum, & ibi de libellis dimiſſorijs, & de iudicib. à quib. appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior non ratione dignitatis, ſed vitæ. c. quanquam. Dignitas enim non facit epiſcopum, ſed vita. c. nō oēs epiſcopi, & ibi tractatur principaliter, an laici poſſint epiſcopos accuſare. Chriſtiani per infideles accuſari non poſſunt, nec ſacerdotes per eos qui ad ſacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accuſatio ritè facta qñ ſit in ſcriptis. Et regulariter accuſator ſe debet inſcribere ad pęnā talionis, præter quam in ſex caſib. in ſumma poſitis.

c 1 SPOLIATVS. Spoliatus & eiectus ante omnia venit reintegrandus. c. reintegranda. Boni à malis ſemper moleſtantur.

2 Spoliatus & eiectus poſtquàm fuerit reſtitutus, quas inducias debet habere antequam cogatur in iudicio reſpondere, & ibi in ſummas videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis epiſcopis, & aliis ad iudicium venientib. inducię ſunt præſtandæ.

4 Spoliati ɔmunione eccleſię, & anathematizati, īfames, inceſtuoſi, ſacrilegi, detractores, & multi alij ſunt ab accuſatiōe repellēdi, & ibi diciť q̄ anathema differt ab excōmunicatiōe. c. Engeltrudā.

5 Spoliatis & aliis quibuſcunque inimici iudices eſſe non poſsūt nec accuſatores, nec teſtes, vox. n. inimicorum contra nullos eſt audienda. Dicitur etiam ibi q̄ teſtes familiares & domeſtici, & etiam conſanguinei non ſunt contra extraneos producendi.

9 Spoliatus & quilibet alius ſi aduerſarium vult cōuenire, ipſius forum ſequi debet. c. pulſatus. Nec epiſcopi damnari, nec concilia celebrari poſſunt ſine papa.

6 Spoliati & alij volentes litigare, non debent aduerſarios ſuos coram infamib. trahere, quoniam tales, ſcilicet infames & criminoſi non poſſunt eſſe iudices Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in ſe habet reprehenſibile. c. iudices.

Spoliationem vel alium reatum committens epiſcopus, à quot epiſcopis eſt iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum teſtes, teſtimonium dicant de his tantum, quæ præſentialiter & veraciter nouerunt, nec contra abſentes ſunt ꝓducēdi. Abſentes enim nō debēt iudicari nec accuſari.

10 Spoliatorum & aliorum teſtes in vno deficientes an ſint in aliis admittendi. Et accuſans de pluribus criminibus, ſi in vno deficiat, an in aliis admitti debeat.

11 Spoliati accuſantes ſuos ſpoliatores & inuaſores, ab eis accuſari non poſſunt.

d 1 TESTES. iuris diſpoſitione excommunicati non poſſunt ad accuſationem admitti.

2 Teſtis eſſe non poteſt qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

3 Teſtificanti perſonam aſſumere non poteſt qui ab accuſatione prohibitus eſt.

4 Teſtis, accuſator, & iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt.

5 Teſtantur iura illum non eſſe à communione repellendum, qui die ſtatuta ad cauſam venire non potuit.

6 Teſtis eſt iuris diſpoſitio deficientem in epiſcoporum accuſatione non poſſe de cætero agere niſi in ciuili & proprio duntaxat negotio.

e 1 LIBELLO. Libello famoſo vtentes, & ipſum contra aliquē ſcribentes, qualiter puniendi ſunt.

2 Libellum diffamatorium ſcribens, aut aliter reus trib. citationib. debet in ius euocari. & per ſcripta nullius accuſatio debet ſuſcipi.

3 Libelli famoſi ſcriptor, aut aliter criminoſus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

4 Libellus accuſatorius, ſi in epiſcopum datur, id eſt, ſi epiſcop⁹ accuſatur, eius cauſa à xij. epiſcopis audiatur.

5 Libellum famoſum ſcribentes, aut aliorum crimina ſpōte confitentes, nō debēt ad accuſationē admitti. c. illi. & ibi habetur q̄ nec qui parcit, eſt amic⁹, nec qui verberat, eſt inimicus, c. nō ois.

6 Libellum famoſum in alterum ſcribentes aut alteri crimen inferens, qua pęna ferietur, ſi crimen illatum non probetur.

f 1 INFAMES. infames, excōmunicatos, & criminoſos à ſacerdotum accuſatione ius repellit. & ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames.

2 infamis eſt quodammodo epiſcopus & reprehendendus, qui ſibi ſoli dicit aliquem crimen ſuum fuiſſe confeſſum, & ibi dicitur quòd epiſcopis alios accuſantib. non creditur, niſi probent quod obiiciunt.

3 Infamem quodammodo dicimus & reprehendendum qui ponit falcem in meſſem alienam. c. 1. Et ibi dicitur quod alicui alterius parochianū iudicare non licet, & quot ciuitates vnaquęq; prouincia habere debeat. cap. ſcitote. Et quòd epiſcopus iudicio primatis, & non aliorum ſe ſubiicere debet.

4 Infamia aut criminalis accuſatio ſi imponatur epiſcopo. i. ſi epiſcopus criminaliter accuſetur, & epiſcopi comprouinciales de cauſa cognoſcentes ſint in ſentētia fereda diſcordes, quid iuris.

5 Infamis eſſet quodāmodo & reprehēdendus iudex qui vellet reū cogere ad probandū, accuſatore in probationib. deficiente, quia negatiua per rerum naturam eſt improbabilis, c. accuſator.

g 1 VIVENS. Viuens ſi adhuc ſit tempus, alius ſibi ſuccedere nō valet, nec in eius locum ſubrogari, quod verum eſt, niſi eſſet depoſitus, vel de licentia Papę renuntiaſſet, aut, per ambitionem ſe ad aliam eccleſiam tranſtuliſſet. Epiſcopo autem ægrotanti, aut nimia ſenectute grauato dandus eſt coadiutor, epiſcopus eccleſiam ſuam deſerere nō debet. c. ſicut vir. Nec etiam eſt à ſuis ſubditis relinquendus. c. denique. Prælati duo in vna eccleſia eſſe nō debent. c. in apib. Beatus Aug. acceſsit & non ſucceſsit Valerio Hipponenſi epiſcopo. c. non autem.

2 Viuens epiſcopus aut ſacerdos, qui pro ægritudine à miſſarum celebratione abſtinuit, an poſsit celebrare recuperata ſanitate. & ibi habetur de morbo caduco laborantib.

h 1 SVCCESSOR. Succeſſor an poſsit eligi ab epiſcopo viuente, hoc eſt an ſucceſſorem ſibi poſſit epiſcopus eligere.

2 Et ibi habetur quòd locus regiminis eſt fugientibus offerēdus.

3 Et epiſcopari poteſt qui prodeſſe deſiderat. c. qui epiſcopatum.

4 Succeſſor epiſcopi mortui nō eſt eligendus munerum datione aut amicorum patrociniis.

5 Succeſſor epiſcopi an poſt electionem teneatur iuramentum præſtare pro indemnitate eccleſiæ.

6 Succeſſus ſeu prouentus denegatur clericis, qui ante ſententiā ſuſpenſionis vel depoſitionis à ſuo epiſcopo diſcedere præſumunt. In tales enim ferenda eſt cenſura.

7 Succeſſus non continget epiſcopo à ſede Apoſtolica vocato, ſi ad propria reuertatur, niſi prius fuerit purgatus, & apoſtolicis literis munitus.

i 1 SOLVE. Solue & ſolui procura teipſum à prælato excommunicato, alias non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti ſunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius, adeo quod archiepiſcopus, primas, vel patriarcha clericos alteri⁹ prouinciæ non poteſt ordinare.

3 Soluere vel damnare ſubditos ſuffraganei non licet archiepiſcopo illo inconſulto. Soluit Papa ab aliis excommunicatos, & cuiuſlibet eccleſiæ clericos poteſt ordinare, eſt enim ordinarius ordinariorum c. cuncta per mundum.

K 1 REGENDO. Regēdo vnāquamque parochiam, & res ipſius diſponēdo facit epiſcopus quod debet. c. regenda. & c. nouerint. Regendi ſunt ſubditi per epiſcopos viſitantes, vt c. placuit.

Regendi

1 Regendi officium epiſcopus tranſgreditur, ſi bona eccleſiarum vſurpare nititur, quamuis de illis precarias facere poſsit.

2 Regendi ſunt ſubditi ſine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipſius valeat epiſcopus habere.

3 CENSVRAM. Cenſuram formidare debent qui clericos ad iudices ſeculares trahunt. c. inoliti. & c. placuit. & ibi de coniuratorib. & eorum punitione. (eſt depoſitione dignus.

4 Cenſura ligatus, id eſt, excõmunicatus vel ſuſpenſus celebrans

5 Cenſura ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda. Cenſura ligati ſunt vitandi pluſquam pagani. c. ad menſam. Cenſura eccleſiaſtica feriri debet, & ore dæmonũ diſcerpi qui ſuo epiſcopo eſt inobediens. c. abſit. Cenſurã ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & ca. cum apud. Cenſura ſiue ſententia vel iudicium quatuor modis peruertitur. ca. quatuor modis. Cenſura feriendi ſunt & Iudę proditori cõparandi qui veritatem negant, & occultant, c. quiſquis, & c. abiit Iudas. Cenſura ſiue ſententia iniuſtè prolata, viribus caret. epiſcoporum præceptis non ſemper obediendum eſt. Cenſuræ ſeu anathematis forma habetur in c. debent.

m TESTOR. teſtari ſeu teſtamenta facere cum de proprio liceat,
1 an permittatur clericis proprium habere. Clericis cauſas agere nõ licet, c. duo ſunt genera chriſtianorum.

2 Teſtamenta condentes clerici an poſsint quibus voluerint ea relinquere quæ de bonis eccleſiæ acquiſiuerunt. Teſtatur multiplex canon illos eſſe grauiter puniendos, qui res & prædia eccleſiaſtica inuadunt. De bonis eccleſiæ quatuor ſunt portiones faciendæ. c. quatuor. & ipſarum rerum alienatio an ſit permiſſa. c. ſine exceptione, & c. terrulas. Liberti eccleſiæ an poſsint ab ea diſcedere. Res ſacra ex quibus cauſis alienari valeat. c. aurum habet eccleſia. pauperibus eſt prouidendum. c. gloria epiſcopi.

3 Teſtamentum an facere poſsint illi, qui prius nihil habentes tẽpore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquiſiuerunt, & quid iuris de talibus bonis. (eccleſiæ quęſitis.

4 Teſtamenta an facere poſsint clerici de bonis ex ſuis & rebus

5 Teſtamenta facere de rebus eccleſiæ an ſit permiſſum ſacerdotibus. & quibus ſuccedat eis ab inteſtato.

n FVNVS. Funera, & exequias ſuas celebrare, & decimas ſoluere vbi debent illi, q ſe de vna diœceſi aut parochia ad aliã trãſtulerũt.

2 Funerãdi iura an poſsint præſcribi. Funera, id eſt, corpora mortuorum vbi debent ſepeliri, & an pro ſepultura aliquid poſsit exigi. funerum, id eſt, mortuorum animæ quatuor modis ſoluuntur. c. animæ. Funera, id eſt, corpora mortuorum deflenda non ſunt. c. quàm præpoſterum.

o FOENVS. Fœnus ſiue vſuram quodammodo committit, &
1 peccat qui vltra debitum exigit. c. quod debetur. & ibi principaliter tractatur an clerici poſsint ſua repetere, & pro illis litigare.

2 fœneraria cauſa ſiue criminali aut etiã ciuili an poſsint produci teſtes domeſtici. Et an clerici poſſint pro ſua eccleſia teſtificari.

3 Fęnus ſeu vſura committitur ſi præter ſortem aliquid exigitur.

4 fœnera ſeu vſuras nec clericis nec laicis licet exercere.

5 fœnera ſeu vſuræ an ſint aptæ vt inde fiant eleemoſynæ.

6 fęneratores & vſurarij veram pęnitentiam agere non poſſunt, niſi reſtituant quæ rapuerunt.

p FVRIOSOS. Furioſos punire nõ decet ex his quæ faciunt,
1 cum ſint mente alienati, & ibi habetur de Loth & alijs ebrioſis.

2 furioſis clerici quodammodo comparandi eſſent ſi patrocinijs impenſis munera exigere vellent.

3 furioſo iudex comparari poſſet, qui ex mulieris confeſſione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos teſtimonium ferre non poſſunt.

4 Furioſi quodammodo ſunt eccleſiæ miniſtri, qui diebus dominicis & feriatis cauſas tractare volunt.

5 Furioſo ſimilis dici poteſt iudex qui neganti purgationem indiceret, niſi infamia laboraret.

6 Furoris quodammodo plena res eſſet, ſi à miniſtris, & ſubditis confeſſio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam ſunt irritanda, quædam relaxanda. ca. auctoritate. & c. alius. incip. habetur quòd ſolus Romanus pontifex Regem Franciæ tanquam inutilem depoſuit. Excommunicatis fidelitas ſeruanda non eſt.

7 Furioſè procederetur ſi diaconus vel presbyter ſine concilij examinatione deiiceretur.

8 Furore quodam plenus cenſetur, qui carnis fragilitate ante ordinationẽ lapſus, & in iudicio confeſſus vel conuictus, poſtea præſumit offerre, & in ordine ſuſcepto miniſtrare, quod verum eſt de crimine depoſitionem inducente.

q MONACHVS. Monachus an poſsit licitè officia populis
1 celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de conſenſu epiſcopi ſacerdotibus dari debent. c. reuertimini.

2 Monachi an poſsint in ſuis capellis presbyteros inſtituere.

3 Monachorum & eccleſ. iura, an per præſcrip. tolli poſsint.

4 Monachi an poſsint præſcrib. contra eccleſias & prælat. ſæculares.

5 Monachi & prælati res eccleſ. ſua auctoritate repellere nõ valent.

6 Monachi, epiſcopi, & alij prælati ſi ſua auctoritate vſurpant quæ ad ſe pertinere putant, an cadant à cauſa.

7 Monachi & abbates an poſsint retinere eccleſias, decimas, & iura patronatus de manib. laicorum ſibi conceſſa ſine epiſcopi conſenſu. & ibi habetur quòd epiſcopus habet diſpoſitionẽ omniũ eccleſiarum, quæ in ſua diœceſi conſtitutæ ſunt. c. omnes baſilicæ. & etiã ibi plenè de iure patronatus. c. quicũque. c. filiis. c. decernimus.

1 OCCIDIT. Occidit ſeipſum ſpiritualiter qui à voto reſilit.

2 Occidit quodãmodo tẽporaliter ſeipſum qui ſuum reſignat beneficium, ſed ſi in infirmitate reſignauit, an ſit ei reſtituendum poſtquam conualuerit. & ibi habetur quòd ante probationem triennij nullus in monaſterio debet ſuſcipi.

3 Occidit animam ſuam monachus ad propria rediens, poſtquam ſe & ſua monaſterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens clericos diabolo ſuadente eſt excommunicatus ipſo iure. c. ſi quis ſuadente diabolo. & ibi habetur quòd eccleſiæ conceſſa non ſunt reuocanda, & qui talia aufert, ſacrilegium committit, & eccleſiæ immunitas non eſt violanda.

s ABBATES. abbates aut monachos & factos epiſcopos ius obli-
1 gat ad relinquendum quod ante habuerunt monaſterio, quod poſt, eccleſiæ propriæ. c. ſtatutum.

2 Abbates ſunt à propriis fratrib. eligendi, & non ab epiſcopis. abbates expellere non eſt permiſſum monachis, neque commatres facere, abbates & monachos poſſunt epiſcopi viſitare, & conditiones exigere tempore dedicationis cõſtitutas. abbates & monachi cum ſanctimonialib. habitare nõ debent, quia ſexuum commiſtio eſt periculoſa. c. diffinimus.

t CLAVSTRA. clauſtra ſiue religionem intrare volentib. clericis non eſt à ſuo epiſcopo denegandus ingreſſus.

2 Clauſtrum ingredi clericis permittitur etiam epiſcopo inuito.

3 Clauſtrum vnum petere altero derelicto an ſit permiſſum monachis regularib. canonicis, ſine permiſſione abbatum.

v VOLENTES. volẽtes religioſi ad arctius monaſteriũ intran-
1 tes pueros an cogant iura religionis propoſitũ tenere. Voluntariæ puellæ virginitatis propoſitũ ſuſcipientes, nuptias eligere nõ poſ-
2 ſunt. Voluntate patris ſpreta, ſi filius religionem ingreditur, an à patre reuocari poſsit.

3 Voluntariè habitum religionis ſuſcipientes, illum deſerere non poſſunt, ſed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

4 Volentes religioſi ad arctius monaſterium tranſire non ſunt impediendi.

x COMMENDAT. commendatam vnam eccleſiam poteſt ha-
1 bere clericus in altera intitulatus. Commendandi ſunt clerici qui in vna & non in pluribus eccleſiis volunt conſcribi. & ibi habetur quod duobus epiſcopatibus poteſt quandoque quis præfici. capit. relatio.

2 Commendandi nõ ſunt clerici qui ſine literis dimiſſoriis de vna eccleſia tranſeunt ad alteram. Matrimonium ſpirituale contrahitur inter curatum & eccleſiam, quæ nõ debet eſſe ſcortũ. c. ſicut.

3 Commendatio nulla ſed potius vituperium eſt clericis, qui ſæcularium negotiorum procuratores eſſe volunt.

4 Commendandi ſunt clerici, qui veſtibus ſibi congruentibus vtuntur, vnguenta & fulgida veſtimenta fugientes.

5 Commendare non debemus clericum, qui à ſuo epiſcopo depoſitus imperatorem aut iudicem ſæcularem adit.

y IVRANS. Iurans verum non peccat, ſed ſecus ſi peierat & per
1 creaturas iurare non licet.

2 Iurans falſum quod putat verum, an ſit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot ſunt genera mendacij.

3 Periurum prælatum & criminoſum ante ſententiam diffinitiuã derelinquere an liceat.

4 Iuramenta illicita non ſunt ſeruanda.

5 Peierare & contra iuramentum ſuum venire qui cogit aliquem licet periurus non ſit, tamen mortaliter peccat. in qua ætate qs cogatur iurare. Et ibi ponit forma iuramẽti fidelitatis. c. de forma.

z 1 PVGNAS. Pugnas committere ſeu militare an ſit peccatum.

2 Pugna ſiue bellum quod dicatur iuſtum.

3 Pugna an debeat committi pro repellenda ſociorum iniuria.

4 Pugna non ſemper eſt exercenda contra malos. Mali enim ſunt quandoque à bonis tollerandi, & non abiiciendi. Quædam tamen mala ſunt repellenda, & punienda, quædam toleranda. Mali ſunt medicinali ſeueritate ad bonum cogendi. vt Nabuchodono. Et hæretici etiam inuiti ſunt ad ſalutem trahendi. pugnis & bellis ſunt coercendi eccleſiaſticæ religionis inimici.

5 pugnas ſeu bella qui Deo auctore geſſerunt, præcepta non occidendi nomine transgreſsi ſunt Et ibi an mali ſint occidẽdi, habẽs gladij poteſtatem poteſt occidere, ſi hoc faciat amore iuſtitiæ.

6 pugna & coactio eſt exercenda in malos vt teneant bonum iam ſuſceptum. Non autem ſunt ipſi mali ad bonum non ſuſceptum cogendi.

7 pugna ſi iuſta ſit, poſſunt hæretici & omnes hoſtes licitè ſuis rebus ſpoliari.

8 pugna ſeu bellum an poſsit per clericos committi, & an poſſint clerici arma ſumere. Qui ſacramenta Dei tractant, iudicium ſanguinis agitare non debent.

a HAERESIS. Hæreſis qualibet ab eccleſia Romana deſtrui-
1 tur. Hæreticus an poſsit alium excommunicare, priuare, vel ſententia notare. Excommunicatus alium excommunicare non poteſt. Hæreticorum conſortia & eorum ſacrificia ſunt à catholicis fugienda.

2 Hæretici etiam poſt mortem ſunt excommunicandi. eccleſia viuentes & non mortuos an ligare poſsit vel ſoluere.

3 Hæreticus ſi dominus eſt, aut alio crimine irretitus, an poſsit excommunicatio ferri in familiam ſuam pro delicto ipſius domini, & in filium pro peccato patris. excommunicandi ſunt qui corrigi nolunt, & etiam illi qui duas vxores habent, teſtes falſi, homicidæ, & multi alij. Hæreticorum tandem variæ ſpecies ponuntur.

b VIOLATAS. Violatas Romanorum Pontificum cenſuras à nul
1 lo decet eſſe. Violantes ſacros canones in ſpiritum ſanctum blaſphemant. violanda non ſunt, ſed ſeruanda ſanctorum ſtatuta & eorum regulæ in ſynodo conſtitutæ.

2 Violari non debent priuilegia eccleſiarum, nec archiepiſcoporum. Violans ciuitates & occidens ſuos præſules epiſcopali dignitate priuatur. c. ita nos.

c SORTILEGVS. Sortilegus quis ſit, ſiue qui dicantur ſortile-
1 gi.
2 Sortilegum eſſe an ſit peccatum, ſortibus an ſit credendum,
3 Sortes ſiue diuinationes à quibus exordium ſumpſerunt. & de
Teſtimonio vnius creditur in baptiſmo, & in conſecratione eccleſiæ. 2016
Teſtimonia coniunctorum an faciãt fidem in cauſa matrimoniali. 1577
Teſti ſoli quandoque creditur. 775
Teſtis non eſt talione puniendus. 1826
Teſtis qui ſemel contra aliquem depoſuit, an iterum contra eundem teſtificari poſsit. 769
Teſtis an deponere debeat de die. 714
Teſtis accuſator an poſsit quis ſimul eſſe. 777
Teſtis præſumitur nolle peierare. 610
Teſtis rationem ſui dicti aſsignare debet. 1417
Teſtis an ſit repellendus propter crimen ſibi obiectum. 700
Teſtis repellitur probato crimine ꝯtra ipſum. 798
Teſtis obſcurus eſt ſuſpectus. 774
Teſtis an teneatur dicere cauſam ſuæ depoſitionis. 775
Teſtis quandoque vnus ſufficit quandoque plures duobus requiruntur. 652
Teſtis eſt de ſua conuerſatione examinandus. 689
Teſtium depoſitiones contrariæ an fidẽ faciant. 769
Teſtium dignitas, an ſit attendenda. 770
Theodoſiani. 1435
Theologi & Decretiſtæ docentes, an poſſunt aliquid accipere. 577
Theſaurus inuentus cuius eſt. 1055
Thymelici qui ſunt. 2048
Thymele. 2047
Timotheus fuit circunciſus. 1875
Timor tollit meritum. 1348
Timor eſt duplex. 245
Timor initialis quis eſt. 1730
Timor charitatem introducit. ib.
Titulus quid ſit. 1174
Titulum patrimonij ad quem quis ordinetur nõ habere in capitulo neminem diſtinctio. 70. 148
•Toletanum 4 vocari vniuerſale. 1007
Tonſura prima eſt ordo. 92
Tonſura quandoque tres minores ordines comprehendit. 346
Tonſuram ferre non tenetur qui in minoribus contrahit. 268
tormenta non ſunt ſine præſumptione infligenda. 494
torquere poteſt iudex aliquas perſonas. 1080
tot aſcendent ad gloriam, quot ceciderunt. 50
Tractatoria & tractaria. 77
tragœdia vnde dicitur. 435
tranſactio in ſpiritualibus interuenire nõ poteſt, ſed bene amicabilis compoſitio. 571
tranſcriptum an valeat ſine originali. 366
tranſigi licet in aliquibus criminibus. 637
tranſire p agrũ alienum multis in caſib. licet. 2
tranſitus ad religionem arctiorem permiſſus eſt, non ad parem. 1210
tranſubſtantiatio fit ad vocem ſacerdotis. 1953
tremiſsis eſt media pars ſolidi. 450
tres dicuntur multi. 342
tres quæſtiones. 499
tres regulæ notabiles. 485
tribulatus agere debet gratias Deo. 1241
tributum eſt ſignum ſubiectionis. 1374
trifaria. 38
triſmegiſtus. 20
triſtitiæ cauſa permittuntur aliqua. 1467
tritheitæ. 1435
tropologia. 1701
turpitudinem allegans, audiri non debet. 1589
tutela eſt triplex. 417
tutelam non tenentur clerici recipere. 417
Tutor teſtamentarius non tenetur ſatiſdare. 869
Tutor pupilli nomine non debet vſuras exigere. 224
Tutor an teneatur de leuiſsima culpa. 418
Tutiorem in partem interpretandum eſt vbi periculum vertitur. 1573
Tutoris dolus pupillo non obſtat. 2024

V

VAlentiniani. 1432
Vaſallus eccleſiæ cui debet fidelitatis iuramentum præſtare. 329
Vaſallus dominum non accuſat. 1180
Vaſallus an teneatur cõtra omnes dominum ſuũ iuuare. ibid.
Vaſallus poteſt ſeruire quandoque per ſubſtitutum. 1660
Vectigalia noua à ſolo principe induci poſſunt. 1427
Velum quibus diebus imponi debet. 1221
Velum eſt quadruplex. ibi.
Venatio eſt multiplex. 410
Venatio prohibetur, ſed non piſcatio. 411
Vendere quandoque quis compellitur. 501
Vendere quandoque quis cogitur rem ſuam. 283
Vendens duobus ſucceſsiuè, & tradens poſteriori ipſum eſſicit potiorem. 1553
Venditio hominis liberi tenet, quinque interuenientibus. 1558
Venditio tripliciter reſcinditur. 1554
Venditio non eſt, vbi in materia erratur. 1553
Venditor non tenetur de partu euicto. 1990
Veneti patriarcham & epiſcopum habent. 380
Veniam vnius peccati non poteſt quis obtinere niſi de omnibus ſatisfaciat. 1778
Veniale ſine mortali non remittitur. 1809
Veniale poteſt ne quis committere vt alter euitet mortale. 51
Venialia delentur ſacrificiis. 1971
Venialia triplicia ſunt. 124
Venialia remittuntur variis modis. ibid.
Venire poteſt quis contra factum ſuum. 287
Verbum vnius temporis ſæpè pro alio ponitur. 1625
Verbum indefinitè prolatum, eſt generaliter intelligendum. 1341
Verbum generale omnia debet cõprehendere. 81
Verba bona quandoque mala intentione proferuntur. 1277
Verba rebus deſeruiunt. 516
Verba an ſint ſemper attendenda. 1252
Verba ad quod inſtituta fuerint. 1949
Verba in ſacramentis ſunt neceſſaria. 513
Verba in contrahendo matrimonio an ſint de neceſſitate. 204
Veritas a quocunque dicatur eſt omnibus præferenda. 27
Veritas, figura, & res ſacramenti ſunt in altaris ſacramento. 1951
veritas conſcientiæ à furto excuſat. 1250
Veritas diſciplinæ quandoque põt deſeri. 1305
Veritas præiudicat opinioni. 24
Veſtes ferantur ſecundum regionis conſuetudinem. 238
Veſtis domini indiuiſa remanſit. 1401
Vetus ius manet ſimul cum nouo niſi expreſsè corrigatur. 1234
Vexationem redimere vtrum licitum ſit. 560
•Via paradiſi eſt arcta. 1747
viæ Domini miſericordia & veritas. 1402
vicarij conductitij presbyteri dici poſſunt. 1230
vice dominus quis dicatur. 427 & 1165
vicinorum facta præſumitur ſcire. 1286
victimæ impiorum abominabiles dicuntur. 1923
victus & veſtitus ſufficit. 219
victus nomine, comprehenditur veſtitus. 152
• vidua. 417
vidua non benedicitur. 1505
viduæ poſſunt indiſtinctè contrahere. 1595
viduæ ſunt ſumptib. eccleſiæ ſuſtentandæ. 598
viduæ & pupilli ſunt circa forum priuilegiati. 417
vigilia Pentecoſtes eſt neceſſario ieiunanda. 368
vigilantibus iura ſcripta ſunt. 403
vilitas eſt fugienda. 265
Vim vi repellere licet. 335
vim faciens non ſemper vi poſſidet. 1761
vindicta infertur duplici ex cauſa. 1296
vindicta ratione multitudinis relaxatur. 1317
vinum & aqua vtrum tranſeant in ſanguinẽ tantum, & vide quod ibi notatur. 1913
vinum tranſubſtantiatur in corpus, hæc propoſitio cõcedenda non eſt, nec iſta, panis tranſubſtantiatur in ſanguinem. 1918
violentia infertur perſonis & reb. 1283
vir & vxor erunt duo in carne vna qualiter exponitur. 1515
vir non ſit vxoris ardens amator. 1616
vir pro dote non tenetur fideiubere. 977
vir vtrum puniebatur talione in veteri lege. 1825
Vir & vxor tenentur duplici ſeruitute. 1550
Vir & mulier nõ debẽt iudicari ad imparia. 1630
Vir debitum vxori non ſemper, nec vbique reddere tenetur. 153
Vir quandoque habetur ab vxore, & non habet eam. 1641
Vir non poteſt eſſe curator vxoris. 1827
Vir cur miſceatur vxori cauſæ quatuor. 1601
Viro non licet adulterum interficere. 1482
Virgo dici poteſt etiam corrupta. 833
Virgo velata repræſentat eccleſiam. 1493
Virgo Beata & Sanctus Ioannes fuerunt in vtero ſanctificati. 1237
Virginitas ſoror eſt angelorum. 1598
Virginitas æquiuocatur. 1823
Virginitatis laudes. 1503
Virginitatem Deus reſtituere non poteſt. 1625
Virgilium putare eſſe Platonẽ eſt impoſſibile. 1552
Virtus omnia percunctatur. 1419
Virtus non eſt ſine fide & charitate. 1547
Virtus quælibet intenditur & remittitur. 1627
Virtus diffinitio. 1623
Virtutem ingreditur qui malitiam egreditur. 1312
Virtutes omnes habet, qui vnam habet. 1987
Virtutes omnes ab vno vitio detrimentum patiuntur. 448
•Viſitator an ius habeat in electione. 310
Viſitatorem quis conſtituere poteſt. 311
Viſitatio quoties fieri debet. 883
Viſitans ſit conuentus euictionibus à iure taxatis. 897
• vita an ſit pecunia redimenda. 399
vita actiua an eſt contemplatiuæ præferenda. 701
Vita hominis eſt peregrinatio. 1613
Vita præſens ſine venialib. non ducitur. 1945
Vitæ præſentis tempus breue dicitur eſſe. 449
Vitæ mutatio non eſt facilis. 1753
Vitium hominum corrigi bonum eſt. 408
Vitiis reſiſtere eſt verum poſſe. 1751
Vnctio extrema poteſt iterari. 456
Vnctio extrema an poſsit fieri ſine oleo. 456
Vngere an poſſit quis ſine oleo nõ cõſecrato. 456
Vnguntur variis varia membra. 456
Vnguntur infirmi propter duas cauſas. 456
Vni ſoli quandoque creditur in marg. 19
Vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtum. 1958
Vnius dicto quandoque creditur. 415
Vniuerſitas delinquere poteſt. 822
Vniuerſitas an poſsit accuſari. 1009
Vniuerſale concilium vocari interdum ipſius Africæ. 781
vniuerſalis ex indefinita colligitur. 572
vniuerſalis papæ nomen qua notione Romano conueniat. 480
vnus an puniatur pro alio. 580
vnus vicem plurium ſupplere non poteſt. 426
• vocatus ad munera quot dies dentur ad ſe excuſandum. 669
vocem aptare ad clarius cantandum non eſt peccatum. 435
voci vnius quandoque creditur. 476
voci viuæ magis credendum eſt quàm mortuæ. 477
volo, id eſt, velle debeo. 1
voluntas verbo aut facto declarari poteſt. 1513
voluntas etiam in bonis non operatur pro facto. 1665

vtilitas potius quàm factum attendi debet. 791
voluntas ſola non punitur. 805
Voluntas manifeſtatur ſignis,& voce. 355
Voluntas ſine effectu non punitur. 1669
Voluntas an ſit magis attendenda, quàm perſeuerantia. 1774
Voluntas bona ſufficit. 412
Voluntas nuda eſt quandoque plectenda. 583
Voluntas ſola facit ſimoniacum. 491
Voluntate delinquendi efficitur quis reus. 1765
Voluntates duæ fuerunt in Chriſto. 61
Voluntas eſt ſpernenda teſtimonio Horatij. 2045
Votum de præſenti plus obligat quàm votum de futuro. 1764
Votum continentiæ tribus modis ſolennizatur. 1465
Votum quodlibet aliquas conditiones continet. 1253
Votum ſolennizatur tripliciter. 133
Votum quoddam eſt expreſſum, quoddam tacitum. 1509
Votũ ſimplex frangẽs an ſit adultero peior. 1495
Votũ an impediat & dirimat matrimonium. 1484
Votum an pro opere ſit reputandum. 1665
Votum diuerſa ſortitur vocabula. 1487
Votum ſolenne poteſt fieri coram priuata perſona. 1222
Votum vxoris poteſt maritus impedire. 954
Votum emittens an ſemper teneatur illud ſeruare. 1178
Votum deſerere vtrum ſit permiſſum. 1173
Votum ſolenne quod dicemus eſſe. 1484
Voti ſimulatio obligat. 1486
Voto nemo obligatur ante legitimam ætatem. 2118
Vouere non omnibus eſt permiſſum. 1174
Vouere religionem & vouere continentiam differunt. 1485
Vouentes ſimpliciter an poſſint ad inuicem contrahere. 1506
Vouentes contrahendo & contrahere volendo peccant. 1504
Vouens ſimpliciter qui contraxit, an mortua vxore continere teneatur. 1505
Vox præconis paucis innoteſcit. 1262
* Vrbani.II. decretum ex codice manuſcripto de loco vbi dandæ ſint decimæ. 1113
Vrbani.II. capitula duo ex vetuſtis Gratiani codicibus relata. 1035
Vſucapio quid ſit, & quot in ea exigantur. 134
Vſucapio non currit contra creditores. 1145
Vſucapio. 6
Vſus quatuor ſpecies. 1598
Vſucapi nequeunt res aliquæ. 1149
vſusfructus an tollatur per ingreſſum religionis, vel an quæratur monaſterio. 1216
vſusfructus eccleſiæ relictus durat centum annis. 1124
vſura quando nõ ſit licet pro quatuor quinque ſoluantur 1013
vſura centeſima. 887
vſura aliquando non committitur licet vltra ſortem quid accipiatur. 1048
Vſurarij & alij multi non poſſunt promoueri 164
Vſurario poſt mortem non eſt communicãdum. 1412
Vſuræ cauſa damni vitandi poſſunt peti. 1052
Vſuræ etiam ſecundum leges nõ ſunt dandæ. 1053
Vſurpare. 626
Vt dupliciter ponitur. 677
Vt eſt conſecutiuum. 462
Vtile per inutile quandoque vitiatur. 760
Vtile non debet per inutile vitiari. 2005
Vtilitas quando eſt fugienda. 165
Vtilitas. 314
Vtilitatẽ ſuã an poſsit quis præferre publicæ. 834
Vulnerans occidiſſe dicitur. 1378
Vuiregeldum. 118. & 1186
Vxor quæ à viro diſceſsit, in tribus caſib. ſibi non reſtituitur. 1676
Vxor inconſultè dimiſſa eſt reſtituenda. 1518
Vxor adultera perdit dotem. 1653
Vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt. 58
Vxor clerici eſt de foro eccleſiæ. 161
Vxor à viro ſeparata, ſub qua cautione eſt ei reſtituenda. 1594
Vxor dans viro licentiam promouendi, vouere videtur. 1752
Vxor duplicem ſeruitutem viro debet. 1821
Vxor quæ plures viros habuit, cũ quo ſepelietur. 1029
Vxor ſequitur forum viri. 900
Vxor an teneatur ſequi virum vagantem. 1019
Vxor viro leproſo an debitum reddere teneatur. 499
Vxor promoti an matrimonium contrahere poſſit. 162
Vxor poteſt accuſare virum de adulterio. 1631
Vxori virum impotentem allegandi vtrum ſit credendum. 1648
Vxori virũ petenti non ſemper ſit reſtitutio. 862
Vxore adulterante, an perdat vir ius exigẽdi. 1973
Vxorem occidere grauius eſt quàm matrem. 1314
Vxorem habens nauiganti in periculis comparatur. 1179
vxorem cognoſcens cum qua votum emiſit, inceſtum committit. 389
vxores à viris per dominos non ſeparentur. 1558
vxores plures ſimul habere non licet. 1384
vxores quare debent eſſe viris ſubditæ. 1820
vxores ordinatorum qui vouere debeant. 139
vxores viris ſubſunt. 1497
vxores clericorum ſi peccent, quid iuris. 166

X

Xenodochium. 1375

Z

Zelus domus tuæ comedit me, qualiter exponitur. 1325
Zelum bonum quidam ex Iudæis habuerũt. 1064
Zizania eſt à tritico ſeparanda. 137

FINIS.

EA DE QVIBVS LECTOREM PRINCIPIO VISVM EST ADMONERE, HAEC SVNT.

De Codice canonum.

IN Eccleſia Romana omnium eccleſiarum magiſtra ſolitos eſſe aſſeruari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac ceteris eccleſiis communicari planè compertum eſt. Atque in vſu præcipue videtur fuiſſe collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. ſi Romanorum. diſt. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recenſentur à Leone IIII. cap. de libellis. diſt. 20. Huius codicis tria manuſcripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impreſſus Moguntiæ An. Sal. M. D. XXV. Repertus eſt autem in vetuſtiſſimo Cardinalis Vercellenſis codice Creſconij ad epiſcopum Liberinum quidam quaſi nomocanon: in quo, cum pluribus cauſarum titulis propoſitis, exponatur deinde, quibus ſynodorum, ac Decretalium epiſtolarum locis cauſæ illæ tractentur, capita capitibus Moguntini codicis, & numeri numeris optime reſpondent. Quæ quidem à Creſconio adhibita diligentia ſatis indicat frequentiſſimum fuiſſe huius collectionis vſum: & hæc ea eſt, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, abſolute codex canonum vocatur.

De collectione Iſidori.

Cæterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere ſtuduerunt, perantiquus eſt, Iſidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apoſtolorum vſque ad concilium Hiſpalenſe ſecundum: habetúrque in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ, & vno monaſterij Dominicani ſanctæ Mariæ ſupra Mineruam: extat autem impreſſa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis alijs concilijs, ſcriptiſque admiſtis. Iſidorum hunc Igmarus Archiepiſcopus Remenſis in libro de ſynodis celeberrimum illum Hiſpalenſem fuiſſe affirmat, a quo teſtatur etiam Trittemius librum Decretorum eſſe conſcriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, ſunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, Iſidorus mercator ſeruus Chriſti lectori conſeruo ſuo, &c. *nec multo ſecus in Vaticanis: quo loco in impreſſis eſt,* Iſidorus peccator ſeruus Chriſti. &c. *Secutus deinde eſt (vt de ijs primum, quorum opera typis excuſa ſunt, loquamur) Burchardus Vuormacienſis Epiſcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarum, vt Iſidorus, ſed rerum, & cauſarum ſibi ſequendum putauit.* Burchard⁹.

Iiſdem veſtigiis inſtitit non ita multo poſt Iuo Carnotenſis epiſcopus: ſed exorta interim Berengarij hæreſi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & Codice: dum de laicorum quoque officiis ſibi agendum putat: quod Burchardo minus neceſſarium viſum fuerat. Extāt autem duo volumina Iuonis nomine inſcripta, eamdémque habentia præfationem: quorum vnum, quod Pannormia, alterius, quod abſolute Decretum inſcribitur, quaſi epitome quædam eſt. Iuo. Pānormia.

Verum in hoc eodem campo alij etiam grauiſſimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuſcripti habentur) Creſconius, Anſelmus, Deuſdedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui volumen ſuum Polycarpum inſcripſit, aliique nonnulli præclare ſe exercuerunt, ſuámque operam probauerunt. Nouiſſimus iſtorum omnium præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior fortaſſe eſt) Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod ſuperiores fecerant, operam dedit: ſed Iuonis fortaſſe præfatione excitatus eo potiſſimum incubuit, vt certis quæſtionibus propoſitis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter ſe nonnunquam pugnare videbantur, dici poſſet, ipſe & afferret, & explicaret; omninóque eorum varietatem, quæ ſpeciem diſſenſionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa à parum æquis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum deſiderabāt. Quamobrem ne huiuſce vtiliſſimi & grauiſſimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio IIII. ac ſubinde Pio V. & Gregorio XIII. (apud quem etiā huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo ſumma opera daretur, mēda librariorum tollerentur, ſi qua etiam in re Gratianus, vt homo, minus vidiſſet, modeſte notaretur, ipſáque omnino capita ſuis auctoribus quàm diligentiſſime reſtituerentur. Itaque & Romæ Vaticana bibliotheca, & monaſterij Dominicani ſupra Mineruā, aliaq́ non pauca excuſſa ſunt. & ex aliis vrbibus, atque regionibus inuitati doctiſſimi homines, qui idem facerent, & ſi quid inueniſſent, quod ad hanc rem pertineret, pro ſua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum eſt, vt cum iam magnam partem ſuum vnicuique tributum ſit, ac propterea intelligi plerumque poſſit, quæ ſynodorum generalium, quæ ſummorum Pontificum, quæ prouincialium conciliorum, quæ Patrum decreta, ac ſentētiæ, atque inter hæc, quæ ſanctæ Romanæ ſedi probata ſint, quæ minime; vix quiſquam errare, atque incerta pro certis ſequi, certa verò pro incertis ſuſpecta habere poſthac queat. Creſconius Anſelmus, Deuſdedit cardinalis. Gregorius presbyter auctor Polycarpi. GRATIANVS.

De citationibus.

Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exēplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione conſentiebāt, ſublatis falſis inſcriptionibus vera ſunt reſtituta. Vbi vero, quamuis caput apud alium auctorem eſſet inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque eſſet, quem Gratianus citaret (ſunt enim haud raro decreta tralatitia, & ſententiæ ſimiles in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione ſatis viſum eſt locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris eſt, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde ſunt mutata: id quoque eſt indicatum, adſcriptúmque præterea in margine, quo loco idem caput in gloſſa Bibliorum ordinaria, in libris ſententiarum, & apud ceteros collectores habeatur, eos præſertim, qui in huius operis emendatione magno vſui fuerunt. Animaduerſum vero eſt multa olim fuiſſe (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina: quibus homilijs nomen auctoris aut non eſſet præpoſitum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occaſionem. Se-

pe etiam Gratianus multas Patrum ſententias ſimul colligit, atque in vnum caput concludit, (quamuis in vulgatis codicibus plerumque in diuerſa capita ſint diſtracta, ſed fere ſine rubrica:) idque cum facit, non ipſa prorſus auctorum verba affert: ſed arbitratu ſuo mutat, addit, imminuit, ſummatim complectitur: quod etiam Burchardus, & duo faciunt, cum citant hoc modo, ex dictis Auguſtini, ex dictis Hieronymi.

De emẽdatione text⁹.

In emendando textu, primum initia capitum ob vſitatas doctorum citationes non ſunt mutata: ſed vbi ab originali diſcrepabant; in margine, aut in notatione eſt indicata germana lectio. Deinde hæc gloſſæ ipſius habita ratio eſt, vt nihil in textu ſit mutatũ vbi mutatio ipſa impeditura erat, quominus quid ſibi auctor gloſſæ voluiſſet, animaduerti poſſet: ſed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum eſt indicatum. Vbi vero hæc non obſtabant, hæc fere ſeruata corrigendi ratio eſt: vt ſi videretur voluiſſe Gratianus auctorum, quos citaret, ipſa prorſus verba referre, ea ex ipſo originali emendarentur, & interdum etiã non leui propoſita vtilitate, aliqua adderentur: niſi ſicubi vulgata lectio viſa eſt melior: nam tunc illa retenta notatum eſt, quomodo originale ipſum habeat. Si autem Gratianus non eadem prorſus verba afferre voluerat, ſed aut in ſummam quandam ipſe redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore gloſſæ ordinariæ, ab Iuone, & alijs collectoribus referre, tunc nihil fere emendatum, vel additum eſt: niſi forte Patris illius, vnde collector acceperat, reſtituta lectio magnam afferre viſa eſſet vtilitatem: multiſque locis id notatum eſt, & verba ipſius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod ſi idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum eſt: (nã quæ multum diſtabant, ſatis plerumque fuit in margine indicare) adiectæ ſunt in textu particulæ illæ, & ſupra, & infra: *Scilicet, vbi ſeriem & nexum collectionis impeditura nõ erant. Vbi verò Gratianus ipſe loquitur, ex manuſcriptis huius libri exemplaribus pura, germanáque lectio eſt reſtituta.*

De verſionibus.

In codice canonum capita, quæ ex græcis ſynodis recitantur, ſunt à Dionyſio Exiguo in linguam latinam conuerſa: cuius præfatio manuſcriptis ipſius codicis exemplaribus præpoſita legitur. Iſidorus autem partim hac ipſa Dionyſij verſione, quamquam raro, partim fortaſſe priſca illa, cuius mentionem in præfatione ſua Dionyſius facit, vſus eſt aut integris, aut aliquantulum immutatis, partim etiam alijs, quæ tunc, vt ipſemet Iſidorus teſtatur, extabant, hodie, præterquam apud iſtos decretorum collectores non extant. Quocirca mirandum magnopere non eſt, ſi ceteri collectores, & omnium fere poſtremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Iſidori collectionem, & alias etiam habebant, eundem canonem non ſemper ex eadem verſione recitent. Qua de re ſæpe in notationibus lector eſt admonitus, & vbi neceſſarium viſum eſt, græca canonis verba cum verſione noua ſunt allata: idémque in ceteris Patrum græcorum ſententiis factum eſt.

De paleis.

De nomine Paleæ ſunt variæ doctorum hominum ſententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari cenſuerunt: alij quaſi τὰ παλαιὰ, ideſt antiqua: alij quaſi additiones quaſdam, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν, ideſt, rurſum, quo ſcriptores etiam latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioãnes Andreæ in additionib. ad Specul. tit. de diſputation. & allegation. prope finem (quem Imola in rubri. de verborum obligation. Alexandrinus in proœmio Decretal. Iaſon in rubr. tit. de action. & alij ſunt ſecuti) putat quendam Protopaleam, quem Iaſon addit Cardinalem fuiſſe, collectioni Gratiani capita hæc adiunxiſſe. Atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura poſſit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obſeruatum fuerit. In tribus, quæ ſunt antiquiſſima, & videntur ſcripta paulo poſt Gratiani ætatem, pauciſſima ex huiuſmodi capitibus habentur. In vno valde emendato ſunt appoſita in margine ſine vlla nota, ſed non omnia, quæ in impreſſis: quamuis viciſſim in illo additiones aliquæ ſint, quæ in his non habẽtur. In alio litteris perantiquis deſcripto, Paleæ ipſæ recentiori ſcriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habẽtur aut omnes, aut pleraque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero ſine vllo à ceteris capitibus diſcrimine. Ex qua obſeruatione illud videtur poſſe colligi, has paleas eſſe additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adſcriptas, ac nonnullas fortaſſe ab ipſomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiſerint, quidam in contextu poſuerint, interdum coniunctè cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo diſcrimine. Falſam vero eſſe illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo conſtat, quòd multa & in Decretalibus, & apud vetuſtiores Gratiano collectores habentur: quod ſuis locis indicabitur.

De titulo:

In pleriſque vetuſtis huius collectionis exemplaribus hæc tamquam inſcriptio rubris litteris poſita eſt, Concordia diſcordantium canonum, *addita in quibuſdam dictione*, Incipit, *ſine vlla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetuſtiſſimo, cui voluminis ipſius initio recentiori ſcriptura paleas eſſe præpoſitas dictum eſt, ante ipſas paleas eſt hic titulus,* Decretum Gratiani monachi ſancti Felicis Bononiẽſis, ordinis ſancti Benedicti, compilatum in dicto monaſterio, Anno Domini Milleſimo centeſimo quinquageſimoprimo, tempore Eugenij Papæ tertij. *In alijs vero duobus codicibus, in extremo eſt.* Explicit Decretum compilatum à Gratiano monacho monaſterij ſancti Felicis de Bononia. *In chronico, quod inſcribitur.* Pomærium Eccleſiæ Rhauennatis, *qui liber in Bibliotheca Vaticana ſeruatur, hæc de Gratiano leguntur,* Anno Chriſti milleſimo centeſimo quinquageſimo primo, Gratianus monachus de Claſſa† ciuitate Thuſciæ natus Decretum compoſuit apud Bononiam in monaſterio ſancti Felicis. *Idem teſtatur Hugutio vetuſtiſſimus huius codicis interpres ſecunda, quæſtione ſexta, cap. poſt appellationem. & Vincentius in libro Hiſtoriarum bis, ſemel libro vigeſimotertio, capit, trigeſimoprimo, loquens de Iſidoro, & iterum libro vigeſimoquinto, cap. octuageſimoquarto, agens de Iuone, & alijs Decretorum collectoribus: & ſanctus Antoninus par. tertia hiſtor. titulo decimooctauo, cap. ſexto. Tritemius vero in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis Gratianum agnoſcit huius collectionis auctorem: itémque in libro ſecundo de viris illuſtribus ordinis ſancti Benedicti: quo tamen loco addit (ipſam fortaſſe operis inceptionem ſpectans) fuiſſe ab eo compoſitum Anno Domini Milleſimo centeſimo vigeſimoſeptimo. Hanc collectionem Innocentius tertius in epiſtola ad Archiepiſcopum Compoſtellanum vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpoſitus eſt titulus nomine Gratiani.*

† Alij, Cluſio, alij Giuſ.

De notationib. in gloſſas.

Quod ad gloſſas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt, quæ in illis errata paulo maioris ponderis pro humani ingenij infirmitate obrepſerunt, ea in margine ſunt notata, & quid Catholice ſentiendum ſit, oſtenſum eſt. Hæ autem notæ, quibus aſteriſcus affixus eſt, neceſſario poſthac in omnibus impreſſionibus apponendæ erunt.

INDEX

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

Ambroſij ſermones aliquot, qui adhuc non extant impreſſi, ex bibliothecis Vaticana, & monaſterij Mediolanenſis ſancti Ambroſij.
Anſelmi collectio canonum ex Vaticana, & Hieronymi Pariſetti.
Alexandri ij epiſtolæ aliquot, partim miſſæ ab Antonio Auguſtino archiepiſcopo Tarraconenſi, partim ex bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti epiſcopi Patauini, Michaelis Thomaſij epiſcopi Ilerdenſis.
Anaſtaſij bibliothecarij chronicô, & verſio ſeptimæ ſynodi, & octauæ ſub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papæ concilium ex Hiſpania ex vetuſto codice monaſterij Populeti.
Bonifacij martyris epiſtola ex bibliotheca monaſterij B. Mariæ ſupra Mineruam.

C

Creſconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Verſellenſis.
Capitula aliquot Pontificum ex codẽ codice monaſterij Populeti.
Capitularium liber ſeptimus, & capitularia adiecta miſſa à Iacobo Amioto epiſcopo Antiſſiodorenſi ex bibliotheca eccleſiæ Belluacenſis.
Collectio decretorum Romanorum pontificum ab Auguſtino archiepiſcopo Tarraconenſi.
Codex canonum, qui apud veteres pontifices in vſu fuit, ex Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.
Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.
Collectio canonum ex bibliotheca eccleſiæ Mutinenſis.
Collectio canonum pœnitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaëlis Thomaſij epiſcopi Ilerdenſis.
Conciliorum Hiſpanienſium, & Carthaginẽſium varietates lectionis ex bibliothecis regis catholici Lucenſi, & Sorienſi à Cardinali Quiroga.
Centij Camerarij liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achillis Stathij.
Concilij alicuius fragmenta quædam poſt Anſelmi collectionem in codice Hieronymi Pariſetti.
Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monaſterio ſancti Saluatoris Bononienſi.

D

Decreti huius vndeuiginti exemplaria manuſcripta, partim ſine gloſſis, partim cum gloſſis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Verſellenſis, & Sirleti, Michẽlis Thomaſij epiſcopi Ilerdenſis, Achillis Stathij.
Decretorum excerpta ex bibliotheca ſancti Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuerſitatis Louanienſis.
Deuſdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus eccleſiaſticis ex Vaticana.

E

Eugenij ij. cõcilium ex Vaticana, & tertij ex Vaticana, & ex Gallia.
Emeritenſe concilium à Cardinali Quiroga.
Epheſini concilij primi antiqua verſio ex Vaticana.

F

Fulberti epiſcopi epiſtola deſcripta ex vetuſto codice eccleſiæ Belluacenſis à Iacobo Amioto epiſcopo Antiſſiodorenſi.

G

Gregorij iij. epiſtola ex bibliotheca monaſterij ſupra Mineruam.
Gelaſij ſcripta quædam, & aliorum Pontificum epiſtolæ ex Vaticana.
Gelaſij epiſtola ab Antonio Auguſtino archiepiſcopo Tarraconẽſi.
Gregorij j. epiſtolæ manuſcriptæ ex Vaticana, & epiſcopi Ilerdẽſis.
Gregorij vij. regeſtum ex Vaticana, & multis priuatis.
Gregorij iiij. epiſtola ad vniuerſos epiſcopos per Galliam &c. ex bibliotheca monaſterij ſupra Mineruam.
Gregorij x. epiſtola ad regem Armeniorum ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.
Græcorum patrum commentarij in ſacram ſcripturam, aliaque eorumdem ſcripta, & concilia ex Vaticana.

H

Humberti legati Leonis ix. ad libellum Nicetæ contra Latinos reſponſio ex monaſterio S. Mariæ nouæ.

I

Iſidori Hiſpalenſis operum codex ex monaſterio Neapolitano ſanctu Auguſtini Carbonaria.
Iſidori collectio canonũ ex Vaticana, & Dominicana ſupra Mineruam.
Ioannis viij. epiſtolæ ex Vaticana.
Iſidori collectionis canonum præfatio alia à vulgata, miſſa ab archiepiſcopo Tarraconenſi, & Aluaro Gomez ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ.
Iſidori epiſtola ad Lanfredum ex bibliotheca ſupra Mineruam.
Innocentij ij. concilium ex Vaticana.
Iſidori Hiſpalenſis regula monachorum ex Hiſpania.

L

Leonis iiij. epiſtolæ duæ, vna ex bibliotheca M. Antonij Mureti, altera ex bibliotheca Franciſci Turriani.
Leonis ij. epiſtolæ à Cardinali Quiroga ex vetuſto codice regiæ bibliothecæ.
Leonis iiij. concilium ex Vaticana.

N

Nicolai primi plures epiſtolæ ex bibliotheca ſupra Mineruam.
Nicolai concilium aduerſus Ioannem Rhauennæ archiepiſcopum ex bibliotheca eccleſiæ Mutinenſis.
Nicolaus ad conſulta Bulgarorum ex Vaticana.

P

Pontificalia manuſcripta ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.
Polycarpus, id eſt, collectio canonum Gregorij presbyteri ex Vaticana.
Petri Damiani oratio de priuilegio ſedis Apoſtolicæ, & diſceptatio inter regium aduocatum, & Romanæ eccleſiæ defenſorem ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.
Paſchalis primi epiſtola & decreta ex bibliotheca Ormanetti epiſcopi Patauini, & fragmentum concilij apud Guardaſtallum ex Vaticana.

R

Rhemenſe concilium in pago Troſleiano habitum, miſſum ab epiſcopo Antiſſiodorenſi.

S

Scriptum de moribus, vita, & morte Agapiti ex Vaticano.
Stephani v. epiſtola in collectione canonum incerti auctoris ex Vaticana.
Sanctorum vitæ ex bibliotheca S. Mariæ maioris.
Stephani iiij. concilium in collectione Deuſdedit Cardinalis ex Vaticana.
Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T

Ticinenſe concilium à Iacobo Amioto epiſcopo Antiſſiodorenſi.
Theodulphi capitula ex bibliotheca M. Antonij Mureti.
Theophanis cronicon ex Vaticana.
Toletanæ eccleſiæ priuilegiorum liber ex Hiſpania.
Toletana concilia xiiij. xv. xvj. xvij. à Cardinali Quiroga, & xvj. etiã à Petro Pontio epiſcopo Placentino.

V

Vrbani ij. concilium Placentinum, & fragmentum alterius concilij, & epiſtola L. prępoſito ſancti Iuẽtij ex Vaticana, Synodus apud Melphiã ex Vaticana, & à Iacobo Pammelio canonico Brugenſi, & concilij Claremontenſis apud Aluerniam ſummæ capitum à Franciſco Riccardotto epiſcopo Atrebatenſi ex vetuſto codice Lãberti epiſcopi Atrebatenſis, eiuſdémq; concilij fragmentum à Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & epiſcoporum Africanorum ad ipſum epiſtolę ex Vaticana.
Zachariæ decreta ex bibliotheca Ormanetti epiſcopi Patauini, Synodus Romana ex Vaticana, Frãcica ex Dominica ſupra Mineruam.

Hæc ſunt, quorum nunc memoria ſuppetit. Ceterùm & alia aliunde habita, & omnium fere librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuſcriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collati ſunt.

GREGORIVS PAPA XIII

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EMendationem Decretorum, locorúmque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & teſtimoniorum deprauationibus pleniſſimus,) à nõnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & alijs eruditiſſimis viris adhibitis cõmiſſam, multis autem, variiſque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetuſtiſſimis Codicibus vndique cõquiſitis, auctoribúſque ipſis, quorum teſtimoniis vſus erat Gratianus, perlectis, quæque perperam poſita erant ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita eſt operis ipſius dignitatis, & publicæ eorum præſertim, qui in hoc ſtudio verſantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & repoſita ſunt, omnia quàm diligentiſſimè retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ſecunda Iunij. M. D. LXXXII. Pontificatus noſtri Anno vndecimo.

ANT. BVCCAPADVLIVS.

CONCOR

" Gl. Ioan. ſuppleuit in multis Bar. Brix.

QVoniam nouis ſuperuenientibus cauſis, nouis eſt remedijs ſuccurrendum: " idcirco ego Bartholomæus Brixienſis confidens de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandum, non detrahendo alicui, nec attribuendo mihi gloſſas, quas non feci: ſed ſupplendo defectum ſolummodo, vbi correctio neceſſaria videbatur, vel propter ſubtractionem decretalium, & diminutionem earundem, vel propter iura, quæ ſuperuenerunt de nouo. Interdum etiam ſolutiones interpoſui quæ prætermiſſæ fuerant a Ioanne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Eccleſiæ Romanæ, & ad communem vtilitatem omniũ ſtudentium in iure canonico Bart.

de hoc tit. dictum eſt in præfatione.

CONCORDIA DISCORDANTIVM Cánònum,

AC PRIMVM a DE IVRE diuinæ & humanæ conſtitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

Ps. 1. *HVmanum genus a duobus b regitur, naturali c videlicet iure, & moribus. d Ius naturale eſt, quod in lege & Euangelio continetur: quo quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult e fieri, & prohibetur f alij inferre g quod ſibi nolit fieri. Vnde Chriſtus in Euangelio h: (Omnia quæcunque vultis i vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc eſt enim k lex & Prophetæ.)*

Matth. 7.

Hinc l Iſid. in v. lib. etymolog. c. 2. ait.

NOT. a ¶ Ac Primum.] *Hoc loco in manuſcriptis codicibus magna eſt varietas. Nam partim nulla eſt hoc loco inſcriptio: partim ut a legitur.* De iure ſcripto, & non ſcripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & duorum malorum electione, ſiue diſpenſatione. *Aut*, Ac primum de iure conſtitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. *Aut*, De iure naturæ, & humanæ conſtitutionis, *quam Dominic. de Gem. agnoſcit, & extat in nonnullis antiquis bu editionibus. Aut*, De iure naturæ, & conſtitutionis: *quæ inſcriptio maxime uide ur conuenire tractationi Gratiani, qui ſæpe ad hæc capita venertitur, ut in tio diſt. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. ſi cum cauſæ, hunc locum indicans ſcribit*: Require in principio, vbi differentia ſignatur inter ius naturale, & ius conſtitutionis. *Veruntamen in hac tanta varietate, quæ, ut aliæ coniectura mittantur, argumento eſſe poteſt, nullam hic à Gratiano ipſo poſitam eſſe rubricam ſatis uiſum eſt recenta vulgata lectione cæteras notare.*

¶ Diuinæ leges, natura, humanæ moribus conſtant. C. I.

OMnes leges m aut diuinæ ſũt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus conſtant: ideóq; hæ diſcrepant n, quoniam aliæ alijs o gentibus placent. ¶ Fas lex diuina eſt: ius lex humana. ¶ Tranſire per † agrum alienum p fas eſt q, ius non eſt.

Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter ſe lex diuina & humana, cum omne quod fas eſt, nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur, nomine vero legis humanæ, mores iure conſcripti, & traditi intelligantur. Eſt autem ius generale nomen, multas ſub ſe continens ſpecies. Vnde in e. lib. etym. c. 3. Iſid. ait.

¶ Ius genus, lex autem ſpecies eſt. C. II.

IVs generale r nomẽ eſt, lex autem iuris eſt ſpecies. Ius autẽ eſt dictũ, quia iuſtũ eſt. Omne autem ius legibus, & moribus conſtat.

HVmanum genus.] Hæc diſtinct. diuiditur in duas partes. In prima probat per quattuor canones, quòd humanũ genus regitur duobus, ſcilicet iuribus, & conſuetudinib. In ſecunda parte, quæ incip. ibi, *Eſt & alia*, ponit ſeptem differentias iurium. Ioann. de Fant. & Petr.

CASVS. iſte ſic ponitur. Dicitur hic, quòd duo ſunt inſtrumenta, per quæ genus humanum regitur & gubernatur, ſcilicet ius naturale, & conſuetudo ſiue mos. Ius naturale eſt quod in lege & in Euangelio cõtinetur: quo iure quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri, & hoc prohibetur alij inferre, quod ſibi nolit fieri: & hoc probatur auctoritate Chriſti dicentis, Omnia quæcunque, &c.

a ¶ *Humanum genus.*] Tractaturus dominus Gratianus de iure can. primo incipit a ſimplicioribus ſecundũ naturã, ſcilicet a iure naturali, " quod antiquius & dignius eſt a. Cœpit enim ab ipſa rationali creatura, vt inſt. de rer. di. §. commodius. Aſſignat ergo multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vſque ad 15. diſt. in qua aggreditur principale propoſitum de iure can. originem eius aſſignans.

" Ius natur. reliquis antiquius eſt.
a Vt 5. diſt. c. 1. in prin.

b ¶ *Duobus.*] Signatur contrarium. infra 96. diſtin. duo. ſed illis duobus regitur tanquam auctoribus, iſtis tanquam inſtrumentis. 11. q. 1. c. ſicut enim. §. ex his.

c ¶ *Naturali.*] id eſt, diuino b.

b Idẽ Alc. & Im. in l. militis. C. de teſta mil.

d ¶ *Moribus.*] id eſt, conſuetudinario iure, vel etiam iure humano, ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto. 25. q. 2. inſtitutionis.

e ¶ *Vult.*] Sed nonne ergo volo quòd alter det mihi rem ſuam, non tamen ego volo ei dare rem meam? Expone ergo, " vult, i. debet velle. & ſic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod vis. & ſic exponitur lex. ff. de ſol. l. 2. vel expone, iubetur, i. conſulitur c. ſic econuerſo verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur 11. q. 3. rogo.

" volo, i. velle debeo.
c Cõſulitur, & male, qa oĩno præceptũ eſt ſi expõe, vult ex eodẽ naturali dictamine, ñ aũt ex prurbõe cõcupiſcentiæ.

f ¶ *Prohibetur.*] Nunquam inuenimus expreſſe prohibitum in lege, vel in Euangelio, niſi per quandam conſequentiam. Nam vbi vnum contrarium præcipitur, per conſequens aliud prohibetur: ſic vbi aliquid iudicatur meum eſſe, per conſequens iudicatur tuum non eſſe. ff. de proc. Pomponius. 2.

g ¶ *Inferre.*] Sed nonne iudex vult inferre mortem reo, ſed tamen non vult vt ſibi mors inferatur? Sed dic, " quòd iudex non infligit mortem, ſed lex, vt 23. q. 5. homicidas. & cæum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus miſericordiæ, ad quæ quilibet tenetur, vt 86. diſt. non ſatis. Ioan.

" Iudex non condemnat, ſed lex.

h ¶ *In Euangelio.*] Matth. 7.

i ¶ *Vultis.*] id eſt, debetis velle.

k ¶ *Hæc eſt enim.*] id eſt, in his conſiſtit. ſic ponitur ibi, Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt omnis homo. Eccl. 12. de pœn. diſt. 2. charitas.

l ¶ *Hinc.*] Ad probandum diuiſionem ſupradictam.

OMnes leges.] CASVS. Cap. iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd legum aliæ ſunt diuinæ, aliæ humanæ: diuinæ natura, humanæ autem moribus conſtant: & quia mores hominum ſunt diuerſi, propter quos humanæ leges ſtatuuntur, ideo humanæ leges diſcrepant: quoniam aliæ alijs placent, & aliæ aliis. In ſecunda parte dicitur, quòd hoc nomine, fas, lex diuina: hoc nomine, ius, lex humana continetur. In tertia parte dicitur, quod tranſire per agrum alienum fas eſt, id eſt iure diuino permittitur: ius autem non eſt, id eſt, non permittitur iure humano. Secunda pars incipit ibi, *Fas*. Tertia ibi, *Tranſire*.

m ¶ *Omnes leges.*] id eſt, omnis lex. " & ponitur plurale pro ſingulari. ſi enim demonſtrares duas leges, vnam diuinam, & aliam humanam, non poteſt vere dici; iſtæ leges aut ſunt diuinæ, aut humanæ. Et valet talis interpretatio in reſcriptis quandoque cum ita ſcribitur: ſi iſta vera ſunt, id eſt, ſi hoc verum eſt, & ſi illud verum eſt, ſic ext. de ap. ſignificauit. in fi. & extr. de præben. cum iam dudum. & ext. de reſcr. ex parte. ſic 3. q. 1. in primis d. & ff. de cond. & dem. falſa. & ff. de ſtat. ho. ſumma.

" Plurale in ſingulare reſoluitur.
d Ibi, ſi alij accuſatores, &c.

n ¶ *Diſcrepant.*] Non tamen ſunt contrariæ. nam trãſire per agrum alienũ diuina lex permittit, humana prohibet, " ſed prohibitio & permiſſio non ſunt contraria. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apoſtolus prohibet, vt 28. q. 1. iam nunc.

† per alienũ] In Iſid. manu.
" prohibitio & permiſſio cõtraria non ſunt.

o ¶ *Alijs.*] vt infra ea. diſt. illa. & infra 32. diſtin. placuit.

p ¶ *Alienum.*] " Sed nonne iure naturali omnia ſunt communia, vt infra c. ius naturale. & infra diſt. 8. quo iure. non ergo aliquis ager alienus eſt, ideo expone, alienum, id eſt, qui eſt alienus modo.

" Oĩa ſunt cõia iure naturali.

q ¶ *Fas eſt.*] id eſt, æquum eſt e cum ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus, vt 22. q. 2. c. vlt. Item iure diuino licitum eſt comedere vuas in agro alterius, ſed non exportare: conterere ſpicas & comedere licitum eſt. 6. q. 3. c. 1. ſed non mittere falcem, vt infra de conſ. diſt. 5. diſcipulos. ſed licet ſit æquum iure diuino, tamen non eſt ius, id eſt, ius non dat ciuilem actionem. Vbi enim aliquid mihi prodeſt, & tibi non nocet, æquum eſt vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat, vt ff. de aq. plu. arc. in ſumma. §. item Varus. Tranſire tamen per agrum alienum licet in caſibus, ſcilicet ſi ſeruitutem debeat, vt C. de ſerui. per agrum. Item ſi theſaurum ſuum quis vult effodere. ff. ad exhib. theſaurus. in fin. Item ſi glans mea decidit in agrum tuum. ff. de glan. leg. l. vnic. & dum quæro hominem fugitiuum. ff. de ſer. fug. diuus. & in alio caſu. 23. q. 2. c. vlt. Item dum via publica deſtructa eſt, vt ff. quemad. ſer. am. ſi locus. §. vlt. Ioan.

e Vel dic, i. lic tũ eſt, ſ. dño ñ phibẽte phibitio em dñi tollit hãc pmiſſionẽ. Et dicas licitũ eſſe ei in ſua natura, & à iure naturali pmiſſũ, & à l. Moſaica. nã ius poſitiuũ ex cõſtitutione licitũ eſt, ñ ſemper æquũ eſt, ſecundũ Laur.

EX VERBIS. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c. differentiam eſſe inter legem diuinam & legem humanam: cum omne quòd fas eſt, nomine diuinæ vel naturalis legis intelligatur: nomine vero legis humanæ mores conſcripti & traditi intelligantur. In fine dicit, quòd ius eſt generale nomen multas cõtinens ſpecies: & hoc probat per ſequentia.

IVs generale.] Caſus trium capitulorum ſequentium planus eſt, & per te videbis.

r ¶ *Ius generale.*] quia iuſtum eſt: nec iudex dicitur niſi iuſtus ſit, vt 23. q. 2. c. 1. Quandoque eſt aliquod ius quod non eſt æquum nec iuſtum, vt ſi alicuius vxor adulteratur, quòd ille non poſſit promoueri, vt 34. diſt. ſi cuius. quod intelligo ſi ille poſtea cognouerit eam f: quia ſine culpa ſua puniri non debet, vt 16. q. 7. inuento. Item æquum & iuſtum eſt, vt nemo cum alterius iactura locupletetur, vt extr. de pœn. ſitam. & ff. de cond. ind. nam hoc. & tamen contra illam æquitatem inducta eſt vſucapio ſiue præſcriptio. Item iniquum eſt vt vnus puniatur pro alio: quia non debet vltra progredi pœna quam reperiatur delictum, vt extr. de his quæ fi. a ma. par. cap. quæſiuit. tamen contra hanc æquitatem multa iura loquuntur, vt 1. q. 4. eccleſia. §. item ex peccato Achor. & 6. q. 1. ſunt plurimi. §. verum. & exer. de ſponſ. non eſt vobis. " Sed dic quòd in omnibus caſibus ex cauſa & pro bono pacis vel publico inducitur quandoque rigor contra naturalem æquitatem: quandoque tamen ſine ratione inducitur rigor contra æquitatem: & hoc ſolum pro ratione ſufficit, quòd ita ſcriptum eſt, vt ff. qui & a quib. manu. lib. non fi. proſpexit.

f Siue ſcienter, ſiue ignoranter.
" Rigor quãque pfertur æquitati.

a L*Ex eſt, &c.*] iuſtum præcipiens, & contrarium prohibens. 23. q. 4. ſi eccleſia. in fi. & dicitur lex eo quòd legitime ligat. 2. diſt. omnis. Archid.

b M*Os eſt longa.*] Quam conſuetudinem dicis eſſe longam, vel quot vices dicis inducere conſuedinem? nunquid illud quod bis factum eſt, vt 25. q. 2. ita nos. Vel illam quæ ter facta eſt, vt extra de elect. venerabilem. in fi. Vel illam quæ ſæpius quam ter eſt facta, vt extra de cauſa poſſ. & prop. cum eccleſia Sutrina. Vel illa quæ decies facta eſt: ſicut longa præſcriptio dicit quæ eſt x. annorum, vt C. de præſcr. lon. temp. per totum. Vel illam cuius non extat memoria, vt 3. q. 6. hæc quippe. ff. de aqua quoti. hoc iure. §. ductus aquæ? "Dici conſueuit quòd in criminalibus duæ vices inducunt conſuetudinem: ſed in aliis tres non ſufficiunt. C. de epiſ. au. l. 4. in fi. Ioan. Hoc teneas pro certo, quòd ſecũdum ius canonicum non valet conſuetudo, niſi præſcripta ſit & rationabilis, vt extra de conſuet. c. vlt. Videtur tamen hic quòd quaternarius actus inducat conſuetudinem. C. de ſer. l. vlt. Bart. Brix.

1 Vide c. 3.

a Iſid. ibid. Iuo p. 4. c. 200.

† *tantumd.* In Orig. manuſc. & aliquot Gratiani.

" Conſuetudo quot vicib. inducitur.

3 Iſid. ibid. Iuo ibid. Pann. l. 2. c. 161. Tertull. in l. de corona militis.

¶ Quid ſit lex. C. III.

1 L Ex eſt [a] conſtitutio ſcripta.

¶ Quid ſit mos. C. IIII.

2 M Os eſt longa [b] conſuetudo de motibus [c] tantummodo † tracta.

¶ *Apud Iſidorum hæc antecedunt.* Mos eſt vetuſtate probata conſuetudo, ſiue lex non ſcripta. Nam lex a legendo vocata eſt, quia ſcripta eſt. Mos autem longa conſuetudo eſt, &c.

¶ Quid ſit conſuetudo. C. V.

3 C Onſuetudo autem eſt ius quoddam moribus inſtitutum [d], quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex [e]. ¶ Nec differt, an ſcriptura, an ratione conſiſtat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro ſi ratione [f] lex conſtat: lex erit omne iam quod ratione conſtiterit, dumtaxat, quod religioni conueniat [g], quod diſciplinæ congruat [h], quod ſaluti proficiat [i]. Vocatur autem conſuetudo, quia in communi eſt vſu.

c ¶ *De moribus.*] Hæc deſcriptio dupliciter videtur inconueniens, & quia idem ponitur in deſcriptione quod in deſcripto: & quia idem ponitur pro ſpecie & genere. Sed dic quòd aliter ſumitur hic hoc nomen, mos; & aliter hoc nomen, moribus; & aliter hoc nomen, conſuetudo. " Nam mos ſumitur pro iure non ſcripto, conſuetudo ſumitur generaliter pro iure ſcripto & non ſcripto, vt infra c. prox. ſed hoc nomen moribus, ſumitur hic pro frequentibus actibus hominum. Ioan.

" Mos & mores differũt.

C*Onſuetudo.*] CASVS. Capitulum iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur diffinitio conſuetudinis, quæ talis eſt. *Conſuetudo eſt ius quoddam, &c.* In ſecunda parte quæ incipit ibi, *Nec differt.* dicitur quòd non refert vtrum conſuetudo ſit ſcripta, an ſola ratione, id eſt ſine ſcriptura conſtet: quoniã & legem ratio commendat. In tertia parte quæ incipit ibi, *Porro.* dicitur quòd lex eſt ratio: quia rationem habet: & conſuetudo erit lex, id eſt, ſeruabitur pro lege, quæ rationem habet, dummodo religioni congruat, diſciplinæ conueniat, ſaluti proficiat: & dicitur conſuetudo, quia in vſu communi eſt.

d ¶ *Inſtitutum.*] " Videtur hic manifeſte, quod plures vices non ſufficiunt ad hoc vt aliquid dicatur conſuetudo, niſi inſtitutum ſit, quòd illud pro conſuetudine amodo ſeruetur. nam poteſt eſſe quòd ex gratia vel tolerantia hoc ſæpius permiſſum ſit, vt extra de verb. ſignific. abbate. & 10. quæſt. 3. quia cognouimus. vnde licet aliquid ſæpius factum ſit, niſi eo animo factum ſit vt in poſterum fieret: etiã ſi ſuo iure id faceret, talis vſus non dicitur vſus, vt ff. de itin. actúque priuat. l. 1. §. Iulianus recte ait. & l. vlt. Item alia ratione patet, quòd ſolæ vices non inducunt conſuetudinem: quia licet pluribus vicibus aliquid iudicatum ſit, non ideo in poſterum ita iudicandum eſt: quia non exemplis, ſed legibus eſt iudicandum, vt C. de ſent. & inter. nemo. ſed ſecundum conſuetudinem bene iudicatur [a], vt extra de eo qui mit. in poſ. cum veniſſet. 11. diſt. illa. & 32. diſt. placuit. Item multa alia requiruntur ad hoc, vt aliquid dicatur conſuetudo, vt dicemus infra diſt. 8. fruſtra.

" Conſuetudo an egeat inſtitutione.

a Arg. ext. de teſt. Raynutius. §. dict. ver. pcedit. de hoc not. 11. diſt. illud in gl. arg. cõtra ibi videas.

e ¶ *Cum deficit lex.*] Hic videtur quòd tunc demum recurrendum eſt ad conſuetudinem, cum lex deficit. Et ſic eſt arg. quòd nunquam ſecundum conſuetudinem eſt iudicandum, ſi ius contrarium præcipiat, & arg. infra 11. diſt. conſuetudinis. & c. conſequens. & infra diſt. 8. ſi conſuetudinem. & c. conſuetudo. & extra de ſen. & re iu. cum cauſa. & extra de for. comp. quod clericis. Reſpondetur, quòd non ſecundum conſuetudinem, ſed ſecundum iura eſt iudicandum, vt ff. de ſepul. viol. l. 3. §. diuus. ſecundum hoc multa occurrunt contraria, vt infra 32. placuit. & extra de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent. & extra de cog. ſpir. ſuper eo. & extra de arb. dilecti. & ext. de conſuet. c. 2. & extra de teſta. c. ad hæc. Ex iſtis omnibus habetur, quòd conſuetudini ſtatur contra ius ſcriptum. Solutionem autem iſtius quando conſuetudo præiudicet iuri, dicemus infra 8. diſtinct. c. fruſtra. Ioan. Hoc tene, " quòd conſuetudo rationabilis & præſcripta iuri ſcripto præiudicat. ita mihi videtur, vt extra de conſue. c. vlt. etiam ſi alia interueniant, de quibus facit mentionem Ioan. in illo c. fruſtra. B. Sed ad quam cõſuetudinem dicis recurrendum? an ad conſuetudinem terræ? an ad Romanam conſuetudinem? an ad conſuetudinem loci vbi contractum fuit? an ad conſuetudinem vicinarum prouinciarum? Videtur quòd ad conſuetudinem Romanam, vt infra 11. diſt. c. vlt. Inſt. de ſatiſd. §. vlt. Econtra videtur, quod ad conſuetudinem loci, vt 12. diſt. illa. & C. de ædi. priu. an in totum. & iura præal. ad hoc inducas. " Ad hoc dico, quòd iudex maxime delegatus primo ſecundum canones iudicabit: deficientibus canonibus iudicet ſecundum leges [b], vt extra de no. ope. nun. intelleximus. & infra diſtin. 10. ſi in adiutorium. deficiente omni iure procedat ad generalem conſuetudinem [c], vel etiam particularem, cum defuerit generalis: licet quidam tunc dicant recurrendum ad conſuetudinem Romanam: deficiẽte iure & conſuetudine procedat de ſimilibus ad ſimilia, vt 10. diſt. de quibus. ff. de legib. l. non poſſunt. omnibus deficientibus, ad Romanam conſuetudinem procedat, vt ff. de leg. & conſt. de quibus. in princ. licet ſit argu. q̃ ad conſuetudinem vicinarum prouinciarum ſit recurrendum, vt extra de cen. ſuper eo.

" Conſuetudo vtrũ præiudicet iuri ſcripto.

" Iudex per quæ iura debet iudicare.

b De hoc 16. q. 3. §. cum autem. ver. ſed ſicut.

c Adde Bal. in l. aduerſus C. ſi ad rem iu. & Ale de Im. in l. ſolet. ff. de iu. om. iu. circa prin.

Cum itaque dicitur, non differt vtrum conſuetudo ſcriptura, vel ratione conſiſtat, apparet, quòd conſuetudo eſt partim redacta in ſcriptis, partim moribus tantum vtentium eſt reſeruata. Quæ in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio, ſiue ius vocatur †: quæ vero in ſcriptis redacta non eſt, generali nomine, conſuetudo videlicet appellatur. Eſt autem & alia diuiſio iuris, vt in eod. libr. 5. c. 4. teſtatur Iſidorus ita dicens.

¶ Quæ ſint ſpecies iuris. C. VI.

I Vs † autem aut naturale eſt, aut ciuile, aut gentium 4.

¶ Quid ſit ius naturale. C. VII.

5 I Vs naturale [k] eſt commune omnium nationum, eo quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur; vt viri & fœminæ coniunctio [l], liberorum ... fruſtra.

† *quando ita ſimpliciter, ut ex nunc ſtatuitur: ſed ſi cõſuetudo publica ex ſcripto in ſcriptis redigitur, & ... tur, ne dubitetur, & alia probãe opus ſit, nihilominus conſuetudo eſt.*

f ¶ *Ratione.*] Arg. quòd deficiente lege vel canone poteſt allegari ratio, vt 19. diſt. ſi Romanorum. & diſtin. 8. fruſtra.

† *ius aut naturale*) Ori. & aliquot Gratiani codices.

4 ebeor tex. in §. huius ſtudij. verſi. dicendum. Inſtit. de iu. & iur.

5 Iſid. e c. 4.

g ¶ *Quod religioni conueniat.*] multa enim ſunt contra rationem,* tamen congruunt religioni, vt virginem peperiſſe.

h ¶ *Quod diſciplinæ congruat.*] quia licet prælatus de ratione poſſit coercere ſubditum delinquentem: tamen diſciplinate tenetur ipſum coercere, vt proficiat ei ad ſalutem, vt 45. diſtinctione. cum beatus.

i ¶ *Quod ſaluti proficiat.*] licet ratio * ſit quòd homo debeat perſequi inimicum: tamen non proficit non ad ſalutem.

* *propriè non ſunt contra rationem ſed ſupra rõem.*

* *eſt ratio uel deprauata, uel infirma, cum non proficit ad ſalutem.*

CVM ITAQVE. CASVS. Infert ex ſupradictis capitulo conſuetudo. dicens, cum non refert, an ſcripta ſit conſuetudo, vel non ſit ſcripta: apparet quòd quædam conſuetudo eſt tradita in ſcriptis: quædam moribus vtentium reſeruatur. quæ autem ſcripta eſt, conſtitutio ſiue ius vocatur: quæ ſcripta non eſt, conſuetudo vocatur. Et dicit etiam quòd eſt alia diuiſio iuris, & ad hoc inducit ſequens capitulum, exempla ponendo de quolibet membro diuiſionis.

I*Vs autem.*] CASVS. Capitulum iſtud diuiditur in tres partes. In prima diuidit Iſidorus ius trifariam, in ius naturale, in ius ciuile, & in ius gentium. In ſecunda parte, quæ incipit, *Ius naturale.* dicitur quod ius naturale eſt commune omnium nationum, eo quòd inſtinctu naturæ procedit, & non ex conſtitutione aliqua. In tertia quæ incipit ibi, *Vt viri.* ponit viij. quæ ex naturali iure procedunt, vt viri & fœminæ coniunctio, &c. nam iſta aut his ſimilia de iure naturali procedunt.

k I*Vs naturale.*] Ad intelligentiam iſtorum nota " quòd natura multis modis dicitur: quandoque dicitur natura vis inſita rebus ſimilia de ſimilibus procreans. Secundo modo dicitur natura quidam ſtimulus, ſeu inſtinctus naturæ ex ſenſualitate proueniens ad appetendum, vel ad procreandum, vel ad educandum. 32. q. 5. horrendus. ff. de ven. inſpic. l. 1. §. ius naturale. Inſtit. de iure nat. genti. & ciuil. in princ. Tertio modo dicitur inſtinctus naturæ ex ratione proueniens, & ius ex tali natura proueniens dicitur naturalis æquitas, & ſecundum hoc ius naturæ dicuntur omnia communia, id eſt, communicanda tempore neceſſitatis, vt 47. diſt. ſicut. Quarto modo dicitur ius naturale præcepta naturalia, hoc eſt: Non furtum facies: Non mœchaberis. 32. q. 7. quid adulterio. Inſt. de ob. quæ ex delict. naſc. circa princ. & omne ius diuinum * dicitur naturale ius. & ſecundum iſtud ius ſimiliter omnia dicuntur communia id eſt, communicanda, bene enim fuit aliquid proprium * de iure diuino. nam ipſi Adæ fuit dictum: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. & alibi: Non concupiſces rem proximi tui. 47. diſtin. virum. Similiter ius ciuile dicitur varijs modis. " Quandoque dicitur ius ciuile illud ius, quòd non eſt naturale, vel ius gentium. ſecundum hoc ius canonicum dicitur ius ciuile, ſecundum quòd hic ſumitur. Secundo modo dicitur ius ciuile omne illud quod non eſt canonicum ius. Tertio modo ius ciuile dicitur lex duodecim tabularum. ff. de origin. iuris. l. 2. §. exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differẽtiam iuris prætorij. Ioan.

" Ius naturale dr̃ multipliciter.

* *declaratur infra diſt. 6. c. non eſt peccatum §. his itaque.*

* *uide B. Th. 2. 2. q. 57. artic. 3.*

" Ius ciuile quadrupliciter dicitur.

l ¶ *Coniunctio.*] ſi intelligas de coniunctione corporum, ſecundum hoc eſt ius naturale prouenẽs ex ſenſualitate. Si intelligas de coniunctione animorum [d], eſt ius naturale ex ratione proueniens. extra de bigam. debitum.

d Sub. & qũ cõiunctione eſt intelligẽdũ ſecundum Ber

a ¶ *Succeſſio.*] Non intelligas de ſucceſsione quæ fit per hæreditatem, cum illa non ſit naturalis: ſed de ſucceſsione per carnis propaginem. Vel etiam intelligi poteſt de illa qua liberi iure naturæ ſuccedunt parentibus. ff. vnde libe. l. 1. & l. ſcripto. §. non ſic.
b ¶ *Educatio.*] Patres enim theſaurizant filiis, non filij parentibus, vt 16. q. 1. prædicator. " ſimiliter filius patrem egentem cogitur alere. 22. q. 4. inter. & C. de alen. li. l. 1. & 2. & in caſu mater filiū, & libertus patronum, vt ff. de lib. arg. ſi quis. §. idem in liberis. & §. ſolent.

de legat. l. vlt. Ioannes Theutonicus.
o ¶ *Alienigenas.*] vt 28. q. 1. caue. & c. ſeq.
IVs militare.] CASVS. Hic oſtendit Iſidorus quæ ſpectant ad ius militare: videlicet belli inferendi ſolennitates, fœderis faciendi nexus, &c.

ſucceſſio a [a], & educatio [b], communis omnium [c] poſſeſſio, & omnium vna libertas, acquiſitio eorum, quæ cælo, terra, marique capiuntur [d]; item depoſitæ [e] rei, vel cōmendatæ † [f] pecuniæ reſtitutio, violentiæ per vim [g] repulſio. ¶ Nam hoc, aut ſi quid huic ſimile eſt, nunquam iniuſtum, ſed naturale, æquumque habetur.

a ¶ Succeſsio.] *In tribus codicibus manuſcriptis Iſidori & aliquot Gratiani legitur* . liberorum ſuſceptio, & educatio; *quæ lectio conuenit cum l. 1. ff. de iuſt. & iu. verſic. hinc deſcendit.*

¶ Quid ſit ius ciuile. C. VIII.

1 IVs ciuile eſt, quod quiſque populus, vel quæque ciuitas [h] ſibi proprium diuina [i], humanaque cauſa conſtituit [2].

¶ Quid ſit ius gentium. C. IX.

3 IVs gentium eſt ſedium [k] occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes [l], poſtliminia [m], fœdera, paces, induciæ [4], legatorum [n] non violandorum religio, connubia inter alienigenas [o] prohibita. Hoc † inde ius gentium appellatur; quia eo iure omnes fere gentes vtuntur.

¶ Quid ſit ius militare. C. X.

5 IVs militare eſt belli inferendi ſolennitas, fœderis [p] faciendi nexus; ſigno dato egreſſio in hoſtem, vel pugnæ commiſſio; item ſigno dato receptio: item flagitij militaris diſciplina, ſi locus deſeratur [q]: item ſtipendiorum modus [r], dignitatū [s] gradus, præmiorum honor; veluti cum corona [t], vel torques [u] donantur; item prædæ deciſio, & pro perſonarū qualitatibus & laboribus † iuſta diuiſio, ac principis portio [x].

¶ Quid ſit ius publicum. C. XI.

6 IVs publicum eſt [y] in ſacris, & in ſacerdotibus, & in magiſtratibus.

¶ Quid ſit ius Quiritum. C. XII.

7 IVs Quiritum [z] eſt proprie Romanorum, quod nulli [a] tenent, niſi Quirites, id eſt, Romani. [8] ¶ In quo agitur de legitimis hæreditatibus [b], de cretionibus [a], de tutelis, de vſucapionibus [c]; quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur; ſed propria ſunt Romanorum, & in eoſdem ſolos conſtituta.

a ¶ Cretionibus.] *Antea legebatur* vel curationibus, vel de contractibus. *Emendatum eſt ex codicibus Iſidori tam impreſsis, quàm manuſcriptis. Quid autem ſit cretio, declarat Vlpianus in ſuis tit. l. c. 22. & ipſemet Iſidor. eod. lib. 5. Etymolog. c. 24.* 9

DISTINCTIO II.

¶ s ps

COnſtat [10] [d] *autem ius Quiritum ex legibus: & plebiſcitis, & ſenatusconſultis, & conſtitutionib. principum, & edictis †, ſiue reſponſis prudentum.*

" filius egētē patrē cogitur alere.

† al. commodata reſtitutio.

c ¶ *Communis omnium.*] id eſt, nihil erat proprium alicui iure diuino [a]. Vel dic communis, id eſt, communicanda tempore neceſsitatis, vt 47. diſt. ſicut. " nam etiam ſecundum legem Rhod. tempore periculi cibaria maxime erant communia, vt ff. ad l. Rhod. l. 2. §. cum in eadem naue. in fi. 12. q. 1. dilectiſsimis.

a cōcor. tex. in l. ex hoc iure. cū ibi no. ff. de iu. & iur.
" Tempore neceſsitatis omnia ſunt cōicanda.

1 Iſid. e. l. c. 5.

d ¶ *Capiuntur.*] Hæc enim & alia, quæ in nullius bonis ſunt, cedunt occupanti, vt Inſtit. de rer. diu. §. feræ.
e ¶ *Item depoſitæ.*] Fallit in duobus caſibus, vt 5. 22. q. 2. c. ne quis. & ſi dominus & deponens ſimul petunt rem, potius reſtituitur domino, vt ff. depoſ. bona fides.
f ¶ *Commendatæ.*] commēdare idem eſt quod deponere, vt ff. depo. Lucius Titius.
g ¶ *Per vim.*] quod cuilibet licet, vt ff. de iuſt. & iu. vt vim. in fi. extra de ſent. exc. c. 3. §. ſi vero. in fi. De illa materia habes no. 23. q. 1. in ſumma. Ioan.

2 cōcor. tex. in §. ius autē ciuile. inſti. de iu. na. gē. & ci.
3 Iſid. e. l. c. 6
4 cōcor. tex. in l. ius autē gētiū. cū gl. in ver. bella. Inſti. de iur. na. gē. & ci.
† & inde ius gentium, quia eo.]
Orig.
5 Iſid. e. l. c. 7

IVs ciuile.] CASVS. Dicitur hic ius ciuile quod populus vel ciuitas ſibi proprium conſtituit cauſa Dei vel hominum.
h ¶ *Vel quæque ciuitas.*] ſic aliqua eccleſia ius ſibi ſtatuit, vt infra diſt. 11. catholica. & de conſec. diſt. 3. pronunciandum.
i ¶ *Diuina humanaque.*] id eſt, cōtemplatione Dei. de conſec. diſt. 3. c. 3. & hominum, vt ff. de fer. l. 1.
IVs gentium.] CASVS. Hic enumerantur xj. quæ procedunt à iure gentium, ſcilicet ſedium occupatio, &c. & dicitur ius gentium: quia fere omnes gentes indifferenter vtuntur eo.
k ¶ *Sedium.*] ſcilicet hoſtilium, vt 23. q. 7. ſi de rebus. & q. 5. dicat aliquis. Inſtit. de re. di. §. item quæ ex hoſtibus. ff. de acq. rer. do. naturalem. §. fi. Vel dic ſedium vacantium, quæ occupanti conceduntur, vt Inſtit. de rer. diu. §. feræ. Alioquin ſi propria auctoritate raperet etiā rem ſuā, cadit à dominio, [b] vt infra 16. q. 6. placuit. ff. quod met. cauſa. extat. C. vnde vi. ſi quis in tantam. niſi forte alio modo non poſſet eam conſequi per iudicem, vt 23. q. 2. c. 1. & 2. & ff. quæ in frau. cred. ait prætor. §. ſi debitorem. Ioan.
l ¶ *Seruitutes.*] alibi dicitur quòd ſeruitus ſit inducta per ebrietatem. 35. diſt. ſexto die. alibi videtur inducta ex præſcriptione ſeptennij, vt dicam infra diſt. 7. §. ius autem. in ſumma. in gl. quæ incipit, a iudiciis. ſuper illo ver. iuſtificationibus. ſed dicitur inducta de iure gentium: quia ius gentium eam approbat, non quòd eam primo inuenerit. Si ergo bellum iuſtum eſt, qui capitur, fit ſeruus capientis, vt 23. q. 5. dicat. " & ſecundum hoc peccat taliter captus, ſi recedat a domino ſuo, vt 17. q. 4. ſi quis ſeruum. ſed ſi bellum non eſt iuſtum, licitum eſt ei fugere dum poteſt, vt ff. de cap. nihil intereſt. Ioan.
m ¶ *Poſtliminia.*] Poſtliminium eſt ius quo reſtituitur alicui res quam per captiuitatem amiſerat, vt 16. q. 3. prima actione. & 34. q. 1. cum per bellicam. niſi ſint arma, quæ non reſtituuntur: quia illa turpiter amiſit, vt ff. de capt. l. 2.
n ¶ *Legatorum.*] ſi quis legatum vel amicorum vel hoſtium impedit, ſecundum canones excommunicatur, vt 94. diſt. ſi quis. 24. q. 3. ſi quis. ſecundum leges traditur hoſtibus, vt ſit ſeruus illorum. ff.

b Ad huius dicti declarationem vide quod no. ext. de cauſ. poſ. & prop. paſtoralis. in gl. ſed nunquid. & in glo. ſed ſi non potuit.
" Captus in bello an licite poſsit aufugere.

p ¶ *Fœderis.*] id eſt, pacis componendæ.
q ¶ *Deſeratur.*] " ſecundum canones qui fugit in bello publico, infamis eſt, vt 6. q. 1. infames. ſecundum leges capite punitur, vt ff. de re mil. omne. §. qui in acie. Ioannes Theutonicus.
r ¶ *Modus.*] infra 12. q. 2. Vulteranæ. & infra 16. q. vlt. c. 1. & c. contra.
s ¶ *Dignitatum.*] quis ſit dignior vel ſuperior alio.
t ¶ *Cum corona.*] id eſt, maius munus.
u ¶ *Vel torques.*] id eſt, minus munus.
x ¶ *Ac principis portio.*] non ergo omnia, quæ capiuntur in bello, ſunt principis, & ſic eſt contra. 23. q. 5. dicat. vbi dicitur quod, regis ſunt omnia. Sed dic quòd principis ſunt omnia quo ad tuitionem: ſed ipſe tenetur ea diuidere ſecundum merita perſonarum. 12. q. 2. Vulteranæ. & c. conceſſo.
IVs publicum.] CASVS. Ius publicum conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus & magiſtratib', quia ſi aliquis iſtos vel alias publicas perſonas offendit, ius publicum eſt, & contra publicum facit, cum hæ perſonæ principaliter ad ſtatū reipublicæ ſpectent.
y ¶ *Ius publicum eſt.*] Vnde qui lædit ſacerdotes, vel res ſacras, ab omnibus tanquam pro publico crimine poteſt accuſari. argu. 2. quæſt. 1. in primis.

" Pœna fugientis in bello.
† laboris.] Orig.
6 Iſid. e. l. c. 8 l. 1. §. ius publicū. ff. de iuſt. & iu.
7 Iſid. ib. c. 9
8 Tex. eſt ſi. §. ſed ius quidē ciuile. cū gl. I ver. ius Quiritū. & I ver. à Quirino. inſtit. de iu. na. gent. & ci.
9 Alc. 3. diſpunct. c. 7.
10 Ex Iſido. ibi.
† antea legebatur] ex edictis ſenatorum.

IVs Quiritum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd ius Quiritum eſt proprie Romanorum, quod nulli habent niſi Romani, vel eis ſubiecti. In ſecunda parte dicitur quòd iure Romanorum agitur de legitimis hæreditatibus, de cretionib. & tutelis, & de vſucapionibus: quæ omnia tantum Romanis competunt. Secunda pars ibi, *in quo*.
z ¶ *Ius Quiritum.*] a Quirino, id eſt, Romulo.
a ¶ *Quod nulli.*] contra C. de Iudæis. Iudæi. vbi dicitur, quòd Iudæi vtuntur Romano iure. Sed ibi omnes vocantur Romani ſubiecti Romano imperio: prout dicitur, Proprium Romanorum eſt habere filios in poteſtate: prout etiam gentiles ſunt ſub Romano imperio. nam Imperator eſt princeps totius mundi, vt 7. q. 1. in apibus. ſed in diuerſis prouinciis diuerſi reges ſub eo conſtituti ſunt. 6. q. 3. ſcitote. & ff. ad leg. Rho. de iact. qui leuandæ. & l. deprecatio. Qui ergo non vult eſſe ſub Romano imperio, nec hæreditatem habere poteſt, nec alia quæ hic de iure Romano enumerantur. arg. 8. diſt. quo iure.
b ¶ *De legitimis hæreditatibus.*] ab inteſtato vel ex teſtamento delatis. Et hæreditas eſt ſucceſsio in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod ſupereſt deducto ære alieno.
c ¶ *De vſucapionibus.*] Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege diffiniti. ff. de vſu. l. 3. [c]
COnſtat autem.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit quinque differentias ſæcularium legum. Secunda ibi, *Quædam*. Ioan. de Fan. CASVS. In ſuperiori diſt. facta fuit mentio de iure Quiritum, ideo Gratianus annectit 2. diſtin. in qua oſtendit quòd ius Quiritum conſtat ex legibus, plebiſcitis, & ſenatuſconſultis, conſtitutionibus principum, edictis ſenatorum, & prudentum reſponſis. Interſerit etiam de quibuſdam legibus, quæ a nominibus conditorum nominantur, vt conſulares & tribunitiæ, &c. Et exempla ponit de ſingulis. Quatuor autem ſeq. capit. plana ſunt, & per te videbis.
d ¶ *Conſtat.*] In hac 2. diſt. agitur quæ ſint partes ſiue ſpecies Ro-

c De hoc dic, vt plene no. 16. q. 3. in prin.

mani iuris: agitur etiam quare leges conſulares vel tribunitiæ vel aliæ ſic ſunt appellatæ, &c.

a L Ex eſt.] Populi.] olim populus ſtatuit leges: ſed hodie non; quia tranſtulit hanc poteſtatem in Imperatorem[a], vt Inſtit. de iu.nat. §. ſed quod principi. Vel dic quod populus hodie poteſt, & quod dicitur ibi, tranſtulit, i. conceſsit.

b ¶ Qui maiores natu.] Maiores natu dicuntur nobilitate, antiquitate, dignitate, ſcientia, vt 2. q. 7. quærendum. & c. criminationes.

c P Lebiſcita ſunt.] Plebiſcita primo facta fuerunt propter diſcordiam quæ fuit inter nobiles & plebeios, vt ff. de ori. iu. l. 2. §. eiſdem temporibus.

d C Onſtitutio vel edictum eſt.] Proprie dicuntur conſtitutiones principum, & edicta prætorum[b]. Dicitur etiã edictum iudicis, vt eſt citatio. 24. q. 3. de illicita. ff. de re iud. contumacia.

R Eſponſa.] CASVS. Dicitur hic quòd reſponſa ſunt quæ iuriſcõſulti interrogantibus reſpondebant, vt fuerunt reſponſa Pauli. Fuerunt enim quidam prudentes electi æquitatis arbitri, qui reſponſiones ſuas ediderunt in ſcriptis quibus diſsidentium lites ſopiebant.

e ¶ Reſponſa.] olim * licuit cuilibet totã hereditatem ſuam relinquere alteri: ſed Falcidius ſtatuit, quòd quarta pars hereditatis deberet relinqui legitimis heredibus. Eſt autem triplex Falcidia. Vna eſt debita iure naturæ, quæ competit legitimo heredi. Alia eſt debita iure inſtitutionis, quam poteſt iure heres inſtitutus petere, cum tota hereditas eſt exhauſta. Ioan. Et iſtas duas poteſt hodie habere filius inſtitutus. extra de teſt. Raynaldus. & ita ceſſat opin. dominorum. C. ad le. Fal. quanquam. B. Tertia quæ dicitur quarta Trebellianica[c]: & competit heredi inſtituto, qui rogatus eſt hereditatem alteri reſtituere, vt legiſ extra de teſt. Raynutius. Io.

f ¶ Sopirent.] nec enim licet iudici ab eorum reſponſis deuiare, vt Inſtit. de iu.nat. §. reſponſa.

¶ Quid ſit lex. C. I.

1 L Ex eſt conſtitutio populi[a], qua maiores[b] natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt.

¶ Quid ſit plebiſcitum. C. II.

2 P Lebiſcita[c] ſunt, quæ plebes tantum conſtituunt: & vocantur † plebiſcita, quòd ea plebs ſciat; vel quòd ſciſcitatur, & rogat, vt fiant.

¶ Quid ſit ſenatuſconſultum. C. III.

3 S Enatuſconſultum eſt, quod ſtãtum ſenatores populis conſulendo decernunt †.

¶ Quid ſit conſtitutio vel edictum. C. IIII.

4 C Onſtitutio[d], vel edictum eſt, quod Rex, vel Imperator conſtituit, vel edicit †.

¶ Quæ ſint reſponſa prudentum. C. V.

5 R Eſponſa[e] prudentum ſunt, quæ iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus: vnde & reſponſa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui inſtitutiones † ciuilis iuris compoſitas ediderunt, quibus diſſidentium lites, cõtentioneſque ſopirent[f].

¶ Quæ ſint tribunitiæ, vel conſulares leges. C. VI.

ps 2 Q Vædam[6] etiam leges dicuntur ab iis, qui condiderunt; vt conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & ſub Octauiano Cæſare ſuffecti conſules Papius[α], & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia Poppæa: continens patrum præmia[g] pro ſuſcipiendis liberis. Sub eodem quoque Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis[β] in teſtamento legaret, quàm vt quarta pars ſupereſſet heredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata eſt.

α ¶ Papius.] antea legebatur Papia, & Pompeius. & paulo poſt Papia & Pompeia. Emendatum eſt ex manuſcriptis exemplaribus Iſidori. Nam in impreſsis notatur a ... eorem ... [illegible]

bus: tamen ſi eſſet xx. an. & haberet quinque filios, numerus filiorum ſuppleret numerum annorum. ff. de mun. & hon. ad rem. & ff. de minori. l. 2.

h S Atyra.] De hac ſatyra nihil habemus: ſed tangitur in C. de lat. lib. tol. l. vnica. in princ. & in proœ. digeſt. §. & antea. in fi.[e]

tiatus lib. 3. diſp. c. 3. in tabulis autem Capitolinis anno urbis DCCLXI. ex Kalen. Iul. ſuffecti conſules numerantur M. Papius, Q. Poppæus.

β ¶ Extraneis.] Hæc dictio non eſt in Chronico Euſebij à D. Hieronymo latinitate donato, ac locupletato (unde hæc uidetur ſumpſiſſe Iſidorus) neque in l. 1. §. 2. ff. ad l. Falc. ubi referuntur propria uerba ipſius legis. Eſt tamen apud Iſidor. etiam in codicibus manuſcriptis.

¶ Quæ ſit lex Satyra. C. VII.

7 S Atyra †[α h] vero lex eſt, quæ de pluribus ſimul rebus loquitur; dicta à copia rerũ, & quaſi à ſaturitate: vnde & ſatyram ſcribere eſt poemata varia condere; vt Horatij, Iuuenalis, & Perſij.

α ¶ Satyra.] In aliquot Grat. an: manuſcriptis codicib. & uno Iſidori legitur Satura, de qua ita Feſtus: Satura eſt cibi genus ex variis rebus conditum; & eſt lex multis aliis conferta legib. Itaque in ſanctione legum adſcribitur; neve per ſaturam abrogato, aut derogato. & alia quædam in hanc ſententiam.

¶ Quæ ſint Rhodiæ leges. C. VIII.

8 R Hodiæ[i] leges naualium commerciorum ſunt ab inſula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vſus fuit

DISTINCTIO III.

ps 1 O Mnes[k] hæ ſpecies, ſecularium legũ partes ſunt, Sed quia conſtitutio alia eſt ciuilis, alia eccleſiaſtica, ciuilis vero forenſe, vel ciuile ius appellatur, quo nomine eccleſiaſtica conſtitutio appelletur, videamus. Eccleſiaſtica conſtitutio, canonis nomine cenſetur. Quid autem ſit canon, Iſidor. in lib. 6. Etymolog. c. 16. declarat dicens.

¶ Quid ſit canon. C. I.

C Anon[l] Græce, latine regula nuncupatur.

Vnde dicatur regula. C. II.

9 R Egula dicta eſt, eo quod recte ducit; nec aliquando aliorſum[m] trahit. Alij dixerunt regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam recte viuendi præbeat: vel quòd diſtortũ, prauumque † corrigat.

i R Hodiæ.] Iniquiſſima eſt illa l. ſcilicet quòd patientibus naufragium inhabitatores omnia auferant, vt ff. e. Modeſtinus. Sed hodie lex illa correcta eſt. C. de fur. Auth. naugia. & extra de conſuet. c. fin. immo tales ſunt excommunicati ipſo iure, vt extra de rapt. excommunicationi.

O Mnes hæ.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. In prima probat quid ſit canon. Secunda ibi, Porro. Tertia ibi, Officium. Ioan. de Fan.

CASVS. Ab illo c. ius autem naturale. aſsignauit partes legum ſecularium: ſed quia conſtitutio alia eſt ciuilis, quæ ius ciuile vel forenſe appellatur, alia eccleſiaſtica, de qua principaliter intendit tractare, ideo ſupponit diſtinct. 3. in qua oſtendit quo nomine lex eccleſiaſtica cẽſeatur, & dicit quòd nomine canonis cenſetur. Interſerit etiam quid ſit priuilegium, & quod ſit officium legis. Caſus autem ſequentis c. patet per ſe.

k ¶ Omnes.] Sed quia ſupra tractauit de ſpeciebus ſecularium legum, modo vult tractare de eccleſiaſticis conſtitutionibus, quæ variis nominibus appellantur. quandoque illud appellatur canon, quandoque decretum, quandoq; decretalis epiſtola. Canõ dicitur id quod ſtatuitur in vniuerſali concilio. extra de biga. altercationis. Decretum dicitur quod Papa ſtatuit de concilio Cardinalium ſuorum ad nullius cõſultationem. Decretalis epiſtola dicitur quam ſtatuit Papa vel ſolus, vel cum Cardinalibus ad conſultationem alicuius. 59. diſtin. hoc ad nos. 19. diſt. ſi Romanorum. Item adhuc alias inuenimus appellationes canonicæ conſtitutionis, vt dogma, mandatum, interdictum, ſanctio, vt 25. q. 1. ſi quis dogmata. Dogma eſt, quod conſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ. 23. diſt. qui epiſcopus. Mandatum quod conſiſtit in doctrina de moribus. 13. diſt. nis igitur. Interdictum in quo nulla pœna adijcitur. 32. diſtin. interdixit. Sanctio vbi pœna adijcitur. 36. diſtinct. c. 2.

l C Anon.] Habet autem canon ſub ſe quatuor ſpecies, vt 25. q. 1. ſi quis dogmata.

R Egula.] CASVS. Regula dicta eſt, eo quod recte ducit: nec aliorſum nos trahit quam ad rectitudinem. Alij dixerunt regulam eſſe eo quòd regat, vel quod normam viuendi præbeat, vel prauum corrigat.

m ¶ Aliorſum.] Ergo ſi regula nunquam trahit aliorſum, omnis regula eſt ius. male ergo dicit lex quæ ita diffinit regulam. Regula eſt quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius fiat. ff. de reg. iur. l. 1. Ad hoc dicas quòd ſi illud appellas regulam, in quo aliquid generaliter ſtat

Q Vædam etiam.] Hæc eſt 2. pars diſtinctionis, in qua ponit quaſdam leges denominatas a conditoribus. Ioan. de Fantu.

CASVS. Hic enumerantur ſeptem leges denominatæ à nominibus conditorum, quorum quatuor Octauianum Cæſarem præceſſerunt: tres autem fuerunt ſub Octauiano Cæſare: ſcilicet Papius & Poppæus qui leges condiderunt, præmia pro ſuſcipiendis, id eſt, ſuſceptis liberis continentes, & Falcidius tribunus plebis, qui parentibus permiſit facere de ſua ſubſtantia quicquid vellent, & extraneis relinquere, præter quartam, quam ſuis heredibus relinquere tenentur iure naturæ. Caſus autem duorum ſeq. c. planus eſt, & per ſe pone.

g ¶ Præmia.] Hæc fuerunt præmia, quòd ſi quis haberet Romæ tres filios, in Italia quatuor, in prouincia quinque, non poterat vocari ad onus tutelæ[d]. Inſtit. de excuſa. tu. in prin. Vel aliter conſtitutum eſt, quòd ſi quis habet minus quam xxv. an. excluditur ab honori-

a Adde an poſſit facere ſtatutum, & ſi poteſt: an principe exiſtente in ciuitate ſi cõſentiẽte no. Bal. in l. hominum. C. de leg.

1 Iſid. e. l. c. 10.
2 Iſi. e. l. c. 11.
† uocata ſciſcitata] Orig.
3 Iſi. e. l. c. 12.

† cõcor. tex. in § conſtat aut. ver ſenatuſconſultum. cũ gl. in ver. ſenatus, inſt. de iu. na. gen. & ci.
b d hoc not. ff. & ad. edi. p tot. Laur.
4 Iſi. e. l. c. 13.
† ante legebatur eadit
5 Iſi. e. l. c. 14.
† al. conſtitutiones.

* Hæc gl. eſt tranſpoſita: pertinet enim ad cap. prox. ſeq.
6 Iſi. ib. c. 15.

c Adde an appel. fa ci veniat Trebellianica. not. in l. 2. § qui alt. teſta. prohi. & in l. 1. ff. de in co.

d Ex habere præmiũ. C qui mor. ſe excul...

e Dicitur enim hæc l. de latina libertate eſſe, quæ quaſi per ſatyram fuit introducta, ſecundum Hug.

7 Iſi. ibi. c. 16
† al. Satura
8 Iſi. ibi. c. 17
9 Iſid ibid.
† prauumq; quia] Orig.

ter ſtatuitur non adiunctis exceptionibus, ſecundum hoc ex regula non ſumitur ius: & ita loquitur lex. ſed ſi appellas regulam id quod includit in ſe ſuas exceptiones, ſecundum hoc regula nunquam fallit: & ita ſumitur hic.

PORRO. Hæc eſt ij. pars diſtin. in qua diſtinguitur inter concilia prouincialia, & generalia, & priuilegia. Io. de Fan.

CASVS. facit hic Grat. quandam diſt. ſ. canonum alij ſunt decreta Pontificum, alij ſunt ſtatuta conciliorum vniuerſalium, alij ſunt ſtatuta prouincialium conciliorũ; quæ quandoque fiunt auctoritate Papæ vel patriarcharum, vel archiepiſcoporum. & hæc quidem generales regulæ dicuntur. Sũt autem quædam priuatæ leges, quæ priuilegia appellantur. & ad hoc inducit ſeq. cap. cuius caſus planus eſt.

2 ps *Porro canonum alij ſunt decreta Pontificum, alij ſtatuta conciliorum. Conciliorum uero alia ſunt uniuerſalia, alia prouincialia. Prouincialium alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, præſente uidelicet legato* a *ſanctæ Romanæ eccleſiæ: alia uero auctoritate patriarcharum, uel primatum uel metropolitanorum eiuſdem prouinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda ſunt. ¶ Sunt autem quædam priuatæ leges tam eccleſiaſticæ, quàm ſæculares, quæ priuilegia appellantur. De quibus 5. lib. Etymolog. c.18. Iſidor. ait.*

a ¶ *Legato.*] Ad hoc ſpecialiter deſtinato. " licet enim aliquis ſit generalis legatus, non tamen poteſt facere generale, vel etiam prouinciale concilium: quia ea quæ ſpecialiter Romano Pontifici conceduntur, mandata generali iuriſdictione non transferuntur, vt extra de off. le. quòd tranſlationem. & mandata generali iuriſdictione concilium non poteſt exercere is cui mandatur, vt ff. de of. eius cui man. eſt iu. l. 1. " Sed nunquid metropolitani in ſuis cõcilijs poſſunt condere canones? Non videtur, vt infra 17. diſt. nec licuit. & c. ſeq. Arg. contra infra 11. diſt. catholica. de conſe. diſt. 3. c. 1. Dicas a quòd de paruis negotijs, & de his quæ ſpectant ad onus, poſſunt condere canones: de magnis rebus non poſſunt, vt 17. diſt. multis. & 23. q. 4. quoties.

Legatus verum poſſit cõcil facere

Metropolitani verum poſſint canones condere

a Hãc ſolam hic tꝫ Hug. not. 18. diſt. in ſum.

ADDITIO. Et de hoc no. 18. diſt. in ſumma. & hanc ſequitur de verbo ad verbum. Ioan.

¶ Quid ſit priuilegium. C. III.

PRiuilegia ſunt leges priuatorum b, quaſi priuatæ leges. Nam priuilegium a inde dictum eſt, quòd in priuato c feratur.

a ¶ Priuilegium.] *Cicero 3. lib. de legibus hæc habet:* Maiores noſtri in priuatos homines leges ferri noluerunt; id eſt enim priuilegium. *Verum non ſemper eadem notione hanc uocem uſurpari ſolitam fuiſſe Budæus, & alij notarunt.*

3 ps *Officium uero ſæcularium, ſiue eccleſiaſticarum legum eſt, præcipere quod neceſſe eſt fieri* β, *aut prohibere quod malum eſt fieri, uel permittere licita, uel præmium petere, uel etiam quædam illicita, ut dare libellum repudij, ne fiant grauiora. Vnde in eo. lib. c. 19. Iſidorus ſcribit dicens.*

β ¶ Fieri.] *Quæ ſequuntur, in aliquot uetuſtis codicibus ſic habent:* prohibere, quod malum eſt fieri. permittere vel licita, vt præmium petere, vel etiam quædam, &c.

¶ Quod ſit officium legis. C. IIII.

OMnis autem lex aut permittit d aliquid, vt vir fortis petat præmium, aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat, aut punit, vt qui cædem e fecerit f, capite plectatur: eius g enim præmio h, aut pœna vita moderatur i humana; diuina a autem præcipit k, vt [Diliges Dominum Deum tuum.

Deut. 6.

a ¶ Diuina.] *Hæc uſque ad finem non ſunt in codicibus Iſidori: neque in aliquot exemplaribus uaticanis Gratiani. In alijs uero omiſſa uoce* diuina, *legitur* aut præcipit, vt diliges dominum Deum tuum.

Priuati dupliciter dñr.

b PRiuilegia.] *Priuatorum.*] " Priuati dicuntur proprie qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate, vt 24. q. 1. qui contra. Sed hic Priuati dicuntur omnes exempti à iure communi: ſiue ſit collegium, ſiue aliqua ſpecialis perſona. 7. q. 1. petiiſti. " Hic patet ratiò quare verba poſita in priuilegijs potius ponuntur cauſaliter quàm conditionaliter, cum dicitur, ſicut iuſte poſsides. ſi illud verbum inuenis in priuilegio, exponas, ſicut, pro quia. & hæc ratione, quia cum priuilegium ſit lex, & lex debet eſſe certa, vt infra diſtin. prox. c. erit. & verba priuilegij debent eſſe certa b. hanc rationem aſsignat Innoc. extra de ver. ſig. abbate. & ſuper verſ. præteriti temporis moram.

Priuilegiorum verba cauſaliter ponẽda sũt.

b Alias inutile eſſet priuileg. ũ. ext. de priuil. in his. arg. ff. de le. 1. ſi quis. Io.

c ¶ *In priuato.*] id eſt, in priuatis.

OFFICIVM. Hæc eſt iij. pars, in qua dicit quid ſit officium legis. Ioan. de Fan. CASVS. Dicitur quod officium legis eſt præcipue neceſſaria prohibere mala: permittere licita, & quandoque illicita, ne grauiora fiant.

OMnis autem.] CASVS. Dicitur hic quòd quadruplex eſt officium legis. aut enim permittit aliquid, vt ſi vir fortis præmium petat: aut vetat, vt monialium petere nuptias: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur: aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.

Permiſſio fit tripliciter.

d ¶ *Permittit.*] " Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vnò modo quod nullo iure prohibetur, vt ſecundas nuptias contrahere, vt 31. q. 1. hac ratione. Secundo modo quod contra conſtitutiones humanas indulgetur, vt contrahere in quinto gradu, vt 35. q. 5. quædam. & eſt hæc vera permiſsio: & dicitur abſoluta permiſsio. Tertio modo dicitur illicitum permitti, vt magis illicitum vitetur, vt comeſſationes die dominico, vt diſt. 4. denique. & permittitur adulterium, ne fiat homicidium, vt 33. q. 2. ſi quod verius. & permittitur ſubdiacono habere vnam fœminam, ne peccet cum pluribus, vt extra qui cler. vel vo. ſignificauit. & " hæc dicitur comparatiua permiſsio c: ſed potius appellatur tolerantia, quàm permiſsio. & ſecundum hanc permiſsionem dicit canon quod ea, quæ permittimus, non approbamus, vt 31. q. 1. hac ratione. & ſecundum hanc permiſsionem dicit decretal. quòd multa toleramus quæ ſi in iudicium deduceremus, caſſarentur, vt extra de præben. cum iam dudum.

Permiſsió cõparatiua.

c De hoc loquitur 26. q. 2. ſi quis.

e ¶ *Vt qui cædem.*] " Sed nunquid iudex eccleſiaſticus poteſt taliter dictare ſententiam in cauſa ſanguinis: cum nec cauſis ſanguinum poſsit intereſſe, vt 23. q. 8. his à quibus. Sed dic quòd iudex eccleſiaſticus poteſt dicere ius interroganti: ſed non poteſt illud præcipere vel conſulere. ſic. 5. q. vlt. delatori. 23. q. vlt. peſsimam. Ioan. ſed videtur hodie correctum de exceſſ. præl. ex litteris. B.

Iudex eccleſiaſticus, an de cauſa ſanguinis ſe int. omittat.

f ¶ *Fecerit.*] vt de pœ. diſt. 1. ſi quis cum telo.

g ¶ *Eius.*] id eſt, legis.

h ¶ *Præmio.*] id eſt, permiſsione.

i ¶ *Moderatur.*] paſsiue.

k ¶ *Diuina autem præcipit.*] hoc reſpicit ſuperiora.

DISTINCTIO IIII.

ps 1 C*Auſa* l *vero conſtitutionis legum eſt, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare: ſicut in eod. lib. c. 20. Iſidorus teſtatur dicens.*

CAuſa.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes. In prima quæritur quare ſunt factæ leges. Secunda ibi; *Præterea.* Tertia ibi, *ideo autem.* Quarta ibi; *Hæc etſi.* Ioan. de Fan.

CASVS: Dixit ſupra quòd ſit legis officium: in hac 4. diſt. oſtẽdit ad quid ſit lex inſtituta, & quid in ea cõtineatur, & quando inſtituitur: & quòd etiã quædam capitula ſunt abrogata.

l ¶ *Cauſa.*] Hic intitulatur 4. diſt. in qua oſtendit qualiter leges ſint inuentæ: ſecundo oſtendit quæ ſint conſideranda in cõſtituendis legibus: vltimo oſtendit quaſdam leges eſſe abrogatas per contrariam conſuetudinem.

¶ Quare leges factæ ſint. C. I.

FActæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur m audacia, tutaque n ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas.

FActæ.] CASVS. Quæſitum fuit ab Iſidor. quare leges ſunt factæ & inſtitutæ: & reſpondet, quòd triplici de cauſa factæ ſunt. Vna, vt earum metu humana audacia coerceatur. Secunda, vt tuta ſit inter improbos innocentia. Tertio, vt vnius ſupplicio aliorum facultas nocendi refrænetur.

2 ps *Præterea in ipſa conſtitutione legum, maxime qualitas conſtituendarum eſt obſeruanda, ut contineant in ſe honeſtatem, iuſtitiam, poſsibilitatem conuenientiam & cætera, quæ in eod. lib. Iſidorus enumerat dicens.*

¶ Qualis debeat eſſe lex. C. II.

2 ERit autem lex honeſta o, iuſta p, poſsibilis q, ſecundum naturam r, ſecundum patriæ conſuetudinem s, loco t temporique u conueniens, neceſſaria x, vtilis y, manifeſta z quoque, ne

1 c. 21. & l. 2. c. 10.

2 Iuo p. 4. c. 168 Pano. l. 2. c. 141.

m ¶ *Coerceatur.*] nam per leges nemo cogitur bene facere, ſed malefacere prohibetur, vt 23. q. 5. ad fidem.

n ¶ *Tutaque.*] id eſt, vt boni inter malos quiete viuant, vt 23. q. 5. non fruſtra. Ioan.

PRÆTEREA. Hæc eſt ij. pars diſt. in qua ponit viij. quæ ſunt ſeruanda in legibus promulgandis. Ioan. de Fan.

CASVS. Modo dicit Grat. quæ ſint illa quæ in lege conſtituenda conſiderantur, vt contineat, &c. & ad hoc inducit c. ſeq.

ERit.] CASVS. In hoc c. enumerat Iſidorus decem, quæ lex in ſe continere debet, ita quòd hæc, ſcilicet patriæ, loco, tempori vere conueniens, pro vno ponantur, ſcilicet honeſta, iuſta, poſsibilis, &c.

o ¶ *Honeſta.*] quia in iure non tam deſideratur iuſtitia, quàm honeſtas. 35. q. 3. porro.

p ¶ *Iuſta.*] aliter enim non eſt ius, niſi ſit iuſtum, vt ſupra diſtinct. 1. ius generale.

q ¶ *Poſsibilis.*] quia ſi de impoſsibilitate legis quis tranſgrederetur, fruſtra imputaretur ei ad pœnam, vt 15. quæſtion. 1. non eſt. 23. quæſtione 4. Nabuchodonoſor. & ff. quando appelland. ſit. l. 1. §. dies autem iſtos.

r ¶ *Secundum naturam.*] id eſt, naturalem rationem. ſupra diſtin. 1. conſuetudo. Ioan.

s ¶ *Secundum patriæ conſuetudinem.*] quia ſi eſt contra conſuetudinem inhabitantium, per contrariam conſuetudinem abrogatur, vt infra eo. §. leges. & c. ſtatuimus. Item quia conſuetudo interpretatur legem, vt extra de verb. ſig. abbate. ff. de legib. cum de conſuetudine. & l. ſi de interpretatione.

t ¶ *Loco.*] quia in aliquibus locis aliqua ſtatuuntur, quæ alibi non reciperentur, vt 31. diſtinct. ante. & c. aliter. Item in iure conſtituendo conſideranda eſt vicinitas locorum vel remotio, vt 63. diſtinct. cum longe.

u ¶ *Temporique.*] Omnia enim debent conuenire ſuis temporibus, vt 13. q. 4. ſi eccleſia. & 2. q. 1. ſi peccauerit.

x ¶ *Neceſſaria.*] quia non niſi inſtante neceſsitate ius ſtatui debet, vt 29. diſt. regulæ.

y ¶ *Vtilis.*] quia inutilis eſſet abijcienda. 68. diſt. corepiſcopi. 11. diſt. omnia.

z ¶ *Manifeſta.*] 4. q. 3. non in teſtibus.

a ¶ *Captionem.*] ne aliquis captioſe poſsit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eam[a].27.q.1.de viduis.Ioan.

a Vide quod not.14. q. 5. plerique. & ff.de le.contra legem. Io. de Fan.

b ¶ *Priuato.*] Tunc enim eſſet priuilegium.

IDEO AVTEM. Hæc eſt iij. pars diſt. in qua ponit, quod leges per deſuetudinem abrogantur, & per conſuetudinem confirmantur. & hoc probatur per 4. auctoritates. Io.

CASVS. Dicit Grat. quod ideo iſta in lege cōſiderantur ſtatuenda: quia cum inſtitutæ fuerint, non erit liberum de ipſis iudicare: ſed poſtquam inſtitutæ fuerint, minori iudici non licebit iudicare de ipſis: ſed ſecundum ipſas. & ad hoc inducit c. ſeq.

IN iſtis.] CASVS. Dicit Aug. quòd quando leges inſtituuntur, poteſt quis de ipſis iudicare: ſed poſtquam inſtitutæ fuerunt, minori iudici non licebit de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas.

c ¶ *Iudicent.*] cum ergo Papa vult condere canones, epiſcopi poſſunt contradicere, & dicere, canon iſte non conuenit conſuetudini regionis noſtræ, vt ſupra c.prox. Sed nunquid potius ſtabitur ſententiæ Apoſtolicæ, vel omnium epiſcoporum? Videtur quòd omnium epiſcoporum: quia orbis maior eſt vrbe, vt 95. diſt. legimus. Arg. " quòd ſententia Papæ præualet. 35.q.9.veniam. nam etiā error principis ius facit, vt ff. de ſup. le.l.2. in fi. Dicas quod ſententiæ Papæ ſtabitur contra omnes. 9. q. 3. nemo. & c. cuncta. niſi contra fidem diceret. 25.q.1.ſunt quædam.

1 Iuo p.4.c. 269. Pann. l. 2. c. 243.

" Papæ ſnīa pfertur ſniæ oīm epōrū

d ¶ *Non licebit.*] Arg. quòd ſemel eſt approbatum, amodo non poteſt reprobari, vt 8. q.2.dilectiſsimi. & c.licet. & 32.q. 5. horrendus[b]. Ioan. Niſi ex noua cauſa. extra de off. deleg.c.inſinuante.

b Vñ dicas, ꝙ hæc lr̃a loquitur de inferiori iudice. nam ſi inferior iudex vellet aliquid proponere, quare lex illarū dr̄et cōdi, facilius audiretur primo q̃ poſtea. ad hoc arg 31. diſt. Nicęna. nam multa impediūt ꝓmouendum, &c. 15 q.1.c. fin. ſecundū Lau.

LEGES. CASVS. Iſte §. diuiditur in ij. partes. In prima parte, dicitur quod leges inſtituuntur, cum promulgantur, & confirmantur, cum morib. vtentium approbātur. In ſecunda parte, quæ incip. ibi, *Sicut*, dicitur, quòd ſicut leges moribus vtentium confirmantur: ita quæ leges ſunt per deſuetudinem abrogatæ: ſicut & illud Teleſphori abrogatur qđ dixit de propoſito ieiunandi ſuſcipiendo a clericis à quinquageſima & ad hoc inducit ſeq.c.

aliquid per obſcuritatē in captionem [a] [a] contineat: nullo priuato [b] commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta.

a ¶ In captionem.] *Antea legebatur* incantum captione. *Reſtituta eſt uera lectio ex codicibus Iſidori manuſcriptis libr. 5. c. 12. & ex impreſſis etiam lib. 2. c. 10. ubi eadem ſcribuntur, partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus, à quibus abeſt dictio* cautum. *Simili uero locutione utitur Paulus lib. 5. ſent. tit. 33. c. 2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 ps *Ideo autem in ipſa conſtitutione iſta conſideranda ſunt, quia cum leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundum ipſas. Vnde Auguſtinus ait in libro de uera religione. c. 31.*

¶ De legibus tunc eſt iudicandum, cum inſtituuntur, non cum inſtitutæ ſunt. C. III.

1 IN iſtis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent [c], cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit [d] iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas.

Leges inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ [e] ſunt: ita moribus utentium ipſæ leges confirmantur. Vnde illud Teleſphori Papæ (qui decreuit, ut generaliter clerici à quinquageſima [g] à carnibus & deliciis ceſſarent) quia moribus utentium approbatum non eſt, aliter agentes [illegible] non reos non arguit.

[illegible] Rome [illegible] omnium epiſcopis, epiſt. 1.

g ¶ Quinquageſima.] *Poſt hoc uerbum in codicibus impreſsis ſequebatur.* ieiunandi propoſitum ſuſciperent, & a carnibus, & deliciis abſtinerent: *ſed omnes ferè manuſcripti habent eo modo, quo reſtitutum eſt.*

¶ Septem hebdomadibus à carne, & deliciis ante Paſcha clerici abſtineant. C. IIII.

2 STatuimus [f], vt ſeptē [g] hebdomadas plenas ante ſanctū Paſcha omnes clerici in ſortem Domini vocati a carne † ieiunēt: quia ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorum [h] à laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio. *& infra.* ¶ Has ergo ſeptem hebdomadas omnes clerici à carne & deliciis ieiunēt, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino inhærere die noctuque ſtudeant.

† *al.carne & deliciis.*

a ¶ *Abrogatæ.*] Abrogare eſt in totum tollere legem: derogare eſt pro parte detrahere legi, vt ff.de ver.ſig. derogatur. ſed qualiter poteſt populus abrogare canonem, cum non poſsit condere canonem? maxime ex quo tota poteſtas tranſlata eſt in principem. ff. de conſt. prin. l. 1. Sed dic quod non poteſt abrogare niſi per expreſſum conſenſum Papæ: vt extra de præb. cum iamdudum licet quidam dixerint, quòd ſufficeret ſola ſcientia Papæ. Ioan. Sed credo, quòd conſuetudo rationabilis & præſcripta tollit leges, vt extra de conſuet. c. vlt. etiam ſine ſcientia principis. difficile enim eſſet cum omnes conſuetudines, quæ ſeruantur, ſcire. B.

2 Iuo p. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174

STatuimus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd clerici debent incipere ieiunium à quinquageſima: vt clericorum vita a laicali diſcernatur. In ij. parte, quæ incip. ibi, *Has ergo.* dicitur quòd per ſeptem hebdomadas ante Paſcha clerici ieiunando, hymnis, vigiliis, & orationibus inſiſtere debēt die noctuque.

f ¶ *Statuimus ut ſeptem.*] iſtis duobus c. ob. infra de conſec. diſt. 5. a ſacerdotibus: vbi quadrageſima præcipitur ſeruari. Sed dic quod illud c. non tenet: " quia hodie quinquageſima non ſeruatur, cum ipſa celebretur poſt Paſcha. Ioan.

" Quinquageſima hodie non ſeruatur.

g ¶ *Statuimus.*] i. abrogamus: vel ponitur ſtatuimus pro conſulimus.

h ¶ *Clericorum.*] alias viles reputentur. 1. q. 1. viliſsimus.

Item Ambroſius in lib. ſermonum a.

a ¶ Sermonum.] *Inuenti ſunt Romæ in bibliotheca Vaticana & Mediolani in bibliotheca monaſterij S. Ambroſij ſermones aliquot manuſcripti, Ambroſij nomina præferentes: inter quos eſt ſermo de ſexageſima, cuius initium eſt:* Adeſt tempus. *Vnde hoc caput ſumptum eſt.*

¶ Septimam hebdomadam. Teleſphorus quadrageſimæ addidit. C. V.

QVadrageſima ſex ſeptimanas habet, cui addidit Teleſphorus Pontifex ſeptimam hebdomadam: & vocatum eſt hoc tempus quinquageſima.

Quod ſimiliter de eo capitulo eſt intelligendum, quod B. Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo ſcribit dicens.

¶ A quinquageſima ieiunandi propoſitum ſumant, quos eccleſiaſti gradus dignitas exornat. C. VI.

3 DEnique ſacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas [i] eccleſiaſtici gradus exornat, à quinquageſima propoſitum ieiunandi ſuſcipiant, quo & aliquid ad penſum [k] ſanctæ inſtitutionis adiiciant, & eorum, qui in laicali ordine conſiſtunt, obſeruantiam, ſicut loco [l], ita religione præcellant. ¶ De ipſa vero die dominica [m] hæſitamus [n], quidnam dicendum ſit: cum omnes laici, & ſæculares [o] illa die plus ſolito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetant: & niſi noua quadam auiditate vſque ad medias noctes ſe ingurgitent, non aliter ſe huius ſacri temporis obſeruationem ſuſcipere putant, quod vtique non rationi, ſed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adſcribendum eſt: vnde nec à tali conſuetudine [p] auerti poſſunt.

QVadrageſima.] CASVS. Iſtius c. patet per ſe. Et hæc duo c. abrogata ſunt, ſicut & ſeq. c. in prin. & hoc dicit ſeq. §. quod ſimiliter.

DEnique.] CASVS. Iſtud c. diuiditur in v. partes. In prima parte quærebat Aug. a Greg. an clerici incipere debeant ieiuniū a quinquageſima? & reſp. quòd ſic. vt ſicut loco præcellunt laicos, ita & religione præcellant. In ij. parte quæ inci. ibi, *De ipſa uero.* quærebatur an laici qui in diebus dominicis conſueuerint ſolennius epulari, debeant a tali conſuetudine remoueri? & reſpon. quòd non, ne deteriores fiant, & hoc probatur auctoritate Salo. dicētis, quòd qui nimis emungit, elicit ſanguinem. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Et poſt pauca.* quærebatur an tempore ieiuniorum ſit abſtinendū ab ouis, caſeo, & lacte, & reſp. Greg. quod ſic: quia ſicut a carnibus, ita ab omnibus quæ trahunt ſementinam originem carnis, eſt abſtinendum. In iiij. parte quæ inc. ibi, *Et poſt pauca. Ceterum.* quærebatur an piſcibus in quadrageſima ſit vtendum, & reſp. quòd ſic, ad infirmitatis ſolatiū, & non ad luxuriam: & non magnis piſcibus, ſed paruis. Quinto loco in fi. c. quærebatur an vino ſit vtendum, & reſpon. quòd ſic, vt tamen ebrietatem vitemus.

3 Iuo p.4.c. 29.

i ¶ *Dignitas.*] Hic habes quòd quilibet ordo eccleſiaſticus dicetur dignitas vel honor, vt 1.q.1. reperiuntur. quandoque ſæculares poteſtates dicuntur dignitates. 23.q.5. adminiſtratores. quandoque conſtantes homines dicuntur habere dignitatem, ſecundū quod ſerui dicuntur habere dignitatem, vt ff. de vſufru. ſed & ſi quid. §.1. & ex hoc patet clericos non eſſe priuatas perſonas: cum illæ ſolæ dicanē priuatæ perſonæ, quæ nō habent dignitatē, vt 24.q 1. qui cōtra.

k ¶ *Ad penſum.*] id eſt, ad quantitatem [e], vt ſint duæ partes.

e Siue mēſuram, ſiue inſtructionē.

l ¶ *Sicut loco.*] id eſt, dignitate. Et eſt hic arg. ꝙ qui præcedit alium dignitate, debet etiam præcedere in aliis, vt 1.q.1. viliſsimus. Ioan.

m ¶ *Dominica.*] carniſpriuij.

n ¶ *Hæſitamus.*] Non quid iuris ſit, ſed quid ſtatuendum ſit, ne ſcandalum oriatur. C. de teſta. omnium. 1.q.2. quam pio.

o ¶ *Et ſæculares.*] Et pro, id eſt.

p ¶ *Conſuetudine.*] Arg. " quòd conſuetudo excuſat in delictis, vt hic, & 32.q.4. obiiciuntur, & extra de temp. ord. ſane [d]. Sed contra, conſuetudo non minuit peccatum, ſed auget, vt 24.q.1. ſchiſma. 32. q.7. flagitia. extra de fi. non ſctis [e]. immo conſuetudo veniale peccatum facit mortale, vt 25. diſt. vnum orarium. §. criminis. Sol. conſuetudo excuſat a pœna temporali, ſed non a gehennali.

" Conſuetudo an excuſet i delictis.

d Vbi plene de hoc. & j. diſt. 8 mala.

e Extr. de conſue. cū tanto.

a ¶ Venia

a ¶ *Venia.*] Quid eſt ergo quod dicitur alibi nunquam eſſe veniam datam impœnitenti, vt 24.q.2.legatur. ideo intelligas de venia pœnæ, non de venia culpæ. tolerat ergo Greg. crimen tale propter periculum ſchiſmatis vel ſcandali. vnde non eſt dicendum quòd ignoſcatur eis: licet non puniat eos propter multitudinem vel ſcandalum.[cc] ſuſtinenda enim ſunt crimina ratione ſcandali vel ſchiſmatis, vt 23.q.4. non poteſt. & ratione multitudinis, vt 50. diſt. vt conſtitueretur. hodie non toleratur, vt ext. de vi. & ho. cle. à crapula.

cc Scandali rõe tolerantur crimina.

2 Adde fere ſimile p Iaſ. in l. cuſtos. col.12.C. de ſum trin.

Prouerb. 30.

b ¶ *Ne forte peiores.*] hæc eſt comparatiua permiſsio.

† al. ſementinam.

c ¶ *Sanguinem.*] ſic qui multum corrigit, offendit, vt 45.diſtin.cum beatus.& alibi dicitur: Noli eſſe nimium iuſtus, vt de pœ. diſt. 1. ſerpens. 2. q. 7. c. plerunque. §.de his.

d ¶ *Par.*] id eſt, æquum & iuſtum.

e ¶ *Ab omnibus.*] q.d. ex quo caro prohibetur: ergo & omnia quæ de carne procedunt.

† al. permittimur.

f ¶ *Sementinam.*] id eſt, ſemen.

g ¶ *Sumptuoſiora.*] ſed paruos piſciculos poteſt homo comedere, vt ĩ.82. diſt. presbyter.

2 Ex Greg. ĩ. 25.q. 1. hæc conſona.

h ¶ *Alioqui.*] Argu. ex quo vnum conceditur: ergo omnia ſimilia intelliguntur eſſe conceſſa, vt infra diſt. proxi. ad eius. & 27. diſt. quod interrogaſti. 22.q.2.ſi quis per teſtamentum.[a]

a Ad hoc fa. q̃d le. & not. 95.diſt. illud. in gl. arg. omnia, &c.

HÆC ETSI. Hæc eſt iiij. pars diſtinct. in qua ſoluit ſupradicta. Archid.

CASVS. Dicit Grat. quòd hæc tria c. ſupradicta ſunt abrogata: & ideo qui non obſeruãt ea, nõ dicuntur tranſgreſſores: ſed ſi non eſſent abrogata, non obediẽtes eis proprio priuarentur honore, niſi forte quis velit dicere, quòd hæc ſupradicta c. loquantur de conſilio, & non de præcepto.

i ¶ *Conſcriptæ.*] nam qui exhortatur, mandatoris opera non fungitur. ff. de his qui no. infam. ob hæc verba.

Leuit. 12.

& ideo cũ venia a ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne forte peiores b exiſtãt, ſi à tali cõſuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon. [Qui multum emungit, elicit ſanguinẽ c.] *& poſt pauca.* ¶ Par d autem eſt, vt quibus diebus à carne animalium abſtinemus, ab omnibus e quoque, quæ ſementinã † f carnis trahunt originẽ, ieiunemus: à lacte videlicet, caſeo, & ouis. *& poſt pauca.* ¶ Ceterum piſcium eſus ita Chriſtiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis ſolatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique quia à carne abſtinet, nequaquam ſumptuoſiora g marinarum beluarum conuiuia præparet. Vinum quoque ita bibere permittitur †, vt ebrietatem omnino fugiamus: alioqui h reſtat, vt omnia, quæ corpori libent, ſimiliter faciamus.

4 ps 2 *Hæc etſi legibus conſtituta ſunt, tamen quia communi vſu approbata non ſunt, ſe non obſeruantes tranſgreſsionis reos non arguunt: alioquin his non obedientes proprio priuarentur honore, cum illi, qui ſacris neſciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere ſuſcepto, niſi forte quis dicat hæc non decernendo eſſe ſtatuta, ſed exhortãdo conſcripta i. Decretum vero neceſsitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat.*

DISTINCTIO V.

p. 1 HAec, quæ k de priuilegiis, & ceteris infra poſitis ſcripta ſunt, tam ſecularibus, quàm eccleſiaſticis legibus conueniunt. Nunc a ad *differentiam naturalis iuris, & ceterorum reuertamur. Naturale ius inter omnia primatum obtinet tẽpore, & dignitate. Cœpit l enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, ſed immutabile m permanet. ¶ Sed cum naturale n ius in lege & Euangelio ſupra dicatur eſſe comprehenſum: quædam autem contraria his, quæ in lege ſtatuta ſunt, nunc inueniantur cõceſſa, non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namque præcipiebatur, vt mulier, ſi maſculũ pareret, quadraginta o: ſi vero fœminam, octuaginta diebus à templi ceſſaret ingreſſu: nunc autem ſtatim poſt partum eccleſiam ingredi non prohibetur. Item mulier, quæ menſtrua patitur, ex lege immunda eſſe reputabatur: nunc autẽ nec ſtatim intrare eccleſiam, nec ſacra communionis myſteria percipere, ſicut nec illa, quæ parit, vel illud, quod gignitur, ſtatim poſt partum baptizari prohibetur. Vnde eidem Auguſtino Anglorum epiſcopo Gregorius ſcribit dicens.*

a ¶ Nunc ad differentiam.] *In vulgatis legebatur*, Nunc autem ad doctrinam. *Emendatum eſt ex vetuſtis codicibus, & ex principio diſt. 15. vbi hoc repetitur.*

PALEA β C. I.

3 CVm enixa fuerit mulier, poſt quot dies intrare eccleſiam debeat, teſtamenti veteris præceptione didiciſti: quia pro maſculo xxxiij. pro fœmina vero lxvj. diebus debet abſtinere: quod tamen ſciendũ, quia in myſterio accipitur.

3 c. 10. ad interrogata Auguſt. Anglorum epĩ.

β ¶ Palea.] *De paleis vniuerſe in præfatione dictum eſt. Hæc vero cui primum præponitur nomen Palea, habetur etiam in manuſcriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis:) & in quibuſdam coniunctum eſt cum ſequenti c.* Si mulier. *addita ad illius initium nota.* Nam; *quemadmodum eſt apud Gregorium.*

¶ Mulier enixa gratias actura eccleſiam intrare hora eadem non prohibetur. C. II.

4 SI mulier p eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat eccleſiam, nullo pondere peccati q grauatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa eſt. In carnis autem commiſtione voluptas eſt: in † prolis vero partu dolor & gemitus. Vnde & ipſi primæ matri omnium dicitur [in doloribus paries.] Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare eccleſiam, ipſam ei pœnam r ſuam, in culpam deputamus.

4 Greg. ibid. continenter. Beda lib 1 de hiſt. Angl. c. 27. Nicol. ad cõſulta Bulgarorũ c 68.

† nam in p. e. lis prolatione gem tus]

Orig.

Gen. 3.

Idem ad eundem.

¶ Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari. C. III.

5 BApizari autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, ſi periculo mortis vrgetur, vel ipſa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua

5 Greg. ibid. cõtinenter. Burch. l. 4 c. 32. Iuo p. 1. c. 62.

H[æc quæ.]] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima probat, quòd naturale ius non mutatur. Secunda ibi, *Sed cum naturale.*

CASVS. Continuat magiſter dicta ab illo c. priuilegia. hucuſque dicendis: & dicit quod illa omnia cõueniunt tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis legibus. Nunc autem in hac 5. diſt. reuertitur ad ius naturale, aſsignando differentiam iuris naturalis ad alia iura: nam iſtud ius primatum obtinet inter alia iura tempore & dignitate: tempore, quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ: dignitate, quia non variatur. Sed cum ius naturale dicatur ſupra comprehenſum lege & Euangelio, quædam autem contraria legi nunc inueniantur conceſſa, apparet quòd ius naturale mutabile * eſt & variatur. & hoc probatur exemplo mulieris, quæ ſtatim poſt partum & menſtruum poteſt nunc ingredi eccleſiam: licet aliter eſſet ſecundum legem: & puer ſtatim cum natus eſt poteſt baptizari. & ad hoc inducit c. ſequentia.

* Declaratur ĩ. diſt 6. c. ſi eſt peccatum § his itaque

k ¶ *Hæc quæ.*] In hac 5. diſt. incipit aſsignare differentiam iuris naturalis ad alia iura.[cc] No. ergo quòd ius naturale in iiij. differt ab aliis iuribus, in origine, dignitate, amplitudine, & ſententiæ rigore. In origine differt: quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ, vt inſtit. de rer. diu. §. commodius. ſed alia iura ortum habent ab inuentione hominum b. infra diſt. 6. c. vlt. Dignitate differt: quia hoc ius nullam patitur immutationem. Inſt. de iu. na. §. pe. nam ſi quid eſt contrarium iuri naturali, illud iniquum eſt. 5. diſt. 1. ius naturale. in fi. Item amplitudine: quia iure naturali omnia ſunt communia, ſed hoc non eſt alio iure. Item ſententiæ rigore: quia contra ius naturale nulla fit diſpenſatio, ſed aduerſus alia iura ſæpe.

cc Ius naturale in 4 differt ab aliis

b Vt in fi. §. ced. §. & j. diſt. prox. § his itaque.

Leuit. 15.

l ¶ *Cœpit.*] per intelligentiam, non per eſſentiam: immo verius poſſet dici, quod cœpit quo ad vſum c: quia ius naturæ id eſt, naturalis æquitas ab æterno fuit, niſi velis intelligere de iure diuino. illud enim prius fuit, quam eſſet redactum in ſcriptis.

c Et exercitium: nã tũc creaturæ cœperunt co vti. Arc.

m ¶ *Sed immutabile.*] quo ad præcepta & prohibitiones, vt diſt. 6. §. vlt.

n ¶ *Sed cum naturale.*] Hæc eſt 2. pars diſt. in qua obiicit contra id quod dicit, quod ius naturale non mutatur, & probat per tria ſeq. c. quòd mutetur. Sol. ponet infra diſt. proxim. §. his itaque. Et eſt talis obiectio magiſtri. Puerpera & menſtruata vſque ad certum tempus prohibebantur intrare eccleſiam: ſed modò neutra prohibetur, & hæc prohibitio eſt de iure naturali; ergo reſtat quòd ius naturale ſit variatum.

o ¶ *Quadraginta.*][cc] quia tot dieb. mortuus eſt partus ante infuſionem animæ: ſed fœtus fœmineus lxxx. dieb. ſecundum hoc videtur, quòd tempore quo concipit, debet abſtinere: ſed ratione dubitationis ſecus eſt: quia neſcitur quo tempore concipit: item quia neſcit vtrum maſculum vel fœminam pariat. Ioan.

cc anima maribus citius infunditur q̃ fœminis.

S*I mulier.*] CASVS. Mulier ſtatim poſt partum poteſt eccleſiam ingredi: nam ex hoc, nullo peccato grauatur: quia voluptas carnis in culpa eſt, non dolor: alioquin dolorem partus ſibi verteremus in culpam. h. d.

p ¶ *Si mulier.*] quidam libri habent, cum enixa: ſed illud eſt palea vſque ad hunc locum.

q ¶ *Pondere peccati.*] Sed nonne in brocardo legitur in pœnitentiali Theodori, quòd fœmina poſt partum maſculi abſtinebit xxxiij. diebus ab ingreſſu eccleſiæ: ſed poſt partum fœminæ lxvj. & ſi ante intrabit, tot diebus pœnitebit in pane & aqua, quot diebus ante intrauit eccleſiam: & qui illis diebus commiſcetur ei, x. diebus pœnitebit in pane & aqua? Item conſuetudo eſt contraria illis c. Greg.[cc] Sed illud Theodori intelligas de ea, quæ non ex deuotione intrat: vel de illa quæ ſine neceſsitate intrat.[cc] Sed verius credo quod poteſt intrare ſiue ſit neceſsitas, ſiue non: vt extra de pur. poſt par. volens. conſuetudo tamen in contrarium ſe habet. Ioan.

cc Mulieres enixæ ſi tũc hodie ab ingreſſu eccleſiæ abſtinẽt

r ¶ *Pœnam.*] Afflictis enim non debet afflictio addi, vt ſeptima quæſtione prima. cum percuſsio. iſtud tamen fallit: quia corrupta per violentiam non conſecratur. infra 36. diſtinct. Aeutius. & 32. quæſt. 5. ille autem.[cc] & mutilati membris non promouentur, vt 55. diſt. per te tum d.

cc Afflicto afflictus nõ-que datur.

d Ad hoc no. ĩ. c. ad eius. in gloſ. hoc eſt Archid.

B*Aptizari.*] CASVS. Mulier vel quod ex ipſa natum eſt, ſtatim in periculo mortis baptizari poteſt: ne parua mora imminente inueniri non poſsit quod redimatur.

a ¶ *Mora.*] ar. quòd mora eſt vitanda vbi timetur periculum, vt 28. diſt. de Syracuſanæ. de conſec. diſt. 4. ne quod abſit. arg. contra, ff. de iudi. ſi debitori. & ff. de ſol. l. quod dicimus. Sol. illud in contractib. iſtud in periculo animæ. Ioan.

A *D eius.*] C A S V S. Tria dicit præſens c. Primo quòd vir non debet dormire cum vxore ſua tẽpore purgationis antequã puer ablactetur: nec alij debet tradi ad nutriendum cauſã incõtinentiæ. Secundo ibi, *Quæ tamen.* dicit quòd mulier tempore purgationis poteſt eccleſiam ingredi: quia ſuperfluitas non debet culpæ adſcribi. Tertio ibi, *Sanctæ quoque.* dicit quòd mulier tempore partus non eſt arcenda à corpore Chriſti: ſi tamen abſtinet ex deuotione, laudanda eſt.

b ¶ *Ablactetur.*] tempus ablactationis hic appellatur tẽpus poſt partum, quando mulier nimis abundat lacte: & niſi extraheretur per puerum, oporteret ipſam infirmari. ideo autem prohibetur illis temporibus commiſceri cum eis, quia ex tali coitu naſcuntur morboſi & leproſi. " ſed q d ſi mulier petat debitum à viro tempore menſtrui, vel tempore purgationis? Dico quòd non reddet debitum ei, niſi timeretur fornicatio eius. 13. diſtin. duo mala. Item ſi vir petit debitum tempore menſtrui à muliere, mulier negabit, & exponet ei cauſam quare non poteſt. ff. de ſol. l. quod dicimus.

c ¶ *Prohibeantur.*] id eſt, ſub forma prohibitionis diſſuadeantur. ſic exponunt quidam.

d ¶ *Inuita.*] hoc eſt regulare, vt quod quis inuitus patitur, non afferat ei præiudicium, vt hic, & 50. diſtinct. presbyteros & C. de inſtit. & ſubſtit. l. 1. & C. qui pe. tur. l. cum à matribus. C. de app. præſes. Arg. contra infra 55. diſtinct. c. vlt. 49. diſtinct. c. vlt. C. de cõdit. in ſer. legatum. " Item argum. quòd quæ fiunt ab inuitis & nolentibus, eis imputari non debent ª, vt de conſecrat. diſtinct. 5. diſcipulos. 15. quæſt. 1. aliquos. & quæſtione 6. cap. 1. & 31. quæſtione ſecunda, Lotharius. Ioan. Sol. ſi aliquis cogitur coactione abſoluta aliquid facere contra Deum, non imputatur ei quo ad Deum: ſecus ſi conditionali coactione, vt extra quod metus cauſa. ſacris. 50. diſtinct. presbyteros. In contractibus ſi aliquis cogitur per metum qui debuerit cadere in conſtantem virum, non imputatur ei, vt ibi. & quod metus cauſa. ad audientiam. niſi culpa ſua incideret in talem metum, vt ff. quod met. cauſ. ſi mulier. Sed in ordinibus ſecus. nam ſi quis per vim mutiletur, promoueri non poteſt, vt extra de corp. vit. expoſuiſti. etiam corrupta per vim non conſecrabitur inter virgines, vt 32. quæſtione 5. ilic. & hoc fit propter reuerentiam ſacramentorum, & defectum myſterij. ſic mihi Bar. videtur breuiter diſtinguendum.

e ¶ *Quod vni perſonæ.*] Argument. quòd vni conceditur, per conſequens videtur alijs eſſe conceſſum. ſic ſupra diſtinct. quarta. denique. & hoc verum eſt ſi de iure communi aliquid conceditur. ſecus ſi ex priuilegio, vt 16. q. 1. hinc eſt. & 7. q. 1. petiſti.

f ¶ *Agnoſcere.*] Argum. contra infra 22. q. 2. cum humilitatis, Dic quòd quilibet poteſt dicere ſe peccatorem, dum tamen non credat contrarium. de pœnit. diſt. 3. ad hæc.

a Greg. ibid. continenter. Nicol. ad cõſulta Bulg. ca. 68. Beda libr. 1. hiſto. Angl. ca. 27. Iuo p. 8. c. 88

" Menſtrui tẽpore coniugale debitum an deat reddi.

† al. carnis incontinentia.

† *transferint*] Orig.

Leuit. 15.

" Facta ab inuitis an ſint imputanda.

a Noc talia pſit, vt p; in eo q d legit. & not. j. 15 q. 1 quã præpoſterum.

natum eſt, nullo modo prohibetur: quia a ſicut ſancti myſterij gratia viuentibus, atque diſcernentibus cum magna diſcretione prouidenda eſt, ita quibus mors imminet, ſine vlla dilatione offerenda eſt: ne, dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis myſterium quæritur, interueniente paululum mora ª, inueniri non valeat qui redimatur.

a ¶ Quia ſicut.] *Hinc vſque ad vẽ. Nedum addita ſunt ex B. Gregorio.*

Item.

¶ Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur, ad eius concubitum vir non accedat. C. IIII.

1 AD eius vero concubitum vir ſuus accedere non debet quouſque qui gignitur, ablactetur b. Praua autem in coniugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eoſque alijs mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex ſola cauſa † incontinentiæ videtur inuentum: quia dum ſe continere nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios ex praua conſuetudine alijs ad nutriendum tradent, niſi purgationis tempore prius tranſierit †, viris ſuis non debent admiſceri: quippe cum & ſine partus cauſa, cum in conſuetis menſtruis detinentur, viris ſuis miſceri prohibeantur c: ita vt morte lex ſacra feriat, ſi quis vir ad menſtruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex conſuetudine menſtrua patitur, prohiberi eccleſiam intrare non debet, quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita d patitur, iuſtum non eſt, vt eccleſiæ ingreſſu priuetur. Nouimus namque, quòd mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur, poſt tergum Domini veniens †, veſtimenti eius fimbriam tetigit, atque ſtatim ab ea ſua infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita, laudabiliter potuit Domini veſtimentum tangere: cur quæ menſtruum ſanguinis patitur, ei non liceat Domini eccleſiã intrare? *& infra.* ¶ Si igitur bene præſumpſit, quæ veſtimentum Domini in languore poſita, tetigit: quod vni perſonæ e infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ ſuæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ autem communionis myſterium in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præſumit, laudanda eſt: ſed ſi percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium eſt ibi etiam [aliquo † modo] culpas ſuas agnoſcere f, vbi culpa non eſt: quia ſæpe ſine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiam cum eſurimus, ſine culpa g comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum eſt, vt eſuriremus.

Matth. 9.

† al. humiliter veniens.

† additæ ſũt iſtæ duæ voces ex B. Gregor. & Beda.

DISTINCTIO VI.

2 QVia vero h *de natura ſuperfluitate ſermo cœpit haberi, quæritur, an poſt illuſionem, quæ per ſomnium ſolet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat, vel ſi ſacerdos ſit, ſacra myſteria celebrare.*

3 *De his ita ſcribit B. Gregorius Auguſt. Anglorum epiſcopo, reſp. 11.*

g ¶ *Sine culpa.*] Arg. quòd non ſemper imputatur factum, vbi culpa præcedit. 15. q. 1. ſane.

Q *Via vero.*] C A S V S. Grat. quærit an poſt nocturnam pollutionem vel illuſioné valeat quis ſumere corpus Chriſti: & an ſacerdos Miſſam valeat celebrare? & de hoc quid iuris ſit, in cap. ſeq. diſtinguitur.

h ¶ *Quia vero.*] Hic intitulatur. diſtinct. 6. in qua. quia fecerat mentionem de ſuperfluitate naturæ, digreditur à principali propoſito agens de nocturna pollutione. oſtendit ergo auctoritate Gre. quibus modis, & ex quibus cauſis contingit, & quando fit peccatum, & quando non: poſtea reſpondet obiectioni factæ in præmiſſa diſtinct. in illo §. his itaque. Et no. ſecundum quoſdam, quod nocturna pollutio, & illuſio, quæ procedit ex infirmitate nõ eſt peccatum, etiam veniale, maxime cum ſit pœna, vt infra c. proximo. ibi, omnino hæc pollutio, vel illuſio non eſt timenda, quia animus, &c. Illa vero quæ procedit ex crapula, eſt veniale peccatum, vt infra c. proxim. ibi, habet exinde animus aliquem reatum. ſimiliter illa quæ prouenit ex cogitatione præcedente, peccatum eſt, ſed diſtinguitur, quia ſi illa cogitatio non proceſſit ad conſenſum, veniale peccatum eſt b pollutio ex ipſa proueniens. Si vero proceſſit, tunc eſt mortale c, ſecundum iſtorum opin. accedit. quòd aliquis neſciens peccat mortaliter & venialiter d, & operatur bonum, & etiam meretur vitam æternam: quia ſi corpus dormit, anima vigilat. Vnde illud: Cor meum vigilat ad te Deus. Item in furioſo dicunt, ſi culpa ſua deuenit ad furorem. argum. decimaquinta quæſtione prima, ſi quis. in ſi. immo neſciens peccat. trigeſimaſecunda quæſtione ſeptima. quemadmodum. Argumentum contra. ff. de action. & obligat. ex maleficio. §. ſi quis abſens. vbi dicitur, quòd neſciens non peccat. Alij dicunt, quod dormientes non peccant. decimaquinta quæſtione prima, ſi concupiſcentia. & capit. aliquos. dormiens enim furioſo comparatur. ff. de acquirenda poſſeſſione. l. prima. §. adipiſcimur. & ita non peccat. Si ergo in nocturna pollutione homo non venit ad conſenſum, nullo modo peccat: ſi vero peruenit, peccat mortaliter ſecundum illos, niſi forte imaginetur cum vxore propria: quia tunc dirigit affectum in vxorem, & non peccat mortaliter. hanc opinionem fouet H. & probatur infra eadem diſtinctione. non eſt. ibi, luxuriæ, &c. Sed hoc non eſt verum: quia nullo modo peccat, vt infra cap. proxim. & decimaquinta quæſtione prima. aliquos. " Sed contra priorem opinionem obiicitur, quid ſi cogitaui turpiter, ſed antequam dormiui ſtatim pœnitui, poſt polluor in ſomno, peccaui, vel non? & videtur quòd ſic? Reſp. licet contritus ſim: tamen veſtigia remanent, & reliquiæ, ſicut in liberto veſtigia ſeruitutis. vnde patronus ei ſuccedit. Inſt. de ſucc. lib. §. ſeu noſtra. ſic matrimonium in furioſis manet propter reliquias prioris voluntatis. ff. de his qui ſui, vel alie. iuris ſunt. l. patre furioſo. Imputetur ergo mihi ſaltem ſi initialiter turpiter cogitaui.

b Sicut & ipſa cogitatio ex qua procedit.

c Sub ſicut innuitur. j. in ſin. c. ſeq. & in palea, ſed penſandum.

d Hoc reſpicit dictũ ãtecedens, ibi, ſed cogitatio, &c.

1 ex 11. interrogatione Aug. Angl. epiſcopi. 3 Beda lib. 1. hiſt. Ang. c. 17.

" Pollutio nocturna turpem cogitationem ſequens imputatur.

Teſtam

¶ De multiplici genere illuſionis. C. I.

1 TEſtamentum a veteris legis hunc b pollutum Domino dicit, & niſi lotum aqua, etiam vſque ad veſperam † intrare eccleſiam non concedit. ¶ Quod † tamen aliter intelligēs populus ſpiritalis quaſi per ſomnium eum illudi reputat, qui tentatus immunditia c, veris α imaginibus d in cogitatione inquinatur. Sed lauandus eſt aqua e, vt culpam cogitationis lacrymis abluat, & niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi vſque ad veſperam f cognoſcat. ¶ Sed eſt in eadē illuſione valde neceſſaria diſcretio, qua † ſubtiliter penſari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illuſio non eſt timenda, quia hanc animus neſciens pertuliſſe g magis dolendus eſt, quam feciſſe. Cum vero vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur: habet exinde animus aliquem reatum h, non tamen vſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterij, vel miſſarum ſolemnia celebrandi: cum fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhibere † myſterium pro eo, quod ſacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas i compellit. Nam ſi adſunt alij, qui implere myſterium valeant, illuſio per crapulam facta, à perceptione ſacri myſterij prohibere nō debet: ſed ab immolatione ſacri myſterij abſtinere †, vt arbitror, humiliter k debet: ſi β tamē l dormientem turpi imaginatione illuſio non concuſſerit m. Nam ſunt, quibus ita plerumque illuſio naſcitur, vt eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus non fœdetur turpibus imaginationibus. ¶ Qua in re vnum ibi oſtenditur, quod ipſa mēs rea n non ſit tunc γ: ſed ſuo iudicio penitus libera o, cum ſe, etſi dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidiſſe. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo ſuus reatus: Videt enim à qua radice p inquinatio illa proceſſerit, quia †, quod cogitauit ſciēs, hoc pertulit neſciens, & δ propter talem pollutionem à ſacro myſterio ea die abſtinere oportet.

α ¶ Veris.] *In pleriſque codicib. B. Gregorij. & apud Bedam. & in collectione conciliorum Coloniæ 1530. impreſſa, legitur:* variis: *in aliquib. vero B. Gregorij codicibus*, variis: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

β ¶ Si tamen.] *In codicibus B. Gregorij. & apud Bedam eſt*, ſi tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concuſſerit. *In collectione vero Iſidori etiam manuſcripta*, ſi tamen animum dormientis turpes imaginationes concuſſerunt: *quem ſenſum etiam habet lectio Pannormiæ: nam Burchardus, & Iuo parū ab originali diſcrepant.*

γ ¶ Non ſit tunc: ſed ſuo.] *Omnia fere Gratiani manuſcripta exemplaria habent*, vel ſuo: *Ceterum magna hoc loco eſt inter ceteros collectores, & Bedam & Gregorij codices varietas. In collectione Iſidori etiam manuſcripta eſt.* quia in re vnū ibi oſtenditur, ipſa mens non rea, nec tamen ſuo iudicio libera. *Verū ob codicum varietatem nihil eſt in contextu mutatum.*

δ ¶ Et propter.] *Hæc vſque ad finem, neque in codicibus B. Gregorij, neque apud Bedam, neque in tribus vetuſtis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem & Pannormiam, & Policarpum.*

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione ſolum, ſed delectatione, & conſenſu. PALEA. a C. II.

a SEd penſandum eſt, ipſa cogitatio verū in ſuggeſtione, an delectatione, vel (quod maius eſt) peccati cōſenſu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatū, videlicet ſuggeſtione, delectatione, cōſenſu: ſuggeſtio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, quia † & primo culpā ſerpens ſuggeſſit, Eua velut caro delectata eſt, Adam velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, vt inter ſuggeſtionem β, delectationem, & conſenſum iudex ſui animus præſideat. Cum enim magnus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente: ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodo perpetratum non eſt: cum vero caro delectari cœperit tunc peccatum incipit naſci: ſi autem etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt in delectatione fit nutrimentum: in conſenſu perfectio. Et ſæpe contingit, vt hoc, quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi conſentiat. Et cum caro ſine anima delectari nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Vnde, & ille cæleſtis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: [Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege † peccati, quę eſt in membris meis.] Si autem γ captiuus erat, minime repugnabat: quapropter & captiuus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis eius lex, quæ in membris eſt repugnabat: ſi autem repugnabat, captiuus non erat. Ecce itaque homo eſt (vt ita dixerim) captiuus, & liber, liber ex iuſtitia, quam diligit, captiuus ex delectatione, quam portat inuitus.

Rom 7.

† al. legem.

a Beda ibid. Burch. l. 5. c. 43. Iuo p. 2. c. 52.

† al. cum primam.

1 Burch. l. 5. c. 43. Iuo p. 2. c. 52. Pan. l. 1. c. 160. Poly. l. 3. tit. 16.

† al. veſperū

† Paulo aliter in Orig. & apud ceteros collectores.

ii Pollutio tripliciter accidit

† al quia

a Iuo par. 9. c. 121.

† al. exhiberi.

† al. abſtinere.

a Sub Iudæi à contractu mortui in pellibus. de conſ. diſt. 4 nec quāquā

† al qui

Teſtamentum.] CASVS. Capitulum iſtud diuiditur in tres part. In 1. part. dicitur. quod ſi quis pollutus fuerit pollutione nocturna, niſi aqua lotus fuerit, ei vſque ad veſperam intrare eccleſiam non conceditur. In 2. parte quæ incipit ibi, *Quod tamen*. dicit Greg. quod hoc poteſt intelligi ſpiritualiter, ſ. de illo qui in mente prauis cogitationib. eſt pollutus, qui aqua pœnitentiæ lauandus eſt, & niſi prius ignis tentationis receſſerit, ſe reum vſque ad veſperam cognoſcat. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Sed eſt*. ii dicitur, quod pollutio tripliciter accidit. Aliqn. n. accidit ex ſuperfluitate naturæ, vel infirmitate, aliqñ ex crapula, aliquando ex præcedenti turpi cogitatione. Cum ex ſuperfluitate vel infirmitate naturæ procedit, pollutio nō imputatur alicui: qa potius eſt pœna q̃ peccatū. Cum vero pcedit ex crapula, talis pollutio hēt aliquem reatum: verum tamen, ſi neceſſitas ad eſt, pp hoc ſacerdos ñ prohibetur à celebratione miſſarum, ſed ſi alij ſacerdotes adſint, celebrare non debet: ſed à corpore Chriſti non prohibetur, maxime, ſi dormientē turpi imaginatione non concuſſerit pollutio. Cum aūt ex turpi cogitatione pcedenti procedit abſtinere debet ab vtroq;: quia animo patet reatus ſuus: quia quod cogitauit ſciens, pertulit neſciens.

a ¶ *Teſtamentum*.] In Leuitico legitur Dominum dixiſſe, Si fuerit homo pollutus nocturno ſemine, egrediatur extra caſtra, & non reuertatur vſque ad veſperā, donec lauetur, & poſt ſolis occaſum reuertatur ad caſtra. hoc Greg. exponit hic, & retorquetur ad illos qui polluuntur mente.

b ¶ *Hunc*.] talem morem, de quo quæris, adhuc Romani ſeruant a, 33. quæſt. 4. vir cum propria vxore.

c ¶ *Immunditia*.] i. immunda cogitatione.

d ¶ *Veris imaginibus*.] cum videt mulierem, & delectatur in ea.

e ¶ *Aqua*.] id eſt pœnitentia.

f ¶ *Ad veſperam*.] i. quouſque receſſit ignis tentationis.

ADDITIO. Id eſt prauę cogitationis, i. quouſq; cedat illa cogitatio reatu: licet. n. peccatum tranſeat actu, remaneat tamen reatu. 22. qu. 7. non ſolum. de conſec. diſtin. 4. non ex quo. Vel dic, ad veſperam, i. pœnitentiam, quia veſpera, id eſt finis eſt peccati. & idem ſenſus eſt. Hu.

g ¶ *Pertuliſſe*.] q. d. potius intelligitur tunc pati, quam facere.

h ¶ *Reatum*.] i. veniale peccatum, & ideo non prohibet à ſumptione Euchariſtiæ, ſed phibet vel diſſuadet à confectione, niſi ſit neceſſitas.

i ¶ *Neceſſitas*.] quæ legem non habet. de conſec. di. 1. ſicut.

k ¶ *Humiliter*.] ergo eſt concilium. bene enim poteſt celebrare, ſi vult: nam pro leuibus criminib. non abſtinebit ſacerdos à celebratione miſſarum, ſed pro talib. abſtinebit, pro quibus poſſet excommunicari, vt de conſec. diſt. 2. ſi non ſunt. & c. quotidie. tamē pro quolibet mortali peccato quilibet eſt ſuſpenſus quo ad ſe, vt extr. de coha. cl. & muli. c. vlt. niſi peregerit pœnitentiam, vt extr. de temp. ord. quæſitum. Hu.

l ¶ *Tamen*.] i. maxime.

m ¶ *Non concuſſerit*.] pollutio ipſa.

n ¶ *Rea*.] quaſi dicat, nec mens eſt rea in ſomno, nec eſt rea poſt ſomnum. cum eſt libera in ſuo iudicio: ſed tunc fuit rea quando ſe ingurgitauit. vnde ſatis patet hic, quod hō in ſomno non peccat.

o ¶ *Libera*.] ſupple, ſed prius peccauit.

p ¶ *Radice*.] id eſt, mala cogitatione.

Non

NOn eſt.] CASVS. Quæſitum fuit ab Iſidoro, an peccet homo cum dormiens nocturna illuditur pollutione? & reſpondet quòd non, niſi adſit concupiſcentia. ſed tunc peccauit cum vigilans luxuriam prouocauit: ſed tamen quocunque modo accidit pollutio, ſuæ culpæ attribuere debet.

a ¶ Non concupiſcendo.] id eſt abſque libidine præcedentis ardoris.

HIS ITAQVE. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima par. ſoluit Gratianus quæſtionem, quam fecit ſ. in illo. c. hæc quæ. de priuil. in 5. diſt. de mutabilitate, & variatione iuris naturalis dicens, quòd ius naturale in lege; & in Euangelio continetur, ſed tamen non omnia quæ ſunt in lege & in Euangelio cohęrent iuri naturali quantum ad ſuperficiem. Sunt enim in lege quædam præcepta moralia, vt non occides, &c. iſta non mutantur, nec ius naturale in eis: quædam myſtica præcepta, vt de agno ſacrificando, & his ſimilia. iſta mutantur quantum ad ſuperficiem, & non quantum ad moralem intelligentiam: & quantum ad hoc ius naturale immobile, perſeuerat, & permanet ſicut fuit ab exordio rationalis creaturæ. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Ius vero conſuetudinis.* dicitur, quod ius conſuetudinis cœpit poſt legem naturalem: ex quo homines cœperunt ſimul habitare, quòd creditur factum eo tempore quo Cain legitur ædificaſſe ciuitatem: quod ius cùm fere eſſet extinctum propter diluuium, fuit reparatum à Nemroth, ſiue potius immutatum; quia cœpit opprimere homines. & hoc probatur auctoritate Gen. ibi, *Cœpit Nemroth.* &c.

ī. Ivo par. 9. c. 111.

† al. ita.

b ¶ His itaque.] Hic ponit Magiſter ſol. obiectionis quam fecerat in præcedenti diſt. Nos ergo cum ipſo plenius diſtinguamus; quòd eorum quæ continentur in lege, alia ſunt moralia, alia myſtica. Moralia ſunt quæ mores informant, & ſic ſunt intelligenda, vt ipſa verba ſonant, vt diliges Deum: non occides: honora patrem, de quibus notatur. 12. quæſ. 7. quid in omnibus. myſtica ſunt ſiguralia, quæ aliud ſignificant præter id quod littera ſonat. horum alia ſunt ſacramentalia: alia ſunt cæremonialia. Sacramentalia ſunt de quibus ratio reddi poteſt: quare ad litteram ſic fuerint præcepta, vt de circuncisione, & obſeruatione ſabbathi de quibus habes extr. de bap. maiores. & ext. de conſt. tranſlato. Cæremonialia ſunt de quibus ratio reddi non poteſt, quare ad litteram ſint mandata, vt non arabis in boue & aſino, vt 16. quæſt. 7. in noua. non feres veſtem de lana, & lino contextam. non ſeres agrum diuerſo ſemine. Lex ergo quantum ad moralia non recipit immutationem: ſed quantum ad ſacramentalia, cæremonialia mutatur quantum ad ſuperficiem litteræ: ſed non ob hoc dicitur eſſe mutatum ius naturale, quia in his non conſiſtebat ius naturale, quo ad ſuperficiem litteræ, ſecundum quam hæc ſunt mutata: ſed quo ad myſticam intelligentiam, ſecundum quam non ſunt mutata: ſed myſticus eorum intellectus non eſt mutatus. vnde lex non dicitur mutata. 1. qu. 1. Marchion.

c ¶ Ius.] nunc oſtendit à quo tempore cœpit ius conſuetudinarium, & conſtitutionis, & dicit, quòd à tempore Cain cœpit ius conſuetudinarium; qui primo ædificauit ciuitatem, quam ex nomine filij ſui vocauit Enoch: ſed ius conſtitutionis à Moyſe[a]. Io.

d ¶ Extinctum.] ius ergo non terminatur, id eſt, non finitur in 7. ſicut nec incipere poteſt à 7. quia ad minus x. debent facere plebem, vt ī. 10. q. 3. vnio.

a Hoc nō d. hic eſſe, quia hoc dī ī ſeq. diſt. nec hoc ponit Hug. nec Lau. nec etiā ponitur in antiqua gl. Io.

= d Palea.] *Abeſt hæc palea non ſolum à primo, & decimo Vaticanis, verum & ab aliis, quæ aliquot paleas habent. Rubrica autem abeſt ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, coniuncte ponitur cum ſuperiore. quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

β ¶ Suggeſtionem.] *Sic emendatum eſt ex originali, à quo partim diſcrepat Iuo. Antea legebatur.* & neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem & delectationem, & inter delectationem, atque conſenſum, iudicem ſui faciat animum præſidem. *Burchardus.* iudicem ſui præſidere animum. *Reliqua fere vt Gratianus. Apud Bedam vero.* & inter ſuggeſtionem atque delectationem, inter delectationem, & conſenſum iudex ſui animus præſideat. *In collectione Iſidori.* & neceſſarium eſt magna diſcretione inter ſuggeſtionem, & delectationem, atque cōſenſum iudicem ſui prodere animum.

γ ¶ Si autem.] *Magna etiam hoc loco codicum varietas eſt: breuiſsima, & ſatis integra lectio eſt in codice epiſtolarum B. Gregorij olim Lutetiæ impreſſo.* Si autem captiuus erat, minime pugnabat, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque, &c.

Item Iſidorus lib. 3. ſententiarum de ſum. bono. c. 6.

¶ Quando ſit peccatum nocturnis imaginibus illudi. C. III.

ī NOn eſt peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur: ſed tūc eſt peccatum, ſi, antequam illudimur, cogitationis affectibus præuenimur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate geſſimus, ſæpe dormientibus in animo apparent: ſed innoxiæ, ſi non concupiſcendo[a] occurrunt. Qui nocturna illuſione polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationū ſeſe perſentiat inquinatum, tamē hoc vt tentaretur, culpæ ſuę tribuat, ſuámque immunditiam ſtatim fletibus tergat.

His itaque † [b] *reſpondetur. In lege, & in Euangelio naturale ius continetur, non tamē quæcunque in lege & Euangelio inueniuntur, naturali iuri cohærere probantur. Sunt enim in lege quædam moralia præcepta, vt non occides: quædam myſtica, vt pote ſacrificiorum præcepta, vt de agno, & alia ſimilia his. Moralia mandata ad naturale ius ſpectant, atque ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtrantur. Myſtica vero quantum ad ſuperficiem à naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam, inueniuntur ſibi annexa, ac per hoc, & ſecundum ſuperficiem videantur eſſe mutata, tamē ſecundum moralem intelligentiam mutabilitatem neſcire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens, vt ſupra dictum eſt, manet immobile. Ius* [c] *vero conſuetudinis poſt naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum cœperunt ſimul habitare, quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cain ciuitatem ædificaſſe legitur: quod cum diluuio propter hominum raritatem fere videatur extinctum* [d]*, poſtea à tempore Nemroth reparatum, ſiue potius immutatum, exiſtimatur: cum ipſe ſimul cum aliis alios cœpit opprimere, alij ſua imbecillitate eius ditioni cœperunt eſſe ſubiecti: vnde in Geneſi legitur de eo [Cœpit Nemroth robuſtus venator eſſe corā Domino,* [e]*] id eſt a hominū oppreſſor, & extinctor. quos etiam ad turrim ædificandam allexit.*

= ¶ Id eſt.] *Gloſſa ordinaria ad iſtum locum ex Alcuino ita habet.* id eſt hominum oppreſſor, & extinctor: quos allexit, vt turrim contra Deum conſtruerent.

Geneſ. 4.

Geneſ 7.

Geneſ. 10.

c ¶ Coram Domino.] id eſt eorum qui ſunt Domini, vel permittente Domino, quicquid enim fit, iudicio Dei fit, vt 26. q. 5. nec mirum.

IVs autem.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. ſecunda, ibi. *Paulatim.* CASVS. Supra oſtenſum eſt, quo tempore ius naturale, & ius conſuetudinis incœperunt. Nunc autem oſtendit in hac 7. diſt. quo tempore incœpit ius conſtitutionis, & dicit Gratian. quòd primo incœpit a Moyſe, & poſtea ab aliis, vt dicitur in ſeq. cap.

f ¶ Ius autem.] In hac 7. diſtin. oſtendit quando, & à quibus cœperint cōſtitutiones humanæ tam eccleſiaſticæ, quàm ſæculares. Eccleſiaſticæ cœperunt a Moyſe, & tempore Moyſi: Sæculares à diuerſis, & tempore diuerſo cœperunt, vt patet in ſeq. cap.

DISTINCTIO VII.

ps. 1.

IVs autem [f] *conſtitutionis cœpit à iuſtificationibus* [g]*, quas* [h] *Dominus tradidit Moyſi dicens: [Si emeris ſeruum Hebræum, &c.] Vnde Iſidorus in lib. 5. Etymol. c. 1. ait.*

¶ De conditionibus legum. C. I.

MOyſes gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit. Phoronęus Rex Græcis primus leges, iudiciáque conſtituit. Mercurius Triſmegiſtus [i] primus leges Ægyptiis tradidit. Solon primus leges Athenienſibus dedit. Lycurgus primus Lacedæmoniis iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in regno, primus [k] leges Romanis edidit. Deinde, cum populus ſeditioſos † magiſtratus ferre non poſſet, Decemuiros [l] legibus ſcribendis creauit,

Exod. 21.

† al ſeditioſus.

g ¶ A iuſtificationibus.] id eſt a iudiciis. legitur in Exod. quòd Dominus dixit filiis Iſrael per Moyſen: Si emeris ſeruum Hebræum, ſcilicet qui ante ſeruus non fuit, 6. an. ſeruiat tibi, niſi annus iubilæus interueniat in 7. an. egrediatur liber & gratis, cum quali veſte intrauit. ſi habuit prius vxorem cum filiis, cum vxore & liberis exeat: ſi dominus dedit ei vxorem, mulier cum filiis erit domini: ſed ſi elegerit ſeruus manere cum domino amore domini, vel vxoris, & filiorum, offeret eū dominus diis, i. ſacerdotibus: & applicabit ad oſtium tabernaculi: & perforabit aurem eius cum ſubula in ſignum perpetuæ ſeruitutis [b]: & eius erit ſeruus vſque dum viuet, vel vſque ad annum iubilæum: Ab hac conſtitutione cœpit Moyſes iudicia ſua: vt dicitur in Exod. Ioan.

b Et ita hic inducitur ſeruitus ex præſcriptione ſeptennij, vt not. i. diſ. ius gent. um.

h ¶ Quas.] nam & a diuinis ſcripturis ornatus omnis ſcientiæ ſumpſit initium, vt ī. 37. diſt. legimus. §. hinc etiam.

MOyſes.] CASVS. In prima part. huius cap. enumerantur ſeptem perſonæ quæ primo leges aliis ediderunt, vt Moyſes Phoronæus, Mercurius, &c. In ſecunda part. quæ etiam ibi, *Deinde.* dicitur quòd populus Romanus ordinauit x. viros qui leges ex libris Solonis x. tab. tranſtulerunt in latinum ſermonem: & eas poſtea exponentes duas tabulas addiderunt.

i ¶ Triſmegiſtus.] propter tres potentias. ſ. eloquentiam, ſcientiam, & virtutem. de quibus habes 37. di. relatum. & 16. quæſ. 1. ſic viue. de profeſ. l. magiſtros.

k ¶ Primus.] immo prius Romulus tradidit: ſed paucas. ff. de ori. iur. l. 2. & quia paucas: ideo dicitur iſte primus edidit[c].

c Vt ff. de origi iur. l. 2. & Laur.

l ¶ Decemuiros.] cum enim leges propter diſcordiam plebeiorum cum nobilib. fere per 30. an. in deſuetudinem abiiſſent, creati ſunt x. viri, qui de Græcis ciuitatib. leges collectas tranſtulerunt in latinum, & eas in tabulis eburneis ſcripſerunt. poſtea iidem x. viri accepta

cepta poteſtate corrigendi, & interpretandi leges, videntes multa deeſſe tabulis x. poſtea duas tabulas ſuperaddiderunt: & appellatæ ſunt illæ leges 12. tabularum: qui autem fuerunt illi x. viri, ſtatim determinat Iſid. dicens ſeq. c.

F[uerunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. par. ponuntur nomina x. virorum qui leges primo tranſtulerunt: & dicitur etiam, quod Pompeius primus conſul, & Cæſar leges condere voluerunt, ſed non potuerunt perficere. In 2. parte dicitur, quod leges propter vetuſtatē ab vſu ceciderunt, quarum notitia eſt neceſſaria, etſi in vſu nō ſint. In 3. part. dicitur, quod nouæ à Conſtantino & eius ſucceſſorib. cœperūt: ſed quia permiſtæ & confuſæ erāt, Theodoſius minor ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicis, compoſuit codicē ex conſtitutionibus Imperatorum, quem Theodoſianum vocauit. ſecunda pars incipit ibi: *Paulatim.* tertia ibi: *Nouæ.*

1 Iſid. ibid. cōtinenter.

2 Adde tex. ſim. in l. 2. §. iur. ciuil. s. cū §. ſeq. ff. de orig. iur.

† al. libros.

† exoleuerunt] Orig.

3 Adde an lex abrogata ſit abroganda. no. C. de le. li. tol. l. 1. & C de no. Cod. cōpo l. 2.

4 Iuo p. 4 c. 170. Pan l. 2. c. 134.

† al. iunior.

† al. naturæ.

qui leges ex libris Solonis in Latinum ſermonem tranſlatas xij. tabulis expoſuerunt.

¶ Nomina eorum qui leges xij. tabularum expoſuerunt. C. II.

1 Fverunt autem hi[2], Ap. Claudius, T. Genucius, P. Seſtius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Poſtumius. Hi Decemuiri legum conſcribendarum electi ſunt. Leges autem redigere in libris† primus cōſul Pompeius inſtituere voluit: ſed nō perſeuerauit obtrectatorum metu [a]. Deinde Cæſar cœpit id facere: ſed ante interfectus eſt. Paulatim autem antiquæ leges vetuſtate, atque incuria obſoleuerunt†, quarum etſi nullus iam vſus eſt, notitia tamen neceſſaria [b] videtur. ¶[3] Nouæ leges à Conſtantino Cæſare cœperunt, & reliquis ſuccedentibus: erantque permiſtæ, & inordinatæ. [4] Poſtea Theodoſius minor† Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum conſtitutionū à Conſtātini temporibus ſub proprio cuiuſque Imperatoris titulo diſpoſuit, quem à ſuo nomine Theodoſianum vocauit[c].

DISTINCTIO VIII.

p. 1 Differt autem[d] ius naturæ † à conſuetudine, & conſtitutione. Nam iure naturæ ſunt omnia communia omnibus: quod non ſolum inter eos[e] ſeruatum creditur, de quibus legitur [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, &c.] verum etiam præcedenti tempore à philoſophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iuſtiſſime ordinata traditur, in qua quiſque proprios neſcit[f] affectus. Iure vero conſuetudinis, vel conſtitutionis hoc meum eſt, illud alterius. Vnde Auguſtinus in tract. 6. ad c. 1. Ioannis.

¶ Iure diuino omnia ſunt communia omnibus: iure vero conſtitutionis hoc meū, illud alterius eſt. C. I.

5 QVo iure defendis[g] villas eccleſiæ [a]? diuino, an humano? Diuinum ius in ſcripturis habemus, humanum ius in legibus Regum. Vnde quiſque poſſidet, quod poſſidet? nonne iure humano? Nam iure[h] diuino [Domini eſt terra, & plenitudo eius:] Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit: & pauperes, & diuites vna terra ſupportat. Iure tamē humano dicitur†, hæc villa mea eſt, hæc domus mea, hic ſeruus meus eſt [i]. Iura autem humana, iura Imperatorum ſunt: quare? Quia ipſa iura humana per Imperatores, & Reges ſæculi Deus diſtribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.* ¶ Tolle iura Imperatorū: & quis audet dicere, mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt[6]? ſi autē, vt teneantur iſta ab hominibus: regum iura fecerunt: vultis, vt reticeamus leges, vt gaudeatis[k]? *Item ibidem paucis interiectis.* ¶[7] Legātur leges[l], vbi manifeſte præceperūt Imperatores, eos†, qui præter eccleſiæ catholicæ communionem vſurpant ſibi nomen Chriſtianum: nec volunt in pace colere pacis auctorē, nihil nomine eccleſiæ audeant poſſidere[m]. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi: de iure humano agitur: & tamen Apoſtolus voluit ſeruiri Regibus: voluit honorari Reges, & dixit [Reges reueremini] Nolite dicere[n], quid mihi, & Regi? Quid tibi ergo, & poſſeſſioni? Per iura Regum poſſidentur poſſeſſiones. Dixiſti, quid mihi & Regi? Noli dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa† iura humana renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones.

Pſal. 23.
Gen. 1.
1 Pet. 2.

a ¶ Ecc[leſiæ.] *Hæc dictio non eſt apud B. Auguſtinum. Nam ibi agit contra Donatiſtas qui legibus Imperatorum villas ſibi ademptas, & eccleſiæ catholicæ attributas eſſe querebantur. Quare cum Donatiſtæ dicerent*, villas noſtras tulerunt: fundos noſtros tulerunt, *et eos ipſe conuincat nullum ius in illis habuiſſe, aut habere: quibuſdam præpoſitis addit iſta.* Quo iure defendis villas? diuino, &c. *Et infra 11. q. 1. c. ſi quæ cauſæ. ubi Gratianus citat initium huius capitis, iſta dictio* Eccleſiæ *non habetur. Eſt tamen apud Anſelmum Iuonem, & in Panormia locis indicatis.*

a ¶ Metu.] Arg. quod metus verborum excuſat. arg. 23. q. 8. cōuenior. ibi, dic aliquod verbū in Deum, & morere. & arg. ff. de acq. hę. l. 6. in fin. argu. contra, extr. quod met. cau. ſacris.

b ¶ Neceſſaria.] ſed ſi nullus eſt earum vſus, vt quid membranas occupant. 19. di. ſi Romanorum. ſed ideo notitia eſt neceſſaria, vt ſciatur cū quare tollātur, vt C. de cad. toll. l. vna. quia & ipſe Papa argumentatur ex abrogato iure, vt ext. de iud. nouit. Vel eſt neceſſaria nō vt probentur, ſed vt reprobentur male dicta, vt 37. diſt. legimus. & c. qui de menſa.

c ¶ [Vocauit.] hunc tamen immutauit poſtea Iuſtinianus, & fecit vnum codicem ex tribus. C. de nouo cod. com. ver. princi. Ioan. Theutonicus.

Act. 4.

Differt autē.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat, quòd de iure naturali omnia ſunt communia. Secunda, ibi: *Dignitate.* CASVS. Supra in 5. diſ. aſsignata ſunt differentia iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, nunc autem aſsignat differentiam iuris naturalis ad alia iura in amplitudine; quia hoc iure omnia ſunt communia: ſed non alio iure. Reperit etiā de dignitate. Dicitur ergo in hoc. §. quòd hoc ius naturale differt à conſuetudine, & conſtitutione: nam iure naturali omnia ſunt communia. & hoc probatur auctoritate noui teſta. & auctoritate Platonis: ſed iure conſuetudinis dicitur hoc meum. illud tuum: & ad hoc inducitur ſeq. c.

5 Anſel. 12. c. 6. Iuo p. 3. c. 194. Pan. 2 c. 63.

d ¶ Differt autem.] in hac 8. diſt. oſtendit magiſter qualiter ius naturale excellat alia iura amplitudine, quia ſecundū hoc ius oia ſunt cōia.

e ¶ [Inter eos.] id eſt, apoſtolos. 12. q. 1. dilectiſsimis.

f ¶ [Neſcit.] quiſque enim tantum diligit alium, vt ſe: finxit enim Plato quãdam rempublicam, in qua oia ſunt communia. 12. queſ. 1. c. 2.

F Vide per. diſt. 1. c. ... eſt aux-

Q[uo iure.] CASVS. Quidam hæretici conquerebantur ſe iniuſte expoliatos rebus quas nomine eccleſiæ poſſidebant, contra quos inuehit. Aug. dicens eos non poſſe conqueri. nam aut poſſident iure diuino, aut iure humano. ſi iure diuino omnia ſunt communia, & ita res eccleſiæ poſſidere non poſſunt: ſi iure humano, ſed iura humana ſunt leges Imperatorum, quæ ſtatuunt, vt hæretici nil nomine eccleſiæ poſſiderent. ſi ergo renuntiant legibus Imperatorum, per conſequens & poſſeſsionibus: ſiue nomine eccleſiæ, vel proprio nomine velint poſſidere: cum Apoſtolus Reges præceperit honorari.

g ¶ Defendis.] i. petis, vel defendendo retines.

h ¶ Nam iure diuino.] " ex hoc videtur, quod tantum iure humano aliqua poſſideantur, & non diuino. & ſic ob. 23. q. 7. ca. 1. vbi dicitur, quod iure diuino aliquid poſſidetur. Sed non eſt contrarū, quia dicitur ibi, quòd iuſtorum ſunt omnia communia iure diuino, & bene poteſt eſſe, quod iure diuino aliquid ſit proprium, ſed ideo dicit hic, quòd iure humano poſſidentur poſſeſsiones, quia iura humana potiſsime tractant de poſſeſsionib. ſed ius canonicū principaliter de decimis, vel primitiis. Vel dic, quod ibi ius diuinum ſtricte ſumitur pro iure canonico: ſed hic ius canonicum comprehenditur ſub iure humano. & hinc[b] habes, quod petenti reſtitutionem obſtat exceptio hæreſis. Hæretico enim nihil eſt licitum poſſidere, vt 23. qu. 5. ſi vos. & q. 7. c. 1. & 2. Itē hic eſt arg. quod à petente reſtitutionem poſſumus quærere quo iure petat: an per interdictum, vel iudicis officio. Item. quod cauſam petendi tenetur explicare: & quod ſecundū iura can. actio ſit proponenda: habes extra de iud. examinata. & extr. de lib. ob. dilecti. nec ob. extr. de iud. dilecti[c]. Io. Soi. ego credo, quòd cauſa, & modus agendi eſt proponendus, vt ſecundū illū modū iudex ferat ſententiam. extra de ſi. licet hel. licet non cogatur, actionem proponere, quia etiam ſecundū leges ſola cauſa ſufficit, vt C. de edi. di. Adr. tol. l. 3. Bart.

" Poſſeſſio an ſit iure diuino an humano.

† dicit] Ori. † iure ergo humano iure imperatorum, quare.]

6 Concord. text. in l. ex hoc iure cū ibi o. ff. de iuſt & iur. 7 C. h. l. 1 5 c 4 & Cod. Theod. li 16 ti. 5 c 43 52 & 54

† al. vt

b Iſtud hinc elicitur ſecund. illā expoſitionē quæ ... in ver. defēdis. i. petis, ſecūdum Io. de Fant.

† al. ipſa] Ori. & Iuo. c Vbi ... & 2 q. 6. decreto.

i ¶ Meus eſt.] hæc verba meum & tuum ſpectant ad dominum nō ad bonæ fidei poſſeſſorem, vt ff. de re. & ſump. fu. l. 2. §. 1.

k ¶ Gaudeatis.] retinendo poſſeſsiones, vel eas recuperando.

l ¶ Leges.] conſtitutiones Imperatorum ſuper rebus eccleſiaſticis, non valuiſſent, niſi poſtea confirmatæ fuiſſent ab eccleſia, vt 96. diſtinct. bene.

m ¶ Poſſidere. hoc canones præcipiunt. vt 23. q. 7. c. & 2.

n ¶ Dicere.] arg. eſt hic, quòd qui vnum dicit, dicit & omnia quæ ſequuntur ex illo, vt 11. q. 3. æſtimant. & ca. ſeq. & extr. de dol. & contu. cum dilectus filius. & ff. quod me. cau. l. 1. Item arg. " quòd idem iuris eſt in vno connexorum, quod in reliquo. vt 1. q. 3. ſi quis obiecerit. & 3. qu. 6. hæc quippe. Item arg. quòd qui renunciat vni, renunciat omnibus quæ ſequuntur ex illo, & etiam omnibus cohærentibus, vt 81. diſt. ſi quis ſacerdotum. & 1. q. 1. ſi quis epiſcopus & 9. q. 2. nullus primas.

" Connexorum eſt idem ius.

DIG

DIGNITATE. CASVS. Oſtẽdit, ꝙ differt dignitate ab aliis jus naturale, quià ſi cõſtitutio, vel cõſuetudo aliqua ſit huic contraria, irritatur: & hoc probatur ſeq. cap.

a ¶ *Dignitate.*] hic incipit 2. pars diſt. in qua oſtẽdit quare ius naturale ſit dignius q̃ alia iura: nã quecũq; conſtitutio, vel conſuetudo eſt contra illud ius, eſt irrita; & ad hoc inducuntur omnia c. ſeq.

Q*uæ contra.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod flagitia, quę ſunt contra mores hoim vitari debent: ita vt pactũ hoim, vel conſuetudo ciuitatis ſeruetur nec ab aliquo violetur: ſed perpetua gaudeat firmitate: ſi tñ Deus iubet aliquid fieri cõtra peccatũ, vel conſuetudinem, ei eſt obtemperandũ: nam ſi regi eſt obtemperandum in regno, vel ciuitate ſua, multo fortius regi vniuerſæ creaturæ eſt obediendum.

b ¶ *Mores.*] bonos.

c ¶ *Flagitia.*] i. quaſi flagitia. 22. q. 7. flagitia.

d ¶ *Diuerſitate.*] id eſt aduerſitate. Ioan.

e ¶ *Aut peregrini.*] nũquid ergo peregrini, & Scholares tenẽtur ſequi conſuetudinẽ illorum inter quos cõmorantur? Argu. vt hic ꝙ ſic[a], & 12. di. illa. & 41. di. c. 1. Arg. contra quia viatores nõ ſortiuntur forum illius loci ꝑ quẽ tráſeunt, vt ff. de iud. his. §. 2. Et é arg. ꝙ ſoli perpetuo habitantes obligãtur legi ciuitatis, vt ff. de pi. debitor.

f ¶ *Immo.*] q. d. non eſt contra pactum humanæ ſocietatis ei obtẽperare: immo ſecundũ pactum, quia in omni pacto ſemper intelligitur excepta maioris auctoritas, vt extra de iurei. venientes.

g ¶ *Generale.*] id eſt generalis lex.

h ¶ *Sicut.*] in hoc facit ad propoſitum: quia id quod Deus præcipit cùm ſit de iure naturali, præfertur conſuetudini, vel conſtitutioni.

i ¶ *Maior.*] ergo magis obedit monachus epõ q̃ Abbati[b]: quod falſũ eſt, vt 58. diſt. c. 1. & 2. ſed de hoc dic, vt no. 11. q. 3. qui reſiſtit.

M*ala.*] CASVS. Quidam praua conſuetudo inoleuit in archiepatu Remen. quare Papa præcipit Hincmaro Remen. archiepiſcopo, vt illã cõſuetudinẽ tollat: quia niſi illa conſuetudo radicitus euellatur, ab impiis in ius aſſumetur: & præſumptiones incipient pro legib. venerari.

1 Iuo p. 4. c. 278.

a Et eſt hic arg. ꝙ cõſuetudo loci attẽdẽda eſt in ſcacorũ ludo, ſecundũ Lau. ſ; arg. cõtra 41. di. illud in fi.

† *al. in qua*

b Ad hoc facit qđ no. 2. q. 7. cũ paſto talis ſed cõtra 18 q. 2. in fi. Arch.

2 Iuo p. 4. c. 205. Pan. l. 2. c. 18.

3 Cõcor. tex in Aut. habitacũ gl. in ver. peruerſa conſuetu 1. ne. C. ne fil. ꝑ pat. & in c. Maſſana. de elect

† *al. mana.*

b ¶ Tolle.] *Quoniam gloſſa obſtitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur quæcumque addenda uidebantur placuit integrum apponere locum D. Auguſtini. Apud ipſum igitur poſt uer.* humano, *antecedentis paragraphi hæc ſequuntur:* Vultis legamus leges Iuriſperitorum? & & ſecundum ipſas agamus de villis? Si iure humano vultis poſſidere, recitemus leges Imperatorum: videamus, ſi aliquid voluerint ab hæreticis poſſideri. Sed quid mihi eſt Imperator? ſecundũ ius ipſius poſſides terram. Aut tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere, mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt? Si autem vt teneantur iſta ab hominibus, iura acceperunt Regum. vultis recitemus leges, vt gaudeatis, quia vel vnum hortum habeatis, & non imputetis niſi manſuetudini columbæ, quia vel ibi vobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifeſtę, vbi præcéperunt Imperatores, &c.

a *Dignitate* *uero ius naturale ſimiliter præualet conſuetudini, & conſtitutioni. Quæcumque enim uel moribus recepta ſunt, uel ſcriptis comprehenſa ſi naturali iure fuerint aduerſa, uana & irrita habenda ſunt.*

Unde Auguſtinus ait lib. 3. confeſ. c. 8.

¶ Aduerſus naturale ius nulli quidquam agere licet. C. II.

1 QVæ contra mores [b] hominum ſunt flagitia [c], pro morum diuerſitate [d] vitanda ſunt, vt pactum inter ſe ciuitatis, aut gentis conſuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini [e] libidine violetur. Turpis enim omnis pars eſt ſuo vniuerſo non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet, etſi numquam ibi factum eſt, faciendum eſt, & ſi omiſſum, inſtaurandum eſt, & ſi inſtitutum nõ erat, inſtituendum eſt. ſi enim Regi licet in ciuitate, cui† regnat, iubere aliquid, quod neque ante illum quiſquam, nec ipſe vnquam iuſſerat, & non contra ſocietatem ciuitatis eius obtemperatur, immo [f] contra ſocietatem non obtemperatur (Generale [g] quippe pactum eſt ſocietatis humanæ obedire Regib9 ſuis) quanto magis Deo regnatori vniuerſæ creaturę ſuę, ad ea quæ iuſſerit, ſine dubitatione ſeruiendum eſt? ſicut [h] enim in poteſtatibus ſocietatis humanę maior [i] poteſtas minori ad obediendum prępomitur, ita Deus omnibus.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo.

¶ Caput hoc eſt ex epiſtola Nicolai, quæ incipit, Epiſtolam Beatitudinis tuæ, *extatque unà cum aliis eiuſdem & aliorum Pontificum epiſtolis manuſcriptis Romæ in Bibliotheca monaſterij Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum eſt.*

¶ Radicitus eſt euellenda pernicioſa conſuetudo. C. III.

2 MAla [k] conſuetudo, quę nõ minus [l] quam pernicioſa corruptela[3] vitãda eſt niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorũ ius ab improbis aſſumitur: & incipiunt pręuaricationes, & variæ† præſumpptiones celerrime nõ cõpreſſæ pro legib9 venerari, & priuilegiorum more ꝑpetuo celebrari.

Item Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas. c. 6. [4]

¶ Veritati & rationi conſuetudo eſt poſtponenda. C. IIII.

5 VEritate [m] manifeſtata [n] cedat cõſuetudo veritati: plane reſpondeo, quis dubitet [o] veritati manifeſtatę debere conſuetudinem cedere? *Item.* [6] Nemo conſuetudiné rationi, & veritati prępońat: quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit.

Item Gregorius a Wimundo† Auerſano Epiſcopo.

a *Gregorius.*] *In aliquo manuſcriptis, & apud Iuonem eſt,* Gregorius vij. *Et in huius Pontificatu Guitmundus Auerſanus epiſcopus ſcripſit de corpore & ſanguine Domini contra Berengarium qui libri extant.*

¶ Quęlibet conſuetudo veritati eſt poſtponenda. C. V.

7 SI conſuetudinem fortaſſis opponas, aduertendũ eſt, quòd Dominus dicit [p]: [Ego ſum veritas, & vita.] Non dixit, Ego ſum conſuetudo. ſed veritas [8]. Et certe (vt Beati Cypriani vtamur ſententia) quęlibet cõſuetudo, quantumuis vetuſta [q], quantumuis vulgata veritati omnino eſt poſtponenda: & vſus qui veritati eſt contrarius, abolendus.

Item Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas c. 5 [9]

¶ Veritate reuelata conſuetudinem ſibi cedere oportet. C. VI.

10 QVi contẽpta veritate prę ſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus eſt, cuius inſpiratione eccleſia eius inſtruitur. *& infra* In Euangelio Dominus, Ego ſum, inquit, veritas: non dixit, ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati. *& infra.* ¶ [11] Reuelatione facta veritati s, concedat conſuetudo [a] veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat [r], ceſſit Paulo veritatem prędicanti. *& infra.* [11] Cum Chriſtus veritas ſit, magis veritatem, quam conſuetudinem ſequi debemus, [11] quia [c] conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit.

a ¶ Cedat conſuetudo.] *Apud B. Auguſtinum & Iuonem, & in Pannormia legitur,* cedat error. *Sed ne te B. Auguſtinus ex ipſis met ſua . . . . . , quid illi errorem appellaret, ſubdit conſuetudinem . . . ſpondens.* Noluit quidem ille dicere, conſuetudinem, ſed errorem. Veruntamen, cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſſit Paulo veritatem prędicanti, ſatis indicat, quòd aliud circumcidere baptiſmo fieri ſolebat.

c ¶ Quia conſuetudinem.] *uerba hæc uſque ad finem apud Iuonem, & Gratianum . . . . . . modo h̃c adnectuntur, repetita ex uerbis Felicis, quæ reſtituuntur ſ. c. e. ueritate.*

k ¶ *Mala autem conſuetudo.*] arg. ꝙ id qđ alias é illicitum, rõe conſuetudinis nõ fit licitũ. Arg. cõtra 8. di. 4. deniq; ar. cõtra ext. de conſue. c. vlt. ét minus rõnabilis cõſuetudo inducit ius. ext. de in int. reſt. conſtitutus. Itẽ hic eſt. ar. ꝙ honeſta cõſuetudo inducit priuilegium, vt 9. q. 3. conqueſtus. & 82. diſt. plurimos.

l ¶ *Non minus.*] hæc 7. c. de mala conſuetudine loquuntur.

CASVS. autem ſequentis c. planus eſt, & per ſe patet.

m V*eritate.*] arg. ꝙ Veritas præiudicat opinioni, vt hic. & 81. di. quicunque & ext. de big. nuper. extr. qui fi. ſint le. per tuas. & ext. de pur. vul. ſignificantib. & ext. de frig. & ma. fraternitatis. ar. contra 3. 3. q. 7. infamis. §. tria. & ext. de iu. pa. conſultationib. & C. de teſta. l. 1.

n ¶ *Manifeſtata.*] per doctrinam, & reuelationem.

o ¶ *Dubitet.*] q̃uis que tñ conſuetudo præualet legi. ext. de cõſue. c. vl.

S*I conſuetudinem.*] CASVS. Quidam eps habebat quãdam prauam conſuetudinem: ſcribit ei Greg. & mandat, vt illã aboleat, & ꝙ hoc facere debeat, ꝓbat auctoritate Chriſti, qui dixit. Ego ſum veritas: & nõ dixit: Ego ſum conſuetudo. & ſnia Cypriani, qui dixit, ꝙ quantumcumq; ſit vetuſta conſuetudo veritati cõtraria, eſt abolenda.

p ¶ *Dicit.*] ar. ꝙ verbis eſt inhærendum. extr. de deci. ad audientiã.

q ¶ *Vetuſta.*] 1. q. 3. ſi qs præbẽdas. arg. contra. ff. de legi. de quibus. §. inueteratæ. communia præd. l. venditor. §. ſi conſtat. & ext. de conſuet. cum dilectus. & ext. de tẽpo. c. cura. paſtoralis, in fi. propter diuturnitatem temporis, ſuſtinetur, id qđ eſt minus rationabile, dic ꝙ vetuſtas eſt ſeruanda, ſi poteſt ſine ſcandalo ſeruari. contra di. 4. denique.

Q*ui contempta.*] CASVS. Quidam contempta veritate conſuetudinem ſequebatur, quos dicit Auguſt. facere contra fratres, & contra Deum, qui dixit: Ego ſum veritas: & non dixit, ego ſum conſuetudo, & hoc etiam ꝓbatur exemplo Petri, qui ceſſit Paulo veritatem prædicanti. Ratio igitur & veritas conſuetudinem excludit.

r ¶ *Circumcidebat.*] & cibos diſcernebat propter

4 Sub perſona Liboſi Vagenſis.

5 Iuo p. 4. c. 208 Pan. l. 2. c. 165. 3. ca. ca. qui contempta.

6 Ibid. ca. 8. ſub perſona Felicis à Buſlaceni.

† *al. Guitmundo.*

7 Iuo p. 4 c. 213. Pan. l. 2. c. 166.

Ioan. 14.

8 Cypr. in toto illo ſuo concilio.

9 Sub perſona Caſtu Siccenſis.

10 Iuo p. 4. c. 234. ibid. c. 6. ſub perſona Liboſi Vagenſis.

Ioan. 14.

11 3. c. c. veritate. ibi. c. 7. ſub perſona Zozimi, à Tharaſſa.

Gal. 2.

12 Ibid c 9. ſub perſona Honorati à Tucca.

13 3. c. c. veritate.

pter quod Paulus ei reſtitit in faciem, vt 2.q.7.c.Paulus Petrum. 27.q.1.ſicut enim.ver.ecce.

FRuſtra.] C A S V S. Quidam contra ſacramenta, & alia ſpiritualia conſuetudinem veritati præponebant, quare quæſitum fuit ab Auguſtino, quid iuris eſſet? Et reſp. Auguſtinus, quòd fruſtra obiiciut conſuetudinē veritati. ſi tamen conſuetudini veritas ſuffragatur, nil oportet firmius retineri.

i Hic refert B.Aug. verba B. Cypr. in epiſto. ad Iubaia Iuo p.2. c. 94. & p.4. c. 235. " Conſuetudo in multis præiudicat iuri. ż Hic B.Auguſt.rūdet.

a ¶ Conſuetudinem.] ex his omnib.c.vi q̄ ſemper ius præiudicet cōſuetudini. Videamus ergo qn̄ conſuetudo p̄iudicet iuri. " Ecce inuenio in electione conſuetudinē præiudicare iuri. nā perſona, q̄ alias eſt ineligibili, ratione conſuetudinis ſit eligibilis, vt j. 12. di.nos conſuetudinē. Item ratione conſuetudinis coguntur aliqui eligere de aliena eccleſia, vt ext. de conſuet. cum dilectus. in fi. Item ratione conſuetudinis p̄t epiſcopus eligi in præpoſitum. ext.de conc.præb.cum noſtris. Item ratione conſuetudinis elegit minor eccleſia cū Cathedrali.extr.de cauſa poſ.& propri. cū eccleſia.extr.de conceſſ. præb.& ec.non va.cū noſtris.& ca. literas. Item ratione conſuetudinis ſolus abbas ſine conſenſu fratrum confert ſtipendia, vt extra de his, quæ fi. à præla.ſine con. ca. ca noſcitur. Item in ſacramento baptiſmi præualet conſuetudo, vt j. de conſe.di.4.c.de trina. Item in matrimonio reſpicitur conſuetudo.extr.de cog. ſpi. ſuper eo. Item in continentia clericorum. 84.di.cum de quorundam. Item in aliis caſib. quos no.s.1. diſ.cā. cōſuetudo. " Scias ergo, quòd ad hoc quod cōſuetudo præiudicet iuri. requiritur q̄ ſit p̄ſcripta, vt ext. de cau. poſſ. cum eccleſia. & extr.de conſue.c. vlt. Item q̄ obtinuerit in contradictorio iudicio populi, vt extr. de verſ.ſi abbate.ff. de le. cum de conſuetudine. Item q̄ eo animo fiat, vt credant ſe ius habere. & in poſterum illud intendant facere. alioquin talis vſus non dicitur vſus, vt ff. de iti. actuq.'pri.l.2. §. Iulianus recte ait. Item vt res illa ſit præſcriptibilis, vt 93.diſt.c.illud. Itē quod poſſit dici antiqua & approbata, vt ext.de poſtu.præl.bonæ.2. Item continere debet naturalem æquitatem.extr. de do.& contu.capit.1. ext.de conſue.ex parte. Item quòd ſit de ſcientia principis inducta, non tamen de tolerantia[a], vt ext.de præb.cum iam dudum. Itē quod non per errorem ſit inducta.ff.de le. quod non ratione. j. c. conſuetudo. Item quòd maior pars populi conſueuerit illa conſuetudine vti: quia ſicut minor pars populi non poſſet inducere legem: ſic nec conſuetudinem. Quidam tamen dicunt, quòd illa conſuetudo præiudicat iuri, quæ excedit hominū memoriam. Illud enim loco conſtituti habetur, vt ff.de aqu.quot. & æſti.hoc iure.§.ductus aquæ. & 3.quæſt.6.hæc quippe. Ioan. Hoc breuiter teneas, quòd ſufficit ſecundum canones, quòd ſit rationabilis, & præſcripta, vt ext. de conſue. c.vlti.Bar.Brix.

Eſdr. 3. & 4.

1 Tim. 1.

" Conſuetudinis, multæ ſunt conditiones.

3 Anſ.l. 6.c.7 Matth. 17. Hic eſt filius meus, &c.

a Idē ſentit Inn. q̄ dic, vt plēe not. ext.de conſ in princ. ibi videas. & e. tit.c. vlti. in gl. arg contra, q̄ a, &c. q̄ gl. q̄ dā [illegible] bent ſignatā ad tit. ex parte. De hac & not. 3. di. c. in iſtis

* leges ibi videas &c.

¶ Conſuetudo rationi fruſtra opponitur. C. VII.

1 FRuſtra, inquit, quidam, qui ratione vincuntur conſuetudinē[a] nobis obiiciunt, quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut nō id ſit in ſpiritualibus ſequendum, quod in melius fuerit à ſpiritu ſancto reuelatum. ¶ [a] Hoc plane verum eſt, quia ratio, & veritas conſuetudini præponenda eſt. Sed cū conſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Item Cyprianus in epiſtola ad Pompeium contra epiſtolam Stephani.

¶ Rationem conſuetudo impedire non debet C. VIII.

COnſuetudo [b], quæ apud quoſdam obrepſerat, impedire nō debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequamur veritatem, ſcientes, quia & apud Eſdram [c] veritas vicit, ſicut ſcriptū eſt: [Veritas manet, & inualeſcit ī æternū, & viuit, & obtinet in ſecula ſæculorum.]

Idem in epiſt. ad Iubaianum.circa med.

Ignoſci[a] poteſt ſimpliciter erranti, ſicut de ſeipſo dicit Apoſtolus Paulus] qui primo, *inquit*, fui blaſphemus, & perſecutor, & iniurioſus: ſed miſericordiam merui, quia ignorans [d] feci.] poſt inſpirationem vero, & reuelationem factā, qui in eo quod errauerat, perſeuerat, prudens & ſciens ſine venia ignorātiæ peccat. præſūptione enim atque obſtinatione quadam nititur, cum ratione ſuperetur.

a ¶ Ignoſci.] *Apud. D. Cyprianum legitur.* Ignoſci enim poteſt *& his antecedentibus. quæ leguntur. s. c.* fruſtra. *vſque ad uer.* reuelatum.

Idem lib. 2. epiſt. 3. ad Cæcilium.

¶ Dei veritatem, non hominum conſuetudinem ſequi oportet. C. IX.

3 SI ſolus [e] Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, ſed quid, qui ante omnes eſt, Chriſtus, prior fecerit. Neque enim hominis conſuetudinē ſequi oportet, ſed Dei veritatem, cū per Eſaiam prophetam Deus loquatur, & dicat [Sine cauſa autem colunt me, mādata & doctrina hominum [f] docentes.]

Liquido igitur apparet, quòd conſuetudo naturali iuri poſtponitur.

DISTINCTIO IX.

p̄s QVod autem [g] & conſtitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur.

1 *Ait enim Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.*

¶ Leges principum naturali iuri præualere non debent. PALEA. C. I.

IMperatores, quando pro falſitate contra veritatem cōſtituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perſeuerantes: quando autem pro veritate contra falſitatem conſtituunt bonas leges, terrentur ſæuientes, & corriguntur intelligentes.

4 Quicūque [h] ergo legibus [i] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium. Quicunque vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande premium. Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerūt, nec euerterunt, quę contra Dei pręcepta fuerāt inſtituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, ſuper aliorum merita laudātur. Et rex Nabuchodonoſor, cū ſeruus eſſet idolorū, conſtituit ſacrilegam legem, vt ſimulachrum adoraretur: ſed eius impiæ conſtitutioni qui obedire

Eſa. 29. Matth. 15.

b Not ēt 38. diſt. in prin. de conſ. diſtin.2.c.5.

"Iudæi verò conſtōnibus regantur. 4 Iuo p.4. c. 184. Pan. l.2. c.154.

Dan. 3.

potest & debet ignoſci: & hoc probatur exemplo Pauli dicentis: Miſericordiam merui, quia ignorans feci: ſed qui ſcienter facit, veniam non meretur.

b ¶ Conſuetudo.] pone caſum. vt j. de conſe. diſt. 3. c. 2. & 3.

c ¶ Eſdram.] quando prohibuit Iudæis ne alienigenas ducerent vxores, niſi eſſent de tribu ſua: ipſi autem duxerunt alienigenas de filiis Chananæorum, vt 28. qu. 1. §. 1. Vel tangit qualiter bibliotheca & pſalterium a Babyloniis deſtructa, per Eſdram reparata ſit. Vel aliter quæſitum eſt q̄ virtus eēt maior? Reſp. quidam mulieris, alius regis, alius viri, alius vini, alius veritatis. hāc approbauit Eſdras.

d ¶ Quia ignorans.] Arg. quod ignorantia iuris excuſat, vt hic, & 30.qu.1. de his. & 2. q.1.ſi quem. §. notandū[b]. & 24.qu.1.ſi quis dederit. & 28.diſ.preſbyterum.

SI ſolus.] CASVS. Dicit Cyprianus in hoc c. quòd nō omnis conſuetudo imitanda ē, ſed Chriſti veritas, & illud quod ipſe fecerit, qui prior eſt ante omnes. Et hoc probatur auctoritate Eſaiæ reprehendentis Iudæos, qui veritatem non ſequebantur.

e ¶ Si ſolus.] i. nullus ei contrarius. ſic j. 8. q. 1. ſciendum. in fi.

f ¶ Hominum.] ergo " Iudæi regūtur humanis conſtitutionib. & ſic eſt contra. j. 12. diſt. omnia, vbi dicitur q̄ Iudæi tantum diuinis conſtitutionibus reguntur: ſed verum eſt quod olim regebantur conſtitutionibus humanis, ſcilicet Scribarū & Phariſæorum, vt hic dicit, ſed hodie non, vt ibi.

QVod autem.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. In prima probatur quòd non valet conſuetudo contra Deum. In ſecunda ibi, *noli*, probatur per 9. cap. quòd commenta Sanctorum non præiudicant nouo & veteri teſta. Ioan. de Fant.

CASVS. In ſuperiori diſtinct. oſtenſum eſt quòd ius naturale præponitur conſuetudini, in hac 9. diſtinct. oſtendit quod ius naturale præponitur conſtitutioni: hoc probatur per ſequentia capit. & intellige hoc de iure naturali quod conſiſtit in præceptis & prohibitionibus.

g ¶ Quod autem.] ſ. prox. diſt. 8. oſtendit qualiter ius naturale præualet conſuetudini. In hac 9. diſt. oſtendit qualiter ius naturale præiudicat & præualet conſtitutioni hominum, & ſumitur per totam hanc diſt. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc diſt. vocat canonicam ſcripturam nouum & vetus teſtamentum.

IMperatores.] C A S V S. Dicitur in c. quòd qui bonis legibus, & quæ pro veritate latæ ſunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legibus, & quæ contra Dei voluntatem latæ ſunt, non obtemperat, remunerari debet.

h ¶ Quicunque.] Hic incipit c. aliud eſt palea. & habes idem 23. q. 4. non inuenitur.

i ¶ Ergo legibus.] No. arg. à contrariis, vt 15. q. 3. de crimine. & 24. qu. 1. quodcunque ligaueris. & ead. cauſa. qu. 2. ſane. 35. diſt. qualis. " & fortiſſimum eſt arg. a contrariis [c]. ff. de of. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1. & 11. q. 3. Imperatores.

" Arg. à contrario, eſt in iure fortiſſimum.

c De hoc e- [illegible] & not. 8. q. 1. ſecundū. intra fi.

Noli

noluerunt, pie fideliterq; fecerũt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo piam, & laudabilem legem pro veritate cõſtituit, vt quicunque diceret blaſphemiam in Deum †. Sidrac, Miſac, & Abdenago, cum domo ſua penitus interiret.

β ¶ Palea.] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nullæ, aut paucæ ſunt paleæ, hoc loco habetur tantum à uer.* Quicunque. *uſque ad uer.* Nam & temporib. *In aliis autẽ in quibus ſunt, habetur integrum hoc caput, & ſine nota Paleæ. Eſt autem totũ in eodem. B. Augu. loco.*

γ ¶ Quicunque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Panormia eſt ordo uerborum B. Auguſtini, apud quem qui meretur præmium, priore, qui ſupplicium, poſteriore loco ponitur.*

Item ex verbis Iſidori, libr. 3. ſententiarum de ſummo bono, c. 52.

¶ Principes tenentur & ipſi viuere legibus ſuis. C. II.

1 IVſtum eſt principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe conuenit † poſſe damnare iura[l], quæ in ſubiectis conſtituunt. Iuſta eſt enim vocis eorum auctoritas, ſi quod populis prohibent, ſibi licere non patiantur.

¶ *In aliquot uetuſtis exemplaribus caput hoc non habetur: in aliis uero coniunctum eſt ſuperiori, & non habet rubricam.*

Item Auguſtinus in prologo libri tertij de Trinitate.

¶ Scripturis canonicis tractatorum litteræ deſeruiunt. C. III.

2 NOli meis litteris, quaſi canonicis [a] ſcripturis inſeruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in iſtis [b] autem quod certum † non habebas, niſi certum intellexeris, noli firmum † tenere.

Idem ad Vincentium Victorem lib. 4. de anima, & eius origine. c. 1.

¶ In tractatorum opuſculis multa corrigenda inueniuntur. C. IIII.

3 NEgare [c] non poſſum, nec debeo, ſicut in ipſis maioribus †, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſint iuſto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum. epiſt. 19.

¶ In ſcriptis canonicis mendacia non admittuntur. C. V.

4 EGo ſolis eis ſcriptorum † [d], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, vt nullum eorum † ſcribendo erraſſe [e] audeam credere: ac ſi aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mẽdoſum eſſe codicem, vel interpretem nõ aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe nõ ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet [f] ſanctitate, doctrinaque polleant †, nõ ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles [g] rationes, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt.

β ¶ Mihi per alios.] *Sic etiam in manuſcriptis, & in gloſſa. apud B. Auguſtinum eſt*, mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, *nec multo ſecus apud Iuonem. Alias uero nonnullas uarietates ſatis uiſum eſt in margine indicare.*

Idem 3.

β ¶ Idem.] *Verba huius capitis ſunt B. Hieron. ad Lucinium Bæticum epiſt. 28. ſed mutata non eſt inſcriptio ob gloſſam.*

¶ Libris veterum hebræa volumina, nouis græca auctoritatem impendunt. C. VI.

VT veterum [h] librorum † fides de hebræis voluminibus examinãda eſt, ita nouorum, græci [i] ſermonis [k] normam deſiderat.

Item Auguſt. ad Hieronimum, epiſt. 9.

¶ Nihil auctoritatis canonicis remanebit ſcripturis, ſi ad eas mendacia fuerint admiſſa. C. VII.

5 SI ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint † officioſa [l] mendacia; quid in eis [m] remanebit auctoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſentẽtia proferetur (cuius põdere [n] contentioſæ falſitatis obteratur † improbitas?

NOli meis.] CASVS. Quærebant quidam ab Aug. vtrum ſcriptis eius eſſet fides adhibenda tanquam ſcripturis canonicis noui & vet. teſta. & reſp. quòd non. In ſcripturis enim canonicis quod inuenitur, incunctanter credendum eſt. in ſcripturis autem Auguſtini quod reperitur, non eſt habendum pro firmo niſi certum appareat.

a ¶ *Canonicis.*] quia de canonicis ſcripturis non poſſumus diſputare an iuſtæ ſint, vel non vt infra eod. quis neſciat.

b ¶ *In iſtis.*] loqtur hic ſecundum illa tempora, cùm adhuc ſcripta Aug. & aliorum ſanctorum Patrum non erant authentica: ſed hodie iubẽtur omnia teneri vſque ad vltimũ iota, vt j. 15. diſt. ca. vlti. Vel hoc ideo dicit, vt oſtẽdat q maior ſit auctoritas veteris teſtamenti, quàm ſanctorum Patrum. vt 19. di. in cã nonicis.

NEgare.] CASVS. Vinc. reprehendebat opuſcula Aug. dicens ibi eſſe multa mendacia. Et certe nõ eſt mirũ dr Aug. ſi ſua opuſcula culpanda ſunt, cũ maiorum opuſcula reprehẽdantur.

c ¶ *Negare.*] iuſto iudicio. Vnde Aug. multa opera poſtea retractauit, vt 29. q. 6. vides. 32. q. 1. certe. & 26. q. 4. quodam loco.

EGo ſolis.] CASVS. Quæſiuit Hieron. ab Aug. an credat ſcriptores vet. & noui teſta. erraſſe in ſcribendo. Et reſpon. Augu. q nõ: ſed ſi aliquid in illis ſcriptis mendacij inuenitur, dicendum eſt codicem eſſe mendoſum, vel interpretẽ non bene de græco in latinum trãſtuliſſe, aut dicam me non intelligere qd ſcriptum eſt. Aliis autem ſcriptoribus non eſt credendũ, & ſi ſancti ſint, niſi qd ſcripſerint probauerint per canonicas auctoritates.

d ¶ *Scriptorum.*] id eſt, ſcriptoribus.

e ¶ *Erraſſe.*] "Nefas enim eſt dicere, q ſcriptura mẽtiatur, vt 23. q. 5. quid ergo immo quod in eis dicitur, defendere debemus vſque ad ſanguinis effuſionem, vt 25. qu. 1. ſunt quidam.

f ¶ *Quantalibet.*] Arg. quòd non eſt conſiderandũ quis dicatur, vt 19. diſt. ſecundum. & eſt arg. pro dictis quorundam teſtium, q non eſt credendum magis honorabiliori perſonæ quàm alij: "quia veritas à quocunque prolata ſemper præferenda eſt, vt 2. q. 7. quæritur. & j. eo. neque. ff. de ſupp. le. l. Labeo. Eis enim magis creditur qui rei aptiora dicunt, vt 4. q. 3. §. item in criminali. ver. ſi teſtes. Nec ſanctitas perſonæ prodeſt, vt citius credatur. 50. diſt. ſi quis præpoſtera. & arg. ad idem. 1. qu. 1. teneamus. 6. q. 2. placuit. & 3. q. 9. c. vlt. Arg. contra [b] 11. q. 1. quicunque. 97. di. nobiliſsimus. & 8. q. c. 1. & 41. di. c. 1. & 11. q. 3. abſit.

g ¶ *Probabiles.*] Arg. quòd ratio æquiualet canoni, vt 1. di. 1. conſuetudo. & j. c. ſane. ioan.

VT veterum.] CASVS. Dicitur in hoc c. q ſicut recurrendum eſt ad volumina Hebræorum, ſi dubitatio aliqua oriatur de veteri teſtamento: ſic ſi dubitatur ſuper libris noui teſt. recurrendum eſt ad Græcorum ſcripta.

h ¶ *Veterum.*] id eſt, veteris teſtamenti.

i ¶ *Græci.*] Hiero. in ſecundo prologo Bibliæ contra. ait dicens, q emendatiora ſunt exemplaria latina quam græca, & græca, quam hebræa. Sed Aug. ad primitiuam eccleſiam reſpicit, quando exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: ſed procedente tempore cum populus Chriſtianus multum eſſet auctus, & hæreſes multæ eſſent factæ inter Græcos, in inuidiam Chriſtianorum Iudæi & Græci ſua exemplaria corruperunt: & ſic factum eſt, quòd exemplaria eorum magis corrupta ſunt quam latinorum, ad quod tempus reſpicit Hierony. Vel reſpicit ad latina exemplaria à fidelibus interpretibus tranſlata. Auguſt. reſpicit ad exemplaria latina à non fidelibus & falſatoribus tranſlata: in quibus ſi quid falſitatis videatur, dicit eundum eſſe ad originalia. Vel dic q in hoc magis credendum eſt Hierony. quam Augu. quia inter iſtos tres Aug. Hieron. & Greg. " Auguſt. magis credendum eſt in diſputationibus, Hieron. in hiſtoriis, & tranſlationibus: Grego. in moralibus præponitur, quia non omnes in omnibus: ſed certi per certa, &c. C. de vete. iu. enucle. l. 1. ibi, quia non omnes. Et eſt hic argu. quòd quantumcumque authenticum ſit aliquod inſtrumentum: ſi tamen de ipſo aliquid in dubium reuocetur, ſemper exhibẽdum ſit illud à quo originem ducit, vt 76. diſt. capi. ieiunium. in prin. & j. 25. q. 2. ſancimus. & optime extra de ſent. & re iud. cum inter. Et hoc contra d. Alb. qui dicit, quòd ſi vna publica charta originem ducit ab alia publica charta, nõ eſt neceſſe exhibere originale. argu. in Authent. vt fratrum filij. §. quia vero. colla. vlti. ſecus in priuata. Authen. vt ſpon. lar. §. & hoc inſuper. coll. 8. argum. pro ipſo 19. diſt. ſi Roma. Quid iuris ſit de hoc, dixi j. 100. diſt. contra morem.

k ¶ *Sermonis.*] totum enim nouum teſtamentum ſcriptum eſt græce præter Euangelium Matthæi & epiſtolam Pauli ad Roma. quæ eſt ſcripta latine. Ioan.

SI ad.] CASVS. Dicit Auguſt. quod ſi in ſacris ſcripturis inueniatur mendacium etiam officioſum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis poteſt ſententia ferri.

l ¶ *Officioſa.*] " Officioſa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obſunt, & alicui proſunt: " ſicut inofficioſum dicitur teſtamentum, quod eſt contra officium pietatis, vt ff. de inoffi. teſt. l. 3.

m *Quid in eis.*] Arg. q ſi inſtra. vel atteſtationes pro parte inueniuntur falſæ, q in totũ reprobantur, vt j. 16. diſt. canones. & 3. qu. 9. pura. & j. de conſe. diſt. 3. nõ liceat. & ff. de ædil. edi. eiuſdem Argu. contra. 37. diſt. qui de menſa. 12. q. 2. ſi quis. & de cõſe. di. 4. ſi nõ ſanctificatur. & 17. q. 4. queſti. ſunt. & extr. de arb. cum tpe. & de præb. dilectus. & C. de tranſa. ſi ex falſis. Sol. ſi plura. c. ſibi cõnexa ſunt, vel vnum eſt acceſſorium alteri, vno caſſato connexa & acceſſoria caſſantur: ſecus ſi diuerſa & ſeparata ſunt. ff. de mi. etiã. §. ſi. & ff. de ne. ge. eum actum. & 2. q. 6. diffinitiua. ver. eſt aũt q̃nque. circ. Vel diſtingue, vt diſtinguitur extr. de fi. inſtr. ex litteris[c]. Ioan. ego dico quòd ſi aliquid falſitatis reperiatur in inſtrũo, quòd totum redditur ſuſpectum: nec ei creditur, vt ff. de fi. inſtr. l. 2. in fi. & hoc notauit in quæſtionib. Bart. Brix.

n ¶ *Pondere.*] id eſt, auctoritate.

Quis

Ibid.

† *Deum uerum.*] Orig.

* *hoc in c. illo. ult. iubetur de epiſt. B. Leonis ad Flauianum.*

§ Burc. l. 15. c. 41. Iuo p. 16. c. 43.

a Ad idẽ 26. q. 4. c. vlt.

† *conuenit fruſtrare iura*] Orig.

§ Iuo par. 4. c. 17. Pann. l. 2. c. 120.

" Scriptura ñ mentitur.

† *al. certum habebat.*] exemp.

† *al. firmiter retinere*] Orig.

§ Iuo par. 4. c. 73.

" Veritas à quocũq; dicatur, oĩbus eſt pferẽda.

b Iſta cõtraria oia q̃ ſequuntur, aut nullo modo cõtradicũt, aut vilia ſũt cõtraria. vel dic, q ĩ hoc ſunt contraria: q a vni ſoli q̃nq; creditur, vt illa iura probãt pp dignitatẽ pſonæ, ſecundùm Io. de Fan.

† *maioribus*] Ori. & Iuo.

§ Iuo par. 4. c. 74. Pann. l. 2. c. 119.

† *ſcripturarum libris*] Ori. & Pan.

Horum auctorem in ſcribendo aliquid erraſſe firmiſsime credam] Orig. Iuo, & Pann.

" Aug. diſputatiões, Hierony. trãſlatiõs, & Grego. moralia cõmendant.

† *præpolleat*] Orig.

† Adde Iac. Lu. & ẽc. aliqd p Bar. in l. in tim. §. ſi. cũ l. ſeq ff. d re di. & Ale. de Imp in l. bñ ad cogitationẽ. co.

9. ff. ſi cer. p.

§ Iuo p. 4. c. 25.

† *al. uelut officioſa.*] ori. *al. fuerint officioſa.*

† *al. ſubruatur.*

"officioſa q̃ dicuntur.

" inofficioſa q̃ dicuntur.

c ſc. ſup diuerſis artic. ſ. ſi ille articul' ñ eſt vitios', in quo tota eſt vis q̃õnis, vt in hac decr. ex lrĩs & ſic intelligitur G. d teſt. ſi. vn' & ff. d. ſi. inſtr. l 2. ſecdm Io. de Fan.

QVis neſciat ſacram.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quilibet debet ſcire ſcripturam veteris & noui teſta. præponi ſcripturis epiſcoporum: & nemo debet dubitare de ea verum verum ſit vel rectum quod in ea continetur. ſcripta vero aliorum poſſunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui ſunt maioris auctoritatis.

a ¶ Terminis.] i. libris.

b ¶ Diſceptari.] ita vt in dubium reuocentur quæ ibi ſtatuta ſunt. Sed diſputare licet de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobando. 96. diſt. ſatis.

NOli.] CASVS. Vincen. Donat. iſta reprehendebat ſcripta noui & vet. teſtam. quia in ſcriptis quorundam epiſcoporum quædam reprehendenda inueniebantur. Sed cum reprehendit Aug. quia illa reprehendenda non ſunt: hæc vero ſic: quia ab hoc auctoritate canonũ diſtinguuntur. vnde reprehendi poſſunt, ſi contra veritatem ſcripta ſunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et ſi quid aliter ſapitis, &c.

c ¶ Calumnias.] verba enim iuris non ſunt calumnianda: 37. diſt. relatum: & ff. ad exhi. l. pen.

d ¶ Donati.] Donatus primo fuit catholicus: ſed poſtea eſt in hæreſim lapſus, cuius hæreſi adhæſerunt Cyprianus, & Agrippinus.

NEque.] CASVS. Auguſt. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eũ reprehendebat. Nunc autem ei reſcribit & dicit quod nõ vult adhibere tantam fidem illis ſcripturis quantam adhibet canonicis. & licet eis honor debeatur, tamen vult eas corrigere ſi quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de ſuis ſcripturis.

e ¶ Diſputationes.] id eſt, expoſitiones. non enim ex ipſo læditur fama alicuius per id quòd reprobatur teſtimonium ſuum, vt extr. de exc. denique.

f ¶ Eorum ſcriptis.] arg. quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, &c. ſic 2. qu. 6. qui ſe ſcit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quiſque iur. l. 1. ext. de conſt. cum omnes.

SAna.] CASVS. Quæſitum fuit ab Augu. vtrum ratio iuris naturalis ſit exemplis anteponenda? Et reſpondet quod ſic, ſed non illis quæ cum ratione concordant.

g ¶ Sana.] alias ſane.

h ¶ Cui.] rationi.

i ¶ Concordant.] quandoque.

k ¶ Sed illa exempla.] Hoc ideo dicit, quia non ſemper imitanda ſunt exempla. C. de ſen. nemo. ſed exemplum Papæ eſt ſequendum, vt 16. q. 3. licet. exer. de ſent. & re iu. in cauſis.

l ¶ Excellentiora.] Non tale exemplum Lucretiæ [a]. 32. qu. 5. propoſito. ver. Lucretiam.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 3.

¶ Litteris omnium epiſcoporum ſacra præponitur ſcriptura. C. VIII.

1 QVis neſciat ſanctam ſcripturam canonicam tam veteris, quàm noui teſtamẽti certis ſuis terminis [a] contineri, eámque omnibus poſterioribus epiſcoporum litteris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & diſceptari [b] non poſſit, vtrum verum, vel verũ rectum ſit quidquid in ea ſcriptũ eſſe conſtiterit? Epiſcoporum autem litteris, quæ poſt confirmatum canonẽ vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem forte ſapientiorem cuiuſlibet in ea re peritioris, & per aliorum epiſcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremq; † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, ſi quid in eis forte à veritate deuiatũ eſt?

Idem ad Vincentium epiſt. 48. cõtra Donatiſtas.

¶ Ex dictis quorumlibet epiſcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

2 NOli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata teſtimonia colligere velle calumnias [c] ex epiſcoporũ ſcriptis, ſiue noſtrorum, ſicut Hilarij, ſiue [a] (antequam pars Donati [d] ſepararetur) ipſius vnitatis, ſicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis diſtinguendum eſt: non enim ſic leguntur, tamquam ita ex eis teſtimonium proferatur, vt contra ſentire non liceat, ſicubi forte aliter ſapuerint, quam veritas poſtulat. In eo quippe numero ſumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apoſtolo accipere, [Et ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus vobis reuelauit [β].]

a ¶ Siue antequam] *Antea legebatur*, ſiue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati ſepararetur. *Reſtituta eſt vera lectio ex B. Auguſtino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati ſchiſma in eccleſiæ vnitate deceſſerant: quæ in re errauit auctor gloſſæ.*

β ¶ Reuelauit. *Ita etiam originale, & Iuo, & aliquot editiones noui teſtamenti. Sed idem B. Auguſtinus in Ioannem tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi ferè ſemper legit* reuelabit, *& expla-*

m ¶ Pietate.) Arg. pro miſericordia à iudice impetranda, vt 45. di. licet plerumque. 26. q. vlt. alligant. 50. di. ponderent. 1. q. 7. diſpenſationes. & c. exigunt. 86. diſt. nõ ſatis. 35. q. 9. veniam. de pœ. di. 1. quia diuinitatis [b]. Arg. contra 50. di. abſit. 23. q. 4. eſt iniuſta. 35. q. 9. loci. contra 45. diſt. ſed illud extr. de ſortil. ex tenore.

nat. Græcè eſt ἀποκαλύψει.

Item ad Fortunatianum, epiſt. iij.

¶ Nõ debetur par auctoritas canonicis ſcripturis, & expoſitionibus earum. C. X.

3 NEque quorumlibet diſputationes [e] quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, velut ſcripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis [f] improbare, atque reſpuere, ſi forte inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis † ego ſum in ſcriptis aliorũ, quales † volo eſſe intellectores meorum.

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei. lib. 1. c. 23.

¶ Exemplis ratio ſana præfertur. C. XI.

4 SAna [g] quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt, cui [h] quidem & exempla cõcordant [i], ſed illa [k], quæ tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora [l] pietate [m].

Cum ergo [n] in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quam quod Deus vult fieri, nihilque vetetur, quàm quod Deus prohibet fieri. denique cum in canonica ſcriptura nihil aliud, quam in diuinis legibus inueniatur, diuinæ vero leges natura conſiſtant. patet, quòd quæcunque diuinæ voluntati ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur, eadem & naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcunque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo vel eccleſiaſticæ, vel ſeculares: ſi naturali iuri contrariæ probantur, penitus ſunt excludendæ.

DISTINCTIO. X.

1. *COnſtitutiones [o] vero principum eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur.*

Vnde Nicolaus Papa ſcribit epiſcopis in concilio apud Conuicinum congregatis.

¶ Lex Imperatorum eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt. C. I.

5 LEge [a] Imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſiis vtendum eſt, præſertim cũ inueniantur euangelicæ, ac canonicæ ſanctioni aliquotiens ob-

n ¶ Cum ergo.] Infert ex ſupradictis vel continuat ad inferiora hoc modo, cum in iure naturali nihil præcipiatur, vel vetetur quam quod Deus vult fieri vel nõ fieri, & in canonica [a] ſcriptura nihil aliud quam quod in diuinis legib. inueniatur: diuinæ vero leges natura conſiſtunt: patet quod quæ contraria diuinæ ſeu canonicæ legi inueniuntur, iuri naturali cõtraria ſunt, & iuri naturali poſtponuntur. Et facit hic correlationem iuris naturalis ad canonicam ſcripturam & diuinas leges.

COnſtitutiones.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinq; capitula, quod leges principum non præiudicant canonib. Secunda ibi, *Ecce.* Ioan. de Fant. CASVS. Oſtenſum eſt ſupra, quod ius naturale præfertur conſuetudini & conſtitutioni eccleſiaſticæ, quàm ſæculari. In hac vero 10. di. oſtenditur, quod conſtitutio eccleſiaſtica præfertur ſæculari cõſtitutioni. & ad hoc inducuntur ſequentia c.

o ¶ Conſtitutiones.] in hac 10. di. oſtendit magiſter, quod ſæcularis conſtitutio cedit eccleſiaſticæ: [cc] quia ſacræ leges non dedignantur ſequi ſacros canones, vt 2. qu. 3. §. hinc colligitur. extr. de iud. clerici [c].

LEge.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima par. quærebatur a Nicolao, an legibus imperatorum ſit in omnib. controuerſiis eccleſiaſticis vtendum. Et reſpon. quod non, vbi leges videntur canonib. obuiare. In ſecunda par. quæ incip. ibi, *Item. &c.* quærebatur an lex Imperatoris ꝑ ſit diuinæ, vt per eam iura eccleſiaſtica diſſoluantur. Et reſpõ. quod non: & hoc probatur duorum auctoritate, ſ. Innocentij & Gregorij. Dicit. n. Innocentius, quod in vna prouincia non debet eſſe niſi vnus metropolitanus. cum eccleſia hoc ſtatuat. Vnde ſi Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non propter hoc erunt ibi duo metropolitani. Item ſtatutum eſt ab eccleſia, vt dicit Gregorius, vt poſt carnalem commiſtionem alter coniugum non poſsit ad religionem tranſire ſine conſenſu alterius: ſed lex ſæcularis ſtatuit contrarium. ſed ſtatutum eccleſiæ prævalet: quia etſi lex humana conceſsit, lex tamen diuina prohibuit. In tertia parte quæ incipit ibi, *Non quòd.* circa finem, dicitur quòd bene vti poſſumus legibus vbi canonibus non contradicitur.

1 Iuo par. 4. c. 227. Poly. lib. 3. ti. 21.

† al. doctiorumque.

2 De [a] dedit par. 2. Anſel. libr. 4. ca. 58. Iuo p. 4. cap. 236.

Phil. 3.

a ſed in rõe. q. d. vbi exẽplũ ñ cõcor dat rõi, ñ eſt ſequẽdũ: nã illud exẽplũ Lucretiæ nõ concordat rõi. Arch.

b Et extr. de ſortil. c. 1. in parte deciſa

3 Iuo par. 4. c. 237.

[a] vide ſ. di. 6. c. non eſt peccatum. §. his itaque.

† al. quales]

Orig. Antu.

† al. tales.

4 Pol. l. 1. ti. 16.

cc Canones præferuntur legibus.

c Concord. tex. in l. 1. leges ſacratiſsimæ. cum cõcor. vulg. C. de epiſc. & cler.

5 Iuo p. 4. c. 87. Pann. l. 2. c. 138. Anſ. l. 1. c. 97. Poly. l. 1. tit. 27.

a ¶ Dilit

uiarec. *Item* †. ¶ [a] Lex Imperatorũ non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. [a] Ad quod oſtendendum duorum horum†, ſcilicet Innocentij, & Gregorij ſatis ſufficiunt teſtimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epiſtola ſua ad Alexandrum Antiochenum epiſcopũ ait: [[3] Nam quod ſciſcitaris, vtrum diuiſis [a] imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant, ſic duo metropolitani epiſcopi debeant nominari, non viſum† eſt ad mobilitatem neceſſit tum mundanarum Dei eccleſiam [b] commutari, honoréſq́; aut diuiſiones [c] perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator.] [4] Beatus autẽ Gregorius ſcribens ad Theoctiſtã patritiam, inter cetera: [Si, inquit, religionis cauſa coniugia debere diſſolui dicantur, ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana [d] cõceſſit, lex tamen diuina prohibuit.] [5] Ecce quemadmodum imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ecce qualiter, quod lex humana conceſſit, diuina lex prohibuit. ¶ Non quod Imperatorum leges (quibus ſæpe eccleſia vtitur contra hæreticos [e], ſæpe cõtra tyrannos, atque contra prauos quoſque defenditur) dicamus penitus renuendas, ſed quod eas euangelicis, apoſtolicis, atque canonicis decretis) quibus poſtponendæ ſunt) nullum poſſe inferre præiudicium aſſeramus.

a ¶ Lege.] *Caput hoc ſumptum eſt ex epiſtola Nicolai, quæ extat in codice bibliothecæ Dominicanæ. de quo dictum eſt ſupra diſt. 10. c. 1. Titulus autem epiſtolæ hic eſt* Nicolaus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſsimis ac ſanctiſſimis confratrib. noſtris metropolitanis epiſcopis, & ceteris diuerſarum prouinciarum, ac vrbium præſulib. qui in Conuentum vi lam publicam, ſecus ciuitatem Siluanectis cõueniſtis. *Eadem epiſtola nuper impreſſa eſt in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum.*

β ¶ Obuiare.] *Apud Nicolaum ſequitur continenter* ad quod oſtendendum, &c. *Quæ autem apud Gratianum ſunt interiecta, non ſunt hoc loco in epiſtola neque in Polycarpo neque apud Anſelmum: ſed verba illa* Lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. *à Burchardo, & Iuone citantur ex decretis Pij Papæ. cap. 3. habentur autem in capitulis ibus adiectis c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite. §. ecce quemadmodum.*

Item Symmachus [6] *Papa in ſexta ſynodo Romana tempore Theodorici Regis*

¶ Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet. C. II.

7 NOn licet [f] Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra diuina mãdata præſumere, nec quicquã quod euangelicis, propheticis, aut apoſtolicis regulis obuiet, agere.

*Item Felix Papa.**

¶ In eccleſiaſticis cauſis regia voluntas ſacerdotibus eſt poſtponenda. C. III.

8 CErtum eſt [g] hoc rebus veſtris eſſe ſalutare, vt cum de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius cõſtitutionẽ, regiã voluntatem ſacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere, nõ præferre, & ſacroſancta [h] ꝑ eorũ præſules potius diſcere, quàm docere, eccleſiaſticã† formã ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præfigere, neq; eius ſanctionibus velle dominari, cuius [i] clementiæ Deus voluit tuę pię deuotiõis colla ſubmittere [k]: ne, dũ menſura [l] cęleſtis diſpoſitionis † exceditur, eatur in contumeliã diſponentis.

Item†.

¶ Bonis moribus, & decretis Romanorum Pontificum, conſtitutiones contraire non poſſunt. C. IIII.

9 COnſtitutiones [m] contra canones, & decreta præſulum Romanorum, vel bonos mores [n] nullius ſunt† momenti.

*Itẽ Nicolaus Papa I. in epiſtola ad Michaelẽ Imperatorẽ, cuius initiũ eſt. [Propoſueramus**.]

¶ Quæ ſacerdotum ſunt regibus vſurpare non licet. C. V.

IMperium veſtrum ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus [o] debet eſſe contentum, nõ vſurpare quæ ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angore plenos, & Magiſtratum iratum.

¶ Tribunalia Regum ſacerdotali ſunt poteſtati ſubiecta. C. VI.

SVſcipitis ne libertatem [p] verbi? libenter accipitis [q], quòd lex Chriſti ſacerdotali vos ſubiicit poteſtati, atq; iſtis tribunalib. ſubdit? Dedit enim & nobis poteſtatẽ: dedit & principatũ multo perfectiorem [r] principatibus veſtris.

a ¶ *Diuiſis imperiali iudicio prouinciis.*] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de off. aſſeſ. ſi eadem. & Papa epiſcopatus diuidit: & vnit epiſcopatus eccleſias, vt extra de excel. præl. ſicut vnire. Quid autem iuris ſit dum vniuntur vel diuiduntur. not. 16. qu. 1. poſtquam & c. & temporis. Licet ergo Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non ideo erunt duæ metropoles, vt hic. & 101. diſt. peruenit. [ii] Et eſt hic ar. quòd ſi princeps legitimat aliquem in temporalib. non ideo eſt legitimatus in ſpiritualib. extra qui filij ſint leg. per venerabilem. niſi vbi princeps reſtituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, vt 6. q. 1. §. verum.

b ¶ *Eccleſiam.*] [ff] Eccleſia non adſtringitur mundanis legib. 33. q. 2. inter. nec etiam de rebus eccleſiaſticis põt Imperator legem cõdere, vt 96. diſt. bene [a]. niſi hoc eccleſia petat, vt 17. diſt. §. hinc etiam. & niſi in eccleſia priuilegium ſtatuat aliquid, vt 16. qu. 1. generaliter. & quæſt. 3. nemo. Ioan.

c ¶ *Diuiſiones.*] Argu. quòd epiſcopus inuito plebano non põt diuidere parochiam eius: nec Papa inuito epiſcopo diuidere epiſcopatũ, vt 16. qu. 1. multis. quod enim eſt vnum diuidi non poteſt, vt 24. qu. 1. loquitur. & c. ſchiſma. lo. Sed credo quòd Papa hoc poſsit facere ex cauſa, & etiam epiſcopus [b], vt in ca. de cret. ſi vnire. Bart.

d ¶ *Lex humana.*] vt habes 27. qu. 2. ſunt qui dicunt. Sed mirum eſt cum Iuſtinianus fuerit valde catholicus Imperator: qualiter illud ſtatuerit contra legem Domini: cum Dominus dixerit quòd ob ſolam cauſam fornicationis mulier poſsit ſeparari à viro, vt 33. qu. 2. quos Deus. Sed dic (vt quidam dicunt) quòd ignoranter fecit: & ideo veniam meruit, vt 38. di. conſuetudo. Vel errauit ſi. Hieron. vt 26. di. c. 1. Vel ideo permiſit [c] hoc, vt grauia vitarentur: ſicut vſuras permiſit vt vitarentur rapinæ, & coniugia permiſit caſſ. lui, vt vitaretur vxoricidium, vt 33. q. 2. ſi quod verius.

e ¶ *Contra hæreticos.*] Et ſic vtor ꝑ me quo non vtor contra me. ĩ. 37. diſtin. ſi quid verius. & 2. qu. 7. ſi hæreticus. & ſic eſt contra 19. diſ. ſi Romanorum. in fin. 4. q. 3. cap. ſi teſtes. §. itẽ ſi quis teſtibus.

f NOn licet.] Caſum præſentis capituli pone per teipſum. { *Non licet.*] argu. contra illas leges quæ permittunt vſuras exigere. argum. 11. quæſt. 1. c. quicunque litem. & 9. diſtin. c. 1. verſ. quicunque. & 96. diſt. bene. 11. q. 3. qui omnipotentem. 15. quæſt. 1. omne quod. & c. nulli. & cap. generali. 23. q. 8. conuenior. argum. contra diſtin. 63. cap. Hadrianus. [d]

CErtum.] CASVS. Imperator volebat præeſſe rebus eccleſiaſticis, & prælatis eccleſiarum obedire nolebat: immo quod plus eſt, eis dominari volebat, & iura præfigere, quem Felix Papa docet eccleſiæ debere colla ſubmittere, & non velle eius ſacerdotibus dominari: ne ſi contra fiat, eatur in contumeliam creatoris.

g ¶ *Certum eſt.*] Hoc c. & c. ſuſcipitis. & c. quoniam. loquuntur quaſi de eadem materia.

h ¶ *Et ſacroſancta.*] id eſt, præcepta.

i ¶ *Cuius.*] ſcilicet eccleſiæ.

k ¶ *Submittere.*] Imperator enim filius eſt eccleſiæ, non præſul, vt 96. diſtinctiõ. ſi Imperator. & [ii] inclinabit caput ſuum epiſcopis, vt 63. diſtinct. Valentinianus. & excommunicari poteſt ab epiſcopo, vt 18. diſtinct. quoniam quidem. 96. diſtinction. duo.

l ¶ *Menſura.*] i. Imperator excedit menſuram ſuam.

m COnſtitutiones.] [d] Nunquid ergo legibus ſemper derogatur per canones? Abſit, niſi quo ad cauſas ſpirituales. & hoc eſt quod dicitur de conſecr. diſtinct. 3. celebritatem. ibi alia eſt ratio cauſarum ſecularium, alia diuinarum. argum. ĩ. eodem. capit. 1. verumque enim ſuo modo rationabiliter conſtitutum eſt, ſed diuerſo modo. arg. ĩ. ead. certum. Nec Papa poteſt leges tollere, niſi quo ad ſuum forum. [ff] Imperium enim & ſacerdotium ex eodem principio prodierunt, vt in Authentica quomodo oporteat epiſcopos. in princ. coll. 1. argũ. ĩ. ead. diſtin. quoniam. Sed hoc non credo, vt extra de præſcriptio. quoniam omne.

n ¶ *Mores.*] [ff] Nec iuramentum obligat contra bonos mores, vt extra de iureiur. quemadmodum. &c. ff. de leg. 1. ſi quis inquilinos. §. vlt.

o IMperium.] ¶ *Adminiſtrationibus.*] Diſtincta eſt enim poteſtas ſua à poteſtate Pontificali, vt ĩ. ead. quoniam. & 96. diſtinctio. cum ad verum. [ii] Alioquin ſi vſurpat eorum officia, lepra percutitur, vt Ozias. 2. quæſtio. 7. item Dauid. Tamen inuenitur, quòd reges conferunt decanatus, vt extra de conſue. cum inter. in parte deciſa. Ioan.

SVſcipitis.] CASVS. Imperatores Conſtantinopolitani volebant ſuas conſtitutiones præferri eccleſiaſticis, contra quos inuehitur Gregorius Nazianzenus, & dicit quòd maiorem principatum dedit Chriſtus præſulibus eccleſiarum & perfectiorem, quam ipſis Imperatoribus. vnde ſi legem ſuſcipiunt Ieſu Chriſti, poteſtati eccleſiæ ſubiici debent: cum ſpiritus carni præferatur, & lex diuina præferatur humanæ.

p ¶ *Libertatem.*] id eſt, verbum prædicationis.

q ¶ *Accipitis.*] id eſt, accipere debetis.

r ¶ *Perfectiorem.*] vt 95. diſt. duo ſunt.

[ii] Legitimatus quo ad temporalia non cẽſetur quoad ſpiritualia.
† *al. Idem.*
1 In ca. adiectis c. 9.
2 Burc. l. 15. ca. 10. Iuo p. 16 c. 11. Pan. l. 2. c. 119
† *horum.*] Orig.
3 Inno. epiſt. 18 c. 2.
[ff] Leges ſeculares eccleſiã non adſtringunt.
a Vide quod no. 5. q. 6. ſi byteri a. & 22. q. 8. cõuenior. in gl. eccleſia enim, &c.
† *eccleſiam*] Orig.
4 Lib. 9 reg. epiſt. 39
5 Iuo par. 4 c. 187. Pan. l. 6. c. 140. ex capit. adiectis c. 17.
b Sub. & hoc eſt verũ cũ nulli ſit ꝑiudiciũ alias ſecus 2. q. 6. qui ſe ſcit. 10. de F...
c De cõparatiua permiſſione, [d] quã no. 3 diſt. c. vlt.
d Sed illud ex ꝑmiſſiõe eccleſiæ.
6 & Calixt. epi. 1 & Marcellinus in extrema epiſt. 2. & in cap. Hadriani ca. 76 ex quo citant Burchar. & Iuo par 16. cap. 9
7 De [a] dedit part. 1. & 3. Burc l. 15 c. 8. Iuo p. 4. c. 23. & par. 16. c. 9. Pan. l. 2. c. 41. Poly. l. 6 ti. 1.
* *In exẽplari Vercen. eſt*] Felix iij.
8 Anſel. l. 4. c. 11. Poly l. 1. c. 18.
[ii] Imperator inferior eſt epo
† *al. eccleſia.*
[ii] caſus duorũ iſtorũ capitul. eum planus eſt.
† *al. diſpenſationis.*
[ff] Impiũ & ſacerdotium ex eodẽ ꝓcedunt.
† antea legebatur] *Idem* Hẽ in c. Hadrian. n. 39.
9 De [a] dedit par 1. & 3. Anſ. l. 3 c. 88. Burc. l. 15. c. 9 Iuo pa. 5. c. 58. & par. 16. c. 10 Poly. l. 1. c. ſi.
† *ſint*] Orig.
[ii] Iurãm contra bonos mores, non obligat.
[ii] Impator lepra percutitur ſi offiũ ſacerdotale vſurpat.

Spiritus

a *Spiritus.*]id eſt,eccleſiaſtica conſtitutio.
b ¶ *Carni.*]id eſt,ſeculari conſtitutioni.
ECCLE. Hæc eſt 2.pars diſt.in qua probatur per 7.cap.quòd quando leges non contradicunt canonibus,amplectendæ ſunt.Arch.
CASVS. §.per ſe patet,& ad probandum illud quod dicitur in §. inducit Grat.ſeq.c.

SI *in adiutorium.*] CASVS. Petilianus defendebat ſe legib. contra Auguſtinum, & alios catholicos. Aug. de hoc ipſum nõ reprehendit:quoniam & Paulus hoc fecit, cum teſtatur ſe eſſe ciuem Romanum.
c ¶ *Si in adiutorium.*] Hoc ideo dicit, quia non ſunt allegandæ [a] leges niſi in defectum canonum, vt extra de no.oper. nun. intelleximus.
d ¶ *Ciuem.*]ciuem Romanum appellat ſe: quia pater eius ſocietatem cõtraxerat cum Romanis,& in ſignum fuit data ei penula [b].
Q*Voniam.*]CASVS. Iulianus Imperator vendicabat ſibi imperium & pontificatum : quod locum habuit in veteri teſtamento. Sed dicit Cyprianus , quod poſtquam Chriſtus venit, ſic officia vtriuſque poteſtatis diſcreuit, vt Imperator terrenis Pontifex cæleſtibus præſideret:ne propter duplicem poteſtatem homo ſuperbiens rurſum ad inferna demergatur : ſed cum opus eſt , altera poteſtas vicisſim alteram ſubleuaret. Idem caſus eſt 96.diſtinct.cum ad verum.
e ¶ *Quoniam.*] Hoc c. eſt pars illius 96. diſt. cum ad verum.
f ¶ *Dei & hominum.*] id eſt,diuinæ & humanæ naturæ. de conſe. di.2.in Chriſto pater.
c ¶ *Contrario more.*] arg. eſt hic cótra epiſcopos q ſic argumentantur contra eccleſiam aliquam: ex quo aliæ eccleſiæ hoc, vel illud faciunt: ergo & iſta idẽ faciat. Rñdeatur ergo eis, q conſuetudo vnius eccleſiæ ñ ſubuertitur pp contrariã conſuetudinem aliarũ. arg. ẽn eſt pro eo. 10. diſt. contra mores. extr. de cenſi. ex parte. arg. cõtra extr. de cap. mo. dilectus. circa ſi. lo. Sol. quælibet eccleſia faciat id quod aliæ faciunt de iure cõmuni. 16. diſt. miramur. niſi præſcripſerit vt extr. de prælaudatis, vel niſi habeat priuilegium. 16. q. 1. ſunc ec. B. ex his duobus cap. vt "ſi iudex delegatus iudicabit ſecundum conſuetudinem loci, vt j. ca. omnia. & S. di. 8. ca. q con tra mores. Vot dicit, nulla ciuis, vel peregrinus & ext. de conſue. cu o. [illegible] & de cog. ſpir. ſuper eo. & optime extr. de co [illegible] in poſſ. cum venientes. & C. de ædi. priuat. in totum. vbi dicitur, quòd iudex ſeruabit b ea quæ in oppido frequenter ſeruata ſunt c. Et legatus ſeruant conſuetudinem prouinciæ: nam magnum exiſtit ut proum. tales ſibi ſeruari conſuetudines ſuas. ff. de offi. procon. obſeruare. Item let c præcipit, quod iudex ſeruet conſuetudinem prouinciæ. ff. de teſta. [illegible] Contra probatur, quòd iudicabit ſecundum ius Romanum, vt S. di. prox. c. vit. & C. conſuetudinis & in ſatiſdatio ne dicit lex ſeruando in conſuetudinem vrbis Romanæ, vt Inſt. de ſatiſd. § vlt. & extr. de ſen. & re iu. in cauſis. & c. cum ca. & 35. q. 2. ſeruiſ [illegible] Item quia delegatus nõ ſua, ſed delegãtis vice fungitur d, vt 93. diſtin. c. vlt. extr. de off. dele. ſane. & L. de off. eius cui man eſt iu. L. L. & [illegible] magnum ſequeretur inconueniens, ſi ſecundum cõſuetudinem loci iudicaretur, quia ſi illa loca haberent diuerſas conſuetudines in quibus [illegible] ſequeretur, quod eadem cauſa regeretur ſecundum conſuetudines contrarias. 12. q. 2. monemus. Item vt, quòd ſecundum conſuetudinem [illegible] ſit rid. can. [illegible] quia actor ſp ſequitur forum rei, vt 11. q. 1. experientiæ. tum quia fauorabiliores rei ſunt, quã actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad hoc dñt quidã, quòd ſi aliqui ſe ſponte ſubijciant iudicio alicuius, vel ſponte petant iudices delegatos, q ſp ſecundum conſuetudinem delegantis iudicandũ ſit. ſi autem inuitis datus ſit iudex, tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigantium, & potius ſecundum conſuetudinem rei, quia actoris, vt in d. l. ſane [illegible] potest diſtingui, aut appellatur ad Papam, aut non. ſi propter appellationem [illegible] iudex, & tunc delegatus [illegible] ſequi conſuetudinem illius loci a quo eſt appellatum, quia iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſnæ, vt in Aut. con. 8 [illegible] ap. cog. in prima ar. ad hoc ext. de teſt. Ramuntus. [illegible] iudex ap. ſequitur conſuetudinem loci a quo fuit appellatum. Sed ſi ſine ap. impetretur iudex, tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. ar. ad hoc ff. de cond. & dem quæ conditio. in fi. Ioan. [illegible] credo, quòd iudex iudicabit, ſecundum conſuetudinem rei, cum actor forum rei ſequatur: vt ext. de fo. comp. cum ſit generale. niſi ratione contractus, vel maleficij factus ſit, de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci vbi contraxit, vel deliquit, vt 8. diſt. quæ contra mores. & extra de for. comp. c. vlt. Bar.

¶ *Contrario more.*] C. de tem. in integ. reſt. l. vlt. contra vbi dicitur, quod abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimẽ. Sol. verum eſt, quòd propter loca diuerſa non debet induci ius diuerſum, niſi alia ratio ſubſit. 29. diſt. ſciendũ.

1 Iuo p. 4. c. 212. Pan. l. 2. c. 156.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditiones a eccleſiaſticas, præſertim b quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt a maioribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more c ſubuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiſcopo.

¶ Traditiones a Patribus inſtitutæ non ſunt infringendæ. C. V.

1 RIdiculum eſt d, & ſatis abominabile dedecus, vt téporibus noſtris vel falſo inſimulari ſanctam Dei eccleſiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus ſuſcipimus, pro libitu ſemper errantium infringi patiamur.

¶ *Habetur in epiſtola, ſcripta Hincmaro, & ceteris archiepiſcopis, & epiſcopis in regno Caroli eccleſiæ regentibus: quæ extat in codice iam memorato Bibliotheca D[illegible] & extra caput hoc locupletatum eſt. Nam extra breuius [illegible] Iuonem & [illegible] Panormia.*

Item Iuſtinianus Inſtitutionũ lib. 1. tit. 2.

¶ Diuturni mores pro lege ſunt habendi.

2 DIuturni e mores conſenſu vtentium approbati legem imitantur.

Item Cod. 8. tit. quæ ſit longa conſuetudo. l. 1.

¶ Quidquid contra longam conſuetudinẽ fit, euocari oportet. C. VII.

3 COnſuetudo f præcedens, & ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, cuſtodienda eſt. Et quidquid a contra longam g conſuetudinem fiet, ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ.

a ¶ *Quidquid.*] *In orig. non eſt*, & ne quid contra longam conſuetudinem fiat, *ſed quo niam rubrica uidetur magis conuenire lectioni Gratiani quæ eſt [illegible] apud Iuonem & in Panormia [illegible].*

Item Gregorius vniuerſis epiſcopis Numidiæ lib. 1. epiſt. 75.

¶ Immota permaneat cõſuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. C. VIII.

4 NOs conſuetudinem, quę tamen cõtra fidem catholicam nihil vſurpare dinoſcitur, immotam h permanere concedimus, ſiue de primatibus i conſtituendis, ſiue de ceteris capitulis, exceptis iis, qui ex Donatiſtis ad epiſcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum k ordo l clericorum eos ad locum eundem deferat) modis omnibus prohibemus m. Sufficiat autem illis commiſſę ſibi plebis † curam gerere: non autem etiam illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & educuit, & genuit, ad obtinẽdum culmen primatus anteire.

β ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquo uetuſtis Grat. & in aliquibus B. Gregorij codicibus: ſed auctor gloſſæ non uidetur habuiſſe uerbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo neque [illegible] neque Gratiani [illegible] exemplar [illegible], neque aliqua etiam B. Grego [illegible] editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum lib. 7. reg. epiſt. 81.

¶ Non negantur, quæ conſuetudinis ſunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur: ſic n quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, reſp. 3.

d R*Ideculum eſt.*] ff. de interd. & releg. l. relegatorum §. vltimo.

e D*iuturni.*] Hoc dicitur Inſtit. de iur natur. §. ex non ſcripto.

f C*onſuetudo.*] vbi non eſt contraria iuri ſcripto.

g ¶ *Contra longam.*] ſed longum eſt illud quod eſt 10. vel 20. annorum, vt C. de præſcript. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, quòd conſuetudo excedat hominum memoriam, vt dicunt quidam, vel etiam, quod ſit præſcripta. Sed illud verum eſt, vbi conſuetudo non eſt contra ius, vel quando eſt vetuſtata vt excedat memoriam hominum. ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. item varus. quia tunc habetur loco conſtitutionis, vt l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æſti. vbi autem eſt iuri contraria, requiruntur ea, quæ no. 8. diſt. ſruſtra e.

h N*on conſuetudinem.*] C A S V S. In Numidia erant multi Donatiſtæ, quos cum ad eccleſiam redibant archiepiſcopi, & primates de conſuetudine in epiſcopos promouebant: cum hæc cõſuetudo eſſet contra eccleſiaſticas conſtitutiones. Dicit ergo Papa in ceteris articulis conſuetudinem eſſe ſeruandam. In promotione vero Donatiſtarum ſeruari non debet: licet in dignitatibus ex diſpenſatione tolerentur, cum in quibuſdam antea conſiſtebant.

h ¶ *Immotam.*] contra extra de conſuet. cum venerabilis. ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, vt 22. q. 5. & iurabunt.

i ¶ *De primatibus.*] ar. eſt hic, "quòd conſuetudo attenditur in electione, vt 24. q. 1. pudenda. in fin. & extra de elect. cum inter vniuerſas. & capit. cum eccleſia. de cauſa poſſeſsio. & prop. Item eſt hic argum. quod perſona, quæ alias eſt ineligibilis, ratione conſuetudinis fit eligibilis. & ſic extra de clericis coniugat. cum olim. f & ff de decurion. non tantum. in fin. argum. contra extra de conſuetud. cum venerabilis. Item habes hic, quod diſpenſatur in vno ordine cum aliquo, qui tamen non poteſt promoueri ad ſuperiorem ordinem, vt 34. diſtinct. lector. & 1. quæſt. 5. cap. 1. & quæſt. 7. ſaluberrimum. poteſt enim cum aliquis habere minorem honorem, qui non poteſt habere maiorem, vt ff. de interd. & releg. relegatorum. §. vltim. & 15. quæſt. vlt. cap. 1.

k ¶ *Etiam cum.*] id eſt quamuis.

l ¶ *Ordo.*] licet ſint talis ordinis, quòd poſsint eſſe primates.

m ¶ *Prohibemus.*] 23. q. 4. ipſa pietas. S verſ. item ſi contra. 3. quæ. 1. ſi quis hæreticæ. 1. q. 7. ca. 1. & ca. conuenientibus. contra. Sol. "de iure communi eſt quod nullus rec[illegible] hæreſi poteſt ordinari [illegible] [illegible] cap. [illegible] diſpenſatur [illegible] cum eis quandoque [illegible] quando ad minores ordines promouentur, vt 1. quæſtione 1. ſi quis hæretico. plena eſt quando poteſt fieri ſacerdos, & non vltra. 1. quæſtione, conuenientibus. plenior quando poteſt fieri epiſcopus, ſed non primas, vt hic. plenitisſima quando ad omnes ordines, & dignitates promouetur. 23. que. 4. ipſa pietas. Ioan.

n Q*Vemadmodum.*] Caſus huius c. per ſe patet.

¶ *Sic.*] ſimilis comparatio eſt ſecunda quæſtione prima. ſicut ſimile. Ioan.

a Ecc. ſopitæ. vbi de hoc & e ſuper eod. vbi de hoc extr de of arc. ca. ſi. vbi plene de hoc p In. & ſi. ad hoc qđ not. ex t. de deci. p [illegible] "Iudex iudicãdo an loci conſuetudinem ſeruare debeat.

2 Iuo p. 4. c. 394 Pann. l. 2. c. 60

3 Iuo p. 4. c. 201. Pann. l. 2. c. 161.

b In iudicãdo.

c ſe in ſimili gñe controuerſiarum. Arch.

d Idẽ B. d. in l. aduerſus. C ſi ad. rem iu. & Ale de Im. 11 ſoler. ff de iu. om. iu. cir. [illegible]

" Conſuetudo rei dicet a iudice ſeruari.

4 ſuprà diſt. 11. c. conſuetudinẽ. Iuo p 4. c. 204.

† tãtum mo do Orig.

e Sub & túc pſertur, vel quando eſt vetuſta, ita quòd excedit memoriã hominũ. ff. de aq. pl ar. in ſumma. §. Caſsius. tũc cõſtõis hr. vt d l hoc iure § d. ct" aquæ L.

"Conſuetudo in electio ne attẽditur.

f Poteſt dici id quod dici tur in hac decret. plus ſieri propter ſcãdalum vitandum, quã propter con ſuetudinem. vt in hoc ca. nos conſuetudinem.

g Hoc c. potius eſt concordantiã hoc, & ibi talos permutã tur e pari, ſecundũ Hug "Rediẽs ab hrẽ an poſſit ordinari.

¶ Non locus conſuetudinem, ſed cõſuetudo locum commendat. C. X.

i NOuit fraternitas tua Romanæ eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit enutritã. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallicorum † [a], ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſolicite eligas: & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in fide noua eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſiis colligere poteris †, infundas. Nõ enim pro locis res [b], ſed pro rebus † loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſiis, quę pia, quæ religioſa, quę recta ſunt, elige: & hęc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorum mentes in conſuetudinem depóne.

Item Aug. ad Ianuarium, epiſt. 118. c. 1.

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum. C. XI.

ILla autem, quę non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quę quidẽ toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi [c] vel ab ipſis Apoſtolicis, vel plenariis conciliis, quorum eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas, cõmendata [d], atq; ſtatuta retineri [e]: ſicuti q́ Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cælum, & aduentus de cælo ſpiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſa, quacũque ſe diffundit, eccleſia. ¶ [2] Alia vero, quę per loca terrarum, regioneſq; variantur, ſicuti eſt, quòd alij ieiunant ſabbato, alij vero non: alij quotidie communicant corpori, & ſanguini dominico, alij certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur: alibi ſabbato tantum, & dominico, alibi tantum dominico: & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum liberas [f] habet obſeruationes. Nec diſciplina vlla eſt in his melior graui, prudentique Chriſtiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit eccleſiam, ad quamcunque forte deuenerit.[3] Quod enim neq; contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur †, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate [g] ſeruandum eſt. Mater mea [a] Mediolanum me conſecuta inuenit eccleſiam ſabbato nõ ieiunantem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium. At ille ait: cum Romam venio, ieiuno ſabbato: cum Mediolani ſum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte eccleſiã veneris [h], eius morem ſerua: ſi cuiquam nõ vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt [i].

a ¶ Mater mea.] *In hoc c. quemadmodum & in ſequenti, multa ſunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco uſque in finem quoniam verba B. August. apte citant in epiſtola [illegible], nihil additum eſt.*

2 *Hoc autem* [k] *de conſuetudine illa intelligendum eſt, quæ vel vniuerſalis eccleſiæ vſu, vel temporis prolixitate roboratur. Ceterum ſi pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum variæ conſuetudines introducantur: inuenta opportunitate reſecandæ ſunt potius, quàm obſeruandæ.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad inquiſitiones Ianuarij, epiſt. 119. c. 19.

¶ Reſecanda ſunt, quæ neque auctoritate, neque moribus vniuerſitatis comprobantur. C. XII.

4 OMnia [l] talia, quæ neq; ſanctarum ſcripturarũ auctoritatibus continentur, nec in concilijs epiſcoporum ſtatuta inueniuntur, nec cõſuetudine vniuerſalis † eccleſiæ roborata ſunt, ſed diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino numquam inueniri poſſint cauſę [m], quas in eis inſtituendis homines ſecuti ſunt, vbi facultas [n] tribuitur, ſine vlla dubitatione reſecanda exiſtimo. Quamuis enim neq; hoc inueniri poſſit, quomodo contra fidem ſint: ipſam tamen religionem [o], quam pauciſſimis [p], & maniſeſtiſſimis [q] celebrationem ſa-

NOuit.] CASVS. Gregorius miſit Auguſtinum monachum ſuum ad prædicandum Anglicis, qui iuit, & conuertit eos, & factus eſt ibi epiſcopus. Vnde quæſiuit à Gregorio; an ſecundum conſuetudinẽ Romanæ eccleſiæ, quam Aug. bene nouit: deberet Angliam informare? Et rñdet Greg. q́ vbicunq; inuenerit bonas conſuetudines, illas aſſumat, quibus in vnum collectis Anglicorũ mores informet: nec debet ꝓp loci dignitatẽ conſuetudinem approbare: q̃a nõ res ꝓp loca, ſed loca ꝓp res, & cõſuetudines ſunt amanda.

a ¶ Siue in Gallicorum.] ĩ. prox. diſt. c. vlt. contra. Sed ibi de generali conſuetudine. Vel ibi de illa q̃ cõſiſtit in ordine. 50. diſt. ex antiquis. hic de illa, quæ conſiſtit in obſequiis.

b ¶ Res.] i. conſuetudines. q. d. non ideo eſt cõprobanda cõſuetudo mala: q̃a bonus locus eſt. 40. di. nõ loca. ADDITIO. Nec bona conſuetudo repellẽda eſt, ideo quia locus ſit vilis ac ignobilis, ſecundum Hug.

ILla autem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quærebat Ianuarius ab Auguſtin. quare generaliter per totum orbẽ ſeruentur paſſio Domini, reſurrectio, & aſcenſio, & alia ſimilia: cũ non inueniatur in auctoritate, q́ illa ſeruari præcipiat? Et rñdet Auguſt. q́ ideo ſeruantur: quia intelligere debemus, & credere hoc eſſe traditũ ab Apoſtolis, vel à cõcilijs ſtatutum. vñ debet ab vniuerſis ſeruari. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Alia vero.* dicit, quòd particulares cõſuetudines liberã hñt obſeruantiam: nec ad alios qui ibi nõ habitant pertinent: ſicut eſt de ieiunio ſabbati, & de quotidiana ſumptione corporis Chriſti, & de his ſimilibus. & hoc probatur exẽplo Ambroſij. Nam cum mater Auguſtini iuiſſet Mediolanum & dubitabat vtrũ deberet ieiunare die ſabbati: cum ibi eccleſia non ieiunaret, Aug. conſuluit Ambroſium ſuper hoc, q́ rñdit: Cum ſum Romæ, ſabbatum ieiuno: Cum ſum Mediolani, non ieiuno: & tu Auguſtine ad quamcunque eccleſiam veneris, eius morem ſerua: ne ſcandalum generetur alicui propter te. Hoc cum Auguſt. renunciaſſet matri, libenter amplexa eſt.

c ¶ Intelligi.] arg. [a] q́ præſumendum eſt conſuetudinem eſſe iuſtam, & ex iuſta cauſa proceſsiſſe, niſi probetur contrarium. arg. contra, ĩ. ead. diſt. omnia. & 86. diſt. corepiſcopi. & ext. de cẽſ. peruenit. vbi habes, quòd licet ordo epõrum diu ſeruatus ab omnibus fuerit: tamen aboletur, quia cauſa inſtitutionis ignoratur [a]. Sed illa conſuetudo mala fuit & oneroſa, & ideo fuit extirpata. Hic autẽ loquitur de bona conſuetudine, & non oneroſa, vt in auth. de refer. § tũ. Item eſt hic arg. q́ ex tp̃e præſumitur aliquid eſſe debitum, vt 18. q. 2. ſeruitium.

d ¶ Commẽdata.] eſſe.

e ¶ Retineri.] id eſt, vt retineantur.

f ¶ Liberas.] Hic dicit Aug. quòd liberũ eſt ſabbato ieiunare quãtum ad extraneos, non quantum ad illos vbi talis conſuetudo ſeruata eſt. Sed contrarium dicit Inn. ĩ. de conſec. diſt. 3. ſabbato. Sed ibi loquitur de conſilio. Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis. 76. di. Vtinã.

g ¶ Societate.] arg. q́ quilibet tenetur viuere ſecundũ conſuetudinẽ illorum inter quos verſatur, vt ĩ. 8. diſt. quæ contra. & 41. di. quiſq̃s B.

Vnde verſus:

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

h ¶ Veneris.] arg. quòd viatores tenẽtur ſequi conſuetudinẽ loci ad quem veniunt: vt hic, & ĩ. diſt. 8. quæ cõtra. ar. cõtra. ff. de iud. hæres abſẽs. Sol. vt in di. quæ contra. quia refert an ſint moraturi, vel cito receſſuri, vel an ſit cõſuetudo apparens, vel latens.

i ¶ Amplexa eſt.] ſed forte non libenter ieiunauit.

HOC AVTEM. Hæc eſt 2. pars in qua dr̃, q́ licet cõſuetudo nõ ſit contra fidẽ, ſi tñ grauat, remouenda eſt ſi pt̃ fieri ſine ſcandalo. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic aſsignat Grat. q́ ſupra dicta ca. loquuntur de generali conſuetudine, vel particulari rationabili, quæ omnino ſeruari debet, & ſi malæ, vel oneroſæ conſuetudines ſint, reſecari debent opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit cap. ſequens.

k ¶ Hoc autem.] quod ſ. dictum eſt de conſuetudine ſeruanda.

OMnia.] CASVS. Quædã conſuetudines oneroſæ inueniebãtur, quæ nec auctoritatib. ſcripturarum, nec in concilijs epõrum, nec cõſuetudine vniuerſali roboratæ erant, & vix ratio poterat inueniri quare eſſent inuentæ. Vnde Ianuarius ab Auguſtino quæſiuit, an tolerãdæ eſſent? Et rñdet, q́ non: immo reſecandæ cum ſe facultas obtulerit: quia Deus voluit religionem Chriſtianã liberam eſſe in pauciſsimis ſacramentis: nec eam voluit ſeruilibus oneĩb. premi, quæ hodie in tm̃ eccleſiam premũt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, quam noſtra: qui licet legem Chriſti non ſuſceperint: legalibus tamen ſacramentis, non præſumptionibus ſubijciuntur humanis.

l ¶ Omnia talia.] Loquitur de conſuetudine irrationabili, ne ſit contra. i. e contrario.

m ¶ Cauſæ.] arg. [b] quod non ſufficit dicere ita ſtatutum, niſi cauſa ſtatuti aſsignetur, vt extra de cenſib. peruenit. ĩ. 2. qu. 5. conſuluiſti. ĩ. de conſec. diſt. 1. placuit. ĩ. 68. diſt. corepiſcopi. arg. contra. ff. de leg. non omnium.[b]

n ¶ Facultas.] i. vbi pt̃ fieri ſine ſcandalo, vt 50. diſt. vt conſtitueretur.

o ¶ Religionem.] Chriſtianam.

p ¶ Quam pauciſſimis.] argum. contra illos, qui nimias fundunt orationes. ff. quod met. cauſ. l. 1. quia gaudent breuitate Moderni, vt no. ff. eod. tit. l. 1.

q ¶ Manifeſtiſsimis.] ſupra, diſt. 4. erit.

1 Iuo par. 2. c. 80.

† Gallicanorum.] Orig. Gallicana. Iuo.

† potuiſti.] Orig.

† bonis rebus.] Orig.

2 Ibid. c. 2.

[a] Conſuetudo præſumitur iuſta.

[a] p. dicit ſe... [illegible] Lau... quod ibi no... negat Damaſus... [illegible]

3 fere idem epiſt. 119. c. 18.

† al. eſſe conuincitur.

4 Iuo p. 4. c. 206. Pano. l. 2. c. 168.

† vniuerſæ.] Orig. Pano.

[b] Statuti cauſa eſt aſſignanda.

b de hoc extra de reſc. ſi quando. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. in pr.

D*e in.*] Hæc eſt tertia pars in qua dr̃, quòd conſuetudo in celebrandis officiis, quam obtinet metropolitana eccleſia debet obſeruari in omnibus eccleſiis, exceptis monaſteriis in quibus celebrãtur officia ſecundum regulam beati Benedicti. Hug.

CASVS. Quidã erãt epi, qui nõ ſeruabãt ordinem in diuinis officiis, quem ſeruabat metropolitana eccleſia: quare ſtatũ fuit in concilio Tolet. vt oẽs epi eũdem modũ in officiis ſeruẽt, qui in eccleſia metropolitana ſeruatur. Abbates vero officia publica. i. veſperas, matutinas, & miſſas celebrent ſicut in eccleſia principali celebrãtur: alia vero officia dicant ſicut in eorum regula continetur. Et hæc in 1. parte. In 2. parte quæ incip. ibi, *Quiſquis*. dr̃, quòd ſiquis cõtra hoc fecerit, 6. menſib. excõicationi ſubdatur. In tertia parte quę incip. ibi, *Sub iſta*. dr̃, quòd metropolitani debent epos prouinciæ cogere ſupradictũ modũ ſeruare, & epi ſibi ſubiectos rectores ſupradictam regulam ſeruare compellant.

a ¶ *Voluntatem.*] ſ. doctrinis variis nolite abduci, vt ĩ. diſ. prox. nolite.

b ¶ *Ciues.*] ciues ergo cantant [a] cum clericis, & dicunt amen. 38. diſt. ſedulo.

c ¶ *Sui epi.*] ar. [c] q̃ regimen omnium monaſteriorum ſpectat ad epm̃ [b], vt 9. q. 3. per ſingulas. & 16. q. 1. qui vere. & 61. di. omnium. Sed nõne monaſteria monachorum potius ſunt ſecundũ Abbatẽ regẽda, ad quem tota cura monaſterij ſpectat? 18 q. 2. c. nulla? Sed illud verũ eſt de regulis viuẽdi, nõ de regulis cantandi. 12. q. 1. ũ. dicatis.

d ¶ *Publica.*] ſ. clerico rũ ſæcularium, quorum officia publica ſunt, cũ ipſi populũ hẽant: ſed monachi õ ſp̃ hũt populũ, vñ ipſi non faciunt publica officia, vt 16. q. 1. interdicimꝰ.

e ¶ *Adſtringat.*] argu. [c] metropolitanũ poſſe ſuſpendere, & excommunicare ſuum ſuffraganeum, vt ĩ. 18. diſt. placuit. & c. ſi epiſcopus. ĩ. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 3. ſi quis eps.

P*Lacuit.*] Caſus huius c. planus eſt, qui de eadem materia loquitur cum ſuperiori.

f ¶ *Placuit.*] ĩ. de conſec. diſt. 5. conuenit. iſtis tamen capitulis derogatur per contrariam conſuetudinem. [c]

¶ *Item aduerſus.*] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. ſecunda ibi: *Eſt tamen.* CASVS. Supra in 5. diſt. oſtendit Grat. ius naturale præferri aliis in origine & dignitate, & in 8. di. oſtendit, quòd præfertur amplitudine. In hac vero 13. di. oſtendit, quòd præfertur in ſententiæ rigore: quia nulla diſpenſatio admittitur contra ius naturale in præceptis, & prohibitionibus, niſi duo forte mala ita vrgeant, vt neceſſe ſit alterum eligi, & ad hoc probandum inducit ſequentia c.

g ¶ *Item aduerſus.*] Aſſignauit magiſter differentiam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine: nunc aſſignat differentiam eiuſdem iuris ad alia iura in ſententiæ rigore: nam contra alia iura admittitur diſpenſatio. 25. q. 1. c. ũ. [d] ſed contra ius naturale, quod conſiſtit in præceptis & prohibitionibus, nunquam: magiſter tamen excipit vnum caſum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris ſit de perplexitate. [e] Dicunt quidam, quod aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo mortalia, vt Iudæi qui crucifixerunt Chriſtum, peccauerunt mortaliter. de pœ. diſt. 1. periculoſe. & ſi non occidiſſent, ſimiliter peccaſſent mortaliter: quia feciſſent contra cõſcientiam, quæ dictabat eis contrarium: quia dictum erat eis, Quicunque fecerit ſe filium Dei, morte moriatur, & omne quod fit cõtra cõſcientiam, ædificat ad gehennam. 28. q. 1 c. 1. §. ex his ext. de præſcr. qm̃. Item vt dñt, pt aliquis eſſe perplexus [a] inter mortale, & veniale, vt cum aliquis quærit aliquem inimicum ſuum, quem ſcio eſſe in loco aliquo, ſi dico quęrenti illum eſſe in loco illo, pecco mortaliter [c] q. prodo eũ. [d] ſi nego eum eſſe ibi, pecco ſaltẽ venialiter, vel et mortaliter ſi ſum pfeſſus, vt 22. q. 2. ne quis. ſi taceo, ex taciturnitate mea p̃ſumitur eum eſſe i loco illo. Item i alio exẽplo: ſi vxor petit debitum a viro, & vir negat, peccat mortaliter, ſi reddit, vñ peccare venialiter: quia de le ctatio carnis nõ pot eſſe ſine veniali pctõ, vt vr 33. q. 4. vir cũ propria. & ſic eſt perplexus [f]. Similiter vr, q aliquis pt eſſe perplexus inter duo venialia, vt ſi aliquis ſimplici verbo promiſit ſe ſibi bere pluſquam poſſit: ſi plus bibat peccat venialiter. 25. diſt. vnum orarium. §. criminis ſi cõtra verbum ſuum facit peccat venialiter. vt 22. q. 2. primum. Sed dicẽdum eſt q nullus pt eſſe perplexus inter duo mala: quia ſecũdũ hoc ſequeretur, quòd aliquis ex neceſſitate teneretur facere malũ: ſed dr̃ canon, q Deus nunq̃ redderet interitum, niſi ſpõtaneum reperiretur homo hẽre delictum, vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor. verſic. vaſis iræ. Præterea ſi ex neceſſitate teneremur aliquid mali facere, lex quæ illud phiberet eſſet impoſsibilis: cum tñ omnis lex debeat eſſe poſsibilis [g], vt ĩ. diſt. 4. erit Perplexio ergo quantum ad rẽ nihil eſt: ſed quantum ad animum, & ad ſtultam opin. alicuius perplexio aliqua eſt: vnde Iudæi non erant perplexi niſi q̃tum ad animum, & ideo debuiſſent conſulere peritiores, vt Apoſtolos, vel ſacras ſcripturas. In alio exemplo dicitur, quòd ille, qui interrogatur dẽt tacere: nec hoc ei nocet, ſi alter ex taciturnitate ſua aliquid præſumat. Abſit enim quòd ea quæ, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. præterea non ſemper ſequitur, quòd qui tacet conſentit, vt 86. diſt. tanta. Quod autem obiicit de vxore, non credo quòd talis delectatio ſit aliquod peccatum, vt 32. q. 2. quidquid. [a] Si tamen vis tenere, quòd ſit ibi veniale peccatum, dicas cum H. quòd vir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere, promittendo ſe poſtea facturum donec ipſa efferueat: & ſi nec ſic illa deſideret, tunc vir det ei copiam corporis ſui, vt quàm cito mulier expleuerit libidinem ſuam, ſtatim vir ſecedat, nec procedat ad actum.

Dvo mala.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletan. quòd quoties duo mala inſtant, ita quòd alterum eligi ſit neceſſe: illud debet eligi, quod minus grauat: & illud vitari, quod magis. & hoc in prima parte. In ſecunda quæ incipit ibi, *Quod autem.* oſtenditur quod grauius, & quod leuius. Nam ſi iuram hominem interficere, magis pecco interficiendo, quàm deierando: quia occidendo tripliciter pecco, deierando tantum dupliciter, & ideo eligendum.

h ¶ *Duo mala.*] intellige quantum ad fatuam illius op. qui ſe credit perplexum, & ſic intelligas omnia verba hic poſita: non enim vtrumque illorum malum eſt, licet ille opinetur vtrumq; eſſe malum.

i ¶ *Neceſſitas.*] id eſt caſus, vel refertur ad opin. ſtultam.

k ¶ *Reſoluere.*] id eſt facere.

l ¶ *Quod minori.*] ſecundum quòd ipſe opinatur, cum alterum illorum non obligat ipſum.

Sacramentis miſericordia Dei eſſe liberam voluit, ſeruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiam ſi tempus libertatis nõ agnouerint, legalibus tamen ſacramentis †, non humanis præſumptionibus ſubiiciuntur.

Item ex concilio Toletano 11. c. 3.

¶ Omnes prouinciæ † eundem in pſallendo modum teneant, quem metropolitanam ſedem † habere cognouerint. C. XIII.

DEis, qui contra Apoſtoli voluntatem [a] circũferuntur omni vento doctrinę, placuit huic ſancto concilio, vt metropolitanę ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſq; prouinciæ ciues † [b], rectoreſque eccleſiarum vnum, eundemque in pſallendo teneant modum, quem in † metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, nec aliqua diuerſitate cuiuſque ordinis, vel officij a metropolitana ſe patiantur ſede diſiungi. Sic enim iuſtum eſt: vt inde vnuſquiſq; ſumat regulas magiſterij, vnde honoris conſecrationem accipit, vt iuxta maiorũ decreta, ſedes, quę vnicuique ſacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit eccleſiaſticę magiſtra rationis. Abbatibus ſane, indultis officiis, quæ iuxta voluntatem ſui epiſcopi [c] regulariter illis implẽda ſunt, cetera officia publica [d], id eſt veſperas, matutinum, ſiue miſſam aliter quam in principali eccleſia, celebrare nõ liceat. ¶ Quiſquis autem horum decretorũ violator extiterit, ſex mẽſibus cõione priuatus apud metropolitanũ ſub pœnitẽtię cẽſura permaneat corrigendus: quatenus apud illum & præteritæ tranſgreſſionis culpam lacrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſe addiſcat. ¶ Sub iſta ergo regula diſciplinę, non ſolum metropolitanus totius ſuę prouinciæ põtifices, vel ſacerdotes adſtringat [e]: ſed etiam ceteri epiſcopi ſubiectos ſibi eccleſiarum rectores obtemperare his inſtitutionibus cogant.

a ¶ *Prouinciæ ciues.*] *in codice Lucenſi peruetuſto bibl. eccleſ. Regis catholici. & in conciliis impreſſis in margine legitur:* prouinciæ pontifices. *quę dictio in fine huius cap. repetita oſtendit hanc eſſe veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum edit. vbus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur* ciues.

Item ex concilio Bracarenſi 1. c. 19.

¶ Ordo ſeruetur in matutinis, & veſpertinis officiis vnus & idem. C. XIIII.

PLacuit [f] omnibus cõi cõſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officiis teneatur, & non diuerſæ, ac priuatæ, neque [a] monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ.

a ¶ Neque monaſteriorum.] *In concilio ipſo poſtremo Coloniæ excuſo, abeſt vox* neque. *In ceteris autem editionibus ſic legitur.* priuatæ monaſteriorum conſuetudines contra eccleſiaſticas regulas ſint permiſtæ.

DISTINCTIO XIII.

1. P.

I*Tem aduerſus* [g] *naturale ius nulla diſpenſatio admittitur, niſi forte duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi.*

Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.

¶ Minus malũ de duob eligendũ eſt. C. I.

2 DVo mala [h], licet ſint omnino cautiſſime præcauẽda, tamen ſi periculi neceſſitas [i] ex his vnum perpetrare † cõpulerit, id debemus reſoluere [k], quod minori [l] nexu noſcitur obligare †. ¶ Quid autẽ ex his leuius, quid-

---

Marginal notes:

† al. adeo ſeruilibus operibus.

† ſacris.] Orig.

† al. prouinciales † al. eccleſiã. Epheſ. 4.

† pontifices.

† al. à

a id eſt, reſpondent.

[c] Monaſteriorum regimen ad quẽ ſpectat

b Dicit Hug. quòd hoc non colligitur hic. & eſt ſenſus ſecundum voluntatem ſui epiſcopi: q a epiſcopus hoc eſt a velle debet non quòd eis formam huius rei dare debeat. Arg. infrã. 16. qu. 1. Agapitus.

[c] Metropolitanus ſuffraganeos excommunicat.

c Idem dicit hic Hug. Ion & Ioa. de Fan.

d Vt infra diſt. prox. ĩ. conſuetudinis. & c. ſeq.

[e] Perplexitatis varietas.

[a] vide D. Th. 4. ſen. di. 38. q. 1. 4. quarũ.

c 17. qu. 2. ſi tu. 33. q. 5. ſi dicat.

[d] Mendaciũ ſaluans aliquem à morte, an ſit mortale.

f i. neceſſitate adſtrictus ad aliquod malũ perpetrãdũ, ſecũdũ Lau.

1 Sententia habetur etiã in Toletano 4. c. 2.

g Itẽ qui ex neceſſitate peccat, pœnam nõ meretur, quia voluntarios reos, & c. 15. q. 1. illa.

2 Iuo p. 12. ca. 16. Pann. 18. c. 119.

† al. tentare] al. temperare] al. temerare.

† obligari] Orig Iuo, Pan & Gr.

[a] Coitus cõiugalis, an careat pctõ.

a ¶ *Peierare.*] ſecundum quod talis opinatur: non enim peierat, licet non ſeruet tale iuramentum, vt 22.q.4.ſi aliquid.
b ¶ *Illic.*] id eſt in iuramento.
c ¶ *Duplici.*] "Non intelligas quod in homicidio tria peccata cõmittantur, & in periurio duo: ſed ibi dicit, qđ in homicidio tres oſfendũtur, i periurio duo. Et eſt hic ar. quod qui plures offendit, plus peccat, 94. di. ſi qs ſe legationem & 11.q.3. ꝑcipue. Item eſt hic ar. quod pro illo potiꝰ ẽ iudicandũ ꝑ quo plures rõnes faciunt, vt ext. de ꝓb. licet, in ſi. & q potiora iura oſtẽderit obtinebit. 21. di. 1. & C. de e.h. di. Adr. tol.l.vl. Sic & deterior eſt cã illius contra quẽ plura faciunt, vt 28. di. de Syracuſanæ. Itẽ cõtrariũ hic ſignatur. 22. q.5.illie q.vbi di, q ꝑiuriũ ſit maius homicidio. Sed ibi ſoluitur.
d ¶ *Hic.*] ſ.in homicidio.

NErui teſticulorum.] CASVS. Hoc c.diuiditur in tres par. In 1.part.oſtenditur, q perplexitas prouenit ex ſuggeſtione diaboli. In 2. part. q inc. ibi, *Quod melius.* ponuntur tria exempla perplexitatis. vnũ eſt de illo, q iurat ſe celare ſecreta ſocij ſui quẽ ſcit velle interficere maritum adulteræ ſuæ, ſed timet eũ pp iurm, qđ fecit, manifeſtare. Secundum de eo, q malo ꝓlato obedientiam fecit, timens ſi non obediat ei ẽt in malo, pp obedientiam q̃ ei fecit. Tertium exemplũ eſt de eo, q per ſimoniam ꝓlaturam acquiſiuit, qui timet peccare ſi gregem ſibi commiſſum derelinquat. In 3. par. q inc. ibi, *Eſt tamen.* datur conſilium quid in hmõdi perplexitatib. ſit faciendum. Nã dr, quòd de duob. malis, minus malum eſt eligẽdum, & hoc ꝓbatur exemplo Pauli, q cõceſſit minima, i. matrimonia, & coitũ coniugalem cã incontinentiæ, vt maiora, & grauiora vitentur, ſ. fornicationes.
e ¶ *Nerui.*] i.ſuggeſtiones diaboli neruoſæ, id eſt callidæ, & illaqueantes.
f ¶ *Teſticulorum.*] teſticuli dñr ſuggeſtiones eius, qa ſicut teſticuli ſunt miniſtri & inſtra humanæ generationis, & in ſe continet oẽ incẽtiuũ libidinis[b], ita ſuggeſtiões diaboli generãt in hoĩb. vitia, & ad oĩa illicita accẽdũt. 5. 6.di.ſed penſandum.
g ¶ *Leuiathan.*] id eſt diaboli.

vt ſit grauius, puræ † rationis acumine inueſtigemus. Etenim dum peierare[a] cõpellimus, creatorem quidem offẽdimus, ſed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promiſſa cõplemus; & Dei iuſſa ſuperbè contẽnimus, & proximis impia crudelitate nocemꝰ, & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus. Illic † [b] enim duplici [c] culparũ telo perimimus†, hic † [d] tripliciter iugulamur.

¶ *In ipſo concilij capite multa antecedunt, & ſequuntur, quæ ibi legenda ſunt.*

Item Gregorius in moralibus in cap. 40. Iob, lib. 32. c. 18. 19. & 20.

¶ De eodem. C. II.

NErui[e] teſticulorum [f] Leuiathan[g] perplexi ſunt [h], quia ſuggeſtionum † illius argumenta implicatis [i] inuentis † [k] illigãtur, vt pleroſque ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe fugere peccatum appetãt, hoc ſine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum vitãt, ac nequaquam ſe ab vna valeant ſoluere, niſi in alia conſentiant ſe ligari. ¶ Quod melius oſtẽdimus, ſi qua ex conuerſione hominum illigationis huius exẽpla proferamus † *& nonnullis interiectis* ¶ Ecce quidã dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri ſimilem ſibi vitam ducenti, quod ſecreta illius omni ſilentio contegat, ſe iureiurando conſtringit. Sed is, cui iuratũ eſt, adulterium perpetrare cognoſcitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iuſiurandum præbuit, ad mentẽ reuertitur, & diuerſis hinc inde cogitationib. impugnatur, atq; hoc ſilere formidat, ne ſilentio † adulterij ſimul & homicidij particeps [l] fiat, & ꝓdere trepidat, ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorum neruis ligatus eſt, quia in quamlibet partẽ declinet, metuit, ne à tranſgreſſionis contagione [m] liber non ſit. ¶ Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atq; per omnia frangere ꝓprias voluntates quærẽs, alieno ſe ſubdere regimini appetit, ſed eum, qui ſibi apud Deum præeſſe debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit: cui fortaſſe is, qui ſine iudicio eligitur, cum præeſſe iam cœperit, agere † quę Dei ſunt, prohibet, quæ mũdi ſunt, iubet. Penſans itaq; ſubditus, vel quæ ſit culpa inobedientiæ, vel quod contagium ſæcularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat [n], ne aut obediens, Deum in ſuis præceptis deſerat, aut rurſus non obediens, Deũ in electo priore contemnat. *& infra.* ¶ Alius penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligẽs, ad locum regiminis præmiis aſcendit. Sed quia omne qđ hic eminet, plus mœroribus afficitur, quã honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur, doletq; ſe ad laborem cum culpa peruenisse, & quàm ſit iniquum quod admiſerit, ex ipſa fractus† difficultate cognoſcit. Reum igitur ſe cũ impenſis præmiis agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locũ deſerere, ſed timet, ne grauius delictũ ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe: vult ſuſcepti[o] gregis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratiæ† empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde ſe conſpicit. Eſſe quippe ſine reatu criminis neutrum videt, ſi aut ſuſceptꝰ ſemel grex relinquatur, aut rurſum ſacra actio ſæculariter empta teneantur. Vndiq; metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtãs in empto regimine nõ digne, lugeat, q non etiã deſerens emendat, aut certe regimen deſerens, dum aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat. *& infra.*

2 ¶ Eſt tamẽ q ad deſtruẽdas Behemoth verſutias ſubtiliter † fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata cõſtringitur, ſi omnino nullꝰ ſine peccato euadẽdi aditus patet, minora ſemp eligantur: quia, & qui murorũ vndiq; ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugã ꝓcipitat [p], vbi breuior murꝰ inuenitur. Hinc Paulus, cũ quoſdam in eccleſia incõtinentes aſpiceret, conceſſit [q] minima [r], vt maiora [s]

2.q.1.ſi peccauerit. Si nolit ceſſare, faciat quod dr 22.qu.5.hoc vr. & ſic liberabit ſe." qa ſacramentum non fuit inuentũ, vt eſſet vinculũ iniqtatis. 22.q.4.inter cetera: vñ ſi qs iurauit alium non accuſare, tñ ꝑt denuntiare crimen eius: vt extr. de iurei. queadmodũ. in fi. cum ãt non ꝑt ꝓbare, debet tacere, vt 5.q. 7. pleriq;. ſi ãt ꝑt probare, faciat quod dr 2.q.1.ſi peccauerit. vel dicat alij ſic: frater ſcias, qđ qdã te vult occidere, non tñ nominando aliquem. extr. de off. iud. ordi. ſi ſacerdos. Contra tñ eſt ext. de fur. qui cum fure. ſed ñ ẽ cõtra, quia fur non manifeſtauerat furtum indicanti.
n ¶ *Formidat.*] Quid ſi ſubditus credit, qđ ꝓceptũ ꝓlati ſit contra Deum? ſecure ñ obediat: " quia licet gñaliter iurauerit ei obedire in omnib. non tñ eſt intelligẽdũ niſi de licitis & iuſtis & honeſtis [c], vt 11.q.3.. non ſp. & c. ſi dñs. & c. Iulianus. & ext. de iureiu. ad noſtram. 1. & c. venientes. ff. de pi. obligatione generali. Sed ſi dubitet an ſit contra Deum, obedire debet, vt 23. q. 1. qđ culpatur. in fi. Verum ãt teneatur recipere ordines ab eo quem ſcit ſimoniacum eſſe. no. 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis.
o ¶ *Suſcepti.*] Iſte ſi vult ſaluari, dimittat locũ, & ſit in perpetua pænitentia, vt 1. q. 1. ſi qs neq;. & q. 7. reqris. & ext. de ſi. Matthæus. non tñ dimittat ſine auctoritate Papæ [d], vt 7. q. 1. mutões. & c. ſuggeſtum. Sed credo, vt Io. de Fan. dicit qđ nõ ꝑt dimittere ſine licẽtia Papæ: qa rẽ hẽt furtiuam: vnde ipſam tenetur ſtatim reſtituere: aliter non pœnitet. 14. q. 6. ſi res aliena. & fur ſemper eſt in mora, vt ff. de cond. fur. ſi ꝓ fure. §. vl. Sed ar. contra ext. de renũc. niſi. & c. poſt tranſlationem. Sed illa intelliguntur in his, qui nõ per oſtium intrauerunt, vt 1. q. 1. ordinationes.
EST TAMEN. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua conſulit quid in prædictis perplexitatibus faciendum ſit. Archid.
p ¶ *Præcipitat.*] " quod ſi pręcipitet ſe in fugam, & moritur, vtrum peccet mortaliter, quæritur? Et diſtinguendum eſt [e], quod ſi non ita eſſet altus murus, quod bene ꝓſumebat ſe euadere, non peccat mortaliter: aliter ſic. Arg. pro primo. 23. q. 5. de occidendis. pro ſecundo arg. 23. q. 5. ſi non licet. & c. non eſt noſtrum. & maxime ſi ex honeſta cauſa ſe pręcipitaſſet, vt ext. de ſepult. ex parte. 2.
q ¶ *Conceſſit.*] id eſt, conceſſum oſtendit: ſicut alibi exponitur da, id eſt datum pronuntia, vt 23. quæſt. 4. cap. renuntiantur. §. hinc notandum.
r ¶ *Minima.*] id eſt, matrimonia [f].
s ¶ *Maiora.*] i. fornicationem. Vel minima appellat immoderatam exact

h ¶ *Perplexi ſunt.*] i. perplectentes, & ſic oĩa verba intelligas actiue. ADDITIO. Perplectẽtes dicit, quòd reddunt hominem perplexum, in veritate tamen perplexio nihil eſt. Arch.
i ¶ *Implicatis.*] id eſt implicantibus.
k ¶ *Inuentis.*] id eſt, inuentionibus.
l ¶ *Particeps.*] ſecundum opinionem eorum ſtultam ſemp intelligas.
m ¶ *A tranſgreſſionis contagione.*] Hic admonebit illum ne faciat, vt

" Homicidium tres, periuriũ duos offendit.
a Sub. Sed vnũ tñ. ſed hoc dr ad exaggerationẽ, argu. 23.q.5.relegentes. ſecũdum Laur.
† al. piæ.] al. pia.] al. pietatis acumine.
† al. illinc] Gra.
† perimimur.] Orig.
† al. hinc.] Gra.
Iob 40.
† al. per ſuggeſtionem.
† al. inuentionibus] Orig.
Ibid. c. 19.
† conſeramus.] Orig.
† al. ſilendo.
b Ad hoc 44. diſt. § 1.
" Iurm non eſt iniquitatis vinculũ.
† agi] Orig.
" Subditus an ſp teneatur obedire prælato.
c Ad hoc ext. lib. 6. de iurein. contingit.
† fractus] Orig.
† al. gregis
d Iſta ẽt fuit ſnĩa Hug. q̃ ſeqtur Lau. ad hoc 6. q. 3. denique. Arch.
Ibid. c. 10.
† ſubtiliter] Orig. vt ſ.
" Pręcipitãs ſe an mortaliter peccet.
e Hæc fuit diſt. Hug.
1. Cor 7.
f Sub. q dñr minima reſpectu continẽtiæ 27 q.1. nuptiarum.

declinarent, dicens [Propter fornicationem autem vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat.] Et quia [a] tunc ſolum cõiuges in admiſſione ſine culpa ſunt, cum non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda [b] prole miſcentur, vt hoc etiã, quod conceſſerat, ſine culpa (quamuis minima) non eſſe monſtraret, illico adiunxit [Hoc autem dico ſecundũ indulgentiam, non ſecundum imperium.] Non enim eſt ſine vitio: quod ignoſcitur, non præcipitur. Peccatum profecto vidit, quod poſſe indulgeri prouidit. Sed cum in dubiis conſtringimur, vtiliter minimis [c] ſubdimur, ne in magnis ſine venia [d] peccem[e]. ¶ Itaq; plerumque neruorum Behemoth iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad virtutes maximas per commiſſa minora tranſitur.

e ¶ Peccem.] Ho. loco in originali videtur eſſe hic textus perturbatus, & reſtituenda ex Gra...

DISTINCTIO XIIII.

1 pars. VErum[e] hoc in vna eademque perſona intelligitur. Ceterum an in diuerſis eadem diſpenſatio locum habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.

De his ita ſcribit Auguſtinus lib. Quæſt. ſuper Gen. c. 42.

¶ Non ſunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. C. I.

1 QVod ait [f] Sodomitis Loth [Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum nouerunt viros: producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros iſtos ne faciatis iniquum:] quoniam proſtituere volebat filias ſuas hac cõpenſatione, vt viri hoſpites eius nihil a Sodomitis tale paterentur, verum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuẽdum ſit, quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum pericu loſiſſime [g] admittitur hæc cõpenſatio [h]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tãto malo permotæ, nullo modo imitanda eſt.

2 Conſuetudinis autem, vel conſtitutionis rigor nonnunquam relaxetur.

Vnde Leo Papa ait ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſt. 90. ante caput 1.

¶ Quæ conſtitutiones valeant temperari, vel quæ non. C. II.

2 SIcut quædam ſunt [i] quæ nulla poſſunt ratione conuelli, ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporum [k], aut pro conſideratione ætatum [l] oporteat temperari: illa conſideratione † [m] ſemper ſeruata, vt in iis, quæ vel dubia [n] fuerint, aut obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrariũ, nec decretis ſanctorum Patrum inueniatur aduerſum.

DISTINCTIO XV.

1 pars. QVoniam de iure naturali [o] & conſtitutione, vel conſuetudine hactenus diſſeruimus, differentiam, qua inuicem diſcernuntur, aſſignantes, nunc ad eccleſiaſticas conſtitutiones ſtilum vertamus, earum originem & auctoritatem, prout ex libris ſanctorum Patrum colligere poſſumus, breuiter aſſignantes.

---

exactionem debiti coniugalis. & illud potius permiſit Apoſtolus, quam fornicationem, vt 32. q. 2. quidquid. & ſecundum hoc propriæ ponitur conceſſit: ſecundum priorem intellectum ponitur conceſſit, id eſt conceſſum oſtendit.

a ¶ Et quia.] Arg. contra H. qui dicit, quod vir nunquam poteſt cognoſcere vxorem ſine peccato, vt no. 33. q. 4. vir cum propria.

b ¶ Sed pro ſuſcipienda.] Et cauſa reddendi debitum, vt no. 32. q. 2. quidquid.

c ¶ Minimis.] quoties enim ſine captione nihil fieri poteſt, id faciendum eſt quod minus captioſum eſt, vt ff. de re. iur. quoties. & l. ſemper. Ibidem 6.

d ¶ Sine venia.] ſimile dr alibi. Quod permittimus, nolentes præcipimus, vt 31. q. 1. hac ratione.

VErum.] Hæc diſt. diuiditur in duas part. in quarum prima probat, quod nullus debet peccare minus, vt maius ſine grauius alius non peccet. Secunda ibi, Conſuetudinis. — Minus malũ de duob. eſt faciendum.

CASVS. hic dicit Grat. quod illud quod dictum eſt in ſuperiori diſ. de minori malo eligẽdo, intelligendum eſt cum duo mala circa eandẽ perſonam contingunt. ſed ſi circa diuerſas contingant, verum minus malum ſit eligendum & faciendum, vt alius vitet maius, quæritur in hac diſt. & probatur quod non, per capitulum ſequens. dicitur etiam quod ius conſuetudinis vel conſtitutionis relaxatur quandoque.

e ¶ Verum.] In hac diſ. 14. quæritur, an aliquis debeat minus malum committere vt alter euitet grauius malum? Et dicendum eſt quod non, vt 3. c. prox. & continuatur iſte §. ad id quod dixerat in ſuperiori diſ. ſ. quod cum duo mala nobis inſtant, minus eſt eligendum: ſed hoc non eſt verum circa diuerſas perſonas. — 1 Iuo p. 9. c. 117. † Geneſ. 19.

QVod ait Sodomitis.] CASVS. Legitur in Geneſ. quod miſit Dominus duos Angelos in ſpecie iuuenum ad Sodomam ſubuertendam, & cum hoſpitarentur in domo Loth, venerunt Sodomitæ ad domum eius volentes eis abuti. Loth autem ne illi violarentur, obtulit eis duas ſuas filias, vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarentur, quam hoſpites aliquid paterentur, ſ. opus Sodomiticum. Modo quærit Aug. an talis compenſatio ſit admittenda, ſ. an Loth potius debuit conſentire fornicationi filiarum, quam vt illi cum hoſpitibus opus Sodomiticum facerent. Et reſpondet quod talis compenſatio periculoſa eſt, & hoc eſt attribuendum perturbationi Loth.

f ¶ Quod ait.] verba ſunt Aug. & incipit ibi, merito quæritur.

g ¶ Periculoſiſſime.] Hic dicit Aug. quod nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidam quod nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, " ſed veniale debet committere, vt alter euitet mortale. nam etiam animam quis debet ponere pro proximo [a], & ſic mortem temporalem pro aliquis ſubire, ne alter incurrat pœnam æternam de pœ. di. 2. charitas. & § prox. ſed pro veniali debetur tantum pœna temporalis [b], pro mortali æterna. 11. q. 3. nemo ergo aliquis poteſt peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item quia Apoſtolus dicit: Orabam eſſe anathema pro fratrib. meis. ſed nemo anathematizatur niſi pro mortali, vt 11. q. 3. nemo. Item cum virtus & vitium ſint contraria, nec ſe compatiantur, vt 32. q. 1. cum renuntiatur. ſed venialia ſimul cum virtutib. inſunt homini. non ergo propriæ dicuntur vitia, vt de pœ. diſt. 3. ſepties. Alij dicunt, quod nullum peccatum debet homo facere, vel pro ſuo bono vel alterius, vt 23. q. 5. cum homo. ver. quod ſi alius. non enim Deus vult tale damnum cum tali lucro compenſari, vt 33. q. 5. ſi dicat. non enim debet quis crimen ſuum alienis commodis impendere, vt 46. diſtin. ſicut non ſuo. Præterea neque pro ſalute alterius temporali vel æternali debet quis peccare venialiter: quia nullus perducendus eſt ad ſalutem [c] opitulante mendacio, vt 22. q. 2. c. ſaciat. & c. primum. Ioan. Sed quare redarguitur hic Loth ab Aug. cum alibi commendetur ab Ambroſio, vt 32. q. 7. offerebat? Sed Ambroſius conſiderauit pietatem quam habuit ad hoſpites. Au. vero delictum filiarum. 26. diſtinct. ca. 1. & 2.

" veniale ſed ne quis committere vt alter euitet mortale.
a De pœ. di 2. qui vult & c. ſeq.
b 25. diſt. § peccata ... c. m. 9.
c de hac materia no. ex. ne cleri. vel mon c. 3. in gloſ. arg. q &c. Arc.

h ¶ Hac compenſatio.] Arg. quod non eſt admittenda compenſatio in malis, vt 24. q. 5. forte. & 23. qu. 5. c. 1. & 31. q. 8. non ſolum. & 1. qu. 1. non eſt putanda. admittitur tamen compenſatio in criminibus vel excipiendo vel replicando, vt 32. q. 6. nihil. & ff. ſol. mat. viro. " verum eſt in iudiciis admittitur compenſatio, non in foro pœnitentiali. 34. q. 5. quod Deo.

1 Pan. 3 pplo. c. 12.
Ordo verborum non reſtitutus ob gl. "cõpenſatio in pœnitentiali foro non admittitur.
† conditione Orig.

CONSVETVDINIS. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis: in qua dicitur quando rigor eſt relaxandus, & quando non. Ioan. de Fan.

CASVS. Iſte §. continuatur ad illud quod dictum fuit ſupra in principio 13. diſt. vbi dictum fuit, quod aduerſus ius naturale non admittitur diſpenſatio: ſed hic dicitur quod conſuetudinis vel conſtitutionis rigor relaxatur quandoque. etiam hoc probatur in ſeq. c.

SIcut.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone Papa, verum contra conſuetudinem & conſtitutiones poſſit diſpenſari. qui reſpondit, dicens quod ſicut ſunt quædam contra quæ diſpenſari non poteſt, vt ius naturale: ſic quædam ſunt, vt conſuetudines & conſtitutiones contra quas ratione temporum, & ætatum poteſt diſpenſari: hac habita diſcretione, vt in dubiis nihil contra Euangelium vel decreta fiat patrum.

i ¶ Sicut quædam ſunt.] vt præcepta decalogi, & forma [d] baptiſmi: & forma conficiendi [e] corpus Chriſti. de conſe. diſt. 4. propriæ. & diſt. 2. accipite.

k ¶ Temporum.] vt 1. q. 7. quod pro remedio. & 81. diſt. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis.

l ¶ Ætatum.] vt 3. 33. q. 2. in adoleſcentia [f]. & 86. diſt. tanta.

m ¶ Conſideratione.] 3. 29. diſt. ſciendum.

n ¶ Vel dubia.] ext. de ſponſ. iuuenis.

d Ext. de bapt. c. 1.
e De conſec. diſt. 2. c. 2.
f Hoc c. loquitur de iuuenili ætate, ſed ſeq. cõcord. loquitur de ſenili. ad hoc 26. q. 7. pa. & c. ho. ſic.
g Sub. ex diuiſiones & diuiſiones ad cetera iura multiplices aſſignans, vt cõpetentius ad tractandum de iure can. deſcenderet, nunc ad, &c. Hug.

QVoniam de iure.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt concilia ortum. Secunda ibi, Quorum vero.

CASVS. Supra de naturali iure, conſuetudine & conſtitutione dixit Gratianus, inter iſta differentiam aſſignãdo. In hac vero diſt. reuertitur ad conſtitutiones eccleſiaſticas, & earum originem & auctoritatem breuiter oſtendit.

o ¶ Quoniam de iure naturali.] Hactenus tractauit magiſter de naturali [g] iure: hic incipit tractare de iure canonico, aſſignat itaque rationem & originem ipſius, & oſtendit quæ opuſcula recipiantur ab eccleſia, & quæ non.

Canones

¶ Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. C. I.

1 CAnones generalium conciliorum (vt Iſidorus ait lib. 6. etymol. c. 16.) a temporibus Conſtantini [a] cœperunt. In præcedentibus namque annis perſecutione feruente, docendarum, plebium minime dabatur facultas. Inde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia epiſcopis in vnum conueniēdi, niſi tēpore ſupradicti Imperatoris. Ipſe enim dedit facultatē Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum cōuenientes iuxta fidē Euāgelicam & Apoſtolicā, ſecūdum poſt Apoſtolos [b] ſymbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem cōcilia, quattuor eſſe ſcimus venerabiles ſynodos, quæ totā principaliter fidē cōplectūtur, quaſi quattuor Euangelia, vel totidem paradiſi flumina. ¶ Harū prima Nicæna ſynod⁹ cccxviij. [c] epiſcoporum Conſtantino Auguſto imperante peracta eſt: in qua Arianæ perfidiæ condemnata blaſphemia, quam de inæqualitate [d] ſanctę Trinitatis idem Arius aſſerebat, conſubſtantialem Deo patri Deum filium eadē ſancta ſynodus per ſymbolū definiuit. ¶ Secunda ſynodus cl. Patrum ſub Theodoſio ſeniore Conſtātinopoli [e] congregata eſt, que Macedoniū [f] ſpiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnans, cōſubſtātialem patri & filio ſpiritum ſanctum demonſtrauit, dans ſymboli formā, quā tota [g] Græcorū, & Latinorū confeſſio in eccleſiis prædicat. ¶ Tertia ſynodus Epheſina [h] prima cc. epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto edito ē, quæ Neſtorium duas pſonas [i] in Chriſto aſſerentem, iuſto anathemate condēnauit, oſtēdens manere [α] in duabus naturis vnā [k] Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonā. ¶ Quarta ſynodus Chalcedonēſis dcxxx. ſacerdotum ſub Martiano principe habita eſt, in qua Eutychem [l] Conſtantinopolitanum abbatem verbi Dei & carnis vnā naturam pronūtiantē, & eius defenſorem [m] Dioſcorū, quōdam Alexandrinū epiſcopū, & ipſum rurſus Neſtorium cū reliquis hæreticis vna Patrū ſententia damnauit, prædicans eadē ſynodus Chriſtū Dominum de virgine ſic natū, vt in eo ſubſtātiam diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæ ſunt quattuor ſynodi principales, fidei [n] doctrinā pleniſſime prædicantes. Sed, & ſi qua ſunt concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorū quattuor auctoritatē, omni manēt ſtabilita vigore: quorum geſta in hoc opere [o] condita continentur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij [β] vero nomē tractū eſt ex more Romano. Tempore enim quo cauſæ agebantur, conueniebant oēs in vnū, communiq; intentione tractabant. Vnde cōcilium à communi intentione dictū quaſi conſilium, conſilium, quaſi concidium. d. in l. litteram tranſeunte: vel concilium dictū eſt à cōmuni intentione, eo q in vnum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum ſunt: vnde qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non conſentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio, à coeūdo, id eſt, à conueniendo in vnū. Hinc etiam conuentus eſt nuncupatus, eo q ibi homines cōueniunt in vnum: ſicut à conuentu cœtus dicitur, ſic concilium à ſocietate multorū in vnum.

¶ Caret hoc habetur etiam in conciliorum collectione Iſidori ante ipſius ... non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen uſque ad verſiculum Inter cetera *ponitur etiam (quemadmodum & in aliis) ante a initium concilij Nicæni.*

α ¶ Manere.] *In pler.ſque antiquis Gratiani exemplaribus & Iſidori codice impreſſo legitur ut eſt emendatum. Sed in aliis eorundem manuſcriptis & impreſſis Gratiani legitur:* manere in Chriſto duas naturas, & vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

β ¶ Concilij vero.] *Apud Iſidorum in libro Etymol. ... hic mendoſe legitur. Verum in præfatione eiuſdem Iſidori edita in Pariſienſi conciliorum præpoſita, quæ cum aliquot uetuſtis codicibus collata eſt ſic legitur:* Concilij vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum ſunt, vnde & qui inter ſe diſſentiunt, non agunt concilium, quia non ſentiunt vnum. Cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio a coeundo, id eſt conueniendo in vnum: vnde & conuentus eſt nuncupatus, quòd ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium a ſocietate dicitur multorum in vnum. *In Gratiani codicibus ſunt multæ varietates, ex quibus ea lectio retenta eſt quæ viſa eſt melior quamvis adhuc aliquid fortaſſe deſideretur.*

De quattuor vero † *concilijs ſcribit B. Gregor. ita dicens, lib. 1. Regeſti epiſt. 24.*

¶ De auctoritate quatuor conciliorum. C. II.

SIcut ſancti Euangelij quattuor libros, ſic quattuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor, Nicænum ſcilicet, in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur, Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur, Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur, Calcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, & integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cuiuſlibet [α] vitæ atque actionis norma conſiſtit. ¶ Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur [p], erroris plena reprobatur, in quo Theodorus perſonam mediatoris [q] Dei & hominum in duabus ſubſtantiis [r] ſeparans

Canones.] CASVS. hoc c. diuiditur in tres par. In 1. par. oſtenditur, q a tpe Conſtantini canones generalium cōciliorū incœperunt. Ipſe.n. primo dedit auctoritatē Chriſtianis licere cōgregādi: cum eccleſia antea fuiſſe paſſa pſecutionem. In 2. par. q̄ inc. ibi, *Inter cetera*. dr q ſub quattuor Imperatorib. ſunt quattuor concilia vniuerſalia celebrata, ſ. ſub Cōſtātino, Theodoſio ſeniore, Theodoſio iuniore, & Martiano: & oſtēditur qd̄ in eis fuerit reprobatum: & q iſta quattuor concilia & his ſimilia debent inuiolatā ſeruari. In 3. par. q̄ inc. ibi, *Synodus*. ponit ety mologias illorū nominū, ſ. ſynodus, cōciliū, & cœtus.

a ¶ *Conſtantini.*] j. 16. di. Iſidor⁹. cōtra ibi dr̄ a tpe Clemētis fuerūt celebrata concilia. reſ. q aū fuerunt celebrata: ſ; non ita gn̄aliter: & ita hoc verbum gn̄aliter, ſoluit cōtrarium.

b ¶ *Apoſtolos.*] Apoſtoli.n. fecerunt primum ſymbolū. ſc. Credo in Deū pīem: ſ; Nicæna ſynod⁹ fecit, Credo in vnū Deū [b]. & di à ſyn. qd̄ e. cū: & bolos, qd̄ ē morſellus: q2 quilibet Apoſtolorum d̄ ſuo morſello aliqd appoſuit.

c ¶ *Cccxviij.*] Alibi dr̄ de ccc. eps. vt 10. q. 1. hanc. Sed dic q minor numerus non excludit maiorem. ff. de in lit. iur. cum furti.

d ¶ *Quam de inæqualitate.*] dicebat. ſ. pīem maiorem filio, & filiū maiorem ſpiritu ſancto. 24. q. 3. quidam ver. Ariani. Hug.

e ¶ *Conſtantinopoli.*] j. c. ſicut.

f ¶ *Macedonium.*] q dixit ſpm ſanctū ſeruum patris & filij. vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vlt. quidā. ver. Macedoniani.

g ¶ *Quam tota.*] Hoc non hemus: q2 nō hēmus niſi Apoſtolorum, & Nicęnum, & Athanaſij. Quicumque vult.

h ¶ *Epheſina.*] hoc dr ad drīam ſcdæ, q̄ fuit reprobata, vt j. 16. diſ. quoniam ſanctæ.

i ¶ *Perſonas.*] verbi & hominis.

k ¶ *Vnā.*] Vna ē pſona: ſ; hēt duas naturas, ſ. diuinam & humanā j. c. ſicut. ver. quintum.

l ¶ *Eutychem.*] q poſt reſurrectionem Chriſtū habere vnam naturam dixit, ſc. diuinam. 16. di. c. ſexta. ver. quarta.

ADDITIO. Hēt.n. verā que. ext. de hær. cum Chris. vbi notat Ala. q añ illā definitionem, d̄ qua loqtur ipſi d. c. cōtrariū dicere licebat cū pluribus non eſſet: ſ; poſt, nequaq̄. ergo qd̄ prius non fuit fidei articulꝰ, poſt cōſecrationem factus ē fidei articulus. Arch.

m ¶ *Defenſorem.*] Peccabat ergo in fide, ex quo erat defenſor hæreticorū, vt 24. q. 1. c. 1. & q. 3. q aliorū. & ext. de hæ. vergētis c. ſicut dicit lex d̄ latrone. C. de his q la. oc. l. 1. Sed contra. 21. di. in tm̄. & 24. q. 2. ſane profertur. ver. item Romanorum ibi.n. dr̄, quod Diſcorꝰ non peccauit in fide, ſed expone, non peccauit in fide tm̄: q2 in hoc peccauit, q auſus fuit Papam Leonem excōicare. 21. diſt. in tm̄.

n ¶ *Fidei.*] articulos.

o ¶ *In hoc opere.*] Iſid. ne ſit cōtra 19. di. ſi Romanorum. ver. pſertim.

SIcut ſancti Euangelij.] CASVS. In 1. par. hꝰ ca. dr Greg. qd̄ ita vult ſeruare quattuor cōcilia ſicut quattuor Euangelij libros & oſtēdit in vtroq; illorū qd fuit reprobatum In 2 par. q̄ inc. ibi, *quintum*. Greg. q qnūm cōciliū vult, venerari, in quo tria ſunt reprobata, ſ. epiſtola erroris plena, q̄ Ibæ dicebatur, & opinio Theodori, q perſonā Chri. mediatoris Dei & hominum in duab. ſubſtātiis ſeparabat, i. perſonis, dicens Chriſtum duas hēre perſonas, & ſcripta Theodori q̄ cōtra B. Cyrilli, & fide rephendebat: & q ſupradicta concilia nō obſeruat, ſeipſum deſtruit.

p ¶ *Ibæ dicitur.*] ab inuentore.

q ¶ *Mediatoris.*] id eſt, Chriſti. Ioan.

r ¶ *Subſtantiis.*] ſcilicet perſonis.

a Qd̄ dr iſta gn̄aliter, in huius ſolutione n. Hug. Lau. & Arc.

b Not q Damaſus Papa conſtituit vt ſymbolum cantaretur in Miſſa ex decreto ſanctæ ſynodi vniuerſalis apud Conſtantinopolim celebratę. Arch.

c Parum aut nihil facit; ſed melius c. ſi. ſicut & c. excōicamus §. credētes. Pet.

† al. quoque.

a ¶ *Præſumit.*] Videtur ergo, ꝙ Papa nõ poſſit deſtruere ſtatuta cõcilij: q2 orbis maior eſt vrbe. 93. di. legimus. circa med. vñ reqrit Papa cõſẽſũ concilij. 19. di. Anaſtaſius. Arg. contra 17. di. §. hinc etiã. & ext. d ele. ſignificaſti. Papę legem imponere. & 35. q. 9. venia. Sed intellige. qđ hic dr̃, circa articulos fidei. 25. q. 1. ſunt quidam.

† al. ligaur.
† al. religare

S*ancta Romana Eccleſia.*] CASVS. In hoc c. ponuntur fere eadẽ, q̃ dicta ſunt in illo c. canones. & in c. ſicut. Dicit. n. Gelaſius, ꝙ ſupradicta quattuor concilia vult venerari: & ſi qua alia fuerunt à sãctis Patrib. inſtituta: & oſtendit q̃ opuſcula sãctorum Patrum in Eccleſia recipiantur.

† al. quasſcriptura.
1 Burc. lib. 3. c. 220. Iuo p. 4. c. 64. Pan. l. 2. c. 91. Pol. l. 3. ti. 20.

† al. preter.

2 Anſ. lib. 6. c. 193.

† fide vel prędicatione] Orig. & Burc.

ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur, & in quo ſcripta quoq; Theodoriti, ꝑ quæ beati Cyrilli fides ręprehenditur, auſu dementiæ prolata refutãtur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo, quas venerantur, amplector, quia, dum vniuerſali ſunt cõſenſu conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit [a] aut ſoluere, quos religant †, aut ligare †, quos ſoluunt.

a ¶ Cuiuſlibet.] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cuiuſlibet vitæ, atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *&* *in ſequenti. ſignificantur tria illa capitula. quorum occaſione nonnulli quintam ſynodum non recipiebant.*

De iiſdem etiam Gelaſius in concilio habito Romæ cum 70. Epiſcopis ſcribit dicens.

¶ Quę † concilia ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiat. C. III.

1 SAncta Romana Eccleſia poſt illas veteris teſtamenti & noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimus, etiam has ſuſcipi non prohibet: Sanctam ſynodum Nicænam cccxviij. patrum mediante Conſtantino Maximo Auguſto, in qua Arius hæreticus condemnatus eſt: Sanctam ſynodum Conſtantinopolitanam, mediante Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam ſynodum Epheſinam, in qua Neſtorius damnatus eſt conſenſu beatiſſimi Papæ Cæleſtini, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite, & Arcadio epiſcopo ab Italia deſtinato: Sanctam ſynodum Chalcedonenſem, mediante Martiano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro, eiuſque complicibus damnatæ ſunt. ſed & ſi qua ſunt concilia à ſanctis patribus hactenus inſtituta, poſt † iſtorum quattuor auctoritatẽ & cuſtodiẽda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Iam nunc ſubiiciendum eſt de opuſculis ſanctorum patrum, quę in eccleſia catholica recipiuntur. ¶ Opuſcula B. Cypriani martyris, & Carthaginenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Athanaſij Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Gregorij Nazianzeni epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Baſilij Cappadocię epiſcopi. ¶ Itẽ opuſcula B. Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi. ¶ Item opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Cyrilli Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Hilarij Pictauienſis epiſcopi. ¶ Itẽ opuſcula B. Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuſcula B. Proſperi viri religioſiſſimi. 2 ¶ Item epiſtolam B. Leonis Papę ad Flauianum Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinatam: cuius textum quiſpiam ſi vſque ad vnum iota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema ſit. ¶ Item opuſcula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à ſanctę Romanę Eccleſię conſortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prędicatione ſeiuncti ſunt, ſed communionis ipſius, gratia Dei, vſque ad vltimũ diem vitę ſuę participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epiſtolæ, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendæ ſunt. 3 ¶ Item geſta ſanctorum martyrũ, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus cõfeſſionũ triumphis irradiant. ¶ Quis † ita eſſe catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuiſſe ꝑpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adiutorio vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur: quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † ſuperflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur: ſicut cuiuſdam Quirici †, & Iulitæ: ſicut Georgij, aliorumque huiuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur conſcriptæ. Propter quod, vt dictum eſt, ne vel leuis ſub ſannandi orirętur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti ſunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatiſſimus ſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. ¶ Item Actus B. Siluestri Apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius, qui conſcripſit, nomẽ ignoremus, a multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ hoc imitantur eccleſiæ. ¶ Item ſcripta de inuentione ſanctæ Crucis Dominicæ, & alia ſcripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptiſtæ, nouellæ quidem † reuelationes ſunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cũ hæc ad catholicorum manus peruenerint, B. Pauli Apoſtoli ſententia ꝑcedat, [Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religioſus plurimos eccleſiaſtici operis edidit libros: nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt: ſed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sẽtimus, quæ prædictum beatum Hierony. ſentire cognoſcimus: & non ſolum de Ruffino, ſed etiam de vniuerſis †, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuſcula, quæ vir beatiſſimus Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus: reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. ¶ Item Chronicum † Euſebij Cæſarienſis, atq; eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atque excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum conſcripſerit librum: propter rerum tamen notitiam ſingularem, quæ ad inſtructionem pertinent, vſquequaq; non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſariam aduerſus Paganorum calumnias ordinauit hiſtoriam, miraq; breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale op⁹, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuenci nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Ceterum, quæ ab hæreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. 4 In primis Ariminenſem ſynodũ à Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatã mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſq; in æternum confitemur eſſe damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apoſtoli quod appellatur ſancti Clementis lib. 8. † apocryphum. Actus nomine Andreæ Apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apoſt

3 Nicol. in epiſt. im ꝑſ[illegible] ad ẽpos Galliæ, cuius initium, [Quamuis]
† al. [illegible]

† al. [illegible]

† al. Cyr. ci.

† quædam relationes.] Orig.

1. Theſ. 5.

† al. diuerſis] Orig.
† al. religioſe

† al. chronica] Orig.

† al. [illegible]mus.] Orig.

4 Burc. l. 3. c. 221. Iuo p. 4. c. 65. Pan. l. 2. c. 115.

† decem] Orig.

Apoſtoli, apocryphi Actus nomine Petri Apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ Apoſtoli, apocryphi. Euãgelium nomine Thaddæi, apocryphũ. Euangelium noĩe Thomæ Apoſtoli, quo vtũtur Manichæi, apocryphũ. Euangelium nomine Barnabę, apocryphũ. Euãgeliũ nomine Bartholomęi Apoſtoli, apocryphũ. Euãgeliũ nomine Andreæ Apoſtoli, apocryphũ. Euãgelia, q̃ falſauit Lucianus, apocrypha. Euãgelia q̃ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de ſancta Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryph⁹. Liber, qui appellatur Paſtoris, apocryphus. Libri oẽs, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentũ, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel † Geneſeos, apocryphus. Cẽtimetrũ de Chriſto virgilianis cõpaginatum Verſib. apocryphũ. Liber, qui appellatur, Actus Teclę. & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis cõſcriptus, & S. Xyſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, q̃ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, q̃ appellatur Thomę apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, q̃ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † ſanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigãtis, qui ab hæreticis cũ dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber, q. appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitẽtia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iãnis, & Mãbræ, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum, apocryphus. Liber Luſanæ †, apocryphus. Liber canonum Apoſtolorũ, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hæreticis cõſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebij Pãphilij, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clementis Alexãdrini, apocrypha †. Opuſcula Caſſiani presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victorini Pictauiẽſis † apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumentij †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agbarum regẽ, apocrypha. Paſſio Georgij, apocrypha. Paſſio Cyrici [a], & Iulitæ, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria oĩa, q̃ non Angelorũ, vt illi cõfingunt, ſed dæmonũ magis arte cõſcripta ſũt, apocrypha. ¶ Hæc, & oĩa his ſimilia, q̃ Simon Magus, Nicolaus, Cerinth⁹, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiã Samoſatenus, Photinus & Bonoſus & qui ſimili errore defecerũt, Montanus quoq; cũ ſuis obſcœniſſimis ſequacib. Apollinaris, Valentin⁹, ſiue Manichæus, Fauſt⁹ †, Sabellius, Arius Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cæleſtius † Donatus, Euſtithius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, & † Latienſis, Cæleſtinus, Maximin⁹, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus: è quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Conſtantinopolitanus cũ conſortibus ſuis, nec non & omnes hæreſes † quas ipſi, eorumq; diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerũt: quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis auctoribus auctorumq; ſequacib. ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe dãnata. ¶ Ceterũ [s], qui libri in eccleſiaſticis officiis per anni circulũ a nonnullis leguntur (q. ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium ædificatione adnotandũ cenſuimus. [t] Quidam, q. in Septuageſima ponũt Pentateuchum, vſque in xv. diem ante Paſcha, xv. die ponũt Hieremiam vſque in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hierem. [Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.] & tres de tractatu S. Aug. in pſal. 54. [u] [Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corinth. [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio ſic incipit, [ſimiliter & calicem poſtquam cœnauit.] Tertia, [De ſpiritalibus autẽ nolumus vos ignorare fratres.] In Paraſceue tres lectiones de lamentatione Hierem. & tres de tractatu S. Aug. in pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cũ deprecor. & tres de Apoſtolo, vbi ait, in epiſt. ad Heb. [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis ſermo.] In ſabbato Sancto tres lectiones de lamentatione Hierem. prophetæ, & tres de tractatu S. Aug. in eumdem pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſt. ad Heb. [Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, [Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis † Paſchæ ponunt actus Apoſtolorũ, & epiſtolas canonicas, & Apocalypſim vſque in octauas † Pentecoſtes. In octauis Pentecoſtes ponunt Libros Regum, & Paralip. vſque in Kal. Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem vſque in Kal. Septemb. In Dominica prima Septemb. ponunt Iob, Tobiam †, Heſter, Eſdram vſque in Kal. Octob. In Dominica prima menſis Octob. ponunt librum † Machabæorum vſque in Kal. Nouemb. In Dominica prima menſis Nouemb. ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in Kal. Decemb. In Dominica prima menſis Decemb. ponunt Eſaiam prophetam vſque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamini, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge.] Deinde legũtur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes. In natali S. Stephani homilia de ipſo die. In natali S. Ioannis, ſimiliter. In natali Innocentium, ſimiliter. In natali S. Silueſtri, ſimiliter. In octaua natalis Domini homilia de ipſo die. In Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, [Omnes ſitientes.] Secũda, [Surge, illuminare Hieruſalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

A ¶ Man

a ¶ Cyrici.] al. Quirici. ADDITIO. Apocryphũ occultũ & ſecretũ ab apo, q̃d eſt de, & cryſis, q̃d ẽ ſecretũ, inde liber dr apocryph⁹, i. occult⁹ & ſecret⁹: ſ. cuius auctor ignoratur: ñ tñ ab eccleſia recipitur, ſz reprobatur. q. d. non ĩ eccleſia, ſed temerè & ſecretè ab eccleſia ĩ legẽdus. ſecũdũ Hu. Vñ dic a poc ryphũ græce, latinè ſecreta. Et qa in cameris ſolent virgines abſcõdi, & ſecrete morari, ſecundum Io. de Fan. inde eſt, q. virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur ſecreta.

† al. Eſitius] al. Heſychius
† al. Lentius. al. Leutius.
† abeſt ab Orig.
† al. Sixti.
† tranſitus, id eſt, aſſumptio] Orig.
† al. Iob] Orig.
† qui appellatur, laus Apoſtolorum] Orig.
† Tertulliani apocryph. Opuſcula Lactantij apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha] Orig.
† Opuſcula Commodiani apocrypha] Orig.
† Opuſcula Taſij, Cypriani, apocryph. Opuſc. Arnobij apocryph. Opuſc. Tyconij apocrypha] Orig.
† al. Pitabionenſis.
† al. Frumentij caci] Orig.
† Africanus] Orig.
† al. Caleſtius
† Iulian⁹ Celanenſis. Caſ. Iulian⁹, &c.] Orig.
Orig. Priſcillianus

† ſcilicet, Hi. ſ. Neſtorius Conſtantinopolitanus, Maximus, Petrus Lampetius.
† hæretici, eorumque diſcipuli] Orig.
s Burc. l. 3. c. 221. Iuo p. 4. c. 63. Pann. l. 2. c. 90.
Tren. 1.
1. Cor. 11.
1. Cor. 10.
Hebr. 4.
Heb. 5.
Heb. 9.
Hebr. 10.
† al. octaua
† al. octauam
† Iudith. Heſter.] Iuo.
† libros] Iuo.
† al. in vata lem.
† al. vigilia Natalis Domini] Burc. & Iuo. & ordo Roman⁹.
Eſa. 9. 49. & 51.
Eſa. 55.
Eſa. 60.
Eſa. 61.

a ¶ Mandamus.] *Poſt hoc uerbum in decreto Gelaſij ſequitur continenter:* Item opuſcula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, et Iuo, & Pannormia habent ut Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, ut ſatis certo ſtatui non poſſit, quæ uera, et pura ſit Gelaſij lectio: nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea ſunt emendata: ceteris locis partim indicata uarietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuiſſet, labor hic ad libros adeundi accurato lectori eſt relictus.*

β ¶ Item geſta.] *Hinc uſque ad fi. c. omnia abſunt à pleriſque uetuſtis Gratiani codicibus: quod etiam Archid. adnotauit. Sunt tamen eiuſdem Gelaſij uſque ad verſ.* Ceterum qui libri, *& apud Burchard. & Iuonem referuntur proxime poſt ſuperiora.*

γ ¶ Iuuenci.] *Antea legebatur*, Item Vincentij. *reſtituta eſt uera lectio ex Gelaſ. Burch. & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieronymus in catalogo.*

δ ¶ De ſancta Maria.] *In collectione Iſidori legitur*, & de Maria & obſtetrice. *Apud Burch.* & de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuo. uero*, & de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

ε ¶ Ceterum.] *Hinc uſque ad fi. neque in collectione Iſid. neque in ullo ueteri codice Gratiani eorum, quæ collata ſunt, inueniuntur. A uerſo tamen*, in Septuageſima ponunt. *referuntur à Burchar. & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis. Fere autem omnia habentur ſparſim in lib. qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur*, Heptateuchum, *ut ultra quinque libros comprehendat librum Ioſue, & Iudicum, qua uoce, ac librorum coniunctione beatus Hieronym. ad Lucinium ſcribens utitur. Alij uero Heptaticum appellant, ut ſanctus Greg. lib. 7. ind. 2. epiſt. 48. et lib. 10. epiſt. 22. et alibi. & Rabanus in præfatione in Hieremiam, et ordo Romanus, c. de Septuageſima.*

η ¶ In Pſalmum 54.] *Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, c. de officiis diuinis à cœna Domini uſque in octauas Pentecoſtes, & apud Burchard. legitur*, in Pſalmum 63. *id eſt*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in c. de ordine in nocte Paraſceues.* Tres de tractatu ſancti Auguſtini de Pſalmo 63.

θ ¶ In octauis] *ipſam diem octauam ſolitam fuiſſe proferri nomine multitudinis, i. octauas, notabiliter j. de conſ. d. 1. 3. c.* pronunciandum.

ι ¶ In natali Domini.] *Burch. & Iuo habent*, in Vigilia natalis Domini, *& ita in ordine Romano, c. quod inſcribitur*, In Chriſto nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet ut Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

A *Poſtolorum.*] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. ſecunda ibi, *Et ſoluta.*] CASVS. In hac 16. diſt. oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos. primo tñ ponit quandam contrarietatem de canonibus apoſtolorum: primo de ñ recipiendis, & poſtea de recipiendis, & eam ſoluit.

a ¶ *Apoſtolorum.*] hic intitulatur 16. diſt. in qua probat, ꝙ canones apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidente in Papatu vel Imperio quodlibet concilium eſt celebratum. Et nota ꝙ Gratia. ponit quãdam contrarietatem de canonib. Apoſtolorum, & eam non ſoluit. probat enim auctoritate Iſidori, ꝙ canones apoſtolorum non ſunt recipiendi, quia ſunt apocryphi: poſtea ꝓbat auctoritate Zepherini & Leonis, ꝙ ſunt recipiendi, & nõ ſunt apocryphi. Sol. breuis eſt, quia illi canones ſunt recipiendi, qui à veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi non, qui à pſeudoapoſtolis ſunt editi. ĩ. prox. di. ver. itẽ geſta.

C *Anones.*] CASVS. Quærebatur ab Iſidoro, an canones qui dicuntur Apoſtolorum, ſint approbandi: & reſpondet quoniam ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum ſunt compoſiti, nec Rom. eccl. nec ſancti Patres eos approbauerunt, quamuis in eis multa vtilia inueniantur, tamen apochryphi reputantur.

1 gs A *Poſtolorum a vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe tranſlati a, ſunt quinquaginta.*

a ¶ Tranſlati.] *In titulo qui præponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidor, et in concilio Stephani Papæ iij. (cuius magnam partem Deuſdedit Cardinalis in ſua canonum collectione refert) pro uoce*, tranſlati, *habetur*, prolati. *Dionyſius certe Exiguus nullam huius uerſionis mentionem facit, & aliqui ſcriptores ſolent epiſtolas Clementis hoc modo citare*, ex dictis Petri Apoſtoli per Clementem prolatis, *ut auctor Pancarpi & alij.*

Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputatos Iſidorus ſcribit dicens.

¶ Apoſtolorum canones Apoſtolica reiiciuntur auctoritate. C. I.

CAnones b qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorũ compoſiti, dinoſcuntur, quamuis in eis vtilia c inueniantur: tamen ab auctoritate canonica, atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter apocrypha d deputata.

ε *Caput hoc eſt in præfatione Iſidori ad collectionem conciliorum quæ ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ deſcripta Romam miſſa eſt. Nam in illa quæ uulgata Iſidori collectione, de qua in tio dictum eſt, præponitur, contrarium eius uidetur dici, et refertur j. c.* placuit. *hæc eadem diſt. ſi modo idem eſt Iſidorus.*

Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis, epiſt. 1.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. C. II.

SExaginta β ſententias Apoſtoli præſcripſerunt † cum aliis plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

β ¶ Sexaginta.] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent*, Sexaginta. *Itemque originale in margine, ſed in textu*, Septuaginta. *Polycarpus*, Quinquaginta.

Item Leo γ Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocripha deputantur. C. III.

CLementis e librum, id eſt Petri Apoſtoli itinerariũ f & Apoſtolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis g quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † h fidei adiungenda.

γ ¶ Item Leo.] *Hoc c. ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri. & Monachi contra Latinos editum, quæ Romæ in Monaſterio ſanctæ Mariæ nouæ. & in multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Merito autem potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit.*

Item 6. ſynodus, c. 2.

3 PLacuit i huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

Ex epiſtola δ Iſidori in capite canonum.

4 Iſidorus ε ſeruus Chriſti lectori ſuo cõſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præponimus k canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt cõſtitutiones. *Item infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prædictum eſt, de celebrando concilio incertus habetur & poſt

b ¶ *Canones.*] Sic conſtrue: quamuis in eis canonibus qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶ *Vtilia.*] Arg. quòd vtile vitiatur per inutile a, vt not. ĩ. diſt. 9. ſi ad ſcripturas.

d ¶ *Atque inter apocrypha.*] id eſt, ſine certo auctore b, vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach, qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ, & liber Machabæorum: hi apochryphi dicuntur, & tamen leguntur: ſed forte non generaliter.

S *Exaginta.*] CASVS. Sententia ſeq. cap. planæ ſunt.

e ¶ C *Lementis.*] id eſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.

f ¶ *Itinerarium.*] qui actus Petri continet, quos per ordinem itinerando peregit b.

g ¶ *Exceptis.*] impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus aut à falſis. non de falſis. quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apochryphus. Vel dic, quod hoc nomen, canones, ſumitur large, tam ꝓ veris quam pro falſis canonibus, vt ponitur j. 32. diſt. § verum.

h ¶ *Orthodoxæ.*] id eſt, rectæ. orthos, rectum, doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, id eſt, catholica recta, ſcilicet, in qua recte gloriamur. Ioan. de Fant.

i P *Lacuit.*] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit nec ponit. ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonum Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. Quidam c ita ſoluunt, quòd ſexta ſynodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonem, & obſeruabantur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus. ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore decem, ex illis perierunt, & ſic remanſerunt tantum quinquaginta, vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus præceſsit vj. ſynodum. nam vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt infrà, eadem diſtinctione, capit. ſexta. qui longo tempore fuit poſt Zepherinum, vt ex Chronicis apparet. Omiſsis aliis ſolutionibus, dic, quòd non contradicunt ſibi. quia dicebat ſynodus octuaginta quinque fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus non dicit de capitulis, ſed de ſententiis: & poteſt eſſe, quòd in vno capitulo ſunt ſententiæ plures.

ISIDORVS. CASVS. Probat Iſidorus in hoc capit. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, quia plures eos receperunt. Secundo, quia ſancti Patres eorum ſententias confirmauerunt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit à Clemente vſque ad Silueſtrum. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt.

k ¶ *Præponimus.*] Arg. ꝙ illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſt. in canonicis d. vnde licet

1 Iuo p. 4. c. 107. Pan. l. 2. c. 05. Poly. l. 4. tit. 20.
† al. præſcripſerunt] Orig.

2 Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124.
a Ad idem 3. q. 9. pura. Arc.
* Quinimo libri illi non apocryphi, ſed canonici ſunt, quis olim quidã ex catholici & illis dubitauerint. Cõc. Trid. ſeſ. 4. de can. ſcri.
† al. regulis orthodoxis] al. regulis orthodoxiæ.
3 Iuo p. 4. c. 106 Pann. l. 2. c. 125.
b Vel dic, ꝙ ideo itinerariũ appellatur, quia ibi agitur de itinere, i. actione huius mũdi, i. quid nobis in hoc mundo remanẽtibus quid. ſ. facere debeamus. Io de Fan. & Hug.
4 Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.
c Vt Goff.
d Ad idẽ ff. de pact. l. maiorem. Arc.

Ancyr

Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt ȷ. e. di. c. 6. ibi, *Prima adnotatio*. etc. arg. extra de reſcr. ab excommunicato.

SExtam.] ſed dubitatur. CASVS. Probat Gratianus, ꝙ ſexta ſynodus canones fecit, & hoc probat per ſeq. c.

a ¶ *Sextæ ſynodi*.] Falſa eſt littera, & debet ibi eſſe ſeptimæ[a] ſynodi. qualiter enim dubitaret ſexta ſynodus de eo quod ipſa fecerat.

† *al. fideli.*

a Tu dic, ꝙ i. e. ſextã ſynodi. facit mẽtionẽ d ſexta ſynodo congregata quæ dẽt ſeptima dicit: ſed pp eos pſes q in vtraq; fuerũt, nõ mutat nomẽ, & p hoc pꝫ ꝙ illa lr̃a ſeptimæ, & c eſt falſa, & illa ſextæ eſt vera, ſcdũ Io. de Fant. Arch.

† *al. ſeptima ſynodo, ſiue concilio*] al. ſexta ſynodo, ſiue in ſexto concilio.

1 Iuo par. 4. c. 122.

HAbeo.] CASVS. dicitur in hoc c. ꝙ ſexta ſynodus canones fecit, quæ congregata fuit ſub Conſtantino Imperatore, reprobans perfidiam hæreticorum quorundam dicentium, Chriſtum fuiſſe tantum operatum ſecundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera, vt reſuſcitare mortuos, & ambulare ſuper aquas, phantaſtica fuerunt, & non vera. & hoc in 1. part. In 2. part. quæ incipit ibi, *Et ſoluta*. dicitur, ꝙ hæc ſexta ſynodus fuit poſtea congregata ſub Iuſtiniano filio Conſtantini: in qua iidem plures patres eoſdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem ſexta ſynodo. In 3. parte quæ incipit ibi, *Eadem ſancta*. repetit fere ea, quæ dicta erant in ſecunda parte.

§ Caſus §. planus eſt.

b ¶ *Voluntatem*.] quidam dicebant tantum vnam fuiſſe voluntatem in Chriſto. " Sed dicendum eſt, ꝙ duæ fuerunt voluntates in eo quod homo fuit, vna ſenſualitati, ſecundum quam ipſe dixit: Pater ſi fieri poteſt, tranſeant a me, & c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dixit: verumtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis.

" Voluntates duæ fuerant in Chriſto.

c ¶ *Conſtantini*.] non illius magni Conſtantini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo enim fuit Nicænum concilium tempore Silueſtri.

d ¶ *Conſtantini*.] contra inſt. de do. §. eſt & aliud. inſti. qui. non eſt per. fa. te. §. ſecus. vbi Iuſtinianus vocat patrem ſuum Iuſtinum. Sed loquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt ȷ. e. c. ſexta. Sub Iuſtiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata eſt quinta ſynodus, vt ȷ. e. c. ſexta.

2 ex actione quarta ſeptimę ſynodi.

3 Iuo par. 4. c. 121.

modum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorum (id eſt à ſancto Clemente vſque ad ſanctum Silueſtrum) decretorum, atque diuerſorum conciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

𝔡 ¶ Epiſtola.] *Hæc epiſtola ab Iuone vocatur prælatio in opus canonum. & eſt ea, quæ Iſidori nomine eſt præpoſita tom. conciliorum. ſed in vetuſtiore editione in qua purior eſt Iſidori collectio nonnulla verba deſiderantur. Eſt autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa*. Propter eorum auctoritatem, &c. *vſque ad ver.* conſtitutiones. *nõ longe abſunt ab initio. Reliqua vero ſunt in extremo.*

e ¶ Iſidorus ſeruus.] *In Panno. mia eſt eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt*. Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti conſeruo ſuo, & parenti fidei † in Domino ſalutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus*. Iſidorus peccator, ſeruus, &c.

Item cum Hadrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cum omnibus canonibus ſuis, cũ etiam ſancta octo vniuerſalia concilia profeſſione Romani Pontificis ſint roborata: in ſexta † autem ſynodo, ſiue in ſeptimo concilio, Apoſtolorum canones ſint recepti & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputãdi: Vnde ſcribit Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ.

¶ Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V.

1 SExtam 𝔢 ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

𝔢 ¶ Sextam.] *Hoc habetur in ſecunda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſium: Sed eo in loco Hadrianum refert verba ſynodicæ epiſtolæ à Tharaſio ad ſe miſſæ. Et hic Gratianus non refert propria eius epiſtolæ verba. In verſione enim Anaſtaſii bibliothecarii ſic legitur*, Inuenimus autem in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ, poſt plenitudinem fidei, & confeſſionem ſacri ſymboli, & omnium ſãctarum ſex ſynodorum, & de ſacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſſimum contineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipſis promulgatæ ſunt. *Et hæc quidem poſt... ma ... etiam in illa ipſa Tharaſii epiſtola, quod & ex concilio Græco, & noua in ... pretatione clare apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ 𝔣 ſynod.[a] facile abſoluitur.

𝔣 ¶ Sextæ.] *In ſecundo & xij. Vaticanis eſt*, ſextę, aliàs ſeptimæ, *& vere ſeptima eſt, ſed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.

¶ Sexta ſynodus canones conſcripſit. C. VI.

2 HAbeo [c] librum continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit. ¶ 3 Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis, dicentes, nunquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam ſancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino congregata eſt contra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem [b] eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et ſoluta ſynodus eſt Conſtantini [c] xiiij. anno. Poſt quatuor vero, aut quinque annos iidem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano [d] filio Conſtantini, & prędictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Conſtantino in ſynodo fuerunt, iidem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item* [4]. ¶ Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatam ab ea diffinitionem cõtra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam cõgregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadẽ [e] ſancta ſynodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto, aut quinto anno cõgregata eſt, & canones numero cij ad correctionẽ eccleſię promulgauit.

𝔤 ¶ Habeo librũ.] *Verba ſunt Petri epiſcopi Nicomediæ, ac Tharaſij patriarchæ Cõſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi: quod quidem ipſi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iuſtiniani Rhinotmeti ſecundo anno ſuæ reuocationis ad Imperiũ, editi ſunt. Verum ex his ipſis verbis Tharaſii apparet, eos canones non eſſe proprios ſextæ ſynodi, quia fatetur poſt annos quattuor, aut quinque, quam ea ſynodus fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos, quo tempore certiſſimum eſt neque eundem Romanum Pontificem, neque eoſdem epiſcopos fuiſſe. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum eſt diligentiſſimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hũc locum pertinent ex originali Græco quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter trãſlata leguntur apud Franciſcum Turrianum libro de vi. & vii. & octaua ſynodo) & Anaſtaſio, & Georgio Cedreno, quam Tharaſio. Illi enim non quattuor, aut quinque, vt Tharaſius, ſed viginti ſeptem annos à fine ſextæ ſynodi tempore Agathonis habitæ, vſque ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſſiſſe. Epiſcopos vero, qui hos ediderũt, noluiſſe ipſos edere tanquam canones ſextæ ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere, quod videbatur in quinta, ac ſexta ſynodo deeſſe, ipſamet illorum ad Imperatorem allocutio teſtatur. Itaque noua dicenda eſt hæc epiſcoporum coitio, eoque Græci illam, vt ſcribit Balſamon, πενθέκτην idest quintamſextam ſynodum appellant. Ceterum nõ fuiſſe omnes illos canones à Romana eccleſia receptos, duo viri rerum eccleſiaſticarum periti ſſimi, Anaſtaſius Bibliothecarius, et Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtantur. Humbertus quidem his verbis.* Non autem miror, ſi Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus ſextę ſynodi veſtra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula: cum & ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendã hæreſim Gręcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatum, capitula, quæ nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus: quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita ſcripſit*: Ergo regulas, quas Græci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptima ſynodo principalis ſedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriarchalium ſedium, licet Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Græci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuenti: ſed nullis certe probare poſſunt indiciis.

Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis cõgregata eſt. primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit: ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

4 *Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerũt.*

4 Iuo ſeptimam vocat.

e ¶ *Sub Iuſtiniano*.] Sed certe nec ſic ceſſat contrarietas: quia tam Leo quàm ſynodus loquitur de c. Tu diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 1. q. 1. multi.

e ¶ *Eadem*.] No. quòd eadem dicitur ſynodus, quia iidem patres illic conuenerunt. ſimile 7. q. 1. denique. & ff. de iud. proponebatur. Et eſt hic argu. ꝙ eadem ſit cauſa [b] appellationis, cum cauſa principali. 2. q. 6. ſi quis in quacumque.

b Idẽ Spe. & Io. An. in ti. de tut. ea. §. ſequitur. ver. quod de cã. & plene p Gy. & Sal. in l. in ultus C. de ꝑc. & p Ale. de Imo. in l. ita demum. col. 3 e ti.

4 Ex ſexta actione ſeptimæ ſynodi.

Conſt

1 Iuo p. 4. c. 125. In orõne allocutoria Patrum, qui in Trullo conuenerant, ad Iuſtinianum Imperatorẽ.

a Q*Voniam ſancta.*] CASVS. Dicitur in hoc c. q quinta, & ſexta ſynodus non ita plene canones fecerunt, ſicut ceteræ ſynodi, & ideo ſancti patres eiuſdem ſextæ ſynodi conuenerunt apud Conſtantinopolim, vt canones conderent in eadem ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuper quo iam primo fuerát congregati, & dicitur quinta primo congregata ſub Iuſtiniano propter maiorem auctoritatem, quia in ea cõfirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, quæ etiam ſexta fuit. Sequentia capitula plana ſunt vſque ad c. quod dicitis.

b S*ancta.*] viij. hæc concilia dicuntur octo, quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur quatuor, qa in quatuor locis celebrata, vt s. diſt. prox. ſicut.

c S*Exta ſynodus. &c.*]

2 c. p. 2. eius ſynodi.

3 s. ead. c. placuit.

3 Iuo 4. 106. Iuo p. 4. c. 114. Pann. l. 2. c. 119.

¶ Conſtitutiones ſynodi ſextæ. C. VI.

1 QVoniam α ſanctæ [a], & vniuerſales ſinodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, ſexta ſub Cõſtantino patre tuo Auguſto de myſterio β fidei pleniſſime diſputantes, canones non fecerunt, ſicut ceteræ quattuor vniuerſales ſynodi, propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem ſacros canones conſcripſimus. *Item.* ¶ 2 Placuit huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. cap. *Item.* ¶ 3 Confirmamus γ, & ceteros ſanctorum canones, & ſynodos, id eſt Nicænam, Ancyranam. Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenſem, Conſtantinopolitanam, Ephefinam primam, Chalcedonenſem, Sardicẽſem, & Carthaginenſem δ, & opuſcula Teophili Alexandrini epiſcopi, & Dionyſij ε Alexandrini epiſcopi, & Petri Alexandrini epiſcopi & martyris; Gregorij Thaumaturgi Neocæſarienſis epiſcopi, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſſeni epiſcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiẽſis epiſcopi, Timothei Alexandrini epiſcopi, Gẽnadij † Cõſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexãdrini epiſcopi, Cypriãi Carthaginẽſis epiſcopi, & ſynodũ ζ ſuã.

† al. Germani.

α ¶ Quoniam.] *Emẽdata ſunt multa in hoc capite ex canone ſecũdo eorum qui ſextæ ſynodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in ſummam redacta.*

β ¶ d myſterio.] *Græce eſt, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσασαι μυστήριον,* id eſt fidei myſterium paterne declarantes.

γ ¶ Cõfirmamus.] *Iuo habet,* cõfirmamus ſanctorũ patrũ canones & ſynodos, &c. *Græce eſt, ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας τουτέστι τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων,* &c. id eſt, obſignando autem cõfirmamus & ceteros omnes ſacros canones, qui à ſanctis, & beatis Patribus noſtris ſunt editi, ideſt ab iis, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginenſem.] *Apud Iuonem ſequitur.* Conſtantinopolitanã ſub Nectario. & opuſcula Thodoſij, al. Theophili. &c. *Græce aũt eſt, καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου idest.* & eorũ, qui rurſus in hac à Deo cuſtodita, & imperiali vrbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiſcopus.

ε ¶ Et dionyſij.] *In canone Græco vulgato fere eſt, quemadmodũ antea apud Gratianũ.* Dionyſij Alexãdrini epiſcopi. & martyris. *Sed apud Balſamonẽ, & Iuonẽ legitur, quemadmodũ reſtitutũ eſt,* Dionyſij archiepiſcopi Alexãdrinorũ megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et ſynodum.] *In hoc canone loco eſt error: quia illa ſynodus Cypriani probatur, in qua ipſe cum multis aliis Africæ epiſcopis pu[illegible] baptizatos ab hæreticis nouo baptiſmo ſuſcepiſſe: cum tamẽ B. Auguſtinus aſſerat alia ex [illegible] tradition[illegible] Apoſtolorum, & ipſius Cypriani [illegible] bis [illegible] teſtat.*

Item ex diurno [illegible] profeſſio Romani Pontificis.

4 Iuo p. 4. c. 31. & Pann. l. 2. c. 103.

¶ Auctoritate Romani põtificis sacta octo cõcilia roborãt. C. VIII.

4 SAncta [b] octo vniuerſalia cõcilia, id eſt, primũ Nicænũ, ſecũdũ Cõſtãtinopolitanũ, tertiũ Epheſinũ, quartũ Chalcedonenſe, itẽ V. Cõſtãtinopolitanũ, & VI. Item Nicænũ VII. Octauũ quoq; Conſtantinopolitanũ vſque ad vnũ apicẽ immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prędicauerũt & ſtatuerũt modis † omnib. ſequi, & pdicare, quęq; cõdẽnauerũt, ore & corde cõdẽnare pfiteor.

† al. omnimodis] Iuo.

¶ Item ex diurno.] *Integram profeſſionem fidei. quando quis in Romanum Pontificem promouebatur. refert Deuſdedit Cardinalis in collectione canonum quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima ſecũda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſint, Beda in lib. de temporib. c. 65. ſcr. pſit dicens.

¶ De temporibus conciliorum. C. IX.

5 SExta ſynodus [c] vniuerſalis Conſtantinopoli celebrata eſt, & græco ſermone cõſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequẽte, ac reſidente piiſſimo principe Cõſtantino intra palatium ſuum, ſimulq; legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidentibus. ¶ Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt contra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij ι. Papæ ſub Conſtantino principe. ¶ Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrum, contra Macedonium, & Eudoxiũ temporibus Damaſij Papæ. & Gratiani principis, quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶ Tertia in Epheſo ducentorũ Patrum contra Neſtorium Auguſtę vrbis epiſcopum ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cęleſtino. ¶ Quarta in Chalcedone dcxxx. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandiſſimorũ præſulem monachorum. ¶ 6 Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

5 Iuo p. 4. c. 125. Pann. l. 2. c. 113.

6 Pann. l. 2. c. 113.

ι ¶ Iulij.] *Cõmuniter eſt ſynodum Nicænam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam & alios errasse.*

C. X.

7 PRrima ι autem ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, ſpiritum ſanctum creaturam temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papæ Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri κ Alexandrini, qui condemnata eadẽ hæreſi ſtatuerunt canones viginti: quorum auctor maxime pfatus † Alexander epiſcopus fuit. ¶ Secunda in Cõſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopũ, qui negabat ſpiritũ ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principũ, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarij λ † Conſtantinopolitani, qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorũ maxime auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopũ, qui dicebat beatã Virginem Mariam non Dei ſed hominis tantũmodo genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliã faceret deitatis, temporib. Theodoſij principis † iunioris, Cæleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Conſtantinopolitani epĩ, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim capitula cõtra Neſtorij blaſphemiarum totidẽ capitula auctore eodẽ ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt. ¶ Quarta in Chalcedone ſexcentorũ triginta Patrum, cõtra Eutychem Cõſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani, qui condemnata præſcripta hęreſi ſtatuerunt canones viginti ſeptem, quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶ Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorũ Mopſueſtenum, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe,

7 Anſ. in prolegom. in principio collectionis cõciliorum.

† *Sanctus Alexander*] ori.

† *deeſt in* Orig.

† *magni principis*] Orig.

† al. alium Deum eſſe verbum, & alium Chriſtum.

temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papæ Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶ Sexta in Conſtantinopoli c l. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebãt, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem μ capitula inferius annexa.

† al. Domini

ι ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum & in uetuſtiore Colonienſi An. M D X X X. & in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſane in illa præfatione tantum quatuor generalium ſynodorum mentio fit, ſexta uero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

κ ¶ Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt ut apud Gratianum. In originali,* Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra uidetur lectio, ſi utraque coniungatur. Nam & epiſcopus Conſtantinopolis, & epiſcopus Alexandriæ, tempore illius ſynodi, Alexandri nomine uocabatur.*

λ ¶ Nectarij.] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum,* Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe & hoc loco integra lectio hæc eſt.* Nectarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

μ ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Iſidori legitur* ſcripſerunt octo capitula, *& uerba illa* inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impreſſis poſt actionem ſextæ ſynodi ex uetuſto codice monaſterij S. Panonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc uerba* ſcripſerunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

C. XI.

ι Deus dedit Cardinalis Anſelmus in proleg. Ante eandem Iſidori collectionem.

1 PRima ν adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem [a] poſtponitur, in quas Patres xviij. ſtatuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus epiſcopus extitit. ¶ Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam β legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim ſtatuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvj. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium, qui dicebat, quòd nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ poſſideret, ſpem apud Dominum haberet: & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶ Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta γ ſtatuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius δ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus ſanctæ Romanæ eccleſiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Euſebius Palæſtinenſis epiſcopus extitit. ¶ Sexta Laodicenſis, in qua Patres xxxij. ſtatuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶ Septima ε Carthaginenſis, in qua Patres ccxvij. † ſtatuerunt canones xxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginenſis epiſcopus extitit. Etiam S. Auguſtinus Hypponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorij Auguſti. ¶ Octaua Africana ſub Theodoſio minore auguſto: in qua Patres ccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginenſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶ Nona Arelatenſis, in qua patres cc. † ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Silueſter vrbis Romæ epiſcopus, & S. Marinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt, temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶ Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime S. Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatenſis, in qua Patres xvj. ſtatuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſij †, in qua patres xj. ſtatuerunt canones: quorum maxime auctor S. Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Quartadecima Arauſicenſis, in qua patres xvj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunenſis †, in qua patres xxvj. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathenſis, in qua patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶ Septimadecima ε Aurelianenſis, in qua patres lxxij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Aurelius Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianenſis, in qua patres xxxj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonenſis epiſcopus extitit. ¶ [3] Nonadecima item Aurelianenſis, in qua patres xxx. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime S. Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſima Aruernenſis, in qua patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutenſis † epiſcopus extitit. ¶ [1] Vigeſimaprima Maticenſis †, in qua patres xxj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaſecunda item Maticenſis, in qua patres lxxxvj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimatertia Lugdunenſis, in qua patres xviij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viennenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunen. epiſcopus extitit.

† in Græco uulgato, & apud Balſamonem ſunt. 25.
† ibid. ſunt 15.
† al. zelamitanus.
† al. 30.
a De hoc &c not. 174. di. eporum. & facit ad hoc quod dixi 3. c. tam. verſ ſex ta. ibi videas &c.
† al. 218.
† abeſt numerus à collectione & Vaticana.
† al. Hortenſio.
† al. Saparidus] al. Sapidius.
† al. 16.
† al. 34.
3 Hactenus in collectione Iſidori impreſſa.
† al. Brinatenſis] al. Bituricenſis.
† al. Maticenſis.
3 Hactenus in collectione Vaticana.

a PRima adnotatio.] ¶ Maiorem.] arg. quod non, qui prior eſt tempore potior eſt iure, ſed melior præferẽdus eſt [a]: quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur, vt 23. q. 4. ſicut. & 40. diſt. n. non loca. & c. multi. in fi. Auth. de monachis. §. ordinatione. honeſtioribus enim honores debentur. arg. infra 25. diſt. c. 1. in fi. & ff. de mu. & hon. honores. Arg. contra. C. de offi. mag. officiorum. nemo agentium. & 41. diſt. miramur. & arg. contra. 65. diſt. c. pen. & vlt. vbi de hoc in fin. & not. de hoc 67. diſt. epiſcopus. Arch.

α ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, id eſt uſque ad fi. uerſiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante præfationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem uſque ad finem uerſ.* Vigeſimaprima. *Deus dedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque uero ſummula hæc eiuſdem Iſidori eſſe poteſt: nam neque præfationi ipſius, neque collectioni reſpondet, in qua, ut cetera omittantur uarietates, multa referuntur concilia Hiſpaniæ, quorum hic nulla mentio.*

β ¶ Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deus dedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur.* Antiochenam. *In collectione autem Iſidori impreſſa legitur quidem* Nicænam, *ſed deeſt uox* ante. *Sic autem legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt uerba, quæ ipſum Neocæſarienſe concilium antecedunt.* οἱ κανόνες δεύτεροι μὲν τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβύτεροι, *id eſt,* qui canones poſteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa mendoſe eſt.* Et hi quidem canones ſecundi ſunt eorum, qui in Ancyra, & Cæſarea expoſiti ſunt. *redundat enim illud,* & Cæſarea, *quare in recentioribus editionibus conciliorum omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

γ ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx. epiſcopi reperiuntur ſubſcripſiſſe: ſed poſtea additur:* & ceteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. 121. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partibus epiſcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis uero lxxvj. qui etiam ſeceſſionem fecerunt. Idem Ni-*

cephorus lib. 9. cap. 12. & Tripertita. Theodoritus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, epiſcopos ccl. conueniſſe. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis uiſum eſt indicare uarietates: nonnulla autem lectoris diligentiæ ſunt reſeruata.

d ¶ Et Ianuarius.] *Anſelmus habet ut Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus, & S.R.E. Legatus exciterunt. *In concilio ipſo c. 18. nominatur Ianuarius epiſcopus. In ſubſcriptione uero in codice canonum, non nominatur, ſed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Depolitanus legatus S. R. E.*

e ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo unica ſynodus Carthaginenſis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. diſtin. c. de libellis. dicetur.*

ζ ¶ Epaunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & collectione Iſidori Vaticana. Nam antea legebatur.* Empanenſis. *Veruntamen in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur: ſed Auiti primum eſt mentio.*

e ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hæc in conciliis impreſſis indicata inueniantur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Arbinus epiſcopus Andegauenſis.*

Sed quòd Nycæna ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur. [1] *Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.*

1 In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorū Ægypti eporum ad Marcum Papam ſed copioſius q̄ hic.

¶ Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij. C. XII.

2 Iuo p. 4. c. 208. Pan. l. 2. c. 106. Anſ. l. 2. c. 59. Polyc. l. 3. ti. 20. Ibid. paulo ſuperius.

2 Septuaginta.] Sed contra. 21. diſt. in nouo. 68. diſt. corepiſcopi. ibi enim dicitur, quòd diſcipuli fuerunt lxxij. ſecundum Hug. dic, quòd minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q. 1. hanc. ſic not. ſupra 15. diſt. c. 4. ver. harum.

2 SEptuaginta a [2] Nicæni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcoporum attuli, quæ ſunt igne combuſta, optamus, vt à veſtræ ſanctæ ſedis auctoritate percipere per præſentes legatos mereamur. *Item.*

¶ Preſentibus nobis octoginta capitula in memorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij. epiſcopis † ſpiritu ſancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſariis, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, & ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

† *patribus*] Orig.

a ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanaſij uerbis conſtat, non omnes Nicænæ ſynodi canones aut græce, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his uiginti, qui in manibus omnium uerſantur. De qua re ſcribit Iſidorus in præfatione conciliorum tomis inſerta. Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunenſe indixiſſet (quam manuſcriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe. Sic enim ſcribit:* Quia vero multipliciter expedit, vt in eiuſdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate tranſmittas. *Taneti quoque & Alexandriæ inuenti ſunt lxxx. canones Arabice ſcripti ſub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica, & Armenia lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum ſunt, & nuper etiam in latinam linguam conuerſi ſunt, & impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna ſynodo ſtatuta dicuntur, cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ His ita reſpondetur: Capitulorum Nicænæ ſynodi quædam in deſuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana eccleſia habentur.

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luytbobio epiſcopo Moguntino.

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

3 Iuo p. 4. c. 232. Pan. l. 2. c. 107.

3 VIginti [b] tantum capitula Nicænæ ſynodi in ſancta Romana eccleſia habentur, ſed quo neglectu alia defecerint, ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta.

¶ *Apud Iuonem parte 4. c. 232. habetur magis integrum hoc caput,* Capitula Nicæni concilij teſtimonio Athanaſij ſeptuaginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta non dubitamus, e quibus viginti tantum in eccleſia ſancta Romana, & quæ ſequuntur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

4 *Vnde idem ſcribit clero † Conſtantinopolitano.*

4 Habetur in epiſt. 6. quæ prima ad Photium eſt.

† *al. electo*

¶ Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur. C. XIIII.

5 Iuo p. 4. c. 135. Pan. l. 2. ca. 117. verſ. qđ dicitis.]

5 QVod dicitis neque Sardicenſe concilium, neque decreta † alia vos habere ſanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicenſe concilium, quod penes vos in veſtris regionibus [c] actum eſt, & omnis eccleſia recipit, qua ratione conuenerit †, vt hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abiiceret: & vt dignum eſt, non retineret?

† *decreta alia nos*

† *al. conueuerat.*

b ¶ *Viginti.*] A Sardicenſi.

QVod dicitis.] CASVS. Clerici Cōſtantinopolitani dicebant ſe non habere ſtatuta concilij Sardicenſis, vel ſanctorum Patrum, nec recipere, ſed Papa redarguit eos dicens, non eſſe facile credendum eos non habere ſtatuta illa, cum publice penes eos facta fuerunt, & cum tota eccleſia ea recipiat, Conſtantinopolitana ea recipere debet.

c ¶ *Regionibus.*] hic eſt duplex arg. vnum tale, ex quo omnes alij hoc faciunt, ergo & tu obſeruabis hoc, vt no. ſupra 12. diſtin. illud. & c. quemadmodum. item arg. “ quòd nulli licet ignorare ea, quæ publice facta ſunt. 12. q. 2. qui & humanis. 8. q. 1. licet. 11. q. 3. curæ. 20. diſt. ſi decreta. 87. diſt. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de inſt. act. ſed & ſi. §. præſcribere. C. de liber. cau. ſi filia. ext. de poſt. præla. ad hanc [a]. arg. contra 82. diſtin. propoſuiſti. & 1. q. 1. ſi qui a ſimoniacis. & 24. q. 1. ſi quis dederit. primum regulare, ſecundum caſuale propter caſum ignorantis. ext. qui ma. acc. poſ. cum in tua.

“ Facta publica debēt ab omnibus ſciri.

a Ibi de hoc & ext. đ cō ſtit. cognoſcētes. in gl. vlt. Arc.

DISTINCTIO XVII.

1 gs GEneralia [d] *concilia quorum tempore celebrata ſint, vel quorū auctoritas ceteris præmineat, ſanctorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apoſtolicam ſedem eſt.*

Vnde Marcellus Papa ſcribit Maxentio [β].

β ¶ Maxentio.] *Antea legebatur,* Maxentio epiſcopo. *In tomis autem conciliorum in epiſtolæ inſcriptione eſt,* ad Maxentium tyrannum, *ſed in principio epiſtolæ ipſius eſt,* Marcellus Maxentio, *quæ lectio uiſa eſt retinenda.*

¶ Abſque Romani Pontificis auctoritate ſynodus congregari non debet. C. I.

6 Anſ. l. 2. c. 60. Iuo p. 4. c. 240. Poly. l. 1. c. al. ti. 13.

6 SYnodum [e] epiſcoporum abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate (quanquam quoſdam

GEneralia.] Hæc diſtin. diuiditur in tres partes. In quarum prima magiſter intendit probare, quòd nullum robur habet concilium generale ſine licentia Papæ celebratum. Secunda ibi, *Quapropter.* Tertia ibi, *Hinc etiam.*

CASVS. Supra diſt. 15. c. 1. & 16. c. ſexta. oſtenſum eſt quo tempore generalia concilia celebrata fuerunt, & quorum auctoritas ceteris præminebat eſt ſimiliter oſtenſum. In hac vero. 17. diſt. oſtendit, quòd tantum auctoritate ſedis Apoſtolicæ poſſunt congregari, & hoc probat per c. ſeq.

d ¶ *Generalia quoque concilia.*] In hac diſt. oſtenditur qui poſſunt facere concilia. Sunt autem conciliorum quædam vniuerſalia, quædam particularia ſiue prouincialia, quædam epiſcopalia. Vniuerſale eſt quod a Papa, vel eius legato cum omnibus epiſcopis ſtatuitur [b]: particulare, ſiue prouinciale eſt, quod metropolitanus, vel primas facit cum ſuffraganeis ſuis, vt 18. diſt. c. 1. 92. diſt. ſi quis epiſcopus. Sed vniuerſale non debet fieri ſine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare ſine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec epiſcopale ſine auctoritate epiſcopi, metropolitanus tamen poteſt facere concilium ſine auctoritate primatis, vt 92. diſt. ſi quis epiſcopus. ſimiliter epiſcopus ſine auctoritate metropolitani, vt 35. diſt. quando. & 12. q. 2. placuit. Nec obſt. quod legitur infra diſt. prox. c. propter. in ñ. & c. pe. quia illud eſt intelligendum de prouincialibus conciliis, vel intellige illud de canonibus conſtituendis. Ioan.

b Vniuerſale. n. cōciliū ſine auctoritate Papæ, vel ei⁹ legati celebrari ñ pt. 1. c. 1. & 2. 5. diſt. 3. §. porro. Arc.

SYnodum.] CASVS. Maxentius epiſcopus volebat generalem ſynodum ad condendum canones congregare: ſed Marcellus dicit, quod non poteſt ſine licentia Papæ: quamuis poſsit particularem ſynodum facere.

e ¶ *Synodum.*] ſcilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archidiac.

a ¶ Cong

a ¶ *Congregare.*] Cum conueniunt epiſcopi ad examinandam cauſam criminalem alicuius clerici in ſacris, & ſecundum hoc eſt arg. quòd talis congregatio epiſcoporum non dicitur ſynodus generalis.

R*Egula.*] CASVS. Orientales epiſcopi facti hæretici multas fecerunt facto concilio conſtitutiones: cui concilio, nec Papa, nec eius legatus interfuit. Et ideo Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel quod in eo eſt ſtatutum & hoc probat auctoritate canonum dicentium, concilia ſine auctoritate ſedis Apoſt. fieri non dere.

CASVS. ſeq. c. patet.

b ¶ *Legatus.*] ad hoc ſpecialiter deſtinatus, alias non poſſet legatus facere concilium, vt no. ſupra diſt. 3. c. regula. §. porro. & extr. de off. leg. quòd tranſlationem.

† Pſal. 81.

c ¶ *Ratum eſt.*] arg. quod id quod nullum eſt, non poteſt ratum haberi, vt no. 9. q. 2. cap. nullus alterius. extra de elect. auditis.

d H*Vic ſoli ſedi conceſſa.*] " Hic expreſſe habetur, quod illud quod ſoli Papæ competit, non transfertur generali mandato, niſi ſpecialiter mandetur, vt extra de off. leg. quod tranſlationem: quæ autem illa ſint, dixi 12. diſt. præceptis. & alia habes extra de off. leg. quod tranſlationem.

" Papæ ſoli competens gñrali mandato non transfertur.

1 Anſ. l. 2. c. 47. Polyc. l. 1. c. 13.

† al. legatio

N*Ec licuit.*] CASVS. Celebrato concilio quinto apud Conſtantinopolim, epiſcopi Venetiæ, Hiſtriæ & Liguriæ volentes recipere ſtatuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa ſtatuta eſſent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius, dicens, quod ſi aliqua dubitatio emerſerit de ſtatutis in eodem concilio, mittere debebant ad ſedem Apoſtolicam. Si vero fuerint contumaces, ab eccleſia ſunt coercẽdi, & ſi per eccleſiá non poſſunt, per ſæcularẽ debent comprimi poteſtatem.

2 Anſ. l. 1. c. 55. Polyc. l. 1. c. 17.

† ſancta

† al. Pelagiꝰ Papa Valeriano Patritio.

3 Iuo p. 4. c. 239. Anſ. l. 12. c. 43. Polyc. l. 1. c. 14.

a Vel dic quod particulare dicit ꝓpter illos, qui partem faciũt, ſcilicet hæreticos, quibus nullo modo licet cócíliũ celebrare, ſecundũ Lau.

e ¶ *Particularem.*] Ad aliquid generaliter ſtatuendum a, vel ad reuocandum illud, quod in vniuerſalibus conciliis eſt ſtatutum, vt iſti epiſcopi, qui volebant retractare ſtatuta Conſtantinopolitanæ ſynodi. videtur hic, quòd ad ſolũ Papam ſpectat interpretari ſtatuta vniuerſalis cócilij, vt ext. de conceſ. præben. & eccl. nõ vac. dilectus. Arg. contra, " quod ab omnibus epiſcopis, vel à ſaniori parte eorum qui interfuerunt, poteſt fieri interpretatio: quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius ſtatuit. extra de ſent. exc. inter. de iudic. cum veniſſent.

† Apoſt. litat ſrati] Iuo.

† al. percipienda

† al. quibuſdam

[Prou. 18.]

" Statuta vniuerſalis concilij per quem pſit interpretari.

f ¶ *Ad recipiendam.*] Eo ipſo quòd quis errat, non dicitur hæreticus, ſi paratus eſt corrigi, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. ſed ſi dubitat de fide, hæreticus dicitur, vt extra de hæret. c. 1.

g ¶ *Per ſæculares.*] " Poſſunt ergo laici coercere b clericos etiam non depoſitos in caſibus, vt no. 23. q. 5. principes. aliàs autem etiam depoſitum non poteſt laicus punire, niſi incorrigibilis ſit, vt extra de iudic. cum non ab homine. nunquam enim clericus quantumcunque ſit crimínoſus tradendus eſt curiæ ſæculari, dummodo poſſit corrigi per eccleſiaſticam poteſtatem, vt 81. diſt. dictum. extra de iudi. at ſi clerici. niſi in crimine falſi litterarum Apoſtolicarum. vt ext. de cri. fal. ad falſariorum. Item habes hic, quòd vbicunque deficit eccleſiaſtica poteſtas, ſemper recurritur ad brachium ſæculare, 11. quæſt. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus.

" Laici verũ poſsint aliquando clericos punire.

b Hic videas quod leg. & not. 17. q. 4. de præsbyterorũ. Arc.

† al. opprimi

ADDITIO. Ad idẽ eadem quæſt. adminiſtratores.

episcopos poſſitis congregare a) non poteſtis regulariter facere. Neque α vllum epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicam ſedem, damnare: antequam hinc ſentẽtia definitiua procedat. Nam ſi ſæculares in publicis iudiciis libellis vtuntur appellatoriis, quanto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt? De quibus dictum eſt [Ego dixi, Dij eſtis.]

α ¶ Neque vllum epiſcopum.] *hæc vſque ad finem non habentur in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in reſcripto contra orientales pro Athanaſio c. xxix.

¶ Non eſt ratum concilium, quod auctoritate Romanæ eccleſiæ fultum non fuerit. C. II.

1 R**Egula** veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanę eccleſię Legatus † b interfuit: canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt c, aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Item Damaſus Papa I. ad Stephanum, epiſt. 3.

¶ Nullus vſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ. C. III.

2 H**Vic** ſoli † ſedi conceſſa d nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, vt contemptor, iudicari.

Item Gregorius † β.

¶ Abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum particularem contra vniuerſalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

3 N**Ec** licuit alicui aliquando, nec licebit particularem e ſynodum γ congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam f de eo, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte ij, qui ſalutem animę ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam † ſedem pro recipienda † ratione conueniant: aut ſi forte (ſicut de talibus † ſcriptum eſt [peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obſtinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint, eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſæculares g comprimi † poteſtates.

β ¶ Gregorius.] *Hoc procul dubio eſt Pelagij, ſicut ab Anſelmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apoſtolicas ſedes recurrendum eſſe cum inferiores epiſcopi, aut quiuis alij cognoſcere deſiderarent quid in aliqua vniuerſali ſynodo eſſet conſtitutum & valde illos condemnandos, qui Apoſtolicis ſedibus non communicant. vt 23. q. 5. cap. non uos. & c. de Liguribus. Ex hoc autem cap. nec licuit. & c. iſtud, 11. q. 1 habetur integra epiſtola Pelagij, quemadmodum ab Anſelmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine eſt additum* ad epiſcopos Mauritaniæ. *Atque in ſummariis capitum dilatus ipſius Papæ, qui habetur lib. 2. Regeſti Gregorij ſeptimi inter cetera hoc eſt.* quod nulla ſynodus abſq; præcepto ſummi Pontificis debet generalis vocari.

γ ¶ Synodum.] *Apud Anſelmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc.* ad iudicandum vniuerſalem ſynodum. *Hoc enim eſt, quod prohibetur hic à Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruerſitate adducti nolebant quintum concilium recipere. (Qua de re B. Gregorius, lib. 7. epiſt. 53. & alibi ſæpe) & particularem ſynodum vniuerſali, ac ſedium apoſtolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius ſiue Gregorius, ne epiſcopi poſſint diœceſanas, & Metropolitæ prouinciales ſynodos conuocare. ſed ne ipſas ad iudicandum vniuerſalem ſynodum congregent, atque ita eſt in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. epiſcopis, qui conuenerunt ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani, epiſt. 1. c. 1.

¶ Non eſt concilium, ſed conuenticulum, quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. C. V.

4 M**Vltis** denuo Apoſtolicis, & canonicis, atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non concilium, ſed veſtrum conuenticulum, vel conciliabulum caſſatur, & quidquid in eo actum eſt, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nulliꝰ hortatu h talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere nõ vultis. *& infra.* ¶ Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ epiſcopos diſcrepare cæperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat: ad maiorem i tunc ſedẽ referantur. Et ſi illic facile, & iuſte non diſcernuntur, vbi fuerit ſynodus regulariter congregata, canoni-

M*Vltis.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd Conſtantinopolitani epiſcopi celebrauerunt concilium ad vocationem Ioannis, qui tunc erat patriarcha: quod factum fuit abſque ſedis Apoſtolicæ licentia: quare Papa concilium illud euacuat & caſſat, & quidquid in eo fuit conſtitutum, & prohibet ne de cetero talia fiant. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Si uero.* dicitur, quòd ſi epiſcopi cœperunt ſuper aliquo diſcrepare negotio, referatur quod ad ſedem archiepiſcopi, vel patriarchæ, & ſi ibi non poteſt terminari, reſeruetur ad ſynodum epiſcoporũ: difficiliores vero quæſtiones ad ſedem Apoſtolicam reſeruentur.

4 Anſ. l. 2. c. 36. Poly. l. 1. c. 14.

h ¶ *Hortatu.*] Ad quòd auctoritas ſuperioris non excuſat, vt 12. q. 2. quicunque militum. arg. contra. 12. q. 2. de rebus. 63. diſt. Salonitanæ c. Tu dic, quòd in leuibus excuſat, alias non.

c Vbi d hoc. & 86. di. an putabis. Ar.

i ¶ *Ad maiorem.*] id eſt, ad metropolitanum: " & ita cum appellatur ab omnibus epiſcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, quòd metropolitanus ſolus maior ſit omnib. epiſcopis prouinciæ: quia de pari ad parem non licet appellare. 2. q. 6. c. anteriorum. verſ. illo videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad cócilium metropolitanũ. infra 2. q. 6. omnis. & ſic concilium eſt maius d ipſo metropolitano. & ſic appellatur ab aliquo ad ſeipſum cum aliis, & eſt ſimile ff. quan. ap. ſit. l. 1. §. ſolent. Sed quid eſt, quod hic dicitur, quòd ſi diſſentiũt epiſcopi, recurratur ad ſupe-

" Appellatur de epis prouinciæ ad metropolitanum.

d Ex hoc dicto vr, quod cõciliũ poſſet cognoſcere de cauſis delictorũ metropolitani. de hoc dicã 11. q. 1. ſi clericꝰ. vbi videas. Arch.

ce, & iuſte iudicentur. Maiores [a] vero & difficiliores † quæſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur.

† al. difficiles.

Item Symmachus Papa [1].

¶ Prouincialia concilia ſine Romani Pontificis præſentia pondere carent. C. VI.

2 CONcilia ſacerdotum [b] eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt [a] [c]. Legiſtis † inſaniſſimi, aliquando in illis præter Apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum; & non de maioribus negotiis ad conſultationem †, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatum?

1 In lib. Enno. pro defenſione. 4. & 5. ſyn. ſub Sym. Pap.

2 Iuo p. 4. c. 242. Anſ. l. 1. c. 56. Polyc. l. 1. tit. 7.

† al. Legite.

† collationem) Orig.

a ¶ Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus eſt nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tanquam abſurdum quidpiam obiicientium. Quibus Ennodius in ſequentibus verbis reſpondet.* Legite, &c.

2 [3] [*Hinc etiam cum auctoritas Theoderici Regis ex diuerſis prouinciis ad vrbem Romam ſacerdotes conuenire præcepiſſet* [d]*, vt ſanctum concilium iudicaret de iis, quæ venerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab aduerſariis ipſius dicebantur impingi. Liguriæ, & Aemiliæ, ſeu Venetiarum epiſcopi ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur, impetitus, debere ſynodum conuocare, ſcientes, quia eius ſedi, primum Petri Apoſtoli meritum, deinde ſecuta iuſſione* † [e] *Domini, conciliorum venerandorum auctoritas ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedictæ ſedis antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iudicio.*] & *infra.* ¶ [*Ad hæc sereniſſimus Rex, Deo adſpirante, reſpondit ſynodalis eſſe arbitrij in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam* [f] *de eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur* †*: epiſcopi vero in ſynodo reſidentes congregata auctoritate eiuſdem Symmachi dixerunt* [4]*: Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus* † *impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis* [g]*, & liber, cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus.*] & *infra.* ¶ [*De clericis vero memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus* [h] *contra regulas diſceſſerunt, & ſchiſma fecerunt: hoc fieri decernimus, vt* † *illi ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordiam conſequantur, & officiis eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui.*] *ibidem infra.* ¶ [*Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio commiſimus, ſubſcripſit. Petrus eccleſiæ Rauennatis epiſcopus ſub eiſdem verbis ſubſcripſit, & poſt eum ſeptuaginta quinque epiſcopi.*] *Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda miſericorditer, & diſpenſatiue factum dignoſcitur.* ¶ *Hoc quoque notandum eſt, quod in hoc concilio, & in alia ſynodo* [i] *Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum Mediolanenſis ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo & ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

3 Verba oĩa ſumpta ſunt ex quarta ſynodo Romana ſub Symmac.

† iuſſionem] Vatic. cod. & Nicol. ad Michaelem Imp. p. 501.

† Chriſtianis omnib. redderetur] ori.

4 Ibid. infra.

† al. propoſitionibus] ori.

Ait enim Gregorius primus libr. 7. reg. epiſtol. 112. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi. C. VII.

5 EPiſcopus ſecundum ordinationis ſuæ tempus [k], ſiue ad conſidendum in concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vendicare.

5 Anſ. l. 6. c. 134.

Verum tempus ordinationis non ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

1 ps EPiſcoporum [l] *igitur concilia, vt ex præmiſſis apparet, ſunt inualida ad definiendum, & conſtituendum* [m]*, non autem ad corrigendum. Sunt enim neceſſaria epiſcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etſi non habent vim conſtitutionis* †*, habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs ſtatutum eſt, & generaliter, ſeu ſpecialiter obſeruari præceptum.*

† al. conſtituendi.

[*Ex Cabilonenſi concilio, c. 6.*]

¶ *In peruetuſto Gratiani codice palea hæc eſt in extremo præcedentis diſtinctionis, connexitque cum vltimo illius capite,* epiſcopos. *Ex Cabilonenſi autem citant etiam ceteri collectores. extat vero in Bracarenſi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 13. concilij Africani.*

riorem? quare non ſtatur hic ſententiæ plurium. 65. diſt. ſane? Intelligunt quidam, quòd hoc dicitur in cauſa criminali epiſcopi, vbi oportet omnes epiſcopos conſentire, vt 6. q. 4. c. 1. & 2. Sed poteſt intelligi in eo caſu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epiſcopos: tunc recurritur ad ſedem ſuperiorem. Vel intelligas in eo caſu etiam quando diſſentiunt epiſcopi in ſententia, non quòd ſententiam aliquam proferant, ſed videtur quibuſdã vno modo ſententia, aliis alio modo.

a ¶ *Maiores.*] vt de fide, vt 24. q. 1. quoties.

CONcilia.] CASVS. Quidam epiſcopi ſingulis annis ſine ſede Apoſtolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea caſſat, cum non inueniatur aliquid conſtitutum ſine auctoritate ſedis Apoſtolic. immo ſemper ei maiora negotia referuantur.

b ¶ *Sacerdotum.*] id eſt, epiſcoporum.

c ¶ *Perdiderunt.*] No. quòd aliquis dicitur perdere quod nunquam habuit, ſic 5. q. 6. quia iuxta. 23. q. 4. Guiliſarius. 23. di. quorundam [a]. ſic 33. q. 2. quòd vero. & c. Moyſes.

a Vbi de hoc. Arch.

HINC ETIAM. Hæc eſt 2. pars diſt. in qua ponitur quid iuris ſit de ſynodis.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd Symmachus Papa erat de quibuſdam criminibus diffamatus: vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium congregauit, vt examinarentur ea quæ obiiciebantur Papæ: Tunc ſurgentes epiſcopi Liguriæ & Æmiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori, quòd ad Papam ſpectabat conuocare concilium: Imperator ad hoc benigne reſpondit omnia eſſe in poteſtate ſynodi: committens negotium auctoritati Pontificum, dũmodo pax in ciuitate Romana ſeruetur. In ſecunda parte quæ incipit ibi, *Epiſcopi vero*, dicitur, quòd epiſcopi ibi congregati auctoritate eiuſdem Symmachi interueniente abſoluerunt ipſum ab humano iudicio, a ſolo Deo iudicandum, & reſtituendos clericos, qui receſſerant a Symmacho Papa, in ſuis officiis decreuerunt: dummodo primo Symmacho ſatisfaciant: Cui ſtatuto primo ſubſcripſit Laurentius epiſcopus eccleſiæ Mediolanenſis, ſecundo Rauennas, & poſtea lxxv. epiſcopi. Omnia quæ poſtea ſequuntur, plana ſunt vſque ad diſt. 18.

d ¶ *Præcepiſſet.*] Ibi epiſcopi venerunt ad citationẽ Regis, non quòd venire tenerentur, ſed vt reuocarent eum ab errore ſuo. Simile ad hoc extra de excep. olim.

e ¶ *Iuſſione Domini.*] Habet ergo Romana eccleſia auctoritatẽ à conciliis, ſed Imperator à populo, vt 93. diſt. legitimus. in fin. Contrarium huic ſignatur 21. diſt. quamuis. & 22. diſt. omnes. vbi dicitur quòd Romana eccleſia habet primatum a Domino, & non a conciliis. Sed dic principaliter habuit à Domino, ſecundario [*] a conciliis.

* Concilia propriè nõ dederũt primatũ Rom. eccle. ſed explicarunt datũ a Domino.

f ¶ *Reuerentiam.*] Debet Imperator reuerentiã eccleſiæ: ſed de rebus eccleſiæ nihil poteſt diſponere, vt 96. diſt. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare poteſt [b], vt 16. q. 7. ſi quis deinceps. arg. contra, extr. de conſuet. cum inter. in parte decisa. vbi dicitur rex conferre decanatum: ſed hoc forte ex conſuetudine, & ex priuilegio. 16. quæſt. 1. hinc etiam.

b Cõtra no. 10. diſt. imperium. ibi dixi. Arc.

g ¶ *Immunis.*] infra 2. q. 7. §. item cũ Balaam. in fi. contra, ibi dicitur, quod ſimoniacus poſt reſtitutionem tenetur reſpondere accuſationibus. Sed dic, ꝙ primo fuit accuſatus de hæreſi, ſed cum appareret calumnia accuſantis, poſtea fuit abſolutus, vt hic dr.

† *vt eos ſatiſfacientes epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur*] ori.

h ¶ *Ante tempus.*] quod fieri non debuit, vt 8. q. 4. nonne. §. illud.

i ¶ *Synodo.*] vt 96. diſt. bene.

k EPiſcopus.] *Tempus.*] [" Generale eſt, quòd qui prius dignitatem receperunt, præferendi ſunt aliis [c], vt 74. diſtin. epiſcoporum. & 75. diſt. c. vlt. & ext. de ma. & obed. c. 1. qui ille gradu ceteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de offi. ma. of. l. nemo. niſi aliquis receperit dignitatem à principe: ille enim præponitur aliis, vt extr. de ma. & obe. per tuas. & ff. de albo ſcri. l. 2. & niſi ſint loco metropolitani, vel alicui' maioris dignitatis, qui licet ſint poſterius ordinati, tamen præponitur aliis, vt hic in Palea, placuit. diſt. prox.

" ordo inter beneficiatos.

c Cõtra 16. diſt. 6. ſynodus. ver. prima adnotatio. vbi de hoc. Arc.

EPiſcoporũ.] Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes: In prima probat, quòd concilia epiſcoporũ debent fieri bis in anno, & hoc probat per ſex canones: quod tamen correctum eſt. Secunda ibi, *Quoniam quidem.* Tertia ibi, *Singuli.*

CASVS. Dictum eſt ſupra & oſtẽſum, quòd epiſcopi non poſſunt celebrare concilia ſine licentia Romanæ ſedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel ſtatuant: ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere quæ iam ſtatuta ſunt generaliter vel ſpecialiter, poſſunt.

l ¶ *Epiſcoporum.*] Hic intitulatur 18. diſt. In proxima diſt. magiſter oſtendit [d], quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: adeo conſequenter oſtendit ad quid ſint vtilia: addit etiam quotiens in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſint celebranda [e], & quòd metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis conuenientibus ad concilium. addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. In fine dicit, quòd intra ſex menſes debet epiſcopus indicare ſuis ſubditis ea, quæ in concilio acta ſunt.

d ſupra diſt. prox. ead.

e Vt ꝫ. e. c. 1. 2. & 3. c. perueniat. & ca. quoniam.

m ¶ *Conſtituendum.*] Illud non eſt verum: quia epiſcopi bene poſſunt condere canones epiſcopales, & archieps prouinciales: quia quilibet populus, & " quælibet eccleſia ſibi põt ſtatuere aliquod ius, vt ꝫ. diſt. 1. ius ciuile. & 8. diſt. quæ cõtra. & 11. diſt. catholica. & 12. diſt. illa. & de conſec. diſt. 3. c. 1. & ext. de fer. cõqueſtus. ſed de maiorib. negotiis non põt aliquid ſtatuere, vt hic, & 12. diſt. præceptis. vbi de hoc.

" Eccleſia quæ non põt ſibi ius ſtatuere.

DE conciliis.] CASVS. In hoc c. ſtatuit Leo, vt concilia epiſcoporum fiant bis in anno, & ibi clericorum quæſtiones dirimantur: & ſi ibi dirimi non poſſunt, referantur ad primatum, & ſi nec ibi poterunt terminari, ad ſedem Apoſtolicam referantur.

a ¶ *Bini.*] Hoc corrigitur. j. co. quoniam. & extra de acc. ſicut olim.

b ¶ *De omnibus.*] ad eos ſpectantibus.

k ¶ *Idibus.*] Hoc falſum videtur: quia idus ſemper eſt in xiij. die vel xv. ſecundum quod nonæ præcedunt: ſi enim menſis habet iiij. nonas, ſunt idus in xiij. die. ſi vero ſex nonas, ſunt in xv. die. Et ita idus nunquam ſunt in x. die, verum eſt apud nos, ſed apud Græcos bene eſt in x. die. Dicunt quidam [c], quòd idus quandoque dicitur large, vt hic, ſcilicet totum illud tempus ex quo poſt nonas ſtatim incipiunt computari, vt cum dicitur viij. idus. vij. idus. & ſic deinceps: nam in principio menſis dicitur kalendæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dicitur viij. idus. vij. idus. quare ergo dicitur, quòd ſit decimus. Sed dicas quod hic vocat hoc nomine idus quemlibet diem qui eſt inter illos dies qui dicuntur idus, non vltimũ diem illorum, qui propriè & abſolute dicitur id[6]. Alia expoſitio quæ fit hic, non valet.

PALEA. C. I.

1 PLacuit, vt cõſeruato Metropolitano primatu ceteri epiſcopi ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epiſt. 82. c. 7. Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo.

¶ Bini conuentus per ſingulos annos ab epiſcopis celebrentur. C. II.

2 DE conciliis autem epiſcopalibus non aliud indicimus, quàm ſancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet bini [a] conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus [b] querelis, quæ inter diuerſos eccleſiæ ordines [c] naſci aſſolent, iudicetur [1]. At ſi forte inter ipſos, qui præſunt, de maioribus (quod abſit) peccatis cauſa naſcatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus [d] curabit inſtruere [e], & ſi coram poſitis partibus nec tuo fuerit res ſopita iudicio, ad noſtrã cognitionem quidquid illud eſt, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia epiſcoporum ſint celebranda. C. III.

4 HAbeatur ſemel concilium ante dies quadrageſimæ [f], vt omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus [g] amputatis, mundum [α] ieiunium, & ſolenne Deo poſſit offerri: ſecundum vero agatur circa tempora [h] autumni.

α ¶ Mundum.] *Caput hoc eſt ex verſione, qua uſus eſt Iſidorus. In ea tamen hoc loco eſt.* mundum ſolenne Deo munus, *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus eſt* mundum, & ſolenne Deo munus. *Græce eſt.* ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ, id eſt, vt omni ſublata animi anguſtia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

¶ Ad morum correctionem, & controuerſiarum diſſolutionem bis in anno epiſcopale concilium fiat. C. IIII.

5 PRopter eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt, controuerſias diſſoluendas, ſufficere viſum eſt bis in anno per ſingulas prouincias epiſcoporum concilium fieri; ſemel quidem poſt tertiam hebdomadam Paſchalis feſtiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ conſequitur, id eſt [α] media Pentecoſte, conciliũ compleatur [β]. Admoneant [i] autem comprouinciales epiſcopos ij, qui in amplioribus, id eſt in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero concilium Idibus [k] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi [6] menſis [l], decimus [γ] inuenitur. In ipſis autem conciliis, & presbyteros, & diaconos præſentes eſſe oportet, & omnes [m] quotquot ſe læſos exiſtimant, & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos concilia [n] ſine Metropolitanorum epiſcoporum conſcientia facere, quibus de omnibus cauſis conſtat [o] permiſſum eſſe iudicium.

α ¶ Id eſt media.] *Antea legebatur.* & in medio temporis inter Paſcha & Pentecoſten, *nec multo aliter apud Iuonem*, id eſt medio temporis, &c. *Sed repoſita eſt hæc lectio, ex pleriſque Gratiani exemplaribus, & collectione Iſidori, in qua eſt hæc eadem verſio. Nam ceteri collectores ſecuti potius videntur verſionem Dionyſij, quæ eſt in codice canonum: quamuis & Burchardus & Pannormia hoc loco habeant,* id eſt medio Pentecoſtes, vel in medio Pentecoſte. *vbi in verſione Dionyſij eſt,* ita vt quarta ſeptimana Pentecoſtes, *verbũ plane è verbo. Græce enim eſt:* ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

β ¶ Compleatur.] *Græce eſt,* ἐπιτελεῖσθαι, *Dionyſius vertit.* conueniat.

γ ¶ Decimus.] *prorſus ex Græco. Dionyſius autem quem Burchardus & Iuo ſequuntur, habet,* Idibus Octobris, id eſt, quintodecimo die menſis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apoſtolorum 37. legitur ſecundam anni ſynodum celebrandam eſſe.* ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id eſt,* duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menſes cum græcorum ſatis conſtat. Suidas quidem ſcribit apud Macedones hyperberetæum eundem eſſe qui October. Galenus autem Pergami eundem qui September.*

Item ex concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipſos accuſant, qui vocati ad ſynodum venire contemnunt. C. V.

7 NOn oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum, contemnere: ſed adire † debere, & aut docere, aut doceri [p] quæ ſunt ad eccleſiæ ceterorumque correctionem vtilia: quòd ſi contempſerint, ſeipſos videtur accuſare [q], niſi forte pro infirmitate ire non poſſint.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 19.

¶ Corripiantur epiſcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

8 PErueniſ ad noſtras aures, quòd in prouinciis conſtituta epiſcoporum concilia minime celebrentur. Hoc [α] ex eo probatur, quòd multæ [r], quæ correctione opus habent, eccleſiaſticæ res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus, ſecundum regu-

c ¶ *Ordines.*] id eſt, laicos vel clericos. loquitur. Primati vel Patriarchæ.

d ¶ *Metropolitanus.*] Not. quòd in magnis negotiis ſemper conſulet archiepiſcopus ſuum Primatem, vt hic, & 65. diſt. de perſona: & 6. q. 4. ſi inter epiſcopos. [e] Item habes hic, quòd Primas non debet intereſſe concilio metropolitani. & 93. diſt. c. pen. & 11. q. 1. ſi clericus aduerſus.

e ¶ *Inſtruere.*] Ergo iudex à quo appellatur, poteſt inſtruere iudicem ad quem appellatur, & eius cauſam quare non recipit eius appellationẽ, & exemplum ſibi reddere debet, vt ff. de ap. reci. l. ſciendum. non tamen tanquam teſtis, vt 2. q. 6. ſtatuendum.

HAbeatur.] CASVS. Herium ſeq. c. plani ſunt.

f ¶ *Dies quadrageſimæ.*] In ſeq. c. dicitur, quòd poſt tertiam hebdomadam Paſchæ, ſed iſte canon præiudicat illi: quia iſte canon eſt Nicæni concilij [a], vel loquitur ſecundum diuerſas conſuetudines. 16. diſtin. c. ſexta. ver. 1.

ADDITIO. arg. 76. diſt. vtinam. Archid.

g ¶ *Simultatibus.*] Simultas eſt odium priuatum. 65. diſt. c. 3.

h ¶ *Circa tempora.*] Idibus Octobris, vt infra c. ſeq.

i PRopter.] ¶ *Admoneant.*] id eſt, conuocent, vel proprie, & ſic eſt arg. quod mora poteſt purgari, licet certus dies ſit appoſitus [b], aliàs quare admonerẽtur? ſic j. ead. diſt. quoniam. & extr. de conceſ. præb. & eccl. non vac. quia diuerſitatem. & ff. de per. & com. rei ven. l. 1. §. licet autem. Arg. contra extra de elect. cum in cunctis. argu. contra. 7. q. 1. præſentium. & 20. q. 2. puella. & C. de cõtrah. iſti. magnam. & extra de do. & cont. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur a canone, mora poteſt purgari: ſecus ſi ab homine præfigitur dies. arg. de arb. ſi cum dies. §. vlt. & l. Celſus. Ioan. Sed hoc non eſt verum, vt extra de ſup. neg. præl. licet. ibi dici videtur, quòd mora purgari non poſſit. ſed certe noua decr. dicit quòd in ſolutione penſionis mora intra breue tempus poſſit purgari, vt extra de loc. c. vlt. ſed illa loquitur in alio caſu quam decretal. licet. Vel dic, quòd illa corrigit decret. licet. B.

l ¶ *Hyperberetæi menſis.*] id eſt, Octobris.

m ¶ *Et omnes.*] Et pro, id eſt: aliàs ſi omnes debent conuenire de prouincia, quare epiſcopus reſeraret eis omnia ea quæ fierent [d] in ſynodo, vt infra c. decernimus.

n ¶ *Concilia.*] Prouincialia, quia quilibet epiſcopus irrequiſito metropolitano poteſt facere cõcilia epiſcopalia, vt 38. diſtin. quã.

ADDITIO. Sic legitur & no. infra ea. diſt. c. pen. in fi. Archid.

I ¶ *In nomine Domini.*] CASVS. Hoc diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba notarij. In 2 parte, quæ incipit ibi, *Nouit beatitud.* dicit Nicolaus, quod mortuo Stephano Papa eccleſia multas paſſa fuit tribulationes, & iniurias & ideo volens futuris caſibus prouidere ſtatuit, vt quoties mortuo Papa electio de ſucceſſore eius imminet facienda,conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi ſunt, qui debent eligere vnum de ſeipſis, ſi ibi idoneus inuenitur,alioquin de alia eccleſia eligatur, & conſecrabitur à Cardinalibus, ſicut archiepi cum epiſcopis ſuis conſecrant, & confirmant epiſcopos:& hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in neceſsitate, & ex ſola electione habeat poteſtatem diſponendi de reb.eccleſię & ordinandi Rom.eccle.ſi inthronizari non poteſt. In 3.parte quę inci.ibi, *Quod ſi quis contra hoc.* maledi ei q̃ cõtra hoc decretũ fuerit ordinatus, cũ ſuis fautorib[9], pœna depõis adiũcta, & bñdi oib.obſeruatorib.Et no.quód ab illo verbo, *Nouit beatitudo,* vſque in finem, ſunt verba Nicolai.

a Pan. l. 3. c 1.

† al.reuerentiſsimo.

¶ Caſus § ſequen.per ſe patet.

k ¶ *In nomine.*] Hæc sũt verba notarij vſq; ibi,*Nouit beatitudo.*

ADDITIO.Sic 8.quæſt.3.Artaldus.16.q.1 hic eſt etiam.& 1.q.7.conuenientibus.ar.

l ¶ *Indictione.*] indictio dicitur ſpatium trium luſtrorum.

m ¶ *Patriarchij.*] in quo Papa reſidet.

n ¶ *Trapezitas.*] id eſt,campſores.

o ¶ *Adeo.*] " Hic tangitur latenter quod legitur in chronicis,q. Benedictus 10.qui ſucceſsit Stephano,eiectus eſt de pontificatu, & factus eſt Papa Ioannes Sabinẽ.epiſcopus pro pecunia:& cui impoſitum eſt nomen Silueſter, & iſte etiam deiectus eſt, & demũ reparatus, & reſt

" Multiplex Papæ mutatio

g Nunquid iſte ſic electus poſſet accuſari de ſimonia? ar. quód ſic 79. diſt.ſi quis pecunia vbi de hoc infrà e. di c.1.

& reſtitutus eſt Benedictus,& iterum eiectus eſt Benedictus, & datus papatus Ioanni archipresbytero ante portam Latinam, cui impoſitum eſt nomen Gregorius: & hic ab Henrico Imper.eſt depoſitus, & vltra montes translatus eſt.hoc totum vno anno factum eſt, & pp hoc datum fuit priuilegium Henrico de quo hic fit mentio.

k Fieri in urbe.] Semper enim ibi facienda eſt ordinatio, & examinatio clericorum,vt 24.diſtinct.quando.“ & ſi alibi fit electio,quam in loco ad hoc determinato, electio eſt nulla,vt extr.de ele.venerabilem.niſi ſubſit cauſa, vt hic dicitur,& 63. diſt.quanto.& extr.de ele.bonæ memoriæ.

“ Electio q̃ fit in loco n determinato, nulla eſt.

auxiliante Deo, futuris caſibus [a] prudẽter occurrere,& eccleſiaſtico ſtatui,ne recidiua† (quod abſit) mala præualeant,præcauere. Quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum, aliorúmq; ſanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atq; ſtatuimus, vt obeunte huius, Romanæ vniuerſalis eccleſiæ Pontifice, in primis Cardinales epiſcopi diligentiſſime ſimul de electione tractantes [b], mox Chriſti† clericos Cardinales adhibeant:ſicque reliquus clerus,& populus ad conſenſum nouæ electionis accedat, nimirum præcauentes,ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et ideo religioſiſſimi [c] viri præduces [d] ſint in promouenda Pontificis electione,reliqui autem ſequaces. Certus vero, atque legitimus [e] hic electionis ordo perpenditur:ſi perſpectis diuerſorum Patrum regulis, ſiue geſtis, etiam illa beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententia recolatur. [¹Nulla [f], inquit,ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati.] Quia vero ſedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur eccleſiis, atque ideo ſuper ſe metropolitanũ habere non poteſt: Cardinales epiſcopi proculdubio metropolitani vice funguntur [g], qui videlicet electum epiſcopum ad Apoſtolici culminis apicẽ prouehant. Eligatur autem de ipſius eccleſiæ gremio [h], ſi reperitur idoneus, vel ſi de ipſa non inuenitur,ex alia aſſumatur: ſaluo debito honore,& reuerentia dilecti filij noſtri Henrici, qui in præſentiarum Rex habetur,& futurus Imperator,Deo concedente, ſperatur, ſicut iam ſibi conceſſimus, & ſucceſſoribus illius, qui ab hac apoſtolica ſede perſonaliter hoc [i] ius impetrauerint. Quòd ſi prauorum, atque iniquorum hominum ita peruerſitas inualuerit, vt pura, ſyncera, atque gratuita fieri in vrbe [k] non poſſit electio: Cardinales &epiſcopi cũ religioſis clericis,catholicisq; laicis, licet [l] paucis, ius poteſtatis obtineant,eligere Apoſtolicæ ſedis Pontificem, vbi congruere viderint. Plane, poſtquam electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas,vel qualiſcunq; hominũ conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, vt is, q electus eſt,ĩ Apoſt.ſede iuxta cõſuetudinem inthronizari non valeat:electus tamẽ,ſicut verus Papa,obtineat auctoritatẽ regẽdi Rom.eccleſiam,& diſponendi [m] oẽs facultates illius:quod beatũ Greg.ante ſuam conſecrationẽ feciſſe cognouimus. Quòd ſi quis contra hoc noſtrum decretum ſynodali ſententia promulgatũ, per ſeditionem, vel præſumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiã ordinatus, ſeu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & ſanctorum apoſtolorũ Petri & Pauli, perpetuo anathemate cũ ſuis auctoribus, fautoribus, & ſequacib. à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſeparatus abiiciatur, ſicut Antichriſtus,inuaſor, & deſtructor totius chriſtianitatis:nec aliqua† ſuper hoc ei audientia [n] reſeruetur: ſed ab omni eccleſiaſtico gradu, in quocunq; fuerat prius, ſine retractatione deponatur: cui quiſquis adhæſerit, vel qualemcũque tanquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eũ defendere præſumpſerit,pari ſentẽtia† ſit mancipatus. Quiſquis autẽ huius noſtræ† decretalis ſententiæ temerator extiterit, & Romanã eccleſiam ſua præſumptione confundere,& conturbare cõtra hoc ſtatutum tentauerit,perpetuo anathemate, atq; excõicatione dãnetur, & cum impiis, qui non reſurgent in iudicio, reputetur:omnipotentis irã contra ſe ſentiat, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, (quorũ eccleſiam præſumit confundere) in hac vita,& in futura furorem [o] ſentiat: fiat habitatio eius deſerta, & in tabernaculis eius nõ ſit,qui inhabitet:fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua:commotus amoueatur ipſe, & filij eius, & mendicent, & eiiciantur de habitationib.ſuis: ſcrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius:orbis terrarum pugnet contra eum, & cũcta elementa [p] ſint *ei cõtraria,& omnium ſanctorum quieſcẽtium merita illũ confundãt [q]: & in hac vita ſuper eum apertã vindictam oſtendant [r]. Obſeruatores autem huius noſtri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorũ apoſtolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis abſoluat.

a ¶ Futuris caſibus.] No.ad cautelam futurorum aliquid ſtatui, vt 63.diſt.cum Hadrianus.& 1.quæ.6.conuenientib'.ff. loc.ſi quis domum. §.1. arg. contra, quia nõ imputatur alicui ſi non damnauit eccleſia,vt ext. vt ecc. ben. vt noſtrum. & ff. ad l.Aq.ſi putator.

b ¶ Tractantes.] “ Vñ q̃ electionẽ ſemper debet præcedere tractatus: alioquin electio nulla eſt, ſicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q.2.ſine.Ioan.q̃ hodie expreſſum eſt extr. de elect.in Geneſi. & ca. quia propter.B.[a]

c ¶ Religioſiſſimi.] i. epiſcopi Cardinales.

d ¶ Præduces.] j.di.89. c.1. contra.Sed hic dicit,præduces nõ reſpectu Cardinalium, ſed aliorum clericorũ.Vel religioſos appellat hic epos Cardinales.

e ¶ Legitimus.] i. canonic'.

f ¶ Nulla.] diſt. 62. c.1.

g ¶ Funguntur.] Non tñ ideo ſunt maiores Papa:“ qa conſecrant eum: quia ſuffraganei cõſecrãt metropolitanum,non tñ ideo ſunt maiores,vt 66.di. ca.1.

h ¶ Gremio.] “ Ergo aliquis in Rom.eccl. pt eſſe n idoneus ad papatum:& ſic eſt cõtra 21. di. quãuis. in fi. vbi dĩ, q̃ ibi nõ eſt macula nec ruga, ſed bene pt eſſe, q̃ oẽs ſũt ſancti, nõ tñ oẽs ſunt idonei ad papatum, vel quia ſunt corpore vitiati, vel aliud hñt impedimẽtum. “ Item habes hic,q̃ ſp de clericis ipſius eccleſiæ eligẽdus eſt prælatus, ſi ibi eſt idoneus vt 61.di. nullus.& c.obitũ.& 63.di. metropolitano. idem in Abbate,vt 18.qu 2.q̃ ſit [b].& tunc ſufficit,q̃ ſit bon' e. ſed ſi de altera eccleſi eligitur, requirit q̃ ſit optim', vt dñt q̃da & eſt arg. ad hoc ff.de tu.& cur. dimis. d hac mẽa plene inuenies 8.quæ.1.licet Io.& tñ tali iuri pt renũtiari. vñ ſi maior pars capituli eligat de alia eccleſia, valebit electio.extr. de ele.cũ nobis olim.& c. cũ inter canonicos.& ca.in cauſis.licet Io. dixerit cõtra.& ſufficit et tũc q̃ ſit bonus, vt in pd. decr.cum nobis.B.

i ¶ Perſonaliter hoc.] ex his verbis apparet perſonale priuilegiũ fuiſſe:& ideo ad alios nõ prorogari.ſ.de cenſ. ætate.& 7.q.1.hoc peſſi.& 16.qu.1.hinc et.

† al. recidiuita.

a Electionẽ tractat' pcedere debet.

† al. epiſcopis.

a Et not. q̃ hinc etiã colligitur q̃ clerici prius debebant in aliquem conſentire, & poſtea aliis religioſis viris vel laicis renunciare Laur.

¶ Infrà diſt. 62. nulla ratio.

“ conſecrãs eſt inferior conſecrato.

“ Papa an poſſit eẽ qs n idoneus.

“ eligendus an debeat eſſe de gremio eccleſiæ.

b Et ẽ. Abbatem.12. Arc

c Ad hoc extra de elect. cum nobis olim. immo ſufficit ne inaliũ exiſtat.vt 16 q. ſi. monaſterium.

ADDITIO. Nam duæ partes Cardinalium ſemper debent adeſſe ext.de ele.licet.niſi ſint valde remotæ.Ioa. de Fan.

l ¶ Licet ſiet.] hoc cũ ad laicos refertur.

m ¶ Et diſponendi.] In aliis prælatis ſec' eſt. “ nam illi ante confirmationem [d] non habent ius adminiſtrandi,vt ext.de ele.noſti. niſi ſint archiepiſcopi transmontani,extr.de ele.quòd ſicut.vel niſi ſint exẽpti: qui tranſmontani ſunt, ſtatim poſſunt adminiſtrare, vt extr. de elect.nihil. ſed certe videtur,q̃ in omnib. idem iuris eſt, vt ſi electus non poſſet intrare poſſeſſionem rei ad quam eſt electus, nihilominus pro poſſeſſore eſt habendus,vt 92.diſt.ſi qs eps.& ext.de reſt.ſpo. ſæpe.ſed illa capit.loquuntur qñ impeditur per aduerſarium: ſecus poſſet dici qñ impedimentũ eſt in ſe ipſo:puta quia nondũ eſt cõſecratus.extr.de dol.& cont. cõtingit.

n ¶ Audientia.] “ Hic habes caſum vbi alicui denegatur audientia, ſ. in caſu intruſionis.& 2. qu.1. §. pater. Item & in caſu ſchiſmatis,vt 23.quæ.5.non vos.Item cum quis recipit eccleſiam de manu laici,vt 16. quæ.7.ſi quis deinceps. Item cũ quis excõicat ſuum maiorem, vt 21 di. intantum. vnde videtur quod ſpoliatus pro aliquo iſtorum caſuum non poſsit petere reſtitutionem, ex quo ei denegatur audientia.arg.contra extr.de reſt.ſpo. in litteris.Io. ſol.ſpo.q̃liber ſpoliat' reſtitui debet,niſi ſpoliatus ſit à iudice iuſta de cauſa.vt extr.de reſcr.dilectus [e]. & niſi in caſib. exceptis, vt ext. de reſt. ſpol.litteras.& ca. ex tranſmiſſa.3.quæſt.1.in ſumma. nec excõicatus directe poterit reſtõnem petere [f]. vt ext.de except.cum inter.3. qu.1. in ſum.vbi de hoc. B.

o ¶ Furorem.] id eſt, vindictam.

n ¶ Elementa.] id eſt, ſiue ſit in terra,ſiue in aqua,puniatur.

p ¶ Confundant.] i.à cõfuſione nõ liberentur.

r ¶ Oſtendant.] nec peccauit ille maledicendo: quia maledictorũ duo ſunt genera 24. q.3.cum ſancti.

“ electo n confir... ad mi...

d ſecundum quoſdam, & inſtallationẽ. alij dic. ſolam confirmationẽ ſufficere:& hoc verius. De hoc no.Ian. extr de cau. poſ.cum ſuper in gl. 2. ibi videas.

† al. aliquãdo.

“ Audientia eſt multipliciter deneganda.

† al. ſententiæ.

† al. noſtro.

Pſal.1.

Pſal.68.

e Adde 7. q. 1 præſentiſſ. 64 diſt quorũdã Arch.

Pſal.108.

f Idẽ no Io. extr. de cõr. pb. cũ nñis. in gl.pe intã n. & facit qd no.3.q.7 §.vtrũ.in gl. ecce ſi Ar.

* Sap 5.

EPISCOPI VERO. Hæc eſt 2. pars diſtin. in qua ponit quæ ſunt quærenda in epiſcopo tempore conſecrationis. Ioan. de Fan.
¶ Caſus huius §. per ſe patet.

Qui epiſcopus.] CASUS. In hoc c. oſtēditur, quot & quę ab electo in ep.m & cōfirmādo ſint quærenda tēpe conſecrationis: in quibus ſi inueniatur inſtructus, ab omnibus epis conſecretur pñte archiepiſcopo, vel auctoritatem præſtante.
a ¶ Ordinandus.] " i. cōſecrādus: q̃a tūc eſt ſcrutinium faciēdum.
b ¶ Examinetur.] Iſta examinatio non eſt faciēda, niſi circa ignotos a. 47. diſ. de Petro. & 94. di. valde. & hoc verum eſt de ſcrutinio electionis, niſi forte ſummatim etiam circa notū quæreret de mō eligēdi, & de iis q̃ hēs ext. de elec. cū in cunctis. Scrutiniū aūt q̃d fit in cōſecrādo, illud nūquā eſt omittēdū, et circa potum, vt hic, & 65. diſt. c. 1. & 3. & 75. diſt. c. 1. immo repellitur, q̃ ſi in vno deficiat. 38. diſt. quæ ipſis.
c ¶ Si docibilis.] Melius diceretur, docilis: " quia hō eſt docilis & doctrinalis, liber docibilis: quādoq; tñ ponit vnū pro alio, vt hic: & Ioan. in Euan. Et erunt oēs docibiles Dei dēt aūt rōem reddere omni poſcenti. 36. diſt. ca. qui eccleſi. §. ecce.
d ¶ Temperatus.] j. 11. q. 3. illa præpoſitorum.
e ¶ Vita.] j. di. 55. legē.
f ¶ Cauens.] Nam p̃p ſimplicitatem repellitur q̃s, vt 39. di. Petr. ſed iam promotus non deponitur, ſed ei coadiutor datur. 7. quæ. 1. quia frater noſter.
g ¶ Fides documenta.] id eſt, fidem.
h ¶ Simplicibus.] i. apertis non implicitis. ext. de ſum. tri. firmiter. & j. di. 4. erit aūt nō infitatis b. j. diſt. 36. illiteratos. melius 37. diſt. relatum. arg. ad teſtes repellendos. arg. 4. qu. 3. ſi teſtes. §. item in teſtib. arg. contra in iſtia.
i ¶ Aſſerat.] Profiteri dēt q̃ obſeruabit patrum regulas. in auth. quo oport. epiſc. §. ad nos ergo. cir. pr. col. 1.
k ¶ Non per conditionem.] i. per creationem c. vult enim dicere, quod non eſt creatus malus, vt quidam dicūt, ſed ex libero arbitrio factus eſt mal a, immo adhuc habet liberū arbitrium, ſed illud eſt ad malum tm: alioquin, ſi non haberet liberū arbitrium, nō demereretur. 23. q. 3. vaſis iræ. immo quotidie fit * peior. ſimiliter angelus habet liberum arbitrium, ſed illud eſt tm ad bonū, & per id quotidie meretur, & fit melior. Homo habet liberum arbitrium æque ad bonum & ad malum, vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor.
l ¶ Dimittantur.] i. * dimiſſa oſtendantur. nam per contritionem dimittuntur adulto peccata, non per baptiſmum d, aut enim adultus accedit ad baptiſmum cum charitate, aut non: ſi cum charitate, iam nullū in eo eſt peccatum, vt legitur de Cēturione, vt 26. diſt. deinde. & de conſe. diſt. 4. non dubito. ſi ſine charitate, nullum peccatum ei dimittitur. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. Dimittūtur tamē ſatiſfactiones, quas p̃ peccatis facere debet, vt de conſecr. diſt. 4 ſine pœnitentia. Item & originalia dimittuntur per baptiſmum adultis, ſed nullum mortale, ſi non habet charitatem. 1. q. 1. vide.
m ¶ Extra eccleſiam.] 1. q. 1. extra eccleſiam catholicam. & c. ex eccleſia.
n ¶ Et laicorum.] Sed quare hic poſt examinationem requiritur conſenſus clericorum & laicorum? qui enim electioni conſenſit, poſtea electo nihil obeſſe poteſt, vt 8. qu. 2. dilectiſſimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tpe cōſecrationis: nec aliud vult dicere, niſi q̃ cōſecrari dēt, ſi ita eſt, q̃ omnes conſenſerint in eum. Item patet hic, q̃ laici poſſunt contradicere electioni, vt dicam j. c. apud, &c.
His igitur.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua oſtendit Iſidorus qualiter clerici debeant viuere, & quę vitare, & quæ obſeruare debent, vt doctrinæ gratiam poſſint populis miniſtrare. Ioan. de Fant. & P. & hæc ſunt loco caſus.
o ¶ Non ſpectaculis.] vbi turpes ludi exercentur, vt j. de conſe. diſt. 5. non oportet. & 34. diſt. preſbyteri.
p ¶ Pudica.] i. continētia quo ad ſermones laſciuos e, & quotidie eſurire debent, & eſſe cū vacuo ventre, vt j. de cōſe. diſ. 5. ſint tibi.
q ¶ Pecuniæ.] Diuites tñ nō ſunt abiiciendi cū bonis operibus. 30. di. hæc aūt ſcripſimus.
r ¶ Pro beneficiis.] & p̃ ſacramētis eccleſiaſticis, quæ dñr medicina, q̃a ſanāt vulnera peccatorum. 13. q. 2. animæ. " Io. Fa. dixit in omnib. ſacramētis cōmitti ſimoniā, niſi in matrimonio, iō forte q̃a ibi nō cōfertur gratia * ſpūſſancti, vt 32. q. 2. cōnubia, ſed in aliis ſacris confertur, vt 1. q. 1. quod quis inuiſibilis, Greg. dixit, q̃ ibi cōmittitur ſimonia, cum ſit malus inter ſacramenta, vt di 21 q. 1. honorantur.
s ¶ Frequentatione.] No. ſolā frequentationem p̃hiberi, ex eo. n. q̃ frequēter fit, p̃ſumitur q̃ male fiat, vt 81. diſtin. cleric

¶ Huius decreti integrum exemplum eſt in vetuſtiſſimo libro Abbatiæ monaſterii Farfenſis, literis Longobardicis ante annos pene quingentos ſcripto, & alibi.

2 *Epiſcopi vero, & cæteri ordines infra conſtituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginenſis concilii quarti, cap. 1. cui interfuit Auguſtinus tempore Honorii Auguſti, oſtendamus, ab eorum examinatione incipientes.*

¶ Quomodo ſit examinandus, qui in epiſcopum eligitur. C. II.

1 Qui epiſcopus ordinandus a eſt, antea examinetur b, ſi natura ſit prudēs, ſi docibilis c, ſi moribus temperatus d, ſi vita e caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negotiis cauens f, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi litteratus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, & ante omnia, ſi fidei documenta g verbis ſimplicibus h aſſerat i, id eſt, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum vnum Deum eſſe confirmans, totamque Trinitatis deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, & coæternalē, & coomnipotentem prædicans, ſi ſingulas † quaſque in Trinitate perſonas plenum Deum, & totas tres perſonas vnum Deum: ſi incarnationem diuinam non in patre, neq; in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipſe fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris viſceribus habens, & animam humanam rationalem, ſi mulque in eo veritas vtriuſq; naturæ, idē Deus & homo, vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus creator omnium, quæ ſunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & ſpiritu ſancto, omnium creaturarum: qui paſſus ſit vera carnis paſſione, mortuus vera corporis ſui morte: reſurrexit vera carnis ſuæ reſurrectione †, & vera animæ reſumptiōe: in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, ſi noui, & veteris teſtamenti, id eſt legis, & prophetarum, & Apoſtolorum vnum eumdemque credat auctorem, & Deum: ſi diabolus non per conditionem k, ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendū etiam ab eo, ſi credat huius, quam geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem: ſi credat iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his, quæ in carne geſſerunt, vel pœnas, vel præmia †: ſi nuptias non prohibeat †: ſi ſecunda matrimonia non damnet, ſi carnium perceptionem nō culpet, ſi pœnitentibus recōciliatis communicet, ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt, tam illud originale contractū, quam illa, quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittātur l: ſi extra eccleſiam m catholicam nullus ſaluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plene inſtructus: tunc cum conſenſu clericorum, & laicorum n, & conuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximeq; metropolitani vel auctoritate, vel præſentia ordinetur epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu, non ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed his Patrum definitionib. acquieſcat a.

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his verbis.* Statuta eccleſiaſtica, *cui eundem titulum tota Carthaginenſi quarto concilio eſſe præpoſitum in aliquot vetuſtis codicibus, teſtantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

a ¶ Acquieſcat.] *Poſt hoc verbum tam in conc. Fo., quam in ordine ſequitur.* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam ſancti Patres in præeligendis epiſcopis conſtituerunt.

Item Iſidorus de eccleſiaſticis officiis. lib. 2. cap. 2.

¶ Quaſis eſſe debeat clericorum conuerſatio. C. III.

2 His igitur lege Patrum caueatur, vt a vulgari vita ſeclusi, a mundi voluptatibus ſeſe abſtineant; non ſpectaculis o, non pompis interſint: conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica p, ſed & ſobria colant: vſuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſque cuiuſquam ſtudium appetant: amorē pecuniæ q, quaſi materiem cunctorum criminum fugiant, & ſæcularia officia, negotiaque abiiciant, honoris gradus per ambitiones non ſubeant: pro beneficiis r medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant. non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti, fluidoque † geſtu incedant: ſed pudorem, & verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant: obſcœnitatem etiam verborum, ſicut & operum penitus execrentur: viduarum & virginum frequentationem † s

" Conſecrādus an ſit ante examinādus.
b Argu. ad hoc j. diſt. proxi. null°. vbi de hoc.
a Ordo Romanus pag. 95. Burc. l. 1. ca. 8. Ivo p 5. c. 62. Poly. l. 2. tit. 9.
" Docilis & docibilis differunt.
† al. ſingulas quaſque perſonam.
b Vnde Apoſtol ad Tim. profanas vocum nouitates deuita. Io. de Fan.
c Sub. non neceſſitate.
† al. receptione.
* Nec diabolus fit peior, nec Angelus melior, neque eorum meritum vel demeritum augetur, niſi quoad pęnā, vel præmiū accidētale. vide B. Th. 4. di. 50. art. 1. q. 6 & 1. part. q. 62. art. 9.

* per ſacramentum ex attrito quis fit cōtritus, iō dimittuntur peccata non tantum oſtenduntur dimiſſa. vide b Th. 4. diſt. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad primū. & diſt. 6. q. 1. art. 3. q. 1. ad quintum. & 1. par qu 69. art. 4. ad ſecundum.
b Sed remanet iniquitas ipſa, i. fomes peccati, de pir diſ. 4. c. ille rex. & videas quod leg. & no. de conſ. diſt. 4. c. 1. & c. non eſt quo. Arc.
† al. gloriā.
† al. improbet.
electiōi pñt laici contra dicere.
a refertur in cōcilio Maguntin. 1. ca. 10.
e ſc. vt nō dicatur ibi vel fiāt impudica, vel inhoneſta. 44. di. conuiuia ſecūdūs Hug.
"Simonia in omni ſacro cōmittitur.
* Matrimonii etiam ſacramentum cōfert gratiā, nec text. alle ga. facit ad propoſitum. & vide conci. Tri. ſeſ. 24 ca. 1. & B. Th. 2. 2. quæ. 100 art. 2. ad 6. argu. & 4. di. 25 q 3. ar. 2. qu. 1. ad 2. diſt 26. q. 2. ar. 3. p tot.
† al. tumidoque geſtu.
† al. viſitationes frequētiſſimas.

clericus.& ſi quiſpiam.& volumus.& 32.diſt.hoſpitiolum.
a ¶ *Senioribus.*] id eſt prælatis.
b ¶ *Exercitio.*] j.de conſecr.diſt.5.nunquam.

TAles.] CASVS. Quidam epi multitudinis ordinandorum pompam quærentes, promouebant indignos, quos Papa reprehēdit, dicens, q melius eſt hēre paucos & bonos, quam multos & inutiles, qui graue onus ordinatori afferant.

c ¶ *Multos.* Multitudo.n.aliquos facit magis viles, vt 93.diſt.legimus. & multitudo eſt canonib. inimica, vt extr. de præb. quia intantum. & multitudo oneroſa nihil hēt honeſti, vt in auth.de referendar.in ſi. col.2. Item eſt hic arg. contra illos qui allegant multa. de conſec.di.5. non mediocriter.24.q.1.odi, & proieci. nam vtilius eſt pauca effundere, &c. C.de ve.iu.enu.tāta. § ſi qd autē.
d ¶ *Graue.*]Qui ex certa ſcientia indignum ordinat, aut deponitur, aut priuatur poteſtate ordinādi, vt 50.diſt.ex pœnitentibus. & 51.diſt.aliquantos.

ILlud.] CASVS. Quidā epi conueniunt ad epm conſecradum in ſcrutinio.contradicunt quidam ne conſecretur, & crimina obiicientes deficiunt in probatione.cogitur clericus ad purgationē pp infamiam, quærebatur per quot vel vbi debeat fieri purgatio? & reſp. q nō tm cum trib.ſed cū quinq, vel ſex dēt ſe purgare, & dēt fieri purgatio coram plebe, cui ipſe eſt præferendus, & tacta purgatione ordinari dēt. Poteſt & alio modo poni caſus. Quidam epi conuenerunt ad conſecrādum epm. contra di ei, nō dēt ordinari niſi de cauſa cognoſcatur. ſed de cauſa cum ſit criminalis, nō debēt cognoſcere pauciores quā ſex epi: & ſi tres conueniant, addantur tres: ſi quatuor, addantur duo: & tunc ſi accuſator deficiat, ille ſe purget publice, & poſtea ordinetur.

fugiant: cōtubernia extranearum feminarum nullatenus appetant, caſtimoniam quoq; inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur: ſenioribus [a] quoque debitā obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollāt: poſtremo doctrinę lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio [b] iugiter † incūbant. Tales enim debent eſſe qui diuinis cultib.ſe mancipandos ſtudent exhibere: ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinę gratiam populis adminiſtrent.

Item Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epiſt.2.

¶ Qui digne ſacramenta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum. C. IIII.

1 TAles ad miniſterium eligātur clerici, qui digne poſſint dominica ſacramēta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quam multos [c] inutiles, qui onus graue [d] ordinatori adducant.

Item ex concilio Carthaginenſi 3.c.40.

¶ Si electo in epiſcopū aliqua obiiciuntur, quinque vel ſex epiſcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

3 ILlud [e] ſtatuendū eſt, vt quando ad eligēdum [f] epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta [g], (quia ſæpe talia facta ſunt apud nos) non preſumant ad purgandū [h] eū, qui ordinandus eſt, tres [i] tantum † [k]: ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum duo, vel tres, & in eadē [l] plebe [m], cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonę contradicentium: poſtremo illa etiā, quæ obiiciuntur [n], pertractentur, & cum purgatus fuerit [o] ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtrę ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignitatis † reſponſione. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet.

Item ex concilio Toletano 11.c.10.

¶ Vota ſuæ promiſsionis ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina. C. VI.

4 QVamquam omnes, qui ſacris [p] mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti, expedibile [q] tamen eſt, vt promiſſionis ſuę vota ſub cautione [r] ſpōdeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica pbat † diſciplina. Solet enim plus [s] timeri, quod ſingulariter publicetur, quam quòd generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto concilio, vt vnuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos grad⁹ eſt adſcenſurus, nō ante honoris conſecrationē accipiat, quam placiti † [t] ſui adnotatione [u] promittat, vt fidem [x] catholicam ſincera cordis deuotione cūſtodiens, iuſte & pie viuere debeat, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat: atq; vt debitū per omnia honorem, atque obſequij reuerentiam preeminenti ſibi vnuſquiſq; dependat, iuxta illud beati Leonis Papę edictum: [[§] Qui ſe ſcit aliquibus eſſe prepoſitum, non moleſte ferat aliquē ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat.] Pœna etiam † iuxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem, & placitis talium

e ¶ *Illud.*] Si electo conſecrando obiicitur crimen, non eſt cōſecrandus ante cauſæ examinationem, & ſi prius venerant quatuor epi ad conſecrationem, adhuc veniant duo: & ſi ante venerant tres, veniant adhuc alij tres ad audiendam cauſam criminis obiecti. & ſecundum hoc exponas, eligendū, i. conſecrandū [b]. & expone, purgandum. i. examinandum. & ita intellige, q hic obiiciebatur crimen in modum accuſationis. nam ſi eſſet obiectū in modum exceptionis, non viderētur neceſſarij tot epi, cum cauſa illa poſſet expediri per procuratorem, vt ext.de acc.ſuper his. & ſic patet, q metropolitanus poſsit audire cauſam criminalem epi, licet non poſsit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur ſe purgare. Et vt 3.q.6.c.quamuis. & c.accuſatus.
f ¶ *Ad eligendum.*] id eſt, conſecrandum.
g ¶ *Oborta.*] id eſt, quod obiicitur crimen.
h ¶ *Ad purgandum.*] id eſt, examinandum.
i ¶ *Tres.*] qui ſoli poſſunt conſecrare eum: ſed ipſi non poſſunt audire cauſam criminalem.
k ¶ *Tantum.*] ſcilicet accedere, aliàs eſt in textu, accedere.
l ¶ *Et in eadem.*] Ibi enim melius pōt inquiri de crimine, vbi aliquis conſeruatus eſt, vt 24.q.1.pudenda. extra de elect. poſtquam.
m ¶ *Plebe.*] [ee] No. arg. q laici admittūtur ad accuſandum electum, vt vt ſ.ca.qui epm in ſi. 61. diſt. ſtudij. 63. diſt. vota. nam eps dēt hēre bonum teſtimonium ab his qui foris ſunt, vt 8. q. 1. licet. & de conſecr. diſt. 1. iubemus. & rē quia intereſt ipſorum, vt ext.de teſtib. c. decetero. & eſt arg. ad hoc ext. de teſt. ex parte Adæ. & in auth. de ſan. epi. §. ſi qs autē. col. 9. & eſt arg. ad hoc 81. diſt. Maximianus. arg. cōtra 28. di. conſulēdū. vbi ēē ad denunciationē non admittunt laici, ſi malo zelo ducātur. Item, ſi iō dicis admittendos laicos, q a ipſorū intereſt, ergo ſiue ſint bonæ famæ ſiue malæ, admittuntur, q a nullus remouetur ab accuſatione, qui ſuam iniuriā proſeqtur, vt 4. q. 6. oīo male ergo dicit decretū, q laici infames non admittunt ad accuſationē clericorū [c], vt 2. q. 7. accuſatio. Poteſt hic dici, q hic loqtur cum ciuiliter agitur, & in eo caſu qlibet admittitur, ēt femina, vt extra de teſti. cū litteris. ſi quæris: quare ergo tot epi cōuocantur, cum ciuiliter agitur? Reſp. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vñ oportet ei inſcribi ad pœnam extraordinariam, vt ext. de acc. ſuper his. Et eſt arg. ad hoc 3. q. 6. hæc quippe. vbi 12. epi requiruntur & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.
n ¶ *Illa quæ obiiciuntur.*] ſi ſint grauiora, vel non.
o ¶ *Et cum purgatus fuerit.*] id eſt, iudicatus innocens.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Tolet. an clerici qui promouentur ad ordines, & prælaturas promittere debeant ſuis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præſtare. & reſp. q quamuis ad hoc teneantur generaliter: tamen ab eis hoc exigitur expreſſe. Solet nō plus timeri, &c. & qui contra hoc promiſſum venerit, iuxta conſuetudinem, pœnam perſoluat.
p ¶ *Sacris.*] id eſt, eccleſiaſticis.
q ¶ *Expedibile.*] id eſt, iuſtum.
r ¶ *Cautione.*] ſcilicet iuratoria.
s ¶ *Plus.*] Si ergo aliquis iure communi ſe pōt tueri [d], & priuilegio. 87. diſt. quiſquis. & ext. de reſcr. c. 1. arg. contra de ſi. inſt. inter. vbi dī, q idē nō pt dari & cōfirmari. Item arg. cōtra. C. de theſau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. di. contra morem. Sed ita dicat conſilio meo, ſi qratur ab eo: hoc hēo de iure cōi: & ſi hoc non eſſet, hēo ex priuilegio, vt ext. de pſcr. veniens. [ee] Item no. q plus valet ſpecialis cautio, q gñalis, vt hic. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Item & plus ſpecialis confirmatio qua gñalis. ext. de confir. bonæ. Item ſpālis appellatio quam gñalis, vt ext. de ap. ſuper eo. & ſpālis delegatio quā gnalis, vt ext. de reſcr. ad hoc. & ſpalis ſubſcriptio quā gñalis. ff. ad l. Corn. de fal. ... & ſpāle mandatum, vt extr. de reſcr. c. 1. & melius c. paſtoralis. alias tū plus valet generalis correctio, quam ſpālis, qn multitudo eſt in cauſa. 23. q. 4. non pt. & gñalis petitio, vt 13. q. 2. nō æſtimemus. & generalis quæſt. l. 1. §. qui quæſtionem.
t ¶ *Placiti.*] id eſt, pacti.
v ¶ *Adnotatione.*] id eſt, ſcriptura.
x ¶ *Fidem.*] No. q quilibet clericus ſuo prælato præſtabit obedientiam, vt j. de conſec. di. 5. in omnib. & not. [ff] q præſtat elect⁹ ſuo maiori iuram de fide & canonib. ſeruandis, vt hic. de indemnitate rerum eccleſiæ ſeruanda, vt 28. diſ. de Syracuſanæ. de immoderata exactione non facienda. 10. q. vlt. c. 1. in ſi. Item de fidelitate. ext. de iureiu. ego N. Item de penſionibus debitis ſoluendi. arg. ext. de no. ope. nun. cum ex iniuncto. ext. de elect. qualiter. Item de penſionibus non augendis. arg. ext. de iureiu. tua. Item ſuſpectus de inobedientia, iuramentum præſtat de obedientia ſeruanda. ext. de ma. & obed. cum in eccleſiis. in ſi. Nec obſtat contrarium extra de maior. & obed. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non ſuſpecto.

† al. iugi.
§ Poly. li. 4. tit. 31.
a de hac materia legi. & not. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & ibi dicā Arc.
& Et i conc. Afri. c. 27.
§ Pol. l. 2. tit. Anſ. l. 6. c. 65. Bur. l. 1. c. Iuo p. 5. c. 80.
† al. tantum accedere.
b Sub. & ſic tenetur. ſic improprie exponitur eligere. i. cōfirmare. 7. q. 1. remoto. & eligere. i. cōſecrare. 8. q. 1. epiſcopatio. ſecundum Hu. & Io. de Fan.
ee Electum laici pōt accuſare.
c præterea ex hoc ſequeretur, q ſiue electus malæ famæ fuerit, ſiue non, ſemp admittunt laici per illud c. omnibus quod tamen falſum eſt. 2. q. 1. in primis. verſ. ſi. Io. de Fan.
† al. dignationis.
4. Anſ. l. 7. c. 88.
† al. prouehit.
† al. placita ſibi
§ Epiſt. 82. ad Anatat. Theſ. epiſcopum.
† al. tamen.] Orig.
d ... contra promittentem, & dic, ſolet enim & ea. q. ... ad cautelam hic: hic enim non magis tenetur ſpecialiter promittat quam ſi generaliter, & quod de gl. ex priuileg. dic iure ſpa..., l. ex ſua promiſſione. Arc.
ee Specialitas an ſit generalitati præferenda.
ff Electus ſuo ſuperiori ... iuro promittitur.

inferenda†, & ab iis, qui tranſgreſſores [a] fuerint, perſoluenda eſt.

Dehinc diſponitur, qualiter eccleſiaſtica officia ordinatur, in concilio Carthag. 4. ca. 2.

¶ Qualiter ordinetur epiſcopus. C. VII.

1 EPiſcopus, cum ordinatur, duo epiſcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem [b] ſuper caput, & ceruicem eius, & vno ſuper eum fundendo benedictionem, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

2 PResbyter cum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manū ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput illius teneant. Sicut autem in die ſuæ ordinationis ſacerdos orario, vtroq; humero ambitur, ita tempore cōſecrationis, eodem orario debet vti inſtanter.

Vnde in concilio Bracharenſi 3. c. 3. legitur.

¶ Quod quiſque accepit tempore conſecrationis, ferat tempore oblationis. C. IX.

ECcleſiaſtica, & antiqua inſtitutione pręfixum nouimus, vt omnis ſacerdos, cū ordinatur, orario [c] vtroque humero ambiatur, ſcilicet, vt qui imperturbatus pręcipitur cōſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamento, vtroque circūſcriptus appareat humero. Qua ergo ratione tēpore ſacrificij nō aſſumit, quod ſe in ſacramento accepiſſe nō dubitat: Proinde modis omnib. conuenit, vt quod quiſq; percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione ſuę ſalutis, ſcilicet, vt cum ſacerdos ad ſolēnia miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis [d] & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Xpi ſumpturus, nō aliter accedat, q̄ orario, vtroq; humero circūſeptus, ſicut & tpe ordinationis ſuę dinoſcitur conſecratus, ita vt de vno, eodemq; orario ceruicē [e] pariter & vtrumq; humerum premens ſignum in ſuo pectore pręparet† crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitę ſubiaceat.

4 *Dalmaticis autem nec epiſcopis, nec diaconis abſque Apoſtolica licētia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio epiſcopo Francorum, lib. 7. epiſt. 111.

¶ Abſque Apoſtolica licentia Dalmaticis nec epiſcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

3 COmmunis filius [f] Petrus Diaconus nobis innotuit, q̄ fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit, popoſcerit, vt ſibi & archidiacono ſuo vtendi dalmaticis licentiam prӕberemus. Sed quia ita hominum ſuorū infirmitate [g] compulſus feſtinanter, abſceſſit, vt nec ipſe mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res deſiderata poſcebat) ſineret permanere, & nos in multis implicitos, eccleſiaſticæ rationis conſideratio nouum [h] hoc inconſulte, & ſubito nō permitteret indulgere: idcirco poſtulatæ rei prolongatus effectus eſt. Nūc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis noſtræ ſerie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdémque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

¶ Qualiter ordinetur diaconus. C. XI.

4 DIaconus dum ordinatur, ſolus epſ [i], qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat: quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

5 *Quæritur autem, an poſt benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chriſmatis liquore debeant perungi.*

De his ita ſcribit Nicolaus Papa Radulpho Archiepiſcopo Bituricenſi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in conſecratione, chriſmate manus perungere licet. C. XII.

5 PRæterea ſciſcitaris, vtrū ſolis presbyteris, an & diaconis debeant, cū ordinantur, manus chriſmatis [k] liquore pungi. Quod in ſancta hac Romana eccleſia, cui Deo auctore deſeruimus, neutris agitur. Sed & quia ſit a nouæ legis miniſtris actū, nuſquam (niſi nos fallat [l] oblıuio) legimus. 6 Ergo ad B. Innocētij Papæ canonica decreta ſanctitatem tuam tranſmittimus, & quæ tibi ſint in con-

a ¶ *Tranſgreſſores.*] "Hic habes, quòd clericus ſe poteſt obligare ſub pœna ſpirituali, & pecuniaria ad ſpiritualem pœnam ſe poteſt obligare, ſ. ad pœnam depoſitionis, vel anathematis, vt 3. q. 7. quoties. de conſec. diſt. 2. ego Berengarius. extr. de elect. cum dilectus. in fin. ſimiliter ad pecuniariam pœnam ſe poteſt obligare. 21. quæſt. 5. ſi quis cuiuslibet. ext. de arb. cū dilecti [a]. Sed numquid pœna ſoluta poteſt agi ad obedientiam, vel ad id quod promiſſum eſt ſub pœna, vel an ſufficiat tm̄ pœnæ eſſe contentū? de hoc dic, vt no. 25. q. 2. quæcumque.

DEHINC. Supra oſtēſum eſt de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione epiſcoporum, & quales eſſe debeant epiſcopi, & alij clerici. Nunc vero oſtendit qualiter debeat fieri ordinatio, primò epi & poſtea cæterorum.

EPiſcopus.] CASVS. Quando ordinatur epiſcopus, duo epi debent tenere librum Euangeliorum ſuper caput ordinandi. tertius ſuper eum fundat benedictionē: reliqui epiſcopi qui adſunt caput eius tangant.

¶ Caſus ſequentis c. & §. per ſe planus eſt.

b ¶ *Codicem.*] Conſueuit quæri, an quilibet iſtorum eporum ordinet epm, & an appoſitio libri ſit de ſubſtantia cōſecrationis? " & pōt dici, q̄ nullus ſol9 eū ordinat, ſed q̄libet eorum cōſecrat eum, " q̄a cōſecrarē eſt cū alio ſacrare, vt 24. q. 1. pudenda. ſicut plures ferūt trabē, ita q̄ nullus per ſe. ff. ad l. Aq̄l. ita vulneratus. §. 1. non autē credo, q̄ liber ſit de ſubſta cōſecratiōis.

ECcleſiaſtica.] CASVS. Quidam epiſcopi vel ſacerdotes cum cantabāt Miſſam, nō habebant orariū, i. ſtolam. Quæſitū fuit in cōcilio Bracharen. q̄d iuris eſſet? Et reſp. q̄ ſicut in die ſuæ ordinationis habuerunt orarium, ſic cum Miſſam cātant, orariū teneāt, quod vtrique humero attribuatur, & qui aliter fecerit, dēt excōicari. Sequens §. patet.

c ¶ *Orario.*] i. ſtola.

d ¶ *Corporis.* [b]] No. q̄ ſi in ægritudine ſumit ſacerdos Euchariſtiā, circumdabit ſtola vtrumque humerum.

e ¶ *Ceruicem.*] ſi ſacerdos legit Euāgelium, nunquid vtetur ſtola ſecundū q̄d diaconus. Argu q̄ ſic, vt 93. diſt. præcipimus. & 94. di. c. 1. & 2. potius credo ſequendam conſuetudinem, vt 12. diſt. ſcit. maxime de his, quæ breuiter ſunt edita. ff. de ven. inſp. l. 1. §. vlt. [c]

DALMATICIS. Hæc eſt quarta pars vbi quæritur quid iuris de dalmaticis. Ioan. de Fan. & P.

COmmunis filius.] CASVS. Epiſcopi & archidiacones olim dalmaticis non vtebantur, niſi Papa eis concederet ſpecialiter: quare Aregius epiſcopus ſupplicauit Papæ per Petrum diaconum, vt concederet ſibi, & archidiacono ſuo vſum dalmaticarum: ſed tunc temporis Papa non conceſſit, quia Petrus nuntius epiſcopi cito receſſit pp infirmitatem ſuorum hominum, & quia multis implicitus negotiis erat illud nouum ſubito & inconſulte ſibi concedere non potuit: nunc vero concedit eis priuilegium vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacum abbatem ſibi tranſmittit. Quod ſequitur, planum eſt vſq; ad c. præterea.

f ¶ *Communis filius.*] ille diaconus.

g ¶ *Suorum infirmitate.*] No. quòd pp infirmitatem ſuorum poteſt aliquis ſe excuſare, ſicut propter timorem ſuorum, vt extr. de ap. ex parte. " Item not. quod propter intemperiem loci aliq̄s excuſatur, vt hic, & 74. diſt. quorundam. Arg. contra, extr. de do. & cōt. cū dilecti. in fi. Io.

h ¶ *Nouum.*] No. quòd ea quæ de nouo petūtur, n̄ ſine magna deliberatione conceduntur, vt hic & 16. q. 1. in parochia. maxime à Romana eccleſia, quæ omnia cū magna maturitate ſolet tractare, vt 35. q. 9. Apoſtolicæ. quia in reb. nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas, vt ff. de cōſt. prin. l. i rebus. hodie vero diaconi indiſtincte vtūtur dalmatica, vt 11 q. 3. epiſcopus aut presbyter. [d] 76. diſt. de ieiunio.

i DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus.] Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri aſtantes, vt §. ead. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc eſt 5. pars diſt. vbi quæritur, vtrum ſacerdotes vngantur oleo vel chriſmate, & reſpondetur quod oleo tantum. Io. de Fan.

PRæterea.] CASVS. Bituricen. archiepiſcopus quæſiuit à Papa an manus presbyteris tm̄ debēt vngi criſmate: an etiā presbyteris & diaconib. q̄n ordinantur, & reſp Papa, q̄ neutris dēt hoc fieri: ſed tranſmittit eum ad decreta Inn. vbi in 1. pagina ad Decētium epm miſſa inueniet q̄ ſunt in conſecrationibus obſeruanda.

k ¶ *Chriſmatis.*] Manus ſacerdotis inungitur & brachium ſiue humerus principis: ſed & manus & caput epiſcopi inungitur chriſmate, vt extra de ſa. vnct. cum veniſſet. in fin. contrarium hic aſſignatur. 16. quæſtio. 1. §. ecce ſufficienter. vbi dr, q̄ manus ſacerdotis ſicut manus epiſcopi conſecrantur: ſed verum eſt, quòd conſecrantur oleo: ſed non chriſmate [e], vt dixi, ſi autem aliquis eſt vnctus oleo pro chriſmate, vel ecōuerſo, nihilominus ordinatus eſt, ſed ſuppleri debet, id quod omiſſum eſt: vt ext. de ſac. non ite. paſtoralis.

l ¶ *Fallat.*] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore ſuo. [f] vn etiā Vrbanus dicit quod non reperitur prohibitū quin vir & vxor ſimul poſsint

" Clericus ſub pœna ſe p̄t obligare.

† al. inferenda.

a De hoc & nota. 2. q. 1. ſi quis presbyter. Arch.

1 Ordo Romanus, pag. 100. Pol. l. 2. ti 9. Anſ. l. 6. ca. 49. al. 55. Iuo p. 5. cap. 124. Pann. l. 3 c. 18.

2 Ex eo. cōcil. c. 3 Pol. l. 2 ti 32. Anſel. l. 7. c. 53. Iuo p. 6. cap. 22. Pann. l. 3. c. 33.

" Epiſcopus ſolus conſecrare non poteſt epiſcopum.

" Conſecrare quid eſt.

b Conſecratiōis Euchariſtiæ. Hug.

† perferat] manuſcr.

c Lau & Hu. dīt hoc non eſſe in iure decretū natū: & iō ſtatur cōſuetudini, aliàs credit verū eſſe quod ſupra prox. dcm eſt, ſc. quod debet ſtolam habere vt diaconus. Scripſit etiam Lau. de ſubdiacono: ſtola quàm portat in manu ſiniſtra conſuetudine reperitur, non iure.

3 Anſ. l. 6. c. 88 al. 96.

" Loci intēperies excuſat.

d Hoc c. nō videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de alba ſic 93. di. diaconus in cōuentu ſ3. Hu. & Lau. intelligunt albā. i. dalmaticā. ſic etiā exponitur in præcedenti c. diaconus.

4 Ex concilio Carthag. 4. ca 4 ordo Roman9 91. col. 2. Poly. l. 2. tit 31. Anſel. l. 7. ca 51. al. 60 Iuo p. 6. c 13. Pan. l 3. c. 34.

5 Iuo p. 6. c. 111.

6 Innoc. PP. 1. epiſt. 1.

e Vnde quod hic debet, chriſmate. ſol cōtrariū. nam in contrario debet de vnctione olei. ſecundum L.

f Hoc non videtur procedere hic. nā hic non erat obliuio iuris, ſed exemplorum, ſecū dum Lau.

† *al. ordinationibus.*

poſſit ſuſcipere puerū,vt 30.q.4. qđ autem & tñ anteceſſor huius Leo illud prohibuerat.de conſe.diſ.6.non plures.& hoc concedo. Quód autem dř ꝙ Papa habet omnia iura in pectore ſuo [a], vt C.de teſt. oĩm.verũ eſt per interpretcõem: quia oĩa interpretari pt.nam & qñque impeditur minori intelligẽtia. vt extr.de cenſi.cũ inſtantia.

ſ Adde de hac dictione affatim. no. in c. vni. in gl.ſuper ver. affatim. ext. de relig. do. lib. 6. & per Arc.hic.

2 Ex cõc.Hiſpaléſi.2.c 5. Burc.l.1.c 3. Iuo par.5.c. 213.& 6. ca. 101.

a Ad hoc fa. l.pen. C de his qb.vt in di. qñque tñ Papa vel Imperator errãt in iure, vt l. 3.§ fi. & ibi gl.ff.de ſup. le.adde Bal. in l. pſcriptione.col. 6. C ſi cõt. ius vel.vtil.pu.

Q*Vorumdam.*] CASVS. Vnus in pſbyterum, duo in leuitas pmoueri volebant, eps at cũ ocretur infirmitaté oculorum,manum ſuꝑ caput ordinandorũ impoſuit, & presbyter quidam orationem dixit, quærebatur qd deberet fieri de epo, & de ordinatis. & reſpondet, vt epiſcopus qui defunctus eſt, relinquatur diuino examini:ordinati vero careant ordine,quem ꝑuerſe acquiſiuerunt.

¶ Caſus autem alij qui ſequuntur vſque in fi. diſt.plani ſunt, & per te facile videbis.

a ¶ *Impoſuiſſe.*] Hic habes ꝙ duo imperfecta ſacramenta non conſtituunt vnum perfectũ[b]. & hoc ideo, qa ſacraméta ſunt vnitatis.de conſe. di. 2. qa paſſus. & vnitas diuiſioné nõ recipit. 24. q. 1. loquitur [c].Idem dico in ſacramento baptiſmi & euchariſtiæ & in omnib.illis,vbi certa forma deſideratur,ꝙ duo imperfecta non faciũt vnum perfectũ.Idé eſt in excuſatione tutorum: quod duæ imperfectæ excuſationes nõ faciunt vnã perfectam. vt C.qui numero tutela.l.1.Idem eſt in ſtipulatione,qa illa non diuiditur.ff. de ver. ob. l 1.& l.continuus. Sed ſacramentum ſolennitatis(vt é Miſſa)bñ diuidit:& ibi duo iperfecta faciunt vnum perfectum,vt 7 q.1.nihil.

b Arg.contra 16.q.3.§ pręſcriptionum verſ ꝙ ſi ab eo. vbi de hoc i gl arg. aliquis,&c.

c Adde gl. huic contrariã in c.nihil ver. pſbyteſo.7.q. 1. & concor. cas, vt ibi.

3 In conc.Hiſpal.2.c.5.

b ¶ *Non poteſt.*] qa crimina morte extinguũtur,& nullus poſt morté pt accuſari,vt 24. q. 2.c.1.ff.de bo. eor. qui ante ſententiam mortem ſibi conſci.l.vit.& 23.q.2.admonere. " niſi in crimine hæreſis, vt 24.q.2. ſane. 2. vel ſi aliquis hæreticos inſtituit hides, vt extr. de hær.ſi qs eps. vel ſi in notorio crimine deceſſit,vt 88. diſt. neque prout conſueuit notari 24.q.2.in ſumma.

"Defunctus de qbuſdam criminib. pt accuſari.

c ¶ *Amittant.*] & tamé nunquam eum receperunt:"& ita aliquis dř amittere quod nunquam habuit, vt 5. q. 6. quia. 23. q. 4. Guili-

"amittit qs qđ numquã habuit.

ſecrationibus, & ordinibus † obſeruanda, principia paginæ ad Decentium Eugubnum epiſcopum miſſæ te affatim [ſ] edocebunt.

PALEA. C. XIII.

2 E X [a] epiſtola Simplicij Papæ Seuero, & Florentino epiſcopis directa.Ad cognitionem noſtri examinis, Gabrenenſis diacõni relatu, peruenit de quibuſdam ipſius eccleſiæ clericis, quorum cum vnus ad presbyterium, duõ ad leuitarum miniſterium conſecrarentur,epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidã illis cõtra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe:qui propter tãtam præſumptionis audaciam poterat accuſatus iudicio præſenti damnari,ſi adhuc in corpore poſitus,non fuiſſet mortis vocatione præuentus. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari nõ poteſt,ij, qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulũ, ſed ignominiæ potius elogium acceperunt, ne ſibi licentiam talis vltra vſurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu ſacerdotalis,vel leuitici ordinis, quem peruerſe adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio abiiciantur. Tales enim meritò iudicati ſunt remouendi, quia praue inuenti ſunt cõſtituti.

a ¶ Ex epiſtola.] *Hæc palea in nullo manuſcripto exemplari eſt inuenta. Burchardus, & Iuo ante hoc caput, quod incipit, Ad cognitionem, referunt aliud quoddam caput, quod incipit. Relatio, ex epiſtola Simplicij in ſſa Equitio, Fidentio. (ſiue Florentino) & Seuero epiſcopis. Quamobrem inde poteſt huc eſſe tranſlatus titulus. Cæterum caput hoc à Burchardo citatur ex concilio Braca. ad Iuonem in quinta quidem parte ca.213. ex Carthaginenſi in ſexta vero. c.101. ex Hiſpalẽſi 2.c.5. quo etiam loco extat. & ſequens caput. Quorundã, eſt quaſi huius ſumma.*

Item quæritur, an eorum ordinatio ſit rata habenda, quibus epiſcopus oculorum languore detentus manus imponit, & presbyter ſuper eos orationem dicit.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.[3].

¶ Et ordinator, & ordinatus damnationis ſubeat pœnam,cum epiſcopus manum imponit,& alius orationem dicit. C. XIIII.

QVorumdam clericorum, dũ vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium ſacrarentur,epiſcopus oculorum dolore detentus, fertur manum ſuam ſuper eos impoſuiſſe[a] tantum, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt[b], ij, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruerſe adepti ſunt,amittant [c].

Item ex concilio Carthag.4.c.5.

¶ Qualiter ſubdiaconus ordinetur. C. XV.

6 SVbdiaconus, cum ordina-
4 tur,quia manus [d] impoſitionem [e] non accipit, patenã de manu epiſcopi accipiat vacuã, & calicem vacuum: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua †, mantile, & manutergium.

Item ex eodem concilio,c.7.

¶ Qualiter acolythus ordinetur. C. XVI.

5 ACOlythus cum ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo àgere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium [f] cum cereo,vt ſciat ſe ad accendenda [g] eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat & vrceolum [h] vacuum ad ſuggerẽdum vinũ in Euchariſtiam [i] ſanguinis Chriſti.

Item ex eodem,c.7.

¶ Qualiter exorciſta ordinètur. C. XVII.

6 EXorciſta cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum [k], ſiue baptizatum,ſiue cathecumenum.]

Item ex eodem concilio.c.8.

¶ Qualiter lector ordinetur. C. XVIII.

7 LEctor cũ ordinatur, faciat de illo epiſcopus verbum ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: poſt hæc ſpectãte [l] plebe tradat ei codicẽ de quo lecturus eſt,dicens ad eum[Accipe,& eſto relator † verbi Dei,habiturus,ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium,partem cum eis,qui verbum Dei miniſtrauerint †.]

Item ex eodem,c.9.

¶ Qualiter oſtiarius ordinetur. C. XIX.

8 OStiarius cum ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat ei epiſcopus claues [m] eccleſiæ de altario,dicens[Sic age,quaſi reddi turus Deo rationem pro his reb⁹, quæ his clauibus recluduntur.]

Item ex eodem concilio.c.10.

¶ Qualiter pſalmiſta ordinetur. C. XX.

9 PSalmiſta, id eſt cantor, poteſt abſque licentia epiſcopi,ſola [n] iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi,presbytero:[Vide,vt quod ore cantas corde credas, & quod ore credis,operibus comprobes.]

ſarius.

ADDITIO. Ad idẽ 17. diſt.cõcilia.vbi de hoc. Arch.

S*Vbdiaconus.*] Hæc eſt ſexta pars diſ. in qua probat per 17. c.qualiter maiores ordinantur. Io. de Fan. P.Ab. hoc loco vſque ad finem diſtinctionis pone caſum, quia litera plana eſt.

4 Ordo Romanus, pag. 91. Rabanus de iniit cle ric lib. 1. c 8. Iſidor lib 2. offic c. 10. Pol.l.2.ti.32. Anſ.l 7.c.59 Iuo p. 6. ca. 14. Pann.l. 3. c.25.

d ¶ *Quia manus.*] ſ.conſecratoriam,ſed ordinatoriam accipit.

q ¶ *Criminale.*] id eſt, cum aſſiduitas & contemptus * vitandi venia ſit non tamen mortale [b]. non enim videtur quod id quod eſt veniale, poſſit fieri mortale: quia ſecundum opinionem illorum nihil poteſt ſpeciem permutare. niſi velis dicere, quod veniale & mortale non ſunt ſpecies peccati, ſed accidentia. Vnde ſicut mortale fit veniale recepta pœnitentia. de pœ. diſt. 1. ſerpens. ſic econuerſo fit veniale mortale. Alij dicunt, quod tantum ipſe contemptus venialium eſt mortale peccatum, ſecundum hoc expone, fit mortale, id eſt, tibi per contemptum fit [c] mortale: ſicut ibi exponitur, accedit verbum ad elementum * & fit ſacramentum. 1. q. 1. detrahe.

* Vide B Th. 1. 2. q. 88 ar. 4. & 5. & q. 74 ar 8 ad 1.

b Quod dic vt leg. & not. de pœn. diſt. 1. tres. ppe fi.

c Id eſt oritur. Arc.

* Inepta ſimilitudo,

ALIAS EA DEMVM. Hic ponitur quarta acceptio huius nominis crimen. ſc. quod ſemel commiſſum ſufficit ad damnationem & depoſitionem, non tamen infamat: & oſtenditur in hoc §. quæ peccata ſunt mortalia, & quæ venialia, & quædam ex his enumerantur mortalia, quæ per pœnitentiam purgantur: venialia in purgatorio poſt morte. Et dicitur quod per lignum magna venialia deſignantur: per fœnum minora: per ſtipulam minima intelliguntur.

r ¶ *Super hoc.*] id eſt ſuper fidem, id eſt, poſt quam fidem quis ſuſceperit. id eſt licet quis poſt fidem ſumptam venialiter peccauerit: nihilominus ſaluus erit.

s ¶ *Ligna.*] [u] Per hoc innuit tria genera venialium. ligna vocat grauiora venialia: fœnum minora: ſtipulam minima. ligna enim diutius ſunt in igne quàm fœnum: & fœnum diutius quam ſtipula.

u Venialia triplicia ſũt.

t ¶ *Non capitalia.*] [u] Hac auctoritate dicunt quidam, quod nullus pro * mortali peccato punitur igne purgatorio: ſed tantum pro veniali. Alij dicunt, quòd ſi aliquis cœperit pœnitere pro mortali, & non perfecit hic pœnitentiam, perficiet eam in purgatorio: ſed ſi hic non eſt contritus de mortali, non purgabitur pro illo in purgatorio. ſic videtur Aug. hic velle, & de pœ. diſt. 1. ſi peccatũ. & c. ſicut primi. & de pœ. diſt. vlt. c. vlt.

* Vide B. Th. 4 diſt. 21. q. 1. art. 2. q. 3 & diſt. 21. q. 1. art. 1 q. 1.

u Punitur nec aliqs in purgatorio pro mortali peccato.

u ¶ *Non omnia.*] ſcilicet quæ ſint mortalia, quæ venialia.

x ¶ *Vel.*] pro ſaltem.

y ¶ *Ebrietas.*]

ebrietas [a], *ſi aſſidua ſit, in eorum numerũ cõputantur. Quicumque enim aliquod † de illis peccatis in ſe dominari cognouerit, niſi digne ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit & à peccatis ipſis abſtinuerit, illo tranſitorio igne, de quo ait Apoſtolus, purgari non poterit: ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ autem ſint minuta peccata, licet omnibus nota ſint, tamẽ quia longum eſt, vt omnia replicentur, opus eſt, vt ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit* [b]*, quàm neceſſe ſit, ad minuta peccata nouerit pertinere, quoties plus loquitur, quàm oportet, aut plus tacet* [c]*, quàm expedit: quoties pauperes importune petentes exaſperat, quoties cum ſit ſanus corpore, aliis ieiunantibus* [d] *prandere voluerit, aut ſomno deditus tardius* [e] *ad eccleſiam ſurgit: quoties, excepto* [f] *deſiderio* [g] *filiorum, vxorem ſuam cognouerit: quoties in carcere clauſos, aut in vinculis poſitos tardius requiſierit: quoties infirmos tardius viſitauerit: ſi diſcordes ad concordiam reuocare neglexerit* [h]*: ſi plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut ſeruum* [i] *exaſperauerit, quàm oportet: ſi amplius fuerit blanditus, quàm expedit: ſi cuicumque maiori perſonæ, aut ex voluntate, aut ex neceſſitate adulari* [k] *voluerit: ſi pauperibus eſurientibus, nimium † delicioſa, vel ſumptuoſa* [l] *conuiuia ſibi præparauerit: ſi ſe in eccleſia, aut extra eccleſiã fabulis otioſis (de quibus in die iudicij ratio reddenda eſt) occupauerit: ſi dum incaute iuramus* [m]*, & cum hoc per aliquam neceſſitatem implere non poterimus, vtique periuramus, & cum omni facilitate, vel temeritate* [n] *maledicimus, cum ſcriptum ſit* [*Neque maledici regnum Dei poſſidebunt.*] 1.Cor.6.

† *aliqua* Orig.

† *cibum non dederit, aut ſitientium*] Orig.

α ¶ Res contra.] *Sic fere in gloſſa ordinaria ad uocem illam:* irreprehenſibilem. *& eſt epiſtola ad Oceanum explanantis locum Apoſtoli ad Timotheum: & ad Titum.*

β ¶ Vnde ibi.] *Id eſt non apud B. Paulum. ſed in gloſſa ordinaria ad locum B. Pauli. Sumpta autem ſententia eſt ex Beato Auguſtino ex tractatu 41. ad cap. 8. Ioannis eiuſque uerba habentur & apud Bedam ad eumdem B. Pauli locum, & infra diſt. 81. cap. Apoſtolus primo.*

γ ¶ Remordeat.] *Sequebat in uulgatis:* vnde Hieronymus ſcribit in eadẽ epiſtola ad Titum: *quæ uerba ſunt inducta quoniam in nullo manuſcripto ſunt inuenta: habentur autem infra ea. ante. c. primum.*

δ ¶ Vnde Beda.] *In commentariis ipſius ad cap. 5. epiſtolæ Iacobi ad illa uerba:* confitemini alterutrum, *ſic legitur:* In hac autem ſentẽtia, illa debet eſſe diſcretio, vt quotidiana leuiaque peccata alterutrũ, coæqualibus confiteamur: eorũque quotidiana credamus oratione ſaluari: porro grauioris lepræ immunditiã iuxta legẽ ſacerdoti pandamus, atque àd eius arbitrium, qualiter, & quanto tempore iuſſerit, purificari curemus.

ε ¶ Nullum peccatum.] *In gloſſa ordinaria in ca. vi. 1. Corinth. ad ea uerba:* reus erit corporis & ſanguinis Domini, *citatur hæc ſententia ex B. Auguſt. in homilia 24. in Ioan. in hæc uerba* Nullum peccatum veniale eſt, dum placet, quantumcunque paruum: ſicut mortale, ſi vere diſplicet, nullũ iudicatur.

Item Gregorius Dialog. lib. 4. c. 39.

¶ Quæ ſunt venialia peccata, quæ poſt hanc vitam purgantur. C. IIII.

QVAlis hinc [o] quiſque egreditur, talis in iudicio [p] præſentatur: ſed tamen de quibuſdã leuibus culpis [q] eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt [r], pro eo, quod veritas dicit [Quia ſi quis in ſpiritum ſanctum blaſphemiam [s] dixerit, neque in hoc ſæculo remittetur ei, neque in futuro.] In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam vero in futuro poſſe laxari. Quod enim de vno negatur [t], conſequẽs intellectus patet, quiá de quibuſdam conceditur. Sed tamen, vt prædixi hoc de paruis, minimiſque peccatis fieri poſſe credendum eſt, ſicut eſt aſſiduus otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ familiaris, quæ vix ſine culpa [u] vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt, aut in non grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam poſt mortẽ grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis minime fuerint relaxata. Matth. 12.

[*Item Auguſtinus in libro de vera & falſa pœnitentia, c. 18.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

QVi in aliud ſæculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis, & ſi æternus non ſit, miro tamẽ modo grauis eſt. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita, vel pati α poteſt.

α ¶ Vel pati poteſt.] *Hæc uerba non ſunt in originali neque infra de pœn. diſt. 7. c. ul. §. ſi. ubi hoc idem recitatur.*

Aliàs autem ea tantum delicta ſignificat, quorum eſt perpetua infamia.

a ¶ *Ebrietas.*] quæ quandoque eſt mentis obliuio: & hæc eſt pœna, & non eſt aliquod peccatum, vt 15. q. 1. ſane. [cc] quandoque dicitur ſtudium ad inebriandum ſe, & hoc eſt mortale peccatum, vt 35. diſt. ante omnia. ext. de vi. & ho. cle. à crapula. quandoque dicitur frequẽs actus bibendi: & illud eſt veniale, vt in ver. ſeq. [cc] Ebrietas quãque eſt mortalis.

b ¶ *Plus accipit.*] Caſu, non ex contemptu, & non ad ingurgitationem, aliàs eſſet mortale peccatum, vt 4. di. denique.

c ¶ *Plus tacet.*] [cc] In prælatis eſt taciturnitas mortale peccatum, vt 44. diſt. ſit rector. 40. diſt. ſi Papa. in aliis eſt veniale. [cc] Taciturnitas in prælatis eſt peccatũ mortale.

d ¶ *Ieiunantibus.*] Sed nonne comedere ante horam comedendi eſt mortale peccatum [a], vt de conſe. di. 1. ſolent. & diſt. 5. quinque modis? Sed non intelligas de ieiuniis ſtatutis, ſed de illis quæ quilibet pro ſua voluntate ſeruat. 76. diſt. vtinam. a Quærit nõ aſſerit. nam hoc dicere eſſet durũ. Arch.

e ¶ *Tardius.*] ſic peccatum eſt, aliquid tardius dare. 13. q. 2. qui oblationes. 16. q. 1. decimæ.

ADDITIO. Dic quod ipſum ſurgere non eſt peccatum, ſed tarditas & negligentia. cum iſtis concor. ſecundum Hug.

f ¶ *Excepto.*] Arg. contra H. qui dixit, quod vir non poteſt cognoſcere vxorem quin venialiter peccet, vt dixit. ſ. diſtinctio. 13. nerui.

g ¶ *Deſiderio.*] ſupple, & cauſa reddendi debiti.

h ¶ *Neglexerit.*] Hoc eſt in prælato mortale, vt 90. diſt. præcipimus.

i ¶ *Seruum.*] In hoc caſu ſeruus auditur agens contra dominum ſuum: & dominus talis cogitur eum vendere, vt ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. l. 2. §. dominorum. [cc] Similiter maritus vxorem tenetur moderate caſtigare, vt 7. q. 1. ſicut. in fi. niſi ſit clericus, qui eam durius poteſt caſtigare, vt 33. q. 2. placuit. [cc] Maritus vxorem caſtigare põt.

k ¶ *Adulari.*] 22. qu. 2. primum. Contra 11. q. 3. nemo peritorum. & 46. diſt. clericus qui. Solu. [cc] Tribus modis adulatur quis: vel attribuendo alicui homini bonum quòd non habet: vel nimium extollendo bonum quod habet. vtrumque iſtorum eſt veniale. vel approbando malum quod habet: & illud eſt mortale. 11. quæſt. 3. væ qui dicitis. [cc] Adulatio triplicitet fit.

l ¶ *Vel ſumptuoſa.*] 41. diſt. non cogantur.

ADDITIO. Hoc vult ſonare iſta concor. ſicut infirmatur diues, ſi vtatur vilibus: ita infirmantur pauperes, ſi vtuntur delicioſis, ſecundùm H. Arch.

m ¶ *Iuramus.*] Intellige cum quis iocando iurat. [cc] Nam pro temerario iuramento bene peccat aliquis mortaliter, licet, non tanta pœnitentia imponatur ei, ſicut ſi ſolenniter & ex diſcretione iuraſſet, vt 22. q. 4. qui ſacramento. Idem dico in iuramento per metum extorto, vt ext. de iureiu. verum. Contra 2. q. 4. nos ſanctorum. Sol. ibi de ſolenni, hic de non ſolenni. [cc] Iuram an ſp ſit mortale peccatũ.

n ¶ *Temeritate.*] ſed ſi ex odio, eſſet mortale. vnde ſequitur, quoniam.

QValis hinc.] CASVS. Quærebatur qualis repreſentabitur homo ante Deum in die iudicij. Et reſpondet quòd ſi bonus decedit, bonus repræſentabitur: & ſi malus decedit, malus repræſentabitur. Sed tamen ſunt quædam peccata in iuſto quæ purgantur poſt mortem: ſcilicet venialia, vt ſermo otioſus, riſus immoderatus: & peccatum curæ familiaris. & hoc probatur auctoritate Euangelij dicentis: Si quis dixerit blaſphemiam in ſpiritum ſanctum, nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittetur ei. Vnde à contrario ſenſu apparet, quod peccata quædam in futuro remittuntur. nam quod de vno negatur, de aliis conceditur.

o ¶ *Qualis hinc.*] Hoc verum eſt de ſumme bonis vel ſumme malis. nam quidam ſunt ſumme boni: quidam ſumme mali [b]. b De hoc è not. extr. de cele. Miſ. cũ Marthæ. i ſi.

p ¶ *In iudicio.*] vt 13. q. 2. tempus. Ioan.

q ¶ *Culpis.*] ſcilicet venialibus.

r ¶ *Credendus eſt.*] Hic vult dicere, quod quædam culpæ tolluntur per ignem purgatorij ante diem iudicij.

s ¶ *Blaſphemiam.*] [cc] qui peccat per impotentiam, dicitur peccare in patrem: quia patri attribuitur potentia. 24. diſtin. qui epiſcopus. Qui peccat per ignorantiam, dicitur peccare in filium: quia filio attribuitur ſcientia. 38. di. ſi iuxta. Sed qui ex contemptu peccat, dicitur peccare in ſpiritum ſanctum, vt ille qui eſt obſtinatus in peccato, & illud dicitur irremiſſibile [c], i. non ita de facili remittitur ſicut præcedentia. de pœ. di. 1. §. poteſt. & diſt. 2. ſciendum. [cc] Peccatur vario mõ in Patrẽ & Filium & Spiritum ſctm. 1 ĩ. de pœn. diſt. 7. c. vlt. §. ſi. c Qđ dic vt leg. & no. ĩ. de pœ. di. 1. §. pōt etiã. & diſt. 2. ca. ſciẽdũ. Arc.

t ¶ *Negatur.*] Ar. quod de vno negatur, de alio conceditur, vt 16. q. 3. de crimine. ff. de iud. l. cum prætor. ſic quod de vno conceditur, de alio negatur, vt 45. diſ. diſciplina. 1. q. 1. per Eſaiam. 33. q. 5. qui ſitit [d]. Ar. contra C. de nat. li. Auth. item ſi quis. vbi licet vnũ nominet, tñ extenditur ad alios. ſic 61. di. miramur. ar. ff. de cu. re. ſi quis. d In ſio.

v ¶ *Sine culpa.*] [cc] Similiter militia, mercatio, pcuratio, ſiue adminiſtratio aliqua vix ſine peccato fit, vt de pæ. di. 5. falſas. & c. qualitas. [cc] Negotia multa ſũt q̃ vix ſine peccato fiunt.

QVi in aliud.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ſi quis non egit pœnitentiam in hac vita de aliquo veniali, in futuro ſæculo purgabitur igne purgationis, qui ſuperat omnem pœnam, quam aliquis poteſt pati in hoc mundo.

ALIAS

ALIAS. Hic proſequitur Gratianus ſecundum H. quintam acceptionem huius nominis, crimen, dicens quod crimen dicitur quodcũque irrogat perpetuam infamiam.

P[rimum.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod qui eligitur in epiſcopum, debet eſſe ſine crimine, & ſine criminali infamia poſt baptiſma, nec ſufficit, ſi eo tempore ſit ſine crimine quo eſt ordinandus, cum forte ꝑ pœnitentiam diluit peccata ſua. Quomodo em̃ poterit alios corrigere, qui in ſimile corruit delictum?

1 Incõmẽtarius ad c. 1.

1 *Vnde Hieronymus ſcribit in eadem epiſtola ad Titum, c. 1.*

¶ A die baptiſmi ſine crimine debet inueniri, qui in epiſcopum eſt ordinandus. C. VI.

PRimum [a] itaque ſine crimine iubetur eſſe † epiſcopus, quod puto alio verbo ad Timotheum, irreprehenſibilem nominatum: non quòd eo tantum tempore, quo ordinandus eſt ſine vllo ſit crimine, & præteritas maculas noua conuerſatione diluerit: ſed quod ex eo tempore, quo in Chriſtum renatus eſt, nulla peccati conſcientia remordeatur. Quomodo enim poteſt præſes [b] eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit? aut qua libertate corripere [c] peccãtẽ poteſt: cũ tacitꝰ ſibi ipſe reſpõdeat [d], eadẽ admiſiſſe, quæ corripit?

2 *Ecce, qui ordinandus eſt in epiſcopum, non ſolum tempore ſuæ ordinationis, ſed etiam omni tempore poſt baptiſma à crimine immunis eſſe debet.*

DISTINCTIO XXVI.

1 S*Equitur [e] in vtraque epiſtola [vnius vxoris virũ] poſt baptiſma videlicet, nõ ante baptiſmum.*

ps *Vnde Hieronymus [a] ſcribit ad Oceanum, epiſt. 83.*

¶ Poſt baptiſmum debet eſſe monogamus, qui in epiſcopum eſt ordinandus. C. I.

3 VNius [f] vxoris virum, id eſt, monogamum [g] poſt baptiſmum [h]. Si enim & ante coniugem habuit, quæ obierit: non ei imputatur, cui prorſus nouo homini 4 [i] nec ſtupra, nec alia, quę ante fuerunt, iam obſunt.

a ¶ Hieronymus.] *Sententia quidem huius & ſequentis capitis ſunt Patrum, qui citantur, id eſt Hieronymi, & Auguſtini: verba tamen ipſa potius videntur ſumpta ex collectaneis Bedæ, & ex gloſſa ordinaria, huius quidẽ capitis in primam ad Timoth. c. 3. ſequentis vero in epiſtolam ad Titum, c. 1.*

Auguſtinus vero contra teſtatur ſcribens [5] in epiſtola ad Titum.

¶ Qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum aliam, ordinandus non eſt. C. II.

6 ACutius intelligũt, qui nec eum, qui cathecumenus, vel paganus habuit alteram, ordinandum cenſuerunt: quia de ſacramento [k] agitur, non de peccato [ß]. Nam in baptiſmo peccata omnia dimittuntur: & qui dixit [Si nupſerit virgo, non peccat.] ſatis declarauit nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctitatem autem ſacramenti, ſicut femina, ſi catechumena vitiata eſt, non poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari [l]: ita non abſurde viſum eſt bigamum non peccaſſe, ſed normam ſacramenti amiſiſſe, non ad vitę meritũ, ſed ad ordinationis eccleſiaſticę ſignaculũ neceſſariam. Et ſicut plures antiquorum patrum vxores, ſignificauerunt futuras ex omnibus gentibus eccleſias, vni viro ſubditas, id eſt Chriſto: ita noſter antiſtes, id eſt, epiſcopus vnius vxoris vir ſignificat [m] ex omnibus gentibus vnitatem vni viro [n] Chriſto ſubditam [o]. 2 ¶ Itaq; ſicut duobus dominis ſeruire, ſic ab vno Deo apoſtatare, & in alterius ſuperſtitionẽ ire, non licet 7.

ß ¶ De peccato.] *ſequebatur*, propter ſanctitatẽ ſacramẽti, ſicut ſi femina. &c. *Reſtitutus eſt totus hic locus ex gloſſa ordinaria. Nam apud B. Auguſtinum, & reliquos collectores copioſior etiam eſt.*

¶ fi] Orig.

a ¶ Primum.] Ex hoc ca. tres oriuntur opiniones. dicit H. [“] qđ qui ſemel peccauit, nõ poteſt amodo promoueri, vel aliquos actꝰ legitimos exercere, vt hic, & 48. diſ. quoniam. & qu. 7. ſi quis omnẽ. & 50. diſ. illud. & 6. q. 1. qui crimen. & 8. q. 1. in ſcripturis. in fi. & ext. de tem. ordi. c. ex tenore. Et ar. pro eis. ff. de ædil. edi. quis ſit fugitiuus. 1. reſponſo. fur enim non purgat vitium furti, licet rem reſtituat. ff. de fur. qui ea mente. nec raptor vitium rapinæ. ff. vi bo. rap. l. pe. Alij dicunt, quòd poſt quodlibet mortale acta pœnitentia poteſt quis promoueri, niſi ſit crimen enorme, vt 81. diſ. Apoſtolus. Et eſt arg. ad hoc 50. di. ferrum. ff. de ædil. edi. quod ita ſanatum eſt [a]. quia ſtatus noſtri temporis, &c. vt 84. diſt. fraternitatis. & dicũt quod ille canon corrigit alios, qui de rigore loquuntur. Tertij dñt ꝙ quantumcumque ſit graue delictum, dummodo ſitꝰ occultum, poſt pœnitentiam non impedit promouendum, vt 50. di. de his. Ego credo, quod ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum, dummodo ſit enorme, impedit promouendum, licet egerit pœnitentiam. 50. diſt. miror. Io. Sed certe hoc non eſt verũ, licet Io. hoc dicat. nam pro occulto crimine nemo repellitur poſt pœnitentiam, niſi in homicidio, vt dicit noua decre. ext. de temp. ord. c. vl. quæ declarat hoc totum. Ber.

“ ꝓmoueri vtrũ poſſit ille q ſemel peccauit.

1. Cor. 5.

3 Cõcord. l. fr a fre. ff. de cond. inde. & l. altius. ff. ſi ſer. ven.

1. Tim. 3. Tit. 1.

a Ad idẽ de pœ. di. 3. quãtuslibet. & c. quãobrẽ. verſi. neque enim, &c. & 32. q. 1. quod aũt. in fi. 56. di. nũquam. nã Deus vitiis tm̃ iraſſcit, non hominib. đ pę. di 3. quãobrem Arch.

3 Beda, & gl. ord. 1. Tim. 3 ad hæc verba.

4 gl. non habet.

b ¶ Præſes.] id eſt, epiſcopus.

c ¶ Corripere.] no. quòd poteſt quis accuſari de peccato, de quo pœnituit. 33. q. 2. admonere.

d ¶ Reſpondeat.] ſic ĩ. diſt. prox. vna tantum. & 42. diſt. §. 1. & 62. diſt. in ſacerdotibus. §. 1.

S[equitur.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Sicut duobus.* Ioan. de Fan.

CASVS. Supra tractatum eſt primum c. apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epiſcopum eẽ ſine crimine: quod intelligitur non ſolum ſuæ ordinationis tempore, ſed etiam omni tempore poſt baptiſmum. In hac vero 26. di. proſequitur ſecũdum c. apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epiſcopum eſſe monogamum, i. vnius vxoris virum, id eſt, non plurium, & hoc intelligitur poſt baptiſmum: quod probatur per ſeq. c. quod abrogatum eſt.

e ¶ Sequitur.] in hac 26. di. exequitur ſecundum præceptum apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, quod negatiue exponitur, i. non plurium: tamen in caſu neceſſitatis bigamus promouetur vſque ad ſubdiaconatum, vt 34. di. lector. [“] Aſſignantur autem quattuor rationes, quare bigamus non poſſit promoueri. Vna propter defectum ſacramenti, quia non eſt ibi ſacramentum vnitatis, cum carnem ſuam diuiſerit in plures, vt ĩ. ca. acutius. Item propter prærogatiuam ordinum, vt ĩ. c. vna. Item propter ſignum incontinentiæ, ex eo quòd de vna tranſiuit ad aliam, vt 82. di. propoſuiſti. Item ex eo quòd non habet frontem hortandi viduitatem, vt ĩ. ea. vna. in fi.

“ Bigamus ꝑꝑ 4. rones promoueri non poteſt.

V[nius.] CASVS. Quæſitum fuit à Hieron. vtrum c. apoſtolicæ regulæ, oportet epm̃ eſſe monogamum, intelligatur ante baptiſmum, vel poſt. Et reſp. ꝙ poſt baptiſmum & non ante. ſi enim ante coniugem habuit, non imputatur ei, ſicut nec ſtuprum.

f ¶ Vnius.] i. non plurium. ſic ext. de teſt. licet. Et ſic verba affirmatiua exponuntur negatiue, vt 1. q. 1. iudices. 23. q. 4. ſi ea.

g ¶ Monogamum.] Monos vnum, gamos mulier vel nuptiæ. inde monogamus, ſ. q vnam tm̃ habuit vxorem. H.

h ¶ Poſt baptiſmum.] Non dicit verum, quia matrimonium non ſoluitur in baptiſmo, [*] vt ĩ. c. c. deinde. & male ſentit hic Hiero. vnde Aug. eum corrigit in proxim. c.

i ¶ Nouo homini.] Sub eo modo loquendi ſeruus poſt manumiſſionem dicitur nouus homo, vt ff. de adi. leg. ſi ſeruus legatus. & alia lex dicit, quòd poſt manumiſſionem alius intelligitur, vt ff. de ſo l. qui res. §. aream.

5 In gl. ord. c. 3. epiſt. ad Tit. ſumpta ã ſnia ex B. Aug in li. de bono coniugali, c. 18.

6 28. q. 3. c. acutius. Iuo p. 8. ca. 294. Pann. l. 6. c. 66. Anſ. l. 9. c. 59. Polyc. l. 2. tit. 31.

1. Cor. 7.

A[cutius.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur duas in par. In 1. par. ꝓbat Aug. qđ ille qui habuit vnam coniugem ante baptiſma, & aliam poſt, promoueri non pt, cũ ſit bigamus. & hoc fit, non propter peccatum, quod contraxit, ſed propter ſacramenti defectum. quod in eo deficit, cum hic nõ de peccato, ſed de inordinatione agatur. Et ſi cathechumena fuerit ante baptiſmum corrupta, licet poſtea baptizetur, tamen non poterit inter virgines conſecrari. In 2. parte quæ incipit ibi, *Sicut.* dicitur qđ ſicut vnitas vni viro, i. Chriſto debet eſſe ſubdita, & non diuerſis, id eſt, Deo & diabolo, ita à Deo recedere in ſuperſtitionem diaboli non licet. Vel intellige ſic, vt faciat ad propoſitum Gratiani, id eſt, ſicut duobus coniugiis non poteſt aliquis deſeruire ſimul, ſic ab vno coniugio in aliud ire nõ licet, quia talis apoſtataret a via ordinandi.

Matth. 6.

7 c. 6 cor. tex. in l. naturaliter. quem vide C. de epi. & cle.

k ¶ De ſacramento.] Senſus eſt, bigamus non repellitur quia peccauit. ſed propter ſacramenti defectum, qui eſt in eo. ext. de big. à nobis. & c. nuper. Et no. quod in matrimonio triplex deſignatur ſacramentũ [b], coniunctio animorum per verba de præſenti deſignat coniunctionem fidelis animæ ad Chriſtum, ſed commiſtio carnis deſignat coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ, vt extr. de biga. debitũ. Item deſignatur ibi vnio deitatis cum humanitate, vt de cõſe. diſ. 2. in Chriſto. & illam deſignat coniunctio corporum.

b hic videas qđ dicam de pœ. diſ. 2. §. Adã. ſup gl. dicens hoc. &c. Arch.

l ¶ Conſecrari.] [m] quæri conſueuit, cum conſecratio epiſcopi maior ſit & dignior quam virginum, quare poſſit conſecrari in epiſcopum, qui non ſolum vxorem habet, ſed etiam poſt mortuam vxorem habuit concubinam, vt 33. di. habuiſſe. & 34. di. c. fraternitatis. & ſi qua fuerit corrupta vel ante baptiſmum vel poſtea, non poſſit inter ſacras virgines conſecrari, vt 20. q. 1. iuuenculas? Reſpondetur, ſacra virgo ſignificat eccleſiam triumphantem, vbi non eſt macula neque ruga. 31. diſ. quamuis. ſed epiſcopus eccleſiam militantem, vbi ſunt boni & mali. 31. di. quoniam. 11. q. 3. audi.

“ corruptus in epm̃ conſecrari pt, ſꝫ nõ corrupta inter virgines.

m ¶ Significat.] Et ita * ipſe epiſcopus eſt ſacramentum, ſicut aqua ipſa. 1. q. 1. detrahe verbum ab aqua, quid erit niſi aqua?

* Neq; epſ, neque aqua ꝓprie eſt ſacramẽtũ, Vide Turrecr. hic.

n ¶ Vni viro.] id eſt, Deo, & non diabolo, & ſic bene aptatur ſequens littera.

o ¶ Subditam.] ideſt, non ab eo diuiſam. & bene ſequitur.

Deinde

DEinde.] CASVS. Hoc ediuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quod Ruffus, & Euſebius, & ceteri epiſcopi Macedoniæ tres prauas opiniones habebant. Prima erat, quòd ille non dēt bigamus reputari, qui ante baptiſmum habuit vnam & poſtea aliam, & eam quam poſt baptiſmum aliquis habuit, videri quaſi nouo homini copulatam: Sed hanc opi. reprobat Innoc. per duo inconuenientia. Primum eſt, q̧ ſcd̃m illorum opinionem, ſi aliquis ante baptiſmum tres habuerit vxores, & poſt baptiſmum quartā, q̃ quarta eſt, erit prima ſecundū eos: Secundum inconueniēs eſt, q̧ hæc talis quæ quartò ducta eſt, oēt loco virginis reputari. Secunda opinio erat, q̧ totū quidquid agit homo ante baptiſmum, in baptiſmo deletur, quod Inn. reprobat, cum in baptiſmo tm̃ pctā deleantur, & non matrimonia, cum Deo auctore ſint conſtituta. Tertia opinio erat, q̧ matrimonium ante baptiſmū nō erat lēitimum: & hoc improbat tali rōe, quia ſi hoc verū eſt, filij inde nati nō erunt legitimi, nec hereditatē hēbunt: ſed erūt ſpurij vel naturales. Hoc ēt improbatur auctoritate Dñi. nam interrogatus a Iudæis, ſi liceret homini dimittere vxorē ſuam, rñdit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. & de his tm̃ loquebatur, ſ. Iudæis, qui ante baptiſmum cotraxerunt. In 2. parte, quæ incip: ibi, *Quæro, & ſolicitus.* reuertitur Inn. ad ſecundā opi. & eam improbat duab. rōib. vſq; in finem. Prima eſt, q̧ ſecundum hoc filij nati ante baptiſmum, & poſt nō erunt fratres, nec inter eos erit familiæ erciſcundæ iudicium, quod eſt abſurdum. Secūda eſt, quia ſecundū hoc, bona quę facit aliquis cathecumenus, nō proſunt ei, ſi quod añ baptiſmum geſſit, in baptiſmo deletur, quod nō fuit verum in Cornelio gentili, nec in præceptis legalib. diligenter impletis. Et ſic cōcludit, quòd per baptiſmum nō aboletur matrimonium, ſed peccatum.

a ¶ *Cum ceteris.*] "Improprie ponitur hæc dictio, ceteris, vt ibi, & cum eo alij duo latrones. ſic 56. diſt. Cenomanenſem [a]. 24. diſt. ſi quis viduam. 8. q. 3. Artaldus: vnde licet ſic inueniatur ſcriptum in aliquo iuſſo: hæc eccleſia cum ceteris capellis, per hoc nō probatur eccleſiam illam eſſe capellam.

ADDITIO. Arg. 3. 1. q. 7. & ſi illa. in [illegible] vbi de hoc. Arch.

b ¶ *Æque.*] id eſt, ſimili ratione.

c ¶ *Sed obiicitur.*] Nunc obiicit contra ſecundam opinionem.

d ¶ *Quid de talium.*] Hic obiicit contra tertiam opinionem.

e ¶ *Vel naturales.*] Qui dicuntur legitimi, qui naturales; habes 32. q. 4. liberi. qui ſpurij. ff. de ſta. ho... vulgo.

f ¶ *Sortiuntur.*] vxores & viros.

Item Innocentius Ruffo, & Euſebio, & ceteris epiſcopis Macedoniæ epiſt. 22. c. 2.

¶ Bigamus probatur, qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum alteram. C. III.

[α] DEinde ponitur non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit, atq; amiſerit vxorem, ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eamque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit: quia illud coniugium per † baptiſmi ſacramentum cum ceteris [a] criminibus ſit ablutum †: Quod cum de vna vtique dicitur, certe, ſi tres habuerit in vetere poſitus homine vxores [β], erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima, & virginis æque [b] nomē accipiet, quæ quarto ducta eſt loco. Quis (oro) iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait, vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotem? Sed obiicitur [c], q; in baptiſmo totum, quidquid in vetere homine geſtum eſt, ſit ſolutū. Dicite mihi (cum pace veſtra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptiſmo; an & illa; quæ ſecundū Domini † præcepta, ac Dei inſtituta complentur? Vxoré ducere crimen eſt, an non eſt crimine? Si crimen eſt, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui, vt crimina committerentur, in paradiſo præcepit [γ]? cum ipſe eos benedixit: Si vero non eſt crimen, quia quod Deus inſtituit †, nefas ſit crimen appellari, & Salomon addidit [Etenim a Deo præparat' viro vxor,] quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, q; auctore Deo legitur conſummatum? Quid de talium [d] filiis percenſetur? Nunquid non erunt admittendi in hereditatis conſortio †, quia ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit vxor, eruntque appellandi vel naturales [e], vel ſpurij: quia non eſt legitimū matrimonium, niſi illud (vt vobis videtur) quod poſt baptiſmū aſſumitur? Ipſe Dominus, cum interrogaretur a Iudæis, ſi liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit [Quod ergo Deus iunxit, homo non ſeparet.] Ac ne de his locutus eſſe credatur, qui [δ] poſt baptiſmū ſortiuntur [f], meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis eſſe reſponſum [g]. ¶ Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna eademque ſit vxor eius, qui ante catechumenus, poſtea fit fidelis; filioſque ex ea, cū eſſet catechumenus, ſuſceperit: ac poſtea alios, cum fidelis: vtrum ſint appellandi fratres, an non habeant poſtea, defuncto patre, herciſcūdæ hereditatis conſortium, quibus filiorū nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? Quod cū ita ſentire, atque iudicare abſurdū eſt, quæ (malum) ratio eſt, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate [h] roborari? cum non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit [i] & Deus iunxit: Nunquid ſi quis catechumenus virtutib' ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiā tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos [k] qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatē tenuerit, quæro, ſi hęc, cum fuerit factus fidelis, amittit: quia per baptiſmum, totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gētilem hominē Cornelium orationibus, atq; eleemoſynis vacantem, angelū audientem per reuelationem, ipſumque [ε] Petrum videntem: nūquid per baptiſmum hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmus videtur eſſe conceſſus [l]? Si ita creditur, mihi credite, non modicū erratur: quia quidquid bene geſtum fuerit, & ſecundum præceptū legalia cuſtoditū, non poteſt facientibus deperire. Nūptiarū ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum: & quod peccatum non eſt, ſolui inter peccata [m], credi omnino non debet: eritque integrū æſtimare aboleri nō poſſe prioris nomen vxoris, cum non dimiſſum ſit pro peccato, quod † ex Dei ſit voluntate completum.

α ¶ Bigamus.] *Rubrica huius c. & ſequentis, quæ in codicibus impreſſis erant inter poſita, in ſuum locum ex aliquot manuſcriptis ſunt reſtitutæ.*

β ¶ Homine vxores,] *Sic in omnibus manuſcriptis, & apud Burchar. & Iuo. par. 1. c. 292. grammatica in originali & apud eundem Iuon. p. 8. c. 303. paulo aliter, & obſcurius legatur.*

γ ¶ Præcepit.] *In ori. & apud ceteros collect. legitur:* in paradiſo cum ipſe eos iungeret, benedixit.

δ ¶ Qui poſt baptiſmum.] *Apud Burchar. & Iuonem in 1. parte legitur:* quæ poſt baptiſmum ſortiuntur. *Sed in originali, & apud Iuonem par. 8. & in Pannormia, & infra 28. q. 1. c. nunquid. hoc modo:* qui poſt baptiſmum vxores ſortiuntur. *Verum ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

ε ¶ Ipſumque Petrum.] *Apud Iuonē. in codice canonum, & Burchar. eſt:* atque eleemoſynis

g ¶ *Reſponſum.*] Not. interpretādas eſſe locutiones ſcd̃m perſonas q̃ loquuntur, quid vel quib. loquuntur, vt hic, & 1. q. 7. dici. & extra de ma. & obe. ſolitæ. " & quòd perſona loquēns comprehenditur in gñali ſermone. arg. ff. de pig. Paulus. §. vlt. Sed contra arg. C. de ſol. indulſitio: & argu. contra. ff. loc: qui inſulam. §. vlt. vbi nec dominus nec familia excipit in generali ſermone.

h ¶ *Auctoritate.*] Quod enī ratione probari nō pōt, extirpandum eſt, vt 68. di. corepiſcopi.

i ¶ *Lex præcepit.*] 23. q. 5. qui peccat, nō peccat legis auctoritate, &c.

k ¶ *Deſtinatos.*] Quid de hoc iuris ſit, habes 23. q. 5. reos.

l ¶ *Conceſſus.*] q. d. " eadem cauſa non operatur contrarios effect'. ſic 57. diſtin. ſi quis in ægritudine. ſicut eadē ſolutio non parit liberationem & repetitionem, vt ff. de ſolu. qui hominem. §. vlt. extra de bapt. maiores.

m ¶ *Inter peccata.*] Vi ergo, q̃d infamia contracta ante baptiſmum non tollitur ꝑ baptiſmum. & ita qui añ baptiſmum fuit infamis, poſtea non pōt promoueri, vt 48. diſt. qui. & 1. q. 7. ſi quis omnem. Hoc non credo: " ſed dico infamiam & irregularitatē ex proprio delicto prouenientem tolli i baptiſmo [b]: quia dona baptiſmi ſunt ſine omni pœnitentia, & ſatisfactione, vt de conſec. diſt. 4. ſine. Si enim peccatū non deleretur quātum ad infamiam, adhuc poſt baptiſmum obeſſet, quod negat Ambro. 7. c. a. vna. vnde ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſmum, omnis infamia & irregularitas tollitur, vt 51. diſt. ſi quis poſt acceptū. hoc etiam patet in Paulo, qui ante baptiſmū fuit homicida: & tamē poſtea factus eſt Apoſtolus, vt 50. diſt. §. econtra. Si obiicis, quòd ſecundum hoc illa quæ corrupta eſt ante baptiſmum, poſt baptiſmum non ſit irregularis: & ideo debet conſecrari: bene concedo, q̧ non eſt irregularis, ſed tamen impeditur a conſecratione propter defectum ſacramenti. Sed quare repellitur mulier prætextu fornicationis, quam ante baptiſmū commiſit, vt

Margin notes: Burc. l. 4. c. 98. Iuo p. 1. c. 292. & p. 8. c. 303. Poly. l. 6. tit. 4. — † *poſt*] Orig: — † al. ablatū. — 1. Tim. 3. Tit. 1. — † *legis*] Ori. — Gen. 1. — † *iungit*] Ori. — Prouerb. 19 — 28. q. 1. nunquid. — † *al. conſortium.* — " Ceteri & alij quandoque ponitur impropriè. — a Et c. Apoſtolica. & c. quia ff. de conſt. prin. l. 1. debitum. Arc. — Matth. 19. — " Perſona loquētis an in gñali ſermone comprehēdatur — " Cauſa eadem, d iuerſos effectus ñ operatur. — Act. 10. — "Baptiſmus tollit infamiam præcedentem. — b Arg. 1. de conſ. diſt. 4. ñ ex quo. in fi. Arch. — † *al. quia*

e

extr. de diuor. gaudemus. in fi. ſic videtur in promouendo. Sed hoc ideo eſt, quia illud delictum non tantum vxorem, ſed etiam virum maculat, vt 32. q. 1. in coniugio. Sic vides, quòd per libertatem tollitur delictum, vel infamia quam quis in ſeipſo commiſit: ſed illud delictum quod in alio commiſit, non tollitur, vt ff. de his qui no. infa. l. pen. & l. athletas. §. Pomponius. Præterea per baptiſmum tollitur crimen præcedens: non tñ tollitur exceptio competẽs ex crimine [a]. ſicut per pœnitentiam tollitur crimen, non tñ exceptio competens ex crimine, vt ſupra diſt. prox. c. vl. & 33. q. 2. admonere. Ioan. Quod aũt hic dicitur, non eſt peccatum, ſed ſequela peccati, ſ. infamia ex pctõ contracta. ſecus autem eſt in illa quæ nõ prouenit ex peccato, ſed ex cõſtitutione eccleſiæ, vt in illa quæ inuita eſt corrupta, vt ſ. ea. c. 2. & in iudice & executore, vt 50. diſt. ſi qs viduam. & 51. diſt. aliquantos. & tamen non peccant tales. ſi 23. q. 5. miles. Sed ſecundũ H. vi ſequi inconueniẽs, ſ. q meliores conditionis ſunt delinquentes, quam illi qui non deliquerunt, 34. diſt. fraternitatis. 9. q. 3. mandamus. in gl. non quòd. ſed hoc contingit virtute ſacramenti.

a Idem no. in. extr. de diuor. gaudemus. ibi videas. & idem no. j. 28. q. 1. ſi qs. Arch.

1 Iuo p. 8. c. 291. Pan. l. 6. c. 64.

reuelationem, Petrumque ipſum vidiſſe. *Apud ipſum Innocent. in tomis conciliorum:* per reuelationem angelorum, Petrumque ipſum vidiſſe. *apud Iuonem:* Petrum ipſum reuelatione vidiſſe.

Item Ambroſ. lib. de officiis, c. vlt.

¶ In baptiſmate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur. C. IIII.

[1] VNa tantum, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipſo coniugio lex eſt non iterare coniugium, nec ſecundæ coniugis ſortiri coniunctionem. Quod pleriſque mirũ videtur, cur etiam ante baptiſmũ iterata [a] coniugia electioni muneris, & prærogatiuæ ordinationis [a] impedimẽta generent, cum etiam delicta obeſſe non ſoleãt [b], ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptiſmo culpa dimitti poteſt, lex aboleri non poteſt. In coniugio non culpa, ſed lex eſt. Quod culpæ eſt igitur, in baptiſmo relaxatur: quod legis eſt, in coniugio non ſoluitur. Quomodo autem poteſt hortator [c] eſſe viduitatis, qui ipſe cõiugia frequentauerit?

a ¶ Iterata.] *Apud B. Ambroſ. locus hic varie legitur. Nam in antiquis impreſsionibus habetur,* iterato coniugio. *in recentioribus vero* iterati coniugij. *itemque in Panormia. & apud Iuonem. In his tamen, quæ ſequuntur concordant ſic legendo.* ad electionem muneris, & prærogatiuam ordinationis impedimenta generentur.

Ioannes etiam Baptiſta dum Herodem ab inceſtu prohiberet dicens: [Non licet tibi habere vxorem fratris tui,] *euidenter oſtendit inter infideles coniugia eſſe. Vnde datur intelligi, quòd bigami dicuntur non ſolum, qui poſt baptiſma coniugia frequentant, ſed etiam, qui ante baptiſmum vnam, & poſt baptiſmum alteram habuiſſe probantur. Bigamus* [d] *vero*

Matth. 14.

VNa tantum.] CASVS. In hoc c. dicitur, quòd ſi quis iterauerit coniugium, id eſt ſecundam habuit vxorem, nõ poteſt poſtea promoueri ſecundum legem promotionis, quod quibuſdam mirũ videtur, ſ. vt matrimonia ante baptiſmũ contracta obſint: peccata vero non obſint volentibus promoueri, quod non debet videri mirum: cum peccata in baptiſmo deleãtur, bigamia vero non. Per §. autem ſequentem, qui planus eſt, probatur, q bigami reputantur, non ſolum qui ante baptiſma, ſed etiam qui poſt coniugia frequentauerunt.

¶ Caſus ſeq. §. patet.

a ¶ *Ordinationis.*] ſimile infra 32. diſt. ſeriatim.

b ¶ *Non ſoleant.*] Ergo infamia ex delicto proueniens non nocet, quantum ad legem promotionis: ſcilicet per baptiſmum deleta.

c ¶ *Hortator.*] ſic 25. diſt. c. vlt. & 47. diſt. c. ſicut hi. §. neceſſe.

d ¶ *Bigamus.*] Bigamus componitur a bis & gamos, quod eſt mulier, vel vxor. & ſic dicitur bigamus, qui duas habet vel habuit vxores. Archidiaconus.

e ¶ *Sacerdotis.*] Idem de quolibet ſacro ordine. 42. diſt. quieſcamus.

QVi ſine crimine.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ille qui habuit tantum vnam vxorem, & eſt ſine crimine, promoueri poteſt: qui vero bis contraxit, licet non peccauerit: tamen prærogatiua ſacerdotij eſt exutus, nec poterit promoueri.

QVod autem.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes. In prima intendit Gratian. ſuperficialiter allegãdo probare, quòd ſi diaconus fuerit proteſtatus, quòd non poterit continere: ſi contrahit, tenet matrimonium, ſed hoc eſt falſum. Secunda ibi, *Quidam.* Ioan. de Fant.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, quòd oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. In hac 27. diſt. quæritur, an tempore adminiſtrationis poſsit eius copula fungi, quam vnicam & virginem habuit? Et reſp. quod non. & hoc probatur per ſequens c.

¶ *Quod autem.*] In hac 27. diſt. primo ponit incidentem [b] quæſtionem, ſcilicet, an epiſcopus poſsit vti matrimonio contracto. Secundo ponit contrarietates capitulorum quorundam, quæ loquuntur de vouentibus: & ea ſoluit diſtinguendo inter vouentes ſolenniter, & vouentes ſimpliciter. Et incipit hic tractare de continentia clericorum. & protenditur iſte tractatus vſque ad 56. diſt.

b Nam vltra propoſitum principale hoc interſerit de contĩnẽtia clericorũ, vſque ad 55. diſ. vt dixi ſ. in rubri. huius lib. Arch.

DIaconus.] CASVS. Aliquis volebat in diaconum promoueri, ſed caſtitatem ſeruare nolebat: quæſitum fuit an deberet ordinari? Et reſpondet M. Papa quòd non. ſed ſi cum ordinaretur tacuit, & poſt ordinationem contraxit, deponi debet.

in ſacerdotem ordinari non debet: non quia deliquerit ſecundam accipiendo vxorem: ſed quia prærogatiua exutus eſt ſacerdotii. [e]

Vnde Ambroſius ad Vercellenſes, lib. 10. epiſt. 82. ait.

¶ Non peccat bigamus, ſed prærogatiua ſacerdotis exuitur. C. V.

[2] QVi ſine crimine eſt vnius vxoris vir, tenetur † ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis.

DISTINCTIO XXVII.

1 ps QVod autem [f] *vnius vxoris vir epiſcopus eſſe iubetur: quæritur, an de tempore ordinationis hoc ſit accipiendum, vt tempore ſuæ adminiſtrationis, eius poſsit copula fungi, quam vnicam, & virginem ſibi deſponſauit.*

Hoc Martinus Papa prohibet dicens. [3]

¶ Non ordinetur diaconus, niſi caſtitatem fuerit profeſſus. C. I.

[4] DIaconus [g] qui eligitur, ſi cõteſtatus [h] fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non poſſe in caſtitate permanere, hic non ordinetur. Quòd ſi in ordinatione tacuerit [i], & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium deſiderauerit, alienus ſit à miniſterio, & vacet à clero.

Hac auctoritate datur intelligi, quòd illi, qui vxores habẽt, vel accipere volunt, nec diaconi, nec ſacerdotes fieri poſſunt, niſi continentiam profiteantur. ¶ Si vero diaconus à miniſterio ceſſare voluerit, & contracto ma-

g ¶ *Diaconus.*] ſecundum quod patet per §. ſequentem, hoc ca. poteſt intelligi de matrimonio iam contracto, & de contrahendo. & ſecundum hoc diuerſis modis exponitur littera: [a] ſecundum quòd intelligitur de contracto, planum eſt: quia iſte M. Papa præceſsit Greg. qui in dixit continentia ſubdiaconibus. 31. diſtin. ante. ſed hoc expone pro accipiendo, id eſt, pro cõtracto retinendo. Licuit enim etiam tempore Syricij vſque ad Grego. ſubdiaconi vti iam contracto matrim. 87. diſt. quicumque. 81. diſt. propoſuiſti. expone ergo quod dicit, matrimonium deſiderauerit [c], id eſt, deſiderauerit vti iam contracto. Secundum autem quòd loquitur de contrahendo, de diacono fuit tantum quæſitum, & de eo tantum reſponſum. Idem tamen eſt de ſubdiacono. j. 32. diſtin. ſi quis eorum. & ſecundum hoc plana eſt littera. Quod tamen dixi, quod M. præceſsit Greg. H. dicit per chronicam ſuam falſum eſſe. & dicit quòd Gregor. præceſsit Mart. 66. annis.

h ¶ *Si conteſtatus.*] Nota quòd proteſtatio valet, vt extra de no. oper. nun. cum ex iniuncto. & j. diſt. prox. diaconi. extra quod met. cauſa. perlatum. & 31. q. 2. Lotharius. & ff. de neg. geſt. Neſennius. ff. quib. mod. pi. vel hy. ſol. ſi debitor. §. 1. Argum. contra extra de conſtitut. cum M. Ferrarienſis. & de appell. ſolicitudinem. Ioan. Hoc credo tenendum, quod proteſtatio ſemper valet facta præſente aduerſario, niſi contradicat aduerſarius [d], vel iudex ſi facta fuerit re adhuc integra exiſtente, vt in hoc capit. & extra de in integrum reſtitut. cum veniſſent. niſi in caſibus quibus expreſſum eſt, quod proteſtatio non valeat, vt ibi, extra de conſtitution. cum M. & de appellat. ſolicitudinem.

i ¶ *Tacuerit.*] Not. taciturnitatem haberi pro conſenſu, vt hic, & 54. diſtin. ſi ſeruus. & 65. diſt. ſi forte. & 19. q. 2. puella. ff. ſol. matr. l. 2. arg. contra extra de præſcrip. nihil. Sol. [a] taciturnitas ſemper habetur pro conſenſu, niſi in tribus caſibus not. 2. q. 7. plerumque. Item & in caſibus illis vbi requiritur expreſſus conſenſus, vt in ſeruitute imponenda non ſufficit conſenſus tacitus, ſed expreſſus, vt ff. de ſeru. vrban. præd. inuitum. Item in procuratore conſtituendo. ff. de proc. filius. §. inuitum. Item in furto, vt ff. de fur. qui vas. §. vetare. Item in ſoluendo matrimonio, vt ff. de ritu nup. in eo iure. §. 3. Vel diſtingue, an tale ſit factum quod poſsit fieri me prohibente. in eo caſu non obeſt taciturnitas, vt rem meam quis poſsit vendere me inuito: & ideo ibi non nocet taciturnitas, vt ff. de contrahenda empt. rem alienam. Si autem tale factum eſt, quod non poteſt fieri me prohibente, ibi taciturnitas habetur pro conſenſu [e], vt extra de his quæ fiunt a prælat. cap. 2. ſic diſtinguit lex. ff. de re iudic. ſæpe. ſic 11. quæſt. 3. quando. & extra de ſenten. & re iudica. quamuis. Ioannes.

HAC AVCTORITATE. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. illi qui habent vxores vel habere volunt, nec diaconi nec ſacerdotes fieri poſſunt: ſed ſi diaconus a miniſterio ceſſare voluerit, matrimonio iam contracto vti poteſt: quia etſi etiam in ſui ordinatione caſtitatẽ promittat, tamen tanta eſt vis matrimonij, vt ipſum

" Textum dupliciter exponit.

2 Iuo p. 8. c. 290. Pann. l. 6. c. 63.

† al. teneatur

c ſc. cum effectu, & de facto contraxerit. Arch.

3 Apud Martinũ Bracarenſ. c. 39.

4 diſt. 28. diacon. Iuo p. 6. c. 370. Pa. l. 3. c. 97.

d Argu. ad hoc extr. de ele. Cumana. Arch.

" tacens an conſentiat.

e De hoc et not. extr. de præſumpt. [illegible] videas. Arc.

vt ipſum matrimonium non diſſoluitur. & hoc probat per ſequentia. Quod tamen dicitur ab illo verſ. *Si vero* falſum eſt, niſi hoc intelligas in orientali eccleſia.

¶ Caſus autem plani ſunt vſque ad c. quod interrogaſti.

a ¶ *Licite.*] allegando dicit.

nialis eſt morata. poſtea contraxit matrimonium, dicens ſe nec monaſterium intraſſe, quæſitum eſt, quid fieri debeat. Et reſpondit Nicolaus Papa, quòd ipſa debet agere pœnitentiam de illuſione nefanda & reuerti ad monaſterium, vt ſeruet quod promiſit. Omnia autem quæ ſequuntur, plana ſunt, & per te videbis.

Q*Vidam.*] Hæc eſt ij. pars diſt. in qua corrigit & dicit, quòd vouentes ſimpliciter, licet non debeat contrahere, tamen tenet matrimonium. Io. de Faut.

b ¶ *Poſt votum.*] Quidam dñt illud votum eſſe ſimplex, quòd ſit per verba de futuro, vt, ego voueo, q̃ poſt mortem vxoris continebo. hoc votū impedit, vt dñt, ſed nõ dirimit matrimonium. Votum ſolenne eſt, quod ſit per verba de pñti, vt, ego voueo continentiam. illud impedit & dirimit, ext. qui cle. vel vou. meminimus. & ca. conſuluit.

1 J. 27. q. 1. c. nuptiarum. §. proinde.

" Votũ ſolennizatur tripliciter.

" Ego credo trib. modis votum ſolẽnizari, vel per ordinẽ, vel per habitum, vel ex eo q̃ coram aliquib. teſtib. deuouit ſe alicui religioni. & dic vt no. 27. q. 1. c. 1. Io. Quod Ioan. dicit de habitu, intelligas ſi recipiendo habitum fecit profeſsionem expreſſam vel tacitam, vt extr. de reg. ſtatuimus. & c. præce. quia ſolus habitus non ſolennizat votum, vt eo. tit. porrectum. Bar.

2 Ibid. ca. ſi quis votum.

3 J. 27. q. 1. c. vouentib. Senten. 4. di. 38.

c S*I vir ſimplex votum.*] id eſt, propoſitũ perpetuæ continentiæ habendæ.

d ¶ *Sed tribus annis.*] " Alibi dicitur, quod iſti ſunt peiores adulteris, vt 27. q. 1. nuptiarum. Quare ergo iſtis tantum triennij pœnitentia indicitur, cum adulteris ſeptennij indicatur. 33. q. 2. hoc ipſum? Item cum iſti in Deum peccent, grauius eſſent puniendi, quam illi qui in hominem peccant, vt 17. q. 4. ſicut qui. 12. q. 1. monet. Sed iſtud eſt propter bonũ matrimonij adiunctum [a], & ſic habes, quòd minuitur pœna delicti propter adiunctum bonum, vt 32. q. 2. quidquid. & q. 4. dixit. & c. origo. & 22. q. 2. ſi quælibet.

" Nubens poſt votum, peior eſt adultero.

4 Iuo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 192.

1. Cor. 7

† *peccant*] Hier.

‡ *al. quæ ſe ſemel.*

1. Tim. 5.

a Ad hoc ta. q̃d no. 1. q. 4. quibuſdam. Io. hic arg. & c.

e V*Ouentibus.*] ¶ *Et am velle.*] ſic ergo videtur, quòd ſola voluntas etiam quo ad eccleſiam punitur, vt 19. diſt. Anaſtaſius. ſi ergo licet nubere per ſe ſit bonum, tamen malum eſt iſtis, ſicut corpus Chriſti malum fuit Iudæ, vt de conſec. diſt. 2. ſicut Iudas. & arbor paradiſi mala fuit Adæ, vt 11. quæſt. 3. quid ergo.

5 Valde variãt hęc nomina in exẽplaribus, & Bur. & Iuo.

6 Burc. l. 8. c. 47. Iuo p. 7. c. 65. & 132. Pan. l. 3. c. 205.

f S*I nupſer t virgo.*] quæ non vouit.

Q*Vod interrogaſti.*] CASVS. Quædam vidua clauſtrum monialium intrauit, & velamen ſuper caput ſuum impoſuit continentiam profitendo, & inter alias monachas ſicut ſanctimo-

trimonio licite [a] *poteſt vti. Nam etſi in ordinatione ſua caſtitatis votum obtulerit: tamen tanta eſt vis in ſacramento coniugij, quòd nec ex violatione voti poteſt diſſolui ipſum coniugium.*

Vnde Auguſtinus [a] *in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, c. 10.*

¶ Nubentes poſt votum non ſunt adinuicem ſeparandi. C. II.

2 [1] QVidam nubentes poſt votum [b] aſſerunt adulteros eſſe. Ego autem dico, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt.

a ¶ Auguſtinus.] *Verba propria huius c. non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum. Sententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc eſt de voto ſimplici, vt Gratian in fi. huius diſt. exponit.*

Item Theodorus in pœnitentiali.

¶ De eodem. C. III.

2 SI vir ſimplex [β] votum [c] virginitatis habens adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem, ſed tribus annis [d] pœniteat.

β ¶ Simplex.] *Abeſt vox iſta ab omnibus manuſcriptis, & infra 27. q. 1. c. ſi quis votum. etiam ab impreſſis. In aliquot tamen peruetuſtis, eſt gloſſa interlinearis.*

Hieronymus [γ] *vero econtra ſcribit.*

¶ Damnabile eſt vouentibus virginitatem, velle nubere. C. IIII.

5 VOuentibus virginitatẽ, non ſolum nubere, ſed etiã velle [e] damnabile eſt.

γ ¶ Hieronymus.] *Gratianus hic, & infra 27. q. 1. c. vouentibus. & Magiſter ſententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non eſt inuentum. In gl. ordinaria 1. Tim. c. 5. ad ea verba*, habentes damnationem, *refertur ex B. Auguſtino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum. 27. q. 1. poſt principium.*

Idem contra Iouinianum lib. 1.

¶ Damnationem habebit, ſi nupſerit, quæ virginitatem vouit. C. V.

4 SI nupſerit virgo [f], non peccat †, non illa virgo, quæ ſemel ‡ Dei cultui dedicauit. Harũ enim ſi qua nupſerit, habebit damnationẽ: qa primã fidẽ irritã fecit.

Item Nicolaus Papa ad Albinum [5] *Viennen. eccleſiæ Archiepiſcopum.*

¶ Quæ ſanctimonialem ſe eſſe finxerat, nubere non valet. C. VI.

6 QVod interrogaſti de femina, quæ poſt obitum mariti ſui ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuit, & finxit [g] ſe ſub eodem velamine ſanctimonialem eſſe: poſtea vero ad nuptias rediit: bonum mihi videtur; quia p hypochriſim eccleſiaſticam regulã conturbare voluit: & non legitime in voto ſuo permanſit, vt pœnitentiam agat de illuſione nefanda, & reuertatur [h] ad id, quod ſpopõdit, & in ſacro miniſterio † permaneat, qđ inchoauit.

PALEA. C. VII.

7 NAm ſi conſenſerimus, q̃ omnia ſacramenta eccleſiaſtica quiſque, prout vult, fingat, & non vere faciat: omnis ordo eccleſiaſticus turbabitur: nec catholicæ fidei iura conſiſtunt, nec canones ſacri rite obſeruantur. Quid enim profuit Simoni mago baptiſmum ſacrum ficte ſuſcipere, & in Chriſtianitate permanſurum ſe finxiſſe, cum per Apoſtolum fraude eius detecta, quod ſibi futurum eſſet, prænuntiatum fuit? Ait enim [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.] Ideo tales, niſi reſipiſcãt, ſpirituali gladio percutere cenſemus. Non enim fas eſt ſpiritui ſancto mentiri, ſicut Ananias, & Saphira mentiti ſunt, & ſtatim perierunt.

¶ *Caput hoc in multis Gratiani codicibus (in quibus habetur ſine nomine Palea) eſt coniunctum ſuperiori, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia autem eſt ſeiunctum.*

Item Calixtus Papa II.

¶ In ſacris ordinibus conſtituti non ducant vxores, & ſi duxerint, ſeparentur. C. VIII.

PResbyteris, diaconis [i], ſubdiaconis, & monachis concubinas habere, ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diiungi [k], & perſonas ad pœnitentiam redigi debere iuxta ſacrorum canonum diffinitiones iudicamus.

¶ *Hic canon inuentus eſt in cod. Vatic. Bibliot. in fragmento cuiuſdam concilij ab Vrbano ſecundo habiti, c. 2. ex eodem vero concilio ſunt canones, Alienationes. 12. q. 2. & Paternarum. 24. q. 3.*

Hic diſtinguendum eſt, quòd vouentium alij ſunt ſimpliciter vouentes, de quibus Auguſtinus, & Theodorus locuti ſunt: alij ſunt, quibus poſt votum, benedictio accedit conſecrationis, vel propoſitum religionis, de quib. Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus ſcripſerunt.

Vnde idem Hieronymus contra eundem Iouinianum lib. 1. ſcribens ait.

g ¶ *Et finxit.*] " Quædam ſimulatio fit ex honeſta cã, quædam ex inhoneſta. Ex honeſta, vt 22. q. 2. vtilem. & 23. q. 2. dominus. Similiter ſi aliquis ſimulat ſe religionẽ intrare propter timorem, talis ſimulatio non nocet, dummodo proteſtatio præcedat [b], vt ext. qđ met. cau. perlatũ. Simulatio aũt ex inhoneſta cã ſemper facit monachum: nec admitteretur, ſi vellet probare contrarium, vt 27. q. 1. vidua. & extr. de reg. vidua. & C. de lat. lib. tol. l. vnica. §. ſed & qui Dñi funus pileati. Et not. q̃ Io. Fauentinus diſtinxit: " eſt fictio intentionis, & fictio operis. Fictio intentionis eſt cum quis ficte ad baptiſmum accedit, & licet ficte accedat *, tñ verum baptiſmum recipit, vt 1. q. 1. ſicut ficti. [c] ſimiliter ſi quis ficte ſit monachus ad hoc, vt poſsit fieri abbas, nihilominus eſt monachus, licet ficta, & non ſincera ſit eius intentio [d]. Fictio operis dr, vbi factũ fingitur eſſe quod nõ ſit, vt ff. de rit. nu. ſimulate. vel cũ ſimulat ſe vendere, & donat, & ſecũdum quod dr C. plus val. quod agit. q̃ quod ſimulate concipitur. Similiter dico, q̃ ſi aliquis eo propoſito copulatur alicui mulieri, q̃ nolit ſtare legitime cum ea, & hoc paratus ſit probare, q̃ nõ eſt audiendus. nam in ſponſalibus recurritus ad cõem intelligentiã verborũ, licet contrahens aliũ intellectum habuerit, vt extra de ſponſ. ex litteris. 1. vbi enim verba non ſunt ambigua, nõ eſt locus interpretationi, vt ff. de leg. 3. ille aut ille. [e]

h ¶ *Reuertatur.*] Hoc intellige, qñ poſt habitum aſſumptum ſtetit inter moniales, vt 27. q. 1. vidua. alias ſolus habitus non dirimeret ſequens matrimoniũ, vt ext. de reg. porrectum. & extr. de conuer. coniu. ex parte. in fi.

i P*Resbyteris, diaconibus.*] vt extr. qui cle. vel vo. c. 1. contra. Sed ibi fuit diſpenſatio comparatiua.

k ¶ *Diiungi*] Non enĩ debet diſſimulatione culpabili nefanda ſententia corroborari. C. de inceſt. nup. l. vlt. in fi.

k ¶ *Diſiungi.*] quo ad carnis copulam: " quia quod non eſt, non poteſt diſſolui, neque accuſari, extra de deſpon. impuber. ad diſſoluendum. ſed dicit lex quòd matrimonium non dicitur diſſolui, quod ab initio nullum fuit, vt in Auth. de nup. §. ſi vero ab initio.

" Simulõ fit cã duplici.

† *al. miniſterio inchoauit*

7 Burch. & Iuo ibid. Pann. l. 3. c. 306.

Act. 8.

b Et hoc iõ quia ſemper præſumitur durare voluntas, niſi pbetur mutata. ff. de prob. cum qui. & ff. de leg. 2. Luci'. in fi. Arc.

" Fictio intẽtionis, & fictio opis.

Act. 5.

* vide B. Th. p. 3. q. 98. ar. 7. & q. 69. artic. 9. & 10.

c Quod leg. & no. ea. q. ſponſus. §. ecce quando in fi.

d Ad hoc 16 q. 7. p laicos Io. de Fan.

e Idẽ not. & Io. & Bern. ext. de reg. vt cleri. vbi no. de mina huius gl.

" Quod nõ eſt, non põt diſſolui.

¶ Inceſtæ ſunt virgines, quæ poſt conſecrationem nubunt. C. IX.

³ VIrgines, quæ poſt conſecrationem nupſerunt, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ ᵃ.

DISTINCTIO XXVIII.

1 ps ECce oſtenſum eſt ᵇ, quòd nolentes vouere continentiam, nec ad ſubdiaconatum, nec ad ſuperiores poſſunt gradus conſcendere. *Vnde ad ſubdiaconatum accedens, non ſine voto caſtitatis iubentur admitti, auctoritate B. Gregorij, qui ſcribens Petro ſubdiacono lib. 1. epiſt. 42. in fi. ait.*

¶ Non fiat ſubdiaconus, qui ſe caſte victurum non promiſerit. C. I.

³ NVllum facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi, niſi qui ſe victurũ caſte promiſerit ᶜ. *& nonnullis interiectis*: Quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cui⁹ caſtitas ante ſuſceptum miniſteriũ fuerit approbata.

Item Innocent. II. in concilio Rom. c. 5.

¶ Subdiaconus, & ſupra conſtituti, incontinentes, vxorem aut concubinam ducentes, eccleſiaſtico beneficio, & officio careant. C. II.

³ DEcernimus, vt ij, qui in ordine ſubdiaconat⁹ †, & ſupra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque eccleſiaſtico bñficio careant ᵈ. Cum enim ipſi templum, vaſa Domini, & ſacrarium ſpiritus ſancti debeãt eſſe, & dici, indignum eſt eos cubilibus, & immunditiis deſeruire.

Item ex concilio Toletano, 4. c. 26.

¶ Caſte ſe victuros promittant in diaconos, vel presbyteros ordinandi. C. III.

2 ⁴ QVando presbyteri, aut diaconi ᵉ per parochias cõſtituuntur: oportet eos primum profeſſionem ᶠ epiſcopo ſuo facere, vt caſte, & pure † viuant ſub Dei timore, vt dum eos talis profeſſio obligauerit, vitæ ſanctæ diſciplinam † retineant.

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epiſt. 40.

¶ Qui longam corporis ſui continentiam non habet, in epiſcopum eligi non debet. C. IIII.

3 ⁵ PRiuſquã ad nos ſcripta veſtra diſcurrerent †, Ioannem diaconum, qui ab altera parte ᵍ electus eſt, paruulã ʰ habere filiam ⁱ ex quorumdam relatione cognouimus. Vnde, ſi rationem voluiſſent attendere: nec alij eum eligere, nec ipſe debuerat conſentire. Nam qua præſumptione ad epiſcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis ſui continentiam filiola ᵅ teſte conuincitur non habere?

ᵅ ¶ Filiola.] *Sic emendatum eſt ex originali, Anſel. & Polycar. cum antea legeretur,* filia. *Superius etiam dixerat*, paruulam filiam. *quibus vocibus recens incontinentia manifeſte exprimitur.*

Item ex concilio Toletano, 2. c. 1.

¶ Ad ſubdiaconatum acceſſuri continentiam profiteantur. C. V.

4 ⁶ DE iis, quos voluntas parentum à primis infantiæ ᵏ annis clericat⁹ officio mancipauit, ſtatuimus obſeruandum, vt mox detonſi, vel miniſterio lectorum ˡ traditi, in domo eccleſiæ ſub epiſcopali præſentia à præpoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauumdecimum ᵐ ætatis ſuæ cõpleuerint annum, coram totius cleri, plebiſque conſpectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante placuerit, & permiſſionem † caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſſitate ſpoponderint ſeruaturos, hi tanquam appetitores arctiſſimæ viæ, leuiſſimo Domini iugo ſub-

---

a VIrgines.] ¶ *Quàm inceſtæ.*] ſacrilegæ etiam ſunt. 27. q. 1. virginibus. quia vaſa Domini, id eſt ſeipſas contaminant ᵃ. infra diſt. prox. decernimus.

ECce.] Hæc diſt. diuiditur in xj. partes, in quarum prima probatur, quòd nullus debet eſſe ſubdiaconus, niſi promiſſa caſtitate, & hoc per c. Greg. & c. Inno. Io. de Fan. Quæ autem fuit cauſa inſtitutionis, habetur 31. diſt. §. cauſa. Secunda ibi, *Quando.* Tertia ibi, *Priuſquam.* Quarta ibi, *De his.* Quinta ibi, *Aſſumo.* Sexta ibi, *Presbyter.* Septima ibi, *Quoniam.* Octaua ibi, *De Syracuſanæ.* Nona ibi, *Si quis docuerit.* Decima ibi, *Presbyterum.* Vndecima ibi, *Conſulendum.* Io. de Fan.

CASVS. Oſtenſum eſt ſupra in illo c. diaconus. & c. presbyteris. quòd diaconi, presbyteri & ſubdiaconi debent continentiam promittere. Adhuc in hac 28. diſt. de eodem tractat, & annectit de his qui ab infantia eccleſiaſticis officiis mãcipantur, & quòd relictæ diaconorum & ſacerdotum non contrahant, & quòd ſacerdotes ꝓprias vxores a ſua cura non abiiciant. Sequentia plana ſunt vſque ad c. *Priuſquam.*

b ¶ *Ecce oſtenſum eſt* ᵇ.] in hac 28. diſt. agit de continentia clericorum in tribus ordinibus, oſtendit etiam qualiter ſint ordinandi qui ab infantia eccleſiaſticis officiis adiunguntur. Item oſtendit, quòd relictæ presbyterorum & diaconorũ non poſſunt aliis nubere, & quòd ſacerdotes a ſua cura non debent abiicere mulieres. vltimo dicit, ꝙ ad laicos non ſpectat iudicare de ſacerdotibus, licet mali ſint.

c NVllum.] ¶ *Promiſerit.*] expreſſe vel tacite. expreſſe, vt 23. diſt. quamquam. & 27. q. 1. vt lex. Tacite, vt infra ea. diaconi. Si quæris, quomodo eccleſia imponat alicui neceſſitatem continendi, cum continentia ſit res voti, non præcepti, vt 32. q. 1. integritas? Dico quòd eccleſia neminem cogit continere, ſed in ordine quem dat, poteſt imponere legem quam vult ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ, vt ff. de pact. in traditionibus.

d DEcernimus.] ¶ *Careant.*] Mitius agit cum eis decretalis, quæ iubet eos amoueri poſt admonitionem, vt extra de cohab. cler. ſicut.

ADDITIO. Vt hoc dictum ceſſet, dic, careant ſi præmoniti non ceſſauerint, ſecundum Laurent. vel dic, quòd decret. loquitur in concubinario clerico, hic autem in eo qui de facto duxit vxorem, qui plus contemnit. Archid.

QVando.] Hæc eſt ſecunda pars, in qua probat quòd prælati eccleſiarum parochialium debent facere profeſſionem epiſcopo, quod honeſte viuent.

e ¶ *Aut diaconi.*] Hoc die etiam acolythis conferuntur eccleſiæ ex diſpenſatione ᶜ, vt extra de æta. & qual. præterea.

f ¶ *Profeſſionem.*] Quid promittere debeat, dixi 24. diſt. quamquam.

PRiuſquam.] Hæc eſt tertia pars in qua probatur, quòd habens filiam paruulam non debet eſſe epiſcopus.

CASVS. Vacante eccleſia Neapolitana, quidã nomine Ioannes fuit ibi in epiſcopum electus a minori parte capituli, aliis contradicentibus: quia filiam habebat paruulam: ſupplicabatur Papæ vt ipſum confirmaret: ſed Gregor. noluit eum confirmare, dicens, quòd nec ipſi debuerunt eum eligere, nec ipſe debuit electioni conſentire, cum filia teſte conuincatur ſui corporis continentiam non habere.

g ¶ *Ab altera parte.*] i. medietate: quia nomine partis medietas deſignatur, vt ff. de ver. ſi. nomen. §. portionis. & ff. de vſufr. l. etiam.

h ¶ *Paruulam.*] paruitas filiæ fuit argumentum, ꝙ non diu fuerat continens. vnde aliud eſſet ſi habuiſſet magnam filiam ᵈ, vt ſic nõ obſtet, vt infra ead. de Syracuſanæ. vnde ibi fuit diſpenſatum. Sed hodie iure communi nullus talis promouendus eſt in epm, vt 61. diſt. Catinenſis.

i ¶ *Filiam.*] No. ꝙ per factũ ipſum probatur aliquid, vt 82. diſt. propoſuiſti. 12. q. 2. quatuor. & 18. diſt. peruenit. Ex hoc c. vl, ᵉ ꝙ iudex ex ſuo officio poſsit aliquid ſupplere de facto, quod ſibi non conſtat tanquam iudici. Et licet non obiiciatur aliquid a partibus contra perſonam electi: ipſe tamen ſuperior poteſt obiicere ᵉ. Sed hoc ideo ſupplet de facto, quia illud ſpectat ad ſubſtantiam electionis; ſicut ſupplet de tali facto, quod ſpectat ad ſubſtantiam iudicij, vt dixi 2. q. 7. alieni. Ioann. Aliàs iudex non ſupplet de facto, niſi qđ cõſtat iudici tanquam iudici, vt C. de temp. app. l. 1. §. vlt. & C. de app. ampliorem. circ. princ. & ff. de teſti. l. 3. §. tu magis ſcire. Sed licet poſsit ſupplere, tamen ei ſoli non creditur, vt extr. de prob. quoniam contra falſam. Sed de iure ſupplet. C. vt quæ deſunt aduo. l. vna. Bart. Brix.

DE iis.] Hæc eſt iiij. pars huius diſt. in qua dicitur, quod in xviij. anno debet perſcrutari cõſcientia iuuenum vtrum velint contrahere, vel caſtitatem tenere.

CASVS. Hoc c. loquitur de illis filiis, qui traduntur a parentib. in eccleſiis ſæcularib. erudiendi. Dicitur enim, quòd illi receptis minoribus ordinibus in pueritia, cum ad xviij. annum peruenerint, interrogari debent, an velint continentiam profiteri, vel non. Et ſi dixerint ſe velle continere, poſt xx. annum, debent ad ſubdiaconatum promoueri: & ſi poſtea caſte vixerint, poſt xxv. annum diaconi fiant: ita tamen ꝙ decetero ad nuptias vel furtiuos concubitus non accedant: quod ſi fecerint, deponantur. Si vero dixerint ſe nolle continere, ducant vxores, ita vt ſi poſtea renuntiauerint pari conſenſu copulæ nuptiali, ad ſacros ordines poterunt promoueri.

k ¶ *Infantiæ.*] id eſt, pueritiæ: quia infantia non durat niſi vſque ad ſeptennium, vt C. de iu. delib. ſi infanti. Sic ergo videtur, ꝙ pueri bene poſſunt habere beneficia eccleſiaſtica. nam & promoueri poſſunt, vt 77. diſt. in ſingulis. Sed contra 1. q. 1. pueri.ᵉ Sed dic, quòd beneficia poſſunt hre, ſed non prælaturas, vt ext. de æta. & quali. indecorum.

l ¶ *Lectorum.*] Nomine lectoris hic comprehendit omnes minores ordines, ſupra 25. diſt. c. 1.

m ¶ *Octauumdecimum.*] In clerico ſæculari requiritur votum in xviij. anno, vt hic, & 77. diſt. in ſingulis ᶠ. ſed in monacho in xx. vt 20. q. 1. illud. quod ideo ſit, ne monachalis habitus propter nuptias deſeratur, niſi vbi dura eſt conuerſatio, vt in inſulis, vbi datur maius ſpatium, vt ext. de reg. quia in inſulis.

ADDITIO. Hæc palea eſt. 20. q. 1. quia.

---

a Sub. & id in ocin eccleſiam delinquere vi. 26. q. 2. ſed & illud. 55. diſ. c. ſed illud. ſi. Arc.

1 Iuo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 193.

a j. diſt. 31. c. ante triennium.

b Hic ſub. ſic. ſ. di. px. c. 1. & pc. eſt oſtenſum, ꝙ diaconi, ſubdiaconi & presbyteri debent continentiã promittere, & adhuc in hac, & c. ſecundũ Bart. Brix.

3 Pann. l. 8. c. 142.

† diaconat⁹] Pannor.

4 Bur. l. 2. c. 157. Anſ. l. 7. ca. 106. Iuo p. 3. c. 130. & p. 6. c. 248. Pan. l. 3. c. 32.

† al. pie

c Hæc diſpẽſatio eſt in corpore iuris cauſa. iõ omnib. epis eſt pmiſſa, ſecũdũ A 2. & Gof.

† al. diſcipl. retineat cod. Regius

d Nam per tẽporis proceſſum quãq; purgatur vitium. 1. q. 1. cito. & not. 2. q. 1. in primis. Arc.

5 Anſ. l. 6. c. 9. al. 16. Pol. l. 2. tit. 2.

† al. concurrerent al. diſcurriſſent.

ᵉ Iudex quãque de facto ſupplet.

e Qđ dic, vt legi. & not. extr. de ele. cum nobis olim. de poſtul. ca. 3. & hic adde qđ dicã j. 2. q. 7 iudicet. Ar.

6 Anſ. l. 7. c. 42.

† al. profeſſionem.

ᵉ Pueri bñficia ſed nõ prælaturas habere poſſunt.

ᶠ Hoc c. nil facit ad hoc quod dicit, requiritur, &c. Arc.

dantur : ac primo ſubdiaconatus miniſterium habita probatione [a] profeſſionis ſuæ à [1] vigeſimo anno ſuſcipiant. Quòd ſi inculpabiliter, ac inoffenſe vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ peregerint, ad diaconatus officium, (ſi ſcienter implere poſſe ab epiſcopo comprobantur) promoueri debent. Cauendũ tamen eſt his, ne quando ſuæ ſponſionis immemores ad terrenas [b] nuptias, aut ad furtiuos † concubitus vltra recurrant. Quòd ſi forte fecerint, vt ſacrilegij rei † ab eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre [c] nõ poſſumus: ita vt cum prouectæ ætatis in coniugio poſiti renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines † adſpirent.

β ¶ Clericatus.] *In omnib. editionibus, & duobus codicibus Vatic. conciliorum legitur.* in clericatus officio, vel monachis [al. monachi] poſuit. *Sed in codice [illegible] eodem modo atque apud Gratianum.*

γ ¶ Miniſterio lectorum.]] *In omnibus codicibus conciliorum, ante editis (etiam Lucinſi) legitur.* miniſterio lectorum. *Verum in epiſt. 1. Syricij ad Himerium c. 9. & Innocentij 24. cap. 5. (ubi de eadem fere re agitur) eſt,* lectorum miniſterio, ſeu officio.

Item ex concilio Arelat. 2. c. 2.

¶ In coniugio conſtitutus ad ſacerdotium aſſumi non debet. C. VI.

5 [4] ASſumi aliquem ad ſacerdotium in coniugij vinculo conſtitutum non oportet, niſi fuerit promiſſa conuerſio.

Item ex eodem tertio.

¶ Non ordinentur diaconi, qui caſtitatem non profitentur. C. VII.

PRæterea placuit, vt deinceps non ordinentur diaconi, niſi qui prius conuerſionis propoſito profeſſi fuerint caſtitatem.

¶ *In Arelatenſibus quæ extant, his ipſis penitus verbis canon non invenitur. Sed ſententia habetur in [illegible] in fi.*

Verum illa priori auctoritate diaconis videtur permitti coniugium, cum ad ſacerdotium tantum coniugati prohibeantur aſſumi.

Porro ſequenti auctoritate videtur permitti ſubdiaconis, cum de diaconis ſpecialiter præcipitur, vt ſine probatione caſtitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyrana ſynodo videtur eſſe permiſſum, in qua, cap. 10. (al. 9.) ſic ſtatutum eſt.

¶ Diaconi non prohibeantur miniſterio, ſi in ordinatione dicunt ſe continere non poſſe. C. VIII.

3 DIaconi [d] quicumque, cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati [e] ſunt dicentes, velle ſe habere vxores, nec poſſe ſe continere: hi ſi poſtea [f] ad nuptias venerint, maneant in miniſterio [g], propterea quòd his epiſcopus licẽtiam dederit. Quicumque ſane tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiã, ſi poſtea ad nuptias venerint, à miniſterio ceſſare debebunt.

Item ex concilio Neocæſarienſi, c. 1.

¶ Presbyter ducens vxorem ab ordine deponatur. C. IX.

6 [4] PResbyter ſi vxorem duxerit, ab ordine [h] ſuo illum deponi debere: Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra eccleſiam abiici, & ad pœnitentiam [i] inter laicos α redigi oportet.

α ¶ Inter laicos.] *Græce legitur,* [illegible] *ut Dionyſius exiguus vertit:* amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. *ubi nulla mentio fit pœnitentiæ inter laicos agendæ: de qua re copioſius citatur infra 30. [illegible]*

Item Gregorius lib. 11. epiſt. 59.

¶ De eo, qui relictam cuiuſdam diaconi duxit vxorem. C. X.

7 [5] QVia ſunt [k] culpæ, in quibus culpa eſt, relaxare vindictam, quærenda ſemper eſt veritas, vt inquiri debeat, vtrum accuſatum noxa condemnet, an à pœna innocentia pateſacta ſubducat. [6] Itaque peruenit ad nos Fauſtinũ defenſorem vltionem exercere in Petrum latorẽ præſentium voluiſſe, pro eo, quòd (quantum dicitur) relictam cuiuſdam diaconi, tempore, quo conductor [l] fuit, marito tradiderit: Sed quoniam iſte coniugem diaconi aſſerit non

a ¶ *Probationis.*] Debet enim longa præcedere continentia, vt ſupra eo. prox. c. & 77. diſt. quicumque.

b ¶ *Ad terrenas.*] quia terram replent, virginitas vero paradiſum. 33. q. 1. nuptiæ.

c ¶ *Auferre.*] quod ergo de iure communi competit, negandum non eſt. in Auth. de nupt. circa fi. §. ſed hoc quia. ff. de re iu. l. 4. §. ſi quis condemnatus.

ASſumi.] Hæc eſt v. pars diſtin. in qua probatur, quòd nullus debet eſſe ſacerdos, diaconus vel ſubdiaconus, niſi promiſſa caſtitate. Io. de Fan.

CASVS. Ab hoc loco vſque ad §. ecce. omnia ca. inducuntur ad probãdum, quòd ſubdiaconi non tenentur cõtinere contra priora c. Et idem probat de ſacerdote & diacono. Inducunt duo prima à contrario ſenſu, & inducuntur omnia ſophiſtice: vel verum eſt quod dicit, ſi de illorum tempore intelligatur quo continentia cœpit introduci. Omnia quæ ſequuntur vſque ad c. diaconi. plana ſunt.

DIaconi] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Ancyrana, quòd ſi aliqui in diacones ordinentur, & dicant ſe nolle vel non poſſe continere, & epiſcopus nihilominus ordinat eos, ſi poſtea contraxerint, ab vxore ſeparabuntur, ſed in miniſterio remanebunt: quia videtur, quòd epiſcopus eis licentiã dederit: ſi vero in ordinatione ſua tacuerint, videntur continentiam profiteri: & ideo ſi poſtea contraxerint, officio & beneficio priuabuntur.

d ¶ *Diaconi.*] Ad intelligentiam horum capitul. notabis, quòd in orientali eccleſia & in occidentali licite contrahitur in minoribus ordinibus, vt 32. diſt. ſi quis eorum. & c. lectores. & c. placuit. ſed conſtituti in ſuperiori ordine nec apud nos nec apud Græcos poſſunt cõtrahere, nec poterãt tempore Apoſtolorum, & ſi contrahant, non eſt matrimonium: & hoc patet ex ſexta ſynodo, quæ in oriente fuit celebrata: & regulam ſtatuit eis, vt 32. diſtin. ſi quis eorum, 31. diſt. Nicæna. & 84. diſt. cum in præterito. [aa] In hoc autem eſt differentia inter eos, & nos. ipſi enim ſiue ſint cõiugati ſiue non, promouentur ad ſacros ordines nec promiſſa continentia, vt 31. diſt. quoniam. ſed occidentales nunquam promouentur niſi continentia promiſſa, vt ſupra c. nullũ. & c. aſſu. i. A tempore autem Syricij & Innoc. non licuit occidentalibus ad diaconatum, vel ſupra promoueri, niſi promiſſa continentia, vt 82. diſt. propoſuiſti. & c. plurimo. Sed ſubdiaconis vſque ad tempus Greg. licuit, vt 31. diſt ante triennium. Orientales ergo licite vtuntur matrimonio contracto ante ſacros ordines: poſtea in ſacris ordinib. contrahere non licet, vt 31. diſt. quoniam. & c. aliter. & ext. de cle. coniu. cum olim. ſed poſt receptum ſacrum ordinem non poſſunt contrahere, vt ibi dicitur.

e ¶ *Proteſtati.*] 5. diſt. prox. diaconus. & ext. de in integ. reſt. c. 1. in fi.

f ¶ *Poſtea.*] Sic ext. de cle. coniug. diuerſis. & ext. de conceſ. præb. & ec. l. non va. cum ſuper in fi. de fil. presbyt. veniens.

g ¶ *In miniſterio.*] quia videretur venire contra promiſſionem propriam, vt extra de cond. app. per tuas.

PResbyter.] Hæc eſt vj. pars, in qua ponitur pœna ſacerdotibus fornicantis. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi presbyter duxerit vxorẽ, debet deponi. Si vero adulterium vel fornicationem commiſerit, debet extra eccleſiã abiici, & ad pœnitẽtiam inter laicos redigi.

h ¶ *Ab ordine.*] i. ab officio, & non beneficio: [bb] & ſecundũ hoc magis punitur ſacerdos qui fornicatur, quàm qui legitime cõtrahit: & hoc ideo, quia facit contra ſacrum ordinem, & etiam contra legem: & ideo minus peccat ducendo vxorem: quia credit hoc ſibi licere: ſicut illa minus punitur, quæ publice delinquit, quàm quæ priuate delinqueret: quia credit hoc ſibi licere, vt ff. de ritu nup. l. vlt.

i ¶ *Ad pœnitentiam.*] 50. diſt. confirmandum. contra. [cc] Sed illud intelligitur de ſolenni pœnitentia, quam clericus facere non debet [a]: iſtud de publica, vt 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. & 50. diſt. ſi quis presbyter. ſed ſi depoſitus fuerit, bene poteſt ſolenniter pœnitere, vt de pœ. diſt. 6. ſacerdos. Adhuc ſignatur contra. 80. diſ. presbyter. vbi dicitur, quòd ſacerdos nõ debet publicè pœnitere inter laicos. Sed illud verum eſt quando crimen eſt occultum. ſed hic loquitur quando crimen eſt publicum apud laicos. 2. q. 1. ſi peccauerit.

ADDITIO. Et publica delicta publico remedio egent. de pœ. diſt. 1. quãuis. & §. hoc ergo. & videas quod legitur & not. 30. q. 1. c. vlt. & 81. diſt. ſi quis epiſcopus. Archid.

QVia ſunt culpæ.] Hæc eſt vij. pars diſtinct. in qua probatur, quòd vxor ſubdiaconi, diaconi vel presbyteri poſt mortem mariti contrahere non poteſt: & probatur per tres auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Cleric9 quidam in conſortio ſuo quandam habuit mulierem: poſtea factus eſt diaconus: eo mortuo Petrus qui erat bonorum eius procurator, vel qui antea fuerat procurator patrimonij beati Petri, tradidit eam nuptui: propter quod Fauſtinus, qui tunc erat procurator & defenſor patrimonij beati petri, volebat ipſum Petrum punire. Vnde ille Petrus de hoc conqueſtus eſt domino Papæ: & tribus rationibus ſe excuſauit, quibus probat, quòd illa mulier non fuit vxor diaconi. Primo quia corrupta venit ad illum diaconum, cum adhuc clericus erat. Secundo, quia cum ille recepit ordinem ſacrum, illa non mutauit veſtem, nec continentiam promiſit. Tertio, quia antequam ille perueniret ad diaconatum, & poſtea mulier illa vixit incontinenter. Quare Gregor. præcepit cuidam, vt inquirat vtrum illa fuerit vxor diaconi, & tradat eum puniendum Fauſtino defenſori: ſi non fuerit, nullo modo puniatur.

k ¶ *Quia ſunt.*] quòd hæc allegatio valeat, probatur 34. diſt. quis viduam.

l ¶ *Conductor.*] id eſt, defenſor.

1 Ad [a]: quòd hæc dictio, a, hic ponitur excluſiue, tex. eſt ſi. in l. ratio. §. fi. ff. de act. emp.

† al. abortiuos

† rei damnentur, & ab] Orig. manuſcrip. reg.

† al. gradus

2 Paulo aliter in Orig.

[aa] Orientales ab occidẽtalib. differũt.

[bb] Presbyter fornicans pl9 punitur, quàm legitime contrahens.

3 Pãl. l. 3. c. 87 Pol. l. 4. ti. 31

[cc] Clericus ſolenniter pœnitere non poteſt.

a Hoc etiam no. ext. de pecu. c. 1. & c. quæſitum. 101 videas. Arc.

4 Burc. l. 2. c. 108. Iuo p. 6. c. 185. Pann. l. 3. c. 91.

5 Iuo p. 6. c. 116.

6 Iuo p. 6. c. 84.

fuiſſe, dicens [a], nec eam virginem † [b] ad eũ veniſſe; denique † nec religioſam [c] mutaſſe veſtem, poſtquam ille in ordine ſacro promotus eſt: adiiciens etiam, priuſquam ad diaconum perueniret, & poſtea, praua illam opinione vixiſſe: Ideo † fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei, ſicut decet, timore cauſam hanc ſubtili omnino inueſtigatiõe perquirat, vt ſi in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuiſſe [d] conſtiterit, & ſupraſcriptus lator memorato defenſori, & rectori patrimonij, ad vindictam modis omnibus tradatur [a], & cum competenti emendatione ij, qui male ſociati ſunt, diſiungantur. Si vero in eius coniugio non fuit, memoratum Fantinum ex noſtro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præſumat, nec falſa † illum accuſatio apud eum in aliquo prægrauet.

Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 15.

¶ De vxore presbyteri, vel diaconi, ſi aliis ſe coniunxerit. C. XI.

SI ſe cuiquam mulier duplici [e] coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut † ſeparentur [f]: aut certe, ſi in criminis † intentione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur.

Item ex concilio Martini Papæ. [2]

¶ De eodem. C. XII.

SI qua vidua epiſcopi, vel preſbyteri, aut diaconi [g] maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa perſona † cũ ea conuiuium ſumat; nunquam communicet: morienti tamen † ei ſacramenta ſubueniant.

Item à Pelagius Cethego patricio.

¶ Cuiuſdam epiſcopo ordinatio differtur, quia vxorem habet, & filios. C. XIII.

8 [3] DE Syracuſanæ vrbis antiſtite optaueramus in ipſo initio, gloriæ veſtrę deſideriis obedire, niſi nos multiplex ratio, ipſius non paucis temporibus ordinationem differre ſacerdotij coegiſſet, ob hoc, quòd vel perſonæ qualitas (ſicut & vos melius noſtis) vel ſuperſtes vxor, aut filij (per quos eccleſiaſtica ſolet [h] periclitari ſubſtantia) noſtros animos diutius ab eius ordinatione ſuſpenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno diſtulimus, opinantes, quòd in melius Syracuſanorum prouenire poſſet electio. Sed quia in voluntatis ſuæ propoſito irreuocabiliter perſtiterunt [i], & nullus eſt alius in eadem repertus eccleſia, niſi longioribus adhuc temporum differretur ſpatiis: ne paulo amplius inſanirent (ſicut filij noſtri magnifici viri prætoris teſtificatione didicimus) inter huiuſmodi ambiguitates illud conſultius iudicauimus faciendum [4], vt congrua prouidentia cauſam, propter quam principalis [k] conſtitutio habentem filios, & vxorem ad epiſcopatus ordinem promoueri prohibet, ſalua diſpoſitione concilij † muniremus. Qua de re ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ vrbis epiſcopo, priuſquam à nobis contingeret ordinari, huiuſmodi exegimus cautionem, per quam & ſuam fateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habita rerum deſcriptione, ſubſtantiam; & nihil vnquam per ſe, aut per filios, & vxorem, ſiue quamlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam forte perſonam de rebus vſurparet eccleſiæ, & vniuerſa ſui epiſcopatus quæſita [l] tempore, eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret; nihil vltra id, quod modo deſcriptum eſt, filiis ſuis, vel heredibus relicturus.

a ¶ *Dicens.*] & ita non potuit vxor eius cenſeri: quia maritus corruptæ non poteſt promoueri.
b ¶ *Nec eam virginem.*] Hic per duo extrema colligitur medium: ex eo enim quòd ab initio non erat virgo, & poſtea ille promotus fuit in diaconum, colligitur eam non fuiſſe vxorem. arg. ff. de hære. inſtit. ſed & ſi. §. ſolemus. & 53 diſt. c. legem. [aa] quandoque medium trahit extrema. ff. de ſer. ruſt. præd. qui ſella. §. vlt. & l. tria prædia. quandoque principium trahitur ad finem. infra 35. diſt. ab exordio. ff. de leg. 3. ſi quis in prin. quandoque finis trahit ad ſe principium, vt 13. q. 2. c. vltima voluntas. ff. de adimen. leg. l. 3. & l. 4.
c ¶ *Nec religioſam.*] id eſt, religioſum habitũ, quem ſolẽt ſumere viduæ, vel aliæ deuotæ, licet non conuertantur ad aliquam eccleſiam. [bb] Nec enim credo, quòd vxor illius qui promouetur ad ſacrum ordinem, teneatur intrare religionẽ. ſed ſufficit, ꝙ voueat perpetuam continentiam, vt 77. diſt. epiſcopus. Nec ob. extra de conuerſ. coniug. ſane. quia illud ſpeciale eſt in vxore epiſcopi. Sed adhuc obſt. extra de cler. coniu. quod à te. Sed illud intellige cũ ordinatus vult tranſire ad religionem. Sed nec hic Papa aliquid dicit de veſte: ſed Petrus illud allegauit.
d ¶ *Fuiſſe.*] ſupple, & eum ordinatum ipſa ſciente [a]. nam ſi ea inuita ordinaretur vel ignorante, non fieret ei præiudicium. ſed ſi ſciuit & tacuit, ſit ei præiudicium, vt poſt mortem illius non poſſit nubere, vt 32. diſt. ſeriatim. Vnde non requiritur quòd mulier voueat: ſed ſufficit, ſi ſcit virum ſuum ordinari.
SI ſe cuiquam.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi relicta presbyteri vel diaconi nupſerit ſecundo, ſeparari debet: & ſi caſtigati, id eſt, moniti noluerint ſeparari, excommunicentur. Si eſt in littera, *caſtitate*, id eſt, propter caſtitatem ſeruandam.
¶ Caſus ſequentia ca. de eadem materia loquitur, & per ſe patet.
e ¶ *Duplici.*] quantum ad primum.
f ¶ *Separentur.*] Dubitatur de vxoribus ordinandorum, qualiter vouere debeant, & dare licentiam. [cc] videtur quòd ſolo verbo, vt ſupra ea. diſt. de his. in fi. & c. quia ſunt culpæ. & 32. diſt. ſeriatim. ſed contra ext. de conuer. coniu. ſane. & 34. diſt. fraternitatis. vbi dicitur quòd vxor promouẽdi intrabit monaſterium [b]. Item alia ratione: quia cœtus clericorum præminet cœtui monachorum: quia vix bonus monachus facit bonum clericum. 16. q. 1. legi. & facit ad hoc ext. de conuer. coniu. coniugatus. ſed nullus ſuſcipitur in monachum niſi conuertatur vxor. 27. q. 2. Agathoſa. Dic non eſſe neceſſe, quòd conuertatur, ſed quòd voueat caſtitatem tantum, niſi de ea habeatur ſuſpicio. ext. de conuer. coniu. cum ſis præditus. Et ſpeciale eſt in illa decr. ſane. in vxore epi. Sed obiicitur, hæc mulier non vouit ſolenniter: ergo ſi contraxerit, tenet matrimonium. quod hic negatur. Sol. ſecundum quoſdam, votum iſtud eſt ſolenne ex propria profeſſione †, vt ext. qui cle. vel vo. conſuluit. alias non vi. ꝙ ſola ſcientia mulieris ſolennizet votum, niſi ipſa expreſſe vouerit. Io. Sed vi. ꝙ ſola conſtitutio eccleſiæ hoc matrimonium dirimat, non ſcientia vel votum: quod ex eo patet, quòd Græcus non promittit continentiam dum recipit ſacros ordines, vt 31. diſt. quoniam. tamen ſi contraxerit poſt ſacros ordines, non tenet matrimonium. hoc ergo non facit votum, ſed ſola conſtitutio eccleſiæ.
g SI quis.] ¶ *Aut diaconi.*] ideo non facit mentionem de ſubdiaconis: quia tpe Gregorij promouebatur quis in ſubdiaconatum non promiſſa continentia: nec fiebat vxorib. aliquod præiudicium, vt 27. q. 2. multorum.
DE Syracuſanæ.] Hęc eſt viij. pars diſt. in qua probat, quòd nullus debet fieri eps hñs filios & vxorem, niſi ex neceſſitate, & remota cauſa impedimenti, ſcilicet ꝙ per tales res eccleſiæ non lædantur. Io. de Fant.
CASVS. Dum eccleſia Syracuſana paſtore vacaret, quidam minus idoneus ibidẽ eſt electus, hñs filios & vxorem pro quo Cethegus patricius ſupplicauit Papæ Pelagio, vt eius electionem confirmaret. ſed quia perſona illius electi erat minus idonea, Pelagius non exaudiuit Cethegum, immo diſtulit eũ confirmare fere per annũ, vt Syracuſana electio in melius proueniret. Sed quia irreuocabiliter in ſuo propoſito perſtiterunt, & in illa eccleſia non erat alius idoneus: ne amplius inſanirẽt (ſicut prætor magnificus Papę ſignificauit) idõ Papa eius electionẽ confirmauit: prius tñ ab eo cautione recepta, in qua cõtinebatur, quãta eſſet ſuarũ rerum ſubſtãtia: & ꝙ nihil de reb. eccleſiæ vſurpabit: & ꝙ quæſita tẽpore epatus eccleſiæ reſeruabit.
h ¶ *Solet.*] Not. caueri debere ex eo, ꝙ ſolet aliquid fieri, vt 98. di. Afros. & 63. diſ. noſſe.
i ¶ *Perſtiterunt.*] [dd] No. arg. ꝙ ambulatoria eſt volũtas eligentiũ vſq; ad confirmõnem, vt 61. di. ſtudij. & 63. di. q̃to. & ext. de ele. cũ terra. & ꝙ nullũ ius acquiritur electo añ cõfirmatione [c], vt ext. de acc. ſuper his. & 27. q. 2. non eſt dubium. & ext. de elect. cum in cunctis [d]. & c. noſti. Arg. contra extr. de elect. cum inter. in fi. & per illam decret. dico quod non poteſt variari. Ioan. Sed hodie publicato ſcrutinio variare nequeunt electores, vt ext. de elect. publicato. poſtulatio aũt variatur ſi poſtulãtes diffidunt de iure ſuo, niſi ſit iam præſentata ſuperiori, vt ext. de poſtu. præl. bonæ. 2.
k ¶ *Principalis.*] i. principum, vt in auth. de ſan. epiſ. circa prin. [ee] Hic prohibetur in epm eligi habens vxorem & filios, & 61. diſt. Catinenſis. idem eſt ſi habet nepotes, vt in auth. qũo opor. epiſc. §. 1. colla. 1. Sed hoc pt intelligi, qñ filij mali ſunt vel nepotes. nam propter tales ab aliis legitimis actibus patres remouẽtur, vt 6. q. 1. qui crimen. vel quando ita tenere diligit eos, ꝙ præſumitur ratione ipſorum, ꝙ dilapidẽtur bona eccleſiæ, vt hic dř. idem eſt ſi habet patrem, vel ſi habet fratres de quibus eſt timor: alias non repellitur quis propter vxorem vel filios cum hoc permittat Apoſtolus. Et eſt arg. ad hoc 12. q. 2. epiſcopus, qui filios [e]. & ext. de teſta. c. 1. dum tamen longa continentia præceſſerit, vt ſupra eod. prius quam. & 77. diſt. quicumque.
l ¶ *Quæſita.*] de rebus eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ, vt 12. q. 1. manifeſta. & c. ſeq. & q. 5. c. pen.

[aa] Principiũ, mediũ, & finis, an vnũ trahat aliud
† *virginem illam*] Orig.
† *ut nec religioſam veſtẽ mutare præſumeret*] in Orig. & apud Iuo. †
[bb] Cõiugat' promoueri pt ij vxor religionem nõ ingrediatur
1 Ad hoc facit tex. in l. obſeruandũ. in fin. ff. de of. præſi.
† Eſt etiam apud Iuo ſi aũt in orig.
a Sub. & cõtinẽtiã pfitẽte, vt ext. de conuerſ. coniu. coniugat'. Arc.
† *al. caſtigati. al. caſtitate ſeruata ſeparentur*
† *al. criminũ*
2 Apud Martinũ Braca. c. 29. & cõc. Tol. 1. c. 18.
† *abeſt à concilio*
† *al. tantum*
3 Anſ. l. 6. c. 42. al. 46. Polycar. l. 2. tit. 1.
[cc] Vxores ordinãdorum quid vouere debeant.
b Dñt qdã, ꝙ monaſteriũ ſibi aſsignabitur p epm, & ipſi' auctoritate fiet ſeparõ, ſiue dabitur lcĩa. ꝗ. 27. q. 2. ſi vir. ibi videas. Arc.
† *confeſſione*
4 Nouella. 6. & 123. in pr.
† *al. concilij*] Gratian.
[dd] Eligentes an variare poſsint.
c Hoc eſt falſum: ſed dic vt no. 63. di. quãto. Arc.
d Ver. cũ aucté. ſed multum à lõge ibi ſumitur hoc arg. vñ dic ꝙ nil aut parũ facit ſi bene videatur. Arch.
[ee] Eligi ñ dꝫ in epm hñs vxorem & filios.
e Et c. ſacrorum. 12. q. 1. ſiue manifeſtæ.

ECCE HAC. Iſte §. diuiditur i duas partes. In prima parte cõcludit Gratian. ex ſupradictis ab illo c. aſſumi. vſque huc, quod ſiue ſit ſubdiaconus, ſiue diaconus, ſiue presbyter, licite põt vti matrimonio contracto. Et ad hoc allegat breuiter ſupradicta recapitulãdo. In ij. parte, quæ inc. ibi, *ſed quod de electione.* ſoluit prædictas obiectiones, quia quod dr̃ in illo c. de Syracuſanæ. nõ ob. quia in minorib. ordinib. conſtitutus, vel in laicali habitu potuit electus ille hic vxorẽ & filios: & poſtea de conſenſu vxoris continentiam profeſſus bene potuit promoueri. illud autẽ c: quia ſunt culpæ intelligitur de diacono, cuius eccleſia nondũ ſuſceperat votũ cõtinentiæ: vel de eo diacono qui ſuſcepit eã in minorib. ordinibus; ſicut dictũ eſt de epo Syracuſano. Alia autẽ c. ex tpe vel loco intelliguntur. Ex tpe: quia nondũ erat indicta cõtinentia miniſtris altaris. Ex loco: quia oriẽtalis eccleſia nondum ſuſceperat votum cõtinentiæ. hoc tñ ſeruat: quia ſi moritur vxor, quæ ducta eſt in minoribus ordinibus, cum qua eſt aliquis factus ſacerdos, ſi poſtea contrahit, deponetur.

a ¶ *Niſi neceſſitate cogente.*] Hodie iure cõi eligitur, vt ext. de ętat. & quali. a multis.

b ¶ *Gregorij.*] ſupra ead. quia ſunt.

c ¶ *Suſceperat.*] Hæc ſol. non valet [a], quia a tpe Apoſtolorum non licuit in ordine illo cõtrahere: nec in ſubdiaconatu, vt 84. diſt. cum in præterito.

d ¶ *Neocæſarienſis.*] ſupra eo. c. presbyter ſi.

e ¶ *Ancyranæ.*] ſupra eod. diaconi.

f ¶ *Ex tempore.*] Illud ſtare non põt, quod dr̃ in ti. illius ca. diaconi profeſsi continentiam. ADDITIO. Alij vero ſentiunt cũ Gratian. & ſecundũ hoc quòd dicit, ibi profeſsi, & c. dic, de cetero: quia prius licuit ei contrahere. Archid.

g ¶ *Ex loco.*] G. ita credebat, quod in orientali eccleſia diaconi poſſent contrahere: ſed hoc non eſt verum.

¶ ITEM OPPONITVR. Adhuc opponitur per ſeq. cap. quorum prima duo ſunt plana. & poſtea in diſt. 30. ponit ſolutionem.

SI quis.] Hæc eſt 9. pars diſtin. in qua dicit presbyterum re-

ǂ Infero ex hoc text. quod aliqua pp ſcãdalũ cuitãdum permittũtur, quæ non tenẽt alias: [a] quo 31. diſt. aliquantos. in addi. gl. ſi.

† al. legitimè

† al. miniſtrauerat.

a Ad idem Hug. & Lau. quorum fuit iſta gl. Arc.

¶ Item Pelagius.] *Anſelmus, & auctor Polycarpi ex eadem epiſtola referunt hæc, quæ caput iſtud antecedunt:* Quod de ordinando eccleſiæ Catinenſis epiſcopo, ſalubris electione iudicij fieri deſiderantis, agnouimus: confeſtim ſequenti die eum iuxta morem diſcutientes, tertio, quo venit, die epiſcopum conſecrauimus: ſimili quidem modo & de Syracuſanæ, *& quæ ſequuntur. In Polycarpo tamen inſcriptio eſt.* Gelaſius Papa Ceto. *Ivo autem in epiſtola ad Hugonem archiepiſcopum Lugdunenſem quæ incipit. Cauſam Beluacenſis, &c. ita ſcribit.* Si enim Papa Gelaſius quondam Syracuſanæ vrbis electum, vxorem habentem, & filios interueniente Cetego patricio, &c.

Ecce hac auctoritate electus in epiſcopatum non ß prohibetur habere uxorem. & filios [a]. *Eligi autem ad epiſcopatum non debet, niſi aut ſacerdos, aut diaconus: ſubdiaconus uero non, niſi neceſſitate cogente* [a]: *ſiue ergo presbyter, ſiue diaconus, ſiue ſubdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus conſtituti licitè† matrimonio uti poſſunt.* ¶ *Quia ergo auctoritate Gregorij, qui reſtituit diaconi, marito tradidit, puniendus eſt. item in Neocæſarienſi concilio presbyter ducens uxorem, non diaconus, iubetur deponi. item in Ancyrana ſynodo. diaconi, qui in ordinatione ſua dicunt ſe velle habere vxores, ſi poſtea venerint ad nuptias, non prohibentur à miniſterio: patet, quòd nec diaconi, nec ſubdiaconi ſunt prohibendi à coniugio. Sed quod de electione obiicitur, verum quidem eſt in epiſcopatum non eligendum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutum: ſed ipſum vxorem habere, & filios, non repugnat præmiſſis auctoritatibus de continentia clericorum.* ¶ *In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus conſtitutus potuit habere vxorem, & filios: & ſi poſtea ex conſenſu vxoris continentiam profeſſus ſubdiaconatum vel diaconatum, vel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen vxori, & filiis ipſum neceſſaria ſubminiſtrare oportebat.* ¶ *Illud autem Gregorij* [b], *duobus modis ſoluitur: vel quia eccleſia illa, cui diaconus ille miniſtrauerat †, nondum continentiæ votum ſuſceperat* [c] *in diaconis, & reliquis miniſtris: vel quia (ſicut de electo in epiſcopum antea ſcriptum eſt) ante ſui diaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat.* ¶ *Illud autem Neocæſarienſis* [d] *& Ancyranæ* [e] *ſynodi: vel ex tempore* [f], *vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco* [g], *quia vtraque ſynodus orientalis eſt, & orientalis eccleſia non ſuſcipit generale votum caſtitatis: hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, vt poſt adeptum ſacerdotium, defuncta priore vxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur.*

ß ¶ Non prohibetur.] *A pleriſque uetuſtis exemplaribus abeſt dictio,* non: *Recta tamen eſt, quoniam hic Gratianus in alteram partem diſputando, ex canonibus prius citatis, præ ſe fert hoc probare, ſubdiaconis, diaconis atque etiam presbyteris non fuiſſe prohibitum vſum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum ſit, ipſe poſtea declarat a verſic.* Sed quod. *vſque ad verſ.* Illud autem. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium diſt. 31.*

Item opponitur illud, quod legitur in canone Apoſtolorum, c. 6. al. 5.

¶ Presbyter cauſa religionis non contemnat propriam vxorem. C. XIIII.

9 [a] SI quis docuerit ſacerdotem ſub obtentu religionis propriam vxorem cõtemnere [h], anathema ſit.

Gratianus refert ſenſum canonis, ceteri collectores ipſa etiam fere uerba.

Item ex concilio Gangrenſi, c. 4.

¶ Anathema ſit, qui presbyterum coniugatum diſcernit a communione, nuptiarum occaſione. C. XV.

[3] SI quis diſcernit [i] presbyterum coniugatum tanquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit.

¶ *Græce eſt,* Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *id eſt:* Si quis ſecernat ſe a presbytero, qui vxorem duxit, tanquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema ſit. *quæ uerſio non multum diſcrepat à uerſione Dionyſij exigui.*

Item ex ſexta ſynodo in Trullo, c. 26.

¶ Ab officio abſtineat presbyter non legalibus nuptiis detentus. C. XVI.

10 [4] PResbyterum per ignorantiam non legalibus [k] nuptiis detẽtum cathedram quidem habere [l], ſed γ ab officio abſtinere præcipimus: ſufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: Quia benedicere aliis eum, qui vulnera ſua debet curare, conſequens non eſt. Benedictio enim, ſanctificationis traditio eſt. Qui vero hanc nõ habet propter delictum † [m] ignorantiæ [n], quomodo aliis tradet? Non igitur publice, neque priuate benedicat; nec corpus Domini diſpenſet aliis; nec alio modo miniſtret: ſed ſufficiat ei, quòd præſidet: & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ ſuæ. Manifeſtum eſt autem, quòd huiuſmodi non legitimæ nuptiæ ſoluentur, & nullatenus vir acceſſum habebit ad eã, propter quam ſacro miniſterio priuatus eſt [o].

γ ¶ Ab officio.] *Græce eſt,* τῶν δὲ λοιπῶν ἱερουργιῶν, *id eſt,* a ceteris officiis.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum cap. 70.

¶ De presbyteris non eſt laicis iudicandum. C. XVII.

11 [5] COnſulendum decernitis, vtrum presbyterum α habentem vxorem debeatis ſuſtentare, & honorare: an à vobis proiicere. Ad quod reſpondemus, quoniam licet ipſi valde ſint repre-

ligionis cauſa non debere contemnere propriam vxorem.

h ¶ *Contemnere.*] quantum ad exhibitionem neceſſariorum, vt 41. diſt. omnino. & §. poteſt.

i SI quis diſcernit.] & infra, &c.

PResbyterum.] Hæc eſt decima pars huius diſtinctionis, in qua dicit presbyterum non legalib. nuptiis detentum ab officio abſtinere debere.

CASVS. Quidã presbyter orientalis mortua ſua vxore duxit ſecundam, cum putaret ſibi licere. quæſitum eſt in ſexta ſynodo, quid de eo fieri deat. Et reſp. quod debet priuari omni ſacro miniſterio: ita quod neque publice, neque priuatim bñdicat quia benedictionẽ non hẽt propter delictũ ſuum: ſed imploret veniam à Domino de ſuo delicto: honorẽ tamen ſuæ cathedræ per diſpenſationem tenebit.

k ¶ *Non legalibus.*] põt intelligi de eo qui cõtraxit ſecundas nuptias per ignorantiam iuris [b].

l ¶ *Habere.*] ſ. dignitatem: beneficium enim retinebit, & locum in choro, & cantabit cũ aliis, & intererit electionibus: ſed hoc ſolum deeſt ei, quod nõ dẽt miniſtrare vt ſacerdos, vt 16. q. vlt. qui admiſerit. & c. ſi quis presbyter. Et no. quod de vtroque iure eſſet priuandus, vt 84. diſt. quiſquis. ſed hoc bñficium conceditur [c] ſublato officio, vt 50. diſt. presbyteros. & ca. ſtudeat. & ext. de cle. pug. Henricus. & extra de cler. ægr. tua.

m ¶ *Propter delictum.*] id eſt, quòd factum commiſerit per ignorantiam.

n ¶ *Ignorantiæ.*] Arg. quod licet aliquis ignoret ſe debere continere qui ordinatur: [α] eſt ex eo quod recipit ordinem, tenetur continere. 27. diſt. quanquam.

o ¶ *Priuatus eſt.*] [β] Vt hic quod ſi ſacerdos eſt excõicatus vel ſuſpenſus, quod nõ debet priuatim dicere horas ſuas: quod non eſt verũ: imo ad hoc tenetur, dum tamen non faciat hoc officiando ſuam eccleſiam, vt colligitur. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

COnſulendum.] Hæc eſt 11. pars diſt. in qua dicit presbyteros non à laicis eſſe iudicandos, licet aliquando ſint reprehenſibiles.

CASVS. [α] Bulgari ſunt populi inter Vngariam & Græciam conſtitu-

2 Burc. l. 2. c. 78. Ivo p. 5. c. 184. Pan. l. 3. c. 113.

3 Burc. l. 3. c. 75. Ivo p. 2. c. 125. & p. 3. c. 158.

b Sic intelligit Gratia. 31. diſt. §. vlt.

4 Simile ẽt in 3. can. eiuſ de ſynod. & apud Baſil. in epiſt. ad Amphilophium, c. 27.

c Rõ eſt, ne ad ſæcularia negotia redeat in opprobriũ ordinis clericalis. 93. di. diaconi. Arc.

† τὸ ἐν τῇ ἀγνοίᾳ παράπτωμα.

α Ordinis ſuſceptio obligat ad continẽdũ.

β Presbyter excõicatus, tenetur ad horas dicẽdas.

5 Ivo p. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12.

α Bulgari qui ſunt.

ti : apud iſtos presbyteri quidam habebant vxores. quare quæſiuerunt Bulgari (qui laici erant) à Nicolao Papa, an deberent illos eiicere. Et reſp. quòd non, licet illi ſacerdotes ſint reprehenſibiles. & hoc probatur exemplo Domini, qui Iudam proditorem non eiecit: & quià laici clericos iudicare non debent, ſed ſi quid mali fecerint, epiſcoporum iudicio reſeruatur.

henſibiles [a] : vos tamen Deum conuenit imitari, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Deiicere vero eum à vobis ideo non debetis : quoniam nec Iudam Dominus, cum eſſet mendax diſcipulus, de numero Apoſtolorum eiecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de eorum vita quidpiam inueſtigandum : ſed epiſcoporum iudicio, quidquid eſt, per omnia reſeruandum.

Matth. 5.

α ¶ Presbyterum.] *In vltimo c. harum reſponſionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium multos apud ſe eſſe Græcos, & Armenos, & alios, qui diuerſa docerent. Nondum enim à Romana ſede epiſcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirãdum, ſi presbyter, de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.*

a ¶ *Reprehenſibiles.*] ſi 15. q. vlt. cap. vlt. Sed contra. 32. diſt. nullus. Sed illud intelligitur [a], cum notorium eſt crimen eius.

a Hunc intellectũ approbat hic Lau. q̃d dic vt ibi dicã Arch.

S*Ed notandũ.*] Hic intitulatur 29. diſt. in qua ſoluit prædictas oppoſitiones Gratian᷒, & exponit: Et dicit ꝙ quædam c. intelligũtur ex tempore, & loco, & cauſa, & perſona.

b ¶ *Sed notandum eſt.*] Quia dixerat ſ. prox. diſt. §. ecce. in fi. quædam c. eſſe temporalia vel localia : ideo ad ſoluendum multa contraria, oſtendit in iſta 29. diſtin. quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quędam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona, quædam ex negotio, quædam ex neceſſitate.

S*Ciendum.*] C A S V S. Dicitur in hoc c. quod quædam cap. ex cauſa & perſona, & tempore deſignantur, & quia hoc multi non reſpiciunt, cadũt in labyrinthum & laqueũ erroris : nec recte iudicant, cum non intelligunt ad plenum.

¶ Caſus ſequentis ca. patet.

c ¶ *Ex cauſa.*] Ex cauſa fuit ſtatutum ne neophyti promoueantur ad epiſcopatus, vt 48. diſt. c. 1. ſcilicet ne in ſuperbia extollerentur. ſed hæc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui cathecumenus eſt electus in epiſcopum, vt 61. diſt. §. his omnib.

d ¶ *Ex perſona.*] vt in Aug. qui factus eſt coepiſcopus alio viuente, vt 7. q. 1. non autem. & c. petiſti.

γ Anſel. l. 4. c. 53.

e ¶ *Ex loco.*] quia propter propinquitatem vel remotionem loci aliquid ſtatuitur, vt 64. diſt. cum longe. 24. q. 1. pudenda. & ſupra diſt. 4. erit autẽ. [b] Vel ideo dicit: quia quædã ſunt localia, quædam non.

b Ád idẽ 93. diſt. iuxta.

f ¶ *Ex tempore.*] ſicut Anglicis datum fuit propter nouitatẽ, vt cõiungantur in quarto gradu, vt 35. q. 3. quædam.

g ¶ *Intelligant.*] quod eſſe non debet. 11. q. 3. eorum.

h ¶ *Perquirant.*] quod inciuile eſt, vt ff. de legi. inciuile.

i R*Egulæ.*] ¶ *Negotio.*] id eſt propter qualitatem negotij aliquid ſtatuitur quod eſt contra ius : ſicut in cauſa matrimonij, conſanguinei admittuntur in teſtimonium, vt 35. q. 6. conſanguineos. & propter cauſam eccleſiæ ſtatuitur, quòd domeſtici admittantur in teſtimonium, vt 14. q. 2. ſuper prudentia [c].

c dicit Io. de Fan. Quod dicit Io. nõ eſt verum: jmo de iure cõmuni eſt vt domeſtici admittantur. C. de rep. l. ex cõſenſu. ext. de teſt. inſup. nam edictũ de teſtio. eſt prohibitorium: vt quilibet admittatur qui nõ prohibetur. ff. de teſt. l. 1. & de hac materia not. 3. q. 5. in ſum. & c. 1. Arch.

k ¶ *Neceſſitate.*] lex non debet inſtitui niſi propter neceſſitatem, vt ſupra diſt. 4. erit.

N*Eceſſe.*] C A S V S. Quidam ſcripturas varias & diuerſas tantum vno modo intelligebant : quos docet Hieronymus intelligere ſcripturas ſecundum diuerſitatem temporum, locorum, & cauſarum. Et hoc probat exemplo Ioannis Euangeliſtæ, qui ſcribens vij. eccleſiis, in vnaquaque ſpecialia vitia vario modo corrigebat: nec imitatur medicos imperitos, qui vno collyrio oculos omnium infirmorum volunt curare.

l ¶ *Cauſas.*] 23. q. 8. occidit.

m ¶ *Vulneribus.*] No. ꝙ varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45. diſt. licet. 50. diſt. vt conſtitueretur. 44. diſt. comeſſationes. 41. diſt. non cogatur.

n ¶ *Collyrio.*] Arg. contra illos qui tales in omnibus cõtrariis ponunt ſolutiones : aliud ſecundum leges, aliud ſecũdum canones, vel hoc nouũ, illud vetus.

DISTINCTIO XXIX.

1 ps S*Ed notandum eſt* [b], *quòd ſecundum Iſidorum pleraque capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona conſideranda ſunt. Ait enim Iſidorus.*

¶ Ex tempore, loco, & perſona, & cauſa regulæ canonum intelliguntur. C. I.

SCiendum eſt, quòd pleraque capitula ex cauſa [c], ex perſona [d], ex loco [e], ex tempore [f] conſiderãda ſunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur : in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur : cum ante iudicant, quàm intelligant [g] : ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant [h].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum. C. II.

REgulæ ſanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio [i], inſtante neceſſitate [k] traditæ ſunt

Item Hieronymus in prœmio epiſtolæ ad Epheſios.

¶ Pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum, ſcripturæ intelligendæ ſunt. C. III.

NEceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum, & temporum, & hominũ, quibus [α] ſcriptæ ſunt: diuerſas & cauſas [l], & argumenta, & origines habeant. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias in vnaquaque earum ſpecialia, vel vitia reprehendit, vel virtutes probat: ita & ſanctus Apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus [m] medetur illatis: nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio [n] omnium oculos vult curare.

Apocal. 1.

α ¶ Quibus ſcriptæ.] *Antea legebatur*, quibus diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt. *mendatum hoc eſt ex manuſcriptis, & originali quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

1 ps I*Llud autem* [o], *quod in canone Apoſtolorum, & in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legitur, ex cauſa conſideratur : & ex tempore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum* [α], *quia coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorumdam* [p] *ſuperſtitio multa in catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio capitibus ſexdecim ſtatutum legitur.*

α ¶ Manichæorum.] *Proprie Gangrenſis ſynodus ſtatuit cõtra Euſtathianos. ut ſupra diſt. 26. c. primi adnotatio. Sed hunc errorem Euſtathiani hauſerant à Manichæis.*

¶ De multimoda ſuperſtitione hæreticorũ, quos Gangrenſe concilium anathematizauit. C. I.

SI qui filij parentes, maxime fideles [q], deſeruerint occaſione Dei cultus [r], hoc iuſtum eſſe iudicantes: & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum [β] in eis venerentur, quòd fideles ſunt, anathema ſint †.

a Iuo p. 8. c. 319.

† al. ſic.

e i. carnaliter cōmiſcētur: ſæpe. n. inuenitur copulari pro carnaliter cōmiſceri. & copulō ꝓ carnali commiſtione, vt J. c. prox. 30. q. 1. §. noſſe. 27 q. 2. Agathoſa. & cap. priuſquā ſecūdum Hu.

SIMILITER. CASVS. In hoc §. oſtēdit Gratianus qualiter intelligantur tria cap. in 28. diſt. ſc. conſulendum. & presbyterum. & ſi quis diſcernit. & vnum cap. in 34. diſtin. ſi ſubdiaconus. Dicit enim quòd illud cap. conſulendum. locale fuit: quia Bulgari nondum ſuſceperant votum continentiæ. In cap. presbyterum. non legitimæ nuptiæ intelliguntur ſecundæ, ſcilicet, ſi quis diſcernit. locale fuit: vel intelligitur de vxore quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter c. illud, ſi ſubdiaconus. de ſecunda vxore intelligitur.
l ¶ *Nicolas.*] 28. di. conſulendum.
m ¶ *Synodi.*] 25. di. presbyterum.
n ¶ *Si quis.*] J. 28. diſt. ſi quis.
o ¶ *Si ſubdiaconus.*] J. 34. diſtinct. ſi ſubdiaconus.

3 Pann. l. 3. c.84.

4 J. 28. diſt. c. vlt.

5 J. 28. diſ. c. presbyterum.

6 J. 28 diſt. c. ſi quis.

7 J. 34. di. c. ſubdiacon' ex Martino Bracarenſ.

SErvande.] Hæc diſtin. diuiditur in ſex partes. in prima part. probat quod in ſacris nullus poteſt habere vxorem: in minoribus autem poteſt: & etiam habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates Secunda ibi, *Nullus*. Tertia ibi, *Verum*. Quarta ibi, *Prohibentur*. Quinta ibi. *Interdixit*. Sexta ibi, *Presbyteram*. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 32. diſt. in qua dicitur, quòd in occidentali eccleſia clerici in ſacris ordinib. conſtituti debent continentiam ſeruare, vt probatur per ſequens cap. Sed in minoribus ordinib. non coguntur: & hoc per c. J. e. ſeriatim.

DISTINCTIO XXXII.

ps 1. *SErvanda eſt p ergo continentia ab omnibus in ſacris ordinibus conſtitutis.*

Vnde Leo Papa ad Anaſtaſium epiſtola. 82. ca. 3. & 4. ait.

p ¶ *Seruanda eſt.*] In hac 32. diſ. adhuc. proſequitur de continentia clericorum. " Dicit ergo quòd conſtituti in quattuor ſacris ordinibus tenētur continere: & qui non fuerint continentes, priuantur officio, & beneficio: & ſi habent publicas concubinas, nullus

" Clerici in 4. ſacris ordinibus conſtituti continere tenentur.

Miſſam

a Vt j.c.nullus.& c. præter hoc. Arc.
b j.ea. inter dixit.& c.ſequen.

Miſſam eorum audiat[a].& vt facilius poſsint ſeruare continentiam, præcipitur eis vt extranearum feminarum familiaritatem vitent[b]. Ioan. Sed numquid quilibet ordo eſt ſacer? Et certe videtur quòd ſic. nam dicitur in lib. 4. ſententiarum, 22. diſt. c. 1. in prin. quod ordo eſt ſacrum ſignaculum, in quo traditur ſpiritualis poteſtas ordinato, & officium: & i quolibet ordine confertur gratia ſi dignè ſumitur, vt ibi dicitur. Sol. reuera quilibet ordo[c] ſacer eſt: ſed quattuor præcipue dicuntur ſacri à ſanctimonia, i. caſtitate & continentia, quam indicunt j. 28. diſtin. nullum. & ca. decernimus.

1 Burc. l. 2. c. 5. & l. 2. cap. 148. Anſ. l. 7. c. 137. & l. 6. c. 18 in fi. Iuo p 5. c. 59 & p. 6. c. & 221. Pan. l. 3. c. 100
† al. non vacantur ad culpam.

OMnium.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone, an ſubdiaconi poſsint habere vxores. Et reſpon. quod clerici in minorib. ordinib. conſtituti ſi côtrahût, immunes ſunt à culpa: ſed hoc ſubdiaconis non licet. Vnde qui habent ſint tâquam non habentes: & qui non habêt, permaneant ſingulares. Et ſi hoc cuſtoditur in ſubdiacono, multo fortius in diacono, presbytero, & epiſcopo cuſtodiri oportet.

c Hic quæro an ordo ſit vnû ſacrm? Dic ſecûdû Pe. quod vnû dr perfectione vnius finis: quia conſtituitur ex diuerſis ordinib. ſpecialib. quia oês ordinatur ad vnum actum côſecrationis, ſicut êt dom⁹ vna dicitur. Arch.

a ¶ Quæ in aliis.] id eſt, laicis.
b ¶ Clericorum.] ſacrorum.
c ¶ Singulares.] id eſt, diuiſi ab eis.
d ¶ In hoc ordine.] id eſt, ſubdiaconali.
e ¶ A capite.] i. ab epiſcopatu.[e] & ſic videtur quod epiſcopatus ſit ordo. 54. diſt. ſi ſeruus. & 93. diſt. diacones. & diſt. 21. cleros. ſic 28. di. nullum.

e Epiſcopatus eſt ordo.

f ¶ Item.] Hic habentur quidam c. quod eſt 27. q. 2. multorum, &c.

SI qui vero.] CASVS. Quæſiuit Auguſt. Anglorum epiſcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minorib. ordinib. conſtitutis, qui côtinere non poſſunt. & reſp. Greg. quod ipſi debent vxores accipere, & ſtipendia ſua recipere exterius. Et hoc probat exemplo patrum, qui diuidebant ſingulis prout quibuſque opus erat. Et debent viuere ſub regula ſua eccleſiaſtica, & lingua, & corde à malo abſtinere.

a j. 27. qu. 2. Anſel. l. 7 c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.

g ¶ Exterius.] Signatur contrarium. 12. q. 1. neceſſaria. & de conſe. diſt. 5. in omnib. vbi dicitur, quòd omnes clerici ſimul dormiêt. Sed dic, vt not. 12. q. 1. quia tua.
h ¶ Inuigilent.] Licet enim ſint vxorati, tamen abſtinebunt à negotiatione & armis, vt 88. diſt. fornicari. 20. q. 3. cos. ſic extr. de ele. tranſmiſſam. & 81. diſtin. dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam epiſcopus permiſit alicui ſubdiacono ducere vxorê, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cû tantum clericis infra ſubdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

¶ Neque etiam ſubdiaconis connubium conceditur. C. I.

1 OMnium ſacerdotum tam excellens eſt electio, vt hæc, quæ in aliis[a] membris eccleſiæ vacant † à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum[b] ordinem conſtitutis, nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis quidem connubium carnale conceditur, vt & qui habent, ſint tamquam non habentes, & qui non habêt, permaneant ſingulares[c]. Quod ſi in hoc ordine[d], qui quartus eſt à capite[e], dignum eſt cuſtodiri, quanto magis in primo, vel in ſecundo, tertioue ſeruandum eſt, ne aut leuitico miniſterio, aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria * nec dû frenaſſe detegitur.

* ¶ vxoria.] Sic emendatum eſt ex epiſtola Leonis, & ceteris collectoribus, præterquam Iuone in parte 6. c. 98. nam ibi eſt, vt antea apud Gratianum luxuriæ. Ex illo autem epiſtola loco oſtenditur eo quoque tepore in multis eccleſiis eam fuiſſe conſuetudinem, ut ſubdiaconi à propriis uxoribus abſtinerent. Quod tamen ante D. Gregorium non erat generale in omnibus eccleſiis præceptum. quippe cum in Sicilia aliter obſeruaretur. cap. nullum. ſupra. diſt. 28. & ca. ante triennium diſt. eâd. 31.

[Item[f] Gregorius Leoni Epiſcopo Catin. lib. 3. epiſt. 34.]

PALEA. C. II.

2 MVltorum relatione comperimus hanc apud vos olim conſuetudinem tenuiſſe, vt ſubdiaconi ſuis licite miſcerêtur vxoribus. Quod ne denuo quiſquam præſumeret, à Seruo dei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris eſt iſto modo prohibitum, vt eodem têpore ij, qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum è duobus eligerent, id eſt, aut à ſuis vxoribus abſtinerent, aut certe miniſtrare nulla ratione præſumerent. Et quâtum dicitur, Specioſus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & vſque in obitus ſui tempus, notarij quidem geſſit officium, & à miniſterio quod ſub diaconum oportuerat exhibere, ceſſauit. & poſt aliqua. ¶ De cetero vero fraternitas tua ſit omnino ſolicita, vt quos ad hoc iâ officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inſpiciat, ne ſi vxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur, ſed ad ſimilitudinem Apoſtolicæ ſedis, eos cûcta obſeruare ſua nihilominus diſtrictione conſtituat.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo. c. 2. ad ſecundam interrogationem.

¶ Extra ſacros ordines conſtituti ducant vxores, & ab eccleſia ſtipendia accipiant. C. III.

3 SI qui vero ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exterius[g] accipere, quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, quod diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo ſtipendio cogitandum atque prouidendum eſt, & ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent[h], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent.

Item Nicolaus Papa Odoni † Viennenſi Archiepiſcopo.

† al. Adoni.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII.

4 Iuo p. 6. c. 119.
† al. Aluico.

4 DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines eccleſiaſticos vſq; ad ſubdiaconatum caſte vixiſſe dicitis, cur veſtra auctoritate vxorem duxerit, miramur: eo quòd nulli vmquam (exceptis illis, quibus eccleſiaſtica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus[i].

† al. habendi

5 *Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.*

5 In ſynodo Romana 113 epôrum i baſilica Conſtantiniana.
6 Pann. l. 3. c. 135.

¶ Non audiatur Miſſa presbyteri concubinam habentis. C. V.

2 6 NVllus Miſſam audiat[k] presbyteri, quê ſcit[l] côcubinam indubitâter habere, aut ſubintroductam mulierem. Vnde etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens [Quicunque ſacerdotum, & diaconorum, &c.

[Sicut in ſubſequenti capitulo Alexandri ſecundi continetur.]

ß ¶ Sicut in ſubſequenti.] Hæc clauſula eſt Gratiani, quæ omnino abeſt ex capite Nicolai, ea, quæ proxime ex Alexan. 2. relatum erat. Sunt enim eadem uerba. Nam Nicolaus ſeruandas in epiſtola quæ extat, omnibus epiſcopis catholicis ſcripſit ſe in concilio, quod

i ¶ Damus.] Sed numquid Papa dare poteſt ſubdiacono licentiam contrahendi? Videtur quod ſic. Nam diſpenſat eccleſia cum côſanguineis[d]. & diſpenſat in aliis votis, vt extr. de vot. & voti redempt. ex multa. & in iuramentis, vt 15. q. 6. auctoritatem. vbi dicitur, diſſolue obligationes impietatis. E contra videtur, vt extr. de ſtat. mon. cum ad monaſterium. in fin. Solu. ſi votum ipſum obliget ordinatum, Papa non poteſt diſpêſare. ſed ſi conſtitutio obliget & non votum, tunc poteſt Papa diſpenſare: quia contra conſtitutiones eccleſiæ bene diſpenſat. 25. q. 1. ſunt quidam. Io. Ego credo quòd Papa poſsit * diſpenſare, cum hoc non ſit contra articulos fidei[e], & ipſe habeat plenitudinem poteſtatis, vt 2. q. 6. decreto. & c. ſeq. Bart.

c Subdiaconus an de licentia Papæ poſsit contrahere.
d ſc. vt contrahât. 35. q. 3. quidam & c. quòd ſcrìpſi.
* vide B. Th. 2. 2. q. 88. arti. 7. & 11. & Caiet. ibid.
e Nec êt pôt diſpenſare contra Apoſtolû. 25. q. 1. ſunt quidâ. Io. de Fant. ſed hic videas quod leg. & not. extr. de vot. c. non. eſt.

NVllus.] Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua dicitur quod in duob. c. ſequ. continetur. Io. de Fan.
CASVS. Præcipit Nicola⁹ Papa in hoc c. vt nullus audiat Miſſam ſacerdotis, quem ſcit indubitanter habere concubinam, aut ſub introductam mulierem. Synodus etiam hoc ſub excommunicatione præcipit. quod ſequitur, eſt §. Gratiani.

5 j. 1 2. qu. 1. quia tua. §. ſi qui. Iuo p. 6. c. 86. Pan. l. 3 c. 108. Act. 2.

k ¶ Audiat.] Contrarium legitur 28. diſtin. conſulendum. 15. quæſ. vlt. c. vlt. Sed hic loquitur de illo cuius crimen notorium eſt vel per ſententiam, vel per proprium confeſsionem, vt extr. de cohab. cler. & mulie. veſtra. Immo ſi adhuc poſt ſententiam corrigi voluerit, non dicam eum ſuſpenſum ipſo iure, vt 81. diſt. ſi qui ſunt presbyteri. extr. de cohab. cleric. & mulie. cap. ſicut. Bart. tamen dicit hunc canonem fuiſſe quandoque latæ ſententiæ, ſed hodie non eſſe: & hoc quod dixi ſpeciale eſt in hoc crimine fornicationis, vt notorius fornicator ſit ſuſpenſus ipſo iure, & etiam ſimoniacus, vt §. verum. ſed in aliis criminibus non eſt expreſſum.[e] & ideo licet notoria ſint, non eſt propter illa abſtinendum ab officiis ipſorum. vel dic quòd licet notorius fornicator ipſo actu ſit ſuſpenſus, tamen propter contrarium actu ipſo iure reſtituitur ei officium. 81. di. ſi. qui ſunt. vnde quam cito pœnitet, licite celebrat Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. hoc tene pro certo, ſiue ſit notorium per ſententiam, ſiue per confeſsionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipſius, quod vitari debet, vt extr. de coha. cler. c. vlt. Bart.

e Concubinarij an ſint in officio fugiendi.
f Et quod ſic debeat intelligi, probatur 10. q. c. 2. ibi ad hoc in gl. arg. quod, &c. vbi ita not. Arch.

l ¶ Quem ſcit.] ſcientia iuris, non facti.[f]

Prater

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas par. In 1. part. dicitur quod nullus debet audire Miſſam presbyteri quem ſcit concubinam indubitanter habere, vel ſubintroductam mulierem. Hoc idem ſtatuit ſynodus ſub excommunicatione ſeruandum, præcipiés, vt talis ſacerdos Miſſam non cantet, niſi ceſſauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic conſtitutioni, nec aliquid ab eccleſia percipiat. In 2. par. quæ incipit, *Præcipientes etiam ſtatuimus*. Dicitur, quod illi qui ſeruant caſtitatem, ſimul manducent & dormiant, & decimas, & primitias & oblationes percipiant à laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

a ¶ *Ab eccleſia.*] hoc concedo in ſuſpenſo à canone. id eſt in excommunicato. ext. de ap. paſtoralis. " nó ita dico in ſuſpéſo ab homine, quod ibi ſtatim debeat amittere beneficium[a], quia relegato ad tempus bona non adimuntur, niſi hoc in ſententia exprimatur. C. de pœ. deportatorum. quia dum alius róib. quis conſtringi pōt, nó ſūt ei ſubſidia ſubtrahenda. C. de exec. rei iu. ſtipendia. Io. immo dico, quod nec hæc adimerentur, niſi in ſńia exprimeretur. quid de hoc iuris ſit, notatur in quæſtionibus. B.

b ¶ *In diſpoſitione.*] arg. pro communi vita clericorum[b], vt 12. q. 1. ſacerdos. Sed contra, variæ ſūt conſuetudines. 7. c. placuit. extr. de cóſtitu. cū oés. & de ele. cū eccleſia Vulterana.

c ¶ *Separentur.*] ar. " quod laici excommunicandi ſunt qui decimas vel oblationes ſoluere nolunt. 16. q. 1. ſtatuimus. & c. reuertimini. 13. q. 2. qui oblationes. 12. q. 1. duo ſunt genera. VERVM. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua ponit cap. Vrbani. in quo dicitur quæ differentia ſit inter ſacramenta celebrata à malis catholicis, vt in neceſſitate poſſint ſumi, & ſacraméta ab hæreticis, quæ nullo modo poſſunt ſumi, præter baptiſma. Ioan. de Fant.

1 In epiſtol. prox. not. in dicata.
2 Pann. ibid. & l. 8. c. 142.
" Clerico excōicato ē ſubtrahēdū beneficium.
a Forte n bń ét Ioá. quia qui non facit offiū nō debet percipere beneficium. extr. de cle. con. q; à te & c. diuerſis. Ar.
3 Leo 9. in conc. Rom.
b 12. q. 1. neceſſariū. de conſ. di. 5. in omnibus. vbi de hoc.
" Excōicari pōt qui decimas non ſoluunt.

Roma habuit centum tredecim epiſcoporum, hunc canonem edidiſſe, quem poſtea Alexander ſecundus (vt ipſe etiam teſtatur in epiſtola manuſcripta) in concilio à ſe habito iiſdem verbis repetiuit. Quare in Panormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri. Item Alexander ſecundus[1].

¶Non eſt audienda Miſſa presbyteri, qui concubinam habet. C. VI.

[2] PRæter hoc autē præcipiendo mādamus, vt nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit cōcubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem. vnde etiam ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: ¶ Quicumque ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus poſt conſtitutum beatæ memoriæ prędeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ Leonis[3], ac Nicolai de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Miſſas non cātet, nec Euangeliū, aut Epiſtolam ad Miſſam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum his qui præfatę conſtitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partē ab eccleſia[a] ſuſcipiat. ¶ Pręcipientes etiam ſtatuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eiſdē prædeceſſoribus noſtris obedientes caſtitatem ſeruauerint, iuxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, (ſicut oportet religioſos clericos) ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab eccleſiis competit, communiter habeant. Et rogantes monemus, vt ad Apoſtolicam, communem ſcilicet vitam, ſummopere peruenire ſtudeant, quatenus perfectionem cum his conſecuti, qui centeſimo fructu ditantur, in cæleſti patria mereantur adſcribi. Deinde vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes viuorum, & mortuorum eccleſiis Dei, fideliter reddantur à laicis, & vt in diſpoſitione[b] epiſcoporū ſunt, quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur[c].

a ¶ Et rogantes.] *Hæc atque ad uerſ. deinde, addita ſunt ex epiſtola manuſcripta Alexandri, quorum aliqua etiam ſunt in concilio Nicolai, in quo eſt in cetera ſequens uerſiculus: Deinde, qui in epiſt. Alexandri non eſt.*

3 *Verum*[d] *principia harum auctoritatum contrarire videntur Hieronymo*[e], *& Auguſtino*[f] [4] *& ceteris, qui Chriſti ſacramenta neque in bono, neque in malo homine fugienda oſtendunt, ſicut ſubſequens cauſa ſimoniacorum plenius demonſtrat. ſed Vrbanus ſecundus in epiſtola*[g] *deſtinata præpoſito ſancti Iuentij*[h] *hanc contrarietatem determinat, dicens:* [*Ad hoc*[i] *vero quod ſubiungitur in eadem epiſtola, id eſt, vtrum ſit vtendum ordinationibus & reliquis ſacramentis à crimino ſis exhibitis vt ab adulteris, vel ſanctimonialium violatoribus, vel huiuſmodi: Ad hoc, inquam, ita reſpondemus. Si ſchiſmate, vel hæreſi ab eccleſia non ſeparantur, eorumdem ordinationes, & reliqua ſacramenta, ſancta, & veneranda*[k] *non negamus, ſequentes B. Auguſtinum, qui ſuper Ioannem de huiuſmodi tam copioſe, quàm veraciter diſſerit. Ait enim* [[5] *Baptizat ſeruus bonus, ſiue ſeruus malus*[l]: *non ſciat ſe ille, qui baptizatur, baptizari, niſi ab illo, qui ſibi tenuit baptizandi poteſtatem*] *& paulo poſt:* [*Non horreat columbam*[m] *miniſterium malorum, reſpiciat Domini poteſtatem*] & infra. [¶ *Attamen*[n] *deceſſores noſtri Nicolaus, & Gregorius à Miſſis ſacerdotum, quos tales reuera eſſe conſtiterit*[o], *fideles abſtinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam ceteris auferrent, & huiuſmodi ad digna pœnitentia lamenta reuocarent. Scribit hoc prædeceſſor noſter Gregorius Rodulpho Duci Sueuiæ, & Bertulpho Duci*[p] *Carētanorum inter cetera:* [[6] *Officiū*[q] *ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium ſcienter nullo modo recipiatis, & quantū poteſtis, tales à ſanctis miniſteriis†, vt oportue-*

ſacramenta in ſui eſſentia à quocumque fiant, dummodo fiant in forma eccleſiæ, & ab his qui poteſtatem habent conficiendi, & recipienda ſunt ab eis niſi ſint hæretici, vel ſchiſmatici. & hoc probat auctoritate Auguſt. Nicolaus tamen & Gregor. præceperunt ab officiis ſimoniacorum & iacentium in fornicatione manifeſta abſtinendum eſſe. Secunda quæſtio fit complexiue: Aut non ſunt vera ſacramenta quæ conficiuntur ab iſtis, nec habent virtutis effectum, aut ſunt vera. Si non ſunt vera, ergo neque agentibus, neque ſuſcipientibus obſunt. Si ſunt vera, ergo ſperni non debent. Et reſpondet Vrbanus, quod verá ſunt. Verumtamen contra ſtatuta Grego. & Nicolai non ſunt recipienda de manib. eorum. In neceſſitate tamen ab iſtis, ſcilicet ſimoniaco, & notorio fornicatore poteſt baptiſma ſuſcipi & etiam Euchariſtia. In ſecunda parte quæ incipit ibi, *Hæc de malis.* dicitur, quod ſacramenta ſchiſmaticorum, & hæreticorum vera ſunt vt dicunt doctores eccleſiæ, ſed non habent effectum donec fuerint reconciliati eccleſiæ vel ipſi, vel ordinati ab ipſis, per manus impoſitionem, ſed non ſunt recipienda ab ipſis, in mortis tamen articulo tantum baptiſma ab eis recipi poteſt. Cyprianus tamen, & 80. epiſcopi cum eo dixerunt baptiſma hæreticorum eſſe lauacrum diaboli. Sed reprehenſi ſunt ab Auguſtino, Stephano, Cornelio, & aliis Pontificibus Romanis, cum melius ſit à talibus baptiſmum recipere, quam in æternum perire. Et hanc ſententiam ſequitur tota eccleſia.

Matth. 13.
4 1. q. 1. neque in homine.

i ¶ *Ad hoc.*] Hic incipit c. Vrbani.

k ¶ *Et veneranda.*] & etiam ſuſcipienda, & per hoc reſpondet duabus quæſtionibus ſcilicet quod ipſa ſacramenta vera ſunt, & præterea quod ſuſcipienda ſunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.

5 Tract. 5. ad c. 1. Ioannis. circa. med.
6 Greg. vij l. 2. reg. epiſtol. 45.
† *miniſteriis.*] Orig.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. nullus. & præter hoc. quod nullus debet audire Miſſam ſacerdotis quem ſcit concubinam indubitanter habere. ſed hoc videtur contradicere Hieron. & Aug. & multis aliis, qui dicunt ſacramenta non eſſe ſpernenda in bono vel malo prælato. vt 1. q. 1. in multis c. Sed hæc contrarietas ſoluitur in epiſtola Vrbani, quæ epiſt. j. ſequitur ſtatim.

d ¶ *Verum.*] Hic §. diuiditur in tres partes.

e ¶ *Hieronymo.*] 1. q. 1. ſicut Chriſtus.

f ¶ *Auguſtino.*] 1. q. 1. ſi fuerit. & ca. neque in homine.

g ¶ *In epiſtola.*] 1. q. 3. ſaluator.

h ¶ *Præpoſito ſancti Iuentij.*] Epiſtola deſtinata fuit ab hæretico, in qua multa obiiciebantur ei, ſcilicet vtrum vera eſſent ſacramenta vel ſacrificia hereticorum. cui cum non reſpondere poſſet, miſit eam Papæ Vrbano, vt reſponderet: ipſe vero reſpondit ad ſingula.

c Quæ cōtinétur. q. 3. ſaluator.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam miſit epiſtolam quandam præpoſito ſancti Iuentij, in qua duæ quæſtiones continebantur: quas cum neſciret ſoluere, Vrbanum ſuper hoc conſuluit. Vrbanus vero ei eaſdem quæſtiones ſcribit, & ſolutiones ponit. Diuiditur ergo hoc ca. vel hæc epiſtola in duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæſtiones: quarum prima eſt. vtrum ſacramenta ſint recipienda à crimino ſis? Reſpondet Vrbanus, quod vera ſunt

l ¶ *Malus.*] Non ſufficienter probat hoc, cum aliud dici poteſt in baptiſmo, aliud in ceteris. " nam & à pagano conferri poteſt. de conſecra. diſt. 4. à quodam. ſed melius probat per ſequens, non abhorreat. &c.

" Baptizare pt paganus.

m ¶ *Columba.*] id eſt, bonus Chriſtianus.

n ¶ *Attamen.*] Hucuſque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

o ¶ *Conſtiterit.*] per ſententiam, vel per confeſſionem, vel per rei euidentiam. vt ſ. dixi in ca nullus.

p ¶ *Duci.*] " arg. hic quod laicus de mandato ſuperioris poteſt ſuſpendere clericos, & excommunicatio eſt iuriſdictionis potius quam ordinis. arg. extr. de elect. tranſmiſſam. nam electioni poſſunt intereſſe laici. 64. diſt. Hadrianus. & c. in ſynodo. & argu. 96. diſt. bene. quidem. & c. nos ad fidem. & cauſis matrimonialibus. 35. q. 5. ad ſedem. circa me. 2. qu. 5. Mennam. Ioan. Hoc tamen videtur alienum à laicis, cum de rebus ſpiritualibus ſe non intromittat: vt extra de iud. decernimus. immo vt ibi dicitur, prohibetur prælatis ve talia laicis non committant, tamen dominus Papa qui habet plenitudinem poteſtatis, eis poſſet cōmittere vt excommunicarent. 2. quæſt. 5. Mennam. Bart.

" Laicus qñque pt clericos ſuſpēdere, & excōicare.

q ¶ *Officium.*" Hug. iſtud intelligit de notorio ſimoniaco, ſicut de notorio

" Simoniacus an ſit ſuſpenſus.

torio fornicatore.melius credo,quòd etiā occultus ſimoniacus ſuſpenſus ſit, ſi eſt ſimoniacus in ordine, vt 1.q.1. reperiuntur. ſuſpenſus eſt enim quo ad ſe; & quo ad alios.Hoc ideo dicit:quia quilibet peccator ſuſpenſus eſt quo ad ſe, licet non quo ad alios [a] præter notorium fornicatorem, & occultum ſimoniacum. vnde ab occulto ſimoniaco in ordine; quem ſcis eſſe ſimoniacum,nōn debes recipere ſacramenta, vt dixi 1.q.1. ſi quis à ſimoniacis. & probatur ext. de ſimon. per tuas. ſed à quolibet alio qui adhuc toleratur, potes recipere: quia licet quilibet peccator ſit quo ad ſe ſuſpenſus,vt 1.q.1. ſacerdotes.non tamen quo ad alios, vt hic patet, & 15.q.vlt.cap. vlti. ſic quādoque aliquis eſt ſuſpenſus quo ad alios, & non quo ad ſe, vt extr.de cle. peregr. tux.

a ¶ *Porro.*] Hæc ſunt verba Vrbani.

b ¶ *Si.*] exponitur, id eſt,quamuis.

c ¶ *Præſumuntur.*] id eſt, præſumptiue conficiuntur.

d ¶ *Sed agentibus.*] Ab illo loco vſque ad illum locum, ceterum, agit de ſimoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vſque ibi, ſciendum, loquitur de hæretico, & ſchiſmatico, [a] & tres inuuuntur differentiæ inter hos duos, ſcilicet ſimoniacum, & fornicatorem, & inter illos duos, ſcilicet hæreticum & ſchiſmaticum. Prima eſt, quòd ſimoniacus & fornicator tempore neceſsitatis conferunt duo ſacramenta, ſcilicet baptiſmum & corpus Chriſti: ſed illi [b] baptiſma tantum. Secunda eſt, quia iſti conferunt ſacramentum & effectum ſacramenti, illi tantum ſacramentum [c]. Tertia: quia ordinati ab iſtis recipiuntur ſine manus impoſitione ſed ab illis non.1.q.1.manus.& c.quod quidam.

rit,prohibeatis,&c.] ¶ *Porro* [a] *ad hæc, quæ tibi ſyllogiſtice in eadem epiſtola obiiciuntur.id eſt, ſi corpus & ſanguis Chriſti non ſunt, & alia quæ prædiximus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obſunt? quòd ſi habent,cur ſpernuntur, ſi* [b] *ab indigno præſumuntur* [c]*: Ad hæc, inquam, ita reſpondemus, proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Auguſtinus ait ſuper Ioannem contra Donatiſtas: ſed agentibus* [d]*, vel ſuſcipientibus eadem ſacramenta contra præfatorum* [e] *Pontificum inſtituta* [f]*, niſi forte ſola morte interueniente, vtpote ſine baptiſmate, vel communione* [g] *(quilibet humanis rebus excedat) eis, inquam,in tantum obſunt, vt vere † idololatræ ſint, cum talibus* [h] *& ordinationum* [i]*, & ſacramentorum* [k] *confectio* [l] *& aliter quàm præmiſſum eſt. ſcienter ſuſceptio vehementer à ſanctis canonibus prohibeantur, Ait enim Samuel propheta[Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare. & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.] ¶ Hæc de malis* [m] *catholicis, qui intra eccleſiam ſunt.Ceterum ſchiſmaticorum, & hæreticorum ſacramenta, quoniam extra eccleſiam ſunt, iuxta ſanctorum Patrum traditiones, ſcilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Auguſtini,& Hieronymi,formam* [n] *quidem ſacramentorum,non autem virtutis effectum habere profitemur, niſi cum ipſi, vel eorum ſacramentis initiati* [o] *per manus* [p] *impoſitionem ad catholicam redierint vnitatem †. Sciendum vero,quòd canones Apoſtolorum* [q]*, (quorum* [r] *auctoritate orientalis, & ex parte* [s] *Romana vtitur eccleſia) & inſignis Cyprianus martyr,* [t] *& lxxx. epiſcopi cum eodem baptiſma hæreticorum, lauacrum diaboli* [u] *appellant* [x]*.* [y] *Stephanus vero, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus in libro de baptiſmo eumdem Cyprianum, & præfatos epiſcopos ob hanc cauſam vehementer redarguunt, affirmantes baptiſma ſiue ab hæretico,ſiue ſchiſmatico, eccleſiaſtico more celebratum ratum eſſe, & merito: quia alia in baptiſmo* [x]*, & alia in reliquis ſacramentis conſideratio eſt,quippe cum & ordine prior, & neceſſarior* [y] *ſit. Subito enim morituro, prius baptiſmate, quàm Dominici corporis communione, vel aliis ſacramentis conſulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, ſatius eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentum ſumere, quàm in æternum perire. Et hanc ſententiam præſcriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Auguſtini, ſecuti ſunt Innocentius † Syricius † Leo, Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia.* 4 ¶ [3] *Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramenta ſuſcipi, non quin ſint vera quantum ad formam, & effectum: ſed quia,dum huiuſmodi ſacerdotes ſe à populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiā prouocentur.*

[ß] ¶ Ad hoc.] *Hinc vſque ad finem capitis omnia accepta ſunt ex epiſtola Vrbani ſecundi. 1. Præpoſito ſancti Iuuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetuſto codice Bibliothecæ Vaticanæ, totius epiſtolæ initium & magna pars habetur inſr. c. ſalutator. 1. q. 3. atque in aliquot veſtutis Gratiani codicibus eſt caput diſtinctum cum rubrica* De eodem.

Item ex ſexta ſynodo,c.6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit,ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciat. C. VII.

4 SI quis eorum [z],qui ad clerum accedunt,voluerit nuptiali iure mulieri copulari,hòc ante ordinem ſubdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag.3.c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. C. VIII.

5 LEctores, cum ad annos pubertatis [a] venerint, cogantur [b] aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Item Gregorius Boniſacio epiſcopo Rhegino,lib.3.epiſt.5.

q ¶ *Apoſtolorum.*] id eſt, qui ſub nomine Apoſtolorum facti ſunt, ſed ſunt apocryphi. 15. diſtinct. ſancta Romana. 16. diſtinct. canones. Hug.

r ¶ *Quorum.*] ſimplex eſt hæc relatio.

s ¶ *Ex parte.*] 31.diſt.aliter.

t ¶ *Diaboli.*] Si quo ad effectum dixiſſent in deteſtationem criminis hereſeos, bene dixiſſent: ſed hoc dixerunt,quia non credebant eſſe ſacramentorum veritatem apud hæreticos, & ideo reprehenſi fuerunt ab Aug.

v ¶ *Appellant.*] 3 de conſec. diſtin. 4. quomodo.

x ¶ *In baptiſmo.*] Videtur quòd nec baptiſmus in neceſsitate ab hæretico ſit accipiendus. nam cordis contritio ſufficit, vt de conſecr. diſtin.4. baptiſmi vicem. ſic nec corpus Chriſti. 24.q.1.ca.pen. & vltim. quia qui credit manducat, de conſec. diſt. 2. vt quid paras? Reſpon. hæc eſt ratio, quia baptiſmus neceſſarior eſt, nam in eo delentur omnia peccata, adeo quòd etiam ignis purgatorij pœna non ſentietur. de conſec. diſtin. 4. fine. non autem ita eſt in cordis contritione vel pœnitentia: nam per ea non poteſt purgatorium euitari [c], [a] quod excedit omnem pœnam quam hic quis poſſit ſuſtinere, ſecundum quod hæc colliguntur. de pœnit. diſtin.3. vlti.capit. vlt.& 25.diſtin. qui, in aliud.

y ¶ *Neceſſarior.*] immo eſt ianua omnium ſacramentorum. 1.quæſt.1. ſi quis confingerit.de conſe. diſt. 4.hi vero.ext.de preſbyt.non baptiza.veniens.

c ¶ *Contra præfatorum.*] Nicolai & Gregorij.Et ſic patet quod hic tantum loquitur de ſimoniacis & fornicatoribus.

f ¶ *Inſtituta.*] ſcilicet obſunt.

g ¶ *Vel communione.*] Sic ergo ab iſtis recipitur Euchariſtia,ſed non ab hæreticis,vt 24.q.1.ſi quis dederit [d].

h ¶ *Talibus.*] Sacerdotibus.

i ¶ *Et ordinationum.*] id eſt,ordinum.

k ¶ *Et ſacramentorum.*] aliorum.

l ¶ *Confectio.*] i.improprie dicuntur ordines confici.

m ¶ *De malis.*] Hæc littera bene innuit,quod ab illo loco, porro ad hæc,& c.vſque huc.tantum de malis catholicis intelligitur. non de præciſis.nec contradicit illud contra Donatiſtas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg.a minori. Nam hic dicit de ſacramentis Donatiſtarum,& quòd habent proprias virtutes,&c.

n ¶ *Formam.*] id eſt, virtutem habent, quia vera & integra ſunt. 1. quæſt.1.quod quidam.& de conſec. diſtinct. oſtenditur. & c. ſicut in ſacramentis.

o ¶ *Initiati.*] id eſt. conſecrati.ſi.de conſec.diſtinct. 2. quia corpus. 12.quæſt.2.aurum.18.quæſt.1.cauc. Sed aliter accipitur.27. qu.2. cum initiatur.

p ¶ *Per manus.*] 1. quæſt. 7. hi qui. [a] Sed quid dices de pœnitentia? numquid eſt ab iſtis præciſis accipienda? Reſpon. in caſu neceſsitatis eis poſſumus confiteri. nam & cuilibet. de pœn. diſtinct.1. quem pœnitet. ſed licet eis confiteamur, tamen non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo caſu imponenda eſt pœnitentia,ſed innoteſcentia 26.quæſt.7.ab infirmis. vel dic quòd non debemus confiteri. 24.q.1.5.ſed illud.in fin.de pœn. diſt.6.c.2. qui vult. & illud ne adducant nos in deſperationem ſicut Iudæi Iudam cum ei pœnitenti dixerunt, quid ad nos? tu videris.de pœn. diſtinct.2. his poteſtatis.

PROHIBETVR. Hæc eſt 4. pars.diſt.in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in ſacris recipiunt vxores,vel retinent concubinas: & dicit quod debent a clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti: & hoc probat per 8.auctoritates ſanctorum patrum.Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd ſacramenta de manibus hereticorum ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium non ſunt recipienda, non quin ſint vera ſacramenta, ſed ideo fit,vt tales ſacerdotes propter verecūdiam facilius ad pœnitentiam prouocentur,ſi viderint ſe contemni.

¶ Caſus ſeq.c.patet.

z ¶ *SI quis eorum.*] [a] Illud ca.euidenter eſt contra illos qui dicunt quod Græci poſſunt contrahere in ſacris ordinib. [f] cum hoc ſit textus ſynodi, & ſexta ſynodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31.diſt.Nicæna.& c.quoniam.§. hoc autem. patet etiam quòd apud eos in ſacris ordinibus non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apoſtolorum licitum fuit contrahere in ſubdiaconatu, vt 84.diſtinct.cum in præterito.

LEctores.] CASVS.Clerici quidam in pubertate 18.an. poſiti volebant ad ſubdiaconatum non promiſſa continentia promoueri.Quæſitum fuit in concilio Carthag.quid de hoc fieri deberet, & reſponſum fuit, quod iſti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri,ſi volunt ſubdiaconi fieri.

a ¶ *Pubertatis.*] plenæ, quæ eſt 18.anno ſecularibus clericis, ſed 15. in monachis.20.q.1.illud.28. diſt.de his.hic enim dicitur plena pubertas, vt inſtitut.de adop.§. minorem.Sed quantum ad matrimonium contrahendum dicitur plena pubertas, quatuordecim anni in viro, duodecim anni in muliere, vt extr. de deſponſ. in impub. puberes.

b ¶ *Cogantur.*] 3. c.placuit.contra.Sed illud quando eccleſia penuriam non patitur.arg.55.diſt.c.1.

a De hoc & not.50.di de his vero. in gl vlt.ibi videas.

† al.ſcit.

1. Reg.15.

[a] Simoniac & fornicator triplici ter differūt.

† Can. 45. 46. & 47.

z lib.1.epiſt. 32.ad Ianuariū, & epiſt. ad Iubaianū,quę ante illius conci. poſita eſt.

a In cōc. Stepha 1. Aug. l. 7. contra Donatiſtas.

b ſc. hæreticus & ſchiſmaticus.

* Niſi i caſu neceſsitatis quia q à præciſo accipit ſacramētū extra caſum neceſſitatis, peccat, non irē qui à malo. B Tho. p 3 q 64. ar. 6.ad 2.& ar. 2.ad.2.& qu. 67.art 5.

c Et ſi corp' Xpi 34 q.1. c.vlt.& § ſit tō not c. ca q. §.ſed illud.Arc.

d Et hoc eſt pp ipſi' Euchariſtiæ reuerētiā. arg. de cōſ. di.4. pp regulā.

[a] Pœnitentia an poſſit ab hæreticis recipi.

† Inn. Victricio, epiſtol.1 c.15

† Syrici' Himerio cap 1.

3 Leo.d cōſ. diſt.4 hi. de quibus]

Anaſtatius diſt. 19.c.1.

4 Ext.d' ætate & qualit.ca.1 multis Pan. l 3 c.101.

c Vt cōtinetur in pd. c. nullus. De hoc legi.& not.24 q.1. §.ſed illud. ibi videas Archid.

[a] Purgatorij pœna eſt acerbior mundana.

5 Pann L 3. c.111.

[a] Græci in ſacris ordinib. nō pōt contrahere.

f Argum. ad hoc 31. diſt. aliter. vbi & de hoc ſed Hug. dicit quòd hoc Nicol conſtituit, & ſecundo Lau. eſt pro ec arg. opt. com.l. ſ.& in cōmodato. §. ſicc autem. Arc

SVbdiaconis.] CASVS. Quæſiuit Bonifacius an ſubdiaconi ſui epiſcopatus poſſint vxores ducere. & reſpondet Gregor. quod non, ſed hoc ſtatuit de illis quod decreuit de alijs, nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

a ¶ Contumacia.] quia non eſt fauore alicuius perſonæ omittendum quod ſtatutis generalibus continetur. 61. diſt. miramur.

1 Pan.l.3.c.99.

EOs qui.] CASVS. Quidam diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerant ante ſacros ordines cognoſcebat. Quæſitum fuit quid de eis deberet fieri, & de vxorib. eorum? Et rńdet Vrbanus, ꝙ clerici ab officio & beneficio ſuſpendantur: & ſi incorrigibiles fuerint, datur licentia principib. vt eorū feminas mancipēt ſeruituti: & ſi epi huic prauitati conſenſerint, ſuſpendantur.

2 Pann.lib.3 c.101.

b ¶ Eos qui.] Quod hic dr̄, intelligo qui quaſi matrimonialiter [a] ducunt vxores, & in eo caſu filij rediguntur in eccleſię ſeruitutem, vt 15.q.vlt. cum multæ. primo tñ ipſe eps rediget in ſeruitutē eas ſi pt, vt 81. diſt. quidam clerici. ſed ſi ipſe non ſufficit, tūc itur ad brachium ſæculare, vt hic dr̄. ſed obiicitur, nōne principes hñt iuriſdictionem ſuper iſtas, cū ſint laicæ? quare ergo eis indulgetur iſtud, cum ipſi eas per ſe pōt punire? Si legitima eſſet vxor iſta, tunc planum eſſet, quia legitima vxor ſortitur forū ex perſona viri, vt ff. de in.om.iu. cum quædam. Sed iſta q̄ non eſt legitima, non, vt ff. ad mu. de iure. §. vlt. [u] Ad hoc pt̄ dici, ꝙ cum ſit de familia ſacerdotis, eſt de foro eccleſiæ, ſicut & alij qui ſunt de familia eius, vt 89. diſt. indicatū. & 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos. vel io cenſetur de foro eccleſiæ: quia deliquit in perſona eccleſiæ, quia rōne delicti dr̄ in me princeps habere iuriſdōnem: & rōe delicti fit quis de foro alterius, vt 6. q. 3. placuit.

a Hanc ſententiā ſequitur V.n. & Inn. extr. de coh. cle. c. 2 in fi. vbi etiā de hoc. Arc.

u Vxor clerici eſt de foro eccleſiæ.

c ¶ Conſenſerint.] Hodie deponitur, vt extr. de vi. & ho. cle. vt clericorum mores. & 83. di. ſi qs eps. & extr. de ſim. nemo. Sed illud [b] verū qñ prece vel precio conſenſit. vt ibi dr̄ in illa cōſtitutione. vt clericorū. Si autē eps negligens eſſet, ſuſpendatur per duos menſes, vt 1. q. 1. quidquid.

3 In c. ā multis. §. erubeſcāt. extr de æta. & qual. Pann.l.3.ca.103.

b Id eſt q̄d dicitur in illis ca prædictis Gra. de ſi patriarchę iſte ſub nomine archiepiſcopi cōtinetur, vt patet 22. diſt. c. 1 ver. ordo.

¶ Subdiaconos continentiam ſeruare oportet. C. IX.

2 SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis ſtatuimus, decernimus obſeruari, nec illam definitionem noſtrā cuiuſquā ſinās cōtumacia [a] aut temeritate corrūpi.

Item Vrbanus 2. in ſynodo apud Melphiam, cap. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui poſt diaconatum vxoribus vacant. C. X.

2 EOs, qui [b] poſt ſubdiaconatū [α] vxoribus vacare volūt, ab omni ſacro ordine remouemus, officioq́; atq; beneficio eccleſiæ carere decernimus. Quòd ſi ab epiſcopo cōmitti non ſe correxerint, principibus indulgemus licētiā, vt eorum feminas mancipent ſeruituti. Si vero epiſcopi conſenſerint [c] eorum prauitatibus, ipſi officij interdictione mulctentur.

α ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur,* diaconatum. *Sed emendatum eſt ex aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, & ex ipſo cōcilio, cuius vnum exemplar eſt in bibliotheca Vaticana, & alterum miſſum eſt e Gallia. Diaconis enim numquam in Latina eccleſia legitur permiſſum fuiſſe coniugium, aut vſum ipſius: quos Syricius. & Innoc. ſemper eadem continentiæ lege cum epiſcopis, & presbyteris cōiunxerunt. Subdiaconis quoque poſt B. Gregor. & prohibitionem illam, quæ continetur in c. ante triennium ſuprà diſt. 31. eadem lex fuit conſtituta: quam Vrbanus ſecundus hic innouandam ſtatuit.*

Item Dominico Patriarchæ Grandenſi.

¶ Excludendi ſunt a ſuorum graduum dignitate ſubdiaconi, & deinceps, ſi continentes eſſe nolunt. C. XI.

3 ERubeſcant impij, & aperte intelligant iudicio ſpiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, niſi mulieres abiecerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate. De manifeſtis quidē loquimur: ſecretorum [d] autē, & cognitor Deus, & iudex eſt.

Idem in Melphienſi ſynodo præſidens dixit, c. 12.

¶ Ad ſacros ordines nō accedat, niſi virgo, aut probatæ caſtitatis. C. XII.

4 NEmo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo [e], aut probatæ ſit caſtitatis, & qui vſque ad ſubdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

ERubeſcant.] CASVS. Quæſiuit patriarcha Granden. quid debeat fieri de his qui erant in ſacris ordinibus poſiti: nihilominus tamē mulierculas ſibi habeant. Et reſp. Vrbanus, niſi eas abiecerint, & vixerint continentes, ſi eſt manifeſtum, ſunt ab omni dignitate eccleſiaſtica remouendi: ſi autem occultum eſt, diuino iudicio reſeruentur. Sequentia duo c. plana ſunt.

d ¶ Secretorum.] [c] Ex hoc patet ꝙ eccleſia non iudicat de occultis, ſic 32. quæſt. 5. Chriſtiano. 2. q. 5. conſuluiſti. & 6. q. 1. ſi omnia. Et eſt ar. pro opinione illorum qui dicunt quòd occultum delictum non irrogat irregularitatem. Ioan. quod eſt expreſſum hodie extr. de temp. or. c. vlt. niſi in homicidio & ſimonia in ordine. 1. q. 1. reperiuntur. B.

4 In c. ā multis. extra de ætat. & qua. Pann. lib. 3. c. 104.

c Eccleſia nō iudicat de occultis.

e ¶ Nemo ¶ Virgo.] [u] quid ſi credit ſe contrahere cum virgine, & eſt corrupta? Dico eum non promouendum, cum ſit maritus corruptæ, vt 31. di. qui in aliquo. quia ibi nec error nec violentia excuſat, vt 32. q. 5. ille autē. ſicut nec caſus excuſat, vt 15. q. 1. c. vlt. Quid ſi primo corrupi virginem, & poſtea eam deſponſaui? arg. quod promoueri non poſſum, ſi volo eam ducere, vt 30. q. 5. qualis. & j. diſ. proxi. maritū. hoc notaui in quæſt. B.

ADDITIO. Quæſtio dominicalis eſt: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

a Bigamus eſt cū corrupta etiam ignoranter contrahens.

Item in concilio Carthaginenſi, 5. c. 3.

¶ In tribus gradibus conſtituti etiam ab vxoribus abſtineant. C. XIII.

5 PLacuit epiſcopos, presbyteros, diaconos [ε] ſecundum priora [ϛ] ſtatuta etiā ab vxoribus abſtinere [f]: quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur officio: ceteros vero clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum vniuſcuiuſque [g] eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere.

ε ¶ Diaconos.] *ſequebatur,* ſubdiaconos. *quæ vox ſublata eſt: quoniā abeſt ab originali, & ab Africano, c. 37. & à Carthaginenſi græco, c. 71. & infrà diſt. 34. c. cum de quorumdam. quamuis habeatur in Carthaginenſi codice canonum, c. 5.*

ϛ ¶ Secundum priora ſtatuta.] *græce eſt* κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους: *& Balſamon interpretatur,* tempore vicis ſuæ: *quod ab originalis ſententia alienum eſt.*

f ¶ Placuit.] ¶ Etiam abſtinere.] id eſt, non contrahere.

5 Pann.li 3. c.105.

g ¶ Sed ſecundum vniuſquiſque.] [u] No. conſuetudinem ſeruandam in matrimonio, vt hic, & j. ead. qñ. & extr. de cog. ſpi. c. 2. Sed contra ext. de ſpon. duo. tua. & ex hoc vi ꝙ eps in ſua diœceſi poſſit ſtatuere ne acolythi cōtrahāt. Sed credo hic cōſuetudinē referendam ad beneficia, vt ſi conſuetudo ſit vt acolythi vxorati hēant beneficia, ipſa ſeruetur. ſed hodie corrigitur ꝑ decr. ext. de cle. coniug. Ioannes. & c. cum decorem.

u Conſuetudo eſt obſeruanda in matrimonio.

[6] *Item Leo 9. contra epiſtolam Nicetæ Abbatis.*

¶ In minoris ordinibus conſtituti vxorem ducant, niſi voto, aut religioſo habitu prohibeantur. C. XIIII.

7 SEriatim, & aperte proſequemur: quid ſancta Romana eccleſia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum, oſtiarios, lectores, exorciſtas, acolythos, ſi extra votum, & habitum [h] monachi inueniantur, & continentiā profiteri noluerint, vxorem ducere virgine cū benedictione ſacerdotali permittit: non aūt viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad ſubdiaconatū prouehi poterunt: quia nec laicus nō virginē ſortitus vxorē, aut bigamus ad clericatum poteſt aſcendere. Quòd ſi quis ex præfatis ordinib⁹ deſiderat ad ſubdiaconatū aſcendere, nequibit hoc ſine conſenſu vxoris ſuæ: vt fiat de carnali deinceps ſpirituale cōiugium, nemine eos ad hoc cogente. Neq; permittitur poſtea vxor iungi eidem marito ſuo carnaliter: nec cuiquā nubere in vita, aut poſt mortē [i] illius.

SEriatim.] CASVS. Abbas Niceta dicebat clericos in ſacris ordinib. poſſe cognoſcere vxores ſuas. Leo autē Papa reprehendens eius epiſtolam dicit, ꝙ clerici in minorib. ordinibus, ſi ſunt extra vxorem vel habitum monachalem poſſunt vxores ſortiri virgines, non viduas vel repudiatas: alioquin nec ipſi nec bigami poterūt promoueri poſtea. Si aūt poſtea voluerint promoueri, debet hoc et fieri de conſenſu vxoris: quæ poſtea nec mariti nec alius dēt carnaliter copulari viuente marito, vel poſt mortem. Seq. c. plana ſunt vſque ad c. presbyter.

6 Hūbertus Cœnoman legatus Leonis 9 in reſpōſione cōtra Nicetā.

7 Pann. l. 3. c.107.

h ¶ Votum & habitum.] bene dicit, habitum & votum: quia ſolus habitus non ſolennizat votum, vt ext. de reg. porrectum.

i ¶ Poſt mortem.] [u] De iſta vxore promoti dico ꝙ eo ipſo quòd dat licentiam, intelligitur vouere: ſimiliter ēt ea cuius maritus ſuſcepit habitum religionis: vnde neutra dēt contrahere: ſi tamen contraxerit, tenet ſecundum quoſdam: nā votum non fuit ſolennizatum [c]. Diſtingue tamen verum huius vxor ſciat ius, vel dicatur ſibi: quia tunc vouere intelligitur, non tamen ſolennizatur votum. Si vero ignorat, nec ei dicitur: non intelligitur vouere. in vxore tamen promoti ſecus poſſet dici non propter votum, ſed propter conſtitutionem eccleſiæ: ſcilicet vt non ſit matrimonium ſi contrahat. & videtur expreſſum 7. diſtinct. quia ſunt. H. dicit quod in vtraque vxore promoti & ingreſſi votum de præſenti dirimit, licet non ſolennizet actum. Io. Faber dicit aliud eſſe in vxore ingreſſi, aliud in vxore promoti: quia illa poſt mortem contrahit, ſed vxor promoti non: quia eſt ratio diuerſitatis: quia dignior eſt clericatus quam monachatus. nam etiam bigamus poteſt eſſe monachus. 16. quæſt. 1. legi. Sed mirum eſt, quòd tantus vir hoc dixerit, cum

u Vxor promoti an matrimonium contrahere poſſit.

c Ar 27. q. 2. multorum. vbi d̄ vxore promoti loquitur quæ. quia votum nō fecerat, poſt viri mortem nubere non ꝓhibetur: Illud ſecundū ſua tpa 31. di. cap 1. dic ergo ſecundum Ioa. de Fan. quod illud non eſt verum in vxore promoti 38 diſt qa & c. ſeq Arc.

b Pann. l. 3. c.110.
† irregulares.
† magna.
e Burc.lib.8. ca.109. Anſ. l. 7. cap.133. & 6.c.201. Iuo p.6. ca. 186. Pann. l. 3.c.112.
a Illud c.nó oportet po tius cótradi cit:ſ; dic q loquitur in ſponſalib.d futuro. quæ inter tales pñt contrahi, vt ibi no.Hug.

manifeſte obuiet. 27. qu.2.Agathoſa.& c. ſi. quis coniugatus.& 33. q.5.qui vxorem.poſſet autem dici, quòd votum vxoris ſolennizatur ex voto viri promoti, & ita vir vxori communicat votum, vt 28. diſtin. quia ſunt. De hoc no.in d.ca.qui vxorem.
ADDITIO.Idem not. Hoſt.ext.de reg. ad apoſtolicam.Arch.
a Quoniam.] ¶ Vxores ducere.] id eſt, retinere.
b ¶ Secta.] ỹ,18.q.2.cauc. & c.nó oportet.[a]
Interdixit.] Hæc eſt v.pars huius diſtin. in qua vt clerici facilius contineant, ſupponit Grat.auctoritatem horum cap. quòd clerici debent vitare familiaritatem & cohabitationem fœminarum extranearum. Ioan.de Fant.
c ¶ Aut ſororem.] in quibus nil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale permittit, vt extr.de cohab. cler.c.pen.
d ¶ Idoneas.] vt vxores ſeruorũ ſuorum, vt 81.di.volumus. & c.
e ¶ Suſpiciones.] quia ſuſpectas mulieres habebat, vt ext.de coha. cler.c.1.& 2.

β In ep. ad Oc. ibidem
In ep.ad Nepotianum, prope fin.
In epiſt. ad Ruſt.
In epiſt. ad Oce.l.1.cótra Iouin.

Hoſpitiolum tuũ.] f ¶ Malum eſt.] Argum. à contrariis, ſi vnum eſt bonum, reliquum eſt malum, fallit in prodigalitate & auaritia. “ Item duo contraria quandoque inueniantur bona, vt nubere & non nubere: quotidie communicare, & non cómunicare.18. qu.1. ſic em̃. & de conſec. diſtin.2. quotidie.& arg. C. de procur.exigendi. ibi, ſed multo iuſtius fuit.

“Contraria duo quandoque ſunt bona.

Presbyter.] CASVS. Quidam de conſenſu vxoris ſuæ factꝰ fuit presbyter: quem Greg.valde commendat: quia & ſi eã poſt ſacerdotium diligeret vt ſororem, tamen quo ad carnis officiũ vitabat vt hoſtem: nec appropinquabat ad eam. Quæ autem poſtea ſequuntur, plana ſunt vſque ad diſtinctionem: & per te videbis.
g ¶ Presbyteram.] cum qua in minoribus ordinibus contraxerat.

h Mulieres.] ¶ Et matricuriæ.] id eſt, habentes curam de rebus eccleſiæ.

a Pann. l. 3. c.114.

Ecce.] Hæc diſtin. diuiditur in 4.partes. In prima ponuntur 10. impedimenta, quæ

Item ex concilio Calcedon.c.14.

¶ Non liceat clericis alterius ſectæ vxorem accipere. C. XV.

1 Quoniam in quibuſdã prouinciis conceſſum eſt lectoribꝰ & pſalmiſtis vxores ducere [a], ſtatuit ſancta ſynodus, non licere cuiquam ex his accipere ſectæ [b] † alterius vxorem.

Item in Niceno concilio, c.3.

¶ Non habitent cum clericis mulieres, niſi quæ naturali fœdere omnem ſuſpicionem excludunt. C. XVI.

5 [a] Interdixit per omnia ſancta † ſynodus non epiſcopo, non presbytero, non diacono, vel alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierẽ, niſi forte aut matrem, aut ſororem [c], aut amitam, aut α etiam eas idoneas [d] perſonas, quæ fugiant ſuſpiciones [e].

α ¶ aut etiam.] *Græce eſt:* ἢ μόνα πρόσωπα πάσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. i. vel eas tantum perſonas, quæ omnem fugerint ſuſpicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. C. XVII.

3 Hoſpitiolum β tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant: ¶ Quia nõ poteſt γ toto corde cum Deo habitare, qui feminarum acceſſibus copulatur. ¶ Femina δ conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit. ¶ Numquam de formis mulierum diſputes. ¶ Feminæ nomen tuum nouerint ε, vultum neſciant. ¶ Feminam, quam bene videris conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia ζ. ¶ Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt [f] ergo tangere.

β ¶ Hoſpitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuſcriptis, & ſine Paleæ nomine. Eſt autem collectum ex variis B. Hieronymi locis: in quibus de vitanda mulierum conſuetudine agitur.*
γ ¶ Non poteſt.] *In epiſtola ad Oceanum, quæ non putatur eſſe B. Hieronymi, legitur.* Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.
δ ¶ Femina.] *Ibidem paulo ſuperius.* flammigero igne percutit femina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium.
ε ¶ Nouerint.] *Antea legebatur* feminæ nomẽ tuum neſciant. *Emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & ex epiſtola Hieronymi ad Ruſticum monachum.*
ζ ¶ Frequentia.] *In epiſtola ad Oceanum eſt,* frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib.4.c.8.

¶ Presbyter vxorem ſuam quaſi ſororem diligat, & quaſi hoſtem fugiat. C. XVIII.

4 Presbyter quidam ſibi cõmiſſam regebat eccleſiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepit ordinis preſbyteram [g] ſuam vt ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem cauens, ad ſe propius accedere non ſinebat, eamque ſibi appropinquare nulla occaſione permittens, ab ea ſibi communionem funditus familiaritas abſcidit.

Presbyteram vero quam debeamus accipere, Laodicenſe concilium, cap. 11. oſtendit dicens.

¶ Viduæ, vel ſeniores presbyteræ appellantur. C. XIX.

Mulieres [a], quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, vniuiræ, & matricuriæ [h] appellantur: in eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere.

a ¶ Mulieres.] *ſic habet priſca verſio Græca:* περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας ἢ προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. i. Quod non oporteat eas, quæ presbyteræ, vel præſidentes dicuntur, in eccleſia collocari. *quæ eſt Dionyſii verſio præter quàm in vltimis verbis. Ille enim habet,* eccleſiis ordinari. *Et videndus eſt Balſamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

[ps] Ecce, quòd in ſacris ordinibus conſtituti vxores habere non poſſunt: vel ſi bigami aliqui fuerunt in uẽti, ad ſacros ordines aſcendere nõ valent. Sed quæritur [i], ſi quis præter vxorem concubinam habuerit, vtrum in ſacerdotem promoueri valeat. Talis à ſacris ordinibus auctoritate canonum Apoſtolorum prohibetur in quibus, cap.17. ſic ſtatutum legitur.

¶ Secundis nuptiis poſt baptiſma copulatus, aut concubinam habens ad ſacrum ordinem conſcendere non valet. C. I.

5 Si quis poſt acceptum [k] baptiſma ſecundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam [l] habuerit, non poteſt fieri † epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus eorum, qui miniſterio β ſacro deſeruiunt.

β ¶ Miniſterio.] *græce,* τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *id eſt,* qui ſunt in catalogo ſacerdotali.

i ¶ *Geometria.*] De aſtronomia non facit mentionem. quia hæc abiit in deſuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

Q *Vi de menſa.*] CASVS. Duæ quæſtiones factæ fuerunt Hieronymo. Prima fuit, an ſit peccatum diſcere doctrinam & ſcientiam paganorum? Et reſp. Hierony. quòd non: & hoc probat exemplo quattuor puerorum, ſ. Danielis, Ananiæ, Azariæ, Miſaelis, & exemplo Moſi: qui ſi ſciuiſſent eſſe peccatum, nunquam didiciſſent. Diſcebant enim vt conuincerent incredulos: aliter riſui paterent, ſi de dogmatib. eorum cum eis diſputarent, cum inde nihil ſcirent. Secunda quæſtio fuit, an ſit peccatum recordari ſæcularium legum in prædicatione vel diſputatione? Et reſpondet, quòd non: quia hoc fit ex neceſſitate, vt probemus ea, quæ ſancti dixerunt, in libris gentilium cōtineri.

k ¶ *Qui de menſa.*] “ Daniel, Ananias, Miſael, Azarias [b]: nam turpe eſt alicui decretanti ius in quo verſatur ignorare, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. Seruius.

“ Daniel & ſocij ſui.

b Iſti alio noie dicti ſunt Balthaſar, Sidrac, Miſac, & Abdenago, ſecundū Hug. & Lau.

l ¶ *Scirent eſſe peccatum.*] ex eo quod Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur ar. quod in dubiis recurrēdum eſt ad exempla maiorum & aliorum. 16. q. 1. ſunt nonnulli. 22. q. 1. vt noueritis. 1. qu. 7. conuenientib. 12. q. 2. queſta. 16. q. 3. præſulum. 14. q. 1. c. vl. 26. q. 2. non ſtatutum. & c. non exemplo. C. de ſen. & interl. nemo [c]. contra Sol. “ vbi iura deficiunt, recurrendum eſt de ſimilib. ad ſimilia: aliàs non. 20. di. de quib. dic vt ibi. Item ar. præſumi eo ipſo bonum, quod ab aliquo bono ſit factum, vt 7. q. 1. omnis qui. & 34. q. 1. cum beatiſſimus 9. q. 2. Lugdunenſis. 12. q. 1. expedit. 28. q. 1. ſic. n. 31. diſ. omnino. Ioan.

c Vt not. 20. diſt. c. ſi.

“ recurritur quoq; de ſimilib. ad ſimil.

a ¶ Prædi-

a ¶ *Prædicta.*] ſcilicet de incarnatione, vt illud Virgilij.
" *Iam noua progenies cælo demittitur alto.*
b ¶ *Contineri.*] vt illud Ouidij.
" *Odero ſi potero: ſi non, inuitus amabo.*

" Virgilius.
" Ouidius.

D *quibuſdam.*] CASVS. Relatum fuit Eugenio in ſynodo ſua quod in quibuſdam locis non erant magiſtri, qui erudirent alios in liberalib. artibus: & ideo præcepit omnibus epiſcopis, vt in congruis locis magiſtros conſtituant qui quotidie in doctrinis liberalib. alios doceant.

c ¶ *Neque magiſtros.*] Arg. quod ſcholares a in ſcholis de eccleſiis ſuis debent habere prebendas. ſ. di. 32. ſi qui. ff. ex quib. cauſ. ma. in integr. nec non. ff. de ne. ge. l. 1. extr. de cle. non reſi. inter quattuor. 1. qu. 2. ſacerdos Sed contra 1. q. 2. placuit. ſ. de conſec. di. 1. nemo. 1. 12. q. 2. conceſſa. 16. q. 1. generaliter.

d ¶ *Subiectiſque.*] i. baptiſmatib. eccleſiis.

e ¶ *Vt magiſtri.*] Quid iuris ſit de magiſtris, habes ext. de magiſt. quia nonnulli. & ext. de magiſt. ca. 1. quia à clericis ipſius eccleſiæ, & à pauperib. nihil petent, vt ibi dicitur. " Sed numquid magiſter iure licito poteſt facere collectam? Videtur quod non: quia ſcientia donum Dei eſt: vnde vendi non poteſt, vt 1. q. 3. non ſolum. quia profeſſores iuris & ſi honeſte accipiunt, tamen inhoneſte petunt, vt ff. de va. & extraor. co. l. 1. §. eſt quidem. Item quia potius debent proiicere pecuniam exemplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Item quia propter honorem adipiſcendum legunt: non propter vtilitatem aliorum, quare tamquam ſuorum negotiorum geſtores nihil ab auditorib. petere debent, vt ff. de neg. ge. l. pupilli. §. 2. Sed contra: qui pro tempore præſtat obſequium, debet conſequi beneficium, vt 12. q. 2. charitatem. Item quare non poſſet magiſter vendere doctrinam ſuam, ſicut iuriſperitus conſilium, vt 14. qu. 5. non ſane? Item nonne teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationem, 1. pecuniam procurationis nomine, vt 4. q. 3. c. venturis. & epiſcopus gratis conſecrat eccleſiam: tamen recipere poteſt procurationem: vt ext. de ſimo. cum ſit. & officium magiſtri remunerandum eſt, vt ff. de dona. Aquilius? So. tunc petat magiſter collectam cum ei ſua ſ leuiſſime non ſufficiunt, vt 10. q. 3 priſcis. & 12 q. 1. epiſcopus eccleſiaſticarum rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioan. quod magiſter poteſt facere collectam de qua viuat, & procuretur, etiam ſi abundet b: qa epiſcopus cum conſecrat eccleſiam, & cum viſitat, recipit procurationem etiam ſi abundet, vt in decr. de ſi. cum ſit Romana. & ext. de cen. cum Apoſtolus. & e. tit. ſopitæ. nec vendit magiſter ſcientiam, quia æſtimari non poteſt: ſed pro labore ſuo promittitur ei præmium. nam prædicator non dicitur vendere prædicationem, & tamen petere poteſt ſubſtentationem, vt ext. de præſc. cum ex officij. & de cenſi. cum venerabilis. & 13 q. 1. §. ecce ergo. & §. his ita. Bar. c

f ¶ *Aſſidue.*] id eſt, horis competentibus, ſic ſ. 31. diſt. ſacerdotib. ff. de cond. & dem. ſi quis ita legauerit.

S *i quid uero.*] CASVS. Manichæi dicebant, quod ſi Orpheus & Sybilla, & alij vates & philoſophi gentilium de Deo aliquid dixerint, tantæ eſt auctoritatis quantæ ſunt verba prophetarum. Et reſpondet Aug. dicens, quod ſi quid veri ibi reperitur, valet ad conuincendum eos: ſed non vt habeatur in auctoritate ſicut verba prophetarum. Et hoc probat ſimilitudine Dæmonum & Angelorum: qui dæmones, licet vera dixerint de Chriſto, non tamen ſunt tantæ auctoritatis quantæ verba Angelorum.

a Iuo p. 4. c. 214. Anſ. l. 7. c. 1. Pol. l. 4. tit. 32.

a Intelligo aliquē eſſe i ſcholis, l; aliquā diuertit eā eundi ad curiā Romanam vel alibi, ſtatim reuerſurus: nam tūc nec diuertiſſe vſ de pœ. di. 1. diuortium. Arc.

" Magiſter docendo an poſſit collectā facere.

† ſed ibi ſolius.

¶ Ibid. infra.

b Arg. contra 10. q. 3. cauē. diſ. iuxta fi. vbi de hoc. & ibi dicam. Archid.

c De hoc & no. 1. q. 3. vendētes. & plene extra de mag. q. 2. Ar.

ita dicam, grauiſſimæ neceſſitatis, vt probemus ea, quæ à ſanctis prophetis ante ſæcula multa prædicta a ſunt, tam græcorum, quam latinorum, & aliarum gentium litteris contineri b.

Item ex ſynodo Eugenij a Papæ ſecundi.

¶ Magiſtros, & doctores epiſcopi congruis locis conſtituant. C. XII.

D E quibuſdam locis ad nos refertur neq; magiſtros c, neque curam inueniri pro ſtudio litterarum. Idcirco in vniuerſis epiſcopis, ſubiectiſque d plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magiſtri e & doctores conſtituantur, qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſidue f doceant: quia in his maxime diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata.

a ¶ Eugenij.] *Apud Anſelmum citatur ex ſynodo habita Romæ in conſiſt. Lateran. à Beato ..... In Polycarpo eodem modo. & additur nomen Eugenij: ex quo etiam citat Iuo. Inuentum uero eſt in ſinodo Eugenij Papæ ij. & in ſynodo Leonis iiij. quarum ſi modorum ut alibi dictum eſt, exemplaria ſunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiā ſynodi à Gregorio ..... Romæ habitæ, talis cuiuſdā cap. in hac ponitur ſumus* Vt omnes epiſcopi artes litterarū i ſuis eccleſiis doceri faciāt.

Item Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, lib. 13. c. 16. †

¶ Auctoritatibus gentilium, eorum vanitas retunditur, atque conuincitur. C. XIII.

S I quid veri g de Deo Sybilla, vel Orpheus, aliiue gentium vates, aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, valet quidem h aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad iſtorū auctoritatem amplectendam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem Angelorum, & confeſſionem dæmoniorum i, tantum inter auctoritatem prophetarum, & curioſitatē ſacrilegorum.

Item Clemens Papa 1. epiſt. 5. ad ſuos diſcipulos.

¶ Ad intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, ſæcularium peritia neceſſaria oſtenditur. C. XIIII.

R Elatum eſt nobis, quòd quidam in veſtris partibus cōmorantes aduerſantur ſacris † doctrinis: & prout eis videtur, non ſecundum traditionem k patris, ſed iuxta ſenſum ſuum, docere videntur. Multas enim quidam, vt audiuimus, veſtrarum partium ingenioſi † homines ex iis, quæ legunt, veriſimilitudines l capiunt. Et ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur, non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum †, quem extrinſecus adulteretis, alienum m, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ſcripturarum auctoritate confirmare: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere n ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruauit, vt ipſe poſſit ea quæ recte ſuſcepit, competenter aſſerere. Cū enim ex diuinis ſcripturis integram quis, & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ forte in pueritia o attigit, ad aſſertionem veri dogmatis cōferat: ita tamē, vt vbi vera didicerit, falſa & ſimulata declinet.

g ¶ *Si quid vero.*] Arg. " quod teſtes vel inſtrumenta poſſunt pro parte rata haberi, pro parte nō, vt dixi ſupra. diſt. 9. ſi ad ſacras. ſed illud verum eſt, quando reprobantur ratione perſonæ: ſecus ſi reprobantur propter dicta. Item arg. quod ſi aliquid induxero pro me, quod non teneor recipere contra me. ſ. diſtin. 19. ſi Romanorum. contra. Io. Sol. ſi vtor aliquo contra me, & pro me vti debeo: niſi in caſibus ſpecialibus. 2. qu. 7. ſi hæreticus. Dic vt ibi. Bart.

h ¶ *Valet quidem.*] Ar. eſſe argumentandum ab exemplis paganorum, & in dubiis ad ea recurrendum. ſ. 13. qu. 2. queſta. ſ. diſt. 21. ſubmittitur.

i ¶ *Dæmoniorum.*] Cum dixerunt filio Dei, Ad quid veniſti ante tempus torquere nos? Apoſtolus tamen in epiſtola ad Corinth. videtur contrarium dicere, cum dicit, Si cognouiſſent eum, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Dic quod ſi perfecte eum non nouerunt: " tamen credebant eum filium Dei, cum viderunt eum ambulantem ſuper aquas, cum viderunt eum eſurire, non credebant.

R *Elatum.*] hæc eſt 3. pars huius di. in qua dicit quòd a ſapientib. debemus audire, quæ leguntur in ſacra ſcriptura. Io. de Fan.

CASVS. Quidam erāt, qui cum veritatis doctorem non haberent, diuinam ſcripturam exponebant pro ſuæ voluntatis arbitrio: & non ſecundum traditionem ſanctorum patrum: ex ſuo ingenio quaſdam ſimilitudines capientes: quos Clemens reprehendit, oſtendens, quòd diuina ſcriptura non debet intelligi ſecundum arbitriū alicuius, nec extraneus ſenſus debet quæri, vel a littera alienus: licet multa ſint in diuinis ſcripturis, quæ poſſunt trahi ad varios & diuerſos intellectus. Et ideo docet ſcientiam eſſe diſcendam ab eo, qui veritatem a ſuis maioribus percepit: vt poſſit poſtea veritatem prædicare, & alios recte docere: & ad aſſertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti, vt falſa & ſimulata declinet. Sequens cap. patet.

k ¶ *Traditionem.*] Tales dicuntur transferre terminos patrum, vt 24. q. 3. transferunt.

l ¶ *Veriſimilitudines.*] id eſt, ſtatim volunt per ſimilitudines procedere in aliis. & licet per ſimilia licitum ſit argumentari d, vt 20. diſ. de libellis. non tamen ſemper, vt 17. quæſt. 1. nuptiarum. & 28. qu. 1. ſic enim

m ¶ *Alienum.*] niſi illud reperiatur in auctoritate, vt cum inuenimus annum poni pro die, vel econtra, vt 31. diſtin. tenere. 33. qu. 1. hoc ipſum.

n ¶ *Diſcere.*] Prius enim debet diſcere quàm docere, vt 16. q. 1. ſi clericatus. & c. ſic viue. & 36. diſt. ſ. ecce.

o ¶ *In pueritia.*] Argum. " quod aliquis poteſt teſtificari de eo quod vidit

" Infra pār parte approbati, & parte reprobati.

† al. ſanis.

† *ſecundum ingenium hominum.*] Orig.

† al. ſenſum extrinſecus alienum.

" diaboli verum cognouerunt Chriſtū eſſe filiū Dei.

d Ad hoc extra de conſti. tranſlato. & de reſer. inter & de traſ la int. r. ext. de ap vna ff. ad l. Aq. illud Arc.

" Teſtificari pt qs de eo q vidit i ætate puerili.

NVlli ſacerdotum.] C A S V S. Multi populi normam canonum & decretorum non ſeruabant: & epiſcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcepit ergo Cæleſtinus, vt nulli epiſcoporum liceat canones ignorare, quatenus cum fuerit neceſſe, corrigant delinquentes.

l PLacuit.] ¶ *Inculcentur.*] ſimiliter cum nouum celebratur concilium, vt 18. diſt. decernimus. 11. q. 3. curæ.

m SIcut ſtellas.] ¶ *Firmamento.*] i. meditationi & lectioni. Hug.

n ¶ *Mundana.*] Vnde dicitur: Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. de conſec. diſt. 5. numquam. Hug. & Lau.

Item Cæleſtinus vniuerſis epiſcopis per Apuliam, & Calabriam conſtitutis, epiſt. 3.

¶ Canones non licet ſacerdotibus ignorare. C. IIII.

1 NVlli ſacerdotum liceat canones a † ignorare, nec quicquam facere, quod patrum poſſit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digne † ſeruabitur, ſi decretalium norma conſtitutorũ pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

Item ex dictu Auguſtini.

¶ Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria ad diſcendum. C. V.

2 QVæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum b, id eſt liber ſacramẽtorũ c, lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus d, canon pœnitentialis, pſalterium, homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus ſi vnum e defuerit, ſacerdotis nomen vix f in eo conſtabit: quia valde periculoſæ ſunt euangelicæ minæ, quibus dicitur [Si cœcus cœco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.]

¶ Ceteri etiam Collectores Auguſtinum citant: Fere autem omnia hæc habetur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officiis eccleſiaſticis, & alibi.

Item ex 7. ſynodo, c. 2.

¶ Quæ oportet ſcire eum, qui epiſcopus eſt ordinandus. C. VI.

3 OMnes pſallentes repromittimus g Deo [In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.] Quod omnes quidem Chriſtianos obſeruare ſaluberrimum eſt, ſed præcipue hos, qui hierarchicam conſecuti ſunt dignitatem. Vnde definimus omnem, qui ad epiſcopatus prouehendus eſt gradum, modis omnibus pſalterium h noſſe, vt ex hoc & omnis clerus, qui ſub ipſo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano, ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitorie tam ſacros canones, & ſanctum Euangelium, quàm diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam, atque ſecundum mandata Dei conuerſari, & docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia i enim ſummi ſacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, id eſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionyſius. 4 Quòd ſi diſceptauerit k, & ita libenter facere, & docere minime ſpoponderit, nullatenus conſecret. Ait enim prophetice Deus. [Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.]

Item ex concilio Carthag. 3. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

PLacuit f, vt ordinandis epiſcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcẽtur l, ne ſe aliquid contra ſtatuta concilij feciſſe pæniteat †.

Item Zepherinus Papa epiſt. 1. ad epiſcopos Siciliæ.

¶ Sacræ ſcripturæ inhærentes nõ obſcurantur iniquitate mundana. C. VIII.

SIcut ſtellas cæli non extinguit nox, ſic mentes fidelium, firmamento m inhærentes ſanctæ ſcripturæ non obſcurat mundana n iniquitas.

Item Hieronymus ad Euſtochium in proœmio comment. in Eſaiam.

¶ Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. C. IX.

6 SI iuxta apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt, Deique ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiuſque ſapientiam o, ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt.

Item Gregorius in paſtorali, p. 1. c. 1.

¶ A Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei ſunt, ſapiunt, vel ignorant. C. X.

QVi ea, quæ Dei a ſunt, ſapiunt, à Domino ſapiuntur p. & qui ea quæ Dei ſunt, neſciunt, à Deo neſciuntur. Paulo atteſtante, qui ait] Si quis ignorat q, ignorabitur.] *Idem* 7. Quicumque ſtult⁹ eſt in culpa, erit ſapiens in pœna.

a ¶ Dei ſunt.] *In loco indicato legitur*: Qui ea, quæ ſunt Domini neſciunt, à Domino neſciuntur, Paulo atteſtante, &c.

Item Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, c. 17.

¶ Non qui aliquid neſcit, ſed qui putat ſe ſcire quod neſcit, errare probatur. C. XI.

8 QVamuis errare † r, quanta poſſumus cura, cauendum ſit, non ſolum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus nec niſi rerum ignorantia poſſit errari, non tamen eſt conſequens, vt continuo erret, quiſquis aliquid neſcit: ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quòd neſcit. Pro vero quippe approbat falſum: qd̃ eſt erroris proprium. Veruntamẽ in qua re quiſq; erret intereſt plurimum. Nam in vna eademq; s re, & neſcienti ſciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuerſis autem rebus, id eſt, cum iſte ſcit alia, ille alia, & iſte vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia, quis nõ in eis, quæ ille ſcit, ei præferat neſcientẽ, ſunt enim quædã, quæ neſcire, quàm ſcire t ſit melius.

a ¶ *Canones.*] Pœnitentiales, ſi intelligis de ſacerdotib. vt 26. q. 7. tempora. ſi intelligis de epiſcopo, planum eſt, vt 23. di. qui epiſ a.

QVæ ipſis.] C A S V S. Octo exponit in hoc ca. Auguſtinus, quæ ſunt ſacerdotib. neceſſaria, ad hoc vt ignorantiam vitent: ſ. libri ſacramentorum, &c. de quib. octo ſi vnum defuerit, vix ſacerdotis nomen habebit.

b ¶ *Ad diſcendum.*] ſupple hæc ſunt.

c ¶ *Sacramentorum.*] id eſt, Miſſale.

d ¶ *Computus.*] quò ad dies & menſes.

e ¶ *Si vnum.*] Ar. quòd vbi plura requiruntur ex neceſſitate, ſi vnum ex his deeſt, nihil agitur, vt de conſe. di. 4. in ſynodo. 22. q. 2. animaduertendum. ſic qui offendit in vno, factus eſt reus omnium, vt de pæ. di. 5. conſideret. & eſt ſimile b. C. de teſt. ſi vnus. & ff. de tranſa. cùm hi. §. ſi prætor. Arg. contra 30. q. 5. aliter. ff. de ven. inſpic. l. 1. in fi. c

f ¶ *Vix.*] quia vbi res deeſt, nec nomen habebitur, vt 68. di. cor epiſcopi. 7. q. 1. factus. C. de ſer. à nullo. 35. q. 7. quid eſt.

OMnes pſallentes.] C A S V S. In hoc c. ſtatuit ſynodus, vt omnis qui ad epiſcopatum promouendus eſt, pſalterium ſciat, vt ex eo omnis cler⁹, qui ſub eo fuerit, inſtruatur: & tempore ſuæ ordinationis dẽt metropolitanus ordinãdum epiſcopum interrogate, ſi ſciat legere canones ſacros, & omnem diuinam ſcripturam: & ſi inuenitur ignorãs, repellatur. Et hoc probatur auctoritate prophetæ dicentis. Tu ſciẽtiam repuliſti, &c. Si vero legere & alia ſupradicta ſcierit, niſi promittat ſe ſecũdum illa victurum, non ordinetur. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad capitulum, quamuis.

g ¶ *Repromittimus.*] i. videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iuſtificationib. tuis meditabor.

h ¶ *Pſalterium.*] 85. di. archidiaconum d. 23. diſt. qui epiſcopus.

i ¶ *Subſtantia.*] i. de ſubſtantia ſacerdotij videtur eſſe, quod ordinandus habeat ſcientiam.

k ¶ *Si diſceptauerit.*] i. eſt, ſi contradixerit.

o SI iuxta.] ¶ *Sapientiam.*] ſic argumentatur: Chriſtus eſt ſcientia: ergo qui ignorat ſcientiam, ignorat Chriſtum e: & intellige de tali ignorantia, quæ contemnit diſcere. 3. prox. c. fi. Io.

p QVi ea.] ¶ *Sapiuntur.*] id eſt, approbantur.

q ¶ *Ignorat.*] Intellige de eo qui contemnit ſcire, vel de eo qui de facili ſcire poſſet, ſi habuiſſet tractatum cum peritis, vt C. de ing. ma. l. 3. 3. di. prox.

QVamuis.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſ. in qua dicit, quod illi errant qui falſa pro vero approbant, vel econtrario. Io. de Fan. CASVS. Quidam contra Aug. ita argumentabantur: non poteſt quis errare niſi ignorantia rerum: ſed omnis ignorantia eſt neſcientia, ergo quicumque neſcit, errat. Dicit Augu. quod ignorantia eſt vitanda in maiorib. & in minorib. non tamen ſequitur, quòd quicumque neſcit, errat. Sed ille dicitur errare, qui putat ſe ſcire quod neſcit: & qui falſum pro vero aſſerit. Veruntamen multum refert in quibus reb⁹ quis erret. Nam ſi in re honeſta, & quæ ad ſalutem animæ proficiat quis erret, ſciens præponitur neſcienti, & non errans erranti. In rebus autem diuerſis, ſi illa ſint vtilia, illa inutilia & noxia: in noxiis neſciens præponitur ſcienti: quia talia melius eſt neſcire quàm ſcire.

r ¶ *Errare.*] Errare enim eſt aliud pro alio putare. vt 22. qu. 2. in quibus f.

s ¶ *Eademque.*] In his quæ ſpectant ad ſalutem animæ, nihil intereſt decipi vel decipere, vt 16. q. 1. ſi cupis.

t ¶ *Quàm ſcire.*] Hic vi-

a Ad idẽ 61. di. ſtatuim⁹. & ext. d cõſ. & 25. c 1. in fi. & 7. c. oẽs.

1 Burc. lib. 2. ca 160. Iuo par. 6. c. 251. Anſel. l. 7. c. 108. Pol. l. 4. tit. 4.

† *al. ſuos canones.*

† *al. digna.*

2 Burc. l. 2. c. 2. & l. 19. c. 8. Anſel. l. 7. c. 109. Pol. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 12. Pan. l. 3. c. 24.

b Scilicet, à princip. gl.

Matth. 15.

5 Hic adde qd̃ le. & no. 13. q. 5. c. 2 in gl. 2. 23. diſt. quorundam. Arc.

3 Mutatus eſt periodi ductus. Iuo p. 3. c. 373.

Pſal. 118.

d Al. inſcipit, Florentinũ.

4 c. 3. eccleſ. Hierarchiæ.

Oſee 4.

e Add q̃ tñ ſcire xpiani ad beatitudinẽ conſequendã. not. Bal in gl. ſuper rubr. C. de ſum. tri. In. & Io. An. in c. 2 §. pro defectu. de renun.

5 p declarõe huius c. vide Alc. de Im. in l. ſi qs. C. de pac. & §. igitur ordinãd⁹. in aut. qũo op. epi.

† *al. pœniteant.* † *al. aſſerant.*

6 1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

7 lib. moral. 15 c 23. mutato verborũ ordine.

f Adde qualiter errare, ignorare, neſcire, & titubare differunt, no. gl. ſup rub. ff. d iu. & fa. ign. & in l. de ſtatu. ff. d teſt.

8. Senten. 1 diſt. 18. ca. illud.

† *al. errare q. p. c. eundem.* Orig.

detur

datur quod bonum ſit ignorare mala, vt 31. di. hoſpitiolum. Sed contra, omnis ſcientia à Deo eſt a, vt 37. diſt. §. hinc. & bonum eſt ſcire mala, vt ea vitemus, vt 5. diſt. prox. qui de menſa. & c. ſiquid veri. Dic quod omnis ſcientia bona eſt. " ſed dicitur aliqua ſcientia mala. quia mala eſt illi, cui dat occaſionem peccandi: ſicut Adæ fuit malum pomum paradiſi, vt 2. q. 3. quid ergo. & Iudæ buccella. vt 1. q. 1. § opponitur. ver. nec mirum. de conſecr. diſt. 2. & ſancta.

a Arg. cõtra 26. qu. 2. qui ſine. & q. 5. c. 1. in prin.

" Scientia aliqua dicitur mala.

SED LICET. Supra dictum eſt, quòd presbyteri debent ignorantiam euitare: ſed licet quádoq; per ignorantiam peccent in grammatica, non tamẽ propter hoc ſunt à grammaticis, id eſt, ſcholaſticis deſpiciendi: quoniã vitia ſunt magis præcauẽda quã verba.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitioſum proferant epiſcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi: quia morum vitia magis quàm verborum ſunt præcauenda.*

Vnde Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus. c. 9.

¶ Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. C. XII.

b Iuo p. 6. c. 383.

1 SEdulo monendi ſunt ſcholaſtici a, vt humilitate induti Chriſtiana, diſcant non contẽnere, quos cognouerint morum vitia, quàm verborũ amplius deuitare, & cordi caſto linguam exercitatam nec conferre audeant: quam etiam præferre conſueuerant. *& infra.* His etiam maxime vtile eſt, noſſe ita eſſe præponendas verbis ſententias a, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm diſertiores audire ſermones, ſicut malle debent prudẽtiores, quam formoſiores b habere amicos. Nouerint etiam non eſſe vocem ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita enim non irridebunt, ſi aliquos antiſtites, & miniſtros eccleſiæ forte animaduerterint, vel cum barbariſmis, & ſolœciſmis Deum inuocare, vel eadem verba, quæ pronũtiant, non intelligere c, perturbateque diſtinguere: non quia iſta minime corrigenda ſunt, vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat d, Amen e: ſed quia † pie toleranda ſunt ab eis, qui didicerunt, vt ſono f in foro, ſic voto in eccleſia benedici. Itaque g forẽſis illa h, nonumquam forte bona dictio i, numquam tamen benedictio dici poteſt.

a ¶ Scholaſtici.] *Vox iſta abeſt ab originali. Sed in eo hæc præcedunt:* ſunt item quidam de ſcholis vſitatiſsimis grammaticorum, oratorumque venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctiſsimos, quorum mens magnarum rerum eſt exercitata quæſtionibus. His ergo, qui loquendi arte ceteris hominibus excellere videntur, cum veniunt, vt Chriſtiani fiant, hoc amplius, quam illis illiteratis impartire debemus, quòd ſedulo admonendi ſunt, vt humilitate, &c.

Item Gregorius ad Leandrum epiſcopum Hiſpalenſem, in præfat. Moral. ad finem.

¶ Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. C. XII.

INdignum vehementer exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.

SEdulo.] CASVS. Quidam prælati per ignorantiam grammaticæ lectionis Deũ cũ ſolœciſmo & barbariſmo inuocabant: & propter hoc à peritis ſcholaſticis deſpiciebantur. quare quæſitum fuit ab Auguſtino, an hoc deberent facere? Et reſp. quod non: & hoc probatur trib. rationib. Prima eſt, quia diſerta lingua ſcholaſticorum caſto cordi non debet præponi. Secunda eſt, quia ſcientia præponitur verbis, ſicut animus corpori: & ſicut prudens amicus formoſo præponitur. Tertia eſt, quia Deus magis inſpicit affectum quam vocem. ignorantia tamen talis eſt reprehendenda: ſed ab eis toleranda qui didicerunt: quia ſicut ſonus in foro, ita votum in eccleſia benedicitur.

† tamen] or.

a ¶ Sententias.] " Not. quòd magis conſideranda eſt ſententia quàm verba, vt 1. q. 1. marchion. 22. q. 5. humanæ. de conſec. diſ. 4. retulerunt. & ſi non ſanctificatur. & potius mens eſt conſideranda quàm verba. vt 23. q. 1. paratus. Argu. contra ext. de ſponſa. ex litteris. ſol. non eſt a verbis recedendum: niſi ex verbis paruus generetur intellectus: & tunc verba ſunt interpretanda.

" Sententia potius quã verba attendi debet.

b ¶ Quam formoſiores.] Vnde Seneca. " Infirmus non quærit medicum eloquentem.

" Seneca.

c ¶ Intelligere.] Argu. " quòd non eſt deponendus aliquis propter imperitiam b, vt 10. q. 1 placuit.

" Imperitia ñ facit quẽ deponi.

d ¶ Dicat.] Ar. contra ext. de fil. presb. propoſuit. 7. q. 1. illud. ſed nec hic populus reſpondet, Amẽ, officiando eccleſiam vel miſſam. " Et ita videtur, quod nec ſine miniſtro poteſt presbyter Miſſam dicere, licet H. dixerit, quod bene poſſit cum populo tantum eccleſiam officiare.

b Ad idem 73. diſt. epiſcoporum. in fi. 25. q. 2. & i Galliarum. in fi.

" Presbyter an ſine miniſtro poſſit celebrare.

e ¶ Amen.] Videtur ergo ſufficere, ſi populus reſpondeat ſacerdoti in Miſſa c. & ſic eſt contra. 7. q. 1. illud. Sed dic quòd non reſpondet populus officiando miſſam.

c Dicit Hug. quod quidem verũ eſt. ſed hoc ñ colligitur hic. ñ. n. dr̃ quod populus ſic rũdeat officiãdo, &c. vt ſequit. de hoc s. in gl. præced. Arc.

f ¶ Vt ſono.] Hoc eſt dicere, ſicut in concione laici compoſitos ſermones & politos conſiderant: ſic viri eccleſiarum votum & intentionem conſiderare debent ſacerdotis.

¶ *Hæc, & duo ſequentia capita abſunt à multis antiquis exemplaribus. neque gloſſam habent.*

[*Item Auguſtinus de vera religione, ca. 49. & 50.*]

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum ſcripturarum ſecundum cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis lingua, ſuaquedam propria genera locutionum quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur abſurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epiſt. 32. cuius initium eſt [Chriſtiani interdum pudoris eſt.]*

PALEA. C. XV.

ECcleſiaſtica interpretatio, etiam ſi habet eloquij venuſtatem, diſſimulare eam debet, & fugere †, vt non otioſis philoſophorum ſcholis, pauciſque diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hominum generi.

Item Clemens Papa, epiſt. 3.

¶ Propter opprobrium ſenectutis, à paruulis, & à minimis non erubeſcat diſcere epiſcopus. C. XVI.

NVllus epiſcopus † propter opprobrium k ſenectutis, vel nobilitatẽ generis, à paruulis, vel minimis † eruditis, ſiquid forte eſt vtilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit & diſcere, atque agere bona recuſat, magis diaboli; quàm Chriſti membrum eſſe oſtẽditur, & potius infidelis, quàm fidelis monſtratur.

† al. non fugere.

† abeſt ab originali.

† al. minus.

g ¶ Itaque.] id eſt, quaſi.

h ¶ Illa.] concilio.

i ¶ Bona dictio.] nominetur: non tamen poteſt dici benedictio. 28. diſt. presbyterum.

NVllus.] CASVS. Quidam epiſcopi dedignabantur diſcere à iuuenib. vel ignobilib. propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis: quos Clemens reprehendit, dicens quod potius ſunt membra diaboli quam Chriſti: & potius ſunt infideles quàm fideles.

k ¶ Opprobrium.] Et dicit Auguſtinus. " Ego ſenex à puero nondum anniculo paratus ſum edoceri, vt 24. q. 3. ſi habes. & ſtultus eſt, qui bona quæ videt, diſcere contemnit, vt 22. diſt. de Conſtantinopolitanæ. & ſi vnum pedem haberem in ſepulchro, alium extra: adhuc vellem diſcere, vt ff. de fideic. lib. apud Iulianum. Vnde Seneca. " Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.

" Incitatio optima ad diſcendum.

" Seneca.

DISTINCTIO XXXIX.

t ps. ECce l *plenarie monſtratum eſt, quòd ſacerdotes oportet litterarum tam ſacrarum, quàm ſecularium eſſe peritos. Nunc quæritur, an ſecularium negotiorum oporteat eos habere peritiam* m. *Hanc prælatis eſſe neceſſariam multis rationibus probatur. Debent namque prælati ſubditis non ſolum ſpiritualia, ſed etiã carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti, qui turbas ſequentes non ſolum verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plene poſſint perficere, ſecularium negotiorum oportet eos habere ſolertiam* n *vt eorum cautela & eccleſiæ ſeruentur indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuo modo* o *miniſtrentur. Vnde quidam in epiſcopum electus, à Beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res eccleſiæ dilapidarentur. Sic enim ſcribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. libr. 8. epiſt. 40.*

ECce.] hæc diſt. breuis eſt: & ideo non diuiditur.

l ¶ Ecce.] In trib. ſupra dictis diſt. demonſtratum eſt, epiſcopum debere eſſe prudentem in litteris tam diuinis quam ſecularib. " Nunc vero in hac 39. diſt. oſtendit, quod oportet epiſcopum eſſe prudẽtem in negotiis ſæcularib. vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indẽnes: & cuique neceſſaria pro ſuo modulo miniſtrentur, & hoc exemplo Domini, qui turbas ſequentes non ſolum verbis ſpiritualib. ſed etiam corporalib. alimentis reficiebat: quam peritiam: quia petrus diaconus non habuit, eſt à dignitate repulſus, ad quam fuerat electus, vt probat ſequens c. quod per ſe patet.

" Eps debet eſſe prudẽs in negotiis ſecularibus.

m ¶ Habere peritiam.] Et ita hoc eſt ad huc de illo capitulo, de quo tractatur 36. diſt. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe prudentem, ſecundum Hug. & Lau.

n ¶ Solertiam.] i. induſtriam, & ſolicitudinem. Solers enim antiquitus dicebatur qui erat omni bona arte inſtructus. Et dicitur ſolers, quòd ſit ſolicitus in arte & vtilis, ſecundum Papiam.

o ¶ Pro ſuo modo.] quia plus quandoque conferendum eſt vni quàm alteri, vt 1. quæſt. 2. clerici 12. quæſt. 2. vulteranæ. extr. de præbẽ. de multa. in fi.

¶ Sæcularium negotiorum imperiti non ſunt in epiſcopos ordinandi.
C. I.

1 PEtrus diaconus, quem à vobis electum aſſeritis, omnino (vt dicitur) ſimplex eſt [a]: & noſtis; quia talis hoc tempore in regiminis debet arce cõſtitui, qui non ſolum ſalute animarũ, verum etiã de extrinſeca [b] ſubiectorum vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus.

DISTINCTIO XL.

1 OPortet [c] quoque epiſcopum eſſe ornatum, & hoſpitalem. *Ornamenta epiſcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à Domino eis repromittuntur, cum dicitur [Sacerdotes eius induam ſalutari.] Vnde in veteri teſtamento varijs veſtibus ex præcepto Domini ſacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet ſplendere vita pontificis: vt gradus conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, ſed vita, & mores ſanctum faciunt ſacerdotem. Vnde ex ſuſcepto officio non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerint aſſecutos.*

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Officium ſacerdotij non confert, ſed adimit peccandi licentiam. C. I.

2 NOn nos beatum Petrum, ſicut dicitis, à Domino cum ſedis priuilegiis, vel ſucceſſores eius, peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem [d] meritorum dotem cum hereditate [e] innocentiæ miſit ad paſtores. Quod illi conceſſum eſt pro actuum luce [f], ad illos pertinet, quos [g] par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim [h] ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt, quæ à loci deceſſore præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit: aut qui eriguntur, illuſtrat [i].

¶ Caput hoc quod citatur ex Symmacho, eſt in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus ſcripſit: ideoque Symmachi nomine citatur, quòd eum librum Symmachus, & vniuerſa quinta ſynodus pro cauſa Symmachi habita ſic approbarunt, ut parem ei cum ſynodis, & Apoſtolicis decretis auctoritatem tribuerint.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſt. 1.

¶ Filij ſanctorum ſunt, qui exercent opera eorum. C. II.

3 NOn eſt facile ſtare [k] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Chriſto regnantium: quia [a] hinc dicitur, non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorũ, ſed qui exercent opera eorum [l].

a ¶ Quia hinc.] *Hæc uſque ad finem non ſunt inuenta apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam ceteri collectores.*

Item Gregorius.

¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis, ſacerdotes notificet. C. III.

4 NOs qui præſumus, non ex locorum [m], vel generis dignitate, ſed morum [n] nobilitate [o] innoteſcere debemus: nec vrbium claritate, ſed fidei puritate.

Item Gregorius ad Anaſtaſium presbyterum, lib. 6. epiſt. 29. vel c. 193.

¶ Non loca, vel ordines, ſed merita nos Deo iungunt. C. IIII.

5 NOn loca, vel ordines [p] creatori noſtro nos proximos faciunt: ſed ei nos merita bona iungunt, aut mala diſiungunt.

Item Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti, in Matthæum homilia 40. ad c. 21.]

¶ Magnitudo peccati, vel dignitatis quemque fortiter deiicit. C. V.

2 HOmo Chriſtianus fortiter cadit [q] in peccato propter duas cauſas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis [6].

Item ex dictis † Bonifacij B martyris.

¶ Damnatur Apoſtolicus, qui ſuæ, & fraternæ ſalutis eſt negligens.
C. VI.

3 [7] SI Papa ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens, deprehenditur inutilis, & remiſſus in operi-

---

a ¶ Petrus.] ¶ Simplex eſt.] " Quædam eſt ſimplicitas, quæ eſt contraria dolo [a]: & illa eſt bona. vt 16. q. 1. ſi cupis. ſed hic vocat ſimplicitatem negligentiã ſiue ſtultitiam, vt 36. diſt. in prin. illa enim impedit promouendum, vt hic, & arg. 74. diſt. epiſcoporum. ſed promotum non deiicit, ſed datur ei coadiutor, vt 7. q. 1. quia frater. & 12. q. 2. vobis. tamen iſte Petrus non tantũ propter ſimplicitatem fuit remotus, ſed etiam quia ſolidos dedit ad vſuram, vt 47. diſt. de Petro.

b ¶ Extrinſeca.] Debet enim cautus circa ſua negotia eſſe, vt 23. diſt. qui epiſcopus. & eſt ſimile 86. diſtin. fratrem. Ioannes.

OPortet.] Hæc diſtin. diuiditur in ſex partes, in quarum prima probat primo & principaliter, quòd ornatus debet eſſe ſacerdos, & omnes alij clerici, vt honorem faciant ſuis cathedris & dignitatibus: & hoc probat per quatuor aucto. Secunda ibi, *Homo Chriſtianus*. Tertia ibi, *Si Papa*. Quarta ibi, *Ante omnia*. Quinta ibi, *Illud*. Sexta ibi, *Multi*. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 40. diſt. in qua proſequitur quintum ca. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet oportet epiſcopum eſſe ornatum: ſed per ornaméta virtutes intelliguntur: & hoc probatur auctoritate Pſal. & exemplo ſacerdotũ veteris teſtamenti, qui varijs veſtibus vtebantur, quæ deſignant veſtes interiores, ſcilicet virtutes & bonos mores, quibus ſuæ cathedræ conferant decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant ſibi licentiam peccãdi conceſſam ex dignitate ſibi data, ſed neceſſitatem bene viuẽdi: quod probat ſeq. cap.

c ¶ Oportet.] Hic proſequitur 5. c. Apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe ornatum. Eſt autem duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus conſiſtit in grauitate, & in inceſſu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de iſto ornatu agitur in proxima ſeq. diſt. Interior ornatus eſt virtus. & dé hoc agitur hic; & oſtendit quod locus non dat virtutem, nec dignitas, ſed vitæ meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, quod Petrus & ſucceſſores eius licentiam peccandi à Domino receperunt cum priuilegio dignitatis. Symmachus autem Papa dicit, non eſſe verum: quia Petrus tranſmiſit ad poſteros Apoſtolicam dignitatem cum hereditate innocentiæ, quam per bona opera acquiſiuit: veruntamen nullus debet dubitare ſanctum eſſe quem apex tantæ dignitatis attollit: in quo ſi bona propria deſint, ſufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ ſequuntur vſque ad c. ſi Papa. plana ſunt.

d ¶ Perennem meritorum.] id eſt, Apoſtolicam dignitatem per bona merita acquiſitam.

e ¶ Cum hereditate.] i. ad hoc tranſmiſit, vt eſſent hæredes bonitatis ſuæ.

f ¶ Pro actuum luce.] id eſt, per bonos actus.

g ¶ Quos.] id eſt, quia eos.

h ¶ Quis enim.] q. d. & ſi quique forte Apoſtolici nõ eſſent boni: " tñ ſemper præſumuntur eſſe boni. quis enim, &c. Sed nonne contrariũ eſt 19. diſt. Anaſtaſius. 21. diſt. nunc autem? Sed nõ di hic, q̃ ſancti ſunt: ſed q̃ ſancti præſumuntur, donec contrarium conſtet: quia hereditatem innocentiæ recipiunt, vt hic di. Sed quid ſi conſtet de ipſo, q̃ adulterium commiſit, vel homicidium? " Dicit Hug. q̃ licet non poſsit accuſari; inde tñ peccat: & quod hic dr, bene facere, intelligitur de his, quæ põt æque retorqueri ad bonum vel ad malum: quia tñ in dubio, p ipſius facto præſumitur. Sed hoc certe idẽ eſt in quolibet ſacerdote, vt 11. q. 3. abſit. & 41. diſt. c. 1. & 16. q. 1. ſi clericatus? Reſp. hoc verum eſt: ſed tñ magis præſumitur pro Papa, vt 93. diſt. c. 1. vñ ſacrilegij inſtar eſſet diſputare dẽ facto [c] ſuo, vt 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic quòd facta Papæ accuſantur, vt homicidia Sampſonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus. Ioan.

i ¶ Illuſtrat.] i. dat eis occaſionem bene viuendi, vt 81. diſ. valet.

k NOn eſt.] ¶ Stare.] digne, ſicut exigit eminentia dignitatis. Hug.

l ¶ Opera eorum.] 35. diſ. c. eccleſiæ.

m NOs.] ¶ Non ex locorum.] tantum: ne ſit contra. 81. diſt. valet.

n ¶ Morum.] C. de epiſ. & cle. ſi quemquam.

o ¶ Nobilitate.] ſic infra 1. q. 1. viliſsimus.

p NOn loca, uel ordines.] tantũ: quia per ordines confertur gratia, vt 1. q. 1. quidquid. & eſt ſimile 23. q. 4. ſicut. 2.

HOmo.] Hæc eſt ij. pars huius diſtin. in qua probat, quòd vnus in eodem genere peccati magis punitur quam alius: & hoc probat per iſtud cap. Ioan. de Fant.

q ¶ Cadit.] i. cadere vr ab eccleſia. " Ex hoc c. plurimi dñt, q̃ circumſtantiæ loci & tpis & dignitatis & ſcientiæ aggrauant peccatum [d]: vt magis peccet clericus, q̃ laicus in eodem genere delicti, & magis litteratus, quam non litteratus, & magis peccatur in loco ſacro vel tpe q̃ extra. arg. 19. diſt. nulli. & 50. diſt. quia tua. & 11. q. 3. præcipue. & 35. q. 2. nulli. de pœ. diſt. 5. conſideret. & 32. q. 5. qui viderit. & augetur peccatum dignitate peccantis [e], vt ff. de re mil. omne. §. augetur. Alij dicunt q̃ circumſtantiæ cum ſint bonæ & à Deo, non debent eſſe alicui occaſio mali. vñ dñt, q̃ circumſtantiæ non aggrauant peccatum, ſed ſolus contemptus. ſi ergo laicus ex maiori contemptu peccat, magis peccat q̃ clericus. Sed quia non conſtat eccleſiæ qualiter quis peccat, an ex contemptu vel alio modo. 24. q. 3. Deus. ideo nõ põt iudicare de peccato ſecundũ contẽptum: & io iudicat per circũſtantias, quaſi per quaſdã præſumptiones, & magis punitur clericus q̃ laicus: quia magis præſumitur contra ipſum. & licet hic duæ cauſæ tñ enumerentur, quæ videntur aggrauare peccatum: tamen plures ſunt. de pœ. diſt. 5. conſideret.

SI Papa.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probat, quòd Papa magis punitur quam alij; ſi male regit eccleſiam Dei. & hoc probat per hoc c. Ioan. de Fant.

CASVS. Bonifacius martyr conſultus fuit, an Papa ab aliquo poſsit iudicari, ſi inueniatur negligens & remiſſus in operib. ſuis, cum noceat ſibi & omnibus ſubditis ſuis: & ſimiliter multos ſecum trahit. Et reſp. quod non, cum debeat omnes alios iudicare, niſi hæreticus deprehendatur: pro cuius ſalute, cum ipſe ſit caput eccleſiæ poſt Deum, vniuerſitas fidelium inſtantius orat: ſed licet iudicari non

---

" Simplicitas eſt duplex.
a 2. q. 7. ſancta quippe ruſticitas, i. ſimplicitas. aliqñ è ſimplicitas cõtraria diſſicultati. C. de fu. l. vlt. i pr. Inſti. de fideic. hær. §. quia. Arc.
1 Anſ. l. 6. c. 13. Poly. l. 1. tit. 1.
1. Tim. 3.
Pſal. 131.
Exod. 28.
2 Polyc. l. 3. tit. 7.
b Arg. 24. q. 1. pudenda.
" Papa ſiue Apoſtolic⁹ ſemper pręſumitur bonus.
" Papa de homic. vel adulterio accuſari nequit.
c Iſta fuit ſnĩa Laur. dicentis, q̃ qui de aliis pſumit vel dubitat peccat. venialiter: qui de Papa, mortaliter. arg. huius §. hic ali. qui aũt.
3 infra 2. q. 7. c. non oes. Poly. l. 3. tit. 8. Bur. l. 1. ca. 207. Iuo p. 5. ca. 321.
4 Burc. l. 1. c. 208. Iuo p. 5. c. 321. Poly. l. 3. tit. 7.
5 Poly. ibid.
" Circũſtantiæ peccata aggrauantes.
† al. geſtis.
d Adde ad hoc tex. gl. & doc. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœ. & [d] hoc ſatis not. Goſ. in ſum. de pœ. & re. §. confitetur quis, &c.
6 conc. tex. in l. nemo. C. de ſum. tri. & l. oés. §. qui man⁹. ff. de re mil.
7 Iuo par. 5. c. 23.
e Ad hoc 5. q. 6. presbyteri. C. de epi. & cle. presbyter.

poſsit, nihilominus punietur cum ipſo diabolo in æternum.

" Prælati tacere nô debent.

a ¶ *Taciturnus.*] " Taciturnitas mortalis eſt in prælato vt 43.diſt.c.1.

b ¶ *Mancipio.*] id eſt, diabolo, qui mancipatus eſt gehennæ. de pœ. diſt.1. mancipium.

" Papa iudicatur a nemine.

c ¶ *A nemine.*] " Papa à nemine poteſt iudicari, vt 9.q.3. nemo. quod intellige niſi ipſe ſe ſubiciat alij 2.q.7. nos ſi incompetenter. Sed contra 24.q.2. ſane profertur. verſ. item Romanorum. vbi dicitur, quod Dioſcorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quamuis in fide nô peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Conſtantinopolitanum. Item adhuc obſtat 11. q. 2. non liceat. ibi, vnus Papa iudicat de ſuo ſucceſſore. Sed ibi non iudicat de ipſo, ſed dicit quòd nô liceat ei alienare res eccleſiæ.

d ¶ *A fide deui⁹.*] Quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi: ſi enim paratus eſſet corrigi, non poſſet accuſari, vt 24.q.1. aperte. & c. ait. & c. hæc eſt fides. & 2.q.3. dixit Apoſtolus. " Sed quare non poteſt accuſari de alio crimine? ponamus quòd notorium ſit crimen eius vel per confeſsionem, vel per facti euidentiam: quare non accuſatur vel de crimine ſimoniæ, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis eſt, & ſcandalizatur eccleſia per factû eius? Certe credo quod ſi notorium eſt crimen eius, quandocumque, & inde ſcandalizatur eccleſia, & incorrigibilis ſit: quod inde poſsit accuſari. Nam contumacia dicitur hæreſis [a], vt 81. diſt. ſi qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. diſt. nullus. Hic tamen ſpecialiter ſit mentio de hæreſi, ideo quia & ſi occulta eſſet hæreſis de illa poſſet accuſari: ſed de alio occulto crimine non poſſet. Item numquid poteſt denuntiari crimen Papæ ſecundum regulam iſtam: Si peccauerit in te frater tuus [b]: cû nomine fratris quilibet Chriſtianus dicatur, vt 11. q. 3. ad menſam. Sed dico quod non poteſt denuntiari crimê de ipſo, niſi inde poſſet accuſari. nam inutilis eſſet denuntiatio [c]. Item numquid Papa poſſet ſtatuere, quod nô poſſet accuſari de hæreſi? Reſpond. quod non, quia ex hoc periclitaretur tota eccleſia: quod non licet. 7.25. q.1. ſunt quidam. quia hoc ſit in eo caſu quo deſinit eſſe caput eccleſiæ, & ita non tenet cônſtitutio. " Sed pro quo peccato poteſt Imperator deponi? pro quolibet: ſi eſt incorrigibilis. vnde deponitur, ſi eſt minus vtilis, vt 15.q.6. alius.

† al. vapulaturos.

" Papa an & crie accuſari poſsit.

2. Cor. 1.

Eſa. 14.

a Dic quod hæreticus dr pluri9. modis, vt not. 24.q.3. inter & extr. de hær. firmiſſime.

b Vt 2.q.1. ſi peccauerit.

c Sub. nam denûciatio ſit ad correctionê, ad quã côpelli non pt cum ſuperiorê nô hêat. Arc.

" Impator pro quo pctô deponi pt.

bus ſuis, & inſuper à bono taciturnus [a], quòd magis officit ſibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio [b] gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus †. Huius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine [c] eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide [d] deuius: pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quãto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere.

a ¶ Dictis Bonifacij.] *Naucleros gen. 26. teſtatur hoc fuiſſe dictum Bonifacij martyris. Verum Deus dedit presbyter Cardinalis tit. Apoſtolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ iij. libros quattuor de rebus eccleſiaſticis compoſuit, qui in bibliotheca Vaticana ſeruantur. Et libr. 1. c. 231. ex geſtis (ſic habent etiam multi Gratiani codices & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepiſcopi Moguntini ſed. Apoſtolicæ legati. hæc ſanctiſſimi illius viri de Romano Pontifice, ac ſede Apoſtolica verba refert, in quibus eſt hoc caput: & quidem ex antecedentib. & ſequentibus valde illuſtratur.* Sancta Romana Eccleſia priuilegio ſpecialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium eccleſiarum poſt Chriſtum Ieſum effecta, ſecundû Antiſtitis, vel rectoris ſui qualitatem, & valitudinem afficit totius Chriſtianitatis memora, vt illius incolumitati ſua reſpondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominus eius languoribus ſuo languore conſentiant: & ſicut eius gloria iuxta Apoſtolum conglorificantur: ſic eius defectione deficiuntur, vt illud propheticum in eo præcipue compleri deprehendatur [Omne caput languidum, & omne cor mœrens: a planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.] Et reuera tanta reuerentia apicem præfatæ Apoſtolicæ ſedis omnes ſuſpiciunt, vt nonnullam ſanctorum canonû diſciplinã, & antiquam Chriſtianæ religionis inſtitutionê magis ab ore præceſſoris eius, quam a ſacris paginis, & paternis traditionibus expetãt: illius vere, illius nolle tantum explorant, vt ad eius arbitrium ſuam conuerſationê & ipſi remittant, aut intendant. Quod ſi, vt ſummopere ſibi, & omnib⁹ expedit, zelo domus Dei ſine intermiſsione tabeſcens, fidelis diſpenſator & prudês exiſtens, Deo & hominibus opere & ſermone irreprehenſibilem ſeſe conſeruare ſtuduerit, vt vere fateatur, vniuerſum pene mundum ſecum attonitum, & ſolicitum poſt Deum currere facit: ex vtroque ſexu populos diuerſæ profeſsionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino ſuo ſuper omnia bona ipſius conſtituendus ducit. Si vero ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis, & remiſſus in operib. ſuis, & inſuper a bono taciturnus, quod magis officit ſibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternû vapulaturus: cuius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi forte deprehêdatur a fide deuius: pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertût propenſius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotentiæ myſterio, vt dignum eſt, loco ab ipſa ſecundo illud B. Iob nôn incongrue aptari ſanctæ Romanæ Eccleſiæ poteſt: [Si deſtruxerit, ne no eſt qui ædificet: & ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat ei. ſi continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram] nec immerito: cum ipſa ſpecialius in Petro cæli terræque retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Chriſto ſpiritalis ſit mater, nemo debet renuere illius ferri diſciplina, vel emendari cenſura; iuxta illa prouerbia Salomonis [Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abiicit diſciplinam, infelix eſt: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam.] & rurſus [Eſt maledictus a Deo, qui exaſperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta,] illa vtique quæ arrogant †, diuiſa a ſede illius, cui dictum eſt [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] & ſuper arenam concupiſcentiæ carnalis, ſeu humanæ præſumptionis probantur poſita: curſus nunquam minime proſperatur, ſi a ſuo fonte diuidatur.

Iob 12.

Prouerb. 1. 6. & 18.

Eccl. 3.

† fortaſſe] arroganter.

Matth. 16.

Item Auguſt. ad Valerium, epiſt. 148.

¶ Non ordines, ſed vitæ merita nos Deo commendant. C. VII.

4 [a] ANte omnia peto, vt cogitet religioſa prudêtia tua, nihil eſſe in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, ſi perfunctorie [e], atque adulatorie res agatur: ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius. ¶ [a] Item nihil eſſe in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laborioſius, periculoſius [f] epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator iubet. Quis autem iſte ſit modus, nec à pueritia, nec ab adoleſcentia mea didici, & eo tempore, quo diſcere cœperam, vis mihi [g] facta eſt merito peccatorum meórum. Nam quid aliud exiſtimem neſcio; vt ſecundus locus [h] gubernaculorum mihi traderetur, qui remûm tenere non noueram.

Item Iſidorus.

¶ Corrumpitur, & ad terram ſacerdotium trahitur, niſi legaliter, & iuſte ſeruetur. C. VIII.

SIcut viri, & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus: ita clericatus [i], & ſacerdotium vnum faciunt presbyterum, & electio [k] & conſecratio vnum faciunt epiſcopum: quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, niſi legaliter ſeruetur, niſi iuſte viuendo laudetur.

Item Ambr. lib. de paradiſo, c. 4.

A ¶ *Ante omnia.*] Hæc eſt 4. pars huius diſt. in qua dicit, quod difficile eſt ſibi regere ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates. ſed facile eſt male regere, & periculoſum: & hoc probat per hoc c. & c. ſeq. Io. de F. CASVS. Aug. factus fuit eps Hipponenſis eccleſiæ: vñ Valeri⁹ referre bat gratias Creatori. Aug. dicit, quod ſi quis vtatur officio epi presbyteri, diaconi tranſitorie & ſemiplene, nihil eſt leuius & facili⁹: ſed nihil eſt ei dãnabilius apud Deum. ſed ſi quis militet eo modo quo Chriſt⁹ iubet, nihil eſt difficili⁹, ſed nihil beatius apud Deum. Et oſtendit quod ad tantam dignitatê eligi nô debuit, cum minora officia non didicerit gubernare. Et hoc probat nauigãtis exêplo, cui cura nauis committi non debet, qui remum tenere non nouit.

e ¶ *Si perfunctorie.*] id eſt, negligenter.

" Epatum deſiderare valde periculoſû eſt.

f ¶ *Periculoſius.*] " quia qui epatum deſiderat in terra, inueniet confuſionem in cælo. 8.q.1. qui epiſcopatum. & infra ead. c. inniti.

1 Anſ. l. 6. c. 196. Iuo p. 6. c. 389.

g ¶ *Vis mihi.*] & ſic aliquis pt cogi vt fiat eps. quod verum eſt, ſi ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens, vt 23. q. 4. diſplicet. ſed ſi perſeueraret in voluntate, non eſſet cogêdus, vt 74. diſt. vbi iſta.

" Papatus eſt primus locus.

2 Anſ. l. 6. c. 186.

h ¶ *Vt ſecundus locus.*] " quia primus loc⁹ eſt Papat⁹, ſecundus locus eſt epiſcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus eſt epiſcopus alteri, vt 7.q.1. non autê.

S ¶ *Sicut viri.*] CASVS. In hoc c. no. ſimilitudo inter matrimonium carnale & ſpûale: quia ſicut legitima côiunctio, ſ. animorû, vnum facit matrimonium, & ſicut duorum commiſtio vnum facit corpus, ita clericatus & ſacerdotium vnum faciunt presbyterum, & electio & conſecratio faciunt vnum epiſcopum. Et hæc oia ſupradicta vnum corpus efficiunt, i. eccleſiam, quod cito rûpitur, niſi legaliter obſeruetur.

i ¶ *Clericatus.*] i. minor ordo. hic vr, quod ſi laicus promoueretur in ſacerdotem, nullû reciperet characterem. ſed ſi haberet aliquem minorem ordine, & per ſaltum reciperet ſuperiorem, bene reciperet characterem, vt 52. diſt. ſolicitudo. Alij dicunt, quod laicus verum ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit, argu. 1. q. 1. ventum. Ioan. quod verum [d] credo. Bart.

d Idê no. 36. di. c. 1. in gl.

k ¶ *Electio.*] conſueuit iſtud induci, quòd ex ſola electione nô conſequitur aliquis ius, vt de hoc dixi 63. diſtin. quanto.

Illud

¶ Gratia, non locus ſaluat animam. C. IX.

5 ILlud † autē animaduerte, quia extra paradiſum [a] vir factus eſt, & mulier intra paradiſum: vt aduertas, quòd non loci [b], non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque gratiam ſibi comparat. ¶ Deniq; extra paradiſum factus, hoc eſt in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa, quæ in meliore loco, hoc eſt in paradiſo, facta eſt, inferior reperitur.

† Quod loci illud aduerte. Orig.

Item Gregor. lib. 6. reg. epiſt. 5. ſeu c. 169.

¶ De eodem. C. X.

QVælibet † occulta [c] loca ſine gratia Dei animam ſaluare non poſſunt: quod aliquando in ipſis quoque conſpicimus erratibus [d] electorum Nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate [e] fuit iuſtus, in monte [f] peccauit. Sed iſta cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiſo iucundius? quid cælo ſecurius? & tamen homo ex paradiſo, & Angelus de cœlo peccando cecidit [g].

† al. Quamlibet.

Gen. 19.

Idem.

¶ De eodem. C. XI.

1 ADam primus homo ꝑ peccato de paradiſo eiectus eſt [h]: hoc eſt, quia Dei nobilitatem à ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

1 Burc. l. 1. c. 206. Iuo p. 5. c. 320.

§ *Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9. leguntur hæc verba quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur*: Quia autem loca mentem non muniunt, ipſe humani generis primus teſtatur parens, qui & in paradiſo cecidit.

Item Ioannes Chryſoſtomus. [*id eſt auctor operis imperfecti, in Matthæum, homil. 43. ad cap. 23.*]

¶ Non eſt verus ſacerdos omnis, qui nominatur ſacerdos. C. XII.

6 MVlti ſacerdotes, & pauci ſacerdotes: multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo ſedetis ſuper cathedram: quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram: non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum [i]: non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit ab illa: qui male ſederit, iniuriam facit cathedræ: ideoque malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim ſedens, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex es: ſi autem bene docueris, & male vixeris, tui ſolius condemnator eris †. Nam bene viuendo, & bene docendo, populum inſtruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare. *Item.* ¶ [a] Quicumque deſiderauerit [k] † primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo: nec [*] inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit [l]: nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo aliis maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore [m], ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.

1 Petr. 5.

† al. es.

a Ibid. hom. 35. ad c. 20.

† al. deſiderat.

[*] ¶ Nec inter.] *In loco indicato legitur,* vt inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec vnuſquiſque, &c. *Sed obſtitit gloſſa, ne mutaretur.*

DISTINCTIO XLI.

1 ps ECce quibus oporteat ſacerdotem eſſe ornatum moribus: ſed preterea oporteat illum eſſe ornatum in exterioribus, habitu videlicet & inceſſu [n]: habitu, vt nec fulgidis, nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus [*], nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt: quod tam de veſtibus, quàm de cibis intelligendum eſt.

[*] ¶ Hieronymus.] *Ad Euſtochium de cuſtodia virg. ſic ſcribit:* nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. *Ad Nepotianum quoque in eamdem ferè ſententiam.* veſtes pullas æque deuita, vt candidas, ornatus, vt ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Auguſtinus ait lib. 3. de doctrina Chriſtiana, c. 12.

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. C. I.

3 QVisquis rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum, cum quibus viuit [o]: aut intēperans [p] [*], aut ſuperſtitioſus [q] eſt. Quiſquis vero ſic eis vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat: aut aliquid ſi-

3 Iuo p. 4. c. 24. Pan. l. 2. c. 195.

ILlud.] Hæc eſt quinta pars huius diſt. in qua probatur, quòd non eſt ita magnus, qui cauere non poſſet, ſi gratiam non haberet, & hoc probatur per hoc c. & duo c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS: Quidam nimis gloriabantur de loci nobilitate, ſed Ambro. probat nō eſſe gloriandū: quia in loco nobili poteſt eſſe malus. & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exemplo Adæ & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damaſceno, & tñ melior eſt inuentus Eua, quæ in paradiſo eſt creata.

a ¶ *Extra paradiſum.*] in agro Damaſceno.

b ¶ *Non loci.*] argu. ꝙ ratione loci vel dignitatis, vel nobilitatis ꝓ aliquo non præſumitur, vt 12. q. 2. gloria. arg. contra 14. diſt. qñ. Et certe pro nobilio. ſemper debet præſumi in iis, quæ ſpectant ad nobilitatem. argu. ff. de fi. inſtr. l. fi. lo.

QVælibet.] CASVS. Quidā dicebant, quod aliquis non poterat ſaluari, niſi in locis ſolitariis: ſed Greg. dicit hoc non eſſe verum. & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipſa ciuitate fuit iuſtus, & in monte peccauit. Adam in paradiſo deliciarū peccauit, quo nihil eſt iucundius. Et Angelus de cœlo per peccatum deſcendit. c. quod ſequitur, patet.

c ¶ *Occulta.*] arg. contra eremitas.

d ¶ *Erratibus.*] id eſt, peccatis vel delictis.

e ¶ *Peruerſa ciuitate.*] arg. quòd non nocet bono malorum conuerſatio, vel cohabitatio.

f ¶ *In monte.*] 15. q. 1. inebriauerunt [a].

a Et 35. diſt. ſexto die.

g ¶ *Cecidit.*] Nam ex varietate locorū nullum diſcrimen inducitur. C. de temp. in integ. reſt. l. vlt. arg. contra 32. q. 5. qui viderit.

g ¶ *Cecidit.* [b]] " Et hæc eſt cauſa, quare nos perſequitur, quia nos illuc debemus aſcendere, vnde ipſe deſcendit. 16. q. 2. c. 1.

b ꝺ caſu eius hi de pœn. diſt. 2. in pr. Laur.

" Dæmon quare nos perſequit.

h ADam.] ¶ *Eiectus eſt.*] Gen. 4. de pœ. diſtin. 1. Adam. & priuatus, vt de pœn. diſt. 1. c. ſerpens. & c. ſicut primi.

MVlti.] Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua dicit, quòd nomen ſacerdotis debet conſiſtere in re. & non tantum in nomine, vt per hoc cap. probatur. Io. de Fant.

CASVS. Reprehenduntur hic quidam qui erant presbyteri, vel ſacerdotes nomine tantum, & non re vel vita, qui propter cathedram ſe ſanctificatos putabant: ſed male, quia locus non ſanctificat hominem, ſed homo locum. vnde dicit Io. Chryſoſt. ꝙ ſi bene docent. & bene viuunt. populum inſtruunt, & bene habebunt: & ſi bene docent & male viuunt, ſeipſos condemnant.

i ¶ *Sed homo locum.*] Sed res accedere debet hominibus, & non homo rebus. ff. de ædil. edict. iuſtiſsimè.

IDEM QVICVMQVE. CASVS. Quidam deſiderabant dignitatem, vt præeſſent tantum, & nō vt prodeſſent: ſed dicit Ioan. Chryſoſt. quòd tales inuenient confuſionem in cœlo, nec inter ſeruos Chriſti computabuntur. Non enim debet aliquis feſtinare qualiter appareat maior aliis: nam qui iuſtior eſt, maior eſt, & non qui maior eſt dignitate, eſt iuſtior.

k ¶ *Deſiderauerit.*] Ad hoc vt præſit, non vt proſit, ne obſtet. 8. q. 1. qui epiſcopatum.

l ¶ *Tractauerit.*] No. ꝙ eo ſolo ꝙ aliquis loquitur de epiſcopatu, punitur, ſic eo ipſo, " ꝙ quis loquitur ambitioſe de minimis, peccat. 16. q. 1. ſi cupis. & qui loquitur de mulieribus, vt 32. diſt. hoſpitiolum.

" Peccat ꝙ de minimus ambitioſe loquitur.

m ¶ *In honore.*] quia nō gradus elegātior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. ſicut hic. & 16. q. 1. ſunt nonnulli. Et eſt hic ar. ꝙ illa pars quæ iuſtiori rōi innititur, maior di, licet ſit minor. ſic 31. diſt. Nicæna. 19. di. in canonicis. 4. q. 3. §. 2. ext. de teſtib. in noſtra [c]. & 10. diſt. §. 1.

c Ext. ꝺ ele. eccleſia vſa. 2. ibi videas. & dixi plenè 31. di. Nicæna. Arc.

ECce.] Supra in præcedenti diſt. dictum eſt, quod oportet epiſcopum eſſe ornatum moribus & virtutibus. " In hac vero 41. diſt. dicitur, quòd oportet epiſcopum eſſe ornatum in exterioribus, & in habitu, ſcilicet & inceſſu. in habitu, ne fulgidis vel ſordidis veſtibus ſe exornet: quod ꝓbat auctoritate Hieronymi dicentis: Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudes pariunt. quod tam de veſtibus quam de cibis eſt intelligendū. Et ad hoc inducit ſequens c. De inceſſu autem dicet 1. ea. §. vlt.

" Ornatus exterior clericorum.

n ¶ *Et inceſſu.*] vt grauitate itineris oſtendat grauitatem mentis, vt infra ead. §. vlt.

QVisquis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 13. partes. In prima parte dicitur, quòd nullus debet vti rebus tranſitoriis ſtrictius vel abundantius quàm ſocij, cum quibus viuit: quia remiſſius vtendo aut hypocriſim ſignificat, aut intemperantiam: abundātius vtendo, vel laudem ſignificat, vel quia eſt guloſus vel prodigus. In 2. parte quæ incip. ibi, *In omnibus.* oſtendit vſum illorum pretioſorum non eſſe repudiandum, ſi tranquille, & ſine turpitudine, vel voracitate aſſumantur. Et hoc probatur exemplo Chriſti, qui cibum delicatum, ſcilicet piſcem comedit, & reprehenditur vſus vilium ciborum, ſi nimis ardenter & cum voracitate aſſumantur, quod probatur exemplo Eſau & iumentorum.

o ¶ *Viuit.*] No. ꝙ quilibet ſe cōformabit ſociis ſuis in cibo & in moribus, vt diſt. 8. quæ contra. 12. diſt. illa. " Et eſt arg. ꝙ ratione ſocietatis toleratur excommunicatus, quia excommunicatus ratione contractus ad communionem admittitur. ext. de ſen. exc. ſi verè.

" Excōicatus ratione ſocietatis toleratur.

p ¶ *Aut intemperans.*] ſcilicet nolens conformare ſe aliis.

q ¶ *Superſtitioſus.*] id eſt, inanis gloriæ cupidus, vel hypocrita.

a ¶ *Significat.*] forte habet ventrem inſatiabilem, vel cauſa infirmitatis hoc facit.
b ¶ *Aut flagitioſus eſt.*] prodigus vel hypocrita.
c ¶ *Sed libido.*] q.d. potius conſiderabimus cauſam facti, quàm ipſum factũ. ſic 23. q. 8. occidit. & 29. diſt. ſciendũ. arg. contra j. 32. q. 4. origo.
d ¶ *Flagitia.*] i. non ſtatim dicamus aliquid eſſe vitioſum. nam dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. ext. de re. iu. eſtote.
e ¶ *Piſce veſci.*] hãc hiſtoriam habes de pœ. diſt. 2. §. opponitur.
f ¶ *Sed ex cauſa.*] vt j. 21. q. 4. omnis iactantia.

D*Eliciæ.*] CASVS. Dř in hoc c. q̃ ſi quis vtitur cibo delicato ſine immenſo deſiderio, non peccat, vt Helias qui carnes comedit. Si quis autem vilem cibum nimis ardenter appetit, reprehẽditur, vt Dauid, qui aquã de ciſterna Bethleem concupiuit nimis ardenter.

† al. ſanius.

Luc. 24.

Gen. 25.

N*On cogantur.*] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. quid debeat fieri de diuitib. qui tẽpe pœnitẽtiæ nõ pñt vti cibis vilibus & aridis vt alij pœnitentes? Rñdet Aug. q̃ non debent ad hoc cogi, ſed vtantur precioſis, & dent pauperibus vilia: quia ſi conſuetudinem mutãt, ægrotant: dolere tamen debent quòd non poſſunt ſicut alij abſtinere.

g ¶ *Non cogantur.*] Argum. quòd miti⁹ agendum eſt cum diuitibus & nobilibus, quàm cum pauperibus a, vt 86. diſt. non ſatis. & 84. diſtin. peruenit. 50. diſtin. contumaces. 16. q. 7. tempora. Argum. contra 22. q. 5. qui compulſus. " Dic quòd ignobiles magis puniuntur corporali pœna, quam nobiles: ſed pecuniariter magis punitur nobilis quam ignobilis, vt 24. q. 1. qui contra. & ff. de pœ. ſi quis aliquid. & l. quædam.

a Ad idẽ qđ legi. & not. ext. de vot. c. 1.

1. Reg. 23.

3. Reg. 17.

" Nobilium & ignobilium pœna ñ eſt æqua.

h ¶ *Diuites.*] cum ſunt in pœnitentia.
i ¶ *Si conſuetudinem.*] Arg. " q̃ commutationes pœnarum poſſint fieri in ſpiritualibus. 82. diſt. presbyter.

" Pœnæ in ſpiritualib⁹ poſſunt cõmutari.

k ¶ *Superfluis.*] id eſt, precioſis.
l ¶ *Pauperibus vilia.*] Arg. contra j. 49. diſt. c. vlt. in fi.

† *ad illa verba*] petite, & dabitur vobis] *ſed paulo aliter.*

Q*Vod dicit.*] CASVS. Aug. exponit hic illum locum Euangelij ſuper Matthæ. venit Ioãnes non manducans neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. venit filius hominis manducans & bibens, & dñt Iudæi: Ecce hic homo vorator eſt, & potator vini. Sed iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis, i. Chriſtus iuſtus eſt oſtenſus à ſuis Apoſtolis. Eſt ergo caſus. Quæſitum fuit ab Auguſtino vtrum ſit virtus in abſtinendo vel manducando, & reſpondet quòd non: ſed iuſtitia eſt in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperandi ſe in abundantia ciborum: & non ſe corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apoſtoli dicentis: Scio eſurire, & ſcio abundare. in cibis enim non multum intereſt ſiue parum ſiue multum ſumat quis: cum ille qui parum ſumit, & ardenter, reprehendatur: & is qui paulo plus & ante horã cum oportet ſumit ſine auiditate, commendetur.

gnificat a, aut flagitioſus b eſt. In omnibus enim talibus non vſus rerum, ſed libido c vtentis in culpa eſt. *& infra.* ¶ Quid igitur locis, & temporibus, & perſonis conueniat, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia d reprehendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat, & ſanius † quiſque maluerit, more Domini, piſce veſci e, quam lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ: quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſcemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, ſed ex cauſa f vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.

a ¶ Intemperans.] *Apud ſanctum Auguſt. & Iuonem legitur: temperans. ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Idem ſuper epiſtolam Ioannis.

¶ Non cibus, ſed appetitus in culpa eſt. C. II.

DEliciæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abſtinentiæ. Dauid enim aquam male concupitam effũdit, & Helias carnes comedit.

¶ *In operibus B. Auguſt. aut impreſſis, aut manuſcriptis, quæ hactenus ad manus venerunt, hæc non ſunt inuenta. Ceterum apud Proſperum de vita contemplatiua l. 2. c. 22. eadem fere leguntur:* Nec deliciæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur officiunt: & viles cibi plerumque abſtinentiæ profectum, ſi appetenter accipiantur, impediunt. Hinc eſt, quod ſanctus Dauid aquæ in ſe concupiſcentiam caſtigauit, atque eam ſibi a ſuis oblatam, ne deſiderio ſuo ex ea ſatisfacere videretur, effudit: & ſancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

Idem de verbis Domini ſecundum Matthæum, ſerm. 5. †

¶ Contra ſuæ infirmitatis conſuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogãtur g diuites h pauperum cibis veſci: vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ: ſed doleant aliter ſe non poſſe: ſi conſuetudinem i mutant, ægrotant. Vtantur ſuperfluis k, dent inopibus neceſſaria. Vtantur pretioſis, dent pauperibus l vilia.

Idem lib. 2. quæſt. Euang. c. 11.

¶ Æquanimitas tolerandi, non vſus vel abſtinentia cibi iuſtitiam facit. C. IIII.

QVod dicit Dominus in Euãgelio m [Iuſtificata eſt ſapientia ab omnib⁹ filiis ſuis] oſtendit filios ſapientiæ intelligere nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiã, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportune ſumendi, vel non ſumendi ea, quorum non vſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino, quid alimentorum ſumas, vt ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum eſt. Neque quantum ſumas, intereſt multum: cum videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari: & eos tamen illi ipſi n paruo quo ſatiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autẽ pluſculo quidem ſatiari, ſed tolerabilius inopiam perpeti, & vel ante ora poſitas o epulas, ſi id in tẽpore p opus ſit, cum tranquillitate aſpicere, neque q tangere. Magis ergo intereſt, non quid, vel quantũ alimentorum pro congruentia hominum, atque perſonæ ſuæ, & pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis capiat: ſed quanta facilitate, & ſerenitate animi careat, cũ r his s vel oportet, vel neceſſe eſt carere, vt illud in animo Chriſtiani cõpleatur, quod Apoſtolus dicit. [Scio t & minus habere: ſcio & abundare, vbique & in omnibus imbutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati: omnia poſſum in eo, qui me confortat.]

Item ex concilio Gangrenſi, c. vlt.

¶ Temperantia ciborum, & veſtium, non diſſolutio eorum laudatur. C. V.

PArſimoniã u cùm veſte humili non reprobamus: ſicut etiam ornatum præter corporis diligentiam x infucatum y laudamus. Diſſolutos autem, & fractos in veſtibus inceſſus nõ recipimus: & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tanquam ſanctos, & vtiles recipimus, pietatẽ in priuatis z domibus non concludentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorãtes: & congregationem in eccleſia factam ad vtilitatẽ cõmunem recipimus, & bona opera, quæ ſupra a

ſ Iuo par. 4. c. 23.

Matth. 11. & Luc. 7.

m ¶ *In Euangelio.*] tangit hic quod Chriſtus in Euangelio Mat. xj. dicit de Iudæis: " Venit Ioannes non manducans carnes, neque bibens vinum: & dixiſtis, dæmonium habet. venit Ieſus manducans & bibens: & dixiſtis, ecce vorator & potator vini. ſed licet alij male opinarentur de ipſo: tamen iuſtificatus eſt ab Apoſtolis ſuis b.

" abſtinẽtia Chriſti & I. Baptiſtæ diuerſa fuit.

b i. Chriſtus iuſtus eſt oſtẽſus a ſuis diſcipulis ſiue Apoſtolis, ſecundũ B. Brix. q. ipſum oĩa iuſte facere intellexerũt.

n ¶ *Ipſi.*] datiui caſus.
o ¶ *Poſitas.*] coram aliis.
p ¶ *Si id in tempore.*] i. pro tempore, ſc. cum coram aliquibus tempore neceſſitatis citius proponitur cibus.
q ¶ *Neque.*] i. non ideo debet quis ſtatim comedere, quòd videt alios neceſſitate exigente comedere, & proponitur cibus.
r ¶ *Cum.*] id [illegible], qñ.
s ¶ *His.*] id eſt, eis.
t ¶ *Scio.*] ſic facient epiſcopi, cum veniunt ad pauperes eccleſias: ne breuis hora conſumat victum longi temporis. extr. de cenſib. cum Apoſtolus.

P*arſimoniam.*] CASVS. Octo enumerantur in cap. quorum ſex commendantur, & duo reprobantur. " & ſcire debes, quòd parſimonia eſt vſus rerum temporalium cum moderatione.

Philip. 4.

" Parſimonia.

u ¶ *Parſimoniam.*] id eſt, temperatum vſum.
x ¶ *Diligentiam.*] id eſt, voluptatem.
y ¶ *Infucatum.*] id eſt, pretioſum: vel infucatum, id eſt non pretioſe fucatum.

z Iuo par. 3. c. 321.

z ¶ *In priuatis.*] Argu. " contra illos qui dicunt melius eſſe orandum in priuato loco, & non coram hominibus, quàm in eccleſia, ex illa auctoritate: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem: ſed illud de cubiculo mẽtis intelligitur.

" Orare publice quam clam meli⁹ eſt.

a ¶ *Quæ ſupra.*] Nam quidquid ſuper erogaueris, reddam tibi, ſic 86. diſtinctio. non ſatis.

Sepe

S *ſepe.*] CASVS. Dicit hic Greg. quòd vitia diligenter ſunt præcauenda, quia ſæpe ſub ſpecie virtutum vitia latenter ſubintrant.
a ¶ *Sæpe ſe vitia.*] Stulti dum vitant vitia in contraria currunt.
b ¶ *Epiſcopus.*] ¶ *Supellectilem.*] hoc hodie non tenet: quia modo habent amplas poſſeſsiones, vt 12. q. 1. expedit. & ſic non eſt contra de conſe. diſt. 1. vaſa. & ext. de cenſi. cũ Apoſtolus: vbi dicitur quòd ar. hiepiſcopi 50. equitaturas habeunt in viſitationib.

SICVT ERGO. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd ſicut mores eorũ cum quibus viuimus, ſeruandi ſunt in cibis: ſic etiam in indumentis, & in inceſſu etiam debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis oſtendat maturitatem. Si enim incompoſite & non decenter incedit (vt dicit Aug.) mẽtis inæqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter varium inceſſum fuit à Salluſt. notatus.
c ¶ *Vnde hiſtoriographus.*] Salluſtius.
d ¶ *Mutabilitatem.*] Catilinæ.

H *oſpitalem.*] Hæc diſt. diuiditur in 4. partes, in quarum prima dicitur, quòd ſacerdotes debent eſſe hoſpitales; & recipere pauperes Xpi. & hoc probatur per id quod ſequitur vſque ad c. quieſcamus. Secunda ibi, *Quieſcamus.* Tertia ibi, *Sed licet.* Quarta ibi, *Non oportet.* Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 42. diſt. proſequitur Grat. textum c. Apoſto icæ regulæ: ſcilicet oportet ſacerdotẽ eſſe hoſpitalem. quod probat 8. rationib. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, *Qui enim Apoſtolum.* Tertia ibi, *Si enim ſacerdos.* Quarta & quinta incipiunt ibi, *Ordinandus itaque.* Sexta ibi, *Quomodo etiam ſecundum Hieronym.* Septima ibi, *Vnde Apoſtolus.* Octaua ibi, *ſi enim vidua.* Caſus autem ſeq. ca. planus eſt.
e ¶ *Hoſpitalem.*] In hac diſt. oſtendit Gratianus, quòd hoſpitalis erit ordinandus: quia non haberet frontem inuitandi alios ad hoſpitalitatem, ſi domum ſuam hoſpitibus clauderet: & quia hæc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniam hoſpitales erant, Angelos hoſpitio recipere meruerunt a. Addit etiam quòd in hoſpitalitate non erit electio vel delectus perſonarũ b. adiungit etiã de conuiuiis in eccleſia non faciendis c. In fine breuiter tangit 7. c. Apoſtolicæ regulæ: ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe pudicum d.
f ¶ *A ſeipſo.*] ſim. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. vlt. ff. de fideiuſ. tut. ff. de pact. cum in eo. 47. diſt. §. neceſſe. in princ.
g ¶ *Aliena.*] 47. diſt. ſicut. infra 93. diſt. diaconi. 7. 14. q. 4. quid dicam. ſic ext. de reſt. ſpol. ſæpe. & 16. q. 1. decimæ.
h ¶ *Corporalis.*] ſiue opeٍribus pietatis.

ADDITIO. quod dicit ad modicum, dicas reſpectu eorũ per quæ habetur vita æterna vtilis tamẽ eſt, quia opportunitatem peccandi aufert. de conſ. d. 4. nunquam. Laur.
i ¶ *Ad omnia.*] id eſt, ad temporalia & æterna, vt 16. q. 1. decimæ.
k ¶ *Ab hac.*] hoſpitalitate.
l ¶ *Alienus.*] vt 85. diſt. archidiaconum.
m ¶ *Vidua.*] 31. q. 1. quomodo.

S *i quis.*] HINC ETIAM. Adhuc probat Grat. hoſpitalitatem eſſe tenendam, & qui eam nõ habuit, abiicitur ab eccleſia, ſicut Io. eiecit quemdam Diotrepem, quia pauperes non recipiebat. Et oſtendit etiam quòd omnino indifferenter quibus poſſumus debemus hoſpitalitatem exhibere: quod probat ſequenti c.
n ¶ *Diotrepem.*] proprium nomen. vel id eſt, ſacerdotem.

Q *uieſcamus.*] Hæc eſt 2. pars huius diſti. in qua dicitur, quòd in eleemoſynis dandis non debet eſſe differentia cum petitur pro nutrimento. ſi autem peteretur cauſa prædicationis tunc eſſet diſcernendum. Hoc autẽ intelligo de eleemoſynis quotidianis, non autem de præmeditatis. alias contradiceret Hierony. 16. q. 1. c. ſi. vbi dicit, quòd in paupere magis eſt attendẽda religio, quàm paupertas. Io. de Fan.

CASVS. Quidam dicebat, quòd in omnibus hoſpitib. recipiendis facienda erat examinatio. ſed dicit Io. Chryſoſt. non eſſe verum. Nam ſi petat aliquis tanquam prælatus, facienda eſt examinatio, quia forte non recte petit, vel eſt intruſus, vel excõicatus. Non enim datur tũc pie, ſed & accipitur ſpirituale. Si vero petit amore Dei, indifferenter eſt oibus dandum, exẽplo Abraham, qui meruit Angelos recipere: quod forte non feciſſet, ſi diſtinxiſſet perſonas. Quæ ſequuntur, patent vſque ad diſtinctionem.
o ¶ *Curioſitate.*] Non enim ſemper eſtimus curioſi, nã multa ſunt diſſimulãda. ff. de nou. l. dol. in fi.

---

vires f in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ continentur traditionibus Apoſtolicis, & ſanctorum ſcripturarum præceptis, in eccleſia fieri exoptamus.

a ¶ Præter corporis.] *Eſt ex priſca verſione: græce eſt. δίχα τῶν ... id eſt*, propter corporis tantum curam minime ſuperuacaneam atque operoſam. *ſed ab gloſſam non eſt mutatum.*
b ¶ Supra vires.] *In priſca illa verſione eſt:* iuxta vires. *Dionyſius habet, ut Grat. an.s. Græce autem: ...: id eſt,* eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ ſecundum traditiones per eccleſiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Conſtantinopolitano, lib. 1. reg. epiſt. 24.

¶ Sub ſpecie virtutis ſæpe ſe vitia ingerunt. C. VI.

SÆpe ſe vitia a eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parſimonia, effuſio, largitas, crudelitas, zelus iuſtitiæ, remiſſio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitiis epiſcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiſcopus vilem ſupellectilem b, & menſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. ¶ Hoſpitium quoque non longe ab eccleſia habeat.

Item ex eodem, c. 45.

¶ De eodem. C. VIII.

CLericus profeſſionem ſuam & habitu, & inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat.

Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus viuimus, obſeruare monemur: ſic & de indumentis intelligendum eſt. Vt enim alibi dicitur: [*a Quiſquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora ſiue, vel auſteriora præ ceteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans ſit, aut ſuperſtitioſus eſt.*] *In inceſſu autem debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendat. Incompoſitio enim corporis (vt Auguſtinus ait b) inæqualitatem indicat mentis. 4 Vnde hiſtoriographus c ille cum eius mutabilitatem d deſcriberet, cuius conſcientia excita † curis mentem vaſtabat †: inter cetera hoc etiam notabile indicauit, dicens*] *Citus modo, & modo tardus inceſſus.*]

DISTINCTIO XLII.

HOſpitalem e vero ſacerdotem eſſe oportet, ne ſit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [*Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me.*] *Qui enim Apoſtolum ſecutus, alios ad hoſpitalitatem debet inuitare, quomodo hoſpitalitatis exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? Si enim ſacerdos primum à ſeipſo f, & à domeſtica eccleſia ſua debet exigere quod poſtea populus imitetur: ſi primum, imitando Chriſtum, ipſe debet facere, quæ poſtea populum doceat, neceſſe eſt, vt pauperes hoſpitio recipiat, quò ad hoſpitalitatem facilius ſuo exemplo ſuos duos attrahat. ¶ 5 Ordinandus itaque ſacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hoſpitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hoſpitio meruerunt recipere: quomodo Angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſſi, Loth cum familia ſua liberauerunt: quomodo clauſas domos cum hoſpitibus ignis ingreſſus perdiderit: quomodo etiam ſecundum Hieronymum 6, aliena g rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: ac ſi per opera pietatis ſe inſtruat, vt & præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat: vtrumque enim pietati promittitur. ¶ Vnde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait* [*Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis h quidem exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autem eſt vtilis ad omnia i, habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.*] *Ab hac k quiſquis alienus l fuerit, in ſacerdotem ordinari non poterit. ¶ 7 Si enim vidua m in eccleſia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hoſpitio, quæ pedes ſanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non eſt executa: multo magis ſunt prohibendi à ſacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde † hoſpitalitatis opera deſpicientes, in Gangrenſi concilio excommunicantur. Sic enim in eo ſtatutum eſt, c. 11.*

¶ Non ſunt deſpiciendi qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

8 SI quis deſpicit eos, qui fideliter agapas 9, id eſt conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, paruipendens, quod geritur, anathema ſit.

Hinc etiam Ioannes Euangeliſta in epiſtola ſua quemdam Diotrepem n excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de eccleſia eiiciebat. In hoſpitalitate autem non eſt habendus delectus perſonarum: ſed indifferenter quibuſcumque ſufficimus, hoſpitales nos exhibere debemus.

Vnde Ioannes Chryſoſtomus in epiſtol. ad Hebræos homil. 11. ad c. 6.

¶ In recipiendis hoſpitibus nulla debet eſſe diſtinctio. C. II.

2 QVieſcamus ab hac abſurda curioſitate o, & diabolica, & peremptoria †. Si enim in clero ſe electum eſſe dicat, ſi ſacerdotem ſe nominet, ſcrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt: cir-

---

ibid. c. 14.
1 Burc. l. 2. c. 109. Iuo p. 6. c. 284. Anſel. l. 7. c. 202.
2 ſupra e.c. quiſquis.
3 Epiſt. 109. ad Monachas habetur ſenſus.
4 Salluſtius de Catilina.
† *al. excitatam. al. exagitatam.*
† *al. vexabat.*
a Vt j. §. 1.
b Et j. ead. quieſcam.
Matth. 25.
c Vt j. c. nõ debet. & c. ſeq.
d ſe. in §. pudicus.
5 Gl. ord. gen. 19. ex Alcuino. Gen. 18. & 19.
6 In reg. Monacharum, c. de paupertate.
1. Tim. 4.
1. Tim. 5.
7 31. quæ. 1. quomodo.
† *al. vnde quidam.*
8 Burc. l. 19. c. 124. Iuo p. 15. ca. 136. Anſ. l. 5. ca. 76.
9 vide in hunc locum Alc. ilapina, ne legendum, nõ agapes. Epiſt. 3.
† *al. perniſioſa.*

ca maiora periculum [a] vertitur: non enim das, ſed accipis. Si vero pro nutrimento poſtulat [b], nihil in his examines. Inquire quomodo Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtēdebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, numquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſſis enim non putans eos Angelos eſſe, cum reliquis & hos repuliſſet: Sed quoniam omnes [c] recipiebat, ſuſcepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus eſt Deus: ſed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex miſericordia, ex bonitate.

Sed licet ipſa conuiuia deſpicienda non ſint, non tamen in eccleſiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes ſibi tollere oportet.

Vnde in Laodicenſi concilio, c. 27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes ſibi non tollant. C. III.

3 NOn oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos [a] ad agapem [2] vocatos, partes [d] tollere propter iniuriam [e], quæ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini poſſit deputari.

a ¶ Clericos.] *In concilio Græco & priſca etiam verſione additur:* vel laicos.

b ¶ Propter iniuriam.] *Græce eſt* διὰ τὸ μὴ ὕβριν τῷ τάγματι προστρίβεσθαι τῷ ἐκκλησιαστικῷ. *id eſt*, eo quòd eccleſiaſtico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, cap. 28.

¶ In locis Deo ſacratis nec comedere, nec accubitus ſternere liceat. C. IIII.

4 3 NOn oportet in baſilicis, ſeu in eccleſiis agapem facere, & intus [a] manducare, vel accubitus ſternere.

a ¶ Et intus.] *Græce eſt* καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. *quod Dioniſius vertit*, nec intra domum Dei: *ſed apud Iſidorum abeſt vox*, Dei.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 30.

¶ Niſi neceſſitate coacti clerici in eccleſia non conuiuentur. C. V.

4 NVlli epiſcopi, vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi forte tranſeuntes [f] hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis, quantum poteſt fieri, prohibeantur.

Item ex dictis B. Benedicti Abb. [5]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

6 ORatorium [g] hoc ſit, quod dicitur: nec ibi quidquam aliud [h] geratur, vel condatur, quàm quod diuinis miniſteriis † conueniat.

Item Auguſtinus epiſtol. 109. de regula monachorum.

¶ De eodem. C. VII.

7 IN oratorio præter orandi, & pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impenſa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

1 p PVdicus [i] quoque debet eſſe ſacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indeſinenter exhibeat. [8] *Vnde in canticis canticorum genæ* [k] *ſponſæ, id eſt prædicatores, turturi comparantur.* ¶ *Debet* [l] *etiam gratiam docendi habere: quia, vt Hieronymus ait:* [[9] *Innocens, & abſque ſermone conuerſatio, quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio* [m] *nocet. Nam latratu* [n] *canum* [o]*, & baculo* [p] [a] *paſtorum, lupi ſunt arcendi.*] *In ipſa autem doctrina diſcretum oportet eſſe rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.*

a ¶ Baculo.] *In epiſtola B. Hieronymi legitur:* baculoque paſtoris luporum rabies deterrenda eſt. *Sed gloſſa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregorius part. 2. ſui paſtoralis, cap. 4. ait.

De diſcretione prædicationis, & ſilentii. C. I.

SIt rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam, ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis cuſtodiæ, paſtorum ſtudio, ſed mercenario-

---

a ¶ *Periculum.*] [c] Si enim in minorib. adhibenda eſt diſcretio, fortius in maioribus. ſic 7. q. 1. c. vlt. ff. ad Carb. l. 1. §. 2.

b ¶ *Poſtulat.*] [d] Ergo indiſtincte omnibus eſt danda eleemoſyna, vt j. e. c. prox. & j. §. prox. & 86. diſt. paſce. & 1. q. 2. quam pio. & 11. q. 3. quoniam multos. & 16. q. 1. ſi cupis. & 23. q. 4. duo. alibi dicitur: omni petenti te tribue. Sed contra Dominus dicit [a]: Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Et in Canticis, vbi dicitur: Ordinauit in me charitatem. Et dicit Ambroſ. Ordinata eſt charitas vt primo Deus, ſecundo parentes, deinde filij, poſtea domeſtici, vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambroſ. quod delectus perſonarum debet eſſe in miſericordia impendenda, vt 86. diſtin. non ſatis. & Hieron. dicit, quòd in pauperibus non tam paupertas quam religio eſt attendenda, vt. 16. q. 1. quoniam quid quid. & Aug. dicit: Velius eſurienti panis tollitur, quam de cibo ſecurus, &c. vt 5. q. 5. non omnis. 23. q. 4. ſummum. Diſtingue ergo: eorum qui petunt eleemoſynam, alij ſunt cogniti, alij non. Itē alij petūt quaſi ex debito, vt prædicatores & prælati; alij pro ſuſtentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit ſe ad hoc miſſum vt ibi prædicet, & tale officium conſtat ei commiſſum eſſe, recipiendus eſt. ſi eſt incognitus, eſt examinādus an ita ſit, vt in hoc c. Si autem quis petit pro nutrimento, tunc indiſtincte omnibus eſt danda, vt hic, & 1. q. 2. quā pio. & 11. q. 3. quoniam. niſi quis per ſecuritatem cibi negligat iuſtitiam: quia tunc ſubtrahenda eſt ei, vt 5. q. 5. non omnis. niſi iam fame moriatur, vt 86. diſt. paſce. ſi autem non poſſumus omnibus ſufficere, tunc danda eſt potius bono, quam malo, conſanguineo, q̄ extraneo. & ſic loquitur illud: Deſudet eleemoſyna, &c. & illud: Ordinauit in me charitatem, vt 86. diſtin. non ſatis.

c ¶ *Sed quoniam omnes.*] Arg. quod ratione dubitationis melius eſt ex abundantia aliquid facere, quàm aliquid dimittere, vt 11. q. 3. nolite. 13. q. 2. non æſtimemus. 24. q. 3. corripiantur. [e] Et eſt arg. ad quæſtionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, quod potius ambo admittantur ad ordines, quam ambo repellantur [b]. arg. contra. 23. q. vlt. ſi quatuor. Quid iuris ſit de hoc, notatur in quæſtionibus. & eſt expreſſum de homi. ſignificaſti.

d NOn oportet, &c.] ¶ *Partes.*] & domum mittere. & eſt contra epiſcopos qui nolunt prouincias viſitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt 10. q. 3. relata.

e ¶ *Propter iniuriam.*] id eſt infamiam.

f NVlli.] ¶ *Tranſeuntes.*] [f] Sic in tabernis poſſunt clerici comedere cauſa neceſſitatis, vt 44. diſt. clerici. de vi. & ho. cle. clerici.

g ¶ *Oratorium.*] ab orando quippe dicitur, vt in eo nihil aliud quàm oretur & pſallatur. infra ea. in oratorio.

h ¶ *Quicquam aliud.*] tamen eccleſiaſticæ cauſæ [c] poſſunt & debent tractari in eccleſia, vt 2. q. 2. præceptum.

PVdicus quoque.] Hæc diſt. diuiditur in 4. partes, in quarum prima dicit, quòd rector eccleſiæ debet eſſe diſcretus in ſilentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicenda ſuiticeat, & ad hoc probandum inducit c. ſeq. Secunda ibi, *In mandatis.* Tertia ibi, *Sæpe autem.* Quarta ibi, *pariter quoque.* Ioan. de Fant.

CASVS. In hac diſt. 43. proſequitur Grat. 7. c. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet oportet epiſcopum eſſe pudicum: quod verum eſt nō ſolum factis, ſed etiam verbis, vt probatur per cantica canticorum.

i ¶ *Pudicus.*] Hic breuiter tangit 7. c. Apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe pudicum.

k ¶ *Genæ.*] Sicut enim per genas cibi [d], ſic per prædicationes eccleſiæ fideles incorporantur, vt de conſecr. diſt. 2. quia paſſus.

DEBET. In hoc §. proſequitur Grat. 8. c. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet oportet epiſcopum eſſe doctorem, id eſt, talem qui ſciat docere. Nā quantum prodeſt bonis per exēpla bonæ vitæ, tantum nocet malis ſi ſileat. Nam prædicatione prælatorū mali ſunt arcendi & corripiendi, ſed in ſua prædicatione debet prælatus eſſe diſcretus, ne vel tacenda proferat, vel dicenda taceat. Quod ſequentibus cap. probatur.

l ¶ *Debet &c.*] Hic proſequitur 8. c. Apoſtolicæ regulæ oportet ordinandum eſſe doctorem, i. talem qui ſciat docere & prædicare. conſiderabit aūt prius quibus & quæ prædicet [e]: quia non omnia omnibus ſunt prædicanda. hæreticis enim ſecreta fidei non ſunt pandenda [f], nec nimis alta dicet minus capacib. & ſi ſubditi non obediunt prædicanti, nō ideo ceſſabit a doctrina & correctione eorum [g].

m ¶ *Silentio.*] Expone negatiue. ſic 2. quæſt. 7. ſancta.

n ¶ *Nam latratu.*] id eſt, prædicatione.

o ¶ *Canum.*] infra ſecunda quæſt. ſeptima. qui nec.

p ¶ *Et baculo.*] comminationis.

SIt rector.] Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd rector debet eſſe diſcretus, vt ſileat vel loquatur cum viderit expedire. Nam ſicut incauta locutio ponit hominem in errorem, ſic indiſcretum ſilentium in errore relinquit. & hoc probatur nouem auctoritatibus. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Sed cum rector.* dicitur quod prædicator debet eſſe vtilis in verbo, i. talia proferat, per quæ corda audientium non lædantur. & hoc probatur tribus auctoritatibus. In tertia quæ incipit ibi, *prouidendum quoque eſt.* dicitur quod etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc probatur tribus auctoritatibus.

CASVS. Primo dicit, quòd prædicator, vel rector nec ſilenda proferet, nec proferenda ſilebit. & hoc probat 12. auctoritatibus. Secundo dicit, quod talia proponat, quæ non deducant homines in errorem: & hoc probat tribus auctoritatibus. Tertio oſtendit, quod etiam vtilia non debet nimis effundere. & hoc probat tribus auctoritatibus.

a ¶ Vex

---

c Diſcretione maiore in maiorib. opus eſt.

d Eleemoſyna quib. eſt danda.

a Hug. dicit quod hoc dixit in Euāgelio, ſed neſcio vbi. Sed ſumptum eſt ſumi Eccl. 12 vel hoc dixit ſecundū interpretatio. 70. interpretū. dicit Rod. quod illa auctoritas, deſudet, &c. ſumitur ex c. præced. vbi dī ſic, ſi bñfeceris, ſcito cui bñfeceris, & erit gratia ī oculis tuis multa. Arc.

2 Anſ. l. 5. c. 77. Iuo p. 3. c. 123.

2 Vide quod no. An. Alc. lib. præmiſ. 1. indictiōe, agapes.

3 Burc. l. 3. c. 82. Iuo p. 3. c. 32. Anſ. l. 5. c. 78.

4 Burc. l. 3. c. 83. Iuo p. 3. c. 74.

e Dubitatio notabilis.

b Argu. ad hoc 23. q. 4. quam magnum. Lau.

f Clerici in tabernis poſſunt quandoque comedere.

c Sed ſi ſæculares. ext. de im. ec. c. 2. vbi de hoc.

5 In reg. B. Bndict. c. 52.

6 Burc. l. 3. c. 81. Iuo p. 3. c. 71.

† al. laudibus

7 Senſus nō verba. Iſid. etym. l. 15. c. 4. Smaragd. in reg. B. Benedicti. c. 52. Burch. l. 3. c. 80. Iuo p. 3. c. 72.

d ſc. maſticatur & maſticādo incorporantur. Hug.

8 Cant. 5. ex gl. interlin. ibidem.

9 Ad Ocea. epi. 83. & gl. ord. in 1. Timot. 3. verſ. doctorem

e Vt j. e. di. in mādatis.

f 11. q. 3. nolite. in fi.

g Vt j. e. di. lancimus. cū 2. c. ſeq.

Iob 10.

rum vice deſeruiunt: quia veniente ª lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens [Canes muti, non valentes latrare b.] Hinc rurſus c queritur, dicens [Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.] Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis, voce libera huius mundi poteſtatibus contraire. Et in die Domini in prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtorem enim recta timuiſſe dicere d, quid eſt aliud, quàm tacendo e terga præbuiſſe? qui nimirum ſi pro grege ſe obiicit, murum pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſus delinquenti populo dicitur [Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.] Prophetæ quippe in ſacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiua f eſſe præſentia indicant, quæ ſunt ventura manifeſtant: quos g diuinus ſermo falſa videre redarguit: quia dum culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus promiſſa ſecuritate h blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticeſcunt. Clauis quippe apertionis eſt ſermo i correctionis: quia increpatio culpam detegit, quam ſæpe neſcit k ipſe etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait [Vt potens ſit in doctrina ſana exhortari, & eos, qui contradicunt, redarguere.]Hinc per Malachiam dicitur [Labia ſacerdotis cuſtodiunt l ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia m Angelus Domini exercituum eſt] Hinc per Eſaiam Dominus admonet dicens [Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocē tuam.]Præconis n quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergò, ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt enim, quòd ſuper paſtores o primos in linguarum ſpecie ſpiritus ſanctus incedit: quia nimirum, quos repleuerit, de ſe protinus, loquentes facit. Hinc Moyſi præcipitur, vt tabernaculum ſacerdos ingrediēs tintinnabulis p ambiatur: vt videlicet prædicationis voces habeat: ne ſuperni inſpectoris iudicium ex ſilentio offendat: ſcriptum quippe eſt [vt audiatur ſonitus, quādo ingreditur, vel egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur q.] Sacerdos namq; ingrediens, vel egrediens, moritur, ſi de eo ſonitus non auditur: quia iram cōtra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Apte autem tintinnabula veſtimentis illius deſcribuntur. Veſtimenta etiam ſacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta teſtante, qui ait [Sacerdotes tui induantur iuſtitia] Veſtimentis itaque illius tintinnabula inhærent: vt † vitæ viam cum linguæ ſonitu ipſa quoque bona opera r ſacerdotis clament. Sed cum rector ſe ad loquendū præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat: ne ſi inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortaſſe ſapiēs videri deſiderat, vnitatis compagem inſipienter abſcindat. Hinc namque veritas dicit [Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos.] Per ſal quippe, verbi ſapientia deſignatur. Qui ergo loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait [Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed s ſapere ad ſobrietatē t.] Hinc in ſacerdotis veſte iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, niſi fidei vnitas deſignatur? Nam ſicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur: ſic innumeros ſanctæ eccleſiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat: hoc, quod iam præmiſimus, per ſemetipſam veritas diſcipulis clamat. [Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos:] ac ſi figurate per habitum ſacerdotis dicat: mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obſeruatione teneatis. Prouidendum quoque eſt ſolicita intentione rectoribus, vt ab eis non ſolum praua nullo modo, ſed ne recta quidem nimie u & inordinate proferantur: quia ſæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium, loquacitatis incauta importunitate leuigatur x, & auctorem ſuum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. Vnde bene per Moyſem dicitur [Vir, qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt y.] In mente quippe audientium, ſemen ſecuturæ cogitationis eſt qualitas auditæ locutionis: quia dum per aurem ſermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi ſapientibus prædicator egregius ſeminiuerbius z eſt vocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſeritur: quia multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat: quod ſi ordi-

Eſa.56. Ezech.13. Thren.2. ad Tit.1. Malach.2. Eſa.58. Act.2. Exod.28. Pſal.131. † al. ſi Marc.9. Rom.12. Exod.28. Marc.9. Leuit.15. Act.17.

a ¶ *Veniente.*] iuxta illud. *Nam ſiluiſſe nocet, multaſque ſilentia damnant.*

b ¶ *Latrare.*] propter pigritiam.

c ¶ *Hinc rurſus.*] Primo cōqueritur, & primo ponit verba Prophetæ, deinde ea exponit, & ſic procedit per totum c.

d ¶ *Dicere.*] i. dicitur.

e ¶ *Tacendo.*]No. quòd tacens & timens fugere dicitur. vnde etiam tacens pro contumace habetur, vt 65. diſt. ſi forte. & ff. de inter. act. de ætate. §. qui tacuit.

f ¶ *Qui dū fugitiua.*] id eſt, tranſitoria.

g ¶ *Quos.*] ſimplex relatio, non refertur ad immediate dictum.

h ¶ *Securitate.*] eo ipſo quòd tacetur, promittitur ſecuritas delinquentibus, vt 83. diſt. error.

i ¶ *Sermo.*] doctoris.

k ¶ *Neſcit.*] ſcilicet eſſe peccatum ille cui prædicatur, vel cum eius pœnitētia audit, quæritur ab eo locus, & tempus, & perſona cum qua deliquit, quæ forte peccator ꝓpter verecundiam vult occultare, vt de pœ. diſt. 6. c. 1. in fi. ª Tamen in quæſtionibus vbi fit præiudicium alij, non fient ſpeciales interrogationes, vt ff. de quæſtion. l. 1. §. qui quæſtionem.

a Et de pœ. diſt. 5. c. 1. in prin.

l ¶ *Cuſtodiunt.*] id eſt, cuſtodire debent.

m ¶ *Quia Angelus.*] id eſt, nuncius Domini.

n ¶ *Præconis.*] infra de cōſec. diſ. 4. baptiſmus.

o ¶ *Paſtores.*] id eſt, Apoſtolos.

p ¶ *Tintinnabulis.*]octoginta tintinnabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicæ ſacerdotalis pendebant.

q ¶ *Non moriatur.*]anima ſcilicet peccando, vel vt fama eius non ſit mortua.

r ¶ *Opera.*] Arg. quòd ſi aliqua permiſerit ſe deſponſari vel arrhari, licet expreſſe non conſentiat, videtur ꝙ ſponſalia ſint contracta. arg. 30. q. 5. feminæ. 27 q. 2. ſi quis deſponſauerit. 32. q. 2. honorantur. ff. de ſponſ. ſed ea b. Nam opera probant, vt 46. diſt. c. 1. 11. q. 3. exiſtimant. 22. q. 5. cauete. vt extr. de his quæ ſi. a maio. par. cap. ex ore. arg. ff. de neg. geſt. ſi filius. ff. de inoffic. teſt. l. vlt. ff. de ædil. edi. ſi tamen. §. ei qui. Ioan. " Ego dico, quòd ſi contrahentes poſſunt loqui, exprimere d bēt conſenſum ſuum, alioquin non iudicaretur pro matrimonio, cum neceſſaria ſint verba quātum ad eccleſiam, vt ext. de ſpon. tuæ fraternitatis. quia etiam mutus ſi contrahit, ſignis debet exprimere conſenſum, vt extra de ſponſa. cum apud. Bart.

b Dicas ꝙ ſi parētes cōtrahat cū filijs, ſufficit eorum taciturnitas, vt in iur. prædictis & extra de deſp. impu. accesſit. & c. de illis. Arch.

" Verba in cōtrahēdo mrimonio, an ſint de neceſsitate.

s ¶ *Sed ſapere.*] ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hær. cum ex iniuncto.

t ¶ *Ad ſobrietatem.*] id eſt, ſine præſumptione.

u ¶ *Nimie.*] id eſt, in multiloquio.

x ¶ *Leuigatur.*] id eſt, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.

y ¶ *Eſt.*] ſcilicet vſque ad veſperam, vt ſupra diſt. 6. teſtamentum.

z ¶ *Seminiuerbius.*] A presbyteris Athenienſium dictum eſt de Apſtolo, quid ſibi vult iſte ſeminator verborum? & ſecundum hoc erit hic ſeminiuerbius. ſed ſi habes ſemiuerbius, tunc dic quòd obſcurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ADDITIO. " Seminiuerbius, id eſt ſeminans verba, vel id eſt, abbreuians verba, ſecundum Laur. Item Paulus in quadam ſequentia dicitur ſpermologus, ſperma enim Græce, Latine dicitur ſemen, & logos ſermo, ſecundum Hugonem.

" Seminiuerbi⁹ quis dicatur.

nate promeret, prolē rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuiſſet: dumq; incautus per loquacitatem defluit, nō ad vſum generis, ſed ad immunditiam ſemen effundit. Vnde Paulus quoque, cùm diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret, dixit [Teſtificor corā Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius, prædica verbū, inſta opportune, importune:] dicturus [importune,] præmiſit a [opportune:] quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua vtilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas b opportunitatem neſcit.

Item Clemens epiſt. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus ſacra non ſunt committenda. C. II.

2 IN mandatis c habemus, vt venientes ad ciuitatem diſcamus prius, quis in ea dignus ſit: vt apud eum cibum ſumamus: quanto magis noſſe conuenit, quis, qualiſve ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti enim, & valde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & ob alias cauſas vtile eſt viri huius habere me notitiā. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt d dubitari, q; e bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis: hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis, & humanus (quæ vtique bona eſſe nullus ambigit) tunc coſequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum f, etiā quod deeſt fidei, & ſcientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in iis, quæ palam g ſunt, peccatis inuolutus permanet h, & inquinatus, nō me oportet ei aliquid de ſecretioribus i, & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui, ſed magis proteſtari, & conuenire eum, vt peccare deſinat & act9 ſuos à vitiis emēdet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eū minus recte agentem non oportet audire: prudenter k eū debemus eludere l. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa vtile nō videtur: ne forte exiſtiment nos reſponſionis penuria m declinare certamen, & fides eorum lædatur non intelligentium propoſitum noſtrum.

Item Anacletus, epiſt. 1. omnibus epiſcopis.

¶ Verba prædicationis per doctores ſuis prælati non ſubtrahant. C. III.

3 SCimus autem multos ob id infeſtare doctores, vt eos perdant n, & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires ſuppetunt) a recta æmulatione o, & bona intentione † recedere p debent, ſcientes, quia beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epiſt. 33.

¶ Non eſt mundus a ſanguine ſubiectorum, qui Dei conſilium illis non annuntiat. C. IIII.

EPheſiis Paulus q dicit [Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine r omnium veſtrum: non enim ſubterfugi, quominus annuntiarem s omne cōſilium Dei vobis.] Mundus t ergo à ſanguine eorum nō eſſet, ſi eis Dei conſiliū annuntiare noluiſſet: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo u paſtor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium eſt, [Propoſueramus.]

¶ Aeternæ damnationis pœnam incurrit prædicator, qui ſemen diuini verbi non ſpargit. C. V.

DIſpenſatio † eſt nobis cæleſtis ſeminis iniuncta: væ x ſi nō ſparſerimus: væ ſi tacuerimus. Quod cū electionis vas formidet,

---

" Arg. ab ordine verborū ſumitur.
a Al. dī q. ſ ordine ſcripturæ ñ eſt curādum. ff. de ſolu. nec enim. Arc.
† al. corde

a ¶ Præmiſit.] " arg. q ab ordine a verborū eſt argumentandū. 20. diſt. §. 1. & 23. q. 4. diſplicet. & 1. q. 1. vt euidenter. & 3. q. 7. in grauib. ext. de reſcr. cum dilecta. Et ſi præcedens verbū eſt dubium, & ſequens manifeſtū, ſequens clauſula eſt ſequenda ff. de pe. hær. vtrum aūt. qnque etiam ſecundum præcedentem exponitur ſequens. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. in fi.

b ¶ Importunitas.] Not. q ppter tria cōſueuit induci c. ſcilicet q tacens & timens vir fugere. Item q æque aliquid probatur factis vt dictis. Itē ordinē verborū attendendum, vt per not. 5. poſita patet.

IN mandatis.] Hæc eſt 2. pars huius diſt. in qua dī, q hæreticis & paganis non ſunt ſecreta noſtræ fidei manifeſtanda. & hoc c. ad hoc probandū inducitur. Si tu quæras q dicta Origenis recipiantur? Rñd. recipit eccleſia tanquā ſua ea, q de dictis eius Hieron. recipit. alias ſunt cū ſuo auctore dānata per Papam Gelaſium. 15. diſt. ſancta Romana. verſ. itē Origenis. Io. de F.

2. Tim. 4.

CASVS. Quæſitū fuit ab Origene, vtrū indifferenter ſecreta fidei ſint cuilibet reſerāda? Et reſp. q non, duab. rationib. Prima eſt, q2 Chriſtus præcepit vt intrantes ciuitatē examinemus, quis ſit in ea dignus, vt apud eū cibum ſumamus; multo fortius eſt hoc faciendū in cibo ſpūali, cum non dēamus proiicere margaritas noſtras añ porcos. Secūda ē: quia ſi fidelis eſt, & bonus paratus corrigi, reſerare ſibi debemus, vt qd in eo deficit, p nos ſuppleatur, vt ſi qua in eo macula fuerit, emēdetur: ſi aūt pfidus eſt & incorrigibilis, nulla ſecreta fidei ei ſunt reuelanda, ſed monendus eſt vt reſipiſcat. Si vero nos prouocet dicere quod non decet ipſum audire, dēmus eū prudenter eludere; ne ſi nil rñdeamus, putent auditores inopia reſpōſionis nos declinare certamen.

Matth. 10. Marc. 7.
Matth. 7.

c ¶ In mandatis.] ſc. Euangelicis. Matt. 10. ca. & Marc. 7. vbi Dominus præcepit diſcipulis ſuis: In quamcūq; ciuitatem intraderitis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ſic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic a minori. Laur.

d ¶ Non poteſt.] Nam timor in dubiis deteriora canit. Et Lucanus, *Peſſimus in dubiis augur timor.*

e ¶ Quòd.] id eſt, quia bona ſint.

f ¶ Virtutum.] Ergo videtur, quòd qui non habet fidem poſsit habere virtutem, quod non eſt verum, vt 24. q. 1. vbi.

g ¶ Quæ palam.] id eſt, indubitanter ſunt mala.

h ¶ Permanet.] ſæpius admonitus.

i ¶ De ſecretioribus.] ſed ea quæ ſpectant ad admonitionem, non autem ſecreta fidei: quia ſi illa ſciret, facilius nos inde impugnaret, vt 11. q. 3. nolite.

k ¶ Prudenter.] transferendo nos callide ad alienam materiam: cum nec ipſi debeant alieni regni ſcrutari arcana. C. de commer. mercatores. & extra de elect. quod ſicut. immo ſubtili ingenio debemus à barbaris extorquere aurum, vt C. de commer. l. 2. & 24. q. 4. ab illo. & q. 5. c. dixit.

" Dolus bonus.

l ¶ Eludere.] " Nota dolum eſſe bonum contra hoſtem. ſic 22. q. 2. vtilem. & ff. de do. l. 1.

m ¶ Penuria.] Arg. contra infra 24. q. 3. cum quibus.

SCimus.] Hæc eſt 3. pars huius diſt. in qua dī, q ſi prælati non corrigunt ſuos ſubditos, ſanguis ſubditorum de prælatorum manibus requiretur. Si autem faciamus quod in nobis eſt, non imputatur nobis malitia ſubditorum. & hoc probat per tria c. Io. de Fan.

b Dic q ibi loquitur de hæreticis dānatis, hic de occultis: vel dic q cū eis poſſumus loqui quātum ad ea quæ pñt eos reducere ad fidē, vt not. 3. c. px. Arc.

CASVS. Quia prælati ceſſabant a correctione, & a recta via, quia infeſtabatur a ſuis ſubditis: ſed dicit Anacletus q propter hoc a prædicatione ceſſare non debent, & a recta æmulatione, i. dilectione: quia beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

n ¶ Perdant.] id eſt, confundant.

o ¶ Aemulatione.] i. dilectione. Vnde no. verſum, qui valet ad multas expoſitiones:
" *Aemulor inſtatur, amat, inuidet, ac imitatur.* Bart.

" Aemulor varia ſignificata habet.

p ¶ Recedere.] " No. q ſub damnatione vel perſecutionē non ceſſabit doctor a docendo, vel prælatus a prædicando, vt hic, & 11. q. 3. nolite. quia etſi illi non proficiant, tñ ipſe faciat quod ſuum eſt, vt 47. diſt. quod apud nos. & 23. q. 4. ſicut non eſt. nec obſtat 3. c. px. vbi dicit, q prudenter debemus eludere tales. nec et illud quod. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. vbi dicit, hæreticū hominem poſt primam & ſecunda correctionem deuita. quia vtrumque illorum obtinet in ſecretioribus fidei, quæ non debemus pandere illis: ſed ab illis q faciunt ad correctionē, nūquam ceſſandū eſt, vt 1. q. 7. conuenientibus. Io. Hodie autem ſi hæretici non corriguntur, ſtatim tradendi ſunt curiæ ſæculari ad puniendum. ſi autē corrigantur, & iurent ſtare mandato eccleſiæ, in perpetuo carcere debent detrudi ad agendam pœnitentiā, vt extra de hæretic. c. pen. Bart.

" Prælatus propter perſecutionem non deſerat pdicationē. 1 Iuo p. 5. c. 237. circa medium.
† al. inſtitutione.
Matth. 5.
Act. 20.

EPheſiis.] CASVS. Venantius eps ſuos ſubditos corrigere nolebat, vel negligebat. de quo eum Gregor. reprehendit: quia peccata ſubditorum niſi eos corrigat, ſibi imputantur. & hoc probat auctoritate Pauli: & quia paſtor videtur occidere delinquentes, niſi eos corrigat.

† Diſpenſatiōe nobis] Orig. 1. Cor. 9.

q ¶ Paulus.] in actibus Apoſtolorum 20. cap.

r ¶ A ſanguine.] id eſt, a peccato.

s ¶ Annuntiarem.] Arg. " quòd ſi per te non ſtat aliquid quo minus fiat, non eſt tibi imputandum, vt 24. q. 2. admonere. & 47. diſt. c. vlt. & §. neceſſe. & C. de inſtit. & ſubſtit. l. 1. Argum. contra extra de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſer. c. 1. Ioan. Sed certe ibi ſtetit non per petentem poſſeſſionem. ff. de reg. iur. l. culpa. Bart.

" Imputandum nō eſt ei per quem non ſtat.

t ¶ Mundus.] Argum. à deſtructione antecedentis, vt 24. quæſt. 2. ſane.

u ¶ Tacendo.] infra 83. diſt. error.

DIſpenſatio.] CASVS. In hoc cap. Nicolaus Papa reprehendit prælatos, qui nolunt corrigere ſubditos, & prædicare: quia væ erit eis, ſi verba cœleſtis ſeminis non prædicauerint, & non ſparſerint in ſubiectos: & hoc probat auctoritate Pauli. Præterea ſicut magnum eſt periculum prælatis ſilere: ſic periculoſum eſt ſubditis non obedire.

x ¶ Væ.] aliàs veh, ſcilicet æterna mors. 11. q. 3. væ qui.

2 ¶ Et

a ¶ *Et clamet.*] It. felix ego homo, quis liberabit de corpore mortis huius? 5.6.diſt.ſed penſandum.
ADDITIO. Vel dic, clamet prædicando: vel ſe timere æternam damnationem, ſecundum Hug.
b ¶ *Quanto magis.*] Argu. à maiori, vt 32.quæſt.5. ſi Paulus. 8.q.1. ſi ergo tantus.

rum ſemper præcedet & ſequetur oratio. Item quòd in ſacerdotali conuiuio ſemper debet legi lectio ſacræ ſcripturæ.
g ¶ *Vtrumque.*] Arg. quòd vno prohibito vel permiſſo, idem erit in cõnexo ſibi, vt 5.di.4. denique. & 1.q.1. ſicut Chriſtus.[a] Et eſt hic arg. q ſi Papa vel epiſcopus ſcienter aliquem ordinat, videtur reſtituere ipſum famæ[d], cum fama & ſacerdotium ſibi ſunt annexa. Ioan. Quod falſum eſt, vt ex tra. de ſchi. cap. 2. vbi dicitur quòd probare debet ſecum fuiſſe diſpenſatum. Bar.
h ¶ *Viuere.*] [a] ſufficere debet ergo clerico, q viuat, i. ſola neceſſaria habeat: & arctatur illa neceſsitas tantum ad victum & veſtitū[e], vt 12.quæſ. 1. epiſcopus. Qualiter tamen hoc intelligendum eſt, dixi 21.q.1.c.1.

& clamet[a], quãto magis[b] cuilibet exiguo metuendum eſt: Proinde, ſicut non leue diſcrimẽ incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro diuinitatis cultu, & eccleſiæ correctione qđ cõgruit, ita his[c] (quod abſit) nõ mediocre periculum eſt, qui cum debeant parere[d], deſpiciunt.

4 *Pariter quoque obſeruare debet ſacerdos, ne indignis, & non intelligentibus ſecreta myſteria ſua prædicationẽ reſerare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit.*[1] *Vnde in expoſitione* [*Beati immaculati*] *dicitur. Vitium eſt ſecreta myſteria vulgare indignis: quod fit vel loquacitate incauta, dum ſine iudicio volat irreuocabile*[e] *verbum, vel adulatione, vt eis placeat*[2]*, quibus ſecreta reuelat, vel iactatione ſcientiæ, vt plura ſcire videatur.*] *In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat eſſe diſcretio in prædicatione ſacerdotis: quaſi forte caruerit, tamquam torto*[f] *naſo, ſacerdotalis officij iudicatur indignus.*

DISTINCTIO XLIIII.

1 ps *CVm autem vinolentus eſſe prohibetur gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Vtrumque*[g] *enim inter opera tenebrarum Apoſtolus connumerat ſcribens Romanis* [*Non in comeſſationibus, & ebrietatibus*] *Ventris nãque ingluuies ad luxuriam prouocat facile, & omne opus bonum diſſoluit.*[3] *Vnde* [*venter, & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt: vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.*] *Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hieruſalem deſtruxiſſe legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deſeruit, ædificia virtutum ad ſolum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere*[h], *non luxuriari quærat, vt ait Hieronym.*[4] [*Tibi ô ſacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.*] *Sunt autem comeſſationes non ſolum ſacerdotibus, ſed etiam laicis noxiæ: qui feſtiuos, & ſolennes dies non aliter ſe digne celebrare putant, niſi comeſſationibus deſeruiant.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Aurelium epiſcopum, epiſt. 64.

¶ Non eſt vacandum comeſſationibus, & ebrietatibus. C. I.

5 COmeſſationes, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur[i], vt in honorem etiam beatiſſimorum martyrum non ſolum per ſolennes dies (quod ipſum quis non lugendum[k] videat, qui hæc non carneis[l] oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. *& poſt pauca*: Non ergo aſpere quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur: magis docendo, quàm iubendo, magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine[m] peccantium†. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum. Et ſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipſi noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur. Ita prius mouebuntur ſpiritales, aut ſpiritalibus proximi, quorum auctoritate, & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. C. II.

6 NOn oportet[a] clericos ſeruientes à presbyteris vſque[n] ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes vſque ad miniſtros aut lectores, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut pſalmiſtas, aut etiam eos, qui in propoſito[o] continentiæ ſunt, tabernas[β] intrare.

a ¶ Clericos ſeruientes.] *Græce eſt* ἱερατικούς, *quod Dion. ſacratos, ſacro miniſterio deditos: quam verſionem concilium Aquiſgranenſe, Burchardus & Iuo attulerunt.*
β ¶ Tabernas.] *ſequebatur in impreſſis.* niſi cauſa neceſsitatis: *quæ ſunt expuncta, quia neque in pleriſque manuſcriptis, neque in Burchardo & Iuone, neque in ipſo concilio Laodicenſi aut Aquiſgranenſi (ubi cap. 60. hoc idem repetitur) leguntur: uidentur tamen accepta ex can. Apoſt. 54.*

Item ex ſexta ſynodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergaſterium habere voluerit. C. III.

NVlli clerico licet tabernam, aut ergaſterium[p] habere. Si

c ¶ *His.*] i. ſubditis.
d ¶ *Parere.*] i. obedire.
PARITER. Hæc eſt quarta pars huius di. Dictum eſt 5. in cap. in mandatis. q ſecreta fidei non ſunt hæreticis reuelanda. Nunc vero dicit Gratianus quòd idem eſt de catholicis indignis & non intelligentib. ſi autem ſecus fiat, non fit ad eorum vtilitatem: ſed potius ad oſtentationem, vel adulationem, vel ſcientiæ iactationem, vel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat per expoſitionem, Beati immaculati. Ex quib. patet, quòd ſi prælatus in prædicãdo diſcretionem non ſeruat, tamquam torto naſo, i. diſcretione carẽs, ſacerdotis officio videtur indignus.
e ¶ *Irreuocabile.*] Horatius: *Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile verbum.* extra de verbor. ſignifi. forus. & Ouidius:
Neſcit vox miſſa reuerti. iuxta illud:
Vox emiſſa ſemel, irreditura volat[a].
f ¶ *Torto.*] 5. diſt. 49. c. hinc etenim naſum comparat diſcretioni: quia per eum perpenditur odor & fetor.
CVm autem.] Hæc diſtin. diuiditur in tres part. in quarum prima probat de temperantia gulæ. & hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum. Secũda ibi, *Multis.* Tertia ibi, *Non oportet.* Io. de Fant.
CASVS. Supra 35. diſt. dictum eſt, quod ſacerdos non debet eſſe vinolẽtus, ſed ſobrius: quia comeſſatio & voracitas ebrietatis ſunt cohærentia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44. diſt. voracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur trib. rationibus. Prima eſt, quia comeſſatio & ebrietas ab Apoſtolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comeſſationibus, &c. Secunda eſt: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriam: & omne opus bonum diſſoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui deſtruxit muros Hieruſalem; quia ei multitudo coquorum deſeruit. Sunt autem comeſſationes noxiæ non ſolum ſacerdotib. ſed etiam laicis: qui dies feſtiuos celebrare non putant, niſi comeſſationibus deſeruiant.
CVM AVTEM. Hæc diſt. ſpectat ad tertium c. apoſtolicæ regulæ, quæ tractata eſt 35. diſt. oportet ordinandum eſſe nõ vinolẽtum, ſed ſobrium. ſed non tractauit ibi niſi de ſobrietate potus: ideo reſumit eam hic, & tractat de temperantia & ſobrietate cibi.[a] Annectit q laici & clerici qui faciunt magna conuiuia cauſa laſciuiæ, delinquunt[b]. Item addit quod clerici non debet comedere vel bibere in tabernis, niſi neceſsitas cogat.[c] Deinde dicit, quòd cibum clerico

Comeſſationes.] CASVS. Quæſiuit Aurelius ab Augu. vtrum laici qui in die bus feſtiuis deſeruiunt comeſſationib. & ebrietatib. propter hoc debent ſuſpendi vel excommunicari. Et reſp. quod non: quia multitudo eſt cauſa, in quam ſeueritas diſciplinæ non eſt exercenda: ſed monendi ſunt non imperioſe, ſed benigne, vt Deus in noſtro ſermone timeatur & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiendũ eſt à ſpiritualibus, vel ſpiritualib. proximis.
i ¶ *Putantur.*] à ſtultis videlicet.
k ¶ *Lugendum.*] i. nonne vnuſquiſque hoc lugendo videat.
l ¶ *Carneis.*] ſcil. ſpiritualibus.
m ¶ *Cum multitudine.*] Multi ſunt 40. vt extr. de cle. excom. latores. Aliquando 23. milia ſunt pauci, vt 45. diſt. diſciplina.[a] Et habes hic q propter multitudinẽ detrahitur ſeueritati, vt 50. diſt. vt conſtitueretur. & 1. q. 7. quoties. 33. qu. 4. ipſa pietas. &c. non poteſt. Quandoque & cum paucitate mitius agendum eſt, cum timetur ſcandalum. 23. q. 4. cum quiſque[f]. Vbi ergo aliquid male fit: & quaſi ex auctoritate defenditur, tunc nõ debet dormire ſeueritas. quando vero non defenditur, tunc diſsimulari poteſt propter ſcandalum, vt 12. par. diſt. 6. c. 1. in fi. & 82. di. plurimos. & 50. diſ. domino ſancto. ſed propter ſcandalum numquam debet deſeri veritas ipſa. vt extra de reg. iu. qui ſcandalizauerit[g], ſed ſeueritas pœnarum poteſt deſeri, vt hic Io. Item vbi non habet locum diſpenſationis remedium, vt in matrimonio: propter multitudinem non eſt recedendum à ſeueritate canonica. vt extr. de tranſa. ex par. Bar.[h]
NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votum continentiæ fecerunt, prohibentur ingredi tabernas, niſi cauſa neceſsitatis, vt 5. cap. ſequenti. Sequentia duo capitula plana ſunt.
n ¶ *Vſque.*] impropriè ponitur hic, vſque, cum nulli ſint in medio.
o ¶ *Qui in propoſito.*] vt Deo deuoti conuerſi. 12. quæſtion. prima. Nullo, &c.
p NVlli clerico licet.] ¶ *Ergaſterium.*] id eſt, ſtationem.

1 Gl. ord. ex Ambr. ſer. 2. in Pſal. 118. ver. [abſcõdi eloquia tua.]
2 Tex. eſt in fin. l. 1. C. de ſta. & imag. vbi vide quid ſit adulatio.
a Ad idẽ 5. q. 5. qui ambulat. ff. de ca. & poſtli. re. in bello. §. factæ. in aut. d æqua. do. §. hinc ſigitur. in fi. Arch.
Rom. 13.
3 Hier. i epi. ad Amãdũ, & Aug. de Tẽp. ſer. 65. Greg. in paſto. p. 3. c. 20.
4 Reg. alt. ſecundum lxx
4 In Micheã c. 3. in extremo.
5 Iuo p. 13. c. 68.
a Conuiuia reprobata.
b 5. c. c. 1. cõuiuia. & ca. vlti.
c Vt 5. c. non

oportet. cũ 2. ca. ſeq. Et cõcor. gl. in c. nonnulli. i gl. 1. 5. 42. di.
a Ordo purgat infamiã.
d Arg. C. de his q no. in. l. 3. idẽ ſentit Hug.
a Victus & veſtitus ſufficiunt clerico.
e Qđ leg. & not. 24. q. 3. reſecandæ & 32. q. 2. ſic non ſunt. in gl. vlt.
† abeſt ab Ori. Iuo, & aliquot manuſcriptis Gratiani.
6 cõc. Aqſg. c. 60. Burc. l. 2. cap. 31. Iuo p. 6. c. 105.
a Seueritati ab pp multitudine vel paucitatem detrahatur.
f Concor. tex in l. decurione. & ibi glo. & doct. C. de pœn.
g Vbi p hoc & ext. d te. ordin. ſane. ibi videas.
h Sc. & tacet q que plac' n pp ſcãdalũ, ſed propter maius malũ quod poſſet eccleſiæ prouenire, vt cum Rex aliquid facit in reb. eccleſiæ ſecundũ Lau.

enim huiuſmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis [a] aliis miniſtrare in ea? Si quis vero tale quid fecerit, aut ceſſet [b], aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergaſterium.] *Græce eſt* καπηλεῖον ἐργαστήριον. id eſt cauponarium tabernam.

Item ex concilio Carthag.3.c.27.

¶ Niſi neceſſitate compulſi clerici tabernas non ingrediantur. C. IIII.

1 Clerici, edendi, vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis [c] neceſſitate compulſi.

Item Gregorius Natali epiſcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epiſt. 14.

¶ Comprehendus eſt epiſcopus, qui conuiuiis occupatur. C. V.

2 Multis ab vrbe tua venientibus, frater chariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conuiuiis occupatum: quæ audita non crederem, niſi hæc actionum [d] tuarum experimentis ad probarem. Nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi inuigiles [e], ſed ipſum quoque vſum eccleſiaſtici ordinis ignores, hoc eſt in teſtimonium [f], quod eis, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis.

Idem ad eundem, lib. 2. Epiſt. 37.

¶ De eodem. C. VI.

Conuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte veſtra fraternitas † in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur [g], nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis inanes ſæcularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: cum nõ plus, quam neceſſe eſt, ſeruitur corpori: ſed ſola eius infirmitas reficitur vt ad vſum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaq; ſi vos in veſtris conuiuiis agitis, abſtinentium † [h], fateor: magiſtri eſtis.

[*Item ex concilio Nannetenſi.*]

PALEA. C. VII.

3 Nullus presbyterorũ, quando ad anniuerſarium diem trigeſimum, aut ſeptimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad coll. ct' un presbyteri conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore † ſanctorum, vel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, nec plauſus, & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præſumat, aut turpia ioca, vel vrſo, vel tornatricib' ante ſe fieri † patiatur: nec laruas dæmonum [β] ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & à ſacris canonibus prohibitum.

β ¶ Dæmonum.] *Burchardus addit*, quas vulgo Talamaſcas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

4 Quando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorũ, verſum ante menſam incipiat, & cibum benedicat: & tunc ſecundum ordinem ſedeant, alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum, & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Et poſt refectionem ſimiliter ſanctũ hymnum dicant ad exemplum Domini, ſicut in cœna feciſſe legitur: & ſic ſe contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, vt non vituperetur miniſterium illorum.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IX.

5 Quando presbyteri per Kalendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſterium †, ad neceſſariam collationem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant: ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent: quia indecens eſt, & oneroſum, ſæpe etiam tarde ad eccleſiam redeuntes maius damnum de reprehenſione cõſequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, quam lucrum ibi † faciant. Nam de huiuſmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam Dominicam, id eſt ad collationem verbi ſub occaſione conueniunt, & ex veritat. † ventris cauſa coniũguntur, reprehenſibiles corã Deo & hominib. habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant, & ſinguli ſingulos bibere faciant & maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant, & ſic ad eccleſias redeant.

Item ex concilio Laodicenſi, c.53.

¶ Chriſtiani ex ſymbolis conuiuia non celebrent. C. X.

3 6 Non oportet [i] miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos, aut etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis [k] [quæ † vulgus comeſſalia appellat] conuiuia celebrare [l].

Item ex concilio Toletano.3.c.7.

¶ Sacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus ſemper conuiuiis miſceatur. C. XI.

7 Pro reuerentia [m] Dei, & ſacerdotũ id vniuerſa cõſtituit ſynodus, vt (quia ſolẽt crebro mẽtis otioſæ fabulæ inter poni) in oĩ ſacerdotali conuiuio lectio diuinarũ ſcripturarum miſceatur. Per hoc enĩ & aĩæ ædificãtur ad bonũ, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Item ex concilio Martini Papæ, c.61. & 60. [8]

¶ De conſertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. C. XII.

9 Non liceat ſacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de conſertis.

¶ Nec oportet clericos, vel laicos religioſos ante ſacrã horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, niſi hymno [n] dicto, comedere panem, poſt cibos gratias auctori Deo referre.

Sequitur

---

a ¶ *Quanto magis.*] cui non licet minus, non licebit & maius vt hic. & 24.q.1. miramur. & 74.di. geſta.14.qu.5. pœnale [a], ſicut in caſu conuerſo, ſ. cui licet maius, & minus.16. qu. 2 viſis.

b ¶ *Aut ceſſet.*] ſic 35. diſt.c.1.

c ¶ *Clerici.*] *Niſi peregrinationis.*] Not. quod permittitur viatori, quod alij nõ permittitur. Ar. ſimile. j. 11.q.3.qm multos.

Multis.] Hæc eſt 2. pars huius diſt. in qua reprehenditur quidam Natalis epiſcopus, qui ſemper erat in comeſſationib. ita q omnino ſuum neſciebat: & ita aliis detrahebat. & hoc probatur per hoc c. & per c.ſeq. Io. de Fant. CASVS. In hoc c. reprehẽdit Greg. Natalem epiſcopum, qui tantum conuiuiis deſeruiebat, in quibus vita abſentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cãtabantur: quod ex eo apparebat, quia neq; lectioni neque exhortationi inſiſtebat: neq; ſuis maiorib. reuerentiã exhibebat.

d ¶ *Actionum.* Ar. præſumi contra aliquem quandoq; propter crimen præteritum.18. diſt. peruenit [b].34. qu.1. cum per bellicam. Quãdoq; ex præſenti circa præſens, vt hic. quandoq; circa futurum.50. diſt. ſi quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum.22. q.1. nõ eſt. Quandoque ex præterito circa futurum.23.q.5. ſi apud. & 81. diſt. plurimos.

e ¶ *Inuigiles.*] q duo, ſ. lectioni ſtudere, & exhortationi inuigilare, ſunt opera pontificis. 36. diſt. c. vltim.

f ¶ *In teſtimonium.*] hic vnum factum probat aliud. vt 1.q.1. conſtat, &c.

Conuiuia.] CASVS. Item Natalis epiſcopus excuſabat ſe, quia reprehenſus fuit propter conuiuia. quæ faciebat: dicens q bona intentione & cã impendendæ charitatis hoc faciebat. Sed Grego. dicit, q tunc fiunt ex charitate, cum vita abſentium non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur, ſed verba ſacræ lectionis, & cum infirmitas ſola reficitur: & qui hæc in ſuis conuiuiis facit, magiſter eſt abſtinentiæ. Quæ autem ſequuntur vſque ad diſtinctionem, plana ſunt, & per ſe patent.

g ¶ *Mordetur.*] Vñ vers°. *Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam, Hanc menſam vetitam* noverit eſſe ſibi.

h ¶ *Abſtinentium.*] No. q abſtinens di qui bene comedit: & continẽs dicitur qui tamen cognoſcit vxorem ſuã, vt 31. diſt. Nicæna.

Non oportet.] hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, q nullus debet facere conuiuium de conſertis, i. de ſymbolis: quod in vulgari dicit, eſcoht. & ad hoc probandum iſta tria c. inducuntur. Ioan. de Fan.

i ¶ *Non oportet.*] hic habent quidam c. nullus. quod eſt j. de conſe. diſt.5. nullus.

k ¶ *Ex ſymbolis.*] ſymbolum eſt quãdo plures conferunt ad conuiuia faciẽda. idem eſt confertum.

l ¶ *Celebrare.*] Nam vt ait Iuuenalis, Miſerũ ẽ aliena viuere quadra.

m. *Pro reuerentia.*] j. de conſec. diſt. 5 in omnibus.

Non liceat.] n ¶ *Hymno.*] j. de conſe. diſtinction. 2. panis & calix. & c. didicimus.

---

a Ad idẽ 30. q. 3. pyctaciũ. ff. d int. & rel releg atorum §. vlt. Arch.

1 Aqſgran. ebac. c. 90. Burc. l. 2. ca. 150. Iuo p. 6 c. 204.

a Adde q actio hic accipitur pro actu. ſimile in l. magiſtratuum. C. de ado. & in l. 3. ff. de of. procon. & infra e. diſt. rationis.

b Vbi d hoc & ext. de p̃ſum. ſcribã & C. de adul. ſi qui. 32. q. 1. ſi quis viuẽte. ext. de cle. officij. Arc.

† al. ſanctitas.

† al. abſtinentia.

9 De conſe. diſ. 5. c. null'. Burc. l. 2. c. 161 Iuo p. 6 c. 252.

† al. in amore.

† al. facere permittat.

4. Bur. l. 2. c. 162. Iuo p. 6. c. 253.

† decanus. a e aliqu. s] Burch.

5 Bur. l. 2. c. 164. Iuo p. 6 c. 255.

† al. miniſterium.

† e.

† al. cibi.

1. Cor. 11.

† al. ingluuietate.

6 Conc. Aquiſgr. c. 83. Rab. in pœ. c. 27.

† iſta ſunt addita loco cuiuſdam gloſ.

7 Bur. l. 2. c. 169. Iuo p. 6 ca. 260. Rab. in pœn. c. 28.

8 Apud Martin. Braca.

9 Burc. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. ca. 56. C. 66.

S[equitur.] Hæc diſtinctio diuiditur in quattuor part. In quarum prima probatur per ſeptem auctoritates, quòd prælati non debent eſſe accenſi ad iram vel perturbationem. Secunda ibi, *Salomon*. Tertia ibi, *Ex his*. Quarta ibi, *Percuſſor*. Ioan. de Fant.

CASVS. In hac 45. diſt. proſequitur 9. ca. apoſtolicæ regulę, oportet epiſcopum nō eſſe percuſſorem: quia non debet eſſe iraſcibilis & perturbati ſenſus, ſed patiens exemplo Chriſti, qui dorſum poſuit ad flagella. Et primo probat q̧ prælati non debent aliquem percutere vſq; ad § *Salomon*. poſtea allegat in contrarium vſq; ad §. *Ex his*. No. "ergo q̧ eſt percuſsio ſpiritualis: & eſt percuſsio corporalis. Spiritualis eſt, cum q̧s indiſcreto ſermōe corrigit aliquos. iſta prohibetur. vt j. c. vlt. Corporalis eſt illa quæ manu fit. & iſta vbi fit ex ira vel odio, vel ad hoc vt magis timeatur, peccatū eſt. vt j. ea. c. 1. ſed ſi fit cā correctionis [a], licita eſt ei qui habet poteſtatem in eum, vt j. ea. cum beatus, & 35. diſt. añ omnia. hoc tamen ſcias, q̧ epiſcopus ſuis manib. neminem verberabit, vt 86. diſ. non liceat. ſed per alium poteſt, vt 5. q. 5. illi. non tamen per laicum, ſed per clericum, ſi clericus fuerit verberandus, vt extr. de ſen. excom. vniuerſitatis. niſi penitus ſit incorrigibilis. tunc etiam per laicum poteſt, vt extr. de ſen. exc. c. vt famæ. "Item diſtinguendum eſt circa qualitatem ipſarum perſonarum, quæ corrigendæ ſunt, & etiam circa quantitatem criminum: nam qui ſunt in minoribus ordinib. conſtituti, licite verberātur etiam pro minorib. criminibus: vt j. c. §. Salomon. & 35. diſ. ante. ſed maiores non ſunt verberādi niſi pro maiorib. vel enormib. criminibus vt j. c. cum beatus. & 35. diſt. ante. "Sunt tamen alij caſus, in quibus licite percutitur clericus, vt no. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

Si ergo laicis comeſſationes damnabiles ſunt, multo magis ſacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait [1]) craſſum ſenſum generat: cum ſacerdotalis ſenſus contra vigil eſſe debeat, & tenuis: atque ideo edacitatis vitio obnoxij in ſacerdotes vngi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus [2]) qui adhuc vitiorum bello ſubiacent, nequaquam per prædicationis vſum præeſſe magiſterio cęterorum debent.

DISTINCTIO XLV.

ps S*equitur* [*non percuſſorē.*] *Non enim oportet epiſcopum ita eſſe iraſcibilem, & perturbati ſenſus, vt percutiat, qui debet eſſe patiens: ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella.*

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Conſtantinopol. lib. 2. epiſt. 52. al. c. 91.

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet epiſcopus. C. I.

[3] QVid autem de epiſcopis, qui verberibus timeri volunt canones [a] dicant [4], bene fraternitas veſtra nouit. Paſtores etenim facti ſumus, non percuſſores: & egregius prædicator dicit [Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem [b].

Item in concilio Romano ſub Silueſtro, cap. 17.

De eodem. C. II.

NEminem† [c] quiſquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non epiſcopus clericum, vel ſeruitorem eccleſiæ ad cædem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici, triduo [d] priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem eccleſiam.

Item Gregorius Paſcaſio epiſcopo Neapol. lib. 11. epiſt. 15.

¶ Non aſperis, ſed blandis verbis, ad fidem ſunt aliqui prouocandi. C. III.

QVi ſincera intentione extraneos à Chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis [e] non aſperitatibus debent ſtudere, ne quorū mentem reddita ad† planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine à conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis, quàm Dei cauſas probātur attendere. ¶ [5] Iudæi ſiquidem Neapoli cōſiſtentes queſti nobis ſunt, aſſerentes, q̧ quidā eos à quibuſdam feriarum ſuarum ſolennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis ſit licitum feſtiuitatum ſuarum ſolennia colere: ſicut eis nunc vſq;, & parētibus eorum longis retro temporibus licuit obſeruare. Quòd ſi ita ſe veritas habet, ſuperuacuæ rei videntur operā dare†: Nam, quid vtilitatis eſt, quando, & ſi contra lōgum vſum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuerſionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cæremonias [f] ſuas colere debeant, regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari nō poſſumus? Agendum ergo eſt, vt ratione potius, & manſuetudine prouocati ſequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorum codicibus oſtendentes, quæ dicimus, ad ſinum matris eccleſiæ Deo poſſimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuāte, ad conuertendum accendat, & de ſuis illos ſolennitatibus inquietari denuo non permittat: Sed omnes feſtiuitates, feriaſque ſuas, ſicut hactenus tam ipſi quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obſeruandi, celebrandique licentiam [g].

Item Gregorius iiij. in epiſtola epiſcopis per Galliam, & Germaniam cōſtitutis.

¶ Non ſeueritate, ſed beneuolentia ſubditos prælati corripiant. C. IIII.

[6] LIcet plerumque accidant in ſacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia [h], quam ſeueritas, plus cohortatio, quàm comminatio†, plus charitas, quam poteſtas: cum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato [i] viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum Apoſtolum præceptorem noſtrum iudicaſſet, non tantū ex

Q[uidem autem.] CASVS. Quidam prælati erāt, qui vt magis timerentur, ſuos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus & non prædicatione cogebant: ſed dicit Gregor. in hoc cap. quòd hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicentis: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo ſtatuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contra fecerit, triduo ſuſpendatur.

a ¶ *Canones.*] 86. diſt. non liceat.

b ¶ *Fidem.*] "Ad fidem enim nemo cogendus eſt, vt 23. q. 5. ad fidem. & j. ca. de Iudæis. ſed fidem receptam cogitur quis retinere. & ſic non obſtat 23. q. 4. quis nos. & q. 6. iam vero.

c N[eminem.] ¶ *Peccantem.*] dum tamen non nimis [b] enormiter excedat. vel intellige quod clericus in ſacris ordinibus conſtitutus non eſt grauiter & immoderate verberandus. & ſic non obſtat extr. de ſent. exc. vniuerſitatis. Ioan.

d ¶ *Triduo.*] ſimilis ſuſpenſio eſt 5. q. 3. in loco, &c.

Q[ui ſincera.] CASVS. Neapolitani verberabant Iudæos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos ſuas feſtiuitates celebrare. De hoc conqueſti fuerunt Iudæi Papæ. Præcepit ergo Papa, Neapolitano archiepiſcopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non aſperitatibus, ſed rationibus & auctoritatibus vet. teſt. ſunt commouendi. & admonitionibus ad fidem ſunt conuertendi: aliás eorum conuerſio erit inutilis. ſi autem conuerti noluerint, in ferijs & feſtiuitatibus ſuis, quas ipſi & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari nō permittat, ſed liberam habeant licentiā celebrandi.

e ¶ *Blandimentis.*] vel etiam munerib. vt 23. q. 4. c. vlt. licet argu. ſit contra 1. q. 2. quam pio. 22. q. 2. primum.

f ¶ *Cæremonias.*] cæremoniæ dicuntur ſacrificia Iudæorum: quia cereis exercebantur. j. diſt. 6. §. his ita.

g ¶ *Licentiam.*] "Sed nonne Iudæi mortaliter peccant iſta faciendo [c]: quomodo ergo datur eis licentia peccādi mortaliter? Item ſi peccant mortaliter, quare non puniuntur, cum ipſi in alijs delictis puniantur, vt 17. qu. 4. conſtituit. extr. de vſu. poſt miſerabilem? Sed dic quòd non dat eis hic licentiam peccandi: ſed liberationē a pœna. & eſt ſimile 4. diſt. denique. & 21. qu. 2. placuit. 23. q. 1. paratus. Ad aliud reſpondeo, quod ſi Iudæi ab hoc prohiberentur, ergo cogerentur ad fidem. & hæc vera ſunt: dum tamen ipſi in contemptū noſtræ fidei nō exerceāt talia, vt C. de Iudæ. Iudęos. & ext. de iudæ. & ſi iudæos.

L[icet plerumque accidant.] CASVS. Epiſcopi in Gallia, Germania & Europa ſtatim cum perpendebant clericos ſuos delinquere, eos iudicabant, & eijciebant de eccleſia ſua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, quod ſi aliquando clerici delinquant, non ſtatim fulminent illos, ſed ſupportent: cum nec ipſi ſint ſine reprehenſione & peccato, & hoc probat exemplo Chriſti, qui ſi Petrum poſt trinam negationem ſtatim iudicaſſet, non tantum fructum ex eo recepiſſet. Et auctoritate Euangelij dicentis: Quod tibi non vis fieri, &c.

h ¶ *Beneuolentia.*] "Nam ſententia, quæ miſericordiam vetat, fugienda eſt. 50. diſt. ponderet.

i ¶ *Sine peccato.*] vt 81. diſt. Apoſtolus. & 25. diſt. §. nunc autem.

1 Epiſt. ad Nepotianū

2 lib. 23. c. 21.

" Percuſſio eſt duplex. 1. Tim. 3. & ibi gl. ordi. & Anſel. ex Hier. ad Oceanum.

a De hoc mēbro dic, vt leg. & no. ext. de ſen. exc. cū voluntate verſ. quod de his. 3 Io. Diac. l. 3 c. 9. Pol. l. 4. tit 9.

2. Tim. 4.

4 Arg. q̧ ſufficit allegatio gñalis ſi expſſio lib. q̧ quo q̧ gl. in Ver. cōtinebatur. c. continebatur. q̧ deſp. imp.

" Corrigēdi multa at tendere.

† *nemo*] ori.

" Clericus an poſſit Verberari.

† *al. ad planū.*

" Fidem ſuſcipere nemo cogitur

b Et ſic non ob. extr. de ſent. exc. vt famæ. Ioan. de Fan.

5 Iuo p. 13. c. 105.

† *al. adhibere.*

" Eccleſia quare pmittat Iudæos mortaliter peccare.

c Nam celebrare & exercere ill. cæremonialia eſt peccatū mortale Vñ Hier. Cuū legis ab aduētu Chriſti non differt ab idololatria. Arc.

6 j e. c. licet Iuo par. 5. c. 368.

† *al. commotio.*

" ſuſa ſit cōſiſta miſericordiæ.

a ¶ *Ex*

eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi [a] ergo, atque corrigendi magis ſunt rectores eccleſiæ, quàm ſtatim iudicandi [b]: cum maiora negocia, & difficiliores cauſarum exitus, ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia conſecrati iubeant ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendi, noſtroque moderamine finiri. Vnde neceſſe eſt hæc, & alia eccleſiaſtica quæque negotia poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitus perſpici †, & diligentius præcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis, & pacis, omnis materies ſcandalorum [c], & præſumptio inuidorum [a] atque oppreſſio ſimplicium fratrum de eccleſiis Domini auferentur. Et ſicut non vult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari, ita non audeat alij inferre, quod ſibi non vult [d] fieri. Iudæi non ſunt cogēdi ad fidem: quam tamen ſi inuiti ſuſceperint, cogendi ſunt retinere.

a ¶ Inuidorum.] *In epiſtola Gregorij iiij. (quæ eſt in ſæpe memorato codice bibliothecæ Dominicanæ) & aliquot uetuſtis exemplaribus Grat. non legitur,* Iudæorum.

Vide in concilio Toletano 4. ca. 56. ſtatutum eſt.

¶ Sicut non ſunt Iudæi ad fidem cogendi, ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur. C. V.

1 DE Iudæis autem præcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus, miſeretur, & quem vult, indurat.] Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt [e], ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate ſerpenti obediens periit, ſic vocante ſe gratia Dei, propriæ mentis conuerſione homo quiſque credēdo ſaluatur. Ergo non vi, ſed liberi arbitrij facultate vt cōuertantur, ſuadendi ſunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt [f] venire (ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi principis Siſebuti) quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis ſociatos baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis, & ſanguinis Domini extitiſſe participes, oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis [g] & contemptibilis habeatur.

Item Leo Papa. epi. 82. ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem, c. 1.

¶ Beneuolentia plus quam ſeueritas erga corrigendos agat. C. VI.

2 LIcet nonnunquam accidat, quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quam ſeueritas, plus cohortatio, quam comminatio †, plus charitas, quàm poteſtas. Sed hi, qui quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, facile ab hac lege diſcernuntur: & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod prouiſum [h] eſt ad concordiam [i], tendit ad noxā.

Item ex canone Apoſtolorum, ca. 28. iuxta priſcam verſionem.

¶ Deiiciatur ab officio presbyter, & diaconus & epiſcopus verberibus timeri quærens. C. VII.

3 EPiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiuſmodi volentem timeri deiici ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos docuit [k] hoc Dominus, E contrario vero ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cū pateretur, non comminabatur.

Item ex concilio Bracarenſi 3. c. 6.

¶ Non verberibus, ſed verbis ſubditos epiſcopi corripiant. C. VIII.

CVm beatus Apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quoſdā ex fratribus tantis cædibus in honoratos † ſubditos efferueſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ. Et ideo, qui gradus iam eccleſiaſticos meruerunt, id eſt, presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus [l], & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubiacere, non eſt dignum, vt paſſim vnuſquiſq; prælatus honorabiliora membra ſua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubiiciat, & dolori: ne, dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat [m], iuxta illud, quod quidam ſapiens dixit, [Leuiter † [n] caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti. aſperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec ſalutem.] Et ideo, ſi quis aliter, quàm dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos licentia perceptæ poteſtatis elatus, ma-

a ¶ *Expectandi.*] Arg. [a] quòd ſemper iudex potius ſequetur miſericordiam quàm iudicium: vel æquitatem quàm rigorem, vt 86. diſt. non ſatis. 50. diſt. ponderet. 26. q. 7. alligant. & 33. quæſt. 9. veniam. Ad idem 9. diſt. ſana.

b ¶ *Iudicandi.*] id eſt, damnandi.

c ¶ *Scandalorum.*] nam ſcandalum eſt, clericum ſtatim puniri poſt delictum. ſic 11. q. 3. rurſus.

d ¶ *Non vult.*] ſic 2. q. 6. qui ſe ſcit.

DE *Iudæis.*] CASVS. ideo ſtatutum fuit in concilio Toletan. ne de cetero ad fidem per vim adducātur: quia cui vult, Deus miſeretur: & quē vult indurat. Admonendi ergo ſunt, & nō cogendi. Veruntamen ſi iam coacti ſunt ad fidem, ſicut factum fuit temporib. principis Siſebuti: quia iam ſacramenta diuina receperunt, cogēdi ſunt ea ſeruare: ne nomen Domini blaſphemetur in eis, & fides quā ſuſceperunt, contemptibilis habeatur. Sequens cap. ſatis planum eſt.

e ¶ *Saluandi ſunt.*] quia nullus inuitus fit bonus, vt 23. q. 6. vides.

f ¶ *Coacti ſunt.*] [a] Coactio conditionalis de qua hic loquitur, non impendit ſacramentū baptiſmi: nec etiam ſacramentum ordinis, vt 74. diſt. vbi impedit tamen ſacramentum matrimonij [a], vt extr. de ſpon. cum locum. ſed ſi fuerit abſoluta coactio, nullus character imprimitur, vt extr. de bapt. maiores. ſed in dormientib. & amentib. diſtinguitur.: quod ſi prius habeant propoſitum baptizandi, recipiunt characterē: aliter non, vt ibidem dicitur in fi. eo quod dormiens poſſeſſionem non acquirit. vt ff. de acq. poſ. l. 1. §. 1.

g ¶ *Vilis.*] Not. propter vilitatem vitandam aliquid fieri. 100. diſ. priſca. & c. ſeq.

h ¶ LIcet.] ¶ *Et quod prouiſum eſt.*] ſimile eſt quod dicit decr. quod alicui pro pietate conceditur, non debet redundare in alterius iniuriam, vt ext. de eccl. ædi. c. 2. & ext. de ap. reprehenſibilis.

i ¶ *Concordiam.*] ſc. vt vnus præeſſet aliis ne fieret ſchiſma, vt 93. diſtin. legimus. & 89. diſt. ad hoc.

EPiſcopum.] CASVS. Statutum fuit in canone Apoſtolorum, vt nullus epiſcopus, presbyter, vel diaconus percutiat fideles delinquentes, vel infideles volens ab eis timeri. quod ſi fecerit, deponatur: quia Dominus hoc nō docuit: immo cum percuteretur, non repercutiebat, ſed patiebatur.

k ¶ *Docuit.*] Sed nonne Dñs flagellis percuſſit, vt 1. q. 3. ſaluator? So. ſic: ſed nō fecit hoc vt timeretur, ſed cā correctionis, vt ī. e. i ſumma.

CVm beatus.] CASVS. Quidam epiſcopi odio inflammati fratres ſuos honorandos, ſ. abbates, presbyteros, & diaconos ſic verberabant cum delinquebant, ſicut conſueuerunt verberari latrones. quod reprehendit cōcilium Bracarenſe & oſtendit hoc non eſſe faciendum, niſi pro grauiorib. & mortalibus culpis. Et hoc probat auctoritate Apoſtoli, qui præcipit arguere & obſecrare in patientia. & vna ratione: quia ſi quis incaute honorabilia membra percutit, ſibi debitam ſubtrahit reuerentiam: iuxta illud Sapientis, Leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: & qui ſecus fecerit, iuxta verberum modum pœnam excommunicationis & exilij ſuſtinebit.

l ¶ *Grauioribus.*] [a] hic patet quod maiores clerici non ſunt verberandi niſi pro maioribus culpis: ſed minores etiam verberantur pro minoribus. vt 35. di. ante. & 21. diſt. c. denique 5. q. 5. illi qui. ſunt & aliæ perſonæ quæ habent coerctionem verberum, ſed temperatam: vt pater, dominus, mater paterfamilias, magiſter, maritus [b], vt 23. q. 4. duo iſta. & q. 5. c. 1. & 7. qu. 1. ſicut. vñ ſi pater verberat filium clericum in minoribus ordinibus conſtitutum, non eſt excommunicatus: idem eſt de aliis propinquis, vel de iis qui familiam habent, vt extr. de ſent. excom. cum voluntate. in fi. Ioan. Tancredus tamē reſpondit, quòd ſi pater animo corrigendi verberat filium in ſacris ordinib. conſtitutum, quod non eſt excommunicatus: quia manus illa non eſt iniurioſa: cum non faciat animo iniuriandi, vt ext. de ſen. exc. c. 1. hoc etiam notaui in quæſtionibus. B. [c].

m ¶ *Subtrahat.*] Argu. quòd ex quo prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare, vt 45. diſtin. eſto. 22. q. 5. de forma. 32. q. 1. iniquum.

n ¶ *Leuiter.*] ff. ad leg. Aquil. præceptoris.

a Iudex ſic amator æqui tatis & miſericord. e.

† al. proſpici. Orig.

a Coactio eſt duplex.

a Arg. contra 22. q. 4. inter ybi de hoc, ibi videas.

2 Burc. l. 4. c. 82. Ivo p. 1. c. 276. & p. 13. c. 94. Pan. l. 1. c. 72.

Rom. 10.

3 ī. e c. licet. 1. Polyc. l. 5. tit. 9.

† al. Commonitio.

a Clerici nō ſunt æqualiter verberandi.

3 Anſ. l. 6. c. 159. Pol. l. 6. tit. 9.

a. Petr. 2

b Adde glo. in l. iurantibus. ff. de iu. om. iu. & in auth. de nu. §. ſi vero. coll. 3.

2. Tim. 4.

† ſic in codice regio.

c quæſtio venialis eſt, & incipit, quæritur vtrū pater, &c.

† *Leniter.*] Orig.

a ¶ *Exilij*

litia animi tantum, crediderit verberandos, iuxta modū verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter, & exilij [a] ſententiam ſubſtinebit.

1 Prouer. 23.
2 lib. 2. dial. cap. 4.
Ioan. 2.
1. Cor. 5.
Act. 13.
3 Siricius Papa epi. 1. c. 6.
4 lib. 20. c. 6. ad c. 29. Iob paſt. par. 3. c. 6. l. 2. reg. epiſt. 24.

a Salomon vero contra admonet dicens [1] [Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius a morte.] Hinc etiam B. Gregorius ſcribit in dialogo [2] Beatum Benedictum, quemdam monachum virga percutiendo ſanaſſe, quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiā Dominus flagello facto de funiculis, male verſantes in tēplo flagellauit [b]: & de orationis domo eiecit. Hinc etiā Apoſtolus fornicatorem [c] illū ſatanæ corporaliter vexandū tradidit: & magum [d] illū corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus [e], pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter verſantur, verberibus caſtigari iubētur. [3] Virgines quoq; ſi religionis veſte depoſita alijs ſe copulauerit, ergaſtulis [f] retrudi præcipiūtur.

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. par. 4. c. 6. [4]

¶ Diſciplina nō eſt ſeruanda ſine miſericordia, nec miſericordia ſine diſciplina. C. IX.

4 SIcut ij, qui per inſaniā mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed paſſionis ſuæ phantaſias vidēt: ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus cōputat, gratius aurū intuetur, quàm ſolem †: ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dñm, aurum quærit. *& poſt pauca.* ¶ Interdum etiam vſuræ arte nequiſſima ex ipſo auro aurū naſcitur. Sed quid agis? Nec ſatietas k vnquam, nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais: quid iniuſtū eſt, ſi cum aliena l non inuadam, propria diligē.ius ſeruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mūdum detuliſti? Quādo in hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris exiſti: quibus, quæſo, facultatibus, quibuſque ſubſidiis ſtipatus ingreſſus es? *& poſt pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod eſt commune β m, quod plus quàm ſufficeret, ſumptum, etiam violenter n obtentum eſt. *& infra* ¶ Numquid iniquus eſt Deus, vt nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? vt tu quidem eſſes affluens, & abundans, aliis vero deeſſet, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis ſuæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, & ſi in ſinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum: ſi tam multorū vitę ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam iniuſtus, tam auidus, tam auarus, quam qui multorum alimenta ſuum † non vſum, ſed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minus o eſt criminis habenti tollere: quàm cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium p panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, & miſerorū redemptio eſt, & abſolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † ergo ſcias inuadere bona, quot † poſſis præſtare, quòd velis.

β ¶ Commune.] *apud Ambroſ. legitur,* Proprium nemo dicat, quod commune plus quam ſufficeret, ſumptum, & violenter obtentum eſt *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

DE Petro.] CASVS. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepm, de quo confirmando ſupplicauerūt Papæ, duo obiiciebantur, ſ. q̄ ſolidos dederat ad vſuras; & q̄ nimis erat ſimplex. De vſura ſcribit Gregorius Neapolitanus; vt de hoc veritas inquiratur, quo inuento recedāt ab eius electione, & alium eligāt. Si aūt hoc falſum fuerit, q̄a perſona eius ſibi nota non erat, & verū ſit ita ſimplex vt dr̄, præcepit vt de cetero Romam veniat, vbi ſi apt⁹ inuentus fuerit iuuante Domino conſecrabitur. Sequens c. patet.

§ Anſ. l. 6. c. 9. Poll. l. 2. tit. 1.

a ¶ De Petro.] De eodē Petro habes 39. di. Petrus. & 61. di. ſtudij. De hac materia notaui ſ. 28. di. priuſquam.

b ¶ Peruenisse.] Iſte repulſus erat pp duo, ſ. pp vitiū vſurarū, & pp ſimplitatē, & tñ neutrū fuit ei forte oppoſitū. & ita eſt arg. ⁽ᶜ⁾ q̄ iudex ex officio ſuo pt aliqd obiicere. ext. de elect. cum nobis.

ᶜᶜ Iudex ex offō pt aliqd obiicere.

c ¶ Subtilitate.] No. q̄ alicui committitur inq̄ſitio de ꝓprio facto: ſed hæc inquiſitio erit ſummaria, non plena, alias n̄ cōmitteretur.

d ¶ Ignota.] ⁽ᵈ⁾ per hoc patet, q̄ ſi eſt not⁹, nō examinatur, vt 94. diſt. valde. 35. q. 9. veniā. vñ & notus ſine probōe recipitur, vt ext. de regul. ad Apoſtolicam. ſed dum conſecratur, bene examinetur, vt 23. diſt. qui epiſcopus.

ᵈᵈ Notus nō examinatur

ā Iuo p. 13. c. 21. Pann. l. 3. c. 156.

e ¶ Cum decreto.] omniū ſubſcriptionib. roborato, vt 63. diſt. c. ꝑs. & 62. diſt. quanto. a

3 Anſ. l. 7. c. 149.

a Ext. d. ele. innotuit. vbi de hoc.

SI quis clericorum.]

f ¶ Degradari.] j. 14. q. 4. quoniam.

g ¶ Et abſtinere.] à ſacramentis quouſque pœnitet.

VIrum catholicum.] Hæc eſt 2. pars huius diſtinct. in qua probat per tres auctoritates, q̄ alias etiam non debemus eſſe cupidi. Ioan. de Fan.

Eccl. 18.

† al. pecuniæ

CASVS. Leo Papa hortatur clericos, & præcipue ſacerdotes, ne alligētur vitio cupiditatis, dicente ſcriptura: Poſt cōcupiſcentias tuas non eas. Nā mens potētiæ auida, nec abſtinere nouit a vetitis, nec vti conceſſis, nec pietatem habet. Seq. c. patet.

1. Tim. 6.

h ¶ Mens.] ⁽ᶜᶜ⁾ Alligata vitio cupiditatis cito deuiat à vero, vt 96. di. bene. in princ. & 83. di. nihil.

Serm. 81. Luc 12.

ᶜᶜ Cupidus deuiat a veritate.

i ¶ Potentiæ.] id eſt, humanæ dignitatis.

4 Ex Baſilij homilia ad eundē Euāgelij locū.

SIcut] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte inuehitur Ambroſ. contra auarum, & eum comparat inſano: q̄a ſicut inſanus non videt rei veritatē, ſed ſuæ paſsionis phātaſias, ſic auarus non videt, quod debet, ſp̄ vſuræ & cupiditati deſeruiens, & gratius aurū, quā ſolem contēplatur. In 2. parte quæ incipit ibi, *Sed ait.* rñdet Ambroſ. obiectioni auari dicentis: Non pecco ſi proprium ſeruo diligentius, cum non inuadam aliena. Sed dicit Ambroſ. eum non habere propria, ſed communia ſunt indigentibus quęcumque poſsidet vltra proprium vſum. In 3. parte quæ incipit ibi, *Nunquid iniquus eſt Deus?* reſpondetur alij obiectioni, quam auarus faciebat. Dicebat enim ſi non ſunt mea, quæ poſſideo, & pecco retinendo, ergo Deus eſt iniquus, qui tm mihi dedit, & multis aliis egentibus nihil, vel parū. Sed reſpondet Ambroſ. Ideo voluit Deus diuitias dare, vt per vſum diuitiarum diuitem, & per virtutem patientia coronaret egentem: quia quidquid vltra neceſsitatem detinet aliquis, totum pauperibus rapit: quia nō minus peccat qui aufert, quam qui indigentibus ſubtrahit neceſſaria.

k ¶ Satietas.] ⁽ᶜᶜ⁾ quia totus mundus nec obolus videtur auaro, vt 14. qu. 4. quid dicam. vnde illud: Semper auarus eget. & illud:

ᶜᶜ Auar⁹ eſt inſatiabilis.

† ſolē videt orig.

Ac ſi ſeruat eru, ſi te ſpecie trahat aru.

Vnde in Tobia.

Deſit auaritiæ ſex, cui ſua deeſſe ſtupeſcit,
Copia nuda, ſitus ebria, plena fames.
Diues habere cupit quanto plus omnia ſumet.

l ¶ Aliena.] q.d. circa rem propriam nō poteſt q̄s peccare b, ſed certe expedit rei publicæ ne q̄s re ſua male vtatur, vt inſt. de iis qui ſunt ſui vel ali. iu. ỹ. ſed hoc tempore.

b Hoc eſt falſum. nam omne quod & ca. 14. q. 4. quid dicam. in fin. 42. diſtin. §. 1. ver. modo. Arch

m ¶ Commune.] i. cōicandū tēpore neceſsitatis, vt 12. qu. 1. duo. & q. 2. aurum. 86. diſt. non ſatis. & lex dicit, q̄ cibaria tempore neceſſitatis ſunt omnibus communicanda, vt ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadē. in fin.

n ¶ Etiam violenter.] Dicitur hic quòd per violētiam dr̄ auferre q̄ vltra neceſſaria ſibi retinet c, & 12. q. 1. nolo. & q. 2. aurum. quod verum eſt ſi hoc fiat tempore neceſsitatis. nam aliàs poteſt quis ſibi vltra neceſſaria retinere, vt 12. qu. 2. expedit. & ca. habebat. & q. 2. aurum.

c Ad hoc 42. diſt. §. 1.

o ¶ Minus.] Alibi inuenitur quòd magis delinquit qui aufert, quàm qui non dat, vt 12. q. 2. & ſi illi.

p ¶ Eſurientium.] Nunquid ergo pauperes ipſum poſſunt petere? Non directo iudicio, ſed denūtiare poſſunt eccleſiæ illū, qui non dat. ⁽ᶜᶜ⁾ & ſic eccleſia poteſt eum cogere vt det. arg. ext. de ſimo. ad Apoſtolicam.

† al. nō ſuū.

ᶜᶜ Eccleſia quandoque cogit ad eleemoſynā dandam.

NECESSE. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dr̄ & probatur, quòd prælatus debet bene eſſe diſpoſitus domui ſuæ. Ioan. de Fan.

† al. Tantorum.

† al. quātis.

CASVS. Hic proſequitur 12. ca. Apoſt. regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitū. ſ. vt vxorem & filios, ſi quos in laicali habitu habuerit, verbo & exemplo prouocet ad virtutes, vt prius a domeſticis exigat quod erit poſtea populis præcepturus. Et quod debeat eſſe bene præpoſitus domui ſuæ, probat Gratianus duabus auctoritatibus Pauli, & vno exemplo, ſcilicet Iob, qui pro filiis ſuis quotidiana ſacrificia offerebat. Si vero non ſit bene præpoſitus, & filios ſuos negligit corrigere, ordinari prohibetur. Et hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Hely, & Dauid, & duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli & Hieremiæ.

a ¶ Neceſſ

a ¶ *Neceſſe eſt*]Hæc proſequitur 12. cap. Apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum.[u] Tunc dicitur quis bene præpoſitus domui ſuæ, quando familiam ſuam bene gubernat verbo & exemplo: quia qui negligenter ſuos gubernauit, præſumitur contra eum, quod circa extraneos ſit magis negligens [a], nec haberet frontē redarguendi alios qui ſuos noluit corripere: tamen ſi per eum non ſtaret quin familia eius emendaretur, nō imputaretur ei. ʃ. ea c. pe. & vlt.

b ¶ *A domeſticis.*] vxor vero dr̃ domeſtica, vt 33. qu. 6. ca. vlt. C. de re mili. quicunque. lib. 12. ff. ad Syl. l. 1. §. verum.

c ¶ *Vnus.*] Amnon.

d ¶ *Sororem.*] Thamar.

e ¶ *Sibi.*] ſic 8. q. 1. quid autem.

f ¶ *Debet.*] i. conſueuit. Hoc ideo dico: quia nemo dēt præferre res ſuas reb. ſibi cōmodatis, vt 8. q. 1. quod autē. & ff. commo. ſi vt certo. §. commodatum.

ADDITIO. Ad idem 12 q. 4. quicumque. ff. de admin. tu. tutor. & C. arb. tu. l. quidquid.

g ¶ *Non enim.*] ſic 2. q. 7. qui nec regiminis.

h ¶ *Sed libertas.*] corrigendi [b] alios, i. cum corripit ſuos.

i ¶ *Principi.*] id eſt, prælato, &c. Ioan.

QVOD TVNC. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua probatur, quod non imputatur patri peccatum filiorum, nec prælato peccatū ſubditorum, ſi per eum non ſtetit, & hoc probat duabus auctoritatibus. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ʃ. in §. neceſſe. quòd ordinandus ſuæ domui debet eſſe bene præpoſitus, quod tunc fiet, ſi non ſit quod poſſit ei imputari. Nam ſi corripiat quantum in ſe fuerit filios, licet non corrigantur, quia nō ſunt in eis viæ Domini, nec greſſus eorum à Domino diriguntur, non eſt ei imputandum, quia pulſare poteſt, non aperire, nec eorum animum mutare. Et hoc probat Gratian. ſequenti cap.

k ¶ *Quod tunc.*] ſ. quod domui ſuæ ſit bene præpoſitus.

QVantumlibet.] CASVS. Auguſtinus corrigebat Vincentium Donatiſtam, ſed obiiciebat ei Vincentius: tu non debes me corrigere, cum monachos tuos corrigere non poſſis. Et reſpondet Auguſtin. dicens: non inueni meliores, quàm qui in monaſteriis profecerunt, nec deteriores, quam qui in monaſteriis defecerunt: quos licet corrigere non valeam meis verbis, mihi tamen imputari non debet. Et hoc probat tribus exemplis, ſcilicet arcæ Noe, & domus Abrahæ, & domus Iſaac, vbi inter bonos inuenti ſunt valde mali.

l ¶ *Inter octo*] ipſe pater, & tres filij, & quatuor ipſorum vxores.

m ¶ *Vnus.*] ſcilicet Cham.

n ¶ *Dilexi.*] id eſt, diligendum præuidi [c].

o ¶ *Odio.*] quia ſcilicet præuidi quòd eſſet futurus malus.

p ¶ *Difficile.*] id eſt, via, quandocumque ponitur pro non, vt 1. quæſt. 1. principatus. ſic 2. q. 8. §. biduum.

p ¶ *Difficile.*] No. quod difficile aliqui inueniuntur meliores, quàm monachi. vnde hic euidenter colligitur ratio, quare ille qui ex natalibus maxime eſt irregularis, per monachatum fiat regularis, vt 56. di. c. 1. quia cum ſit perfectus in virtutibus nō requiritur quantum ad alia tanta perfecto in ipſo. 16. q. 1. legi. in fi. & adde id quod eſt 19. q. vlt. non liceat. in aut. de monac. circa prin. coll. 1. vbi dr̃ quod monachatus malitiam oēm tollit: & ſicut pſumitur hic pro illis q in monaſterio pfecerūt: ita præſumitur contra illos q in monaſterio defecerunt. vñ patet, quod rōne loci nō præſumitur ꝑ aliquo, vt 40. diſt. non loca. & 12. q. 2. gloria. in fin. & hoc verum eſt vbi perſona eſt nota, ſed vbi eſt ignota, ſꝑ pſumitur ꝑ ipſa rōne loci. 24. diſt. quando.

"Domui ſuæ bene præpoſitus quis dicatur.

a Et crimen negligentiæ adeò magnum eſt, quod inducit depoſitionē. 8. diſt. dictū. Ray.

1 Hier. Oceanum.

2 Tim. 3. & ibi gloſſator.

Epheſ. 5.

1 Tim. 3.

Tit. 1.

Iob 1.

b Melius diceret corripiēdi, & infra ibi corrigit, melius diceret corripit, vt eo. ibi corripere quidem, &c.

1 Reg. 2.

2 Reg 13.

2 Reg. 16.

2 Reg. 18.

1 Tim. 5.

†in com. ad c. 1. epiſt. ad Titum.

† itaque. orig.]

Pſal. 56.

Hiere. 10.

c Fuit enim hiſpidus tā mēte quam corpore 56. di. naſcitū ſi. Hug.

3 [b] *Neceſſe eſt* [a] *etiam, vt ille, qui ordinandus eſt,* [*ſuæ domui ſit bene præpoſitus*] *id eſt ſi in laicali habitu vxorem habuit, vel filios, à vitiis ad virtutum ſtudia, & verbo, & exemplo prouocet, vt quod poſtea præcepturus eſt populis, prius exigat à domeſticis* [b]. *Vnde Apoſtolus Epheſiis ſcribit, vt vxores ſuas ſicut ſua corpora diligant, & filios ſuos non ad iracundiam prouocent, ſed enutriant illos in omni diſciplina; & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timotheum ſcribens dixiſſet,* [*ſuæ domus bene præpoſitum*] *ſtatim ſubiunxit* [*habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate*] [*non in accuſatione luxuriæ*] *non enim talium cohabitator fronte habet alios redarguendi. Vnde de beato Iob legitur, quòd pro filiis ſuis quotidianè offerebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos: quos tanta charitatis perfectione in vnum conſtrinxit, vt quiſque eorum in ſuo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum ſecum tres ſorores ſuas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere diſſimulauit, ac falſa pietate ſuperatus delinquentes filios ferire noluit, (ſicut in libro Regum legitur) apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filiis crudeli damnatione percuſſit: vnde ei diuina voce dicitur* [*Honoraſti filios tuos magis, quàm me.*] *Hinc etiam Dauid erga filios benignitatem, non diſciplinæ ſeueritatem exercens, eorum inuentutem experimento didicit pernicioſam, quorum pueritiam vaga licentia permiſit eſſe voluptuoſam. Vnus* [c] *quippe eorum ſororem* [d] *ſuam ſtupro corrumpens à fratre eius, Abſalone videlicet, inter epulas, quas fratribus ſuis fraudulenter parauerat, obtruncatus eſt. Abſalon vero poſtquam veniam à patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt: demum per inuia deſerti patrem perſequens: quercui inhæſit, atque ita ſuſpenſus interiit. Hinc etiam Paulus ad Timotheum ſcribit, dicens* [*Qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.*] *Iure ergo, qui domui ſuæ neſcit præeſſe, in epiſcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, de qua ſibi* [e] *familiarior debet* [f] *cura ineſſe, fidelis nō eſt, quo modo in eccleſia Dei (vbi tot ſunt, & alieni) ſolicitam diligentiam adhibebit? Vnde Hieronymus* [*Non* [g] *enim † vitiis polluitur ex vitiis filiorum ſed libertas* [h] *ab Apoſtolo eccleſiæ principi* [i] *reſeruatur, vt talis ſit, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.*]

4 *Quod tunc* [k] *fiet, ſi non erit, quod ſibi imputetur. Cum enim greſſus hominis à Domino dirigantur, nec ſint in homine eius viæ: corripere quidem poteſt, corrigere autem nō valet: pulſare poteſt, non aperire: manus comprimere, non animum mutare.*

Vnde Auguſt. clero, & populo Hipponenſi, epiſt. 137.

¶ Bonorum hominum diſciplina mores immutare non valet. C. IX.

QVantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noe, vbi tamen inter octo [l] homines vnus [m] reprobus inuentus eſt, aut melior ſit, quàm domus Abrahæ, vbi dictum eſt [Eiice ancillam, & filium eius,] aut melior ſit, quàm domus Iſaac: cui de duobus geminis dictū eſt [Iacob dilexi [n], Eſau autem odio [o] habui.] *& infra.* ¶ Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meā, ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodo difficile [p] ſum expertus meliores, quàm qui in monaſteriis profecerunt: ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſteriis ceciderunt †, ita vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum [Iuſtus iuſtior fiat: & ſordidus ſordeſcat adhuc.

Item Cyprianus, lib. 1. epiſt. 3. Cornelio Papæ.

¶ Conuicia perditorum à via rectitudinis nos mouere non debent. C. X.

QVod ad nos attinet, cōſcientiæ noſtræ conuenit, frater, dare operam: ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat: ſi quis autem vltro, & crimine ſuo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad eccleſiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos [q] futuros credimus, qui cōſuluimus ſanitati, illos ſolos in pœnis remanſuros, qui noluerint concilij noſtri ſalubritate ſanari: Nec mouere nos debent cōuicia perditorum, quo minus [r] à via recta, & à certa regula non recedamus [s], quando & Apoſtolus inſtruat dicens [Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.]

DISTINCT. XLVIII.

1. P. PRohibentur [t] *etiam neophyti* [u] *in epiſcopos ordinari,* [a] *vt qui heri erat cathechumenus, hodie non fiat epiſcopus: qui heri erat*

QVod ad.] CASVS. Oſtendit Cornelius Papa in hoc ca. quòd prælatus debet eſſe ſolicitus in correctione ſubditorum, & ſi non corrigantur ad eius monitionem, nihil imputabitur in die iudicij: ipſi ſibi autem in pœnis perpetuis remanebūt, nec propter perditorum conuicia à recta via debet prælatus recedere, dicēte Apoſtolo: Si hominibus placerem, ſeruus Dei non eſſem.

q ¶ *Inculpatos.*] quia illud nō eſt ex vitio noſtro, ſed aliorum, ſicut alibi vitium materiæ nō imputatur artifici. Vel aliàs, inculpatos. arg. bonum ſi per aliquem nō ſtat quo minus aliquid fiat, id nō eſt ei imputandum. ſi mile 22. qu. 2. faciat homo. & 23. qu. 5. de occidēdis. 43. di. Epheſiis. ſufficit. n. velliter inchoari, licet non habeat effectum. ff. de ne. geſt. ſed an vltrō. §. 1.

r ¶ *Quo minus.*] ſ. 43. diſt. 43. ſicut.

s ¶ *Non recedamus.*] No. hoc, minus & non faciunt vnam affirmationem [d], vt ff. de ver. ſig. duobus.

PRohibentur.] Hic intitulatur 48. di. in qua proſequitur Gratian. 13. c. Apoſtolicæ regulæ, ſ. nō neophytum. Neophytꝰ enim. i. nouiter ad fidem conuerſus ordinari prohibetur, ne crederet, quod Chriſtiana religio plurimū eo indigeret. Monachus enim ſacerdos humilitatem neſcit, & perſonarum modos: & ſæpe in arrogantiam incidunt facta magiſtri, qui diſcipuli eſſe non nouerint.

t ¶ *Prohibentur.*] Hic intitulatur 48. diſt. in qua proſequitur 13. & vlt. c. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet ordinandū non eſſe neophytū Dr̃ autē neophytus nouellus in fide [e], vel religione [f], prohibentur autē tales ordinari, duplici de cauſa, ſ. ne incidant in ſuperbiā, putātes quod fides Chriſtiana multū eis [g] indigeat, vel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſiæ, vñ neſcit ſe aliis conformare. Verum autem in aliquo caſu talis valeat ordinari, dicetur ʃ. diſt. 61. §. his omnibus.

u ¶ *Neophyti.*] Non facile eſt tyroni committenda cuſtodia. nam culpa prod

u Monachorum laus.

Gen. 9.

Gen. 21.

Malac.

† al. defecerunt.

Apoc. 22.

3 Infero quod inducitur & eo quod eſt in actu, inducetur de eo quod eſt in potentia. concor. l. & poſt rem de tranſact. & l. qui in vtero. ff. ſolu. mat.

Gal. 1.

d Secundū hoc expone, minus. i. nō magis. pro vt. aliàs ſiue non: ſecundū Hug.

1 Timo. 3. gl. ord. ibi. & Hier. Oceano.

e Vt ʃ. c. 1.

f Vt ʃ. c. 1.

g Vt in hoc §. ver. cauſa.

pa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit. ff. de cu re. nõ eſt facile.
ADDITIO. Et eſt Arg. contra nouos magiſtros. Archid.

a ¶ *In theatro.*] Hæc ſunt verba Hieron. ſuper epiſtolam ad Titũ. loa.

b ¶ *Momentaneum.*] Longo enim tempore debet eſſe aliquis probatus, vt, 24. diſt. epiſcopi. in auth. quom. opor. epiſ. §. ſancimus. coll. 1. & graue eſt inexpertos, & c. 19. q. 3. monaſterius.

c ¶ *Miſerum eſt.*] Miſerum enim eſt eum fieri magiſtrum, qui nondũ formam diſcipuli aſſumpſit. j. 61. diſt. miſerum [a].

a Vt extra de cle. officij. & c. cum in magiſtrũ Arc.

1 Leo apud Anſ. l. 6. cap. 90.

2 Epiſt. 12. ad Aureliũ.

3 Mart. Brac. epiſcopus, c. 22.

in theatro [a], *hodie non ſedeat in eccleſia: qui veſpere erat in circo, hodie non miniſtret altario: qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecundum Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam, tamquam religio Chriſtiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli.* [1] *Momentaneum* [b] *namque ſacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui puncto hora necdum diſcipuli fiunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait [* [2] *Miſerum* [c] *eſt eum fieri magiſtrum, qui necdum didicit eſſe diſcipulus.]*

Vnde in Niceno concilio, c. 2. legitur.

¶ Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus. C. I.

3 QVoniam multa ſiue per neceſſitatem [d], ſiue ex quacumque [a] cauſa, contra regulam geſta ſunt: ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtructi ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent [e], & continuo, cum baptizati, etiam ad epiſcopatum, vel presbyterium prouecti ſunt: recte igitur viſum eſt de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore [f] opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmũ multa probatione indiget. Euidens namque eſt apoſtolicum præceptum, dicens. [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueũ diaboli.] Si vero præcedente † [β] tempore [g] aliquod mortale [c] peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit: ceſſet [h] a clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc fecerit [i], tamquam contraria ſtatutis ſancti † concilij gerens: ipſe præcipitabitur de ſtatu ſui cleri.

a ¶ Quacumque cauſa.] *Græce eſt*, ἢ ἄλλως ... : *quod Dionyſius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.

β ¶ Præcedente.] *προϊόντος, id eſt*, procedente, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Mortale.] *abeſt non tota à præfata verſione. Græce eſt*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα *quod Dionyſius vertit*, delictum animæ.

Neophyti vero hodie appellantur, propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumentes.

Vnde B. Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, & alijs epiſcopis, l. 7. epiſt. 110.

¶ Quis dicatur Neophytus. C. II.

5 SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio † [A] ſanctæ fidei erat eruditione plantatus: ſic modo neophytus habendus eſt, qui repẽte [k] in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † ſacros irrepſerit. ¶ [6] Ordinate ergo ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſummi † [l] loci faſtigia poſtpoſitis gradibus [m] per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi a nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi ante pondera, quam ſolidentur, accipiant, cunctam ſimul fabricam ad terram deponant.

Α ¶ Initio ſanctæ.] *In l. 7. epiſt. 110. ubi habetur prior pars huius c. uſque ad verſ.* Scimus autem. *legitur*, in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus. *lib. autem 5. epiſt. 51. ſiue cap. 91. (ubi & eadem fere iiſdem ac his habentur, & præterea ſequen. pars uſque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

d ¶ *Neceſſitatem.*] Si propter neceſſitatem aliquid fit, videtur quod illud licite fit: quia quod non eſt licitũ in lege, neceſſitas facit licitũ, ext. de re. iu. quod non eſt licitum [b]. Item neceſſitas legem nõ habet j. de conſec. diſ. 1. ſicut nõ. ergo fit contra regulam. [c] Reſp. neceſſitas quæ reperitur in auctoritate, vt neceſſitas vitæ, excuſat, vt ext. de fur. ſi quis per neceſſitatem. de cõſec. di. 5. diſcipulos ſed in adulterio neceſſitas non excuſat. ff. de rit. nup. palam. §. non eſt. Nam potius debemus quælibet mala tolerare, & c. 32. qu. 5. ita ne.

e ¶ *Veniſſent.*] infrà de conſe. diſtinct. 5. neophyti.

f ¶ *Et tempore.*] di. 50 ponderet. & tempore, per interſtitia temporum, vt 77. diſtinct. in ſingulis.

g ¶ *Tempore.*] i. ante ordinationem, & poſt baptiſmum [e]. ſic intelligitur j. q. 7. ſi quis omnem. hoc ideo dico, quia pro crimine commiſſo ante baptiſmum non deponitur, vt 26. diſtinct. vna & c. deinde opponitur.

h ¶ *Ceſſet.*] id eſt, non ordinabitur. Vel ſecundum alios etiam ordinatus degradabitur: [e] & ſic videtur quòd crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionem. ſic 24. diſt. c. vlt.

i ¶ *Fecerit.*] promouendo tales, &c.

SIcut neophytus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd neophytus eſt qui de nouo ad fidem eſt conuerſus, vel qui de nouo intrauit religionem. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Ordinate ergo*, dicitur, quod neophytus ordinari non debet antequàm in fide ſolidetur. aliter enim caſum appetit cum per abrupta, id eſt, præcipitanter quærit aſcenſum. Et probatur ſimilitudine parietum: qui niſi prius ſolidentur, & à nouitatis ſuæ humore ſiccentur, tignorũ pondera non accipiunt: & ſi apponantur, fabrica tota diruitur.

QVoniam multa.] CASVS. Duo in hoc cap. per Nicænum concilium ſtatuũtur. Primum eſt, quòd neophyti non ordinentur, licet quondam ex quadam neceſſitate contra regulam fuerint ordinati: quoniã opus eſt mora temporis, & multa probatione indigẽt antequam tales debeant promoueri, ne elati in ſuperbiam incidant in laqueũ Diaboli. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Secundum eſt, quod ſi quis poſt baptiſmã conuictus fuerit duobus vel tribus mortaliter peccaſſe, à promotione repellitur: & qui contra prædicta fecerit, ipſe etiam deponetur.

1. Timo. 3.

b C. cor. tex. in l. aliquando ff. de off. procon. & de ſicar. l. furẽs.

c Neceſſitas quandoque excuſat, quãdoque non.

† al. procedente] orig.

† al. magni.

4 Ex l. 5. epi. 51 Vigilio epiſcopo Arelat.

5 Pol. l. 2. ti. 1. Anſ. l. 6. c. 26 Iuo p. 5. cap. 231.

† al. initio.

e Sub. & ſic ordinat. eo ipſo debet deponi. 50. di. ex pœnitentibus. 81. di. quicunque

c Crimen ciuiliter probatum depoſitionem inducit.

k ¶ *Repente.*] i. nouiter in monachali habitu: talis enim nõ eſt eligendus in prælatũ, vt extr. de elect. cum cauſam. & extra de elect. officij, quæ autem deant ec interſtitia [d] habes 87. diſt. in ſingulis. & ca. monachus.

l ¶ *Qui ad ſummi.*] j. 1. q. 1. pueri. & ſi quis epiſcopus per pecuniã. & 61 diſtinct. ſtatuimus.

m ¶ *Gradibus.*] id eſt, interſtitiis. nec 00. 52. diſt. ſolicitudo.

ECce.] CASVS. Hactenus oſtẽdit Gratian. per 13. c. Apoſtolicæ regulæ, a quibus ordinandus debeat eſſe immunis. Nunc autem ſupponit 49. diſtin. in qua generaliter oſtendit, quod non debet eſſe criminoſus: quia cum is ad intercedendum mittitur qui diſplicet, cum intercedit, irati animus ad deteriora prouocatur, & fit ſubditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locũ aſſumat aliquis, vt pro culpis aliorum oret, ſi in ſe dãnabile vitium recognoſcit.

† al. ordines.

6 Adde tex. in fi. in l. fi. ff. ad l. Iul. de ambi. & ibi doct. de ambitioſis tractat.

a al. ſumma.

d ſc. quo ad ordines ſuſcipiendos à nouiter monachato.

DISTINCTIO XLIX.

1. Gratian. ECce [n], *à quibus vitiis debeant eſſe immunes, qui in epiſcopum ſunt ordinandi. Qui enim interceſſores* [o] *pro populo ad Deũ precantur, neceſſe eſt, vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in paſtorali.* ¶ [7] *Solicite formidandum, ne qui placare poſſe iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cunctis enim liquido nouimus: quia cum is, qui diſplicet* [p], *ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc deſideriis terrenis adſtringitur: caueat ne diſtricti iram iudicis grauius accedens, dum loco delectatur gloriæ, fiat ſubditis auctor ruinæ. Solerter ergo ſe quiſque metiatur: nec † locum regiminis aſſumere audeat, ſi in ſe adhuc* [q] *vitium damnabiliter regnat: nec is, qui crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.*

Idem in eod. paſtorali eod. capit. 11. continenter.

¶ Sacrificium Deo non offerat, qui vitiis eſt maculatus. C. I.

HInc [r] etenim ſuperna voce ad Moyſen dicitur.] Loquere ad Aaron: homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo ſuo: nec accedat ad miniſterium eius.] Vbi & repente ſubiungitur.] Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, & torto

n ¶ *Ecce.*] A 25. diſt. huſque tractatum eſt de 13. c. Apoſtolicæ regulæ. Hic magiſter in his duobus capit. ſub compendio tractat de eiſdem.

o ¶ *Interceſſores.*] Videtur hic, quòd orationes factæ a ſacerdotib. malis, noceant ſubditis. quòd intellige cum ipſi ex certa ſcientia eligunt malum, & conformem ſuis moribus: alias ſcilicet æque operatur remiſſionem per malum, vt per bonum ſacerdotem, vt j. 1. q. 1. ſi fuerit. ad hoc argu. 6. q. 1. ex merito. art. 8. q. 1. audacter.

p ¶ *Diſplicet.*] 3. q. 7. in grauibus.

q ¶ *Si adhuc.*] arg. quod quis nõ poteſt accuſari de crimine de quo pœnituit [e]: & quòd non impeditur a promotione. 26. qu. 5. quicunque. j. 46. diſt. clericus 8. & 3. q. 1. in ſcripturis. Arg. contra 33. q. 2. admonere. Sol. accuſari poteſt ſi commiſſum eſt poſt baptiſma, vt 25. diſt. primum. B.

7. Par. 3. c. 28

† ne.] Orig.

Leuit. 21.

e Adde ad hoc text. in l. qui ea mẽte. ff. de fur.

HInc etenim.] CASVS. Probat Greg. in hoc ca. quod illi qui vitiis ſubiacent, panes Dño nõ valent offerre: nec ad miniſteriũ eius accedere, cũ aliena pctã non poſſunt diluere: quia in veteri teſtã corpore vitiati & maculati repellebantur à miniſterio. Et hoc probatur 12. exemplis vitiorum: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamento repellunt. Vnde exponit G. quid per vnumquodque vitium deſignetur, & quare repellant à promotione. Sequens c. paret.

r ¶ *Hinc.*] Probat Greg. in hoc c. quod vitioſi non poſſunt offerre panes Domin

naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus [a] †.] Cæcus quippe eſt, qui ſupernæ contemplationis lumen ignorat: qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucem nequaquam diligẽdo conſpicit, quo greſſus operis porrigat †, neſcit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur [Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit [b], & impij in tenebris [c] conticeſcent.] ¶ Claudus vero eſt, qui quidem, quo pergere debeat, aſpicit: ſed per infirmitatem mẽtis, vitæ viam perfectæ † non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis ſtatum dum fluxa conſuetudine non erigitur, quo per deſiderium innititur, illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etenim Paulus dicit [Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt nõ claudicans quis erret, ſed magis ſanetur.] ¶ Paruo autem naſo eſt, qui ad tenendam menſuram diſcretionis idoneus nõ eſt. Naſo quippe odores, fœtoreſque diſcernimus. Recte ergo per naſum diſcretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde in laude ſponſæ dicitur [Naſus tuus, ſicut turris, quæ eſt in Libano:] quia nimirum ſancta eccleſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant, per diſcretionem conſpicit: & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli, qui dum æſtimari hebetes nolunt, ſæpe ſe quibuſdam exquiſitionibus plus quam neceſſe eſt exercentes, ex nimia [d] ſubtilitate falluntur. Vnde hic quoque ſubditur: [vel grandi, & torto naſo. Naſus enim grandis, & tortus eſt, diſcretionis ſubtilitas immoderata: quæ dum plus quam decet, excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet, atque a bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, ſaltem cum infirmitate teneat: ſed ab his omnimodo alienus exiſtat. ¶ Gibbus vero eſt, quem terrenæ ſollicitudinis pondus deprimit, ne vmquam ad ſuperna reſpiciat: ſed ſolis his, quæ infimis calcantur, intendat: qui & ſi quando aliquid ex bono patriæ cæleſtis audierit, ad hoc nimirum peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem [e] non attollit: quia cogitationis ſtatum erigere nõ valet, quem terrenæ ſollicitudinis vſus curuum tenet. Ex horum quippe ſpecie pſalmiſta dicit [Incuruatus ſum, & humiliatus vſquequaque.] Quorum culpam quoque per ſemetipſam veritas reprobans ait. [Semen autem, quod in ſpinis cecidit, hi ſunt, qui audiunt verbum, & a ſollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus vero eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat: ſed tamen hoc carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore defluente infirmitates † palpebræ groſſeſcunt: quæ quia infuſione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat: qui videre recta ſubtiliter per ingenium poterant: ſed vſu prauorum actuum caligant. Lippus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed conuerſationis prauitas confundit. cui bene per Angelum dicitur [collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoſcendam veri luminis claritatem, intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non ſinitur: quia arrogantia ſapientiæ, ſeu iuſtitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra, videt: albuginem tolerans nihil videt. quia videlicet ſenſus humanæ cogitationis, ſi ſtultum ſe, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem ſibi iuſtitiæ, ſiue ſapientiæ tribuit, à luce ſe ſupernæ cognitionis excludit: & eo [f] claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo [g] ſe apud ſe per arrogantiam exaltat, ſicut de quibuſdam dicitur [Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.] ¶ Iugem vero habet ſcabiem, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor viſcerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria deſignatur: quia ſi cordis tentatio vſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorumpit, & foris iam corpus ſauciat: quia dum in cognitione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quaſi enim cutis pruriginem Paulus curabat abſtergere, cum dicebat [Tentatio vos non apprehendat, niſi humana:] ac ſi aperte diceret. Humanum quidem eſt tentationem in corde perpeti: dæmoniacum vero eſt in tentationis certamine in operatione ſuperari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quiſquis auaritia vaſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirum ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat, & abſque occupati tædio excreſcens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quaſi delectat, exulcerat. dum adipiſcenda quæque cogitationi obiicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in vulnere non facit, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum [h] quoque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quaſi totum corpus exaſperat: quia per vniuerſa vitia animum ſupplantat, Paulo atteſtante, qui ait [Radix omnium malorum eſt cupiditas.] ¶ Ponderoſus [i] vero eſt, qui turpitudinem non exercet opere: ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vſque ad opus [k] nefarium rapitur: ſed eius animus voluptate luxuriæ ſine vllo repugnationis obſtaculo delectatur. [l] Vitium quippe eſt ponderis, cum humor viſcerum ad virilia labitur, quæ profecto cum moleſtia dedecoris intumeſcunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde: & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente: nec ad vſum boni operis in aperto valet aſſurgere: quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quiſquis ergo quolibet horum vi-

Domino, nec aliorum peccata diluere: quia in veteri teſt. corpore vitiati repellebantur; & hoc probat xij. exemplis: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamento repellunt.

a ¶ *Vel ponderoſus.*] id eſt, criminoſus.

b ¶ *Seruabit.*] ne labatur in hæreſim.

c ¶ *In tenebris.*] peccatorum.

d ¶ *Ex nimia.*] Nimia ſubtilitas in iure reprobatur. extra de iud. dilecti. & ſic fit aliquid in iure contra rationem gratia diſputandi: ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in fine. & magis valet ſimplicitas quàm difficultas. inſt. de fideic. hære. §. ſed quia ſtipulationes.

e ¶ *Faciem.*] i. rationẽ. quæ eſt, facies cordis.

f ¶ *Et eo.*] id eſt, ideo

g ¶ *Quo.*] id eſt, quia.

h ¶ *Aliarum.*] improprie ponitur. ſic. s. 26. diſt. deinde. ¶ his, cum ceteris criminibus.

i ¶ *Ponderoſus.*] per immundam cogitationem.

k ¶ *Ad opus.*] Ex hoc videtur quòd occultum peccatum impedit promouendum [a], & ex eo ſequitur ibi, grauat in abditis. Sed contra arg. 50. diſt. ſacerdotes, quia latentia peccata nõ habent, vindictam quo ad eccleſiam militantem, vt 32. q. 5. Chriſtiana. & 32. diſt. erubeſcant.

Sacerdo

† herniosus vulgata.

† al. dirigat.

1 Reg. 2.

† al. perfecte.

Heb. 12.

b Hoc hodie determinatur extra de tem. or. cap. 5.

Cant. 7.

Pſal. 38.

Luc. 8.

† infirmitate. Orig.

Apoc. 3.

Rom. 1.

1 Cor. 10.

1 Tim. 6.

† Sic & Arnoldus.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte reprehenduntur ſacerdotes, qui nomen Domini deſpiciunt:& quantum in ſe eſt, panem pollutum offerunt: quod fit cum quis indigne ad altare accedit, vel ſacerdotium ſimoniace acquirit: cum doctrinam populo male diſpergit, deſpicit pauperem, honorat potentem. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Si offeratis*. reprehenduntur qui indignos inſtituunt: & hoc facit auctoritate veteris teſtam. in qua reprehenduntur ſacerdotes vet. teſt. qui Domino offerebant animalia cæca, clauda, & languida, & etiam pigra. quæ vitia hodie figuraliter intellecta repelluntur in nouo teſtamento.

a ¶ *Ad ſe.*] No. quod aliquid dr malum quo ad ſe. ſic 1. q. 1. quod quidam. & qu. 3. ſaluator. " ſic matrimonium dr ſolui quo ad ſocerum qui repudium miſit, non quoad coniuges. ff. de don. inter vir. & vx. cū hic ſtatus. §. ſi ſocer. & facit quis aliquid quātum in ſe ipſo eſt. 11. q. 3. inter verba. ſic 22. q. 2. §. vlt. in fi. de conſec. diſt. 4. quæris.

b ¶ *Potentem.*] in eo quòd potens eſt.

c ¶ *Pauperem.*] j. ii quā. 3. pauper.

d ¶ *Locat.*] indignitate.

e ¶ *Vſquequo.*] Dictum fuit ab Helia fugiente iram Reginæ Iezabelis vniuerſo populo colenti Baal. 3. Regu. 18. nam denotat ambobus qui vult ſeruire duobus. & 26. diſt. acutius.

f ¶ *Illum.*] i. alium.

g ¶ *Indignum eſt.*] contra j. 41. di. nō cogantur. ſed ibi de regionibus: hic de perſonis.

1. Sec ſus aliqua ex parte.

† al. diſpertit.

a Concord. text. in l. 1. C. de ver. iur. enuel. & in aut. de mona. § 1. col.

b Helias Ieſabel fugiēs quibus verbis vſus eſt ad populū.

a Concord. text. in ca. 1 de eo qui ar. bel. depo. & de feu ca. 1. col. 10.

3 Reg 18.

tio ſubigitur, panes Domino offerre prohibetur: ne a profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuaſtant. ¶ Quia igitur paucis ad magiſterium paſtorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimeſcat, oſtendimus: nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demōſtremus.

a ¶ Ne profecto.] *Sic etiam in originali impreſſo. In aliquot Gratiani manuſcriptis legitur.* Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria deuaſtant.

Item Hieronymus ſuper Malachiam, ad c. 1.

¶ Indoctus, terrena lucra ſectans, vitioſus ordinari non debet. C. II.

1 SAcerdotes nomen Domini deſpiciunt, & quantum ad ſe a, panem pollutum offerūt, qui ad altare indigne accedunt, quiq; dato munere ſacerdotium præſumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinā Domini in populo male diſpergit †: & qui honorat potentē b, & deſpicit pauperē c *& infra.* ¶ [Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? &c.] ſuperius accuſati de panibus, nunc accuſantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctū loco docti, magiſtrumq; facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat d, vt pote pedem in diuerſa potentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: cui poteſt inferri illud de libro Regum [Vſquequo e claudicatis in duas partes?] [Languidum offert, qui vitioſum habet pro religioſo, quiq; tardum, & pigrum probat g patiētem, dicens illum f negligētiæ redarguendum. Indignum eſt g enim dare Deo, qđ dedignatur homo.

g ¶ Probat patientem. *Sic interpungitur etiam in manuſcriptis. & in gloſſatum tamen ita poſſet etiam diſtingui,* & pigrum probat, patientem dicens illum, &c.

EX præmiſſis.] Hæc diſt. diuiditur in 7 partes, in quarum prima dicit quod lapſi nō poſſunt reparari. & hoc probat per 12. auctoritates. Secunda ibi, *Econtra exemplis*. Tertia ibi, *Quomodo igitur*. Quarta ibi, *De lapſis*. Quinta ibi, *Quod vero*. Sexta ibi *Item obijcitur*. Septima ibi, *Apoſtatæ*. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra monſtratum eſt, quòd crimnoſi ordinari non poſſunt. In hac vero 50 di. quæritur, an tales poſt pœnitentiam poſſint in ſuis ordinibus remanere, & ad ſuperiores ordines aſcendere. & probatur multis auctoritatibus, quod ipſi prohibētur, neć poſſint aſcendere. & hoc facit vſque ad §. *Econtra*. Demum probat contrarium vſque ad §. *Quomodo*. & ibi incipit ſoluere.

h ¶ *Ex præmiſſis.* Tractauit hucuſque magiſter de qualitate ordinandorum. In hac diſt. 50. tractat primo de iam promotis, an ipſi poſtquam lapſi ſunt, valeant reparari? Et primo allegat, quod non poſſunt reparari: poſtea allegat pro parte contraria. & hoc bene ſoluit. j. ca. §. quo, & pro parte prima allegat vſque ad §. econtra. & poſtea inducit multa cap. ad probandam ſolutionem ſuam, vſque ad §. ſed illud. vbi aliam ponit: & eam probat per ca. ſeq. vſque ad §. *Quod vero*. & poſtea adiungit de lapſis in hæreſim b, quod non ſit eis communicandum ante reconciliationem. Ab illo §. *Quod vero*. ſubiungit tractatum de homicidiis vſque ad illum, §. *Præmiſſis*. Deinde addit de ſolenniter pœnitentibus, quòd non debeant ordinari, vel ad militiā ſecularem redire: & quod clericis talis pnia non ſit imponenda. & pro quibus culpis ſit imponenda. Vltimo ſubdit de apoſtatis: qui nec ad habitum ſecularem, nec ad clericatum aſcendere poſſunt poſt pœnitentiam. " Circa lapſos tres regulæ ſunt notandæ c, quæ continentur j. ea. diſt. vt conſtitueretur. Prima regula ſecundum H. hæc eſt, vt Qui moraliter peccauit poſt baptiſmum, non promoueatur, vt 25. di. primum: quæſt. ſi quis oēm. Secūda eſt, Promotus ſi mortaliter peccat, deiiciendus eſt. j. ca. qui ſemel. Tertia eſt, Qui ab ordine deponitur amodo non reſtituitur. j. ea. c. 1. & 2. & c. peruenit & vbicūq; minus agitur, diſpenſatio eſt. Illæ aūt tres regulæ ſecūdū tres opi. recipiunt interpretationem. Quidā. n. dnt. quod oē pctm mortale impedit promouendū, & deiicit iam promotū d. & ſi talis ſit pmotus, & egerit pniam tn nō pt miniſtrare ſine diſpenſatione. Alij intelligunt de magnis criminib. præ dictas regulas: quia minora poſt pniam non repellūt, nec deiiciūt, vt 81. diſt. c. apoſtolus. & 46. di. clericus. 3. q. 4. in loco. 68. diſt. ca. 1. quia nec oē publicū crimen aīæ mortem irrogat. inſt. de pub. iu. §. vlt. " Tertij intelligūt præd. tres regulas de manifeſtis. occulta. n. poſt pniam nō repellūt, nec deiiciunt. imo iure cōi promouentur: & ſi pmotus eſt, remanet i ordine ſuo. j. ea. ca. de his vero. & ca. præcedenti. & hæc opi. verior eſt. & benignior: hoc tn excepto, quod maxima pctā ēt occulta repellunt, vt de hoc plene dixi ii. 25. di. c. vlt. De adulterijs autē & ſimilib. pt epś ſimplex diſpenſare. ext. de iud. at ſi clerici. j. ea. contumaces. de maiorib. non. j. ea minor. & in ſimonia. 1. q. 1. erga. " & ſecundū quoſdam in oibus criminib. diſpēſat vbi nō prohibetur. extr. de ſent. exc. nuper. & de pœ. diſt. 6. §. 1. in fin. & 82. di. presbyter & in plurib. alijs. inuenio epm poſſe diſpenſare, vt notaui, 1. q. 7. §. niſi rigor. Petrus Hiſpanus contrarium dixit. nam cum in quibuſdam certis caſib ei permittitur diſpenſare, ergo in alijs prohibetur: argu. 25. diſt. qualis. & C. de proc. maritus e. Quis autē cū depoſito poſſit diſpēſare, dixi 2. q. 5. iō. Cum ſuſpenſo aūt vel penitēte ēt in hæreſi bn diſpenſat eps. j. ea. presbyteros. Ioa. Iſtæ opi. hodie terminātur per decr. Greg. in extrauag. de temp. or. quæſitū. vbi reprobatur opi. Io. & credo quod epiſcopus ſemper poſſit diſpenſare, niſi ei prohibeatur expreſſe à iure, vt 27. q. 2. lex diuina. in fi. & extra de ſent. exc. nuper. B.

b ſc. in § de lapſis Laur

" Lapſorum reparō trib. regulis declaratur.

c ſc. ius cōe continentes. Laur.

d Mortaliter peccās qui poſt baptiſmum peccauit. ſi ſe promoueri permittit: vel ſi in iam ſuſce pto remanet quantūcum que egerit pœnitentiæ: niſi cum eo fuerit diſpēſatum.

" Iſti intelligūt regulas prout ſonāt.

† al. actam.

" Epiſcopus in quib' criminibus diſpenſat.

3 Anſ. l. 8. c. 35. & l. 11. ca. 13. Iuo p. 6. c. 80 Pan. l. 3 c. 145.

e Extra de transl. epiſcopi ca. 2. Ver. nec quod de ceſsione. & c. ſecundum Lau.

DISTINCTIO I.

1. EX præmiſſis h auctoritatibus liquido monſtratū eſt, quòd varijs criminibus irretiti ſacerdotes ordinari non poſſunt. Nunc autem de eiſdem quæratur, vtrum poſt peractam † pœnitentiam, vel in proprijs ordinib. remanere, aut ad maiores gradus conſcendere valeant. Multorū auctoritatibus, varijs criminibus irretiti à proprijs ordinibus deiiciuntur, & ab acceſſu maiorum prohibentur.

Vnde Gregorius ait Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo, lib. 4. epiſt. 17. fine. c. 61.

¶ Lapſi in ſuum ordinem reparari non poſſunt. C. I.

3 SI lapſis i ad ſuum ordinem reuertendi licentia conceda tur, vigor canonicæ proculdubio frangitur diſciplinæ: dum pro reuerſionis ſpe k, prauæ actionis deſideria quiſq; concipere nō formidat. *& poſt pauca.* ¶ Illud igitur præ omnibus ſtudete, vt lapſos, in ſacrū ordinē nullius vobis ſupplicatio l aliquo modo reuocare m ſuadeat, ne huiuſmodi nō ſtatuta n, ſed tēporaliter dilata credat eſſe vīdicta.

Item Martinus Papa I. Amando epiſcopo.

¶ Qui poſt ſuam ordinationem labitur, depoſitus permanebit. C. II.

4 QVi ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit: deinceps iam depoſitus erit, nullumque gradum ſacerdotij poterit adipiſci o.

SI lapſis.] CASVS. " Conſtantinus Mediolanenſ. epiſcopus quæſiuit à Gregorio, an cuilibet lapſo debeat licentia dari ad ſuum ordinem reuertendi? Et reſpondet, quod non, triplici ratione: quia ſi hoc fieret, vigor eccleſiaſticæ diſciplinæ frangeretur: & quilibet propter ſpem reuerſionis praua deſideria concipere non formidaret & prætcrea vindictam ſibi inflictam putaret eſſe temporalem, & non perpetuam. Sequens ſ patet.

i ¶ *Si lapſis.*] Hoc eloquitur depoſito, vt patet per ſi.

k ¶ *Spe.*] quia facilitas veniæ, & c. vt 23. q 4. eſt iniuſta. & extra de vi. & hon cler. vt clericorum.

l ¶ *Supplicatio.*] carnalis, ſed ſpiritualis bene. j. ea. clerico.

m ¶ *Reuocare.*] 1. 23. q. 4. eſt iniuſta.

n ¶ *Non ſtatuta.*] perpetuo. " Qui enim deponitur. perpetuo deponitur, vt hic f, & 81. diſtinct. ſi quis clericus. & C. de pœn. ſeruus Arg. contra 31. quæſt 4. non oportet. vbi ſimpliciter ponitur, ſeparentur: & tamen ſeparantur ad tempus, non perpetuo, vt extra de conſtit. ex litteris. in fin. Sed certe illa non ſunt contraria: quia ibi nulla fuit depoſitio: & eſt hoc id ſtatutum, ne leges in futuro fiant, vt C. de bon. quæ lib. in prim. §. ſi. & eſt. ſi quod lex dicit, quod damnatus de crimine, ad militiam non recipitur, vt ff. de re mili. qui cum vno. §. adulter.

o QVi ſemel.] Hoc intelligitur de rigore. 25. diſtinct. primum j. ea. maior, vel in maioribus, vel de manifeſtis criminibus. extra de temp. ord. cap. fin. ſic non ob. 82. diſ. presbyter, & 15. q. vlt. hi qui.

" Epiſcopus an poſsit ſēper diſpenſare.

" Depoſitio eſt ppetua.

f Nā verbū, ſtatuere, rem perfectam ſignificat, de pœ. diſt. 1 § hoc autem ſecū dum L. ff qđ quiſque iuris l. 1.

Presbyt

PResbyterum.] C A S V S. Sacerdos quidam fuit lapſus in crimen, de quo poſtea in iudicio, fuit ſponte confeſſus. quare quæſiuit eps Fauianus, an poſſet in ſacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et reſpondet Gregorius quòd non. Sed quia ſponte confeſſus eſt, mitius eſt agendum cum ipſo; ſ. vt nomen ſacerdotis retineat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

Item Gregorius Papa Sabiniano epiſcopo, lib. 7. epiſt. 25.

¶ Presbyter poſt lapſum nulla ratione in ſacro ordine reparari valet. C. III

1 PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præſentium legatione † conſuluit, nulla ratione in ſacro ordine poſt lapſum, aut permanere [a] aut reuocari poſſe cognoſcas. Circa quem tamen mitius [b] agendum eſt: quia commiſſum facinus facili [c] dicitur profeſſione confeſſus.

Item Ioannes I. Cenomantico † Vticenſi epiſcopo.

¶ Poſt perpetratum homicidium ſacerdotale officium miniſtrari non poteſt. C. IIII.

2 MIror [d] minus doctã ſcientiam tuam ſacerdotẽ putare poſt perpetratum homicidium [e] poſſe in ſacerdotio miniſtrare: immo (quod eſt ineptius) nobis ſuadere [f] velle; vt ipſi tali præſumptioni præberemus aſſenſum. Quis enim tã demens, támq; peruerſi ſenſus, tale quid æſtimaret, vel poſt quantamcunque pœnitentiam concedendum, cum omninò ſit canonicæ diſciplinæ contrarium? Debet ergo ſacerdotio priuatus lacrymarũ fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus ſaltem remediis curatus, ſalutis poſſit inuenire ſuffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus proueħi non poteſt, qui paganum occidit. C. V.

3 CLericus, qui paganum occiderit [g], non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquiſito: homicida enim eſt. Nam cum diſcreti ſint milites ſæculi à militibus eccleſiæ: non conuenit militibus eccleſiæ militare [h] ſæculo, per quod [i] ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire.

Item Osbaldo Choreſpo Quadrantino.

¶ Qui defendendo ſe paganum occiderit, ſacerdotali careat officio. C. VI.

DE his [k] clericis, pro quibus conſuluiſti, ſcilicet qui ſe defendendo [l], paganum occiderunt, ſi poſtea per pœnitentiam emendati poſſint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorẽ conſcendere: ſcito nos nullam occaſionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum ſi contigerit, vt clericus ſacerdotalis ordinis ſaltem paganum occiderit, multum ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit: ſatiuſque eſt illi in hac vita Domino ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathenſi, c. 50.

¶ Cadat ab officio epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen cõmi-

a ¶ *Aut permanere.*] Simile ſ. 24. diſt. c. vlt. ſ. 15. q. vlt. ſi quis presbyter. contra. Sol. ibi inferiori miniſtrauit, vt ibi, ſed in ſuperiori, vt hic.

b ¶ *Mitius.*] arg. q mitius agitur cum confeſſo, quam cum conuicto [a], vt ſ. eo. de his vero. & 15. q. vlt. Si quis presbyter. Si. 61. di. q a ſimpliciter 1. qu. 5. præſentium. argu. contra 24. diſt. c. vlt. Sed ibi timore probationum eſt cõfeſſus: hic ſpõte.

c ¶ *Facili.*] i. ſponte, vt extra de ho. lator.

QVia te.] CASVS. Sichibertus epiſcopus Corſicæ inter anguſtias & iacula Sarracenorum poſitus, vt periculum euitaret, quoſdam interfecit ex illis. Super hoc conſuluit dominum Papam, qui reſpondet quòd bene fecit, quia ſe obnoxium putat: ſed quia non ſponte hoc fecit, ſecundum canones nõ condemnabitur.

d ¶ Iudicas.] cum non ſis.

e ¶ Inde canonice.] id eſt, non ſecundum rigorem canonum: quia tunc nullo modo, vt i. eo. miror. nunc autem miſericorditer toleratur. Vel intellige quando ineuitabili [a] neceſſitate hoc fecerit.

SI VERO. CASVS. Dictum eſt ſupra quòd illi qui neceſſitate obſidionis vel caſu aliquos occiderint, poſſunt in ſuis ordinib' remanere. Nunc vero dicit quòd ſi quis ira commotus aliquẽ occiderit, licet non habeat animum occidendi, perpetuo tamen depoſitus erit quod ſequenti c. probatur.

STudeat.] CASVS. Quidam presbyter percuſſit quendã diaconum equitantẽ: diaconus vero de equo cecidit: & fracta ceruice interiit. vnde Nicolaus Papa præcipit Hosbaldo chorepiſcopo Quadrantino vt ſtudeat epiſcopo ſuo aſſociare ſibi ſex vicinos epiſcopos, qui inſimul cũ Hosbaldo cognoſcat, & ſi inuenerint quòd diaconus à ſacerdote non eſt percuſſus ad mortem: nec ex percuſſione ipſius, ſed ex ceruicis fractione mortuus eſt: iniuncta ſacerdoti competenti pœnitentia ſuſpendatur ad tẽpus a celebratione Miſſarũ: & poſtea ad ſacerdotale redeat officiũ. Si vero ex qualicũque presbyteri percuſſione diaconus mortuus eſt: licet non habuit animum occidendi, tamen deponetur: ita vt ſi obediens apparuerit, aſſignetur ei beneficium de eccleſia, de quo ipſe & ſui poſsint habere ſolatium ſubſtentationis.

f ¶ Studeat.] Bar. intellexit hoc c. prout littera ſonat quòd licet ex percuſſione ceciderit & confregerit ceruicem, non ideo eſt ſacerdos deponendus. argum. i. eod. quantum. nam ſi ſeruum tuum. vulneraui, & ille poſtea ex ictu alterius periit, non teneor de occiſo. ff. ad l. Aquil. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. & l. ita vulneratus. Et hanc regulam, Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe vi: intelligit de occaſione proxima & ſufficienti. Sed expreſſe eſt contra ext. eo. presbyterum. & ff. ad l. Cor. de ſic. nihil intereſt. vnde intellige quòd ſi non cecidit ex percuſſione, ſed alio modo cecidit: tunc non tenetur de morte eius, ſed de eo quod prius ipſum incaute percuſſit.

g ¶ Sex.] quia tot non erant in prouincia illa [b].

h ¶ Cadens.] poſtea.

i ¶ Interiit.] nõ ex cauſa percuſſionis: ſed ex alio caſu, quia cecidit.

k ¶ Percuſſione.] ſiue directa, ſiue occaſionali.

l ¶ Et ſi voluntatem.] directam.

m ¶ Prodiit.] Et ſic propter vnum delictum imputantur omnia quæ ſequuntur ex illo. i. eo. ſæpe. & i. eo. clericum.

n ¶ Vt tale beneficium.] " Hic diſpenſatur in beneficio, non in officio, vt 28. diſt. presbyterum. debet autem de iure carere [c] vtroque: quia cui interdicitur vnum, interdicitur & reliquũ: cum ſint connexa, vt 81. diſt. ſi quis. nam male meriti continua egeſtate laborare debent, vt ff. depoſit. bona fides. Sed ideo diſpenſatur, ne propter neceſſitatem victus ad turpia lucra conuertatur, vt 81. diſt. ad reatum.

o ¶ Et ſui.] Sui enim filij & ipſe eadẽ perſona intelliguntur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate. in princ. & vxor dicitur pars viri. 33. q. 2. admonere. vnde vi, quòd licet cleric' ſit ſuſpenſus ab homine vel canone, quòd tamẽ ei relinqui debeat vnde ſe & ſuos poſſit ſubſtentare. & eſt ſim. arg. ff. de preca. l. pe. ff. de vſu & ha. l. 2. maxime " cum etiam vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt, vt 31. diſt. omnino. nec totũ extorquendum eſt a debitore quod habet: ſed habenda eſt ratio, ne egeat. ff. de re iu. inter eos. in fi. ille autem qui excommunicatur, nihil percipiet nomine eccleſiæ. extr. de app. paſtoralis.

EOs vero.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Neocæſarienſi. quanta pœnitentia deberet iniungi eis qui caſu fecerunt homicidium. Et reſpondet quòd ſecundum antiquam regulam ſeptem annorum pœnitentia iniungetur poſt quam reddetur communioni. Hæc vero eſt noua regula, quæ humaniorem imponit pœnitentiam v. annorum tantum.

p ¶ Sed caſu.] dum tamen culpa præceſſerit caſum [d]: aliás etiam clericus poſſet promoueri. extr. eo. ex parte. & c. ſignificaſti. & c. dilectus. in fi. immo talis miniſter Dei dicitur, vt 15. q. 1. nec is.

q ¶ Humana.] ideo magis eſt tenenda, vt ſupra 9. diſt. ſana. Ioan. Quid iuris ſit de hoc, notaui plene in quæſtionibus. B.

SI qua.] CASVS. Quædam domina furore iracundiæ accenſa, ita acriter ancillam ſuam flagellauit, quòd intra diem tertium expirauit

" Sacerdos poteſt quandoq; publicam pœnitentiam facere.

1 Pann. l. 3. c. 154.

2 Pann. l. 3. c. 155.

a Hãc ſniam teneas: quia de ea intelligitur hoc c. vt no. ext. de homi. i. In c. ſicut. in glo. not. hic ẽt. in fi. & i. e. de his. 1.

3 Iuo p. 10. c. 24.

4 Adde an excõicatus abſolutus percipiat fructus medij tẽpis. arg. quòd nõ, in l. 1. & l. ſi vt alle gas. C. de te. mil. & i aut. vt cũ de ap. cog. §. ſi vero. col. 8.

b Vel dic prouincia, id eſt, diœceſibus, ſicut econtra ponitur 11. q. 3. epi qui ſecundũ Lau. & Hug.

† al. noxius.] Iuo.

" Diſpenſatur quandoq; in bñficio, nõ in officio.

c Per ſententiam, nõ ipſo iure. Arch.

5 Burc. l. 6. c. 33. Iuo p. 10. c. 162.

† al. extinxit.

6 Anſel. l. 11. c. 34.

† al. quatuor.

" Vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt.

7 Ex priſca verſione. Et Tribur. c. 52.

8 Polyc. l. 6. tit. 10. Burc. l. 6. c. 15. Iuo p. 10. c. 25. & 144.

† al. humanior.

9 Et in cõc. Vorm. c. 39.

10 Rab. pœ. c. 54. Burc. l. 6. c. 19. Anſ. l. 11. c. 36. Iuo p. 10. c. 22. & 143.

d Al. ei non imputatur. arg. 15. q. 1. ſi quis inſaniẽs. & no. i. c. clerico. dũ tñ daret operã rei licitæ, vt i dec. hic i. all. dilectus. & e. tit. Ioã. & c. fi. Arch.

ancillã [a] ſuam, ita vt infra tertium diem animam cũ cruciatu effundat, eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos, ſi caſu, poſt quinque annorum tempora (acta legitima pœnitentia) ad communionem placuit admitti. Quòd, ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracarenſis epiſcopi, c. 78.

¶ De his, qui voluntate, vel caſu homicidium faciunt. C. XLIIII.

1 SI quis [b] voluntate homicidium fecerit, ad ianuam eccleſiæ catholicę ſemper ſubiaceat, & communionem in exitu [c] vitæ ſuæ recipiat. Si autem non voluntarie, ſed caſu aliquod homicidiũ fecerit: prior canon ſeptem annis agere pœnitentiam iuſſit: ſecundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furt. l. qui ſaccum.

¶ De eodem. C. XLV.

2 QVi ſaccum habentem pecuniam ſurripuerit, furti actione, etiam ſacci nomine, tenetur: quamuis non ſit ei animus [d] ſacci ſurripiendi.

Contra [e] animum, non opus puniri, lib. 9. C. tit. ad l. Cor. de ſic. exemplo ſacrarum litterarum Diocletiani, & Maximiani colligitur.

¶ De eodem. C. XLVI.

EVm, qui aſſeuerat homicidiũ ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis [f] ictu mortis occaſio pbita videatur, ſi hoc [g] ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni metu, ac ſuſpicione, quam ex admiſſæ rei diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id, quod adnotatione [h] noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cor. de ſicar. l. 1.*]

¶ PALEA. C. XLVII.

FRater veſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi prouinciæ obtulerit. Qui, ſi probauerit non occidendi animo hominem à ſe eſſe percuſſum, remiſſa homicidij pœna ſecundum militarem diſciplinam ſententiam proferat. Crimen enim contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quæ ex improuiſo, caſu potius, quàm fraude accidunt: fato plerumque, non noxæ imputantur.

Hinc, & Gelaſius † Papa.

¶ De eodem. C. XLVIII.

QVantũ [i] dicit iſte Placidus †, anno præterito dictum eſt de vxore illius: quia ſubito inter caballos inuenta eſt, & dum traherentur caballi, colliſa eſt illa, & abortũ fecit. ¶ Quod ſi ita eſt, forte ſi caballos alienos [k] tulerit: inde eſt culpabilis [l]. Nam de muliere, quæ caſu inter caballos confracta eſt, vbi voluntas illius non agnoſcitur [m] perniciosa fuiſſe, non poteſt, nec debet addici per leges.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. XLIX.

HIs, qui arbores incidere vidẽtur, ſi contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles [n] ſunt, atque innoxij: quia nec voluntate eorum, nec deſiderio, homicidium perpetratum eſt. Si vero aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoſcatur aduenisse: abiiciendi ſunt a gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.

Item ex concilio Vormacenſi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

3 SÆpe cõtingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, vt aliquis ſubtus ipſam veniens deprimatur: Et idcirco, ſi voluntate, vel negligentia [o] incidentis arborem factum eſt, vt homicida, pœnitentiæ debet omnino ſubmitti. Quòd ſi non voto, non incuria illius, nõ deniq; ſcientia contigit: ſed dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus [p] occurrens ſub arbore improuiſus deuenit, & ſub ipſa oppreſſus eſt: inciſor arboris non tenetur pro homicida.

Item ex concilio Triburienſi, c. 30. [*Sed ibi copioſius.*]

---

rauit. quæſitum fuit in concilio Eliberitano quando poſsit ad communionem admitti. & rñdet q ſi voluntarie fecit, poſt ſeptem ann. pniam: ſi caſu, poſt 5. poterit ad communionem admitti: & non ante, niſi intra hoc tempus fuerit infirmata. Seq. caſum per te videbis.

a ¶ *Ancillam.*] Hic habes quòd æque punitur dominus occidens ſeruum ſuum ſicut alienũ, vt ff. de iis qui ſunt ſui vel ali. iu. l. 1. in fi. modica tamẽ caſtigatio permittitur domino. ff. de iis qui ſunt ſui vel ali. iu. l. 2. " vnde ſecundũ iura noſtra ſeruus poteſt cõqueri de domino, ſi ſæuiat in ipſum, vt 23. q. 4. ſi eccleſia. & c. qui peccat. in fi. Et dic vt no. ſuper illo c. ſi eccleſia. 2. q. 7. quæritur.

" Dñs non pt in ſeruũ ſæuire.

b SI quis.] ¶ *Semper.*] id eſt, horis ſtatutis. ſic 22. diſt. ſacroſancta. & 26. di. ſi quis vult. & de conſec. diſt. 5. nunquam.

1 Iuo p. 10. c. 39.

c ¶ *In exitu.*] ſupple, ſi moritur ante finitum tempus pœnitentiæ: quia poſt tempus pœnitentiæ licite communicat, vt 26. q. 7. ſi quis de corpore.

ADDITIO. Hoc fit in quibuſdam criminib. & pſertim ſi quis pœniteat ſolenniter. 26. q. 7. ſi quis. ſecundum Hug.

2 Pandect. lib. 47. tit. 2. l. 79.

QVi ſaccum.] CASVS. Quidam furatus fuit ſaccum cum pecunia. Quæſitum fuit an poſsit conueniri actione furti nomine ſacci. Et reſpondet quod ſic: licet non habuit voluntatem furandi ſaccum principaliter.

d ¶ *Animus.*] Sed contra. furtum ſine affectu furandi non committitur. 13. q. vlt. c. vlt. & inſt. de vſuc. §. item ſi is. " Sed dic q ratione acceſsionis committitur furtũ: & quæ commodatis vel depoſitis reb. accedunt depoſita vel commodata intelliguntur. ff. commo. l. ſi vt. §. vſque adeo. Vel dic, animus, ſ. principaliter: ſed ſecundario & indirecte p quandã conſequentiam fuit ei animus ſaccum furandi: & ſic non eſt cõtrarium. ff. de fur. ſi quid fur. §. 1. ſic & ff. quod me. cau. l. ſi mulier. §. pen. 15. q. 1. merito. 23. q. 4. diſplicet.

" Furtũ cõmittit rõe acceſsionis.

CONTRA CASVS. Dictum eſt ſ. in c. ſtudeat, q ſi quis faciat homicidium ſine voluntate, tñ punitur. Modo probat contrariũ, ſc. q voluntas punitur, nõ opus. Et hoc probat vſque ad 5. præmiſsis.

e ¶ *Contra.*] Hucuſque oſtendit opus ſine animo puniri: nunc oſtendit contrarium.

EVm, qui] CASVS. " Quidã ludendo ictu calcis ſuum ſociũ percuſsit, adeo q mortuus eſt. Iudex loci pp hoc delictũ eũ voluit punire. conſultus eſt Imperator, an ille dẽt puniri. Et reſp. q non dẽt puniri: immo debet liberari ab omni ſuſpicione & pœna legis Corneliæ: & hoc, ſi pbauerit ſe caſu, nõ voluntarie hoc crimen cõmiſiſſe.

" Occidens ĩ ludo an ſit puniendus.

f ¶ *Cum calcis.*] quoniam fecit ludi cauſa.

g ¶ *Si hoc.*] ſ. q in ludo occidit. & illud obtinet cum ludus licitus eſt. ff. ad l. Aquil. nã ludus. ſed ſi eſt illicitus ludus, nõ excuſat [a], vt ext. de præſum. c. 1. ex quo aũt conſtat q in ludo mortuus eſt, non eſt neceſſe probare quòd caſu occiderit, vt ff. ad l. Aqui. in lege. extr. de ſen. exc. ſuper eo. aliàs qui caſum allegat, ipſum probare tenetur, vt C. de pig. act. quæ fortuitis. & C. de iniur. ſi non conuitij. Ergo ſi aduerſarius dixit q ipſum dolo occiderit, hoc probabit: quia qui dolum obiicit, ipſum probabit. ff. de prob. quoties. & intellige q ludus fuit licitus, & ſecũdum hoc intellige q non punitur talis lege Cornelia, ex quo nihil fecit dolo: punitur tamen l. Aquil. in qua venit leuiſsima culpa. ff. ad l. Aquil. in lege.

a Si ludus noxius, i. nocens eſt, imputatur. ff. ad l. Aq. nã ludus. nã oẽ maleficium praue pſumitur actũ. hæc tñ præſumptio ex var. circunſtantiis colligitur. 22. q. 2. ſi p ait. & c. ne quis. & de conſ. diſt. 4. ſolet. ff. de ac. & ob. l. 3. §. verborũ. ff. de iniu. illud. §. poſt. 15. q. 1. illud. ext. de ſent. exc. c. 1. ſcd'z Gof. qui ita no. extr. de præſum. c. 1. Ar.

h ¶ *Adnotatione.*] id eſt, lege.

QVantum] CASVS. Quidam Placid' traheret caballos de ſtabulo, vxor ſua inter caballos fortuito caſu colliſa eſt: & fecit abortum confracta: & ideo iudex eum punire volebat tanquam homicidã. Conſultus Papa ſuper hoc reſpõdet, q ſuper hoc puniri nõ debet ſecundũ leges, quia voluntas eius pernicioſa nõ fuit: ſed de furto poteſt puniri, ſi alienos caballos furatus eſt. Poteſt tamen legi totum illud capitulum de vxore Placidi, quæ dum traheret caballos, colliſa eſt fortuito caſu, & fecit abortum, quam dicit Papa non eſſe puniendam de abortu, nõ ſua ſponte facto: ſed de furto ſi fecit, pt puniri. Et ita dupliciter H. & B. poſuerunt caſum.

† al. Pelagius
† al. Placidi

i ¶ *Quantum.*] i. ſicut.

k ¶ *Alienos.*] Si vis dicere, q iſte furabatur caballos, & ducendo eos colliſit mulierem: tunc quod dicit in fine non puniri per leges, " verum eſt l. Cor. de ſic. in qua venit dolus, non lata culpa. ff. de ſica. in lege. tamen de culpa bene punitur, vt ſupra ea. cauſa. ſtudeat.

" Culpa lata in l. Cornelia nõ venit.

l ¶ *Culpabilis.*] & ſic patet, q licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de iis quę ſequuntur ex furto. ſic 15. q. 1. ſane ſupra 5. diſt. ad eius. ff. de fur. verũ. ext. de ſpon. veniens. Arg. contra ſupra eo. clericum.

3 Burc. l. 6. c. 21. Iuo p. 10. c. 150.

m ¶ *Non agnoſcitur.*] qñ eam præmonuit. H.

HIs qui.] CASVS. Quidam arbores incidebant, eis cadentibus quidam homines ſunt oppreſsi ab eis. Quærebatur an eſſent homicidæ, qui arbores incidebant. Et reſpondetur: ſi non eſt factum eorum voluntate, & debitam cautelam adhibuerunt, inculpabiles ſunt. Si vero eorum culpa vel negligentia mortui ſunt, deponendi ſunt, & non ſuſcipiendi de cetero. Idem eſt caſus ſequentis c. Caſus illius c. ſi duo. facilis eſt, & per te formabis.

n ¶ *Inculpabiles.*] Si fecit in priuato loco: tunc enim non potuit diuinare, vt ff. ad l. Aquil. ſi putator. & extra vt eccl. benefi. vt noſtrum. Si in publico, debuit clamare, caue caue, vt ſ. ead. ſi duo.

o SÆpe contingit.] ¶ *Vel negligentia.*] Argum. quòd qui occaſionem damni dat, &c. [b] ſic 86. diſtin. paſce. 16. q. 1. decimæ. & extra de homicid. presbyterum. 27. q. 2. ſi tu. & 31. quæſt. 2. de neptis. & 1. quæſt. 1. placuit. 3. B. argum. contra. 15. q. 1. inebriauerunt. & ff. de ſer. cor. Neratius. §. ſi ſeruo. ff. de fur. verum. de eo qui fregit oſtium meretricis, ſed non ideo punitur amplius, " quia ſatis eſt punitus propter ignominiam.

b Sub. dãnũ dediſſe vi, immo plus qñq; peccat vt p; in eo quod le. & no. 23. q. 5. cũ homo. Ioan. de F.

" Ignominia ſatis punit.

p ¶ *Inſperatus.*] " Fortuiti eñ caſus nullo hominũ conſilio præuideri poſſunt. ff. de admi. tu. ad ci. perti. l. 3. C. de pi. act. l. quæ fortuitis.

" Caſus fortuiti nõ põt præuideri.

Si duo.

a ¶ *Si duo.*] ff. ad leg. Aquil. ſi putator.

SPRÆMISSIS. CASVS. ſupra in illo c. de his clericis qui in ſubdiaconis, & in c. illo, clerico. dictũ eſt quòd clericis lapſis permittitur in ſuis ordinib. miniſtrare: ad maiores vero aſcendere non poſſunt. Idem dicitur in hoc §. & hoc probat per ſequens c. Sed poſtea exemplo B. Petri probat, quod lapſi poſt pœnitentiam ad maiora poſſunt promoueri.

1 Burch. l. 6. c. 11. Iuo p. 10. c. 150.

b ¶ *Præmiſſis.*] ſupra ead. de his clericis.

c ¶ *Permittitur.*] allegando dicit propter ſeq. c. Ioan.

HI qui.] CASVS. Quidam clerici in ſacris ordinibus cõſtituti fornicati ſunt, quæſitum fuit, vtrum ad ſua officia redire poſsint, & ad maiora promoueri. Et reſpondet concilium: ſi digne pœnituerint, in poteſtate ſit epiſcopi vel veraciter afflictos non diu ſuſpẽdere, vel deſidioſos prolixiori tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, vt ſua loca retineãt, & ad altiora non promoueantur. qui ſi iterum ipſi lapſi fuerint, omni dignitate carebunt, nec habebũt niſi in fine communionem.

2 25. q. 8. c. hi qui. Rab. pœn. cap. 1. Burc. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

d ¶ *Hi qui.*] Hoc c. habes 15. q. vlt. hi qui.

SED EXEMPLO. CASVS. Dictum eſt ſ. quòd lapſi poſt pœnitentiam non poſſunt ad altiora conſcendere. Modo dicit Gratianus contrarium: ſcilicet quòd lapſi non ſolum reſtitui poſſunt ad antiquum ſtatum, ſed etiam ad altiora promoueri: quod probat exemplo B. Petri, qui poſt trinam negationem non ſolum permanſit Apoſtolus, ſed etiam factus eſt paſtor totius eccleſiæ, quod probatur duobus ſequen. c.

CONſiderandum.] CASVS. Quæritur hic quare Chriſtus permiſit Petrum peccare negando ſeipſum ad vocẽ ancillæ, quem facere diſpoſuerat paſtorem eccleſiæ. Et reſpondet Gregor. hoc eſſe permiſſum ex magnæ pietatis diſpenſatione: ſcilicet vt Petr⁹ ſuam fragilitatem cognoſceret: & in ſua culpa diſceret qualiter aliorũ delictis parcere deberet, & aliis miſereri poſſet.

3 Homil. 21. in Euang.

e ¶ *Permiſit.*] id eſt, non prohibuit.

f ¶ *Debuiſſet.*] arg. diſpenſationẽ eſſe debitã.

g ¶ *Præpoſuit.*] hoc verbo, "Paſce oues meas: factus eſt princeps a. ext. de ele. ſignificaſti. non illo, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã, &c. quia illud fuit ei dictum ante paſsionem. 22. diſt. ſacroſancta.

" Petr⁹ per q̃ verba fuit factus Papa. ad hoc plenius 21. diſt. in nouo teſtamento. Ar.

FIdelior.] CASVS. Dicit Ambroſius in hoc c. q̃ Petrus poſt negationem fortior reſurrexit, & fidelior factus eſt, & maiorem gratiam recepit, quam perdiderat. Factus eſt enim paſtor eccleſiæ, vt qui infirmus fuerat in fide, ceteros in fidei ſtabilitate firmaret. Et pro ſolida deuotione quam habuit circa eccleſiam, & circa homines conuertendos, dictus eſt petra: quod probat auctoritate Euangelij.

" Eligẽdus

h ¶ *Gratiam.*] Arg. "quòd potius eſt eligendus qui peccauit & pœnituit, quàm qui ſemper fuit bonus: quia magis ſcit cõpati peccatorib. vt ſ. c. prox. nam infirmus fortior reſurgit. de pœ. diſt. 1. poteſt. & ibidem diſtin. 3. ille. Arg. cõtra 12 di. nos conſuetudinẽ. & 16. q. 1. legi.

" potius eſt q̃ peccauit & pœnituit, q̃ qui nũquam peccauit.

i ¶ *In nationibus.*] id eſt, gentilibus.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua loquitur de pœnitentibus cum ſolennitate, & de bigamis: & in ſine ponit 14. auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Adhuc obiicit Gratianus, q̃ lapſi non poſſunt aſcendere ad maiora: nam pœnitentes promoueri nõ debent: ergo nec ad maiora aſcendere poſſunt. quod probat ſex ſeq. c. quæ loquuntur de ſolenniter pœnitentibus.

¶ De eodem. C. LI.

SI duo a fratres in ſilua arbores ſucciderint, & appropinquante caſura ipſius arboris frater dixerit fratri, caue: & ille fugiens in preſſuram arboris inciderit, & mortuus fuerit: viuens frater innocens de ſanguine germani diiudicetur.

Præmiſſis b auctoritatibus, lapſis permittitur c, vt poſt pœnitentiam in ſuis ordinibus reparari valeant: ad maiorem autem conſcendere poſt lapſum nulla eis auctoritate permittitur: immo penitus prohibetur.

Vnde in Ilerdenſi concilio, c. 5. legitur.

¶ Lapſi in ſuis ordinibus reparari poſſunt, ſed non ad maiora conſcendere. C. LII.

HI, qui d altario Dei deſeruiunt, ſi ſubito in flẽda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente, digne pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant: maneat in poteſtate pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quòd a ſi iterato velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & β veluti ſues in volutabris luti iacuerint, non ſolum dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

a ¶ Quod ſi iterato.] *Hinc vſque ad finem abſunt à codicibus illis Gratiani, à quibus paleæ abeſſe ſolent. in aliis autem hic præpoſitum eſt nomen paleæ.*

β ¶ Et veluti ſues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum Colonienſi, ac Pariſienſi: duobus codicibus Vaticanis, Lucenſi regio, neque infra 15. q. 8. c. Hi qui. Sunt tamen apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

Sed exemplo beati Petri (qui poſtquam trinæ negationis maculas, confeſſione diluit amoris: non ſolum in gradu ſui apoſtolatus remanſit, verum etiam in paſtorem totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit) probantur lapſi poſt dignam pœnitentiam non ſolum propria officia retinere, ſed etiam ad maiora poſſe conſcendere. Quòd autem beatus Petrus poſt negationem paſtor eccleſiæ à Domino ſit inſtitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, 3 qui in homilia Dominicæ reſurrectionis de eodem principe Apoſtolorum ſcribit, dicens.

¶ Petrus poſt culpam negationis princeps Apoſtolorum à Domino eſt inſtitutus. C. LIII.

COnſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit e. ¶ Quod nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter aliis misereri debuiſſet f. Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit g ceteris: vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambroſius in ſerm. 47. de fide Petri.

¶ Poſt negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit: atque ideo maiorem gratiam h reperit, quàm amiſit. Tanquam enim bonus paſtor tuẽdum gregem accepit, vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis, eccleſiarum petra dicitur: ſicut ait Dominus [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus i fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius corporis † Chriſtianitatis cõpagem, molemque contineat.

Matth. 16.

† operis Chriſtiani] Ori.

6 Item obiicitur, pœnitentes † ad ſacros ordines promoueri non debent: non ergo lapſi poſt pœnitentiam ad maiora pertingere poſſunt.

† al. ſolenniter pœnitentes.]

Vnde in concilio Carthaginenſi, 4. c. 68. & 69. legitur.

¶ Non ordinetur clericus ex pœnitentibus. C. LV.

4 EX pœnitentibus, quamuis ſit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam k epiſcopi factum fuerit, deponatur à clero: quia ſe ordinationis tempore non prodidit l fuiſſe pœnitentem.

4 Pol. l. 2. tit. 31. Anſel. l. 7. c. 20. & 23. Burc. l. 2. ca. 35. Iuo p. 6. ca. 136. & p. 15. ca. 5. Pan. l. 3. c. 60.

EX pœnitentibus.] CASVS. Quidam epiſcopus ordinauit quemdam ſolenniter pœnitentem, quærebatur quam pœnam deberet pati epiſcopus vel ordinatus. & reſpõdet quòd ſi epiſcopus ordinauit talem ignoranter, tantum ordinatus deponitur: quia tempore ordinationis ſuæ, ſuum impedimentum non manifeſtauit epiſcopo. Si vero epiſcopus ordinauerit eum ſcienter, etiam ipſe poteſtate ordinandi priuabitur. Eamdem pœnam patiatur epiſcopus, qui ſcienter ordinauit bigamum, viduæ vel repudiatæ maritum.

k ¶ *Si per ignorantiam.*] Bene enim põt ignorare cum non ipſe, ſed alij examinent. 24. diſtin. quando. ext. de of. archid. vt noſtrum.

l ¶ *Non prodidit.*] Ex hoc cap. "videtur q̃ quilibet ordinandus teneatur prodere crimen ſuum b, vt 24. di. ca. quando. & c. vlt. & 81. diſt. tantis. & c. quicumque. & 8. q. 3. Artaldus. in fi. Sic videtur quòd in iure teneatur quilibet confiteri delictum ſuum ſi interrogatus fuerit, vt 11. q. 3. quiſquis. & 35. q. 6. ſi duo. & 15. q. vlt. c. 1. & pen. Quod H. cõcedit, & dicit quòd quilibet in examinatione & in iudicio tenetur confiteri crimen ſuum: ſed in examinatione ſufficit vt dicat q̃ in genere confiteatur ſe criminoſum: & ſic petat diſpenſationem. ſed ſi ſpecialiter de aliquo crimine fuerit interrogatus: tunc reſpondebit, & dicet ſe feciſſe inde pœnitentiam. nec obſt. ſ. de pœn. diſt. 1. §. his auctoritatibus. vbi dicitur, non tibi dico prodas. quia illud loquitur de pœnitente, qui ſe non debet in publico prodere, niſi enim occultus peccator prodat crimen ſuum, dicit H. non poſſe diſpenſari ſecum. & coram pluribus debet dicere, & prodere ſe: " quia prodere eſt in publico dicere, vt 2. q. 1. ſi peccauerit. ſicut enim epiſcopus non poteſt audire cauſam c criminalem, niſi cum clericis ſuis, vt 15. q. 7. epiſcopus. ſic nec ſolus poteſt diſpenſare. qualiter enim probaret aliquis ſecum diſpenſatum eſſe, niſi coram pluribus factum eſſet, vt ext. de ſchiſm. fraternitatis? Alij dicunt quod nec in iudicio nec in examinatione teneatur ali

" Crimen ſuũ in ordinatione vel in iure, an teneat quis prodere.

b Hic ſi probatur hoc. q̃a text. dr. pœnitẽtẽ, ſ. dr criminoſũ: nec hoc probant c. hic inducta. Ar.

" Prodere eſt in publico dicere.

c ſc. criminalẽ, cũ agitur ad depoſitionẽ, ſecus ſi eſſet cauſa vbi age-

tur aliquis prodere ſe:quia Deus occultat peccatum, de quo aliquis pœnituit, vt 32.q.1. apud. & ſic licitum eſt alicui redimere ſanguinem ſuum quocumque modo poteſt. 2.q.3.§.notandum. & ff.de bo.eo. qui ante ſen.l.1.ſic & honorem ſuum. Sed numquid clerico promouendo præiudicat confeſsio ſua, vt inde debeat puniri? Videtur quòd ſic, vt ext.de elect. per inquiſitionem. imo idem etiam videtur ſi extra iudicium fieret confeſſio, vt extra de exceſ. præl. quàm ſit graue. Dico q; non, niſi in ſolo quòd nõ admittitur ad ordines, vt 24. diſt. quando. in fi. ſic extra de exce. denique. & eſt ea ratio: quia licet cõfeſſus fuerit, tñ nõ punitur: quia ad hoc non agebatur, vt dixi 3.q.6. hoc quippe. idem dico ſi teſtis confitetur crimen ſuum, vt probatur extr. de acc. inquiſitionis. Ioan.

retur ad primationé bñficij, ſc. údũ illud qᵈ le. & not. 15.q. vlt. Inuentũ Arc.

1 c. 69.

tentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem: etiam ipſe ᵃ ab epiſcopatu ſuo ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur ᵃ. ² Simili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus: ſi ſciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut ſecundam.

ᵃ ¶ Ipſe ab.] *In originali legitur:* ipſe ab epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur, *al.* ipſe epiſcopatus ſui, *quemadmodum & apud Iuonem, par. 15. c. 5.*

Item Siricius Papa Himerio epiſcopo, epiſt. 1. c. 1 5.

¶ Bigamus, pœnitens, viduæ maritus, ſacræ militiæ ſe ingerens, ſine ſpe promotionis in ſuo ordine permaneat.

C. LVI.

² QVicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus, ad ſacram militiam indebite, & incompetenter irrepſerit: hac ſibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc, quo inuenitur ᵇ, ordine, perpetua ſtabilitate permaneat.

2 Anſ.l.7.c. 17.20.& 21.

Item ex concilio Gerundenſi, c. 9.

¶ Non prohibeatur à clero, qui preſſus languore per communionem pœnitentiæ benedictionem accepit.

C. LVII.

SI † vero ᶜ, qui ægritudinis languore depreſſus pœnitentiæ ᵈ benedictionem ᵉ, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtmodum reconualeſcens caput pœnitentiæ in eccleſia publice non ſubdiderit, ſi prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

† Si uero] manuſcript. & Orig.

Item Hormiſda Papa omnibus epiſcopis per vniuerſas prouincias conſtitutis.

¶ Qui ad pœnitentiam agendam in monaſterio detruditur, presbyter non ordinetur. C. LVIII.

³ SI ille, qui vltro petit pœnitentiam, quamuis eam perfecte agat, non poteſt epiſcopus, aut presbyter ordinari: ita vt etiam ſi per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur pœnitentiam accepiſſe, deiiciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monaſterium ᶠ, (qui vtique nihil aliud, quam pœnitens dicendus eſt) ᵍ qua conſcientia ad ſacerdotium venire permittitur? Nemo mihi alia qualibet contra auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel 318. epiſcoporum, vel reliquorum canonum conſtituta, obiiciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.

3 T.c.ex pœnitentibus. Polyc.l.2.ti. 33. Anſ.l.7.c. 22. & l. 11.c. 87.

Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus epiſcopis per Lucaniam, &c. c. 5.

¶ Bigamus, vel quilibet poſt pœnitentiam ſacris non applicetur miniſteriis.

C. LIX.

⁴ NOn confidat quiſquã pontificũ bigamos †, aut coniugia ſortientes ab aliis derelicta, ſiue quoslibet poſt pœnitentiam, vel ſine litteris ʰ, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumq; rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis congruentis ⁱ expectatione diſcuſſos, diuinis ſeruituros applicare miniſteriis †.

4 Anſel.l.7. c.18.

† al. fas eſſe bigamos.

† al. myſteriis.

Item Innocentius Agapito, & caeteris, epiſt. 6.

¶ Pœnitentes nec etiam clerici fieri poſſunt. C. LX.

⁵ CAnones apud Nicæam conſtituti, pœnitentes etiam ab infimis ᵏ officiis clericorum excludunt ˡ.

5 In cõc. Nicæno, c. 10.

Hoc non de quibuſlibet pœnitentibus intelligitur, ſed de illis tantum, qui poſt actam pœnitentiam ſecularis militiæ cingulum accipiunt. De quibus Innocentius epiſcopus ſcribit Victricio Rothomagenſi epiſcopo, epiſt. 2. c. 2.

¶ Non debet fieri clericus, qui poſt remiſſionem peccatorum, militiæ cingulum habuit. C. LXI.

a ¶ *Priuetur.*] Hic ſignantur cõtraria, quæ ſoluta ſunt. 36. diſtin. qui eccleſiaſticis.

QVicumque.] CASVS. Quidam pœnitentes, & bigami, & viduarum mariti ordinati fuerunt in minoribus ordinib. vel forte vſque ad ſubdiaconatum. quæſitũ fuit à Siricio Papa, vtrum poſsint promoueri ad ſuperiores ordines? Et reſpondet Papa quòd non, immo pro maximo beneficio debent reputare, ſi tolerentur in ordinibus in quibus inueniuntur, omni ſpe promotionis eis adempta.

b ¶ *Inuenitur.*] ᵃᵃ Sic ergo facilius diſpenſatur in ordine ſumpto, quàm in ſuſcipiendo, vt ext. de renunc. niſi cum pridem. quia turpius, &c. vt ext. de iureiur. quemadmodum. Vel vocat hic ſacram militiam minores ordines, ad quos poſſunt promoueri, vt infra ead. placuit. & 6. q. 1. c. infames.

ᵃᵃ Diſpenſatur facilius ĩ ſumpto, q̃ in ſuſcipiendo ordine.

SI vero.] CASVS. Quidam in extremis laborans, pœnitentiam poſtulauit, cui ſacerdos ſolennẽ pœnitentiã iniunxit, præbendo ſibi communionem corporis Chriſti. Poſtquam vero conualuit, pœnitentiam ſolennem ſibi iniunctam non egit. quæritur an valeat promoueri? Et reſp. quòd ex quo caput ſolenni pœnitentiæ non ſuppoſuit, bene poteſt promoueri, ſi aliàs eſt dignus. ita poſuit Beneuent. hunc caſum. ſed quia hoc contra iura videtur, cum ille ante ægritudinem mortaliter ſecundum hoc peccaſſet, & poſtea ſimiliter non adimplendo pœnitentiam: ideo ego Bar. Brix. cum H. intelligo caſum hunc de illo qui non accipit corpus Chriſti vſq; ad articulum mortis: vnde non videbatur vere pœnitens. Qui tamen ſi non egit pœnitentiam ſolennem, nec modo eſt criminoſus, promoueri poteſt. Vel forte de illo intelligitur qui pro occulto & paruo crimine ſolennem pœnitentiam facere promiſit.

c ¶ *Si vero.*] Quidam ita ponunt caſum ᵃ. aliquis tempore ægritudinis tale recepit mandatum à ſacerdote, vt poſtquam conualeſceret, ſolennem faceret pœnitentiam, talis non prohibetur à promotione, dum tamen non ſteterit inter pœnitentes. Sed iſte caſus non placet: quia poſtquam ſanatus eſt talis, tenetur ſtare in ordine pœnitentium, vt 26.q.6. qui recedunt ᵇ. Item cum pœnitentia talis non iniungitur, niſi pro graui peccato mortali: ergo poſt mortale peccatum non debet promoueri, vt 26.q.6.c.vlt. Alij ſic ponunt caſum: Quidam communionem non accepit quouſq; fuit in periculo mortis. dubitabatur de tali vtrum poſſet promoueri poſt ſanitatem: quia non videbatur tunc vere pœnitens, qui timore mortis pœnituit. Et reſpondetur quod poteſt: & hæc fuit cauſa dubitationis: quia ſicut non poteſt promoueri qui in ægritudine baptizatur, quia potius præſumitur ex timore, quam ex voluntate libera baptizatus vt 57. diſtin. ſi quis in ægritudine. idem videbatur de pœnitẽte tali. ſed non eſt ſimile: quia multi omittunt ex deuotione q; non communicant, vt de conſec. diſt. 2. quotidie. ſed quicumque differt baptizari, in mora eſt, & etiam in culpa.

a Vt Bñdict.

b Sicut q in iecit manus violentas in clericum: & propter inualetudinẽ vel aliud impedimẽtum non pt accedere ad curiã, abſoluitur ab inferiori, tñ tenetur accedere reſtituta cõualeſcẽtia, vel opportunitate cũ diſt. ext. de ſen. ex. & cetero. & in illa decret. peruenit.

d ¶ *Pœnitentiæ.*] ᵇᵇ Pœnitentia infirmis non eſt imponenda, ſed innoteſcenda 26. q. 7. ab infirmis. Io. Tu autem videas caſum, quem notaui ſupra ibi, alij. B.

ᵇᵇ Pœnitentia infirmis non eſt imponenda.

e ¶ *Benedictionem.*] id eſt, communionem.

SI ille.] CASVS. Duæ quæſtiones factæ fuerunt Hormiſdæ Papæ. Prima fuit talis: An ille qui perfecte egit ſolẽnem pœnitentiam, poſsit epiſcopus vel presbyter fieri. Et reſpondet quòd non: & ſi fuerit ordinatus, & de hoc conuincatur, debet deponi. Secunda quæſtio fuit, an ille qui inuitus detruſus eſt in monaſterium ad agendam pœnitentiam, poſsit ad ſacerdotium promoueri. Et reſpondet quòd non: quia nihil aliud dicendum eſt, quàm ſolenniter pœnitens ſecundum decreta ſedis Apoſtolicæ & canones 300. & 18. epiſcoporũ. Si autem cõtra factum fuerit, non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.

f ¶ *In monaſterium.*] ergo pro aliquo delicto. alias enim non cogeretur ibi manere. 20. q. 1. ſicut. & dic vt ibi notaui. & 16. q. 6. de lapſis.

g ¶ *Dicendus eſt.*] propter ſimilitudinem in ieiuniis & vigiliis. alias enim differt publica pœnitentia ab ingreſſu monaſterij, vt infra 33. q. 2. admonere. 2. q. 1. in primis. Contra, ibi epiſcopi miſsi in monaſterium ad agendam pœnitentiam, poſt ſex menſes reſtituuntur ordini ſuo: ſed ibi temporaliter fuerunt miſsi, hic perpetuo. Vel dic quòd ad ſuperiorem non poteſt promoueri, vt hic, ſed ad eumdem poteſt redire, vt ibi dicitur.

NOn confidat.] CASVS. In hoc c. nouem impedimenta ponuntur, quæ repellunt a promotione. Sequens c. patet.

c In hoc c. innuitur q interuallum dz eſſe inter ordinem & ordinem: & dic, congruentis, id eſt, canonis. conſtitutis, ſecundum Hug.

h ¶ *Vel ſine litteris.*] ſupra 36. diſt. c. illiteratos.

i ¶ *Congruentis.*] infra 77. diſt. in ſingulis, &c. ᶜ

CAnones.] ¶ *Pœnitentes.*] ſcilicet ſolenniter.

k ¶ *Ab infimis.*] ſic 24. diſt. c. vlt.

l ¶ *Excludunt.*] niſi in neceſsitate, vt infra ead. c. placuit.

HOC NON DE QVIBVSLIBET. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quòd præd. c. loquuntur de pœnitentibus non ordinandis, qui poſt pœnitentiam cingulum ſecularis militiæ ſuſceperunt: qui promoueri non poſſunt, vt probatur ſeq. cap. Alia ponitur ſolutio infra ſeq. §. poteſt qui. §. patet. & per ſe planus eſt.

Si quis

" Pœnitentia ſolennis impedit clericatum.

S*I quis poſt remiſſionem.*] " Qui ſemel egit pœnitentiam ſolennem, non poteſt fieri clericus, nec etiam miles, vt 33.q.2.admonere. nec laicalem habitum poteſt deſerre, vt infra ead.c. vlt. tamen ſecundum regulam eccleſiaſticam viuet, vt de pœ.diſt.5.contrarium. & c. falſas. & eſt tamen conueniendus ſub iudice eccleſiaſtico, vt 11. q.1. aliud.Ioan.

1 SI quis poſt remiſſionem a peccatorum, cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Poteſt & aliter intelligi. Eſt quædam pœnitentia, quæ ſolennis appellatur, quæ ſemel tantum in eccleſia conceditur: de qua Ambroſius ait, 2 [*Sicut vnum eſt baptiſma, ita vnica eſt pœnitentia.*] *Item* [*Non eſt ſecundus locus pœnitentiæ*] [3 *Merito reprehenduntur* a, *qui ſæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Chriſto. Nam ſi vere agerent pœnitentiam, iterandam poſtea nõ putarent.*]

a ¶ Reprehenduntur.] *Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum eſt hic ex originali: quod tamen fieri non potuit in ea exceptione. de pœ. diſt.3. quæ non* reperiuntur, *ibi eſt initium capitis.*

Item Auguſt. ad Macedonium, epiſt.54.

¶ De eodem. C. LXII.

4 QVamuis caute, & ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel tantum in eccleſia concedatur, ne medicina b nimis vtilis vilis c habeatur: tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam d venia negatur.

5 ¶ Ne medicina.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani caput hoc eſt continuatum ſuperiori. Locum enim Diui Auguſtini ſuo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur:* Ne medicina vilis, minus vtilis eſſet ægrotis. quæ tanto magis ſaluberis eſt, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponenda ſit in Agathenſi concilio legitur, in quo ſic ſtatutum eſt, c.15. 5

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. C. LXIII.

6 POenitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem e manuum & ciliciũ ſuper caput à ſacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur. Si autem comas f non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abiiciantur, & niſi digne pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus g etiam pœnitentia non facile committenda eſt propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus h in morte poſitis non eſt negandum.

1 Anſel. l. 7. c.11.

a ſit ſecũdũ hoc nõ facit ad ꝓpoſitũ Gratiani.H.

a ¶ *Remiſſionem peccatorum.*] id eſt, baptiſma a, vt 51. diſt. ſi quis poſt acceptum. & intellige de officiali, qui ſæua executus eſt præcepta, vt 51. diſt.c.1.

ADDITIO. dic ꝙ intelligit de illa pœnitentia, in qua prohibitum eſt ei ne ad militiã redeat. de pœn. diſt.5. cõtrarium. & hoc ideo quia forte in ipſa militia commiſerat peccatum propter quod egerat pœnitentiam, vt ead.diſt. falſas.

2 Libr.2. de pœ.c. 10. de pœ. diſt.3.c. reperiſtur. & c.ſi.

3 Hug.lib. de ſacram.p.14. c. 4. Ambr. ibid.

POTEST ET ALITER. CASVS. Ponit hic aliam ſolutionem Gratianus, ſcilicet quòd eſt quædam pœnitentia ſolennis, quæ reiterari non poteſt: ſicut nec baptiſmus. Et hoc probat auctoritate Ambroſij.

4 J. de pœ. di.3.c. quis. Magiſter. l. 4.di. 14. c. 3. Iuo part. 15. c.14.

Q*Vamuis.*] CASVS. Macedonius inuenerat, quòd pœnitentiæ non eſt ſecundus locus, & quòd vnica eſt pœnitentia ſicut baptiſma: dubitauit an quotidie peccantib. deberet pœnitentia denegari. & ideo quæſiuit ab Aug. quid iuris eſſet? qui reſpondit, quòd licet ſolennis pœnitentia ſemel tantum concedatur, ne vilis reputetur: tamen priuata pœnitentia non debet quotidie peccantibus denegari. Seq.§. patet. & quod in eo dicitur, probat duobus c. ſeq.

5 Capit. l. 5. c.53. & l.7.c. 310.

" Pœnitentia ſolennis nõ iteratur.

6 Burc.l.19. c. 27. Iuo p. 15.c.17.

b ¶ *Ne medicina.*]
" Hæc eſt vna ratio quare non iteratur, ſcilicet ne vilis habeatur ſolennis pœnitentia; quæ eſt medicina, vt hic. Secunda quia eſt ſacramentum, & ſignificat eiectionem Adæ de paradiſo b. infra ea. in capite. & non eſt facienda iniuria ſacramento, vt de conſec. diſt. 4. oſtenditur. & 1. q. 1. ſacramenta. Gratianus tamen dixit, ꝙ ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum iteratur, vt de pœn.diſt. 5.§. ex perſona.

b Sub. quæ ſemel tantũ facta eſt.

" Vilitas eſt fugienda.

c ¶ *Vilis.*] " Not. quòd propter fugiendam vilitatem multa ſtatuuntur, vt hic, & 45. diſt. de Iudæis. 80. diſt. epiſcopi. 27. q. 2. inſtitutum.

d ¶ *Pœnitentiam.*] priuatam.

P*Œnitentes.*] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſacerdotes debent imponere ſuper capita pœnitentium manum excluſoriam vel benedictoriam, & cilicium: & tunc ipſi pœnitentes debent deponere comas, & mutare veſtes. quod ſi non fecerint, abiiciantur. Iuuenib. autem ſolẽnis pœnitentia non facile imponatur propter fragilitatem ætatis: viaticum autem omnibus in morte datur.

" Mulieri quare pœnitẽtibus coma. c Qđ de tonſura, & n̄ veſtib' intelligatur. Laur.

e ¶ *Impoſitionem.*] ab epiſcopo, ad quem ſolum ſpectat imponere ſolennem pœnitentiam, vt infra c. prox. & reconciliatio ad ſolum eum ſpectat niſi in neceſſitate, vt 26. q. 6. c. 1. & vlt.

f ¶ *Comas.*] Sed nunquid deponet mulier comam, cum etiam ei ſolennis pœnitentia imponitur, vt 33. q. 2. de his? Reſp. non: " quia habet eam in ſignum ſubiectionis, 30. diſt. c. 2. ideo autem comam deponet vir, quia amodo in habitu viuet clericali c. infra de conſe. diſt. 5. dictum. & 81. diſt. dictum. & 33. q. 2. admonere. & infra ead. c. vlt.

g ¶ *Iuuenibus.*] & ſi fuerit impoſita, non ideo prohibentur contrahere. 33. q. 2. in adoleſcentia. Alij autem non poſſunt contrahere. 33. q. 2. de his. Idem dico de decrepitis: " quia ætatis ratio habenda eſt in pœnitentia. 26. q. 7. tempora. & c. hoc ſit. Sic præſumitur magis pro ſene, quam pro iuuene, vt 34. diſt. fraternitatis.

" Ætatis rõ in pœnitentiis eſt habenda.

h ¶ *Omnibus.*] 2. q. 3. ſi quis epiſcopum contra: illud terroris eſt, vel hoc de pœnitentibus digne: ibi nota. 24. q. 2. legitur.

ADDITIO. Vel viaticum non conceditur. ext. de pœ. & re. quod in te. in princ. de ſent. exc. permittim'. & adde quod legitur & no. 27. q. 1. impudicas. in fin. Archid.

Item ex eodem a.

¶ Quæ ſint ſeruanda in ſolenni pœnitentia. C. LXIIII.

7 IN capite Quadrageſimæ omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſceperunt i pœnitentiam, ante fores eccleſiæ ſe repreſentent epiſcopo ciuitatis, ſacco k induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes. Ibi adeſſe debent decani, id eſt archipresbyteri l parochiarum, & presbyteri pœnitentium, qui eorum conuerſionem diligenter inſpicere debent, & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos † m gradus iniungere n. Poſt hæc eos in eccleſiam introducant †, & cum omni clero ſeptem pœnitentiales Pſalmos in terra proſtratus epiſcopus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantet: tunc reſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam o ſuper eos ſpargat, cinerẽ prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris ſuſpiriis denunciet eis, quòd ſicut Adam proiectus eſt de paradiſo, ita ipſi pro peccatis ab eccleſia abiiciuntur: poſt hæc iubeat miniſtris p, vt eos extra ianuas eccleſiæ expellant: clerus vero proſequatur eos cum reſponſorio [In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, &c.] vt videntes ſanctam eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam, atque commotam, non paruipendant pœnitentiam. In ſacra autem Domini cœna q rurſus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, eccleſiæ liminibus repreſententur r.

7 Burc.l.19. cap.26. Iuo. p.15.c.45.

† al. præfixos.

† al. introducat.

Geneſ.3.

a ¶ Ex eodem.] *Ex Agathenſi etiam Burchardus & Iuo, & Robaldus Cardinalis (qui tamen*

I*N capite.*] CASVS. Dicitur hic quòd volentes ſolenniter pœnitere, debent in capite Quadrageſimæ ſe cũ archipresbyteris & presbyteris ſuis epiſcopo ciuitatis ante fores eccleſiæ repreſentare in triſti habitu nudis pedibus: & eis in eccleſia introductis, epiſcopus ſeptem Pſalmos pœnitẽtiales decantet: deinde manum eis imponat, cineres & cilicium ſuper capita eorum ponat, eos aqua aſpergẽdo benedicta, demum expellatur de eccleſia, ſicut Adam fuit de paradiſo eiectus: & tot' clerus eos cum reſponſorio proſequatur, & in cœna Domini a ſuis archipresbyteris & presbyteris liminibus eccleſiæ præſententur.

i ¶ *Suſceperunt.*] Ergo alio tẽpore poteſt pœnitentia imponi a ſacerdote: & poſtea hæc ſolennitas fiat ab epiſcopo.

k ¶ *Sacco.*] ſicut fecit Achab. de pœ. diſt.3. §. ecce.

l ¶ *Archipresbyteri.*] vi ergo quod alius ſit decanus, alius archipresbyter. & ſic eſt contra 60. di. c.1. ſed ibi ponitur hæc dictio aut, ſubdiſiunctiue. Vel loquitur hic de rurali decano.

m ¶ *Per præfatos.*] in parte ca. quæ hic non eſt. ad hoc facit. 33. q. 2. latorum.

n ¶ *Iniungere.*] Arg. ꝙ epſ non põt iudicare de ſubditis ſuorum prælatorum, vt ext. de of. ord. cum eccleſiarum. Io. quod non eſt verum, " cum ſit iudex ordinarius omnium clericorum ſuæ diœceſis. ſed dicitur ibi quòd nõ debet epſ reuocare ſententias excõicationis iuſte latas ab eorum prælatis ſine eorum conſenſu. B.

" Epſ verũ ſit iudex omnium clericorum ſuæ diœceſis.

ADDITIO. De hoc no. 11. q. 3. qui reſiſtit. Argum.

o ¶ *Benedictam.*] vt per eam tollantur venialia peccata, vt de conſe. diſt.3. aquam. & diſt.4. nec quemquam.

p ¶ *Miniſtris.*] id eſt, oſtiariis, ad quorum hoc ſpectat officium, vt 21. diſt. cleros. & 25. diſt. perlectis.

q ¶ *Cœna.*] infra de conſec. diſt.2. in cœna.

r ¶ *Repreſententur.*] ita ſit quolibet anno d, vt tali die immittantur in eccleſiã: & licet ſtẽt in eccleſia, non tñ cõicabunt cũ aliis in euchariſtia vel oſculo: & ſic erũt vſq; ad octauã Paſchæ, & tũc iterũ exibunt de eccleſia, & erũt extra eccleſiam vſq; ad talẽ diẽ ſequẽtis anni: & hoc vſq; fiet ad finem pniæ. " & etiam ſi bñ pœnitet, ſecundo vel tertio anno poteſt ei reddi ingreſſus eccleſiæ, vt 12. q. 2. diſt. viro. & 33. q. 2. latorem. Quandoque etiam vſque in finem vitæ manebit extra

d Sed quare hæc fiant in die cœnæ dñi, not. de cõſ. di. 4. de pœnitẽtib. ibi videas i gl. ſed pone, &c.

" Pœnitentes ſolenniter quanto tpe debeat eſſe extra eccleſiam.

eccleſiam, vt 33. q. 2. admonere. & hæc intromiſsio fit à proprio ſacerdote, niſi ſolenniter debeat reconciliari eccleſiæ, ſcilicet finito tempore pœnitentiæ: vel etiamante ſi epiſcopo viſum fuerit expedire: hanc enim ſolus epiſcopus poteſt facere, vt 26. q. 6. c. 1. Item ſolennis pœnitentia non eſt imponenda, niſi pro crimine manifeſto & enormi, quod totam vrbem commouit. 26. q. 6. c. vlt.

HANC. CASVS. Dicit Grat. in hoc §. quòd nulli clericorum permittitur agere ſolennem pœnitentiam: & ideo huiuſmodi pœnitentes non admittuntur ad clerum.

C*Onfirmandu.*] CASVS. Dicit in hoc c. quòd ſi presbyter vel diaconus aliquid commiſerit propter quod debeat a miniſterio eccleſiæ remoueri: non tamen propter hoc eis ſolẽnis pœnitentia iniungatur, ſicut laicis conſueuit imponi. In fine dicitur, quòd rebaptizati ordinari non permittuntur.

a ¶ *Pœnitentibus.*] niſi ſit depoſitus: tunc poteſt ſolennem pœnitentiam facere. & ſic intelliguntur contraria de pœn. diſt. 6. ſacerdos ª. tamen publicam pœnitentiam poteſt facere ſacerdos, vt 28. diſt. presbyter. 30. diſt. ſi quis presbyter. & 81. diſt. ſi quis epiſcopus. & hoc pro publico crimine, non pro priuato.

b ¶ *Rebaptizati.*] ſcienter, vt infra de conſe. diſt. 4. qui bis. tamen in habitu clericali vel regulari ſemper erunt, vt de conſecra. diſt. 5. dictum.

I*Llud.*] CASVS. Quæſitum fuit an laici, qui ſolennem pœnitentiam egerunt, mundati à cõtagione peccatorum omnium valeãt promoueri? Et reſpondet Siricius Papa, quòd ſicut clericis nõ permittitur agere ſolennem pœnitentiam: ſic nullus laicorũ poſt ſolennem pœnitẽtiam poteſt promoueri, cum dudum fuerit vas vitiorum.

c ¶ *Par.*] id eſt, æquum.
d ¶ *Inſtrumenta.*] id eſt, ordines, vel vtenſilia.
e ¶ *Quia dudum.*] ſi ĩ. 61. diſt. in ſacerdotib. arg. contra. ĩ. eo. ferrũ. & 33. q. 2. admonere.

ADDITIO. Item argu. contra 23. quæſt. 6. vides. iuxta fin. vbi de hoc. Archid.

A*Lienum.*] CASVS. Quidam quæſiuit a Leone Papa, an presbytero vel diacono ſolennis pœnitentia ſit imponenda? Et reſpondet, quòd non: quia ſic eſt traditum ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis: Sed huiuſmodi lapſis ſecretus locus eſt requirendus, ſcilicet monaſterium, vbi ſi digne pœniteant, valeant ad ſtatum priſtinum reduci. Quod dicitur in ſequen. §. patet.

f ¶ *Alienum eſt.*] Hæc omnia capitula loquuntur de ſolenni pœnitentia.

g ¶ *Seceſsio.*] nec tamen credendum eſt ſtatim, quòd cauſa pœnitentiæ ſit in monaſterio. nam quandoque boni viri ingrediuntur monaſterium: quia meritum augere deſiderant. 17. q. 2. ſunt qui dicunt.

1 Bur. l. 19. c. 71. Iuo p. 15. c. 85. Capit. 5. c. 66.
† *al. confirmatum*] Ori.
a Et hoc cõtingit qñ ſcãdalũ qđ ſubditis immineret. ar. ĩ. c. ª his vero. 61. diſ. in ſacerdotib.] Io. de Fan.
2 Anſel. l. 7. c. 20. Burc. l. 19. c. 49. Iuo part. 6. c. 54. & p. 15. c. 65.
† *al.* 92.
3 Polyc. l. 4. tit. 39. Burch. l. 19. c. 71. Iuo p. 6. c. 67.

pore Paſchalis Pontif. claruit) in libro ſuo de pœnitentia publice non iteranda. In uno tamen manuſcripto Burchardi exemplari citatur ex pœnitentiali Romano. Sententia uero huius c. magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano à pag. 24. vſque ad 30.

ь ¶ Et presbyteri.] *Apud Burchardum legitur,* id eſt presbyteri.

¶ *Hanc pœnitentiam nulli vnquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiuſmodi pœnitentes ad clerum admitti prohibentur.*

Vnde in Carthaginenſi concilio, 5. c. 11. ſtatutum eſt.

¶ Clericis non imponatur manus, tanquam pœnitentibus. C. LXV.

¹ CONfirmandum † eſt, vt ſi quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri: non eis manus tanquam pœnitentibus ª, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque vmquam permittendum, vt rebaptizati ᵇ ad clericatus gradum promoueantur.

Vnde Siricius Papa Hymerio, epiſtol. 1. cap. 14.

¶ Nec clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti ad clericatum accedere permittitur. C. LXVI.

² ILlud quoq; nos par ᶜ fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & poſt pœnitudinem, ac reconciliationem nulli vmquam laico liceat honoré clericatus adipiſci: quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum ſacramentorum inſtrumenta ᵈ ſuſcipere, qui dudum ᵉ fuerunt vaſa vitiorum.

Item Leo Papa Ruſtico Narbonenſi, epiſt. 90. † cap. 2.

¶ Presbyteris, & diaconis tanquam pœnitentibus non debent manus imponi. C. LXVII.

³ ALienum eſt ᶠ à conſuetudine eccleſiaſtica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint conſecrati, ij pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi: quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundum quòd ſcriptum eſt: [Sacerdos ª ſi peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiuſmodi lapſis ad promouendum miſericordiam Dei priuata eſt expetenda ſeceſſio ᵍ ᵝ: vbi illis ſatiſfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

ª ¶ Sacerdos.] *Vulgò ſæpe indicatur in margine locus iſte ex 1. Reg. c. 2. ut infra de pœn. diſt. 3. c. ſi ſacerdos. cum tamen in eo ſcripturæ loco in uulgata legatur,* ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? *Verum B. etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione, talem ſententiam elicit,* Quis ei interceſſor remanet cum ille ſe tranſgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus eſt?

ᵝ ¶ Seceſsio.] *Sic emendatum eſt ex antiquis codicibus, & epiſtola ipſa: & hanc lectionem habuit auctor gloſſæ, quod ex manuſcriptis gloſſis conſtat: ideo rea & in ea emendandum. Antea legebatur,* eſt expetenda ſucceſsio.

Probantur etiam auctoritate Toletani concilij primi, huiuſcemodi pœnitentes ad clerum non admittendos: in quo, cap. 2. ſic ſtatutum eſt.

¶ Cauſa neceſsitatis ad clerum pœnitentes admittantur. C. LXVIII.

⁴ PLacuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantum ſit neceſſitas, vt vſus ʰ exegerit: & tunc inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt Euangelia, aut epiſtolam ⁱ † non legant. ¶ Si qui autem ante ordinati ſunt diacones: inter ſubdiacones habeantur, ita vt manum non imponant ᵏ, nec ſacra contingant. Eum † vero pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſque peccatis publicam pœnitentiam gerens ſub cilicio † diuino fuerit reconciliatus altario.

7 *Apoſtatæ* ˡ *quoque ad clericatus officium admitti non debent.*

Vnde in concilio Arelatenſi, 2. c. 25.

¶ Ad clericatus officium non admittantur apoſtatæ. C. LXIX.

⁵ HI, qui poſt ſanctam religionis profeſſionẽ apoſtatant, & ad ſæcularem ᵐ † redeunt conuerſationem, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, ſine pœnitentia communionem penitus nõ accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officiũ non admitti. Et quicumque ille ſit, poſt pœnitentiam ſæcularem ⁿ habitum accipere nõ præſumat. Quòd ſi præſumpſerit, ab eccleſia ᵒ alienus habeatur.

P*Lacuit.*] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt ſolenniter pœnitentes non promoueantur, ſi tamen neceſsitas, vel vtilitas exegerit, ad minores ordines poterunt promoueri, ita quòd ad maiores non promoueantur, in quibus epiſtolam, vel Euangelium legere poſſunt: ſi qui tamen coram promoti fuerint in diacones, inter ſubdiacones religantur: ita tamen, quòd manum altari nõ imponant, nec ſacra contingant. Item cum dubitaretur quis eſſet ſolenniter pœnitens, reſponſum fuit in concilio, vt ſolẽniter pœnitens diceretur, qui poſt baptiſma pro homicidio, vel pro alio graui crimine publicam gerens pœnitentiam ſub cilicio diuino altari fuerit reconciliatus. Quod ſequitur in § patet.

h ¶ *Aut vſus.*] id eſt, vtilitas: hæc enim inducunt diſpenſationem. 1. q. 7. tali. vel vſus, id eſt, conſuetudo. Sic eſt argum.ᵃ quòd conſuetudo attenditur circa ordinandos, vt dixi 12. diſt. nos conſuetudinem.

i ¶ *Epiſtolam.*] arg.ᵇ q difficilius diſpenſatur cum pœnitente, quam cum bigamo ᵇ, vt 34. diſt. lector.

k ¶ *Non imponant.*] id eſt, non miniſtrent in officio ſubdiaconatus, ſed tantum nomen habeant: & habeant locum ſubdiaconorum in choro & in cibo. Et eſt ſim. 15. q. 8. qui admiſit. & c. ſi quis presbyter.

APOSTATÆ. Hæc eſt ſeptima pars huius diſt. in qua tractat de apoſtatis. Io. de Fant.

l ¶ *Apoſtatæ.*] ᶜ Apoſtatæ dicuntur retro abeuntes à fide, religione, vel clericatu. 26. q. vlt. non obſeruetis. Ioan.

H*I qui.*] CASVS. Quidã clerici relicto clericali habitu ad ſæculum redierunt, quare quæſitum fuit in concilio Arelatenſi, an debeant admitti ad communionem corporis Chriſti? Et reſpondet, quòd non, niſi reſipiſcant, nec etiam ad clericatus officium admittãtur. Poſt pœnitentiam vero habitum ſæcularem non aſſumant: quod ſi fecerint, excommunicentur.

m ¶ *Ad ſæcularem.*] quod fieri non licet: quia qui ſemel habuit tonſuram clericalem, ſemper vtetur ea, vt 32. diſtinct. ſi qui clerici. 20. quæſt. 3. eos. Ioan.ᵈ Hoc tene pro certo, quòd in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt contrahere, & ad ſæculum redire, nec tunc debet ferre tonſuram: nec apoſtata iudicatur, vt extra de cler. coniug. Ioannes. Si autem retinendo eccleſiam dimitteret tonſuram & habitum, vel religioſus religionemᵉ ſuam, apoſtata iudicatur, vt extra de apoſt. c. 1. & vlt.

n ¶ *Sæcularem.*] quidquid interim acquiſierint, cedet monaſterio, 18. quæſt. 2. abbates. & C. de epiſcopis & clericis. l. vltim. §. hoc etiam.

o ¶ *Ab eccleſia.*] vt ſupra ead. diſt. ſi quis poſt remiſsionem.

ᵃ Cõſuetudo attenditur qñque circa ordinandos.
ᵇ Diſpenſatur cũ bigamo facilius quam cum pœnitente.
b Et Laud. hoc ñ eſt verum. ſed eſt arg. q magis eſt diſpẽſandũ. Sȝ dictũ hoc ẽ verius ĩ quo cõſentit Io. de F.
4 1 cap. Martin. Bra. c. 23. Pol. l. 2. ti. 31. Burc. l. 2. c. 37. Anſ. l. 7. c. 31. Iuo p. 6. c. 138. Pan. l. 3. c. 61.
† *al. Apoſtolum*] Orig.
ᶜ Apoſtatæ qui dñr.
† *Ex pœnitentem*] in capitul. Martin. Brach.
† *a'. concilio.*
5 Rab. pœn. c. 33. Burc. l. 19. c. 67. Iuo p. 15. c. 81.
† *ſæculum redeunt.*] Ori.
ᵈ tonſuram ferre ñ tenetur, q in minoria. contrahit.
ᵉ Sub. dimittat: quod intellige, vt dixi ſupra §. prox. Arc.

Ecce.]

ECce] CASVS. Supra oſtenſum eſt, quòd crimino ſi & ſolenniter pœnitentes promoueri non poſſunt. In hac vero 51. diſt. oſtendit Gratianus. quòd curiales, & armata militia vtentes, & aduocati promoueri non poſſunt. quod probat c. ſeq.

a ¶ *Adiecit quoque.*] Triplex aſsignatur ratio quare officiati ſiue curiales non promouentur. Vna eſt ratio, quia frequenter cõtrahunt irregularitatem ex officio ſuo, vt j. c. 1. & 2. Secunda, quia multum moleſtatur eccleſia, cũ tales repetuntur, vt infra c. 2. & 3. Tertia ratio, quia præſumitur cõtra eos, quod non cauſa religionis ordinentur, ſed vt fugiant ratiocinia. 53. diſt. legẽ [a]. Quidam addunt duas alias rationes, ſ. quod eccleſia triſtatur de eis cum repetũtur, de quib. gaudere dẽret. Itẽ propter voluptates, quas forte habuerũt in ſuis officiis, vt infra ca. præterea. " Dĩr aũt large curiales omnes qui aliquo modo ſunt obligati curiæ, ſiue milites, ſiue aduocati forenſes, ſiue iudices, ſiue officiati, ſiue hiſtriões [b]. ſed iſti prohibentur a promotione, vt ſequitur. nullus ergo oficialis promoueatur, niſi prius abſolutus a curia, poſtea ſic, dum tamen ſæua non exercuerit, nec effuderit ſanguinẽ humanum, nec turpia & inhoneſta facta fecerit, vt hiſtriones. De iudicibus autem & aduocatis eſt dicendum, quòd ſi tantum interfuerunt ciuilibus cauſis non repelluntur, vt 61. diſt. Oſius. & hoc eſt verum, ſi poſt baptiſma huiuſmodi officium exercuerunt: ſecus ſi ante, vt infra ea. c. ſi quis. Baz. tamen dicit, quod ſi ante baptiſmum aliquis ex officio occidit homine, talis poſt baptiſmum non pt promoueri: quia baptiſmus tñ crimina tollit, vt 26. di. deinde. & c. vna. B. dicit, quòd poteſt: quia non debet eſſe melioris conditionis peccans, quam non peccans. ad hoc facit ff. quod vi, aut clam, l. Seruius.

DISTINCTIO LI.

ECce, quòd crimino ſi, vel non pœnitentes, vel publicam pœnitentiam agentes: à ſacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque [a] ſancta mater eccleſia, vt curiales, aut poſt baptiſma militantes, aut in foro decertantes à ſacris prohibeantur ordinibus.

Vnde ait Innocentius Papa epiſcopis in Toletana ſynodo conſtitutis, epiſtola 24. c. 2.

¶ Poſt baptiſmum militantes, vel in foro decertantes, à ſacris prohibentur ordinibus. C. I.

ALiquãtos † ex his, qui poſt [b] acceptam baptiſmi gratiam in forenſi exercitatione [c] verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, accitos ad ſacerdotium [d] eſſe comperimus, à quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia [e], qui cum poteſtatibus obedierunt, ſæua † neceſſario præcepta ſunt executi: aliquantos ex curialibus [f], qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates [g], & editiones [h] populo celebrarunt, ad honorem ſummi ſacerdotij perueniſſe: quorum omnium neminem, ne ad ſocietatem quidem ordinis clericorum oportuerat perueniſſe. Quæ ſi ſingula diſcutienda [i] mandemus, non modicos motus, aut ſcandala Hiſpanienſibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus: idcirco remittenda [k] potius hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vſurpationi ſaltem nunc finis neceſſarius imponatur: eo videlicet conſtituto, vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur.

Idem Felici epiſcopo Nuceriano, epiſtol. 4. cap. 3.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non poſſunt peruenire. C. II.

DEſignata ſunt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire non poſſunt, id eſt ſi quis fidelis [l] militauerit, ſi quis fidelis cauſas egerit, hoc eſt poſtulauerit, ſi quis fidelis adminiſtrauerit [m]. De curialibus autem manifeſta ratio eſt, quoniam etſi inueniantur huiuſmodi viri, qui debeant [n] clerici fieri: tamen quoniam ſæpius à curia † repetuntur, cauendum ab his eſt propter tribulationem, quæ ſæpe [o] de his eccleſiæ prouenit.

Idem Victricio epiſcopo Rothomagenſi, epiſt. 2. c. 11.

¶ Non admittantur curiales ad clericale officium. C. III.

PRætere a frequenter quidam ex fratribus noſtris, curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus [p] occupatos, clericos facere

ALiquatos.] CASVS. Quatuor genera hominum notantur in hoc c. ſc. aduocati, milites, curiales, i. officiales, & hiſtriones, qui poſtquam exercuerunt officia ſua, ſunt in ſacerdotes ordinati ab epiſcopis Hiſpaniæ. Quidam etiam ex eis qui hiſtriones fuerant, facti ſunt epiſcopi. Scribit ergo Innocentius Papa cuidam archiepiſcopo. & dicit quòd tales non debuerunt promoueri: ſed propter ſcandalum quod inde fieret in prouinciis Hiſpanorum, patienter tolerat eos. Veruntamen prohibet ne decetero tale fiat, & ſi contra factum fuerit, ordinati cum ſuis ordinatoribus deponentur.

b ¶ *Qui poſt.*] Hoc ideo dicit, quia quæcumque peccata quis fecerit ante baptiſmum, non imputantur ei poſtea, vt infra ea. ſi quis poſt. & ſupra diſt. prox. ſi quis viduam. & c. placuit. & 26. diſt. vnius.

c ¶ *Exercitatione.*] vt aduocati.

d ¶ *Ad ſacerdotium.*] " Quicumque fuit accuſator, aut aduocatus, aut iudex, aut teſtis, vel etiam notarius in cauſa ſanguinis, non poteſt promoueri, vt ſupra diſt. prox. ſi quis viduam, nam cõſtat, quod [c] clericus non poteſt eſſe accuſator in cauſa ſanguinis, vt 2. q. 7. ſicut. & c. ſacerdotes [d]. nec iudex. 23. q. vlt. his a quib. nec teſtis. 11. q. 1. teſtimonium. nec notarius. 23. q. 4. illud. & in extrauag. ne cle. vel mo. ſententiam. Baz. tamen intelligit hoc de aduocato accuſatoris. nam cuilibet licitum eſt defendere reum. 23. q. 5. reos. & C. de epiſc. aud. addictos. Et ſi obiiciatur ei, nonne ſi accuſator deficit, punitur pœna talionis? & ſic videtur hoc imponendum aduocato qui obtinendi pertinaciam ſuſcepit? Sed ipſe reſpondet, quia ad hoc non egit aduocatus, vt accuſator puniatur, ſed vt reus abſolueretur [e]. Item quia alio iudicio agendum eſt de calumnia accuſatoris, & dicit clericum appellare poſſe pro conuicto in cauſa ſanguinis: quia ibi quilibet auditur appellans, vt ff. de app. non tantum. & ſic cauſam appellationis poteſt exercere. Prior opinio eſt magis tuta. vt nec pro accuſatore, nec pro reo poſsit clericus aduocare [f]. nec obſtat 23. q. 5. reos. quia ibi nõ dicitur, quòd aliquis poſsit patrocinari pro damnatis, ſed poſſumus intercedere pro eis. licet enim aduocatus rei non intendat ad hoc, quòd accuſator puniatur: tamen per quamdam conſequentiam tendit ad hoc, vt 15. q. 1. merito. & arg. 1. q. 1. ſi quis obiecerit. ad idem arg. opti. ſupra diſt. prox. clericum.

e ¶ *Ex militia.*] id eſt, milites.

f ¶ *Ex curialibus.*] id eſt, officiatis.

g ¶ *Voluptates.*] id eſt, ludibria, quibus voluptatibus excitabantur homines.

h ¶ *Et editiones.*] quæ narrabantur voluptatis cauſa, ſcilicet ea quæ edita erant ab hominibus: ſcilicet turpes fabulas, vel cantus.

i ¶ *Diſcutienda.*] id eſt, corrigenda.

k ¶ *Remittenda.*] argu. " ratione ſcandali aliquid tolerari. ſic 5. di. 4. denique. 28. diſt. de Syracuſanæ, & no. 44. diſt. comeſſationes [g]. Item quod aliquid prohibetur fieri, factum tamen toleratur [h]. 7. q. 1. eps in diœceſi. 5. diſt. prox. quicumque. Io.

DEſignata.] CASVS. Quærebatur vtrũ illi qui ſæua exercuerunt iudiciis obtemperando, poſsint promoueri? Et reſpondet Innocentius, Si hoc fecerunt poſtquam fideles ſunt facti, promoueri non poſſunt. Idem dicit de curialibus, quorum quidam etſi de iure promoueri poſsint tamen quia eccleſiæ tribulationẽ ſuſtinent, cum a curia repetuntur, promoueri non debent.

l ¶ *Fidelis.*] id eſt, poſt baptiſmum.

m ¶ *Adminiſtrauerit.*] curiæ in ſæuis actibus.

n ¶ *Qui debeant.*] ex merito vitæ. Et eſt argum. hic, quòd ſi aliquid eſt pro me, & aliud contra me, magis nocet mihi, quod eſt contra me, quam proſit id quod eſt pro me, ſic 56. diſt. Iſmael. & ff. quib. ad lib. procl. non lic. l. vlt. [i] & ext. de of. dele. ſuper quæſtionum §. ſi vero. in fi. arg. contra. ff. de iu. fiſ. non intelligitur. §. 1. & ext. de ſen. & re iu. cauſam. in fi. Sol. primum regulare propter promptitudinem ad malum. 12. q. 1. omnes. alia caſualia propter reſtrictionem doli mali. ext. de do. & cont. tinem. & quia non eſt delegatus a principe.

o ¶ *Sæpe.*] Arg. aliquid ſtatui propter cautelam futurorum, vt 27. diſt. de Syracuſanæ. 54. diſt. generalis. 23. diſt. in nomine Domini.

PRæterea.] CASVS. Quidam volebant promouere curiales. conſultus fuit Papa ſuper hoc a quodam archiepiſcopo: ſ. an poſſent promoueri? Et reſpondet quòd non, propter tres rationes. Prima eſt: quia maiorem triſtitiam habet eccleſia de eis reuocandis, quam habuit gaudium de aduentu eorum. Nam Imperator præſens quandoque iniitit ſupradicto archiepiſcopo præſente, vt tales in minoribus non ſolum ordinibus ordinati, ſed etiam ad ſacerdotium promoti reducerentur. Secunda ratio eſt: quia tales in ſuis officiis voluptates turpes exercuerunt. Tertia ratio eſt: quia præfuerunt, vel interfuerunt apparitoribus & ludis mimorum.

p ¶ *Functionibus.*] id eſt, officiis, & intelligitur de his, qui alicui officio obligati ſunt, vt tutores & curatores vel procuratores, qui finito officio ſuo licite promouentur, vt ext. de obl. ad rat. c. vnico. Nam qui ex adminiſtratione aliqua eſt obligatus reipublicæ, non poteſt prouehi ad honores, vt ff. de mu. & hon. reſcripto. § debitores. ſecus ſi obligatus eſt pro aliquo debito, vt ibi dĩ, & C. de epiſ. & cler. quiſquis emerſis. " Sed quid ſi aliquis eſt obligatus ad ſcribendum aliquid, forte iuramento: numquid talis poteſt conuerti in monaſterium? Dicit Hug. quòd ſic: nec fit iniuria illi cui ſeruire tenetur: quia inſtinctu ſpiritus ſancti fit. ſic 14. q. 5. dixit. arg. pro eo ext. de vot. ſcripturæ. & ext. de conuer. coniu. ex publico. & c. vlt. & 33. q. 2. c. admonere. 19. q. 2. duæ. ſicut ſoluitur ingratitudo religionis ingreſſu, vt 19. q. 3. c. 1. Sed econtra videtur, quod etiam mortuus debitor non poteſt ſepeliri inuito creditore, niſi ſatisfaciat ei, vt extr. de ap. qua fronte. Satis videtur quod poſsit intrare: & quod monaſterium non in amplius tenetur, quàm ad ipſum peruenerit, niſi poſtea ratione ſui ad

a Adde quod obligat ad ratiocinia, nullatenus pt promoueri. not. i. Lof. ſiciales. C. de epi. & cle.

† *Quantos enim*] Orig. & per interrogationẽ.

" Curiales qui dicuntur.

† *ſæua*] ori.

a Sub. ſiue quodcumq; officiũ hñtes honeſtũ vel inhoneſtũ. Quiq; vero ſtricte dĩr curiales, qui honeſta curiæ officia procurant vt decuriones. Quãdoque ſtricti' dĩr curiales illi qui erãt officiales i cã ſanguinis, à cruore dicti ſecũdũ Lau.

" Cã ſanguinis multos impedit promoueri.

c Al. vt 2. q. 7 ſicut ſacerdotes. nec iudex, & c. alias, vt 2. q. 7. ſi quis. & c. ſacerdotes.

d 11. q. 1. clericũ nullus.

e præterea ad uocat', nec agit, nec accuſat, vt ff. de bo. li. cũ mator, §. pe.

f Adde ad hoc text. in c. 1. & ibi Io. An. de poſt. & in c. ſententiam. ne cle. vel mo.

" Scandali rõne aliqua tolerantur.

1 Polyc. l. 2. tit. 31. Anſ. l. 7. c. 10. Iuo p. 6. c. 95.

g Concord. text. in l. ſi oleum. ff. de do. & in l. æquiſsimũ. ff. de vſufr.

h Ad hoc 45 diſt. de Iudæis. Hug.

† al. ad curiam.

2 Iuo par. 3. c. 349.

i Ad idẽ ff ad Syl. ſi qs in graui. & ita quod nocet præualet. vt ibi pt dici quod valet præualet. ff. de ſena. emãc i patũ. §. vlt. ſecũdũ Lau.

" obligatus ad aliquid faciẽdũ, nõ impedit ingredi monaſterium.

ſui ad pinguiorem fortunam perueniat per ſucceſsionem aliquam, vt 19. q. vlt. ſi qua [a]. Vel dic quòd in monaſterio exiſtens poteſt exequi tale officium, dum tamen non negligat diuinum obſequium, vt 91. diſt. clericus.

a ¶ *Muneribus.*] id eſt, officiis munerum mimorum.

promouendum epiſcopum. " Secundo dicit quod epiſcopus ad minus a tribus epiſcopis eſt conſecrandus ibi, *vbi metropolitano placuerit.* Metropolitanus autem eſt conſecrandus in ciuitate metropoli a ſuis ſuffraganeis.

i ¶ *Infam. a.*] etiam de facto, vt dixi 2. q. 7. c. ipſi Apoſtoli.

contendunt, quibus poſtea maior triſtitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia naſcitur de accito †. ¶ Conſtat enim eos in ipſis muneribus [a] † etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe non dubium eſt, & ludorum, & † mimorum apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certe in exemplum ſolicitudo, & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus Imperatore præſente, cum pro his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti: quibus †, non ſolum inferiores, clerici ex curialibus, verum etiam in ſacerdotio conſtituti ingens moleſtia, vt redderentur, inſtabat [b].

Item ex concilio Toletano. 1. c. 8.

¶ Non promoueatur ad diaconatũ, qui poſt baptiſmum ad fidelem necandum accinctus fuerit. C. IIII.

SI quis [c] poſt baptiſmum militauerit [d], & clamydem ſumpſerit, aut cingulum [e] ad necandos ✶ fideles, etiam ſi grauia non admiſerit, ſi ad clerum [f] admiſſus fuerit [g], diaconi non accipiat dignitatem.

✶ ¶ Ad necandos fideles.] *Verba hæc non ſunt in codice Lucenſi Regio.*

Item ex concilio Toletano, 4. c. 18.

¶ A quibus debet eſſe immunis, qui in epiſcopum ordinatur. C. V.

QVi in aliquo [h] crimine detecti ſunt, qui infamiæ [i] nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturali defectu membrorum, aut deciſione ✶ aliquid minus habere noſcuntur, qui ſecundæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas [k], aut fornicarias ß habuerunt, qui ſeruili conditioni obnoxij ſunt, qui ignoti ſunt, qui neophyti, vel laici [l] ſunt, qui ſæculari militiæ dediti ſunt, qui curiæ nexibus obligati ſunt, qui inſcij litterarum ſunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus eccleſiaſticos non aſcenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus [m] in ſacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſiuit. Quicumque ergo deinceps ad ordinẽ ſacerdotij poſtulatus, & in his, quæ prædicta ſunt, exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit, & ex immunatus, probabili vita, & doctrina extiterit: tunc ſecundum ſynodalia, vel decretalia conſtituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuerſis comprouincialibus epiſcopis, aut certe à tribus, in ſacerdotem die Dominica [n] conſecrabitur, conniuentibus ceteris, qui abſentes ſunt, litteris ſuis, & magis auctoritate, vel præſentia eius, qui eſt in metropoli conſtitutus. Epiſcopus autem comprouincialis ibi conſecrandus eſt, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non niſi in ciuitate metropoli [o], † comprouincialibus ibidem conuenientibus [p]. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradum ſacerdotij indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.

✶ ¶ Aut deciſione aliquid.] *Addita hæc ſunt ex conciliis olim Coloniæ ac Lutetiæ tranſcriptis. In nouiſſima vero Colonienſi editione legitur*, vel defectione, *pro*, vel deſectione.

ß ¶ Aut fornicarias.] *In codice Lucenſi Regio legitur* ad fornicationes: *quod uidetur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis. ut ſupra diſt. 34. c. ſi qui. eſt annotatum.*

DISTINCTIO LII.

1 Q*Vi vero prætermiſſis aliquibus gradibus non ſuperbia, ſed negligentia ad maiorem aſcenderit, tamdiu à maioribus abſtineat, quouſque congruo tempore prætermiſſos accipiat.*

b ¶ *Inſtabat.*] tamen facti ſacerdotes non reſtituuntur. 54. diſt. ex antiquis.

SI quis poſt.] CASVS. Aliquis ex precepto vel auctoritate maioris poſt baptiſma cingulum militare accepit ad vexandum fideles, & necauit: quæſitum fuit in concilio Toletano, an poſsit promoueri. Et reſpondet quòd de iure promoueri nõ poteſt: & ſi non peccauerit, & diſpenſatiue ad minores ordines fuerit promotus: diaconus tamen fieri non poteſt. Vel aliter. Aliquis accinxit gladium ad necandum fideles: non interfecit tamen, ſed per eum non ſtetit: quæritur vtrum poſsit promoueri? & reſpõdet quòd non, niſi diſpenſatiue in minoribus ordinibus: ita quòd diaconus non fiat.

c ¶ *Si quis.*] Pone caſum infra de pœ. diſt. 1. ſi quis cum telo. Alij ponunt caſum de officiali.

d ¶ *Militauerit.*] " milites (vt videtur) non poſſunt promoueri ſine licentia Papæ. 19. q. 3. monaſteriis. ſed intelligo illud de his qui irregularitatem contraxerunt [b]. vnde non concedo quòd hoc ſolum impediat promotionem, quòd gladium aſſumpſit & militiam, niſi ſæua facta exercuit, vt infra 53. diſt. legem. ſi vero ſæpe interfuit bellis, & per eum non ſtat quin occidat aliquem: licet non occidat, tamen propter ambiguum duplicitatis admitterem talem ad clerum ar. 23. q. 5. excommunicatorum.

e ¶ *Aut cingulum.*] id eſt, characterem militarem, vt 1. q. 1. quod quidam. in fi.

f ¶ *Si ad clerum.*] id eſt, ſubdiaconatum.

g ¶ *Admiſſus fuerit.*] ex diſpenſatione.

QVi in aliquo.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte aſsignantur 26. impedimenta quæ repellunt ab epiſcopatu, vel archiepiſcopatu, vel etiam ab alia dignitate. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Sed nec ille.* dicitur quòd epiſcopus debet eligi a clero & a populo ciuitatis auctoritate metropolitani: qui poſtea legitime examinatus ab omnibus epiſcopis de prouincia, vel a tribus de conſenſu aliorum, die Dominica conſecretur auctoritate metropolitani: & vbi ipſe elegerit. Metropolitanus vero in ciuitate metropolitana ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſecrabitur. Et ſi ordinati vel ordinatores contra hoc egerint, honoris ſui periculo ſubiacebunt.

h ¶ *Qui in aliquo.*] Primo ponit xxvj. impedimenta quæ impediunt

k ¶ *Qui concubinas.*] " Ex hoc videtur quod epiſcopus ipſo facto non diſpenſet [c]. ſi enim ipſo facto diſpenſaret, quare hic puniret promouens concubinariũ, cum tamen cum ipſo poſsit diſpenſare ipſo facto? vt extra de iud. at ſi clerici. & facit ad hoc 81. diſt. ſi qui. & extra de ſchiſmat. fraternitatis. & extra de preb. referente. Item ſecundum hoc epiſcopus ſemper diceret ſe diſpenſaſſe, vt ſic non puniretur. Quod autem ipſo facto diſpenſet, probatur extra de fil. presby. vt iens. & 28. diſt. diaconi. & extra qui matr. acc. non poſſ. per tuas. 54. diſtin. ſi ſeruus. & extra de reſt. ſpol. litteras. §. opinioni. vbi habes quod eccleſia mandando vel diſsimulando diſpenſat. Et hoc credo quòd circa notum ſolum facto diſpenſat, ſed non circa ignotum: quia noti examinatione nõ egent, vt 47. diſtin. de Petro. Conſulto tamen quòd teſtes vel litteras habeant ſuper diſpenſatione facta ſibi. Vel dic quòd hic redarguuntur illi qui ex contemptu ordinant aliquos non examinando eos, vt 81. diſtin. dictum. & c. quicumque. & tantum indiſcreta diſpenſatio redarguitur hic, & in omnibus ſimilib. ext. de præb. de multa.

l ¶ *Laic.*] non enim repente de laico fiet epiſcopus. 61. diſt. c. 1. & 2.

m ¶ *Qui à deceſſoribus.*] niſi in hoc Papa diſpenſauerit, vt 7. q. 1. petiiſti.

n ¶ *Dominica.*] hora tertia. 75. diſtin. quòd die.

o ¶ *Metropoli.*] " in propria ciuitate cõſecrandus eſt metropolitanus, vt hic, & 63. diſt. metropolitano.

p ¶ *Conuenientibus.*] " Hic habes quòd metropolitanus conſecrandus eſt a ſuffraganeis, vt 66. diſt. c. 1. extra de temp. ord. ſi archiepiſcopus. & in authen. de eccle. tit. §. 1. coll. 9. Arg. contra. 24. q. 1. pudenda. vbi dicitur, quòd a Papa ſit conſecrandus. ſed primum eſt de iure: Papa tamen iam præſcripſit contra ius illud.

QVi uero.] CASVS. Supra in prox. capitulo dicitur, quòd qui per gradus eccleſiaſticos non aſcenderunt, non debent eſſe epiſcopi. cuius verbi occaſione ſupponitur hic 52. diſt. in qua oſtenditur quod ſi quis prætermiſſo ordine minori aſcenderit ad maiores non ſuperbia, ſed negligentia: abſtinere debet a maioribus donec prætermiſſum ordinem ſuſcipiat: quod probatur ſeq. c.

a Sub. vel aliquos libros ſcripſit. quod tamen intelligo deductis expenſis eiuſdem. 16. q. 6. de lapſis. ff. de ceſ. bon. his q bonis. ſecundũ Lau.

† al. adſcitis.
† al. manus.
† al. vel munerum.
† al. ex quibus] Orig.

" Milites an promoueri poſſunt.

b Et in hoc caſu loquitur hoc c. ſi quis. vt not. ſ. 21. q. 3. præſens. in gl. ar. q. &c.

" Epiſcopi & archiepi a quot ſunt conſecrandi.

" Concubinariũ promouens an vt cum ipſo diſpenſare.

c Ad hoc efficax ar. ext. de fil. præsb. ex tua. iuxta fi. vbi dicit cum aliquibus clericis diſpenſari, &c. ergo a cõtrario cũ quib. diſpenſatũ nõ eſt, poſsũt procedi. e iudices illi ſecundum quæ eis datũ eſt in mãdatis. ext. de reſc. ſi qñ. & ca. cũ dilecta. ſecũdum Hug.

† al. à

" Metropolitanus in propria ciuitate eſt conſecrandus.

" Archiepiſcopus à quibus eſt conſecrandus.

Solicitudo.] CASVS. Quidam clericus ordine ſubdiaconatus prætermiſſo, negligentia potius quam contemptu factus eſt diaconus & presbyter. quare quæſiuit Cõſtantien. epiſcopus an poſſet in officio diaconi vel presbyteri miniſtrare? Et reſp. Alc. Tandiu ceſſet ab officio ſacerdotali, donec in proximo quatuor temporum ieiunio recipiat ſubdiaconatum.

a ¶ *Subdiaconatus.*] "Videtur ergo quod aliquis promoueatur in ſacerdotem qui nullum habuit ordinem, vt laicus qui fit ſacerdos ſecundum Hug. ſed huic ob. 40. di. ſicut.[a] & extr. de presb. nõ bap. veniens. Sed contra ext. de cle. per ſal. pro. no. c. vnico. epiſcopus autem non pot eſſe niſi fuiſſet ſacerdos[b], vt extr. de exceſ. prælat ex litteris. in fin.[a] hoc dixi. 40. diſt. ſicut. Si vero non baptizatur promoueretur vel chriſmaretur, nullum reciperet ſacramentũ: quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorum, vt 32. diſ. §. verum. niſi enim poſitum ſit fundamentum, nihil poteſt ſuper ædificari, vt 1. q. 1. cum Paulus. Et eſt ar. quod præpoſteratio facti nõ vitiat factum. Ar. contra. 7. q. 1. nihil. 23. di. quorumdam. de conſe. diſ. 4. omnis. Ioa. Sol. dicas quod laicus recipit ordinem ſacerdotij, & etiam epiſcopatus[c]: quia character imprimitur, ſi conferretur in forma eccleſiæ ab eo qui poteſtatem habet, vt ext. de cle. per ſal. pro mo. ca. 1. & hoc dummodo ſit baptizatus, nec decre. illa, ex litteris, in aliquo contradicit B.

Vnde Alexander ſecundus ſcribit Grimaldo† Conſtantinenſi† epiſcopo.

¶ De eo qui ſubdiaconatus ordine poſtpoſito, diaconus & presbyter eſt ordinatus. C. I.

Solicitudo dilectionis tuæ ſtuduit conſulere vtrum portitor iſtarum litterarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus ſit peragere, nec ne, cum ad id præpoſtero† curſu, ſubdiaconatus[a] ordine poſtpoſito, negligentia potius, quam ſuperbia cognoſcatur aſcendiſſe. Vnde nos conſulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio ſacerdotali eum prohibeas, donec proximo quattuor temporum ieiunio ſubdiaconatus miniſterium ſibi rite impoſitas, & ſic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

¶ *In libro vetuſtiſſimo eſt et hoc ca. tituli eiuſdem. Alexandri ad Geneuenſem (?) epiſcopum: cui hoc idem conſilium dat. Rainaldo Conſtantienſi epiſcopo ſe dediſſe narrat.*

Side notes: ¹ Sacerdos quis non efficitur ſine aliis ordinibus. † al. Rainaldo, al. Ramundo. † al. Conſtantienſi. 1 Iuo par. 6. c. 409. † al. præpropero. a Vbi cõtrario ſtandum eſt, ſecundũ Hug. b Idẽ ſentit Hug. & Lau. à diſt. 51. de ſignata. c Si intelligas quod primo recipiat ſacerdotiũ, & poſt epatũ, verum dicit. Aliàs falſũ eſt: quia nec in epiſcopatu imprimitur character, ſecundũ quoſdã: ſi alij cõtra, arg. extr. de ren. poſt tranſlationem. §. vltim. vbi de hoc ext. de ord ab epiſ. qui re. epic. 2. Arch. § Iuo p. 10. c. 124.

DISTINCTIO LIII.

Vriales[b] autem, vt ſupra ſcriptum eſt, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab eccleſijs repetuntur, plurima incommoda eccleſiæ conſequuntur: vel quia iidem curiales non voto religionis, ſed vt officiorum ſuorum ratiocinia fugiant, ad eccleſiam ſe transferunt.

Vriales autem.] CASVS. Aſſignatis ſupra quattuor rationibus in 51. diſtinct. in capit. deſignata. & in capit. præterea. & in c. 1. quare curiales a promotione repelluntur: ſubiungit 53. d. in qua aſſignat quintam rationem, quia ſ. non voto religionis fiunt eccleſiaſtici, ſed vt officiorum ſuorum ratiocinia fugiant. & hoc probatur ſequenti c.

b ¶ *Curiales.*] Hic aſſignat tertiam cauſam quare curiales non promouentur. Ioan.

Vnde Greg. Papa ſcribit lib. 7. reg. epiſt. 11. epiſcopis Siciliæ de lege Mauritij Auguſti.

¶ Quare ſit conſtitutum, ne curiales ordinentur. C. I.

Legem, quam[c] piiſſimus Imperator dedit, ne fortaſſe hi, qui militiæ vel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad eccleſiaſticum habitum veniant, vel in monaſteriis conuertantur, veſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere, hoc maxime exhortans, quod hi, qui ſæculi actionibus implicati ſunt, in clero eccleſiæ præpropere ſuſcipiendi non ſunt,[d] quia dum in eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quàm vixerant, viuunt nequaquam ſtudent ſæculum fugere, ſed mutare. Quòd ſi etiam tales quoque monaſterium petunt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt, niſi prius à ratiocinijs † publicis abſoluti fuerint. ¶ Si qui vero ex militaribus[d] viris[a] in monaſteriis conuerti feſtinant, non ſunt temere ſuſcipiendi, niſi eorum vita fuerit ſubtiliter inquiſita. Et iuxta normam regularẽ debent in ſuo[e] habitu per triennium[f] probari, & tunc monachicum habitum Deo auctore ſuſcipere.

a ¶ Viris.] *In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur, numeris. ut ſignificentur milites in breuiculo, ſeu matricula deſcripti.*

Legem.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas par. In 1. par. oſtendit Greg. quod qui militiæ, vel qui rationib. ſunt publicis obligati, nec in clero, nec in monaſterio ſuſcipi debent, quia vitam ſæculi nolunt fugere, ſed mutare, cum eodem modo viuant in eccleſia ſicut in ſæculo, & hoc probatur per legem Mauritij Imperatoris: ſed ſi voluerint cauſa religionis intrare monaſterium, non recipiantur, niſi prius a publicis ratiocinijs fuerint abſoluti. in 2. part. quæ inc. ibi, *Si qui vero.* dicitur, quòd milites non ſunt proprie in monaſteriis ſuſcipiendi, niſi vita eorum ſubtiliter inueſtigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

c ¶ *Legem quam piiſſimus.*] no. qualiter ex ſequenti facto & præcedenti probatur medium, vt 28. di. quia. Nam ex bona vita præcedente & ſequente præſumitur medium: ſcilicet, quòd bono zelo petiuit habitum monachalem.

ADDITIO. Ad idem 33. q. 1. c. 1. ſecundum Hug. 18. diſt. peruenit. Laur.

d ¶ *Ex militaribus.*] milites non impedit religio ſacramenti, quia & clerici ſacramento tenentur epiſcopis, vt 23. diſt. quamquam. & tamẽ eis inuitis poſſunt intrare religionem. 19. q. 2. duæ.

e ¶ *In ſuo.*] No. quod in ſuo habitu quiſque probandus eſt, vt hic, & 54. diſt. multos. & ext. de reg. ſuper eo. & 17. q. 2. ſi quis incognitus. "Dicunt tamen quidam, quod potius in monachali habitu probandus ſit, quia non ſolum alij ipſum probabunt, ſed etiam ipſe probabit aſperitatem ordinis & habitus ipſorum, quod non poſſet facere in ſua veſte. Io. Sed certe licet iura quædam dicant, quod in proprio habitu ſit probandus quis, conſuetudo tamen ſe in contrarium habet, & decre. etiam cõtradicit ext. de reg. ſtatuimus.

f ¶ *Per triennium.*] "Incognitus probabitur per triennium, vt hic & 17. q. 2. ſi quis incognitus. ſed laicus cognitus vel clericus ignotus per biennium. 17. quæſt 2. monaſteriis. clericus notus per annum. 17. qu. 2. Gonſaldus[d], vel forte notus. ſtatim poteſt recipi. extr. de reg. ad apoſtolicam. Sed hodie non debet per decret. Alexander quartus. extr. c. non ſolum. in cruce ſignatis. ſtatuitur dimidius annus. extr. de regu. c. 1.[e]

Side notes: ᵇᶜ Religiõis aſpetitas in ſuo habitu probãda eſt. "probari quis quanto tẽpore debet. 4 Adde quæ no. 5. diſt. §. in ſumma. in gl. vnic. d Vbi[d] hoc videas. † a rationibus.] Orig. e No. Ho. quod dicit H quod ſi vita & cõdõ hominis ſit nota, probatur per annum. & ſic loquitur ſec. ca. Gõſald[e]. Si vero conditio nota, vita ignota, tunc biẽniũ. & ſic loquitur ſecd. c. monaſteriis. quod ſi vtraque, ſ. cõdõ & vita ſit ignota, vel ſaltẽ cõditio, tunc triẽniũ. ẽ ex pectãdũ. & ſic loquitur ſecd. c. ſi quis ignotus & ſitud. c. legẽ & 7. di. pri. multos. Ar. 5 Polyc. l. 1. tit. 3. Anſel. 7. ca. 28. 6 Bur. l. 2. c. 22. in fi. Iuo p. 6. c. 64.

DISTINCTIO LIIII.

Erui[g] autem ordinari prohibentur, niſi à proprijs dominis libertatem legitimam conſequantur.

Vnde Leo epiſcopis per Campaniam, &c.

¶ Seruus ad clericatus officium non promoueatur. C. I.

Nullus epiſcoporum ſeruum alterius ad clericatus officium promouere præſumat, niſi forte eorum[h] petitio, aut voluntas[i] acceſſerit, qui aliquid[k] ſibi in eo vendicant poteſtatis.[6] Debet enim eſſe immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ eſt aggregandus, vt à caſtris dominicis, quibus nomen eius adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Erui.] hæc diſtin. diuidit in quinque part. In prima principaliter tractatur de ſeruis non ordinandis, quod probatur per decem auctoritates ſanctorum. Secunda ibi, *Hoc tunc.* Tertia ibi, *Si ſeruus abſente.* Quarta ibi, *De ſeruis.* Quinta ibi, *Quod autem.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 54. diſt. in qua dicitur, quòd ſerui ordinari non debent niſi prius à dominis ſuis plenam libertatem fuerint conſecuti. Oſtenditur ſecundo quid iuris ſit ſi ſerui fuerint promoti non accepta libertate. Tertio qualiter ſerui Iudæorum, ſiue pagani, ſiue Chriſtiani ab eorum dominio debeant liberari.

g ¶ *Serui.*] Primo oſtẽdit, quòd nec priuatorum, nec eccleſiarum ſerui ſunt promouendi, niſi libertatem ſint conſecuti. Secundo oſtendit quid iuris ſit ſi aliter ſint ordinati. Tertio qualiter ſerui Iudæorum à domino ipſorum valeant liberari."

No. ergo, quòd nunquam ſeruus priuati eſt promouendus niſi plenam libertatem ſit conſecutus, ita quod nihil iuris retineat in eo dominus, vt 3. e. quicunque. & cap. nullus. Si vero ſunt eccleſiarum, non poſſunt ſimiliter promoueri niſi primo conſequantur libertatem. 3. ea. c. eccleſia tamen non poteſt manumittere ſeruos ſuos pleno iure niſi det prælatus duos eiuſdem meriti. 12. q. 2. epiſcopus qui. nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidem colligitur. De hoc diſtingue vt ext. de ſer. non ord. eo libentius. & de rebus eccl. non alie. cõnienſus.

Nullus.] CASVS. Prohibet hic Leo Papa ne quis epiſcopus ordinet ſeruum aliquem, niſi prius eorum voluntas acceſſerit, qui in eo ſeruo ſibi aliquid vendicant poteſtatis, ne poſtea in ſeruitutem redigatur, cum immunis eſſe debeat ab omni vinculo qui caſtris dominicis applicatur.

h ¶ *Eorum.*] id eſt, iſtius vel illius, diſtributiue. ſufficit enim vnius voluntas ſi plures ſunt domini, vt inſt. de dona. §. erat olim. C. de com. ſer. manu. l. 1. §. ſi antem.

i ¶ *Aut voluntas.*] etiam ſi tacita, vt 3. ea. ſi ſeruus

k ¶ *Qui aliquid.*] argumentum, quod omnium conſenſus eſt requirendus, quorum iura in aliquo detrahitur, vt hic, & 63. diſt. Archidiaconum. & extra. de offic. deleg. ſuper eo. Cod. de auctor. præſtan. l. vltim. & ff. de aqua pluu. arcen. l. in concedendo. 66. diſt. archiepiſcopus. 8. q. 1. licet.

Side notes: ¹ ps. "Seruus priuati ſine libertate non poteſt promoueri.

Nulli

NVlli. CASVS. quæſitum fuit in concilio Tributienſi, vtrū ſeruus ſit promouendus? Et reſp. ꝙ non, niſi prius à domino plenam libertatem conſequatur, chartula cuius libertatis prius in publico legatur, & ſi nullus contradixerit, ordinetur. Si vero aliquis ſeruus per obreptionem fuerit ordinatus, deponatur, & eiuſdem ſit conditionis cuius ipſe ante fuit.

1 Poly ibid. Burc. l. 2. ca. 21. Iuo p. 6. ca 41. Pan. l. 3. c. 48.

a ¶ *Cuius &c. in ambone publice legatur.*] ar. "ꝙ ſi aliqua ſunt publice facta, nemo poſt ea auditur contradictor. 8. qu. 1. licet. & 16. di. quod dicitis. & 12. qu. 2. qui & humanis. ſim. extra qui ma. acc. poſ. c. vlt. argu. contra. 25. q. 6. c. 1. in fi.

"Publice factis nemo contradicere poteſt.

b ¶ *Ceciderit.*] ita ſit ſeruus ſicut prius, niſi ſit presbyter, vel diaconu, vt j. e. ex antiquis. Sed nunquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonem, ſi quis ſuadente. 17. qu. 4. ar. quòd nó, ext. de for. comp. ca. 2. & 17. q. 4. ſi quis deinceps. arg. contra. ff. de dec. l. 6. Ad hoc dico, ꝙ iſte in omnib. caret priuilegio clericali, prætérquam in eo ſolo, ꝙ non poteſt verberari ſine ſacrilegio, quia illud priuilegium datum eſt clericis non tantum fauore ipſorum, ſed etiam odio laicorum: vnde in odium laicorum vtitur eo, vt ext. de ſent. exc. contingit, & c. vniuerſitatis. ſed alias accuſari poteſt a bigamis, & iudicari à laico [a], licet ſecus ſit in clerico depoſito. 81. diſt. dictū. & hoc ideo eſt, qa iſte fecit furtum corporis ſui. & C. de ſer. fu. l. 1. Item numquid poteſt contrahere matrimonium? Non, quia noluit, ꝙ facere potuit. extr. de conuer. coniu. quidam. Io. Non credo excommunicatum qui depoſitum percutit, cum ſit priuatus omni dignitate, & priuilegio, quòd habebat. arg. ad hoc 84. diſt. quiſquis. B.

2 Extra de ob. ad cat. nó ord. cap. magnus Burc. l. 2. c. 37. Iuo p. 6. c. 137.

a Et ſ ratio, qa iſta priuilegia data ſunt, & in ſui fauorem quilibet renunciare ꝑt, & quib. fecit Indignū. ar. C. de pact. l. ſi qui. Ioan. de Fant.

3 Iuo par. 6. c. 175.

† al. famulis

QVi ex.] CASVS. Hoc capit. loquitur de ſeruis eccleſiarum, qui ordinari non debent, niſi prius libertatem ab epiſcopis conſequantur. & ſi honeſte in clericatu vixerint, poterunt ad maiores ordines promoueri ſi vero ingrati extiterint. in ſeruitutem redigantur.

c ¶ *Religet.*] "Hoc obtinet in ſeruis eccleſiæ tantum, vt propter ingratitudinē reuocentur in ſeruitutem. 12. q. 2. Octaua [b], etiam ſi presbyter. ſit. 12. q. 2. dia coni. ſed in laicis ſecus. nam illi omne ius quod habent in ſeruo, tenentur remittere. vnde non poſſunt reuocare in ſeruitutem, nec tenet lex. C. de epiſc. & cler. ſeruus. vbi habes, ꝙ domino redditur ſeruus ſi deſerit monaſterium, per id quod habes ext. de cond. ap. c. 1. ſed ſi vult tranſire ad aliud monaſterium, tunc diſtinguitur, vt ext. de ſer. non ord. eo libentius.

"Serui ordinati poſſunt quandoque propter ingratitudinē in ſeruitutē reuocari.

a ¶ *Nullus.*] *Caput hoc uidetur confectum ex titulo, qui in codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi: & ex parte poſteriore ipſius decreti, in qua exceptio eorum, quæ prius ſtatuit continetur: prior autem pars, quæ hic deeſt, habetur j. e. c. admittuntur.*

Item ex concilio a Triburienſi.

¶ De ſeruili conditione nullus ad ſacros ordines deueniat. C. II.

[1] NVlli de ſeruili conditione ad ſacros ordines promoueantur, niſi prius à propriis dominis legitimam libertatem conſequantur: cuius [a] libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur, & ſi nullus contradixerit, rite conſecrabuntur. Porro ſeruus non canonice conſecratus, poſtquam de gradu ceciderit [b], eius conditionis ſit, cuius fuerat ante gradum.

a ¶ Concilio Triburienſi.] *Huius capitis in conc. Tribur. c. 29. ſententia potius habetur, quàm verba quæ aliqua ex parte videntur conuenire cū iis, quæ ſcribuntur primo libro capitularium. c. 88. de ordinatione ſeruorum. uer. & quandoque.*

[*Ex concilio Carthaginenſi. 1. c. 8.*]

PALEA. C. III.

[2] MAgnus epiſcopus Aſtiagenſis dixit, quid dilectioni veſtræ videtur, procuratores, actores, & executores, ſeu curatores pupillorū ſi debeant ordinari? Gratus epiſcopus dixit: ſi poſt depoſita vniuerſa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cū laude, cleri, ſi poſtulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati, eccleſia infamatur. Vniuerſi dixerunt, recte omnia ſtatuit ſanctitas tua, ideoque ita eſt, & noſtra iſta quoque ſententia.

a ¶ Carthag.] *In codicibus impreſſis citatur ex Moguntinenſi. Emendatum vero ex Burchardo, Iuone. decretal. in c. uni. de oblig. ad ratioc.*

c ¶ Eccleſia infamatur.] *Sic emendatum eſt ex concilio. & decret. & Burchardo, & Iuone. Antea legebatur*, ab eccleſia infirmentur.

Item ex concilio Toletano, c. 11.

¶ Poſt donum libertatis famuli eccleſiæ reuocentur in clerum. C. IIII.

[3] QVi ex familiis † eccleſiæ ſeruituri deuocantur in clerum ab epiſcopis ſuis, neceſſe eſt, vt libertatis percipiant donum. & ſi honeſtæ vitæ claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officiis. Quos vero flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitus conditionis religet [c] in catenam.

Qui autem ordinandi, à dominis ſuis libertatem conſequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent eſſe alieni, vt in nullo eorum obſequiis inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 72. legitur.

¶ Ad clericatum ſuſcipiuntur qui nullo obſequio retento à dominis ſuis liberta tem percipiunt. C. V.

[4] QVicumque libertatem à dominis ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequium [d] patronus retentet, iſti ſi ſine crimine † ſunt, ad clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſſione abſoluti noſcuntur. Qui vero retento obſequio, manumiſſi ſunt, pro eo, quod adhuc patroni ſeruituti tenentur obnoxij, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promouendi, ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis [e] ſerui.

[*Ex concilio Toletano I 12. c.*] [5]

PALEA. C. VI.

[6] DE ſeruorum ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos promouentur †, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordari debere: & ſtatutum eſt, vt nullus epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promouere præſumat, niſi prius a dominis propriis libertatem conſecuti fuerint. Et, ſi quilibet ſeruus dominum ſuum fugiens, aut † per litteras, aut adhibitis teſtibus munere conductis, vel corruptis aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit, decretum eſt, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus, & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrum ſeruus ſit, ignotum † ſit, & poſtea veniens dominus illius legibus cum acquiſierit, ſancitum eſt, vt ſi dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. ¶ Si vero eum catena ſeruitutis à caſtris dominicis abſtrahere voluerit, gradū amittat, quia iuxta ſacros canones, vilis perſona manens ſacerdotij dignitate fungi non poteſt.

d ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuonem. In pannormia à uero, ſi quilibet ſeruus. citatur ex primo libro capitularium, ubi integrum extat hoc caput atque etiam caput poſt hoc, ſecundum.* De rebus vero illorum.

7 *Item ex concilio Martini Papæ* [*i. ex cap. Mart. Epiſcopi Bracarenſis, c. 46.*]

¶ Sine patroni conſenſu non ordinetur, qui patrocinio cuiuſlibet eſt obligatus. C. VII.

SI quis obligatus eſt tributo ſeruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuſlibet domus, non eſt ordinandus clericus: niſi probatæ vitæ fuerit, & patroni conſenſus acceſſerit.

b Concord. tex. in l. 1. & 2. C. de li. & poſth. & in aut. vt cū. de ap. co. §. aliud quoque col. 8. & ſp. ti. de iu. omn. iud. §. 1.

4 Pol. l. 4. ti. 35. Burc. l. 2. c. 25. Iuo p. 6 ca. 126. Pan. l. 3. c. 46.

† *crimine capitali.*] Orig.

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ illi ſerui q promoueri debēt à dñis ſuis plenam debent cōſequi libertatem, ita ꝙ ipſi in nullo teneantur ſuis dominis obnoxij.

5 Capit. l. 1. c. 88.

6 Extra de ſer. ñ or. c. 2. Bur. l. 2. c. 31. Iuo p. 6. ca. 32 Pan. l. 3. c. 163.

QVicumque.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, quod illi liberti ordinentur qui à dominis ſuis directa manumiſsione ſunt liberati, ita quòd nullum in eis obſequium domini ſui retineant, & illi ſine crie appareant. ſi vero in eis obſequium retineatur, ordinari non debent, ne poſsint ſecundum voluntatem dominorum in ſeruitutem reuocari.

† *indiſcrete promouebantur.*] capitu.

† *aut latitans.*] capit.

d ¶ *Nullum obſequium.*] "Dicunt quidā, ꝙ obſequium, quod conſiſtit in nō faciendo, id. de non vocādo in ius, vel quod in reuerentia conſiſtit, vt de aſſurgendo, non poteſt patronus remittere: quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. li. l. vlt. C. de in ius vo. l. 2. Sed hoc nō eſt verum: quia ſuper eo poteſt libertus tranſigere. ff. de cond. ind. l. ſi non ſortem. §. libertus. & bene concedo, ꝙ generali remiſsione non tollitur (vt ibi dicitur) ſed ſpeciali [c] pót. Nec tenet quod eſt ext. de ſer. non ord. ca. nullus. Non enim in eo retinere poteſt aliquid iuris, licet ſit arg. contra j. e. frequens. in. fin. Io. Vel melius dic, ꝙ honeſta conditio fuit ibi appoſita, quam quia non ſeruabat, degradari iubetur in illa decreta, nullus. Bar.

"Patronus ꝗ iura poteſt libertis remittere.

† *ignorauerit.*] capitul.

c Vt ff. de cond. & demonſtr. l. quā in fin.

e ¶ *Ex clericis.*] quod tamē facere non poſſunt, niſi probata cauſa ingratitudinis, vt 15. q. 7. epiſcopus ſacerdotibus.

7 Ex conc. Tole. 1. c. 10

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ neque adſcriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: niſi probatæ vitæ fuerit, & conſenſus patronis acceſſerit.

De re

DE rebus.] CETERVM.CASVS. Dicitur hic quòd ſi ſerui ſine libertate ad eccleſiaſticos honores irrepſerint, presbyter amiſsione peculij mulctetur, diaconus det vicarium, vel in ſeruitutem reuocetur. Ceteri vero ab illis in ſeruitutem reuocentur: quod probatur ſeq.c. Et eſt iſte ſecundus articulus huius diſtinctionis. vt C.de ſer.reipub.ma.l.1.

¶ *Vicarium.*] arg. quòd quis dando vicarium liberat ſe. ſic 36. q.1. de raptorib. Sed quid ſi ad præſens non poteſt habere vicarium, numquid poſtea dando pretium liberat ſe? Satis credo, quòd ſic. arg. C. de patri. qui fil. diſtr. l.2.

a ¶ *Ceterum.*] Hic agitur quid iuris ſit, ſi ſeruus ordinatur nõ adepta libertate. " Vnde no. ꝙ ſi ſciente, & contradicente dño ordinatur, reuocatur i ſeruitutem. & ſi ſacerdos factus ſit ſecundum quoſdam, licet Hugo hoc negeta[a], vt j.c. quis aut. Si ſciente, & non contradicente domino in clerũ fuerit ordinatus, ex hoc ipſe liber ſit & ingenuus, vt j.c. ſi ſeruus. ſecundo. Si autem Domino neſciente; diſtinguitur: aut epo ſciente, aut ignorate. Si ſciẽte epo, vel eo qui præſentat ipſum ordinetur, duplum reſtituet domino epiſcopus vel præſentans. j.eo. ſi ſeruus abſente. Si vero epo & præſentatore ignorante, tunc locum habet hoc c.prox.j.

" Serui ſine libertate ordinati, vn ſint in ſeruitutem reuocandi.

1 Burch. l.2. c.23. Iuo p.6.c.28.

† *al. peculio.*

a j.c. proxi. de hoc ext. de ſer. non ord.c.2

† *vendicare.*] capi.

† *al. magiſterio*

EX antiquis.] CASVS. Quidam epiſcopus ſeruos Amandi eo inſcio, & ignorante ordinauit quoſdam in clericos, quoſdam in diaconos, quos idem Amandus in ſeruitutẽ reuocare volebat: & ſic quæſtio delata eſt ad ſedem Apoſtolicam. quare Dominus Papa committit cauſam iſtam duob. epiſcopis, ſ. Martino, & Iuſto, redarguendo epiſcopos qui tales ordinant cõtra canones, & concilia, cum ex hoc plurimæ quæſtiones ad ſedem Apoſtolicam deferantur. Poſtea præcipit eis, vt ſi præfati Amandi procuratores probauerint aliquos de ſeruis ſuis non canonice pmotos; ſub hac forma procedant, vt ſi presbyter eſt, amiſsione peculij mulctetur, & in ſuo remaneat ordine. Diaconus vero det vicarium, vel reuocetur in ſeruitutem: ceteri vero reddantur dño, & nulla gaudebũt defenſione.

2 Senſus in epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam, & c.c.16. Pol.l.2.ti.31. Anſ.l.7.c.29

3 Adde an omiſſo dñi ſeruitio poſſit religionẽ ingredi, not. in Aut. de mo. §. cũ aũt. col.1. in glo. in ver. neq; ſeruus. in ſum. 19. qu.2.

† *al. culpa.*

4 Iuo par.6. c.353. Pann. l.3.c.164.

† *al. collatione.*

b ¶ *Ante fuerint.*] arguitur conſtitutionem extendi ad præterita[b]. 3. q.4. omnes. & 10. qu. 1. ſic quidam. argu. contra extr. de conſt. cognoſcentes[c].

b Add. an & qũ id fiat, no. in l. iube mus. C. de teſt. vbi vid. not. in add.

c ¶ *Religioſo priuilegio.*] ergo videtur quòd auferatur eis priuilegium clericale. de hoc ar. 84. diſtin. quiſquis.

c ꝺ hoc no. ſ. eo.c.2. Ad hoc facit ſ. 10. di. vt cõſtitueretur. j. p. & c. acce dẽs. Arc.

[Ex concilio Toletano capitulo ſecundo.]

PALEA. C. VIII.

[1] DE rebus vero illorum, vel peculiari †, qui à propriis dominis libertate donantur, vt ad gradus eccleſiaſticos iure promoueantur, ſtatutum eſt, vt in poteſtate dominorum conſiſtat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an ſibi retinere † voluerint

a ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniuncte cum palea antecedente.* De ſeruorum, *ſed apud Burchardum, & Iuonem ex eodem Toletano ſeparatim referuntur.*

Ceterum[b] ſi à Dominis ſuis libertatem cõſecuti non fuerint, & ad eccleſiaſticos ordines aliquo modo irrepſerint, presbyter peculij amiſsione mulctetur: diaconus vero, aut vicarium pro ſe præſtabit, aut in ſeruitutem reuocabitur: ceteri vero gradus nõ poſſunt quemquam à nexu ſeruitutis abſoluere.

Vnde Gelaſius ſcribit Martino †, & Iuſto epiſcopis.

¶ Seruus ſi latenter irrepſerit ad ſacerdotium, peculij amiſsione mulctetur. C. IX.

[2] EX antiquis regulis, & nouella ſynodali explanatione cõprehẽſum eſt, perſonas obnoxias ſeruituti, cingulo cæleſtis militiæ non præcingi [3]. Sed neſcio vtrum ignorantia: an voluntate rapiamini, ita vt ex hac cauſa † nullus pene epiſcoporum videatur exortis. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumſtrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur conſtitutum. ¶ [4] Actores ſiquidem illuſtris viri filij noſtri Amandi grauiter conqueruntur homines ſuo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum ſolum poſt modernum concilium (quod tantorum collectione † Pontificum ſub omnium ſaluberrime prouiſionis aſſenſu conſtat eſſe perfectum) huiuſmodi perſonæ ſuſcipi non deberent: verum etiam ſi qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint [b] ignorãtia faciẽte, ſuſcepti: eliminati prorſus, & exuti religioſo priuilegio [c] ad dominorũ ſuorum poſſeſsiones iuſta debuerunt admonitione cõpelli. Et ideo fratres chariſſimi, eos, quos ſupradicti viri actores in clericatus officio monſtrauerint detineri, diſcuſſos, & obnoxios approbatos, cuſtodito legũ tramite, ſine intermiſſione reſtituite: ita vt ſi quis iã ex his presbyter reperitur, in eodem gradu peculij [d] ſui † amiſſione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium [e] præſtet, aut ſi non habuerit, ipſe reddatur. Reliqua vero officia ſciant neminẽ poſſe ab hac obnoxietate, ſi conuincitur, vendicari, quatenus hoc ordine cuſtodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

Itẽ Herculentio, Stephano, & Iuſto epiſcopis.

¶ Seruus, clericus factus, ſeruituti obnoxius maneat. C. X.

[5] FRequens equidem, & aſſidua nos querela circumſtrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta noſtra nouiter directa cogitantes, obnoxias poſſeſſionibus †, obligataſq; perſonas venientes ad clericalis officij cingulũ non refutant. ¶ [6] Nuper enim actores illuſtris feminæ Placidæ, petitorij oblatione conqueſti ſunt, Sabinũ Marcellianenſis, ſiue Cluſitanæ † vrbis antiſtitem, Antiochum ſeruum iuris patronæ ſuæ (abſentis dominæ occaſione capta) ad presbiterij honorem vſque perduxiſſe, eiuſque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decoraſſe. Et ideo fratres chariſſimi, inter ſupradictos actores [f], & eos, qui extremæ cõditionis repetũtur obiectu, cognitionem vobis noſtra auctoritate deputamus, vt omni veritate diſcuſſa, ſi reuera obiectã ſibi maculam, iuſtæ refragatiõis nõ poterit ratiõe diluere [g], Leontium clericũ, quem gradus præfinitus legibus non defendit, ad ſequẽdã cõditiones ſuæ neceſſitatẽ modis omnib' reddi [h] iubeatis [β]: Antiochũ vero qa propter ſacerdotium reconciliari † nõ poteſt, ſi in ſua eccleſia in hoc, in quo eſt, honore collocare deſiderat domina, non velut redditum ſibi habeat, ſed pro myſteriorum celebratione ſuſceptum.

β ¶ Reddi iubeatis.] *In pluriſque veteribus exemplaribus Gratiani, Anſelmo, Iuone, & Polycarpo legitur,* redhibete, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

FRequens.] CASVS. Sabinus Marcellianenſis vrbis eps ordinauit duos ſeruos Placidæ, ſc. Antiochum in pſbyterum, & Leontium in clericum: Conqueſta eſt Placida Papæ per ſuos procuratores. Papa vero reprehendendo eos qui talia faciunt, committit cãm tribus epiſcopis, ſ. Herculentio Stephano, & Iuſto, ſub hac forma, vt Leontium omnino dominæ ſuæ reddant, ſi iuſte non poterant refragari: Antiochum vero, qui iam gaudet ſacerdotij prærogatiua, ſi dña vult eũ in ſua eccleſia collocare, habeat illum non velut ſeruum, ſed p miniſteriorum celebratione ſuſceptum.

† *al. ſui ſolo.*

5 Poly. ibid. Anſ. l.7.c.30

f ¶ *Actores.*] i. procuratores, " & ſic in cauſa liberali interuenit procurator, contra id. 2. q.6. ſi quando. Sed ibi loquitur de eo qui impetitur: hic de eo qui impetit. hic habes, ꝙ ciuiliter agitur, & tñ ad depoſitionem, ſic 47. di. quoniam. contra regulam illam ff. de natu. & ho. reſcripto & ext. de acc. qualiter. Sed hoc ideo eſt: quia aliter non poſſet reſtitui domino niſi deponeretur.

" Procurator in cauſa liberali interuenit.

† *al. poſſeſſoribus.*

6 Iuo par.6. c.354. Pann. l.3.c.165.

† *al. Cuſſinatis.*

g ¶ *Diluere.*" hic habes, ꝙ incumbit onus probationis[d] reo, contra id. 6. q. vlt. c. vlt. Præterea ei qui eſt in poſſeſsione libertatis, probatio incumbit. Sed dic ꝙ non habet ideo commoda poſſeſſoris, quia vitioſe fuit in poſſeſsioe, vt C. de Prob. l. vis eius. Vel dic, quòd ideo probat, quia ſeruus non pt interuertere poſſeſsionem ſuã, licet ſit fugitiuus. ff. de ac. poſ. ſe quæ nobis. Sed quare no conuenit iſtos coram ſæculari iudice, cum ſeruus fugitiuus, & gerens ſe pro libero, remittendus ſit ad forum domini: licet alibi inueniatur, vt C. vbi & apud quem cauſa ſta. l.1. Sed hoc facit priuilegium ordinis.

" Probatio quandoque reo incumbit.

d Pōt dici ꝙ non fuit diu i poſſeſſione libertatis, alias cotradiceret. j.e. ſi ſeruus ſciente. & intelligitur de clerico ſeculari, ſecus de monacho, vt ibi no. ſecũdum Pet.

† *al. retolli.*

ADDITIO. Dicas, ꝙ in ſpiritualib. nec incidenter, nec principaliter poteſt laicus iudex cognoſcere. ext. de ord. cog. tuam. qui fil. ſint leg. lator. cognoſcet tamen ſummatenus an ſit vxor, an non: & huiuſmodi: quod dic vt extr. de ſent. excom. ſi iudex. li.6. ibi videas Archid.

d ¶ *Peculij.*] ſed nonne peculium domini eſt? 13. q. 2. illud. quæ ergo eſt hæc pœna? Dic, peculij, id eſt rerum quas poſt ſacerdotium eſt lucratus, vel forte habuit ſuum peculij, & ille auferatur ei.

e ¶ *Aut vicarium.*] ſed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic ꝙ ſuum videtur eſſe quod inuenitur apud ipſum, & lucratur conniuentib. oculis domini. ff. de ma. l.3. Dominus enim recipiendo rem a ſeruo, ipſius videtur approbare actionem, vt C. de cond. ob tur. cau. l. vl. ſimiliter ſeruus reipublicæ cum manumittitur, dabit vicarium pro ſe,

h ¶ *Reddi.*] Quæri conſueuit quare ſeruus alienus conſecratus domino Reddatur, & non res aliena conſecrata, vt 14. q. vlti. comperimus? reſpondeo, quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. ſic 7. qu.1. epiſcopus. " Item quia ibi eſt conſecratio in ſuperficie ſed in homine eſt in anima, & lex dicit, ꝙ alia eſt ratio in homine, quam

" Conſecratio rei animatæ & inanimatæ eſt diuerſa.

quàm in alia re.ff.de leg.1.ſi domus.§.cum alicui.

Q*Vis.*] CASVS. Maxima illuſtris fęmina conqueſta eſt domino Papæ per procuratores ſuos, quòd Lucerinus epiſcopus duos ſeruos originarios, Siluestrum.ſ. & Candidum contra canones, & ea contradicente, in diacones ordinauit. de quo Papa eum reprehédit, & præcipit Rufino & Aprili epiſcopis, vt ſi vera ſint, à ſacris officiis repellantur, cum non ſint legitime ordinati.

a ¶ *Repellantur.*] i. reſtituantur ei. Et ſic hés hic, φ plus valet contradictio, quã abſentia. cõtra regulam ext. de ele. φ ſicut[a]. Item habes hic, quod id qđ poſt probabilem cõtradictioné factum eſt, caſſatur, numquid eodem modo eo ipſo quod aliquib poſt probabilem appellationem factum eſt, caſſandum eſt ſtatim? quod videtur. vt 2.qu.6 quoties. in fine. Dico quòd nó, niſi probetur cauſa appellationis, vt extr. de teſtib. ex parte Adæ. ext. de reſt. ſpol. audita cum diſtinctione ext. de ap. interpoſita. ve. dic vt ibi, vel hoc eſt in optione petentis quod maluerit. 2.q. 3. in primis. Sed nonne eſt contrarium? j. e. ſi ſeruus. ibi enim epiſcopus ſciens condemnatur in duplum. Sed poteſt eſſe, φ epiſcopus condemnetur, & ſeruus reſtituatur.

1 ſ. diſt. 10. ca.31. Iuſtin. nouel. cõſt. 123 circ. fin. Deuſdedit part. 4. Iuo p.6.ca. 104. & p.4.c.179. Pã.l.3.c.150.

a Et c. bonæ me. 2. diſt. q dã iſtã reg. locum habere in his quorum præſétia vel contradictio ñ põt per totum, quod agitur confirmare, vel infirmare, ſeu intringere, aliàs ſecus, vt hic. Arch.

Idem Rufino, & Aprili epiſcopis.

¶ De eodem. C. XI.

QVis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? Actores ſiquidem filiæ noſtræ illuſtris, & magnificæ feminæ Maximæ, petitorij nobis inſinuatione conqueſti ſunt, Silueſtrum, atque Candidum originarios ſuos contra conſtitutiones, quæ ſupradictæ ſunt, & contradictione præeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres chariſſimi, tantæ præuaricationis exceſſus noueritis ſagacius inquirendos, & ſi conſtiterit querelam veritate fulciri, continuo, qui contradictione præeunte non legitime ſunt creati, à ſacris officiis repellantur[a].

Item epiſcopis per Lucaniam, &c. epiſtol. 1. cap. 1 & .

¶ Nec ad religioſæ vitæ propoſitum, nec ad clericatus officium ſerui ſine dominorũ cõſenſu admittantur. C. XII.

2 Polyc. l.4. tit. 34. Anſ. l.7.c.196. Iuo part. 6. c.400.

GEneralis etiam querelæ vitanda præſumptio eſt, qua propemodum cauſantur vniuerſi paſſim ſeruos, & [b] originarios dominorum iura, poſſeſſionumque[a] fugientes ſub religioſæ conuerſationis obtentu, vel ad monaſteria ſeſe conferre, vel ad eccleſiaſticũ famulatum, conniuentibus quoque præſulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies, ne per Chriſtiani nominis inſtitutum[c], aut aliena peruadi, aut publica videatur diſciplina ſubuerti: præcipue cum nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcari conueniat dignitaté, cogaturq; pro ſtatu militantium ſibi, conditioneq; iurgari[d], aut videri (quod abſit) obnoxia. Quibus ſolicita compe tenter interdictione prohibitis, quiſquis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monaſteriis præeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis, aut deinceps vel eccleſiaſticæ ſeruituti[e], vel religioſis congregationibus putauerint applicandas, niſi voluntate forſitan dominorũ ſub ſcripturę † teſtimonio primit[3] abſolutas, vel legitima tranſactione[f] cõceſſas, periculum ſe proprij honoris non ambigant, communioniſque ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. ¶ Magnis quippe ſtudiis, ſecundum beatũ Apoſtolum præcauendum eſt, ne fides, & diſciplina Domini blaſphemetur. *Idem.* ¶ Nihil perire credimus eccleſiaſticis vtilitatibus, ſi, quæ ſunt aliena[g], reddantur[h].

† al. ſcriptionis.

1. Tim. 6.
2. Petr. 2.

G*Eneralis querela.*] CASVS. Multi cõqueſti ſunt Papæ Gelaſio de epiſcopis & abbatib. qui ordinauerant, vel receperãt ſeruos ſuos originarios ĩ monaſteriis ſuis: & eos indifferéter ad clericatum admittebãt, quos & reddere contradicebãt: propter q̃ clericalis dignitas obfuſcatur: & ið pcipit Papa epĩs, vt tales decetero non ordinent, & abbatib. ne eos in monaſteriis ſuis recipiant, niſi de voluntate dominorum ſuorum: & ſi quos habent ordinatos vel in monaſteriis receptos, reſtituant, vel legitime cum dominis tranſigant. Nam nihil eccleſiæ deperit ſi ea quæ ſunt aliena reddantur. Si vero contra fecerint, pœnam depoſitionis & excommunicationis ſubibunt.

b ¶ *Et originarios.*] "Originarij ſunt qui ex adſcripticiis nati ſunt in ipſo ſolo, vt C. de agr. & cen. l. colonus. li. 11. & tales ſine gleba non poſſunt vendi, vt C. de agr. quemadmodum. nec videtur eſſe differentia inter eos & ſeruos, vt C. e. ne diutius. Adſcripticij autem ſunt qui per 30. annos fuerunt in ſolo. C. e. cum ſatis. Io. "Adſcripticij enim duobus modis fiunt: aut præſcriptione, aut duplici confeſſione per ſcripturam bis factam, vt C. de agr. & cenſi. cum ſcimus. Ber.

c ¶ *Inſtitutum.*] id eſt, ne fauore eccleſiæ aliquid iniuſte ſtatuatur[b]: quia prætextu pietatis non eſt facienda impietas, vt 14. q. 5. forte. & 1. q. 1. non eſt putanda.

d ¶ *Iurgari.*] id eſt, litigari.

e ¶ *Seruituti.*] id eſt clericatui.

f ¶ *Tranſactione.*] "Et nonne hoc eſt ſimonia, vt quis ſe emat vt promoueatur, immo vt promotus maneat in ordine? vt ſ. e. ex antiquis. Sed dic φ hic non fit trãſactio ſuper ordine ſed ſuper libertate, vel ſuper ipſo ſeruo: & ſuper ſeruitio pt fieri trãſactio, 36. q. 1. de rap. nec eſt magis ſimonia, q̃ ſi quis emeret terrã vt ibi ædificaret eccleſiã: ſed eſt ipſe ſeruus non pt trãſigere cũ dño, vt C. de tranſa. interpoſitas.

g ¶ *Aliena.*] j. 12 q. 2. fraternitas. j. 14. q. 6. ſi res aliena propterquam.

"originarij qui ſunt.

" Adſcripticij dupliciter fiunt.

b Facit ad hoc tex. i l. 2. C. de iud. vid. l. meminerint.

" Simonia vtrũ cõmittatur, ſi qs emat ſeipſum vt promoueatur.

h ¶ *Reddantur.*] Poſtquam ſcit eccleſia ea eſſe alterius. "Sed pone φ prælatus ſciat rem non eſſe eccleſiæ, numquid ſtatim tenetur reſtituere; videtur hic φ ſic, & extr. de ſim. per tuas in fi. & extr. de poſſu. bonæ. 2. quia bonam fidem debet agnoſcere vt ff. man. quintus. Dico quòd ſi diffidit de iure eccleſiæ, denuntiabit illi, quem credit dominum, vt rem petat: nec in hoc facit fraudem, vt ff. de neg. geſ. at qui natura. §. cum me abſente. & de hoc inuenies 24. q. 2. ſi vero.

"plātus q̃d dēt facere de re, quã ſcit nõ eſſe eccleſię ſuę.

3 Iuo par. 16 c. 47.

a ¶ *Poſſeſſionumque.*] *Emendatum ſic eſt ex decreto Gelaſij cum antea legeretur, poſſeſſionemque. Nam originarij non ſolum dominis, ſed ſuis [illegible] quibus addicti erant. l. quemadmodum & [illegible] de agric. [illegible] mutata non poſſeſſionibus, [illegible] legatur poſſeſſoribus.*

a ¶ *Idem.*] *Hæc non ſunt inuenta apud Gelaſiũ, [illegible]*

3 *Il b tunc obſeruandum eſt, cum dominus & ſeruus eiuſdem profeſſionis inueniuntur. Ceterum ſi Iudæus[i] mancipium Chriſtianum emerit, iudicis vel epiſcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduci.*

HOC TVNC CASVS. Tangitur hic tertius articulus huius diſt. dictum eſt ſ. φ ſerui non debent ordinari inuitis vel ignorantib. dominis. & ſi ordinati fuerint, ſunt eis reſtituendi: quod verũ eſt cum dominus & ſeruus ſunt Chriſtiani. Sed ſi Iudæus mancipium Chriſtianum emerit: iudicis vel epiſcopi auctoritate debet eo inuito ad libertatem perduci. Et hoc probat per ſequentia capitula.

i ¶ *Iudæus.*] Diſtingue, aut ſeruus Iudæi eſt vernaculus, i. ex propria ancilla natus: aut emptitius. Si eſt emptitius: aut emit eum antequam fuit Chriſtianus, aut poſt. Item ſi emit eum ante: aut emit eum cã ſeruiendi, aut cã mercimonij. "Vernaculus ſi vult fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertatem nullo pretio dato, vt C. de epiſ. & cl. Deo nobis. § vlt. Si enim emptus ad ſeruiendum, ſine ptio liberatur, ſi vult fieri Chriſtianus: multo magis qui natus eſt ex ancilla propria, ſine pretio liberatur, ſi vult fieri Chriſtianus. Dicit enim Grego. pro illo ſolo dandum pretium, qui cauſa mercimonij eſt emptus, vt j. e. fraternitatem. Si autem eſt emptus poſtquam fuerit Chriſtianus, liber efficitur nullo pretio dato: quia commercium Chriſtiani penitus eſt ei interdictum, vt j. ea. mancipia. Si autem eſſet emptus dum eſſet paganus: ſi cauſa ſeruitij eſt emptus, & vult fieri Chriſtianus, liber efficitur ſine pretio, vt j. e. fraternitatem. Si autem cauſa mercimonij eſt emptus: ſi eum venalem non exponit intra tres menſes, poſtea ſine omni pretio liberatur: quia præſumitur quòd ad ſeruiendum eum emerit; vt eo. cap. fraternitatem. Si autem intra tres menſes eum exponit venalem, & forte eum vendere non poteſt: ſi vult fieri Chriſtianus, liberatur relicto pretio duodecim ſolidorum, ext. de Iudæ. c. 1. Idem per omnia in ſeruis Paganorum: licet Hugo dicat quòd ſi vernaculus Pagani fiat Chriſtianus, tenetur ſeruire domino ſuo[c] ſecundum illud Apoſt. Quicumque ſerui ſunt ſub iugo infidelium, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur. Et alibi, Serui ſubditi eſtote dominis, &c. Et ſecundum hoc poteſt Paganus eſſe dominus Chriſtiani: ſed non fieri.

"Serui Iudæorũ ſi volũt baptizari an eripiãtur ſtatim ĩ libertatem.

Vnde Gregor. ut Libertino præfecto Siciliæ, lib. 2. epiſt. 37. ſeu c. 76.

¶ Ad libertatem perducantur mancipia Chriſtiana à Iudæis comparata. C. XIII.

4 C. ne Iud. Chri. manci piũ. §. nulla c. Vnde etiã & in vernaculis Iudæorum & p eorum perfidiã & magis ſuſpectã eorum cohabitationem. Sed vt prædictum eſt idem dicendum eſt in vtriuſq; C. de epi. & cler. Deo nobis. quia hodie pagani fere oẽs iudaizãt diſcernẽdo cibos, & alios ritus excercẽdo, ſecundum Lau.

MAncipia[k] Chriſtiana, quæcumque, Iudæũ cõparaſſe potuerit, ad libertaté[l] iuxta legum pcepta ſine omni ambiguitate pducite[m], ne, quod abſit, Chriſtiana

M*Ancipia Chriſtiana.*] CASVS. Quidam Iudæi quoſdam ſeruos Chriſtianos emerunt: quæſiuit Libertinus epiſcopus, quid inde eſſet faciendum: & mandat ei Papa Gregorius vt eos ad libertatem perducat, ne Chriſtiana religio ſubiecta Iudæis polluatur.

k ¶ *Mancipia Chriſtiana.*] ante emptionem.

l ¶ *Ad libertatem.*] j. 17. q. 4. Iudas qui contra[d]. Sed hic de eo agitur quem conſtat eſſe Chriſtianum, ibi de eo qui mentitur eſſe Chriſtianus, vt euadat iugum ſeruitutis.

m ¶ *Perducite.*] id eſt, perductos oſtendite: quia ſtatim liber eſt, ext. de Iu

d Ad idẽ eſt tex. in l. ſi. & ibi Bar. & p rot. Cod. de iud.

de Iudæ.c.2.tamen coloni poſſunt eſſe Iudæorum, vt ibi dicitur. Sed num quid Chriſtianus poteſt emere Iudæum mancipium? Sic tamen vt cum illo non moretur, vt 28. q.1.ſæpe.& c.nullus Ioan.

NVlla officia.] CASVS. In hoc c.duo dicuntur. Primum eſt, q̃d publica officia non ſunt committenda Iudæis, occaſione quorum poſſint offẽdere Chriſtianos. Secundum eſt, q̃ ſerui Chriſtiani ab eis circumciſi, vel Iudaico ritu maculati, pretio nullo reddito ad libertatẽ perducuntur.

a ¶ Nulla officia.] j. 17. q.4.conſtituit.

b ¶ Occaſio.] arg. q̃ nemo cogitur ſibi eligere exoſum, vt 63.diſt. c. vlt.Io.arg.54.diſt.c.1.

c ¶ Non reddito.] ſecundum legem decapitatur. C.ne Iudæus Chriſtianum man. l. vnica.

DE HIS AVTEM. Supra oſtenſum eſt q̃d fieri dẽat de ſeruis Chriſtianis, quos Iudæi emerunt. Nunc oſtendit q̃d iuris ſit de ſeruis infidelibus, & emptis ab eis. Et de hoc ſcribit Greg. Fortunato Neapolitano epiſcopo.

FRaternitatem.] CASVS. Iudæi Neapolim habitantes emerũt ſeruos paganos vel Iudæos cã mercimonij de extraneis ſolo, quos Neapoli hẽbant, qui volebãt fieri Chriſtiani: ſed eorum dñi nõ permittebant, imo eos vendebant. Quæſiuit Fortunatus eps Neapolitanus quid de hoc eſſet faciẽdum. Et reſp. Grego. vt ſua ſollicitudine i libertatẽ vẽdicentur, nec aliis vendi patiatur: hac tamen conſideratione ſeruata circa Paganos, vt intra tres menſes ab eo tpe quo Neapolim ducti ſũt, venales eos exponãt emptores Iudæi: intra quos ſi dũm emptor cui vendantur nõ inuenitur, ad eccleſiam confugerint, Chriſtiani ſiant, & pretium recipiant à Chriſtiano emptore: vel alius recipiat p eis ſi abſentes ſunt: idẽ eſt, & ſi extra eccleſiam dixerint ſe velle fieri Chriſtianos. Si vero intra tres menſes eos venales nõ expoſuerint, & nolũt fieri Chriſtiani: nullus de cetero emat eos ad ſeruiendũ: & nullo reddito p̃tio ad libertatẽ p̃ducãtur: quia p̃ſumitur q̃ tñ ad ſeruiendũ ſibi emerunt, & nõ ad vendendum: ita poſuit Beneuen. caſum, & ita ẽt ſentit Hug. in sũma ſua. Probabiliter tamẽ põt dici, quod principium c. vſq; ad locum illum, Hi vero intelligitur de Iudæis vel Paganis ſeruis, qui cã mercimonij non habebantur: qui indiſtincte pertinent ad libertatem ſi volunt fieri Chriſtiani. Reliqua vero pars loquitur de illis qui cauſa mercimonij ẽmuntur. Tu tamen prudẽs lector deliberabis caſum in melius commutando, ſicut tibi videbitur.

d ¶ Venditi fuerint.] i. debent vendi: & tunc cum emptor non inuenitur, non perdet ſerui pretium. arg. 16.q.3. placuit. vel forte venditi fuerant: ſed emptor abſentauit ſe aliqua de cauſa.

ADDITIO. Et tunc dic emptor. ſcilicet Iudæus, qui eos emerat.

e ¶ Percipiant.] datis duodecim ſolidis pro meliori mancipio, vt ext. de Iudæ. c.2. Sed quid ſi nemo ipſum vult redimere? quærat pretium oſtiatim, vt ff. de ma. l.3. aut ſeruiat quinque ann. C. de cap. l. vlt. & 36.q.1. de raptorib.

religio Iudæis ſubdita polluatur.

Item ex concilio Toletano 3.c.14.

¶ Officia publica Iudæis non ſunt committenda. C. XIIII.

NVlla officia [a] publica Iudæis † iniungantur, per quæ eis occaſio [b] tribuatur, Chriſtianis pœnam inferre. Si qui vero Chriſtiani ab eis iudaiſmi ritu ſunt maculati, vel etiam circumciſi, non reddito [c] pretio ad libertatem, & religionem redeant Chriſtianam.

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptiſmi venire deſiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa ſcribit Fortunato Neapolitano epiſcopo libro quinto, epiſtol. 31. ſeu cap. 131.

¶ In libertatem vendicentur ſerui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt. C. XV.

[1] FRaternitatem veſtram de his oportet eſſe ſollicitam. Et ſi de Iudæorum ſeruitio non ſolum Iudæus, ſed etiam quiſquam paganorum fieri voluerit Chriſtianus, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc ſub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Iudæorum venundandi facultas ſit, ſed is, qui ad Chriſtianam conuerti fidem deſiderat, defenſione veſtra in libertatem modis omnibus vendicetur. [2] ¶ Hi vero, quos huiuſmodi oportet ſeruos amittere ne forſitan vtilitates ſuas irrationabiliter æſtiment impediri, ſolicita vos hæc conuenit conſideratione ſeruare, vt ſi paganos, quos mercimonij cauſa de externis † finibus emerint, intra tres menſes, dum emptor, cui † venditi fuerint [d], non inuenitur, fugere ad eccleſiam forte contigerit, & velle ſe fieri dixerint Chriſtianos, vel etiam extra eccleſiam hanc talem voluntatem prodiderint, precium eorum à Chriſtiano ſcilicet emptore percipiant [e]. Si autem poſt præfinitos tres menſes quiſquam huiuſmodi ſeruorum velle ſuum edixerit †, & fieri voluerit Chriſtianus, nec aliquis eum poſtmodum emerit † [f], nec dominus qualibet occaſionis ſpecie audeat venundare, ſed ad libertatis procuklubio præmia perducatur: [3] quia hunc non ad vendendum, ſed ad ſeruiendum ſibi dicitur † [g] comparaſſe †.

[*Idem Ianuario Caralitano epiſcopo, lib. 3. epiſtol. 9.*]

PALEA. C. XVI.

[4] SI quilibet Iudæorum ſeruus ad venerabilia loca confugerit cauſa fidei, nullatenus eum patiamini præiudicium ſubſtinere: ſed ſiue olim Chriſtianus, ſiue nunc fuerit baptizatus, ſine vllo Chriſtianorum [a] pauperum damno religioſo eccleſiaſticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

a ¶ Chriſtianorum.] *Ioannes diaconus in uita S. Gregorij, lib.4. num. 46. referens hanc epiſtolam & Iuo p.13.c.102. habent hanc uocem: quæ tamen abeſt à codicibus epiſtolarũ S. Gregorij tam impreſſis, quàm manuſcriptis, qui ſunt collati.*

Item ex concilio Toletano 4.c.9.]

PALEA. C. XVII.

[5] ET ſi † Iudæorum ſerui nec dum adhuc cõuerſi ad Chriſti gratiam conuolauerint, libertate donentur.

[*Item ex concilio Matiſconenſi 1.c.16.*]

PALEA. C. XVIII.

[6] PRæſenti [β] concilio Deo auctore, ſancimus, vt nullum Chriſtianum mancipium Iudæo deinceps ſeruiat, ſed datis pro quolibet bono mãcipio duodecim ſolidis, ipſum mancipium quicumque Chriſtianus, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium licentiam habeat redimendi. Et ſi Chriſtianus fieri deſiderat, & non permittitur, ſimiliter faciat, quia nefas eſt, quem Chriſtus Dominus ſanguinis ſui effuſione redemit, blaſphemum Chriſtianæ religionis in vinculis tenere. Quod ſi aquieſcere his quæ ſtatuimus, quicumquæ Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam conſtitutam venire diſtulerit, liceat mancipium † ipſum cum Chriſtianis, vbicumque voluerit, habitare.

β ¶ Præſenti.] *Caput hoc eodem modo refertur à Burchardo, & Iuone: in concilio tamen ipſo paulo aliter habetur, & nonnulla deſunt.*

Item ex concilio Aurelianenſi 1.c.10.

¶ De eodem. C. XIX.

[7] SI ſeruus, abſente [h], vel neſciẽte domino, epiſcopo tamen ſciente, q. ſeruus ſit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipſo in clericatus officio [i] permanẽte, epiſcopus cum domino duplici ſatisfactione compenſet [k]. Si vero epiſcopus cum ſeruum neſcierit, qui

f ¶ Emerit.] i. emet. ʺ ſic quandoque ponitur futurum pro præterito, vt 63.diſt. noſſe. ibi ponitur forte peruentum pro perueniſſe. ſic ff. de verb. ſi. verbum erit. & ff. de leg. 3. etiam. & ſ̃. diſt. 50. ponderet.

c ¶ Præcipiunt.] ʺ Sic ergo aliquis cogitur vendere rem ſuam, vt 14.q.6. comperimus.

g ¶ Dicitur.] i. præſumitur. & hæc eſt præſumptio iuris. ʺ & dicunt quidam, q̃ contra hanc præſumptionem nõ admittitur probatio [a], cum hic non tñ præſumat, ſed etiam ſtatuat ius, vt extr. de reg. vidua. ext. de cõd. app. per tuas. Et iſtud concedo q̃ vbicumq; non tantum præſumit ius, ſed etiam aliquid certi ſtatuit: q̃ non admittatur probatio in contrarium. licet H. contrarium dicat, vt 2. q. 1. nec aliqua. & 35. qu. 3. extraordinaria. j. 17. qu. 4. in venditionib. Ioan. Ego credo q̃ ſemper admittitur probatio in contrarium, niſi ius ſtatuat quòd non admittatur, vt j. 17. quæſt. 4. in venditionibus. De hoc habes 50. diſt. ferrum. B.

SI ſeruus.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Aurelianenſi quam pœnam deberet pati epiſcopus qui ordinauit quemdam ſeruum domino abſente, ſiue ignorante. Et reſpondetur, ſi epiſcopus ordinauit eum ſcienter in preſbyterum vel diaconũ, ipſo in ordine permanente duos domino reddat. Si autem ignoranter ordinauit: illi qui eum repræſentauerunt epiſcopo, ſimili pœna teneantur.

h ¶ Abſente.] Videtur enim epiſcopus tunc cum eo diſpenſaſſe. ſ. 28. diſt. diaconi. Et eſt arg. ad hoc, quòd epiſcopus diſpenſat ipſo facto circa notum, vt dixi 51. diſt. qui in aliquo.

i ¶ Officio.] de diſpenſatione fauore libertatis. deberet enim deponi: ʺ quia furtum commiſit corporis ſui, vt Cod. de ſer. fu. l. 1. Sed quid ſi iſti non habent vnde ſoluant? tunc dico iſtum reddendum domino, vt ſ̃. eod. ex antiquis. argu. ff. de eo per quem factum eſt. l. vlt.

k ¶ Compenſet.] ſi habet proprium, alioquin non: quia delictum perſonæ, & c. vt 16. q. 6. epiſcopum. extr. de ap. reprehenſibilis.

a ¶ Sup

Marginal notes:

† al. iudæos quos eſt agere

1 Io. diac. l. 4. n. 47.

2 Iuo p. 13. c. 166. Pol. l. 7. tit. 14.

† al. extraneis.

† qui vendi debeant.] Orig.

† al. dixerit

† mere.] Ori.

3 Io. diac. l. 4. c. 46.

† intelligitur.] Orig.

† al. reſeruaſſe.

4 Iuo p. 13 c. 102.

ʺ Vendere quoque quis cogitur rẽ ſuam.

ʺ Futurum p præterito ponitur.

ʺ Probatio an admittatur contra præſumptionem.

a Addeas & q̃d cõtra p̃ſumptionẽ iuris & de iure admittatur pbõ vel non, not. in aut. ſed iam neceſſe. C. de do. an. nu. gl. in l. iure geſtio. §. q̃ fore. ſol̃ pa.

5 Burc. l. 4. c. 86. Iuo p. 1. c. 280.

† ut ſi.] Ori.

6 Burc. l. 4. c. 88. Iuo p. 1. c. 281.

† al. mãcipio ipſi.

7 Polyc. l. 2. tit. 31. Burc. l. 2. c. 24. Iuo p. 6. c. 125.

ʺ Furtũ ſui ipſius quis committit.

testimonium perhibent, aut eum ſupplicauerint [a] ordinari, ſimili redhibitioni teneantur [b] obnoxij.

Item conſtitutio noua.

¶ De eodem. C. XX.

[2] SI ſeruus ſciente [c], & non contradicente domino, in clero fuerit ordinat⁹, ex hoc ipſo, quòd conſtitutus eſt, liber, & ingenuus erit. Sed ſi ignorante domino, licet ei intra ſpatium vnius [d] anni & ſeruilem [e] fortunam probare, & ſeruum ſuum [f] accipere. [3] Verum etiam ſi legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugum ſeruitutis. Debent enim per triennium [g], antequam monachi efficiantur, in monaſterio permanere: poſtea vero ſi monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. [4] Epiſcopalis [h] enim ordo liberat à fortuna ſeruili, vel adſcriptitia, ſed non à curiali [i], ſiue officiali: nam & poſt ordinationem durat. [4] Sed & ius patriæ poteſtatis ſoluit epiſcopalis dignitas. [5] Ad ſcriptitios vero in ipſis poſſeſſionibus clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant [k].

¶ Extat hoc caput ad verbum in epitomis nouellarum con?titutionum? tam etiam ab Iraerio? deſcriptum, quæ poſt codicem poni ſolent. Itemque in nouella 123. c. 16. per Iulianum antecesſorem. Verba autem quæ addita erant in titulo Leo Imperator omnibus epiſcopis, *videntur illuc irrepſiſſe ex ſequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus epiſcopis, epiſtol. 1. [illegible]

¶ De eodem. C. XXI.

[6] ADmittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur: & qui à dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij (tamquam ſeruilis vilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. *& infra.* Ab his itaque fratres chariſſimi, omnes veſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes: & non tantum ab his, ſed etiam† ab alijs originarijs [l], vel qui alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi forte eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis.

[4] De ſeruis monaſterij quæritur, an eccleſiaſticis officijs poſſint aggregari, an non. Sed famuli eccleſiarum non ſunt ordinandi ſicut ſupradictum eſt, niſi a proprijs epiſcopis libertatem conſequantur. Porro ſeruus monaſterij libertatem conſequi non [n] valet: nō ergo ad clericatum ſibi accedere licet. Quòd autem liber fieri non poßit, probatur auctoritate octaua ſynodi, in qua ſic ſtatutum legitur.

n ¶ Non valet.] In primo Vaticano poſt hæc verba ſequitur: qui enim ſunt monaſterij, in nullius ius tranſire poſſunt. Vnde nec abbas poteſt dicere, hoc meum eſt: non ergo, &c. *Caput autem quod nunc à Grat. octauæ ſynodo citatur, ibi repertum non eſt, quod in apud Iſidorum Hiſpalenſem in reg. monach. c. de famil. vita.*

¶ Monaſterij ſeruum abbati, vel monacho non licet liberum facere. C. XXII.

[7] ABbati, vel monacho monaſterij ſeruum non licebit facere liberum [m]. Qui enim nihil proprium [n] habet, libertatem rei alienæ, dare nō poteſt. Nam ſicut etiam ſæculi leges ſanxerunt, non poteſt poſſeſſio alienari [o], niſi à proprio [p] domino.

Hac auctoritate prohibentur ſerui adipiſci libertatem recedendi ab obſequiis monaſterij: ſed non prohibentur nanciſci libertatem promouendi ad ſacros ordines. Poteſt enim in ſacris ordinibus conſtitutus, monaſterij obſequiis perpetuo deſeruire: ac ſic ſeruus monaſterij & libertatem adipiſci, & ſacris officiis aſſociari valet. Vnde in alio [q] capitulo præfatæ conſtitutionis hæc cauſa redditur [Iniuſtum [8] eſt enim, vt monachis rurale opus facientibus, ſerui eorum otio torpeant, ac delitiis affluant.]

n ¶ Iniuſtum.] Infra 17. q. 4. c. in venditionibus. verſ. iniuſtum. hoc eſt ſumptum ex concilio Agathenſi ubi c. ?

Quod autem ſerui eccleſiarum (quo nomine etiam monaſterij ſeruos ſignificari intelligimus) ad ſacra religionis propoſitum debeant aſſumi, auctoritate Gregorij probatur, qui in generali ſynodo reſidens† dixit.

¶ Si conuerſationis probatæ fuerit famulus eccleſiæ, poteſt ordinari. C. XXIII.

[8] MVltos de† eccleſiaſtica familia, ſeu ſæculari militia nouimus ad omnipotentis Dei ſeruitium feſtinare, vt ab humana ſeruitute liberi in diuino ſeruitio valeant familiarius in monaſteriis conuerſari. Quos ſi paſſim dimittimus, omnibus fugiendi eccleſiaſtici iuris dominium occaſionem præbemus. Si vero feſtinantes ad omnipotentis Dei ſer-

---

a ¶ *Supplicauerint.*] Et ſic patet quòd non ſemper deponitur ordinatus qui occultat crimen ſuum [a]: quod eſt contra H. vt dixi diſtin. 50. ex pœnitentibus.

b ¶ *Teneantur obnoxij.*] Itē patet hic, quòd epiſcopus non tenetur prouidere ordinato cum aliter eum examinat, vt ſ. 24. diſt. quando.

SI *ſeruus.*] CASVS. hoc ca. habetur ex auth. de ſanc. epiſc. §. ſi ſeruus. & diuiditur in quatuor par. In 1. parte dī ꝙ ſi dñs ſciat ſeruum ordinari, & non cōtradicat, ſtatim eripitur in libertatem. [cc] Si vero ignorat, intra annū recuperabit illū, ſi probauerit ſeruilem fortunā. In 2. par. dī quòd ſi ꝑ triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum ſeruitutis. In 3. dī, quòd ordo epiſcopalis liberat a patria ptāte, & à ſeruili fortuna, vel adſcriptitia, ſed non à curiali. In 4. dī, ꝙ adſcriptitij pñt clerici fieri inuitis dñis, ita vt agriculturā adimpleāt.

c ¶ *Sciente.*] ar. de taciturnitate [b] extr. de his, quæ fi. à prælа. ca. 2. & di. 27. diſt. diaconus. & 28. diſt. diaconi.

d ¶ *Vnius.*] Sed qualiter hoc ſtare pt in preſbytero, vel diacono? nam epſ debet ſeruare interſtitia temporum, q̄ ſunt ſ. 77. diſt. in ſingulis, ſed ſi obſeruauit, conſtat ꝙ plus ſtetit. q̄ per annum. Reſ. dicūnt quidā, ꝙ iſte fuit ordinatus ſine examinatione, & non obſeruatis interſtitiis. vel dic ꝙ erat grandæuus: vñ vſq; ad annum potuit promoueri in diaconem. vt 77. di. monachus. Vel dic. ꝙ annus ille incipiat nō à tempore ordinationis, ſed a tempore ſcientiæ. argu. 17. quæſ. 1. ſi quis incognitus.

e ¶ *Seruilem.*] [ee] plus enim valet ordo quā ſcientia & militia, vt ff. de lib. cau. qui de libertate. in fi.

f ¶ *Seruum ſuum.*] cum diſt. ſ. c. ex antiquis.

g ¶ *Per triennium.*] Ad monachatū datur trienium: ad clericatum annus: quia clerici ſunt in publico, [ff] & monachi latent.

h ¶ *Epiſcopalis.*] & etiā ſacerdotalis, vt ſ. c. ex antiquis.

i ¶ *Sed non à curiali.*] Quidam dicunt, iſta verba non eſſe in ipſa lege: & verum eſt ꝙ in illa non ponūtur, ſed alibi: vt in auth. de ſanct. epiſc. §. ſed hoc quidem. col. 9. ſed ſecundū hæc iura canonica hoc non tenet: quia cum ordo liberat à ſeruili fortuna, multo fortius à curiali ſoluit epiſcopalis dignitas: quæ autem dignitas liberat a poteſtate patria, habes in authen. conſtitutio quæ de dig. col. 6. & C. de decu. l. vlt. lib. 10. & in auth. vt ordinariæ præfec. col. 5.

k ¶ *Adimpleant.*] Hoc non tenet, vt ſ. c. quicumque [c].

ADmittuntur.] CASVS. Quidam epiſcopi admittebant indiſtincte ad ſacros ordines ſeruos & originarios, & alijs conditionibus obligatos: quos Leo Papa reprehendit, & mandat eis, quòd de cetero hoc non faciant, niſi voluntates eorum, qui in eis habent aliquid poteſtatis, acceſſerint.

l ¶ *Originarijs.*] Tales enim liberi ſunt, vt C. de agr. l. diffinimus. lib. 11. & l. ne diutius. & extr. de Iudæ. c. 2. [d] Ioan.

DE SERVIS. CASVS. Hic mouet Gratianus quandam quæſtionem, an ſerui monaſterij poſſint ordinari. & ꝓbat ſophiſtice ꝙ non poſſunt: quia ſerui eccleſiarum promoueri non poſſunt, niſi ab epiſcopis ſuis libertatem conſequantur. ſed ſerui monaſterij libertatē conſequi non pñt, ergo ad clericatum ꝓmoueri non poſſunt: & ꝙ non poſſunt conſequi libertatem, probatur ſequenti ca. cuius caſus patet, & per te videbis.

m ABbati.] [ee] *Liberum.*] quia ſi manumittitur ſeruus eccleſiæ, duo dabuntur loco illius, vt 12. q. 2. epiſcopus. [ff] ſed abbas nihil habet proprij, vt 12. qu. 1. non dicatis. Vnde non poteſt facere hanc recompenſationem.

n ¶ *Proprium.*] quia nemo poteſt plus iuris in alium, &c. vt ext. de don. inter vi. & vx. nuper. & ff. de re. iur. nemo. 1. q. 7. Daibertum. ſed fallit extr. de ele. ſuffraganeis. ff. de ac. rer. do. non eſt nouum [e].

o ¶ *Alienari.*] 12. qu. 3. ſi quis a proprio. niſi in caſib. vt ff. de pign. act. ſi conuen. ſit. & inſtit. quib. ali. non licet. §. 1. & ff. de vſufr. l. quod noſtrum.

p ¶ *Proprio.*] ſim. extr. de iur. pa. quòd autē.

HAC AVCTO. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. in quo caſu intelligitur ſupradictum c. Et dicit ꝙ ſerui monaſteriorum non prohibentur fieri liberi, & ordines recipere, dummodo non recedant ab obſequio monaſteriorum: ſed prohibentur libertatem nanciſci, ſi ab eorum ſeruitio recedere velint: quia turpe eſt, vt monachi laborent, & ſerui ſui otio torpeant: ſicut habetur in quadam conſtitutione 17. q. 4. in venditionib. & quod ſerui monaſteriorum poſſint promoueri probatur ſeq. c.

q ¶ *In alio capitulo.*] ſ. 17. q. 4. in vēditionibus.

MVltos.] CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſtino, an ſerui eccleſiarum vel ſæcularium virorum, ſi velint fieri monachi, ſint indifferenter admittendi? Et reſp. quòd non: quia ſi indifferenter eos admittimus, damus eis occaſionem fugiendi dominos ſuos ſe ad eccleſiam transferendo. Si autem indifferenter repellantur, Deo negamus quædam. i. eos qui hoc petunt propter Deum, qui dedit omnia: & ideo prius in laicali habitu diligenter congruo tempore probari, ſi eorum vita inueniatur honeſta, monachi fiant: & ſi poſtea irreprehenſibiliter vixerint

---

a ſc. defectū quia ſeruit⁹ non eſt crimen, ſed eſt defectus: ſi ordinandus peccat non manifeſtando defectū: vnde ſi bñ inſpicias, nō eſt contra Hug.

2 Iuſtinia. de ſan. epi. §. ſi ſeruus. & in auth. ſi ſeruus. de epi. & cler.

[cc] Ordinato quando nō tenetur epiſcopus prouidere.

3 Authen. de monach. §. hinc autē.

b Al. tacens hi ꝓ contumace, ſ. 65. di. c. vlt. i gl. vlt. epiſcopus. inter ordinādum dꝫ obſeruare interſtitia tēporū.

3 Tit. de ſan. epi. §. ſed & quidem.

4 Auth. epiſtolis. & epi. & cler. co. auth. ſed & epiſtolis. eo.

5 Aut. adſcriptitios. eo.

[ee] Ordo pręfertur ſcientię & militię.

6 Anſ. l. 7. c. 25. Burc. l. 2. c. 22. Iuo p. 6. c. 64.

[ff] Monachi latent.

† *& ab aliis, qui aut originali, aut alicui.*] Ori.

c Et id ſubiicit c. ſeq. ꝙ hoc corrigit. Io. de F.

d Ad ordines tamen non admittentur ſine lcia dominorum, vt hic. Nec tenet, quod legit. & no. ſ. c. proxim. in fi. Nam illud. lu… corrigitur. Io. de Fan.

7 Iſid. Hiſpa. in reg. monach. ca. de famil. vita.

[ee] Abbas nihil proprij habet.

e & hoc ext. de iurep. cura. 1. ibi videas.

† al. præſidens.

† al. ex

8 Ex decret. B. Grego. in extremo 11. lib. regeſti, & aliqua ex parte l. 4. epiſt. 44. Ioā. diac. l. 2. ca. 16. In conc. Tribur. c. 29 Anſel. l. 7. c. 184. Pol. l. 6. tit. 16.

vixerint, poterunt ad ſacros ordines promoueri per tēporum interualla: dummō non ſint illis criminib. maculati, q̄ lege veteri morte puniebantur. Quod poſtea ſequitur planum eſt vſq; ad diſtinctioné.

a ¶ *Negare.*] Ex hoc videtur, ꝙ ſerui eccleſiarum ſecundum præſcriptum modum probati, impediri non poſſunt, ſi velint promoueri: " cum opus ſit pietatis manumittere ſeruos. 12. qu. 2. cum redemptor. Sed dic ꝙ Gregorius non dat poteſtatem hic ſeruis conuertēdi[a], & ſe ſubtrahendi: ſed p̄latos inſtruit, vt non aliter manumittant q̄ probatione adhibita. Vel dic ꝙ loquitur de iam manumiſſis[b], vt etiam tales indiſtincte non ſint recipiendi, niſi probentur per triennium in laicali habitu.

b ¶ *Omnia.*] & ita non debemus omnes refutare: nec etiam omnes admittere: " & ſic media via tenenda eſt, vt 45. diſt. diſciplina. ff. de offi. proc. l. ſolent.

c ¶ *Militiæ.*] non obſt. 19. q. 3. monaſteriis. & dixi 53. diſt. legem.

d ¶ *Morte.*] non tamen omnia nec ſola quæ tunc puniebātur morte[c], hodie repellunt à prouocatione, quia furtum, & ſimplex fornicatio non puniebantur morte, vt 36. qu. 2. deniq;. & in aliis multis, vt 22. quæſ. 2. ſi quis per vetus. hæc tamen hic repellunt à promotione. 49. diſt. hinc etenim.

e ¶ *Prohibendum eſt.*] ¶ *Fuerint.*] i. vixerint: vel etiam eorū hæredes, vt C. de lib. & eor. lib. libertinæ. filius tamen liberti poteſt, vt ff. de obſeq. lib. hæredes. C. de oper. li. quod ex liberta. ſecus tamen eſt in libertis eccleſiarum, vt ſ. c. qui ex famulis. " quia eorum domina. ſ. eccleſia, numquam moritur, vt 12. qu. 2. liberti.

Corpore.] Hæc diſtin. diuiditur in duas par. Et principaliter in hac diſt. tractat ꝙ corpore vitiati, ſc. impotentes vel magnis membris & apparentib. vnde deformarentur, vel minoribus per culpam ſuam, promouendi nō ſunt. Si autem à barbaris, vel à dominis, vel ab inimicis facti fuiſſent, vel a medicis, vel caſu, poſſent promoueri: & hoc ꝓbat in prima part. per 12. auctoritates ſanctorum. Secunda ibi, *Hoc autem.* Io. de Fant.

"ſeruos manumittere eſt opus miſericordiæ.

a Al. transferendi.

b Ita intelligit. Laur.

"Media via eſt tenēda.

c De furto ꝓbatur de cōſ. di. 4. diſcipulos. & ext. de furt. ſi quis. Hodie iſta proprie ſumendo repellūt à ꝓmotiōe. 81. diſt. c. 1.

" Eccleſia numquam moritur.

1 Iuo p. 3. c. 142. & 143. Poly. l. 2. ti. 31. Anſ. l. 7. c. 46.

2 Concord. tex. in l. gn̄aliter. & ibi Cy. C. de ep. & cle. gl. & Bar. in l. 2. ſ. fi. ff. de don.

uitium incaute retinemus, illi inuenimur negare[a] quædam, qui dedit omnia[b]. Vnde neceſſe eſt, vt quiſquis ex iuris eccleſiaſtici ſeruitute, vel ſæcularis militiæ[c], ad Dei ſeruitium conuerti deſiderat, probetur prius in laico habitu conſtitutus. Et ſi mores illius, atque conuerſatio, bono deſiderio illius teſtimonium ferunt, abſque vlla retractatione ſeruire in monaſterio omnipotenti Deo permittatur, vt à ſeruitio humano liber recedat, qui diuino amore diſtrictiorem ſubire appetit ſeruitutem. Si autem & in monaſtico habitu, ſecundum Patrum regulas irreprehenſibiliter fuerit conuerſatus, poſt præfixa ſacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet eccleſiaſticum officiū prouehatur: ſi tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in teſtamento veteri morte[d] mulctantur.

Ecce quomodo ſerui ad clericatum aſſumi valeant, vel quomodo non admittātur. Liberti quoque non ſunt promouendi ad clerum, niſi ab obſequiis ſui patroni fuerint abſoluti.

Vnde in concilio Eliberitano, c. 80.

¶ Abſque patroni aſſenſu liberti non promoueantur ad clerum. C. XXIIII.

PRohibendum eſt, vt liberti, quorum patroni in ſęculo fuerint[e], ad clerum nō prouehantur.

DISTINCTIO LV.

1 Pars.

COrpore vero vitiati[f] ſimiliter à ſacrificiis prohibentur.

Vnde Gelaſius Papa epiſcopis per Lucaniam, & Brutios conſtitutis, epiſt. 1. c. 2. & 3. ſcribit dicens.

¶ Qui de monaſterialibus diſciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis, anteacta eius vita examinetur. C. I.

[1] PRiſcis igitur pro ſui reuerentia manentibus conſtitutis (quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodiri) eatenus[a] eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt priuatæ[*] miniſtris, vel ſufficiētibus[g] vſque adeo deſpoliatæ ſeruitiis,

CASVS. Hic intitulatur 55. diſt. in qua oſtenditur, quòd corpore vitiati promoueri non poſſunt: & quæ pœna ordinatoribus talium ſit imponenda.

f ¶ *Corpore vero vitiati.*] Hic agitur de corpore vitiatis: & quæ pœna debeatur ordinatoribus talium. " Notandum quòd ſponte vitiati in quocumque membro, repelluntur à promotione, & deiiciuntur iam promoti, vt ſ. ea. pœnitentes, ſunt enim ſui homicidæ. ſ. c. ſi quis. & c. qui partem. ſi autem caſu vitiati ſunt corpore, ſ. ab hoſtibus inuiti, vel propter ægritudinem voluntarij: ſiue à ſe, ſiue à medicis, non obſtet eis. ſ. c. ſi quis à medicis. Si autem alias ſunt vitiati: aut ipſi inſiſtebant operi licito, aut operi illicito. Si illicito, repelluntur: ſi licito, & ſunt vitiati in minimis membris, ſiue occultis, non repelluntur à promotione, vt ſ. c. qui partem. & cap. eunuchus. Sed ſi in magnis & manifeſtis, non promouentur, vt ſ. c. ſi Euangelica. Si ergo aliquis in principalibus membris, ſc. in oculo vel manu habet enorme vitium, non promouetur: ſecus ſi modicum: & quod non generet ſcandalum, vt extr. de cler. ægro. vel debili. cap. presbyterum. extr. de corpo. vitia. capitul. 2. & 3.[d] Ioan.

" Corpore vitiati ſunt à ꝓmotiōe repellendi.

vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere nō valeāt, tam inſtituendi, quàm promouendi clericalis obſequij ſic ſpatia diſpenſanda concedimus. Vt ſi quis monaſterialibus[h] diſciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis anteacta eius vita requiratur.[3] ¶ Ne ſit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adoleſcentia ſordidatus, vel corpore vitiatus, vel ſeruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione diſcuſſus.

[a] Eatenus eccleſiis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex epiſtola Gelaſij & Iuone.*

[b] ¶ Monaſterialibus.] *Hic de induſtria uidentur Gelaſij uerba mutata, & in compendium redacta: integra autem referuntur infra diſt. 77. c. ſi quis, & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatenſi. 3. c. 3.

¶ Annuæ ſuſpēſioni ſubiaceat, qui præter canonum formā aliquem ordinat. C. II.

NVllus pœnitentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omnium canonum inſtituta contineant, tamen ne cuiquam ſacerdotum ſupplicantium (ſicut iam diximus) importunitas, vel ſuggeſtio iniqua ſubrepat: neceſſe fuit, vt nunc ſeueriorem[i] regulam ſibi velint Domini ſacerdotes imponere. Et ideo, quicumque ab hac die contra ea, quæ ſuperius ſunt comprehenſa, clericum ordinare præſumpſerit, ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno[k] integro Miſſas facere† non præſumat. Quam rem ſi quis obſeruare noluerit, & contra conſtitutum fratrum faciens Miſſas celebrare pręſumpſerit, eccleſiæ communione priuetur, & ab omnium fratrum communione† nouerit ſe alienum: quia dignum eſt, vt ſeueritatem eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat, qui toties ſalubriter à ſanctis patrib. inſtituta obſeruare contemnit.

PRiſcis.] CASVS. Tempore Gelaſij in quadam prouincia eccleſiæ erant ita deſolatæ officio clericorum propter hoſtilem rabiem, vt pauci vel nulli ſacerdotes inuenirentur, qui populis miniſtrarent diuina miniſteria: quæſitum fuit à Gelaſio, an de monachis vel[e] laicis poſſint aliqui promoueri? Et reſp. quòd ſic, neceſſitate inſtante, dummodo ſint honeſtæ vitæ: ſalua tamen honorificentia priſcorum canonum, qui tales prohibent, niſi neceſſitate per eccleſias ordinari. & hoc in 1. part. In 2. part. quæ incipit ibi, *Ne ſit.* ponit vndecim impedimenta, quæ prohibent ſupradictos promoueri etiam inſtante neceſſita.

g ¶ *Vel ſufficientibus.*] "Vbi enim non eſt copia aliorum, bene aſſumuntur minus legitimi, vt ff. de decu. generaliter. §. pen. ſic alias in defectum probationum admittitur minus idoneus teſtis, vt 4. qu. 3. §. item in criminali. ver. item ſerui. 14. q. 2. c. 2.

h ¶ *Monaſterialibus.*] Hic videtur quòd monachi non poſſunt eſſe prælati eccleſiarum ſæcularium niſi ex diſpenſatione. extr. de capel. mona. cap. in eccleſiis. extr. de ſtat. mon. cap. 2. Hug. dicit, quòd de iure poſſunt: dum tamen habeant & abbatis, & epiſcopi conſenſum. 16. q. 1. cum pro vtilitate. & c. doctos. De regularib. habes ꝙ licite poſſunt, vt ext. de ſtat. mon. ca. quod Dei. Io. credo ꝙ de iure communi poſſunt ꝓmoueri, ſi poſſunt ſecum habere ſocium ſui ordinis, vt extr. eo. tit. monachi.[e] Bar. De hoc ad plenum 16. q. 1. in ſumma.

d Et c. vlti. vbi de hoc. & in ꝓced. c. presbyterorum. Arc.

3 Ibid. c. 3. ſ. diſ. 77. ſi quis.

"Legitimis deficientib. aſſumuntur minus legitimi.

† al. celebrare.

† al. charitate.

e Et iſta fuit ſnia Tan. & Gof. Dn̄t. n. ꝙ in illa dec. mōachi. cōtinetur ius cōe. ex diſpēſatione tamen epi, cum cōſenſu abba. ꝓt monachus ꝑfici eccleſię parochiali. 16. qu. 1. in parochia. c. doctos. cum ꝓ vtilitate. c. ſi monach. Et hoc de pauperibus dn̄t intell. Arch.

NVllus.] CASVS. Antiquitus facta fuit conſtitutio nullus epiſcopus ordinaret pœnitentem, vel bigamum, vel viduæ maritum, vel corpore vitiatum, quam epiſcopi male ſeruabant: & ideo Arelaten. concilium nunc ſtatuit regulam ſeueriorem, vt quicumque amodo tales ordinauerit, anno integro ceſſet à celebratione Miſſarum: & ſi celebrauerit poſt excommunicationem, deponetur. Sequens cap. patet.

i ¶ *Seueriorem.*] Et nonne ſeuerior fuit illa conſtitutio, quæ priuat tales poteſtate ordinandi, vt 36. diſt. quis eccleſiaſticis. & ſic hic adiicitur alia pœna.

k ¶ *Anno.*] Not. hic annum computari à tempore ſcientiæ, vt 17. q. 2. ſi quis

" Annus biſſextil. duos dies facit hiſi pro vno.

a Aude hic ad hoc non biſſexti cõputetur in numero dierũ & mẽſiũ. not. in gl. ſi. in l. 2. ff. de di. & tẽ. pſc. & gl. in l. biſſextus. ff. de verb. ſign.

b 12. di. viq.

c Vbi d noc. extr. de pp. cũ nõ igno res in ſi.

ſi quis incognitus. 2. q. 6. c. biduum. " Quid ſi annus ſit biſſextilis, in quo aliquis ſuſpenſus eſt, numquid ſufficit abſtinere ccclxv. diebus? non videtur: quia illi duo dies habentur pro vno[a], vt extr. de ver. ſi. quæſiuit. ſed non eſt ita. vt ff. de ſta. li. cum hæres. §. Stichus. quia hoc c. loquitur de vitiatis in anima[b]. & quantum ad hoc facit ad propoſitum magiſtri.

P*Oenitentes.*]

a ¶ *Diſſoluet.*] Arg. aliquem venire contra factum proprium. ſi. 35. q. 9. quod quis. 12. qu. 1. certe[c]. extr. de ele. no ſti. Arg. cõtra de cle. cõ iug. diuerſis fallaciis. ext. de conceſ. præb. cũ ſuper quæſtione. extr. de fil. preſ. veniens. Vel dic quod ipſe dicitur diſſoluere, quia ob ignominiam ſui diſſoluitur. ſic. 70. diſtin. neminem. & 21. q. 2. c. 1. cum. n. ipſe ob hoc ſit dignus depoſitione, ipſemet non diſſoluet. Io. Sol. de iure communi non poteſt aliquis venire contra factum ſuum, niſi in caſib. expreſsis in iure[d]. Bar.

2 Anſel. l. 7. c. 16.

a Ex priſca verſione.

γ ¶ Eccleſiæ communione priuetur.] *Hæc uerba non ſunt in ipſo concilio, & uidentur idem ſignificare, at ſequentia: ſunt tamen in uetuſtis quoque Grat. aut codicibus.*

Item Hilarius in concilio Romano ab ipſo habito, c. 3. [*Paulo tamen aliter.*]

¶ Non ordinentur pœnitentes, vel illiterati. C. III.

1 POenitenteſ, vel inſcij literarum aut aliqua membrorum damna perpeſſi ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis autem talium conſecrator extiterit, factum ſuum ipſe diſſoluet[a].

Corpore autem vitiati intelliguntur non caſu, ſed propria voluntate abſciſi.

Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 22. & 23. legitur.[a]

¶ Qui ſemetipſum abſciderit, non ordinetur. C. IIII.

3 SI quis abſcidit[b] ſemetipſum [id eſt †, ſi quis amputauit ſibi virilia] non fiat clericus[c]: quia ſui eſt homicida[d], & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericus fuerit abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur. quia ſui eſt homicida.

3 Anſel. l. 7. c. 37.

† *iſta eſt gl. in uetere uerſione.* C. 23.

d Adde an & quando quis poſsit cõtra factũ ꝓpriũ veni re. & not. in l. poſt mortẽ. ff. de ado.

CORPORE. CASVS. Dicit Gratianus hic, quod illi corpore vitiati ordinari prohibentur, qui non caſu ſed volũtate propria ſe abſciderunt: quod probat ſequentib. capitulis.

SI *quis.*] CASVS. In hoc c. dicitur, quod ſi quis laicus ſibi virilia abſciderit, ad clericatum promoueri non põt: cũ ſit ſui ipſius homicida. Si vero abſcinderet, debet deponi, quia ſui eſt homicida. Sequens c. patet.

† *Si quis.*] Orig.

b ¶ *Abſcidit.*] ex indignatione, vel etiam cauſa continentiæ.

e ¶ *Raritas.*] Argu. quod propter raritatem hominum aliqua conceduntur, vt 55. diſt. c. priſcis 1. q. 7. talis.

DISTINCT. LVIII.

I*Tem ex monachali* [f] *habitu nullus aſſumitur ad eccleſiaſticum officium, niſi fuerit oblatus voluntate proprij Abbatis.*

Vnde Gregorius ſcribit Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 7 epiſt. 18. [2]

¶ Monachus non ordinetur clericus, niſi voluntate abbatis epiſcopo fuerit oblatus. C. I.

NVllus ad eccleſiaſticum officium ex monaſterio producatur monachus, niſi quem abbas [g] loci admonitus propria voluntate obtulerit epiſcopo.

I*Tem ex monachali.*] C A S V S. Suprà in 54. diſt. dictum fuit, ꝙ ſerui ordinari non debent, niſi voluntas dominorum acceſſerit. Sed quia in quibuſdam locis monachi ſeruis comparantur, cum non habeant proprium, nec ſint ſuæ voluntatis, vt 12. q. 2. non dicatis. ideo Grat. ponit hanc 58. diſt. in qua oſtendit monachum ad eccleſiaſticum officium non promoueri niſi de voluntate proprij abbatis, & etiam de conſenſu conuentus.

f ¶ *Item ex monachali.*] ſ. 55. diſt. c. priſcis. dixerat, ꝙ monachi poſſunt præfici parochialibus eccleſiis: [e] ſed ne crederet aliquis, quòd hoc poſſet fieri licentia abbatis: ideo ponit hanc diſt. &c.

e Clericus ſine ſui prælati licentia non eſt tráſferendus.

N*Vllus.* CASVS. Quæſitum fuit à Gregorio, an epiſcopus poſſit monachum promouere ad officium clericatus, vel ad dignitatem. Et reſpondet, quòd non, niſi eum abbas obtulerit propria voluntate ſibi. Quod ſequitur, planum eſt, vt di, quod fit ex diſpenſatione, ad conſequentiam trahi non debet, ad quod inducit ſeq. c.

g ¶ *Abbas.*] No. quòd nullus monachus poteſt promoueri ad eccleſiaſticos honores, niſi cum licentia abbatis, vt 16. q. 1. ſi quis monachus. & ca. cum pro vtilitate. idem intellige de quolibet clerico, vt ſine licentia prælati ſui non poſsit ab epiſcopo transferri [b] ad alium locum, cum nec clericus epiſcopi ab archiepiſcopo, quia omnium cōſenſus eſt requirendus quorum ius læditur, vt 54. diſt. nullus. 9. quę 3. per ſingulas. Et non ſolum voluntas abbatis eſt requirenda, ſed etiam monachorum, vt 19. q. 3. ſtatuimus. Nā hæc eſt quædam alienatio. vnde non poteſt fieri ſine conſenſu omniū, vt 12. q. 2. ſine. Ioa. & quod dicitur de epiſcopo, credo falſum ſi cauſa ſubeſt. extr. de exceſ. præl. ſicut.

b Idem not. hic H & L. in vtroq; dicto. A. q8 facit quod le. & no. 7. q. 1. epiſcopus loco. & idem ſētit hic Io. de F.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 13. [3]

3 Et in Afri. c. 47.

¶ De eodem. C. II.

SI quis de alterius monaſterio repertum [α], vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem [h] monaſterij conſtituere [β]: epiſcopus, qui hoc fecerit, à cęterorum communione ſeiunctus, ſuæ [i] tantum plebis communione contentus ſit: & ille neque clericus [γ], neque præpoſitus perſeueret.

α ¶ Repertum.] *Græce legitur:* ἐάν τις ἐξ ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται τινα id eſt, ſi quis ab alieno monaſterio receperit aliquem.

β Conſtituere.) *Antea ſequebatur:* ſine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba ſunt expuncta: quia abſunt à concilio Carthaginen. & Africano, & pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus.*

γ ¶ Clericus.] *Sequebatur* neque canonicus, *quæ ob eaſdem cauſas ſunt ſublata.*

DISTINCTIO LIX.

I*Tem* [k], *qui eccleſiaſticis diſciplinis imbuti: & temporum approbatione diſcuſsi non ſunt ad ſummum ſacerdotiū non aſpirent.*

Vnde ait Zozimus Papa ad Iſichium Salonitanum epiſcopum epiſt. 1.

¶ Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus.

C. I.

[4] QVi eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non eſt, & temporum † approbatione diuinis ſtupendiis eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat: & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam in † ordinatores eius, vt careant eo ordine, quem ſine ordine contra pręcepta Patrum crediderant præſumendū.

4 Anſ. l. 6 c. 28. Iuo p. 5. c. 102. ſuprà diſt. 36.

† al. temporis. Orig.

† a. ordinatores eius careant.

Idem a eadem epiſtola.

¶ Ad ſacerdotale officium, nullus, niſi per ſingulos gradus probatus accedat. C. II.

S*I quis.*] C A S V S. Dicitur in hoc c. ꝙ epiſcopus non poteſt alienum monachum promouere ad clericatum, vel facere abbatem in ſuo monaſterio, niſi de voluntate proprij abbatis, qđ ſi fecerit, communione ſuæ plebis ſit contentus, & promotus remouebitur ab eo quod accepit.

h ¶ *Maiorem.*] [u] Ex hoc loco videtur, ꝙ monachus poſsit eſſe prælatus in eccleſia ſæculari. quòd epiſcopus poſsit eſſe, non eſt dubium, vt 18. qu. 1. ſtatutum. Item, quòd plebanus poſsit eſſe, habes 16. q. 1. monachos. & c. in parochia. Itē, quod canonicus ſæcularis poſsit eſſe, videtur 74. diſt. quorumdam. Item, ꝙ vicedominus epiſcopi poſsit eſſe, videtur: quia epiſcopus debet habere teſtimonium à monachis, vt 2. qu. 7. cum paſtoris. ſed œconomum debet habere epiſcopus, vt ſit ei teſtis, vt 16. quæſt. 7. quoniam in quibuſdam. ergo poteſt eſſe œconomus, vel vicedominus epiſcopi, & iſtud H. admittit. argu. contra decimaſexta quæſtione prima, de præſentium. De ha materia notam decimaſexta quæſtione ſeptima, in nona poteſt tamen intelligi [c], quod dicitur de eccleſia monachali, quæ epiſcopalis etiam fuit.

u Monachus poteſt in eccleſia ſeculari eſſe prælatus.

c Et vere ſecundū Laur. ſecundū quē iſte intellectus qui ſequitur eſt verus: ſic enī intelligitur 74. di. quorūdam. ſecundum Lau.

i ¶ *Suæ.*] ſimil. ſuprà diſtinctio. decimaoctaua. placuit. Sed contra infrà quarta quæſtione quinta, capitul. primo. Dic vt in dicto cap. placuit.

I*Tem qui.*] C A S V S.] Suprà diſtinctione quinquageſima prima, in aliquo facit mentionem de illiteratis & promotis ſine interſtitiis temporum, & inde ſumpta occaſione ſpecialem ponit Gratianus tractatum de his, docens tales non eſſe promouendos. Caſus iſtius c. habetur ſuprà diſt. qui eccleſiaſticis.

k ¶ *Item.*] Dictum fuit ſuprà diſtinctione quinquageſima. non confidat. & quinquageſimaquinta diſtinctione. priſcis. quòd nullus ordinandus eſt niſi ſeruatis interſtitiis temporum, ideo oſtendit hic, quòd ad inſtar ſæcularium dignitatum nullus per ſaltum eſt ordinandus [d].

d Vel aliter c. 5. di. quæ in aliquo facit mentionem de illiteratis & de promotis ſine interſtitiis tēporū, inde ſumpta occaſione ſpecialē ponit Grat. tractatū de his docens tales noneſſe promouendos, ſecūdum B.

SI officia.] CASVS. Quæſitum fuit an epi debeant promouere aliquos in epiſcopos vel presbyteros, qui in minoribus ordinib. non ſunt examinati, vel ſine temporum interſtitiis promoti. Et reſp. Vrbanus, quòd nō, ſed docet eſſe per ordinem aſſueſcendum, vt primo aſſueſcat in minorib. ordinib. qui ad maiores voluerit promoueri, ne dux eſſe deſideret, cū tyro prius non fuerit. Et hoc pbat ad inſtar curiæ ſæcularis, vbi gradatim aliquis promouetur. Et reprehendit quoſdam epos, qui quærentes pompā in multitudine presbyterorū, ordinabāt eos in locis ſolitariis, vt eis ordines conferrēt, quibus aliud conferre non poſſunt.

a Anſel. l. 6. c. 28.

† al. plurimos Orig.

a ¶ *Si officia ſæcularia.*] i. ſæculares non deferunt principem locum ingreſſis, &c.

b ¶ *Quis.*] Not. modū argumentandi, ex quo ita eſt apud ſæculares iudices, eodem modo erit apud eccleſiam. ſ. 31. diſt. tenere. & c. ſi laicus. 3. q. 5. qa 19. qu. 3. monaſterus. ſic 12. qu. 2. cū deuotiſsimam. Et eſt arg. ad q̄ onem illā, „ q̄ ſi aliqs eſt legitimatus à principe, quòd apud eccleſiam eſt legitimus, quod nō credo. arg. ad hoc extr. q̄ ſi ſint leg. per venerabilem. de hoc not. 10. di. ca. 1. ibi videas. Acc.

„ Legitimatus à principe non eſt apud eccleſiam legitimatus.

c ¶ *Saltu.*] „ Gradatim enim deferendi ſunt honores, vt 93. di. legimus. in fi. & ff. de mu. & ho. vt gradatim. nā caſum appetit qui per abrupta aſcenſum q̄rit, vt 48. diſt. ſicut.

„ Gradatim aſcenditur ad honores.

† al. dum per parochias.

d ¶ *Stipendia.*] „ Nota q̄ magis præſumitur pro illo qui plura ſtipēdia habet in eccleſia: quia is gradu ceteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerunt anteire. vt C. de offic. ma. off. nemo. & 61. diſt. miramur.

„ Præſumitur plus pro illo q̄ plura habet ſtipēdia.

e ¶ *Rarum.*] ſic ī. 93. diſtinct. legimus a.

a Et 2. q. 7 in ſactis, & ſub. hoc, & ideo cum hoc nō ſit rarum, nō eſt magnū. L.

a SI officia ſæcularia a principē locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per ſingulos† gradus examinatis, temporibus deferunt: quis b ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cæleſti militia, quæ propēſius ponderanda eſt, & ſicut aurū, repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret: cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quàm diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij: nec illi vile ſit exorciſtā, acolythum, ſubdiaconum, diaconū per ordinem fieri: nec hoc ſaltu c, ſed ſtatutis maiorū ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomē ætas impleat, & meritum probitatis ſtipēdia d anteacta teſtentur. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorum, qui pompā multitudinis quærunt, & putāt ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum† parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud pſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij. Rarum e eſt enim omne, quod magnum eſt.

e ¶ [Idem.] *Capit. hoc antea tribuebatur Vrbano. Emendata eſt inſcriptio ex pler. ſane vetuſtis Gratiani exemplaribus: habetur enim in eadem epiſtola.*

Item Gregorius lib. 7. reg. epiſt. 110.

¶ Cuiuslibet meriti laicus ad ſummum non aſpiret ſacerdotium. C. III.

a HOc ad nos perueniſſe non diſſimili dignum deteſtatione cōplectimur, quòd quidam deſiderio honoris inflati, defunctis epiſcopis tonſurantur f, & fiūt repente ex laicis ſacerdotes, atque inuerecunde religioſi propoſiti † ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerunt. Quid

putamus q̄ iſti ſubiectis præſtaturi ſunt, qui antequā diſcipulatus limen attingant, tenere magiſterij locum non formidant? Qua de re neceſſe eſt, vt quamuis inculpati g quiſque ſit meriti: ante tamen per diſtinctos ordines eccleſiaſticis exerceatur officiis.

Item Cæleſtinus epiſcopis Galliarum, epiſt. 2. c. 3.

¶ Non aſpiret ad ſummum ſacerdotiū, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. C. IIII.

a ORdinatos h vero quoſdam, fratres chariſſimi, epiſcopos, qui nullis eccleſiaſticis ordinibus ad tantę dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, cōtra Patrum decreta, huius vſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicim9, cum ad epiſcopatū his gradibus, quibus frequentiſſime cautum eſt, debeat perueniri, vt minorib9 initiati officiis ad maiora firmentur. Debet enim ante eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere, quod didicit: omnis vitæ inſtitutio hac ad id, quo tendit, ſe ratione i confirmat k. Qui minime litteris operam dederit, præceptor non pt̄ eſſe litterarum. Qui nō per ſingula ſtipendia creuerit, ad meritum ordinem ſtipendij non poteſt peruenire. Solum ſacerdotium inter iſta, rogo, vilius eſt, quod facilius tribuitur, cum difficilius l impleatur?

DISTINCTIO LX.

ECce m oſtenſum ex parte eſt, qui poſſint ad ſacerdotij ordinem promoueri, & qui nō. Nunc autem conſiderandum eſt, ex quibus ordinibus in archipresbyterum, vel præpoſitum, vel epiſcopum, vel archiepiſcopum ſint eligendi.

De his ſtatutum eſt in concilio Vrbani Papæ celebrato Aluernia.

¶ Archypresbyter, vel decanus, aut archidiaconus non niſi diaconus, aut presbyter ordinetur. C. I.

NVllus n epiſcopus o in eccleſia ſua, niſi diaconus ſit, archidiaconū inſtituere, nec archi-

f ¶ *Tonſurantur.*] argu. q̄ nullus debet tonſurari ad hoc, vt dignitatem conſequatur b, vt 16. qu. 7. per laicos. Quid iuris ſit de hoc, ibi notaui: licet ſit arg. contra 61. diſt. deus. Ioa. Huguccio dicit, „ q̄ ipſa ſpes non inducit ſimoniā, dūmō non interueniat pactio: quia ſola animi deſtinatio non inducit ſimoniam, vt ext. vt eccl. ben. vt noſtrum. Alij contrarium dicūt, vt arg. 8. q. 3. Artaldus. Ioan. & certe decretalis vī dicere, quòd ſola ſpes inducat ſimoniā, ext. de ſim. c. vl. & talis ſimonia per ſolam pœnitentiam aboletur, vt ibi dicitur. hoc tamē credo, quòd ſpes pro honeſto ſeruitio, non inducit ſimoniam.

g ¶ *Inculpati.*] No. q̄ ſemper præſumitur, q̄ in fraudem receperit ordinē qui ſubito recipit, licet bene meritus ſit alias ſic præſumitur, q̄ libertas in fraudem data ſit quandoque, licet ſeruus ſit bene meritus, vt ſſ. qui & à quib. ma. l. 1. in fi. arg. ad hoc 61. diſt. miramur c.

HOc.] CASVS. Quidam ex laicis honoris deſiderio inflammati repente fiebāt ſacerdotes, & epiſcopi qui licet nondū didiciſſent in eccleſiaſtica militia famulari: tamē duces eſſe volebant, & locum regiminis obtinere, quod reprehendit Gregor. & prohibet ne fiat.

a Anſel. l. 6. c 31. Pol. l. 2. tit. 1.

‡ al. propoſiti.

b Ad hoc extra de elect. cū ad nſam.

„ Spes vtrū inducat ſimoniam

c Et h c facit in arg q̄ & in perſona probata, & exercitata ſ eſt permittēdum, quod ſ ſtatutis generalib continetur, vt ibi dicitur Itē 8. di. c. 1 ſecundū H.

ORdinatos.] CASVS. Quidam archiepiſcopi ex laicis, & parum litteratis in epiſcopos ordinabāt, quod Papæ innotuit ex cōfeſſione cuiuſdam eorum. vnde præſumit Cæleſtinus alios ſimilia feciſſe: & iō prohibet, vt ad tantā dignitatē nō pmoueantur, q̄ per ſingula non creuerint officia, & qui non fuerint eruditi. Nam prius dēt eſſe diſcipulus antequam ſit magiſter, vt poſſit docere quod didicit.

h ¶ *Ordinatos.*] No. q̄ confeſsio vnius nocet alij d quod eſt contra id. 2. q. 5. interrogatū. ſed hoc eſt pp cautæ confeſsionem, vt 81. diſt. tantis. & not. 3. q. 6. hæc quippe. Vel dic, q̄ non nocet, niſi quo ad pſumptione, ſicut dictum vnius nocet quo ad præſumptionem, vt 86. diſt. tanta.

Confeſsio vnius quādo que nocet alteri.

d Sequūtur iſtā gl. Cyn. Alc. de Im. & Mod. in l. ſi duo. ff. de iureiur.

i ¶ *Ratione.*] vt prius ſit diſcipulus.

k ¶ *Confirmat.*] i. confirmare debet.

l ¶ *Difficilius.*] ī. 40. di. ante omnia.

ECce.] CASVS. ī. oſtenſum eſt qui poſsint ad ſacros ordines promoueri, & qui non. in hac vero 60. di. oſtendit ex quibus ordinib. ſit aliquis eligendus in archipresbyterū, vel præpoſitū, vel epiſcopum, vel archiepiſcopum.

a Burch. l. 2. c. 8 Iuo p. 5 c. 72.

m ¶ *Ecce.*] Hic oſtēdit ex quib. ordinib. aliqs eligendus ſit in præpoſitum, vel decanū, vel archipresbyterum, vel epm. „ & dicit, q̄ nullus eligēdus eſt in præpoſitum, niſi ſit diaconus, vel pbyter, nullus in archidiaconum, niſi ſit diaconus, nullus in decanum, vel archipresbyterum, niſi presbyter, nullus in epiſcopum, niſi ad minus ſit ſubdiaconus.

„ Eligendus in quo ordine debet eſſe.

NVllus.] CASVS. Prohibetur in iſto ca. vt epus non faciat aliquem archidiaconum, niſi ſit diaconus: nec aliquem faciat archipresbyterum, vel decanum, niſi ſit presbyter.

n ¶ *Nullus.*] Hæc duo ca. dicit H. abrogata p id quod eſt ī. c. pen. & vel ext. de elect. cū in cūctis e. vbi dicit, q̄ q̄ eſt in ſacris ordinibus pt̄ eligi in præpoſitum vel archidiaconū. ſed ſubdiaconatus eſt hodie ſacer ordo. extr. de æta. & qual. à multis. §. verum. & hoc ſatis ſuſtineri pt̄ cū acolythus ēt. poſsit eligi ad prælaturam, vt extr. de æta & qual. præterea. vbi dr̄, q̄ diſpenſatiue pt̄ eligi. Vel dic, q̄ exponitur hæc dictio, ſit, i. ſiat. ſufficit enim ſi talis ſit, q̄ in breui poſsit promoueri ad iſtos ordines, vt ext. de æta. & qual. præterea non enim refert an iam ſit an cito ſiat, vt ext. de ver. ſig. c. 3. & de conſec. diſt. 4. quando. Sed quare ſtatuitur illud de iſtis dignitatibus, „ cum in epm poſsit eligi ſubdiaconus? vt ī. ea. ca. vlt. Sed huius rationem aſsignat Gratia. ī. ea. diſt. §. horum. & de epo. ī. e. §. alterum. ſ. propter ordinis dignitatem. In quo autem ordine debeat eſſe cantor vel primicerius, conſuetudini relinquo. 32. diſt. placuit. „ Hinc ergo poteſt quis in minoribus ordinibus eligi ad has dignitates, dummodo habeat ætatem f. Sed his ob. extr. de elect. dudum. 1 in fin. Si ſuſtinere dictum H. expone quod dicit illud ca. præterea. diſpenſatiue, ſcilicet ex diſpenſatione canonis. Nō ob. c. dudum. in fi. quia poteſt intelligi de defectu tali qui impediat promouendum ad talem dignitatem, de quo ibi ſit mentio. vnde dicitur, quòd acolythus poſsit eligi ad illam dignitatem, vt videtur dicere littera. ſic ſcilicet intelligenda.

e §. inferiora. & in hoc facit, quod ibi de ſacro ordine nulla habetur mētio, ſecundā tamen de ætate, morib9, & ſcientia, vt ibi permiſit.

„ Subdiaconus in epm poteſt eligi

„ Eccleſia parochialis poteſt conferri exiſtēti in minoribus.

f Vt ext lib. 6 de æta. & qua permittimus.

„ Archidiaconatū quis cōferre, pōc

o ¶ *Epiſcopus.*] Supra „ ergo collatio archidiaconatus ſpectat ad

ep iſcop

epiſcopum.94.diſt.epiſcoporum.& 25.di.ca.1.&`31.diſt.ca.1.& 89. diſt. volumus. Sed contra 93.diſt.legimus.& extr.de elect.cum in cunctis. vbi dicitur, quòd ad canonicos ſpectat. Dic quòd ad epiſcopum tantum ſpectat confirmatio, ad canonicos electio de iure: in talib. tamen conſideranda eſt conſuetudo, vt ext.de elect.cum eccleſia*.

a Quidã dñt quod non licet epiſcopo eligere archidiaconũ aliunde, niſi de eccleſia cathedrali. & hoc per decr. extr. de his quæ fi. à præl. ſine. in pr. ibi, aſſumatur.

a ¶ *Niſi presbyteri.*] j. 23.q.4.ſicut excellentiam. contra. vbi dicitur, quòd non gradus elegantior, ſed vitæ melioris. &c. Sed dic, quòd non tantum ordo conſideratur, ſed ordo & meritum.

N*ullus.*] CASVS. Dicit Calixtus, quòd nullus in præpoſitum, vel archiepiſcopum vel archidiaconum eligatur, niſi ſit diaconus, nec aliquis in decanum vel archipresbyterum eligatur, niſi ſit presbyter.

I*nnouamus.*] CASVS. Quidam erãt electi in archidiaconos, q non erant diaconi, quidam in archipresbyteros vel decanos, qui nõ erãt presbyteri. Inn. igitur ſecundus confirmans antiqua decreta prohibet ne hoc de cetero fiat: & ſi qui j. prænominatos ordines exiſtentes præſumpſerint ordinari, ſuſcepto priuentur honore. Item prohibet ne adoleſcẽtibus, & in minoribus ordinibus conſtitutis, & indignis prædicti conferantur honores.

b ¶ *Vel presbyter.*] redde ſingula ſingulis.

c ¶ *Ordinari.* ["] Cogitur ergo aliquis recipere ordinẽ, & ſic eſt contra hoc. 74.di gesta. ſed illud ratione adiuncti ordinis. 75. diſt.c.ſi.

d ¶ *Ne adoleſcentibus.*] intra xxv. an.[b]. vt extra de electio. cum in cunctis. §. inferiora.

HORVM. CASVS. Dicit Gratianus, quòd illud quod dictum eſt de clericis non promouendis in archipreſbyteros, vel decanos niſi ſint presbyteri, & in archidiaconos niſi ſint diaconi, ſtatutum fuit ex cauſa. ſ. propter illos qui promoueri contẽnebant adeptis dignitatibus. Nam etiã in epiſcopos diaconi promouentur, quod probat ſeq.c.

N*ullus in epiſcopum.*] CASVS. Statuit hic Vrbanus, vt nullus eligatur in epiſcopũ, niſi fuerit in ſacris ordinibus conſtitutus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum, quos ſolum legitur primitiua eccleſia habuiſſe. Subdiaconi vero neceſsitate exigente de licentia Romani pontificis, vel archiepiſcopi, ſi bonæ vitæ fuerint, poſſunt in epiſcopos eligi.

e ¶ *In ſacris.*] [tt] poſtulari tamen poteſt in epiſcopum laicus. 63.diſt.c. Oſius.& 62.diſt.c. Valentinianus.

f ¶ *Habuiſſe.*] [tt] ſupple ſacros. nam etiam ſubdiaconatus fuit tempore Apoſtolorum, vt 33. diſt. epiſcopus.

g ¶ *Romani pontificis.*] Hodie licite eligitur, vt ext.de ætate & qual. à multis.

h ¶ *Metropolitani.*] [tt] ſicut ergo olim metropolitanus potuit diſpenſare circa ordinem, ſic videtur, quòd adhuc poſsit, cum non auferatur e hæc diſpenſatio, ſiue iuriſdictio. arg. extra de ſent. exc. nuper c.

¶ Cõcordat Eugenius 2. in conc. Rhemenſi, ca.6. Pann. l.3. ca. 140.

[tt] Ordinem recipere cogitur quis.

b Nec.n. ferendum eſt etiam legitimam tutelã agere. C. de legit. tut. l. vlt. Ioan. de Fan.

6 Ivo p.5. c. 9 Pann l.3. ca.5.

[tt] Laicus in epm poſtulari poteſt.

[tt] Metropolitanus an poſsit circa ordinem diſpenſare.

presbyterum, aut decanum, niſi presbyteri [a] ſint, ordinare præſumat. Quod, vt diſtrictius teneatur, apoſtolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ *In capitibus manuſcriptis concilij Claromontenſis habiti ab Vrbano 2. (quæ non ſunt decreta ipſius concilij, ſed ſumma quædam ipſorum) in tertio hæc leguntur. quæ ad præſentem canonem faciunt:* vt nullus fiat decanus in eccleſia, niſi presbyter, nullus archidiaconus, niſi leuita.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in præpoſitum, vel archipresbyterum, niſi presbyter nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur.

C. II.

NVllus in præpoſitum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, niſi presbyter, nullus in archidiaconum, niſi diaconus ordinetur.

¶ *Et rubrica & caput emendata ſunt ex manuſcriptis codicibus.*

Item Innocentius 2. in concilio Romano, cap.10.

¶ De eodem. C. III.

6 INnouamus autem, & præcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, niſi diaconus, vel presbyter [b] ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel præpoſiti, qui infrà ordines prænominatos exiſtunt, ſi inobedientes ordinari [c] contempſerint, honore ſuſcepto priuentur. Prohibemus autem, ne adoleſcentibus [d], vel infrà ſacros ordines conſtitutis, ſed qui prudentia, & merito vitæ clareſcunt, prædicti concedantur honores.

Horum vnum propter procacitatem quorundam ſtatutum eſt, qui nomen præpoſituræ adepti, officium contemnunt, nolentes fieri ſacerdotes: alias enim inane eſſet, cum etiam in epiſcopum eligi poſſint in ſubdiaconatu conſtituti, iuxta illud Vrbani a Papæ.

a ¶ Vrbani] *In ca. à multis. ext. de ætat. & qual. tamquam decretum Vrbani citatur: apud Iuonem vero & in Panormia ex ſynodo Beneuentana quæ tempore Vrbani II. cui Vrbanus II. ſucceſsit habita fuit: Nam Vrbanus primus centum, plus minus annis, Nicænam ſynodum anteceſsitur.*

¶ Non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus.

C. IIII.

6 NVllus in epiſcopum eligatur, niſi in ſacris [e] ordinibus religioſe viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos † primitiua legitur habuiſſe [f] eccleſia: ſubdiaconos vero, quia & ipſi altaribus miniſtrant, opportunitate exigente concedimus: ſi tamen ſpectatæ ſint religionis, & ſcientiæ. Quod ipſum non ſine Romani Pontificis [g], vel metropolitani [h] licẽtia † [i] fieri permittimus.

Alterum vero, vt in epiſcopum, vel archiepiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis ſtatutum eſt.

a ¶ Licentia.] *Sic mutatum eſt ex dicto à ministr. Iuone, & Panormia, quamuis etiam in nonnullis Gratiani codicibus legatur* ſcientia.

ALTERVM VERO. CASVS. Reſpicit hoc illum §. horum vnum. vbi dictum eſt aliquem non eſſe eligendum in archidiaconum, niſi ſit diaconus, vel in archipresbyterum, niſi ſit presbyter. hoc fuit ſtatutum propter contumaciam illorũ, qui promoueri nolebat. Nunc autẽ dicit, quòd alterũ eſt ſtatutum propter ordinis dignitatẽ. ſ. vt nõ eligatur in epiſcopũ, niſi ſit in ſacris ordinibus.

I*tem laici.*] hæc diſt. diuidit in 4. partes, in quarũ prima probat per 8. auctor. ſanctorum, quòd ex laicis, licet ſint boni, non debet creari epũs. Secunda ibi, *Eccleſia.* Tertia ibi, *Sed aliud.* Quarta ibi, *Item clerici.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 61. diſt. qua dicitur, quòd laici non ſunt in epos eligẽdi, niſi prius per ſingulos ordines fuerint probati. & hoc probatur vſque ad §. *Hiis omnibus.* Poſtea probatur contrarium in eodẽ §. & ibi dat ſolutionem. Et additur etiã quòd clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi clericis de propria eccleſia benemeritis in electione. Tractatur etiam in vlt. c. diſt. de viſitatione eccleſ.

i ¶ *Item laici.*] Hic oſtendit, quòd laici nõ ſunt eligẽdi in epos, ſed põt poſtulari [d]. Itẽ oſtendit, quòd tñ de propria eccleſia facienda eſt electio. Deinde oſtendit de viſitatore, quòd nihil debet præſumere de rebus illius eccleſiæ, cui datus eſt viſitator. Et not. quòd vocat hic laicos illos, q non ſunt ordinati, & illos qui repente ſunt ordinati: & nec illi, nec illi ſunt eligendi. Ioa.

S*acerdotale.*] CASVS. Brunichilda Regina Francorũ faciebat laicos in epos promoueri. vñ Gregorius ipſam redarguit, & reprehendit.

k ¶ *Subito.*] & ita inique & male. [tt] Iniqtas eñ oĩa præcipitat, vt j. de pœn. diſt. 1. inter hæc circum. ſi tamen neceſsitas eſt, in anno & dimidio poteſt laicus recipere omnes ordines, vt 77. diſtin. monachus. & capit. ſequen.

I*n ſacerdotibus.*] CASVS. Duo prohibet Hormiſda in hoc c. Primum eſt, laicos in epiſcopos nõ eſſe eligẽdos, etiã ſi fuerint probatæ vitæ, & bonæ conuerſationis. probatus.n. dẽt eſſe q ſ. anteq̃ eligatur, & diſcere antequam doceat. Nam irreprehenſibilis & emẽdatus eſſe debet, q præfertur & orat pro populo. Secundũ eſt, quòd pœnitẽtes ad gradũ epalem aſpirare non põt: nam præferens memorandi criminis labem non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

l ¶ *Corrigendis.*] ſic 3.q.7. iudicet. & c. ſeq.

m ¶ *Longa.*] ſic j. 28. diſt. priuſquam.

N*on negamus.*]

n ¶ *Præſtare.*] vnde non petere exemplum, ſed dare dignus erat. ad idem 16.q.1. prædicator.

c Et id dñt quidã, quòd auctoritate mentis iſti* iuris adhuc hodie poſsit diſpẽſare cũ acolytho eadem ratiõe & hanc ſententiã videtur ſeq. Tãc. Vin. Goſ. & B. extr. de ætat. & qualit. à multis.

† al. ſacros.

† al. ſcientia.

3 Anſ. l. 6. ca. 77 Poly. l. 1. tit. 1.

d Vt infrà. e. §. his omnibus. c. ſtatuimus & c Oſius 3. ſed aliud.

4 Pol. l. 1. tit. 1 Anſ. l. 6. ca. 22.

[tt] Iniquitas omnia præcipitat.

5 Anſ. ibid. Poly. ibid.

DISTINCTIO LXI.

1. ps [3]

I*Tem laici* [i] *non ſunt in epiſcopos eligendi: ſed per ſingulos ordines prius ſunt probandi.*

Vnde Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib. 7. reg. epiſt. 113.

¶ Sacerdotes ex laicis non ſunt ordinandi.

C. I.

3 SAcerdotale officium veſtris in partibus in tantam (ſicut didicimus) ambitionem perductũ eſt, vt ſacerdotes ſubito [k] quod graue nimis eſt, ex laicis ordinentur.

Item Hormiſda Papa epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, epiſt. 3. c. 1.

¶ De eodem. C. II.

4 IN ſacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis [l]. *& infra.* ¶ Longa [m] debet vitam ſuam probatione monſtrare: cui gubernacula committuntur eccleſiæ.

Idem eodem loco continenter.

¶ De eodem. C. III.

5 NOn negamus eſſe in laicis Deo placitos mores, ſed milites ſuos probatos ſibi quærũt inſtituta fidelium. Diſcere prius quiſque debet, antequam doceat, & exemplum religioſæ conuerſationis de ſe potius aliis præſtare, [n]

quàm ſumere. Emendatiorem [a] eſſe cõuenit populo, quem neceſſe eſt orare pro populo. Longa obſeruatione religioſus cultus tradatur, vt luceat, & clericalibus obſequiis erudiendus inſeruiat, vt ad venerandi gradus ſummã perductus, quis ſit fructus humilitatis [b], oſtendat. *& infra.* ¶ Nec tantum de laicis conſecrari inhibemus: ſed nec de pœnitẽtibus quidem quiſquam ad huiuſmodi gradum profanus temerator aſpiret. Satis illi poſtulanti ſit venia: qua conſcientia abſoluat reum, qui ſe peccata ſua populo ſcit teſte [c] cõfeſſum? Quis enim quem paulo ante vidit iacentem, veneretur antiſtitẽ? Præferens memorandi [d] † criminis labem, non habet lucidam ſacerdotij dignitatem.

¶ In pleriſque uetuſtis Gratiani codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, quemadmodum eſt in ipſa Hormiſda epiſt.

Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum, epiſt. 12.

¶ De eodem. C. IIII.

8 MIſerum eſt eum magiſtrum fieri, qui numquam [e] diſcipulus fuit: cum ſummum fieri ſacerdotem, qui numquam in vllo gradu obſecutus fuerit ſacerdoti.

Item Leo epiſcopus ad epiſcopos Africanos, epiſt. 85. al. 87. c. 1.

¶ De eodem. C. V.

9 MIramur tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionem, aut tumultum [f] valuiſſe popularem, vt indignis quibuſque, & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ crederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere: nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen [g]. Integritas enim præſidentium [h], ſalus eſt ſubditorum: & vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinæ. ¶ [i] Principatus [a] autem, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus, atque actibus non offendit, ipſius † tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo. Et difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. ¶ Quòd ſi in quibuſlibet eccleſiæ gradibus prouidenter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum [k], nihilque præpoſterum, quanto [l] magis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi, quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. 4 Vbi eſt illa beati Pauli Apoſtoli per ſpiritum Dei emiſſa præceptio? quia in perſona Timothei omnium [m] ſacerdotum Chriſti numerus eruditur: & pro inde vnicuique noſtrum dicitur [Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.] 5 Quid [b] eſt cito [n] manus imponere, niſi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris †, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem qualis ille eſt, qui non meruit ordinari? ¶ 6 Sicut enim boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet † in eligendo ſacerdote iudicium: ita graui ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. Nõ enim in cuiuſquam perſona [o] prætermittendum eſt, quod inſtitutis generalibus continetur: nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit contra † diuinæ legis præcepta collatus. *& infra.* ¶ Merito ſanctorum Patrum venerabiles ſanctiones, cum de ſacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos ſacris adminiſtrationibus cenſuere, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vſque ad per fectiores † annos [p] diſciplinæ eccleſiaſticæ ſtipendia cucurriſſet, vt vnicuiq; teſtimonium prior vita præberet, nec poſſet de eius prouectione dubitari: cui pro laboribus [p] multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci præmium deberetur. ¶ Si enim ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignũ eſt peruenire, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta [q] non adiuuant, quàm diligens, & quam prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cæleſtium dignitatum?

a ¶ Principatus.] In pleriſque manuſcriptis Gratiani codicibus legitur: Principatus, &c. & j. Quod ſi, &c. *Id autem factum uidetur, quia j. 1. q. 1. c. principatus, citatur hic uerſiculus prout notatur in glo. quæ in illis etiam uetuſtis exemplaribus eſt: in quibus alia gloſſæ non habentur.*

b Quid eſt.] *Sic in iiſdem manuſcriptis legitur:* quid eſt cito man[9] imponere, &c. & j. Sicut enim *& in margine citatur* j. diſt. 78. ca. q̃d eſt manus.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 12.

¶ Non ſunt eligendi ad epiſcopatum, niſi quos probabilis vita commendat. C. VI.

7 EPiſcopum non oportet præter iudicium metropolitanorum, & finitimorum epiſcoporum conſtitui [r] ad eccleſiæ principatum. Nec eligantur, niſi hi, quos multo [s] ante nota, probabiliſque vita commendat, & nihilominus, ſi in ſermone fidei, & † recta operatione per ſuam conuerſationem fuerint probati.

a ¶ *Emendatiorem.*] ſic 8. q. 1. qualis. 1. q. 1. c. viliſsimus.

b ¶ *Humilitatis.*] [α] quia nihil ita ſplendet in pontifice ſicut humilitas, vt 100. diſtin. contra morem.

c ¶ *Teſte.*] quia publica delicta publico egent remedio, vt de pœ. diſtinct. 1. §. hoc ergo. & c. quamuis [a].

d ¶ *Memorandi.*] & hoc pp memoria præteriti delicti. ff. 25. d. ca. vlt. & 48. di. c. 1. & 3. q. 4. ca. 2. & ff. de decur. l. vlt.

M *Iſerum eſt.*] e ¶ *Q̃nunquam.*] j. 59. di. ordinatos [b].

M *Iramur.*] CASVS. Quidam archiepiſcopi quoſdam laicos in epiſcopos promouebant occaſione guerræ ſedãdæ, & popularis tumultus remouendi: quare Leo Papa eos ex hoc reprehẽdit dicẽs, q̃ pro nullius perſona faciẽdum eſt contra decreta ſanctorũ patrum. Et q̃ archiep̃i hoc facere non debeant, probat quatuor rationib. Prima eſt, quia qui tales ſublimat, non conſulit populo, ſed nocet. Secunda eſt, quia quod habet malum initium, vix eſt vt bono peragatur exitu. tertia eſt, quia ſi minores ordines non dãtur ſine diſcuſsione, multo minus ordo epiſcopalis eſt ſine diſcuſsione dandus. Quarta eſt, quia ſi laicus laboris inexp̃tus notari ſolet ambitus, ſi dignitatem appetat ſæcularem, multo magis ei[9] notari ambitus ſolet, q̃ ambit adminiſtrõem diuinorum.

f ¶ *Aut tumultum.*] ar. [β] quòd non eſt deuiãdum a iure cõi pp tumultum popularem, nec propter ſedandã diſcordiam, vt 63. diſ. docendus. 18 q. 2. ſi q̃s abbas 8. quæ. 1. licet. ſic C. de pœn. l. decurionum. argu. extr. de ap. conſtitutus. arg. contra. ff ad l. Cor. de ſic. l. pe. & 28. di. de Syracuſanæ. & 11. q. 3. anteceſſor. & 50. di. vt conſtitueretur extr. de re. iur. q̃ ſcandalizauerit.

g ¶ *Diſcrimen.*] id eſt, periculum.

h ¶ *Præſidentiũ.*] i. ſacris officiis deputatorum.

i ¶ *Principatus.*] 1. qu. 1. principatus.

k ¶ *Inordinatum.*] [γ] ſ. vt potius eligatur ille qui diu militauerit in eccleſia, vt j. eo. quid p̃derit. vel et ille q̃ eſt in maiori ordine conſtitut[9] ſ, vt 75. di. ca. vlt.

l ¶ *Quanto.*] no. quanto res eſt maior, tanto maior eſt inquiſitio facienda, vt 59. di. ordinatos. & 47. di. quantumlibet 42. di. quieſcamus. & 7. q. 2. c. vlt. & eſt hoc contra illos q̃ dñt, quod in cauſis matrimonialib. non eſt ita diſtricta examinatio facièda circa teſtes.

m ¶ *Omnium.*] Argu. q̃ vni dr̃ ad alios extẽditur, vt dixi 38. di. ignorantia. Et arg. 32. quæ. 7. apoſtolus. & 31. q. 1. q̃ ſi. & C. de nat. li. authẽ. item ſi quis.

n ¶ *Quid eſt cito.*] vt 78. diſt. ca. quid eſt manus. & 86. diſtin. tanta.

o ¶ *Perſona.*] [δ] Not. q̃ pp perſonam [d] nõ receditur a iure cõi, vt hic, & 50. di. ex pœnitentib. & 89. di. ſingula. 59. diſt. hoc ad nos. tñ qñdoq; receditur a iure pp perſonam, vt fuit in Auguſtino, vt 7. q. 1. nõ aut. Itẽ p̃pter ſcandalũ, quod timetur in perſona, vt 23. q. 4. non põt. Similiter p̃ miſeratione perſonæ, vt 86. di. tanta. Sed dic, q̃ ibi perſonæ fauore n receditur a iure: ſed propter vtilitatẽ prouenientẽ ex perſona.

p ¶ *Proſab. r. bus.*] [ε] No. q̃ eo ipſo q̃ quis electus eſt, præſumitur eſſe melior aliis, vt diſt. 94. c. 1 & diſ. 59. ca. 1. & 40. di. ca. 1. arg. contra. 8. q. 1. illud.

q ¶ *Documenta.*] Hic mala vita probat aliquem ambitioſe perueniſſe ad dignitatem: ſic econuerſo merita alicuius excuſant ipſum de ambitione, vt 1. qu. 1. quibuſdam [e].

E *Piſcopum.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̃ eps conſecrari non debet ſine conſcientia & iudicio metropolitani & ſuorum ſuffraganeorum, & q̃ non dẽt eligi niſi probatæ vitæ, & q̃ ante longo tẽpore probatus fuerit in ſermone fidei & conuerſatione.

r ¶ *Conſtitui.*] i. conſecrari. Solus. n. non dẽt conſecrare ep̃m, licet ſolus ipſum poſsit cõfirmare, vt 64. diſt. ca. 1. & 51. diſ. ca. vlt. dum tñ adſit conſenſus capituli ſui, vt ext. de his quę ſi. a præla. nouit.

s ¶ *Multo.*] ſic j. d. 59. c. vlt. & ſ. ead. in ſacerdotibus.

[α] Pontifex debet eſſe humilis.

[a] Nam peccantem publice, & c. 45 di. ſed illud. 51. quę. 3. nemo.

[b] Ad idem 48 diſt. §. 1. Sed videtur ſufficere ſi p̃ 2 menſes ſit apud magiſterium. ff. de le. 3. ſeruis. §. ornatricibus. Io. de F.

† al. miſerandi. Orig.

8 Poly. ibid. Anſ. l. 6. c. 34.

9 Iuo par. 5. c. 105.

[β] ius cõe p̃pter tumultum populi non eſt violandum.

1 1. q. 1. cap. principatus Polyc. ibid. Anſ. 6. c. 2.

† al. ipſo.

[γ] Eligendus eſt magis exercitatus.

c. 89. diſtin. epiſcoporũ.

4 Anſ. l. 6. c. 35.

1. Tim. 5.

5 j. diſt. 78. quid eſt manus.

† al. obedientiæ.

[δ] ius cõmune propter perſonam non eſt relinquendum.

d. i. propter [illegible] non recedi[illegible] debet recedi ſic no. 1. q. 7. §. p̃ perſona.

6 Poly. ibid.

† al. jectatur.

[ε] Electio facit quẽ præſumi meliorem.

† de præuaricatione.

Orig.

† al. prouectiores.

e Et eſt bonũ, ſ ad hoc quod hic dicitur. 1. q. 7. ſancimus & reſ C. de re mil. contra publicã. ad h. Io. de F.

7 j. diſt. 24. c. epiſcopi.

† al. τῷ τῶν ὑγιαινόντων λόγῳ ἐν λόγῳ.

Quid

QVid proderit.] CASVS. Cæleſtinus redarguit omnes qui laicos eligunt vel ordinant in epiſcopos: quia ſi hoc fieret, nihil prodeſſet clericis diu in caſtris Dominicis militaſſe: quare prohibet ne hoc de cetero fiat: ſi contra fiat, pœnam depoſitionis minatur promouentibus & promotis.

a ¶ Proderit.] No. ꝙ licitum eſt alicui ſeruire in eccleſia ſpe ſtipendiorum, vt ſ. 59. di. ſi officia. & 74. di. conſuluit. Ar. contra 8. q. 1. ſunt in eccleſia. & 12. q. 1. habebat[a]. ſed dic ꝙ ſperare poteſt, dum tamen non principaliter ad hoc ſeruiat, vt 77. di. in ſingulis. & 8. q. 1. qui epiſcopatum.

b ¶ Alienum.] i. aliis debitum. ſic ſ. 13. diſ. c. 1. ff. de adop. l. ſi.

STatuimus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ illis eccleſia regenda non debet committi, qui neſciunt legitimas inſtitutiones, & qui in minorib. ordinib. incrementum non ſuſceperũt, ſed à ſummis volunt hīc principium: cum abſurdum ſit vt imperiti magiſtris, & noui antiquis præferantur.

c ¶ Ab infimis.] ſic 48. diſt. ſicut.

d ¶ Noui.] Seniores in eccleſia ſemper præponendi ſunt iunioribus in electiõe[b], in reſponſione, in ſubſcriptione, vt 85. diſt. c. vlt. & 74. diſt. epiſcoporũ. & 17. diſ. §. hinc etiam & c. ſeq. 96. diſtin. bene quidem.

HIS OMNIBVS. CASVS. ſ. probatũ eſt laicos non eſſe eligendos. Nunc autem probatur contrarium tribus exemplis. ſ. Nicolai, Seueri. & Ambroſij: ſed hanc contrarietatem ſoluit Gratian. dicens: ideo eſſe prohibitum laicos promoueri, quoniam laici inſcij eſſe conſueuerunt, & imperiti, ſed ſi periti ſunt, & clericos in bonitate tráſcendunt, eligi poſſunt & promoueri exemplo Nicolai, Seueri. & Ambroſij. Et hanc ſolutionem probat ſeq. c.

e ¶ His omnibus.] Hæc ſolutio non valet: quia laicus quantumcunq; ſit perfectus, non eſt eligendus: ſed tantum poſtulandus, vt ĩ. ea. obitum. & ĩ e. in ſacerdotib. & ſ. diſ. 59. hoc ad nos. quod autem dicitur de his trib. non ob. quia diuina inſpiratione fuit factum. 4. q. 3. §. vlt.[c] Vel dic quòd iſti poſtulati fuerunt.

ECONTRA. Hæc eſt 2. pars, in qua probat contrarium ſupradictis. Ioan. de Fan.

NEophytus.] CASVS. Vercellenſes vituperabant electionem Ambroſij: quia neophytus erat: & neophytos Apoſtolus prohibuit ordinari. Sed reſpondet Ambroſius hoc ideo eſſe prohibitum ab Apoſtolo, quia neophyti conſueuerunt propter honores ſuperbire, ſed ſi humiles inueniantur, poſſunt ordinari: quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. vnde occidentales epiſcopi electionem ſuam legitimam eſſe indicauerunt: & orientales eam exemplo approbauerunt: qui multos tales elegerunt.

[a] Eccleſiæ ſeruire ſpe ſtipendiorũ licet

1 Nicol. ad Mich.

[illegible] in epiſto'a, q̃ incipit, principatum. Polyc. ibid. Anſ. l. 7. c. 33

a Itẽ arg. cõtra ex. t. de cle. cum ad noſtrã ibi & hoc. & adde qđ not. 59. diſt. hoc ad nos. Arch.

† al. præpoſtero

† conſtitutis decretalib[9].] Orig.

b ꝺ hoc no. 8. diſt. Arc.

2 Poly. ibid. Anſel l. 6. c. 238 Iuo p. 5. c. 105. in fi.

3 Concord. text. in aut. de def. ciuicum bõn. gl. §. ver. maximorũ. §. q̃ igitur. col. j.

4 Concor. l. ſpĩaliter. j. đ epi. & cle. & l. ſi pater. C. de hæ. inſt.

c Sub. cui ne reſiſtere ſẽ. 19. q. 2. c. 2.

Item Celeſtinus ad epiſcopos Apuliæ, & Calabriæ, epiſt. 3. c. 2.

¶ De eodem. C. VII.

1 QVid proderit [a] per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in Dominicis caſtris ætatem, ſi hi, qui præfuturi ſunt, ex laicis requirantur? qui vacantes ſeculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero† in alienum [b] honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus (calcata reuerentia eccleſiaſticæ diſciplinę) tranſire? Talibus itaq; fratres chariſsimi, qui iuris noſtri, id eſt canonũ gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obuiemus: hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & ſinat fieri, vnde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutorum† decretalium fiat.

Item Leo epiſt. 85. al. 87. c. 1. ad epiſcopos Africanos.

¶ Rudibus, & imperitis gubernacula eccleſiæ non ſunt committenda. C. VIII.

2 STatuimus [α], ne in aliquo Apoſtolica, & canonica decreta violentur, & ne his eccleſia Domini regenda credatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcij [3], & totius humilitatis ignari, non ab infimis [c] ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium, cum valde iniquum ſit, & abſurdũ, vt imperiti magiſtris, noui [d] antiquis, & rudes præferantur emeritis.

α ¶ Statuimus.] *In epiſtola ipſa coniunguntur verba huius capitis cum extremis verbis capitis. Miramur, ſupra ea. hoc modo:* quamdiligens & quam prudẽs habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum, & cæleſtium dignitatum: ne in aliquo apoſtolica, & canonica decreta violentur & his eccleſia Domini, &c. *totaque oratio per interrogationem profertur.*

His omnibus [e] auctoritatibus laici prohibentur in epiſcopatum eligi.

2 Econtra beatus Nicolaus ex laico electus eſt in epiſcopum: beatus Seuerus ex laniſicio aſſumptus eſt in archiepiſcopum: beatus Ambroſius, cum nondum eſſet baptizatus, in archiepiſcopum eſt electus. ¶ Sed ſciendum eſt, quòd eccleſiaſticæ prohibitiones proprias habent cauſas, quibus ceſſantibus ceſſant & ipſæ [4]. Vt enim laicus in epiſcopum non eligeretur, hæc cauſa fuit, quia vita laicalis eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non erudita neſcit exempla religionis de ſe præſtare aliis, quæ in ſeipſa experimento non didicit. Cum ergo quilibet laicus merito ſuæ perfectionis clericalem vitam tranſcendit, exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambroſij. eius electio poteſt rata haberi.

Vnde idem Ambroſius in epiſt. lib. 82. ad Vercellenſes ait de ſeipſo.

C. IX.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in ſuperbiam [f]. Sed ſi non deeſt humilitas competẽs ſacerdotio: vbi cauſa [g] non hæret, vitium non imputatur. Itaq; ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio [h], orientales etiam exemplo [i] probarunt.[5]

¶ *In aliquot uetuſtis exemplaribus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori. Nam Gratianus (quod ſæpe facit) ſententiam potius B. Ambroſij efferre uoluit, quam ipſa omnino atque eodem ſeruato ordine uerba referre: locus enim integer ſic habet.* Quàm reſiſtebam, ne ordinarer, poſtremo cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præſcriptio, valuit impreſſio. Tamen ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur ſuperbia. Si dilatio ordinationi defuit, vis cogentis eſt: ſi non deeſt humilitas competens ſacerdotio, vbi cauſa nõ hæret, vitium non imputatur.

Itẽ obiicitur illud Sardicenſis concilij, c. 13.

¶ Scholaſticus ex foro, aut ex adminiſtratione poſtulari poteſt epiſcopus. C. X.

6 OSius epiſcopus dixit. Et hoc neceſſarium arbitror, vt diligentiſſime tractetur, ſi forte aut diues laicus [k] [α], aut ſcholaſticus [l] de foro [m] aut de† adminiſtratione [n] epiſcopus fuerit poſtulatus, vt non prius ordinetur, niſi ante & lectoris [o] munere, & officio diaconi, aut preſbyteri [p] fuerit perfunctus: & ita per ſingulos gradus (ſi dignus fuerit) aſcendat ad culmen epiſcopatus.

α ¶ Laicus.] *Abeſt uox illa à concilio: ſed ab gloſſam non eſt inducta.*

β ¶ De foro, aut de adminiſtratione.] *Græce tantummodo eſt*

3 Sed aliud eſt [q] poſtulari, aliud eligi. Poſtulatur nexibus curiæ adſtrictus ab Imperatore: clericus alterius ciuitatu à ſuo epiſcopo, ſed non eligitur aliquis, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. [7] Fit enim electio cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, poſtulatio vero ſimplici petitione. Quã diſtinctionem B. Gregorius innuit in regeſto, lib. 2. epiſt. 10. ſcribens Benenato epiſcopo.[8]

f ¶ Superbiam.] ſ. 48. diſt. quoniam.

g ¶ Cauſa.] Videtur ergo quod vbi ꝓhibetur electio ex cauſa, quod ceſſante illa cauſa poſſit fieri electio, vt hic. & 28. diſt. de Syracuſanæ. 1. qu. 1. quod pro neceſſitate. Argum. contra 32. quæſt. 1. dixit. & 19. quæſt. 2. duæ ſunt. [a] Vno modo ſic poteſt exponi, ceſſante cauſa ceſſat & conſtitutio, id eſt, quando cauſa ceſſat actu & exemplo, id eſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli [d]. 64. diſtinct. §. verum. Vel dic quòd ceſſat circa perſonam illam ad hoc tantum vt diſpenſari poſſit ſecum. Vel dic quod tunc ceſſat, quando hoc in iure exprimitur quòd ceſſare debeat: vel dic quando omnis cauſa ceſſat & impulſiua & finalis, & efficiens & occaſionalis: tunc ceſſat cõſtõ. ff. de poſt. l. 1. §. ſexum.

h ¶ Iudicio.] id eſt, per ſententiam.

i ¶ Exemplo.] ſimiles ordinando: ſed diſpenſatiue. & ſic planum eſt.

OSius.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod ſi diues vel litteratus laicus, vel quis curialis fuerit in epiſcopum poſtulatus, non debet conſecrari, niſi per ſingulos ordines fuerit legitime approbatus. deinde poterit ad epiſcopatum aſcendere.

k ¶ Aut diues laicus.] qui de ſuis facultatibus aliquid dedit eccleſiæ: non tamen eſt recipiendus ideo: niſi alias dignus ſit, vt 1. q. 13. ex multis. nec enim diuites ſunt reiiciendi, vt 30. diſt. hæc ſcripſimus.

l ¶ Scholaſticum.] id eſt, litteratus.

m ¶ De foro.] ſcilicet cauſarum eccleſiaſticarum.

n ¶ De adminiſtratione.] ciuili vel curiali.

o ¶ Ante lectoris.] ĩ. 77. di. quicumque & 18. q. 2. quam ſit.

p ¶ Preſbyteri.] Hoc totum non poteſt fieri intra tres menſes: [b] & ita differri poteſt conſecratio epiſcoporum, quandoque vltra annum. vt 7. quæſtio. 1. conſtitutum. & 28. diſt. de Syracuſanæ.

SED ALIVD. Hæc eſt tertia pars diſtinc. in qua diſtinguit, & bene. Ioannes de Fane.

CASVS. Nunc aſſignat Gratianus differentiam inter poſtulare & eligere. Nam Poſtulatur qui eſt alteri ſubditus laicus vel clericus. & fit hoc ſimplici petitione. Ille vero eligitur, qui eſt in ſacris ordinibus conſtitutus. & hæc electio fit cum ſolennitate decreti. Et hæc differentia probatur ſequenti capitulo.

q ¶ Sed aliud eſt.] [c] Poſtulatio fit his verbis petimus vt facias te promoueri[e], quia volumus te eligere, & tunc dicitur poſtulari à ſeipſo. Ab alio autem fit poſtulatio, vt ſi clericus vel laicus ſit de epiſcopatu alterius

[a] Conſtõis cã ceſſante, an ceſſet ipſa conſtõ.

d Arg. ff. de pœ. l. ſi qs aliqđ. §. abortionis. 1 q. j. principatus.

5 Cõcor. l. 1. §. ſexum. cũ ibi no. ff de poſtu. & l ſi militem. cũ gl. C. q cõd. ob cauſ.

6 Burc l. 1. c. 27. Iuo p. 5. c. 71.

† al. ex adminiſtratore.

[b] Conſecratio epõrum q̃uque differtur vltra annum.

7 In ordine Romano.

8 Et alibi ſæpe. & ĩ. e. c. obitum.

[c] Poſtulatio qualiter fit.

e De hoc in tis no. Inn. ext. de poſt. c. fin. ibi videas.

alterius: tunc poſtulatur ab epiſcopo loci, vt 71. diſt. primatus. & etiam a ſeipſo: quia vnius conſenſus non ſufficeret. Si autem laicus diceret, nolo conſecrari niſi certus ſim de electione, vel clericus diceret, nolo ordinari niſi certus ſim de epiſcopatu: de hoc nullũ pactum eſt interponendum, vt 59. diſt. hoc ad nos. & 16. q. 7. per laicos.

nec peccat qui hac ſpe recipit ordinem. dum tamen principaliter eo propoſito non ordinetur: ſed ad hoc vt poſſit prodeſſe. 8. q. 1. ſunt in eccleſia. Si ergo clericus eſt de eodem epiſcopatu, ille non poſtulatur: & eſt monendus & etiam cogendus ſuſcipere ſacros ordines, vt j. ea. bene. ſed laicus de eodem epiſcopatu à ſeipſo poſtulatur, vt ſ. §. Obus. Ille autem à quo poſtulatur, non cogitur dare poſtulatum niſi velit, vt 63. di. litteras. 85. di. archidiaconum. 76. di. dilectionis. in aut. de ſan. epiſ. §. nullum. col. 9. poteſt tamen per ſuperiorem cogi, vt ipſum det quando non ſubeſt iuſta cauſa omittendi. arg. extr. de iu. pa. nullus. Sed quæro ad quem titulum ordinetur iſte, cum adhuc non ſit electus, nec aliquod habet beneficium? dico ad titulum eccleſiæ ad quem eſt poſtulatus.

Marginalia: Nõ ſolũ ſpe ordinem recipiens non peccat. — j Poly. ibid. Anſ. l. 6. c. 11. Deuſdedit p. 1. — Poſtulatus poſt poſtulantes côuenire, vt ſibi prouideant. — Maxime poſtea quã fuerit ſcrutiniũ publicatũ, ab ea poſtulatiõe recedere ſi põt: & ita no. H. ext. de poſt. c. vlt. & ele. in cauſis. in gl. vlt. & c. publicato.

¶ Electio epiſcopi debet fieri cum ſolennitate decreti, omnium ſubſcriptionibus roborati. C. XI.

EPiſcopus,[a] dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti ſubſcriptionibus[b] omnium roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio litterarum ad nos ſacrandus occurrat.

Sic beatus Ambroſius a ante ſuſceptum baptiſma ab Imperatore eſt poſtulatus, non electꝰ.

a ¶ Ambroſius.) *Quòd ſynodus elegerit Ambroſium, & non Imperator, oſtenditur in c. Valentinianus. j. diſt. 63. Ac de ſua electione ipſemet Ambroſius refert aliqua lib. 1. off. c. 1. & de pænit. lib. 2. c. 8. & in ep. ſtola ad Vercellenſes.*

4 *Item clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferẽdi in electione ijs, qui bene militant in propria eccleſia.*

Vnde Caleſtinus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. c. 4.

¶ Extranei emeritis in ſuis eccleſiis non præponantur. C. XII.

3 NEc emeritis [c] in ſuis eccleſiis clericis peregrini, & extranei, & qui ante ignorati ſunt, ad excluſionem eorum qui bene de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponantur.

Idem ead. epiſt. c. 5.

¶ De eodem. C. XIII.

2 NVllus inuitis [d] detur epiſcopus. Cleri [g], plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur eccleſia, ſi de ciuitatis [e] ipſius clero, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus [f]) poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis eccleſiis merito præferatur. Habeat vnuſquiſque fructum [g] ſuæ militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minime alter obrepat: nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingerix tranſuerſo agnouerint, non timeant refutare.

Marginalia: 2 Deuſdedit ibid. Pol ib. Anſ l. 6. c. 25. Bur l. 1. c. 7. Iuo p. 5. c. 61. Pan. l. 3. c. 7.

Pone ergo, quod alium poſtea eligant. hoc enim facere poſſunt: quia per poſtulationem non eſt ius quæſitum poſtulato, vt ext. de poſt. bonæ. & c. poſtulationem. & ita tenebit electio alterius. Dico quod licet nil iuris ſit quæſitum poſtulato, tamen poteſt eos conuenire, vt prouideant ei in ſtipendio conuenienti, vt ext. de iur. pa. paſtoralis. non enim debuerunt mutare conſilium in alterius iniuriam, vt 22. q. 2. primum. ff. de reg. iu. nemo. ſi autem nondum elegerunt alium, poteſt eos conuenire, vt eligant ipſum ad illum epiſcopatum: & hoc modo poteſt dici, quod poſſunt variare, ſi aliquis a ſeipſo poſtulatur: ſi vero poſtulatur a ſuperiore, & poſtulatio præſentata [a] eſt ei, & ille conſentit: ſatis poteſt dici, quod non poſſunt variare poſtulationem, vt extr. de poſtu. bonæ. 1. Item clericus alterius eccleſiæ bene poteſt eligi: ſed poſt electionem eſt poſtulandus, vt 76. diſt. dilectionis. 63. di. literas. 58. di. Florentinum. Sed laicus primo eſt poſtulandus: deinde eligendus, ext. de ele. in cauſis.

EPiſcopus.] CASVS. Quidam canonici volebant quendam clericum alterius ciuitatis poſtulare in epiſcopum. præcipit ergo Gregorius cuidam epiſcopo viſitatori illius eccleſiæ, vt prius poſtuletur, & poſtea eligatur: deinde Romã cum ſolennitate decreti, & cum epiſtola viſitatoris conſecrandus occurrat.

a ¶ Epiſcopus.] id eſt, dum aliquis poſtulatur vt fiat epiſcopus, vt 63. diſt. litteras.

b ¶ Subſcriptionibus.] in quibus continetur de vita electi. vt j. ead. Catinenſis. & 7. qu. 1. qualiter. Sed numquid adeo requiritur hoc decretum vt electio ſine decreto facta ſit nulla? Videtur quod ſic, vt hic, & 47. diſt. de Petro. & 2. q. 1. legum. & 7. q. 1. qualiter. & 8. q. 3. talia. & 12. q. 2. ſine exceptione. & 63. diſt. quanto. Sed dico, quòd licet in electione requiratur decretum cum ſubſcriptionibus canonicorum: tamen electio facta ſine ipſo tenet. Duabus enim de cauſis fit ſubſcriptio: vna cauſa vt ſi quis vellet variare vota ſua, inciperet ei obuiare propria confeſſio, vt 1. q. 7. ſaluberrimum. alia ratione, vt per ſubſcriptionem ſciatur an omnes canonici fuerint præſentes in electione. argu. extra de his quæ fiunt à præla. quanto. in fin. licet ergo ſcriptura requiratur in electione: tamen ſi fiat ſine ipſa, tenet. & eſt ſimile: Nam in matrimonio multa requiruntur interuenire: & tamen ſi non interueniant, tenet matrimonium. 30. quæſtio. 5. noſtrates. Ioan. contra extra de elect. innotuit. B.

Marginalia: Electio facta ſine decreto tenet.

SIC BEATVS. CASVS. Dicitur hic, quod ſupradicto modo fuit Ambroſius poſtulatus ab Imperatore, & non electus. Et contradicit iſte §. illi §. ſupra his omnibus. Item probat Gratianus quòd clerici alterius eccleſiæ non ſunt præferendi illis, qui in propria eccleſia bene militauerunt. quod probat per ſequentia cap.

ITEM CLERICI. Hæc eſt 4. pars diſt. in qua probat quamdam incidentiam. & dicitur quòd nullus alterius eccleſiæ debet eligi, niſi primo omnes clerici illius eccleſiæ fuerint reprobati. Ad ſecundum inducit ſeptem auctoritates: ſupple hic, niſi maior pars eligat aliunde, quia licitum eſt eis renuntiare iuri ſuo. extr. de elect. cum inter. Io. de Fan.

NEc emeritis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ignoti & extranei nõ debẽt præponi bene in ſua eccleſia militantib. & qui habent bonum teſtimonium ciuium eorum.

c ¶ Emeritis.] id eſt, bene meritis in vita & ſcientia. 1. quæſt. 1. viliſſimis.

NVllus.] CASVS. Quæſitum fuit à Cæleſtino, an clericis inuitis epiſcopus dari debeat de aliena eccleſia? Et reſpondetur quòd non, ne alter ſubripiat honorem alterius. Clerici enim debent habere liberam electionem: & tunc de aliena eccleſia eligantur, quando in propria nullus inuenitur idoneus: & ſi clerici ſe viderint in hoc prægrauari, ſit eis facultas appellandi & contradicendi.

d ¶ Nullus inuitis.] à principio. ſed ſi per negligentiam neminem elegiſſent, bene daretur eis inuitis, vt 89. diſt. volumus. ſimiliter vbi minor pars contradicit, nec habet iuſtam cauſam contradictionis, bene datur eis epiſcopus inuitis. Idem poteſt dici de laicis quòd eis inuitis non eſt dandus, ſi habent iuſtam cauſam contradictionis, vt 63. diſtin. ſi forte. De hoc not. 23. diſt. c. illud.

Marginalia: Si an inuitis poſſit dari.

e ¶ (ciuitatis.)] Numquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel diœceſis eſſe reprobandos? Videtur quòd ſic, vt j. 63. diſt. ſacrorum. & c. plebs. & c. noſſe. & ext. de vſu pal. cum ſuper. illi enim videntur eſſe de aliena eccleſia, cum totum non ſit aliud à parte, vt extr. de elect. cum nobis olim. & qui in continentibus ædificiis demorantur, Romæ morari videntur, vt ff. de verb. ſign. l. qui in continentibus. & l. ædificia. & l. pupillus. §. incola. ſicut in tutela reprobandi ſunt omnes de ciuitate, antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tu. & cur. l. diuus. & præſes debet eſſe de diœceſi, vt C. de incol. l. verum. lib. 2. & hoc concedit H. Sed credo ſufficere, quod reprobati ſunt omnes de maiori capitulo. arg. ext. de ver. ſig. cum clerici. & de reſcr. cum Rodulphus. Sed quid ſi maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio ſuo [b]? Videtur quod hic præualebit electio paucorum, vt 7 qu. 1. denique. nam in poſtulatione omnes erant concordes, vt 63. diſt. litteras. Io. Sol. hoc falſum eſt. ſufficit enim quod duæ partes conſentiant in poſtulatione. de elect. ſcriptum. B. Item minor pars iuſtam habet cauſam contradicendi. Vnde licet ſint pauciores, auditur eorum contradictio: vt extr. de his quæ fiunt a ma. part. ca. cum in cunctis. 31. diſt. Nicæna. Arg. contra ext. de ele. cum nobis olim. & ca. cum inter. Dico tenere electionem minoris partis, cum eligunt ſecundum formam canonum de ſuo gremio. Vnde ſi diuerſi ſunt clerici, prius examinatur ille, qui eſt de propria, quam qui eſt de aliena eccleſia, vt diſt. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obſtant præmiſſa decre. ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, quia nullus fuit ibi ex aduerſo electus. Sed adhuc ob. ext. e. ti. in cauſis. vbi præualet poſtulatio trium de aliena eccleſia electioni duorum de propria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, vt in quem maior pars conueniret, ille eſſet potior. & de hoc no. extr. de ele. cum inter canonicos. Sed quid ſi omnes eligunt de aliena eccleſia præter vnum qui eligit de propria? Hic dico non valere electionem vnius: quia nullum de propria poteſt eligere, cum quilibet eorum conſenſit in alium: vnde in ſeipſum non poteſt conſentire. Item quid ſi data eſt aliquibus poteſtas vt eligant, & ipſi poſtulant extraneum? Tenet poſtulatio, vt extr. de renũn. poſt tranſlationem. ext. de elect. in cauſis. de poſtula. bonæ. licet autem aperte ſint egreſſi fines mandati, tamen fecerunt id quod eſt vicinum mandato, vt ff. ſud. ſol. iam tamen. §. vlt. Io. Quidquid dicat Ioan. eius opinio non ſeruatur de electione [c] minoris partis de eadem eccleſia. vnde cum totum capitulum facere videatur quod fit a maiori parte capituli, vt extr. de his quæ fiunt a ma. par. ca. cum in cunctis. tenebit electio extranei, vt dicit T. per decre. ſuperius allegatas: quia multa fieri non debent, tamen facta tenent: nam melior eligi debet, vt 8. q. 1. licet tamen ſufficit ſi bonus eligatur, vt ext. de ele. cum nobis, & c. cum dilecti. & C. de ſtat. & ima. l. vlt. Bart.

Marginalia: electio an poſſit fieri de eo, qui non eſt de gremio. — b Ad hoc extra de ele c. vbi de hoc plene p Phi. arg. cõtra c. tit. licet. inſ. De hoc non 23. diſ. c. 1. ligl. ergo iſ. quis. ibi videas. — c Idem ſentit Gof. ext. de elect. in cauſis.

f ¶ Non credimus.] Nota benignam præſumptionem: quòd ſemper præſumitur quod aliquis ſit dignus in eccleſia, vt j. ead. obitum.

g ¶ Fructum.] ſic ff. de adop. nec ei. §. præterea.

a ¶ Præ

a ¶ *Præmium*.] ſcilicet ne, vt aliquis de ipſis eligatur. Per hoc videtur quòd licet aliqui perdiderint ius eligendi, quod poſſunt excipere contra illum qui datur eis: videtur tamen, quod excipere non poſſunt, ſed tantum agere, vt ext. de ap. conſtitutus. in 6.
b ¶ *Vel liberum*.] vel id eſt, ſaltem.

e ¶ *Studio*.] id eſt, diſſenſione, vel inuidia.
f ¶ *Et in periculum*.] Et ita videtur quod ſi vitio ſit electio, imputatur viſitatori. Et per hoc c. dicit Hug. viſitatorem habere ius in electione, vt j. c. prox. & 63. di. plebs. aliàs non videtur quare pateretur pœnam. Sed dico, quod non plus habet iuris quam per canonem exprimatur. ar. 18. q. 2. hoc tantum. vnde non dico ipſum poſſe eligere, vt 63. diſt. §. ex his. ea autem facit viſitator, quæ per ſacerdotes non poſſunt expediri, vt 7. q. 1. pontifices. Item niſi intra annũ prouideat, quod ſit ibi epiſcopus, ipſe remouetur. 8. q. 1. conſtitutum. & viuet de rebus eccleſiæ. 12. qu. 2. charitatem. & c. eccleſiaſticis. Item viſitator dare poteſt præbendas & eccleſias vacantes, vt hic innuitur in fi. c. & 12. qu. 2. non liceat.
g ¶ *Parochia*.] In tota diœceſi habebit iſte prouiſionem, vt 12. q. 1. quoniam Velina. vt patet in fi. c.

Qui etſi nõ debitum præmium [a], vel liberum [b] de eo, qui eos rectu rus eſt, debent habere iudicium. ¶ Cleri.] *Hinc vſque ad ver.* Tunc. *ſunt addita ex Or g. & referantur j. 63. c. tri.*

PALEA. C. XIIII.

1 IN ordinatione præpoſiti illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors congregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars congregationis (quamuis parua) ſenio ri conſilio elegerit. Vitæ autẽ merito, & ſapientia eligatur, qui ordinandus eſt, etiam ſi vltimus fuerit in ordine congregationis. Quòd ſi etiam omnis congregatio vitiis ſuis (quod abſit) conſentientẽ perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, vel † ad alios vicinos præpoſitos, vel Chriſtianos claruerint, prohibeant prauorum præualere conſenſum, & domui Dei conſtituant dignum diſpenſatorem.

a ¶ Palea.] *Hæc palea abeſt ab omnibus uetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ ſunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla ſunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis l. 8. reg. ep. 40.

¶ De eodem. C. XV.

2 STudij veſtri ſit, etiam alium, qui aptus ſit prouidere, vt † ſi forte Petrus, quem a vobis electum aſſeritis, huic ordini non videatur idoneus, ſit in quem † ſe veſtra declinare [c] poſſit electio. Nã graue cleri illius erit opprobrium, vt ſi hic fortaſſe approbatus non fuerit, alium ſe dicant, qui eligi debeat, non habere.

Item Gregorius Barbaro epiſcopo, lib. xi. epiſt. 16.

¶ De eodem. C. XVI.

3 OBitum Victoris Pannormitanæ ciuitatis antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter viſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operam ſolenniter [d] delegamus: Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorũ, reditu, ornatu, miniſteriiſq;, vel quidquid eſt in patrimonio eiuſdem, à quoquã præſumatur eccleſię. Et ideo dilectio tua ad prędictã eccleſiam ꝑperabit, & aſſiduis adhortationibus clerum, plebemque eiuſdem eccleſię admonere feſtinet, vt remoto ſtudio [e], vno eodemq; conſenſu talem ſibi præficiendum expetant ſacerdotem, qui & tãto miniſterio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omniũ ſubſcriptionibus roborati, & dilectiõis tuæ teſtimonio litterarũ ad nos ſacrandus occurrat. [4]

¶ Commonemus etiã fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas eccleſia, (niſi forte inter clericos ipſius ciuitatis, in qua viſitationis impẽdis officium, nullus ad epiſcopatum dignus, quod euenire nõ credimus, potuerit inueniri) prouiſurus ante omnia, ne ad hoc [β], cuiuſlibet cõuerſationis, vel meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant, ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in periculũ [f] ordinis tui (quod abſit) incurras. Monaſteria autem ſi qua ſunt in ipſius cõſtituta parochia [g], ſub tua cura, diſpoſitioneque, quouſque illic proprius fuerit ordinatus epiſcopus, eſſe concedimus.

β ¶ Nec ad hoc.] *Similis clauſula eſt etiam eodem libr. proxima epiſtola 17. & lib. 2. indict. 10. ep. 19. Beneuato epiſcopo, & epiſt. 26. Ioanni epiſcopo Scyllaceno, & lib. 7. indict. 2. epiſt. 25. Fortunato epiſcopo Neapolitano. Ex quibus locis collatis Veteribus codicibus harum epiſtolarum, emendatus eſt hic locus, ut non multum diſcrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epiſtolarum beati Gregorij in epiſtolis hic citata legitur,* ne ad id cuiuſlibet conuerſationis, vel meriti laicam perſonam aſpirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Meſſanenſi epiſcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

5 CAtinenſis eccleſiæ viſitationem tibi iniungimus, cuius epiſcopum de hac luce tranſiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. Impoſſibile [h] enim eſt, vt nos in prouincia illa dumtaxat in Syracuſanis partibus alij cuilibet cauſas, quæ ad Deum pertinent, committamus, niſi forte talem per te Deus nunc in Catinenſi eccleſia eligere voluerit, de cuius cõſcientia poſſimus eſſe ſecuri, vt à te labores iſtos paululum remouere poſſimus. Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominẽ de clero, qui nec vxorem habeat, nec filios [i], nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat [k], atq; ſuadeat: & ſtatim cum ad vrbem Romam cũ decreto, & teſtificatione relationis tuæ tranſmitte.

Item Gregorius Paſſino epiſcopo lib. 10. epiſt. 13.

Tunc.] CASVS. Neapolitani elegerunt Petrum in epiſcopum: ſed quia dicebatur ſimplex & vſurarius, mandat Greg. vt alium eligant cum illo de eadem ciuitate. vt ſi ille fuerit reprobatus, ſecundus confirmetur. ſic dixit H. in ſumma. Beneuen. ſic dixit: Neapolitani elegerunt Petrum minus idoneum: & quia idoneus non inueniatur, præcipit Greg. vt alium inueniát de eadem ciuitate, in quem electio eorum valeat declinare, quem ſi non inuenerint, graue ipſius cleri erit opprobrium. Poteſt tamen dici, quod antequam inuentus eſſet minus idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem ciuitate, & hoc videtur melius litteræ conſonare.
c ¶ *Declinare*.] Arg. quod eccleſia poteſt in duos conſentire, vt ſi vnus non obtineat, alter ſaltem obtineat. ar. 85. di. Archidiaconum. & 8. q. 1. in ſcripturis. maxime vbi diffidunt de iure ſuo, vt ext. de poſt. bonæ. Sed nonne priuati deben eſſe iure ſuo, vt extr. de ele. cum in cunctis? Sed hæc & ſimilia loquuntur in eo caſu, quando eligentes latebat vitium electi ſic 18. di. de Syracuſanæ. ſecundum alios ſecundus ꝑt eligi ſub conditione, vt ſi primus non obtineat, ſecundus maneat, vt 85. di. archidiaconum Florentinum. ſic ext. de ele. cũ terra. ſic 7. q. 1. quamuis. & cap. paſtoralis. Hodie euacuatur totum ꝑ c. Inno. 4. quod incipit, in electionib. de electi. lib 6.
Obitum.] CASVS. mortuo epiſcopo Panormitano Gregorius poſuit ibi quemdam viſitatorem, cui quattuor commiſit, vt admoneat clerum & plebem dignam perſonam in epiſcopum eligere: & vt alia eccleſia nullum ibi eligi patiatur, niſi in ea non inueniretur idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aſpirare præſumat: & vt omnia monaſteria eius diſpoſitione regantur, quouſque illis proprius epiſcopus fuerit ordinatus.
d ¶ *Solenniter*.] i. ita plene quaſi epiſcopus omnia diſponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

Catinenſis eccleſiæ.] CASVS. Defuncto epiſcopo Catinenſis Pelagius commiſit Eucarpo epiſcopo illius eccleſiæ viſitationem, & negotia gubernanda donec ibi per ipſum paſtor dignus eligatur. præcipit ergo ei vt illuc pgat, & de eodem clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non ſit criminoſus: & eo electo Romam veniat conſecrandus.
h ¶ *Impoſſibile*.] i. nõ commode aliter fieri potuit: quia iſte erat vicinus [b]. ſic ſumitur ff. de ver. ſi. nepos Proculo. Item dicitur impoſſibile quod nõ eſt honeſtum. ff. de cód. inſt. filius. Item quod non iuſte fit. 24. q. 2. ſane. 22. q. 2. faciat hõ.
i ¶ *Nec filios*.] Tamen aliàs quantum ad ſæculares honores pro ſunt filij, vbi filius ꝑ anno computatur. ff. de mũ. l. 2. Sed nunquid illud eſt contra præceptum Apoſtoli, qui dixit, vnius vxoris virum? Sol. hic loquitur quando præſumptio eſt, quo ꝓpter filios dilapidet bona eccleſiæ. ſic. 18. diſt. de Syracuſanæ. & tunc dabit cautionem, & faciet inuentarium. 12. q. 1. ſint manifeſtæ. Idem dico de nepotibus, vt in auth. quomodo oportet epiſcopos §. 1. col. 1.
k ¶ *Compellat*.] Ergo aliquis poteſt cogi ad epiſcopatum ſicut ad alios ordines, vt 40. di. ante omnia 92. di. ſi quis epiſcop per manus. 74. diſt placuit. Ioan.

‡ Ex regula S. Benedicti c. 64.
† vel abbatibus, vel chriſtianis vicinis claruerint.
Eccleſia põt in duos conſentire
Dicas quòd hic nõ dr ꝙ aliũ debeant eligere niſi Petrus reprobetur: ſi dr vt ꝓuideant aliũ quẽ Petro reprobato eligant, & hoc planum eſt. Arc.
a Anſel. l. 6. c. 3.
† ut ſi forte Petrus eratis hic non uideatur idoneus]
Orig.
† quo] Orig.
§ Io. dia. li. 3. c. 22. Deuſdedit par. 1. Anſ libr. 6. c. 28.

Viſitator an ius hẽat in electione.
4 Poly. ibid.
Impoſſibile multipliciter dr.
b Ad hoc C. de eut. fu. l. pe. ff. de his q. de. vel ef. cũ ſane ff. loc. bum in plures §. 2.
5 Poly ibid. Anſ l. 6 c. 44
Filius qui facit quẽ pſumi maiorem.
Epiſcopatũ ſuſcipere põt quis cogi.
c Hoc n hr hic, ſi potius clerici ſunt compellendi ad faciendã electionem, ſcd̃m Hug. & ſic non bene arguit gl. Arch.

Tunc

BEne nouit.] CASVS. Aprutiana eccleſia diu fuit deſtituta paſtore, & longo tempore quæſiuit Greg. nec ibi dignum potuit inuenire. Tandem inuentus eſt ibi quidam Opportunus laudabilis vitæ: quare præcipit Greg. Paſſiuo epiſcopo, vt illum Opportunum moneat vt in bonis ſtudiis creſcat: & ſi nulla crimina ei obſtat, monach° vel ſubdiaconus fiat: & demum epiſcopus conſecretur.

a ¶ Vbi diu.] ar. quòd diſſerti pôt electio, cû non inuenitur idoneus, & licet aliqui in tra tempus ſtatutum iuſto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, vt ext. de elec. ne pro defectu, nam non currat præſcriptio contra illum, qui non poterat eligere, vt ext. de con ceſ. præb. & eccl. non vacan. quia diuerſitatem. & ar. C. de an. exce. l. 1. in ſi. C. de inof. teſt. contra ff. ex qui. cau. ma. l. quidam b.

b ¶ Vel mona[chus].] Sed quare monachus? forte quia erat monaſterium cui deerat prælatus. Vel ideo quia ſi eſt monachus, citius poteſt promoueri ad ſacres ordines, vt 77. di. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur quam per tres menſes: quod eſſe non debet, vt 50. di. poſtquam. ſic 3. e. Oſius. & 7. q. 1. conſtitutum.

'Electio ex cauſa po. eſt differri.
a Etiam eu- [illegible] ſicut Lau. Et hoc vide quod legi & not.
* di. e. 2.
† Aprutium curitas.] ori.
† deſtitutum.] Orig.

b Ex ſ. dictis patet, quod tpus deputatum ad elig[endum] [illegible] currit iuſto impedimento detentis nec etiã ignorantibus. Arch.

¶ Qui in epiſcopum eligitur, non ſit reus criminum, quæ ſacra lex morte punit. C. XVIII.

BEne nouit fraternitas veſtra, quàm longo ſit tempore Aprutium † paſtorali ſolicitudine deſtitutum †: vbi diu[a] quæſiuim°, quis ordinari debuiſſet, & nequaquã potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatur, & religioſam vitam omnimodo agere dicitur, hunc volumus, vt fraternitas veſtra ad ſe faciat venire, & de anima ſua admoneat, quatenus in bonis ſtudiis creſcat. Et ſi nulla ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obuiant, tunc hortandus eſt, vt vel monachus [b], vel à vobis ſubdiaconus fiat: & poſt aliquantum temporis, ſi Deo placuerit, ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri.

Cui autem viſitatio iniungitur, nihil de rebus eiuſdem eccleſiæ à quoquam præſumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio epiſcopo, lib. 4. epiſt. 12. ſeu c. 56.

¶ Non patiatur a quoquam præſumi de rebus eccleſiæ, cui eius fuerit iniuncta viſitatio. C. XIX.

1 QVoniam Feſtus Capuanæ eccleſiæ epiſcopus in Romana ciuitate poſitus de hac luce migrauit, curæ nobis fuit (quæ vniuerſis eccleſiis à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præſentia ſcripta dirigere, vt memoratæ eccleſiæ viſitator [c] accedas: ſic tamen, vt nihil de prouentionibus † clericorum, reditu [d], ornatu, miniſteriiſque, vel quidquid præfati loci eſſe patuerit, à quoquam præſumi patiaris, ſed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ exhibere te conuenit, vt in vigiliis, obſequioque eccleſiaſtico ſedulo, ac deuote debeant ſeruire.

QVoniam Feſtus.] CASVS. Capuanus archiepiſcopus Romæ defunctus eſt: & ideo Papa præcipit cuidam epiſcopo, vt illuc viſitator accedat: & nil de rebus eccleſiæ minui patiatur: ſed & clerum & plebem illius loci moneat, vt in vigiliis mortuorum, & in obſequio diuino ſedule ſeruiat & deuote.

c ¶ Viſitator.] Hic habes, quod Papa viſitationis committit officiũ. Sed an metropolitanus poſſit viſitatorem conſtituere, ſicut præſes curatorem, vt in ſt. de cur. § vl. Non credo. Io. Ego dico quod ſic: cum non inueniam prohibitum. argumentum extr. de ſent. exc. nuper. B.

d ¶ Reditu.] A quo cuſtodiri debent bona vacantis eccleſiæ, notatur infra 2. q. 5. charitatem. & c. illud.

1 Anſ. lib. 5. c. 12.
* Viſitatorẽ quis conſtituere pôt.
† al. prouentionibus.

BReuiter.] CASVS. Supra dictum eſt ex quo ordine, & in quem debeat quis promoueri, & quoque [illegible] non debeat in epiſcopum eligi. Nec vero docet, quod clericorum eſt eligere, & populis conſentire.

e ¶ Breuiter.] Nunc hic oſtendit, quod clericorum ſit eligere, populi conſentire. Oſtendit etiam quod ſi aliquis fuerit conſecratus ſine auctoritate metropolitani, depon[a]tur. 51. diſt. qui in aliquo. ver. ſi.

NVlla ratio.] CASVS. Quidam epi non fuerunt electi a clericis, nec a populo expetiti: nec metropolitani iudicio conſecrati. Quæritur de illis talib epis, & de ordinatis ab eis, an debeant inter epos & ordinatos reputari? Et reſp. Leo Papa quod non: poteſt tamen

DISTINCTIO LXVII.

BReuiter[e] monſtratum eſt, ex quibus ordinibus in quos gradus ſunt eligendi. Nunc videndum eſt, à quibus ſint eligendi, & conſecrandi. Electio, clericorum eſt, & petitio plebis.

Vnde Leo Papa Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſt. 90. al. 92. c. 1.

a ¶ Ent.] In vulgatis codicibus ſequebatur conſenſus principis. In manuſcriptis vero partim legitur, conſenſus plebis, partim petitio plebis: atque ita eſt emendatum.

¶ Non ſunt habendi inter epiſcopos, qui nec a clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. C. I.

2 NVlla ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur qui nec à clericis ſunt electi nec a plebibus [f] expetiti, nec à prouincialibus † epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati. Vnde cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuẽdum [g], quod nec † docetur [h] fuiſſe collatum? Si qui [i] autẽ clerici ab iſtis pſeudoepis in eis eccleſiis ordinati ſũt &c. *vt infra in cauſa ſimoniacorum.*

Item Cæleſtinus Papa ad epiſcopos Apuliæ, & Calabriæ, epiſt. 3. c. 3.

¶ Populus non debet præire, ſed ſubſequi. C. II.

4 DOcendus eſt populus, non ſequendus: noſque, ſi neſciunt, eos quid liceat, quidue non liceat, commonere, non his conſenſum præbere debemus. Quiſquis vero conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram ſedis Apoſtolicæ minime defuturam. Quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt, vt per ſeueritatem [k] congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quę propriis rectoribus carent, eccleſias volumus innoteſcat, vt null° ſibi aliqua ſpe forſitan blanditus illudat.

Niſi autem canonice electus fuerit, conſecrari non debet.

Vnde Calixtus P. P. ij.

¶ Non conſecretur in epiſcopum, niſi canonice electus. C. III.

5 NVllus [l] in epiſcopum, niſi canonice electum conſecret. Quod ſi præſumptum fuerit, & conſecrans, & conſecratus abſque recuperatiõis ſpe deponatur.

DISTINCTIO LXVIII.

LAici [m] vero nullo modo ſe debent inſerere electioni.

Vnde Hadria. PP. in 8. ſyn. Conſtant. nopoli ſub ipſo celebrat.

diſpenſari cũ clericis ab eis ordinatis, vt i. 1. q. 1. ſi quis à pſeudoepis.

f ¶ Nec à plebibus.] Conſenſus plebis requiritur in electione: & eo ipſo conſentiunt, quod perhibent ei teſtimonium, quia teſtimoniũ plebis æqualet electioni, vt 24 di. c. 1. & 67. di. reliqui. Sed quid ſi aliquis eſt conſecratus, quod non habuit conſenſum plebis, nũquid caſſabitur cõſecratio? Vi quod ſic in odium cõſecrantium & eligẽtium cum cõtẽpt°, eſt: licet ex gratia popul° ſit requirendus vel vocãdus, vt 16. q. 7. decernimus. 21. q. 3. c. 1. & 70. di. c. 1. Nã quod conſenſus plebis ſit requirendus vt 8. q. 1. licet. Item quia laicus pt excipere cõtra electum: & dicere quod ei inuito ſi ẽ dandus epus, vt i. 63. di. c. ſi forte. & c. Hadrianus. H. dicit ſi omittitur, caſſandum ex hoc, quod caſſanda ſit electio & cõſecratio. ſed dico nõ iõ caſſandũ, licet non affuerit: quia plura exiguntur, quæ tñ omiſſa nõ vitiant ſẽm. arg. 30. q. 5. noſtrates. quia hmõi leuia omiſſa n vitiãt rẽ, vt ff. de ven. inſp. l. 1. in ſi. eo ipſo ãt intelligitur laicus conſentire, ſi non diſſentit, vt 54. diſt. ſi ſeruus. 2. ff. ſol. ma. l. 2. § 1.

g ¶ Tribuendum.] Iſti tñ dãt ordinem & habent eum: ſed non iuſte, vt i. de conſe. diſt. 4. nullus autem.

h ¶ Nec docetur.] ſi. extra de in. pa. quia autem.

i ¶ Si qui.] 1. q. 1. ſacerdotib°. & ca. ſi qui a pſeudoepiſcopis.

DOcendus.] CASVS. Quidam populus volebat epm eligere, nec permittebat eligere clericos. ditum fuit à Cæleſtino, quid in hoc caſu ſit faciendum. Et reſp. populum eẽ docẽdũ, vt prohibita non attentet: qui ſi non corrigitur, punitur eccleſiaſtica ſeueritate, ſ. ex communicatione.

k ¶ Per ſeueritatem.] ſ. excommunicationem. ferro enim reſecanda ſunt vulnera, &c. vt 16. q. 1. in canonibus.

NISI. CASVS. In hoc § & ſeq. dicitur, quod epiſcopus conſecrari non det, niſi fuerit canonice electus: & caſum per te videbis.

l NVllus.] ¶ Deponatur.] 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. & c. ſi qui epiſcopi. 3. di. 50. ex pñbus. 3. 36. diſt. qui eccleſiaſticis.

LAici.] hæc di. diuiditur in quattuor par. In prima probat per 8. auctoritates ſanctorum, quod laici non debent eligere, nec electioni intereſſe niſi vocati. Secunda ibi, *Contra.* Tertia ibi, *Principibus.* Quarta ibi, *Verum quia.* Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictum eſt, quod electio eſt clericorum. Sed quia laici volebant intereſſe electionib. clericorum, ideo ſupponit hanc 63. diſt. in qua primo oſtendit, quod laici non debent intereſſe electionibus, vſque ad §. *Hii omnibus.* Deinde probatur contrarium. Deinde in §. *Verum quia.* ponit ſolutionem.

m ¶ Laici.] In præcedenti diſt. oſtenſum eſt, quòd laici tantum debent

“ Cõſenſus plebis eſt requirendus.
“ electione re quirendus.
2 Pol. l. 2. c. [illegible] Bur. l. 1. c. 2. Anſ. l. 6. ca. 75. Iuo p. 5. c. 65.
† al. comprouincialibus.
† al. non.
3 i. 1. q. 1. c. ſi qui.
4 Pol. l. 6. ti. 2. Bur. l. 1. ſ. c. 3. 3 Iuo p. 16. c. 14. Deuſ. dedit p. 1.
5 In Pontificali eſt mentio huius decreti.

dent conſtitu...e electioni. plenius hic proſequitur, quod nullo modo debent intereſſe [a], & hoc facit vſque ad illum §. *His omnibus.* deinde probat contrarium vſque ad illum §. *Electione.* & ibi ſoluit, deinde oſtendit quę priuilegia fuerunt Imperatorib. data circa electiones, quæ poſtmodum fuerant eis ex cauſa ablata. Vltimo dicit, quod religioſi viri non ſunt excludendi ab electionib. Eſt ergo hæc veritas, "quod nullus laicus debet intereſſe electioni, etiam in conuentuali eccleſia, niſi hoc habeat ex conſuetudine præſcripta, vt ext. de iu. pa. nobis [b], licet H. dixerit, quod ibi poteſt bene patronus intereſſe, vt 18 q. 2. abbatem. & hoc c. dicit intelligi de non patronis: æqualiter autem eſt patronus qui minus dat, ſicut qui plus: quia vnus poteſt ſupplere per operā, quod ei deeſt in patrimonio. ff. pro ſolu. l. 5. & plenius no. 16. q. 7. pie.

a Vel faciat cōtinuationē ad præcedentē diſt. ſed ad 61. di. vbi dictū, quod laici nō debēt eligi, ſic nec eligere, vt in hac diſtin. Io. de Fan.

" Electioni nullus laicus debet intereſſe.

2 Anſ. l. 6. c. 25. & 72. Iuo par. 5. c. 122. Pan. l. 3. c. 6. Deuſdedit p. 1.

b Idem no. J. ea diſtin. Reatina.

a J. c proxi. Pol. l. a. tit. 3

Nvllus.] CASVS. Hadrianus Papa prohibet in hoc c. vt nullus laicus, etiam in maxima poſitus dignitate ſe inſerat electioni patriarchæ & archiepiſcopi. & quicumque laicus canonicam electionem voluerit diſturbare, debet anathematizari donec obediat.

a ¶ *Communem.*] "cum ergo hæc tria requiruntur. ſ. communis, conſonans, & canonica, ſi vnum iſtorum deeſt, vitioſa eſt electio, vt ar. 38. diſ. quæ ipſis. non enim ſufficit electionem eſſe communem, niſi ſit canonica, vt hic. & 76. diſ. c. 1. & c. antep. [c] Item eſt hic arg. quod ſi aliqui ſeparatim conſenſerunt in aliquem, quod talis conſenſus non valet, quia nominationes citra concilium publicum factæ non valent, vt 2. q. 6. nominationes. & priuata conuenticula in electionib. prohibentur. vt 79 di. c. 1. & c. nullus. II. ar. contra 63. di. quanto. ext. de ele. quod ſicut. & ext. de poſt. bonæ. 1. in fi. & ſeruitus ſeparatim conceditur. ff. de ſer. ruſt. præ. per fundum. Dico nullam talem eſſe electionem, cum ſit clandeſtina, vt ext. de ele. quia propter. ad fi. Io. Hoc hodie determinatum eſt. ext. de ele. in Geneſi. vbi dicitur, quod ſingulares electiones nō valent. Bar.

" Electio ſit cōis conſonans, & canonica

3 Anſ. l. 6. c. 23. Iuo p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Deuſdedit p. 1.

c Ar. u. ad hoc 91 diſt. c. pe. & ibi de hoc. arg. ad hoc 38. q. 2. ſi quis abbas.

4 Pol. l. 1. tit. 8 † promotiones & conſecrationes] Orig.

b ¶ *Eccleſia.*] eccleſiam hic vocat viros eccleſiaſticos, quandoque vocatur congregatio fidelium, vt J. de conſe. di. 1 eccleſia. De hoc dixi 7. q. 1. ſcire.

HAdrianus Papa.] CASVS. Ignatius patriarcha Conſtantinopolitanus iniuſte fuit depoſitus, & Photius loco eius ſubſtitutus: quā præſumptionem Nicolaus voluit remouere, ſed morte præuentus nō potuit, ſed Hadrianus ſucceſſor eius miſit nuntios tres Conſtātinopoli ad Baſilium Imperatorē, & ad filios eius, cū quib. fuit cācellarius Romanæ ſedis, & ibi octaua ſynodus congregata, duo fecit. Primo Photium depoſuit, & Ignatiū reſtituit. Secūdo conſtituit, vt clericorū ſit electio tm̄, & quod nullus laicus inſerat ſe electioni patriarchæ metropolitani vel epiſcopi: ſed ſilere debet. & attendere quid clerus faciat, niſi à clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos. n

c ¶ *Diſpoſuerat.*] arg. ſucceſſorem debere conſummare quod anteceſſor inchoauit, vt hic [d], & 12. q. 2. hæc huius. & q. 5. quia.

ADDITIO. Ad idē ext. de reſc. litteris. vbi dn̄ hoc. & 12. q. 3 ſi eps āte

d Et 18 q. 2 dudum.

¶ Laici electioni Pontificum non ſe inſerant. C. I.

[1] NVllus laicorum principum vel potentum ſemet inſerat electioni, aut promotioni Patriarchæ, Metropolitæ, aut cuiuſlibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio, præſertim cum nullam in talibus poteſtatē quemquam poteſtatiuorum, vel ceterorum laicorum habere conueniat. *& infra.* ¶ [2] Quiſquis autem ſecularium principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicus aduerſus communem [a] & conſonantem, atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit, anathema ſit, donec obediat, & conſentiat, quidquid eccleſia [b] de electione, & ordinatione proprij præſulis ſe velle mōſtrauerit.

¶ *Hinc citantur partes quædam vigeſimi ſecundi canonis octauæ ſynodi ſub Hadriano Papa, ij habita, & ab Anaſtaſio bibliothecario latinitate donatæ.*

Item ex octaua ſynodo, actione prima.

¶ De eadem. C. II.

[3] HAdrianus Papa ſecundus (quod Nicolaus prædeceſſor eius diſpoſuerat [c]) miſſos ſuos, Donatum ſcilicet Hoſtienſem epiſcopum, & Stephanum Nepeſinum epiſcopum, & Marinum diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ad Baſilium Imperatorem, & ad filios eius Conſtantinum, & Leonem Auguſtos [d], Conſtantinopolim direxit, cum quibus & Anaſtaſius bibliothecarius [e] Romanæ ſedis vtriuſque linguæ, græcæ, & latinæ peritus perrexit: & ſynodo congregata (quā octauam vniuerſalem ſynodum illuc conuenientes appellauerūt) exortum ſchiſma de Ignatij depoſitione, & Photij ordinatione ſedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium reſtituentes. In qua ſic ſtatutum eſt: [4] Conſecrationes † [f], & promotiones epiſcoporum concordans prioribus conciliis, clericorum electione, ac decreto epiſcoporum collegij fieri ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus diffinit, & ſtatuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [g] principum, vel potentum ſemet inſerere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuſlibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio, præſertim cū in talibus nullam poteſtatem quemquam poteſtatiuorum, vel ceterorum laicorum habere conueniat: ſed ſilere, & attendere ſibi, vſquequo regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri Pontificis. Si vero quiſquam laicorum ad contractandum † [h], & cooperandum inuitatur [i] ab eccleſia, licet huiuſmodi, cum reuerentia, ſi forte voluerit, obtemperare ſe aſciſcentibus. Taliter enim dignum paſtorem ſibi regulariter ad ſuam eccleſia † ſalutem promouet [a].

a ¶ Promouet.] *Si hic addatur verſ.* Quiſquis. *ex capite antecedente, erit integer 22. canon 8. ſynodi. In vulgatis ſequebatur vox* clerus. *quæ in vetuſtioribus eſt gloſſa interlinearis.*

Item ex hiſtoria tripertita, lib. 7. c. 8. [5]

¶ Electioni epiſcoporum Imperator intereſſe non debet. C. III.

VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad heſperias partes (vt refert hiſtoria eccleſiaſtica mortuo Auxētio Arrianæ perfidiæ magiſtro, qui Mediolanenſem eccleſiam, vt lupus dilaniauerat, cum vellet catholicum, Deo ordinante, ibi conſecrare epiſcopum, euocans epiſcopos [k], hæc eis locutus eſt. Noſtis aperte, eruditi quippe diuinis eloquiis, qualem oporteat eſſe pontificem, & quòd non deceat eum verbo ſolo [l], ſed etiam conuerſatione gubernare ſubiectos, & totius ſemet ipſum imitatorem virtutis oſtendere, teſtemque [m] doctrinæ conuerſationem bonam habere. Talem itaque in pontificali conſtitui te ſede, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincere noſtra capita ſubmittamus [n], & eius monita, dum tāquam homines delique rimus neceſſario, velut curantis

dānati. Papa tn̄ non tenebatur ad hoc, nec hoc dicitur quòd teneretur, bene tn̄ fecit. B.

d ¶ *Auguſtos.*] no. quod filij Imperatorū dn̄r et Auguſti, quia ſperabatur, quod eēnt futuri Imperatores, & quaſi per augurīū hoc ſperabatur. " Vel ſicut Imperator dr̄ Auguſtus, quia illius propoſitū dēt eſſe, quod augeat, ſic & filius pōt dici Auguſtus, quia & hoc ꝓpoſitum dz hr̄e, cum hēbit imperium [e].

e ¶ *Bibliothecarius.*] i. cancellarius. J. 21. diſt. ſubmittitur.

f ¶ *Conſecrationes.*] hæc ſunt verba concilij.

g ¶ *Laicorum.*] J. 96. di. bene quidem.

h ¶ *Ad contractandum.*] i. ſimul tractandum.

i ¶ *Inuitatur.*] " hinc inuitantur laici ad electionē, alibi ad ſermonē faciendū, vt 23. di. mulier. quandoque ad cās matrimoniales, vt 35. q. 5. ad ſedē. cauſis āt fidei intererunt et nō vocati, vt 96. diſt. vbinam. Sed numquid ſubſcribēt laici? ar. quod ſic. 7. q. 1. epiſcopus de loco [f].

VAlentinianus.] CASVS. Cum eccleſia Mediol. vacaret paſtore, mortuo Auxētio hr̄tico, qui Mediolan. eccleſiam, vt lupus dilaniarat, venit ab oriente Valentinianus Imꝑator, & ſuaſit epīs congregatis, vt talē in archiepm̄ eligerent, cui et ipſe Imꝑator ſe ſyncerē ſubmittere poſſit. epī vero cum rogarēt imꝑatorē vt eligeret, ipſe noluit aſſentire. demum Ambroſium elegerunt nōdū baptizatum. vn̄ Imꝑator gratias referens, quod electus eēt ad ſaluandas aīas, cui curam corporū cōmiſerat, confortauit eū vt non timeret. dicens: Deus te adiuuabit, & ego te ſemper defendam. & ꝓ te pugnabo.

k ¶ *Epiſcopos.*] ergo electioni metropolitani intererunt oēs epī cōprouinciales, vt J. c. metropolitano. & 66. di. c. 1 Io. ſed in his non attendo [g] niſi conſuetudinem, vt ext. de ele. cum eccleſia. & ext. de poſtu. bonæ. Io. " D. iure communi omnis electio ſpectat ad capitulum, vt ext. de cau. poſ. & propr. ie. cum eccleſia. B.

l ¶ *Solo.*] ſic magiſtri morib. & facundia alios debent præcedere, vt C. de profeſ. & med. magiſtros. lib. 10.

m ¶ *Teſtemque.*] not. quod conuerſatio præbet alicui teſtimonium, vt 2. q. 7. cum paſtoris.

n ¶ *Submittamus.*] ar. quod imperator eſt minor quolibet epiſcopo. " & excommunicari poteſt ab epiſcopo, vt hic innuitur, & 18. diſt. quoniam quidem. 96. di. duo. tamen Imperator eſt maior in temporalibus illis qui ab eo recipiunt temporalia: ſed minor eſt in ſpiritualib', ext. de ma. & obed. ſolitæ. 2. q. 7. §. item cum Dauid.

" Imperator quare dr̄ Auguſt'.

e Hoc vſq ... ſolutionem eius quod ... 21. ... aut ē 7. q. 1. in apib'. L.

† al. contrectandum.]

Or g & ... colicēt

" Laici ad aliqua ſpiritualia ... tantur

† al. & eccleſia.

f Ad idē quod leg. & no. J. e. quāto. in glo. ex hoc loco. in fin. &c.

5 Caput eſt collectoris arbitratu cōpoſitum.

g Vt eſt eccleſia Rauennas.

" electio ad quē ſpectat de iure cōi.

" Imperator pōt ab epō excōicari.

Super

a ¶ *Super uos.*] i. ad vos ſpectat. ſic reſp. Theodoricus. 17. diſt. §. hinc. Vel ideo hic dicit, ſuper vos: " quia electio eſt periculo eligentiū [a]. ſi quis enim malum nominat, tenetur de omni damno, & diſpendio, quod per eum acciderit. C. de peric. nominatorum, l. 1. li. 11. Item ſi inhabilem nominat, & appellatur, tenetur dare ſumptus quos fecerant aduerſarij. C. de decu. l. 2. lib. 10. [b]

b ¶ *Electus.*] & ita male dicit G. q fuerit poſtulatus. ī. 61. diſt. §. his oib. & §. ſic beatus in ſi. Sed potes dicere, quod fuit electus in poſtulandum [c]: vt extr. de ren. poſt tranſlationem. Io. & dicit T. quòd cleric° alteri° eccleſiæ in ſacris ordinib° conſtitutus eligi poteſt. Ita no. in illa decr. poſt tranſlationem. niſi ſit epiſcopus vt videtur dicere dec. extr. de ele. cum inter canonicos. & poſtea debet poſtulari B.

c ¶ *Corpora.*] & ita fuit curialis, ſed abſolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatem, alioquin non promoueretur. 51. diſ. ſi quis poſt.

d ¶ *Ordinem.*] ex hoc verbo dixerunt quidā, q Imperator dēt habere ordinem ſubdiaconalem, ſed non eſt verum [d], quia habet militarem characterem, vt 1. q. 1. quod quidam. gerit tamen officium ſubdiaconi cum miniſtrat epiſcopo,

P*Orro.*] CASVS. Lotharius Rex non p mittebat aliquem ad epiſcopatum eligi in regno ſuo, niſi fauentem ſibi. i. niſi eſſet amicus ſuus, vel niſi ſibi iuraret. Ideo præcipit ei Nicolaus, vt in eccleſia Treuerenſi. & in Agrippina colonia nullum eligi patiatur in epiſcopum niſi prius ſedi Apoſtolicæ referatur.

e ¶ *Fauentem.*] in crimine adulterij cum Gualdrada. Vel forte fecit eos iurare ei fidelitatem, quod clerici non debent facere laico 22. q. vl. c. vl. niſi habeant ab ipſo regalia. 22. q. 5. de forma.

f ¶ *Elig.*] videtur ergo quod in illis duab. eccleſiis non poſſit fieri electio, niſi voluntas Papæ requiratur, ſicut eſt in eccleſia Rauennatæ, vel iſtud pro tempore fuit ſtatutum. Vel dic eligi. i. cōſecrari [e], vel, inſtitui.

S*I per ordinat onem.*] CASVS. Statutum fuit in concilio Pariſienſi, vt nullus per regiam poteſtatem ad honorem aſcendat prælaturæ: & ſi quis p ſumpſerit, ab aliis epiſcopis non recipiatur: & q cum receperit, ab aliorum epiſcoporum communione ſegregabitur. ¶Sequentia tria c. per ſe patent.

" electio eſt periculo eligentium.

a Vt 61. diſt. ad pderit. & c. obitum.

b Et de ſum. trecu. l. vna. lib. 2. Arch.

c Sic & no. J. c. quanto. 1 gl. 1. Ad idē ext. de ele. in cauſis. Electio tū ſic celebrata ſi eſt ſpiritualis, ſed pparatoria ad electionē faciēdā, ſecūdum Io. & Hoſ.

3 In epiſt. ad Vercellēſes.

d Adde Bal. plene hoc examinantē, & ſētēt p op. gl. i pr. C. & doc. in c. venerabilē. ext de ele. & Spe. ti. de leg. §. nunc oſtendendum vers 39.

2 Iuo par. 5. c. 117.

3 Iuo p. 5. c. 123 Pann. l. 3. c. 9.

† al. epiſcop°

e Sic & exponitur 8. q. 1. epo. 2. in ſi.

† al indicta.] Orig.

2 Burc. l. 2. c. 8. Iuo p 6. c. 28 Anſ. l. 6. c. 38. al. 41. Deuſded. p. 1. & 4.

medicamēta ſuſcipiamus. Hæc cū dixiſſet Imperator, petiit ſynod°, vt magis ipſe decerneret ſapiens, & pius exiſtēs. At ille, ſuper vos [a] eſt, inquit, talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo ſplendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc ſacerdotes egreſſi, de epiſcopali ſede tractabant. *& infra.* ¶Cū autem ordinatione diuina Ambroſius non dum baptizatus, electus [b] fuiſſet, exultans Impator ait. Gratias ago tibi Domine Deus omnipotens, & ſaluator noſter, quoniam huic viro ego quidem commiſeram corpora [c], tu autem animas, & meam ſententiam oſtendiſti tuæ iuſtitiæ conuenire. Cumque ſanctus Ambroſius contriſtaretur de hoc, qđ acciderat (vt idem ipſe in ſuis epiſtolis ſcribit [3]) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, ſemper te adiuuabit, & ego adiutor, & defenſor tuus) vt meum ordinem [d] decet) ſemper exiſtam.

a ¶ Super vos.] *Vera lectio eſt* ſupra nos. *ὑπὲρ ὑμᾶς. Sed ob gloſſ. non eſt reſtituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario regi.

¶ Auctoritate apoſtolica, non regio fauore epiſcopus eſt eligendus. C. IIII.

2 PՕrro ſcias, quia relatum eſt nobis, quòd quicumque ad epiſcopatum in regno tuo prouehendus eſt, non niſi fauentem [e] tibi permittas eligi [f]. Idcirco Apoſtolica auctoritate ſub diuini iudicij obteſtatione iniungimus tibi, vt in Treuerenſi vrbe & in Agrippina colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum ſuper hoc, noſtro Apoſtolatui fiat.

Item ex concilio Pariſienſi 1. c. 8.

¶ Non recipiatur a comprouincialibus, qui regia ordinatione epiſcopale culmen eſt adeptus. C. V.

3 SI per ordinationem regiam honoris iſtius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præſumpſerit, comprouincialibus à loci ipſius epiſcopis † recipi ſe nullatenus mereatur, quem indebite comprouincialibus recipere cum ordinatum cognoſcūt. Si quis de contra interdicta † præſumpſerit, ſit à fratribus omnibus ſegregatus, & ab ipſorum omnium charitate ſemotus.

Item ex concilio Laodicenſi c. 13.

¶ De eod. m. C. VI.

4 NOn eſt permittendum turbis electionem eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotium promouendi

g ¶ *Recipi.*] " tū ille qui recipit eccleſiam à laico, non eſt excommunicatus, ſed eſt excommunicandus, vt ext. de iu. pat. præterea. niſi a ſacramentis. 16. q. vl. c. quoniam. & c. ſi quis deinceps. ſi tamen poſt donationem laici acceſſerit conſenſus epiſcopi, confirmatur donatio [f], vt ext. de iur. pat. cura paſtoralis. Io. Hodie etiam talis intelligibilis ſit, vt ext. de ele. quiſquis. Bar.

Item ex a ſeptima ſynodo, quæ eſt ſecunda Nicæna, 350. epiſcoporum, c. 3.

¶ Irrita ſit electio epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facta. C. VII.

5 OMnis electio epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principibus facta, irrita maneat, ſecundum regulam [h], quæ dicit [Si quis epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtinuerit, deponatur, & ſegregentur ab eccleſia omnes, qui illi communicant.]

a ¶ Ex ſeptima.] *Citabatur antea ex ſecunda actione ſextæ ſynod. Reſtitut° eſt locus ex Iuone.*

b ¶ Et ſegregetur.] *In aliquot ueteribus Gratiani exemplaribus eſt*: ſegregetur. *Sed pleriſque cum uulgata lectione conuenit. In canone 31. Apoſtol. r̄u græce ſic legitur.* καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. *& infra 16. q. 7. c. Si quis epiſcopus. ubi hic idem canon ex alia refertur verſione legitur*: & ſegregetur, omneſque, qui illi communicant, *eodemque modo eſt apud Anſelmum. Verum in verſione Anaſtaſij bibliothecarij legit, quemadmodum apud Gratianum, & conuenit cum verſione priſca et Dionyſiana.*

Item ex concilio Martini Papæ, c. 1. [6]

¶Non eligantur à populo, qui ſunt promouendi ad clerum. C. VIII.

7 NOn licet populo electionē facere eorum, qui ad ſacerdotium promouentur: ſed in iudicio epiſcoporum ſit, vt ipſi eum probent, ſi in ſermone, & fide, & ſpirituali vita edoctus ſit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione ſacerdotum, atque iniungitur eis neceſſitas obediendi, nō libertas imperandi.

2 *Contra* [i] *vero ſcribit B. Gregorius Ioanni epiſcopo primæ* [k] *Iuſtinianæ* [8] *Illyricæ lib. 4. epiſt. 15. ſeu c. 59.*

¶ Voluntas principis in ordinatione Pontificis deſideratur. C. IX.

9 QVia igitur ſuſcepta fratrū, & coepiſcoporum noſtrorum relatio ad locum vos ſacerdotij, totius concilij [l] vnito conſenſu, & ſereniſsimi principis voluntate declarat accerſiri, gratias omnipotenti Deo creatori noſtro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actuſque veſtros ita de præteritis fecit eſſe probabiles, vt omnium vos, quod eſt valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in perſonam fraternitatis tuæ per omnia conſentimus [m]: atque omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatem veſtram, ſicut ſua gratia elegit, ita in omnibus ſua protectione cuſtodiat.

Idem Gregorius Ioanni ſubdiacono, libr. 2. In dict. ij. epiſtol. 30. ſeu cap. 49.

h ¶ *Regulam.*] 16. q. 7. quis deinceps.

O*Mnis electio.*]

N*On licet.*] *Hic.*] CASVS. Hactenus probauit, quod laicus non debet intereſſe electioni. Modo vult Gratianus probare cōtrarium.

CONTRA. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua probat ſophiſtice, quod laici poſſunt & debent intereſſe electioni epiſcopi & archidiacon. Ioan. de Fan. dicit cap. ad hoc inducta eſſe intelligenda, quod tantum debent conſentire, non autem eligere, niſi hoc habeant ex priuilegio ſpeciali: vel ſunt vocandi ad tempus ex cauſa.

i ¶ *Contra.*] Tu dicas, quod laici debent intereſſe non ad eligendum, ſed ad conſentiendum. J. e. noſſe ſ.

k ¶ *Primæ Iuſtinianæ.*] id eſt, Salonitanæ: quæ ſic dicta eſt: quia Iuſtinianus ibi natus eſt. Alij dicunt de Rauenna, quia vtraque eſt Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

Q*uia.*] CASVS. Ioannes de communi voluntate totius concilij & principis electus eſt in epiſcopum primæ Iuſtinianæ: quod cum audiſſet Gregorius, retulit gratias Deo, & confirmauit eundem & rogauit Deum vt ipſum cuſtodiret.

l ¶ *Concilij.*] id eſt, collegij.

m ¶ *Conſentimus.*] confirmando electionem tuam: " & ita Papa cōfirmat omnes metropolitanos, vt J. eo. quanto. & ca. Salonitanæ. & 100. diſt. quoniam. quod verum eſt cum non habente primatem: ſed ei nullo medio ſubſunt, vt J. eod. cum longe. & J. diſt. prox. quia per ambitiones. niſi velis dicere, quod eo ipſo quod quis recipit pallium à Papa, intelligitur confirmari ab ipſo: immo & plerique archiepiſcopi nō confirmantur nec conſecrantur, niſi à ſuis ſubditis: nec petitur confirmatio à Papa; ſed tantum pallium, vt dixi. De hoc 51. diſ. qui in aliquo.

" Eccleſiam recipiens à laico, eſt ex cōicandus.

f ſc. facta ab ipſo laico, vt° donatario, non vt à prælato, puta qa ius dat patronatus. non. n. intelligo qđ præſcribatur eccleſia q̄ qs habeat à laico, vt à plato, ſcđm L.

5 Can. Apo. 31. J. 16 q. 7. c. ſi qs. Iuo par. 5 c. 120. Anſ. l. 6. c. 8. Burc. l 3. ca. 109. Deuſdedit ibid.

g Vt J. e. §. electionis.

6 Apud Marti. Brac. c. 1.

7 ī. diſt. 24.

Quanto

QVanto.] CASVS. Laurentio Mediol. archiepiſcopo ſublato de medio, Conſtantinus diaconus electus eſt in eius locum vnanimi conſenſu à clericis: qui ſupplicauerunt Papæ vt ipſum confirmaret. Sed quia in petitione eorum non continebantur clericorum ſubſcriptiones, ideo Greg. præcipit Ioanni ſubdiacono, vt Genuam proficiſceretur: & voluntates Mediol. qui illic coacti barbarica ſeueritate detinebantur, inueſtigaret. & ſi omnium voluntates in electione ei⁹ pdurare cognoſceret, auctoritate apoſtolica faceret ipſum à ſuffraganeis conſecrari.

a ¶ *Relatio.*] Ex hoc loco qdam dixerunt, qđ electio poſſet variari vſq; ad ſubſcriptioné ſed poſt, non. ar. 1. q. 7. ſaluberrimum. & 27. q. 1. oés feminæ. & ar. ꝓ eis extr. de cen. olim. Alij dicunt vſq; ad cõfirmationem eſſe ambulatoriam voluntaté eligentium, vt extr. de præb. cũ non ignores. & ex eo qđ dicit hic, pdurare. j. e. Salonitanæ. 28. di. de Syracuſanæ. 71. diſt. ſtudij. vñ & priora ſtipendia retinet electus vſq; ad cõfirmationem, vt ext. de ele. cũ in cunctis. nec cogitur inſcribere qui excipit contra electũ non confirmatũ: qa nó deiicitur ab obtento, ſꝫ ab obtinendo, vt ex de ac. ſuper his. Item qs ante confirmõem non renunciat electus eſpatui, cum adhuc nihil iuris ſit conſecut⁹, vt ext. đ tranſl. inter. " Sed tu dicas, q ꝑ conſenſum eligentium ius eſt acqſitum electo: dũ tñ ipſe conſentiat [a], vel conſentire velit, vt ext. de ele. cum inter canonicos. in fi. Io. nec poſſunt poſt electionem variare: ſed ante publicationem ſcrutinij poſſunt, vt ext. de ele. publicato. B. " Si q̃ras quale ius acquiritur electo ꝑ electionem, dico qđ ius prælaturæ, & ius adminiſtrandi: ſed non exercitium prælaturæ vel adminiſtrationis. per confirmationem enim nihil iuris noui acqritur: ſꝫ tñ exercitium: ext. de reſc. paſtoralis. in fi. 16. q. 1. §. ecce. electio. n. facit Imperatorem, vt 93. di. legimus." Sed quæritur vtrum per nominationé aliquid iuris acquiratur nominatio? vi quod ſic. vt 16. q. 7. contra ſanctorum. & 2. q. 6. nominationes. & 71. di. placuit. & ext. de ele. auditis. Ar. contra ext. de ele. q ſi. ut. & c. innotuit. Dico q [b] ſi noiatio eſt tractatus ꝓcedés electionem, ꝑ noiationem nihil iuris acqritur. nam per talem noiationem exprimitur conſenſus de futuro: & eſt ſenſus, nomino talem, i. nomino eum eligendum: ſicut ét aliqs eligitur in poſtulãdum. vt ext. de ren. poſt tranſlationem. & ſ. e. Valentinianus. ſicut non contrahitur matrimonium carnale per hæc verba, nonuno te in mulierem. ſed ſi per denominationé exprimitur cõſenſus de p̃ſenti, tunc denominato ius eſt acquiſitum: qa non refert quib. verbis, q̃s exprimat cõſenſum, vt 22. q. 5. humanæ. maxime ſi conſuetudo eſt alicuius eccleſiæ, qđ per talia verba celebretur electio: tũc in talib. ad communé intelligẽtiam verborum eſt recurrẽdum vt ext. de ſpon. ex litteris. 1. Quid de poſtulõne iuris ſit, dixi. ſ. 61. di. §. ſed aliud. Sed quare reprobatur hic electio pp defectũ ſubſcriptionis? ſed intellige qđ hic ñ erãt duæ partes p̃ſentes [c], q̃ ad minus debẽt eſſe in electiõe: & ió in fraudé nolebãt ſubſcribere, ne eorum paucitas reprehẽderetur. vnde cũ ab initio nó fuerit cõſenſus eorum legitimus, bñ dicit Papa ſi perdurat. ſic ſ. 28. di. de Syracuſanæ. & 59. di. Petrus. Sed vĩ, quod non eſſet denuo requirendus eorũ conſenſus, vt ff. de ſer. ru. præ. ꝑ fundum. ſed illud non eſt ſimile: quia ſeruitus concedi pt ſeparatim: ſed electio debet eſſe cõis, vt hic dĩ. & e. c. 1. ſed cum Gratianus intelligat hoc. c. quod conſẽſus laicorum hic requirebatur: quare ergo dicit ſubſcripta relõne, cũ laici ñ ſubſcribant? Vĩ quod ſubſcribant, vt 7. q. 1. eþs de loco. & 1. q. 6. ſi quis autem epiſcopatum. Item ſubſcriptio non eſt de electione, ſed de ſolennitate, vt 61. diſt. eþs.

[1] Anſ. lib. 6. c. 26. Polyc. l. 1. tit. 5.

¶ Clerus, & populus Pontificis electioni interſint. C. X.

1 QVanto Apoſtolica ſedes, Deo auctore, cunctis prælata conſtat eccleſiis: tanto inter multiplices curas, & illa nos valde ſollicitat, vbi ad conſecrandum antiſtitem, noſtrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurẽtio eccleſię Mediolanenſis epiſcopo, ſua nobis relatione clerus innotuit in electione ſe filij noſtri Cõſtãtij diaconi ſui vnanimiter conſenſiſſe. Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio [a], ne quid quod ad cautelam pertinet omittamus, huius idcirco præcepti auctoritate ſuffultum Genuam [b] te ꝓficiſci neceſſe eſt. Et quia multi illic Mediolanenſium coacti barbarica [c] feritate cõſiſtunt, eorum te voluntates oportet conuocatis eis in commune perſcrutari. Et ſi nulla eos diuerſitas ab electioni vnitate diſterminat, ſi quidem in prædicto filio noſtro Conſtantio omnium voluntates, atq; conſenſum perdurare [d] cognoſcis, tunc eum à propriis epiſcopis, ſicut antiquitatis mos exigit, cum noſtræ auctoritatis aſſenſu [e] ſolatiante & auxiliante Domino, facias conſecrari, quatenus huiuſmodi ſeruata conſuetudine, & Apoſtolica ſedes proprium vigorem retineat, & à ſe conceſſa aliis ſua iura non minuat.

Item Gelaſius Papa Philippo, & Geruntino † epiſcopis.

¶ In electione epiſcopi populus debet adeſſe. C. XI.

2 PLebs Diotrenſis data nobis petitione defleuit diu ſe ſine rectoris proprij gubernatione diſpergi. Ac ſicut aſſeritur, is qui à vobis iã probatus dicitur, à paucis, & tenuibus [f] putatur electus, cum ad vos † pertineat, vniuerſos aſſidua admonitiõe compellere, vt omnes in vnum quem dignum ſacerdotio viderint, & ſine aliqua reprehenſione, cõſentiant. Et ideo fratres chariſſimi diuerſos ex omnibus [g] ſæpe dicti loci parochiis presbyteros, diaconos, & vniuerſam turbam [h] vos oportet ſæpius conuocare, quatenus non, prout cuilibet libuerit, ſed concordantibus animis talem, vobis admonẽtibus [i], ſibi quærant ſola diuinitatis attentione perſonam, quam nulla contrarietas, a conſtitutis poſſit reuocare præſcriptis.

Item Stephanus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei Romano Archiepiſcopo Rauennati.

¶ De eodem. C. XII.

3 NOſſe tuam fraternitaté volumus ad noſtras aures fore peruentum, Imolenſem [k] epiſcopum ab hac luce migraſſe, in cuius ſucceſſoris electione, populi diuiſionem proueniſſe audiuimus. Quod quia ſæpe [l] cõtingere ſolet (quærentib. ſingulis quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti) nõ adeo miramur. Verumtamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi ſolicitudinem, vt conuocato clero [m] & populo, talis ibi eligatur per Dei miſericordiam, cui ſacri non obuient canones.* Sacerdotũ quippe eſt electio: & fidelis populi cõſenſus adhibendus eſt, quia docendus eſt populus, non ſequendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiſcopo.

¶ De eodem. C. XIII.

EPiſcopos per AEmiliam [n] nõ conſecres, niſi poſt electioné cleri, & populi.

¶ In vetuſto codice Mutinenſi ſex cont[illegible] Romæ hab[illegible] [illegible] ſecunda[illegible] eſt ho[illegible]. Et de h[illegible] eadem re hab[illegible] multa in Pontifica[illegible] [illegible] N[illegible].

Item Pelagius Papa Iuliano epiſcopo Grumentino.

b ¶ *Genua.*] "No. q vocantur abſentes à Mediolano vſque ad Genuam: ſed non vſq; ad 12. dietas, vt ext. de ele. cum inter. Quid de hoc iuris ſit, dixi 7. q. 1. factus. ext. de ele. in Geneſi.

c ¶ *Barbarica.*] pp hoc verbum inducit magiſter c. vt ét conſenſus laicorum requiratur.

d ¶ *Perdurare.*] Ar. q ñ eſt conſenſus niſi duret, vt de pœ. di. 1. diuortium. ext. de ver. ſi. nã & ego. ff. de in rem ver. ſi ꝓ pie. §. verſum.

e ¶ *Aſſenſu.*] hic habes qđ Papa confirmat electionem metropolitani, vt dixi ſ. c. prox.

P*lebs.*] CASVS. Vacante eccleſia Diotrẽſi, electus eſt ibi quidã à paucis & tenuib. ceteris diſcordantib. cuius electioné Philippus & Gerũtius viſitatores illius eccleſiæ reprobauerunt: q cũ audiſſet Gelaſius, p̃cepit viſitatorib. vt oĩ turba clericorum & laicorũ conuocata moneãt eos talem pſonã eligere in p̃latum, quæ non poſſet pati repulſam.

f ¶ *Et tenuibus.*] i. modicæ auctoritatis. & ſic non tñ numerus, ſed ét auctoritas eligentiũ conſideratur. ar. 19. di. in canonicis. ar. contra extr. de ele. dudum.

g ¶ *Ex omnibus.*] "ergo in electione eþi totus clerus ciuitatis intererit, vt hic, & j. e. obeuntib. & 8. q. 1. licet. ſed verum eſt quod intererũt ad cõſentiendum, non ad eligendum, vel interſunt ſi eſt cõſuetudo longa. ext. de cau poſ. & propr. cum eccleſia.

h ¶ *Turbam.*] Hoc c. & omnia quæ dicunt laicos vocari ad electionem, intelligit H. de patronis. Dic vt ſ. in prin. huius diſt.

i ¶ *Admonentibus.*] ergo patet hic. quod viſitator non eligit, vt dixi 61. diſt. obitum."

N*Oſſe.*] CASVS. Defuncto Imolenſi epiſcopo vota populi ſe diuiſerunt in partes in electione ſucceſſoris. Vnde præcipit Stephanus archiepiſcopo Rauennati, vt clero & populo conuocato monente eo talis in epiſcopum eligatur, cui non poſſint canones obuiare. Dicit etiam quòd clericorum eſt eligere: populi vero conſentire. Sequens c. patet.

k ¶ *Imolenſem.*] Tamen tempore Stephani non erat Imola ſedes epiſcopalis ſed iuxta, in caſtro ſancti Caſſiani [d]. Et ſic eſt argu. quòd non vitiatur reſcriptum. licet quis nominetur epiſcopus non nomine cathedræ ſed hoc ideo fecit, quia locus ille celebrior erat.

l ¶ *Sæpe.*] j. e. c. vlt. & j. q. 1. nec nouum.

m ¶ *Clero & populo.*] Et no. verbum ſemel hic poſitum, æquiuoce poni. ſic 28. diſt. presbyterorum.

n EPiſcopos per AEmiliam.] Aemilia dicitur à Rauenna vſque ad Placentiam.

Litteras

" Electio ius acqritur ꝑ conſenſum eligentium.

a Intellige ſecũdum id qđ hr̃ extra l. 6. de ele. q ſi. Gre. x.

† al. Gerontio.

" Elect⁹ qđ ius habet.

2 Anſel. l. 5. c. 50.

† al. nos.

" Nominatio an tribuat aliqđ ius nominato.

b Iſta ét fuit hic in a H. quam ſ uet Gof. ext. de tranſla.

c Vel eligat in ſignũ, ſecũdũ Vinc. & B. qđ dic. vt not. ext. de poſt. bonæ. 2. glo. ió dicit, &c.

" abſẽtes vñ vocãtur ad electionem.

3 Anſel. l. 6. c. 36.

Philipp.

4 ſ. 62. di. c. docendus.

" Electioni eþi q debẽt intereſſe.

d Tpe Imp. Fride. antiq. & Othonis iiij. eþs Imolenſis appellabatur eþs Corneliẽſis ſic vide cõtineri in priuilegio pdicti Othõis, qđ eſt ipſi⁹ eþi Imolenſ. in eccleſia vocabatur eccleſia Corbalić. Arch.

L*itteras.*] CASVS. Iulianus epiſcopus Grumentinus ſignificauit Pelagio, quòd clericus & populus Marcellia. eccleſię poſtulabat in epiſcopum Latinum diaconum ſuum. Papa vero reſcribit, quod gaudet, ſi vult ipſum concedere. & deinde ſi poteſt electus occurrat ante paſcha vt & tunc in ſabbato immediate poſt paſcha ordinetur.

¶ De eodem. C. XIIII.

1 LItteras charitatis tuæ ſuſcepimus, quibus ſignificas, Latinum diaconum tuum ad epiſcopatum eccleſiæ Marcellianenſis à clero, & omnibus, qui illic conueniunt, poſtulari. *& infra.* ¶ Sed nunc & hoc dicimus, vt ſi cum omnes [a] eligunt, & vis [b] cum concedere, gratum nobis eſſe cognoſce, & ſi poteſt, ante diem ſanctum feſtinet occurrere, vt vel ſabbato ipſo noctis magnæ poſt baptiſmú cum Dei gratia valeat ordinari.

Idem Laurentio epiſcopo Centumcellenſi.

¶ Ex ſacra [a] principis quis ordinatur. C. XV.

2 PRincipali [c] deuotiſſimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcellenſi conſiſtunt, relatione ad nos directa ſacram inſinuant ſe clementiſſimi principis [d] impetraſſe, quæ eis presbyterum, diaconum, & ſubdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam vt perſonas ipſas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commiſiſſent: & ſi eos inculpabiles repereris, & vitæ ipſorum laudabile teſtimonium videris, veniente mediana [e] ſeptima † Paſchæ, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus [f] vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

a ¶ Ex ſacra] *Emendata eſt hæc rubrica, ut in dicet illum de quo agitur, fuiſſet ad præ tegem Imperatoris ordinatum; ſacra enim epiſtola aut Imperatoris ſign ficat.*

Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Auguſtis.

¶ Papa rogat Auguſtos, vt Reatinam eccleſiam cuidam electo dignentur concedere. C. XVI.

REatina [g] eccleſia, quæ per tot temporum ſpatia paſtoralibus deſtituta curis conſiſtit, dignum eſt, vt brachio amplitudinis veſtræ ſubleuetur, ac gubernationis tegmine protegatur, Vnde ſalutationis alloquio præmiſſo veſtram manſuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili diacono eamdem eccleſiam ad regendum concedere dignemini, vt veſtra licentia [h] accepta [i] ibidem eum Deo adiuuante, conſecrare valeamus epiſcopum, Sin autem in prædicta eccleſia nolueritis †, vt præficiatur epiſcopus, Tuſculanam † eccleſiam, quæ viduata exiſtit, illi veſtra ſerenitas dignetur concedere, vt conſecratus à noſtro præſulatu Deo omnipotenti, veſtro que imperio grates [k] peragere valeat.

Item Ritæ Comitiſſæ.

¶ Regio præcepto ab Apoſtolico Colonus Reatinæ eccleſiæ ordinatur epiſcopus. C. XVII.

NObis dominus [l] Imperator, & imperatrix per ſuas epiſtolas dixerunt, vt Colonum in Reatina eccleſia, quæ paſtoris officio per longa iam tempora deſtituta videbatur, epiſcopum facere deberemus, ſicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

¶ Imperatoris epiſtola in electionis confirmatione deſideratur. C. XVIII.

3 LEctis ſagacitatis veſtræ apicibus, qui defuncto eccleſiæ Reatinæ antiſtite, clerum & plebẽ eiuſdem eccleſiæ elegiſſe ſibi futurum antiſtité, nobiſq. conſecrandum veſtro ſtudio directum eſſe, ne ipſa eccleſia diu [m] ſine proprio conſtet paſtore, fatebamur, nos de obitu prioris dolentes, nũc ipſum electum vnanimitate †, & canonica ipſius eccleſiæ electione, vt mandaſtis, tam citiſſime ordinare omiſimus, quòd imperialem non...

a ¶ *Omnes.*] Hic colligitur, quod omnes conſentire debent in poſtulatione extranei, vt dixi. ſ. 61. di. nullus. & ideo dicit decr. quod poſtulatio non admittitur in diſcordia, vt ext. de poſtul præ. bonæ. quod tamen verũ eſt ſecũdum diſtinctioné eius quod legitur ext. de ele. ſcriptum eſt.
b ¶ *Et uis.*] Hic habes quod clericus alterius epi eſt poſtulandus, vt 61. diſt. §. ſed aliud. & c. Oſius. & laicus etiam eſt poſtulandus, vt ibi dr: & illegitimus, vt ext. de elec. innotuit. Item hic habes, quod eps non cogitur dare poſtulatum, vt 85. di. Florentium. Nemo enim cogitur emancipare filium ſuum, vt inſtit. qui. mo. ius pa. po. ſo. §. vl. [cc] Sed pone quod eligatur talis clericus, & eps eius poſtea non conſentiat: numquid iſti ſunt priuati electione, quia elegerunt eũ quem non poterant habere. vel numquid conſenſus illius à quo erat poſtulandus, confirmat electionem? arg. quod non confirmat, ext. e. Auditis. Argu. quod ſic, ext. e. quod ſicut. & ext. de iu. pa. cura paſtoralis. Ad hoc dico, quod ſi eligitur in poſtulandũ [a], bñ tenet talis electio, vt ext. de renun. poſt tranſlationem. Vel dic. quod ſi elegerunt eo propoſito, vt ſtatim debeat tenere electio, non ratificatur per ſequenté conſenſum illius à quo eſſet poſtulandus. Si vero ſciebant electionem per ſe inualidam eſſe, ſed ſperabant, quod Dominus Papa eam ratam haberet, tunc ratificatione Domini Papæ confirmatur. ſic 9. q. 2. Lugdunenſis. Similem diſtinctionem facit lex ff. de ſo. ſi quis offerenti. Vel dic, quod non eſt inconueniens, ſi clericus alienus eligatur, quia talis primo debet eligi, & poſtea poſtulari, vt dixi 61. di. §. ſed aliud. Item obiicitur, cum clericus contradicente epiſcopo poſſit fieri Monachus, vt 19. q. 2. c. 1. ergo multo fortius poteſt promoueri ad epiſcopale regimen, cum ille tranſeat pro priuata vtilitate, iſte pro communi, quæ præiudicat priuatæ, vt 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. in ſcripturis. ext. de poſt. bonæ. 1. Reſp. monachus tranſit ad locum delectionis vbi nulla præſumitur ambitio: hic vero præſumitur ambitio ex eo, quod nolente epiſcopo vltro ſe ingerit. quod potius trahi deberet. vt 8. q. 1. ſciendum [b]. male tamen facit epiſcopus ſi eum abſque iuſtitia negat, vt 7. q. 1. omnis qui. & per ſuperiorem cogi poteſt. arg. ext. de iu. pa. nullus principali.

P*rincipali.*] CASVS. Milites Centumcellenſes impetrarunt reſcriptum à principe, in quo dabat eis licentiam, vt in eccleſia Centumcellenſi ordinaretur vnus presbyter, & vnus diaconus, & ſubdiaconus quod cum Papæ ſignificaſſent, præcepit Laurentio epiſcopo, vt ſi perſonas illas inculpabiles inueniret, & bonæ vitæ, & laudabilis teſtimonij, adueniente mediana hebdomada vnumquemque per ſtata officia promoueret. Et dicit H. quod iſta 4. c. intelliguntur de eccleſiis in quibus Imperator habebat iuſpatronatus, vel iſti erãt curiales qui poſtulari fuerunt ab Imperatore. No. quod iſta tria ſeq. c. ſc. Reatina. nobis. & lectis. de vno & eodem clerico loquuntur, ſ. Colono. & illud c. lectis. præcedit alia duo c. & primo debet legi ſecundum naturam rei geſtæ. Eſt ergo caſus illius c. lectis. Reatina eccleſia paſtore deſtituta, Colonus diaconus ab omnib. vnanimiter eſt electus, pro quo ordinando, & conſecrando Guido comes Stephano Papæ ſupplicauit. Stephanus vero noluit eum ordinare: quia imperialem epiſtolam abſolutionis iuxta morem non detulerat. & ideo ne moleſtaretur imperialis animus: eius petitionem non admiſit, ſed ſuadet comiti, vt acquirat epiſtolam imperialem, & tunc habita licetia iuxta eius voluntatem cõſecrabitur.

c ¶ *Principali.*] Ex c. iſto & ſeq. dicit H. patronum debere eligere cum aliis in eccleſia conuentuali. Alij dicunt quod eccleſia epiſcopalis non habet patronum.
d ¶ *Principis.*] Sed quare petebatur illud ab Imperatore? quia forte illi curiales erant, vel forte patronus erat. Et ita eſt arg. [ee] quod patronus non tantum prælatum, ſed etiam ſubdiaconum, & diaconum poteſt inſtituere. ar. 18. q. 2. Eleutherius. 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum. in auth. de ſan. epiſ. §. ſi quis oratorij domum. coll. 9. & extr. de fil. pref. ex tranſmiſſa dum tamen hoc fiat cum conſenſu prælati, vt ext. e. ti. propoſuit. Sed verius credo hoc ſpectare ad ipſum [e] prælatum, vt ipſe poſſit miniſtros præficere, quos velit, vt ext. de iu. pa. poſtulaſti. Quid iuris habeat in electione patronus dicit decre. extr. de iur. patr. nobis. B.
e ¶ *Mediana ſeptimana.*] ſ. quum cantatur, ſitientes. Io.
f ¶ *Si uixerimus.*] ſi habes vixeritis, planum eſt. ſi habes vixerimus, eſt arg. quod mandatum & præceptum morte mandantis re integra [d] ſoluitur ext. de of. del. gratum. Io.

R*eatina.*] CASVS. Leo Papa præmiſſo ſalutationis alloquio rogauit Imperatorem Lotharium, & Ludouicum, vt eccleſiam Reatinam dudum deſtitutam paſtore concederet gubernandam Colono diacono, quod ſi nollet facere, concederet ei Tuſculanam eccleſiam, quæ diu vacauit: vt conſecratus Deo, & ſibi gratias agere poſit.
g ¶ *Reatina.*] hoc c & duo ſeq. loquuntur in eadem materia.
h ¶ *Licentia.*] [cc] conſenſus principis eſt requirendus electione celebrata, vt extra de elect. quod ſicut. niſi aliud ſuadeat ſcandalum. ext. eo. quia. vel præſcripta conſuetudo [f], vt extra de iure patr. nobis.
i ¶ *Accepta.*] 16. q. 7. decernimus.
k ¶ *Grates.*] ſpirituales, non carnales. 1. q. 1. filium. hoc enim eſſet ſimonia, vt 1. q. 1. ſunt nonnulli. & q. 2. ſicut. Immo videtur quod non ſit ſimonia, dummodo ex poſt facto mere ſine aliqua ambitione petentis. 1. q. 2. ſicut epiſcopum.

N*obis.*] CASVS. In hoc c. dicitur qualiter Imperator miſit litteras ſuas Papæ, in quib. dedit ei licentiam conſecrandi dictum Colonum in eccleſia Reatina, quod & Pãpa fecit.
l ¶ *Dominus Imperator.*] ex humilitate hoc fecit, cum ipſe ſit filius eccleſiæ, vt 96. diſt. ſi Imperator.
m L*ectis.*] ¶ *Diu.*] id eſt, vltra tres menſes, vt 50. diſt. poſtquam. niſi cauſa neceſſitatis [f], vt 75. diſt. quoniam. & 8. q. 1. conſtituimus. Et ita reſtringitur quandoque vaga ſignificatio alicuius verbi, vt 65. diſt. de perſona.

Metrop.

a ❡ 7 diſt. 76. c. vlt. Pol l. 2. ti. 19. Anſ. l. 6. cap. 60. Iuo part. 6, c. 111.
a Anſ. lib. 7. c. 94.
[cc] electio vel poſtulatio de clerico alteri ſubdito facta, an valeat.
† al. hebdomada.
a Idẽ ſi ſimpliciter eligitur, vt ſatis patet 76 di. dilectionis. extr. de ele. eccleſia 1. & ext. li. 6 e. ti. c. quã ſit.
b Et c. epiſcopatũ. 1 q. 3. ſicut C. de epi. & cle. ſi quẽquã. ſecũdũ Io. de Fan. q ſerui tur hæc oĩa ſupradicta.
† al. noluerit.
† al. Tuſculanam.
[ee] Patronus vtrum inſtituere poſſit.
e Iſtã ſniam ſequitur H. 16 q. 7. decreuimus. vbi dixit, Nõ credo quod patronus debeat eligere niſi prælatũ, vel intereſſe electioni niſi prælatum. Arch.
1 S. Antoninus part. 2. ti. 16. c. 1. § 1.
d De hoc ĩ. 13. q. 1. c. li. dic vt ibi.
† al. vnanimi
[cc] Principis cõſenſus eſt electione celebrata requirendus. Idẽ not. eſt ĩ. e. in ſumma. dic quod ius eligendi in collegiat. eccleſia nõ cadit in laicũ. ſecus in parochia. 16 q. 2. ĩ parochiis. 3. q. 7. decernimus. Arch.
f Ad hoc ĩ 61 di. Oſius & ea bene. & ibi d' hoc ext. d' ele. pro defectu

bis, vt mos eſt, abſolutionis minime detulit epiſtolam. Pro qua ſcilicet re ambiguum eſt nobis: ideo voluntati veſtræ in hoc parere diſtulimus: ne auguſtalis animus duriſſime hoc, quocumque modo perciperet. Sed ſcientes eccleſiam Dei ſine proprio diu paſtore non debere conſiſtere, gloriæ veſtræ mandamus, quoniam aliter nos agere nõ debuimus, vt veſtra † ſolertia imperiali, vt priſca cõſuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos ſcire credimus, imperatoria directa epiſtola tunc voluntati veſtræ de hoc parebimus, eumdemque electum, Domino adiuuante, conſecrabimus: quod, chariſſime fili, moleſte nullo modo ſuſcipias.

Item Leo Papa I. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 82. al. 84. c. 6.

¶ Clericorum, & ciuium voluntate metropolitanus eſt ordinandus. C. XIX.

METropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit ſubrogandus, prouinciales epiſcopi ad ciuitatem metropolim † [a] conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque ciuium voluntate diſcuſſa ex presbyteris [b] eiuſdem eccleſiæ, vel diaconis [c] optimus [d] ordinetur.

Item Iſidorus in lib. officiorum.

¶ Cum clero, & populo, à presbyteri fiat electio. C. XX.

SI in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint, archidiaconus, quanto ocius proficiſcatur [e] illuc, & cum clericis, & populis † ipſius plebis electionẽ faciat, quatenus dignus paſtor domui Dei conſtituatur, & dum ordinatur, eius prouidentia ipſa plebs cuſtodiatur.

Item ex geſtis Romanorum Pontificum [2].

¶ Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, niſi eius decretum Imperatori primum præſentetur. C. XXI.

AGatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes epiſcopus Portuenſis Dominico die octauarum Paſchæ in eccleſia S. Sophiæ publicas Miſſas coram principe, & patriarcha latine celebrauit, hic ſuſcepit diualem † ſecundum ſuam poſtulationem, per quam releuata eſt quantitas, quæ ſolita [f] erat dari pro ordinatione Pontificis facienda †, ſic tamen vt ſi contigerit poſt eius tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, niſi prius decretum generale introducatur in regiam † vrbem ſecundum antiquam conſuetudinem; vt cum eius ſcientia, & iuſſione debeat ordinatio prouenire †. ¶ [3] Item Vitalianus natione Signienſis direxit reſponſales ſuos cum ſynodica epiſtola iuxta conſuetudinem in regiam vrbem ad piiſſimos principes ſignificans de ordinatione ſua.

Item ex hiſtoria eccleſiaſtica.

¶ Imperator ius habet eligendi Pontificem. C. XXII.

[4] HAdrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas [g] res eccleſiæ poſtulauit. Carolus vero Romam veniens Papiam obſedit: ibique relicto exercitu in ſancta reſurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice ſuſceptus eſt, poſt ſanctam vero reſurrectionem reuerſus Papiam cepit Deſiderium regem: deinde Romam reuerſus conſtituit ibi ſynodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranenſi in eccleſia ſancti Saluatoris: quæ ſynodus celebrata eſt à cliij. epiſcopis religioſis, & abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuerſa ſynodo tradiderunt Carolo ius, & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Dignitatem quoq; patriciatus [h] ei conceſſerunt. Inſuper archiepiſcopos, & epiſcopos per ſingulas [i] prouincias ab eo inueſtituram accipere diffiniuit: & vt niſi à rege laudetur, & inueſtiatur, epiſcopus à nemine conſecretur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit, & niſi reſipiſceret, bona eius publicari [k] præcepit.

MEtropolitano.] CASVS. Dicitur hic, quod defuncto metropolitano omnes ſuffraganei debent ad ſedem archiepiſcopalem conuenire, vt omnium ciuium & clericorum voluntate diſcuſſa, ex presbyteris vel diaconibus eiuſdem eccleſiæ optimus ordinetur.

a ¶ *Ad ciuitatem metropolim.*] ibi enim conſecrandus eſt metropolitanus, vt 51. diſt. qui in aliquo. Et eſt arg. hic quod prouinciales epiſcopi intererunt electioni metropolitani [a], vt ſupra eo. Valentinianus.

b ¶ *Ex presbyteris.*] presbyterum præmittit, quia enim prior eſt in ordine, erit prior in electione [b]. 75. di. c. vlt. & 61. diſt. ſtatuimus. vnde hæc dictio, vel, non dat illis optionem ſic vel ſic eligẽdi, ſed ordo verborum oſtendit quo ordine debeant eligere, ſic j. de conſe. diſt. 2. in Chriſto. 2. & optime hoc di. ff. ad Treb. l. heredes in fi.

c ¶ *Vel diaconis.*] hodie ex ſubdiaconis poteſt eligi, extra de æta. & qual. à multis.

d ¶ *Optimus.*] ſi. in auth. de monach. §. ordinationem. coll. 1. Sed quis dicetur optimus? qui & principalem locum tenet. [a] quod enim per ſuperabundantiam dr, vni ſoli conuenit, vt ff. de verb. ob. vbi autem non apparet, ſ. reſp. ff. de ædil. edict. ſi vendi tor. §. vltim. Qualiter iſtud intelligatur, inuenies 8. q. 1. licet.

SI in plebibus.] CASVS. Iſidorus docet hic, quod ad officium archidiaconi pertinet, vt defuncto vel depoſito archipresbytero aliculius loci archidiaconus illuc vadat, & à clero, & à populo faciat electionem fieri, & ipſam plebem regat donec archipresbyter ibi ordinetur.

e ¶ *Proficiſcatur.*] ſpeciali auctoritate epiſcopi, aliàs non liceret [c], vt ext. de of. arc. cum ſatis. niſi hoc habeat de conſuetudine præſcripta. & ſic intelligo extr. de exceſ. præl. ad hoc. & ext. de app. bonæ. & extra de inſtit. cum veniſſent. Quid tamen de hoc iuris ſit, dixit 25. diſtin. perlectis.

AGatho.] CASVS. Conſuetudo erat, quod electio Papæ ſubſcripta repræſentaretur Imperatori Conſtantinopoli. & tunc temporis electus dabat quamdam ſummam pecuniæ Imperatori, ad quam ſummam releuandam miſit Agatho Ioannem epiſcopum Portuen. Conſtantinopolim, qui in octaua Paſchæ in eccleſia ſanctæ Sophiæ latine Miſſam coram Patriarcha & principe celebrauit, & ad ſuam poſtulationem accepit imperiale reſcriptum, per quod ſolita quantitas eſt relaxata: ita tamen vt electio Pontificis Imperatori ſemper repræſentaretur, vt cum Imperatoris conſcientia, & iuſſione pontificis ordinatio deberet proſpere fieri, ſicut factum fuit de Vitaliano, cuius electio fuit præſentata ipſis principibus, ſicut conſuetudo erat.

f ¶ *Quæ ſolita.*] Quilibet enim epiſcopus dare conſueuit aliquid Imperatori in electione ſua, vt j. ead. quia. dummodo redditus epiſcopales excederent duas libras auri, vt in auth. de ſanct. epiſc. §. 4. & forte tunc cum mos erat, crimen non erat [d], vt 32. q. 4. obiiciuntur. Sed nonne Imperator commiſit ſimoniam relaxando illud ius ſub hac conditione, vt conſenſus eius requiratur in electione? Sed dic, quod non, quia prius vtrumque ius habuit, vnde modo alterũ potuit [e] remittere. ideo autem petiit à Papa hanc conſuetudinem tolli, quia continebat ſpeciem mali, vt 1. q. 1. emendari.

HAdrianus.] CASVS. Deſiderius Rex morabatur Papiæ, qui totam Italiam ſtimulauit, propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire, qui Papiæ dimiſſo exercitu Romam iuit, ibique honorifice receptus, Papiam rediit; & tamdiu eam obſedit, donec Deſiderium regem cepit. Deinde Romam reuerſus, ſynodũ congregauit, vbi Hadrianus cum cliij. epiſcopis dedit Carolo poteſtatem eligendi Papam, & ordinandi ſedem Apoſtolicam, & confirmandi omnes epiſcopos & archiepiſcopos per prouincias: & quicumque contra hoc priuilegium veniret, anathema eſſet: & niſi reſipiſceret, bona eius publicari præcepit.

g ¶ *Defendendas.*] ad hoc tenentur omnes principes, vt 23. quæſt. 5. principes. & ſi noluerint eam defendere, poſſunt excommunicari. 23. q. 5. adminiſtratores. Ioan.

h ¶ *Patriciatus.*] vt puniret crimina, & ſecundum hoc poteſt intelligi. 1. quæſtio. 6. omnis oppreſſus. [a] ita iudex eccleſiaſticus alij poteſt committere cauſam ſanguinis. Vel intellige quod eſt aduocatus Romæ, vt extra de elect. venerabilem.

i ¶ *Per ſingulas.*] ergo in Francia & in Hiſpania. vnus eſt enim [f] Imperator, vt 7. quæſtio. 1. in apibus. quod concedo niſi probant ſe exemptos ab Imperatore, vt vigeſimatertia quæſtione octaua. c. ecce. vnde adhuc de capite ſuo dabunt tributum Imperatori omnes, cum non probent ſe exemptos ab Imperatore, vt ff. de cenſ. l. vltima. ſi enim dicunt ſe non ſubeſſe Romano imperio, per conſequens dicunt ſe non habere aliquid proprij, vt ſupra diſtinct. 1. ius Quiritum. fateantur [g] ergo Imperatorem eſſe dominum mundi, vt ff. ad leg. Rhod. deprecatio. Obſtat [h] quod Reges Hiſpaniæ cum non ſubeſſent Imperio, regnum ab hoſtium faucibus eruerunt.

k ¶ *Publicari.*] Hic eccleſia publicat bona laicorum, & quandoque deponit laicos à dignitatibus, 32. quæſt. 5. præceptorum. in fin. Vel dic quod hic docet eccleſia quid fieri debeat. ſic 24. q. 3. de illicita. & 5. quæſt. vlt. delatori.

a Facit ad hoc 63. diſt. c. 1.

b i. vt prius eligatur. arg. ad hoc 64. di. epiſcoporũ. ſe cundũ Lau.

† *al. vt à veſtra.*

[a] Quod per ſuper abundantiam dr, vni ſoli conuenit.

3 Anſ. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo p. 5. c. 348. Deuſde. p. 4.

† *al. metropolitanam.*

† *al. presbyteris.*

c Arg. opt. 94. di. c. vlt.

d n. decr. hic all. eſt ſatis: nõ probat; quia loquitur in commiſſione curæ animarum. hoc aũt ci ſi in plebibus loquitur de cuſtodia vacãtis eccleſiæ, quod dic vt no. 16. q. 7. c. nullo. Arc.

2 In Pontificali Vaticano, in decretis Agathonis, & tomo 2. cõc. in decret. eiuſdem.

d Ad hoc facit, quod no. Io. B. & H. ext. de ſimonia. & ſ. ſ. quia.

e Ad hoc ad de quod leg. & not. ext. de rel. domib. conſtitutis.

† *al. ſummationem* Orig.

† *al. facienda*

† *al. regia vrbe.*

† *al. proſperari.*

3 In Pontific. in geſtis Vitaliani Papæ.

4 Pana. l. 8. c. 134.

[a] Iudex eccleſiaſticus cãm ſanguinis alij cõmittere pt.

f Vnus eſt. Sol. intelligitur p ſingulas prouincias ſui imperij.

g Ita gl. ſequitur Cy. Bart. & Bal. Sal. & Iaſ. in l. acol. C. de ſummtri.

h Adde hic an Reges Franciæ ſubliciatur imperio. glan c. 1. in prin. de pa. iu fir. tenet quod hic: cõiter tamẽ tenetur cõtrarium per tex. in c. per venerabilẽ. ext. q. fi ſint leg. Spe. tit. d ap. §. nunc tractemus. i prin. Bar. i. l.

IN ſynodo.] CASVS. In hoc c. continetur quod ſicut Hadrianus conceſſit priuilegium Carolo: ita Leo Papa in ſynodo Romæ congregata côceſſit idem priuilegium Othoni primo Regi Teutonicorum, & eius ſucceſſorib. vt ipſe eligat ſibi ſucceſſorem, & ordinet Romanum Pontificem, & epos & archiepiſcopos, vt ab eo inueſtiturã accipiant, niſi aliquorum inueſtiturã conceſſerit Romanis Pôtificib. vel archiepis: & qui contra venerit, decreuit excôicationi ſubiacere: & niſi reſipiſceret, irreuocabiliter exulare: vel ſi laicus eſt, vltimo ſupplicio affici.

Item Leo Papa.

¶ Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris. C. XXIII.

IN ſynodo [a] cõgregata Romæ in eccleſia S. Saluatoris. Ad exemplum B. Hadriani Apoſtolicæ ſedis antiſtitis, qui domino Carolo victorioſiſſimo regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ ſedis, & inueſtituram epiſcoporum conceſſit: ego quoque Leo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, cũ toto clero, ac Romano populo cõſtituimus, & confirmamus [a], & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Othoni primo [b] regi Teutonicorum, eiuſque ſucceſſoribus huius regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem [c], atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc [d] archiepiſcopos, ſeu epiſcopos, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, vnde debent, exceptis his quos Imperator Pontificibus, & archiepiſcopis cõceſſit [e]: & vt nemo deinceps cuiuſque dignitatis, vel religioſitatis eligendi vel Patricium, vel Pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicæ, aut quemcumque epiſcopum ordinandi habeat facultatem abſque conſenſu ipſius Imperatoris (quod tamen fiat abſque omni pecunia) & vt ipſe ſit Patricius [f], & rex. Quòd ſi à clero, & populo quis eligatur epiſcopus, niſi a ſupradicto rege laudetur, & inueſtiatur, nõ conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apoſtolicam [g] auctoritatem aliquid molietur, hunc excõicationi ſubiacere decernimus: & niſi reſipuerit, irreuocabili exilio [h] puniri, vel vltimis ſuppliciis affici [i].

a ¶ *Confirmamus.*] arg. quòd idem ſit dare & confirmare. 23. diſt. in nomine. ext. de elect. cum inter. Arg. contra extr. de fi. inſtr. c. inter dilectos [a]. dic quòd nõ ſit eodem reſpectu: ſed diuerſis, vt in d. c. cum inter. & ff. de iur. om. iu. & quia quandoque ẽt dĩ dare, i. datũ oſtendere, vt 23. qu. 5. §. hinc notandum. ff. de teſtam. heredes. §. ſi quid.

b ¶ *Primo.*] non dicas primo regi. ſed primo Othoni, i. antequẽ nullus alius fuit. ſic extra de ver. ſi Ioſeph. & ff. de ver. ſig. proximus.

c ¶ *Succeſſorem.*] Hoc ſpãle fuit contra id 8. q. 1. Moyſes. ſic 7. q. 1. petiſti. hic patet quòd maximam hẽt ptãtem Papa circa imperium. Sed dic quòd tantum in Italia permittit ei facere ſucceſſorem.

d ¶ *Ac per hoc.*] q. d. ex quo in Romana eccleſia hoc permittitur: ergo & in minoribus. Et eſt arg. quòd idẽ iuris eſt in membris, quod in capite, vt 16. q. 1. c. 1. 12. q. 2. cognouimus. & q. 1. præcipimus. & 1. qu. 3. ſi quis epiſcopus. 24. q. 1. rogamus.

e ¶ *Conceſſit.*] vĩ ergo quòd Imperator poſſit dare priuilegium libertatis, vt ext. de reſtit. in integ. auditis.

f ¶ *Sit Patricius.*] [m] & ſic Papa dat hic gladij poteſtatem: cuius tamen exercitium ipſe non habet. Ioan. ext. de elec. ſuffraganeis. B.

g ¶ *Apoſtolicam.*] Sed numquid Papa poſſet ei ptãtem dare, vt deponeret ipſum? ſic in hæreſi. & de conſenſu Cardinalium: immo in omnibus ſe poteſt ſubiicere ei, vt 2. queſt. 7. nos ſi.

h ¶ *Exilio.*] no. eccleſiam poſſe aliquem mittere in exilium. vt 3. q. 4. hi qui.

i ¶ *Affici.*] Cum hæc priuilegia fuerint omnibus ſucceſſoribus data, quare non vtuntur eis? Reſpon. [n] quia Imperatores eis renuntiauerũt vt infra ead. tibi. Item quia per abuſum ea perdiderunt, vt j. ead §. verum. Item quia ex cauſa fuerunt eis conceſſa. vnde ceſſante cauſa, ipſa ceſſauerunt, vt 1. q. 7. quod pro remedio. Nec obſt. quod hic dicitur de ſucceſſoribus: quia hoc intelligendum eſt de illis ſucceſſoribus, qui hoc impetrare poſſunt, vt 23. diſt. in nomine.

Salonitanæ.] CASVS. Maximus dicebatur in quatuor deliquiſſe. Primo, quia per ſimoniam Archiepiſcopatum Salonitanæ ciuitatis acquiſierat. Secundo, quia ordinatus fuerat Papa irrequiſito, vel eius reſponſali. Tertio, quia contra excommunicationem a Papa latam ſub conditione ſi diuina celebraret, eo quòd ſic fuerat ordinatus, Miſſas cantare præſumpſit audacia quorundam ſæcularium, quibus multa præmia, ſua eccleſia ſpoliata, dare dicebatur. Quarto, quòd fornicationis vitio laborabat. Sed ad preces principum Conſtantinopolitanæ ciuitatis ratam habuit eius ordinationẽ. Alia vero mala illius indiſcuſſa relinquere noluit: ideoque præcepit ſibi, vt Romam venire nõ differret: & ſi nõ venerit, diſtrictione canonica ferietur.

hoſtes. col. 2 ff. de cap. & Bal. in d. c. 1. [a] pa. iu. fir. reprobata. ibi gl. & ẽt ibi põit An. de Iſ. Itẽ per hoc add. co cor. i apoſt. ad Iaſ. in l. 1. C. de ſum. tri. Itẽ [a] rege Hiſpan. gl. mag. ad hunc c. & ne ceſſe. de do. int. vi. & vx. Pan. c. venerabilẽ. co. 9. de ele. Iaſ. l. id quod apud hoſtes. de leg. 1.

1 Pann. l. 8. c. 136.

a Ibi diſtinguitur verũ eſſet ibi donatiuũ vel confirmatiuũ. nã nõ ſit donare ſi iã donatũ erat vt i hac decre. in fi. l. 1. de do. car. ſi. nec idẽ dare & cõfirmare ſimul & ſemel, niſi oſtẽdatur cõceſſio prĩcipalis primo. ff. de iu. om. iud. l. & quia Arc.

[m] Papa dat gladij poteſtatem.

[n] Imperatores multa perdiderũt priuilegia.

k ¶ *Iuſſiſſent.*] Ar. quòd auctoritas maioris excuſat [b], vt 14. q. 5. dixit. 11. diſt. diaconi. 23. q. 5. miles. Arg. contra 11. q. 2. quicumque. & 16. q. 1. in canonibus. Io. Sol. [*] in malo nulli eſt obediendum: nec aliquis excuſatur, vt 11. q. 3. ſi dominus. B.

a ¶ In ſynodo.] *Initium huius c. uidetur eſſe iſtud: Ad exemplum, &c. uerba autem, quæ antecedunt, ipſa quoque pertinere ad titulum ut integer titulus ita habeat.* Leo Papa in ſynodo congregata Romæ in eccleſia S. Saluatoris. *Et autem Leo octauus de quo multa ſcribit Luitprandus in fine lib. 6. & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 16.*

Item Gregorius lib. 4. reg. epiſt. 34. ſeu c. 78. ad Conſtantiam Auguſtam.

¶ Præcepto principũ, Maximo remittitur, quòd abſque auctoritate Apoſtolica ordinatur. C. XXIIII.

SAlonitanæ ciuitatis epiſcopus me, ac reſponſali meo neſciente, ordinatus eſt: & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdẽ præuaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi, vt omnino Miſſarum ſolennia celebrare nullo modo præſumeret, niſi prius à sereniſſimis dominis cognoſcerem, ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent [k]. Quod ei ſub excommunicationis [l] interpoſitione mandaui. Qui † contempto me, atque deſpecto, in audaciam quorumdam ſæcularium hominum, quibus, denudata ſua eccleſia, præmia multa præbere dicitur, nunc vſque Miſſas facere præſumit, atque ad me venire ſecundum iuſſionem dominorũ noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorũ obediens [m], eidem Maximo, qui me neſciente ordinatus eſt, hoc, quòd in ordinatione ſua me, vel reſponſalem meum prætermittere præſumpſit, ita ex corde laxaui [n], acſi me [o] auctore fuiſſet ordinatus. Alia vero peruerſa illius, ſcilicet mala corporalia, quæ cognoui [p], vel quia cum pecuniis eſt electus, vel quia excommunicatus Miſſas facere præſumpſit, propter Deum irrequiſita relinquere non poſſum. *& infra.* ¶ Et ſi ad me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

l ¶ *Sub excommunicationis.*] [**] Ex hoc vĩ quòd per talia verba fiat excommunicatio: cum ſic dĩ, præcipio tibi hoc ſub pœna excommunicationis. Et eſt arg. ad idẽ ext. de eo qui or. fur. re. c. 1. Arg. contra ext. de iu. pa. relatum. in fi. & de ſagit. c. vno. vbi de hoc. Hug. dicit quòd ſi talis prohibitio fiat à canone, non fit excõmunicatio per illa verba, vt 30. diſt. totum. ſecus ſi ab homine [c]: quia canon mitius agit quam homo, vt 26. q. 7. alligant. & ff. de arbitr. Celſus. Alij dicunt, quòd refert an diffiniendo illa verba proferantur, vt tunc per ea fiat excommunicatio, an cõſtituendo ius: & tunc non fiat excommunicatio per illa verba. Sed hæc veritas eſt, quòd illa verba non habẽt vim ſniæ, ſed tantum cõminationis, vt C. commin. epiſtolas, per totum. Hoc autem ſcias, quòd ſub cõditione poteſt quis excommunicari: & taliter hic intelligo latam ſententiam: vnde exiſtente conditione ligat excommunicatio, & non prius: & tamen a tali excommunicatione poteſt appellari: licet H. contrarium ſcripſerit, vt extra de ap. præterea. 2. & hoc ideo, quia excommunicatio tunc non trahit ſecum ſuam executionem: quia non cedit, nec venit dies ante exiſtentem conditionem, vt ff. de verbor. ſign. cedere. Sed quid ſi excommunicans moritur priuſquam exiſtat conditio? tunc dico excommunicatum quando extat conditio: [***] & ita aliquis excommunicatur à mortuo [d]. Verum autem conditione exiſtente intelligatur retro fuiſſe excommunicatus, per id quod legitur. ff. qui pot. in pig. hab. l. potior. & ff. de man. teſt. Neratius. Vel tantum a tempore conditionis extantis, per id quod eſt. ff. de ædi. edi. bouem. §. ſi ſub conditione. diſputationi relinquo. Ioan. Ego credo quod a die exiſtentis conditionis per decret. illam, præterea. extra de appel. B.

m ¶ *Obediens.*] hoc dicit ex humilitate, quia ei præcipere non poterant. Hug.

n ¶ *Laxaui.*] No. [****] epiſcopũ remittere poſſe quæ ad ipſum ſpectant, non quæ ad Deum [e]: argu. 23. q. 4. ſi is qui prælatus. Sed nonne quæ fiunt in perſonam epiſcopi, vel alterius prælati, fiunt in contemptum eccleſiæ, & ideo in Deum vtique, ſed principaliter in prælatum. ſupra diſt. 45. & qui emendat. & 23. q. 4. inter.

o ¶ *Acſi me.*] Ar. quòd ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime. extra de iu. pa. cura. 18. q. 2. de monachis. 9. q. 2. Lugdunen.

p ¶ *Cognoui.*] per auditum. 2. q. 5. quanto. 11. q. 5. hoc videtur. non tanquam iudex. 2. q. 1. §. quando.

b Etiã in atrocioribus quo ad q. 1. vt no. 86. di. an putatis.

[*] Obediendũ nõ eſt alicui in malo.

[**] Excõicatio an feratur per hæc verba, præcipio ſub pœna excõicationis.

a Poſſetis

c Quia tunc eſt ligatus, vt hic. & extra de app. præterea. & de eo qui fur. or. re. c. 1. ſecundum Laur. qui hic ſequitur hanc ſententiam Hug.

† al. &] Ori.

[***] Excõicari poteſt quis ſub cõditione.

[***] Excõicatur quis à mortuo.

d Arg. cõtra 27. q. 1. ca. 1. in prin.

[****] Epũs an poſſit iniuriã ſibi factã remittere.

e Adde ad hãc gl. tex. in l. ſi quis in hoc. cũ ſua auth. C. de ſan. epiſc.

Cum longe.] CASVS. Cõſuetudo erat in Hiſpania, quòd quoties moriebatur epiſcopus, omnes epiſcopi comprouinciales congregabantur, vt Regi de obitu præſulis ſignificarent. Sed quia quandoque nuntiorum impediebatur celeritas, ita quòd ſine magno incommodo electio principis non valebat expectari: & ſi recederent, oportebat eos iterum conuenire ad conſecrationem electi: & ſic eis difficultas maxima incumbebat, ſimiliter & Regi imminebat difficultas, cum aliis negotiis impeditus non poſſet tam cito conſulto epiſcoporum reſpondere, quod conſultum numeroſa neceſſitas expectabat: ideo placuit omnibus epiſcopis Hiſpaniæ, vt archiepiſcopus Toletanus haberet poteſtatem confirmandi & ordinandi in quibuſlibet prouinciis epiſcopos, quos regalis poteſtas eligat ſaluo priuilegio cuiuſlibet prouinciæ: ita tamen vt quicumque fuerit ordinatus, poſt ſuam ordinationem intra ſpatium trium menſium proprio archiepiſcopo ſe præſentet.

a ¶ Poteſtati.] nihil tamen hic Regi ſubtrahitur: quia ſicut prius eligebat, ita & modo poſt priuilegium Toletano epiſcopo conceſſum. B.

b ¶ Atque Galliciæ.] connumerat hic Galliciam Hiſpaniæ, cum tamen ſit pars eius: & ita pars connumeratur ſuo toti. ſic infra eod. ego. & C. de exeu. tu. exactores. vbi dicitur, oneribus & tutelis.

ADDITIO. Cum tñ omnis tutela ſit onus: & ita ius non reſpicit talem connumerationem. Vel locus eſt ſicut loquuntur peregrini. vel non eſt pars eius, ſecundum Laur.

c ¶ Priuilegio.] id eſt, iure. ſic 9.q.3. ſaluo[a]. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. ſi debitor. §. 1. potius ergo onus quam ius primatiæ cõceſſum fuit huic Toletano epiſcopo. cũ cum Rex eligeret olim de conſilio omnium epiſcoporum, hoc conſilium conceditur ei hic.

d ¶ Maneat.] Arg. propter loci & temporis difficultatem electionem fieri a quo nõ debeat: ſic ext. de iu. pa. ſi vero. & 24.q.1. pudenda. 93. diſt. iuxta.

e ¶ Principi eligere.] id eſt, a Rege electos cõſecrare & confirmare.

f ¶ Infra.] 93. di. 93. iuxta. ext. de iu. pat. ſi vero. infra 65. diſt. ſi quis contra. ſed non eſt contra[b].

† Dum] Ori. in quo hæc ois pendet ab alio principio.

† al. in inrioſa.

† al. Galliæ.

a Et ſic not. q continet aliquid ſaluo iure ſuo. ſupra e.c. noſſe.

a 3. diſt. 61. c. nullus. Poly. l. 2. titu. 1. & cæteri. vt ſ.

b ſub. immo potius concordat, cũ hic dicit, intra 3. menſiũ, &c. duob. mẽſibus implentis: qd idem eſſet ſecundum Ioan.

Item ex concilio Toletano, 12. c. 6.

¶ In electione epiſcoporum, principis deſideratur aſſenſus. C. XXV.

CVm † longe lateque diffuſo tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præſulis tranſitus innoteſci, aut de ſucceſſore morientis epiſcopi libera principis electio præſtolari, naſcitur ſæpe, & noſtro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ poteſtati[a], dum conſultum noſtrum pro ſubrogandis Pontificibus ſuſtinet, innumeroſa † neceſſitas. vnde placuit omnibus Pontificibus Hiſpaniæ, atque Galliciæ † [b], vt ſaluo priuilegio[c] vniuſcuiuſque prouinciæ, licitũ maneat[d] deinceps Toletano Pontifici, quoſcumque regalis poteſtas elegerit, & iam dicti Toletani epiſcopi iudicium dignos eſſe probauerit, in quibuſlibet prouinciis & in præcedentium ſedibus præficere præſules, & decedentibus epiſcopis[e] eligere ſucceſſores: ſic tamen, vt quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus infra[f] trium menſium ſpatium proprij metropolitani præſentiam viſurus accedat.

Electiones quoque ſummorum Pontificum, atque aliorum infra præſulum quondam Imperatoribus repræſentabantur: ſicut de electione B. Ambroſij, & B. Gregorij[g] legitur. Quorum exemplo, & præmiſsis auctoritatibus liquido colligitur, Laicos non eſſe excludendos ab electione, neque principes reijciendos ab ordinatione eccleſiarum. Sed quòd populus iubetur electioni intereſſe: non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, ſed ad conſenſum electioni adhibendum[1]. Sacerdotum enim (vt in fine ſuperioris cap. Stephani[h] Papæ legitur) eſt electio: & fidelis populi eſt humiliter conſentire. Deſiderium ergo plebis requiritur, vt clericorum electioni concordet. Tunc enim in eccleſia Dei rite præficietur antiſtes: cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

Vnde Cæleſtinus Papa ait ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. c. 5.

¶ Plebis non eſt eligere, ſed electioni conſentire. C. XXVI.

[2] CLerici, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur.

ELECTIONES. CASVS. Hic §. reſpicit prox. c. cũ lõge. Non ſolum in Hiſpania eligebantur epi per Reges, ſed et electionis ſummorum Pontificum & epiſcoporum quondã Imperatoribus repræſentabantur: ſicut factum eſt Ambroſ. & Greg. Vnde apparet laicos ab electione non eſſe excludendos. Hanc vero contrarietatem ſoluit Grat. dicens, q laici non debent vocari ad electionem faciendam, ſed ad præbendum electioni conſenſum. Nam clericorum eſt eligere, & populi conſentire, ſicut ſupra in c. noſſe. in fi. Et quòd laici vocentur ad electionem non vt eligant, ſed vt cõſentiant electioni, probat per duo ſeq. cap. quorum primum patet.

g ¶ Et beat. Gregorij.] non in hoc volumine, niſi arg. ſ. ea. Agatho.

h ¶ Stephani.] ſupra ead. diſt. noſſe.

VOta.] CASVS. Dicitur in hoc c. quæ debeant in electione concurrere, ſ. conniuentia & conſenſus ciuium, bona fama populi, maiorum laicorum arbitrium & voluntas & electio clericorum, & ſubſcriptio.

i ¶ Vota.] id eſt, conniuentia & conſenſus, vt 3. diſt. 24. epiſcopus.

k ¶ Ciuium.] non ruſticorum extra ciuitatem conſiſtentium.

l ¶ Honoratorum.] ſcilicet maiorum de populo, & clero. ſupra ead. Hadrianus. in fi.

m ¶ Arbitrium.] ſ. diſt. 23. c. 1. & 24. di. c. nullus.

n ¶ In ordinationibus.] id eſt, electionibus.

o ¶ Ordinis conſenſus.] quia dicitur ordo cerdonum, pelliparioru, vel alterius corporis.

p ¶ Et plebis.] " nomine plebis cenſentur illi, qui nõ ſunt collecti ad aliquod corpus[c] ſaciendum: de quo corpore hẽs ff. quod cuiuſque vni. l. 1. & eſt ad hoc bonum ſimile. C. de epi. au. l. iubemus.

PRINCIPIBVS. Hæc eſt iij. pars huius diſt. in qua reddit rationem, quare vocabantur principes ad electiones. Arch.

CASVS. Hic duplex ratio redditur, quare quondam Regiis & Imperatoriis electiones repræſentabantur: ſ. vt nullus hæreticorũ & ſchiſmaticorũ electioni contrauenirer, pro quibus ſæpe eccleſia periclitabatur: & vt ipſi principes tanquam filij deuotiſsimi conſentirent in electum, quem ſibi viderent in patrem eligi: ſicut de Ambroſ. fecit Valentinianus. Et quòd principes intereſſent propter hæreticos & ſchiſmaticos, probat per ſequens c.

q ¶ Legibus.] 23. q. 7. c. 1. & 2. & di. 8. quo iure.

[?] *Item Leo primus ad epiſcopos Viennenſis prouinciæ, epiſt. 87. al. 89. [ſed paulo aliter, & copioſius.]*

¶ De eodem. C. XXVII.

VOta[i] ciuium[k], teſtimonia populorum, honoratorum[l] arbitrium[m], electio clericorum in ordinationibus[n] ſacerdotum expectantur. *& infra.* ¶ Per pacem, & quietem ſacerdotes, qui præfuturi ſunt, poſtulentur, teneatur ſubſcriptio clericorum: honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus[o] & plebis[p].

3 *Principibus vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum epiſcoporum referendas vſus, & conſtitutio tradidit pro ſchiſmaticorum, atque hæreticorum diſſenſionibus, quibus non numquam eccleſia Dei concuſſa periclitabatur: Contra quos legibus[q] fideliſsimorum Imperatorum frequenter eccleſia munita legitur. ¶ Repræſentabatur ergo lectio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel ſchiſmaticorum auderet contraire, & vt ipſi principes tamquam deuotiſsimi filij in eum conſentirent, quem ſibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus ſuffragatores exiſterent: ſicut Valentinianus B. Ambroſio ſupra legitur dixiſſe [3 Noli timere: quia & Deus, qui te elegit, ſemper te adiuuabit, & ego adiutor, & defenſor tuus, vt meũ ordinem decet, ſemper exiſtã.]*

Vnde Stephanus Papa ſtatuit, dicens,

¶ Præſentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. C. XXVIII.

[4] QVia ſancta Romana Eccleſia, cui, auctore Deo, præſidemus, a pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia abſque imperiali notitia Pontificis fit conſecratio: nec canonico ritu, & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuntij, qui ſcandala fieri vetent: volumus, vt cum inſtituendus eſt Pontifex, conuenientibus epiſcopis, & vniuerſo clero eligatur præſente[r] ſenatu, & populo, qui ordinandus eſt: & ſic ab omnibus electus præſentibus legatis imperialibus conſecretur, nulluſque ſine periculo ſui iuramenta[s], vel promiſſiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo[t], ne vel eccleſia ſcan

QVia.] CASVS. Romana Eccleſia ſæpe patiebatur moleſtias in obitu Papæ, & in electione ſucceſſoris: quia nuntij Imperatoris defuerant: ideo ſtatuit Stephan[us], quòd electio Papæ non fieret niſi præſente populo, & ſenatu, & Imperatore, vel eius legatis, vt ſcandala remoueantur. & eis præſentibus conſecretur: & nullus audeat extorquere iuramenta vel promiſsiones, niſi quæ fuerint de antiqua conſuetudine.

r ¶ Præſente.] infra 79. diſt. nullus.

s ¶ Iuramenta.] " videtur ergo, quod ante electionem non ſit præſtandum iuramentum de indemnitate eccleſiæ, vt 8. q. 3. Attaldus. & ſupra 28. di. de Syracuſanæ. præſumentur. n. hæc ideo facere vt eligeretur. Dicunt tamen quidam, quod ſi eſt conſuetudo, quod præſtetur, præſtari poteſt: & ſic intelligunt quod dicitur hic in fi. Quid tamen iuris ſit de hoc, habes 8. q. 3. in ſumma.

t ¶ Conſuetudo.] " Per hoc videtur, quòd in ſpiritualibus ſeruanda ſit conſuetudo in recipiendis muneribus[d], vt ſ. eod. Agatho. & in auth

" Plebis nomine q cenſentur.

c De hoc le. & no. ext. de exceſ. pl. de licta. & per Inn. extr. de of. ord. cum ab eccleſiarum. Arch.

3 ſ. c. Valentinianus.

4 Pan. l. 3. c. 1. 5. Stephanus Papa.

" Iurãdũ ne eſt de indẽnitate eccleſiæ ante electionem.

" Conſuetudo an poſsit inducere, vt aliquid recipiatur i ſpiritualibus.

d Quia hoc

auth. de ſan.epi.§.4.col.9. & 1.q.3. quæſitum. & 9.q.3. conqueſtus. & ext. de ſimo. ad Apoſtolicam. Arg. contra ext. de ſim. cum in eccleſiæ.& c. ſicut. Ad hoc dicunt quidam, quòd licitum eſt aliquid petere in ſpiritualibus, ſed non pro ſpiritualibus, vt non petatur pro conſecratione, ſed pro conſuetudine. Vel dic quòd ſi conſuetudo illa pietatem continet, non poteſt peti: tamen ſuperior cogere poteſt, vt ſeruetur talis conſuetudo, vt dicit illa conſtitutio, ad Apoſtolicam. H. tamen dicit, quòd illud referatur ad legatos Imperatoris, vt non aliud Romana eccleſia petat ab eis, quàm ipſi ſoliti ſunt facere, ſcilicet vt Papa non cogat eos aliud iuramentum facere Papæ, quàm iuramentum fidelitatis, quod Imperator conſueuit præſtare, vt infra ead. tibi. & hoc indicat illud verbum, minuatur.

VERVM. Hæc eſt quarta pars huius di. in qua dicitur, quare principes poſtea fuerunt prohibiti, ſcilicet quia impedimentũ præſtabant: & quia ipſi renuntiauerunt. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſupra in c. quia. quòd conſtitutio facta fuit quondam, quòd Imperatores deberent intereſſe electioni Papæ & epiſcoporum, vt ſupra patet in multis c. Nunc vero dicit Gratianus in hoc §. quòd poſtea ſtatutum fuit contrariũ propter tres rationes. Prima ratio eſt, quia Imperatores abutebantur priuilegio ſuo: quia non ſolum conſentire volebant, ſed etiam electionibus ſe ingerebant. Secunda ratio fuit, quia in hæreſim labebantur, & ſæpe eccleſiam impugnabant. Et quòd Apoſtolici potuerunt in contrarium ſtatuere, & deſtruere conſtitutiones quas anteceſſores fecerũt pro bono probat exemplo Ezechiæ, qui ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes pro liberatione populi, deſtruxit: cum populus illum coleret ſicut Deum. Tertia ratio eſt, quia Imperatores ſuis priuilegiis renunciauerunt: & poſtea electiones Apoſtolicorum celebratæ ſunt præſentibus & inconſultis legatis Imperatoris, quod probat ſequens cap.

Aſſertiuè poſuit Ioan. & Hoſt. ext. de ſimo. tua. & facit ad hoc conſuetudo facit nõ delictũ, quod alias eſſet delictũ. 32. q. 4. obiiciũtur. Ad idẽ hos ar. opt. ext. de ſep. ordi. c. a. ſui videas. Arc.

4 Reg. 18.

2 Iuo par. 5. c. 16.

dalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.

Verum, quia Imperatores quandoque modum ſuum ignorãtes, non in numero conſentientium, ſed primi diſtribuentium, immo exterminantium eſſe voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapſi catholicæ matris eccleſiæ vnitatem impugnare conati ſunt, ideo ſanctorum Patrum ſtatuta aduerſus eos prodierunt, vt ſemet electioni non insererent, & quiſquis eorum ſuffragio eccleſiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur: ſicut ſcriptura quoque diuina dicit, quòd Ezechias diſſipauit excelſa [a], & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, & fregit ſerpentem æneum, quem fecit Moyſes: videlicet, quia illum ſerpentem Deus fieri iuſſerat, ne ſerpentina morte populus interiret, ideo [b] ipſe populus colere, & venerari eum cœperat: & idcirco deſtruxit [c] ſic, quem iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas iſta eſt habenda in eccleſia, vt ſi nonnulli ex prædeceſſoribus, & maioribus noſtris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem, & ſuperſtitionem, ſine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à poſteris deſtruantur [d]. Poſtremo præſentibus legatis Imperatorum, & inconſultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ, & tamdem iidem Imperatores religioſos mentis affectu præfatis priuilegiis renuntiauerunt: multa inſuper donaria eccleſiæ conferentes.

Vnde Gregorius [a] ſcribit.

¶ Inconſultis legatis Imperatoris Hadrianus II, ad pontificatum eligitur.

C. XXIX.

CVm Hadrianus ſecundus ad Romanum Pontificatum ab eccleſia Dei genitricis Dominæ noſtræ, quæ dicitur ad præſepe, traheretur [e] ad Lateranenſe patriarchium, certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus eſt, Quod audientes miſſi Ludouici Imperatoris moleſte tulerunt, indignati ſcilicet, quòd dum præſentes eſſent, non fuerunt inuitati, nec optatæ à ſe futuri præſulis electioni intereſſe meruerunt, Qui accepta ratione, quòd non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri tẽporis [f] proſpectu omiſſum hoc fuerit [a] (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præſulum expectandi, mos per huiuſmodi fomitem ineleſceret) omnem indignationem medullitus ſedauerunt, & ad ſalutandum [g] electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt [ß].

a ¶ Gregorius.] *Hoc autem citabatur ex Gregorio quarto: cuius eſſe non poteſt, cum Hadrianus II. de quo hic mentio fit, poſterior ſit Gregorio quarto. In Pontificalibus vero manuſcriptis inter geſta Hadriani II. itemque in collectione manuſcripta decretorum Romanorum Pontificum in decretis eiuſdem Hadriani ſecundi habetur.*

a ¶ Acceſſerunt.] *In iiſdem Pontificalibus hæc continenter ſequuntur:* Audiens hoc Ludouicus Imperator Chriſtianiſſimus, mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregiſſent officio præſulem, collaudauit: per quam epiſtolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmij fore pro cõſecratione Romani Pontificis quoquo modo pollicendum: cum ipſe hanc non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potius vnanimitate ardentiſſime cuperet prouenire, maxime cum reddi quæ ablata fuerant, non auferri à Romana eccleſia, vel deperire quidquam ſe diceret anhelare.

Item pactum conſtitutionis Imperatoris primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.

¶ Electio Romanorum Pontificum à Ludouico conceditur Romanis.

C. XXX.

[3] EGo Ludouicus Imperator Auguſtus ſtatuo, & concedo per hoc pactum confirmationis [h] noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo dño Paſchali ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus noſtris vſq; nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanam ciuitatẽ cum ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque viculis † [i] omnibus, & territoriis [k] eius mõtanis, & ma-

...doui. Imper. moleſte tulerunt, quòd cum præſentes eſſent, vocati non fuerunt: quia audientes quòd non fuit factum in contemptum eorum, ſed ad cautelam futuri temporis, omnem indignationem medullitus ſedauerunt, & acceſſerunt humiliter ad ſalutandũ electum.

e ¶ Traheretur.] Debet enim ire quaſi inuitus, vt argumen. 1. q. 6. ſicut is. C. de epiſco. & cler. l. quemquam. ſic enim appellantur quaſi proprio nomine: & quia portatur Papa in manibus, ne offendat ad lapidem.

f ¶ Temporis.] No. quæ non ſunt mala, interdum debent omitti, ne ſint exemplo pernicioſa, vt ſupra diſt. 12. in nomine. ſupra diſt. 21. denique. 12. q. 2. liberti. 2. q. 7. accuſatio. & 30. q. 1. c. 1. inſt. vi bo. rap. §. ſed ne dum.

g ¶ Et ad ſalutandum.] arg. [cc] eos conſenſiſſe electioni ex quo interfuerunt, & eum ſalutauerunt, & non reclamauerunt. ſic ext. de his quæ fi. à maio. part. cap. ex ore. in fi. & ext. de priuile. cum olim. in fi. & extra de ſen. excom. ſi aliquando. [a] & eo ipſo quòd quis ſalutat alium, videtur conſentire ei, vt 24. q. 1. omnis. Sic ex eo quòd quis non vult ſalutare alium, præſumitur inimicus. vt extra de off. deleg. cum ſuper. in parte deciſa. & eo ipſo quòd Stephanus dixit, perlegatur: intelligitur conſenſiſſe, vt 96. diſt. bene. ſic infra de conſec. diſt. 2. pacem.

EGo Ludouicus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. parte dicitur, quòd Imp. Ludouic. conceſſit & confirmauit Paſchali & eius ſucceſſoribus Romani cum toto ſuo ducatu & territorio in perpetuum tenere, & habere quietẽ, ſicut ſui anteceſſores quiete poſſederunt. In ſecunda parte dicitur, quòd quando Papa de hoc mũdo migrauerit, nullus electionem ſucceſſoris cuiuſcunque ſit gentis impediat, vel electoribus contradicat: ſcilicet Cardinalibus. ſed eo electo & conſecrato nuntij dirigantur ad regem Francorum ad pacem & amicitiam inter eos ſociandam. Secunda pars incipit ibi, *Item quando diuina.* Seq. c. patet.

a Concord. tex. i l. ſi exheredat. & l. ſi pponas. §. 1. ff. de inof. teſt.

[cc] Electũ ſalutans electioni eius præbet conſenſum.

a Ad hoc ſa. qd̃ ie. & no. c. a. [d] prœb. dilecto. i gl. ad hoc videbat. Sed Spe dicit, q ibi eps ignorabat illũ minus canonice fuiſſe receptũ: & idẽ non obfuit. arg. ff. de interr. act. de ætate. §. vſũ. Arc.

3 S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. Volaterr. l. 3. Anſ. l. 4. c. 3. Iuo p. 5. c. 51.

† al. villulis.

a ¶ Excelſa.] Id eſt, templa idolorum in excelſis poſita.

b ¶ Ideo.] quia iuſſu domini factus erat: & quia eum reſpicientes liberabantur.

c ¶ Deſtruxit.] [cc] Hic Ezechias commendatur ex deſtructione imaginis, quæ erat occaſio ſuperſtitionis. quare ergo Maſsilienſis epiſcopus condemnatur, qui deſtruxit imagines, in quibus populus idolatriam committebat, vt de conſe. diſt. 3. perlatum? Dic quòd ſerpens ille fuit temporalis ad ſanandum vulnera. vnde ceſſante cauſa ceſſare debuit effectus, ſed cauſa imaginum perpetua eſt, vt habeatur in eis memoria Dei.

[cc] Ezechiæ cõmẽdatio.

d ¶ Deſtruantur.] Arg. [cc] ſucceſſores debere mutare facta & inſtituta prædeceſſorum etiam bona, ſi viderint eſſe ea pernicioſa exemplo. 7. q. 1. videntes. 35. q. 1. c. 1. & 96. diſt. bene. in fi. di. 63. chorepiſcopi. & ext. de deci. ſuggeſtum. vbi eſt arg. quod priuilegium quod eſt exemplum mali, remouendum eſt. inſt. vi bo. ra. §. ſed ne dum talia.

[cc] Succeſſores, prædeceſſorũ ſtatuta mutare poſſũt.

CVm Hadrianus.] CASVS. Hadrianus ſecundus ab eccleſia S. Mariæ maioris deportatus eſt à clero & populo & proceribus certatim ad patriarchium Lateranenſe. quod audientes nuntij Lu-

h ¶ Confirmationis.] Arg. quòd aliquid ſimul datur & confirmatur vt no. ſupra ead. in ſynodo.

i ¶ Viculis.] Id eſt, villulis. ff. ad mun. qui ex vico. nec poſſet Imperator illam donationem reuocare. nam dicit lex, quòd ſola immenſitas eſt menſura rerum donatarum in eccleſia. C. de ſacroſan. eccle. authen. ſed hodie. immo nec concedit hic, ſed conceſſa confirmat. nam omnia hæc & alia plura iam prius fuerant eccleſiæ conceſſa. infra 96. di. Conſtantinus. [cc] præterea quia Imperator poteſt alienare [b] res imperij vt ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. vlt. Item quia per hanc conceſſionem non læditur imperium, ex quo res redit ad primum ſtatum, vt ff. de pact. ſi vnus. §. pactus. & 35. diſt. ab exordio. non ob. 12. quæſt. 2. non liceat. quia ille non poterat legem imponere ſuo ſucceſſori. extra de elect. innotuit.

k ¶ Et territoriis.] Quid ſit territorium, quid ſit oppidum, quid vrbs, habes ff. de verb. ſign. pupillus. §. territorium. [cc] Et ſic eſt arg. quòd nomine ciuitatis non comprehenduntur eius territoria, vt 12. qu. 2. c. vlt. & ff. de verb. ſign. l. 2. & ff. de arb. ſi cum dies. § ſi arbiter. Arg. contra. ff. de verb. ſign. qui in continentibus. & l. ædificia. ff. de iud. inſul. ff. de off. præf. vrb. l. 1. ibi, *Cum vrbem.*

[cc] Imperator imperij res alienare pt.

b Ad hoc ſa. opt. q le. & not. 16. q. 3. placuit. 1. ſecundum Io.

[cc] Ciuitatis appellatiõe eius territoria ñ cõprehenduntur.

a ¶ Sem

a ¶ *Seu.*] Hæc dictio, ſeu, potius auget donationem, quàm diſiungat inter res donatas, vt ff. de aur. & arg. leg. ſi quis ita.
b ¶ *Migrauerit.*] " quum enim nullus audebat tractare de electione Papæ ante tertium diem poſt ſepulturam præmortui, vt infra diſt. 79. nullus. ſed per contrarium cõſuetudinem hoc hodie abrogatum eſt.

" Papæ electio olim p triduũ differebatur.

ADDITIO. Idẽ ſentiunt hic Hugo. & L. quorum fuit hæc gl.
c ¶ *Omnes Roman.*] Nota quòd olim omnes Romani intererant electioni ex conſuetudine. infra c. proxi. & c. ſeq.
d ¶ *Francorum.*] " Nota imperiũ prius Francorũ a fuiſſe, ſed poſtea Teutonici virtutibus promouerunt imperium, vt 28. q. 1. §. ex his: quos hodie tranſlatũ eſt imperium. extr. de elect. venerabilem.

" imperium Franci primo, deinde Teutonici habuerunt. a Not. hic, q tũc Francia tenebat Romanus Imperator.

Conſtitutio.] CASVS. Dicitur hic quod primus Henricus & primus Otho conſtituerunt cum Romanis Pontificibus; vt nullus eorum nuntius vel alius cuiuſcumque ſit generis vel cõditionis, in electione Romani Pontificis audeat contradicere: & qui contradicere voluerit, exilio perpetuo tradatur.

Tibi domino.] CASVS. In hoc cap. continetur qualiter Otho iurauerit fidelitatem Ioanni Papæ per ſuum procuratorem, in quo dicitur quòd in 8. cõtinetur.

e ¶ *Tibi domino.*] Argu. " quòd qui feudum recipit ab eccleſia, iuramentum fidelitatis non ſolũ eccleſiæ, ſed etiam prælatis præſtare debet, vt ext. de iureiur. Ego N. epiſcopus b. 5. diſt. 23. quamquam. & 22. q. 5. de forma. immo etiam ipſi capitulo, vt extra de vera. ſig. cum clerici. cum ipſi ſint pars corporis ſui, vt 6. qu. 1. ſi quis cum c. Non obſt. ext. de ſim. ex diligentia: quia ibi non erat ius feudi, de quo iure plene habetur in conſtitutione Friderici, de feudis.

" Vaſall' eccleſiæ cui di fidelitatis iuramẽtum præſtare.

b Melius e. tit. ea te. §. nunc igit. in pr. & d præſer. cum nõ liceat. §. ideoque. in prin. Arc.
c S. Antoninus ibid. ſuo p. 5. c. 14 & Al. §. verũ.

f ¶ *Et iurare.*] " Nota quòd œconomus ſiue ſyndicus iurat in animam propriam; extra de iura. cal. in pertractandi. ſed procurator iurat in animam domini, vt hic; & 100. diſt. oportum: & 17. q. 4. metuentes. & extra de oſt. le. nouit. in parte decẽſa. Fit autem hoc iuramentum ſub talibus verbis. Ego iuro in animam domini mei, quod ipſe hoc ſeruabit d. Vel ſic iurat. Dominus meus iurat per me quòd hoc ſeruabit: ſic ipſum Deus adiuuet. Sed qualiter obligat aliquis alium per iuramentum contra id quod legitur inſtit. de inut. ſtip. §. ſi quis alij? Sed dic quòd dominus ſemel obligat, ſed per alium, vt ext. de ſen. excom. mulieres. ff. de admi. tu. ita autem. §. geſsiſſe. e " Sed quid ſi dominus reuocet mandatum f, numquid intelligitur obligatus per tale iuramentum? ita, ſi non peruenit reuocatio ad procuratorem: ſicut id quod facit iudex tenet; donec ignorat reuocatum mandatum, vt extr. de app. ſi duobus. & ratione ignorantiæ tenet ſententia, vt 3. q. 7. §. tria. in prin. & 9. q. 1. ordinationes. ff. de off. præſi. ſi forte. ff. de procur. ſi procuratorem. in fin. ff. mand. ſi mandaſsem. Ioan. Si autem lis eſſet conteſtata, oporteret quòd reuocatio perueniret ad iudicem vel aduerſariũ: alioquin firmum eſt quod fit cum procuratore, vt extra de proc. mandato. Si autem non ſit lis conteſtata; videtur ſufficere ſi reuocatio peruenit ad procuratorem, vt dicit expreſſe decre. ext. de proc. ex inſinuatione. & c. ſeq. B. Sunt tamen ſpeciales caſus in quibus requiritur perſeuerantia: ſicut cum matrimonium contrahitur per nuntium, ſi dominus reuocat mandatum, non dico dominum obligatum, licet nuntius ignoret reuocatum f: & cum pater mandat filio vt aliquem manumittat. ff. de manu. vin. ſi pater. & hoc ideo quia pater & filius conſentiunt vna perſona, vt 35. quæſt. 3. §. hac auctoritate. Ioan.
g ¶ *Meo.*] alias, meorum. ſed quam cautionem poteſt de hoc facere, quòd illi non dent damnum, contra id ff. commod. ad eos? Vel qualiter poteſt ſe obligare ad alienum factum, contra id inſt. de inut. ſti. §. ſi quis alij? h " nec enim tenetur quis de facto familiæ ſuæ ſi ipſe non mandauit, nec ratum habuit, vt 1. q. 4. quia præſulatus. ext. de reſt. ſpol. cum ad ſedem. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ait prætor. Sed dic quòd intelligitur obligaſſe g ſe curaturũ; ne ab eis damnum detur; 22. qu. 5. de forma. ſicut eſt cum quis permittit alium ſiſti in iudicio: tantum ad hoc tenetur vt operam det quàm poteſt. ff. de ver. ob. quoties quis. Sed littera il la, meorum, non eſt in libro meo. Ioan.

d Óeconomus & procurator diuerſimode iurant.
i Ant. l. 4. c. 37. & l. 6. c. ſuo p. 5. c. 52.

3 In leg. Longobar. l. 5. ti. de Pót. le. 3.
ε De conſimi li ma. no. In no. in l. 6 de teſt. ſſentiũ q eſt Inn. in gio. ſ. ſilicet potius, &c.

" Procurator reuocatus ſi aliquid facit an teneant.

e Idẽ no. In. ext. de ipóſ. ſup rubr. & ſatis et not. 7. 30. qu. vlt. nec illud. ibi videas. & hæc ſnia et hodie approbatur ext. lib. 6. de proc. c. procurator. (abeſt à Gratia. & Luo)

4 S. Antoninus p. 3. tit. 16. c. 1. §. 16. i med. Anſ. l. 1. ca. 90. & l. 4. c. 36.
t Concord. tex. in l. ſtipulatio iſta in pr. & l. cũ filius. §. 2. cũ ibi no. ff. de verb. obl.

" Familiæ delictũ an dominum obliget.

g ¶ hac ma. not. extr. de ſponſ. ſicut. Arch.

† *al. capitulorum.*

f Anſ. l. 6. c. 6.

ritimis littoribus, & portubus a; ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis in Thuſciæ partibus. *Item infra.* ¶ Quando diuina vocatione huius ſacratiſsimæ ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit b; nullus ex regno noſtro, aut Francis, aut Longobardis; aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendæ nulluſque in ciuitatibus, aut in territoriis ad eccleſiæ beati Petri Apoſtoli poteſtatem pertinentibus aliquod malum propter hoc facere præſumat: ſed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine qualibet perturbatione honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam: & eum, quem diuina inſpiratione, & beati Petri interceſſione omnes c Romani vno conſilio, atque concordia ſine qualibet promiſsione ad Pontificatus ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico conſecrare: & dum conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad noſtros ſucceſſores reges Francorum d dirigantur, qui inter nos, & illum amicitiam, & charitatem, ac pacem ſocient.

[*Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Auguſtis.*]

¶ Electio, & conſecratio Romani Pontificis non niſi iuſte, & canonice fiat.

C. XXXI. PALEA.

INter nos, & vos pacti ſerie ſtatutum eſt; & confirmatum, quòd electio, & conſecratio futuri Romani Pontificis non niſi iuſte, & canonice fieri debeat.

[*Item conſtitutio* a *primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus.*]

¶ Ab Imperatore, vel nuntiis eius electioni Roman. Pontificis nullum obſtaculum generetur. C. XXXII.

PALEA.

COnſtitutio primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Vt nullus miſſorum noſtrorum cuiuſcumque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. *Item.* 3 In electione Romanorum Pontificum neque liber, neque ſeruus ad hoc venire præſumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem ſanctorum Patrũ antiqua admiſit conſuetudo, faciat aliquod impedimẽtum. Quòd ſi quis contra hanc noſtram conſtitutionem [facere] præſumpſerit, exilio tradatur.

a ¶ Conſtitutio.] *Ex hac. quo exemplari Gratian. ſtatutus eſt hic titulus. in quo exemplari poſt titulum iſtum interpoſita rubrica, incipit capitu: Vt nullus, &c. vt etiam apud Iuonem. Verum quia receptum eſt, ut in ſum bonis cap. ſit à diſtione.* Conſtitutio. *relicta ſunt hæc verba etiam in principio ipſius. Extat vero hoc cap. in vetuſtis quoque exemplaribus, in quibus paleæ eſſe non ſolent.*

Item conſtitutio Othonis.

¶ Iuramentum Othonis, quòd fecit domino Papæ Ioanni. C. XXXIII.

4 TIbi domino e Ioanni Papæ ego rex Otho promittere, & iurare f facio per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias ſanctorum: quòd ſi permittente Domino Romam venero, ſanctam Romanam Eccleſiam, & te rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meum, & numquam vitam, aut membra, & ipſum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo g conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes: & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio: & quidquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam: & cuicumque Italicum regnum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendum terram ſancti Petri ſecundum ſuum poſſe. Sic me Deus a adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

a ¶ Sic me Deus.] *Addita hæc ſunt ex Centio Camerario. in cuius libro habentur multæ formæ iuramentorum ex extra manuſcripti Romæ.*

Item ex 1. libr. capitulorum † *Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 84.*

¶ Liberum ſit clero; & populo de propria diœceſi epiſcopum eligere.

C. XXXIIII.

5 SAcrorũ canonum non ignari, vt in Dei nomine ſancta eccleſia ſuo liberius potiretur honore, aſſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicet epiſcopi per electionẽ h cleri, & populi ſecundũ ſtatuta canonũ de propria diœceſi i, remota perſonarum k,

Sacrorum.] CASVS. Carolus & Ludouicus conſtituerunt, vt epiſcopi à clero, & populo de ſua diœceſi eligerentur ob vitæ meritum, & ſapientiores remota acceptione munerum & perſonarum, quatenus verbo & exemplo ſuis poſsint prodeſſe ſubiectis.
h ¶ *Per electionem.*] Hoc nomen proprie & improprie ſumitur hic cũ illis genitiuis clerici populi arg. ff. commo. ſi vt certo. §. cõmodatum.
i ¶ *De diœceſi.*] No. pro Hug. quòd examinandi ſunt omnes de diœceſi prius quam eligatur extraneus, vt dixi 61. diſt. nullus.
k ¶ *Perſonarum.*] ſic 8. q. 2. dilectiſsimi. & extra de inſt. ad decorem.

a ¶ *Et munerum.*] Cum talis eligatur, à Deo dicitur eligi. 8. q. 1. ſi ergo. Hug.
b ¶ *Vt exemplo.*] nam cœpit Ieſus facere & docere, vt 16. diſt. ecce. & §. ex his.

m ¶ *Nunc ergo quæritur.*] Super iſto §. poſuit Hug. diſt. quia cum eligentes diſſentiunt, tria conſideranda ſunt, auctoritas, numerus, & bonus zelus. Auctoritas conſideratur in dignitatibus, zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali amore eligant, ſed ſecundum meritum perſonæ. “ De numero patet, & dicit quòd vbicumque duo ex illis concurrunt, præponderant tertio. vnde ſi ex vna parte eſt auctoritas & bonus zelus, & ex altera numerus: pro priore iudicatur, vt 23. diſt. cap. 1. & 93. diſt. miratus. 7. q. 1. denique. Item ſi ex vna parte eſt numerus & auctoritas, & ex altera eſt bonus zelus, pro primo iudicatur. argum. 28. diſt. de Syracuſanæ. Ibi enim bono zelo contradicebant qui ſignificabant Papæ electum habere vxorem & filios: ſed tamen quia plures erant ex alia parte, & maioris auctoritatis, conſenſit Papa illis. Item ſi numerus & bonus zelus eſt ex vna parte, & ex altera parte auctoritas, ſtatur primo. 65. diſt. ca. 1. & 2. Hanc diſtin. non approbo: quia licet ex vna parte ſit auctoritas & melior zelus, ex altera numerus, ſtatur pro numero, vt extra de elect. dudum. 1. & extra de appel. conſtitutus. niſi numerus eſſet in paruo maior, & auctoritas aliorum longe præcelleret: & poſſet eo caſu fieri compenſatio, vt extr. de teſt. in noſtra. nam vbi eſt par debitum, & diſpar numerus creditorum, ſemper numerus præfertur, vt C. qui bon. ced. poſſ. l. vltima. §. 1. tunc enim decurritur ad dignitatem cum par numerus eſt hincinde. ff. de pact. maiorem. Similiter dico ad zelum decurrendum, cum par vel fere par numerus eſt hincinde. “ Sed quid ſi par eſt zelus, numerus & auctoritas hincinde? tunc recurritur ad meritum perſonæ, vt infra c. prox. Sed ſi omnia ſunt æqualia, tunc caſſetur [c] vtriuſque electio, & nouus eligatur, vt 79. diſtinct. ſi duo. Vel iudex cogat eos ad concordiam, vt inſtit. de ſatiſd. tut. §. ſin autem. Vel res forte dirimatur, vt in Mathia, vt 21. diſtin. cleros. & C. commun. de leg. l. vlt. in princ. & ff. de iudic. ſed cum ambo. Vel metropolitanus gratificet cui velit, vt extra de paroch. cap. 1. & argum. ff. ad Syllan. l. 3. § ſi cum omnes. & ff. de relig. l. vlt. Vel præferatur ille qui prius ordinatus eſt, vt 75. diſt. cap. vlt. vel ſenior præferatur, vt 31. quæſt. 6. ca. 1. ff. de fide inſtrum. l. vlt. Vel ille qui prius nominatus eſt, vt in authent. de monach. § penult. collat. 1. Vel præferatur ille qui quandoque deliquit, illi qui ſemper bonus fuit. Vel præferatur ille qui diutius militauit in eccleſia, vt 61. diſt. quid proderit. Si autem vtraque electio eſt vitioſa, vtraque caſſatur, vt extra de elect. conſideramus.

“ Collatio numeri ad numerum, &c. eſt in electione facienda.

“ Electis duob⁹ æqualiter q̃s alteri præfert.

c Hac tene taquã veriore. De hoc not. extr. de ele. eccleſia veſtra. 2. ibi videas. & q̃d not. Gof. in ſum. de iur. pa. §. ſi plures. verſ. ſed ſi pſentata.

Ex HIS. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd Imperatores renunciauerunt priuilegiis quæ ſibi conceſſa fuerant de electione ſummi Pontificis. Et cum conſtet ex ſupradictis, q̃ electio eſt clericorum tantummodo: nunc quæritur incidenter, an ſit tantum canonicorum matricis eccleſiæ, an etiam aliorum religioſorum eiuſdem ciuitatis. Cui quæſtioni reſpondens primo probat auctoritate Nicæni & Gangrenſis concilij, quòd ſufficiant clerici matricis eccleſiæ ad epiſcopum eligendum. Poſtea videtur hoc corrigere per auctoritatem Nicolai, dicens quòd ſicut electio Papæ non fit à Cardinalibus tantum, ſed etiam ab aliis religioſis: ſic & electio epiſcopi non à canonicis tantum, ſed etiam à religioſis fieri debet, quod probat auctoritate Innocentij Papæ.

c ¶ *Maioris.*] “ Sic ergo nomen clericorum reſtringitur ad maioris eccleſiæ canonicos [a], vt 10. q. 1. antiquos. 8. q. 1. c. 2. ext. de verb. ſig. cum clerici. benigne eſt in talibus ſeruanda conſuetudo, vt extra de cau. poſ. cum eccleſia.

d ¶ *Non à Cardinalibus.*] vt ſupra diſtinct. 23. cap. 1. &c.

† al. ſeptimo Nicæno concilio.

a Nicol. 2. al. 3. in conci. Rom. c. 1.

a Inn. 2. c. 28.

“ Nomẽ clericorũ q̃nq; reſtringit.

a Adde q̃ ẽt aliq̃n ad platos, gl. ẽ no. in auth. de ſanct. epi. §. presbyterorum, coll. 9.

& munerum [a] acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur, vt exemplo [b], & verbis ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant.

Ex conſtitutionibus his, & pacto Ludouici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illo renuntiaſſe priuilegiis, quæ de electione ſummi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo Regi Teutonicorum fecerat. Cum ergo premiſſis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantummodo eſſe, quæritur, quorum ſit ipſa electio, an clericorum maioris [c] eccleſiæ tantum, an etiam aliarum religioſorum, qui in eadem ciuitate fuerint. Sed (ſicut in breuiatione canonum Fulgentij Carthaginenſis eccleſiæ diaconi inuenitur) in ſeptimo capitulo † Nicæni concilij, & in Gangrenſi ſtatutum eſt, vt ad eligendum epiſcopum ſufficiat eccleſiæ matricis arbitrium. Nunc autem ſicut electio ſummi Pontificis non à Cardinalibus [d] tantum, verum etiam ab aliis religioſis clericis auctoritate Nicolai Papæ [a] eſt facienda: ita & epiſcoporum electio non à canonicis tantum ſed etiam ab aliis religioſiſſimis clericis, ſicut in generali ſynodo Innocentij Papæ [a] Romæ habita conſtitutum eſt. Ait enim.

¶ Abſque religioſorum virorum conſilio canonici maioris eccleſiæ epiſcopum non eligant.
C. XXXV.

OBeuntibus ſane epiſcopis, quoniam vltra tres menſes vacare eccleſiam ſanctorum Patrum prohibent ſanctiones, ſub anathematis [e] vinculo interdicimus, ne canonici de ſede epiſcopali ab electione epiſcoporum excludant [f] religioſiſſimos [g] viros, ſed eorum conſilio honeſta & idonea perſona in epiſcopum eligatur. Quòd ſi excluſis [h] eiſdem religioſis electio fuerit celebrata: quod abſque aſſenſu [i] eorum [k], & conniuentia [l] factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

Nunc ergo quæritur [m], ſi vota eligentium in duas ſe diuiſerint partes, quis eorum alteri ſit præferendus. De his ita ſcribit Leo epiſcopus ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum epiſt. 82. al. 84. c. 5. [ſed paulo aliter.]

¶ Cum vota eligentium in duas ſe diuiſerunt partes, quis ſit præferendus alteri. C. XXXVI.

[3] SI forte [quod [a] nec reprehenſibile, nec irreligioſum iudicamus] vota eligentium in duas ſe diuiſerint [n] partes: metropolitani iudicio [o] is alteri præferatur, qui maioribus & ſtudiis [p] iuuatur, & meritis, tantum vt nullus [q] inuitis, & non petentibus ordinetur, ne ciuitas † epiſcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

3 Polyc. l. 2. tit. 1. Anſ. l. 7. c. 19. Iuo p. 5. c. 347. Pan. l. 3. c. 6.

† al. plebs inuita.

a ¶ Quod nec reprehenſibile, nec irreligioſum iudicamus.] *Hæc verba quæ à cæteris collectoribus non referuntur, non ſunt inuenta apud Leonem, ſicut apud Gregorium, ex quo referuntur in c. 8. q. 1. c. nouum.*

OBeuntibus.] CASVS. Conſtituit in hoc cap. Innocent. Papa, quòd cum vltra tres menſes à tempore vacationis epiſcopalis eccleſia vacare non debeat: canonici ſub vinculo excommunicationis non faciant electionem epiſcoporum religioſis excluſis, vt eorum conſilio idonea eligatur perſona. Si autem fuerit aliter factum, irritum erit & vacuum. Nunc quærit Gratianus incidenter, ſi duo à partibus eligantur, quis ſit alteri præferendus: quod per ſequent. c. declaratur.

e ¶ *Sub anathemate.*] quid de hoc tenere debeas, dixi ſupra eadem Sidonitanæ.

f ¶ *Excludant.*] “ dicit Hug. iſtos tripliciter excluditunc proprie excluduntur, cum non vocantur, vel ſi vocati non audiuntur, vel ſi ſponte veniant, non admittuntur. Credo hoc c. non tenere [b] aliud enim ſeruatur, & religioſi hic vocantur clerici ciuitatis, vel prælati epiſcopatus. arg. 79. diſt. ſi quis pecunia.

g ¶ *Religioſiſſimos.*] id eſt, prælatos aliarum eccleſiarum.

h ¶ *Excluſis.*] quia inuitæ nuptiæ, &c. 31. q. 2. §. 1.

i ¶ *Aſſenſu.*] “ Videtur quod non tantum conſilium religioſorum, ſed etiam conſenſus ipſorum requirendus eſt: & ita videtur quòd religioſorum perſonæ faciant partem in electione. argumen. extra de elect. cum in veteri. nam & ſequaces ſunt aliorum in electio, vt 79. diſtinct. cap. 1. & cap. ſi quis pecunia. & 23. diſt. cap. 1. & ſatis poteſt dici, quòd niſi conſilium ipſorum fuerit requiſitum, quod nulla ſit electio: ſi tamen fuit habitum conſilium, & non conſenſus, tenet electio, vt extra de arbitr. cum olim. & eſt ſimul. ff. de adminiſt. tutorem. quidam decedens. §. Papinianus. & extra de regul. licet. C. de iure emphyteut. l. vltima. Et expone conſenſu requiſito, licet non habito.

k ¶ *Eorum.*] Arg. quòd non ſufficit religioſorum præſentia, niſi habeatur conſilium. argum. infra 10. quæſt. 2. caſellas. argum. 12. quæſt. 2. ſine exceptione. §. 1.

l ¶ *Et conniuentia.*] Argum. quod aliquorum conſenſu fieri debet, eorum diſſenſu impeditur faciendum & diſſoluitur factum, vt ſupra diſtinct. 51. qui in aliquo. & 31. quæſt. 2. ſi verum. ſupra diſtinct. 63. nulla ratio. 1. quæſt. 1. ordinationes. 10. quæſt. 2. caſellas. 12. quæſt. 2. alienationes. & cap. ſine. 15. quæſt. 7. epiſcopus nullius. 33. q. 5. quod Deo. & c. manifeſtum. 20. quæſt. 2. puella.

“ Electione dicitur quis tripliciter excludi.

b Cũ hoc dicto vĩ concor. Hug. q̃ not. hoc. q̃ in multis eccleſiis derogatũ ẽ huic canoni ex cõtraria cõſuetudine, q̃ Papa ſcit, & ſi improbat & ſic vĩ tacite approbare. Arc.

“ Religioſorum conſenſus an ſit in epõrum electione requirendus.

SI forte.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone, ſi duo ad epiſcopatum eligantur, quis ſit alteri præferendus? Et reſpondet, quòd iudicio metropolitani præfertur ille qui maioribus iuuatur meritis & ſtudiis, & licet poſsit archiepiſcopus alterum alteri præferri: tamen omnibus canonicis inuitis vel plebe non poteſt epiſcopum dare, ne quem nolunt, odiant & contemnant.

n ¶ *Si diuiſerint.*] quia natura hominis prona eſt ad diſſentiendum. ff. de arbit. item ſi vnus. §. vlt. arg. 20. q. 3. procliuus. Et præſumit hic canon, quòd licet diſcordia ſit in electione, quòd vtraque pars bono zelo moueatur, vt 8. q. 1. nec nouum. Sed cõtra ſupra c. noſſe. Illud eſt frequentius. hoc autem rerum. 12. q. 1. omnis ætas.

o ¶ *Iudicio.*] Sed quid ſi metropolitanus non vult ipſum conſecrare? videtur quòd tunc à ſuffraganeis petenda ſit conſecratio, vt 89. diſ. volumus. Sed melius eſt, quod à ſuperiore petatur [d], vt 9. q. 3. nunc vero. & 8. q. 3. Artaldus. ext. de iu. pat. nullus.

p ¶ *Studiis.*] eligentium: quia magis appetitur iſte quàm ille.

q ¶ *Tantum vt nullus.*] quaſi dicat, “ ſi timetur ſcandalum, tunc vtriuſque electio caſſabitur, vt 79. diſt. ſi duo. tunc enim eſt aliquid detrahendum ſeueritati, vt 50. diſt. vt conſtitueretur.

d & hoc no. 65. diſt. c. 1.

“ Electio vtriuſq; electi caſſatur timere ſcãdali.

Hunc

DISTINCTIO LXIIII.

1 Hinc conſiderandum [a] eſt, à quibus, vel quo tempore ſacri ordines ſunt tribuendi, vel quibus in locis patriarchæ, primates, archiepiſcopi, epiſcopi, chorepiſcopi, & reliqui ſacerdotes ſint ordinandi. A quibus ordinentur epiſcopi, in Nicæno primo concilio definitum eſt, in quo ſic legitur, c. 4.

¶ Ab omnibus comprouincialibus epiſcopi ordinentur. C. I.

1 Epiſcopi ab omnibus, qui ſunt in prouincia ſua, debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente neceſſitate, vel itineris longitudine, certe tres epiſcopi [b] debent in vnum congregari: ita vt etiam ceterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum in litteris [c] teneant, & ita faciunt ordinationem. Poteſtas [d] ſane vel confirmatio pertinebit per ſingulas prouincias ad metropolitanum epiſcopum.

Item Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ De eodem. C. II.

2 Ordinationes epiſcoporum auctoritate [e] Apoſtolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, epiſcopis ſunt celebrandæ. *& infra.* ¶ Quòd ſi ſimul omnes conuenire minime poterunt: aſſenſum [f] tamen ſuis apicibus [α] præbeant, vt ab ipſa ordinatione animo non deſint.

α ¶ Apicibus.] *In epiſtola eſt*, precibus. *Apud Iuon. & ? arch.* precibus, & ſcriptis.

[*Ex concilio Arauſicano, 1. c. 21.*]

PALEA. C. III.

3 De abiectione eius, quem duo præſumpſerint ordinare epiſcopi in noſtris † prouinciis, placuit de præſumptoribus, vt ſicubi contigerit duos epiſcopos tertium ordinare †: & ipſe [α], & auctores damnabuntur, quo cautius ea, quæ ſunt antiquitus inſtituta, ſeruentur.

¶ *In concilio ipſo hoc eſt initium huius c.* Duo ſi præſumpſerint ordinare epiſcopum, &c. *ac deinde tota res plenius exponitur. Iuo vero ceteros vero collectores eodem fere modo habet, atque hic & in multis vetuſtis Gratiani codicibus adeſt.*

α ¶ Et ipſe.] *Sic emendatum eſt ex originali. & ceteris collectoribus. Antea legebatur.* & epiſcopi, & auctores.

Item Anicetus in epiſtola ad epiſcopos Galliæ.

¶ Ceteris aſſentientibus cum tribus prouincialibus ordinetur epiſcopus. C. IIII.

4 Comprouinciales epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, ceteris conſentientibus, à tribus, iuſſu [g] archiepiſcopi conſecrari poſſunt epiſcopis.

Item Innocentius Papa ad Victricium epiſcopum Rothomag. epiſt. 2. c. 1.

¶ Non ordinetur epiſcopus extra conſcientiam metropolitani. C. V.

5 Extra conſcientiam metropolitani epiſcopi nullus audeat ordinare epiſcopum. Integrum enim eſt iudicium, quod plurimorum [h] ſententiis confirmatur: Nec vnus epiſcopus ordinare præſumat epiſcopum, ne furtiuum [i] præſtitum beneficium videatur. Hoc enim & ſynodus Nicæna conſtituit, atque definiuit.

Item Gelaſius vniuerſis per Dardaniam conſtitutis.

¶ Epiſcopi à ſuo metropolitano, & ipſe ab eiſdem conſecretur. C. VI.

6 Quia per ambitiones [k] illicitas [l] non pudet quoſdam eccleſiarum iura turbare, ac priuilegia, quæ metropolitanis [m], vel prouincialibus epiſcopis [n] decreuit antiquitas [o] temeraria præſumptione peruadere, propter

---

Hinc conſiderandum.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. In prima probat, quòd epiſcopus debet conſecrari in loco vbi mandauerit metropolitanus. Secunda ibi, *Quia per ambitiones*. Tertia ibi, *Epiſcopum*. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, à quibus epiſcopi ſint eligēdi. Amodo vult oſtendere Gratianus, à quibus ſacri ordines ſint conferendi, & quo tempore ſint tradendi, & in quibus locis patriarchæ, primates, archiepiſcopi, epiſcopi, corepiſcopi & reliqui ſacerdotes ſint ordinādi. Et durat tractatus vſque ad 81. diſt. videlicet à quibus ordinentur epiſcopi, in Nicæno cōcilio diffinitum eſt. Vnde in hac 64. diſtin. docet, quòd epiſcopi ſunt ordinandi ab archiepiſcopo cū omnibus ſuffraganeis: vel ſaltem à tribus poſſunt ordinari de mandato archiepiſcopi.

a ¶ Hinc cōſiderandum.] Hic depingitur 64. diſt. In præcedenti diſt. docuit ad quos pertineat epiſcoporum electio. In hac orditur tractatum ſuum vſque ad 81. diſt. oſtendendo à quibus ſacri ordines ſunt diſtribuendi, & quo tempore, & in quibus locis. A quib. hoc facit in hac diſt. [a] Ex quo tempore, hoc facit in 75. diſt. In quibus locis, hoc facit in 80. diſt. Primo dicit de conſecratione epiſcoporum. No. ergo, quòd electus in epiſcopum confirmatus debet conſecrari à metropolitano cū ſuis ſuffraganeis: vbi autem metropolitanus adeſſe non poteſt, vel etiam non vult, præſtabit auctoritate hoc faciendi [b] tribus ad minus, aliis omnibus per litteras ſuas conſenſum præbentibus. Item metropolitanus ab omnibus ſuis ſuffraganeis debet conſecrari, aut ſaltem à tribus.

Epiſcopi.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio à quot epiſcopis ſit aliquis ordinandus in epiſcopum? Et reſpondetur, quòd ab omnibus comprouincialibus epiſcopis, aut à tribus ſaltem præſente metropolitano, vel eo mandante, ita vt illi qui intereſſe non poſſunt, ſuum conſenſum litteris præbeant. Poteſtas autem conuocandi, vel confirmandi epiſcopos, ſpectat ad metropolitanum. Duo cap. ſequentia plana ſunt.

b ¶ Tres epiſcopi.] abſque metropolitano, ext. de temp. ord. c. nec epiſcopi. Vel dic, quòd duo ſufficiunt cum metropolitano. & ſecundum hoc dic, quòd hæc dictio, præter, ibi ponitur incluſiue. ſic 15. q. 7. felix. arg. ad hoc. infra ea. c. 3. Ioan. Sed certe ibi non eſt, præter, nec littera contradicit. B.

c ¶ Litteris.] arg. quòd in quocumque contractu vel cauſa conſenſus aliquorum deſideratur, nil refert, an præſentes conſenſum exprimant, [c] an abſentes per litteras conſentiant [c], vt 100. di. optatum. Et eſt arg. de conſenſu abſentium, vt diſt. 63. quanto. & diſt. 18. placuit. Et eſt arg. matrimonium contrahi inter abſentes, vt infra 30. q. 5. nec illud. & ext. de conuer. coniu. ex parte. ff. de ſpon. l. vlt. Nam in conſenſu non exigitur verborum ſolennitas. ff. de act. & obl. conſenſu. Sed licet ita ſit in cōſecratione, ſecus eſt in electione, niſi per procuratorem fieret electio, vt ext. de elect. quia propter. Ioan.

d ¶ Poteſtas.] quo ad confirmandum. [c] nam conſecrare non poteſt epiſcopum contempto minimo epiſcopo, qui in prouincia ſit: nec ille reciperet executionem, nec dico eum plus poſſe hoc caſu, quàm alium epiſcopum. arg. 9. q. 3. c. 1. & 2. Confirmare autem debet ſtatim vel infirmare, ſi ei notus eſt electus, etiam ſimplici verbo, & in camera. extra de appel. qua fronte. Sufficit enim ſi eſt notus, vt dicat, eligatis magis idoneum. argum. 28. diſt. priuſquam. 39. diſt. Petrus. vbi eſt ignotus, examinet eum. In conſecratione vero ſemper examinet, vt 23. diſtinct. qui epiſcopus.

e ¶ Ordinationes.] ¶ Auctoritate.] generali, vt huius c. & ſimilium.

f ¶ Aſſenſum.] ſed quo modo præſtabunt aſſenſum, cum eis forte notus non ſit qui eligitur, nec eum viderūt vmquam, vel audierunt aliquid de eo? Sed dic, quod ſufficit ſi nō contradicant. Vel dic, quòd quem indignum eſſe non nouit quis, dignum debet æſtimare, & ei teſtimonium ferre, vt extra de ſeru. in ord fac. ex part.

g Comprouinciales.] ¶ Iuſſu.] Sed ſi eccleſia archiepiſcopo vacat, cuius auctoritate hoc facient & conuenient? Reſp. Apoſtolici, vel capituli matricis eccleſiæ. extr. de hær. ad abolendam. & ext. de elect. quia diligentia. [c] Nam & penes vnum ſtat ius vniuerſitatis. 12. q. 2. non liceat alicui. ff. quod cuiuſque vniuer. ſicut. & 65. diſtinct. ſi forte.

Extra conſcientiam.] CASVS Innocentius duo prohibet in hoc c. Primum eſt, vt nullus in epiſcopum ordinetur præter conſcientiam metropolitani: quia integrum eſt iudicium, &c. Secundum eſt, vt vnus epiſcopus alium ordinare non præſumat epiſcopum. Et hoc probat auctoritate Nicænæ ſynodi.

h ¶ Plurimorum.] nam dicit lex, quòd per ampliores homines perfecta veritas reuelatur. C. de fideic. l. vlt. & eſt ſimile ext. de offic. dele. prudentiam. 1. reſp. in fine.

i ¶ Ne furtiuum.] ideo dicit furtiuum: quia quod ad omnes ſpectat, iſti ſubripiunt, nil tamen vnus iure confert. 66. diſt. c. 2. potius ergo hoc dicendo reſpexit ſimilitudinem facti, quàm rei eſſentiam. Laurent.

Quia per ambitiones.] Hæc eſt 2. pars diſtinct. in qua probat, quòd metropolitanus debet à ſuis ſuffraganeis conſecrari, & non ab aliis. licet littera ſit obſcura, ab iſto intellectu non recedatur. Ioan. de Fant.

CASVS. Ab antiquo fuit ſtatutum, vt archieps cum omnib. ſuis ſuffraganeis ordinaret & conſecraret ſuos epos, & ſuffraganei conſecrarent ſuum archiepm. Sed hoc male in Dardania ſeruabatur: immo archieps alienos ſuffraganeos, & ſuffraganei archiepiſcopum alienū conſecrabant. Et ideo Gelaſius monet oēs epos per Dardaniam, vel quamlibet prouinciam conſtitutos, vt ab antiqua conſuetudine non recedant, ita quòd nullus archiepiſcopus ordinare præſumat alterius ſuffraganeos, & nulli epiſcopi conſecrent archiepiſcopum alienum, & præcepit eis vt regulas veterum ſeruent, ſicut patres noſtri fecerunt. Seq. c. eumdem habet caſum cum primo c. huius diſt.

k ¶ Ambitiones.] id eſt, diſſentiones.

l ¶ Illicitas.] dimitte, quia, & incipe ibi, non pudet.

m ¶ Metropolitanis.] in conſecrandis epiſcopis.

n ¶ Epiſcopis.] in metropolitanis conſecrandis.

o ¶ Antiquitas.] [c] Not. quòd conſuetudo priuilegium inducit. 9. q. 3. cōqueſtus. & præſtationes quę fiunt à ruſticis, tempore acquiruntur. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Arg. contra 10. q. 3. quia. & dixi 18. q. 2. ſeruitium.

Marginal notes:

1 In concil. Nicæno 1. c. 3. Anſel. l. 6. c. 4. & 54. Iuo par. 5. c. 117. Bur. l. 1. c. 17. cōcor.

a Et in ſeq. vſque ad 65. diſt. electus cōfirmat[a] à quo debet conſecrari.

2 Diſt. 75. c. ordinatiões Anſ. l. 6. c. 53. Bur. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69 Pan. l. 3. c. 12. & 17. Polyc. l. 2. tit. 6.

b Quis metropolitan[a] hoc delegare poſſit, probatur ext. de elec. ſuffraganeis. & de translat. c. 1. & de of. or. quod ſede.

3 Burc. l. 1. c. 30. Iuo p. 5. c. 141. Pann. l. 3. c. 20.

† al. noſtris.

† al. conſecrare.

4 Pol. l. 1. ti. 8 Bur. l. 1. c. 28. Pan. l. 3. c. 10. Iuo part. 5. c. 139.

[c] ius vniuerſitatis penes vnum ſtat.

5 Poly. ibid. Iuo par. 5. c. 113. Anſ. l. 6. c. 56.

6 Anſ. l. 6. c. 41. al. 39. ex Gelaſ. ad natalem epm prope idē.

[c] Abſentes poſſūt per litteras conſentire.

c Adde ad hoc nota per Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hær.

[c] Metropolitanus neminem cōtemnat cum ſuffraganeū conſecrat.

[c] Priuilegiū à cōſuetud. inducitur.

a ¶ *Vel impune.*] i. ſaltem de facto. Lau. alias eſt in tex. velut impune.
b ¶ *Sinceritatis.*] quia catholicam ſinceritatem non obſeruant.
c ¶ *Duximus.*] hic reſume, quia, quaſi dicat: quia hoc & hoc eſt, ideo duximus eam, &c.
d ¶ *Meminiſtis.*] & ideo debitum honorem eis exhibeatis.
e ¶ *Et.*] id eſt, etiam.
f ¶ *Decernentes.*] in cõe, communem vtilitatem conſiderantes, & ad ſcrutinium venientes: vos omnes in quã vnanimiter.
g ¶ *Statuatis.*] & hoc fieri.
h ¶ *Antiſtites.*] ſubſtitui loco defunctorum, ſicut vetus, &c.
i ¶ *Et viciſſim.*] omnibus modis cenſeatis, metropolitanum ſubaudi.
k ¶ *Sacrari.*] à comprouincialibus epiſcopis, ſi metropolitanus de hac vita, &c. hic eſt verus intellectus huius litteræ: nec habet contrarium. Alij intelligunt ſic, quòd mortuo metropolitano ſuffraganei poſſunt interim aliquem electum conſecrare, ſecundum hoc hæc dictio, ſacrari, ponitur paſsiue, & nõ ſubauditur ibi, metropolitanus, vt 65. diſt. ſi forte. Sed contra 100. diſt. quoniam. ibi dicitur quòd vacãte ſede metropolitana non debent epiſcopi ordinari. " nec enim eccleſia ſuſtinet ſemper vicẽ defuncti epiſcopi, vt 12. q. 2. ſi qua & ext. de præſc. c. 1. Sed illud c. quoniã. poteſt intelligi quando ille fuit in mora petendi pallium. Ioan.
l ¶ *Patiamini.*]" & ita reſiſtere põt quis pro iure ſuo [a]: ar. C. vnde vi. l. 1. ff. ad le. Aquil. l. ſcientiam. §. pen. arg. Vnde verſus:
Cuilibet eſt homini licitum ſua iura tueri:
Quodque reſiſto tibi: non pote: inde queri.
23. q. vi. igitur cum ſæpe. ff. de pe. hær. illud. & ſexageſimaprima diſtinct. nullus.
ADDITIO. No. tñ, q̃ quis dicitur mouere controuerſiam etiam reſiſtendo. ff. de proc. non ſolum §. ſi datus. C. de euict. ſi controuerſiam. & no. ff. ad ſenatuſc. Treb. Lucius Titius. §. 1. Archid.

1 Concor. l. præſes. C. de ſer. & l. 2. C. vt ne. pri.

† *decedẽtes*] vera lectio.

" Eccleſia ſi ſemper vicem defuncti ſuſtinet.

" Vim vi repellerẽ licet.

a Arg. ad idẽ 7. q. 1. quia fr. ioi ſpiritu contumaci. ſumpto ar. à contrario ſenſu. & hoc nota. 11. q. 3. non debet.

2 In capitul. Mart. Brac. c. 4. ex coci. Nic. c. 4.

† *al. colligantur.*

quod etiam communionis Apoſtolicæ deſiderant diſſidium tenere, quo ſcilicet ab eius auctoritate diuiſi, vel impune [a] proprias vſurpationes exerceant, non reſpicientes, quia æterno iudici rationem tam de catholicæ ſinceritatis [b] iniuria, quàm de traditionum præiudiciis paternarum, non ſine perpetuæ ſine damnationis interitu reddituri, ſi in hac obſtinatione permanſerint, charitatem veſtram duximus [c] inſtruendam [1], vt vos omnes in commune fratres, ſiue per Dardaniam, ſiue per quamque contiguam prouinciam conſtituti, qui vos ſub metropolitanis veſtris eſſe miminiſtis [d], & [e] ab eiſdem ſubſtitui decernentes † [f], ſicut vetus conſuetudo depoſcit, vnanimiter ſtatuatis [g] antiſtites [h], & viciſſim [i] ſi metropolitanus humanæ conditionis ſorte deceſſerit, à comprouincialibus epiſcopis, ſicut forma tranſmiſit, ſacrari [k] modis omnibus cenſeatis: nec quemquam ſibi, quod vobis antiqua diſpoſitione conceſſum eſt, patiamini [l] vendicare: quatenus & inter ipſas aduerſantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus cuſtodire ceſſetis: ſicut perſecutionum tempore diuerſarum patres noſtros conſtanter feciſſe non dubium eſt.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ De eodem. C. VII.

[2] EPiſcopum oportet [m] maxime quidem ab omni concilio conſtitui. Sed ſi hoc pro neceſſitate difficile [n] fuerit, ex omnibus tres eligantur †, & omnium præſentium, vel abſentiũ ſubſcriptiones teneantur: & ſic poſtea ordinatio fiat. ¶ Huius autem rei poteſtas in omni prouincia ad metropolitanum pertineat epiſcopum.

Item ex concilio Niceno. 1. c. 6.

¶ Non erit epiſcopus, qui præter metropolitani ſententiam fuerit ordinatus. C. VIII.

ILlud generaliter eſt clarum, q̃, ſi quis [o] præter ſentẽtiam metropolitani fuerit factus epiſcopus, hũc magna ſynodus diffiniuit epiſcopum eſſe non oportere.

DISTINCTIO LXV.

I. ps COmprouincialium [p] epiſcoporũ vniuerſaliter deſideratur conſenſus in ordinatione epiſcopi. Quòd ſi aliqui animoſitate ducti contradicere voluerint, obtinet ſententia plurimorum.

Vnde in Niceno concilio, c. 6.

¶ Si ceteris conſentientibus ordinationi epiſcoporum, duo, vel tres contradicant, obtineat ſententia plurimorum. C. I.

SAne ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo, vel tres animoſitate [q] ducti per cõtentionem contradicant [r], obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

a ¶ Conſenſu] *Græce legitur: ψήφῳ ἐυλόγῳ ὄντος, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικόν. quod Dionyſius vertit* decreto rationabili, & ſecundum eccleſiaſticam regulam comprobato.

Item ex concilio Martini Papæ. [4]

¶ De eodem. C. II.

NOn debet ordinari epiſcopus abſq; conſilio, & præſentia † metropolitani epiſcopi. Adeſſe autem oportet omnes, qui ſunt in prouincia ſacerdotes, quos per ſuam debet epiſtolam metropolitanus conuocare. Et quidem ſi omnes occurrerint †, bene, ſi autẽ hoc difficile fuerit, plures oportet [s] occurrere. Qui autem non conuenerint, præſentiam [t] ſui per epiſtolas faciant, & ſic omnium facto conſenſu, ordinationem epiſcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod terminatum eſt à nobis, fuerit factum, talem ordinationem nihil valere decernimus.

EPiſcopum.] Hæc eſt 3. pars diſtin. in qua idem dicit quod iam dictum erat, ſcilicet quòd epiſcopus ſine conſenſu archiepiſcopi ordinari non debet. Ioan. de Fant.
m ¶ *Oportet.*] id eſt, congruum & oportunum eſt. Laur. [b]
n ¶ *Difficile.*] ſupra diſt. 63. catinenſis. ibi, vt impoſsibile, &c. Laur. ita ſumitur hic difficile, vt ibi impoſsibile.
ILlud generaliter.] CASVS. Statuitur in hoc c. q̃ ſi quis præter conſcientiam metropolitani fuerit ordinatus in epiſcopum, debet deponi. vel melius ab executione epiſcopalis officij remoueri.
o ¶ *Si quis.*] infra diſt. prox. c. 2. & 3. & 1. q. 1. ordinationes. & q. vi. quoniam ... quid. § 1.
COmprouincialium.] Hæc diſtinct. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Si autem.* Tertia ibi, *His auctoritatibus.* Ioan. de Fant.
CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd comprouinciales epiſcopi debent intereſſe conſecrationi epiſcopi. Nunc vero in hac 65. diſt. dicit, quod ſi aliqui contradixerint, obtinere debet ſententia plurimorum. & eſt primus articulus huius diſtin. quæ quattuor habet articulos: qui per quatuor §. diſtinguuntur.
p ¶ *Comprouincialium.*] Hic intitulatur 65. diſt. " in qua quattuor, articuli ponuntur [c]. Primus eſt, quid iuris ſit in ordinatione epiſcopi, ſi aliqui epiſcopi diſſentiant. Secundus, quòd metropolitanus non debet conſecrare epiſcopũ præter conſcientiam primatis vbi primas eſt. Tertius, quòd epiſcopus non conſecratus in præſentia archiepiſcopi, debet eum intra ſpatiũ trium mẽſium viſitare. Quartus eſt, quòd ſi vnum tãtum epiſcopum contingit in prouincia ſupereſſe, inuitare debet vicinæ prouinciæ epiſcopos. & cum eis conſecrare comprouinciales epiſcopos: aut ſi ipſe negligit, epiſcopi conueniẽt ipſo contradicente, & conſecrabunt epiſcopos. In primo ergo articulo obtinebit ſentẽtia plurimorum.
SAne.] CASVS. In Niceno concilio quæſitum fuit ſi in ordinatiõe epiſcopi duo vel tres contradicant pluribus, quorum ſententia obtineat? Reſpondet quòd plurimorum ſententia obtinebit.
q ¶ *Animoſitate.*] Per hoc patet eos malo [d] zelo duci: quia cuncta mala miniſtrat impetus. de pœn. diſt. 3. inter hæc hircum. alias ſecus. idem ſi non animoſitate. 31. diſtin. Nicæna.
o ¶ *Genuit.*] per baptiſmum. & ita eccleſiæ filius datur ei curator, quod etiam lex dicit. ff. de tu. & cur. datis ab his. l. is qui. dic vt notatur. 12. qu. 1. c. vlt.

p ¶ *Illos.*] " in hoc cōparatur patri epiſcopus, & eccleſia filio: quia ſicut filius non poteſt ſine auctoritate patris litigare, vt C. de bo. quæ li. l. vlt. ſic eccleſia ſine auctoritate prælati, vt extr. de iud. cauſam. & 16. qu. 1. monachi. Item ſicut filius no conuenitur, ſed pater nomine filij, vt Co. de bo. m. ma. l. 1. Co. de an. exc. e. l. 2. ſic ipſe prælatus eſt conueniendus, non eccleſia, niſi negotia eccleſiæ diſtincta ſint à negotijs prælati, vt ext. de reſc. c. edoceri.

" Epiſ. patri, & eccleſia filio comparatur.

q ¶ *Per quos.*] per eos pullulauit, & creuit, cum nulla eſſet tunc temporis.

r ¶ *Nata es.*] id eſt, augmentata.

2 Iuo par. 5. c. 376.

DISTINCTIO LXIX.

1 ps. TOnſura vero [s] *clerici de manu abbatis ſuſcipi poteſt, ſi eidem abbati manus impoſitio ab epiſcopo facta noſcatur.*

Vnde in ſeptima ſynodo c. 14. legitur.

¶ Abbates, quibus ab epiſcopo manus imponitur, aliquos tonſurare poſſunt. C. I.

² QVoniam videmus ſine manus impoſitione à paruula ætate tonſurā [t] cleri quoſdā accipientes, nondumque ab epiſcopo

TOnſura.] hæc diſt. diuidit in tres part. Secūda ibi, *Lectoris.* Tertia ibi, *Simili modo.* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 69. diſt. in qua oſtendit, quòd non ſolum epiſcopi poſſunt conferrè minores ordines, ſed etiam abbates in proprijs monaſterijs poſſunt conferre lectoratum: quibus abbatib. ab epiſcopo manus impoſitio facta eſt.

s ¶ *Tonſura vero.*] in hac 69. diſtinction. tractat de collatione minorum ordinum vſque ad lectoratum. " Et nomine tonſuræ, accipe hic tres minores ordines, pſalmiſtatum, oſtiariatum, & lectoratum. & hoc licet abbati tantum in ſuo monaſterio: exorciſtam tamen facere vel acolythum non licet. infrà eadem capit. vltim.

" Tonſura quinque tres ordines cōprehendit.

QVoniam.] Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur, ne aliquis ſuper pulpito in eccleſia vel monaſterio legat epiſtolam, vel lectionem, niſi primo fuerit ordinatus, & tonſuram habeat ad modum clerici. In ſecunda parte dicitur, quòd abbates & ſacerdotes, quibus ab epiſcopo manus imponitur iuxta morem præficiendorum abbatum conferre poſſunt in ſuis monaſterijs lectoratum. Idem licebat quondam chorepiſcopis. Et nota quòd legere epiſtolam pertinet ad ſubdiaconum, legere lectiones ad lectorem pertinet.

t ¶ *Tonſuram.*] id eſt coronam. nam aliam tonſuram poſſet femina dare.

manus impoſitione percepta ſuper ambonem irregulariter in collecta legentes, præcipimus amodo id minime fieri. Idipſum quoque obſeruandum eſt etiam inter monachos. ¶ [a] Lectoris [a] autem manus impoſitione† [b] licentia eſt abbati ſolummodo in proprio monaſterio, [c] faciendi, ſi dumtaxat eidem abbati manus impoſitio [d] facta noſcatur ab epiſcopo, [ſecundum † morem [e] præficiendorum Abbatum,] dum conſtet illum eſſe presbyterum. ¶ Simili etiam modo ſecundum antiquam conſuetudinem chorepiſcopos præceptione [f] oportet epiſcopi promouere lectores.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 26.

¶ Non exorcizent, qui ab epiſcopo prouecti non ſunt. C. II.

NOn oportet exorcizare [g] eos, qui necdum ab epiſcopis ſunt promoti† [h], neque in eccleſiis, neque in domibus [i].

DISTINCTIO LXX.

AB epiſcopis [k] alterius [l] ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam à propoſito [m] abſolute ordinandus eſt: abſoluta enim ordinatio Chalcedonenſi concilio prohibetur, & vacuã habere manus impoſitionem præcipitur: in quo ſic ſtatutum eſt canone 6.

¶ Nemo ordinandus eſt abſolute. C. I.

NEminem [n] abſolute [o] ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum, niſi [a] manifeſti in eccleſia ciuitatis [p], ſiue poſſeſſionis [q], aut in martyrio [r] aut in monaſterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eos autẽ, qui abſolute ordinantur decreuit ſancta ſynodus vacuam [s] habere manus impoſitionem, & nullum [β] tale factum valere ad iniuriam [t] ipſius, qui eum ordinauit.

[a] ¶ Niſi manifeſte.] *Græce legitur:* [illegible] *hoc eſt* niſi propriè in eccleſia ciuitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monaſterio, qui ordinatur, pronuntietur. *In ordine autem Romano ſit mentio talis pronuntiationis epiſcopi nomine per archidiaconum factæ.* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eũdem titulum, &c.

[β] ¶ Nullũ tale factum.] *Græce.* [illegible] *id eſt*, numquam poſſe operari.

Item ex concilio Vrbani II. habito Placentiæ.

¶ Irrita ſit ordinatio ſine titulo facta. C. II.

SAnctorum canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua eccleſia quilibet titulatus eſt, in ea perpetuo [u] perſeueret. ¶ Omnino autem in duabus [x] aliis

a ¶ Lectoris.] vel & oſtiarij, nõ autem [a] exorciſtæ, vel acolythi faciendi ius habet: licet ſit ar. contra extr. de ord. ab epo qui renun. epiſ. c. 1. ſed & ſi abbas ex priuilegio habeat, vt omnes minores conferat, bene poteſt. Sed numquid hodie abbas põt conferre iſtos ordines? Credo [b] q̃ ſic, ſi tamen manus ei eſt impoſita. extr. de æt. & qual. ord. cum contingat. Io. Ego non credo, q̃ poſſint conferre tales ordines abbates, niſi lectoratum, vt vr̃ dicere hoc c. & decr. cum contingat. Si autem eſſet ſacerdos abbas, poſſet etiam conferre pſalmiſtatum, vt 23. diſ. Pſalmiſta. quia pſalmiſtatũ dat ſimplex ſacerdos, vt 23. d. pſalmiſta.

b ¶ Manus impoſitione.] ĩ. 23. di. ſubdiaconus. contra [c].

c ¶ Monaſterio.] Sed & monachos alterius monaſterij põt ordinare, ſi inuitatus fuit. 9. qu. 2. Lugdunenſis.

d ¶ Impoſitio.] quæ nõ eſt niſi benedictio, vt 1. q. 1. manus.

e ¶ Secundum morem.] De quo habes 12. qu. 2. alienationes. nec hoc poſtulabit à ſuperiore. nam ſufficit ſemel à iure concedi. ff. de condi. inſt. l. quæ ſub conditione. §. fi.

f ¶ Præceptione.] generali. ar. 16. qu. 1. cunctis. 64. diſ. ordinationes. & 75. diſt. ordinationes.

NOn oportet.] CASVS. dicitur hic, q̃ non debent exorcizare in eccleſiis vel in domib. priuatorũ qui non ſunt ab epiſcopis conſecrati. Et nota q̃ vnum vel duo neque, ſuperabundant.

g ¶ Exorcizare.] i. legere exorciſmos.

h ¶ Promoti.] ad ordinem exorciſtæ.

i ¶ In domibus.] i. in eccleſiis non ſacratis. Superfluunt duo neque. Io.

AB epiſcopis.] CASVS. Supra oſtenſum eſt, q̃ clerici ſunt à proprio epiſcopo ordinandi. nunc autem vult oſtendere Gratianus quòd nullus epiſcopus debet ordinare clericum alterius ſine eius licentia: quod oſtendit. ĩ. 71. diſt. Et oſtendit quòd nullus debet ordinari ſine titulo: & ſi ordinetur, irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: quòd oſtendit in hac 70. diſt. c. pñ. & 3. Io. de Fant.

k ¶ Ab epiſcopis.] Hic depingitur 70. diſt. Quia dixerat presbyteros & reliquos clericos ab epiſcopo debere ordinari, inde, ſumpta occaſione oſtendit, quòd nullus ordinandus eſt ſine titulo, i. ſine eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio. [a] & ſi fuerit ordinatus, debet deponi tam in iniuriam ordinantis quam ordinati: quia permiſit ſe ſic promoueri. 16. q. 7. decernimus. 21. qu. 2. c. 1. ſed quoniam epiſcopi hanc pœnam nullam reputabant, hodie prouiſum, eſt vt remaneant promoti, & epiſcopus vel etiam eius ſucceſſor eis prouideat. extr. de præb. epiſcopus, extr. e. tit. cum ſecundum.

l ¶ Alterius.] hoc exequitur in diſ. ſequenti.

m ¶ A proprio.] hoc exequitur in iſta diſt. &c.

NEminem.] CASVS. Statutum fuit in Nicæno concilio, vt nullus eps ordinet aliquem clericum ſine certo titulo alicuius eccleſiæ in ciuitate vel extra ciuitatem. & ſi ordinauerit aliquem clericũ ſine titulo, in opprobrium ordinantis officij executione carebit.

n ¶ Neminem.] etiam in minorib. ordinib. non debet ordinari. ar. 12. q. 1. videntes. 32. diſt. ſi qui vero. cum enim habeat officium in eccleſia, ergo & beneficium debet habere. ext. de præb. dilectus. extr. de fil. presby. propoſuit. ne dicatur: [a] Mendicat in plateis infelix clericus, vt 93. diſt. diaconi.

o ¶ Abſolute.] id eſt, ſine titulo.

p ¶ Ciuitatis.] hoc ideo dixit, [b] quia potius eſt præſentandus clericus qui eſt de ciuitate quam extraneus, vt ĩ. di. prox. hortamur. Co. de epiſ. & cler. in eccleſiis.

q ¶ Sine poſſeſſionibus.] id eſt, ſi ordinatur ad titulum patrimonij ſui, vt extr. de præb. c. tui. Vel hoc ideo dicit, quia potius ſunt illi clerici inſtituendi, de quorum bonis fundata [d] eſt eccleſia. vt ext. de reſcrip. cum adeo.

r ¶ In martyrio.] Vbi ſunt reliquiæ martyrum. vel loquitur de regulari eccleſia. Colligitur etiam hic ex eo, quòd dicit, ſiue poſſeſſionis, arg. quod ſi quis habet patrimonium ſufficiens, ordinari poteſt ſine titulo. ext. de præben. epiſcopus.

s ¶ Vacuam.] quo ad executionem.

t ¶ Ad iniuriam.] & etiam ſuum delictum: quia ſe ſic permiſit promoueri, aliàs alterius odio non debet alius prægrauari. C. de inoff. teſt. ſi quis in ſuo. extr. de his quæ fiu. à maio. par. cap. c. q̃ ſuit. in fin.

SAnctorum. CASVS. In hoc c. quinque per concilium Vrbani ſtatuuntur. Primum eſt, vt ordinatio ſine titulo facta irrita habeatur. Secundum eſt, vt clericus perpetuo perſeueret in eccleſia in qua eſt intitulatus. tertium eſt, vt clericus nõ intituletur in duabus eccleſiis: quia licet ex diſpenſatione epiſcopi clericus poſſit duabus eccleſiis præſidere, canonicus tñ præbendarius in duab. eccleſiis eſſe non poteſt. Quartum eſt, vt præpoſitus maioris eccleſiæ curam habeat de eccleſiis pauperib. quæ clericos ſuos ſuſtentare non poſſunt. Quintum eſt, vt præter nouem præfationes decima dicatur, quæ incipit: Æquũ & ſalutare.

v ¶ Perpetuo.] i. dum viuit [e]. ff. pro ſoc. l. 2. filius enim non debet eſſe temporarius nec hæres. ff. de adop. quæſitum [f]. & inſt. de hæred. inſtit. §. hæres.

x ¶ In duabus.] Qui enim titulum habet in vna eccleſia, ſi recipit ſecundam eccleſiam vel præbendam pro titulo, perdit primam, vt ext. de cõcel. præb. & eccle. non vacan. literas, ſed ſi recipit ipſam quaſi beneficium, & quaſi commendatam ſiue ſtipendium, tunc ſecus: & tunc non eſt canonicus ſecundæ præbendæ, nec cum eis poteſt eligere. Si quæras quare canon iſte permittit epiſcopo diſpẽſare in eccleſiis, & non in præbendis, quod æque poteſt diſpenſare in præbendis ſicut in eccleſiis, dummodo ſint de eodem epiſcopatu. Eſt ergo hæc veritas, quòd de iure communi non poteſt quis habere duas eccleſias vel præbendas in eodem epiſcopatu vel in diuerſis, niſi in caſib. notatis 21. q. 1. in ſumma. [g] Sed numquid hodie beneficium huius canonis eſt ſublatum epiſcopis per illam nouam conſtitutionem, de multa, in tit. de præb. ex eo quòd dicitur ibi, per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari. Dico q̃ non: ſed tantũ vaga & indiſcreta diſpenſatio eſt ablata ab eis non probabilis: ſicut per remotionẽ appellationis non remouetur neceſſaria appellatio vel probabilis, ext. de ap. paſtoralis. ſic cum dominus prohibuit iurare, non prohibuit iuramentum neceſſarium, ſed temerarium, vt 22. q. 1. cap. ita. ſic cum Dominus prohibuit vxorem ſeparari à viro, intelligendum eſt tantum de illa ſeparatione, quæ fit ſine ratione, vt 33. qu. 2. quos Deus. [a] Si obiicias quòd punitur epiſcopus, qui permittit ipſum habere prius ſtipendium, vt ibidem dicitur ext. de præb. quia in tantum. de cler. non reſid. quia nonnulli. ergo diſpenſare non poteſt. Non ſequitur: quia epiſcopus punitur qui ordinat clericum concubinarium, vt 51. diſ. qui in aliquo. & tantum cum ipſo diſpenſare poteſt: ſed ideo punitur, quia indiſcrete diſpenſat. Si obiicis quod dicitur ibi per ſedem apoſtolicam: ergo non poteſt per alium, non ſequitur: quia eodem modo decretum dicit quòd ordinationes epiſcoporum faciendæ ſunt auctoritate apoſtol. 64. di. ordinationes. & tamen propria auctoritate fieri poſſunt. Sic etiam alibi dicitur, quòd quilibet presbyter poteſt & debet baptizare vel celebrare de licentia epiſcopi, vt 16. q. 1. cunctis. & tamen ſuo iure poteſt baptizare: ſed ideo dicit hoc, quòd eius auctoritate ſaltem generali debeat fieri diſpenſatio. Vel dic quòd tunc ſolus Papa diſpenſat, cum quis diuerſa beneficia in diuerſis epiſcopatibus vult habere propter repugnantiam quæ ex hoc proueniret: quia nemo duobus dominis poteſt ſeruire, [h] vt 21. quæſtion. 1. capit. 1. Ioann. Hæc gloſſa nihil valet: quia Papa tantum diſpenſat circa plures eccleſias habentes curam animarum, & plures dignitates, vt expreſſe dicit decret. de multa. ſed circa plura beneficia ſimplicia non videtur epiſcopo diſpenſare prohibitum.

x ¶ In duabus.] Nec iure ciuili quis in duob. collegiis poteſt connumerari

a Hæc fuit ſnia H. & L. q̃ dñt idem quod prox. ſequitur.

b Credo Angel. Clauſ. ver. ordo. 2. §. 1. ſemper requiritur iuriſdõnem quaſi epiſcopalẽ in omni ordine cõferendo.

† al. impoſitionem.

† Hæc non ſunt in Græco canone.

c Hoc c. nõ obſtat, quia hic loquitur de impoſitione manus ordinaria, ſ3 contrarium de conſecra tona. ſ. cum contingat Hu. & idem ſentit Gof extr. de æta. & qual. cum contingat. Arch.

† al. prouecti.

a Ordinatus ſine titulo deponi d3.

a Clericus infelix eſuriet plateis.

b Clericus ciuitatenſis eſt extraneo pferendus.

d Fundata. idẽ Arc præ poſ. hic vide Roc. Cur. de iur. pat. ver. honorificũ. q. 18.

1 Anſ. l. 7. c. 103. Pol. l. 2. tit. 31. Burc. l. 2. ca. 6. Iuo p 6 c. 26. Pan. l. 3. c. 27

e Adde quid propriè dicatur perpetuũ, & quid æternũ, not. in l. eum debere columnam. ff. de ſer. vrb. p̃d. 2 S. Antoninus par. 2. c. 1 § 22.

f Alias incipit, ſi tibi.

a Epi vtrũ hodie poſſint circa bñficiorũ pluralitatem diſpenſare.

g Sed numquid in caſu poterit legatus cardinalis? Dicit Roff bene, quòd cum tenet quòd nõ: q2 hoc ſpãliter ſedi apoſt. reſeruatur & hoc ipſe not. in ſuo libello iuris can. B.

a An plures præbendæ poſſint alicui conferri. iuxta princi. § ſed. quid dictum eſt, &c. Arch.

h De hoc & not. 21 q 1 c. 1. & idẽ ſentit H c cau. q 1 in pr. & Gof & Vin. ext. de p̃b. d multa. Arc.

quem titulari non liceat, ſed vnuſquiſque in qua titulatus eſt, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim epiſcopi diſpoſitione vnus diuerſis[a] præeſſe poſſit eccleſiis, canonicus tamen præbendarius, niſi vnius eccleſiæ, in qua cōſcriptus eſt, eſſe non debet. ¶ Si quæ tamen capellæ ſunt, quæ ſuis reditibus clericos ſubſtentare nō poſſunt, ea cura[b] ac diſpoſitio pręposito[c] maioris eccleſiæ, cui capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat, & tam de poſſeſſionibus[d], quam de eccleſiaſticis cappellarū officiis ipſe prouideat[e].

In eodem etiam concilio antiquis nouem[f] præfationibus decima addita eſt, quæ ſic habet[Aequum, & ſalutare, & te in veneratione Beatæ Mariæ collaudare, benedi. & prædi. quæ. & vnigenitum tuum S.S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.]

DISTINCTIO LXXI.

De clericis vero[g] non ordinandis ab epiſcopo alterius ciuitatis, in Sardicenſi concilio, cap. 18. & 19. ſtatutum eſt, in quo Ianuarius epiſcopus dixiſſe legitur.

¶ Clerici ab epiſcopo alterius ciuitatis non ordinentur. C. I.

Illud quoque ſanctitas veſtra ſtatuat, vt nulli epiſcopo liceat alterius ciuitatis eccleſiaſticum hominē[a] ſolicitare, & in ſua diœceſi clericum ordinare. Vniuerſi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus[h] ſolent naſci diſcordiæ: & ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat. ¶ Oſius epiſcopus dixit. Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt qui cumque ex alia parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu epiſcopi ipſius, & ſine voluntate[i] ordinare, non ſit rata ordinatio[k] eius.

[a] ¶ Hominem.] *In concilio latino legitur*: eccleſiaſticum miniſtrum ſolicitare & in ſuis parochiis clericum, &c. *Infra ead. ca. primatus. (ubi huius canonis ſententia videtur referri) legitur*, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet. *Græce autem caput iſtud, quod in latino dominum moſtanus eſt non habetur.*

Item Innocentius ad Victricium Rothomagenſem epiſcopum, epiſt. 2. c. 7.

¶ De eodem. C. II.

De aliena eccleſia ordinare clericum nullus pſumat †, niſi eius epiſcopus precibus exoratus[l] concedere voluerit.

Item ex Niceno concilio, c. 16. in fine.

¶ Qui ſine epiſcopi conſenſu ordinatur, irrita ſit eius ordinatio. C. III.

Si quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet in ſua eccleſia ordinare, cum nō habeat conſenſum[m] illius epiſcopi, à quo receſſit clericus, irrita ſit huiuſmodi ordinatio.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 20.

¶ Clericus vnius eccleſiæ in alia non ordinetur. C. IIII.

Clericos in ſuis eccleſiis conſtitutos, ſicut iam diffiniuimus, non liceat in alterius ciuitatis eccleſiis ordinari: ſed quieſcāt[n] in ea, in qua ab initio miniſtrare meruerint: exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex neceſſitate[o] ad alias eccleſias migrauerunt. Si vero quicumque epiſcopus poſt definitionem iſtam ad alium epiſcopum pertinentem clericum ſuſceperit, placuit ſanctæ ſynodo, & eum, qui ſuſcepit, & eum, qui ſuſceptus eſt tamdiu[p] excommunicatos manere, quam diu ipſe clericus reuertatur ad propriam eccleſiam.

Item Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano, l. 5. epi. 11. ſeu c. 111.

¶ Apoſtolica permiſsione vnius eccleſiæ clericus in altera valeat ordinari C. V.

Fraternitatem tuam à nobis petiſſe recolimus, vt Gratianum eccleſiæ Benafranæ diacōnum tuæ concederemus eccleſiæ cardinandum[a]. Et quoniam nec epiſcopum, cui obſecundare, nec propriam habet eccleſiam, hoſte ſcilicet prohibente, quo ſuum debeat miniſterium exhibere, petitionem tuam non præuidimus differendam. Idcirco ſcriptis tibi præſentibus eum neceſſario duximus conceden-

meratur. ff. de col. l. 1. §. 1. nec duas militias habere. C. qui mil. non poſ. l. 1. §. in poſterum. nec duos honores. ff. ad mun. libertus. §. pſcriptib.

a ¶ Diuerſis.] non conuentualib. cum enim nec canonicus in diuerſis conuentualib. eſſe poſsit, ergo multo magis nec prælatus, ita q ſit in eis canonicus.

b ¶ Cura.] 12. qu. 2. bonæ rei. Laur.

c ¶ Propoſito.] i. epiſcopo, qui eſt ordinator in cunctis, vt in cōtrario hic ſignato. 25. diſt. c. 1. Vel dic ppoſito, i. archidiacono. arg. ext. de ver. ſi quando. & ſic nec illud erit contrarium.

d ¶ Tam de poſſeſsionibus.] Arg. pro capel. vt decimæ deditæ maiori eccleſiæ ſic communicentur illis. Ar. contra 12. qu. 2. videntes[a]. 1. q. 3. c. 1.

e ¶ Prouideat.] vt dentur vni, vel ſimul vniantur, vt 10. qu. 3. vnio. de conſ. di. 1. c. 1. & ext. de præb. expoſuiſti.

f ¶ Nouem.] de conſec. diſt. 1. inuenimus.

De clericis. CASVS. Hic ponitur 71. diſt. in qua oſtendit Gratian. quod clericus vnius epiſcopi non eſt ab alio epiſcopo ordinandus, vel in eccleſia recipiendus ſine licentia & litteris ſui epiſcopi: alioquin irrita erit ordinatio & receptio, niſi cauſa hoſtilitatis fuerit ab eccleſia ſua eiectus clericus: quia tunc dum durat hoſtilitas, recipi poteſt; vt 7. q. 1. paſtoralis. Io. de Fant.

g ¶ De clericis vero.] In hac diſtin. 71. oſtendit Gratian. q Clericus vnius epiſcopi non eſt ab alio ordinādus epiſcopo, vel in aliqua eccleſia inſtituendus ſine litteris ſui epiſcopi. qđ ſi factū fuerit, irritabitur, niſi hoſtilitatis cā clericus exularet. j. e. clericos.

Illud.] CASVS. Quidam epiſcopi ordinabant & recipiebant in ſuis eccleſiis aliorum epiſcoporū clericos, eis irreqſitis: vnde cōtentiones & diſcordiæ naſcebantur: & ideo ſtatutum fuit in concilio Sardicen. ne hoc decetero fieret, niſi cum licentia ſuorū epiſcoporum: alioquin irrita erit talis ordinatio. Duo ſequentia c. plana ſunt, quæ fere idem dicunt cum iſto.

h ¶ Contentionibus.] " Nam communitas mater diſcordiæ eſt. ff. de lega. 2. cum pater. §. dulciſsimis.

i ¶ Et ſine voluntate.] Argum. expreſſum ad id quod dixi. 7. queſt. 1. placuit.

k ¶ Ordinatio. niſi poſtea ratum haberet ſuus epiſcopus[b], vt 63. diſt. Salonitanæ.

l De aliena.] ¶ Exoratus.] Sed numquid ſufficeret vt diſsimularet[c]? Non, 85. diſt. Florentinum. & 63. diſt. litteras. vt not. ſ. 7. qu. 1. placuit.

m Si quis auſus.] ¶ Conſenſum.] Ergo cum conſenſu eius poterit. C. de ſacr. ſanc. ecc. qui ſub prætextu. & expreſſo conſenſu non tacito. ff. de proc. filiusfamil. §. initius.

Clericos.] CASVS. Quæſitum fuit in Chalcedo. concilio, vtrum epō liceat ordinare in ſua ciuitate clericos alterius ciuitatis? Et diffinitum eſt q non: ſed vnuſquiſque clericus perſeueret in ea eccleſia in qua ab initio conſueuit: exceptis illis, qui cauſa hoſtilitatis & neceſſitatis ſuas eccleſias perdiderunt & ciuitates. & quicumque epiſcopus contra fecerit, excommunicatus permanebit cū eo quem ſuſcepit, donec ad ſuam eccleſiam reuertatur clericus.

n ¶ Sed quieſcant.] niſi vocentur, & eligantur ad alias eccleſias. tunc. n. auctoritate maioris poſſunt tranſire ad alias, vt 7. qu. 1. epiſcopus de loco.

o ¶ Ex neceſſitate.] ſed pone q presbyter amiſit eccleſiam ſuam, eps ciuitatem ſuam tamen remanet in aliqua parte ſui epiſcopatus: " nūquid clericus recedet, quo voluerit ſine litteris epi? Dicunt quidā q non, nam adhuc prælatus remanet amiſſæ eccleſiæ. Alij dicunt contrarium, vt dixi 7. q. 1. paſtoralis. Sed verior eſt ratio prior: quia epiſcopus adhuc non deſinit eſſe ſuus prælatus: quia nō tm̄ ratione beneficij, ſed etiam ratione ordinis eſt platus ſuus. Alij dicunt in pendenti eſſe vtrum ſit prælatus. ſi ii poſt ea liberatur eccleſia, remanet eccleſiæ prælatus. alias non. 7. qu. 1. paſtoralis. Et arguitur ad hoc extr. de cle. non reſid. fraternitati[d]. Item pone q eps dat ei licentiam tranſeundi ad alium epiſcopatum ſub ea conditione, vt ſi redierit prior eccleſia ad libertatem, redeat ad eam: nunquid eps interim eſt prælatus eius? Sic: non tamen poteſt eum excommunicare niſi forte eccleſia liberata non velit redire. licet. n. interim ſit eius prælatus, ligatam tamen habet executionem. Item ſi ad aliam eccleſiam vellet eum reuocare, non poſſet niſi ad ſuam, ex quo ei licentiam dedit: niſi ei ſub hac conditione licentiam dediſſet, vt poſſet eum quandocumque vellet reuocare. Item ſi totus epiſcopatus occupatus eſt à Saracenis: nunquid remanent clerici illius epiſcopi, cum omnes ſint in epiſcopatu alterius? Dico q remanent, ſed non habet iuriſdictionem liberam in eos. Item nūquid poſſunt eos vicini epi recipere ſine litteris eius? Sic ipſe tamen ſi epiſcopatus eius eſſet liberatus, poſſet eos reuocare, etiam ſi eis licentiam dediſſet: niſi forte licentiando eos abſolueret. Vel dic quòd prior deſinit prælatus ipſorum, vt not. 7. q. 1. paſtoralis.

p Tamdiu.] ſ. 21. q. 4. epiſcopi. Arg. ſ. 7. q. 1. c. 2. & c.

Fraternitatem.] CASVS. In eccleſia Benafrana erat quidam diaconus nomine Gratianus: quem Fortunatus epiſcopus volebat in ſua eccleſia ordinare: & eum propter hoc poſtulauit a Papa. & quia in eccleſia Benafrana non erat epiſcopus hoſtilitate faciente à quo peti poſſet diaconus ille: Papa eum ſibi ſine mora conceſſit.

a Et 16. q. 1. quicumque. Vol de hoc. Ext. de præſc. ex transmiſſa. vbi de hoc. Arch.

C. 19.

a Cōitas diſcordiā parit. b Ex iſta gl. infertur, q ratihabitio retrahitur. Cōcor. tex. in l. vero. §. ſed & ſi & ibi Bar. ff. de ſol. & l. obſeruaſ. § ſ. ff. de offic. procon. c Dicit ibi Laur ſufficere facere vt canonicum, non vt prælatum.

t Paul. l. 1. c. 64. † al. vſurpet.

a Burc. l. 2. c. 109. Iuo p. 5. c. 41 et alia verſione. b Clerici an obedire teneantur epo qui ciuitatē ſuam amiſit.

3 Anſ. l. 6. c. 125. & l. 7. c. 109. Iuo p. 6. c. 362.

d Ad idē 7. q. 1. paſtoralis. nā multa ſunt in pendēti. ff. ſi cer. pe. prouin. c. Sed argum. contra C de ſen. paſ. l. vltim. Arc.

4 Io. diac. l. 3 c. 10. Pol. 1. tit. 7. Anſe. l. 7. c. 8, 10.

a ¶ *Habitura.*] abſolute ponitur ſine verbo. 63. diſt. Agatho.
b ¶ *Licentiam.*] " Sed nunquid capitulum dum eccleſia vacat poſſet ipſum licentiare? Non: quia quædam alienatio eſt, quæ non poteſt fieri vacante eccleſia. 12. q. 2. ſi qua. de hac materia habes 24. diſt. c. 2. Io. Sed quid ſi eccleſia habet viſitatorem a? Videtur quod iſte poſſit alicentiare, vt inſt. de cur. §. vlt. nam auctoritate metropolitani debet conſtitui viſitator. Sed videtur contra quod dicit lex: quia ad ea quæ ſolennitatem iuris deſiderant, tutore opus eſt. ff. de conſen. & auctor. præſt. l. curatorem. vnde non credo hæc fieri poſſe per viſitatorem, cum ſolennitatem exigant. 10. qu. 2. hoc ius. Ioan.

" Capitulū non poteſt licentiare clericum ſede vacante.
a Sub. quod non debet conſtitui auctoritate metropolitani. Laur. quod dic, vt plene di. 61. diſt. c. vlt. & ibi de hoc.

dum habituro a licentiam b diaconum illum, noſtra interueniente auctoritate, eccleſiæ tuæ, Deo propitio conſtituere cardinalem.

6 ¶ Cardinandum.] *Antea legebatur*, ordinandum. *Emendatum eſt ex ipſa epiſtola. Cardinare vero ſeu (cardinalem conſtituere) (quod eſt in fine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepiſſe, ut canonicam tranſlationem ſignificet. Nam cum tempore S. Gregorij canon ſextus Concilij Chalcedonenſis accurate obſeruaretur, ut nullo modo daretur alicui locus in eccleſia (qui nunc titulus vocatur) niſi ſimul ad eam locum ordinaretur, cum aliquis tamen ordinatus ex neceſſitate aliqua in aliam eccleſiam transferebatur, ut in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat deſeruiret, in ſecunda dicebatur incardinari, quod ex illo nunc indicato loco patere poteſt, & ex lib. 3. epiſt. 14. & alibi. Quod etiam in epiſcopis B. Gregorius faciebat. lib. 2. indict. 10. epiſto. 6. & epiſto. 25. (quod refertur infra. 7. qu. 1. c. paſtoralis) & indict. 11. epiſt. 13. & ſequent: quod habetur infra 21. q. 1. c. relatio. de hac re Ioannes diaconus libr. 3. cap. 8. & 11. & 16. Gregorium vero Ioannes illius & ſimilis ipſe. & vocabulo in eadem notione accepto: vt ſumitur, quod ex aliquot manuſcriptis epiſtolis conſtat.*

P*rimatus.*] CASVS. Epiſcopus Vegeſelitanus ſurrexit in concilio Carthag. & ſuggeſſit concilio, vt ſtatueret ne aliquis epiſcopus vſurparet clericum vel parochianū alterius, nec apud ſe retineret ſine alterius epiſcopi licentia: cuius dictum Gratus epiſcopus approbauit: & per concilium Sardicen. confirmauit, & auctorizauit. Sequens c. patet.

c ¶ *Sine litteris.*] j. pxi. diſt. c. 2. & j. & j. 76. di. c. vlt. & j. c. prox. & j. 61. diſt. Oſius. & 85. diſt. Florentinum. in fin. & j. 63. diſt. litteras.

c ¶ *Sine litteris.*] credere tamen & teſtes ſufficere. C. de ſi. inſt. in exercendis. & extr. de cle. pere. c. tuæ. Laur.

d ¶ *Obtineat.*] " Sed nonne extraneus epiſcopus poteſt ordinare laicum de alterius epiſcopatu, cum laicus poſſit transferre domicilium quo voluerit, Dico quod ſic: ſed domicilio non translato non poteſt eum ordinare: ſicut nec alia ſacramenta ab extraneo recipere poſſet, vt de poe. di. 6. placuit. de conſe. di. 2. tribus nec peregrinari potest laicus ſine licentia epiſcopi, de conſ. diſt. 5. non oportet.

e ¶ *Eius epiſcopi.*] ſic C. de offi. ma. mi. milites. vbi dicitur, quod ſine licentia Imperatoris, &c.

f ¶ *A collega ſuo.*] Sed pone quod eum concedat: vbi dicitur iſte habere domicilium? Dic quod ſi vtrumque beneficium retinet, vtrobique b. ff. ad mun. l. Labeo. & l. aſſumptio. §. à viris prudentibus.

1 Burc. l. 2. c. 43. Iuo p. 6. ca. 144. Anſ. l. 6. c. 124.
† al. priuatus

" Laicus an poſſit ordinari à non ſuo epo.
a Ex iſto tex. infertur quòd litteræ epiſcopi ſunt authenticæ: & (ve hic) faciant fidē. Cōcor. tex. in l. monumentorum. & ibi gl. & do. C. de rel. & ſum. fun. No. Ba. Pe. & Bellap. & Cyn. in l. ſi qua p caſtinam. C. de epi. & cle. † al. net.] Orig.

3 Burc. l. 2. ca. 159. Anſ. l. 7. c. 162. Poly. l. 4. tit. 31.
b Ad hoc C. de incol. ci ues. l. ie.
4 Burc. l. 15. c. 30. Iuo p. 16. c. 31.
" Clerici de diœceſi ſūt extraneis p ferendi.

Item ex concilio Carthaginenſi 1. c. 5.

¶ Sine litteris epiſcopi ſui in aliqua eccleſia clericus non ſuſcipiatur. C. VI.

1 PRimatus † epiſcopus Vegeſelitanus dixit. Suggero ſanctitati veſtræ, vt ſtatuatis non licere clericum alienum ab aliquo ſuſcipi ſine litteris c epiſcopi ſui, neque apud ſe retinere, nec laicū vſurpare ſibi de plebe aliena, vt eum obtineat † d ſine conſcientia eius epiſcopi e, de cuius plebe eſt. Gratus epiſcopus dixit. Hæc obſeruantia pacem cuſtodit: Nam & memini in ſanctiſſimo concilio Sardicenſi ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet: Sed ſi forte erit neceſſarius, petat à collega f ſuo, & per conſenſum habeat.

Item ex concilio Calcedonenſi, c. 13.

¶ Sine litteris commendatitiis clericus extra ſuam eccleſiam non miniſtret. C. VII.

3 EXtraneo clerico, & lectori extra ciuitatem ſuam ſine commendatitiis g litteris proprij epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare.

Item ex ſermone Sancti Auguſtini ad populum.

¶ De eodem. C. VIII.

4 HOrtamur chriſtianitatem veſtram iuxta ſanctorum canonum inſtituta, vt in eccleſiis à vobis fundatis aliunde veniēs h presbyter non ſuſcipiatur, niſi à veſtræ fuerit eccleſiæ conſecratus epiſcopo, aut ab eo per commendatitias litteras ſuſcipiatur.

g E*xtraneo clerico. commendatitiis.*] j. de conſe. diſt. 2. tribus. extr. de cle. pereg. c. tuæ. & 20. q. vlt. & 19. qu. 2. duæ. & C. de epiſc. & cle. ſi qua.

H*ortamur.*] CASVS. In hoc c. monet Aug. patronos, " ne aliquem clericum in ſuis eccleſiis eligant, niſi fuerit ordinatus ab epiſcopo in cuius diœceſi ſita eſt eccleſia: vel niſi recipiatur ab eo per litteras commendatitias. Sequens c. patet per ſe.

h *Veniens.*] Hoc verum eſt, cum ille qui clericum preſentat, laicus eſt: quamdiu idoneus eſt in ſuo epiſcopatu, non præſentabit extraneum. epiſcopus eum vndecumque poſſet præſentare, vt j. 16. qu. 2. ſi quis epiſcoporum c.

c Quod no.

Item ex concilio Antiocheno, c. 7.

¶ Abſque formata clerici peregrini non ſuſcipiantur. C. IX.

NVllum i abſque formata a, quam Græci epiſtolam dicunt, peregrinorum clericorum ſuſcipi oportet.

a ¶ Formata.] *Græce eſt*, μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. *quod Dionyſius vertit* nullus peregrinorum ſine pacificis, id eſt, commendatitiis ſuſcipiatur. epiſtolis... *atque ita*...

i N*ullum abſque.* ¶] *Peregrinorum.*] Clerici peregrini large poſſunt appellari omnes, qui non ſunt de epiſcopatu ordinantis ſiue ſint clerici, ſiue laici: quia nulli taſium debent recipi ab aliquo epiſcopo ad dignitatem, vel ordines, vel alia ſacramenta eccleſiaſtica. 5. e. diſt. per totum, & ſpecialiter. e. titul. primatus. & extr. de cle. peregr. c. 2. & j. & quod omnes tales dicantur peregrini & extranei, eſt ar. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. ca. 1. & 2. Ignoti dicuntur quorū origo, vita, & ſingula ritas ſunt ignota epiſcopo, non diſtincto, ſint de eodem epiſcopatu, vel alio. 24. diſt. quando. 42. di. quieſcamus. ver. ſi enim in clero, & c. ar. 2. qu. 7. quærendum. ver. quorum vitā. ſecundum Ra. & Goff.

ext. 8 iu. pa. ſignificaſti. ſed quod j. dictum eſt per Io. per oia à Laur. approbatur cui^a fuit iſta gl. & idē p omnia ſentit H. & Io. de Fant.

DISTINCTIO LXXII.

DImiſſorias k vero litteras epiſcopus niſi rogatus, non tribuat: ſicut ſtatutum eſt in ſynodo habita Romæ. *Vnde Leo Papa.*

¶ Niſi eodem petente, nulli dimiſſoriæ litteræ præſtentur. C. I.

5 EPiſcopus l ſubiecto ſibi ſacerdoti, vel alij clerico, niſi ab ipſo poſtulatus m, dimiſſorias non faciat, ne ouis quaſi perdita, aut errans inueniatur.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 21.

¶ De eodem. C. II.

6 CLericum n alienū, niſi concedente eius epiſcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in eccleſia ſibi credita. Clericorum o autem nomen lectores, & pſalmiſtæ, & oſtiarij retinent †.

Item ex concilio Mileuitano, c. 15.

¶ In vna eccleſia ordinatus, in alia non ſuſcipiatur †. C. III.

7 PLacuit p, vt quicumque in vna eccleſia, vel ſemel eligitur q, ab alia eccleſia ad clericatū non teneatur.

q ¶ Eligitur.] *In concilio Mileuitano eſt* vel ſemel legerit, *itemque in concilio Carthaginenſi 3.* ... *In Africano autem. c. 57.* vel ſemel ſuſcepto officio legerit.

D*imiſſorias.*] CASVS. Supra in prox. diſt. dictum eſt, quod clericus ſine litteris dimiſſorijs, vel commendatitiis ſuis epiſcopi, & ſine eius licentia recipi nō debet: ideo ſupponit hanc 72. diſtinct. in qua oſtendit, quòd clerico non debet patere licentia ſine litteris dimiſſoriis: quas epiſcopus non debet dare niſi rogatus. Et caſus oēs plani ſunt.

k ¶ *Dimiſſorias.*] Hic depingitur 72. diſt. Dixerat ſupra magiſter, clericum ſine commendatitiis litteris ſui epiſcopi non eſſe recipiēdum. nunc oſtendit, quod epiſcopus non debet eas dare niſi inſtanter rogatus.

l E*piſcopus.*] ¶ *Niſi ab ipſo.*] ſcil. qui eum habere deſiderat & poſtulat: ſicut cum quis tranſit in familiam alterius, vt ff. de adop. l. 2. ſic j. 70. diſt. c. 2.

m ¶ *Poſtulatus.*] " Sunt enim quædam quæ nō conceduntur niſi cum inſtantia, vt pallium. 100. diſt. priſca. & apoſtoli. 2. qu. 6. poſt appellationem. bene accedit ad hoc, quia in præ eſt, parciſſime debet commeatum dare. ff. de re mil. officium.

n C*lericum.*] ¶ *Epiſcopo.*] ſic Cod. de eman. iubemus.

o ¶ *Clericorum autem.*] j. diſt. 1. cleros. ergo & qui eos verberat, incidit in canonem. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

p P*lacuit.*] ¶ *Eligitur.*] Arg. ex electione ius acquiri d. quidam tamen dicunt contrarium & exponunt ſemel, id eſt perfecte ita quòd confirmatus ſit. ar. extr. de of. de leg. in litteris. & etiam ſi nondum eſt tranſlatus, vt elt ar. ff. de don. qui ſaxum.

5 Anſel. l. 6. ca. 122.
6 Bur. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 14.
† al. retinet.
e conceden da tunc quę dam cū inſtantia.
† al. retineatur.
7 Conc. Afri canū. ca. 57.
8 Ex Attico ad finē concilij Chalced. Anſ. l. 6. c. 121. Iuo p. 6. c. 433.
d Qd̄ dic vt not. 63. diſt. quāto. & 16. q. 7. contra ſanctorum ibi Ioan. in te lligit hoc ca. i nomina tione. Acq. 21. Dic vt in c. ſ. cle. 1. vt lit pend.

DISTINCTIO LXXIII.

8 QValiter vero commendatitia, vel dimiſſoria, ſeu formata epiſtola facienda ſit, videndū eſt. Debet nanq; littera græca interponi

Q*ualiter.*] CASVS. Hic intitulatur 73. di. quæ in ſcholis nō legitur: quia ea quæ ibi continentur, in deſuetudinem abierunt: nec modo locum habent: ibi enim continetur qualiter & quibus litteris vel græcis vel latinis formatæ debent fieri: ſed nunc non ſic fiunt: & ideo quia in ea nulla vel modica vtilitas continetur, ideo membranas occupare non debet. 19. diſt. ſi Romanorum.

Qua

in ea epiſtola,& non ſine cauſa. Græca enim elementa litterarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos latinus formatas vocat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur: hoc à patribus 318. Nicææ congregatis ſaluberrime inuentum eſt, & conſtitutum: vt formatæ epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeant rationem, id eſt, vt aſſumantur in ſupputationem prima græca elementa patris, & filij, & ſpiritus ſancti, hoc eſt π. υ. α: quæ elementa octogenarium, & quadringenteſimum, & primum ſignificant numerum: Petri quoque apoſtoli prima littera, id eſt, π, quæ numerum octoginta ſignificat: eius quoque, qui ſcribit, epiſcopi [† al. epiſtolæ.] *prima littera, cui ſcribitur, ſecunda littera, accipientis, tertia littera, ciuitatis quoque, de qua ſcribitur, quarta, & indictionis, quæcunque eſt illius* [† al. id.] *temporis, numerus aſſumatur. Atque ita his omnibus græcis litteris, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcunque fuerit collata, ſummam epiſtola teneat: hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſſe*[† al. expreſſam.]. *Addat præterea ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui ſecundum græca elementa ſignificat ἀμὴν.*

¶ Exemplar formatæ epiſtolæ, quæ in Nicæna ſynodo à 308. Patribus facta eſt. C. I.

[1 Burc. l. 2. c. 227. Iuo p. 6. c. 434 ſimile quiddā multoque magis, c. 435.]

1 IN nomine patris. π, & filij. υ, & ſpiritus ſancti. α. π. Vualterio Spirenſi epiſcopo. Ego Burchardus ſanctæ Vuormacienſis eccleſiæ deuotus, gregis Chriſti famulus, in Deo vero ſummæ felicitatis beatitudinem. Cum ſancta catholica eccleſia prompta ſit ſequi documenta Euangelica, quæ dicunt [Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedem prophetæ: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, &c.] [Matth. 10. Rom. 12.] & Apoſtolus iubeat hoſpitalitatem ſectari, & neceſſitatibus ſanctorum virorum communicare: tamen propter eos, qui cauteriatam habent ſuam conſcientiam, dicentes ſe eſſe ſimplices, cum ſint aſtutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dicunt ſe de loco ad locum tranſire, cum ſint, ſua malitia faciente, fugitiui, & dicunt ſe eſſe miniſterio ſacro inſertos, cum non ſint, ſtatutum eſt à ſanctis patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo epiſcopo & inthronizari in ſua eccleſia, niſi habeat à proprio epiſcopo epiſtolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati [† al. paternitati.] veſtræ, quòd præſens frater noſter harum litterarum portitor nomine Hermanus [† Sceleſtius.] Burc.] non pro ſua nequitia expulſus eſt à nobis: ſed poſtulantibus fratribus, eo quòd ex familia noſtra fuit, & noſter baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in [† al. à] cornu altaris canonice, & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimiſſorias, ſiue commendatitias litteras facimus, & eum ad veſtram dilectam fraternitatem dirigimus, vt in veſtra parochia ſub veſtro ſacro regimine, & defenſione conſiſtere valeat. Ego, inquam, Burchardus, humilis epiſcopus in nomine patris, ſ [† al. patris π. & filij υ. & ſpiritus ſancti α.] & filij, & ſpiritus ſancti, & in vnitate ſanctæ eccleſiæ, in qua Petro datum eſt ius ligandi, atque ſoluendi, abſoluo Hermanum presbyterum, de ciuitate Vuormacienſi indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacumque eccleſia vultis veſtræ parochiæ. ¶ [2] Hanc ergo epiſtolam græcis litteris hinc inde munire decreuimus, & annulo noſtræ eccleſiæ firmare cenſuimus. [2 Iuo p. 6. c. 434. ſimile.] Fraternitatem veſtram Chriſtus nobis incolumem conſeruet α π υ α π β ε ζ ξ ἀμὴν Data Vuormaciæ. Idib. Martij, anno Dominicæ incarnationis, M XII. Indictione X.

a ¶ Conſeruet.] *In hoc & ſequenti capite ea tantum ſunt emendata, quæ exemplarium auxilio reſtitui poterant. Ceterum quæ hoc loco ſequuntur, etiam apud Burch. ſunt deprauata. Facile autem reſtitui poſſent ex regulis initio diſtinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime reſpondet exemplum ab Iuone allatum par. 6. cap. 435. ſi litteræ, in extremo 34. capitis poſitæ, ponantur loco earum quæ in ipſo 435. aſſeruntur. Addita enim illa dictione, ἀμὴν, reſultat numerus ibi notatus, id eſt, IↃCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum capit. 434. ſi vbi nunc ſumma eſt 1530. fiat 1430. ſatis ſit locum indicaſſe.*

Q[Varitur.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat magiſter, quòd clerici nō ſunt ad ordines cōpellendi. Secunda, ibi, Sacr. Tertia ibi, Verum, Ioa. de Fan. CASVS Suprà in pluribus locis facta eſt mentio de promotione clericorum. Sed quia clerici quandoque nolunt promoueri: ideo Grat. annectit hanc 74. di. in qua quæritur, an aliquis inuitus ſit promouendus. Et hoc ordine procedit. Primo probat, quod clerici inuiti promoueri non debent per duo prima ca. poſtea probat contrarium: deinde ſolutionem dat infra ead. §. verum. [3 Anſ. l. 6. ca. 112.]

¶ Incipit epiſtola formata à 318. epiſcopis, & ab Attico Conſtantinopolitanæ vrbis epiſcopo edita. C. II.

3 SAnctiſſimo in Chriſto fratri ſumma dulcedine charitatis amplectendo. A. illius ciuitatis epiſcopo, ν. illius eccleſiæ præſul perpetuæ beatitudinis optat in Chriſto ſalutem. π. υ. α π. De cetero nouerit ſancta fraternitas veſtra, quòd iſte clericus Hermanus nomine, noſtra in parochia inſtructus, ac detonſus paruitatem noſtram rogauit, quatenus illi commendatitias litteras conſcriberemus, quibus veſtræ celſitudini commendatus, ſub tuitione veſtri regiminis degere poſſet: cuius voluntati conſentientes, ſecundum canonicam auctoritatem litteras ei dimiſſorias dedimus, per quas & ipſi concedimus, vt ſub veſtro magiſterio diuinæ ſeruituti inſiſtens ſuæ deſeruiat vtilitati, & vobis licentiam tribuimus, vt, ſi dignum eum iudicaueritis, ad ſacros ordines promoueatis. Cōmendatum ergo eum curæ veſtræ ſuſcipite, & noſtris ex partibus abſolutum in veſtrarum ouium numero cuſtodite. Quas litteras, vt vigore veritatis firmatæ, indubitanter à vobis ſuſcipiantur, litteris græcis, vt canonica docet auctoritas, cōfirmare ſategimus. Sancta Trinitas veſtram beatitudinē ad regimen ſanctæ ſuæ eccleſiæ perpetualiter bene valere concedat, ἀμὴν. vel ſic, ς ϡ. (quæ eandem ſummam exprimunt) indictione x. Continet hæc formata epiſtola ſummā numeri. M.CCC XV. [† al. in 925.] Y, græcam in nomine illius primam ponimus: quia græci eam in quibuſdam locis pro, u, conſonante ponunt, ſicut eſt Δαυὶδ & εὐαγγέλιον.

a ¶ Ab Attico.] *Antea legebatur, abbatibus. Reſtitutus eſt locus ex coniectura (quod perraro factum eſt) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

b ¶ ἀμὴν. vel ſic, ς ϡ.] *Addita ſunt hæc ex aliquot vetuſtis exemplaribus, & vtriuſque iſtius notis idem numerus nonageſimus nonus ſignificatur. In codicibus vero impreſſis vel nihil erat, vel dictio, amen, latine ſcripta, in qua nulla eſt numeri ſignificatio.*

DISTINC. LXXIIII.

1. ps Q*Varitur* [a] *de his, qui ab epiſcopis ſuis promoueri* † *contemnunt, an inuiti ſint ſublimandi, an non.*

De his ita ſtatutum inuenitur in concilio Aurelianenſi, 3. c. 7.

a ¶ Quæritur.] Hicde pingitur 74. diſt. in qua quæritur [a] an quis inuitus ſit ordinandus: & præceſſe cōtinetur in quibuſdā c. quod non, in quibuſdam quod ſic, vt. ſ. de nolentib. fiant volentes. cū ergo nec aliquis vult promoueri, nec neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ exigant: nō eſt cogendus, vt infra 40. ca. 1. & 2. ſi autē neceſſitas eccleſiæ hoc exigit, cogitur, iuxta illud quod hēs infra e. ca. 3. & 4. & 23. q. 4. duplicē. ſi autē exigat vtilitas eccleſiæ, tūc dēt cogi: iuxta id quod hēs. infra ea. ca. vlt. [a] Hæc tn̄ diſt. vr reprobari infra eo. ca. epiſcoporū. & ext. de æta. & qual. or. quæris. & ideo dici poteſt omnia hæc referēda ad arbitriū iudicis. Præterea quā dices quod vtilitas ſit, & non neceſſitas? Tunc dico vtilitatē eſſe tm̄ cū eccleſia indiget promotione aliquorū qui nolunt promoueri, & tn̄ aliqui ſūt in eadē eccleſia qui promoueri pñt, vt infra e. ca. vlt. Tunc autē dico neceſſitatem eſſe, quā eccleſia indiget promotiōe aliquorū: nec alij ſunt in eccleſia qui digne pñt promoueri, vt infra eo. c. 4. Si vis diſtinguere ſecundum diſt. H. ſ. ſi quis ſit promouendus: dic quòd promouendus ad dignitatem cogitur per ſubtractionem beneficiorū. Alij dn̄t, quod per attractionem etiā corporis ad ordines, vt infra 1. q. 6. ca. vlt. & 8. q. 1. in ſcripturis. 23. qu. 4. diſplicet. ſi eñ ſit ip inuitus, non cogitur. 20. q. 3. præſens infra e. c. vbi. [b] Inuitis. n. nō ſunt dandi honores. ff. de decur. l. 2. & 3. §. vlt. Sed promouendus ad ordines, vel honores ſuadente vtilitate, tm̄ cogitur ſecundū quod hēs infra ea. ca. vlt. ſ. quod maiores ſunt pluribus beneficiis honorandi, vt ibi dicetur. Neceſſitate cogente cogitur ſuſpenſione ab officio. infra ca. ſi qui. & cap. placuit. [c] In quo intelligo & priuationem beneficij. regulariter. n. vno ſubtracto & reliquum eſt ſubtractū. vt 81. di. ſi quis amodo. Credo tamen

[a Ordinandus eſt qui inuitus ſuadente vtilitate aut neceſſitate.]

[a Vbi de hoc in glo. 1.]

[b Honores nō ſunt inuitis dandi.]

[c Officio ſubtracto ſubtrahi debet beneficium. † al. ordinari]

tamen quòd debeat præcedere ſuſpenſio ab officio, quaſi quædam excommunicatio, quam ſi contemnit, ſequitur beneficij ſubtractio, vt 60. diſt. innouamus. 23. q. 4. ca. forte. Si vero nec neceſsitas nec vtilitas exigit, non eſt cogendus: & ſi epiſcopus eū cogat, videtur cauſa odij & ingratitudinis eum cogere. j. c. epiſcopus. & c. geſta. Quidā tamen volunt remouere diſtinctionem de neceſsitate & vtilitate, arg. j. c. epiſcoporū. & dicunt quòd diuerſi canones diuerſas pœnas imponunt nolentibus promoueri: & eſt in arbitrio epī quam imponat. Alter tū ſolui tur hæc contrarietas extra de æta. & quali. quæris. Ioa. Quidquid dicat Ioan. decre. illa, quæris. dicit quòd cogi poſſunt, ſi vtilitas vel neceſsitas exigat, per ſubtractionem officij & beneficij. & tunc dico vtilitatem eſſe eccleſiæ, cum ille qui promoueri petitur, vtilior eſt in officio quam alter qui iam eſt promotus: & vtile eſt plures eſſe in eccleſia in eodē officio. Neceſsitas eſt cum iam promotus non ſufficit: vel non eſt aliquis promotus. B.

E*piſcopus.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̄ epiſcopus nō debet promouere aliquem inuitum vel reclamantem, quod ſi fecerit, à celebratione Miſſarum ſuſpenſus, annuæ pœnitentiæ ſubiacebit.

a ¶ *Qui inuitum.*] aliquo indicio alio quam voce voluntatem oſtendente.

b ¶ *Aut reclamantem.*] voce vel ſigno. 50. diſ. ſi qs diaconus. quãuis enim eſſet inuitus: ſi nec voce nec aliquo iudicio reclamaret, præſumeretur voluntarius. 54. diſt. ca. ſi ſeruus. aut reclamantem ſigno ſaltem. " nam & per ſigna ita apparet voluntas, ſicut per vocem [a]. 32. q. 5. nec ſolo. 20. q. 2. c. 1. & 2. Et ſic no. differentiam inter inuitum & reclamantem, vt ff. de ſer. vrb. præd. inuitum.

¶ Annuæ ſuſpenſioni ſubiaceat epiſcopus, qui inuitum ordinare præſumit.

C. I.

EPiſcopus, qui inuitum [a], aut reclamantem [b] præſumpſerit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus Miſſas facere non p̄ſumat [c].

Item Gregorius Natali epiſcopo Salonitano, in 1. lib. reg. epiſt. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. C. II.

GEſta [d], quæ nobis in concilij veſtri confecta ſecretario [e] direxiſtis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur †, plena eſſe cognouimus ſemine iurgiorum: cum vno eodemque tempore vna perſona [f] volens ad ſacerdotij ordinē prouehitur, quæ [g] tamquam immerita à diaconatus officio remouetur. Et ſicut iuſtum eſt, vt nemo creſcere [h] compellatur inuitus: ita cenſendum puto ſimiliter, ne quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio deiiciatur iniuſte.

Contra innenitur in conc. Carthag. c. 31.

¶ Qui ab epiſcopis ſuis promoueri contemnunt, à locis ſuis deiiciantur.

C. III.

SI [a] qui clerici ab epiſcopis ſuis promoueri contempſerint, nec illic maneant, vnde recedere [i] noluerunt.

a ¶ Si qui.] *Verba huius cap. ſunt tituli ſeq. cap. placuit. qui eſt proprie canon 31. concilij Carthaginen. in cod. canonum & apud Gratian.*

¶ De eodem. C. IIII.

PLacuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro [a] neceſsitatibus eccleſiaſticarum † rerum non obtemperauerint epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorem in eccleſia ſua promouere: nec illic miniſtrent in ſuo gradu, vnde noluerunt recedere.

a ¶ Pro neceſsitatibus.] *Græce eſt*, διά τινας ἀνάγκας τῆς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν *id eſt*, ob quaſdam cogentes cauſas ſuarum eccleſiarum.

Item ex concilio Agathenſi, c. 23.

¶ Poſteriores prioribus epiſcopi non præponant. C. V.

EPiſcoporum [k] etiam, quorum vita non reprehenditur, poſteriorem priori nullus præponat, niſi † forte ſuperbia elatus, quod pro neceſsitate eccleſiæ epiſcopus iuſſerit, implere contemnat.

2 ¶ Sane [l] ſi officium Archidiaconatus † propter ſimpliciorem [m] naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci ſui nomen teneat, & ordinationem [n] [a] eccleſiæ, quem elegerit epiſcopus præponendum.

a ¶ Et ordinationem.] *Quamuis in veteribus concil. orum editionibus Coloni. enſibus legatur* & ordinatione eccleſiæ, quem elegerit epiſcopus, præponatur: *tamen in vetere ſolemnitenſi duobus Pariſienſibus & duobus codicibus conciliorum Vat. canis eſt eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 2. epiſt. 34.

¶ In quo loco quiſque ordinatus eſt inuitus teneri non debet. C. VI.

QVorumdam ad nos relatione peruenit Coſinam, qui ex monacho monaſterij ſanctæ Luciæ à deceſſore veſtro memorandæ † memoriæ Maximiano in

i ¶ *Recedere.*] Non quòd amittat quis ordines inferiores ſi promoueatur ad maiores, ſed dicitur recedere quo ad executionē ſolennem: quia non ita ſolenniter exequitur quis inferiores ordines, vel recedit quo ad appellationem. Quod recedat à priore, eſt ar. 37. diſt. qui de menſa. 92. diſt. c. in ſancta. Sed (vt prædixi) recedit quo ad onus [c], non quo ad honorem: argu. opt. ff. ad mun. l. municeps. " Sed quid ſi ſe dicit criminoſum, eſt ne ei credendum: videtur q̄ non: quia mota iam ſibi controuerſia hoc dicit: argu. ext. de teſti. licet. extr qui matr. ac. poſ. cum in tua. & ca. peruenit. Sed dic ei credendum. extra de æta. & quali. quæris à nobis. Similiter ſi ſe dicit inſufficientem, audiendus eſt, arg. j. co. epiſcoporum. alias ſi non audiatur eius excuſatio, poteſt appellare. C. de app. ci. es. & l. qui ad ciuit.

E*piſcoporum.*] CASVS. Quidam epiſcopi vel prælati præponebant clericos poſteriores tempore vel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitum fuit in concilio Agathenſi, ne hoc de cetero fieret, niſi in duobus caſibus ſcilicet ſi prior contemneret ordinari, vel nimis eſſet ſimplex in quibus caſibus ille minor præponetur, quem epiſcopus elegerit præponendum. Vel aliter, hoc capit. duas habet partes. Prima loquitur de promouendo, in quo caſu minor maiori, vel poſterior priori non eſt præponendus, niſi prior obedire cōtemnat. Secunda pars loquitur de archidiacono iam promoto: q. ſi eſt nimis ſimplex, habebit tantum nomē archidiaconatus, & alius quem epiſcopus elegerit præponendum, habebit adminiſtrationem. Secunda pars incipit ibi, *Sane.*

c ¶ *Non præſumat.*] nihilominus deponetur, vt j. eo vbi.

G*eſta.*] CASVS. Natalis epiſcopus cum haberet archidiaconem ſuum exoſum nomine Honoratum, quia contradicebat ſibi, ne vaſa ſacra parentibus largiretur; illum inuitum vno eodemque tempore in ſacerdotem promouit: & ab archidiaconatu remouit. Quod cum ſignificatum eſſet Gregor. & cum deprehenderet quod hoc malo zelo factum fuiſſet, reprehendit epiſcopum, dicens quòd ſicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet eiici ſine culpa.

d ¶ *Geſta.*] Hoc c. & c. Honoratus. loquuntur de eadem materia: & idem eſt caſus vtriuſque.

e ¶ *Secretario.*] aliter ſumitur 23. diſt. non oportet.

f ¶ *Perſona.*] Arg. " non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur. arg. 24. q. 1. miramur. & di. 44. nulli liceat ff. de ſenatuſcon. qui indignus & cui interdicitur pomerium, & c. n. de capor. cui pacto. ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. vlt.

g ¶ *Quæ tamquam.*] i. illa. Arg. " quòd contraria allegans non eſt audiendus. 13. q. 2. quam præpollentia. de conſec. diſt. 2. etenera. 23. q. 7. c. 3. extra de appel. ſolicitudinem.

h ¶ *Creſcere.*] Argu. " quòd monachis vel canonicis inuitis diſtrictior vita non poſsit [b] imponi. arg. 15. q. 1. non eſt. & 20. q. 3. præſens. Ioa. 32. q. 1. integritas. B.

CONTRA. CASVS. Hucuſque probauit, quòd aliquis non ſit promouendus inuitus. modo vult probare cōtrarium per quatuor ſequentia cap.

S*i qui.*] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Carthaginenſi, quam pœnam debeat pati clericus, qui propter neceſsitatem eccleſiæ ad maiores ordines recuſat aſcendere. Et reſpondet quòd debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit. Idem eſt caſus ſeq. c.

k ¶ *Epiſcoporum.*] ſic conſtrue. Nullus epiſcoporum præponat poſteriorem priori, quamuis poſterior ſit de numero eorum, &c. Et nota ſecundum opi. H. quòd prior debet ſemper eligi, & de priori, vt dicit, ſufficit ne malus exiſtat, licet poſterior melior ſit, vt j. 75. cap. vlt. Alij dicunt ſemper meliorem præferendum, etiam ſi poſterior ſit. arg. 16. diſt. 6. ſynodus. verſ. prima.

l ¶ *Sane.*] hanc litteram intelligunt quidam de promouendo, & etiā totum c. [c] & ita aſsignãtur duo caſus in quibus poſterior præfertur priori, ſcilicet cum renuit prior promoueri, vel cum eſt ſimplicior quam eſſe debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille ſcilicet poſterior, tenebit nomen loci ſui, id eſt, debiti ſibi priori, vel debiti ratione prioritatis.

m ¶ *Propter ſimpliciorem.*] 7. q. 1. quia. & c. petiiſt contra, ſ. diſtinct. 39. Petrus. & diſt. 47. de Petro.

n ¶ *Et ordinationem.*] id eſt, adminiſtrationem. & dicit Archid. ſcilicet dandi, " & ita ſimplicitas impedit promouendum [d], ſed non deiicit iam promotum. Si vis intelligere de iam promoto, dic ille ſcilicet ſimplex, tenebit, id eſt, habebit honorem & dignitatem: quia non remouebitur, ſed dabitur ei coadiutor, & hoc eſt quod dicit, & ordinationem, id eſt, adminiſtrationem teneat ille quem elegerit epiſcopus [e].

Q*uorumdam.*] CASVS. Maximianus epiſcopus Syracuſanus ordinauit in eccleſia ſanctæ Luciæ Coſinam monachum in ſubdiaconum. Poſtea Ioan. fecit eum presbyterum, qui ſucceſſor Maximiani fuit, & poſuit eum in poſſeſsione quæ dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate & triſtitia affligebatur intantum, vt vitam ſibi pœnam exiſtimaret: propter quod ſupplicauit Papæ vt priſtino loco reſtitueretur. Scribit ergo Papa Ioanni ſucceſſori Maximiani quatenus eum in priſtinum ſtatum reducat, niſi iuſta cauſa ſit iratus contra epiſcopum, & ſi eſt aliqua cauſa culpæ, præcipit ſibi, vt eam ſibi inſinuando manifeſtet.

a ¶ Syrac

3 Pol. l. 2. tit. 33. Iuo p. 6. c. 379.

† *al. addicitur.*

a In codice canonum.

3 Iuo par. 5. c. 42.

4 Burc. l. 2. c. 178. Iuo p. 6. ca 42 Anſ. l. 6. c. 103.

† *eccleſiarum non obtemperauerint.*

" Voluntas manifeſtatur ſignis & voce.

a Ad idem extr. de ſpōſ. cum apud. Item adde Bal. in l. quãuis. C. de impub. & al. ſubſt.

" Indignus minoribus ad maiora non promouetur.

" Contraria allegans audiri non dēt.

" Monachis inuitis, an diſtrictior vita poſsit imponi.

b Hoc aſſerit nunc ponunt T. & B. extr. pe cleri. vel mo relatum.

3 hoc dēm forte verum eſt in clericis non profeſsis Arc.

c Onus. vnde non immeritē neceſsitate non poſſet compelli in inferiori miniſtrare. Pan. cap. 3. de vi. & ho. cle.

" Criminoſum ſe dicēti, an ſit credendum.

† *al. ac.*] Ori.

† *al. ... archidiaconum*

† *al. memoranda.*

" Poſterior in duobus caſibus ſit priori præferendus.

" Simplicitas promouēdū impedit

d Adde quis dicatur ſimplex, not ... l. 1. in pr. & de ædil. ed.

e Secundum iſtam ſententiam vlt. videtur quòd coadiutor à ſit platus, & ſic videtur contra, quod ... de cle. egr. c. 3. vbi dīt T. Gof. & B q coadiutor prælatus ei quo habet curam animarū, vtili & c. tit. tua. ibi lat. ...

eccleſia Syracuſana [a] factus ſubdiaconus, atque à vobis poſtea in poſſeſsione, quæ Iuliana dicitur, presbyter eſt ordinatus, ita nimia triſtitia, & loci qualitate [b] vehementer afflictum, vt vitam ſibi pœnam exiſtimet, & cōtritionis † ſuæ fugam quærat auxiliū. Et ideo [c], quia tales erga ſubiectos noſtros [d] debemus exiſtere, quales nobis, ſi ſubiecti fuiſſemus, noſtros volueramus eſſe præpoſitos [1] magnæ benignitatis eſt, ſi eum in eccleſiam, vbi ſubdiaconi eſt functus officio, ſanctitas veſtra reducere, atq; illic presbyterum voluerit conſtituere Cardinalē. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis: ſi tamen nihil eſt, quòd iuſte contra ipſum animos veſtros exaſperet. Si vero aliqua culpa eſt, ſuis nobis hoc epiſtolis veſtra fraternitas, vt ſcire poſſimus, inſinuet.

[3] Verum illud Gregorij de his intelligendum eſt, qui non cauſa neceſsitatis, ſed cauſa ingratitudinis callide ab epiſcopis ſuis promoueri quæruntur. Illud autem: Carthaginenſis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare epiſcopis ſuis propter neceſsitatem eccleſiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc diſtinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui ſcribens Ioanni epiſcopo Rauennati, epiſt. 2. ait inter cetera.

¶ Non eſt aliquis inuitus ad epiſcopatum pertrahendus. C. VII.

VBi iſta didiciſti, quæ in fratrem, & coepiſcopum noſtrum Gregorium non dilectione †, ſed inuidia perpetraſti? quem inexcuſabili violentia pertrahi ad te paſſus es, atque vexari, vt ei honorem [e] tantum, non per animi tranquillitatem, ſed per amentiam, ſicut dicendū eſt, irrogares? Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate concilij. Nolumus exaggerare, quod geſtū eſt, ne cogamur iudicare, quod dignum eſt. Nam priuilegiū meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. *& infra* [3]. ¶ [4] Denuntiamus autem, quòd ſi poſthac quidquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu epiſcopum, ſeu presbyterum, ſeu diaconum, inuitum [f] facere forte credideris, ordinationes tibi Rauennatis eccleſiæ, vel Aemilienſis noueris auferendas.

Item Gregorius Antonino ſubdiacono; lib. 2. epiſt. 16. indictione 10.

¶ De eodem. C. VIII.

HOnoratus archidiaconus eccleſiæ Salonitanæ [g] à ſanctæ memoriæ deceſſore meo, miſſa ſupplicatione popoſcerat: vt ab antiſtite ſuo inuitus proueheri ad fortioris gradus ordinem contra mortē nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri ſibi non prouehendi gratia, ſed cauſa ingratitudinis [h] perhibeat. Pro qua re tunc iam ſanctæ memoriæ deceſſor noſter ſcriptis ſuis Natali fratri, coepiſcopoque noſtro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumq; & à nobis hæc eidem ſummopere fuerint interdicta, non ſolū mandata Dei negligens, ſed & ſcripta noſtra contemnens, præfatum archidiaconum quaſi ad fortiorem honorem [i] prouehens, conatus eſt arte callida degradare. Vnde actū eſt, vt eo de archidiaconatus loco ſummoto aliū aſciſceret qui eius obtemperare [2] moribus potuiſſet. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antiſtiti ſuo aliunde diſplicere non potuiſſe, niſi quod cum vaſa ſacra ſuis dare parentibus prohibebat. Quam cauſam ſubtili voluimus, & tunc ſanctæ memoriæ deceſſor meus, & tunc ego indagatione diſcutere, ſed ipſe ſuorum ſibi actuum cōſcius [k], perſonam ad iudicium poſtpoſuit deſtinare. Proinde experientiam tuam præſentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem, coepiſcopum noſtrum ſaltem tot ſcriptis [l] admonitum ſtudeat adhortari, vt ſupra memoratum archidiaconum in ſuo ſtatim loco ſuſcipiat. Quòd ſi facere hoc contumaciter, vt conſueuit, forte diſtulerit, vſum ei pallij, qui ab hac ſede conceſſus eſt, ex auctoritate

a ¶ *Syracuſana.*] quæ monachorum eſt, ſicut & Cantuarienſis. Et ita non eſt arg. hic, [a] q monachus poſsit eſſe ſecularis canonicus: licet enim poſsit eſſe prælatus; tñ non ſpē præbendam habere quæ priuatæ eſt vtilitatis. H. contra ſentit, vt dixi 63. di. ca. 2. & 16. q. 7. in nona.

b ¶ *Qualitate.*] arg. q ſi quis translatus eſt de vna eccleſia in aliam eccleſiam, & deceptus eſt qualitate loci, reſtituendus eſt. [b] Et ita error qualitatis diſſoluit matrimonium ſpiritale [a], & adde quod dixi 23. diſt. cap. communis.

c ¶ *Et ideo.*] vt in auth. vt cum, de ap. cog. §. conſiderare. col. 8.

d ¶ *Subiectos noſtros.*] ſic 95. diſt. ecce. 22. q. 5. de forma.

VERVM. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua ſoluit & dicit q præciſe non eſt quis compellendus ad aliquam dignitatem. & hoc probat tribus auctoritatib. Ioa. de Fan. CASVS. Soluit Gratia nus prædictam contrarietatem, dicens quòd illud c. geſta. intelligitur de his qui nō cauſa neceſsitatis, ſed cauſa odij volunt clericos promouere. Illa vero caſi qui. & placuit. intelliguntur de his clericis qui cauſa neceſsitatis contēnunt promoueri. Et hanc diſtin. probat ſeq. c.

VBi.] CASVS Ioan. eps Rauennas cōſecrauit quendam Gregorium inuitum in epiſcopum, de quo conqueſtus eſt Papæ: quare Papa ſcribit archiepiſcopo, & redarguit eum ſuper hoc, & ſi de cetero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Aemilien. eccleſiæ. Nam priuilegium meretur amittere, &c.

e ¶ *Honorem.*] [c] Hic patet, quod licet qs coactus ordinetur, tamen recipit ordinem. argu. 1. qu. 1. quod quidam. & 45. diſt. de Iudæis. Sed ſi abſoluta eſſet coactio, tunc nullum reciperet ordine, vt ext. de bapt. maiores. Sed nūquid ille qui conditionali coactione ordinatus eſt, tenetur cōtinere? vt quòd ſic, vt 45. di. de Iudæis. Item quia coacta voluntas eſt voluntas, vt 15. qu. 1. merito. maxime ſecundum illos qui dicunt, quod ordini ſit votum annexum, vt 27. diſt. diaconus. 84. diſt. cum in præterito. [1] Dicunt quidam [b], q talis teneatur continere, & licet non debeat quis cogi ad recipiendum ordine, tamen receptum cogitur ſeruare. Sed hoc non credo vbi metus talis eſt, qui cadit in conſtantem virum, vt extr. quod me. cau. c. prælatum. & c. cum dilectus. quia integritas eſt res voti, & non præcepti. 32. q. 1. c. integritas. & continentia non debet eſſe niſi voluntaria, vt 31. di. c. ante triēnium. & 20. q. 2. ca. præſens. nec dico talem in aliquo habere priuilegium clericii: ſi tamen vult vti eo, poteſt: ſed tunc continere tenetur. Secus autem in baptiſmo, quia illud eſt ſacramentum ſalutis & neceſsitatis, ideo illud cogitur retinere, vt in c. de Iudæis.

f ¶ *Inuitum.*] ſ. 23. q. 4. diſplicet tibi. contra. ſ. 1. q. 6. ſicut is, & contra, & ſ. 7. q. 1. ſcias. [c] C. de epiſ. & cle. l. ſi quemquam. contra. Sed dico, q ſeu. per ab initio debet eſſe inuitus, vt dixi ſ. 8. q. 1. in ſcripturis. Ioan.

HOnoratus. CASVS. Archidiaconus Honorat[us] contradicebat epiſcopo Natali, ne ſacra vaſa conſanguineis daret, propter quod vt eum callide degradaret, volebat ipſum inuitum compellere ad ſacerdotium, quod anteceſſor Grego. prohibuit ſibi per ſcripta ad ſupplicationem dicti archidiaconi: ipſe vero contemnens eius prohibitionem, & etiam Greg. Honoratum inuitum in ſacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eum eiiciens, alium loco eius ſubſtituit, qui ſuis moribus obtemperaret, propter qd Honoratus conqueſtus eſt poſtea Greg. Grego. vero cum ſæpe citaſſet Natalē vt Romam veniret, & ipſe ſemper contemneret, commiſit Antonino ſubdiacono, vt pgens in Saloniā moneat epiſcopum Natalem, quatenus Honoratum in archidiaconatu reſtituat, quòd ſi facere contempſerit auctoritate Apoſtolica primo ei vſum palij auferat [3] & ſi adhuc contumax fuerit, communione corporis, & ſanguinis Chriſti priuetur.

g ¶ *Salonitanæ.*] ſ. 93. diſt. miratus.

h ¶ *Sed cauſa ingratitudinis.*] qui alium propter odium, vel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenetur ei ad omne damnum quod ei inde accidit. C. ſi prop. pub. creat. fact. ſit. l. 1. lib. 10.

i ¶ *Honorem.*] nam dicit lex, q ex quo quis, promouetur ad maiorem dignitatem, amittit priorem. C. de primic. l. 1. li. 12. Et eſt arg. ff. ad mu. l. municeps.

k ¶ *Conſcius.*] arg. quod qui vocatus non venit, hoc ipſo videtur diffidere de cauſa. 11. qu. 1. Chriſtianis. 3. qu. 9. decernimus.

l ¶ *Tot ſcriptis.*] ar. hic, [a] q nemo puniendus eſt pro prima contumacia. 92. diſt. ca. vlt. & 84. di. ca. 1. ſed fieri debet prout canon dicit. 23. qu. 4. forte. quod non eſt verum, vt dixi 4. q. 5. quiſq; [d]. In hoc conueniunt T. Hug. & Iac. q puniri debet in expenſis citatus ſi in prima citatione non veniat, licet ius requirat trinam citationem, vt 24. q. 3. de illicita. & C. quo. & quan. iu. aut. qui ſemel. Nec dicitur antea contumax quantum ad excommunicationem [e], vel miſsionem in poſſeſ. [f] nem: puniri tamen debet in expenſis ſi prima citatione non venit [f]. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. vni. & ita in publico conuentu reſponderunt Iac. & H. Et eſt argu. contra ſententiam quam not. 4. quæſt. 1. in ſumma. Nam ſi poſt contumaciam infamis eſſet, non retineret eccleſiaſticam dignitatem. C. de dignit. l. 2. lib. 12. extra de exceſſ. prælat. inter.

[b] Monachus non poteſt eſſe ſecularis canonic[us].

[b] Error qualitatis diſſoluit matrimonium ſpirituale.

a Idem dicetem in ſocio Lau. & facit pro reſtōe illius arg. ff. de adop. & ſi pubes l. de F.

† al. contriſtationis.

1 Adde tex. i l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ff. de iu. & iur.

2 Pol. l. 2. tit. 33. Anſ. l. 6. c. 66. & 67. Bur. l. 1. c. 29. Iuo par. 5. c. 110.

† al. electione

[c] Ordinatus coacte an ordinem recipiat, & cōtinere dē.

b Vt Lau. de hoc ſatis no. Gof. & Ray in ſuis ſum. vt dixi ſ. 45. di. de Iudæis. ibi v. deas. & not. extr. de bap. maiores §. vlt.

3 cōcor. tex. in l. qui ſunt. ff. de ne. ge. & l. Iudæos. C. de pa. ſacri. & temp.

4 ... q. 3. c. priuilegiū. ... q. 2. ca. de ... mandatum ...

c Vbi de hoc plene habetur.

5 Anſ. l. 7. ca. 75.

[a] Contumacia prima, an faciat aliquē puniri.

d In glo. ſed obuenit ibi videas propter id quod ſequitur.

e Arg. cōtra infra 24. q. 3. ſi quid potētibus v... de hac c.

f Adde ad hoc Bar. Bal. & Alb. & Ro. in l. ſine cenſu. C. de iudi.

ſedis Apoſtolicæ contradices † [a]. Quem ſi etiam amiſſo pallio adhuc [b] in eadem pertinacia perſeuerare perſpexeris, dominici quoque corporis, & ſanguinis eumdem antiſtitem participatione priuabis [c].

Adhibenda eſt etiam diſciplina, qua nolentes promoueri ad ſacros ordines, ad obediendum epiſcopis ſuis prouocentur. In minoribus ſiquidem ordinibus conſtituti, paulatim per ſingulos gradus ſunt prouehendi, vt contemnentes ſuis obedire epiſcopis, doleant ſibi eſſe prælatos, quos prius habeant ſubiectos.

Vnde Gelaſius ſcribit Victori epiſcopo †.

¶ Cum maiores ordinari contempſerint, de minoribus promoueantur ordinibus.

C. IX.

CONſuluit dilectio tua de ſuorum promotione clericorum, perhibens, quòd diaconi ad presbyterij gradum (quo eccleſiam tuam memoras indigere [d]) venire detractant. Quapropter quia inuitos fieri eccleſiaſtica moderatio, grauitaſque non patitur, vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa poteſt perficere †, ſi † quos habes vel in acolythis, vel ſubdiaconis maturiores ætate, & quorum ſit vita probabilis hos in presbyteratum ſtudeas promouere, vt qui in ſuis ordinibus proficere noluerint, reddantur ſuis inferioribus poſt minores †, ipſaque commoda [e] presbyteri propenſius [f], quàm diaconi conſequantur, vt hac [g] ſaltem ratione [h] conſtricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur [i], & quæſtum.

a ¶ *Contradices.*] attende archiepiſcopum à ſubdito excommunicari poſſe, & eiuſdem cenſuræ ſimilitudine poſſe deponi illius auctoritate perſonæ a quo fuit deſtinatus, vt 2.q.6. ſi epiſcopus. Bar.
b ¶ *Adhuc.*] arg. quòd creſcente contumacia debet creſcere & pœna. ff. de interdict. & releg. relegatorum. [tt] ſic iſte ordo eſt ſeruandus, cum aliquis punitur pro contumacia, vt poſt admonitionem ſuſpendatur, ſecundo excommunicetur, tertio deponatur, quarto curiæ tradatur, vt 23.qu.4. forte. in fin. 34. diſt. quorumdam Sed ſi pro crimine quis punitur, tunc primo deponitur, poſtea excommunicatur, vt 81. diſt. dictum. extra de iud. cum non ab homine [a].
c ¶ *Priuabis.*] i. priuatum eſſe oſtendes. nam eo ipſo, quòd contumax erat, priuatus erat. vel priuabis quo ad hoc vt poſſit vitari ab alijs in ſacramentis.

ADHIBENDA EST. CASVS. Supra in c. placuit. & j. cap. ſi qui. oſtenſum eſt qualiter in tempore neceſſitatis nolens promoueri ſit puniendus. Nũc vero docet Gratianus, quòd ſi eſt vtilis eccleſiæ, & nõ vult promoueri, qualiter prouocetur, vt epiſcopo ſuo in hoc obediat. Dicit enim quòd minores paulatim ſunt promouendi, vt contemnens promoueri, doleat minores ſibi eſſe prælatos in ordine, & præbenda: & ſic de nolente fiat volẽs.

CONſuluit.] CASVS. Victor epiſcopus conſuluit Gelaſium quid eſſet ſibi faciendum, cum diaconi ſui pro vtilitate & neceſsitate eccleſiæ promoueri in ſacerdotes contemnant: qui reſpondet dicens, quòd inuiti compellendi non ſunt, ſed debet acolythos & ſubdiaconos (ſi digni ſunt) in presbyteros ordinare, eis maiora beneficia aſsignando, vt hac ratione conſtricti & honorem quærant, & quæſtum.
d ¶ *Indigere.*] Hoc verbum temperat H. ita quòd ſonat in vtilitatem, non in neceſsitatem. Dicitur enim quis indigere eo quod bonum & vtile eſt ſibi habere, ſi enim neceſsitas eſſet, compelleretur per ſubtractionem beneficij vel officij. j. eod. cap. 3. 4. & 5. licet ſit argum. contra j. ead. epiſcoporum. extra de ætat. & qual. quæris. ſecundum quam potes ſoluere canones iſtos: illa tamen loquitur de his qui habent plura beneficia, prout ipſa littera dicit, & quod ibi dicit, priuabis, dic parte ſtipendiorum, non omnibus. Io. quidquid dicatur, illi decret. quæris. ſtabis. B.
e ¶ *Commoda.*] Nam exhortatione præmiorum, &c. ff. de iu. & iur. l. 1. & 23.q.4. c. vlt. Ioan.
f ¶ *Propenſius.*] Sed quomodo hoc procedet, vbi præbendæ omnes æquales ſunt? Poteſt dici, quòd decurrentur præbendæ eorum. vel dic conſequantur ſpe, non re.
f ¶ *Propenſius.*] [ff] Eſt hic argum. de iure communi plus presbyteros quàm diacones de oblationibus & decimis debere habere. argu. 32. diſt. præter hoc quod verum eſt, ſed de ſpecialitate quandoque aliter ſit. 1.q.2.c.vlt.
ADDITIO. De hoc etiam no. 1.q.2.c.vlt. vbi videas. 16.q.7.c.1. Arch.
g ¶ *Vt hac.*] Hic vt, conſecutiuum eſt. 1.q.1. quiſquis. ſi enim eſſet cauſatiuum, ſimoniam committeret qui propter quæſtum Deo ſeruiret. [rr] Deo enim propter Deum ſeruiendum eſt principaliter, vt 8.quæ.1. ſunt in eccleſia. & 1.q.1. non eſt. & ſi eſſet cauſatiuum, videretur eos inuitare ad inuidendum aliis. Item arg. beneficium ſicut priuilegiũ quandoque concedi[b] alicui odio alterius.
h ¶ *Ratione.*] Graue enim videtur quòd plus detur ſocio quàm ſibi etiam fratri. C. de bo quæ lib. cum oportet, 1. reſ. nec de eadem ſocietate debet vnus plus quam alius conſequi. ff. pro ſoc. verum. §. ſi cum tre, nec eſt alicui conferendum vnde alij ſcrupulo corde moueantur, vt 16.q.7.c.1.
i ¶ *Nitantur.*] Argum. quòd ſit quandoque ſecundario quod principaliter fieri non poteſt, vt hic, & ff. de poſtulat. l. 1. §. penult. & vlt.

[tt] Contumax quo ordine puniatur.
† al. contradictio] Ori.
a Vbi & hoc & ext. de teſtib. cog. cũ ſuper.
† al. epiſcopo Alexandrino.
1 Anſ. l. 7. c. 102. Iuo p. 6. c. 106 Poly. l. 2. tit. 31.
† al. proficere.
‡ 1. q. 1, ſcilicet ſi quos.
Iuo p. 6. cap. 93.
[ff] Presbyteri plus in decimis habeãt, quàm diacones.
[rr] Deo propter Deum eſt ſeruiendum.
b Dic quòd hoc totum ideo eſt, quia habetur reſpect⁹ ad vtilitatem eccleſiæ, aliàs in odium alterius non eſſet priuilegium conferendum alicui C. de ſta. & ima. l. fin.

DISTINCTIO LXXV.

1. TEmpus autem [k] conſecrationis ſicut in ordine romano habetur, ad epiſcopi benedictionem non eligetur [l]. Omni tempore [m] benedicuntur: dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.

Vnde Anacletus Papa ſcribit ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2. in princ.

¶ Ordinationes epiſcoporum qua hora fieri debeant.

C. I.

ORdinationes [n] epiſcoporum auctoritate [o] Apoſtolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, epiſcopis ſunt celebrandæ. Qui ſimul cõuenientes ſcrutinium [p] diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus [q] in ſanctis Euangeliis, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, Dominica die, hora tertia [r] orantes, ſacraque vnctione, exemplo [3] [s] prophetarum,

TEmpus autem.] Hæc diſtinct. diuiditur in quinque partes: in quarum prima dicitur, quòd die Dominica & hora tertia & ieiuni debent epiſcopi conſecrari quocumque tempore: & hoc probat per cap. ſeq. ſecunda ibi, *Tempus autem.* Tertia ibi, *Ceterorum.* Quarta ibi, *Quod dic.* Quinta ibi, *Ordinationes.* Ioan. de Fan.

CASVS. Oſtenſo qualiter & à quibus ſit clericorum ordinatio facienda, nunc oſtendit Gratian. quo tempore ſit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione epiſcoporum, poſtea de ordinatione ceterorum explicat, & dicit hic quòd in conſecratione epiſcopi certum tempus non eligitur: dum modo in die dominica & hora tertia & ieiunantibus fiat, vt j.c. cap. 1. Ceterorum vero ordinationes fiunt in ceteris temporibus, vt j. eod. c. vlt.
k ¶ *Tempus autem.*] Hic depingitur 75. diſtinct. in qua agit magiſter de conſecratione epiſcoporum, & de temporib. ordinationum. ſubiungit etiã de ordinatione aliorum clericorum. Debet autem ordinatio epiſcoporum fieri hora tertia die Dominico. j. ea. cap. 1. & cap. quod dic. ceterorum vero in ſex partibus anni, ſcilicet in quatuor temporibus, & in ſabbato mediæ hebdomadæ quadrageſimæ, & in ſabbato ſancto. j. e. cap. vlt. extra de temp. ord. c. 3. & 63. diſt. litteras.
l ¶ *Non eligetur.*] i. non eſt electum, vel determinatum in canone.
m ¶ *Omni enim tempore.*] id eſt, omni menſe, vel ſeptimana ſimiliter reſtringitur, de conſecr. diſtinct. 4. omni tempore. ibi exponitur, id eſt, omni anno.
ADDITIO. De hoc etiam not. 31. diſt. tenere. Archid.
ORdinationes.] CASVS. Anacletus docet in hoc c. quòd ordinationes, id eſt, conſecrationes epiſcoporum debent fieri ab omnibus comprouincialibus epiſcopis die Dominica, & hora tertia, ſacra vnctione interueniente, exemplo prophetarum & apoſtolorum & Moyſi. Nam Samuel inunxit Dauid, & Heliſæus Iehu Regem, apoſtoli Iacobum, & Moyſes Aaron.
n ¶ *Ordinationes.*] CASVS. Oſtenditur à quibus, qualiter, qua hora, qua die epiſcopus debeat ordinari.
o ¶ *Auctoritate.*] generali. extra de elect. cum in cunctis. 16. quæſt. 1. cunctis.
p ¶ *Scrutinium.*] id eſt, examinationem, de qua habes diſtinct. 23 qui epiſcopus.
q ¶ *Manus.*] Duo ponent ſuper caput conſecrandi codicem Euangeliorum tertius fundet benedictionem: alij omnes ponent manus ſuper caput eius, vt 23. diſt. epiſcopus.
r ¶ *Tertia.*] [tt] Multiplex eſt ratio de hora tertia: quia debet tunc Miſſa publice celebrari, vt de conſe. diſt. 1. nocte. ſine qua Miſſa non poteſt conſecrari: quia nec eccleſia ſine Miſſa conſecratur. de conſecr. diſtinct. 1. omnes. [rr] licet quidam dicant contra, quod ſcilicet nõ ſit de ſubſtantia conſecrationis, quibus ego aſſentio [c]: quia non eſt de ſubſtantia vnctio ipſa, de qua magis videtur quòd ſit de ſubſtantia. immo ſi omiſſa eſt, ſuppletur. extra de ſac. vnct. c. 1. in princ. Alij tamen dicunt omnia iſta eſſe de ſubſtantia. arg. 25. diſt. quorumdam. præter tempus, vel horam, quia quocumque tempore ordinatur, recipit ordinem. arg. j. 77. diſt. ſubdiaconus. extra de tempo. ord. ſane. nam quandoque citius, quandoque tardius Miſſa celebratur. Item ideo eſt facienda conſecratio hora tertia: quia ſpiritus ſanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de conſec. diſt. 1. nocte. quorum loco ſuccedunt epiſcopi. 21. diſt. in nouo, & quia hora illa Dominus eſt crucifixus, vt ibidem dicitur. & tali hora Apoſtoli conſecrauerunt Paulum, & Barnabam, &c. j. eod. quod dic.
s ¶ *Exemplo.*] [ss] quia Samuel inunxit Dauid & Saulem: Heliſæus Iehu in Regem Iſrael.

Argum. ff. ad treb. ſi cum ab hec. ff. de adm. tu. impuberi. §. tempus. Io. de F.
† al. poſteriores.
a Suprà diſt. 64. ordinationes epiſcoporum.
Bur. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69. Anſ. l. 6 c. 53. Pan. l. 3. c. 12 Pol. l. 2. tit. 6 De prophetis 3. Reg. 19 De Moyſe, Exod. 29. De regibus 1. Reg. 10.
3 al. prophetarum exemplo regũ capita perungentium, eo more, &c.
[tt] epiſcoporum conſecratio fit hora tertia.
[rr] Eccleſia per ſine Miſſa cõſecrari.
c Et bene ſecundum H. & L. cuius fuit glo. iſta. de hoc plene not. ext. de elect. quòd ſicut. vbi idẽ dicitur.
[ss] Samuel inunxit Dauid.

a ¶ *Fiore*

a ¶ *More apoſtolorum.*] qui inunxerunt Iacobum. 3.68 diſt. porro.
b ¶ *Et Moyſis.*] qui inunxit Aaron & filios eius. 21. diſt. c. 1.
c ¶ *Sanctificatio.*] i. omnis vnctio ſanctificans & efficax eſt [a] à ſpiritu ſancto. [b] Et ſic patet quòd in collatione ſacramenti confertur gratia: & illa gratia inuiſibiliter operatur 1. quæſt. 1. multi. & ſi ſacramentum aliquod confertur digno tunc corroborat virtutem priorem, vt de conſec. di. 5. nouiſſime. & augetur in eo gratia, de conſe. di. 4. non ex quo. Sed ſi ſacramentum confertur indigno, ſolum ſacramentum recipit, illud recipit ad ſui malum: ſed non recipit rem ſacramenti. Hæc materia optime tractatur ext. de ſa. vnct. cum veniſſet.
d ¶ *Chriſmati.*] Et ita chriſma eſt ſacramentum, quod concedo. ſic & aqua. 1. qu. 1. detrahe. & c. omnis.

TEMPVS. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, quòd eccleſia epiſcopalis vltra tres menſes vacare non det: & poſtquam electus fuerit vſque ad alios tres menſes conſecratur: interim eccleſia per œconomum gubernatur. & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt qua die, & qua hora debet eps conſecrari: nunc autem dicit intra quod tempus à tempore electionis & confirmationis debeat conſecrari. Et dicit Gratianus, quòd intra tres menſes niſi per neceſſitatem differretur.

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc capit. Primum eſt quod nullus archiepiſcopus differat ordinationes epiſcoporum vltra tres menſes, niſi neceſſitas compulerit amplius protelari. Secundum eſt quod reditus viduatæ eccleſiæ debent eſſe in poteſtate œconomi, donec epiſcopus eligatur, & confirmetur.

e ¶ *Tres.*] [c] vſque ad tres menſes fit electio. 50. diſt. poſtquam. & vſque ad alios tres menſes conſecratio, vt hic dicitur, & mo. di quoniam.
f ¶ *Coegerit.*] propter quam quandoque poſſet differri: per totam vitam electi, maxime confirmati, ſi vitietur in corpore: arg. extr. de elect. cum in cunctis. licet ſit argu. contra ext. de ata. & qua. ca. 2. vel ſi non reperiretur idoneus in eccleſia niſi in minoribus ordinibus, vt ſ. e. q. 1. conſtituerunt. 5. diſt. 61. Oſius. 28. diſt. de Syracuſanæ.
g ¶ *Epiſcoporum.*] vel metropolitanorum, vel electorum, qui epi ſunt deſtinatione. contra vtroſque enim pœna eſt ſtatuta. 100. di. quoniam.
h ¶ *Apud œconomum.*] De hac materia dixi 3. q. 1. illud.

CETERORVM Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur quod ordinationes clericorum non debent fieri niſi congruo tempore. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt quo tempore ordinentur epiſcopi. Nunc vero docet Gratian. quo tempore cæteri debeant ordinari. Et dicit de certis temporibus, i. ſex, i. in quatuor temporibus anni. & in ſabbato ſancto, & in ſabbato quod eſt ante Dominicam de paſſione Domini, vt ſ. eo. c. vlt. Minores etiam ordines poſſunt conferri in die Dominica ab epiſcopis, vt extra de temp. ord.

¶ Caſus ſeq. e planus eſt.

i ¶ *Quoniam ordi.*] ¶ *Leuitarum.*] Hoc idem in ſubdiacono, niſi in Papa tantum. ext. de temp. or. c. 1. ſed ſecundum hæc decreta nondum ſubdiaconatus erat ſacer ordo. arg. ſ. e. c. pe. 60. diſt. c. ſi.
k ¶ *Tempore.*] & in maiorie eccleſia, vt arg. 3. c. iſt. 67. reliqui. & arg. 24. diſt. c. vl. minores autem ordines, vbi, & quando voluerit poteſt epiſcopus conferre [b], vt extra ea. ca. 3. & omnes ſimul ſi conſuetudo habeat hoc in prouincia. extra de eo qui fur. ord. rec. cum H. lator.

QVod à patribus.] CASVS. Quærit Dioſcorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrum indifferenter omnibus diebus ſacri ordines poſſunt vel debent conferri. Et reſp. quòd non, ſed tantum poſt diem ſabbati, & poſt exordia noctis, quæ luceſcit in prima

a i. habet eſſe conſtans & efficax à ſpiritu ſancto.
b ſignificat. n. gratiam quæ à ſpiritu ſancto eſt, nec ſiſtit effect[9], & eſt, ſignificatio vnctio ſi poteſt eſſe aliquid in aliquo niſi à ſpiritu ſancto venia, quia gratia ſubſit vnctioni, hoc eſt à ſpiritu ſancto. Hu.
[c] Gratia confertur in collatione ſacramenti.
d Pol. l. 2. tit. 10. Bur. l. 1. 6. ca. 40. Iuo p. 5. c. 135.

† triumenſiũ ſpatio.

[c] Electio debet fieri intra trimeſtre.

b Ad idem l. frà quàdo p. ita eſt.

& regum capita eorum more [a] Apoſtolorum, & Moſis [b] vngentes: quia omnis ſanctificatio [c] conſtat in ſpiritu ſancto: cuius virtus inuiſibilis, ſancto chryſmati [d] eſt permiſta: & hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem.

2 *Tempus autem conſecrationis, trium menſium ſpatio clauditur: vltra quod, niſi neceſſitate cogente, epiſcoporum conſecrationes poſt electionem differri non licet.* Vnde

Vnde in Calcedonenſi concilio, cap. 25. legitur.

¶ Vltra tres menſes non differatur epiſcoporum ordinatio. C. II.

QVoniam quidam metropolitanorum, ſicut ad nos perlatum eſt, negligunt creditos ſibi greges, & differunt ordinationes facere epiſcoporum, placuit ſanctæ ſynodo intra tres [e] menſes fieri ordinationes epiſcoporum, niſi forte inexcuſabilis neceſſitas [f] coegerit tempus ordinationis † amplius protelari. Si autem quis epiſcoporum [g] hæc non obſeruauerit, ipſum debere eccleſiaſticæ condemnationi ſubiacere: reditus vero eiuſdem viduatæ eccleſiæ integros reſeruari apud œconomum [h] eiuſdem eccleſiæ placuit.

a ¶ Si autem quis.] *Sic etiam in tr. ſ. a verſione Græca eſt.* ... *Quòd ſi hoc minime fecerit, correptioni eccleſiæ ſubiacebit.* ...

3 *Ceterorum vero ordinationes non niſi in temporibus certis, & diebus maxime ſacerdotum, & leuitarum fieri debent, veſpera videlicet ſabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio. Vnde Zepherinus Papa ſcribit ad epiſcopos Aegypti, epiſt. 2.*

¶ Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum, qua hora fieri debeant. C. III.

ORdinationes [i] presbyterorum, leuitarumque, tempore [k] congruo, multis coram adſtantibus, ſolenniter agite, & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum ſocietate, & adiumento plurimum gaudeatis.

Item Leo epiſcopus Dioſcoro Alexandrino epiſcopo, epiſt. 79. c. 1.

¶ Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi ſunt. C. IIII.

QVod à patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum, à vobis quoque volumus cuſtodiri, vt non paſſim diebus omnibus ſacerdotalis, vel leuitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem ſabbati [l] eius noctis, quæ luceſcit in prima [m] ſabbati, exordia † conſecrandi eligantur [n], in quibus his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem [o] obſeruantiæ erit, ſi mane, ipſo dominico die, continuato [p] ieiunio [q] ſabbati, celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt: quod † ad diem reſurrectionis (ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur [r]) pertinere non dubium eſt.

Idem eodem capite.

ſabbati, vel in Dominica in mane continuato ieiunio ſabbati vſque ad diem Dominicam, in quibus, i. intra quæ tempora ieiun. ſ. & à ieiunantib. debet fieri conſecratio, ſic vt videtur ſcribere. & etiam mihi caſus ponendus: licet non ſeruetur de conſuetudine.

l ¶ *Sabbati.*] Quidam intelligunt hoc c. de ſabbato paſchali, vt ſi quis tunc velit conferre ordines, debeat eos conferri in occaſum ſolis: quia Miſſa tunc non eſt cantanda niſi die illa finita [c], vt ſ. de conſe. di. 3. ſabbato, quod patet ex eo qd dr tunc, Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctē. H. dicit quod oẽs ordines ſunt conferendi die Dominico. Et dicit, quod veſpera præcedentis noctis trahitur ad diẽ ſequentē [d], vt ſiue de veſpere in ſabbato, ſiue de mane in Dominico conferantur, ſemper in die Dominico videantur conferri. ſed certe ſecundum hoc non eſſet neceſſaria continuatio ieiunij. Præterea omnia iura dicunt, quod tantum in ſabbato conferendi ſunt ordines, vt extra eo. cap. 3. Alij dicunt, quod omnes ordines ſabbato conferuntur, & dicunt, quod mane Dominicæ diei potius trahitur ad veſperam præcedentem, quam veſpera ad mane. Et ita ſiue conferantur veſperæ in ſabbato, ſiue in mane ſequenti, ſemper fictione canonica conferentur ſabbato: & ſecundum hoc de iure debet continuari ieiunium. Inno. autem nõ determinat, an mane trahatur ad veſperam præcedentem, an veſpera ad mane. de temp. or. litteras conſuetudo tamen habet, quòd tantum circa horam nonam ſabbati fiunt ordinationes, ſecundum H. exponitur poſt diem ſabbati. i. poſt finitum diem ſabbati. Alij exponunt poſt diem ſabbati. i. poſt inceptum diem ſabbati. Ioan. certe H. opinio vera videtur, & male reprehenditur de continuatione ieiunij, quia iam incepta eſt dies Dominica: & ideo eſt neceſſarium ieiunium, licet non ſeruetur de conſuetudine, niſi vt hi dicere quid hæc. c. ſint abrogata per decret. extra eo. tit. c. 3. Bar. conſecratione autem epiſcopi non eſt neceſſaria continuatio ieiunij: [u] cum tantum die Dominico conſecretur, & in mane quilibet intelligatur ieiunus, vt extra eo. litteras. ſed licet quis poſſit ordinare aliquem in ſacerdotem in ſabbato, & in mane in epiſcopum [e], tamen alium ordinem non poſſet eidem conferre in mane cuiſ[illegible] contulerat in ſabbato extra eo. litteras. Sed nunquid Dominico die in mane poteſt quis ordinari in ſacerdotem, & eadem die hora tertia in epiſcopum? H. dicit quòd ſic, quia numquam inuenitur prohibitum.
m ¶ *In prima.*] id eſt, mane die Dominico.
n ¶ *Eligantur.*] id eſt, electi conſecrentur. Hypallage. 18. quæſtion. 2. diffinimus.
o ¶ *Quod eiuſdem.*] id eſt. conſecratur ordines.
p ¶ *Continuato.*] ab ordinatoribus vel ordinandis. Lau.
q ¶ *Ieiunio.*] [x] quid ſi pranſus conferat ordinem: numquid confertur ordo? Hug. dicit, quod ſic, & idem dicit in aliis ſacramentis, præterquam in euchariſtia, & forte idem poſſet dici de euchariſtia. arg. de conſec. diſtin. 2. liquido. quòd concedo, quia pranſus bene poteſt conficere, licet non debeat, arg. illius c. liquido.
r ¶ *Declaratur.*] Legitur enim in quadam Homilia Bedæ quæ legitur nocte illa ſuper Euangelio illo: Veſperæ autem ſabbati, vbi dicit Beda, quod in die illa noctes incipiunt præcedere dies, ideo [f] forte, vt tres dies & noctes haberi poſſint in quibus Dominus fuit in ventre terræ, quod nec ſic habetur niſi ſynecdochice [g], vel declaratur, quia Miſſa non decantatur in ſabbato, ſed in principio ſequentis noctis, & dicitur, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem, &c. & ita eſt de die Dominica nox illa. Lau.

c Ad hoc d conſ. diſt. 1. § in ieiunis ibi videas.
a Pol. l. 2. tit. 18. Ar. l. 7. c. 43. Bur. l. 2. c. 3. Iuo p. 6. c. 25. & 47.
d Adde quia littera accipiatur dies pro intellectu huius glo. Bar. in l. 2. ff. de ver. ſi. & l. more Romano. ff. de feri. & l. aut facta § ſ. ff. de ſi.
3 Poly. ibid. Anſel. l. 7 ca. 44. Iuo p. 6. c. 71.

† *exordia de ligantur. hoc eſt ſui ege di um officii ſub ſtituantur.*] Orig.

† *quam*] ori.

[u] Epiſcopum conſecratio fit tm die Dominico.
e Hoc etiam de plano cõcedunt Vin. & Inn. vt eo. extr. de tẽp. ord. litteras.

[x] ſacramẽta conferri pñ poſt comeſtionem.
f Alias, adde ſed non eſt bona lra, & ſic etiam p. nit L. & Ioa. de F.
g Iſta eſt figura tribus toti, quod e partis.

QVod dic.] Hæc eſt quarta pars huius diſtin. in qua probat, ꝙ epiſcopi ſemper debent conſecrari die Dominico more Apoſtolorum, qui de mandato Domini impoſuerunt manus Paulo & Barnabę & quia eodem die Dominus reſurrexit. Ioan. de Fan.

CASVS Leo Papa in hoc c. oſtendit, ꝙ ordinationes ſacerdotum debent tm̃ in die Dñica fieri, quæ dies Dñica initium habet à veſpera ſabbati, qđ probat per conſuetudinem, & etiam per doctrinam Apoſtolorum, qui die Dominica Paulum, & Barnabã conſecrauerunt. Nam in hac die mundus ſumpſit exordium, & vita principium, & mors interitũ habuit.

a ¶ Quod dic.] H. ponit fundamentum ſuæ opin. in c. iſto, ꝙ ſcilicet in die Dominico poſſunt ordines conferri. quod patet per hoc, ꝙ dicit ordinationes ſacerdotum, & per id quod dicit initiũ, &c. nos qui contrarium dicimus, exponimus ordinationes ſacerdotum, i. eorum conſecrationes [a]. pro quo intellectu bene facit, ꝙ ĩ. ſubiicit. ex Apoſtolica, &c. Nam Paulus & Barnabas epiſcopi fuerunt. vnde per eorum exemplum nihil probatur niſi de epiſ. & quod dicit, cui initium, &c. dic nihil facere ad rem, ſed dicit incidenter, immo adſcribitur ei fictione canonis, ſi in veritate.

b ¶ Sacerdotum.] i. epiſcoporum. ſic non erit pro H.

c ¶ Vt quidquid.] 16. q. 1. ca. vlt. de conſec. diſt. 4 quæris.

ADDITIO. Ex hoc colligitur, ꝙ generalis ſermo non accipitur generaliter, vt ibi not. Archid.

cum dicitur Æthiops eſt albus ꝑpter dentes quos habet albos. Nec enim Domin[a] ſteterit, ſiue fuit in ventre ter tæ per tres dies & noctes, niſi ſic loquendo nam & aliàs totum ponitur pro parte, vt c. di. 5. ſcite. immo totum nõ eſt aliud à ſuis partibus, vt not. 61. diſt. nullus. ſecũdũ Io. de F. Act. 13.

3 Iuo p. 6. ca. 70 Pann. l. 3. c. 13.

a Ex iſto textu infertur, quòd dies Dominicus non accipitur generaliter. ſi. in l. 1. § hoc autem & ibi Bar. ff. de oper. no. nun.

a Ar. ad hoc 95. diſt. ca. olim. Io. de F.

† al. benedictiones tribuitur] ori.

† diſpoſitionum.

3 Concord. tex. in l. moræ Romana. no. ff de fer. Bart. in l. aut facta. §. eps. ff. ad Syl.

¶ Quare die Dominico ſacerdotum ordinationes celebrentur. C. V.

4 [a] QVòd [a] die [a] Dominico [a] ordinationes ſacerdotũ [b] celebrentur, non tantum ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, ſcriptura manifeſtante, quòd cum Apoſtoli Paulum, & Barnabam ex præcepto ſpiritus ſancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus: vt intelligamus, quanta & dantium, & accipiẽtium deuotione curandum ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hãc ordinandorum ſacerdotum formam per eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe ſeruaueris, vt his, qui conſecrandi ſunt, numquam benedictio †, niſi in die Dominicæ reſurrectionis tribuatur: cui à veſpera ſabbati initium conſtat adſcribi †: & tantis diuinarum diſpenſationum [3] myſteriis eſt cõſecrata, vt quidquid [c] eſt à Domino inſignius conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordium: in hac per reſurrectionem Chriſti & mors interitum, vita accepit initium. In hac, &c.

a ¶ Quòd die.] Sumptum eſt ca. hoc ex eodem loco, unde & antecedens, mutato tamen verborum ordine & non illis intito adiectis. In ipſa enim epiſt. a poſt ultima verba præcedentis ca. ſequitur continuenter. Nam præter auctoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cum Apoſtoli, &c.

[Item in ordine Romano, cap. de gradibus eccleſiæ.]

¶ De eodem. C. VI. PALEA.

4 QVando, & vbi libitum fuerit, vſque ad ſubdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi vero, atque presbyteri numquã † niſi in publica ordinatione.

Item Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. 1. c. 13. [5]

¶ De temporibus ordinationis. C. VII.

5 [6] ORdinationes presbyterorum, & diaconorum, niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id eſt quarti [d] menſis ieiunio, ſeptimi [e], & decimi [f]: ſed & etiam quadrageſimalis [g] initij, ac medianæ † [h] hebdomadæ, & ſabbati ieiunio circa veſperam nouerint celebrandas: nec cuiuſlibet vtilitatis cauſa, ſeu presbyterum [i], ſeu diaconum his præferre [k], qui ante ipſos fuerint ordinati.

OR dinationes.] CASVS. Duo dicuntur in hoc cap. Primum eſt, ꝙ ordinationes ſacerdorum. diaconorum & ſubdiaconorum non ſunt faciédæ, niſi in ſex temporibus anni. ſc. in quatuor temporibus, & in ſabbato ante dominicã & in ſabbato ſancto. Secundum eſt, quòd nullus epiſcopus debet præferre poſteriorem priori.

d ¶ Quarti.] i. ieiunij. hoc ſemper in omni ſeptimana Pentecoſtes occurrit, [a] & loquitur ſecundum antiquam computationem Latinorum, qui incipiebant annum à Martio. [a]

e ¶ Et ſeptimi.] id eſt, Septembris.

f ¶ Decimi.] id eſt, Decembris.

g ¶ Quadrageſimalis.] id eſt, in prima ſeptimana quadrageſimæ.

h ¶ Medianæ.] in qua cantatur, Sitiẽtes, quæ ꝑcedit Dnicã de paſsiõe.

ADDITIO. E: extra de temp. ord. c. 3.

i ¶ Seu presbyterum.] de hoc dixi ſupra 74. diſtinct. epiſcoporum. 8 q. 1. licet ergo.

k ¶ Præferre.] ecce hic habes, ꝙ priusordinati præferuntur [b] aliis, vt in habendis honoribus, & in aliis, vt 17. diſt. §. hinc. & extra de ma. & obe. c. 1. & 74. di. epiſcoporum etiam. licet poſteriores ſint meliores, non obſtat 24. q. ſicut. 7. q. 1. licet. vt ibi not. licet ſit arg. contra. ſ. diſt 16. q. ſexta c. ver. prima. Ioan. Hodie. ſufficit ſi electus a maiori parte capituli ſit bonus. vt extra de elect. cum nobis. B.

4 Anſel. l. 7. c. 61.

† al. non

5 Et Greg. a. epiſt. 3.

[a] Annus à Martio quãdoq; incæpit.

6 Pol. l. a. tit. 38. Auſ. l. 7. c. 45. Iuo p. 6. c. 74. Pan. l. 3. c. 25.

b Et ita antẽdiſ tus hic tẽporis priori tas ſic 17. di. §. vlt. extr. de

ma. & ob ca. 1. & alibi ex cellentia ordinãtis. ff. de alb. ſcr. l. vlt. ext. de ma. & obe per tuas Arch.

c Aliàs ſacs † medianæ quadrageſimæ die ſab bati ieiunio) Orig.

DISTINCTIO LXXVI.

1. P[s] QVibus temporibus [1] ieiunia celebranda ſint, Calixtus Papa determinat ſcribens Benedicto epiſcopo, epiſtola 1.

¶ Quibus temporibus ieiunia celebrentur. C. I.

7 IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor voluitur [m] tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora.

Item ex concilio Moguntino primo, ca. 34. [ſed ibi fuſius, hic ſummatim.]

¶ De eodem. C. II.

8 COnſtituimus [n], vt quatuor tempora anni ab omnibus communi † ieiunio obſeruentur: id eſt in menſe Martio, hebdomada prima. in Iunio, ſecunda: in Septembri, tertia: in Decẽbri, quarta.

¶ Auctor Mitrologi c. 24. & 25. de hoc ipſo Moguntini concilii canone diſputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis eccleſiaſt. ca fuiſſe profectum. Vnde Leo Papa ait: Huius obſeruatione, &c. quod refertur ĩ. ead. diſt. c. 6. Et ne quis occaſione horum conciliorum Germanicorum decipereiur, Gregorius VII. (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ eccleſiæ conſuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claromontenſi Vrbani ſecundi, canone primo ſic ſtatuitur: Primum ieiunium quatuor temporum ſemper fiet prima in hebdomada quadrageſimæ: ſecundum in hebdomada Pentecoſtes abſque genuum flexione, cum alleluia, & Gloria in excelſis Deo, & veſtibus ſolennibus fiet: tertium plena hebdomada ante æquinoctium autumnale: quartum plena hebdomada ante Natale Domini, vigilia eiuſdem accepta. Et tamen repetitur in altero concilio Placentiæ poſtea habito quod eſt in bibliotheca Vaticana & citatur ĩ. ea. c. ſtatuimus.

Item ex concilio Salegunſta habito, c. 2.

¶ De eodem. C. III.

9 DE ieiunio autem incerto quattuor temporum hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi calẽdæ Martiæ [o] in quarta feria, ſiue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur.

QVibus temporibus.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima dic quando debent fieri ieiunia quatuor tẽporum, & hoc probat per ſex auctoritates. ſecundum cap. in fin. nõ tenet, neque prima par. tertij c. tenet, ſed ſecunda pars tenet ſecundum Ioan. de Fan. Secunda ibi, Primum. Tertia ibi, Non autem. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra facta eſt mentio de quatuor temporibus, & ideo Gratianus ſupponit diſt. 76. in qua primo oſtendit quando quatuor tempora ſunt celebranda, & vnde originem habuerunt. Addit etiam ꝙ inter Paſcha & Pentecoſten non ſunt ieiunia indicenda: nec genua flectenda.

l ¶ Quibus temporibus.] in hac diſtin. 76. agit magiſter de temporibus ieiuniorum. Oſtendit etiam diuerſas origines eorum. Poſtea ponit differentiam inter nos & Hebræos in computatione menſium [d]. Oſtendit etiam, quòd non ſit ieiunandum à Paſcha Domini vſque ad Pentecoſten, nec eſſe flectenda genua [e].

IEiunium.] CASVS. Quæſiuit Benedictus epiſcopus à Calixto quoties quatuor tempora eſſent in anno celebranda, qui reſpondit dicens, quòd hactenus ter celebrata fuerunt: ſed melius eſt vt quater in anno celebretur ſolenne ieiunium, ad inſtar quatuor temporum anni, per quæ voluitur annus.

m ¶ Voluitur.] [a] lex tamen in æſtatem & in hyemem annum diſtinguit. ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. hoc inter dictum.

n ¶ COnſtituimus.] hoc c. eſt abrogatum.

DE ieiunio.] CASVS. Hoc cap habet duas partes Prima eſt abrogata, quia non habet locũ quod in ea dicitur. Secunda eſt authentica, vbi dicitur quòd ieiuniũ æſtiuum celebrandum eſt in prima hebdomada poſt Pentecoſten, in quo tempore diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur, ſed genua non flectimus. Ieiunium vero autumnale celebratur in Septembri in tertio die Mercurij Septembris computando a prima die mercurij eiuſdem menſis: Hyemale autem ieiunium celebrandum eſt in menſe Decembri ante vigiliam natiuitatis Domini. Secunda pars incipit ibi, Et hoc ſciendum.

o ¶ Martiæ.] non ſemper, immo prima ſeptimana quadrageſimæ.

7 Pol. l. 3. tit. 25. Iuo p. 4. c. 1. Pan. l. 2. c. 175.

8 Capitul. 5. c. 86. Burc. l. 13. cap. 2. Iuo p. 4. c. 55. Pã. l. 2. c. 180.

† al. cum.

d Vt infrà e. ieiunium

e Vt inf. à e. ſcire. & cap. ſeq.

[a] Annus in æſtatem & hyemẽ diuiditur.

9 Burc. l. 13. Iuo p. 4. c. 53 Pann. l. 2. c. 181.

2 ¶ Iunij

a ¶ *Iaun.*] nec hoc ſemper, immo in ſeptimana Pentecoſtes.
b ¶ *Et hoc ſciendum eſt.*] quod eo hinc dicitur manet immutatum, ſuperiora per ſequentem canonem mutantur, ſcilicet ſtatuimus. & ita vtile non vitiatur per inutile. contra. 9. diſt. ſi ad ſacras Laur.
c ¶ *Celebrari.*] cedit ergo in ieiunio minus dignum digniori. argum. ff. de min. verum. §. vlt. extr. de conſe. eccl. vel alt. ca. quod in dubiis. Et eſt argu. quod ſi feſtum alicuius Apoſtoli die lunæ euenerit, ſabbato vigilia ieiunanda eſt: "quia ieiunium & Dominica ſimul concurrere non poſſunt. extr. de obſer. ieiu. c. 1. argu. contra extr. de verb. ſig. quæſiuit. Lau.

" Dominica & ieiunium ſimul cōcurrere nō pát.

d ¶ *Ieiunium.*] infra de conſe. diſ. 3. quoniam.
e ¶ *In Decembri.*] " *Prima quadragena ſeruat ieiunia veris. Pneumatis hebdomada ſeruare ſecunda iubetur. Tertia ſeptembris cultum ſet mercurii* a *illum. Sabbata ieiunii vigilem præcuntia Chriſtum.* Laur.

" Ieiunia 4. temporum.

a Nominatiui caſus, & feminini generis eſt.

S*Tatuimus.*] CASVS. In hoc c. recte continetur in quibus temporibus ieiunia quatuor temporum ſunt celebranda, & corrigit & emendat illud c. conſtituimus & primam partem illius ca. de ieiunio.

f ¶ *In Septembri.*] ſecũdum diſtinctionem ca. ſuperioris. in ſi.

I*Gitur.*] CASVS. Docet Leo, quod poſt 50. dies lætitiæ computãdos à die reſurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, indicitur ieiunium, vt ſi quid per abundantiam lætitiæ deliquimus, abſtinentia ieiunij caſtigetur.

H*Vius.*] CASVS Dicitur in hoc c. quod ex doctrina ſancti Spiritus conſtitutum eſt, vt quaternum ieiuniũ celebretur in quatuor temporibus anni, ſ. in vere, & æſtate, & autũno, & in hyeme: ad inſtar quatuor elementorum, & quatuor cardinum mundi, & quatuor euangeliorum. Et primum eſt ieiunium in Quadrageſima. Secundum, ſ. æſtiuum poſt Pentecoſten. Autumnale eſt in Septembri. Hyemale in Decembri.

1 Polyc. l. 3. tit. 15.

PRIMVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinct. in qua dr̃ vnde habuerunt ortũ ieiunia Iudæorum, qui aliter computant quam nos. lo. de Fan.

2 Poly. ibid.

CASVS. Iſte §. reſpicit illud ca. ordinationes. s. 75. diſt. in quo facta eſt mentio de primo menſe, quarto, ſeptimo, & decimo. Et dicit Grat. quod debemus ibi intelligere primũ menſem & ceteros ſecundum computationem noſtram, & non ſecundũ computationem Hebræorum, apud quos Aprilis eſt primus menſis: quartus Iulius, ſeptimus October, & Ianuarius decimus. Sed Romani olim primũm menſem dicebant Martium: nunc vero Ianuarium. Præterea quare Hebræi ieiunabant in Augusto qui eſt eis quintus menſis, rationem aſsignat Zacharias in ſeq. cap.

g ¶ *Primum.*] accipe in ſuperiori diſt. c. vlt.

I*Eiunium.*] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima ponit Hiero. verba Zachariæ, vbi dicitur quod Hebræi ieiunant in quarto, quinto, ſeptimo, & decimo menſe: & oſtendit quod Latini expoſitores hunc locum variis modis expoſuerunt & diſſonantibus. In ſecunda parte ponit multiplices cauſas quare ieiunant Iudæi in prædictis menſibus. In tertia parte primo exponit verba Zachariæ ſecundum litteram: poſtea ſecundum anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi, *Cogimur.* Tertia ibi, *Hoc igitur eſt omne.* Et verba ſunt prophetæ vſque illud, *In hoc loco.* & quod dicitur ibi, *Quarti,* &c. ſubauditur menſis. *In hoc loco.* verba ſunt Hieronym. inſerta illi auctoritati.

¶ Si autem Calendæ Martiæ in quintam feriam, aut ſextam, aut ſabbatum diſtendãtur, in ſequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, ſi Calendæ Iunij a in quarta feria, aut antea euenerint, in ſubſequenti hebdomada ieiuniũ celebretur: & ſi in quinta, aut ſexta feria, aut ſabbato contingerint, ieiunium in tertiam hebdomadam reſeruetur. ¶ Et hoc ſciendum b eſt, quòd ſi quando ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundũ prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomadá ſolẽni Pẽtecoſtes: [quia a vigilia ſimul, & ieiunium celebrari c non debent:] & tunc propter ſolennitatem ſpiritus ſancti, diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur, & , flectamus genua, non dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut ante, ieiunium d in tertia hebdomada celebretur: & ſi in quinta, aut ſexta, aut ſabbato contingerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶ In Decembri e vero illud obſeruandum erit, vt proximo ſabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiuniũ: quia ſi vigilia in ſabbato euenerit, ſimul vigiliam, & ieiunium celebrare non conuenit.

a ¶ Quia vigilia.] *Hæc vſque ad verbũ debent, non ſunt in ipſo concilio mutuaſſo ex Burch. eandem vero ſententiam repetitur in fine capitis.*

Contra Vrbanus in concilio Placentino, cap. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

1 STatuimus etiam, vt ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadrageſimæ: ſecundum in hebdomada Pentecoſtes: tertium vero in Septembri f: quartum in Decembri more ſolito fiat.

Item Leo Papa, ſermone 1. de ieiunio Pentecoſtes.

¶ De eodem. C. V.

2 IGitur poſt ſanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis reſurgentis, ac deinde in cælos aſcendentis exegimus, poſtque acceptum ſancti ſpiritus donum, ſalubriter, & neceſſarie conſuetudo eſt ordinata ieiunij, vt ſi quid forte inter ipſa feſtiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia ordinata præſumpſit, hoc religioſę abſtinentiæ cenſura caſtiget.

Idem ſermone octauo de ieiunio x. menſis.

¶ De eodem. C. VI.

3 HVius obſeruantię vtilitas, dilectiſſimi, in eccleſiaſticis præcipue eſt conſtituta ieiuniis, quę ex doctrina ſancti ſpiritus ita per totius anni circulum diſtributa ſunt, vt lex abſtinentię omnibus ſit adſcripta temporibus. Si quidem ieiunium vernum in Quadrageſima, æſtiuum in Pentecoſte, autumnale in menſe ſeptimo, hyemale autem in hoc, qui eſt decimus, celebramus, intelligentes diuinis nihil vacuum eſſe pręceptis, & verbo Dei ad eruditionem noſtram omnia elementa ſeruire, dũ per ipſius mundi cardines, quaſi per quatuor euangelia inceſſabili tuba diſcimus, quod & prędicemus, & agamus.

3 Poly. ibid.

a *Primum* g *vero menſem, quartum, ſeptimum, & decimum non Hebræorum ratione, ſed noſtra debemus accipere. Primus enim menſis apud illos eſt Aprilis, quartus Iulius, ſeptimus October: decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto menſe, qui eſt Auguſtus, quæ fuerit eis cauſa ieiunij, Hieronymus in commentariis ad cap. octauum Zachariæ exponit dicens.*

¶ Quare in ſupraſcriptis menſibus ieiunia lex imperauit. C. VII.

4 IEiunium h quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiuniũ decimi (αὐτοῦ μηνὸς enim ſubauditur menſis) domui Iudæ, & Hieruſalem in dies feſtos vertetur & gaudium: veritatem tantum Deus quærit, & pacem. In hoc loco i, noſtrorum multi multa dixerunt k, & inter ſe diſſonantia, *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igitur ad Hebręos recurrere, & ſciẽtię veritatem de fonte l magis, quã de riuulis m quærere n 5. *& paulo poſt.* ¶ Ieiunium quarti o menſis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die ſeptima, & decima eiuſdem menſis illud arbitrantur, quando deſcendens Moyſes de monte Sina tabulas legis abiecit p atque confregit, & iuxta Hieremiam muri primum rupti ſunt ciuitatis q. In quinto menſe, qui apud latinos

4 Poly. ibid.

5 Exod. 32. Hier. 52.

h ¶ *Ieiunium quarti.*] Subauditur menſis. & arg. ſumi pe ex hoc ca. "quod etiam ea, quæ moralia ſunt immutantur per eccleſiam hodie. Nam aliis temporibus celebrabantur olim hæc ieiunia, aliis nunc.

" Præcepta etiã moralia ſunt per eccleſiam mutabilia.

i ¶ *In hoc loco.*] Verba Hieron.
k ¶ *Dixerunt.*] Oſtendendo cauſas conſtitutionis talis vel talis ieiunij.
l ¶ *De fonte.*] Collige in dubiis ad rei originem recurrendum: " & plus magiſtro quam diſcipulis credendum, vt dixi di. 9. vt veterũ. & diſt. 20. de quibus. 24. q. 1. loquitur. s. diſt. 12. præceptis. argu. contra nunquam ad rei originem recurrendum. ff. de l. & ſenatuſ. & iõ. nam dicit lex, quod non de omnibus quæ conſtituta ſunt reddi ratio poteſt, &c. ff. tit. eo. non omnium.

" Magiſtro pluſquã diſcipulis credendum eſt.

m ¶ *De riuulis.*] argum. non valere ſumptum ſine originali. C. de edend. auth. ibi poſita, argu. contra ext. de fideiuſ. peruenit. Dicit Albe. " quod ſi eſt tranſcriptum per manum tabellionis, valet argu. ff. de admin. tu. chirographis. Azo dicit non valere niſi per iudicem fiat tranſlatio, vt in aut. vt frat fil. § illud. col. 9. C. de teſt. publicati. lo. Hæc quæſtio determinatur hodie per decret. quam habes extr. de fi. inſtr. c. vlt. vbi dicitur quod exemplata inſtrumenta aliqua iuſta cauſa auctoritate iudicis ſcripta eandem vim habeant cũ authẽticis & originalibus. B. ADDITIO. De hoc no. 100. diſt. contra morem. & extra de verb. ſig. abbate. Archid.

" Tranſcriptum an valeat ſine originali.

§ Ex iſto tex. infertur, quod quandoque magis cõſideratur accidentale. concor. l. 2 §. exactis ff. de ori. iu. & l. 1. §. beſtias. ff. de poſtu.

n ¶ *Quærere.*] s. diſt. 9. vt veterum.
o ¶ *Quarti.*] menſis, ſ. ſecundum Hebraicam computationem.
p ¶ *Abiecit.*] cum inueniſſet Iudæos conflaſſe vitulum, vt 45. diſt. diſciplina. 3. de pœ. diſt. 2. §. item opponitur.
q ¶ *Ciuitatis.*] a Nabuchodonoſor, qui cum Chaldæis cœpit ciuitatem

tem Hieruſalem.23.q.5.§.hinc.in fi.

a ¶ *Omnes.*] qui diffidere cœperunt:ſed cum Moyſes non diffideret, & eſſet maior 20.annis: quare non intrauit terram promiſsionis? rationem habes 23.q.4.§.his omnibus. Et dic omnes, qui à 20.ann.& ſupra exiuerũt de Aegypto.

ctionis vſque ad Pentec.reputantur velut dies reſurrectionis & dies dominici,quia reſurrectio die dominica fuit, & hos dies cum hominibus & diſcipulis ſuis ſtetit: & ideo ſicut in reſurrectione gaudendum eſt, & non ieiunamus, ſic & in his 50.diebus gaudendum eſt,nec ieiunia ſunt indicanda nec genua flectimus.

appellatur Auguſtus, cũ propter exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo,iuſſi ſunt mõtem non aſcendere, ſed per 40.annos longis à† terra ſancta circũire diſpendiis, vt exceptis duobus, Chaleb & Ioſue, omnes [a] in ſolitudine caderent. In hoc mẽſe & à Nabuchodonoſor, & multa [b] poſt ſæcula à Tito & Veſpaſiano templũ Hieroſolymis [c] incenſum eſt, atq; deſtructũ, capta vrbs Bethel, ad quam multa milia confugerãt Iudæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppreſſæ a Tito Annio Rufo. In ſeptimo vero, qui apud nos appellatur October, ſicut ſupra diximus, occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus,ac Hieruſalem reliquiæ diſſipatæ. Legamus Hieremiam, Menſe decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni ſit, atq; principium) Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cunctus populus captiuorum,quinto menſe templũ eſſe ſubuerſum: quod pleniſſime in eodem propheta cognoſcimus. Hoc eſt igitur omne [d], quod dicitur. Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuiſtis in luctũ, ſciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hieruſalem, & domui Iuda) in lætitiam,& gaudium,& ſolennitates eſſe vertendos.ita duntaxat, ſi veritatem diligatis,& pacem.Iuxta anagogem [e], quia tunc ieiunamus,quando ſponſus auferetur à nobis, & non meremur eius habere præſentiam, cum reuerſus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt benefaciat nobis: omnis triſtitia vertetur in gaudium, & fames [f] priſtina ſermonis Dei,præſentia doctrinarum eius,& cæleſtis panis ſaturitate pelſabitur.

§ *Non autem videntur ieiunia quarti menſis poſſe celebrari ante diem Pentecoſtes: A die enim Dominica reſurrectionis vſque in diem Pentecoſtes non indicuntur obſeruanda ieiunia* [h].

Vnde Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 61.qui ſic incipit.

¶ De eodem. C. VIII.

SCire [a] debet ſanctitas veſtra. Per hos 50. dies nobis eſt iugis,& continuata feſtiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obſeruandum indicamus ieiunia,neque ad exorãdum Deum gentibus ſuccedamus [i] †. *& infra.* ¶ Inſtar ergo Dominicæ,tota 50.dierũ curricula celebrantur, & omnes iſti dies, velut Dominici deputantur. Reſurrectio enim Dominica eſt. Nam in Dominica reſurgens ſaluator reuerſus ad homines eſt, & poſt reſurrectionẽ tota quinquageſima [k] cum hominibus commoratus eſt. Aequalis ergo eorum [l] neceſſariũ vt eſſet feſtiuitas, quorum æqualis eſſet & ſanctitas †. Sic enim diſpoſuit Dominus, vt ſicut eius paſſione in quadrageſimæ ieiuniis contriſtaremur: ita eius reſurrectione in quinquageſimæ feriis lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquageſima,quia in his diebus nobiſcum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* [m] *David.* Hunc numerũ [quinquageſimum videlicet] læti celebramus poſt Domini paſſionem, remiſſo culpæ totius debito, chirographo quoque [n] euacuato [o], ab omni nexu liberi,& ſuſcipimus aduenientẽ in nos gratiam ſpiritus ſancti, die Pentecoſtes vacante ieiunio laus dicitur Deo,allelnia,cantatur [p].

a ¶ Scire debet.] *In multis manuſcriptis exemplaribus à c.ieiunium.vſque ad c.poſt Paſcha. in aliquot etiam vſque ad vltimum. nulla eſt diſtinctio capitum. Tamquam enim vnico contextu cõtinentur multa auctoritates à Gratiano citatæ: ideo verba illa* ſcire debet ſanctitas veſtra, *cohærent cum extremis verbis Gratiani ad fi.præcedentis c.atque ita legendum.* Vnde Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 61. qui incipit, Scire debet ſanctitas veſtra, *ac deinde ſubiungendum.* Per hos quinquaginta,&c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambroſium paulo aliter habetur.*

Neceſſario ergo eccleſia conſtituit, vt poſt diẽ Pentecoſtes ieiunia celebrentur. Sed quòd in illis 50.diebus ieiunandum eſſe negatur: ex obſeruantia [q] *neceſsitate intelligitur.*

Vnde idem Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 60.qui ſic incipit.

¶ De eodem. C. IX.

NOſſe credo [ß] vos fratres.Nõ minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quam ſanctum Paſcha curauimus Tunc enim, ſicut modo fecimus, ieiunauimus ſabbato,vigilias celebrauimus:orationib[us] pernoctantes [r] †inſtitimus: vnde neceſſe eſt [s], ſimilem†obſeruantiã ſimilis lętitia ſubſequatur.

b ¶ *Multa.*] Sed quare inducit hoc de Tito & Veſpaſiano, cũ ante per multa tẽpora fuit illud ieiunium conſtitutum? & dicimus quod illud nõ facit ad propoſitũ:vñ eſt arg.quod quęque aliqua inferuntur decretis, quæ nõ faciunt ad propoſitum principale.argu.ĩ.prox. diſt. quod dic. verſ. cui initiũ.

c ¶ *Hieroſolymis.*] Legitur in pſalterio.Vt quid Deus repuliſti. quod Hieruſalem capta eſt eo tpe.quo interfecerunt Ieſum Chriſtum. ſc. in Paſcha:poſſumus dicere quòd tunc fuerit capta:ſed illæſa cõſeruata in ſe vſq; ad Auguſtinum. qũ fuit accenſa ab Iſmael qui Iudæus erat: & à quibuſdã aliis.

d ¶ *Hoc igitur eſt omne.*] id eſt, hoc ſignat apud nos:nam apud Græcos decimus inuenitur October,vt ĩ diſtinct.18. propter.

e ¶ *Anagogen.*] i.ſuperiorem & ſpiritualem vel moralem intellectum: nã ana, ſupra: goge, ducere:inde pædagogus quaſi ductor. hoc mõ exponitur: hic eſt enim quidam intellectus hiſtoricus [b], allegoricus, moralis, ſiue tropologic. & anagogicus, ſicut diximus ĩ. diſtin. 37. vino. ſic hæc vox,Hieruſalẽm, hiſtorice ſignat ciuitatem illam terreſtrem, allegorice eccleſiam,moraliter animam fidelẽ,anagogice cæleſtẽ Hieruſalem.Moralis intellectus attendit quæ iuxta nos ſunt, allegoric[e] quæ intra nos, anagogicus quæ ſuprà nos, hic ergo ponitur anagogicus pro allegorico.

f ¶ *Et fames.*] ĩ 8.qu.2 audacter.

NON AVTEM. Hæc eſt 5. pars huius diſt. in qua dicitur, quod à Paſcha vſque ad Pentecoſten non debemus de neceſsitate ieiunare.Ioan.de Fan.

CASVS. Dictũ eſt ſ.in cap.de ieiunio quod poſt Pentecoſtem ieiunium quatuor temporum eſt celebrandum:mõ vult hic Gratian.oſtendere quare non ante, ſ.quia à Paſcha reſurrectionis vſque ad Pentecoſten nõ inducũtur ieiunia ex neceſsitate. & hoc probat per ſeq.ca.

g ¶ *Non autem videntur.*] Improbat quod dictum eſt ſ. de ieiuniis ſ.ea.c.ſtatuimus.& c.de ieiunio.in princ.

h ¶ *Ieiunia.*] ĩ.de conſe.di.3.rogationes.cõtra. Sol.licet ibi ieiunetur tribus diebus,nihilominus tñ eſt ibi continuata feſtiuitas. Nam dicit lex quod perennis eſt ſiue continuus fluuius, licet quãque exareſcat. ff.de flu.l.1.§.1.reſp.Vel dic conſuetudinẽ ſequendam [c]. 12. diſt.illa.

SCire debet.] CASVS.Docet Ambroſ. quod 50. dies à Paſcha reſurrectionis vſque ad Pentec. ...

i ¶ *Succedamus.*] quia vnũ genu ſuccedit alij,& ita factum notat.

k ¶ *Quinquageſima.*] Si quadrageſimam dixiſſet,melius dixiſſet: nã poſt 40. dies aſcendit in cælum.de cõſe. diſt. 5.ieiunium.& ſic ponitur totũ pro parte.ſic a. qu 4. cũ ſupna.ſic econuerſo pars ponitur pro toto.14.q.5.pœnale.

l ¶ *Eorum.*] argu. pro oib. vigiliis Apoſtolorũ ieiunandis, vel pro nullis,quod falſum eſt:ec cleſia tñ Romana conſueuit in vigiliis omnium ieiunare.extr.de obſ.ieiun.cõſilium. niſi Ioannis Philippi & Iacobi,vt ibi Laur.

m ¶ *In apologia.*] i. ſermone excuſatorio de adulterio, quod Dauid commiſit cum Bethſabee.ab apo, quod eſt re, & logos, quod e ſermo, pro quaſi riſio pro aliquo.

n ¶ *Chirographo quoque.*] id eſt,peccato quo tenebamur diabolo obligati tanquam chirographo.

o ¶ *Euacuato.*] vt C. de plus pe.l.vna. & eſt ar. quod cancellato inſtro liberatur debitor [d], quod verum eſt niſi creditor probet contrariũ ff.de prob.ſi chirographum.

p ¶ *Cantatur.*] ĩ. de conſec. diſt. 3. ne quis & c.ieiunium.

NECESSARIO. CASVS.Cõcludit Gra. ex ſupradicto c.dicens quod eccleſia neceſſario inſtituit ieiunium poſt Pẽtecoſtẽ,quod dr ñ eſſe ieiunandum in his 50. diebus, intelligitur ex neceſsitate:de facto tñ ieiunamus in vigilia Pentecoſtes, ſicut in vigilia reſurrectionis, & ad hoc inducitur ſequen.cap.

q ¶ *Obſeruantia.*] hic male dicit & in ſeq. §. imo vigilia Pẽtecoſtes neceſſario ieiunanda eſt, vt ĩ.ca.noſſe. & ſ.c.de ieiunio.non ob. ca. ſcire. quia pro vno die, nec plus, nec minus, [e] ſed quod ieiunari debeat hoc habet eccleſiæ conſuetudo gñalis.

NOſſe credo.] CASVS. Docetur hic, quòd cum tanto gaudio celebrandus eſt dies Pentecoſtes, quanto dies reſurrectionis. Et hoc probat per ſimilem obſeruantiam: quia vigilia Pentecoſtes celebratur ſicut vigilia reſurrectionis,vnde ſimilis obſeruantia ſimili debet gaudere lætitia.

r ¶ *Pernoctantes.*] per totam noctem ſignificat.ff. de verb. ſign.vrbana. §.pernoctare.

s ¶ *Neceſſe eſt.*] id eſt, conueniens eſt [f] ſecundum G. nam conſilium eſt.non enim quidquid conſulitur,iuri neceſsitati ſubiicitur.de pœ. diſt.6.c.1.in fi.ff.de iud.non quidquid.

Num.14.

† *ad terram ſanctam*] Or.

4 Reg.25. Hier. 43. & 41.

a Die legitur, i. habetur in Ioſepho, ſecundum Gof.

" Hieruſalẽ quando fuit capta.

Hier.51. Ezech.33.

a Scriptura diuina quadrupliciter exponi põt.

b Hiſtoria ſecundum Iſi. in 1. l. etym. dicitur ab hiſtorein Græce.quod etiã latine cognoſcere, vel videre. apud veteres enim nulli ſcribebat hiſtoriã niſi qui inter fuiſſet. Alij dicũt quòd dicitur ab hiſtorõ Græce, quod geſticulatio, i. geſtuum repræſentatio: vnde hiſtrio vocatur geſticulator, i.aliorũ geſtorum recitator & repræſentator.Arc.

Ioan.16.

c Fluuius & quandoq; areſcens dicitur perẽnis. c ſc. an illi tres dies de quib[us] loquitur prædi. c. rogationes. ſint ieiunandi Ioa. de Fan.

†*ſuccedamus*, Orig. & aliquot Gratiani exemplar. vetuſta, & recentes editiones.

" Chriſtus poſt dies 40. aſcendit in cælum.

" Ieiunandũ eſt in vigiliis omniũ apoſtolorum, niſi Ioannis Philippi & Iacobi.

† *ſit quantitas.*]Orig.

C.8.

Gloſſ.2. d de hoc no. extr. de re ſanc. in gl. & ſic & ext. vt lit. pend. eccl.2.in fin. Arc.

" Vigilia Pentecoſtes eſt neceſſario ieiunanda.

e de conſ. di. 3. reuera. & vide quod di 65.di.c.1.

† *pernoctantes.*] Orig.

†*ſimilis obſeruantiam ſit lætitia ſubſequatur.* Ori.

f Adde gl. concor. 12. de pupil. meminiſſe. ff.de no.op. nun. & l. 1. de off. praſ. prato.

OBSERVANTIA. CASVS. Dicit Gratianus, quod ſimilis obſeruantia eſt, quo ad factum, & non quo ad neceſſitatem, conſuetudo tamen eccleſiæ præiudicat ei quod Gratianus dicit.

Poſt Paſcha.] CASVS. Quæſitum fuit ab Iſidoro, vtrum monachi vel clerici vel laici poſſunt ieiunare a reſurrectione vſque ad pentecoſtem? qui reſpondet dicens, quod licet eccleſia relaxet ieiunia & abſtinentiæ rigorem, ſi quis tamé vult ieiunare, poteſt ad inſtar Antonij & Pauli & ceterorum patrum, qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

a ¶ Relaxauerit.] interdicendo ieiunia.

Vtinam.] CASVS. Lucinius quæſiuit a Hieronymo an ſit peccatum ieiunare in 50. diebus poſt Paſcha reſurrectionis, & in diebus dominicis. Et reſp. quod non. Et hoc probat exemplo Pauli & aliorum credentium, qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, ſed vnaquæque prouincia in ſenſu ſuo abundat, & leges maiorum interpretatur.

b ¶ In actibus.] ſ. 30. di. ſi quis tanquam. contra.

c ¶ Contextas.] i. inter ferias ſolénitates, vel contextas. i. iuges & cótinuatas. ſ. e. ſcire.

d ¶ Auferam.] dicendo tunc eſſe ieiunandum. ADDITIO. q.d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Arch.

e ¶ In ſuo.] vt morem obſeruet in ieiuniis, ſicut dicitur de vigilia Bartholomæi. ext. de obſer. ieiu. conſilium.

f ¶ Apoſtolicas.] conſuetudo enim interpretatur legem. ff. de verb. ſig. anniculus.

Dilectionis.] Hoc c. inducitur ad oſtendendum varietatem cóputationis inter Latinos, & Hebræos. Nam ſecundum Latinos quartus eſt menſis Iunius, ſecundum Hebræos Iulius: & ita facit ad propoſitum Grat. eſt ergo caſus. Latinus diaconus eccleſiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in epiſcopum Marcellianenſem, quod negotium totum Petrus Pontinus epiſcopus Papæ ſignificauit. Reſcribit ergo Pelagius, quod iam iuſſerat Latinum prædictum Romam venire, credens eum habere litteras dimiſſorias à ſuo epiſcopo: quod ſi verum eſt, mittit Petro vt faciat eum venire ad Vrbem in ſabbatho ſancto: quia ſi tunc non venerit, cogetur ſubſiſtere vſque ad ieiunia quarti menſis, id eſt, Iulij.

g ¶ Veniret.] quia forte ſuberat Papæ iſte epiſcopus nullo medio.

h ¶ Ab epiſcopo.] ar. quod clericus alicuius epiſcopi in alia prouincia non debet eligi, nec ipſe debet conſentire niſi habeat litteras dimiſſorias quib. abſoluatur ab obnoxietate ſui epiſcopi. ar. 85. di. Florentinum archidiaconum. & diſt. 71. fraternitatem. arg. contra, quod ſcilicet non exigatur conſenſus epiſcopi. inſt. de adop. §. ſed ſi quis nepotis. De hoc dixi ſuprà 61. diſt. § ſed aliud.

i ¶ Ad quarti.] ſ. 75. diſt. ordinationes.

His temporibus.] CASVS. Oſtenſo quib. temporib. ſint clerici ordinandi, nunc in hac 77. diſt. oſtendit quæ vel quanta interſtitia temporum in ſingulis ordinib. ſint ſeruanda, & ſuper hoc triplex regula ſeruatur. Nam alia ſeruatur in pueris, qui per interſtitia promouentur, quæ ſunt ſ. e. in ſingulis. & qui cumque. alia in grandæuis, qui intra 7. an. recipiunt ordines, vt ſ. e. quicumque. alia in monachis. quia monachus ex diſpenſatione. intra annum promouetur, laicus intra annum & dimidium, vt ſ. e. monachus. & docet 1. c. huius di. quòd gradatim debet fieri ordinatio.

k ¶ His temporibus.] hic intitulatur 77. diſt. [a] in qua tractat de interſtitus temporum obſeruandis. No. ergo quod ſi quis ab infantia ſit mancipatus militiæ clericali, anno 7. pot ordinari clericus, oſtiarius, lector & exorciſta: & ſic ſtabit vſq; ad annú 12. exinde acolyt. vſque ad annú 20. & poſtea in 21. ſubdiaconus, in 25. an. diaconus, in 31. presbyter, exinde pt eſſe epiſcopus, vt ſ. e. in ſingulis. & c. quicúque. 28. diſ. de his. ſed ſi adultus velit ordinari, ſic pt fieri ordinatio, vt per 7. annos recipiat ordines omnes. in duob. primis quattuor minores, in reliquis quinque ordinetur acolythus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, & eps ſi electus fuerit. ſ. c. quicumque. ſi autem ſecus factum fuerit, deponi dét. ſ. e. diſ. ſubdiaconus. ex generali tamen conſuetudine his omnib. capitulis derogatum eſt. vbi vero maior neceſsitas eccleſiæ incumbit, laicus per annum & dimidium, monachus vero per annum poteſt recipere omnes ordines, vt ſ e. c. vlt.

Illud.] CASVS. Docet Gelaſius in hoc c. quod ſi quis vult ad epiſcopatum aſcendere, debet gradatim promoueri, vt primo oſtiarius, deinde lector, &c. quod oportet p interſtitia temporum fieri.

l ¶ Primum.] ſ. 21. diſt. cleros. contra. ſ. di. 32. ſeriatim. contra ſ. 44. di. non oportet. I. contra 59. di. ſi officia. cótra. [b] nam ibi colligitur, quod pſalmiſtatus ſit ordo primus: ſed melius colligitur ext. de æt. & qualit. cum contingat. Sed dic, quod hæc dictio, primum, ſequentia reſpicit, non quod ſit primus ordo oſtiarius, ſed primus eſt reſpectu ſequentium. ADDITIO. Iſta fuit ſententia Lau. Vel pt dici quod ideo tacet de pſalmiſta hic & 92. diſt. à ſubdiacono. quia ille ordo à ſimplici ſacerdote poteſt conferri [illegible] di. pſalmiſta. & noluit enumerare niſi illos qui ab epiſcopis conferuntur ſecundum Hug.

In ſingulis.] CASVS. Zozimus docet hic tempora eſſe ſeruanda in ordinib. ſuſcipiendis, vt ſi ab infantia litteras didicerit, à ſeptennio vſque ad annos duodecim recipit tres minores ordines, poſt annum 12. fiat acolythus. in 21. ſubdiaconus fiat. poſt 25. diaconus, poſt triginta presbyter deinde mereatur epiſcopus ordinari. Eadem interſtitia ſeruentur in defenſorio. id eſt, patronis eccleſiæ, ſi voluerint ad clericatum promoueri.

m ¶ Si ab infantia.] i. ſeptimo ann. C. de iu. deli. l. ſi infanti. Ioan.

n ¶ Nomen.] vt ſcribatur in matricula. 90. diſt. contumaces.

o ¶ Quinquennio.] poſt ſeptennium. ſ. e. c. ſubdiaconus.

p ¶ Exinde.] poſt 12. annos. cum voluerit.

q ¶ Vel ſubdiaconus.] vel pro, id eſt, hoc probatur in c. ſeq. arg. C. de ver. ſi. l. vlt. arg. ext. de eo qui ſur. or. re. c. 2.

r ¶ Xiiij. annis.] computatis à tempore ſeptennij. hoc reſpicit quod dicit de infantia. i. ſeptennio, & ita in 21. an. ſubdiaconus fiat.

r ¶ Xiiij. annis.] hæc determinatio 14. an. non reſpicit niſi tantum ſubdiaconatum. quod patet ex c. ſe. vbi dicitur, quod ab acceſſu adoleſcentiæ

---

a ¶ Noſſe credo.] Idem euenit in hoc capite. quod in ſuperiore eueniſſe notatum eſt. Cohæret enim cum ſuperioribus, prima ſermonis periodo quaſi in ſummam redacta.

Obſeruátia vero ſimilis dicitur quo ad factum, non quo ad neceſſitatem.

Vnde Iſidorus lib. 1. de eccleſiaſticis officiis, c. 42.

POſt Paſcha vſque ad Pentecoſtem, licet traditio eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandiis relaxauerit [a]: tamé ſi qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, non ſunt prohibendi, quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abſtinuiſſe, neque ſoluiſſe abſtinentiam, niſi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.

¶ De eodem. C. XI.

1 VTinam omni tempore ieiunare poſſimus, quod in actibus [b] Apoſtolorú diebus Pentecoſtes, & die Dominico apoſtolum Paulum, & cum eo credétes feciſſe legimus. *& infra.* ¶ Nec hoc dico, quod Dominicis, † diebus ieiunandum putem, & contextas [c] quinquaginta † dieb. ferias auferam [d]. ſed vnaquæque prouincia abundet in ſuo [e] ſenſu: & præcepta maiorum leges Apoſtolicas [f] arbitretur.

† Pol. l. 3. tit. 23. Act. 13. 20. & 27.

† al. feſtiuis.

† al. ſexaginta.] Orig.

Item Pelagius Papa Petro epiſcopo Potentino.

¶ Sabbato magno poſt horam baptiſmi epiſcopus valet ordinari. C. XII.

2 DIlectionis tuę ſcripta ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum eccleſiæ Grumentinæ diaconum ad epiſcopatum Marcellionéſis eccleſiæ, ſiue Cluſitanæ † ab omnibus fuiſſe electum: quod iam ante hoc tempus retuliſti, & iuſſimus, vt veniret [g], credentes eos de perſona eiuſdem ab epiſcopo [h] ſuo dimiſſorias accepiſſe [i]. Quod ſi mó fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt ſi Deus iuſſerit, in ſabbatho magno poſt horam baptiſmi ordinetur. Quòd ſi ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vſque ad quarti [i] menſis ieiunia ſubſiſtere.

a ſ. diſt. 63. litteras. Pol. l. 2. tit. 18. Anſ. l. 6. c. 39.

† al. Cuſilinatis.

g ſ. diſt. 54. c. frequens.

DISTINCTIO LXXVII.

HIs temporibus [k] ſecundum Anacletum, Zepherinum, Gelaſium, & Pelagium, epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſunt ordinandi. Metropolitanus autē iuxta Leonem 4 ex presbyteris eiuſdem eccleſia, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus niſi per gradus eccleſia, debet ad ſummum ſacerdotium peruenire.

Vnde Caius Papa Felici epiſcopo, epiſt. vnica in extremo.

¶ Non niſi per diſtinctos gradus quiſquam ad ſacerdotium aſpiret. C. I.

ILlud nos ſtatuentes vobis, & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines eccleſiaſticos ſic aſcendant in eccleſia, qui ordinari merentur: id eſt, ſi quis epiſcopus eſſe meretur, ſit primum [l] oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur acolythus, demum vero ſubdiaconus, deinde diaconus, & poſtea presbyter, & exinde, ſi meretur, epiſcopus ordinetur.

Vnde Zozimus epiſcopus vrbis Romæ ad Heſychium, epiſt. 1. c. 3.

¶ Quæ interualla temporis in ſingulis gradibus ſeruanda ſint. C. II.

IN ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſeruanda, ſi ab [m] infantia eccleſiaſticis myſteriis nomen [n] dederit, vt inter lectores & exorciſtas quinquennio [o] teneatur, exinde [p] acolyth. vel ſubdiaconus [q] xiiij. annis [r] fiat, & ſic ad benedictionem diaconatus, ſi meretur, accedat: in quo ordine

[a] Temporú interſtitia ſunt in ordinibus obſeruanda.

4 Epiſt. 82. Anaſtaſio 1.

5 Anſ. 7. c. 49. Raba. de inſt. c. cler. l. 1. c. 13.

[b] Palmiſtatus eſt primus ordo.

ſcentiæ vſque ad xx. annum fiat acolythus, & ſubdiaconus, ſed in xv. anno acolithus, in 21. ſubdiaconus.

a ¶ *Pontificatum.*] j. de conſe. diſt. 5. de his vero. s. di. 18. ſi epiſcopus. & diſt. 52. ſi officia.

b ¶ *Defenſores.*] id eſt aduocati caſtaldi. 1. q. 3. ſaluator[a].

a Adde hic, q defenſor appellatur pronus ſiue aduocatus eccleſiæ, extra de elec. Itẽ reus dr̃ defenſor. 4. q. 4. ca. 1. Itẽ cuſtos patronæ Romanę eccleſiæ. 28. diſt. quia ſunt culpæ. Item cuſtos cuiuſlibet eccleſiæ, vt hic. Itẽ exorciſta. j. e. monach⁹ nouitius. Arch.

c ¶ *Ex laicis.*] j. di. 89. in dicatum. contra. Sed hic iſti laici erãt de foro eccleſiæ, ibi non. & conſtitui debent iſti quo ad tẽporalia, non quo ad ſpiritualia. 16. q. 7. in nona.

d ¶ *In ordine.*] contra. Nonne iſti ſunt grandæui, cũ eis committatur adminiſtratio. ergo per ſeptem annos tantum poſſunt aſcẽdere ad omnes ordines, vt j. c. px. quare ergo hic & ſupradicta obſeruatione. Reſp. iõ vt gradatim omnes recipiant, & nullum permittant, nec tamen per tanta interſtitia, vel hoc corrigitur. Io.

Q*Vicumque.*] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. proſequitur de pueris, in 2. de grandæuis. In prima igitur dr̃ quod pueri añ pubertatis annos baptizari debent, & fieri oſtiarij, lectores, & exorciſtæ, deinde vſq; ad xx. an. ita quod viſque teneatur incluſiue: inde fiat acolythus & ſubdiaconus. poſt 25. diaconus: poſt 30. presbyter, poſt decennium computandum à 20. an. fiat. eps: quia poſtq̃ eſt pſbyter, ſtatim poteſt fieri eps. In ſecunda vero parte dicitur quod ſi quis eſt grãdis ætatis, prius baptizetur, & in primo biennio fiat oſtiarius, lector & exorciſta. In ſequenti quinquennio fiat acolythus & ſubdiaconus: poſtea diaconus, poſtea preſbiter, epiſcopus. Secunda pars incipit ibi, *Qui vero iam.*] Sed duo ſequẽtia c. plana ſunt.

3 Iuo p. 6. c. 91. & 92.

e ¶ *Pubertatis.*] i. annum 14. ſecundũ quoſdam: ſecundum H. ante 12. inſt. qui. mo. tu. fi. in prin. ext. & deſp. impu. puberes. 20. q. 2. illud. " vbi incipit adoleſcentia, exſufflatur & exulat pubertas. Io. quod dicit H. de 12. annis, non eſt verum in maſculo, ſed in puella, vt inſt. qui. mo. fi. tute. in 2. col. B.

" Pubertas qñ finitur.

quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri, de quo loco (ſi cum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum Pontificatum [a] ſperare debebit. *& Infra.* ¶ Defenſores [b] etiam eccleſię, qui ex laicis [c] ſiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerunt eſſe in ordinem [d] clericatus.

a ¶ Si ab infantia.] *Prior hæc huius capitis pars ſummatim refertur. Integer locus ſic habet.* Si ab infantia eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores vſque ad vigeſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus acceſſerit, ita tamen vt poſt baptiſmũ ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur, exinde acolythus, vel ſubdiaconus quatuor annis, & ſic ad benedictionem, &c. *Ac ſane in uno etiam peruetuſto Gratiani codice, & apud Rabanum. lib. 2. ca. 13. de inſt. cleric. legitur:* quattuor annis, *non.* quattuordecim. *Sed ob gloſſas nihil mutatum, additumue eſt.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconenſem: epiſt. 1. c. 9.

¶ De eodem. C. III.

QVicumque itaque ſe eccleſiæ vouerit obſequiis à ſua infantia, ante pubertatis [e] annos baptizari [f], & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu à doleſcentiæ vſque ad [a] vigeſimum ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per ſacerdotem benedictione percepit, vxore contentus, acolythus [g], & ſubdiaconus eſſe debebit, poſteaq; ad diaconi [h] gradum (ſi ſeipſum primitus, continentia præeunte, dignũ probauerit) accedat. Vbi ſi vltra [β] quinque annos laudabiliter miniſtrauerit, congrue presbyterium conſequatur. Exinde [i] poſt decennium epiſcopalem cathedram poterit adipiſci: ſi tamen per hæc tẽpora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grandæuus [k] melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam peruenire feſtinat, deſiderij ſui fructũ non aliter obtinebit, niſi eo, quo baptizatur, tempore, ſtatim [l] lectorũ, aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere [m], & hanc virginem accepiſſe cõſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud [n] acolythus, & ſubdiaconus fiat, & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) proueha tur. Exinde iam acceſſu temporũ, presbyterio vel epiſcopatui, ſi cũ cleri, ac plebis euocauerit electio non immerito ſocietur.

a ¶ vigeſimum.] *In pleriſque uetuſtis exemplaribus, & Gratiani, & epiſtola: atque apud Iuonem legitur,* trigeſimum. *Sed in epiſtola Zozimi, quæ relata eſt in antecedente notatione,* vigeſimum.

β ¶ Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuſcriptis, & in originali ipſo. In uulgatis erat,* intra.

Item ex ſexta ſynodo, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

SVbdiaconus non minor viginti annorum [o] ordinetur. ¶ Siquis vero in aliquo ordine ſacerdotali præter conſtituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginen. c. 4. [a]

¶ De eodem. C. V.

3 PLacuit [p], vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur, & vt lectores populum non ſalutent [q].

Item ex concilio Agathenſi, c. 16. & 17.

¶ Minoribus xxv. annis leuitica non præſtetur benedictio. C. VI.

4 EPiſcopus benedictionem diaconatus minoribus, quã xxv. annorum, penitus non committat. ¶ Sane ſi coniugati iuuenes [r] conſenſerint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda

k ¶ *Grandæuus.*] ſ. 23. anno [b] vel 30. quia hæc eſt virilis ætas. j. e. c. epiſcopus [c]. ętas enim multum facit ad eruditionem. 16. q. 7. hoc ſit. & ſi ſit 23. annorum, ita recipit omnes ordines intra 30. annum, ſicut quilibet alius, qui a pueritia deſeruiuit eccleſiæ. Vel grandæuus; ſ. 18. annorum: arg. 28. diſt. de his. & 32. diſt. lectores.

l ¶ *Statim.*] s. di. 47. §. 1. ar. contra. Sed non dicit ſtatim, i. incontinenti: ſed ſtatim, i. paulo poſt. tale ſtatim habes. ff. de proc. qui̇ p curatorem. vel ibi non prohibetur, niſi de epiſcopatu & presbyteratu.

ibid. c. 10.

b Hãc ſtam ponit Laur. cui⁹ fuit hęc gl. Sed Hu. ponit 18. ve 28. di. d̃ hic. 32. di. lectores. ſed hoc ſecũm Ho. ſ vi. q̃a tũc in ſeptẽnio ñ poſſet recipere oẽs ordines.

m ¶ *Vel habere.*] Ita tamen q dudum iam promiſerit continentiam. nam præire debet continentia, vt 28. diſt. c. priuſquam. Pręterea de iſto grandęuo non exprimitur in canone. 26. diſ. qui ſine. diſtingue tamen inter ordinem & ordinem. & ita arbitrio boni viri relinquitur. ext. de of. del. de cauſis. ff. de iu. deli. l. 1.

c Concord. tex. cũ gl. in l. nõ aliter. ff. de le. 3. & l. 1. ff. d̃ min.

n ¶ *Aliud.*] à biennio ſi eſſet in 15. ann. nec refertur ad antecedens quinquennium: quia non præceſsit aliud. ſic C. quomo. & quand. iud. Auth. qui ſemel.

o S*Vbdiaconus.*] ¶ *Non minor xx. annorum.*] Ita vt compleuerit xx. annum. " hoc enim requiritur in honorib. eccleſiaſticis, vt ext. de ele. cum in cunctis. licet ſecus ſit in honorib. ciuilibus [d], vbi ſufficit attigiſſe 25. an. vt ff. de mu. & ho. ad rem. licet ſit arg. contra j. diſt. prox. ca. presbyter. In vſucapionib⁹ ſufficit attigiſſe vltimum diem, vt ff. de diuer. & temp. præſc. in vſucapione. & ſimiliter quantum ad factionem teſtamenti ſufficit attigiſſe vltimum diem 14. anni, vt ff. de teſt. qua. ætate. Sed quantum ad excuſationem. ciuilium munerum requiritur quod annus ſit completus, vt ff. de iure imm. maiores. Sed quantum ad beneficium reſtitutionis fit computatio de momento ad momentum. vt ff. de min. l. 3. §. minorem. Sed in temporalibus actionib. oportet vt vltimus dies ſit completus, vt ff. de act. & obl. l. in omnibus temporalibus. Ioan.

" ætas ĩ honoribus & multis aliis neceſſaria ẽ.

d Et ĩã forte eſt rõ, q a honores eccleſiæ poti⁹ ſpectãt ad on⁹, q̃ honorem. 8. q. 1. illud. Io. de Fan.

2 Et concil. Cartha. codicis c. an. 16.

3 Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 31. Pan. l. 3. c. 30. Pol. l. 2. tit. 27. Anſ. l. 7. c. 96.

4 Iuo par. 5. c. 365.

p P*lacuit.*] j. 20. q. 1. placuit.

q ¶ *Salutent.*] Solebant forte lecturi in pulpito aliquam ſalutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiſcum. vbi modo dicunt: Iube domine benedicere. 21. diſtinct. denique.

E*Piſcopus benedictionem.*] C A S V S. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In ſecunda parte dicitur, quod ſi coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirenda eſt vxoris voluntas: & ſequeſtrato cubiculo & religione promiſſa ordinetur. In tertia parte dicitur, quod ante xxx. annum presbiter vel epiſcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, *Sane.*] Tertia ibi, *Presbyterum uero.*

f ¶ *Baptizari.*] Sed quare dicit quod tunc debeat baptizari, cum ſit dubium & periculoſum intantum differri baptiſma, vt de conſe. di. 4. quando quis. &c. ne quod abſit? " ideo dicit quia cum baptiſma ſit ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſt. §. verum. in fi. non poſſet ordinari ſi non eſſet baptizatus, ext. de presb. non bap. c. 3. non quod debeat differri: ſed ſi caſu dilatum eſt, baptizari debet.

" Baptiſma eſt oim ſacramẽtorũ ianua.

g ¶ *Acolithus.*] " Et ita videtur quod de iure non debeant minores ordines ſimul conferri: quod credo niſi diſpenſatiue: vel niſi ſit conſuetudo, vt ext. de eo qui fur. or. re. cum H. lator.

" Ordines minores an ſimul cõferri poſſint.

h ¶ *Ad diacony.*] Continentia præeunte. ideo hic non dixit de ſubdiaconatu, quia nondum erat ſacer ordo tẽpore Syrici, qui antiquiſſimus fuit. 32. diſt. erubeſcant. hodie vero eſt ſacer ordo.

i ¶ *Exinde.*] j. e. di. epiſcopus. contra. Sed referas hoc ad xx. annum, de quo ſermo præceſsit, non ad quinquennium proximum: & ſic erit in xxx. anno, vt ibi dicitur, & ext. de elec. cum in cunctis. Vel dicas eſſe conſtitutionum varietatem. Hug.

r ¶ *Iuuenes.*] idem eſt de aliis regulariter. ar. 32. q. 5. per totum. ſi ſunt ſenes bene poteſt alter conuerti: & alter in ſæculo remanere. extr. de conuer. coniu. cum ſis

a ¶ *Seque*

eſt vt ſequeſtrato [a] manſionis cubiculo, religione [b] promiſſa, poſteaquam pariter conuerſi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum vero, vel epiſcopũ, ante triginta annos, id eſt antequam [c] ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconus ante vigintiquinq; nullus metropolitanorum ordinare preſumat: ne per ætatẽ [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

Item ex concilio Toletano.4.c.19.

¶ De eodem. C. VII.

[2] IN veteri lege ab anno vigeſimoquinto leuitæ [e] in tabernaculo [f] ſeruire mãdantur: cuius auctoritatem in canonibus & ſancti patres ſecuti ſunt. Nos [g] & diuinę legis & conciliorum præcepti immemores, infantes & pueros [h] leuitas facim⁹ ante legitimam ætatẽ, ante experientiam vitæ, ideoque ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur † ſententiis, vt † à vigintiquinque annis ætatis leuitæ [i] cõſecrentur. & à triginta presbyteri ordinẽtur.

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. prima, c.3.

¶ Per quę interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

[3] SI quis de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale munus [k] accedat, in primis eius vita preteritis acta temporibus inquiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſſis vxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur, ſi [*] pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, ſi ſeruili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ iam probatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt litteras, ſine quib. xix fortaſſis oſtiarij poſſit implere miniſterium.

[*] ¶ Si pœnitentiam.] *Hæc vſque ad finem addita ſunt ex epiſtola, vt melius percipiatur nexus ſequentis capitis. Nam poſt verbum*, miniſterium, *continenter apud Gelaſium ſequitur*, vt ſi his omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitur, continuo lector, &c.

Item eodem capite, & ſequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOnach⁹ [4] [l] vero nouitius [m] morum honeſtate fulcitur, cõtinuo lector vel notarius [n], aut certe defenſor [o] effectus, poſt tres mẽſes exiſtat acolythus: maxime ſi huic ætas etiam ſuffragatur: ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat, ac ſi modeſtæ conuerſationis, honeſtæque volũtatis exiſtit, nono menſe diaconus, completo que anno ſit presbyter: cui tamẽ, quod annorum interſtitia fuerant collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio [p]. ¶ [4] Si vero laic⁹ quiſpiam eccleſiaſticis eſt aggregandus officiis, tanto ſollicitius in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinari [q] perſonam, quantum inter mundanam, religioſamque vitam conſtat eſſe diſcriminis: quia vtique conuenientia [r] eccleſię miniſteria reparanda † ſunt, non incõuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitiis, in eorum quærendũ eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc aſſequẽda, decerpitur, vt morũ habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit: ne † per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis, vitia [s] potius diuinis cultibus intuliſſe †, non legitimæ familiæ Domini computemur procuraſſe compendia [t]: Quorum [v] promotionibus, ſuper anni metas [x], ſex mẽſes nihilominus ſubrogamus: quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare [y] conuenit inter pſonã diuino cultui deditam, & de laicorum conuerſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidim⁹, vt eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus [z] canonum paternorum vetus forma ſeruetur.

---

a ¶ *Sequeſtrato.*] j.31.di. volumus. contra. Sed hic de ſuſpectis. Vel dic ꝙ thalamus tantum debet ſequeſtrari, non aũt manſio [a]: & hoc obtinet in vxore pro nouendi: ſecus eſt in vxore illius q vult conuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel ſi eſt ſenex promittet continentiam, vt extr. de conuer. coniu. cum ſis. & de illa materia no. 28. diſt. q ſunt culpæ. [b] Quid ſi vxoratum promouet epẜ ad minores ordines? debet ne ab eo exigere continẽtiã: cũ ſine titulo cũ ſi debeat promouere, & beneficium ſimul cum vxore habere non poſſit. ext. de cle. coni. c. 1. & ca. diuerſis? Sic: ſi tamen promouetur, nec exegerit, habebit bñficiũ: ar. 32. diſ. ſi qui. ab eo aũt qui vxorem non habet: non eſt exigenda continentia. 15. q. 3. §. cum autem. Io.

[Margin: a Vr iſta idẽ dicere, cum dicat ſequeſtrato manſionis cubiculo. [b] hoc legi & not. ext. [b] conue. coniu. cõiugat⁹ ibi vid. [b] coniugati an poſſint promoueri.]

[Margin: 1 C 17. Bur. l. 2 c 9. Iuo p. 6. c2. 29. Pan. l. 3. c.28.]

b ¶ *Religione.*] i. caſtitate: q qualiter promitti debet, dixi 27. di. ſeriatim. nec enim iſta debet religionẽ intrare: q a nec vir eius intrat. ſecus eſt in vxore monachi vel epi. ext. de conu. coniu. ſane.

[Margin: 2 Pol l. 2 tit. 27. Burc. l. 2. c. 12 Iuo p. 6 c. 32. Pan. l. 3. c. 31. Num 8.]

c ¶ *Antequam.*] No. [c] ꝙ canon aliter interpretatur virilem ætatem, aliter interpretatur lex. ff. de mi. l. 1. C. his qui veni. æta. imp. l. vl. ſed diuerſificant: q a diuerſos habent reſpectus. prætor non habuit reſpectum niſi ad rerum ſuarum adminiſtrationem.

[Margin: [c] ætas virilis diuerſimode interpretatur.]

[Margin: † In codice regio admonemus exemplis. † al. ſed.]

d ¶ *Ne per ætatem*] ar. ratione ætatis præſumi pro aliquo vel contra, vt ſ. 34 di. quorumdam. 33. q. 2. inqui.

[Margin: 3 ſ di. 55. c. 1. Anſel. l. 7. c. 47 Iuo p. 3. c. 143.]

IN vetere] CASVS. Quidam epi ante 25. annũ leuitas ordinabant: ſed Toletanũ concil. ꝓhibet ne hoc decetero fiat: ſed poſt 25 annum leuitæ ordinẽtur: & pſbyteri poſt 30. quod ꝓbat auctoritate legis Moſaicæ & canonicæ.

e ¶ *Leuitæ.*] [e] In veteri lege a 25. anno Leuitæ deſeruiebant tabernaculo, & cuſtodiebant vaſa tabernaculi aurea. antea non.

[Margin: [e] Leuitæ officium.]

f ¶ *Tabernaculo.*] [f] qd ſit tabernaculum, habes ff. de ver. ſi. l. inde tabernacula.

[Margin: [f] Tabernaculum.]

g ¶ *Nos.*] commiſcet ſe aliis, vt citius reprehendat.

h ¶ *Pueros.*] [h] Puer qñque ſeruum, qñq; puellam ſignificat. ff. de ver. ſi. pueri. quandoque dicitur puer 18. annorum. ff. de ali. & ci. le. l. mela.

[Margin: [h] Puer quid ſignificat.]

i ¶ *Leuitæ.*] Omnes qui in templo ſeruiebant, dicebantur Leuitæ: [i] quia de tribu Leui aſſumebantur. Sed nũquid conferebatur eis tunc character? Sic. arg. de conſ. diſt. 3. c. 3. ſed non idem qui hodie. ar. ext. de ſacra vnct. cum veniſſet. in fi. 23. di. c. 1. quod eſt contra opi. Hug. quam dixi ſ. 75. diſt. c. 1. ꝙ ſcilicet ſine Miſſa conferatur character. [i] Sed hodie immutata eſt forma per Chriſtum. vnde nec Aaron ſine Miſſa conferret hodie characterem.

[Margin: [i] Leuita à leui dicitur.]

[Margin: [i] character hodie ſine Miſſa non confertur.]

SI quis.] CASVS. Dicitur hic quod ſi quis monachus voluerit promoueri, vita eius præterita requiri debet, ſi fuerit criminoſus vel irregularis, contrahendo cum ſecunda vxore, vel repudiata.

k ¶ *Munus.*] id eſt, ſi vult ad ordinem promoueri. Archid.

MOnachus] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. loquitur de monacho. In 2. de laico. In prima ergo dicitur quod monachus nouitius, ſi bonæ vitæ & bonæ conuerſationis fuerit, intra annum poteſt omnes ordines recipere per interſtitia breuia in cap. aſſignata, vt deuotio ſancti propoſiti legitima ſuppleat interſtitia. In ſecunda par. dicitur, quod laicus intra annum & dimidium poterit promoueri ad omnes ordines ſi fuerit commendabilis vitæ, vt quod deeſt tempori, & quod prolixior conſuetudo non contulit, ſuppleat in eo morum ꝓbitas: & hæc omnia ſunt [d] diſpenſatione propter neceſsitatem: qua ceſſante vetus forma ſeruetur. Secunda pars incipit ibi, *Si vero laicus.*]

l ¶ *Monachus.*] Hoc c. loquitur ſecundum caſum illum ſ. diſ. 55. priſcis. ſ. de diſpenſatione, procedente de iure communi.

m ¶ *Nouitius.*] quia de nouitio maior dubietas videbatur eſſe.

n ¶ *Vel notarius.*] A notis. i. litteris legendis [b]. Pedius tamen ſcripſit litteras nõ eſſe notas. ff. de bo. poſ. ſed cum patrono. §. notis. Notæ autem quandoque dicũtur cicatrices. Vnde lex dicit, ꝙ & notæ & nomina fugitiuorum ad magiſtratus ſunt referenda. ff. de ſer. fu. l. 1. iuxta illud: *Vultuſque notas & nomina mandat.*]

[Margin: b Sc[d]m hoc expone vel notarius, vel pro id eſt, & ſic exponũt Grat. & Hu.]

[Margin: 4 Ibid. c. 4.]

o ¶ *Defenſor.*] exorciſta. nam prius fit oſtiarius, poſt exorciſta. ſ. c. c. 1. dicitur exorciſta defenſor: quia defendit corpus a dæmonibus.

[Margin: † al. deputanda]

p ¶ *Deuotio.*] [p] Sicut enim ingenium ſupplet tempus in bene ſtudente, ſic & bonitas ætatem: & ita cõpenſatur probitas cum tempore. ſic ergo bonitas ſupplet ætatem ſicut tempus, vt C. de præpo. ſacro. ſcr. l. 1. li. 12. & malitia dicitur ætatem ſupplere. C. ſi mi. ma. ſe dix. l. 3. ext. de deſpon. impuber. de illis. ita probitas & honeſtas ſupplet tempus. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes. & ff de decr. ab or. fa. l. 1. ſic aliquid quod eſt minus, æquiparatur alij quod eſt maius, facta conpenſatione hinc inde. 7. q. 1. quæro. & 19. di. in canonicis. Iſtud idem conſideratur in teſtib. quia fit compenſatio auctoritatis ad numerum. extr. de teſtib. in noſtra.

[Margin: [p] Ingenium & alia tẽpus ſupplere poſſunt.]

[Margin: † al. nec.]

[Margin: † al. intuliſſe iudicemur.]

q ¶ *Examinari.*] Arg. quòd ſi laicus inducitur in teſtem, diligentius eſt examinandus quam clericus, propter maiorem duritiam. 12. q. 2. duo.

r ¶ *Conuenientia.*] id eſt, conuenientibus miniſtris:

s ¶ *Vitia.*] id eſt, vitioſos clericos.

t ¶ *Compendia.*] id eſt, vtilitates, vel vtiles miniſtros.

v ¶ *Quorum.*] [v] Arg. poteſt colligi ex hoc quod tantum valeat teſtimonium quattuor clericorum, quantum ſex laicorum. nam in ſeſquialtera proportione videtur quod ſe habeant, ſicut ſe habent ſex & quattuor: quia tantum poteſt clericus facere per annum, quantum laicus per annum & dimidium. 46. diſt. c. pe.

[Margin: [v] Clericꝰ laico pfertur. [c] Ad idẽ 61. d. in ſacerdotibus ſ 4. di. ſtatuim⁹. & c. denique. 1. q. 1. viliſſimus.]

x ¶ *Metas.*] ſ. c. di. quicumque. contra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loquitur. Vel illud regulariter & de iure communi: hoc ſpecialiter ex diſpenſatione. vnde ſubiicit, quæ tamen, &c.

y ¶ *Diſtare.*] j. 8. q. 1. nec ſufficere [c].

z ¶ *Ceſſantibus.*] Ceſſante cauſa conceſsionis, ceſſare debet pariter & conc

& conceſſum.vt 1.q.7.quod pro remedio. & c.exigunt.ſ.diſt.55.priſcis.56.diſt.Iſmael.ar.contra.C.fam.erc.l.1.Lau.

ADDITIO.Dic vt no.61.diſt.neophitus.& 19.q.2.dux.Arch.

Q*ua vero ætate.*]C A S V S. Supra in proxima diſt.in c.epiſcopus benedictionem.dictum eſt quod qui ordinatur in preſbyterum] debet eſſe 30. annorum. Nunc vero in hac 78. di.idem repetit, vt addat cauſam quare tunc, & non ante ,ſ. quia Chriſtus in 30.an. baptizatus fuit, & poſtea cœpit prædicare , vt j. c.presbyter. Et omnia plana ſunt vſq; ad c. qd eſt.

a ¶ *Qua vero.*] Hic intitulatur. 78. di.in qua oſtendit magiſter non debere ordinari ſacerdotes de iure comuni ante triginta annos completos ; "quia in tali ætate Dominus baptizatus eſt, & prædicare cœpit ; & quidam alij pphetæ. ſed quia & ante hoc tempus prophetæ ad prædicandum miſsi ſunt, poſſunt neceſsitate imminente à 25. ann. ordinari.j. e. diſt. c.vl. ar.ff.ad Tre.filium. §.1.

[a] Chriſtus qua ætate baptizatus eſt.

b S*i quis* ¶ *Non impleuerit.*] Ext. de ele.cum in cunctis.

c ¶ *Sit dignus.*] arg. eſt non debere derogari iuri communi ppter perſonam. ſ.di.50.ex pœnitentib.di.61. miramur. Sed ppter neceſsitatem , vel vtilitatem derogatur iuri, licet non propter dignitatem tantum, vt 1. q.7.c.tali[a].

[1] Pol.l.2.tit. 20.Burc l.2. c.10. Iuo p. 6.c.30.Pan. l.3.c.29.

[a] Ad idē 15. q.vlti.c.vlt. & de hoc ēt no.j.e.c.vl. 2Poly.lib.2. tit.27.

Q*uid eſt manus.*] C A S V S. Super epiſtolam ad Timotheum habetur.Manus cito nemini impoſueris, nec communicaueris peccatis alienis. Nunc vero Leo Papa exponit litteram Apoſtoli: & dicit , quod ille cito manum imponit qui ordinat aliquem ante congruam ætatem , & ante examinationem, & antequam ſit diſciplinatus. Et ille communicat peccatis alienis qui efficitur malus: ſicut eſt ille quem ordinat , & in malo eſt ei ſimilis.

[b] Cap.1. [3] ſ.diſt 61 c. miramur. verſi. qd eſt cito| Anſ li. 6.c 34. Iuo p.5 c.105

† al.laboris.

d ¶ *Quid eſt.*] Hoc eſt in epiſtola ad Timotheum[b]: Manus cito nemini impoſueris : neque communices peccatis alienis

[b] Hoc forte intelligitur & couētuali ſecūdm Laur. ſi intelligas indiſtincte, vt probatur ext.lib.6.de ele . licet ca non. q[d] eſt cōcil Greg. x. ætatis pbatio, cui incumbit.

e ¶ *Communicare.*] Communicat peccatis alienis qui illis conſentit, ar.di.86.c.1.& c.culpam.& c.facientis 83. di.c.quid enim.& c. error.

P*Resbiter ante xxx.*] C A S V S. Dicitur hic, q presbyter ante xxx. annos ordinari non debet,licet ſit vitæ probabilis : quia Chriſtus tantum in trigeſimo anno cœpit prædicare , & baptizatus eſt.

f ¶ *Ante triginta.*]Poteſt tamen ei concedi in vigeſimoquinto anno regimen parochialis[b] eccleſiæ ext.de elec cum in cunctis. Sed cui incumbet probatio de ætate ſi dubitatur de ætate ? Dico quòd ei qui agit,ſcilicet qui petit ordinem.vnde ſi maior eſt actor , ipſe probabit ſe maiorem , ſiue minorem [e],vt C.de prob.cum te. C.de in int. reſtitu. mi. ſi minorem. ff.de min.minor ex aſpectu.Sed ſi minor eſt reus tunc aduerſarius probabit , vt C. qui & aduerſus quos.l.1 ff.de mi.de ætate.

[c] Adde an ætate filij. credatur libro pfis vel eī[9] aſſertiōi, not gl.1] ēt ff. pb.Bal i l.neq; tuta les.C.e.tit.

g ¶ *Prædicauit.*]Sed ſacerdotis officium eſt prædicare , vt 16.q.1.adiicimus.Vnde eſt hic ar. contra id quod diximus quòd debeat implere trigeſimum annum. Dicit Ioan.Chriſoſt. quod[d] trigeſimo anno nondum attigerat Ieſu niſi 30. dies. ſicut in Euangelio continetur: Erat Ieſus quaſi annorum 30. Sed eſt ar.ſuperficiale[d]: ſed probatur

[d] Na factū

b ¶ Monachus.] *Quomodo hic locus in originali habeat , proxima ſuperiore notatione indicatum eſt.*

c ¶ Vt eccleſiis.] *Hæc multo plenius à Gelaſio exponuntur:* Vt illis , inquit , eccleſiis,quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus,vel exigua remanſerunt miniſteria , renouentur: quatenus his , Deo propitio,reſtitutis,in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſeruetur , nec contra eos vlla ratione præualeat , quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur , ceteris eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus , quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus conuenit tenere ſententiam.

DISTINCTIO LXXVIII.

Q*Va vero[a] ætate ſacerdotes ordinari debeant, Bonifacius Papa diffiniuit dicens.*

a ¶ Bonifacius.] *Cæteri collectores tribuunt ex decreto Fabiani. Extat apud Martinum Bracarenſem in ca.græc.ſynod.c.20.ex Neocæſar.c.xi.*

¶ Ante annos triginta preſbyter non ordinetur. C. I.

1 SI quis[b] triginta ætatis ſuæ annos nō impleuerit, nullo modo preſbyter ordinetur , etiam ſi valde ſit dignus[c].

Item in nouellis Authentica de ſanctiſ. epiſcopis,§,Clericos. apud Iulian.Antec. conſtit.123.c.19.]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

2 NEmo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit:nemo diaconus,vel ſubdiaconus fiat, qui minor vigintiquinque annis ſit : nemo lectoribus connumeretur , qui minor xviij. annis fuerit : nemo inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor ſit xl. annis, vel ad ſecundum matrimonium peruenerit.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africanos,epiſt 87.c.1.

¶ Non eſt ordinandus ſacerdos, niſi longo tempore probatus examine. C. III.

3 QVid eſt[d] manus cito imponere , niſi ante ætatem maturitatis , ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ† , ante

per hoc quod ante xxx. annum non poſsit promoueri.

HOC REGVLARE EST.C A S V S. Dicit nunc Grat.quod hæc quæ dicta ſunt ſ.de 30.an.vera ſunt, & ſeruanda de iure cōi.Et hoc probat exemplo Chriſti,& Ioannis Bap.& Ezechielis qui tantum in xxx. anno prædicare cœperunt,ſed diſpenſatiue ante tale tempus poteſt aliquis ad dignitatem preſbyterij promoueri. & hoc probat ſex exemplis : ſcilicet Hieremiæ & Danielis, Dauid & Salomonis, Ioannis Euangeliſtæ & Pauli : qui omnes ab adoleſcentia acceperunt officium prædicandi , & gubernationem ſuper alios. Et ad hoc probandū inducit ſe j. ca. cuius caſus per ſe patet.

[a] dūi non eſt trahendū ad cōſe tuetū, ſecūdūm B.

experientiam diſciplinæ , ſacerdotalem honorem tribuere non probatis ? Et quid eſt communicare[e] peccatis alienis , niſi talem effici ordinantē, qualis ille eſt , qui non meruit ordinari.

Item ex concilio Neocæſarienſi,c.11.

¶ Ante triginta annorum ætatem preſbyter non ordinetur. C. IIII.

4 PResbyter ante xxx.[f] annorum ætatem non ordinetur, quamuis ſit probabilis vitæ:ſed obſeruet vſque ad præfinitum temp[9]. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicauit[g].

[4] Pol l 2.tit. 27. Anſ.l 7. c. 95. Pann. lib.3.c.19.

§. *Hoc regulare eſt , vnde & Chriſtus , & Ioannes Baptiſta , & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus propheta[ſſe] , vel prædicaſſe*[h]*. Verum , quia Hieremias , & Daniel ante iuuenilem ætatem ſpiritum prophetiæ accepiſſe leguntur, Dauid, & Salomon in adoleſcentia vncti inueniuntur , Ioannes etiam Euangeliſta , cum adhuc eſſet adoleſcens , à Domino in Apoſtolum electus,& cum alijs ad prædicandum miſſus inuenitur, Paulus quoque Apoſtolus in adoleſcentia à Domino electus,& ad prædicandum miſſus aſſeritur , eccleſia ſimiliter,neceſſitate exigente,nonnullos ante triginta annos ordinare conſueuit.*

Vnde Zacharias Papa. Bonifacio epiſcopo. epiſtol.6.cuius initium]*Benedictus Deus.*]

h ¶ *Prædicaſſe.*] ante hoc tempus.

i S*i xxx. annorum.*]

¶ *Neceſsitas.*] vel vtilitas,cum illa etiam indicat diſpenſationem,vt 1.q. 7. tali.immo de iure communi (vt videtur) cum enim in 25.anno ad regimen eccleſiæ poſsit aſſumi,vt ext.de ele. cum in cunctis. " & quilibet prælatus debeat eſſe presbyter, 21.q.2. ſicut cum etiam talis debeat eligi , qui per breue tempus poſſit promoueri , vt ext. de æta. & quali, præterea. Et breue tempus eſt vt non vacet eccleſia niſi per tres menſes ad plus, vt 50. diſt. poſtquam. ergo prædicta ca. videntur correcta.Io.quod non cre lo , vt ext.de elec. dudum.& ext.de præben. cum iamdudum. in fine.

[5] S Greg. in Ezechiel. hom 2. Hier.1. Daniel 1.

" Prælatum quilibet pſbyter eſſe debet.

Matth.4. Act.7.

¶ Neceſsitas exigente xxv.annorum preſbyteri ordinentur. C. V.

5 SI triginta annorum non reperiuntur,& neceſſitas[i] expoſcit[9], à vigintiquinque annis & ſupra leuitæ, & ſacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

A*Poſtolicus autem[k] non niſi Cardinalib[a]. & religioſis clericis eſt inthronizādus. Vnde Nicolaus Papa II. ait in eo ,lo.,quæ ſynodum à ſe Romæ habitā refert,c.1.*

A*Poſtolicus.*] Hæc diſt. diuiditur in ſex par. in quarum prima dicitur , quod nullus debet eligi in eccleſia Romana niſi à Cardinalib. nec ante mortem Papæ aliquo verbo,vel facto de Papatu debet promitti. Et hoc probat per ſex auctoritates. Secunda ibi, *Nullus Pontifice.*]Tertia ibi, *Sed quæritur.*] Quarta ibi, *Hoc Antecor.*] Quinta ibi, *Electio.*]Sexta ibi, *Sicut ſupra.*]Io.de Fan.

6 & iſto tex. infertur, q plura ſunt neceſſitatu cā,q̄ aliàs ñ fierent. concor. l. ñ ſoli §.fi.ff. de ex cuſatu.

CASVS. ſupra in 23.di. c 1.tractatum eſt de electione & confirmatione Papæ : nunc vero in hac 79.di.ibidem repetit , vt aliquid addat. continet enim hæc diſt. quattuor articulos,In primo dicit,quod Papa non debet eligi niſi à Cardinalib. In ſecundo dicitur quid iuris ſi duo apoſtolici eliguntur.In tertio dicitur quod electio ſucceſſoris debeat fieri cum deliberatione prædeceſſoris.In quarto dicitur quod electio apoſtolicorum ſoli Deo reſeruatur, quæ omnia per ſuos §§. patebunt.

k ¶ *Apoſtolicus autem.* Hic depingitur 79. diſt.in qua ſpecialiter magiſter agit de electione ſummi Pontificis, oſtendens à quib. debeat eligi."& dicit quod à Cardinalib. & quando : quia die tertia poſt depoſitionem defuncti, vt j. c. nullus. ſubdit etiam quid iuris ſit cum duo malo zelo eliguntur,vt j.c.ſi duo. vel cum ſimoniace aliquis eligitur,vt j.ea.ſi quis pecunia ſ. & dicit quod à ſolo Deo poteſt deijci.de ordinatione eius non tractatur hic , quia de ea dictum eſt. ſ. 23.diſt. in nomine.

" Papa à q̄bus& q̄ñ eſt eligendus.

e Et j.e.c.1

*ADDITIO Illud c.non fuit ibi introductum niſi propter ordinationem:& ideo repetit hoc de electione & inthronizatione, & non de ordinatione,ſecundum Hug.

S*i quis.*] C A S V S.Statuit Nicolaus in hoc c.quod ſi quis ſine concordi & canonica electione Cardinalium & aliorum religioſorum

¶ De eo, qui ſine concordi Cardinalium electione inthronizatur. C. I.

j.[1] SI quis [a] Apoſtolicæ ſedi ſine concordi, & canonica[a] electione Cardinalium eiuſdem eccleſiæ, ac deinde ſequentium[b] religioſorum[c] clericorum inthronizatur, non Papa, vel apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur.

¶ a Si quis.] *Verba Nicolai in epiſtola, quæ in voluminibus conciliorum impreſſit poſt decreta Nicolai primi habetur, hæc ſunt.* Primo namque inſpectore Deo eſt ſtatutum, vt electio Romani Pontificis in poteſtate Cardinalium epiſcoporum ſit, ita vt ſi quis Apoſtolicæ ſedis ſine præmiſſa concordi & canonica electione eorum, ac deinde ſequentium ordinum religioſorum clericorum, & laicorum conſenſu inthronizatur, &c. *Idem fere habetur ad finem illius ſynodi, & refertur infra c. ſi quis pecunia.*

Item Symmachus Papa in ſynodo Romana prima, c. 3. & 5.

¶ Papa ſuperſtite, eo inconſulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui. C. II.

ij.[2] SI quis, Papa ſuperſtite, pro Romano[d] Pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem præſtare conuincitur, loci ſui honore, vel communione priuetur. Si[6] quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconſulto, aut ſubſcriptionem[e] pro Romano pontificatu commodare, aut pyctacia[f] promittere, aut ſacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certe ſuffragium polliceri, vel de hac cauſa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere, loci ſui dignitate, atque †communione priuetur. *& infra.* ¶[a] Propter occultas fraudes, & coniurationum ſecretas inſidias, quas huius ſententia diſtrictionis[g] conſequitur‡, ſi quis ad eccleſiaſticam pertulerit[h] notitiam conſilia eorum, qui contra hanc ſynodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiuſmodi non ſolum purgatus ab omni culpa ſit, ſed etiam remuneratione[i], quæ non indigna ſit, ſubleuetur. Vniuerſa ſynodus, &c.

¶ a Si quis Papa.] *Initium hoc uſque ad verſiculum*, Si quis presbyter. *eſt caput ſecundum Capitula primæ ſinodi Romanæ ſub Symmacho Papa. In codice vero canonum præſtabat ho verſo: Tituli decretorum Papæ Symmachi numero quattuor.*

¶ a Si quis presbyter.] *Hæc ſunt propria verba cap. tertij ipſius ſynodi, quod eſt ſecundum in codice canonum.*

Item ex concilio Stephani Papæ IIII. [Deusdedit addit, habita in baſilica Conſtantiniana, act. 3.]

¶ In apoſtolatus culmen nullus niſi ex Cardinalibus promoueatur. C. III.

[4] OPortebat, vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana eccleſia (iuxta quod à beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutũ eſt) rite ordinaretur, & in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus, presbyteris, aut diaconis cõſecraretur.

Item ex eodem.

¶ De eodem. C. IIII.

[5] NVllus vmquam laicorum, neque ex alio ordine præſumat, niſi per diſtinctos gradus aſcendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pontificatus honorem promoueri.

¶ *In Põtificalibus manuſcriptis uno Vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in uita Stephani Papæ III. referentibus ſynodum ipſius tempore habitã, hæc leguntur ad caput hoc pertinentia.* Tunc allatis ſacratiſsimis canonibus, eiſque aliquãdo perſcrutatis, prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali concilio, ſub anathemate interdicentes, ne vllus vmquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pontificatus honorem promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebant correctione, in eodem concilio ſtatuerunt emendanda.

Item ex eodem.

¶ Anathematizetur epiſcopus, monachus, vel laicus Romanam eccleſiam inuadens & in gradum filiorum eius prorumpens. C. V.

iij.[6] SI quis ex epiſcopis, vel preſbyteris, vel monachis, vel laicis cõtra canonũ, & ſanctorum patrũ ſtatuta prorũpens, in gradũ filiorũ ſanctæ Romanæ eccleſiæ id eſt presbyterorum[k] Cardinalium, & diaconorum ire præſumpſerit, & hanc Apoſtolicam ſedẽ

rum clericorum fuerit electus vel inthronizatus, non habeatur apoſtolicus, ſed apoſtaticus.

a ¶ *Et canonica.*] Quam electionem vocas canonicam? numquid dices idem eſſe q. in aliorum electionib. ſaltem quo ad hoc vt debeat eſſe de eadem eccleſia[a], vel vt melior eligi debeat[b], vel et prior[c], vel vt non ſit aliquo mõ irregularis? Sed breuiter dico, quod ſi eſt electus à duabus partib. amodo nulla admittitur contra ipſum exceptio, nec de vitio eligentium vel electi: quia non eſſet coram quo iudice exceptiones illæ ſpræponerentur. vnde ſi tertia pars vellet probare electionem eſſe ſimoniacam[d], non audiretur, vt ext. de ele. licet. qui tamen ſic eligunt, peccant: & electio talis vitioſa eſt.

b ¶ *Sequentium.*] Hi cõſentire debent: nõ tamen vocandi ſunt de neceſsitate.

c ¶ *Religioſorum.*] 5. di. 23. c. 1. contra. ſed ibi dicit religioſos viros præduces, non reſpectu Cardinalium, ſed reſpectu laicorum.

SI quis Papa.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. par. dicitur, q. ille debet deponi qui Papa viuo & incolumi præſtiterit fauorem carnalem pro Romano pontificatu: vel qui eo incõſulto ſubſcriptionem fecerit: vel ſacramentum dederit alicui: vel ſuum ſuffragium polliceatur propter hoc: vel qui hac de cauſa priuata conuenticula facit. In 2. par. dicitur quod quicumque huiuſmodi coniurationes & inſidias patefecerit & probauerit, indulgẽtiam promerebitur & præmium. Secunda pars incipit ibi, *Propter occultas fraudes.*

d ¶ *Pro Romano.*] maxime: ar. j. c. nullus Pontifex.

e ¶ *Aut ſubſcriptionẽ.*] aliàs ſubſcriptiones.

f ¶ *Pyctacia.*] Pyctacia hic dicuntur ſcripta obligatoria. 30. q. 5. pyctacium. & ſecundũ hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicũtur munera quædam: & ſecundum hoc dicitur à petendo.

ADDITIO. Quidã dicunt q. eſt generis fœminini: vnde in qbuſdam libris inuenitur hæc pyctacia: ſed dico eſſe literam corruptam: vel eſſe accuſatiuum pluralem: & quod di. pyctaciolas. j. 16. q. 7. non obſeruetis. dico non eſſe verum: ſed debet eſſe pyctaciola. Hug.

g ¶ *Diſtrictionis.*] id eſt, diſtrictæ conſtitutionis ſententia.

h ¶ *Pertulerit.*] Ar. in ſimonia aliquem de ſe confeſſum audiri contra ſocios eiuſdem criminis[e]. Sed eſt ar. contra 15. q. 3. nemini. ſed ſubintelligendum eſt ibi cum ſimonia: & ita per hoc ca. determinatur & ſuppletur illud. vnde colligitur quod crimen ſimoniæ & crimen læſæ maieſtatis æquiualent, & æquis paſsib. ambulant, vt 15. q. 3. ſane. & quidem quæcumque perſonæ recipiuntur in accuſatione in crimine læſæ maieſtatis, recipiuntur in crimine ſimoniæ: & cum ibi recipiantur ſocij initæ factionis contra ſe, ſimiliter & hic. Item hic habetur quod aliqui illum cum quo ſimoniam commiſit, de ſimonia poteſt accuſare: & ille punietur, & iſte non: quod Hug. intelligit vbi res non proceſsit ad actum: ſed ad donationem vel receptionem pecuniæ. Tunc enim vterque debet deponi. Io. quod ego non credo: cum crimen iſtud procedat ad inſtar criminis læſæ maieſtatis, vt 15. q. 3. ſane. in quo ſi ſocius criminis probat crimen, remuneratur. vt 6. q. 1. ſi quis[f]. B. arg. ext. de teſti. veniens. Dicunt tamen quidam q. numquam in ſimonia ſocius ſocium accuſat. 15. q. 3. nemini. niſi qñ ſimul committitur crimen læſæ maieſtatis, vt hic. Et ad ca. ſane, reſpondeo q. quo ad quædam, non quo ad omnia ſimonia æquis paſsib. ambulat cum crimine læſæ maieſtatis. Sed videtur quod ille qui accuſat illum quem dicit fuiſſe ſocium in crimine, non eſſet audiendus: Tũ ideo, quia ſtatim puniendus eſſet, ex quo ſponte confeſſus eſt crimen ſuum, vt 2. q. 1. nos in quemquam. Tum quia turpitudinem ſuam allegans non auditur, vt ext. de don. inter dilectos. Sed dic eſſe ſpeciale in hoc crimine, vt allegans ſuam turpitudinem audiatur, & vt confeſsio eius nõ puniatur[g]: Tum quia non eſt directa cõfeſſio, quando quis ideo cõfitetur vt accuſet. Sed licet confeſsio accuſatoris non puniatur in ſimonia, tamen confeſsio teſtis punitur, vt ext. de ele. per inquiſitionem. Sed q. ſi confeſſus non poteſt probare crimen quod intendit? Videtur q. tunc puniendus ſit: quia tacere debuit crimẽ quod probare non potuit, vt 2. q. 7. plerique. 6. q. 2. ſi tantũ. quod concedo. Io.

i ¶ *Remuneratione.*] nõ ipſo facto, ſed à iudice ea impetret, vt C. quib. ex cau. ſer. pro præmio li. acci. l. 1.[i] & ita inuitatur aliquis p. præmium ad accuſandum, vt 6. q. 1. §. verum. & l. ſi quis cum.

OPortebat.] CASVS. Hoc ca. & ſequens idem dicunt: ſcilicet quod nullus debet eligi in Papam niſi de Cardinalibus presbyteris vel diaconibus, dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI quis ex epiſcopis.] CASVS. Hoc c. & ſequẽs fere eũdem habent caſum. Dicitur enim hic quod ſi quis clericus vel laicus electioni cardinalium contradixerit, vel ſedem apoſtolicam voluerit vſurpare, anathema ſit: & non ſolum ipſe, ſed etiam omnes ei fauentes. In ſeq. c. dicitur, quod ſi quis contradixerit eligentibus Romanum Pontificem, anathema ſit.

k ¶ *Presbiterorum.*] Ar. Cardinales presbyteros maiores eſſe diaconibus[h]: & ex illis primo debere eligi, & poſtea ex diaconis ſi illis non inueniatur idoneus: arg. 5. di. 23. in nomine. Arg. contra 5. c. proxi. quia ibi prius dicit diaconus, &c. Sed ordini litteræ non eſt ſtandum. ff. de ſol. nec enim.

ADDITIO. Et videas quod de hac materia no. 63. diſt. c. metropolita no. Archid.

a ¶ Perpe

Electio Papæ hȝ aliqua ſpecialia.

a Vt 61. diſt. nullus.

b Vt 61. diſt. metropolitanus.

1 Vt 75. diſt. c. vlt. in ſi.

1 Pol. l. 2. ti. 4. Anſ. lib. 6. c. 15. j. ea. ſi qs pecunia.

d De hoc j. e. ſi quis pecuniã. Arc.

2 Iuo. l. 2. c. 21. 3. Iuo p. 5. c. 3. 6. Pol. l. 1. tit. 4. Anſ. lib. 6. c. 1.

† al. vel.

C. 3.

3 Poly. ibid.

‡ al. perſequitur.

e Adde tex. cũ ibi not. in l. qm. C. de teſt.

f Aliàs 5. verum.

Simoniacus an ſocium accuſare poſſit.

4 Deuſdedit p. 1. Anſ. l. 6. c. 25. Pol. l. 1. tit. 4.

5 Deuſd. ibi. Polyc. ibid. Anſel. l. 6. c. 24. S. Anſ. l. 6. c. 24.

g Imo q. nõ agitur ad hoc vt crimẽ ſuũ publicetur, ergo ſi fiat eſt pludiciũ, vt ff. de lib. agn. l. j. in fi. Arc.

Accuſatoribus quãq. præmium datur.

6 Deuſd. ibi. Anſel. l. 6. c. 26. & 27. In Põtificali Rom. manuſcr.

h Adde not. p. Alb. de Ro. in rubr. C. de ſum. tri. Sp. tt. g lit. cõt. 2. ia nũc videdũ. ver. ſi vera omnia

a ¶ *Perpetuum.*] donec pœniteat. 10. q. 1. quia ſacerdotes. ſimile ext. de conſt. ex litteris. & inſt. locati. §. adoo. Aliter ſumitur. ff. pro ſo. l. 1. & 10. q. 2. perpetua. ext. de iur. iu. veritatis.
ADDITIO. De hoc no. 70. diſt. ſanctorum. in 1. gl. & 1. qu. 1. reperiuntur. in fi. Arch.

b ¶ *Si quis.*] ¶ *Seu primatibus.*] Prima tes appellat quoſdã forte nobiles, q. inter ſunt vt populum arceant[a], q. ſi iuſte mouerētur, exaudirentur.

¶ *Nullus.*] CASVS. Mortuo Apoſtolico, vel epo aliquo, Cardinales vel canonici intantum feſtinabant, q. nihil curabãt de ſepultura defuncti: quare ſtatutum fuit, q. nec Papa nec epo viuente, nec etiam eo defuncto electio fiat ſucceſſoris, niſi tertia die poſt ſepulturam.

c ¶ *Viuente.*] Idem dicitur ext. de ele. bonæ. Sed nunquid mortuo Papa eccleſia erit monſtrum ſine capite, vel nunquid vniuerſitas Cardinalium erit caput? Si hoc dicas, Cardinales tunc temporis poſſunt deponere epiſcopum: eadem rõne canonici mortuo epo poſſunt deponer ẽ clericum aliquẽ. Dic ergo & eccleſiam tunc viuere, & nõ carere capite. Ar. tamen eſt, quod Cardinales ſuppleant defectum mortui Papæ. ∫. eo. ſi quis. Io. melius ext. de ma. & obe. his quæ. & ca. cum olim. B.

SED QVAERITVR. CASVS. Hic eſt ſecundus ar. vbi quæritur quid iuris ſit, ſi duo apoſtolici eligantur temeritate certantium: & quis alteri ſit præferendus, & quid de hoc ſit. legitur. ſeq. ca.

d ¶ *Honorius.*] Sed q̃d ſpectat ad Imperatorem ſtatuere aliquid de electionib. contra id. 96. di. vbi. Sed iſtud fecit rogatu eccleſiæ. Et eſt ar. ad q. illam: q. laicus de reb. eccleſiaſticis vel ſpiritualib. poſſit iudicare. Ar. contra. 5. diſt. 96. denique. ſed ibi inte. ligitur præter auctoritatem eccleſiaſticæ prælati. De hoc dixi extr. de arb. contingit.

SI *duo*] CASVS. Bonifacius Papa rogauit Imperatorem Honorium vt conderet legem, qua doceretur quid eſſet faciendum, ſi duo apoſtolici temeritate certantium eligantur. Conſtituit ergo Honorius, quod neuter illorum duorum ſit Papa, ſed noua electione communi conſenſu tertius eligatur.

e ¶ *Contra fas.*] Et ideo neuter obtinet, vt ext. de ele. conſiderantimus. nec priuantur Cardinales hoc caſu poteſtate eligendi, contra id ext. de elec. cum in cunctis. Sed quis erit iudex de hoc an electio ſit contra fas? Non ipſi Cardinales: quia ſi ſic, eſſent iudices in proprio facto. nam nullus ſuperior poteſt inueniri, vt ext. de ele. licet. in fi. Dic iſtud c. locum habere quando neuter eſt electus a duabus partibus. Vel dic quod concilium conuocabitur.

f ¶ *Nullum.*] ∫. di. 63. ſi forte contra. Sed q͛d hic dicitur, ſit cum vtraq; pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur: & hoc patet per hæc verba, contra fas.

HOC AVTEM. CASVS. Dicit nunc Gratianus, quod c. ſi duo, intelligitur quando vterque male eſt electus: & non intelligitur quando vnus per apoſtaſiam ordinatur. & alter canonice: cuius electio facta fuit extra Vrbem propter intruſionem alterius.

a Ad hoc ar. c. 63. di. q. facta 64. di. q. p ambitiones. Arc.
† al. hanc eā monicam.
2 Deuſdedit ibid. Anſ. l. 6. c. 28.
4 In Pontificali Rom. manuſc.
" Cardinales an ſuppleant defectum mortui Papæ.
3 Anſel. l. 6. c. 11 Deuſdedit p. 1.
4 In tomis cōciliorum inter epiſtolas Bonif. 5. diſt. 67. c. Victor Honorius. Anſ. lib. 6. c 17.
† certãtes] Orig.
" Laicus an poſſit de reb. eccleſiæ iudicare.
"Electio facta p Cardinales, ſi dicatur cōtra fas eſſe, q̃s erit iudex.

inuadere quilibet ex ſupradictis tentauerit, & ad ſummum Pontificalem honorem aſcendere voluerit. ipſi, & ſibi fauentibus fiat perpetuum[a] anathema. & *Infra.* ¶ Si quis reſiſtere pſumpſerit ſacerdotibus, atque primatibus eccleſiæ, vel cuncto clero ad eligendum ſibi Romanum Pontificem ſecundum canonicam† traditionem, anathema ſit.

¶ Deuſdedit presbyter Cardinalis tituli Apoſtolorum in Eudoxia. p. 2. c. 131. refert multa ex libro de hab. ta à Stephano tertio, in quibus caput hoc integrum continetur.

Item ex concilio Leonis Papæ IIII.

¶ Anathema ſit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit. C. VII.

iiij.[2] SI quis ex ſacerdotibus, ſeu primatibus[b] nobilibus, ſeu cuncto clero ſanctæ Romanæ eccleſiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit, ſicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur ſtatutum, anathema ſit.

Item ex concilio Bonifacij Papæ III.[3]

¶ Nullius epiſcopi fiat electio niſi poſt diem tertium depoſitionis alterius. C. VII.

12 NVllus, Pontifice Romano viuente[c], aut epiſcopo ciuitatis ſuæ præſumat loqui, aut partes ſibi facere. niſi tertio die depoſitionis eius, adunato clero, & filiis eccleſiæ: & tunc electio fiat.

3 Sed quæritur ſi duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri preferendus ſit? De his ita ſcribit Honorius[d] *Auguſtus ad Bonifacium Papam.*[4]

¶ Si ex temeritate concertantium duo fuerint ordinati. C. VIII.

5 SI duo forte contra fas[e] temeritate cõcertantiũm† fuerint ordinati, nullum[f] ex his futurum penitus ſacerdotem, ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit.

S *quis pecunia.*] CASVS. Conſtituit Nicolaus Papa, q. ſi quis pecunia, vel alio modo illicito vſurpet ſedem apoſtolicam: non apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur: & liceat Cardinalib. eum anathematizare & laicorum auxilio eum repellere: & ſi electio ſucceſſoris intra vrbem fieri non poteſt, fiat extra: & electus habeat plenam poteſtatem diſponendi res in vtilitatem eccleſiæ, & faciendi omnia quaſi eſſet inthronizatus.

4 Hoc autem capitulum non de eo intelligendum eſt, qui vno per Apoſtaſiam ordinato, à Cardinalibus, & religioſis clericis Apoſtolicæ ſedi inthronizatur: etiam ſi ille apoſtaticus iſta cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat.[6]

Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano ſtatuit dicens.

¶ De eo qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. C. IX.

v.[7] SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, ſeu militari tumultu, ſine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium epiſcoporum, ac deinde ſequentium ordinum religioſorum clericorum fuerit Apoſtolicæ ſedi inthronizatus, non Apoſtolicus[g], ſed apoſtaticus habeatur, liceatque Cardinalibus epiſcopis, cũ religioſis, & Deum timentibus clericis, & laicis[h] inuaſorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & ſtudio à ſe de Apoſtolica repellere, & quem dignum iudicauerint, præponere. Quod ſi hoc intra vrbem perficere nequiuerint, noſtra auctoritate Apoſtolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligat quem digniorem, & vtiliorem Apoſtolicæ ſedi perſpexerint, conceſſa ei auctoritate regendi, & diſponendi res, & † vtilitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſecundum quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quaſi iam omnium inthronizatus[i] ſit.

5 Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædeceſſoris fieri debet.

Vnde Symmachus Papa ait in ſynodo Romana prima. c. 4.

¶ Si Papa de electione ſibi ſucceſſoris ante decernere non potuerit. C. X.

8 SI tranſitus Papæ (quod abſit) inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris vt ſupra placuit non poſſit[k] ante decernere,

g ¶ *Non apoſtolicus.*] videtur per principium iſtius ca. quod Papa de ſimonia poſſit accuſari: quia non eſt apoſtolicus, ſed apoſtaticus. & quia ſimonia hæreſis eſt. 1. qu. 1. eos q. & c. fertur. & ca. liqueat. & per primum c. huius di. quod non credo. & loquitur hic de eo qui per ſimoniam electus eſt ab illis, qui non habebant poteſtatem eligendi, non a Cardinalibus. Simonia autem large dicitur hereſis, non ſecundum q. Papa vel alius de hæreſi poteſt accuſari, cum. ſ. errat aliquis in articulis fidei, ſed antequam eligitur Papa, exceptione cuiuſlibet criminis repelli poterit. Sed pone q. aliquis accuſat Cardinales, q. ſimoniace elegerint Papam (hoc enim licite pōt fieri, vt ∫. ca. px.) numquid ſi probata fuerit ſimonia, Papa deponetur? Non. arg. 2. q. 5. interrogatum. ff. de adul. denuntiaſſe. Sed quid ſi dum vxor tua creditur mortua, eligeris in Papã & cõſecraris, & vxor tua te repetit, an ei reddēdus es, vel ſi tu neges eam tuam vxorem eſſe, apud quem cognoſcetur, cum Papa iudicari non poſſit niſi de hereſi? Reſp. ſi reuocetur in dubium, non eſt cogendus ſtare iudicio alicuius, immo excipere poteſt, Dominus eſt qui me iudicat. 9. qu. 3. aliorum. Si autem certum eſt, tenetur ei reddere debitum, niſi mulier induci poſſit ad continentiam obſeruandam, vel abrenuntiabit papatui, & ſatis faciet vxori, &c.

h ¶ *Laicis.*] infra diſtinct. 96. cap. 1. contra. Sed illud generaliter prohibetur[b] in aliis quod ſpecialiter contra inuaſorem Apo. ſedis permittitur, vel ſingulis referenda ſunt ſingula: licet clericis anathematizare, & laicis humano auxilio à ſede Apoſtolica pellere. Et ſic aliquis punitur ſimul pœna canonica & ciuili[c], contra id extra vt lit. non conteſtat. quoniam. in fine. Sed hoc ſpeciale eſt in intruſo, in quo non ſufficit altera pœna. 23. quæſtio. 5. cap. quid ergo.

i ¶ *Inthronizatus.*] ſi. 23. diſt. in nomine.

ELECTIO. CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur quod electio ſucceſſoris debet fieri cum deliberatione anteceſſoris.

SI *tranſitus.*] CASVS. Symmachus Papa ſtatuit, vt ſi mors inopinata contingat, ita vt anteceſſor non poſſit ante decernere de electione ſui ſucceſſoris, ſi quidem ab omnib. fuerit canonice electus, conſecretur. Si autem (vt fieri conſueuit) duo eligantur, electus a pluribus præferatur, niſi fuerit ſimoniace electus.

k ¶ *Non poſſit.*] ∫. 8. q. 2. epiſcopo non. contra. Solutio aliud eſt de ſui ſuc

" Papa vtrũ poſſit accuſari de ſimonia.
6 In fine.
7 ∫. fere idē diſt. c. c. bīq; Apoſtolica. Anſ. l. 6. c. 16 Pol. l. 1. tit. 4 Ivo p. 4. c. 8.
" Simonia dr hæreſis.
† in al.
" Coniugatus in Papa electus, an debitũ reddere dēat.
8 Deuſdedit ibid. Pol. lib. Anſ. l. 6. c. 1. Pan. l. 3. c. 1.
b Alias phibetur in aliis ſpaliter, &c.
c De hoc 11 q. 3 ſtatuim.
" Papa an de ſuo ſucceſſore poſſit cum Cardinalibus deliberare.

ſui ſucceſſoris electiõe cum fratrib. deliberare, quod poſſet fieri, vt hic permittitur, & aliud eſt ex teſtamento quaſi dignitatis ſuæ hæredem ſubſtituere, quod ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licet [a], quia hoc nec Moyſes potuit. 8. q. 1. Moyſes. nec eſt trahendum ad conſequentiam factum Petri Clementem ſubſtituentis ſibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbram curabantur infirmi. de hoc dici conſueuit. 1. q. 1. Petrus.

† al. conuenerit.

a Sed nũqd Papa pt dare licẽtiam alij, vt eligat ſibi ſucceſſores, certe. ſic. 7. q. 1. petiſti. quare ergo n pt ſibi eligere? Reſp. Hu. q multa ſunt, q alijs indulgem' licite, nobis tñ talia indulgeẽ ñ licet. Eps eñ ſæpe cũ alijs diſpenſat, priuilegiũ vel honorẽ dat alijs. S; nũqd talia poſſit ſibi impẽdere? ñ, quia nemo aſſumit ſibi honorẽ 8. q. 1. in ſcripturis. ſecũdum H.

1 Iuo par 5. c. 238.

a ¶ *Sententia plurimorum.*] ſc. duarum partium ext. de ele. licet.

b ¶ *Careat.*] accuſabitur ergo iſte de ſimonia. nec præiudicabitur Papæ, arg. 1. q. 5. interrogatum eſt.

SICVT. CASVS. Hic eſt quartus articulus in quo dicitur, q electio ſummorũ Põtificũ ſoli Deo reſeruatur, licet electio à Cardinalib. fiat. Quod probatur ſeq. c. cuius caſus planus eſt.

c ¶ *Electionem.*] & ita fallit regula, ad quem ſpectat inſtitutio, & deſtitutio. 16. q. 2. viſis. quia bene dicere poteſt, & male dicere, q ligare, & abſoluere pt, vt 21. di. inferior. &c. denique.

Loca vero.] Hæc. di. diuiditur in duas part. in quarũ prima qritur vbi debeat fieri ſedes patriarchalis, vel primatum vel metropolitanorum vel epiſcoporum vel aliorum minorum. Secunda ibi, *Sedes autem.*] Io. de Fan.

CASVS. Supra oſtẽdit quando & a quib. clerici debeant ordinari: nũc vero in hac 80. di. oſtendit in quib. locis debeant præponi patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & pſbyteri. Patriarchæ debent poni in capitib. prouinciarum, vt ĩ. 99. diſt. prouinciæ. archiepiſcopi in ſingulis prouinciis, vt ĩ. 6. q. 3. ſcitote. epiſcopi vero in ciuitatib. Presbyteri p caſtella & villas, vt ĩ. c. epiſcopi.

d ¶ *Loca.*] hic intitulatur 80. di. ſupra magiſter oſtendit a quibus & quando ſint ordinandi clerici, nunc ſubdit in quib. locis ordinandi debeant ordinari. & quidem primates ibi conſtituuntur, vbi olim ponebantur "protoflamines gentilium. archiepiſcopi vbi "archiflamines. epiſcopi vbi eorum "flamines. & hoc ex maxima parte factum eſt inſtitutione beati Petri, vt ĩ. c. c. 1. & 2.

2 Extat apd Stephanũ 3. epiſt. 4. c. 5.

3 Anſ. lib. 6. c. 118.

" Protoflamines.

" Archiflamines.

" Flamines.

ſi quidem in vnum totius inclinauerit † eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus epiſcopus. Si autem, vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum, de quibus certamẽ emerſerit, vincat ſentẽtia plurimorum [a], ſic tamen, vt ſacerdotio careat [b], qui captus promiſſione, nõ recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit, placet, &c.

6 *Sicut ſupra monſtratum eſt, electio ſummorum ſacerdotum à Cardinalibus, & religioſis clericis fieri debet, electio vero eorum, iudicio diuino reſeruata eſt.*

Vnde Anacletus Papa ait ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2. c. 2.

¶ Summorum Pontificum electionem ſibi Dominus reſeruauit. C. XI.

1 Electionem [c] vero ſummorum [a] ſacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis ſacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.

a ¶ Summorum.] *ſequebatur.* Pontificum vel ſacerdotum. *Sublatæ ſunt duæ priores voces, quia neque in originali, neque apud Iuonem neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur.*

DISTINCTIO LXXX.

1 Loca [d] vero, *in quibus primates patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri ſũt ordinandi, hæc ſunt ſecundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius Papa.* [2]

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. C. I.

3 Vrbes, & loca, quibus primates præſidere debent, non à modernis, ſed etiam multis ante aduentum Chriſti ſunt ſtatutæ [e] temporibus, quarum primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotiis appellabãt [f]. In ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduentum, Apoſtoli, & ſucceſſores eorum, patriarchas [g], vel primates poſuerunt, ad quos epiſcoporum negotia (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) & maiores cauſæ, poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epiſt. 1.

¶ De eodem. C. II.

4 In illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorum, atque primi legis doctores erant, epiſcoporum primates poni, vel patriarchas beatus petrus [h] præcepit, qui reliquorum epiſcoporum cauſas †, & maiora, quoties neceſſe foret negotia in fide [i] agitarent. *& paulo poſt,* ¶ In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant [k] quàm memoratos primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit. *& infra.* ¶ In ſingulis vero reliquis ciuitatibus [5] ſingulos [l], & non binos, vel ternos, aut plures, epiſcopos conſtitui præcepit, qui non primatum aut, archiepiſcoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed epiſcoporum tantum vocabulo [m] potirentur: quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par [n] inſtitutio fuit: ſed vnus omnibus præfuit.

Item Anacletus epiſt. 3. c. 2.

¶ De eodem. C. III.

6 Epiſcopi non in caſtellis [o], aut modicis [p] ciuitatibus debent conſtitui: ſed presbyteri per caſtella, & modicas ciuitates, atque villas debent ab epiſcopis ordinari, & poni: ſinguli [q] tamen per ſingulos titulos ſuos. Et epiſcopus non ab vno, ſed à pluribus debet epiſcopis ordinari, & vt dictum eſt, non ad modicam ciuitatem, ne vileſcat [r] nomen epiſcopi: ſed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominandus eſt. Presbyter vero ad qualemcumque † locum, vel eccleſiam in eo conſtitutam eſt præficiendus.

Itẽ Leo Papa ad epiſcopos Africæ epiſt. 8. 5. c. 2.

Vrbes.] CASVS. Hoc c. loquitur de primatib. gentilium & Chriſtianorum. Eſt ergo caſus. Lucius conſultus fuit in quib. locis primates Chriſtianorum ſunt collocandi: qui reſpondet dicens, q multo tempore ante aduentum Chriſti vrbes ſunt ſtatutæ, in quib. erant primates gentilium, ad quos ipſi gentiles pro maioribus negotiis appellabant, & in eiſdem locis poſt aduentum Chriſti apoſtoli & eorum ſucceſſores poſuerunt primates Chriſtianorum, ad quos (ſalua apoſtolica auctoritate) epiſcoporum maiora negotia ſunt referenda.

e ¶ *Statutæ.*] a gentibus. & ita eſt arg. quod conſtitutiones gentilium ſunt authenticæ. arg. 99. diſt. c. 1. Nec eſt contra. 13. q. 1. c. 1. nam illud de parochiis, hoc de ciuitatibus.

f ¶ *Appellabant.*] ergo bene dicitur, appello Papam, appello ſedem Apoſtolicam, & Apoſtolus dixit, Cæſarem appello.

g ¶ *Patriarchas.*] Repetitio eſt eiuſdem, "quia idem eſt primas & patriarcha. 99. diſ. c. 3. ſicut. & dicit lex differentia tantum nominis eſt inter pignus & hypothecam. ff. de pi. res hypothecæ. §. inter pignus.

" Primas, & patriarcha idem.

In illis.] CASVS. Gẽtiles habebant tres ordines ſacerdotum, ſcilicet primiflamines, archiflamines, & flamines. Loco primi flaminum Petrus iuſſit poni patriarchas, qui de maiorib. aliorum epiſcoporũ cauſis cognoſcunt. Loco archiflaminũ, archiepiſcopus. Loco flaminum, epiſcopos, qui ſingulis ciuitatib. ſinguli eſſe debent.

h ¶ *Petrus.*] arg. à tempore Petri eſſe limitatas prouincias.

i ¶ *In fide.*] ĩ. 24. qu. 1. quoties. contra ĩ. 16. q. 1. frater noſter. contra "vbi dicitur, q tantum ad Petrum eſt referẽda quæſtio fidei. ſed expone hoc in fide, i. fideliter. Vel poſſunt agitare cauſas fidei, ſed non procedere ad ſententiam. vel diſtingue qui ſint qui dubitãt. nam ſi laici. videtur, q epiſcopi poſſint determinare. ext. de hær. ad abolendam. ſi clerici, Papa. ext. e. ti. cum Chriſtus.

k ¶ *Tenebant.*] i. reputabant.

l ¶ *Singulos.*] ar. in vna ciuitate non plures eſſe debẽt epiſcopos [b], de Auguſtino & Valerio fuit ſpeciale, vt ĩ. 7. qu. 1. non autem. " Sed quid de Venetis qui patriarchã hñt & epiſcopum? Sed dic q non eſt patriarcha Venetorum, ſed Grãdenſis, qui locus differe multum à Venetiis.

m ¶ *Vocabulo.*] nam olim, &c. 95. diſt. olim.

n ¶ *Par.*] ĩ. di. 21. in nouo. contra. 24. q. 1. loquitur. cõtra. Sed par fuit quo ad conſecrationem, non quo ad adminiſtrationem.

Epiſcopi.] CASVS. In hoc ca. notatur duplex differentia inter epiſcopos & presbyteros. Prima eſt, quia epiſcopi nõ debent poni in ciuitatibus quæ etiam ſint magnæ & non paruæ: presbyteri vero per caſtella. Secunda differentia eſt, quia epiſcopus non poteſt conſecrari ab vno epiſcopo, ſed presbyter ſic.

o ¶ *Non in caſtellis.*] quandoque tamen epiſcopus eſt in caſtro. 16. q. 1. & temporis. vbi dicitur Cumani caſtri ſacerdos.

p ¶ *In modicis.*] "ſimiliter leges in maioribus ciuitatibus & regalibus tantum ſunt docendæ, vt in procemio. ff. [c]

q ¶ *Singuli.*] argumen. nullum debere in duabus eccleſiis intitulari [d].

r ¶ *Vileſcat.*] quantum ad vulgi opinionem. nam propter hoc non eſt vilior epiſcopus, vt 93. diſtinct. legimus. Similiter ſponſa non eſt ſtatim tradenda, ne vileſcat deſideranti, vt 27. quæſt. 2. inſtitutum. eſt ſimile in fide ſuſcepta per vim, vt 45. diſt. de Iudæis. " Sic epiſcopus non erit ſolus, ne vileſcat per hoc. 93. diſt. diaconi qui. Idem eſt in pœnitentia non iteranda. de pœnit. diſt. 3. quamuis. & 50. diſt. quamuis.

4 Leo ix. ep. 3. Pol. l. 2. ti. 22. Burc. l. 1. c. 155. Anſ. l. 6. c. 113.

† al. Archiflamines.

† *iudicia.*] Orig.

" Fidei quæſtio eſt referenda ad ſedem Petri.

5 Add qd ſit ciuitas, qd villa, & qd caſtrũ, not. Bar in. l. 3. §. ſi autẽ. ff. de no. op. nun. & l. ſi hæres. ff. de leg. 3.

b Ad hoc extra p oſſ. or. qm. 22. q. 2. ſicut.

" Veneti patriarchã, & epiſcopum habent.

6 Idem eſt Clementis in epiſt. præcitata. Bur. l. 1. ca 4. Iuo p. 5. ca. 58. & 98.

† quemcumque.] Orig.

" Leges vbi debẽt legi.

c Cõcor. l. 1. C. de ſtu. li. vr. Ro. l. 13.

d 70 diſtin. ſanctorum.

" Epiſcopus ñ dẽt eſſe ſolus.

Illud

Illud.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt in minoribus locis, & vbi eſt paucitas hominum ponātur presbyteri, & eorum cura ſufficiat: epiſcopi vero in frequentioribus ciuitatibus, & maiorib. populis.

a ¶ Et vbi.] vt & j. 16. q. 1. Felix epiſcopus. &c. multis concilijs. & 16. q. 1. plures.

b ¶ Conſecrentur.] niſi multitudo excreuerit, vel gens de nouo ſit conuerſa ad fidem, vt j. 16. qu. 1. præcipimus. arg. diſ. 99. nulli archiepiſcopi. ext. de eccle. ędifi. ad audientiam[a].

Non debere.] CASVS. Laodicenſe concilium ſtatuit vt epiſcopi ſi ponantur per vicos & villas, ſed viſitatores. i. archipreſbyteri, qui debent viſitare parochias: qui ſine conſilio & conſcientia epiſcopi ciuitatis nihil agere dēnt.

c ¶ Sed viſitatores.] i. archidiaconos, vel archipresbyteros.

d ¶ Similiter etiam preſbyteri.] j. 12. q. 2. abbatibus.

e ¶ Sine præcepto.] ſi volūt res eccleſię alienare. 12. qu. 2. abbatibus. vel intellige de præcepto generali[b], vt 16. q. 1. cunctis.

SEDES AVTEM. hæc eſt ſecunda pars di. in qua dicitur ꝙ epiſcopales ſedes debent eſſe vicinæ. Io. de Fan.

Fraternitatē tuam.] CASVS. Pręcepit Greg. Auguſtino Anglorum epiſcopo, vt ordinaret epiſcopos non longo interuallo inter ſe diſtantes, vt leuiter poſſint conuenire ad epiſcoporum ordinationem faciendam: quæ ad minus cum trib. epiſcopis, vel quatuor fieri debet & cōuenit.

f ¶ Longo.] Dicunt quidam longo, vt xx. miliarium. arg. ff. de ver. ſig. l. 3. melius hoc relinquitur arbitrio boni viri, i. iudicis. ar. ff. de iu. delib. l. 1. ext. de of. iud. del. de cauſis. Vnde ſi multū diſtant ciuitates illæ inter ſe, in locis intermediis debet poni epũs. “conuenienti ergo interuallo debet diſtingui, habita conſideratione ſitus & qualitatis regionis ipſius, & difficultatis viarum. ſic 16. q. 1. & temporis.

g ¶ Tribus.] ad minus. ſ. diſt. 51. c. vlt. ſ. diſt. 64. epiſcopum.

Hæc de ordinandis.] In hac diſ. incipit ſexta pars tractatus diſtinctionum, & protenditur vſque ad 93. diſt. Et diuiditur hæc diſt. in quatuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligitur illud verbum, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine.] Secunda ibi, Qualibet.] Tertia ibi, Cler. cuc.] Quarta ibi, Oportet.] Ioan. de Fan.

CASVS. Egit ſupra Gratianus de ordinationibus & officiis ſingulorum. Ab hoc vero loco vſque ad 93. di. breuiter epilogat quædam c. apoſtolicæ regulæ, vt addat quædam quæ prætermiſerat. Et continuans dicta dicendis, primo ponit de primo c. apoſtolicæ regulæ: ſcilicet, oportet epiſcopū eſſe ſine crimine, id eſt, ſine peccato mortali: quod verum eſt non ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet prælato: quòd probat per ſeq. c.

h ¶ Hæc de ordinandis.] A 25. diſt. vſque ad 50. tractauit magiſter 13. c. apoſtolicæ regulæ. Sed quia quædam omiſit, ideo ab hac 81. diſt. vſque ad 93. diſt. nouem c. apoſtolicæ regulæ repetit: non ordine illo quo illa executus eſt. Et in hac exequitur illud, oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. addit etiam de incontinentib. in quo includitur ſecundum c. apoſtolicæ regulæ, & ꝙ qui priuatur officio, debet priuari beneficio[c]. & quòd archidiaconus ſolus non debet accedere ſub prætextu humilitatis ad tabernacula matronarum[d].

i ¶ Sub epilogo.] id eſt, breui repetitione ſuperiorum.

ADDITIO. Et dicitur ab epi, quod eſt ſupra, & logos, quod eſt ſermo. Archid.

1 Pol. l. 2. tit. 33. Burc. l. 1. c. 32. Iuo p. 5 c. 107. & 143

a Idem & in alio caſu 7. q. 1. temporis. 12. qu. 2. abbatibus.

2 ext. de priuil. c. 1.

† al. caſtellis

b Sic & no. 75. di. c. 1. & hoc rōe officij eccleſiaſtici, ſecundum H.

3 Pann. l. 3. c. 16.

f* Epatus ſunt diſtinguendi interuallo cōuenienti.

¶ De eodem. C. IIII.

1 Illud ſane, quod ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum ſtatuta ſeruari, vt non in quibuſlibet locis, neque quibuſlibet caſtellis, & vbi[a] ante non fuerunt, epiſcopi conſecrentur[b]: cum vbi minores ſunt plebes, minoreſque conuentus, presbyterorū cura ſufficiat.[2] epiſcopalia autem gubernacula non niſi maioribus populis, & frequentibus ciuitatibus oporteat præbere: ne, quod ſanctorum Patrum diuinitas inſpirata decreta vetuerunt, viculis, & poſſeſsionibus, vel obſcuris, & ſolitariis municipiis tribuatur ſacerdotale faſtigium.

Item ex concilio Laodicenſi. c. 57.

¶ De eodem. C. V.

Non debere in vicis, & villis† epiſcopos ordinari, ſed viſitatores[c] *, id eſt, qui circumeant cōſtitui: hos autem, qui ante hac ordinati ſunt, nihil agere cēſem[e] ſine cōſcientia epiſcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri[d] nihil ſine præcepto[e], & conſilio epiſcopi agant.

* ¶ Sed viſitatores.] *In codice græco impreſſo legitur, ἀ περιοδευτάς, in trib. autem manuſcriptis, ἀλλὰ περιοδευτάς.*

2 Sedes autem epiſcoporum non longo interuallo debent diſiungi, vt ad conſecrationem ſui comprouincialis ſine difficultate poſſint occurrere.

Vnde Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo. reſponſo octauo.

3 Fraternitatem tuam ita volumus in Anglia epiſcopos ordinare, vt ipſi ſibi epiſcopi lōgo[f] interuallo minime diſiungantur: quatenus nulla ſit neceſsitas, vt in ordinatione alicuius epiſcopi cōuenire non poſſint. Nam epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis tribus[g], vel quattuor epiſcopis fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

1 *Hæc de ordinandis[h], & ordinatoribus, atque de ſingulorum graduum diſtinctionibus, & officiis dixiſſe nos ſufficiat. Verum quia aliquantulum diffuſius in his immorati ſumus, quædam præcedentibus cohærentia ſub epilogo[i] ad memoriam ſubiiciamus. Debet ordinandus in epiſcopum (vt Apoſtolus ſcribit) eſſe ſine crimine, id eſt ſine peccato mortali: quod non ſolum de epiſcopo, ſed etiam de quolibet electo ad aliquam præpoſituram eccleſiæ oportet intelligi.*

Vnde Auguſtinus ſcribit tractatu 41. ad c. 8. Ioannis.

¶ Sine crimine, & graui peccato debet eſſe, qui ordinatur epiſcopus. C. I.

Apoſtolus Paulus quando elegit[k] ordinandos vel presbyteros, vel diaconos, & quicumque ordinandus eſt ad præpoſituram[l] eccleſiæ, non ait, ſi quis ſine peccato eſt: (hoc enim ſi diceret: omnis homo reprobaretur[m], nullus ordinaretur[n].) ſed ait [ſi quis ſine crimine eſt] ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtū, fraus,[o] ſacrilegium, & cetera huiuſmodi. *Item.* ¶ 4 Crimen autem eſt peccatum graue accuſatione, & damnatione[p] digniſſimum.

2 Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet, vel ſi iam ordinatus, ante tempus, vel poſt tempus ſuæ ordinationis aliquod eorum admiſiſſe conuincitur, ſuſcepti gradus officio priuabitur.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Monitoris perſonam non recte ſuſcipit, qui verbis non operibus docet. C. II.

Nemo recte monitoris[q] perſonam ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata[r] condemnat, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrat.

Apoſtolus.] CASVS. Paulus apoſtolus docuit, ꝙ quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem, debet eſſe ſine crimine, quod ſit dignum accuſatione & depoſitione, vt homicidium, & adulterium, & huiuſmodi. ſed nō ait ſine peccato: quia ſi hoc dixiſſet, omnis homo repelleretur.

k ¶ Quando elegit.] i. eligi præcepit. 6. q. 1. ſi ſacerdos.

l ¶ Ad præpoſituram.] i. ad quodcumq; eccleſiaſticum officium & ita patet “ꝙ criminoſus etiā à minimo ordine prohibetur, vt hic, & 33. diſt. c. 1. & 2. 34. diſ. cognoſcamus. 24. di. c. vlt. hoc hodie terminatur extra de temp. ord. c. vlt.

m ¶ Reprobaretur.] j. de pœ. di. 3. ſepties. §. Niniuitæ.

n ¶ Ordinaretur.] ſimile de pœ. diſt. 3. c. pe. & diſt. 2. ſi enim.

o ¶ Fraus.] hoc verum eſt, “cum fraudi dolus ineſt. nam omnis dolus eſt fraus: ſed nō conuertitur, ff. de pac. iuriſgentium. §. dolo. & ſic ſumitur ext. de reſcr. ceterum. quandoque large ſumitur fraus. ff. de re. iu. fraudis.

p ¶ Et damnatione.] ſolet quæri propter quæ crimina quis deponi[e] debet. non enim pro quolibet deponitur. 7. qu. 4. in loco. Et eſt ſuper hoc duplex opinio. “Quidam dicūt, ꝙ pro quolibet crimine deponitur, niſi expreſſum ſit in contrarium, & pro eo deponi non debet. Alij dicunt, quod numquam deponi debet pro aliquo niſi expreſſum ſit. pro quo ego dico, quòd pro quolibet crimine, in quo quis eſt incorrigibilis, deponi debet: ſed ſtatim tamen nō deponitur aliquis pro prima contumacia, vt 45. diſt. licet. & 74. diſtin. honoratus. aliud autem non eſt crimen. 5. qu. 4. in loco. nec illa quorum exempla poſui. 68. diſt. c. 1. & multa exempla de hoc poſui 15. q. 8. in ſumma.

QVOLIBET. Hic incipit ſecunda pars huius diſt. in qua probat per 15. auctor. ſanctorum patrum, quod ſi clericus ceciderit in lapſum criminis poſt ordinationem, debet deponi. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictum eſt in cap. Apoſtolus, quod ordinandus debet eſſe ſine crimine, vt homicidio, & adulterio, & ſimilibus. Nunc autem dicit, quod ſi his criminibus aliquis eſt obnoxius, promoueri non debet nec ordinari. & ſi ordinatus talia conuincitur commiſiſſe ante ordinationem vel poſt, debet deponi, vt probatur per ſeq. c.

Nemo.] CASVS. Dicit Symmachus in hoc c. quòd nullus debet aſſumere prædicandi officium, niſi qui ſimilis actibus errata condemnat: & amorem innocentiæ ſua conuerſatione demonſtrat.

q ¶ Monitoris.] id eſt, prædicatoris.

r ¶ Errata.] id eſt, maiora[f] 68. diſt. c. 1. alias contradiceret propoſito Grat. ſic 25. diſt. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.

c Vt j. c. ſi qui ſacerdotum. Arch.

d Vt j. c. clericus. & ca. ſeq.

Tit. 1.

a* Criminoſus etiā à minimo ordine prohibetur.

Beda ad Tit. 1.

Tit. 1. & 1 Tim. 3.

a* Fraus eſt genus doli.

4 Aug. ibid. ſup. ſ. di. 25 c. vnū orariū. Ex libello Ennodij pro defenſiōe ſynodorum Romanarū.

e Ad hoc extra de iud. cū nō ab homine Arc.

a* Crimina digna depoſitione quæ ſunt.

f Hæc eſt vera lra, ſed L. & I. de

Item Cælestinus ad episcopos Galliæ, epiſt. 2.c.3.

¶ Careat ordine, quem præſtat, qui indignum ſublimare non metuit. C. III.

TAntis Daniel grauatus teſtimoniis, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum, vt dicitur, virginum pollutus inceſtu, epiſcopus aſſeritur ordinatus. Et, vt in noſtri libellis ſcrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in Pontificij dignitatem, hoc tempore, quo ad cauſam dicendam, miſſis à nobis litteris [a], vocabatur, obrepſit [b]. Sacro nomini abſit iniuria. Facilius eſt, vt hanc dignitatem tali dando, ipſe amiſerit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [c] ſociabitur [d], qui ſibi eum credidit, largiendo Pontificium, ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinauerit, oſtendit.

Item ex concilio Nicano, c.9.

¶ Non recipit ordo eccleſiaſticus eum, qui ſine examinatione, vel poſtea confeſſus ordinatur. C. IIII.

1 SI qui ſine examinatione [e] promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati [f], confeſſi ſunt peccata ſua, & cum cõfeſſi fuiſſent, contra regulam [g] venientes homines eis manus impoſuerunt, hos eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, ſancta † defendit eccleſia.

Item eiuſdem concilij, c.10.

¶ Lapſi per ignorantiam aut contemptu ordinantium, ordinati deiiciantur. C. V.

QVicumque ex his, qui lapſi ſunt, per ignorantiam [h] ſunt ordinati, vel contemptu [i] « eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat [k] regulæ eccleſiaſticæ. Cum enim compertum [l] fuerit, deponuntur.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epiſt.5.

¶ Alienus fiat à miniſterio, qui illud, viuendo illicite polluit. C. VI.

2 MAximianus † [m] filius noſter agens in rebus huiuſmodi, qualem [n] querelam detulerit, libelli [o] eius ſeries annexa declarat. Qui zelo fidei, & diſciplinæ ductus, non patitur eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe. Quod non licere exponerem, niſi noſſem veſtram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres chariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto [p], eos, qui talia perpetraſſe dicuntur, iubebitis in medio collocari, diſcuſſiſque obiectionibus, quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuicti fuerint, à ſacerdotali remoueantur [q] officio (quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt) atque alieni afficiantur à miniſterio, quod viuendo illicite, polluerunt [r].

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine depoſito, epiſcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. C. VII.

3 SAcerdos, aut quiuis alius in ordine eccleſiaſtico prouectus, ſi in eo [s] ſcelere inuenitur, quo obiiciendus comprobatur, depoſitus, prouidentia epiſcopi, bene prouiſo [t] loco conſtituatur, vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

Item ex concilio Moguntino.

¶ Retrudantur in monaſterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. C. VIII.

4 DIctum eſt nobis presbyteros propter ſuam negligentiam [u] canonice degradatos,

---

T*Antis.*] CASVS. Daniel cum eſſet electus in epiſcopum, accuſatus fuit apud Cæleſtinum de multis criminibus, & præcipue de inceſtu cum monialibus: propter quæ crimina inueſtiganda citatus fuit vt Romam veniret, qui contemptis litteris Papæ, in epiſcopum eſt promotus: committit igitur cauſam quibuſdam Cæleſtinus, & præcipit eis vt de his cognoſcat, quæ ſi vera eſſe inuenerint, ipſum & ordinatorem ipſius deponant: quia qui talem ordinat, oſtendit ſe eſſe ſimilem illi.

a ¶ *Litteris.*] Et ita res iam erat litigioſa. ex. de of.iu.deleg.gratum.

b ¶ *Obrepſit.*] « Ex quo autẽ ſe promoueri fecit, lite pendente deponendus eſt, etiam ſi innocens inuenitur [a], ext. de acc. Deus omnipotens [b]. ff. de li.cau. qui de libertate. Ioan. quod falſum credo, prout notaui in quæſtionib. B. de hoc no. 8.q.4.nonne. Io. Si autem accuſator per annum tacuerit, poſtea poteſt promoueri electus, vt ff. de mu.& hono.reus. ſed in cꝑatu tñ tres menſes datur, vt in auth. de ſan. epi. §.3. colla.9. niſi iudex breuius tꝑs fuerit moderatus, vt 4.q.5. quiſquis.ar. ext de ſi. inſt. accepimus. ext. de ap. perſonas. in ſi.

c ¶ *Conuicto.*] de crimine, vel quòd poſt accuſationem fuerit ordinatus.

d ¶ *Sociabitur.*] Sic ergo ſententia lata contra ordinatum præiudicat ordinatori, vt hic, & 59. diſt. ordinatos. & hoc vt propter cauſæ cognitionem. vt dixi 3.q.6. hæc quippe. Vel dic, ꝙ tunc præiudicat ordinatori ſententia lata contra ordinatum, quando præſens eſt, & ſcit cauſam agi ordinati. cum enim quaſi ſua cauſa agi videatur, & tacet: nec defendit cauſam, ſibi præiudicat, vt ext. de ſen.& re iud. quamuis. & ff. de reg.iur. ſæpe.

S*I qui.*] CASVS. Quidam presbyteri promoti ſunt ſine examinatione: & poſtea cũ examinarentur, ipſi in iudicio confeſsi ſunt omnia peccata ſua. Alij ante ordinationem cum examinarentur, cõfeſsi ſunt peccata ſua, & tamen epiſcopi promouerunt eos. quæſitum eſt in Niceno concilio, vtrum iſti debeant recipi & defendi in ſuis ordinibus? Et reſp. quòd non. Sic ponit caſum Beneuen. H. vero intelligit de eiſdem perſonis caſum ſic. Aliqui ſine examinatione in presbyteros ſunt promoti: poſtea examinati in iure confeſsi ſunt peccata ſua: nihilominus tamen promoti ſunt ad epiſcopatum, vel ad aliam dignitatem: quæſitum eſt in concilio, vtrum tales debeant recipi? Et reſp. quòd non.

e ¶ *Sine examinatione.*] « Sed quid de epiſcopo, qui ſine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon eum deponendum, in auth. quo. opor. epiſ. §. oportet. & 1.q.1. ſi qui epi. & ſupra diſ.24. §. vlt. ſupra diſt. 50 de his vero. & c. ex pœnitentibus. Item quid ſi dicat epiſcopus ſe diſpenſaſſe cum eis? non eſt ei credendum, niſi probet ſe cum eis diſpenſaſſe: vel niſi ſibi bonas litteras dederit. nam hæc res commiſſa eſt epiſcopo quærenda, non negligenda. ff. de tranſa. cum hi. §. ſi prætor [c]. debet ergo probari diſpenſatio, vt eſt expreſſum ext. de ſciſm. c.2. maxime cum eꝑs diſpenſare non debeat ſine cõſenſu capituli vel maioris partis: alias poſt errores ſuos ſemper mentiretur eꝑs ſe cum eis diſpenſaſſe, quod verum credo etiam circa notum. hoc tamen [d] non nego, quin circa notam perſonam ſolo facto diſpẽſat epiſcopus, vt dixi ſupra di.41.c.vlt. punitur tamen eꝑs ſi indiſcrete diſpenſat.

f ¶ *Examinati.*] cum ad maiora promouentur, ſcilicet ad epiſcopatũ.

g ¶ *Contra regulam.*] quæ interdicit tales ordinari.

Q*Vicumque.*] CASVS. Quidam crimino ſi ordinati ſunt ignoranter ab epiſcopis: quidam vero ſcienter. Quæritur an debeãt deponi? Et reſpond. quòd ſic.

« ¶ Contemptu.] *Græce eſt in concilio vulgato* [Greek, illegible] *, id eſt:* Vel etiam iis antea ſciẽtibus, qui ordinauerunt.

h ¶ *Per ignorãtiam.*] ordinãtium: & dic ignorantiam iuris vel facti ſecundum Hug.

i ¶ *Vel contemptu.*] id eſt, eis ſcientibus.

k ¶ *Non præiudicat.*] Factum enim prætoris iuri publico non derogat. ff. de ſer. l.1.

l ¶ *Compertum.*] Arg. ꝙ quandocumque de veritate conſtat, ſequenda eſt. 8. di. qui cõtempta. nam diuturnitas temporis, &c. extr. de ſimo. non ſatis. inducit tamen diſpẽſationem. 35.q.8. de gradibus [e]. & extr. qui ma. ac. poſ. per tuas.

M*Aximianus.*] CASVS. Quidam presbyteri ex concubinis filios habuerunt, quos Maximianus zelo Dei accenſus, coram Apoſtolico accuſauit. commiſit ergo cauſam Innocentius quibuſdã, & præcepit eis ſi hæc vera inuenerint, remoueant eos ab officio ſacerdotali.

m ¶ *Maximianus.*] infra 3.2. quia ea.

n ¶ *Qualem querelam.*] ſubaudi criminalem. nam clericus erat iſte. non enim laicus poſſet iſtos accuſare. 2.q.7. per totum. niſi forte patronus prælatum de dilapidatione: quia tunc ſua intereſt. arg. 16.q.7. filiis. alias laicus non auditur de hoc crimine, vt 28. diſtin. conſulendum.

o ¶ *Libelli.*] Per hoc ꝙ dicit, libelli, & poſtea presbyteris. argumentatur « ꝙ quis in eodem libello plures accuſare poſsit. Io. Quid iuris ſit de hoc, not. plene 2.q.1. prohibentur. in gl. quæ incipit, queſtus. B.

o ¶ *Libelli.*] i. chartæ quam Papa miſit. 30.q.3. Pyctacium. B.

p ¶ *Perſpecto.*] videtur ergo, quòd non ſufficiat ſi authẽtice ipſum exhiberet: ſed vt etiam teneatur exhibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 7. quæſt. 1. præſentiũ. & 55. diſt. præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat literas, & dubitatur an ille de hoc habuit ſpeciale mandatum, vt extra de reſcr. nonnulli. vel an fuerit excommunicatus, vt extra de prob. c. poſt ceſsionem.

q ¶ *Remoueantur.*] « ergo presbyter propter ſimplicem fornicationem deponitur, vt 27.q.1. vt lex. contra. & infra 82. diſt. c. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis. Ioan. Communiter autem dicitur, quòd pro ſimplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci ſine illo vitio inueniantur, vt 50. diſt. quia ſanctitas tua.

r ¶ *Polluerunt.*] quantum ad ſe. 49. diſt. c. vlt.

S*Acerdos.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi ſacerdos de aliquo crimine conuincatur, deponi debet, & epiſcopus ei locum prouidere debet, in quo pœnitentiam agere poſsit.

s ¶ *Si in eo.*] ergo pro omni cauſa non deponitur. B.

t ¶ *Prouiſo loco.*] id eſt, monaſterio, vt c. ſeq.

D*Ictum.*] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi ſacerdos propter delictũ vel negligentiam ſuam fuerit degradatus, detrudi debet in monaſterium, vel canonicam regularem ad pœnitentiam agendam, nec debet amodo viuere ſæculariter, & ſi contra facere præſumpſerit, excommunicari debet.

u ¶ *Negligentiam.*] no. « quòd aliquis æquè deponitur propter negligentiam

---

« accuſatus lite pẽdẽte promotus, an ſit deponendus.

a Cũ iſta gl. cõc. gl. not. in l. reus de latus. ff. de mu.& ho.

b Ibi not. Goſ. ꝙ ſi aliquis pẽdente accuſatio ne vel denũtiatione ꝓmoueatur remoueri debet quãuis innoxi⁹ ſit. d re mil. qui ſtatu. & l. qui cum vno. §. reus.

1 Rab. lib. pœ. c.1. Bur. l.2. c.13. Iuo p.6. c.33. Anſel. l.8. c.13. 3. di.24. c. vl.

† *al. catholica.*] ſic in epiſt. 1. Cali. 1.

« Epi clericos ſine examinatione ordinantis punitio.

c Et ſic itelligitur extr. de fil. pſby. veniens. ſecundũ Laud.

d Licet ita habeatur in apparatu, qui appa-ratibus: tñ ſcd᷑m iſtam correctionẽ B. Brix. ñ eſt [a] gl. ſed ita d; eſſe vt hic ẽ poſita cũ addit. B. Brix. ſed Io. de Fan. hoc ponit in ſuo apparatu ſicut iacet.

2 Pol. l.4. tit. 39. Anſ. l.8. c. 15. Iuo p.6. c. 96.

† *al. Maximilianus.*

e Aliqui habẽt hoc ext. qui ma. ac. poſ. ꝑ tuas. vt hic habet: ſed non debet eſſe: ꝗa illa dec. eſt remota: fuit tñ in 3. copilatione e. tit. Pion⁹ prælatũ de dilapidatione accuſare poteſt.

3 Anſel. l.5. in princ.

« Accuſari pñt plures ſimul.

4 In conc. Cabilonen. c.40. Bur. l.2. c.191. Iuo p. 6. c.136.

« Presbyter an ꝓ ſimplici fornicatione ſit deponendus.

« negligentia qñq; dolo cõparat.

gentiam, ſicut propter dolum.86.diſt.c.1.& 11.q.3.placuit.& 100. diſt. quoniam.& extr.de ſta.mo.cum ad monaſteriū.in fi.& C.de of. præfe. ori. ſi quos.& ff.de cu. & exh.re.carceri. & l.milites. quod intelligo cum craſſa eſt negligentia, vt 1.q.1.quidquid.& ff.de ver. ſi magna.

a ¶ *Gradu.*] arg.pro illis qui dicunt exauctoratum priuari ſacramento [a]. vnde colligitur talem poſſe verberari ſine ſacrilegio. arg. eſt ad hoc 50. diſt. accedens.

b ¶ *Sæculariter.*] hic patet, quòd depoſitus ſecundum regulam eccleſiaſticā tenetur viuere.arg.ad hoc 32. di. ſi qui vero. & 20. q. 3. eos. [cc] vnde verberans eos incidit in canonem, & eccleſia eos tueri debet, niſi ſint incorrigibiles, vt ext. de iudic. cum non ab homine. Io. quod falſum credo, cum ſit exauctoratus, & nudatus omni priuilegio [b]. B. [cc] Sed nūquid qui hoc mō detruditur in monaſterium, ibi cogitur eſſe perpetuo, quòd videtur di.50.c.1.infra ea. ſi quis clericus. Sed dic hoc eſſe in arbitrio iudicis, & ſecundū qualitatem delicti: nam quandoque ad tempus detruditur, vt 2. q. 1. in primis. quandoque iubetur peregrinari per orbem, vt de pœ. diſt. 6. ſacerdos. quãdoque traditur curiæ ſæculari, vt 11. q. 1. ſtatuimus. aliàs numquam cogitur quis inuitus ingredi monaſteriū niſi propter delictum, vt 20. q. 1. ſicut.& 55.di. ſi euangelica.Ioan.

V*Alet.*] C A S V S. Statuitur hic, quòd ſi aliquis de crimine fuerit conuictus, debet ſeparari à loco in quo commiſit delictum ad pœnitētiam peragendam. Nam interdum valet loci mutatio cum affectus mentis ſæpe cum loco mutetur, cū non videat vbi male geſſit. Seq. duo c. plana ſunt, quæ de hac materia loquuntur.

c ¶ *Valet.*] gratia cooperante.

d ¶ *Interdum.*] interdum nocet, vt 5̄. diſt. 74. quorumdam. & C. quo.& q̄n iu.l.5.ſed valet ſi fiat ex charitate.

e ¶ *Mutatur locus.*] infra 35.q.6. ab iſto die.1. diſtin.86.fratrem.

f ¶ *In aſpectu.*] [ee] Memoria delictorum, quæ eſt concupiſcentia deteſtabilis eſt [e]. 15. q. 1. mulier. quæ autem eſt ad compunctionem, illa bona eſt. Nullum enim tale delictorum remedium eſt ſicut eorum continua memoria. de pœ.diſt.3.Iudas.de pœ.diſt.1. §. his auctoritatibus.verſ.non tibi dico, & verſ.nunc autem. & quandoque bona eſt memoria rei ad terrorem, vt 7.q.1.denique.in fi.

g S*I quis clericus.*] ¶ *Communione.*] ſcilicet fidelium & ſacramentorum.Hug.Alij dicunt, ſcilicet fidelium, non autem fratrum. arg. infra eod.ſi diaconus.Archid.

h R*Omanus.*] ¶ *Romana.*] Sed qua ratione detruditur ibi, cum aliunde eſſet? quia ibi forte commiſerat, vt in authen. vt nulli iudic.§.ſi vero.

a Arg.cōtra 1.q.1.quod quidā. verſ. ſi forte.

cc clericū depoſitū verberans incidit in canonem.

b Ar.ad hoc 54.di.c.2. in fi.vbi & hoc.

cc Detruſus in monaſterium, an cogatur ibi perpetuo eſſe.

1 Iuo p.8. c. 285. Pan.l.3. c.143.

2 Pann. l. 3. c.144.

ee Delictorū memoria an ſit bona.

e Ad hoc 33 q.7.ſi ſolum in pr.vbi de hoc.

3 In cōc.Tri bur.c.11. Rab.l.pœn. c.1.Anſ.l. 11. c.39. Burc.l. 2.c.189. Iuo p.6.c.234. Pol.l.4.ti.31.

† *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus*] orig.

& ſæculariter gradu amiſſo viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde ſtatuimus, vt gradu [a] amiſſo, agendæ pœnitentiæ gratia, in monaſterium [a], aut in canoniam regularem mittantur. ¶ Si vero hoc fieri cauſa quælibet prohibuerit, vbicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſæculariter [b] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſiæ cōmunione ſeparentur.

a ¶ In monaſterium.] *In concilio Cabilonenſi, ubi hic canon habetur (licet Burch. etiam & Iuo ex Mogunt. eo citent) & apud ceteros collectores legitur* in monaſterio, aut canonico, aut regulari: *in uno autem peruetuſto Gratiani codice.* in monaſterio iuxta canonicam regulam.

Item Iſidorus, ſententiarum de ſummo bono, lib.2.c.10.

¶ Mutatio loci aliquando valet converſis ad pœnitentiam. C. IX.

V Alet [c] interdum [d] conuerſis pro animæ ſalute mutatio loci. Plerumque enim dum mutatur [e] locus, mutatur & mentis affectus. Congruum eſt enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quiſque illecebris deſeruiuit. Nam locus, vbi quiſque praue vixit, hoc in aſpectu [f] mentis apponit, quod ſæpe ibi vel cogitauit, vel geſſit.

Item ex 3.ſynodo Aurelianenſi, c.7.

¶ Clericus adulteraſſe conuictus, vel confeſſus, in monaſterio detrudatur. C. X.

j [1] S I quis clericus adulteraſſe aut confeſſus, aut conuictus fuerit, depoſitus ab officio, cōmunione [g] conceſſa, in monaſterio, toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.

Item Pelagius Papa Conſtantino defenſori.

¶ De eodem. C. XI.

[2] R Omanus eccleſiæ Theanenſis clericus pro crimine adulterij, quod admiſiſſe perhibetur, à clericatus ordine depoſitus, in monaſterio hic in vrbe Romana [h] ad agendam pœnitentiam ex noſtra iuſſione detruſus eſt.

Item ex canone Apoſtolorum, 25.

¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. C. XII.

[3] P Resbyter †, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto [i], aut [a] homicidio captus [k] eſt, deponatur: nō tamen communione priuetur [l]. Dicit enim ſcriptura [l] [Non † vindicabit Dominus bis [m] in idipſum.

a ¶ Aut homicidio.] *Hæc dictio non eſt in canone 25. Apoſtolorum. Sed in concilio Triburienſi, cum Patres illi ita dixiſſent:* legimus in canonibus Apoſtolorum, quòd epiſcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: *hinc argumentatur idem ma'o magis ſtatuendum eſſe de homicida, quæ fortaſſe cauſa fuit, quamobrem à Gratiano, & aliis collectoribus ea dictio huic canoni adiecta ſit. In canone autem 3[…] idem ſtatuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem quod et iam de fornicatoribus expoſitum erat in canone tertio.*

ß ¶ Priuetur.] *In codicibus impreſſis ſequebatur,* ſi paruerit ſententiæ, *quæ verba ſunt expoſita, quia neque in originali, neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus leguntur.*

Item.

¶ De eodem. C. XIII.

ij [4] S I quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus poſt diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab eccleſia proiectus, inter [a] laicos [n] agat pœnitentiam.

¶ *Proprius auctor huius c. non eſt inventus: ſed ſimile habetur in conc lio Neocæſarienſi, c. 1. & in capitulis Martini Bracarenſis cap. 27.*

a ¶ Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in c.1.conc. Neocæſarienſis citato, ſupra diſt. 28. c. presbyter. (ut ibi notatum eſt) neque in capitulis Martini Bracarenſis.*

Item ex concilio Aurelianen.1.c. 11. & 14.

¶ De eodem. C. XIIII.

[5] S I diaconus, aut presbyter crimen capitale commiſerit, ſimul & ab officio, & à communione [o] pellatur. Si vero pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit his † quoque ſi alij defuerint, & cauſa certa neceſſitatis [p] exoritur [6] poſcentem baptiſma liceat [q] baptizare [r].

Item Gregorius VII. omnibus per regnum Italicum, & Teutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶ Non ingrediantur eccleſiam presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. C. XV.

iij [7] S I qui ſunt presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, eccleſiæ introitum, vſque dum pœniteant [s], & emendent [t].

P*Resbyter.*] C A S V S. Quæſitum fuit ab Apoſtolis quam pœnam pati debet presbyter vel diaconus, qui publice in adulterio, vel fornicatione, periurio vel homicidio fuerit deprehenſus. Et reſp. quòd debet deponi, ſed excoicari non debet, cum nō debeat duplici contritione flagellari, more tñ laicorum debet pniam agere, cum eius crimen ſit manifeſtum.

i ¶ *Aut furto.*] ſed qualiter laici probabunt iſtud eſſe [cc] cum non poſsint teſtificari contra clericum.2.q.7.epi.

k ¶ *Captus eſt.*] & conuictus.extr.de iud.cum non ab homine.de hoc dixi 50.di.de his.1.& c. ſi quis diaconus [d]. vnde cum capitur, detineri debet per xx. horas diurnas, & nocturnas, vt videatur, vt ff. de adul.capite.ſed nec teſtibus admiſsis creditur, niſi à principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc: quia laici oppido nobis infeſti ſunt. 2. qu. 7. laici. Vel dic, captus per ſententiam, vel per cōfeſsionem [e] propriā, vel rei euidentiā, vt ext.de cohab.cle.veſtra.& c.vlt.

l ¶ *Scriptura.*] extr.de iud.at ſi clerici.de pœ. diſt. 3. §. auctoritas. ff. nau.cau.licet §.vlt.

m ¶ *Bis.*] i. perfecte.

n S*I quis epiſcopus.*] ¶ *Inter laicos.*] hoc intellige quando crimen venit in notitiam populi, vt ſupra 27. diſt. presbyter.

S*I diaconus.*] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi diaconus, vel presbyter commiſit crimen aliquod dignum depoſitione, ab officio & cōione debet repelli: ſi vero non eſt depoſitus, ſed ſe propter delictū ab altaris miniſterio remouit more pœnitentis, ſi alij presbyteri deſunt, poterit in neceſſitate baptizare.

o ¶ *A communione.*] corporis Chriſti, vel ad tempus. & ſic ſoluitur contra illius ca. presbyter. vel expone, id eſt, beneficio, & ſic ſoluitur contra. ſupra ea.c.presbyter [g].

p ¶ *Neceſſitatis.*] argu. alicui licere cauſa neceſſitatis baptiſmum conferre, cui non licet aliud ſacramentū conferre. ſ. de conſe. diſt. 4.conſtat. 1. qu. 1. ſicut Chriſtus.contra.5̄.diſt. 50.c.qui ſub gradu.

q ¶ *Liceat.*] cum ſolennitate. alias etiam laicus hoc poſſet.

r ¶ *Baptizare.*] dic vt 50.diſ. qui ſub gradu.

S*I qui.*] C A S V S. In Italia Teutonia presbyteri, diaconi & ſubdiaconi publice tenebant concubinas, quib. omnib. Greg. officium interdixit donec pœnitentiam agerent, & ſi vellent in crimine perſeuerare, præcepit omnib. vt eorum officia non audirēt: quia eorum benedictio in maledictioné conuerteretur. & hoc probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit, &c. Et quicumque præceptis noſtris non obedierit, peccatum idololatriæ, & paganitatis incurret.

s ¶ *Dum pœniteant.*] ex hoc determinantur contraria. ſupra diſt. 61. miramur.verſic.ſicut enim.

t ¶ *Emendent.*] ex hoc videtur, quòd ſicut tales ipſo facto ſuſpēduntur, ſi ip

Nam̄ 1. ſecundum 70.

† *ſic in antiquis orig. et aliis.*

cc laicus cōtra clericū teſtificari nequit.

d Adde qualiter probat adulterium vel fornicatio, no. Bar. in l.2.§.ſi. ff. de adul. & l. quærebatur.it.& teſt. ru.1.

4 5. diſt. m. c. presbyter. Anſ.l.11.c.31.

e Nō.n. ſufficit ſi capiatur, niſi aliàs cōiugatur, vel cōfiteatur. arg. 12. q.2.ſi dicatis 15.q.5.c.vl.

13 cōtra videatur hic dici, vt 50. di. de his vero.& c.ſi qs diaconus. ſecūdū. Hug.

f Vel cū ex hoc magnū ſcandalū ortū eſt, vt 50. diſt. ſacerdotes.

5 Iuo p.6.c. 368. & p.15. c.18.C.14.

† *al. ſit.*

6 conc.tex. in l.ſi libertus.ff.de bo. li.& l.ſi & hæ. ſ. ſtor. 11.de prur.

g Nō eſt extranea iſta expoſitio, quia bniſicia clericorum cōia ſunt.35 diſt. c. præter hæc. 16.

7 Anſel. l.6. c.177. Pann. l.3.c.134.

ſic ipſo facto per contrarium reſtituitur eis officium, vt dixi 32. diſt. nullus. arg. ad hoc 15. q. 6. nos ſanctorum. & 16. q. 7. ſi quis deinceps ª.
a ¶ *Audire.*] ſupra 32. diſt. nullus. & c. præter hoc. ſed infra 15. q. 8. ſciſcitantibus. contra. ſed ibi ſolutum.
b ¶ *Maledicam.*] id eſt, reprobabo, vel reputabo maledictionem cum benedixerint b vobis.
c ¶ *Paganitatis.*] id eſt, infidelitatis.
d ¶ *Contemnit.*] Qualiter ſit hoc intelligendum, dixi 22. diſt. omnes. 19. diſt. in memoriam. & c. nulli. Ioan.

SI quis.] C A S V S. Hæc 4. conſequentia c. eumdem hnt caſum, in quib. dr, quod ſi qui in ſacris ordinib. fuerint cõſtituti, ad cõcubinas vel vxores accedere nõ debent, quod ſi contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.
e ¶ *Diaconus.*] vel ſubdiaconus, vt in c. ſeq.
f ¶ *Decidat.*] quo ad executionẽ, prout patet in ſequenti littera, " ſed nec ſtatim debet ſuſpendi, ſed expectari debet per 40. dies. ext. de coha. cle. ſicut ad extirpandam. ſed illud diſpenſatio eſt. ius enim erit, quòd ſtatim deponatur. 5. ea. c. 1.

SI quis ſacerdotum.] g ¶ *Officium.*] Ex his duob. c. hẽs, quod cui interdicitur officium, & beneficium. " quandoq; tñ permittitur bñficium, & non officium, vt 50. diſt. ſtudeat. & 28. di. presbyterum. qñque ecõuerſo, vt 1. q. 5. c. 1. quandoque etiã punitur in perſona, & non in rebus, vt 16. q. c. cognouimus. & c. illud.
h ¶ *Cogatur.*] " Ergo per electionem vnius, vel per renuntiationẽ intelligitur alij abrenuntiatũ. 3. 8. diſt. quo iure. C. de fur. l. 1. ff. de trib. quod in hæredem. §. eligere. ff. de re. iu. nemo. §. quoties. arg. contra. ff. quo. le. l. 1. §. 3. & arg. plura de hoc inuenies. 13. q. 1. in fi. Io. Sol. vbi ſunt aliqua repugnãtia: eligendo vnum renuntiat alteri. alias ſecus. Bar. de pœn. diſt. 1. §. item ſi antequam.
i ¶ E *Ab beneficio.*] infra 16. q. 6. illud. argum. ff. de pecu. l. 1. C. de vſur. l. vlt.
k ¶ M *Inuadere.*] ¶ *Propriæ vxoris.*] maxime: quia idem eſt in aliena. Et not. quod dicit inuadere, quia iam nõ eſt vxor quo ad debitum reddendum. ſupra 77. diſt. epiſcopus. cum qua votũ emiſit ᵉ: " & ſi eam cognoſcat, inceſtum committit, & filij erunt illegitimi, & ſerui. 15. q. vlt. cum mulier. eſt tamen vxor quo ad adminiſtrationem. 31. diſt. lex. & plus peccat cum iſta quam cum ſoluta. H. arč. contra. j. diſt. prox. propoſuiſti.

a Dicit Lau. hoc ſpeciale eſſe in notorio.
b Vel dic vt not. 1. q. 1. c. maledicam. & c. multi. Arc.
Malach. 2.
1 Iuo p. 5. c. 36. li. 35. moral. c. 12. 8. q. 1. c. ſecũdũ.
1. Reg. 15.
" cleric' qui vxorem accepit, an ſtatim ſit ſuſpendẽdus.
" Beneficiũ qñque permittitur, & non officiũ.
" Eligens vnum, renũciat alteri.
2 Pann. l. 3. c. 138.
3 Pann. l. 3. c. 139.
c Ad hoc 33. q. 5. quod Deo. & videas quod not. 30. q. 1. noſce. in gl. ille tñ. in fi.
4 Pann. l. 3. c. 140.
" Vxoré cognoſcẽs cũ qua votum emiſit, inceſtũ cõmittit

Si qui vero in ſuo peccato perſeuerare maluerint, nullus veſtrum officium eorũ audire ª præſumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per Prophetam [Maledicam b, inquit, benedictionibus veſtris.] ¹ Qui vero huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatũ incurrit, Samuele teſtante, & beato Gregorio adſtruente [Peccatũ ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ non acquieſcere.] Peccatum igitur paganitatis c incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit d.

¶ *In regeſto epiſtolarum Gregorij VII. non eſt inuenta hæc epiſtola. in qua ſint omnia prorſus uerba huius cap. Sunt tamen in eo multa, quæ huius decreti faciunt mentionem. Libro 1. epiſt. 30. epiſcopo Salzburgenſi. & lib. 2. epi. 61. Leodienſi epiſcopo. & ſeq. epiſtola Sicardo Aquilegienſi. De quo decreto, ut ipſum exequi omnino curarent, eod. lib. 2. epiſt. 66. Burchardo Halberſtatenſi epiſcopo. & epiſt. ſequenti. Annoni Colonienſi Archiepiſcopo diligentiſſime ſcribit. & lib. 3. epiſt. 4. Sigifredo Archiepiſcopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epiſt. 10. comitiſſæ Flandrienſi. & ſequenti, comiti de eadem re ſcribit. Inter decreta etiam Innocentij 2. fit iſtius decreti mentio. Verum propria uerba huius cap. uſque ad uerſ.* Qui vero huic ſaluberrimo, *Marianus Scotus refert in fi. ſuorum chronicorum. Sequentia autem uerba ualde ſunt ipſi Greg. vij. familiaria.*

Item Alexander ſecundus, epiſcopis, & Regi Dalmatiarum.

¶ Officio & beneficio priuetur epiſcopus, presbyter, vel diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens. C. XVI.

iij ² SI quis amodo epiſcopus, presbyter, aut diaconus e feminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat f vſque dum ad ſatisfactionem veniat: nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

Idem clero Mediolanenſi.

¶ De eodem. C. XVII.

iiij ³ SI quis ſacerdotum, vel diaconorum, vel ſubdiaconorum, officium g contumaciter deſerens feminam ſibi potius eligit, ſicut ſponte ob fornicationem dimittit officium: ita ob præuaricationem dimittere cogatur h etiam inuitus beneficium.

Idem populo Mediolanenſi.

¶ De eodem. C. XVIII.

⁴ EOs etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & à Deo recedentes, diabolo & operibus eius ſeruiunt: ſicut ſe iuſtiſſime ab officio alienos faciunt: ita beneficio i eccleſiarũ priuatos eſſe adiudicamus.

Item Lucius Papa.

¶ De eodem. C. XIX.

5 MIniſtri altaris presbyteri, ſiue diaconi ad Dominica tales eligantur officia qui continentiam ſeruent. ¶ Si vero poſt ordinationẽ ſuam miniſtros contigerit propriæ vxoris k inuadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarij l ª portitores fiant, neque altare cõtingant, neque ab offerentibus m holocauſti n oblationem ſuſcipiant: neque ad Dominici corporis portionem † accedant o: neque propinent ᵝ, neq; ſine maioris natu auctoritate minora p gerant officia: vrceum ſane ad altare, vel calicẽ ne ſuggerant.

ª ¶ Sacrarij.] *In epiſt. 2. Clementis (unde c. hoc ſumptum uideri poteſt. & unde citat Iuo) legitur:* ſacrificij. *in uno autem uetuſto Gratiani cod. est,* ſacri.

ᵝ ¶ Neque propinent.] *In epiſtola Clementis eſt:* nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus, oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, vrceum, vel calicem ad altare non ſufferat †. *Apud Iuonem uero:* Sed aquam tantum ſacerdotum manibus porrigat, oſtia forinſecus claudat, minora geſtet officia: vrceum ſane ad altare ſuggerat.

Idem.

¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. C. XX.

3 ⁶ CLericus ſolus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec propter † ſine maioris natu ſacerdotis † iuſſione ª nec ſolus presbyter cum ſola femina q fabulas miſceat. Nec archidiaconus ſub prætextu humilitatis r, aut officij frequenter s intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domeſticos † matronæ mãdet aliquid † ſecrete t. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur eccleſiæ.

ª ¶ Iuſſione.] *In epiſtola Clementis ſequitur:* Nec presbyter ſolus cum ſola adiungatur, ſed duobus adductis teſtibus viſitet infirmam: nec ſolus cũ ſola femina fabulas miſceat: nec archidiaconus, aut diaconus ſub prætextu officij humilitatis frequenter, &c.

[*Idem.*]

¶ De eodem. C. XXI. PALEA.

7 SEd ſi forte aliqua interceſſio fuerit, epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuentu, ipſe pergat: ſin autem, de latere ſuo dirigat ª, cum duobus, aut tribus teſtibus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, niſi proxima, aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias ſatanæ.

¶ *Hæc Palea in pleriſque uetuſtis exemplaribus habetur coniuncta cap. antecedenti.*

ª ¶ Dirigat.] *In epiſtola S. Clementis ſequi-*

l ¶ *Sacrarij.*] id eſt, ſacrorum vaſorum.
m ¶ *Ab offerentibus.*] " id eſt, ſacerdotib. qui offerunt, id eſt, cõficiunt. Vel expone, nec ad oblationẽ aliis porrigendam. q. d. nec ipſi ſumant corpus Chriſti, nec aliis porrigant. Vel melius hoc vult dicere: diaconi nec exerceant officium diaconale, nec presbyteri presbyterale. Vel expone, nec ab offerentib. id eſt, ſubdiaconis, qui offerre ſolent diacono patenam cum euchariſtia. ADDITIO. 91. diſt. cleros.
n ¶ *Holocauſti.*] id eſt, euchariſtiæ. & dic intranſitiue.
o ¶ *Accedant.*] presbyteri, i. non conficiant.
p ¶ *Minora.*] i. minorũ ordinum officia ſine licentia ſuperioris: & planum eſt capitulum, vt 16. q. 6. illud. Argu. contra. C. de vſufru. l. vlt. & ff. de ſup. le. l. 1.

CLericus.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur quod archidiaconus nõ debet frequentare domos matronarum vel aliarum mulierum, nec mittere xenia per clericos, & hoc probatur in ſequen. c. Ioan. de Fant. CASVS. Hoc c. de trib. perſonis loquitur, ſcilicet de clerico, presbytero, & archidiacono. Dicitur ergo hic, quod clericus ſolus non debet intrare tabernaculum mulierum: nec etiã cum ſocio ſine iuſſu prælati. nec presbyter cum ſola femina cõfabuletur. Archidiaconus vero ſub prætextu officij ſui nõ frequentet domicilia matronarum, nec illis per clericos ſuos vel domeſticos aliquid ſecrete mittat: de quo ſi cõuincitur, & ille deponatur, & illa excommunicetur.
q ¶ *Femina.*] arg. " ex ſolitudine vel ſocietate præſumi pro aliquo vel contra. j. ea. in omnibus. & c. clerici. argum. 18. q. 2. in decima. & c. diffinimus.
r ¶ *Humilitatis.*] Prætextu. n. pietatis non eſt committenda impietas. ff. depoſ. ſi hominem. & 30. q. 1. noſſe. & 14. di. quod ait.
s ¶ *Frequenter.*] Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contra aliquem præſumitur d, ſimiliter ex longa mora arg. 34. di. quorumdam. 19. diſt. Anaſtaſius.
t ¶ *Secrete.*] " magis enim peccat occulte peccãs quã manifeſte, vt 19. diſt. Anaſtaſius. Sed contra. ff. de ri. nu. l. vlt. ff. de auct. tu. pupillus. §. vlt. qui. n. male agit odit lucem. 18. q. 2. pernicioſam. extra de of. iu. dele. cõſuluit. & ext. vt ec. bene. vt noſtrum. Io. Sol. ᵉ vbi quis magis contẽnit, ibi magis peccat, ſiue ſecrete ſiue palam. De hoc 40. di. homo chriſtianus. ᵉ

" Offerẽtes qui dñt.
5 Hĩ in epiſ. 3. Clem. ad Iacobũ fratrem Dñi. Anſ. l. 8. c. 2. Pol. l. 4. ti. 38 Iuo par. 6. c. 87.
† al. portationem.
† al. ſuggerat.
6 Clem. Papa ibid. paulo inferius. Iuo p. 6. ca. 82. Anſ. l. 7. c. 147. Poly. l. 4. tit. 31.
† al. frequentet.
† al. ac ſacerdotis.] al. principis.
† al. domeſticos eius.
† al. ſecreti aliquid.
" pſumptio ſumitur ex ſolitudine & ſocietate
7 Clem. ibi. continẽter. Polyc. ibid.
d Concord. text. in l. cũ alius. C. de cu. fu. & l. fi. §. pen. C. de bo. quæ lib.
" Peccare vter magis dr, an manifeſte delinquens.
: C... 2.
ᵉ text. hic ſi loquitur de peccato publico, vel ſecreto, ſi dãnat ea q ſecrete fc̃a aſſerũt ſuſpicionẽ, ſi aũt facta palã.
e Et extr. de

cele.miſ. de homine. & 32.di.nemo. ibi videas.

S*I quiſpiam.*] Hæc palea habetur extra de cohab.cler. & mul.c.2.ibi exponitur.

a ¶ *Iudicetur.*] Nota quòd ratione delicti mulier efficitur de foro eccleſiæ. Archid.

O*Portet.*] Hæc eſt quarta pars diſt. in qua probat per 10.c.ſanctorum Patrũ, quòd cum clericis non debent cohabitare ſuſpectæ mulieres, nec ſolus cum ſola debet confabulari. Io.de Fan.

† *al. ſtire.*

CASVS. Greg.monet hic presbyteros eſſe vigilantes ſuper gregem ſibi commiſſum: ne lupi morſibus, id eſt, diaboli lanientur. & reprehendit eos de conſortio mulierum. quia vbi fuerit cũ mulieribus cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimulus non deerit, cum quibus ſi fornicentur, ſacrificare non debent. Quod probat tribus auctoritatib. prophetarum, ſcilicet Moyſi, Sophoniæ, & Malachiæ. Seq.c.patet.

3 Poly.l.4.ti. 31. ex Lucio Anſ. l.8.c.9. ex pœ. Romano.

b ¶ *Nefarium.*] id eſt, horribile. nam ſi nefarium eſſet dicere, male faceret Gregor. dicendo.

c ¶ *Stimuli.*] Nam ex cohabitatione præſumitur acceſſus. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶ *Ne fallamus.*] Publicum enim teſtimonium & opinio nõ eſt fallenda. C. de lat. lib. tol.l.1.§. ſed & qui ſcimus. & arg. 27. diſtin. quod interrogaſti.

2 Iuo p.6.c. 76. Polyc.l. 4.tit.31.

e ¶ *Qui fallitis.*] Dicuntur enim fallere, ex quo habent voluntatem fallendi[a]. nec minus peccat.de pœ.diſt. 1. ſi cui. aliàs autem non fallunt. 24. quæſt. 3. Deus. mentiri enim Deo, &c. de conſecr. diſt.2.panem.

a Adde gl. ſ l.védicatio. ff. de rei ven. Bar.in l.quę de tota.c.ti.

f ¶ *Pollutos.*] quantum ad ſacerdotes. 49. diſt. cap.vlt.

ADDITIO. Ad hoc 49.di.c.vl.de conſe.di. 4.quæris.& 1.q.1. quod quidam. Archid.

g V*Olumus.*] Quod dicitur in iſtis c. videtur corrigi ext. de cohab. cle. & mul. ca.1. Vel intellige illud quando perſonæ ſunt ſuſpectæ. vel ſecum habent ſuſpectas.

2. Cor. 6. 1. Tim.2.

" Sed vſque ad quem gradum licet clericis cum cõſanguineis habitare? Dici poteſt, quòd vſque ad ſecundum in linea tranſuerſali.infra ead.cum omnibus. ſed in aſcẽdente vel deſcendente vſque ad ſeptimum, vel hodie vſque ad quintum: quia cum his naturale fœdus nihil ſæui criminis, &c. vt extra de cohab.cler.à nobis. & C. de epiſ. & cle. eum qui. etiam ſi illæ perſonæ iuuenes ſint. Vltra ſecundum vero diſtingue an ſuſpectæ, quia iuuenes ſunt: an non, quia ſunt ſenes, & tunc poteſt, in primo caſu,non. ſic etiam diſtingue in ancyllis & ſic intellige infra eo. feminas. Sed contra, nonne clerici debent ſimul dormire.12.q.1.neceſſaria.ſed hoc de aliis qui ſimul non viuunt.Ioan. Et not.quòd illi decret. a nobis. eſt ſtandum, quæ vltima eſt de illa materia, & corrigit decret.primam illius tituli.H.

Leuit. 20. " clerici cũ mulieribus conſanguineis habitare poſſunt.

Soph. 3. ſecundum 70.

tur: cum duobus, ac tribus, qui hoc ſanare † debeant. Sane ad viſitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

[*Ex a decreto Eugenij Papæ.*

¶ De eodem. C. XXII.

PALEA.

3 SI quiſpiam ſacerdotum, id eſt presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem [β] inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuerſari, excommunicetur: femina vero canonice iudicetur[a].

a ¶ Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio 2. editus, & poſtea a Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohab.cle.& mul. & in pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt ſine nomine.*

β ¶ Admonitionem.] *In eodem canone ſequitur*, metropolitani, vel alterius epiſcopi, aut eius, cui ſubiacere videatur.

Item Gregorius.

¶ Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet. C. XXIII.

4 OPortet ſacerdotes, quibus Domini popul⁹ commiſſus eſt, cum magna animi conſtantia vigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus, id eſt diaboli ſtimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc ſilere debeo, quod cum graui animi triſtitia dico: ſacerdotes cum feminis habitare conſpicio: quod nefarium [b] eſt dicere, vel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita. Vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli [c] non deſunt. Ideoque admonendi ſunt, vt non antiqui hoſtis decipiantur fraude, quatenus iuxta Apoſtoli vocem non vituperetur miniſterium noſtrum. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, vt mundas valeamus ad dominum leuare manus: ſcriptum eſt enim [Sancti eſtote, quoniam ſanctus ego ſum Dominus Deus veſter.] Si quis vero præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauendum eſt, fratres, ne fallamus [d] populum, & illud prophetæ dictum impleatur in nobis [Sacerdotes mei contaminant ſancta, & reprobant legem] quos & alius Propheta increpat dicens [O vos ſacerdotes, qui fallitis [e] nomen meum, & dixiſtis, in qua re fallimus nomen tuum? quibus reſponſum eſt: offerentes ad altare meum panes pollutos [f]. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris: quia polluti eſtis.]

Item Symmacho defenſori, lib.1. reg. indict. 9.epiſt.50.

¶ De eodem. C. XXIIII.

3 VOlumus [g] vt ſacerdotes † prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuerſentur, excepta dumtaxat matre, ſorore, vel vxore [h], quæ caſte regenda eſt.

Idem, lib.7.epiſt.39.

¶ De eodem. C. XXV.

4 LEgitur [i], quòd beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit † dicens: quæ cum ſorore mea [k] ſunt, ſorores [l] meæ non ſunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſe inſtructio.

Item ex 7. ſynodo.

¶ De eodem. C. XXVI.

IN omnibus obſeruare cõuenit, vt certus [m] quis, & certo tempore, & certo loco [n], & certis perſonis vel apparere clericus, vel loqui debeat mulieribus, vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio. Certe ſolum & ad ſolam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius eſt enim duos [o] eſſe ſimul, quàm vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. [Væ enim vni: quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum.]

¶ *Caput hoc etiam in aliquot manuſcriptis citatur ex ſeptima ſynodo, in cuius ſane poſtremo capite aliqua huc ſpectantia habentur. ceterum in pleriſque citatur ex octaua. & ſententia uidetur ſumpta ex ca. 83. aſceticorum D. Baſilij. cuius regulis ſub nomine octauæ ſynodi ſæpe citari alibi notatũ eſt.*

Item ex concilio Carthaginenſi, 3.c.17.

¶ De eodem. C. XXVII.

CVm omnibus omnino clericis extraneæ feminæ non cohabitent, ſed ſolæ matres, auiæ, & materteræ, amitæ, ſorores, & filiæ fratrum, aut ſororum, & quæcun-

h ¶ *Vel uxore.*] ſupra di.77.epiſcopus.arg.contra: ſed hoc de ſenibus, illud de ſuſpectis. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora. Vel ſol. vt ibi dixi. & quod dicit caſte: quia caſtitas, &c.31.diſt.Nicæna.

L*Egitur.*] CASVS. Dicitur hic, quòd ſacerdotes nõ debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Aug. qui etiam cum ſorore noluit habitare propter alias mulieres quæ cum ſorore erant.

Malac. 1. ſecundum 70.

i ¶ *Legitur.*] argu. " quòd etiam a licitis debemus abſtinere, ſi eorum occaſione peruenitur ad illicita. argu. diſt.63.§. verum. 11.q.3. priuilegium. & 21.diſt. denique.

" Abſtinere à licitis quãque debemus. *ibidem.*

k ¶ *Mea.*] & hoc intellige cũ tales ſunt conſanguineæ, quæ ſine aliis eſſe non poſſunt. "Vel intellige de epiſcopo, cui non licet aliquam habere ſecum. C.de epiſ. & cle. auth. epiſcopo. Lau.

" Eps nullã ſecum hẽat mulierem.

3 Iuo p. 6. c.81.

l ¶ *Sorores meæ.*] " quia ſocius ſocij mei, ſocius meus non eſt. ff. pro ſoc. nam ſocij. nec vaſallus mei vaſalli, meus vaſallus eſt: ſicut nec libertus mei liberti, libertus meus eſt. ff. de verb. ſig. Modeſtinus. nec frater fratris mei, frater meus. ff. de ritu nup. generali. §. inter priuignos.

† *ſacerdotes qui in Corſica commorantur*] ori.

" Socij mei ſocius ñ eſt me⁹ ſocius.

4 Apud Poſſidoniũ ĩ vita Auguſt. Iuo p. 6. c. 77.

† *al. conſueuerit.*

I*N omnibus.*] CASVS. In octaua ſynodo fuit cõſtitutum, vt clericus cum talibus perſonis, & in tali loco & tempore cum mulieribus loquatur, vt omnis ſuſpicio remoueatur. Nam ſi clericus vult ire ad domum alicuius feminæ, melius vadat cum alio quàm ſolus, ne ſi ceciderit, non ſit qui ſubleuet eum.

m ¶ *Vt certus.*] id eſt, ille ad cuius ſpectat officium. 18. quæſt.2. in decima.

n ¶ *Loco.*] in hoc c. habes " præſumi contra aliquem, & pro aliquo ratione numeri, loci, temporis: ratione etiam perſonæ, & cauſæ. 23. quæſt. 8. occidit. & 29. diſtinct. ſciendum. & 18. qu. 2. diffinimus.

Eccl. 4. *ibidem.*

" p̃ſumptio ſumitur rõe numeri, loci, tẽporis, & perſonæ.

o ¶ *Duos.*] argu. quòd melius eſt eſſe duos ſimul quàm vnum, vt 7.q.1.illud.12. q. 2. nobis. argu. contra. ff. de admi. tu.l.3. §. quod in tutoribus. ſi. ff. de exerc. act. ne in plures. & Adam dum ſolus fuit non peccauit, vt de pœ. diſt. 2. quando Adam. arg. contra. 21. diſt.q. 1. in apibus. Sol. horum brocardorum eſt vt referas te ad id de quo agitur: licet enim binarius reprobetur, 22. q.1. nuptiæ. non tamen quo ad omnem ſignificationem.28.q.1. ſæpe. id eſt, non quo ad omnem locum in quo ponitur. & ſolue per cap. ſæpe.

C*Um omnibus.*] CASVS. Statuitur in hoc c. quòd clerici non habitent cum mulieribus, niſi ſint ſibi coniunctæ in primo gradu vel ſecundo conſanguitatis, vt mater, auia, ſoror, & amita. Item cum ancillis, & pediſſequis quæ cũ eis erant ante quam ordinarentur. Item cum nuribus, & vxoribus ſeruorum ſuorum.

que ex familia [a] domeſtica neceſſitate, etiam antequam [b] ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel ſi filij eorum iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt? aut ſeruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuerit.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 30.

¶ De eodem. C. XXVIII.

1 NOn oportet miniſtros altaris, vel etiam clericos quoſlibet, aut continentes ſe, aut omnem omnino [c] Chriſtianum cum mulieribus lauacra habere communia. Hæc eſt enim apud gentiles prima reprehenſio.

Item Gregorius ad Ianuarium epiſcopum Caralitanum, lib. 3. epiſt. 26.

¶ De eodem. C. XXIX.

2 ARchidiaconum tuum, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuiſti: & nunc vſque in ea prohibitione deſpicitis, qui niſi [d] iuſſioni tuæ paruerit, cum ſacro ordine volumus eſſe priuatum [e].

Item ex concilio Toletano, 4. c. 42.

¶ Venundentur ab epiſcopo, quæ appetunt conſortia clericorum illicita.

C. XXX.

3 QVidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum [f], vel ancillarum ſuarũ interdicta ſibi conſortia appetunt. Ideo, quæ coniunctæ taliter cum clericis ſunt, ab epiſcopo auferantur; & venundentur [g], illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos ſua libidine infecerunt.

Item Syricius Papa Himerio epiſcopo, epiſt. 1. c. 12.

¶ Non habitent feminæ cum clericis, niſi quas neceſſitudo excuſat.

C. XXXI.

3 FEminas non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantum, quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas habitare cum iiſdem ſynodus Nicæna [h] permiſit.

Item ex concilio Africano, c. 5. 4

¶ Niſi maiorum iuſsione ad feminarum domicilia clerici non accedant.

C. XXXII.

5 CLerici, vel continentes [i] ad viduas, vel virgines, niſi ex iuſſu, vel permiſſu epiſcoporum, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis, vel cum quibus epiſcopus, aut presbyter iuſſerit. Nec ipſi epiſcopi, & presbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi feminas: ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui [k] Chriſtiani.

Item ex concilio Carthaginenſi, 4. c. 102.

¶ Epiſcopi prouideant, ne occaſione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines ſocientur.

C. XXXIII.

6 AD reatum epiſcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præeſt, ſi ſubſtentandæ vitæ [l] præſentis cauſa adoleſcentiores viduæ, vel ſanctimoniales clericorũ familiaritatibus ſubiiciantur.

Item ex eodem, cap. 103.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

7 VIduæ [m], quæ ſtipendio eccleſiæ ſubſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, vt & meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent.

DISTINCTIO LXXXII.

1\. GEneraliter [n] etiam pauperibus, & iis, qui ſuis [o] manibus laborare non poſſunt [p], epiſcopus neceſſaria prouideat.

Vnde in concilio Aurelianenſi 1. cap. 18. legitur.

¶ De eodem. C. I.

EPiſcopus pauperibus [q], vel infirmis, qui, debilitate facienti, non poſſunt ſuis manibus laborare, victum, & veſtitum (inquantũ † ſibi poſſibile fuerit) largiatur.

† poſſibilitas habuerit.] Orig.

Item Innocentius [r] Exuperio Toloſano epiſcopo, epiſt. 3. cap. 1.

¶ Qui voluntatem officio præpoſuerit, modis omnibus ſubmoueatur.

C. II.

a ¶ *Ex familia.*] quis enim ferret coniuges à viris, vel patres à filiis ſeparari? C. com. vtriuſque iu. poſſeſsionum. arg. ad hoc 12. q. 3. quoniam multos. " dura enim eſſet talis ſeparatio. ff. de fun. inſtr. quæſitum. §. ſaltuarium.

"Perſonarũ cõiunctarũ ſeparatio dura eſt.

b ¶ *Etiam antequam ordinarentur.*] idem ſi poſt: ſed ideo dicit, quia forte non haberet neceſſe tot perſonas recipere iam ordinatus, vt filius duceret vxorem in domum patris clerici, ſed ſi prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo, non debet eam eiicere. Nam, Turpius eiicitur, quam nõ admittitur hoſpes. extra de iureiur. quemadmodum.

NOn oportet.] CASVS. prohibetur hic ne aliquis clericus, vel continens, nec etiam aliquis Chriſtianus communia lauacra cum mulieribus habeat: quia etiam gentiles hoc maxime reprehenduntur.

c ¶ *Omnino.*] " Vnde ſi vir accedit ad balneũ extraneæ mulieris, priuatur donatione propter nuptias, & mulier dote ſi cum viro alio habuit balneum. C. de repud. l. vlt. immo etiam infamis eſt, qui tenet mulieres cuſtodientes balneatorum veſtes, vt ff. de iis qui no. infam. athletas.

" Balnea mulieris periculoſa ſunt.

1 Anſel. l. 7. c. 136.

ARchidiaconum.] CASVS. Ianuarius epiſcopus bis prohibuerat archidiacono ſuo, ne cum mulieribus habitaret: Sed ipſe propter hoc non dimittebat. præcepit ergo Greg. vt cum tertio admoneat, & ſi contemnit, eum ab officio deponat.

2 Anſel. 7. c. 148. Poly. l. 4. tit. 39.

d ¶ *Qui niſi.*] vt 24. q. 3. de illicita.

e ¶ *Priuatum.*] poſt trinam communionem [a], vt ext. de coha. cle. & mulier. ſi quiſpiam.

a Sed dicit quidam quod nõ eſt canõ latæ ſniæ, ſ; ferendæ, vt p; in decr. hic alleg. ſi quiſpiã. Ar.

QVidam.] CASVS. Quidam clerici cum non haberent vxores appetebant extranearum mulierum, vel ſuarum ancillarum conſortia. Quare Toletan. concilium ſtatuit, vt epiſcopus vendat tales mulieres, clericis pro tempore ad pœnitentiam relegatis. Caſus ſequentis c. patet.

3 Pol. l. 4. tit. 31. Burc. l. 2. c. 110. Iuo p. 6. c. 52. & 187 Anſel. l. 7. c. 149. C. 3.

f ¶ *Mulierum.*] id eſt, ancillarum.

g ¶ *Et venundentur.*] Et hoc ſi filios habuerint. " ſi autem filios non habuerint, clauduntur in monaſterio, vt diſt. 34. fraternitatis. ne filij pereant propter eorum abſentiam. Item hic ſubaudi quando contrahunt cum eis tanquam cum vxoribus, aliàs non concedo, quòd venundari debeant, vel in ſeruitutem redigi propter ſimplicem fornicationem. arg. 15. q. vlt. c. vlt. vt no. 32. diſt. eos. & 34. diſt. fraternitatis.

" mulierum cũ clericis contrahentium punitio.

h FEminas.] ¶ *Synodus Nicæna.*] quæ eſt ſupra eadem, in omnibus.

CLerici.] CASVS. Idem fere eſt caſus iſtius c. cum illo ſupra eo. clericus ſolus. Duo c. ſeq. plana ſunt.

i ¶ *Continentes.*] vt ſunt conuerſi & deuoti.

ADDITIO. 2. q. 2. duo 27. q. 1. vt lex.

k ¶ *Aliqui.*] hoc non poteſt intelligi, niſi de laicis propter litteram præcedentem. Sed quid ſi duo clerici dicunt me commiſiſſe fornicationem cum aliqua tali die, duo laici dicunt me fuiſſe ſecum tota die in alio loco? " dico præponendos laicos [b]: quia ſtant pro reo. & ita patet hic, quòd clericus poteſt ſe purgare quandoque cum laicis, vt 18. q. 2. in decima. vt ibi dixi.

" teſtes præferẽdi ſunt qui pro reo deponunt.

b Ad hoc facit qđ no. in aut. d hæ. & fal. §. ſi non abſunt. videtur, q; talis aſſertio ſit in ſe implicitam affirmatiuã. Arc.

4 Concord. Carthag. 3. c. 25.

5 Anſ. l. 7. c. 151.

l ADreatum.] ¶ *Vitæ.*] Coguntur enim quandoque ſanctimoniales propter defectum rerum operas aliquas facere clericis, vel aliis, & per talem familiaritatem, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere. " Præcipitur ergo hic, quòd ſi aliquæ ſint pauperes, quòd epiſcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperum. Si obiicias, infra de conſec. diſt. 5. numquam. " vbi numquam permittitur, immo iubetur ne ſint otioſæ, ſed faciant calathos, vel humilia, illud intellige, quòd eccleſiæ poſſunt facere operas, non extraneo. 54. diſtinct. ſi ſeruus. in fine.

" Sanctimonialib9 pauperib. d; prouidere eps.

" Moniales otioſæ eſſe non debent.

m VIduæ.] infra 87. diſtinct. c. 1.

GEneraliter.] Hæc diſtin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quòd epiſcopus debet prouidere pauperibus ſecundũ poſſe ſuum, ſcilicet illis qui laborare non poſſunt. Secunda ibi, *Propoſuiſti*: Tertia ibi *qui autem.* Io. de Fant.

6 Polyc. l. 4. tit. 37. Burc. l. 8. c. 55. Iuo p. 7. c. 73.

CASVS. Hic intitulatur diſtin. 82. in qua oſtendit, quòd clerici in ſacris ordinibus conſtituti nec ſuis vxoribus, nec cum alienis mulieribus debent commiſceri carnaliter, & qualiter ſint puniendi qui poſt promiſſam continentiam fornicantur, vel de facto contrahunt, vel ſuis vxoribus commiſcentur, & quæ pœnitentia iniungatur presbytero fornicanti. Et ſpectat hoc ad c. Apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. vel ad hoc, oportet epiſcopum eſſe monogamũ. In principio tamen ponit de hoſpitalitate. Et primum ca. huius diſt. planum eſt.

7 Pol. ib. Iuo p. 8. 327.

n ¶ *Generaliter.*] Hic depingitur 82. diſt. in qua tractat adhuc magiſter de continentia miniſtrorum, & addit, q; ſi quis miniſtrorum fornicationem committit, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt remanere in ordinibus, vt infra ca. c. vlt. & referuntur hæc duo, quæ dicuntur in hac diſt. ad id, oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. & ad id, oportet epiſcopum eſſe monogamum. tamen præmittit in c. 1. qualiter epiſcopi pauperibus, & infirmis debeant prouidere.

o ¶ *Qui ſuis.*] pauper enim qui laborare poteſt, ſi ſe immiſcet eleemoſynæ Imperatoris, redigitur in ſeruitutem. C. de men. val. l. 1. lib. 11.

p ¶ *Non poſſunt.*] ei qui poteſt laborare, non debet eccleſia prouidere: integritas enim & robur membrorum in conferenda eleemoſyna eſt attendenda. C. de men. val. l. 1. lib. 11. quia robuſti de cibo ſecuri ſine labore, frequenter iuſtitiam negligunt, vt 5. q. 5. non omnis. & dicit gl. ſuper Matthæum: Iuſtius feceris ſi iniuſte petentem correxeris quam ſi ei dederis, &c.

q EPiſcopus pauperibus.] infra diſt. 87. c. 1. & 2.

r E ¶ *Innocentius.*] qui fuit tertius a Syricio.

P*Ropoſuiſti.*] Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, quòd puniantur ſacerdotes & diaconi, qui non ſeruauerunt ſententiam Syricij de caſtitate. Ioan. de Fant.

CASVS. In archiepiſcopatu Toloſano ſacerdotes & leuitæ incontinenter viuebant, quod manifeſtabāt filij ab eis generati: quod cum vidiſſet Exuperius archiepiſcopus Toloſanus, quæſiuit ab Innocētio quid eſſet de his faciendum. Sed antequam reſpondeat, dicit ſuper hoc conſtitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore eccleſiaſtico remoueri. Deinde oſtendit quòd ſacerdotes & leuitæ debēt viuere cōtinenter, ita etiam vt cum vxoribus carnaliter non cōmiſceantur. Et hoc probat vno exemplo, ſ. ſacerdotum & leuitarū veteris teſtamenti, qui in hebdomada ſua viuebant continenter, ita etiam vt cum vxoribus non cōmiſcebantur carnaliter, nec diſcedebant à templo: quibus propter ſobolis ſucceſſionem vxoris vſus fuerat relaxatus? Multo magis ſacerdotes debent abſtinere, cum quotidie ſacrificent, & poſſint eligi de qualibet natione: & vna auctoritate Pauli Apoſt. Poſtea docet, quòd illi clerici, qui in ſacris ordinib. cōtraxerunt, vel ſuis vxorib. ſe iunxerunt, ſi poſſunt probare conſtitutionem Syricij non perueniſſe ad eos, in ſuis ordinibus remaneant, ſed ad altiores non aſcendant: de cetero tamen abſtineant. qui autem contra Syricij conſtitutionem ſcienter contraxerint de facto, vel ſe propriis vxorib. miſcuerint, deponantur.

1 Ino p. 6. c. 57. Pann. l. 3. c. 137. Anſ. l. 8. c. 8. Poly. l. 4. tit. 31.

a ſ. c. ſeq.

Luc. 2.

Paralip. 24.

† al. puri, & purgati.

† al. ſacrificia.

Leuitic. 11. & 20.

3 ſupra diſt. 31. c. cos.

Numer. 18.

† *Quanto.*] Orig.

2 [1] PRopoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij [a] miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe, aut fuiſſe, generati filij [b] prodiderunt. De his & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Syricij epiſcopi [a] monita euidentia commearunt, vt incontinentes, in officiis talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola [c] continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodū ſacræ legis auctoritas iam inde [d] ab initio cuſtodita, quòd in templo [e], anno vicis [f] ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgatos ſibi vendicent diuina miniſteria, neq; eos ad ſacra † officia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore [g] carnale conſortium: quia ſcriptum eſt, [h] [Sancti eſtote [i] [3], quia & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter.] Quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem, vxoris vſus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & præterquam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis [k] hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiā ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt: nec præterit [l] dies, qua vel à ſacrificiis diuinis, vel baptiſmatis [m] † officio vacent. Nam ſi beatus Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribit, dicens [abſtineto vos ad tempus, vt vacetis orationi] & hoc vtique laicis præcepit [n]: multo magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebūt ab huiuſmodi conſortio, abſtinere: qui †, ſi cōtaminatus fuerit carnali concupiſcentia [a], quo pudore vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcientia, quoue merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit [omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?] Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt] vnius vxoris [o] virū.] Non [β] dixit hoc, vt permaneret [p] in concupiſcentia generandi, ſed propter incontinentiam [q] futuram [r]. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait [vellem autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego.] Quod & apertius declarat, dicens [qui autem in carne ſunt [s], Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.] Et [habētem filios] non, generantem dixit. Sed ea plane [t], diſpar, & diuerſa [u] ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Syricio ad prouincias [x] commeauit, non probatur [y] † perueniſſe, his

† al. orationis.

1. Cor. 7.

Tit. 1.

1. Tim. 3.

1. Cor. 7.

Rom. 8.

1. Tim. 3.

† probabitur.] Orig.

a ¶ *Diaconij.*] Ideo non dicit de ſubdiaconis, quia erat * tunc ſacer ordo: non tamen poterant contrahere. 32. diſt. ſi qui.

* Vide ſ. di. 21. in prin. ī gl. verb. ſub diaconus.

b ¶ *Filij.*] " illius enim eſt argumentum ambulans ſuper terram de incontinentia patris. 23. diſt. pr uſquam.

" Filius ambulās ſuper terrā, teſtatur pris incōtinentiā.

c ¶ *Quod ſola.*] id eſt, a ſolis continentibus, vt 84. diſt. cū in præterito.

d ¶ *Iam inde.*] id eſt, de hoc articulo.

e ¶ *Quod in templo.*] Sufficit ergo ſcholari ad hoc vt ſtipendium conſequatur, vt ſua vice ſeruiat eccleſiæ, ſcilicet cum ibi eſt.

h ¶ *Prædicationis.*] j. 16. q. 1. adiicimus. contra. ſed illud ex cauſa dictum eſt propter quoſdam improbos monachos hoc ſibi vſurpantes, 16. q. 1. peruenit. aliàs etiam diaconi poſſunt prædicare. Vel hoc intellige ex delegatione. [a] aliàs ſolius ſacerdotis officium eſt prędicare. Vel prædicationem appellat lectionem Euangelicam.

a Sacerdotis ſolius eſt prædicare.

i ¶ *Stimulet.*] id eſt, exaſperet contra ſe.

k ¶ *In hac ſede.*] Apoſtolica. ex hoc dicunt quidam hanc prohibitionem in eccleſia Romana tantum locum habere. alij tantum de Cardinalib. intelligũt. H. vero gñaliter intelligit eſſe prohibitum, cũ ſ. ad legendũ Euangelium induti ſunt, quod patet ex illo verbo quod j. dicit, inter Miſſarũ. & cauſa huius conſtitutionis fuit honeſtas.

l ¶ *Solum.*] arg. q diaconus nõ niſi cauſa neceſsitatis debet legere epiſtolam. 25. di. c. 1. & c.

DISTINCTIO XCII.

1 pſ CVm autem [a] ad eccleſiam venerint, corde magis, quam voce Deo cantandum meminerint.

Vnde Hieronymus li. 3. comment. ad c. 5. epiſtolæ ad Epheſios.

¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. C. I.

CAntantes [b], & pſallentes in cordibus veſtris Domino,] Audiãt [c] hæc adoleſcẽtuli: audiãt ij, quibus pſallendi in eccleſia officiũ eſt: Deo non voce [d], ſed corde cantandum: nec in tragœdorum modũ guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ † [e] ſunt, vt in eccleſia theatrales [f] moduli audiãtur, & cantica, ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum.

Ab officio autem cantandi, & pſallendi diaconi inueniuntur exempti [g], ne dum vocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4. epiſ. 44. ſeu c. 88. & lib. 12. poſt finem epiſtolarum in concilio ab ipſo habito.

¶ Cantandi officium diaconi ſibi non vſurpent. C. II.

2 IN ſancta Romana eccleſia dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, vt quidam ad ſacri altaris miniſterium [a] cãtores eligantur, & in diaconatus ordine conſtituti, modulationi vocis inſeruiant, quos ad prædicationis [h] officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat. Vnde fit plerumque, vt ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur: quæri congrua vita negligatur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet [i], cum populum vocibus delectat. Qua de re præſenti decreto conſtituo, vt in hac ſede [k] ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque [l] Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolennia exoluãt: pſalmos vero, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem cõtra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema ſit.

a ¶ Miniſterium. *In impreſsis ſequebatur* conſtituti. *quæ vox expuncta eſt, quoniam neque in antiquis Gratiani exemplaribus eſt, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & uidetur addi in gloſſa ad verſ.* miniſterium. *quæ etiam gloſſa non eſt inter veteres.*

2 A quibus ordinandos oporteat eſſe immunes? breuiter monſtratum eſt. De quorum vero manibus ordines ſuſcipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipſum conſtituti ab epiſcopis ſuis debent ordinari.

Vnde in concilio Martini Papæ legitur. [3]

3 In capitulis Martini Bracar. c. 45.

¶ Qui non ſunt ordinati ab epiſcopo, in pulpito non pſallant, neque legant. C. III.

NOn liceat in pulpito pſallere [m], aut legere, niſi qui ab epiſcopo [n] lectores ſunt ordinati.

De epiſcopis autem, à quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, ſupra definitum eſt. 3 ¶ *Nunc autem quæritur de his, qui ordinati à parochiis ſuis non recipiuntur, vel pro aliqua cauſa eas adire noluerint, an in alterius parochia epiſcopale poſsint officium celebrare. De his in concilio Martini Papæ ſic ſtatutum eſt.*

4 Capitul. Mart. Brac. c. [illegible]

¶ Sacerdotis tantum officium gerat epiſcopus, quem ſua parochia non recipit. C. IIII.

5 Vid. Pelag. 1. in epiſt. ad Benignũ poly. l. [illegible] 13. Burc. l. 1. c. 40. Ino p. 5. c. 15.

5 SI quis [o] ordinatus epiſcopus [a], pro contentione [β] populi [p], ut pro aliqua [q] ratiõe, nõ pro ſua

A QVIBVS. Hæc eſt ſecunda pars di. in qua dr, q nullus debet cãtare in pulpito niſi ſit ordinatus. & hoc probat per c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. à quib. clerici debent eſſe immunes. Nunc vero oſtẽdit, q presbyteri, & ceteri inferiores a ſuis epis debent ordinari. quod probatur ſeq. c. cuius caſus planus eſt : & eſt tertius articulus.

NOn liceat.]

m ¶ *Pſallere.*] arg. [a] pro laicis qui non cantant in pulpito, ſed alibi in eccleſia.

a Laici an poſſint in eccleſia cantare.

n ¶ *Qui ab epiſcopo.*] vel abbate. 69. diſ. c. 1. vel etiam a ſacerdote, vt 23. diſt. pſalmiſta. Sed aliter accipitur ibi pſalmiſta.

DE EPISCOPIS. CASVS. Oſtenſum eſt ſupra à quibus & in quibus locis epiſcopi ſunt ordinandi. Nunc vero incidenter quæritur de epiſcopis ordinatis, qui a parochianis ſuis non recipiuntur, vel aliqua de cauſa illuc ire nolunt, an in alterius epiſcopi parochia poſsint epiſcopale officium exercere? Et reſpondet, quòd non, niſi inuitarentur: ſed officium ſacerdotale poſſunt exercere. Et eſt iſte quartus articulus.

NVNC AVTEM. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, quod ſi epiſcopus ad parochiam ad quam ordinatus eſt, non poteſt venire: ex cauſa poteſt exercere officium ſuum in eccleſia presbyterali vbi prius fuerat, ita q non ſit epo iniurioſus, in cuius parochia fuerit: & hoc probat per quinque auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fan.

SI quis ordinatus.] CASVS. Aliquis ordinatus in epiſcopum non poterat ire ad eccleſiam, ad quam electus erat, non ſua culpa interueniente, ſed propter populi contentionem, vel aliam iuſtam cauſam. Quæſitum eſt an in parochia alterius poſsit officia celebrare? Et reſpondet, q ſic, tanquam ſacerdos, ita tamen vt de reb. eccleſiæ vbi diuina celebrat, nihil ſua auctoritate vſurpet, ſed expectet quid ſynodus de eo ſtatuat. Idem eſt caſus ſequentis c. & quod dicitur ibi honoris, id eſt, honorabilis officij, id eſt, preſbyterij.

o ¶ *Si quis.*] hæc tria capitula loquuntur de eadem materia : [a] ſcilicet cum quis eſt ordinatus epiſcopus ad aliquam eccleſiam, ſed non audet ire illuc propter ſcandalum, vel propter hoſtilitatem vel quia ibi non recipitur aliqua de cauſa, ſine culpa tamen ſua, iſte non debet aliquid præſumere de rebus eccleſiæ ad quam diuertit, & expectabit quouſque prouideat ei ſynodus. alibi. 7. q. 1. paſtoris.

a Epo dũ ſynodus prouidere qui ad eccleſiã ſuã non audet accedere.

p ¶ *Pro contentione populi.*] arg. contra. 16. q. 1. c. 1. plures.

q ¶ *Aut pro aliqua.*] ſcilicet de iure : quia dicunt ſe non elegiſſe eum, vel

eum, vel dicunt quod renunciauit epiſcopatui.
a ¶ *Contingere.*] id eſt, non epiſcopalia, niſi inuitatus ſit. arg. extra de eo qui renun. epiſ. c. 2. ǰ. 7. q. 1. c. epiſcopi.
b ¶ *Iudicare.*] nam aliam eccleſiam ſi vacat debent ei conferre. 7. q. 1. paſtoralis[a]. "ſed & populus eſt excommunicandus, qui eum non recipit cum iuſtam cauſam non prætendat, niſi ſcandalum timeatur: ſicut & ipſe excommunicatur cum ad eccleſiam illam ire non vult. ǰ eo. c. 3. Ioan.

terit eum excommunicare ſi exceſſerit in ſua diœceſi, non abrenuntiet epiſcopatui: quia & poſſet quemlibet archiepiſcopum non ſuum. argum. 6. q. 3. placuit. ff. de off. præſid. præſes. Hoc tamen tene, quod ſine licentia Papæ non abrenuntiabit. extra de tranſlat. epiſcop. inter corporalia. Laur.

a & ǰ. c. pe. ſed hoc ca. paſtoralis. hoc n̄ ꝓbat q̄ loquitur papali conceſsiōe. Arc.
" Excōicandus eſt populus ſuum n̄ recipiens epiſcopum.
† al. cōuenit

culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit: hunc oportet honorem ſacerdotij tantummodo contingere [a]: ita vt de rebus eccleſiæ, in quam venit †, nihil ſibi præſumat. ſuſtineat autem, quod de eo ſanctum concilium iudicare [b] voluerit.

α ¶ Epiſcopus.] *In vulgatis ſequebatur*: ad parochiam, cuius eſt electus: *quæ ſublata ſunt auctoritate manuſcriptorum & originalis.*
β ¶ Contentione.] *In duobus vetuſtis exemplaribus Gratiani, & uno conciliorum Regis Catholici legitur* contemptione.

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.[1]

¶ De epiſcopo ordinato, quem ſua parochia non recipit. C. V.

SI quis epiſcopus ordinatus ad parochiam, cuius [c] † eſt electus, minime acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eum aut populus vetet α †, aut propter aliam [d] cauſam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris [e] ſit, & miniſterij particeps: dummodo rebus eccleſiæ, vbi miniſtrare cognoſcitur, in nullo moleſtus exiſtat. Quę etiam obſeruare β conuenit, quidquid ſynodus perfecta [e] prouinciæ [f] iudicādo decreuerit.

α ¶ Vetet.] *Διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν*, eo quòd populus recuſet.
β ¶ Obſeruare.] *ἐκδέχεσθαι id eſt*, expectare & ſuſcipere.
γ ¶ Perfecta.] *Antea legebatur*: perfectæ. *Reſtituta eſt vera lectio ex originali & Burchardo, & Iuone. Quid autem ſit ſynodus, quæ hic perfecta, & in paulo poſt ſequentibus capitibus integra dicitur, exponitur ǰ. eadem ſi quis epiſcopus. 3.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 18.

¶ A ſua parochia non recepti aliis moleſtiam non inferant. C. VI.

[2] SI qui epiſcopi ordinati ſũt [g], nec recepti ab alia parochia, in qua fuerant denominati, voluerintq; alias occupare parochias, & vim præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando: hos abiici † placuit. Quòd ſi voluerint in preſbyterij ordine, vbi prius [h] fuerant vt preſbyteri reſidere: non abiiciantur [i] à propria dignitate [k]. Si autem ſeditiones commouent ibidem conſtitutis epiſcopis, preſbyterij quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

Item ex concilio Antiocheno, c. 17.

¶ Comunione priuetur epiſcopus, qui ſibi commiſſam eccleſiam adire neglexerit. C. VII.

iij[3] SI quis epiſcopus per manus impoſitionem [l] epiſcopatum acceperit, & α ſibi commiſſum miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieuerit [m] ire ad eccleſiam ſibi commiſſam: hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiuſdem prouincię ſynodus ſacerdotum.

α ¶ Et ſibi.] *Ita etiam Burchardus, & Iuo. Sed in verſione Dionyſij, quam in ceteris partibus ſequuntur, legitur*: & præeſſe populo conſtitutus miniſterium ſubire, &c. *quod ad verbum de græco expreſſum eſt.*

Item ex eodem, c. 16.

¶ Sine concilio integri ordinis vacantem epiſcopus vacans eccleſiam non adeat. C. VIII.

iiij[4] SI quis epiſcopus [n] vacans in eccleſiam non habentem epiſcopum ſurripiens populos ſine concilio integri ordinis irruerit [o], etiam ſi populus, quem ſeduxit, deſideret [p] illum: alienum eum ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autem, & perfectum [q] concilium dicimus illud, cui metropolitanus α epiſcopus interfuit.

¶ *Hæc verſio, quam & Gratianus & Burchardus, & Iuo ſequuntur, eadem fere eſt atque illa Martini Bracarenſis. Dionyſiana vero longe magis accedit ad verba græca.*
α ¶ Metropolitanus.] *Addendum eſt*, Metropolitanus etiam. *Sic enim græce*: καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

4 [5] *Quòd autem ſupra clerici ſe vigiliis ſubtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum eſt, qui ab epiſcopo frequenter admoniti negligentiam ſuam corrigere contemnunt.*

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.[6]

c ¶ *Si quis.*] ¶ *Cuius eſt.*] i. ad quam.
d ¶ *Aliam.*] quam forte allegat.
e ¶ *Et honoris.*] Vt contra ǰ. prox. ca. ſed dic, honoris, i. honorabilis miniſterij: quia in veſtibus epiſcopalibus exercebit ſacerdotale officium, non epiſcopale, niſi inuitatus ſit, vt dixi ǰ. c. prox. & maior reuerentia exhibebitur ei, quam alij presbytero ſimplici. ADDITIO. Et hoc in memoriam dignitatis, vt ff. de decur. l. vl.
f ¶ *Prouinciæ.*] quæ ſcilicet habet decem vel vndecim epiſcopos & metropolitanum. 6. q. 3. ſcitote. Laur.

1 In epiſt. Pela. 2. Pol ibid. Burch. l. 1. c. 141. Iuo p. 5. c. 152.
† al. cui.
† al. vitet.

SI quis.] CASVS. Quæſitum eſt quid debeat fieri de illis epiſcopis, qui cum in ſuis epiſcopatib. non recipiantur, per ſeditiones plebes alienas volunt vſurpare? Et reſpondet quod ſi volunt pacifice miniſtrare in ordine preſbyterij, in quo prius erant ante quam eſſent epiſcopi, non ſunt repellendi. Si autem facere voluerint ſeditiones, repelli debent. ſic intelligit caſum Hu. licet Beneuen. in medio c. aliter intelligat dicens: Si velint pacifice permanere vt presbyteri in eccleſiis, vt prius fuerant, non abiiciantur, &c.
g ¶ *Si qui epiſcopi ordinati ſunt.*] i. ſi qui clerici ordinati ſunt epi.
h ¶ *Vbi prius.*] i. in quo loco, vel in quo ordine. " Sed numquid prior eccleſia tenetur eos recipere? videtur quod non. 72. diſt. placuit. arg. contra 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. Ad hoc dic quod ſi habuit corporalem poſſeſsionem per ſe vel per alium eius eccleſiæ ad quam modo non recipitur, non tenetur prior eccleſia eum recipere, licet nondum eius beneficium ſit collatum. Si non habuit poſſeſsionem [b], tenetur: licet iam aliis conceſſa fuerint eius beneficia, vt ext. de elect. cum in cunctis. 7. q. 1. eos. C. de rep. her. l. vlt. Per alium dixi: quia idem eſt ac ſi per ſe. ext. de præb. accedens. arg. 3. q. 1. c. 1 in §. 1. Ioan. hæc gl. non adaptatur ad textum. B.
i ¶ *Non abiiciantur.*] Arg. quod non debet electus in alia prouincia priuari beneficio priore ante quam transferatur ad aliam.
k ¶ *Dignitate.*] Sed numquid eſt clericus huius epiſcopi? Diſtingue: quia ſi non vult renuntiare epiſcopatui ad quem electus eſt, non erit clericus eius: tenebit tñ ei prius beneficium, quod ius conſeruauit ei. Si vero renuntiauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur. ext. de renun. ad ſupplicationem. niſi in criminali cauſa: tamen non poteſt eum deponere in memoriam priſtinæ dignitatis. ff. de decu. l. vlt. Quod ergo dicit, auferatur honor, dic quod per Papam: argu. C. vbi ſena. vel cla. l. vlt. circa medium. Ratione autem delicti po-

2 Poly. ibid. Burch. l. 1. c. 56. Iuo p. 5. c. 147.
" ſtatus an ſit recipiendus, q ad eccleſia dimiſſam reddit
† ἀφορίζεσθαι, id eſt, ſegregari.
b ſe pacificã, vel p eũ ſtetit quo minus eam habuerit, ext. lib. 6. de præb. licet eps. Arc.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dr hic, quid ſi quis eps negligit ire ad eccleſiam ſuam, debet communione priuari donec coactus vadat vel donec ſynodus aliquid decreuerit de ipſo.
l ¶ *Impoſitionem.*] i. ordinem epiſcopalem.
m ¶ *Nec acquieuerit.*] intra tres menſes. ǰ. 100. di. quoniam ſpōſa. eſt intra duos menſes, &c. ext. de conu. coniug. ex publico. Ioan.
SI quis epiſcopus.] Quęſitum eſt quid debeat fieri de epo, qui cum non habeat eccleſiam propriam, ſurripit ſine concilio metropolitani vacantem epatum? Et reſp. q debet abiici: etiam ſi populus quem ſeduxit, velit ipſum habere.
n ¶ *Epiſcopus vacans.*] i. vacans epiſcopatu, vel epiſcopatum non habens:" ſicut dr mulier vacans quæ virum non habet. ff. ad l. Iul. de vi publ. qui cœtu. §. qui vacantem. Ioan.
o ¶ *Irruerit.*] "Sed qd ſi iſte intruſus aliqua contulerit ipſi eccleſiæ? Tenetur ei eccleſia reſtituere, ſicut de ſimoniaco. extr. de ſimo. veniens. & quia nihil deperit eccleſiæ. 54. diſt. generalis. Sed ſi bene promotus eſſet, eccleſia non tenetur ei reſtituere: & ideo bonus deterioris eſt conditionis quam malus. Io. Sed contra extra de ſim. de hoc Sol. in ſimoniaco dicunt quidam, q nihil debet ei reſtitui: & qd dicit illa decr. veniēs. diſpenſatio fuit. Alij dicunt, & propter delictum abbatis & monachorum hoc contingit. ſ. dicit q clerico in ſæculo remanenti nil reſtituitur: ſecus ſi ad religionem tranſit, vt 27. q. 1. ſi quis rapuerit. De clerico autem ſæculari qui remouetur ab eccleſia, quid iuris ſit ſi aliqua contulit [c]. no. ext. de cler. coniu. quod à te. B.
p ¶ *Deſideret.*] Arg. q quæ malo ſunt inchoata principio, non conualeſcunt, quamuis ad eum caſum deueniant, à quo recte poſſent incipi, vt 7. q. 1. epiſcopum. extra de elect. auditis [d]. Arg. contra extra de iurepat. cura paſtoralis, extra de conuer. coniug. placet. Io. Dic, quod ipſo iure nullum eſt, non conualeſcit alias ſecus [e]. extra de elect. auditis. &c. quod ſicut. B. Item arg. quòd non valet electio concors, niſi canonica ſit. 18. q. 2. ſi quis abbas. 63. diſt. c. 1.
q ¶ *Et perfectum.*] Et nota quòd concilium dicitur perfectum, licet non adſit primas, vt 18. diſt. c. 1.
QVOD AVTEM. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua dicitur quod omnis ſacerdos compellatur intereſſe officiis. Io de Fan.
CASVS. Supra in c. clericus victum. diſt. 91. dictum eſt quod clerici debent excommunicari qui vigiliis ſe ſubtrahunt, & artificiis ſe applicant. Nunc autem dicit illud eſſe intelligendum de illis qui frequenter ab epiſcopis commoniti nolunt obedire: quod probat ſequenti c. Et eſt iſte quintus articulus huius diſtinct.

† inauguretur, id eſt; abdicatus.
3 Po. l. 2. ti. 18. Burc. l. 1. c. 7. Iuo part. 5. c. 148.
" Mulier vacās eſt q̄ virũ n̄ habet.
" Intruſus an recipiat quę eccleſiæ contulit.
4 Apud Martin. Bracar. c. 9. Burchar. l. 1. c. 39. Iuo p. 5. c. 150.
5 ǰ. diſt. 91. c. cleric⁹ victũ
c In ipſo in textu.
6 In cap. M. Bra. ca. c. 64. ex. Tol. 3. c. 5.
d Conc. tex. 1 aut. vt iu. ſi. quoq. ſuſ. §. cogitatio. coll. 1.
e Dic vt dixi 63. diſt. Salonitanę. Arc

Si quis

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi quis clericus noluerit diuinis officiis admonitus intereſſe, deponi debet.

a ¶ *Deputatus.*] Per hanc literam dicunt quidam illum teneri ad hoc tantum qui alicui eccleſiæ intitulatus eſt: alias non, etiam ſi ordinatus ſit ad titulum ſuæ poſſeſsionis. ext. de præben. epiſcopus. Tu dic eum & quemlibet clericum teneri ad hoc, licet non teneatur ſpecialiter ad hanc vel illam eccleſiam. ſic ſubaudi extra de reg. ſuper eo.

b ¶ *Matutinis.*) "Matutina dicuntur officia quę celebrantur a mane vſque[a] ad nonam. veſpertina à nona vſque ad noctem. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in concilio.

ADDITIO. Sed aliter ibi exponitur ſecundum Lauren. vt ibi dicam. Arch.

c ¶ *Conuenerit.*] Nam ex præcepto tenentur clerici ad horas. extra de cele. miſ. dolentes. in fi. ibi videas. Arch.

d ¶ *Caſtigatus.*] " No. ꝙ pro prima offenſa ñ eſt quis puniendus, vt 74. diſ. honoratus. & ext. de of. cuſt. c. 1.

" officia matutina & veſpertina.
a Excluſiue tenetur, ſecũdum Hu.
† al. ſacrificium.
" Offenſa prima dꝫ eẽ impunita.
† al. ex ordine.

¶ Excõmunicetur clericus, qui ab epiſcopo commonitus, matutinis, vel veſpertinis horis adeſſe neglexerit.

C. IX.

v SI quis preſbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus [a] ſi intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi officium † matutinis [b], vel veſpertinis horis ad eccleſiam non conuenerit [c], deponatur à clero: ſi tamen caſtigatus [d] veniam ab epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri.

DISTINCT. XCIII.

I. Ps. OBedientiam [e] autem inferiores ordines † ſuperioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe extiterit: nec in eccleſia eſſe poterit, qui eius cathedram deſerit. Vnde Beatus Apoſtolorum princeps Petrus in ordinatione Clemẽtis [f] populum alloquens inter cetera ait.

¶ Cui pro actibus ſuis apoſtolicus inimicatur, communicare non debemus. C. I.

[a] SI inimicus eſt [g] iſte Clemens alicui pro actibus ſuis, vos nolite [h] expectare [i], vt ipſe vobis dicat [k], cum illo nolite [l] amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur [m]: vt vnuſquiſque, qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrũ amicitias ferre †, feſtinet citius reconciliari ei, qui omnibus præeſt, & per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur: vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare [n] Dei eccleſiam volunt, & cum corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra vos eſt. Et eſt multo nequior hoſtis [o] hic, quam illi, qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ ſunt inimica, gerit, & eccleſiam diſpergit, ac vaſtat. Ideoque [a] chariſsimi his Apoſtolicis inſtitutis vos monentes inſtruiſimus, vt effecta certior charitas veſtra ſolicitius deinceps agere ſtudeat, & cautius: ne peruerſi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

a ¶ Ideoque] *Hinc uſque ad finem ſunt in Fabian. tantummodo epiſtola. Quamobrem ex ipſo poſſumus uidetur Grat. aut cetera etiam ſumpſiſſe.*

Item Gregorius lib. 5. epiſt. 16. ſeu c. 126.

¶ A nullo debet ſuſcipi, quem Romana depellit eccleſia. C. II.

[a] MIratus valde ſum, quia in tanto Salonitanę eccleſię clero [p], vel populo, vix [q] duo ex ſacris ordinibus [r] inuenti ſunt, frater ſcilicet, & coepiſcopus noſter Paulinus, & dilectiſſimus filius meus Honoratus archidiaconus eiuſdẽ eccleſię, qui cõicare Maximo ſacerdotium rapiẽti, minime cõſentirent, & ſe Chriſtianos eſſe cognoſcerent. Debuiſtis eñ filij [s] chariſſimi pẽſare ordines veſtros,

[e] OBedientiam.] In hac diſt. icipit 7. pars tractatus diſtinctionum. Et hæc diſtin. diuiditur in ſeptem partes: in quarum prima tractat de obedientia quam debent omnes catholici eccleſiæ Romanæ capiti ſuo. & hoc probat quatuor auctoritatibus. Secunda ibi, *Reliqui.*] Tertia ibi, *Vt igitur ex præmiſſis.*] Quarta ibi, *Compagis.*] Quinta ibi, *Diacon.*] Sexta ibi, *Hoc capitulo.*] Septima ibi, *Hoc autem.*] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra oſtenſũ eſt in quib. locis prælati debeant ordinari, ſed qa prælatura contemptibilis eſt ſine obedientia minorum: ideo in hac 96. diſ. oſtendit, quod minores gradatim debent maioribus reuerentiam exhibere: & primo docet, ꝙ Papę omnes ſubiecti ſunt generaliter, intantum vt nulli liceat ei communicare cui ipſe Papa pro ſuis malis actib. non communicat.

e ¶ *Obedientiam.*] Hic intitulatur 83. diſt. in qua oſtendit magiſter hactenus qualiter & a quibus & in quibus locis clerici & prælati debent ordinari: ſed qa dignitas prælatorum ſine obedientia contemptibilis eſt. ideo oſtendit hic de obedientia quam debent inferiores ſuperioribus. Et primo de obedientia quæ debetur Papæ. Secundo de obedientia quam debẽt minores maiorib. rõne ordinis: poſtea de obedientia quam ſubditi clerici debent epis ſuis. oſtendit etiam dñiam inter presbyteros & diaconos, qñque loquens contra iſtos, qñque contra illos. ad vltimũ oſtendit presbyteros maiores eſſe diaconis. "Not. autem quod obedientia conſiſtit in tribus. in reuerentia exhibenda, in mandato ſuſcipiendo, in iudicio ſubeundo. Reuerentiam debet minor vt aſſurgat maiori, & cedat ei primum locum in ſedendo & eundo, niſi minori maior adminiſtratio commiſſa ſit. vnde archipresbyter vel presbyter archidiacono debet reuerentiam, licet ordine maior ſit ratione maioris adminiſtrationis. 25. diſt. c. 1. hac cõſideratione quãdoque presbyter tenetur obedire diacono prę lato. In mandato aũt & iudicio nemo tenetur obedire, niſi ei qui hẽt adminiſtrationem vel iuriſdictionem ſuper eum, & niſi ab eo abſoluatur per appellationem, vel recuſationem, vel ſi ei controuerſiam [b] moueat, vel ſi prælatus deponatur. 8. q. 4. in ſumma. & c. nonne. L.

f ¶ *Clementis*] in presbyterum. nam Petro viuente non fuit Clemens Papa. 8. q. 1. ſi Petrus.

ADDITIO. Ad hoc 14. q. 6. c. alius. & c. ſeq. Arch.

SI inimicus eſt.] CASVS. Petrus apoſtolus cum inſtituit ſibi Clementem ſucceſſorem, docuit populos & omnes ſubiectos vt nulli communicarent cui viderent Clementem pro ſuis actibus non communicare: ſed recederent ab eo ſine aliqua communione, quamuis eis à Clemente non dicatur: ad hoc vt ille peccator erubeſcat, & citius ad obedientiam reuertatur, & petat reconciliari. Siquis vero contra fecerit, hoſtis eſt eccleſiæ: & eſt nequior hoſtis, quam illi qui ſunt foris.

a Clem. ep. 1. Anacl. ep. 1. Alex. epi. 1. Fabian. ep. 1. Cõc. Vaſen. 2. c. 6. 2 q. 3. c. 5. Iuo p. 14. c. 21. Anſel. l. 1. c. 6. Pol. l. 1. tit. 16.
† al. habere) al. gratia reparare.
" Obedientia in tribus conſiſtit.
b idẽ, ſi moueatur quo inter prælatũ & clericum ſuũ. 11. q. 1. de perſona. ext. de fo. cõpe. ſi quis cont. Arch.

g ¶ *Si inimicus eſt.*] inimicus dicitur hic quo ad opinionem excommunicati: ſicut iudex dicitur crudelis latroni. 23. q. 5. non eſt crudelis. " alias Papa neminem dꝫ habere odio: immo pacem cum omnibus habebit. 11. q. 3. inter verba. Vel inimicus eſt actibus, vt 86. diſt. odio.

h ¶ *Nolite.*] ſic 7. q. 1. ſcire. 11. q. 3. quibus epiſcopi. Arg. contra. 6. q. 2. ſi tantum. ſed ibi ſolutum eſt.

i ¶ *Expectare.*] Ergo denuntiatio non eſt expectanda. extra de ſent. exc. cum non ab homine. " tamen ſola fama ſemper non ſufficit ad hoc vt quis vitandus ſit, ext. de exceſ. præl. inter. licet ſit arg. contra ext. de ele. venerabile. n. "Sed q̃d ſi Papa communicat excommunicato? Non incidit ideo in canonem, quia Papa non ligatur a canone. vt ext. de elect. innotuit. ff. de recep. l. pe. Nec eoipſo eum abſoluit: arg. extra de ſen. exc. cum deſideres. Si tamen ei communicaret intendendo eum abſoluere facto, etiã ſi non verbo, habendus eſt pro abſoluto: cum princeps ſola voluntate libertatem concedat. ff. de manumiſ. apud. & facit ad hoc ext. de ſent. exc. ſi aliquando. ext. de priui. cum olim. C. de fideicom. liber. l. ſi voluntate.

k ¶ *Dicat.*] non enim debet certiorari qui non ignorauit. ff. de act. emp. l. 1.

l ¶ *Nolite.*] "Nam eo ipſo quis ſuſpectus eſt, quod inimicorum eſt amicus: arg. 3. q. 5. c. 3. & ob hoc filius matrem exheredat. C. de inoffic. teſtament. l. liberi. Et eſt ſimile extra de accuſ. cum oporteat.

m ¶ *Non loquitur.*] hoc verum eſt in hoc caſu. ſi qui ſcilicet excõmunicati ſunt: ſecus ſi propter priuatum odium alicui non loqueretur.

n ¶ *Exterminare.*] 3. 24. q. 1. quoniam vetus.

o ¶ *Hoſtis.*] Vnde Boetius: Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus. arg. C. de dolo. l. lata. vnde: Non eſt deterior hoſtis, quã n fictus amicus. Non odium grauius, quàm ſimulatus amor. vnde illud etiam: Mus in pera, & c. arg. 13. q. 1. §. item præcepit. ſim. eſt 12. q. 1. certe Ioan.

MIratus valde ſum.] CASVS. Gregorius excommunicauit Maximum archiepiſcopum Salonitan. qui fuerat ſimoniace ordinatus, a cuius communione nullus ſe remouit, niſi epiſcopus Paulinus, & Honoratus eius eccleſiæ archidiaconus. vnde Gregorius oẽs alios reprehendit: qa quẽ Apoſtolica ſedes repellit, omnes debẽt habere repulſum, donec ab illatis criminib. mũdetur. Seq. c. patet.

p ¶ *Clero.*] & ita quilibet epiſcopus ſuffraganeus eſt de clero metropolitani. arg. extra de poſt. præl. bonæ. arg. 86. diſt. ſi quid vero. Forte iſte fuerat canonicus. & ad hoc retinebat ibi præbendam.

q ¶ *Vix.*] "quod ergo vix fit, tamen fit. ff. de iudic. vix. 19. diſt. in memoriam. arg. contra. ff. ad Velleian. tutor. quia ibi dicitur vix fieri, vt quis pro ſe apud eundem intercedat. & ita vix. ideſt, nunquam. ſic 2. q. 6. §. biduum. ver. ſi aduerſus.

r ¶ *Ordinibus.*] arg. pro eis qui multitudinem non ſequuntur, vt 7. q. 1. denique. " & quod conſuetudo non excuſat a delicto vel pœna. arg. 2. q. 1. multi. 5. diſ. 23. in nomine. arg. contra 5. di. 19 in canonicis.

s ¶ *Filij.*] qui ergo priuati ſunt a ſacramentis, filij ſunt eccleſiæ: quia

" Papa neminem odio habeat.
" Fama ſola ñ ſufficit vt excõicatus vitari debeat.
" Papa cõicãs excõicato, ñ incidit in excõicationem, nec eũ abſoluit.
a Anſel. l. 12. c. 11.
" Inimicorũ amic⁹ eſt ſuſpectus.
" familiares inimici ſunt peſtiferi.
" q̃d vix fit, fieri dicitur.
" Multitudo ñ excuſat à delicto.

quia ſunt epiſcopi, ſ. filij, "cum certum eſt, q qui nō eſt cum epiſcopo, extra eccleſiam eſt. ar. 7. q. 1. ſcire. Vel dic, quod iam erant abſoluti, vel qui cautā humilitatis hoc dixit. 2. q. 7. nos ſi incompetenter.

" Extra eccleſiam eſt, q cum epo non eſt.

Qvi cathedram epiſcopi.] CASVS. Dictum eſt ſ. q oēs debent obedire Papæ. Nunc aūt dicit, q epi qui ſubſunt Papæ immediate, hanc ei reuerentiam debent, vt ſingulis annis curiam viſitent. & hoc probatur ſeq. c.

Iuxta.] CASVS. Dicitur hic, q epi qui ſubſunt Ro. eccl. nullo mediante, ſi vicini ſunt, quolibet anno ſedē Apoſtolicam viſitent per ſe vel per aliū. Si vero ſunt remoti, faciant ſicut in chirographo ſuo continetur. Et quicumque hoc contempſerit, niſi ſit valitudine impeditus, canonicis regulis ſubiacebit.

a ¶ Iuxta.] hoc capitulo loquitur de eis qui ſub ſunt Domino Papæ nullo medio.

b ¶ Propinqui ſunt.] qui ſcilicet in eadem prouincia ſunt, illos vocat lex præſentes. C. de præſc. x. an. l. vlt. ADDITIO Ad hoc extra de ma. & obe. humilis. vbi de hoc.

c ¶ Præſententur.] per ſe vel per alios. extra de iureiu. ego N.

d ¶ De longinquo.] ar. rōne loci permittitur quod aliàs non permittitur. ar. 24. q. 3. pudenda. ſ. diſt. 63. cum longe. ſ. di. 29. c. 1. & 2. ſ. di. 4 erit. ſ. di. 63. c. 1. & 2. Et dic de longinquo, vt ſunt vltra Italiam conſtituti, vt ext. de elec. nihil eſt q eccleſiæ. "Vel remotos vocat vltra duas dietas, vt ext. de reſc. nonnulli.

e ¶ Iuxta.] ar." q ex peditiri per alios ſufficit quod iuſte impeditus per ſe facere nō pōt. 25 di. epiſcopus.

f ¶ Chirographum.] extra de elect. ſignificaſti. in parte deciſa. ſ. 65. diſt. ſi quis. 5 q. 3. ſi ægrotans.

g ¶ Canonicis.] ſ. diſt. 18. ſi quis epiſcoporū.

RELIQVI. Hæc eſt 2. pars huius diſtin. in qua di, q omnes minores in ordine, vel dignitate debent ſuis maiorib. reuerentiam præſtare, & hoc probat per 7. auct.

CASVS. Dictum eſt ſ. qualiter oēs debent obedire Papæ. Nunc aūt dicit Grat. q in eccleſia ab oſtiario vſq; ad epm gradatim minor dēt obedire ſupiori. quod pbāt per ſeq. c.

A Subdiacono.] CASVS. dī hic, quod a ſubdiacono vſque ad lectores debēt oēs obedire Cardinali diacono, deinde Pontifici presbyter, presbytero diaconus, &c.

h ¶ Ad lectores.] hic nomine lectorum omnes inferiores ordines comprehendit.

i ¶ Honorem.] ratione ordinis. hæc eſt enim iuſtitia, vt minor ſeruiat maiori. 33. q. vlt. eſt ordo. niſi minor in adminiſtratione maioris ſit. 95. diſt. c. 1. vel niſi obtineat locum ſuperioris, ſ. eo. c. vlt.

k ¶ Abbas.] "loquitur ſecundū ea tpa cū monachi nō erāt clerici, vt ſ. 16. q. 1. generaliter. "Vel forte quilibet clericus dignior eſt quolibet monacho. arg. 16 q. 1. alia eſt cauſa, & c. legi. hodie maior honor debetur abbatib. quam aliis clericis. arg. ext. de æta. & qual. c. 1. 69. diſt. c. 1.

" Monachi olim ñ erāt clerici.

" Clericus ſecularis eſt dignior monacho.

l ¶ Siue in gremio.] ar. contra 95. diſt. eps. 2. Nā ibi dī, quod in domo collega debet eſſe, prælatus in eccleſia.

Diaconi.] CASVS. Dī hic, q diaconi velut oculi epiſcopi debēt oīa conſiderare, & ſi viderint aliqua corrigenda, ſignificent epo. & per hoc oſtenditur, q debent epo obedire.

m ¶ Oculi.] Et no. q loco diaconorum ſucceſſerunt archidiaconi, "qui dicuntur oculi epiſcopi, qui perluſtrant. alia cauſa habetur ſ. eo. diaconi.

" Archidiaconi ſunt oculi epi.

n ¶ Oberrantes.] Sunt & alij oculi circumluſtrantes ſynodales teſtes. 35. q. 6. eps in ſynodo. Vel ibi loquitur de exceſſibus laicorum, hic clericorū. H.

o ¶ Præcipitio.] ergo nō tm tenetur quis denuntiare iam commiſſum crimen, sed etiam committendum. quod verum eſt. 22. q. 5. hoc vſ. ar. ext. de cog. ſpi. tua. de conſecr. diſt. 1. cum omne crimen.

Sacerdotes vero.] CASVS. Probat Clemens in hoc c. q reuerentia eſt ſacerdotib. exhibenda, & hoc pbat auctoritate Petri dicentis: Vos eſtis ſal terræ, & auctoritate Domini dicentis: Beati eſtis, &c.

p ¶ Sal terræ.] in omnibus enim operib. noſtris ſal offerre debemus de conſe. diſt. 4. ſal. & per ſal ſapientia intelligitur. 43. di. ſit rector.

q ¶ Maledixe. int.] non q ex maledictione benedictionem qs conſequatur, ſed ex patiētia quam ſuſtinet. 11. q. 3. qui iuſtus. L.

Nulla.] CASVS. Quæſitum fuit quid debeat fieri de illis clericis, q ſub nullius epi diſciplina gubernantur? Et reſp. qd debent a ſuo officio remoueri. tales enim acephali dñr: q vero ſuis maioribus recte obediunt, donum conſequuntur à Deo. Seq. cap. pater.

r ¶ Nulla.] ſ. 18 q. 2. abbatibus.

s ¶ Acephalos.] priuilegiati tamen qui Papæ ſubſunt

& quem ſedes Apoſtolica repellebat, repulſum cognoſcere, vt peius, ſi poſſet, ab illatis criminibus mundaretur: & tunc ei veſtra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius exiſteret.

Item Cyprianus de vnitate eccleſiæ.

¶ Non eſt in eccleſia, qui cathedram Petri non ſequitur. C. III.

1 Qvi cathedram Petri, ſuper quam † fundata eſt eccleſia deſerit: in eccleſia ſe eſſe non confidat.

1 Iuo par. 5. c. 371.

† al. quem.

¶ Apud Cyprianum Romæ impreſſum hæc leguntur: Hanc eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur, & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? *Verum in vaticana bibliotheca, præter octo integra Cypriani exemplaria, eſt etiam aliud, in quo tantum opuſcula quædam continentur, & inter ea hoc etiam. Atque in eo codice, itemque in altero integro monaſterij S. Saluatoris Bononienſis ſunt verba hæc, quæ à Gratiano, & Iuone aſſeruntur. Ac ſunt paulo ante Cyprianus hanc ipſam Petri cathedram eſſe oſtenderat, unde unitas eccleſiæ penderet.*

Epiſcopi vero, qui Apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, etiam hanc reuerentiā debent, vt ſeſe ſingulis annis, Apoſtolorum liminibus repræſentent. Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.

¶ Singulis annis Apoſtolorum limina viſitent epiſcopi, qui ordinationibus Apoſtolicis ſubiacent. C. IIII.

2 Ivxta a ſanctorum Patrum, & canonum inſtituta omnes epiſcopi, qui huius Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacent, qui propinqui b ſunt annue circa † Idus Maij ſanctorum principum Apoſtolorum Petri, & Pauli liminibus præſententur c omni occaſione ſepoſita: Qui vero de longinquo d, iuxta e chirographum f ſuum impleant. Qui autem huius conſtitutionis contemptor extiterit, præterquam ſi ægritudine fuerit detentus: ſciat ſe canonicis h ſubiacere ſententiis.

2 Leo epi. 4. c. 47. Pol. l. 4. c. 25 Anſ. l. 6. c. 164.

" Remoti q dicuntur.

† al. Idibus Maij.

" impeditus g aliū expedire dt officium ſuum.

¶ Hic eſt canon quartus ſynodi Romæ habitæ ſub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla ſunt hoc capite emendata.

2 Reliqui vero in eccleſia minores ſemper debent maioribus ſubeſſe ſicut in ſynodo Romana S. Silueſtri, c. 7. legitur.

¶ Minores maioribus obedientiam exhibeant. C. V.

3 A Subdiacono a vſque ad lectores h omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romæ, in eccleſia repræſentantes ei honorem i. Porro Pontifici presbyter, presbitero diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono acolythus, acolitho exorciſta, exorciſtæ lector, lectori oſtiarius, oſtiario abbas a k, abbati monachus in omni loco repræſentent obſequium ſiue in publico, ſiue in gremio l eccleſiæ.

3 Burc. l. 2. c. 224. Iuo p. 6 c. 299. Anſ. l. 7. c. 66.

a No. ex iſto text. q hæc dictio, à, excludit. ſimi. text. hēs ī ṙōne. ſ. ſi ſ. de act. em.

¶ Caput hoc & apud Gratianum, & in ipſius ſynodi editionibus videtur valde mendoſum: Burchardus & Iuo ſic habent. A ſubdiacono vſque ad lectorem, omnes ſubditi ſint diacono cardinali vrbis Romæ, in eccleſia honorem repræſentantes tantum. Pontifici vero presbyter, diaconus, ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, abbas, monachus in omni loco repræſentent obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ. *Verum ob magnam codicum varietatem, & propter gloſſas, ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum eſt.*

a ¶ Abbas.] *De abbate, & monacho in ſynodi editionibus nulla mentio eſt.*

Item ex epiſt. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini. 5

¶ Quod ſi officium diaconorum C. VI.

Diaconi eccleſiæ tamquam oculi m ſint epiſcopi, oberrantes n & circumluſtrantes cum verecundia actus totius eccleſiæ, & perſcrutantes diligentius, ſi quem videāt vicinum fieri præcipitio o, & proximum eſſe peccato, vt referāt hæc ad epiſcopum. *& Infra β.* ¶ Sed & de peregrinis ſimiliter epiſcopo ſuggerāt refouendis, & cetera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ, & diſciplinam eius pertinent, diaconis curæ ſint.

5 Et l. 2. cōſt. c. 48.

β ¶ Et infra.] *Sic legitur in pleriſque manuſcriptis. In vulgatis legebatur:* & ita. *alia vero nonnulla verba reſtituta ſunt ex originali.*

Item ex eodem, eadem epiſtola.

¶ De eodem C. VII.

6 Sacerdotes vero beatus Petrus ſal terræ p, & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum: de quibus Dominus ait] Beati eſtis, cum maledixerint q vobis homines, & rel.] & iterum [vos eſtis ſal terræ.]

6 Anſel. 7. c. 67.

Matth. 5.

Item ex concilio Pariſienſi. 7

¶ Hi non ſunt habendi clerici, qui epiſcopali prouidentia non gubernantur. C. VIII.

7 Concord. cōc. Mogūt. ſub Carolo, c. 22.

8 Nvlla r ratione clerici, aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos s, ideſt ſine capite, priſca eccleſiæ conſuetudo nominauit.

8 Burc. l. 2. c. 226. Iuo p. 6. c. 301.

Item ex epiſt. 3. Clementis.

¶ De eodem. C. IX.

Qvi ſuis epiſcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi exiſtunt. Porro ipſi à Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui p iuſtitiæ, & præceptorum eius ſemitas incedentes, doctoribus ſuis, qui recte epiſcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epiſt. 2.

a Adde q̄d ſubſunt, non ſunt acephali[b]: quia Papa epiſcopus eorum eſt. arg. ex tra. de priuile. recipimus. tales ſicut excommunicatos debet quilibet excludere de eccleſia ſua. ext. de paro. & al. pa. c. 2. Et eſt hic ar. pro prælatis: & " quòd etiam eremitæ ſubſunt epiſcopo, in cuius territorio ſunt, vt 16. q. 1. qui vere. Ioan.

b acephali dicūtur illi q ſunt ſine capite, vt hic cōcor. gl. in aut. 8 ap. 5. gnālē. col. 4.

" Eremitæ ſubſunt ep̄o

1 Iuo par. 6. c. 245.

¶ Illi in Deum ſcandalizantur, qui ſuo non obediunt epiſcopo. C. X.

[1] ILle proculdubio ſcandalizatur [a] in Deum, qui rectè non docet, & qui eius ſcandalizat epiſcopum, vel ſacerdotem.

Item Euariſtus ad epiſcopos Africanos, epiſt. 1.

¶ Septem debent eſſe diaconi in vnaquaque ciuitate. C. XI.

[2] DIaconi[b] (qui quaſi oculi videntur eſſe epiſcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant epiſcopum prædicantem: ne aut ipſe epiſcopus † [c] ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtatur, aut lædatur à ſuis: aut verba [d] diuina, detrahendo [e] aut inſidiando, polluantur, vel deſpiciantur, ſed veritas ſpirituali redoleat [f] feruore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate [g] concordet.

Item ex concilio Neocaſarienſi, c. 14.[3]

¶ De eodem. C. XI.

[3] DIaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quamuis [a] magna ſit ciuitas. Regulæ autem auctoritas iſta eſt, quòd & liber Actuum [h] Apoſtolorum idem inſinuat.

a ¶ Quamuis magna.] *Antea legebatur,* quamuis non magna.] *mendatum eſt ex canone græco (qui etiam recitatur in ſexta ſynodo c. 6.) & ex uulgatis etiam uerſionibus. In canonibus primæ Nicænæ ſynodi, qui ex Arabico in Latinum conuerſi nuper editi ſunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia: quem fortaſſe [illegible] nouem ſignificauit Andreas Coloſſenſis ſeptima actione ſynodi Florentinæ.*

3 *VT igitur ex præmiſſis* [i] *apparet, diaconi debent obedientiam presbyteris, ſicut preſbyteri epiſcopis. Sed diaconi ſuperbientes, ſacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum inſolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum ſupercilium reprimentes, atque vt ſacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.*

Vnde Gelaſius [a] *Papa in epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam, c. 9. & 10. ait.*

a ¶ Gelaſius.] *Sic eſt in pleriſque manuſcriptis, & apud Burc. & Iuonem. Nam in impreſſis erat* Pelagius.

¶ Nihil eorum quæ ſunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. C. XIII.

[4] DIaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum [k] quippiam tentare permittimus: Nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis [l] ordinibus propriè decreuit antiquitas. Abſque epiſcopo [m], vel preſbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſis ordinibus † longius cōſtitutis, neceſſitas [n] extrema compellat. Quod & laicis Chriſtianis [o] facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ [5] Sacri corporis prærogationem † ſub conſpectu pontificis, ſeu preſbyteri (niſi his abſentibus) ius non habeant exercendi.

Item in concilio Nicæno, c. 14. ſeu 18.[6]

¶ Inferiores presbyteris ſed diaconi cognoſcant. C. XIIII.

[7] PEruenit ad ſanctum concilium, quòd in locis quibuſdam, & ciuitatibus, preſbyteris ſacramenta [p] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidā diaconi etiam [q] ante epiſcopos ſacramenta [a] ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant: ſcientes, quòd epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, inferiores autem preſbyteris habentur. Per ordinem ergo poſt preſbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [r] presbyterorum diaconis liceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶ *Prio. pars huius c. uſque ad uer.* amputentur. *eſt ex priſca uerſione in can. 14. Reliqua uero pars eſt ex uerſione Dionyſij in canone 18. quam quidam totam afferunt, & codex canonum & Burchardus & Iuo.*

a ¶ Sacramenta ſumunt.] *Græce eſt:* [illegible] *quod Dionyſius uertit,* oblata cōtingant. *quamquam Burchardus, & Iuo hoc uno ferè loco diſcrepantes habent. ille quidem,* ſacra oblata contingant: *hic uero,* ſacram oblationem contingant.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 20.[8]

ADDITIO. Ad idem 3. q. 1. nulli. 5. 21. diſtin. in nouo. Archid.

DIacon.] CASVS. Præcipit Euariſtus, vt in qualibet ciuitate ſint ſeptem diaconi, qui cuſtodiant ep̄m à malis hominibus, ne predicatio eius impediatur, & ne ipſe deſpiciatur. Seq. c. patet.

a ¶ Ille proculdubio ſcandalizatur.] i. ſcandalizat Deum. 8. q. 1. qui vos. Ioan.

2 Pol. l. 2. tit. 38 Anſ. l. 7. c. 69.

b ¶ Diaconi.] "hoc c. loquitur de epiſcopali eccleſia, vbi debent eſſe ſeptem diaconi, vt de conſe. di. 1. epiſcopus Deo. Et vbi facultates ſuppetunt, vt 7. q. 1. illud.

" Diaconi 7. debēt eſſe in eccleſia epiſcopali.

† abeſt ab Orig.

c ¶ Ne ipſe epiſcopus] quoquo modo infeſtetur, aut lædatur ab iſtis inſidiatorib. i. hæreticis, vel ita, ne quoquo modo offendatur ab illis, aut lædatur à ſuis clericis p oppreſſionem. Et ideo debent ei aſtare, & ab eo auertere huiuſmodi oppreſſiones.

3 Ex priſca verſione. Ordo Ro. c. 9. Conc. Aquiſgr. c. 64.

d ¶ Aut verba.] hæc eſt ſecunda cauſſa huius conſtitutionis.

8 Burc. lib. 2. c. 219. Iuo part. 6. c. 294. & 295 Act. 7.

e ¶ Detrahendo.] timore hæreticorum [b] ſcilicet ſubticendo.

b Quia forte timore hæreticorū ſi audet ſolus p̄dicare. & hæc expoſitio cōgruit illi lr̄æ, quę habet, polluantur, aut deſpiciātur.

f ¶ Redoleat.] i. exeat in publicum ex frequenti ardore.

g ¶ Cum voluntate.] j. de conſe. diſt. 2. reuera. Ioan.

h DIaconi.] ¶ Actuum.] 6. vbi agitur de ſeptem diaconibus ordinatis ab Apoſtolis. Io.

VT IGITVR EX PRAEMISSIS. Hæc eſt tertia pars huius. diſtin. in qua dicitur quod diaconi debet ſubdere ſe presbyteris, & non præferre. & hoc probat per ix. auctoritates. Io. de F.

CASVS. Supra in c. à ſubdiacono. dictum eſt quod ſicut presbyteri obedire debent epiſcopis, ſic diaconi presbyteris. Sed quia diaconi non ſolum volebant adæquari preſbyteris, ſed etiam præferri: ideo vt eorum ſuperbia opprimatur, ſtatutum fuit, vt ſacerdotibus dignam reuerentiam exhibeant & ſibi nihil vſurpent.

4 Pol. lib. 3. tit. 10. Anſ. l. 7. c. 63. Burchard li. 3. cap. 57. Iuo p. 2. c. 252. & p. 6. c. 99.

i ¶ Ex præmiſſis.] Ab iſto loco incipit magiſter altercationem ſuam inter presbyteros & diacones. Et primo allegat pro presbyteris, quod diaconi debent eis ſubeſſe, vſque ad illud c. diaconi. poſt in illo c. diaconi allegat pro diaconis. vltimo in c. legimus. dabit ſententiam contra diaconos. H.

DIacones.] CASVS. Diaconi vſurpant officia epiſcoporum & presbyterorum. baptizabant enim eis præſentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebant. quare Pelagius ſtatuit ne decetero talia faciant ſine præcepto eorum, niſi in neceſſitate presbiteris abſentibus.

k ¶ Deputatum.] ſcilicet diaconis. ſic 18. q. 2. hoc tantum.

l ¶ Primis.] id eſt, maioribus: epiſcopali ſcilicet, & presbyterali: " & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 83. diſt. cum in præterito. 21. diſt. clericos. ad idem 21. diſt. c. 1.

" Ep̄atum eſt ordo.

m ¶ Abſque epiſcopo.] i. abſente epiſcopo, vel presbytero: quibus ſolum baptizandi miniſterium permiſſum eſt, vt de conſe. di. 4. conſtat. & dic quòd abſq; epiſcopo, i. præter auctoritatem eius.

n ¶ Neceſſitas.] No. " q̄ vbi neceſsitas exigit, & presbyter eſt abſens, poteſt diaconus etiam iure ſuo baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, ſi conſecratum eſt: ſed in eccleſia in preſentia presbyteri non poteſt, etiam ſi neceſsitas exigat, niſi iuſſus a presbytero: puta cū multi ſunt qui indigēt baptiſmo, & preſbyter non poteſt omnibus ſufficere. ſimiliter ſi multi ſunt qui volunt accipere corpus Chriſti: nec preſbyter ſufficit omnib.

" Diaconus p̄t baptizare, & corp' Xp̄i ægris erogare.

† officium.

5 C. 10. in medio.

† al. erogationem.

6 In Aquiſg. c. 41.

7 Burc. l. 5. c. 26. Iuo p. 2. c. 16.

o ¶ Chriſtianis.] Et eſſet hæreticis[c], vt j. 1. q. 1. quod quidam, &c.

c Q̄d eſt ergo ulterius priuilegiū: & vt no. 50. diſt. qui ſub gradu.

PEruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant. Primo, quia poſt conſecrationem porrigebant hoſtiam ſacerdotib. Secundo, quia ſumebant ſacramenta in Miſſa priuſquam epiſcopi. Tertio quia ſedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Nicæno concilio, vt decetero talia non faciant, ſed in ſua menſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad c. nonnulli.

p ¶ Sacramenta.] id eſt Euchariſtiam confectam: ſanguinem autem bene porrigunt. j. eod. diaconi ſunt. & verſi. ſacerdotibus. & hæc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem de altari presbyteris ſumere nō licet, ſed diaconus eis porriget: " quia ſumptio corporis futuram reſurrectionem corporum ſignificat, quam Deus ſua virtute faciet ſine omni miniſterio. " Sed ſumptio ſanguinis ſignificat redemptionem peccatorum, quæ fit interceſſionibus aliorum 13. q. 3. c. animæ 5. diſt. 50. presbytero qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis[c], panem offerant. quare de iure licitum eſſe videtur. Ioannes. Sed illud intelligitur quando in principio ſecretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario miniſtrando: hic autem prohibetur ne poſt ſacramenta confecta corpus Chriſti porrigant ſacerdoti, vt ſumat. B.

" Corporis Chriſti ſumptio quid ſignat.

" ſanguinis ſumptio quid repræſentat.

8 & in Aquiſg. ca. 65. & Aquiſg. c. 77.

q ¶ Etiam ante epiſcopos.] id eſt, antequam epiſcopi ſumant.

r ¶ In medio.] ſecundum conſuetudinem quorundam locorum hæc variantur[d]. in quibuſdam enim locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

d Ar. ad hoc [illegible] obſeruare [illegible] ante [illegible] & l. [illegible] ff. in [illegible].

Non

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur. C. XV.

1 NOn oportet diaconum coram presbytero ſedere: ſed iuſſione ᵃ presbyteri ſedeat: ſimiliter autem diaconus honorem habeat à ſequentibus, id eſt à ſubdiaconis, & omnibus clericis.

Item ex eodem.c.25. [2]

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. C. XVI.

ij NOn oportet diaconos ᵃ panem ᵇ dare, nec calicem benedicere.

ᵃ ¶ Diaconos.] *In vetuſtioribus priſca verſionis editionibus eſt* diaconem. *Græce eſt* ὑπηρέτας, *quod Dionyſius vertit* ſubdiaconos, *& ſic habetur in concilio Aquiſgranenſi.*

Item ex concilio Carthag. quarto c.37.

¶ Sicut epiſcopis, ita & presbyteri diaconi miniſtrent. C. XVII.

1 DIaconi ita ſe ᵃ presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant.

ᵃ ¶ Quarto.] *(apud hoc cum duobus ſequentibus habetur in concilio quarto Carthaginenſi & in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis itemque apud [illegible] capitis erat additum:* Carthaginenſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minime conuenire oſtendunt acta ſextæ ſynodi Carthaginenſis, ad quam Zozimus Fauſtinum Potentinæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt Honorio iv. & Eutychiano coſſ. ſexta vero Honorio xii. & Theodoſio viii. coſſ. id eſt anno vigeſimo poſt. Quo anno (prout ex Africano concilio can.76. & ſeq. [illegible] apparet) contra Pelagij & Celeſtij hæreſim quædam ſunt definita, cum Cœleſtius ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtratur. Quare cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos, & menſes aliquot vixerit, neceſſarium eſt multo ante ipſius Pontificatu quartam Carthaginenſem habitam fuiſſe.*

Item ex eodem, c.38.

¶ De eodem. C. XVIII.

4 PRæſente presbytero diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget ᵈ.

Item ex eodem, c.39.40.& 41.

¶ De eodem. C. XIX.

5 DIaconus ſedeat quolibet loco ᵉ, iubente presbytero. Item diaconus ᶠ in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur ᵍ. Alba ʰ vero tempore oblationis tantum, vel lectionis ⁱ vtatur †.

Item ex concilio Toletano 4 c.38.

¶ Diaconi presbiteris ſe ſuperiores non cognoſcant. C. XX.

6 NOnnulli diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam, vt ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo ᵏ choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecundo choro conſtitutis. Ergo, vt ſubli miores ˡ ſe † presbyteros agnoſcant, tam hi quam illi in vtroque ᵃ conſiſtant.

ᵃ ¶ In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine. *& in tomis conciliorum impreſſis,* in vtroque choro: *tamen in vetuſto codice conciliorum Regis Catholici, & pleriſque vetuſtis Gratiani, etiam impreſſis neutra vox habetur.*

4 *Compagis* ᵐ *vero calciari abſque Apoſtolici licentia diaconis non permittitur, ſicut nec mappulis* ⁿ *vti abſque eiuſdem auctoritate quibuſlibet clericis concedatur.*

Vnde Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. lib.7. epiſt.28. indict.1. [7]

¶ Abſque Apoſtolica licentia Diaconi compagis vti non præſumant. C. XXI.

8 PEruenit ad nos, diaconos eccleſiæ Catinenſis calceatos compagis procedere præſumpſiſſe: quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit niſi ſolis tantummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe cõceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus non eſt leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi ᵃ ita, ſicut ad nos peruenit, inuenerit verum eſſe, vtrum vel a ſe, vel alicuius ᵒ hoc auctoritate ᵖ præſumpſerint, nobis ſubtiliter innoteſcat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, diſponam ᵒ. Nam ſi negligenter ea, quę male vſurpantur, omittimus, exceſſus viam ᵠ aliis aperimus.

ᵃ ¶ Et ſi ita.] *Hæc & paulo inferius addita ſunt aliquot verba ex originali.*

Item Ioanni Rauennati epiſcopo, libr.2. epiſt.54. ſeu c.93. [9]

Mappulis clerici ſine Apoſtoli licentia vti non debent. C. XXII.

10 ILlud autem, quod pro vtendis à clero veſtro mappulis ſcripſiſtis, à noſtris eſt clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vmquam alij cuilibet eccleſię conceſſum fuiſſe: nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum ſua conſcientia præſumpſiſſe, nec ſi tentatum eſſet, ex furtiua vſurpatione ſibi præiudicium generari. Sed etiam, ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptum ʳ fuerit, aſſerũt emendandum, quod non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſurreptione præſumitur †.

Item Hieronymus de ſeptem ordinibus eccleſiæ, c.5.

a NOn oportet.] ¶ Sed iuſſione.] hoc obſeruatur ſecundum conſuetudinem quarumdam eccleſiarum cum redit à lectione Euangelij. Laur.

b NOn oportet.] ¶ Panem.] i. corpus Domini. Dare, i. porrigere, ſ. aliis poſt confectionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, id eſt conficere, quod ad ſolum presbyterum pertinet. 1. q.1. dictũ. ext. de ſum. tri. firmiter.

c DIaconi ita ſe.] in Miſſa: nam alios magis ſunt miniſtri epiſcopi.

d PRæſente.] ¶ Eroget.] iuſſus vel non iuſſus, longe tamen poſitis epiſcopo vel presbytero. ſ. ead. diaconus.

e DIaconus.] ¶ Loco.] i. in aliquo: de omnia ᵃ tamen honeſto. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ff. de mun. & hon. vt gradatim. §.1.

f ¶ Diaconus in conuentu.] vbi conueniunt ad ſynodum.

g ¶ Loquatur.] i. prædicet, nam officium prædicandi presbyterorum eſt. 16. q.1. adducimus. Hug.

h ¶ Alba.] i. dalmatica. arg. 11. q. 3. epiſcopus presbyter.

i ¶ Vel lectionis.] Euangelij.

NOnnulli.] CASVS. Quidam diaconi in choro volebant eſſe in loco digniori, volentes ſacerdotib. præferri: ſed conciliũ Toletanum ſtatuit vt tam diacones quàm presbyteri perſeuerent in locis ſibi deputatis: ita vt diaconi cognoſcant presbyteros eſſe maiores ſe.

k ¶ Atque in primo.] id eſt, in primo ordine, vt ſit Pariſius

l ¶ Vt ſublimiores ᵇ.] Sic conſtrue. ergo tam illi, quã illi conſiſtant in vtroque or. ita. ſ. vt diaconi agnoſcant presbyteros ſublimiores ſe, ſc. diaconis: & ſtabunt ſecundũ tempus ſuæ ordinationis: 17. diſt. c. epiſcopos.

COMPAGIS. hæc eſt 4. pars huius di. in qua dicitur, quod compagi, i. ſãdalia & mappulę, i. linteamina, quæ portant Cardinales, ſolis Romanis clericis competunt: & hoc probat per duo cap. Ioan.

CASVS. Supra in c. diacones. prohibitum eſt, ne diacones vſurpent officia epiſcoporum vel presbyterorum. Nunc vero dicit quod nõ debent vti compagis. id eſt, calceamentis epiſcoporum, quibus nulli diaconorum vti licet abſque apoſtolica licentia: ſicut nec mappulis vti debent abſque eiuſdem auctoritate. quas conceſſit Conſtantinus cardinalibus, vt ſ. 96. di. in illa palea, Conſtantinus.

m ¶ Compagis.] id eſt, ſandalib. ᶜᶜ & dicuntur compagi ſandalia vel caligæ epiſcopales, & eſt maſculini generis. Ioan.

ADDITIO. ſcilicet compagus compagi. Hug.

n ¶ Vti mappulis.] ᶜᶜ i. ornamentis equorum, quæ Conſtantinus conceſſit cardinalib. ſ. 96. di. Conſtantinus. nam mappa ornamentum eſt equi. ſimiliter in Auth. de conſu. §. quantacumque ᵇ. & ſunt quædam alba linteamina quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cum proceſſionem faciunt. Alij dicunt quod mappulæ ſunt nutræ epales.

PEruenit.] CASVS. Apoſtolicus conceſſerat ſolis diaconibus eccleſiæ Meſſan. vti cõpagis: quos tamen poſtea diaconus Catinenſis eccleſiæ portare præſumpſit. Præcepit ergo Greg. Ioanni epiſcopo Syracuſano, vt ſubtiliter inueſtiget an per ſe, an alterius auctoritate hoc fecerit, quia ſi male vſurpata non puniantur, via delinquẽtibus aliis aperitur.

o ¶ Alicuius.] Arg. ex hoc & ſeq. c. ᶜᶜ habes quod illud videtur prohibitum quod non oſtenditur eſſe conceſſum. ar. di. 100. contra morem. ar. 25. q. 2. amputato. ar. 10. q. 3 hanc. ar. 2. q. 1. conſtituiſti ᵈ. Et eſt hoç verum in iis, quæ ſunt de iure ſpeciali. alias quod non eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum. 27. qu. 2. lex diuina. & 30. q. 3. illud. & de depoſi. imp. c. 1. in ſi.

p ¶ Auctoritate.] Nam ſi maioris auctoritate hoc feciſſet, hoc eſſet vtcumque excuſabile. ar. diſt. 63. Solonitanæ. & di. 28. diaconi ᵉ.

q ¶ Viam.] C. de ind. vid. l. 2. in ſi. C. vn. vi. meminerint. ſ. 21. q. 2. c. 2. ſ. 23. q. 4. eſt iniuſta. 1. qu. 7. exigunt. contra. ſ. 35. qu. 9. loci noſtri.

ILlud.] CASVS. Ioannes archieps Rauẽnas ſupplicauit Papæ, vt liceret ſuis clericis vti mappulis: ſed Papa ei reſcribit dicens, quod Cardinales ei fortiter obuiauerunt, aſſerentes hoc nulli eccleſiæ fuiſſe conceſſum, niſi Romanæ. & ſi eſſet ab aliquo vſurpatum, non fieret per hoc præiudicium eccleſiæ Romanæ.

r ¶ Præſumptum.] Ar. ᶜᶜ antiquitatem vel lõgam conſuetudinem non dare priuilegium, vt di. 100. contra morem. ar. contra 63. diſt. quia. & 9. q. 3. conqueſtus. Et eſt ratio: quia hoc poſsideri non poterat de iure communi. arg. ext. de præſcr. cauſam. ᶜᶜ Nam & ſunt alia iura quæ non præſcribuntur, vt ſubiectio vel procuratio. ext. de præſcr. cum ex officij. vel via publica. ff. de via pub. viam. arg. C. de aquædu. diligenter. lib. 11. & eſt ſi. C. de fund. rei priua. & ſal. diuinæ domus. vſus aquæ. lib. 11.

ADDITIO.

1 Anſ. l. 7. c. 65. Burc. l. 2. c. 211. Iuo p. 6. c. 196.
2 Aquiſgra. c. 78.
a Sic 1. q. 7. ſi quis oẽm. 15 q. 1. mulier.
3 Pol. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 63.
b i. maiores quaſi ſtet in vtroque choro dimiſi, ita quod presbyteri in primo, diaconi in ſecundo. Pet.
4 Poly. ibid. Anſel l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo p. 2 c. 25.
5 Anſ. ibid.
† al. induatur.
6 Burch. l 2. c. Iuo p. 6.
cc compagi.
cc Mappulæ quid ſignent.
c Idẽ arg. C. nul. li. in freq. &c. l. vnica. lib. 11.
† al. ſibi.
7 Ioan. dia l. 4. c. 8.
cc Prohibitũ vi, quod cõceſſum non oſtenditur.
8 Anſ. lib. 6. c. 74.
d Et ext. ne ſed. vac. illa. vbi idẽ hoc, & extra, de tranſ. inter.
e & hoc no. 86. di. amputatis.
9 Ioan. diac. l. 4. c. 2.
10 Anſ. lib. 7 c. 168.
cc Antiquitas non dat priuilegium.
cc Præſcribi nõ poſſunt aliqua.
† al. præſumi
11 Inter opa B. Hiero. tomo 4. vel 9.

ADDITIO. Dicas quod ſunt multa, quæ non præſcribuntur: quod dic vt le. & no. ext. de præſc. cum liceat. in fi. & 16. q. 3. clerici. in fi. Ar. bid.

Diacon.] Hæc eſt 5. pars huius di. in qua laudat diacones quattuor modis: ſcilicet à ſignificatione, quia ſignificant ſeptem candelabra aurea. A virtute, quia debent eſſe virtuoſi. Ab officio, quia ſine illis epiſcopi cátare non debét. Ab inſtitutione, quia à Domino fuerunt inſtituti. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictū eſt diacones ſubeſſe ſacerdotib. ſed ne ſacerdotes nimium inde ſuperbirét, cómendat Hieron. in hoc c. diacones. diuiditur ergo hoc c. in tres par. In 1. part. commendat Hieron. diacones quadruplici rōe. Rōe ſignificatiōis: quia ſignificātur per ſeptē candelabra aurea, & ſeptem Angelos eccleſiarum. Rōe vitæ & cōuerſatiōis. Rōe miniſterij: quia ſine his ſacerdos miniſtrare non poteſt: maior eſt qui miniſtrat, quàm cui miniſtratur. Et rōe inſtōis: quia à Deo ſunt inſtituti. In 2. par. reprehendit rapacitaté epiſcoporum, qui volūt omnia rapere, & omnia ſibi védicant. In 3. par. oſtendit, quod ſicut in hoc mundo raptor punitur à iudice: ita epiſcopus qui bona clericorū rapit à Dño punietur. niſi vniuerſa reddantur. Secunda pars incipit ibi, *Nunc aut.*] Tertia ibi, *Certe ut ipſe.*]

r ¶ *Orant.*] i. prædicant, vt diſt. 25. vnum. & 11. qu. 1. ſicut enim. vnde exponendo ſuadit tunc demum. quod autem dicitur in altari ante poni, reſpicit quod de calice præmiſerat, calicem non tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, id eſt, ad orandum inuitant, cum dicunt, flectamus genua.

¶ Sicut in miniſterio, ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus non viuat. C. XXIII.

5. Diaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli [a] eccleſiarum. hi ſunt ſeptem cádelabra [b] aurea: hi voces [c] tonitruorum. *& infra.* ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annūtiantes bona, diſſentiones, & rixas, & ſcandala reſecátes, docentes † [d], ſoli Deo [e] colloquétes [f], in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri [g], & matri [h], nō noui † [i] vos, & filios [k] ſuos non agnoſcentes [l], *& paulo poſt.* ¶ Sine hoc ſacerdos nomen * † non habet, ortū nō habet [m], officium non habet. Hic miniſter [n] Dei dicitur, quia ſcriptum eſt. [Quis maior eſt, qui miniſtrat, an cui miniſtratur?] Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio † [o], ita in miniſtro eſt ſacramenti [p] diſpenſatio. *& paulo poſt.* ¶ Sacerdotibus etiam propter præſumptionē non licet de menſa Domini tollere calicem? niſi eis traditus fuerit à diacono. *& paucis interiectis* ¶ Ita enim Deus noſter omnipotens vniuerſa diſpoſuit: vt qui maiorē [q] ſe eſſe crediderit, minor ſit, & qui videretur minor, maior exiſteret. Denique quam hoc verum ſit, ipſe perpende. Leuitę inferūt oblationem in altari, Leuitę cōponunt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt †, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orát [r], vt ſi diſtinctio locorū creditur, etiá in altari Dei videát ſibi epiſcopi, ſi ſupbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatē diligunt, maiores ſe eſſe in eo, quod ſunt humiles, cognoſcant. Tūc demum † [s], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat [t], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtātibus ſacerdotibus [u], ne leuiter hanc vocem, quę loquitur hæc, & pacem annūtiat, aut negligenter aſpicias, aut contemnēdam putes. Sufficit huic [x] ordini tantū, per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in eccleſiis, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia, periit lex de ſacerdote [y], & viſio [z] de propheta. Singuli quique per † potentiam [a] epiſcopalis nominis, quam ſibiipſi illicite abſque eccleſia [b] vēdicarunt *, totum quod leuitarū eſt, in vſus ſuos redigūt, nec hoc ſibi, quod ſcriptum † eſt, vendicant, ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mēdicat infelix clericus in plateis, & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem [c] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus, iuſte [d] putatur ad hāc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur [e], ſolus vniuerſa ſibi vendicat: ſolus partes inuadit alienas [f], ſolus occidit [g] vniuerſos. *& paulo poſt.* ¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur [h] à clericis, hinc principum † lites, hic detractiōis † cauſa, hinc origo criminis. Etenim ſi vnuſquiſque ita in hoc † mundo viſibili aliquid poſſidere [i] iubetur, vt ſua tātum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, nō ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus, quāto magis, qui eccleſiæ Dei præeſt, debet ita ī omnibus ſeruare iuſtitiam, vt ſibi [k] hoc tantum vendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit? aliena non rapiat, aliena nō cōtingat: æqualē [l] ſe ceteris faciat? & ſicut ſine his in miniſterio non viuit, ita in diſpenſatione [m] nō viuat? ¶ Certe, vt ipſe noſti, qui viſibiliter in hoc mūdo ius inuadit alienum, accuſatur à paupere, damnatur à iudice: Ita & in eccleſia Dei, cum vnuſquiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Deū, exauditur à Chriſto: nec differtur in hac parte vltionis [n] ſen-

a ¶ *Angeli.*] i. prælati.
b ¶ *Candelabra.*] quæ erant in templo Dñi.
c ¶ *Voces.*] auditæ à Ioanne in Apocalypſi.
d ¶ *Docentes.*] populū quo ad vitam actiuam.
e ¶ *Soli Deo.*] " quod ſolus Deus nouit eorum conſcientias: ei namque cor oē patet, & omnis loquitur voluntas, vt 24. q. 3. Deus [b].
f ¶ *Colloquentes.*] quo ad cōtemplationem: vel hoc dum ſunt in oratione. de conſecr. diſt. 1. quando.
g ¶ *Patri.*] Hoc poteſt intelligi hiſtorice quādo Moyſes in vltionē idololatriæ [c] vituli conflati, præcepit leuitis vt nemini parcerent, nec etiam patri. ſimiliter diaconi non deberent eos cognoſcere, i. amore Dei amorem eorum præponere. " Vel poteſt intelligi myſtice de diabolo, & de concupiſcentia carnis, & eius morib. vt in gl. hic depictis.
h ¶ *Et matri.*] i. carnali concupiſcentiæ.
i ¶ *Non noui.*] id eſt, nolo præponere veſtrum amorem amori Dei.
k ¶ *Et filios.*] id eſt, illicitos motus.
l ¶ *Non agnoſcentes.*] i. non nutrientes: ſed ad petram illidentes.
m ¶ *Habet.*] " quia ſine diacono epiſcopus Miſſam celebrare non poterit, niſi neceſſitate inſtante: tunc enim etſi non poſſet habere diaconum, abſque eo Miſſam celebrare poterit.
n ¶ *Miniſter.*] Hic commendat eos à miniſterio.
o ¶ *Miniſtratio.*] id eſt, conſecratio Euchariſtiæ.
p ¶ *Sacramenti.*] ſ. præſentib. ſacerdotib. coram eis, vt ſ. di. e. diaconi.
q ¶ *Maiorem.*] id eſt, meliorem, vel hoc cum bene adminiſtrat.

s ¶ *Tunc demum.*] ſ. circa finem Miſſę, cū diaconus clamando dicit populo: Humiliate vos ad benedictionē.
t ¶ *Prædicat.*] ſ. 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legendo Euangelium.
u ¶ *Sacerdotibus.*] quæ dam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur: quia non omnib. eccleſiis hæc officia habet diaconus.
x ¶ *Huic.*] Commēdat hic eos ab inſtōe: ſ. c. dominus. contra 25. di 21. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſt. in veteri. ar. ext. de ſent. exc. c. mulieres.
y ¶ *Periit lex de ſacerdote.*] verba Eſaiæ, idem, multi ſacerdotes non adimplent legem.
z ¶ *Et viſio.*] i. gratia prophetizandi, propter auaritiam: " quia oēs virtutes patiuntur detrimentū ab vno vitio, &c. de pœ. diſt. 5. c. 1.
a ¶ *Per potentiam.*] innuitur in epiſcopos.
b ¶ *Abſque eccleſia.*] ſ. in talimō vt aliena vſurpent, aliter videtur contra. ſ. e. c. prox. 95. diſt. olim.
c ¶ *Quidem.*] ſ. d. 11. § 5. non ſatis.
d ¶ *Iuſte.*] i. ſuis meritis.
e ¶ *Vtitur.*] i. non vult partiri onera adminiſtrationis cum fratribus. ext. de of. arch. c. vl. & de præſum. mandata. Vel dic, i. de rebus eccleſiaſticis.
f ¶ *Alienas.*] cum quod ſuum non eſt, ſcire dēt ad alios ptinere. C. vnde vi. cū quærebatur.
g ¶ *Occidit.*] hoc refertur ad laicos, quib. occaſionem mortis præſtant. 11. q. 3. præcipue. 86. diſt. paſce.
h ¶ *Accuſantur.*] " nam epi omnia etiam ea, quæ de nouo eueniunt, in ſimul cum aliis debent diuidere: ar. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum. ext. de his quæ fiū à prel. ſine conſen. canonic. licet ſit præordinator in cunctis. 25. di. perlectis. niſi hoc ſibi vendicaret epiſcopus ex conſuetudine. ext. de his quæ fiunt à præl. ca noſcitur. Et eſt ar. " quod ſemper præſumitur quod accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. Arg contra 6. q. 1. ſi omnia.
i ¶ *Poſſidere.*] Hoc ad laicos refertur. vnde caute dixit, in hoc mundo, & in clericis ſecus, vt ſ. 12. q. 1. c. duo ſunt.
k ¶ *Sibi.*] Arg. pro diſtributione portionum inter clericos.
l ¶ *Aequalem.*] ſi. 95 diſt epiſcopus. 2. & iſte eſt vnus gradus humilitatis, vt ſ. diſt. 22. c. Conſtantinopolitana.
m ¶ *Ita in diſpenſatione.*] id eſt, diſtributione præbendarum.
n ¶ *Vltionis.*] ex toto: quod non dicitur differri, " quia totum tempus hu

Pol. l. 2. tit. 29. Anſ. l. 7. c. 72.
Apoc. 3.
† Abeſt ab Orig.
Deut. 33.
† al. nouimus.
† al. nomen habet.
Marc. 10.
† conſecratio] vera lectio.
" cor omne Deo patet.
b Côcor. gl. in l. 2. ff. de don. int. vir. & vxor.
† al. benedicuntur.
c Hæc hiſtoria no. 45. d. diſciplina.
† deinde] or.
" Diabolus pater dī.
" Epiſcopus ſine diacono non celebret.
Ezech. 7.
† pro poteſtatia.] Orig.
a Q. eſt circa iuſtis præceptū, v. 2. de iu. & iu. iuſti. §. iuris præcepta & in eſt.
† al. adſcepit m.
† al. ſeruili.
† al. eleemoſynam.
† diuitiis] or. al. donis.
" Virtutes oēs ab vno vitio detrimentum patiuntur.
† al. principum lites
† deſolatum cadit] Orig.
† Hunc mundum viſibilitet poſſit] Orig.
† al. ſubiectorum] al. ſubiūctorū
" Eueniunt de nouo per quem ſunt diuidenda
" Accuſatio epiſcoporum præſumitur ex odio fieri.
" Vita iſta tēpus tu ue cſt

pus huius vitæ breuiſsimum reputatur. de pœ. di. 5. conſideret. Nam quod quandoque pœna differatur, eſt expreſſum infra 23. q. 4. quod Chriſtus. 45. di. licet. 1. & eſt ratio quare quandoque differatur, vt de pœ. diſt. 3. quid ergo. de pœ. diſt. 1. prædixerat.

a ¶ *Aſſidue.*] id eſt, itera- non miſeretur de facili. nam vulnus iteratũ tardiꝰ ſanatur, vt infra de pœn. diſt. 3. inanis.

† *Dei precet, ac ſolum.*] Orig.
† deeſt ab Orig.

HOC CAPITVLO. Hæc eſt 6. pars huius diſ. in qua laudat preſbyteros, & humiliat diaconos. Io. de Fan.

CASVS. Supra proximo c. diaconi ſunt cõmẽdati. ſed quia nimis cõtra presbyteros ſuperbiebant: io Hieronymus cõtra eorum ſupercilium ſcribit.

b ¶ *Inſoleſcentes.*] "quia ſæpe ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio, vt 6. q. 1. ſunt plurimi. ſuperbiebant forte ex eo quòd ſupra c. prox. commendati ſunt.

" Laudis pconiũ ſuperbire facit.

L*Egimus.*] CASVS. Euagriꝰ epiſcopus quęſiuit a Hieronymo, vtrũ ſacerdotes eſſent diaconis præferendi? Et reſp. ꝙ ſic, & probat tripliciter, ſ. ratione nominis ſiue appellationis: quia olim idem dicebatur presbyter & eps. Et hoc probatur ſeptem auctoritatibus. Ratione officij ſiue inſtitutionis: quia ad maius officium ſunt inſtituti presbyteri q̃ diaconi: quia ſacerdotes orant & prædicãt: ſed diaconi miniſtrant. Et reſp. obiectioni q̃ fecit ſibiipſi de diaconis ratione eccleſiæ, & rõe promotionis: quia diaconus promouetur in ſacerdotem, & non econuerſo. & hæc promotio non fit niſi de minori ad maius. Ratio officij incipit ibi, *Quid enim facit.* Ratio prohibitionis eſt ibi, *Quia prohibetur à minori.*

a Poly. ibid. Aug. l. 7. c. 87. Eſai. 32.
† al. quid patitur.
Philip. 1.
Act. 20.

c ¶ *In Eſaia.*] 32. c.

d ¶ *Fatua loquetur.*] No. arg. "quòd qui fatua loquitur, fatuus eſt. vt 23. qu. 8. conuenior. & ff. de cond. inſt. quidã. infra de pœn. diſt. 1. §. poteſt. & 1 q. 1. ita fit.

" Fatuus eſt qui fatua loquitur.

e ¶ *Menſarum.*] quam iniuriam patitur.

f ¶ *Audi.*] ideo dicit teſtimonium, quia duo ſunt per quos probat.

g ¶ *Philippis.*] nomẽ ciuitatis in Macedonia.

tentia, ſi non redduntur vniuerſa. Moderatio enim Dei †, ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit, ac nos cupit ſua longa † bonitate ſaluari. Sed ſi non cõuertimur, ſi duri corde ſumus, ſi in peccatis vſque ad mortem illicite perduramus, aſſidue [a] peccanti, ſicut ſcriptum eſt; Deus non miſeretur.

a ¶ Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, ſed in multis Gratiani manuſcriptis, & apud Anſelmum eſt.* nomen habet. officium non habet.

6 *Hoc capitulo ſacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas, ſiue officium commendatur. Sed quia, vt ſupra dictum eſt, diaconi inſoleſcentes [b] etiam presbyteris ſe præferendos arbitrati ſunt, contra eorum ſupercilium ſcribit Hieronymus ad Euagrium epiſcopum, epiſt. 85. tomo 2.*

¶ Diaconi presbyteris debent ſubeſſe.

C. XXIIII.

[a] LEgimus in Eſaia [c] [Fatuus fatua [d] loquetur.] Audio quẽdam in tantã erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, id eſt epiſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat eoſdem eſſe presbyteros, quos epiſcopos, quid † patitur menſarum [e], & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus, ſanguiſque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [f] teſtimonium [Paulus, & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis [g], cũ epiſcopis [h], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apoſtolorum ad vnius eccleſiæ ſacerdotes ita Paulus loquitur: Attẽdite vobis, & cuncto gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos [i], vt regeretis eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.] Ac ne quis contentioſe [k] in vna eccleſia plures epiſcopos fuiſſe contendat, audi & aliud teſtimonium, in quo manifeſtiſſime comprobatur, eumdem eſſe epiſcopum atque presbyterum. [Propter hoc reliqui [l] te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & cõſtitueres presbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mandaui. Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir, filios habẽs fideles, nõ in accuſatione luxuriæ [m], aut nõ ſubditos. Oportet enim epm ſine crimine eſſe, quaſi Dei diſpenſatorem.] Et ad Timotheũ [Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per prophetiam [n] per impoſitionem manuũ presbyterij [o].] Sed & Petrus in prima epiſtola. [Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter [p], & teſtis paſſionũ Chriſti, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda eſt, particeps, regite gregem Chriſti, & inſpicite nõ ex neceſſitate [q], ſed voluntarie iuxta Deũ.] Quod quidem Græce ſignificantius [r] dicitur ἐπισκοποῦντες, id eſt ſuperintendentes: vnde & nomen epiſcopi tractum eſt. Parua tibi videntur tantorum virorũ teſtimonia? Clangat tuba Euangelica, filius [s] tonitrui, quem Ieſus amauit plurimum, qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit [Preſbyter [t] Electæ [u] dominæ, & filiis eius, quos ego in veritate diligo.] Et in alia epiſtola [Presbyter Caio [x] chariſſimo, quem ego diligo in veritate.] Quòd autẽ poſt ea [y] vnus electus eſt, qui ceteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electum, in excelſiori gradu collocatum, epiſcopũ nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorẽ [z] faciat, aut diaconi [a] eligant [b] de ſe, quem induſtrium nouerint, & archidiaconũ

Ad Tim. 1.
1. Tim. 4.
1. Petr. 5.
Marc. 3.
1. Ioannis.
3. Ioannis.

h ¶ *Cum epiſcopis.*] cum in vna ciuitate plures epiſcopi non debeant eſſe: arg. di. 80. in illis. & c. epiſcopi, & 13. q. 1. c. 1. & ideo hoc ipſo nomine presbyteri intelliguntur.

i ¶ *Epiſcopos.*] id eſt, presbyteros, cum in vna eccleſia epiſcopi plures eſſe non debent.

k ¶ *Contentioſe.*] quia ſingularum eccleſiarum ſinguli ſunt epiſcopi, vt 7. q. 1. in apibus.

l ¶ *Reliqui.*] Verba Apoſtoli ad Titũ c. 1. poſt ſequitur ad Timotheum.

m ¶ *Luxuriæ.*] id eſt, de luxuria accuſabiles. ideo non ſubditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47. diſt. §. neceſſe. cum ſcilicet ipſe eſt negligens.

n ¶ *Per prophetiam.*] id eſt, per electionem.

o ¶ *Presbyterij.*] ſcilicet presbyterij mei, & ſic loquitur de ſeipſo: cum tamen ipſe Paulus eſſet epiſcopus, cum eum ordinaret.

p ¶ *Compresbyter.*] " Ecce Petrus ſe vocat presbyterum, cum tamen eſſet eps & ſummus. 3. di. 75. quòd die Dominico. in verſi. ſacerdotum.

" Petrus ſe vocat preſbyterum.

q ¶ *Non ex neceſſitate.*] id eſt, ex gratia turpis lucri: arg. j. diſt. 95. eſto. Et ita eſt arg. quòd presbyter non debet locare operas ſuas: arg. 21. q. 2. præcipimus.

r ¶ *Significantius.*] ſcilicet quòd epiſcopus dicitur presbyter. q. d. vbi pro epiſcopo dicitur presbyter, ſignificantius diceretur ſic: ſcilicet epiſcopum: quia magis accedit ad ſignificationem vocabuli epiſcopus, quàm hoc nomen presbyter.

s ¶ *Filius.*] "i. Ioannes: quia altius intonuit, & quia cum Iacobo aſſumptus in montem ſeorſum audierunt vocem nubis: Hic eſt filius meus dilectus.

" Ioannes dicitur filiꝰ tonitrui.

t ¶ *Presbyter.*] Ecce Ioannes vocat ſe presbyterum, cum tamen eſſet epiſcopus.

v ¶ *Electæ.*] proprium nomen.

x ¶ *Caio.*] mitto ſalutẽ.

y ¶ *Poſtea.*] Hic reſpon. tacitæ obiectioni, quare hoc immutatum eſt: & ad hoc reſp. " Sed quæritur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur ꝙ in officio, contra, de conſe. diſt. 5. manus. quia exercere epiſcopalia non licuit, niſi his qui ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum. 68. diſt. quorum vices. 21. diſt. in nouo. & ita hæc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, ꝙ in nomine, obſtat 80. diſt. in illis, quia ibi dicitur ꝙ quidã præpoſiti ſunt, qui tantum epiſcoporum vocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ in prima primitiua eccleſia commune erat officium epiſcoporum & ſacerdotum, & nomina erant communia. 95. diſt. olim. & officium erat commune: ſed in ſecunda primitiua cœperunt diſtingui & nomina & officia. H. dicit ꝙ tantum in nomine fuit facta prælatio, primo. n. omnes dicebantur ſacerdotes: licet quidam aliis plati eſſent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. diſt. in illis, qui tantum epiſcoporũ vocabulo potirentur, expone, i. non archiepiſcoporum, nec primatum: & ita excluditur ſuperius, non inferius. Tertij dicunt, quòd prælatio hæc facta fuit & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam miniſteria, quæ ſpectant tantum ad officium epiſcopale: & fuit hæc prælatio facta à tempore Petri. & hoc innuit hæc littera: ſ, Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium: " quia Marcus fuit contemporaneus Petro & Clementi: arg. 24. q. 1. cum beatiſsimus. Heracla autem & Dionyſius fuerunt contemporanei ipſi Hieronymo: & ita eſt illud contra ſedatum, 80. diſt. in illis. & illud de conſe. diſt. 5. manus. Ante prælationem ergo iſta nomina presbyter, epiſcopus, erant prorſus ſynonyma: & etiam adminiſtratio communis erat: quia communi conſilio ſacerdotum regebantur eccleſiæ. 95. diſt. olim. In ſchiſmatis ergo remedium (vt hic dicitur) facta eſt prælatio, vt vnus præeſſet & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam ſacramenta quæ modo appropriantur epiſcopis.

" Prælatio inter miniſtros eccleſiæ ad quid facta fuit.

a Ipſe Hugo ſic dt, ego credo ꝙ ab initio dĩa fuit inter epos & ſimplices ſacerdotes, ſicut modo ẽ & ĩ adminiſtratione, & in prælatione & in officiis & in ſacramentis: ſed quo ad appellatiõem ñ erat dĩa, quia cõiter & indifferẽter illi & illi dicebãtur epi & presbyteri. Arch. †

† Et hęc Ar. de dĩa epi & presbyte. ſentẽtia tenenda eſt. Vide cõcil. Trid. ſeſ. 23. c. 4. & can. 7 S. Th. 2. 2. q. 184. 6. 1.

" Marcꝰ, Petrus, & Clemẽs, fuerũt contemporanei.

z ¶ *Imperatorem.*] " Ex ſola enim electione principum dico eum verum Imperatorem ante, quàm a Papa confirmetur. Arg. hic, licet non ita appelletur. vt dixi 63. diſt. quanto. contrarium eſt verum, ext. de ele. venerabilem. 23. diſt. in nomine [b].

" Electio ſola non facit verum imperator.

a ¶ *Diaconi.*] ſupple & quomodo diaconi eligunt, &c.

b ¶ *Eligant.*] Ecce quòd epiſcopi non eſt archidiaconum eligere, &c.

b Adde Alb.

Arg. contra 74. diſt. epiſcoporum. Sed variæ ſunt conſuetudines. 21. diſt. §. 1. ext. de ele. eccleſia Vulterana.
a ¶ *Ordinatione.*] In ordinatione cetera intelliguntur quæ non fiunt, niſi ab epiſcopis. hæc continentur ĩ. diſt. 68. quamuis chorepiſcopis.
b ¶ *Nec altera.*] Reſponſio eſt ad tacitam quæſtionem: "nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnib. presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus quib. vñr parificari? Reſp. ꝙ conſuetudo Romanæ eccleſiæ non eſt trahenda ad conſequentiam. vel rñſio eſt ſic à prin. c. 1. ibi, audio quædam, &c. dicebant enim quidam, ꝙ ſicut Romæ honorabiles erant diaconi: ita debebãt eſſe vbique locorũ.
c ¶ *Totius.*] immo fideles ſunt vna eccleſia: & hoc eſt quod ſequitur, & Galliæ, &c.
d ¶ *Maior eſt.*] " Et idẽ magis ſequẽda eſt cõſuetudo generalis, vt ĩ. di. 12. nouit. ĩ. diſt. 40. nos qui. & c. nõ loca ª. Et eſt hic ar. ꝙ ſtatuta cõcilij præiudicãt ſtatuto Papæ ſi contradicãt, vt dixi 9. q. 3. nemo.
e ¶ *Eiuſdẽ meriti.*] quãtum ad ſapiẽtes & peritos & diſcretos. "Nã idiotę & vulgares epiſcopum paruæ ciuitatis cõtemnere ſolent. arg. diſt. 80. epiſcopi.
f ¶ *Et paupertatis.*] Nam paupertas ciuitatis nõ minuit prærogatiuam regni, vt ĩ. 96. diſt. " ſicut. nec mulier ꝓpter paupertatem dr̃ humilis vel abiecta. C. de ince. nup. l. humilẽ. Ar. contra. in aut. de def. ciu. §. nos igr̃. col. 3. ᵇ
g ¶ *Diaconi.*] Hoc non ſolũ Romæ ſit, ſed etiã aliarum eccleſiarũ conſuetudo obſeruat: ſed forte tp̃e Hieronymi non fiebat: hodie ſit. ext. de ſer. in or. fa. c. 1.
h ¶ *Vrbis.*] ĩ. diſt. 12. quis neſciat. cõtra. & c. nolite. contra. Sed ibi de ea conſuetudine agitur, quam eccleſia Romana ſeruat, & aliis mandat ſeruãdam: hic vero de ea, quam ſola ſeruat, nec vult ab aliis ſeruari. vnde ibi dicitur, quam Romanam eccleſiam viderit ſequi & docere. de cõſecra. diſt. 1. baſilicas.
i ¶ *Conſuetudinem.*] q. d. nõ quod fiat, ſed quod fieri debeat conſiderandum eſt, vt ext. de ele. c. venerabilem. 12. q. 2. gloria. in ſi. de of. præſid. ſed licet.
k ¶ *Paucitatem.*] quia pauci erãt tales diaconi: & idẽ ſuperbiebant. " quia quid. n. raro accidit miraculum eſt, vt in auth. de conſue. §. itaque. col. 3.
l ¶ *Pretioſius.*] ſicut & pretia rerum in quibuſdam locis varianrur ſecundum plus & minus ff. de eo quod cer. lo. l. ideo.
m ¶ *Menſis.*] viduarum & pauperum, ſed tñ inſtemus prædicationi.
n ¶ *Dignitatis.*] infra 8. q. 1. qui epiſcopatum. contra. Sed ibi iuxta etymologiam vis nominis deſignatur: hic quod ex vſu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendum, quòd non eſt nomen honoris tantum, ſed etiam oneris. 8. q. 1. illud inferendum.
o ¶ *Continetur.*] " Nam in toto continetur & pars, vt 14. q. 5. pœnale. & ff. de reg. iu. in toto. & eſt ſi. ff. quod met. cau. l. 1.
p ¶ *De minori.*] Hoc bene dicitur. ff. de mu. & ho. vt gradatim.

vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione ª, epiſcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera ᵇ Romanæ vrbis eccleſia, altera totius ᶜ orbis exiſtimãda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſeruant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior eſt ᵈ vrbe, Vbicumque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis, eiuſdem meriti ᵉ, eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarũ, & paupertatis ᶠ humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem epiſcopum non facit: ceterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad teſtimonium diaconi ᵍ presbyter ordinatur? Quid mihi præfers vnius vrbis ʰ conſuetudinem ⁱ? Quid paucitatem ᵏ, de qua ortum eſt ſupercilium, in leges eccleſiæ vendicas? Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius ˡ eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterum etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi, licet paulatim increbeſcentibus vitiis inter presbyteros abſente epiſcopo, ſedere diaconum viderim, & in domeſticis conuiuiis benedictione † presbyteris dare. Diſcant, qui hoc faciunt, non ſe recte facere, & audiant Apoſtolos: [Non eſt dignum, vt relinquentes verbũ Dei miniſtremus menſis ᵐ.] Sciãt, quare diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum: recordentur conditionis ſuæ. Presbyter, & epiſcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis ⁿ eſt nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione epiſcopi, & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter con tinetur ᵒ. Qui prouehitur, de minori ᵖ ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinaẽ presbyter, nouerit β ſe laicis maiorẽ, ſacerdotib⁹ ꝗ eſſe minorẽ.

α ¶ Per prophetiam.] *Sic in vulgata editione, & Græce διὰ προφητείας: ſed hic apud D. Hieronymum* prophetiæ.
β ¶ Nouerit ſe.] *In originali eſt.* nouerit ſe lucris minorem, ſacerdotio eſſe maiorem. *Quò etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis ſcribit.* Leuitarum multitudinem intelligere ſe a ſacerdotali gradu eſſe diſiunctam, & ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros, intumeſcunt, & dignitatem non merito, ſed diuitiis æſtimant. *Verum ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Cyprianus, lib. 3. epiſt. 9.

¶ De eodem. C. XXV.

ᵃ Dominus noſter ipſe Ieſus Chriſtus rex, & iudex, & Deus noſter vſq; ad paſſionis diem ſeruauit honorem Pontificibus, & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionẽ Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emũdaſſet, dixit illi: [Vade, & mõſtra te ſacerdoti, & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoque eſſe humiles docuit, ſacerdotẽ adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum ʳ. Item ſub ictu paſſionis cum alapã accepiſſet, & ei diceretur, [Sic reſpondes Pontifici?] nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens [Si male locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?] Quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos ˢ humilitatis, ac patientiæ haberemus exẽplum. Docuit enim ſacerdotes veros legitime, & plene honorari, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit †. Meminiſſe autẽ diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt epiſcopos, & propoſitos † Dominus elegit ᵗ: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi cõſtituerunt ᵘ epiſcopat⁹ ſui, & eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere contra Deũ poſſumus, qui epiſcopos facit, poſſunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt ˣ.

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique ſeruandum eſt, niſi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.*

Vnde in ſexta ſynodo, c. 7. legitur.

¶ Diaconus ſacerdotibus non præferatur, niſi locum metropolitani ſui obtineat. C. XXVI.

Ioan. de Fant.
CASVS. Supra dictum eſt, quòd officium diaconorum minus eſt, quam officium ſacerdotũ. quod verum eſt generaliter, niſi cum diaconus eſt legatus patriarchæ, vel archiepiſcopi, vt ſeq. c.

ADDITIO. Ext. de tranſla. c. 1. & c. licet.
q ¶ *Sacerdotibus.*] ĩ. de pœn. diſt. 1. §. ex his itaque.
DOminus.] CASVS. Cyprianus probat ꝙ diaconi debent reuereri ſacerdotes tanquam maiores. Et hoc probat duob. exemplis Chriſti, ꝗ ſacerdotib. & Pontificib. Iudæorũ, licet mali eſſent, reuerentiam exhibuit. Et vna ratione: quia ſacerdotes à Domino, diaconi vero poſt Aſcenſionem ab Apoſtolis ſunt inſtituti. Primũ exẽplum eſt ibi, *Nam cum leproſum.* Secũdum eſt ibi, *Item ſubditus.* Tertium eſt ibi, *Meminiſſe autem.*
r ¶ *Sacrilegum.*] Ar. ꝙ ſi dominus Papa aliquem ſuis priuilegiis primatem appellat, ex ipſa nominatione ius ei acquiritur. 32. q. 4. dicat. in ſi. 16. q. vlt. cõtra ſanctorum. ar. contra. 3. q. 6. hæc quippe. extr. de præſum. illud. C. de iu. & fa. ig. non idcirco. " Et eſt ar. ex hoc, quòd tam bonus quam malus ſacerdos gaudet priuilegio clericali, 11. quæſtio. 1. ſacerdotibus.
s ¶ *Vt nos.*] Sed debent eſſe fortes, id eſt, debẽt præſtare exempliſ facti boni ex animo: id eſt, ex dilectione: & non velint dominari.
t ¶ *Elegit.*] No. " quòd quanto à maiori quis ordinatur, tanto eſt maioris dignitatis, vt 1. q. 1. filium. extr. de ma. & obe. per tuas.
v ¶ *Conſtituerunt.*] hoc in nouo teſtamento. nam in veteri vterque à Domino ſunt electi. ĩ. ea. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri teſta. hoc ĩ nouo. vel per Dominum ſit quod ab Apoſtolis ſtatuitur, vt 28. q. 1. ſic enim. tamen auctoritate eius. de conſe. diſtin. 4. quando.
x ¶ *A quibus fiunt.*] arg. " quòd nemo debet ſe opponere illi à quo recipit beneficium, vt 22. quæſt. 5. de forma. & ext. de poſtu. c. vlt. ff. de inoff. teſta. ſi pars. in ſi. §. hoc autem. 8. q. 2. illud ᶜ.
HOC AVTEM. Hæc eſt 7. pars huius diſtinct. in qua dicitur, quòd quando diaconus vel ſubdiaconus tenet locum patriarchæ, ſuperior eſt.

de Roſ. in l. bũ à Zeno. ar. C. ª qua. ſpic. & Bar. i extraua. ad reprim. in ver. rege.
" Diaconi Cardinales vtrum præponant omnibus preſbyteris.
" Conſuetudo generalis eſt ſequenda.
ª Cõc. tex. ĩ l. obſeruare. ff. de of. procon. l. idemque. ff. mãd.
" Epũs paruæ ciuitatis cõtemnitur ab idiotis.
" Paupertas ſi facit mulierem abiectam.
ᵇ Ad idẽ 16. q. 1. ſunt nõnulli in fi.
† al. benedictioné coram presbyteris.
Act. 6.
" Miraculũ eſt qđ raro accidit.
" Pars continetur in toto.
ᵃ Iuo par. 5. c. 355.
Luc. 5.
" Sacerdos tã bonus ꝗ malus gaudet priuilegio clericali.
Ioan. 18.
" Ordinatus à maiori maioris é dignitatis.
† al. extitit.
† al. presbyteros.
" Nemo ſe oppõat illi à quo bñficiũ recipit.
ᶜ 96. diſt. ſi imperator. 1. q. 7. c. 1.

Præcip

PRæcipimus.] CASVS. Statutum fuit in ſexta ſynodo, quòd diaconus non ſedeat ante presbyterum niſi ſit legatus patriarchæ vel archiepiſcopi, pro aliquo negotio decidendo. In quo caſu honorandus eſt ſicut ille cuius vice fungitur. & ſi quis diaconus aliter facere præſumpſerit, repelletur ab officio ſuo.

1 Iuo par.6. c.123.

¹ PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiam in dignitate, hoc eſt in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante presbyterum ᵃ ſedeat, niſi cum locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani ſui pro aliquo capitulo. Tūc ᵇ enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero præſumpſerit hoc tyrannicè facere, à proprio gradu repulſus, vltimus ᶜ omnium fiat in ordine ſuo.

DISTINCTIO XCIIII.

I. pars.

SVbdiacono ᵈ etiam ſummus patriarcha vices ſuas committere valet.

Vnde Gregorius ᵃ *ad epiſcopos Siciliæ, lib. 1. epiſt. 1. ait.*

ª ¶ Gregorius.] *Reſtituta eſt inſcriptio ex Polycarpo. Nam antea legebatur*, Symmachus Papa.

¶ Etiam ſubdiaconis vices ſuas Apoſtolica committit eccleſia. C. I.

² VAlde neceſſarium eſſe perſpeximus, vt ſicut prædeceſſorum noſtrorū fuit iudicium, ita vni, eidemq; perſonæ omnia ᵉ committamus, vt vbi nos præſentes ᶠ eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus ᵍ repræſentetur ʰ auctoritas ⁱ. Quamobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ intra prouinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus. Nec enim de eius actibus dubitare ᵏ poſſumus, cui Deo auxiliante totum noſtræ eccleſiæ noſcimur patrocinium † ˡ commiſiſſe.

† al. patrimonium.

a ¶ *Ante presbyterum ſedeat.*] in concilio. 17. diſt. epiſcopos in fi.

b ¶ *Tunc.*] ar. aliquem tamdiu habere priuilegium, quamdiu tenet eius locum ᵃ. 16. q. 1. generaliter. C. de teſta. mil. l. vlt. & hæc dictio, tunc, extremitatem, id eſt, finem iuriſdictionis complectitur. arg. ff. de cond. & dem. l. 4. §. ſi ita. item arg. quòd quis conſequetur ex alterius perſona quod non habet ex ſua. ff. quæ res pig. obl. poſ. l. Ariſto. Et dicit lex, quòd ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de ver. obl. ſi ſtipulatus. tamen ea tantum habet iſte quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. argum. ad primum, extra de off. deleg. ſane. 2.

a Concord. tex. in l. pe. in fin. C. de aquęd. li. 11. & Arc. ᵈ Im. in rub. ᵈ of. ei⁹ cui man. eſt in. col. 4.

c ¶ *Vltimus.*] not. quòd qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, quòd poſtponitur aliis ſui ordinis, vt 50. diſt. accedens. & 19. q. 3. mandamus. 25. qu. 2. ſic decet. 24. diſt. §. 2. & 1. q. 7. c. 1.

2 Pann. l. 1. tit. 14. Anſ. l. 1. c. 16.

SVbdiacono.] Hæc diſt. diuidit in tres partes: in quarum prima dicitur, quòd etiam ſummus Pontifex poteſt ſubdiacono committere vices ſuas, & hoc probat per c. ſeq. Secunda ibi, *Legatum*. Tertia ibi, *Archidiaconus*. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra quòd diacono pōt patriarcha vel archiepiſcopus vices ſuas committere. Nunc autem dicit Gratianus in hac 94. diſtin. quòd etiam ſubdiacono poteſt ſummus patriarcha committere vices ſuas. Et eſt iſte primus articulus huius diſt. quæ tres habet articulos.

d ¶ *Subdiacono.*] hic intitulatur 94. diſt. in qua magiſter idem dicit de ſubdiacono, quod dictum erat in ſuperiori c. de diacono. quod ſcilicet etiam legatus Papæ poteſt eſſe. Exponit tres §§. & in §. ſingulis, mutatur materia. In primo dicitur quod dixi. In ſecundo, quod ſi quis impedit legatum domini Papæ, excommunicādus eſt. In tertio, quòd archidiaconus vltra ſuum ſtatum exigere non debet. Io.

VAlde.] CASVS. Symmachus intra Siciliam prouinciam commiſit vices ſuas Petro ſubdiacono. Vnde præcipit Symmachus, vt de eo non dubitent quem ipſe præuidit præferendum, ſed eum recipiant.

e ¶ *Omnia.*] ſupra diſt. 89. ſingula. cōtra. Sed dic, omnia quo ad cognitionē cauſarum, non quo ad dignitates vel officia eccleſiaſtica. vt ibi.

f ¶ *Præſentes.*] arg. " quòd præſentia non exhibetur per alium. arg. contra. 63. diſt. cap. 2.

" Præſentia nō exhibetur p alium.

g ¶ *Præcipimus.*] arg. " quòd Papa etiam laico cauſam ſpiritualem committere poſſit. 32. diſt. §. verum. & §. ad hoc.

" Papa laico cauſ ſpirituale cōmittere pt.

h ¶ *Repræſentetur.*] nam idem ipſe videtur cognoſcere qui dedit iudicem, vt extra de off. deleg. ſane. C. vbi & apud quem teſt. pe. deb. l. 3. C. de iudic. l. vlt.

i ¶ *Auctoritas.*] no. " quòd delegatus non habet plus iuris, quam delegans, ſiue par ſit alias delegatus. arg. ff. de dam. inf. qui bona. §. vlt. ſiue ſit maior. ff. de off. eius cui man. eſt iu. & ſi prætor, quandoque tamen habet minus quis ſi ex delegatione cognoſcat, quam ſi ex iure ſuo. ext. de of. dele. ſuper quæſtionū. §. ſi vero. arg. C. de proc. maritus.

" Delegat⁹ non hꝫ plus iuriſdōis, ꝙ delegans.

k ¶ *Dubitare.*] arg. quòd ſi Papa ex certa ſcientia dat iudicem, quod ille non poteſt recuſari. ff. de off. præſc. præt. l. vnica. ſic infra 17. q. 4. §. qui autem. extra de rer. perm. cum olim. & extra de app. nouit. Sed contra extra de app. cum ſpeciali. & c. poſtremo. Io. Sol. iudex poterit ſemper recuſari iuſta cauſa interueniente ᵇ, " etiam ſi eſſet legatus Papæ, vt extra de offic. leg. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet referuentur, vt extra de offic. deleg. ex parte. B.

b Ad hoc ext. de offi. del. cū olim magiſter. vbi de hoc. Arch.

" Delegat⁹ ēt Papæ pt recuſari.

LEGATVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua dicitur, quòd nullus debet impedire legatos Romanæ eccleſiæ, & ſi fecerit, excommunicetur, vt in c. ſeq. Io. de Fan.

II. pars.

Legatum vero Apoſtolicæ ſedis quicumque impedierit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur.

Vnde Alexander Papa I. epi. 2. omnibus epiſcopis ³.

3 Conc. Triburien. c. 9.

¶ Excommunicetur, qui legatum ſedis Apoſtolicæ impedire tentauerit. C. II.

⁴ SI quis autem legationem ᵐ impedit, non vnius, ſed multorum ⁿ profectū auertit †. Et ſicut multis nocet ᵒ, ita à multis arguendus eſt, & honorum ſocietate priuandus †. Et quia Dei cauſam impedit ᵖ, & ſtatum conturbat eccleſiæ: ideo ab eius liminibus ᑫ arceatur †. Ab omnibus itaque † talis eſt cauendus, & non in communionem fidelium vſque ad ſatisfactionem recipiendus.

4 Burc. l. 15. c. 37.

† al. euertit.

† al. arcēdus.

† al. quoque.

ᵐ ¶ Legationem.] *In epiſtola ipſa, concilio Triburienſi, & apud Burchardum additur*, veſtram. *Ita enim legatio uidetur ſigni ſicari: quā Apoſtolos & epiſcopos pro Chriſto fungi docuit beatus Paulus 2. Corinth. c. 5.*

CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, vbi dicitur, quòd qui impedit legatum Apoſtolicæ ſedis, excommunicari debet.

l ¶ *Patrocinium.*] " ergo Sicilia eſt de patrocinio beati Petri, vt arg. 10. q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit.

" Sicilia eſt de patrocinio Petri.

SI quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. quòd quicumq; legatum impedit, non vnius, ſed multorum profectum turbat: & ideo a multis eſt arguendus, & a liminibus eccleſiæ arcendus donec reſipiſcat.

m ¶ *Legationem.*] imo qui legatum hoſtium impedit, tradendus eſt hoſtibus, vt ff. de leg. l. vltima.

† Concord. tex. in §. itē leg. Iulia. de vi. cum glo. per quā habes concor. inſti. ᵈ pub. iud.

n ¶ *Sed multorum.*] argum. " quòd qui peccat in multos, grauius peccat. extra de teſti. ſicut. 22. q. 5. qui compulſus. ſicut qui circa eamdem perſonā multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. reges. gentes. Sed numquid qui eum capit, poteſt ab eo abſolui? ſic, extr. de ſen. exc. ad eminentiam. Et no. quòd legatus huiuſmodi nō poteſt epiſcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus poteſt epiſcopus reſignare, niſi ad hoc haberet ſpeciale mandatum. extra de off. le. c. quod tranſlationem. arg. ff. de off. eius cui mand. eſt iu. l. 1. Bart. legebat hoc c. truſando: ſi quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum, ſcilicet Cardinalis: ſed multorum, id eſt, familiæ ſuæ & parentum: & ſicut multis nocet ille, ſcilicet Cardinalis, ita a multis eſt redarguendus: & ita vſque in finem.

" Peccās in multos grauius peccat.

o ¶ *Nocet.*] ergo quicumque aliquid nocumenti ſentit, admittitur ad agendum vel accuſandum, vt 12. q. 2. non liceat.

p ¶ *Impedit.*] nec legatus delegatum impedire debet. extra de offic. leg. ſtuduiſti.

q ¶ *Liminibus.*] arg. " in quo quis deliquit, in eo debere puniri. 12. q. 2. qui & humanis. 27. q. 4. frater. & corepiſcopus.

" Punitur quis i eo in quo peccat.

III. pars.

Archidiaconus vero, quamuis ex officio ſuo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, epiſcopo nuntiare: tamen dominationem ſuper eos exercere, & cenſum ab eis exigere prohibetur.

Vnde in Cabilonenſi concilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionem non exerceant. C. III.

5 Iuo par. 3. c. 134.

⁵ DIctum eſt, quòd in pleriſque locis archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quādam exercent dominationem, & ab eis cenſum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis ʳ pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apoſtoli ˢ ſen-

1. Petr. 5.

ARCHIDIACONVS. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis, in qua dicitur, quòd archidiaconi non debent facere collectas in ſubditos. & hoc probatur per c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur, quòd archidiaconi non debent grauare clericos auferendo eis pecuniam, & dominationem in eos exercendo, licet quæ corrigenda viderint, debeant epiſcopo nuntiare.

DIctum.] CASVS. Quidam archidiaconi dominationem exercebant in presbyteros, & parochianos ſuos, & ab eis cenſum exigebant: quod etiam epiſcopis facere non licet, iuxta Apoſtoli ſententiam: ideo prohibetur ne archidiaconi de cetero illam cupiditatem exerceant: ſed teneant propriam menſuram, & faciant quod epiſcopi eis præceperint.

r ¶ *Rectitudinis.*] ſed numquid de conſuetudine præſcripta poſſunt archidiaconi mulctare? videtur, quòd non: extra de pœn. licet. " Sed dic, quòd bene poſſunt, ex quo iudicare poſſunt de conſuetudine præſcripta ᶜ. arg. ff. de iudic. l. 2. §. vlt. extra. de off. delega. ex litteris. Illud ergo exaudi cum pecuniaria pœna non timetur. alias ſi illa magis timetur, imponenda eſt, 23. q. 5. prodeſt. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur niſi ter in anno. C. de mo. mul. eos.

" Archidiaconi mulctare poſſunt.

c Ad hoc extra de elec. dudū. 2. & ᵈ of. archid. c. vlt. Arc.

s ¶ *Apoſtoli.*] id eſt, Petri, licet alibi dicatur, quòd nomine Apoſtoli, Paulus deſignatur. 16. q. 1. prædicator. 10. q. 3. quia cognouimus.

a ¶ *Ex animo.*] id eſt, ex dilectione, vt non velit dominari.
b ¶ *Iniungitur.*] " Videtur ergo, quòd archidiaconus non habeat niſi demandatam iuriſdictionem. De hoc notaui. 25. diſt. perlectis.

"Archidiacon° an habeat iuriſdictione delegatam.

Q*Vod autem.*] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima quæritur vtrum ſacerdotes poſsint chriſmare ſiue confirmare pueros in fronte? & dicas, quòd non: tamen vult probare per cap. Greg. q̄ poſſunt. ſupra 93. diſt. à ſubdiacono. H. Secunda ibi, *Sed quæritur.* Tertia ibi, *Chriſma.* Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſupra quòd ſacerdotes epiſcopis debent obedire. Nunc in hac 95. diſtin. dicit Gratianus, quòd hoc nõ debet ita intelligi quin poſsint Miſſam corã epiſcopo celebrare: ſed quia debent eis ſicut filij obedire. Et primo ponit quamdam contrarietatem: poſtea ſoluit eam in §. ſed iſtud. Poſtea auctoritate Innocentij ſoluit duas quæſtiones, vt ĩ ead. iſtud. Ad vltimum repetit de dignitate presbyterorum, oſtendens multa eſſe eis licita etiam in epiſcoporum præſentia.

c ¶ *Quòd autem.*] hic intitulatur 95. diſtin. in qua ponit Gratianus quamdam contrarietatem, & eam ſoluit.[a] poſtea ponit duas quæſtiones, & eas ſoluit auctoritate Innocentij. Repetit poſtea de dignitate presbyterorum. oſtendens multa licere presbyteris in epiſcoporum præſentia.

d ¶ *Chriſmate.*] infra de conſec. diſt. 5. manus. contra. & cap. nouiſſime. contra. ſ. diſtin. 21. cleros. contra. Hoc ad tempus pro ſedando ſcandalo fuit conceſſum: nunc vero antiquatum. vel in primitiua eccleſia presbyteri chriſmabant, nunc vero minime. extra de conſuet. quanto. Ioan.

a infra ea. c. presbyteros. §. ſi iſtud. Arc. 3 de cõſ. di. 4. presbyteri baptizatos. Pol. l. 3. ti. 10. Mag. 4. ſen. diſt. 7. c. 1.

† *baptizandi*] Orig.

† *baptizandos*] Orig.

tentiam, epiſcopi non debent eſſe dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo [a]: multo minus facere iſti hoc debẽt, ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſuram: & quod ab epiſcopis eis iniungitur [b], hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præſumentes.

DISTINCT. XCV.

1 Q*Vod autem* [c] *ſacerdotes ſupra iubentur epiſcopis tanquam ſubditi obedire, non ita intelligendum eſt, quaſi non liceat eis, præſentibus epiſcopis ſacra myſteria celebrare (ſicut epiſcopali ſupercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere) ſed quia presbyteri Pontificibus tanquam filij parentibus debent obedire, Baptizatos etiam chriſmate* [d] *eis tangere conceditur.*

Vnde Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26. indict. 12.

¶ Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. C. I.

PEruenit quoq; ad nos, quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, q̄ presbyteros chriſmate tangere in fronte eos, qui baptizati † ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum vſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chriſmate tangere debeant, concedimus [e].

"Papa vtrũ poſsit delegare ſimplici ſacerdoti vt in fronte chriſmet.

b Iſtud dẽm cõfirmatur ext. de cõſu. quanto. §. 1. ibi, ſua temeritate, &c. q. d. ibi ex nra auctoritate bene poſſent, & ſic ibi intellig. Hoſt.

a ¶ Gelaſius.] *Sic eſt in pleriſque manuſcriptis, & apud Burc. & Iuonem. Nam in impreſſis erat* Pelagius.

¶ Nihil eorum quæ ſunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. C. XIII.

[4] D Iaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum [k] quippiam tentare permittimus: Nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis [l] ordinibus propriè decreuit antiquitas. Abſque epiſcopo [m], vel presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſis ordinibus † longius cõſtitutis, neceſſitas [n] extrema compellat. Quod & laicis Chriſtianis [o] facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ [5] Sacri corporis prærogationem † ſub conſpectu pontificis, ſeu presbyteri (niſi his abſentibus) ius non habeant exercendi.

i ¶ *Ex præmiſſis.*] Ab iſto loco incipit magiſter altercationem ſuam inter presbyteros & diacones. Et primo allegat pro presbyteris, quod diaconi debent eis ſubeſſe, vſque ad illud c. diaconi, poſt in illo c. diaconi allegat pro diaconis. vltimo in ca. legimus, dabit ſententiam contra diaconos. H.

D *iaconos.*] CASVS. Diaconi vſurpant officia epiſcoporum & presbyterorum. baptizabant enim eis præſentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebant. quare Pelagius ſtatuit ne decetero talia faciant ſine præcepto eorum, niſi in neceſsitate presbiteris abſentibus.

k ¶ *Deputatum.*] ſcilicet diaconis. ſic 18.q. 1. hoc tantum.

l ¶ *Primis.*] idest, maioribus: epiſcopali ſcilicet, & presbyterali: " & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 83. diſt. cum in præterito. 21. diſt. cleri-cos ad idem 21. diſt. c. 1.

" Epatum eſt ordo.

m ¶ *Abſque epiſcopo.*] i. abſente epiſcopo, vel presbytero: quibus ſolum baptizandi miniſterium permiſſum eſt, vt de conſe. di. 4. conſtat. & dic quòd abſq; epiſcopo, i. præter auctoritatem eius.

n ¶ *Neceſsitas.*] No." q vbi neceſsitas exigit, & presbyter eſt abſens, poteſt diaconus etiam iure ſuo baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, ſi conſecratum eſt: ſed in eccleſia in præſentia presbyteri non poteſt, etiam ſi neceſsitas exigat, niſi iuſſus a presbytero: puta cũ multi ſunt qui indigẽt baptiſmo, & presbyter non poteſt omnibus ſufficere. ſimiliter ſi multi ſunt qui volunt accipere corpus Chriſti: nec presbyter ſufficit omnib.

" Diaconus pt baptizare, & corp' Xpi ægris erogare.

† officiis] or.

5 C. 10 in medio.

† al. erogationem.

6 In Aquiſg. c 41.

o ¶ *Chriſtianis.*] Et eſſet hæreticis [c], vt j. 1. q. 1. quod quidam, &c.

7 Burc.l.5.c. 26. Iuo p.2. c 16.

c Q^d eſt ergo illorum priuilegiũ de vt no. 50. diſt. qui ſub gradu.

Item in concilio Niceno, c.14. ſeu 18. [6]

¶ Inferiores presbyteris ſed diaconi cognoſcant. C. XIIII.

[7] P Eruenit ad ſanctum concilium, quòd in locis quibuſdam, & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta [p] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidã diaconi etiam [q] ante epiſcopos ſacramenta [a] ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant: ſcientes, quòd epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [r] presbyterorum diaconis liceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶ *Prior pars huius c. vſque ad ver.* amputentur. *eſt ex priſca verſione in can. 14. Reliqua vero pars eſt ex verſione Dionyſij in canone 18. quam quidam etiam afferunt. & codex canonum & Burchardus & Iuo.*

a ¶ Sacramenta ſumunt.] *Græce eſt:* [illegible] *quod Dion. ſic vertit,* oblata cõtingant. *quamquam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco diſcrepantes habeant, ille quidem,* ſacra oblata contingant: *hic vero,* ſacram oblationem contingant.

Item ex concilio Laodicenſi, c.20. [8]

P *Eruenit.*] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant. Primo, quia poſt conſecrationem porrigebant hoſtiam ſacerdotib. Secundo, quia ſumebant ſacramenta in Miſſa priuſquam epiſcopi. Tertio quia ſedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Nicæno concilio, vt decetero talia non faciant, ſed in ſua menſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad c. nonnulli.

p ¶ *Sacramenta.*] idest Euchariſtiam confectam: ſanguinem autem bene porrigunt. j. eod. diaconi ſunt. & verſi. ſacerdotibus. & hæc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem de altari presbyteris ſumere nõ licet, ſed diaconus eis porriget: " quia ſumptio corporis futuram reſurrectionem corporum ſignificat, quam Deus ſua virtute faciet ſine omni miniſterio. " Sed ſumptio ſanguinis ſignificat redemptionem peccatorum, quæ fit intercesſionibus aliorum 13. q. 3. c. animæ 5. diſt. 50. presbytero qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant. quare de iure licitum eſſe videtur. Ioannes. Sed illud intelligitur quando in principio ſecretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario miniſtrando: hic autem prohibetur ne poſt ſacramenta confecta corpus Chriſti porrigant ſacerdoti, vt ſumat. B.

" Corporis Chriſti ſumptio quid ſignat.

" ſanguinis ſumptio qd repræſentat

8 & in Agat. ca.65.& Aquiſg.c.77.

q ¶ *Etiam ante epiſcopos.*] idest, antequam epiſcopi ſumant.

r ¶ *In medio.*] ſecundum conſuetudinem diuerſorum locorum hæc variantur [d], in quibuſdam enim locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

d Ar. ad hoc ff [illegible] pcõ. obſeruare. § ante quam. & l. [illegible] ff. mand.

a N*On oportet.*] ¶ *Sed iuſſione.*] hoc obſeruatur ſecundum conſuetudinem quarumdam eccleſiarum cum redit à lectione Euangelij. Laur.

b N*on oportet.*] ¶ *Panem.*] i. corpus Domini. Dare, i. porrigere, ſ. alijs poſt confeſſionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, id eſt conficere, quod ad ſolum presbyterum pertinet. 1. q. 1. dictũ. ext. de ſum. tri. firmiter.

c D*ia oni ita ſe.*] in Miſſa: nam aliqui magis ſunt miniſtri epiſcopi.

d P*Reſente.*] ¶ *Eroget.*] iuſſus vel non iuſſus, longe tamen poſitis epiſcopo vel presbytero. ĩ. ead. diaconus.

e D*iaconus.*] ¶ *Loco.*] i. in aliquo: de omnia tamen honeſto. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ff. de mun. & hon. vt gradatim. §. 1.

f ¶ *Diac onus in conuentu.*] vbi conueniunt ad ſynodum.

g ¶ *Loquatur.*] i. prædicet, nam officium prædicandi presbyterorum eſt. 16. q. 1. adiicimus. Hug.

h ¶ *Alba.*] i. dalmatica. arg. 11. q. 3. epiſcopus presbyter.

i ¶ *Vel lectionis.*] Euangelij.

N*Onnulli.*] CASVS. Quidam diaconi in choro volebant eſſe in loco digniori, volentes ſacerdotib. præferri: ſed concilium Toletanum ſtatuit vt tam diacones quàm presbyteri perſeuerent in locis ſibi deputatis: ita vt diaconi cognoſcant presbyteros eſſe maiores ſe.

k ¶ *Atque in primo.*] id eſt, in primo ordine, vt fit Pariſius.

l ¶ *Vt ſublimiores.*] Sic conſtrue. ergo tam illi, quàm iſti conſiſtant in vtroque or. ita. ſ. vt diaconi agnoſcant preſbyteros ſublimiores ſe, ſc. diaconis: & ſtabunt ſecundũ tempus ſuæ ordinationis. 17. diſt. c. epiſcopos.

COMPAGIS. hæc eſt 4. pars huius di. in qua dicitur, quòd compagi, i. ſandalia & mappulę, i. linteamina, quæ portant Cardinales, ſolis Romanis clericis competunt: & hoc probat per duo cap. Ioan.

CASVS. Supra in c. diacones. prohibitum eſt, ne diacones vſurpent officia epiſcoporum vel presbyterorum. Nunc vero dicit, quòd nõ debent vti compagis. id eſt, calceamentis epiſcoporum, quibus nulli diaconorum vti licet abſque apoſtolica licentia: ſicut nec mappulis vti debent abſque eiuſdem auctoritate. quas conceſſit Conſtantinus cardinalibus, vt ĩ 96. di. in illa palea, Conſtantinus.

m ¶ *Compagis.*] id eſt, ſandalib. & dicuntur compagi ſandalia vel caligæ epiſcopales, & eſt maſculini generis. Ioan.

ADDITIO. ſcilicet compagus compagi. Hug.

n ¶ *Nec mappulis.*] i. ornamentis equorum, quæ Conſtantinus conceſſit cardinalib. ĩ. 96. di. Conſtantinus. nam mappa ornamentum eſt equi. ſimiliter in Auth. de conſu. §. quantacunque. & ſunt quædam albæ linteamina quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cum proceſſionem faciunt. Alij dicunt quòd mappulæ ſunt mitræ epales.

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur. C. XV.

j NOn oportet diaconum coram presbytero ſedere: ſed iuſſione [a] presbyteri ſedeat: ſimiliter autem diaconus honorem habeat à ſequentibus, id eſt à ſubdiaconis, & omnibus clericis.

Item ex eodem. c. 25.

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. C. XVI.

ij NOn oportet diaconos [a] panem [b] dare, nec calicem benedicere.

a ¶ Diaconos.] *In vetuſtioribus priſcæ verſionis editionibus eſt diaconem. Græce eſt διάκονον, quod Dion. ſiue vertit ſubdiaconos, & ſic habetur in concilio Aquiſgranenſ.*

Item ex concilio Carthag. quarto c. 37.

¶ Sicut epiſcopis, ita & presbyteri diaconi miniſtrent. C. XVII.

3 DIaconi ita ſe [c] presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant.

a ¶ Quarto.] *Apud hoc cum duobus ſequentibus habetur in concil o quarto Carthaginenſi & in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis itemque apud Anſe. nam tum obiter capiti erat additum: Carthaginenſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios. quod in hune cunneare offendunt acta ſexta ſynodi Carthaginenſis, ad quam Zozimus Fauſtinum Potentinæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt, Honorio iiij. & Eutychiano coſſ. ſexta vero Honorio xij. & Theodoſio viij coſſ. id eſt anno vigeſimo poſt. Quo in anno (prout ex Africano concilio cap. 76. & ſeq. alibus apparet) contra Pelagij & Celeſtij hæreſim quædam ſunt definita, cum Celeſtius ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtratur. Quare cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos & menſes aliquot vixerit, neceſſarium eſt multo ante ipſius Pontificatu quartũ Carthaginenſem habitum fuiſſe.*

Item ex eodem, c. 38.

¶ De eodem. C. XVIII.

4 PRæſente presbytero diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget [d].

Item ex eodem, c. 39. 40. & 41.

¶ De eodem. C. XIX.

5 DIaconus ſedeat quolibet loco [e], iubente presbytero. Item diaconus [f] in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur [g]. Alba [h] vero tempore oblationis tantum, vel lectionis [i] vtatur †.

Item ex concilio Toletano 4. c. 38.

¶ Diaconi presbiteris ſe ſuperiores non cognoſcant. C. XX.

6 NOnnulli diaconi in tantam erumpunt ſuperbiam, vt ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo [k] choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecundo choro conſtitutis. Ergo, vt ſublimiores [l] ſe † presbyteros agnoſcant, tam hi quàm illi in vtroque [a] conſiſtant.

a ¶ In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur, in vtroque ordine, & in tomis conciliorum impreſ. & in vtroque choro: tamen in vetuſto codice conciliorum Regis Catholici, & pleriſque vetuſtis Gratiani, etiam impreſſis vetera nos habere.*

4 *Compagis* [m] *vero calciari abſque Apoſtolica licentia diaconis non permittitur, ſicut nec mappulis* [n] *vti abſque eiuſdem auctoritate quibuſlibet clericis conceditur.*

Vnde Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano. lib. 7. epiſt. 28. indict. 2.

¶ Abſque Apoſtolica licentia Diaconi compagis vti non præſumant. C. XXI.

8 PEruenit ad nos, diaconos eccleſiæ Catinenſis calceatos compagis procedere præſumpſiſſe: quod quia nulli hactenus per totã Siciliam licuit niſi ſolis tantummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe cõceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus non eſt leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi [a] ita, ſicut ad nos peruenit, inuenerit verum eſſe, vtrum vel a ſe, vel alicuius [o] hoc auctoritate [p] præſumpſerint, nobis ſubtiliter innoteſcat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, diſponam[b]. Nam ſi negligenter ea, quę male vſurpantur, omittimus, exceſſus viam [q] aliis aperimus.

a ¶ Et ſi ita.] *Hic & paulo inferius addita ſunt aliquot verba ex originali.*

Item Ioanni Rauennati epiſcopo, libr. 2. epiſt. 54. ſeu c. 63.

Mappulis clerici ſine Apoſtoli licentia vti non debent. C. XXII.

10 ILlud autem, quod pro vtendis à clero veſtro mappulis ſcripſiſtis, à noſtris eſt clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet eccleſię conceſſum fuiſſe: nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum ſua conſcientia præſumpſiſſe, nec ſi tentatum eſſet, ex furtiua vſurpatione ſibi præiudicium generari. Sed etiam, ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptum [r] fuerit, aſſerũt emendandum, quod non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſurreptione præſumitur †.

Item Hieronymus de ſeptem ordinibus eccleſiæ, c. 5.

P*Eruenit.*] CASVS. Apoſtolicus conceſſerat ſolis diaconibus eccleſiæ Meſſan. vti cõpagis: quos tamen poſtea diaconus Catinenſis eccleſiæ portare præſumpſit. Præcepit ergo Greg. Ioanni epiſcopo Syracuſano, vt ſubtiliter inueſtiget an per ſe, an alterius auctoritate hoc fecerit, quia ſi male vſurpata non puniantur, via delinquẽtibus aliis aperitur.

o ¶ *Alicuius.*] Arg. ex hoc & ſeq. c. habes quod illud videtur prohibitum quòd non oſtenditur eſſe conceſſum. ar. di. 100. contra morem. ar. 25. q. 1. amputato. ar. 10. q. 3. hanc ar. 2. q. 1. conſtituiſſi. Et eſt hoc verum in iis, quæ ſunt de iure ſpeciali. aliàs quod non eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum. 27. qu. 2. lex diuina. & 30. q. 3. illud. & de ſponſ. imp. c. 1. in fi.

p ¶ *Auctoritate.*] Nam ſi maioris auctoritate hoc feciſſet, hoc eſſet vtcumque excuſabile. ar. diſt. 63. Salonitanæ. & di. 28. diaconi.

q ¶ *Viam.*] C. de ind. vid. l. 2. in fi. C. vn. vi. meminerint. ĩ. 21. q. 2. c. 2. ĩ. 23. q. 4. eſt iniuſta. 1. qu. 7. exigunt. contra. ĩ. 35. qu. 9. loca noſtri.

I*Llud.*] CASVS. Ioannes archieps Rauẽnas ſupplicauit Papæ, vt liceret ſuis clericis vti mappulis: ſed Papa ei reſcribit dicens, quòd Cardinales ei fortiter obuiauerunt, aſſerentes hoc nulli eccleſiæ fuiſſe conceſſum, niſi Romanæ. & ſi eſſet ab aliquib. vſurpatum, non neret per hoc præiudicium eccleſiæ Romanæ.

r ¶ *Præſumptum.*] Ar. antiquitatem vel lõgam conſuetudinem non dare priuilegium, vt di. 100. contra morem. ar. contra 63. diſt. quia. & 9. q. 3. conqueſtus. Et eſt ratio: quia hoc poſsideri non poterat de iure communi. arg. ext. de præſcr. cauſam. Nam & ſunt alia iura quæ non præſcribuntur, vt ſubiectio vel procuratio. ext. de præſcr. cum ex officij. vel via publica. ff. de via pub. viam. arg. C. de aquædu. diligenter. lib. 11. & eſt fi. C. de fund. rei priua. & ſal. diuinæ domus. vſus aquæ. lib. 11.

ADDITIO.

Margin notes:

1 Anſ. li. 7. c. 65. Burc. li. 2. c. 111. Iuo p. 6. c. 196.

2 Aquiſgra. c. 78.

2 Sic 1. q. 7. ſi qs oẽm. 15 q. 1. mulier.

3 Pol. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 63.

b i. maiores quaſi diceret in vtroque choro diuiſi, ita quòd presbyteri in primo, diaconi in ſecundo. Pet.

4 Poly. ibid. Anſel. l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo p. 2. c. 25.

5 Anſ. ibid.

† al. induatur.

6 Burch. l. 2. c. Iuo p. 6.

m compagi.

m Mappulæ qd ſignent. cſde arg. C. nul. li. in ſrę. & c. l. vnica. lib. 11.

† al. ſibi.

7 Ioan. dia l. 4. c. 8.

Prohibitũ vi, quòd cõceſſum non oſtenditur.

8 Anſ. lib. 6. c. 74.

d Et ext. ne ſed. vac. illa. vbi idẽ hoc, & extra, de tranſ. inter.

c d hoc no. 86. di. amputatis.

9 Ioan. diac. l. 4. c. 2.

10 Anſ. lib. 7 c. 168.

Antiqtas non dat priuilegium.

Præſcribi nõ poſſunt aliqua.

† al. præſumi

11 Inter opa B. Hiero. to mo 4. vel 9.

ADDITIO. Dicas ꝙ ſunt multa, quæ non præſcribuntur : quod dic vt le. & no. ext. de præſc. cum liceat. in fi. & 16. q. 3. clerici. in fi. Archid.

D*iaconi.*] Hæc eſt 5. pars huius di. in qua laudat diacones quatuor modis : ſcã ſignificatione, quia ſignificant ſeptem candelabra aurea. A virtute, quia debent eſſe virtuoſi. Ab officio, quia ſine illis epi cãtare non debẽt. Ab inſtitutione, q̃ a Domino fuerunt inſtituti. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictũ ẽ diacões ſubeſſe ſacerdotib. ſed ne ſacerdotes nimium inde ſuperbirẽt, cõmendat Hieron. in hoc c. diacones. diuiditur ergo hoc c. in tres par. In 1. part. commendat Hieron. diacones quadruplici rõe. Rõe ſignificatiõis: q̃ ſignificãtur p ſeptẽ candelabra aurea, & ſeptem Angelos eccleſiarum. Rõe vitæ & cõuerſatiõis. Rõe miniſterij: q̃ ſine his ſacerdos miniſtrare non pt: maior eſt qui miniſtrat, q̃ cui miniſtratur. Et rõe inſtõis: quia à Deo ſunt inſtituti. In 2. par. reprehendit rapacitatẽ epõrum, qui volũt omnia rapere, & omnia ſibi vẽdicant. In 3. par. oſtendit, ꝙ ſicut in hoc mundo raptor punitur à iudice : ita epſq; bona clericorũ rapit à Dño punietur, niſi vniuerſa reddantur. Secunda pars incipit ibi, *Nunc aut.*] Tertia ibi, *Certe ut ipſe.*]

a ¶ *Angeli.*] i. prælati.
b ¶ *Candelabra.*] quæ erant in templo Dñi.
c ¶ *Voces.*] auditæ à Ioanne in Apocalypſi.
d ¶ *Docentes.*] populũ quo ad vitam æternam.
e ¶ *Soli Deo.*] "quod ſolus Deus nouit eorum conſcientias: ei namq; cor oẽ patet, & omnis loquitur voluntas, vt 24. q. 3. Deus[b].
f ¶ *Colloquentes.*] quo ad cõtemplationem: vel hoc dum ſunt in oratione. de conſecr. diſt. 1. quando.
g ¶ *Patri.*] Hoc pt intelligi hiſtorice q̃do Moyſes in vltionẽ idololatriæ[c] vituli conflati, pcepit leuitis vt nemini parcerent, nec ẽt patri. ſimiliter diaconi non deberent eos cognoſcere, i. amore Dei amorem eorum præponere." Vel poteſt intelligi myſtice de diabolo, & de concupiſcentia carnis, & eius morib. vt in gl. hic de pictis.
h ¶ *Et matri.*] i. carnali concupiſcentiæ.
i ¶ *Non noui.*] id eſt, nolo præponere veſtrum amorem amori Dei.
k ¶ *Filios.*] id eſt, illicitos motus.
l ¶ *Non agnoſcentes.*] i. non nutrientes : ſed ad petram illidentes.
m ¶ *Habet.*] "quia ſine diacono epiſcopus Miſſam celebrare non poterit, niſi neceſſitate inſtante: tunc enim etſi non poſſet habere diaconum, abſque eo Miſſam celebrare poterit.
n ¶ *Miniſter.*] Hic commendat eos à miniſterio.
o ¶ *Miniſtratio.*] id eſt, conſecratio Euchariſtiæ.
p ¶ *Sacramenti.*] ſ. præſentib. ſacerdotib. coram eis, vt ſ. di. e. diaconi.
q ¶ *Maiorem.*] id eſt, meliorem, vel hoc cum bene adminiſtrat.

¶ Sicut in miniſterio, ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus non viuat. C. XXIII.

[s] DIaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli[a] eccleſiarum. hi ſunt ſeptem cãdelabra[b] aurea: hi voces[c] tonitruorum. *& infra.* ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annũtiantes bona, diſſentiones, & rixas, & ſcandala reſecãtes, docentes †[d], ſoli Deo[e] colloquẽtes[f], in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri[g], & matri[h], nõ noui †[i] vos, & filios[k] ſuos non agnoſcentes[l], *& paulo poſt.* ¶ Sine hoc ſacerdos nomen † non habet, ortũ nõ habet[m], officium non habet. Hic miniſter[n] Dei dicitur, quia ſcriptum eſt, [Quis maior eſt, qui miniſtrat, an cui miniſtratur?] Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio †[o], ita in miniſtro eſt ſacramenti[p] diſpenſatio. *& paulo poſt.* ¶ Sacerdotibus etiam propter præſumptionẽ non licet de menſa Domini tollere calicem? niſi eis traditus fuerit à diacono. *& paucis interiectis* ¶ Ita enim Deus noſter omnipotens vniuerſa diſpoſuit: vt qui maiorẽ[q] ſe eſſe crediderit, minor ſit, & qui videretur minor, maior exiſteret. Denique quam hoc verum ſit, ipſe perpende. Leuitę inferũt oblationem in altari, Leuitę cõponunt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt †, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orãt[r], vt ſi diſtinctio locorũ creditur, etiã in altari Dei videãt ſibi epiſcopi, ſi ſupbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatẽ diligunt, maiores ſe eſſe in eo, q. ſunt humiles, cognoſcant. Tũc demum †[s], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat[t], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtãtibus ſacerdotibus[u], ne leuiter hanc vocem, quę loquitur hæc, & pacem annũtiat, aut negligenter aſpicias, aut contemnẽdam putes. Sufficit huic[x] ordini tantũ, per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere videatur, *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in eccleſiis, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia, periit lex de ſacerdote[y], & viſio[z] de propheta. Singuli quique per † potentiam[a] epiſcopalis nominis, quam ſibiipſi illicite abſque eccleſia[b] vẽdicarunt, totum quod leuitarũ eſt, in vſus ſuos redigũt, nec hoc ſibi, quod ſcriptum † eſt, vendicant, ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mẽdicat infelix clericus in plateis, & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem[c] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus, iuſte[d] putatur ad hãc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur[e], ſolus vniuerſa ſibi vendicat: ſolus partes inuadit alienas[f], ſolus occidit[g] vniuerſos. *& paulo poſt.* ¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur[h] à clericis, hinc principum † lites, hic detractiõis † cauſa, hinc origo criminis. Etenim ſi vnuſquiſque ita in hoc † mundo viſibili aliquid poſſidere[i] iubetur, vt ſua tãtum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, nõ ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus, quãto magis, qui eccleſiæ Dei præeſt, debet ita ĩ omnibus ſeruare iuſtitiam, vt ſibi[k] hoc tantum vendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit? aliena non rapiat, aliena nõ cõtingat? æqualẽ[l] ſe ceteris faciat? & ſicut ſine his in miniſterio non viuit, ita in diſpenſatione[m] nõ viuat? ¶ Certe, vt ipſe noſti, qui viſibiliter in hoc mũdo ius inuadit alienum, accuſatur à paupere, damnatur à iudice: Ita & in eccleſia Dei, cum vnuſquiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Deũ, exauditur à Chriſto: nec differtur in hac parte vltionis[n] ſen-

r ¶ *Orant.*] i. prædicant, vt diſt. 25. vnum. & 11. qu. 1. ſicut enim. vnde exponendo ſubdit tunc demum. quod autem dicitur in altari ante poni, reſpicit quod de calice præmiſerat, calicem non tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, id eſt, ad orandum inuitant, cum dicunt, flectamus genua.
s ¶ *Tunc demum.*] ſ. circa finem Miſſę, cũ diaconus clamando dicit populo : Humiliate vos ad benedictionẽ.
t ¶ *Prædicat.*] ſ. 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legendo Euangelium.
v ¶ *Sacerdotibus.*] quædam hic referuntur, q̃ ex toto bene non intelliguntur: q. non omnib. eccleſiis hæc officia habet diaconus.
x ¶ *Huic.*] Commẽdat hic eos ab inſtõe: ſ. c. dominus. contra. ſ. di 21. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſt. in veteri. ar. ext. de ſent. exc. c. mulieres.
y ¶ *Periit lex de ſacerdote.*] verba Eſaiæ, idem, multi ſacerdotes non adimplent legem.
z ¶ *Et viſio.*] i. gratia prophetizandi, propter auaritiam: "q. oẽs virtutes patiuntur detrimentũ ab vno vitio, &c. de pœ. diſt. 5. c. 1.
a ¶ *Per potentiam.*] in uehitur in epiſcopos.
b ¶ *Abſque eccleſia.*] ſ. in tali mõ vt aliena vſurpent, aliter videtur contra. ſ. e. c. prox. 95. diſt. olim.
c ¶ *Quidem.*] ſ. d. ſt. 86. non ſatis.
d ¶ *Iuſte.*] i. ſuis meritis.
e ¶ *Vtitur.*] i. non vult partiri onera adminiſtrationis cum fratribus. ext. de of. arch. c. vl. & de præſu. n. mandata. Vel dic, i. de rebus eccleſiaſticis.
f ¶ *Alienas.*] cum quod ſuum non eſt, ſcire dẽt ad alios ptinere. C. vnde vi. cũ quærebatur.
g ¶ *Occidit.*] hoc refertur ad laicos, quib. occaſionem mortis præſtant. 11. q. 3. præcipue. 86. diſt. paſce.
h ¶ *Accuſantur.*] "nam epi omnia etiam ea, quæ de nouo eueniant, in ſimul cum aliis debent diuidere: ar. 12. q. 2. cognouimus. item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum. ext. de his quæ fi. à prel. ſine conſen. ca. nouit. licet ſit pręordinator in cunctis. 25 di. perlectis. niſi hoc ſibi vendicare: epiſcopus ex conſuetudine. ext. de his quæ fiunt à præl. ea noſcitur. Et eſt ar. "quod ſemper præſumitur quod accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. Arg contra 6. q. 1. ſi omnia.
i ¶ *Poſſidere.*] Hoc ad laicos refertur vnde caute dixit, in hoc mundo, & in clericis ſecus, vt ſ. 12. q. 1. c. duo ſunt.
k ¶ *Sibi.*] Arg. pro diſtributione portionum inter clericos.
l ¶ *Aequalem.*] ſi. 95 diſt. epiſcopus. 2. & iſte eſt vnus gradus humilitatis, vt ſ. diſt. 12. de Conſtantinopolitana.
m ¶ *Ita in diſpenſatione.*] id eſt, diſtributione præbendarum.
n ¶ *Vltionis.*] ex toto : quod non dicitur differri, " quia totum tempus hu

Pol. l. 2. tit. 29. Auſ. l. 7. c. 72.
Apoc. 1.
† Abeſt ab Orig.
Deut. 33.
† al. noui[v].
† al. nomen non habet.
Matt. 10.
† conſecratio] vera lectio.
" cor omne Deo patet.
b Cõcor. gl. in l. 2. ff. de don. in. vir. & vxor.
† al. benedicuntur.
c Hæc hiſtoria no. 45. d. diſciplina.
† de laude] or.
" Diabolus pater dr.
" Epũs ſine diacono non celebret.
Ezech. 7.
† pro potentia.] Orig.
a Q. l. eſt cõtra iuris pręceptũ, vt ſ. de iu. & iu. iuſti. §. iuris præcepta. & in c. ſi.
† al. adſcriptum.
† al. ſeruili.
† al. eleemoſynam.
† diuitiis] or. al. donis.
" Virtutes oẽs ab vno vitio detrimentum patiuntur.
† al. principium lites.
† deſolationum cauſæ] Orig.
† Hunc mundum viſibiliter poſſit] Orig.
† al. ſubiectorum] al. ſubiũctorũ.
" Euenientia de nouo per quem ſunt diuidenda.
" Accuſatio epõrũ præſumitur ex odio fieri.
" Vitæ ſpen tis tẽpus hic ne[illegible] eſſe

pus huius vitæ breuiſſimum reputatur.de pœ.di.5. conſideret. Nam quod quandoque pœna differatur, eſt expreſſum infra 23. q. 4. quod Chriſtus.45.di.licet.1. & eſt ratio quare quandoque differatur, vt de pœ.diſt.3.quid ergo.de pœ.diſt.1.prædixerat.

a ¶ *Aſſidue.*]id eſt, iterato non miſeretur de facili.nam vulnus iteratū tardi' ſanatur, vt infra de pœn.diſt.3.inanis.

q.1.præcipimus.

r ¶ *Significantius.*] ſcilicet quòd epiſcopus dicitur presbyter.q.d.vbi pro epiſcopo dicitur presbyter, ſignificantius diceretur ſic: ſcilicet epiſcopum: quia magis accedit ad ſignificationem vocabuli epiſcopus,quàm hoc nomen presbyter.

† *Dei precem ac ſolum.*] Orig. † abeſt ab Orig.

HOC CAPITVLO. Hæc eſt 6. pars huius diſ.in qua laudat preſbyteros, & humiliat diaconos.Io.de Fan.

CASVS. Supra proximo c. diaconi ſunt cōmēdati. ſed quia nimis cōtra presbyteros ſuperbiebant: io Hieronymus cōtra eorum ſupercilium ſcribit.

" Laudis ſ͂comū ſuper biæ facit.

b ¶ *Inſoleſcentes.*]"quia ſæpe ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio, vt 6. q. 1. ſunt plurimi.ſuperbiebant forte ex eo quòd ſupra c.prox.commendati ſunt.

tentia, ſi non redduntur vniuerſa. Moderatio enim Dei †, ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit, ac nos cupit ſua longa † bonitate ſaluari.Sed ſi non cōuertimur, ſi duri corde ſumus,ſi in peccatis vſque ad mortem illicite perduramus, aſſidue [a] peccanti, ſicut ſcriptum eſt,Deus non miſeretur.

a ¶ Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, ſed in multis Gratiani manuſcriptis, & apud Anſelmum eſt.* nomen habet,officium non habet.

b *Hoc capitulo ſacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas, ſiue officium commendatur. Sed quia, vt ſupra dictum eſt, diaconi inſoleſcentes* [b] *etiam presbyteris ſe preferendos arbitrati ſunt, contra eorum ſupercilium ſcribit Hieronymus ad Euagrium epiſcopum,epiſt.85.tomo 2.*

¶ Diaconi presbyteris debent ſubeſſe. C. XXIIII.

s Poly. ibid. Aud.l.7.c.87. Eſa. 32.

Egmus.]CASVS. Euagri' epiſcopus quęſiuit a Hieronymo, vtrū ſacerdotes eſſent diaconis præferendi? Et reſp.q ſic,& probat tripliciter, ſ. ratione nominis ſiue appellationis: quia olim idem dicebatur presbyter & eps. Et hoc probatur ſeptem auctoritatibus. Ratione officij ſiue inſtitutionis:quia ad maius officium ſunt inſtituti presbyteri q̃ diaconi: quia ſacerdotes orant & prædicāt: ſed diaconi miniſtrant. Et reſp.obiectioni q̃ fecit ſibiipſi de diaconis ratione eccleſiæ, & rōe promotionis:quia diaconus promouetur in ſacerdotem, & non econuerſo. & hæc promotio non fit niſi de minori ad maius.Ratio officij incipit ibi, *Quid enim facit.* Ratio prohibitionis eſt ibi, *Qui pro bibetur à minori.*

† *al. qui patitur.*

Philip. 1.

Act. 20.

[s] LEgimus in Eſaia [c] [Fatuus fatua [d] loquetur.] Audio quēdam in tantā erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, id eſt epiſcopis anteferret.Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat eoſdem eſſe presbyteros, quos epiſcopos, quid † patitur menſarum [e], & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat,ad quorum preces Chriſti corpus,ſanguiſque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [f] teſtimonium [Paulus, & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis [g], cū epiſcopis [h], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apoſtolorum ad vnius eccleſiæ ſacerdotes ita Paulus loquitur: Attēdite vobis,& cuncto gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos [i], vt regeretis eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.] Ac ne quis contentioſe [k] in vna eccleſia plures epiſcopos fuiſſe contendat, audi & aliud teſtimonium, in quo maniſeſtiſſime comprobatur, eumdem

" Fatuus eſt qui fatua loquitur.

c ¶ *In Eſaia.*] 32.c.

d ¶ *Fatua loquetur.*]No. arg. " quòd qui fatua loquitur,fatuus eſt . vt 13. qu.8. conuenior. & ff.de cond. inſt. quidā. infra de pœn.diſt. 1. §. poteſt.& 1 q.1.ita ſit.

e ¶ *Menſarum.*] quam iniuriam patitur.

f ¶ *Audi.*]ideo dicit teſtimonium, quia duo ſunt per quos probat.

g ¶ *Philippis.*]nomē ciuitatis in Macedonia.

eſſe epiſcopum atque presbyterum. [Propter hoc reliqui [l] te in Creta,vt quæ deerant, corrigeres, & cōſtitueres presbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mandaui. Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir,filios habēs fideles,nō in accuſatione luxuriæ [m], aut nō ſubditos. Oportet enim epm ſine crimine eſſe,quaſi Dei diſpenſatorem.] Et ad Timotheū [Noli negligere gratiam,quæ in te eſt,quæ tibi data eſt per prophetiam [n] per impoſitionem manuū presbyterij [o].] Sed & Petrus in prima epiſtola. [Presbyteros,inquit, in vobis precor compresbyter [p],& teſtis paſſionū Chriſti, & futuræ gloriæ,quæ reuelanda eſt,particeps, regite gregem Chriſti, & inſpicite nō ex neceſſitate [q], ſed voluntarie iuxta Deū.] Quod quidem Græce ſignificantius [r] dicitur ἐπισκοποῦντες, id eſt ſuperintendentes:vnde & nomen epiſcopi tractum eſt. Parua tibi videntur tantorum virorū teſtimonia?Clangat tuba Euangelica, filius [s] tonitrui, quem Ieſus amauit plurimum, qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit[Preſbyter [t] Electæ [v] dominæ, & filiis eius, quos ego in veritate diligo.] Et in alia epiſtola [Presbyter Caio [x] chariſſimo, quem ego diligo in veritate.] Quòd autē poſt ea [y] vnus electus eſt,qui ceteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electum,in excelſiori gradu collocatum, epiſcopū nominabant:quomodo ſi exercitus Imperatorē [z] faciat, aut diaconi [a] eligant [b] de ſe, quem induſtrium nouerint, & archidiaconū

Ad Tim.3.

s ¶ *Filius.*] "i.Ioannes: quia altius intonuit,& quia cum Iacobo aſſumptus in montem ſeorſum audierunt vocem nubis: Hic eſt filius meus dilectus.

" Ioannes dicitur filius tonitrui.

t ¶ *Presbyter.*]Ecce Ioannes vocat ſe presbyterum,cum tamen eſſet epiſcopus.

v ¶ *Electæ.*] proprium nomen.

x ¶ *Caio.*] mitto ſalutē.

y ¶ *Poſtea.*]Hic reſpon. tacitæ obiectioni,quare hoc immutatum eſt: & ad hoc reſp. " Sed quæritur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur q in officio, contra,de conſe.diſt.5. manus. quia exercere epiſcopalia non licuit, niſi his qui ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum.68.diſt. quorum vices. 21. diſt. in nouo. & ita hæc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, q in nomine,obſtat 80. diſt. in illis, quia ibi dicitur q quidā præpoſiti ſunt, qui tantum epiſcoporum vocabulo,&c. Ad hoc dicunt quidam, q in prima primitiua eccleſia commune erat officium epiſcoporum & ſacerdotum, & nomina erant communia.95.diſt. olim. & officium erat commune:ſed in ſecunda primitiua cœperunt diſtingui & nomina & officia. H. dicit q tantum in nomine ſunt facta prælatio, primo. n. omnes dicebantur ſacerdotes:licet quidam aliis plati eſſent quantum ad officium. Et quod dicitur 80.diſt.in illis, qui tantum epiſcoporū vocabulo potirentur,expone,i.non archiepiſcoporum,nec primatum:& ita excluditur ſuperius,non inferius. Tertij dicunt, quòd prælatio hæc facta fuit & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam miniſteria, quæ ſpectant tantum ad officium epiſcopale: & fuit hæc prælatio facta à tempore Petri. & hoc innuit hæc littera ibi, Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium: " quia Marcus fuit contemporaneus Petro & Clementi.arg.24. q. 1 cum beatiſſimus. Heracla autem & Dionyſius fuerunt contemporanei ipſi Hieronymo: & ita eſt illud contra ſedatum.80.diſt.in illis.& illud de conſe.diſt.5.manus. Ante prælationem ergo iſta nomina presbyter, epiſcopus, erant prorſus ſynonyma:& etiam adminiſtratio communis erat.quia communi conſilio ſacerdotum regebantur eccleſiæ.95. diſt. olim.In ſchiſmatis ergo remedium (vt hic dicitur)facta eſt prælatio,vt vnus præeſſet & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam ſacramenta quæ modo appropriantur epiſcopis.

1. Tim.4.

" Prælatio inter miniſtros eccleſiæ ad quid facta fuit.

1. Petr. 5.

Marc. 3.

1. *Ioannis.*

3. *Ioannis.*

a Ipſe Hugo ſic d't, ego credo q ab initio diſtincti fuit inter epos & ſimplices ſacerdotes, ſicut modo ē & i adminiſtratione, & in prælatione & in officiis & in ſacramentis: ſed quo ad appellatiōem ñ erat diſtinctio, quia cōiter & indifferēter illi dicebātur epi & presbyteri. Arch. †

† Et hęc Ar. de diſtinctione epi & presbyte. ſententia tenenda eſt. Vide cōcil. Trid. ſeſ.23. c.4.& can.7 S. Th. 2.2.q. 184.6.1.

" Marc', Petrus, & Clemēs, fuerūt contemporanei.

h ¶ *Cum epiſcopis.*] cum in vna ciuitate plures epiſcopi non debeant eſſe: arg.di.80.in illis.& c.epiſcopi,& 13.q.1.c.1.& ideo hoc ipſo nomine presbyteri intelliguntur.

i ¶ *Epiſcopos.*] id eſt,presbyteros,cum in vna eccleſia epiſcopi plures eſſe non debent.

k ¶ *Contentioſe.*] quia ſingularum eccleſiarum ſinguli ſunt epiſcopi,vt 7.q.1.in apibus.

l ¶ *Reliqui.*] Verba Apoſtoli ad Titū c.1.poſt ſequitur ad Timotheum.

m ¶ *Luxuriæ.*] id eſt, de luxuria accuſabiles.ideo non ſubditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte.47.diſt.§. neceſſe. cum ſcilicet ipſe eſt negligens.

n ¶ *Per prophetiam.*] id eſt,per electionem.

o ¶ *Presbyterij.*] ſcilicet presbyterij mei,& ſic loquitur de ſeipſo:cum tamen ipſe Paulus eſſet epiſcopus,cum enim ordinaret.

" Petrus ſe vocat preſbyterum.

p ¶ *Compresbyter.*] " Ecce Petrus ſe vocat presbyterum, cum tamen eſſet eps & ſummus.5.di.75.quòd die Dominico.in verſi.ſacerdotum.

q ¶ *Non ex neceſſitate.*] id eſt,ex gratia turpis lucri.arg.ɔ diſt. 95. eſto. Et ita eſt arg. quod presbyter non debet locare operas ſuas: arg.23.

z ¶ *Imperatorem.*] " Ex ſola enim electione principum dico eum verum Imperatorem ante, quam a Papa confirmetur.Arg.hic,licet non ita appelletur, vt dixi 63.diſt. quanto. contrarium eſt verum, ext. de ele.venerabilem.23.diſt.in nomine [b].

" Electio ſola non facit verum imperatorem.

a ¶ *Diaconi.*] ſupple & quomodo diaconi eligunt,&c.

b ¶ *Eligant.*]Ecce quòd epiſcopi non eſt archidiaconum eligere,&c.

b Adde Alb.

Arg. contra 74. diſt. epiſcoporum. Sed variæ ſunt conſuetudines. 21. diſt. §. 1. ext. de ele. eccleſia Vulterana.
a ¶ *Ordinatione.*] In ordinatione cetera intelliguntur quæ non fiunt, niſi ab epiſcopis. hæc continentur ſ. diſt. 68. quamuis chorepiſcopis.
b ¶ *Nec altera.*] Reſponſio eſt ad tacitam quæſtionem: " nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnib. presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus quib. vſſr parificari? Reſp. ꝙ conſuetudo Romanæ eccleſiæ non eſt trahenda ad conſequentiam. vel rñſio eſt ſuꝑ i prin. c. 1. ibi, audiui quædam, &c. dicebant enim quidam, ꝙ ſicut Romæ honorabiles erant diaconi: ita debebāt eſſe vbique locorũ.
c ¶ *Totius.*] immo fideles ſunt vna eccleſia: & hoc eſt quod ſequitur, & Galliæ, &c.
d ¶ *Maior eſt.*] " Et iō magis ſequēda eſt cōſuetudo generalis, vt ſ. di. 12. nouit. ſ. diſt. 40. nos qui. & c. nō loca a. Et eſt hic ar. ꝙ ſtatuta cōcilij præiudicāt ſtatuto Papæ ſi contradicāt, vt dixi 9. q. 3. nemo.
e ¶ *Eiuſdē meriti.*] quātum ad ſapiētes & peritos & diſcretos. " Nā idiotę & vulgares epiſcopum paruæ ciuitatis cōtemnere ſolent. arg. diſt. 80. epiſcopi.
f ¶ *Et paupertatis.*] Nam paupertas ciuitatis nō minuit prærogatiuam regni, vt ĩ. 96. diſt. " ſicut. nec mulier ꝑpter paupertatem dr̃ humilis vel abiecta. C. de ince. nup. l. humilē. Ar. contra. in aut. de def. ciu. §. nos igr̃. col. 3. b
g ¶ *Diaconi.*] Hoc non ſolū Romæ fit, ſed etiā aliarum eccleſiarũ conſuetudo obſeruat: ſed forte tpe Hieronymi non fiebat: hodie fit. ext. de ſer. in or. fa. c. 1.
h ¶ *Vrbis.*] ſ. diſt. 11. quis neſciat. cōtra. & c. nolite. contra. Sed ibi de ea conſuetudine agitur, quam eccleſia Romana ſeruat, & aliis mandat ſeruādam: hic vero de ea, quam ſola ſeruat, nec vult ab aliis ſeruari. vnde ibi dicitur, quam Romanam eccleſiam viderit ſequi & docere. de cōſecra. diſt. 1. baſilicas.
i ¶ *Conſuetudinem.*] q. d. nō quod fiat, ſed quod fieri debeat conſiderandum eſt, vt ext. de ele. c. venerabilem. 12. q. 2. gloria. in fi. de of. præſid. ſed licet.
k ¶ *Paucitatem.*] quia pauci erāt tales diaconi: & iō ſuperbiebant. " quicquid. n. raro accidit, miraculum eſt, vt in auth. de conſue. §. itaque. col. 3.
l ¶ *Pretioſius.*] ſicut & pretia rerum in quibuſdam locis variantur ſecundum plus & minus ff. de eo quod cer. lo. l. 1. deo.
m ¶ *Menſis.*] viduarum & pauperum, ſed tñ inſtemus prædicationi.
n ¶ *Dignitatis.*] infra 8. q. 1. qui epiſcopatum. contra. Sed ibi iuxta etymologiam vis nominis deſignatur: hic quod ex vſu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendum, quòd non eſt nomen honoris tantum, ſed etiam oneris. 8. q. 1. illud inferendum.
o ¶ *Continetur.*] " Nam in toto continetur & pars, vt 14. q. 5. pœnale. & ff. de reg. iu. in toto. & eſt ſi. ff. quod met. cau. l. 1.
p ¶ *De minori.*] Hoc bene dicitur. ff. de mu. & ho. vt gradatim.

vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione a, epiſcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera b Romanæ vrbis eccleſia, altera totius c orbis exiſtimāda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſeruant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior eſt d vrbe. Vbicumque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis, eiuſdem meriti e, eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarũ, & paupertatis f humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem epiſcopum non facit: ceterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad teſtimonium diaconi g presbyter ordinatur? Quid mihi præfers vnius vrbis h conſuetudinem i? Quid paucitatem k, de qua ortum eſt ſupercilium, in leges eccleſiæ vendicas? Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius l eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterum etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi, licet paulatim increbeſcentibus vitiis inter presbyteros abſente epiſcopo, ſedere diaconum viderim, & in domeſticis conuiuiis benedictione † presbyteris dare. Diſcant, qui hoc faciunt, non ſe recte facere, & audiant Apoſtolos: [Non eſt dignum, vt relinquentes verbū Dei miniſtremus menſis m.] Sciāt, quare diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum: recordentur conditionis ſuæ. Presbyter, & epiſcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis n eſt nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione epiſcopi, & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter continetur o. Qui prouehitur, de minori p ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinatᶜ presbyter, nouerit ß ſe laicis maiorē, ſacerdotibꝰ q eſſe minorē.

ß ¶ *Per prophetiam.*] *Sic in vulgata editione, & Græce διὰ προφητείας: ſed hic apud B. Hieronymum* prophetiæ.
ß ¶ Nouerit ſe.] *In originali eſt*, nouerit ſe lucris minorem, ſacerdotio eſſe maiorem. *Quò etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis ſcribit.* Leuitarum multitudinem intelligere ſe a ſacerdotali gradu eſſe diſiunctam, & ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros, intumeſcunt, & dignitatem non merito, ſed diuitiis æſtimant. *Verum ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Cyprianus, lib. 3. epiſt. 9.

¶ De eodem. C. XXV.

DOminus noſter ipſe Ieſus Chriſtus rex, & iudex, & Deus noſter vſq; ad paſſionis diem ſeruauit honorem Pontificibus, & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionē Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emūdaſſet, dixit illi: [Vade, & mōſtra te ſacerdoti, & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoque eſſe humiles docuit, ſacerdotē adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum r. Item ſub ictu paſſionis cum alapā accepiſſet, & ei diceretur, [Sic reſpondes Pontifici?] nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens [Si male locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?] Quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos s humilitatis, ac patientiæ haberemus exēplum. Docuit enim ſacerdotes veros legitime, & plene honorari, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit †. Meminiſſe autē diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt epiſcopos, & prepoſitos † Dominus elegit t: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi cōſtituerunt u epiſcopatꝰ ſui, & eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere contra Deū poſſumus, qui epiſcopos facit, poſſunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt x.

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique ſeruandum eſt, niſi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.*

Vnde in ſexta ſynodo, c. 7. legitur.

¶ Diaconus ſacerdotibus non præferatur, niſi locum metropolitani ſui obtineat. C. XXVI.

ADDITIO. Ext. de tranſla. c. 1. & c. licet.
q ¶ *Sacerdotibus.*] ĩ. de pœn. diſt. 1. §. ex his itaque.

D*ominus.*] CASVS. Cyprianus probat ꝙ diaconi debent reuereri ſacerdotes tanquam maiores. Et hoc probat duob. exemplis Chriſti, q ſacerdotib. & Pontificib. Iudæorũ, licet mali eſſent, reuerentiam exhibuit. Et vna ratione: quia ſacerdotes à Domino, diaconi vero poſt Aſcenſionem ab Apoſtolis ſunt inſtituti. Primū exēplum eſt ibi, *Nam cum leproſum.* Secūdum eſt ibi, *Item ſubditur.* Tertium eſt ibi, *Meminiſſe autem.*
r ¶ *Sacrilegum.*] Ar. ꝙ ſi dominus Papa aliquem ſuis priuilegiis primatem appellat, ex ipſa nominatione ius ei acquiritur. 32. q. 4. dicat. in fi. 16. q. vlt. cōtra ſanctorum. ar. contra. 3. q. 6. hæc quippe. exer. de præſum. illud. C. de iu. & fa. ig. non idcirco. " Et eſt ar. ex hoc, quòd tam bonus quam malus ſacerdos gaudet priuilegio clericali, 11. quæſtio. 1. ſacerdotibus.
s ¶ *Vt nos.*] Sed debent eſſe fortes, id eſt, debēt præſtare exemplū facti boni ex animo: id eſt, ex dilectione: & non velint dominari.
t ¶ *Elegit.*] No. " quòd quanto à maiori quis ordinatur, tanto eſt maioris dignitatis, vt 1. q. 1. filium. extr. de ma. & obe. per tuas.
v ¶ *Conſtituerunt.*] hoc in nouo teſtamento. nam in veteri vterque à Domino ſunt electi. ſ. ea. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri teſta. hoc i nouo. vel per Dominum fit quod ab Apoſtolis ſtatuitur, vt 28. q. 1. ſic enim. tamen auctoritate eius. de conſe. diſtin. 4. quando.
x ¶ *A quibus fiunt.*] arg. " quòd nemo debet ſe opponere illi à quo recipit beneficium, vt 22. quæſt. 5. de forma. & ext. de poſtu. c. vlt. ff. de inoff. teſta. ſi pars. in fi. §. hoc autem. 8. q. 2. illud c.

HOC AVTEM. Hæc eſt 7. pars huius diſtinct. in qua dicitur, quòd quando diaconus vel ſubdiaconus tenet locum patriarchæ, ſuperior eſt.

Ioan. de Fant.
CASVS. Supra dictum eſt, quòd officium diaconorum minus eſt, quam officium ſacerdotū. quod verum eſt generaliter, niſi cum diaconus eſt legatus patriarchæ, vel archiepiſcopi, vt ſeq. c.

de Roſ. in l. bñ à Zeno. ar. C. d qua. ſic. & Bar. i extraua. ad reprim. in ver. rege.
" Diaconi Cardinales vtrum præponant omnibus preſbyteris.
" Conſuetudo generalis eſt ſequenda.
a Cōc. tex. ĩ l. obſeruare. ff. d of. procon. l. idemque. ff. mād.
" eps paruæ ciuitatis cōtemnitur ab idiotis.
" Paupertas ñ facit mulierem abiectam.
b Ad idē 16. q. 1. ſunt nōnulli. in fi.
† al. benedictionē coram presbyteris.
Act. 6.
" Miraculū eſt qđ raro accidit.
" Pars continetur in toto.
1 Iuo par. 5. c. 355.
Luc. 5.
" Sacerdos tā bonus q̃ malus gaudet priuilegio clericali.
Ioan. 18.
" Ordinatus à maiori maioris ē dignitatis.
† al. exiſtit.
† al. presbyteros.
" Nemo ſe oppōat illi a quo bñficiū recipit.
c 96. diſt. ſi imperator. 1. q. 7. c. 1.

Præcip

PRæcipimus.] CASVS. Statutum fuit in ſexta ſynodo, quòd diaconus non ſedeat ante presbyterum niſi ſit legatus patriarchæ vel archiepiſcopi, pro aliquo negotio decidendo. In quo caſu honorandus eſt ſicut ille cuius vice fungitur. & ſi quis diaconus aliter facere præſumpſerit, repellitur ab officio ſuo.

a ¶ *Ante presbyterum ſedeat.*] in concilio. 17. diſt. epiſcopos. in fi.
b ¶ *Tunc.*] ar. aliquem tamdiu habere priuilegium, quamdiu tenet eius locum[a]. 16. q. 1. generaliter. C. de teſta. mil. l. vlt. & hæc dictio, tunc, extremitatem, id eſt, finem iuriſdictionis complectitur. arg. ff. de cond. & dem. l. 4. §. ſi ita. item arg. quòd quis conſequetur ex alterius perſona quod non habet ex ſua. ff. quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto. Et dicit lex, quòd ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de ver. obl. ſi ſtipulatus. tamen ea tantum habet iſte quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. argum. ad primum, extra de off. deleg. ſane. 2.
c ¶ *Vltimus.*] not. quòd qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, quòd poſtponitur aliis ſui ordinis, vt 50. diſt. accedens. & 19. q. 3. mandamus. 25. qu. 2. ſic decet. 14. diſt. §. 2. & 1. q. 7. c. 1.

1 Iuo par. 6. c. 123.

a Concord. tex. in l. pe. in fin. C. de aquęd. li. 11. & Arc. d Im. in rub. d of. ei cui man. eſt m. col. 4.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiam in dignitate, hoc eſt in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante presbyterum[a] ſedeat, niſi cum locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani ſui pro aliquo capitulo. Tūc[b] enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero præſumpſerit hoc tyrannicè facere, à proprio gradu repulſus, vltimus[c] omnium fiat in ordine ſuo.

DISTINCTIO XCIIII.

1. QVi diacono[d] etiam ſummus patriarcha vices ſuas committere valet.

Vnde Gregorius [a] ad epiſcopos Siciliæ, lib. 1. epiſt. ...

a ¶ Gregorius.] *Reſtituta eſt inſcriptio ex Polycarpo. Nam antea legebatur*, Symmachus Papa.

¶ Etiam ſubdiaconis vices ſuas Apoſtolica committit eccleſia. C. I.

5 VAlde neceſſarium eſſe perſpeximus, vt ſicut prædeceſſorum noſtrorū fuit iudicium, ita vni, eidemq; perſonæ omnia[e] committamus, vt vbi nos præſentes[f] eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus[g] repræſentetur[h] auctoritas[i]. Quamobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ intra prouinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus. Nec enim de eius actibus dubitare[k] poſſumus, cui Deo auxiliante totum noſtræ eccleſiæ noſcimur patrocinium †[l] commiſiſſe.

5 Pann. l. 3. tit. 14. Anſ. l. 1. c. 16.

† al. patrimonium.

SVbdiacono.] Hæc diſt. diuidit in tres partes: in quarum prima dicitur, quòd etiam ſummus Pontifex poteſt ſubdiacono committere vices ſuas, & hoc probat per c. ſeq. Secunda ibi, *Legatum*. Tertia ibi, *Archidiaconus*. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra quòd diacono pōt patriarcha vel archiepiſcopus vices ſuas committere. Nunc autem dicit Gratianus in hac 94. diſtin. quòd etiam ſubdiacono poteſt ſummus patriarcha committere vices ſuas. Et eſt iſte primus articulus huius diſt. quæ tres habet articulos.

d ¶ *Subdiacono.*] hic intitulatur 94. diſt. in qua magiſter idem dicit de ſubdiacono, quod dictum erat in ſuperiori c. de diacono. quod ſcilicet etiam legatus Papæ poteſt eſſe. Exponit tres §§. & in §. ſingulis, mutatur materia. In primo dicitur quod dixi. In ſecundo, quòd ſi quis impedit legatum domini Papæ, excommunicādus eſt. In tertio, quòd archidiaconus vltra ſuum ſtatum exigere non debet. Io.

VAlde.] CASVS. Symmachus intra Siciliam prouinciam commiſit vices ſuas Petro ſubdiacono. Vnde præcipit Symmachus, vt de eo non dubitent quem ipſe præuidit præferendum, ſed eum recipiant.

e ¶ *Omnia.*] ſupra diſt. 89. ſingula. cōtra. Sed dic, omnia quo ad cognitioné cauſarum, non quo ad dignitates vel officia eccleſiaſtica. vt ibi.

f ¶ *Præſentes.*] arg. " quòd præſentia non exhibetur per alium. arg. contra. 63. diſt. cap. 2.

g ¶ *Præcipimus.*] arg. " quòd Papa etiam laico cauſam ſpiritualem committere poſſit. 32. diſt. §. verum. & §. ad hoc.

h ¶ *Repræſentetur.*] nam idem ipſe videtur cognoſcere qui dedit iudicem, vt extra de off. deleg. ſane. C. vbi & apud quem reſt. pe. deb. l. 3. C. de iudic. l. vlt.

i ¶ *Auctoritas.*] no. " quòd delegatus non habet plus iuris, quam delegans, ſiue par ſit alias delegatus. arg. ff. de dam. inf. qui bona. §. vlt. ſiue ſit maior. ff. de off. eius cui man. eſt. ıı. & ſi prætor, quandoque tamen habet minus quis ſi ex delegatione cognoſcat, quam ſi ex iure ſuo. ext. de of. dele. ſuper quæſtionū. §. ſi vero. arg. C. de proc. maritus.

k ¶ *Dubitare.*] arg. quòd ſi Papa ex certa ſcientia dat iudicem, quod ille non poteſt recuſari. ff. de off. præſe. præt. l. vnica. ſic infra 17. q. 4. §. qui autem. extra de rer. perm. cum olim. & extra de app. nouit. Sed contra extra de app. cum ſpeciali. & c. poſtremo. Io. Sol. iudex poterit ſemper recuſari iuſta cauſa interueniente[b], " etiam ſi eſſet legatus Papæ, vt extra de offic. leg. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reſeruentur, vt extra de offic. deleg. ex parte. B.

" præſentia nō exhibetur p alium.
" Papa laico cam ſpiritualē cōmittere pt.
" Delegat' non hƺ plus iuriſdōis, q̄ delegans.

b Ad hoc ext. de offi. del. cū olim magiſter. vbi de hoc. Arch.
" Delegat' et Papæ pt recuſari.

LEGATVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua dicitur, quòd nullus debet impedire legatos Romanæ eccleſiæ, & ſi fecerit, excommunicetur, vt in c. ſeq. Io. de Fan.

2 *Legatum vero Apoſtolicæ ſedis quicunque impedierit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa 1. epi. 2. omnibus epiſcopis[3].

¶ Excommunicetur, qui legatum ſedis Apoſtolicæ impedire tentauerit. C. II.

4 SI quis autem legationem[a] impedit, non vnius, ſed multorum[n] profectū auertit †. Et ſicut multis nocet[o], ita à multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate priuandus †. Et quia Dei cauſam impedit[p], & ſtatum conturbat eccleſiæ: ideo ab eius liminibus[q] arceatur †. Ab omnibus itaque † talis eſt cauendus, & non in communionem fidelium vſque ad ſatisfactionem recipiendus.

a ¶ Legationem.] *In epiſtola ipſa, concilio Triburienſi, & apud Burchardum additur, veſtram. Ea enim legatio uidetur ſignificari: quā Apoſtolos, & epiſcopos pro Chriſto fungi docuit beatus Paulus 2. Corinth. c. 5.*

CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, vbi dicitur, quod qui impedit legatum Apoſtolicæ ſedis, excommunicari debet.

l ¶ *Patrocinium.*] " ergo Sicilia eſt de patrocinio beati Petri, vt argu. 10. q. 3. relatum. 23. q. 1. peruenit.

SI quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. quòd quicunque legatum impedit, non vnius, ſed multorum profectum turbat: & ideo à multis eſt arguendus, & à liminibus eccleſiæ arcendus donec reſipiſcat.

m ¶ *Legationem.*] imo qui legatum hoſtium impedit, tradendus eſt hoſtibus, vt ff. de leg. l. vltima.

n ¶ *Sed multorum.*] argum. " quod qui peccat in multos, grauius peccat. extra de teſti. ſicut. 22. q. 5. qui compulſus. ſicut qui circa eamdem perſonā multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. relegentes. Sed numquid qui eum capit, poteſt ab eo abſolui? ſic, extr. de ſen. exc. ad eminentiam. Et no. quòd legatus huiuſmodi nō poteſt epiſcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus poteſt epiſcopus reſignare, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum. extra de off. le. c. quod tranſlationem. arg. ff. de off. eius cui mand. eſt in. l. 1. Bart. legebat hoc c. truſando: ſi quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum, ſcilicet Cardinalis: ſed multorum, id eſt, familiæ ſuæ & parentum: & ſicut multis nocet ille, ſcilicet Cardinalis, ita à multis eſt redarguendus: & ita vſque in finem.

o ¶ *Nocet.*] ergo quicunque aliquid nocumenti ſentit, admittitur ad agendum vel accuſandum, vt 12. q. 2. non liceat.

p ¶ *Impedit.*] nec legatus delegatum impedire debet. extra de offic. leg. ſtudiuiſti.

q ¶ *Liminibus.*] arg. " in quo quis deliquit, in eo debere puniri. 12. q. 2. qui & humanis. 27. q. 4. frater. & coepiſcopus.

3 Conc. Triburien. c. 9.
" Sicilia eſt de patrocinio Petri.
4 Burc. l. 15. c. 37.
† al. euertit.
† al. arcēdus.
† al. quoque.
† Concord. tex. in §. itē leg. Iulia. de vi. cum glo. per quā habes concor. inſti. d pub. iud.
" Peccās in multos grauius peccat.
5 Iuo par. 3. c. 134.
1. Petr. 5.
" Punitur quis i eo in quo peccat.

3 *Archidiaconus vero, quamuis ex officio ſuo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, epiſcopo nuntiare: tamen dominationem ſuper eos exercere, & cenſum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabilonenſi concilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionem non exerceant. C. III.

5 DIctum eſt, quòd in pleriſque locis archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quādam exercent dominationem, & ab eis cenſum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis[r] pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apoſtoli[s] ſen-

ARCHIDIACONVS. Hæc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua dicitur, quòd archidiaconi non debent facere collectas in ſubditos, & hoc probatur per c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur, quòd archidiaconi non debent grauare clericos auferendo eis pecuniam, & dominationem in eos exercendo, licet quæ corrigenda viderint, debeant epiſcopo nuntiare.

DIctum.] CASVS. Quidam archidiaconi dominationem exercebant in presbyteros, & parochianos ſuos, & ab eis cenſum exigebant: quod etiam epiſcopis facere non licet, iuxta Apoſtoli ſententiam: ideo prohibetur ne archidiaconi dé cetero illam cupiditatem exerceant: ſed teneant propriam menſuram, & faciant quod epiſcopi eis præceperint.

r ¶ *Rectitudinis.*] ſed numquid de conſuetudine præſcripta poſſunt archidiaconi multare? videtur, quod non: extra de pœn. licet. " Sed dic, quòd bene poſſunt, ex quo iudicare poſſunt de conſuetudine præſcripta[c]. arg. ff. de iudic. l. 2. §. vlt. extra. de off. delega. ex litteris. Illud ergo exaudi cum pecuniaria pœna non timetur: alias ſi illa magis timetur, imponenda eſt, 23. q. 5. prodeſt. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur niſi ter in anno. C. de mo. mul. eccos.

s ¶ *Apoſtoli.*] id eſt, Petri, licet alibi dicatur, quòd nomine Apoſtoli, Paulus deſignatur. 16. q. 1. prædicator. 10. q. 3. quia cognouimus.

" Archidiaconi multare poſſunt.
c Ad hoc extra de elec. dudū. 2. & § of. archid. c. vlt. Arc.

a ¶ *Ex animo.*] id eſt, ex dilectione, vt non velit dominari.
b ¶ *Iniungitur.*] " Videtur ergo, quòd archidiaconus non habeat niſi demandatam iuriſdictionem. De hoc notaui. 25. diſt. perlectis.

" Archidiacon' an habeat iuriſdictioné delegatam.

Alia ſunt quæ & laicis demandari pñt: ſicut iudicare in cauſa ciuili. Item dico ꝙ eps nihil hēt hodie quod ſit meri imperij quod demandari nõ poſſit: de quo lex loquitur. ff. de off. ei' cui man. eſt iu. l. 1. quia o mnia alij ẽpo demãdare pot, niſi vſum pallij ext. de vſu pal. ad hoc.

SVPRA. CASVS. Modo vult probare contrarium: & inducit c. 5. 65. diſt. c. quamuis. & c. ſeq. cuius caſus patet.

ab Apoſtolis fuerit inſtitutum, vt à ſolis epis conficeretur. de cõſ. di. 5. man'. i. multis. n. ſtatutis Apoſtolorũ licitã é diſpenſatio ſc'm Hug.

a Diſt. 68.

Vod autem.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima quæritur vtrum ſacerdotes poſſint chriſmare ſiue confirmare pueros in fronte? & dicas, quòd non: tamen vult probare per cap. Greg. ꝙ poſſunt. ſupra 93. diſt. a ſubdiacono. H. Secunda ibi, *Sed quæritur.* Tertia ibi, *Chriſma.* Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſupra quòd ſacerdotes epiſcopis debent obedire. Nunc in hac 95. diſtin. dicit Gratianus, quòd hoc nõ debet ita intelligi quin poſſint Miſſam corã epiſcopo celebrare: ſed quia debent eis ſicut filij obedire. Et primo ponit quamdam contrarietatem: poſtea ſoluit eam in §. ſed iſtud. Poſtea auctoritate Innocentij ſoluit duas quæſtiones, vt ꝟ. ead. iſtud. Ad vltimum repetit de dignitate presbyterorum, oſtendens multa eſſe eis licita etiam in epiſcoporum præſentia.

c ¶ *Quòd autem.*] hic intitulatur 95. diſtin. in qua ponit Gratianus quamdam contrarietatem, & eam ſoluit.[a] poſtea ponit duas quæſtiones, & eas ſoluit auctoritate Innocentij. Repetit poſtea de dignitate presbyterorum. oſtendens multa licere presbyteris in epiſcoporum præſentia.

d ¶ *Chriſmate.*] infra de conſec. diſt. 5. manus. contra. & cap. nouiſſime. contra. 3. diſtin. 21. cleros. contra. Hoc ad tempus pro ſedando ſcandalo fuit conceſſum: nunc vero antiquatum. vel in primitiua eccleſia presbyteri

a infra ea. c. pbyteros. §. ſ. iſtud. Arc. 3 de cõſ. di. 4. pſbyteri baptizatos. Pol. l. 3. ti. 10. Mag. 4. ſen. diſt. 7. c. 3.

† *baptizati*] Orig.

† *baptizatos*] Orig.

tentiam, epiſcopi non debent eſſe dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo [a]: multo minus facere iſti hoc debẽt, ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſuram: & quod ab epiſcopis eis iniungitur [b], hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præſumentes.

DISTINCT. XCV.

I PS Vod autem [c] *ſacerdotes ſupra iubentur epiſcopis tanquam ſubdeti obedire, non ita intelligendum eſt, quaſi non liceat eis, præſentibus epiſcopis ſacra myſteria celebrare (ſicut epiſcopali ſupercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere) ſed quia presbyteri Pontificibus tanquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chriſmate* [d] *eis tangere conceditur.*

Vnde Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. mandict. 13.

¶ Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. C. I.

1 PEruenit quoq; ad nos, quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, ꝙ presbyteros chriſmate tangere in fronte eos, qui baptizati † ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum vſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chriſmate tangere debeant, concedimus [e].

Supra Leo epiſcopus contra [[a] *Quamuis chorepiſcopis, &c.*]

Item Gelaſius Papa epiſcopis per Lucaniam, &c. epiſt. 1. c. 8.

¶ Vltra ſuum modum presbyteri tendere non præſumant. C. II.

PResbyteros vltra ſuum modum tendere prohibemus: nec epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſumere non conficiendi chriſmatis, non conſignationis Pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

Sed iſtud [f] *Gregorij pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſum legitur. Illud autem Leonis Papa, & Gelaſij, vſu approbante, præualuit, niſi forte, vbi aliquorum conſuetudo hoc admiſit, vt in abſentia epiſcopi, extrema neceſſitate cogente, ex conceſſione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniant: ¶ Prohibitio vero Leonis & Gelaſij in eo caſu intelligatur, cum epiſcopi præſentes ſunt, vel cum non cogit vltima neceſſitas. Oleo vero ſanctificato* [g] *permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait* [*infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, qui orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum.*]

2 ¶ *Sed quæritur, an epiſcopis liceat eodem oleo vngere infirmos? vel ſi impœnitentibus huiuſmodi vnctio ſit concedenda.*

De his vero ita ſcribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum epiſcopum, epiſt. 1. c. vlt.[3]

¶ Oleo ſanctificato non prohibetur epiſcopus infirmos tangere. C. III.

4 ILlud ſuperfluum videmus adiectum, vt de epiſcopo [h] ambigatur, quod presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcirco de

P Resbyteros.] SED ISTVD. CASVS. Soluit Grat. dicens, ꝙ illud quod Greg. conceſſit 3. in c. 1. huius diſtin. factum fuit propter ſcandalum vitandum. & quod dr ſupra in c. quãuis. & c. preſbyteros. eſt generaliter obſeruandum. Ponitur & alia ſolutio, ſ. vbi cõſuetudo eſt, abſente epo & in neceſſitate poſſunt presbyteri hæc facere: & ex cõceſſione Greg. Cap. vero quãuis. & c. preſbyteros. intelliguntur cum epi ſunt præſentes. ſed de iure oleo ſanctificato poſſunt vngere infirmos preſbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi. Sed quæritur an epiſcopis liceat eodem illo vngere infirmos: an illa vnctio ſit impœnitentibus concedenda, quæ quæſtiones i proximo c ſoluuntur.

f ¶ *Sed iſtud.*] Hoc allegando dicit, alias conſuetudo non iuuaret in hoc, vt ext. de conſuet. quanto.

Iac. 5.

g ¶ *Sanctificato.*] quo deficiente adminiſtretur aliud. ext. de conſe. eccleſ. vel alt. c. quod in dubijs. " Et eſt duplex cauſa quare infirmi inunguntur: ſ. quia venialia delentur: & præſtat augmentum virtutibus, arg. de conſe. diſt. 5. c. 1. & 2. & extra de ſa. vnct. c. 1. & quia infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali: arg. hic. " Sed quid ſi quis non habet oleũ, & inungit chriſmate, tenet vnctio? Videtur quòd ſic: quia prope eadem vſia eſt: quia chriſma non eſt niſi oleum balſamo admiſtum. ext. de ſacr. vnct. c. 1. ſicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino: quia eſt prope eadem vſia, vt ff. de contrah. emp. l. in venditionibus. ſed forte ſecus: quia non eſt forte prope eadem vſia. " Item numquid confert hoc ſacramentum, ſi quis inungit oleo non conſecrato? videtur quòd ſic: quia & baptiſmus confertur in aqua non conſecrata. de conſec. diſt. 4. c. ſi quis. Alij dicunt contra, nec eſt ſimile *: quia vis baptiſmi tota eſt in verbis: hæc autem vis eſt in re ipſa: ſ. in oleo. Sed iſta ratio calumniam habet. extra de bap. c. pen. Sed numquid poteſt hoc ſacramentum iterari? Dicunt quidam quòd non. 1. q. 1. quod quidam. de conſecr. diſt. 4. oſtenditur. Si obiiciatur de matrimonio, non valet: quia veritate inſpecta matrimonium non iteratur. 31. q. 1. hac ratione. prius enim vnum deletur, quam ſecundum contrahatur. " Alij dicunt, quòd poteſt iterari: quia cum quis ſecundo infirmatur, definit in eo eſſe illud ſacramentum quod prius accepit *.

" Vnguntur infirmi pp duas cauſas.

3 Alcuin' d diuinis officiis pag. 94.

4 Cõc. Vxor maciẽſ. c. 72. ſuo p. 2. c. 75.

" Vnctio extrema an poſſit fieri ſine oleo.

" vngere an poſſit quis oleo ñ conſecrato.

* Vide S. Th. 3. p. q. 72. 3. & 4. ſent. di. 7. q. 1. a. 3.

" Vnctio extrema põt iterari.

* vide S. Th. 4. di. 23. ar. 3.

chriſmabant, nunc vero minime. extra de conſuet. quanto. Ioan.

e P Eruenit.] CASVS. Quidam presbyteri pueros in fronte chriſmabant. quod cum Greg. prohibuiſſet, quidam ex hoc ſcandalizati fuerunt: & ideo propter ſcandalum remouendũ conceſſit preſbyteris, vt in abſentia epiſcoporum chriſmarent.

e ¶ *Conced. mus.*] hoc expeditum eſt, quòd presbyter chriſmando ſi ſua auctoritate hoc facit, nihil agit, nec pueri aliquid recipiunt. extra de conſue. quanto. " Sed numquid Papa ei demandare hoc poteſt? Quidam dicunt, quòd ſic [b], ex quo omnia ſacramenta quæ recipit presbyter, ex delegatione Papæ conferre poteſt. arg. hic. vnde diaconus poteſt conferre diaconatum, & confirmare in fronte, ſed non poteſt Papa ei demandare, vt conferat ordinem quem non habet, vel etiam vt conficiat corpus Chriſti: quia ſolis presbyteris dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem. arg. 1. q. 1. dictum. hoc * dicit H. Alij dicunt, quod non poteſt Papa delegare presbytero, vt chriſmet in fronte. vnde illi nihil conferebant. Si obiiciatur, quare hoc permiſit Greg. illis, cum in hoc videatur eis dare licentiam peccãdi? Dicunt quidam, quòd hoc inuitus permiſit ob nimium ſcandalum: nec dabat eis occaſionem mali: quia inuitus hoc cõcedebat. 35. q. 3. quod ſcripſi. & 23. q. 4. ſi quod verius. Alij dicunt, quòd hoc c. loquitur ſecundum antiqua tempora. ſed hoc nihil eſt: quia littera huius c. contradicit, ibi, ſecundũ veterum vſum. & quia ſecundũ hoc Greg. nihil hic concederet. Sed numquid Papa poſſet eis concedere, vt chriſma conficerent? H. dicit, quòd non. " Item quæritur, numquid eps demandare pót ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis? Sic [c]. ſed ea non poteſt demandare niſi epo. arg. ext. de conſ. eccl. aqua. Ea vero quæ iuriſdictionis ſunt pót etiam demandare presbytero, ſicut & reconciliare. 26. q. 6 presbyter. & c. Aurelius. Sed etiam inter ea quæ iuriſdictionis ſunt, quædam non poſſunt demandari niſi eis qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, vt deponere, verberare clericum.

" Papa verũ poſſit delegare ſimplici ſacerdoti vt in fronte chriſmet.

b Iſtud dctũ cõfirmatur ext. d cõſu. quanto. §. 1. ibi, ſua temeritate, &c. q. d. ibi ex nra auctoritate bene poſſent, & ſic ibi intellig. Hoſt.

* vide B. Th. 3. p. q. 72. 11. primum. & 4. ſent. d. 7. q. 3. 1. 3.

" Eps demã dat ea q ſũt ordinis, & ea q ſunt iuriſdõnis.

c Sub. licet

SED QVÆRITVR. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua quæritur, ſi epiſcopus poteſt inungere infirmos, eſt dicendum quòd ſic infra c. prox. Ioan. de Fant.

I Llud.] CASVS. Quidam epiſcopus cum legeret in epiſtola Iacobi, inuenit eum dixiſſe tantum de presbyteris vt vngant infirmos, quare quæſitum eſt ab Innocen. an epiſcopus oleo ſanctificato infirmos vngere poſſit. Et reſpondet quòd ſic: & ideo tantum de preſbyteris Iacobus fecit mentionem: quia epiſcopi alijs negotijs impediti non poſſunt infirmos viſitare. Secundo quæſiuit, an hæc vnctio ſit impœnitentibus concedenda. Et reſpondet quòd non: quia cui negantur cetera ſacramenta, non debet iſtud concedi.

h ¶ *De epiſcopo.*] Argum. " quòd licet minori ex officio, multo fortius maiori licere. argum. 33. quæſt. 2. hiſtoria. 35. quæſt. 6. ſi duo. argum. contra. 88. diſt. epiſcopus gubernationem. argu. ſi per contrarium. 8. quæſt. 1. ſi ergo.

" Maiori licet qđ licet minori.

a ¶ *Dictum.*] à Iacobo, vbi dixit, Infirmatur quis, &c. quamuis in hoc nomine presbyteri poſſunt intelligi epiſcopi. Argu. contra diſt. 50. pl acuit. verſ. vt manum non imponant.
b ¶ *Chriſmate.*] id eſt, oleo: vel, vt dicunt quidam, epiſcopus chriſmate, presbyter oleo inungit. H.

infir. §. ſed quia diſtinctio nominum differentiam rerum declarat, vt 21. diſt. cleros. ſic. C. de cod. nec codicillos.
m ¶ *Conſuetudine.*] Nihilominus ex inſtitutione, vt ſupra diſt. 93. legimus. & ita ex..di quod ſequitur, magis conſuetudine commune: arg. extra de his quæ fi. à prælat. nouit.

presbyteris dictum [a] eſt: quia epiſcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Ceterum ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate [b] ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam non ɑ pœnitentibus [c] iſtud infundi non poteſt [d]: quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur [e] quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His ergo, frater chariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus reſpondere curauimus.

ɑ ¶ Non pœnitentibus.] *In epiſtolis Innocentii iam impreſſis, quàm manuſcriptis (ſicut aliter teſtatur auctor gloſſæ) in concilio Vuormatienſi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem & in aliquot Gratiani codicibus legitur ſine negatione. Et in gloſſa (ut eſt in antiquis exemplaribus) utraque lectio exponitur.*

§ *Chriſma vero à ſuis epiſcopis ad baptiſmi ſanctificationem presbyteri petant.*
Vnde in concilio Carthagin. 4. c. 36.

¶ Chriſma ſingulis annis à proprio petatur epiſcopo. C. IIII.

[f] PResbyteri, qui [f] per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuſlibet epiſcopis [g], ſed à ſuis: nec per iuniorem clericum, ſed omni ɑ anno [h] aut per ſeipſos, aut per [i] illum, qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolennitatem chriſma petant.

§ *Huic capiti rubrica eſt propoſita ex aliquot vetuſtis exemplaribus.*
ɑ ¶ Omni anno.] *Verba hæc non ſunt in editionibus conciliorum Colonienſibus duabus, & quattuor tomis impreſſorum, neque infra de conſecr. diſt. 4. ubi hoc idem. ſed ex concilio apud Valeatium refertur. Verum & in Colonienſi priſca, ac trium tomorum, & duobus Pariſienſibus, duobuſque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. litteris. de conſecra. diſt. 3. à Fabiano Papa ſingulis annis nouum chriſma fieri præcipitur.*

Item Hieronymus ad caput primum epiſtolæ ad Titum, ad ea verba [& conſtituas.]

¶ Presbyter idem eſt qui epiſcopus, ac ſola conſuetudine præſunt epiſcopi presbyteris. C. V.

[a] OLim † idem erat presbyter, qui & epiſcopus. Et antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis, [Ego ſum Pauli [k], ego Apollo, ego autem Cephæ] cõmuni presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero vnuſquiſque eos, quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur † ceteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatũ ſemina tollerentur [l]. *& paulo poſt.* ¶ Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine [m], quam diſpenſationis † Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere.

Idem ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum de ſeptem gradibus eccleſiæ [3]

¶ Coram epiſcopis, presbyteris docere licet †. C. VI.

[e] ECce ɑ ego dico, præſentibus epiſcopis ſuis, atque adſtantibus in altari presbyteros poſſe ſacramenta cõficere. *& infra.* ¶ Sed quia [n] ſcriptũ eſt [Presbyteri duplici [o] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini,] prædicare eos decet, vtile eſt benedicere [p], congruũ confirmare [q], conuenit reddere communionem, neceſſe eſt viſitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia [r] Dei ſacramenta complere. *& infra.* ¶ Nemo hinc epiſcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus iraſcatur in templo, ſi presbyteri interdum exhortentur plebem, ſi in eccleſiis prædicent, ſi plebibus, vt ſcriptum eſt, benedicant. Etenim abnuenti mihi iſta ſic dicam: qui non vult presbyteros facere, quæ iubentur à Deo.

c ¶ *Non pœnitentibus.*] ita continua, vere ei, quem epiſcopus dignum duxerit ad viſitandum, & ita in originali habetur, non pœnitentibus; quod intelligit de ſolenniter pœnitentibus.
d ¶ *Non poteſt.*] ſic 50. diſt. c. vlt.
e ¶ *Negantur.*] Arg. quod excommunicatus vel anathematizatus non poſsit contrahere matrimoniũ [a]: quod non eſt verum, vt extr. de eo qui du. in mat. quam poll. per adul. ſignificaſti, in fi. Hug.
e ¶ *Negantur.*] Argu. omnia eiuſdem generis eodem iure cenſeri. arg. 1. diſt. 4. denique. arg. 1. diſt. 2. comperimus. arg. contra 50. diſt. ſtudeat. arg. diſt. 81. ſi quis ſacerdotum.

CHRISMA. Hæc eſt tertia pars diſtin. in qua dicitur, quod presbyteri debent chriſma à ſuo epiſcopo recipere: & epiſcopi debent honorare presbyteros: quia & ipſi presbyteri ſunt: & inſimul debent Dei eccleſiam gubernare. Quia autem vnus epiſcopus eſt maior, hoc fuit de conſuetudine [a]. & hoc probat per octo cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc vero dicit, quòd presbyteri debent petere chriſma à ſuis epiſcopis quolibet anno non per clericum minorem, ſed aut per ſe, aut per ſacriſtam, vt j. ſeq. cap. cuius caſus idẽ dicit.
f PResbyteri qui.] infra de conſe. diſt. 4. presbyteri.
g ¶ *Epiſcopis.*] Peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab aliis, quàm à ſuis, niſi forte priuilegiati ſint, vt poſsint petere à quibuſcumque velint.
h ¶ *Omni anno.*] Hoc exponitur de conſec. diſt. 4. omni tempore.
i ¶ *Per illum qui ſacrarium tenet.*] i. per diaconum. 23. diſt. non oportet. 3. Et not. quòd ex quo rex datur certo nuntio, eius eſt iam periculo cuius eſt nuntius, ſi nuntio rem dari voluit: ſecus ſi miſit nuncium [b]. vt eum admoneret, quòd ei res mitteretur. & hæc colliguntur ff. com. eum qui rem. §. ſi rem. & ll. duab. ſeq. & eſt arg. ff. de ſol. ſi quis. & l. ſi ſoluturus. ext. de pig. ſignificante.

O*lim.*] CASVS. Nunc repetit Gratianus de dignitate presbyterorum. Eſt ergo caſus. Infra oſtendit Hierony. in hoc c. quòd olim idem erat presbyter quod epiſcopus, & eccleſiæ regebantur communi eorum conſilio. Poſtea vero cum ſchiſma ortum eſſet, & vnus diceret, ego ſum Pauli, ego ſum Cephæ, ego ſum Apollo: quaſi ſum melior te, quia ſum baptizatus à meliori: ideo ſtatutum fuit, quòd vnus de presbyteris præeſſet omnibus. ſicut ergo conſuetudine presbyteri epiſcopis ſubiciuntur, ita epiſcopi ſciant ſe magis conſuetudine, quam conſtitutione aliqua præferri: nec ſine presbyterorum conſenſu diſponant eccleſias.
k ¶ *Pauli.*] id eſt, baptizatus baptiſmo Pauli [c].
l ¶ *Tollerentur.*] Et dicit lex, quòd commodius eſt ſingulas res ſingulis nominibus ſiue appellationibus diſtingui. inſtit. quib. mod. teſt.

E*cce ego.*] CASVS. Ruſticus Narbonenſ. epiſcopus non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere. reprehendit ergo Hieron. ipſum, dicens, quòd presbyteri prædicare poſſunt & benedicere. Et hoc probat 4. rationib. Prima eſt: quia presbyteri debent honorari duplici honore, id eſt, officio & beneficio. Secunda eſt: quia conceſſum eſt eis conficere corpus Chriſti, cui nihil põt anteponi: multo fortius eis cõcedi debent quæ ſunt minora. Tercia eſt: quia ex hoc maxima calamitas creſcit in gregibus Domini, ſi ſacerdotes remoueantur tanquã vitioſi. Quarta eſt: quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices, & etiam appellati ſunt epiſcopi. Quod probat 4. auctoritatibus. Prima eſt circa principium. Secunda ibi, *Etenim abnuentibus.* Tertia ibi, *Quis igitur hic rogo.* Quarta ibi, *Presbyteri negotiorum.*
n ¶ *Sed quia.*] Ita continua, dico quòd præſentibus epiſcopis poſſunt conficere: quia non ſolum hæc, ſed alia poſſunt facere. Ex vi litteræ & et probationis videtur, quod epiſcopi non prohibent presbyteros Miſſam cantare, ſed benedicere & prædicare, & cetera quæ ſequuntur.
o ¶ *Duplici.*] A clericis ſcilicet & laicis: vel quo ad obedientiam in ſpiritualib. & ſubminiſtrationẽ in temporalibus. Vel duplici, id eſt, officio prædicãdi, & ſumendi tympanum, id eſt, temporalia: iuxta illud: Sumite Pſalmum, &c.
p ¶ *Benedicere.*] [ee] cum epiſcopus abeſt. Sed hæc ſol. non valet: quia hic loquitur cum præſens eſt epiſcopus. vel intelligas iſtud quando benedicit priuatim ſine ſolennitate [d] alias contra. 21. diſt. denique. item contra. 26. q. 6. miniſtrare. Sed & illud ſimiliter intelligitur de ſolenni benedictione. Vel dic quòd quando cantat Miſſam præſente epiſcopo, debet innuere epiſcopo vt ipſe benedicat. & ſi vult epiſcopus benedicere, non benedicet presbyter. arg. de conſec. diſt. 1. cum ad celebrandas. aliter presbyter ſuo iure poteſt benedicere. nam eo ipſo quod ei dat poteſtatem benedicendi, ſupponitur ei tanquam minor, & poteſt ab eo benedici: arg. ff. de iu. om. iu. l. eſt receptum. & ff. ad Treb. ille à quo. §. tempeſtiuum. Hug. vel dic quòd eo ipſo, quòd permittit ei Miſſam celebrare, per conſequens omnia quæ ſine miſſa eſſe non poſſunt, vt ext. de of. del. præterea.
q ¶ *Confirmare.*] in fide. 11. q. 3. quòd prædeceſſor. vel inungere oleo infirmorum, vel chriſmate in vertice.
ADDITIO. Prima expoſitio præualet ſecundum H. & hoc patet per Hiero. quod ſequitur, exhortentur. Archid.
r ¶ *Omnia.*] quæ ad eos pertinent. arg. vocabulum generaliter prolatum non omnia particularia comprehendere: arg. contra. 28. diſt. de Syracuſanæ [e].

a Adde an poſsit fieri monachus, no. Bal. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccl.

1 De conſe. di. 4. presbyteri. Burc. l. 4. c. 76. Iuo p. 1 c. 270. Pan. l. 1. c. 101.

* Vide not. ſ. di. 93. c. legimus in gl. ad ver. poſtea.

b Si malum miſit, imputatur, vt le. & no. 3. q. 7. in grauibus. i pr. De hoc et not. in c. cõſueuit. ff. nau. cau. ſta. l. fi. §. ſeruorum. Arc.

c Sub. & ideo ſum melior. Hæc dicebant quidã credẽtes meritã baptizãtiũ aliqd operari in baptiſmo, quod falſum eſt. de conſ. di. 4. ſi inter. & c. baptiſm. H.

2 Anſ. l. 7. c. 127. Polyc. l. 2. tit. 39.
† *idem ergo eſt presbyter*] Orig.
2. Cor. 1.

† *ſupponeretur*] Orig.

† *diſpoſitionis*] Orig.

3 Inter opera Hiero. tom. 4. vel 9.
† *al. non licet*
4 Anſel. l. 7. c. 128.

1. Tim. 5.

ee Presbyter ſimplex, an poſsit benedicere epo præſente.
d Sed nec tales bñdictiones ſi presbyteris dare in præſentia epiſcoporũ, ſine licẽtia eorũ, vt in c. hic al. 21. di. denique. ſecũdũ Hug.
e Adde pro concordia huius gl. an & qñ verbũ generaliter prolatũ reſtringatur. gl. in l. 1. vnuſquiſq. C. de ſa. ſan. eccl. Bar. in l. 1. §. hoc aũt. ff. de no. op. nũ.

dicat, quis maior eſt Chriſto? aut quid corpori eius, aut ſanguini poterit anteponi? Si presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altario Dei ſacramēta benedicit, benedicere [a] populo non debet [b] qui Chriſtum etiam meruit conſecrare? *& paulo poſt.* ¶ Circa [β] laicos, ac mulieres iubentibus vobis, ô iniuſtiſſimi ſacerdotes, presbyter Dei, bñdictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiá prædicandi, truncatus eſt omni parte virtutū; ſolum presbyteri nomen [c] habet: plenitudiné, ac perfectioné, quæ conſecrationi eius competit, non retentat. ¶ Quis hic, rogo, ô ſacerdotes, honor veſter eſt, vt dānum gibbi † inferatis [d]? Quoniam cum paſtoribus per potentiá veſtrá aufertur Deo digna diligētia, contagiū quoddá, & calamitas creſcit in gregib⁹: ac Dñici [γ] patrimonij [e] dāna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſia potentari. *& paucis interiectis.* ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negotiorum [f] iudices eſſe mandati ſunt, presbyteri intereſſe ſacerdotum [g] cōcilio †: quoniam & ipſi presbyteri vt legimus, ep̄i nuncupantur; ſecundum quod ſcriptum eſt ad [δ] ep̄m [Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyteri] & alibi ad maiores natu [Qui vos poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei.] *& infra.* ¶ Sed oderūt hoc ſacerdotes ſuperbi in presbyteris nomen, qui nolunt eſſe hoc, quod Chriſtus, qui diſcipulorum pedes lauit: qui baptizatus eſt à Ioanne, licet baptizandum ſe Ioannes à Domino proclamaret. Propterea hæc ſcribo, vt ſi præteriti temporis error [h] non poteſt iam reuocari, vel ad præſens [i] in eccleſiis ſeruetur humilitas, vt presbyteri hoc in eccleſiis ſuis faciant, quod Romæ [k], ſiue quod in oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hiſpania, quod in Britānia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perſeuerat, quod in cœlis fit (quod maius eſt) vbi ſedes Angelorum † legis eſſe diſpoſitas.

[α] ¶ Ecce ego.] *Principium huius c. longè aliter legitur in libello de ſeptem gradibus, & additur negatio,* Nec ego dico præſentibus epiſcopis, atque adſtantibus altari, presbyteros poſſe ſacramenta conficere: ſed ſi forte vſus exegerit, vt venientes ad eccleſiam ſacerdotes eiſdem horis, quibus aut oblatio parata non ſit, aut non poſſit offerri, non debere epiſcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, &c.

[β] ¶ Circa laicos.] *In libello ſic legitur.* tamen credendum eſt ſummi ſacerdotis iúdicio, & hoc faciendum, quod iuſſerit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniuſtiſſime ſacerdotibus, non recte presbyter Deī, benedictionis, &c.

[γ] ¶ Ac dominici.] *Ibidem eſt* ac Deo noſtro, non patrimonij ſui damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſiis potentari?

[δ] ¶ Ad epiſcopum.] *Hoc loco longe plenior eſt ratio in libello. & probat auctoritate Apoſtoli ad Timotheum, multa alia aſſeruntur.*

Item ad Nepotianum, epiſt. 2.

¶ Epiſcopi, & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant. C. VII.

ESto ſubiectus Pontifici tuo, & quaſi animæ parenté ſuſcipe. *& paulo poſt.* ¶ Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, nō dominos, honorét clericos quaſi clericos [l], vt & ipſis à clericis, quaſi ep̄is honor deferatur [m]. ¶ Scitum eſt [n] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam vt principem [o], cum tu me [p] nō habeas vt ſenatoré? ¶ Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopum, & presbyteros eſſe nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnum templum: vnū ſit etiam miniſterium. ¶ Recordemur ſemper, quid Apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus [Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacti, ſed ſpontanee, ſecundum Deum: neque vt turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neque vt dominantes in clerū, ſed forma facti gregi † ex aīo, vt cum apparuerit princeps paſtorū, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.] ¶ Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſiis tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui: quaſi aut inuideant [q], aut non dignentur audire. [Et ſi alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum [r] ſedenti [s], prior taceat [t]] *& paulo poſt.* ¶ [Gloria patris eſt filius ſapiens.] Gaudeat ep̄s iudicio ſuo, cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes.

Item ex concilio Laodicenſ. c. 56.

¶ Presbyteri epiſcopos non præcedant, ſed comitentur, vel ſubſequantur. C. VIII.

NOn oportet [u] presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere [x] in tribunalibus [y], ſed cum epiſcopo ingredi, niſi forte aut ægrotet epiſcopus, aut in [α] peregrinationis [z] commodo eum abeſſe conſtiterit.

a ¶ *Benedicere.*] id eſt, abſoluere, vel priuatim reconciliare, non ſolenniter, vt 26. q. 6. c. 1.

b ¶ *Non debet.*] Argu. cui licet plus, licet & minus, vt 16. q. 1. c. 1. Sed manus tripliciter dicitur efficacia, vt baptiſmus, vt 32. diſt. §. verum. ſcilicet quia mortalia tollit & venialia. propter rem ſubiectam, & ſanctitatem, vt corpus Chriſti, vt hic. auctoritate miniſtrantium, vt quæ ad epiſcopos ſolos pertinét, vt infra de conſe. diſt. 5. manus. & quarto modo propter ſignificationé, vt matrimonium quod ſignificat Chriſti & eccleſiæ coniunctionem. ext. de biga. debitum. quinto propter multitudinem cōuerſorum. 1. q. 1. interrogo.

c ¶ *Nomen.*] Arg. C. de cur. fu. cum aliis. in fi.

d ¶ *Damnum gibbi inferatis.*] id eſt, remoueatis presbyteros à conſecratione & prædicatione, ſicut illum qui gibbum habet, vt ſupra diſ. 69. hinc etenim. vel demum gibbi, quia nō prædicantib. presbyteris incuruatur populus in delictis, & quaſi gibboſus efficitur.

e ¶ *Patrimonij.*] id eſt, rerum eccleſiæ. ſupra 21. diſt. in nouo.

f ¶ *Negotiorum.*] id eſt, cauſarum, vt 11. q. 1. relatum. & 2. q. 5. ſi quis.

g ¶ *Sacerdotum.*] id eſt, epiſcoporum. ergo & omnes intererūt concilio metropolitani, vt 18. diſt. c. pen. & vlt.

h ¶ *Error.*] Hic collige quòd ea quæ per errorem ſtatuta ſūt, ex diuturna vtentium approbatione ius faciunt. Io. q[a] falſum eſt, cū conſuetudo debeat eſſe rationabilis & præſcripta [a], vt ext. de cōſu. c. vlt. nec iſta littera contradicit. B. vt ratione multitudinis excuſentur à pœna, nō à culpa, vt 3. di. 4. deniq; quod enim factum eſt, infectum eſſe non poteſt. in auth. de æq. do. §. 1. colla. 4. ff. de capt. l. in bello. § factæ.

i ¶ *Vel ad præſens.*] id eſt, amodo.

k ¶ *Quod Romæ.*] ſcilicet vbi minores exercent ſua officia præſentibus maioribus.

ESto ſubiectus.] CASVS. Quædā conſuetudo peſſima erat in quibuſdam eccleſiis, ſ. quòd presbyteri præſentibus. ep̄is non audebāt prædicare vel loqui. Sed Hieron. oſtendit q̄ ſubditi debent obedire prælato, & prælatus non debet ſubtrahere ſubditis debita. & hoc probat quinq; rationibus. Prima eſt ibi, *Scitum eſt illud.* Secunda ibi, *Quod autem Aaron.* Tertia ibi, *Vnus dominus.* Quarta ibi, *Recordemur.* Quinta ibi, *Sed ſi aliquid, vt inquit.* Omnia capitula quæ ſequuntur vſque ad diſtinct. plana ſunt.

l ¶ *Quaſi clericos.*] Hoc eſt contra ſupercilium epiſcoporum " qui ſubditos appellant filios, cum debeant eos appellare fratres, vt 8. q. 1. quid autem. vel ſocios, vt 10. q. 3. cauendum. caueant tamen clerici, ne cum ſcribunt epiſcopo, vocent eum fratrem, prout dicit dominus Imperator, quòd iudices ſuperioribus honorem debent facere in ſalutatione. C. de of. diuer. in l. 2. arg. C. de off. præfe. vr. l. 1. vbi hoc idem dicitur.

m ¶ *Deferatur.*] Sed pone quòd ep̄s aliter ſe habeat contra iſtum quàm debeat: nūquid iſte ſuo iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur q̄ ſic. arg. 45. diſt. cum beatus. 22. q. 5. de forma. " & fides non eſt ſeruanda non ſeruanti [b]. ext. de iure iu. peruenit. 2. ſecus tamen eſt [c]: conſulo tamen ei, vt agat per ſuperiorem. arg. 11. q. 3. ſi epiſcopis. 9. q. 3. nunc vero.

n ¶ *Scitum eſt.*] id eſt, ſapienter dictum eſt. H. & ideo ſciri dignum. Lau. hoc eſt, ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

o ¶ *Vt principem.*] Factum reſpicit. nam de iure tolerādus eſt prælatus vſque ad ſententiam. 8. q. 4. nonne.

p ¶ *Me.*] Arg. q̄ fruſtra petit debitū qui quod debet non impendit, vt 28. qu. 1. ſi infidelis. 32. q. 5. non mœchaberis. & c. ſi ducturi ſupra diſtin. 9. neque. 1a. ſi. 10. q. 1. placuit. 22. q. vlt. de forma. 18. qu. 2. abbatibus. argu. contra. 11. q. 3. inter verba. 93. diſt. dominus. 33. q. 5. quod Deo. Hug.

q ¶ *Inuideant.*] Argu. " contra epiſcopos qui malunt habere illiteratos quàm litteratos circa ſe.

r ¶ *Reuelatum.*] ſupra diſt. 8. fruſtra. C. de off. re. pro. l. potioris.

s ¶ *Sedenti.*] in loco inferiori.

t ¶ *Taceat.*] deliberando in ſermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

v NOn.] ¶ *Oportet.*] Tempore ſolennium officiorum, vel cum redeūt a proceſſione ad chorum.

x ¶ *Et ſedere.*] coniungas ingredi & ſedere: alias falſum eſſet.

y ¶ *In tribunalibus.*] Argument. C. de hæretic. & manichæis. cuncti.

y ¶ *In tribunalibus.*] id eſt, in ſede iudiciaria, vt iudicent ſine eo.

z ¶ *In peregrinationis.*] de licentia ſuperioris. j. de conſe. diſt. 5. non oportet. & de conſenſu ipſius eccleſiæ. extra de vot. & vot. red. c. magnæ. & etiam domini Papæ.

" Ep̄i ſubditos debent fratres appellare.

" Frāgenti fidem fides frāgatur eidem.

b Ad hoc fa. q̄ not. dicit in glo. ſeq. arg. q[d], &c.

c Adde not. gl. in l. vt reſponſum. & ibi Bal. C. de tranſa. gl. in l. cum proponas. C. de pact.

" Ep̄i litteratos ſecum habeat.

Margin: † *gregibus.*] vera lectio. — 2. Tim. 3. — † *concilio.*] Orig. — 1. Tim. 4. — Act. 20. — Ioan. 13. — Matth. 3. — † *terram*] ori. — 1 Anſel. l. 7. c. 121. — 1. Petr. 5. — † *al. gregis.* — 1. Cor. 14. — Prouerb. 10. & 13.

a Adde q̄ ſit conſuetudo rationabilis & præſcripta in l. de quibus. ff. de legib.

Epiſcop

a E[piſcopus.] ¶ N[on patiatur.] ita quod non liceat ei ſedere, niſi presbyter aſſumeret ſibi officium ſtandi. C. de poſtu. quiſquis. §. vlt.
b E[piſcopus.] ¶ [Collegam ſe.] ita tamen quòd non contemnatur. ff. de off. præt. obſeruandum. Ioan.
c P[resbyter.] ¶ Non ſign[et.] in vertice: quia in fronte non pôt etiam auctoritate epiſcopi, vt de conſecrat. diſt. 4. presbyteri.

I[Llud autem.] In hac diſt. probatur, quod conſtitutiones laicorum non præiudicant eccleſiis: quia nihil iuris laicis de rebus eccleſiaſticis conceſſum eſt, niſi ſola defenſio: & hoc probat per ſe auctor. Io. d Fan. CASVS. Supra i diſt. 79. poſuit Grat. conſtitutionem Honorij latam ſup electione Romani Pontificis. ſed ne aliquis crederet, quod laicis eſſet attributa poteſtas diſponendi aliquid de reb. eccleſiæ, & faciendi cõſtitutionem ſuper ipſis: ideo Grat. nunc dicit, quod illa conſtitutio nullius fuit momenti: cum a laico facta fuerit: quia nô habet ptâtem aliquid diſponendi de reb. eccleſiæ: quare conſtitutio Baſilij nihil valebat, vt infra ea. c. 1. bene tñ dicit, quod conſtitutio Honorij facta fuit auctoritate Papæ: idò valuit. d ¶ Illud autem.] Hic depingitur 96. diſt. magiſter poſuit conſtitutioné Honorij Auguſti latam ſuper electione Romani Pontificis. 79. diſtinct. ſi duo. Sed ne viderentur laici habere poteſtatem conſtituendi vel diſponendi de reb. eccleſiæ: ideo reducit hic illam conſtitutionem ad memoriam, " vt oſtendat quod laicus non habet poteſtatem ſuo iure conſtituédi aliquid de rebus eccleſiæ. bene tñ pñt laici rogati conciliis intereſſe, & de rebus eccleſiaſticis conſtituere. no tñ vt valeat eorũ conſtitutio, quia ipſi conſtituerunt: ſed quia ratum habet eccleſia, vt dicit Gratia. infra diſt. prox. .t. & c. B[Ene quidem.] CASVS. Symmachus Papa ægrotans cum de ſalute corporis deſperaret, timens ſchiſma poſſe contingere poſt mortem ſuam, iniunxit Baſilio, vt intereſſet electioni ſucceſſoris poſt mortem ſuam propter ſchiſma timendum tempore procedente quidã epiſcopi tractabant de electione ſucceſſoris Symmacho adhuc viuente. quo audito Baſili' cõgregauit concilium, & fecit conſtitutionem ne liceret electionem Papæ fieri ſine eius præſentia: nec liceret Papæ alienare res eccleſiæ, & ſi alienatæ eſſent, reuocari debere: & quædam alia, quæ in capitulo recitantur, conſtituit. Symmachus autem poſtea reconualeſcens poſt mortem Baſilij congregata ſynodo omnia poſt recitationem eorum retractauit. Et no. quòd quandoque loquitur Symmachus, vt in principio: quandoque notarius, qui continuat verba diuerſorum per totum hoc cap. quandoque ſynodus, quandoque Baſilius: quandoque aliquis de ſynodo. & ego cum Hu. ad maiorem intelligentiã aliquantulum latius poſui caſum, quam Bened. Duo c. ſeq. per te videbis. e ¶ Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione ſui ſucceſſoris propter ſtrepitus hæreticorum ſchiſma interueniret. " rogauit Patritium Baſilium, qui gerebat vices Odoacris regis, quod ipſe intereſſet in electione ſui ſucceſſoris. Baſilius ſtatim Symmacho viuente fecit quamdam conſtitutionem, ſcilicet quod ſine eius conſultatione non fieret electio ſummi Pontificis. Præterea, quòd non liceret alicui prædium ipſius eccleſiæ alienare: quæ conſtitutio retractatur hic: tũ quia ibi quædam conſtituta ſunt quæ a laico non poſſunt conſtitui: tum quia res eſſet mali exempli. 63. diſtinct. §. verum. f ¶ Plenitudo.] infra 6. q. 1. ſi omnia. g ¶ Maxime.] bene diffiniuit, ſupple. h ¶ Memoriæ.] ergo iã deceſſerat Baſilius tempore huius ſynodi. i ¶ Vel ſubſcripſit.] arg. " in contractibus rerum eccleſiaſticarum non ſufficere conſenſum clericorum: nec alienationib. niſi ſpecialiter ſubſcribant ², arg. 10. q. 2. caſellas. 12. q. 2. abbatibus. & c. ſine exceptione. k ¶ Inde diſputem.] non eſt diſputãdum de eo, de quo ſtatim conſtare poteſt. ſi ergo vxor petat ſibi virum reſtitui, & vir paratus eſt incontinenti probare cõſanguinitatem, non eſt audienda. ff. vt in poſ. le. ſi is a quo. arg. contra extra de reſtit. ſpol. c. litteras. l ¶ Synodus.] verba notarij. m ¶ In Mauſoleo.] verba ſunt ſcriptoris. " Mauſoleum proprie eſt ſepulchrum principis. Et dicitur a Mauſoleo Rege, cui vxor Arthemiſia pudicitiæ inſignis conſtruxit ſepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia ſepulchra ſic ſunt appellata. n ¶ Electione.] non tamen, vt aliquid inde conſtitueres, & ita exceſſiſti finem mandati Baſili.

1 Iuo par. 5. c. 337.
2 In capitul. Mart. Brac. c. 52. de cõſ. diſt. 4. omni tempore. M. Brac. c. 56.
3 Anſel. l. 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Iuo p. 2. c. 53.
† οἱ πρεσβύτεροι.
" laici de rebus eccleſiæ nihil pñt cõſtituere.
4 3. diſt. 69. c. ſi duo.
5 Iſyno. Ro. 3. ſub Symmacho. c. 1. & ſeq.

« ¶ In peregrinationis commodo.] *Sic priſca verſio: ſed Dionyſius longe propius ad verba Græca* niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur epiſcopus. ...

Item ex concilio Carthaginenſi. 4. c. 34.

¶ Epiſcopus non dominum, ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat.

C. IX.

EPiſcopus in quolibet loco ſedens ſtare presbyterum non patiatur [a].

Item ex eodem, c. 35.

¶ De eodem. C. X.

[1] EPiſcopus in eccleſia, & in conſenſu presbyterorum ſublimior ſedeat. Intra domum vero collegam ſe [b] presbyterorum eſſe cognoſcat.

Item in concilio Martini Papæ.

¶ Sine præcepto epiſcopi presbyter non ſignet infantes. C. XI.

[2] PResbyter præſente epiſcopo non ſignet [c] infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

[*Item ex concilio Neocæſarienſi a, c. 13.*]

¶ [De eodem.] C. XII.

PALEA.

[3] PResbyter ruris, in eccleſia † ciuitatis, epiſcopo præſente, vel presbyteris ipſius vrbis, offerre non poſſunt, nec panem ſacrificatum β dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, & ad γ dandam orationem vocentur ſoli, dare debebunt.

α ¶ Neocæſarienſi.] *Antea citabatur ex Gangrenſi. Reſtituta eſt inſcriptio ex cæteris collectoribus. Eſt autem hæc fere Dionyſij verſio.*
β ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur* ſanctificatum, *Græce eſt in concilio* ... *Sed apud Balſamonem* ... *Id eſt*, panem myſticæ precationis.
γ ¶ Ad dandam orationem.] ... *Id eſt*, & ſolus ad myſticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCT. XCVI.

[4] I*Llud autem* [d] *Honorij Auguſti, quod de electione ſummi Põtificis ſupra conſtituiſſe legitur, nullius eſſe momenti probatur: cum non ſolum de ordinibus, ſed nec etiam de rebus eccleſiaſticis legatur aliquando laicis attributa diſponendi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis eſſe monſtrantur.*

Vnde Symmachus epiſcopus catholicæ eccleſiæ vrbis Romæ ſynodo præſidens dixit [5].

¶ De rebus eccleſiaſticis diſponendis, laicis nulla facultas relinquitur.

C. I.

BEne [e] quidem fraternitas veſtra eccleſiaſticis legibus obſecuta ſub diuini timore iudicij, quæ erant ſtatuenda, definiuit, & ad iuſtitiæ cumulum peruenit, dum ſufficienter vniuerſa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo [f], maxime [g] de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinæ eccleſiaſticæ fecit reſpuere, *& paulo poſt.* ¶ Quorum exceſſus enarrare difficile eſt: vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini veſtro intimare non differo. Dixerunt inter alia, ſcripturam quamdam illuſtris memoriæ [h] Baſilium, quaſi pro eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ, conſcripſiſſe: in qua nullus Romanæ eccleſiæ, nec interfuit, nec ſubſcripſit [i] antiſtes, per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde diſputem [k], vnde † poteſt veſtrum iudicare concilium: requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoſcatis, cuiuſmodi poſſit habere ſubſtantiam. ¶ Sancta ſynodus [l] reſpondit, deferatur in medium, vt cuiuſmodi ſit, poſſit agnoſci. Et dum diceret, Hormiſda diaconus recitauit. [[6] Cum α in † Mauſoleo [m], quod eſt apud beatum Petrum Apoſtolum, reſideret † ſublimis, & eminentiſſimus vir, præfectus prætorio, atque patritius, agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris Baſilius, dixit [7]. Quamquam ſtudij veſtri †, & religionis intereſſit, vt in epiſcopatus electione [n] concordia principaliter ſeruetur eccleſiæ: ne tamen † per occaſionem ſeditionis, ſtatus ciuitatis † vocetur in dubium, admonitione † beatiſſimi viri Papæ noſtri Symmachi [8] Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, vt propter illum ſtrepitum, & venerabilis eccleſiæ detrimentum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione, cuiuſlibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Creſconius epiſcopus ciuitatis Tudertinæ eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu dixit. [Hic perpendat ſancta ſynodus, vtì † prætermiſſis † perſonis religioſis, quibus maxime curæ eſt de tanto Pontifice, electionem laici in ſuam redegerint poteſtatem: quod contra canones eſſe manifeſtum eſt.] ¶ Itẽ Hormiſda diaconus legit. [9] Nam & cum quid

" Baſilius à Symmacho rogatus intereſt electioni Papæ.
6 ibid. c. 2.
† in nunnaria beatum] Orig.
† reſediſſent, ſublimis] ori.
† ſed ut poſſit] Orig.
" conſenſus clericorũ in cõtractib. rerũ eccleſiaſticarum.
7 verba Baſilij.
† noſtri] ori.
† al. ne per
† al. ciuilitatis.
† al. tñ admonitione.
8 Addit dictio [Symmachi] ab Ori. ſed auctor eius glo. habuit. a d hoc no. 100. di. optatum. ibi videas. Item aude i quib. caſib. requiratur ſubſcriptio. no. Ban Laio'. 3. ſenatus. ff. de ſal.
" Mauſoleũ quid ſit.
† al. ut rem.]
† prætermiſſis perſonis religioſis]
codex can.
9 verba Baſilij.

a Adde tex. in l. ſi quis ex argentariis §. ſi inſtium. ff. de eden. no. in auth. vt ſpo. no. impe. in prin. & §. ſi qua. col. 5.

b ¶ Mentionem.] de eis conſeruandis. Quid autem iurare debeat qui pallium petit, habes ext. de iurei. ego. & de ele. ſignificaſti. & notatur 23. diſt. quamquã.

c ¶ Subſcriptione.] argu. "donationem epiſcopi nihil valere, niſi eius ſubſcriptione firmetur, ſicut cum concedit aliquem locum, vel iuriſdictionem alicuius loci alicui loco vel hoſpitali: argu. diſt. 96. bene. arg. 12. qu. 2. ſine exceptione. & c. cum redemptor.

2 Anſel. l. 6. c. 90.

" Epi donatio ſine ſubſcriptione non valet.

d ¶ Aliquem.] arg. quẽ per alium iurare. ſ. diſt. 63. tibi domino. ſ. 27. q. 4. metuentes.

e ¶ Iureiurando.] extr. de iu. cal. inhærentes.

Item Gregorius Aregio epiſcopo Francorum. lib. 7. epiſt. 111.

¶ Qui pallium deſiderat accipere, prius à ſe remouere illicita promittat. C. V.

[2] IN ea ſynodo, quam contra ſimoniacam hæreſim per fratrem, & coepiſcopum noſtrum Syagrium decreuimus congregari, ſanctitatem veſtram volumus intereſſe, atque eidem fratri ita pallium, quod tranſmiſimus[f], tribui, ſi prius ſe promiſerit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem ſynodicam à ſancta eccleſia remouere. De qua ſynodo omnẽ nobis ſubtiliter ordinẽ tuam fraternitatem volumus ſcriptis diſcurrentibus [g] nuntiare, vt ipſe, cuius nobis ſanctitas valde experta eſt, nos reddas de omnibus certiores.

Item Virgilio Epiſcopo Arelatenſi, libr. 4. epiſt. 51. ſeu ca. 95.

IN ea ſynodo, quam.] CASVS. Gregorius præcepit Syagrio archiepiſcopo, vt deberet contra ſimoniacam hæreſim ſynodum congregare: huic ſynodo vult Aregium epiſcopum Francorum intereſſe. præcipit ergo Greg. epiſcopo, vt illuc vadat, & pallium quod tranſmiſit Syagrio epiſcopo concedat, ſi prius promiſerit illicita, quæ prohibita ſunt in ſynodo, ab eccleſia remouere. Item præcipit ei, vt omnem veritatem & ordinem de illa ſynodo ſcriptis planis & apertis debeat ſignificare. Capitulum quod poſtea ſequitur, planum eſt: in quo dicitur quando archiepiſcopus, & vbi pallio vti debet.

f ¶ Quod tranſmiſimus.] Argu. " pactiones in donatione ſpiritualium poſſe interuenire, & conditiones: arg. contra 1. quæſ. 2. quam pio. Sed ibi intelligitur pactio & conditio illicita, ſed hæc eſt licita, cum ad eam nihilominus teneretur. Vel ante electionẽ nulla debet eſſe, ſed poſt electionem ante conſecrationem poteſt eſſe, ſaltem licita, vt de rebus & conſuetudine eccleſiæ, & fidei articulis & huiuſmodi obſeruandis. & hoc a maiori non a minori exigi poteſt. arg. 27. diſtin. de Syracuſanæ. vt no. 8. qu. 3. in ſumma." Vel dic quòd hæc dictio, ſi, non notat hic conditionem, ſed quandam modificationem: arg. ff. de tutel. mutu. §. ſecundo. ſic ponitur extr. de elect. ſignificaſti[b]. immo nec dicitur conditio, cum ſubintelligatur. ff. de cond. & de. conditiones. Argumen. contra. quia conditio eſt. Nam ſi dico: dare illi ſi iurauerit: hoc eſt dicere, non dare illi niſi iurauerit. ff. de condit. & dem. quibus diebus. §. 1. Ioan. Ego credo quòd honeſta & licita conditio apponi poteſt in collatione ſpiritualium: vt extr. de elect. ſignificaſti. & extr. de ſer. non or. eo libentius. B.

" Actiones interuenire poſſe in ſpiritualium donatione.

" Si, non ſæpe conditionẽ notat.

b Immo ibi exponitur pro qa, vt not. ext. de ſpõſ. du. c. 1. in gl. ſi de fornicatio. Arc.

g ¶ Diſcurrentibus.] i. cito directis.

¶ Non niſi ad miſſarum ſolennia archiepiſcopo vti pallio licet. C. VI.

[3] PAllium tibi tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra eccleſiam[h] ad ſola Miſſarum [i] ſolennia vtatur.

3 Anſel. l. 6. c. 98.

[*Item Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 2. epiſt. 54. ſeu c. 93. indict. 11.*]

PAllium tibi.]

h ¶ Intra tuam eccleſiam.] id eſt, eccleſiam quamcumque tuæ diœceſis. extr. de vſu pal. capit. 1. non autem poteſt vti pallio alterius, vt extr. e. capit. ad hæc. nec in alterius diœceſi. e. tit. c. ad honorem.

i ¶ Miſſarum.] Et in ſynodo etiam vti poteſt: " ſed non poteſt ſynodum congregare ante ſuſceptionem pallij, vt ext. de elect. ſignificaſti. tamen cap. prox. dicere videtur, quòd tantum in eccleſia debeat vti pallio: nec in proceſsione vtetur eo, vt extr. eo. c. 1.

" Archieps añ pallij ſuſceptionẽ ſi côuocat ſynodum.

¶ De eodem. C. VII. PALEA.

[4] NOn multum temporis interuallum eſt, quòd quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nuntiata, de quibus vobis, veniente illuc Caſtorio notario ſanctæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſiæ, ſubtiliter nos indicaſſe meminimus. Peruenerat námque ad nos quædam in eccleſia veſtra cõtra cõſuetudinis, atq; humilitatis[ß] tramitẽ geri, quæ ſola, vt bene noſtis, eſt officij ſacerdotalis erectio. Quæ, ſi ſapientia veſtra mãſuete, vel cũ epiſcopali ſuſcepiſſet ſtudio non de illis accendi debuerat, ſed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

4 Anſel. l. 6. c. 87.

ß ¶ Humilitatis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſa epiſtola. Antea enim legebatur*, contra vtilitatem eccleſiæ, & cõſuetudinis tramitem geri: quæ ſola, vt bene noſtis, eſt officij ſacerdotalis ereptio.

Item Ioanni epiſcopo Rauennati, in eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. VIII.

[5] COntra morẽ quippe eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſimè [k] toleratur, (quod à vobis abſit) etiam iniuſta correctio †, *& infra.* ¶ Illud frater chariſſime tibi nõ putamus ignotum, quod pene de nullo metropolitano in quibuſlibet mundi partibus ſit auditum, extra Miſſarum tempus, vſum ſibi pallij vindicaſſe. Et quod bene hanc cõſuetudinem generalis eccleſiæ noueritis, veſtris nobis manifeſtiſſimè ſignificaſtis epiſtolis: quibus præceptũ beatæ memoriæ deceſſoris noſtri Ioannis Papæ nobis in ſubditis tranſmiſiſtis annexũ, continens omnes conſuetudines [l] ex

5 Anſel. l. 6. c. 95. Pol. l. 2. tit. 10.

† *al. correptio.*

COntra.] CASVS. Ioannes archiepiſcopus Rauen. extra Miſſarum ſolennia pallio vtebatur: ſuper quo cum a Gregorio reprehenderetur, defendebat ſe priuilegiis Apoſtolicorum: in quibus omnes conſuetudines ſuæ eccleſiæ erant confirmatæ: quare Papa ſcribit ei dicens: Aut defendit ſe conſuetudine generali, aut priuilegio. Generali conſuetudine ſe tueri non poteſt: quia alij archiepiſcopi hoc non faciunt. Si vero priuilegio ſe tuetur, neceſſe eſt, vt illud oſtendat: quod ſi oſtendere non poteſt, à tali præſumptione de cetero ceſſet: ne eius exemplo alij archiepiſcopi talia ſibi velint vſurpare.

k ¶ Patientiſſime.] Arg. " quòd licet videatur iniuſtum quod præcipit prælatus, patienter tamen ferendum eſt. ſ. diſtinct. 31. ante triennium. & diſtinction. 19. in memoriam. 13. quæſtion. 1. quid culpatur.

" Prælati præceptum etiã iniuſtum eſt faciendum.

l ¶ Conſuetudines.] "Sed nunquid valet priuilegium ita generale? Sic, vt 19. diſtinct. ſi Romanorum. Et eſt ſi. 9. qu. 2. epiſcopi. 23. diſtinct. præterea. ff. de leg. 1. l. ſi quando. tamen cum hoc priuilegium obſcure loquatur, & faciat mentionem alterius priuilegij vel conſuetudinis, neceſſe eſt vt illud exhibeatur, vt 76. diſtin. ieiunium. in princ. & extr. de verbo. ſig. abbate. vt not. ſ. diſtinct. 9. vt veterum. Ad hoc dicunt quidam, quod ſi in hoc priuilegio inſeritur totus tenor primi, non eſt neceſſe primum exhiberi extr. de iur. cal. inhærentes. C. de do. ſi donatio. ff. de don. ex hac ſcriptura. ff. de adminiſtr. tutor. chirographis. Sed certe illud non ſufficit. nam adhuc poteſt eſſe falſitas in bulla vel filo, vt extr. de priuil. cum olim. in fin. Alij dicunt, quòd ſi auctoritate iudicis eſt reſcriptum publicatum, non eſt neceſſe exhiberi, ſecus ſi per tabellionem: quia publicatio facta corã iudice fidem facit, licet poſtea perdatur, vt C. de teſt. publicati. & iudex diligentius ſingula conſiderat quam tabellio. Sed iſtis obcat. de

" Priuilegiũ exemplatum exhibere vtrũ ſufficiat.

a In fin. ver. veritate. vbi dr, q omnia geſta pſumũ tur p omnia rite celebrata, ſi geſta à tabellione ſcribuntur. Arch.

ext.de ſent.& re iu. cum inter. in fi. Ad hoc dico, q ſufficit ſi coram iudice eſt publicatum: ita vt non teneatur exhibere prius inſtrumentum niſi aduerſarius dicat ſe velle probare falſum: tunc enim debet illud exhibere, licet prius fuerit ei fides impoſita: niſi iuret illud ſe perdidiſſe, vt C. de fid. inſtrum. l. vlti. Ioan. Hoc hodie determinatur ext. de fid. inſtr. c. vlt. B.

a ¶ *Priuilegio.*] vide qualiter argumentatur: ex quo per priuilegium hoc vendicatur: non ergo de iure communi hoc poteſt vendicari: quaſi ſimul non poſſit quis inniti priuilegio, & iure cõmuni, vt 16. q. 1. hinc eſt. & ff. de le. 1. ſi quido. "Sed certe quandoque vtitur quis & priuilegio & iure communi, vt extr. de conſue. cum dilectus. nec renunciat quis priuilegio militari, licet vtatur iure communi, vt ff. de mil. teſt. l. 3. ſic ff. de pri. cre. l. antep. 23. diſt. quamquam. in princ. Sic iuri communi & etiam conſuetudini poteſt quis inniti, vt ext. de con. cap. ſopitæ. & 95. diſt. olim. Io. Sed certe quidquid dicat. Ioan. no dicitur priuilegiũ de eo quod competit de iure communi, quod priuilegium ſit lex priuata. ſ. di. 3. priuilegia. nec illa decre. de conſue. cum dilectus. contradicit: immo concordat, cum confirmatio ad priuilegium, & electio ad ius commune pertinere dicantur. ex tra. de elect. cum inter. ad fi. Bar.

"Priuilegio & iuri cõi quandoque inniti.

priuilegio a prædeceſſorum noſtrorum conceſſas vobis, eccleſiæ quæ veſtræ debere ſeruari. Confitemini igitur aliam eſſe generalis eccleſiæ conſuetudinem, poſtquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium b metropolitanorum etiam à tua eſt fraternitate ſeruandus, aut ſi tuæ eccleſiæ aliquid ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumue à prioribus Romanæ vrbis Põtificibus, quòd hæc Rauennati eccleſiæ ſunt conceſſa, à vobis oportet oſtendi c. Quòd ſi hoc non oſtenditur d, reſtat poſtquam talia agere neque conſuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vſurpaſſe te comprobes e, quod feciſti. *& infra.* ¶ Decorari pallio volumus, forſam moribus indecori, dum nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius f fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, ſi honores ſuos ſibi quibuſlibet argumentis ſtabili propoſuit mente defendere, aut generalitatis vſum ex non ſcripto g ſequi, aut ex ſcriptis† priuilegijs ſe tueri h. Quòd ſi ſo poſtremo nihil horũ eſt, aliis metropolitanis huius te pbere nolumus præſumptionis exemplum.

3 *Priuilegia quoque cum vſu pallij ſemper debent concedi.*

Vnde idem Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtodunenſi, lib. 7. epiſtola 112.

¶ Cum vſu pallij aliqua priuilegia debẽt concedi. C. IX.

RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cum vſu pallij aliqua ſimul, ſicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura i quoque ſolicitudinis debet ac creſcere, vt cultui veſtium, actionis a quoque ornamenta conueniant, oportet, vt enixius in cunctis ſe ſtudiis veſtra fraternitas exerceat, & circa ſubiectorum k ſanctus ſit cura vigilans, vt veſtrum illis exemplum inſtructio, & vita magiſtra ſit.

a ¶ *Et circa.*] *Locupletiùs eſt hic locus ex originali.*

Idem Ioanni epiſcopo primæ Iuſtinianæ Illyricæ, lib. 4. epiſt. 15. ſeu ca. 59.

¶ Vſus pallij conceditur, & antiqua priuilegia innouantur. C. X.

3 PAllium vobis ex more tranſmiſimus, & vices l vos Apoſtolicæ ſedis agere iterata innouatione decernimus.

Idem epiſcopis Epiri, lib. 5. epi. 7. ſeu cap. 107. indict. 14.

¶ De eodem. C. XI.

4 SCriptorum veſtrorum inſinuatio, fratres chariſſimi, patefecit Andream fratrem noſtrum Nicomedianæ ciuitatis epiſcopum, Deo propitio, ſolenniter ordinatum m. *& infra.* ¶ Suprafcripto igitur Andreæ fratri & epiſcopo noſtro pallium nos direxiſſe agnoſcite, atque priuilegia n, atque cuncta conceſſiſſe, quæ prædeceſſores noſtri eius prædeceſſoribus contulere.

DISTINCTIO CI.

IN vna autem prouincia duo metropolitani eſſe non debent: ſicut in Chalcedonenſi concilio, cap. 12. ſtatutum eſt.

g ¶ *Ex non ſcripto.*] infra 25. quæſt. 2. inſtitutionis. ſ. diſtinction. 1. conſuetudo.

h ¶ *Tueri.*] ſupra diſtinct. 11. catholica. argumen. contra. Sol. onus poteſt quis inducere ſibi ex conſuetudine, non honorem. 8. qu. 1. in ſcripturis.

PRIVILEGIA. Hæc eſt quinta pars huius diſtinct. in qua oſtendit Gratianus quod priuilegia cum pallio ſunt concedenda.

RAtionis.] CASVS. Syagrius epiſcopus a Gregorio pallium poſtulauit. Gregorius vero pallium ſibi largitus eſt & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet creſcere ſolicitudo: ideo præcipit ſibi vt ſolicitus ſit circa curam ſubiectorum. Duo ſequentia capitula plana ſunt, & per te videbis.

a Ad actione hic capi p actu ſi. in l. 1. ff. de off. pſe. vt. Ale. & in l. traſactiões C. de tranſa. & in aut. hoc ius. C. de ſa. ſan. eccle.

i ¶ *Cura.*] Argum. ad quem pertinet honor, & onus, vt diſt. 56. Dominus noſter. diſtin. 86. fratrem. diſt. 13. nerui. 49. diſtinct. ante omnia. diſtinct. 35. eccleſiæ. "nam dicit lex, quòd vtilitas per dignitatem augmentatur. ff. de iud. l. ſi longius. in fin. ff. de don. filius ſ. 1.

3 Anſel. l. 6. c. 99.

" Dignitas augmentat vtilitatem.

k ¶ *Subiectorum.* ſ. 87. diſtinct. ſ. 1. & cap. diuinæ.

l PAllium.] ¶ *Vices.*] Per priuilegium fecerat cum legatum ſuum, ſicut ſuus prædeceſſor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis, vt 2. quæſt. 6. decreto. Vel prius erat legatus, ſed eſſe deſiit factus archiepiſcopus: arg. ff. de arb. non diſtinguemus. ſ. 1.

4 Anſel. l. 6. c. 100.

m SCriptorum veſtrorum.] ¶ *Ordinatum.*] à ſuis epiſcopis: "nam hoc eſt regulare, vt ſuis ſuffraganeis conſecretur archiepiſcopus. 63. diſtinct. quanto. & poteſt perpendi ex

" Archiepſ à ſuis ſuffraganeis conſecratur.

b ¶ *Omnium.*] Vide qualiter argumentatur, ex quo aliæ eccleſiæ vtuntur tali conſuetudine: ergo & iſta debet vti eadem. arg. ſi. ext. de cen. ex parte. Sed huic argumento poſſet reſponderi, "quod conſuetudo aliarum eccleſiarum non derogat conſuetudini iſtius, vt ſ. 12 diſt. illud. & ext. de capel. mo. dilectus. circa fin.

† ſal. ſcripto priuilegio.

" Conſuetudo eccleſiarum pt eſſe vniformis.

† Pol l. 1. tit. 11. Anſ. l. 6. c. 86.

c ¶ *Oſtendi.*] Hoc eſt contra tres regulas." Vnam, quòd tenetur poſſeſſor dicere titulum ſuæ poſſeſſionis. hoc eſt contra id, 2. q. 5 ſ. 1. Aliam, quòd ab eo qui ius negat, non requiritur probatio: quod eſt contra id. ff. de prob. ab ea. Tertiam, quòd actore non probante reus non abſoluitur. 6. quæſt. vlt. actor b. ſed hoc eſt ideo quia præſumptio contra ipſum facit.

" Tres reg. notabiles.

b Concord. tex. in l. qui accuſare. C. de eden.

d ¶ *Non oſtenditur.*] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & oſtendere: extr. de priui. porro. & c. ſeq. & c. paſtoralis. nullus tamen tenetur edere, niſi illum articulum qui facit ad rem. extr. de fi. inſtrum. contingit. licet aliàs nemo poſſet iudicare de priuilegiis ſedis Apoſtolicæ. extra de iudi. cum veniſſent. tamen qui defendit ſe per tale priuilegium, oportet vt illud exhibeat. vt extr. de fide inſtrum. accepimus. "Sic ergo canonicus, qui poſſidet duas præbendas, cum de iure non poſſit eas poſſidere: ſi contra eum agatur, ipſe tenetur probare qualiter habet. ſecus ſi conueniatur ſuper prima tantum. Dicunt tamen quidam, quod canonico indiſtincte incumbit onus probandi, ſcilicet inſtitutionem ſuam. extr. de appel. perſonas. argumen. extr. de procura. ex inſinuatione. argumen. 2. qu. 2. legum.

"Canonicus de cõi iure non pt duas præbendas poſſidere.

e ¶ *Te comprobes.*] Nonne præſcriptione poſſet iſte ſe tueri? Non: quia nullum ius proditum eſt, quo talia a talibus aliter poſſideantur. & quod de iure communi non poſſidetur, nec præſcriptione acquiritur, vt hic, & 93. diſtinct. illud. & capitul. peruenit.

f ¶ *Splendidius.*] "Sic nihil eſt ſplendidius in principe quàm fides. C. de ſum. trin. inter claras.

"fides r Ecta in principe ſplendet.

hoc ca. & ſ. eo. quoniam. 44. diſtinct. quia. etiam ſine licentia ſummi Pontificis poteſt quod metropolitanus conſecrari: & ad Papam non ſpectat (vt videtur) niſi datio pallij. Alij dicunt iſtud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem: vel cum hoc habet ex conſuetudine. hodie tamen vult Papa, quòd petatur ab eo confirmatio cum pallio, vt extra de elect. quod ſicut. vt dixi 51. diſtinction. capit. vitium.

n ¶ *Atque priuilegia.*] Iſta priuilegia fuerunt perſonalia, & tranſierunt cum perſona. ff. de reg. iur. priuilegia. & extra de inſtitut. cum veniſſent. "Sed licet tranſeant cum perſona, tamen debent concedi ſucceſſori cum petierit: & fit iniuria ei niſi concedatur ſibi: beneficium tamen eſt ſi ei conceditur. ff. de aqua quot. & æſtiu. l. 1. ſ. penul. nam ſi impetraui vt ducam aquam de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædium, priuilegium non tranſit ad te: ſed tamen impetrabile eſt à te, & iniuria fit tibi ſi non conceditur. Sed tamen multa poteſt iudex & debet facere ad quæ compelli non poteſt. ff. de iudic. non quidquid. Cod. quomodo & quando iudex. l. 1.

" Priuilegia q là licet pſonalia traſeunt ad ſucceſſores

c Cócor. tex. in ſ. ſed qd principi. in verſ. plane. cũ gl in ver. plurales in iſt. de iu. na. Anſ. l. 6. c. 86

IN vna autem.] CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de metropolitanis: ideo ſupponit hic diſtinct. 101. in qua oſtendit, quod in vna prouincia duo metropolitani eſſe non debent: quod verum eſt, niſi multitudo populi excreſcat, vt 16. qu. 1. præcipimus. & 99. diſtinct. nulli. & hoc non poteſt fieri niſi de ſpeciali licentia Papæ, vt q. 2. mutationes.

Peruenit.

¶ Duo metropolitani in vna & eadem prouincia eſſe non debent.

C. I.

a Polyc. l. 1. cit. 24. Iuo p. 5. c. 146. Bur. l. 1. c. 35.

PEruenit [a] ad nos, quòd quidam præter eccleſiaſticas ordinationes affectantes potentiam, per [a] pragmaticum ſacrum [b] vnam [c] prouinciam in duas diuidant, ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani epiſcopi in vna eademque prouincia eſſe. Statuit ergo ſancta ſynodus deinceps nihil tale attentari à quolibet epiſcopo: eos vero qui aliquid tale [e] attentauerint, cadere de proprio gradu.

a ¶ Pragmaticum ſacrum.] *Verſiones priſca, & Dionyſiana habent* per pragmaticam formam: *græce autem eſt* διὰ πραγματικῶν, *quod in eodem capite paulo poſt dicitur* γραμμάτων βασιλικῶν *id eſt per literas Imperiales.*

Hactenus de electione & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad ſimoniacorũ ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat, qđ ſuper has hæreſi, ſanctorum patrum decreuit auctoritas, cauſa deducatur in mediũ: cuius negotiũ & de ſcienter à ſimoniacis ordinatis, & de ignorãter à ſimoniacis cõſecratis, & de ordinationibus, q̃ per pecunias fiũt, contineat.

PEruenit.] CASVS. Relatum eſt in concilio Chalcedonenſi quòd quidam epiſcopi ſine auctoritate Papæ per imperialem conſtitutionem vnam prouinciam diuidebant in duas: & ita duo metropolitani in vna & eadem prouincia inueniebantur: quare concilium ſtatuit, vt epiſcopi qui talia de cetero facere tentauerint, deponantur.

a ¶ *Peruenit.*] ſupra, diſtin. 10. c. 1.

b ¶ *Per pragmaticum ſacrum.*] i. principis reſcriptum: pragma enim cauſa dicitur. vnde pragmatica ſanctio dicitur cauſa in conſiſtorio principis ventilata coram proceribus ſacri palatij: & conſtitutio principis facta ex cognitione cauſæ dicitur pragmatica ſanctio. Ioan.

Pragmatica ſanctio.

c ¶ *Vnam.*] Nam ex quo princeps diuidit, duæ ſunt prouinciæ. ff. de offic. aſſeſ. ſi eadem.

d *In vna.*] quod fieri non debet niſi excreſcat multitudo populi, vt 99. di. nulli. Io.

e ¶ *Tale.*] Ar. quòd licet princeps legitimet aliquem [a], non tamen erit legitimus quo ad eccleſiam: & ita erit legitimus quo ad vnum forum, non tamen quo ad aliud. ad hoc facit 10. diſtinct. ca. 1. & 15. qu. 3. cum autem.

a Sequuntur doc. in c. per venerabilē. per illu tex. ext. q ſi ſint leg. & Cy. in aut ex compl. C. de ince. nup. & Bart. in l. q i prouincia. de rit. nupt.

PRIMÆ PARTIS DECRETI FINIS.

SECVNDA PARS DECRETI.

CAVSA PRIMA.

*Q*Vidam [a] *habens filium, obtulit eum ditiſſimo cœnobio: exactus à* [b] *Abbate, & à fratribus decem libras ſoluit, vt ſi ius ſuſciperetur: ipſo tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante. Creuit puer, & per incrementa temporum, & officiorum ad virilem ætatem, & ſacerdotij gradum peruenit. Exinde ſuffragantibus meritis in epiſcopum eligitur, interueniente obſequio, & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex conſiliarijs archiepiſcopi, conſecratur iſte in Antiſtitem, neſcius paterni obſequij, & oblata pecunia. Procedente vero tempore nonnullos per pecuniam ordinauit: quibuſdam verò gratis benedictionem ſacerdotalem dedit: tandem apud metropolitanum ſuum accuſatus, & conuictus ſententiam in ſe damnationis accepit.*

1\. q. *Hic primum quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia.*

2\. q. *Secundo, an pro ingreſſu eccleſiæ ſit exigenda pecunia, vel ſi exacta fuerit, an ſit perſoluenda.*

3\. q. *Tertio, an ingreſſum, vel præbendas eccleſiæ emere ſit ſimoniacum.*

4\. q. *Quarto, an iſte ſit reus criminis, quod eo ignorante pater admiſit.*

5\. q. *Quinto, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus.*

6\. q. *Sexto, an illi qui ab eo iam ſimoniaco ignoranter ordinati ſunt, abiiciendi ſint, an non.*

7\. q. *Septimo, ſi renuntians ſuæ hæreſi ſit recipiendus in epiſcopali dignitate, vel non.*

QVÆSTIO PRIMA.

1\. ps *Q*Vòd autem ſpiritualia [b] *emere peccatum ſit, probatur multorum auctoritate.*

Ait enim Leo Papa.

¶ Simoniaci gratiam non præſtant, quam vendere quærunt.
C. I.

1 **G**Ratia [a] [c] ſi non gratis [d] datur, vel accipitur [e], gratia [f] non eſt. Simoniaci autem nō gratis accipiūtur: igitur gratiam, quæ maxime in eccleſiaſticis ordinibus operatur, nō accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent: ſi autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare poſſunt [g]. Quid ergo dant? profecto, quod habent: quid autem habent? ſpiritum [h] vtique mendacij. Quomodo hoc probam⁹? quia ſi ſpi-

---

Secūda pars Decreti, quę ꝓlixa & tędiosa serie cauſas complectitur 36. intermiſſo, De pœnitentia tractatu. 7. diſtinctiones continente.

*Q*Vidam.] CASVS. Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus, & officiis clericorum: accedit Gratianus ad negotia. quorum quædam ſunt ciuilia, quædam criminalia, in quorum proſecutione maiora minoribus præponit. Et quoniam omnia crimina reſpectu ſimoniæ nihil reputatur, vt infra ca. quæſt. 7. patet: ideo de ea præmittit quærens, an ſit peccatum ſpiritualia emere, de quo thema proponit, ſeptem eliciens quæſtiones.

a ¶ *Quidam.*] quia hic tractatur de ſimonia, videamus quid ſit ſimonia, & vnde dicatur, quibus modis contrahitur, quis ad accuſandum vel teſtificandum in tali crimine admittatur, quæ pœna imponatur, quæ diſpenſatio circa tales admittatur. “ Simonia enim eſt ſtudioſa [a] cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi, aliquid ſpirituale, vt infra ea. qui ſtudet [b]. nec oportet addi, vel annexum ſpirituali, propter illud cap. j. quæſt. 3. ſi quis obiecerit. videtur tamen quod hoc addi debet. argum. extra de iure patr. de iure. licet quidam dicant iuſpatronat⁹ ſpirituale eſſe, & male. De fructibus vero non eſt quæſtio: quia etiam dari porcis & vendi poſſunt, vt extra ne prælati vic. ſuas. c. fi. & de empt. & vend. cap. conſtitutus. “ Dicitur autē ſimonia à Simone Mago, qui primo in nouo teſtamento huius ſceleris auctor extitit. Sicut enim Giezi in veteri teſtamento voluit vendere ſanitatem Naaman Syro regi, ſic & iſte voluit emere donum Dei, vnde Giezitius eſt dicendus qui vendit gratiam: Simoniacus qui emit. vñ ſimoniaci ſunt appellandi emptores. Contrahitur autē tribus modis, a manu, ab obſequio, & a lingua, vt ſ. ead. ſunt nonnulli. Et contrahitur quādoque ex parte dantis, quandoque ex parte accipientis, quandoque ex vtraque, quandoque ex neutra. extra de ſim. & ſi quæſtiones. & not. j. ea. q. 5. c. 1. Admittitur autem quilibet contra ſimoniacum, ſicut in crimine leſæ maieſtatis. 15. q. 3. ſane. ſi tamen clericus accuſatur, cum diſtinctione admittitur laicus, ſ. ſi eſt bonæ famæ, contra eum: non tamen ſecundum diſtinctionem. extra de ſi. per tuas. 2. q. 1. in primis. in fi. Imponitur autem eis pœna quadruplex, quandoque excommunicatio, quandoque in monaſterium detruſio, vt ſ. c. reperiuntur, quandoque ſpoliatio omnium bonorum, vt 23. q. 5. de Liguribus. quandoque depoſitio, vt hic, & in multis cap. Clerici enim deponūtur. vt infra ea. ſtatuimus. & ſunt infames, vt j. ea. q. 3. c. fi. & accepta tenentur reſtituere. extra de ſimo. de hoc. j. ea. q. 3. ſi quis dator. Diſpenſatur autem circa tales quandoque vt laicam habeant communionem, vt j. ea. q. 7. c. 1. & miniſtrāt quandoque in minoribus ordinibus conſtituti, vt j. ea. q. 5. c. 2. quandoque remaneant in acceptis. j. ea q. 7. ſaluberrimum. Quis autem valeat diſpenſare, habes j. ead. q. 5. c. fi. Ioan.

● Simoniæ definitio.

a Hoc appoſitum ad excludendū voluntatē, quæ ſignis exterioribus nō declaratur, quę ab eccleſia nō punitur, quia eius probō non hī. 22. q. 5. c. vlt.

b Adde quod vbicūque in ſpūalib⁹ qs inuitatur ad lucrū eſt ſimonia not. Bar. in l. Titio cētum. ff. de cond. & de.

“ Simonia dicitur à Simōe Mago.

*Q*Vod autem] Hæc q. diuiditur in 15. partes, in quarum prima probatur 16. auctor. quod pro miniſteriis eccleſiaſticis nihil debet dari. Ioan. de Fan. Secūda ibi, *Quia ergo.* Tertia ibi, *Sed obiicitur.* Quarta ibi, *Item opponitur.* Quinta ibi, *Sed obiicitur.* Sexta ibi, *Sed notandum.* Septima ibi, *Patet ergo.* Octaua ibi, *Ex his.* Nona ibi, *Sed notandum.* Decima ibi, *Nemo.* Vndecima ibi, *Hoc ergo.* Duodecima ibi, *Ex his.* Tertiadecima ibi, *Sicut ergo.* Quartadecima ibi, *Quia ergo.* Quintadecima ibi, *Quolibet.* I. de F.

CASVS. Hic ponitur prima q. in qua quæritur an emere ſpiritualia ſit peccatum. & probatur quòd ſic, per ſequentia cap.

b ¶ *Spiritualia.*] “ Spiritualia autem dicuntur trib. modis. Vno modo dicuntur gratiæ virtutum, & dona Dei. hæc non poſſunt emi vel vendi quantum in eis eſt, non enim conferuntur niſi gratis. j. ea. q. 3. Saluator. & hic c. 1. Quandoque dicitur dignitas ordinis, & omne ſacramentum eccleſiaſticum præter [c] matrimonium. Item & omnia iura eccleſiaſtica ſpiritualium rerum, vt adminiſtrationes, præbendæ, ius decimarum cœmiteria, ordo. hæc vendita transferuntur quo ad characterem tantum, non quo ad vitæ meritum. de facto enim non de iure procedit in talibus venditio. “ Quandoque ipſæ res ſacræ vt vaſa, & omnia vtenſilia: hæc bene vēduntur clericis vel laicis conflata & cōfracta, vt 10. q. 2. hoc ius. In ſumma ergo ſcias, quod pro ſpiritualibus incorporalibus vt ſunt beneficia & ordines, quandoque munus datur pro digno, nec eſt peccatum ſi eſt munus a lingua. intra ead. filium. ſed & obſequiū temporale, dum tamen ſine pactione, extra de cler. non reſi. de cetero. “ De ſpirituali obſequio quin quandoque dari poſſit, nō eſt quæſtio, etiam ex conuentione. ext. de præben. ſignificatum. immo ſemper præmium aliquod debet interuenire ſpeciale ſcilicet meritum hominis. talis enim ſimonia ſpiritualis non reprobatur, ſicut nec ſpiritualis vſura. argu. 24. q. 1. aduocauit. “ Pecunia autē pro ſpiritualibus incorporalib⁹ numquā interuenire dēt niſi in 5. caſib. In matrimonio. j. ea. quidquid. 32. q. 2. honoratur. In operis etiam quas clericus nō debet, vt ſi ſacerdos locat operas ſuas per annum. arg. ext. ne præl. vi. ſuas. c. vlt. 12. q. 2. charitatem. Idem eſt & ſi ſint debitæ, dum tamen ſuis dicat aliquid diductū. arg. 10. q. 3. relatū. ext. de ſim. cum ſit. Item pro ſalute æterna, & peccatorum remiſſione. de pœn. diſt. 1. medicina. 13. q. 2. animæ. Itē ſecundum quoſdam pro iure ſibi competente, ne vexetur in eod. j. ea. q. 3. quæſitum. ext. de vſur. c. 1. & ext. de ſim. dilectus. Spirituale autem pro ſpirituali permutari poteſt. extr. de rer. perm. ad quæſtiones. Pro ſpiritualibus autem corporalibus pecuniam dare non eſt ſimonia, vt pro calice, pro libro. 12. q. 2. aurum. niſi inueniatur prohibitum, vt in eccleſia, in cœmiterio & chriſmate, vt j. c. placuit.

“ Spiritualia trib⁹ modis dicuntur.

c Vide ſ. di. 23 c. his igitur. ver. pro bñficiis & Turrecre. j. ſupe. j. ad 3.

“ Res ſacræ quandoque poſſūt vendi.

“ dari aliqd pro reb. ſpualib. incorporalibus, an liceat.

“ Pecunia pro ſpualib. interuenire ſi dēt, niſi in 5. caſibus.

1 Deuid. in tract. de Simonia.

*G*Ratia.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd non eſt gratia, quæ non eſt gratuita. Simoniaci igitur qui dant pretium, gratiam non accipiunt, quia gratia in rebus eccleſiaſticis operatur, quam ſi non accipiunt, non habent: ſi tamen non habent, aliis eam dare non poſſunt. Quid ergo dant ſimoniaci? Vtique ſpiritum mendacij, quem ſolum habent.

¶ Hug. vero ſic ponit caſum. Dicit enim quod Leo hic intendit dicere, quòd ſimoniaci qui pretio ordinantur, gratiam cum ordine non recipiunt, & ideo cum alios ordinant, gratiam quam non habent, cum ordinibus non conferunt, ſed ſicut cum peccato ordinati ſunt, ita cum peccato alios ordinant. Quòd autem gratia non detur cum ordo pretio tribuitur, præmittitur in princ. cap.

c ¶ *Gratia.*] id eſt, donum ſpiritus ſancti, vel eccleſiaſtica dignitas, vel ordo.

d ¶ *Si non gratis.*] ſine munere aliquo non debito.

e ¶ *Accipitur.*] Arg. contra 23. q. 4. ille gladium. quia ille dicitur gladium accipere, qui illicite accipit.

f ¶ *Gratia*] id eſt, cum gratia, id eſt, cum charitate, id eſt, non confertur gratia niſi gratis, &c.

g ¶ *Poſſunt*] Arg. quemquam non poſſe dare quod non habet. 1. q. 7. Daibertum. ff. de reg. iu. nemo. de conſec. diſt. 4. quomodo, j. ead. q. qui perfectionem. de conſec. diſt. 4. ſolet. Contra, creditor diſtrahit pignus, cuius dominium non habet. Vnde argum. contra, ff. de acq. rer. dom. non eſt nouum. & ext. de elect. ſuffraganeis. Ioan. Sol. generale eſt, quòd nemo de iure dare poteſt quod non habet. fallit in certis caſibus. B.

“ Nemo dat quod nō habet.

h ¶ *Spiritum mendacij.*] id eſt, effectum diaboli, “ qui pater eſt mendacij: quia iſti ſunt mendaces, cum ſint hæretici. & omnis hæreticus mendax eſt, infra ead. ſi quis inquit. vel dic ſpiritum, id eſt, characterem ſine executione.

“ Diabolus eſt pater mēdacij.

2 ¶ *Teſtante.*] cum ait, Gratis accepiſtis gratis date, &c. arg. à contrarus. " contraria enim contrariis opponuntur, ſupra diſt. 9. c. 1. & 15. q. 2. deceſſorum. & 24. q. 2. ſanc. 32. diſt. hoſpitiolum. 5. q. 6. delatori. & de pœn. diſt. 2. c. 1. & vide quod no. 8. q. 1. ſciendum. iuxta ſi.

" Contraria cõtrariis opponuntur.

...ritus veritatis (teſtãte [a] ipſa veritate, de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio ſpiritus mendacij eſſe conuincitur, qui non gratis accipitur.

a ¶ Gratia.] *Simillima primis verbis huius c. habentur in epiſtola Leonis I. Nicetæ Aquilegienſi epiſcopo ſcripta, quæ eſt 84. Loquens enim de gratia ait,* quæ niſi gratis detur, non eſt gratia, ſed merces. *Reliqua apud ipſum non ſunt inuenta.*

Item Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi, lib. 7. epiſt. 110.

¶ Inaniter ſacerdos dicitur, quicumque ſimoniace ordinatur. C. II.

1 QVicumque ſtudet [b] pretij datione ſacrum ordinem mercari, dum non officium, ſed nomen attendit, ſacerdos non eſſe, ſed dici tantummodo inaniter concupiſcit [c].

¶ *Caput hoc ex originali eſt emendatum, & locupletatum.*

Item ex regeſto.

¶ Spolietur honore, qui eccleſiam per pecuniam obtinet. C. III.

2 PResbyter ſi per pecuniam eccleſiam obtinuerit, non ſolum eccleſia priuetur, ſed etiã ſacerdotij [d] honore ſpolietur: quia altare, & decimas, & ſpiritũ ſanctũ [e] emere, vel vendere, ſimoniacã hæreſim [f] eſſe nullus fidelium ignorat.

¶ *Non eſt inuentum in regeſto B. Gregorij, vnde videtur citari. ſimilia habentur apud Gregorium vij. lib. 6. reg. in indice concilij eo anno habiti, & in concilio Turonenſi ſub Carolo magno, c. 15. in Remenſi, c. 21. Maguntino ſub Rabano, c. 12. & altero Maguntino ſub Arnulpho, c. 5. & infra ead. q. 3. c. altare, quod ibi citatur ex Paſchali.*

Idem Gregorius Id. epiſt. 119. lib. 7.

¶ De eodem. C. IIII.

4 BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc [g], vt fiat hæreticus, promouetur.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus c. hoc coniunctum eſt ſuperiori, & præter epiſtolam 110. indicatam, eadem ſententia habetur lib. 4. epiſt. 55. & lib. 5. epiſt. 107. epiſcopis Epiri.*

Idem in eodem.

¶ Partem habeat cum Simone, qui contra ſimoniacos vehementer non exarſerit. C. V.

5 QVisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. Quiſquis ergo cõtra ſimoniacam, & neophytorum [h] hæreſim pro officij ſui loco vehementer non exarſerit [i], cũ eo ſe nõ dubitet habiturum portionẽ, qui prius commiſit hoc piaculare [k] flagitium.

¶ *Verba prorſus ipſa huius c. nõ ſunt inuenta in epiſtolis B. Gregorij. Verum Paſchalis Papa II. (vt eſt apud Iuonem, ac Polycarpum) citat hæc ex ipſo B. Gregorio: ac ſimillima prioris partis huius c. ſunt lib. 4. epiſt. 55. & 56. poſterioris vero partis, lib. 10. epiſt. 33. Victori epiſcopo: Et Ioãnes Diaconus, lib. 3. c. 4. ſcribit generalem ſententiam à B. Gregorio contra ſimoniæ & neophytorum hæreſim prolatã in epiſtola Victori ſcripta contineri. Capitulum 42. concilij Meldenſis ab Iuone p. 5. c. 75. citatum partim cõuenit cum ipſa epiſtola Victori ſcripta, & partim cum iis, quæ Iuo, & Polycarpus citant ex Paſchali, & cum his, quæ hoc loco refert Gratianus. De qua hæreſi e Gallia eiicienda Gregorius lib. 4. epiſt. 51. ſcribit Virgilio Arelatenſi, & lib. 7. epiſt. 110. Syagrio, & aliis epiſcopis Galliæ.*

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, epiſt. 1. c. 26.

¶ Simonis damnatio dantem & accipientem pariter inuoluit. C. VI.

6 QVos [l] cõſtiterit indignos meritis ſacram mercatos eſſe pretio dignitatem: cõuictos oportet arceri, nõ ſine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam ſacra lectio [m] teſtatur, inuoluit.

Item Ambroſius [a] in libro paſtorali.

a ¶ Ambroſius.] *Caput hoc in libro paſtorali B. Ambroſij vnde citatur, non eſt inuentum. Habetur tamen in concilio Toletano 8. cap. 3. quem canonem integrum Anſelmus, lib. 6. c. 85. partem vero ipſius Iuo p. 5. c. 83. ex dicto concilio citant.*

¶ Anathematis ſententia damnatur, qui ſimoniace ordinatur. C. VII.

7 REperiũtur quamplurimi negotio † muneris peritari, mercari velle [n] gratiã ſpiritus ſancti: dũ vile pretiũ donant, vt pontificalis ordinis ſublime culmen accipiãt, obliti verborũ Petri, qui dixit ad Simonẽ [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniã donum Dei exiſtimaſti per pecuniam poſsideri.] Proinde, quia & vſitatum [o] eſt tantũ malũ, & maiorũ frequenter cõſtat mucrone ſuccisum [p],

QVicumque.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quicumque per pecuniam eſt ad ſacerdotium promotus, in veritate non eſt ſacerdos, ſed tantum nomen ſacerdotis habet inane.

Matth. 10.

b ¶ *Studet.*] " Hic ergo ſola voluntas facit hominem ſimoniacum, vt j. ead. reperiuntur. & q. 3. non ſolum. ſicut ſpes ſola facit hominem vſurarium, vt 14. q. 3. c. 1. Itẽ hic voluntas ſine effectu imputatur [a]. & dicit Baz. quod huiuſmodi peccatum ſi non proceſſerit ad actum, ſola voluntate deletur, ſicut & ſola voluntate commiſſum eſt. arg. ext. de reg. iu. omnis. Vel intellige hoc verbum, ſtudet, cum effectu. j. 36. q. 2. ſi quis nõ dicam. contra. arg. 5. diſt. 51. ſi quis poſt. contra 5. diſt. 17. Anaſtaſius. 5. diſt. 50. is vero qui contra. 6. q. 1. §. verum. 50. di. ſi quis poſt. Io. Sol. " hodie ſola pœnitentia ſine aſſignatione quæſitorum ſufficit, cum ſimonia in animo gerebatur vtrinque, vt ext. de ſim. c. 6. B.

" Voluntas ſola facit ſimoniacum.

a Sub. & punitur, & hoc probãt cõtor. q. j. prox. pro cõtrariis inducũtur De hoc no. 6 q. 1. ſi quis cũ. Arch.

2 Pol. l. 2. ti. 1. Anſ. l. 6. c. 79

" Simonia quõ deletur.

2 j. ea q. 3. c. altare.

c ¶ *Concupiſcit*] id eſt, ex ſua cõcupiſcentia, ſequitur, vt inaniter dicatur ſacerdos.

PResbyter] CASVS. Dicitur hic quòd ſi quis emit eccleſiam per pecuniam, & eam perdet, & præterea deponi debet: quia emere decimas vel altaria eſt ſimonia. Seq. c. patet.

d ¶ *Sacerdotij*] Hoc verum eſt, " ſi in modum accuſationis eſt cõuictus. ſed ſi in modum exceptionis, ſecus, vt ext. de acc. ſuper his [b]. Itẽ, ſi in modũ inquiſitionis conuincitur, tunc priuatur beneficio, & non ordine. ext. de ſim. dilectus. 2. Dic vt in decretali. inquiſitionis. quandoque etiam non priuatur omnibus beneficiis in eo caſu, vt ext. de ele. per inquiſitioné. Itẽ regulariter hæc vera ſunt, quod perdit propria beneficia, ſi eo ſciente fuerit data pecunia. alias ſine culpa ſua priuaretur. eo quòd eſſet legitime adeptus, vt 16. q. 7. inuentum. Item nec ipſum beneficium nec ordinem perdet, ſi in fraudem ipſius fuerit data pecunia, vt extra de ſimon. ſicut. & cap. nobis, j. q. 6. §. vltimo.

" ſimoniac' duob. modis pt conuinci.

3 j. c. cum liqueat.

4 Poly. ibid. Anſ l. 6. c. 80 Bur l. 1. c. 21. Iuo par. 5. c. 75 & 111

b Ad idẽ. ff. de his q no. infa Lucius. & eſt rõ ext. de exce. c. 1. §. vlti. & de or co. cum dilectus i ſi.

5 Cõc. Med. c. 42 Deuſd p. 2. Pol. l 2. tit 1 Iuo p 5 c. 84. & p. 5. c. 77

e ¶ *Et ſpiritum ſanctum*] id eſt, ordinem, & alia officia, quæ dona ſunt ſpiritus ſancti.

f ¶ *Simoniacam hæreſim.*] Arg. j. ead. q. 3. altare, j. ea. q. 1. quicumque ſacros. j. ead. q. 5. c. 1.

g BEnedictio illi.] ¶ *Ad hoc.*] id eſt, qui ſic honorem accepit, hæreſim incurrit. Eſt enim, vt, conſecutiuum [c], non cauſatiuum, vt diſt. 74. conſuluit. & 3. q. 7. § item. & 6. q. 1. ex merito. Et eſt ſimile, Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. ſimile C. de obſe. pa. præſt. ſi manumiſſori. & ff. ad l. Aquil. l. ſi ex plagis. §. 1. ſic & C. de iudic. properandum. in princ.

c Concord. tex. in l. Marcia. c. gl ff. de le 3. & l. cũ de lanionis § item ſi fundo. ff de fu. inſtr. & l. Lucius. §. de collegio. ff. de leg. 3.

QVisquis per pecuniam.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis per pecuniam ordinatur, ipſum eſſe hæreticum eſt manifeſtum & qui contra tale vehementer non inuehitur, velut particeps criminis deponatur.

h ¶ *Neophytorum.*] quia a neophyto. ſ. a Simone ortũ habuerit: qui de nouo ad fidẽ conuerſus fuit: vel quia neophyti ſolebãt dare pecuniam, vt cito promouerentur: quia aliàs non poterant, vt 48. diſt. c. 1.

i ¶ *Exarſerit*] vt infra c. quicunque. & c. placuit. " hoc verum eſt ſi poteſt probare illud, alias non noceret ei taciturnitas, vt 2. q. 7. pleriq̃ue. ſed ſi non poteſt probare, faciat quod dicit Aug. 22. q. 5. hoc videtur. Item & ſi probare poteſt, & ſi timeatur ſcandalum, tunc faciat id quod legitur 24. q. 3. tam ſacerdotes, 2. q. 3. forte.

"Taciturnitas in puniẽdo ſimoniacum nocet.

k ¶ *Piaculare.*] " ideo dicitur piaculare, quia ſecundum leges comparatur ei quod morte expiatur. 15. q. 3. ſanc. 5. q. 6. delatori, &c.

" Piaculare flagitium.

QVos conſtiterit.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd conuicti de ſimonia deponi debent, non ſine pœna ſimoniam committentes, tam dãtes, quàm accipientes, cum ſint ſimoniaci, vt lectio actuum Apoſtolorum teſtatur.

6 Pol l 7. tit. 6. Deuſd p. 2. Burc l 1. c. 22. Iuo p 5 c. 76

Act. 8.

l ¶ *Quos*] hic vocat argu. à contrario ſenſu. j. ead. q. 3. Saluator. ver. quiſquis. ibi, propter ſua lucra. argu. j. c. ſi quis epiſcopus. ar. 5. diſt. 61. miramur.

m ¶ *Sacra lectio.*] " actuum Apoſtolorum, cum dixit, Pecunia tua tecum ſit in perditionem. infra c. prox. & c. qui ſtudet. & cap. Petrus. Ioan.

" ſacra lectio.

REperiuntur quamplurimi] CASVS. Quidam obliti verborum Petri dicentis ad Simone, Pecunia tua tecum, &c. epiſcopatus per pecuniam acquiſierunt, & licet de hoc iam pœna fuerit ſtatuta, Ambroſius tñ huic vulneri canceroſo ferrum ignitum apponit, ſtatuens vt quicumque detectus fuerit ſimoniam commiſiſſe, a communione altaris ſit ipſo iure ſuſpenſus, & ſi per accuſationem fuerit depoſitus, in monaſterium detrudatur. Venditor vero puniatur, vt emptor. Si vero laicus ſit qui ſimoniam committit, excommunicari debet.

7 Anſel. l. 6. c. 85

† al. negotiatione.

Act. 8.

n ¶ *Velle*] " ita ſola voluntate eſt ſimoniacus [d]. hoc intelligo de voluntate ad actum aliquem exteriorem producta: alias non eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ. & ſic etiam exaudi. j. ead. qui ſtudet. & 5. c. quicumque. 24. diſt. quando epiſcopus. extra de ſimon. tanta.

" ſimoniac' an quis ſit ſola volũtate.

d De hoc & 5 e q cũque. & dicã j. e. cos. ibi videas. Arc.

o ¶ *Quos & vſitatum*] arg. quòd mos [e] non excuſat à crimine. j. e. q. 3. c. ſi. argum. contra. 63. aut. Agathoſa. & c. quia. 5. diſt. 4. denique. j. 32. q. 4. obiiciuntur.

e Mos. Sed an à pœna gl Ant But. c vlt. d cõſu. Lu. Ro in ſingul. char. 1.

p ¶ *Succiſum.*] per canones.

2 ¶ *Inuenimus.*

a ¶ *Iniicimus.*] Hoc dicit quià adiecit pœnam. Vel dic, iniicimus, id eſt, iniectum eſſe oſtendimus, &c.

b ¶ *Anathematis*] Arg. q ipſo iure ſit anathematizatus clericus ſimoniacus, vt j. e. q, quicúque & c placuit. Vel dicit anathema ſeparationé à corpore & ſanguine Chriſti. vnde ſubdit atque, p, id eſt, &c. nam poſtea excommunicandus eſt. j. ead. q. qui ſtudet. & q. 3. ex multis. quod eſt pro quolibet mortali peccato. ſed ad deteſtationé ipſius dicitur, quod generaliter intelligitur. hoc tamen eſt ſpeciale in notorio crimine fornicationis, & ſimoniæ, q ſuſpenſi ſunt, vt di. 32. §. verum. ſed arg. tamen eſt, q ſimoniacus non ſit ipſo iure ſuſpenſus. ext. e. a. ex tuæ. Dicas ergo, q omnis peccator occult° ſuſpẽſus eſt quo ad ſeipſum, vt j. ead. ſacerdotes. " ſed ſimoniacus ſuſpenſus eſt quo ad ſe, & quo ad alios, vt extr. de ſimo. tanta. & hoc verum eſt de illo, qui emit ordinem. talis enim pœnitere nõ poteſt, cum rem furtiuam habeat, vt 14. q. 6. ſi res.

c ¶ *Condemnatum*] à ſtatutis patrũ ipſo iure ex genere delicti. 3. q. 7. §. porro.

d ¶ *Ex quo*] " quaſi ex eo tẽpore ſit excommunicatus, vel ſciat ſe condemnatum, ex quo tempore conſtat vobis, &c. q. d. ex eo tpe ſit excommunicatus, vel ſciat ſe condemnatum, ex quo tempore perpetrauit crimen. & eſt ſi. in cri. læſæ maieſt. arg. C. ad l. Iul. ma. quiſquis. ver. donationes, &c. Et ita illud verbum, ex quo, determinat verbum, perpetraſſe. & ſecundum hunc intellectum etiam occultus ſimoniacus ſuſpenſus eſt. Vel determinat hoc verbũ, conſtat, & tunc eſt ſenſus, ex quo conſtat eum ſimoniacum, tunc demum erit ſuſpenſus. hoc vltimum dicebat Mar. Hiſpan.

e ¶ *Extiterit*] hoc verum eſt, ſi poteſt probare illud: alias non nocet ei taciturnitas, vt 2. q. 7. plerique [b]. Sed ſi non poteſt probare, faciat quod dicit Auguſtinus. 22. q. 5. hoc videtur. Item & ſi probare poteſt, & timeat ſcandalum, faciat id quod legitur 24. q. 3. tam ſacerdotes. & 23. q. 4. forte. Ioan.

f ¶ *Perpetuo*] " ſcilicet quouſque emendet. ſi. ext. de conſt. ex litteris. 27. q. 1. de viduis. argu. 2. q. 5. quanto. Vel perpetuo, id eſt, perpetua ſeparatione à corpore Chriſti, i. vſque ad finem vitæ, etiam ſi ante pœniteat, & hoc eſt in criminis deteſtationem. ar. ff. pro ſoc. l. 1. Vel perpetuo, id eſt, continuo. arg. ff. de ſer. vr. præd. foramen.

† al. diuini doni.

a Iuo par. 5. c. 83

a ſc. crimine ſimoniæ, & ſic anathema ſumitur hic ꝓprie.

" Simoniacus, an ſit ipſo iure excõicatus.

† al. relegetur.

" Peccator quilibet occult° eſt ſuſpenſus.

a Pol l. 2. tit. 37. Anſ l 6 c 81 Bur l 1. c. 112. Iuo p. 5 c 1.8 Pan. l. 3. c 118.

† al. turpiſſimo.

b Add an & qñ taciturnitas noceat, no. in l ſin°. § mutus. ff. de proc gl. in l qũ §. . . in gl perpetua ff loc

" Excõicat° ꝑpetuo tripliciter exponitur.

nos quõq; huic vulneri cãceroſo ignitũ (quod ſupereſt adhuc) iniicimus [a] ferrũ, decernentes omnino, vt quicumq; deinceps propter accipiendã ſacerdotij † dignitatem quodlibet præmiũ fuerit detect° obtuliſſe, ꝛ ex eodem tẽpore ſe nouerit anathematis [b] opprobrio condemnatũ [c], atq; à participatione Chriſti corporis & ſanguinis alienũ: ex quo [d] illũ conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium. Quòd ſi aliquis extiterit [e], qui accuſet, ille, qui hunc ordinem munerũ fuerat datione lucrat°, & ſuſcepto honoris gradu priuetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitẽtia retrudatur †. Illi vero, qui hac cauſa munerum acceptores extiterint, ſi clerici fuerint, honoris amiſsione mulctentur: ſi vero laici, anathemate perpetuo [f] condemnentur.

Item ex concilio Chalcedonenſi, cap. 2.

¶ Damnatur epiſcopus, qui per pecuniam ordinationem facit. C. VIII.

2 SI quis epiſcopus [g] per pecuniã ordinationẽ fecerit, & ſub pretio redegerit [h] gratiã, quæ vendi nõ poteſt, ordinaueritq; per pecuniam epiſcopum, chorepiſcopum, presbyterũ, aut diaconũ, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias diſpẽſatorem [i], aut defenſorẽ [k], vel manſionariũ, vel quemquam [l] omnino, qui ſubiect° eſt regulæ, pro ſuo turpiſsimi † lucri cõmodo, is, qui hoc attentaſſe probatus fuerit, proprij grad° periculo ſubiacebit, & qui ordinat° eſt, nihil ex hac ordinatiõe, vel promotione, quæ eſt ꝑ negotiationem facta, proficiat, ſed ſit alienus à dignitate [m], vel ſolicitudine [n], quã pecuniis acquiſiuit. Si quis vero mediator [o] tã turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipſe, ſiquidẽ clericus fuerit, proprio gradu decidit: ſi vero laicus, aut monachus, anathematizetur.

Item ex octaua [a] ſynodo.

¶ A ſacerdotio eſt alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur. C. IX.

3 QVi per pecunias quemquã conſecrauerit, vel ab alio conſecratus eſt, alienus à ſacerdotio [p] fiat.

a ¶ Octaua.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc citatur ex ſeptima ſynodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigeſimus Apoſtolorum ad hanc rem faciens. In epiſtola autem Taraſij ad Hadrianũ Papam (quæ in exemplaribus Bibliothecæ Vaticanæ, & aliis, eſt in fine ipſius ſeptimæ ſynodi) refertur canon 22. ſynodi, quæ in Trullo, his verbis,* Eos, qui per pecunias ordinati ſunt, ſiue epiſcopi, ſiue quicumque clerici, & non ſecundum probationem, & vitæ optionem, deponi præcipimus: ſed & illos, qui hos ordinaſſe noſcuntur. *Extat etiam hac de re epiſtola Baſilij ad epiſcopos ſibi ſubiectos.*

Item Calixtus Papa.

¶ Nec ordinari, nec promoueri in eccleſia Dei per pecuniam quis valet. C. X.

SAnctorum Patrum exempla ſequẽtes, & officij noſtri debito innouãtes, ordinari quemquam per pecuniam in eccleſia Dei, vel promoueri, auctoritate ſedis Apoſtolicæ modis omnib° prohibem°. Si qui vero in eccleſia ordinationẽ, vel promotionem taliter acquiſierit, acquiſita prorſus careat dignitate.

¶ *Eſt Calixtus ſecũds, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot conciliis à ſe habitis contra Simoniam, & inueſtituras eccleſiarũ, quas Germanici Imperatores vſurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vuſpergenſis ab anno Domini 1118. in quo electus eſt Pontifex, vſque ad annum 1124. accurate ſcribit.*

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic, ſi quis epiſcopus in eccleſia per pecuniam aliquem in clericum cuiuſcunque ordinis ordinauerit, aut diſpenſatorem, aut defenſorem per pecuniam fecerit, ordinator conuictus deponatur: & ordinatus ſimiliter locum ſuum perdat. Mediator vero ſi clericus eſt, deponatur, ſi laicus eſt, excommunicetur. Seq. duo cap. plana ſunt.

g ¶ *Si quis epiſcopus.*] Hucuſque introduxit capitula de ſimonia, quæ fit ab accipiente. Nunc introducit vſque ad §. quia ergo. capitula tam de accipiente, quàm de dante ordinem vel aliud ſpiritualе per pecuniam.

h ¶ *Redegerit*] quantum in eo eſt. arg. 49. diſt. c. vlt. ff. de recep. arb. l. Celſus. de conſec. diſt. 4. c. quæris.

i ¶ *Diſpenſatorem*] i. œconomum, vel quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt præpoſitum, œconomum, & vicedominum. ſupra ead. quos conſtiterit. infra ead. q. 3. Saluator. Hug.

k ¶ *Defenſorem*] i. aduocatum vel iudicem, vel caſtaldum. " Hic collige, quòd caſtaldiam emere eſt peccatum. nam diſpenſationem religioſæ domus emere eſt peccatum.

" Caſtaldiã emere peccatum eſt.

l ¶ *Vel quemquam.*] id eſt, archipresbyterum, archidiaconum, monachum, vel quemlibet officio eccleſiaſtico mancipatum, vt dicitur j. ea. q. 3. Saluator. hoc exaudi per id quod legitur 18. q. 2. quidam in authen. de ſanct. epiſc. §. ſed neque. coll. 9.

m ¶ *A dignitate.*] id eſt, à prælatura.

n ¶ *Vel ſolicitudine*] id eſt, adminiſtratione.

c ¶ Per multorum] ĩ. diſt. 67. reliqui, in fi. contra. ĩ. 23. diſt. lector. contra. & 20. q. 2. opportet. fi. ĩ. diſt. 75. c. 3. Sol. hic appellatur multi duo vel tre. Vel hoc intellige cum clerici ſunt ignoti.

EX ILLA. CASVS. Concludit Gratianus ex duobus capit. ſuprapoſitis: ſcilicet c. 1. Petrus. & c. cum omnis. quòd ſimoniaci, ſicut hæretici à fide deuiant.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt. 4. pars quæſtionis, in qua vult probare ſophiſtice, quòd dare aliquid pro rebus eccleſiaſticis, non eſt peccatum. Ioan. de Fan.

CASVS. In hoc §. & ſequenti capitulo probat Gratianus ſuperficialiter quod vendere ſpiritualia non ſit peccatum. Et hoc facit tribus exemplis. exemplo Saulis, qui nô iuit ad Samuelem ſine munere pro vaticinio expetendo. Exemplo vxoris Hieroboam, quæ non iuit ſine munere ad hominem Dei: ſcilicet Achiam prophetam. Et exemplo Chriſti, qui venditus auriculam ſerui ſanauit. Sed his obiectiones ſoluit ſequenti c. & §. cum ergo. capit. nunquam. ſecundum Hieronymum.

Item ex concilio Bracharenſi, 2. c. 3.

¶ Et qui dat, & qui accipit, vt ordines ſacri præſtentur, anathema ſit.
C. XXII.

1 PLacuit, vt de ordinatione clericorũ, epiſcopi vere nulla accipiãt: ſed ſicut ſcriptũ eſt, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impoſitio manuum venundetur: quia antiqua definitio patrũ ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens. [2 Anathema ſit danti, & accipienti.] Propterea quia aliquanti [a] multis ſceleribus obruti †, ſancto altario indigne miniſtrantes, non hoc, teſtimonio bonorum actuum, ſed profuſione munerum obtinent, oportet [b] † non per gratiam munerũ, ſed per diligentem prius diſcuſſionem, deinde per multorum [c] teſtimonium clericos ordinare.

Ex illa auctoritate beati Ambroſij, & Gregorij patet, quòd ſimoniaci (ſicut & alij heretici) ſ. de exorbitan', & ideo conſequenter de illis intelligitur, quod de aliis decernitur.

4 Item opponitur [d], quòd prophetia donum ſpiritus ſancti eſt: hæc † autem in veteri teſtamento a ſanctis Prophetis vendi conſueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non niſi cum munere ire præſumpſit. Vxor etiam Hieroboam ad hominem Dei non niſi cum munere acceſſit. Item Chriſtus a Iuda [e] venditus auriculam ſerui ſanauit. Exemplo itaque Saulis, & vxoris Hieroboam patet, quòd donum ſpiritus ſancti emere, vel vendere non eſt peccatum. Exemplo Chriſti liquet, quòd ſpiritus ſanctus etſi iniuſte a ſimoniacis venalis putetur, virtutis tamen ſuæ non obliuiſcitur, nec deſinit effectum ſuæ gratiæ etiam venditus præſtare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in caput tertium Michææ competenter ſoluit, malos tantum accepiſſe, non bonos denuntians.

¶ Mali prophetæ, non boni prophetiam vendebant.
C. XXIII.

IVdices [f], inquit, eius [g] in muneribus iudicabãt, & ſacerdotes eius in mercede reſpondebãt, & prophetę eius in pecunia diuinabant, & ſuper Dominum requieſcebant [h] dicentes. Nõne Dominus in nobis eſt? non veniẽt [i] ſuper nos mala [k]. Idcirco propter vos Siõ quaſi ager arabitur [l], & Hieruſalem, vt cuſtodia pomarij erit. [m] [Nemo ambigit Hieruſalem propter ſcelera, quæ in hoc capitulo deſcribũtur, fuiſſe ſubuerſam. *& infra.* ¶ Poterat vtiq; Petrus Simoni mago vendere, quod petebat; immo poterat ſimulare vendentem (ſpiritus enim ſanctus nec venundari, nec emi poteſt:) ſed oblatam pecuniam cum offerente damnauit. *& paulo poſt.* ¶ Nec quemquam moueat illud; quod in primo Regum † libro legimus, Saulem [n] volentem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe; quia pretium quod offerret pro vaticinio, non haberet; & puerum reſpondiſſe. [Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis viam noſtram.] Non enim ſcriptum eſt, quòd Samuel acceperit, aut quòd illi obtulerint: quin potius à propheta paſcuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac [o] eum accepiſſe: ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quam munera prophetiæ: ſiclus enim viginti obolos habet; & quarta pars ſicli, quinq; ſunt oboli [p]. Et noſtri igitur ſacerdotes, ſi volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas Dominus flagello ſubuertit, quinque tantum obolorum ſint mercede contenti: qui vtinam [q] non pretia villarum, ſed quinque obolos acciperent.

¶ Hoc ipſum ſonat, & in tertio regnorũ libro, quòd vxor [r]

d ¶ Item opponitur] Et ſcilicet, quod propoſitũ eſt principaliter: quòd ſcilicet vendere ſpiritualia ſit peccatum, vel quòd ordo venditus non habet gratiam ſpiritus ſancti.

e ¶ A Iuda] Huius obiectionis ſolutionem ponit. ĩ. in §. cum ergo in c. numquam.

IVdices] CASVS Quidam cum de ſimonia reprehenderẽtur, excuſabant ſe exẽplo quorumdam in veteri teſtamento: ſed Hieronymus oſtendit ſimoniacos eſſe damnandos. Primo, per verba Michææ prophetæ oſtendentis propter hoc Hieruſalem fuiſſe deſtructam. Secundo per damnationem Petri quam fecit in Simonem magum. Tertio, excuſat Samuelem prophetam. Quarto, Achiam, dicens quod pecuniam oblatam non receperunt: aut ſi ponas eos recepiſſe, non pro munere prophetiæ, ſed in ſtipes templi, & in ſumptus neceſſarios receperunt. Quinto, excuſat Heliſæum, qui non eſt credendus ab Azaele aliquid accepiſſe: quem conſtat munera oblata a Naaman Syro reſpuiſſe. Secunda pars incipit ibi, *Poterat*. Tertia ibi, *Nec quemquam moueat*. Quarta ibi, *Hoc ipſum*. Quinta ibi, *Vnde in quarto*.

f ¶ Iudices] aliis incipit, Duces. verba Michææ prophetæ: & eſt talis caſus. Quidam cum reprehenderentur de ſimonia, excuſabant ſe exemplo quorumdam in veteri teſtamento: quos Hieron. ponit in hoc c. Primo ergo ponit verba Michææ prophetæ, & exponit ea, oſtendens propter huiuſmodi ſimoniacos Hieruſalem fuiſſe deſtructam. Secundo ibi, *Poterat Petrus*. ponit verba Petri cum oblata pecunia Simonem condemnantis. Tertio, excuſat Samuelem de quarta parte ſicli a Saule oblata. Quarto, excuſat Achiam de panibus ſibi ab vxore Hieroboam oblatis. Quinto, Heliſæum de pecunia quam Azael nuntius Benadad ſibi obtulit: quia non eſt veriſimile quòd acceperit.

g ¶ Eius] populi Iudaici. Ioan.

h ¶ Requieſcebant] Ille dicitur requieſcere ſuper dominum qui obtentu [a] ſacerdotij vel prophetiæ non viuit luxurioſe. & expone, requieſcebant, id eſt, gratiam eius habebant ſecum, ſecundum opinionem ſuam.

i ¶ Non venient] quaſi impunitatem ſibi promittebant.

k ¶ Mala] quæ minantur nobis prophetæ.

l ¶ Arabitur] hoſtili aratro, id eſt, deſolabitur, & eſſe deſinet: argumen. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. ſi vſus fructus. & hoc factum eſt a Romanis.

ADDITIO. 76. diſtinctio. ieiunium. Archid.

m ¶ Pomarij erit] Cuſtodia enim pomarij collectis pomis deſeritur: & ideo hoc dicit.

n ¶ Saulem] Hiſtoria. Legitur in primo libro Regum, quòd cum Saul cum quodam ſeruo ſuo aſinas quæſiuiſſet patris ſui, & non inueniſſet: dixit ſeruus Saul: Hic eſt vir Dei, qui ſine ambiguitate loquitur: eamus & quæramus ab eo. & ait Saul. Quid feremus ei? iam panis deficit in ſitarchis noſtris, & ſportulam non habemus. ait ſeruus: Habeo in manu mea quartam partem ſtateris argenti. & ierunt ad prophetam: & inunctus eſt Saul in regem a Samuele de præcepto Domini.

o ¶ Sed fac] id eſt, pone. & ita ſecundum canones poteſt par ponere falſum. de conſec. diſtinct. 4. ſanctum.

p ¶ Quinque ſunt oboli] Argument. in delicto quantitatem rei attendi. infra. 14. quæſtio. vltim. capi. vltim. infra 17. quæſtio. quarta. quicumque. infra decima ſeptima, quæſtio. vlt. queſti ſunt.

q ¶ Qui vtinam] Et hoc negatiue legas, id eſt, vtinam non plus acciperent. ſimile etiam habes 23. q. 4. ſi ea. & 26. q. 5. epiſcopi. & ideo forte hoc dicit: quia ſi plus non deberet accipere nullus eſſet qui vellet ſimoniam committere, vel ideo forte, quia quanto minus quis acciperet, tanto minus peccaret [b]: ſecundum quod dicitur de abigeo: minus enim punitur pro porco vel oue quam pro boue. ff. de abigeis. l. 1. reſpon. Vel poſſet intelligi ſecundum nouam decr. ext. de ſimo. & ſi queſtione ... g. contra ĩ. 14. q. vlti. 17. quæſt. 4. quicumque. extr. de ſimo. ex tuę. Sed hęc contraria habent locum quando mens corrumpitur.

r ¶ Quod vxor] Hiſtoria. Legitur in tertio libro Regum, quòd cum ægrotaret primogenitus filius Hieroboam, dixit vxori ſuę: Tolle tecum munera, & mutato habitu, vade ad Achiam prophetam vt indicet tibi quid futurum ſit de puero. Quæ cum veniſſet ad pro

1 Iuo p. 5. c. 128.
Matth. 10.
a ſup. qui cumque.
† al. obnoxij
† oportet ergo. ſ. orig.
† al. hoc
1 Reg. 9.
3 Reg. 14.
Luc. 22.
Mich. 3. ſec. dua 70. requieſcere ſuper domini quis dicitur.
a Al. contẽptu ſecũdu Laur.
Act. 8.
1. Reg 9.
† al. regnorum
3 Reg. 14.
b Concord. tex in l. qui facti § quãtitas. ff. de pœn & ibi. gl. cũ cõcur.

ad prophetam: etſi præ caligatione oculorum videre non poterat, dixit tamen: Ingredere vxor Hieroboam: quare te aliam ſimulas? ego miſſus ſum ad te durus nuntius. & cum multa nuntiaſſet ventura ſuper domum Hieroboam, ſubintulit: Vade in domum tuã, in introitu tuo in vrbem morietur filius tuus: qui ſolus de ſemine Hieroboam in ſepulchra patrum ſuorum infertur. Hiſtoria de Heliſæo propheta in littera patet.

a ¶ *Achiam hominem Dei*] qui ei prædixit mortem filij Abiæ: & qui ei peccata ſua exprobraret, & ſuam vltionem prædiceret, vt ĩ. ead. ſi quis inquit. dic vt 23. quæſtio. vlti. cap. vlt.

b ¶ *In ſumptum.*] Ad ſumptus enim & ſuſtentationem accipere licet. extra de ſim. cum ſit. 23. qu. 5. dicat. ff. de officio proconſulis, ſolent. ff. de offi. præſidis, plebiſcito? [“] Et ita presbyter [*] ſi pauper eſt, accipere poteſt pro celebratione Miſſæ. ext. de præbendis, ſignificatum. niſi ſit proprius ſacerdos. de conſec. diſt. 1. ſufficit.

ADDITIO. q[d] no. 21. q. 2. c. vlt.

c ¶ *Heliſæus*] qui miſit lignum in aquam, & natauit ferrum. ĩ. de conſec. diſt. 2. reuera.

d ¶ *Ad Azaelem*] ſuarum rerum diſpenſatorem.

e ¶ *Bona*] id eſt, aliqua de omnibus bonis, id eſt, de omni genere bonorum. ff. de regul. iuris. aliud. §. refertur.

f ¶ *Obtulit.*] Argu. in eodem facto ſecundum diuerſitatem intentionis alterum peccare, & alterum non, vt 32. quæſtio. 5. propoſito.

g ¶ *Viuit.*] Hæc iuratio erat in veteri teſtamento. 22. q. 1. & iurabunt.

h ¶ *Faceret.*] Arg. contra Cathalanos.

Numquam] CASVS. Dicitur hic, quòd diuinatio raro in bonam partem accipitur. vnde illi, qui pro indicatione futurorum pecuniam accipiebant, non erant veri prophetæ, ſed diuini: licet ſe crederet eſſe prophetas.

i ¶ *Numquam*] id eſt, raro [a]. pro maiori enim parte. dictum eſt. alter falſum eſt, vt 8. ca. eos qui.

k ¶ *Diuinatio*] [“] Hoc enim impoſſibile eſt. quòd diuinatio ſit prophetia. expone ergo ſic: facta eſt diuina tio, id eſt diuinatio eorum, quæ credebatur eſſe prophetia. eorum enim prophetia declarata eſt non eſſe prophetia.

ADDITIO. Vt hoc melius intelligas, ſcias quòd prophetia eſt rerum latentium præteritarum, præſentium, vel futurarum ex diuina inſpiratione manifeſtatio, ſecundum Papiam.

Margin: † al. regnorũ. 4. Reg. 8. [“] Presbyter pauper pro celebratione Miſſæ accipere poteſt. [*] id eſt, poteſt locare operas ſuas. 4. Reg. 5. a Concor. gl. in l. ſi hæreditatem ff. ma. & de cõſe. diſ. 5. nũquam. [“] Diuinatio non poteſt eſſe prophetia.

Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei [a], & defert ei decẽ panes [β], & cruſtulam, & vas mellis; quia [γ] hæc magis in ſumptum [b] prophetæ, quàm muneri prophetiæ reputãda ſunt. Licet potuerint hi, q. ad ariolos ire cõſueuerãt (quia multi diuini, & arioli erant in Iſrael) mala conſuetudine æſtimaſſe id ipſum etiam de prophetis, & voluiſſe ſanctis viris offerre, q[d] diuinis offerre conſueuerãt. ¶ Vnde [Δ] in quarto libro Regũ† legitur, [quod Heliſeus [c] venit Damaſcum, & Benadad Rex Syriæ ægrotabat, annuntiaueruntq; ei dicẽtes. Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaelem [d]: Tolle tecum munera, & vade in occurſum viri Dei, & cõſule Dominum per eũ, dicens, ſi euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azael in occurſum eius, habẽs ſecũ munera, & omnia bona [e] Damaſci, onera quadraginta camelorũ] Sed non eſt credendũ accepiſſe: ſicut de eodem Heliſæo legitur, quod Naaman mũdatus à lepra obtulit [f] ei munera dicẽs [Obſecro, vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. At ille reſpondit. Viuit [g] Dominus, ante quem ſto, quia non accipiam. Cumque vim faceret [h], penitus non acquieuit.]

¶ *Caput hoc in vno vetuſto exemplari coniunctum eſt ſuperiori, & loco primæ dictionis, Iudices, legitur, Duces. quẽadmodum eſt apud B. Hieronymũ in verſione 70.*

α ¶ Quinque tantum obolorum ſint mercede contenti, qui.] *Iſta omnia abſunt à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiã à vetuſtioribus, præter dictionem, qui. Sed non ſunt expuncta, quia ſententiæ non officiunt.*

β ¶ Decem panes.] *Sic in vulgata Latina B. Hieronymus habet panes, & vuas paſſas, & vaſculum mellis. In Græca autem & cruſtula, & vuæ paſſæ commemorantur, ἄρτους, inquit, καὶ κολλύρια τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, καὶ σταφυλάς.*

γ ¶ Quia hæc magis.] *Iſta vſquè ad v. Licet non habentur hic apud B. Hieronymum, ſed loco eorum hæc.* Dicitur enim, quid ſecum illa portauerit: & tamen propheta non ſcribitur accepiſſe: quippe cum & corripuerit eam, & venturũ luctum prædixerit. licet &c.

Δ ¶ Vnde in quarto.] *Hæc vſque ad finẽ non ſunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Idem in eodem capite.

¶ Quod diuinatio in bonum non accipitur. C. XXIIII.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex præmiſſis, quòd vacua eſt gratia ſpiritus ſancti in eis qui munera accipiunt: non obſtante exemplo quod Petrus venditus fecit miracula, quia hoc fecit cauſa myſterij ad exemplum patientiæ, vel vt prudentius alius, & c.

NVmquã [i] diuinario [k] in ſcripturis in bonam partem accipitur. [Non eſt augurium in Iacob, neque diuinatio in Iſrael.] Videbãtur ſibi quidem eſſe prophetæ: ſed quia pecuniam accipiebãt; prophetia ipſorum facta eſt diuinatio.

¶ *Hoc etiam caput in aliquot vetuſtis eſt coniunctum ſuperiori, & legitur vt in originali, Numquam enim.*

Cum ergo ſecundum [l] Hieronymum boni prophetæ non munera prophetiæ acciperent, ſed ſtipes tabernaculi: mali autem, qui accipiebant, prophetia, quæ Dei erat donum, in diuinationem, quæ diabolica eſt, conuertebatur, quid aliud colligitur, niſi quòd ſimoniacis (quod ſuperius dictum eſt) nulla ſpiritualis gratia cooperatur? Cũ enim in ſacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, ſit aliquid, ſed qui incrementum dat, Deus, quis operatur in eis, ſi Dominus qui incrementum dat, in eis non lucet, ſed eſt otioſus? Item, quod dicitur de Chriſto, quòd ſicut Chriſtus venditus auriculam reſtituit Malcho, & fecit miracula, ſic & ſpiritus ſanctus poſſit vendi, & ipſa venditione ſuam gratiam operari, non valet hæc ſimilitudo. Non enim hoc operatur ſpiritus ſanctus ſpiritualiter in perfidis incremento auaritiæ, quod Chriſtus geſſit corporaliter extra myſterij cauſa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria eſt ſimilitudo, cum credatur poſſe vendi, ſicut Chriſtus, credatur etiam ſpiritus ſanctus poſſe crucifigi: quod impoſſibile eſt. Poteſt etiam intelligi (vt à ſimilitudine non recedamus) quòd ſicut Chriſtus venditus non venditori, vel ementi, ſed eis, qui neſcientes aderant, dona ſua gratis contulit, pro quibus etiam in cruce ſupplicauit, ſic & ſpiritus ſanctus non vendenti, vel ementi, ſed his, qui de manibus eorum, ignorãtia ducti, ſacramenta Dominica accipiunt, ſuæ gratiæ effectum largiri probatur. Item obijcitur [m], etſi malum ſit eccleſiaſticas emere, tamen ſæpe ſiniſtra principia ad felices perueniunt exitus. Vt Iacob per ſupplantationem [“] peruenit ad benedictionem, vt ſeges, quæ leproſa manu ſeritur, munda tamen nutritur, vt ex adulterino concubitu pulchra ſoboles naſcitur, ſic & pecunia quæ per ſimoniam acquiritur, felicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum ſimoniacis patrocinatur. Ait enim Leo epiſcopus ad Mauros epiſcopos, epiſt. 85. al. 8.

¶ Quæ malo incho antur principio, nõ perueniunt bono exitu. C. XXV.

I PRincipatus, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit; etiam ſi moribus, atq; actibus nõ offendit [o] aplius† tamẽ initij ſui eſt pernicioſus exẽplo [p]. Et difficile eſt [q], vt bono [r] peragãtur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio [s].

non ementi vel vendenti: ſicut ſimoniaci profitẽt ignorantibus eos eſſe ſimoniacos: & non obſtante eo quod ſæpe ad bonum finem veniunt quæ malo principio inchoantur.

l ¶ *Secundum*] ſic ita docet nos magiſter reſiſtere. Argu. ſ. ſanti. 28. q. 1. nuperrime. ff. de condi. inde. ſi reup. 32. q. 7. Apoſtolus. præterea reſpondeti poteſt per id quod nota. ĩ. e. eos [b].

m ¶ *Item obijcitur*] ſit detentione non nonnulla eorum vſque ad §. ſed nihil. & ſic ita non incipit impugnare eos.

n ¶ *Per ſupplantationem*] ita ſi facta nẽ inſiſteret domini. 7. q. 1. quam periculoſum.

Principatus quem] CASVS. Prælati, qui dignitates male acquirunt, etſi alios non offendant: malos tamen exitus conſueuerunt habere. difficile enim eſt vt bono peragantur exitu, &c. Seq. c. patet.

o ¶ *Non offendit*] ſic 14. q. 5. neque.

p ¶ *Exemplo*] Habetur & ratio exempli. Non nulla ſiquidem in canonibus operantur. [“] Multa enim reprobantur ne ſint pernicioſa exemplo, quæ poſſent tolerari, vt 11. q. 3. præcipue. §. 50. diſt. de his vero. §. diſt. 32. plurimos. §. diſt. 96. bene. & argu. 21. q. 2. ſi quis iam. ar. 17. q. 2. nec aliqua ĩ. 27. qu. 2. inſtitutum eſt.

q ¶ *Difficile eſt.*] id eſt, [c] numquam. ĩ. e. ſi quis neque quandoque po nitur pro vix. 47. diſt. quantumlibet [e].

r ¶ *Bono.*] ſic 14. q. 5. neque. Arg. contra extra qui fi. ſint legi. tanta. & de matrimonio con tracto poſt votum de futuro.

s ¶ *Principio*] Ar. initium ſpectandum [e]: & quantum valeat bona fides à principio, collige ex his arg. 3. q. 10. placuit. 20. q. 3. propoſitum. 61. diſt. altamur. 92. diſt. ſi quis epiſcopus. extra de elect. audiiis. & ff. de cen. peruenit idem. ff. vend. ſi in aliena. & de publicia na. de pretio. ff. de his qui notãt. quid ergo. & de origi. ar. l. t. Arg. contra ff. de lege non omnium. 16. q. 3. §. poteſt. §. diſt. 17. regula. 14. q. 5. neque. ĩ. 16. q. 1. c. vlt. & q. 2. ſi ſacerdotes. extr. de iur. patr. cura paſtoralis. Ioan. Si quis ſemper habet malam fidem, numquam habebit exitum bonum: ſecus in contrarius. B.

Margin: Num. 23. b Bene ibi no per Lau cui ſ. ſunt ſit plus ſed no in eiũ dum Ioan & ibi dixi ſententiam Lau. in ver. portio nis Arelud. 1 Cor. 3. Luc. 22. Ioan. 18. [“] Reprobãtur multa ne ſint exẽplo pernicioſa. Gene. 27. c Cõcor tex. l. ſi aolurũ. cum ibi not. ff. de indi. & & in l. 1. cũ gl. in ver. peſſime ff. ad Maced. d Se Hu dicit difficile quaſi nõ impoſſib le. e Ad hoc ex tra de ele du dum. t. vbi de hoc & 10. q. 3 ſi ſacerdotes Arch. 1 Ant. & ca. 87. & ſ. 61. ca. miramur. † al. ſi qua.

a Cum Paulus dicat] ¶ Fundamentum.) Arg. contra. Debile principium melior fortuna ſequetur. Et argu. " non baptizatum non ſuſcipere ordinem. 24. q. 1. vbi ſana. ȷ. e. q. ſi quis per ignorantiã. & ȷ. e. ſi quis confugerit. extr. de presb. non bap. veniens. &c. ſi quis.

" Ordinẽ ſuſcipere non pt qui baptizatus nõ eſt.

Non eſt putanda] CASVS. Oſtendit Greg. in hoc c. quòd nullus debet ſimoniam committere, vt poſtea ex pecunia velit eccleſias conſtruere, vel eleemoſynas facere: tũ quia ſcriptum eſt: Honora Deum de tuis iuſtis laborib. Tum quia dicit Salomon, Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, &c. Et hæc in 1. part. In 2. part. inſtruit clericos ad dignitatem, vt antequam accedant ad dignitatem, vires ſuas metiantur, vt ad quam ſe ſufficere credunt, cum metu accedant. Vel ſic.

1. Cor. 3.

CASVS. In prima par. probatur triplici auctoritate, quod de illicite acquiſitis non eſt eleemoſyna facienda. Prima auctoritas eſt illa. *Hoſtia impiorum*, &c. Secunda, *Honora Deum*. Tertia, *Qui offert ſacrificium*, &c. In 2. parte dicitur, quòd ſi aliquis ad honorem debet accedere, prius vires ſuas conſideret: & etiam ſi ſe ſufficientem videat, cum timore accedat: aliter nullo modo accedat.

1 Ioan. diac.

2 Pol. l. 2. tit. 1 Anſ. lib. 5. c. 30. Pan. l. 2. c. 194 Iuo p. 5. c. 122.

b ¶ *Ex illicitis rebus*] Hic dicitur q̃ de male acquiſitis non debet fieri eleemoſina: quod verum eſt cum dominiũ non eſt tranſlatum: vel ſi repetitio competit, vt dixi in ſumma, 14 q. 5. ſed vbi non competit repetitio, bene: vnde & meretrix poteſt facere eleemoſynam, ſed non latro: arg. ff. de cond. ob tur. cauſ. l. idem. §. quoties. ſed quid ſi de pecunia ſimoniaca fundata eſt eccleſia? Dico q̃ non demolietur. 14. qu. 6. comperimus. & 12. q. 2. aurum. Sed quid de iure patronatus[a] illius eccleſiæ? Dic q̃ datur eccleſiæ cui facta eſt ignominia. ext. de ſimo. dehoc autem. in aut. de ſan. epi. §. pro omnib. ff. de cal. generaliter. §. illud. Itẽ quid ſi ex pecunia ſimoniaca quis emit vineam, nunquid de fructu faciet eleemoſynam? Non: quia eodem iure cenſentur cum pecunia: cum fructus in locum pecuniæ ſuccedant. ar. ext. de vſu. cum tu. in fi. ff. de leg. 2. Imperator. §. vlt. & l. ſeq. & ȷ. 94. diſt. c. 1. Arg. contra. ff. de fur. qui vas. §. pe. & vlt.

Prouerb. 21.

Prouerb. 3.

a ſc. empto p pecuniã. Io. de Fant. cõtra ad extra de iu. pa. de iure.

Eccle. 34.

" Facere amicos de mammona iniquitatis, quid.

c ¶ *Facere*] Sed opponitur, Fac tibi amicos de mammona iniquitatis. " ſed ſic exponitur, i. de diuitiis ſolicitudinib. & laborib. acquiſitis: vel quib. abſtuliſti ſua, reſtituas[b], vel eorum parentib. vel illis mortuis ſacerdotib. offeras: & iſti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad Dominum. licet enim dictum ſit: Quę in malum acquiſiuiſti, in bonum expende: non tamen id tibi patrocinabitur. H. male acquirere propter eleemoſynam, & id in bonum expendere, nihil aliud eſt quam filium in conſpectu patris mactare. 14. q. 5. immolans. aliter autem acquiſitum vt amore filiorum, & in bonum expenſum, id tibi patrocinabitur ad præmium. Hug.

b Hic videas q̃d habetur 14 q. 5. ſed hic. ibi expreſſius prædicta auct.

d ¶ *Prius vires ſuas*] " *Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam Viribus: & verſate diu quid ferre recuſent, Quid valeant humeri.* ar. ff. de excu. tu. paupertas. Idem dicit lex in illiſione. ff. ad l. Aqui. l. idem iuris. §. 1. & l. qua actione. §. 2.

" Horatius in arte poetica.

Item Gregorius Antiocheno epiſcopo, lib. 7. epiſt. 47. ind. ſt. 2.

¶ Non ſuperædificatur bonum opus, vbi Chriſtus fundamentum non eſt.

C. XXVI.

Cvm Paulus dicat [Fundamẽtum[a] aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus:] cõſequenter probatur, quia vbi Chriſtus non eſt fundamẽtum, nullum boni operis eſt ſuperædificium.

¶ *Apud B. Gregorium ſic legitur.* Prædicator autem egregius dicit [fundamentum, &c.] Quiſquis ergo cum dilectione Dei, & proximi, fidei, quæ in Chriſto eſt, firmitatem tenet, eumdem Ieſum Chriſtum Dei & hominis filium apud ſe poſuit fundamentum. Sperandũ ergo eſt, quòd vbi Chriſtus fundamentum eſt, bonorum quoque operum ſequatur ædificium.

Idem Syagrio, & aliis epiſcopis, lib. 7. epiſt. 110.

¶ Non poteſt fieri eleemoſina ex pecunia ſimoniace acquiſita.

C. XXVII.

2 Non eſt putãda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis[b] reb⁹ accipitur, quia qui hac intẽtione male accipit, vt quaſi bene diſpenſet, grauatur potius, q̃ iuuatur[α]. *& paulo poſt.* ¶ Vnde etiã illud certũ eſt, quia etſi monaſteria, aut xenodochia, vel q̃d aliud de pecunia, quæ pro ſacris ordinibus datur, conſtruantur, mercedi nõ ꝓficit *& paulo poſt.* ¶ Ne ergo ſub obtentu eleemoſynę cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, aperte ſacra ſcriptura nos prohibet. dicẽs [Hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere.] Quidquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei nõ placat iracũdiã, ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt [Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus.] Qui ergo male tollit, vt quaſi bene ꝓbeat, conſtat ſine dubio, quia Dominum nõ honorat. Hinc quoque per Salomonẽ dicitur. [Qui offert ſacrificium de ſubſtãtia pauperum, quaſi victimat filium in conſpectu patris.] Quantus autẽ dolor patris ſit, perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur. Et hinc facile cognoſcimus, quantum apud Deũ dolor exaſperatur, quãdo ei ſacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinãdũ eſt, dilectiſsimi fratres, ſub obtentu eleemoſynæ, peccata ſimoniacæ hæreſeos perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere[c]: aliud ꝓpter eleemoſynas peccata committere†. *& poſt pauca.* ¶ Quiſq; ergo ſacerdotium nõ ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat, prius vires ſuas[d] cum hoc, quod eſt ſubiturus onere metiatur, vt ſi impar eſt, abſtineat[e], & ad id cum metu etiam, cui † ſe ſufficere exiſtimat, accedat.

† al. perpetrare.

α ¶ Iuuatur] *Si hic interponatur caput, Eleemoſyna. infr. 14. q. 5. erit integer hic locus.*

β ¶ Committere] *Hic apud B. Gregorium interuciunntur c. Hoc quoque, diſt. 50. & c. Sicut neophytus. diſt. 48.*

Item Theoderico, & Theoberto. † Regibus Francorum, lib. 7. epi. 114.

† al. Theodeberto.

¶ Paſtor ſimoniacus nullam ouibus prębet medicinam. C. XXVIII.

3 Fertur ſimoniaca[f] † hæreſis (quæ prima contra Dei eccleſiã diabolica plãtatione ſubrepſit, & in ipſo ortu[g] ſuo, zelo† Apoſtolicæ vltionis percuſſa, atq; damnata eſt) in regni veſtri finibus dominari: cum in ſacerdotib⁹ fides ſit eligẽda cum vita. Si em̃ vita deeſt, fides[h] meritũ non habet, beato Iacobo atteſtãte, qui ait [Fides ſine operibus[i] mortua eſt[k].] Quæ enim, opera eſſe valeãt ſacerdotis, qui honorẽ tanti ſacramẽti cõuincitur obtinere per præmiũ? *& poſt pauca.* ¶ Hinc igitur nõ ſolũ in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiã[l] excellentiæ veſtræ regnũ†, epiſcoporum culpa (quorũ magis interceſsionib⁹ iuuari debuerat) pręgrauatur 4. Si enim dign⁹ is ſacerdotio credit᷑, cui ñ actionis merita, ſed præmiorũ copia ſuffragatur[m], reſtat, vt nihil ſibi i

3 Poly ibid. Anſel. lib 6. c 78. Iuo p. 5. c 121.

† al ſimoniacam hæreſim

† al zelo

Iac 2.

† al regimen veſtrorum epiſcoporum.

4 Sic contigit q̃a Theodoricus fuit decapitatus apud Coloniã, & Theodebert⁹ intoxicatus à Brunichilda.

e ¶ *Abſtineat*] Hic pręſumitur contra indignum prælatum ſtatim q̃ male ſit electus: ar. à contrario ſenſu, 61. di. miramur. verſ. nec putandus eſt honor.

Fertur.] CASVS. Gregorius reprehendit hic reges Frãciæ eo q̃ in ſuis finib. ſinũt ſimoniam vigere. Et oſtendit hoc eſſe damnum regi: quia ſimoniaci nocent regimini eorum de ſuis iniuſtis orationib. quorũ interceſsionib. debuerat adiuuari. quis enim de ipſorum orationib. confidere poteſt, quos intus cognoſcat eſſe vulneratos? & qualis fructus producitur cum radix eſt infecta?

† al. qui

f ¶ *Simoniaca.*] Notat Gregorius primo de negligẽtia reges iſtos Franciæ, " eo q̃ dominatur ſimonia in regno eorum. Secũdo dicit q̃ ipſorum prælatorum culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum eſt de his qui tales apud Deum interceſſores habent, qui in ſe prouocant iram Dei, quam placare debent.

" Simonia dominatur in Francia.

g ¶ *Et in ipſo ortu* quo ad nouum teſtamentum: & intellige poſt reſurrectionem: & ſic nõ eſt contra de conſec. diſt. 2. primas.

h ¶ *Fides.*) profeſſionis ſcilicet.

i ¶ *Operibus*] exterioribus.

k ¶ *Mortua eſt*] ſi tempus datur vel locus. de pœ. diſt. 3. c. vlt.

l ¶ *Verum etiam excellentia*] " Ecce q̃ crimen alicuius nocet innocenti[c], argu. diſt. 61. miramur. ver. ſicut enim. arg. ea. q. dominus, contra ȷ. ead. q. 4. c. 1. arg. 8. q. 4. c. 1. contra diſt. 81. ſi qui ſunt presbyteri. arg. diſtin. 37. §. vt itaque. argu. de conſec. diſtin. 1. in ſancta. Arg. contra, 24. q. 1. non turbatur. argu. 6. quæſt. 1. ex merito. argu. 49. diſt. §. 1. argu. 1. quæſt. 7. cap. ſicut. 2. argu. ȷ. e. qu. multi. Et eſt arg. quòd res inter alios acta aliis nõ præiudicat. ȷ. de pœnitẽ. diſtinct. 6. c. 1. ff. de re iud. ſæpe. Ioan. " Hoc breuiter tene, quòd res inter alios acta, aliis non nocet generaliter: nec crimen alterius alij nocet, in caſibus tamen ſpecialibus fallit qui in iure expreſſe inueniuntur. extr. de re iud. quamuis. & 6. q. 1. §. verum. & aliis ſimilibus caſibus, vt 2. q. 6. §. diffinitiua.

" crimẽ alterius nocet innocenti.

c d hoc no. B extr. d pg quibuſdam.

" Res inter alios acta aliis regulariter nõ nocet.

m ¶ *Suffragatur.*] Nã dicit lex qualiter quiſque meretur, non quantum dare ſufficiat æſtimetur. C. de epiſcop. & cleric. ſi quemquam. Sed quęritur quare ſcribit Papa regi, cum non habeat poteſtatem ſuper his. 11. q. 1. ſacerdotibus? ideo, quia participes erant: vel quia erant incorrigibiles, vt ȷ. e. q. vlt. c. vlt. 17. diſt. nec licuit. ext. de iud. cum non ab homine.

2 ¶ Viro

eccleſiaſticis honorib⁹ grauitas, nihil defendat induſtria: ſed totũ auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locũ vltoris [a] ::is, qui fortaſſe fuerat vlciſcendus [b], adducitur: atque hinc ſacerdotes nõ proficere, ſed perire potius iudicantur. Vulnerato nãq; paſtore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populũ orationis clypeo tueatur, qui iaculis ſe hoſtilibus feriendũ exponit? aut qualẽ de ſe fructũ producturus eſt, cuius graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuẽda eſt locis illis fore calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducũtur, qui Dei in ſe magis iracundiam prouocant [c], quã per ſemetipſos populis placere debuerunt.

Cum ergo ſecundum Leonem ſimonia nõ bono peragatur exitu, ſecundum Gregorium nullum boni operis ſequatur ædificium, nec ſit putanda eleemoſyna, quæ ex pretio ſimoniæ erogatur pauperibus, vulnerato paſtore medicina non adhibeatur curandis ouibus, de infecta radice fructus non producatur, maior etiam calamitas in futuro metuatur, de tam ſiniſtro principio quis felix exitus ſperatur?

Hinc etiam Auguſtinus ait.

¶ Simoniacorum ſacramenta effectu gratiæ carent. C. XXIX.

SIcut eunuchus [d] fuit, quẽ Ioſeph cõparauit, ita qui gratiã mercatur, viuum [e] ſemen non habet ſiccis genitalibus. Sic quoq; ignis ſacrificij, qui p ſeptuaginta annos Babylonicæ captiuitatis ſub aqua [f] vixerat, extinctus eſt, Antiocho [g] Iaſoni vendẽte ſacerdotium: quod ſignificauit ſpiritus ſancti ignem non lucere [h] in ſimoniacis † ſacramentis.

Quid in his ſimilitudinibus beatus Auguſtinus notare voluit, niſi quia ſacramenta ſimoniacorum, ſicut & ceterarum hæreticorum) licet ſint vera quantum ad formam, inania tamen, & falſa ſunt, quantum ad effectum, cum non poſſint in cordibus hominum gignere, vel accendere cæleſtem gratiam?

§ Sed obijcitur [i] illud Auguſtini contra hæreticos tractatu 5. ſuper Euangelium Ioannis.

¶ Siue bonus, ſiue malus ſit miniſter, per vtrumque effectus gratiæ confertur. C. XXX.

1 SI iuſtus [k] fuerit miniſter, cõputo eum cũ Paulo, qui gloriam ſuam non quærit, dicẽs [Ego plantaui [l], Apollo rigauit [m], Deus autẽ incremẽtum dedit.] Qui vero fuerit ſuperbus miniſter, cum diabolo cõputatur: ſed non cõtaminatur donũ Chriſti, quia p illũ purus fluuius tranſit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non poteſt: & ſi per lapideos canales tranſit [n] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generat, ſed tamẽ hortis plurimũ fructũ affert. Spiritalis enim virtus ſacramenti vt lux pura ab illuminandis excipitur: ſed per immũdos tranſiens non coinquinatur.

¶ *Ab initio huius capitis vſque ad v.* donum Chriſti. *Algerus lib. 3. ca. 5. citat ex beato Auguſtino, cuius tamen propria verba habentur infra de conſe. diſt. 4. c. aliud § ſi fuerit.*

¶ Quia per illum.] *Apud B. Auguſtinum tractatu 5. legitur,* Quod per illum fluit, purum eſt, quod per illum tranſit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructum ferre non poteſt: per lapideum canalem tranſit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans, ſed tamẽ hortis plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus ſacramẽti ita eſt, vt lux: & ab illuminandis pura excipitur, & ſi per immundum tranſeat, non inquinatur. *Idem ad Vincentium Donatiſtam, epiſt. 48.*

¶ De eodem. C. XXXI.

2 EX catholica [o] eccleſia ſunt omnia [p] Dominica ſacramenta: quæ ſic habetis, & datis, quemadmodum habebãtur [q], & dabantur, etiam priuſquam inde exiretis.

Idẽ de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 5. c. 19.

a ¶ *Vltoris*] id eſt, prælati, qui vitia aliorum debet vlciſci.

b ¶ *Vlciſcendus.*] id eſt, propter peccata [a] puniendus.

c ¶ *Prouocant*] in ſe, non in illos pro quibus ſupplicant. & ita etiam exaudi 3. q. 7. in grauibus.

CVM ERGO. Concludit Gratianus ex omnibus ſupradictis, ꝙ ex malo initio bonus exitus non ſperatur.

SIcut] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſicut eunuchus fuit qui Ioſeph comparauit: ſic eunuchi ſunt, i. ſine humore gratiæ qui ſimoniam committunt. & in eis ignis ſpiritus ſancti nõ viget. Quod probatur exẽplo Antiochi, quo vendente ſacerdotium ignis qui vixerat ſub aqua ſeptuaginta annis, extinctus eſt. Et nota duas hiſtorias in hoc c. ſcilicet de Ioſeph, & igne. "Legitur enim in Geneſi ꝙ Ioſeph venditus eſt a fratrib. ſuis Iſmaelitis euntibus in Ægyptum: qui poſtea vendiderunt eum Phutiſar eunucho Pharaonis Regis: quẽ exiſtimo miraculoſe eunuchizatũ: ideo quia emerat Ioſeph vt eo abuteretur, cum ante conſtet eum vxorem habuiſſe & filiam." Itẽ legitur i libro Machabæorum ꝙ filiis Iſrael in perfidiã deductis, Hieremias cũ quibuſdam aliis ignem ſacrificij abſconderunt in valle vbi erat puteus occultus: poſt multos autem annos ad præceptum regis Perſidis quæſitus eſt ignis ille: quo inuento hauſerũt aquam, qua ligna compoſita aſpergebantur, & ſtatim ardebãt. pro quo miraculo Rex ſuper puteum illum templum ædificauit. Tempore vero procedente cũ Rex Antiochus regnum ſuſciperet & regnaret in Iudæa, Iaſon frater ſummi ſacerdotis adito rege obtulit ei talẽta 40. & accepit ab eo ſummi ſacerdotij principatum: & ſtatim extinctus eſt ignis ſacrificij. Sequentes duo §§. plani ſunt.

d ¶ *Sicut eunuchus*] "Phutiſar qui primo habuit vxorem filiam Pharaonis: cum poſtea fuiſſet ordinatus ſacerdos Heliopolis, fuit exectus. Vel vt quidam dicunt, ſiccauit Dominus genitalia eius, quia ad turpes vſus emerat Ioſeph.

e ¶ *Viuum ſemen*] ſcilicet boni operis.

f ¶ *Sub aqua*] Arg. diſt. 81. c. ſi qui. Arg. tamen contra 28. diſt. c. vlti. & ǰ. e. Dominus. Ioan.

g ¶ *Antiocho*] "Ille Antiochus Græcus fuit: & multum Iudæos oppreſsit: & vendidit ſacerdotium templi. Et eſt ar. hic quod in vete. teſt. ſimonia erat ordinem emere.

h ¶ *Non lucere.*] "Ignis miſſus a Hieremia in puteum: qui tamen poſt numquam fuit inuentus: ſed aqua pinguis lapidi ſuppoſita illum comburebat. de iſto igne habes de pœ. diſt. 3. inter hæc hircum. & puteus erat in valle Ioſaphat: vbi Rex Perſarum fecit fieri templum, & appellatum eſt a Hieremia nepthar, quod interpretatur purificatio. Ioan.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 5. pars huius qu. in qua vult probare ꝙ ſi catholicus malus, ſ. toleratus conferat ſacramentũ aliquod, bene valet, dummodo accipiens non ſit in culpa: & idem credo de ſacramentis ab hæreticis collatis in forma eccleſiæ. In tali tamen indiget manus impoſitione propter immanitatem hæreſis. & hoc probat 18. autho. Ioan. de Fant.

i ¶ *Sed obiicitur.*] In defenſione ſimoniacorum probando, quod habent effectum ſacramenta ab eis collata. Ioan.

SI iuſtus.] CASVS. Hic oſtenditur, quod ſi ſacerdos iuſtus fuerit, eſt bonus miniſter ſacramentorum, & non actor: quod probatur exemplo Pauli. ſi vero malus eſt, ſua malitia ſacramentis non obeſt: quia ſicut aqua ſterilis non eſt quamuis per canalem ſterilẽ fluat: ita virtus ſpiritualis etſi per immundos tranſeat, tamen ab illuminandis excipitur. Et no. ꝙ ab iſto ſupradicto capitulo vſque ad c. etiam corde, probatur ꝙ vera ſunt ſacramẽta malorum ſacerdotum: & vere ab eis conferuntur, dummodo in forma Eccleſiæ conferantur.

k ¶ *Si iuſtus.*] Ab iſto ca. vſque ad illud, etiam corde. "oſtendit magiſter, quod ſacramenta hæreticorum vera ſunt, & vere ab eis conferuntur, ſi in forma eccleſiæ conferantur: non tamen quo ad virtutem: cum diſtinctione tamen: quia ſacramenta neceſsitatis, [b] ſi in neceſſitate quis ſumat ab hæretico, vel etiam ſi ignoranter ſumat: & virtutem & veritatem quidem accipit ſacramenti. Si vero non neceſsitate vel ſcienter accipit: veritatem quidem accipit ſacramenti, non virtutem. ſi tamen ficte accipit, & poſt agat pœnitentiam, habebit vtrumque. de conſecratio. diſtin. 4. tunc valere. & §. ſed notandum [c]. ǰ. ead. In ſacramento vero dignitatis, vt in ordine, diſtingue ſecundum illam diſtinctionem. 11. quæſtio. 1. ordinationes. & in ſumma ibi poſita. In ſacramento Euchariſtiæ dicimus quòd de manu hæretici ſumendum non eſt: 24. quæſtione 1. capit. vlti. & 32. diſtinctio. §. verum. ſi tamen accipiatur, verum eſt corpus, ſi in forma eccleſiæ eſt confectum: licet quidam dicunt, quòd ipſi non conficiunt. 24. q. 1. ſchiſma.

ADDITIO. Arg. de conſe. diſt. 2. quid ſit. Arch.

l ¶ *Plantaui.*] prædicando.

m ¶ *Rigauit*] baptizando.

n ¶ *Tranſit.*] infra eadem, ſic populus. contra. Sol. "hoc de ſacramentis neceſsitatis, quæ ſemper habent effectum niſi culpa ſuſcipientis impediat, & ibi de ſacramentis dignitatis. vel hic de ficte ordinatis: ibi de his quos eccleſia tolerat. Vel dic quod ſunt polluta quantum ad illos, vt 49. diſtinctio. capitul. vltim. 15. quæſtion. vltim. cap. fin.

EX catholica] CASVS. Dicit Aug. quòd à catholica eccleſia vera ſumpſerunt hæretici ſacramenta, qui ſic habent & conferunt ſicut habebant ante quàm de eccleſia exirent. Sequentia tria c. plana ſunt, & per ſe patent.

o ¶ *Ex catholica*] In hoc & in duobus c. ſequentibus dicitur quòd vera ſunt ſacramenta hæreticorum, quæ in forma eccleſiæ celebrantur.

p ¶ *Omnia*] id eſt, omnium ſacramentorum veritas & forma.

q ¶ *Habebantur*] Arg. contra. ǰ. c. extra catholicam. ſed ibi expone, id eſt, extra formam catholicæ eccleſiæ.

a ꝓpria. q. d. aſſumit officium vltoris ille, de quo debet vitio ſumi.

" Ioſeph venditio.

" Ignis diu occultati miraculoſa inuentio.

Geneſ. 39. 2. Mac. 1. & 4

† al. ſimoniacorum.

" Phutiſar gener Pharaonis in ſacerdotio fuit exectus.

"Anthioch' multa facinora perpetrauit.

" De igne Hieremiæ.

1 ǰ. de conſ. di. 4. c. aliud Alg. lib. 3. c. 5. Anſ. l. 9. c. 30. Poly. l. 5. tit. 10.

1. Cor. 3.

"Hæreticorũ ſacramẽta ſunt vera.

b d hoc leg. & no. ǰ. e. §. ſed notãdũ eſt. Arch.

c Ad idẽ de pœ. diſ. 3. §. illud autem. Gre. in fi.

2 Alg. libr. 3. c. 9. Deuſd. in tract. de ſimoniacis. Pol. l. 5. ti. 10.

" Sacramenta ſunt duplicia.

Sic autem

a S[ic autem Deus.] Deus dicitur adeſſe talibus ſacramentis, vt veritas ſubſiſtat, & vt virtus præſtetur ei qui accipit ignoranter. ī. c. ſi iuſtus.
b ¶ Et verbis ſuis] "Et ita verba neceſſaria ſunt. arg. ī. e. detrahe.
c S[acramenta] ¶ Non mutaſtis] id eſt, non extra formam eccleſiæ tradidiſtis.
d ¶ Iniuriam] ar. quòd propter alterum non debet alteri iniuria fieri. de conſe. diſ. 4. oſtéditur. ff. de re. iur. non debet. Ioan.
S[icut ficti] CASVS. Dicitur hic quòd ſicut ſi quis adultus ficte vel ſine contritione accedit ad baptiſmum, veruntamen recipit ſacramentum: ſic & vera ſunt ſacraméta, quæ ſchiſmatici & hæretici in forma eccleſiæ conferunt. Seq. c. patet.
e ¶ Ficti] Sed núquid dandum eſt baptiſma ei, qui ficte accedit, Dic quòd ſic, ſed poſt cópellédus eſt fidem obſeruare. ar. 45. di. c. de Iudæis. Verú autem baptizetur ignorans vel inuitus, vel dormiés, habe extr. de bapt. & eius effectu. ca. maiores. § atem quæritur.
f ¶ Non emendamus] ī. de conſec. di. 4. oſtéditur. & c. ſolet quæri. ī. e. ſi quis inquit Sed contra. ī. e. q. ſicut vrgeri. Sed hic de fictione accipientis, quæ non impedit, ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando non in forma eccleſiæ. 32. diſt. § verum.
g N[eque in homi ne malo] i. toleratu", vel in neceſſitate. & ſic nó eſt contra ī. diſt. 32. nullus. & c. præter hoc. H.
N[onne] CASVS. Hic oſtédit quòd apud malos erant ſacramenta. " Nam peiores Sodomitis erant Iudæi: & tamen Dominus eorum ſacramenta vera eſſe probauit, dum ad ea celebranda leproſos quos mundauerat miſit: & dú eius Angelus Zachariæ in téplo miniſtranti aſtitit: & cum exauditum denunciauit. nec etiam gentilium verba reprobant ſancti patres, vbi verum dixerunt.
h ¶ Nonne] vult probare Aug. in hoc c. quòd apud hæreticos ſunt vera ſacramenta: quia erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. item & alia ratione: quia ſi gentiles aliquid boni habuerunt, hoc ſancti viri nó reprobauerunt." Quod autem apud Iudæos eſſent vera ſacramenta, probat exemplo Domini & Zachariæ. Zacharias tamen bonus fuit: vnde ratione perſonæ nulla eſt probatio: ſed ille eodem modo ſacrificabat quo & alij Iudæi.
i ¶ Peiores] ī. 24. qu. 1. non afferamus: quia iſti tantum naturalem legem tranſgreſſi ſunt, Iudæi etiam ſcriptam: illi prædicatores non habuerunt, iſti etiam Ieſum Chriſtum: apud illos nulla miracula facta ſunt, apud iſtos multa facta ſunt: & præterea iſti Chriſtum crucifixerunt. de pœ. diſt. 1. periculoſe.
k ¶ Iuſta] id eſt minus mala. arg. 8. q. 1. vereor. vnde dic, iuſtificaſtis, comparatione melioris vitæ, non poteſtate iudicij.
l ¶ Talia] id eſt, tale ſacrificium eſt qualis ſacrificans. ī. e. Dominus declarauit. verſ. item nos dicimus.
ADDITIO quaſi dicat non. ī. e. Dominus. H.
m ¶ Quæ] ſcilicet ſacramenta. vt circunciſionem quando cum hoſtiis in templo fuit præſentatus. de conſec. diſt. 4. proprie. in fine.
n ¶ Et ea Zachariæ] Ecce per bonos oſtédit ſacrificium fuiſſe apud Iudæos.
o ¶ Angelus] Hiſtoria. Narratur hiſtoria in nouo teſtamento, quòd fuit in diebus Herodis ſacerdos nomine Zacharias, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultum Domini, xxiiij. inſtituit ſummos ſacerdotes, quorum tamen vnus maior erat, qui princeps ſacerdotum dicebatur. quorum de numero vnus fuit Zacharias, qui cum in die propitiationis incenſum poneret, prædixit ei Angelus filium naſciturum de vxore ſua, qui vſq; ad diem partus obmutuit, quia credere noluit.
p ¶ Et rectum.] argum. "propter perſonæ deteſtationem non reprobari dicta illius. ī. 37. diſt. ſi quid veri. & c. turbat. ī. 2. e. quæſt. 4. quid ergo. ī. e. q. 1. Dominus declarauit. ī. 19. diſtin. ſecundum. 1. q. 1. l. de arca. contra. 9. diſtinct. ſi ad ſacras. contra diſt. 16. canones. Dic vt in decret. ſi ad ſacras, vel dic quòd vtile viciatur per inutile. cum alteri ſit præiudicium. 65. diſt. c. 1.
M[ultæ autem.] CASVS. Multæ ſunt operationes ſpiritus ſancti, quas hic non enumerat Augu. ſed non miſit ad Apoſtolum qui enumerans eas ſubiungit. Omnia autem hæc, &c. Earum operationum quædam ſunt in bonis & malis, quædam in bonis tantum. In bonis & malis, vt ſacramenta, baptiſmus in Simone, & prophetia in Saule, quorum vterque malus erat. In bonis tantum, vt charitas & aliæ virtutes.
q ¶ Operationes] i. multa ſunt dona quæ ſpiritus ſanctus operatur. 30. q. 1. peruenit.
r ¶ Cum quodam loco] id eſt, in epiſtola prima ad Corinthios, 12. c.
s ¶ Vt in Saul] " Et in Caipha, Expedit vt vnus moriatur, &c. ī. e. ca. prophetauit.
t ¶ Boni] ſcilicet per gratiam inhabitantem. ī. 24. q. 3. de illis qui. & ead. cauſ. q. 1. vbi ſana. H. Ioan. de Fan.

¶ De eodem. C. XXXII.

1 SIc autem Deus[a] adeſt ſacramentis, & verbis[b] ſuis, per qualeslibet adminiſtrētur, & ſacramenta Dei vbiq; recta ſunt, ſicut† mali homines, quib⁹ nihil proſunt, vbique peruerſi ſunt.

Idem lib. 4. de bap. contra Donatiſt. ca. 12.

¶ De eodem. C. XXXIII.

2 NEc foris ergo, ſicut ne intus quiſquam, qui ex parte† diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quoquam maculare ſacramentum, quod Chriſti eſt.

Idem ad Emeritum, epiſt. 164.

¶ Sacramenta, quæ non mutantur, catholicis, & hæreticis communia probantur. C. XXXIIII.

3 SAcramenta, quæ non mutaſtis[c], ſicut habetis, approbantur à nobis: ne forte cum veſtram prauitaté corrigere volumus, illis myſteriis Chriſti, quæ in veſtra prauitate deprauata nó ſunt, ſacrilegam faciamus iniuriam[d]. Neque enim & Saul deprauauerat vnctioné, quam acceperat, cui vnctioni tantum honorem rex Dauid pius Dei ſeruus exibuit.

Idem ad Donatiſtas.

¶ De eodem. C. XXXV.

SIcut ficti[e] veraciter, nó ficte recipiunt, nec eorum baptiſma reprobatur, ſic & illa, quæ ſchiſmatici, vel hæretici, ſi non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera eccleſia, cum ad nos veniunt, non emendamus[f] ſed potius approbamus.

¶ Verba ipſa prioris partis huius capitis vſque ad v. reprobatur. *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum: ſed habentur ſum. in ea libr. 1 de baptiſmo contra Donatiſtas c. . R. liqua autem huius capitis pars eſt in eodem li. c. 13.*

Idem contra litteras Petiliani, lib. 3. c. 9.

¶ Non fugiantur ſacramenta Dei, a quocunque miniſtrentur. C. XXXVI.

4 NEque in homine bono aliquis Dei ſacramenta fugiat, neque in homine malo[g].

¶ *Libro tertio contra litteras Petiliani, vnde videtur ſumptum eſſe hoc caput, ſic legitur.* Nemo glorietur nec in homine bono. nemo bona Dei fugiat nec in homine malo. *Hoc autem caput ſignificatur ſupra diſ. 32. c. præter. § verum principio.*

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 6. c. 44.

¶ Hominum malitia ſacramenta non profanat. C. XXXVII.

NOnne[h] Sodomitæ ethnici erant, id eſt, gentiles? Peiores[i] ergo erant Iudæi, quib⁹ Dominus dicit [Tolerabil⁹ erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis.] & quibus propheta dicit [Iuſtificaſtis Sodomam] id eſt ī comparatione veſtri † iuſta[k] facta eſt. Numquid tamen ideo ſacraméta diuina, quæ apud Iudæos erát[l], talia erant quales ipſi erát: quæ[m] Dominus quoq; ipſe percepit, & ad ea celebranda leproſos, quos múdauerat, miſit, & ea Zachariæ[n] miniſtráti Angelus[o] adſtitit, cumque in templo ſacrificantem exauditum eſſe núciauit. Hæc eadé ſacramenta & in bonis hominibus illius téporis erát, & in malis prioribus, quàm ſint ethnici: quandoquidem Sodomitis in malitia prælati ſunt: & tamen illa ſacramenta erant ī vtriſque integra, atque diuina. Nam & ipſi gétiles, ſi quid diuinum, & rectú[p] in doctrinis ſuis habere potuerunt, non improbauerunt ſancti noſtri†: quáuis illi per ſuas ſuperſtitiones, & idololatriam, & ſuperbiá, ceteroſq; perditos mores deteſtandi eſſent, & niſi corrigerentur, diuino iudicio puniendi.

Idem lib. 3. c. 16.

¶ Sacramenta mali habere poſſunt, licet virtutem ſpiritus ſancti habere non poſſint. C. XXXVIII.

5 MVltæ auté operationes[q] ſunt ſpiritus ſancti, quas Apoſtolus, cum quodam[r] loco, quátum ſufficere arbitratus eſt, commemoraſſet, ita concluſit [Omnia autem hæc operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidés ſingulis prout vult] Cum ergo aliud ſit ſacramentum, quod habere etiam Simó magus potuit: aliud prophetia†, quæ in malis hominibus etiam fieri ſolet, vt ī Saul[s]: aliud operatio eiuſdé ſpiritus, quam niſi boni[t] habere nó poſſunt, ſicut eſt finis præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, quālibet hæretici, & ſchiſmatici accipiant, charitas, quę cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum eſt catholicæ vnitatis, & pacis: nec eſt in omnib⁹, quia nec eius ſunt omnes.

" Verba in ſacramentis ſunt neceſſaria.
2. Alg. l. 3. c. 2. Iuo part. 1. c. 17.
† al. ſi
† al. diaboli
a Alg. ibid. Dauid in tracta. de ſimoniacis Anſ. libr. 9. c. 48. Pol. l. ibid.
† al. parte diabolo.
" vide S. Th. 3. p. q. 68. ar. 3. in c. & ar. 4. ad 2. & 3. p. ar. 8. & q. 69. ar. 9. & 2. 3 Alg. l. 3. c. 9. Pol. l. 7. ti. 10.
1. Reg. 24. & 26.
a Ad hoc ī. e quã multi. vbi de hoc in gl. ex his Arch.
" Iudæi peiores ſunt à Sodomitis.
4 ī. diſt. 32. c. præter hoc. §. verũ principio. Iuo p. 10. c. 75.
" Iudæorũ ſacramenta fuerunt vera.
ba. 3. q. 4. Nabuchodonoſor. §. de Tyrus.
Matth. 10.
Ezec. 16.
† al. veſtra, Sodoma iuſtificata eſt.
Luc. 1.
Zach. 3.
† al. viri.
" Perſonæ deteſtatio an faciat illius dicta reprobari.
5 Pol. l. 3. ti. 10. Anſ. l. 9. c. 29.
1. Cor. 12.
Act. 8.
† al. operatio ſpiritus quæ in malis etiam fieri ſolet, ſicut Saul habuit prophetiam aliud, &c.] Orig.
1. Tim. 1.
1. Pet. 4.
" Caipha prophetauit.

R *Emiſsionem*] CASVS. Dicitur hic quod cum aliquis baptizatur à quocumque ſiue bono ſiue malo, remiſsionem peccatorum quam conſequitur per baptiſmum, non dat ei malus, ſed meritum eccleſiæ. Nam bonis tantum dictum eſt, cuicumque re miſeritis peccata. &c. Illa ſola columba pacem habet, & ideo ligat & ſoluit. & ſolus ille ſoluitur qui cum columba, id eſt eccleſia habet pacem. Vel ſic dictum eſt ſupra quaſdam operationes ſpiritus ſancti eſſe in malis, vt baptiſmum, quaſdam vero non eſſe in malis, vt remiſsiones peccatorum quæ dantur ad preces bonorum eccleſiæ, qui cum columba, id eſt, eccleſia habent pacem. non enim malis, ſed bonis, dictum eſt, Quorum remiſeritis peccata, &c.

a ¶ *Auari*] id eſt, idololatræ, id eſt, quilibet auarus 23. q. 1. idololatria.

b ¶ *Auari non dant.*] id eſt, indigni ſunt dare. j. de conſec. diſt. 4. quomodo. Vel intellige de præciſis, quia non dant in veritate niſi ſacramentum in neceſsitate, & eius etiam virtutem.

c ¶ *Quæ per orationem*] quia facilius preces iuſtorum qui ſunt in eccleſia, obtinetur remiſsio[a], vt j. 23. q. 4. obtineri. Vel quia per vinculum charitatis eccleſiæ dimittuntur peccata. j. de conſec. diſtin. 4. eccleſiæ charitas.

d ¶ *Foris.*] ſic intelligas c. de toleratis, dic foris, id eſt, extra eccleſiam quæ complectitur tantum grana. ſed ſi de præciſis, dic foris id eſt, extra eccleſiam militantem, quæ complectitur grana cum paleis. 7. q. 1. §. cum vero.

e ¶ *Aperte*] cum ſit Chriſtianus eccleſiam impugnans manifeſte, ſiue perturbans eccleſiam occulte. 32. q. 4. recurrat. ver. ſi.

SI ERGO. CASVS. Infert Grat. ex ſupradicto c. ſi iuſtus fuerit, quòd ſimoniacorum ſacramenta aliis vtilia ſunt, & ſi iſtis non proſunt, ſimilitudine aquæ currentis per canales, & lucis, quæ ab immundis non coinquinatur. Sed obiicit de ſacramentis hæreticorum, quæ vera ſunt quantum ad formam, & quo ad effectum. Sed ſoluit dicens, quòd ſacramenta neceſsitatis cum effectu conferunt, ſed ſacramenta dignitatis, quo ad formam tantum, quæ carent officio diuerſis ex cauſis.

f ¶ *Sacramenta*] reſpicit illud c. ſi iuſtus fuerit. ſ. e.

g ¶ *Et non inania*] Verum eſt hoc in ſacramento neceſsitatis. 24. q. 1. ſi quem forte.

SED NOTANDVM. Hæc eſt 6. pars q. in qua facit differentiam inter ſacramenta neceſſaria, & voluntaria. Neceſſaria enim ſacramenta ſine quib. nemo ſaluatur (vt eſt baptiſmus) poſſunt recipi a quocumque. Sacramenta voluntaria (vt ſunt ordines, niſi rite dentur, data non ſunt: ſed ceſſant vel loco, vel ordine, vel promotione. De quibu multa ponit exempla, quæ probat per 6. c. Ioan. de Fan.

h ¶ *S. notandum*] contra ſimoniacos. reſpondet enim per diſtinctionem ſequentem ſuæ concluſioni. Sacramentum enim male acceptum, duplici caret effectu, aut quia in eo præſtito non percipitur gratia, ſed arguitur malitia recipientis: & hoc omnib. ſacramentis eſt commune: vel quia negatur executio, quòd ſpeciale eſt in ſacramentis dignitatis.

Idem eodem lib. c. 18.

¶ Licet ſacramenta mali miniſtrent, remiſsionem peccatorum non præſtant. C. XXXIX.

REmiſsionem † peccatorũ auari[a] non dabant[b]: quæ per orationes[c] ſanctorum, id eſt per colũbæ gemitus datur, quicumque baptizet, ſi ad eius pacem illi pertinẽt, quibus datur. Non enim raptoribus, & fœneratoribus diceret Dominus [Si cui dimiſeritis peccata, remittuntur illi, ſi cui tenueritis, tenebuntur.] Foris[d] quidẽ nec ligari aliquid poteſt, nec ſolui, vbi non ſit qui aut ligare poſsit, aut ſoluere: ſed ſoluitur, qui cum colũba fecerit pacem, & ligatur, qui cum columba non habet pacẽ, ſiue aperte[e] foris ſit, ſiue intus eſſe videatur.

Si ergo ſacramenta[f] *in modum lucis ab immundis coinquinari non poſſunt, ſi in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt, patet, quòd ſimoniaci ſacramentum vnctionis ſibi quidem inutiliter, & pernicioſe habent, aliis autem vtiliter, & ſalubriter eamdem vnctionem adminiſtrant. Sicut ergo ſunt vera ſacramenta hæreticorum quantum ad formam, ita ſunt vera, & non inania*[g] *quantum ad effectum.*

6 *Sed notandum*[h] *eſt, quòd ſacramentorũ alia ſunt neceſsitatis*[i], *alia dignitatis. Quia enim neceſsitas non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem, illa ſacramenta quæ ſaluti ſunt neceſſaria, quia iterari non poſſunt, cum ſint vera, auferri, vel amitti non debent: ſed cum pœnitentia rata eſſe permittuntur. Illa*[k] *vero ſacramenta, quæ ſunt dignitatis, niſi digne fuerint adminiſtrata ita vt digni digne à dignis promouebantur, dignitates eſſe deſinũt: non vt minuatur veritas ſacramenti, ſed vt ceſſet officium adminiſtrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.*

Loco, vt ait Leo ad Ruſticũ Narbonenſem epiſcopum, epiſtola 92. al. 92. c. 1.

¶ De his, qui a pſeudo epiſcopis ordinantur. C. XL.

2 SI qui clerici ab iſtis pſeudo epiſcopis[l] in eis eccleſiis ordinati, ſunt, quæ ad proprios epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum conſenſu, & iudicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita vt in ipſis eccleſiis[m] perſeuerent: Aliter autem vana eſt habenda ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita.

¶ *Caput hoc emendatum eſt, ac locupletatum ex ipſa epiſtola, & refertur ſupra diſtin. 62. c. 1. §. ſi qui.*

Ecce aliquis à pſeudoepiſcopis ordinatus. ſi locum ſuæ ordinationis mutauerit. vana eſt, & ſine adminiſtratione erit talis ordinatio.

Tempore, vt ait Innocentius epiſt. 22. c. 5 de ordinatis à Bonoſo.

¶ Quæ pro neceſsitate cõceduntur, eadem ceſſante ceſſabunt. C. XLI.

3 QVod pro neceſsitate temporis[n] ſtatutum eſt, ceſſante neceſsitate, debet vtique ceſſare pariter quod[o] vrgebat[a]: quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit.

a ¶ Quam ad præſens) *Hæc ſunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in ſummam redacta infra autem q. 7. c. quod pro remedio plenius referuntur.*

Ergo aliqui alio tẽpore ab eo qui Bonoſo ſimilis ſit, ordinatus ceſſabit ab adminiſtratione, q̃ pro neceſsitate illius temporis fuit permiſſa.

Item promotione, vt ait Leo epiſtol. 3. ad Iulianum † Aquilegienſem.

¶ Qui ab hæreticis redeunt ſine ſpe promotionis in ſuis ordinibus recipi poſſunt. C. XLII.

5 SI quis ab hæreticę cõmunionis cõtagiõe ſe macularit[ß], hoc in magno habeat beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis[q] in quo inuenitur[r] ordine, permaneat.

ß ¶ macularit.] *Hic apud B. Leonem cũ alia verba ſunt interiecta, tum ca. ſaluberrimum. infra q. 7. caput enim hoc eſt quaſi ſumma quædam, quemadmodum, & c. omnis. infra eadem, tametſi illud paulo plenius ſit.*

Ecce[s] *ſi clericus vel ordinatione, vel quo-*

i ¶ *Neceſsitatis.*] neceſsitatis quinque ſunt ſacramenta. baptiſmus, confirmatio, pœnitentia, vltima vnctio, corpus Chriſti[b]. In baptiſmo tamen hoc eſt ſpeciale, quia in ſumma neceſsitate accipi poteſt à quocumque. 32. diſt. §. verum ver. ſiné. & idem[a] circa pœnitentiam. nam conſiteri poſſum cuicumque in neceſsitate. de pœn. diſt. 1. quem pœnitet. Circa alia ſacramenta neceſsitatis, vel circa iſta duo cum non inſtat neceſsitas, hoc eſt attendendum, quod cum peccat quis accipiendo, acta pœnitentia rata intelliguntur quo ad effectum.

k Illa ſacramenta vero dignitatis hoc eſt de iure, quod non habeant executionem cum pœniteant accipientes, niſi cum eis diſpenſetur. Et ſacramenta dignitatis ſunt ordines: ideo dicitur in plurali, quia ſunt plures ſpecies ordinis. 21. di. cleros. Et dicuntur dignitatis: quia à dignioribus, id eſt, epiſcopis conferuntur, vel quia nonniſi digne[c] aſſumendi ſunt. Videtur etiam quod baptiſmus non ſit neceſsitatis ſacramentum. arg. de conſe. diſt. 4. c. baptiſmi vicem.

k ¶ *Illa*] Hic aſsignat vnam differentiam inter baptiſmum & alia ſacramenta: aliam ponit j. in ſe. §. ecce ſi clericus. aliam in illo §. ecce cum honoris.

l ¶ *Si qui clerici*] CASVS. Dicitur hoc c. quod ſi quis cõſenſu ab epiſcopo qui male fuerit electus tolerarus tamẽ fuerit promotus: diſpenſatiue poterit miniſtrare in eccleſia ad quam fuerit ordinatus, ſed non in alia. Seq. §. planus eſt, & omnia vſque ad §. ecce.

l ¶ *Si qui clerici à pſeudo epiſcopis.*] id eſt, non canonice electis, toleratis tamen. ſic 62. diſtin. c. 1. arg. contra 12. q. 2. alienationes. Ibi ius commune: hic miſericordia.

m ¶ *Eccleſiis*] j. e. q. 5. c. 1. contra. Sol. ibi propter ſcandalum in eccleſia q̃ per manifeſta adeptus eſt ſimoniam non permittitur miniſtrare hic econtra, ſ. propter ſcandalum, cum occultum ſit delictum in eccleſia cui intitulatus eſt, & non in alia ſuſcipitur, vel hoc cum emit illum ordinem, illa eum dignitate vel beneficium j. e. erga.

n QVod pro neceſsitate temporis, &c] Ceſſante neceſsitate & diſpenſatio ceſſare debet.

o ¶ *Quod.*] id eſt, quia diſpenſatio vrget, vel quod eſt accuſatiui caſus, id eſt, quod neceſsitas vrgebat, id eſt, inducebat. Ar. contra j. 19. q. 2. duæ ſunt propter cri minoſos. B. ſol. ibi de cauſa impulſiua, hic de finali. ff. de poſtul. l. 1.

p ¶ *Si quis*] Hoc capitulum non loquitur de mero iure.

q ¶ *Promotionis*] j. 34. diſt. præcipimus. & depoſi. ſi depoſiti. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

r ¶ *Inuenitur*] niſi in caſibus notatis. 9. q. 1. in ſummariis[d].

ECCE. CASVS. Hic oſtendit Gratianus aliud eſſe in ſacramento ordinis vel dignitatis, quod non confertur cum effectu ab hæreticis. aliud in ſacramento neceſsitatis, quod cum effectu confertur etiam ab hæreticis, vt baptiſmus, pœnitentia, & Euchariſtia, quia ſacramentum ordinis non ſolum propter culpam interdicitur, ſed etiam propter irregularitatem, vnde ſacramenta neceſsitatis poteſt conferre qui iſtud ſolum conferre non poteſt.

s ¶ *Ecce.*] Oſtendit magiſter in hoc §. differentiam inter ſacramenta dig-

---

1 Poly. ibid. Anſ. l. 9. c. 12 † *Remiſſam*] Orig.

Ioan 20.

Auari non dant peccatorum remiſsionem.

Iuſtorum preces facilius exaudiuntur.

a De hoc de pœn diſt. 1. multiplex.

2 ſup di. 62 c. Burc l. 1. c. 11. Ivo p 3. ca. 65.

Sacramentum male exceptum duplici caret effectu

Sacramẽta neceſsitatis ſunt quinque.

b Extra de præ. & re. quia ſi te. No. quod iſtud ſacrum ſit neceſsitatis. Sed contra not. extr. de traſl. veniẽs. vbi de hoc ſatis not. Arc.

vide B. Th. 4 di 7. q. 1. art 4 q 3. & 2 & diſt 20. q. 1. art 1 q 2 & ioi. præcipue ad 3 ar.

ſacramẽta dignitatis.

3 Iuo in prolog. fol. 5. Pan c. 19. in prolog j. c. q. 7 c. quod pro remedio.

4 Concord. princ. C. de ead. tol & 9 q . ca ordinationes.

c id eſt, ſine crimine, ſine infamia, ſine irregularitate cũ ad alia ſacramẽta omnes regulariter admittatur, niſi aliqui ea ſualiter rõe criminis repellãtur. P. † al. *Iauanenſem*

Non eſt ſic neceſſarius baptiſmus fluminis, nam eius vice interdum ſupplet baptiſmus ſanguinis & flaminis. B. Th. 3. p. q 68 ar 2. 5. j. ea. c om nis. & q 7. c. ſaluberrimum.

d Illos caſus ponit etiam hic Hug.

ta dignitatis,& alia,& cauſam differentiæ.

a ¶ *Infamia*] quæ etiam ſine culpa contrahitur.6.q.1.§.verum.

b ¶ *Munditia.*]vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34.diſtinct.ſi quis viduam.

c ¶ *Illud ſolum.*]ſ. ſcilicet ordinem.

li-bet ſacramento hereticis communicat. ceſſans à promotione vix in ſuo ordine perſeuerat. Non eſt enim de ſacramento hoc, vt de ceteris. Cetera enim vel ad culpas abluendas dantur, vt baptiſmus, & pœnitentia, vel pro culpis non in æternum, ſed ad horam negantur, vt Euchariſtia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefariis peccatis conceditur: Hoc ſolum non ſolum pro culpa, ſed etiam pro infamia[a] interdicitur†, & pro imminuta munditia[b] ſua, vel extrinſeca, vel intrinſeca perfectionis prærogatiua, vt bigamis, vel viduæ maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet pro vitiatis denegatur: quibus tamen baptiſmus, vel Euchariſtia nõ negatur. Poteſt etiam talis cetera ſacramẽta adminiſtrare, qui iſtud ſolum[c] non valet conferre.

Vnde Leo ait ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. al. 87 c. 2.

¶ De epiſcopis, qui talem conſecrant, qualem conſecrare non licet.

C. XLIII.

1 SI qui epiſcopi talem[d] cõſecrauerint ſacerdotem; qualem[e] non liceat, etiam ſi aliquo modo[f] damnũ proprij honoris euaſerint, ordinationis[g] tamen ius vlterius nõ habebũt[h]: nec† illi[i] vmquã[k] ſacramento intererunt quod neglecto diuino iudicio immerito præſtiterunt.

Ecce[l] cum honoris periculum euadant, vt certa ſacramenta ſacerdotaliter adminiſtrare permittantur, ab hoc ſolo non modo pro hereſi, vel pro qualibet maiori culpa, ſed etiam pro negligentia remouetur. In quibus omnibus ſolicite notandum eſt, quòd ſacramentum ſacerdotalis promotionis præ ceteris omnibus magis accurate, & digne dandum vel accipiendum eſt: quia niſi ita collatum fuerit, eo deſinet eſſe ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cetera enim ſacramenta vnicuique propter ſe dantur, & vnicuique talia ſiunt, quali corde, vel conſcientia accipiuntur. Iſtud ſolum non propter ſe ſolum, ſed propter alios datur: & ideo neceſſe eſt, vt vero corde, mundaque conſcientia, quantum ad ſe ſumatur, quantum ad alios vero, non ſolum ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia propter ſcandalum fratrum: ad quo-

SI qui epiſcopi.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi quis ordinauerit indignum, etiam ſi depoſitionem euadat de cetero non ordinabit, nec intererit illi ordinationi, quam contulit indigno.

d ¶ *Talem*] ext. de tẽp. ord. litteras.

e ¶ *Qualem*] extra de præb. graue.

† al. interdum etiam pro

f ¶ *A quo modo*] “ diſpenſatiue. ſ. cum punitur aliquis in eo in quo deliquit. In increpatione vt 45. diſt. cum beatus. Item in ſcientiæ recognitione. 16. q. 1. reuertimini. in fin. Item in poteſtate ligandi vel ſoluendi. 24. qu. 3. de illicita. Itẽ in priuilegiis. 11. qu. 3. priuilegium. Item in ordinis collatione, vt in c. preſenti, ſi qui epiſcopi. item in honoris ablatione, vt dixi 99. diſt. nullus. Item in armorum retentione, vt 1. q. 7. c. 1. H.

“ Prælati in multis excedunt.

1 25. q. 2. c. ſi q. epi. Anſ. lib. 6 c. 74 Iuo part 5. c. 107.

g ¶ *Ordinationis*] ſ. diſt. 50. ex pœnitentibus, contra. ſ. diſt. 36. qui eccleſiaſticis. contra ſ. 55. diſt. nullus. ſ. diſtin. 51. c. 1. in §. 1. Sol. ibi de his qui ex pertinacia contra canones ordinant tales: hic de illis qui ex ſola negligentia hoc faciunt, intelligitur[a]. argu. 2. q. 1. in primis. nec eſt contra extr. de tempor. ord. litteras. quia ibi non indignum, ſed indigne ordinauit. “ alias ſemper eſt hæc veritas, quod qui promouet indignum, depoſitionem meretur, vt 50. diſt. ex pœnitentibus. & argu. hic ibi. euaſerint, ita tamen ſi ſcienter hoc facit, cum & ille ſit in notorio crimine. aliter non poſſet eum repellere ab ordine ſuſcipiendo. ext. de temp. ord. ex tenore. Vel dic, quòd variæ ſunt pœnæ, hodie mitius agitur, extr. de præb. graue.

† nec ei ſacramento] Orig.

[a] Et ſic vĩ intelligere Gra. inf. §. 1.

“ Ordinantium indignos punitio.

h ¶ *Non habebunt.*] ſ. cum aliquis punitur in eo in quo deliquit.

i ¶ *Illi* Baz. dicit, quòd illum eumdem ordinem non poteſt conferre, ſed minorem vel maiorem bene. arg. ext. de temp. ord. litteras.“ quia hæc pœna eſt, & ideo non debet amplius extendi, quam inueniatur delictum. H. contradicit quod hæc actio illi, facit ſimplicem relationem.

“ Pœna infligatur ſecundum delictum.

k ¶ *Vmquam*] “ argum. in eo puniendum eſſe aliquẽ in quo deliquit. 11. q. 2. de viro. & c. qui & humanis. ĩ. c. qu. 5. c. 1. ſ. diſt. 81. valet. 17. q. 4. frater. & 7. quæſt. 1. ſi quis de ordine. & 33. q. 2. admonere. ĩ. 27. q. 2. qui dormierit.

“ In quo quis deliquit, in eo puniri debet.

ECCE. CASVS. In hoc §. oſtendit G. quare ſacramẽtum ordinis magis diſcrete cõferendum eſt, quam cetera ſacramenta, quia alia pro accipiente tantum, iſtud vero pro aliis confertur, vnde debet conferri non ſolum ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia.

l ¶ *Ecce*] adhuc perſeuerat aſsignando differentiam, & cauſam differentiæ.

HI quoſcumque] CASVS. dicitur in hoc c. quod epiſcopi, qui ſeruientes, vel ſeruos ſuos indignos ordinant, rei ſunt infidelitatis eorum qui ſcandalizantur propter hoc. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad c. dedit. Sed ſcias, quòd §. ille, Patet, reſpicit ſupradicta c. ſcilicet ſi iuſtus fuerit. &c. ex catholica.

m ¶ *Quoſcumque*] ideſt, aliquos indignos, quod collige ex illo verbo, aſſeclis, ab aſſequor[b] aſſequeris. vnde & aſſecla ſeruus, aliter ſi eſſent digni, plus eis tenerentur. arg. 12. q. 2. hæc huius. 86. diſtin. non ſatis.

b Aſſecla dĩ aſſecutor, ab aſſequẽdo, eo q̃d ſequatur aliq̃s lucri cã ſcdm Pap.

n ¶ *In ſcandalum.*] qui ergo occaſionem damni dat, damnum, &c. ext. de iniu. & dam. ſi egreſſus[c] ĩ. c. placuit. 2. argum. contra 23. q. 5. de occidendis. §. 1. Dic, prima intelligitur de cauſa proxima, & cum culpa: contraria de cauſa remota, & ſine culpa. ff. de ſer. cor. l. Neratius.

c Concord. tex. in l. ſi q̃s ad ſe. cũ ibi not. C. ad l. Iul.[d] vi pu.

rum vtilitatem, non ſolum vt præſint, ſed etiam vt proſint, ſacerdotium datur.

Vnde Hieronymus ad c. 3. Michææ.

¶ Simoniaci rei ſunt infidelitatis eorum qui à ſe ſcandalizantur.

C. XLIIII.

HI, quoſcumque[m] de aſſeclis ſuis ordinãt, clericos, & vitam eorum in ſcandalum[n] populis exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur.

Reuera enim qui ad hoc eliguntur, vt ceteris præſint, ſicut præordinantur dignitate, ſic præeminere debent ſanctitate. Alioquin, cur ceteris præferuntur, quos nulla meritorum gratia à ceteris aſſumuntur. Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanenſi epiſcopo poſt ſextam ſynodum Romanam.

¶ Sicut honore, ita & ſcientia quiſque præcellere debet. C. XLV.

VIliſsimus†[o] computandus eſt, niſi[p] præcellat ſcientia, & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.

7 *Patet ergo[q] illud Auguſtini (a ſacramenta videlicet Chriſti per hereticos miniſtrata ſuo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, ſed de ſacramento baptiſmi.*

Vnde idem Auguſtinus ait tractat. 5. in Ioannem.

¶ Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, reiterari non debet. C XLVI.

DEdit[r] baptiſmum Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit[s] Ioãnes[t], & baptizatum eſt[u] poſt Ioannem, quia qui datus eſt à Iuda, batiſmus Chriſti erat[x]: qui autem à Ioãne dat⁹ eſt, Ioannis erat. Non Iudã Ioanni, ſed baptiſmum Chriſti, etiam per Iudę man⁹ datum, baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioãnis dato recte præponimus. *& paulo poſt.* ¶ Quos baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit

o ¶ *Viliſsimus.*] ĩ. diſt. 25. §. nunc autem.

p ¶ *Niſi præcellat*] “ id eſt, niſi habeat illam diſcretionem, quę in prælato exigitur, etſi non eminentem, tamen ſufficientem, ext. de elect. cum nobis olim. ſufficit enim, quod ſit bonus[d]. 65. diſtin. ca. vlti. Quid ergo ſi omnes ſint valde periti? Non ideo erit iſte viliſsimus, quia non eſt, vt Salomon. de hoc. 8. q. 1. licet.

“ ſcientia prælati ſit ſaltem ſufficiens.

d Grauitas & induſtria in p̃lato eſ̃, quæritur. c. c. fertur. ver. ſi enim, &c

† *Vil. ſimus computãdus* ; Orig.

PATET ERGO. Hæc eſt 7. pars. huius q. in qua dicitur quod ſacramentum collatum in forma eccleſiæ a malo catholico tolerato, ratum eſt. Ioã. de fant.

a ſ. pr. c. ex catholica & c. iuſtus.

q ¶ *Patet ergo*] reſpicit illud capit. ex catholica. & cap. ſi iuſtus. Ioan.

DEdit.] CASVS. In cathechumeno baptizando non attenditur meritum dãtis, vt probatur exemplo Iudæ: quia quos baptizauit, non ſunt poſtea baptizati: quia Chriſtus eos baptizauit. ſed bene baptizati à Ioanne ſunt poſtea baptizati: quia Ioannis erat baptiſmus. Sic ergo quos baptizat ebrius, adulter, & homicida, Chriſtus baptizat.

r ¶ *Dedit*] quia baptiſmus collatus a Ioãne erat quoddam ſacramentale, quo abluebatur corpus exterius tantum. de conſe. di. 4. baptiſmus. & valebat ad aſſuefactioné.

s ¶ *Dedit*] in nomine Chriſti, vel in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: & ideo non fuit, &c. de conſe. diſt. 4. aliud.

t ¶ *Dedit Ioannes*] in nomine venturi. &c. & ideo fuit Ioannis.

v ¶ *Et baptizatum eſt*] ĩ. de conſe. diſt. 4. non regenerabantur.

x ¶ *Baptiſmus Chriſti erat.*] in quarto lib. ſententiarum legitur. “ Hic conſiderandum eſt ſi baptizati ſunt baptiſmo Chriſti a Ioãne baptizati: & qua forma verborum ſit vſus Ioannes. Illi reſp. qui baptizati ſunt a Ioanne neſcientes ſpiritum ſanctum eſſe, ac ſpẽ ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. baptiſmus autem Ioannis tantum dabatur in nomine venturi. Vnde Hiero. ſuper Io. Qui dicit ſe in Chriſtum credere, & non credit in ſpiritũ ſanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, i. dñi noſtri Ieſu Chriſti: qui dixerunt, ſed neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus, iterũ baptizati ſunt in noĩe Chriſti explicite. Illi vero q ſpẽ in baptiſmo Ioannis hẽbant, & patrẽ, & filiũ, & ſpiritũ ſanctũ credebãt: nõ fuerũt poſtea baptizati: ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſup eos facta ſpiritum ſanctũ receperunt. Alij vero qui non ita credebant, baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, vt dictum eſt. Vnde Hieron. Qui ſpiritum ſanctum neſciebant cum baptiſmum a Ioanne acceperunt, iterum baptizati ſunt, ne quis ex Iudæis vel gentibus putaret aquam ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſalutem. De hoc etiam Ambroſius. Quidam negauerunt ſe ſcire ſpiritum ſanctum cum baptizatos ſe dicerent baptiſmo Ioannis: quos tũ in aduenientis Ieſu non in ſuo baptizauit nomine. Illi ergo qui nec in

“ Baptizati à Ioanne an debuerunt rebaptizari baptiſmo Chriſti

nec in Chriſti nomine,nec cum fide ſpiritus ſancti baptizati fuerant,non poterant accipere baptiſmi ſacramentum. Baptizati ſunt igitur in nomine Chriſti, nec iteratum eſt in eis ſacramentum, ſed innouatum.“Sed quæritur,cum in baptiſmo Ioannis non conferretur remiſſio peccatorum, vt de conſec.diſt.4.non regenerabantur. nec ad veritaté baptiſmi valeat fides alicuius, vel infidelitas officiat.de conſe. diſt.4. quomodo.& ſeq. cap. cur reiteratur baptiſmus in quibuſdam a Ioāne baptizatis, maxime cum per circūciſioné originale fuiſſet deletum, vt ext. de bapt. maiores. §. caute. Nam ſi dicas baptiſmum Chriſti neceſſarium eſſe etiam circunciſis, concluditur ergo,quod in omnib. baptizatis a Ioanne neceſſarium eſt, ſiue bene crederent, ſiue male. Si autem dicas non eſſe neceſſarium: quare ergo baptizati ſunt baptiſmo Chriſti iam a Ioanne baptizati. cum iidem eſſent circumciſi? poteſt dici forte,quod ante paſſionem Chriſti nulli erat baptiſmus neceſſarius[a],ſed tantum baptizati ſunt ab Apoſtolis ne putarent aliqui baptiſmum ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſaluté, quod credo. Vel forte a baptiſmo Chriſti, id eſt, poſtquā Chriſtus baptizatus fuit, omnibus baptiſmus fuit neceſſarius, ſiue Ioannis*, ſiue Chriſti: ſed baptiſmus Chriſti tanquā a ſeipſo ratus non indiget fidei adminiculo ſecus in Ioannis baptiſmo.vnde baptizati ſunt quib. recta fides non affuit: quod locum habuit in baptiſmo Ioannis. Vide quod not.de conſe.di. 4.ex quo.

a ¶ *Ebrius*] ita tamen, quòd ſentiat quid faciat:quia intentio baptizati: & baptizantis exigitur[b],vt j.de cōſe.di.4.ſolet. quia nemo dicit quod nō ſentit.ff.de ſup.leg. l. Labeo.& ita non eſt cōtra.j c.§.ecce.

S*icut vrgeri*.] CASVS.Donatiſta dicebat, quod hæreticus ſi baptizat, peccata dimittit: quod Auguſt.negabat. Sed dicit Auguſt.ergo eadem ratione auarus, id eſt, ſimoniacus dimittit peccata,quod ipſi hæretici negabant, verum tamen ſi attendas vim meriti,neuter dimittit,ſed ſi vim ſacramenti attendas, vterque dimittit. Nam quo ad merita vtrumque membrorum mortuum eſt,& ad hoc,vt reuiuiſcant, oportet alterum ab hæreſi,alterum vero ab auaritia ſeparari. Seq.§. patet.

b ¶ *Dimittit peccatum*] i.ea.remiſsionem.

c ¶ *Sic & ego*] argu.“ ſufficere reſpondenti dare inſtantiam[c]. alibi ſufficit aſſignare rationem.28.q.1.ſic enim.Et dicit Ariſtoteles octauo Topicorum:optima inſtantiarum eſt dicere quare non ſic. Sic ordinabis argumentum. hæreticus iuſte baptizat: ergo dimittit peccatum,quod ego nego, & iſto:auarus baptizat iuſte, ergo dimittit peccatum,quòd non concederent ipſi: ſed dic inſtantiam nō valere, quia ſecundum ſuam opinionem concludit.ſic.27.q.1.nuptiarū.

B aptiſm Ioannis non conferebat peccatorum remiſsionē.

1 Alg.l.3. ca. 10.

2 Pol l 1 ti. 16 Anſ lib 9. c.5. Ioo p 1. c.165.& p.2 c 94.

a ſc.quia ianua paradiſi non dū erat aperta. extr. de bapt.maiores. Arch.

Epheſ.5.

*Vide B.Th. p.3.qu 38 p totā,& ſpertum ar 6.

Iac.2.

Coloſ.3.

b Arg. cōtra de cōſ diſ 3. Baptiſmus i § & c. non illud. Arch.

“ Inſtructio reſpōdentis.

c Inſtātiam gl ſing ſecūdum Iaſ i l. vlt in ſi C vñ lib Gl.ſimilis in l creditori de op no. nun. vbi Alex. & Iaſ.

bri*a*[a], quos baptizauit homicida,quos baptizauit adulter,ſi baptiſma Chriſti erat,Chriſtus baptizauit. *Itē paucis interiectis.* ¶ 1 Quā ſacramētū tā ſāctū eſt,vt nec homicida miniſtrante polluatur.

a ¶ Ebrius.] *Addita, ſublata, & emendata ſunt nonnulla in hoc capite ex originali,non tamen vox illa ob gloſſam. Legendum eſt enim,*ebrioſus.

Idē de baptiſmo cōtra Donatiſtas li.4.c.4.

¶ De eodem. C. XLVII.

2 SIcut vrgeri videor,cum mihi dicitur,ergo hęreticus dimittit[b] peccata?ſic & ego[c] vrgeo,cum dico ergo qui cæleſtiā mandata non ſeruat,auarus, raptor,fœnerator, inuidus, verbis, non factis ſæculo renuncians dimittit peccata? ſi per vim ſacramenti Dei,ſicut & ille,ita & ille. Si per meritū ſuum,nec ille, nec ille.Illud enim ſacramentum & in malis hominibus Chriſti eſſe cognoſcitur. In corpore autem vnicæ[d] colūbæ, incorruptæ,ſanctæ,pudicę,non habentis maculam, aut rugam,nec ille, nec ille inuenitur.[Vt ſi cuius manus eſſet arida,verum quidē eſſet mēbrum,quamuis ſine ſanguine, & inefficax eſſet, & mortuū:ſic & fides,cum ſit vera, tamen ſine operibus mortua eſt.] *itē paulo poſt.* ¶ Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, tamen non ſit templum Dei, ſi ab hæreſi non receſſerit,quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus ſit templum Dei,ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus.

β ¶ Vt ſi cuius] *Verba hæc vſque ad verſ.* Item.*in vulgatis beati Auguſtini codicibus eo loco non leguntur,neque apud veteros collectores.*

8 Ex his itaque verbis apparet baptiſma, quod ab hæreticis tribuitur, virtute ſua remiſſionem conferre peccatorum.

Sed idem Auguſtinus econtra teſtatur libro ſexto de baptiſmo contra Donatiſtas,c. 1.dicens.

¶ Baptiſma Chriſti,etſi nulla peruerſitate violetur,apud hæreticos tamen caret effectu. C. XLVIII.

d ¶ *Vnica columba*]quæ complectitur tantum grana ſiue palea. 23.q. 4.recurrat.§.contra,remiſsionem.in gl.ſi.

EX HIS.Hæc eſt 8.pars.q.in qua dicitur, quòd baptiſmus in forma eccleſiæ datus à quocumque tenet,ſed præciſus à baptizatus non ſaluatur,ſicut membrorum præciſum a corpore non habet ſpiritum vitæ.Ioan.de Fant.

ETiam[e] corde tardiores,quā tū exiſtimo,intelligunt baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis,ſiue dātis, ſiue accipiētis poſſe violari.Sed[α] quia[f] aliud eſt ſacramētum ab effectu ſacramenti,cum eos, qui in ipſa vnitate eccleſiæ perdite viuunt, conſtet remiſsionem pecatorū nec dare,nec habere poſſe, quia non malignis,ſed bonis filiis dictum eſt.[Si cui dimiſeritis peccata,dimittuntur ei, ſi cui tenueritis,tenebuntur,]patet ergo hæreticos[g] tātum dare, vel accipere ſacramentū baptiſmi, & non dare remiſsionem peccatorum.

α ¶ Sed quia aliud] *Hinc vſque ad finem verba beati Auguſtini in ſummam redactis ſententia tamen manet incolumis.Integer locus habetur de conſec.diſt. 4. Quomodo.§. Non ob aliud.*

Idem in ſermone 11.de verbis Domini, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.

¶ De eodem. C. XLIX.

COrporalia[h] ſacramēta, quæ portant,& celebrant etiā ſegregati ab vnitate corporis Chriſti,formā poſſunt exhibere pietatis[i]: Virtus vero pietatis inuiſibilis,& ſpiritualis ita in eis nō poteſt eſſe, quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum,quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot vetuſtis codicibus hoc & ſequēs caput ſunt coniunctæ ſuperiori.*

Item Ambroſius in libro de initiandis rudibus.

¶ De eodem. C. L.

3 NOn ſanat baptiſm*[k] perfidorum,non mundat, ſed polluit[α]: quia in diluuio[l] aquarum multarum ad Dominū non approximatur,quia,vt per Apoſtolum dicitur. [Quidquid non eſt ex fide[m], peccatum eſt:] & ipſis qui faciunt, & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt, ſed & ad iudicium eſt.

α ¶ Polluit.]*Hucuſque Ambroſius. Sed Algerus libro tertio, cap 1. referens hunc locum, addit vſque ad verſ.* approximatur, *ac deinde caput 13 citans etiam eundem librum beati Ambroſij adiungit reliqua huius capitis vſque ad finem.*

E*Tiam*] CASVS. ab iſto loco probat contrarium, ſcilicet quod baptiſma hæreticorum non habet effectum.Eſt ergo caſus talis. Dicitur in hoc c.quòd etiam tardi ad credendum intelligunt, quod malus dat & accipit verum baptiſma, ſed nō dat remiſsionem peccatorum, qui eſt effectus ſacramenti: quia tantum bonis dictum eſt, Cui dimiſeritis peccata,&c.

e ¶ *Etiam*] ab iſto loco inducit magiſter capitula, quibus vult probare, “ quòd hæretici, & ſi ſacramentum conferre poſsint, non tamen effectum ſacramenti. quandoque tamen inducit, quod poſsint effectum conferre,& ſub iſta alternatione venit vſque in finem quæſtionis fracto fræno.

f ¶ *Sed quia*] ſicut aliud eſt elementum, aliud conſecratio, vt de conſe. diſt.4. per aquam. & ideo notatus fuit Cyprianus: quia non fecit iſtam differentiam.j. ead. ſi quis inquit.

g ¶ *Hæreticos*] “ſacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos, ipſam vero gratiam non niſi per ſeipſum,vt j.de conſe. diſ. 4.quomodo.

C*Orporalia.*] CASVS. Dicitur in hoc c.quod ſicut mēbrum amputandū ſenſu caret, & inefficax reputatur, & ſic corporalis baptiſmus hæreticorum eſt ablutio ſine effectu.

h ¶ *Corporalia.*] quia miniſterio corporum, & circa corpora conferuntur, vel quia quædam ſunt corporea, vt chriſma, vel formæ corporū ſunt, vel quia ſub corporalibus ſpeciebus cōferuntur[d]. Sed numquid cum corpore pereunt? argum.quod non.j. ead. quod quidam. 32. quæſtione ſeptima. tantum valet.

i ¶ *Pietatis*]id eſt, ſanctæ religionis & veritatis: ſed ideo dicit, quia tunc eſt ibi pietas, cum & veritas,&c.

N*On ſanat*] CASVS. Dicitur in hoc c.quòd baptiſma perfidorum non prodeſt.Et hoc probatur Apoſtoli auctoritate dicentis, omne quòd non eſt ex fide,peccatum eſt: immo potius nocet aſſumentibus illud baptiſma.

k ¶ *Baptiſmus.*] datus extra formam eccleſiæ, vt j. ead.§.ſed notandum.

l ¶ *Qui in diluuio aquarum.*]“ id eſt, multiplicitate diuerſarum ſentētiarum,vel ſectarum[e],vel in diluuio tantum, quia ſolus baptiſmus non ſufficit niſi & gratia detur.

m ¶ *Ex fide.*]id eſt, cum fide operante per dilectionem.

“ Hæretici ñ conferunt effectum ſacramenti.

“ ſacramētū gr̃æ dat De* per malos.

3 Alger* l.3. c.1.& 13.

Pſal 31.

Rom 14.

d Vel dic, quod h.d. ad dr̃iā ſpūalium ſacramētorū. Eſt n. baptiſmus ſpūalis & inuiſibilis vt interior. eſt & corporalis, & viſibilis, ſicut exterior Similiter ordo, & cōfirmatio, & extrema vnct. corpus Dñi & pœnitentia, ſecundū Hug & Pau.

“ Diluuium aquarum.

e Vel dic.in diluuio, in carnalib.cōcupiſcentiis vel.i.cū inūdabūt aquæ i. pœnæ, & anguſtiæ in die iudicij, ſecūdm Hug.

Hi quo

HI qui. CASVS. Dicitur hic, quòd hi qui ab hæreticis baptizantur, per impoſitionem manus epiſcopi ſunt confirmandi, vt ſic gratiam ſpiritus ſancti in eccleſia recipiant: baptiſma tamen reiterari non debet, dicente Apoſtolo: Vnus Deus, &c.

a ¶ *Baptizati.*] nam tunc nihil acceperunt ab eis. 68. diſt. §. hi vero.

Item Leo ad Nicetam Aquilegienſem epiſcopum, epiſt. 77. al. 79. c. 7.

¶ Per manus impoſitionem confirmentur, qui ab hæreticis baptiſma accipiunt.

C. LI.

1 HI, qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati[a] antea nõ fuiſſent, ſola inuocatione ſpiritus ſancti per impoſitionem manuum confirmandi ſunt: quia formam tantũ baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſerunt. 2 Et hanc regulam, vt ſcitis, ſeruandam omnibus eccleſiis prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo [Vnus [b] Dominus, vna [c] fides, vnum [d] baptiſma:] Cuius ablutio nulla iteratione temerãda eſt: ſed, vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, vt quod[e] ab hæreticis nemo accipit, à catholicis ſacerdotibus conſequatur.

9 *Sed notandum eſt, quòd hæretici, vt Ariani, & Sabelliani, quorum [f] alij inæqualitatem, alij indiſcretionem perſonarum [g] confitebantur, baptiſma non in forma eccleſiæ [h], ſed ſuæ peruerſitatis miniſtrabant.* ¶ *De his ſpecialiter Ambroſ. locutus eſt dicens* [*non ſanat baptiſmus perfidorum, &c.*] *ſed etiam, vt rebaptizentur, & reordinentur, in concilio Niceno, c. 19. ſtatutum eſt.*

¶ Rebaptizentur, & reordinentur, qui de Paulianiſtis, & Cataphrygis ad eccleſiam redeunt. C. LII.

SI quis cõfugerit ad eccleſiã catholicam de Paulianiſtis [i], & Cataphrygis [α] [k], ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere. Si qui vero clerici erãt apud eos: ſi quidẽ inculpati fuerint, & irreprehẽſibiles, rebaptizãdi ſunt, & rurſus [l] etiam ab epõ eccleſiæ

b ¶ *Vnus*] id eſt, incommutabilis.

c ¶ *Vna.*] id eſt, ab vno veniens.

1 Pet. 1. 3. u. 20. — d ¶ *Vnum.*] i. vnam habens efficaciã in omnibus ſiue paruulis, ſiue adultis, niſi malitia ſuſcipientis impediat, vel vnum, quia non iterandum.

2 infrà ea. c. hãc regulã. — e ¶ *Vt quod*] ſ. ſanctitatis virtutem, gratiã remiſsionem peccatorum, exaudi tamen, vt dicit Gratianus. j. ea. §. nemo. Nam aliter cõſtitutus in neceſsitate accepit. 32. diſt. §. verum.

Epheſ. 4. — SED NOTANDVM. hæc eſt 9. pars q. in qua dicitur quòd quidam hæretici nõ baptizant in forma eccleſiæ, & talis baptiſmus iteratur. Alij hæretici dant in forma eccleſiæ, & talis non reiteratur. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit tunc Gratianus dicens, quòd ſupradicta ca. maxime cap. non ſanat. intelliguntur de his qui non baptizati ſunt in forma eccleſiæ, qui debent iterum baptizari. Et hoc probat per ſeq. c.

3 ſuprà c. nõ ſanat. — f ¶ *Quorum*] vt Ariani, qui dicunt filium non coæternum patri. 24. q. 3. cap. quidam. verſ. Ariani.

" Error Sabellianorũ. — g ¶ *Perſonarum*] " vt Sabelliani, qui dicunt eamdem perſonã eſſe patris, & filij, & ſpiritus ſancti, vt 24. qu. 3. quidam. verſic. Sabelliani.

h ¶ *Eccleſia*] quæ neceſſaria eſt. 32. diſt. §. verum. & j. eod. capit. detrahe.

SI quis confugerit] CASVS. Statutum fuit in Niceno concilio, vt baptizati à Paulianiſtis præter formam eccleſiæ, ad nos redeuntes debeant iterum baptizari, & eorum clerici, ſi alias fuerint inculpabiles, poſt baptiſma apud nos ordinentur. ſi vero minus idonei inueniantur, repellantur.

" Error Paulianiſtarum. — i ¶ *Paulianiſtis*] " qui dicebant Chriſtum non fuiſſe ſemper, ſed à Maria ſumpſiſſe initium, vt j. 24. q. 3. quidam. §. Paulianiſtæ.

k ¶ *Cataphrygis*] Cataphrygæ dicunt ſpiritum ſanctum paruulum hominem, &c. vt in præd. cap. quidam. verſ. Cataphrygæ. qui non baptizant in forma eccleſiæ. & ſic ſoluuntur contraria. j. de conſe. di. 4. quibus. " ſed hic non fuit facta iniuria ſacramento, cum nullum præceſſerit. ibi contra. Vel hoc intelligendum eſt per illud. Nam ibi dicitur, niſi neceſsitas, &c. Item contra. j. ea. ſi quis per ignorantiam. ſed hoc de diſpenſatione, illud de rigore. Vel hic loquitur de iure: quia hic nullum fuit prius baptiſma, nec ordo, vnde non fit hic iniuria alicui ſacramento: ſed tantum baptizantur, & ordinantur. nec tangit illud cap. hoc: quia ibi alius caſus, ſcilicet quia ibi ſunt duæ quæſtiones ſecundum vnum caſum.

" Baptiſmo an fiat iniuria per reiterationem.

l ¶ *Rurſus.*] arg. " quòd nõ baptizatus nullum recipit ordinem. extra de presb. non bapt. cap. ſi quis presbyter. j. eo. tit. ſi quis per ignorantiam. j. ead. cum Paulus.

" Ordinari nequit qui baptizatus non eſt.

m ¶ *Deponi*] de facto [a]. vel deponi, id eſt, non admitti.

a ſ. de eo ordine quem apud hæreticos videbamur habere. Arc.

n ¶ PAulianiſtæ] Iſti non baptizabant in forma eccleſiæ: ſed Nouatiani ſic: ſed rebaptizabant iam baptizatos. Sed illi qui ab eis in forma eccleſiæ ſunt baptizati, ſi eis communicant in hæreſi: tunc effectũ ſacramẽti nõ recipiunt, quẽ nullus ſine fide conſequi poteſt.

o ¶ *Alij*] hic §. reſpicit §. ſ. poſitum, ſed notandum.

p ¶ *In patria*] quia nemo propheta eſt acceptus in patria ſua.

q ¶ *Non poterat.*] id eſt, nolebat: vel quia potentiæ ſuæ non congruebat. arg. 32. q. 1. ſi Paulus. quia ipſi erant increduli. Sed nonne poterat facere ne eſſent increduli, & ita facere miracula? nam dicit regula iuris, quòd qui poteſt facere, vt poſſit, dicitur poſſe, vt ff. de reg. iu. qui poteſt. ſed lex illa intelligitur de eo qui tenetur ex neceſsitate, & adſtrictus eſt ad aliquid faciendum.

catholicæ ordinẽtur. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehẽſi, deponi [m] eos oportet. Similiter aũt & circa diaconos [β], & de omnibus, qui in eodẽ clero inueniuntur, eadẽ forma ſeruabitur.

α ¶ Cataphrygis.] *Legitur hæc dictio in priſca verſione, quæ eſt in variis exemplaribus collectionis Iſidori impreſſis, ac manuſcriptis: ſed non eſt in canone Græco, neque in verſione Dionyſij, aut aliis recentioribus. Quod autem & iſti baptizandi ſint, traditũ eſt in cõcilio Laodiceno, c. 8. in ſynodo ſeptima, ſeu ſecunda Nicena, c. 7. & infra de conſecr. diſt. 4. c. hi vero. quod eſt Gregorij.*

β ¶ Diaconos.] *Græce eſt,* περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων. *id eſt*, De diaconiſsis, & de his omnino, qui in canone connumerantur.

Item Innocentius ad epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5.

¶ De eodem. C. LIII.

PAulianiſtæ [n] in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti minime baptizabãt: & Nouatiani iiſdem tremendis, venerãdiſque nominibus baptizãt: nec apud iſtos de vnitate poteſtatis diuinę, hoc eſt patris, filij, & ſpiritus ſãcti quęſtio aliquãdo mota eſt.

Alij [o] formam eccleſiæ in baptizando ſeruant. Sed, dum ab eis baptizantur, qui in hæreſi, vel ſchiſmate eis communicant, ſacramentum quidem baptiſmi ab eis accipiunt, virtutem vero non conſequuntur, quam ſine fide nullus conſequi poteſt. Vnde de Domino dicitur, quòd in patria [p] ſua non poterat [q] facere ſignum propter incredulitatem eorum.

Vnde Auguſtinus tractat. 80. ad cap. 15. Ioannis, & ſermone de cataclyſmo, cap. 3. initio.

¶ Dum verbum accedit ad elementum, fit ſacramentum. C. LIIII.

DEtrahe [r] verbũ, & quid eſt aqua, niſi aqua? accedit verbum [s] ad elementũ, & fit ſacramentum [t]. *& infra.* ¶ Vnde iſta

DEtrahe verbum.] CASVS. Oſtenditur hic, quod ſi verbum Euangelicũ ſub forma debita apponatur ad aquam, ipſa fit ſacramẽtum: in qua tanta virtus eſt, vt corpus tangat, & cor abluat: non tamen quia verbum dicitur, ſed quia fides adhibetur. Seq. §. patet.

r ¶ *Detrahe*] " id eſt, ſi aliquis immergat aliquem, & non proferat verba, non baptizat: quia nec ſolum elementum, nec ſola verba ad hoc ſufficiunt. Vel aliter, quidam baptizant tantum in nomine patris & ſpiritus ſancti, & tunc expone, detrahe verbum, id eſt filium: quid eſt aqua niſi aqua? quaſi dicat, non eſt ibi baptiſmus, de conſe. diſt. 4. in ſynodo. Vel aliter, detrahe verbũ ab aqua, id eſt formam, & non erit ſacramentum baptiſmi. " Et no. quòd Gandulphus dixit, quòd ipſa aqua fit ſacramentum, ſcilicet ipſum elementum. argum. de conſe. diſt. 2. ca. ſacrificium. vnde ſi aſinus bibat aquam illam, bibit ſacramentum: ſicut de mure diximus. de conſecr. diſt. 2. qui bene non cuſtodiunt. Alij dicunt, quòd impoſsibile eſt, quod aſinus bibat ſacramentum. " nam dicunt, quòd aqua illa in eodem inſtanti incipit & deſinit eſſe ſacramentum, ſcilicet in vltima prolatione ipſius formæ, Baptizo te in nomine patris, &c. vt not. de conſecr. diſt. 4. c. 1. ſed per alias orationes, quæ primo funduntur ſuper ipſam aquam, non fit aqua ſacramentum. & hoc ita verum eſt ſecundum eos. quòd ſi in eo inſtanti quo forma finitur, & aqua fit ſacramentum, puer non eſſet in aqua, puta ante quam dixiſſet, & ſpiritus ſancti, leuaſſet eum de aqua: non eſſet baptizatus. Nec eſt malum ſi incipiat & deſinat eſſe in eodem inſtanti, cum ſit idem etiam in aliis caſibus ſecundum leges. nam ſi quid mihi debetur ſub conditione, & illud accepero, tuli ante exiſtentiam conditionis: ſi poſt exiſtat conditio, eodem inſtanti incipit & deſinit eſſe debitum. ff. de accept. l. antep. & l. quod in diem. vt dicit lex. Sed ſatius eſt quod ſe dicit: quia intelligitur olim liberatus, vt ff. de ſol. ſub conditione debitor. Melius poteſt poni exemplum in ſeruo dato vxori à viro, vt eum manumittat. nam in eodem inſtanti incipit & deſinit habere dominiũ. ff. de donat. inter vi. & vxo. quod autem. §. vlt. arg. hic in fin. contra: quia alius eſt ſonus, &c. ſed quod dicit, quod virtus permanet, non intellige in aqua, ſed in puero. Item arg. contra ff. de vſufr. ſi tibi eſt moritur. Item aliud exempli poteſt poni vbi quis ſimul incipit & deſinit eſſe debitor, vt ff. ad Velleia. debitrix. Quidam autem intelligunt aliter illam literam.

" Detrahe verbum ab aqua, &c. quid ſignat ibi verbum.

" Aqua baptiſmi, an ſit ſacramentum.

Luc 4.

" Idem incipit & deſinit in eodẽ inſtanti.

s ¶ *Verbum.*] nam verba neceſſaria ſunt. arg. in l. 1. ff. de ver. ob.

t ¶ *Et fit ſacramentum*] i. ſacramentum fit ibi ex forma verborum & aqua: quod eſt baptiſmus. " Sed quæritur ſi in litore maris baptizetur quis, an tota aqua conſecretur, an non? Dicendum eſt, quòd illa tantum quæ puerum tangit. arg. ff. de relig. l. 2. Celſus. nam ibi dicitur, quod tota terra, quæ tangit corpus hominis, eſt religioſa. Vel poteſt dici, quòd etiam illa quæ illam tangit, vt ff. de rei ven. quæ religioſis. ſed exaudi per canonem 11. quæſt. 3. quoniam multos. quia excom-

" Baptiſmi in maris litore facti non conſecratur totum mare.

municatio non tranſit in tertiam perſonam:ſic nec religio.
a ¶ *Facuute*] id eſt,in forma Euangelij : in nomine patris , & filij , & ſpiritus ſancti.
b ¶ *Creditur*] ſ.ead.ſicut.Videtur ergo , quòd mutus poſsit baptizare : quia matrimonium poteſt contrahere, maxime ſi tres perſonas pōt exprimere , quod concedo ſi eſt muta- ſter:aliter ſi loqui non poteſt , non baptizabit [a]. & quod dicitur, ſed quia creditur, hoc ad ſuſcipientem refer tur:quia non exigitur fides conferentis , ſed ſuſcipientis.de conſe. diſt. 4. tunc valere. ab ipſo enim dante ſola intentio requiritur,vt dixi ſ.ead.ſicut.

a Adde idē eſſe in ſurda ſtro.fac.glo. in ſi. in l.ſi. ff.de leg.tu.

c ¶ *Sonus*] eſt ſonus vocalis , & eſt ſonus mentalis.
d ¶ *Aliud*] i. efficacia a Deo ſibi collata. j. de conſec.diſt.4. c.ſolet.& c.quamuis. & c. eccleſia paradiſo.

ſg.l.3.c.

F*irmiſsime*] CASVS. Dicitur hic , quòd no prodeſt baptiſmus ſi extra vnitatem eccleſiæ conferatur, niſi baptizatus ad eccleſiā redierit.

nio]ori.

e ¶ *Cumulari*] ad cumulum ſupplicij.32. q. 7.vſque adeo.
T*eneamus*] CASVS. Dicitur hic, quòd extra vnitatem eccleſiæ non proſunt dona etiam miraculoſa. & hoc probatur exemplo populi Iſrael, & magorum Pharaonis,qui fecerunt miracula,& tamen damnati ſunt : ſed populus non fecit miracula, & tamen ſaluabatur , vt quidam Chriſtiani in nouo teſtamento ſaluantur , licet miracula non fecerint, ſed Simon Magus , qui damnatus fuit, miracula fecit.Seq.c.patet.

Exod.7.

Act.9.& 8.

f ¶ *Teneamus*] Probat baptiſmum poſſe conferri à malis , & ipſi poſſunt miracula facere.j.ead. prophetauit.

Luc. 10.

g ¶ *Nihil eſt*] quo ad vitam æternam.
h ¶ *Magi*] Iannes & Mambres. " iſti magi. ſ. Iannes & Mambres tria fecerunt miracula , virgas in ſerpētes conuerterūt , & aquam in ſanguinem, & fecerunt aquam ranis ebullire. Sed Cyniphes [b] non potuerunt educere , vt Moyſes.vnde dixerunt [c], Digitus Dei eſt hic.& ita defecerunt in quarto miraculo , ſiue tertia plaga,[d] quia primum non fuit plaga.& ideo quandoque dicuntur defeciſſe in tertio miraculo,quia in tertia plaga.26.q.5.c.1.nec mirum.

a ſuprà ead. cap. hi qui. " Iannes & Mābres magi,tria fecerunt miracula.

Epheſ.4.
b 37.d.ca.legimus.§. hinc etiam.
c Exod.8.
d 26.q.5.nec mirum. vel. nec ideo.

tanta virtus aquæ , vt corpus tāgat,& cor abluat, niſi faciente [a] verbo?nō quia dicitur : ſed quia creditur [b].Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus [c] trāſiens,aliud [d] virtus manens.

De his etiam , qui in hæreſi,vel ſchiſmate baptizantur , ſcribit Auguſtin. libr.de fide ad Petrum diaconum,c.36.dicens.

¶ Extra eccleſiam baptizati perniciem ſibi cumulant, ſi ad eccleſiam non redierint. C. LV.

1 FIrmiſsime tene,& nullatenus dubites extra eccleſiā baptizatis,ſi ad eccleſiam nō redierint , baptiſmo cumulari [e] perniciem. Tantum enim valet eccleſiaſticæ ſocietatis communio † ad ſalutem , vt baptiſmo non ſaluetur , cui non ibi datur, vbi oportet,vt detur.

Item tractatu 13.ad cap.3.Ioannis.

¶ Infirma ſunt dona, quæ præter vnitatem eccleſiæ habentur. C. LVI.

TEneamus [f] fratres mei vnitatē. Præter vnitatē , & qui facit miracula , nihil eſt [g]. In vnitate enim erat populus Iſrael, & non faciebat miracula:præter vnitatē erant magi [h] Pharaonis, & faciebāt ſimilia Moyſi. Populus Iſrael, vt dixi , non faciebat miracula Qui erant ſalui apud Deum qui faciebant , an qui nō faciebant ? Petrus Apoſtolus reſuſcitauit mortuū. Simō magus fecit multa. Erāt ibi multi Chriſtiani , qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus , nec quod faciebat Simon. Sed vnde gaudebant?quia nomina eorum erant ſcripta in cœlo.

Item Leo ad Nicetam epiſcopum,epiſt. 77. al.79.cap.7.

¶ Baptiſma ſemel traditum non eſt reiterandum. C. LVII.

2 HAnc [i] regulam,vt ſcitis, ſeruandam omnibus eccleſiis prædicamus,vt lauacrum ſemel initū nulla iteratione violetur,dicēte Apoſtolo [vn[9] Dominus , vna fides , vnum baptiſma.] Cuius ablutio nulla iteratione temerāda eſt : ſed,vt diximus,ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt , vt quod ab hæreticis nemo accipit,à catholicis ſacerdotibus conſequatur.

10 Nemo [k] *In hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutus intelligendus eſt. Ceterum ſi cum fidei integritate , & animi puritate de manu hæreticorum in forma [l] eccleſiæ aliquis baptiſma acceperit . tunc impletur illud Auguſtini [per lapideum [m] canalem aqua tranſit ad areolas] & iterum [ſpiritualis virtus ſacramenti,&c.]*

Idem ſermone 11. de verbis Domini , de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.

¶ Etiam per malos boni colliguntur. C. LVIII.

4 SPiritus ſanctus in ſancta eccleſia,etiam iſto tēpore, quo velut granum † cum palea trituratur,ſic operatur, vt nulli[9] veram confeſsionem aſpernetur , nullius ſimulatione fallatur [n] ,atque ita reprobos [o] fugiat , vt etiam per eorum miniſterium probos [p] colligat.

Ecce quando † ab hæreticis baptiſma cum ſua virtute accipitur:cuius tam neceſſaria miniſtratio eſt, vt nec etiam à paganis [q] datum poſſit reiterari. Vnde in eccleſiaſtica hiſtoria legitur [5] quòd Alexander epiſcopus Alexandriæ cum Petri martyris ſolennia celebraret,poſt expleta Miſſarum ſacramenta vidit ſuper oræ maris puerorum [r] ludum imitantium vt fieri ſolet epiſcopum & gerentium ea,quæ in eccleſia geri mos eſt. Mox eos ad ſe perduci iubet:& quid egiſſent, percunctatur. Illi rei ordinem pandunt : baptizatos à ſe eſſe quoſdam catechumenos confitentur per Athanaſium [s] puerum , qui illis fuerat epiſcopus ſimulatus. Vbi ex reſponſis eorum vidit ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare:ſtatuit,illis quibus,integris interrogationibus [t], & reſponſionibus aqua fuerat infuſa,iterari baptiſmum [u] non debere [x], ſed adimpleri ea,quæ [y] ſacerdotibus mos eſt.

Hunc etiam Iſidorus ait.

¶ De his,qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur. C. LIX.

6 SI quis [a] per ignorātiā ordinatur ,antequā baptizetur,

quia inuaſor non toleratur,& hæreticus eſt excommunicatus.B.
l ¶ *Forma.*] ſcilicet in neceſsitate vel ignoranter.
m ¶ *Per lapideum canalem*] ſ.ead.ſi nullus.
S*piritus ſanctus*] CASVS. Dicitur hic,q̃ ſpiritus ſanctus , & ſi nullius fictione fallatur , ſic tamen fictis vtitur , vt per eorum miniſteria bonos colligat.
n ¶ *Fallatur*] " nam mentiri Deo poſſumus , ſed ipſum fallere non poſſumus. de conſec. diſt.2. panem. omnia enim certa ſunt ei.ff.de iudic. ſed ſi ei reſtituatur.§. vlt. Arg. contra.81.di. oportet. 16.q.1.re[illegible]imini.

" mētiri Deo poſſumus, ſed ñ ipſum fallere.

o ¶ *Reprobos*] Arg.non præiudicare alicui in ſua cauſa religionem alterius. " non enim melius debet alicui credi , quia ſigna & miracula facit, cū & bonis & malis ſint communia.j.ead.ca. multæ.

" Miracula bonis & malis ſūt cōia. 3.ſuprà eo.c. ſi iuſtus.

p ¶ *Probos*] quia illud ſacramentū puro corde ſumunt. j. ead.non nocet.
ECCE. Iſte §. & hiſtoria in eo poſita patent ex textu.
q ¶ *A paganis.*] ſi in forma eccleſiæ detur. de conſe.diſt.4. à quodam.

4 infra ea.c. ita ſit. Iuo p. 2.ca. 104.
† *area*] Ori.

r ¶ *Puerorum.*] doli capacium , aliter nihil agerent [f]. nā tales furioſis comparantur. ff. de acq.poſſ.l.1.§.1.35.q. 1.illud. Quis autem ſit doli capax,lex dicit,ſ. qui eſt proximus pubertati.ff. de re.iu.pupillum. ignorans tamen acquirit aliquid. ff.quem ad.ſer. amit.ſi partem.§.2.

f Quod not. ſupra ead.q. de dit.in fin.
† al.quomodo.

5 lib.18.cap. 14.

s ¶ *Per Athanaſium*] proprium nomen eſt.
t ¶ *Integris interrogationibus*]Per hoc quod dicit , integris , patet non iocoſum factum fuiſſe : & ita non ſoluitur hic illa quæſtio,ar. de conſec.diſt.4. ſolet quæri.licet quidam dicat eam hic ſolui. Sed dico etiā q̃ licet formā ludendo accipiat, dum tamen baptizare intendat,baptizat.
" Si autem omnia iocoſe fiat , nō erit baptiſmus.argu.22.q.2. ca. quod ait. ff. de act. & ob.obligationum ſubſtantia. §. vlt.extra de ſen.exc.ſi vero.
ADDITIO. De hoc ēt no.in præced. c. ſolet. i gl. vt.ibi videas.Arc.

" Baptizat[9] iocoſe non eſt baptizat[9].
6 Cap.lib.5. c.4. Bur.l.4. ca.100. Alg. l.3. c. 6. Iuo p.1 .c.294. Pan.l. .cap. 97. Magiſt.l. 4 di.5.in pr.
" Baptiſmi ſacrm ēt imperfectū nō iteratur.
g Add̄ qualiter probabil ſimulatio, & an per teſtes, no.Bal. in l.1.C. pl[9] va. qd̄ ag. & l. ſicut §.ſuperuacuū.ff. q.b. mo.pig. vel hy.ſol.
h Ar.ad hoc inf.à 27.q.1. mulieres ob teneru. vbi de hoc.
i & eſt dām q̃ ſic,ex t.de presb.nō ba. c.1.& 2.Arc

i H*anc*] Hoc c.eſt pars illius ca.ſ.ead.ſi qui.& repetit hic finem illius cap.vt exponat in.§.ſequenti.
NEMO. Hæc eſt. 10.pars quæſt.in qua dicitur quod baptiſmus poteſt dari à quocumque.& hoc vſque ad §.hoc ergo.Ioan. de Fant. CASVS. Supra in quibuſdam c.dictum eſt q̃ baptizati ab hæreticis conſequuntur effectum baptiſmatis,& remiſsionem, vt ſ.ea.ſi nullus fuerit.& in ca.ſequentib.poſtea dictum eſt in quibuſdam.ca. contrarium.vt in ca.etiam.& ſeq.Nunc Gratianus ſoluit hanc contrarietatem , dicens q̃ illi qui ignoranter vel in neceſsitate & in forma eccleſiæ recipiunt baptiſma ab hæreticis , conſequuntur remiſsionem, alias non.& hæc eſt bona ſolutio & vera quæ probatur per ſeq. cap.
k ¶ *Nemo*] Arg.ad quæſt.de inuaſore,verum per eum poſsit præſentari clericus in eccleſia , & ſi per hæreticum ſentētia iuſta detur [e]. de conſe.diſt.2.& dixit Dominus.Ioa. quorum vtrumque falſum eſt,

e Arg. infrà ea.quod quidam.in prin.

v ¶ *Baptiſmum*] " arg.nō iterari ſacramentum licet non ſit perfectū.
x ¶ *Non debere*] Argu. ſimulationem alicui præiudicare [g]. ſ. diſt. 27. quod interrogaſti.j.22.q.5.ecce.j.de conſe.diſt. 4. ſolet quæri [h]. contra.j.ead.22 q.quod ait.ff.de act.& obl.obligationum.
y ¶ *Sed adimpleri.*] Arg.23.diſt.quorumdam.1.q.1.nihil.
z ¶ *Ea quæ*] ſcilicet vt in vertice & pectore & in ſcapulis vngantur. c.vt[illegible] de ſac.non iter.c.1.in ſi.Ioan.
S*i quis.* CASVS. Aliquis ante quam baptizaretur fuit ordinatus in presbyterum , & ante baptiſma multos baptizauit. Modo quæritur verum baptizati ab eo debeant iterum baptizari , & an debeat ipſe a promotione repelli : Et reſpondet Romanus Pontifex q̃ non debent iterum baptizari : ſed de ordinatione non reſpondet. Et legitur interrogatiue vſque ibi,Sed Romanus Pontifex.
a ¶ *Si quis.*] Quidam ponunt ita caſum iſtum. Duæ quæſt. ſunt hic Iſidoro. Prima , verum baptizati ab ordinato ante baptiſma ſint rebaptizandi ? Secunda, vtrum ipſe debeat ordinari [i] ? Ad primam q. reſpondet ab illo loco, Sed Romanus. Secundæ quæſt. non reſpondet:ſed poteſt decidi per c.ſ.ea.ſi quis confugerit. & ſecundum hoc

legitur

legitur totum ſub interrogatione vſque ad illud, ſed Romanus. Sed ſupplebis ſecundum hoc in littera, vlterius non ordinetur: ſed, id eſt, quia, &c. Et ita reſpondet vni quæſtioni, non alij. arg. ext. de præſump. nomine. inſt. de inut. ſti. §. quoties. C. de diu. reſc. l. 1. & hoc verum eſt, cum ſint connexæ. alij legunt ca. plane. & dicunt ꝙ baptizati ab eo debent rebaptizari. Sed male dicunt, vnde illud, ſed Romanus, eſt correctiuũ. & ipſe vlterius non ordinetur. & hoc corrigitur ĩ. ca. ſi qũis contigerit. Vel hic loquitur de rigore ſecundum Iſidorum, ſecundum caſum quem ponit Iſid. ſecundum falſam quorumdam opinionẽ, quod ſcilicet tales debent rebaptizari. vnde corrigit ſe ſtatim ibi, ſed Romanus. q. d. ita alij dicũt, ſed Romanus, &c.

a ¶ *Non ordinetur.*] de rigore, alias ſec⁹. ext. de cle. non or. mi. ca. 1.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Gratian. contra ſupradicta ſcilicet quòd hæretici non poſſunt conferre ordines, & ſi baptizare poſſunt. Nam ſacerdos etiam depoſitus etſi baptizare poſſit, conficere tamen non poteſt: nec epiſcopus depoſitus poteſt ordines conferre, etſi poſſit baptizare. Sed huic oppoſitioni opponit duplicem ſolutionem. Prima hæc eſt, quæ incipit ibi, *Sed ne.* quòd qui extremam manus impoſitionem recipiunt in eccleſia, eius potentiam retinent, etiam recedentes ab eccleſia, ad ſimilitudinem characteris matrimonij, qui poſt diuortium, vel votum retinetur ſecus ſi extra eccleſiam. Ponit & aliam ſolutionem Gratian. quæ incipit ibi, *Quamuis.* vbi dicit, quòd ſacramenta hæreticorum vera ſunt, dummodo in forma eccleſiæ ſint celebrata, ſed non habent effectum in male miniſtrantibus, & male ſuſcipientibus. Quod probatur quattuor rationibus. Primo per veram Euchariſtiam traditam proditori. Secundo per veram pœnitentiam Chriſti in patria ſua, quæ ibi non habuit effectum, quia ibi fidem non inuenit. Tertio, per duplicem transfigurationem Chriſti, quarum vna incredulis non profuit. Quarto, quia ita virginitatem habuerunt fatuæ virgines, vt prudentes. Demum concludit, quòd vera ſunt hæreticorum ſacramenta in ſe: ſed obſunt male ſuſcipientibus, & male miniſtrantib. Et ad hoc inducit ſequẽs capitulum.

ſ ſupra. c. ſi q. ſi ps ſupra e.c.q perfectionem.

a ¶ *Opponitur*] hoc modo procedit in hoc paragrapho. primo ponit obiectionem ſuam contra Auguſt. quã tangit vſque ad §. *Sed ne.* ibi ponit quandam ſolutionem ſuam, quæ protenditur vſque ad §. *Quamuis* & ca. ibi autem ponit aliam quæ magis communis eſt, ad quam probandam inducit quadruplex exemplum. primum ibi, *Ipſa enim.* Secundum ibi, *Item Dominus in patria, &c.* Tertium ibi, *Quod vt plane.* Quartum de decem virginibus, quod incipit ibi, *Sic & omnes &c.* Vltimo concludit ab illo loco: *Sciendum vero,* & ad probandam concluſionem ſuam inducit c. per Eſaiam.

Io.13.

b ¶ *Sententia.*] capit. præcedentis, vbi dicit, quòd vtrumque quadam conſecratione datur, & ita videtur parificare ordinem & baptiſmum.

c ¶ *Pagano*] ſ. ead. quæſt. ſi quis per ignorantiam. ſ. ead. §. ecce quando. j. de conſe. diſt. 4. quos à paganis. j. de conſec. diſtinct. 4. à quodam.

d ¶ *Conſequenter*] noli hic reprehendere magiſtrum. nam opponendo dicit hoc, vt patet ex ſolutionibus ſequentibus, maxime ex ſecunda.

e ¶ *Poteſtas*] id eſt, executio poteſtatis, & ſic verum dicit. aliàs mentitur. nam poteſtas ſacrificandi, id eſt, ordo ſacerdotalis in eo remanet.

f ¶ *Poteſtatem*] non bene argumentatus: quia ſi voces poteſtatem ſacerdotalem ordinem vel ſacramentum, nec hic, nec ibi amiſit poteſtatem: ſed ſi executionem, & hic & ibi amiſit.

g ¶ *Largiendi.*] ſed cum hæreticus præciſus poſſet conferre tam baptiſma, quàm ordinem, quæ ſpecialitas erit in baptiſmo? Dico quòd in caſu neceſsitatis non peccat baptizans. quod numquam eſt in collatione ordinum.

h ¶ *Non amiſit.*] in neceſsitate, & cum ſolemnitatib. 50. diſ. qui ſub gradu.

Matth.13.

i ¶ *Sed ne.*] hoc dicit Gratianus ac ſi Aug. intellexiſſet, ius dandi habent, id eſt, executionem. & ita ſoluit.

k ¶ *Vnitatem.*] hic tangit Gra. opi. Io. de Fan. dicentis, quòd qui recepit vltimam manus impoſitionem in eccleſia, &c.[a] hæc opinio videtur expreſſe confirmari, ext. de ſchiſma. cap. 1. ſed expreſſe, reprobatur. 9. quæſtio. 1. ordinationes.

Matth.17.

Luc.24.

a 1. q. factus eſt epſ in eccleſia, & poſt modum fit hæreticus, ordinẽ confert Sed q extra eccleſiã recipit vltimã man' impoſitioné. 1. extra eccleſiã fact' eſt epſ ordines conferre nõ põt: & qui à tali ordinat' eſt nihil recipit ſcd'm Hug.

l ¶ *Sacramento tenus.*] id eſt, quia ſi ordinant, conferunt ordines, licet non debeant. & hoc eſt quod ſequitur, ſine effectu, &c.

m ¶ *Diſſoluunt.*] 32. q. 7. c. 2.

n ¶ *Chalcedonenſi*] ſ. ea. q. c. ſi quis epiſcopus.

o ¶ *Et Innocentio.*] ſ. e. ventum.

Matth.25.

1.Cor.13.

p ¶ *Quamuis*] Sol. vera eſt, quam & ſupra tetigit, & quæ recitatur infra. 11. quæſt. 1. in princip. & ſupra. ead. §. ſi ergo.

q ¶ *Bis*] quantum ad primam, vel quantum ad ſecundam, prout videbatur duobus diſcipulis in caſtellum Emaus euntibus. Sed quare dicit in carne cum etiam modo ſit Dominus in carne? ſed dicunt quidam in carne, ſcilicet mortali, ſed male. nam in carne mortali ſemel tantum transfiguratus eſt, poſt paſſionem vero etiam ſemel. & ideo poteſt dici cum eſſet in carne, id eſt, inter carnales, vbi carnem aſſumpſit. Vel poteſt intelligi in carne ſcilicet mortali, & ſic fiet ibi punctus. "bis transfiguratus eſt, cum eſſet in carne in vna transfiguratione &c. quaſi diceret in carne mortali, id eſt, in vna transfiguratione, ſcilicet in monte Tabor, in altera poſt reſurrectionem, in ſpecie ſcilicet peregrini apparens.

Iſa.2.

a ſupra e. c. Arianos.

ſ ſupra e. eo. hi q.

" Chriſtus bis in carne transfiguratus eſt.

ADDITIO. Scilicet duobus diſcipulis in caſtellum Emaus euntibus. H.

r ¶ *Sol*] ſcilicet Chriſtus. & hoc eſt primum exemplum.

s ¶ *Apparuit mirabilis.*] coram Iacobo, Petro, & Ioanne in monte Thabor.

t ¶ *Alium*] id eſt, alterius modi.

v ¶ *Sonans*] quia ſe ipſum conſtringit alij ſonum præſtans.

x ¶ *Charitas*] ſ. e. q. vide.

y ¶ *Cæco*] "ſi cæcus cæcum conetur ducere ſecum, in foueam ductor primum cadet, inde ſecutor.

"Cæcus cæco ducatum præſtare ſi dẽt.

z ¶ *Ne in eis*] exiſtendo in hæreſi, vel quo ad effectum: niſi in cauſa neceſsitatis, vel ignoranter. ſ. e. q. ſuperueniente.

a ¶ *Innocentius.*] ſ. e. q. qui perfectionem. j. e. q. 7. c. 5. §. item Inno. & c. quod pro remedio.

ferre creduntur, non tribuunt: & ideo damnanda, vt ea dari, vel recipi ab hæreticis non approbetur, ſed interdicatur. Non enim quantum ad ſe, polluta ſunt, quamuis ab hæreticis polluta dicantur. 1 *Vnde Gregorius communionem Arij vocat execrationem, & Innocentius vocat Bonoſi ordinationem, damnationem: non quòd ita in ſe ſint, ſed quia male dantibus, vel accipientibus id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Oſee ſacrificia*[a] *eorum panem luctus vocat, non quantum*[b] *ad ſe, ſed quantum ad effectum: quod ipſemet oſtendit, ſubiungens* [*Quicumque comederit ex eo, contaminabitur, quia ſibi ad iudicium ſumet.*]

Hinc etiam Auguſtinus li. 2. contra epi. Parmeniani, c. 5.

a ¶ Sed ne Auguſtinum.] *Hic Gratianus ita videtur loqui de B. Auguſtino. quaſi ipſius hac in re ſit dubia, aut incerta ſententia. cum tamen nemo ipſo melius, ac fuſius in libro cōtra Donatiſtas rem hanc expoſuerit, omninoque cum Chalcedonenſi concilio, & Innocentio concordet.*

¶ Sacramenta quamuis obſint indigne tractantibus, proſunt tamen digne ſumentibus. C. XCVIII.

2 PEr Eſaiam Dominus dicit [Facinoroſ[9], qui ſacrificat mihi vitulum[c], quaſi qui canem occidat: &[a] qui coquit[d] ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinū, & qui offert thus in memoriam, quaſi blaſphemus.] *& paucis interiectis.* ¶ Quilibet vbilibet offert ſacrificiū tali † corde, vel factis hoc, †[e] vt mereatur audire[f], perniciem ſibi infert, non illis bonis[g], qui accipiunt ab eis ſacramenta eadem, qui ſecūdum prophetam Ezechielem gemunt, & mœrēt peccata, quæ fiunt in medio eorum, quamuis non ſe inde corporaliter ſeparēt. *& infra.* ¶ Sacrificia impiorum eis ipſis oberunt, qui offerunt impie. Nam vnum atque idem ſacrificiū propter nomen Domini, quod inuocatur, & ſemper ſanctum eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiēdum acceſſerit. [Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat, & bibit.] non ait, aliis[h], ſed, ſibi. *& infra.* ¶ 4 Hoc pene in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum admonemus, ſcilicet quia omnia ſacramenta cum obſint indigne tractantibus, proſunt tamen per eos digne ſumentibus. *& infra.* ¶ Spiritus ſanctus in eccleſiæ præpoſito, vel miniſtro ſic ineſt, vt ſi fict⁹ non eſt, operetur per eum ſpiritus ſanctus, & ad eius mercedē[i] in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem[k] vel ædificationem[l], qui per eum ſiue cōſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt, quoniã veriſſime ſcriptum eſt [Spiritus enim ſāctus diſciplinæ effugiet fictū,] deeſt quidem ſaluti eius, vt auferat ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: miniſteriū tamen eius non deſerit[m], quo per eum ſalutem operatur aliorum.

a ¶ Et qui coquit.] *Apud beatū Auguſtinum legitur,* & qui ſimilaginē, quaſi ſanguinē porcinū, & qui offert thus, quaſi benedicat idolo, *& ſic etiam Iuo: niſi quod habet,* & qui ponit ſimilaginē, *ſicut etiam beatus Auguſtinus contra litteras Petiliani lib. 2. c. 52. Lectioni græcæ vulgata optime reſpondet verſio beati Hieronymi ſecundum LXX.* Iniquus autē, qui immolat vitulū, quaſi percutiēs virū, ſacrificans de grege, quaſi qui occidat canē: qui offert ſimilã, quaſi qui ſanguinē ſuillū: qui dat thus in memoriale, quaſi blaſphemus. *Vulgata autē latina ex Hieronymo ſecundum hebræum exemplar ſic habet* Qui immolat bouē, quaſi qui interficiat hominē, qui mactat pec⁹ quaſi qui excerebret canē, qui offert oblationē, quaſi qui ſāguinē ſuillum offerat, qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolum †.

6 *Conſtat*[n] *ergo, vt Innocentius ait, de ceteris hæreticis, ordinatos à ſimoniacis per prauam manus ſimoniacæ impoſitionem vulneratum habere caput.* ¶ *Sed obiicitur*[o] *quòd in ordinatione ſimoniacorum hoc ſolum*[p] *reprehenſibile inuenitur, quòd gratia ſpiritus ſancti ſub pretio redigi putetur: aliorſum autem in omnibus integra forma ſacramentorum ſeruetur. Cum ergo illicita ſacramenti vſurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, vt gratia ſpiritus ſancti gratuita, & non venalis exiſtimetur, integer debet adeſſe vnctionis effectus: Immo etiam, ſi non ſequatur pœnitentia, licet ſimoniace, tamen reuera conſecratus reputetur*[q]*: ſicut illi, qui quondam non niſi pretio dato, nec ad ſacri baptiſmi regenerationem, nec ad ſancta communionis participationem admittebantur, licet ſimoniace, tamen non ideo minus baptizati, vel ſacræ communionis participes reputati ſunt: ſed hoc tantum † ſacris canonibus conſtitutum eſt, ne de cetero ſacramēta Chriſti ſimoniace diſtribuantur.*

Vnde Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. 1. c. 7.

¶ A baptizandis, vel conſignandis pretia non exigantur. C. XCIX.

7 BAptizandis, conſignandiſq;[r] fidelib. ſacerdotes pretia nulla præfigant[s], nec illationib⁹ quibuſlibet impoſitis exagitare cupiāt renaſcētes[t]: quoniã, quod gratis accipim⁹, gratis dare mãdamur. Et ideo nihil à p̄dictis prorſus exigere[u] moliātur[x] quo

a ¶ *Sacrificia*] vt dicitur ī. e. q. 5. ſed hoc. ī. e. illi. & c. Dominus. ver. nos dicimus. & c. ſi quis inquit.

b ¶ *Non quantum.*] diſtinctio. 49. ſacerdotes. infra. ead. quæſt. 3. ſaluator.

PEr Eſaiam] Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba prophetæ. In ſecunda dicit Auguſt. quòd vbicumque malus offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, ſed non illis qui digne aſſumunt. In tertia parte dicit, quòd ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, nec operatur per eum remiſſionem peccatorum. Secunda pars incipit ibi, *Quilibet.* Tertia ibi, *Spiritus ſanctus.*] CASVS. Primo ponuntur verba prophetæ. Secundo, dicit Aug. quòd vbicumque malus Deo offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, non digne ſumenti. Tertio, dicitur, quòd ſpiritus ſanctus diſciplinæ ſcilicet dator effugiet fictum. nam per eum non operatur remiſſionem peccatorum, ſed per officium operatur, & de malis toleratis intelligitur quod hic dicitur.

c ¶ *Vitulum*] talis eſt, & ita agit, quaſi &c.

d ¶ *Coquit*] aliàs colit. id eſt in cultu quaſi colendo in ſacrificio offert. " Et eſt ſimilago flos farinæ, de quo fiebat panis propoſitionis.

e ¶ *Hoc vt*] quod dicit propheta.

f ¶ *Audire.*] ſcilicet ſibi dictum eſſe.

g ¶ *Non illis bonis*] accipientibus ab eis ſacramenta.

h ¶ *Non aliis*] Argumentum, quod de vino, &c. vt diſt. 45. diſciplina. ibi, meus non eſt. arg. contra ī. 23. q. 4. forte.

i ¶ *Mercedem.*] id eſt, retributionem æternam.

k ¶ *Regenerationem*] vt infantum.

l ¶ *Vel ædificationem.*] vt adultorum.

m ¶ *Non deſerit*] ī. e. c. remiſſionem.

CONSTAT ERGO. CASVS. Superius in c. ī. huius quæſtionis dicit Leo, quòd Simoniaci non accipiunt niſi ſpiritum mendacij, & damnationem. in ca. fertur. dicit Grego. quòd ſimoniaci vulneratam habent animam lethali vulnere. In cap. ventum, dicit Innoc. quòd ordinati ab hæreticis vulneratū habent caput. per quæ cap. infert Gratianus idem eſſe de hæreticis & ſimoniacis, ſed ſuæ concluſioni ſtatim obiicit ibi, *Sed obiicitur.* Et ibi, *Immo.* Concludit tamen quòd ſacramenta non debent ſimoniace concedi.

n ¶ *Conſtat.*] Superius introduxit magiſter multa capitula per quæ oſtendit " de hæreticis & ſimoniacis idem eſſe. ex quibus infert concluſionem ſuam in iſto §.º ſed ſuæ concluſioni obiicit ſtatim dupliciter, ibi, Sed obiicitur. & ibi, Immo.

o ¶ *Sed obiicitur.*] Ad hoc quod dixit de ſimoniacis locum habere quod de aliis hæreticis dicitur.

p ¶ *Hoc ſolum*] quod non eſt in ordinatione hæreticorum.

q ¶ *Reputetur.*] verum eſt quantum ad characterem.

BAptizandis] CASVS. Dicitur in hoc c. quod nec pro baptiſmo, nec pro chriſmatione debet pretium exigi, ne propter paupertatem vel indigentiam homines ſuam negligant ſalutem, & qui hoc decetero fecerit, deponetur.

r ¶ *Conſignandiſque.*] id eſt, chriſmandis. id eſt in quo fit ſacramento. ext. de ſi. cum in eccleſiæ.

s ¶ *Præfigant*] ſic infra. 10. q. vi. nec numerus. ſecundum quòd ibi eſt in littera nummus, eſt ſimile. aliàs ſi eſt numerus, non eſt ſimile.

t ¶ *Renaſcentes.*] id eſt, renati volentes voluntate ſua vel parentum.

v ¶ *Exigere.*] aliquid tamen ſponte oblatum recipi poteſt, vt ī. diſt. 18. de eulogiis.

x ¶ *Moliantur*] Sed quid ſi ſacerdos nullo modo vult baptizare, niſi ei detur pecunia? Dicunt quidam quòd ſi baptizandus eſt adultus, nihil ei debet dare, quia ſola fides ei ſufficit. de conſec. diſt. 4. baptiſmi. vel ipſemet baptizet ſe. argum. ff. de adopt. ſi conſul. argu. contra, extra de baptiſmo & eius eff. debitum. Io. "Sed certe ſi in neceſſitate tali aliquis ſeipſum baptizet, non eſt tamen baptizatus[b], licet ad patriam, ſi decederet, conuolaret, vt dicit decret. illa, debitum. B. Si eſt puer, baptizet eum offerens, vel pater: ſed ſi illi ita debiles ſunt, vel neſciunt formam baptiſmi, vel nullus eſt alius qui baptizet in neceſſitate, non ideo danda eſt pecunia, & committenda ſimonia, potius permittatur mori ſine baptiſmo. arg. hic. & ī. c. placuit. Ego tamen potius darem pecuniam quàm eum ſic dimitterem mori. & bene, licet non deberem facere. argu. hic, & ī. c. placuit.

1 ſupra. e. c. ſuperuenienti. e. c. q perfectionem c. ventum.

Oſeæ 9.

a Iuo par. 2. c. 97.

Eſa. 66.

" Similago eſt flos farinæ

† tale] Orig.

† al. hac

Ezech. 9.

3 eod. l. 2. cōtra epi. Parme. c. 6.

1 Cor. 11.

4 eo. l. 2. c. 10.

5 ibid. c. 11.

" Hæretici & ſimoniaci æquparātur.

Sap. 1.

a Quia ſupra c. 1. huius q. dixit Leo, q ſimoniaci n niſi ſpiritum mēdacij accipiūt, & dānationē. ſupra. c. fertur. Dixit Gre. q ſimoniaci vulneratam habent aīam lethali vulnere. ſupra. c. vētū. dixit Inn. q ordinati ab hrticis vulneratū habēt caput. vñ īfert & magiſter idē eſſe d̄ ſimoniacis & hrticis, ſed ſuę cōcluſioni, &c. vt ſequitur Pe. & Bar. Brix.

† al. idola

6 ſupra c. q perfectionem.

" Baptizare ſeipſum nemo poteſt.

b Adde ad hoc qd̄ leg. & no. d̄ cōſ. di. 4. baptiſmi in gl. poterit.

† al. tamen

7 Capit. 6. c. Ivo. lib. 14. c. 7. Iuo p. 1. c. 72. & 265.

Matth. 10.

a ¶ *Correxerint*] relinquendo honorem,& perpetuo pœnitendo. vt j.e.q.ſi quis neque.Ioan.

N *Vllus*] CASVS. Dicitur in hoc c.quòd nullus clericus à percipiente gratiam communionis pretium exigere debet. quod ſi quis fecerit,deponetur.

b ¶ *Diaconus.*] j.de cõſe.di. 2. peruenit.contra.ibi dr, q̄ presbyter dare debet Euchariſtiam,ſed hoc in neceſſitate. 93. di. diaconis. & c.præſente.H.

c ¶ *Exigat.*] cum effectu[a] vel et ipſe conatus puniendus eſt in deteſtationem criminis. j. e.qui ſtudet.ar.6.q.1.§. verum.ar.47.diſt. quoniam.H.

Q *Vidquid.*] CASVS. Dicitur hic, quòd pro ſacramentis vel ordinibus conferẽdis aliquid accipi non debet,niſi q̄d ſponte fuerit oblatum. & clericus q̄ cõtra fecerit, deponetur.& ſi ſciente epõ & negligente corrigere aliq̄d fuerit exactum: duob. menſib. communione priuetur. Si vero ipſo ignorante clerici aliquid acceperint: pro qualitate perſonarum & ordinum punientur pœnis hic poſitis, & nihilominus deponentur.

d ¶ *Inuiſibilis*] i. ſacramentum in quo gratia inuiſibilis continetur per ſignificationem.

e ¶ *Conſolatione.*] No. coniugium non * eſſe de his ſacramentis, q̄ conſolationem cæleſtis gratiæ tribuunt:& ideo in ipſo poſſe pretium interuenire. 32. q.2.honorantur.Cetera ita ſacræ rei tenent ſignificationem,vt etiam pariter habeant virtutem,iſtud ſolam ſignificationem.Cetera verbo,ſed iſtud ex conſenſu perficitur. Cetera à iure canonum initium habuerunt, hoc à iure naturali initium habuit.ext.de big. debitum.Illa autem non eſt ratio ſufficiens,ꝑ pecunia interueniat, q̄a in eo non confertur gratia." q̄a nec in ſepultura nec in funeratione gratia cõfertur: eſt tamen ſimonia. 13. q. 2. quæſta. Iuo dicit lex. mat. monia non debent eſſe venalia. ff. de do.inter vi.& vx.l. 2. & c. quod licet q̄ratur in matrimonio q̄tum detur ꝑ dote, hoc non eſt ſimonia. ar.de cõſe.di. 1. nemo. nã epiſcopus non conſecrat eccleſiam niſi dos fuerit ei aſſignata, vt ibi dicitur,& tamẽ illud non eſt ſimoniacum.j.e.q.2.placuit.

f ¶ *Quæſtibus.*] à quæro quæris, non à queror quereris.

g ¶ *Excommunicationi.*] ideſt,ſuſpenſioni.32. di.eos." no. epiſcopum ſuſpendendum eſſe,quia non corrigit ſubditum.

h ¶ *Crediderit*] ad hoc vt occultet illud crimen.

vel paupertate cogẽte deterriti, vel indignatione reuocati,redẽptionis ſuę cauſas adire deſpiciãt:certũ habẽtes,q̄ qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel cõmiſſa non potius ſua ſpõte correxerint[a] ,periculum ſubituri proprij ſint honoris.

Item ex ſexta ſynodo,c.23.

¶ A percipiente gratiam communionis pretium exigi non debet. C. C.

1 NVllus epiſcop⁹ aut presbyter,aut diaconus[b],qui ſacram diſpẽſat communionem, à percipiente gratiam α communionis aliquod pretiũ exigat[c] .Neq; enim venditur gratia,neque pro pretio gratiam ſpiritus ſancti damus,ſed dignis munere ſine defraudatione participare cõcedimus.Si quis vero eorum,qui cõnumerãtur in clero,ab eo cui ſacrã communionem diſpẽſat,aliquod pretiũ exegerit , deponatᷣ, ſicut imitator ſimoniacæ frãdis.

Item ex concilio Toletano,11.c.8.

¶ Munera inuiſibilis gratiæ quæſtibus non ſunt comparanda. C. CI.

2 QVidquid inuiſibilis [d] gratiæ conſolatione ε[e] tribuitur,numquã β quæſtib⁹ [f] ,vel quibuſlibet præmiis venũdari penit⁹ debet,dicẽte Domino [Quod gratis accepiſtis,† gratis date.Et ideo quicũq; deinceps in eccleſiaſtico ordine cõſtitut⁹,aut pro baptizandis,conſignandiſq; fidelib.aut collatione chriſmatis,vel ꝓmotionib.graduũ pretia quælibet,vel præmia(niſi γ volũtarie oblata)pro huiuſmodi ãbitione ſuſceperit,equidẽ,ſi ſciente loci epiſcopo tale quidquam à ſubditis perpetratum fuerit,idem epiſcopus duobus menſib. excõmunicationi [g] ſubiaceat,pro eo,q̄ δ ſcita mala contexit,& correptionem neceſſariam non adhibuit. Sin autem ſuorum quiſpiam,eodem neſciente , pro ſupradictis quodcumq; capitulis accipiẽdũ eſſe ſibi crediderit [h] , ſi presbyter [i] eſt,quattuor menſium excõmunicatione [k] plectatur:ſi diaconus triũ,ſubdiacon⁹ vero,vel cleric⁹ [l] his cupiditatibus ſeruiens, & ε cõpetẽti pœna[m],& debita excommunicatione plectend⁹ eſt.

α ¶ Gratiam.] *Sic etiã Iuo.In vno vetuſto Gratiani codice eſt*, gratia communionis, *quod græce lectioni magis conuenit:* παρὰ τοῦ μετέχοντος ἀπαιτήσῃ τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν ὀβολοὺς ἢ εἶδος τι οἱονοῦν *id eſt*,ab eo qui percipit cõmunionẽ eiuſmodi participationis gratia , obolos , vel aliã quamuis ſpeciẽ exigat.*Sũt etiam aliæ nonnullæ varietates non magni ponderis.*

ε ¶ Conſolatione.] *In conciliis olim Coloniæ,ac Lutetiæ impreſſis duob⁹ ipſorũ codicibus vaticanis,vno Regis catholici,& apud Iuonẽ legitur*,collatione:*ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

β ¶ Numquam quæſtibus.] *In eodem codice Regio legitur*,nummorum quæſtu , vel quibuſlibet præmiis venundari penit⁹ non debet:*in aliis vero ſupra citatis,numquã quæſtu.*

γ ¶ Niſi.] *Ab eodẽ codice Regio abeſt dictio iſta*,niſi.*ita vt in his caſib⁹ volũtarias etiã oblationes prohibeat:ſicut de baptiſmo in concilio Eliberitano eſt conſtitutũ, j.eadẽ c.emendari & de ſacris ordinationibus in concilio Tridentino ſeſſ. 21.ca. 1.In aliis tamen codicibus eſt ipſa dictio*,niſi.

δ ¶ Quod ſcita.] *Antea legebatur*,in conſcientia mala.*Emendatũ eſt ex codice Regio , & Iuone. in conciliis vero impreſſis varie legitur.*

ε ¶ Et competenti.] *In vulgatis legebatur*, pro arbitrio competenti pœna , *ſublatæ ſũt voces* pro arbitrio,*quia in vetuſtis exẽplaribus,in cõciliis impreſſis, & manuſcriptis.& apud Iuonem non habentur, neque auctor gloſſæ eas agnoſcit.*

Item ex concilio Bracarenſi 2.c 4.

¶ *Emẽdata eſt inſcriptio ex aliquot vetuſtis codicib .Nã in vulgatis erat*,ex Charthaginenſi quarto,*in quo non habetur.*

¶ Nihil à ſacerdotibus exigatur pro balſamo,quod in Chriſmate ponitur. C. CII.

PLacuit,vt nullus epiſcoporũ pro modico balſami[n],q̄d benedictũ pro baptiſmi ſacramẽto per eccleſias datᷣ,quia ſinguli † tremiſſẽ[o] pro ipſo exigere ſolẽt, nihil vlterius exigatur:ne forte, q̄d pro ſalute animarũ per inuocationẽ ſancti ſpirit⁹ cõſecratᷣ,ſicut Simon mag⁹ donũ Dei pecunia voluit emere,ita nos venũdãtes damnabiliter venundemur.

Item ex eodem,c.7.

¶ Non eſt aliquid exigendum ab iis,qui in fontes ſuos ad baptizandum adducunt. C. CIII.

PLacuit,vt vnuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat,vt hi,qui infantes ſuos ad baptiſmũ offerunt,ſi quid voluntarie pro ſuo offerũt voto,ſuſcipiatᷣ ab eis.Si vero per neceſſitatẽ paupertatis aliquid nõ habeant,quod offerãt,nullum eis pignus violenter tollatur à clericis.Nã multi pauperes hoc timẽtes,filios à baptiſmo retrahunt: qui ſi forte,dũ differũtᷣ,ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerit,neceſſe eſt,vt ab illis eorum[p] quiretur.

i ¶ *Si presbyter*] Hanc leuem pœnam antiquitus ſubſtinuit: ex poſterioribus autem decretis ꝑ huiuſmodi ſui honoris periculo ſubſunt,& nota infamiæ percelluntur,vt j.e.q.baptizandis.& 1.q.3.c.vlt.

k ¶ *Excommunicatione.*] " Hic grauius punitur ſacerdos quàm epiſcopus.arg.contra.40.diſt.homo [b]. Sed hic presbyter in duob. delinquit, & quia contemnit , & quia ſimoniam committit , epiſcopus tantum in negligẽtia[c]. Et quod dicit, quattuor menſium excommunicatione plectatur,hæc pœna non excludit depoſitionem. Alij intelligunt hoc capitulum tantum de negligente [d] , non de committente.ſed huic intellectui obuiat illud , accipiendum : & illud,cupiditatib. Sed exãudi hoc per illud. extr. de ſim. nemo. cum. ſ. quis celat crimen alterius pro pecunia : ar.j.e.c.ini , contexit. B. Sed adhuc contradicit huic intellectui quod dicit de pœna.quia minor imponitur maiorib. Sed dic quod maior pœna eſt epiſcopo ceſſare per duos menſes, quam presbytero per quattuor. 40. diſtinctio. homo Chriſtianus.

l ¶ *Clericus*] & ſecundum hoc clericus in minoribus ordinationibus poteſt eſſe prælatus.

m ¶ *Competenti pœna*] depoſitionis. j. e. q. 3. c.vlt.

P *Lacuit , vt nullus.*] CASVS. Statuitur hic , vt nullus epiſcopus ꝑ chriſmate tremiſſem exigat , ſicut olim epiſcopi facere conſueuerunt , ne ipſi venundantes,ſicut Simon magus voluit emere , damnabiliter venundentur.

n ¶ *Balſami*] i. chriſmatis. nam poſt conſecrationem chriſma eſt. " Chriſma ergo vendi non poteſt , nec etiam in neceſſitate, cum ſit ſacramentum. 1. quæſt. 1. multi. & 1. qu.3.ſi quis præbendas. & ſupra. ead. quidquid.

o ¶ *Tremiſſem*] " tertia pars ſolidi eſt tremiſsis.De hoc tremiſſe habes C. de veſte milit. fortiſſimis. lib. 11. & inde dicitur tremiſsis ſecundum Iſidorum , quaſi ternãſſus ſolidum conſtituat.

P *Lacuit*] CASVS. Statuitur in hoc c. vt pro baptiſmi collatione nihil exigatur : ſponte tamen oblatum poteſt recipi,& ſi timore extorſionis aliquis ſe ſubtraxerit à baptiſmo, anima periclitantis à tali presbytero requiretur.

p ¶ *Eorum.*] ar." q̄ in eadẽ ſit ꝑditione & q̄ dãni cãm,vel occaſionẽ dat,& q̄ damnum dediſſe vr.j.23.q.5.de occidendis.& c.cum homo.

con-

a i. exigẽdo recepit , ſic ff.de ter. di. l.ſi.aliàs cõtra. de pœ. di.j. cogitationis.Arc.

† al.gratia à Iuo par 2. c.92.

*Immo,quatenus ſacr̃m tribuit gratiã,vt decernit concil. Trid.ſeſ.14. c. 1. & ideo dare pecuniã ꝑ eo,vt eſt ſacr̃m,illicitũ eſt:licitum autẽ, quatenus eſt naturæ officium B. Th.2. 2. 1.q. 100. art.2.ad 6.

à Iuo p.1.c. 73. & par.5. c. 26.

† Matth. 10.

" Gratia in ſepultura nõ confertur.

" Epũs nõ corrigẽs ſubditum,eſt ſuſpẽdendus.

" Sacerdos grauius puniatur q̄ epũs.

b Arg ext. a cle.ve.c.1.

c Sic not. j. 24 qu.1.qui contra.in gl. vlt.

d Et talis nõ eſt ſimoniacus : q̄a nil vr̃ emer̃ vel vẽdere : ſed ꝑ tãto dr̃ ſimoniacus, q̄a ſimoniã cõmittit & cõtegit.ext. de ſimo. nemo.Hug.

† al.à ſingulis tremiſſes exigi.al. ſinguli tremiſſes exigi.

Act 8.

" Chriſma vẽdi nõ pt.

" Tremiſſis eſt 3.pars ſolidi.

" Dãnũ dediſſe vr̃, qui occaſionẽ damni dat.

perditio [a] requiratur [b], quorum ſpolia pertimeſcētes, à baptiſmi gratia ſe retraxerunt.

Item ex concilio Elibertitano, c. 48.

¶ Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat. C. CIIII.

EMēdari placuit, vt qui baptizantur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant [c]: ne ſacerdos [d], quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neq; pedes eorū lauandi ſunt [e] à ſacerdotibus, vel clericis.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Pro perceptione baptiſmi, vel chriſmatis aliquid exigi non debet. C. CV.

1 DIctum eſt ſolere in quibuſdam locis pro perceptione chriſmatis nummos dari, ſimiliter pro baptiſmo, & cōmunione. Hoc ſimoniacæ hæreſis ſemē deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizauit, & vt de cetero nec pro ordinatiōe, nec pro chriſmate, vel baptiſmo, vel pro balſamo, nec pro ſepultura, vel cōmunione quidquā exigatur, ſtatuit, ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

Item ex concilio Cabilonenſi tempore Caroli Magni, c. 16.

¶ Non pro dedicandis baſilicis, vel pro ceteris ſacramentis eccleſiæ conferendis aliquid exigi debet. C. CVI.

2 STatuimus, vt ſicut pro dedicandis baſilicis, & dādis ordinibus nihil accipiendum eſt, ita etiā pro balſamo, ſiue luminaribus [f] emendis, nihil presbyteri chriſma accepturi dēt. Epiſcopi itaq; de facultatibus eccleſię balſamum emāt, & luminaria ſinguli in eccleſiis ſuis concinnanda prouideant.

13 *Sicut [g] ergo hæc ſacramenta [h] licet ſimoniace miniſtrentur, tamen benedictionis effectum conferunt accipienti, ſic & ſacerdotalis vnctio, licet ſimoniace miniſtretur, ſuo tamen non debet carere effectu.* 3 *Sed, ſicut ſupra dictum eſt, illa ſacramenta ſunt neceſſitatis, hæc dignitatis, & ideo priuilegia illorum non poſſunt generare communem legem iſtorum. Habent ergo ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacæ manus prauam impoſitionem. Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorantia, nec attractionis violentia, qui ab illis ordinantur, quos induბitanter ſciunt eſſe ſimoniacos, ſiue ſimoniace, ſiue non ſimoniace ordinentur ab eis. Vt enim diſtinguit Nicolaus Papa, alij ſimoniace ordinantur à ſimoniacis, alij ſimoniace à non ſimoniacis, alij non ſimoniace à ſimoniacis.*

Hanc diſtinctionem innuit Nicolaus Papa ſecundus ſcribens omnibus epiſcopis.

¶ De triplici genere ſimoniacorum. C. CVII.

4 STatuimus [i] decretum de ſimoniacis tripartita hæreſi, id eſt, de ſimōiacis ſimoniace ordinatorib9, vel ordinatis, & de ſimoniacis ſimoniace à non ſimoniacis, & de ſimoniacis nō ſimoniace à ſimoniacis. ¶ Simoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores ſecundum eccleſiaſticos canones à proprio gradu decidāt. 5 Simoniaci quoque ſimoniace à nō ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio male accepto remoueantur. ¶ Simoniacos autem nō [k] ſimoniace à ſimoniacis ordinatos, miſericorditer [l] per man9 impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere [m].

Sed hoc [n] intelligendum eſt de iis, qui ordinantur à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos. Hos facit ſimoniacos non reatus criminis ſed ordinatio ſimoniaci.

De quibus Vrbanus Papa in conſilio Placentino, c. 3. & 4. ait.

¶ De iis, qui non ſimoniace à ſimoniacis ordinantur. C. CVIII.

6 SI qui [o] à ſimoniacis nō ſimoniace ordinati ſūt, ſi quidē

---

mo. contra. 16. q. 6. ſi presbyter. j. 17. q. 2. ſi tu abſtines. ſ. di. 55. ſi quis abſciderit. j. 17. q. 4. diffiniuit. ſ. 50. diſt. ſtudeat. & c. ſæpe. j. 16. q. 1. de cimæ. Io. Sol. hoc intelligendum eſt de cauſa proxima, maxime cum malo zelo cauſam vel occaſionem præſtant. H.

a ¶ *Perditio*] nihil enim intereſt an occidat quis, an cauſam mortis præbeat. ff. ad l. Cor. de ſic. nihil. vnde ſi præſtito impunitatis ſacramento ſeruos fugientes ad eccleſiam ſacerdos non reddiderit, & poſtea fugerint: fuga eorum a ſacerdote quærenda eſt, vt j. 17. q. 4. diffiniuit. qui enim occaſionem damni, &c. ff. ad l. Aqui. qui occidit. §. vlt.

b ¶ *Requiratur*] no. q pro loco, & tempore illicita redduntur, quę ſimpliciter licita ſunt, vt 17. qu. 2. neque viduas.

E*mendari*] CASVS. dicitur hic, quòd pro baptiſmo nihil recipiatur, nec pedes baptizandorum lauentur. Sequentia duo c. plana ſunt, in quib. dicitur, q pro ſacramentis, vel ordinib. ſepultura, chriſmate, communione, & luminaribus, nihil exigi debet.

1 Burc. l. 4. c. 10. Iuo p. 1. c. 295.

c ¶ *Non mittant*] præſumitur enim ſimonia [a]. ſimilis præſumptio eſt ex tempore vel loco. j. 31. q. 1. relatum. ſ. diſt. 81. in omnib. j. 8. q. 3. c. 1. & 2. ſ. diſt. 57. ſi quis in ægritudine. j. 18. q. vl. Eleutherius. contra. extr. de ſimo. cum ſit Romana. j. e. q. 2. placuit. Solu. exaudi hoc de nummis exactis. nam ſponte oblatos accipere poſſum. arg. j. c. prox. Alij dicunt hoc vitandum propter ſpeciem mali. arg. ext. de tranſa. conſtitutus. ff. ad l. Iul. de ambitu. l. vna. vbi dicitur, q accuſatus non debet intrare domum iudicis. "Hic argue opus per ſe laudabile ratione temporis reprobari, & ne malignandi occaſionem inducat. i. et enim nummos in conchā mittere opus pietatis ſit, tempore tamen ſuſcipiendi baptiſmi ſimoniæ ſuſpicionem inducit. ar. eſt ff. ad l. Iul. de ambitu. l. vna. in fi. adeo vt ſi etiam ſub aliquo prætextu tempore prohibito detur, præſumptio ſimoniæ non euaneſcat. arg. 57. diſt. ſi quis in ægritudine [b]. 8. q. 3. c. 1.

a Vnde ſubdit, ne ſacerdos, &c.

2 Burc. l. 4. c. 43. Iuo p. 1. c. 287. Pann. l. 1. c. 98.

"Opus p ſe laudabile rōe tēporis reprobatur.

b Et no. j. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶ *Ne ſacerdos.*] arg. "non ſolum abſtinendum eſſe à malis, ſed etiam ab omni ſpecie mal. arg. ſ. 54. diſt. generalis.

" abſtinēdū eſt ab omni ſpecie mali.

e ¶ *Lauandi ſunt.*] "quia Mediolanenſes primo aqua conſecrata puerorum pedes lauant, & poſtea baptizant: & non peccant, quia auctoritate Ambr. hoc faciunt: quia qui eſt mundus totus, non indiget niſi vt pedes lauet." Tamen in illa auctoritate intelliguntur pedes, i. affectus, ſcilicet, vt habeant cor purum, iuxta illud: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, &c.

" Lotio Mediolanenſiū.

" Pedes in lſis ſacris ſignificant affectiones.

f S*Tatuimus*] ¶ *Luminaribus*] Etiam in conficiendo chriſma neceſſariis fraudem remouet. Nota pro tempore etiā luminum pretium interdici in extrauag. Alexan. iij. de his ſane. Hug. ſatis dicitur ext. de ſimo. non ſatis, & c. cum eccleſiæ.

ADDITIO. Adde ad hoc quod legitur, & no. ſ. e. emendari. Arch.

SICVT ERGO. Hæc eſt 13. pars huius qu. in qua intendit probare magiſter, quòd ſi aliquis ignoranter ordinatus fuerit à ſimoniaco, vel etiam compulſus, quòd diſpenſatur cum tali. Si autem ſcienter fuerit ſimoniacus, vel ordinatus à ſimoniaco, non diſpenſatur cum illo. & hoc probat per ſex auctorit. Io. de Fan.

CASVS. Infert Grat. quòd ſicut hæc ſacramenta, ſcilicet baptiſma & chriſma habent effectum licet ſimoniace miniſtrentur, ſic & vnctio ſacerdotalis. Sed eſt aliud in illis quam in iſtis, quia illa ſunt ſacramenta neceſſitatis, hæc vero dignitatis. Simoniaci enim habent caput vulneratum, quos ignorantia vel alia cauſa non excuſat. Vnde Nicolaus diſtinguit. Alij ordinantur ſimoniace a ſimoniacis. Alij ſimoniace a non ſimoniacis. Alij non ſimoniace a ſimoniacis. quæ diſtinctio probatur per ſequens capitulum.

3 ſup. c. remiſſionē. §. ſed notādū.

g ¶ *Sicut.*] accipit hic finem altercatio Gratiani, quæ quandoque ſimoniacos comparat hæreticis, quandoque non, vt ſ. ea. §. quia ergo. & §. ſeq.

h ¶ *Hæc ſacramenta*] id eſt, baptiſma, & chriſma.

S*Tatuimus.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte idem dicitur, quod dictum eſt in diſtinctione Nicolai. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, *Simoniaci*, dicitur, quòd ſimoniaci ſimoniace ordinati cum ſuis ordinatoribus debent deponi. Simoniaci vero ſimoniace à non ſimoniacis ordinati, ab officio male accepto remouebuntur, ſed ordinatores non deponentur: cum non ſimoniace a ſimoniacis ordinatis poterit propter neceſſitatem diſpenſari, vt in ſuo officio permaneant.

4 iiij. ſent. diſt. 25. Pan. l. 3. c. 27.

5 Adde ad hōc tex. no. in l. ſi quēq. C. & ep. & cl.

i ¶ *Statuimus.*] idem dicitur hic, quod in §. niſi. quia ſubiungit quid iuris ſit cum ſic vel ſic ordinantur.

k ¶ *Simoniacos autem non*] illi ſola voce non reatu ſimoniaci dicuntur. ext. de ſimo. de ſimoniace. ſcilicet propter ordinationē a ſimoniacis factam, ſicut vſurarius quandoque dicitur qui vſuras dat. ff. de vſur. debitor.

l ¶ *Miſericorditer.*] & ita dicitur hic, q non receperunt executionem.

m ¶ *Permanere*] in executione.

6 Magiſter ibidem.

SED HOC. CASVS. Dicit Grat. q hoc vltimum membrum intelligitur de illis qui ordinantur non ſimoniace à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos, quos non reatus proprius facit ſimoniacos, ſed ordinatio ſimoniaci.

n ¶ *Sed hoc.*] reſpicit vltimam partem capituli præcedentis, ſ. ad ſimoniacos non reatu, ſed propter ordinationem, j. c. proximo.

S*I qui à ſimoniacis*] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi aliquis gratis ab epiſcopo, ſed aliàs ſimoniaco fuerit ordinatus: ſi probauerit illum tunc temporis ab eccleſia toleratum & neſciuiſſe illum ſimoniacum fuiſſe, poterit cum illo miſericorditer diſpenſari. ſi vero ſciuerit illum ſimoniacum eſſe, deponi debet. Sequens c. patet, quod eſt notabile.

o ¶ *Si qui*] H. intelligit hoc c. de præciſis, qui tamen neſciebantur præciſi eſſe ab ordinatis. "Nam opinio eius eſt, quòd ſi occultum eſt eum ordinatorem eſſe ſimoniacum, qui toleratur, ordinatus ſuſcipit executionem, vt 15. quæſt. 7. c. vlt. niſi ſit notorium, vt 32. diſtinct. §. verum. Vel niſi teſtibus hoc probari poſſit, vt ſupra ead. quiſquis. & ideo vt locum habeat ſecundum eum quod hic ſequitur, miſericorditer, &c. neceſſe habet legere de præciſis. Nos vero qui aliter ſentimus. argu. infra ead. quibuſdam. & ſupra cap. reperiuntur. legimus hoc capitulum de occultis. nam quantumcumque occulti ſint, & etiam ignoretur, iſte non conſequitur excuſationem, & hoc in ſimoniaco in ordine, & licet ſine culpa iſtius ordinati contingat, indiget tamen diſpenſatione, & hoc in de

" ordinatus à ſimoniaco occulto, an recipiat ordinis executionem.

in deteſtationem criminis, & ideo dicit miſericorditer, & licet hoc ignorante. ſecus tamen in eo qui coactus eſt, vt j. ead. conſtat. Nam ille de iure admittendus eſt ad executionem: & ea eſt ratio, quia magis conſtat nobis de voluntate coacti, quam ignorantis. nec intelligas illud capit. de abſolute coacto, quia non recipiet characterem. ext. de bap. maiores. §. ſi autem.

probare [a] potuerint ſe, cum ordinarentur, neſciſſe eos ſimoniacos eſſe, & ſi tunc [b] pro catholicis habebantur in eccleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus: ſi tamen eos laudabilis vita commendat. Qui vero ſcienter ſe à ſimoniacis conſecrari (immo execrari) permiſerint, eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

¶ Et ſi tunc.] *Antea legebatur*, & quod tūc: *quaſi onus id probandi incumberet volenti ſe purgare. Emendatum vero eſt ex duobus manuſcriptis, ſicut tunc in exemplaribus.*

Idem Nicolaus iunior. Hoc idem Alexander ſecundus.

¶ Verba huius, & ſequentis c. erga ſimoniacos ſunt in epiſtola Nicolai ij. in qua concilium à ſe habitum refert: atque ea repetiuit Alexander ij. in epiſtola omnibus catholicis epiſcopis directa, quæ habetur Romæ manuſcripta in tribus peruetuſtis codicibus.

¶ De eo, qui ordinatur ab illo, quem ſcit ſimoniacum eſſe. C. CIX.

DE cetero ſtatuimus, vt ſi quis in poſterum ab eo, quem ſimoniacum eſſe non dubitat [c], ſe conſecrari permiſerit, & conſecrator, & conſecratus non diſparem damnationis ſententiā [d] ſubeant: ſed vterque depoſitus pœnitētiam agat, & priuatus propria dignitate perſiſtat.

Item paulo ſuperius.

¶ Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericordia. C. CX.

ERga ſimoniacos nullam [e] miſericordiam in dignitate [f] ſeruanda habendam eſſe decernimus: ſed iuxta canonum ſanctiones, & decreta ſanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe, apoſtolica auctoritate ſancimus.

a ¶ *Probare.*] per ſacramentum. extr. de ſen. exc. ſi vero. Vel probatur eo ipſo, quod non probatur contra. C. q. mil. non poſ. ſuper ſeruis. lib. 12. "Sed pone prælatum meum eſſe ſimoniacū, & vult me ordinare, ſi probare poſſum, non debeo ab eo ordines recipere. ſi non poſſum, debeo recipere ordines ſecundum plurimos doctores: exequi tamen non poſſum ordines ſine diſpenſatione Papæ tantum ſecundum quoſdam, ſecundum alios cuiuſcumque ſuperioris. Iſta tamen diſpenſatio debet fieri in occulto, ne infametur ille prælatus cuius crimen occultum eſt. huic tamen obuiat extra ca. p tuas. Ioa. Hoc teneas pro certo, quod ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo, vt in præd. decr. per tuas. & j. ead. de cetero. & ſi vellet me cogere, potius debeo pati excommunicationem, vt extra de ſent. exc. inquiſitioi. B.

"ſimoniac[us] prælatus ſi vult ſubditū inuitum ordinare, quid iuris. C. 4.

3 Iuo par. 5. c. 79. Pan. l. 3 c. 126.

a ¶ *Probare.*] hinc arg. "quòd qui ignorantiam allegat, eam probare debet [a]. & cum probatio tripliciter fiat, tunc, ſ. directe cum probato eo ex quo id quod intendit, neceſſario aut veriſimiliter ſequitur: ignorantiæ tamen veriſimilis probatio ſufficit: quod patet ex eo quod dicitur, tunc pro catholicis habebantur. ex his quoque verbis ſeq. ſi tamen eos laudabilior vita commendat, argui poteſt præcedentia merita ad delicti poſt commiſsi veniam impetrandam prodeſſe. ar. ff. de re mil. non omnis. Ioan. arg. allegantem ignorantiam debere eam probare vt j 9. q. 1 ordinationes. j. 34. q. vlt. in lectum. extra de elect. innotuit. ī. diſt. 82. propoſuiſti. contra. j 3. q. 9. indicas. contra. B.

"Ignorantiam allegās eam probare tenetur.

a Concord. tex. in l. veri°. & ibi gl. & in l. cum de indebito. in gl. in ver. ignorantia ff. de prob.

a Magiſt ibi Deuſd. p. 2. Iuo par. 5. c. 79. Pan. l. 3. c. 125.

b ¶ *Et quod tunc.*] 15. q. vlt. c. vlt. c. vlt. ar. j. 9. q. 1. c. 3. contra. Sol. ibi nāq; dī quod ſi q. ab hæreticis nominatim excōicatis fuerint ordinati, ignorantes illos eſſe damnatos: eorum ordinationes ratę habebuntur. hic autem dicit tunc ratas eſſe ſi eorum ordinatores pro catholicis habebantur. vnde colligitur quod ſi tunc non catholici ſed damnati habebātur, taliū ordinatio nō toleratur. "ſed ſciēdum eſt quod nō ſemper cōtrarius ſenſus auctoritatis pro lege & certa ratione ſuſcipiendus eſt: ſicut in nonnullis decretorum locis diligentia lectoris inueniet. Vel dicatur ſtrictius ſe habere in ſimoniacis propter odium ipſius horrendi criminis, & mitigantius in aliis peruerſis ordinationibus: quod illo c. demonſtratur. 9. q. 1. ab excommunicatis. Vel quod hic dicitur catholicis, non ad ordinantes, ſed ad ordinatos refertur B.

"Senſus cōtrarius non eſt ſemper pro lege ſuſcipiendus.

c ¶ *De cetero.*] ¶ *Non dubitat.*] quia eſt notorium, vel per ſententiā. H. ſed contra dicit littera.

d ¶ *Sententiam ſubeant.*] Tu intellige de eo quem probare potuit ſimoniacum, qui eſt ordinandus. melius intellige ſecundum quod dixi in gl. ī. prox. c. in gloſſa, per ſacramentum. ver. hoc teneas. A.

E*rga ſimoniacos.*] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſimoniaci ad aliquam dignitatem promoti deponi debent, & nulla cum eis poterit fieri diſpenſatio. Patet ſequens §. vbi excipit violenter attractos: ſiue a ſimoniacis, ſiue ab hæreticis attracti fuerint.

e ¶ *Nullam.*] j. ead. ſi quis. neque j. ead. q. 7. requiritis. j. ea. q. 5. c. 1. contra. Sol. hic ſimonia eſt in promoto & promouente.

f ¶ *In dignitate.*] id eſt, in ordine. extra de ſimon. tanta. & not. j. ea. q. 5. c. 1. [b] cum enim furtiuus ſit character. j. ea. ordinationes. non poteſt diſpenſari. M. ſecus dixit extra de ſim. ex tuæ inſinuatione.

b & no. extr de re. p it translatione ibi videas.

C*onſtat.*] CASVS. Dī hic, quod ſi qui per coactionem ab hæreticis fuerint ordinati, ſi eorum cōtoni nō cōſenſerint, ſed ſtatim ceſſante violentia ad eccleſiā redierint, ſufficienter excuſantur: at qui poſt menſem redeunt, rei tunc ſunt acceptæ dignitatis.

Subaudiendum eſt, niſi violenter attracti fuerint. De his enim, & a quibuslibet hæreticis violenter ordinatis ait Innocentius ad Epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5.

¶ De iis, qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur. C. CXI.

COnſtat multos vim paſſos, atque inuitos, attractos, repugnantéſque ab hæreticis † ordinatos. ſed huiuſmodi aliquis, ſi poſt ordinationem talem non interfuit, cum illi conficerent ſacramenta, ſi communioni eorum participatus non eſt, ſi ſtatim [g] diſcedentibus illis pessimo conciliabulo eorum abrenuntiauit, & ad Eccleſiam rediit [h]: iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis [i]. Ceterum qui poſt [k] menſem, aut amplius [l] redierunt, cum ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos, quamuis nihil ab eis acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis.

¶ Illis.] *In editione trium tomorum legitur*, diſcedens de eius peſsimo, *Sed editio quatuor tomorum & codex canonum habet ut Gratianus: uerba autem in hoc cap. collector arbitratu ſuo aptauit.*

Tales [m] plerumque intuitu pietatis reformat catholica manus impoſitio cum ſatisfactione, & medicina pœnitentiæ: ſed damnationem ſimoniacorum, & eorum, qui eis conſenſerunt, legimus: medicinam vero authenticam [n] ex hac hæreſi nominatim non legimus, niſi quòd, ſicut vſurpatum eſt [o] in Nouatianis [p], vel Donatiſtis, minoribus [q] vtique hæreticis, ita etiam [r] ex his poſſe fieri colligimus, ideo etiam, quia aliorſum [s] per omnia orthodoxam habent fidem, niſi quòd ſpiritum ſanctum credunt eſſe venalem.[3] *Et, vt ait beatus Auguſtinus, hæretici, cum redierint, qua parte ſe abſciderint ab eccleſia, curentur, qua vero parte adhæſerint, cognoſcantur [t].*

g ¶ *Si ſtatim.*] arg. "quod ſi qua alicui traditur inuita, & pro virib. renuens: ſi ſtatim poſt traditionem fugerit, non tenet illud matrimonium, quod præſumitur ex verbo. ſi ſtatim. maxime ſi nūquā conſenſit. H. & ita per ſequentia deprehendūtur præcendētia c. 22. q. 2. quod ait. de pœn. diſt. 3. Iudas.

"matrimonium non tenet ſi mulier inuita alicui tradita fugerit.

† Eodē] or. i. Bonoſo.

c Adde ad hoc quod leg. & not ſuprà 44. diſt. multis.

h ¶ *Rediit.*] eo animo vt iterū nō redeant ad eos: ſicut dicit lex quod is qui fugit ab hoſtib. eo animo vt iterum ad eos redeat, non habet poſtliminium. ff. de ca. & poſtli. reu. nihil intereſt. C. ea. l. pe. nec n. ſatis eſt domum quem rediſſe, ſi mente alienus eſt, vt ff. de offic. præſi. l. 1. diuus. & 3. q. 9. indicas.

i ¶ *Excuſationis.*] argu. "quod coactio excuſat in ordinib. ſic 50. diſt. presbyteros. 15. q. 6. cap. 1. 20. qu. 3. preſens. ar. contra. 15. q. 1. merito. & j. de conſ. di. 4. eos quos.

"Coactio in ordinib. excuſat.

k ¶ *Poſt menſem.*] argu. quod ſi aliqua alicui inuita tradita fuerit: & aliquāto tēpe cum eo in domo manſerit, & cū potuerit non effugerit: ſi poſtea virū dimiſerit, poterit reuocari ab eo: quia tanto temporis conſenſu ratum fuit matrimonium. arg. 31. q. 2. de neptis. 63. di. quāto. 50. di. presbyteros. & di. 45. Iudæis. & ext. de ſpon. ad id quod.

3 ſuprà ea. c. quod quidā. verſ. ſed ſicut.

l ¶ *Amplius.*] argum. ad probandum conſenſum interfuiſſe matrimonio, ſi non ſtatim diuertit dum poterit. 16. q. 1. reuertimini.

TALES. CASVS. Dicitur in hoc §. quod tales, ſcilicet ab hæreticis violenter attracti: ſiue ſtatim redierunt, ſiue non, quandoque de miſericordia tolerantur: ſed cum ſimoniacis non diſpenſatur, nec authenticam, id eſt, fructuoſam poſſunt agere pœnitentiam, niſi renunciauerint rei quam ſunt ſimoniace adepti: & tunc diſpenſatur cum eis, vt cum minoribus hæreticis diſpenſatur. Seq. c. patet, in quo oſtēditur, qualiter cum hæretico diſpenſetur.

m ¶ *Tales.*] ſcilicet qui conſenſerint hæreticis, vel ſtatim receſſerunt, vel non ſtatim. idem intelligo etiam poſt momentum ſi iam conſenſiſſent: & idem poſt centum annos ſi non conſenſiſſent. Nam ſemper accuſarentur. ff. de re mil. non omnes. §. qui captus. factum ergo tangit hoc dicendo, ideo tamen dicit, qui poſt menſem: quia & ſi intra menſem redierint, ſemper fuiſſe inuiti præſumuntur, niſi contrarium probaretur: ſed poſt menſem præſumerentur conſenſiſſe, niſi contrarium probaretur. Et eſt ſi. C. ad Vell. l. ſi mulier perfecte.

n ¶ *Authenticam.*] id eſt, fructuoſam, niſi executioni rei adeptæ renunciauerint, vt j. ead. q. ſi quis neque.

o ¶ *Vſurpatum eſt.*] i. contra rigorem factum eſt. arg. C. de iu. do. vbi

p ¶ *Nouatianis.*] j. ea. q. 7. maximum. & c. donatum.

q ¶ *Minoribus.*] non. n. cum maiorib. hæreticis diſpēſatur, vt j q. 7. c. 1

r ¶ *Ita etiam.*] cum ſimoniacis eſt diſpenſandum. vt iam habebitur.

s ¶ *Aliorſum.*] quaſi dicat, & hoc facit ad diſpenſationem.

t ¶ *Cognoſcantur.*] arg. "quod ſi inſtrumentum ſit falſum in aliqua parte, & in aliqua verum: vbi verum eſt, debemus illud recipere. C. de tranſ. ſi ex falſis. arg. contra. 9. di. ſi ad ſacras. & 42. di. c. quieſcamus.

"Inſtrumētum pro parte verum & pro parte falſum eſſe poteſt.

a Omnis.¶] *Habeat.*] Si tamen iterata vnctione non fuerit maculatus, vt infra q.7. saluberrimum.
b ¶ *Inuenitur.*] Si tamen illos ordines ſimoniace non reciperet, & cũ quibus diſpenſetur, & cum quibus non, dicunt illi verſus:
Si bis ordo datur ſeu baptiſmus repetatur.
Vt ſubuertatur fidei ſtatus ordo petatur.
Vel ſi praſtetur quod vtrumque Simon operetur.
Vt diſpenſetur ſpes irrita prorſus habetur.
ʒ.ead. ſi quis.

a Et no. 9.q. 1. in ſum. ibi videas nam ibi ponũtur cõcor. ad ea quæ ſequuntur. Arc.
Verſus.

DE HIS CASVS. Proſequtur de his Gratianus hic qui ſimoniace à non ſimoniacis ordinantur, & caſus planus eſt.

Ordinat. ones.] CASVS. Dicitur hic quòd falſa iudicatur ordinatio quæ pretio, precibus vel obſequio confertur. idem dicitur de ordinatione eius qui canonice non eligitur: quia taliter ordinatus non intrat per oſtium, ſed fur eſt & latro. Patet ſeq. §.
c ¶ *Pretio.*] dato, vel retento vel promiſſo. C. de tranſa. tráſactio. nam remittere dare eſt, extra de teſt. veniens. 1. ff. de his quæ in frau. cre. ſi pignus. Item nunquid eſt ſimonia abrenuntiare beneficio vt alij detur? Non. niſi deducatur in pactum, vt extr. de pr eo. dilecto. ſpem tamen b inde habere non eſt ſimonia. extr. de pact. cum pridem. Item q aliter regnum Dei pecunia poſſit emi: cum nihil ſit ſpiritualius. de pœn. diſtin. 1. medicina. & non ordo vel honor eccleſiaſticus, & eſt ratio: quia cum vendente regnum cœlorum non poteſt eſſe malitia: hic ſecus. ſed falſum eſt regnum Dei emi: ſed ex miſericordia meritiſq; præcedentib. acquiritur. 13. q. 2. animæ. de pœn. diſt. 1. medicina.
d ¶ *Vel precibus.*] Hoc de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis, vel a ſe porrectis, alias nõ, vt ʒ. ea. latorem.

x ſuprà. c. c. ſi quis hæreticæ. & infrà c. q. 7. c. ſaluberrimum. Pol l. 7 tit 5. Pan l. 3. cap. 131.

b Beneficij renunciatio vt alij detur non eſt ſemper ſimoniaca.
b Spem not. Pau Felin c. cõſuit. nec. de ſim. A g & egiſtæ in l. ſed & ſi le ge § cõſuluit. de pe. hæ.
x Polye l. 3. tit. 38. Iuo p. 5. c. 8 1.
†irritas] Or. & Poly.
Ioan. 10.

Hinc & Leo Ianuario & Aquilegienſi, epiſtola tertia.

a ¶ Ianuario.] *Sic etiam citatur ʒ. ead. q. 7. cap. ſaluberrimum. & ſic habetur in manuſcriptis Leonis codicibus, quamuis in excuſis ſit, Iuliano. Caterum verba ipſa epiſtola referuntur in d. ca. ſaluberrimum. & ex parte. 1. ead. c. ſi quis hæretica. Nã hic ſententia potius aſſeritur.*

¶ Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perſeuerent.
C. CXII.

Omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deſerens vnitatem, hæreticæ, vel ſchiſmaticæ communionis contagione ſe maculauerit: ſi ad eccleſiam redierit cum legitima ſatisfactione, & erroris ſui damnatione: hoc in magno beneficio habeat [a], ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inuenitur [b] ordine permaneat.

De his autem, qui ordinantur ſimoniace à non ſimoniacis (vt pote illi, qui data pecunia archidiacono, vel conſiliariis epiſcopi, epiſcopo ignorante, hoc efficiunt, vt de manu eius ſacros ordines accipiant) ita ſcribit Gregorius VII. lib. 6. Reg. in ſynodo Romæ habita, anno Domini 1078. die 19. Nouembris, c. 5.

¶ Ordinationes, quæ ſimoniace fiunt, falſæ iudicantur. C. CXIII.

Ordinationes, quæ interueniente pretio [c], vel precibus [d], vel obſequio alicui perſonæ ea intentione [e] impenſo, vel quæ non communi conſenſu cleri, & populi ſecundum canonicas ſanctiones fiunt, & ab iis, ad quos conſecratio pertinet, non comprobantur, falſas † eſſe diiudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per oſtium, id eſt, per Chriſtum intrant: ſed, vt ipſa veritas teſtatur, fures [f] ſunt, & latrones.

14 *Quia ergo ſimonia tripliciter in capi-*

ille non renunciet. nam etiam vitium furti poteſt purgare apud furé manente. ff. de vſuc. ſi fur. in prin. Idem videtur in violento detentore, vt ff. de preca. certe. 5. Iulianus §.

QVIA ERGO. Hæc eſt 14. pars quæſtionis, in qua vult probare in quibus & quibus modis committitur ſimonia directe, & di-*tulo notatur, videndum eſt, quot modis pretium in hac hæreſi detur. Hoc beatus Gregorius in Euangeliorum tractatu hom. 4. in fin. exponit dicens.*

¶ De multiplici genere ſimoniacorum.
C. CXIIII.

a Vſ dic, ſ excluſi, i. ꝑtermiſsi à Matthæo in Euangelio: vbi illi inter alios nō connumerantur. Arc. 3 ſ. 24. q. 1. c. nō turbatur.
x ¶ *Poſteri eius.*] Euangeliſta enim tranſitum facit à Ioram vſque ad Oziam: qui fuit quartus [a] poſt eum: quia dictum erat per Heliam prophetam in throno regni quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab, niſi in quarta generatione. tamen illi tres qui omiſsi fuerunt, bene ſederunt in throno: ſed dicuntur non ſediſſe ex merito vitæ.

i ¶ *Pro meritis.*] infra 6. q. 1. ex merito. infra 2. q. 7. c. ...
k ¶ *Portantes.*] id eſt, tolerantes.
l ¶ *Dauid.*] Hiſtoria. Legitur in ſecundo libro Regum, quòd Dauid præcepit Ioab principi militiæ vt populum numeraret: numerauit ergo, & dedit numerum Regi: & factus eſt ſermo Domini ad Gad prophetam dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus: Elige vnum de tribus quod volueris: aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies inimicos tuos, aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegiſſet, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael à mane vſque ad tempus conſtitutum: & mortui ſunt de populo extra Hieruſalem ſeptuaginta millia hominum. cumque extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hieruſalem vt percuteret eam, aperti ſunt oculi Dauid. & videns Angelum exclamauit dicens: Ego ſum qui peccaui: conuertatur obſecro manus tua ſuper me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iuſsit Angelo vt manum ſuam contineret.
m ¶ *In læta.*] hoc ſoluit ſtatim.
n ¶ *In diminutione.*] Argum. quòd in eo punitur quis, in quo deliquit.

y ¶ *Eſau.*] Hiſtoria. Legitur in Geneſi, quòd Dominus Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Eſau autem dictus eſt Edom: vnde & Idumæi, qui ab ipſo nati ſunt: ad quos teſtante propheta Malachia tranſiuit odium Domini.
y ¶ *Eſau.*] qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quaſi Edomæi.
ADDITIO. Ad iſtos teſtante propheta Malachia tranſiuit odium Domini. Etenim de Eſau legitur ibidem quòd Dominus dilexit Iacob: Eſau autem odio habuit. Archid.
SED HIS. CASVS. Reſpondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui ſunt imitatores nequitiæ ipſorum: alias non.
z ¶ *Exemplis.*] ſcilicet poſtremis de Cham, Giezi, Achab, Eſau. Ioan. de Fant.
TVrbatur nauicula.] CASVS. Adhuc oſtendit quòd iuſtus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: ſed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, ſed temporalis perſecutio: & ita prædictis auctoritatibus non probantur ſimoniaci pro quibus ignorantibus pecunia data ſit.
a ¶ *Turbatur.*] infra vigeſimaprima, quæſtione prima, non turbatur. infra ſeptima, quæſtione prima, aduerſitas. infra de conſecratione diſtinct. 1. in ſancta.

maniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data eſt. Non ergo poteſt probari iſte reus criminis, cuius non habuit conſcientiam.

4 *Notandum quoque eſt, quòd non omnis ignorantia* [a] *aliquem excuſat. Eſt enim ignorantia, alia facti, alia iuris. Facti, alia eſt eius facti, quod oportuit eum ſcire: alia, quod non oportuit eum ſcire. Quod non oportuit eum ſcire, ſicut Apoſtolus ait [Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam, & vultis ire, quidquid vobis appoſitum fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis vobis dixerit* [b] *hoc idolis immolatum eſt, nolite comedere* [c]. *] Ecce quod vocatum ad cœnam non oportuit* [d] *ſcire carnes ſibi appoſitas fuiſſe idolis immolatas. Quod oportuit eum ſcire, ſicut ignorantia Iudæorum* [e], *& reliquorum infidelium qui ea, quæ à prophetis de Chriſto fuerant prænunciata, adhuc ignorant eſſe completa: vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. Hæc neminem excuſat.* ¶ *Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis* [f] *eſt. Ius vero ciuile aliis* [g] *permittitur ignorare, aliis non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obeſt in damno vitando, ſi negotium* [h] *inde contigerit, vt ſi minor pecuniam dederit filio familias* [i], *repetit: in maiore vero quaſi delictum eſt* [k]. ¶ *Item ſi ſucceſſionem etiam tibi maiori delatam cum alio, ſine iudice* [l] *diuidas, putans teſtamentum iure ſubnixum, cum non eſſet, ſolidam ſucceſſionem obtinebis: vel ſi id, quod nullo iure debuiſti, aut iure naturali* [m] *non debuiſti, ſed ciuili, tanquam ex chirographo ſoluas, aut promittas, repetis* [n]*: non ita, ſi delictum. Nam ſi putat rem ſuam ſibi per legem licere rapere, incidit in conſtitutionem* [*] *illam codicis libro octauo, titulo, vnde vi* [a].

[*Imperator Valentinianus Auguſtus.*]

PALEA. C. XIII.

SI quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud quoslibet homines conſtitutarum ante euentum † iudicialis arbitrij violenter inuaſerit, dominus quidem conſtitutus, poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominium eius † rei amittat: Sin vero alienarum rerum † poſſeſſionem inuaſit, non ſolum eam poſſidentib. reddat, verumetiam æſtimationem earumdem rerum reſtituere compellatur.

[*] ¶ Conſtitutionem.] *In pleriſque vetuſtis codicibus legitur.* incidit in conſtitutionem, ſi quis in tantam *reliqua non aut.*

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, ſed facti, & illius, quod non oportuit eum ſcire. A reatu ergo criminis eum ignorantia excuſat paterni delicti: quod & ſi oportuiſſet eum ſcire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat. [o]

† *al. aduentum.* † *al. eiuſdem.* † *al. alienam poſſeſſionem.*

NOTANDVM. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua diſtinguit inter ignorantiam iuris & facti. Io. de Fant.

CASVS. Hic innuit Gratia. talem diſtinctionem. Ignorantia alia facti, alia iuris. Facti, quod ſcire non oportet, vt ſi apponatur tibi ignorantia idolothitum ad comedendum: facti, quod ſcire oportet, vt eorum quæ dicta ſunt per prophetas de aduentu Chriſti. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis, quæ omnibus adultis damnabilis eſt. Alia iuris ciuilis, quæ in damno vitando nulli nocet. In tali caſu, ſcilicet, ſi minor filio familias pecuniam dederis, mutuam repetit: ſed maior non repeteret: vel ſi talis caſus incidit vt ſucceſſionem ſine iudice diuidas cum alio, quem putabas cohæredem, cum non ſit: vel ſi ſoluas per errorem, vel promittas pecuniã indebitam iure naturali tantum, vel tam iure ciuili, quàm naturali: ſed in delictis ignorantia iuris nullum excuſat.

a ¶ Omnis ignorantia.] [aa] Eſt ignorantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti ſemper excuſat, ſiue ignoret de alieno facto, ſiue de propriis, dum tamen probabilis ſit. Ignorantia proprij facti excuſat, vt 34. quæſt. 2. in lectum. & 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. magis tamen excuſat error in alieno facto quàm proprio: quia probabilis eſt ignorantia in alieno facto, vt ff. pro ſuo. l. vltim. ſed non eſt veriſimile quòd quis dubitet ſiue erret de proprio facto, vel de propria re, vt C. de reſcinden. vend. quiſquis. Licet autem ſit ignorantia de alieno facto: dum tamen non ſit probabilis, non excuſat, vt 12. quæſt. 2. qui & humanis. 16. diſtinct. quod dicitis. ad hoc autem vt quis probabiliter dicatur errare, non requiritur quòd ſit nimis ſcrupuloſus & diligens & curioſus in inquirendo: nec quod ſit nimis negligens & diſſolutus non inquirendo, vt ff. de iur. & fact. igno. nec ſupina. [bb] Ignorantia iuris, alia eſt iuris naturalis, alia iuris canonici ſiue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excuſat, quia ibi nihil intereſt in vitio decipere, vel decipi, vt 16. quæſtione 1. ſi cupis. & C. de in ius vocand. l. ſecunda. & de hac ignorantia dicitur: ignorans ignorabitur. 37. diſtinct. §. vltimo. 38. diſtin. qui ea [a]. Ignorantia iuris canonici ſiue ciuilis neminem excuſat, vt 38. diſt. ſi in laicis. & capit. quæ ipſis. & hoc intellige cum ius tale eſt, quod aliquis de facili per ſeipſum ſcire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iuriſperitorum, vt ff. de iur. & fac. igno. regula. & ff. de bon. poſſeſſ. in bonorum. vbi enim de bona fide agitur, non eſt de iuris apicibus diſputandum, vt ff. mand. ſi fideiuſſor. quædam. [cc] & hæc vera ſunt niſi ſint milites [b], ruſtici, minores, & mulieres. iſtos enim excuſat iuris ignorantia. Item iuris ignorantia ſi eſt de damno vitando, excuſat: ſi eſt de lucro captando, non, vt ff. eod. iuris. Si quæras ergo quæ ſit differentia inter has quattuor perſonas, & inter alias quantum ad ignorantiam iuris, cum nulli noceat in damno vitando, vt d. l. iuris. dic quòd licet omnibus aliis noceat in lucro, non tamen iſtis, aliter non eſſet aliquod ſpeciale in illis. Sed tamen not. differentiam inter iſtas quattuor, quia non concedo quòd mulieribus & ruſticis noceat in lucro, niſi vbi expreſſe inuenitur, quod not. [c] nam nocet quandoque, vt C. eo. ſi mancipata alias vbi expreſſe inuenitur. ſed vbi non inuenitur expreſſum, non ſubuenitur eis. Subuenitur enim eis in Velleiano, & in aliis caſibus not. C. eodem. l. vltima. Sed militibus & minoribus vbique ſubuenitur, niſi vbi expreſſum inuenitur quòd non ſit ſubueniendum. Item ignorantia iuris ciuilis ſiue canonici nocet omnibus in damno vitando, vt in temporalibus præſcriptionibus: quia præſcriptio introducta eſt ad rigorem iuris conſeruandum. idem eſt in conſtitutione, ſi quis in tantam. C. vnde vi. Hug.

b ¶ Dixerit.] Argumentum. quòd ad dictum vnius ſtatim aliquis teneatur & poſſit credere, vt vigeſimaſecunda, quæſtione quarta, innocens. De hoc nota vigeſimatertia, quæſtione quarta, quàm magnum. & vndecima, quæſtione tertia, non ſolum. in princ.

c ¶ Nolite comedere.] expreſſe ergo nocent, non tacita: argumen. ff. de conditione & demonſtratione. nonnumquam. & ff. de euict. ſerui venditor. diuerſa eſt enim cauſa voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt. ff. de verb. obl. cum qui certarum.

d ¶ Oportuit.] hæc non excuſat, cum ſit iuris naturalis. trigeſimaoctaua, diſtinctione quamuis.

e ¶ Iudæorum.] hæc ignorantia iuris etiam dici poteſt, eo quòd ignorabant prophetas: quia ſi eos intelligerent, non ignorarent facta eorum, id eſt, Chriſtum natum.

f ¶ Damnabilis.] [dd] velut de patronis abſque venia impetrata in ius non vocandis ab eorum libertis: nec enim in ea re parcendum eſt ruſticitati, cum naturali ratione huiuſmodi perſonis honor debeatur, vt C. de in ius vocan. l. 2.

g ¶ Aliis.] non in lucro captando, quia in damno vitando omnibus. ff. de iur. & facti ignor. l. iuris ignorantia.

h ¶ Negotium.] id eſt, ſi errat in contractu: nam aliter eſt in maleficio, in quo nec etiam minor excuſatur [d]. C. ſi aduer. deli. l. 1. & 2.

i ¶ Filio familias.] maiori. nam tunc poteſt repetere. ff. de mino. verum. in fin. Si autem filius familias minor eſſet, non repeteret, ſi conſumpta eſſet vel deperdita. ff. eodem titulo. ſi minor.

k ¶ Quaſi delictum eſt.] ff. ad Maced. l. 2. & bene dicit, quaſi delictum. nam ſi vere eſſet delictum, nec minori ſubueniretur.

l ¶ Sine iudice.] ſecus ſi per iudicem. ff. famil. erciſcund. cum putarem. & hoc cum fidem & confeſſionem eius iudex ſecutus eſt. nam alias repetere poſſet. C. de iur & fact. ign. ſi poſt.

m ¶ Iure naturali.] cum quis ſoluit indebitum, aut indebitum eſt iure ciuili tantum: quale eſt illud quod poteſt per Falcidiam retineri. C. ad leg. Falcid. error. hic ſi per ignorantiam facti ſoluit, repetit. C. de iuris & facti ignorantia. cum quis. C. ad legem Falcidiam. error. [ee] Si per ignorantiam ius ſoluit non repetit, vt in legibus prædictis, niſi a minore, vel muliere, vel alia perſona priuilegiata ſoluatur. ff. de probationibus. cum de indebito. §. ſi autem. & ff. de conditione indebiti. interdum. aliàs indebitum aut eſt de iure naturali tantum, quale eſt illud ad quod per chirographum obligamur, vt ſpe futuræ numerationis, aut indebitum vtroque iure. In his duobus caſibus quacumque ignorantia ſoluat, repetit. ff. de conditione indebiti. indebitam. & ff. de probationibus. cum de indebito. aut per [e] exceptionem tantum, & tunc ſi temporalis eſt exceptio: dum tamen ſit certum debitum, non repetit [f] ff. de conditione indebiti. l. ſub conditione. lege. nam & maritus. Si autem eſt perpetua & fauorabilis, hic quacumque occaſione ſoluit, repetit. C. ad Velleianum. l. quamuis. ff. de conditione indebiti. l. qui exceptionem. Si eſt odioſa, vel ſciens ſoluit, vel ignorans. ſi ignorans: aut ius, aut factum. his duobus caſibus non repetit. ff. de conditione indebiti. l. qui exceptionem. alias ſi rigore iuris conſeruandi gratia eſt exceptio introducta: hic ſciens ſi ſoluit, non repetit. ff. de conditione indebiti. l. Iulianus. ſi ignorans, repetit ſecundum Pileum, cum illa exceptio ſit perpetua, & non odioſa. Alij vero contra. nam & poſt ſententiam remanet debitum naturale: quia ſententia de iure ciuili eſt, & ideo ea quæ iuris naturalis ſunt, tollere non poteſt [g] quare ſi ſoluat, non repetit: argument. ff. de conditione indebiti. l. Iulianus. Si autem dubitatur an temporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de conditione indebiti. l. ſufficit.

n ¶ Repetit.] hoc tamen intra biennium, & hoc cum promittit ſpe futuræ numerationis.

o SI quis.] ¶ Poterat.] & ita dupliciter eum excuſat.

a 1. Cor. 10.

[aa] Ignorãtia eſt duplex, ſcilicet facti & iuris.

[bb] Ignorãtia iuris eſt duplex.

a [d] hac materia no. 27. diſt. in ſum.

[cc] Ignorãtia iuris 4. gña perſonarũ excuſat.

b Sub. qui propter rẽ publ. occupãtur in caſtris, quos magis arma vult ſcire Imperator quàm leges. Arc.

c Cũ iſta gl. concor. l. ſi. & ibi Bart. C. de iur. & fa. ig. & Ful. ſ. l. iuris. C. q. adm. & eſt [d] mẽte Bar. in l. 1. ver. quarta gl. C. de iur. & fa. ig. & plene per doct. mod. [?] l. 1. §. nũciatio. ff. de op. no. nũ. poſt Barto. ibi in vlt. col.

a tit. 4. leg. 7.

[dd] liberti pro nũ in ius ſine venia vocantis ruſticitati parcẽdum nõ eſt.

d Sub. aliſ quatenus miſeratio ætatis, &c. ff. de mino. auxilium. Arc.

[ee] Indebitũ per errorẽ ſolutũ an poſſit repeti.

e Sub. debitũ vtroque iure, ſed indebitum per, &c.

f Sub. niſi ſolutũ per errorẽ facti nõ iuris. ff. & cód. inde. in dic. ff. man. fide iuſſor. §. põ male. ſecũ Io. de Fant.

[g] Inſt. de m. not. §. vlt.

Quòd

Vòd uero.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima parte probat, quòd filij non poſſunt tenere beneficium emptum à patre cum erat puer. Secunda ibi, *hoc autem.* Tertia ibi, *Ex hac.* Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quæritur an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione, quã paterna pecunia eſt aſſecutus ignoranter De primo caſu quid iuris ſit, dicitur in primo capitulo. De ſecundo dicitur i capitulo, præſentium.

a ¶ *Quòd uero.*] Huius quæſtionis duo ſunt articuli. " Primus an liceat iſti eſſe in eccleſia, quam paterna pecunia eo ignorante eſt aſſecutus. Secundus eſt, ſi pater ei non emit eccleſiam, ſed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quæſtione dicas, quòd poſtquam eccleſiam dimiſit ex gratia poteſt ibidem manere, vt infra c. 1. & extra de ſimo. de regularibus. " In ſecunda dico, quòd ſi per patris pecuniam adeptus eſt ordinem, ita tamen quòd ſimonia non fuit in ordinante, poſtquam ordini renuntiat, poteſt eodem ordine ex miſericordia fungi, vt infra ea. c. vlt. ſi autem ipſe dedit, vel ſimoniæ cõſcius fuerit, tunc diſtinguitur, aut accepit ordinem vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium eccleſiaſticum. ſi ordinem vel prælationem, deponitur, nec debet ſecum diſpenſari, vt ſupra ead. q. 1. erga. & c. ſi quis neque. & infra q. 7. ſi quis omnẽ. & ca. requiritis. ſi vero eccleſiam vel præbẽdam vel ſimile beneficium de iure deponitur, vt ſupra ea. q. 1. presbyter. ſed ex diſpenſatione poſt renuntiationem poteſt in eodem beneficio manere, vt infra c. prox. Io.

" Eccleſiã à pie emptã vtrũ qs poſſit retinere. 1 Anſel. l. 7. c. 109. C. 1.

" Ordine quẽ pr̃ emit an quis poſſit fungi. 2. C. 6.

3. C. 7.

QVÆSTIO V.

Vòd vero [a] quinto loco quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus, auctoritate Vrbani definitur, qui ſcribens de ſimoniacis ait inter cetera in concilio Placentino, ca. 5. & ſequentibus, itẽque in cõcilio Romano.

I ps

¶ De paruulis, qui cupiditate parentum, eccleſias emunt. C. I.

[1] Quicumque ſane cupiditate parentum, cum adhuc paruuli [b] eſſent, eccleſias, vel eccleſiarum partes [c] per pecunias adepti ſunt, poſtquam eas omnino dimiſerint, ſi canonice in eis viuere voluerint, pro magna [d] miſericordia ibidem eos eſſe cõcedimus [e]: neque pro hoc facto à ſacris ordinibus remouemus, ſi alias digni inueniantur. ¶ [2] Illi vero, qui per ſeipſos, cum iam maioris eſſent ætatis, nefanda dicti cupiditate eas emerunt, ſi in aliis [f] eccleſiis canonice viuere voluerint, ſeruatis propriis ordinibus pro magna miſericordia [g] ibi eos miniſtrare permittimus. Quòd ſi ad alias fortaſſis transferri non potuerunt, & in eis canonice viuere promiſerint, minoribus ordinibus contenti ad ſacros ordines [h] non accedant, ſalui [i] tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. ¶ [3] Si qui tamen ante emptionẽ [k] catholice ordinati ſunt, cum ea, quæ emerunt, dimiſerint, & vitam canonicam egerint, in ſuis gradibus permittantur [l]: niſi [m] forte eiuſmodi eccleſia ſit, vt ibi primũ [n] locum debeãt obtinere. Primum enim, vel ſingularem, vel præpoſituræ [β] locum in emptis [o] eccleſiis eos habere non patimur.

α ¶ Partes.] *In concilio ipſo legitur, beneficia. ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

β ¶ Præpoſituræ.] *In concilio ſubiungitur, vel officij.*

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonum, ſed ex miſericordia diſpenſatione dixiſſe. ex epiſtola eiuſdem colligitur miſſa Vitali presbytero in hac verba.*

¶ In dignitate ſeruanda ſimoniacis miſericordia poteſt impendi, ſi eos vita commendat. C. II.

Eos, qui eccleſiam emerunt, ſi perſona talis fuerit, quam vita commendet, videlicet, vt in canoniis †, vel monaſteriis regulariter viuat, in ſui honoris officio, miſericorditer condeſcendendo, miniſtrare concedimus, abſq; tamen [p] ſanctorum canonum præiudicio.

† al. canonicis.

¶ *In libro manuſcripto decretorum Pontificum hic canon citatur ex Nicolao ad Vitalem presbyterum Pruuienſem.*

3 *Ex hac itaque auctoritate colligitur, quòd ignorantia tales excuſat à reatu criminis, vt ſupra dictum eſt, non à fructu emptionis, cum in eccleſiis, quas parentum pecunia adepti ſunt, non niſi poſtquàm eas omnino dimiſerint [q], & ex miſericordia, ibidem eis eſſe conceditur. In quo patet, quòd & ſi illis ignorantibus ſimonia peccatum ſit admiſſum, fructum tamen paternæ emptionis reportare [r] non poſſunt. Quòd vero à crimine excuſentur, hinc patet, quia pro hoc facto à ſacris ordinibus non remouentur. Si enim illius criminis participes eſſent, ad ſacros ordines conſcendere non poſſent. Illud idem intelligendum eſt de eo, qui per pecuniam eſt adeptus ſacerdotij dignitatem, non epiſcopo, ſed cuidam ex principibus eius datam: vtroque tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.*

Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Alberto Metenſi epiſcopo.

¶ De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non epiſcopo, ſed vni principum eius. C. III.

Præſentiũ [s] portitorẽ, quem

Qvicumque.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur quòd quidam paruuli fuerunt quibus ignorantibus parentes emerunt eccleſias, de quibus dicit Vrbanus, quòd poſt renuntiationem poſſunt ex miſericordia in eiſdem eccleſiis tolerari, & à ſacris ordinibus propter hoc non debent repelli. In ſecunda dicitur quòd qui adulti ſibimet emerunt eccleſias, illis repudiatis de miſericordia poterunt in aliis eccleſiis in ſuis ordinibus miniſtrare, quòd ſi ad alias tranſire non poterunt, in eis de miſericordia poterunt in minoribus ordinibus miniſtrare, ita quòd ad maiores non aſcendant. In tertia dicitur, quòd ſi ante canonice ordinati poſtea eccleſias emunt, eis dimiſsis in eiſdem poterunt de miſericordia tolerari: ſed in eis prælaturas non habebunt. Secunda pars incipit ibi, *Illi uero.* Tertia ibi, *Si qui tamen.* Seq. §. cum ſeq. c. patet.

b ¶ *Paruuli.*] hic præſumitur pro ætate. ſupra q. 4. placuit.

c ¶ *Partes.*] id eſt, præbendas. & ſic non eſt contra 21. q. 2. ſicut. extr. de præb. maioribus.

d ¶ *Pro magna.*] & de iure: cum enim non peccauerint iſti, non ſunt priuandi ordinibus ſuis. arg infra §. ex hac.

e ¶ *Concedimus.*] vt & primum locum ibi obtinere poſsint, & illud, ibidem, non reſpicit niſi quod ſequitur in fi. c. ſecundum vnum intellectum.

f ¶ *In aliis.*] hic præſumitur contra ætatẽ, vt infra ea. q. 7. qui in qualibet. ſupra diſt. 81. valet. contra. ſupra ea. q. 1. ſi qui à pſeudoepiſcopis. ſed ibi illam eccleſiam licite fuerat adeptus.

g ¶ *Magna miſericordia.*] nam ex rigore iuris omnino deponi deberent, vt ſupra ea. q. 1. presbyter. & 7. q. 1. præſentium. & c. ſancitum eſt. & vere de miſericordia, nam de iure non poteſt: & ideo hac miſericordia digni ſunt qui alieno laborant vitio. C. de nat. lib. l. legem.

h ¶ *Ordines.*] id eſt, ad miniſterium ſacrorum ordinum, quos tamen poſt emptionem eccleſiæ receperunt, & ita grauatur eorum pœna in eccleſiarum emptione.

i ¶ *Salui.*] vt ſcilicet Papa poſsit diſpenſare ſi velit, vel hanc reuocet, ſi iterum ei videbitur expedire.

k ¶ *Ante emptionem.*] argu. " ſuperueniens delictum, vel nouam cauſam, non vitiare legitime factum. 30. qu. 1. noſſe. & c. dictum. & ſupra diſt. 55. præcepta. 32. quæſt. 7. c. 2. qui infra ea. qu. 7. ſi quis omnem. contra.

" Delictum ſuperueniẽs nõ vitiat legitime factum.

l ¶ *Permittantur.*] in eadem eccleſia. hæc eſt differentia inter iſtum caſum & ſecundum.

ADDITIO. Ad hoc ff. de verb. ob. pluribus. §. vlt.

m ¶ *Niſi.*] iſtud, niſi, reſpicit duos articulos. nam in primo caſu bene poteſt ex diſpenſatione ſingularem locum obtinere, ſed male dicit qui hoc dicit: nam cum vltimo magis diſpẽſatur quo ad executionẽ ordinis, quam cum medio. vnde iſtud, niſi, refertur ad primum membrũ ca. Ego cum H. dico, quòd iſtud, niſi, reſpicit omnes tres caſus prædictos. nam in nullo ipſorum primum vel ſingularem locum in empta eccleſia poterit obtinere, vt in fin. ca. dicitur manifeſte Phi. additio eſt.

n ¶ *Primum.*] arg. ext. de ſi. ex inſinuatione. & intelligunt quidam hoc tantum de prælatione. H. intelligit de qualibet dignitate, qa nec archipresbyter, nec decanus.

o ¶ *In emptis.*] ſi 12. di. nos conſuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua dicitur, quòd de rigore debent deponi ſimoniaci quocumq; modo. Io. de Fan.

Eos qui.] p ¶ *Abſque tamen.*] ſupra diſt. 55. priſcis. quaſi non de iure communi, ſed ex diſpenſatione.

EX HAC. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua dicitur, quòd ſi ordinatus fuerit inuitus ſimoniace eo ignorãte, cũ eo diſpẽſatur. Io. de Fan. CASVS. Infert Gratia. ex illa auctoritate, quicumque, quòd ignorantia excuſat tales, cum poſſint ad ſacros ordines aſcendere, ſed à fructu emptionis non excuſantur. Idem intelligitur de eo, qui ſacrum ordinem habuit per pecuniam, eo & ordinatore ignorantibus.

q ¶ *Dimiſerint.*] hoc idem habes ext. de ſimo. de regularibus.

r ¶ *Reportare.*] nam ex alieno dolo alius lucrum deportare non debet. ff. de eo per quem fa. erit. l. vlt 1. reſp. & hoc verum eſt, niſi in caſu. extr. de ſimo. nobis. ſcilicet per fraudem alterius.

Præſentium.] CASVS. Data pecunia cuidam amico, vel familiari principi epi. quidam ordinatus eſt presbyter ab epiſcopo vtroq; ignorante pecuniã eſſe datã, qui presbyter ex quo factum cognouit, rogauit epiſcopum vt eum deponeret. vnde Papa epiſcopo ſuper hoc conſulenti reſcribit dicens, quòd ex miſericordia (licet de rigore deberet deponi) toleratur in eodem ordine: & ſi eccleſia in qua deſeruit, non habet penuriam ſacerdotum, à ſacerdotali officio ceſſet. Sed ſi vtilitas eccleſiæ exegerit, vt locum regiminis accipiat, poterit de licentia epiſcopi ſacerdotale officium exercere.

s ¶ *Præſentium.*] tria pro iſto faciunt: coactio accipiendi illum ordinem

nem, ſcilicet, ſacrum ſpontanea confeſsio, renuntiatio. Duo faciunt contra, deteſtatio criminis, & diſciplina eccleſiaſtica.

a ¶ *Incuria.*] id eſt, negligentia, vel ſtultitia, vel ignorantia iuris.

b ¶ *Cuidam.*] idem ſi epiſcopo. ſupra ead. q. 1. ſtatuimus.

c ¶ *Inuitum.*] id eſt coactum a parentibus, vel inuitum poſtquam ſciuit.

d ¶ *Culpam.*] not. ſermonis improprietatẽ. nam exponitur, culpam, id eſt defectum. ſupra diſtinct. 56. cap. vltim.

e ¶ *Iſtam.*] hic collige rationem cum quis opucit aliquid eſſe culpam, non quòd culpa ſit, ſed ſolet eſſe. ſic 15. quæſt. 1. capi. mulier.

f ¶ *Supplicauit.*] vnde mitius cum eo agendum fuit. ſ. 12. quæſt. 1. non dicatis. ſupra diſt. 50. quia te. C. ne tut. vel cura. vec. conducant. l. vna. Sed nonne male rogabat, “ cum depoſitum ſequatur infamia. ff. de his qui notan. infam. l. 2. §. ignominiæ. nec etiam quis deponi debeat niſi proximo crimine. 81. diſt. Apoſtolus. Dic ergo, rogauit vt deponeretur, id eſt, ab executione ſuſpenderetur.

“ Infamia ſequitur depoſitum.

† al. quia

† al. deſeruiuit.

g ¶ *Fratrumque.*] & ſic epiſcopus in tali caſu diſpenſare non poteſt ſine conſenſu & auctoritate fratrũ. arg. 15. q. 7. epiſcopus nullius. nam in omni diſpenſatione conſenſus capituli requirendus eſt. præterea per c. iſtud not. diſpenſa= ☞ circa ſimoniam cõmiſſam in ordine. nam ſi ipſe ordinatus dedit pecuniam vel alius: dum tamen det epiſcopo, non poterit epiſcopus hoc caſu diſpenſare. & hoc notauit cum dixit, non epiſcopo. q. d. ſecus ſi epiſcopo eſſet data. vnde ſtrictior erit epiſcopi poteſtas diſpenſandi in ſimonia commiſſa in ordine, quàm in beneficio. ſupra ead. q. cap. 1. ſed hoc non admitto. “ vnde dico, quòd ſiue ſimonia fuerit commiſſa in ordine, ſiue in beneficio, dum tamen epiſcopo fuerit data pecunia, quòd epiſcopus non poſsit diſpenſare: ſed in hoc dico eſſe differentiam, quòd ſi epiſcopo data fuerit pecunia pro beneficio: tunc non epiſcopus, ſed quilibet ſuperior poſsit diſpenſare ſiue in illo beneficio, ſiue in alio, ſecundum eum modum qui traditur. ſupra ead. c. 1. Sed ſi fuerit epiſcopo data pecunia pro ordine, tunc non poſsit ſecum diſpenſari niſi a ſolo Papa[a], vt ſupra q. 1. erga, & c. ſi quis neque. & infra q. 7. ſi quis omnem & c. requiritis. Illud autem expeditum eſt, quòd epiſcopus vel capitulum poteſt diſpenſare cum eo qui ignoranter eſt adeptus beneficium etiam ſimoniace, vt ext. de ſimo. ex inſinuatione. Io. Quid autem iuris hodie teneatur. dixi per decre. ſupra q. 3. multis. in v. [illegible]

a ead. q. 1.

“ Epſ an diſpẽſare poſſit in ſimonia ordinis vel bñficij.

a Rayn. dicit cũ eo q recipit ſimonia cũ bñficiũ, poſtquã reſignauit in executione ordinũ poſt legitima pœnitẽtiam ꝑt epſ ſuus ſi ab illo ſit peccato immunis, alioquin metropolitan⁹ de bita diſcretiõe adhibi ta pœnitẽtiali iudicio diſpẽſare A.

parentum incuria[a] per pecuniam non epiſcopo, ſed cuidam[b] principum eius datam, inuitum[c] ſacerdotij dignitatem obtinuiſſe ſignificaſti, licet ſancti canones deponendum eſſe teſtentur, tamen, quia culpam[d] iſtam[e] neſciens, & coactus commiſit, & quia ab eodem ordine vt deponeretur, ſupplicauit[f] vltroneus, ex cõſideratione diſcretionis (quæ mater eſt omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonum, miſericordiæ viſcera adhibendo, ipſum in eodem ordine eſſe fraternitati tuæ cõſulimus: ita tamen, vt ſi † eccleſia illa cui deſeruit †, ſacerdotum penuriam non patitur, ſuſpenſus à ſacerdotali officio permaneat: Quòd ſi fortaſſe eccleſiæ vtilitas exegerit, vt curam regiminis aſſumat, liceat ei ex conceſſione ſui epiſcopi, fratrumque[g] obedientia ſacerdotali officio fungi.

QVÆSTIO VI.

Quid vero[h] de his fieri debeat, qui ignoranter à ſimoniacis ordinati ſunt (quod ſexto loco quæſitum eſt) ſupra, in capitulo videlicet Vrbani, quod ſic incipit [[a] Si qui à ſimoniacis, &c.] requiratur. Nunc autem[i] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt, ſed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, aliquibus præmia largiuntur, an eorum electio vitioſa ſit iudicanda. Non enim videntur ſpiritus ſancti donum emere, qui non pro conſecratione, ſed pro electione munera largiuntur, cum nullius ſpiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſticarum rerum[k] emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis officiis ita adiunctæ ſunt, vt alterum ſine altero alicui non proueniat, ita quia per electionẽ[l] venitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habetur qui pro electione[m] præmia largitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

Vnde Symmachus ſcribit Cæſario epiſcopo epiſt. 1. cap. 5.

¶ De iis qui muneribus ordinationem faciunt. C. I.

a SI quis autem epiſcopatum deſiderat, data pecunia[n] potentes perſonas minime ſuffragatrices[o] adhibeat: nec ad decretũ ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſubſcribendum[p] adhibito cuiuslibet generis timore[q] compellat, vel præmiis quibuslibet exhortetur.

a Pol. l. 2. ti. Anſel. l. 6. c. 69.

Item Gregorius Salonæ, † conſiſtentibus, lib. 5. epiſt. 26.

† al. Salonis.

¶ Simoniacus eſt, qui, vt eligatur, præmia largitur. C. II.

a EGo autem & veſtræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotentis Dei iudicium pertimeſcens, eiuſdem Maximi[r] cauſam ſubtiliter exquiri[s] deſidero, ſi nullis criminib. preſſus, quæ ſacro ordini contradicunt, ſi non per ſimoniacam hæreſim, id eſt, præmia quibuſdam ſe eligentib. præbendo, ad ſacerdotale pertingere officiũ conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum interceſſor erit, ſi non obligatus de ſuis, ad locum interceſſionis[t] venerit.

a Anſel. l. 6. c. 76. Pol. l. 2. tit. 3.

Item Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi, & aliis epiſcopis, lib. 7. epiſt. 110.

¶ Sicut ordinatio, ſic electio, vel conſenſus ſine venalitate debet præferri. C. III.

a SIcut is, qui inuitatus renuit[u] quæſitus refugit[x], ſacris eſt altaribus admonendus, ſic qui vltro ambit, vel importune[y] ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora cõ-

a Anſel. l. 6. c. 79. Pol. l. 2. tit. 1.

m ¶ *Electione.*] ſimi. infra 15. q. 3. ſane.

SI quis.] C A S V S. Statuitur in hoc cap. vt nec aliquo timore, nec aliquo pretio, nec potentum ſuffragio epiſcopus confirmetur, aut electioni ſubſcribatur.

n ¶ *Pecunia.*] infra 16. q. 2. cap. 1.

o ¶ *Suffragatrices.*] ſupra ead. q. 1. eſtote. infra 16. q. 7. ſi quis epiſcop⁹. ſupra diſt. 55. nullus.

p ¶ *Ad ſubſcribendum.*] ſcilicet cum patrini ſunt: vel hoc cum ſpecialiter vocantur laici ad electionem 63. diſt. Hadrianus. Vel dic, quòd factum prohibet, non ideo dicit, quòd de iure ſubſcribere debeant ciues. argum. extra de elect. c. 1. ſubſcribere tamen debent ciues non vt eligentes, ſed vt conſentientes, vt infra 7. q. 1. epiſcopus de loco.

q ¶ *Timore.*] ſed numquid timor inducit ſimoniam? Dico quod non[b], “ peccat tamen mortaliter qui per timorem obtinet beneficium. argu. contra. ſupra q. 3. res eccleſiæ. & eſt arg. quòd non tantum timor mortis, vel cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum vitiat electionem. argum. 22. q. 8. conuenior. Io.

b Idem dñt hic Lau. Ber. & Io. d Fan.

“ Bñficiũ ꝑ timorẽ obtinẽs peccat mortaliter.

EGo autem.] C A S V S. Quidam nomine Maximus electus fuit in epiſcopum, de quo Papa conſultus reſpondet deſuper, quod iuſte poterit pro vobis apud Deum intercedere, ſi non ſit ſimonia vel aliis criminibus detentus, & obligatus. vnde de hoc inquiri deſiderat.

r ¶ *Maximi.*] de iſto agitur. 2. q. 5. quanto. 63. diſt. Salonitanæ.

s ¶ *Exquiri.*] tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamoſa quærelatio. ext. de ſi. licet Heli.

t ¶ *Interceſſionis.*] infra 5. q. 7. in grauibus. 25. diſtin. c. vlt.

SIcut is qui.] CASVS. Dicitur hic, quod ſicut is, qui inuitatus renuit dignitatem, eſt promouendus: ſic qui ſe ambitioſe ingerit, eſt repellendus. Vnde ſtatuit Greg. vt in ſacerdotibus ordinandis, & eligendis omnis venalitas ceſſet, & omne ſuffragium venditorum. Sequens §. planus eſt, & multum vtilis eſt, & per te videbis.

u ¶ *Renuit.*] dum tamen non eſſet perſeuerans, quia ſi ſemper eſſet inuoluntarius, non eſſet cogendus, vt 74. diſt. iſta. ſed faciendum eſt, vt de nolente fiat volens[c], & ſic licite ordinatur, vt 23. q. 4. diſplicet. 40. diſt. ante omnia. 8. q. 1. in ſcripturis. & 16. q. 1. vos autem.

c De hoc 7. q. 1. ſcias. ibi videas. & c. eps d loco.

x ¶ *Refugit.*] ſed mirum eſt, quod hic dicitur, quòd fugere debet, cũ alibi dicatur: Qui epiſcopatum, &c. vt 8. q. 1. qui epiſcopatum, &c. nam ſi illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nam ita mentitur quis ſimulatis operib. ſicut ore[d]. 22. q. 5. cauete. & quòd peccet, patet 22. q. 2. cum humilitatis. Dicunt quidam, quòd iſtud mendacium non eſt mortale, licet non ſit benignitatis, vel iocoſitatis, quia caret dolo, & ideo nõ eſt mortale. Dico, quòd iſte debet eſſe nolens, & debet fugere, id eſt, timere ne forte non ſit ſufficiens, vt 40. diſt. ante omnia. vnde metiri debet vires ſuas. ſupra q. 1. non eſt putanda. Vel dic, quòd intelligitur fugere qui dignus eſt, ſi ſe non ingerit; qui quæritur, & non quærit.

d Mentiĩ qs operibus & ore. c. ad hoc. de cõſ. diſt. 2. reuera. in ſi.

y ¶ *Vel importune.*] nam eoipſo, quod ſe ingerit, eſt ſuſpectus. ff. de procu. quæ omnia. idem in tutore. ff. de teſt. tut. ex ſententia. “ arg. contra, quòd quis poteſt petere honorem. ff. de decur. l. eos. & pecuniam pro eo dare. ff. de off. præſi. Barbarius. arg. 8. q. 1. qui epiſcopatum. ff. de mu. & ho. reus. Ad has leges reſpondet quidam, quod publice peti poteſt

“ Honor an peti poſsit.

h ¶ *Quid vero.*] Hæc quæſtio determinata eſt per ca. quod G. inducit. ſupra q. 1. ſi qui a ſimoniacis.

Quid vero.] C A S V S. Hic intitulatur ſexta quæſtio. Sed quia hæc quæſtio expedita eſt ſupra ea. quæſt. 1. ſi qui a ſimoniacis. ideo ponit hic incidentem quæſtionem, qua quæritur de illis qui dant pecuniam non pro ordinatione, ſed pro electione, vel vt decretum fiat electionis, vel vt confirmetur, vel vt non reſiſtatur electioni. Et dicit Gratianus, quod tales iudicãdi ſunt ſimoniaci, ſicut illi qui pro conſecratione pecuniam dant.

i ¶ *Nunc autem.*] hic ponit incidentem quæſtionem, quæ dubia non eſt.

k ¶ *Rerum.*] ſupra q. 3. ſi quis obiecerit.

l ¶ *Per electionem.*] ſupra diſt. 40. ſicut viri.

by Go

ſcēdere, quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat? [1] Itaque fratres chariſſimi in ſacerdotibus ordinādis ſynceritas vigeat: ſit ſimplex ſine venalitate cōſenſus, pura præferatur electio, vt ad ſumma [a] ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio.

[a] ¶ Summa.] *In vulgatis codicibus legebatur,* ad ſummum ſacerdotij, vel Pontificij, *Emendatus vero eſt hic locus ex originali. Anſelmo, Polycarpo, & pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus.*

Si autem pecunia promiſſa fuerit, vel ſoluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit, ei nullatenus obeſſe videtur, nec ad reatum criminis pertinet, cuius conſcientiam non habuit, nec ad electionis, vel ordinationis caſſationem, ad quam alios non prauam illorum cupiditatem perueniſſe docetur.

QVÆSTIO VII.

[1] *Nunc autē de ſeptima quæſtione tractandum eſt, an renunnians ſuæ hæreſi ſit recipiendus [a] in epiſcopali dignitate.*

De his ita ſcribit Cyprianus, lib. 2. epiſtola prima.

¶ Qui redeuntes ab hæreſi in ſuis ordinibus recipiantur. C. I.

[2] SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi, ac rebelles cōtra eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos à pſeudoepiſcopis, & antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione [b] promoti ſint, & contra altare vnum, atque diuinum, ſacrificia foris falſa, ac ſacrilega offerre conati ſint, eos quoque hac conditione ſuſcipi cōuenit [β] cū reuertuntur, vt communicent laici †, & ſatis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint, nec debere eos reuertētes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus [c] contra [d] nos rebellauerint.

[β] ¶ Conuenit.] *In originali non eſt verbum iſtud ſed loco ipſius hæc huic capiti antecedunt.* Addimus plane, & adiungimus frater chariſſime, conſenſu, & auctoritate communi, vt etiam ſi qui presbyteri, &c. *Multa vero in hoc capite ex ipſo B. Cypriano ſunt emendata.*

Item ex ſeptima ſynodo.

¶ De iis, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæreſi, in ſuis ordinibus recipiuntur. C. II.

[3] SI quis, omnem [e] traditionē eccleſiaſticam ſcriptam, vel non ſcriptam violat, anathema ſit. ¶ Omnis [d] epiſcopus, vel presbyter, aut diaconus conuictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à ſacerdotio [f] cadat. ¶ Sed dicunt fortaſſe quidam, quia pœnitentiam agimus pro peccato, & Deus indulget [g] illud. Ita & ego dico, quia omnem pœnitētiam [h] recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam facta ſunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidam per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit [i] de eo [Inueni virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Noui rurſus eumdem audientem à Deo [Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinum es.] Scio Manaſſem [k] per confeſſionem dimiſſam impietatem ſuam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante baptiſmum peccauit [l], ſacerdotibus connumeratum. Scio quoſdam, dum eſſent in mundo, in multa fornicatione manſiſſe: monachos vero factos quaſi luminaria mundi reſplēduiſſe, nullum tamen ad ſacerdotiū aſcendiſſe. Quod [m] etſi raro [n] cōtigerit, nulla [o] tamen lex [p] eccleſiæ fuit. Nouimus peccatri-

---

potest, non in occulto. Alij, vt Py. dicunt, quòd meritis poteſt quis petere, alias non, quia lex Iulia de ambitu non habet locum Romæ [a]. ff. ad leg. Iul. de ambi. l. 1. Vel dic, quòd quondam à populo potuerūt peti: modo vero ab Imperatore. vel aliud in dignitatibus ſæcularibus. vnde & militia ſæcularis emi poteſt. ff. de act. emp. l. creditor. §. inter venditorem. Multum contradicit ſolutioni huic ext. de ſi. nobis. vbi ſemper nocet datio pecuniæ, niſi cum data eſt ab aduerſario. Sed ideo hic excuſatur, quia nihilominus erāt cum electuri. ſic extra ea. & ſi quæſtiones. & hoc tenet H.

NVnc autem.] Hæc quæſtio diuiditur in ſeptē partes: in quarum prima probat duabus auctoritatibus, quòd nō eſt cum talib. diſpenſandum. Secunda ibi, *Conuenientibus.* Tertia ibi, *Ex hac.* Quarta ibi, *Niſi rigor.* Quinta ibi, *Ecce quibus.* Sexta ibi, *Breuiter.* Septima ibi, *Sanctimus.* Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſeptima quæſtio, qua quæritur, an renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus in epiſcopali dignitate. Et idem intellige de quolibet ordine, & certe de rigore iuris ſunt deponendi, ſed ex diſpenſatione tolerandi, niſi in caſibus qui conſueuerunt notari. 9. q. 1. in ſumma.

a ¶ *Recipiendus.*] non de iure, ſed de diſpenſatione. ſic. 23. q. 4. ipſa pietas. [α] Sunt tamen quidam caſus, in quibus eccleſia non conſueuit diſpenſare, quos no. infra 9. q. 1. in ſumma. Et determinatur hæc quæſtio. infra ea. § ex hac auctoritate. Ioan.

SI qui presbyteri.] CASVS. Dicit in hoc ca. Cyprianus, quòd ſi clerici in eccleſia catholica ordinati, poſtea hæretici facti eccleſiæ reſtituerunt, vel apud eos promoti fuerunt, ſi reuertantur ad eccleſiam, ad laicam tantum communionem admittantur, vt non retineant arma quibus contra nos rebellauerunt.

b ¶ *Ordinatione.*] infra 23 q. 4. ipſa pietas. contra. ſed illud ex pietate matris eccleſiæ, iſtud de rigore paternæ diſciplinæ. & ad hoc facit 50. diſt. vt conſtitueretur.

c ¶ *Quibus.*] nota puniri aliquem in eo in quo deliquit. arg. 12. q. 2. qui & humanis.

d ¶ *Contra.*] arg. [β] quòd ſi clericus beneficiatus eſt in duabus eccleſiis, non poteſt præſtare patrocinium vni contra aliam [b]. argu. 96. diſt. ſi Imperator. 3. q. 1. nulli. ſi tamen habet adminiſtrationem in vna, poterit cōtra aliam ſtare [c]. arg. ff. de in ius voc. quæſitum. & 3. q. 7. §. ſi contra. in fi. Io.

SI quis autem.] Hoc cap. ſeptem habet partes. In prima 7. ſynodus præcipit omnem traditionem eccleſiaſticam ſcriptam, vel non ſcriptam obſeruari. In ſecunda dicit, quòd clericus conuictus de ſimonia deponatur ab ordine. Tertio reſpondet tacitæ obiectioni: quoniam quamuis Deus indulgeat peccatorib. per pœnitentiam, nō tamen reſtituit primam prærogatiuam. quod probat exemplo Dauid & Manaſſe, & quorundam aliorum, quib. Deus indulſit, & tamen non ſunt poſtea ſacerdotes facti. Quarto oſtendit lapſum in fornicationem poſt baptiſmum à promotione repelli. Quinto replicat de ordinatione, quam ſimoniacam ſupra dixit, vt addat de electione loci religioſi. Sexto prohibet epiſcopum eſſe percuſſorem. Septimo prohibet eccleſiam vel ordinem ſæcularem poteſtatem obtinere. Secunda pars eſt ibi *Omnis.* Tertia ibi, *Sed dicunt.* Quarta ibi, *Et ſi in fornicationem.* Quinta ibi, *Item epiſcopum.* Sexta ibi, *Similiter percuſſor.* Septima in fi. c. & prima, in prin.

CASVS. Intendit 7. ſynod⁹ probare, quòd licet per pœnitentiam ſubueniat cuilibet peccatori: tñ poſt pœnitētiam nō poteſt de iure promoueri. immo ſi poſt peccatū promotus eſt, vel poſt promotionem peccauit, deponendus eſt. & dicit hoc regulare fuiſſe tam ante institutionem baptiſmi, quā poſt. & hoc probat exēplis tam veteris teſta. quā noui. & hoc ſonat litera illa: nullū tñ eorum qui ante baptiſmum, &c. nā illi quòd ante baptiſmū peccat promoueri pñt, vt expreſſum eſt 26. diſt. deinde.

e ¶ *Omnem.*] i. aliquā de omnib. ſi. 15. q. 2. mulier.

f ¶ *A ſacerdotio.*] argu. [γ] quòd legitime factū ſuperueniēte delicto irritatur. infra 27. q. 2. qui dormierit. contra 30. q. 1. de eo. & c. ad limina. contra. infra ea. q. 5. c. 1. contra. 32. q. 7. c. hi qui. & c. neque cōtra. infra diſt. 94. ſi quis. infra 25. q. 2. ſi qui epi. infra 17. q. 4. ſi. infra 12. q. 2. qui & humanis.

f ¶ *A ſacerdotio.*] id eſt, eccleſiaſtica dignitate, vt ſupra ea. q. 1. qui per pecuniam.

g ¶ *Indulget.*] de pœn. diſt. 1. c. verbum.

h ¶ *Pœnitentiam.*] Et adeo hoc verum eſt, quòd ſi quis ēt perueniat ad ſummum malorū, ſubueniatur ei per pœnitentiam, vt de pœn. diſt. 3. talis. nam in quacumque hora ingemuerit peccator, &c. nec tibi dico ſepties, &c. de pœ. diſt. 3. adhuc inſtant.

i ¶ *Et quod dixerit.*] & ita ſynod⁹ inducit hāc auctoritatē ac ſi primo peccaſſet Dauid, & poſtea Dñs dixiſſet ei: inueni, &c. quod tamē ſecus fuit, ſed ſynodus nō curauit de ordine, ſed de veritate, [δ] quia Dñs ſic ei dixit, & ille pœnituit, nec tñ poſt pœnitētiam permiſſus eſt ædificare. in hoc facit ad propoſitum. Vel retulit ſe ſynodus ad diuinam præſcientiam, vbi iam pñs erat futurum peccatum Dauid.

k ¶ *Scio Manaſſem.*] Ezechiæ filium, qui acta pœnitentia reſtitutus eſt ad regnum. arg. de pœ. diſt. 2. ſic enim inquit.

l ¶ *Peccauit.*] arg. [ε] per baptiſmum non oboleri infamiā, cum ēt poſt baptiſmū impediat promouendū, quod non eſt verū: quia oīa crimina & ēt ſequela peccati dimittuntur in baptiſmo, vt 25. diſt. primum. 26. diſt. deinde. & ſic non eſt obiectio de Paulo, qui ante baptiſmum peccauit [d]. & quod hic dicitur, refert ſe ad id, quod tūc accidit: quia tunc non fuit viſum, quòd aliquis talium promoueretur ante baptiſmum. ſic vacat hic arg. notatū ab H. non aboleri infamiam per baptiſmum.

m ¶ *Quod.*] ſcilicet, quòd fuerunt promoti.

n ¶ *Raro.*] ſicut in Matthæo, qui fuit telonarius, & tñ poſt fuit Euāgeliſta.

o ¶ *Nulla.*] ar. quòd licet aliquid in eccleſia accidat: nō tñ lex efficit. infra di. 77 monachus. infra di. 55. priſcis. infra di. 56. Cænomanenſem. infra di. 54. multos.

p ¶ *Lex.*] id eſt, regula, vel ius commune, alibi dicitur conſuetudo, vt ſupra ea. q. 1. ventum eſt. ſimiliter dicitur, regula. 31. diſt. Nicæna.

---

a De hoc & not. 82. diſt. presbyter. in glo. & ita, &c.

1 Anſel. l. 6. c. 80.

[α] Eccleſia diſpenſat in aliquo. caſu.

2 Deut. p. 2. & 4. Anſ. l. 2. c. 39.

† al. laici.

[β] Clericus duas habes eccleſias, vna cotra alteram ſuſtinere non debet.

b Adde no. in l. quiſquis. C. de pollu.

c Facit eiū hoc neceſſitas officij. ff. de his quib. vt ind. intorem. cum ſimil.

3 Exactione 1. in 7. anathematiſ. Deuſd. p. 2. Iuo par. 4. c. 198. Ex epiſ. Taraſ. ad Ioannē. Iuo p. 5. cap. 111. Anſel. l. 6. c. 87.

[γ] Factū legitime irritatur delicto ſuperueniente.

Act. 13.

1. Paral. 22. & 28.

2. Paral. 33. Malac. 21. Marc. 2. Luc. 5.

[δ] Dauid ēt poſt pœnitentia n eſt permiſſus ædificare tēplum.

[ε] Baptiſm⁹ vtrū tollat infamiam.

d Vt teſtat de ſeipſo. 1. ad Ti. 1. & habetur. Act. 9.

cem prius Mariam: poſt conuerſionem, quamuis ſancta, & caſta, tñ inter diaconiſſas non eſt computata. Sed quid hoc dico? Sequés ſanctos Apoſtolos, & venerabiles patres cum oĩ fiducia clamo. Qui per ſimoniam ordinatus eſt, ſiue eṗs, ſiue presbyter, ſiue diaconus, alienus eſt à ſacerdotio: neque em̃ venalis eſt gratia ſpũsſancti. Caiphæ traditio [a], & adinuentio Simonis, à ſancto ſacerdotio eſt aliena. ¶ [1] Et ſi in fornicationem [b] lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum, in ſacerdotium non recipitur. Canones em̃ hoc prohibent. Si quis vero cũ hoc peccato ad ſacerdotiũ prouectus eſt, cognitus degradetur. *Item paulo poſt.* ¶ Eṗm, qui per pecuniam ordinatus eſt, cõfiteor, quia p̃ pœnitentiã recipitur. Deus enim bon⁹ eſt in oĩb. & aperta viſcera eius oĩ homini pœnitenti [c]. Sed qm̃ iuxta Apoſtolum, oportet eṗm irreprehenſibilẽ eſſe, quicumque per pecuniã, vel ordinauerit aliquẽ, vel ordinatus eſt, ab omni ſacerdotio [d] alien⁹ ſit. ¶ Taraſius [α] Patriarcha dixit. [β] Quicũque per pecuniã vel ordinant, vel ordinauerũt, vel ordinati ſunt eṗi, vel presbyteri, vel diaconi, vel quilibet de numero ſacerdotali, repellantur, oĩno à ſacerdotali honore, ſicut Simon magus à Petro. Quicũque [γ] per pecuniã diſpenſationem, vel curam ſortiti ſunt monaſteriorũ, vel eccleſiarum, vel religioſarũ [e] domorum, gerontocomiorum, xenodochiorũ, orphanotrophiorum [f], cum depoſitione expellãtur à diſpenſatione illa, & cura. Qui poſt baptiſmũ cadés in fornicationem ordinatus eſt, ſi poſtmodum confeſſus fuerit, ceſſet à miniſterio, ſi vero conuictus ab aliquo, deponatur omnino. [3] Similiter percuſſor eṗs, aut presbyter, aut diaconus per ſe, vel per aliquẽ alium quaſi per hoc timeri [g] volẽs, deponat̃. *Item.* ¶ [4] Qui per ſæculares [h] poteſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiam obtinuerit, deponatur: ſi vero [ε] religioſam domum expellatur.

[y] ¶ Si quis.] *Caput hoc ex magna parte collectum eſt ex variis locis ſeptimæ ſynodi, ſed non ex verſione Anaſtaſii bibliothecarii, qua alioqui ſæpe uti ſolet Gratianus. In ea enim quidem eſt in actione prima anathematiſmo ſeptimo.*

[δ] ¶ Omnis epiſcopus.] *Hinc uſque ad verſ.* Taraſius Patriarcha, *ſumpta ſunt ex epiſtola Taraſii ad Ioannem presbyterum, omiſſis tamen interdum nonnullis verbis: quæ quidem epiſtola in verſione Anaſtaſii eſt poſt actiones, & canones ſeptimæ ſynodi: ſed in noua verſione impreſſa in tomis conciliorum, eſt ante ipſam ſynodum.*

[ε] ¶ Ante baptiſmum.] *Hoc quidem loco perſpicuum erratum eſt, quod auctori gloſſæ negotium exhibuit. ideo a Græcis ait* ἐπιεικῶς *apud* μηδένα, εἰ μόνον πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο πέπραχε.

Id eſt, neminem vero horum in ſacerdotio adnumeratum, niſi ſi forte ante baptiſmum hoc admiſit.

[ζ] ¶ Etſi raro.] *Longe planius in noua verſione.* Quòd ſi autem id ſemel, atque iterum factum eſt, non tamen confeſtim legem in eccleſia præſcribit. *Græce eſt,* οὐδὲ κρατεῖ ... γίγνεται, ὁ νόμος ἐκκλησίας τοῦτο.

[α] ¶ Taraſius.] *Hæc videntur ſumpta ex epiſtola Taraſii ad Hadrianum (de qua dictum eſt, ſupra q. 1. ad c.* eos qui.) *aut ex quinto capite ſeptimæ ſynodi: quibus locis refertur canon trigeſimus Apoſtolorum.*

[β] ¶ Quicumque per pecuniam.] *Hæc habentur etiam nouella 123. c. 24. apud Iulianum anteceſſorem.*

[γ] ¶ Si vero religioſam.] *Hæc non ſunt in canone Apoſtolorum.*

[Item ex concilio Meldenſi, c. 43.[5]]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

[6] CAuendum eſt, & ſummopere ſtudendum †, ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicendum & epiſcopis, & regibus, & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcunque, atque conſenſoribus, ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, vt nemo per ſimoniacã hæreſim, regiminis locum obtineat, quacumq; factione, callíditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut datione per ſe, aut per ſubmiſſam † perſonam.

Item in eadem ſynodo ſeptima actione 1.

¶ Qui redeuntes ab hæreticis recipi poſſunt, vel non. C. IIII.

[2] COnuenientibus [i] apud Nicæan Bithyniæ, & conſidentibus Petro archipresbytero, & Petro presbytero, & abbate monaſterij ſancti Sabæ, locum tenentibus Hadriani Papæ, & Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopolis, & Ioanne [k], & Thoma apochriſariis [l] Apoſtolicarũ ſedium orientalium [m], & ceteris epiſcopis, eṗi Siciliæ dixerunt. Dignum eſt [a], vt de futuris inquiram⁹. ¶ Item Baſilius [n] eṗs Ancyræ dixit. Cõſtitutio [ζ] eccleſiaſtica habet canonice tradita ab antiquo à ſanctis Apoſtolis) & ſucceſſoribus eorum, ſanctis patrib. noſtris, & magiſtris & ſanctis vniuerſalibus [o] ſex ſynodis, & localib. ſynodis orthodoxis, vt qui ab aliqua hæreſi reuertuntur ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ eccleſiæ, ſcripto [p] negare debeant hæreſim ſuam, & confiteri catholicam fidem. ¶ Item Taraſius Patriarcha dicit, Videtur vobis, vt ſedes ſuas recipiant, qui ab hæreſi reuertuntur? ¶ Religioſiſſimi monachi [q] dixerunt: ſicut receperunt vniuerſales ſex ſynodi ab hæreſi reuertentes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta ſynodus dixit: placet oĩb. nobis. Et iuſſi ſunt Baſilius [r] epiſcopus Ancyræ, & Theodorus epiſcopus Myrorũ † ciuitatis, & Theodoſius epiſcopus Amorij † al. Myron. ſedere in gradib. & in ſedibus ſuis. ¶ Item Conſtanti-

a ¶ *Opor*

Can. 30. Apoſto.

a ¶ *Traditio.*] id eſt, adinuentitia machinatio, quia per ſimoniam ſacerdotium obtinuit à Romanis.

b ¶ *Et ſi in fornicationem.*] hoc intelligit G. & M. cum ipſo iure infamis eſt, puta deprehenſus in adulterio, & in aliis, quæ infamant. 6. q. 1. §. porro. arg. 25. diſt. primum. & hoc de rigore iuris. ſed de miſericordia ſecus, vt 34. diſt. fraternitatis, vt ibi not. Dicit tamen Hu. hoc eſſe verum, quod dicitur hic, licet durum ſit. 25. diſt. vlt.

Ioan. 11. Act. 8. Can. 16. Ap. 1 Cõc. Neocæſ. ca. 9. 15. q. 8. c. 1. Pol. l. 6. ti. 12.

c ¶ *Pœnitenti.*] C. de ſum. tri. liquet igitur.

d ¶ *Sacerdotio.*] i. clericatui. arg. extr. de coha. cle. ſi quiſquam.

e ¶ *Religioſarum.*] & ita in hoſpitali committitur ſimonia.

1. Tim. 3.

o ¶ *Expendiſſe.*] de expenſis, cõſueuit notari extr. de pœ. calumniam. immo melius de dol.& contu. cum dilecti. ſed hic aliqua adiiciam. Dico ergo, quod omnes expenſæ ſoluuntur, quæ factæ ſunt in eundo & redeundo, ext. de ele. vt prætenſæ. etiam circa aduocatum. vt C. de iud.l. ſancimus. & hoc obtinet cum victus ſuccumbit victori: ſecus eſt ſi quis condemnatur pro contumacia. tunc enim tantum ſoluit expenſas factas à tempore contumaciæ, vt extr. de do.& cont. cum dilecti. illas tamen expenſas dico deducendas, quas domi conſueuit facere, vt ff. ad exhib. ſed & ſi. §.1. & ff. de pe. hæ. l. ſed & ſi. § quod autem. & ff. de tri vend. ſi res. nec illas petit quæ caſu fortuito factæ ſunt, vt ff. mand. inter cauſas. § non omnia. Item iſtæ expenſæ erunt mediocres, & non delicatæ, vt ff. de pig. ac. l. ſi ſeruos. in fi. & ff. de damn. infe. inter quos. 1. §. 2 & l. ſe.q. ſolas enim illas præſtabit quæ propter ipſam cauſam, factæ ſunt, vt extr. de ſo. po. & fructu. ad hoc. in fin. & ſolas neceſſarias non vtiles præſtabit: vt extr. de eo qui mit. in poſſ. cum veniſſent. in fi. Illud autem non obſtat ei, quòd minores facere potuiſſet, vt ff. man. l. ſi quis. § impendia. Item iudex prius taxabit expenſas, quam pro eis iuretur, vt 3.q.3.§ ſpatium verſ. quod fieri. & eſt iſtud ſpeciale quod probatur aliquid proprio iuramento, & hoc ideo eſt: quia res talis aliter nequit probari. ſic per ſacramentum ſuum probat ſe aliquis perdidiſſe inſtrumentum ſuum, vt C. de fid. inſtr. l. vlt. eodem modo probat ſibi res aliquas mobiles eſſe ablatas. C. vnde vi. ſi quando. extr. quod met. cau. c. vlt. Hoc tamen teneas pro certo, quod nullus in principali cauſa condemnatur in expẽſis poſtquam iurauit de calumnia: cum poſtea præſumatur bona fide litigare, vt ff. de leg. 2. qui ſolidum. & in hac opi. fuit. Io. Cremonenſis, & alij doctores legum. vnde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia abſentis actoris, & iuſta ignorantia. Ioan. Et ita ſeruatur de facto in hac ciuitate Bononienſi. Sed in cauſa appellationis, indiſtincte quilibet condemnatur, vt 2.q.6. omnimodo. Bart.

p ¶ *Dato ſacramento.*] ſi aliter nequit probare. C. vnde vi. l. ſi quis. Ioan.

q ¶ *Accuſatores.*] id eſt, accuſator. nõ enim plures accuſatores admittuntur: quia poſſet eſſe, quòd vnus præuaricaret, & alter deficeret in probatione. ſed ſi plures ſunt, iudex eliget magis dignũ. vt ff. de acc. l. ſi plures. tamẽ in tantũ præiudicabit eis, quod qui ſemel apparuerit inter accuſatores, nõ poteſt poſtea in illa cã teſtificari, vt ext. de acc. c. cũ P.

r ¶ *Si eo præſente.*] Teſtes iurare debent præſente vtraque parte, vel altera per contumaciam abſente. ext. de teſti. in nomine Domini. ſed teſtimonium non debent dicere coram partib. exemplo Danielis, qui ſolus ſecrete quærebat à teſtib. 2.q.7.§. his ita. ver. item Daniel. Ego credo, quod quæcumque pars velit intereſſe interrogationibus, quod poteſt, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunſtantias: &

Vel dic quod aliquis dicitur ordo poſtulationis, ne ſi honori poſtulantiũ locus detur, mediocres deſideria ſua non proferant. ff. de offi. procõ. nec quiquã. §. obſeruare ſecundum Lau.

† forte legẽdum, & dilectiſſimi.

Criminis probatio an ſit remoueat probatum.

Metus quandoque attenuat peccatũ.

Fides mala defuncti, an noceat ſucceſſori.

Expenſarũ materia.

† al. leuior culpa.

Cõmune eſt in quolibet cõtumace, vt in expẽſis condẽnetur, ſiue vincat in cauſa principali, ſiue ſuccumbat. C. de iu. propter dũ. §. ſi autem ex geſtis. & ſic no. Inn. ext. lib. 6 de ap. cordi. i ſi A.

† al. condemnetur.

s Iuo par. 6. c. 143. Pan. l. 4. c. 82.

† al. in odio ſuo.

† al. aut ſi alij accuſatores. alij teſtes fuerunt.

† al. aut ſi

Iuſtum de calumnia perſeruata condemnatione expenſarum.

Contrariũ tenẽt Pe. de Bel. Cy. & Bart. in aut. generaliter. Co. de epiſ & cl. & Bar & Im. in l. quod ſolidũ. §. etiã ff. de le. 1. & Bar. in l. eũ quẽ temere. ff. de iudic. & l. 1. verſ. venio, & c. ad turp. & I A in ca. calũniã. de pœn. Idẽ tẽ Gul. de Cu. in l 3 ff. de iureiu. & Bal. in d. aut. generaliter poſt Ol. d Idẽ tẽ gl. & ibi Pe. de Bel. per. & Cy. in l. ſi accuſatoribus. C. de ac. Bar. in l 3 §. ſi plures. ff de ſep. vio. li ſit cõtra extr. de col. det. ca. 2 vbi de hoc. & ext de pur. ca. quoties. vbi de hoc. A.

e Iſtã gl. ſequitur Al. de Im.

perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum [a] eſt, cuius conditionis, cuiuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne forte aliquas contra prædictum ep̃m inimicitias [b] habuiſſent, & vtrum teſtimonium ex auditu [c] dixerunt, aut certe ſe ſcire ſpecialiter [d] teſtati ſunt, ſi ſcriptis [e] iudicatum eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt. Quòd ſi forte hæc ſolenniter acta non ſunt, nec cauſa probata eſt, quæ exilio, vel depoſitione digna ſit, in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur. Hi vero, qui eum cõtra Dei timorem, & canonum ſtatuta cõdemnauerunt, excommunicati in monaſterium ad agendam pœnitentiã ſex menſibus mittendi ſunt: ita ſane, vt ſi cuiquam eorũ mortis contigerit imminere periculũ, viatici benedictio non negetur. Ipſe autem, qui eo viuente locum eius temerarie ambiuit, priuatus ſacerdotio, ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur, atque eidem dilectiſſimo fratri, & coepiſcopo noſtro tradatur, vt eum aut ipſe ad nos tranſmittat, aut apud ſe in cuſtodia habeat. Epiſcopi vero, qui eum ordinare præſumpſerunt, vel peruerſæ ipſius ordinationi præbuere conſenſum, iidem communione priuati, ſex menſibus ad agendam pœnitẽtiam in monaſterio deputentur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Stephani ſe metu iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe nõ ſua ſponte, profeſſi fuerint, tẽpus eis abbreuiandũ eſt, & modus pœnitentiæ temperandus. Si igitur is, qui prædicti Stephani locum inuaſit, fortaſſe defunctus eſt, atq; alius in eccleſia eius epiſcopus ordinatus eſt, illud de eo ſtatuendum eſt, quod ſuperius de cauſa fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij diximus. ¶ Quòd ſi forte aliqua de obiectis cõtra memoratum Stephanum epiſcopum probata ſunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino conſideratione penſandum eſt, vtrum leuiora [f] capitula, an certe grauiora probata ſint, vt ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas, poſſis ſcire. ¶ Glorioſus vero Comitiolus, ſi ſupraſcriptus epiſcopus innocens eſſe claruerit, quidquid de rebus eius, vel eccleſiæ ipſius tulit, ei ſine aliqua reſtituat dilatione. Sed & quæque ſe in perſecutionem, ac violentiam eius expendiſſe, vel damnum idem epiſcopus pertuliſſe iurauerit, idẽ memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac ſatisfaciat. Si autem epiſcopum antedictum talem culpam commiſiſſe conſtiterit (quod abſit,) &c. *vt infra in cauſa monachorũ.* De perſona presbyteri, &c. *vt infra cauſa* [1]. Clericus aduerſus clericum. *Et infra eadem epiſtola.* 54. *vndecimi libri.* [a]. De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter omnino, & contra leges eſſe actum, vt violenter de eccleſia traheretur, dum ſi quamlibet [g] iniuriam à quocumq; epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia, iniuriantem lex capitali [h] pœna percutiet, & ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum licentiam, vt huius legis series loquitur Codicis lib. 1. tit. 6. conſtitutione 10. [1] Si quis in hoc [i] genus ſacrilegij proruperit, vt in eccleſias catholicas irruens, ſacerdotibus, & miniſtris [k], vel ipſi cultui, locoq; aliquid importet iniuriæ, &c. *& infra in eadem epiſtola* [a]. De perſona Stephani epiſcopi hoc attendendũ eſt: quia nec inuitus ad iudicium [l] trahi, nec ab epiſcopis alieni concilij debuit iudicari [m]. *& infra.* ¶ Cõtra hæc ſi dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit nec patriarchã: dicendum eſt, quia à ſede Apoſtololica (quæ omnium eccleſiarum caput eſt) hæc cauſa audienda, ac dirimenda fuerat: ſicut & prædictus epiſcopus petiiſſe dinoſcitur, qui epiſcopos alieni concilij iudices habuit omnino ſuſpectos. Quia ergo ſententia non a ſuo iudice [n] dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor oſtendit libro Cod. 7. &c *& infra.* ¶ Quòd autem dicitur a ſeruis ſuis accuſatus, ſciẽdum eſt, quia audiri minime debuerunt. *& infra* ¶ Si vero de crimine [o] † maieſtatis dicitur accuſat[a], nec ipſum de eo credendum fuit, ſi vita, vel opinio eius talis ante non extitit [p]. *& infra.* ¶ Quod autem dicit idem epiſcopus, quia ſe abſente, aliqui ſint viliſſimi teſtes exhibiti: hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege noſcẽdum eſt. *& infra.* ¶ Teſtes autem quales, vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtendunt, quę pene nulli habentur incognitæ: quæ etiam ſanciunt, vt viliſſimis teſtibus ſine corporali [q] diſcuſſione credi nõ debeat. ¶ Quod autem dicitur, quia nihil ſcriptis iudicatum eſt, legendus eſt tit. 44 libri 7. Codicis: quia ſcriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, vt ſententia, quæ ſine ſcripto dicta fuerit, ne nomẽ quidem ſententiæ habere mereatur.

a ¶ Exilio.] *In vulgatis ſequebatur* vel deportatione: *quæ voces ſublatæ ſunt, quia neque in vetuſtis Gratiani neque apud B. Greg. leguntur.*

a ¶ Si autem epiſcopi in præiu.] *Hæc uſque ad verſic.* Quod ſi forte,

---

in l. ij apud. col. 2. C. de eden. & add. Io in ca. per tuas. [d] ti. ſti. ſpe. ti. de teſt. §. iam de interrogationis.

tias: & hoc probatur ff. de adul. ſi poſtulauerit. §. queſtioni. ſed hoc ſciat partes, q quecũq; pars ſemel interuit, amodo non pt alios teſtes producere ſuper illo articulo, vt ext. de teſtib. fraternitatis. in auth. eod. §. quia vero. col. 7. Ioa. Sed certe ſicut teſtimonium di in ſecreto, ita & interrogationes fiunt in ſecreto & dãtur in ſcriptis: & ita ſeruatur de facto. Barth. Brix.

a ¶ *Quærendum*] Sed non vi hoc modo eſſe quærendũ: [a] cũ exceptio, quæ teſti eſt obiicienda, ante publicationẽ dẽat opponi, vt extr. de teſti. pñtium. & qa non refert cuius opinionis teſtis ſit, dũmodo eo tempore quo tulit teſtimonium, nihil fuit obiectum teſti, vt C. de teſti. l. 1. Reſp. reus bene obiicit, q teſtes tales non eſſent admittendi, ſed iudex ſpretis illis exceptionib. admiſit eos [a]: vnde in hoc caſu poſt ſententiam debet inquiri de opinione teſtium [b], vt ext. de teſti. ex parte Adæ, vel reo abſente fuerunt ibi teſtes inducti: & cum iudex de ſuo officio deberet inquirere de opinione teſtium, non quæſiuit.

[a] Exceptio in teſtẽ quãdo eſt obiicienda.

a Adde Bal. i l. criminis. C. de ac. & Ale. de Im. in l. ita demũ. col. 1. de pc.
b Vt infrà c. q. 7. quærendum.

b ¶ *Inimicitias.*] capitales, vt ext. de ſi. per tuas. & in aut. de teſti. §. ſi quis vero odioſus. inſt. de exc. tut. §. inimicitiæ. ĩ. 3. q. 5. c. 2.

c ¶ *Ex auditu.*] ĩ. qu. 9. teſtes. tamen de auditu & de credulitate quæritur à teſte, extra de teſti. cum cauſam.

d ¶ *Specialiter.*] i. aſsignata cauſa ſcientiæ vt no. 4. q. 3. . ſola.

e ¶ *Scriptis.*] ĩ. 9. q. 1. ſi quis cum clerico. contra. ſed illud in cauſa ciuili, iſtud in criminali. vel illud ſpeciale in epiſcopo.

f ¶ *Leuiora.*] an grauiora. ĩ. 3. q. 10. placuit. cõtra. Sed hic nõ dicitur q ſecundo ſint admittendi ad accuſandum.

g ¶ *Quãlibet iniuriam.*] [b] Ergo pro modica vt pro magna iniuria pt q aliter puniri argu. 14. q. 6. ca. vlt. tñ pro modica iniuria nõ excõicatur q. 5. tt. q. 3. nullus. extr. de ſen. exc. peruenit Ioan. Et male dicit Ioa. qa excõicatus eſt, ſed non debet mitti ad ſedem Apoſtolicã niſi velit ep̃s, vt dicit illa decret. peruenit. B.

[b] Excommunicatio pro modica iniuria nõ eſt ferenda.

h ¶ *Capitali.*] hæc eſt lex Cornelia. Sed contra C. de epiſc. & cle. auth. ſed nouo. ibid. n. dr, q talis verberatur, & in monaſteriũ mittitur. Ioa. Sol. pt dici, q nouo iuri ſtabitur. [d]

d Et hãc ſententiam teneas ſecundum L. ſed ſequẽs verior eſt, vt videtur Arc.

vel ſtabitur huic legi, cum ſit canonizata. 11. diſt. c. 1.

i ¶ *Si quis in hoc.*] ĩ. 17. quæ. 4. §. qui autem de eccleſia.

k ¶ *Et miniſtris.*] [a] Nota diligenter q in hoc caſu crimen ſacrilegij comparatur crimini læſæ maieſt. vt 17 quæ. 4. ſi qs ſuadente. §. qui aũt. immo ſi laicus extrahatur de eccleſia, tale crimen comparatur crimini læſæ maieſtatis, vt C. de iis qui ad eccl. confug. l. 2.

[a] Crimen ſacrilegij & læſæ maieſta. quandoque cõparantur. 1 16 qu. 6. ca. ſi epiſcoporum.

2 11. qu. 1. de perſona, ex Gre. l. 11. epiſt. 54.

l ¶ *Ad iudicium.*] alienum. hoc patet per verba ſequentia, ſ. ab epiſcopis alienis, &c.

m ¶ *Iudicari.*] ergo comprouinciales epi ſunt iudices epiſcopi, vt 3. q. 6. c. 1.

n ¶ *A ſuo iudice.*] ĩ. 11. q. 1. c. pe. C. ſi a nõ cõp. iud. l. vlt.

3 l. ſi quis. C. de epiſc. & cler. Cod. Theodoſ. 1. 16. tit. 2. c. 31

o ¶ *Crimine.*] no. q etiã in iſtis exceptis criminib. non oĩs admittitur ad accuſationem vel teſtimonium, niſi malæ famæ fuerit accuſatus, vt hic & ĩ. ead. qu. 7 §. accu. & extr. de teſt. veniens Si vero malæ famæ fuerit accuſatus omnes admittuntur, vt extr. de ſi. tanta. & ext. de teſti. qm̃. niſi odio venerit ad accuſationem, vt extr. de ſi. licet Hely. & c. per tuas. Alij dñt ſpãle eſſe in ep̃o. decret. tñ vĩ dicere, q coaeti cum ẽt qui fuit malæ famæ, non admittuntur criminoſi in exceptis criminibus cum criminaliter agitur, ſed vbi ciuiliter agitur, tunc admittuntur criminoſi contra regulares prælatos. ſed non contra ſæculares: ſed ſi ſunt emendati de crimine, tunc admittuntur contra eos de æquitate, non de rigore, vt extra de ſimon. per tuas. Ioan.

4 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

p ¶ *Non extitit.*] extra de præſum. mandata. & eo. ti. cum in iuuentute. ff. de ſuſp. tu. l. 3. ff. ad l. Iul. maie. famoſi. 28. diſtinct. quia ſunt culpæ. ff. de re milit. l. non omnes [e].

q ¶ *Corporali.*] ĩ. q. 5. illi qui.

† Si vero dictum fuerit quòd ad hoc accuſat[o] eſt, quod ad maieſtatis crimen attinet] Orig.

e Et ſic not. quòd præſumitur ex vita præterita circa præſẽs, ſiue de pñti. extr de præſump. ſcribã. vbi de hoc. & 44. di. nul lis. Arch.

addita ſunt ex epiſtola: quemadmodum & paulo inferius à verbo, dilatione, *vſque ad verſ.* Si autem epiſcopum, *vt orationis curſus ſit expeditior. Nam Gratian. referebat ſe ad ſuperiora, in quibus habentur ſimilia hoc modo* & c. ſupra de cauſa Ianuarij epiſcopi. *Quorum autem capitum initia citantur ex inferior. b. cauſis ea ſic relicta ſunt quemadmodum antea ſi habebant, vt modus citandi Gratiano uſitatus agnoſcatur.*

Item Cod. lib. 7. tit. de ſent. ex breuic. rec. Imppp. Valentin. Valens & Grat. AAA.

¶ Vltima ſententia debet de ſcripto proferri. C. VIII.

STatutis generalibus iuſſimus, vt vniuerſi iudices, quib^9 reddendi iuris in prouinciis permiſimus facultatem, cognitis cauſis vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferant. Huic adiicimus ſanctioni, vt ſententia [a], quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur, nec ad reſciſſionẽ perperam decretorum, appellationis ſolennitas requiratur [b].

¶ In duobus vetuſtis codicibus hoc & ſeq. caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedenti capite manifeſte indicauerat.

Item ex concilio apud S. Medardũ. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus dixit.

¶ De eodem. C. IX.

LEgum eccleſiaſticarum cõſuetudo, & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant: adeo, vt qui ad ſacrum fontem [c] accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. Qui ad ſummum ſacerdotium prouehitur [d], decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem a ſuis ordinatoribus litteras accipere iubetur. Qui etiam ab eccleſiaſtica ſocietate [e] quolibet exceſſu diſcinditur, libelli † inſcriptione aut recipitur, aut eiicitur. Sed & * qui accuſatur, aut excommunicatur [f], ſeu recõciliatur, per ſcripturã accuſari, vel reconciliari iubetur. Et ſic in ceteris huiuſmodi in tantum ſcriptura depoſcitur, vt ſicut beatus Gregorius in commonitorio ad Ioannem * defenſorem ex Romanis legibus * ſumens ſcribit [Sententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur †.

* ¶ Sed & qui.] *In originali eſt,* ſed qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, vel reconcilia-

tusco mmendari iubetur Et ſic, &c.

Item Nicolaus Papa Girardo † Turonenſi Archiepiſcopo.

¶ Reſtituendus eſt, quem neque cõuictum, neque confeſſum conſtat eſſe eiectum. C. X.

NOtũ ſit tuæ fraternæ charitati, quòd iſte presbyter pauper, nomine Chriſtophorus de ſua anguſtia ad noſtram clementiã lacrymabiliter ſit conqueſtus: dicens ſe falſis criminibus impetitum, & ab eccleſia ſua non conuictum, neque confeſſum, irrationabiliter fuiſſe eiectum. Nam, vt ipſe refert, tua diligentia per tres [g] vices inquiſitione facta, nulla in ſe neque de fornicationis crimine, neque de homicidij cõſenſione * (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa, niſi [h] quia ſuæ paupertatis cauſa, quæ petebantur aut cõſentire noluit, aut implere non potuit. Quæ ſuus tamen æmulus vltroneus egit, qui iniuſte illius eccleſiam præripuit. Idcirco magnopere monemus [i] reuerentiam tuam, vt etiam quæ, te forte ignorante, gieziaca cupiditate peracta eſſe videntur, tuæ [k] fraternitatis cenſura celeri emendatione corrigantur: ſcilicet reſtituendo [l] eccleſiæ propriæ iam dictum ſacerdotem, atque ei reddendo tua pietate priſtinum, quem perdidit, honorem: & nullatenus canonica inſtituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & conſentientem [m] par pœna conſtringit.

* ¶ Conſenſione.] *Sic eſt emendatum ex pluribus vetuſtis exemplaribus. Nam antea legebatur* conſeſſione. *Iuo autem habet* ſenſu.

Item de libro conſtitutionum.

¶ Antequam cauſa probetur, aliquis excommunicari non debet. C. XI.

[5] NEmo epiſcopus, nemo preſbyter excommunicet [n] aliquem, antequã cauſa probetur [o], propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduerſus eam † excõicauerit aliquem: ille quidem, qui excommunicatus eſt, maioris ſacerdotis auctoritate [p] ad gratiam ſanctæ communionis redeatis autem, qui non legitime excommunicauit, in tan-

a STatutis.] ¶ Vt ſententia.] Per hanc legem non poteſt Greg. probare, quod in criminalibus cauſis debeat interuenire ſcriptura: quia lex iſta tantum de ciuilibus cauſis loquitur. nam epiſcopus inter ſubditos ſuos ſine ſcriptura iudicat vt 11. q. 1. ſi quis cũ clerico. & C. de ſen. ex breu. rec. auth. niſi. ſimiliter ſæcularis iudex in modicis cauſis, vt ibi dicitur, & in aut. de man. prin. §. ſi tibi. col. 3. & quod partes illud mutuo conſenſu poſſunt remittere, vt C. de epiſc. & cle. auth. & generaliter. in fin. & C. de pri. eo. qui in ſa. pal. conſi. l. quoties in t. a. lib. 12. Dicas cum Greg. quod in criminalibus cauſis requiritur ſcriptura, & etiam in ciuili. extr. de prob. quoniam contra. niſi in caſib. s. exceptis, & in cauſa dilapidationis, vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. neceſsitatem. coll. 2. 10.

b ¶ Requiratur.] tamen ſi appellauerit, vi quod debeat proſequi appellationẽ, vt ext. de ſen. & re iu. ſententia. quia appellatio confirmat ſententiam, ff. rem ra. ha. l. 3. § fallus. extr. de off. deleg. coram.

LEgum.] CASVS. Probat hic Hincmarus, quod in cauſis geſtorum interuenire debet ſcriptura. nã baptizandus nomen ſuũ debet in ſcriptis dare, & electio & ordinatio debet fieri cũ ſcriptura, & ſimiliter excommunicatio & reconciliatio, & alia ſimilia, debent fieri cum ſcriptura.

1 ext. de lib. obl. c. 1. Burchar. l. 2. c. 97 Iuo p. 6. c. 269.

c ¶ Fontem.] ĩ. de conſe. di. 4. baptizandi. 2.

d ¶ Prouehitur.] ſ. diſ. 61. epiſcopus dum fuerit.

e ¶ Societate.] vt hæreticus, vt ſ. 1. q. 7. quoties.

f ¶ Excommunicatus.] 11. q. 2. debent. & capit. curæ.

NOtum.] CASVS. Quidam presbyter nomine Chriſtophorus non conuictus, vel confeſſus de aliquo crimine iniuſte fuit ab eccleſia ſua expulſus, & alius loco eius ſubſtitutus: quia non potuit vel noluit dare, quod ſubſtitutus eius æmulus dedit cũ trina facta fuerit contra eum inquiſitio, nec culpabilis eſt inuentus. vñ conqueſtus eſt Chriſtophorus Papæ. quare mandat epiſcopo, qui eum expoliauit, vt eũ reſtituat, nec excuſatur ſi dicat ſe non facere, cum fieri permittat. Nam faciens & conſentiẽs pari pœna puniuntur.

† libelli inſcriptione] Orig.

a ſupra. ca. in primis.

3 C. lib. 7. tit. 44.

† mereatur] Orig.

g ¶ Per tres.] not. ſæpius poſſe inquiri de eodem crimine.

h ¶ Niſi.] illud, niſi non ponitur hic exceptiue.

i ¶ Monemus.] per hoc verbum non præcipitur [a], vt ĩ. 28. q. 1. ſic enim. & ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. hæc verba. & 11. q. 3. rogo. & 3 q. 9. decreta. & 2. q. 7 ſicut inquit. in gl. 2.

a Tamen iniũctiõ datur. extr. de teſt. cap. 1. de hoc etiam ĩ. ea. qu. 7 ſicut ſed hic tenetur præcepti uc. A.

k ¶ Tuæ.] remittitur hæc cauſa ad eũ à quo appellatũ eſt, nõ vt ipſum iudicet, ſed vt ipſum reſtituat, & ſic non obſtat extr. de app. accepta.

l ¶ Reſtituendo.] cauſa prius cognita ne obſtet ĩ. 7. qu. 1. præſentium.

m ¶ Et conſentientem.] hoc ideo dicit, quia ipſe eum non priuauerat, ſed alij de conſenſu ſuo. " Et hoc eſt notabile, quod poteſt conueniri, non ſolum qui deiecit vel mandauit, vel ratum habuit, ſed etiam qui conſenſit. extr. de reſt. ſpo. cum ad ſedem. in fi. " Conſentire dicitur quis tribus modis, ſ. vt qui ad hoc cooperatur, vt in ſimonia. 1. quæ 1. ſi quis epiſcopus. Et in inceſtu 3. q. 4. conſanguineorum. Item & in raptu virginis. 36. q. 2. de puellis. In rapina. 17. q. 4. oẽs eccleſiæ. Item in iniuſta ſententia, vt ſ. ea. in primis. Secundo modo dr̃ conſentire, cum non corrigit quos tenetur ex officio corrigere, vt 83. diſtinct. c. 1. & 2. & 86. diſ. inferiorũ. Tertio modo dr̃ conſentire, cum defendit peccantem, vel qñ ſua auctoritate delinquitur. 11. quæſt. 3. qui conſenſit. 24. qu. 3. qui aliorum. & talis magis eſt puniẽdus, quã ipſe faciens, vt ibi dicitur. 10.

" ſpoliationis ratione quis conueniatur.

" Conſentit quis tripliciter.

† al. Airardo.

4 Iuo par. 6. c. 429.

NEmo.] CASVS. Statuitur in hoc ca. quod nullus debet iniuſte & ſine cauſa interueniente ab epiſcopo, vel archipresbytero excõicari: quod ſi factum fuerit, iniuſte excommunicatus abſoluatur a maiori, & iniuſte excommunicans punietur ſuperioris arbitrio pœna conſimili.

n ¶ Excommunicet.] Arg. " quòd ſimplex ſacerdos habet poteſtatem excommunicandi, vt extra de off. ord. cum ab eccleſiarum [b]. & & ca. ſi ſacerdos. & de ap. reprehenſibilis. & extr. de eo qui fur. or. re. c. 1. Nam quilibet ſacerdos habet claues ligandi, vt ĩ. ead. q. 7. §. item cum Dauid. & 11. q. 1 quomodo. Itẽ quia de cauſis poſſunt cognoſcere, vt extra de iud cap. 2 & ext. de immu. eccl. non minus. & etiam de matrimonialibus cauſis. extra de ſen. & re iu. tenor. in prin. in parte deciſa. Cum ergo excommunicatio ſit potius iuriſdictionis quã ordinis, vt extr. de elect. tranſmiſſam. & tales minores prælati habent iuriſdictionem, vt dictum eſt, ergo poſſũt excõmunicare. Sed contra, excommunicatio eſt mucro epiſcopalis. 16. quæ. 2. viſis. " Item excommunicatio dicitur maxima pœna, vt 24 quæſt. 3. corripiantur. Præterea archidiaconi modicam habent iuriſdictionẽ, vt extra de of. arc. ca. 1. & vlt. ergo multo fortius ſimplices ſacerdotes. Sol. vbi conſuetudo eſt ibi bene poſſunt excommunicare. conſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt 9. qu. 3. conqueſtus. in fi. De hac materia inuenies 11. q. 1. de perſona. Ioan. Probabiliter poteſt dici quòd eccleſiarum prælati de iure communi poſſunt excommunicare. vt extra de off. ord. cum ab eccleſiarum. licet epiſcopi iam præſcripſerunt contra multos prælatos. Ber.

" Excommunicare pot ſimplex preſbyter.

b Vbi de hoc & ext de ſen. exc. nup. §. v. c. i ſi. 9. q. 1. qui mouito.

5 Apud Iulianũ Anteceſſorẽ nouel. 123. c. 15 : 4. q. 3 d illicita. Iuo part 5 c. 371. & p. 14 c. 42.

† al. ea.

" Excõicatio eſt maxima pœna.

o ¶ Cauſa probetur.] ĩ. 11. q. 3. nemo epiſcoporum.

p ¶ Maioris ſacerdotis auctoritate.] cum diſtinct. 11. q. 3. ſi epiſcopus. forte notatum ibi inuenies. & extra de ſen. excom. ſacro.

Nemini

NOmen.] CASVS. Quidam presbyter fuerat accuſatus, & etiam infamatus. Vnde clerus illius loci rogat Auguſtinum, vt eum excommunicaret vel deponeret. Reſpondet Aug. dicens, quòd nō poteſt, nec eſt auſus eum ſupprimere de tabula clericorum, cum occultum ſit eius delictum, & Dei iudicio reſeruetur, cui faceret iniuriam ſi eius iudicium præueniret. Nam & iudices ſæculares hoc faciunt, iudicio pendente nihil immutant. Et præterea in concilio factum eſt ſtatutum neminem debere excommunicari nondum conuictum, niſi ipſe fuerit contumax.

tum abſtineat tempus ſacroſancta communione, quantum maiori ſacerdoti viſum fuerit: vt quod iniuſte fecit, ipſe iuſte patiatur.

Item Auguſtinus in epiſtol. 137. ad clerum, & vniuerſam plebem Hypponenſem.

¶ Incerta, & dubia iudicari non poſſunt. C. XII.

[1] NOmen presbyteri propterea nō auſus ſum de numero collegarum eius vel ſupprimere [a], vel delere, ne diuinæ poteſtati, ſub cuius examine cauſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellem iudicio præuenire: quod nec in negotiis ſæcularibus iudices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pendente relatione [b] aliquid audeant commutare. Et in epiſcoporum concilio conſtitutum eſt, nullum clericum, qui nondum conuictus ſit, ſuſpendi [c] à communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non præſentauerit.

Item Melchiades Papa epiſcopis Hiſpaniæ.

¶ Nec ſuſpicionis arbitrio nec ante verum, & iuſtum iudicium aliquis condemnetur. C. XIII.

[2] PRimo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia, & veritate † definiatis, neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium: nullum ſuſpicionis [d] arbitrio iudicetis: ſed primum probate, & poſtea charitatiuam proferte ſententiam: & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

Item ff. libro 48. tit. de accuſationibus, & inſcriptionibus, l. Qui accuſare [3].

¶ Qui ab accuſatione prohibeantur, & qui recipiantur. C. XIIII.

PRohibentur accuſare alij propter ſexū, vel ætatem, vt mulier, vt pupillus. Alij propter ſacramentum [e], vt qui ſtipendium merent. Alij propter magiſtratum [f] poteſtatemve: in qua agentes ſine fraude [g] in ius vocari † nō poſſunt. Alij propter delictum proprium, vt infames. Alij propter turpem quæſtum [h], vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummosve [i] ob accuſandū, vel non accuſandum acceperint. Alij propter conditionem ſuam, vt libertini † contra patronos. Alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium [k] ſubornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem [l], vt ſunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, ſi ſuam iniuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excludūtur. Liberi, libertique non ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarū gratia de facto parentum, patronorumve queri, puta † ſi dicant, vi ſe de poſſeſſione [m] ab his expulſos: ſcilicet non vt crimen [n] vis eis intendant, ſed vt poſſeſſionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitū ab ea partum, quo magis coheredem haberet: ſed eam ream lege Cornelia facere permiſſum ei non eſt. † Ab alio delatū alius deferre non poteſt [o]: ſed eum, qui abolitione publica [p], vel priuata interueniente, aut deſiſtente accuſatore de reis exemptus eſt, alius deferre non prohibetur. ¶ Mulierem propter publicam vtilitatem ad annoná [q] pertinentem audiri à præfecto annonæ deferentem Diui Verus † & Antonius reſcripſerunt. Famoſi quoque accuſantes ſine vlla dubita-

a ¶ Vel ſupprimere.] nomina excommunicatorum tempore excōmunicationis ſupprimebantur in matricula, ſed nomina depoſitorum radebantur. ſic 50 diſt. contumaces.

b ¶ Relatione.] ſi. extr. de of. dele. licet. ex eo etiam q. iudex dicit ſe velle referre, non poteſt amplius cognoſcere. C. de ap. ex illo. & ext. de off. del. cum ſuper. quod intelligo ſi relatio fuerit a partibus approbata, vt C. de rela. l. 2.

c ¶ Suſpendi.] niſi ſit infamatus ĩ. e. quæſt. 5. presbyter.

PRimo ſemper.] CASVS. Quicumque vult ſententiam ferre, debet primo cauſam & omnia diligenter inquirere, quib. peractis ſētētiā ferre debet non ſuſpicionis arbitrio: ne alteri faciat quòd ſibi nō vult fieri.

d ¶ Suſpicionis.] " Triplex eſt ſuſpicio. Temeraria de qua hic dicitur: quæ expurgationem non inducit. Probabilis, quæ expurgationem inducit, vt ĩ. q. 5. presbyter. Violenta, quæ ad condemnationem ſufficit, vt 32. q. 1. dixit Dominus [a]. Tamen quæque violenta ſuſpicio vel pſumptio nō ſufficit ad condemnationem, vt extra de teſti. cog. præterea. extr. de præſum. litteras. in fi. b

PRohibentur.] Lex incipit, qui accuſare poſſunt.

CASVS. Hic enumerantur nouem perſonæ, quæ propter nouem cauſas ab accuſatione prohibentur, vt mulier, pupillus, &c. niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. Et hic oſtendit Gratianus qualiter in accuſationibus ordo iudiciarius ſit ſeruandus.

e ¶ Propter ſacramentum.] quod præſtant, ſ. ſe non euitaturos mortem propter ſalutem reipublicæ [c]. Milites enim noſtros magis volumus ſcire arma quam iura, vel leges, vt C. de iu. delib. l. ſcimus. C. loc. milites.

f ¶ Magiſtratum.] ſed contra ĩ. 1. q. 1. in illa l. iubemus. Sed illud cū delinquit iudex in adminiſtratione ſua, vt tunc poſsit conueniri [d], vt in auth. vt iud. ſine quoq. ſuffr. §. illud. Vel hic loquitur de eo qui ante adminiſtrationem deliquit. Vel ibi de minoribus iudicibus, hic de maioribus, vt ff. de iniu. nec magiſtratib. tamen etiam maiores iudices præſtabunt cautionem ſtandi iuri poſt depoſitam adminiſtrationem, vt ff. de adul. l. adulterium. §. vlt.

g ¶ Sine fraude.] id eſt, ſine pœna.

h ¶ Quæſtum.] id eſt, quæſtus ſuſpicionem. Qui enim duos cœperit accuſare, ſi vult tertiu accuſare, præſumitur quòd hoc cauſa quæſtus faciat. Sed huic eſt contra. ff. de ac. l. hos accuſare. §. lege Iulia. vbi dicitur quòd nemo poteſt duos ſimul accuſare, niſi ſuam vel ſuorū iniuriam proſequatur. " Sed dic quòd in diuerſis libellis poſſunt duo accuſari, ſed tertius non poteſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt hic dicitur, & C. qui acc. non poſſ. l. cum rationibus. ſed in vno libello non poteſt duos accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt in illa l. hos accuſare. niſi cum crimen commune eſt, vt ff. de adul. qui pupilla. §. 1. ſed in crimine adulterij non poſſunt duo ſimul accuſari. C. de adul. reos.

i ¶ Nummosue.] " Accuſatori licet nobis dare pecuniam in cauſa ſanguinis, ſed qui dat pecuniam & non in cauſa ſanguinis, pro conuicto habetur, vt ĩ. quæſt. 5. §. præmiſſo. [illegible] tor. verſi. in omnibus cauſis. ſed non licet accuſanti recipere, vt ĩ. 2. qu. 1. concuſsionis. tamen poſt finitam accuſationem quandoque remuneratur accuſator, vt ĩ. 79. diſt. ſi quis Papa. & ĩ. 3. qu. 5. accuſatores. 6. qu. 1. ſi qs cū. verſi. ſane ſi quis.

k ¶ Qui falſum teſtimonium.] illi repelluntur, licet non ſint infames, vt extra de ord. cogn. cum dilectus. in fi.

l ¶ Paupertatem.] " propter hoc repelluntur teſtes, vt 4. qu. 3. teſtium. dum tamen ratione paupertatis ſit ſuſpectus, vt inſtit. de ſuſp. tu. §. vlt. paupertas enim non eſt de numero malorum. 15. q. 1. illa in fi.

m ¶ Poſſeſſione.] non tamen ab eis poſſunt repetere poſſeſſionem per interdictum vnde vi [e]. licet enim nullum interdictum infamet, tamen diminuit & ſugillat opinionem eius contra quem proponitur, vt ff. de oble. l. 1. nec etiam in integrum reſtitutio petitur contra parentes vel patronos, vt C. qui & aduerſ. quos in integ. reſt. l. vlt.

n ¶ Non vt crimen.] niſi atrocem iniuriam feciſſent, vel niſi nomine alieno conueniantur, vt ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. pen. & vlt. & 12. q. 2. ſi qui manumittitur. Aliàs non poteſt agere pro iniuria contra tales perſonas, vt ff. de iniur. non ſolum. §. quamquam.

AB ALIO. CASVS. Dicitur hic, quòd accuſatus durante accuſatione illa ab alio accuſari non poteſt, niſi abolitio interueniat, vel accuſator ab accuſatione deſiſtat, & hoc in prima parte. In ſecūda parte dicitur, quod propter vtilitatem publicam quidam admittuntur ad accuſationem fraudatæ annonæ, qui alias non admitterentur. vt mulier, infames, milites, & ſerui. ſecunda pars incipit ibi, *Mulierem.*

o ¶ Non poteſt.] ſiue enim quis ſit condemnatus, ſiue abſolutus, tamen ſuper eodem crimine ſæpius agi non poteſt, vt extra de accuſat. de his.

p ¶ Abolitione publica.] " Tripliciter fit abolitio, aut publice ob diem inſignem, vel ob rem proſpere geſtam [f]: aut priuatim accuſatore petente: aut ex lege quando accuſator deſiſtit, vel mortuus eſt [g]. In publica abolitione poteſt accuſator repetere reum finitis ferijs, intra triginta dies, vt ff. ad Turpil. ſi quis & l. ſequen. Sed in aliis duabus non admittitur ille qui deſtitit, vt ff. ad Turpil. qui deſtitit. Sed alius bene admittitur intra triginta dies infra ead. quæſt. vltima, in fine.

q ¶ Ad annonam.] cum hoc crimen, ſcilicet fraudatæ annonæ, ponatur inter excepta crimina, & iſtud crimen æquiparetur crimini dilapidationis, videtur quòd ibi quilibet admittatur. Nam & fœmina cuius non intereſt, ſi pietate ducitur, admittitur ad crimen ſuſpecti tutoris. inſtit. de ſuſpect. tut. §. conſequens. Nec in hoc crimine tenetur quis inſcribere, vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitatem. collat. 2.

1 Iuo. par. 6. c. 381.

2 Pol. l. 1. tit. 8. Pan. l. 4. ti.

2 ff. 15.

† al. charitatiue.

" Suſpicio eſt triplex.

Tob. 4.

a Ext. de præſum. c. 2.

3 tit. 2. le. 8.

b Vbi de hoc & 6. qu. 1. omnes. Arc.

c Iſti nō admittebantur ad accuſationē, ne ob hoc impediri vtilitatem reipu. ꝑmitterent: & propter hoc periculū incurrent.

d Adde de hoc late per Pe. de Bel. pt. & Cyn. in l. aduerſus. C. de a lim tut.

" Accuſare ſimul plures, an liceat vnū.

" Accuſatori in cauſa ſanguinis licet pecuniā dare.

† al. euocari.

† al. liberti.

lege. 9.

lege. 10.

lege. 11.

" Paupertas quandoq; repellit à teſtimonio.

† al. veluti.

e Verum eſt quòd contra eos non datur interdictū vnde vi, niſi eſſet vis armata, quia tunc bene datur. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. interdictū.

lege. 13.

† al. Seuerus repoſita hic ſunt aliquot verba ex Pādectis Flor.

" abolitio fit tripliciter.

f Vt puta nato filio principi, vel deuicta ciuitate & pp hoc feriæ repētinæ indicuntur à principe: & de repentinis ferijs eſt tantū intelligē dū. & tunc ſua auctoritate pōt accuſator petere reum deſiſtente. Arc

g Adde ad hāc gl. not. p Pe & Cy. l. 1. ff de abo. & i tu. d ge. ab.

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, quòd in notorijs non obſeruatur ordo iuris, nec accuſator eſt neceſſarius, & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd in cauſis criminalib. ſemper eſt ordo iudiciarius obſeruandus, niſi ſint crimina manifeſta, in quibus ordo iudiciari[us] nõ ſeruatur & hoc probatur trib. cap. ſeq. & appellat hic Gratia. manifeſtum. i. notorium.

¶ Caſus ſeq. cap. patet, & ideo poſitione non indiget.

a Manifeſta.] De notorio loquimur, & quid ſit notoriũ, ignoramus. Scias ergo, quòd aliud eſt fama, aliud manifeſtum, aliud notorium. Fama quãdoq; ex ſciẽtia, quãque ex ſuſpicione procedit, quãque ex certo, quãque ex incerto auctore, vt de conſ. di. 4. ſanctum. in fin. Manifeſtum eſt quod ſp ex ſcientia & ex certo auctore pcedit, & quod poteſt probari a, vt ff. de aeſt. hæredes palam. Item etiam quãque dicitur occultũ, quod poteſt probari. C. de app. eos. §. 1. & occultum dicitur quod quinque ſciunt, vt de poe. di. 1. §. hæc ergo ſecreta. Item notorium dicitur manifeſtũ, quod patet vel per confeſſionem, vel per probationem, vel per euidentiam rei, vt ext. de ver. ſig. cum olim. Notorium triplex eſt. eſt enim notorium facti, notorium iuris, & notorium præſumptionis. Notorium facti eſt, quod exhibet & offert ſe oculis omnium, i. quod ita habet facti euidentiam, quod non poteſt negari, ſupple probabiliter, vt extra de coha. cle. tua. & extr. eod. tit. veſtra. in tali non auditur appellans. extr. de ap. cum ſit Romana. & c. præterea. & c. peruenit. & creditur ſimplici aſſertioni officialis, vt 4. q. 4. § aliquando. Nec requiritur hic ſcientia omnium, ſed plurium, vt j. e. de manifeſta. Eſt autem quoddam factum continuum ſiue permanens b, quoddam interpolatum, quoddã ſtatim trãſiens. In notorio facti cõtinui null[us] ordo iuris exigitur, vt in decret. tua in notorio facti interpolati ſemiplena probatio requiritur, vt extr. de vſur. cum in diœceſi. Notorium actu non permanens probabiliter poteſt negari, vt ext. de ſort. ex tuarum. Notorium iuris eſt de quo aliquis eſt condemnatus vel confeſſus, tamen in hoc notorio quandoque contra negantem ſe eſſe conuictum requiritur probatio, vt ext. de ſen. & re iu. ſicut. Item quandoque non ſufficit, quòd quis ſit confeſſus niſi ſit confeſſus & conuictus, vt j. e. q. 6. § ſunt etiam quorum. verſ. in occultis. Notorium præſumptum eſt, vt ſi aliquis publice habitus eſt pro filio alicuius, ibi non requiritur aliquis ordo iuris, vt ff. de presb. Michael. & c. quoniam hoc enim quòd aliquis ſit alterius filius, non poteſt vere probari, vt ff. de cond. & dem. Lucius. ſed potius per præſumptiones.

a Idem Ale. in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſa. eo & tex in l. ea quidem C. de accuſ.

z Anſel. l. 12. c. 35.

Gal. 5.

b Puta ſi eſt ſine licentia Papæ tranſit ad aliam eccleſiã. extr. ſ ele. bonæ. 1. & de tranſl. quanto. Arc.

tione admittuntur. Milites quoque, qui cauſas alienas deferre nõ poſſunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accuſationem admittendi ſunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

a His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quòd nullus eſt condemnandus, niſi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum ſe ipſe confiteatur. Verum hæc de illis intelligenda ſunt, quorum crimina ſunt occulta: cæterum, quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt.

Vnde Ambroſius.

¶ Sine accuſatione, manifeſta iudicentur. C. XV.

MAnifeſta a, accuſatione non indigent.

¶ *Imo in epiſtola ad Horontianum, quæ incipit*, Literas v. P. *ſic ait*: Manifeſta autem accuſatione non indigere teſtatur beatus Ambroſius ſuper epiſtolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cũ nouerca [Iudicis non eſt, &c. *vt j. c. de manifeſta.*

Item Nicolaus Papa Ludouico Regi in epiſtola, qua incipit [Syllabarum,]

¶ De eodem. C. XVI.

QVæ Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore non indigens. Manifeſta b quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.

¶ *Sumptum eſt ex epiſtola, quæ habetur in codice ſæpe memorato monaſterij Dominicanorum, in qua hæc præcedunt*: Accuſatorem autem habere Lotharium non niſi illum, qui accuſator fratrum in Apocalypſi appellatur & opera eius, quæ ipſa eiuſdem antiqui hoſtis inſtinctu patrantur, profecto competimus. Quæ vero Lotharius Rex, &c.

In manifeſtis enim calliditate accuſantium non opprimitur reus, nec tergiuerſatione proprium crimen celatur, cum culpa ſua oculis omnium ſponte ſe ingerat: atque ideo in talibus iudiciarium ordo non requiritur: qui ideo inſtitutum eſt, vt nec innocentia inſidijs pateret aduerſantium, nec culpa delinquentium ſententiã effugeret iuſti examinis.

Vnde Stephanus Papa V. Leoni epiſcopo Theanenſi a.

¶ *Extat integra hæc epiſtola in collectione canonum ſine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.*

¶ Ordinem iudiciarium manifeſta non deſiderat cauſa. C. XVII.

DE manifeſta & nota pluribus c cauſa non ſunt quærendi teſtes, vt ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Corinthios dixit, de fornicatore ſententiam exponens Apoſtoli. [Iudicis, inquit, non eſt ſine accuſatore d dãnare: quia & dominus Iudam, cum fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, minime abiecit. [Vt tolleretur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere iſto pellendum illum fuiſſe de cœtu fraternitatis Apoſtolus cenſuit. Omnes e enim crimen eius ſciebãt f, & non arguebant. Publice enim nouercam ſuam loco vxoris habebat. In qua re neque teſtibus opus erat: neq; tergiuerſatione g aliqua poterat tegi crimen.] & paulo poſt. [Abſens facie, præſens autem auctoritate ſpiritus, qui nuſquam abeſt, iam iudicaui h, vt præſens eum, qui hoc admiſit 4 tradi ſatanæ in interitum carnis.]

3 *Sed ſciendum eſt, quòd eorum, quæ manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita aliis, alia ſunt manifeſta aliis, & occulta iudici, quædam vero ſunt nota iudici, & aliis. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione fieri non poſſunt: quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittitur. In vna enim eademque cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iudex.*

ti. extra de elect. bonæ. 1. & ff. de ma. cauſam. in princ. & 24. qu. 2 pudenda in fi. nihil enim tam indubitatum eſt, quin ſolicitam dubitationem admittat, vt in auth. de tabel. in med. coll. 4.

IN MANIFESTIS. CASVS. Docet hic Grat. quòd crimen dicatur manifeſtum, i. quod negari non poteſt: cum ſe ingerat oculis omnium: in quo ordo iudiciarius non requiritur, qui inuentus eſt, vt innocẽtia non damnetur, & delinquentis culpa puniatur.

De manifeſta.] CASVS. Stephanus in hoc cap. inducit auctoritatem Ambr. exponentis ſententiam Apoſtoli de Corinthio fornicatore, quæ talis eſt, quòd iudex non debet aliquem ſine accuſatore damnare. Vnde Dominus Iudam furem non cõdemnauit, quia accuſatus non fuit. Sed hoc verum eſt cum eſt occultum crimen: ſed ſi crimen eſt adeo manifeſtum, quòd negari non poſſit, quale fuit crimen Corinthi: non eſt opus teſtibus, vel accuſatore: & hoc ideo quia omnes crimen eius ſciebant. Ideo Apoſtolus tradidit eum abſentem Satanæ, vt ſpiritus eius ſalu[us] fiat.

c ¶ E pluribus.] ergo non requiritur omnium ſciẽtia. forte ſufficiunt x. vt 10. qu. 3. vnio. iudici tamen debet eſſe notum 23. qu. 4. cum quiſque. Vnde poteſt contingere, quòd aliquid eſt notorium apud delegatum, quod non eſt notorium apud delegantem. & ſi cauſa audiretur coram delegante, ille procederet ſecundum ordinem iuris, ſed delegatus non, vt extra de pur. can. cũ dilectus. Idem eſt in inquiſitione. Poteſt enim eſſe, quòd delegans poſſit inquirere de crimine alicuius, ſi apud eum eſt infamatus: ſed delegatus non. extra de acc. cum oporteat.

a Vide j. ea. manifeſta.

3 Iuo p. 6. c. 431. Pan. l. 4. c. 117. Amb. ad cap 5. 1. Cor. 25. q. 4. ſi quis.

4 Concor. in ſim. glo. in l. ſed interpellatur. §. 1. ff. de arb. Bal. in l. 1. C. qui ad. ad bo. poſ.

Quæ Lotharius Rex.] CASVS. Lotharius Thebergam vxorem ſuam legitimam abiecit, & Gualdradam pellicem accepit, & publice tenuit. De hoc Nicolaus Papa ſcribit Carolo Regi dicens, quòd ſcelus nepotis ſui accuſatione non indiget, cum ſit manifeſtum, nec poteſt quis conqueri eum iniuſte damnatum.

b ¶ Manifeſta.] j. 11. q. 3 eorum. contra. Sed ibi non erat notorium ſed manifeſtum, & ſic non obſtat. 3. qu. 1 quia ſuſpecti. Etiam ſi ſit notorium tamen nihilominus hæc citatio forte c eſt facienda d, j. eã. §. quando. 24. q. 3. de illicita. & j. ead. Deus omnipotens. & ſententia ferenda eſt, vt extra de ap. cum ſit Romana. in fin. ſed neque probatio, neque purgatio eſt requirenda, vt j. ea. Deus omnipotens. & extr. de pur. can. cum dilectus. ſit tamen probatio quandoque ex abundan-

c pro illo forte facit quod not. Vin & Ber. extr. de diuor. porro.

d Concord. tex. in l. 3. § ſi addicem ff. de re mi no. Bal in l. cum fratrem. C. de his qui vt indi.

d ¶ Sine accuſatore.] not. quòd nemo eſt condemnandus ſine accuſatore, vt ff. de mu. & ho. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. e ſed fallit in charta ſuſpecta, cui fides non ſit. C. de prob. iubemus. & cum teſtis fraudulenter, & procaciter reſpondet. C. de teſt. nullus. & in tutore ſuſpecto. ff. de ſuſp. tu. l. 3. § 1. & 3 q. 2. quia ea. & quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. ff de adul. l. 2. §. ſi publico. & quando calumniator punitur. C. de calum. l. 1. Additur 6. caſus quando crimen probatur per inquiſitionem. extra de ac. qualiter & quãdo Item 7. cum deficit reus in purgatione. extra de ſimon. de hoc 8. in notorijs, vt hic.

e ¶ Omnes.] ſcilicet Corinthij.

f ¶ Sciebant.] eo quòd publice in domo ſua videbant eam, & ſic extra de cohab. cler. & mul. tua. C. de Iudæ. l. ne quis.

g ¶ Tergiuerſatione.] id eſt, diſſimulatione.

h ¶ Iudicaui.] ergo abſens excommunicatur, vt extra de ap. cum ſit Romana. in fi. & extra de ſim accuſatum. Sed nunquid abſens abſoluitur? arg. quòd ſic j. e. q. 5. quanto. arg. contra de ſen. exc. à nobis. in fin. vbi certa forma abſolutionis exprimitur? Reſp. ſic f, non eſt abſoluendus. ſi tamen taliter abſoluitur, tenet abſolutio, vt extr. de reg. iur. omnis res. 30. q 5. § ſed obiicitur.

e Cõdemnatur quis aliquando ſine accuſatore.

c de mẽia l. glo. no in l. abſentem. ff. de pœ & a l. abſentem. C de proc.

f Et ſecundũ formã aliter decr. à nobis Arc.

SED SCIENDVM. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua probat, quòd ſi qua ſunt nota tantum iudici, ſcilicet tanquam homini: non debet ſine examinatione ſententia ferri, & hoc probat duobus c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit Grat. quòd eorum quæ ſunt manifeſta, alia ſunt nota iudici & aliis. In iis quæ ſunt nota iudici tantum iudex accuſator eſſe non debet: quia idem non debet eſſe accuſator & iudex. & hoc probatur ſeq. c.

Multis

Vnde Auguſtinus in homilia de pœnitentia (quæ eſt 50.) cap. 12.

¶ Quando aliqui ſunt corrigendi, quando tolerandi. C. XVIII.

[2] MVlti corriguntur, vt Petrus[1]: multi tolerantur, vt Iudas: multi neſciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcōdita tenebrarū. *& infra.* ¶ Nos vero à cōmunione prohibere quemquam nō poſſumus [a] (quamuis [b] hæc prohibitio nondum ſit mortalis [c], ſed medicinalis [d]) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo, ſiue ſæculari [e] ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum, atque conuictum. Quis enim ſibi vtrumq; audeat aſſumere, vt cuiquam ipſe ſit & accuſator [f] & iudex? Cuiuſmodi regulam etiam Paul apoſtolus in eadem ad Corinthios epiſtola breuiter inſinuaſſe intelligitur, cum quibuſdam commemoratis criminibus, eccleſiaſtici iudicij formam ad omnia ſimilia [g] ex quibuſdam daret. Ait enim [Scripſi vobis in epiſtola nō cōmiſceri fornicariis [h]. Non vtique fornicariis [i] huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.] [1] Non enim poſſunt homines in hoc mundo viuētes, niſi cū talibus viuere: nec eos poſſunt lucrifacere Chriſto, ſi eorum colloquium conuictúmq; vitauerint. Vnde & Dominus cū publicanis, & peccatoribus comedens. [Non eſt opus, inquit, ſanis medicus, ſed male habētib. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.] Et ideo ſequitur Apoſtolus, & adiungit. [Nunc ſcripſi vobis non commiſceri. Si quis [k] frater nominatur [l] in vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledic., aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec quidem cibum ſimul ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris [m] ſunt iudicare [n]? Nonne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum à vobis ipſis] Quibus verbis ſatis oſtendit nō temere, aut quomodolibet, ſed per iudiciū auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione: vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius, ne peruerſè malos quiſq; † euitando, ab eccleſia ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehennam. Quia & ad hoc nobis ſunt in ſcripturis ſanctis exēpla propoſita: velut in meſſe, vt palea ſufferatur vſque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſque ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, id eſt, in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id, quod alio loco dicit Apoſtolus [Tu qui es qui iudicas alienū ſeruum? ſuo Domino ſtat aut cadit.] Noluit enim hominē ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis [o], vel etiam extraordinario [p] vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c.] niſi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine iudiciario, atq; integritate profertur? Nam ſi nominatio [q] ſola ſufficit: multi damnandi ſunt innocētes, quia ſæpe falſo in † quoquam crimina nominantur. ¶ Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium: nec gaudeant, quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

Idem ſermone 16. de verbis Domini.

¶ Peccatum, quod tantum iudici notū eſt, ab eo damnari non valet. C. XIX.

SI peccauerit, inquit, in

[Margin: 1 Beda. 1. Corint. 5. — 2 Anſel. l. 3. c. 70. Polyc. l. 5. tit. 7. — 1. Cor. 4. — 1. Cor. 5. — 21. q. 4. cap. infideles. — Matth. 9. — 1. Cor. 5. — † ſ. quoſq; — † al. mittat. — Matth. 5. — Ibid. 13. — Rom. 14. — † iniquoque crimine] Beda in cap. 5. 1. ad Cor.]

MVlti corriguntur.] CASVS. Cap. iſtud diuiditur in tres partes. In 1. parte dī, quòd multi corriguntur, & propter ſcandalū multi tolerantur: multi autem neſciuntur eſſe criminoſi, qui diuino iudicio reſeruantur. In 2. parte, quæ incip. ibi, *Nos vero.* dī, q nos non debemus aliquem à communione repellere, niſi ſponte confeſſum, aut in iudicio accuſatum, & conuictum. Si enim (ſicut dicit Apoſtolus) vellemus oēs occultos peccatores vitare, non oportere de hoc mundo exire, qui tales docet tolerādos vſque ad vltimum ventilabrum, vt poſſimus eos lucrifacere Chriſto, nec vitandos niſi eſſent per ſententiam nominati, & ſic docet eos tm̄ iudicio eccleſiæ condemnandos, nō arbitrio ſuſpicantis, ſed ordine ſeruato. Hoc idem probatur exemplo Domini, qui comedit cum publicanis, & peccatorib. inquiens, non eſt medicus neceſſarius ſanis, ſed male habentibus. In 3. parte quæ incipit, *Non ergo.* dī, q illi qui hortantur ad pœnitentiam, non debent gaudere eo q multos habeant ſocios ad ſupplicium: quia non minus ardebunt, &c.

a ¶ *Non poſſumus.*] nominatim, ſed in genere, vt 5. qu. 1. quidam. extra de off. ord. ſi ſacerdos.

ADDITIO. Et dicas, nō poſſumus de iure, id eſt, nō debemus. H. nā id poſſumus, qđ de iure poſſumus.

b ¶ *Quamuis.*] interpoſitio eſt.

c ¶ *Mortalis.*] anteceſ̄ptū. 24. q. 3. notādum.

d ¶ *Medicinalis.*] vt ſpiritus eius ſaluus fiat, 11. qu. 3. audi. niſi ſit incorrigibilis, vt 11. qu. 3. nemo epiſcoporum. & j. 14. qu. 3. corripiantur. & c notādū in fin.

perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum a eſt,cuius conditionis,cuiuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne forte aliquas contra prædictum epm̃ inimicitias b habuiſſent, & verum teſtimonium ex auditu c dixerunt, aut certe ſe ſcire ſpecialiter d teſtati ſunt, ſi ſcriptis e iudicatum eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt.Quòd ſi forte hæc ſolenniter acta non ſunt, nec cauſa probata eſt, quæ exilio, vel depoſitione digna ſit, in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur. Hi vero,qui eum cõtra Dei timorem, & canonum ſtatuta cõdemnauerunt, excommunicati in monaſterium ad agendam pœnitentiã ſex menſibus mittendi ſunt: ita ſane, vt ſi cuiquam eorũ mortis contigerit imminere periculũ, viatici benedictio non negetur. Ipſe autem, qui eo viuente locum eius temerarie ambiuit, priuatus ſacerdotio,ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur,atque eidem dilectiſſimo fratri, & coepiſcopo noſtro tradatur,vt eum aut ipſe ad nos tranſmittat,aut apud ſe in cuſtodia habeat. Epiſcopi vero,qui eum ordinare præſumpſerunt, vel peruerſæ ipſius ordinationi præbuere conſenſum, iidem communione priuati, ſex menſibus ad agendam pœnitẽtiam in monaſterio deputentur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Stephani ſe metu iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe nõ ſua ſponte, profeſſi fuerint, tẽpus eis abbreuiandũ eſt, & modus pęnitentiæ temperandus. Si igitur is,qui prædicti Stephani locum inuaſit, fortaſſe defunctus eſt,atq; alius in eccleſia eius epiſcopus ordinatus eſt, illud de eo ſtatuendum eſt, quod ſuperius de cauſa fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij diximus.¶ Quòd ſi forte aliqua de obiectis cõtra memoratum Stephanum epiſcopum probata ſunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino conſideratione penſandum eſt, vtrum leuiora f capitula, an certe grauiora probata ſint, vt ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas,poſſis ſcire.¶ Glorioſus vero Comitiolus, ſi ſupraſcriptus epiſcopus innocens eſſe claruerit, quidquid de rebus eius, vel eccleſiæ ipſius tulit, ei ſine aliqua reſtituat dilatione.Sed & quæque ſe in perſecutionem,ac violentiam eius expendiſſe, vel damnum idem epiſcopus pertuliſſe iurauerit, idẽ memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac ſatisfaciat. Si autem epiſcopum antedictum talem culpam commiſiſſe conſtiterit (quod abſit,)&c.*vt infra in cauſa monachorũ*. De perſona presbyteri, &c. *vt infra cauſa* [1]. Clericus aduerſus clericum. *Et infra eadem epiſtola* 54. *vndecimi libri*. [2]. De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter omnino, & contra leges eſſe actum,vt violenter de eccleſia traheretur, dum ſi quamlibet g iniuriam à quocumq; epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia, iniuriantem lex capitali h pœna percutiet, & ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum licentiam, vt huius legis ſeries loquitur Codicis lib.1. tit. 6. conſtitutione 10. [3] Si quis in hoc i genus ſacrilegij proruperit, vt in eccleſias catholicas irruens, ſacerdotibus,& miniſtris k, vel ipſi cultui, locoq; aliquid importet iniuriæ,&c. *& infra in eadem epiſtola* [4]. De perſona Stephani epiſcopi hoc attendendũ eſt:quia nec inuitus ad iudicium l trahi, nec ab epiſcopis alieni concilij debuit iudicari m.*& infra*.¶ Cõtra hæc ſi dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit nec patriarchã: dicendum eſt,quia à ſede Apoſtololica (quæ omnium eccleſiarum caput eſt) hæc cauſa audienda, ac dirimenda fuerat: ſicut & prædictus epiſcopus petiiſſe dinoſcitur, qui epiſcopos alieni concilij iudices habuit omnino ſuſpectos.Quia ergo ſententia non à ſuo iudice n dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor oſtendit libro Cod.7.&c *& infra*.¶ Quòd autem dicitur a ſeruis ſuis accuſatus,ſciẽdum eſt, quia audiri minime debuerunt.*& infra*.¶ Si vero de crimine o † maieſtatis dicitur accuſat°, nec ipſum de eo credendum fuit, ſi vita, vel opinio eius talis ante non extitit p.*& infra*.¶ Quod autem dicit idem epiſcopus, quia ſe abſente, aliqui ſint viliſſimi teſtes exhibiti: hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege noſcẽdum eſt.*& infra*.¶ Teſtes autem quales, vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt,plurimæ leges oſtendunt,quę pene nulli habentur incognitæ: quæ etiam ſanciunt, vt viliſſimis teſtibus ſine corporali q diſcuſſione credi nõ debeat. ¶ Quod autem dicitur, quia nihil ſcriptis iudicatum eſt,legendus eſt tit.44 libri 7.Codicis:quia ſcriptis debuit iudicari.Nam ibi inter alia dicitur,atque præcipitur,vt ſententia,quæ ſine ſcripto dicta fuerit,ne nomẽ quidem ſententiæ habere mereatur.

veł ſtabitur huic legi, cum ſit canonizata.11. diſt.c.1.

i ¶ *Si quis in hoc*.] j. 17. quæ.4. §. qui autem de eccleſia.

k ¶ *Et miniſtris*.] " Nota diligenter quòd in hoc caſu crimen ſacrilegij comparatur crimini læſæ maieſt.vt 17.quæ.4.ſi quis ſuadente.§. qui aũt. immo ſi laicus extrahatur de eccleſia, tale crimen comparatur crimini læſæ maieſtatis, vt C. de iis qui ad eccl.confug.l.2.

l ¶ *Ad iudicium*.] alienum.hoc patet per verba ſequentia,ſ.ab epiſcopis alienis,&c.

m ¶ *Iudicari*.] ergo comprouinciales epi ſunt iudices epiſcopi, vt 3.q 6.c.1.

n ¶ *A ſuo iudice*.] j.11. q.1.c.pe.C. ſi à nõ cõp. iud.l.vlt.

o ¶ *Crimine*.] no.quòd etiã in iſtis exceptis criminib.non oĩs admittitur ad accuſationem vel teſtimonium,niſi malæ famæ fuerit accuſatus, vt hic & j.ead. qu.7 §. accu.& extr.de teſt. veniens Si vero malæ famæ fuerit accuſatus, omnes admittuntur,vt extr.de ſi.tanta.& ext. de teſti. qm̃. niſi odio venerit ad accuſationem,vt extr.de ſi.licet Hely.& c.per tuas Alij dñt ſpãle eſſe in epõ. decret.tñ vi dicere, quòd contra eum ẽt qui fuit malæ famæ,non admittuntur criminoſi in exceptis criminibus cum criminaliter agitur, ſed vbi ciuiliter agitur, tunc admittuntur criminoſi contra regulares prælatos.ſed non contra ſæculares:ſed ſi ſunt emendati de crimine, tunc admittuntur contra eos de æquitate, non de rigore, vt extra de ſimon. per tuas.Ioan.

p ¶ *Non extitit*.] extra de præſum. mandata. & eo.ti. cum in iuuentute. ff. de ſuſp. tu. l.3. ff. ad l.Iul. maie. famoſi.28.diſtinct. quia ſunt culpæ. ff de re milit.l. non omnes e.

q ¶ *Corporali*.] j.q.5. illi qui.

" Crimen ſacrilegij & læſæ maieſta. quandoque cõparantur.

1 16 qu.6.ca. ſi epiſcoporum.

2 11. qu.1.de perſona, ex Gre. l. 12. epiſt.54.

3 l. ſi quis. C. de epiſc. & cler. Cod. Theodoſ. l. 16.tit 2.c.31

4 17. q 4. ſi quis ſuadente.

† Si vero dictum fuerit quòd ad hoc accuſat° eſt, quod ad maieſtatis crimen attinet] Orig.

e Et ſic not. quòd præſumitur ex vita præterita circa peccata, ſiue de pñti. extr de præſump.ſcribẽ. vbi de hoc. & 44.di.nulli. Arch.

a ¶ Exilio.] *In vulgatis ſequebatur* vel deportatione: *quæ verba ſublata ſunt,quia neque in vetuſtis Gratiani neque apud B.Greg. leguntur.*

b ¶ Si autem epiſcopi in præiu.] *Hæc uſque ad verſic.* Quod ſi forte,

addita ſunt ex epiſtola: quemadmodum & paulo inferius à uerbo, dilatione, uſque ad uerſ. Si autem epiſcopum, ut orationis curſus ſit expeditior. Nam Gratian. referebat ſe ad ſuperiora, in quibus habentur ſimilia hoc modo & c. ſupra de cauſa Ianuarij epiſcopi. Quorum autem capitum initia citantur ex inferior b. cauſis ea ſic relicta ſunt quemadmodum antea ſe habebant, ut modus citandi Gratiano uſitatus agnoſcatur.

Item Cod. lib. 7. tit. de ſent. ex breuic. rec. Imppp. Valentin. Valens, & Grat. AAA.

¶ Vltima ſententia debet de ſcripto proferri. C. VIII.

STatutis generalibus iuſſimus, vt vniuerſi iudices, quib⁹ reddendi iuris in prouinciis permiſimus facultatem, cognitis cauſis vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferant. Huic adiicimus ſanctioni, vt ſententia [a], quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur, nec ad reſciſſionē perperam decretorum, appellationis ſolennitas requiratur [b].

¶ *In duobus uetuſtis codicibus hoc & ſeq. caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregor. us in præcedenti capite manifeſte indicauerat.*

Item ex concilio apud S. Medardū. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus dixit.

¶ De eodem. C. IX.

LEgum eccleſiaſticarum cōſuetudo, & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant: adeo, vt qui ad ſacrum fontem [c] accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. Qui ad ſummum ſacerdotium prouehitur [d], decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem a ſuis ordinatoribus litteras accipere iubetur. Qui etiam ab eccleſiaſtica ſocietate [e] quolibet exceſſu diſcinditur, libelli † inſcriptione aut recipitur, aut eiicitur. Sed & [a] qui accuſatur, aut excommunicatur [f], ſeu recōciliatur, per ſcripturā accuſari, vel reconciliari iubetur. Et ſic in cæteris huiuſmodi in tantum ſcriptura depoſcitur, vt ſicut beatus Gregorius in commonitorio ad Ioannem [a] defenſorem ex Romanis legibus [3] ſumens ſcribit [Sententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur †.

[a] ¶ Sed & qui.] In orig. nal. eſt, ſed qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, vel reconciliari iubetur. Et ſic, &c.

Item Nicolaus Papa Girardo † Turonenſi Archiepiſcopo.

¶ Reſtituendus eſt, quem neque cōuictum, neque confeſſum conſtat eſſe eiectum. C. X.

[4] NOtū ſit tuæ fraternæ charitati, quòd iſte presbyter pauper, nomine Chriſtophorus de ſua anguſtia ad noſtram clementiā lacrymabiliter ſit conqueſtus: dicens ſe falſis criminibus impetitum, & ab eccleſia ſua non conuictum, neque confeſſum, irrationabiliter fuiſſe eiectum. Nam, vt ipſe refert, tua diligentia per tres [g] vices inquiſitione facta, nulla in ſe neque de fornicationis crimine, neque de homicidij cōſenſione [a] (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa, niſi [h] quia ſuæ paupertatis cauſa, quæ petebantur aut cōſentire noluit, aut implere non potuit. Quæ ſuus tamen æmulus vltroneus egit, qui iniuſte illius eccleſiam præripuit. Ideirco magnopere monemus [i] reuerentiam tuam, vt etiam quæ, te forte ignorante, gieziaca cupiditate peracta eſſe videntur, tuæ [k] fraternitatis cenſura celeri emendatione corrigantur: ſcilicet reſtituendo [l] eccleſiæ propriæ iam dictum ſacerdotem, atque ei reddendo tua pietate priſtinum, quem perdidit, honorem: & nullatenus canonica inſtituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & conſentientem [m] par pœna conſtringit.

[a] ¶ Conſenſione.] *Sic eſt emendatum ex pleriſque uetuſtis exemplaribus. Nam antea legebatur confeſſione. Ivo autem habet ſenſu.*

Item de libro conſtitutionum.

¶ Antequam cauſa probetur, aliquis excommunicari non debet. C. XI.

[5] NEmo epiſcopus, nemo preſbyter excommunicet [n] aliquem, antequā cauſa probetur [o], propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduerſus eam † excōicauerit aliquem: ille quidem, qui excommunicatus eſt, maioris ſacerdotis auctoritate [p] ad gratiam ſanctæ communionis redeat: is autem, qui non legitime excommunicauit, in tan-

[a] STatutis.] ¶ Vt ſententia.] Per hanc legem non poteſt Greg. probare, q in criminalibus cauſis debeat interuenire ſcriptura: quia lex illa tñ de ciuilibus cauſis loquitur. nam eps inter ſubditos ſuos ſine ſcriptura iudicat vt 11. q. 1. ſi quis cū clerico. & C. de ſen. ex breu. rec. auth. niſi. ſimiliter ſæcularis iudex in modicis cauſis, vt ibi dicitur, & in aut. de man. prin. §. ſi tibi. col. 3. & q partes illud mutuo conſenſu poſſunt remittere, vt C. de epiſc. & cle. auth. & generaliter. in fin. & C. de pri. eo. qui in ſa. pal. conſi. l. quoties in t. a. lib. 12. Dicas cum Greg. q in criminalibus cauſis requiritur ſcriptura, & etiam in ciuili. extr. de prob. qm contra. niſi in caſib. ſ. exceptis, & in cauſa dilapidationis, vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. neceſſitatem. coll. 2. lo.

b ¶ Requiratur.] tñ ſi appellauerit, vi q debeat proſequi appellationē, vt ext. de ſen. & re iu. ſententia. quia appellatio confirmat ſententiam, ff. rem ra. hab. l. 3. §. falſus. extr. de off. deleg. coram.

LEgum.] CASVS. Probat hic Hincmarus, q in cauſis geſtorum interuenire debet ſcriptura. nā baptizandus nomen ſuū debet in ſcriptis dare, & electio & ordinatio debet fieri cū ſcriptura, & ſimiliter excommunicatio & reconciliatio, & alia ſimilia, debent fieri cum ſcriptura.

c ¶ Fontem.] ĵ. de conſe. di. 4. baptizandi. 2.

d ¶ Prouehitur.] ſ. diſ. 61. eps dum fuerit.

e ¶ Societate.] vt hæreticus, vt ſ. 1. q. 7. quoties.

f ¶ Excommunicatur.] 11. q. 2. debent. & capit. curæ.

NOtum.] CASVS. Quidam presbyter nomine Chriſtophorus non conuictus, vel confeſſus de aliquo crimine iniuſte fuit ab eccleſia ſua expulſus, & alius loco eius ſubſtitutus: quia non potuit vel noluit dare, quod ſubſtitutus eius æmulus dedit cū trina facta fuerit contra eum inquiſitio, nec culpabilis eſt inuentus. vñ conqueſtus eſt Chriſtophorus Papæ. quare mandat epo, qui eum expoliauit, vt eū reſtituat, nec excuſatur ſi dicat ſe non facere, cum fieri permittat. Nam faciens & conſentiēs pari pœna puniuntur.

g ¶ Per tres.] not. ſæpius poſſe inquiri de eodem crimine.

h ¶ Niſi.] illud, niſi non ponitur hic exceptiue.

i ¶ Monemus.] per hoc verbum non præcipitur [a], vt ĵ. 28. q. 1. ſic enim. & ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. hæc verba. & 11. q. 3. rogo. & 3. q. 9. reuera. & 2. q. 7. ſicut inquit. in gl. 2.

k ¶ Tuæ.] remittitur hæc cauſa ad eū à quo appellatū eſt, nō vt ipſum iudicet, ſed vt ipſum reſtituat, & ſic non obſtat extr. de app. accepta.

l ¶ Reſtituendo.] cauſa prius cognita ne obſtet ĵ. 3. qu. 1. præſentium.

m ¶ Et conſent. entem.] hoc ideo dicit, quia ipſe eum non priuauerat, ſed alij de conſenſu ſuo. [a] Et hoc eſt notabile, q poteſt conueniri, non ſolum qui deiecit vel mandauit, vel ratum habuit, ſed etiam qui conſenſit. extr. de reſt. ſpo. cum ad ſedem. in fin. [a] Conſentire dicitur quis tribus modis, ſ. vt qui ad hoc cooperatur, vt in ſimonia. 1. quæ. 1. ſi quis epiſcopus. Et in inceſtu 3. q. 4. conſanguineorum. Item & in raptu virginis. 36. q. 2. de puellis. In rapina. 17. q. 4. oēs eccleſiæ. Item in iniuſta ſententia, vt ſ. ca. in primis. Secundo modo dr conſentire, cum non corrigit quos tenetur ex officio corrigere, vt 83. diſtinct. c. 1. & 2. & 86. diſ. inferiorū. Tertio modo dr conſentire, cum defendit peccantem, vel qñ ſua auctoritate delinquitur. 11. quæſt. 3. qui conſentit. 24. qu. 3. qui aliorum. & talis magis eſt puniēdus, quā ipſe faciens, vt ibi dicitur. lo.

NEmo.] CASVS. ſtatuitur in hoc ca. q nullus debet iniuſte & ſine cauſa interueniente ab epiſcopo, vel archipresbytero excōicari: quod ſi factum fuerit, iniuſte excommunicatus abſoluatur a maiori, & iniuſte excommunicans punietur ſuperioris arbitrio pœna conſimili.

n ¶ Excommunicet.] Arg. [a] quòd ſimplex ſacerdos habet poteſtatem excommunicandi, vt extra de off. ord. cum ab eccleſiarum [b]. & & ca. ſi ſacerdos. & de ae. reprehenſibili. & extr. de eo qui fur. or. re. c. 1. Nam quilibet ſacerdos habet claues ligandi, vt ĵ. ead. q. 7. §. item cum Dauid. & 11. q. 3. quomodo. Itē quia de cauſis poſſunt cognoſcere, vt extra de iud. cap. 2. & ext. de immu. eccl. non minus. & etiam de matrimonialibus cauſis. extra de ſen. & re iu. tenor. in prin. in parte deciſa. Cum ergo excommunicatio ſit potius iuriſdictionis quā ordinis, vt extr. de elect. tranſmiſſam. & talēs minores prælati habent iuriſdictionem, vt dictum eſt, ergo poſſūt excōmunicare. Sed contra, excommunicatio eſt mucro epiſcopalis. 16. quæ. 2. viſis. [a] Item excommunicatio dicitur maxima pœna, vt 24. quæſt. 3. corripiantur. Præterea archidiaconi modicam habent iuriſdictionē, vt extra de of. arc. ca. 1. & vlt. ergo multo fortius ſimplices ſacerdotes. Sol. vbi conſuetudo eſt ibi bene poſſunt excommunicare. conſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt 9. qu. 3. conqueſtus. in fi. De hac materia inuenies 11. q. 1. de perſona. Ioan. Probabiliter poteſt dici quòd eccleſiarum prælati de iure communi poſſunt excommunicare. vt extra de off. ord. cum ab eccleſiarum. licet epiſcopi iam præſcripſerunt contra multos prælatos. Ber.

o ¶ Cauſa probetur.] ĵ. 11. q. 3. nemo epiſcoporum.

p ¶ Maioris ſacerdotis auctoritate.] cum diſtinct. 11. q. 3. ſi epiſcopus. forte notatum ibi inuenies. & extra de ſen. excom. ſacro.

[Marginal notes:]

[1] extr. de lib. obl. c. 1. Burchar. l. 2. c. 197. Iuo p. 6. c. 169.

† libelli inſcriptione] Orig.

[2] ſupra. ca. in primis.

[3] C. lib. 7. tit. 44.

† mereatur] Orig.

[a] Tamen iuriſdō datur. extr. de teſt. cap. 1. de hoc etiam ĵ. ea. qu. 7. ſicut ſed hic tenetur præcepi uc. A.

[a] ſpoliationis ratione quis conueniatur.]

[a] Conſentit quis tripliciter.

† al. Ardu. do.

[4] Iuo par. 6. c. 429.

[a] Excommunicare pot ſimplex presbyter.

b Vbi ď hoc & ext ď ſen. exc. nup. §. [illegible] 9. q. 1. qui mutuo.

[5] Apud Iulianū Antecesſorē nouel. 123. c. 15. 24. q. 3. ď illicita. Iuo pars 5. c. 371. & p. 14. c. 42.

† al. ea.

[a] Excōicatio eſt maxima pœna.

rum abſtineat tempus ſacroſancta communione, quantum maiori ſacerdoti viſum fuerit: vt quod iniuſte fecit, ipſe iuſte patiatur.

Item Auguſtinus in epiſtol. 137. ad clerum, & vniuerſam plebem Hypponenſem.

¶ Incerta, & dubia iudicari non poſſunt. C. XII.

NOmen presbyteri propterea nō auſus ſum de numero collegarum eius vel ſupprimere [a], vel delere, ne diuinæ poteſtati, ſub cuius examine cauſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellem iudicio præuenire: quod nec in negotiis ſæcularibus iudices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pendente relatione [b] aliquid audeant commutare. Et in epiſcoporum concilio conſtitutum eſt, nullum clericum, qui nondum conuictus ſit, ſuſpendi [c] à communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non præſentauerit.

Item Melchiades Papa epiſcopis Hiſpaniæ.

¶ Nec ſuſpicionis arbitrio nec ante verum, & iuſtum iudicium aliquis condemnetur. C. XIII.

PRimo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia, & veritate † definiatis, neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium: nullum ſuſpicionis [d] arbitrio iudicetis: ſed primum probate, & poſtea charitatiuam proferte ſententiam: & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

Item ff. libro 48. tit. de accuſationibus, & inſcriptionibus, l. Qui accuſare [3].

¶ Qui ab accuſatione prohibeantur, & qui recipiantur. C. XIIII.

PRohibentur accuſare alij propter ſexū, vel ætatem, vt mulier, vt pupillus. Alij propter ſacramentum [e], vt qui ſtipendium merent. Alij propter magiſtratum [f] poteſtatemve: in qua agentes ſine fraude [g] in ius vocari † nō poſſunt. Alij propter delictum proprium, vt infames. Alij propter turpem quæſtum [h], vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummosve [i] ob accuſandū, vel non accuſandum acceperint. Alij propter conditionem ſuam, vt liberti † contra patronos. Alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium [k] ſubornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem [l], vt ſunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, ſi ſuam iniuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excludūtur. Liberi, libertique non ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarū gratia de facto parentum, patronorumve queri, puta † ſi dicant, vi ſe de poſſeſſione [m] ab his expulſos: ſcilicet non vt crimen [n] vis eis intendant, ſed vt poſſeſſionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitū ab ea partum, quo magis coheredem haberet: ſed eam ream lege Cornelia facere permiſſum ei non eſt. † Ab alio delatū alius deferre non poteſt [o]: ſed eum, qui abolitione publica [p], vel priuata interueniente, aut deſiſtente accuſatore de reis exemptus eſt, alius deferre non prohibetur. ¶ Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonā [q] pertinentem audiri à præfecto annonæ deferentem Diui Verus † & Antonius reſcripſerunt. Famoſi quoque accuſantes ſine vlla dubita-

NOmen.] CASVS. Quidam presbyter fuerat accuſatus, & etiam infamatus. Vnde clerus illius loci rogat Auguſtinum, vt eum excommunicaret vel deponeret. Reſpondet Aug. dicens, quòd nō poteſt, nec eſt auſus eum ſupprimere de tabula clericorum, cum occultum ſit eius delictum, & Dei iudicio reſeruetur, cui faceret iniuriam ſi eius iudicium præueniret. Nam & iudices ſæculares hoc faciunt, iudicio pendente nihil immutant. Et præterea in concilio factum eſt ſtatutum neminem debere excommunicari nondum conuictum, niſi ipſe fuerit contumax.

1 Ino. par. 6. c. 388.

a ¶ *Vel ſupprimere.*] nomina excommunicatorum tempore excōmunicationis ſupprimebantur in matricula, ſed nomina depoſitorum radebantur. ſic 50 diſt. contumaces.

b ¶ *Relatione.*] ſi. extr. de of. dele. licet. ex eo etiam quod iudex dicit ſe velle referre, non poteſt amplius cognoſcere. C. de ap. ex illo. & ext. de off. del. cum ſuper. quod intelligo ſi relatio fuerit a partibus approbata, vt C. de rela. l. 2.

c ¶ *Suſpendi.*] niſi ſit infamatus j. e. quæſt 5. presbyter.

PRimo ſemper.] CASVS. Quicumque vult ſententiam ferre, debet primo cauſam & omnia diligenter inquirere, quib. peractis ſententiam ferre debet non ſuſpicionis arbitrio: ne alteri faciat quòd ſibi nō vult fieri.

2 Pol. l. 1. tit. 8. Pan. l. 4. ti. 11. 15.

† al. charitate.

d ¶ *Suſpicionis.*] "Triplex eſt ſuſpicio. Temeraria de qua hic dicitur: quæ expurgationem non inducit. Probabilis, quæ expurgationem inducit, vt j. q. 5. presbyter. Violenta, quæ ad condemnationem ſufficit, vt 32. q. 1. dixit Dominus [a]. Tamen quoque violenta ſuſpicio vel præſumptio nō ſufficit ad condemnationem, vt extra de teſti. cog. præterea. extr. de præſum. litteras. in fi. [b]

" Suſpicio eſt triplex.

Tob. 4.

a Ext. de præſum. c. 2.

3 tit. 2. le. 8.

b Vbi de hoc & 6. qu. 1. omnes. Arc.

PRohibentur.] Lex incipit, qui accuſare poſſunt.

CASVS. Hic enumerantur nouem perſonæ, quæ propter nouem cauſas ab accuſatione prohibentur, vt mulier, pupillus, &c. niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. Et hic oſtendit Gratianus qualiter in accuſationibus ordo iudiciarius ſit ſeruandus.

e ¶ *Propter ſacramentum.*] quod præſtant, ſ. ſe non euitaturos mortem propter ſalutem reipublicæ [c]. Milites enim noſtros magis volumus ſcire arma quam iura, vel leges, vt C. de iu. delib. l. ſcimus. C. loc. militeſ.

c Iſti nō admittebantur ad accuſationē, ne ob hoc impediti vtilitatem reipu. prætermitterent: & propter hoc periuriū incurrent.

f ¶ *Magiſtratum.*] ſed contra 3. 1. q. 1. in illa l. iubemus. Sed illud cū delinquit iudex in adminiſtratione ſua, vt tunc poſsit conueniri [d], vt in auth. vt iud. ſine quoq. ſuffr. §. illud. Vel hic loquitur de eo qui ante adminiſtrationem deliquit. Vel ibi de minoribus iudicibus, hic de maioribus, vt ff. de mu. nec magiſtratib. tamen etiam maiores iudices præſtabunt cautionem ſtandi iuri poſt depoſitam adminiſtrationem, vt ff. de adul. l. adulterium. §. vlt.

d Adde de hoc late per Pe. de Bel. pe. & Cyn. in l. aduerſus. C. de a im tut.

g ¶ *Sine fraude.*] id eſt, ſine pœna.

h ¶ *Quæſtum.*] id eſt, quæſtus ſuſpicionem. Qui enim duos cœperit accuſare, ſi vult tertiū accuſare, præſumitur quòd hoc cauſa quæſtus faciat. Sed huic eſt contra. ff. de ac. l. hos accuſare. §. lege Iulia. vbi dicitur quod nemo poteſt duos ſimul accuſare, niſi ſuam vel ſuorū iniuriam proſequatur. "Sed dic quòd in diuerſis libellis poſſunt duo accuſari, ſed tertius non poteſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt hic dicitur, & C. qui acc. non poſ. l. cum rationibus. ſed in vno libello non poteſt duos accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt in illa l. hos accuſare. niſi cum crimen commune eſt, vt ff. de adult. qui pupillã. §. 1. ſed in crimine adulterij non poſſunt duo ſimul accuſari. C. de adul. reos.

" Accuſare ſimul plures, an liceat vnũ.

i ¶ *Nummosve.*] " Accuſatori licet nobis dare pecuniam in cauſa ſanguinis, ſed qui dat pecuniam & non in cauſa ſanguinis, pro conuicto habetur, vt j. quæſt. 3. §. prænaricator. verſi. in omnibus. cauſis. ſed non licet accuſanti recipere, vt 3. 1. qu. 1. concuſsionis. tamen poſt finitam accuſationem, quandoque remuneratur accuſator, vt 2. 79. diſ. ſi quis Papa. & j. 3. qu. 5. accuſatores, 6. qu. 1. ſi quis cū. verſi. fatis ſi quis.

"Accuſatori in cauſa ſanguinis licet pecuniã dare.

† al. euocari.

i ¶ *Qui falſum teſt. monium.*] illi repelluntur, licet non ſint infames, vt extra de ord. cogn. cum dilectus. in fi.

† al liberti.

k ¶ *Paupertatem.*] " propter hoc repelluntur teſtes, vt 4. qu. 3. teſtium. dum tamen ratione paupertatis ſit ſuſpectus, vt inſtit. de ſuſp. tu. §. vlt. paupertas enim non eſt de numero malorum. 15. q. 1. illa in fi.

lege. 9.

lege. 10.

lege. 11.

" Paupertas quandoq; repellit à teſtimonio.

m ¶ *Poſſeſſione.*] non tamen ab eis poſſunt repetere poſſeſſionem per interdictum vnde vi [e]. licet enim nullum interdictum infamet, tamen diminuit & ſugillat opinionem eius contra quem proponitur, vt ff. de obſe. l. 2. nec etiam in integrum reſtitutio petitur contra parentes vel patronos, vt C. qui & aduerſ. quos in integ. reſt. l. vlt.

† al. veluti.

e Verum eſt quòd contra eos non datur interdictũ vnde vi, niſi eſſet vis armata, quia tunc bene datur. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. interdictũ.

n ¶ *Non vt crimen.*] niſi atrocem iniuriam feciſſent, vel niſi nomine alieno conueniantur, vt ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. pen. & vlt. & 12. q. 2. § qui manumittitur. Aliás non poteſt agere pro iniuria contra tales perſonas, vt ff. de iniur. non ſolum. §. quamquam.

lege. 13.

† al. Seuerus repoſita hic ſunt aliquot verba ex Pãdectis Flor.

AB ALTO. CASVS. Dicitur hic, quòd accuſatus durante accuſatione illa ab alio accuſari non poteſt, niſi abolitio interueniat, vel accuſator ab accuſatione deſiſtat, & hoc in prima parte. In ſecūda parte dicitur, quòd propter vtilitatem publicam quidam admittuntur ad accuſationem fraudatæ annonæ, qui alias non admitterentur. vt mulier, infames, milites, & ſerui ſecunda pars incipit ibi, *Mulierem.*

" abolitio fit tripliciter.

o ¶ *Nec poteſt.*] ſiue enim quis ſit condemnatus, ſiue abſolutus, tamen ſuper eodem crimine ſæpius agi non poteſt, vt extra de accuſat. de his.

p ¶ *Abolitione publica.*] " Triplicitet fit abolitio, aut publice ob diem inſignem, vel ob rem proſpere geſtam [f]: aut priuatim accuſatore petente: aut ex lege quando accuſator deſiſtit, vel mortuus eſt [g]. In publica abolitione poteſt accuſator repetere reum finitis feriis, intra triginta dies, vt ff. ad Turpil. ſi quis. & l. ſequen. Sed in aliis duabus non admittitur ille qui deſiſtit, vt ff. ad Turpil. qui deſiſtit. Sed alius bene admittitur intra triginta dies infra ead. quæſt. vltima, in fine.

f Vt puta nato filio principi, vel deuicta ciuitate & pp hoc feriæ repētinæ indicuntur à principe: & de repentinis. feriis eſt tantū intelligēdũ.

g & tunc ſua auctoritate pōt accuſator petere reum deſiſtere. Arc.

q ¶ *Ad annonam.*] cum hoc crimen, ſcilicet fraudatæ annonæ, ponatur inter excepta crimina, & illud crimen æquiparetur crimini dilapidationis, videtur quòd ibi quilibet admittatur. Nam & fœmina cuius non intereſt, ſi pietate ducitur, admittitur ad crimen ſuſpecti tutoris. inſtit. de ſuſpect. tut. §. conſequens. Nec in hoc crimine tenetur quis inſcribere, vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitatem. collat. 2.

g Addo ad hãc gl. not. per Pe & Cy. l. 1. ff de abo. & in l. 3 ge. ab.

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, quòd in notoriis non obſeruatur ordo iuris, nec accuſator eſt neceſſarius. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd in cauſis criminalib. ſemper eſt ordo iudiciarius obſeruandus, niſi ſint crimina manifeſta, in quibus ordo iudiciari⁹ nõ ſeruatur & hoc probatur trib. cap. ſeq. & appellat hic Gratia. manifeſtum. i. notorium.

¶ Caſus ſeq. cap. patet, & ideo poſitione non indiget.

tione admittuntur. Milites quoque, qui cauſas alienas deferre nõ poſſunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accuſationem admittendi ſunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

2 His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quòd nullus eſt condemnandus, niſi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum ſe ipſe confiteatur. Verum hæc de illis intelligenda ſunt, quorum crimina ſunt occulta: ceterum, quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt.

Vnde Ambroſius.

¶ Sine accuſatione, manifeſta iudicentur. C. XV.

MAnifeſta a, accuſatione non indigent.

¶ *Ivo in epiſtola ad Hugonem quæ incipit*, Litteras v.P. *ſic ait*: Manifeſta autem, accuſatione non indigere teſtatur beatus Ambroſius ſuper epiſtolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cũ nouerca [Iudicis non eſt, &c. *vt j. c. de manifeſta.*

Item Nicolaus Papa Ludouico Regi in epiſtola, quæ incipit [Syllabarum.]

¶ De eodem. C. XVI.

b QVæ Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore non indigens. Manifeſta b quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.

a Sumptum eſt ex epiſtola, quæ habetur in codice ſæpe memorato monaſterij Dominicanorum in qua hæc præcedunt: Accuſatorem autem habere Lotharium non niſi illum, qui accuſator fratrum in Apocalypſi appellatur & opera eius, quæ ipſa eiuſdem antiqui hoſtis inſtinctu patrantur, profecto competimus. Quæ vero Lotharius Rex, &c.

In manifeſtis enim calliditate accuſantium non opprimitur reus, nec tergiuerſatione proprium crimen celatur, cum culpa ſua oculis omnium ſponte ſe ingerat: atque ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur: qui ideo inſtitutus eſt, vt nec innocentia inſidijs pateret aduerſantium, nec culpa delinquentium ſententiã effugeret iuſti examinis.

Vnde Stephanus Papa V. Leoni epiſcopo Theanenſi b.

¶ *Extat integra hæc epiſtola in collectione canonum ſine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.*

¶ Ordinem iudiciarium manifeſta non deſiderat cauſa. C. XVII.

3 DE manifeſta & nota pluribus c cauſa non ſunt quærendi teſtes, vt ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Corinthios dixit, de fornicatore ſententiam exponens Apoſtoli. [Iudicis, inquit, non eſt ſine accuſatore d dãnare: quia & dominus Iudam, cum fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, minime abiecit. [Vt tolleretur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere iſto pellendum illum fuiſſe de cœtu fraternitatis Apoſtolus cenſuit. Omnes e enim crimen eius ſciebãt f, & non arguebant. Publice enim nouercam ſuam loco vxoris habebat. In qua re neque teſtibus opus erat: neq; tergiuerſatione g aliqua poterat tegi crimen.] & paulo poſt. [Abſens facie, præſens autem auctoritate ſpiritus, qui nuſquam abeſt, iam iudicaui h, vt præſens eum, qui hoc admiſit 4 tradi ſatanæ in interitum carnis.]

3 Sed ſciendum eſt, quòd eorum, quæ manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita alijs, alia ſunt manifeſta alijs, & occulta iudici, quædam vero ſunt nota iudici, & alijs. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione fieri non poſſunt: quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittitur. In vna enim eademque cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iudex.

a MAnifeſta.] De notorio loquimur, & quid ſit notoriũ, ignoramus. Scias ergo, quòd aliud eſt fama, aliud manifeſtum, aliud notorium. Fama qñq; ex ſciẽtia, qñque ex ſuſpicione procedit, qñque ex certo, qñque ex incerto auctore, vt de conſ. di. 4. ſanctum. in fin. Manifeſtum eſt quod ſp ex ſcientia & ex certo auctore pcedit, & quod poteſt probari 1, vt ff. de geſt. hæredes palam. Item etiam qñque dicitur occultũ, quod poteſt probari. C. de app. eos. §. 1. & occultum dicitur quod quinque ſciunt, vt de pœ. di. 1. §. hæc ergo ſecreta. Item notorium dicitur manifeſtũ, quod patet vel per confeſſionem, vel per probationem, vel per euidentiam rei, vt ext. de ver. ſig. cum olim. Notorium triplex eſt. eſt enim notorium facti, notorium iuris, & notorium præſumptionis. Notorium facti eſt, quod exhibet & offert ſe oculis omnium, i. quod ita habet facti euidentiam, ꝙ non poteſt negari, ſupple probabiliter, vt extra de coha. cle. tua. & extr. eod. tit. veſtra. in tali non auditur appellans. extr. de ap. cum ſit Romana. & c. preterea. & c. peruenit. & creditur ſimplici aſſertioni officialis, vt 4. q. 4. §. aliquando. Nec requiritur hic ſcientia omnium, ſed plurium, vt j. c. de manifeſta. Eſt autem quoddam factum continuum ſiue permanens b, quoddam interpolatum, quoddã ſtatim trãſiens. In notorio facti cõtinui null⁹ ordo iuris exigitur, vt in decret. tua in notorio facti interpolati ſemiplena probatio requiritur, vt extr. de vſur. cum in diœceſi. Notorium actu non permanens probabiliter poteſt negari, vt ext. de ſort. ex tuarum. Notorium iuris eſt de quo aliquis eſt condemnatus vel confeſſus, tamen in hoc notorio quandoque contra negantem ſe eſſe conuictum requiritur probatio, vt ext. de ſen. & re iu. ſicut. Item quandoque non ſufficit, quòd quis ſit confeſſus niſi ſit confeſſus & conuictus, vt j. c. q. 6. § ſunt etiam quorum. verſ. in occultis. Notorium præſumptum eſt, vt ſi aliquis publice habitus eſt pro filio alicuius, ibi non requiritur aliquis ordo iuris, vt extr. de ſi preſb. Michael. & c. quoniam hoc enim quòd aliquis ſit alterius filius, non poteſt vere probari, vt ff. de cond. & dem. Lucius. ſed potius per præſumptiones.

1 Idem Alex. in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſa. co. & tex in l. ea quidem C. de accuſ.

2 Anſel. l. 11. c. 35.

Gal. 5.

b Puta ſi ep̃s ſine licentia Papæ tranſit ad aliam eccleſiã. extr. de ele. bonæ. 1. & de tranſl. quanto. Arc.

QVæ Lotharius Rex.] CASVS. Lotharius Thebergam vxorem ſuam legitimam abiecit, & Gualdradam pellicem accepit, & publice tenuit. De hoc Nicolaus Papa ſcribit Carolo Regi dicens, ꝙ ſcelus nepotis ſui accuſatione non indiget, cum ſit manifeſtum, nec poteſt quis conqueri eum iniuſte damnatum.

b ¶ Manifeſta.] j. 11. q. 3 eorum. contra. Sed ibi, non erat notorium ſed manifeſtum, & ſic non obſtat, 3. qu 5 quia ſuſpecti. Etiam ſi ſit notorium tamen nihilominus hæc citatio forte c eſt facienda d, j. eau. §. quando. 24. q. 3. de illicita. & j. ead Deus omnipotens. & ſententia ferenda eſt, vt extra de ap. cum ſit Romana. in fin. ſed neque probatio, neque purgatio eſt requirenda, vt j. ea. Deus omnipotens. & extr. de pur. can. cum dilectus. ſit tamen probatio quandoque ex abundanti. extra de elect. bonæ. 1. & ff. de ma. cauſam. in princ. & 24. qu. 1 pudenda. in fi. nihil enim tam indubitatum eſt, quin ſolicitam dubitationem admittat, vt in auth. de tabel. in med. coll. 4.

c pro illo forte facit q̃d not. Vin & Ber. extr. de diuor. porro.

d Concord. tex. in l 3 §. ſi ad diem ff. de re mi no. Bal in l cum fratrem. C. de his qui vt indi.

IN MANIFESTIS. CASVS. Docet hic Grat. ꝙ crimen dicatur manifeſtum, ſ. quod negari non poteſt: cum ſe ingerat oculis omnium: in quo ordo iudiciarius non requiritur, qui inuentus eſt, vt innocẽtia non damnetur, & delinquentis culpa puniatur.

DE manifeſta.] CASVS. Stephanus in hoc cap. inducit auctoritatem Ambr. exponentis ſententiam Apoſtoli de Corinthio fornicatore, quæ talis eſt, ꝙ iudex non debet aliquem ſine accuſatore damnare. Vnde Dominus Iudam furem non cõdemnauit, quia accuſatus non fuit. Sed hoc verum eſt cum eſt occultum crimen: ſed ſi crimen eſt adeo manifeſtum, ꝙ negari non poſſit, quale fuit crimen Corinthi: non eſt opus teſtibus, vel accuſatore: & hoc ideo quia omnes crimen eius ſciebant. Ideo Apoſtolus tradidit eum abſentem Satanæ, vt ſpiritus eius ſalu⁹ fiat.

c ¶ Pluribus.] ergo non requiritur omnium ſciẽtia. forte ſufficiunt x. vt 10. qu. 3. vnio. iudici tamen debet eſſe notum 23. qu. 4. cum quiſque. Vnde poteſt contingere, ꝙ aliquid eſt notorium apud delegatum, quod non eſt notorium apud delegantem. & ſi cauſa audiretur coram delegante, ille procederet ſecundum ordinem iuris. ſed delegatus non. vt extra de pur. can. cũ dilectus. Idem eſt in inquiſitione. Poteſt enim eſſe, quòd delegans poſſit inquirere de crimine alicuius, ſi apud eum eſt infamatus: ſed delegatus non. extra de acc. cum oporteat.

a Vide ĩ. ca. manifeſta.

3 Iuo p. 6. c. 431. Pan. l. 4. c. 117. Amb. ad cap 5. 1. Cor. 23. q. 4. ſi quis.

4 Concor. in ſim. glo. in l. ſed interpellatur. §. 1. ff. de arb. Bal. ſ l. 1. C. qui ad. ad bo. poſ.

d ¶ Sine accuſatore.] not. quòd nemo eſt condemnandus ſine accuſatore, vt ff. de iniu. & ho. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. a ſed fallit in charta ſuſpecta, cui fides non fit. C. de prob. iubemus. & cum teſtis fraudulenter, & procaciter reſpondet. C. de teſt. nullus. & in tutore ſuſpecto. ff. de ſuſp. tu. l. 3. § 1. & 3 q 2. quia ea. & quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. ff. de adul. l. 2. §. ſi publico. & quando calumniator punitur. C. de calum. l. 1. Additur 6. caſus quando crimen probatur per inquiſitionem. extra de ac. qualiter & quãdo. Item 7. cum deficit reus in purgatione. extra de ſimon. de hoc 8. in notoriis, vt hic.

e ¶ Omnes.] ſcilicet Corinthij.

f ¶ Sciebant.] eo quòd publice in domo ſua videbant eam, & ſic extra de cohab. cler. & mul. tua. C. de Iudæ. l. ne quis.

g ¶ Tergiuerſatione.] id eſt, diſſimulatione.

h ¶ Iudicaui.] ergo abſens excommunicatur, vt extra de ap. cum ſit Romana. in fi. & extra de ſim accuſatum. Sed nunquid abſens abſoluitur e arg. quòd ſic. j. ea qu. 5. quanto. arg. contra de ſen. exc. à nobis. in fin. vbi certa forma abſolutionis exprimitur? Reſp. ſic f, non eſt abſoluendus. ſi tamen taliter abſoluitur. tenet abſolutio. vt extr. de reg. iur. omnis res. 30. q 5. § ſed obiicitur.

a Cõdemnatur quis aliquando ſine accuſatore.

e de mẽia h⁹ glo. no in l. abſentem. ff. de pœ. & a l abſentem. C de proc.

f Et ſecundũ formã iuris decr. à nobis Arc.

SED SCIENDVM. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua probat, quòd ſi qua ſunt nota tantum iudici, ſcilicet tanquam homini: non debet ſine examinatione ſententia ferri, & hoc probat duobus c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit Grat. quòd eorum quæ ſunt manifeſta, alia ſunt manifeſta iudici tantum, alia iudici & alijs. In iis quæ ſunt nota iudici tantum, iudex accuſator eſſe non debet: quia idem non debet eſſe accuſator & iudex. & hoc probatur ſeq. c.

Mult

Multi corriguntur.] CASVS. Cap. iſtud diuiditur in tres partes. In 1. parte dr, quòd multi corriguntur, & propter ſcandalū multi tolerantur: multi autem neſciuntur eſſe criminoſi, qui diuino iudicio reſeruantur. In 2. parte, quæ incip. ibi, *Nos vero.* dr, q nos non debemus aliquem à communione repellere, niſi ſponte confeſſum, aut in iudicio accuſatum, & conuictum. Si enim (ſicut dicit Apoſtolus) vellemus oēs cū cultos peccatores vitare, non oportere de hoc mundo exire, qui tales docet tolerādos vſque ad vltimum ventilabrum, vt poſſimus eos lucrifacere Chriſto, nec vitandos niſi eſſent per ſententiam nominati, & ſic docet eos tm̄ iudicio eccleſiæ condemnandos, nō arbitrio ſuſpicantis, ſed ordine ſeruato. Hoc idem probatur exemplo Domini, qui comedit cum publicanis, & peccatorib. inquiens, non eſt medicus neceſſarius ſanis, ſed male habentibus. In 3. parte quæ incipit, *Non ergo*, dr, q illi qui hortantur ad pœnitentiam, non debent gaudere eo q multos habeant ſocios ad ſupplicium: quia non minus ardebunt, &c.

1 Sede. 1. Co rint. 5. — a Anſel. l. 3. c. 70. Polyc. l. 7. tit. 7. — 1. Cor. 4.

a ¶ *Non poſſumus.*] nominatim, ſed in genere, vt 5. qu. 1. quidam. extra de off. ord. ſi ſacerdos.

1. Cor. 5.

ADDITIO. Et dicas, nō poſſumus de iure, id eſt, nō debemus. H. tū id poſſumus, qđ de iure poſſumus.

b ¶ *Quamuis.*] interpoſitio eſt.

c ¶ *Mortalis.*] antecēdēptū. 24. q. 3. notādum.

d ¶ *Medicinalis.*] vt ſpiritus eius ſaluus fiat, 11. qu. 3. audi. niſi ſit incorrigibilis, vt 11. qu. 3. nemo epiſcoporum. & ꝟ. 24. qu. 3. corripiantur. & c. notādū in fin.

11 q. 4. cap. Infideles.

Matth. 9. 1. Cor. 5.

e ¶ *Seculari.*] i. de reb. ſæcularibus, vel loquitur de laico e, quaſi dicat laicum conuictum coram ſæculari, clericum coram eccleſiaſtico, vitare poſſumus vt reddamus ſingula ſingulis, & ſic non eſt contra extr. de iud. at ſi clerici. arg. huius ca. " videtur, q clericus de crimine ciuiliter conuictus infametur per ſententiam latam in ipſum à laico per reconuentionem, vt 6. q. 1. beatus Petrus & ca. infames. arg. extr. de teſti. decetero. & 3. q. 5. de accuſatoribus, 35. q. 3. coniunctiones. 3. qu. 8. cuius. immo ſi coram quocumque in modum exceptionis probatur crimen, cogetur ad pœnitentiam. nam vndecumque claruerint crimina, & c. 24. q. 3. ecce. nam & iudicium hæreticorum certificat eccleſiam, vt ꝟ. 24. q. 1. quiſquis & c. ſubdiaconus. & in authen. de ſan. epiſ. § ſi vero crimen. col. 9. & ſententia in vno iudicio lata, fidem facit in alio b. ff. de iureiur. ſi duo. C. de li. cau. iubemus Ioā. hoc verum eſt inter eaſdem perſonas, quia res inter alios acta, & c. ext. de re iud. quamuis. cum ſi. B. Similiter fit fides ſæculari iudici per iudicem eccleſiaſticum, vt 11. q. 1. ſtatuimus. & hoc ſatis pōt admitti. Iudex tñ eccleſiaſticus nō pt clericum ratione illius ſententiæ punire quaſi conuictum, ſi tñ infamia crebreſcit, ex tali ſententia poteſt eſ ipſum cogere ad purgationem, in qua ſi defecerit, punjatur, vt extr. de ſi. de hoc. nec teſtes purgationis ſunt cōtrarij priorib. teſtibus: quia iſti iurāt de credulitate, & illi de ſciētia: & bñ pt eſſe, q iſti credant eum innocentem, & illi ſciant eum nocentem. nec obeſt ei illa ſententia quo ad beneficium, vel quo ad ordiné. ext. de excep. denique. de ord. cog. cum dilectus. in fi. Sed forte pt ipſum cogere ad pœnitentiam. nā et in cauſa correctionis tenuis probatio, & ſcientia ſufficit, vt extr. de ſponſ. præterea. 32. qu. 5. hoc vi. immo ſufficit vnus teſtis quo ad ſententiam medicinalē animæ, vt extr. de teſt. co. peruenit. de conſe. di. 4. cū itaque. ex. de cōſan. & aff. ſuper eo. & extr. de teſt. ſuper eo.

e Laico. Idē Pan. in d. ca. at ſi clerici.

o ſententia ſuper crimine in clericū lata in cauſa reconuentionis per iudicem ſæcularem, ad ipſū infamet.

b ſc. à dependenti à primo iudicio. nō facit niſi præſumptionē, & ſic intelli guntur iſtæ leges infra. p. 02. a leg. Are.

Vnde Auguſtinus in homilia de pœnitentia (quæ eſt 50.) cap. 12.

¶ Quando aliqui ſunt corrigendi, quando tolerandi. C. XVIII.

a Multi corrigūtur, vt Petrus: multi tolerātur, vt Iudas: multi neſciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcōdita tenebrarū *& infra.* ¶ Nos vero à cōmunione prohibere quemquam nō poſſumus a (quamuis b hæc prohibitio nondum ſit mortalis c, ſed medicinalis d) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo, ſiue ſæculari e ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum, atque conuictum. Quis enim ſibi vtrumq; audeat aſſumere, vt cuiquam ipſe ſit & accuſator f & iudex? Cuiuſmodi regulam etiam Paul apoſtolus in eadem ad Corinthios epiſtola breuiter inſinuaſſe intelligitur, cum quibuſdam commemoratis criminibus, eccleſiaſtici iudicij formam ad omnia ſimilia g ex quibuſdam daret. Ait enim [Scripſi vobis in epiſtola nō cōmiſceri fornicariis h. Non vtique fornicariis i huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.] Non enim poſſunt homines in hoc mundo viuētes, niſi cū talibus viuere: nec eos poſſunt lucrifacere Chriſto, ſi eorum colloquium conuictūmq; vitauerint. Vnde & Dominus cū publicanis, & peccatoribus comedens, [Non eſt opus, inquit, ſanis medicus, ſed male habētib9. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.] Et ideo ſequitur Apoſtolus, & adiungit. [Nunc ſcripſi vobis non commiſceri. Si quis k frater nominatur l in vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledic9, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec quidem cibum ſimul ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris m ſunt iudicare n? Nonne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum à vobis ipſis] Quibus verbis ſatis oſtendit nō temere, aut quomodolibet, ſed per iudiciū auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione: vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius, ne peruersè malos quiſq; † euitando, ab eccleſia ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehennam. Quia & ad hoc nobis ſunt in ſcripturis ſanctis exēpla propoſita: velut in meſſe, vt palea ſufferatur vſque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſque ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, id eſt, in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id, quod alio loco dicit Apoſtolus [Tu qui es qui iudicas alienū ſeruum? ſuo Domino ſtat aut cadit.] Noluit enim hominē ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis o, vel etiam extraordinario p vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c.] niſi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine iudiciario, atq; integritate profertur? Nam ſi nominatio q ſola ſufficit: multi damnandi ſunt innocētes, quia ſæpe falſo in † quoquam crimina nominantur. ¶ Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium: nec gaudeant, quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

Idem ſermone 16. de verbis Domini.

¶ Peccatum, quod tantum iudici notū eſt, ab eo damnari non valet. C. XIX.

Si peccauerit, inquit, in

† ſ. quoſq;. — † al. mittat.

Matth. 5. — Ibid. 13.

Rom. 14.

f ¶ *Accuſator & iudex.*] quod fieret ſi occultos tales accuſaremus.

g ¶ *Similia.*] ar. q licet aliqd ſpāliter de vno dicatur, tñ extenditur ad oīa ſimilia, vt ꝟ. ead. Deus omnipotens. 32. qu. 7. Apoſtolus. 16. q. 3. licet. diſ. 61. miramur. & ꝟ. di. 5. ad eius. ff. de fun. inſtit. quæſitum. §. vlt. ff. de adi. le. legata. ff. de ali. & cib. le. verba. ff. de ſup. le. legata. 16. q. 1. hinc eſt et argu. contra. C. d pc. marit9.

h ¶ *Fornicariis.*] Iudæis vel Gentilibus.

i ¶ *Fornicariis.*] ſ. occultis, niſi in caſibus. qu. d. non eſt aliqua pars mūdi, in qua non ſint tales mali.

k ¶ *Si quis.*] q. d. quare hic non dicis de aliis q de fratribus? Reſpon.

l ¶ *Nominatur.*] per ſententiam.

m ¶ *Qui foris.*] i. non noſtri iuris. 17. quæſt. 4. conſtituit. ꝟ. diſt. 45. qui ſyncera. cōtra dic, vt not. 28. q. 1. ſæpe.

n ¶ *Iudicare.*] quantum ad excōicationem, ſed corporaliter pōt puniri c, vt 17. q. 4. conſtituit. arg. q excōicatus nō pt iterum excōicari. de hoc inuenies 3. q. 4. Engeltrudam.

c Idē etiā & pecualiariter punit eccleſia vbi ſunt de ſua iuriſdictione ext. de rap. in archiepiſcopatu. Ber.

o ¶ *Suſpicionis.*] ſubaudi temerariæ, ſi violenter. ſecus 32. qu. 1. dixit.

p ¶ *Extraordinario.*] agendo cōtra eum de nūtiatiue, vel inquiſitiue, qui modus nouus eſt. & extraordinarius ſecundum quoſdā. Sed dic extra, i. præter hoc, vel contra ordinem iuris, ſ. qa non eſt de foro ſuo, cum ſit occultus. vñ ſequitur vſurpatio. " Nam vſurpare quis dicitur, cum vendicat ſibi, quod ad ipſum non pertinet.

† iniquoque crimine] Beda in cap 5. 1. ad Cor.

" Vſurpare quis dicitur.

q ¶ *Nam ſi nominatio.*] id eſt, infamatio. ꝟ. 25. q. vlt. cap. vlt 35. q. 6. ſi duo. Argu. " q per famam non probatur aliquid. extra de cohab. cler. & mul. tua. extra de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ſuper eo. Sed fama cum aliis adminiculis probat. 4. q. 3. ſæpe extra de præſump. illud. de app. c. 1.

" Fama ſi probet.

Si peccauerit.] CASVS. In hoc c. exponitur auctoritas Euangelica: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Cap. ergo illud diuiditur in duas partes. In 1. parte dr, q ſi frater tuus peccauerit in ſecreto, eum in ſecreto corrigere debes: alioquin non eſſes corrector, ſed proditor ſi in publico corrigeres. Et hoc probatur exemplo Ioſeph, qui cum ſciret beatam Virginem grauidam, ad quam ſciebat ſe non acceſſiſſe, eam noluit diuulgare, ſed occulte à ſe dimittere: quare quæ in ſecreto ſunt, corripienda ſunt in ſecreto: quæ publice, corā omnibus arguenda ſunt. Et ita concordant duæ auctoritates, quæ videntur contradicere, vna Domini, ſcilicet ſi peccauerit in te, &c. quæ intelligitur de occultis: alia Apoſtoli, ſcilicet, peccātem corā omnibus argue. cuius tenor hic ponitur. quæ intelligitur de manifeſtis,

Matth. 18.

« Si peccauerit in te, &c de quo peccato debet intelligi.

te [a] frater tuus, corripe cum inter te, & ipſum ſolum. Quare? quia peccauit in te. Quid eſt [In te peccauit?] Tu ſcis, quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære, cũ corrigis, quod in te peccauit. Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor [b]. Attende, quemadmodum vir iuſtus Ioſeph, tanto flagitio, quod de vxore fuerat ſuſpicatus [c], tãta benignitate pepercit: antequam ſciret, vnde illa conceperat, quam grauidam ſenſerat, & ſe ad illam non acceſſiſſe nouerat [d]. Reſtabat itaque certa adulterij ſuſpicio: & tamen, quia ipſe ſolus ſenſerat, ipſe ſolus ſciebat, quid de illo ait Euangelium? [Ioſeph autem, cum eſſet vir iuſtus, & nollet eam diuulgare.] Mariti dolor non vindictã quæſiuit: voluit prodeſſe peccanti, non punire peccantẽ. [Cũ, inquit, nollet eã diuulgare, voluit eam occulte [e] dimittere.] *& infra.*

Matt. 1.

[a] AVditum eſt, fratres chariſſimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex ſanctæ Romanæ eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi [d]. Hoc autem faciens non legem præſcribo ceteris, qua id facere cogantur [e].

¶ *Caput hoc eſt Leonis tertij. Tota vero hiſtoria falſæ accuſationis & purgationis ipſius refertur in vetuſtis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. hiſt. t. 14. c. 1. §. 8. de qua etiam re mentionem ait Marianus Scotus, & Aymonius lib. 4. c. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius eſt hoc caput, ut quæ hæc viſa ſunt notatu digna.* Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. a nemine iudicatus, neque coactus, ſed ſpontanea mea voluntate, purifico me in conſpectu veſtro coram Deo & Angelis eius, qui conſcientiam meam nouit, & beato Petro principe Apoſtolorum, in cuius conſpectu conſiſtimus, quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi. Teſtis eſt mihi Deus, in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc propter ſuſpiciones malas tollendas mea ſpontanea voluntate facio, non quaſi in canonibus inuentum ſit, aut quaſi ego hanc conſuetudinem, aut decretum in ſancta eccleſia ſucceſſoribus meis, nec non & fratribus, & coepiſcopis noſtris imponam, ſed vt melius à vobis abſcindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter ſummus Pontifex ſemetipſum purgat, nec tamen ceteris neceſſitatem [f] *purgandi præſcribit. Vnde datur* [g] *intelligi, quòd ſatiſfactio purgationis in voluntate conſiſtit accuſati, non in arbitrio iudicis.* [a] *Sed cum in Ilerdenſi concilio presbyter iubeatur ſuſpendi vſque ad dignam ſatiſfactionem, cum etiam decreto* [h] *Leonis in arbitrio ponatur epiſcopi, quota manu ſacerdos purgare ſe debeat, patet quod ad purgationem cogendus eſt, nec in ſua voluntate, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.*

Vnde Leo Papa ſcribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter ſacerdotes ſe purgare debeant. C. XIX.

[3] OMnibus vobis viſu aut auditu [i] notum eſſe nõ dubitamus, quòd ſæpiſſimè, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa obiiciãtur. Sed qualiter † ex eis ab his rationabilis examinatio, & ſatisfactio fiat, licet tempore bonę memoriæ Domini genitoris veſtri † Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus ſæpiſſime ventilatum fuerit, nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Noſtris quippe temporibus id ipſum, à ſanctis epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus, & ceteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris † in regnis, ſeu in aliis Deo degentibus, nobiſque vnà cum eis agentibus ſæpiſſime propter multas & nimias reclamationes, quę ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu Domini & patris noſtri Leonis Apoſtolici, ceterorumque Romanæ eccleſiæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ſiue orientalium, & græcorum patriarcharum, & multorum ſanctorum epiſcoporum, & ſacerdotum, nec non & noſtrorum epiſcoporum, omniumque ceterorum ſacerdotum, ac leuitarum auctoritate, & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vos† omnes vtriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac auctoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcũque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeant, in canonibus [k] pleniter expreſſum eſt) ſi autem, vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonice eſt recipiendus, cum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporum poterit, tunc canonice diiudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [l] incredibilis ſuo epiſcopo [4], aut reliquis ſuis conſacerdotibus [m], ſiue bonis [n] & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus fuerit, ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis ſacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, (qui duodecim [β] epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit, & cum aliis bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quattuor Euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat. Si qui autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accuſatore faciendum ſit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur, quaſi acceptum ſit ex aliqua decretali epiſtola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto capitularium (ubi hoc ipſum eſt caput 34) atque ex ipſa etiam orationis forma ſatis conſtat editum fuiſſe hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipſo Leone tertio conſulto, & cum conſilio multorum epiſcoporum. Quod tamen pius princeps, quia ſibi iuriſdictionem in presbyteros arrogaſſe videbatur, libro ſeptimo capitularium, c. 281. emendauit, ita ſcribens.*

Omnibus vobis, tam præſentibus, quam & futuris ſcire cupimus,

† al. quoniam qualiter.
† al. noſtri] cap.
† al. noſtri] cap.
† nobis omnibus] cap.
† al. quid

[a] Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 5. c. 313. Pann. l. 5. c. 4.
[3] capitul. 5. c. 34. Iuo p. 6 ca. 419. Pann. l. 5. c. 3.
[4] Concord. text. in l. ſacrileg. §. ff. ad l. Iul. pecul. [a] var. & extr. eo. & l. Cicero. ff. de pœ.

IN PRAEMISSIS. Hoc allegando dicit Grat. propter duo c. ſ. Sixti & Leonis.
a ¶ *Se purgare.*] falſum dicit allegando.
ADDITIO. Dic vt j. ea. c. vi.
b ¶ *Sixti Papæ.*] ſ. eod. mandaſtis. Io.
c ¶ *Et Leonis.*] hoc eſt in ſeq. c. Io.
A *Vditum.*] CASVS. Leo Papa de quibuſdam criminib. infamatus ſe coram multis purgauit, non ſtatuendo ius vt ſucceſſores ſui ad hoc cogantur.
d ¶ *Iuſſi.*] [a] nec conſilium dedi, nec defenſionem præſtiti, nec ſciente me factum eſt, vt ext. de purg. cano. quoties. ſo. di. ſi quis viduam. addunt quidam, nec volui [a], vt ſ. 1. q. 4. quia præſulatus. quod valde durum videtur. Sed numquid hic iurabo, quia cũ ſciui prohibere potui, & non prohibui. & hoc quòd non habeam ratum quod factum eſt, cum etiam in maleficiis ratihabitio mandato æquiparetur. ff. de vi & vi ar. l. 3. §. cum procur. & ext. de reſt. ſpo. cum ad ſedem. in ſi. ſ. e. q. 1. nocuum. in fi.
e ¶ *Cogantur.*] quia ab æmulis hæc infamia proceſſerat. Vel dic ceteris Apoſtolicis.
ECCE. CASVS. Infert ex ſupra dictis duob. c. q purgatio voluntaria eſt, & non neceſſaria. Sed ſtatim dicit contrarium per alia ca. & ad hoc inducit ſeq. c.
f ¶ *Neceſſitatem.*] ext. de ele. innotuit.
g ¶ *Datur.*] allegando dicit.
h ¶ *In decreto.*] Leonis j. c. prox. & ſeq. Ioan.
O *Mnibus nobis.*] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & ſuis ſubditis, qualiter ſit procedendum, ſi crimen ſacerdoti obiiciatur. Et reſ. Leo & dicit, q iſta quæſtio fuit ſæpius ventilata à temporib. multis, nondum tamen fuit ad plenum definita. verumtamen poſt reclamationes multas, habito concilio multorum epiſcoporũ, & aliorum prælatorum, & ſacerdotũ. & aliorum multorum: ſtatuit & definiuit, q ſi legitimus apparuerit accuſator, & probauerit crimen? puniatur accuſatus: & ſi non probauerit, puniatur accuſator de calumnia. tamen ſi ſacerdos accuſatus remanſerit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu ſacerdotum, vel cum plurib. ſe expurget, ſi epiſcopo videbitur. quales autem teſtes in accuſationib. recipiantur, eſt in canonib. diffinitum.
i ¶ *Auditu.*] aliquid ergo ſcitur auditu. 22. q. 5. hoc videtur.
k ¶ *In canonibus.*] j. e. q. 7. teſtes. & c. ipſi.
l ¶ *Aut.*] pro & [b] Non enim ſufficit, quòd ſoli epiſcopo ſit ſuſpectus. ar. contra ext. de obiudi. or. ex parte. & 30. di. c. vl. & ſic [c] non 6. q. 1. placuit. credo tamen quod ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus, quòd poteſt eũ cogere ad purgationem, ſecus ſi non eſt accuſatus ſecundum Lau. [d] per illud 6. q. 1. placuit. [aa] immo inuenio quòd propter calumnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare, vt ext. de acc. veniens. & ar. ff. ne quis eum qui in ius vo. eſt. l. pe. §. 1.
m ¶ *Conſacerdotibus.*] vel etiã abbatib. extr. eo. cum in iuuentute.
n ¶ *Bonis.*] 11. q. 3. in cũctis. hic patet quomodo intelligatur illud verbum à plebe. ſ. ea. presbyter. quia erant boni & iuſti, immo non admittuntur licet ſint boni ſi tamen leues fuerint. [bb] Nam leues ſunt qui ex facili credunt quæ probari non poſſunt. 11. q. 3. in cunctis. & eſt expreſſum extra eo. cum in iuuentute. alias ſolus qui eſſet bonus ſufficeret. ext. de adul. ſignificaſti. Ioan.

[a] Purgis ſe, quid debet aſſerere.
[a] Dicit Io. & Lau. hoc nõ credo. cum conſcientiã ſuã nõ teneatur qs purgare, niſi vbi inuenitur expreſſum, vt ſ. caſu illi. l. C. de his qui ad ec. confu. præſenti. cũ ſi. Arch.
[a] ſ. e. presbyter ſi à plebe. e. ſeq.
[b] Gl. eſt ſin. in auth. in nouo iure. C. de epi. & cle. in l. 3. C. de obſe. pa. præſt.
[c] Illud ſic reſpicit prin. gl. nõ contra pcedentia.
[d] Al. ſecundũ leges.
[aa] accuſator calumnioſus cogitur ſe purgare.
[bb] Leues qui dicuntur.

quia de conſultu ſedis Apoſtolicæ, & omnium noſtrorum epiſcoporum, ac reliquorum ſacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium noſtrorum de criminatorum purgatione ſacerdotum cauſam tractauimus, eamque cum teſtibus (ſicut in anteriori capitulari noſtro continetur) fieri decreuimus: quoniam neſciebamus eandem cauſam, a beato Gregorio Papa eſſe definitam. Nam cum VVormaciæ generalē conuentum habuiſſemus, allata eſt nobis, a Riculfo Magontiacenſi metropolitano epiſtola beati Gregorij Papæ, in qua inter cetera continebantur, hæc: [De presbytero vero, vel quolibet ſacerdote, a populo accuſato, ſi certi nō fuerint teſtes qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurādum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda, & aperta ſunt omnia, ſicque maneat in proprio gradu.] Illa vero omnia, quia vires noſtras excedunt, in iudicio epiſcoporū iuxta canonicam ſanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quando orta fuerint, ita definire ſatagant, vt nec ſecundum ſeculum iuſtam reprehenſionem, nec penes Dominum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante, qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

a ¶ Noſtrorum epiſcoporum.] *In vulgatis legebatur* noſtrorum Romanorum epiſcoporum, *ſed vox* Romanorum, *abeſt non modo à capitulari, ſed etiam à vetuſtioribus Gratiani codicib. & ab Iuon. Panormia autem habet*, noſtrorum epiſcoporum, omniumque Romanorum ſacerdotum.]

b ¶ Qui duodecim.] *Hæc uſque ad* ne ſit, *habuit*, *ſunt etiam apud ceteros collectores: ſed non in capitular.*

3 *Iuramento vero, candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non eſt adiicienda. Vnde Stephanus quintus Humberto* † *epiſcopo Moguntino.*

¶ Candentis ferri, & feruentis aquæ iudicium in eccleſia fieri prohibetur. C. XX.

CONſuluiſti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non oppreſſiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes: ne tam tenellos ſecum in illo lecto collocent: ne negligentia qualibet prouenienti ſuffocentur, vel opprimantur: vnde ipſi homicidij [a] rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri quolibet ſacri non cenſent canones: & quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa [b] adinuentione non eſt præſumendum. Spontanea enim cōfeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, cōmiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta vero, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur, vel confitentur talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio: quia, ſi ille, qui conceptum in vtero per abortum [c] deleuerit, homicida eſt: quanto magis, qui vnius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Hoc autem [d] *vtrum ad omnia genera purgationum, an ad hæc duo tantum, quæ hic prohibita eſſe videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter ſacrificium zelotypiæ: & illud Gregorij* [[e] *Si vir* [e], *qui frigidæ naturæ eſſe dicitur, per verum iudicium probare potuerit vxorem ſuam numquam ſe cognouiſſe, ſeparetur ab ea.*]

C. XXI.

IN libro namque Numerorum † *legitur Dominum præcepiſſe Moyſi, vt loqueretur filiis Iſrael, & diceret eis.* [*Vir, cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus, deprehendere nequiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro, ſi ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ, vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur, adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceæ: non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium, offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino, aſſumetque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cūque ſteterit mulier in conſpectu Domini: diſcooperiet caput eius & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, adiurabitque eam, & dicet: ſi non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non nocebunt te aquæ iſtæ amariſſimæ, in quas maledicta congeſſi. Si autem declinaſti a viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: his maledictionibus ſubiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat tuum femur, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur tuum. Et reſpondebit mulier, amen, amen. Scribetque ſacerdos iſta maledicta in libello, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere, quas cum exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud ſuper altare: ita dumtaxat, vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare, & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus a vero abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam. Quòd ſi polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.*

4 *Sed qualibet huiuſmodi purgatio videtur eſſe inhibita, cum in præmiſſa auctoritate Stephani Papæ dicitur* [*ſpontanea confeſſione, &c.*]

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpoſitum nomen Palea: ſed in omnibus, quæ collata ſunt, manuſcriptis habetur ſine vllo nomine Palea, & qui-*

IVRAMENTO. Hæc eſt 3 pars quæſt. in qua quæritur ſi parentes debent ſe purgare igne vel aqua filios nō oppreſſiſſe? Reſp. quòd non: & hoc probat per c. ſeq. Io. de F.

CASVS. In §. iſto dicitur, quòd vulgaris probatio iudicij nō debet. Et hoc probatur per ſequens cap.

COnſuluiſti.] CASVS. Quidam paruulos filios ſuos ſecum collocabant in lecto: quibus dormientibus filij eorum inuenti ſunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis ſe expurgare deberent filios non oppreſſiſſe? reſpondet Stephanus, & dicit, quod talis examinatio non approbatur in canone, ſed monendi ſunt parentes, vt filios ſuos ſecum non habeant in lecto, ſed cum occultum ſit eos filios oppreſſiſſe, puniri non debent niſi de hoc conuincantur, vel fuerint ſponte confeſſi: & tunc puniantur, quia ſunt homicidæ, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

a ¶ *Homicidij.*] qui hominem occidit, ſi animum occidendi non habuit, non tenetur l. Cornelia de ſica. vt ff. ad l. Cor. de ſica. l. 1. §. diuus. tenetur tamen lege Aquil. licet etiam nocere noluerit, dum tamen fuerit in culpa licet leuiſſima. ff. ad l. Aquil. ſed & ſi quemcumque. §. 2. & l. in lege. quod non eſt in l. Corn. de ſic. ff. de ſicar. in l. culpa autem eſt. quòd a diligente potuerit præuideri, & non eſt præuiſum. ff. ad l. Aqu. ſi putator. tenetur etiam quantum ad Deum, vt hic, & 50. diſt. clerico. & 34 q. 2. in lectum. non tamen punitur ratione homicidij, ſed ratione negligentiæ, vt 15. qu. 1. inebriauerunt. minor etiam iniungitur pœna ſiue pœnitentia ab eccleſia pro negligentia, vt 50. diſtinct. eos. & ca. ſi quis voluntate. & 15. q. 1. ſi quis non iratus.

b ¶ *Superſtitioſa.*] vtili enim & neceſſaria [a], licet, vt 33. qu. 2. quos Deus. de conſe. diſt. 2. liquido. 28. qu. 1. ſic enim. in prin. tit. Et eſt argum. aliquid inhibitum, eo quòd non eſt conceſſum. 40. diſt. ſi Papa. & ff. de coll. illi. l. 3. §. 1. arg. ext. de vo. & vot. red. ex multa. Contra extra de ſent. exc. nuper. §. ea. c. monomachiam. & vbi canon non excipit, nec nos, vt ſupra diſt. 12. omnia. 55. diſt. ſi euangelica. & 31. q. 1. quod ſi dormierit. C. de here. vel act. ven. l. vlt. ff. de pu. act. de pretio. ff. de alea. l. 1. § quod autem. ff. de ſec. nupt. palam. in fi. ext. de decim. ad audientiam. 22. q. 5. hoc videtur argu. contra. 27. q. 2. lex diuinæ. Io. Sol. [a] omnia conceſſa intelliguntur de iure cōmuni, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur, vt innuit c. lex diuinæ. & ext. de ſen. exc. nuper. B. & ff. de teſtib. quæſitum. C. de teſt. l. ſancimus.

c ¶ *Per abortum.*] & hoc ſi puerperium eſt formatum, vt 32. q. 2. Moſes. & c. quod vero. Sed licet ſecundum legem Moſaicam non ſit homicidium. tamen punitur lege Cornelia de ſica. ff. ad l. Cor. de ſicar. ſi mulierem. & etiam l. Aquil. ff. ad legem Aquiliam. ſi ſeruus. §. ſi mulier. tamen qui opprimunt infantes, puniuntur pœnitentia trium annorum. ext. de his qui fil. oc. de infantibus [b]. Item qui procurat venena ſterilitatis, dicitur homicida, vt ext. de hom. ſi aliquis. vbi de hoc.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc §. quòd dubitari poteſt, vtrum purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis ſint tantum interdicta, & in aliis conceſſa. & merito dubitatur, quia aliqua mulier probat ſe virginem per verum iudicium, i. per aſpectum corporis. Similiter in veteri teſtamento probatur vtrum mulier cōmiſerit adulterium per quaſdam aquas amariſsimas. & ſtatim reſpondet Grattanus in ſequenti §.

d ¶ *Hoc autem.*] hic §. legitur.

e ¶ *Si vir.*] 33. q. 1. cap. quod autem. Ioan.

SED QVÆLIBET. Hæc eſt quarta pars quæſtion. in qua quæritur vtrū monomachia, vel alia vulgaris purgatio ſit conceſſa? & reſpondet quod non. & hoc probat per duas auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit quòd quælibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, confeſſione, &c.

† al. Lamberto.

a Iuo p. 10. c. 27.

a Magiſtri tū aliquando exponit quod nō eſt expoſitū. 32. di. relatum. De quo hi 11. qu. 1. §. ex his. extr. de poſtul. c. 1.

3. Reg. 8.

a 33. q. 1. c. ſi & 2.

a Conceſſa intelligun tur quæ prohibita non ſunt.

† al. Numeri Num. 5.

b Adde ad hoc & ad ſi. gl. Bar. & gl. 1. ſi l. necare. ff. d. li. ag. & l. ſi quis. §. abortiuus. ff. de pœn.

MOnomachiam.] CASVS. Singulare certamen inter duos prohibetur: quia tales videntur Deum tentare. nec eſt trahendum ad conſequentiam quod fecit Dauid cum Golia, cum inſtinctu ſpiritus ſancti fuerit factum.

a ¶ *Monomachiam.*] iſtos etiam lex Romana condẽnat, vt C. de glad. l. vna. lib. 11. " Euchariſtia ergo nõ eſt danda talibus, cum peccent mortaliter. de conſecr. diſt. 2. §. ſed ſi non. Dicunt quidam, quòd * defendens poteſt ſumere: quia cuilibet licitum eſt defendere ſe. Sed nonne Dauid peccauit? Non: quia inſtinctu ſpiritu ſancti fecit, vt Sanſon, & alij. 23. q. 5. ſi non licet. & extr. de diuort. gaudemus. Et eſt hic arg. quòd non eſt arguendum ab exemplis. 26. q. 2. non ſtatim. & ca. non exemplo. 14. q. 5. dixit. 22. q. 2. ſi quis per vet'. infra de conſec. diſt. 2. liquido. extra de elect. licet. C. de ſen. & interloc. om. iud. nemo.

" Euchariſtia gladiatoribus nõ eſt danda.

* Immo & iſte peccat, qm̃ omiſſa legitima ſe defendendi rõe ad ꝓhibitã ſe confert. concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 19.

1 Burch. l. 9. c. 51. Iuo p. 8. c. 187.

1. Reg. 17.

† *in legem aſſumi nuſquam præceptum reperimus*] Orig.

b ¶ *Tentare.*] 23. q. 8. ſi nulla vrget. & 22. q. 2. quæritur cur.

CONTRA IN CONCILIO. Hic allegat in contrarium eius quod permittitur, & intendit probare per quattuor c. ſeq. quòd vulgaris purgatio poſſit fieri, & poteſt dici, quòd hic incipit quinta pars. Archid.

SAepe contingit.] CASVS. Per iſta quattuor cap. probat Gratianus poſſe adhuc fieri purgationem vulgarem. Dicitur hic, quòd ſi furtum fit in monaſterio, abbas debet Miſſam celebrare: & in fine corpus Chriſti ſingulis dare, dicens: Corpus Domini Ieſu Chriſti ſit tibi hodie ad probationem.

c ¶ *Sæpe.*] huic cap. eſt derogatum [a]: quia ſuſpectis non eſt danda Euchariſtia, vt infra de conſec. diſ. 2. tribus. extra de purgat. can. cum dilectis.

a Ad hoc concor. Io. de Fan. dicens, quòd ibi c. no tenet.

2 Burc. l. 11. c. 66.

INterrogatum.] CASVS. Si duo adulterium commiſerunt ſcilicet maſculus & femina, & vnus confitetur, & alter negat, confitenti pœnitentia imponatur: negans vero probabili iudicio ſe expurget, id eſt, candenti ferro, vel aqua feruenti. Et ita facit ad propoſitum Gratian.

† *al. debeant*

d ¶ *Inculpati.*] id eſt, infamati. Non enim poſſunt duo accuſari ſimul de crimine. C. de adulte. reos. ſimile ff. de inoffic. teſt. nam & ſi. §. filius.

b Idem tenent Gy. Alex. de Im. & Mod. in l. ſi duo. 2. col. ff. d̃ iur.

e ¶ *Profitetur.*] Notandum [b] quòd victoria vnius prodeſt alteri: ſed condemnatio non nocet. ff. de adult. denuntiaſſe. extra de adult. ſignificaſti. ff. de inoff. teſt. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. ſi ſer. ven. loci. §. competit. Item argu. " quòd confeſsio vnius non nocet alteri. 15. q. 3. nemini. Arg. contra. 59. diſt. ordinatos. & 81. diſt. tantis. Et eſt verum quòd nocet alij quantum ad condemnationem: nocet tamen quantum ad præſumptionem, vt ext. de adul. ſignificaſti, &c. [c]

"Confeſsio vnius an alteri noceat.

c d̃ hoc no. 3. q. 6. c. hæc quippe. ext. de pb. dilecto. in ſi. & de ſim. dilectus. 2. Arc.

dem conuulſum cum præcedenti c. Ac certe uerſic. Sed qualibet, *uidetur indicare locum hunc Numerorum ab ipſo Gratiano recitatum fuiſſe.*

◦ ¶ Maritus vero.] *Hæc uſque ad uer.* quod ſi, *ſunt huc tranſpoſita ex extremo eiuſdem 5. caputis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶ In nouo teſtamento monomachia non recipitur. C. XXII.

[1] MOnomachiam [a] vero in lege non aſſumimus †, quam præceptum fuiſſe non reperimus: quia licet quoſdam iniſſe legerimus, ſicut ſanctum Dauid, & Goliam ſacra prodit hiſtoria, nuſquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit auctoritas: cum hoc, & huiuſmodi ſectantes, Deum ſolummodo tentare [b] videantur.

§ *Epiſtola ſcripta Carolo Regi patruo Lotharij, (ex qua caput hoc eſt acceptum) extat Romæ in codice ſæpe citato monaſterij Dominicanorum. In qua inter alia refertur, Lotharium cum ſcire vellet an Theuperga ſiue Thietberga (ut uocat Rhegino) ipſius uxor adulterium patraſſet, uoluiſſe duos homines monomachiam committere: ita ut, ſi ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet, ipſa plane adulterij conuicta cenſeretur. Hocque ualde reprehendit Nicolaus, docens hanc non eſſe legitimam rationem probandi crimina (quamuis in Longobardicis conſtitutionibus, & in Capitularibus habeatur) ſed potius nihil aliud eſſe, quàm Deum tentare. Addit uero denegatam fuiſſe à Lotha. io Theupergæ inſtantia purgationem his uerbis* ſed de adulterio illa coram miſſi noſtri præſentia purgare ſe voluit, ſed ipſe non annuit. *Totam hanc hiſtoriam refert Rhegino libr. 2. Chronicorum. Ex his uero oſtenditur rubricam huius capit. apud Gratianum nimis eſſe generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum uelit demonſtrare, non eſſe medum monomachias ad purgationem.*

§ *Contra in concilio Vuormacienſi, c. 15.*

¶ Si furta in monaſterio fiant, iudicio monachi ſe expurgent. C. XXIII.

[2] SAepe [c] contingit, vt in monaſteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quando ipſi fratres de talibus ſe expurgare debuerint †, Miſſa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe abbas præceperit, præſentibus fratribus: & ſic expleta ◦ Miſſa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.

◦ ¶ Sic expleta.] *In hoc c. addita ſunt nonnulla uerba ex concilio, quæ à collectoribus uidebantur omiſſa. Sed hoc loco ſatis uiſum eſt, uarietatem indicare. Nam in cõcilio ipſo ſic legitur,* & ſic in vltima Miſſæ celebratione, pro expurgatione ſua corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe eſſe oſtendant.

Item in Saleguſtadienſi concilio, c. 7.

¶ Quicumque de adulterio accuſatur, probabili iudicio ſe expurget. C. XXIIII.

[3] INterrogatum eſt, ſi duo de adulterio inculpati [d] fuerint, & vnus profitetur [e], & alter negat, quid inde agendum ſit. Decretum eſt, à ſancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit, dignam pœnitentiam agat.

Item in eodem, c. 14.

¶ Cum plures de adulterio accuſantur, & vnus ceteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, ſi ipſe in iudicio ceciderit. C. XXV.

[4] STatuit quoque ſancta synodus, vt ſi duo [f] de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, vt alter illorum [g] vtroſque diuino purget iudicio, ſi vnus in hoc ceciderit †, ambo rei habeantur.

Item in concilio Vuormacienſi, c. 10.

¶ Pro ſingulis Miſſa celebretur, qui de aliquo crimine accuſentur. C. XXVI.

[5] SI epiſcopo, aut presbytero cauſa criminalis, hoc eſt homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, pro ſingulis Miſſam celebrare ◦ debet, & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem ſe oſtendere †. Quod ſi non fecerit, quinquennio [h] à liminibus eccleſiæ extraneus habeatur.

◦ ¶ Celebrare.] *In concilio, & apud Burchardum & Iuonem ſequitur:* & ſecretam publice dicere.

Illud vero, quòd Sixtus, & Leo in fine ſuæ purgationis addiderunt, ex eorum exemplo intelligendum eſt: exemplo enim ſuæ ſatiſfactionis noluerunt ceteris præſcribere legem purgandi.

QVÆSTIO IIII.

QVod vero quarto loco quærebatur, an duorum [i] teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus, multorũ auctoritate probatur. *Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Chriſtus ad Iudæos [In lege veſtra ſcriptum eſt, quoniam duorum hominum teſti-*

STatuit.] CASVS. Si duo de adulterio accuſantur, & negauerint ambo: ſi vnus de voluntate alterius alterum purgat, ſi in probatione vulgari ceciderit, ambo puniantur.

f ¶ *Duo.*] Arg. contra, C. de adult. reos. Sed dic quòd non agitur hic criminaliter, ſed ad pœnitentiam, vel ad thori ſeparationem [d].

g ¶ *Alter illorum.*] velut procurator [e]. 63. diſt. tibi Domino. Sed ſi directe ageretur, cum ſit cauſa criminalis, non poſſet vnus alterum conſtituere procuratorem, vt 3. q. 9. abſens. Niſi velis dicere, quòd in cauſa criminali vnus ſocius auditur & pro ſe & pro aliis, vt eſt arg. 3. q. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contu. cum dilecti. in prin. [f]

SI epiſcopo.] CASVS. Si epiſcopo vel presbytero crimina imponantur, pro ſingulis Miſſam celebret, & pro ſingulis ſe innocentem reddat. ſed iſta capitula ſunt abrogata: prout faciunt ad propoſitum Grat.

h ¶ *Quinquennio.*] Hodie deponitur qui in purgatione deficit, vt extra de ſim. de hoc. vbi habes quid fieri debeat cum volẽs purgare ſe, nequit.

ILLVD VERO. Dictum eſt s. in cap. omnibus. & c. presbyter. quòd clerici compelluntur ad purgationem: ſed iſta duo c. mandaſtis. & auditum. contradicunt ei: ideo magiſter hoc determinat.

QVod vero.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes: in quarum prima quæritur, an ad condemnationem alicuius ſufficiant duo legitimi teſtes: & reſpondetur quòd ſic. Secunda ibi, *Ex præmiſſis.* Ioan. de Fant.

CASVS. In hac quarta q. quæritur, an duo teſtes ſufficiant ad cõdemnationem epiſcopi. Et probat Gratianus quòd ſic, auctoritate Domini. & duab. auctoritatibus Pauli.

i ¶ *Duorum.*] Semper duo ſufficiunt. 4. q. 3. §. item in criminali. ver. vbi numerus. niſi in caſibus ſpecialibus. " Sed in iſto caſu vnus ſufficit, vt extra de teſt. cog. peruenit. & vbi nulli ſit præiudicium. de conſecr. diſt. 4. placuit de infantibus. & in cauſa denuntiationis. extra de teſtib. in omni. & in alio caſu, extra de procur. ex inſinuatione. & vbi agitur ad impediendum matrimonium. extra de ſponſ. præterea. Item quantum ad præſumptionem faciendam. 8. q. 3. tal

3 Burc. in ſi. operis. Iuo p. 15. c. 175.

d Iſtã gl. d̃e Bar. ting. i l. ... C. de adul. ad hoc q̃ adulter & adultera põt in eodẽ libello accuſari, qñ agitur ad thori ſeparationem.

e Idẽ no. hic H. qui d̃t, q̃ hoc põt eſſe in purgõe, pſertim vulgari. ſed ſi directe, &c. vt ſequitur in gl.

4 Burc. ibid. Iuo part. 15. c. 180.

† *al. deciderit.*

f Vbi d̃ hoc. & 3. qu. 6. ſi qñ. in gl. regulare eſt. in ſi.

5 Burch. l. 2. c. 199. Iuo p. 6. c. 272.

† *al. reddere.*

Ioan. 8.

Deut. 17.

" teſtis q̃cunque vn⁹ ſufficit, q̃nque plures duobus requiruntur.

8.q.3. rabiani. de dot. præl. Theopompus. Item plures duobus requiruntur. extra ead. nuttiam. & c.prælat. Tres requiruntur in depoſitione pecuniæ. in auth. de ſi.n.itr.§. ſi quis igitur. coll.6. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C.ſi cer. petat. auth. ſed nouo. & in codicillis. & in donatione cauſa mortis

moniam verum eſt.] Hinc conſequenter contra eos argumentatur dicens: [Si duorum hominum teſtimonium verum eſt, quare teſtimonium meum & patris [a] non accipitis?] Item Paulus in epiſtola ad Corinthios [In ore duorum, vel trium [b] ſtabit omne verbum.] Item in epiſtola ad Hebræos [Quis prauaricans legem Moyſi duobus, vel tribus teſtibus conuictus, ſine miſeratione lapidabitur †.]

Item ex concilio Bracharenſi, 2.c.8.[1]

¶ Quot teſtibus quiſque clericorum conuinci debeat.
C. I.

[2] PLacuit, vt ſi quis aliquem clericorũ in accuſatione † fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli Apoſtoli duo, vel tria [c] teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare quod dixit, excommunicationem [d] accuſati accuſator accipiat.

2 *Ex præmiſſis itaque colligitur, quòd duorum, vel trium teſtimonio epiſcopus conuinci, & damnari poteſt. Porro Silueſter Papa in generali ſynodo reſidens è contra dixit* [3].

¶ Quot teſtibus epiſcopus, vel presbyter vel reliqui clerici ſunt conuincendi. C. II.

[4] PRæſul [e] non dãnabitur niſi cum † lxxij. teſtibus: nec præſul [a] ſummus à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum eſt [Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.] Presbyter autem Cardinalis † niſi cum xliiij. † teſtibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, niſi cum xxvij. teſtibus † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, non niſi ſeptem teſtibus non condemnabitur. Teſtes [f] autem, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.

a ¶ Nec præſul ſummus.] *Ex concilio Romano ſub Silueſtro, & cetera loca indicato (excepta Pannormia) addita ſunt hæc vſque ad verſ. presbyter. At miraanum eſt de auctore gloſſæ, qui putauit Pontificem Maximum minore numero teſtium poſſe condemnari, quam diaconum Cardinalem, atque oſtiarium: cum*

ſimiliter quinque, vt C. de don. cau. mor. l. vlt. quandoque xv. vt C. de prox. ſacr. ſcrin. vnicuique. lib. 12.

a ¶ *Et patris.*] Pater pôt eſſe teſtis in cauſa filij in teſtamentos, vt ff. de teſta. l. qui teſtamento: alias non, vt 4. q. 3. dicto c. ſi teſte. §. teſtes quos. hic autem illi mentiri non poterant. Vel dic teſtimonium meum, & patris mei, i. de patre meo & me dictum ſcilicet teſtimonium prophetarum.

b ¶ *Vel trium.*] vt comprehendant actorem pro vno teſte. extr. de teſtib. in omni. Illa tamen loquitur in cauſa denuntiationis. vel ideo dicit, trium, quia quandoque ſecundum canones plures quam duo requiruntur: ſed nunquam pauciores, vt extra de teſti. licet. Vnde in teſtamentis bene requiruntur vij. C. qui teſt. fac. poſ. hac conſultiſsima. niſi in iis quæ eccleſiæ relinquuntur [a], vt extra de teſt. cum eſſes. & cap. relatum. Ioan. Quod dicit Ioan. de teſtamentis. non credo verum. vnde dico cum T. decre. illas, cum eſſes. & relatum. in quolibet teſtamento loqui. B.

PLacuit.] CASVS. Dicitur quòd ſi aliquis accuſat aliquem de fornicatione, poteſt probare crimen duob. vel trib. teſtibus: & ſi non probauerit, punietur pœna talionis. Patet ſeq. §.

c ¶ *Tria.*] ſupra diſtin. 43. quoniam multa.

d ¶ *Excommunicationem.*] id eſt, damnationem.

EX PRÆMISSIS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat contrarium eius quod præmiſſum eſt: & hoc probat duabus auctoritatibus, ſed non ſunt contra: quia loquuntur ſpecialiter de clericis Romanæ eccleſiæ. Ioan. de Fant.

PRæſul.] CASVS. Dicitur hic quot teſtes ſufficiãt ad condemnationem epiſcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorum clericorum Romanæ eccleſiæ. In fine dicitur quòd teſtes ſine infamia debent eſſe.

e ¶ *Præſul.*] id eſt. Cardinalis epiſcopus. Sed numquid contra Papam duplicabuntur teſtes * non, immo duo ſufficiunt. & in hoc eſt deterioris conditionis: quia ipſe ſine comparatione aliorum creatus eſt maior: & ideo ſine ſpe veniæ condemnandus eſt vt diabolus. de pœnit. diſt. 2. principium.

f ¶ *Teſtes.*] extra de teſtib. perſonas. & c. ſuper eo.

NVllam.] CASVS. Si epiſcopus Cardinalis de crimine accuſatur, duodecim epiſcopi debent de cauſa cognoſcere: nec poteſt conuinci niſi ſeptuaginta duobus teſtib. In ſecunda parte dicitur qualiter teſtes iurare debent, & quid. In tertia parte dicitur, quòd ſi appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de cauſa cognoſcere. Secunda pars incipit ibi, *Et prius.* Tertia pars ibi, *Et ſi inter.*

1. Cor. 13.
Hebr. 10.
† al. lapidabatur.
1 Et capitul. l. 5. c. 240.
2 Burc. l. 2. c. 212. Iuo p. 6. c. 276. Pan. l. 4. c. 97.
† al. macula fornicationis.
3 In epilogo cócilij Romani c. 3.
a In iis quæ pietatis cauſa relinquũtur, minus ſolénis volũtas ſufficit, ſicut & inter liberos. C. de teſt. hac conſultiſsima §. ex imperfecto. Arc.
4 In capitu. Hadria. c. 72. In cocil. Maguntin. ca. 12. cap. l. 1. c. 139. Pan. l. 4. c. 91. Pol. l. 5. tit. 1. Deuſd. p. 3.
† al. in Matt. 10. & Luc. 6.
† abeſt ab Orig.
† al. lxiiij.
† al. xxxvj. teſtibus.
* Vide quæ dixi in notatione ad hoc c.

g ¶ *Nullam damnationem.*] epiſcoporum. Sed hoc non videtur poſſe ſtare: quia nullus poteſt iudicare clericos Romanæ eccleſiæ

tamen ipſe Pontifex à generali ſaltem præſulis nomine minime eſſet excludendus.

Item Leo quartus in epiſtola epiſcopis Britanniæ.

¶ Epiſcopi non niſi lxxij. teſtibus condemnandi ſunt.
C. III.

[5] NVllam damnationem [g] epiſcoporum vmquam eſſe cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum epiſcoporum [h] (qui fit per duodecim epiſcopos) aut certe probata ſententia per lxxij. teſtes idoneos, qui tales ſint, qui & accuſare poſſint. ¶ [6] Et prius ad ſacra Chriſti quattuor Euangelia ſacramenta præſtent; quòd nihil falſum [i] depromant: ſicut [a] nobis beatus Silueſter tradidit, & Romana ſancta videtur tenere eccleſia. ¶ Et, ſi inter eos, quos damnandos eſſe dixerint homines, fuerit epiſcopus, qui ſuam cauſam in præſentia Romanæ ſedis epiſcopi petierit audiri, nullus ſuper illum definitiuam præſumat dare ſententiam: ſed omnino eum audiri decernimus.

a ¶ Sicut nobis.] *Hinc uſque ad dictionem, eccleſia, non leguntur in epiſto. a Leonis manuſcriptis: habentur tamen apud Iuonem.*

Sed hoc vel ſpeciali priuilegio de clericis Romanæ eccleſiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorumdam: qui cum non ſint ſpectatæ vitæ, & ſcientiæ, in accuſationem miniſtrorum Dei repente proſiliunt. Quorum vero vita adeo laudabilis eſt, vt omnibus imitanda appareat de quorum aſſertione, nulla dubitatio naſci poterit, eorum teſtimonio duorum, vel trium teſtium quilibet iure conuinci & damnari poterit.

QVÆSTIO VI.

1 SEquitur ſexta quæſtio, qua quæritur, quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: & ſi remedium illud ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit. Cauſa vero vitiata remedio appellationis ſubleuari poterit.

Vnde Fabianus Papa ait ad Hilarium epiſcopum, epiſt. 3. c. 3.[7]

niſi ſolus Papa. [a] Item quia epiſcopi epiſcopum deponere non poſſunt, vt tertia quæſtione ſexta. quamuis. Reſpon. quòd loquitur in eo caſu quando Papa committit aliis cauſam ſuorum clericorum, ne ipſe ſuſpectus habeatur, vel ne fauore pro eis, vel odio contra eos iudicaret, ff. de iuriſd. omnium iudicum. l. prætor.

g ¶ *Nullam damnationem.*] infra tertia quæſtione ſexta. accuſatus. & ca. quamuis.

h ¶ *Epiſcoporum.*] infra 5. quæſt. 4. duodecim.

i ¶ *Falſum.*] [a] Quinque capitula iurabunt teſtes: ſcilicet vt dicant veritatem, vt tertia quæſtione nona. cap. hortamur. & quòd teſtentur pro vtraque parte veritatem, vt decimaquarta quæſtione quinta, non ſane. quod non admiſceant falſitatem, vt hic. quòd nec amore, nec odio, nec proprio commodo teſtentur, vt extra de teſtibus. quoties. Itẽ quinto requiritur, quòd dicant quicquid de re ipſa nouerint, ſiue fuerint interrogati, ſiue non, vt extra de accuſation. cum dilectus [b]. quod non credo, niſi hoc liqueat ex forma iuramenti, vt infra.

SED HOC. Modo dicit quare de tot teſtibus fuit ſtatutum: propter ſcilicet priuilegium clericorum Romanæ eccleſiæ. & hæc ſolutio eſt vera. vel propter malitiam hæreticorum fuit ſtatutum de omnibus clericis, qua ceſſante ceſſabit conſtitutio. Sed verius eſt, quòd propter malitiam hæreticorum vel malorum hominum ſtatutum fuit de clericis Romanæ eccleſiæ, quibus hoc priuilegiũ datum fuit, quod non ceſſat cauſa ceſſante: & hoc innuit B.

a Epi epũ deponere ñ poſſunt.
5 Iuo p. 5. c. 116.
6 Zepherin. epiſt. 1.
a teſtes quinque capitula iurare debent.
b De hoc ẽt not. extr. de teſti. fraternitatis. 1 gl. vl. vbi addit Ho. aliũ caſum, ſ. q̃ñ neutri parti manifeſtabunt dicta ſua añ q̃ ſint publicata. arg. 4. q. 3. item qui falſo. Arc.
7 Et in decretis Sixti tertij c. 3.

SEquitur.] Hæc quæſtio diuiditur in octo partes: in quarum prima probat per nouem auctoritates ſanctorũ patrum, quòd quandocumque quis grauatus fuerit, poterit appellare: & eius appellatio tenebit. Secunda ibi, *Cum ergo.* Tertia ibi, *Qui vero.* Quarta ibi, *Poſt datam.* Quinta ibi, *Non ſolent.* Sexta ibi, *Not. Manda.* Septima ibi, *Si vero.* Octaua ibi, *Diffinitiua.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, in qua quæritur quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: de quo non fecit in themate mentionem, & ſi remedium dandum ſit ei qui cauſa dilationis appellat: de quo fecit in themate mentionem. Cauſa autem vitiata remedio appellationis ſubleuatur: & hoc probat per ſequens cap.

¶ Cauſæ vitiatæ remedium appellationis ſubueniat. C. I.

[1] LIceat appellatori vitiatam cauſam remedio appellationis [a] ſubleuare.

[Idem paulo ante.]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

[2] APpellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare cuſtodia.

Item Anacletus Papa, epiſt. 1. in f.

¶ De eodem. C. III.

OMnis [b] oppreſſus libere [c] ſacerdotum [d] (ſi voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur: ſed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles cauſæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem [e] ſedem referantur. Et ſi illic facile diſcerni † non potuerunt, aut iuſte terminari, vbi fuerit ſummorum cõgregata congregatio [a], (quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet, & debet) iuſte, & Deo placite coram patriarcha [f], aut primate eccleſiaſtica [b] negotia, & coram patritio ſæcularia [g] iudicentur negotia in commune [h] †.

† al. decerni.

† al. cõmuni.

a ¶ Congregatio.] *In vulgatis ſequebatur, ſub metropolitano: quæ ſublata fuit, quia in nullo manuſcripto neque in originali habentur, & in ſequentibus verbis exponitur, coram quibus ſit habendum concilium.*

b ¶ Eccleſiaſtica negotia.] *In epiſtola legitur, primate eccleſiaſtico, & coram patritio ſæcularia, &c.*

Item Sixtus Papa epiſt. 2. omnibus rectoribus eccleſiæ ſcribit dicens.

¶ Quiſquis pulſatus fuerit, Apoſtolicam ſedem appellet. C. IIII.

[3] SI quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam, & Apoſtolicam [i] ſedem appellet, & ad eam, quaſi ad caput, ſuffugium habeat, ne ipſe innocens damnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur.

Item Grato a. epiſtola prima.

a ¶ Grato.] *Sic eſt reſtitutum ex pleriſque vetuſtis (nam in vulgatis erat, Item Gregorius) quamquam in tomis conciliorum hæc epiſtola tribuatur Sixto II. illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto primo.*

¶ In grauioribus cauſis pulſati Apoſtolicam ſedem appellent. C. V.

[4] OMnes epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, vel criminãtur cauſis, quoties [k] neceſſe fuerit, libere Apoſto-

[1] Co. Theo. l. 2. ti. de ap. in inter. l. 15. Anſ. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 88.

[2] Lib. 7. cap. c. 333. Bur. l. 1. c. 148. Pan. l. 4. c. 121. Status ibid. Pol. l. 1. tit. 7. Anſ. l. 2. c. 11.

[3] Iuo p. 5. c. 3. Anſ. l. 2. c. 8.

[4] Iuli⁹ Papa epiſtol. 2. ad oriẽtales c. 2. Burch. l. 1. c. 144. Iuo par. 5. c. 257. Pann. l. 4. c. 124. Anſ. l. 2. c. 12. Pol. l. 1. tit. 7.

a LIceat.] ¶ *Appellationis.*] Appellatio eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens. ff. de min. præfecti. tamen & in iis quæ extra iudicium aguntur, appellatur, vt in electione, vt extra de ap. conſtitutus. Quis appellet, dicetur infra ea. non ſolent. & hoc in ciuili cauſa. In criminali autem quilibet etiam inuito reo appellat. ff. de ap. non tantum. & in cauſa liberali, vt ff. de lib. cau. l. 1. & 2.

AD QVEM SIT APPELLANDVM. " Appellatur autem à minori ad maiorem, & gradatim, vt infra ea. anteriorum. C. de ap. præcipimus. excepto Papa, ad quem omnibus prætermiſsis appellatur, vt infra ea. c. 3. 4. & 5. Et hoc verum eſt in iudicibus ordinariis. In delegatis autem diſtinguitur, ſi ipſi aliis cauſam commiſerint, ſi tota iuriſdictio eſt delegata, appellatur ad primũ delegantem. extra de of. dele. ſuper quæſtionum. §. porro. ff. quis & à quo app. l. 1. ſed ſi non tota cauſa eſt delegata, tunc appellatur ad delegantem ſecundum, vt C. qui pro ſua in. l. 1. ff. quis & à quo ap. l. fi. & ext. de of. dele. ſuper quæſtionum.

" appellãs à delegato ad quẽ appellare debet.

QVOMODO SIT APPELLANDVM. Iudice ſedente pro tribunali poteſt viua voce appellari, ſed extra iudicium in libello tantum appellabitur [a], vt infra ea. §. iudiciis. ver. litigatoribus. ff. de appel. à ſententia. §. vlt.

a Dicas φ ſiue appelletur in iudicio ſiue extra, d; obſeruari q̃d dr̃ ext. lib. 6. de ap. cordi. q̃ eſt Inn. iiij. & hoc cũ a iudice appellatur ad Papã: & hoc ibi intelligit. Ho.

QVANDO APPELLANDVM SIT. Secundum leges appellatur tantum poſt diffinitiuam ſententiam, niſi in caſibus no. infra ea. non ita. extra de ap. ſuper eo. 2. Secundum canones & ante litem conteſt. & poſt, vt extra de ap. cum ſit Romana. infra ea. non ita. licet hoc ſit correctum per conſtitutionem nouam, extra eo. vt debitus. vbi dicitur quòd cauſa appellationis debet aſsignari. Item ſecundum canones appellatur quoties ſuperioris iudex inuenitur, vt infra ead. omnes. ſecundum leges bis tantum, vt infra ead. poſt ſecundam. Ioan. hoc pro certo teneas, quod ante ſententiam poteſt appellari quoties pars grauatur, & allegatur cauſa, vt extra eod. vt debitus. Sed poſt diffinitiuam ſententiam tantum bis, vt dicunt leges præallegatæ: nec aſsignatur tunc cauſa, ſed dicit, appello ab iniqua ſententia. Sententia tamen in cauſa matrimonij non tranſit in rem iudicatam, vt extra de ſentent. & re iudicata. lator. & cap. conſanguinei. B.

INTRA QVOD TEMPVS SIT APPELLANDVM. Item appellatur vſque ad decem dies continuos, vt infra ead. anteriorum.

INTRA QVOD TEMPVS DEBET APPELLATIO PROSEQVI. Appellanti datur annus vel biennium, vt infra eadem. ſi quis appellat. " Tamen iudex poteſt moderari tempus receſſus. extra eod. cum ſit Romana. & c. reprehenſibilis. Item appellatione pendente nihil innouandum eſt, vt infra ead. §. appellatione. niſi appellãs ſuſpectus ſit, vel depupulator, vt infra eadem, quoties. 2. In cauſa criminali reus cuſtoditur: vel dabit fideiuſſorem. ſi eſt ſuſpectus. C. de appel. eo. verſic. ſuper his. Iudicis officium eſt libellos dimiſſorios dare. j. ead. poſt appellationem. Iudex autem ad quem appellatur: ſi appellatur à ſententia, ſecundum priores allegationes vel infirmabit, vel confirmabit ſententiam, vt infra ead. §. diffinitiua. in fin. poteſt tamen nouas allegationes audire. C. de ap. eos. §. 1. ff. de ap. ſcio quæſitum. in fi. extra de fide inſtrument. cum Ioannes. Quando autem non eſt neceſſe appellare, habes infra ea. §. diffinitiua. " Inhibetur autem appellatio, quia à principe non appellatur. 9. q. 3. cuncta. nec à præfecto prætorio. C. de off. præfect. prætor. l. 1. nec à ſenatu, vt ff. à quib. ap. non lic. l. 1. nec ab arbitro. C. de arb. l. 1. nec appellat officiatus. infra ead. §. diffinitiua. ver. nulli. Itẽ propter ſceleris magnitudinem non appellatur. C. quo. ap. non re. l. 2. & extra de ap. cum ſit Romana. Item in momentanea poſſeſsione, vt infra ead. §. diffinitiua [b]. verſi. de poſſeſsione. ſecundum leges. ſed per canones ſic. extra de teſtib. ſignificauerunt. & de reſt. ſpol. cum ad ſedem. Item in re quæ non capit dilationem. ff. de ap. re. l. vl. & extra de rap. in litteris. Argum. contra extra de ap. qua fronte. in fi. ibi appellatio non retardat ſententiam, niſi ad tempus. Item à ſententia maioris partis capituli, extra de his quæ fiunt à maiori part.

" Appellationis tp̃s põt iudex moderari.

" Appellõ in multis caſib. non admittitur.

b Melius diceret. §. sũt ẽt quorum. ver. de poſ. vbi de hoc.

ea. c. 1. Item contumax non appellat, vt 24. q. 3. de illicita. infra ea. §. ſunt etiam quorum. C. de iud. properandum. §. ſin autem. Item ab executore non appellatur. infra ead. §. diffinitiua. verſic. ab executore.

OMnis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi aliquis grauetur à minori prælato ad ſacerdotem, id eſt epiſcopum debet appellare: & ſi ibi propter aliquam difficultatem negotium non poterit terminari, metropolitanum appellet: & ſi ibi negotium non fuerit terminatum, vel grauabitur, ad concilium recurrat, in quo patriarcha vel primas præſidet, & in quo cauſæ maiores eccleſiaſticæ tractari debent, & coram patritio ſæculari iudice ſæculares.

b ¶ *Omnis.*] Pone caſum quod appellatur à ſubdito epiſcopi [c] ad epiſcopum: deinde ad metropolitanum, deinde ad concilium metropolitani.

c Id eſt, à minori plato, nõ tñ officiali epi, quo caſu & conſuetudo cõtra hoc ẽ vt ext. li. 6. de conſuet. non putamus. Arc.

c ¶ *Libere.*] i. ſiue ante ſententiam, ſiue poſt.

d ¶ *Sacerdotum.*] Ergo à ſæculari iudice ad Papam poteſt appellari, quod verum eſt vacante imperio. vt extra de for. comp. licet. alias non, vt extra de app. ſi duobus.

e ¶ *Ad maiorem.*] ſupra 17. diſt. multis. §. 1.

f ¶ *Coram patriarcha.*] quæ vna dignitas eſt, vt 99. diſt. prouinciæ.

g ¶ *Sæcularia.*] ſ. cum ambo ſint laici: quia prælati non debent tractare ſæcularia iudicia. 11. quæſt. 1. te quidem. " Vel dic quòd cum laicus iudex non vult facere iuſtitiam, tunc appellatur ad eccleſiaſticum vt ipſum corrigat: & ſi noluerit facere iuſtitiam, poteſt ipſum excommunicare, vt 23. quæſt. 5. adminiſtratores. Vel dic quod cum iudex ſæcularis ſuſpectus eſt, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus [d], vt in authent. vt different. iud. §. ſi vero. collatione 9. vel etiam ſi deceſſerit, vt ibi dicitur. Vel ſi habeatur querela contra ipſum, vt in eadem collatione. §. vltimo. & extra de foro competent. ex tranſmiſſa. & extra eod. licet.

" Appellatur à iudice ſæculari ad eccleſiaſticum.

d Sub. q cũ eo cognoſceret: & hoc eſt q̃d hic dicit lra in fi. in coe, ſecundum Io. de Fant.

h ¶ *In commune.*] id eſt, publice.

SI quis veſtrum.] CASVS. Ex his quinque c. colligitur quòd appellari poteſt ad Papam omnibus mediis prætermiſsis. Dicitur ergo hic, quod ſi aliquis aliqua aduerſitate pulſatur, ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad caput appellet.

i ¶ *Apoſtolicam.*] " Ex hoc & ſequen. c. patet, quòd ad Papam aliis prætermiſsis appellatur, ſed in aliis ſecus eſt, vt infra ead. decret. & q. 7. metropolitanum. & 9. quæſt. 3. conqueſtus. & 17. diſtinct. multis. & 18. diſtinct. de conciliis. Cum ergo hoc ſit priuilegium Papæ, ergo ad legatum non appellatur omiſſo epiſcopo, vt 11. quæſt. 1. peruenit. Sed contra extra de offic. legat. cum non ignoretis. Sed dicas quod ille non fuit tantum legatus, ſed metropolitanus. Et ſi ille legatus non habuiſſet illud priuilegium, inutile fuiſſet officium legationis: ſed ille qui ſimplex legatus eſt, non habet illud priuilegium, niſi ei ſpecialiter ſit datum. Io. Quidquid dicat Io. omnibus prætermiſsis curritur ad legatum, vt dicit illa decret. & quod facit legatus, Papa facere videtur. 94. diſt. c. 1. & ff. de adminiſt. tu. ita autem §. geſsiſſe. B.

" Appellatur ad Papã omiſſo medio.

OMnes.] CASVS. Dicitur hic quod quoties epiſcopi criminaliter accuſantur, ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad matrem recurrant, cum eſt neceſſe.

k ¶ *Quoties.*] Dum tamen non vltra ſecundam vicem: ne lites in infinitum extendantur. " non enim licet tertio appellare ſuper eodem capitulo, vt infra eadem. ſi quis in quacumque. ſic exponitur hæc dictio, quoties. ff. de legat. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de edendo. veluti. in fin. ſimile quoties habes extra de elect. querelam. in parte deciſa. ſecundum Hug. exponitur quoties ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt. Alij dicunt quòd licet etiam ter appellare ſecundum canones, vt infra 31. quæſtion. 2. Lotharius. ſupra eadẽ. omnis. ſed M. dicit quòd licet à grauamine quandocumque appellare, ſed bis poſt ſententiam tantum: & exponit, quoties, id eſt, in omni grauamine, ſed non niſi bis à ſententia, vt infra ead. ſi quis in quacumque. & extra de appellat. directe. G. dicit quòd in illo cap. omnis. tertio fuit relatum: & hoc non fuit per appellationem, ſed per conſultationem, vt ſupra diſtinctione decimaoctaua. cap. 1. & extra eodem. ſua nobis.

" Appellare tertio non licet.

Ad Rom

AD *Romanam eccleſiam.*] CASVS. Dicitur quòd omnes epiſcopi qui volunt, vel quibus neceſſe eſt, libere ſedem Apoſtolicam appellant abſque excommunicatione vel impedimento aliquo damnationis, vel ſpoliationis, vel cuſtodiæ.

a ¶ *Qui voluerint.*] Ergo fruſtratoria admittitur, vt extra eod. conſuluit. ergo audiendus eſt qui cauſa dilationis appellat, vt extra de ap. cum ſit Romana. & c. perſonas. ſed contra, ius eum punit, vt C. de appell. a proconſulibus. & C. quor. app. non rec. ab executore. in fi. vbi in 50. libris auri punitur fruſtratorie appellans. ergo ius non debet eam admittere, vt 23. q. 4. qui peccat. immo non debet per eam negotium impedire. extra eod. paſtoralis. Reſpon. dubia fruſtratoria eſt admittenda: ſicut occultus peccator ad Euchariſtiam. de conſec. diſt. 2. non prohibeat. Hodie autem ipſo iure eſt inhibita appellatio ante ſententiam, niſi tam euidens cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet, deberet appellatio legitima reputari, vt extra eod. vt debitus. Sed cum hodie ipſo iure ſit inhibita appellatio, quid prodeſt ſcribere remota appellatione? Reſp. ſi appellatio remouetur in litteris, tunc intelligitur remota etiam poſt ſententiam. Alias etiam rationes aſſignaui ſuper illa conſtitutione, vt debitus. ſed ſi non apponitur in litteris, tantum ante ſententiam eſt remota. Ioan. Ego credo quod nihil prodeſt remotio appellationis niſi ad remouendam fruſtratoriam appellationem [a], vt dicit decret. expreſſe extra de app. ex parte II. Hoc ſcias quòd niſi iudici euidenter pateat appellationem tenere, numquam deferat ei. vnde ſi non credit tenere appellationem, non deferat ipſi: licet ſuperior poſſit retractare quod factum eſt, vt ext. eo. paſtoralis. Sed pone quòd dubitat de appellatione: aut defert tali appellationi, aut non. ſi defert, mentitur ergo conſtitutio & decretalis. Nam conſtitutio dicit, quod niſi talis cauſa ſit propoſita, quæ ſi foret probata legitima eſſet appellatio, non eſt deferendum appellationi. Item decret. paſtoralis. dicit, quòd in ſolis illis caſibus deferendum eſt appellationi, vbi iure indigetur expreſſe, quod poſſit appellari. Si dubitatur de appellatione: ergo non debet cognoſcere de cauſa, cum dubitet an ſit iudex. arg. 11. q. 3. graue. Ad hoc dico, quòd ſi iudex dubitat de cauſa appellationis, ſummatim poteſt inquirere de cauſa vel ſeorſum extra formam iudicij inquirendo de cauſa. Et ſi videtur cauſa probabilis: & præterea talis quòd ea probata legitima iudicaretur, deferet ei: vnde non ſufficit appellanti proponere talem cauſam, quæ ſi probata eſſet, deberet appellatio legitima iudicari: ſed etiam requiritur, quòd ſit probabilis, & quòd iudici iuſta videatur.

b ¶ *Conſecrationem.*] ſi metropolitanus diſtulerit. 8. q. 3. Artaldus.

c ¶ *Cuſtodia.*] Qui appellat, nec cogitur dare cautionem de proſequenda appellatione, nec cuſtodiri debet, niſi ſit cauſa criminalis, & ſuſpectus ſit, vt C. de appel. eos. ſuper his.

d ¶ *Excommunicatione.*] pro aliis tamen bene poteſt excommunicari, vt extra de appel. ad hoc. & c. propoſuit.

1 Anſ. l. 2. c. 7. Pan. l. 4. c. 125.

2 Iulius ibi. c. 4. In capi. Hadria. c. 6. Polyc. ibid. Burch. l. 1. c. 144. Pan. l. 4. c. 126. Iuo p. 5. c. 257.

3 Anſ. l. 2. c. 6

a Sub. & ſic remouetur. quod de iure communi eſt remotum. Sz contra hoc eſt C. de Theſa. l. 1. & C. ad mun. l. 1. & iò plus pl; qd dixit 3. Io. d Fan. ni ſi hæc clauſula nihil operatur. quia re dec. extr. c. ingiter. fundatur in per c. ideo his electis, dic vt plen. no Ho. in ſum. e. ti. §. quo dec. vt debit. verſ. abſq; probabili, &c. Arc.

licam appellent ſedem, atque ad eam, quaſi ad matrem confugiant.

Item Marcellus Papa, epiſt. 1. ad epiſcopos Antiochenæ prouinciæ.

¶ Ab omnibus appelletur ad Romanam eccleſiam. C. VI.

[1] AD Romanam eccleſiam omnes epiſcopi, qui voluerint [a], vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuffugere, eamque appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, atque [α] conſecrationem [b]. Quod omnibus minime conuenit denegare epiſcopis: ſed abſque vlla cuſtodia [c], aut excommunicatione [d] vel damnatione, vel expoliatione libere ire concedatur.

α ¶ Atque conſecrationem.] *In orig. non eſt,* vt inde accipiant tuitionem, & liberationem, vnde acceperunt informationem, atque conſecrationem. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Victor ad Theophilum Alexandrinum epiſt. 1. cap. 3.

¶ Qui a proprio metropolitano ſe grauari putauerit, maiorem ſedem appellet. C. VII.

[2] SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham, vel [e] primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

Item Zepherinus vrbis Romæ epiſcopus, epiſtola 1.

¶ Ad Romanam eccleſiam, quaſi ad matrem appelletur ab omnibus. C. VIII.

[3] AD Romanam eccleſiam ab omnibus [e], maxime tamen ab oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem [f], vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur: quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum.

Item Iulius Papa in decretis, ſiue in reſcripto ad orientales, c. 22.

SI *quis putauerit.*] CASVS. Si grauatur aliquis à metropolitano ſuo, patriarcham appellet, deinde ad ſedem Apoſtolicã recurrat.

e ¶ *Vel primatem.*] vel pro, id eſt.

AD *Romanam eccleſiam.*] CASVS. iſtius cap. & ſequentis facilis eſt & planus: quia per ſuperiora patet: & littera plana eſt.

¶ Quoties aliquis appellauerit, audientia ſibi non denegetur. C. IX.

[4] PLacuit, vt à quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos (vbi eſt auctoritas maior [g]) fuerit prouocatum, audientia non negetur.

Item cap. 30.

¶ Iniuſte damnati, reſtitutionem, & oppreſſi auxilium a Romana eccleſia debent habere. C. X.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis conciliis [h], & iudiciis, ac reſtitutionibus [i] epiſcoporum, quàm & de ſummis eccleſiarum negotiis, vt ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant. Et talia ab improbis ne præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque damnatione.

Gratianus. *Cum ergo* [k] *Zepherinus dicat ab omnibus eſſe appellandum, maxime tamen ab oppreſſis. & Marcellus ſcribat* [*Omnes epiſcopi, qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, appellare debent:*] *patet, quòd accuſato (ſiue grauetur ſiue non) vox appellationis non eſt deneganda. Quidam tamen ita diſtinguunt, vt* [*volentes*] *ad conſecrandos,* [*neceſſitatem patientes*] *ad oppreſſos referant, vt ſit ſenſus, omnes, qui voluerint à Romana eccleſia conſecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare, qui vſcumque in ſuis oppreſſionibus neceſſe fuerit ad eam ſuffugere, ſimiliter vocem appellationis exhibeant, vt iſti tuitionem, & illi conſecrationem ab ea accipiant. Similiter, & illud Zepherini diſtinguitur* [*Ab omnibus eſt appellandum ad Romanam eccleſiam*] *intelligendum eſt, qui ab ea conſecrationem voluerint accipere, vel qui à prælatis ſuis aliquam iniuriam paſſi fuerint, maxime tamen ab oppreſſis. Secundum primam interpretationem, oppreſſi intelliguntur aliqua iniuria affecti: iuxta ſecundum vero, oppreſſi dicuntur à iudice iniuſte condemnati. Secundum hanc diſtinctionem, qui in aliquibus negotiis non ad releuandum, ſed ad differentiam, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

f ¶ *Matrem.*] Nec præſumitur eſſe mater, niſi diligat filium: vt extra de præſumpt. afferte.

g ¶ P*lacuit.*] ¶ *Maior.*] ſi de app. l. 1. §. ſi quis infra eadem aetoritatum.

IDeo *huic ſanctæ ſedi.*] CASVS. Quærebatur quare priuilegia ſedi Apoſtolicæ ſint conceſſa concilia congregare, & damnatos epiſcopos reſtituere: & de ſummis negotiis cognoſcere. Et reſpondet, vt omnes oppreſſi & iniuſte damnati auxilium habeant, & quòd iniuſte nõ damnentur aliqui ſine vltione.

h ¶ *Conciliis.*] Ergo patet quòd legatus non poteſt facere concilia, vt dixi ſupra diſt. 3. §. porro. & diſt. 17. regula. & ca. huic ſoli ſedi.

i ¶ *Ac reſtitutionibus.*] [α] Arg. hic quòd ſolus Papa poteſt reſtituere clericum depoſitum. de pæ. diſt. 6. qui vult. in fi. & ff. de quaſt. l. 1. in fi. & de pæ. l. diui. Arg. contra 11. q. 3. epiſcopus in ſynodo. & 46. diſtin. clericus maledicus. Ad hoc dicas, quòd ſi eſt ſolenniter degradatus, ſolus Papa poteſt eum reſtituere. ſecus ſi eſt verbo ſolo depoſitus [b].

CVM ERGO ZEPHERIVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua quæritur an ſit licitum fruſtratorie appellare. & vera eſt ſolutio quòd non: & quæ dicit, ſuperficialiter dicit: & ad hoc probandum inducit viij. auctoritates ſanctorũ patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Quia dictum eſt ſupra per Zepherinum quod appellare poſſent maxime oppreſſi, in c. ad Romanam. & per Marcellum dictum eſt ſupra in c. ad Romanam. quod qui volunt appellare, poſſunt: infert Gratianus quòd hic quis grauatur, ſiue non in accuſatione, appellare poteſt. Quidam tamen dicunt appellandum eſſe fruſtratorie: & diſtinguunt ita dicentes, quod dictum eſt ſupra in c. ad Romanam. Vt volentes, &c. refertur ad eos qui volunt recipere conſecrationem a ſede Apoſtolicã. & ſi ab aliquo impediantur, appellabunt. Neceſſitatem patientes, refertur ad oppreſſos, & iniuſte per ſententiam condemnatos, vt illi defendantur & illi recipiunt conſecrationem. Eodem modo intelligitur illud Zepherini. Sed certe dicit Gratianus, quòd ſecundum primam interpretationem, id eſt, opinionem quæ eſt in princ. §. quæ dicit quod ſiue quis grauetur, ſiue non, appellare licet; oppreſſi intelliguntur aliqua iniuria affecti. Sed ſecundum ſecundam, qua dictum eſt, Vt volentes ad conſecrationem, neceſſitatem patientes ad tuitionem referantur, oppreſſi intelliguntur per ſententiam iniuſte damnati, & ſecundum hanc vltimam opinionem non licet fruſtratorie appellare.

k ¶ *Cum ergo.*] magiſter approbat opinionem, quæ dicit, quòd fruſtratoria admittitur: & probat hoc ſeq. 47. c. & ſuſpenditur conſtructio vſque ad illum §. patet ergo, vnde in titulo cuiuſlibet cap. ponitur hæc dictio, cum.

4 in epi. Lucij 1. & 1 concil. Carth. 3. c. 10. In capitul. Hadria. Anſ. l. 3. c. 88. Iuo p. 6. ca. 326. ex Lucio.

[α] Papa ſolus clericum depoſitum reſtituat.

b De hoc not. 50. diſt. contumaces. ibi videas.

Sed cum Gregorius ſcribat omnibus per diuerſas prouincias.

¶ De cauſa appellationis cognoſcere non liceat, niſi ei, ad quem appellatur. C. XI.

[1] DEcreto noſtro veſtram rogantes charitatem mandamus, vt ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorum [a] Aldricum Cœnomanenſis eccleſiæ epiſcopum accuſare damnabiliter attentauerit: vt [a] honoretur beati Petri Apoſtolorum principis memoria, eccleſiæque Romanæ, cui præſedit, priuilegium, noſtri nominis auctoritas: liceat illi poſt auditionem [b] primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos appellare, & noſtra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos [c] noſtros † ex latere miſſos iuxta patrum decreta ſuas exercere, atq; diffinire actiones [d], nulluſque illum ante hæc iudicet, aut iudicare præſumat. Sed ſi quid (quod abſit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, vt nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ eccleſiæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur: quàm ab eiuſdem eccleſiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ vices ſuas ita aliis impertiuit eccleſiis, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. *& infra.* ¶ Si autem (quod nõ arbitramur) à quoquam ſecus præſumptum fuerit, ab officio cleri ſubmotus [e], auctoritatis † Apoſtolicæ reus ab omnibus iudicetur: nec lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrauerunt, beſtiali ſæuitia quoſque audeant lacerare: & quod ſibi fieri nolunt, aliis inferre præſumant.

a ¶ Vt honoretur.] *Hinc uſque ad verſ.* auctoritas. *addita ſunt ex ipſa epiſtola 2, quæ extat in bibliotheca Dominicana. & videtur eſſe Gregorij quarti. ex qua etiam ſumptum eſt c.* Nulli fas. *diſt. 19. & apud Iuonem utrumque caput ſimul habetur. Iſtius autem Aldrici (ut ex catalogo epiſcoporum eccleſiæ Cœnomanenſis colligitur) mentio eſt in concilio apud S. Medardum. quod paulo poſt Gregorium iiij. habitum fuit. Itaque defenſio ipſi à Gregorio præſtita profuit.*

Item cum Vigilius Papa in epiſtola ad Eutherium, cap. ult. dicat.

¶ Iudicia appellantium ab eis ſunt audienda, ad quos appellatur. C. XII.

[2] QVi ſe ſcit [f] aliis eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem eſſe ſibi prælatum. Ipſa namque eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia cauſarum eidem ſanctæ ſedi reſeruata eſſe liquet, præſertim cum in his omnibus eius ſemper ſit expectandum conſultum: cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit ſacerdotum, cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eamdem ſanctam ſedem nouerit redditurum.

¶ *Reſtitutum eſt cap. hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epiſtola 1. habetur prior pars huius c. uſque ad ver.* ipſa namque. *(quemadmodum & apud Leonem epiſtol. 84. quod refertur ſupra diſt. 23. cap. quamquam. & in cap. ſequenti qui ſunt.) & est an ſententia ceterarum partium.*

Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum inueheretur, qui Rhotandum † epiſcopum appellantem Apoſtolicam ſedem damnare auſus eſt, ita dicens [3].

¶ De Rhemenſi Archiepiſcopo, qui appellantem Romanam ſedem iudicare eſt auſus. C. XIII.

[4] ARguta ſapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depoſitionis aduerſus Rhotandum aſſumpſit, & ab itinere Apoſtolicæ ſedis remouit †, & continuatim [g] Apoſtolicam ſedem appellantem damnauit, & carcerali [h] cuſtodiæ mancipauit. *& infra.* ¶ Priuilegia tamen Apoſtolicæ ſedis vos obliuioni tradere nullatenus debuiſtis, quibus venerandi canones iudicia totius eccleſiæ ad hanc deferri iubent. *& infra* ¶ [5] Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noueritis operatos, vt priuilegia ſedis Apoſtolicæ, quæ male à vobis violata videbantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente cõtumacia, recuperari non poterant, auctoritate Apoſtolica, & cana patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore [i].

a ¶ Cana.] *Cum antea legeretur.* canonica, *emendatum ſic eſt ex epiſtola ipſa, quæ habetur man ſcripta & nuper eſt impreſſa in appendice bibliotheca: & in libro Ennodij pro Symmacho legitur,* cana miracula, et canum genium. *iuxta illud Virgilij:*

Cana fides & Veſta, Remo cum fratre Quirinus, iura dabant.

Item Leo Papa ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 2. al. 84.

¶ Quiſque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus deſiderat. C. XIIII.

QVi ſcit [k] ſe quibuſdam eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quàm exigit [l], ipſe etiam dependat: ſicut non vult grauis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis, & mitis magiſtri dicentis [Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.] Matth. 11.

DEcreto.] CASVS. Aldricus Cœnomanenſis epiſcopus timebat accuſari coram ſuo primate, vel metropolitano: & timebat ne audiretur appellans ſi ad ſedem Apoſtolicam appellaret. vnde Greg. præcepit, quòd ſi Aldricus accuſatus fuerit & appellauerit, audiatur: & cauſa coram ſummo Pontifice vel eius legato terminetur: interim autem contra eum nihil iudicetur, & qui contra hoc fecerit, punietur: qui alij vocati ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

a ¶ Aemulorum.] Si æmuli erant, quomodo admittebantur ad accuſationem: cum de iure hoc ſit prohibitum, vt infra ea. q. 7. ſi qui ſunt. & 3. q. 5. c. 2. 3. & 4. reſpond. [**] omnes accuſatores vulgo dicuntur æmuli. præſumitur enim quòd ſemper inuidiæ cauſa fiat accuſatio. Vnde canon vocat accuſationem illaudabilem intentionem, vt infra ead. q. 7. ſi quis epiſcopus. nam non ſolum videtur eſſe diſcordia inter accuſatorem & accuſatum: ſed etiam inter domeſticos & amicos accuſatoris & accuſati, vt ff. de legi. ſciendum. §. 2.

b ¶ Auditionem.] Videtur hic quòd non liceat appellari ad Apoſtolicam omiſſo metropolitano, vt infra q. 7. metropolitanum. & ſupra ead. ſi quis putauerit. & ff. de ap. Imperatores. Sed non tenet hoc in foro eccleſiaſtico. ſupra ea. ſi quis. Sed ſubaudi, maxime.

c ¶ Legatos.] Ad hoc deſtinatos. Vel dic quod in legato Papæ ſpeciale eſt ſecundum quoſdam vt de crimine poſſit diffinire, vt 16. q. 1. frater. aliàs ſecus, vt ff. de offi. proconſul l. ſolent. & ff. de eo cui man. eſt iur. l. 1. immo nec dico legatum Papæ hoc poſſe facere ſine mandato ſpeciali, vt extra de off. leg. quod tranſlationem.

d ¶ Actiones.] Notandum actiones eſſe proponendas. 11. q. 1. experientiæ. & ext. de mu. pet. c. 1. extra de iudi. examinata. Arg. contra, extra eod. tit. dilecti. Ioan. Sol. [**] ſecundum ius canonicum non tenetur aliquis proponere actionem, vt extra de iud. dilecti. Sed ſi proponatur inepta, cadit a cauſa proponens, vt extra eo. tit. examinata. B.[a]

[1] Polyc. l. 1. tit. 7. Iuo p. 5. c. 349. Anſ. l. 2. c. 19.

† al. noſtrorum.

[**] Accuſatio præſumitur ſemper inuidiæ cauſa fieri.

† al. iniuriarum reus.

[2] Anſl. 2. c. 20. Polycar. l. 1. tit. 14.

[**] Actio ſecundũ canones nõ eſt de neceſſitate proponenda.

[a] De hoc le. & no. 8. diſt. quo iure. ibi videas.

e ¶ Submotus.] Ecce pœna illius qui non defert appellationi, ſed ſecundum leges punitur in 30. pondo auri. C. de ap. quoniam.

QVi ſe ſcit.] CASVS. Minores Prælati obedire debent ſuo maiori: nec moleſte hoc ferre. vnde quilibet poteſt recipere appellationem ad ſedem Apoſtolicam factam: cum appellationes epiſcoporum & magna negotia ei referuentur, & qui contra hoc fecerit, deponatur.

f ¶ Qui ſe ſcit, &c.] 3. q. 6. quamuis, &c. ADDITIO. Et c. multum. & c. dudum. Laur.

ARguta.] CASVS. Archiepiſcopus Rhemen. Rhotandum ad ſedem Apoſtolicam appellantem de facto depoſuit, & incarcerauit. Dominus Papa hoc audito eum reſtituit: quo reſtituto, ſcribit ille archiepiſcopo, & inuehitur cõtra eũ, dicens quòd ideo eum reſtituit, ſcilicet epiſcopum, ne priuilegia ſedis Apoſtolicæ violentur. Caſus ſeq. c. facilis eſt: & per te ponere potes.

g ¶ Continuatim.] id eſt, iterum & iterum.

h ¶ Et carcerali.] Quod poteſt fieri in cauſa criminali, ſi condemnatus appellans eſt ſuſpectus: nec poteſt dare fideiuſſorem, vt C. de app. eos.

i ¶ Honore.] Vt ſicut de facto fuerat depoſitus: ſic de facto reſtituatur [b], vt de app. ad hæc ſicut. & c. ad præſentiam. ſupra ead. q. 1. primates.

k QVi ſcit.] Ita facit hoc ca. ad propoſitum, quia ſicut epiſcopus vel alius prælatus eccleſiæ vult deferri appellationibus ad ipſum factis: ſic & ipſe tenetur deferre appellationibus factis ad ſedem Apoſtolicam. & eſt ſimile bonum C. de of. præf. vrb. l. 1. vbi dicitur, quòd eſt ſocietas muneris, quod magiſtratus gradum ſuperioris agnoſcat.

l ¶ Exigit.] ſi. 32. q. 6. c. 1. & 2. & 74. diſt. quorumdam. & diſt. 9. neque in fi. ff. de adult. ſi vxor. §. iudex. Ioan.

† al. Rothaldum.

[3] In appendice bibliothecæ ſanctorũ patrũ.

[4] Anſel. l. 2. c. 67.

† al. reuocaueris] Orig.

[5] Anſel. l. 2. c. 85.

[b] ſc. Rhotandus epiſcopus.

PAT

PATEAT. CASVS. Ab illo c.decreto.eſt ſuſpenſiua conſtru-ctio vſque ad hunc § Ex ſupradictis ergo infert, quòd appellari po-teſt non frustratorie: ſi tamen frustratorie appellauerit à iudice ap-pellationis, punietur. Poſtea dicit quòd appellari poteſt, quoties grauamen infertur. & ad hoc inducit capitula ſequent.

a ¶ *Condemnabitur.*] ſi appellatio alicui⁹ fuerit pronunciata fruſtratoria, tunc ſi prior iudex à quo eſt appellatum, non admittit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abſcedat. C. de ap. à proconſulibus. ſed ſi prior iudex admiſit appellationem, pro arbitrio iudicis punitur, vt C. eod. l. eos. §. ne temere.“ Sed ſi in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in 50. libris argenti. C. quor. ap. non reci. ab executore. l. fi. Si ſine calumnia, non punitur niſi in expenſis. extra de ap. ſæpe. extra de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. cum veniſſent. Item remittitur ad eum à quo appellauit. extra eo. cum in eccleſia. Dicunt tamen quidam, quòd niſi euidens ſit aliquem calumnioſe appellaſſe, non debet puniri in expenſis. Argum. optimum. ff. de le. 2. qui ſolidum. §. etiam. alioquin quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum, vt ff. de per. hær. illud. tunc autem præſumitur non fieri calumnioſe, cum iuratum eſt de calumnia, vt 1. q. 7. ſancimus. ſed hoc non credo immo ſemper in cauſa appellationis condemno victum, vt infra ead. omnino. & in cõſtit. noua Innocent. de ap. vt debitus^a. & ff. de ap. negotiorum. in princ. & ſupra ead. q. 1. in primis. Ioan.

1 Et Victor epiſt. 1. & Iulius ſupra e. c. ſi quis putauerit. 1. ſupra c. 7.

“ appellans per calumniã ad quid puniatur.

2 Pol. l. 1. tit. 6. Anſ. l. 2. c. 9. & 11. Pan. l. 4. c. 126.

3 Anſel. l. 2. c. 60.

Patet ergo quòd nulli appellanti ſunt induciæ denegandæ. Ceterum ſi cauſa fruſtratoriæ dilationis appellauerit, à iudice, ad quem prouocatum fuerit condemnabitur^a. Tempus vero appellationis eſt ante datam, vel poſt datam ſententiam. Quoties enim quis ſe grauari ſenſerit, libere poteſt appellare.

Vnde Sixtus Papa ij. epiſt. 1. ad Gratum epiſcopum ait [1].

¶ Qui grauatur à proprio metropolitano, primatem, aut vniuerſalis eccleſiæ ſedem appellet.

C. XV.

[2] SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur.

Item Felix ij. ad epiſcopos in Alexandrina ſynodo congregatos, c. 10.

¶ Romanam ſedem appellet, qui iudicem ſuſpectum habet.

C. XVI.

[3] QVoties epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint^b prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanam appellent^c ſedem, ad quam eos abſque vlla detentione, aut ſuarum rerum ablatione libere liceat ire: & dum prædictam Romanam matrem appellauerint eccleſiam, aut ab ea ſe audiri^d popoſcerint, nullus eos aut excommunicare^e, aut eorum ſedes ſurripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat, antequàm eorum cauſa Romani Pontificis, auctoritate finiatur. Quòd ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit, ſed viribus carebit.

Item Iulius Papa in reſcripto ad epiſcopos orientales, cap. 30.

¶ De eodem. PALEA.

C. XVII.

[4] IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, vt ab ea omnes auxilium oppreſſi, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant.

4 Eſt ſumma quædam capitis recitati ſupra ead. c. ideo. & habetur in vetuſtis exemplaribus, in quibus Paleæ eſſe non ſolent.

4 E. c. ideo

Oppreſſi, & ſe prægrauari putantes intelliguntur ante datam ſentẽtiam: iniuſte damnati, poſt datam ſententiam.

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ epiſcopus ſcribit epiſcopis per Siciliam, epiſtola 2. cap. 1.

¶ Ante exitum cauſæ per appellationem recedere licet.

C. XVIII.

[5] NOn ita^f in eccleſiaſticis agendum eſt negotiis, ſicut in ſæcularibus. Nam in ſæcularibus legibus, poſtquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet^g ei ante peractam cauſam recedere. In eccleſiaſticis vero, dicta cauſa^h, recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

5 Anſel. l. 3. c. 73. Pol. l. 5. ti. 1. Iuo p. 6. c. 336. Pann. l. 4. c. 100.

3 Qui vero ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.

f ¶ *Non ita.*] ſecundum leges ante diffinitiuam ſententiam non appellatur, vt C. de iud. apertiſſimi. & j. ea. non ſolent. tamen clericus ante diffinitiuam ſententiam appellat, vt C. de epiſ. aud. l. 2. & cum actorum vel pronunciationis editio negatur. C. vt li. pen. l. 2. & cum ab iniuria appellatur, vt de min. ait prætor. §. permittitur. Idem dico vbi appellatur à grauamine manifeſto, vt C. de ap. ſi quis prouocationem. item vbicumque iudex aliquid facit contra legem negando dilationem, vel quid ſimile, vt infra ead. non ſolent. Hodie autem ſecundum ius canonicum non appellatur ante ſententiam, niſi euidens fuerit cauſa grauaminis, vt in conſtit. Innoc. vt debitus. & ſic videtur idem iuris ſecundum leges, & etiam ſecundum canones, quod falſum eſt, vt dicunt doctores legum. & infra c. non ſolent.

g ¶ *Non licet.*] Alia eſt ratio negotiorum eccleſiaſticorum, alia ſæcularium, vt infra de conſecr. diſt. 3. celebritatem. & 10. diſt. leges. 23. q. 1. admonere. argu. contra. 11. q. 1. quicumque litem. ſed hoc non tenet, vt extra de for. compet. propoſuiſti. Quidam tamẽ dicunt, quod vbicumque tam ſecundum leges quam ſecũdum canones poteſt fieri appellatio à manifeſto grauamine. Alij dicunt quod ante ſententiam ſecundum leges non appellatur, niſi in caſibus in iure expreſsis.

h ¶ *Dicta cauſa.*] id eſt, aſsignata cauſa appellationis, ſed nõ oportet ibi probari. ſed coram iudice ad quem appellat. vt C. de ap. eo. & j. ea. q. in fi. niſi in caſu. C. de prec. imp. off. auth. quæ ſupplicatio. & extr. de his quæ fi. a ma. par. ca. cum in cunctis. nec prius eſt audiendus appellans à iudice ad quem appellauit, quam conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine. Aliter enim remittendus eſt ad eum, à quo appellauit, vt ext. de ap. cum in eccleſia. “ Videtur ergo quòd quilibet tenetur aſsignari cauſam appellandi, vt hic, & ext. de ap. conſtitutus. 2. & ff. de. ap. appellanti. ſicut in ſuſpecto iudice cauſa eſt aſsignanda, licet alibi probanda ſit. ſed quod non ſit aſsignanda, probatur: quia fruſtratoria appellatio ſecundum hæc iura eſt admittenda. Item non videtur eſſe neceſſarium quòd allegetur cauſa, quia poteſt ab ea recedi. ff. eod. ſcio quæſitum. in fi. extra eo. tit. conſtitutus. Item quòd non ſit neceſſe cauſam aſsignare, probatur ext. vt lit. non cont. accedens. 2. Et dicit lex, quod cum coram iudice appellatur, ſufficit dicere, appello, vt ff. de ap. ſcio. Dicas ergo, quòd ſemper appellans tenetur aſsignare cauſam, vt ext. eod. vt debitus^c. tamen ſi cauſam non aſsignat, & poſtea contra iudicem appellationis probat iuſtam fuiſſe cauſam appellandi, bene caſſabitur quod factum eſt, vt ext. vt lit. non conte. accedens. 1. Et ita prior iudex benefacit non deferendo appellationi, cum cauſa appellationis non ſit expreſſa. Secundus ſimiliter bene excuſat: quod factum eſt, cum iuſta cauſa ſubfuerit appellandi. Alij exponunt dictam cauſam, id eſt, lit. non conteſt. quia ante lit. conteſt. non eſt appellandum, vt ext. de ap. reprehenſibilis. niſi fiat apertum grauamen, vt ext. eo. conſuluit. 1. & c. cum ſit Romana. Ioan. Hodie ante ſententiam qui vult iudicem recuſare, ſemper proponat cauſam, vt extra eo. vt debitus. & offerre debet proponens ſe velle eam probare coram arbitris ſi iudex petit, alioquin eius appellatio non valet, vt extra de ap. interpoſita. Si vero non recuſet iudicem ſed aliam cauſam proponat, alleget talem, quæ probata ſit legitima, & eam coram iudice offerat ſe probaturum ſi iudex petit. B.

“ Appellõis cã verum ſit aſsignanda.

c Hoc meli⁹ hĩ c. 11. cum ſpeciali. vbi In. no. q ſufficit ei q recuſat, cãs recuſatiõis legitime ꝓponere. Arc.

a Hanc ſententiam ſequitur Go. quod dic vt plene not. p Bal. Inno. & Ho. extr. de do. & cont in ſi. Arch.

QVoties.] CASVS. Si epiſcopus grauatur à ſynodo, vel metropolitano, vel eos ſuſpectos habuit, ſedem Apoſtolicam appellet, & non excommunicetur, nec res auferantur, vel vis fiat ei donec negotium per ſedem Apoſtolicam terminetur. Caſus ſequentis c. per ſe patet.

b ¶ *Putauerint.*] licet non grauentur, & ſufficit quòd putent hoc, & ſufficit probare probabilem cauſam appellanti. extra de ap. bonæ. in fi. & ff. eo. appellanti. niſi ſit remota appellatio: tunc enim requiritur quòd ſit probabilis, & quòd ſit talis, quæ probata legitima ſit appellatio. vt extra eo. vt debitus. Ioan. Ego credo indiſtincte quòd hodie debet eſſe cauſa probabilis & legitima, vt extra eo. vt debitus. quod intelligo ante ſententiam. B.

c ¶ *Appellent.*] “ Not. quòd poteſt à iudice ſuſpecto recedi per appellationem^b, vel etiam per recuſationem vt hic, & ext. eo. poſtremo. & ſupra c. prox. & ext. vt lit. non conteſt. accedens. 1. & quidquid fit poſt recuſationem, æque caſſatur ſicut fieret poſt appellationem, vt ext. de eo qui mit. in poſ. cum ſicut. in fi. Refert tamen cum dicitur, recuſo iudicem vt ſuſpectum, quo caſu loquitur decr. ext. de ap. ſecundo requiris. Vel ſi ſic dicatur, habeo iudicem ſuſpectum. quo caſu non cogitur coram arbitro probare cauſam ſuſpicionis: quia poteſt iudicem declinare per appellationem, vt dictum eſt.

“ Iudex ſuſpectus dupliciter declinatur.

b Dicit Ion. Non. decet mihi q à iudice delegato vel ordinario poſsit appellare ex eo q iſte ſuſpect⁹ eſt, cũ tũc licet certum remedium recuſationis. 3. q. 5. quia ſuſpecti. Arch.

d ¶ *Audiri.*] Nota nihil intereſſe vtrum dicat quis, quòd velit cauſam ſuam audiri à Papa, vel expreſſe ad ipſum appellauerit, ſicut nec refert an appellet quis facto, vel verbo. extra eod. ca. dilecti. in parte de iſti.

e ¶ *Excommunicare.*] poteſt tamen de facto ad cautelam petere abſolutionem, vt extra eod. ad præſentiã. ſi vero appellatio non tenet, tunc poteſt talis excommunicari poſt appellationem. arg. extra eod. quæſtioni. Ioan.

OPPRESSI. CASVS. Oppreſſi dicuntur prægrauati ante ſententiam, iniuſte damnati poſt ſententiam. Et ad hoc inducit ſeq. c.

NOn ita.] CASVS. Aliud eſt in negotiis ſæcularibus quam in eccleſiaſticis “ quia in ſæcularibus non appellatur ante ſententiam: in eccleſiaſticis vero quandocumque grauatur, poteſt appellari.

“ Appellare ante ſi liceat vtrũ liceat.

QVI VERO. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua dicitur, quòd contumaces ſunt puniendi ſecundum maius & minus: tamen grauatus ſemper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit ſequens cap.

QVisquis.] CASVS. Si aliquis præcepto vel ſententiæ iudicis parere non vult, ſignificet hoc ſuperiori, & ille excõicabit eum, & faciet euitari donec pareatur ſententiæ vel præcepto.

a ¶ *Quiſquis.*] Illud c. intelligunt quidam de delegatis iudicibus, quorum ſententiam epiſcopus loci tenetur mandare executioni, vt ext. de of. deleg. ſignificaſti. [1] Alij intelligunt de iudicio. datis ab ipſo epiſcopo, qui ſuam ſententiam non poſſunt mandare executioni: quia tantum delegati a principe poſſunt mandare ſuas ſententias executioni. ff. de re iu. a diuo. ſed hoc nõ eſt verum, quia ſubdelegati hoc poſſunt. vt ext. de of. dele. ex litteris. & ext. de ſent. & re iud. cum Bertholdus. Ioan. Fere omnes dicunt, quod ſubdelegatus non poteſt ſententiam mandare executioni per legem. ff. de re iu. a diuo. & ſi excommunicare poſsit, vt extr. de off. delega. ex litteris. quia iubere cauere, & in poſſeſsionem mittere, magis eſt imperij quam iuriſdictionis, vt ff. de iu. om. iu. iubere. B. Sed quòd põt mittere in poſſ. cauſa rei ſeruandæ habetur ext. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. c. 3.

b ¶ *Probatum.*] ergo q̃ dicit aliquem contumacem, hoc probabit[a], ſicut qui dolum obiicit. argu. 3. q. 1. c. 1. & c. nemo. ext. de reſtit. ſpol. audita Argu. contra. ff. de re iu. contumacia. & 65. di. c. vlt.

c LIceat etiam in criminalibus.] Immo potius in criminali quam in ciuili, vt ff. de app. non tantum. & infra ead. non ſolent. & §. eſt autem quando. ver. nullus.

SI quis.] POST DATAM. Hæc eſt 4. pars q. in qua quæritur intra quod tempus ſit appellandũ, & dicas q̃ intra x. dies. infra ea. anteriorum. Probat tamẽ magiſter in legibus Theodoſianis, q̃ intra triduum ſit appellandum. Sed illæ leges ſunt correctæ p̃ prædict. l. anteriorum. Io. de Fan.

CASVS. Dicitur in hoc §. q̃ intra v. dies appellari debet, & intra eoſdem litteras dimiſſorias accipere, & iter arripere ad iudicem appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

d ¶ *Intra quinque dies.*] olim ſtatuti fuerunt duo dies. infra eadem biduum. poſtea Theodoſius dedit quinque, deinde Iuſtinianus decem, vt ead. anteriorum

[1] Delegati inferiorum ſuas ſententias exequi non pñt.

1 Pan. l. 4. c. 132.

2 Cod. Theod. l. 11. ti. 30. & interp. l. 20

3 Anſ. l. 2. c. 11. Burc. l. 1. c. 144. Iuo p. 5. c. 261. Pan. l. 4. c. 122.

† *al. ſupplicium.*

4 Iuo p. 5. c. 248. Anſ. ib. Burc. ibid. Pann. l. 4. c. 120.

a ſc. p̃ teſtes vel inſtra, vel citões, q̃ in ſcriptis redigendæ ſunt, ext. de probat. q̃m. Bernard.

5 in ſententiis Iulij Pauli cũ interp. Aniani li. 5. tit. 33. c. 1. Iuo par. 5. c. 281. Pan. l. 4. c. 127.

† *al. prouocare.*

Vnde in concilio Mileuitano, c. 24.

¶ Excommunicetur, qui iudicibus ſuis obtemperare non vult. C. XIX.

1 QVisquis [a] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum [b], det litteras, vt nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet.

Item quòd poſt datam ſententiam appellari poſſit, Fabianus Papa teſtatur dicens Hilario epiſcopo, epiſt. 3. c. 2. [2]

¶ Non denegetur appellatio ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauit. C. XX.

3 LIceat etiam in criminalibus [c] cauſis appellare: nec appellãdi vox denegetur ei, quem ſupplicio † ſententia deſtinarit.

Quod paulo ante idem affirmat eodem c.

¶ Ante datam ſententiam licet alicui appellare. C. XXI.

4 SI quis iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat.

4 *Poſt datam vero ſententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies* [d] *appellet, & intra eoſdem, à quo prouocauit, litteras dimiſſorias accipiat. & intra eoſdẽ, ad quem appellauit, iter arripiat.*

Vnde in Theodoſianis a legibus [e] *ſic ſtatutum inuenitur.*

a ¶ Theodoſianis.] *Hoc & 4. ſequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodoſianis, habentur libro 5. ſentent. Iulij Pauli cum interpretatione. Ex qua apparet Gratiani etiam tempore has ſententias coniunctas fuiſſe cum codice Theodoſiano, ſeu breuiario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur ſe vnà cum illud non ex ſolo Theodoſiano codice, ſed ex alijs libris collegiſſe, & in legum collectione, atque interpretatione epiſcoporum præcipue opera vſum fuiſſe.*

¶ Poſt latam ſententiam intra quod tempus quiſque appellare debeat. C. XXII.

5 PRopter ſuperfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocandis ſententiis liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ conſtitutæ ſunt: vt quicumque apud iudicẽ, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicẽ appellare † voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipſis quinque diebus ad iudicem, ad quem prouocauerit, ſine aliqua diſſimulatione perueniat: & ipſe dies, quo accepit litteras, in his quinque diebus ſpecialiter computetur. Quòd ſi longius iter ſit, exceptis his quinque diebus, ſpacium dierum, quo iter [f] agi

e ¶ *Vnde in Theodoſianis legibus.*] qui has leges allegat, falſarius eſt, vt C. de vet. iu. enu. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de no. cod. confir. in fi.

PRopter.] CASVS. Si quis duxerit appellandum, intra quinque dies appellet, & intra eoſdem litteras accipiat dimiſſorias, & ad iudicem ad quem appellauit perueniat: & ſi maius ſpatium ad iter fuerit neceſſarium dabitur ei.

f ¶ *Quo iter.*] vt ſemper viginti milliaria pro die computentur [b], vt ff. ſi quis caut. l. 1. & ſi quid ſupererit, hoc etiam pro die computetur, vt ff. de verb. ſignifi. l. 3.

poſſit, computetur.

C. XXIII.

6 HAbita dinumeratione xx. millium diurnorũ per ſingulos dies, computetur.

§ *Caput hoc abeſt à vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Iuone, & Pannormia. In uno autem Gratiani valde emendato eſt in margine ſuperioris capitis tanquam gloſſa quædam.*

Item ibidem titul. 34.

¶ A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimiſſoriæ litteræ dirigantur. XXIIII.

7 AB eo, quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, dimiſſoriæ litteræ dirigantur, quæ vulgo Apoſtoli appellantur, quarum † poſtulatio, & acceptio intra quinque [g] dies ex officio finiẽda † eſt. [¶ Iſta iam ſuperius ſub titulo de cautionibus, & pœnis appellationum interpretata ſunt.] ¶ Qui intra ſtatuta [h] tempora dimiſſorias non poſtulauerit, vel acceperit, vel reddiderit: præſcriptione ab agendo ſubmouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

Item ibidem tit. 35. cap. 2.

¶ De his, qui cauſa dilationis appellant. C. XXV.

8 QVicumque [i] non confidentia iuſtæ cauſæ, ſed cauſa afferendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellauerit, vel ſi de facto ſuo confeſſus, ne addicatur †, appellare voluerit: huiuſmodi appellationes non recipiuntur.

Item ibidem tit. 36. c. 1.

¶ Cum poſſeſſor appellat, dum euentus cauſæ dubius eſt, poſſeſsionis fructus ſequeſtrentur. C. XXVI.

9 QVoties poſt auditam cauſam iudici poſſeſſor appellat, fructus poſſeſſionis, de qua agitur, dum ſecundæ audientiæ euentus dubius eſt, merito ſequeſtrantur [k]. Nam ſi petitor appellauerit, hoc ab eo poſtulari non poteſt: quia non poteſt ſequeſtrari, quod non habet. [10] Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, penſiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, ſi de naui agatur, deponi ſolent.

Item ibidem tit. 37. cap. 1.

¶ Iniuſte appellans omnino puniendus eſt. C. XXVII.

11 OMnino [a] puniendus eſt, vt quoties iniuſta appellatio-

ABeo.] CASVS. Dicitur hic, quòd litteræ dimiſſoriæ porrigi debent iudici ad quem appellatur, intra v. dies, & intra eoſdem peti & accipi: & ſi hoc appellans non fecerit, cadit a cauſa: & verba iſta, ſcilicet, *Iſta iam.* vſque ibi, *Qui intra* &c. non ſunt de lege, ſed Gratiani, vel alterius. *Superius*, id eſt, in codice Theodoſiano. & hoc ſimiliter eſt abrogatum.

g ¶ *Intra quinque.*] hodie xxx. vt infra e. q. in fi. §. penult.

h ¶ *Statuta.*] ſic & hoc hodie non tenet, vt C. eo. quoniam.

QVicumque.] CASVS. Non auditur fruſtratorie appellans [c], vel qui in iure cõfeſſus fuit contra ſe.

i ¶ *Quicumque.*] quod obtinet in ciuili, vt confeſſus non auditur appellans: in criminali aliud, vt j. ead. ſunt quorum [d]. niſi alia probatio iudicem inſtruat. ff. de quæſt. l. prima. §. diuus. ſecundo. Ioan.

QVoties poſt auditam cauſam.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi poſſeſſor rei immobilis confeſſus ſuit, & condemnatus fuit ad reſtitutionem rei, ſi appellauerit, cauſa pendente fructus ſunt ſequeſtrandi: quod in petitione fieri nõ poſſet, cum nihil poſsideat. Sed ſi propter prædia vrbana, id eſt, domus vel mancipia, vel iumenta fuerit appellatum, penſiones, mercedes & vecturæ debent ſequeſtrari: q̃d intelligi debet. & ſi propter nauem naulum fuerit acquiſitum. quod datur nautis propter aliqua in naue ferenda.

k ¶ *Sequeſtrantur.*] hoc non tenet hodie, vt infra 16. quæſtio. 4. volumus. infra ead. appellatione pendente. & extra de ſequeſtra. ad hoc. Vel tenet in caſu qui eſt ff. de app. Imperatores. ſcilicet quando poſſeſſor dilapidat fructus, vt ibi dicitur. hoc expreſſe patet de ſequeſt. cap. pen. & fin. [11] Vel dic, quòd ſi appellatur ab executore, quòd tunc ſequeſtrantur fructus, ſed non reipſa, vt C. quorũ appel. non recip. ab executore.

OMnino.] CASVS. Si aliquem iniuſte appellaſſe pronuntiatum fuerit, aduerſario condemnabitur in expenſis, non tantum in ſimplum, ſed in quadruplum.

b De hoc not. extr. de ele. cũ inter vniuerſas. & de reſcri. nonnulli. in gl. nũquid, &c.

6 ff. ſi quis cau. l. 1.

7 Iuo p. 5. c. 282. Pan. l. 4. c. 128.

† *al. quarum.*

† *al. facienda* ſunt verba interpretis.

c Sub. niſi vellet p̃bare errorem. nã tũc auditur, extr. de conſt. c. vlt. & no. ext. de ver. ſign. ex parte. Arc. d C. õcor. l. 1. cũ gl. & ibi Bar. C. quo. ap. nõ re. & l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel.

8 Ex interpretatione. Iuo par. 1. c. 281. Pan. l. 4. c. 129.

† antea legebatur, *abnegatur*, vel *obiiciatur*.

9 Ex interpretatione. Iuo par. 5. c. 284. Pann. l. 4. c. 130.

10 Ex Paulo ibidem.

[11] Appellõ ab executore facit fructus ſequeſtrari.

11 Iuo p. 5. c. 285. Pann. l. c. 4. 131. Ex Paulo.

a ¶ *Sum*

Appellantis iniuſte punitio.

a ¶ *Sumptus.*] “ſecundum canones punitur in expenſis, vt hic, & ext. e.d.reprehenſibilis. ſecundum leges punitur in ciuili cauſa.in 50. libris argenti.C.quo.ap. non reci.ab executore. in criminali infamis eſt, & litem perdit vt C.de ap.a proconſulib. niſi primus iudex admiſiſſet appe. lationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur.C. de ap. eos.§.nec temere.

uerſus.ext.de ap.ex ratione. H.tamen dicit hoc tempus eſſe continuum:ſed poſtea dicit reſtituendum eum qui agere non potuit.

AD HOC SANCIMVS. CASVS. Aliquis ad principem appellauit: ſed propter occupationes principis non potuit cauſam proſequi intra tempus conceſſum appellanti a lege. dicitur hic, quod non cadit à cauſa pp hoc: ſed cauſa tractabitur cum placuerit Imperatori. Nullus. n. pot compellere principem, vt de cā cognoſcat, vel vt partes conuocet aut pceres.

b ¶ *Quadruplos.*] hodie ſimplos, vt Co. de fruct.& li. expen. non ignorat. & l.terminato. Vel forte duplos, vt 3.qu.4.libellum. Dic vt extr. de dol.finem.

PRÆMISSIS. CASVS. Repetit ſupra dicta Grat. vt corrigat, & ad hoc inducit ſequens authenticum, anteriorum legum.

ANteriorum.] CASVS. In lege veteri cauebatur, vt qui propria cauſam per ſe agit, intra biduum appellet: qui vero p procuratorem, intra tertiam diem. Sed quidam legum ignari pp hoc decipiebantur putantes ſibi licere ſemper poſſe intra triduum appellare, & ſic à cā cadebant. quare hoc corrigit Imperator, & ſtatuit, quod cuilibet liceat appellare à ſententia intra decē dies in quacunq; cā, & à quocūque iudice, excepto præfecto prætorio.

Nouella 23 apud Iulianum antecessorem.

c ¶ *Anteriorum.*] in auth.de app. & intra q̄ tempora debeat appe. col.4.in princ.

d ¶ *Dierum.*] ſed numquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decē dies? Non vi: quia dies illa in qua promiſsio aliqua fit, non computatur cum illo tempore, niſi excipiatur, vt ff. ſi quis caut. l.1. ſed contra dies in quo fit diuortium, computatur inter ſexaginta dies, qui dantur accuſatori à tempore, diuortij, vt ff. de adult. pater. §.1. Item licet dicat intra decē dies, tū decimus dies comprehenditur intra illud tempus, vt ff. de ſuc.edi.l.1.§. quod dicimus. & ff. de ver.ſig. ſi quis ſic dixerit. “immo idem videretur, ſi diceret ante decem dies, quod adhuc in decimo die poſſet appellare, vt ff. de ver.ob.l.eum qui.§. qui ita.& facit ad hoc j. e. propter. Reſp. quod ſi tm̄ ſupereſt de die, quod poteſt deliberare condemnatus, tunc illa dies computatur pro vno die Ioan. Ego credo quòd ſemper computetur, & ita ſeruatur de facto.B.

Appellōis dies cōputatur in decēdio, quod datur ad appellandum.

pronunciatur, ſumptus[a], quos dum ſequeretur aduerſarius, impendit, reddere cogatur non ſimplos, ſed quadruplos[b].

a ¶ Omnino puniendus.] *In ſentent. ij Pauli legitur*, omnimodo probandum eſt, &c. *Sed quia eſt initium cap. tale. & de huiuſmodi punitione multa ſunt à doctoribus adnotata non eſt mutatum. Tantummodo ductus orationis eſt emendatus, addita particula, vt.*

Præmiſſis auctoritatibus intra quinque dies poſt datam ſententiam cuique appellare permittitur. Quod poſtea Iuſtinianus in conſtitutionibus ſuis corrigens intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens.

Imperat. Iuſtinianus Auguſtus.[z]

¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur. C. XXVIII.

ANteriorum[c] legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes facientes, & in præſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitate etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuerit & fuerit condēnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet ſin autem per procuratorem cauſa ventilata ſit, & in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: Plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putātes in triduum eſſe prouocatiōes porrigendas, in promptum periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſarium duximus huiuſmodi rei cōmpetēter mederi: Et ſancimus omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, & tutores ventilentur, poſſe intra decem dierum[d] ſpatium à recitatione[e] ſententiæ enumerandum, iudicibus ab his, quorum intereſt, offerri, ſiue magni, ſiue minores ſunt, excepta videlicet ſublimiſſima prætoriana præfectura, vt liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum, ne timore inſtātis opus appellatorium frequentetur, ſed ſit omnibus inſpectionis copia, quæ & indiſcuſſos hominum calores poteſt refrænare. ¶ Ad hæc ſancimus, ſi quando lis[f] ſperatur inferri noſtrum conſiſtorium, ſi forte contigerit Imperatoriam maieſtatem occupatā publicis cauſis ex mundanis prouiſionibus, non poſſe conuocare patres quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium[g] eſt litigantium, ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis, vt nolentem principē poſſit ad cōuocādos patres, ceteroſque pceres coarctare? Sed ſi qd[h] tale euenerit, cauſa intacta permaneat, donec Imperator[i] ſua ſponte motus, & conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere. ¶ Illud etiā in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autē neglexit. Cū enim veneranda vetuſtatis auctoritas[*] ita magiſtratus digeſſerit, vt alij maiores, alij medij, alij minores ſint, & appellationes a minoribus iudicibus nō ſolum ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litē exercerēt, nouitas autem hoc dereliquerit: euenit, vt ſuper minimis cauſis[k] maximi noſtri iudices inquietentur, & homines pp̄ter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis, vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus[l] iudiciales nō ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Lybia prouocatio ſperatur vſque ad decē[m] librarum auri[n] quantitatem:

e ¶ *A recitatione.*] “numquid hoc tempus vtile eſt, ſicut fuit tempus bidui? quod vr. aliter. n. videretur eſſe diminutum beneficium antiqui iuris, maxime cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergò veteri iuri ſtandum eſt. Co. de ap. præcipimus. in fin. & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt C. de teſt. ſancimus. quare ergo dicit hic, à recitatione ſnīæ, cum ſecundum legem antiquā à tēpore ſententiæ computentur[a] hi decem dies, vt j. e. biduum? Dic ergo, quod quantum ad ſui initium vtile eſt, ſed continuū quātum ad ſui progreſſum, quia tēpus hoc computabitur a tempore ſcientiæ, vt Co. quo. & qu. n. in. ab eo. & ff. de ædil. edi. cum ſex. & j. e. c. biduum. Cum enim illi decem dies dentur ad deliberandum, an velint ſtare ſnīæ, vel non: qualiter poſſet ignorans deliberare? Currit ergo hoc tempus a tempore ſciētiæ, & etiā a tempore quo pt agere. j. e. biduum. §. palam. ver. ſi ad-

Appellōis tēpus an ſit vtile an continuum.

a Sic & not. ext. de app. ſuper. eo. §. vl. & d. excepi. in gl. ſic dicas. Arc.

f ¶ *Lis.*] extr. e. ex rōe.

g ¶ *Vitium eſt.*] arg. quod per me non ſtat, mihi non eſt imputandum. 43. diſt. Epheſiis. Co. de cond. inſer. l. vlt.

h ¶ *Sed ſi quid.*] vnde ſic non poteſt terminus præfigi, vt dic tali ſit appellans reuerſurus, vt extr. de ap. ex inſinuatione.

i ¶ *Imperator.*] “idem eſt ſi alius iudex impediatur ad quem appellatur: in Auth. vt ſpon. larg. §. hoc quoque. col. 9. hoc verum eſt in cauſa appellationis, in principali enim cauſa ſecus eſt: quia ibi perit lis triennio. Co. de iud. properandum. Item quod dixi eſt verum, ſi ipſe appellans impediatur[b] per cauſam neceſſariam: puta per vim fluminis, vel ſimile. extr. de ap. ex ratione. ſi autem alter impediret eū, hoc ei noceret: ſed poſſet agere contra impedientem. ff. de dol. l. arbitrio. §. ſi dolo. Sed ſi ille non eſſet ſoluendo, tunc ei reſtituitur. ff. de eo. per quem factum erit, ex hoc edicto. ar. contra. extra de inte. reſt. ex. litteris. ibi enim non datur actio contra decipientem, ſed reſtituitur contra ſententiam. ſed hoc fuit quia impediens non poterat ſoluere quod petebatur. Ioan. Hodie ſecundum canones non perit inſtantia iudicij, ſi propter impedimentum cauſa intra triennium terminari non potuit, vt extr. de iud. venerabilis. B.

Appellanti impedito quō ſuccurritur.

b ſ. per principē, vel per iudicē. & ſic intelligitur iſta decr. ex rōe. & probatur eo. tit. ex inſinuatiōe. ſecundum Io. de Fant.

z Concor. l. ſemper. ff. & tur. in. & l. teſtamenta. C. de teſta.

ILLVD ETIAM. CASVS. Iudicum quidam maximi ſunt, & dicuntur illuſtres: qdā minores. & appellantur clariſsimi: quidam medij, & ſpectabiles nuncupantur. Appellabant homines aliter quàm antiquitus ſeruabatur. Nam pro minimis cauſis ad maximos iudices appellabant, ita vt totius litis æſtimatio vix ad ſumptus iudiciales ſufficeret. ideo ſtatuitur hic, vt in Ægypto & in vtraque Lybia vſque ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam, ſed ad præfectum auguſtalem, qui cognoſcat de cauſa, appellatione remota. In Aſia vero & Ponto vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad ſpectabiles, qui de cauſa cognoſcant ſine appellationis remedio. In oriente vero vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orientis, virum ſcilicet ſpectabilem.

k ¶ *Cauſis.*] quod fieri non debet, vt in auth. vt omnes obed. iud. §. hoc conſiderantes. col. 5.

l ¶ *Ad ſumptus.*] id eſt, ad victualia, quæ dantur iudicibus, vt extr. de vi. & hon. cle. cum ab omni.

m ¶ *Ad decem librarum.*] no. x. lib. auri minimum quid dici.

n ¶ *Auri.*] hic vocat minimam ſummam vſque ad x. libr. auri: alibi vſque ad

vſque ad 10. marcas: alibi vſque ad duos aureos. ff. de dol. ſi oleum. alibi quinquaginta ſolid. C. de defen. ciui. l. 1.

a ¶ *Poſt diffinitiuam ſententiam.*] [a] no. caſus in quib. ſecundo non auditur appellans. C. de epi. aud. ſi quis litigantium. Cod. de aſſer. tol. l. 1. C. de ap. iubemus. & l. in offerendis. in auth. de ſanc. epi. §. ſi quis vero. col. 9.[a]

quinquaginta. ff. quando ap. ſit. l. 1. §. ſi quis.

B*iduum.*] CASVS. Dicitur hic, quod biduum, vel triduū cōputan dum ſit a tēpore latæ ſententiæ ad appellandum; ſed vbi ſententia lata eſt ſub conditione, q̄ tn̄ ſic ferri non debet, ſimiliter à die ſententiæ & non exiſtētis cōditionis eſt appellandum intra biduum vel triduum. q̄d ſeruādum eſt non ſolum in ſentētia, ſed ēt extra ſententiam, vt puta cum q̄s ad tutelam, vel ad alia munera nominatur. hoc ēt intelligas, vt hoc tempus computetur a tēpore ſentētiæ, ſi potuit copiam iudicis hic, vel illius à quo appellauit, vel ad quem appellauit.

non in hanc regiam vrbem eam venire, ſed ad præfectum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris, nulla ei penitus poſt diffinitiuam[a] ſententiam appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit vſque ad prædictā quātitatem decem librarum auri appellationes ad viros ſpectabiles, comites forte, vel procōſules, vel prætores, vel moderatores, quib⁹ ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputauimus, remittātur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis, vice ſacri cognitoris[b] intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore perferant decidendas: Orientalem autem tractum cauſas appellatione ſuſpenſas, & vſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum ſpectabilem comitem orientis mittere, ſimili modo audientiam, & finem eis impoſiturum: Illo videlicet obſeruando, vt viri ſpectabiles duces, vel alij ſpectabiles iudices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittant appellationes in litibus, quātæcumque ſint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio in maius tribunal aſcendere) ſed ad Illuſtriſſimam præfecturam illorum appellationes, cuiuſcumque ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigantur, quæ† vnà cum[c] viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat, vtroque[d] officio ſubminiſtrāte[e], id eſt tam ex ſacris ſcriniis more ſolito, quàm præfectorio. Ita tamen[f] hæc ſancimus, vt nec à ducibus, vel aliis ſpectabilibus iudicibus (quibus forte, & ſi priuati[g] ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit) appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat, ne cauſa non gradatim[h] procedere, ſed perperā videatur: ſed à præſidibus[i] quidem prouinciarū & iudicibus à nobis datis[k], ſi non ſint ſpectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur[l]. Si autē vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, (quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt) vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel hi, q. à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes ſub quacūque[m] quantitate in hanc regiam vrbem ad competētes[n] antiquo more iudices referuntur: omnibus aliis, quæ in appellationibus[o] ſtatuta ſunt, vel ab antiqua proſapia, vel ab auctoritate anteriorū conſtitutionum, vel à noſtra humanitate, in tactis, illibatiſque cuſtodiendis.

Item libro 40. digeſt. tit. quando appellandum ſit, lege 1. §. Biduum.

¶ Quando appellandum ſit primo vel ſecundo. C. XXIX.

BIduum, vel triduum appellationis ex die ſententiæ latæ computandum erit. ¶ Quid ergo, ſi ſententia fuerit ſub conditione[p] dicta, vtrum ex die ſententiæ latæ tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio ſententiæ extitit? Sane quidem non eſt[q] ſub conditione ſententia[r] dicenda. Sed ſi fuerit dicta, quid fiet? Et eſt vtile ſtatim[s] tempora ad appellandum computari debere. ¶ Quod in ſententiis receptum† eſt, vt vel altera die, vel tertia prouocetur, hoc etiam in ceteris obſeruādum eſt, ex quibus ſententia quidem non profertur[t], appellari tamen oportere, & poſſe ſupra relatum eſt, *vt a cum quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio[v] non admittitur.*

¶ Dies autem iſtos, in quibus appellandum eſt, ad aliquid vtiles eſſe oratio Diui Marci voluit, ſi forte eius à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Ait enim, is dies ſeruabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare ſi forte ſtatim poſt dictam ſententiam copiam ſui nō fecerit is, qui pronuntiauit) vt fieri aſſolet) dicendum eſt nihil nocere appel-

b ¶ *Sacri cognitoris.*] i. principis.

ILLO VIDELICET. CASVS. Statuitur hic, vt à minori iudice ad maiorem appelletur. vnde à ſpectabilib. ad ſpectabiles non eſt appellandum in quacūq; quantitate, ſed ad illuſtriſsimā pfecturā, quæ ſimul cum quæſtore cognoſcant: ita tamen q̄ à ducibus, vel à ſpectabilibus qui priuati ſunt, i. ſine adminiſtratione, ad ſpectabiles non appelletur: licet habeant adminiſtrationem, & videantur maiores nō habentib. ſed vbi delegatur cā præſidialis alij minori iudici non ſpectabili, ad ſpectabilem appelletur. Vbi vero cā à principe delegatur illuſtri vel ſpectabili qui hēt ducatū, vel ſpectabili qui eſt ſub ducatu, & ſi non eſt dux, in regiā vrbem ad competentem iudicem appelletur. Sic mihi Bar. vr̄ caſus ponendus ſine p̄iudicio hōis prudentioris, & prudēs lector, ſi ei videbitur, caſum in melius reformabit.

c ¶ *Quæ vnà cum.*] i. pfectura illuſtriſsima.

d ¶ *Vtroque.*] i. prætoris & quæſtoris. quæſtor. n. qui præfuit ſcriniis Imperatoris, audiuit cauſas appellationis.

e ¶ *Subminiſtrante.*] id eſt, cognoſcente.

f ¶ *Ita tamen.*] [a] ſenſus eſt, non eſt appellandū à iudicib qui ſunt illuſtres, ad ſpectabiles q̄ ſūt minores, nec à ſpectabilib. ad alios ſpectabiles, cū ſint pares ſed à præſidib. qui ſunt minores, appellandum eſt ad ſpectabiles.

g ¶ *Priuati.*] q̄n delegatur eis cauſa: ſe i pendēte iudicio ſiunt ſpectabiles, vt C. de app. præcipimus. in fin. [a] & ſic nō ſemper conſideratur principium accepti iudicij. ſic 3. qu. 7. §. tria. in fin. ſic ff. de pig. act. l. ſi rem. § fin. ar. cōtra extr. de prob. cap. poſt ceſſionem. de ele. dudum.

h ¶ *Non gradatim.*] Co. de ap. præcipimus.

i ¶ *Sed à præſidibus.*] qui ſunt clariſsimi & minores.

k ¶ *Datis.*] non tamen delegatis.

l ¶ *Referetur.*] appellatio ad iudices ſpectabiles.

m ¶ *Sub quacumque.*] hoc verum eſt cum appellatur à ſpectabilibus, ſed ſi a clariſsimis, tunc non appellatur ad vrbem, niſi ſit ſupra decem lib. auri, vt ſ.

n ¶ *Ad competentes.*] per hoc no. appellationem ad alium fieri quam ad delegantem. contra id ff. quis & à quo ap. l. 1. & extr. de offi. del. ſuper quæſtionum. ſic. ſ. c. placuit, vt presbyteri.

o ¶ *Quæ in appellationibus.*] id eſt, ad principem. vt Co. de excuſ. tut.

p ¶ *Sub conditione.*] de futuro: tunc ſuſpēditur ſententia. ff. ſi cer. pe. reſpiciendum. cōditio autem de præſenti, vel præterito nō ſuſpendit ſententiam. ff. ſi cer. pe. cum ad præſens. & l. ſeq. [a] tū ſententia excommunicationis lata ſub conditione tenet[b]. 63. diſt. Salonitanæ. extr. de ſent. exc. à nobis. 1. & extr. de appel. præterea. 2. ff. de ver. ſi. cedere diem.

q ¶ *Non eſt.*] prohibetur quid fieri, quod tamen factum tenet. ſic 45. di. de Iudæis. ff. de interd. & rele. relegatorum. §. ad tempus.

r ¶ *Sententia.*] diffinitiua, ſed interlocutoria ſic, vt ſ. 17. qu. 4. ſi quis ſuadente. & ext. de ap. præterea. 2. quæ eſt huic legi contraria.

s ¶ *Statim.*] in aliis præſcriptionibus non niſi à tempore conditionis exiſtentis currit præſcriptio. ff. quand. act. de pecu. eſt annalis. l. 1. §. annus. & Cod. de præſcr. 30. an. cum notiſsimi. §. aliud. [a] Sed obiicitur, hæc ſententia non continet in ſe abſolutionem vel condemnationem, ergo nulla eſt, vt C. de ſent. & interl. præſes ergo. nec ab ea appellari eſt neceſſe. vt ſ. c. §. diffinitiua. verſ. eſt autem quando. Reſpon. licet modo nulla ſit, ſperatur tamen & timetur, q̄ ſit valitura[c]. nam in conditionalib. obligationib. ſpes eſt debitum iri, vt ff. de ver. ſi. cedere diem inſtit. de ver. obl. §. ex conditionali. vnde licet appellatio nō inueniat quid extinguat[d], tamen cōditione exiſtente retrofingitur extitiſſe: vt ff. de ſol. ſub conditione debitor. & effectus ſententiæ retrotrahitur quandoque, vt ff. de iis qui no. infa. furti.

t ¶ *Non profertur.*] vt in electionibus, & præſentationibus, vt extra de appe. conſtitutis. & ca. reprehenſibilis. & extra de offi. deleg. ſuper eo & eſt hic argu. quòd à tempore electionis vſque ad decem dies poteſt appellari.

v ¶ *Excuſatio.*] no. q̄ quinquaginta dies dantur ad excuſandum ſe illi, qui vocatur ad munus ciuitatis: ſimiliter ad munus tutelæ, ſed ſi excuſatio nō fuerit admiſſa, tunc poterit appellare, vt inſt. de excu. tu. §. qui autem. ff. quand. app. ſit. l. 1. § ſi quis tutor. Cod. de excuſ. tutor. l. quin

[a] Appellans ſecūdo, multis in caſib⁹ nō auditur.

a Dicit L. q̄ iſta l. 1. corrigitur. p aut. de def. ci. de hoc & not. extr. de appel. Arch.

[a] appellare no, licet à maiori ad minorem.

† qui] Orig.

[a] Iudicij principium non ſemper cōſideratur.

[a] Excōmunicatio lata ſub condōe tēt.

b Nō tn̄ niſi in euentum condōis, vt in l. hic all. cedere. de hoc not. ſ. c. § 1. quāto. & ſ. c. in gl. in aliis. Arc.

† al. præceptum.

[a] Sententia abſolutionē aut cōdēnationē cōtinere dēt.

c Concord. tex. in l. 1. §. biduum. ff. q̄n ſent. ſi ap. ſit.

d Nā per appellationē extinguitur pnunciatū. ff. ad Turp. l. 1. §. vlti.

l. quinquaginta. nec tenetur nunc appellare cum nominat tutor, ſed tunc cum excuſatio eius non admittitur, vt ibidem dicitur. Sed cum aliquis eligitur ad dignitatem aliquã, ſtatim tenetur appellare ante, q̃ ſe excuſet, vt ff. quand. app. ſit. l. 1. §. ſi quis tutor. niſi eligatur, vt ſit defenſor ciuitatis, ibi non habet locum appellatio, vt in Auth. de defen. ci. §. item illud. coll. 3.

dum quod factum eſt. ſi probatur iuſta cã abſentiæ, vt extr. de ſent. & re iu. cum Bertoldus. nec diſtinguitur an potuerit conſtituere procuratorẽ, an non, vel an abfuerit ex probabili cã, non. & eſt arg. ad hoc C. quo. & quan. iu. l. ab eo. ibi enim vi quòd non ſit opus reſtitutione, ſed q̃ de iure cõi poſſit appellare, ſi abeſt ex cã neceſſaria tantum, vt cũ quis ſit deportatus propter ſuum delictũ, tunc ſi potuit conſtituere procuratorem, nõ ſubuenitur ei, vt ff. de mi. Papinianus ait. ſed ſi abeſt ex iniuſta cã, numquã auditur appellans, nec ſubuenitur ei: quia contumax non auditur appellãs, vt 24. q. 3. de illicita. & 3. c. §. ſunt quorum. niſi veniat iudice adhuc ſedente p̃ tribunali, vt ff. de in int. reſt. diuus. ſed ſi eſt abſens ante lit. cont. tunc vel excommunicatur, vel fit miſsio in poſſ. vt diſtinguitur extr. vt lit. non conte. tum. & c. quoniã frequenter.

latori. Nam vbi primum copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimili modo ſubueniendum eſt. Quid igitur, ſi cõditio horę effecit, vt ſe reciperet? Si forte dicta ſit ſententia iam ſuprema[a] hora, vtique nõ videbitur ſe ſubtraxiſſe. ¶ Adeundi autem facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiam fecit. Cæterum, ſi non fecerit, an imputetur[b] alicui, quòd ad domum eius non venerit, quodq; in hortos non acceſſerit, & vlterius quòd ad villam ſuburbanam? Magiſque eſt, vt non debeat imputari. Quare ſi in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. ¶ Si quis, ipſius quidem, à quo appellauit[c], adeundi facultatẽ non habuerit, *vt* [β] *ei libellos daret.*[d], eius autem, quẽ appellauit, habeat copiam, videndum eſt vt † ei præſcribi poſſit, quòd cum[e] nõ adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius adeũdi fuerit copia, præſcriptio locum habeat. In propria cauſa biduum accipitur. Propriã cauſam ab aliena quemadmodũ diſcernimus? Et palam eſt eam[f] propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquẽ ſuo nomine pertinet. *& infra.* ¶ Si aduerſus abſentẽ fuerit pronuntiatum, biduum, vel triduum, ex quo quis ſcit[g], computandum eſt, non ex quo pronũtiatum eſt. Quod autẽ dicitur abſentem poſſe prouocare, ex quo ſcit ſic accipit †, ſi non in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nam ſi ille nõ prouocauit, difficile[h] eſt, vt hic audiatur[i]. ¶ [γ] Si quem † in inſulã deportandum[k] adnotauerit[l] præſes prouinciæ, & Imperatori [γ] ſcripſerit, vt deportetur, videamus, quãdo ſit prouocandum, vtrum cum Imperator reſcripſerit † vt deportetur, an cum ei ſcribitur. Et putem tunc eſſe appellandum, cum recipi eum præſes iubet ſententia [δ] prolata. Imperatori ſcribendum, vt deportetur, Ceterum verendum eſt, ne ſero ſit, vt tunc prouocetur, cum Imperator inſulam ei aſſignauerit. Cõprobata enim ſententia præſidis, tunc ſolet inſulã aſſignare. ¶ Rurſus illud verendum eſt, ſi mendaciis apud principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo eſt? Recte dicetur humanitate ſuggerente, vt & hoc, illo tempore nõ fruſtra prouocaretur: quia nõ aduerſus principem, ſed aduerſus[m] iudicis caliditatem prouocauit. *& infra.* ¶ Illud quoq; videamus, ſi cum imperatori[n] ſcriberetur, exemplum litterarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eum reſcriptum ſit, an appellare à litteris pridẽ ſibi editis poſſit [ε]? quia, qui tunc[o] non appellauit, vera eſſe, quæ ſcripta ſunt, conſenſiſſe videtur. nec eſt audiẽdus, ſi dicat euẽtum ſacri reſcripti ſe ſuſtinuiſſe.

† al. an

† al. accipimus.

† al. quidem

† al. ſcripſerit

α ¶ Vt cum quis.] *Hinc uſque ad uer.* non admittitur, *non ſunt in Pandectis: ſed quia ſuperius in eadem lege ſententia ipſorum exprimitur, non ſunt expuncta, ſed deſcripta alio charactere.*

β ¶ Vt ei libellos daret.] *Verba hæc non ſunt in Pandectis, ſed ob gloſſam non ſunt induſta.*

γ ¶ Imperatori ſcripſerit.] *Sic eſt emendatũ ex Pandectis. Antea legebatur,* Imperator reſcripſerit.

δ ¶ Sentẽtia prolata.] *Hæc uſque ad uer.* Ceterum. *ſunt addita ex Pandectis.*

ε ¶ Poſſit.] *In uulgatis codicibus ſequebatur,* certe non poteſt: *quæ neque in uetuſtis, neque in Pandectis habentur.*

a ¶ Suprema hora.] videtur, q̃ iudices vſque ad ſupremam horã tenentur expectare partem aduerſam, ſicut totus dies quo pecunia debetur, cedit arbitrio ſoluentis, in ff. de verb. obli. §. 2. & dicit lex: Audient iudices veſpere, mane, & meridie, vt in Auth. de iud. §. ſedeõunt. col. 6. & qui ante calendas promiſit, idem eſt ac ſi in calendis promiſiſſet, vt ff. de ver. obl. qui ante. arg. contra. ff. de ori. iu. l. 2. § & quia magiſtratiũ. vbi dicitur, q̃ incongruum eſt, q̃ iudices veſpere præſideant. ſed diſtingue, vt dicitur extr. de offi. iud. dele. conſuluit.

Iudex vſq; ad quam horam expectare debet.

Hoc eſt verũ in contractib. ſed in iudiciis ſecus, vt colligitur extr. de of. del. c. conſuluit. iuxta ſi. extr. vt lit. non cont. & de dol. prout.

b ¶ An imputetur.] Propter hoc verbum dicunt quidam, q̃ non poſſit appellari, niſi in præſentia iudicis: quia ſi eo abſente põt appellari, ergo non refert ſiue ſubtrahat ſe iudex, ſiue non, & eſt ar. pro eis. extr. e. cum ſit Romana. Sed contra e. ſuggeſtũ. extra de de alie. iu. mutan. ca. 1. C. quo. & quan. iu. ab eo. & C. de iud. l. vlt.[b]

Appellandũ eſt iudice præſente

b Et ff. quã ap. ſit. l. 1. & ideo dicebat Go. q̃ appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi nõ ſit fraudulẽter. hoc ipſe no. in prædi. c. ſuggeſtũ A.

c ¶ Appellauit.] id eſt, appellare voluit.

d ¶ Libellos daret.] ipſe iudex, ſc. dimiſſorios. vel intellige de libellis appellationis, quos appellans vult dare iudici.

e ¶ Quòd eum.] facto enim ſicut voce quis appellat, vt extr. de appel. dilecti[c].

c Cõc. tex. in l. 2. §. libelli. & ibi Bar. ff. de ap.

ET PALAM. CASVS. Illa cauſa dicitur propria alicuius, cuius dammum, vel emolumentum principaliter ad eum ſpectat. ſed ſi ſententia contra abſentem lata ſit, non currit ei tẽpus niſi à tempore ſcientiæ, niſi per procuratorem fuiſſet defenſus: quia tunc difficile audiretur.

a In prin. eiuſdem. l. 1.

f ¶ Palam eſt eam.] poteſt enim damnum pertinere ad aliquẽ, & fieri non ſuo nomine. 12. quæſt. 2. §. qui manumittitur. 14. quæſt. 2. ſuper prudentia.

g ¶ Scit.] ſimile ext. de ap. ſuper eo. ver. ſi. C. quo. & quan. iu. ab eo.

h ¶ Difficile.] id eſt, non: nam aliàs ponitur hæc dictio. difficile, pro vix. 47. diſt. quantumlibet.

Difficile dupliciter ſumitur.

i ¶ Audiatur.] No. cum aliquis eſt abſens poſt lit. conte. aut abeſt ex iuſta cauſa, aut ex iniuſta. Ex iuſta tripliciter poteſt abeſſe, quia aut abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, aut ex cauſa neceſſaria tantũ, aut ex probabili tantum. Si abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, vt ex cã reipub. tunc ſi eſt legitime defenſus reſtituitur ad appellandum[d], vt ff. de in inte. reſt. l. vlt. ſi vero nullo modo eſt defenſus vel fuit minus legitime, ad totam cauſam reſtituitur, vt C. ex qui. cau. ma. l. 1. & C. de proc. quia. Si abeſt ex cauſa probabili tantum, vt ex cauſa peregrinationis vel ſtudiorum, tunc ſi eſt legitime defenſus, ad nihilum reſtituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex qui. cau. ma. l. nec non. Si autem non eſt legitime defenſus, tunc ſi conſtituit procuratorem, vel potuit conſtituere, ad nihilum reſtituitur, niſi ille procurator quem reliquerat, mortuus ſit, vel forte ſoluendo non ſit, vt ff. ex qui. cau. ma. ſed & ſi. §. 1. decr. tamen dicit indiſtincte retractan-

Abſenti vtrum ſubueniatur.

d Sed non ad totã cãm. & ita intelligitur ff. ex qui. cauſ. mag. is qui vbi dicit integrũ. aliàs eſſet contra. ff. e. ſed & ſi. § vl. Arch.

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præſes iuſſit aliquem deportandum, reſcripſit Imperatori, & Imperator reſcripſit vt deportetur, quæritur q̃ñ appellandũ ſit: & certe dĩ q̃ vtroque tempore appellandũ eſt, ſ. cum præſes præcipit eum recipi inter condemnatos & cum reſcribit Imperatori, nec appellat aduerſus principem, ſed aduerſus calliditatem iudicis: quia forte eum mendaciis apud principem onerauit. ſed ſi cum Imperatori ſcriberetur oſtenſum fuit exemplum litterarum litiganti, ſi tunc nõ appellauit, conſenſiſſe videtur, nec poſtea auditur appellans.

a L. vlti. e. tit.

k ¶ Deportandum.] præſes. n. deportare non põt, vt ff. de le. 3. l. 1. §. de portatus. Sed relegare põt. ff. de iniu. rup. teſt. l. ſi quis. §. eius qui. & §. ſeq. & ff. de interd. & rel. l. relegatorum.

l ¶ Adnotauerit.] i. iudicauerit. arg. q̃ metropolitanus poteſt cognoſcere de cauſa criminali epiſcopi, & talem ferre ſententiã, iudico te eſſe deponendum, ſicut hic præſes iudicat deportandum.

Metropolitanus de cauſa criminali epi cognoſcere poteſt

m ¶ Aduerſus.] Ergo qui appellat à grauamine, iuſte appellat licet remota ſit appellatio in reſcripto: quia non aduerſus literas principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat. ſic ext. de of. iud. del. c. ſane. in fi. ff. de cuſt. reo. l. diuus. C. de rela. l. 2.

appellans à grauamine, iuſte appellat.

ILLVD QVOQVE. Hæc eſt vltima lex illius tit.

n ¶ Imperatori.] conſulendo ipſum, vel referendo. H & tunc litigatoribus edi debet conſultatio, vt C. de rela. l. 2. ext. de ap. intimaſti.

o ¶ Qui tunc.] dic manifeſte videtur, quod ſi quis non appellat à ſuſpecto iudice cum recipit litteras, iudicis, vel ſi quis non proteſtatur cauſa ſuſpicionis vel appellationis, quod poſtea non poſsit appellare vel recuſare, vt ar. extr. de ſen. & re iu. quod ad conſultationem. & ext. de of. del. gratum. ſed contra petitis induciis à iudice poteſt ipſum recuſare etiam allegata cauſa abſentiæ coram eo, vt extr. vt lit. non cont. accedens. immo & poſt præſtitam cautionem ſtandi iuri poteſt appellare, vt ext. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſet. & 3. q. 3. § offeratur. & non videtur conſenſiſſe in iudicem, qui poſtulat ſibi edi genus actionis. ff. de iud. non videtur. & poſt receptas litteras iudicis, quas remittit Papæ, poſſem iudicem recuſare, vt ext. de off. del. cum olim. 2. item argu. ext. de reſt. ſpo. ex conqueſtione. Dic quod ſemper poteſt a grauamine appellari, vt ext. de ap. vt debitus.

appellare aut iudicem recuſare, nõ ſemper licet.

Non

NON ſolent.] Hæc eſt quinta pars q. in qua ponit ſex caſus diuerſos. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, quod poteſt appellare is ad quem negotium pertinet, vel verus eius procurator, vel negotiorum geſtor. Similiter mater pro filio poteſt appellare, nec tunc intercedere videtur, licet ab initio eum defendere non poſsit.

Item Vlpianus lib. 40. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, l. 1.

C. XXX.

NOn ſolent audiri appellantes, niſi hi, quorũ intereſt[a], vel quibus mandatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox[b] ratum[c] habetur. Sed etſi mater cũ filij rem ſententia verſam animaduerteret, prouocauerit[d], pietati dans, dicendum eſt & hanc audiri debere, & ſi litem[e] præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio[f] defendere non poteſt.

¶ *Scæuola libro quarto regularum.*[a]

Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem[g] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus ſit, vel in criminali, ſi contra leges[h] hoc faciat. ¶ *Macer libro 1. de appellationibus lege 4.* Ei[e], qui[i] ideo cauſam agere fruſtratur, quod dicit ſe libellum Principi dediſſe, & ſacrum reſcriptum expectare, audiri deſiderium prohibetur: & ſi ob eam cauſam prouocauerit, appellatio eius recipi ſacris conſtitutionibus vetatur.

a ¶ Mater.] *antea breuius legebatur*, ſed & ſi mater ex pietate prouocauerit, dicẽdum, &c. *Multa vero alia in hoc, & ſequenti cap. ex ipſis Pandectis ſunt emendata.*

Item Martianus libr. 2. de appellationibus tit. de libellis dimiſſoriis, l. vnica.[a]

¶ Dimiſſoriis, libellis. C. XXXI.

a ¶ *Intereſt.*] ſic extr. de of. del. ſuper cod. ff. de inoff. teſta. ſi ſuſpecta. immo etiam ſi non intereſt, dummodo qualecumq; timetur præiudicium fieri, vt ff. e. à ſententia. in princ. & extr. de ſen. & re iud. cum ſuper.

b ¶ *Mox.*] i. intra decem dies, quia ratum debeo habere quod meo nomine factum eſt, cum adhuc agere poſsim. ff. rem ra. ha. l. pe. Vel dicit, mox, id eſt, modico temporis ſpatio, quod magis intellectu quàm locutione exprimi poteſt, vt ff. de ſol. ratum. ff. rem ra. ha. quo enim.

c ¶ *Ratum.*] " ſed non ne ſi aliquis appellat pro altero, ille cogitur habere ratam appellationem, cum negotium eius vtiliter ſit geſtum, vt ff. de nego. geſt. Pomponius? Arg. contra quòd tantum in criminibus appellatur inuito condemnato, vt ff. de appel. non tantum.

d ¶ *Prouocauerit.*] " pro filio condemnato vel pro conſanguineo etiam poſſunt appellare aliqui, vt extr. de re. iu. cum in contemplatione. in parte deciſa. melius de reg. cum ſimus. in parte deciſa.

e ¶ *Litem.*] appellationis: quia ſi ab initio defenderet, oporteret eam ſatiſdare: quia in aliena re nemo idoneus eſt defenſor ſine ſatiſdatione. ff. de proc. qui proprio. ſed hoc eſt virile officium. C. de proc. alienum.

f ¶ *Ab initio.*] " pro filio non poteſt mater agere, vel ipſum defendere, quia hoc eſt virile officium. C. de proc. alienam. poteſt tamen poſtulare pro parentibus valetudine detentis. ff. de proc. fœminas. ſed aliena negotia poteſt mulier gerere extra iudicium. ff. de neg. geſt. l. 3. §. 1. " Si tamen vis recipere mulierem. interdentem pro aliquo. facias eam renuntiare auxilio Velleiani, vt C. quando mulier tu. of. fungi. l. vlt.

ANTE SENTENTIAM. Hic ponit tres caſus. in duobus appellatio conceditur, qui ſatis ſunt faciles, & in tertio prohibetur.

g ¶ *Si quæſtionem.*] " In criminibus tantum fit quæſtio, vt 5. qu. 5. illi. ff. de quæſt. l. 1. in prin. ſed in pecuniariis cauſis non facile, niſi cum aliter veritas non poteſt liquere. ff. de quæ. Diuus pius. liberi etiam torquentur ſi facto interfuerint, ff. e. vnus. §. teſtes. alias non. Cod. de quæſt. decuriones.

h ¶ *Si contra leges.*] id eſt, ſi vult torquere aliquem nulla præſumptione præcedente: quod non licet, vt extr. de re. iu. cum in contemplatione.

i ¶ *Ei qui.*] Hoc intelligunt omnes cum nuntium miſit. Sed aliud eſt ſi per ſe in propria perſona & ante citationem iter arripuit, vt extr. de ap. meminimus. & c. ſuggeſtum. Sed contra hanc diſtinctionem eſt argu. extr. de offi. del. cum cauſa. vbi differtur cauſa propter miſsionem nuntij. & eſt hodie expreſſum in decr. de appel. ad hoc. ſic non obſtat eodem titul. vt debitus honor. illud enim intelligitur quando hoc tantum dicit, & non probat. & ibi dicitur, quod primo conuenit qui primo litteras dedit iudici. hodie ſtatur decre. vt debitus.

POſt appellationem.] CASVS. Dicitur quod iudex à quo appellatur, debet dare litteras dimiſſorias appellanti ad eum ad quem appellauit, continentes qualiter appellauit. & ſi appellans inſtanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

k ¶ *Poſt appellationem.*] ſimiliter ſi appellationem non recipit dabit litteras appellanti, vt eas det ſuperiori, in quibus ſignificabit ei quare appellationem non recipit, vt ff. de appella. reci. vel non. ſciendum.

l ¶ *Tempus.*] " xxx. dierum, vt ĩ. e. §. vlt. in fi. & ſi intra id tempus non petierit, videtur renuntiare appellationi, vt ĩ. e. ab eo. §. iſta. & Co. e. quoniam nec iudex ad quem appellauit, eum audiet: iudex tamen etiam non petenti tenetur offerre apoſtolos, vt C. e. eos. in fi.

m ¶ *Inſtanter.*] ĩ. 100. diſt. priſca.

n ¶ *Per eum ſteterit.*] Ergo ſi per ipſum ſtet, hoc ei nocebit, vt iudex ſuperior ipſum non audiat ſine apoſtolis. hoc autem hodie in paucis locis ſeruatur, tamen Innoc. iiij. hoc idem ſtatuit.

POſt appellationem[k] interpoſitam litteræ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatum eſt ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue principem, ſiue quem alium: quas litteras dimiſſorias, ſiue apoſtolos appellant. Senſus autem litterarum talis eſt, appellaſſe, puta, Lucium Titium à ſententia illius quæ inter illos dicta eſt. Sufficit autem petiiſſe intra tempus[l] dimiſſorias inſtanter[m], & ſæpius: vt & ſi nõ accipiat, id ipſum conteſtetur. Nam inſtantiam repetentis † dimiſſorias, conſtitutiones deſiderãt. Æquum eſt igitur, ſi per eum ſteterit[n], qui debebat dare litteras, quominus det, ne hoc accipienti noceat.

¶ *Vlpianus li. 4. de appellat. ti. nihil innouari appellatiõe interpoſita. L. vnica.*[4]

Appellatione[o] interpoſita[p], ſiue ea recepta fuerit, ſiue non, medio[q] tempore nihil[r] nouari oportet.] *& infra.* ¶ Si quis[s] ex plurib[9] facinoribus condemnatus, propter quædam[t] appellauit, propter quædam non, vtrum differenda pœna eius ſit, an non, quæritur. Et ſi quidem grauiora[u] ſunt crimina, ob quæ appellatio interpoſita eſt, leuius autem id, propter quod non appellauit, recipienda eſt omnino appellatio, & differenda.

o ¶ *Appellatione.*] planus eſt ille caſus, nec eget expoſitione.

p ¶ *Interpoſita.*] ita quod teneat.

q ¶ *Medio.*] dum tamẽ ſit recipienda.

r ¶ *Nihil.*] " niſi cum appellatur ab executione, tũc ſiue ſit mobilis res ſiue immobilis, fructus ſequeſtrantur[a]. Cod. quor. appel. non re. ab executore. Item in alio caſu cũm dilapidat fructus. ff. e. imperatore. extr. de ſeq. poſſ. c. vlti. & cum appellans eſt in notorio crimine. extr. e. cum ſit Romana. vel eſt inuaſor eccleſiæ. ĩ. eadẽ §. ſunt etiam. Item ſi hęres conuictus de legato vel fideicommiſſo præſtando appellat, tunc non defertur appellationi, cauebit tamen de eo reſtituendo. ff. vt legatorum, vel fideicom. nomine caueatur. l. poſtquam. §. 1. ita etiã eſt in ſupplicatione. Co. de precib. Imp. offi. auth. quæ ſupplicatio. Item poteſt nouas probationes inducere poſt publicationem teſtium, quas prius non poterat habere. C. de temp. appel. per hanc. ext. de fide inſtrument. cum Ioannes. Item de reo ſit actor, & tenetur probare victus appellationem eſſe iuſtam, vt extra de app. cum in eccleſia. " Cum ergo appellationi quandoque non deferatur, patet quod differt a nuntiatione noui operis, quia poſt illam, ſiue ipſa ſit iuſta ſiue iniuſta, nihil eſt innouandum, vt extr. de no. oper. nun. c. cum ex iniuncto. iudex ergo à quo appellatur ſi non recipit, ſuperiori mandabit opinionem ſuam & cauſam, quare non recipit appellationem. vt ff. de appel. re. ſciendum. Ioan.

SI QVIS EX PLVRIBVS. CASVS. Si quis de pluribus criminibus fuerit condemnatus, ſi propter grauiora appellauerit, non eſt mandanda ſententia tunc executioni: ſi propter leuiora, eſt mandanda executioni.

s ¶ *Si quis.*] Hanc legem intelligunt quidam, quando crimina ſunt connexa, vt ff. de min. etiam ſi. ſed hoc falſum eſt, " quia non poteſt quis ſimul accuſari de criminibus pluribus deſcendentibus ex eodem facto. C. de accuſ. qui de crimine. Verum eſt ab vno, ſecus ſi a diuerſis, item ſi ex diuerſis factis poſſet etiam ab vno. infra quæſtio 8. § libellorum. ſed intellige quando minor pœna præiudicat maiori. Vel dic quòd ſi maior pœna includit in ſe minorem, vt depoſitio priuationem officij, defertur etiam pœna in minori. nam ſatis eſt ſi punitur in maiori pœna: argumen. ad hoc 23. quæſt. 5. relegentes.

t ¶ *Quædam.*] " Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de minoribus. etiam ſi §. ex cauſa. Cod. de tranſaction. ſi ex falſis. extra de præbend. dilectus. extra de teſtamen. Raynutius. & capit. Raynaldus. ſed ſententia arbitri non poteſt pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arbitr. diem. quidam habent qualem pro lege. §. ſed & ſi. licet contrarium inueniatur extra de arbitr. cum tempore. Hoc tamen ſcias, quòd rerum pluralitas non facit plures ſententias, licet ſecus ſit quandoque in ſtipulationibus. ff. de verborum obligation. quod dicitur. & l. ſcire. & ff. familiæ erciſcund. in hoc iudicio. ff. ad exhibend. Celſus. §. item Celſus. Ioan. n. Probabiliter poteſt dici, quòd tot ſunt ſententiæ, quot ſunt articuli expreſsi. argument. ff. de verborum obligatio. l. ſcire. B.

v ¶ *Grauiora.*] quid ſi ſunt æqualia? idem credo. Et ſic patet hic, quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum. ſimi. extr. de conſec. eccl. vel alt. quod in dubus.

Marginalia: 1 lege. 1. ibidem. — " appellõem pro me factã an teneat ratihabere. — " Appellat obiũctus pro coniuncto. — a lib. 40. digeſt. tit. 7. — " mater pro filio agere non poteſt. — " cautela ad obligandas mulieres. — " Quæſtio in quibus cauſis fit. — " Apoſtolos ñ petens intra tẽpus x. dierũ vr renunciare appel. — " Sequeſtrõ fit in aliquibus caſibus. — a Sub & res de qua agitur, ſit mobi amouetur à poſſeſſore ſecũdũ In. q ita no. extr. de app. nouit. — † a repetentis. ʒ Adde quod accipienti exponitur hic i. accipere volẽti. ſimi. in l fin. ff. de mi. & l. ſi creditores. ff. de pact. — 4 cod. l. 49. tit. 7. — " Appellõ, & nuntiatio noui operis differunt. — " Accuſari quis ñ pt ſimul de pluribus criminib. — " Snia pt pro parte tenere, & pro parte non.

da pœna. Si vero grauiorem ſententiam meruit ex ea ſpecie, ex qua nõ eſt appellatum, omnimodo pœna imponenda eſt.

Forma Apoſtolorum hæc eſt. Ego illa ſanctæ Bononienſis eccleſiæ epiſcopus te preſbyterum Rolandum capellanum ſancti Apollinaris ad Apoſtolicam ſedem, quam appellaſti, ab obſeruatione mei iudicij his apoſtolis dimitto. Forma vero appellantis ante ſententiam hæc eſt. Ego Adelinus ſanctæ Rheginæ eccleſiæ miniſter (licet indignus) ſentiens me pregrauari à Domino Gualterio ſanctæ Rauennatis eccleſiæ archiepiſcopo, Romanã ſedem appello, & apoſtolos peto. ¶ Si vero poſt datam ſententiam appellare voluerit, hic erit ei modus appellandi. Ego A. ſanctæ Rheginæ eccleſiæ miniſter (licet indignus) contra ſententiam Domini G.S. Rau. eccleſiæ archiepiſcopi iniuſte in me latam pridie Kal. Maij. anno Domini incarnationis Mcxli.[a] *indictione quarta, Romanam ſedem appello, & apoſtolos peto. ¶ Si autem vnus*[b] *vel duo pro pluribus appellare voluerint, ſic appellabunt. Ego P. & G. ſyndici*[c] *canonicorum S.B.E. ſentientes nos pregrauari, vel contra ſententiam, &c. Romanam ſedem appellamus, & apoſtolos poſtulamus. Et huiuſmodi appellationes in ſcriptis*[d] *fieri debent.*

a ¶ Mcxlj.] *In vulgatis erat* Mclxj. *qui numerus, ut recte in gloſſa dicunt, conſtare non poteſt. Quod hinc etiam confirmatur, quia quarta indictio, de qua hic eſt mentio, non conuenit cum anno illo. In manuſcriptis autem cum varia ſit lectio, hæc viſa eſt melior, quæ notarum tantum tranſpoſitione reſtitui potuit, & quarta indictio cum hoc anno concurrit.*

Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet.

Vnde in concilio Carthaginen. 4. c. 7.

¶ Excommunicetur catholicus, qui committit cauſam ſuam iudicio alterius fidei. C. XXXII.

CAtholicus, qui cauſam ſuam ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam ad iudicium alterius fidei iudicis[e] prouocat, excommunicetur[f].

Notandum vero eſt, quòd quidam iudices ſunt, à quibus appellari non oportet.

Vnde in concilio Mileuitano, cap. 24. legitur.[a]

¶ A quibus iudicibus prouocari non licet. C. XXXIII.

A Iudicibus[g], quos communis conſenſus[h] elegerit, nõ liceat prouocare.

Quod de arbitris intelligendum eſt. Iudicum enim alij ſunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij vero ſunt, qui ab Apoſtolico, vt eccleſiaſtici, vel ab Imperatore, vt potestates ſeculares legitimam poteſtatem accipiunt. Arbitrarij ſunt, qui nullam poteſtatem[i] *habentes, cum conſenſu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum ſententia ſtetur. Horum alij ſunt ordinarij & arbitrarij, alij arbitrarij tantum. Ordinarij*[k] *& arbitrarij ſunt qui legitimam poteſtatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non ſunt ſuæ ditioni ſuppoſiti. Ab his, etſi vt arbitrarij † ſedeant, & non vt ordinarij, priuilegio tamen ordinariæ dignitatis grauatus aliquis appellare valebit.*[l]

Vnde in concilio Carthaginenſi 3. c. 10.[b]

¶ A iudicibus, qui eliguntur communi cõſenſu prouocare licet. C. XXXIIII.

SAne, ſi ex conſenſu partium iudices electi fuerint, etiam à pauciore numero, quam conſtitutum eſt, liceat[m] prouocari.

β ¶ Liceat.] *Hunc canonem citat Gratianus (quod ipſemet aperte profitetur) ut oſtendat à huiuſmodi iudicibus licere appellari. Verum in concilio Carthaginenſi tam impreſſo, quàm manuſcripto cum varijs exemplaribus collato & in codice canonum etiam impreſſo, ac manuſcripto, & græco, quod cum ipſo concordat, & Africano, ubi hoc refertur, & apud Iuonem legitur,* non liceat. *Et quæ in ipſo canone antecedunt, & referuntur infrà c. cap.* hoc etiam *oſtendunt omnino cum negatione legendum eſſe.*

FORMA. CASVS. Ponit hic magiſter qualiter formari debeant libelli appellationum, dicens: Ego N. ſanctæ Bonon. &c. Poſtea dicit, quòd huiuſmodi libelli fieri debent in ſcriptis.

a ¶ *Mcxli.*] dicit Hugo, quòd hic eſt falſa littera: quia non ſunt tot anni, quòd liber iſte compoſitus fuit: fuit enim editus docente Iacobo Bononienſi in legibus, & Alexandro in theologia, qui fuit poſtea Papa Alex. tertius,[a] & fuit anno domini Mclvi ex Chronicis patet.

[a] Decretum fuit editum anno M c l.

[b] Appellatio plurium.

b ¶ *Si autem vnus.*][b] ſi plures condemnati ſunt, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina continebit: ſed ſi vnus eſt ex pluribus condemnatus, ſi vnum in libello non expreſsit, illi non nocebit, vt ff. e. ſcio quæſitum.

c ¶ *Syndici.*] poſſunt ergo eſſe duo ſyndici, vel procuratores, vt hic, & extr. de teſt. inſuper. & extr. de dol. & contuma. cum dilecti. & extr. de ſen. & re iud. cum I. & A. melior tamen erit conditio occupantis, vt ff. de procur. plurib.[a] arg. tamen contra. ff. de adm. tu. decreto. l. ſi. & ff. de procur. ſi quis cum.[c] Tu dicas, quod bene poſſunt eſſe plures procuratores, ſed tantum vnus aget cauſam: quia ſi ambo agerent, forte quod vnus concederet, alter negaret. immo & ſi plures ſunt qui agunt, omnes debent conſtituere vnum procuratorem, ne cauſa ſpargatur in plures aduerſarios, vt ff. famil. erc. ſi familiæ. ff. de ædil. edi. quod ſi nolit. §. ſi plures. Melius potes diſtinguere: quia ſi plures ſunt rei qui conueniuntur, omnes tenentur dare vnum procuratorem, ne cauſa ſpargatur in plures aduerſarios. ſed ſi plures ſunt illi qui conueniunt aliquem, non habet neceſſe dare vnum procuratorem, ſic diſtinguit lex ff. iud. ſol. iam tamen. §. vlt. Io. H. tamen dixit, quòd plures procuratores poſſunt ſimul agere, ſicut notauit in diſtinctionibus ſuis. B.

[a] ext. de pe. non iniuſte. vbi de hoc & ibi nota. Gof. quod ille dicitur occupare qui prius ad lit. conſt. peruenit. ff. de le. 1. ſi plurib. A.

[c] Procuratores poſſunt eſſe plures.

d ¶ *In ſcriptis.*] ſi coram iudice appellat, ſufficit ſi dicat appello. ff. e. l. 2.[d] ſed ſi appellat ſine iudice, tunc ſcribet quis, & a quo, & contra quem appellet, & a qua ſententia. ff. e. l. 1. in fin. idem videtur ſi a grauamine appellat: immo ſufficit ſi dicat, appello. ext. eo. cordi.

[d] appellans abſente iudice, quid debet facere.

CAtholicus.] CASVS. Dicitur quòd ſi Catholicus condemnatus ad iudicem alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.

e ¶ *Fidei iudicis.*] infidelibus enim ſunt interdicta officia publica. C. de Iudæ. l. vlt. 17. quæſt. 4. conſtituit.

f ¶ *Excõmunicetur.*] niſi ſit ſub rege infideli, vt Paulus, qui appellauit ad Cæſarem. 23. quæſt. 1. paratus. 10. diſt. ſi in adiutorium. 11. quæſt. 3. Iulianus.

NOTANDVM. Hæc eſt ſexta pars q. in qua probat, quòd ab arbitris non eſt appellandum: & licet verum dicat, tamen ſuperficialiter inducit canones, quia loquuntur in iudicibus ordinariis electis à partibus ex cauſa, excepto ca. ſeq. quod intelligitur in arbitro, ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Modo dicit Gratianus à quibus appellari non licet. Et hoc probat per ſequens c. cuius caſus facilis eſt, & intelligitur de arbitris, vt dicit ſequens. §.

g ¶ A *Iudicibus.*] Si conſenſiſti in iudicem aliquem, propter iniquitatem perſonæ non potes appellare, vt hic, & extr. de off. deleg. ſuper quæſtionum. ſed ab iniqua ſententia potes appellare: quia licet reprobare dicta, ſed non perſonam, vt 4. q. 3. ſi quis teſtibus. vnde appellatur ſi vocauerit litigatores ad inhoneſtum locum. ff. de arbit. ſi cum dies. §. ſi arbiter. vel ad periculoſum locum. extr. de appel. ex parte. 1.[e] dicas ergo, quòd niſi remota ſit appellatio, bene appellatur à iudicibus de communi conſenſu electis: niſi ſint electi, vt arbitri vt ff. de appel. ex conſenſu. vel etiam ſi ſunt arbitri tales, qui electi ſunt ex neceſſitate: quia à talibus appellatur, vt C. de iud. l. vlt.[f] Item dicas, quòd duo ſunt genera arbitrorum. quidam ſunt arbitratores, qui componunt inter partes, & talium arbitrium ſi eſt iniquum, eſt reducendum ad arbitrium boni viri, vt ff. pro ſoc. ſi ſocietatem. Sed arbitrium illorum qui eliguntur ſub pœna, licet ſit iniquum, tamen tenet. ff. e. diem. §. ſtari ſed à ſuperiori poteſt retractari, vt extr. de arbi. non ſine. Item ſi per dolum ſententiam tulerunt, licet non retractetur per appellationem, tamen per exceptionem retractatur. ff. eo. tit. non diſtinguemus. §. cum quidam.

[e] Appellare à iudice cõiter electo, an liceat ſit.

[f] Arbitrorũ 2. ſunt gña.

[a] Et in Afric. c. 89.

[a] In epiſtol. Nic. 1. Iuo par. 6. c. 365. Pã. l. 4. c. 131.

h ¶ *Communis conſenſus.*] ſecus in cauſa criminali, vbi conſenſus rei ſufficit. 11. quæſt. 1. cap. 3.

† al. arbitri

[b] & Afric. c. 59.

QVOD DE ARBITRIS. CASVS. Not. quod iudicum alij ſunt ordinarij, vtpote dati à principe, vel a lege. Alij arbitrarij, in quos compromittitur, nullam tamen habent poteſtatem. ſed iſtorum arbitrorum alij ſunt ordinarij & arbitrarij, vtpote qui legitimam poteſtatem habentes, ad arbitrandum eliguntur. Alij arbitrarij tantum. Ab his qui ſunt ordinarij & arbitrarij appellari licet ratione ordinariæ poteſtatis, & iuriſdictionis. Et ad hoc inducit c. ſeq.

[4] Iuo par 6. c 36. Anſ. l. 3. c. 113.

i ¶ *Poteſtatem.*] eius rei de qua eſt ordinarius iudex, poteſt amicabiliter componere. vt 23. quæſt. 8. ſi quis membrorum. in authen. coll. 9. vt diff. iud. §. ſi vero. 5. quæſt. 2. ſi primates. ſed non poteſt in ſe recipere arbitrium ſecundum vnam lecturam, vt 3. qu. 7. §. tria. circa finem. Ioan.

k ¶ *Ordinarij.*][g] ſecundum canones credo, quod & ordinarius & delegatus poſsit eſſe arbiter. Quod poſsit ordinarius, eſt extr. de arbit. cum tempore. & extr. de elect. cauſam. Quod eſt delegatus. extr. de præſum. litteras. extr. de arbit. cum olim. ext. de præb. niſi. Et licet non poſsit appellari à ſententia arbitri, ſupplicari tamen poteſt[b]. extr. de arbi. non ſine.

[g] Ordinari' & delegatus poſſunt eſſe arbitri.

A Idẽ Speci. de arbi. §. 1. ver. arbitrator. & not. Bal. & Sal. l. 1. C. de arbi. & ff. de le. 2. cũ qdã. 2. & ibi p Im. & Bal. i l. ſi ſe non ploriũ. § hu. d le. & Pe. de Anc. cle. ſæpe. d ver. ſi. & Paul. de Ca. i l. oẽ & poſtea. §. ſi immo. d tut.

l ¶ *Valebit.*] hoc falſum eſt: quia à compromiſſario numquam appellatur, ſiue aliàs ſit iudex, ſiue non. C. de arbit. l. 1. & niſi[c] exprimatur, quod eligitur vt arbiter, tenebit eius ſententia vt iudicis. C. de iuriſ. omn. iud. l. 1. & appellatur, vt ff. qui ſatiſd. cogan. l. arbitrio. Ioan.

c Sub. immo bñ de Grat. q niſi, &c. ſecundũ L.

SAne.] CASVS. Tres iudices erant electi à partibus: duo illorum tertio abſente pronunciant, & forte contradicente, dicitur, quòd ab illis duobus appellari poteſt. Vel pone, quòd duo pronuntiabant de mandato tertij. & caſus eſt quaſi idem.

d Sub. maxime cum appellõ ſit ipe pertuta, nõ d' expectare c iudicẽ. ar ff. d adm. tut. tutor q. §. 1. ſcdm L.

m ¶ *Liceat.*] licet ſit remota appellatio: tamen quia tertius deeſt, qui poſſet alios reuocare, poteſt appellari[d]. extr. de eo qui mit. in poſſ. cum ſicut. in parte deciſa. Vel intellige quando vnus delegauit aliis vices ſuas. Tunc enim appellatur. extr. de offic. delega. ſuper quæſtionum.

Placuit

P*Lacuit.*] CASVS. Quidam clerici conuenti corá epiſcopis ſuis, iuſta de cauſa recuſabant eos. Dicitur, quòd vicini epiſcopi electi a partibus de conſenſu ſuorum epiſcoporum cognoſcant de cauſa, a quibus non appellatur, niſi ad Africana concilia, vel primates: ſi ad concilia tranſmarina appellauerint, excommunicentur. ſed dicit Gratianus, hoc verum eſſe, niſi ad ſedem Apoſtolicam appellauerint, vt in ſeq. § dicitur.

Item ex concilio Mileuitano, c. 22.[1]

¶ Qui de epiſcoporum iudiciis queruntur, a vicinis epiſcopis audiantur, vel ab aliis ex conſenſu eorum adhibitis. C. XXXV.

[a] PLacuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici in cauſis, quas habuerint, ſi de iudiciis epiſcoporum ſuorũ queſti fuerint[a], vicini[b] epiſcopi audiant, & inter eos quidquid eſt finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu[c] epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, niſi ad Africana concilia[d], vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

Niſi forte α Romanam ſedem appellauerint. Is autem qui appellauerit, ad eum, à quo appellauit, remitti non debet.

Vnde in Sardicenſi concilio, c. 7.

α ¶ Niſi forte.] *Hæc in antiquis codicibus ſcribuntur tamquam Gratiani verba. Et ad hanc ſententiam demonſtrandam affert ſequens caput ex concilio Sardicenſi.*

¶ De eodem. C. XXXVI.

[1] SI quis epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint, ſi appellauerit, qui deiectus fuerit, & confugerit ad beatiſſimum Romanæ eccleſiæ epiſcopum, & voluerit ſe α audiri, ſi iuſtum putauerit, vt β reuocetur[e], vel renouetur examen, ſcribere epiſcopis dignetur his, qui in finitima[f], & propinqua[g] prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd γ ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit epiſcopum Romanum, vt de latere ſuo presbyteros mittat, erit in poteſtate eius, & quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis iudicẽt, vt etiam habeant auctoritatem[h] perſonæ illius, a quo deſtinati ſunt, erit in eius arbitrio. Si vero crediderit ſufficere epiſcopos δ, vt negotio terminum impõnant, faciat quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.

α ¶ Se audiri.] *Græce eſt*, καὶ βουληθείη ἀκουσθῆναι, *id eſt* ſi Romanus epiſcopus voluerit ipſum audire.

β ¶ Reuocetur, vel.] *Hæc abſunt à concilio tam impreſſo, quàm manuſcripto cum variis exemplaribus collato, & legitur tantummodo* renouetur, *quemadmodum Græce eſt*, ἀνανεωθῆναι; *& ſic refertur à Nicolao & Iuone, ſed ob gloſſam non ſunt inducta.*

γ ¶ Quod ſi is, qui rogat.] *Græce eſt* εἰ δὲ τις ἀξιώσει καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, *id eſt*. Si quis autem poſtulet, & rurſus negotium ſuum audiri, *ut ſit ſecunda appellatio, quæ etiam ſignificatur in capite*. Gaudentius, *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

δ ¶ Epiſcopos.] *Sequebatur in codicibus Gratiani, etiam in manuſcriptis quemadmodum & apud Iuonem* comprouinciales, *quæ vox non eſt in concilio, neque apud Nicolaum, Græce legitur* καὶ ἀποφαίνεται τοῦ ἐπισκόπου, *id eſt*, & ipſius epiſcopi ſententiam. *Balſamon tamen uidetur legiſſe* τῶν ἐπαρχιωτῶν, *& primum interpretatur de epiſcopis prouincialibus, deinde de aliis.*

Arbitrarij[i] *tantum ſunt, qui nullam legitimam poteſtatem acceperunt, à quibus appellari non licet, quia eis imputandum eſt, quòd ſibi tales elegerunt. Si vero ſententia eorum, à quibus appellatur ſoluta fuerit α, nihil eis oberit, niſi forte vel inimicitia, vel pecunia deprauati iniuſtam probentur tuliſſe ſententiam.*

Vnde in concilio Carthaginenſi 3. cap. 10. legitur.

α ¶ Fuerit.] *Sequebatur in vulgatis*, per eum, ad quem appellatum eſt: *quæ ſunt expuncta, quia in vetuſtis codicibus non habentur.*

¶ Cum per appellationem ſententiæ ſoluitur, non debet obeſſe ei, qui non iniquo animo iudicauit. C. XXXVII.

7 [4] HOc etiá placuit, vt à quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit[k], quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci[l] non potuerint, vel iniquo † [m] animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati.

Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an ſit euocandus in teſtimonium apud eum, ad quem appellatur, ſuper negotio cuius cognitionem ſuſcepit. De hoc ita ſtatutum eſt in concilio Carthaginenſi, 5. c. 1.[5]

¶ Clericus non deuocetur in teſtimonium illius cauſæ, cuius primum cognitionem ſuſcepit. C. XXXVIII.

[6] STatutum † eſt, vt qui forte in eccleſia quamlibet cauſam

a ¶ *Fuerint.*] recuſando eos, & intra triduum alios eligendo. 3. q. 2. § offeratur.

b ¶ *Vicini.*] forte non erat metropolitanus, " & ideo prouinciales epiſcopi ſupplent defectum metropolitani.

c ¶ *Conſenſu.*] maxime. Vel ideo dicit, quia ſine licentia eius non poteſt clericus renunciare foro. extr. de for. comp. ſi diligenti. ſed de licentia epiſcopi poteſt adire iudicem eccleſiaſticum, vt extr. de fo. comp. ſignificaſti. vel ideo dicit ex conſenſu, quia epiſcopus delegabit ei cauſam: tamẽ ille non cogitur eam recipere: quia par in parem non habet poteſtatem vel imperium. & eſt ſimile. 6. q. 4. ſi quis epiſcopus.

d ¶ *Concilia.*] caſus vbi non appellatur ad delegantem, hoc ideo fit, quia eſt ſuſpectus. & eſt ſimile 3. c. anteriorum in fi.

HIS AVTEM. CASVS. Dicit Grat. quòd appellator non debet remitti ad eum, a quo appellauit. Et hoc probatur ſeq. c.

S*I quis epiſcopus.*] CASVS. Aliquis epiſcopus damnatus fuit ab epiſcopis ſuæ prouinciæ: appellatum fuit ab eis ad Romanum pontif. Et certe dicitur hic, quòd ſi Papa receperit appellationem ſuam, & æquam reputauerit, vt cauſa reuocetur vel renouetur, committat cauſam epiſcopis vicinæ prouinciæ, qui cognoſcant de cauſa cũ aliquo legato Domini Papæ, ſi ei placuerit aliquem deſtinare: alioquin ſoli epiſcopi procedent in cauſa.

e ¶ *Reuocetur.*] alia eſt ergo cauſa appellationis quam principalis, vt 6. q. 4. Oſius.

f ¶ *In finitima.*] " non ergo remittitur cauſa ad eum à quo appellatum eſt, niſi partes[a] hoc petant, vt extr. de app. accepta. & c. interpoſita. § 1. niſi velit ei deferri à quo appellauit, vt reuocet, non vt cognoſcat, vt extr. de ſent. exc. per tuas. & ext. de mat. contracto contra interdictum eccleſiæ, literæ. & quando fruſtratoria eſt appellatio, vt extr. de app. cum in eccleſia.

g ¶ *Et propinqua.*] vt nec ſit vltra duas dietas, vt extr. de reſc. nonnulli. ſic ſ. 3 q. 6. neminem. extr. de of. dele. prudentiam. § ſexta. & extra de ap. c. vlt.

h ¶ *Auctoritatem.*] Et ſic videtur quòd epiſcopi vicinæ prouinciæ ordinario iure cognoſcant. arg. ſ. c. prox. & ſic ordinarius & delegatus ſimul poterunt cognoſcere de cauſa. Quid ergo iuris eſt ſi iſti diſſentiant in ſententia? Dic vt ſ. c. § ſi plures. ext. de ſent. & re iu. c. ſi.

ARBITRARII. Iſte §. diuiditur in duas par. In prima dicitur, arbitrarij tantum ſunt qui non habent poteſtatem, a quibus non appellatur: & imputet ſibi qui tales elegit. Secundo dicitur, quod ſi ſententia iudicum a quibus appellatur, fuerit retractata, non obeſt eis niſi conuincantur iniuſtam tuliſſe ſentẽtiam inimicitia vel gratia deprauati: & hoc probat per ſequens c.

i ¶ *Arbitrarij.*] Hæc verba habes. ff. de arbit. l. diem. §. ſtari. niſi cõtra ius ſit quod profertur. ſ. ea. §. eſt autem quando.

H*Oc etiam.*] Hæc eſt 7. pars quæſ. in qua ponit x. diuerſos caſus in x. ca. Ioan. de Fant.

CASVS. Dubitabatur vtrum iudices puniri debeant, quorum ſententia per appellationem fuit retractata: & ſtatuitur in concilio quòd propter hoc puniri non debent, niſi conuicti fuerint odio vel gratia vel pecunia ſententiam protuliſſe.

k ¶ *Obſit.*] niſi quantum ad hoc quòd in aliis cauſis poſſint ſuſpecti recuſari. extra de app. ad hæc. & ca. propoſuit.

l ¶ *Si conuinci.*] " Argumentum, quòd cõtra aliquem ex officio ſuo facientem aliquid non ſit malum præſumendum niſi conuincatur. 11. quæſ. 3. abſit. & ca. ſi epiſcopus forte. 9. qu. 2. Lugdunenſis. extr. de renunt. in præſentia. de ſent. & re iu. ſicut. Hodie non præſumitur pro ſolo iudice, niſi hoc legitimis conſtiterit documentis. vt extr. de probat, quoniam contra falſam.

m ¶ *Vel iniquo.*] " Si iudex per ſuam imprudentiam iudicauerit male, punitur quantum iudici videtur æquum. ff. de var. & extraor. cogn. l. vlt. ſed ſi per imprudentiam aſſeſſoris, tunc aſſeſſor tantum punitur, vt ff. quod quiſq. iur. l. 2. [b] Sed ſi iudex per dolum, vel per gratiam, vel odium, vel pro pecunia male iudicauerit, punitur in veram litis æſtimationem: & etiam infamis fit. Co. de pœn. iu. qui ma. iud. l. 1. & inſtit. de obl. quæ ex quaſi delic. naſ. §. 1. Si autem iudex non vult iudicare facit litem ſuam, vt 32. q. 1. dixit Dominus, dic vt ibi dixi.

QVÆRITVR. CASVS. Mouet hic Gra. q. an iudex à quo appellatur, poſſit eſſe teſtis in cauſa propter quam eſt appellatum ab eo: & probat quòd non, ſequenti c.

S*Tatutum.*] CASVS. Appellatum fuit à ſententia iudicis: alter litigatorum coram iudice appellationis volebat ducere in teſtimonium iudicem, a quo appellatum eſt: ſimiliter aſſeſſorem vel aduoca

I[N ſancta.] CASVS. Quærebatur à Iulio Papa, verum excõmunicati vel laici poſſunt clericum accuſare. Et reſpondet quod non admittuntur excommunicati, nec laici: & hoc probat pluribus rationibus. Vna, quia non recipiunt clericos in ſuam accuſationem: & quia clerici ſunt ipſis maiores: & quia portant onera omnium: & funguntur vice Apoſtolorum.

b ¶ *Anathematizatus.* infra 3. quæſt. 4. nullus. hoc proprie eſt, vel i. ſeparatus à conuerſatione clericorũ: quia laicus. ſupra ea. laici. & 24. q. 3. certum. & 6. q. 1. illi qui. & c. omnes.

c ¶ *Super illos.*] ſupra. diſt. 10. certum. & c. ſuſcipitis.

d ¶ *Ita nec obligari.*] i. accuſari. 21. diſt. inferior.

e ¶ *Quod magnum.*] ſupra. diſt. 93. legimus. Ioan.

L[Aicos.] CASVS. Dicitur hic quod laici non admittuntur ad accuſationem clericorum quattuor rationibus, quia non ſunt eiuſdem conuerſationis cum clericis, & quia ſunt clericis inimici. & quia nolunt imitari grauitatem eorum: quia nolunt accipere clericos in ſuam accuſationem.

f ¶ *Laicos.*] Certũ eſt, quod laicus proſequens propriam iniuriam admittitur ad accuſationem clerici corã clerico iudice, vt extra de teſt. de cætero. Nunquid ergo & econuerſo clericus admittitur ad accuſationem laici coram laico iudice, ſi proſequatur ſuam iniuriam? Dicunt quidã quod non. nã vbi crimen irrogat pœnam ſanguinis, clericus intereſſe non [debet] teſt: vt 33. q. vlt. his à quib. ſed ſi non irrogat pœnam ſanguinis, bene poteſt. Alij dicunt quòd in nullo crimine clericus poteſt accuſare laicũ. arg. 11. quæſt. 1. nullus. quia non poteſt in crimine teſtari contra ipſum 11. qu. 1. teſtimonium, & ſic fallit regula, quæ eſt 4. q. 6. omnibus. agat ergo clericus ciuiliter de crimine.

g ¶ *Non accuſaſſe epiſcopos.*] in hoc ca. aſsignantur tres rõnes, quare laici non admittuntur contra clericos quarta aſsignatur ſupra c. q. 1. c. 1. quinta eſt, quia magnum eſt quod clerici accuſentur ab eis, vñ dñt eſſe rariſſime ſupra c. prox. c. Ioã.

S[Icut.] CASVS. Sicut clerici remouentur ab accuſatione laicorũ ita & laici remoueri dẽnt ab accuſatione clericorũ: quia ſicut diſcreti & ſeparati ſunt laici a conuerſatione clericorũ: ſic & dẽnt eſſe clerici diſiũcti ab accuſatiõe laicorũ.

h ¶ *Litigare.*] extra de ſynd. c. vno.

S[Acerdotes.] CASVS. In hoc cã dicitur quod quilibet inferior prælato ſuo obedire dẽt. etiã ſi mal' ſit, niſi erret i fide.

i ¶ *Agant.*] ſi prælati ſũt hæretici vel excõicati, vel nõ ſeruãt canones, vel ſimoniaci, vel notorij fornicatores, tunc licet recedi ab eis ante ſententiam. 79. diſt. nulli. 16. q. vlt. ſanè. 32. diſt. nullus. in alio crimine ante ſententiam non eſt recedendũ ab eis. 8. qu. 4. nonne. & 2. q. 6. c. vlt. & hoc corrigitur pro parte, extra de temp. ord. ca. fin. B.

Q[Valis condemnatio.] CASVS. Dicitur quòd quilibet obedire debet ſuo prælato, nec ei detrahere, & hoc probatur exẽplo Cham, qui male dictus fuit, quia nõ operuit pudẽda patris ſui. ſed multo fortius eſſent maledicti qui patrib. ſuis ſpiritualib. detrahunt, & cõtumelias inferũt.

k ¶ *Cham.*] 24. q. 3. ſed qui

l ¶ *Ampliori.*] arg. quod in eodẽ genere delicti plus peccam' erga patres ſpũales quã carnales: vt 10. qu. 2. hortaciũ.

PERSONAE. CASVS. Oſtenſum eſt ſupra quod laici nõ admittuntur ad accuſationẽ clericorum. modo oſtẽdit quod clerici inferioris ordinis nõ admittuntur ad accuſationẽ ſuperioris, vſque ad ſupra his auctoritatib.

C[Lericus.] CASVS. Quærebatur à Syluestro verum minores clerici irregulares vel infames poſſint accuſare ſuperiores, & certe videtur quod non, nec contra eos teſtificari poſſunt. Alia c. plana ſunt.

m ¶ *Clericus.*] hoc cap. non tenet. Vel loquitur de his qui propter irregularitatẽ nõ poſſunt ad altiora promoueri, vt bigami, & corpore vitiati: alias eſſet contra omnẽ rationẽ: vt ſupra c. lator. Et dic clericus, ſcilicet pſalmiſta & oſtiarius.

n M[aiorum.] Hoc c. ſimiliter nõ tenet.

o ¶ *Impetetur.*] criminoſe, ſi de clericis intelligat.

S[Ententia Cham.] p ¶ *Produnt.*] [illegible] deponitur qui detractores ...

q ¶ *Cham.*] vt ſicut ...

1 Burc. l. 1. c. 151. Anſ. l. 3. c. 24 Iuo p. 5. c. 114.

a Iſta dec. loquitur de laico inimico: & ſic nõ probatur immo ſumptio ... à contrario probatur contrarium, vt ibi no. 2. 11. q. 1. clericum. §. nec laico.

† al. anathema.

† al. colligari

3 Cle 1. epi 1

" Clericus laicũ accuſare non poteſt.

4 Pol. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. c. 310. Pan. l. 4. c. 61.

b Vt Hu. & L. qui ita no. ſupra c. a. 1. dicẽtes idẽ eſſe vbi etiam proſequitur propriam iniuriam proſequendo: nec poteſt repelli eo prætextu quòd non p[otuerit] conuenire aduerſariũ, vt illi' e. hic alij omnino dicunt.

1 Tim. 2.

6 Burc. l. 6. c. 7.

† al. plebeſanos.

" prælati eſt minori ante ſententiã delinqui poſſunt.

Geneſ. 9.

c Iſta gl. reputatur ſin. per doct. ad hoc quòd ab epiſ. opo non ſeruante canones poteſt recedi vt ab excommunicato.

6 capit. l. 1. c. 139. in cõc. Magũti. ſub Arnulpho. c. 12.

7 Pol. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. cap. 151. Iuo par. 5. c. 264.

" Peccamus plus erga patres ſp. ales quàm carnales.

d Dicit L. patres ſpũales dñr ſacerdotes. 7. qu. 1. ver. hi quidẽ alias eſt. ca. per ſe.

8 Iuo par. 5. c. 245.

9 Iſidor. l. 3. ſent. c. 39.

10 infrà c. c. plerumque. Anſ. l. 3. c. 57. Deuſd. p. 5. Iuo p. 5. cap. 239.

Geneſ. 9

11 Et in 5. Synodo ſub Symmacho & Gre. p. iii. p. 5. c. 5.

a ¶ *Ves.*] ¶ *Sum.*] criminoſe, ſi de clericis intelligas, dic, hoc cum prælatus eorum eſt bonæ opinionis.
b ¶ *Oris.*] id eſt, locutionis.
c ¶ *Gladio.*] id eſt, lingua.
d ¶ *Reprehendenda.*] id eſt, reprehenſibilia. ſ. e a. nos ſi. ne ſe contra. I. 21. diſt. nolite. infra 6. q. 1. oues.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt 2. pars q. in qua vult. probare, quòd laici ſi boni ſunt, accuſant clericos: ſed huiuſmodi allegatio ſuperficialis eſt, quia aliter canones intelliguntur. hoc tamen probare nititur per 9. auctorit. Ioa. de Fant.

3 Pol. l. 5. tit. 2. Anſ. l. 3. ca. 44. Burc. l. 8. c. 139. Iuo p. 5. c. 258. Pan. l. 4. c. 39.

a Concor. 2. in l. quęquā & ibi do & bo. & gl C. ſ epi. & cle.

† al. Teſte

CASVS. Modo concludit G. ex ſupradictis quod ſubditi laici vel clerici non accuſant ſuos prælatos: ſed dicit G. quod hoc intelligendum eſt de infamibus & criminoſis, qui parati ſunt reprehēdere ſuos prælatos: & hoc probat per ſequentia.

e ¶ *Laici.*] ¶ *Nolunt imitari.*] Propter hoc verbum inducit Grat. hoc cap. Sed hic vacat ar. à contrario ſecundum H. & Lau. vnde ſubaudi, maxime. Hic videas quod no. 81. diſt. preſbyter. in gl. cum capitur, &c. Archid.

ACcuſatio.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto vtrum epiſcopi poſſint accuſari à malis hominibus & ſceleratis. Et certe reſpondet quòd non, ſed à bonis & fide dignis vel fidelibus ſunt potius ſupportandi, & hoc probat exemplo Domini qui per ſeipſum ementes & vendentes eiecit de templo. Et exemplo etiam Domini ſæcularis fortiter indignantis cum videt ſeruum ſuum ab aliquo alio iudicari: & hoc in prima parte. In ſecunda parte, dicitur, quòd ſi detractores quorumcumque grauiter puniuntur, multo fortius detractatores famulorum Dei. In tertia parte dicitur, quod Apoſtoli, & eorum ſucceſſores talia conſiderantes ſtatuerunt, ne facile quis attentet accuſare vel lacerare prælatos, & ſi quis eos accuſare vel conuenire voluerit, primo eos charitatiue admoneat: quod ſi non fecerit, excommunicetur. Secunda pars incipit ibi, *Et paulo poſt.* Tertia incipit ibi, *Hæc & alia.*

3 Deuſd. p. 4. Anſ l. 3. c. 31. Iuo par. 5. c. 238. Pan. l. 4. c. 38.

Ioan. 2.

¶ Oues paſtorem ſuum (niſi à fide exorbitauerit) non poſſunt accuſare.
C. XIII.

3 OVes, quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum a nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt: quia facta paſtorum oris b gladio c ferienda non ſunt, quamquam recte † reprehendenda d videantur.

His auctoritatibus probatur, quòd ſubditi, ſiue ſint laici, ſiue clerici, prælatos ſuos accuſare non poſſunt. Verum de criminoſis, & de infamibus hoc intelligendum eſt, qui vitam ſuorum prælatorum parati ſunt reprehendere, non imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui ait.

¶ Quare laici in accuſatione epiſcoporum non audiantur. C. XIIII.

LAici in accuſatione epiſcoporum audiendi non ſunt, quia oppido eis quidam infeſti ſunt: & indignum eſt, vt ab eis accuſentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari. e

¶ *Apud Anacletum, ex quo citatur, non extat. Eadem tamen fere verba habentur in epiſtola Euſebij ſupra eadem c. laicos.*

Idem Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſtola 2.

¶ Sacerdotes non niſi à viris idoneis, & probatis accuſari poſſunt. C. XV.

3 ACcuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis, & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus f, & ſceleribus carent, fieri debet: quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores à vilibus & reprobis, ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit: ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes g à templo eiecit. Vnde liquet, quòd ſummi ſacerdotes, id eſt, epiſcopi à Deo ſunt iudicandi, non ab humanis, aut prauæ vitæ h hominibus lacerandi, ſed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipſo Domino exemplum dante, quando per ſe ipſum, & non per alium vendentes, & ementes eiecit de templo. *& paulo poſt.* ¶ Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit ſuum ſeruum i ab alio, quàm à ſe iudicari. Quod ſi præſumptum fuerit, aut multa ipſe indignatione iraſcitur, aut potius vltionem quærit ſuper eum. *& infra.* ¶ Vnde & Dominus per prophetam inquit [Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.] *& paulo poſt.* ¶ Si detractores quorumcumque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores, & detractores, atque accuſatores memoratorum Dei famulorum, atque perſecutores damnantur, & in barathrum (niſi ſe correxerint, & per eorum ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt †, & vindicibus flammis exuruntur. *& infra.* ¶ Hæc & alia periculoſa conſiderātes Apoſtoli ſtatuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerarentur, vel accuſarentur columnæ k ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ Apoſtoli, & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur. 4 Sed ſi quis l aduerſus eos, vel eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſas habuerit, prius m ad eos recurrat charitatis ſtudio, vt familiari colloquio commoniti ea ſanent, quæ ſananda ſunt, & charitatiue emendent, quæ iuſte emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos, priuſquam hoc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint, excommunicentur, & minime abſoluantur, antequam per ſatisfactionem n (vt iam dictum eſt) condignam egerint pœnitentiam: quoniam iniuria o eorum ad Chriſtum pertinet, cuius legatione funguntur.

Item Alexander epiſt. 1. c. 3.

¶ Communione priuetur, qui publice † aduerſus epiſcopum conqueritur, priuſquam familiariter eum conuenerit. C. XVI.

5 SI quis erga epiſcopum, vel actores p eccleſiæ quamlibet querelam iuſtam ſe habere crediderit, non prius primates, aut alios iudices adeat, quàm ipſos, à quibus ſe læſum æſtimat, conueniat familiariter, & non ſemel, ſed ſæpiſſime q, vt ab eis, aut ſuam iuſtitiam accipiat, aut iuſtam excuſationem. *& infra.* ¶ 6 Si autem ſecus egerit, ab ipſis & ab aliis com-

f ¶ *Suſpicionibus.*] Suſpecti ab accuſatione & teſtimonio repelluntur. ſ. ead. teſtes. 3. q. 5 accuſatoribus.
g ¶ *Sacerdotes.*] id eſt, ſimoniacos.
h ¶ *Aut praua vita.*] arg. quòd nec etiam in excepto crimine laicus prauæ vitæ eſt admittendus contra clericum, quod verum eſt, niſi prius clericus fuerit malæ famæ vel opinionis, vt ſ. e q. 1 in primis. in fi. & extr. de ſi. licet Hely. & c. per tuas. vt dictum eſt ſ. in ſumma.

" Laicus & in exceptis crib. non admittitur cō-tra clericū.

i ¶ *Seruum ſuum.*] Dominus eſt iudex in cauſa ſerui ſui: vt hic, & hoc de conſuetudine: alias falſum eſt, vt ext. de fo. com. cum contingat.
k ¶ *Columnæ.*] ſic & prohibet lex columnas cuiuslibet domus tolli. vt ff. de leg. 1. l. cætera. C. de ædi. priua. l. 2.
l ¶ *Sed ſi quis.*] Hæc pars vſque ad finem loquitur de cauſis ciuilibus vel criminalibus ciuiliter propoſitis, nam hoc ca. de laicis loquitur. vnde non poteſt intelligi de criminalibus cauſis: quia in illis non auditur laicus contra clericum, etiam ſi præmoneret eum. hoc ideo dico, quia non concedo, quod in accuſatiōe ſit præmittenda admonitio: vt extr. de ſim. licet. & cap. per tuas. & de acc. qualiter. " ſed denunciationem ſemper præcedere debet canonica monitio, vt per eadem iura probatur Nec obſtat, extra de acc. ſi quis epiſcopus. quia illa in denunciatione loquitur. De hoc notatur 22. qu. 2. indigne. Tamen vbi denuntiatur crimen ſimoniæ, non eſt neceſſaria admonitio a. quia de illo non pt quis pœnitere retento ordine: vt 1. qu. 1. ſi quis neque, & qu. 7. requiritis. licet ſit arg. contra. 1. q. vlt. pater. & extra de ſi. licet. cui hodie ſtatur ſcilicet, quia moneatur, vt dimittat beneficiū, quo retento non poſſet pœnitere. Vel dicas ſpeciale eſſe in eccleſia, vt ſemper primo admoneatur quam proponatur querela contra eā, ſiue ciuiliter, ſiue alio modo agatur.

Zach. 2.

" Admonitio præcedat denunciationem.

a Idem dicas in hæreticos, & læſæ maieſtatis, ſecūdum L.

† *cadunt*] Orig.

4 In cap. Hadrian. ca. 2. & li. 6. capit. 287. Pan. l. 5. c. 34.

m ¶ *Prius.*] ſ. 23. q. 5. ad finem.
n ¶ *Per ſatisfactionem.*] quod videtur eſſe ſpeciale in eo qui offendit eccleſiam, vt prius ſatisfaciat, quàm abſoluatur. vt extr. de ver. ſig. ex parte. alias ſufficit quòd iuret; vt extr. de ſent. excom. per tuas.
o ¶ *Iniuria.*] vnde nec clericus poteſt remittere iniuriam factam eccleſiæ: vt 23. qu. 4. ſi is qui. Ioan.

" Clericus iniuriam eccleſiæ factā remittere ñ poteſt.

SI quis.] CASVS. Si quis contra epiſcopum vel actores eccleſiæ querelam habuerit, non vadat ad iudicem, niſi prius epiſcopum vel œconomos eccleſiæ ſæpiſſime commoneat, vt ab eis iuſtitiam conſequatur, & ei ſatisfaciant: quòd ſi contrafecerit, communione priuetur. Et intelligitur hoc ca. in cauſa ciuili tantum, & de honeſtate.

† *al. primati.*

5 Refertur multis verbis omiſſis. Anſ. l. 3. c. 85. Bur. l. 1. c. 131. 142. & 144.

p ¶ *Actores.*] " Actor cōſtituitur à nō domino, & auctoritate iudicis & ad præſentes lites tantum. inſtit. de cura. §. vlt. ff. quod cuiuſque vniuer. item eorum. § actor. & hoc ideo quia actor cum decreto ſit: & decretum non extenditur ad futura. ff. de vſur. l. 1. Sed procurator ſemper à vero Domino conſtituitur & ab inuito, & ad vnā litē, & ad plures, & ad præſentes, & ad futuras. ff. e. l. 1. & C. de procu. neque. Syndicus ab vniuerſitate & ad vnam, & ad plures cauſas conſtituitur præſentes, & futuras, & de auctoritate epiſc. C. de epiſc. & cle. omnes qui §. & hoc nihilominus. Canon tamē omnes adminiſtratores eccleſiæ vocat procuratores. 1. q. 2. Saluator. ſecundum canones prælatus, & ante lit. cont. & poſt procuratores conſtituit: vt ext. de iur. cal. c. cum cauſam.
q ¶ *Sæpiſſime.*] id eſt, ter b. 16. q. 7. omnes decimæ.

" Actor, & procurator, & ſyndicus, differunt.

6 Iuo p. 5. c. 242. Pan. l. 4. c. 15.

b Idē Ale. de Im. in l. ſcimus. §. & hæc quidem. C. d iu. del. & Dominic. in ca. ab eo. in fi. d ap. in 6. Eps. an poſſit aliquē pro ꝓpria iniuria excōicare.

a ¶ *Priuetur.*] hic videtur, quòd epiſcopus poſsit aliquem pro propria iniuria excommunicare, & punire: vt 45. diſt. & qui emendat. & 23. q. 4. Guiliſarius contra eſt. 23. q. 4. inter querelas. & q. 5. de occidendis. vbi videtur, quòd iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere cuius iudex eſt. Diſtingue quia ſi iniuria tangit ſpecialiter prælatum, non poteſt excommunicare aliquem pro tali iniuria: ſi tangit eccleſiam poteſt [a]. Nam epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ [b]: ſicut procurator fiſci eſt iudex in cauſa fiſci, vt C. vbi cauſæ fiſcales. l. 1. ſic Imperator eſt iudex in cauſa fiſcali [c]. ff. de his quæ in teſta. delen. l. proxime. & tamen res fiſci, Imperatoris dicitur. ff. ne qd in loco pub. l. 2. §. hoc interdictum.

a Sub. immo debet. 23. qu. 4. ſi is qui Arc.
b Ad le idẽ tenuiſſe Bar. & Bald. in l. vnica. C. ne quis in ſua cau. iur. Arc.
2 Pál 4. c 59
c Ag. cõtra 26. q. 6. conſuetudo in prin. vbi de hoc.

munione priuetur [a], tamquam Apoſtolorum, Patrumque aliorum contemptor.

Item Euariſtus Papa epiſcopis per Aegyptum, epiſt. 2.

Niſi opinione diſcuſſa, non audiantur accuſatores epiſcoporum.

C. XVII.

SI qui ſunt vituperatores [b], aut accuſatores epiſcoporum [c], vel reliquorum ſacerdotum, non oportet eos à iudicibus eccleſiæ audiri, antequam eorum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio, vel opinio, qua intentione [d], qua fide, qua temeritate, qua vita, qua cõſcientia [e], quoue merito, ſi pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate [f] iſta præſumpſerint, nec ne.

Item Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

Maiores natu non accuſent, niſi qui ſint rectæ fidei, & conuerſationis.

C. XVIII.

QVærendum eſt [g] in iudicio, cuius ſit conuerſationis, & fidei is, qui accuſat [h], & is qui accuſatur: quoniam hi, qui nõ ſunt rectæ conuerſationis, ac fidei, & quorum vita accuſabilis, & quorum fides, vita, & libertas neſcitur [i], non permittuntur maiores [k] natu accuſare. Neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſatione.

Item Sixtus Papa ij. ad epiſcopos Hiſpaniæ, epiſt. 2.

Abſque duobus, vel tribus teſtibus non recipiantur epiſcoporum accuſationes.

C. XIX.

ij ACcuſatio epiſcoporũ non eſt facile [l] recipienda, dicente Domino [Non ſuſcipies vocem mendacij.] Et Apoſtolus inquit aduerſus presbyterum inſcriptionem nõ recipiendam abſque duobus, vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de prebyteris, vel ceteris fidelibus ſunt præcauenda, quanto magis de epiſcopis?

Exod. 23.
1. Tim 5.

S[i] *qui ſunt vituperatores.*] CASVS. Quæſitum fuit ab Euariſto, vtrum clerici indiſtinctè ſint admittendi ad accuſationem epiſcoporum & aliorum clericorum. Et reſpondet quòd nõ, ſed prius examinari debent accuſatores, verũ ſint bonæ famæ, vel non, & qua intentione veniant ad accuſandum: verum pro Deo, vel vana vel inani gloria, vel odio, vel inimicitia, vel etiam cupiditate fiat ab eis accuſatio. Idem fere dicitur in ſequenti capitulo: eo tamen addito, quòd ignoti & viles non recipiuntur ad accuſationem.

b ¶ *Vituperatores.*] id eſt, conuitiatores: qui depoſiti [d] [illegible] tradentur. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum. niſi fecerint ex calore iracundiæ: vt 5. ead. q. 3. ſi quis iratus loq. Hoc hodie [d] falſum eſt, q tradantur curiæ ſæculari, niſi eſſet poſt excommunicationem contumax. extr. de iud. ca. cũ non ab homine. fallit in caſu ſpeciali, de criſal. cap. ad fallariorum. vbi depoſitus ſtatim traditur curiæ ſeculari.

a Steph. 1. epiſt. 2. ca. 10. Con. Car. 4. c. 96. Bur l. 1. c. 17. Pan. l. 4 ca. 57. Iuo p. 5 c 289.
3 Mutatus eſt verborum ordo.
d Clericus depoſitus nõ ſemper eſt curiæ ſæculari tradẽdus. d ſe quò [illegible] traditur ſtatim curiæ [d] hoc le. & no. 3. q. 4. clericus.

c ¶ *Epiſcoporum.*] hæc duo capitula loquuntur de ſuſpectis vel ignotis, & de his qui ſuam iniuriam non proſequuntur.

d ¶ *Qua intentione.*] an faciant animo nocendi: vt 23. q. 5. prodeſt.

e ¶ *Conſcientia.*] ſi ſit conſcius criminis.

f ¶ *Aut cupiditate.*] pecuniæ. 5. ea. q. 1. prohibentur.

g Q[uærendum eſt.*] Hic dicitur idem quod in præcedenti capitulo Et dic quærendum eſt, ſcilicet a iudice, etiam ſi aduerſarius non quærat. ff. de poſtu. l. quos prohibet. & 30. quæſt. 5. iudicantem. & infra. ead. alieni. & ar. Cod. de quæſt. ſeruos. & loquitur hoc capit. & præcedens de ignotis, vel de notis & ſuſpectis: quia tales perſonæ integri ſtatus eſſe debent ff. de teſti. quæſitum. Sed obiicio tibi, ſi iudex quærat de conuerſatione huius teſtis, oportet quòd quærat ab aliis. Similiter oportet, q quærat de conuerſatione illorum de quibus quæritur de conuerſatione iſtius. & ſic in infinitum procedet iudex: quod reprobatur extr. de reſcr. cum in multis. libr. 6. Si autem iudex ab ipſo teſte quærat, an ſit fur vel homicida, ſtulta eſſet quæſtio, cum nemo illud fateretur [e] de ſe? Reſpondeo, ſi eſt ignotus, bene poteſt ab eo quærere an ſit liber, vel ſeruus. Ab aliis autem notis inter quos eſt conuerſatus, quæret de fama iſtius. Poteſt etiam iudex in genere quærere ſic dicẽdo ei, Es tu talis, vt poſsis eſſe teſtis? vt ff. de quæſt. l. 1. §. qui quæſtionem.

h ¶ *Accuſat.*] in accuſationibus ergo non præſumitur quis dignus niſi hoc probetur [f]. j. ea. criminationes. Sic in oblatione Euchariſtiæ, vt de conſec. diſt. 1. tribus gradibus. Et in ordinibus. 24. diſ. quando. & in eleemoſyna. 42. diſtinct. quieſcamus. Item excommunicatus quis creditur propter periculum vitandum potius, quàm non: vt extr. de ſent. exc. per tuas. & c. cum deſideres. §. ſecundæ quæſtioni. ſic in impetratione veniæ ætatis tenetur impetrans probare inſtituta morum ſuorum, & teſtimonium vitæ honeſtioris, & animi probitatem, i. ſe eſſe idoneum: vt C. de his qui ve. æta. impe. l. 2. alias circa notos potius præſumitur quis dignus, quàm indignus, vt extr. de præſum dudum.

m Teſtis eſt de ſua conuerſatiõe examinand[us].
e An autem teneatur reſpõdere, vide Gui. de Suz. in l. teſtium. C. de teſt. & per Bal. in l. 2. §. quod ob ſeruari. i vlt. col C. de iucal. & aliqd per Bar. in l. ſi. circ med. ff. de his qui vt ind. ſed p communi opi opt fa. q[d] not gl. in l q iur iſe. §. ſi pẽ ver acqui ſitĩ. ff. de iu-

f ſc. per aliquas litteras authẽticarũ perſonarum quæ pro eis teſtimoniũ ferant, vel teſtimoniũ populi, vt leg. & no. in iſto c. criminationes. ſecũdum Inn. qui ita not. extr. de accuſ. cum P. Arc.

i ¶ *Neſcitur.*] per hoc patet cap. hoc loqui de ignotis.

k ¶ *Maiores.*] id eſt, clericos.

A[ccuſatio.*] CASVS. Quæſitum eſt a Sixto Papa qualiter recipienda ſit accuſatio epiſcoporum? Et reſpondet dicens, quòd non eſt facile recipienda ſine diſcuſſione accuſatorũ. Et hoc probatur auctoritate Domini dicentis non eſſe accipiendam vocem mendacij. Et auctoritate Pauli, qui dicit aduerſus presbyterum inſcriptionem non eſſe faciendam ſi ne duobus vel tribus teſtibus. multo minus ergo contra epiſcopum.

l ¶ *Facile.*] id eſt, abſque inquiſitione.

ADDITIO. ſcilicet accuſatorũ & teſtium. Hu. & Lau. & dic, inquiſitione ſcilicet quæ habetur ſupra c prox. ſ cundum Ioa. de Fan.

Item ex concilio Aurelianenſi primo, cap. 2.

¶ Pro ſola conuentione epiſcopi non ſubmoueatur aliquis a communione.

C. XX.

SI quis ab epiſcopo ſuo, vel de eccleſia, vel de proprio iure aliquid crediderit repetẽdum, ſi nihil conuicij [m], aut criminationis obiecerit, cum pro ſola conuentione à communione eccleſiæ nõ liceat ſubmoueri.

Item Euariſtus Papa, epiſt. 2.

¶ Quare ſubditi prælatos ſuos reprehendere non poſſunt.

C. XXI.

SVnt nonnulli, qui præpoſitos ſuos peruerſe reprehendunt, ſi vel parum ipſis moleſti extiterint.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd illi ab accuſatione remouentur, qui non affectione charitatis, ſed prauitate ſua actionis vitam eorum diffamare, & reprehendere quærunt.

¶ *Quòd vero præmiſſis auctoritatibus criminoſi prohibeantur ab accuſatione prælatorum, teſtatur Auguſtinus in lib. Soliloquiorum [n], ita dicens.*

¶ Non omnes ſubditi, ſed criminoſi tantum prohibentur accuſare prælatos.

C. XXII.

PRæſumunt prælati non debere reprehendi, vel accuſari [o], pro eo, quòd canones non eos paſſim conſtituunt accuſandos. Quod tamen negatur ſolis criminoſis [p], cum de reprehendendo [q] veritas ipſa conſtituat [Si male locutus ſum, teſtimonium [r] perhibe de malo, &c.]

Ioan. 18.

S[i quis.*] CASVS. Quidam conuenit epiſcopum vel œconomum eccleſiæ in cauſa pecuniaria, quæ ſitum fuit vtrum propter hoc à communione eccleſiæ ſit remouendus? Et reſpondetur, quòd non ſi nil conuicij vel criminationis obiecit.

m ¶ *Conuicij.*] [a] non tamen ex hoc ſequitur, q propter conuicium ipſum poſsit excommunicare: vt 23. qu. 4. inter querelas. vel hic non fuit tantum epiſcopi cauſa, ſed eccleſiæ, vel propter hoc remouendus eſt à cõmunione à metropolitano, ſed non ab epiſcopo. Vel dic, ſi cõuicium redundat tantum in perſonam epiſcopi: quia dicit. tu es filius ruſtici, tunc non poteſt. ſed ſi dixit eum ſimoniacum: quia hoc redundat in eccleſiam, bene poteſt.

a Epiſcopus excõmunicat pro conuiciõ ſibi factum.

S[unt nonnulli.*] EX HIS OMNIBVS. Infert Grat. ex ſupradictis, quòd illi remouentur ab accuſatione, qui mala intentione veniunt ad accuſandum, & non ex charitate, & quòd criminoſi ſimiliter remouentur. Et hoc probat per ſequens cap.

n ¶ *In libro ſoliloquiorum.*] [a] id eſt, pſalmorum, id eſt, ſolius ſpiritus ſancti eloquium: quia ſolo inſtinctu ſpiritus ſancti ibi locutus eſt: de quo habetur de pœ. diſt. 2. quærendum.

a S[o]liloquiũ eſt pſalmus.

P[ræſumunt prælati.*] CASVS. Quidam prælati dicebant ſe nullo modo eſſe accuſandos, eo quòd canones ſtatuerunt eos non eſſe paſsim accuſandos. Sed Aug. dicit hoc eſſe intelligendum de criminoſis. Et hoc probat exemplo Domini eſſe verum, qui cum accuſaretur, dixit: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo.

o ¶ *Vel accuſari.*] arg. laicos poſſe accuſare clericos. j. ea. clericos. & 24. diſ. illud. & C. de of. rec. prouin. iuſtiſsimos. ſed corrigitur taliũ opinio extr. de teſti. de cetero.

p ¶ *Criminoſis.*] ſcilicet clericis.

q ¶ *Reprehendendo.*] ſupple, ſed non debent præſumere, cum de le, &c.

r ¶ *Teſtimonium.*] cum debeat exemplificare de accuſatione, exemplificat de teſtimonio: quòd ideo facit, quia qui admittitur ad vnum, admittitur & ad reliquum. 4. q. 3. teſtes. lo.

OPPONITVR. CASVS. Dictum eſt ſ. in §. ex his omnibus. & c. præſumunt. ꝙ ſubditi criminoſi ſuos prelatos accuſare nõ poſſunt. Et ſic videtur, ꝙ illi qui non ſunt criminoſi, bene poſſunt accuſare. Sed opponitur huic diſt. illud c. oues, &c. vbi dicitur, ꝙ non admittuntur ſubditi, niſi à fide exorbitauerint prælati: & ita innuitur, ꝙ ex eo ſolo caſu admittantur ſubditi. Sed Gratianus ſoluit dicens, ꝙ illud ca. intelligitur tantum de criminoſis, & criminoſi, & infames, & ſerui contra quemlibet admittuntur in hæreſi. Et hoc probat per ſequentia.

1 ſuprà. cap. oues.

a ¶ *Opponitur.*] dixerat in illo §. his auctoritatibus [a], quod ſubditi criminoſi, ſiue clerici fuerint, ſiue laici, non admittantur ad accuſationem prælatorum. vnde colligitur à contrario ſenſu, ꝙ alij admittantur. Huic diſtinctio obiicit, & poſtea ſecundum ſuam opinionem ſoluit: quæ talis eſt, quòd laici non criminoſi poſſunt accuſare clericos, quod falſum eſt, vt extra de teſti. decetero. niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, & tunc non admittuntur ad teſtimonium.

a Vel dic, Dictum eſt ſuprà §. ex his omnibus. & c. præſumũt, quòd ſubditi criminoſi, &c ſecundũ Bern.

HVIC OPPOSITIONI. Hæc eſt 3. pars huius quæ. in qua probatur, ꝙ mali non poſſunt accuſare prælatos ſuos, vel illi qui ad eumdem gradum peruenire non poſſunt: & hoc probat per 6. cap. Ioa. de Fant.

2 infrà 3. qu. 4. ca. alieni.] in decretis Iulij cap. is. Anſ. l. 3. cap. 65. Pol. l. 5. c. 4.

Opponitur[a] *huic diſtinctioni. Ipſi ſacri canones diſtinguunt, in quo caſu paſtores ſint accuſandi à ſubditis dicentes*[[1] *Oues paſtores ſuos non accuſent, nec reprehendant, niſi à fide exorbitauerint.*] *Ecce in quo caſu ſunt accuſandi à ſubditis, in alijs autem minime.*

3 *Huic oppoſitioni reſpondetur ſic. Diſtinctio illa canonum de criminoſis, & infamibus intelligitur: Oues enim criminoſæ, & infames paſtorem ſuum accuſare, vel reprehendere non poſſunt, niſi à fide exorbitauerit. Ceterum ſi à fide exorbitauerit, tanta eſt labes illius criminis, quòd ad eius accuſationem, & ſerui aduerſus dominum, & quilibet criminoſi, & infames aduerſus quemlibet admittantur.*

Vnde Dionyſius Papa ad Seuerum epiſcopum, epiſt. 2.

¶ Infames & hæretici, homines bonæ famæ accuſare non poſſunt.
C. XXIII.

¶ *In multis uetuſtis exemplaribus rubrica huius capitis ſic habet* Infames, accuſare poſſunt hæreticos. *In alijs uero nonnullis*, Infames non poſſunt accuſare catholicos.

[2] ALieni erroris [b] ſocium, vel à ſui voluntarie propoſiti tramite recedentem [c], aut ſacris Patrum regulis, & conſtitutionibus non obedientem [d] ſuſcipere non poſſumus [e], nec debemus: nec impetere recte credentes, vel ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes eſſe cẽſemus, qui ſuam aut Chriſtianam præuaricantur legem [3], aut Apoſtolicam, vel regularẽ libenter poſtponunt auctoritatem.

ALieni erroris.] CASVS. Dicitur in cap. iſto, quòd hæretici apoſtatæ, & ſchiſmatici non admittuntur ad accuſandum (vt Dionyſius dixit) contra recte credentes, & conſtitutionib. obtemperantes. Et inducitur hoc c. à contrario ſenſu. vt apparebit in §. ſeq. Et dicitur hic apoſtata qui recedit à propoſito regulari vel clericali, vel à fide.

3 Concord. tex. in auth. gazaros. C. de hæ. & infrà ea cau. & q. c. beati.

Item ex concilio Toletano quarto, ca. 63.

¶ Chriſtianos accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt, qui fidem acceptam deſeruerunt.
C. XXIIII.

b ¶ *Alieni erroris.*] ex tribus locis illius c. argumentatur Gratianus à contrario ſenſu in ſequenti §.

c ¶ *Recedentem.*] id eſt, apoſtatam.

d ¶ *Non obedientem.*] id eſt, ſchiſmaticum: vt 19. diſt. nulli. & 25. qu. 1. violatores.

e ¶ *Non poſſumus.*] arg. [a] ꝙ iudex poteſt infamẽ repellere licet reus ipſum recipiat [b], 45. diſt. licet 30. q. 5. iudicantem. C. de quæſt. ſeruos. in prin. 4. q. 3. parentes. Item arg. quòd iudex examinabit accuſatores ſicut ordinandos, vt eos repellat. 24. diſt. quando. & Grego. præcipit Ioanni, vt inquirat de perſona accuſatoris. ſ. ea. qu. 1. in primis. ſic 23. diſt. illud. & ſ. e. criminationes. & prætor ſuæ dignitatis tuẽdæ gratia indignos à poſtulatione remouet. ff. de poſtu. l. 1. in prin. & repellit militem, licet aduerſarius velit eum admittere. ff. de proc. filiuſfamilias. §. milites. & quos prætor prohibet, in totum & omnino prohibet, etiam ſi aduerſarius conſentiat [c]: vt ff. de poſtu. quos prohibet. immo vbi aduerſario non competit exceptio, iudex ex officio ſuo excipiet, vt ext. de ap. conſtitutis. ff. de pet. hær. l. vltim. Sed contra. nonne ſic videtur iudicare ſecundum conſcientiam? & ſcis quia nihil ea ingenio ſuo & domeſtice voluntatis motu facere debeat: vt ſ. ca. prox. & 3. qu. 7. iudicet? Reſpondeo iudicat in hoc caſu ex his quæ percipit in exercitio cauſæ, quæ ante eum agitur. nam cum coram ſe videt infamem admitti, poteſt ipſum repellere: ſicut cum ſcit tempora appellationis elapſa eſſe, ſupplet de facto. C. de appel. l. 2. in fin. ſic tem. 28. diſ. priuſquam. ſ. de facto quod conſtat iudici tanquam iudici. extr. de poſtu. bonæ.

a Iudex parte non petẽte multa poteſt facere.
b Sed contra infrà c. 3. his ita §. 3. verſ. reſpondetur. in fin. ibi dicam. Arch.
c Adde ad hoc id quod le. & no. ext. de excep. ca. exceptionẽ. & li. 6. e. tit. c. pia. Arc.

NOn poteſt.] CASVS. Quidam Iudæi facti ſunt Chriſtiani, & poſtea iterum præuaricati ſunt in fide. quærebatur vtrum eſſent admittendi ad teſtimonium contra catholicos? Et reſpondetur quod non, licet Chriſtianos eſſe ſe fateantur: quia ſicut in fide ſuſpecti ſunt ita in teſtimonio. nec poteſt apud bonos homines eſſe fidelis qui Deo extitit infidelis.

NOn poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidus. Iudæi ergo, qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc Chriſti fidem præuaricati [f] ſunt, ad teſtimonium dicẽdum admitti non debent, quamuis eſſe ſe Chriſtianos annũtient: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita & in teſtimonio humano dubij habentur [4]. Infirmari [g] ergo oportet eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur, nec eis eſt credendum, qui veritatis à ſe fidem abiecerunt.

f ¶ *Præuaricati.*] ergo ſi non ſunt præuaricati, videtur ꝙ ſunt admittendi, non obſtante præcedenti delicto, ſicut & alius qui fuerit in mortali [d]: vt 3. qu. 1. diffinimus. quod quidam negant, cum nec ad ordines admittatur qui quandoque fuit criminoſus: vt 25. diſt. primum & 6. qu. 1. qui crimen. & ff. de ritu nup. palam. vbi dicitur, turpitudo licet interm ittatur, non tamen deletur. ſic ff. de fur. qui ea mente. Ioa. Quid iuris ſit de hoc, dicitur ext. de teſti. teſtimonium. vbi corrigitur hoc. Ber.

d Ad hoc 32. q. 5. præceptum. vbi de hoc.

4 Ivo p. 13. c. 96.

g ¶ *Infirmari.*] ſ. 19. di. c. ſi. vel aliter arg. quòd non valet dictum teſtis, ſi poſtea detegitur eius infamia.

Item Caius Papa Felici epiſcopo.

¶ Hæretici, Iudæi, vel pagani Chriſtianos accuſare non poſſunt.
C. XXV.

[5] PAgani, vel hæretici, ſiue Iudæi non poſſunt Chriſtianos accuſare [h], aut vocẽ [i] eis infamationis [k] inferre.

h PAgani.] ¶ *Accuſare.*] niſi ſuam iniuriam proſequantur: vt 4. q. 6. omnibus. ſed hæretici non: quia excommunicati ſunt. extr. de her. vergentis. & cap. excommunicamus. [e] Sed nunquid iſti, ſcilicet pagani & Iudæi audiuntur in exceptis criminibus? Dic ꝙ non. ſecundum H. ſic. ſed ꝙ Iudæi poſſint, videtur extr. de Iudæ. ca. Iudæi. ſed decr. expreſſe contradicit, quæ dicit ꝙ teſtis debet eſſe fidelis: vt extr. de teſtib. licet. 1. & ea ratione, quia ſunt in peccato mortali. & ſic non ſunt audiendi [f]. extr. de teſti. ſuper eõ.

5 Anſel. l. 3. ca. 46. Pann. l. 4. c. 63.

e Pagani & Iudæi etiam in exceptis criminibus non ſunt audiendi.

¶ *Verba epiſtola ſunt*, Primo quidem ſcias paganos, & hæreticos non poſſe Chriſtianos accuſare, &c.

In hoc capite decernitur, vt hæretici non impetant recte credentes. Vnde è contra intelligitur, quòd hæretici ab hæreticis impeti poſſunt. Item à tramite ſui propoſiti voluntarie recedentes non poſſunt impetere ſeruantes limitem ſuæ profeſſionis. Ex hoc datur intelligi, quòd recedentes à ſuo propoſito, ſimiliter recedentes criminari poſſunt. Item non obedientes ſanctionibus ſanctorum Patrum, non poſſunt accuſare obtemperantes ſacris cõſtitutionibus. In quo ſimiliter intelligitur, quòd inobedientibus inobedientes accuſare licet. Vnde generaliter colligitur, quòd in accuſatione æqualitas[l] *fidei, & conuerſationis inter accuſantem & accuſatum ſemper conſiderãda eſt, vt is qui accuſat, vel par, vel ſuperior inueniatur. Item nouellarum conſtitutionum, nouella 45. in fine.*[6]

i ¶ *Aut vocem.*] oportet tamen clericos habere teſtimonium bonum ab his qui foris ſunt, ſ. 8. qu. 1. licet. de conſe. diſt. 1. iubemus.

k ¶ *Infamation.s.*] vt ſe expurgare debeant.

e Idem tamẽ hic Ioan. de Fan. an idem ext. e. ti. teſtimonium. ff. e. ti. quæſitũ. Sed contra hoc fac. q[?] le. & dixi ſuprà e. §. huic oppoſitioni. Arc.

6 Apud Iulianũ antecess. 156.

IN HOC CAP. CASVS. Dictum eſt ſ. in c. alieni. quod hæreticus nõ accuſat catholicum: apoſtata non accuſat illum, qui non eſt apoſtata, nec ſchiſmaticus poteſt accuſare illum, qui non eſt ſchiſmaticus. Concludit ergo Gratianus à contrario ſenſu, ꝙ hæretici admittuntur contra hæreticos, ſchiſmatici contra ſchiſmaticos, apoſtatæ contra apoſtatas, quia æqualitas fidei & conuerſationis eſt ſeruãda inter accuſantem & accuſatum. Et hoc innuit ſequens capitulum, & allegando dicit quòd ſufficit, quòd aliquis ſit bonus ad hoc, vt poſſit accuſare. Item hæreticus non admittitur, cum ſit excommunicatus: vt ſ. 11. q. 3. cum excommunicato.

l ¶ *Aequalitas.*] falſum dicit. ſufficit enim quòd accuſator ſit bonæ famæ, licet accuſatus ſit melioris: vt infra eadem, lator. Item in alijs falſum dicit. [e] quia nec infamis infamem, nec criminoſus criminoſum accuſat: vt 6. quæſtio. 1. qui crimen [f]. niſi prius eum tolerauit ſciens eum talem. extra de accuſa. nulli. Sed poteſt dici hoc eſſe ſpeciale in epiſcopo, vt non poſſit remouere ab accuſatione illos quos prius tolerauit. Item fallit in arenario, qui poteſt accuſare arenarium: vt C. de inoffi. teſtam. in arenam. Item fallit in caſibus, in quibus ſocius criminis non repellit ſocium, quos habes notatos: quarta quæſtione tertia, liberi. & C. de teſtibus l. quoniam. alias quilibet cuiuſcumque conditionis, & quantumcumque criminoſus viles & criminoſos ab accuſatione vel teſtimonio repellit. vnde etiam ſocius à ſua accuſatione repellit ſocios viles, & criminoſos. ff. de accuſa. hos accuſare. §. ſi ſeruus. & tertia, quæſtione quarta, cap. penultim. quod falſum eſt in exceptis criminibus, vt ſupra in princip. quæſtionis notaui.

e infamis infamem regulariter accuſare non pt.
f Dic vt leg. & not. extr. de accu. c. 1. Arc.

Si hæret

¶ Hæreticus hæreticum accuſare, & contra eum teſtificari poteſt.

C. XXVI.

SI hæreticus [a] contra hæreticum [b] litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum teſtem adducere. Sin autẽ orthodoxus contra hæreticum litiget, pro orthodoxo quidem etiam hæretici teſtimonium valeat: contra orthodoxum autem ſolius orthodoxi teſtimonium valeat. ¶ Orthodoxis autem litigantibus ad teſtimonium nulli hæretico pateat aditus.

Sed quæritur [c], ſi flagitioſiſſimus Catholicus poſſit conuenire hæreticum de alio crimine, quàm de hæreſi? Huic quæſtioni ita reſpõdetur. In quo hæreticus inferior eſt, videlicet in regula fidei, in eo à malo catholico accuſari poteſt. In quo autem ſuperior fuerit, videlicet in conuerſatione vitæ, in eo flagitioſiſſimo conueniri non poteſt. ¶ [d] Item quod dicitur, paſtores [d] pro ſuis actibus magis ſunt tolerandi, quàm corripiendi, dupliciter intelligitur, vel quia à criminoſis tolerandi ſunt, & non corrigendi: vnde ibi ſubinfertur, quia ſæpe pro meritis ſubditorum depprauatur vita rectorum. Quorum ergo meritis (Deo permittente) vita rectorum deprauatur, ab eis potius ſunt tolerandi, quàm corrigẽdi. Vel quia ſunt quidam, qui ſæpe deſeruntur publicis documentis, & crimen, quòd intendunt, probare non valent.

De quibus in homilia de pœnitentia, capit. 12. Auguſtinus ait [1].

¶ Quæ publicis documentis probari non poſſunt, toleranda ſunt.

C. XXVII.

PLerumque [a] boni viri propterea ſuffe runt aliorum peccata, & tacent [e], quia ſæpe deſerũtur publicis documentis, quibus ea, quæ ipſi ſciunt, iudicibus [f] probare non poſſunt.

[a] ¶ Plerumque.] *In aliquot uetuſtis codicibus legitur, plerique, quemadmodum & apud Bedam, & in originali, cuius tamen non ipſa prorſus uerba hic referuntur.*

De his [g] etiam illud Anacleti [h] intelligitur [[4] ſententia Cham filij Noe damnantur, qui ſuorum doctorum, vel præpoſitorum culpam produnt cum Cham, qui patris pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit.] Hac enim auctoritate ſubditi non prohibentur ab accuſatione, ſed à proditione. Aliud eſt enim prodere, aliud accuſare. Prodit, qui non probanda defert, accuſat, qui reo præſente crimen ſuum ei offert, vt probaturus quod intendit [5]. Cham ſolus vidit pudenda patris; & ideo per eum intelliguntur, qui cum ſoli ſint conſcij criminum ſuorum prælatorum, atque ideo accuſare non poſſint, vitam tamen eorum infamando alijs ridendam offerunt. ¶ Item obijcitur, quòd ſubditi etiam religioſi prælatos ſuos accuſare non poſſunt. Legitur enim in Exodo [i], quòd Maria ſoror Aaron, quæ prima poſt tranſitum maris rubri ſumpto tympano hymnum cantare meruit, poſtea murmurans in Moyſem, eo quod Aethiopiſſam duxerat in vxorem, à Domino lepra percuſſa eſt. ¶ Item in libro Regum legitur, quòd cum Dauid fugeret à facie Saul, latuit in ſpelunca, in quam cum Saul diuertiſſet ad purgandum ventrem, Dauid præcidit oram chlamydis eius, quod ſe feciſſe poſtea grauiter doluit, & vehementer pœnituit. Saul à Domino erat reprobatus, & ex inuidia Dauid perſequebatur, vt eum morti traderet. Dauid erat vir humilis, & mitis, Sauli à Domino ſubſtitutus, per Samuelem vnctus in regem: ſed tamen, quia præcidit oram chlamydis Saulis, grauiter fleuit, cum à Saule ſola adminiſtratione vltionis ſuperaretur. Vnde datur intelligi, quòd ſubditi, quamuis religioſi ſint, prælatos ſuos criminoſos accuſare non poſſunt. [6] Nam per Saulem, qui ventrem purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiam ſuam corde conceptam in opus producunt. ¶ Item legitur in libro Regum, quòd cum arca Domini reduceretur de Gabaa in Hieruſalem; bobus recalcitrantibus arca inclinata eſt: tunc dum Oza leuita manum adhiberet, vt eam erigeret, à Domino percuſſus [k] interiit. Per arcam prælati intelliguntur, per Ozam ſubditi, per inclinationem arcæ caſus intelligitur prælatorum, per illum qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accuſantes vitam doctorum, qui à Domino percuſſi intereunt. ¶ His [l] ita reſpondetur. Verum eſt per arcam ſignificari prælatos, & per Ozam ſubditos. Illud vero falſum eſt, quòd per inclinationem arcæ caſus ſignificetur prælatorum. ¶ Aliud eſt enim inclinari, vel deſcendere, aliud cadere. Legitur enim quòd Saluator noſter ſe inclinauerit, ſicut quando digito ſcribebat in terra, & de montibus frequenter deſcenderit, in quos aſcendebat, vel vt pernoctaret in oratione, vel vt diſcipulos

S ¶ Si hæreticus.] CASVS. In hoc capitulo tria dicuntur. Dicitur etiam quòd ſi hæreticus litiget contra hæreticum, inter ſe admittitur teſtis hæreticus: ſed ſi orthodoxus contra hæreticum litiget, teſtimonium hæretici pro orthodoxo valet. ſed ſi inter ſe litigent orthodoxi, teſtis hæreticus non admittitur.

a ¶ Si hæreticus.] Hæc authentica eſt falſa: quia numquam hæreticus admittitur ad accuſandum: vt infra quarta, quæſtion. prima. capit. primo, forte loquitur de minoribus hæreticis, qui non peccant in præcipuis articulis fidei, qui non admittuntur in iudiciis, id eſt, de his quæ acta ſunt coram iudice: ſed in aliis contractibus propter inopiam probationum admittuntur, non tamen ſine tormentis: vt, quarta, quæſtione tertia. §. in criminali. verſic. ſi res. & cod. de hære. lege, vltima. Ioan. [a] Sed certe ſecundum canones non admittitur hæreticus, cum ſit excommunicatus, & debeat ſtatim occidi. extra de hæret. excommunicamus. & capit. penultim. B.

b ¶ Contra hæreticum.] argument. aliquid admitti pro aliquo quod non admittitur contra ſe. ſi. trigeſimaſeptima. diſtinctione, capit. ſi quid veri. argument. contra. quarta, quæſtio. tertia. ſi quis teſtibus. Secundum eſt regulare, primum caſuale propter odium hæreſis.

SED QVAERITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra. in §. opponitur. in fin. quòd quilibet criminoſus poteſt hæreticum accuſare. modo incidentem quæſtionem mouet, an peſſimus catholicus poſſit accuſare hæreticum de alio crimine, quam de hæreſi? Hanc quæſtionem ſoluit Grat. dicens, quòd in quo hæreticus eſt inferior, ſcilicet in hæreſi, poteſt a flagitioſiſſimo catholico accuſari. In quo autem hæreticus eſt ſuperior, ſcilicet in conuerſatione vitæ, non poteſt accuſari a flagitioſiſſimo catholico. Poſtea dicit, quòd illud quod dicitur in 1. cap. huius quæſtionis, & ca. accuſatio. & aliis multis c. licet, quod paſtores ſunt potius tolerandi quam corripiendi a ſubditis, intelligitur de criminoſis, vel etiam de bonis qui crimina probare non poſſunt, & ad hoc inducit ſeq. c.

c ¶ Sed quæritur.] hanc ſoluit Vrbanus duodecima, quæſtio. prima. ſcimus. vel aliter reſpicit illud quod dicitur ſupra c. §. opponitur. & mouet incidentem quæſtionem, & diuiditur in duas partes.

d ¶ [illegible]] in princ. quæſtio. quæ tamen non ſunt verba illius ca. ſed ſenſus eſt eius.

P ¶ Plerumque.] CASVS. Dicit hic Auguſt. quòd boni viri quandoque ſuſtinent occulta peccata aliorum, & tamen tacent: quia probare non poſſunt ea iudicibus, vnde non imputatur eis.

e ¶ Et tacent.] dicat ta men ei qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe. vi. geſimaſecunda, quæſtione quinta, hoc videtur. ſed in publico non debet dicere: vt ſexta, quæſtione prima. ſi omnia. [a] hæc ergo taciturnitas non obſtat ei, qui non poteſt probare. Item non nocet ei, qui non poteſt impedire: vt ff. de contrahend. emption. l. rem alienam. vel etiam erubeſcit loqui: vt ff. de furt. l. penulti. Item nec nocet ei, qui ſcit ſuum ius durare. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. ſicut. §. non videtur. aliàs ſemper obſtat taciturnitas: vt extra de his quæ fiunt à præla. c. 2. & 54. diſt. ſi ſeruus.

f ¶ Iudicibus.] Iudici ergo facienda eſt probatio [a], non aduerſario: vt quarta, quæſtione tertia. §. item in criminali. verſic. ſæpe. & Cod. de cond. ob turpem cauſam. l. prima. argument. contra. 2. quæſtio. 1. ſi quis epiſcopus.

DE HIS. Hæc eſt quarta pars huius quæ. in qua probat, quòd ſubditi ſecrete & pacifice poſſunt ſuos prælatos redarguere, non autem palam, niſi peccaſſent in publico: & ita omnes auctoritates, quas inducit, debent intelligi, & hoc probat per quatuor exempla, & per decem auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Qui ſoli ſciunt, tamen accuſant, & infamant, intelligitur (vt dicit Grat.) quod dicitur ſupra cap. ſententia, de Cham, qui pudenda patris non operuit: ſed ridenda monſtrauit. ſed hac auctoritate non prohibentur ſubditi ab accuſatione, ſed a proditione: ſicut fecit Cham per quem intelliguntur illi qui ſoli ſciunt, alios tamen infamant.

g ¶ De his.] qui accuſant prælatos de crimine quod non poſſunt probare.

h ¶ Anacleti.] ſ. ead. ca. ſententia.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Opponitur adhuc, ſcilicet quòd ſubditi etiã religioſi prælatos ſuos accuſare non poſſunt. Et hoc probatur quattuor obiectionibus. Prima eſt de Maria ſorore Aaron, quæ lepra percuſſa eſt quia murmurauit in Moyſem, quia duxerat Aethiopiſſam in vxorem. Secunda obiectio eſt de Dauid, qui cum fugeret a facie Saulis, & latitaret in ſpelunca, abſcidit oram chlamydis Saulis purgantis ventrem: De quo idem Dauid ſeipſum poſtea reprehendit. Tertia eſt de Oza, qui cum arca Domini reduceretur de Gabaa in Hieruſalem, & bobus recalcitrantibus inclinaretur, manum appoſuit. Quarta eſt, quòd inſanies efficiuntur qui accuſant prælatos ſuos, & ideo accuſare non poſſunt. Has obiectiones ſoluit, & dat cuilibet obiectioni ſuam ſolutionem Gratian. concludendo, quòd propter hoc non remouentur ſubditi ab accuſatione prælatorum. Et primo ſoluit quod dictum eſt de arca, & innuit quòd per Mariam, Dauid & Ozam, & per eos qui reputabantur inſanies, intelliguntur illi, qui bonam fidem & bona facta ſuorum prælatorum reprehendunt, bonitatem eorum obfuſcare volentes. Sed malos prælatos bene poſſunt accuſare: quod probat ſequenti capitulo, quia mali prælati non ſunt prælati.

i ¶ In Exodo.] melius in libro Nume. 50. diſt. §. econtra.

k ¶ Percuſſus.] quia ea nocte non ſe ab vxoris amplexu abſtinuerat.

l ¶ His ita.] Incipit reſpondere his tribus obiectionibus, & primo reſpondet vltimæ.

Marginal notes:

[a] Iuo p. 16. c. 13. Pan. l. 5. c. 28.

¶ Hæreticus numquam accuſat.

[a] ſuprà. ca. ñ eſt à plebe. & ca. accuſatio.

[a] [illegible]

[1] 50. homi. ho. 50. ca. 12. Beda. Ca. 5.

[4] ſuprà. c. 6. ſententia. Gene. 9.

[a] Taciturnitas quandoque non obſtat.

[a] Ad idem ext. de prob. ex literis §. 1. ver. quibus, & de ele. (cel) præm. §. verum. in prin. Arc.

[5] Concord. tex. in l. libellorum. ff. de accu. & de priu. delict. r. cum coco.

Exod. 15. Num. 12.

1. Reg. 24.

2. Reg. 16.

[6] Gl. ord. 1. Reg. 24.

2. Reg. 6.

a ¶ Ab

in monte altiora doceret[a] *precepta, vel vt turbas fugiens, ex altitudine montis eas reſpicere, & libere poſſet docere. Inclinatio vel deſcẽſio humilitatem ſignificat qua ſpirituales nonnunquam carnalibus condeſcendunt, & eorum infirmitati compatiuntur, iuxta illud Apoſtoli. [Quis infirmatur, & ego non infirmor?] Hos etiam*[b] *ſignificauerunt: Angeli, quos Iacob vidit in ſcala deſcendentes. De his etiam per Prophetam dicitur, [Inclinauit cælos, & deſcendit.] Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati, qui ſubditorum culpam miſericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur, quòd bubus recalcitrantibus arca inclinata eſt. Boues quippe recalcitrantes ſubditos ſignificant ſuis doctoribus non obedientes, quibus dum prælati compatiuntur, quaſi bubus recalcitrantibus arca inclinatur. Leuita qui manũ adhibuit, ſignificat illos, qui miſericordia compaſſionem in ſuo prælato ſunt reprehendunt, eſque in ſeueritatis amaritudinem erigere volunt. Vnde bene Leuita ille Oza dicitur. Oza quippe robuſtus dicitur. Illi enim robuſti dicuntur, qui cum de ſua iuſtitia præſumunt, miſericordiam peccantibus negandam putant, & impedientes reprehendunt. Vnde à Domino percuſſi intereunt, quia iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus. Cui per Salomonem dicitur [Noli eſſe nimis iuſtus, quia eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua.] Sic & illud Moyſi intelligitur. Per Moyſem enim prælati intelliguntur, per Aethiopiſſam peccatores deſignantur. Moyſes Aethiopiſſam vxorem ducit, cum quilibet prædicator peccatorem*[c] *ſibi copulat, vt ex eo ſobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, id eſt, ſubditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam ſynagoga intelligitur, quæ in Moyſem, id eſt, in Chriſtum murmurauit, quia Aethiopiſſam, id eſt, eccleſiam de gentibus ſibi copulauit, quos lepra perfidiæ, & erroris ſordidos fecit.*[g] *Non ergo his auctoritatibus ſubditi prohibentur ab accuſatione ſuorum prælatorum: ſed monentur, ne reprehendant miſericordem compaſſionem eorum. ¶*[3] *Item*[d] *per Saulem prælati intelliguntur, & per Dauid*[e] *ſubditi. Saul*[f] *purgans ventrem eos ſignificat qui malitiam corde cõceptam foras in opus producunt. Sed in præciſione chlamydis nõ*[a] *ſignificatur niſi reprehenſio peccati. Per chlamydem enim regni poteſtas intelligitur. Hanc præcidit, qui prælatum ſentẽtia damnationis ferit: quod nulli ſubditorum licet.*[3] *Facta enim paſtoris oris gladio, id eſt ſententia damnationis à ſubditis ferienda non ſunt. Hinc eſt, quòd Hieronymus ait ſuper Marcum*[4] *de Pontifice qui ſcidit veſtimenta ſua. Sciſſio veſtis ſciſſionem ſignificat ſacerdotij, quod in proximo erat ſcindendum, & auferendum Iudæis. Vel per Dauid ſignificantur, qui nequitiam ſuorũ prælatorum videntes maiora eorum peccata cõtemnunt, minima vero & leuia, quaſi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere & lacerare ſatagunt. Vel quia Saul ſolus*[b] *intrauit in ſpeluncam, in qua Dauid*[b] *ſolus latebat. ¶*[5] *Item ſuper hoc poteſt intelligi, quod de Cham dictum eſt, qui ſolus vidit pudenda patris, quæ non cooperuit, ſed deridenda monſtrauit. Hac itaque auctoritate nõ prohibetur ſubditis accuſare prælatos, ſi accuſabiles fuerunt. Itẽ probatur, quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare non poſſunt, etiam ſi religioſi fuerint. Infames enim ſunt eo ipſo, quòd ſuorum doctorum vitam reprehendere conãtur. Infames enim fiunt (vt canonum tradit auctoritas) omnes, qui in Patres armantur, & qui doctorem ſuorum vitam reprehendunt, vel accuſant. Nullus autem infamis in accuſatione prælatorũ eſt audiendus, niſi forte a fide exorbitauerit, vt ſupra dictum eſt. Cum ergo ſubditi eo ipſo, quòd in accuſationem prælatorum proſiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accuſandi denegetur patet, quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare non poſſunt. ¶ His ita reſpondetur*[h]*: non omnes prælati pro prælatis habentur. Nomen enim non facit epiſcopum ſed vita.*

a ¶ Non ſignificatur. [In aliquot vetuſtis exemplaribus legitur. non ſignificatur reprehenſio peccati: in aliis vero nonnullis, ſignificatur reprehenſio peccati.

b ¶ Dauid ſolus.] *Primo regum, cap. 24. legitur.* Porro Dauid, & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant.

Vnde Gregorius Ianuario epiſcopo ſcribit lib. 7. indict. 2. epiſtola prima.

¶ Quem ætas, non vita ſeniorem facit, grauiter eſt increpandus. C. XXVIII.

PAulus[i] dicit [Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula[k] in eo ſeruanda[l] eſt, cum culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum[m] eſt [Laqueus[n] iuuenum omnes vos.] & rurſus Propheta dicit [Maledictus[a] puer[o] centum annorum.

a ¶ Maledictus puer.] *In codicibus B. Gregorij pari in illo fere modo legitur partim vero* & peccator centum annorum maledictus eſt, *quemadmodum & apud Ioan. diaconum, & in vulgata, niſi quòd hæc habet non eſt. ſed veritas Septuaginta autem. ut eſt apud B. Hieronymum. habent* Et qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſtola prima, de laude vitæ ſolitariæ.

¶ Dignitas non facit epiſcopum, ſed vita. C. XXIX.

NOn omnes epiſcopi ſunt epiſcopi[p]. Attendis Petrum: ſed & Iudam conſidera. Stephanum ſuſpicis: ſed & Nicolaum[q] reſpice, *& infra.* ¶ Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius[r] Centurio adhuc ethnicus[s] dono ſancti ſpiritus mundatur: presbyteros[t] Daniel puer iudicat. *& infra.* ¶[7] Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantium. *& infra.* ¶ Infatuatum ſal[u] ad nihilum prodeſt, niſi vt proiiciatur[x] foras, & à porcis[y] conculcetur.

Item Auguſtinus tractatu ſexto in c. 1. Ioannis.

¶ Non epiſcopi nomen, ſed vita reuerentiam meretur. C. XXX.

NOn omnis, qui dicit, pax vobiſcum, quaſi columba, eſt audiendus. *& infra.* ¶ Corui[z] de morte paſcuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus eſt.

a ¶ *Altiora doceret.*] Argum. quod magiſter debet docere in alto.

b ¶ *Hos etiam.*] ſcilicet ſpirituales prædicatores.

c ¶ *Peccatorem.*] in hoc tamen non peccauit, quia adhuc non erat prohibitum[a], nec hodie eſt ſi ſub hac conditione ducitur vt fiat fidelis. 28. quæſtio. prima. non oportet. Ioan.

d ¶ *Item.*] ad hoc ſimiliter tripliciter reſpondet, & vltimo male. ADDITIO. Et eſt hic reſponſio ad ſecundã obiectionem. Arc.

e ¶ *Per Dauid.*] ſecunda ſolutio.

f ¶ *Saul.*] tertia reſpõſio.

g ¶ *Solus.*] & tamen cum ſociis ſuis.

h ¶ *Reſpondetur.*] quibus dicitur, quòd ſubditi non poſſunt accuſare prælatos.

P*Aulus.*] CASVS. Ianuarius epiſcopus die Dominica ante miſſam, & etiam poſt, exarauit meſſem cuiuſdam laici violenter. de quo reprehendit eum Papa. Ille autem dicebat ſe non eſſe arguendum. Et hoc probat auctoritate Pauli qui dicit, Seniorem ne increpaueris. Sed Gre. reſpondet & dicit hoc eſſe ſeruandum cum ſeniores boni ſunt, ſed cum ſuo exemplo iuuenes corrumpuntur. increpandi ſunt ſeniores: & hoc probat duabus auctoritatibus.

i ¶ *Paulus.*] ſcilicet in epiſtola prima ad Timoth. 5.

k ¶ *Regula.*] Arg. quòd poſſumus interpretari & arctare generalia verba Apoſtoli[b], vt 33. quæſtio. quos Deus coniunxit. 32. quæſt. 5. hoc videtur. & ff. de in ius voc. l. quamuis. & ff. de teſti. quæſitum.

l ¶ *Obſeruanda.*][4] exempla enim prælatorum & ſenum facilius corrumpunt, & ideo magis ſunt punienda: vt 11. q. 3. præcipue, & 83. diſt. tanta ſ.

m ¶ *Scriptum.*] ſcilicet in Eſaia.

n ¶ *Iuuenum.*] ſcilicet malo exemplo.

o ¶ *Puer.*][d] Canõ propter malitiam aliquorum fingit aliquid eſſe quod non eſt, & econuerſo. quadrageſima diſtin. multi ſacerdotes.

NOn omnes epiſcopi.] CASVS. Heliodorus quæſiuit à Hieronymo, an prælati eſſent accuſandi & eiiciendi. Et reſpondet quòd boni, vt Petrus & Stephanus non ſunt accuſandi, ſed honorandi: mali vero ſunt accuſandi & proiiciendi ſicut ſal infatuatũ, vt Iudas & Nicolaus, nec prodeſt eccleſiaſtica dignitas in hoc. Et hoc probatur exẽplo Centurionis & Danielis.

p ¶ *Non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi.*] id eſt, non omnes epiſcopi voce, ſunt epiſcopi re.

q ¶ *Nicolaum.*] qui fuit vnus de ſeptem diaconibus quos Apoſtoli inſtituerunt, qui fuit reprobus[e].

r ¶ *Cornelius.*] qui primus ex gentibus nomen Ieſu Chriſti eſt ſecutus. 36. diſt. deinde.

s ¶ *Ethnicus.*] Id eſt, gẽtilis.

t ¶ *Presbyteros.*] qui condemnauerunt Suſanam: 3. ead. §. item cum Balaam.

u ¶ *Infatuatum ſal.*] id eſt ſtulti prælati, inſipidi in prædicando, fatui in delinquendo.

x ¶ *Proiiciatur.*] id eſt, deponatur.

y ¶ *Et à porcis.*] id eſt, dæmonibus,[ee] qui dominantur malis prælatis quaſi pecori ſuo. vigeſimaquarta, quæſtione prima, §. his auctoritatibus.

NOn omnis.] CASVS. Dicitur hic, quòd per columbam bonus prælatus intelligitur, qui eſt audiendus. Per coruũ autem malus prælatus intelligitur, qui eſt repellendus.

z ¶ *Corui.*][ff] coruo æquiparatur malus prælatus vel presbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, ſc licet mortuorum[f] oblationum & in fœtore ſpiritus & in garrulitate, & in furto. vigeſimatertia, quæſtione quarta, tres perſonas. Ioan de Fant.

Ioan. 8. 2. Cor. 11. Geneſ. 28. Pſal. 17. Iac. 2. Eccl. 7. Eſa. 42. Eſa. 65. Act. 10. Dan. 13. Luc 14.

a Argum. ad hoc 32 q. 4. biſcuit. &c. dixit. vel dic ſecũdum H. quòd fecit inſtinctu ſpiritus ſancti. ar. 23. q. 1. §. hac ita qui. Io.

3 Greg paſt. p. 3. c. 5.

a Nicol. in epiſtol. 7. ad Michaelem.

b Arg cõtra ſuprà c. qu. conſuluiſti. 31 q. 1 quod ſi dormierit. 3 ſuprà cap. omnes.

[ee] Prælatorũ exẽpla mala alios corrũpunt.

4 ad c. 4. c & generaliter quicũq; publ. ce peccat, exemplũ peccandi cuilibet tribuit: & in totã eccleſiam delinquit 36 q. 2 ſi dillud. ſecũdũ L. & H. 5 ſuprà c. ſententia.

d Dic quòd puerilis ætas durat vſque ad pubertatem, vt l. puer. cũ glo. ff. de verb. ſig.

e Et dñt, quòd iſte fuit Machometus, quem colũt Pagani Hu. & de hoc hẽ 24. q. 3. quidã. verſ. Nicolaitæ. ſecũdum L. qui aſſerit quòd iſte fuit Machometus.

6 Ioan. diac. lib. 3. cap. 32. 1. Tim. 5. 7 al. cunc

ee dæmones malis prælatis dominãtur.

ff Presbyter malus coruo æquiparatur.

f Quia ipſas oblationes vſurpant & rapiunt, quia ad hoc prædicant vt viuant, ſecundum Hug.

7 ſuprà diſt. 40. non eſt facile.

Secũd

Item Beda ad cap.2.epiſtola ſecunda Petri.[1]

¶ Docti ab indoctis, clerici à laicis quãdoque merito reprehenduntur. C. XXXI.

SEcuti ſunt [a] viam Balaam [b] & Boſor [c], qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem vero habuit ſuę veſaniæ: Subiugale mutum in hominis † voce loquens prohibuit prophetę inſipientiam.] Plerumque hæretici tam ſtulta dogmata, tam execranda profeſſunt ſacramenta, vt etiam hæbetum ſenſus, & paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodis carent, illorum deteſtetur inſaniam, & illorum diſtorta, & Deo contraria itinera ſanius ſapiendo redarguat. Et (quod peius quia frequentius eſt) nonnumquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, à laicis clerici merito redarguantur † [d]: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis aſinæ contra naturam loquentis corripitur, nec tamen à propoſito praui itineris retardatur.[a] Quibus etiam aptiſſime nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam veniſſe perhibetur. Boſor namque carneus, ſiue in tribulatione [a] interpretatur. Neque enim alia maior † cauſa luxurioſis exiſtit, verbum veritatis amore pecuniæ, vel deſiderio rerum temporalium adulterare, quàm quòd carnis ſe concupiſcentiæ mancipauerunt. *& infra.* ¶ Sed & nomẽ ipſius Balaam, qui vanus populus, ſiue præcipitans eos interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam ſponte ipſi deſerunt, quid niſi vanus ſunt populus? Quid, niſi in præcipitium ſuos mergunt auditores, qui bus non ſalutaria, quæ corrigunt, ſed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quibus bene ſubditur [Hi ſunt fontes [e] ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, qui bus caligo tenebrarum reſeruatur.]

[a] ¶ Tribulatione.] *ſequebatur*, poſitus, *quæ dictio ſublata eſt, quia neque apud Bedam, neque apud B. Hieronymum in nominum hebraicorum interpretatione habetur.*

[f] *Quia ergo* [f] *non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, presbyteri à Daniele puero iudicantur, ſal infatuatum à porcis conculcatur, & qui dicit, Pax vobiſcum, plerumque non columba, ſed coruus reputatur, patet quòd non ſemper pro officio, atque † auctoritate perſonæ ab accuſatione eſt ceſſandum, immo contra prælatos eſt agendum, cum omnis perſona criminaliter peccans alteretur* [g], *& (vt ita dicã* [h]*) legibus capite minor cenſeatur. Qui enim facit peccatum ſeruus eſt peccati tam in pœna, quàm in culpa.*

Vnde Auguſtinus ait.

¶ Qui ſuſceptum officium non adminiſtrat, non eſt epiſcopus ſed canis impudicus. C. XXXII.

[a] QVi nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen [i] correxit, canis impudicus dicendus eſt magis, quàm epiſcopus.

¶ *Caput hoc apud B. Auguſtinum, ex quo citatur, non eſt inuentum. Burchardus & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere uerba ipſe quoque Gratianus 1. diſt. 83. ſubnectit capiti* Nemo quippe. *quod eſt Gregorij. Simile quiddam Burchardus l. 1. c. 13. & Iuo p. 5. c. 6. aſſerunt ex Origine.*

Quibus ergo Hieronymus [k], *Auguſtinus, Gregorius aſſerunt nomen columbæ, epiſcopi, ſenioris, nonne & priuilegium eſt auferendum dignitatis, vt poſsint à ſubditis reprehendi? Vnde ſcriptura diſsimulans* [l] *priuilegium praua ſenectutis, ait* [[5] *Maledictus*] *non ſenior ſed* [*puer centum annorum*] *Apparet ergo, quòd hi ex accuſatione prælatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur, qui locum ſui regiminis non nomine tantum, ſed vita, & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles ſiunt ex accuſatione prælatorum ſuorum, quàm infames. item, quòd dicitur.* [[6] *Maiorum quiſpiam minorum accuſationibus non impetatur.*] *minores intelligendi ſunt non dignitate, ſed vita.*

Vnde Hieronymus ait de Paulo ſuper epiſtolam ad Galatas.

¶ Maiores & minores non dignitate, ſed vita intelligi oportet. C. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, niſi ſe non imparem [m] ſciret.[n]

¶ *Caput hoc, quod citatur in pleriſque exemplaribus ex B. Hieronymo, & in aliquot ex B. Auguſtino, in neutrius libris inuentum eſt: ſed in gloſſa ordinaria ad ea uerba ipſius epiſtolæ ad Galatas,* In faciem eius reſtiti *additur hæc interlinearis explanatio,* quod non auderet, niſi ſe non imparem ſentiret. *Et in commentarijs B. Ambroſij in illum eundem locum hæc leguntur.* Nam quis eorum auderet Petro primo Apoſtolo, cui claues regni cælorum Dominus dedit, reſiſtere, niſi alius talis, qui fiducia electionis ſuæ ſciens ſe non imparem, conſtanter improbaret, quòd ille ſine concilio fecerat?

Hoc non de officio [o] *eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de puritate vitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur. ſolus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat.*

Hinc Auguſtinus ait ad Hieronymum epiſt. 19. prope finem.

¶ Non epiſcopi nomen, ſed vita maiorem facit. C. XXXIIII.

QVamquam ſecundum honorum vocabula, [p] quæ iam eccleſiæ vſus obtinuit, epiſcopatus maior presbyterio ſit, tamen Auguſtinus [q] in multis rebus Hieronymo minor eſt.

humil

SEcuti.] CASVS. Beda pòit in hoc c. verba Petri in epiſtola canonica, & exponit ea intendens probare, quod prælati poſſunt accuſari à ſuis ſubditis etiam laicis: quia Balaam malus propheta redargutus fuit ab aſina quam equitabat. Mali prælati comparantur Balaam, & fontibus ſine aqua, & nebulis tenebroſis. Per aſinam vero etiam ſubditi laici intelliguntur.

a ¶ *Secuti ſunt*] prælati & doctores mali.

b ¶ *Balaam.*] ſupple venientis.

c ¶ *Et Boſor.*] verba ſunt Petri vſque ad ver. plerumque. vbi Beda exponens verba Petri in canonica dicit, quòd hæreticis gentibus reprehenſi comparantur Balaam correpto ab aſina. comparantur etiam & mali prælati reprehenſi à laicis.

d ¶ *Redarguantur.*] non dicit, accuſentur. vnde non poteſt hic ſumi argum. quòd laici poſsint accuſare clericos, vt ſupra vigeſimaprima diſtinct. nolite. in fin. contra. Sol. ibi, quòd triplex eſt reprehenſio: quod ibi vide.

e ¶ *Fontes.*] verba Petri.

QVI. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. quod mali prælati poſſunt accuſari à ſubditis, nõ excuſante eos officio vel auctoritate, quia criminaliter peccans alteratur, & capite minuitur: quod probat ſequenti cap.

f ¶ *Quia.*] infert ex his tribus cap. quòd mali prælati cum criminaliter peccant, poſſunt à ſubditis accuſari. & ad hoc inducit cap. ſequentia.

g ¶ *Alteretur.*] ideſt, in alterius ſtatum conmutetur tranſit enim de familia Dei ad familiam diaboli. vigeſimaquarta, quæſtione tertia. ſi quis non recto.

h ¶ *Vt ita dicam.*] videtur etiam, quòd infamis capite minuatur. ff. de var. & extraord. cogni cognitionum. § exiſtimatio.

QVi nec.] CASVS. Dicit Auguſt. quod qui nec ſua delicta nec filiorum corrigit, non eſt dicendus epiſcopus, ſed canis impudicus,

i ¶ *Crimen.*] talis. n. ad accuſationem vel ad teſtimonium non admittitur, vt 37. diſt. legant. 3. 6. quæſtio. 1. qui crimen.

QVIBVS ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, & dicit, quòd cũ mali prælati amittunt nomen epiſcopi ſenioris & columbæ, merito poterunt à ſubditis accuſari & auocari. Infames ergo ſunt qui bonos accuſant: qui vero malos, laudabiles fiunt. In § 5. exponit quòd dicitur ſ. c. maiorum. Et dicit, quòd minor ibi intelligitur non dignitate, ſed vita. Et hoc clare in ſeq. c. probatur.

k ¶ *Hieronymus.*] ſcilicet in tribus prox. ca.

l ¶ *Diſsimulans.*] " aufertur enim alicui nomen propter ſuam maliciam. 33. q. 2. admonere. ſ. 19. di. ſecundum. & 1. q. 4. §. item peccato. ſ. ea. q. 1. ſcelus.

PAulus.] CASVS. Illius cap. planus eſt. Et inducuntur 5. capi. ad probandum, quod licet aliquis ſit in minori dignitate alio, maior tamen eſt eo vita & ſanctitate.

m ¶ *Imparem.*] meritis: non tamen adminiſtratione. diſt. 80. in illis.

n ¶ *Sciret.*] Ex hoc patet, quòd aliquis ſcit ſe habere charitatem per reuelationẽ. " Paulus alibi dicit. Scio quod neque mors, neque vita, neque aliquid aliud me poterit ſeparare à charitate Dei. alibi tamen dicit, Nihil mihi conſcius ſum, &c. vt ſ. 40. diſt. c. vlt.

ADDITIO iſta concor. reſpicit litteram, non imparem, ſecundum Laud. Ad idem 21. q. 4. ſicut excellentiam.

o ¶ *Hæc non de officio.*] quòd non poſſit eſſe impar Paulus Petro.

QVamquam.] CASVS. Aug. hic commendat Hieron. & dicit quod quamuis Aug. ſit epiſcopus, & Hieronymus presbyter: tamen Hieronym. eſt maior Augustino vita & ſanctitate.

p ¶ *Secundum uocabula.*] quia epiſcopus eſt nomẽ dignitatis, preſbyter nomen ætatis, 93 diſt. legimus.

q ¶ *Auguſtinus.*] Aug. forte hoc credebat. nõ cũ licuit ei mẽtiri pro

Marginal notes: 1 Et ibi gl. ord. — 2. Petr. 2. Num. 22. — † al. mutum hominis — † al. hæc crescunt. — 3 ibid. — † al. magis — 3 ſ. c. ſi omnes. &c. non om. — † al. vel — Ioan. 8 — 4 Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317. — " Nomen aufertur à malitia. — 5 ſ. e. Paulus — " Pauli charitas magna fuit. — 6 ſ. e. maiorum. — Gala.

humilitate.22.q.2. cum humilitatis. & cum Hieronymus fuit preſbyter Cardinalis,"patet quod quilibet epiſcopus[a] maior eſt presbytero Cardinalis.

P[ro]ro.]C A S V S. Probatur in capitulo iſto, quod concilia vniuerſalia præferuntur propter dignitatem ſtatutis vnius epiſcopi, vel prouincialis concilij, quia licet Cyprianus & Paulus ſint in martyrio Petro æquales: tamen Petrus maior eſt dignitate, & ita ſtatuta eius ſunt magis ſeruanda quam aliorū. licet.n. vna ſit martyrij corona, tamen in cathedris eſt differentia.

Idem libr. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1.

¶ Epiſcopi licet pares ſint meritis, gradu tamen differunt dignitatis.

C. XXXV.

PVto, quòd ſine vlla ſui contumelia Cyprianus epiſcopus Petro Apoſtolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam[a]. Quis enim neſcit illum Apoſtolatus principatum cuilibet [b] epiſcopatui præferendum? Sed etſi diſtat cathedrarum gratia, vna tamen eſt martyrum gloria. *Item infra.* ¶ Cū Petrus à Paulo poſteriore corrigitur, & pacis atque vnitatis vinculo cuſtodito† ad martyrium promouetur † [c], quanto [d] facilius, & fortius, quod per vniuerſæ eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel vnius epiſcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum eſt?

a ¶ *Exiſtam.*] ſic dicam Cyprianum in omnibus æqualem.

b ¶ *Cuilibet.*] ſ. 21. diſt. in nouo ſ. 24 q. 1. loquitur contra.

ADDITIO. Dic q ratione ordinis Petrus fuit par aliis Apoſtolis & ceteris epiſcopis, ſed ratione adminiſtrationis fuit maior.

c ¶ *Promouetur.*] ita vt in hoc videantur ipſi eſſe pares, & etiam ſtatuta eorum.

d ¶ *Quanto, &c.*] & eſt hic argu. quod potius ſtatur ei quod a pluribus, quam quod a paucioribus dicitur. & 19. diſt. in canonicis.

Idem tractatu 30. in Ioannem, in fin.

¶ Non in honore, ſed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri.

C. XXXVI.

QVæritur [e] pater de malo filio, aut quæritur filius de duro patre: Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio quæ deficit à filio. Nō æquamus [f] filium patri in honore, ſed præponimus, ſi bonam cauſam habet: filium [g] æquamus patri in veritate: & ſic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas† meritum.

Q[uæ]ritur.] C A S V S. Dicitur hic, quod licet pater coram iudice conqueratur de filio, & econuerſo, filius eſt patri præferendus in veritate, in honore tamen pater eſt filio præferendus, & ſic honor debitus patri ſeruatur, vt æquitas non perdat meritum.

e ¶ *Quæritur.*]" ſecundum canones ergo filius conqueritur de patre[b] tam in ciuili quam in criminali negotio: ſed ſecundum leges non in ciuili, niſi tantum in cauſa caſtrenſi, vt ff. de m.l. 15 nul. 12. & ff. de furt. ſi quis vxori. l. reſp. non tamen poteſt eum conuenire de furto, ſed actione in factum vt C. de dolo malo, ſi ſuperſtite. Emancipatus autem poteſt agere ciuiliter contra patrem, ſed venia impetrata vt C. de in ius vo. l. vlt. Sed in criminali cauſa non auditur contra patrem. 3. ca. q. 1. prohibentur. nec pater contra filium niſi iniuriam in ipſum commiſerit, vt C. de pa. po. l. 3.

f ¶ *Non æquamus.*] ſic Celſus corrigit dicta patris ſui. ff. de cond. cau. da. l. dedi. §. ſi quis quaſi ſtatu liber. Item arg. q aliquis poteſt eſſe maior & minor altero diuerſo reſpectu. ſ. c. quamquam. 25. diſt. perfectis.

g ¶ *Præponimus filium.*] arg. quod veritas a quocunque prolata amplectenda eſt. Et eſt etiam arg. contra teſtimonium honorabilium perſonarum. ſimile diſt. 9. ego.

Item Ambroſius ſermone 66. de natali Petri & Pauli.

¶ Aequales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus.

C. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipſos, quis cui præponatur, incertum eſt. Puto enim illos æquales eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione, & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſimul videmus ad martyrij gloriam perueniſſe.

¶ Nō enim ſine cauſa factum putemus, quòd vna die, vno in loco vnius tyranni tolerauere ſententiam. Vna die paſſi ſunt, vt ad Chriſtum pariter peruenirent, vno in loco, ne alteri Roma deeſſet, ſub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute [h]. Et in quo tandem loco iidem martyrium pertulerunt? in Vrbe Roma, quæ principatum, & caput obtinet nationum, ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, & vbi gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur.

¶ *Sermo vnde hoc caput ſumptum eſt, inter ſermones B. Ambroſij eſt 66. inter ſermones B. Auguſtini de ſanctis vigeſimus ſeptimus, & apud Maximum Taurinenſem, qui [illegible] feſto eodémque num. 54. eſt.*

§ *Item pœnitentes* [i], *bigami ſacerdotes accuſare non poſſunt. Vnde generaliter colligitur, quòd quicumque ſacerdotes non ſunt, vel eſſe ſacerdotes non poſſunt, in ſacerdotes accuſationem, vel teſtificationem proferre non poſſunt.*

B[eati].]C A S V S. Probat Ambro. in hoc ca. Petrum & Paulum fuiſſe æquales in paſſione, & fidei deuotione, quia eodem die, eodem loco, & ſub eodem perſecutore ſuſceperunt martyrij coronā, vt vbi erat caput ſuperſtitionis, vigeret caput ſanctitatis.

h ¶ *Pro virtute.*] ſcilicet vt parem virtutem & conſtantiam [c] contra perſecutionem in paſſione habuiſſe videantur.

ITEM POENITENTES. Hæc eſt 3. pars huius q. in qua dicit, quid ſit in hac quæſt. tenendum: & dicit q tales qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, nec eos accuſare, nec in eos teſtificari poſſunt: redarguere tamen poſſunt occulte & pacifice: & hæc probat per tria exempla & v. auct. ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

C A S V S. Probatum eſt ſ. in multis ca. q criminoſi accuſare nō poſſunt. Idem dicit Grat. de pœnitentibus & bigamis. & ita colligitur, q qui non ſunt ſacerdotes nec dici poſſunt, in ſacerdotes accuſationem vel teſtificationem proferre non poſſunt. Et hæc probantur duobus capitulis ſequentibus.

i ¶ *Item pœnitentes.*] ſolenniter ſ. 6. q. 1. qui crimen.

Vnde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales.

¶ Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non valent.

C. XXXVIII.

[a] IPſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis [k] non ſunt, nec eſſe [l] poſſunt.

I[pſi] *Apoſtoli.*]C A S V S. Quæſitum fuit à Fabiano Papa qui repellatur ab accuſatione in teſtimonio ſacerdotū. Et reſpondet q illi remouentur, qui non ſunt ſacerdotes, nec eſſe poſſunt, intellige ratione criminis vel irregularitatis.

k ¶ *Ordinis.*] in criminali. ſed in ciuili poſſunt omnes. ext. de teſtib. cum literis.

l ¶ *Neceſſe.*] Ex his duobus ca. [d] colligitur, q hæc tria, accuſatio, teſtimonium, & ordo, pari paſſu ambulant, vt quicunque nō admittitur ad vnū, nec ad reliquū. Sed obiicitur quicunque ſemel in peccato mortali fuerit, non admittitur ad ordines, vt 25. diſt. primū. ergo nec ad teſtimoniū. Itē ſi crimē ciuiliter fuerit probatū, non admittitur ad ordines, vt diſt. 24. qū ext. de accuſ. ſuper his. ergo nec ad teſtimoniū. " & ſecundū hoc nullus inuenitur teſtis, cū nemo ſine crimine viuat. 25. di. §. nomine autē. Tu dicas q regula quæ hic traditur, locū habet cū criminaliter agitur. Si ē. n. ciuiliter agitur: aut crimen eſt occultū qd obiicitur teſti, aut manifeſtū, ſi occultum, præſumo eum inde egiſſe pœnitentiam: quia occultum in meliorem partem interpretamur. ext. de ſortil. c. ex tuarum. & ext. de reiur. c. eſt ſlote. Si autem manifeſtū, probabit ſe egiſſe pœnitētiam per ſacerdote: quod facere poteſt, vt ext. de ſi. nomo. 50. di. in capite. 2. q. 1. ſi peccauerit. in fi. niſi tale ſit crimen quod etiā poſt pœnitentiam irroget infamiam, vt cū aliquis conuictus eſt de periurio, vt 3. q. 7. §. porro. Si autem criminaliter agitur: ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum: ſiue inde egerit pœnitentiā, ſiue nō, repello eum, vt 6. q. 1. qui crimen[e]. Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo c. qui crimen. Io. & ext. de teſt. teſtimonium. vbi diffinitur breuiter. B. circa hanc materiam conſueuit quæri[e] ſi quis vinum non poteſt bibere, an poſſit promoueri: cum ipſum miniſtrantē oporteat communicare. de conſe. di. 2. epiſcopus Deo. & diſt. 2. peracta? Dic q non. Nec etiam accuſare poteſt ille qui caſu mēbrum amiſit 55 di. c. vlt. tamen inferiorem vel parē poteſt accuſare: quia poteſt remanere in executione illius ordinis. di. 55. præcepta. nam qui eſt infra 30. annos, poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus non poteſt accuſare clericum cōiugatum qui vnicam & virginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. di. ſi qui vero. Hug. dicit q ſacerdos depoſitus alium poteſt accuſare. Sed hoc non placet: nam ex quo eſt de crimine condemnatur, ſtatim eſt delictum eius notorium. ext. de coha. cle. veſtra. "Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum, per q eſt repulſus a teſtimonio, licet non ſit infamis. arg. ext. de ele. ſuper eo. & 2. q. 1. prohibentur. grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius qui ancillā oppreſſit. C. de adult. & ſi libidine. Nā inhoneſtum eſt tales ad ordines admitti vt dicit lex de his qui ſupponuntur fuſtibus ab ædilibus [g], licet non ſint infames. ff. de dec. cos. niſi ſit neceſſitas. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. & hoc ideo, quia opinio eius in nullo vacillabit, vt 33. diſt. laici. & no. ſ. c. q. 1. in primis in fi. Io. & probatur hodie tota hæc diſt. in decre. de teſtibus. ea. teſtimonium.

† al. cuſtoditus

† al. promouetur

† al. æquitas

" Filius patrem conuenire poteſt.

b De hoc ē no. 2. q. 4. ſi eccle. [illegible] melius [illegible]

c Cū ex ſæuitia perſecutoris virtus patriæ claruerit in vtroque. Hug.

d ſc. ex iſto c. & ſeq.

" Teſtis vt ſit repellendus pp crimen ſibi obiectum.

a Anſl. 3. q. 47. Poly. l. 5. tit. 1. Mutata eſt verborum ſeries.

e Vide quod not. 3. q. 7. q fine in fi.

" Sacerdos ñ efficitur q vinū bibere ñ poteſt.

f Hic adde qd not ſ. e. in ſumma. ver. tales.

" Accuſans ſit pe de cric conuictus in modum exceptionis.

g i. à cuſtodibus ædiū ab incendio de nocte. ff. of. pfe. vi. l. 1. & 2.

Quid

Quid iuris ſit de ordinando, notaui ſupra 25. diſt. primum. B.

T*eſtes.*] CASVS. Idem quærebatur in hoc c. quod quæſitum fuit in ſuperiori. & reſpondetur quòd teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem honorem prouehi nõ poſſunt. & ſic intelligitur ſequens.

1 Poly. ibid. Burc. l. 3. c. 172. Iuo par. 5. c. 290. Pan. l. 4. c. 86. Anſ. l. 3. c. 41. ſ. ca. ſacerdotes.

a ¶ *Suſpicione.*] Repellitur teſtis propter ſuſpicionem[a], vt ſ. ead. accuſ. in prin. Ar. contra de conſecr. diſt. 2. non prohibeat.

a Odij, vel inimicitiæ, vel criminis occulti ſecundũ H. ad idẽ 3. q. 5. quaſi per tot. ibi vid. Arc.

ADDITIO. Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti: ſed accuſatio alij nocet.

b ¶ *Sit & illud.*] ſ. ead. nullus laicus.

c ¶ *Non poſſunt.*] qualiter hic intelligitur, habetur j. 4. quæſtio. 1. c. 1.

ECCE. CASVS. ſ. probatum eſt quòd ſubditi non poſſunt accuſare prælatos: & reſponſum eſt contrariis auctoritatibus. Nunc econtra oſtendit, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudæos contra ſe teſtificari: & ita per conſequens eum accuſare potuerunt. Nam cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed ad hoc dupliciter reſpondetur. Prima reſponſio eſt, quòd licet Chriſtus ſit paſtor ouium: non tamen ſecundum legem veterem & nouam in regem vel ſacerdotem inunctus erat: quæ vnctio prælaturam confert. Vel dicas quòd Dominus hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris. Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed reſpondetur quòd nõ fuit mirum: quia cogebat gentes iudaizare, & a fide recedere: in quo caſu bene accuſantur prælati à ſubditis. Item Petrus fuit reprehenſus à fratribus: quia intrauit in domum Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni reſpondetur in ſequenti c.

a ſ. e. nullus laicus.

Matth. 15.

Ioan. 8.

Ioan. 18.

† al. illo

d ¶ *Nec in regem.*] immo nec regnum eius erat de hoc mundo. 23. q. 5. 1.

P*etrus.*] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domum Cornelij Gentilis. ſed di-

Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſt. 3. ca. 3.

¶ Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non valent, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi.

C. XXXIX.

[1] TEſtes a abſque vlla infamia, aut ſuſpicione[a], vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine[β], inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶ Quoniã ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

α ¶ Teſtes.] *Damaſi verba hæc ſunt,* Accuſatores autem epiſcoporum, & teſtes, ſuper quibus rogitaſtis, abſque vlla infamia aut ſuſpicione, &c. *ſicque referuntur à Burchardo & Iuone: Panormia autem habet ut G. citantur.*

β ¶ Plenitudine.] *In epiſtola ipſa legitur* pleniter. *Burchardus uero & Iuo habent,* vera ſi de pleniter.

Sic[b] *& illud Silueſtri intelligitur* [2 *Laicus non accuſet clericum, &c.*] *ideſt, qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorẽ aſcendere non poſſunt*[c] *in ſuperioribus agentes accuſare non debent.*

¶ Ecce oſtenſum eſt, quid reſpondeatur auctoritatibus, & argumentis, quibus ſubditi ab accuſatione prælatorum videbantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt, quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contra reſpondeatur à prælatis. Chriſtus, qui erat paſtor paſtorum, ouibus ſuis, de quibus ait [Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. &c.] inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait [Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c.] Item. [Quis ex vobis arguet me de peccato? At quicumque ad teſtificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur, ad eundẽ accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues, vt aduerſum paſtorem ſuum teſtimonium ferant, & vt ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur, patet quod ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur, Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium, quas verbo & exemplo paſcebat, tamen quantum ad officiorum diſtributionem (ex qua hodie in eccleſia alij præſunt aliis, vnde quidam prælati, quidam ſubditi vocantur) in populo ſuo † paſtorale officium non gerebat. Myſtica enim & viſibili vnctione nec in regem[d]*, nec in ſacerdotem vnctus erat: quæ ſolæ duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi vendicabant. ¶ Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum, ſed tantum oſtenditur, quòd auditores eos reprehendere poſſunt, & in eos teſtificari, qui cum officia eccleſiaſtica non habeant, verbo tamen & exemplo quoſcumque valent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore cogimus ſeruare diſciplinæ, aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguendum Iudæos admiſit perfectione humilitatis, non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi, hac auctoritate criminoſi, & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiendi, cum eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractantes innocentem condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere ſubditos in accuſatione ſui, ſed permittuntur. ¶ Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Vnde datur intelligi, quòd ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos, ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, ſi vnde ſit reprehenſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à veritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latenter ſe ſubtrahens. Par autem in ſe eſt, à fide exorbitare, & alios exemplo vel verbo à fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accuſandi à ſubditis, niſi forte à fide exorbitauerint, vel alios exorbitare coegerint. ¶ Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quòd ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quòd prælati iure poſſunt reprehendi à ſubditis. Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theotiſtæ Patriciæ, lib. 9. epiſt. 39.*

¶ Petrus à fidelibus interrogatur cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit.

C. XL.

PEtrus poteſtatem regni acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij) quia poſſet dicere, oues paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendant:) ſed ex ratione diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant ſpiritum ſanctum, reſpondit.[e]

¶ Operæpretium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano contracte referuntur.

2 Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hac etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.

¶ Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio. Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit.

C. XLI.

[3] NOs, ſi competenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam ſi nos, qui aliena[f] debemus corrigere peccata, peiora committimus, certe non veritatis diſcipuli, ſed (quod dolentes dicimus) erimus præ ceteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus perquirenda, miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quærimus, vt examuſſim[g] exagitent, ſed ſiue minora, ſiue etiã maiora illis

3 Iuo par. 5. c. 12.

cit Greg. quòd Petrus bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpondit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis.

Gal. 2.

e ¶ *Reſpondit.*] Dicens, eamdem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. dicens, quod non coguntur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus: ſed volens: & ita intelligitur ſequens ca.

Act. 11.

N*os, ſi.*] CASVS. Quidam conquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta: Papa committit ſe imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nuntios mittat ad hæc inquirenda, qui Deum timeant: & qui vicem imperialis gloriæ ſic examinent & diffiniant, vt nulla poſsit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur ei quàm ea quæ dicta ſunt.

Act. 11.

f ¶ *Aliena.*] Hic Papa ſe ſubiicit aliorum iudicio: quòd facere poteſt[a], vt ff. de iur. om. iu. eſt receptum. non tamen eum poſſunt deponere. 9. qu. 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21 diſt. nunc autem.

a Concord. Ale de im. I. l. eſt receptũ. ff. de iur. om. iu. in gl. 2. vbi de idẽ eſſe in rege Frãcorũ, nõ te. cognoſcẽte ſuperiorem, quòd poſſe eſſe iudex in propria cã, quod intelligẽ verũ quo ad ſibi ſubditos, nõ quo ad alios, vt per I c. nouit & ibi Ho. & Io. An. extr. de iud.

g ¶ *Examuſſim.*] ideſt,

ſine de nobis indicata negocia, ita eorum cuncta legitimo termi-nentur examine, quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat.

*e Item, cum Balaam ariolus[a] iret ad maledicendum populum, Angelus Domini, aſinæ, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit, euaginatoque gladio eã ab itinere compeſcuit, quã dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniã redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiam reprehendit, multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Verum eſt, quòd per aſinã ſubditi ſignificãtur & per Balaam, prælati: non tamen hoc exemplo probãtur prælati accuſandi à ſubditis ſed ſubditis tantũ forma datur humiliter renitendi prælatis: ſi forte eos ad malũ cogere voluerint. Balaam namque aſinã vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eũ veheret, ſignificat eos, qui verberibus, & cruciatib⁹ à ſubditis exigũt, vt eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant Sed quia Angelus, quilibet videlicet prædicator, euaginato gladio aperte ſcilicet prædicato timore & horrore futuræ vindictæ, à cõſenſu alienæ malitiæ illos reuocat. licet eis ĩ huiuſmodi vocẽ conuẽtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere, cur nos verberib⁹ affligitis? cur nobis iniuſte iraſcimini? nũquid vobis inobediẽtes aliquando fuimus? niſi nunc, cum ad malum cogimur? videte illum, qui prohibet ab incepto Non ergo hinc prælati probãtur accuſandi à ſubditis. ¶ Item cũ Dauid adulterium, & homicidium commiſiſſet, miſſus eſt à Deo Nathan propheta, vt eũ redargueret Ecce. quòd prælati ſunt arguẽdi, & reprehendendi à ſubditis. ¶ Sed notãdum eſt, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur, regalis videlicet, & ſacerdotalis. Sicut reges præſunt in cauſis ſæculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei: Regũ eſt corporalem irrogare pœnam, ſacerdotũ ſpiritualem inferre vindictam. Dauid ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotib⁹, & prophetis præerat in cauſis ſæculi, tamẽ ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis, & à ſacerdotibus vngebantur, eorum oblatione peccata regum expiabãtur. ¶ Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt. quia ſacerdotũ officia vſurpare voluit. ſic ſacerdotib⁹ & prophetis regum vſurpare officia nõ licuit. Nathã ergo propheta cum regem redarguit, ſuũ eſt executus officiũ, in quo erat rege ſuperior, nõ vſurpauit regis officiũ, in quo erat rege inferior: monuit eũ, vt per pœnitentiam peccata ſua expiaret; nõ tulit in eum ſententiam, qua tãquam adulter, & homicida morti addiceretur. ¶ [1] Sic & beatus Ambroſius Theodoſium, & beat⁹ Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicauit & ab eccleſiæ ingreſſu prohibuit.[4] Sicut enim non ſine cauſa iudex gladiũ portat, ita nõ ſine cauſa claues eccleſiæ ſacerdotes accipiũt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudẽ vero bonorum: iſti habent claues ad excluſionem excommunicandorum†, & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi à prælatis, non prælati à ſubditis. ¶ Item, Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices à populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit. Conſtat ergo, quòd nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos. ¶ His ita reſpondetur. Miracula (& maxime veteris teſtamenti) ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda[b]. Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit: nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis[c] agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi ſibi in prælatos vendicarent, ſi illud in argumentum noſtræ actionis liceret aſſumi, quod nulla vnquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quòd in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris, illius videlicet, de quo per prophetam dicitur [Puer natus eſt nobis] & iterum. [Ecce puer meus] qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet. & phariſæos falſis criminibus Suſannam, id eſt. eccleſiam accuſantes, & ream adulterij pronuntiantes, eo quod Chriſtum ſequeretur, conuinceret, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus[a] refert in libro virorum illuſtrium quòd Damaſus Papa à ſubditis de adulterio accuſatus cum quadraginta † duobus epiſcopis ſe purgauit. ¶ [2] Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate ſua expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, vt tunc veniret ad cauſam, & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo numero ſacerdotum, quæ mereretur effectum, & cum poſtmodum ordinaretur, quomodo eſſet accuſandus, præfatus Papa, vt cauſam diceret, occurrebat: ſed ab æmulis eſt impeditus.

a ¶ Hieronymus.] In catalogo B. Hieronymi, aut aliis ipſius libris nihil tale legitur: in vetuſtis tamen Pontificalibus in vita Damaſi hoc refertur.

Item Gregorius ait de ſeipſo.

¶ Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius aliis præſtat.
C. XLII.

[3] SI quis [d] ſuper his nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad ſedem Apoſtolicam, quòd omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quæſtio habetur, confluere iuſſa ſunt: vt ibi ante confeſſionem [e] ſancti Petri mecum iuſte decertet, quatenus inibi vnus ex nobis ſententiam ſuſcipiat ſuam.

e Eſt Gregorij quarti in epiſtola citata ĩ ead. qu. 6. decreto noſtro. & diſt. 19. nulli fas. in qua cũ ſolũ cum multa dixiſſet de priuilegiis, & primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiungit.

Ex his omnibus colligitur. quòd ſubditi poſſunt reprehendere, & accuſare prælatos [f] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictũ eſt, quãdo Iudæis dixit, Si male locutus ſum, &c. ita de iſtis intelligendũ eſt, quod ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui, ſed non coegerunt. Item.

¶ De eodem. C. XLIII.

[4] PAulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis, conuincitur, deponitur, alius loco eius ſubſtituitur. ¶ Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit

Num. 22.
1. Reg. 15.
Num. 25.
Dan. 13.
Eſa. 9. & 42.
2. Reg. 12.
2. Reg. 6.
2. Para. 26.
1 Theodor. hiſt eccl l. 5 c. 17. Nicep. l. 13. c. 14
Rom. 13.
1. Pet. 2.
† al. excommunicatorum.
† al. 44.
2 initio 4. ſynodi ſub Symmacho
3 Polyc. l. 1. tit. 18. Anſ. l. 2. c. 20.
4 Burc. l. 1. c. 182. Iuo p. 5. c. 298.
† al. Docleatinæ

regulariter vel indubitanter, vel perfecte: quia amuſsis eſt inſtrumentum plumbeum cum quo rectificantur parietes vel plumbantur.

ITEM CVM BALAAM. Hæc eſt ſexta pars huius quæſtio. in qua probat quod probatum erat quòd ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinem venire poſſunt, non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per vij. exempla. & per x. auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Gratian. quinque exemplis, quod ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam: qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehenſi, & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerunt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones per ordinem reſpondendo.

a ¶ Ariolus.] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q. 3. igitur genus.

b ¶ Trahenda] 32. q. 2. ſi quis per vetus.

c ¶ Sanguinis.] 23. q. vltim. his à quibus. & c. legi. & ca. occidit. & extra, ne cleri. vel mona. ſententiam ſanguinis.

SI quis.] CASVS. Quidam redarguebant Greg. quòd multa faciebat contra rationem. Dicit Grego. vt veniant ad Apoſtolicam ſedem, & ibi cognoſcatur, vt iſta inter eos feratur ſententia.

d ¶ Si quis.] [a] quia actor forum rei ſequi debet. extra de foro compet. cum ſit generale. & C. de iuriſdict. omn. iud. l. iuris ordinem. vel quia cauſa fidei eſt, quæ in eccleſia eſt tractanda, vt 23. q. vlt. conuenior. & ſupra eadem quæſtio. 2. præceptum. vigeſima tertia, quæſtio. 5. quoties.

[a] Forum rei ſequi debet actor.

e ¶ Confeſſionem.] id eſt, ſcripturam.

EX HIS CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, prælatos poſſe à ſuis ſubditis accuſari, cum illi tres Apoſtoli fuerint a ſuis ſubditis accuſati. Sed reſpondet, quod illi Apoſtolici exemplo Domini non coegerunt alios prælatos recipere ſubditos in accuſationem ſuam: ſed permiſerunt hoc fieri ex humilitate.

f ¶ Prælatos.], Et dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo. quem accuſant ſi egent, vt extra de accuſ. c. ex parte. nam & datur ſeruo agenti cautam libertatis. C. de ordin. cog. l. vlti. ſimiliter ei qui egit de inofficioſo teſtamento, & obtinuit, ſi aduerſarius appellet. ff. de inoff. teſta. l. ſi inſtituta. §. penultimo.

[a] accuſatus quandoque dat expenſas accuſatori.

PAulus.] CASVS. Paulus Dyaclinæ ciuitatis epiſcopus fuit accuſatus a ſubditis de lapſu carnis: deinde conuictus depoſitus fuit epiſcoporum iudicio: & ſubſtitutus fuit ei poſtea Nemeſion: quod an fuerit factum

factum voluntate vel neceſſitate, ſequenti capitulo declaratur.

Lator.] CASVS. Paulus epiſcopus depoſitus fuit: & Nemeſion fuit ei ſubſtitutus: quem Paulus more prædonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit, & ad necem fere perduxit, res eccleſiæ auferendo, de quibus omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ. Papa mandat Ioanni, epiſcopo, vt ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtulit: eum reddere compellat. Si vero ipſi Ioanni conſtiterit eum tantum res proprias abſtuliſſe: licet grauiter deliquerit (ne addatur afflictis afflictio) eas permittatur habere: ita tamen quod ſi damnum eccleſiæ intulit, reſarcire modis omnib. compellatur: & ſi de cetero ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, in monaſterium ad agendam pœnitentiam perennem detrudatur.

† al. Docleatinæ.

1 Burc. l. 1. c. 182. Ivo p. 5. c. 198.

† al. Docleatinæ.

a ¶ *In corporali.*] ſcilicet adulterio vel inceſtu, vt 30. q. 1. non debet. " ſecus ſi de ſimplici fornicatione, pro qua hodie non deponitur, vt 82. diſt. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis, niſi de rigore factum fuerit. 81. diſt. ſi quis epiſcopus. & c. presbyter aut diaconus [a].

" fornicatio ſimplex nõ eſt digna depoſitiõe.

b ¶ *Nemeſion.*] Nota quòd Papa non vocat eum fratrem, licet eſſet epiſcopus, hodie aliud eſſet. ext. de cri. fal. quàm graui.

a Adde ad hoc text. i l. ſi adulterũ. cũ ibi no. p. Bar. ff. d ad.

c ¶ *Excuſatione ceſſante.*] iuſta tamen exceptio, vel excuſatio admittitur. ext. de of. de leg. ex parte 2.

d ¶ *Reddere.*] Cum de mero iure deberet iſte in exilium relegari centum miliaribus à ciuitate remotus. C. de epiſ. & cle. quicumque. Item cadere debuiſſet à iure ſuo [b]. C. vnde vi, ſi quis in tantam. 16. qu. 6. placuit. ſed melius eſt vt cum ſua auferre ſinat eccleſia, quam in perniciem eccleſiæ amplius incardeſcat, vt j. 17. q. vlt § vlt.

b Quod iſte ñ fuit punitus, de miſericordia factũ eſt, vt no L. & Io. 16. q. 2. placuit.

† al. dicto

e ¶ *Proprium.*] Hic videtur quòd ſpoliator poſſit ſpoliato referre quæſtionem proprietatis. extr. de cau. poſ. cap. cum eccleſia [c]. & ſeq. quòd non eſt verum, vt extr. de reſtit. ſpo. item cum quis. & ca. in litteris. ſed diſpenſatiue cum ipſo actum eſt, vt patet in gl. præcedenti.

c Iſta decr. ſi probat hoc ſimpliciter. q̃a ibi verũ, q̃ ius fuit deductũ in iudiciũ. Ar.

f ¶ *Vt non à uobis.*] Loquitur primati: quia apud metropolitanum prius eſt conueniendus, vt j. c. proxi. & 9. quæſt. 3. nullus primas. & c. conqueſtus.

g ¶ *Tulit.*] Arg. contra. 16. qu. 6. placuit. & cap. de lapſis. vbi dicitur, quòd monaſterio traduntur res depoſiti. ſed illud verum eſt quando detruditur in monaſterium, ſed hic non fuit depoſitus.

HOC EDICTO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c. lator. quod cum accuſatores epiſcopi vel depoſitores non puniuntur, ſed contra depoſitum proceditur vt amplius ad epiſcopatum non aſpiret: apparet quòd ſubditi admiſſi ſunt contra ſuum prælatum, non ex diſpenſatione, ſed ex cenſura canonum. Et quod admitti poſſunt, probat per ſequentia cap.

h ¶ *Hoc edicto.*] Verba ſunt Gratiani vſque ad illum locum, vt ſi vltra. & à loco illo ad locum illum, quem ergo, ſunt verba Gregorij: inde ſunt verba Gratiani.

i ¶ *Diſpenſatione.*] id eſt, voluntate.

tis ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem epiſcopum primæ Iuſtinianæ, lib. 10. epiſt. 35. poteſt deprehendi, vbi ait.

¶ *Verba ſunt Gratiani, qui proponit ſummam ſequentis capituli, quod ſæpe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notatum.*

¶ Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur. C. XLIIII.

LAtor Nemeſion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus inter alia mala in corporali [a] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus, & conuictus, epiſcopali ſententia depoſitus eſt, poſtea cum auxilio ſæcularium veniens epiſcopatum more prædonis ingreſſus eſt: ablatiſque rebus eccleſiæ dilectiſſimum Nemeſion [b] latorem præſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo epiſcopatu proiecit, & ad ſummam iniuriam, ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque veſtra hæc omnia curet addiſcere, & quæcumque eccleſiæ abſtulit, omni mora, vel excuſatione ceſſante [c] reddere [d] compellat. Si vero nihil eccleſiæ, ſed proprium [e] ſe dixerit abſtuliſſe (quamuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [f], vel à metropolitano eius hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumpſerit) verumtamen ſi quid proprium tulit [g], ſub fraternitatis veſtræ debet examine conſtare: ſi verum eſt. Sed & illud diligenter quærendum eſt, ſi quid male de rebus dilapidauit eccleſiæ, vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare, ac ſatisfacere modis omnibus compellatur.

¶ *In hoc capite non referuntur ipſa omnino verba Gregorij (quod à Burchardo & Iuone fit), ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.*

Hoc edicto † [h] non in accuſatores, vel depoſitores vlciſcitur, ſed in depoſitum vlterius proſequitur, vt ſi vltra ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monaſterium detrudatur. Quem ergo Gregorius ad epiſcopatum aſpirantem omnibus modis repellit, quem graui pœnitentia ſubijcit, patet non ſua diſpenſatione [i], ſed canonũ cenſura à ſubditis eſſe accuſatum & conuictum. Et vt iam non exemplis ſed legibus agamus, videndum eſt, quid Gregorius ſcribat Innocentio [a], & reliquis epiſcopis Sardiniæ, lib. 7. indict. 2. epiſt. 8. ita dicens.

a ¶ Innocentio.] *In originali impreſſo eſt.* Vincentio, atque quamplurimis epiſcopis. *In uetuſto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina epiſcoporum, ad quos hæc epiſtola ſcribitur hoc ordine.* Vincentio, Innocentio, Marinіano, Libertino, Agathoni, & Victori epiſcopis Sardiniæ.

¶ Quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare poſſunt. C. XLV.

MEtropolitanum [k] veſtrum in aliquo [l] poſtponere non præſumatis, excepto ſi (quod non optamus) contra eumdem habere vos aliquid cauſæ contingat, vt ob hoc ſedis Apoſtolicæ iudicium petere † debeatis.

Item vniuerſis epiſcopis concilij Bizacij, lib. 10. epiſt. 37.

¶ Vitam prælatorum ſubditi nulla diſſimulatione negligant. C. XLVI.

SIcut (inquit) laudabile, diſcretumque eſt reuerentiam, & honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter † eos correctione indigent, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum (quòd abſit) corpus incipiat morbus inuadere, ſi languor non fuerit curatus in capite. Quędam enim ad nos de Clementio primate veſtro perlata [m] ſunt, quæ quoniam ita grauia ſunt, vt tranſire indiſcuſſa vllo modo non debeant, fraternitatem veſtrã hortamur [n], vt cum omni ſolicitudine, ac viuacitate mentis indagare multis modis de beatis illata, & ſi ſunt, vt audita ſunt, vltione canonica reſecetur.

¶ Admonemus autem, vt non cuiuſquam perſonæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimentum quemquam veſtrum, vel ad diſcutiendum, quæ nobis nuntiata ſunt, molliat, vel à veritate excutiat, ſed ſacerdotaliter ad inueſtigandam vos propter Deum veritatem accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens eſſe præſumpſerit, dictis criminibus apud Deum ſe nouerit eſſe participem, cuius zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris nõ mouetur.

a ¶ Quædam. *Et his ſummatim referuntur verba D. Gregorij. Quare pauca tantum quædam ſunt addita, quæ neceſſaria uidebantur.*

MEtropolitanum.] CASVS. Præcepit Greg. Inno. & aliis epiſcopis Sardiniæ, vt in cauſis ſuum metropolitanum non deſerant, niſi velint agere contra eum: in quo caſu ad Apoſtolicum recurrant.

k ¶ *Metropolitanum.*] Ex contemptu [d]: aliàs omiſſo eo poſſunt adire Papam, vt j. 6. q. 6. c. 2. & 3. Item intellige iſtud quando epiſcopi inter ſe litigant. nam ſi epiſcopus litigat contra clericum, tunc coram arbitris eſt litigandum. 11. q. 1. ſi clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri, quando ſine cauſa declinatur eius iuriſdictio ſicut dico, " q. ſine cauſa non poteſt quis declinare iuriſdictionem epiſcopi etiam per querelam factam Papæ [e], vt plenè dixi in conſtitu. vt debitus. extra de appel. arg. non eſſe appellandum omiſſo medio. ſed hic non loquitur de appellatione.

d Adde Ale de Im. i l. ſi videtur. §. hoc iudiciũ co. & ff. ſi qs in ius. uo. ñ ob.

† al. iudiciũ requiratis

" Iuriſdĩ epĩ ſine cã ſi pt declinari.

† aliàs eis

e Hoc indiſtincte reprobatur, cũ ſi legat ad eatur. ex. de off. le c. 1. & ita h. cõſiderãdo, ſecũdũ Goſ. q̃ eſt optima legum interpres, ext. de cõſue. cũ dilectus. Arc.

l ¶ *In aliquo.*] Epiſcoporum enim eſt iudex ordinarius primo loco metropolitanus. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 1. ſi clericus aduerſus.

SIcut.] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibuſdam criminibus accuſatus: quare Papa delegat cauſam epiſcopis concilij Bizacij, & præcipit illis, vt cum omni ſolicitudine ac viuacitate quæ dicta ſunt inueſtigentur. & ſi vera fuerint, canonice puniantur, & ſi quis in hoc fauore perſonæ, gratia vel quolibet blandimento negligens fuerit, apud Deum iſtorum criminum particeps reputabitur.

m ¶ *Perlata.*] a ſubditis, & ſic facit ad propoſitum Gratiani [f], aliter hoc ca. nihil facit ad propoſitum Gratia. niſi velis dicere eo ipſo quod dedit aliis licentiam iudicandi, ergo & accuſandi.

f Cum iſti cognoſcere debeant ex delegatiõe Papæ. I. idem ſentit. hic H. & I. ſ Fa.

n ¶ *Hortamur.*] Nota quod per verbum, hortamur, & monemus, mandatur iuriſdictio. ſic ſupra eadem, quæſtione prima, notum. ff. de offi. præſid. ſæpe. " videtur tamen quod prouinciale concilium ordinario iure cognoſcat de primate, ſiue de metropolitano ſuo, ſicut cum concilium iudicet de Papa in his in quibus ipſe poteſt iudicari, ergo concilium metropolitani poteſt iudicare de ipſo. Ad hoc infra eadem. l. ſi quis. argum. contra. decimaſeptima diſtinct. multis. nam ibi appellatur à concilio ad metropolitanum: ergo cum concilium ſit minus metropolitano, non poteſt ipſum iudicare. 21. diſtinctione. inferior. Sed poteſt dici, quòd quantum ad ſua negotia eſt minor metropolitanus concilio, quantum ad aliorum negotia

" Cõcilium prouinciale an poſſit de archiepõ cognoſcere

negotia eſt maior. Sed in c. multis. non appellat à concilio, ſed à quadam congregatione epiſcoporum ad metropolitanum: ſed adhuc obſtat 21. diſt. nunc autem. Sed poteſt dici, quod poteſt iudicare de ipſo concilio: non tamen eum condemnare poteſt. Sed quod poſsit iudicari a concilio, bene facit. 9. q. 3. ſaluo. & c. ſi autem. & 63. diſt. Salonitanæ. Sed eſt arg. contra. ſ. ca. proxi. Io.

HÆC SI QVIS. CASVS. Dicit Gratia. quod quæ ſupra dicta ſunt, & ſubditi poſſunt accuſare prælatos, generalia ſunt, & non ſpecialia: & ſi quis dicat ea eſſe ſpecialia, audiat quid dicit Gelaſius de omnibus clericis generaliter cuiuſque ordinis.

Hæc ſi quis ſpecialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat quid Gelaſius C. a XXVIII. b dicat omnibus clericis cuiuſcumque ordinis, ita ſcribens.

a ¶ C. XXVIII.] *Hic citatur numerus capitum, ut eſt in codice canonum, de quo in præfatione dictum eſt.*

¶ Clerici exceſſus ſui epiſcopi auribus deferant Romani Pontificis. C. XLVII.

QVapropter [a] nec clericorum quiſpiam ſe apoſtolicæ † offenſæ futurum confidat immunem, ſi in his, quę ſalubriter ſequenda Apoſtolica deprompſit † auctoritas, ſiue epiſcopum, ſiue presbyterum, ſiue diaconum viderit excedentem, non protinus [b] ad aures † Romani Pontificis [c] deferre [d] curauerit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt tranſgreſſionis vltio fiat, & ceteris interdictio [e] delinquendi. Sin † vero [f], modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris ſui eliſor, ſi cuiquam clericorum, vel eccleſiæ totius auditui hæc putauerit ſupprimenda [g].

Idem.

¶ De eodem. C. XLVIII.

SI quid in eccleſia damni, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ auctoritate [β] prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, mox noſtris auribus relatione [h] ſignare, vt quid fieri debeat, cenſeamus.

β ¶ Auctoritate.] *Abeſt illa dictio, à plerisque vetuſtis exemplaribus, & ab aliis collectoribus, qui etiam Gelaſium citant.*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 21.

¶ Clerici, aut laici ſine examinatione ad epiſcoporum accuſationem non admittantur. C. XLIX.

CLericos, aut laicos accuſantes epiſcopos, aut clericos paſſim [γ], & ſine probatione, ad accuſationem non recipiendos decernimus, niſi prius eorum [k] diſcutiatur exiſtimationis [δ] opinio.

γ ¶ Paſſim.] ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως: quæ Dionyſius uertit temere, atque indifferenter, poſſuntque etiam cum ſequenti membro. Id uero eo ipſo expoſitus in concilio Conſtant. 2. c. 6.

δ ¶ Exiſtimationis opinio.] ἡ ὑπόληψις, id eſt, exiſtimat.

QVapropter.] CASVS. Hoc capitulum continuatur illi c. 12. q. 2. quattuor. vbi dicitur, quod de redditibus eccleſiæ quattuor debent fieri portiones: prima epiſcopo: ſecunda clericis tertia fabricæ: quarta pauperibus eſt aſſignanda. Dicitur ergo in hoc c. quod ſi quis clericus viderit prælatum ſuum in aliis quartis diſtribuendis peccantem & excedendem, ſtatim debet Romano Pontifici nunciare, & probare quod nuntiat, vt puniatur excedens: quod ſi non fecerit, deponatur.

a ¶ Quapropter.] Videtur hic ſpecialis caſus, in quo quilibet poſſit accuſare ſuum epiſcopum, & hoc c. continuatur illi 12. q. 2. quattuor.

b ¶ Protinus.] Nonne neceſſaria eſt admonitio? certe ſic. ideo expone protinus, ideſt, poſt tertiam admonitionem [a] vt ſ. ead. q. 1. ſi peccauerit. ſic extra de ſimo. licet.

c ¶ Pontificis.] vel alterius ſuperioris. Io.

ADDITIO. Idem ſentit Hug. in ſuo caſu huius cap.

d ¶ Deferre.] ideſt, denunciare. [m] Hic habes quod aliquis cogitur accuſare, vt 2. q. 1. quiſquis & 5. q. 5. c. 1. extra qui fil. ſint leg. c. cauſam. & 24. q. 3. tam ſacerdotes [b], arg. contra ext. de accu. licet. in fi. & 5 q. 2. ſi primates. & 3. q. 4. clericus. & C. vt nemo inuit. agere. l. vna. Sol. ad denuntiationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. non autem ad accuſationem, vt in contrariis.

e ¶ In crdictio.] forte ſpeciale eſt in dilapidatione. vt quilibet teneatur denunciare.

f ¶ Sin vero.] ideſt, ſi non fecerit quod dictum eſt de quattuor portionibus. 12. q. 2. quattuor.

g ¶ Supprimenda.] j. 3. q. 5. ſi primates. contra. ſed illud de crimine iniuriarum, de quo poteſt epiſcopus componere cum clericis ſuis, ſiue inter partes.

SI quid.] CASVS. Præcipit Papa quibuſdam clericis, vt ſi viderint pontificem ſuum dannificantem res eccleſiæ, vel facere contra prohibitionem, denuntient ſibi, vt puniatur.

h ¶ Relat. one.] ex hoc patet quod loquitur in denuntiatione, &c. ſicut c. ſuperius. Ioan.

CLericos.] CASVS. Videtur in hoc c. dici, quod clerici & laici qui proni ſunt, & faciles ad accuſandum alios, non debent admitti ad accuſandum epiſcopos vel clericos, niſi prius eorum opinio & vita diſcutiatur. Beneuen. tamen intellexit aliter, hoc modo ſcilicet, quod clerici laici vel non admittantur, exceptis criminibus, niſi accuſati ſint de crimine infamati. Sed prima poſitio magis conſonat litteræ, & verior videtur.

i ¶ Aut laicos.] accuſantes epiſcopos aut clericos decernimus, non eſſe recipiendos paſſim, & ſine probatione. Ioan.

k ¶ Eorum.] laicorum vel clericorum, ſi ſunt ignoti, vt ſ. ea. quærendum. vel eorum, ſ. epiſcoporum qui accuſantur: [“] quia ſi vitæ eorum antea bona fuit, laici in nullo poſſunt eos accuſare, vt ſ. e. q. 1. inprimis. in fi. & extra de teſt. veniens. ſi vero mali, & laici & quilibet criminoſi ad mittuntur [c], niſi inimici & conſpiratores. extr. de ſi. licet Hely. & de ſen. & re iud. cum L. & A. Et ex hoc loco Baz. fundauit ſuam opinionem, vt dixi in ſumma: ſed intelligas loqui in in illis cauſis quibus laici poſſunt accuſare clericos.

Item ex ſynodo Romana. [4]

¶ Quaelibet perſona epiſcopos, aut alios accuſans monſtranda documentis inferat. C. L.

SI quis epiſcopus presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud epiſcopos (quia alibi [l] non oportet) à qualibet perſona fuerint accuſati, quicumque fuerit ille, ſiue ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis [m] arripuerit, nouerit docenda [ε] probationibus [n], monſtranda documentis ſe debere inferre.

ε ¶ Docenda.] *Sic apud Iſidorum ... & in capitulari: apud Carnotensem ... paulo aliter: quemadmodum & aliis locis huius capitis nonnullæ, ſed non magni ponderis, ſunt varietates.*

Item Damaſus Papa, Stephano archiepiſcopo, epiſt. 3. c. 3.

¶ Sacerdotes non accuſent, qui ad eumdem ordinem prouehi non poſſunt. C. LI.

SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nō poſſunt, nec in eo teſtificari, qui ad eumdem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa, epiſt. 1. [7]

¶ Niſi irreprehenſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur. C. LII.

CRiminationes maiorum natu per alios [o] non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt: ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis [p] publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere, & inimicitia, atque irreprehenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubditi in accuſatione prælatorum ſunt admittendi. Nunc videndum eſt, an monachi in accuſatione epiſcoporum ſint audiendi. Hadrianus Papa in capitulis, c. 21. videtur eos ab accuſatione removere ita dicens. [9]

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic quod ſi quis accuſauerit epiſcopum vel diaconum, vel alterius ordinis clericum, de quo, vix aliquis cōmendatur accuſator, cum ex odio fieri præſumatur, ſciat ſe debere talia crimina inferre, quæ probationibus & documentis valeant plenarie demonſtrare.

l ¶ Quia alibi.] arg. quod ſolus epiſcopus habet merum imperium in ſua diœceſi, vt 11. q. 1. de perſona. 5. q. 6. delatori. [“] hoc enim eſt merum imperium, ſcilicet cognoſcere de criminibus. ff. de of. eius cui man. eſt iuriſ. [d] & l. 1. ff. de of. pro ſi. illicitas. §. qui vniuerſas. & C. de prob. ſciant.

m ¶ Illaudabilis intentionis.] Accuſatiōnem vocat illaudabilem intentionem: quia cauſæ materiam criminibus creare noſcuntur. C. de iud. properandum. & præſumitur ſemper, quòd inuidię cauſa fiat accuſatio, vt 6. q. 1. ſi omnia. & quia vix ſine culpa exerceri poteſt: ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pœ. diſ. 5. qualitas ſ. e. q. 6. decreto. Vel dic illaudabilem quo ad vulgi opinionem: Nam præſumitur alias quis bono zelo accuſare. vt extr. de do. & contu. veritatis. in parte deciſa. [“] Ex charitate enim debet prouenire accuſatio. ext. de accu. ſi quis epiſcopus. & qui accuſat, publicæ ſalutis cuſtodiam gerit, vt C. de famoſis libel. l. vna.

n ¶ Probationibus.] ſic C. de probat. ſciant. Ioan.

CRiminationes.] CASVS. Dicitur quod ſi aliqui ſint ignoti, qui velint alios accuſare, quòd non ſunt admittendi, niſi prius coram iudice ſe probent irreprehenſibiles eſſe, & omni ſuſpicione carere. Si intelligas c. de notis, dicitur, quod non ſunt admittendi ad accuſationem ſacerdotum niſi probent coram iudice, &c. quod probatur eo ipſo quòd contrarium non probatur.

o ¶ Per alios.] ideſt, procuratores. j. 3. q. 9. abſens.

p ¶ Et actis.] i. actionibus [e] vel litteris epiſcoporum ſuorum, vt 10. q. 1. dux & hoc ſi ſunt ignoti. & eſt ſi. j. 3. q. 5. canonica. vel tantum valet eis teſtimonium populi, quantum examinatio, vt 24. diſt. c. I. Io.

COLLIGITVR. CASVS. Grat. ex ſupradictis infert, quòd ſubditi bene poſſunt accuſare prælatos. Sed poſtea quærit an monachi poſſunt accuſare epiſcopos, & videtur quòd remouetantur. & hoc probat per ſequen. cap.

Placuit

[Marginalia]

ſ Gelaſ. epis. Lucaniā, & Brutiū, & Siciliā conſtitutis, epi. 3. c. 30.

† al. huius

† al. prompſimus.

† al. noſtras

† al. ſui vero modis omnibus erit vnuſquiſque pontificū ordinis, & honoris eliſor.

a Iuo p. 5. c. 251. Anſ. l. 7. c. 161. Po. l. 5. tit. 12 & li. 4. tit. 18.

a Idē ſentit hic H. & L.

3 Anſel. l. 3. c. 115.

“ Accuſare quis quãque cogitur.

b Ad idē C. de ing. & ma. diffa. mari. C. de priua. car. l. 3 cir fi. Et eſt ſpāle in dilapidōe vt quilibet clericus teneatur denūciare. & ē ratio, quia in ſimul debēt adminiſtrare, aliàs ſecus. Sed cōtra quo ad hoc, j. c. prox. ibi, aut i nis q̄ ſunt, &c. vn dico q̄ q̄libet clericus tenetur de-nūciare eis. mē ſui plati ſecundū L.

“ Laici an poſſint clericos accuſar.

4 In cap. Hadriani, c. 24.

c Hoc intellige in exceptis cribus. Io. de Fan.

5 Carus in epiſt. ad Felicem, c. 2.

Six. [7] 5 epis omenta, c. 2. Lib. 7. capit. c. 438.

6 ſ. ea. c. teſtes. ver. ſacerdotes. Pol. l. 5 tit. Burch. l. 1. c. 174. Iuo p. 5. c. 290.

7 Item Lucius Papa epiſt. vnica.

8 Iuo par. 6. c. 326.

“ Imperij meri eſt de criminibus cognoſcere

d Sub. & in gñali cōmiſſione nō trāsfertur, vt ī illa l. hic all. & ff. de pi. oblig. ōe. & legi. & not. ext. de of. le. quod tranſlatione. Arc.

9 Itē Stephanus epiſt. 1. & Melciad. epiſt vnica. capit. l. 7. c. 322. j. 3. q. 4. qui.

“ Accuſatio ex charitate d; puenī

e Vñ d. l. act. publica vocat eorū bona opera publica. per q̄ manifeſte docetur, q̄ iſti carēt, & illa hñt. Ar.

¶ Monachi ſacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt.
C. LIII.

[1] PLacuit [a] eorum accuſandi ſacerdotes & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non humanis, ſed diuinis vocibus mortuos eſſe [b] ſcimus: quia vocem funeſtam [c] interdici † potius, quàm audiri oportet.

¶ Non humanis.] *In epiſtola Stephani eſt*, quos humanis, & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos eſſe cognoſcimus. *In epiſtola autem Melchiadis eſt, quemadmodum hic reſtitutum eſt ex uetuſtis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: ſed ſubiungitur.* Quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente: *& fortaſſe ſignificatur locus Mat. 8.* Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: *aut locus Pauli 1. Timot.* 5. viuens mortua eſt. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximéque flagitiis obnoxios (ut eſt infra 3. q. 5. canonica) non bene uidetur hic referri ad monachos: ſed minime id mirum eſſe fatendum eſt cum Gratianus monachus eſſet.*

[2] *Item in concilio Chalcedonen. c. 4. præcipitur, vt eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant.*

Item Pelagius II. epiſcopis Italiæ.

¶ Monachi in accuſatione non ſunt audiendi. C. LIIII.

[3] NVllus monachus talia vnquam arripiat, nec ſæcularia [d], aut eccleſiaſtica [e] negotia perturbare præſumat, quia mortua in talibus vox eſt eorum.

Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis: aliud, quod ex neceſſitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt.[4] *Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint vel religioſi clerici, vel electi monachi, vt eius vitæ teſtimonium dicere poſſint.*

7 ¶ *Item illud Eleutherij Papæ in epiſtola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Conſentire conuincitur, qui cum poſſit, peruerſis negligit obuiare. C. LV.

[5] NEgligere, cum poſſis [f] deturbare [g] peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo [h] ſocietatis occultæ, qui [6] manifeſto facinori deſinit obuiare.

Item Hieronymus tam de ſe, quàm de aliis monachis in primo prologo bibliæ [β] *ſcribit* [6] *dicens.*

β ¶ Bibliæ.] *In pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus legitur*, bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis eccleſiam ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. C. LVI.

SAncta quippe [i] ruſticitas [k] ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito eccleſiam Chriſti, tantū nocet [l], ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Item Gregorius.

¶ Subditi vitia prælatorum reprehendere ſtudeant. C. LVII.

ADmonendi [m] ſunt ſubditi, ne plus quàm expedit, ſint ſubiecti: ne cū ſtudent plus quàm neceſſe eſt, hominibus ſubiici compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collecta eſt hæc ſententia ex verbis B. Gregorij tertia parte Paſtoralis, admonitione decima octaua, ubi de elatis & humilibus loquitur.*

Item generali ſynodo præſidens dixit, c. 2.[7]

¶ Clerici, ſiue electi monachi ſint cubicularij epiſcopi. C. LVIII.

[8] CVm paſtoris [n], vitam [9] eſſe diſcipulis ſemper debeat in exemplo, plerumque cleri, qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis, neſciunt, quam, vt dictum eſt, ſæculares pueri [o] ſciunt. De qua re præſenti decreto cōſtituo, vt quidā [p] ex clericis, vel etiam ex monachis electi miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales † habeat teſtes [q], qui vitā eius in ſecreta conuerſatione videant, qui ex viſione ſedula exēplum profectus ſumāt.

PLacuit.] CASVS. Hoc c. intelligitur de monachis ſecundum Gra. Sic ergo pone caſum. Quæſitum fuit ab Hadriano, an monachi vocem accuſandi epiſcopos, vel contra eos teſtificandi habeant. Et reſpondet quod non, quia mortui ſunt non humanis actibus, quia loquuntur vt alij homines, vel quia interſunt contractibus, vt emptionis vel vēditionis, ſed diuinis, i. accuſationibus epiſcoporum, quæ Dei timore fieri debent: in cōcilio etiam Chalcedonen. præcipitur vt non præſumant eccleſiaſticas actiōes attrectare. Quidam tamen intelligunt hoc ca. de criminoſis qui mortui ſunt non humanis vocibus, i. malitiis, ſed diuinis, i. bonis operibus: vel humanis, quia vocem habent, vt alij homines. & ſecundum hoc non facit ad propoſitum Gratiani.

1 Anſ. l. 3. c. 88. Iuo p. 16 c. 332. Pan. l. 3. c. 45. C. l. a pen. qui ac. non poſ.

† al. interdici

a ¶ Placuit.] Hoc cap. idem Hadrianus [a] intelligit de infamibus, vt j. 3. q. 4. hi qui. & j. 3. q. 5. canonica. Vel intellige cum Grat. de monachis, ſcilicet criminoſis: nam certum eſt quod monachi accuſare poſſunt, vt extr. de accuſ. c. ex parte. & j. ea. cum paſtoris.

a idem ſentit hic l. ſi nō vel bona fā, cū nullū iſtorū e. hic all. ſit Hadriani, vt q; ex ipſorū ſuprascriptione. Arc.

a 16. q. 1. qui vere.

b ¶ Mortuos eſſe.] quantum ad ciuiles actus, & etiam ad diuinos: quia non poſſunt baptizare, ſepelire, prædicare, pœnitentiam dare, vt 16. q. 1. ca. 1. & c. qui vere.

3 Anſel. l. 3. c. 63. Polyc. l. 4. tit. 34.

c ¶ Quia funeſtam.] quia ſemper debent flere 18. q. 1. placuit.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic, quod nullus monachus præſumat aliquem accuſare, vel perturbare ſæcularia negotia, vel eccleſiaſtica, quia in talibus mortua eſt vox eorum.

4 j. ea. cauſa paſto: 28.

d ¶ Nec ſæcularia.] id eſt, tutelam & procurationem.

e ¶ Aut eccleſiaſtica.] i. baptizare, quòd olim non licebat eis. 16. q. 1. placuit.

5 3. diſt. 83. ca error. & diſt 86. c facientis.

SED ALIVD. CASVS Soluit Grat. & dicit, quod monachi non admittuntur ad accuſandum epiſcopos ex præſumptione temeritatis, ſed neceſsitate charitatis bene admittuntur, vnde præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint clerici religioſi, vel monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere poſsint. & quod poſsint admitti etiam monachi, probat per ſequentia c. & primi c. caſus eſt planus.

ITEM ILLVD. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat, [a] quod vnuſquiſque tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit ſalua pace, alias tenetur ipſe. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Ioan. de Fant.

a Malos nō corrigere, ne ſic pſtim.

NEgligere.] f ¶ Cum poſſit.] videtur de prælatis tantum loqui.

g ¶ Deturbare.] i. prohibere & remouere a malo, & hoc cum commode poteſt illud facere, aliàs non peccat qui ſic non prohibet. 11. q. 3. primum. & c. faciat. & ſecundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam a proximo. 23. q. non inferenda. Alij hoc cap. intelligunt de prælatis, vt 23. q. 4. duo iſta. & ca. ita plane. & q. vlt. preterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. arg. ext. ſen. exc. quantæ. 23. c. vlt. & de pœ. diſt. 1. periculoſæ. Vel dic, quod quilibet tenetur prohibere proximum a peccato committendo. 24. q. 3. hoc videtur. ſecus in commiſſo. 93. diſt. diaconi. Ioan.[b]

b Quo ad prælatos dic vt le. & not. 6. q 1. illi qui. 97. diſt. c. 6.

h ¶ Scrupulo.] id eſt, ſuſpicione.

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erant valde in ſe religioſi, ſed circa correctionem aliorum erant tepidi & remiſsi. Tales reprehendit Hie. dicens quod ſancta ruſticitas tantum ſibi prodeſt. & quantum ex vitæ merito ædificat eccleſiam, tantum nocet ſi deſtruentibus eam non reſiſtat.

i ¶ Quippe.] id eſt, cum ſimpliciter & pie viuunt, & alios nolunt increpare. Et intelligitur de prælatis, qui ex officio tenentur reſiſtere malis, & quorum taciturnitas eſt mortale peccatum, & magnum damnum in eccleſia operatur. vt 83. diſt. nemo. & 1 eſt hic arg. vitam actiuam eſſe præferendam contemplatiuæ, vt 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. in ſcripturis. & habent ſe vt excedentia & exceſſa. contemplatiua, quantum ad perſonam contemplantis magis eſt ſecura, & minus vtilis, actiua vero magis laborioſa, & minus ſecura, ſed magis fructuoſa, vt extra de renun. niſi cū pridem. & extra de reg. licet.

6 Ad Paulinum.

k ¶ Ruſticitas.] i. ſimplicitas.

l ¶ Nocet.] intellige hoc negatiue, id eſt, non tantum prodeſt ædificando, quantum edocendo & reſiſtendo. ſimile 44. diſt. 1. §. debet. 22. qu. 2. primū. Ioan.

ADmonendi.] CASVS. Quidam ſubditi in bonis ac malis obediebant ſuis prælatis. Sed dicit Greg. quod admonendi ſunt, ne plus quam expediat ſint ſubiecti, vt vitia illorum non cōpellantur venerari.

m ¶ Admonendi.] bonum mediocre quandoque dimittitur propter bonum obedientiæ. ſed malum numquam fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo. Io.

7 lib. 4. reg. c. 88. & poſt lib. 12.

CVm paſtoris.] CASVS. Quidam epiſcopi non habebant clericos cubicularios ſecum, ſed pueros ſæculares, quorum vita qualis eſſet in ſecreto, erat ignota clericis, ſæcularibus autem pueris nota. Præcepit ergo Greg. vt epiſcopi ſecum habeant clericos vel monachos cubicularios, qui poſſint eſſe teſtes de vita & conuerſatione epiſcoporum in ſecreto, & ex ſedula viſione exemplum profectus ſumant.

8 Anſ. l. 6. c. 134. Pol. l. 4. tit. 5.

9 Hoc ſtatuit Greg. quando laicos uel a ſuo miniſterio remouit, vt teſtatur Anaſtaſius. p. 2. f. 160. f. 69.

† habeat tales, qui vitam] Orig.

n ¶ Cum paſtoris.] [c] generaliter teneas, quòd monachi poſſunt accuſare, & epiſcopos & alios, dum tamen hoc faciant de licentia abbatis. 12. qu. 1. non dicatis. 16. quæſt. 1. monachi. Et ſi ſuum abbatem accuſare vult, habebit expenſas à monaſterio, vt ext. de acc. ex parte. & tunc non eſt neceſſarius conſenſus abbatis. ſed ſi alium vult accuſare, non habebit expenſas à monaſterio. Si ſunt in ſcholis, poſſunt agere de his tantum quæ pertinent ad ſtudium, vt extra de offi. delega. preterea. ff. de re iudic. quæſitum. & ff. de iudic. ſi longius.

c Monachi accuſare poſſunt.

o ¶ Pueri.] i. ſeruientes. ſic 22. q. 2. §. Abraham quoque. & ff. de verb. ſign. pueri.

p ¶ Vt quidam.] duos habebit ſacerdotes, & tres diaconos, vt de conſec. diſt. 1. iubemus.[c] Sed numquid contradicente abbate poteſt ſumere monachum epiſcopus ſibi in ſocium? Non videtur, cum hoc ſit priuilegium Papæ, vt 9. quæſt. vlt. per principalem. & 58. diſt. c. 1. & arg contra 16. q. 1. qui vere. Ioan. Sol. credo quòd ſic [c], niſi monaſterium ſit exemptum: cum maiora poſsit, vt extra de exceſ. præla. ſicut venire. B. Sed nonne monachi numquam exibunt de clauſtro, vt 16. q. 1. placuit? Reſpondeo quando perfecti ſunt, ſic hoc vt exterius fructificent, vel quando fiunt epiſcopi, & iſti cubicularij poſſunt eſſe teſtes non ſolum de conuerſatione epiſcopi, ſed etiam de facto eius, vt 12. q. 1. manifeſta. Io.

c Monachū inuito abbate, ſibi pōt eps ſociare.

c Ad hoc fa. qd. no. ſ. j q. 1. § principale. Sed arg. cōtra 11. q. 1. cū p vtilitate. Arc.

q ¶ Teſtes.] propter hoc inducit c. quia qui poſſunt teſtari [d], & accuſare, nec tales epiſcopus poteſt ab accuſatione repellere, vt ext. de accuſ. nulli. & C. qui accuſ. non poſ. iniquam. arg. contra ſpeciale eſt in epiſcopo. Io.

d Ad hoc 4. q. 3. c. 1.

2 ¶ Peruer

Idem Vigilio epiſcopo Arelatenſi, lib. 9. epiſt. 49.

¶ Prauos in ſua ſocietate epiſcopus habere non debet. C. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiſcopum noſtrũ Serenum Maſſylienſem prauos homines omnino in ſocietate[a] ſua recipere, ita denique, vt presbyterũ quemdã, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis ſubtiliter requirendum eſt: & ſi ita cõſtiterit, curæ vobis ſit noſtra hoc ſic vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere, ſed diſcat potius vltione cõprimere: & qui receptus eſt, idem diſcat cũ lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis maculare.

Item Paſchalis Papa.

¶ Viros boni teſtimonij ſemper epiſcopi ſecum habeant. C. LX.

EPiſcopi lectioni, & orationi vacent, & ſemper ſecum preſbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonii clericos habeant, vt ſecundum Apoſtolum, & ſanctorum Patrum inſtituta poſſint [b] irreprehenſibiles inueniri.

Item Ioannes[c] Baptiſta, cum duceret eremiticam vitam, ſcribas & phariſæos, ſacerdotes, & leuitas Iudæorum ad ſe venientes aſpera increpatione redarguit. ¶ [1] *Item ex canonibus definitur [Illi, ſacerdotes accuſare poſſunt, qui ad eumdem gradum conſcendere valent.] Cum ergo monachi ad ſacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant, patet, quòd & ipſi ſacerdotes libere accuſare poſſunt.*

QVÆSTIO VIII.

1. ps

DE accuſatione[d] *vero, qualiter fieri valeat, in canonibus aperte decernitur.*

Ait enim Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.[2]

¶ Accuſatio ſemper fiat in ſcriptis. C. I.

[3] ACcuſatorum perſonę numquam recipiãtur ſine ſcripto: nec abſente[e] eo, quem accuſare voluerint, quibuſlibet[f] accuſare permittatur.

¶ *In epiſtola Calixti, itemque apud Burchardum, & Iuonem ſic habetur.* Rimandæ ſunt enucleatim perſonæ accuſatorum, quæ ſine ſcripto difficile, per ſcriptũ autem numquam recipiantur: quia per ſcripturam nullus accuſare, vel accuſari poteſt, ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, cuicumque† accuſatori credatur. *Quorum verborũ bona pars refertur. j. 3. q. 9. c. abſentẽ 1. q[uo]d ſumptum eſt ex eodẽ epiſtola loco.*

Cod. lib. 4. tit. de probationibus, l. fi.

¶ De eodem. C. II.

SCiant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis[g] ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

Item Eutychianus Papa epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2.[4]

¶ Accuſatio ſemper debet fieri in ſcriptis. C. III.

[5] QViſquis[h] ille eſt, qui crimen intendit; in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat[i], cuſtodiæ ſimilitudinem (habita tamen dignitatis[k] æſtimatiõe†) patiatur, nec impunitã fore ſibi nouerit licentiam mẽtiendi, cũ calumniantes

---

PEruenit.] CASVS. Epiſcopus Maſſylieñ. prauos homines habebat in ſua conuerſatione, & præcipue quemdam presbyterum fornicatorem. hoc peruenit ad notitiam Greg. quare præcipit Vigilio epiſcopo, vt Maſſylieñ. vltione compeſcat, & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere. Caſus autem ſequentis c. planus eſt, quia nihil aliud dicitur, niſi quod epiſcopi ſecum debent habere homines boni teſtimonij, vt irreprehenſibiles appareant.

a ¶ *In ſocietate.*] nota ꝙ præſumitur contra aliquẽ vel pro aliquo ex ſocietate, vt 28. q. 1. ſæpe. 81. diſt. clericus. & 18. qu. 2. diffinimus Ioan.

b EPiſcopi lectioni.] ¶ Poſſint.] ſ. diſt. 53. diaconi.

ITEM IOANNES. CASVS. Per hunc §. probat Grat. quod ſubditi poſſunt accuſare prælatos, & dicit, ꝙ Io. redarguebat Iudæos ad ſe venientes.

c ¶ *Ioannes.*] probat cũ hic eremita accuſabat, ꝙ monachi poſſunt accuſare, quod verũ eſt ſi habent ſpeciale mandatum abbatis. 16. qu. 1. quæ vere[a], niſi forte requiri non poſſit ſine magna difficultate. ar. ff. de iniu. ſed ſi vnius. §. filio. vt notaui 12. q. 1. non dicatis.

ITEM EX. CASVS. Nunc concludit Grat. ex ſupradictis. Dictum eſt ſupra, ꝙ illi poſſunt accuſare ſacerdotes, qui ad eumdem gradum aſcendere poſſunt: ſed monachi poſſunt promoueri ad ſacerdotium, ergo poſſunt accuſare ſacerdotes.

DE accuſatione.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes, in quarũ prima probatur, ꝙ accuſator debet eſſe præſens, & obligare ſe proprio ſcripto ad talionem. Secunda ibi, *Quæ vero.*] Ioannes de de Fant.

CASVS. Hic ponitur 8. q. qua quæritur, an accuſatio debeat fieri in ſcriptis, & probat primo, quòd ſic: poſtea probat contrarium, & poſtea ſoluit in §. *ſed Calixtus.*

d ¶ *De accuſatione.*] " Circa hoc notandum eſt, ꝙ aliud eſt infamatio, aliud denuntiatio, aliud accuſatio. Infamatio prohibetur. ſ. ead. q. prox. accuſatio. 5. q. c. 1. & 2. Secunda, ſcilicet denuntiatio præcipitur. ſ. ea. q. 1. ſi peccauerit. ſ. q. prox. quapropter. & fit ſine inſcriptione. 4. q. 4. §. aliquando. Tertia ſcilicet accuſatio permittitur: & in ea inſcribitur & ſubſcribitur, j. ea. libellorum. Fallit tamen hoc in ſex caſibus. " Non enim ſemper cogitur quis inſcribere. vt in leuibus criminibus. ff. de acc. leuia. & in crimine abigeatus [b]. C. de abigeis. l. vna. & in caſu vbi mulier accuſ. 15. q. 3. de crimine. & ſecundũ quoſdam in crimine apoſtaſiæ, & vbi Chriſtianus Iudæam duxiſſe accuſatur. C. de apoſt. apoſtatarum. C. de Iudæ. ne quis. & vbi maritus accuſat vxorem iure mariti. 4. q. 4. d. c. nullus. §. item. C. de adult. ſi maritus. C. de adul. quamuis. & l. iure. Io. ſed hoc falſum eſt ſecundum ius canonicum, vt ext. de proc. tuæ fraternitatis. Item quando officium denuntiat crimen alicuius. C. de accu. ea quæ 4. q. 4. §. aliquando. B. Et cum crimen in modo exceptionis proponitur, ſecundum ꝙ diſtinguitur ext. de accu. ſuper his. Nunc videndum quid iuris ſit circa ſingulos modos agendi. Et quidem denuntiationem præcedit admonitio, alias remouetur denuntians à denuntiatione, vt ext. de accuſ. ſuper his. & c. ſi quis epiſcopus. & ſ. ea. q. 7. accuſatio. & c. ſi quis ergo. Item criminoſi, infames, inimici, poſſunt à denuntiatione repelli, vt 3. q. 7. qui ſine peccato. & c. poſtulatus. & c. 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. & extr. de teſti cog. præterea. extr. de accuſ. cum oporteat. & dictum eſt ſ. ea. q. 1. ſi peccauerit. & extra ea. qualiter. 2. " pœna ſic conuicti modica eſt, quia debet pœnitere de crimine. & credo eum non eſſe remouendum ab ordine, vel dignitate, niſi delicti qualitas aliud requirat, vt in ſimonia. 1. q. 1. ſi quis neque. & q. 7. requiritis. ſeu ſcandalum inde orietur, extr. de noui ope. nunt. cum ex iniuncto. Si autem agatur in modum inquiſitionis, ſimiliter inſcriptio non eſt neceſſaria, & poteſt procedi ſine ipſo qui impetrauit inquiſitioné, ſicut & cum ipſo, ſed fama debet præcedere inquiſitionem, non ſemel, ſed ſæpius, & apud bonos & graues, vt extr. de accuſ. qualiter. & c. cum oporteat. & de ſimo. licet. Citari etiam debet infamatus, vt audiatur eius exceptio, vt eiſdem c. habetur. & ext. de ſen. & re iu. cum I. & A. Et in hoc caſu poſſunt teſtes recipi lit. non conteſ. vt extr. vt lit. non conte. quoniam frequenter. §. 3. " Pœna huius talis eſt. prælati ſunt ab adminiſtratione remouendi, minores ſunt beneficio priuandi. extra eo. qualiter. & de ſimo. dilectus. Sed ſi in modum exceptionis obiicitur crimen, diſtingue vt ext. eo. ſuper his & ext. de ord. cogn. cum dilectus. & debet eſſe præſens. extra eod. qualiter. & in hoc caſu laici bonę famæ admittuntur ad agendum, excipiendum, & teſtificandum. ext. de teſti. tam litteris. & 13. diſt. Sed cum crimen obiicitur in modum accuſationis, ſemper eſt neceſſaria inſcriptio, vt j. c. libellorum. fallit in ſex caſibus ſ. not. & in ſeptimo ſecundum quoſdam cum officialis accuſat. C. de accuſa. ea quæ. " In hoc caſu pœna eſt depoſitio, vt ſi. prox. q. lator. & extra de ſimo. dilectus.

ACcuſatorem.] CASVS. Quæſitum fuit à Calixto, an accuſatores recipi debeant ſine ſcriptura, & accuſato abſente. Et certe reſpondetur quòd non.

e ¶ *Nec abſente.*] C. de pœn. ne diu. contra. Sed illud ſpeciale eſt in apparitore, ſic ſ. ead. quæſt. 6. §. ſi ſunt quorum. & notaui. 1. quæſt. 4. nullius.

f ¶ *Quibuſlibet.*] j. 5. quæſt. 2. relatum. Sed contra. 5. q. vltim. Epiphanium.

SCiant.] CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ accuſatores accuſationem quam debent deferre in publicam notionem, quam poſſint teſtibus & aliis probationibus iudici demonſtrare.

g ¶ *Indiciis.*] 32. q. 1. dicit. & 35. q. 6. c. 1. Sed contra. 3. q. 9. abſens. Sed ibi non accuſatur, ſed tantum libellus accuſationis propoſitus eſt contra abſentem. libellus tamen in abſentia rei proponitur. ff. de adult. miles. §. ſexaginta. Hoc verum eſt niſi abſens ſit per contumaciam[c], vt 3. q. 9. decernimus.

QViſquis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd qui vult alium accuſare, in iudicium veniat, & indicet nomen rei, ad pœnam talionis obligando, ita quòd accuſator vel accuſatus in cuſtodia habeantur, conſiderata dignitate perſonæ: & ſi accuſator non probauerit, puniatur pœna talionis. In ſecunda parte quæ incipit ibi, *Qui vero.*] dicitur, quòd qui vadunt ad ſortilegos, & magos, non admittuntur ad accuſationem.

¶ Caſus ſeq. c. planus eſt.

h ¶ *Quiſquis.*] hoc ponitur C. de accu. l. vlt.

i ¶ *Vinculum inſcriptionis arripiat.*] id eſt, obliget ſe ad talionem. 4. q. 4. §. inſcriptio. Archi.

k ¶ *Dignitatis.*] quia pari iure cenſetur accuſator & accuſatus. 3. q. 9. c. vlt. C

Marginalia:

a Et extr. de acc. ex parte. vbi de hoc. Item vt ex canonib. ſ. e. q. ipſi. & ea. teſtes. & ea. ſacerdotes 6. q. 1. c. 2. Lau.

1. Tim. 3.

1 ſ. e. c. ſacerdotes.

Luc. 3.

2 Et Stepha. epiſt. 2. c. 11.

3 3. q. 9 c. abſente. Bur. l. 15. c. 171. Iuo p. 5. c. 289.

4 C de accu. li. 9. ti. 2. l. vl.

5 Cod. Theod. l. 9 tit. 1. c. 18. In cap. Hadria. c. 6. Pol l. 5 tit. 1. Iuo q. 6. ca. 332. Pan. l. 4. c. 76.

† al. quiſquam accuſator credatur.

† al. exiſtimatione.

a Accuſatio & denuntiatio, & infamatio diuerſa ſunt.

aa Accuſator nõ ſemp cogitur ſe ad pœnam talionis inſcribere.

b Vbi agitur ciuiliter. 4. q. 4. ſ. ad aeci.

" Denuntiati punitio.

" Inquiſiti punitio.

" Accuſati punitio.

c Idẽ tenent B. & Lau. ad hoc 24. q. 3. de illicita. Aic.

c.vlt.C.de exhib.re. l. vlt. " Tamen ratio dignitatis in hoc habetur, quod minus punitur conſtitutus in dignitate, quam alter. 24.quæſt.1. qui contra.& c. quiſquis.

" Dignitate præditus minus punitur quam alter.

a ¶ *Similitudo.*] niſi in caſibus exceptis.ſupra ead.q.3.§.notandum.2.

Qui crimen.] ¶ *Sed Stephanus.*] C A S V S. Probauit ſupra G. quòd accuſatio debet fieri in ſcriptis, modo videtur probare contrarium, & probat ſuperficialiter.

PEr ſcripta.] C A S V S. Quæſitum eſt, vtrum per epiſtolam poſsit quis alium accuſare? Et reſpondetur quòd non, ſed voce propria & accuſato præſente, quia abſens ab aliquo accuſari non poteſt.

b ¶ *Abſens.*] " poteſt enim libellus dari abſente accuſato, vt 5. q. 6. Epiphanium. C. de exhib. re. l. 2. & etiam die feriato, vt ff. de adulte. miles. § ſexaginta. prius tamen denunciabit eum accuſator quem vult accuſare: aliàs non audietur, vt ff. de adult. denuntiaſſe. & C. de accuſ. abſentem. deinde det libellum iudici: iudex tamen non prius libellũ recipiat, quam inſcriptio ſit facta, & fideiuſſorem dederit de lite proſequenda. C. ad Turpil. l. 1. & C. qui acc. non poſſ. l. 3. Poſtmodum vocandus eſt reus [a] ſecundum legem. C. de exhib. reis l. 2. & nomen eius recipietur inter nomina reorum. & hoc fit cum lis eſt conteſt. ff. de adult. ſi maritus. §. præſcriptiones.& ff. de iur. fiſ. fiſcus. & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non trium tantum, vt quidam dicunt, vt ff. de publ. iud. inter. habebit etiam inducias triginta dierum ad componendos mœſtos penates, vt C. de exhib. re.l.2. ſecundum canones tamen non videtur, quod neceſſaria ſit denuntiatio, vel talis ſolennitas, vt extra de accuſ.licet.in fi.

" Accuſato abſente põt dari libell⁹.

a Ad hoc e. de cal. non prius. ff. de iu. ſi lõgius. & ita no. Vin. ext. de elect. congregato.

1 In cap.Hadria.6.c.67. infra 3.q.5.c. conſtitutimus. Iuo part. 6. c.333.

2 Et Fabian⁹ epiſto.3. 3.3. q.6.c. 1. 5.2. q.1.c.3. & 6. 3 Bur.l.16.c. 3. Ex concilio Arauſico. Pan. l.3. c.75.

4 Pol.l.5.tit. 1. Bur. l. 1.c. 177. Anſ. l.3. c.55. Iuo pa. 5.c.293.& p. 6.c.328.Pan. l. 4. c. 53. & 55.

tes ad vindictam poſcat ſimilitudo [a] ſupplicij.*& infra.*¶ [1] Qui vero ad ſortilegos, magoſque concurrerint, nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.

a ¶ Cuſtodiæ ſimilitudinem.] *In originali impreſſo eſt* cuſtodiat ſimilitudinem, habita tamen dignitatis æſtimatione potiatur, nec forte ſibi nouerit, &c. *Itemque apud Hadrianum, niſi quod habet*, nec ſibi fore nouerit. *itemque apud Iuonem, & in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus, in quorum uno eſt* habitæ tamen dignitatis. *In Pannormia autem legitur*. cuſtodiat ſimilitudinem ſupplicij, habita tamen dignitatis æſtimatione. Nec forte ſibi nouerit, &c. *In codice eſt eadem lectio, quæ hic retenta eſt.*

Item Sixtus ij. in epiſt. ad epiſcopos orientales, c. 4. [2]

¶ De eodem. C. IIII.

3 QVi crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum. Reuera [a] ibi ſemper cauſa agatur, vbi crimen admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

a ¶ Reuera.] *Addita eſt hæc clauſula ex originali, quæ eſt etiam apud Fabianum. infra 3. q. 6. cap. 1.*

Sed Stephanus Papa contra videtur ſcribere dicens, epiſt. 2. c. 4.

¶ De eodem. C. V.

4 PEr ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce (ſi legitima, & condigna accuſatoris perſona fuerit) præſente videlicet eo, quem accuſare deſiderat: quia nullus abſens [b], aut accuſari poteſt, aut accuſare.

Sed Calixtus Papa præcipit, vt accuſator præſente eo, quem accuſat, in ſcriptis iudici accuſationem offerat, & propria voce litteras ſuæ accuſationis legat. Stephanus autem prohibet, ne abſens aliquem per epiſtolam accuſare audeat. 5 ¶ *Quæ vero ſit forma accuſationis, & quis modus concipiendorum libellorum, Paulus in Digeſtis lib.* † *de publ. iud. tit. de accuſ. & inſcription. l. 3. oſtendit dicens.* [¶ [5] *Libellorum inſcriptionis conceptio talis eſt. Conſul, & dies* [c]. *Apud illum prætorem, vel proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt ſe Mæuiam lege Iulia de adulteriis* †, *ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio* [d] *in ciuitate illa, domo illius, menſe illo, conſulibus illis, adulterium commiſiſſe. Vtique enim & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt,* [6] *& perſona, cum qua admiſſum dicitur, & menſis. Hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorum* † *cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferunt. Neque autem diem* [e], *neque horam inuitus comprehendet. Quòd ſi libelli inſcriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet.* ¶ *Item ſubſcribere debebit is, qui dat libellum* † *ſe profeſſum eſt* [f], *vel alius pro eo, ſi litteras neſciat. Sed etſi aliud* [g] *crimen obiiciat, veluti quòd domum ſuam præbuit, vt ſtuprum materfamilias pateretur, quòd adulterium deprehenſum dimiſerit, quòd pretium pro comperto ſtupro acceperit, & ſi quid ſimile, idipſum* † *libello comprehendendum erit. Si accuſator deceſſerit, aliave quæ* † *cauſa eum impedierit, quominus accuſare poſſit, etſi quid ſimile eſt, nomen rei aboletur, poſtulante reo* [h], *idque & lege Iulia de vi. & ſenatuſconſultis* † *cautum eſt, ita vt liceat alij ex integro repetere reum: ſed intra quod tempus, videbimus* [i]. *Et vtique triginta dies vtiles obſeruandi ſunt.*

SED CALIXTVS. CASVS. Gratia. ſoluit contrarietatem hanc: quia quod dicit Calixtus, intelligitur, quòd accuſator debet præſente accuſato & in ſcriptis accuſationem iudici offerre: ſed Stephanus prohibet ne aliquis accuſet alium per epiſtolam.

LIBELLORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accuſationis in adulterio concipi debeat: & debet fieri hoc modo. Lucius Titius tali die apud talẽ iudicem accuſat B. mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M. commiſiſſe in tali ciuitate, menſe tali, in domo tali, talibus conſulibus tunc exiſtentibus. ſed diem & horam commiſsi criminis aſsignare non compellitur. Et ſi libelli non ſunt legitime concepti, nomen rei aboletur, & iterum poterit accuſari. præterea inſcribere debet accuſator, vel alius pro eo, ſi ipſe neſcit litteras. & ſi aliud crimen obiiciatur, debet in libello accuſationis comprehendi. & ſi accuſator deceſſerit, vel alia cauſa eum impedierit accuſare, nomen rei aboletur reo poſtulante, & ex integro intra triginta dies poterit ab eo accuſari. Eodem modo ſecundum Decretales formabitur libellus, excepto eo, quòd vbi ponitur nomen Imperatoris, ibi ponetur nomen Papæ, & vbi ponitur nomen Conſulis, ponetur nomen Epiſcopi.

c ¶ *Conſul & dies.*] inſtitutæ accuſationis: quia de die commiſsi criminis loquitur. nam conſul & dies ſunt præponendi. " hodie primo ponitur Imperatoris nomen, poſtea conſulis, poſtea indictio, poſtea menſis & dies. in auth. vt præp nomen Imp. col. 5.

" inſtrumẽtum multa habere debet.

d ¶ *Caio Seio.*] ideo nomen exprimitur, vt ſecundum qualitatem perſonæ puniatur magis vel minus. Sed quid ſi ignoratur quæ ſit illa perſona? Videtur quòd nihilominus ipſum accuſare poſsit, vt 5. quæſt. 1. cap. 2.

e ¶ *Neque autem diem.*] commiſsi criminis [b], ſed non concepti libelli, vt ſupra diximus. penitus contrarium eſt in ciuilibus actionibus, vt ff. de edend. l. 1. §. diem autem. " A teſtibus autem quæritur dies, vt 3. q. 9. nihilominus. & 35. q. 6. de parentela. De hoc plene dicemus. infra 4. q. 3. in teſtibus. 2. & etiã dicent in qua parte domus ſecundum Hug. dies eſt aſsignanda: quia non licet vagari cum diſcrimine alterius. vt ff. de iniu. l. prætor. Io. Tamen dic, quod non aliud tenetur dicere teſtis, quàm accuſator propoſuit: quia non aliud iudicandum eſt, quam in libello comprehenſum ſit. arg. extra de cauſa poſſ. cum ſuper electione. de ſimon. licet Hely. vltra medium. Bart.

f ¶ *Se profeſſum eſſe.*] id eſt, ſe velle proſequi accuſationem, & ſubiturum talionem ſi non probauerit. Ioan.

g ¶ *Sed ſi aliud*] id eſt, eodem modo eſt procedendum, ſi aliud crimen obiiciat.

h ¶ *Reo.*] hoc etiam fiat elapſo biennio, vt C. vt intra cert. temp. l. vltim.

i ¶ *Videbimus.*] ff. ad Turpilia. l. in ſenatus. §. vltimo.

b Sub anteſtes ſuborna videantur, ſecundum. I.

" Teſtis an depõere debeat de die.

† In vulgatis legebatur, *libro primo*.

5 Lib. 48. ff. de accu. l. 3. qui li. 48. in Pandect. inſcribit (de publicis iudiciis.)

† *al. lege Iulia adulterij ream.*

6 Adde quod ratio eſt, quia locus aggrauat rem geſtam. l. prætor. §. ff. de iniu. & l. aut facta. §. locus ff. de pœ.

† abeſt à Pãdect. Florent.

† *al. libellos.*

† *al. & ipſum libellis.*

† *al. aliaue cauſa.*

† *al. ſenatuſconſulto.*

CAVSA III.

QVidam epiſcopus [k] *à propria ſede deiectus eſt, petit reſtitui: poſt reſtitutionem ducitur in cauſam, inducias poſtulat, tandem ad eius accuſationem procedit quidam non legitime coniunctus, & duo infames, & tres religioſi:*

Quidam epiſcopus.] C A S V S. Supra in proxima cauſa tractauit de ordine iudiciorum, & de reſt. ſpol. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo ſupponit hanc cauſam tertiam, in qua plenius tractatur de reſt. ſpol. & de iudiciis dandis, & an infames ſint admittendi ad accuſandum, & quales teſtes ſint admittendi, & qualis debeat eſſe iudex, & de multis aliis: quæ omnia, vt apertius pateant, thema proponit. de quo vndecim elicit quæſtiones.

k ¶ *Quidam epiſcopus.*] Hic primum agitur, an ſpoliatus ſit reſtituendus, ſeu ſupra cauſa 1. q. 2. agebatur an ſpoliatus eſſet in ius vocandus. " Eſt autem regulare, quod ſpoliatus ab alio, quam a iudice, vel etiam ſi a iudice eſt ſpoliatus ſine ordine iuris, ſemper ſtatim eſt reſtituendus non obſtante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ inſtitutionis, vt extra de reſt. ſpol. in litteris. & c. item cum quis. & c. conquerente. & 6. q. 3. denique. " Fallit in caſibus hic notatis. Intruſio, ſcilicet quando aliquis occupauit ſedem Apoſtolicam violenter, vt infra eau. §. patet. ſed hoc ſpeciale eſt in Papa. Dilapidatio, vt 3 q. 2. quia ea. ſed hodie hoc non tenet, quia non eſt ſpoliandus aliquis niſi probata ſuſpicione, vt extra de ſim. licet. Criminis enormitas, vt 2. q. 5. ſuper cauſa. Infamia & criminis euidentia, vt 2. q. 5. presbyter ſi. & q. 1. ſcelus. & c. manifeſta. Item crimen ſimoniæ. extra de ſimon. accuſatum. & c. tanta. Contumacia, vt 3. q. 9. decernimus. Scandalum, vt 3. q. 6. hæc quippe. Fornicatio notoria, extra de diuort. ſignificaſti. Item cum reus eſt abſens. extra de off. iud. delegat. conſultationibus. Cum incontinenti deiecit, extra de reſt. ſpol. olim. Item cum ſpoliatio eſt probata in modum exceptionis, extra de ord. cogn. cum dilectus. Item ſecundum quoſdam cum incontinenti ſpoliator vult probare exceptionem. extra de reſt. ſpol. litteras. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. Item cum a muliere obiicitur ſæuitia viri, vt extra de reſt. ſpol. ex tranſmiſſa. Item in caſu quem habes extra de diuor. gaudemus. in fi. Item exceptio rei iud. 2. q. 6. §. diffinitiua. Item exceptio iuriſiurandi, vel pacti ſecundum quoſdam, vt extra de reſt. ſpol. accepta. & c. ſolicite. Item ſi ſub conditione poſſedit, extra de reſt. ſpol. olim cauſam. Item ſi ex gratia vel precario

" Spoliatus eſt ſemper reſtituẽdus regulariter.

" Spoliato in multis caſibus denegatur reſtõ.

poſſedit. infra 10.q.3. quia cognouimus.& extra de exceſſ.præl.cum ad quorumdam. Item ſi poſſedit, vt colonus. ff. de vi & vi arm. cum fundum. "Hoc autem ſcias, quòd quattuor ſunt auxilia producta, per quæ petitur reſtitutio, actio, interdictum, condictio ex canone, iudicis officium. Actione petitur reſtitutio, vt actione quod metus cauſa datur reſtitutio contra quemlibet [a] poſſeſſorem. ff. quod met. l. metu. §. volenti. Item actione de dolo petitur reſtitutio: & per illam non fit reſtitutio, niſi contra illum qui dolum fecit. ff. de dolo. l. ſi plures. Item per interdictum reſtitutio datur contra illum ſolum qui vim fecit, vt extra de reſt. ſpol. cum ad ſedem. in fi. Per condictionem ex canone datur reſtitutio contra quemlibet poſſeſſorem, vt extra de ap. bonæ memoriæ. & extra eo. c. ſæpe. & infra ea. redintegrãda. Item per iudicis officiũ petitur reſtitutio, cum aliquis propter abſentiam perdit rem ſuam, de qua agitur. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 1. & per totum. & illa poteſt agi contra quemlibet poſſeſſorem, vt 16. quæſt. 3. §. porro.

" reſtô petitur quatuor auxiliis.

a Nã p hanc actionẽ aduocatur res ẽt ab eo qui metum ſi n tulit. ff. q̃d met. cauſ. ſi cũ exceptio ne. §. 2. C. e. tit. non intereſt. Arc.

QVod reſtitutio.] CASVS. Hic incitiatur prima quæſtio, qua quæritur an reſtitutio ſit danda omnibus expoliatis. Et probatur quòd ſic per c. ſequentia.

EPiſcopis.] CASVS. Quæſitum fuit vtrũ crimen aliquod poſſit obiici epiſcopis rebus ſuis expoliatis, vel de ſedibus ſuis eiectis ante reſtitutionem? Et certe reſpondet Papa, quòd non.

a ¶ Omnia.] etiam depoſita, vt ff. depoſit. l. 1. §. qui autem. & ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quod autem.

b ¶ Nullum crimen.] à ſpoliatore, vel generaliter à nullo, cum ſit inermis, vt infra ea. q. 2. oportet.

1 Mutatis verbis, ſed incolumi ſententia. Anſ. l. 3. c. 46.

b ¶ Nullum crimen.] pro quo fuerunt ſpoliati ſecundum Hug. vel nec illud nec aliud poteſt obiici à ſpoliatore. 2. quæſt. 1. in ſcripturis. & c. nullus. Sed mirum eſt, ſi aliquis non poteſt eum de crimine illo accuſare, vt infra quæſt. 2. cum eccleſiæ. & cap. prox. cum res inter alios acta aliis non præiudicet. Item numquid ſpoliator poteſt eum accuſare poſtquam eſt reſtitutus? Arg. quod non, extra de reſtit. ſpol. item cum quis. arg. contra quod poſſit ſaltem ciuiliter [b]. infra ead. q. 2. audiuimus.

2 Anſ. l. 3. c. 50.

b Adde q̃ ẽt criantes concor. tex. in l. ſi. C. de or. co. & in l. ſi maritus. C. de don. int. vir. & vxor.

EPiſcopi.] CASVS. Dicitur hic, quòd non debent epiſcopi ad ſynodum vocari, vel eis crimen aliquod obiici, niſi priùs res propriæ, vel eccleſiæ eis fuerint reſtitutæ, niſi ſpoliati eſſent auctoritate Romani Pontificis.

c ¶ Epiſcopi.] "ſi tamen ſpoliatus velit agere contra ſpoliatorem, reconueniri poteſt ab eo, vt argum. ff. de iud. l. 2. §. item. Sed hoc verum eſt, cum non agit de ſpoliatione, extra de ord. cogn. cum dilectus. & melius in c. ſi. poteſt etiã cum reconuenire de alio ſpolio. extra de reſt. ſpol. c. vlt.

" Spoliatus à ſpoliatore reconueniri poteſt.

accuſatores teſtes de domo ſua producunt, & alios ſibi inimicos extra ſuam prouinciam: reus crimino ſo iudici offertur ab vno tantum audiendus, & iudicandus. Quidam de accuſatoribus, & teſtibus abſentes per epiſtolam illum accuſare, & in eum teſtificari contendunt: cum multa capitula ei obiiciuntur, in primo accuſatores deficiunt: demum accuſatio in accuſatorem vertitur.

1 *Hic primum quæritur, an reſtitutio danda ſit quibuſlibet expoliatis.*

2 *Secundo de inducijs, an poſt reſtitutionem tantum, an etiam poſt vocationem ad cauſam quibuſlibet concedendæ ſint.*

3 *Tertio, quo ſpatio menſium vtrique ſint concedendæ.*

4 *Quarto, an infames, & non legitime coniuncti, ad accuſationem ſint admittendi.*

5 *Quinto, an teſtes de domo accuſatorum ſint producendi, vel inimicorum vox ſit audienda.*

6 *Sexto, an extra prouinciam reus ſit producendus.*

7 *Septimo, an ſit audienda eius ſententia, quem cum reo par inficit malitia.*

8 *Octauo, an ab vno tantum epiſcopus ſit audiendus, vel iudicandus.*

9 *Nono, an accuſatores, vel teſtes in abſentem vocem accuſationis, vel teſtificationis exhibere valeant.*

10 *Decimo, an deficientes in primo capitulo ſint admittendi ad ſequentia.*

11 *Vndecimo, an accuſato liceat accuſationem in accuſatorem vertere.*

QVÆSTIO I.

QVod reſtitutio quibuſlibet danda ſit, multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Gaius Papa, epiſt. vnica ad Felicem epiſcopum, cap. 3.

¶ Expoliatis, vel eiectis omnia ſunt redintegranda. C. I.

EPiſcopis ſuis rebus expoliatis, vel à propriis ſedibus eiectis, omnia [a], quæ eis ablata ſunt, legibus ſunt redintegranda: quia priuſquam hoc fuerit factum, nullum crimen [b] eis obiici poteſt.

Item Fabianus epiſtola 2. epiſcopis orientalibus.

¶ De eodem. C. II.

EPiſcopi [c], ſi à propriis ſedibus, aut eccleſiis ſine auctoritate [a] Romani Pontificis expulſi fuerint: antequam ad ſynodum vocentur, proprius locus, & ſua omnia eis redintegranda ſunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel eccleſiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuſcumque detinentur, vt aliquid illis obiici debeat: Nec quicquam poteſt eis quoquo modo quilibet maiorum, vel minorum obiicere [d], dum eccleſiis, rebus, aut poteſtatibus carent ſuis.

a ¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anſ. & mem. licet non ſint expreſſa in or. g. nali: cuius hic ſententia potius, quàm ipſamet verba referuntur vſque ad verſ.* Nulla.

Sed notandum eſt, quòd reſtitutionis ſententia ſola nõ ſufficit, niſi præſentialiter omnia iudicis officio reſtituantur, vt eiectus, vel ſpoliatus etiam naturalem [e] poſſeſſionem recipiat, ſiue animo ſuo, & corpore alieno: veluti per procuratorem, ſiue animo, & corpore ſuo. Cuncta quoque, quæ ſibi ablata fuerint, quacumque conditione, in eodem loco, vnde ſurrepta fuerant reuocanda ſunt.

Vnde Ioannes vrbis Romæ epiſcopus ſcribit Zachariæ Archiepiſcopo, epiſtola prima [3].

¶ De eodem. C. III.

j [5] REdintegrãda ſunt omnia expoliatis, vel eiectis epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo [a] loco [f] vnde abſceſſerant funditus reuocanda, quacumque conditione temporis, aut captiuitate [g], aut dolo [h], aut violentia † maiorum, aut per quaſcumque iniuſtas cauſas, res eccleſiæ, vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante [b] accuſationem, aut regularem ad ſynodum vocationem eorum, & reliqua.

a ¶ In eo loco.] *Apud Ioannem & Symmachum legitur* & in eorum vnde abſceſſerant, poteſtatem funditus reuocanda. *Apud Euſebium vero*, in eorum vnde abſceſſerunt, loca funditus reuocanda.

b ¶ Ante accuſationem.] *Hæc vſque ad finem addita ſunt ex originali. quibus oratio abſoluitur, & quæ in par. in fine huius quæſt. omnia à Gratiano repetitur.*

Item Euſebius Apoſtolicæ ſedis epiſcopus, epiſt. 2. ad Aegyptios.

d ¶ Obiicere.] quid ſi numquam velit petere reſtitutionem, vt ſic non puniatur de crimine pro quo eſt ſpoliatus, cum tamen inde grauiorem pœnam mereatur? Dicerem, quòd in tali caſu bene poſſit accuſari ante reſtitutionem [c], ne fraus ſit ei lucroſa. arg. extra de iud. intelleximus. & 11. q. 3. priuilegium. ſed ſi minorem pœnam de illo crimine meretur, tunc non eſt accuſandus de illo, cum ſatis ſit punitus. arg. 2. q. 6. ſi quis ex pluribus. Dic tempus præfigendum, vt extra de reſt. ſpol. frequens. lib. 6.

c Hoc hodie eſt intelligendũ cum determinatione & declaratione decr. li. 6. de reſt. ſpo. ſi eques. §. vit.

SED NOTANDVM. CASVS. Dicit Grat. in hoc §. quòd non ſufficit, ſi reſtitutio fiat ſolis verbis, vel per ſententiã, niſi præſentialiter omnia reſtituantur officio iudicis, vt expulſus habeat ciuilem & naturalem poſſeſſionem per ſe, vel animo ſuo, & corpore alieno, vt per procuratorem. & in eodem loco vnde ablata ſunt, fiat reſtitutio, quod probatur per ſeq. c.

e ¶ Naturalem.] nec ſufficit dare pignora, extr. de ſen. & re iud. cum aliquib. "ſimiliter in prætorium pignus eſt quis corporaliter mittendus. ff. de pig. act. non eſt mirum. ſecus in conuentionali. ff. ead. l. 1. & ff. de dolo. l. ſi plures.

" Pignus prætoriũ & conuentionale.

REdintegranda ſunt.] CASVS. Quæſitum fuit a Ioan. Papa per Zachariam, qualiter debeat fieri reſtitutio expoliatis epiſ. & eiectis. Et reſp. Io. Papa quòd omnia corporaliter ſunt eis reſtituenda in eo loco vnde ablata ſunt, quacumq; conditione fuerint eis ablata, ſiue per dolũ, ſiue per violentiam, vel quacumque alia iniuſta cauſa.

3 Et Euſebi⁹ epiſt. 2. & in 5. ſynod. Romana ſub Symmacho Anſ. l. 3. c. 51. & 44.

† al. virtute.

f ¶ Eo loco.] etiam vltra mare, & ſunt reuocanda ſumptibus ſpoliatoris. ff. de rei vend. ſi ero.

g ¶ Captiuitate.] j. 16. q. 3. porro. & c. præce.

g ¶ Captiuitate.] "Si enim per vim aliquid ab eo extortum eſt, vel ablatum, intra annum poteſt agere cõtra detentorem in quadruplum: poſt annum in ſimplum. ff. de vi & vi ar. l. 1. Sed ſi per metum eſt extortum aliquid, tunc contra omnem poſſeſſionem agitur intra annum in quadruplum cum non vult reſtituere. ff. quod met. cauſ. ſi cum exceptione. §. 1. 2. & 3.

" Spoliatus per vim vel metum agit ad quadruplum.

h ¶ Aut dolo.] & tunc vſque ad biennium poteſt conueniri qui dolum committit, vt C. de dol. l. vlt. "ſed perpetuo poteſt conueniri actione in factum de eo quod ad eum peruenit, vel ſi dolo fecit quominus ad eum perueniret, vt ff. de dolo. in hæredem. & l. cæterus. & l. dolove. Cum autem canon æquiparet dolum, metum vel violentiam, videtur quòd condictione ex hoc canone quilibet poſſidens poſſit conueniri. arg. ad hoc ext. de iud. quia. & ext. de tranſa. veniens. & ext. de emp. & vend. peruenit. ext. vt lit. pen. eccleſiæ. & ext. de ap. bonæ memoriæ. & eſt expreſſum, ext. de reſt. ſpol. ſæpe.

" Doloſus an poſſit in perpetuum conueniri.

h ¶ Aut dolo.] ar. q̃ reſtituendus ſit qui dolo ſuo iuri renuntiat, vt j. 15. q. 6. c. 1. & j. 30. q. 1. dictum. & C. de inof. teſt. cum qui. 1. reſp. ext. de his quæ vi met. cau. fi. cum dilectus. contra. & 20. q. 3. conſtituit. cõtra.

Nulli

Nulli dubium eſt. CASVS Quidam epiſcopi iniuſte fuerunt expoliati, & à ſuis ſedibus eiecti. alij epiſcopi non iuuabant eos: imo (quod deterius eſt) ponebant inſidias, diabolo inſtigante, quos Alexander reprehendit dicens tales eſſe ſchiſmaticos, & Chriſtum crucifigentes in ipſis expoliatis epiſcopis. & quod facere non debent, hoc probat, quia ſæpe boni diabolo cooperante tribulationem patiuntur per malos.

a ¶ *Auxilio.*] Epiſcopi ſibi inuicem debent præſtare mutuum auxilium, vt ſupra diſtin. 90 præcipimus. & ideo inducit hoc cap. ſcilicet, quod ſemper ſit ſubueniendum ſpoliatis.

b ¶ *Veſtro.*] Argu. [ᵃᵃ] quilibet tenetur patrocinium pro ſua eccleſia præſtare. 95. diſt. ſi Imperator [a]. & ſi contra eccleſiam ſuam præſtaret, priuandus eſſet eo quod habet ab ea. 16. q. 7. c. 1. C. loc. milites. & eſt expreſſum extra de poſtul. cap. vlt.

Deus ergo.] CASVS. Præcipit Fabianus Papa omnibus epiſcopis, quòd ipſi opem ferant & auxilium ſacerdotibus expoliatis, eos reſtituendo, & eorum calumniatorem & perſecutorem excommunicando.

PATET ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd expoliati non debent vocari ad cauſam, niſi prius fuerint corporaliter reſtituti. Huic concluſioni obiicit hoc modo. Nam vbi non fuit legitima inſtitutio, reſtitutio eſſe non poteſt. Vnde ſi qui fuerunt expoliati, quia canonice non fuerint electi, vel per ſimoniam fuerint electi, reſtitutionem poſtulare non poſſunt. Et hoc probat Grat. per c. 79. diſtin. ſi quis pecunia. Poſtea ſoluit, & dicit quod illud cap. intelligitur tantum in eo caſu quo ſedes Apoſtolica per violentiam ſit occupata, & ſi talis expellatur, non fit reſtitutio: quia non eſſet iudex ſuperior, ſub quo reſtitutus conueniretur. Alij vero inuaſores & iniuſti detentores ſi ſpolientur, debent reſtitui, niſi continuato libello poſſeſſio fuerit recuperata: ſe ſecus ſi non continuato libello.

c ¶ *Si quis pecunia.*] ſupra diſt. 79. ſi quis pecunia. hoc tamen ibi non dicitur, ſed melius poſſet induci q̃d eſt 23. diſt. in nomine. vt etiam nulla ei audientia detur. De illo intelligenties 24. q. 1. in prin. & in ſum.

d ¶ *Vel continuato.*] id eſt, ſi non interponitur contrarius actus. ff. de teſt. her. des palam. vel continuato cum primum poterit [b]. ff. ad Tertul. l. 2. §. confeſtim.

1 Anſ. ibid.

ᵃᵃ Eccleſiam ſua quilibet defendere tenetur.

1. Petr. 5.

a Vbi & hoc 8. 1. q. 7. c. 1. ibi vide. & q̃d leg. & notat. 6. q. 1. nos autē. & 11. q. 3. quid ergo. Arc.

Oſeæ 4.

2 3. q. 1. apud ſacerdotes. Burch. l. 1. c. 129. Iuo p. 5. c. 229.

Pſal. 132.

b Adde ad hoc q̃d leg. & no. ext. de reſt. ſpol. olim. ver. præterea. & vide q̃d no. Archi. ſignificaſti. in gl. v. nam ſi.

¶ De eodem. C. IIII.

ij [1] REdintegrāda ſunt omnia expoliatis, vel eiectis epiſcopis, &c. *vſque* funditus reuocanda *eodem modo, vt ſupra.*

Item Alexander Papa epiſtola ſecunda in principio.

¶ Non eſt ſacerdos, ſed ſchiſmaticus, qui fratrum ſe ſubtrahit obſequiis. C. V.

NVlli dubium eſt, quia boni à malis ſemper perſequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliemur ſub potēti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam, ſicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret: ſic diabolus non ceſſat circumire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos ſibi ſacrari, & in ordine Apoſtolatus conſtitui voluit. Ipſi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis, & oblationibus ea delent, atq; conſumunt. *& infra.* ¶ [2] Qui autē ex veſtro collegio fuerit, & ab auxilio [a] veſtro [b] ſe ſubtraxerit, magis ſchiſmaticus, quàm ſacerdos eſſe probabitur. [Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucundū habitare fratres in vnum.] Illi vero in vnum non habitant, qui à fratrum ſolatio ſe ſubtrahunt, aut (quod deterius eſt) fratribus inſidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine epiſtolæ 3.* Dominum crucifigunt, qui eum in ſacerdotibus ſuis perſequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum ſuſtinet qui vim patitur.

Item Fabianus Papa epiſt. 2. ad epiſcopos orientales.

¶ Excommunicentur, qui opprobrium, & calumniam inferunt ſacerdotibus. C. VI.

DEus ergo, Fratres, ad hoc præordinauit vos, & oēs, qui ſummo ſacerdotio funguntur, vt iniuſtitias remoueatis, & præſumptiones abſcindatis, & in ſacerdotio laborantibus ſuccurratis, opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeatis: ſed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abſcindatis, & Domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis.

Patet ergo, quòd expoliati prius ſunt præſentialiter reſtituendi, antequam ad cauſam ſint vocandi Sed obiicitur vbi non fuit legitima inſtitutio, ibi non poteſt eſſe reſtitutio. Non enim probatur deſtitutus, qui prius non fuit inſtitutus: ac per hoc nec reſtaurationem poſtulare poteſt. Illi ergo, quorum electio vitioſa eſt, vel qui à clero non ſunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per ſimoniam irrepſerunt, non ſunt habendi inter epiſcopos: & ideo, ſi à ſedibus, quas tenere videbantur, expulſi fuerint, non poſſunt reſtitutionem petere, antequam vocentur ad cauſam. Vnde ſupra in tractatu ordinandorum. [[3] Si quis pecunia [c], vel gratia humana ſeu populari, vel militari tumultu, &c.] Sed hoc in eo tantum caſu intelligitur, quo Apoſtolica ſedes per violentiam occupatur: quo caſu iudex non inuenitur, cuius officio ille Apoſtaticus poſſit excludi. In aliis autem locum non habet, cum violenta poſſeſſio, niſi per iudicis ſententiam, violento detentori detrahi non poſſit. Si autem verus Dominus bello non continuato [d], ſed renouato vi illum de poſſeſſione eiecerit, iudicis auctoritate prædoni poſſeſſionem reſtituet. Si ergo epiſcopi à ſedibus, quas quoquomodo tenere videbantur, non per iudicem, ſed violenter eiecti fuerint, poſt eiectionem reſtituendi ſunt ante regularem ad ſynodum vocationem.

QVÆSTIO II.

I. p. DE induciis [e] autem poſt reſtitutionem præſtandis, & quo ſpacio temporis concedendæ ſint, ſcribit Ioannes Papa epiſtola prima ad Zachariam Archiepiſcopum dicens [4].

¶ Secundum tempus expoliationis conceduntur induciæ reſtitutionis. C. I.

[5] QVanto [f] tempore expoliati, vel expulſi eſſe videbuntur, antequam ad ſynodum conuocentur, ſub eodem ſpatio temporis eis induciæ indulgeantur.

Item Pelagius Papa ſecundus epiſcopis Italiæ.

¶ Dum poſſeſſiones, vel res epiſcopi detinentur, aliquid ſibi obiici non poteſt. C. II.

[6] CVm eccleſiæ alicuius epiſcopi, aut poſſeſſiones, vel dentur.

De induciis.] Hæc quæſt. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per octo auctoritates, quod induciæ poſt reſtitutionem ſunt dandæ ſpoliatis & reſtitutis, vt diu gaudeant commodo poſſeſſionis, antequam ſpoliatoribus reſpondeant: quæ tamen arbitrariæ ſunt. Secunda ibi, *Quod ſi* ma e. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. quia quæritur an dandæ ſint induciæ poſt reſtitutionem. & probat Grat. per ſeq. cap. quod ſic.

e ¶ *De induciis.*] [ᵃᵃ] quinque ſunt genera induciarum, reſtitutoriæ, præparatoriæ, citatoriæ, deliberatoriæ, & iudicatoriæ, ſiue executoriæ [c]. In cauſa criminali reſtitutoriæ nō erūt minores vj. menſibus, nec maiores anno, & habent locum poſt reſtitutionem, & ius in cauſa criminali. infra ca. eiectis. vel verius eſt, quòd ſint arbitrariæ, vt 7. e. ſi epiſcopus. Citatoriæ erūt vnius vel duorum vel trium menſium, vt 4. q. 5. c. 1. & 5. q. 3. c. 1. & habent locum poſt citationem & conteſtationem. illæ autem quæ habentur 5. q. 2. c. præſenti. ſunt paternales adiectiones, de quibus mentiuntur quidam, quòd ſint clericorum minorum vel laicorum. tamen arg. eſt pro eis 11. q. 7. ſi autem. Aliæ ſunt presbyterorum vel diaconorum, vt dicunt quidam. Præparatoriæ, erunt anni & dimidij, vel vnius anni, vel ſex menſium, vt infra ead. q. 3. de induciis. & hæ dātur ante lit. conteſt. & poſt. 5. q. 2. ſi primates. In ciuili autem cauſa ſunt induciæ deliberatoriæ xx. dierum, vt infra ea. q. 3. offeratur. Citatoriæ xxx. dierum. in auth. de liti. §. omnem. col. 9. & per trinum edictum vt 24. q. 3. de illicita. Iudicatoriæ quattuor menſium, quæ dantur iudicatis, vt extra de offi. iu. deleg. quærenti. In criminali vero non dantur deliberatoriæ [d], quia certus debet eſſe reus vtrū velit crimen confiteri, an negare, cum ſciat ſe eſſe reum, vel non. Item nec iudicatoriæ dantur. quia ibi pœna nō differtur niſi in caſibus, vt 11. q. 3. in apud.

Quanto tempore.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd tantum tempus dandum eſt expoliatis ante quàm ad ſynodum vocentur, quantō tempore fuerunt expoliati, vt ſub eodem tempore eis induciæ.

f ¶ *Quanto.*] id eſt, quaſi. id eſt, ſi longo tempore fuit ſpoliatus, longo tempore erit reſtitutus. ſic 90. diſt. ſi quis monachus. in fi.

Cum eccleſiæ.] CASVS. Dicitur hic quòd nihil poteſt obiici ſpoliato, niſi primo ei omnia fuerint reſtituta, quibus fuerat ſpoliat

ᵃᵃ Induciarum quinq; ſunt genera.

c Dicas q̃ hæ appellatiōes magiſtrales ſunt, q̃ non ſunt cōtemnendæ, ext. de deci. tua. idem not. ſecundum L.

3 ſupra diſt. 79. ſi quis pecunia.

4 Et Euſeb. epiſt. 2.

d Tu dic, q̃ opi. contraria eſt verior, vt per doct. in ca. de dil. & p Bal. & Sal. in auth. onera tūr. C. & lit. cōt. & Ale. de Im. in l. 1. ff. de edendo. poſt prin.

5 infra ea. c. prius. ipſa prorſus ver ba.

6 Anſel. l. 3. c. 63.

res ab æmulis eius, vel à quibuſcumque aliis non ſua ſponte [a] detinentur, aliquid illi non debet, aut poteſt à quoquam ante redintegrationem omnium rerum ſuarum obiici. Sed prius illi legibus redintegranda ſunt omnia, & poſtea tempore a patribus definito, ſunt negotia ventilanda.

Item Stephanus Papa quintus a Guardo Leodienſi.

a ¶ Quintus.] *Addita eſt hæc vox ex vetuſtis codicibus, & reſtituta vox.* Leodienſi: *cum antea legeretur*, Laodicenſi. *Nam manſi. de quibus in ſubiecto capite agitur, oſtendunt non ad Græcum epiſcopum ſed Germanum, vel Gallum hæc fuiſſe ſcripta.*

¶ Ante litem conteſtatam violenter ablata reſtituantur. C. III.

OPortet, vt primum vos tam de inuaſis ciuitatibus, & monaſteriis, & manſis, quàm de reliquis generaliter rebus redinueſtiri faciatis: quia nec nudi [b] contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere.

Item Euariſtus Papa epiſt. 2.

¶ Deiiciantur à clero, & infames fiant, qui loca expulſorum adulterina fœditate inuaſerunt. C. IIII.

AVdiuimus quoſdam à vobis infamatos [c], & dilaceratos epiſcopos, ac è ciuitatibus propriis pulſos (quia alibi [d] epiſcopi conſtitui non poſſunt, niſi in ciuitatibus non minimis) & alios in eis, ipſis viuentibus conſtitutos. Ideo hæc vobis ſcribimus, vt ſciatis hoc fieri non licere, ſed proprios reuocari, & integerrime reſtitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate ſponſas ſuas, (quas & vxores eorum præfixo tenore eſſe intelligimus) tenent, eiici vt adulteros, atque infames fieri, eoſque ab eccleſiaſticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduerſus eos aliquam querelam habueritis [e], his peractis inquirendum erit, & auctoritate huius ſanctæ ſedis terminandum.

Item Gaius [a] epiſtola 1. ad Felicem.

¶ Induciæ ſex menſium eiectis, vel expoliatis præſtentur. C. V.

EIectis, vel expoliatis, poſt integram reſtitutionem anniuerſariæ [f] induciæ, vel ſex menſium indulgendæ ſunt.

Item Euſebius Papa epiſt. 2. [3]

¶ Poſt reſtitutionem induciæ præſtandæ ſunt. C. VI.

[4] PRius ergo oportet omnia illis expoliatis legibus redintegrari, & eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum omni priuilegio ſibi † reſtitui: & poſtmodum non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum conuocentur.

Item Felix Papa II. in reſcripto ad epiſcopos Aegypti, cap. 8.

¶ De eodem. C. VII.

[5] TAmdiu in ſede propria pacifice, & poteſtatiue cuncta diſponens reſideat, quamdiu expulſus, vel expoliatus ſuis caruiſſe viſus eſt rebus.

Item Felix Papa primus epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Ante reſtitutionem aliquis ad cauſam vocari non debet. C. VIII.

[6] SI epiſcopus ſuis fuerit, aut eccleſiæ ſibi commiſſæ rebus expoliatus, aut (quod abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus) à ſede propria eiectus, aut in detentione [g] aliqua à ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus: tunc [a] canonice ante in priſtinum ſtatum reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quæ inſidiis inimicorum ſuorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. ¶ Non enim conuocari [h] poterit, vel præiudicari [i], niſi ipſe pro ſua neceſſitate (minime tamé iudicandus) aduenire ſponte [k] elegerit. Nullatenus ergo à quoquam reſpondere cogatur, antequam integerrime omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. [7] Præſul vero cum omni honore ſtatui priſtino reddatur: & ipſe diſpoſitis, ordina-

ſpoliatus, & niſi poſt reſtitutionem habuit tempus à patribus diffinitum. Caſus autem ſeq. c. facilis eſt, & per te videbis.

a ¶ Sponte.] arg. quòd ſpoliatus ſuo iuri poteſt renunciare. arg. contra extra de reſt. ſpol. ſollicite.

b ¶ Oportet.] ¶ Nudi.] [*] ecce ratio canonis quare ſpoliatus non tenetur reſpondere, & eſt forte ideo ſtatutum, quia cum eſt ſpoliatus, non poteſt ſufficere ad ſumptus iudiciales, nec inuenit homines adeo fauorabiles: & per hoc videtur quòd nec ſpoliatori nec alij teneatur reſpondere ſuper aliquo, quod ei obiicitur. argu. ſupra ea. cum eccleſiæ. & ſupra q. prox. c. 2. Item videtur quòd ſi modicum eſſet ei ablatum, quòd tunc quilibet & pro qualibet cauſa teneatur reſpondere, vt extra de reſt. ſpolia. frequens lib. 6.

A[udiuimus quoſdam.] CASVS. Quidam quoſdam epiſcopos infamauerunt, & a propriis ſedibus expulerunt, & eis expulſis alios loco eorum ſubſtituerunt expulſis viuentibus: quare Greg. Papa reprehendit eos grauiter, & mandat deiectoribus vt deiectos reſtituant. & ſubſtitutos deiiciant, quos præcipit infames fieri, & ab honoribus eccleſiæ arceri. Si autem iſti deiectores aliquam querelam contra eos habuerint, eis reſtitutis apud Romanam ſedem proponant. Caſus autem ſeq. ca. planus eſt.

c ¶ Infamatos.] de facto, vel ab inimicis alias enim non reſtituerentur ſi eſſent infames de iure vt 2. q. 5. presbyter ſi. B.

d ¶ Quia alibi.] ſupra 80. diſt. epiſcopi.

e ¶ Habueritis.] ſed quam poſſunt habere querelam? criminalem non poſſunt, cum ſint inimici extra de reſt. ſpoliat. item cum quis [a]. non ciuilem, quia ceciderunt a iure ſuo. 16. q. 6. placuit. forte loquitur de his qui ſuam iniuriam proſequuntur, vt 4. q. 6. omnibus.

f E[iectis.] ¶ Anniuerſariæ.] ad plus vel ſex menſium ad minus.

P[rius ergo.] CASVS. Hoc idem dicit cum ſuperiori c. cum eccleſiæ. Sequens vero cap. idem dicit cum illo c. quanto.

S[i epiſcopus.] CASVS. Aliquis epiſcopus erat ſpoliatus rebus ſuis, vel eccleſiæ, vel erat de eccleſia eiectus. Quæſitum fuit a Felice Papa, vtrum poſſit compelli venire ad ſynodum, & reſpondere obiectis ante reſtitutionem. Et reſpondetur, quòd non, niſi ſuo ſtatui & honori primo fuerit reſtitutus, nec vocari poterit niſi ſponte venerit pro ſuis negotiis: minime tamen iudicandus, cum propter hoc non venerit: poſt reſtitutionem vero gaudebit induciis, prout iudices viderint expedire.

g ¶ Detentione.] ſi detines me ne poſſim intrare poſſeſſionem, competit mihi interdictum vnde vi. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. mi. l. 1. §. ſi ue autem. & 92. diſt. ſi quis. & in conſtat. extra de reſt. ſpol. ſæpe.

h ¶ Conuocari.] Sed numquid veniet allegare priuilegium [b], vt ext. de app. cum parati. & c. ſi duobus? Reſp. non: cum conſtet eum eſſe ſpoliatum. ſic ff. de pec. eo tempore. [**] Scias ergo, quòd vbicumdans eſt citationem non tenere, reus non tenetur venire citatus ad allegandum ſuum priuilegium. Scias ergo, quòd quandoque citatio non valet, quia intra anguſta tempora fit, vt 5. q. 2. c. vltim. quandoque non valet: quia non exprimitur cauſa quare fiat citatio, vt 5. q. 2. c. vlt. quandoque non valet: quia nimis maturatur peremptorium vt ext. de dila. dilecti. quandoque non valet citatio ratione temporis, vt ſi fiat tempore feriato, vt 15. q. 4. c. 1. & 2. & ff. de fer. l. 1. quandoque non valet roe loci, vt ſi citatur extra prouinciam [c] vltra duas dietas, vt ext. de reſc. nonnulli. vel ſi citatur ad locum periculoſum vel inhoneſtum, vt ext. de ap. ex parte. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter. quandoque non tenet ratione iudicis, vt ſi euidens eſt ipſum non eſſe iudicem qui citat, vt extra de off. iu. deleg. ex litteris. & extr. de ap. ſi duobus. Item non valet ſi reſcriptum Apoſtolicum non inſeritur, vt extr. de dila. præterea. & extra de off. iud. deleg. cum in iure. Item ſi euidens eſt iudicem eſſe inimicum [d], vt 3 q. 5. quia. Item non valet ſi ille qui citatus eſt, ſpoliatus eſt, vt hic. Item non valet ſi ad querelam liberti citatur patronus. 4. q. 3. liberti. & generaliter vbicumque euidenti exceptione reus ſe tueri poteſt. ff. de iud. non videtur. Sed ſi dubium eſt, an citatio teneat, tunc tenetur venire ad allegandum ſuum priuilegium, vt extra de ap. ſi duobus. & c. cum parati. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Inuenio tamen, quòd citatio quandoque nulla eſt, & tamen niſi defendatur citatus, procedatur contra ipſum, vt ff. iudic. ſol. ſi reus. Item inuenio, quòd citatio eſt iniuſta ex perſona agentis, cum agens agit calumnioſe: & tamen niſi citatus venerit ad iudicium, punitur, vt extra de acc. veniens. & arg. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt, vi exim. l. pen. Ioan. Tutius tamen eſt, quòd citatus vadat allegaturus priuilegium ſuum, vel appellaturus, ſi eum grauauerit, niſi quando conſtat eum non eſſe ſuum iudicem. B.

i ¶ Vel præiudicari.] id eſt, præiudicium fieri.

k ¶ Sponte.] hic aſſignant quidam aliquem poſſe iuri ſuo renuntiare. 7. q. 1. quam periculoſum. & C. de epiſc. & cler. ſi quis in conſcribendo. Certe contrarium innuitur ex illo verbo, minime, nec hoc refertur niſi ad illud verbum, conuocari.

[*] Spoliatus reſpondere nõ tenetur.

5 Pol. l. 2. tit. 31. Bur. l. 2. c. 140. Iuo p. 5. c. 254. Anſ. l. 3. c. 46.

a Iſta decretalis nõ vt inhibere niſi aſſeſtõne, vt ibi no. Goff. q poſt reſtõnem hñ poteſt, vt in hoc c. audiuimus. & arg. ext. de ord. cog. c. vlt. Arch.

a In vulga. legebatur, Gelaſius.

b Vt 23. q. 8. conuenior. vbi de hoc. 11. q. 1. nullus epiſcopus.

[**] Citatio in multis caſibus ſi valet, nec adſtringit citatum.

3 Et Ioan. 1. epiſt. 1. 3. c. 4. c. quanto.

4 Iuo p. 4. c. 249. Anſ. l. 3. c. 44. Pann. l. 4. c. 50.

† al. ſua.

c De hoc nota. 1. q. 6. nemini. ext. de ap. ex parte tua. q gl. ibi poſita fuit Io. & Vin. & Tan.

5 Poly. ibid. Anſ. l. 3. c. 51. Pan. l. 4. c. 50.

6 Anſ. l. 3. c. 84. Iuo p. 5. c. 248. Pann. l. 4. c. 44.

d Nota tue ab ea ſe receci q dic, vt ie. & 110. 2. q. 6. quoties. epiſcopus. Arc.

7 Pann. l. 4. c. 48.

a ¶ *Diu.*] dicitur diu quod eſt vſque ad quattuor menſes. ſic 63.diſt. lectis.ſic hæc dictio, mox, amphatur 3.q.2 c.1.

b ¶ *Vel quinque vel ſex,*] arg. " inducias eſſe arbitrarias.extr. de app. cum ſit Romana. ff. de iud. nonnumquam. Sed arg.contra in auth.de nup. §.ſed hoc quidem.28.diſt.de his.in ſi.& infra ead.q.3.c.1.

" Induciæ ſunt arbitrariæ.

a Dic vt no. in pdi. c. cũ ſit.ext.& vt. del. ḡrenti. ext.de pcu. c. dilectus. Arch.

c ¶ *Ante conuocatus,*] q̄ poſsibilitas ei ſit.

d ¶ *Si iuſtè.*] i. ſi ſultum crimen ei obiicitur.

QVOD SI MALE. Hæc eſt 2. pars q. in qua probatur, q̄ dilapidator remouebitur ex ſola ſuſpicione. Sed hoc hodie correctum eſt per decr. extra de ſim. licet Hely. & de of. dele. venerabili. quia primo probari debet, & ea probata datur illi coadiutor vſque ad finem litis.Io.de Fan.

CASVS. Supra dictũ eſt generaliter expulſos eſſe reſtituendos, nec aliter cogi poſſunt reſpondere. Modo excipit Gratianus caſum, in quo non videtur reſtituendus ante cauſæ cognitionem, puta ſi ſuſpectus eſt de dilapidatione: exemplo tutorum & curatorum. & hoc probatur ſeq. cap.

QVia ea.] CASVS. Clerici quidam accuſabant Maximilianũ de dilapidatione: quare Pelagius commiſit cauſam Petro presbytero, cui præcipit, vt eum ab adminiſtratione rerum eccleſiæ remoueat, donec de cauſa cognoſcatur: quia ſi remaneret in adminiſtratione, non poſſet de facili veritas cognoſci, cum multa per pecuniam fiant.

e ¶ *Quia ea.*] ideo forte remouetur ſuſpectus ab adminiſtratione, quia forte timor eſt ne corrumpat iudices: & ideo ne creditores ei ſoluentes liberantur. ff. de ſol. quod ſi forte.

eiſque libere, ac ſecure diu [a] ſuis rebus, tunc regulariter intra quattuor, vel quinque, vel ſex [b], aut ſeptem menſes, iuxta quod poſſibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus [c] ad tempus in concilio legitimo, & canonico veniat ad cauſam: etſi ita iuſte [d] videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat.

a ¶ Tunc canonice.] *In originali ſic legitur.* tunc canonice (antequam in priſtino ſtatu reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quæ inſidiis inimicorum ſuorum ei ablata fuerunt, legibus redintegretur) nec conuocari, nec iudicari poterit, niſi ipſe, &c. *Nec multo ſecus habent Iuo, & Pannormia, niſi quòd loco*, antequam, *legunt ut Gratianus*, ante.

2 *Quòd ſi male viuendo facultates eccleſiæ diſperſit epiſcopus, ab eius patrimonio, quouſque de dilapidatione rerum eccleſiaſticarum cognoſcatur, ſubmouendus eſt. exemplo tutorum & curatorum, qui dum fuerint ſuſpecti, à tutela, vel cura remouentur, donec de ſuſpecto cognoſcatur.*

Vnde Pelagius Papa Petro presbytero.

¶ Ab adminiſtratione remoueantur, qui res eccleſiæ male viuendo diſpergunt. C. IX.

QVia ea [e], quæ de fraudibus Maximiliani [a] flebili ad aures noſtras ſupplicium relatione venerunt, non facile ſecundum veritatem agnoſci poterunt, niſi facultas eccleſiæ, quam in vſus ſuos male conuertendo diſperſit, ab eius poteſtate, donec cauſa [f] cognoſcatur, ſeponatur: idcirco nos eum & à ſupradictæ eccleſiæ patrimonio volumus interim ſubmoueri, & in veſtro, diſcuſſionis ipſius tempore moderamine detineri.

a ¶ Maximiliani.] *In vulgatis ſequebatur*, presbyteri, *quæ vox in ſuſta eſt, quia in nullo vetuſto codice Gratia. ex iis, qui collati ſunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de epiſcopo, non de presbytero accepit.*

f ¶ *Donec cauſa.*] crimine dilapidationis ſpeciale eſt, quòd ſequeſtratur poſſeſsio a poſſeſſore antequam ſit conuictus, contra id 16. q. 4. volumus. nam & poſt appellationem ſequeſtratur ab eo poſſeſsio. ff. de ap. Imperatores.& 2.q.6.quoties. 2. quam cito ergo aliquis accuſatur, ſtatim [b] ab eo remouenda eſt adminiſtratio, vt hic, & C. de ſuſpect.tu. l. eum. & ſine accuſatore poteſt remoueri, ſi iudici liqueat ex apertiſsimis argumentis eum ſuſpectum. ff. de ſuſp.tu. l.3.§. præterea. " Suſpectum autem dicimus illum qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus dici debeat, vt ff. de ſuſp.tu. ſuſpectum. Nec audiretur talis licet vellet ſatiſdare, quòd bene adminiſtraret, vt inſt. de ſuſp. tu. §. nouiſsime. Hodie tamen videtur, quod non eſt remouendus ab adminiſtratione, niſi probetur ſuſpicio, vt extr. de ſim. licet Hely. & de off. deleg. venerabili. dic vt ibi. " Item ad accuſationem quilibet admittitur, vt in auth. de non alien. aut permut. in ſi. C. de ſuſp.tu.l. eum. & l. pietatis. & abſens poteſt condemnari, vt C. de pœ. ne diu. nec enim aliquo debet gaudere priuilegio, qui ſuos contubernales afflixit, vt C. vbi de ratioc. agi opor. l. 2. tamen probabilius videtur, quòd ſoli illi admittantur quorum intereſt, vt 16. q. 7. filius. & 5.2.q. 7. quapropter. vel ſaltem ſoli clerici, vt 12.q. 2. non liceat. nam in popularib. actionib. non admittuntur infames, vt ff. de pop. ac. populari. Item nec ad accuſationem talium iudex ſtatim remouebit accuſatum ab adminiſtratione, ſed ſummatim cognoſcet an calumnioſe accuſetur, an non. arg. ff. de præto. ſtip. l. 1. §. vlt. & ſi qui ſciuerint ſuſpectum, & paſsi ſunt eum per aliquod tempus eſſe in adminiſtratione, non videtur, quòd tales poſsint dicere eum ſuſpectum, vt ff. de pri. cred. ſi creditores, & arg. extr. de his quæ ſi. a ma par. cap. ex ore. & arg. de acc. nulli. Credo verum ſi ſcientes & negligentes, ſed ſcientes & quærentes probationes, bene audirentur poſtea. 2. q. 7. plerumque. " Qui autem criminaliter conuictus eſt, remouetur ab ordine. ſi vero ciuiliter tantum, ab adminiſtratione, ext. de ſimon. per tuas. in ſi. & regulares prælati ex modicis cauſis remouentur ab adminiſtratione, vt in eadem decr. per tuas. in ſi. Item ſi ideo quis remouetur, quia doloſe adminiſtrauit, infamis eſt factus. ſed ſi propter negligentiam remoueretur, non ſit infamis [c], vt C. de ſuſp.tu.l. vlt. Hoc autem ſcias, quòd quandoque adminiſtrat quis temporalia, quandoque ſpiritualia: & ſecundum hoc remouetur ab illorum & illorum adminiſtratione. 12. q. 2. Vulteranæ. vnde licet quis ſit remotus ab adminiſtratione temporalium propter ſuſpicionem, adhuc tamen remanet prælatus quo ad obediendum ſibi, vt 8. q. 4. nonne. & 15. q. vlt. c. vlt.

b Immo ſpecie de d3 ſuſpicio, [a] qua prius ſummarie cõſtare d3. vt Panor. in c. veritatis [a] do. & contu.

" Suſpectus quis eſt.

" Suſpectus an poſsit ab omnibus accuſari.

" clerici de crie conuictus qualiter puniatur.

c Dicas, q̄ ſi iudex exprimit in ſententia q̄ propter fraudẽ eũ remouet, infamis eſt, ſed ſi propter ſegnitié, non. ff. de ſuſp.tu.l. 3. §. qui ob animi ſegnitiem. inſt. e. tit. §. ſuſpectus. Arc.

QVÆSTIO III.

1. QVòd vero [g] *poſt vocationem venienti ad iudicium, induciæ negandæ non ſint, Felix Papa ſecundus in epiſtola ad Fratres Aegypti c. 8. teſtatur dicens.*

¶ Venienti ad iudicium, induciæ non negentur. C. I.

CVm accuſatus ad iudicium venerit, ſi voluerit, & neceſſe fuerit [a], induciæ ei petenti à patribus conſtitutæ abſque impedimento concedantur, & iudices a ſe electi [h] ſibi tribuantur.

a ¶ Et neceſſe fuerit.] *Hæc addita ſunt ex epiſtola ipſa, Iuone, & Pannormia, habenturque infra ead. c. induciæ. 2.*

Item ex eadem epiſtola ad fratres Aegypti, cap. 20.

¶ Quot menſium induciæ epiſcopis præſtandæ ſint. C. II.

DE inductis † vero epiſcoporũ [i], ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas a patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda imperitorũ † machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones [k], & teſtes confirmandos [l], & conſilia epiſcoporum, atque amicorum [m] quærenda annum, & † ſex mandauerunt menſes [n] concedi: Quidam [o] au-

g ¶ *Quòd vero.*] Hæc q. diuiditur i tres partes, in quarum prima probat per tres auctoritates, quod induciæ ſunt dandæ poſt vocationem ad ſynodum. Secunda ibi, *Spatium vero.* Tertia ibi, *Offeratur.* Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 3. quæſt. in qua quæritur, an poſt vocationem facta reſtitutione ſint induciæ concedendæ. Et reſpondetur quod ſic, & hoc probatur per c. ſeq. & agitur de præparatoriis induciis tã in criminali cauſa, vt in ſequen. c. quàm in ciuili, vt in l. ſeq. in §. ſpatium.

g ¶ *Quòd vero.*] hæc q. loquitur de induciis præparatoriis.

CVm accuſatus.] CASVS. Quæſitum fuit a Felice Papa, an accuſato ſint præparatoriæ induciæ denegandæ, cum ad ſynodum venerit? Et reſpondetur quòd non, ſi ipſe eas poſtulauerit, & iudices quos elegerit, tribuantur ſibi.

h ¶ *A ſe electi.*] 5. cauſa prox. q. 6. a iudicib. contra. ſed iſtud forte obtinet in crimine [d], alias contra. ff. de iud. obſeruandum. Quid iuris ſit de hoc, quære. 11. q. 1. c. 3 & 4.

1 Iuo p. 6. c. 335. Pan. l. 4. c. 98. Anſ. l. 9. c. 55.

2 Anſ. l. 3. c. 118. & 119. Pol. l. 5. tit. 3. Burch. l. 1. c. 180. Iuo p. 4. c. 296.

† *al. ſtudiis.*
† antea legebatur, *imperitorum.*

† *aut ſex.*] Orig.

d Hæc eſt vera linia, ſecundum P. ad hoc 7. c. q. 8. accuſatores. vnde iſtud, forte non eſt notata dubitationis. Arc.

DE inducus.] CASVS. Duo epiſcopi Aegyptiorum quæſierunt a Felice Papa qualiter induciæ præparatoriæ, & quales eſſent epiſcopis concedendæ. & reſpondet quod quidã concedunt annum & dimidium, quidam tantum annum, alij vero ſex menſes. & ſi hæ conceduntur laicis, multo fortius ſunt ſacerdotibus concedendæ. Non enim ſub anguſto tempore ſunt eis induciæ concedendæ, ſed ſub longo, vt poſsint ſe præparare ad ſuos teſtes producendos, & ad quærenda amicorum conſilia, vt reſiſtere inſidiatoribus valeant.

i ¶ *Epiſcoporum.*] eadem ſunt presbyterorum, & diaconorum, & ſubdiaconorum. 15. q. 7. ſi autem.

k ¶ *Reſponſiones.*] id eſt, exceptiones quas probare tenentur. ff. de prob. & in exceptionibus.

l ¶ *Confirmandos.*] id eſt, comprobando eos honeſtos: quod forte poſt publicationem poteſt facere. non quod eos debeat inſtruere quid dicant: quia hoc eſſet ſubornare. vel poteſt confirmare illorum teſtimonium qui ſunt probati criminoſi, adducendo alias præſumptiones pro dictis illorum: quia & ſi debilitentur dicta talium, non tamen ex toto euacuant, vt extra de prob. licet. & extra de ſim. per tuas. & c. licet Hely. in ſi.

m ¶ *Atque amicorum.*] non facile tamen inuenitur, quòd ob hoc ſit danda dilatio. argum. ad id ff. de vſu. ſciendum. ſic in aduocato. ff. ex quib. cau. maio. ait prætor. in ſi. & l. ab hoſtibus. in ſi. extr. vt lit. non conteſt. c. 1. " alias prætextu abſentiæ aduocati non poteſt quis petere inducias. extra de do. & contum. prout.

" Induciæ ſi dantur ob aduocati abſentiam.

n ¶ *Annum & ſex menſes.*] contra in auth. vt cler. apud prop. epiſc. §. ſi tamen. coll. 6.

o ¶ *Quidam autem annum, in quo plurimi.*] ergo illud eſt potius tenendum vt 16. diſt. Iſidorus. 19. diſt. in canonicis. Sed obiicitur: reo dantur trinæ induciæ. ff. de fer. l. vltim. ergo cauſa prorogatur vltra triennium, quod eſſe non debet, vt C. de iud. properandum. Sol. hic primo dabit annum, ſed poſtea minus dabitur: vel hodie ſunt arbi-

trarii. ſupra ead. quæſt. 2. ſi epiſcopus.
a ¶ *Sex.*] in auth. de ſanct. epiſ. §. 3. coll. 9.
b ¶ *Communicatores.*] id eſt, epiſcopos [a].

a ſc. cóprouinciales, q̃ oés cóter cauſæ inter eſſe debent ʒ. c. q. 6. ſi q̃s epiſcoporum.

INducię.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd magnæ induciæ dandæ ſunt ne inordinate aliquid fiat: quia multa fiunt per obreptionem.

c ¶ *Induciæ.*] ergo tam actori quàm reo dandæ ſunt induciæ. 15. q. 7. ſi autem. ff. de ſer. l. vlti. niſi in caſu, vt infra ead. §. iudicantes.

d ¶ *Per ſubreptionem.*] ſic 98. diſt. tranſmarinos.

1 Pan. l. 4. c. 101.

INducię.] SPATIVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtion. Io. de Fant. & hic tractat de induciis præparatoriis in cauſa ciuili, & etiam in criminali, quæ pares videntur. B.

CASVS. Hic tractat de induciis præparatoriis in cauſa ciuili, & etiam in criminali, quæ pares videntur ſecundum leges.

e ¶ *Inuenitur.*] in l. 1.

HAC RATIONE. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore ſub quanto ſpatio induciæ præparatoriæ deberent dari. Et reſpondet dicens, quòd ſi inſtrumenta vel teſtes petuntur in ea prouincia vbi lis eſt, dantur tres menſes. ſi ex conuicinis prouinciis, ſex menſes. ſi ex tranſmarina, dantur nouem menſes: nec has inducias putant iudices ſemper pro ſuo arbitrio tribuendas: ſed tunc demum cum neceſsitas exegerit: nec facile amplius quàm ſemel, ne cauſa protrahendæ litis dilatio tribuatur.

2 Burc. l. 16. c. 30. Iuo p. 6. c. 317. Pan. l. 4. c. 103. Anſ. l. 3. c. 56.

3 Anſ. l. 3. c. 76. Iuo p. 5. c. 287. Pan. l. 4. c. 101. Leg. 1. §. q̃d hac ratióe.

† al. epiſcopus.

tem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quàm ſex [a] menſes, non reperi: quia & laicis hæc indulta ſunt, quanto magis Domini ſacerdotibus? *& infra.* ¶ [1] Induciæ namque non ſub anguſto tempore, ſed ſub longo ſpatio concedendæ ſunt, vt accuſati ſe præparare, & vniuerſos communicatores [b] in prouinciis poſitos conuenire, & teſtes præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant.

Item Eleutherius Papa in epiſtola ad Galliæ prouincias.

¶ De induciis præſtandis.
C. III.

j [2] INduciæ [c] non modicæ ad inquirendum dandæ ſunt, ne aliquid præpropere agi à quacumque parte videatur: quia per ſubreptionem [d] multa proueniunt.

Item Damaſus Papa, epiſt. 3. ad Stephanum Archiepiſcopum.

¶ De eodem. PALEA.
C. IIII.

ij [3] INduciæ accuſatis in criminalibus cauſis † ſex menſium, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit, concedendæ ſunt.

2 *Spatium vero dilationum, ſicut in 3. lib. Codicis, tit. 11. de dilationibus inuenitur* [e], *hac*

f ¶ *Vt ſi ex ea.*] hoc non eſt principium legis: quia lex incipit, quoniam plerumque.
g ¶ *Perſona.*] id eſt, teſtis vel aduocatus.
h ¶ *Ex continentibus.*] id eſt, quæ modico freto diſtant, vt ff. de verb. ſign. notionem. §. 1.
i ¶ *Exegerit.*] vſque in finem litis.
k ¶ *Amplius.*] [α] in cauſis pecuniariis non datur amplius dilatio quam ſemel, niſi inopinatum quid emergat: ſed in criminalibus dantur actori duæ [b], reo tres, vt ff. de feri. l. vlt. ſed in crimine adulterij nulla datur dilatio. ff. de adult. in crimine. licet ſit arg. contra 33. q. 2. ſitte de coniugij fœdere.
l ¶ *Quàm ſemel.*] hic habes quòd tantum ſemel danda eſt dilatio. & ſic eſt contra. extra de teſt. in cauſis. & c. ſignificauerunt. C. de iud. auct. iubemus. [c] vbi habes quod ad teſtes inducendos tres dilationes ſunt concedendæ. Sol. licet plures productiones non poſsint dari, tamen ſub vna dilatione poſſunt mille fieri [c] productiones. Alij intelligunt q̃ de iure tres poſſunt dari dilationes ad teſtes producendos: & dicunt hanc legem loqui de dilationibus, quæ indulgentur a iudice: ſed auth. & decr. de dilationibus quæ conceduntur a iure communi. H. Dominus meus notauit ſuper legem illam de feriis, quòd in pecuniariis cauſis vna dilatio danda eſt tantum: ſed ſi impedimentum interueniat, datur alia cum cauſæ cognitione. & ita propter multa impedimenta multæ induciæ dantur. & auth. de teſtib. §. quia vero. collat. 7. non eſt contraria: quia vna dilatione multæ poſſunt fieri productiones. Vel ſi dicas introductionem id eſt, dilationem, dic quod vltra primam non habebit ſine cauſæ cognitione ſecundam vel tertiam. Multi tamen dicunt, q̃ auth. corrigit l. vlt. de fer. 1o. ſed certe quod dicit H. non ſeruatur de facto: quia plures dilationes dantur: & plures quam tres productiones fiunt. B.
m ¶ *Trahendi.*] id eſt, differendi.

EI AVTEM. CASVS. Aliquis impetrauit litteras ab Imperatore ad iudicem extraordinarium: poſtea petebat inducias. Quæſitum fuit ab Imperatore an debeant ei dari? Et reſpondet quod non. Ei vero qui ad iudicium vocatur, dandæ ſunt ad probanda mendacia precum, & ad proferendos teſtes & inſtrumenta: quibus inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad iudicem trahitur alienum.
n ¶ *Ei autem.*] hoc eſt C. de dilat. ſi quando.

α Dilões in cauſis dandæ.
b Hoc ideo quia nõ eſt ſic ꝓcedendum tribus ſicut in ciui lib. arg. ff. de quæſt. l. 1. §. diuus. C. de req. re. l. 2.
c teſtes mul ti ſub vna dilatióe pñt produci.
c Tãgit ſententiam illorum, qui dñt, quod i qualibet iſtarũ dilóuum poſsũt produci teſtes, quos quis voluerit, refrænata tñ multitudine. Arc.

o ¶ *Denegandą.*] niſi forte caſus inopinatus emergat. ff. de iu. interdum. & de fer. oratione.
o ¶ *Denegandą.*] [α] hic habes, quòd ſi petit actor inducias ad inducendos teſtes, quòd non dabuntur ei: quidam hoc volunt intelligere de induciis deliberatoriis, ſed littera eis contradicit: quia loquitur de præparatoriis.

α Actori denegãtur induciæ

ratione moderandum eſt. vt ſi ex ea [f] *prouincia, vbi lis agitur, vel perſona* [g]*, vel inſtrumenta poſcentur, non amplius quàm tres menſes indulgeantur. Si vero ex continentibus* [h] *prouinciis, ſex menſes cuſtodiri iuſtitiæ eſt. In tranſmarina autem dilatione nouem menſes computari oportebit. Iudicantes a autem hac ratione non ſibi conceſſum intelligant dandæ dilationis arbitrium: ſed eandem dilationem (ſi rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſiderata inſtructionis exegerit* [i]*) non facile amplius* [k] *quàm ſemel* [l]*. nec vlla trahendi* [m] *arte ſciant eſſe tribuendam.* ¶ [4] *Ei autem* [n] *dilatio penitus eſt deneganda* [o]*, qui reſcriptum ad extraordinarium iudicem deportauerit* † [p]*. Illi autem qui in iudicium vocatur, danda eſt ad probanda* † *precum mendacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur.* ¶ [5] *Cum vero ad appellationem, conſultationemve à principe reſcriptum fuerit: ſiue ſit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non ſit, ſiue nec petita quidem, eam dari cuiquam non licebit* [q] *eadem ratione, qua ne in iudiciis* [r] *quidem cognitionum imperialium dilatio tribui ſolet.* ¶ [6] *A iudice* [s] *procedente dilationem non conuenit poſtulari, etiam ſi vtraque parte præſente tribuatur* [t]*, cum non aliàs, niſi cauſa cognita, indulgeri queat: & cognitio cauſæ* [u] *non interpellatione planaria, ſed conſiderante* † [x] *magis iudice legitime colligatur, vt ſi forte dilationis petitione fuerit improbata. ſuſcepta quæſtio per ſententiam iudicis dirimatur*] *Conſtitutione* [y] *ſeptima in collatione ſeptima.* ¶ [[7] *Libellum* [z] *vero non aliàs actor dirigat, niſi prius & in ipſum, quem dicit obno-*

In hoc autem oneratur actor, qui petit reſcriptum ad extraordinarium iudicem. Item & in alio oneratur, vt infra ead. quod fieri. tamen ſi reus excipiat, & actor replicet, bene dicerem tunc actori dandas inducias: quia in tali replicatione non potuit eſſe inſtructus. Item tertium ſpeciale hic eſt in eo, qui impetrat reſcriptum ad extraordinarium iudicem, q̃ ſi ille iudex nollet procedere, tum ordinarius vtitur ſua iuriſdictione, vt extra de of. ord. ſignificauit. Sed illud in ſpeciali caſu propter periculum animæ. vnde contrariũ tenet in aliis.
p ¶ *Deportauerit.*] Hic adiunge illam conſtitutionem quod fieri non debet.

4 Ibid. lege 5. ſed mutata eſt verborum ſeries.
† *al. deportauerit.*
† *improbanda*] Orig.
5 Lege 5. mutatis quibuſdam vocibus.

CVM VERO. CASVS. Quidquid Beneuentanus dicat, ego Bart. Brix. ſic credo caſum eſſe ponendum: & ſic intellexi per Hugo. dominum meum. Cauſa appellationis commiſſa fuit iudici, qui plene de cauſa cognouit, renuntiatum fuit in cauſa. Cum autem iudex de ſententia ferenda dubitaret, conſuluit Imperatorẽ ſuper hoc. Imperator reſcribit qualiter eſſet ſententia differenda. Quærebatur vtrum induciæ ſint dandæ iterum. Et reſpondetur quòd non: ſiue in primo iudicio datæ ſunt dilationes, ſiue non: quia & ſi princeps vellet ferre ſententiam, nulla daretur dilatio. Et ſecundum hoc dic ad conſultationem, ſcilicet appellationis. Idem etiam credo eſſe & ſi in principali cauſa eodem modo eſſet relatio facta.

6 Lege 4.
† *al. conſidente.*
7 C. de litis cont. auth. libellum.

q ¶ *Non licebit.*] actori, ſed reo, vt ſupra l. prox.
r ¶ *In iudiciis.*] id eſt, ſententiis. & hoc intellige cum primo plene fuit cognitum de cauſa coram Imperatore, & non reſtabat niſi ferre ſententiam. alias iniquitatem continet lex iſta. nam iudex appellationis bene tenetur dare inducias.

A IVDICE. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd induciæ peti non debent a iudice procedente, etiam ſi vtraque parte præſente tribui petantur: cum dari debeant induciæ a iudice ſedente pro tribunali, & etiam cum cauſæ cognitione, vt ſi dilationis petitio fuerit improbata, per ſententiam iudicis dirimatur.

s ¶ *A iudice procedente.*] in via.
t ¶ *Tribuatur.*] id eſt, tribui petatur.
v ¶ *Cauſæ.*] id eſt. dandæ dilationis.
x ¶ *Conſiderante.*] Argu. quòd ea quæ cauſæ cognitionem requirunt, debent iudice ſedente pro tribunali fieri, vt 2. q. 3. præuaricator. & q. 6 biduum.
y ¶ *Conſtitutione.*] hæc eſt C. de lit. conteſt.

LIBELLVM. CASVS Hæc auth. locũ habet ante litem conteſtatam. Dicitur hic, quòd actor non debet per iudicem porrigere libellum reo, niſi prius ipſi reo præſtiterit cautionem, vel eius procuratori, vel ipſi apparitori, quod litem conteſtabitur intra duos menſes: & ſi hoc non fecerit, omne damnum ei contingens ex hoc ei reſtituet.

h ¶ *Abſente.*] ¶ Quia abſente] quia merita cauſarum, &c. & Cod. An per vim vel alio modo. l. vlt. nec etiam in cauſa reſtitutionis auditur quis volẽs de iure ſuo docere in abſentia alterius partis, vt ext de off. deleg. conſultationibus.

ADDITIO. Extra de in integrum reſtitutione. cum ex litteris. Archidiaconus.

1 Anſ. l. 2. ca. 38. Iuo p. 5. c. 245.

2 5. q. 4. duo decim iudices. Anſ. l. 5. c. 45.

† al. vocatur.

" Clericus an poſſit reconueniri coram iudice ſeculari.

3 infrà ea q. 9 abſens. Anſel. l. 3. ca. 62.

" reconuentio ceſſat in certis caſib[9].

a Quia non ſolue eris, ſed purgatio nõ ceſſant eſſe accuſatus ff. de pub. iu. 13 qui. & infrà ea. q. 11. neganda a.

" Cauſa reconuentiõis eſt eadẽ cũ principali.

b Vnde ſi in dea pnorlatet ſuper eã cõuentionis, & deberet paſtiare in cã recouentiõis grauaret, & poſſ. t appellare. ff. quæ. ſent ſi. ap. l. 1. & vlt. ſecũdũ Gof. ſed ſola reprobatur, vnde Vinc. prout ſupra not extra de mut. pe. c. 1

" Abſens in criiali ſit in bõis puniri.

4 15. q. 7. Felix. in conc. Triburien. c. 10. Anſ. l. 3. c. 146. Bur. l. 1. ca. 149. Iuo. p. 5. c. 261.

† al. optamur.

e Sed ibi de lit conteſt. nihil dicitur. ſi ita intelligitur per doct. Bar.

5 Concord. textus l. ab ſentem. C. de accu. & l. ne diu. C. de pœ. 6 Anſel. l. 3. c. 21 & 97.

" abſens an poſſit condemnari.

d Adde ad hãc q. no. in l. ſeruum. §. publice. ff. de proc. & l. 2. C. de req. re.

e Et ſic dẽt intelligi extra de do & cont. veſita. ts. ſecundu L. vbi plene de hoc. Arc.

" Teſtes lite non conteſt. põt quando que recipi.

C[aueant.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eleutherio, an iudices poſſint ſententiare contra abſenté non ex contumacia. Et reſpõdet quòd non: & ſi tulerit, irrita erit ſententia ipſo iure: vel per ſententiam irritabitur, & iudices pœnam ſuſtinebunt: & eius qui ſemel calumniatus eſt, accuſatio non audietur.

a ¶ Caueant.] arg.[11] eſt hic pro opinione illorum qui dicunt, quòd ſententia nulla eſt cum peremptorio non venit ad notitiam abſentis. C. quo. & quando. l ea quæ & ff. quæ ſen. ſine ap.reſc.l.3. §. cum ex edicto. ſed ibi non peruenit: quia nec propoſitum fuit. vnde ſecũdum plerosque bene tenet ſententia, licet peremptorium nõ venerit ad notitiam rei: ſed hic expones irrita, i. irritanda. Vnde ſatis videtur ſufficere ſi abſens ſufficienter ſit requiſitus, ad hoc vt poſſit ferri ſententia, licet non ſit inuentus, vt extra de do. & cont. cauſam. extr. de cle. non reſid. ex tuæ. arg ad hoc.7.q.1. præſentium. C. de iud. properandum. §. & ſi quidẽ ff. de cuſt. ſi ideo. & l. ſi dictum. §. ſi præſente. & ff locat. item quæritur. §. exercitu. Arg. contra extr. vt lit. non conte. quoniam. §. ſi vero[a]. nam ibi dicitur, quòd etiam in cauſa matrimonij non eſt procedendum contra abſentem, licet non inueniatur: quia poteſt eſſe quòd habeat iuſtam cauſam abſentiæ. nec enim videtur contumax qui vocem præconis non audiuit. ff. de in inte. reſt. l. pe. & vlt. Hoc tamen certum eſt, quòd ſiue peruenerit ad eum citatio, ſiue non; ſi probauerit iuſtam cauſam abſentiæ, retractabitur id quod factũ eſt, vt extr. de ſent. & re iud. cũ in Bertholdus. Io. Hoc teneas quòd ſufficit ſi citetur aduerſarius publice ad domum vbi conſueuit morari vt extr. de do. & cont. c. vlt. & cap. vlt. & ſi non venerit lit. non conteſtata fiat miſſio in poſſeſſionem, vel excõmunicabitur, vt extr. vt lit. nõ conteſt. tuæ. lite vero conteſt.[b] ad ſententiam proceditur, vt C. de iud. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autem. & ſi poſtea veniant aſſignando iuſtam cauſam abſentiæ, retractabitur quod factum eſt, vt extra de ſen. & re iud. cum Bertholdus. B.

b ¶ Ca[uſam].] pœnam.

c ¶ Dabunt.] id eſt, ſuſtinebunt.

A[bſente.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eleutherio an abſens poſſit accuſari: & an abſens poſſit per epiſtolam accuſari. Et reſpondet quòd non, ſed reo præſente & voce propria, & in ſcriptis, niſi in caſibus exceptis.

¶ Sententia lata contra eum ad quẽ citatio non peruenit, an valeat.

1 in reſcripto Iu.13 ca. 24. in conc. Carth.4 c 30 in ca. Hadri. c 33. In cap. 19 c.119.

2 Burc.l.16. c.14. Anſ l.3. c.27. Ivo p. 6.c.319.

3 Concord. text. in l. ea, quæ & ibi glo cum concord. C. quomodo & quando iu.

4 12.q.8.c 8. Anſ l.3.c.51. Bur.l.16.c.178 Iuo part. 5. c 289.

† al. quicunque accuſatori.

a Vbi de hoc ext. de excef. præl. ex liſt. & videas quod ibi no.In ad huius declarationem. Arc.

5 Anſel l.3. c.62.

6 Anſ.l.3. c.39. Iuo p.6. c 347.

b Hoc intellige vt not. extr. de dol. pront. & de ap. ſæpe. & c. per tuas & not. Gof. in ſum. de iud. §. idem & poſt. vers. ſe n. Arc.

7 Anſ. & Iuo ibid.

Item Eleutherius Papa in epiſtola ad epiſcopos Galliæ[1].

¶ Abſente aduerſario ſententiam ferre non licet. C. II.

C[2]Aueant[a] iudices eccleſiæ, ne abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant: quia irrita erit[3]: immo etiam & cauſam[b] in ſynodo pro facto dabunt[c]. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur.

Item Calixtus Papa, epiſtola 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Reo abſente accuſator non auditur. C. III.

A[4]Bſente eo, quem accuſare voluerit quiſpiam†, accuſatori non credatur: quia ſine ſcripto difficile[d], per ſcriptam autem numquam, recipiatur: quia per ſcripturam nullus accuſare, vel accuſari poteſt: ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem.

Item Cornelius Papa ad Rufum, epiſtola 2.c.2.

¶ Quæ abſentes geruntur, omnino euacuentur. C. IIII.

O[5]Mnia, quæ aduerſus abſentes in omni negotio aut loco aguntur[f], aut iudicantur, omnino euacuentur: quoniam abſentem nullus addicit[g], nec ylla lex damnat.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epiſtola 2.

¶ Non iudicetur, qui præſentialiter non accuſatur, vel conuincitur. C. V.

NOn oportet quemquam iudicari, vel damnari: priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locumque[h] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damaſus ad Stephanum archiepiſcopum, epiſt. 5 [?].

¶ De eodem. C. VI.

H[6]Abetur quoque in decretis ſanctorum patrum ſancitum, non fore canonicum quemquam ſacerdotum iudicare, vel damnare: antequam accuſatores canonice examinatos[i] præſentes habeat, locumque defendendi accipiat, id eſt inducias[k] eccleſiaſticas ad abluẽda crimina.

[Idem Damaſus ibidem continenter.]

PALEA. C. VII.

N[7]Ec extra propriam[a] fiat prouinciam primo † diſcuſſionis accuſatio, ſine Apoſtolica præceptione: cui in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialiter pariter ſtatuta concinunt Criminum, inquiunt, diſcuſſio ibi agenda eſt, vbi crimen admiſſum eſt.[8] Nã alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur [Quæcumque negotia in ſuis locis, vbi orta ſunt, finienda ſunt] & reliqua talia, & his ſimilia: ſalua tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate, vt nihil in his definiatur, priuſquam ei placere cognoſcatur, qua omnes ſuffultos eſſe oportet.

a ¶ Propriam.] Sic eſt emendatum ex epiſtola ipſa Anſelmo & Iuon. Antea legebatur, Nec extra patriam fiat prouincia. Addita autem & notata ſunt ex epiſtola.

Idem ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 6.

¶ De eodem. C. VIII.

Q[9]Vi accuſare alium elegerit, præſens per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa[l]. Neque vllus vmquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item ex concilio Toletano ſexto, cap. vndecimo.[10]

¶ De eodem. C. IX.

[11]DIgnum eſt, vt innocentis[m] vita nulla maculetur pernicie accuſatorum: ideo ſi quis † a quolibet criminatur, non ante accuſatus ſupplicio detur †, quam accuſator præſentetur, atque legum, & canonum ſententia exquiratur. Quòd ſi indigna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationem non iudicetur, niſi[a] vbi pro capite regiæ maieſtatis cauſa verſatur.

a ¶ Niſi.] Hæc ſunt addita ex originali.

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epiſtola ſecunda.

¶ Sententia feriatur, qui cauſæ ſuæ neglegit adeſſe. C. X.

[12]DEcernimus †[n] veſtram † debere intra prouinciam eſſe iudicium, & congregari ſynodum ante diem Calendarum Nouembrium: vt ſi adeſſe volue-

d ¶ Difficile.] i. non, vt 2.q.6. biduum. vel difficile, i. vix: quia in caſibus ſit accuſatio ſine inſcriptionis vinculo, vt not. 2.q.8. in princ.

O[mnia.] CASVS. Quæſitum fuit verum teſtes recepti contra abſentem, vel ſententia lata contra abſentem valeat? Et reſpondet quòd non, quia nulla lex damnat abſentem.

e ¶ Abſentes.] non per contumaciam, & in caſibus exceptis in ſum. Ioan.

f ¶ Aguntur.] Nota etiam quòd geſta quæ fiunt abſente altero, nõ valent, vt [in] ead. chartæ. & [in] ca. caueant.

g ¶ Addicit.] i. punit.

N[on oportet.] CASVS. Dicitur hic quòd nullus debet damnari niſi legitimi appareat accuſatores, & præſentes: & tunc locus defendendi accuſato præbeatur, i. induciæ dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in ſeq. c.

h ¶ Locumque.] i. inducias, vt [in] ſ prox.

i H[abetur.] ¶ Examinatos.] Hoc cum ſint ignoti vel ſuſpecti, vt 2.quæſt.7. quęrendum.

k ¶ Inducias.] arg. ſententiam non valere niſi præceſſerint legitimæ induciæ. extra de dilat. dilecti. & 5.q. 2. vocatio.

Q[ui accuſare.] CASVS. Dicitur hic quòd qui vult alium accuſare, debet præſens hoc facere, & non per procuratorem, vt reo reſeruetur copia defendendi.

l ¶ Præmiſſa.] Inſcriptio enim ſemper præcedit accuſationem[e], vt extra de accu. qualiter 2.

D[ignum.] CASVS. Dicitur hic quòd non debet aliqs accuſari niſi præſens fuerit accuſator: quia examinari dẽt, ſi eſt idoneus ad accuſandum.

m ¶ Innocentis.] Sanctius eſt enim nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, vt ff de pœ. abſentem.

D[ecernimus.] CASVS. Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcopus fuit de multis criminibus accuſatus. poſt lit. conteſtat. multoties citatus non venit, ita quòd cauſa non poterat terminari. præcipit ergo Papa epiſcopis Galliæ, vt ante calendas Nouembris ſynodo congregata illũ citent: & ſi venire noluerit, ferant ſnĩam in illũ tanquam in contumacem: nec curent ſi omnia delicta non comprobentur cũ per ſuam contumaciam videatur de omnibus cõfiteri. Quidam tamen dicunt quòd iſte fuerat infamatus & procedebatur contra eum in modum inquiſitionis. Seq. c. planum eſt.

n ¶ Decernimus.] quidam ponunt caſum ſic, quòd epiſcopus iſte fuit infamatus, &

8 C. de eri. ag op. l. 1. & cod Theod. l.9. titu.1. in expoſitione legis. 10.

9 Anſ.l.3.ca. 51. Iuo p.6. c.348.

e de hoc no. 2.q.8. i ſum.

10 Et IV nor maciẽſ.c.42.

11 Burc.l.16, cap.5.

† al. quiſquis

† al. dedicetur] al. depetetur.

12 Anſ.l.3.c. 38. Bur l.1.c. 161 Iuo p.5. c 271 & p.6. c.338.

† al. decreuimus.

† al. noſtrum

matus, & Papa committit iſtis vt in modum inquiſitionis procedant, & ſi non venerit vt ſe purget, vel ſi defecerit in purgatione, videtur confiteri de crimine. vnde poteſt condemnari, vt ext. de ſi. de hoc. & c. inſinuatum. Vel intelliges quòd hic fuit lis conteſt. ſicut in ſumma intellexi hoc cap. vel non loquitur de diffinitiua ſententia, ſed de interlocutoria, vel excommunicatione[a], vel miſſione in poſſeſsionem. Videtur tamen quod etiam li. non conteſt. ferri poſsit diffinitiua ſententia, ſed non de crimine, ſed depoſitionis pro contumacia, vt videtur colligi extra de do. & contu. veritatis. Ioan.

a Pro iſto intellectu fa. q. no. ſuprà. qu. pro c. 1. i gl. ſed pro contumacia. ſed hunc intellectum nullũ puto. Arc.

a ¶ *Venerit.*] Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcopus.

Antea legebatur] profeſſio ex procurata]

b ¶ *Sententiæ.*] ferendæ. contra ff. de pœn. abſentem. illud ſecundum leges.

c ¶ *Manifeſtum eſt.*] præſumptiue, vt ff. de re iu. contumacia. §. 1. ſic 34. q. 2. de illicita. in fi. Sed vĩ q. ſemper liqueat de cauſa, quia aut probat auctor qđ aſſerebat & tunc condemnandus eſt reus. aut no probat, & tunc eſt abſoluendus reus, vt 6. qu. vlt. auctor. Reſpond. iſtud obtinet cum vterque eſt præſens & præterea quòd reus abſoluitur, non procedit ex eo q. de cauſa liqueat, [c] ſed quia partium iura ſunt obſcura, & in dubio fertur ſententia pro reo, vt inſt. de interd. §. commodum. extra de fi. inſtr. inter. in fin. nam quandoque actor probat intentionem ſuam, & tamen iudici non liquet de cauſa. ff. de re iud. l. Pomponius.

1 & in c. Hadria. c. 4.

2 Pol. l. 5. ti. 1. Anſ. l. 3. ca. 7. Iuo par. 5. c. 248. & p. 6. c. 33. Pan. l. 4. c. 54.

3 Concord. tex. in l. abſentem. ff. de pœ. & l. ſeruum. §. publice. ff. de procur.

† al. Senonẽſi

4 Sententia habetur i epiſtol. Nic. ad epiſcopos qui in Conciunum cõuenerant, nũ impreſſa.

c Sententia in dubio fertur pro reo.

rit[a], præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpondeat: ſi vero adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ[b] de abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt[c], confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi[d] ſe occaſione non vtitur. Nihil enim intereſt; vtrum in præſenti examine non[a] omnia[e], quæ dicta ſunt, comprobentur: cum ipſa quoque pro confeſſione procurata toties conſtet abſentia.

a ¶ Non omnia.] *In originali. & apud ceteros collectores, & in uno peruetuſto Gratiani codice eſt* omnia: *ſed quia idem ſenſus elicitur, & adeſt gloſſa non eſt mutatum.*

Item Felix Papa ad epiſcopos Galliæ epiſtola ſecunda[1].

¶ Abſentes nec accuſari, nec iudicari poſſunt. C. XI.

[2] ABſente aduerſario nõ audiatur accuſator, nec ſententia, abſente alia parte, à iudice dicta vllam obtineat firmitatem[3].

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiſcopo Sẽnenſi †.

¶ Altera parte abſente, diffinitiua non feratur ſententia. C. XII.

[4] REuera iuſtus mediator non eſt, qui vno litigante, & altero abſente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmiſſis, volumus & Apoſtolica auctoritate monemus[f], vt ſi presbyter, de quo agitur, poſt excommunicationem[g] ſuam, Apoſtolicam ſedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præſumat.

Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Siciliæ, epiſtola 1.

¶ In Abſentem non eſt ferenda ſententia. C. XIII.

d ¶ *Purgandi.*] id eſt, oſtendendi innocentiam ſuam, vel cauſam abſentiæ.

e ¶ *Non omnia.*] dum tamen illa quæ probata ſunt, ſufficiant ad condemnationem, & omnia ſimul obiiciantur, vt 23. diſt. illud. Arg. j. ea. q. 10. placuit.

R*Euera.*] CASVS. Quidam conqueſtus fuit de quodam presbytero abſente forte ex iuſta cauſa coram Gallione archiepiſcopo. qui teſtibus receptis ſententiam contra eum abſentem tulit. & quia ſententiæ parere nolebat, dictus archiepiſcopus excommunicauit eum, quare ſacerdos ille appellauit ad ſed. Apoſt. ſed impediebatur appellationem proſequi, vnde Papa ipſum archiepiſcopum reprehẽdit, & præcipit ei. quòd ſi poſt excommunicationem ſuam appellationem voluerit proſequi nullus eius iter impediat.

f ¶ *Monemus.*] id eſt, mandamus. 2. q. 1. notum ſit. 28. q. 1. ſic enim. & no. j. 2. q. 7. ſicut inquit.

g ¶ *Poſt excommunicationem.*] nota, quòd excommunicatus appellat. arg. extra de ſent. exc. per tuas.

h A*Bſens.*] ¶ *Niſi fuerit.*] Hæc verba ponuntur in auth. vt omnes obe. iu. §. ſi vero. coll. 5.

i ¶ *Contumacia.*] ſic extra de teſtib. in nomine domini.

I*Ndicas.*] CASVS. Hermannus epiſcopus fuit furioſus, q. conſtabat apoſtolico, qui poſtea homicidium vel aliud ſcelus commiſit, de quo cum ſæpe coram Gallione archiepiſcopo accuſatus fuiſſet, appellauit ad Papam Archiepiſcopus autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognoſceret, & ipſum condemnaret. Nicolaus vero dicit, quòd non poteſt facere tribus rationibus, ſcilicet quia Hermãnus erat abſens, & quia non dixerat ei qui fuerunt illi exceſſus ſuper quibus accuſabatur, nec vtrum tempore delicti fuerit ſanæ mentis, vel non. & ideo donec iſta probentur, potius eſt ſibi compatiendum, quàm ſit ſententia feriendus.

k ¶ *Hermannum.*] iſte in furore occiderat hominem.

l ¶ *Quia.*] prima ratio eſt.

m ¶ *Quamuis.*] ſecunda ratio eſt.

n ¶ *Fuerint.*] & ita non teneoatur venire, vt 5. q. 2. ſi primates.

o ¶ *Nec vtrum.*] tertia ratio eſt.

p ¶ *Oſtenderis.*] archieps bñ fatebatur, q. quõque fuerat furioſus: ſed tñ dixit eum modo eſſe ſanũ, & in ſanitate occidiſſe hominẽ, aliàs tenetur ille potius probare, qui dicat aliquẽ in furore peccaſſe, vt extra de ſuc. ab inteſt. cum dilectus. & C. de cod. l. non codicillos.

q ¶ *Conſulendum.*] q. d. ſatis ipſo furore punitur. ſic j. di. 5. baptizari. ff. de off. præſi. diuus iudex tñ diligẽtiſsime ingret, an fuerit furioſus qa multi fingũt furorem, vt ſic excuſentur. vt ff. de curat. fur. obſeruare. & j. ea. hor tamur.

5 5. q. 8. ca. Burc. l. 16. 13. Anſel. l. c. 62. Iuo p. c. 245.

† al. Senonẽſi

† al. Herimannum

[5] ABſens vero nemo iudicetur: quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

Niſi fuerit[h] *abſens ex contumacia. Pro præſenti namque eum contumacia*[i] *haberi facit.*

Item Nicolaus Papa Gallioni Senenſi † archiepiſcopo.

¶ De eodem. C. XIIII.

INdicas Hermannũ †[k] epiſcopum ſuper quibuſdam frequẽter fuiſſe accuſatum: pro quibus (quia[l] ex parte ipſius, perſona deeſt) nos vni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus: quamuis[m] nec vſque adhuc, qui fuerint[n] illi exceſſus, dixeris, nec verum[o] ſanæ mentis erat idem antiſtes, necne, cum ipſos exceſſus perpetrabat, euidenter oſtenderis[p]: ſatiuſque arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipſum pertinere peccatum, cui magis conſulendum[q] ſit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſtola 2.

¶ Teſtes non dicant teſtimonium, niſi de his, quæ præſentialiter, & veraciter nouerunt. C. XV.

[6] TEſtes per quamcumque ſcripturam[r] teſtimonium non proferant, ſed pręſentes[s] de his, quæ nouerunt, & viderunt[t] veraciter teſtimonium dicant. Nec de aliis cauſis, vel negotiis dicant teſtimonium, niſi de his, quæ ſub præſentia[u] eorum acta eſſe noſcuntur.

De his etiam, qui audierunt[x], *ſi ad hoc conuocati ſunt, in ciuili cauſa teſtimonium*

T*eſtes.*] CASVS. Hoc ca. introducitur pro alia parte quæſtionis, ſ. q. nõ dẽt qs teſtificari contra abſentem. Dr. ergo hic p Beneuen. quòd Calixtus fuit interrogatus vtrũ in cauſa criminali teſtes abſentes poſſent teſtificari p ſcripturã? Et reſp. q. nõ, ſed præſentes debẽt dicere veritatẽ de iis q viderunt & nouerunt, & non de aliis negotiis niſi de his, quę sũt acta in eorũ pntia. poſſet ẽt hoc intelligi in qua libet cauſa, qa ſp dẽt eſſe præſens ille contra quem inducuntur teſtes, vñ teſtes abſentes non pñt p ſcripturam teſtificari, ſed in præſentia partium.

r ¶ *Scripturam.*] numquid litteræ epõrum nõ valẽt? Non in ferendo teſtimonio, qa teſtibus non teſtimoniis credẽdum eſt: vt extra de cohab. cle. & mul. tua. de hoc no. j. 11. qu. 3 curæ[b]. arg. ff. de cu. re. diu. aliàs extra iudiciũ ſec' eſt, vt 11. q. 3. curæ. 71. diſt. extraneo.

s ¶ *Sed præſentes.*] Fallit ff. de iu. iur. ad perſonas. extra de teſt. ſi quis teſtium.

6 Burc. l. 1. c. 171. Anſ. l. 3. c. 55. Iuo p. 5 ca. 289 Pan. l. 4. c. 95.

b Adde quod noc. 2 qu. 6. ſtatuendum. in gl inſtrumentũ. &c.

s ¶ *Sed præſentes.*] in cauſa criminali ſemper teſtes erunt præſentes, ſed in ciuili ſeruetur conſuetudo regionis, vt ff. de teſtib. l. 3. in fi.

t ¶ *Qui nouerunt & uiderunt.*] id eſt, aliquo ſenſu corporeo perceperunt[c]. large enim ſumitur viſus, vt ibi, Guſtate & videte. & legitur in exod. Videbant voces, id eſt, audiebant. vnde ſi auditu aliqui conſcij ſunt de aliquorum fornicatione, bene poſſunt de hoc teſtificari. extr. de teſti. præterea. & quod de auditu recipiantur teſtimonia, patet extra de teſti. cum cauſa. nam ſufficit qualitercumque aliquid ſciatur. 22. q. 5. hoc videtur.[c] Si ergo aliquis eſt mutus, dum tamẽ audiat, & ſcribere ſciat, bene teſtificatur, vt C. qui teſta. fac. poſſ. diſcretis. Similiter cæcus teſtificatur, ſi voces contrahentium habet notas. Nec obſtat ſi dicas quod cæcus poteſt in voce decipi, vt 27. q. 1. nec aliqua. nam in viſu poſſumus decipi, vt 31. qu. 1. quomodo & in tactu. 34. q. 2. in lectum.

t ¶ *Nouerunt.*] ergo de iis quæ pupillus vidit, non poteſt eſſe teſtis, quia hæc ætas ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1.[d]

u ¶ *Præſentia.*] dum tamen intelligant. nam aliter non dicuntur præſentes, vt ff. de ver. ſig. coram. Non intellige præſentem prout ponitur 16. q. 3. §. poteſt. ſed intellige præſentem ſiue in eadem domo, ſiue alibi ſit, dum tamen audiri poſsit, vt ff. ad Syl. l. 1. §. eod. tecto.

DE HIS. CASVS. Supra in cap. teſtes. dictum eſt quòd teſtes teſtificantur de iis quæ viderunt & nouerunt. Nunc autem vult oſtendere caſus in quibus etiam de auditu ferunt teſtimonium ſi vocati ſunt ad hoc: ſed certe ſi bene inſpiciatur, in l. ſeq. non teſtimonium de auditu proprie, ſed de confeſsione facta in oculis eorum, qui ad hoc vocantur.

x ¶ *Audierunt.*] [e] plures poſſunt notari caſus vbi fertur teſtimonium de auditu. Vnus hic. Alius cum probatur voluntas obmuteſcentis

c Sequitur Ale. d. Im. in l. bñ ad cognitionem. col. 6. & ſi cer. pe.

c Mutus & ſurdus teſtificari pñt.

d Sed contra de cõſ. di. 3. placuit de infantibus. & ca. ſe. vbi de hoc 37. di. relatum. Arc.

e Teſtimonium de auditu ſæpe admittitur.

centis, vt 26.q.6.qui recedunt.& cap.his qui. Alius in matrimonio, vt 35 q.6.de parentela. Alius in probatione periurij, 22.q.5.cap.hoc videtur. Alius in memoria facti operis, vt ff. de proba. ſi arbiter. Alius extra de teſti.præterea.& extra eod. tit cum nemini. Sed certe non concedo, quòd alicui ſit teſtimonium de auditu, niſi vbi teſtatur quis quòd ſic audiuit recitari à maioribus, vt dicitur extra de teſti.quoties.& hoc tantum contingit in matrimonio, & in memoria facti operis. licet hodie circa matrimonium illud ex parte ſit immutatum. extra de teſti. licet. 2.niſi quis velit dicere ibi ideo eſſe teſtimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum quàm per viſum. Vnde ſi duo intereſſent contractui quorũ vnus eſſet ſurdus, & alter cæcus, vnus audiret verba contractus, alter videret numerare pecuniam, per illos forte nõ probaretur contractus, quia ſingularis. extra de elect. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo ſpecialia, ſ. quòd valet confeſsio extra ius, ſicut & alibi. extra de exceſ. præla. quàm ſit graue. & in alio caſu quando quis confitetur ſe debere pecuniam cauſa adiecta, vt C. de non nu. pec. generaliter. in caſu qui habetur de ſecunda cautione quam mulier poſt biennium emiſit. C. ad Velleia. ſi mulier. [a] & generaliter dicunt quidam valere confeſsionem factam extra ius, vbi teſtes interſunt rogati.

1 & Nouella po non uſdē omnino verbis.

dicere poſſunt, vt in Authenticis colla. 7. tit. de teſtib. [1] legitur. ¶ *Si debitum ſcriptum ſit, & probatio ſolutionis proferatur à litigantibus per teſtes ſine ſcriptura, tunc ſuſceptibilem eam apud iudicem eſſe volumus, dum ad hoc ipſum teſtes aſſumantur, vt perhibeant teſtimonium pro facienda ſolutione, aut pro memoria* [a] *alicui iam factæ ſolutionis, & pro confeſſione* [b] *eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex tranſitu perhibita teſtimonia (vt ſi propter aliud opus adueniens audiuit aliquem dicentem ſe accepiſſe ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione valere cenſemus.*

1 *Simul autem neceſſe eſt vt videant. Quòd ſi alius vno, alius alio tempore viderit, diuerſitas temporum, eorum teſtimonium non admittit.*

Vnde Leo Papa.

¶ Non admittuntur ad teſtimonium, quos non eodem tempore, negotio interfuiſſe conſtiterit.

C. XVI.

NIhilominus quoque puniẽdi [c] ſunt teſtes, qui ad calũniam aliquid teſtificantur, nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum [d] quidem diuerſitas ſimul [e] interfuiſſe prohibuit.

Item Ambroſius in libro de Paradiſo, c. 12.

¶ Ad ſeriem geſtorum, teſtis ex ſuo nihil adiciat.

C. XVII.

[a] PVra [f], & ſimplex [a] [g] teſtimonij ſeries intimanda eſt. Plerumque teſtis, dum aliquid [h] ad ſeriem geſtorum ex ſuo adiicit [i], totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum [k] eſt.

[a] ¶ Simplex.) *Integer locus B. Ambroſij eſt*, Pura & ſimplex mandati forma ſeruanda, vel teſtimonij ſeries intimanda eſt.

Item Felix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſtola 2.

¶ Abſens per alium nec accuſare, nec accuſari poteſt.

C. XVIII.

1 ABſens per alium accuſari, aut accuſare [4] non poteſt, nec affinis [l] teſtis admittitur.

4 ¶ *Niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona etiam per procuratorem* [m] *intendere, & excipere poteſt ſeruatis ceteris ſolennitatibus, vt Cod. tit. de iniurijs. l. vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ [a] *magiſtro militum.*

[a] ¶ Sindulæ.] *Iuo p. 8. ca. 67. refert aliud quoddam caput epiſtolæ à Pelagio ad Sindulam magiſtrum militiæ ſcriptæ.*

¶ Reo [n] abſente libellus accuſationis fruſtra offertur.

C. XIX.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore aduerſarius ipſius illic præſens fuiſſet, validæ erant. Sed quia aduerſario abſente [o] geſta, quæ nobis recenſuit facta leguntur, talia leges nõ recipiunt.

[a] Anſel. l. 3. c. 58.

[a] Confeſsio extra ius quãdoque valet

[e] Teſtes in debeant eſſe rogati.

a Hic eſt falſum, vt C de eod c. l. vlt. §. 6.

[e] Item aliud ſpeciale eſt hic quòd non valent teſtes niſi ſint rogati, & idem requiruntur in teſtamentis, & in codicillis [a]. C.de teſti.authen.rogati & in matrimonio, vt videtur 30.q.5. noſtrates. & in diuortio. ff de diuort. l. nullum. alias non requiritur quòd teſtis ſit rogatus, vt j. prox. cauſa qu 3. ad ſi. 10. conſueuit generaliter dici, & eſt verum, quòd confeſsio extra iudicium non præiudicat, niſi cauſa adiiciatur, vt confiteor me tibi debere centum ex cauſa mutui, vt C. de non num pec. l. generaliter. B. & ſcias quòd omnes illi teſtes rogati dicuntur intereſſe, quia rogati ſunt audire, licet ad alium venerint, vt ff. de teſtam. hæredes palam. auth. tamen generaliter. videtur dicere quòd teſtes debeant eſſe rogati, vt C. de teſt. auth. rogati. ſed hoc verum eſt cum contractus eſt in ſcriptis.

SI DEBITVM. CASVS. Debebant alicui pecuniam per ſcripturam. tempore procedendi in præſentia teſtium pecuniam ſibi ſoluit, vel confeſſus fuit ſibi eſſe ſolutam, quæſitum fuit ab Imperatore an ſolutionem illam vel confeſsionem poſſum probare per teſtes qui interfuerunt? Et reſpondet quòd ſic, ſi ad hoc fuerunt vocati, alioquin non. Idem eſt in eo caſu quando debitor confitetur ſe debere pecuniam creditori, ſcilicet vt teſtes ad hoc probãdum non valeat, ſi ad hoc non fuerunt vocati.

a ¶ *Pro memoria*.] tres hic ponit caſus, quòd teſtes rogati poſſunt teſtificari vel pro ſolutione quam voluit facere creditori debitor, vel pro ſolutione ei facta, vel pro confeſsione creditoris.

b ¶ *Confeſſione*.] Immo magis eſt pro debitore confeſsio creditoris quam ſi ſit ei redditum inſtrumentum [b] C. de ſol. pecuniæ.

[b] Super hoc videas q le. & not ſuprà. 76. di c. hũc numerum. Arc.

SIMVL. Hæc eſt 3. pars, in qua probat quòd teſtes debent ſe cõcordare, & niſi falſi admiſcere. & hoc probat per tres auctor. Io. de F.

CASVS Supra in c. teſtes. dictũ eſt, quòd teſtes debẽt ferre teſtimonium de iis quæ viderunt. Dicit hic Gratianus, quòd ſimul videre debent: & ſi diuerſis temporibus viderunt, non valet eorum teſtimonium.

NIhilominus quoque.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone qualiter puniendi ſunt teſtes qui falſum teſtimonium dicunt? Et reſpondet quod puniẽdi ſunt ſicut accuſatores qui calumniantur, nec voces eorum ſunt audiendæ tamquam plurium, qui diuerſis tẽporibus aliquid vidiſſe teſtantur.

c ¶ *Puniendi*.] In criminali punitur teſtis capitali pœna. 33. qu. 5. hæc imago hoc ſecundum leges veteres ſecundum canones infamis eſt. 6. qu. 1. qui umque. 22. qu. 5. ſi quis. ſed ſecundum legem accuſatur de crimine falſi. ff. ad l. Corn. de falſ. eos qui. Non obſt. ff. de iis qui no. infa. Lucius. extra de ord. cog. cum dilectus. quia ibi non eſt ſententia lata contra teſtem.

d ¶ *Quos temporum*.] ſimile 4. q. 3. in teſtibus. C. de cod. l. vlt. §. vlt. ff. C. de teſtam. ſi vnus

e ¶ *Simul*.] Quidam dicunt hoc tenere in iis quæ non niſi ſemel cõmittuntur, vt homicidium alicuius. ſed ſi ſæpius aliquid poteſt committi, ibi non nocet temporum diuerſitas. ſed eis obiicitur de Suſanna, 2. qu. 6 §. item Daniel. ſed illi reſpondent, quòd ideo fuerunt illi teſtes reprobati, quia dixerunt quòd in eadem hora & in diuerſis locis commiſſum eſſet adulterium, ſed non poterat committi in eadem hora & in diuerſis locis, & hoc dicunt propter expreſſam ſimilitudinem, & non propter identitatem: nam reuera aliud eſt adulterium quod hodie fit, aliud quod cras, ſed eſt ſimile illi, quod nõ concedo. cum ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. Si tamen aliquem actum continuum viderent aliqui, licet diuerſis horis, videtur quod teſtimonium teneret, vt ſi ſucceſsiue in vno foramine viderunt aliquos fornicari [c]. Vel ſi aliqui volunt teſtari quòd aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus audiuit finem miſſæ, alter principium, hoc caſu concedo eos bene teſtari de vna re propter continuationem actus, ſicut propter continuationem poſſeſsionis vna dicitur præſcriptio, licet facta ſit à diuerſis perſonis. 16. q 3. §. poteſt [d]. ver. quòd ſi ab eo. ſicut etiam vnus dicitur proconſulatus licet diuerſæ perſonæ ipſum exercuerint, vt ff. de off. procon. meminiſſe. Itẽ quid ſi conueniant in tẽpore, ſed diſcordant in officiis, vnus dicit de miſſa, alter dicit de veſperis? Eadẽ eſt quæſtio ſi vis probare ſolutionẽ decimæ, & vnus dicit frumentum ſolutum & alter dicit fabam. Et reſp. quòd non valet teſtimonium: quia uẽs ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares. vt extra de elect. cum dilectus. diẽ forte non tenetur teſtis exprimere, ſed menſem, vt ſ. 2. q. 4. libellorum.

[1] Pol. l. 5. tit. ſuo par. 5. c. 248. & p. 6. c. 331.

[4] Adde tex. in l. poſſa. C. de his quib. vt ind.

c Vide late de hac q. la. Bu. in l. ſi C. de teſti. Cin. & Petr. in l. teſtiũ. eo. tit.

d Melius ſ. præſcriptionum ver. quòd ſi ab eo. Arc.

PVra.] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambr. ſi teſtis admiſcet vero aliquid falſitatis, an eius teſtimonium valet? Et reſpondet, quòd nõ: quia pura & ſimplex eſt teſtimonij ſeries intimanda.

f ¶ *Pura*.] id eſt, ſine dolo.

g ¶ *Simplex*.] qualiter hoc intelligitur dixi 4 q. 3. in teſtibus.

h ¶ *Aliquid*.] arg. vtile per inutile vitiari, vt 12. q. ſi quos de ſeruis. ſ. diſt. 37. ſi quid veri [e]. Sed contra, ff de excu. tu. qui teſtamento. ſ. diſ. 9. ſi ad ſcripturas. Sol. [a] vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expreſſum alias non. arg. 15. q. 3. §. cum autem.

i ¶ *Adiicit*.] vel ſubtrahit, vt 5. q. vlt. presbyteri. ext. de ver. ſig. forus. § vlt. arg. 11. q. 3. quiſquis metu. 25. q. 2. præſcriptione. 22. qu. 2. cum humilitatis. C. de teſtib. teſtium.

k ¶ *Addendum*.] quia non præiudicaret hoc alicui, ſi de hoc non iuraſſet, vt extra de teſtibus c. de teſtib.

e Et ſuprà. r. q. 1. rat one. vbi videas. & c. domin. vbi vide arg. pro, &c.

[a] Vtile per inutile quãdoque vitiatur.

ABſens.] CASVS Dicitur hic, quòd abſens non poteſt accuſare vel accuſari per procuratorẽ, nec teſtis affinis recipitur.

l ¶ *Nec affinis*.] ſ. ea. q 5. ſimiliter [f].

NISI CASVS. Excipit Grat. vnum caſum in quo abſens poteſt accuſare per procuratorẽ, vt illuſtris perſona in crimine iniuriarum.

m ¶ *Per procuratorem*.] de hoc dixi ſ. 2. q. 6. ſi quando.

n ¶ *Reo*.] hæc rubrica eſt falſa, quia non intelligitur de libello accuſationis ſed de libello atteſtationum.

CHartæ.] CASVS. Quidam accuſatus fuit, vel conuentus coram Sindula magiſtro militum Domini Papæ. In abſentia autẽ rei ſunt teſtes recepti: reus ſtatim, cum ſciuit, appellauit ad Papam. Sindula vero miſit atteſtationes Papæ per Lucidium accuſatorẽ vel actorem: quas cum audiuit à Lucido fuiſſe receptas abſente reo dixit eſſe inualidas.

o ¶ *Abſente*.] ſupra 2. q. 1. in primis. extra de teſt. in nomine Domini. & c. de cetero.

f Adde an & quando admittantur. Bar. no. in l. q teſtõ. ff. & a ſt. tu. & in l. qui teſtõ. ff. q ma. ac. po.

Hortam

H*ortamur*.] CASVS. Pelagius commiſit quandam cauſam Decorato patricio hortatur ergo vt ſicut conſueuit, ita pure procedat ſuper hoc negotio, & faciat a teſtib. qui veritatem illius cauſæ nouerant, omnem formidinem amputari, vt præſtito ſacramento dicant teſtimonium veritatis. & omnib. patefactis cauſam decidat.

Idem Decorato patricio.

¶ Teſtes corporaliter præſtito iuramento teſtimonium dicant. C. XX.

HOrtamur, vt ſub timore Domini conſuetam cõſcientiæ veſtræ ſynceritatem in hoc quoq; negotio conſeruantes, omnem perſonis, quæ veritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari [a] formidinem, & veſtris præſentari [b] cõſpectibus, tactis ſacroſanctis euangeliis, præbito etiam legaliter ſacramento, quæ in veritate rerum nouerunt [c] [1], profeſſione ſuæ teſtificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quæ ſecundum leges, & iuſtitiam cenſenda ſunt cognoſcatis, & competentem † legibus, & veritati terminũ detis.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.

¶ Accuſator, & accuſatus ſimul debent adeſſe. C. XXI.

NEceſſe eſt ſecundum ſacrarum ſcripturarum documẽta, ac ſecundum iuſtitiæ tramitem & accuſatum & accuſatorem ſimul adeſſe, & vnam partẽ, quamtacumque [d], & qualicumque prę dita ſit auctoritate, ſic prorſus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [e] irrogetur.

QVAESTIO X.

Q*Vod* [f] *vero deficientes* [a] *in primo capitulo non ſint admittendi ad ſequentia, ex concilio Carthaginenſi ſeptimo cõfirmatur, in quo ſic c. 3.* [2] *ſtatutum legitur.*

a ¶ Deficientes.] *In vulgatis codicibus legebatur, teſtes deficientes: ſed expuncta eſt vox, teſtes, quæ abeſt à pleriſque vetuſtis codicibus. Quæ enim in hac quæſtione affirmantur, non ad teſtes, ſed ad accuſatores pertinent. Et ſuperius initio cauſæ in propoſitione huius quæſtionis decimæ nulla eſt mentio teſtium.*

¶ Qui in primo capitulo deficit, ad cetera non admittatur. C. I.

[3] PLacuit, vt quotieſcumque clericis ab accuſatoribꝰ multa crimina obiiciũtur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur [g].

Probatur illud idem auctoritate Arelatenſis concilij ſecundi, in quo ſic ca. 24. diffinitum eſt. [4]

¶ Qui falſa fratribus obiiciunt, vſque ad exitum non communicent. C. II.

EOs, qui falſa fratribus capitula † obieciſſ. [h] conuicti fuerint, placuit vſque ad exitum non communicare, (ſicut magna ſynodus [5] ante conſtituit) niſi digna ſatisfactione pœnituerint.

Item Felix Papa in ſecunda decretali, epiſcopis Galliæ.

¶ Qui quod obiicit, probare non valet, de cetero ad arguendum non admittitur, niſi propriam cauſam ciuilem duntaxat aſſerere voluerit. C. III.

[6] SI accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles [i] apparuerint, ad arguendum epiſcopos [a] de cetero non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere (non tamen [k] criminales, vel eccleſiaſticas [l]) voluerint.

a ¶ Epiſcopos de cetero.] *voces iſtæ abſunt ab omnibus vetuſtis codicibus, & ceteris octo inſpectis. Auctor tamen caſus eas habuit, & ponderauit.*

Cum ergo qui falſa fratribus obiiciunt, vſque ad exitum vitæ à communione prohibeantur, cum illi, qui in epiſcoporum iudicio culpabiles inueniũtur, ad arguendum de cetero admitti prohibeantur, apparet quòd in primo capitulo deficientes, tanquam falſorum obiectores ad ſequentia procedere non valent. [7]

* Teſtibus eſt præſtita ſecuritas.

a ¶ *Amputari.*] hic eſt ar. [*] ꝙ iudex præſtabit conductum & ſecuritatem teſtib. ext. vt lit. non cont. accedens. & de electio. bonæ memoriæ. extr. de ap. ex parte. 33. qu. 2. ſiue.

b ¶ *Præſentari.*] ſic ĩ. ea. teſtes.

c ¶ *Nouerunt.*] Teſtis enim pro vtraq; parte teſtabitur. 14. qu. 5. non ſane. & iurauit, ꝙ nihil falſitatis dicet. 2. q. 4. nullam.

1 Iſte tex. ſolet allegari, ꝙ notarius vel teſtis ñ deb; appõere in actu ſuo, niſi quæ vidit & nouit. Iſtã opin. t. Pe. [d] An. in c. fraternitatis extra, de teſti. & Alex. de Im in l. ſi ex falſis. co. vltim. C. de tranſ.

† al. conuenientem.

a Loqtur in pœnis inferẽdis, i qbꝰ deferur. 50. di cõtumaces. extr. de of. del. paſto ralis. qd dic vt no. extra d tráſ. c. vlt. in gl. pen. Arc.

N*eceſſe*.] CASVS. Hincmarus, qſiuit à Nicolao, vtrum reo abſente ſit accuſator audiendus? Et reſpondet, ꝙ non: ſed vterque debet eſſe præſens, & quantæcumque auctoritatis ſit aliquis, ſic debet in iudicio audiri, vt alteri parti nullum præiudicium fiat.

d ¶ *Quantacumque.*] Paritas enim ſeruanda eſt in iudiciis. C. ĩ prox. ſacro. ſcri. in ſacris. lio. ĩ. ff. de arb. ſi cum dies §. ſi arbiter. ar. contra ext. de dol. & contu. ex litteris [a]. & eſt ſimile. 1. q. 1. teneamus. ſ. diſ. 9. ego. in ſententia & in iudicio nulli eſt deferendum, ſed in ſedendo, & in ſimilibus ſic 2. q. 8. quiſquis.

e ¶ *Præiudicium.*] ſic 31. q. 3. ſi quis vero. C. de ſtat. & imagi. l. 4.

Q*vod vero teſtes*.] CASVS Hic intitulatur decima quæſtio. qua quæritur an deficientes in primo ca. ſint admittendi ad ſequentia capitula? Et reſpondetur quod non. Vnde quidam dicunt, vt Bene. ꝙ qui deficit in maiori, vel minori, non admittitur ad ſequentia: quia præſumitur calumniator, vt ĩ. e. c. 1. niſi in criminib. exceptis, in quibus quilibet admittitur ad accuſandum. Alij vero dicunt, quòd non admittitur ad accuſandum poſtea ad leuiora, ſed ad grauiora ſic. Sed primum ca. huius quæſtionis indiſtincte loquitur, vnde verius dicitur quod dicunt primi.

2 Et Afric. c. 97.

f ¶ *Quòd vero.*] [a] vbi quis ſimul de pluribus criminibus accuſat, ſi in vno deficiat, bene admittitur ad alia, vt ſ. 2. q. 1. in primis [b] dummodo non ſit calumniator, vt s. qu. 3. Paulum. nam & condemnatus proſequitur crimen, de quo inſcripſerat pendente accuſatione, vt ĩ. ead. qu. prox. neganda. 2. & ff. de publ. iud. l. is qui. §. illud. Sed capitula hic poſita loquuntur, vbi quis de calumnia conuictus vult accuſare aliquem, & deceptus fuit. ſecus ſi in promiſsione aliqua deceptus fuit, vt s. quæſtio. 3. Paulum. H. & alij diſtinguunt vtrum defecerit in minori, vel maiori: ſi in minori, admittitur ad ſequentia, alias non. vt 2. quæſt. 1. in primis. In ciuilibus autem cauſis conuictus de calumnia, bene ad ſequentia admittitur, vt C. de iu offic. teſt. l. eum qui. inſt. de excu. tuto. §. qui autem extra de appel. conſtitutus. 2 Quidam dicunt, quod ſi quis accuſauit de pluribus criminibus ſimul, & conteſtatus eſt litem ſuper omnibus, licet in vno deficiat, bene tamen admittitur ad ſequentia tamquam iam incœpta. Sed ſi tantum ſuper vno eſt litem conteſtatus, & deficit in illo, non admittitur ad ſequentia, quaſi ſuſpectus ff. de accu. ſi cui. 6. q. 1. quicumque Tu diſtingue an ſit calumniatus, vel non, vt dixi: tamen ſi quis primo egit criminaliter, ſiue obtinuerit ſiue ſuccubuerit, poteſt poſtea agere ciuiliter. C. quando ciuilis actio criminal. præiudicet. l. prima.

a Accuſator deficiens in vno, an admittatur ad alia.

b Verſ. ꝙ ſi forte. ſi et eũ qs [d] plurib. cõdẽnari ſimul, vel abſolui. 2. q. 9. ſi quis ex pluribus.

P*lacuit*.] CASVS. Quæſitum fuit in Carthaginenſi concilio, ſi accuſatores cum obiiciunt plura crimina, & in primo deficiunt, an ſint admittendi ad ſequentia? Et reſpondet quod non. Sequens §. patet, ſed ſequens cap. non probat bene quod dicitur in § & ca. præcedenti.

¶ Quidam ſic ponunt caſum. Accuſo te ſuper plurib. criminib. ſimul, & eodem libello, & litem ſuper his omnib. conteſtor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad ſequentia, licet iam ſim infamis, & hoc eſt ideo: quia tempore li. conte. fui bonæ famæ, vt ff. de pub. iud. is qui. & 2. q. 1. in primis. iui, an grauiora, &c. Si autem te primum accuſo de vno crimine, & deficio non admittor poſtea ad alia. Io. Sed certe narum videtur de illis opinionibus. nam ſi litem conteſtatus eſt accuſator ſuper plurib. criminib. publicatis atteſtationib. poſtea non admittitur ad probandum aliud, ſed ſi ſuper vno tantum litem conteſtatus eſt, & non probauit videtur calumniari, & ita non admittitur poſtea ad ſequentia, vt hæc capitula dicunt, quæ in hoc caſu intelliguntur B.

g ¶ *Non admittantur.*] ſed videtur, quòd huiuſmodi exceptio non poſsit obiici poſt litem conte. vt ff. de adul. ſi maritus. §. præſcriptiones. maxime cum exceptio, ſcilicet tu es calumniatus, ſit dilatoria: quia tantum declinatoria eſt iudicij. ſ. qu. 6 §. 1. quod ex hoc patet. nam ab alio adhuc accuſari poteſt. Reſpondet quidam ſpeciale eſſe in adulterio, vt etiam peremptoriam ibi aliquis non poſsit obiicere poſt lit. conteſt. ſcilicet hanc, tu per quinquennium tacuiſti, vt C. de adul. adulter. ſicut & ſpeciale eſt in illa exceptione, extr. qui ma. ac. poſ. cum in tua. Alij dicunt, quòd hæc exceptio, tu es calumniatus: bene poteſt obiici poſt litem conte. Sed melius dic, & quod hic lis non fuit conteſtata, niſi ſuper eo in quo defecit. Vnde cum vult procedere ad alia ſuper quibus lis non eſt conteſtata, iuſte admittitur huiuſmodi exceptio contra illum. Vel dic, quòd illa exceptio de nouo cœpit competere, vnde poteſt ea vti poſt litem conteſtatem. vt ext. de off. deleg. inſinuante.

E*os*.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd ſi qui conuincantur falſa crimina aliquibus obiecisse, debent excommunicari vſque ad mortem, niſi ante reſipiſcant.

h ¶ *Obiecisse.*] calumnioſe ſubaudi.

S*i accuſatorum*.] CASVS. Quidam reperti ſunt culpabiles in accuſatione epiſcoporum, quæritur vtrum illi ſint de cetero admittendi ad accuſandum? Et reſpõdetur, quòd non, niſi in proprijs cauſis ciuilibus: in criminalibus tamen vel eccleſiaſticis non admittuntur. Dicit hoc contra epiſcopos. ſed contra alios bene agent proprias cauſas criminales, vel eccleſiaſticas.

i ¶ *Culpabiles.*] id eſt, calumnioſæ ſubaudi.

k ¶ *Non tamen.*] ſuam iniuriam non proſequendo, ſed publico iudicio accuſando, vel ſpeciale eſt in calumniatore epiſcopi, ne ſit contra 4. q. 6. omnibus. & ſ. 2. q. 1. prohibentur.

l ¶ *Eccleſiaſt.cas.*] hoc ideo dicit, quia cauſa eccleſiaſtica non eſt agenda niſi per hominem bonæ opinionis. 2. q. 3. quia [c].

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex illo c. eos. & ex illo, ſi accuſatorem. quod deficientes in primis non admittuntur ad ſequentia.

3 Rab in pœni c. 1. Burc. l. 2. c. 198. Iuo part. 6. c. 171. Pan. l. 4. c. 64.

4 Capit. l. 6. c. 24. & Arelatẽſe 2. c. 14.

† al. capitula

5 Arelat. 2. c. 14.

6 ĩ. 4. q. 6. ſi accuſatoru. In cap. Hadria. c. 4. Capit. l. 5. c. 241. Ans l. 3. c. 80. Iuo p. 6. c. 414.

7 Cõcor. l. q. crimẽ. & ibi Cy. C. q. ac. n. poſ. gl. in l. ſi. C. de ac.

c [8] hoc no. ſ. 6. q. 7. c. 1.

A B accuſato.] Hæc q. diuiditur in tres partes: in prima qua rum probat per tria c. quòd accuſatus accuſare non poteſt de minori vel pari prius quam probauerit ſe innocentem: poteſt tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, *Aliquando*. Tertia ibi, *Cauſa vero*. Ioan. de Fan.

CASVS. Ponitur hic 11. q. qua quæritur an accuſatus poſſit vertere accuſationem ſuam in accuſantem. & certum eſt, quòd non, in aliquo crimine, ſi nomen accuſati iam receptum ſit inter reos. vt ff. de adule. ſi maritus. §. præſcriptiones. ſi non eſt receptum, non poteſt illum accuſare niſi de maiori crimine, vel niſi ſuam iniuriam proſequatur. ſi vero in modum exceptionis crimen obiicit, vt repellat accuſatorem ab accuſando, ſemper prius auditur excipiens de quocunque crimine, vt C. de adult. quoniã Alexandrum. & 32. q. 6. nihil iniquius. a ¶ *Ab accuſato.*] Si accuſatus crimen proponit contra ſuum accuſatorem pendente accuſatione, aut proponit in modum accuſationis, aut in modum exceptionis. Si in modum accuſationis, aut nomen accuſati eſt receptum inter reos, aut non, hoc eſt dicere ſi lis eſt conteſt. aut non. Si non, poteſt cum accuſare de maiori crimine, & audietur prius, vt j. e. prius. & j. ca. 2. Si eſt receptum, non poteſt, ſed pendente accuſatione poteſt contra eum inſcriptionem deponere, & poſt ſententiam eam conſummare, vt j. ea. ca. 2. & ff. de pub. iud. l. is qui. Si autem ſuam iniuriam proſequitur, tunc & ante & poſt damnationem poteſt ipſum incipere accuſare, ff. de accuſat. qui iudicio. 4. quæſtio. ſexta. omnibus. ſi vero in modum exceptionis proponitur crimen prius, ſemper auditur excipiens, vt C. de adulter. quoniam Alexandrum. & 32. quæſtio. ſexta. nihil iniquius. C. de lib. cau. ſi filium. & extra de ord. cogni. cum dilectus[b].

1 In Cod. Theod. l. 9. tit. 1. leg. 12.

2 Burc. l. 1. c. 164. Anſ. l. 3. c. 74. Iuo p. 5. c. 274. Pan. l. 4. c. 67.

" Accuſatus an pendente accuſatione poſſit ſuum accuſatorẽ reaccuſare.

3 tit. q. accu. non poſ. l. neganda.

4 j non eſt credendum

† al. exequuntur

a ff. de adul. l. ſi maritus. §. præſcriptiones.

b a hac materia no. C. qui ac. non poſ. l. 1.

QVAESTIO. XI.

I ps A B accuſato[a] vero accuſationem in accuſatorem verti multorum auctoritatibus prohibetur. Ait enim Stephanus Papa, epiſt. 2. c. 7.[1]

¶ Accuſati, niſi prius ſe purgauerint alios accuſare non poſſunt. C. I.

j[2] NEganda[b] eſt accuſatis[c] licentia criminandi[d], priuſquam ſe crimine, quo premũtur, exuerint: quia non eſt credẽdum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe prius probauerint innocẽtes, quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei[e] aduerſus quemcumque[f] profeſſio.

Lib. 9. codicis titulo primo, l. 19.[3]

Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA.

¶ De eodem. C. II.

ij[4] NEganda eſt accuſatis (qui non ſuas[g] ſuorumque iniurias perſequuntur†) licentia criminandi in pari, vel minori, priuſquam ſe crimine, quo premũtur, exuerint, ſecundum ſcita veterum iuris conditorum: ita tamen, vt & ipſi inſcriptiones contra eos etiam pendente accuſatione deponere poſſint.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 33.[5]

¶ De eodem. C. III.

[6] NOn eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes: quia periculoſa eſt, & admitti nõ debet rei aduerſus quemcumque profeſſio†.

Hoc autem intelligendum eſt in pari, vel minori crimine. Ceterum ſi de maiori crimine eum accuſare voluerit (veluti, ſi accuſatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel ſimonia, vel quolibet alio huiuſmodi crimine accuſatorem ſuum impetere voluerit) his auctoritatibus non prohibetur.

¶ *Aliquando enim criminalis quæſtio præiudicat ciuili. Aliquando a criminali. Vnde in lib. 3. codicis titul.[7] de ordine iudiciorum lege quarta legitur.* ¶ *Ciuili quæſtione † intermiſſa ſæpe fit[h], vt de crimine iudicetur, quod, vtpote maius, minori merito præfertur.*

a ¶ Aliquando criminali.] *Antea legebatur*, aliquando ciuilis criminali, *expunct'a eſt dictio*, ciuilis *auctoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quando cauſa criminalis ciuili, aut criminali præiudicat. In ſequenti autem c. §.* aliquando ciuilis *exponitur, quando ciuilis, & ciuili, & criminali præfertur.*

Item libro nono codicis, tit. Qui acc. non poſſunt, l. 1.[8]

C. IIII.

PRius[i] eſt, vt criminibus, quæ tibi, vt grauiora ab aduerſario tuo obiiciuntur, cædis atque vulnerũ reſpondeas: & tunc ex euentu cauſæ[k] iudex æſtimabit, an

cio. cum iam ſit infamis. ff. de publ. iudi. l. infamem. & hoc ſi poſt condemnationem accuſationem inchoat in extraneum, non in ſuum accuſatorem. ſi enim in ſuum accuſatorem, poteſt. ſi non, perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem, vt ff. de publ. iudi. l. is qui. & hoc ideo, quia parcitur illi qui prouocatus vult ſe vlciſci. ff de bon. lib. qui cum maior. §. ſi libertus. ſecundum canones autem cum quis eſt damnatus de crimine: nullo modo non poteſt accuſare nec ſuum nec extraneum accuſatorem, vt vndecima quæſtio. prima. qui crimen. niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. quarta, quæſtione ſexta. omnibus.

NOn eſt credendum.] HOC AVTEM. CASVS. Exponit hic Gratian. in quo caſu intelliguntur ſupradicta. c. cum lege inſerta, ſcilicet de pari vel minori crimine. ſed ſi de maiori crimine ante litem conte. velit accuſatorem reaccuſare, poteſt. verbi gratia, accuſat aliquis de fornicatione alium, poteſt accuſatus reaccuſare illum de periurio, vel homicidio, vel ſimonia.

ALIQVANDO. CASVS. Supra in l. neganda, dictum eſt, quod perſecutio ſuæ iniuriæ, vel ſuorum præiudicat aliis criminibus vel præfertur. Nunc vberius de ſimili præiudicio proſequitur Gra. & dicit, quòd criminalis quæſtio quandoque præiudicat ciuili: & quandoque ciuilis criminali, & de vtroque ponit exemplum.

5 In cap. Hadria. c. 33.

6 Anſ. l. 3. c. 92.

¶. c. neganda 2.

† al. confeſſio

7 tit. 8. l. 4.

† al. diſceptatione] Orig.

8 tit. 2.

CIVILI. CASVS. Petebam ab aliquo hereditatem ex teſtamento, in quo continebatur, quòd ego eram inſtitutus heres. ſed cum demonſtraui teſtamentum, aduerſarius dixit illud eſſe falſum. quæſitum eſt ab Imperatore, quæ quæſtio præcedere debet? reſpondet, quòd de crimine falſi prius eſt cognoſcendum tanquam de maiori.

h ¶ *Sæpe fit.*] nam quandoque aliter fit. extra de reſt. ſpol. item cum quis. C. de dona. inter vir. & vxor. ſi maritus. poſſet tamen illud intelligi, cum crimen in modum exceptionis obiicitur, vel dirccte fuit propoſitum, ſed accepta pagina inſcriptionis, vt C. de fal ſatis.

PRius.] CASVS. Ego Bartho. Brix. ſic audiui ab Hugolino caſum hunc. Tu accuſabas me de furto, ego te de homicidio reaccuſabam. quærebatur ab Imperatore, quæ quæſtio præcedere deberet. & certe quæſtio homicidij præcedere debet, vtpote maior, & poſt ea ex euentu cauſæ apparebit vtrum ille qui primo accuſabat de furto, poſſit aduerſarium reaccuſare.

i ¶ *Prius.*] Not. " ſi duæ ſunt quæſtiones principales, & ambæ ſint ciuiles, quæ prius proponitur, prius eſt determinanda, licet ſint inæquales, dummodo ſe non contingant, & directe proponantur, vt extra de ordin. cognit. cum dilectus. ff. de iud. qui prior. Si ſint criminales & inæquales, & directe proponuntur, maior præponitur. ſed ſi altera eſt criminalis[d], & altera ciuilis, de criminali prius agitur. Si vero non ſunt ambæ principales, ſed vna incidit alteri, de incidenti prius cognoſcitur. Incidit autem quandoque criminalis criminali, quandoque ciuilis ciuili, quandoque criminalis ciuili, quandoque ciuili, criminali. Criminalis incidit criminali, vt ſi accuſanti de adulterio obiicio lenocinium. & ponit aliud exemplum in hac lege, prius. Ciuilis ciuili, vt ſi petenti hereditatem obiicitur quæſtio ſtatus. Criminalis ciuili, vt ſi agenti per aliquod inſtrumentum obiicitur quæſtio excipiendo de falſitate. Ciuilis criminali, vt ſi accuſanti obiicitur quæſtio ſtatus.

k ¶ *Cauſæ.*] quia ſi proſequaris iniuriam tuam, bene potes, alias non. hoc non placet. quare enim diceretur, quod ex euentu cauſæ poſſet: nam etiam ſi eſſet condemnatus, bene admitteretur ad accuſandum volens

" Ordo ſeruandus in plurib. quæſtionibus.

d a hac materia no. extra de ord. cogn. c. tuã.

NEganda.] CASVS. Ben. ſic ponit caſum hunc. Quidam accuſatus volebat ſuum accuſatorem reaccuſare de pari, vel minori crimine ante litem conte. vel poſt lit. conte. de maiori. Quæſitum eſt a Stephano an poſſit? Et reſpondet quòd non, quia non eſt credendum accuſatis contra alios, niſi prius probauerint ſe innocentes.

b ¶ *Neganda.*] nota in criminibus non habere locum reconuentionem, vt hic, & j. c. prius. vt no. 3. q. 8. c. 1.

c ¶ *Accuſatis.*] inter reos receptis, vt ff. de adul. ſi maritus. §. præſcriptiones.

d ¶ *Criminandi.*] etiam ſi ſuam iniuriam proſequatur, ſecundum R.[c] quia non relatione criminum, ſed innocentia reus purgabitur, vt ff. de publ. iud. l. is qui. ſed hoc non eſt verum, vt intra e. prox.

e ¶ *Rei.*] id eſt, accuſati.

f ¶ *Quemcumque.*] ergo eo ipſo, quòd quis accuſatur, perdit legitima iura, vt ff. de mu. & hon. reus. 81. diſ. tantis. extra de accuſ. Deus omnipotens.

NEganda.] CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore vtrum accuſatus poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare de pari vel minori crimine? Reſpondetur, quòd non, priuſquam ſe crimine quo accuſatur exuerit: niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam poteſt tamen deponere inſcriptionem apud iudicem pendente accuſatione. Sequens c. planum eſt, quod habet eundem caſum cum primo c. huius quæſtionis.

g ¶ *Suas.*] ſed tunc non permittitur, niſi ponas illum primum, qui accuſat, ſimiliter proſequi ſuam iniuriam: alioquin concederetur poſteriori, quod auferretur primo. " condemnatus autem non poteſt niſi ſuam iniuriam proſequatur. ff. de accuſation. qui iudi-

c Sub. & Hu. q. idẽ ſentit, & eadem rõe, & idem vſ ſentire Ioa. vt dixi 3. c. q. 8. c. 1.

" Condemnatus an poſſit accuſare.

volens proſequi iniuriam ſuam, vt ff. de accuſa. qui iudicio. multo magis ergo ſi fuerit abſolutus, licet non proſequatur iniuriam ſuam. Vel aliter ex euentu ſi condemnatus es, non permittitur tibi, ſi abſolutus es, bene permittitur. ſed ſecundum hoc obſtat. ff. de publ. iudi. l. is qui. vbi dicitur, quòd inchoatas accuſationes bene poteſt poſtea perficere, vt 5. c. neganda. 2. Sed dic inchoatas contra alios, non contra accuſatorem. Vel pone caſum ſi cœpit te aliquis accuſare, quòd ſi bi eius ſeruum ſurripuiſti tali die, tu obiicies ei, quòd ille ſeruum illum interfecit anteriori die, & tunc ex euentu cauſæ patebit an poſſit te accuſare, vel non.

ALIQVANDO CIVILIS. CASVS. Supra oſtenſum eſt, quòd criminalis quæſtio quandoque præiudicat ciuili, et quandoque criminali. Nunc vult Gratianus oſtẽdere, quod ciuilis quandoque præiudicat ciuili, & quandoque criminali. & exempla de vtroque ponit.

SI DE HEREDITATE. CASVS. Aliquis petebat à me hæreditatem: obieci ſibi, quòd erat ſeruus meus: quæritur quæ quæſtio debeat præferri? Reſpondetur, quòd quæſtio libertatis.

SI CRIMEN. CASVS. Hæc lex & ſequẽs ſunt in codice de ordine cognitionum li. 7. Hugolinus caſum ſic intellexit. Accuſabam aliquem de crimine, alius dicebat eum ſeruum ſuum eſſe, quærebatur quæ cauſa præponi debeat? Et reſpondetur, quòd cauſa libertatis, quia primum ſcire oportet vtrum ſit liber, vel ſeruus, vt cum crimen fuerit probatum, iudex puniat eum tamquam ſeruum. & hoc modo Beneuen. ponit caſum. Ponit etiam alio modo ſic. Accuſabam aliquem de crimine, ille replicauit contra me, quòd ego eram ſeruus ſuus, quæritur quæ cauſa prius agi debeat? & reſpondetur, quod cauſa libertatis: quoniam ante ſcire oportet an ille qui accuſat, ſit liber vel ſeruus.

1 ticq.19. l. 2.

2 ibid. l. 3.

3 Ex l. 1. & 4. alio mõ aptatis verbis.

4 Ivo p. 16. c. 61.

5 Ivo ibid. c. 62.

tibi permittendum ſit eumdem accuſare, tametſi prior inſcriptionem depoſuiſti.

2 ¶ *Aliquando ciuilis præiudicat ciuili & aliquando criminali. Sicut enim in ſeptimo libro codicis, titul.* [1] *de ordine cognitionum l. ſi de hæreditate, legitur.* ¶ [*Si de hæreditate, & libertate controuerſia eſt, prius agi cauſa libertatis debet*] *Item lege ſequenti.* ¶ [2] [*Si crimen aliquod inferatur ei a, qui ingenuus eſſe dicitur, ante liberalis cauſa ſuo ordine agi debet, cognitionem ſuam præſide præbente: quoniam neceſſe eſt ante ſciri, ſi delictum probatum fuerit, vtrum vt in liberum, an vt in ſeruum* [a] *conſtitui oporteat iudicium.*] *Item.* 3 ¶ [3] [*Qui confitetur ſe pati controuerſiam ſtatus, fruſtra poſtulat ſibi dari poteſtatem accuſandi eum: qui ſe ſuum dominum eſſe fatetur.*

¶ *Cauſa* [b] *vero liberali terminata, ſi ſeruus pronunciatus fuerit dominum ſuum accuſare non poterit.*] Codicis libro 9. titul. 1. l. penultima. ¶ [4] [*Si quis* [c] *ex familiaribus* [d], *vel ex ſeruis cuiuſlibet domus, cuiuſcumque criminis delator, atque accuſator emerſerit, eius exiſtimationem, caput, atque fortunas* [e] *petiturus, cuius familiaritati, vel dominio inhæſerit, ante exhibitionem teſtium, atque examinationem iudicij, in ipſa expoſitione criminum, atque accuſationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem enim funeſtam intercidi oportet potius, quàm audiri. Maieſtatis autem crimen excipimus.*] *Similiter* [f] *l. vltima.* ¶ [5] [*Si liberti accuſatores* [g] *manumiſſorum, heredumve eſſe præſumpſerint, eodem quo ſerui ſupplicio tenebuntur luituri pœnas ante prohibita delationis exordium.*

a ¶ Ei qui ingenuus eſſe dicitur.] *In lege ipſa eſt*. quam ingenuam eſſe dicis. *Mulierem enim alloquitur. Quare paulo etiam inferius,* ubi apud Gratianum legitur, vtrum vt in liberum, & ingenuum, an vt in ſeruum, *in lege eſt*, vtrum vt in liberam, & ingenuam, an vt in ancillam. *Duas etiam quas proxime recitat leges, Gratianus ſuo modo in ſummam redegit.*

a ¶ *In ſeruum.*] aliter enim punitur ſeruus, aliter liber, vt 21. q. 5. qui compulſus.

QVI CONFITETVR. CASVS. Petebam aliquem in ſeruum coram iudice, qui lite pendente volebat me de crimine accuſare, & bene confitebatur ſe pati controuerſiam ſeruitutis: quæritur vtrum danda ſit ei poteſtas accuſandi eum, qui ſe ſuum dominum dicit? Et reſpondet quod non, niſi prius cauſa liberali terminata, & ſi liber fuerit pronunciatus, poterit accuſare.

b ¶ *Cauſa.*] verba ſunt Gratiani, ſũpta ex lege C. eo. ſi ſtatus controuerſiam. & l. cum ipſe.

SI QVIS ENIM. CASVS. Aliquis familiaris vel ſeruus accuſabat dominum ſuum de aliquo crimine, de quo ſi conuinceretur dominus infamaretur, vel decapitaretur, vel perderet bona ſua. quæritur vtrum ſit audiendus. Et reſpondetur, quod non, ſed ante lit. cont. debet decapitari: excepto crimine læſæ maieſtatis.

c ¶ *Si quis.*] C. qui accu. non poſſ. l. pe. & l. iniquum.

d ¶ *Ex familiaribus.*] id eſt, nutriciis [a]. & ſic intellige ſi accuſat dominum de crimine propter quod infamari vel interfici vel proſcribi poteſt. ff. de bon. lib. in ſeruitutem. contra. Sed illud intelligitur cum de minoribus criminibus accuſabat, & ideo non ſic punitur. ſed hoc penitus contrarium eſt in familiaribus epiſcopi, extra de accuſ. nulli. ſed hoc ideo eſt, quia religioſos viros debet epiſcopus tantum habere in familia, vt ſecunda, quæſtio. 7. cum paſtoris.

a id eſt, q à prima ætate in domo ſunt nutriti ... non ponitur quum ... propria ſuis familiaris ... accuſari.

e ¶ *Fortunas.*] id eſt, bona.

SIMILITER ET SI LIBERTI CASVS. Hæc lex eſt e. ti. cum ſupra dicta. Dicitur enim hic, quod ſi liberti volunt accuſare patronos ſuos vel hæredes eorum, eodem ſupplicio ſunt puniendi quo ſerui puniuntur.

f ¶ *Similiter.*] hoc eſt verbum Gratiani, & l. C.

g ¶ *Liberti accuſatores.*] quod hic dicitur, verum eſt de priuatorum libertis. ſecus eſt de libertis eccleſiæ. nam tales reuocantur in ſeruitutem, vt 12. q. 2. epiſcopus qui mancipium. &c. octaua diſtinctio.

CAVSA IIII.

Qvidam in excommunicatione [h] *conſtitutus epiſcopum accuſare diſponit adoleſcentem infra decimum & quartum ætatis annum ad aſſertionem ſuæ cauſæ adducit: prohibitus ab accuſatione adoleſcentem accuſatorem, & ſe teſtem facit, adoleſcens perſonam accuſatoris, & teſtis gerere cupit: die ſtatuta ad iudicium electorũ iudicũ epiſcopus minime occurrit: à cõmunione ſuſpenditur: tandem renouato iudicio accuſator culpabilis in accuſatione inuenitur: demum ad aſſertionẽ propriæ cauſæ procedit.*

1 *Hic primum quæritur, an in excommunicatione conſtitutus alium accuſare valeat.*

2 *Secundo, an infra decimum quartum annum in criminali cauſa teſtari quis poſſit.*

3 *Tertio, an ab accuſatione prohibitus, perſonam teſtificantis poſſit aſſumere.*

4 *Quarto, an idem poſſit eſſe accuſator, & teſtis.*

5 *Quinto, an die conſtituta non occurrens à communione ſit remouendus,*

6 *Sexto, ſi in epiſcoporum iudicio accuſatoris perſona culpabilis inuenta fuerit, an ad aſſertionem propriæ cauſæ de cetero ſit admittenda.*

Quidam.] CASVS. 3. q. 7. §. tria. dictum eſt, quod quidam repelluntur ab accuſatione propter crimen, vel infamiam, Nunc ſupponit Gratianus quartam cauſam, qua quæritur, an propter excommunicationem repellatur quis ab accuſatione. Addit etiam in qua ætate admittitur quis vel non admittitur ad teſtimonium: qua occaſione interſerit legalem tractatum de teſtibus, & quærit an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis, & de induciis expectatoriis. Vnde thema proponit, de quo ſex elicit quæſtiones.

h ¶ *Quidam in excõmunicatione.*] De prima quæſtione non eſt dubium, ſcilicet quòd excommunicatus non poteſt aliquem accuſare. ſed transfert ſe H. [a] ad quæſtionem illam, ſcilicet an excommunicatus poſt abſolutionem poſſit aliquem accuſare. Secundum H. excommunicatus etiam poſt abſolutionem non admittitur ad actus legitimos. argum. 46. diſtinct. accuſatores. Item quia nemo eſt excommunicandus niſi propter contumaciam. 11. q. 3. nemo. & c. certum. Præterea inobedientia grauiſſimum crimen eſt. 8. q. 1. ſciendum. & qui ſemel fuit crimínoſus, repellitur [b], 6. q. 1. qui crimen. 25. di. c. vl. Item in veteri teſtamento puniebatur contumacia capite. 11. q. 3. abſit. ergo hodie repellitur à promotione. 54. di. multos. Item grauiſſima eſt pœna contumaciæ 24. q. 3. corripiantur. ergo grauiſſimum peccatum eſt [c]. 24. q. 1. non afferamus. Immo eſt crimen idolatriæ inobedientia, vt 8. q. 1. ſciendum. ergo maxima pœna puniendum. 24. q. 1. non afferamus. Sed hoc non credo, quia abſolutio tollit quod inducit excommunicatio. 1. q. 3. ſi notandum. extr. de ele. quia diligentia. Ioan. Fab. diſtinguit, ſi eſt excommunicatus pro crimine & contumacia, tunc repellitur etiam poſt abſolutionem. ſecus ſi pro contumacia tantum. Alij autem dicunt, aut crimen pro quo eſt excommunicatus, infamat [d], aut non. & quod dicitur quod inobedientia morte puniebatur, hoc intelligo vbi quis erat præuaricator legis, vel cum quis non obediuit iudici in iis quæ ſpectant ad vindictam malefactorum, vt 23. q. 5. miles. quis enim diceret quod talis contumax morte puniretur, qui noluit ſoluere pecuniam ad mandatum iudicis? Conueniri autem poteſt excommunicatus. ext. de iud. intelleximus, & extr. de ſen. exc. ſi vere. [a] Sed an poteſt reconuenire aliquem excommunicatus? Videtur quòd non, vt ext. de her. vergentis, & ext. de ſen. exc. per tuas [e]. Videtur tamen quòd poſſit, quia qui alias non poteſt accuſare, ſi accuſatus fuerit, accuſat. ... ſi libertus. Item quæritur an poſſit excipere, videtur quòd ſic, quia ex quo permittitur ei reſpondere ergo & omnia conſequentia vt ext. de of. iu. d. ... leg. præterea. ff. de iur. omn. iud. l. 2. E contra videtur quòd non, quia tunc cogeretur iurare. ſed non poteſt tangere ... non poſſit ingredi. [f] 11. 3. diſt. ad eius vero. vel cum prohibentur alia ſacramenta & illud, vt 5. diſt. illud. Item quæritur an compenſare poſſit? Videtur, quòd ſic: quia licet quis non poſſit petere, poteſt tamen compenſare, vt in naturali debito. ff. de compen. l. etiam. Sed contra, per exceptionem repelleretur ſi ageret, ergo non poſſet compenſare. ff. de compen. quæcumque. Sed hæc quæſtio eſt ſoluta extra de excep. cum inter.

[a] Excõicatus an poſſit poſt abſolutionẽ accuſare.

b Sed cõtra 84. di. honoratus. vbi hr q prima cõtumacia nõ punitur. dic vt ibi no in l. 3 groſ. arg. hic. &c.

c Cõcor. l. oẽ delictũ i pf. & ver. cõtumacia. ff. de re mili. & p Bar. & ibi eſt bõa gl. l. 1. ſi filius. 3. ff. de int. act. q ad hoc alleg. p. ſing. Im. i l. pe. §. ad crimen. col 24. ff. de pu. iu.

d Sub. & ſic tenetur op. H. ar 5. q. 4. loco. ſcḋm niſi fuerit in integrũ reſtitutus. a. q. 3. §. vlt.

[a] Excõicat an pt reconuenire, & excipere, & cõpenſare.

e in ver. i ali ſrecitari, & hõc verum eſt, extra de exce. cõ inter. i §. Arc.

f Hoc ſine intellige, q ... vt not. i. q. 3. q ſtudet. & 1 q. 4 vti cũ propriis. Arch.

De prima

D E prima.] CASVS. Hic intitulatur prima q. qua q̃ritur an excommunicatus poſſit alium accuſare. Et dicendum eſt indiſtincte quod non poteſt ſiue iuſte ſiue iniuſte ſit excommunicatus, dummodo excommunicatio teneat, vt j. c. 1. & 2. nec poteſt etiam alium ciuiliter conueni-re, vt 5. 3. q. 4. nulli.

qui falſo.] Ioan. de Fan.
CASVS. Hic intitulatur 2. & 3. q. ſecunda q. eſt, an intra annos 14. poſſit aliquis teſtificari. Et reſpondetur q; non, vt j. e. l. Iulia. poſt 14. poteſt in cauſa ciuili teſtificari, vt j. e. c. 2. ar. In criminali vero non admittitur niſi habeat 20. an. vt j. e. §. in teſtimonium. Tertia q. eſt, an ille q; repellitur ab accuſatione, repellatur à teſtimonio. Et reſpõdetur q; ſic, vt j. ca. 1. fallit tamen in caſib. notatis in ſumma huius q.

Diffinimus.] CASVS. In hoc ca. ponuntur ſex genera pſonarum, quæ repelluntur ab accuſatione, inter quas excommunicati ponuntur, qui accuſare non poſſunt in excommunicatione perſeuerantes.

a ¶ Adhuc.] ergo poſt ea reſtituitur ad accuſationem, vt 6. q. 1. illi. & ca. omnes. 2. 3. q. 5. præceptum. in fi. quod eſt contra H. ſed ſecundum eum vacat hic ar. à contrario ſenſu.

b ¶ Hiſtriones.] j. de conſe. diſt. 2. pro dilectione.

c ¶ Pagani.] 2. q. 7. pagani.

Quod autem.] CASVS. Ignatius patriarcha Conſtantinop. anathematizauit quoſdã ſub ditos ſuos, qui eundem Ignatium poſtea accuſauerunt, ad quorum accuſationem depoſitus fuit. Sed Nicolaus probat quod anathematizati eum accuſare non potuerunt. Et hoc oſtendit auctoritate cõcilij Conſtantinopolitani, in quo ſtatuitur, q; hæretici à ſacramentis eiecti, anathematizati ſchiſmatici, & illi qui ab aliis accuſantur, non poſſunt epiſcopos accuſare. Et no. q; quandoque ponuntur verba ſynodi, quandoque verba Nicolai, vt per te videbis.

d ¶ Vniuerſalis.] ſ. Cõſtantinopolitanæ, vt §. diſ. 16. ſancta. & 23. q. 4. ipſa pietas.

e ¶ Si vero eccleſiaſticum.] vt ſimonia, hæreſis, vſura. qui ſi quis eſt clericus, omne crimen eſt eccleſiaſticum ... de iudi. nouit.

f ¶ Sed ne hos.] verba Nicolai.

g ¶ Hæreticos.] verba ſynodi.

h ¶ Ab eccleſia.] ſ. excommunicati. Not. q; omnis excommunicatus dicitur hæreticus, vt j. 23. q. 4. ipſa pietas.

i ¶ Laicali.] laici vero abſoluti poſſunt clericos accuſare: ſed intellige de clericis depoſitis, quibus quandoque laica communio conceditur, vt 31. q. 3. ... odum.

1 in Africa. no c. 93. & 96

2 Iuo p. 14. c. 69. Pan. li. 4. c. 72.

3 Iuo p. 16. c. 64. C. 2. eiuſdẽ vij. Cart. & c. 90. Afr. 4 Concord. ſex. in 1 j. C. de ſum. tri. auth. Gazaros. C. de hære.

5 Anſ. l. 1. c. 71. Iuo p. 14. c. 70.

aidem not. ext. de of. or. c. 1. in gl. canones, &c. & ext. de fo. com. eũ fit.

QVAESTIO I.

1 D E prima quæſtione ſic ſtatutum legitur in primo & ſecundo capite concilij Carthaginenſis ſeptimi, cui interfuit Fauſtinus Romanæ eccleſiæ legatus.

¶ Ad accuſationem non admittatur, qui in excommunicatione perſeuerat. C. I.

2 DIffinimus cum recte ad accuſationem non admitti, qui poſtquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc[a] excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laic[a], accuſare voluerit. ¶[3] Omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, ideſt hiſtriones[b] ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam, ſiue pagani[4][c], ſiue Iudæi ab[a] accuſatione ꝓhibentur.

a ¶ Ab accuſatione prohibetur.] A concilio abſunt hæc uerba, ſubintelliguntur enim illa ex principio capitis, ad accuſationem non admittantur.

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium eſt [Propoſueramus.]

¶ Hæretici probantur, qui ſchiſmate vel excommunicatione ab eccleſia ſunt ſeparati. C. II.

5 QVõd autem hi, qui à iam fato fratre, & comminiſtro noſtro Ignatio depoſiti, excõmunicati, vel anathematizati fuerant, nullã aduerſus eum damnationem intorquere potuerint ex prolato[a] ſecundæ vniuerſalis[d] ſynodi capitulo declaratur, cum dicitur. [Si vero eccleſiaſticũ[e] fuerit crimẽ, quòd epiſcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accuſantium perſonas, vt primo quidem hæreticis non liceat accuſationes contra orthodoxos epiſcopos ꝓ eccleſiaſticis negotiis facere.] Sed ne hos[f] hæreticos ꝑſe denegetis, audite ſequentia. [Hæreticos autem (inquiunt, dicimus tam eos, qui olim[g] ab eccleſia[h] proiecti ſunt, quàm qui poſt hæc à nobis anathematizati ſunt] Porro, ſi adhuc nec ſic creditis, audite, quod ſubditur. [Præter hos autem (aiunt) & eos, qui fidẽ quidem ſanam ſimulant confiteri, ſchiſmaticos[r] etiam, & eos, qui ſeorſum à communicantibus nobis epiſcopis collectas faciunt. Deinde vero, & ſi quidam ab eccleſia ſuper cauſis quibuſdam reprehenſi fuerunt, & proiecti, aut excommunicati, ſiue ex clero, ſiue ex laicali[i] ordine, nec his liceret accuſare epiſcopum, antequã proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem & eos, qui ſub accuſatione priori cõſiſtunt, non ante eſſe acceptabiles in accuſatione epiſcopi, aut aliorum clericorũ, quàm innoxios ſemet ipſos illatorum ſibi oſtenderint criminum [Quid autem periculi regulæ huius immineat contemptoribus, non ignoratis.]

a ¶ Ex prolato.] Nicolaus hic citat canonem qui apud Græcos eſt ſextus concilij primi Conſtantinopolitani, cuius canonis priorem partem paulo ſuperius in eadem epiſtola recitarat, & ſignificatur j. 3. q. 5. ca. ſi. Eo autem loco Nicolaus de illo capitulo hæc uerba addiderat. Quod tamen non apud nos inuenitur', ſed apud vos haberi prohibetur. Nam non modo hic canon, neque in verſione Dionyſij, neque in priſca habetur, ſed de omnibus illius concilij canonibus hæc ſcribit B. Gregorius ad Eulogium lib. 6. epiſt. 31. Romana autem eccleſia eoſdem canones, vel geſta ſynodi illius hactenus nõ habet, nec accipit. In hoc autem eandẽ ſynodũ accepit, quod eſt per eam contra Macedonium definitum.

b ¶ Olim ab eccleſia.] Statuitur in hac parte canonis, per unde pro hæreticis habendos eſſe Macedonianos, & Eudoxianos, qui in illo primo Conſtantinopol. cano concilio damnabantur, atque habendi erant Paulianiſtæ, & Ariani. quos olim Nicæna ſynodus à catholica eccleſia abſciderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato hæc ſententia putat aliquid quod putauit auctor gloſſæ.

r ¶ Sciſmaticos etiam.] Ita in epiſtola Nicolai, & apud Iuonem. Græce autem eſt. ... Præterea vero & illos, qui fidem quidem ſanam ſimulant confiteri, ſchiſma autem faciunt, & aduerſus regulares noſtros epiſcopos conuentum habent: ut nihil mirandum ſit, illos etiam pro hæreticis cenſeri, quemadmodum & Balſamon interpretatur. Simulant enim illam tueri fidem, quam oppugnant.

QVAESTIO. II. & III.

1 S Ecunda autem[b], & tertia quæſtio[1] eodem concilio Carthaginenſi ſeptimo, vno eodemque capitulo quarto terminãtur.[c] Illud vero eſt huiuſmodi.

¶ Qui ab accuſatione repelluntur, aut ad annum xiiij. nondum peruenerint, teſtes eſſe non poſſunt. C. I.

7 TEſtes autẽ ad teſtimonium non admittendos eſſe cenſemus, qui nec ad accuſationem[m] admitti præcepti ſunt, vel etiam, qui ſunt infra annos xiiij. ...

ps

b ¶ Secunda autem.] hic quæritur, an ante 14. ann. aliquis ſit admittendus ad teſtimonium. Et quidem in ciuili cauſa poſt 14. annos admittitur, vt j. e. c. 1. ſed in criminali non ante 20. annos, vt j. ca. in §. in teſtimonium. Io. Hoc tamen ſcias, q; puella poſt 12. an. in ciuili cauſa recipitur ad teſtimonium, quia tunc tutela eſt finita, vt inſt. quib. mo. tu. fin. circa medium. præterea tunc nubere poteſt puella, vt extr. de deſpon. impu. c. vl. tunc etiam poteſt intrare religionem, vt 20. q. 2. puella. Itẽ poſt illa:n ætatem teſtamentum facere poteſt, vt ff. qui teſt. fa. poſ. qua ætate. Io. Et agere cauſam matrimonij, vt extra. de procurator. tua. B.

1 ¶ Tertia quæſtio.] Tertia qu. eſt, "an omnis qui repellitur ab accuſatione, repellatur a teſtimonio? Et dicẽdum eſt, quòd ſic. ſed non in omnib. caſib. in quib. quis repellitur ab accuſatione, repellitur a teſtimonio. Nam in priuatis delictis non poteſt accuſare ille cuius non intereſt, tamen bene poteſt teſtificari ibi. Similiter qui admittitur ad accuſationem, admittitur & ad teſtimonium: ſed non vbicunque quis accuſat, poteſt teſtificari, vt ext. de teſti. decætero. Fallit tamen prædicta regula in muliere: nam ſecundum legẽ mulier i paucis caſib. admittitur ad accuſationem, ſed in multis admittitur ad teſtimonium, nõ th in teſtamẽti. vt 15. q. 3. de crimine b. Item hæc regula, qui nõ admittitur ad accuſationem, nec ad teſtimonium, intelligenda eſt in teſtimonio in criminalib. cauſis. Sed in ciuilib. cauſis bene admittuntur teſtes, ſicut illi qui ſunt irregulares, non ratione criminis, vt mutilati, bigami, vel alias irregulares, qui in criminalibus non teſtificantur contra clericos, ſed in ciuilibus bene. extr. de teſti. tam litteris.

" Accuſare prohibitur an à teſtimonio repellatur.

b iſta cõcor. reſpicit primũ dictũ, ſi illud aũ dictũ admittitur ad teſtimoniũ. Arc. 6 & in Afric. c. 98. capit. l. 7. c. 101.
7 Raban' in pœnit. c. 1. Burc. l. 16. c. 10. Iuo p. 6. c. 364. Pan. l. 4. c. 83.

S Ecunda autem.] Hic intitulatur 2. q. & 3. Hæc q. diuiditur in quattuor partes, ... aliquarum prima determinat magiſter. q. ſ. ſecundam & tertiam, & hoc per c. ſeq. in prima parte cuius determinatur 3. q. ſ. quod nullus poteſt eſſe accuſator, & teſtis. In ſecunda parte determinatur 2. q. ſ. quòd minor 14. annorum non poſſit eſſe teſtis. Secunda ibi, Item in criminalib. Tertia ibi, Item lege Iulia. Quarta ibi, Item

T Eſtes.] CASVS. Hic tria genera hominum à teſtimonio repelluntur, ſcilicet illi qui ab accuſatione repelluntur, & quos accuſator de domo ſua produxerit, & impuberes.

m ¶ Accuſationem.] niſi in caſu, vt 15. q. 3. de crimine.

a ¶ Adh.

quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem[a] infra annos quattuordecim ætatis ſuæ non admittantur.

[*Item ex concilio Maticenſi* †, *c. 6.*]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

[a] PLacuit ſancto conuentui, vt teſtes ad teſtimonium dicendũ pretio non conducantur, & vt quique optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur: vt is, contra quem teſtimonium† ferre debent, nullam eis poſſit afferre† calumniam, & vt nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus.

† al. Matiſconenſi
† al. teſtimonium ferre
† al. inferre infamiam

Item in criminali[b] *cauſa.*

¶ [*Produci teſtis non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.*] *ſicut in 22. lib. ff. tit. de teſtib. lege 23.*[a] *inuenitur.*

Item titulo eod. l. ob carmen. §. ſi teſtes.

C. III.

SI teſtes omnes eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, ſequẽda ſunt omnino † teſtimonia. Si vero ex his quidã eorum[c] † aliud dixerũt (licet in pari[d] † numero, credendum quidem eſt, ſed quod naturę

† al. omnia
† abeſt ab Orig.
† al. impari] Orig.

[a] ¶ *Ad teſtimonium autem.*] [a] infra 14. annos impubes non recipitur ad teſtimonium, vt hic, & inſt. de teſt. §. teſtes. tamen quia talis ætas plena eſt periurijs. vt extr. de deli. pue. c. 1. & quia nec iurare cogitur, 22. q. 5. pueri. & c. paruuli. & c. honeſtum. Nec obſtat. j. e. §. in teſtimonium. quia illud loquitur in criminalib. cauſis. Sed obijcitur, [o]ticius elicitur veritas a pueris, quàm à ſenioribus. ſecundũ Salomonem. Item impubes ſcupula cæditur pro veritate dicenda. ff. ad Syl. l. 1. §. impubes. & ab impubere ſumitur initium quæſtionis, ſicut à timido, vt ff. de quæ. vnius. in prin. & impubes non iurat. ff. de li. cau. l. vl. in fi. Reſpon. ideo non iurat, qui non poteſt peierare, vt ff. de iureiu. l. qui iuraſſe. & quia hæc ætas neſcit quid agat. C. de fal. mo. l. 1. & obtinent prædicta in contrarium allegata in exceptis criminib. & in nece occiſi domini, & in crimine læſæ maieſtatis. argum. 6. q. 1. §. ſi quis cum.

[a] Impuberes teſtificari non põt.

1 Ext. de teſti. c. 1. Bur. l. 19. c. 35.

IN CRIMINALI. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua ponit quattuor leges in quibus probatur quæ ſint attendenda in teſtibus, & hoc vſque ad l. iſtam, item l. Iulia. Ioan. de Fan.

CASVS. Hæc ſunt verba Gratiani, quæ autem ſequuntur, ſunt verba legis.

[a] Teſtis q ſemel contra aliquem depoſuit, an iterũ contra eundẽ teſtificari poſſit.

[a] Hoc eſt propter timorem ſubornationis. Arc.

b ¶ *In criminali.*] Hoc verbum non eſt in lege. ff. de teſtib. produci. Quidam ſic intelligunt legem iſtam, [a] quòd ſi aliquis teſtis inductus eſt ſemel contra aliquem, amodo ille teſtis nec in illa cauſa nec in alia poteſt eſſe teſtis contra illum. videtur enim eſſe ſuſpectus, & eum odio habere qui toties vult contra ipſum teſtificari, & hoc intelligunt in criminali cauſa. ſic & Gratianus intelligit. & eſt arg. ad hoc ext. de app. ad hæc ſi in vna. Sed tu dicas, quamdiu atteſtationes clauſæ ſunt, etiam in eadem cauſa, & iidem aliique teſtes denuo poſſunt induci [a], vt ext. de teſti. cum cauſam. in fi. & C. de teſti. l. vl. ſed poſt publicatas atteſtationes non poſſunt induci vel iidem vel alij ſuper eadem cauſa, & in eodem articulo, niſi id quod ego primo probaui in modum exceptionis, modo velim probare directè, vt extr. e. c. veniens. 2. tunc autem ante publicationem teſtium poſſum eundem iterum teſtem inducere, ſi forte primo non habuit omnia in memoria, vt in aut. e. ti. §. quoniam vero multi. ff. de quæ. reputi. Item idem teſtis poteſt redire, & errorem ſuum corrigere, vt ext. de teſti. cog. præterea. & 35. q. 6. de parentela. ibi, diſcordaſſe. Item ſi teſtis aliquid obſcure dixit [b], poteſt ab eo etiam poſt publicationem quæri interpretatio, vt ff. de teſt. hæredes. §. 1. licet ſit ar. contra de prob. in præſentia. ſed ibi forte ex cauſa omiſit iudex interrogare teſtem in fauorem religionis. Alij exponunt reum teſtimonium, ideſt, malum teſtimonium & falſum. argu. ad hoc extr. de ele. ſuper eo. & a qu. 1. prohibentur. De hoc autem non eſt dubium quin in alia cauſa idem teſtis poſſit induci denuo contra eundem, vt ext. de teſti. c. fraternitatis.

b Videat quod no. j. e in teſtibus. in gl. j.

PRODVCI. Caſus iſte dupliciter poni conſueuit. Vno modo ſic. Aliquis contra aliquem reum, id eſt, falſum teſtimonium dixit: poſtea in alia cauſa producebatur contra eum, quærebatur an recipi deberet? Et reſpondetur, quòd non. Alio modo ſic. Aliquis fuit inductus in teſtimonium contra aliquem in aliqua cauſa, modo quæritur an poſſit in alia cauſa induci contra eum? Et reſpondetur, quòd non, cum videatur ex odio toties teſtificari contra eum, & forte prima poſitio verior eſt.

S*i teſtes.*] CASVS. Inducti fuerunt teſtes in cauſa aliqua, quærebatur quorum teſtimonia iudex deberet ſequi. & reſpondet Iuriſconſultus, ſi omnes ſint bonæ famæ, & ſine ſuſpicione, iudex debet ſequi dicta omnium, ſi omnes concordant, & dicunt naturæ negotij competentia. Si autem diſcordant, licet in pari numero, tamen iudex debet ſequi eos qui veriſimiliora, & aptiora negotio dicunt: & qui ſunt ſine omni ſuſpicione, licet ſint pauciores alijs: quia non eſt ſemper ad multitudinem recurrendum, ſed ad eos qui ſyncera teſtimonia dicunt. Et poteſt hoc intelligi de teſtib. vnius partis tantum, & de teſtib. vtriuſque partis. Et quidquid hic dicatur per Ben. vel alios, ego B. e h Bri. hunc caſum verum eſſe credo.

[a] Teſtiũ depoſitiones cõtrariæ an fidẽ faciant.

c ¶ *Eorum.*] [a] circa contrarietatem teſtium plene diſtinguas, vt ſi vnus teſtis contradicat ſibi expreſſe, teſtimonium eius non valet, vt 3 q. 9. pura. 23. q. 7. quod autem. ext. de app. ſolicitudinem. C. de lib. cau. cum precum. niſi hoc fecerit corrigendo ſe, & incontinenti. ext. de teſti. cog. præterea. Idem videtur ſi quis teſtis pro parte inueniatur falſus, quòd tunc in nullo valet teſtimonium eius, vt 5. diſ. 9. ſi ad ſcripturas. j. ead. item qui falſo. Si vero vnus teſtis contradicit pluribus, talis contrarietas non obſtat, quia teſtimonium vnius nec iuſtificat nec condemnat, vt 3. q. 2. admonere. [c] niſi contradicat pluribus teſtibus cum quibus ipſe ſcriptus eſt in aliquo inſtrumento. ff. quemad. teſt. ape. l. 1. in fi. Si vero plures teſtes contradicunt pluribus, diſtinguunt quidam, quia aut contradicunt teſtibus ex eadem parte productis, aut ex aduerſa. Si ex eadem parte productis contradicant, nullius teſtimonium valet, vt 3. qu. 9. nihilominus. & videtur hoc expreſſum extr. de prob. licet. ſicut cum diuerſæ ſcripturæ ex eadem parte producuntur, quę ſibi contrarię ſunt, ex illis nulla valet, vt C. de fid. inſtr. ſcripturę. & extr. de fid. inſtr. imputari. Sed ſi contradicunt teſtibus aduerſæ partis, tunc præualet teſtimonium plurium teſtimonio paucorum, niſi illi pauciores meliores ſint, vel magis veriſimiliter loquantur, vt hic dicitur. Hanc diſtinctionem non approbo, licet enim teſtes vnius partis ſibi contradicant, non dico, quòd in hoc caſu teſtimonia omnium ſuccumbant, licet ita ſit in inſtrumentis, quia inſtrumenta ſua poteſt quis prouidere, an ſibi contradicant. vnde imputet ſibi ſi contraria inſtrumenta exhibet: ſed in teſtibus neſcit quid dicturi ſint. Dicas ergo, quòd ſi teſtes contradicant teſtibus, ſiue ex eadem, ſiue ex altera parte productis, primo concordabit iudex contrarietatem illam ſi poteſt, vt extra de teſt. cum tu fili. j. de pœn. diſ. 1. periculoſe. extra de verbo. ſign. nihil obſtat. 11. quæſt. 3. anteceſſor. Idem poteſt dici de contrarijs inſtrumentis, vt extra de conſue. cum dilectus. niſi manifeſta ſit contrarietas, vt 3. quæſt. 9. nihilominus. 35. quæſtio. 6. de parentela. vbi ergo teſtes contrarij ſunt, nec poſſunt concordari, ſemper teſtimonium plurium præualebit, niſi ex altera parte ſit tanta dignitas, vt merito debeat præiudicare numero, vt extra eodem in noſtra. vel niſi pauciores veriſimiliora loquantur: vt hic, vel niſi per pauciores teſtes plura probentur, quàm per plures. verbi gratia. Plures teſtes probant me poſſediſſe rem aliquam per 40. annos: pauciores probant eandem rem te poſſediſſe per 40. annos, & præterea probant titulum poſſidendi: tunc dicerem præualere teſtimonium paucorum. vt extra de proba. licet. & hæc vera ſunt vbi teſtes de eodem tempore inducti ſunt. Si vero teſtes alterius partis inducuntur contra teſtes alterius partis, vt ſi mei teſtes probaſſent me contraxiſſe cum aliquo in aliquo loco, & tu induceres teſtes ad probandum, quòd ego non fuiſſem tunc temporis in illo loco, hic poſſet videri, quòd ſecundis teſtibus potius eſſet credendum quàm primis, vt extra eod. ex tenore. & c. ſeries. extra de excep. denique. Sed hoc non credo, immo credo in tali caſu, quòd ſi ſecundi debent reprobare dicta priorum, quod etiam plures debeant eſſe teſtes, & longe melioris famæ, vt C. de contrahen. & ſtip. optimam. hoc ideo, quia præſumitur magis ſubornatio poſt publicatas atteſtationes, quam ante. [a] ſi autem teſtes ex omni parte ſunt pares, & in numero & in dignitate: tunc fertur ſententia pro reo: vt extra de proba. ex litteris. extra de fid. inſtr. inter dilectos. in fi. Ioan. niſi in matrimonio, & in cauſa liberali, & pro teſtamento, & in dote, vt extra de ſenten. & re iud. cap. vlt. B. Si autem neuter poſſidet, ſed vterque rem ab aliquo extraneo petit, tunc ſi teſtes vtriuſque partis ſunt pares. res diuidatur ſi poteſt, vt extra de præſump. afferte. Si eſt res indiuidua, poteſt iudex gratificari & dare cui vult. extra de paro. cap. 1. vel res ſorte diuidatur, vt 26. quæſtio. 2. ca. ſors. Si vero teſtes contradicant inſtrumento, aut contradicunt inſtrumento proprio, aut extraneo. Si proprio, ſcilicet in quo ſunt ſcripti, præualent teſtes inſtrumento. extra de probationib. tertio extra de condi. appo. per tuas. ff. quemadmod. teſt. ape. l. prima. in Authen. de fide inſtrumen. §. ſi vero. coll. 6. [a] Si vero contradicant alij inſtrumento, in quo non ſunt ſcripti, dixerunt quidam, quòd ſemper præiudicat viua vox mortuæ, vt in Authen. de fide inſtrumen. §. ſi vero. coll. 6. Alij dicunt, quòd ſi factum eſt remotum ab hominum memoria, potius creditur inſtrumentis, quam teſtibus. ſed ſi factum eſt recens, potius creditur teſtibus quam inſtrumentis, tum ideo quia memoria hominum quandoque non habetur vltra annum, vt ff. de probatio. ſi arbiter. tum ideo quia teſtes conſueuerunt fidem ſuam variare ex tractu temporis. ff. de car. edict. l. 3. §. duæ. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlt. [a] Ego credo quod contra quodlibet inſtrumentum admittuntur teſtes, quantumcumque ſit publicum, vt extra de præſcrip. ad audientiam. C. de proba. cum precibus. non tamen concedo, quòd teſtimonium duorum vel trium præualeat inſtrumento. nam cum inſtrumentum obtineat vicem duorum teſtium, & præterea tabellio æquipolleat, vel maior eſt vno teſte, oportet quod ad minus per quattuor teſtes reprobetur inſtrumentum, vt extra de fid. inſtrum. cum Ioannes. fallit tamen hoc in duobus caſibus, vbi videtur, quòd contra inſtrumentum non admittuntur teſtes [d], ſicut contra inuentarium publice confectum non admittuntur teſtes, vt C. arbitrium tut. l. vlt. & in confeſſione quæ fit a muliere in inſtrumento in quo confitetur ſe recepiſſe pecuniam pro interceſſione, vt C. ad Velleia. antiqua. Quædam tamen ſunt quæ melius probantur per inſtrumentum, quam per teſtes, vt ſententia lata, & arbitrium & commiſsio facta iudicibus. 97. diſt. nobiliſſimus. extra de offi. deleg. cum in iure.

c Ext. de teſt. c veniens. 1. & c licet. 1. & hoc 3. q. 4. in prin. Arc.

a ti. 5. l. produci.

[a] Sñia pro reo ferenda eſt data paritate probationũ, in fi. in 4. caſibus

[a] Teſtes ſi cõtradicunt inſtrõ, quid iuris.

[a] teſtes contra quodlibet inſtrm admitti põt

d Hoc eſt propter nimiã ipſius ſolennitatẽ, ſed in Goſ.

d ¶ *In pari.*] id eſt, quòd tot ſunt ex vna parte, quot ex alia. Vel dic impari, vt ſit vna pars, quod plus valet.

a ¶ *Ad mul*

negotij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpicione caret confirmabitque iudex motum animi ſui ex argumētis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit. Non enim ad altitudinem [a] reſpici oportet, ſed ad ſynceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia quibus potius lux veritatis aſſiſtit. *Item l.2.ff.eo.* ¶ In teſtibus† fides, dignitas [b], mores, grauitas examinanda [c] eſt: & ideo teſtes, qui aduerſus fidē teſtationis ſuæ vacillāt [d], audiendi non ſunt: *Item l.3.* ¶ Teſtium fides diligenter examinanda eſt: ideoque in perſona eorum exploranda [e] erunt inprimis conditio cuiuſque, vtrum quis decurio [f], an plebei ſit, & an honeſtæ, & inculpatæ vitæ, an vero quis notatus, & reprehenſibilis, an locuples [g], vel egens ſit [h], vt lucri cauſa quid facile admittat, vel an ei inimicus [i] ſit, aduerſus quē teſtimonium fert, vel amicus ei pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua fertur, quòd honeſta ſit, vel propter cauſam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa fiat, admittēdū eſt. *Item eadem lege paulo inferius.3* ¶ Lege Iulia [k] de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimoniū dicere liceat ei, qui ſe ab eo [l], parenteve eius liberauerit [m], quive impubes erit, quique iudicio publico [n] damnatus erit, qui eorum in integrum reſtitutus non erit, quive in vinculis [o], cuſtodiave [p] publica erit, quive ad beſtias, vt depugnet, ſe locauerit, quæve palā quæſtum faciat, feceritve [q], quive ob teſtimonium dicēdum, vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicat., vel cōuictus erit. *Item l.4.* ¶ Lege Iulia publicorum iudiciorū cauetur, ne inuito [r] denuntietur, vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrinove natum, eoſve, qui priore gradu ſint. ¶ Item, ne liberto ipſius [s], liberorumve eius [t], parentum viri, vxoriſve. ¶ Itē†, vt nec patroni [u], patronæve aduerſus libertos, neq; liberti aduerſus patronum cogantur teſtimonium dicere. ¶ Cum† autem excipitur, ne gener, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogatur, generi appellatione ſponſum filiæ quoque contineri placet. ¶ Item ſoceri, ſponſæ patrem. *Item l.6.* ¶ Idonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari [x] poteſt, vt teſtes fiant. *Item l.7.* ¶ Serui [y] reſponſo tunc credendum eſt, cum alia [z] probatio [a] ad eruendam veritatem non eſt. *Item l.8.* ¶ Inuiti teſtimonium dicere non coguntur ſenes [b], valetudinarij, vel milites, vel illi, qui cum magiſtratu reip. cauſa abſunt, vel quibus venire non licet [c]. *Item l.19.* ¶ Publicani [d] etiam teſtimonium non dicunt inuiti. ¶ Item is, qui non detractandi [e] teſtimonij cauſa aberit. ¶ Item is, qui exer-

a ¶ *Ad multitudinem.*] arg. pro paucitate contra multitudinem, vt 31.diſt. Nicæna.24. q.1.ordi.ff.de pact. maiorem. nam maior pars eſt quæ maiori nititur ratione, vt 40.diſt multi.in fi.

IN TESTIBVS. CASVS. Dicitur hic, quòd in teſtib. quattuor ſunt conſideranda.ſ.fides, dignitas, mores, & grauitas.& ideo ſi qui eorum in dictis ſuis vacillant non valent.

b ¶ *Dignitas.*] videtur ergo, quòd ſemper præualet teſtimonium eorum qui ſunt in dignitate cōſtituti, vt hic, & 97.di. nobiliſsimus. & 40. di. c.1. & 11.q.3. abſit. & ff.de fi. inſtr.l.vlt.Sed contra, non eſt quærendum quis vel qualis dicat, ſed quid dicat, vt 19.diſ.ſecundum.& 3.q.9. c.vlt. & 2.q.7.quæritur. & 6.q.2. placuit. Sol. ſemper præſumitur pro multitudine contra dignitatem, niſi ex altera parte tanta ſit dignitas, vt merito poſsit ꝓponderare, vt ext.e. in noſtra. ſed in electione etiam præiudicat numerus dignitati. ext. de ele. dudum.2. ſed hoc ideo, quia inter multos præſumendum eſt aliquos eſſe idoneos, vt 61.di. nullus.

c ¶ *Examinanda.*] i. inquirenda.

d ¶ *Vacillant.*] dubitando talis tenetur crimine falſi. ff. de fal. eos qui.& eſt fi.3.q.9. pura.& ff.de quæſtio. de minore.in fi.& l.ex libero. in prin. & extr. de acc.ſuper ext vt eccl. benefi.vt noſtrum.

TESTIVM.CASVS. Dicitur in hac lege quòd nouem ſunt in quib. iudex debet teſtem examinare, & demum ſi teſtis careat ſuſpicione, vel propter perſonam à qua profertur vel propter cauſam: quia gratia, vel lucro vel odio non corrumperetur, recipiendus eſt. Perſonam ſuſpectam, ſecundum ſe.cauſam, quæ in rebus & perſonis conſiſtit ſecundum Iſid.

e ¶ *Exploranda.*] à iudice, vt 2 q.7 quærendum, 30. q.5. iudicantem.

f ¶ *Quis decurio.*] arg. quòd teſtimonium nobilis præualet. ar.41.diſ. non cogantur. ſimiliter electio, vt in aut.de decen.ei. §.1.col.3.& ar. extr.de app.conſtitutus.

g ¶ *Locuples.*] in Salomone legitur: " Diuitias & paupertates ne dederis mihi, ne repletus mendax fiam: & ne pauper periurem nomen Domini.ſic 2. q.1. prohibentur. ſi tamen alias caret ſuſpicione, bene admittitur, vt inſt.de ſuſpec.tuto §.vlt.

h ¶ *Sit.*] ſupple talis vt.&c.

i ¶ *Inimicus.*] capitalis, vt extra de ſimo.per tuas.& de hoc notaui 3. 3.q.5.c.2.

k ¶ *Lege Iulia.*] hic incipit tertia pars huius quæſtionis, quæ protenditur vſque ad l.ꝟ.e.qui falſo. in qua ponuntur certæ perſonæ, quæ non coguntur dicere teſtimonium inuitæ. & quædam quæ accuſare non poſſunt.Io.de Fan.

CASVS. Hic continentur ſeptem genera perſonarum, quæ à teſtimonio repelluntur, quæ in ipſa littera ſi volueris numerabis.

l ¶ *Ab eo.*] ſcilicet reo.

m ¶ *Liberauerit.*] 12 q.2 epiſcopus qui mancipium.

n ¶ *Publico.*] ſecundum canonem idem eſt de priuato.extra eo. ſuper eo.

o ¶ *In vinculis.*] pro crimine, quòd per ſententiam infamaret, vt C. de infa.l.1.extr.de acc.ſuper his.alias nomine vinculorum priuata vincula intelliguntur. ff. de ver. ſig. vinculorum. Hic patet quòd ſecundum leges repellitur criminoſus, etiam ſi nondum in eum ſit lata ſententia.& in fi.idem innuit vbi dicit, iudicatus,&c.

p ¶ *Cuſtodia.*] donec ſit purgatus

q ¶ *Feceritue.*] & ſufficit, ſi quandoque fecit, vt ff.de rit.nup.palam.

LEGE IVLIA. CASVS. hic nouem ſpecies hominum continentur, contra quos quis inuitus teſtificari non compellitur, ſcilicet contra ſocerum, &c. vt ibi dicitur.

r ¶ *Ne inuito.*] volens ergo admittitur, vt 3. prox.q.c.1.

NE LIBERTO.CASVS. Repete ſemper per ſingulos gradus hæc verba cum hoc datiuo, liberto. Item hac lege cauetur, ne denuntietur liberto ipſius, ſ. patroni accuſati, vel liberto liberorū eius. ſ. rei accuſati, vel liberto viri eius, ſc. vxoris quæ accuſatur dicere teſtimonium contra eum, vel liberto vxoris eius. ſ. viri qui accuſatur, dicere teſtimonium contra eam. & ita ſuppleas ſemper in ſupradictis omnib. Itē cauetur hac lege ne denuntietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus patronam accuſatam, vel econtra. Item cauetur hac lege ne denuntietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus colibertos ſuos. idem dices de liberto patronæ. Hæc autem variis modis exponuntur pro varietate doctorum. & hanc legem intelligunt doctores in cauſa criminali tantum, excepto eo, " quòd libertus contra patronum non admittatur in cauſa ciuili. Sed Huguitio & Orthophagienſis intelligunt eā in ciuili & in criminali. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſq; ibi, *Inuiti.*

s ¶ *Ipſius.*] accuſati.

t ¶ *Eius.*] ſ. accuſati, vel liberto ſupple parentum rei. hic vult dicere, quod libertus alicuius non poteſt ferre teſtimonium contra ipſum nec libertus filiorum ſuorum, nec libertus parentum ſuorum nec libertus vxoris ſuæ. Et repete hanc dictionem liberto, cū quolibet genitiuo.

v ¶ *Ne patroni.*] genitiui caſus, & eſt ſenſus: Ne denuntietur liberto patroni eius, vel liberto, ſcilicet accuſati vel rei, vel liberto, ſcilicet patronæ eius, ſcilicet rei, vt dicat teſtimonium aduerſus eum, ſcilicet reum, id eſt, vnus libertus aduerſus conlibertum ſuum eiuſdem patroni non cogitur teſtari. vel melius patronum. vel patronam hic vocat eum, qui eſt patronus alicuius liberti, & tamen idem eſt alterius libertus, & ſic eſt patronus & libertus.

x ¶ *Imperari.*] fallit hoc in matrimonio, vt ext.qui mat. acc.poſſunt. videtur in fi.ergo vxor non erit teſtis pro marito, quia ei ſubiecta eſt.33.q.vlt.mulierem.

y ¶ *Serui.*] ff.de prob.cum probatio.

z ¶ *Cum alia.*] ſi.14. q.2.c. vlt.C. de hær.l.vlt.ſic propter defectum admittuntur minus boni, vt 55.diſt.c.1.

a ¶ *Probatio.*] plena. " nam præſumptio aliqua debet præcedere. non enim à tormentis eſt incipiendum, vt ext.de re. iu. cum in contemplatione. & intellige cum de ſuo facto interrogatur ſeruus, vt ꝟ.e. ſerui. & illud dicitur reſponſum, non teſtium, nec creditur ei tunc ſine tormentis, vt 5.q.5 illi qui.

INVITI. CASVS. hic ponuntur nouem ſpecies hominum, qui ad teſtimonium dicendum compelli non debent, inter quos eſt ille qui abeſt non cauſa detractandi teſtimonij, & qui conducit annonam exercitui, & etiam pupillus, qui teſtis eſſe non poteſt.

b ¶ *Senes.*] maiores lxx. ann. ff.de excu. tu.l.2. in prin.ſed ad domum eorum eſt mittendum extra eo.ſi qui teſtium.

c ¶ *Non licet.*] propter turpitudinem: quibus interdictū eſt certo loco.

d ¶ *Publicani.*] id eſt, telonarij.

e ¶ *Non detractandi.*] i. euitandi, vt ille qui eſt in aliena prouincia, vt extra de fideiuſſo. conſtitutus. & C.de fid. inſtru.iudices.nam ad tales eſt mittendum. Vel intellige quando iam per xv. dies fuerunt coram

a Ad hoc fa. quòd le.& no. 23. diſ.tales. Arc.

b Adde ad hoc gl.in §. ſcimus in gl. in ver. ꝑ dignitatem. In auth. de teſt. col. 7.& l.3. ff.e. tit.

† *teſtimoniis*] Orig.

c Dignitatē hoc falſum ſecūdum Hoſt. Pann.Fel. in c. in noſtra. de te ſub.

d Dic vt no. eo. ti. eccleſiæ.2.& leg. e.ti. in concilio Græ. ſi quādo. Arc.

" Diues aut pauper fieri nemo appetat.

a Hoſt. tñ intellige ſed ʒ dec. e. ti. teſtimonium. Io.de Fan.

† *Et*] Orig.

† Ibid. ex l.5.

† *in legibus, quibus excipitur, &c.*] Orig.

" Libertus contra patronum non teſtificatur.

z l. *inuiti.*] mutata eſt enim verborum ſeries.

" ꝑſumptio præcedat tormenta.

citui præbenda † [a] conduxerit. Sed nec pupillis teſtimonium denuntiare poteſt. *Item l. 20.* ¶ In teſtimonium accuſator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus [b] erit, aut qui minor viginti annis erit. *Item l. 21.* ¶ Ob carmen famoſum [c] damnatus, inteſtabilis fit. *Item.* ¶ Si res exigat, non tantum priuati, ſed etiam magiſtratus [d], ſi in præſenti ſint, teſtimonium dicant. Prætor quoque teſtimonium dare debet in iudicio adulterij cauſa. Si autem ea rei conditio [e] ſit vt arenarium [f] teſtem, vel ſimilem perſonam admittere cogamur, ſine tormentis [g] teſtimonio eius credendum non eſt. *Item l. 24.* ¶ Teſtes eos, quos accuſator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item l. 25.*

¶ Patroni [h] quoque in cauſa, cui patrocinium [i] præſtiterunt, teſtimonium non dicant, quod & in executoribus [k] negotiorum obſeruandum eſt. *Item l. 16.* ¶ Qui falſo † vel varie [l] teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt [m], à iudicibus competenter puniantur. *Item l. 17.* ¶ Pater & filius, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodem teſtamento, vel eodem negotio fieri poſſunt: quoniã nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi. *Item l. 15.* ¶ [n] Hermaphroditus an ad teſtimonium † [n] adhiberi poſſit, qualitas incaleſcentis ſexus oſtendit. *Item l. 9.* ¶ Teſtis idoneus pater filio [o], aut filius patri non eſt. *Item l. 10.* ¶ Nullus idoneus teſtis in re ſua [p] intelligitur. *Item l. 11.* ¶ Ad fidem [q] rei geſtæ faciendam etiam non rogatus teſtis intelligitur †. *Item l. 12.* ¶ Vbi numerus teſtium non adiicitur: etiam duo [r] ſufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contẽta eſt. *Item l. 3.* ¶ In teſtibus cõſiderandum eſt, qui ſimpliciter [s] viſi ſunt dicere, vtrum vnum, eumdemque, & præmeditatum ſermonẽ attulerint, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore [t] veriſimilia reſponderint [u]. *Item paulo inferius.* ¶ Sæpe [x] ſi ne publicis monumẽtis cuiuſque rei veritas deprehẽditur, aliàs numerus teſtiũ, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti cõſentiens fama [y] confirmat rei, de qua quæritur, fidẽ. Non ergo ad vnam probationis [z] ſpeciem cognitionem ſtatim iudex alligare debet, ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare † quid aut credat, aut parũ ſibi probatũ opinetur. *Itẽ paulo infer.*

coram iudice. tunc enim licite recedunt, vt C. de teſti. ſi quando.

a ¶ *Præbenda conduxerit.*] vehenda.

IN TESTIMONIVM. CASVS. Ego accuſabam aliquem & contra ipſum inducebam condemnatum publico iudicio ad teſtimonium. quærebatur an poſſum? Et reſpondet quòd non: neque minorem. 20. an. poſſum contra eum inducere. In ſeq. lege. dicitur, quòd condemnatus in famoſo crimine eſt inteſtabilis. i. nec teſtis eſſe poteſt, nec facere teſtamentum.

b ¶ *Reus.*] i. accuſatus. ſi. 81. diſt. tantis.

c ¶ *Ob carmen famoſum.*] ff. de iniur. lex Cornelia. nec ipſe poteſt. eſſe teſtis, nec teſtamentum facere. nec aliter pro ipſo eſt teſtis in teſtamento. ff. qui teſt. fa. poſ. cum lege.

SI RES. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd ſi res exegerit: non ſolum priuati, ſed etiam magiſtratus poſſunt teſtificari. Prætor etiã in cauſa adulterij teſtificari poteſt. Si autem ea ſit conditio cauſæ vt turpis perſona ſit inducenda in teſtem, vtputa in excepto crimine, ei non creditur ſine tormentis.

d ¶ *Magiſtratus.*] qualiter iudex poſsit eſſe teſtis, dixi 3. q. 6. ſtatuendum [a].

e ¶ *Conditio.*] ſin exceptis criminibus.

f ¶ *Arenarium.*] qui pugnauit in arena, vel in loco tali.

g ¶ *Sine tormentis.*] ſ. q. illi qui.

TESTES. CASVS. Tria genera perſonarum enumerantur hic, quæ a teſtimonio repelluntur: ſcilicet domeſtici, aduocati, & iudices in cauſis in quibus fuerunt aduocati & iudices. Vel intellige executores ſecundum quoſdam, id eſt, apparitores. Sed partibus volentibus teſtes admitti poſſunt, vt in auth. de teſti. §. quoniam vero. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad legem, Hermaphroditus.

h ¶ *Patroni.*] qui non poſſunt ſimul eſſe teſtes iuris & facti, vt C. de aſſeſ. l. nemo. poſſunt tamen teſtificari de tranſactione facta pro cauſa ſua. ext. de tranſ. ex literis [b].

i ¶ *Patrocinium.*] De hoc dixi 3. q. 6. ſtatuendum.

k ¶ *In executoribus.*] id eſt, procuratoribus & curatoribus.

k ¶ *In executoribus.*] Sed nonne executor iudicis poteſt eſſe teſtis? quare enim deſtinaretur a iudice, ſi non crederetur dicto ſuo? nam & nuntio creditur [c], vt extr. de app. cum parati. ff. de rebus cor. qui ſub tu. l. magis. §. illud. & 63. diſt. c. pe. in fi. nec de illorum actio. dubitandum eſt, qui ad officium tale admittuntur, vt 94. diſt. valde ff. de of. præf. præt. l. 1. qualiter enim probaret quis ſe non citatum, vt ext. de ele. bonæ? Reſpondeo: creditur eis donec probetur contrarium, ſaltem per ſuum iuramentum. ar. 81. diſt. propoſuiſti. ff. de eu. & exhi. re. l. diuus.

QVI FALSO. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua ponit quaſdam leges, quibus probatur quales teſtes faciunt fidem, & quales non. Ioan. de Fan.

l ¶ *Varie.*] Si. extra vt eccle. bene. vt noſtrum. ext. de conceſ. præ. poſt electionem.

m ¶ *Prodiderunt.*] dicta.

HERMAPHRODITVS [a] Quæſitum fuit vtrum hermaphroditus, id eſt, qui habet ſexum maris & fœminæ, poſsit eſſe teſtis in teſtamento? & reſpondetur quòd ſi magis appetit ea quæ viri ſunt, poteſt: aliàs non. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ibi, *In teſtibus.*

n ¶ *Ad teſtimonium.*] ſcilicet in teſtamento, vbi mulier non poteſt eſſe teſtis ſecundum legem, vt inſt. de teſta. §. teſtes. in iudicio autem eſſe poteſt. 15. q. 3. de crimine. Sed quid ſi in omnibus eſt parilitas? Item numquid talis poteſt ordinari. Item an contrahet cum viro, an cum muliere: & ſi prius cum viro contraxit, an poſsit eo mortuo cum muliere contrahere? Sed certe in omnibus his reſpici debet ſexus qui magis incaleſcit, de monſtro poſſunt fieri monſtruoſæ quæſtiones. Hug.

o ¶ *Filio.*] ff. de prob. etiam contra. [a] vbi dicitur quòd mater poteſt teſtificari pro filio: ſed illud intellige quòd poteſt pro ætate, vel etiam pro cognatione filij teſtificari. Item pater teſtificatur pro filio in cauſa religionis. 20. q. 3. præſens.

Codice libro primo tit. de epiſcopis, & clericis l. 8. Imperator Theodoſius. 2 ¶ *Presbyteri*[g] *citra iniuriam quæſtionis teſtimonium dicant, ita tamen, vt falſa non ſimulent. Ceteri vero clerici, qui eorum † deinde gradum, vel ordinem ſequuntur ſi ad teſtimonium dicendũ petiti fuerint, prout leges*[h] *præcipiunt, audiantur: vt ſalua tamen ſit litigatoribus falſi actio ſi forte presbyteri qui ſuo †*[i] *nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquem corporalem iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quòd nihil metuant, vera ſuppreſſerint. Multo magis enim pœna digni ſunt, quibus quam plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, ſi occulte † inueniantur in crimine*[4]. ¶ *Item conſtitutione tertia coll. nona.*

¶ [5] *Presbyteri*[k] *ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium dixerint ſi quidem in re pecuniaria, diuino miniſterio dũtaxat per tres annos ſeparati, monaſterio tradantur: Si in criminali, clericatus honore nudati legitimis pœnis*[l] *ſubiiciantur. Ceteri vero clerici communi*ª *iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, ſine delectu cauſa legitime coerceantur.*

ª ¶ Communi.] *Hæc omnia verba.* communi iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, *abſunt à manuſcriptis, ſunt tamen in tralatione, quæ habetur in codice. Nec vero Gratianus ipſa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani aut Iraterij retinuit. Quare operæpretium fuerit nouellam ipſam græcam & vulgatas interpretationes conſulere: exſtant enim aliquæ varietates non contemnendæ.*

Item Gregorius Ianuario epiſcopo libr. 3. epiſt. 24.

¶ Ad ſanctæ communionis, miniſterium † non accedat, qui crimen illatum non probat. C. IIII.

[5] EPiphanium[m] ª presbyterum quorumdam ſacerdotum † litteris[n] criminaliter accuſatũ[o]:

---

pœna ſit puniendus qui deficit in probatione criminis quod obiecit. Sed quæſtio tractata eſt 3. 2. qu. 3. Sed Gratianus eam repetit vt addat quædam cap. de hac materia loquentia, & vt addat de commutatione & recompenſatione pœnæ, vt qui non poteſt pati pœnam legitimam, patiatur aliam loco eius. Prima duo cap. ſequentia per ſe patent.

CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, qua quæritur qua pœna ſit puniendus qui deficit in probatione criminis quod obiecit.

a ¶ *Qui autem.*] hæc quæſtio expedita eſt 2. qu. 3.

b O*Mnis.*] ¶ *Puniatur.*] ſi conuictus fuerit de calumnia, vt 2. quæſtion. 3. §. notandum. 2.

Q*Via.*] CASVS. Quidam ſubdiaconus crimen cuidam diacono obiecit, ſed defecit in probatione. Quæſitum fuit à Gregor. qualiter debeat puniri? & reſpondet quod pœna talionis puniri non poteſt, cum ſit diaconus, ſed careat promotione ſacerdotij, quam habere poterat, & executione officij quod habet & tamquam reuera infamis verberibus caſtigetur velut laicus conuictus de crimine, & illud verbum velut laico, in apparatu exponitur multipliciter, ſed certe per caſum poſitum debes literam intelligere.

c ¶ *Manus.*] presbytero enim & diacono tantum manus imponitur, vt 20. di. presbyter. & capit. diaconus. Sed contra. 49. diſt. ca. 1. vbi & clerico iubetur manus imponi, ſed illud de manu benedictionis, hoc de manu conſecrationis. Vel dic quòd tempore Gregorij ſubdiaconatus non erat ſacer ordo. 21. diſt. c. 1.

d ¶ *Sacerdotio.*] quod habiturus erat. argum. ª quis dicitur perdere quod numquam habuit. 30. qu. 1. puellæ. 17. diſt. concilia. 23. qu. 4. Guiliſarius. 27. q. 2. §. ex his[a].

e ¶ *Caſtigari.*] hic vna pœna commutatur in aliam pœnã corporalẽ. ſic. 12. quæſt. 2. §. libertus. & 68. diſt. presbyter. 14. q. vlt. c. 1. ſi. ff. de accuſ. hos. §. omnibus. in fin.

f ¶ *Velut.*] hic vult dicere, quòd ſubdiaconus conuincitur veluti laicus quantum ad hoc, ſcilicet quòd ſicut cauſa laici ab epiſcopo vno audiri poteſt, ſic cauſa ſubdiaconi, vt 11. q. 8. Felix. ſecus eſt in diacono. quidam etiam referunt hoc ad qualitatem teſtium, vt ſicut bigami admittuntur contra laicum, ſic contra ſubdiaconum, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, vt 34. diſt. lector. ſed eadem ratione homicida admittitur contra ſacerdotem, cum ſecum diſpenſari poſsit à Papa[b].

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit ab imperatore an presbyteri cum ferunt teſtimonium, ſint verberibus ſubiiciendi? Et reſpondet quòd non propter prærogatiuam ſacerdotij, hac tamen conditione, vt falſa non dicant. cæteri vero clerici prout leges præcipiunt, audiantur. ſed ſi presbyteri falſitatem dixerint, licentiam habeant litigatores de falſo eos redarguere, & quanto in maiori honore ſunt poſiti, tanto maiori pœna debent affici, ſi crimine reperiantur falſitatis & illud verbum, & leges præcipiunt, id eſt, forte in quibus caſibus laici torquentur, & ipſi torqueantur.

g ¶ *Presbyteri.*] bonæ opinionis, ſecundum H. ſecus ſi ſuſpecti ſunt, vt 3. c. q. 5. illi. ſed hoc non placet[c]. minores ergo clerici poſſunt coram epiſcopo torqueri non à laico, vel non credo tenere qđ hic dicitur.

h ¶ *Leges.*] circa laicos infames.

i ¶ *Qui ſuo.*] i. propter ſuum honorem.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit à Iuſtiniano, qua pœna debent puniri presbyteri & diaconi, ſi de falſo teſtimonio conuincantur? Et reſpondet, ſi in ciuili cauſa falſum dixerint teſtimonium, ſeparati à miniſterio duntaxat per tres annos detrudantur in monaſterium. Sed in criminali primum degradentur, deinde pœnis legitimis ſubiiciantur. Cæteri vero clerici ſine delectu cauſæ legales pœnas patiantur.

k ¶ *Presbyteri.*] qualiter ſtatuit hic imperator aliquid de rebus eccleſiaſticis, contra id 96. diſt. bene quidẽ. niſi hoc fecerit aucto. Apoſtolica, 97. diſt. eccleſiæ. & c. victor. Sed hic inſtruit iudicem eccleſiaſticũ quid facere debeat. ſic 3. e. dilatori.

l ¶ *Legitimis pœnis.*] quæ ſunt ff. de fal. l. 1. §. vlti. vbi dicitur, quòd pro crimine falſi, ſi eſt liber, deportatur. & omnia eius bona publicantur: ſi eſt ſeruus, patiatur vltimum ſupplicium. Vel intellige de pœnis canonicis, vt dicitur. di. 50. ſi epiſcopus. Vel dic cum iudex ex officio ſuo punit teſtem ſecundum ſuum arbitrium punit eum, vt C. de teſtib. nullum. ſecus ſi directe accuſatur teſtis[d], vt 50. diſt. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. 1. §. vlt.

E*Piphanium.*] Hæc eſt 3. pars quæ. in qua vult probare qualiter ſunt puniendi qui nõ probant quod obiiciunt. & ad hoc ponit. 2. c. Io. de Fant.

CASVS. Quidam abſentes libellum accuſationis vt Epiphanium infamarent miſerunt epiſcopo ſuo, ſ. Ianuario, qui cum libello accuſationis prædictum Epiphanium ad Papam miſit. tunc Papa examinata cauſa, & cognita innocentia Epiphanij, eum abſoluit, & mandat epiſcopo, vt illos accuſatores excommunicaret, niſi venirent & probarent crimen quod obiecerant. ita poſuit Hugo caſum. Beneuen. vero ſic ponit caſum, Epiphanius presbyter dicebatur rem cum quibuſdam mulieribus habuiſſe: quod ſcelus quidam ſermone tacito nomine ſuo ſignificauit Domino Papæ Greg. quo audito præcepit Greg. Sabino defenſori, vt mulieres, illas quas presbyter Epiphanius dicebatur cognouiſſe, & alios qui eiuſdem rei veritatem ſcirent, Romam adducat: quo facto & omnibus in præſentia Papæ poſitis, cum nullum crimen in Epiphanio inueniret, remiſit eum ad Ianuarium epiſcopum, coram quo ſi ille, qui talem epiſtolam miſit, non apparuerit paratus quod obiecit probare, à communione remoueatur. Sed primus caſus mihi magis placet. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad finem, quantum ad caſus poſitionem.ª

m ¶ *Epiphanium.*] de eo agitur extr. de teſti. quoniam.

n ¶ *Litteris.*] ſed qualiter hoc fecerit, cum non ſit admittenda accuſatio per litteras, vt 2. qu. 8. per ſcripta. & 3. q. 9. abſente? ſed hic non plene examinauit cauſam.

o ¶ *Accuſatum.*] id eſt, infamatum.

ª ¶ Diſcu

Marginal notes:

a capit. l. 2. c. 177.

2 Anſel. l. 3. c. 92.

3 Ioan. diac. lib. 4. vitæ B. Greg. c. 31.

ª Perdit quis qđ nũquam habuit.

a Et 23. q. 1. c. quorumdam. vbi de hoc in fin.

b De hoc ar. nc. not. extr. de homi. ſi eſt dignum. §. vlti. Arch.

c Vñ ghaliter intelligas lĩam vt ſonat ſecundum B. Ilid.

† al. eum.

† al. ſub.

† al. ſi in occulto inueniatur crimen.

4 Concord. tex. l. omne. §. q. manus. ff. de re mil. & l. presbyteris. C. de epi. & cl. Crimẽ falſi qua pœna punitur.

5 C. e. tit. aut. ſequenti. Presbyteri Nouell. 123. §. reuerendiſſimis.

d Et videas, qđ no. 2. q. 3. in ſumma. i ſi. & qđ leg. & no. 23. q. 5. Rex debet. & 33. q. 5. hæc imago. in fi. Arch.

† al. myſteriũ

† al. Sardorum.

a ¶ *Diſcutientes.*] de plano, non in forma iudicij. extra de accuſat. olim.

b ¶ *Abſoluimus.*] ab obſeruatione iudicij, vnde poſtea admittitur accuſatio.

c ¶ *Paratus.*] nonne potuit accuſator pœnitere, & dicere ſe erraſſe, vt 3. ead. qu. 1. quidam.

'' accuſator an & qui pt deſiſtere. a Qd cõiter not. oẽs do. in iſta decr. licet ſolutio nẽ, q primo ſequitur, vnde canon cu res. Arc.

'' & ante lit. cont. poteſt deſiſtere accuſator, vt extr. de accu. licet[a]. in fin. ſed iſtud eſt ſpeciale in accuſatione epiſcopi, vel cũ orta eſt infamia, vt dixi 3. 4. q. 5. quiſquis.

d *Delatori.*] confeſſo.

e ¶ *Lingua.*] ſed qualiter dat Papa iura de pœna ſanguinis contra illud 23. qu. 8. his à quibus ſed hic docet quid facere debeat iudex ſæcularis. ſic. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. Ioan. de Fant.

† al. myſterium.

Duo fornicatores.] CASVS. Supra in 2. & 4. cauſis in multis capitulis docuit Gratian. quòd criminoſi, & infames repelluntur ab accuſatione & teſtimonio: ſed quia quædam ſunt crimina excepta in quibus criminoſi vel infames admittuntur, ideo annectit hanc cauſam, vt oſtendat, quòd in crimine excepto criminoſi & infames admittuntur. Oſtendit etiã, quòd ſimplici aſſertioni epiſcopi non creditur, cum vult alium accuſare, & quòd epiſcopus accuſatus ad alium archiepiſcopum ire non debet, vt hæc & alia faciat, proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones. Sunt autem crimina excepta vt dicit H. crimen læſæ maieſtatis: crimẽ perduellionis, quod eſt ſpecies criminis læſæ maieſtatis, crimen hæreſeos, crimen ſimoniæ, crimen ſacrilegij, crimen fraudati cenſus vel annonæ. Inter hæc eſt crimen ſimoniæ, quod magis in eccleſia frequentatur.

Quod autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes. In prima probatur per 16. auctoritates ſanctorum, q infames, excommunicati, & inimici nõ poſſunt alios accuſare. Secunda ibi, *Cum itaque.* Tertia ibi, *Quicumque.* Quarta ibi, *Verum.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur an criminoſi & infames repellantur ab accuſatione? Et certum eſt quòd ſic, vt 2. quæſ. 1. in primis. niſi in crimine excepto, vt 89. diſt. ſi quis Papa. & 2. qu. 3. ſane. & procedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione. Primo probat quòd criminoſi & infames non debent admitti ad accuſandum, vſque ad §. ſed licet. Poſtea dicit, quòd in crimine excepto & in crimine ſimoniæ bene admittuntur teſtes iſti & ſimiles.

f ¶ *Quòd autem.*] in ſimonia quilibet auditur accuſans contra laicum, etiam meretrix. vt 89. diſ. ſi quis Papa. & extr. de ſim. tanta. & hoc ideo, quia omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius, vt 1. qu. vlt. patet. ſecus ſi accuſatus ſit clericus, & bonæ famæ, vt 2. qu. 1. in primis. in fin. immo eadem eſt diſtinctio in laico. an prius fuerit bonæ famæ, an non, vt ff. ad leg. Iul. maieſt. famoſi. '' Licet autem in exceptis criminibus admittantur criminoſi, non tamen ſine tormento, vt 4. qu. 3 ſi ead. Si ergo clericus eſt bonæ famæ nullo crimine ſuſpectus, non auditur contra ipſum, vt extr. de teſtib. veniens. Si eſt malæ, quilibet admittitur ad accuſandum & teſtificandum, vt extr. de ſi. per tuas. Quidã tamen dicunt, q licet viles admittantur ad accuſationem, nõ tamen ad teſtimonium, quia tota vis negotij pendet ex teſtimonio, ſed non in accuſatione. Vel dic, vt dixi 2. quæſ. 1. in primis. in fin.

† clerum] orig.

† al. arceatur

'' Criminoſi in exceptis crib[us] teſtificari pñt.

† al. huius.

Si ſacerdos.] CASVS. Quæſitum eſt ab Anacleto, an criminoſi poſsint accuſare ſacerdotes? & reſpõdet, q non, quia cũ ab Apoſtolo præcipiatur ſacerdotẽ ſine crimine eligi, numquam debet a criminoſis accuſari, ſed ab illis tantum, qui poſſunt ad ſacerdotium promoueri.

g ¶ *Præcipitur.*] ab Apoſtolo[b], vt 25. diſt. primum. ſi tale eſt crimen quod eſt accuſatione, & damnatione digniſſimum, vt 81. diſt. Apoſtolus.

b Et ſic patet pceptum eſſe Apoſtoli ordinãdũ eſſe ſine crimine, ſcd̃m Hu. & Laur.

Omnes.] CASVS. Dicit Hadrianus Papa, quòd omnes dicuntur eſſe infames, quos leges ſæculi infames appellant, & iſti tales & alij qui ſuis culpis non poſſunt ad ſacerdotium promoueri, repelluntur ab accuſatione: qa ſicut maior à minori iudicari non põt, ita nec accuſari.

h ¶ *Leges.*] Sed q alios dicimus infames ſecundum canones, qui nõ ſunt infames ſecundũ leges, vt bigamos, & corpore vitiatos, ſicut nec omnes dicimus infames ſecundum canones qui ſecundũ leges ſunt infames, vt mulier, quæ nubit intra tempus luctus. Ioã. Sed certe bigami & corpore vitiati non ſunt infames, & ſi ſint irregulares. cũ non deliquerint

cuius nos, vt valuimus, diſcutientes[a] cauſam, nihilque in eo obiectorum reperientes, vt ad locum ſuum reuerteretur, abſoluimus[b]. Criminis ergo eius auctores te volumus perſcrutari: & niſi qui eaſdem tráſmiſit epiſtolas, paratus[c] fuerit hoc, quod obiecit, canonicis, atque diſtrictiſſimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ miniſterium † communionis accedat.

a ¶ Epiphanium.] *In epiſtola hac antecedunt.* Præterea noſtri latorem præſentium Epiphanium presbyterum quorumdam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 49.

¶ Qua pœna delator ſit feriendus. C. V.

2 Delatori[d] autem lingua[e] capuletur, aut conuicto caput amputetur. ¶ Delatores autẽ ſunt, qui inuidia produnt alios.

¶ *Habetur inter capitula Hadriani c. 49. allatum, quantum conijcere licet. ex legibus ſæcularibus. Nam in codice Theod. libr. 10. tit. 10. l. 2. fere idem, in libro autem 7. capit. c. 360. prorſus idem habetur.*

[*Item ex concilio Eliberitano.*] a

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

3 Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit non a niſi in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, infra quinquennium accipere poterit cõmunionẽ. Si cathecumenus fuerit, poſt quinquennij tẽpora admittatur ad baptiſmum.

a ¶ Non niſi.] *In concilio ipſo & capitularibus legitur,* nec in fine: *quod in multis eiuſdem concilij decretis repetitur. Quemodo autem hic, & apud Burchardum, atque Iuonem legitur, cõuenit canone 13. Nicæni concilij, in quo ſic ſtatutum eſt.* De his, qui ad exitum veniunt, etiã nunc lex antiqua regulariſque ſeruabitur, ita, vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minime priuetur. *Hãc controuerſiam copioſe explicat. Inn. 1. epiſt. 3. c. 2. Exuperio epiſcopo Toloſano.*

Item ex octaua ſynodo.[4]

¶ Qui innocentem falſo crimine maculauerit, ſacerdotis arbitrio pœna diuturna purgetur. C. VII.

Si quis falſum dixerit, vel perſonam innocentis falſo crimine maculauerit, iuxta ſacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur.

¶ *Caput huic in uulgatis erat præpoſitum nomen papæ, quod ſublatum eſt auctoritate omnium uetuſtorum exemplarium, quotquot collata ſunt. Extat autem in regula monachorum. B. Iſidori. c. 17.*

Item ex concilio Agathenſi, c. 32.

¶ A communione coerceatur vel ſæcularis, vel laicus, qui eccleſiam, vel clericum per calumniam fatigauerit. C. VIII.

5 Si quis vero ſæcularium per calumniam eccleſiam, aut clericum† fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab eccleſiæ liminibus, & à catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur†.

CAVSA VI.

Duo fornicatores, & infamia notati, quemdam religioſum epiſcopum de ſimonia accuſare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiſcopi iudicium expetit: tandem in probatione deficit accuſator: reus cogitur ad ſuæ innocentiæ aſſertionem.

1 Hic primum quæritur, an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiuſmodi † accuſationem ſint admittendi.

2 Secundo, ſi epiſcopus in eos accuſationem vertere voluerit, an ſimplici aſſertioni ſuæ ſit fides habenda.

3 Tertio ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouinciæ.

4 Quarto, cuius iudicium ſibi ſit expetendum, ſi circa ſuam ſententiam epiſcopos ſuæ prouinciæ diſcordare contigerit.

5 Quinto, ſi probatione deficit accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuæ innocentiæ.

QVÆSTIO I.

1\. P[5] *Quòd[f] autem crimine irretiti alios accuſare non poſſunt, Anacletus Papa teſtatur, epiſt. 2. epiſcopis Italiæ dicens.*

¶ A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur. C. I.

Si ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur[g] nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari, aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quàm ab iis, qui ſine crimine ſunt, & iuxta a electionem ſacerdotes ordinari poſſunt, & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

a ¶ Iuxta electionem.] *ſic in omnibus collatis manuſcriptis codicibus, præterquàm in uno, in quo eſt* iuxta electione, *In uulgatis erat,* iuxta electionem canonicam, *In epiſtola autem ipſa ſic legitur,* & iuxta electionem, ſi neceſsitas fuerit, aut ipſi volendo Domino ſeruire elegerint, ſacerdoteſque ſine crimine fieri, & ordinari poſsint, & tales per omnia fuerint. quales eligi ſacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 21.

¶ Infames, & qui culpis exigentibus ad ſacerdotium prouehi non poſſunt, ſacerdotes non accuſent. C. II.

j[6] Omnes vero infames eſſe dicimus, quos leges[h] ſæculi

2 In cap. Hadria. c. 49. Capit. l. 7. c. 360. Anſ. l. 3. c. 88.

a Cap. l. 6. c. 244. 3 Burc. l. 6. c. 27. Iuo p. 10. c. 156.

4 In regula Iſid. c. 17.

5 Anſ. l. 3. c. 116. Burc. l. 15 c. 5. Iuo p. 6. c. 367. & p. 16. c. 6.

6 Pol. l. 5. ti. 1.

liquerint, B. Dicunt tamen quidam, ꝙ infamia, quæ eſt irrogata per ſententiam, vel quæ contrahitur ipſo facto, vt cum aliqua deprehenditur in adulterio, vel cum aliquis contrahit binas nuptias: de qua agitur. ff. de his qui not. infa.ᵃ quid ergo. infamia hæc non purgatur per quamtamcunque pœnitentiamᵃ, vt 2. qu. 3. §. hinc. colligitur. niſi reſtitutus ſit ab illo qui poteſt reſtituere, vt a principe, vel a ſenatu. vt 2. q. 3. §. notandum. in fin. ff. de poſtu. l. 1. §. de qua. Alia eſt infamia facti, de qua agitur j. ead. ſunt plurimi. & melius dicitur infamatio quæ inducit purgationem. & illa abolectur purgatione præſtita, vt 15. qu. 5. de crimine. Eſt etiam quędam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, vt hic, & 32. qu. 5. præceptum in fin. & aboletur per pœnitentiam, vt j. c. illi qui. tamen (vt dicunt quidam) talis non admitteretur ad accuſationem vel promotionē: quia non ſufficit, quòd modo non ſit infamis: ſed ꝙ numquam fuerit infamis. j. e. qui crimenᵇ. Item infamia contracta ex ſententia excommunicationis tollitur per abſolutionem, vt 3. q. 1. c. 1. ſicut finito tempore relegationis tollitur infamia orta ex ſententia. ff. ad munici. ordine.

famesappellāt, & omnes, qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, vt illi eos accuſent, qui eſſe nō poſſūt, quod ipſi ſunt: quoniam ſicut maiores à minoribus[a] non iudicantur, ita nec criminari poſſūnt.

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. epiſcopis orientalibus.

¶ Infames ſunt, qui regnum Dei conſequi non valent. C. III.

ILli, qui[b] illa peccata perpetrāt, de quibus Apoſtolus ait [Quoniam, qui talia agūt, regnum Dei non conſequentur] valde cauendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntarie noluerint, compellendi[c]: quia infamię maculis ſunt aſperſi, & in barathrum delabūtur, niſi eis [d] ſacerdotali auctoritate ſubuentum fuerit. ¶ Similiter, & illi, de quibus ipſe ait [Cum huiuſcemodi[e] hominibus nec cibum ſumere:] quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctę matris eccleſiæ redintegrentur: quia, qui extra nos ſunt, nobiſcū communicare non poſſunt.

Item Fabianus, epiſt. 1.

¶ Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur. C. IIII.

2 OMnes illi ſunt ab accuſatione repellēdi, quos Apoſtolus commemorat, dicēs [Cum eis nec cibum ſumere,] & ante ſatisfactionem [f] eccleſiæ non ſunt ſuſcipiendi.

Item Clemens Papa Iacobo Hieroſolymorum a epiſcopo, epiſt. 1.

a ¶ Hieroſolymorum.] *Antea erat* metropolitano. *Emendatum eſt ex plerisque manuſcriptis codicibus. Nam & Clemens in epiſtola ſic ipſum Iacobum vocat.*

¶ Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent. C. V.

a BEatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab epiſcoporū† vexatione, & accuſatione, dicente† g Domino prohibebat, & non niſi coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulo poſt.* ¶ Infames etiam oēs, & quos primates, & leges ſæculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorū accuſatione, & vexatione ſemper repelli debere rogabat [h], & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat: cunctorum ſacerdotum vitam ſuperiorem, ſanctioremque, ac diſcretam à ſæcularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque, atque ſacerdotes ſuper carnales, ac laicos ſemper conſtituendos docebat, quoniam pro minimo [i] nobis eſſe debet, vt à talibus [k] arguamur, & iudicemur, vel ab humano [l] die. Maiores vero à minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat: quoniam nō ſolum hoc diuinas, ſed & leges ſæculi inhibere docebat.

Item Hadrianus Papa in capitulis c. 48.

¶ Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt. C. VI.

QVi crimen[m] intendit, agnoſcendum eſt, ſi ipſe ante[n] nō fiat criminoſus: quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei[o] aduerſus quemcumq; profeſſio. *& infra c. 72.*⁴ ¶ Teſtes autē ſine aliqua ſint infamia, vxores, & filios habentes, & Chriſtum[p] omnino prædicantes.

Non ſolum autem criminoſi, ſed etiam quilibet alij ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa, epiſt. 1. ait.

¶ Deo non placet, qui ſeruos ſuos accuſat. C. VII.

a ¶ *A minoribus.*] Honeſtate morum, id eſt, criminoſis, ne ſit contra 2. q. 7. præſumunt. & c. lator.

ILli qui.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secunda de anathematizatis. In prima ergo parte dicitur, quod illi qui mortalia peccata committunt, non debent recipi ad accuſandum: quia infames ſunt, & in barathrum dilabuntur: niſi eis a ſacerdotibus eſt ſubuentum: vnde ſunt ad pœnitentiam compellendi. In ſecunda parte dicitur, ꝙ anathematizati repelluntur ſimiliter ab accuſatione: quia infames ſunt: nec poſſunt communicare nobiſcum, niſi abſoluantur. ſecunda pars incipit ibi, *Similiter.* Sequens capitulum patet.

b ¶ *Illi qui.*] Secundum quoſdam prima pars loquitur de criminoſis non excommunicatis. ſecunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis: ſecunda de manifeſtis criminoſis.

c ¶ *Compellendi.*] Arg. exiſtentem in mortali peccato cogendum eſſe ad pœnitentiam. 22. q. 1. prædicandum. 24. q. 3. tam ſacerdos. Arg. contra 2. q. 1. multi.

d ¶ *Niſi eis.*] Arg. tolli infamiam per ſatisfactionem eccleſiæ. vt 32. qu. 5. præceptum. 35. q. 6. ſi duo. Argu. contra 3. q. 4. conſanguineorum. & c. 2. qui j. e. quicumque. & 22. qu. 5. paruuli.ᵃ Sed dic quòd canonica infamia per pœnitentiā tollitur: ſed non illa quæ irrogatur ipſo facto, vel per ſententiam. Io. de ipſo occulto crimine tollitur per pœnitentiam[e], ſed non de manifeſto vt extr. de temp. ord. c. vlti. & pen.

e ¶ *Huiuſcemodi.*] ſcilicet excommunicatis.

f ¶ *Ante ſatisfactionem.*] vel iuramentum. extr. de ſent. excom. per tuas. OMnes.]

BEatus.] CASVS. Iacobus epiſcopus Hieroſolymitanus quæſiuit a Clemente, qui ſint repellendi ab accuſatione epiſcoporum? Et reſpondet quòd quattuor genera hominum ab eorum accuſatione debent repelli, ſicut docuit beatus Petrus, ſcilicet criminoſi & irregulares, ſcilicet qui ad eumdem ordinem non poſſunt promoueri: & infames, & laici omnes, qui debent ſacerdotibus ſubeſſe: quia non debent maiores a minoribus iudicari vel accuſari. Ab humano die, id eſt, carnali ſenſu.

g ¶ *Dicente.*] cum dixit, Qui ſine peccato, &c. j. e. qui ſine.

h ¶ *Rogabat.*] id eſt, præcipiebat. ſic 11. qu. 3. rogo.

i ¶ *Quoniam pro minimo.*] ſic continua: quoniam & ſi boni ſumus.

k ¶ *Vt a talibus.*] ſcilicet illis qui ſemper parati ſunt reprehendere: de quibus ait 3. quæſt. 3. ſenti. ſed aliorum reprehenſiones attendendæ ſunt: qui licet mali non ſint, tamen ideo reprehendunt, quia eos malos eſſe credunt, vt 11. q. 3. non ſunt. 12. quæſtio. 1. nolo.

l ¶ *Ab humano die.*] id eſt, qui tantum humana[d] non diuina quærunt. 8. quæ. ſunt in eccleſia.

QVi crimen.] CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano qui repellantur ab accuſatione & teſtimonio? Et reſpondet quòd ſi a tempore baptiſmi fuit criminoſus, repellitur ab accuſatione: quia vox malorum non eſt admittenda. Infames autem omnes a teſtimonio repelluntur, & qui non habent filios & vxorem fideles. Habentes, id eſt, ſi habuerint, habeant tales.

m ¶ *Qui crimen.*] Si vis dicere quòd qui peccauit poſt baptiſma, poteſt promoueri, ſi egerit pœnitentiam, tunc dicas illum hic appellari criminoſum, qui per ſententiam[e] conuictus eſt. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiā ipſo iure: vel de illo intellige qui pendente accuſatione qua & ipſe fuit accuſatus, voluit accuſare alium: quod non licet. tertia, quæſt. vltim. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo, criminoſus, ſcilicet plenus vitiis: ſicut ille qui eſt periurus, vt infra ea. quicumque. & licet quilibet criminoſus etiam non conuictus repellatur, vt extra de teſtibus ſuper eo. tamen ſi probat ſe egiſſe pœnitentiam, bene recipitur, maxime in ciuili. argu. 50. diſtinct. ferrum. ff. de ædil. edict. quod ita. licet ſit. arg. contra. extra de ſimo. per tuas. vbi dicitur quòd in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatur de æquitate quàm de rigore. Ioan.ᵃ Iudicas breuiter, quòd ſi probatur crimē contra aliquem, ſemper repellitur in cauſa criminali, vt ſupra ſecunda, quæſt. ſeptima. quærendum. & extra de teſtib. teſtimonium. niſi in exceptis criminibus, ſecundum diſtinctionem pluries dictam ſuperius. B.

n ¶ *Si ipſe ante.*] licet de illo non ſit condemnatus. argum. extra de teſtibus. ſuper eo.ᵃ Et eſt hic argumentum, quòd poſt pœnitentiam accuſatur quis de crimine. trigeſimatertia, quæſtio. ſecunda. admonere. 1. quæſt. 7. ſi quis omnem. 50. diſt. peruenit. 48. diſtinct. quoniam multa[f].

o ¶ *Rei.*] id eſt, accuſati.

p ¶ *Chriſtum.* non tamen obeſt eis ſi eos inſtruxerint. 47. diſtin. quantumlibet. & 43. diſtin. Epheſiis. Aliud ſi neglexerint eos corrigere, 37. diſt. legant.

a Infamia an poſſit per pœnitentiam purgari.
a Quia pœnitentia, &c. vt no. 15. q. 8. presbyteri. In glo. quia pœnitentia, &c.
Gal. 5.
b Hoc determinatur extra de tem. ord. c. vlt.
1. Cor. 5.
1 Anſ. l. 5. c. 1
1. Cor. 5.
2 Anſ. ibid.
Ioan. 8.
a Infamia canōica tollitur pœnitentia.
e De hoc not. j. e. c. 2. ibi videas.
† eorum. orig.
† docente orig.
d Humano enim dies appellatur humana proſperitas. Arch.
1. Cor. 4.
3 Anſ. l. 5. c. 83.
4 3. q. 11. neganda.
e Ad hoc fa. qd no. 3. q. 3. c. 2. in glo. 1. adaptatis. in fin.
a Teſtis repellitur probato crimie cōtra ipſum.
a Pœnitētia nō impedit accuſationē
f Concord. tex in 1. q. ea mēte cū ibi no. ff. de fur.

Si omnia.

SI omnia[a] in hoc ſæculo vindicata eſſent locum diuina iudicia non haberent. Superuacuus enim ad beneficia laborat impendiis, qui ſolẽ certat facibus adiuuare. Ideo ſi aliquis putat ſe Deo in hoc placere, quòd ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ[b] ſtimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione nõ indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Teleſphorus epiſt. vnica. c. 3.[2]

¶ Populus ſacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

[a] SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, atque timendi, non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus ſe Domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi. Populus enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi ab eo: quia nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. *& infra.* ¶ Dei ergo accuſat ordinationẽ, qui eos, qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes, accuſat, vel damnari cupit. *Idem infra.* ¶ [3] Hi [a] qui non ſunt idonei, non ſuſcipiantur ad accuſationem: omneſ, qui aduerſus patres armantur, infames eſſe cenſemus. Patres enim omnes venerandi ſunt non reſpuendi, aut inſidiandi.

a ¶ Hi qui.] *In aliquot vetuſtis codicibus eſt caput diſtinctum à ſuperiore.*

Item Pius Papa epiſt. 1.[4]

¶ De eodem. C. IX.

[5] OVes [c] paſtorem ſuum non reprehendant, plebs epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat: quoniam non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus ſupra Dominum. Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis, aut prauæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi. *& infra.* ¶ Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in ſuſpicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati nõ vult? quia omnis ſuſpicio[d] potius repellenda eſt, quàm approbanda, vel recipienda.

Ipſa autem detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen iuſto Dei iudicio nonnunquam aduerſus bonos excitatur. vt quos vel domeſtica[e] præſumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambroſius ad c. 22. Lucæ.

¶ Ne quis de ſe præſumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ *Rubrica hæc non valde conuenit ſubiecto capiti, & pie eſt interpretanda: nam ſimili locutione vtitur Dauid 2. Reg. 16. loquens de Semei.*

IMitare Petrum tertio alibi dicentem [Domine tu ſcis, quia diligo te.] Etenim, quia tertio[f] negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autẽ ideo dicta ſunt, vt ſciatis, neminem iactare ſe debere. nã ſi Petrus[g] lapſus eſt, quia dixit [Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego,] quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid, quia dixerat [Ego dixi, in mea abundantia[h] non mouebor in æternum,] eã ſibi iactantiã obfuiſſe profitetur dicens [Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.

Item Gregorius lib. 9. epiſt. 39. ad Theotiſtam patriciam.

¶ Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorum contra eos inſurgũt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent, laudant[i]: & ne qua elatio de laude ſurrepat: permittit omnipotẽs Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt ergo, quòd doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur per infamiam[k], & bonam famam, qui etiam dicit [Vt ſeductores, & veraces.]

Verum hac auctoritate[l] prohibentur ſpirituales à carnalibus accuſari, non carnales à ſpiritualibus. Quod ex verbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo a ſubiunxit, dicens [[6] Capite langueſcente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: ſicut ſcriptum eſt[m] [[7] omne caput

SI omnia. CASVS. Hoc ca. loquitur de occultis peccatis, quæ ſoli Deo punienda relinquuntur. Eſt ergo caſus. Quidam emuli accuſabant prælatos ſuos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant ſe pro bono hoc facere, ſcilicet vt prælati ſui fierent meliores. quæſitum fuit ab Anacleto an bene facerẽt. Et reſpondet, quòd non: quia ſi omnia delicta occulta & manifeſta accuſarentur & vindicarentur in hoc ſæculo, in futuro nil Deo reſeruaretur: cui ſoli occulta relinquũtur & illi qui talia dicunt in vanum laborant, qui Deum volunt adiuuare: & plus ſtimulis inuidiæ, quàm amore charitatis agitantur.

a ¶ *Si omnia.*] De occultis loquitur[a], quæ ſoli Deo reſeruantur. 32. diſt. erubeſcant.

b ¶ *Inuidiæ.*] Hic canon præſumit potius accuſationem fieri cauſa inuidiæ quàm charitatis, vt dixi. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes: in prima parte dicitur, ꝙ populus, i. laici non ſunt admittendi ad accuſationem ſacerdotum: quia ſubeſſe debent eis, & non præeſſe. In ſecunda parte dicitur, ꝙ accuſatores non ſunt recipiendi niſi ſint idonei: & omnes illi qui armantur contra patres ſpirituales accuſando eos calumnioſe, ſunt infames. ſecunda pars incipit ibi, *Hi qui non ſunt.*

OVes.] CASVS. Quidam laici vel clerici criminoſi accuſabant & reprehendebant epiſcopos ex ſuſpicione: quod dicit Pius Papa non eſſe faciendum. & hoc probat tribus rationibus. Prima eſt: quia non debet eſſe diſcipulus ſupra magiſtrum. Secunda: quia epiſcopi à Deo ſunt iudicandi. Tertio: quia laici vel ſubditi à prælatis talia pati nolunt.

c ¶ *Oues.*] Sic 2. qu. 7. oues.

d ¶ *Suſpicio.*] Sic 2. q. 1. ca. 1. "Suſpicioni temerariæ[b] non creditur. 11. q. 3. cunctis probabilis inducit præſumptionem, ff. quod met. cau. l. vlti. 7. qu. 5. presbyter. violentam condemnationem. 32. qu. 1. dixit. & C. de adult. quamuis. licet ſit arg. cõtra. ext. de præſump. littera.

IPSA AVTEM. CASVS. Quia ſupra c. oues. & c. ſacerdotes. & c. ſi omnia. facta eſt mentio de detractione: ideo ſubiungit ſ. iſtũ, vt oſtendat ꝙ quamuis detractio in ſe mala ſit: tamen iuſto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de ſe præſumunt propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per detractionem inuidorum humilientur. Quod probat per duo capitula ſequentia.

e ¶ *Domeſtica.*] id eſt, propria vel domeſticorum perſona.

IMitare.] CASVS. Quidam iactabant ſe de bonis quæ faciebant: & putabant ſe cadere non poſſe. Sed Ambroſius oſtendit, quòd nemo de ſe præſumere debet, nec multum per iacturam ſubleuari. Et hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Petri & Dauid, qui nimis de ſe præſumentes ceciderunt. Vel ſic: Nemo debet ſe iactare de bonis, ne cadat, vt Petrus & Dauid.

f ¶ *Tertio.*] "Hic videtur, ꝙ toties pœnitentiam faciam, quoties committo fornicationem etiam cum eadem muliere: & ꝙ quaſi pro diuerſis delictis ſit mihi pœnitentia indicenda, vt de pœ. diſt. conſideret. & de pœ. diſ. 1. menſuram[c]. Item ſi poſt primam fornicationem quis pœnitet, iniungitũr ei pœnitentia. ſi ſecundo accedit ad eandem, ſecundo iniungitur ei pœnitentia. talis ergo erit melioris cõditionis ſi nõ pœniteat à principio, quàm ſi pœniteat poſtea. Item ſi ſecundo accedit ad aliam mulierem, æquale peccatum committit, ſicut ſi ſecundo accederet ad priorem. ſed pro illo ſecundo peccato quod facit cum altera, noua pœnitentia ſibi indicitur. ergo & noua pœnitentia eſt indicenda ſibi, ſi ad eamdem denuo accedat: cum par ſit peccatum: & hoc concedi poteſt[d]: licet ſecundũ leges qui ſæpius rem contrectat, non committit diuerſa furta. ff. de fur. ei qui.

g ¶ *Petrus.*] Arg. à maiori. ſi. 32. q. 5. ſi Paulus.

h ¶ *In abundantia.*] id eſt, confidentia bonitatis meæ.

SVnt.] CASVS. Dicit Grego. ꝙ Deus permittit bonos a malis infamari & reprehendi, vt ſi qua naſcitur elatio in corde bonorũ ab ore laudantium, per eos vituperantiam ſuffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quoſdam habiti ſumus, vt ſeductores: apud quoſdam habiti ſumus veraces.

i ¶ *Laudant.*] hoc eſt veniale peccatum. 25. diſt. in. criminis. ſed qui commendant mortalia vitia, mortaliter peccant. 46. diſt. ſunt nonnulli.

k ¶ *Inter infamiam.*] i. quidam decipientes dicebãt eos veraces: quidam non. 41. diſt. quod dixit Dominus.

VERVM. CASVS. Hic oſtendit Gra. ꝙ illud cap. ſcilicet oues, loquitur de malis & criminoſis qui bonos prælatos accuſare non debent vel reprehendere: quia hoc ſit diabolo inſtigante, vt per tales reprehenſiones prælatis langueſcentibus corruant ipſæ plebes in ima: & ſic periclitentur. & oſtenditur ꝙ detractores deterius delinquunt, quam illi qui bona rapiunt temporalia: quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quæ ſunt intrinſeca: illi autem rapiunt extrinſeca. In eo. ca. i. inferiori parte eiuſdem ca. Scriptum eſt, in Eſaia.

l ¶ *Verum hac auctoritate.*] ſcilicet ſ. e. oues. hæc ſunt verba eiuſdem Pij: & continuantur illi. c. oues.

m ¶ *Sicut ſcriptum eſt.*] In Eſaia.

a Alij dicunt, ꝙ intelligitur de eo ꝙ malo zelo accuſat & iſta capituli ad vtrũque intellectum ſatis adaptatur. Arc.

2 Ex Iulios decr. c. 10.

3 Anſ. l. 3. c. 11. Iuo p. 6. c. 314.

Matth. 10.

3 Iuo p. 6. ca. 315.

4 Et Cornelius epiſt. 2.

5 Pol. l. 5. ti. 1 Iuo par. 5. c. 243. Pan. l. 4 c. 36.

Luc. 6.

a præſumptio eſt triplex.

b Dic ꝙ hæc præſumptio eſt inualida, & repellitur in iure. i nullo enim dicit mouere animũ iudicantis. 1. q. 1 primo. & in hoc c. oues. Arch.

a delinquens pluries, plures pœniteat.

c Concord. tex. in l. ſeruos. C. ad l. Iul. d vi pu. & l. 4. Co. de epiſc. aud.

Ioan. 21.

Marc. 14.

d Ar. ad hoc ex. de re iu. li. 6. ad apoſtolicæ. ver. deierauit. &c. Arch.

Pſal. 29.

2. Cor. 6.

6 Euſeb. in epiſt. ad Galliæ epos.

Eſa. 1.

1. Petr. 5.

7 ſ. e. ca. et merito.

Quæſcite.]

ↄ paulo aliter in orig. impreſſo.

QVieſcite.] CASVS. Docet Felix Papa in hoc capit. quòd boni prælati nõ ſunt arguendi: & hoc probat auctoritate Nicenæ ſynodi. Quieſcite à vexatione & perſecutione bonorum prælatorum.

EVnicuique.] CASVS. Docet hic Grego. quod omnes homines ſeruare aures & oculos & linguam ſine macula & vitio: & ſimplicitatem columbæ habere: nec debent alios & maxime prælatos infamare. & hoc probat auctoritate Dauid prophetæ dicentis: Sedens inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui ſequuntur, procliuius corruant: & vt capite langueſcente cetera membra langueſcant. Seq. capit. patet.

† al. Deo perfecte miniſtrant.
† al. ſuperna

a ¶ Deprauantur.] id eſt, praui epiſcopi conſtituuntur. non enim propter aliorum merita efficiuntur mali, ſed mali, propter malorũ merita plati fiũt, vt 8. q. 1. audacter.

" Regem imitantur ſubditi.

b ¶ Cadant.] "Quia componitur orbis Regis ad exemplum argu. 11. q. 3. præcipue.

c ¶ Audiat.] Sic ĩ. 11. q. 3. non ſolum.

2 Anac. ep. 3 Iſido l. 2. de ſummo bono. c. 38.
3 ĩ. ead. ſunt plurimi.

d ¶ Vnquam.] Scilicet per detractores: ne ſit contra ĩ. 5. quæſt. 5. non vos. vel dic per eos, id eſt, per curioſos. Vnde Iuuenalis:

Scire volunt ſecreta domus, atque inde timeri.

SApiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet non eſt ſapiens. id eſt, nullus qui nocet eſt ſapiens, ſapientia virtutis, id eſt, ſapore virtutis: Sed forte eſt ſapiens ſapientia ſcientiæ, id eſt, ſciens. ſic enim & mali ſunt ſapientes: ſed ſoli boni ſunt ſapientes ſapore virtutis, qui ſapientia dicitur. Et taliter ille qui nocet non eſt ſapiens. Nam innocens dicitur q ignorat qd noceat. 21. q. 4. innocens. H.

4 ĩ. ea deteriores. & 9. q. 3. facta.
Pſal. 49.

5 Hieron. ad Nepotianũ ſimile.

DEteriores.] CASVS. Hic detractores reprehenduntur qui ſuos doctores & prælatos infamant, & dicitur quod ſunt deteriores quam illi qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea quæ extra nos ſunt: detractores vero corrumpunt bonos mores noſtros: & ideo merito ſunt infames.

† nos] orig.
6 Idẽ Hiero. ĩ. 16. qu. 1. cupis.
7 Et Cornelius Papa epiſt. 2.

e ¶ Deteriores.] Peius eſt perſuadere, quam facere, vt ff. de ſer. cor.

languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas] Quapropter manifeſtum eſt diabolum. (qui ſicut Leo rugiens circuit quærens, quem poſſit deuorare) cordibus plebium ſuadere, vt doctoribus, atque paſtoribus ſuas detractiones irrogent, vel eos accuſent, vt plebes langueſcentes (non tenentibus paſtoribus frena eorum) laſciuiant, atque in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint. Multum vero diſtant damna morum à damnis rerum temporalium, cum iſta extra nos ſint, illa vero in nobis] & infra [Peius malũ fore non exiſtimo, quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotib.]

α ¶ Capitulo.] *Quæ ſequuntur Grat. autem. capite langueſcente, &c. ſunt in epiſtola 3. Anacleti & apud Iſid. de ſummo bono lib. 3. c. 38.*

β ¶ Peius.] *Sunt in prima epiſtola Alexandri primi.*

Hinc etiam Felix II. ait epiſcopis in Alexandrina ſynodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes perſequi non licet. C. XII.

QVieſcite (inquit ſancta, & magna Nicæna ſynodus,) & nolite perſequi eos, qui recte † Deo famulãtur, & ſyncera voluntate ſuperni † Dei mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiunguntur quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales ſpirituales perſequantur.

Item Anterus Papa epiſtola vnica.

γ ¶ Anterus.] *Sic reſtitutum eſt ex pleriſque vetuſtis. Nam antea erat* Gregorius. *Confectũ autem caput hoc eſt magnam partem ex Anacleti ſententiis in epiſtola 3.*

¶ Subditi prælatos ſuos accuſare non debent. C. XIII.

[1] EX merito plebis nonnunquam epiſcopi deprauantur[a], quatenus procliuius cadant[b], qui ſequuntur. [3] Capite langueſcente cetera corporis mẽbra inficiuntur. Deteriores ſunt, qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt. [4] Caueat vnuſquiſque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id eſt, ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios audiat[c] detrahẽtes, [Sedens (inquit) aduerſus fratrem tuum loquebaris] detrahendo [Et aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c.] Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos, & ſciãt, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. [5] Nemo inuito auditori libenter refert. Officij ſingulorum ſit, dilectiſſimi, non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam, nec quid in cuiuſquã domo agatur, & alia domus per eos † vnquã[d] nouerit. Habeant omnes ſimplicitatẽ columbæ, nec cuiquã machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantentur inſidiis.[6]

Item Lucius Papa epiſt. vnica, epiſcopis Galliæ, & Hiſpaniæ ſcribens.[7]

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

[8] SApiens non eſt, omnis qui nocet.

Item Anacletus Papa, epiſtol. 3.

¶ Raptoribus deteriores ſunt epiſcoporum detractores. C. XV.

[9] DEteriores[e] ſunt, qui doctorum vitam, moreſque corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue, qui aduerſus nos armantur, proprie nos ipſos diripiunt δ: & ideo iuſte infames ſunt, & merito ab eccleſia extorres fiũt.[1] Pro meritis ergo plebis ſępe paſtores deprauantur eccleſiæ, vt pcliuius corruãt, qui ſequuntur.

δ ¶ Diripiunt.] *Antea legebatur*, nos ipſos decipiunt. *Emendatum eſt ex Iſidoro lib. 3. de ſummo bono. c. 38. Anacleti verba, quantum conijci poteſt referente. & optime conuenit cum iis quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epiſtolarum Anacleti, altero Vaticanæ, altero Florentinæ bibliothecæ, habetur.* nõ nos, ſed proprie ſeipſos decipiunt.

Item Alexander Papa, epiſt. 3.

¶ De eodem. C. XVI.

SVmma iniquitas eſt, fratres detrahere[f], & accuſare[g]. Vnde ſcriptũ eſt [Omnis, qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo vt præmiſſum eſt, quòd carnales prohibentur ab accuſatione ſpiritualium, non ſpirituales ab accuſatione carnalium.

3 Cum itaque criminoſi, & infames ab accuſationibus prohibeantur, videndum eſt, quos canonum ſacra auctoritas infames appellet. De his Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus ſcribit Hilario. epiſt. 1. c. 1. dicens.

¶ Quæ perſonæ infames habeantur. C. XVII.

[11] INfames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt omnes, qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica cõtemnunt[h]: ſimiliter fures[i], ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, ſepulchrorũ quoque violatores, & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorũ, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes, qui aduerſus patres armãtur, qui in omni mundo infamia notantur: ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis † [k] fugientes, & qui indigna ſibi petunt [l] loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt iniuſte, & qui fratres calumniãtur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam[m] prouocant[n], & omnes anathematizatos[o], vel pro ſuis ſceleribus, ab eccleſia pulſos, & omnes, quos eccleſiaſticæ, vel ſæculi leges infames pronuntiant. Hi nimirum † omnes, nec ſerui ante legitimam[p] libertatẽ, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi,

a ¶ Curæ.]

l. 1. §. perſuadere, & l. vt tãtum. & 86. diſt. tãta.

f ¶ Summa.] ¶ Detrahere.] ĩ. diſtin. 46. accuſatores.

8 Iuo p. 3. c. 140.

g ¶ Et accuſare.] ĩ. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. de pœ. di. 1. homicidiorũ.

9 ĩ ead. c. ex merito.
Bur. l. 1. c. 138 Deuſd. p. 3. Iuo par. 5. c. 139. Anſ. l. 3. c. 11.

PATET. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis dicens, quòd carnales & peccatores non poſſunt accuſare ſpirituales. Et quia facta eſt mentio de infamibus, qui ab accuſatione repellũtur, ideo oſtẽdit qui ſecundum canones infames appellentur.

CVM ITAQVE. Hæc eſt ſecunda pars huius q. in qua enumerat omnes infames qui accuſare non poſſunt. & hoc probat per c. ſeq. Io. de Fan.

10 Anſ. l. 6. c. 137.

INfames.] CASVS. Quæſiuit Hilarius epiſcopus à Stephano Papa quæ perſonæ ſint infames ſecundum canones. Papa vero Stephanus reſcribit aſsignans xx. ſpecies infamium perſonarum & quaſdam alias perſonas, quæ propter irregularitatem vel alias cauſas, nec ad ſacros ordines aſcendere, nec ſũmos ſacerdotes accuſare poſſunt.

1. Ioan. 3.

h ¶ Contemnunt.] ſi. 19. diſt. nulli.

i ¶ Fures.] Ex hoc c. patet "quòd omne crimen infamat ſecundum canones. & ĩ. ca. omnes. & ca. ſeq. Item ex hoc c. videtur, quòd omne crimen ſit publicum ſecundũ canones.

" Crimen quodlibet infamat.

k ¶ De bellis publicis.] Tales ſunt rei læſæ maieſtatis, vt ff. ad le. Iul. maie. l. 3. & capite puniuntur: niſi quando dominum defendere non potuerint. ff. de re militari, omne §. qui in acie.

11 Pol. l. 3. t. 2. Deuſd. p. 3. Anſ. l. 3 ca. 3. Burc. l. 1. c. 173. Iuo p. 5. c. 29. Pan. l. 4. c. 62.

l ¶ Petunt.] ambitioſe, vt ĩ. 1. qu. 6. ſicut.

m ¶ Ad iracundiam.] extra de hom. ſicut dignum. § illi vero.

n ¶ Prouocant.] id eſt delatores, vt 5. q. vlti. delatori.

o ¶ Anathematizatos.] ĩ. 3. q. 5. conſtituimus.

p ¶ Legitimam.] i. plenam. aliter enim non promouentur, nec aliquem poſſunt accuſare, vt ĩ. ſequitur.

† hæc vox abeſt ab orig.

† paulo aliter in orig.

a ¶ *Curiæ.*] 54. diſt. c. 1. & 2.
b ¶ *Mentem.*] vt furioſi.
c ¶ *Manifeſtantur.*] ſ. 33. diſt. maritum.

Q*Vicumque.*] Hæc eſt tertia pars, in qua ponit pœnam periuro: & ſpecificat de infamibus. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit quam pœnam debeat pati qui ſciens committit periurium. Et reſpondetur quòd debet pœnitere per quadraginta dies in pane & aqua, & ſepté ſequentes annos, & in teſtimonium numquam recipiatur: communionem tamen poſt pœnitentiam recipiat.

d ¶ *Periurauerit.*] ſ. 3. quæſtio. 5. conſtituimus.

e ¶ *Septem.*] 22. quæſtio. 4. qui ſacramento. contra. Solu. ibi.

f ¶ *Sine pœnitentia.*] in teriori. ſi. 50. diſt. clerico.

g ¶ *Teſtimonium.*] etiam poſt pœnitentiam peractam, vt ſ. vigeſimaſecunda, quæſtione quinta. paruuli. Et hoc eſt verum in teſtibus[a]. ſecus videtur in accuſatore, vt 22. quæſt. 5. ſi quis conuictus.

a Ext. de ap. quæſtiōi ibi videas. de pſump. lſas. & d pur. c. 1. & de teſtib. teſtimoniū. Arch.

h ¶ *Recipiatur.*] alibi dicitur, quòd iuramentum ſolum Deum habet vltorem, vt Co. de reb. credit. l. 2. non ergo incurrit infamiam. Item alibi legitur, quòd periurium continetur ſub crimine ſtellionatus, vt ff. de cri. ſtel. l. 2. ſed crimen ſtellionatus non infamat, vt ff. de crim. ſtellio. l. 2. ergo nec periurium. “Sol. vbi iuramentum non cedit in præiudicium alicuius, ſolum Deum habet vltorem. Dicunt autem quidam, quod ſi iuramentum eſt de futuro, ſemper infamat: quia ibi frangitur fides Deo & homini: ſecus ſi eſt de præſenti, vel de præterito. vt C. de tranſa. ſi quis maior. Alij dicunt, quod iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat: ſecus in iuramento quod fit in iudiciis: hoc eſt certum, quòd omne iuramentum infamat canonica infamia[b]. verum autem temerarium iuramentum tepe lat à legitimis actibus, dixi 85. diſt. Florentinum. & extra de teſtib. & atteſtatio. cauſam quæ.

“Iuſm verū infamet.

b Cū iſta gl. cōcor. Bart. poſt gl. in l. Lucius ff. de infa. & Ale. de Im. in l. ſi ex falſis. C. de tranſa.

qui curiæ[a] deſeruiunt, vel non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem[b] vel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur[c], hi omnes, inquā, nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem, vel dignam conuerſationem non habentes, ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare[α].

α ¶ Accuſare.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* nec ad accuſationē, ſeu ad teſtimoniū nullatenus iuſte poſſunt recipi. *quæ ſunt ex puncta. quoniam abſunt à manuſcriptis, (uno excepto) & Originali. & Burchardo, & Iuone. In Pannormia tamen hæc poſtrema pars poſt verbum* manifeſtantur *ſic habet.* Hi omnes nuſquam nec ad ſacros gradus debēt prouehi, nec ad accuſationem, ſeu ad teſtimonium vllatenus iuſte poſſunt recipi.

Item Fabianus Papa.

¶ Infamis efficitur, qui ſciens peierare præſumit. C. XVIII.

† al. ſciens periurauerit.

3 QVicumque † ſciens ſe peierauerit[d], quadraginta dies in pane, & aqua, & ſepté[e] ſequentes annos pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia[f], & nūquam in teſtimonium[g] recipiatur[h], communionem tamen poſt hæc percipiat.

3 Pol. l. 6. tit. 21. Bur. l. 12. c. 8. Iuo p. 12 c. 65.

Item Euſebius Papa, epiſtola prima ad epiſcopos Galliæ.

¶ Accuſatores †, & perſonas, quas leges ſæculi non admittunt, eccleſiaſticæ quoque repelluut. C. XIX.

† al. accuſationes.

2 NOs ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus: & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur.

2 3. qu. 5. de accuſationibus. §. iccirco Anſ. l. 3. c. 25.

Sed licet[i] *infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeantur, non tamen iſti ab huiuſmodi* †[k] *accuſatione prohibendi ſunt. Hæreticos namque accuſare infamibus non prohibetur, vt ſupra patuit in ea* † *cauſa, vbi de accuſatione minorum aduerſus maiores*[l] *diſputatum eſt.*

† al. huius

† al. eadem.

Item.

C. XX.

C*Vm maiores ſcientia, & moribus à minoribus accuſari prohibeantur, nō æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus, ab huius*[β] *ergo accuſatione non ſunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor ſit. Sed hoc an generaliter accipiendum ſit, Auguſtinus non* † *definiuit libro 4. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 5. dicens.*

† al. Aug. definiuit.

¶ *Caput hoc in pleriſque vetuſtis exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Quare coniicere licet hæc eſſe verba Gratiani.*

β ¶ Ab huius ergo.] *Locus hic emendatus eſt ex manuſcriptis. In impreſſis legebatur* ab accuſatione huiuſmodi ſunt prohibendi: *ex qua lectione vix apta ſententia elici poterat.*

¶ Dubium eſt, an ſciens auarus, an neſciés hæreticus grauius peccet.

C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui nēſciens[m] in hæreſim incurrerit, an qui ſciens ab auaritia, id eſt, ab idololatria non receſſerit? Secundum quidem illam[n] regulam, qua peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cū ſcientia vincit[o] in ſcelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæreſi ſceleris ipſius magnitudo, quod facit in auaritia ſcientis admiſſio, vt hæreticus neſciens auaro ſcienti coæquetur. *Item ca. 20. eiuſdem libri.* Vtrum autem catholicum peſſimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quòd hęreticus eſt, non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare[p] ſententiam.

4 *Verum hoc Auguſtini, & illud de infamium accuſatione de his intelligendum eſt, quos conſtat*[q] *eſſe hæreticos, non de his, qui ſe negant in hæreſim lapſos. Hic autē in omnibus religioſus apparens*[r], *dum ſe negat hæreticæ communionis aliquando macula infectum, infames, atque alios huiuſmodi à ſua accuſatione ipſe repellit.*

N*Os ſequentes.*] CASVS. In hoc c. dicitur, quòd quæcumque perſonæ repelluntur ab accuſatione ſecundum leges, eædem repelluntur, ſecundum canones.

SED LICET. CASVS. Dictum eſt à principio cauſæ, quòd infames ab accuſatione prohibentur. Nunc vero dicit Grat. quod licet generaliter prohibeantur, non tamē prohibentur ab accuſatione huius epiſcopi, qui ſimoniacus eſt. & hoc probat tali ratione; quia hæreticus vel ſimoniacus minor eſt catholico: ſed hoc an generaliter intelligatur: ſcilicet vt hæreticus ſit minor quolibet catholico. Augu. noluit definire.

i ¶ *Sed licet.*] infert ex prædictis.
k ¶ *Ab huiuſmod.*] id eſt, ſimoniæ.
l ¶ *Maiores.*] vt 2. q. 7. per totum.

Q*Væro.*] CASVS. Duæ ſunt in hoc cap. quæſtiones. Prima eſt, vtrum ille qui ignoranter incidit in hæreſim, grauius peccet, quàm ille qui ſcienter eſt auarus. Et reſpondet Auguſtin. ſecundum illam regulam, qua peccata ſcienter facta præponuntur peccatis ignoranter perpetratis: auarus ergo videtur grauius peccare. Sed ſi forte tantum facit hæreſis magnitudo, quantum auaritia ſcienter admiſſa æqualiter peccant. Secunda quæſtio fuit, an peſſimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatum præter hæreſim, Reſpondet Augu. ſe nolle hanc quæſtionem præcipitare. Grat. tamen hanc vltimam quæſtionem determinat ſupra ſecunda, quæſtione ſeptima, ſed quæritur.

3 2. qu. 7. per totum.

m ¶ *Neſciens.*] ille eſt ignoranter hæreticus, qui ſequitur opinionem quam putat veriorem[c], vt vigeſima quarta, quæſtio. tertia. hæreſis.

c Vñ hic loqtur de illo qui putabat illud credi ab eccleſia q ipſe credit', nihilominus peccat. 16. q. 1. ſi cupis.

n ¶ *Secundum illam.*] de pœn. diſtin. 2. ſciendum.

o ¶ *Vincit.*] Vide qualiter argum. licet enim peccatum ſit maius peccato: quia hic ſciētia præponitur ignorantiæ: tamen facta compenſatione ſcienter peccans poteſt æquiparari ignoranter peccanti. ſimilis compenſatio eſt. nona diſtinctio. in canonicis. “Quòd autem minus ſit peccatum ignorantis quam ſcientis, habes vigeſima ſecunda, quæſtione ſeptima, quemadmodum. quandoque videntur plus peccare ignoranter peccantes quam ſcienter, vt vigeſimaquarta, quæſtione prima, ſchiſma. quandoque parificantur, vt hic.

“Pctm̄ ignorātis minus eſt quàm ſcientis.

p ¶ *Præcipitare.*] Gratianus tamen in ſimili quæſtione præcipitat ſententiam, vt ſecunda quæſtione ſeptima. §. ſed quæritur. & Vrbanus eamdem videtur ſoluere, duodecima, quæſt. prima. ſcimus.

VERVM. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua quæritur vtrum infamis poſſit epiſcopum accuſare de ſimonia, cum eſſet bonæ famæ: & primum dicit quòd non, & hęc eſt vera ſolutio: ſed poſtea impugnat quod dixerat. Ioannes de Fant.

CASVS. Iſte § reſpicit quod dictum eſt ſupra capit. quæro. in ſi. capit. & ſupra ead. §. licet. vbi videtur probatum, quod infames contra hæreticos & ſimoniacos admittuntur. Et dicit Gratianus quòd de illis loquuntur, quos conſtat eſſe hæreticos per præſumptionem. & ideo quilibet criminoſi & infames contra eos admittuntur. hic autem epiſcopus de quo in themate agitur, in omnibus religioſus apparet: & ideo infames ab eius accuſatione repelluntur.

VERVM. Grat. tamen illi ca. quæro. & illi §. ſed licet in quibus probauerat infames admittendos contra hæreticos: & ita contra ſimoniacum: & eius ſolutio durat vſque ad §. hæc licet ratione. & ibi incipit ſuam ſolutionem impugnare.

q ¶ *Conſtat.*] ſi conſtat, ergo non eſt neceſſarius[d] accuſator. expone ergo cōſtat, id eſt, tale eſt crimen, quod conſtat eſſe hæreſim. Vel dic quòd conſtat per famam: quia ſunt malæ famæ.

d 2. qu. 1. de manifeſta. extr. de acc. euidentia. Archid.

r ¶ *Apparens.*] Hæc ſolutio eſt canonica: quia concordat cum Greg. 2. quæſt. 1. in primis. & impugnatio quam ponit in ſequens. §. allegando ponitur.

HÆC

HÆC LICET. CASVS. Obiicit modo Grat. contra ſupra dicta: dicit quòd licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti: tamen exemplo criminis læſæ maieſtatis falſa intelliguntur: in quo non quæritur, an cogitare contra animam principis ſit maieſtatem lædere, ſed an de eius nece tractauerit. eadem ratione non debet quæri, an ſimonia ſit hæreſis, ſed an commiſerit ſimoniam iſte epiſcopus. & ad hoc inducit legem ſequentem.

a ¶ *Tractauerit.*] Sic ſupple in ſimonia non eſt quærendum, an ſimonia ſit hæreſis. iſte enim epiſcopus negauit ſimoniam eſſe hæreſim, & male, vt 1. qu. 7. patet, & ſic concludit in fin.

† *Quiſquis.*] Orig. & eſt initiũ legis.

SI quis.] CASVS. Statuerunt Imperatores Honorius & Arcadius, quòd ſi quis contra principem fecerit coniurationẽ, vel dederit vel ſuſceperit ſacramentum de morte. non ſolum Imperatoris, ſed etiam virorum illuſtrium & ſenatorũ, vel de morte cuiuſlibet militis, qui militat Imperatori, cogitauerit, ſacramenta dando vel recipiendo, vel etiam aliud faciendo, gladio feriatur, omnibus ſuis bonis confiſcatis. filij vero eius (quibus vita miſericorditer reſeruatur) ſint remoti à conſanguineorum, & etiam extraneorum ſucceſsione: ſint etiam perpetuo infames, & illi qui pro his intercedunt: nec vllos habeant honores, nec ad ſacramenta perueniant militaria. Et ſi quis de coniuratorib. in initio prodiderit factionem, præmium habeat & honorem: ſi vero ſero, veniam habeat.

† *al. metuentur.*

b ¶ *Priuatis.*] Not. milites non dici priuatos, vt 13. quæſt. 1. quiſ contra.

c ¶ *Voluntatem.*] Not. quòd punitur hic ſola voluntas, vt 19. diſt. nulli. 22. diſt. omnes. quia in maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus. ff. ad le. Cor. de ſic. diuus. Arg. contra 32. diſt. erubeſcant de pœn. diſt. 1. cogitationes. 32. q. 5. Chriſtiana. Solu. “ regulariter voluntas non punitur niſi ad aliquem actum procedat.

“ Voluntas ſola nõ punitur.

a Vbi plene de hoc: & 23 q. 7. in ſumma. ibi dicẽ. & videas: & idẽ eſt in interfectore clerici. extr. de pœn. in quibuſdam. Archid.

d ¶ *Fiſco.*] Idem eſt in crimine hæreſis, vt extra de hære. vergentis.[a] alias bona damnatorum regulariter reſeruantur filiis, vt C. de bon. dam. authen. bona.

e ¶ *Filij vero.*] in poteſtate conſtitui. ſi enim eos poſtea emãcipaſſet, non valet, vt C. eo. l. perpenditur. arg. ff. de bon. dam. l. vlti. §. ex liberis. filij itaque emancipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam, quòd hæc pœna ſpectat ad filios poſtea natos, non ad iam natos ſed littera eis contradicit.

f ¶ *Metuuntur*] iuxta illud: *Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. Et ſequitur leuiter filia matris iter.* 56. diſtinct. ſi gens. vnde qui emit mancipia de genere eorum quærit, vt ff. de ædil. edict. quòd ſi no. it. §. qui mancipia.

g ¶ *Et auita.*] ſ. 74. diſt. quorumdam.

h ¶ *Interuenire.*] Sic ſ. 50. diſt. miror. Et nota, quòd quandoque prohibetur ſupplicari pro aliquo. de pœ. diſt. 1. prædixerat. & ext. de hære. ad abolendam. & C. de tranſact. ſi quis maior.

PORRO. CASVS. Supra in §. *hæc licet.* poſuit propoſitionem. in hoc §. ponit aſſumptionem ſui argumenti, ſic: Supra dictum eſt de accuſatione criminis læſæ maieſtatis. ſed accuſatio ſimoniæ procedit ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. quod de accuſatione tantum, ſcilicet vt quilibet poſsit accuſare, & non de pœna eſt intelligendum: & quod crimen læſæ maieſtatis differat in pœna à ſimonia, probat per legem ſequentem.

i ¶ *Porro.*] Hic ponit aſſumptionem argumenti ſui. præmiſit enim primo propoſitionem.

¶ *Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læſæ maieſtatis vana intelliguntur: ad enim accuſationem dum ſcelus initæ factionis admittitur, non quæritur, an cogitare contra animum principis ſit maieſtatem lædere, ſed an aliquis de nece eius tractauerit*[a].

Vnde Impp. Arcadius, & Honorius in nono libro codicis, tit. ad legem Iul. maieſtatis, le. 5. ſcripſiſſe leguntur.

C. XXII.

SI quis† cum militibus vel priuatis[b], vel barbaris etiam ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illuſtrium, qui conſiliis, & conſiſtorio noſtro interſunt, ſenatorum etiam (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) vel cuiuſlibet poſtremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim ſeueritate voluntatem[c] ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt) ipſe quidem, vtpote, maieſtatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fiſco[d] noſtro addictis. Filij vero[e] eius, quibus vitam imperiali ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exẽpla metuuntur† [f]) à materna, vel auita, omnium etiam proximorum hæreditate, ac ſucceſsione habeantur alieni, teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullos vmquam honores, nulla ſacramẽta perueniant, ſint poſtremo tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatium, & vita[g] ſupplicium. Denique iubemus etiam eos notabiles eſſe ſine venia, qui pro talibus vmquam apud nos interuenire[h] tentauerint. *& infra.* ¶ Sane, ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, initam prodiderit factionem, præmio & honore à nobis donabitur. Ipſe vero, qui vſus fuerit factione, ſi vel† ſero, tñ incognita adhuc cõſiliorũ arcana patefecerit, abſolutione tantũ, ac venia dignus habebitur.

¶ *Hoc & ſequens caput in veteribus exemplaribus ſunt coniuncta antecedenti, quare nec rubricas habent.*

Porro[i] *ſimoniæ accuſatio ad inſtar publici criminis læſæ maieſtatis procedere debet, ſicut Leo Imperator in primo libro Codicis decreuiſſe legitur, titulo de epiſcopis & clericis. l. ſi quemquam.*[a] *Quod de accuſatione, non de pœna*[k] *intelligi oportet.*

Vnde Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. libro nono Codicis. titulo ad L. Iuliam maieſtatis, l. nullus.[b]

C. XXIII.

NVllus omnino, cui inconſultis, ac neſcientibus nobis fidicularum[l] tormẽta inferuntur, militiæ[m] vel generi[n] aut dignitatis[o] vti defenſione prohibeatur, excepta[p] tantum maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus æqua conditio eſt.

Sed cum omnes illi aſſumantur in hac accuſatione ſimoniæ, qui poſſunt accuſare de crimine maieſtatis, conſtat, quòd ſicut ibi nõ dubitatur de crimine maieſtatis, ſed an reus commiſerit illud, ſic & hic non negatur hæreſis, ſed impetitur accuſatus, an commiſerit hæreſim.

QVÆSTIO. II.

QVod autem[q] quæritur, ſi epiſcopus in accuſatorem accuſationem vertere voluerit, an ſuæ ſimplici aſſertioni fides ſit adhibenda: facile ſoluitur, ſi ſanctorum Patrum auctoritas diligenter inſpiciatur.

k ¶ *Pœna.*] in crimine enim ſimoniæ conuictus deponitur, vt 15. quæſt. 3. ſane. ſed hic capite punitur. Qualiter iſti pacificentur, notaui 15. quæſt. 3. ſane. & tenemini. “ Sed numquid ordinatus ſimoniace poteſt ordinatorem ſuum conuenire de hoc: cum accuſatores conſequantur præmium, non credo[b]. licet dicatur hic quod omnes accuſatores admittantur.

† *al. ſi vera.*

“ ſimoniace ordinatus ordinatorẽ ſuum conuenire nequit.

b Et bene. arg. 3 q ſi c. vlt. ſecundũ lo de Fan. in his ergo q̃ ſunt expſſa, ſimilis eſt accuſatio. l. vt accuſatores admittãtur, & ſolẽnitates ſeruentur, ſecũdũ Ber. Iſid.

† Tit. 3. l. 29.
a Tit. 8. l. 4.

NVllum.] CASVS. Iudex in cauſa criminali volebat militem vel nobilem aliquem, vel in dignitate conſtitutum verberibus ſubiicere. Quæſitum fuit ab Imperatore, an poſsit ſe tueri ratione militiæ, vel generis vel dignitatis. Et reſpondet quòd ſic, non tamen in crimine læſæ maieſtatis, in quo omnibus æqua eſt conditio.

l ¶ *Fidicularum.*] id eſt, chordarum, quæ ligãtur circa frontem hominis, & ſtringitur caput per eas, & eſt fides idem quod chorda, vt ibi, *Hic fiat perſpicuus Troiæ munitor amauit.*

m ¶ *Militiæ.*] C. de quæſtio. milites.

n ¶ *Vel generis.*] C. de pœ. l. decurionum.

o ¶ *Aut dignitatis.*] C. de quæſtion. decuriones.

p ¶ *Excepta.*] vbi nullus poteſt ſe excuſare aliquo priuilegio, tenet lex. vndecima, quæſtione prima. quicumque.

SED CVM. CASVS. Hic concludit Gratianus ex ſupradictis hoc modo. Cum ſimonia & crimen læſæ maieſtatis paria ſint in accuſatione, ergo ſicut in crimine læſæ maieſtatis non dubitatur, an ſit crimen læſæ maieſtatis, ſed an commiſerit illud: ſic in crimine ſimoniæ non dubitatur ſimoniam eſſe hæreſim, ſed an commiſerit ſimoniam, licet neget hæreſim eſſe. Sed nota, quòd Gratia. bene ſoluit in illo §. verum. & illa ſolutio concordat cum Grego. 2. quæſtio. prima, in primis & quæſtio. ſeptima, accuſatio. & quæ poſtea dicuntur in ſequentibus §. ſunt allegationes. hoc dicit Ioann. & etiam Bene. H. tamen & cardinalis non excuſant eum, ſed dicunt eum male dixiſſe, niſi in illo. §. verum. Poſſet etiam dici, quòd epiſcopus iſte de quo agitur in principio thematis, infamatus erat, licet religioſus appareret: ideo non prodeſt ei ſi negat ſimoniam eſſe hæreſim, ſed an commiſerit. vnde infames bene admittuntur contra ipſum, & ita ſecundum hoc bene dixit Grat. per totum §. niſi in §. illo. *verum.* vbi loquitur allegando ſecundum hunc intellectum.

QVod autem.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio qua quæritur, ſi epiſcopus accuſatus vertat accuſationem ſuam in accuſatorem, an ſit ſuæ ſimplici aſſertioni credendum, ſcilicet ſine teſtib. & reſpondetur quòd non, vt infra eadem. c. primo, ſecundo, & tertio.

q ¶ *Quod autem.*] numquam ſoli epiſcopo creditur. quarta quæſtione tertia. iuriſiurandi. nec tenet lex. vndecima, quæſtione prima. quicumque.

Epiſcopus

EPiſcopus.] C A S V S. Dicitur hic, quòd ſi epiſcopus impoſuerit crimen aliquod alicui clerico vel laico, probare debet illud in ſynodo, & cõuentu clericorum. Et quod dicitur de laico, intelligas de crimine eccleſiaſtico, vt eſt crimen vſurarum, hæreſeos, ſimoniæ, adulterij, ſcilicet quo ad thori ſeparationem, & omne crimen quo ad denunciationem ad pœnitentiam.

1 35.queſ.6. c.vlti.

a ¶ Laico.] ſed huic c. eſt contra 11. q.1. experientiæ. & ca. ſi quis cũ clerico. Sed quod hic dicitur, intelligas de eccleſiaſticis criminibus. [aa] poteſt tamen clericus iudicare de omni crimine quantum ad iniungendam pœnitentiam. ſ. ead.q. 1. illi qui. & 22. q. 1. prædicandum. & extr. de iud. nouit.[a] Vel loquitur ſecundum tempora Apoſtolorum, quando omnes cauſæ deferebãtur ad eccleſiam, vt 11.qu.1.relatum.

[aa] Clericus an de omni crĩe poſſit iudicare.

[a] Et optime ext. vt eccle. ben. c. 1 ver. & ideo. & not. extr. de of. or. c. 1. licet aliter videatur not. p Bar. & In. extr. de pur. ca. nos inter.

2 Iuo par. 5. c.364.

b ¶ Synodum.] i. conuentum clericorum, qui concilium appellatur. 12.q.2. placuit. & c. epiſcopus. 2. qui ſine eorum præſentia non debet cauſas audire. 15.q.7. epiſcopus nullius. & hoc intelligo de criminali negotio, ſed in ciuili cauſa eliguntur arbitri, vt 11.q.1.ſi clericus.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſ. in §. quod autem. ꝙ ſoli epiſcopo non eſt fides adhibenda. Nunc vero obiicit, id eſt, incidenter quærit, quid ſit faciendum cum epiſcopus ſciat alicuius delictũ, ſed teſtibus probare non poteſt. & de hoc reſpondet per ſeq. ca.

SI tantum.] C A S V S. Quidam epiſcopus ſolus nouit crimen ſui parochiani, vel quia ſolus vidit eum peccantem, vel quia peccator ſibi dixit: nolebat corrigi, epiſcopus eum volebat remouere à communione aliorum: quæſitum fuit in concilio Vaſenſi quid iuris ſit, reſpondet quòd epiſcopus debet eum ſecreto monere, vt reſipiſcat: ſed non debet publicare crimen eius, cum probare non poſſit. Si autem ille factus pertinacior ſe ingerat publicæ communioni, quandiu epiſcopus probare non poteſt, indemnis erit quo ad epiſcopum, ſed ſtabit in communione omnium, niſi in communione epiſcopi, ſupple priuata, vel ſi voluerit epiſcopus, tamen non vitabit eum in publico, ſed in ſecreto. Quidam tamen vt Bene. intelligunt hoc ca. de excommunicato, quem epiſcopus non poteſt probare fuiſſe excommunicatum, ideoque publice communicabit ei, ſecreto autem vitabit illum.

c ¶ Si tantum.] Hæc duo ca. intelligit H. de occulto peccatore, [aa] & dicit, ꝙ ſi ſcio aliquem eſſe in mortali peccato, licet ſit occultum, debeo ipſum vitare occulte, ſed non publice: nec poſſum eum de hoc accuſare, cum non habeam teſtes: ſed illud eſt perdurum, vt omnem quem ſciam peccatorem debeam euitare, & eſt illud contra 2. q.1 multi. Sed tu ponas caſum ſic. Epiſcopus aliquis ſolus ſcit aliquem in canonem incidiſſe[b], debet eum corrigere priuate, & ſi incorrigibilis ſit, priuate vitabit eum, non publice, ne ſit proditor criminis, vt ext. de ſent. excom. cum non ab homine. in princ.

d ¶ Proferat.] accuſando publice.

e ¶ Indemnatus.] ſic ordina litteram, ille tamen indemnatus, id eſt, non damnatus, in communione omnium permanebit.

f ¶ His.] id eſt, quantum ad eos qui nihil ſciunt de excommunicatione illius. vel de crimine eius, vt ext. de ſent. excom. cum illorum.

g ¶ Ad tempus.] id eſt, dum eſt in peccato.

h ¶ Iubeatur.] iubere enim poteſt prælatus aliquem, vt abſtineat à ſua priuata communione, vel etiam a communione ſacramentorum: quia in ſecreto poteſt præcipere talia hominibus peccantibus. 33.

[aa] Criminoſus occultus an dẽat vitari à ſciẽtib[9] ipſum eſſe talem.

[b] Hic fuit caſus Ben. qui cõprobatus per decr. de ſent. exc. cũ nõ ab hoĩe. ſed G. intellexit hoc. c. ſi tñ de excõicato ſ. à ſnia, vt 11.q. 3.§. euidenter in ſi. Arc.

ligenter inſpiciatur. [1] *Vt enim ſancti Patres definiunt, nullius perſonæ quantumlibet exercitatæ confeßioni fides eſt adhibenda, niſi cõpetentes probationes adhibeat.*

Vnde in Carthag. concilio. 4. c. 29. legitur.

¶ Epiſcopus alicui crimen obiiciens in ſynodo probet, quod obiicit.

C. I.

EPiſcopus, ſi clero, vel laico [a] crimen impegerit, deducatur ad probationem in ſynodum[b].

Sed obiicitur. Si ſe ſolum alieni ſceleris conſcium nouerit, probare illud teſtibus non valet. Quid ergo tunc ſibi faciendum ſit, ex concilio Vaſenſi primo. c. 8. ſic diffinitur.

¶ Epiſcopus non proferat, quod probare non poteſt. C. II.

[2] SI tantum [c] epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat [d], ſed cum ipſo ad compunctionem eius ſecretis correptionib[9] elaboret. Quod ſi forte correptus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicæ ingeſſerit, etiam ſi epiſcopus in redarguendo illo quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus [a] [e] (licet ab iis [f], qui nihil ſciunt ſecedere ad tempus [g] pro perſonæ maioris auctoritate iubeatur [h]:) ille tamen, quandiu nihil probari poteſt, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit.

[a] ¶ Indemnatus.] *In originali legitur,* indẽnatus licet, ab his, qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus pro perſona maioris auctoritate iubeatur, illo quamdiu probari nihil poteſt, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanente.

dist. habuiſſe. tamen per ſententiam non poteſt aliquis aliquem ſecreto ſeparare a participatione ſacramentorum, vel etiam ſuſpendere. poteſt etiam quis cum ſcit aliquem criminoſum, ſuo prælato dicere vt ipſum corrigat, vt 22.q.5. hoc videtur. Vel expone, iubeatur. id eſt, moneatur. ſic 31.q.1. hac ratione. ſecundum præmiſſa patet, ꝙ non obſtat ĩ. de conſec. diſt. 2. non prohibeat. 93. diſt. ſi inimicus. 7.q.1. ſcire. & 11. qu. 3. quibus epiſcopi. vbi dicitur, quibus epiſcopi non communicant, nec nos communicare debemus, quia illa ca. de publicis excommunicatis intelliguntur[c].

Item ex concilio Africano. c. 99. & 100. [3]

¶ De epiſcopo, qui ſibi ſoli dicit aliquem crimen ſuum fuiſſe confeſſum.

C. III.

[4] PLacuit, vt ſi quando epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli [i] propriũ crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget†, non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare [ß] quamdiu excommunicato [k] non communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis, vt magis caueat [l] epiſcopus, dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non poteſt.

[ß] ¶ Communicare.] *Sic in Carthaginenſi ſeptimo, c. 5. cui ad uerbum reſpondet hoc caput. In Africano autem, hic ſequitur,* ſecrete tamen† interdicat ei communionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem uerba,* Quamdiu, &c. *ſunt initium capitis centeſimi.*

3 & Carth. 7. c.5.

4 Burc. l. 19. c.127. Iuo p. 5.c.363.

† neget, & permittere noluerit, non putet, &c. Africanum.

QVÆSTIO. III.

IVdicium [m] vero archiepiſcopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.

Vnde Gregorius ait reſpõ. 9. ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.

¶ Alterius parochianum alicui iudicare non licet. C. I.

SCriptum eſt in lege [Per alienam meſſam tranſiens, falcem mittere [n] non debet, ſed manu ſpicas conterere, & mãducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam ſegetem, quæ alteri

Deut. 23.

PLacuit.] C A S V S. Bene. ſic ponit hunc caſum. Quidam confeſſus eſt ſuum delictum ſoli epiſcopo velut homini. poſtea cum ſuum delictum corrigere nollet, epiſcopus excommunicauit illum, nec ei communicare volebat, ille conqueſtus eſt in Africano concilio. epiſcopus replicabat, ꝙ ille fuerat ſibi confeſſus crimen, ſed non poterat teſtibus probare. quæſitum eſt quid ſuper hoc ſit faciendum. & reſponſum eſt in concilio Carthaginenſi, ꝙ epiſcopus ex quo non poteſt crimen probare, non doleat ſi ei non credatur, & quandiu non vult communicare illi in publico, tandiu non communicetur ſibi ab aliis epiſcopis. Ego autem ſic pono caſum, Aliquis confeſſus fuit ſoli epiſcopo crimen ſuum, propter quod inciderat in excommunicationem. epiſcopus vitabat eum in publico. quæſitum fuit in concilio Carthaginenſi, an bene faceret epiſcopus? & reſpondetur ꝙ non: nec putet ſibi ad iniuriam ꝙ ei ſoli non creditur, ſi dicat eum eſſe excommunicatum, & quandiu non communicauerit ei, tandiu ab aliis epiſcopis non communicetur ei.

[c] Iſtud auſ c loquitur de tali delicto, pp qđ delinquẽs incidit in ſeñtẽ la ex ſuiç. aliàs eſſet contra 2.q.1.multi. q2 oẽs peccatores non poſſumus vitare, vt ibi dñ ſcđm pe. vel dic, ꝙ loquitur đ eo quẽ ẽps nulla manifeſta cauſa, nec ordinario iudicio habito à cõione aliorum pcipit ſeparari, ſcđm L. q. ita noc. in prædi. c. quibus. Arch.

† abeſt ab aliquot exemplaribus.

i ¶ Sibi ſoli.] non tamquam Deo, ne ſit contra de pœ. diſ. 6. ſacerdos. ĩ. 11. q. 1. quicumque contra. Sed illud non tenet. ſic ergo dicto ſolius epiſcopi non creditur, nec etiam ſcripto niſi adſit ſubſcriptio, vt extra de teſtib. cum a nobis. niſi hoc habeat conſuetudo, vt extra de fid. inſtr. cum dilectus. nam litteris ſuis creditur quibus ſignificat ſe aliquem excommunicaſſe, vt 11. q. 3. curæ.

k ¶ Excommunicato.] id eſt, quem dicit excommunicatum.

l ¶ Caueat.] ecce pœna illius qui iniuſte vitat aliquem vel iudicat, ſic 2.q.1. nemo.

IVdicium.] C A S V S. Hic ponitur tertia quæſtio, in qua quæritur, an liceat ſibi expetere iudicium alterius metropolitani: & reſpondet quod non, vt ĩ. ead. cap. 1. 2. & 3. niſi de licentia ſui metropolitani. vt 2.q. 6. placuit. & 11. quæſt. 1. clerum.

m ¶ Iudicium.] Nulli licet habere iudicem alterius prouinciæ, niſi per appellationem, vt 3.q.6. non liceat.

SCriptum.] CASVS. Docet hic Greg. quòd iudex iudicare nõ debet alterius parochianum, & hoc probat auctoritate legis Moſaicæ, ſcilicet in Deuter. vbi præcipitur, ꝙ tranſiens per meſſem alienam falcem immittere non debet, ſed conterere ſpicas manibus poteſt, & comedere. Hanc auctoritatem exponit Greg. dicens, ꝙ in alienam meſſem, i. in alienum iudicium non debes manũ extendere, ſed prædicatione & bonis operibus debes homines à vitiis ſeparare.

n ¶ Mittere.] nec ordinare, nec aliqua ſacramenta dare poteſt in alterius epiſcopatu. 9. qu. 2. c. 1. & 2. ſecus de proconſulibus qui in inſignia ſua extra prouinciam ferunt, & voluntariam exercent iuriſdictionem. ff. de offi. proconſ. l. & 2.

a ¶ Admo

videtur eſſe commiſſa:ſed per effectum † boni operis frumenta Dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in eccleſiæ corpus monendo[a], & perſuadendo, quaſi mandendo, conuerte.

Item Pelagius Papa ij. epiſt. 1. omnibus epiſcopis.

¶ Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat. C. II.

1 SCitote certam prouinciã eſſe, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, & vnũ regem & totidẽ minores poteſtates ſub ſe, & vnum metropolitanum †, alioſque ſuffraganeos † x. vel xj. epiſcopos[b] iudices: ad quorum iudicium omnes[c] cauſę epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum, ac ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iuſte, conſona voce diſcernantur †, niſi ad maiorem auctoritatem fuerit ab iis, qui iudicandi ſunt, appellatum. Vnde non oportet vt degradetur, vel dehonoretur vnaquęq; prouincia: ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes, & epiſcopos, ſingulos videlicet ſecundum[d] ordines ſuos: & quicumque cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicetur, & non ab alienis: ideſt à ſuæ iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis[e] †, niſi (vt iam eſt prælibatum,) à iudicandis † fuerit appellatum.

Item Nicolaus Papa.

¶ Non aliorum, ſed primatis ſui iudicio quiſque ſe ſubiciat epiſcopus. C. III.

DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimen nouerat, quo recte poſſet epiſcopatu priuari, vel infirmitate[f] ſe ſentiebat forſitan prægrauari, qua impeditus nullis poſſet proximis ſua prælatione prodeſſe: primati ſui debuerat, & non aliorum diœceſeos antiſtitum pręſtolari iudicium. Quòd ſi quælibet ambiguitas, vel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione vel epiſcopatus abrenuntiatione oborta fuiſſet contentio, ex more ad Apoſtolicam ſedem referri conuenerat, & noſtra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omiſſum[a] hactenus dolemus, dilectiſſimam mihi gloriam veſtram vehementer efflagito, vt iam dictus Suffredus epiſcopus proprio reſtituatur[g] epiſcopio: & ſi quid reprehẽſione dignum geſſit, poſtea vel correctione, vel digna animaduerſione definietur.

a ¶ Omiſſum.] *Locus hic emendatus eſt ex pler ſque vetuſtis Gratiani codicibus.*

Eſt tamen caſus, in quo epiſcopus alterius parochianum excommunicare valet.

Vnde in concilio apud Compendium, c. 5.

¶ Quando epiſcopus alterius parochianum excommunicare valet. C. IIII.

2 PLacuit pro communi vtilitate, & inſtante neceſſitate, vt nullus epiſcoporum grauiter ferat, ſi eius parochianum[h] pro deprædationis cauſa alter epiſcopus excommunicauerit.

[*Item ex concilio Meldenſi, c. 2.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

3 DE illis autem, qui intra parochiam beneficium aut hæreditatem habent, & alterius epiſcopus parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam †[i], & deprædationes[k] peragunt, placuit, vt excommunicentur[l], nec ante ex parochia exeant, quàm, quæ perpetrarunt digne emendent. Quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat †, antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

a ¶ *Monendo.*] non tamen publice eis prædicando tanquam ius in eis habens. 71. di. hortamur. & 9. q. 2. epiſcopum. arg. 13. q. 1. c. 1. 16. q. 1. interdicimus. ſed ſine ſolennitate ad bonum monendo[a], quod quilibet poteſt facere, & etiam monachus. 16. q. 1. c. 1. & c. quia iuxta. ſecundum alios poſſunt prædicare. non tamen concitando turbam. 16. q. 3. placuit I. quia illud non conſiſtit in contentioſa iuriſdictione. Nec refert quis p: ę licet ſed quod prædicet. 19. diſtinct. ſecundum Ioan.

a Quid ſit hoc eſſe verũ ſi inuitetur 7 q. 1 eſt vel presbyteri. vbi de hoc. Arc.

† effectum] orig.

SCitote certum eſſe.] CASVS. Docet hic Pelagius, quæ dicatur certa prouincia, ſ. quæ habet x. vel xj. ciuitates, & vnum Regẽ, &c. & quòd ad iudicium comprouincialium omnes cauſæ epiſcoporum & reliquorum ſacerdotũ debent referri, vt ab eis voce conſona diſcernantur, niſi appellatum fuerit ad maiorem.

1 Pol. l. 5. tit. 1. Anſel l. 6. c. 107. Pann. l. 4. c. 24.

† epiſcopũ] orig.

† ſuffragatores] orig.

b ¶ *Epiſcopos.*] Hoc ideo eſt ſtatutum, quia cauſa epiſcopi coram xij. epiſcopis tractanda. 15. q. 7. ſi quis tumidus.

c ¶ *Omnes.*] arg. archidiaconos non eſſe iudices.

d ¶ *Secundum ordines.*] [a] ergo medio prætermiſſo non eſt ad ſuperiorem eundẽ, vt 2. q. 6. c. anteriorum. verſi. illo videlicet. & c. decreto. & q. 7. metropolitanum. Et ſic eſt ar. quòd omiſſo archidiacono non itur ad epiſcopũ, vt extra de off. arch. c. 1. & 18. q. 2. cognouim*. & arg. contra extr. de præben. referente.

† al. decernantur.

a Appellandum non eſt omiſſo medio.

ADDITIO. Vbi de hoc & ext. de app. dilecti. dic vt ibi Arc. de hoc etiam habes 25. diſt. perlectis.

† al. externis

† al. iudicatis.

e ¶ *Ab extraneis.*] ergo metropolitanus eſt extraneus iudex. non eſt ergo iudex prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, quære 9. q. c. 3. 2. lo.

DEnique.] CASVS. Suffred[us] epiſcopis ſentiens ſe crimino ſum, vel ita infirmitate grauatum, quòd nõ poterat prodeſſe ſubiectis, adiuit primatem non ſuum, ſed epiſcopos alterius prouincię, & coram eis volebat epiſcopatui renuntiare. Illi autem epiſcopi vel primas crimen eius examinauerunt, & renunciationem receperunt. Quod quia male actum eſt, nec debuit fieri ſine auctoritate Papæ: ideo Papa cuidam committit, vt Suffredum reſtituat, & ſi poſtea quid fuerit corrigendum, ab eo diffiniatur: vel ita reſtituatur, & poſtea de cauſa cognoſcatur.

f ¶ *Vel infirmitate.*] vel malitia plebis, vel defectu ſcientiæ, vel irregularitate, vt extra de renun. niſi cum pridem.

g ¶ *Reſtituatur.*] ſed nonne debuit perdere locum ſuum: quia ſpontaneè reſpondebat coram extraneo iudice. 11. 1. q. 1. placuit. & 3. q. 6. ſi non liceat? Sed dic, quod Papa pepercit ei. [a] Et eſt hic argu. de illicita renuntiatione, quòd non teneat ſi fiat ignorante prælato ſuo, vel ſi fiat in manu alterius. 17. q. 2. Gonſaldus. extra de renunc. admonet. ff. de off. præſi. legatus. Sed contra: quia etiam tacite quis renunciat iuri ſuo. ext. de iis, quæ fi. à ma. par. c. ex ore. & 7. q. 1. eos. & extra de renunc. quod in dubiis. & 32. q. 1. de beneficio. 7. q. 1. quam periculoſum. Dico, quòd ipſe non poteſt repetere, quia renuntiatio tenet quantum ad ipſum: ſed eccleſia poteſt eum repetere[b], vt. 7 q. 1. non oportet. & c. eos. Vel dic, quòd renunciare poteſt iis, quæ ſpectant ad onus: ſed non iis, quæ ſpectant ad honorem. non enim ſubditus poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem ſui epiſcopi. ext. de 10. comp. ſi octingenta. lo.

a renunciatio illicita an teneat.

b Dic hoc eſſe verũ in prælaturis & beneficiis ſi.

EST TAMEN. CASVS. S. in c. ſcriptum. dictum eſt, quòd aliquis non debet mittere manum in meſſem alienam: ſed quia caſus eſt in quo poteſt quis alienum iudicare parochianum ideo Grat. ponit iſtum §. vt illum oſtendat caſum.

quæſitis, ſecus in aggrendis, vt in præ. dect. ex ore. ſecundùm Goſ.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in conc. vt nullus epiſcopus doleat, ſi eius parochianus excommunicetur ab alio epiſcopo propter prædam quam fecit in ſuo epiſcopatu.

h ¶ *Parochianum.*] [a] ſed nonne epiſcopus poteſt punire exemptos, qui delinquunt in ſua diœceſi? Videtur quòd ſic, per c. illud. & §. 3. q. 6. c. 1. & ext. de hær. ad abolendam. in fin. vbi dicitur, quòd nullum priuilegium iuuat. & ext. de priui. tuarũ. in fi. Item negligẽtiam talium poteſt ſupplere, vt ext. de ſupp. neglig. præl. ſicut extra de priuil. patentibus. Item quia ratione delicti perditur priuilegium. 11. q. 3. priuilegium. Item quia reatus omnem honorem excludit, vt C. vbi ſe. vel clar. l. 1. Item quia in prouincia quis deliquit, illic iuri ſubiaceat: nullo ſe excuſaturus priuilegio. C. vbi de cri. agi oport. auth. quia in prouincia. non enim prætextu priuilegij conceſſi, flagitiorum creſcet auctoritas, vt C. de pri. ſcho. l. 2. li. 12. ad idem in auth. de man. prin. §. quòd ſi delinquentes inueneris. colla. 3. vbi dicitur: non permittas nocentes aliquibus vti priuilegiis. Ecõtra probatur, quòd non poſſunt puniri, vt ext. de priui. ſane. & c. cum capella. 16. q. 1. frater noſter. & expreſſe dicitur extr. de ſupp. neg. præl. ſicut. ſi enim tales poſſunt puniri ſicut & alij, inutile eſſet eorum priuilegium. Item proconſul non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus, ſic nec epiſcopi de iſtis, qui quodammodo fiſcales facti ſunt per priuilegium: ff. de offic. proconſ. ſi in aliqua. §. 1. Solut. quidam dicunt, quòd pro occulto delicto à ſolo Romano Pontifice poſſunt puniri: ſed pro notorio poſſunt puniri ab epiſcopo loci, per id, quod legitur extra de priuileg. tuarum. Melius dicas, quòd ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam, vt in contractu, vel in maleficio, occidendo hominem, vel adulterando cum aliqua, tale delictum poteſt punire epiſcopus loci: quia & ſi ſit perſona exempta: tamen res in quam delinquitur, non eſt exempta. Si vero deliquit circa rem exemptam, puta male gerendo ſe in officio ſuo, vel alienando res eccleſiæ ſuæ: in his à ſolo Papa punitur. vbi ergo factum exempti præiudicium affert non exemptis, bene epiſcopus loci punit in his in quibus delinquens contingit ſuam iuriſdictionem: ſecus ſi non afferat alicui præiudicium. & hæc diſtinct. probatur extra de priuileg. cum capella. Et dicit, quod cum delictum eorum publicum eſt, poteſt puniri ab epiſcopo, vt ſupra dictum eſt, vt dicit decret. parentibus. & c. tuarum. extra de priuil.

a Exempti delinquens in diœceſi an poſſint ab eo puniri.

2 Bure. l. 1. c. 12. Iuo p. 14. c. 82.

3 Ext de rap. c. 1. Bur. l. 71. cap 45. Iuo p. 14. c. 109.

† al. rapinas

† al. recipiant

i ¶ DE illis.] *Rapinam.*] quo ad res mobiles.

k ¶ *Deprædationes.*] quo ad res ſe mouentes, vt animalia.

l ¶ *Excommunicentur.*] ſcilicet ab ipſius loci epiſcopo, vel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Archid.

PORRO.] CASVS. Hinc intitulatur 4.q.ſcilicet cuius iudicium ſit expetendum, ſi comprouinciales iudices inter ſe diſcordant in cauſa vel ſententia epiſcopi. Et certe conſueuit diſtingui, vtrum ſint iudices delegati, vel ordinarij, vel arbitri. & hæc diſtinctio cóſueuit notari. 2.qu.6.§. diffinitiua. ver. item ſi plures. & in pluribus aliis locis, legibus ſcilicet & decretis,& decretalibus. Vel forte hoc tenet cum pares ſunt hincinde iudices: ſed contrarium eſt 21.diſt. c. ſubmittitur. vbi dicitur, quòd ad maiorem iudicem eſt eundum: ſed hoc fit (vt dixi) de conſenſu partium. Vel dic, quòd omnia iſta ſpecialia ſunt in cauſa epiſcopi, vbi omnes debent concordare in ſententia, vt j.c.4.loan.

a ¶ *Porro.*] Hæc quæſt. expedita eſt 2. q. 6. §. diffinitiua verſi. item ſi plures.

SI quis.] CASVS. Epiſcopi xij. examinabant cauſam criminalem epiſcopi. Sex dicebant eum abſoluendum: alij dicebant eum condemnandum, & ſic dicebant eum remittendum ad Papam, diuerſas ſententias inter ſe, i.opiniones habentes. Quæſitum fuit in Laodicenſi concil. quid ſit in tanta diſcordia faciendum. Et reſpóſum fuit, quòd archiepiſcopus vicinæ prouinciæ cũ aliquot epiſcopis vocari debent: qui pariter reſidentes dirimant quæſtionem, vt eum abſoluant, vel iudicent condemnandum, & vt negotium ad Apo. ſedem tranſmittatur. Idem eſt caſus c. ſeq. ſed in eo non fit mentio de epiſcopis vicinæ prouinciæ. Et intelliguntur iſta duo c. de iudicibus ordinariis ſecũdum Ben.

b ¶ *Si quis.*] illud c. videtur cõtinere iniquitatem, cum ex eo, quòd non ſtatur hic iudicio maioris partis.[a] tum quia ex eo, quòd alienus iudex iudicat non ſuũ ſubditum, ſed expone prout hic notaui. Io.

c ¶ *Epiſcopos prouinciæ.*] pari numero.

d ¶ *Sententias.*] i. opiniones, quibuſdam ſcilicet volentibus eum abſoluere, quibuſdam volentibus reſeruare ſententiam Papæ,

e ¶ *Pronunciare.*] non ſententiando, ſed opinionem ſuam recitando, & ideo ſic exponetur ne ſit contra. ff. de re iud. duo. & l. inter pares. & 2. q. 6. item ſi plures. vbi dicitur, quòd ſi diſcordant delegati, ad delegantem eſt recurrendum.

f ¶ *Aduocari.*] per Papæ reſcriptum.i. Papa committat metropolitanis, & epiſcopis vicinæ prouinciæ negotium illud. ſic exponitur ſecundum illos qui de iudicibus à Papa delegatis hoc intelligunt. vel etiam de epiſcopis ipſis qui ſui iudices ſunt, intelligas: & ſecundum hoc eſt ſpeciale, quòd par pari poteſt cauſam delegare.[aa] Nam quandoque in defectum iudicis ordinarij par in parem habet imperium, vt 65. diſt.c.vlt.ſic 2.q. 6.placuit. 2. vel forte hoc fit de conſenſu partium. ar. 11. q. 1. iudices. eſt etiam hic aliud ſpeciale quòd ſi diſcordant iudices, non obtinet ſententia plurimorum. ſic. C.de app.iubemus.in fi.& extra de reſcri.paſtoralis. alias ſecus. 65.

Burc.l.1.c.150. Iuo p.5.c.263.

† al. de aliquibus cauſis criminalibus

a Facit ad hunc tex.l.1. & ibi gl. & doc.ff.de va.& extr. cog.

a Contra id ff. de re iud. duo.

3 in capitul. ſyno. græc. c.13.

aa Par pari poteſt cauſam delegare.

QVAESTIO IIII.

PORRO[a] *cuius iudicium ſibi expetendum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in concilio Antiocheno, cap.14. ſic inuenitur diffinitum.*

§ A quo ſit ferenda ſententia, quando comprouinciales epiſcopi diſcordant.

C. I.

1 SI quis[b] epiſcopus criminaliter † in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem epiſcopos prouinciæ[c], qui conuenerint, diuerſas habere ſententias[d], & alios quidem innocentem eum pronuntiare[e], alios reum propter huiuſmodi cõtrouerſiam amputandam, placuit ſanctæ ſynodo, metropolitanum[a] epiſcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari[f a], & aliquantos cum eo epiſcopos alios: qui pariter reſidẽtes, quæcunque fuerint, dirimant quæſtiones propter hoc, vt firmũ ſit iudiciũ, quod ab vnius prouinciæ epiſcopis fuerit promulgatũ.

¶ *Caput hoc in multis etiam vetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In uno tamen perantiquo eſt ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat, & eſt antiqua verſio.*

a ¶ Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valde diſſentit ab hac verſione. Nam ex his verbis colligitur concilium illius prouinciæ, in quo neceſſe eſt adeſſe proprium metropolitanum, poſſe aduocare vicinæ prouinciæ metropolitanum, cum aliquot epiſcopis. Quod Martinus etiam Bracharenſis in ſequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græce enim locus ita habet:*

[illegible]

Quod Dionyſius, quemadmodum etiam eſt in codice canonum, ſic vertit, Sanctæ ſynodo placuit, vt metropolitanus epiſcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuerſiam tollant, vt per eos ſimul, & per comprouinciales epiſcopos, quod iuſtum viſum fuerit, approbetur. *Ac ſane, quod metropolitanus ad alterius metropolitani vocationem deberet non re- atque in eodem concilio duo metropolitani futuri eſſent vix videtur conuenire.*

Item ex concilio Martini Papæ, [id eſt, epiſcopi Bracharenſis, c.13.[b]].

¶ Quando iudices electi de ſententia inter ſe diſcordes extiterint, de vicina prouincia archiepiſcopus aduocetur.

C. II.

SI quis epiſcopus in aliquibus cauſationibus iudicatur, & viderit ipſos epiſcopos, qui in prouincia ſua ſunt, inter ſe iudicio diſcrepare, & alij videantur eum, qui iudicatur, iuſtificare, alij condemnare, pro definitione huius diſſenſionis, hoc placuit ſancto concilio, vt de prouincia vicina alter metropolitanus conuocetur epiſcopus, vt per eum confirmetur, quod ſecundum rectum placuerit canonem.

Niſi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negotia, quæ per metropolitanum terminari non valent, referenda ſint.

Vnde Bonifacius Papa, epiſcopis[a] Galliæ.

a ¶ Epiſcopis.] *Sic eſt emendatum ex antiquis vetuſtis codicibus, Burchardo, Iuone, & Polycarpo: Antea erat,* populis. *Simillima vero huic capiti leguntur Nouella 123.cap. 34, apud Iulianum antecesſorem.*

¶ Primati deferantur negotia, quæ metropolitanus explicare non valet. C. III.

4 SI inter epiſcopos eiuſdem concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, vel de aliis negotiis[g], primùm metropolitanus eorum cum aliis in concilio conſiderans rem diiudicet, & ſi non acquieſcat vtraque pars iudicatis, tunc Primas[h] regionis inter ipſos audiat, & quod eccleſiaſticis canonibus, & legibus veſtris conſentaneum ſit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius valeat contradicere.[i]

[Item Alexander Papa.]

¶ Decod .n. PALEA. C. IIII.

5 SI metropolitanus à quocunque comprouinciali epiſcopo[a] in cauſa propria appellatus eum audire diſtulerit, in proxima ſynodo negotij ſui habeat licentiam exercendi, & quidquid per † iuſtitiam, à comprouincialibus ſuis fuerit ſtatutum, debet cuſtodiri.

a ¶ Epiſcopo.] *Burchardus, & Iuo addunt,* bis fuerit in cauſa, &c.

Sed ſi omnium comprouincialium concordi ſententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis cenſura.

Vnde in Antiocheno concilio, c.15. legitur.

¶ Epiſcopus, qui ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſonam ſententiam reportauerit, ab aliis iudicari non poterit.

C. V.

SI quis epiſcopus criminaliter accuſatus, ab omnibus[k], qui ſunt intra prouinciam, epiſcopis, acceperit † vnam, conſonamque

NISI EADEM. CASVS. Dictum eſt ſ. quòd archiepiſcopus vicinæ prouinciæ debet vocari: ſed dicit Gra. hoc eſſe verum, niſi eadem prouincia primatẽ habeat, ad quem recurrendum eſt, vt ſeq. cap. patet.

SI inter epiſcopos.] CASVS. Hoc c. loquitur in cauſa ciuili: & eſt caſus talis. Controuerſia mota eſt inter duos epos eiuſdem prouinciæ de rebus ſpiritualibus, vel aliis negotiis: quæſitum eſt quis debeat negotium terminare? Et reſp. quòd metropolitanus eorum cum quibuſdam epiſcopis debet negotium terminare: & ſi altera pars partium non pareat ſententiæ, deferatur cauſa per appellationem ad primatem: vt per eum negotium diffiniatur: cuius ſententiæ nullus valebit contradicere.

g ¶ *Negotiis.*] not. pro ciuilib. negotiis poſſe celebrari ſynodum, vt 5.diſt.18. propter.

h ¶ *Tunc primas.*] arg. quòd maiora negotia prouinciæ non licet tacere metropolitano ſine auctoritate primatis. ſic 66.diſ. de perſona. & 99.diſ. c. 1. & 16. q. 6. placuit. ſed illud intellige ſi appellatur ad ipſum. vt 18.di.c.1. & 9.q.3. conqueſtus.

i ¶ *Contradicere.*] ecce caſus vbi non auditur ſecundo appellans vt dixi. 2. q. 6. anteriorum[b].

SI Metropolitanus.] SED SI OMNIVM. CASVS. dictum eſt ſ. in præcedentibus cap. quòd ſi prouinciales non concordauerint, recurrendum eſt ad archiepiſcopum vicinæ prouinciæ. Nũc oſtendit Gratianus, quòd ſi concorditer ſententiam ferant condemnationis, manebit ſententia firma.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Hoc c. de delegatis iudicib. loquitur, vt dicunt Ben. & H. & dicit etiam H. quòd prima duo cap. poſſunt ſimiliter de delegatis iudicibus intelligi: poſſunt etiam intelligi de iis qui bene habent priuilegium deponendi epiſcopos ſuos. Eſt ergo caſus huius capit. Aliquis epiſcopus accuſatus fuit, & depoſitus concorditer ab epiſcopis prouinciæ. Dicitur hic, quòd de cetero ab aliis iudicari non poteſt: ſed ſententia firma permanebit, niſi appelletur, vt j.c. prox. cuius caſus planus eſt.

k ¶ *Ab omnibus.*] per hoc videtur, quòd ſpeciale ſit in epiſcopo, vt ab omnibus debeat abſolui, vel condemnari.

4 Pol.l.5 ti.4. Burch.l.1.c.57. Iuo.p.5.c.167. Pan.l.4.c.22.

5 Burch l. 1. c.59. Iuo.p.5.c.167.

† al. propter

b Hũc intellectum non ſequitur hic H quàm exponit, valeat contradicere. ſub. niſi per appellationem. j. c. quod bene. & idẽ ſentit L. dicens textũ hũc locũ, niſi ad maiorem iudicem fuerit appellatum. & idẽ etiam tenet Petrus. Arc.

† al. exceperit

Accep.

ſententiam, ab aliis vlterius iudicari non poterit: ſed manere circa eum oportet tamquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam, ratamque ſententiam.

Subintelligendum vero eſt, niſi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem ſoluta ſententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus Papa ait in epiſtola ad Carolum regem, cuius initium [Nunquam dolorem generat.]

¶ Semel definitum retractari non licet, niſi vbi maior auctoritas fuerit.

C. VI.

[1] QVod bene ſemel definitum eſt [a], & interpoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis, vbi fuerit maior [b] auctoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicenſi, c. 4. [2]

¶ In renouatione iudicij, beati Petri memoria eſt habenda.

C. VII.

[3] OSius epiſcopus [c] dixit. Quòd ſi aliquis epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudicium renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur vel ab his [d], qui examinauerunt, vel etiam ab aliis epiſcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano epiſcopo [4]. Et, [5] ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſunt, quæ decreuerit Romanus epiſcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, ſtatuatur: ſynodus reſpondit, Placet.

QVAESTIO. V.

QVòd autem [e] deficiente accuſatore non ſit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur, qui libro 5. epiſtola 25. [6] ſcribens Maximo, ait.

¶ Onus probationis reo non incumbit.

C. I.

QVòd autem poſtulas, vt illuc perſonam dirigere debeamus qua † [f] de his, quæ dicuntur, poſſit eſſe probatio, eſſet vtcumque excuſabile, ſi vnquam ratio ei, qui accuſatur, neceſſitatem probationis imponeret. At poſtquam non tibi, ſed accuſantibus hoc onus incumbit, ad nos, ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas.

Item accuſatus non negationem, ſed exceptionem probare debet, Cod. lib. 4. tit. de probationibus. l. Actor. [7]

¶ De eodem. C. II.

ACcuſator † [g], quod aſſeuerat, probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſſitate mōſtrandi contrarium non adſtringit: cum per rerum naturam [h], factum negātis [i] probatio nulla ſit.

Hoc autem ſeruandum eſt, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate eiuſdem Gregorij [8] propter ſcandalum remouendum, famam ſuam reum purgare oportet.

QVod bene.] CASVS Quæſitum fuit à Nicolao, vtrum ſententia ſemel bene lata iuramentis etiam interpoſitis poſſit retractari. Et reſpondetur, quòd non, niſi ad maiorem fuerit appellatum.

a ¶ Definitum eſt.] à iudice per ſententiam, vel etiam à quocumque. Et intellige de iuramento quod iudex parti defert, non quod pars defert parti: [a] quia illud non poteſt retractari, vt C. de reb. cre. generaliter. & ff. de iureiur. admonendi. Itē argum. quòd qui iurat ſtare vel parere ſententiæ vel mandato alicuius, ꝙ poteſt appellare ff. rem. rat. hab. l. 3. §. falſus. ff. iu. ſol. cum apud. extr. de ap. ad hæc. 2. & ca. præterea. & c. quæſtioni.

b ¶ Maior.] extra de iureiur. veniens.

OSius epiſcopus.] CASVS. Oſius in concilio Sardicenſi ſurrexit dicens: ſi aliquis epiſcopus fuit condemnatus, ſi putat ſe bonam cauſam habere, appellet ad Papam, & hoc ſignificetur Papæ, vel ab his epiſcopis, qui eum examinauerunt, vel ab epiſcopis vicinæ prouinciæ, & ſi placuerit ei, renouetur iudicium, aut ſententia confirmetur. Reſponderunt omnes, placet. Caſus tamen non facit mentionem de appellatione condēnati. & dicit H. Adiudicatus. id eſt, male iudicatus.

c ¶ Oſius epiſcopus.] ar. aliam eſſe cauſam appellationis à principali. argu. contra 31. qu. 2. Lotharius. & notaui 2. qu. 6. ſi epiſcopus. & §. poſt ſecundam.

d ¶ Vel ab his.] [a] ille enim iudex, qui tulit ſententiam, ſi non deferat appellationi, reſcribet ei ad quem appellatur opinionem ſuam, & quare non deferat appellationi, vt ff. de app. rec. vel non. l. ſciendum.

QVod autem.] CASVS. Hæc eſt quinta quæſtio, qua quæritur, an deficiente accuſatore reus ſit cogendus ad purgationem: & quidem ſi propter hoc laborat infamia, cogitur ad purgationem: alias non, vt ſ. 2. q. 5. presbyter. & c. ſi mala fama. Eadem quæſtio tractatur ſupra 2. quæſt. 5. vbi de hac materia ſatis dicitur. Et nota, quòd ſequentia duo capitula intelliguntur de illis qui non ſunt de crimine infamati, & ideo non coguntur ad purgationem.

e ¶ Quod autem.] Reus non eſt cogendus ad purgationem niſi laboret infamia, vt ſ. ea. quod autem. & 2. q. 5. presbyter. vbi plene de hoc inuenies. Io. de Faut.

QVod autem] CASVS. Maximus dum accuſaretur à quibuſdam ſupplicauit Greg. vt mitteret aliquem Cardinalem vel Legatum ad eum, vt coram eo probaret ſe innocentem. Reſpondet Grego. vtcunque eſſet excuſabile, ſi ratio vlla cogeret reum oſtendere ſe innocentem: ſed quia hoc onus accuſatoribus incumbit, ideo mandat ei, vt ad eum veniat ſine mora, forte ſe defenſurus. Sequens §. patet.

f ¶ Qua.] id eſt, per quàm [a]. ſic 3. q. 9. qui intendit. & extra de præſum. [illegible]

ACcuſator.] CASVS. Ad hoc vt lex faciat ad propoſitum Gratiani, debet hic eſſe accuſator, vt videtur dicere Beneu. licet in l. C. ſit actor. & ſecundum hoc ſic pones caſum. Quidam profitebatur coram iudice ſe non poſſe probare crimen quod obiiciebat, ſed poſtulabat, vt reus cogeretur probare contrarium. Quæſitum fuit ab Imperatore quid iuris eſſet. Et reſpondet quod per rerum naturam nulla eſt probatio illius, qui factum negat: vnde reus ad hoc cogi non debet. Et ſi ſit ibi actor, idem eſt caſus, ſed intelligitur in cauſa ciuili. Sequens §. patet.

g ¶ Accuſator.] ex hac lege duæ habentur regulæ. Vna, [a] quòd niſi actor probet quod intendit, reus abſoluitur [b]. Secunda eſt, quòd negantis factum nulla eſt probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione præſumptionis trāſfertur probatio ad reum [c], vt extra vt eccleſ. benefic. vt noſtrum. & extr. de procur. ex inſinuatione. in fin. & ff. de don. inter vir. & vxor. quintus. Item cum actor intentionē ſuam fundauit iure communi, vt C. de prob. ſiue. 28. diſt. quia ſunt culpæ. & 100. diſt. contra morem. Item cum reus ſponte aſſumit ſibi onus probandi, vt ff. de probat. circa. Item in communibus iudiciis vtriuſque probatio auditur [1], vt extra de prob. ex litteris. Item cum vterque contendit ſe poſsidere, extra de probat. licet. Item in crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur, vt C. de fal. vbi. Similiter in crimine læſæ maieſtatis & in ſacramentis deſertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus vtriuſque teſtes audiuntur, vt C. de abolition. fallaciter. in fin. [a] Et de ſecunda regula notabis, quòd triplex eſt negatiua, facti, iuris, & formæ, ſiue qualitatis. Negatiua facti eſt, in qua negatur aliquid factum eſſe. hæc ſi non habet determinationem loci vel temporis, numquam poteſt probari, vt ſi quis dicat ſe citatum non eſſe, vel ſe non contraxiſſe cum Berta, tales improbari poſſunt, ſed probari minime. de tali loquitur hic: & hoc ideo, quia negationum non ſunt cauſæ. Si autem adiiciatur tempus vel locus, tunc poteſt probari [a], ſi probatum fuerit de alio tempore, & de alio loco, vt extra de teſtibus ex tenore & Cod. de contrahend. ſtipulation. optimam. Idem dico de hac negatione, quòd capitulum non fuit citatum, quod cum determinatione temporis poteſt probari. licet contrarium innuatur extra de election. bonæ. ſed illud non eſt propter vim negationis, ſed potius ſingularitatis. Quandoque tamen negatiua probatur ſine determinatione temporis, vt extra de probationibus, tertio. Sed illa potius eſt præſumptiua probatio quam violenta. Et ſic intelligitur quod eſt extra de teſtibus. tam litteris. in fine. Item negatiua facti probatur cum habet implicitam affirmatiuam, vt extra de renunciatio. ſuper hoc. Item negatiua iuris bene probatur, vt ff. de probationibus ab ea parte. quia qui negat aliquid iuſte factum dicit illud iniuſte factum: & quia præſumitur aliquid potius iuſte, quam iniuſte factum: ideo illud tenetur probare. Negatiua formæ ſiue qualitatis dicitur iſta: Iſte non eſt idoneus, non eſt legitimus, non eſt ſoluendo. & talis eſt probanda [d] ab eo qui eam proponit, vt extra de præſumptionibus. dudum. & digeſtis, de legatis ſecundo. lege. cum quidam. & lege, cum pater. paragrapho, rogo. & Cod. de inofficioſo teſtamento. omnimodo.

h ¶ Per rerum naturam.] id eſt, per conſuetudinem cauſarum. Item ille intellectus perpenditur per id quod legitur trigeſimaquinta, quæſtione quinta. capit. vltimo, in fine. ſic extra de fide inſtrumentorum. capit. inter dilectos. & ſic extra de cauſa poſſeſsionis & proprietatis. cum eccleſia. & extra de fide inſtrumentorum capit. ſecundo.

i ¶ Negantis.] ſic extra de cauſa poſſeſſ. & propriet. cum eccleſia. & extra de probat. quoniam.

---

[a] iuramentū an poſſit retractari.

1 Burc. l. 9. c. 43.

2 Nic. epiſcopis qui in Conuiciniū conuenerūt

3 Anſ. l. 2. ca. 77.

[a] Iudex à quo reſcribere debet iudici ad quem

[a] Aliud eſt, ꝙ hic agitur, an aduocat[us] primæ cauſæ tenetur pro eodem ſalario defendere in cauſa appellationis, de quo dic vt per gl. in l. ita de [illegible] C. de proc.

5 paulo aliter in græco.

a Vel dic, id eſt, coram qua, id eſt, in præſentia cuius, ſecundum Laur.

[a] Actore nō probāte reus abſoluitur regulariter.

b Concor. l. qui accuſare C. de edē. & l. actor, quòd aſſeuerat. C. de prob.

c Quandoque ecōtra à reo, ſ. in actorem transfertur pro bon. ff. de pro. ſi pactū. & l. ſi chirographum. & l. cum de indebito in prin. §. 1. 6. ſeu c. 125.

† qua præſente.] orig.

[a] Negatiua eſt triplex.

7 tit. 19. l. 23.

† Actor.] ori.

8 ſuprà. 2. q. 5. c. quanto, &c. quæ de cauſa.

d ſc. ab eo qui ea obiicit ſecundum B. quod dic, vt not. extr. de el. ct. bonæ memoriæ. Magunti.

*Q*Vidam epiſcopus.] CASVS.] Supra 6. quæſt. 3. cap. denique facta fuit mentio de renuntiatione epiſcopatus. Vnde Gratia. nactus occaſionem ſubnicit cauſam iſtam, in qua tractat de renunciatione, & an prælato viuente alius ſit ei ſubſtituendus, & de mutatione ſedis, & quibuſdam aliis, quæ omnia, vt competentius agat thema proponit, duas inde eliciens quæſtiones. Eſt ergo caſus. Ad preces cuiuſdam ægrotantis epi † al. inualeſcente. ſcopi Papa loco eius alium ſubſtituit: poſtea cum conualuiſſet, volebat repetere cathedram cui renuntia- † al. acceſſerat uerat.

CAVSA VII.

*Q*Vidam epiſcopus longa ægritudine † grauatus alium ſibi ſubſtitui rogauit, cuius precibus ſummus Pontifex annuit, & quod rogauerat, ei conceſſit. Poſtea vero conualuit idem epiſcopus, & quod prius fecerat, cupit reſcindi, aduerſus eum, qui ſibi ſucceſſerat †: quæſtionem mouet, ſuamque cathedram tamquam ſibi debitam repoſcit.

1 *Hic primum quæritur, vtrum viuente epiſcopo alius poſſit in eadem eccleſia ordinari.*

2 *Secundo, an iſte valeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter accepit.*

*Q*Vod autem viuente.] Hæc quæſt. diuiditur in 9. partes. In prima probatur 15. auctoritatibus, ꝙ nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua: nec etiam pro infirmitate, niſi ipſe renuntiauit, nec alius poteſt eligi altero non renuntiante, niſi de Papæ licentia ſpeciali. Secunda ibi, *Ne autem.* Tertia ibi, *Ecce quod.* Quarta ibi, *Ambitionis.* Quinta ibi, *Quòd vero.* Sexta ibi, *Hoc non ſolum.* Septima ibi, *Ecce in quibus.* Octaua ibi, *Item cum aliquis.* Nona ibi, *Hoc etiam tunc obſeruandum.* Io. de Fan.

QVAESTIO. I.

1 gs. *Q*Vod autem viuente [a] epiſcopo alius ſuperponi, aut ſuperordinari non poſſit, ex concilio apud Aruernium a celebrato [a] definitum eſt, in quo legitur [vt nullus viuente epiſcopo, alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur, epiſcopus, niſi forſitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.]

a ¶ Aruerniam.] Burchardus etiam, & Iuo c. ... tant ex Aruern. aſſi cap. 13. extat autem in Aurelianenſi ... c. 12.

b in concil. Aurelianenſi 5 c. 12. Bur. l. 1. ca. 86. Iuo p. 5 c. 302.

Item ex regiſtro Gregorij Papæ. lib. 9. epiſtol. 4. ad Anatolium Conſtantinopolitanum diaconum.

CASVS. Hic intitulatur: qui in qua quæritur, [a] an viuente epiſcopo alius poſſit in eo ei ſubſtitui, & reſpondet, ꝙ non niſi in caſibus. 1. niſi deponatur, vt 50. diſt. poſtquam. & niſi renuntiet, vt j. ead. q. qualiter. & niſi mutetur ſedes de licentia Papæ, vt j. c. 1. & mutationes. & niſi per ambitionem tranſtulerit ſe ad aliam eccleſiam quo caſu carebit vtraque, habita ſ. & ambita, vt j. e. ſi qs epiſcopus. ad inſtar inuaſoris, qui amittit rem inuaſam, & aliud tantundem, vt C. vnde vi, ſi quis in tantam vel niſi intrauerit monaſterium, vel canonicam regulam de licentia Papæ, vt infra. ead. hoc nequaquam. Probat ergo primo per concilium apud Aruerniam celebratum, quòd epiſcopo viuente alius ſubſtitui non debet, niſi depoſitus ſit.

a epo viuente an poſſit alius ſubrogari.

a Pol. l. 2 tit. 17 Anſ. l. 6. c. 201. Burc. l. 1. c. 158. Iuo p. 5. c. 301.

b Poly. l. 2. ti. 19.

§ Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus.

C. I.

*S*Cripſit mihi tua dilectio, piſſimum dominum noſtrum reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ [b] Iuſtinianæ epiſcopo pro ægritudine capitis, quam patitur, præcipere ſuccedi: ne forte, dum epiſcopi iura eadem ciuitas non habet, (quod abſit) ab hoſtibus pereat [a] Et quidem nuſquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine epiſcopo ſuccedatur: & omnino iniuſtum [c] eſt, vt ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatũ in mea anima ex eius depoſitione veniat. Sed ſuggerendum eſt, vt ſi is, qui eſt in regimine, ægrotat, diſpenſator [d] illi requiratur talis, qui poſſit eius curam omnem [e] agere, & locum illius in regimine eccleſiæ (ipſo non depoſito) ac in cuſtodia ciuitatis implere, vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta.

¶ *Caput hoc emendatum, & locupletatum, eſt ex originali.*

Item libro 2. epiſt. 5. ad Candidum epiſcopum.

¶ Flagellatis à Domino, afflictio addi non debet.

C. II.

[a] *C*Vm percuſſio corporalis imminet, vtrum pro purgatione [f], an pro vindicta cõtingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis [g] afflictio [h]: ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

¶ *In decretalibus tit. de cler. ægro. cap. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipſo quid agendum ſit, definitur.*

Item Gregorius lib. 7. 3. epiſt. 13. Maximiano a epiſcopo Syracuſano.

a ¶ Maximiano.] Sic eſt emendatum ex originali ... manuſcripto. Nam antea erat, Clementino epiſcopo primati Bizanceno.

¶ Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet.

C. III.

*P*Ræſentium latoris Adeodati querelam, qui ſe à ſui presbyteratus loco incongrue dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet: tamen paulo latius indicauimus, apertiuſq; retexendam. Aſſerit namq; à Quintiano fratre, & coepiſcopo noſtro in loco ſuo pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotiis relaxatum,

a¶ *Quod autem viuente.*] Dicendum eſt, ꝙ non, niſi ſit depoſitus. 50. diſt. poſtquam vel niſi renuntiauerit de licentia Papæ, vt j. ead. cũ mutationes. vel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam, quo caſu carebit habita, & ambita, j. ea. ſi quis epiſcopus. ad inſtar inuaſoris, qui amittit rem inuaſam, & aliud tantundem, vt C. vnde vi. ſi quis in tantam. In ægrotante autem diſtinguunt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis, vt tunc alter ſubſtituatur, vel cum ſi nimis ſenex eſt, ad inſtar iudicis. ff. de iudi. ſi longius. C. de oſ. præf. ori. l. ſi quos. Sed hoc non admitto niſi in leproſo, qui a dignitate remouetur propter ſcandalum. extr. de cle. ægr. tua. Hoc etiam ſentias, & ꝙ epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur, vt 33. di. communiter. & extr. de elect. cum inter. ſed promotus non deiicit, vt hic, & j. c. 3. ſed datur ei coadiutor vt j. c. 1. ſed ex diſpenſatione magna quandoque viuenti epiſcopo alter adiungitur, vt j. ead. non autem. & idem de quolibet clerico intelligas. ſed abbates facti inutiles remouentur penitus. 18. qu. 2. ſi quis abbas. ſicut etiam fit in iudice. C. de off. præf. ori. ſi quos. cum et ex modicis cauſis remoueantur [a]. extr. de ſi. per tuas. vbi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem fit inhabilis, remouendus eſt, vt videtur extr. de ætat. &

a Dñt quidã ioris ordine ſeruato, vt extr. de acc. ad petitionem. in fin. vbi de hoc approbat Ho. licet Ber. ibi aliud innuere videatur per eum ti c qua leim. 2. in fin.

qual. ca. 1. vitæ tamen neceſſaria recipiat. j. ea. quamuis.

*S*Cripſit mihi tua dilectio.] CASVS. Ioannes primæ Iuſtinianæ epiſcopus tanta ægritudine capitis laborabat, quòd epiſcopale officium exercere non poterat. Ne igitur ciuitas prælata dilaniaretur ab hoſte. Anatolius diaconus Conſtantinopolitanus ſupplicauit Greg. vt alium ſubſtitueret epiſcopũ. Gregorius vero ſcribens ei dicit hoc non eſſe faciendum. Iniuſtum eſt enim, vt quis pro ægritudine ſua ſuo priuetur honore, ſed coadiutor ei detur, qui vicem eius gerat, vt Deus ñ offendatur, & ciuitas nõ negligatur.

b ¶ *Primæ.*] i. Salonitanæ, quia ibi Iuſtinianus primo reſedit. Alij dicunt Rauennam, & non Salonitanam eſſe primam Iuſtiniani ſedem.

c ¶ *Et ideo iniuſtum.*] præeſſe eñ intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur licet ſit infirmus. ff. de ſta. liber. cum hæres.

d ¶ *Diſpenſator.*] ſ. ſi. ff. de tutel. ſolet etiam. vbi dicitur quòd ſi tutor propter longam ægritudinem non poteſt adeſſe, datur ei curator, qui potius dicitur adminiſtrator.

d Ext. de cle. ægr. c. 1.

e ¶ *Curam omnem.*] i. res eius adminiſtrare. ſed quæ ſpectant ad pontificale officium, vicini epiſcopi ſupplebunt. j. ea. pontifices. Et eſt hic arg. [c] quod coadiutor & adminiſtratores vel viſitatores debeant habere liberam & generalem adminiſtrationem [b], vt j. e. quamuis. & extr. de elect. cum nobis olim. in fi. & 21. q. 1. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorem? Dico eum cogendum per ſuperiorem. extr. de cenſ. Romana. verſ. ſi vero. li. 6. & ar. ff. de mi. l. ait. §. 1. multa enim bona præſtantur inuitis, vt 45. diſt. & qui emendat.

ſ Concord. tex. in l. ſi ſer uus. ff. d cui. & in authen. naufragia cum gl. 2. Cod. de fur.

c coadiutor debet habere liberã adminiſtrationẽ.

b Multo fortius hoc ob tinere debet in vero prælato: quod eſt verum, vt not 5. q. 3 c. vlt. Arc.

*C*Vm percuſſio.] CASVS. Calumnioſus clericus corporalem patiebatur percuſſionem, cuius occaſione Candidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſiæ ſpoliauit. ſuper quo cum Greg. querela pulſaretur, præcepit Candido, quatenus omnia ſibi reſtitueret: quia ſi pro ægritudine eccleſia priuaretur, & Deus offenderetur, & aliȷ non inuenirẽtur, hoc exemplo deterriti, qui vellet eccleſiæ militare. Et iſte caſus colligitur ex hoc capit. & ex decret. quæ eſt extra de cler. ægr. cum percuſſio.

f ¶ *Purgat ne.*] id eſt, probatione. j. ea. aduerſitas.

g ¶ *Flagellatis.*] ſufficienter. [c] ſed non ſufficienter afflictis addi poteſt, vt 21. q. 5. ſi quis a proprio. & c. ſeq. & eſt arg. quòd poſt pœnitentiam non poteſt quis accuſari [e] de crimine: ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri ff. de iure do. iure. & ff. de cond. ob cau. ſi pecuniam. §. vltim. ſimiliter pœna non debet verti in culpam, vt ſ. di. 5. baptizari. & c. ad eſtis vero.

h ¶ *Afflictio.*] 5. 2. q. 9. indicas & extr. de iud. at ſi clerici. & ſ. diſt. 5 c. 1.

c Afflictio quandoque datur afflictis.

e Hoc arg ñ procedit. 34 qu. 2. admonere. Quod dic vt nota ex r. de acc. de his.

*P*Ræſentium.] CASVS. Adeodatus presbyter accepit a Quintiano epiſcopo ſuo licentiam, vt ad certum tempus abeſſet ab eccleſia ſua pro quibuſdam ſuis negotiis ordinandis: ſed cum propter ægritudinem ſi ſteriſſet vltra tempus præfixum ei: epiſcopus eius ſcilicet Quintianus alium ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam ſuſcepiſſet, ſcribit Maximiano epiſcopo Syrac. vt inquirat veritatem huius rei, & ſi inuenerit quod ægritudinis cauſa per duos menſes abfuiſſet, reſtituat eum in loco ſuo: ſubſtitutum vero presby

presbyterum ſi nõ per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus, in alia quæcumque vacante eccleſia inſtituatur: ſi vero p̃ ſimoniã degradetur.
a ¶ *Per duorum.*] idem forte ſi per vnum, vt j. ca. ſi quis in clero[*], hic ſumit arg. M. q̃ ſi epiſcopus indeterminate licẽtiauit clericum, non videtur eum licentiaſſe vltra duos menſes: ſed tamen hoc eſt referendum ad arbitrium boni viri, conſiderato negotio, ar. ff. de ver. ob. continuus. Ad hoc cap. benè facit ff. de re mili. qui commeatus. nam ibi dr. q̃ ſi aliquis abeſt vltra ſtatutum tempus, pro deſertore habetur. ſi. bonum arg. 21. qu. 2. placuit. poteſt tñ per modicum tempus purgare moram. 88. diſ. peractum. "Non enim feſtinabit iudex ad ſententiam, vbi quis iuſta cauſa abfuerit[b], vt ff. de dam. inf. ſi finita. §. ſi forte. etiam licet ad præfixum terminum reus non veniat. ſed habebitur ratio viarũ, temporis, & ægritudinis, & alteri[*] impedimẽti, vt ff. de va. mu. tempus. ff. quib. ex cauſ. ma. ſi cui. §. 1. poteſt eñ abſens iuſtam habere excuſationem, vt extr. vt lit. non conte. quoniam frequenter. Lex dicit, q̃ ſi q per licẽtiam abeſt, ſi vſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, vt C. de adtoc. di. iud. l. vlt. Ioa.

a de hoc plene not. extr. vt li. nõ cõt. quoniam. in gl. de abſentia, &c. & infrà e §. ambitionis. Arc.

* Abſens nõ eſt feſtina ſententia cõdemnandus.

b Adde q̃ talis ſententia non præſumitur ſolennis. gl. in l. 2. ff. de in ius voc.

ægritudiniſq; cauſa per duorum[a] menſium ſpatium ſuæ ſe eccleſiæ defuiſſe: Cuius rei occaſionem capientem prædictũ fratrem noſtrum, alium loco eius illic preſbyterum ordinaſſe. Hortamur itaque fraternitatẽ tuam, vt cauſam eius ſolicite perquiras, diſtricteque diſcutias, & ſi manifeſtæ ægritudinis, ſicut dicitur, cauſa eccleſiæ ſuæ eum defuiſſe repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudiciũ generari: ſed in locum ſuum ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui. *& infra.* ¶ Illud autem charitatem tuam ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit huius ſuggeſtio, atq; in ſuum fuerit ordinẽ reſtitutus, de presbytero, qui in loco eius, ordinatus eſt, ſubtiliter, diſtricteque debeas eſſe ſolicitus. Et ſi quidem ſine datione aliqua ad eundẽ ordinem peruenerit, vt in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere: in alia[b] quacumque vacante eccleſia eum volumus ordinari. Sin autẽ in eo quippiam (quod auertat Dominus) fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non cauſa replendæ neceſſitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

Item Nicolaus Papa Alvino † Lauenſi archiepiſcopo.

¶ Pro infirmitate, vel ægritudine Pontifices non ſunt abiiciendi, nec in eorum locum alij ſubſtituendi.

C. IIII.

[a] PONtifices, qui aliqua occupantur infirmitate, vel ægritudine, abiiciendi non ſunt, nec alios in loco eorum conſecrari oportet, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt[c], ſacerdotes[d] expleãt.

b ¶ *In alia.*] Arg."q̃ ſi concedo alicui eccleſiam quæ ab eo euincitur, teneor ei aliã cõcedere, vt extr. de pb. inter cetera. quia iuuari nos beneficiis non decipi oportet. vt ff. commo. l. in commodato. §. pe. j. e. omnis. & cap. paſtoralis. & eſt contra id qđ dicit lex, q̃ donator non teneatur de euictione, vt C. de ædi. edic. ad res donatas. ſed hic non dicitur epiſcopus donare: quia habet neceſſe concedere eccleſiam, & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff. de adim. l. rem legatam. Tñ de dolo poſſum agere contra donatorem, ſi mihi ſciẽter det rem alienam, vt ff. de don. Ariſto. § vlt. Item ſi quis per violentiam expellitur de eccleſia, non haberet recurſum ad epiſcopum: ſicut nec emptor ad venditorem in hoc caſu, vt C. de act. emp. & ven. l. expulſos. Et no. q̃ hoc c. ſemper conſueuit ad hoc induci[c] quòd ſpoliatus à iudice non poſſit petere reſtitutionem[d], vt 2. q. 1. notum. Iudex enim non dicitur facere violentiam, vt 23. q. 2. ca. 1. ff. quod met. cauſ. l. 3. Semper enim pro ſuo facto præſumitur, niſi poſſit de dolo argui, vt 2. q. 6. hoc etiam Ioan.

* Eccleſia euicta an poſſit agi cõtra epiſcopum qui illã contulit.

† al. Albino Vienenſi.

a Iuo p. 5. ca. 91.

c Ad hoc facit quia primo de cauſa cognoſcitur, vt ibi patet.

d Reſtõem. hoc verũ eſt ſi rite & iuridice ſit ſpoliatus, aliàs ſecus Panor. c. cõquerẽte de reſt. ſpol. & à iudice cõpetenti habente ptãtẽ, li. et iniuſte faciat Pan. c. cum cauſa de of. del. dẽt ergo appellare, vel reſtitutionem in integrũ verbis adſ. bratis petere, ceſſantibus remediis cõtra priuatos perditis.

PONtifices.] CASVS. Aluinus archiepiſcopus duas fecit quæſtiones Papæ Nicolao. Prima fuit, verũ propter ægritudinem pontifices ſint abiiciendi à dignitate. Et reſp. quòd non, nec alij debent loco eorum ſubſtitui, niſi prius de hoc ſæculo migrauerint, & presbyteri eorum defectum ſupplere debent, & in quibus ſupplere non valent, ſuppleant vicini epiſcopi, qui debent cum cautela vocari, ne eccleſiæ præiudicium fiat. Secunda quæſtio fuit, vtrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint. & reſpondet quòd non.

c ¶ *Quæ licita ſunt.*] vt Miſſam canere, & prædicare, vt 91. diſt. ecce.

d ¶ *Sacerdotes*] id eſt, archidiaconi vel decani, qui vicarij ſunt epiſcopi, vt 25. diſt. perlectis.

e ¶ *Non licet*] in his quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt 68 diſt. quamuis.

f ¶ *Vicinorum.*] ſic 65. diſt. ſi forte.

g ¶ *Vſque.*] ſic C. de cur. fur. cum aliis.

h ¶ *Cum cautela.*] i. præſtabit cautionẽ de bonis eccleſiæ nõ vſurpãdis. Io.

h ¶ *Cum cautela.*] i. præſtabit cautionem q̃ ex hoc ſibi nullũ ius vendicabit. & arg eſt q̃ quis pro poſſeſſore hĩ ex eo q̃ fuit in poſſeſſione[e], niſi proteſtatio præceſſerit, vt hic, & j. 24. di. presbyteri. & extr. de iu. pa. conſultationibus. arg. contra extr. de reſt. ſpol. olim. 3. & 10. qu. 3. quia. & extr. de off. deleg. conſultationibus. Io.

e iſtam ſententiam videtur tfe Inno. extr. de reſt. ſpo. ſæpe. in gl. ff. de iud. & c. in fin. ver. Inn. plus videtur, &c. Arc.

In his vero, quæ his præſumere non licet[e], vicinorum[f] vſque[g] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporum auxilia ſubrogẽtur: & hoc cum cautelæ[h] ſtudio peragatur, ne per neceſſitatis occaſionẽ præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos vero, qui Dominici gregis ſuſceperunt curam, atq; ſolicitudinẽ, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamine † eorum ſalubriter augeatur, & tripliciter fructus †.

† al. certamine. † ab. ſt à multis.

Item ex lib. 4. epiſt. 2. Cypriani epiſcopi, & martyris ad Antonianum.

¶ Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet. C. V.

[a] FActus eſt Cornelius epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc[i] affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorũ collegio[*], cum nemo ante ſe factus eſſet, cũ Fabiani locus, id eſt, cum locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret: quo occupato[k] de Dei voluntate, atq; omnium noſtrum conſenſione firmato[l], quiſquis iam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt: nec habeat eccleſiaſticam ordinationem[m], qui eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet iactans, & ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cũ poſt primum ſecundus eſſe non poſſit: quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus[n] eſt.

* ¶ Collegio.] *Sic legitur in codicibus Cypriani impreſſis & manuſcriptis, & Polycarpo. At ſimilis fere locutio eſt in ſeq. capite, & 23. q. 8. ſi qui mem... ,* conſenſu.

Item in eadem epiſtola inferius.

¶ Non eſt epiſcopus, qui in locum viuentis irrepſerit. C. VI.

a Po. l. 7. t. 4. Anſ. l. 6. c. 58. Iuo p. 5. cap. 359.

FActus.] CASVS. Hæc. 5. cap. loquuntur de Nouatiano Papa ſchiſmatico, eiuſq; complicibus. Eſt ergo caſus huius cap. & ſeq. Defuncto Papa Fabiano, electus eſt Cornelius vere ab omnibus Cardinalib. ſ. 16. habito ſuffragio plebis, & antiquorum ſacerdotum, & bonorum virorum conſenſu. poſtea Nouatianus electus eſt à paucis, q̃ ſic intruſus Cornelium moleſtãdo cœpit orbẽ peragrare, & catholicos deponere epiſcopos, & alios ſubſtituere. Scribit ergo Cyprianus martyr omnibus Chriſtianis, q̃ ſolus Cornelius eſt verus Papa: ſed Nouatianus Papa, qui poſt illum Cornelium eſt electus, profanus eſt & malus: nec dr ſecundus, immo potius nullus & hortatur Chriſtianos ne recipiant illum: quia licet nunc in initio ferueat, diu tamen durare nõ poteſt.

i ¶ *Quæ tunc.*] "Hic vr q̃ abſentes non ſunt vocandi ad electionẽ, vt 10. qu. 2. hoc ius. & extr. de ſen. & re iu. cũ olim. maxime ſi ſint remoti, vt extr. de ele. cum inter. immo & ſi in hortis ſunt, non videntur vocandi, vt 2. q. 6. §. biduum. ſufficit eñ ad citationem pulſatio cãpanæ, vt extra de off. cu. c. 1. & 2. extr. de elect. in cauſis. & ex. de poſt. præl. ca. pe. & antepe. & lex dicit illos ſolos vocandos qui ſunt in vrbe, vt C. de leg. l. vlt. li. 10. Quod aũt vocandi ſint abſentes, probatur 63. diſt. quãto. alioqn plus nocet cõtẽptus vnius, q̃ contradictio plurium, vt extr. de elect. q̃ ſicut. & ca. cum nobis olim. Nam remoti ſunt vocandi vbi tractatur publica vtilitas, vt C. de decur. curiales. 2. lib. 10. Sol. Semper vocadi ſunt vbi cõmode vocari poſſunt, vt extr. de elec. q̃ ſicut. ſed ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliqui poſſunt eligere, vt ibidem dicitur. tñ ſi aliquis non poteſt intereſſe, ſi ſuo iuramento fidem de hoc fecerit permittitur ei per procuratorem eligere, qui ſit de collegio, vt extra de elect. quia propter. extra prouinciam tamen non ſunt vocandi, vt extra de elect. coram. quia poteſt abſens habere iuſtam excuſationem vt extra vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. Hodie autem ſuper iſta vocatione ſufficit conſuetudo eccleſiarum per decretalem, extra de elect. in Geneſi.

* Abſentes an ſint ad electionẽ vocandi.

k ¶ *Quo occupato.*] id eſt, canonice ſumpto.

l ¶ *Confirmato.*] Ergo electio Papæ eſt confirmanda[f].

m ¶ *Ordinationem.*] Arg. quòd quæ ab intruſo fiunt, non tenent, vt 12. q. 2. alienationes. 9. q. 1. ordinationes.

ADDITIO. Ad hoc not. extra de elect. nihil. in gl. in duobus caſibus. extra de ſchiſm. c. 1. ibi videas.

n ¶ *Sed nullus.*] Arg. quòd nullus eſt, qui malus eſt. ſim. extra de tranſlat. inter corporalia. ſic 2. q. 7. non omnes. & 19. diſt. ſecundum. Arg. contra 1. q. 1. quod quidam.

f Hoc tamẽ non eſt verũ & ſpeciale eſt in eo qa cũ eligitur, cõfirmatur, & confirmãdo eligitur, vt 23. diſt. in nomine Domini.

NOuatianus *a* epiſcopus nõ eſt, qui Cornelio epiſcopo in eccleſia à ſedecim coepiſcopis facto, adulter, atq; extraneus epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitum nititur: & cum ſit à Chriſto vna eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa [a], item epiſcopatus vnus, epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem poſt connexam, & vbique coniunctã catholicæ eccleſiæ vnitatem, humanã [b] conatur† eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittit, vt quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat: cumque iampridem per omnes prouincias, & per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti: ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audet: quaſi poſſit, aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici corporis compaginem, *ß* diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere, neſciẽs ſchiſmaticos ſemper inter initia [c] feruere, incrementa vero habere nõ poſſe nec augere, quod illicite cœperint, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. *& infra.* ¶ Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atque à ſacerdotum collegio ſeparat, epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui epiſcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.

a ¶ Nouatianus.] *Recte appoſitum eſt à correctoribus hoc initium ne ſuperiora et ſequentia aſſ... eſſent. Nam apud Cyprianum ſic legitur poſt mult... ta: niſi ſi* epiſcopus tibi videtur, qui epiſcopo in eccleſia, &c.

ß ¶ Corporis compaginem.] *Sic emendatum eſt ex aliquot vetuſtis. & Anſe mo, & ipſo originali: antea enim legebatur,* ordinis compaginem.

Idem ad Florentium Puppianum, eodem l. 4. epiſt. 8.

¶ Non eſt in eccleſia, qui cum epiſcopo pacem non habet. C. VII.

* SCire debes epiſcopũ in eccleſia [d] eſſe, & eccleſiam in epiſcopo, & ſi qui cum epiſcopo non ſit, in eccleſia non eſſe, & fruſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei no habẽtes obrepũt, & latẽtes apud quoſdam communicare ſe credunt, quando eccleſia†, quæ catholica vna eſt, ſciſſa nõ ſit, neque diuiſa.

Idem ad Iubaianum.

¶ Suo iure quis cedere non debet. C. VIII.

QVàm [e] periculoſum ſit in diuinis [f] rebus, vt quis cedat iure ſuo, & poteſtate: ſcriptura ſancta declarat, cum in Geneſi Eſau primatus [g] ſuos inde perdiderit: nec recipere id poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit.

Idem lib. 1. epiſt. 6. ad Magnum.

¶ Perditionem ſibi acquirunt, qui ab epiſcopis recedentes vnitatem eccleſiæ ſcindunt. C. IX.

DEnique quàm ſit inſeparabile vnitatis ſacramentum, & quàm ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo alium ſibi foris pſeudoepiſcopum conſtituunt, declarat in libris regnorum ſcriptura diuina, vbi à tribu Iuda, & Beniamin decem tribus ſciſſæ ſunt, & relicto rege ſuo [h] † alterum ſibi foris conſtituerunt. [Et indignatus eſt, inqt, Dominus in omne ſemen Iſrael, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abiiceret eos à facie ſua: quia diſſipatus eſt Iſrael à domo Dauid, & cõſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabat.] Indignatum eſſe Dominum dicit, & eos in perditionem dediſſe, quòd ab vnitate diſſipati eſſent, atque alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et tãta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, vt etiam cum homo Dei ad Hieroboã miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoq; apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet: & contra præceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſuræ maieſtate percuſſus eſt, vt inde regrediens impetu, ac morſu leonis in itinere necaretur. *& paucis interiectis* ¶ Satiat *a* adhuc in Euangelio ſuo Dominus, & maiorum intelligentiæ lucem manifeſtat, quòd iidem, qui [i] ſe tunc à tribu Iuda, & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis Samariam ſeceſſerant, inter profanos, & gentiles computarentur. Nam, cum primum diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit, & dixit] In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis.] Ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari [k]. *& poſt pauca.* ¶ Quòd ve-

---

a N*Ouatianus.*] *Diuiſa.*] 24. q. 1. loquitur.

b ¶ *Humanum.*] id eſt, non ſpiritualem.

c ¶ *Initio.*] Arg. contra nouitios magiſtros, qui primo feruent, & poſtea deficiunt. 23. qu. 4. diſplicet & c. non inuenitur. & c. ſi eccleſia. immo à minimi. eſt incipiendum, vt 48. di. ſicut.

S*Cire debes.*] CASVS. Scribit Cyprianus ad Puppianum, quòd ſolus Cornelius eſt epiſcopus: & ei obedientes ſunt in eccleſia. Nouatiani vero qui cum ſacerdotibus Dei pacem non habent, & per obreptionem dignitatem arripiunt, non ſunt in eccleſia. quæ tantum vna eſt, nec poteſt eſſe diuiſa. *Cum epiſcopo non ſit:* ſcilicet in communione epiſcopi.

d ¶ *In eccleſia.*] 6. qu. 2. ſi tantum. contra. ſed ibi ſolutum eſt. " hic dicitur eccleſia epiſcopus. alibi eſt idem quod eccleſiaſtici viri, vt ĩ. 63. diſt. ca. 1. alibi ponitur ꝑ maiori parte, vt ĩ. 51. diſ. Apoſtolica. quandoque pro congregatione fidelium. ĩ. de cõſe. di. 1. eccleſia. Et dic per exẽpla varias ſignificationes, vt ext. de teſta. relatum. & extr. de verb. ſig. cum clerici. extra de vſu pal. c. 1.

Q*Vàm periculoſum.*] CASVS. Cornelius Papa volebat renunciare papatui propter tribulationes, quas à Nouatiano ſuſtinebat: ſed Cyprianus dehortatur eum, & dicit hoc non eſſe ei faciendum: quia ſibi eſſet periculoſum, ſi in tanta tribulatione eccleſiam dimitteret: & præterea ſi modo renuntiaret, de cetero repetere non poſſet. Et hoc probat exẽplo Eſau, q ius primogenituræ cui renunciauit, repetere non potuit.

e ¶ *Quàm periculoſum.*] Arg. " ꝙ q iuri ſuo renuntiat, illud repetere non poteſt. ĩ. c. eos. 23. q. 4. ſi illic. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. qui ſemel. & C. de pact. poſtquam. ĩ. e. hoc nequaquam. & ff. de ædil. edi. quæritur. §. ſi venditor vbi di. ꝙ remittẽtib. actiones ſuas non eſt dandu. regreſſus ad eas. 93. diſt. ſi quis epiſcopus. 28. q. vlt. dudum. & notaui 6. q. 3. denique.

f ¶ *In diuinis.*] tempore periculi, vt ĩ. ead. ſuggeſtum.

g ¶ *Primatus.*] ius ergo primogenituræ (vt dicunt) eſt dignitas talis: quia primogeniti præ aliis in feſtis ſacrificia offerebant, & ꝙ ſedebant ad dexteram patris, & ꝙ cibos duplicatos recipiebant. Et dicit Gauduiphus Eſau commiſiſſe ſimoniam: " quia illud ius ſpirituale fuerat quod vẽdidit[a] ſed eſt contra eũ. 1. q. 1 qui ſtudet. vbi dr ꝙ Giezi fuit primus q commiſit ſimoniam Sed numqd peccauit Iacob emendo? Non, quia gratis hoc fuiſſet daturus: vel qa redemit id quod ſibi diuinitus erat debitum. extra de diuorc. gaudemus.

D*Enique.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In 1. parte oſtendit Cyprianus ſchiſmaticos graui pœna eſſe puniendos Et hoc probat tribus exemplis, ſc. exemplo decem tribuum, quas Dñs captiuauit, & retruſit vltra montes Caſpios: qa ſegregato Roboam filio Salomonis, fecerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabath. & exẽplo Abdo prophetæ, q necatus eſt à leone: quia comedit panem & bibit aquam in terra decem tribuũ contra Dñi prohibitionem. Et exemplo Samaritanorũ quos Dominus voluit dimitti & præteriri: quia ibi erãt ſchiſmatici. In 2. parte dr, ꝙ non ꝓdeſt Nouatianis adorare vnum & eũdem Deũ, quem Cornelius adorat: quia Core & Dathan & Abyron adorabant eũdẽ Deum cũ Moyſe & Aaron, tamen ſunt percuſſi ꝑ ſchiſma, qđ fecerunt; & thuribula eorũ cõflata in ſignum perpetuum affixa ſunt altarib. Secunda pars incipit, *Quod vero.*

h ¶ *Rege ſuo.*] ſ. filio Salomonis. " Et eſt hic arg. ꝙ filij regũ de iure debent eſſe reges. arg. cõtra 8. qu. 1. Moyſes. & 93. diſtinct. legimus.

i ¶ *Quod iidem qui.*] arg. ꝙ idẽ eſt populus qui fuit añ mille annos[b]. ſic 16. di. hẽo. & ff. de iud. proponebatur. Sed cõtra. iſti fuerunt ante tp̃s Chriſti vltra Caſpios montes tráslati. Sed dic, ꝙ adhuc multi ſequebãtur eos in vitiis ſuis: vnde illi idem dicebantur eſſe cum eis. 1. quæſt. 1. cito.

k ¶ *Adæquari.*] 24. q. 1. non afferamus. contra. vbi dicit ſchiſma eſſe grauius peccatum, ſed expoſitione, grauius, id eſt, periculoſius. 32. q. 4. nemo.

2 ¶ Mem

---

2. An. l. 6. ca. 9.

† conatur) orig.

" Eccleſia multiplicites dicitur.

a Iuo p. 5. ca. 360.

" iuri ſuo renuntians, illud repetere non poteſt.

† al eccleſia catholica quæ vna.

Geneſ. 25.

" Ius primogenituræ an ſit ſpirituale.

a Dicit Hu. hoc eſſe falſũ, quia nullum ſpiritus le vendidit. ſed qa in tali venditione peccauerit videtur ex eo quod ſe. & no de pę. diſt. 5. iudas. Dicit L. q ia eo ſolo peccauit, quia vilem cibũ ex rſit. 41. diſt. quiſq; is & idẽ Hug.

3. Reg. 12.

† abeſt ab orig.

4. Reg. 17.

3. Reg. 13.

" regum filij debẽt eſſe reges.

Matth. 10.

b Ad hui' dicti declarationem videas quęſtionem B. quæ incipit, Bonon. iurauerunt, & c. & eſt qõ dotrinalis. & infrà ead. ſicut vtr. in glo. 1. & quo 1 le. & no. 32. qu 4. recurrat vit ſi. quæ antẽ ſuper e Art. & infrà 24. q. 1. c. didicimus. §. quod vero.

z ¶ *Memorial[e]*.] hæc quæ generant materiam mali, iubetur publice exponi, vt aliis terror incutiatur, vt hic,& 19.qu.3.mandamus. quique iubentur destrui, ne refricent facti memoriam.15.qu.1 mulier.loan.

b ¶ *Schiſma*.] ita magnum vt illi Nouatiani nouam fecerint eccleſiam.

NOn furem.] CASVS. Verno dux Britanniæ pro munera defendebat Gilladū, qui ſedē Nanneticam vſurpauerat viuente prælato: vn̄ Leo monet ipſum ducem ne de cetero Gillandum defendat.

c ¶ *Non furem*.] i. non inuaſorem: furtum. n. non committitur in re immobili, vt inſtit. de viue. ſ. quod autem a.

S[icut] vir.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in 2. partes. In 1. parte notatur ſimilitudo inter matrimoniū ſpirituale, & carnale: quia ſicut vir nō dēt vxorem ſuam dimittere, ita nec eps eccleſiam ſuam abſque ineuitabili neceſsitate, vel Apoſtolica mutatione, & ſicut vxori non licet dimittere virum, & adhærere alij, licet fuerit fornicatus, ſed aut ei reconciliari, aut innupta remanere: ſic eccleſia ſuum non debet dimittere epm: & ſi dimiſerit, aut ſibi reconcilietur, aut innupta permaneat. In 2. parte di, q̄ eps debet docere & amare eccleſiam ſuam, & econuerſo eccleſia epiſcopum ſuum. Secunda pars incipit ibi, *Epiſcopum vero*.

d ¶ *Adulterare*.] id eſt, dimittere vt adulteretur cum alia.

e ¶ *Adulteret*.] i. dimittat fornicantem.

f ¶ *Fornicatus*. " Vxor poteſt dimittere virū ob fornicationē ſicut vir vxorem: quia non ad imparia iudicantur. 32.q.1. ſi quis vxorem. ſed non p̄t eum dimittere, vt alij adhæreat.

g ¶ *Adulterata*.] " ergo eccleſia p̄t delinquere, & ēt vniuerſitas. arg. ff. de ori. iur. l. 2. illud. & eſt contra illud. ff. de dol. ſi ex dolo. vbi dī, q̄ municeps non poteſt facere dolum: ſupple de facili. ' Sed nunquid poteſt eccleſia vel ciuitas excommunicari? dico q̄ non, vt 24.q.3. ſi habes. Sed maiores de eccleſia b poſſunt excōmicari, vt ext. de ſi. veniens. & ff. de cond. & dem. municipib. & 44. diſt. commeſſationes. Dico enim q̄ ſi eccleſia vel ciuitas poſſet ex-

N[u]m. 16.

a Quod legitur & no. ext. de elec. quum.

z ibid.

" fornicatio ſeparat coniuges.

" Vniuerſitas delinquere poteſt.

†al. Giſtardum.

" Excōicari nequit eccleſia vel ciuitas.

b Ad hoc fa. quod le. & no. ſuprà. e. q. denique. & hēs d hoc plures concor. extr. de iu. pa. quā q̄

ro eumdem, quem & nos Deum patrem, eūdem filium Chriſtum, eundem ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Core, & Dathā, & Abyron cum ſacerdote Aaron, & Moyſe eumdem Deum nouerāt: pari lege, & religione viuentes vnum, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerūt, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerūt: nec potuerūt rata eſſe, & proficere ſacrificia irreligioſe, & illicite contra ius diuinæ diſpoſitionis obata. Thuribula quoque ipſa, in quib⁹ incēſum illicite fuerat oblatum, ne in vſu de cetero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent: iuſſu Domini conflata, atque igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecūdum quòd loquitur ſcriptura diuina [a Memoriale, z inquit, filiis Iſrael, vt nō accedat quiſquam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt nō fiat ſicut Core.] Et tamen illi ſchiſma b non fecerant, nec foras egreſſi, contra Dei ſacerdotes impudenter, atque hoſtiliter rebellauerant. Quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, & cōtra pacem, atque vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vendicare conantur.

a ¶ Sanat adhuc.] *Ante legebatur* Sed adhuc. *Emendatum eſt ex vetuſtis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco ſecuta eſt. Hoc verbo vtitur etiam in libro de opere, & eleemoſynis ſic ſcribens*. deprecationes ſolas parum valere, niſi factorum, & operum acceſsione ſatientur. *ita enim habent vetuſti codices, & cetera editiones præter Romanam in qua operarum culpa, eius verbi loco, poſitum eſt adiuuentur*.

Item Leo 4. Vernoni Duci Britanniæ.

¶ Non eſt defendendus, qui viuentis locum inuadit. C. X.

NOn furē c, nec latronē, qua lē Gillandū † eſſe ſentimus in Nannetica ſede, qui viuentis (quod non licuit) locū non timuit vſurpare pro cuiuſcumque muneris donis vltra debes defenſare.

Item Evariſtus Papa, epiſt. 2. omnibus epis.

¶ Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam dimittere. C. XI.

2 SIcut vir non debet adulterare d vxorem ſuam: ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam, id eſt vt illā dimittat, ad quā ſacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe viuēte eo, matrimonio ſociet, aut eum adulteret e, licet fornicatus f ſit vir eius, ſed iuxta Apoſtolum, aut viro ſuo recōciliari debet, aut manere innupta: ita eccleſiæ non licet dimittere epiſcopum ſuum, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterum viuente eo, accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat: id eſt alterum epiſcopum, ſuo viuente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Si vero adulterata g fuerit, id eſt, ſi ſe alteri epiſcopo iunxerit, aut ſuper ſe alterum epiſcopū adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit: per acerrimam pœnitentiam, aut ſuo reconcilietur epiſcopo, aut innupta permaneat. *& paulo poſt*. ¶ Epiſcopum vero oportet opportune, & importune, atque ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt a vitiis ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eumque amare, & diligere vt legatum Dei h, & præconem veritatis.

Ecce his auctoritatibus patenter oſtenditur, quòd epiſcopo viuente alius ſuperordinari non poteſt, nec etiam pro eius ægritudine 4. Sed illud Gregorij i intelligendum eſt, quando ille, qui ægrotat, aliū ſibi ſubſtitui non rogat. Ceterum, quādo aliquis vel ſenectute, vel infirmitate grauatus ſuſceptum officium adminiſtrare non valet, ſi alium ſibi ſubſtitui petierit, rationabiliter fieri poteſt 5. Vnde in eodem capitulo ſequitur [*Si a vero k idem Ioannes fortaſſe pro moleſtia ſua petierit l, vt ab epiſcopi honore debeat vacare, eo petitionem ſcripto dante, concedendum eſt: aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.*] *Hinc etiam beatus Auguſtinus epiſcopo ſuo nondum defuncto, ſed ſenectute grauato cathedram epiſcopalem ſuſcepit.*

Vnde in epiſtola Paulini vnica ad Romanianum legitur.

a ¶ Si vero idem Ioannes.] *Hæc ſunt in regeſto B. Gregorij lib. 9. epiſt. 41. & ſequuntur poſt c. ſcripſit. 1. eadem.*

¶ Auguſtinus non tam ſucceſsit quàm acceſsit. C. XII.

6 NOn autem tantū hoc ſcribimus gratulādum, quòd epiſcopatum Auguſtinus accepèrit, ſed q̄ hāc Dei gratia curā meruerit Africanę eccleſię, vt verba cęleſtia Auguſtini ore perciperēt: qui ad maiorē Dñici muneris gratiam nouo more m prouectus, ita cōſecratus eſt, vt nō ſuccederet n

communicari, ſequeretur abſurditas. nam omnibus illis mortuis, & aliis ſubſtitutis eſt eadem eccleſia: ergo adhuc eſſet excōicata, ſi priores canonici non petiiſſent abſolutionem adhuc. de hoc not. 12. q. 2. eps qui. 1.

h ¶ *Legatum Dei*.] Epiſcopus dicitur legatus Dei: & tū eſt iudex ordinarius. vnde patet, quòd legatus Papæ eſt iudex ordinarius, vt proconſul.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis. & bene ſoluit dicens, quòd propter ægritudinem non dēt alius epiſcopo ſubſtitui niſi ipſe infirmus ſingulariter hoc poſtularet: & tunc licite fieri poteſt, ſi hoc in ſcriptis poſtulauerit. Et hoc probatur per ç. ſ. ead. ſcripſit. & ad hoc inducit exemplū de Aug. qui poſtulante Valerio ſenectute grauato, factus eſt epiſcopus, vt in eod. ca. no. 5. Sed in originali quod ſequitur poſtea planum eſt.

i ¶ *Sed illud Gregorij*.] 5. ead. c ſcripſit.

k ¶ *Si vero*.] Hoc habetur in originali vnde hoc extractum eſt.

l ¶ *Petierit*.] Ergo nulli infirmo dandus eſt coadiutor, niſi hoc petat. 7. ea. qualiter. & c. quamuis. & c. ſcripſit. arg. contra extr. de ec. ædif. ad audientiam.

NOn autem.] CASVS. Paulinus ſignificauit Romano, q̄ Valerio epiſcopo Hippon. eccleſiæ viuo & incolumi poſtulante, coepiſcopus factus eſt ei Aug. de cuius promotione & electione non ſolum lætatus eſt, ſed etiam lætatur quod Africanæ eccleſia talē meruit hīc paſtorem d.

m ¶ *Nouo more*.] Sed contra. in nullius perſona eſt omittendum quod ſtatutis generalibus continetur. 61. di. miramur. Sed illud non fit propter vtilitatem perſonæ, ſed eccleſiæ.

ADDITIO. Dicit Laur. q̄ iſtud fuit ſpeciale ad eccleſiā Hipp. quod dicit littera.

n ¶ *Vt non ſuccederet*.] " Sic ergo vterque inſolidum eſt epiſcopus. ſi. 21. qu. 1. relatio. & vterque poteſt hominem per ſe ſoluere & ligare. ff. de adm. tut. l. ſi plures. ff. de exert. l. 1. §. ſi plures. ff. de off. procon. l. 1. Sed numquid quem vnus ligat, poteſt alter abſoluere? & videtur quòd non: quia pares ſunt. vnde vr̄ quòd ſententia pro reo tenetur. ff. de reg

buſdam. in gl. 1. verſ. itē quid ſi &c. & de conſ. di. 2. de fabrica. Ait.

2 Pol. li. 1. ri. 8 Burd. l. 1. c. 76. Anſel. l. 6. c. 102. Iuo p. 5. c. 184.

1. Cor. 7.

5 Burc l. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305.

4 ſuprà e. c. ſcripſit.

5 L. 9. reg. epi. 41.

" Epi duo quandoque poſſunt eſſe.

6 B Aug. ep. 34. & 110.

Decreti. ij. pars. C 4 de reg

a ¶ *Miniſtretur.*] ſed, p crimine remoto nō miniſtrētur ſumptus: quia male meriti publica debent egeſtate laborare, vt ff. depo. bona fides. b ¶ *Eligenda.*] Ar. contra. 3. di. 79. ſi quis Papa. & ext. de pac. accepimus. & ext. de conceſ. præb. & ec. non va. nulla. ſed omnia illa continent ius commune. Vel dic ꝙ ille fuit electus ſub tali conditione, niſi ſugſtas conualuerit, & tunc eo conualeſcente irritatur electio: eo mortuo, dein de confirmatur. ar. 3. c. paſtoralis. 61. diſ. ſtudij ext. de ele. cum terra. 53. diſ. Florentinum. & eſt ſi. C. de cu. fu. cum alus. Quidam dicunt quod modo tanquam adminiſtrator eligitur, ſed eo mortuo in epiſcopum.

Male meriti debent egere.

NE AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua dicitur, ꝙ vbi fuerit copia ſacerdotum, ſemper debent eſſe duo: ita vt ſi vnus ceciderit, & alius ieiunus incipiat vbi alter dimiſit, & finiat. Ioan. de Fan.

CASVS. 3. in c. quiuis. facta eſt mētio de mentis alienatiōe: Sed quia hæc alienatio in officio ſæpe contingit, ideo cōſtitutum eſt, vt vnuſquiſque presbyter alios ſecum habeat, q. miniſteria inchoata perficere valeant.

I *Llud diu ni.*] CASVS. Conſtitutum fuit in concilio Toletano, vt vbi loci vel temporis vel cleri copia ſuffragatur, quilibet ſacerdos habeat coadiutorem ſecum: q a ſi dum officium celebratur, caſus inopinatus euenerit, q corpus obrui faciat, mentē alienet, vel terrore cōfundat: eius vices exequatur. *Copia temporis.*] i. opportunitas. Nā ſi guerra eſſet, non poſſet vel non auderet aliū ſecū habere. *Loci*, vt ſi loc⁹ ſit diues. *Cleri*, quia forte eſt ibi copia clericorum.

c ¶ *Adiutorem.*] 3. 21. q. 1. ſicut contra. Sed dicas talem coadiutorē vel ſocium, non p̄ ala tū. Vel loquitur de eccleſiis conuentualib. vel quando ſufficiunt facultates. ſic 93. diſt. diaconi. 2. & de conſe. di. 1. c. hoc quoque. & c. epiſcopus Deo.

d ¶ *Eliſus.*] Per hoc dicunt quidam loqui de infirmo: quod falſum eſt: q a infirmus niſi cōualuerit, non celebrabit. 7. c. q. 2. in litteris.

N *Ihil contra.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. in 1. par. dicitur, ꝙ ſolennia Miſſarum ex quo ſunt incœpta, inexpleta remanere non debent, ſed perfici per eum q incœpit, vel per aliū, ſcilicet epiſcopum vel ſacerdotē, ſi caſus inopinatus contingat: quæ congruo ordine perfici debent. Nihil enim intereſt an per

1 De cōſ. di. 2 vt illud. Bur. l. 5. c. 73. Iuo par. 2. c. 216. Eccl. 4.

† al. ille

† al. accedet

ſæculo vita tenuerit, ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrentur [a]. Enimuero, ſi nullo tempore ad ſanæ redit mentis officium, perſona fidelis, ac vitæ probabilis eſt eligenda [b], quæ ad regimen eccleſię idonea poſſit exiſtere, atque de animarum vtilitate cogitare, inquietos ſub diſciplinæ vinculo reſtringere, eccleſiaſticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem ſe in omnibus exhibere: qui etiamſi epiſcopo, qui nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat cōſecrari.

a *Ne autem huiuſcemodi paſſionibus ſacerdotibus ſubito occupatis cœptum officium inexpletum remaneat, inſtitutum eſt, vt ſacerdos ſiue pſallens, ſiue ſacrificans alios ſecum habeat, qui ſi huiuſmodi caſus interueniat, inchoata miniſteria perficere valeant.*

Vnde in concilio Toletano 11. c. 14.

¶ Quiſquis ſacrificans ſacerdotem ſibi vicinum habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei aliqua neceſſitas ingruerit. C. XV.

a ILlud [a] diuini oraculi monentis ſinguli p̄cauēntes, quo ſcribitur [Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem,] ſummopere verendum nobis eſt, & cauendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino pſallitur, vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officiis inſiſtenti pernicioſa paſſio, vel corporis quælibet inualetudo occurrat, q̄ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergo caſibus præcauentes, neceſſarium duximus inſtituere, vt vbi temporis, vel loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat quiſquis †illic canens Deo atque ſacrificās poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem [c]: vt ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit †, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus [d] à tergo ſemper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus. *Sed ſi a hoc ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.*

α ¶ Illud.] *In conciliis impreſſis legitur*, Et illud. *In codice vero Lucenſi regio*. Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, vt illud: *& ſic eſt in fra de conſec. diſt. 2. c.* vt illud. *& apud Burch. & Iuonem.*

β ¶ Sed ſi hoc.] *Hæc ſunt impreſſa aliis characteribus, quia non ſunt in concilio Toletano, neque in pleriſque antiquis Gratiani exemplaribus. In codice peranti quo ſunt gloſſę ad verbum*, vicem. *& poſt verbum* prohibeantur *additur*, vt 3. ead. qu. 2. c. in litteris tuis. *Apud Burchardū vero. & Iuonē qui citat decreta Soteris Papæ, & 3. de conſ. loco citato, horum verborū loco legitur hæc*: & officium incœptum adimpleat.

eum, an per alium compleantur. Nam cum omnes vnum corpus ſimus in fide Chriſti, nihil contrarium format, id eſt, inducit diuerſitas perſonarum. In 2. par. dicitur, quòd nullus cantet Miſſam niſi ieiunus, & quòd nullus niſi propter impedimentum dimittat officium imperfectum: & qui contra præſumpſerit, excommunicetur.

Item ex concilio Toletano 7. c. 2.

¶ Si ſacerdos neceſsitate præoccupatus fuerit, cœpta ſacramenta per alium expleantur. C. XVI.

a NIhil contra ordinis ſtatutum temeritatis auſu præſumatur: neque illa, quæ ſummo veneratione cenſentur, vel minimo præſumptionis actu γ ſoluantur [e], cum ad hoc δ tantum fieri iuſſa ſunt, ne interrupta noſcantur, vel languoris prouentu robore ſalutis priuetur natura. Non ergo fragilitati ſolum conſulitur humanæ, ſed etiam ſacro ε honori myſteriorum Dei prouida cauetur ſolicitudine. Cenſuimus ergo cōuenire, vt cum à ſacerdotibus Miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrantur, ſi ægritudine accidēt quilibet euentus, quo cœptum nequeat conſecrationis expleri miniſterium, ſit liberum epiſcopo vel presbytero [f] alteri conſecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis competit, quàm aut incipientis, aut ſubſequentis completa benedictio ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleātur [g]. Cum enim ſimus omnes vnū in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format: vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici inuiduum θ ſibi eſſe non ambigant: ſed, vt præmiſſum eſt, præcedentibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen, quòd naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciē conuertatur, nullus poſt cibum, potumque quamlibet minimum [h] ſumptum Miſſas facere, nullus abſque prouentu patentis moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temērate p̄ſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſubſtinebit.

γ ¶ Actu.] *Sic eſt emendatum ex codice regio: nam in impreſſis conciliorum codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem eſt*. tactu.

δ ¶ Cum ad hoc tantum.] *Magna eſt hoc loco varietas. In codice regio legitur*. cūad hoc tantum quaqua fieri iuſſa ſunt interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum*, cum adhuc tatum fieri iuſſa ſunt, nec interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem*, cum ad hoc, nec languoris, *cetera eodem modo.*

ε ¶ Sed etiam ſacro.] *Hic quoque magna varietas. In codice regio plenior eſt oratio*,

Secunda pars ibi, *Nullus poſt cibum.*

e ¶ *Soluantur.*] i. ne inexpleta remaneant.

f ¶ *Vel presbytero.*] [**] Presbyter ergo poteſt ſupplere Miſſam ab epiſcopo inchoatam. ar. hic, & 25. di. c. 1. vbi dicitur, ꝙ archipresbyter ſupplet defectū abſentis epiſcopi in cantando. Sed contra 3. de conſe. diſt. 2. c. vl.

a Sed dic quod nonam Miſſam non poteſt incipere: ſed priorem poſſet conſummare. Incipiat ergo vnus ab eo, nec ibi alius deſiſtit, niſi immineat neceſſitas. At. ſit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter reincipiat. Similiter vbi deficit in ſecreta alter id in principio incipiat. Idem dic in baptiſmo, vt alter de nouo id reincipiat: quia hæc ſunt ſacramenta vnitatis. De ordinatione idem credo. 24. di. quorumdam. Similiter iudex incipiet, vbi alter terminauit. ff. d iud. edictum. Sed numquid præſus poteſt ſupplere id ꝙ alter inchoauit, non. Item vſque ad Nonam tantum fit hæc ſuppletio. Sed Matutinis & Veſperis non expletis vſque ad quod tempus poſsit fieri ſup hoc in l cū pletio dubitatur. Sed dic quòd quandocumque expleri poſſunt ab alio. De ſacerdote quid dices, qui dum venit ad conſecrationem, memor eſt mortalis peccati. dico ꝙ perficere debet, licet peccet conficiendo. extr. de cel. Miſ. d homine. Item eſt hic ar. [**] quod imperfeduo imperfecta faciunt vnum perfectū, ſic 4. q. 3. item in criminali. §. ſępe. de pœ. di. 1. tres ſunt. C. de do. ſancimus in ſi. 16. q. 3. §. poteſt Arch. contra. 23. diſt. quorumdam. & C. qui nu. tute. l. §.

g ¶ *Compleantur.*] Arg. nihil credas actū, &c. ſi. 38. diſ. quæ ipſis. 23. di. quorumdam. Item ex eo ꝙ dicit, ordine, eſt ar. ꝙ ordo turbatus irritat factum, vt 61. di. miramur. & 68. diſ. ſicut. quod verum eſt de ordine qui eſt de ſubſtantia rei. ADDITIO. Vt extra de reſer. cū dilecta. & de reſt. ſpo. Piſanis.

h ¶ *Minimum.*] [**] Pranſo ſi licet celebrare b Miſſā, vt hic. & d cōſ. di. 2. liquido nec baptizare nec ſignare. de conſ. diſ. 5. vt ieiuni. & c. ſe. ſed eſt forte abrogatū id quod eſt 3. de conſ. diſt. 1

a Bur. l. 3. c. 70. Iuo p. 2. c. 124.

[**] Miſſa per vnū inchoata, an poſſit alterum terminari.

a Nō obſtat ita ibi loqui tur cū explere. ta fuit Miſſa ab eo, nec ibi alius deſiſtit

3 Text. eſt p hoc in l cū Syllanianū. C. ad Syl & in l. 1. ff. de in ius voc.

[**] Duo imperfecta faciunt vnum perfectum.

[**] Celebrare pranſo non licet.

b Q. no. 55. diſt. p à paribus. igl. quod ſi.

diſt.1.ſacramenta.vbi dicitur, quod in cœna Domini pranſus põt celebrare.& intellige ſi eodem die pranſus,eſt vt dies a media nocte incipiat: & etiam ſi ante medium noctis comederet, & adhuc ſentiret eructationes: quia nondum eſt cibus digeſtus: " quamdiu ſentiet cibum, abſtinebit. j.de conſ.diſ.2.tribus. medicinam forte poteſt ſumere:quia illa non cõnumeratur inter alimenta, vt ff. de penu le. l. non omne. quod non credo:ſed nec aquam calidam poteſt ſumere, vt ext. de cel. Miſſa.ex parte.

" celebrare nullus debet ante digeſtionem.

ECCE. Hæc eſt 3. pars huius q.in qua dicitur quod ꝓpter ſenectutem vel ſimplicitatem datur coadiutor:quod probatur per duo c. Ioan.de Fan.

CASVS.ſ.in c.ſcripſit. & c. quamuis. dictum eſt, quod infirmitate grauato, niſi voluerit alius ſubrogari non debet: ſed eius coadiutor dabitur. ſimiliter ſenectute grauato dabitur coadiutor. & hoc probatur per ſequens capitulum.

3 ſ.e.c. non autem.

PEtiiſti ut cum] CASVS. H.caſum iſtũ ſic ponit. Iſte archiepiſcopus tria petiit à Papa, ſ.quòd ſibi coadiutorem adiungeret, & ꝙ eligeret ſibi ſucceſſorem, & ꝙ ordinaret eum epiſcopum in eadem eccleſia, vt ſic eſſet ſibi coepiſcopus in eadem eccleſia. Primum ſibi concedit: quia de iure non potuit denegare, cum eſſet ſenectute grauatus. Secundum licet eſſet contrarium eccleſiæ, concedit tamen ei ſpeciali priuilegio: ſi vt in articulo mortis eligat eum ſibi ſucceſſorem. Tertium autem quod ſimiliter erat contra ius cõmune,ei ex toto denegat. ſ. vt ipſo viuente in eccleſia debeat ipſum ordinare epiſcopum. Beneuẽ. vero ſic ponit caſum. Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus tria poſtulauit a Zacharia Papa, ſ. vt coadiutorem ſibi habere liceret, cum eſſet ſenectute grauatus. Secundum, vt liceret ſibi ſucceſſorem eligere. Tertiũ, vt in vita ſua liceret ſibi illum conſecrare in epiſcopum. Sed Zacharias primum & ſecundum ſibi conceſſit: tertium vero concedere noluit. Sed quia littera videtur aliquantulum diſcordare, tu aptabis eam ad caſum ſecundum, quod melius eſt. *Ordinabis.*] id eſt. facies & conſtitues illum epiſcopum, ideſt, ſuperintendentem iis quibus coadiutor debet intendere.

a ¶ *Præſentibus.*] 8. q.1. c. 1.cõtra.ſed illud eſt diſpenſatio.Et habes a

a Certe id qđ ſequtur, ex tex.ñ hř, cũ đr tũ pſentib⁹ cunctis, &c. & nihil đr de cõſenſu,vel ſic continebatur in forma gratiæ. Archid.

hic, quod licet Papa de aliquibus poteſtatem eligendi prælatum, tamen aliorum conſenſus eſt requirendus. ſic 21. diſt. in nouo.8.q.1. licet.& ff.de rit.nup.generali.

b ¶ *Miniſtret.*] & ita iſte epiſcopus erit vicarius huius archiepiſcopi, vt extra de of.iud.ord. quoniam in plerique.

ſed etiam honori myſteriorum Dei prouidetur abunde, dum ab offenſionis caſu procurator etiam caueri ſolicite.

{ ¶ Completa benedictio.] *Sic reſtitutum eſt ex codice regio, cum quo aliquot editiones conueniunt: multaque etiam alia in hoc capite emendata.*

a ¶ Indiuiduum.] *In codice regio eſt*, indultum.

§ *Ecce, quòd epiſcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate grauato alius poſſit ſubrogari, patenter monſtratur.* Senectute *autem grauato, non ſucceſſor, ſed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis ſuccedat.* " *Sic Auguſtinus dicitur acceſſiſſe, non ſucceſſiſſe Hipponenſium epiſcopo.*

Hinc etiam Zacharias Papa ſcribit Bonifacio Moguntino archiepiſcopo.

¶ Senectute grauato coadiutor eſt dãdus, qui morienti ſuccedat. C. XVII.

PEtiiſti, vt cum noſtro conſulto pro ſuperueniente tibi ſenectute, atque corporis imbecillitate, ſi poteris inuenire alium in eadem ſede, in qua præes,pro tui perſona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo,conſilium præbemus tuæ ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium, fautore Chriſto ſedem, quam obtines, Moguntinæ eccleſiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionẽ tuam hominem perfectum, qui poſſit ſolicitudinem habere, & curam pro ſalute animarum, pro tui perſona illum ordinabis epiſcopum, eritque in Euãgelio tibi credito, & miniſterio Chriſti portando in omni loco requirens, & confortans eccleſiam Dei *Item ad eundẽ epiſtola vltima.* ¶ Si eumdẽ diuina voluerit clementia poſt tui diem trãſitus ſuppereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum, ea hora, qua te de præſenti ſæculo migraturum cognoueris, præſentibus a cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus.Hoc nulli concedi alij patimur, quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus. *Item ibidem paulo ſuperius.* ¶ De eo autem, quod tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem eccleſiaſticam regulam, vel inſtituta patrum eſſe monſtratur: ſed volumus, vt tibi miniſtret b, & ſit in Euangelium Chriſti adiutor. *& infra.* ¶ Nimis enim reprehẽſibile eſſe manifeſtum eſt, vt te viuente tibi alium ſubſtituamus, ſed hoc commonemus, vt quamdiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populũ irreprehenſibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli uſque ad uer.* Item ſi eumdem, *ſumpta eſt ex epiſtola Zachariæ Papæ, cuius initium eſt,* ſacris luminibus: *quæ extat Romæ manuſcripta in bibliotheca Dominicana quam etiam edidit frater Laurentius Surius in uita S. Bonifacij, ſed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epiſtola ultima in tomis conciliorum.*

Item Pelagius Papa clero Narmienſi †.

† al. Naurienſi.al.Narinenſi.

¶ Non ſucceſſor,ſed coadiutor viuenti epiſcopo datur. C. XVIII.

QVia frater, & coepiſcopus noſter Ioannes eccleſiaſticæ vtilitatis ſtudio ſuadente,& naturæ ſuæ ſimplicitate c laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quòd ſe in gerẽda patrimonij gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minime fatetur idoneum: Cõſtituti d presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: vt ea,quæ ſunt neceſſaria,competẽti diſponente ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis iuſſione præcipimus, vt ſeruata primo e in loco epiſcopo memorato reuerentia, quam vos cõuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quę ad diuini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticæ vtilitatis peragere cura ſuaſerit,præbeatis obedientiam f Conſtituto competentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu cõtumaci reſultante: immo competẽti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica vtilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes:vt his ita diſpoſitis,& conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eã pertinentibus repetendis g ſunt neceſſaria,compleantur.

a *Illud vero Cypriani* b, *de hæreticis intelligendum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare contendunt.*

¶ 3 *Illud vero Euariſti* i *Papæ tunc intelligendum eſt, quando nec ineuitabilis neceſſitas, (perſecutorum videlicet) nec Apoſtolica, aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopum de eccleſia ad eccleſiam tranſire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio ſui capituli diceret,* [*Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam.*] *ſub*ſ*equenter adiunxit*] *Abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.*

QVia frater.] CASVS. Io.epiſcopus Narnien. eccleſiæ adeo ſimplex erat,ꝙ res eccleſiæ miniſtrare neſciebat. vnde petit à Pelagio quendã preſbyterum nomine Conſtitutum in adiutorẽ. præcepit ergo Pelagius clero illius eccleſiæ, quatenus principaliter Ioanni epiſcopo, ſecundario vero illi Conſtituto obedientiam præbeant competentem:ita vt in nullo eius diſpoſitionib. contradicant: & eis conſueta ſtipendia miniſtrentur. Et ſuſpenditur conſtructio vſq; ibi, *Conſtituti presbyteri.*]

c ¶ *Simplicitate.*] ſ. di. 59. Petrus. contra. ſed illud de ordinando. tamen iſte affectare non debuit id in quo ſciuit aut ſcire potuit infirmitatem ſuam alij damnoſam. ff. ad leg. Aq. idem iuris. in fin.

d ¶ *Conſtituti.*] proprium nomen.

e ¶ *Primo.*] ſ. di.8.quæ contra.Vel aliter,huic obediunt in ſpiritualibus, coadiutori in temporalibus.8. q. 1. ſi Petrus.

f ¶ *Obedientiam.*] Ar. quòd ſi epiſcopus præcipit alicui pro vtilitate eccleſiæ ire Romam: quòd illud tenetur facere. 16. q. 1. vos autem b.

b Ar.24.q.3. c.vlti.in pr. vbi de hoc.

g ¶ *Repetendis.*] Ergo qui adminiſtrat res eccleſiæ poteſt agere: & conueniri, vt extr.de relic.edoceri.

ILLVD. CASVS. Supra in c.quauis.& c.qualiter. dictum eſt, quòd epiſcopo viuente alter poteſt ſubſtitui. Sed quia duo c.ſuperius poſita videbantur contraria,ſ.ca. factus eſt. & c. ſicut vir. in quibus videbatur dicere. quod non poſſet fieri ſubſtitutio: idẽ Grat. ea exponit, & dicit quod illud ca. factus intelligitur de hæreticis, 1. ſchiſmaticis, qui eccleſias vſurpant. ſed illud c.ſicut vir.intelligitur de illo qui cauſa ambitionis ſuam vult eccleſiam deſerẽre, & non cauſa religionis, vel regularis mutationis:quod probat per litteram eiuſdem c.quam Gratianus de illo ca. ſubtraxit.

2 ſ.c.factus. & c. Nouatianus.

3 ſ.e.ſicut vir.

h ¶ *Illud vero Cypriani.*] ſ.e.factus. & c.Nouatianus.

i ¶ *Euariſti.*] ſ.ca.ſicut vir.

AMB

AMBITIONIS. Hæc eſt quarta pars huius q in qua probat per aucł. quod nullus ſine licentia poſsit dimittere eccleſiam ſuã & tranſire ad aliam: & ſi fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſ. in aliis autem credo, quòd poſsint renuntiare ſi volunt. ſ. e. quàm periculoſum. ex. de ſer. non ord. eũ. licentius. aliàs videntur ſerui. quod falſum eſt. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratia. q^d ſi quis tranſit cauſa ambitionis ad aliam eccleſiam, debet reuocari ad ſuam eccleſiã: & ſi redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit ſequentia c.

a ¶ *Ambitionis.*] Adhuc enumerat Gratianus cauſas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit eccleſiam ſuam. [cc] Sunt autem quinque cauſæ mutationum, ſ. cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſsitatis[a], vtilitatis, & humilitatis. Cum cauſa neceſsitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, vt ſ. e. paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis tranſit, tunc vtraque caret, vt ſ. e. c. eos. & ſi quis epiſcopus ſed tamen eccleſia poteſt eum repetere, vt ſ. e. c. 1. & cogitur tunc redire, vt ſ. e. ſi qui vero. In cauſa leuitatis é vis aliquanta. H. dicit quod idem ſit in cauſa leuitatis, quod in cauſa ambitionis. quòd. ſ. ſine admonitione poteſt priuari ſi ex cã leuitatis adhæſerit alij: niſi prior eccleſia velit eum repetere. ſi autem non adhæſerit alij: aut eccleſia habet eum pro derelicto, aut non. ſi habet, puta ſi contrahat matrimonium, vel ſit miles: tunc poteſt priuari. Item ſecundum H. ſi defuerit per tres ſeptimanas vel duos menſes, & ſine iuſta cauſa, & abſque licentia prælati eſt in ſtudio vel in peregrinatione. in his omnibus ſine admonitione poteſt priuari, vt dicit. honeſtum tamen eſt, vt admoneatur, vt ſ. ea. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero. & extr. de coha. cler. & mu. c. ſi quiſquam. verius credo quod ſemper primo admonendus eſt, vt extr. de ap. peruenit. 2. & ter admonendus eſt: vt ext. de ſen. excom. in audientia. Item arg. ad hoc ſ. ea. peruenit. extra de cle. non reſi. ex parte. & ext. eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendum eſt aliquem habere eccleſiam ſuam pro derelicto. extra de renun. ſuper hoc. nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiam pro derelicto, cùm poteſt quis ex iuſta cauſa abeſſe, vt ext. vt li. non conte. quoniam frequenter ſi autem non inuenitur, fiat probit dicitur in illa decreta. ex tua. De vtilitate patet: quia cauſa vtilitatis tranſire poteſt ad aliam eccleſiam auctoritate maioris, vt ſ. e. mutationes. Item ſi cauſa humilitatis tranſit ad monaſterium, non poteſt eam repetere vt ſ. e. hoc nequaquam. Alio modo etiam conſueuerunt quidam diſtinguere, vt inuenies in illa gloſſa cum quis.

† Adde pro hoc text. 1 l. itẽ eorũ. §. ſi decuriões ff. q^d cu. vn. Et i Agſgr. c. 43.

3 Anſ. l. 6. c. 1 s. Bur. l. 2. c. 47. Iuo p. 6. c. 174.

[cc] Clericus eccleſiã mutat quinque cauſis.

a Quod eſt cũ y^{ς} perſecutionem receſſit. L.

4 Anſ. l. 6. c. 178.

4 *Ambitionis*[a] *enim cauſa, quicumque eccleſia ſua mediocritate deſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit, debet reuocari ad propriam*[3]*. Quòd ſi redire contempſerit: careat aliena, & propria.*

Vnde in Niceno concilio c. 15. legitur.[4]

¶ Epiſcopus, vel quilibet clericus relicta ſua eccleſia non debet ad aliam tranſire. C. XIX.

[5] NOn oportet[b] epiſcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare, non epiſcopus, non presbyter, nõ diaconus trãſeat. Si quis autem poſt definitionem ſancti, & magni cõcilij tale quid agere tẽtauerit, & ſe huiuſmodi negotio mãcipauerit, hoc factum prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur[c], cuius fuit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anſelmi in vno emendat erat canon hoc ita habet, ut verba hæc* Quòd non oporteat epiſcopum, vel reliquos ordines demigrare, *ſit rubrica. & capitulum hoc modo incipiat* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus tranſeat. *In altero vero eadem rubrica eſt nigris litteris ſcripta, & eſt initium capitul. unde uidetur caput hoc eſſe contextum. quemadmodum eſt apud Gratianum, ſaluo ſen ... canone.*

Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, liber. 5. epiſt. 23. ſiue c. 123.

In monaſterio deputetur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere contempnit. C. XX.

[4] PEruenit ad nos Pimonium Amalphitanæ ciuitatis epiſcopum[d] in eccleſia ſua reſidere non eſſe contentum, ſed foris per diuerſa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt ſupradicto epiſcopo interminari non deſinas, quatenus hoc de cetero facere non præſumat, ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat. Quem ſi forte non emendari poſt tuam interminationem[e] cognoueris, in monaſterio eum deputare[f], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere[g] debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 5.[5]

¶ Epiſcopo nulli concedatur principalem cathedram relinquere, & ad aliam eccleſiam ſe transferre. C. XXI.

[6] PLacuit, vt nemini ſit facultas, relicta[h] principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi[i] conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius, quàm oporteat, conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ[k] cathedræ negligere.

Item ex eodem Carthaginenſi 5. c. 8.[7]

¶ Interceſſori cathedram, cui datus eſt, retinere non licet. C. XXII.

COnſtitutum[l] eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedrã, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam ...

5 Et in Afri. c. 83.

6 Anſ. l. 6. c. 176.

7 Et in Afri. c. 41.

b ¶ *Non oportet.*] Hoc c. reſpicit primam partem.

a ¶ *Ambition.s.*] Cum quis ſine licentia prælati recedit de eccleſia, ſiquidem ex cauſa neceſsitatis, adhuc eam retinet, vt ſ. e. præſentium. ſi ex cauſa voluntaria, perdit eam. 21 q. 2. ſi quis iam tranſlatus. ſi autem ex vtili cauſa recedat, non perdit eam, ſed punitur alio modo a iudice. de conſ. di 5 non oportet. 2. & 91. di. clericus. Sed ſi accedit ad aliam eccleſiam, videtur renuntiare primæ[b], vt ext. de præb. de multa. & de conceſ. præb. litteras. in fin. populus tamen cum ſi vult repetere poteſt. ſ. e. non oportet. Si autem prælatus per tres ſeptimanas abeſt, per triennium ſuſpenditur. ſ. e. ſi quis in clero. Si per duos menſes, priuatur eccleſia ſ. e. præſentium. Si per quinque annos, deponitur. ext. de cle. non reſi. c. 1. prælatus vero ſi diebus ſolennibus defuerit ab eccleſia, punitur. ſ. e. ſi quis in clero. immo & clericus ſi vna hora defuerit 92. diſt. c. vlt. ibi deponitur.

b Dic vt no. ext. de cle. ſi ſe ex tuæ & 21 q. 2. clerici. & c. relatio. & ext. 2 de offic. vic. c. 1. Arc.

NOn oportet.] CASVS. Omnia ſequentia ca. loquuntur de tranſeuntibus ambitioſe: quod ab initio ſemper præſumitur, cum ſua auctoritate hoc faciunt. Dicitur ergo hic, quòd nec epiſcopus, nec presbyter, nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem tranſire, & ſi quis præſumpſerit, eccleſiæ ſuæ reſtituatur.

c ¶ *Reſtituatur.*] eccleſiæ, ſi eccleſia eum repetit[e], ſ. e. ſi quis epiſcopus & tunc cogitur redire, vt ſ. e. ſi qui vero.

e Et ita hoc ſtatutũ eſt in fauorem eccl. ſic ſ. q. ſi ſe eũ repetere ſed ñ cogit eũ recipere. ar. 32 q. 1. de bãdicto, Ac.

PEruenit.] CASVS. Pimonius Amalphitanæ ciuitatis epiſcopus non reſidebat in eccleſia ſua: ſed foris per diuerſa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Anthemio ſubdiacono, vt illum admoneat ad eccleſiam ſuam redire: & ſi contemnat, detrudat eum in monaſterium: & hoc Papæ ſignificet, vt quid ſit poſtea facturus agnoſcat.

d ¶ *Epiſcopum.*] Epiſcopus ad plus ſecundum iura canonica per ſex menſes aberit, vt extra de cler. non reſiden. ex tuæ. tamen dat annum, vt in auth. quo. opor. epiſc. §. illud. colla. 1.

e ¶ *Interminationem.*] Ergo admonendus fit.

f ¶ *Deputare.*] [cc] Hic ſubditus ſuſpendit ſuum prælatum: ſic 74. di. honoratus. hoc etiam laicus poſſet. 32. diſt. §. verum. & fœmina, vt 2. qu. 5. Mennam. Sed certe in hoc non erat ſubditus. quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ. Idem eſt de aliis.

[cc] Prælatus qñq; ſuſpenditur à ſubdito ſuo.

g ¶ *Facere.*] Arg. quòd ſi Papa mandat alicui vt excommunicet aliquem, idem non poteſt eum abſoluere, ar. 27. q. 1. ſi homo. Sed hoc verum eſt, cum hoc alicui ſpecialiter demandatur. ſi autem mandatur deciſio cauſæ alicuius iudici, & alteram partem excommunicet, poteſt illum abſoluere.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc capitulo vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœceſim ſe præſumat conferre: ne propter propriam vtilitatem ſuam, curam eccleſiæ poſſet negligere.

h ¶ *Relicta.*] Clericus inconſulto epiſcopo non poteſt dimittere eccleſiam ſuam. extr. de renun. admonet. & ſi tranſit de vna eccleſia ad aliam de eodem epiſcopatu, ibi ſufficit tacitus conſenſus epiſcopi: quia tacitus diſſenſus diſſoluit matrimonium carnale, vt 33. q. 5. qui vxorem. Sed ſi transfert ad aliam diœceſim, tunc quaſi liberatur a patria poteſtate: quod non poteſt fieri niſi expreſſo[d] conſenſu epiſcopi. C. de eman. lib. l. 3. & expreſſe dicitur. 71. diſt. c. 1. & 19. q. 2. c. 1 & 21. q. 2. c. 1.

d De hoc no. 71. di. c. 3 & 21. q. 2. c. 3. & hác ſniam ſeqtur V. & Tan. in pdi. c. admonet.

i ¶ *In diœceſi.*] niſi cauſa viſitandi, vt 10. q. 1. placuit. ſeruato quod dicitur. ſ. de conſe. diſt. 3. epiſcopus.

k ¶ *Propriæ.*] No. quòd prælatus non debet præponere ſuam vtilitatem vtilitati eccleſiæ. & ſi in hoc paſſa ſit eccleſia damnum, illud de proprio reſarciet. 12. q. 4. quicunque.

COnſtitutum eſt.] CASVS. Quidam interceſſores vel viſitatores vacantium eccleſiarum nitebantur retinere illas eccleſias ſtudiis populorum, vel ſeditionibus. Facta eſt ergo conſtitutio, vt hoc de cetero non fiat: ſed det operam interceſſor, quatenus intra annum epiſcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapſo remoueatur, & alius interceſſo detur.

l ¶ *Conſtitutum.*] Curam debet habere viſitator in electione[e]: & ideo prohibetur eligi, ne poſsit malignari: ſicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne poſsit malignari. C. de interdict. ma. ſi tutor. ſic nec creditori licet ſibi pignus addiſcere. C. qui bo. ced. pol. l. 4. Item viſitator non debet ſibi honorem aſſumere 8. qu. 1. in ſcripturis. & ſic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. in fi. & ff. de contrahen. emp. ſi in emptione. §. tutor.[cc] & eſt contra regulam illam quòd nulli debet ſuum officium eſſe damnoſum. extra de fideiuſſori. peruenit. ff. de fur. ſi ſeruus communis. Ille viſitator mortuo epiſcopo conſtituitur: & ille debet admonere clericos vt eligant futurum epiſcopum, vt 61. diſt. obitum. & c. Catinenſis. & ſi plures eligantur, poteſt examinare, quis ſit melior, vt 85. diſt. Florentinum. Item cuſtodit redditus eccleſiæ, vt 61. diſt. quoniam. Quandoque tamen redditus eccleſiæ cuſtodiuntur ab œconomis ſi eos habeat eccleſia, vt 75. diſt. quoniam quidam.

e Et ẽt eliget ſecundũ H. Al. j cõtra de hoc not. 61. diſt. obitum. Ar.

[cc] Officium qñq; eſt dãnoſum.

a ¶ Vtin

a ¶ *Vt intra annum.*] 3.63.diſt.obeuntibus.

SI *quis vero.*] CASVS. Dicitur hic quòd nullus clericus relicta ſua eccleſia debet recipi in aliena eccleſia, ſed cogi debet redire: quòd ſi non fecerit, excommunicetur.

b ¶ *Cogantur.*] ſi.ff.de decu.l.2.

minus ratam habuit ordinationem.

h ¶ *Altaris.*] [m] ſi res inanimata fuerit conſecrata Domino, non reſtituitur, vt 14.q.6.comperimus.ſecus in re animata.54.diſt.frequens. quia animata delinquere poteſt, ſed inanimata non.

i ¶ *Vno anno.*] 9.q.2.nullum.contra, vbi pro tali culpa deponitur. Sed illud eſt ex diſpēſatiōe.

ram, vt intra annum [a] eiſdem epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno expleto † interuentor alius tribuatur.

Item ex concilio Nicano, c.16.

¶ Excommunicetur clerici, qui relicta ſua eccleſia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

[a] SI qui vero ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, vel in quocumque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerit, hi non debent ſuſcipi in alia eccleſia: ſed cum omni neceſſitate cogantur [b], vt redeant [c] ad eccleſiá ſuam. Quod ſi permanſerint, excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno, c.3. [3]

¶ De eodem. C. XXIIII.

j SI quis presbyter, vel diacon⁹, vel quilibet clericus, deſerta ſua eccleſia, ad aliam tráſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tétet, quo migrauit, perpetuo manere, vlterius miniſtrare non debet, pſertim, ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertēdú fuerit exhortatus. Quod ſi poſt euocationem ſui epiſcopi, non obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit, omnimodo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquádo ſpem [d] reſtitutionis habere: ſi vero propter hác culpá depoſitum, alius epiſcopus [e] ſuſceperit, & ipſe à communi ſynodo pœná merebitur increpationis [a], tamquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

a ¶ *Increpationis.*] *Græcè eſt*, [illegible], *quod in aliis ut ſonibus eſt*, arguatur, vel coerceatur, vel puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, c.21.

¶ Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere & ad aliam tranſire. C. XXV.

[4] EPiſcopú de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſe ipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neq; ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur †: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c.5.

¶ De eodem. C. XXVI.

PRopter eos epiſcopos, ſiue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex cōcilio Carthaginenſi, 4. c.30. [5]

¶ Alienæ plebes ab epiſcopo non vſurpentur. C. XXVII.

[5] PLacuit [f], vt à nullo epiſcopo vſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporú ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum.

Item Anacletus.

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet. C. XXVIII.

[6] EPiſcopus in diœceſim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel conſecranda altaria irruere nō debet. Quod ſi fecerit, amotis [g] his, quos ordinauit, altaris [h] tamen cōſecratione manēte, tráſgreſſor canonum vno anno [i] à Miſſarum celebratione ceſſabit.

Item ex concilio Agathenſi, c.64.

¶ Diebus ſolennibus clericus eccleſiæ ſuæ deeſſe non debet. C. XXIX.

ij SI quis in clero [k] conſtitutus, ab eccleſia ſua diebus ſolennibus [l] defuerit, ideſt natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius ſæcularibus † lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere, conuenit, vt triennio à communione ſuſpendatur. ¶ Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres [m] hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.

Item Hilarius Papa epiſcopus Tarraco. c.3.

¶ Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia cui irrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire. C. XXX.

7 REmoto [n] ab eccleſia Barcinonenſi, atque ad ſuam remiſſo Irenæo epiſcopo, ſedatis per ſacerdotalē modeſtiam voluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legú deſiderant, quod non licet, obtinere: talis protinus de clero proprio Barcinonēſibus ordinetur epiſcopus. qualē te præcipue frater Aſcani oportet eligere, & decet conſecrare: ne ſi forte aliter † factum ſit, non ſine obiurgatione tui maxime nominis retúdat noſtra præceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatú) didicerimus admiſſum.

Item Leo epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo. epi.82.al.84.c.8.

¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulſus etiam propria careat. C. XXXI.

[8] SI quis epiſcopus modiocritate ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [o] plebem ſe quacumque ratione tranſtulerit, nō ſolum à cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & ppria: vt nec illis præſideat, quos

c ¶ *Vt redeant.*] ſi eccleſia vult eú repetere [a], ipſe tamen non poteſt. ext.de ren. quod in dubiis. 32.q.1.de benedicto. ſic 33. q.5.mulier. Sed nonne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, vt ext. de præb.de multa? Reſpon. perdit ǭtum ad ſe, ſed non quantum ad priorem prælatum.

SI *quis presbyter.*] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Antiocheno ǭ pœnam debet pati clericus ille, qui ſua auctoritate ad alienam tranſit eccleſiam. Et reſp.quòd ſi monitus ab epiſcopo ſuo nō redierit, debet ſuſpendi. & ſi poſtea contumax fuerit, dēt deponi ſine ſpe reſtitutionis. epiſcopus autem qui depoſitum receperit, à coepiſcopis increpabitur.

d ¶ *Spem.*] Ergo reſtitui non poteſt clericus depoſit⁹ ab epiſcopo, & hoc verum, cú pro crimine deponitur, ſecus ſi pro contumacia. 50.di.contumaces.

e ¶ *Alius epiſcopus.*] ſi ab vno ep̄o quis ſuſpenditur, vbique habēdus eſt ſuſpenſus, vt hic, & 4. q.5.quiſquis. quia quantum ad officium ſententia ius facit. Sēcus ſi eſt ſuſpenſus à beneficio. [m] ſed in excōicato idem eſt quia cum ſit extra eccleſiam, nihil pōt poſſidere nomine eccleſiæ. 23. q. 7. c.1.& 3.& 8.di.quo iure.& ar.11. q.3. ſi quis a proprio. 3.70.di.ſanctorum. & extr.de ap. paſtoralis. in fine [b].

E*piſcopum.*] CASVS. Dicit, quod nullus ep̄s ſua auctoritate ad alienam migret eccleſiá, ēt ſi a populis fuerit violēter attractus, vel ei ab epiſcopis ſuadetur, ſed in ſua permaneat. Sequentia duo c. plana ſunt.

f P*lacuit.*] 13. qu. 1. c.1.

E*piſcopus.*] CASVS. Statuitur hic, quod nullus ep̄s dēt in aliena diœceſi clericos ordinare, vel altaria conſecrare: q[d] ſi fecerit, clerici deponētur: ſed altaria manebunt conſecrata, & ordinator epiſcopus vno anno ceſſabit à Miſſarú celebratione.

g ¶ *Amotis.*] 3.16.q.5.c. 1.9.q.2. Lugdun. contra Sed ibi nomine alterius conſecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, vt 9.q.1.c.1. Vel ibi Do-

SI *quis.*] CASVS. hoc c.diuiditur in duas par. in 1.dicitur, quòd ſi clericus in minorib. ordinibus conſtitutus non ex iuſta cā in diebus ſolennib. defuerit à ſua eccleſia. ſc. in natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha & Pentecoſte, triennio ab officio ſuſpēdatur. In 2.par.dicitur, quòd ſi presbyter vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab eccleſia ſua, eamdem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, *Similit. v.*]

k ¶ *In clero.*] Maxime, quia laicis non licet. 3.de conſe.di.2. ſi quis. & diſt.3.c.nulli.

l ¶ *Solennibus.*] immo nullo tempore deerit. vt 91. diſ. Eleutherius. & c.clericus. & 92.di. c. vlt. Sed quid ſi plures habet eccleſias vel præbendas? Tunc dicas eccleſiam ſecum diſpenſaſſe, vt ad illud non cogatur.

m ¶ *Per tres.*] 3.e.præſentium.contra ibi dicitur de duob.menſib. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem eſt in vtroque, dum tamen abſit de licentia ſuperioris.

R*Emoto.*] CASVS. Irenæus epiſcopus per ſeditionem volebat Barcinonen. eccleſiam retinere: ſed Hilarius Papa præcepit Aſcanio archiepiſcopo, vt inde illum remoueat, & ad ſuam faciat reuerti eccleſiam, & in eccleſia Barcinonenſi talē faciat eligi, qualē deceat illú conſecrare: ne ſi aliter fiat pœnam patiatur quod in iniuriam Dei factū fuerit. *Retundat* ideſt. puniat & emendet, vel corrigat.

n ¶ *Remoto.*] ab officio viſitatiōis [e]. vel etiam ab ipſo epiſcopatu, quem occupauerat.

S*i quis.*] CASVS. Anaſtaſius Theſſalonicenſis epiſcopus quæſiuit à Leone ǭ pœná pati debeat epiſcopus, qui minore ciuitate deſerta ſe transfert ad maiorem ambitioſē. Et reſpōdetur quòd ſuam perdere debet. & illam quam per ambitionem concupiuit. Idem eſt caſus ſequentis c.

o ¶ *Ad maiorem.*] multo fortius ſi ad parem: quia facilius diſpēſatur in maiori quàm in pari. ext. de tranſla. licet ad minorem etiam difficilius quam

a Nō tñ cogitur. j.e.ſi qs presbyter. &c. ſi qs ep̄s ſecūdum Hug. 3 al. excepto

2 Anſel.l.7. c.107 Bur.l. 2.c.98. Ivo p.6.c.173.

3 & i Chalce. c.20. In Aqſgrano.c.71. Anſel.l.7. c.190.

m Excōicatus nihil pt poſſidere nomine eccleſiæ.

b Vbi d hoc 3 gl. q enim ibi vide. & j.32.q.6.ſpe ptam.Arc

4 9.q.2.nullum Bur.l.3. c.71.Ivo p.5 c.179.

† al. ἀνεγκαλήτων.

4 T.ea. non oportet. ex Nicæna ſynodo lib.capit.c.23 6.

m Res inanimata conſecrata Dño, non eſt reſtituenda.

5 Burc.l.1.c. 64.Ivo p.5. c.75.

6 In Anteliaſ. 3.c.15.

† al ſingularibus lucro

7 Anſel.l.6. c.109.

† al.ſimiliter

e Hoc iō dr, vt tágat ſententiā Hu diceis, q iſte Irenæus ep̄s factus erat viſitator in iſta eccleſia Barcinonēſ. quē qdā volebant illum eligere in ep̄m alij nolebant. pp hoc ſcribit Papa metropolitano, vt eū faciat ad ſuā eccleſiā redire, & ibi alium d gnū eligi, ſecundum Hug.

8 Pol l.1.c.9 Anſ.lib. 6.c. 104 Bur.l 1. c.74. Ivo p. 5.c.103.

quam ad parē.ext.de tranſl.cum ex illo.& eſt hic præſumptio canonis,quia eo ipſo q̄ tranſit ad maiorem, p̃ſumitur eſſe ambitio potius quam leuitas: quia nullus tranſit ad minorem.ext.de cle.non reſi.c.1.

QVI VERO. CASVS. Dictum eſt ſ.de ambientib. Nũc vero dicit de his qui pretio vacantem eccleſiam ingrediuntur, qui ſunt deponẽdi.

S*ancitum.*] CASVS. Statutũ fuit in Rothomagenſi concilio, vt quicumque pecuniã dederit, vel aliud munus clerico vel laico pro aliqua eccleſia vacante, ab officio ſuo repellatur.

a ¶ *Aut aliam pecuniam.*] Aliam bene dicit, quia quidquid habent homines, pecuniæ nomine cenſetur. 1.q.3.per totum.

ADDITIO ad idem 18. q.1. ſi infidelis. in fin. Archid.

QVOD VERO. Hæc eſt 5. pars q. in qua p̃bare intendit, quod de licentia Papæ ex iuſta cauſa bene poſſunt fieri mutationes, & q̄ vnus debet eſſe prælatus in vna eccleſia. & hoc probat per ſex auctoritates. Io.de Fant.

CASVS. ille §. reſpicit illum §. ſ.c. illud vero Cypriani. vbi facta eſt mentio de mutatione epiſcoporum, q̄ poſſet fieri auctoritate populi, & communi cõcilio epiſcoporum, probat hoc vſque ad §. *Hoc non ſolum.*

M*utationes.*] CASVS. Docet Anterius Papa in hoc capitulo, q̄ mutationes epiſcoporum poſſunt fieri pro communi vtilitate, vel neceſsitate, & auctoritate ſedis Apoſtolicę: & hoc probat tribus exemplis, ſ. Petri, Euſebij, & Felicis: q̄ de minoribus locis ad maiora ſunt tranſlati, nec dicũtur illi tranſire, vel ſedem mutare, cum hoc non faciunt per ambitionem, ſed inſpecta cõi vtilitate vel neceſſitate hoc faciunt.

b ¶ *Petrus.*] 22.diſ. ſacroſancta.

c ¶ *Parua.*] ſ. Vercellina. & regulare eſt, vt à minori promoueatur ad maius, vt 93. di. legimus. in fi.ff. de mu. & hon. ve gradatim. ſed non econuerſo.

d ¶ *Nec tranſfertur.*] præſumat enim canon locum non mutari, [ff] dum animus non ſit mutatus: ſicut virgo cenſetur, cum non ſit animus corruptus, licet corpus ſit corruptum. 32.q.5.ita ne. ſic propter animum hominis iudicat canon etiam inutilem factum bonum. 23.qu.8. occidit & q.7 quod autẽ. & 12 q.2 ſi propoſito.

S*ed.*] CASVS. Quidam dicebant, q̄ nec cauſa vtilitatis, nec cauſa neceſsitatis poterunt epiſcopi mutare ſedes. quare Benignus Archiepiſcopus quæſiuit à Pelagio, vtrum bene dicerent. Et reſpondet, quod non: quia plurimorum vtilitas præferenda eſt vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur iſti tranſire vel mutare, qui hoc non faciunt per ambitionem, ſed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui aſſerebant epiſcopos non poſſe ſedes mutare cauſa neceſsitatis vel vtilitatis.

1 Burc.l.3.c. 47 Iuo p.3. c.51 Pan.l.2. c.45.

† al. aſpirare contenderit.

2 In cap l.7. c.106 Burc. l.1.c.114 Iuo p.5.c.90. Pan.l.2.c.49

3 Pol.l.1.ti.9 Anſel.l.6.c. 94 Burc.l.1. c.77. Iuo p.5 c.83 Pan.l. 3 c.69.

† al. non libera cuiuſquam, aut dominatione.

" Virgo dici poteſt etiam corrupta.

per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis contentus ſit quiſque: nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

Item ex concilio Meldenſi, c.30.

¶ Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris eccleſiæ ad maiorem aſpirat. C. XXXII.

[1] SI quis de ordine ſacerdotali, contemptu minoris eccleſiæ ambitioſe, & improbe ad potiorẽ aſpirauerit †, canonica erga eum definitio conſeruetur, hoc a eſt, vt vtraque careat.

a ¶ Hoc eſt, vt vtraque careat.] *Hæc non ſunt in Meldenſi impreſſo. inueniuntur tamen apud ceteros quoque collectores.*

Qui vero pretio eccleſiam vacantem ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi concilio legitur.

¶ Deiciatur à clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat. C. XXXIII.

[2] SAncitum eſt, atque omnibus modis prohibitum, vt ſi quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dediſſe, aut aliam a pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri eccleſiam ſurripiat a, aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, ſeu rapina, ſeu præſumptione turpis lucri gratia deiiciatur à clero, & alienus exiſtat a regula.

a ¶ Surripiat, aut.] *Additæ ſunt illæ duæ voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero poſſeſſore non poteſt dici vacans eccleſia. In li 7. capitularium c.206. eſt verbum, ſurripiat, ſed deeſt alterum membrum*, aut vacantem pretio redimat. *Ivo, & auctor Pannormiæ habent vt alter Gratianus*. eccleſiam vacantem pretio redimat.

§ • *Quòd vero communi conſilio, atque aliorum vtilitate mutationes epiſcoporum fieri poſſunt, & in eccleſiis, à quibus receſſerint, eis viuentibus alij ſubſtitui valeant, Anterius Papa demonſtrat epiſtola ſeptima ſcribens epiſcopis Bæticæ, & Toletanæ prouinciæ.*

¶ Neceſsitatis, vel vtilitatis cauſa epiſcoporum mutationes fieri poſſunt. C. XXXIIII.

[3] MVtationes epiſcoporũ ſcitote communi vtilitate, atque neceſſitate fieri licere, ſed nõ propria † cuiuſquam voluntate, aut dominatione. Petrus b ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia vtilitatis cauſa trãſlatus eſt Romam, vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoq; de quadam parua c ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt ad Alexãdriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam quã habebat, [auctoritate a huius ſanctæ ſedis, &] communi epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotũ, ac populorum concilio tranſlatus eſt Epheſum. Non enim trãſit de ciuitate ad ciuitatem, nec trãsfertur d de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria volũtate facit, * ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non ſuperbe, ſed humiliter ab aliis trãſlatus, & inthronizatus eſt. *& infra.* ¶ Nam ſicut epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter epiſcopos, & reliquos ſacerdotes, ſic quoties vtilitas, aut neceſſitas coegerit, ſupradicto modo & mutare, & inthronizare poteſtatem habent. [non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate & licẽtia.] *& infra.* ¶ Alia etenim † eſt cauſa vtilitatis, & neceſſitatis, alia auaritię, ac pręſumptionis, aut propriæ voluntatis.

a ¶ Auctoritate huius ſanctæ ſedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epiſtola Anterij, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anſelmum, & in Polycarp. & vetuſtis Gratiani exemplaribus. Idem quoque eſt de verbis illis prope finem capitis*, non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate, & licentia: *quæ propter hanc cauſam virgulis ſunt incluſa.*

Item Pelagius Papa ſecundus Benigno Archiepiſcopo, epiſt.2.

¶ Cauſa neceſsitatis mutationes epiſcoporum fieri poſſunt. C. XXXV.

[5] SCias frater dilectiſſime, aliud eſſe cauſam neceſſitatis, & vtilitatis, aliud cauſam præſumptionis, ac propriæ voluntatis. Nõ ergo mutat ſedem qui non mutat mentem, id eſt, qui non cauſa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel ſuæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem, ſed cauſa neceſſitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam [6] plurimorum e vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferẽda eſt f. Aliud g eſt enim mutare, & aliud mutari, *& infra.* ¶ Nã aliud eſt ſponte trãſire, & aliud eſt coacte, aut neceſſitate venire. Vnde non iſti mutant ciuitates, ſed mutantur: quia non ſponte, ſed coacte hoc agũt. *& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis fieri poſſe, quoties communis vtilitas, aut neceſſitas perſuaſerit.

Idem in eadem epiſtola paulo inferius.

¶ Chriſtum negare conuincitur, qui neceſſitatem patienti non [illegible] ſubſidium non impendit. C. XXXVI.

OMnis, q. gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & venie-

e ¶ *Plurimorum.*] illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri poteſt facere, licet maior ſit ibi pœna ſua, vt ſ.e.c. 1. & hic apparet ratio, quare epiſcopus non debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi conſulit p̃priæ vtilitati tantum: vt 2.qu 7. ſancta. ſed hic communi & propriæ, quæ duo ſunt præferenda propriæ tantum, vt 2.q.7. ſancta.

f ¶ *Præferenda eſt.*] " nam cum quis vocetur ad prælaturã, non præponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8.qu.1.in ſcripturis. & 16. qu. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. alias enim ſuam vtilitatem poteſt præferre. ff. de iudi. ſi longius. ff. de arbi. licet autem. ff. ad l. Aq. l. ſi quis fumo. ff. de præter. verb. l. qui ſeruandarum. Aliud tamen videtur in prælato. vt ille ſemper teneatur pręponere vtilitatem eccleſiæ, ſuæ propriæ vtilitati, vt 12. q. 4. quicumque a. Cum ergo detrimentum quis patitur pro publica vtilitate, põt ſuam præponere vtilitatem 19.q. 2.duæ. 14. di. quòd ait. quia ordinata charitas a ſe incipit. 23.q.5. ſi non licet. de pœ. diſt. 6. qui vult. Vel dic, q̄ quando priuata vtilitas includitur in communi, tũc præponitur communis, vt eſt in prælatura, vt arg. ff. pro ſo. l. actione. §. Labeo. Vel diſtingue aut vtilitas in acquirendo cõſiſtit, aut in damno vitando, tunc ſecus, vel econuerſo.

ADDITIO. De hoc no. ext. de poſtu. prela. bonæ. 1. de reg. licet. Archid.

g ¶ *Aliud.*] vt ſ. diſt. 6. teſtamentum & ext. quod metus cauſ. factis.

O*mnis.*] CASVS. Quidam dicebant epiſcopos expulſos à ciuitatibus non eſſe recipiendos, & in aliis eccleſiis collocãdos. Item aſſerebant, quod cauſa vtilitatis non debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos eſſe recipiendos, qui ſi ſcirent

4 Plura ſunt verba in originali.

" vtilitatem ſuã an poſſit quis p̃ferre publicæ.

† al. quoque

a De hoc le. & not. ſ. ea. c. pl. cuit.

5 Pol.l 2.ti.9 Anſel.l.6. c.97.

† al. electionis] al. dilectionis

6 Concord. tex. cũ gl. in ver eo tpe. ĩ l. actione. §. Labeo. ff. pro ſoc. & gl. in l. 1. & ibi Pet. Cyn. & Bar. ff. ſol mat.

1. Reg. 22.

eſſe peccatum expulſos à Saule non recepiſſet.non enim peccant expulſi: ſed potius qui cogunt eos fugere. Similiter cauſa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorem, & qui contradicunt, miſericordiam negant,[qui nolunt mutare, id eſt,mutando tradere epiſcopum cauſa vtilitatis vel neceſsitatis, vel deiectum recipere.

bat ad Dauid.] Si ergo piiſſimus, atque iuſtiſſimus Dauid ſciret [a] peccatum eſſe perſecutionem fugientes,& tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitaté recipere,tales nequaquam reciperet, nec ſecũ teneret, nec in aliis ciuitatibus eos collocaret.Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos,eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt: non eos tantum perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, cuius legatione funguntur.Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi,quoniam non ſponte,ſed coacte [b] hoc agunt, ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infra.*

¶ Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, ac neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia,& veritas.*& infra.*¶ Negat miſericordiam neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſteriis †, & non habentibus proprium epiſcopũ, qui eos inſtruat, cauſa vtilitatis, atq; neceſſitatis,ex alia ciuitate,licet minor [c] ſit,in eam, quę nõ habet epiſcopum doctiorem [d], vel vtiliorem [e], meliori conſilio,non ſponte trãſeuntem, ſed maiorum exhortatiõe mutare†,aut epiſcopum eiectum,& perſecutionẽ patiẽtem cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.27.

¶ Non ambitiõe,ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

[6] EPiſcop⁹ de loco ignobili ad nobilem per ambitionẽ non tranſeat:nec quiſquam inferioris ordinis clericus.Sane, ſi vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit: decreto pro eo clericorum, & laicorum epiſcopis porrecto in præſentia ſynodi transferatur, nihilominus alio in locum eius epiſcopo ſubrogato.Inferioris vero grad⁹ [f] ſacerdotes,vel alij clerici cõceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem Carthaginenſi, 4.c.33.

¶ In proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia. C. XXXVIII

EPiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint,in gradu [g] ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbũ faciendum, quam ad oblationem conſecrandam inuitentur [h].

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis, epiſt.2.c.3.

¶ Eccleſia viuus epiſcopi ab alio diſponi non debet. C. XXXIX

[a] SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari [i], aut diſponi, niſi à proprio viro,eo viuente,permittitur,ſic nec vxor epiſcopi†,quæ eius eccleſia, vel parochia indubitanter intelligitur,eo viuente,abſque eius iudicio,& voluntate alteri † iudicari, vel diſponi,aut ei⁹ cõcubitu frui, ideſt,ordinatione, cõceditur. Vnde ait Apoſtol⁹ [Alligata eſt vxor legi,quamdiu vir eius viuit,eo vero defuncto,ſoluta eſt a lege viri.] Rom.7. Similiter & ſponſa epiſcopi(quia ſponſa, vxorque eius dicitur eccleſia) illo viuente ei eſt alligata: eo vero defuncto ſoluta eſt.[Et cui voluerit,nubat,tantum in Domino] ideſt, regulariter [k]. [3] Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille,ſi alteram ſpõte duxerit, adulter exiſtimabitur, & communione priuabitur. Si autẽ perſecutus fuerit in ſua eccleſia, fugiendum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociandus,dicente Domino:[Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam.] Matth.10. Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus:non per ſe hoc agat,ſed fratribus inuitantib. & auctoritate huius ſanctæ ſedis faciat,non ambitus cauſa, ſed vtilitatis,aut [a] neceſſitatis.

[a] ¶ *Aut neceſsitatis.] Hæc non ſunt in ipſa epiſtola, ſed habentur apud Anſelmum. Neceſſitas autem præbet iuſtam cauſam tranſlationis. eadem ſcias.*

6 Hoc non ſolum de epiſcopis, verum etiam de quibuſlibet eccleſiæ miniſtris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.

Vnde beatus Gregorius ſcribit Natali Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat, libro 2.indictio.10.epiſt.14.& 16.

¶ Deponatur,qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

[4] EVm,qui contra iuſtitiæ regulam in archidiaconatũ [l] alterius ſe prouehi conſenſit, ab eiuſdem archidiaconatus honore deponimus.Qui,ſi vlterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit,ſe participatione communionis ſacræ nouerit eſſe priuatum

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum, epiſt.4.

[a] ¶ *Sciret.*] ar. q eo ipſo videtur aliquid bonum & iuſtum q à bono factum eſt. 37. diſ. qui de menſa. & 9.q.2.Lugdunenſis.

[b] ¶ *Coacte.*] precib.ſuperiorum. ſic ſ.c. qualiter videtur.n.q non poſsit cogi, vt 74.diſ. vbi. Vel dic, q poteſt quis cogi, vt de nolẽte fiat volens[a], vt 23.q.4.diſplicet. & 74. diſt. placuit.Papa tamen abſolute poteſt aliquem cogere, vt 9.qu.3.per principalem.

[a] Hoc no.T. 1.q.6 ſicut. ibi videas.

[c] ¶ *Minor.*] ſed numquid tenetur minor populus ſuum epiſcopũ maiori concedere, cũ nemo cogatur de ſuo beneficium facere. 10. q.2.precariæ? Reſp. ſic, ſi alium poteſt habere æque idoneum [b], vel loquitur in eo caſu cum ſic magis vtilis erit, vt ff.loc.ſi domo.

[b] Arg.ff. ſol. ma.l.ſi in pr. & de eui. in æteditorem. & ſuis ſum. ſcd͂m 1.d. Fã.

[d] ¶ *Doctiorem.*] omnia comparatiua poſitiue hic ponuntur.

[e] ¶ *Et vtiliorem.*] ſcilicet illis.

EPiſcopus.] CASVS. Conſtituit Carthaginẽ. concilium, q nec epiſcop⁹ nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem: ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus tranſeat auctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorũ porrecto epiſcopis pro eo, q debet trãsferri. Alij vero clerici transferuntur de voluntate ſuorum epiſcoporum.

† *al. myſteriis.*

† *al. mutari*

m ¶ *Quod autem.*] Si quis de licentia Papæ renuntiauit, & ad preces eius alter ſubſtitutus eſt: certum eſt q ille non poteſt repetere eam, licet conualeſcat, vt 5. ead. qu. 1. hoc nequaquam. Et ideo magiſter aliam quæſtionẽ tractat: vtrum ille qui abſtinuerit a Miſſa pro ægritudine, recuperata ſanitate poſſit celebrare? Et certum eſt quòd poteſt ᵃ. 7. ead. ca. 1. dummodo certum ſit eum eſſe ſanatum. ᶜᶜ Si autem fuit dæmoniacus vel epilepticus, debet prius per annum eſſe liberatus. 33. diſt. communiter. 55. diſt. præcepta. & arg. ff. de red-hibit. act. quod ita. In ægritudine conſtituti Miſſas celebrare poſſunt. 5 ead. q. 1. ca. illud. niſi ita debiles ſint, q cœptum officium nequeant adimplere: & niſi habeant morbum caducum. 33. diſt. communiter. Tamen cum diſtinctione an morbus iſte ſit cum ſpuma & clamore, vt tunc non poſſint, vel ſine ſpuma & clamore, & tunc poſſint, vt ibi notatur. ſed quidam ᵇ indiſtincte dicunt quod non debent celebrare infirmi.

Philip. 1.

2. Cor. 11.

Act. 9.

† al. num nam.

† & grauis laborem ad laborem orig.

a Sub nec diſtinguendum eſt quæ fuerit ægritudo dummodo, &c. vt ſequitur.

ᶜᶜ Epileptici an poſſit celebrare.

b Vt Rayn.

IN tuis litteris.] CASVS. Quidam preſbyter morbum patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuarien. archiepiſcopus ei celebrationem Miſſæ interdixit, & per illum presbyterum conſuluit Alexandrum dictus Archiepiſcopus an iſte presbyter poſſet Miſſarum ſolennia celebrare. Nũc Papa reſcribit dicens, quomodo ei conſiſtit q iſte cadebat. vnde mandat ei, quòd ſi iſte presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco: non debet celebrare. ſi autem conualuerit, non prohibeatur.

† al. quam

† al. Viennẽſi

7 Iuo p. 6. c. 405.

n ¶ *Frequenter.*] Ideo quidam ᶜ dicunt quòd ſi raro accidit, poteſt celebrare, dummodo habeat ſocium. ſupra eadem quæſt. 1. capit. illud. vel ſupple, maxime. vel diſtingue, vt 33. diſtinct. communiter.

c Laur. & H.

* Infirmitas non repellit ab officio diuino.

a ¶ *Interdicimus.*] " Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel à perceptione ſacramentorum, vt ĩ. diſt. 5. ad eius vero.

N*uper Foro.*] CASVS. Clerici Foropopulenſis eccleſiæ vna cum Sabino & Pelagio & laicis Romam venerunt, & dixerunt Gelaſio, quòd epiſcopus eorũ lædebatur morbo caduco frequenter, aſſerentes ſe de eius voluntate veniſſe. quare Papa illi eccleſiæ duos dedit viſitatores, ſcilicet Ruſticum & Fortunatum. ſed quia idem epiſcopus poſtea Romam pergens dixit omnia quæ de eo dicta fuerunt, falſa eſſe: ideo Papa præcipit eiſdem viſitatoribus narrando prædicta vt veritatem perquirant: & ſi prædictum epiſcopum inuenerint fuiſſe repente prolapſum cum voce confuſa, & ſpumæ iactatione, eum celebrare prohibeant. ſi autem hoc inueniri non poteſt: præcipit Ruſtico vt faciat eum carnibus vti xxx. diebus indifferenter.

b ¶ *Segnius.*] No. quòd in magnis rebus diligentior inquiſitio eſt facienda, vt 42. diſtin. quieſcamus. & 61. diſt. miramur. Et ideo hic actore non probante, reo indicitur purgatio, vt extr. de cau. poſ. & propriet. cum eccleſia. in fi.

c ¶ *Xxx*] contra 33. di. communiter. Sed ibi certum fuit eum eſſe dæmoniacum: ſed hic dubium. & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morbus poſsit occultari. quod phyſicum eſt. vnde ſignatur contrarium. ĩ. de conſecr. diſt. 5. contraria [a]. " Ideo autem hic dantur omnes carnes iſti præter hœdinas quæ prouocant dæmones.

a Nõ eſt cõtra, quia hic loquitur de experimẽtis medicinæ q̃ bona ſunt & neceſſaria, vt hic. ibi & loquitur de nimio vſu medicinæ, q eſt prohibit vt quòd non ſi ieiunet. vel aliud ſimile, quod eſt cõtra legem diuinam. Arc. " carnes hœdinæ prouocant dæmones.

Q*uidam epiſcopus.*] CASVS. Quia in ſuperiori cauſa in illo cap. petiiſti. fuit conceſſum priuilegium Moguntino de eligendo ſibi ſucceſſorem: ne aliquis dubitaret hoc eſſe licitum de iure communi: ideo Grat. hanc 8. cauſam ſupponit. in qua oſtendit, quòd nulli licet eligere ſucceſſorem, & quod amicorum partrocinia in electionibus conualeſcere non debẽt: & quod non eſt ſimoniacus qui poſt electionem præſtat canonicis iuramentum de indemnitate eccleſiæ: & alia plura, quę omnia vt plenius elucefcãt, ponit thema de quo eamque elicit quæſtiones.

Q*uod autem.*] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes: in quarum prima probat magiſter per 4. auctorit. ſanctorum patrum, quòd poteſt epiſcopus ſeu prælatus ſibi eligere ſucceſſorem: & hoc vſque ad §. *His omnibus.* vbi dat ſolutionem, poſtea quædam adiungit ad electionem pertinentia. Secunda ibi, *Olim.* Tertia ibi, *Oportet eum.* Quarta ibi, *Audacter.* Ioan. de Fant.

morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei miſericordia conualuerit (quandoquidem non culpa, ſed infirmitas eſt in cauſa) eum ſacrificare iam nõ interdicimus [a].

Item Gelaſius Ruſtico, & Fortunato epiſcopis

¶ A regimine ſuſpendatur eccleſiæ, qui in terram frequenter eliditur.

C. II.

NVper Foropopulenſis † eccleſiæ clerici, vnà cum Sabino epiſcopo, & Pelagio, & laicis propria ſuggeſtione reſerarunt, præſulem ſuum graui quadam neceſſitate vexari, cuius cum dicerent incurſione frequẽter eliſum. Quod ne ſcandalum fidelibus videretur ingerere, & eccleſiam Dei vbique poſitam hac offenſione turbare, præcipue, cum eodem ipſo volente huc ſe perrexiſſe firmarent, ad dilectionem veſtram ſcripta direximus, vt eccleſiæ, cuius rector tali caſu tenetur adſtrictus, viſitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipſe venit huc pontifex, falſaque omnia de ſe iactata diſſeminat, ſub diuini contemplatione iudicij, veſtræque conſcientiæ, exiſtimationiſque reſpectu, rerum fide ſolertiſſime perquiſita, ſi aliquando ſcilicet, vel in domo, vel in proceſſione, vel in alio quocumque loco probatur repente collapſus, voceſque dediſſe confuſas, & ſpumas ore iactaſſe, quãta fieri poteſt examinatione quæratur. Quod tamen, ſiue non poſſit aliquorum factum teſtificatione firmari, ſiue numquá contigiſſe dicatur, non putandum eſt poſſe ſufficere, ſed certum, manifeſtumque documentum, quia de tanta re nõ ſegnius [b] agendum eſt. Faciat rem tua dilectio, frater Ruſtice, ſui moris, & aptam magno pontifici, vt cum triginta [c] * diebus tecum eſſe cõſtituas, eumque carnibus indifferenter vti neceſſaria probatione compellas.

† al. Foropopilienſis.

* ¶ Triginta.] *In duobus vetuſtis codicibus legitur,* octuaginta.

CAVSA VIII.

Q*Uidam epiſcopus agens in extremis, ſucceſſorem ſibi ex teſtamẽto inſtituit: inde ſuorum amicorum patrocinio in eumdem epiſcopatum eligitur, poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ canonicis iuramentũ præbuit: accuſatur de ſimonia tanquã munus ab obſequio præſtiterit: ante tempus ſententiæ à clericis ſuis derelinquitur, ſine litteris Apoſtolicis † ad eccleſiam ſuam reuertitur epiſcopus.*

1 *Hic primum quæritur, an liceat epiſcopo, ſibi ſucceſſorem inſtituere.*

2 *Secundo, an amicorũ patrocinia in electione debeant conualeſcere.*

3 *Tertio, an ſit habendus ſimoniacus, qui poſt electionem huiuſmodi iuramentum canonicis præſtat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere.*

5 *Quinto, an ſine litteris Apoſtolicis † debeat redire ad propriam eccleſiam.*

† al. Apoſtolicis.

QVAESTIO I.

1 gs. Q*Uòd autem [d] epiſcopo ſucceſſorẽ ſibi inſtituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Moguntino archiepiſcopo permiſit adiutorem ſibi ſtatuere, qui ei defuncto in plenitudinem poteſtatis ſuccederet. Item ex verbis Symmachi Papæ dicentis* [[2] *Si tranſitus Papæ inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante decernere.[e] & c.*] *apparet, quòd epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere poſſunt.* ¶ *Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem ſibi ſucceſſorem inſtituit.*

Vnde Ioãnes tertius ſcribit epiſcopis Germaniæ, & Galliæ, epiſtola vnica, §. 2.

¶ Quòd Petrus Linum, & Cletum adiutores ſibi aſciuit, ſed Clementem ſucceſſorem.

C. I.

[3] SI Petrus [f] princeps apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem pontificij, aut ſoluendi, aut ligandi [g] eis normam tradidit, ſed ſucceſſori ſuo ſancto Clementi: qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente [h] ſibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero, & Cletus miniſtrabant exteriora: princeps autem apoſtolorum Petrus verbo, & orationi inſiſtebat.

PALEA. C. II.

V*Nde ipſe Clemens [4] in epiſtola ad Iacobum Hieroſolymitanum miſſa inter*

CASVS. Hæc eſt 1. q. qua quæritur an liceat epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorem: & certum eſt quòd non, niſi per priuilegiũ hoc habeat. Primo tamen probat Grat. quòd ſic, exemplo Moguntini, & auctoritate Symmachi à contrario ſenſu, & exemplo Petri. Poſtea probat contrarium in §. *Sed in Antiocheno.* & in §. *His auctoritatibus.* dat ſolutionem.

d ¶ *Quod autem.*] certum eſt quòd non licet [b], niſi cui hoc ſpecialiter permittitur, vt Moguntino. ſeptima quæſtione prima. petiiſti. nec obſtat 79. diſt. ſi tranſitus. vbi innuitur quòd Papæ licet ſibi " inſtituere ſucceſſorem. ſed dicitur ibi q poteſt cum fratribus deliberare de ſucceſſore [c].

e ¶ *Decernere.*] id eſt, deliberare.

S*I Petrus.*] CASVS. Petrus Apoſtolus cum inſtare vellet verbo prædicationis & orationi, in temporalibus Linum & Cletum præfecit: ſed ſolum Clementem ſibi ſucceſſorem elegit, cui poteſtatem tradidit ligandi & ſoluendi.

f ¶ *Si Petrus.*] ſi, id eſt, quamuis.

g ¶ *Aut ligandi.*] Non intellige q iſti prius non habuerint poteſtatem ligandi ſed hoc vult dicere, quòd iſtis non dedit Papa plenam poteſtatem: ne ſit contra. 2. quæſt. 1. nemo. 24. qu. 1. quodcumque. vbi dicitur, quòd omnes presbyteri hanc habent poteſtatem. Habuerunt ergo prius hanc poteſtatem, ſed non tantam. Iſti autem duo temporalia pauperibus erogabant: ad quod officium Apoſtoli diaconos elegerant. 93. diſt. legimus. quod hodie habet camerarius Papæ. & patet q Linus & Cletus non fuerunt Apoſtolici. & hoc eſt verum, quòd poſt Petrum ſtatim non fuerunt Apoſtolici, ſed Clemens fuit poſt eum Apoſtolicus. " videns autem Clemens quòd hoc eſſet pernicioſum exemplo. quod aliquis ſibi eligeret ſucceſſorem, renunciauit papatui: & tunc electus fuit Linus: eo mortuo electus eſt Cletus: quo mortuo denuo fuit Clemens electus: & ſic Clemens ſecundum vnam computationem fuit ſecundus. & ſecundum aliam fuit quartus, vnde verſus.

Diſputat hic mundus, quartus fuerit ne ſecundus.

h ¶ *Tradente.*] ad hoc inducitur capitulum.

V*nde.*] SED IN ANTIOCHENO CASVS. Huc uſque probauit Grat. ſuperficialiter epiſcopo licere libere eligere ſucceſſorem: nunc autem probat contrarium

b Sed contra videtur expreſſe 16. qu. vlt. c. vlt.

" ſucceſſorẽ ſibi inſtituere nulli licet

c Su. q aliud eſt quàm ſibi ſucceſſorem eligere: nã illud eſt licitum, vt ibi. illud vero illicitum, vt hic. nam deliberare licet cuilibet prælato de ſuo ſucceſſore cum videt ſibi mortẽ imminere. vnde ibi dicitur decernere, i. deliberare, nõ eligere ſecũdum Hug.

† al. Apoſtolici.

1 ſuprà. 7. q. 1. petiiſti.

2 Diſt. 79. ſi tranſitus.

3 Anſ. l. 1. c. 55. Poly. l. 1. tit. 1.

" Clemens noluit eſſe Papa ſtatim poſt Petrũ.

4 Clement. ep. 1.

Epiſcop

E*Piſcopo.*] C A S V S. Statutum fuit in Antiocheno concilio, vt nullus eligat ſibi ſucceſſorem: & ſi factum fuerit irritum ſit: ſed eũ eligatur a clericis epiſcoporum iudicio. Idem eſt caſus ſeq. c.

a ¶ *Sacerdotes.*] Verum eſt quòd non poteſt de iure communi, ſed de diſpenſatione Papæ. 7 q. 1. petiſti. nec obſt. 20. q. 3. præſens. vbi pater volebat quod eo mortuo filius eius fieret monachus. ſed ibi nõ erat ſucceſsio iuris.

b E*Piſcopo.*] ¶ *Epiſcoporum.*] Hoc requiritur in ordinatione: ſed non in electione. 64. diſ. per totum.

P*Lerique.*] C A S V S. Quidam epiſcopi in mortis articulo conſtituti deſignabãt ſibi nominatim ſucceſſores, vt non legitima electio expectaretur: ſed hoc prohibet Hilarius Papa in ſynodo: quia iura ſpiritualia non poſſunt aliquo hereditario iure concedi.

c ¶ *Acclamatum eſt.*] ab vniuerſis.

d ¶ *Quæ Dei ſunt.*] vt eccleſiaſticæ dignitates, vt 16. q. 1. in canonibus. & 23. q. 8. conuenior. Ioan.

M*Oyſes.*] C A S V S. Hieronym. reprehendit hic illos epiſcopos qui inſtituebant ſibi ſucceſſores conſanguineos vel amicos, vel illos qui vt clerici fierent, muneribus impetrabant. & docet hoc non eſſe faciendũ, exẽplo Moyſi, qui filios potuit inſtituere ſucceſſores in principatu: ſed noluit: immo extraneum, & de alia tribu elegit, ſcilicet Ieſum, qui Ioſue & Ieſus Naue dictus eſt.

e ¶ *Faciẽ.*] id eſt, familiariter.

f ¶ *Deus locutus eſt.*] ſecundum quoſdam apparuerat per angelum in ſpecie viſibili, ſicut dicitur deſcendiſſe per Angelos [illegible] Ioan. [illegible] in canonica epiſtola: Deum nemo vidit vnquam. tamen ex eo quod dicitur Moyſem vidiſſe poſteriora Dei dicunt quidam eum vidiſſe in ſpecie viſibili.

g ¶ *Potuit.*] quia adhuc non erat prohibitum hoc ſimile 32. q. 4. obiiciuntur. ſolu.

h ¶ *De alia tribu.*] Moyſes enim erat de tribu Leui: Ieſus Naue ſiue Ioſue fuit de tribu Ephraim. de his tribubus habes 7. q. 1. denique.

i ¶ *Non ſanguini.*] Arg. quod reges debent fieri per electionem. 93. diſtin. legimus. & 7. ea. ſi ergo. niſi habeant ex priuilegio cõſtituere ſucceſſorem ſibi, vt 63. diſt. in ſynodo. alias etiam de iure omnes ſæculares poteſtates non debent ſuccedere vt C. vt omnes tam ci. quàm milit. l. vnica. in prin. quod autem Dauid in vita ſua Salomonem ſibi ſucceſſorem inſtituit, inſtinctu ſpiritus ſancti eſt factũ: Arg. tamen contra 7. q. 1. denique.

k ¶ *Sed vitæ.*] 3. 40. diſt. non qui.

l ¶ *Rogauerit.*] Ergo videtur quòd preces inducant ſimoniam, vt hic, & 1. q. 1. ſunt nonnulli. Et dici conſueuit, quòd ſi preces ſunt pro digno, non inducunt ſimoniam, vt 1. q. 1. quibuſdam. in ſi. hoc verum eſt ſi non ſint conſanguinei ſui, vt extr. de æta. & qual. tuam. in ſi. Ioa. Non credo quod preces conſanguineorum inducant ſimoniam ſi fiant pro digno, vt 1. q. 1. latorem. & maxime cum quis poſsit pro ſe rogare ſi dignus eſt, vt extr. de ſim. tua. nec illa decre. tuam. contradicit ſi bene inſpiciatur. B.

m ¶ *Vt deteriora.*] Color eſt rhetoricus, quãdo dicit quod dicit ſe velle tacere: & dicitur præoccupatio.

A*Poſtolica.*] C A S V S. Statuitur in hoc capit. ne quis iure hereditario ſibi vendicet vel poſtulet eccleſias, præbẽdas, præpoſituras, capellanias, vel aliqua eccleſiaſtica officia: quod ſi quis præſumpſerit, careat eiſdẽ in perpetuum.

n ¶ *Præbendas.*] Epiſcopo non licet filios inſtituere in paternis eccleſiis. extra de fil. presb. præſentium. niſi per mediam perſonam, vt ext. e. ex tranſmiſſa. præbendã autem poteſt habere in eadem eccleſia, ſi eſt legitimus. extr. e. tit. ad hæc. ſed licet ſit legitimus, beneficium tamen paternum non poteſt habere: ſicut hic dicit. ſed illegitimus in eadem eccleſia ſæculari eſſe non poteſt canonicus, vt ext. eod. tit. ad abolendam. tamen per illam conſtitutionem videtur quod etiam legitimus non poſſit habere beneficium cũ patre. & hoc intelligas de omnibus deſcendẽtibus arg. extra de iure pa. conſuluit. extra de inſt. ad decorem. & ff. de ver. ſig. filij. Forte aliud in collateralib. & aſcendentib. arg. de pœ. diſt. 1. pœnæ. licet ſit arg. contra. extra de inſtit. ad decorem. Ioa. Sed certe poteſt probabiliter dici, quod hoc non extenditur ad nepotes: quia pœnæ ſunt reſtringendæ. ff. de lib. & poſthu. cum quidã. in fin. nec ſemper nomine filiorum nepotes intelliguntur, vt inſtit. qui da. tut. poſſũt. ſi. tit. B. Sed quid de illo qui renunciat, vt de tit alij forte conſanguineo? Hanc renunciationem Papa approbat, extr. de off. de leg. ex parte. 1. Sed dic quod ibi fuit pura renunciatio.

Item ex concilio Antiocheno.

Hi qui ſacerdotes [illegible] ... *cetera ſcribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in epiſcopum elegit.*

¶ [1] Simon Petrus in ipſis diebus, quibus vitæ finem ſibi præſenſit, apprehenſa manu mea repente conſurgens in auribus totius eccleſiæ, hæc protulit verba: [a] Clementem hunc epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado, quem præ ceteris expertus ſum Deum colentem, homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtudiis deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorũ, etiam ex his, qui in verbo Dei inſtituuntur, iniurias.

Sed in Antiocheno cõcilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo c. 23. ſic ſtatutũ legitur.

¶ Epiſcopo ſucceſſorem ſibi conſtituere non licet. C. III.

j[3] E Piſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem [a] ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd, ſi tale aliquid factum fuerit, irritum ſit huiuſmodi conſtitutũ. Seruetur autem ius eccleſiaſticum id continens, non oportere aliter fieri, niſi cum ſynodo, & iudicio epiſcoporum [a] qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere.

a ¶ Epiſcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuſcriptis ſequebatur*, & electione clericorum: *quæ ſunt expuncta, quia neque in originali neque apud ceteros collectores leguntur.*

Item ex concilio Martini Papæ, c. 8.[4]

¶ De eodem. C. IIII.

ij[5] E Piſcopo nõ liceat ante finẽ vitæ alium in loco ſuo conſtituere ſucceſſorem. Si quis autem hoc vſurpare tentauerit, talis conſtitutio irrita erit. Nõ ergo aliter fieri oportet, niſi cum concilio, & iudicatu epiſcoporũ [b], qui poſt exitum prędeceſſoris poteſtatem habent dignum eligere.

Itẽ Hilarius Papa in ſynodo Romana, c. 5.[6]

¶ De eodem. C. V.

P Lerique ſacerdotes in mortis confinio conſtituti in locum ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare: vt ſcilicet non legitima expectetur electio, ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quod, quam graue ſit, æſtimate. Atque [a] ideo, ſi placet, etiam hanc licentiam generaliter de eccleſiis auferamus: ne, quod turpe dictu eſt, homini quiſquam putet deberi, quod Dei eſt. Ab vniuerſis acclamatum eſt [c]. Hæc præſumptio numquam fiat. Quæ Dei [d] ſunt, ab homine dari non poſſunt.

a ¶ Atque ideo.] *Hæc vſque ad verſ.* Ab vniuerſis. *addita ſunt ex ipſo concilio, Anſelmo Polycarpo, & Iuone.*

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.[7]

¶ De eodem. C. VI.

M Oyſes amicus Dei, cui facie [e] ad faciem Deus [f] locutus eſt, potuit [g] vtique ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem: ſed extraneus de alia tribu [h] eligitur Ieſus: vt ſciremus principatum in populos, non ſanguini [i] deferendũ eſſe, ſed vitæ [k]. At nũc cernimus plures hãc rem beneficium facere, vt non quærant eos in eccleſia eligere columnas, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe: ſed quos, vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit [l], & (vt deteriora [m] taceam) qui, vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16.

¶ De eodem. C. VII.

A Poſtolica auctoritate prohibemus, ne quis eccleſias, & præbendas [n], præpoſituras, capellanias †, aut aliqua eccleſiaſtica officia, hereditario iure valeat vendicare, aut expoſtulare præſumat. Quod ſi quis improbus, aut ambitionis reus attentare præſumpſerit, debita pœna mulctabitur, & poſtulatis carebit.

His omnibus auctoritatibus prohibentur epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere. Sed aliud eſt de ſui ſucceſſoris electione cum fratribus deliberare: aliud eſt ex teſtamento, tanquam ſuæ dignitatis heredem ſibi quærere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem B. Petri apoſtoli ab illis valet in argumentum aſſumi, qui tales ſibi ſubſti-

HIS OMNIBVS. C A S V S. Soluit Grat. dictam contrarietatem, dicens quod tractare cum fratribus de electione ſucceſſoris licet, ſed eligere non licet. Exemplum vero Petri non debet trahi ad conſequentiam, [illegible] qui talem velit eligere ſucceſſorem, qualis fuit Clemens. verum quia conſueuerant eligere conſanguineos & malos: conſtitutum eſt vt clerici vel patroni eligant prælatos tales qui Deo digne ſeruire valeant. quod ſi facere recuſauerint: iure ab eccleſiã repudientur, quod probat ſequent. capitulum.

1 Anſ. l. 1. c. 3.

2 Omittuntur hic aliquot verba.

a 7. qu. 5. remoto. in fi.

3 Pol. l. 2. tit. 17. Anſ. l. 6. c. 57. Bur. l. 1. c. 85. Iuo p. 5. c. 301.

4 In capit. Marti. Brac. ca. 8.

5 Bur. l. 1. c. 117. Iuo p. 5. c. 303 vtque ex concilio Spalenſi.

" Deum nemo vidit vnquam.

6 Pol. l. 2. tit. 18. Anſ. l. 6. c. 50 Iuo p. 5. c. 304.

" Moyſes fuit de tribu Leui.

" Reges eligendi ſunt.

" Preces an inducant ſimoniam.

7 In cõmen. ad ea verba [& cõſtituas per ciuitates pręsbyteros] Exod. 33.

" filius ſacerdotis eccleſiã paternam hẽc non pt. Num. 27.

b Vbi ſecundum veterẽ compilationem erat illud verbum, nepotũ, quod hodie ẽ ſublatum. Arc.

8 Pan. l. 3. c. 132.

† al. capellas.

a ¶ *Beatus.*] Sed numquid adhuc Papa poſſet facere ſibi ſucceſſorem? Non: quia hoc eſſet immutare ſtatutum eccleſiæ, vt 25. qu. 1. quæ ad perpetuam. & quia ſtatutum facit in id tempus, in quo non eſt futurus iudex. ff. de iur. om. iud. cum qui.

OLim.] Hæc eſt 2. pars qu. in qua redarguit electos & dignos qui nolunt recipere prælationē: & hoc facit per 4. auctor. Ioa. de Fant.

CASVS. In veteri lege præcipiebatur, q frater duceret vxorē fratris ſui defuncti, vt ei ſobolē ſuſcitaret, quæ ſoboles defuncti fratris diceretur: quod ſi recuſabat, in faciem eius conſpuebatur, & diſcalceabatur vno pede. Exinde domus eius vocabatur domus diſcalceati. Sic vnuſquiſque prædicator debet Chriſto, q pro nobis mortuus eſt, filios ſuſcitare: q Chriſtiani à Chriſto vocentur. Quod ſi recuſet, reſpuitur ab eccleſia tanquā vno pede diſcalceatus: & portabit opprobrium illius non figurati. ſed figurans: q̄a hoc ſignificat opprobrium illius. qui vero hoc adimplet, vtroque pede dicitur calceatus.

Deut. 25.

b ¶ *Sobolem.*] et iſtius erat carnalis filius: ſed erat filius mortui legalis, vt 56. di. Iſmael. & Matthæus ponit carnales patres vbi dicit, qui genuit. Et Lucas ponit legales, cum dicit, qui fuit. " duos. n. habebat patres huiuſmodi filius, carnalem & legalem.

" Chriſti patres fuerunt duplices.

c ¶ *Nomine.*] id eſt, filium mortui.

Eſa. 52. Rom. 10.

d ¶ *Vtroque pede.*] quia & de ſe curat, & de proximo.

e ¶ *Non figuratum.*] Sed etiam ſignum & figuram. & hoc eſt dicere, factū illius a ſignum eſt & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, q factum illius non ſignificat factum illius ſed factū iſtius ſignificauit factum illius. Vel ideo dicit hoc quia in facto iſtius completur illa figura.

a Sub. q factū iſtius eſt res & ſignificatū, factum illius figura & ſignans & factū iſtius &c. vt ſequitur.

IN ſcriptuis.] CASVS. Quidam cum eligebantur ad prælaturas, recuſabant eas, dicentes ſe velle eſſe in contēplatione. Sed Greg. dicit, q ex hoc ſe magis eſſe dignos oſtendunt: quia ſicut ambientibus magis eſt dignitas deneganda: ſic eſt renuentib. concedenda. Et docet q qui eliguntur ad dignitates, & ad officium prædicandi, non debēt renuere, ſi digni ſunt. Quod tribus rationibus vel auctoritatibus probat: & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit quod quietem contemplationis debemus deſiderare: ſed cum neceſſe eſt, poſtponenda eſt propter multorum vtilitatem. Quod probat duobus exemplis, ſcilicet exemplo Hieremiæ,

ſ Suo p. 5. c. 150.
† al. ſcriptis.

Heb. 5. Num. 25.

a Concord. tex. in ſimili in l. 1. em. corru. . § ſi de curationes ff. quod eu. ...

tuenur, qualem ſibi ſucceſſorem beatus a Petrus quæſiuit. Verum, quia officium non vita, ſed ſanguini cœpit deferri, atque ad epiſcopatum tales quiſque ſibi ſucceſſores quærere cœpit, qui vel odioſi populis, vel à plebe docendi inuenirentur: idcirco ſacris canonib. ſtatutū eſt, ne quiſquam ſibi ſui officij quærat ſucceſſorem: ſed populi electione quæratur, qui eorum vtilitati digne deſeruiat: qui illorum vtilitatem, non ſua lucra quærat, qui Chriſto ſemen velit ſuſcitare, non ſibi diuitias congregare. Quod qui facere contempſerit, iure ab eccleſia repudiatur. Vnde Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, lib. 32. c. 10.

¶ Qui ſibi, & eccleſiæ prodeſt, vtroque pede calceatus intelligitur.

C. VIII.

2 OLim iuſſus eſt frater præmortui fratris vxorem ducere, vt non ſibi, ſed illi ſobolem b ſuſcitaret, eiuſque vocaret nomine c, quod inde naſceretur. Quod ſi recuſaret, diſcalceatus vno pede conſpui ſolebat in faciem. Nūc Euangelij quiſque prædicator ita debet in eccleſia laborare, vt defuncto fratri, id eſt, Chriſto, ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt: & quod ſuſcitatum fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab eccleſia miniſteriū euangelizandi a renuerit: ab eccleſia ipſa merito, digneque cōtemnitur. Qui enim & ſibi prodeſt, & eccleſiæ, bene intelligitur vtroque pede d calceatus. Vñ illud [Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Qui autem curā lucrandorū refugit aliorum, diſcalceati illius non figuratum e ſignificauit, ſed in ſe impletum portabit opprobrium.

Ⓒ Hic verba B. Auguſtini, & in ſummam redacta & interdum mutata ſunt, quod alias etiam ſoco eſt adnotatum.

a ¶ Euangelizandi.] Sequebatur in vulgatis & baptizandi: quæ ſunt expuncta, quia in manuſcriptis non leguntur ſicut neque in originali.

Item Gregorius Papa in regeſto, lib. 6. epiſt. 5. ſiue c. 169. Cyriaco epiſcopo.

a Locus regiminis ſicut deſiderantibus eſt negandus, ita fugientibus eſt offerendus. C. IX.

a IN ſcripturis † veſtris vos magnopere requiē quæſiſſe narratis: ſed per hoc ad paſtoralem ſolicitudinem vos congrue veniſſe f oſtenditis: quia, ſicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus g offerendus. ¶ Et ſicut ſcriptū eſt h [Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:] & rurſus i idem prædicator egre-

qui cum inuitaretur ad prædicandum, dixit: A, a, a, Domine, neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et exemplo Eſaiæ, qui de contemplatione obtulit ſe dicens: Ecce ego, mitte me. Sed ſciendum, quod illi non fuerunt contrarij: quia Hieremias non ex toto recuſauit, ſed timuit ſubire officium prædicandi. Nec Eſaias ante miſſus eſt qui ſe per altaris calculum purgatum vidit, i. per carbonem ſumptum de altari, vbi erat ignis perpetuus ad opus ſacrificij. Prima auctoritas vel ratio eſt ibi, *Et ſicut ſcriptum eſt, &c.* Secunda ibi, *Et rurſus.* Tertia ibi. *Et paſtori.* Secunda pars incipit ibi, *Quæ itaque &c.*

f ¶ *Veniſſe.*] per electionem. vel forte volebant recuſare.

g ¶ *Fugientibus.*] ſic 40. diſtin. ante omnia. C. de epiſc. & cler. ſi quemquam. & ī. 74. diſtin. epiſcopus. contra. Sed illud de penitus inuito: " ſed ab initio aliquis debet cōgi vt conſentiat: nam nullus eligendus eſt niſi ab initio diſſentiat. 1. q. 6. cap. vlt. tepide tamen debet diſſentire, ſicut femina. 32. qu. 2. honorantur. alius ſi diceret, nolo, cum forte vellet: faceret contra conſcientiam. extr. de præſum. ca. vlt. vel ſi forte diceret, non ſum dignus. licet Hug. dixerit q poſſit ſimulare ſe non eſſe idoneum. arg. 22. q. 2. vtilem.

h ¶ *Scriptum eſt.*] in epiſtola ad Hebræos.

i ¶ *Et rurſus.*] in ſecunda epiſtola ad Corinthios.

k ¶ *Minime.*] ergo qui ſe dignum credit, & prælaturam ſibi oblatam non recipit, mortaliter peccat, vt ī. ea. c prox. & ſ. e. qui epiſcopatum.

l ¶ *Opere.*] Arg. diuerſarum perſonarum ſententiam vtramque tenere. 22. quæſt. 2. beatus. & de conſec. diſt. 2. quotidie. & 35. qu. 5. ad ſedem. Item argu. pro diuerſis conſuetudinibus. 12. diſtin. illud. 31. diſt. aliter. & de conſecr. diſtin. 4. de trina. Item argu. pro diuerſitate teſtium, extra de ver. ſign. nihil obeſt. & de pœ. diſt. 1. periculoſæ. 23. quæſt. 7. quicumque. 5. diſtin. 5. ad eius. & extra de teſtib. cum tu ſilij.

m ¶ *Plene.*] Ecce reſponſio illius qui ad epiſcopatum petitur, non dicet expreſſe nolo: quia tunc mentiretur. 22. q. 2. cum humilitatis. nec debet ſe ſtatim ingerere: ſed dicat vt dixit Mutinenſis epiſcopus. Nolens volo, & volēs nolo. 16. quæſt. 1. vos

gius dicit [Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt, iam nō ſibi viuant ſed ei, q pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit:] & paſtori ſanctæ eccleſiæ dicitur [Simon Ioānis amas me? Paſce oues meas] ex quibus verbis colligitur: quia ſi is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit paſcere, oſtēdit ſe paſtorem ſummum minime k amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda vtilitate omnium de ſecreto patris egreſſus eſt ad publicum noſtrum: nos qui dicturi ſumus, ſi ſecretum noſtrum præponimus vtilitati ꝓximorū? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt, & tamen pro multorum lucro aliquando poſtponenda. Nam, ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere: ita, ſi deſit, qui prædicet, occupationis onus libenti neceſſe eſt humero † ſubire. Quod ex duorum prophetarum opere l docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus eſt, & alter appetiit. Nam mittenti ſe domino Hieremias reſpondit dicens. [A, a, a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum.] Et cum omnipotens Deus perſonam ad prædicandum quæreret dicens [Quē mittā, & quis ibit nobis?] vltro ſe obtulit Eſaias dicēs [Ecce ego, mitte me] En ab vtriſque exterius diuerſa vox prodiit: ſed non à diuerſo dilectionis fonte manauit. Duo quippe ſunt præcepta charitatis: Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodeſſe proximis cupiens Eſaias officium prædicationis appetit. Per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris ſui ſedulo inhærere deſiderās, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetit: hoc laudabiliter alter expauit: iſte ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet: ille, ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. ſed hoc in vtrique eſt ſubtiliter intuendum: quia & is, qui recuſauit, plene m nō reſtitit: & is, qui mitti voluit, ante ſe per altaris calculum purgatum n vidit: ne, aut non purgatum

n ¶ *Purgatum.*] Arg. pro H. " quòd promouendus debet epiſcopo confiteri crimen, & epiſcopus debet eum purgare, id eſt, ſecum diſpenſare

2. Cor. 5.

Ioan. 21.

" Electio qualiter cōſentiendum eſt.

† al. animo.

Hier. 1.

Eſa. 6.

ʒ Concord. tex l. 3. §. fin. C. ſi primip. lib. 12. & l. a ff. ad munic.

" Electus & q verba cōſentire dēt.

" promouēdus crimen ſuum confiteri debet.

a Ar. ad hoc 3.5. diſt. qu d eſt. 24. qu. 3. d sit.

diſpenſare. Eſaias enim adhuc immundus obtulit ſe: & poſtea fuit purgatus. Item eſt hic arg. ꝙ ſi aliquis eligitur, qui adhuc eſt in mortali peccato, ꝗ ideo non eſt vitioſa electio ſi ipſe velit corrigi a, vt 3.50. diſt. quod eſt. Item eſt hic arg. quod duo ſimul poſſunt eligi, vt ſi vnus ſuccumbat, alter obtineat, vt dixi 3.61. diſt. ſtudij.

autem non eſt petenda. ſi pp neceſſitatē imponitur, eſt ſuſcipienda pro plurimorum vtilitate: ita tamen, vt ex toto contemplatio non deleatur. Secunda pars incipit ibi, *Itaque à ſtudio cognoſcendæ.*

h ¶ *Qui epiſcopatum.*] i. epiſcopari, i. præeſſe vt proſit, non vt præſit, vt 40. diſt. multi. “ſperare ergo & deſiderare poſſumus epiſcopatum, vt 59. diſt. ſi officia. 72. diſt. in ſingulis. & 1. quæſt. 1. non eſt putanda.

“ Epiſcopatum deſiderare poſſumus.

SCiendum] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte di ꝙ cū quis inuitatur ad dignitatem & ad proſpera, & obediat ſi anhelanter aſpiret, nulla eſt talis obediētia, quæ nō hēt meritum: quia de ſuo proprio motu hēt, & de ambitione. Si vero incitatur ad opprobria & cōtumelias, & nō obedit libēter, nullum hēt meritum ex obediētia. In ij. parte commendat Greg. obedientiam, eam victimis vitæ præponendo, & vituperat inobedientiam, eam idololatriæ cōparando. Secunda pars incipit ibi, *Et paulo ſuperius.*

1 Et Auguſt. ſerm. 5 ad fratres in eremo.

2 Polyc. l. 6. tit. 22.

† al. habeat.

a ¶ *Si de ſuo.*] i. ex ambitione. ponitur enim in mala ſignificatione, vt 3. q. 9. pura.

b ¶ *Non habuerit.*] de propria voluntate.

c ¶ *Propria.*] “ Hic patet ratio quare epo inuito nō poteſt cleric⁹ eius vocari ad epiſcopatum, vt 63. diſt. litteras. ſed inuito eo fit monachus. 19. q. 3. duæ. quia iſte præſumitur facere ex ambitione. & facit ad ſuum commodū: ille nequaquā.

“ Clericus inuito epo non fit eps, ſed bene monachus.

d ¶ *Inuitus.*] Arg. ꝙ remunerari non debemus de eo quod inuiti facimus, vt 13. q. 2. ꝗ præpoſterum. 26. qu. 1. illud. & 32. q. 5. ille.

e ¶ *Inobedientiæ.*] In hoc patet quòd inobedientia æquiparatur hæreſi, vt dixi 4. q. 1. in ſum.

f ¶ *Ex aduerſo.*] “ i. ex eo ꝙ vnū contrarium commendatur, aliud vituperatur, vt 3 de pœ. diſ. 2. §. econtrario. & not. hic ꝙ optima eſt probatio quæ fit p ſuum contrarium, vt hic, & 2. qu. 1. cap. 3 & 13. qu. 2. animæ. & ff. de off. eius cui mand. eſt iur. l. 1.

“ probō que fit per ſuum contrarium, eſt opt. ma.

3 ibidem.

C. 22. 1. Reg. 15.

† abeſt ab orig.

g ¶ *Sola eſt.*] id eſt, neceſſaria. ſic 3. diſt. 8. ca. ſi ſolus.

h ¶ *Qui epiſcopatum.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima p rte ponit Auguſtin. litteram Apoſtoli, Qui epiſcopatum deſiderat, &c. & dicit quòd epiſcopatus eſt nomen laboris, & non honoris tantum, vt ille, qui præficitur, pro ſubiectis debeat laborare: & ſi præeſſe volu rit, & nō prodeſſe, epiſcopum ſe putare non debet. In ij. parte di ꝙ otium contemplationis eſt deſiderādum: dignitas

4 Auſ. l. 6. c. 28. 1. Tim. 3.

gatus adire quiſquam ſacra miniſteria audeat, aut quem ſuperna gratia eligit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbe contradicat.

Idem in moralib. lib. 3. c. 5. c. 13. ad c. 42. Iob.[1]

¶ Locus delectionis in voto, dignitatis tem per ſit in neceſſitate. C. X.

SCiendum ſummopere eſt, ꝙ obedientia aliquando ſi de a ſuo aliqd habeat, nulla eſt: aliquādo autem, ſi de ſuo aliquid nō habuerit † b, minima. Nam cū huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur: is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutē euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat: Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitæ pſpera libidini ppriæ c ambitionis ſeruit. Rurſus, cū mūdi deſpectus præcipitur, cū probra adipiſci, & contumeliæ iubentur, niſi ex ſe ipſo animus hæc appeta t, obedientia ſibi meritum minuit: quia ad ea, quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus d nolenſq; deſcendit. *& paulo ſuperius.* ¶ Obedientia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro pro obedientiā vero volūtas propria mactatur. Tanto igitur quiſq; Deum citius placat, quanto ante eius oculos repreſſa arbitrij ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo contra, ariolādi peccatum inobedientiæ e dicitur, vt quanta ſit virtus obedientiæ, demonſtretur. Ex aduerſo f igitur melius oſtēditur, quid de eius laude ſentiatur. Si enim [Quaſi ariolandi peccatum eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere] ſola eſt g, quæ fidei meritum poſſidet, obedientia †: ſine qua quiſq; infidelis eſſe conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur.

Item Aug. lib. 19. de ciuitate Dei, c. 19.

¶ Qui præeſſe, & non prodeſſe deſiderat, epiſcopari non debet. C. XI.

QVi h epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Exponere voluit, quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis, non honoris. Græcum eſt enim atque inde ductum vocabulum, ꝙ ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur, ſuperintendit, curā eorum ſcilicet gerens. Ἐπὶ, quippe, ſuper, σκοπὸς vero, intentio, eſt. Ergo epiſcopos a, ſi velimus, latine ſuperintendentes poſſumus dicere: vt intelligat nō ſe eſſe epiſcopum, qui

præeſſe dilexerit, non prodeſſe. Itaque i à ſtudio cognoſcēdæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus vero ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, & ſi ita teneatur, atque adminiſtretur, vt decet: tamen non decenter appetitur k. Quamobrem otium ſanctū quærit caritas veritatis: negotium iuſtū ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit percipiendæ, atque intuendæ vacandum eſt veritati: ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem: ſed nec ſic omnimodo veritatis delectatio deſerenda eſt: ne ſubtrahatur illa ſuauitas l, & opprimatur β m iſta neceſſitas.

a ¶ Epiſcopos] *Apud S. Auguſtinum. & Anſelmum legitur:* ἐπισκόπους, ſi velimus latine, ſuperintendentes poſſumus dicere.

β ¶ Opprimatur.] *In originali eſt.* & opprimat illa neceſſitas: *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item Petrus.[5]

¶ Pro ingenio diſcentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

OPortet eum, qui docet, & inſtruit animas rudes, eſſe talem, vt pro ingenio n diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime o eſſe eruditus, & doctus p, irreprehēſibilis, matur⁹, pauidus † q: ſicut ipſi probaſti † fore r hunc Clementem poſt me.

Item euſdem.[6]

¶ Qui omnibus præeſt, ſingulos releuare contendat. C. XIII.

CLemens, tamquam qui omnibus præeſſe te noueris, ſingulos, prout potueris, iuua s, & ſingulos releua t, qui & ſingulorum onus & ſolicitudinem portas.

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.[7]

¶ Contra Chriſtum faciunt, qui gratia, non meritis gradum eccleſiaſticum tribuunt. C. XIIII.

QVi vos ſpernit, me ſpernit. Ex quo manifeſtum eſt eos, qui Apoſtoli lege contempta, eccleſiaſticum gradum non merito voluerint alicui deferre, ſed gratia, contra Chriſtum facere: qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per Apoſtolū ſuum in ſequentibus executus eſt.

Item Hieronymus in libro Leuitici.[8]

¶ *In hoc duobus ſeq. cap. pro Orige. ne citatur B. Hieronymus horum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit, 1. diſt. 36. cap. ſi quis. eſt adnotatum.*

i ¶ *Itaque.*] dicit quòd quis poteſt deſiderare epiſcopatum: modo dicit qualiter, ſcilicet vt non ingerat ſe. ff. de proc. quæ omnia.

k ¶ *Appetitur.*] “ Arg. quòd aliquis ſeipſum non dēt eligere ſi poteſtas in eum ſit transf lata. 3. ea. in ſcripturis. & 16. qu. 1. vos autem. quia inter conferentem & eum cui confertur, erit diſtantia, vt extr. de bap. debitum. & extra de iu. pat. per noſtras. & extr. de inſtit. cum ad noſtram. tamen poteſt ſe coeligere, vt extr. de elect. cum in iure.

“ Eligere ſe ipſum nemo poteſt.

l ¶ *Suauitas.*] contemplationis.

m ¶ *Et opprimatur.*] id eſt, contemplatio cum penitus non impediat, qui forte nimis vult eſſe intentus contemplationi.

Oportet.] Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua oſtendit magiſter quales debent eſſe qui eliguntur vt præſint aliis, ſcilicet tales quòd ad eorum comparationem ceteri grex dicantur. & hoc probat per ſex auctoritates. Ioan. de Fant.

5 in epiſt. 1. Clementis ad Iacobū.

CASVS. Petrus elegit Clementē ſibi ſucceſſorem: & docuit ꝙ prælat⁹ debet eſſe doctus, & irreprehenſibilis ad inſtar Clementis, vt animas rudes docendo pro capacitate audientium poſſit inſtruere. Sequentia duo ca. plana ſunt.

† al. imperitus.

† al. probabitis.

6 in ead. epi.

n ¶ *Pro ingenio.*] ſimile 43. diſt. ſi rector.

o ¶ *Apprime.*] id eſt, valde.

p ¶ *Et doctus.*] Quæ ſacerdotes vel epiſcopi ſcire debeant, habes 38. diſt. nulli. & ca. ſeq. ſufficit tamen mediocris ſcientia, vt extra de elect. cum nobis.

7 in cōmen. ad ea verba [& conſtituas per ciuitates] Luc. 10.

q ¶ *Pauidus.*] id eſt, timens peccare.

r ¶ *Fore.*] id eſt, futurum eſſe.

s ¶ Clemens. ¶ *Iuua.*] largus enim erit. 86. diſt. fratrem.

t ¶ *Releua.*] Arg. iudicem potius debere ſeruare mitericordiā quam rigorem b, vt 13. diſt. licet. & 50. diſ. ponderet. in fin. quia ſtatum non debet punire, ſed tenetur ſæpius remittere, vt 45. diſt. licet. & 26. q. 7. aligaut.

b Ad hoc fa. quod le. & infra. 22. q. .. innocēs.

8 Origene in l. c. 8. Leuitic.

¶ Ad ſacerdotium non eligatur, niſi qui cęteris & ſanctior, & doctior habetur.
C. XV.

Leuit. 8.

LIcet ergo Dominus de cōſtituendo principe pcepiſſet [a], & Dominus elegiſſet: tamen conuocatur etiam ſynagoga. Requiritur enim in ordinando ſacerdote, & præſentia populi [b], vt ſciant omnes, & certi ſint, quia qui præſtantior [c] eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotiū, & hoc aſtante † populo [d]: ne qua poſtmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus præcepit in ordinatione ſacerdotis dicēs [Oportet aūt illum, & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt.] Ego tamen, & amplius aliquid video in eo, quod dicit,] quia conuocauit Moyſes omnem ſynagogam:]. & puto q̃ conuocare ſynagogā hoc ſit colligere omnes animi, & in vnum congregare virtutes: vt cum ſermo de ſacerdotalibus ſacramētis habetur, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ ſint, vt nihil in eis ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ: ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum: vt quid ſit pontifex [f], quid vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui, poſſit aduertere.

† al. aſtante ſe.
1. Tim. 3.
† al. que

Idem ex libro Numerorum. [1]

¶ Populi gubernatio diuina electione præficitur. C. XVI.

1 Origenes hom. 22. ad ca. 27. Num.

SI ergo tantus ille, ac talis Moyſes non permittit † iudicio ſuo de eligendo principe populi, de conſtituendo ſucceſſore, quis erit [h], qui audeat, vel ex plebe, quæ ſæpe clamoribus [i] ad † gratiā, aut ad pretium fortaſſe excitatis moueri ſolet, vel ex ipſis etiam ſacerdotibus, quis erit, qui ſe idoneū [k] ad hoc iudicet, niſi ſi cui oranti, & petenti à domino reueletur? ſicut & Deus dicit ad Moyſem [Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue hominem, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eum: & ſtatues eum coram Eleazaro ſacerdote, & præcepta ei dato in conſpectu totius ſynagogæ, & præcipe de ipſo coram eis: & dabis claritatem tuam ſuper illum, vt audiant illum filij Iſrael.] Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeſte deſcriptam, vt pene expoſitione non egeat? Nulla hic populi acclamatio [l], nulla cōſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio eſt. Propinquis, agrorum, & prædiorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quē Deus elegerit, homini ſcilicet tali, qui habet, ſicut ſcriptum audiſtis, in ſemetipſo ſpiritum Dei, & præcepta Dei in conſpectu eius ſunt, & qui Moyſi valde notus, & familiaris ſit: id eſt, in quo ſit claritas legis, & ſcientia, vt poſsint eum audire filij Iſrael.

† al. permittitur.
† al. aut gratiā, aut pretio fortaſſe excitata.
Num 27.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epiſt. 40.

¶ Non ex fauore, ſed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

2 Auſ. l. 6. c. 9 Pol. l. 2. tit. 1.

2 NEc nouū [m], nec reprehenſibile [n] eſt in eligendo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere: ſed graue eſt quando ĩ huiuſmodi cauſis nō ex iudicio, ſed ex ſolo fauore venit electio.

3 *Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegerit: datur intelligi, quòd aliquando quibuſdam traditur, quos Deus non elegerit.*

3 ſuprà ſi ergo.

LIcet.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. parte dicitur, q̃ electio prælati fieri debet in præſentia populi, ne aliqua poſtea retractatio fiat, & vt ſciant omnes qui ſanctior & melior ad epiſcopatum eligitur. Et hoc probatur exemplo Moyſi, qui in electione Ioſue totam congregauit ſynagogam, & auctoritate Pauli. In 2. parte dicitur, q̃ congregare ſynagogam ſiue populum, eſt qñ prælatus & electus congregat omnes virtutes animi ſimul & ſenſus, & bonas cogitationes, ſcientiam & bonos mores, vt ille electus intra ſe conferens intelligere poſſit quid ſit pontifex, quid vnctio, quid indumenta epiſcopi. Secunda pars incipit ibi, *Ego tamen.*

a ¶ *Præcepiſſet.*] arg. q̃ quandoq; licet iudici excedere fines mandati. dum tñ aliàs ſētētia nihil contineat iniqui. arg. extra de ſen. & re iu. cauſam. Nam qui datur ad eligendum, pt poſtulare. vt extra de elect. in cauſis [a]. & de renun. poſt translationem. in prin. Et procurator datus ad rem vendicandam, poteſt agere ad exhibēdum. ff. de proc. ad rem mobilem. ſufficit enim q̃ fiat id quod eſt vicinum mandato: licet ipſum non ſit mādatum, vt ff. iud. ſol. iam tñ. §. vlt. ff. man. l. vl. " Item arg. q̃ licet contradicere reſcripto vel mādato principis q̃nque. extr. de of dele. ex parte. q̃a licet mandet ſoli epiſcopo, q̃ det alicui præbendā: tñ non facit hoc ſine conſenſu canonicorum, vt no. 7. q. 1. petiiſti.

a Vbi ſ hoc & 61. di. nullus. in glo. 2. in fin. & 12. qu. 4. innocens. in ſi.

" Principis mandato cōtradicere licet.

b ¶ *Etiam populi.*] ſ. di. 63. plebs Diotrēfis. & c. noſſe. & ca. vlt. & ſ. 1. q. 1. ordinationes.

c ¶ *Qui præſtantior.*] " Hic comparatiua temperat H. ſecundum eum ſufficit q̃ bonus eligatur. eſt aūt aliqs bonus eo ipſo q̃ non eſt malus, vt extra de præſum. dudum. & ff. de le. 2. cum pater. §. rogo. nec. n. maior bonitas vnius alij debet facere præiudicium, vt vt 3. qu. 9. neceſſe. & 1. q. 1. teneamus. & C de teſta. & imag. l. vlt. Si autem aliquis de alia eccleſia eligitur, ipſe debet optimus eſſe, ſicut ſi tutor de eadem ciuitate ſumitur, ſatis eſt ſi eſt bonus ſi de alia, tunc erit optimus. ff. de tu. & cu. da. diuus. Alij dicunt [b] meliorem ſemper eſſe præferendum. vnde ſi pauciores volunt eligere optimum, maior pars minus bonum, ſi minor pars appellat tenet eorum appellatio. nam iuſtam cauſam aſsignant vt extr. de his quæ fiu a ma. par. cap. cum in cunctis. ſed ſi illi elegerint, caſſanda eſt eorum electio, cum ſemper optimum debuerunt eligere, vt 63. di. metropolitano. 61. diſt. nec emeritus. 75. diſt ca. vlt. 74. diſt. epiſcoporum. non obſt. 16. q. vlt. nonaſteriũ. vbi dicitur, ſufficit quòd non ſit malus, quia illud intelligũt cum alius ibi melior non eſt. in monachis etiā obtinet q̃ ſemper melior eſt eligēdus. in auth. de mona. §. vlt. coll. 1. ego magis adhæreo opinioni H. nam cum non ſit vitium in eligentibus, nec in electio, quare erit electio caſſanda? nā appellatio non debet caſſare niſi ea quæ iniuſte facta ſunt. extr. de reſt. ſpol. audita & extr. de elect. cum nobis. Item ſi bonus iuſte poteſt eligi, ergo contra illam electionem non admittitur appellatio: quia contra ea quæ perpetuo decreto ſancita vel ſtatuta ſunt, non admittitur appellatio. ff. de ap. rec. vel non. l. pe. & vlt. non enim eſt quærendum de meritis perſonæ, cum maior ſit numerus ex vna parte quam ex altera vt extr. de elect. dudum. ſic vides in ſimili. nam ſemper de eadem eccleſia dēt prælatus eligi. ſi tñ maior pars eligat de eccleſia aliena, licet poſt appellationē, præualet electio maioris partis, cum altera pars neminem eligit. vt extr. de elect. cum inter. R. immo ex aliorum opinione ſequeretur, quòd quilibet peccaret bene faciendo, q̃a bene poſſet meliorem rem facere: & magiſter peccat in legendo, quia poſſet melius facere, ſcilicet orare.

" Electio facta de bono an valeat vbi melior eſt.

b Secūdùm L. cuius fuit tota iſta glo. vſque ibi, magis, &c.

d ¶ *Populo.*] ergo in his quæ publice facta ſūt, nō pt cōtradici. 54. di. nulli. 87 diſ. ſi expoſitus. 16. diſ. quod dicitis. & cum in principio electionis q̃s conſenſit, poſtea non auditur contradicens. ſ. diſt. 4. in iſtis. & ſ. ead. q. 2. dilectiſsimi.

e ¶ *Retractatio.*] " Per hoc vi, quòd populus poſsit retractare electionē, quæ fit in eius abſentia, cū excipere poſsit cōtra electū, vt 23. di. illud. cū eis inuitis non ſit dandus epiſcopus, vt 63. di. ca. vlt. Sed hoc non cōcedo, vt dixi 62. diſt. c. 1.

" Electioni an poſſit populus contradicere.

f ¶ *Pontifex.*] i. vel eius officium. 36. di. ſi quis vult.

g ¶ *Quid indumenta.*] 43 diſt. ſit rector diſcretus.

SI ergo.] CASVS. Probat Hierony. in hoc ca. q̃ nulli licet ſibi eligere ſucceſſorem. argu. à minori, q̃a ſi non licuit Moyſi, qui tātus erat, multo minus licebit alijs, niſi Deus aliq̃d reuelaret ſicut fecit Moyſi, q̃ de præcepto Dñi Ioſue corā populo ſibi ſucceſſorem elegit. Et hoc in 1. parte. In 11. parte dr̃, q̃ gubernatio populi tali debet concedi, qui ſpiritum Dei in ſe habeat, & præcepta Dei in conſpectu ſuo, & q̃ ſit notus & familiaris Moyſi, i. Deo, & inſtructus in lege Dei. Secunda pars incipit ibi, *Gubernatio populi.*

h ¶ *Quis erit.*] Arg. q̃ non licet minori quod maiori non licet. 22. q. 5. ſi Paulus.

i ¶ *Clamoribus.*] " ſic ergo electio quæ fit ad clamorem populi, non valet, vt hic, & extra de elect. Oſius. & eſt ſimile C. de pœ. l. decurionum. ſic 22. q. 4 vnuſquiſque [c]. qui enim ad clamorem populi manumittit aliquem, videtur coactus manumittere. C. qui manumit. nō poſ. l. 2. ff. qui & à quib. ſi priuatus. Quādoque ad vocem populi aliquid fit. 18. diſt. de Syracuſanæ. 50. diſtin. conſtitueretur. attamen ad clamorem populi remittitur alicui pœna. ff. de ſicar. l. pen. De hoc not. 61. diſt. miramur.

" Electio ad clamorem populi non debet fieri.

c Vbi [d] hoc & 7. q. 5. ſunt qui opes. in prin. ibi videas.

k ¶ *Qui ſe idoneum.*] arg. nullus poteſt ſe eligere. ſ. ead. in ſcripturis.

l ¶ *Acclamatio.*] ſ. c. prox. contra. Sed ibi bonum teſtimonium populi auditur: hic vero ſtrepitus negatur. 5. q. 4 in loco.

NEc nouum.] CASVS.]Neapolitani non ſolum diſcordabant in electione archiepiſcopi, ſed etiam eligebant aliquos non conſiderata bonitate, ſed potius amore & conſanguinitate. quare Gregor. ſcribit eis dicens non eſſe nouum nec reprehenſibile vota eligentium ſe in duas partes diuidere: ſed tunc eſt reprehenſibile cū electio non prouenit ex iudicio, ſed ex fauore.

m ¶ *Nec nouum.*] ſimile 63. diſt. noſſe. quia quot ſunt homines, tot ſunt ſententiæ: quot ſunt ſententiæ, tot ſunt opiniones. ſ. de conſe. diſt. 4. ſicut in ſacramentis. & ff. de recept. arb. item ſi vnus. §. principaliter.

n ¶ *Nec reprehenſibile.*] ſi non eſt reprehenſibile, quare ergo caſſatur electio quæ fit in ſchiſmate, vt extra de elect. quia. [d]

d Dic, quòd tunc non eſt reprehenſibile cū vtraq; pars mouetur bono zelo. vt c. 63. di. ca. 1. 70. di. ſi duo. A.

CVM AVTEM. CASVS. Supra in hoc c. ſi ergo. dictum eſt, q̃ gubernatio populi traditur illi quem Deus elegit, de quo colligitur a ſen

à ſenſu contrario, quòd aliquando traditur dignitas illis quos non elegit Deus, ĩ c.prox.

A*udacter.*] Hæc eſt 4.pars qu. in qua dicitur quòd quandoque dat Deus malos prælatos propter peccata populi. & hoc probat per c.iſtud & ſequens.Ioan.de Fau.

CASVS. Hieronymus docet i hoc c.ꝙ prælatus eccleſiæ quandoque datur bonus quandoque mal⁹ pro meritis ſubditorum. Et probat exemplo Sauli, qui non fuit electus Deo iubente, ſed prout mala merita populi exigebant. fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo, & elegerat ꝑ Samuelem ad inſtantiam populi petentis. Fieri iuſſerat.non ſecũdũ voluntatẽ Dei ſpõtaneam, ſed extortã.

pitur, ſi debitũ vrget. ¶ [1] Præterea, ſi habeat ſuperflua vaſa, cũ debitrix, ſit nec aliũ deſoluere valet, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur, ea geſtis habitis coram eo, cui[•] eſt loci ordinatio integra, vel aliis locis venerabilib[•] oblata dentur, vel conflata [a] cuilibet alij vendantur. Qui autem hæc acceperit cõtra † hanc obſeruationé, iiſdem pœnis ſubiaceat, quæ in rebus immobilibus proditæ ſunt: ſi autem debitũ ex mobilibus ſolui non valet, primo res immobiles ſpecialiter detur pignori, quarum fructus creditor ſibi reputet tã in ſortem [b], quàm in vſuras, vſq; ad quartã centeſimæ [c]. Quòd ſi noli creditor ita accipere, tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis abſq; diſpendio [d] geſtis, iuret (maiore parte ibidem ſeruientium [e] cõſentiente) & debitũ vrgere †, nec ex mobilibus ſolui poſſe. Quo ſubſecuto, per viginti dies rem eccleſiæ venalé eſſe publice notum ſit, vt plus [f] offerẽti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non cõceditur, & hoc in ſcribitur, nihil eſſe factum in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore vero non inuento, res æſtimata diſtricte [g] creditori detur in ſolutũ [h], addita [i] in pretio vniuerſæ æſtimationis decima parte, & accedente cõſenſu ordinatoris, & maioris partis ibidem ſeruiẽtium. Sit tamen ea res mediocris inter ceteras, inſpecta ipſius qualitate, & quãtitate, & onere. Et is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat [k] in vtilitaté diuinæ domus proceſſiſſe [l]. ¶ [3] Sicut auté alienatio rerum eccleſiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua ſterilis ei detur poſſeſſio, aut alioquin onerosa [m], veluti fiſcalium nomine vel onere. ¶ [4] Item prædium propter onus fiſcale inutile alienatur, geſtis, vt ſupra, conficiendis, codé iuramento præſtito: id eſt, ꝙ alia de cauſa non alienatur, niſi, vt immunitas eiuſdé venerãdæ domus ſeruetur. ¶ [5] Sed & pmutare principi licet pro re maiore, meliore, vel æquali, ſi reſp. hoc expoſcit, & pragmaticã forma ſuper hoc præcedente. ¶ [6] Item ſibi inuicem recte [n] permutant cum vtriuſque indemnitate, eorum ſcilicet cõſenſu interueniẽte, qui ſupra referuntur. 2 ¶ [7] Perpetua quoq; emphyteuſis in his permittitur rebus [o], ſi res in eorum geratur præſentia, quibus hoc adſignatur lege, iurãtibus his, quorum intereſt, ex eo contractu nihil ad læſionem diuinæ domus effici: ſolito reditu ipſius rei, qui fuit, cum diuino iuri dedicaretur, nõ minuendo [p], niſi in ſextã [q] partem: aut ſi ob cladem diminuta fuerit, tunc pro conſtante nunc pẽſione [r] in emphyteuſim detur. Quòd ſi res pretioſa quidé eſt, parum tamé, aut nihil præſtat pẽſionum, res ſubtiliter [s] æſtimãda eſt, vt ex hac pẽſio iuſta conſtituatur. Ea tamé ſola dentur in emphyteuſim, quæ ad hoc congrua videtur œconomo, & aliis gubernatoribus. ¶ [8] Qui rem huiuſmodi conducta, vel in emphyteuſim acceptã fecerit deteriore, aut emphyteuticum canoné per biennium [t] non ſoluerit, hac lege repelli poteſt, vt tamen ſoluat totius temporis [u] penſionem, & id, in quo rem læſit, reſarciat, non repetiturus, ſi quid impendit [x] nomine melio-

PRÆDIVM. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi eccleſia habet prædium inutile propter onus fiſcaliũ, poteſt illud alienare habitis geſtis, vt ſupra dictum eſt, ſ. præſtito iuramento, quòd non alienetur niſi vt immunitas eccleſiæ ſeruetur. Immunitas, id eſt, indemnitas.

SED ET PERMVTARE. CASVS. Dicitur hic ꝙ eccleſia pót permutare cum principe pro re maiori vel æquali, imperiali reſcripto ſuper hoc procedente. Ité poteſt & cum alia eccleſia cum vtriuſque indemnitate, habito conſenſu eorum qui ſupra leguntur.

n ¶ *Recte.*] ſi prædium vnius alij eſt vicinum, vt in auth. de eccl. tit. §. ſi autem. coll. 9. & extr. de rer. permu. ad quæſtiones.

PERPETVA. Hæc eſt 2. pars q. in qua loquitur de emphyteuſi, & ponit quid iuris, ſit & ſimiliter, de precariis, & ponit hic 12. artic. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, quòd poſſeſsio eccleſiæ poteſt dari, in emphyteuſim perpetuam ſi fiat in præſentia epiſcopi, & clericorum, œconomo iurante nihil ad læſioné diuinæ domus fieri, nec penſio diminuatur niſi in ſextam partem de eo quod poterat haberi, cum res ſit donata eccleſiæ. ſed ſi res ſit diminuta propter cladem, accipiatur penſio quanta poteſt haberi. ſi vero res ſit pretioſa, de qua parum vel nihil pẽſionis habeatur, re ſubtiliter æſtimata, iuſta penſio tribuatur, & ea etiam res detur in emphyteuſim, quæ videtur idonea ad hoc œconomo, & aliis gubernatoribus eccleſiæ.

PERPETVA. " Vſq; ad 30. an. inſt. de perp. & tem. act. in prin. vel perpetua, i. quamdiu viuit. ff. pro ſoc. l. 1. & j. eo. precariæ. vel perpetua, i. quamdiu penſio ſoluitur, vt inſt. locati. §. adeo. ſicut excõmunicatio dicitur perpetua, i. quouſque pœnitet, vt 3. c. q. 1. quia. & 27. q. 1. de viduis. vel vſque ad tertiam generationem, vt in auth. de non ali. aut perm. §. emphyteuſim. & §. quia vero Leonis. col. 2.[c]

o ¶ *In his permittitur rebus.*] id eſt, in rebus non multum vtilibus.

p ¶ *Non minuendo.*] id eſt, ſi eſt minuenda, non eſt plus minuenda.

q ¶ *Sextam.*] non remouet quin plus poſsit dari.

r ¶ *Nunc penſione.*] id eſt, quanta penſio nunc poſsit[d] haberi.

s ¶ *Subtiliter.*] i. vt conſideretur quantum in viginti annis inde colligatur, vt in auth. de non alie. aut perm. §. quia vero Leonis, coll. 2.

QVI REM. CASVS. Aliquis rem eccleſiaſticam conductam vel in emphyteuſim acceptam fecit deteriorem, vel penſionem per biennium non ſoluit. quæreoatur quam pœnam pati debeat. Et reſpondetur quòd expelli poteſt de poſſeſsione, ita quòd ſoluat præteriti temporis penſionem, & damnum rei reſtituat, non petiturus ſi quid impenderit nomine meliorationis.

t ¶ *Per biennium.*] " hoc eſt enim priuilegium eccleſiæ, vt ſtatim expellat colonum non ſoluentem penſionem, vt árg. ext. de iurei. peruenit. & c. querelam. idem eſt in colono fiſci. ff. de pub. & vect. l. vectigalia. inter priuatos requiritur triennium[e]. C. de iure emphy. l. 2. in locatione biennium, vt ff. loc. quæro. §. inter.

v ¶ *Temporis.*] præteriti, ſecundum alios futuri in odium iſtius, & in fauorem eccleſiæ.

x ¶ *Impendit.*] ſed huic obſt. 54. di. generalis. & ext. de in integ. reſt. c. 1. ſed ibi bona fide fecit ſumptus, hic mala fide. 12. q. 2. c. Vulteranæ.

SI QVAS

a Sub. & priuata diſpoſitio, vt ext. de teſt. requiſiti.

1 Auth. præterea] e. tit. Iulian' cóſt. 120. §. fi.

† al. citra.

2 Auth. hoc ius] ſ. citat.

‡ al. exiſtere.

" Vſura centeſimæ.

3 Auth. ſequenti.

" Creditor aliquando oneratur.

b idẽ ſentit hic L. dicẽs, ꝙ in hoc caſu ſic eſt procedendum cõtra eccleſiã ſicut cõtra minoré, vt dr ſuper illa l. C. ſi ad. cre. l. 1.

ne ſi nimia, &c. vt ſequtur in gl. ſecundum L.

4 Auth. item prædium.

5 Auth. ſed & pmutare. Burch. l. 3. c. 165. Iuo p. 3. c. 184.

6 Auth. ſequenti. Iul. nouel. 54. Iuo par. 3. c. 189.

7 Auth. perpetua.

" Perpetuũ dr multipliciter.

8 Auth. qui rem. e. tit.

c Hãc gl. ſicut iacet ponunt Go. & H. extr. de reb. eccl. nõ al. c. nulli.

d ſc. eo tpe quo dꝫ dari in emphyteuſim. Hu.

" Emphyteuta ñ ſoluẽs canoné, expellitur.

e d hac materia plene no. ext. d di la. ſiæ. & de loc. & cód. potuit. & d relig. domi. conſtitutus.

SI QVAS CASVS. Eccleſia domos habet ruinoſas, quas quidā in Emphyteuſim vult recipere. Quæritur pro quanta pēſione debeant dari. Et reſpondet, q́ ſi conductor vult vti materia deſtructæ domus, ſ. lapidibus & lignis, penſio non debet minui niſi in tertiam partem ab ea quæ extantibus adhuc habitationibus haberi poterat. Si vero vult domos reædificare, dabitur ea penſio quæ inde poterat haberi ante reædificationem, & ex eo q́ modo plus inde haberi poteſt quā antiquitùs dabit medietatem arbitrio boni viri. Ita videtur ſentire H. & etiam Ben.

a ¶ *Ex additis.*] de nouo, i. medietas. quæ accreſcit, dabitur cum antiqua penſione[a]. Alij dicunt q́ medietas antiquæ & medietas nouæ dabitur.

b ¶ *Medietas.*] eius quę accreſcit.

QVI VERO CASVS. Hic tractatur de quattuor generibus hominum recipientium res eccleſiæ citra legis formam, ſ. de emptore, donatario, creditore, & emphyteuta, qui omnes debent res reſtituere cū omni incremento medij temporis: & pretium quod dedit, ab eccleſia non repetet, ſed ab eo qui alienauit. Donatarius autem rem cum omni cauſa reſtituat, & aliud tantumdem. Creditor rem reſtituet, & pecuniam ſuam non recuperabit. Emphyteuta vero cadet à re conducta, nec quod dedit repetet, & ſoluet penſionem temporis præteriti, & qđ ſoluere in præſenti tenebatur ac ſi iure contraxiſſet.

SED MELIVS. Hæc verba non ſunt de auctoritate, ſed Guarnerius appoſuit ea de lege. Co. de ſacr. ſan. ec. ſancimus nemini. Sed hóc corrigitur hodie per c. 12. q. 2. Vulteranæ. & in auth. de non alien. §. quia vero Leonis. coll. 2.

c ¶ *Non gratuito.*] vt emptor.

d ¶ *Incremento.*] i. omnes fructus præceptos medio tempore. 12. q. 2. non liceat.

e ¶ *Venerabilem.*] vt 12. q. 2. diaconi. & c. ſi qs. & c. quidquid. C. de rei vend. ſi mancipium.

f ¶ *Aliud.*] contra. 12. qu. 2. diaconi. vbi ſufficit q́ tantumdem reſtituatur, ſed ibi loquitur de alienatore, hic de eo cui eſt alienatum.

g ¶ *Sed melius*] hoc appoſuit Guarnerius de lege quæ eſt C. de ſacroſ. ec. ſancimus nemini. ſed corrigitur[b] in auth. coll. 2. de non ali. §. quia vero Leonis. & per canonē 12. q. 2. Vulteranę. vnde ſiue bona fide ſiue mala accepit, habet regreſſum ad auctorem ſuum, vt ext. de reb. eccl. non al. ad audientiam[c]. licet ſit arg. cōtra C. de euic. ſi fundum. vbi dicitur, q́ malæ fidei poſſeſſor nó aliter habet regreſſum ad ſuum auctorē, niſi ſit ſibi cautum de euictione. Dicūt cn̄ quidam, q́ ſi eſt malę fidei poſſeſſor i. e qui recipit, tūc nec aduerſus eccleſiam nec aduerſus alienantem habet actionē, vt 16. q. 3. vniuerſas. ſi eſt bonæ fidei poſſeſſor, habet actionem aduerſus eū tātum qui alienauit, vt 12. qu. 2. Vulteranæ. melius eſt vt dicas ſiue bona fide ſiue mala contraxerit, ſemper habet actionem aduerſus alienantem.

[1] Authēn. § quia.

[a] Et ſic ſi valebat x. cum erat ruinoſa, & modo vȝ xl. additio eſt i xxx. & ſic habebit xxx. pro penſione. Pe

[2] Auth. qui res. ſuop. §. &. 183.

[3] ē. tit. l. iubemus §. ſane ne omnis.

[4] ibid. continuo.

[b] idē ſentit B in caſu. & p eadē iura hic ī. proxi. alleg. Ar. h. & Vi Marr. q In hoc caſu eſt ſecutus Gbāt. & idē

rationis. ¶ [1] Si quas vero ruinas habent memoratæ diuinæ domus, quas reædificare nō valent, & hæ in emphyteuſim dētur perpetuā, emphyteuta vſuro materia habitatiōis depoſitæ domus, vt penſio diminuatur in tertiam partem ab ea, quæ ſtantibus adhuc ædificiis colligebatur, aut prius eo reædificante, ex additis[a] illis per æſtimationē penſionibus, medietas[b] detur religioſæ domui. Nam priore caſu, ab initio emphyteuſis præſtanda eſt penſio. ¶ [2] Qui vero res iam dictas non gratuito[c] alienationis titulo citra formā legis accepit, rem quidē cūm oī incremēto[d] medij tēporis reſtituat: ei⁹ aūt quod dedit, nullā actionem cōtra venerabilem[e] locū, ſed aduerſus eum, qui alienauit, habet. Donatarius autē & rem cū omni cauſa, & fructum reſtituat, & aliud[f] tantūdem. Creditor quoq; reſtituta re pignorata, crediti actionem contra ſolum pignoris datorem habeat. Emphyteuſis acceptor, & ab ea cadat, nec, quod dedit, repetat: immo ſtatim ſoluat, quod ſoluturus eſſet vnoquoque anno, ſi iure cōtraxiſſet. Sed meli⁹[g] dicitur omnimodo denegādas eſſe actiones huiuſmodi acceptori. Imp. Leo. ¶ [3] Si œconomus eccleſiæ proſpexerit expedire, vt deſideranti cuiquam certarū poſſeſſionum, atque prædiorum (vrbanorum ſcilicet, ſiue ruſticorum) ad ius eccleſiaſticum pertinentium, temporalis vſusfruct⁹ poſſeſſio pro ipſius petitione præſtetur,[h] tunc eius tēporis, quod inter vtroſque conuenerit, ſiue in diē vitæ ſuę ab eo, qui deſiderat, poſtuletur, pacta cū eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conſcribat, per quæ & tēpus, intra qđ hoc præſtari placuerit, ſtatuatur, & manifeſtū ſit, quod quiſq; acceperit ad inuicē.

PALEA. C. III.

[4] HViuſmodi beneficij gratia, præſtādo quidem eccleſiaſtici prædij pro tempore vſumfructum, pòſt ſtatutum, autem tempus, & placitū † ipſorū redituum proprietate ad dn̄m & ius eccleſiaſticū recurrente firmiter: ita ſcilicet, vt ſiue cōpleto ſpatio, quod fuerit inter eos cōſtitutū, ſeu mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoq; conuenerit) is, qui poſſeſſionē eccleſiaſticam, & certorū redituum vſumfructū habendi gratia interueniente pacto ſuſceperit, nō minus, quā alterius tantæ quātitatis, quantā acceperat, reditus cum ipſorū prædiorum dn̄o, & reb⁹ immobilibus; eorumq; colonis, & mancipiis eccleſiæ derelinquat. Niſi enī hac cōditione pacta inita fuerint, ea quoq; decernimus nō valere. ¶ [5] Nam[a] hæc vſus præſtatio locū habet in omni domo religioſa. Quo finito res vtraq; pleno iure perueniat in domū iam dictam, nec tributis quidē grauata maioribus ſit ea res, quæ datur inuicē, & eiuſdē reditus ſit. ¶ [6] Quibuſcūque modis hoc ius aliis permittitur interdicitur certis perſonis res huiuſmodi accipere, vt œconomo eiuſque cognatis[i] [7]. Quòd ſi neceſſitas cōpulerit, vt p̄ eccleſiæ neceſſitate, aut vtilitate, vel in vſufructu, vel indirecta vēditione aliquid diſtrahatur, apud duos[k], vel tres comprouinciales, vel vicinos ep̄os cā, qua neceſſe ſit vendi, primitus cōprobetur, vt habita diſcuſſione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione † quę facta fuerit vēditio, vel tranſactio[l], corroboretur. Aliter facta venditio, vel tranſactio nō valebit[m] *& infra*. Minus vero vtiles poſſeſſiones peregrinis, vel clericis ſaluo iure[n] eccleſiæ in vſū præſtari p̄mittimus.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus, in quibus pauca ſunt paleæ, continenter poſt vltima verba ſuperioris capitis ſequuntur ſine vlla diſtinctione verba huius, quemadmodum & in ipſa lege codicis. In duobus autem vetuſtiſſimis, in quibus fere nulla ſunt paleæ, deeſt prior pars huius capit. vſq; ad ver.* cōpleto ſpatio. *cetera vero leguntur continuate cum ſuperioribus, vſque ad ver.* quòd ſi neceſsitas. *Nam hic verſiculus in iiſdem exemplaribus, non hoc loco, ſed ī 12. cap.* caſellas. *habetur, vt ibi eſt notatum.*

a ¶ Nam.) *Hæc vox non eſt in auth. & in vetuſtis Grat. codicib. pro ꝗ̄ ſta voce eſt N. C. & ſignificatur* nouella conſtitutio.

SI OECONOMVS. CASVS. Aliquis volebat habere vſumfructum in domo vel agro eccleſiæ vſque ad certum tempus, vel toto tempore vitæ ſuæ, quærebatur qualiter hoc fieri deberet? Et reſpondetur ſi œconomus hoc viderit expedire eccleſiæ, pacta cū eo ineat vtrū ad certū tempus vel toto tempore vitæ ſuæ rem eccleſiæ velit habere, & hoc redigetur in ſcripturā, & ſecundum q́ conuenerit, dabit ſibi œconomus rem eccleſiæ, & ille qui accipit rem eccleſiæ debet facere pactum vt finito tempore reſtituat eccleſiæ quod accepit ab ea, & tātumdem de ſuo eiuſdem bonitatis & reditus cū eo quod accepit, & cum totidem mancipiis & colonis, q́ perpetuo penes eccleſiam remanebit. Si vero aliter fiat, irritum erit. H. vero. caſum ponit breuiter ſic. Hic dicitur in hac l. Aliquis vult accipere prædium eccleſiæ in vſumfructum vſque ad certum tempus, vel vſque ad mortem ſuam. non poteſt hoc facere niſi ſtatim prædium ſuum æque bonum per omnia conferat eccleſiæ quo ad proprietatē, & ſic vſque ad ſtatutum tempus remanebit vtrumque prædium quo ad vſumfructum. poſtea vtrumque perueniat ad eccleſiam pleno iure. Sed primus caſus quem poſui melius litteram exponit, & ſenſum comprehendit.

h ¶ *Præſtetur.*] ſi. ext. de his quæ fi. a præla. fin. conſ. ca. cum Apoſtolica. & c. ſeq. ibi, *Perpetua firmitate.*

NAM HAEC VSVS. CASVS. In hac auth. dicitur q́ precaria de qua fit mentio ī. e. ſi œconomus. poteſt fieri à qualibet eccleſia: ita vt tempore finito res vtraque perueniat ad eccleſiā pleno iure, & res quæ datur inuicem, nó debet eſſe grauata tributis maioribus, quā precariam œconomus nō poteſt facere ſibi nec conſanguineis ſuis.

i ¶ *Cognatis.*] Et ſic dānoſum eſt alicui officium ſuum, vt 7. qu. 1. conſtitutum.

k ¶ *Duos.*] Hodie ſufficit ſolus conſenſus epiſcopi cum canonicis. 12. q. 2. ſine. & ſi res venalis eſt in parochia alterius, ille interponet decretum, vt C. de præd. & aliis reb. min. l. ſi prædium. & extr. de fo. comp. ſane. Ioan. quod non credo verum, cum ſufficiat conſenſus epiſcopi cum capitulo. 12. q. 2. ſine exceptione. B.

l ¶ *Vel tranſactio.*] id eſt, permutatio.

m ¶ *Non valebit.*] arg. non valere contractum niſi adſit ſubſcriptio. extr. de his quæ fi. a præla. c. 2. 96. diſt. bene quidem. 12. qu. 2. ſine exceptione.

n ¶ *Saluo iure.*] id eſt, vt non intelligatur eſſe perpetua donatio, ſed temporalis[d], vt not 16. quæſt. 1. poſſeſſiones. ſed ſi eccleſiæ daretur: tunc

[c] ſentiūt L. & Go B. & Io. qui oēs ita no. in præd. decr. ad audientiā. Arc.

† *al. placitum temporum proprietate.*

[5] Auth. Hęc vſus e. tit.

[6] Auth. quibuſcumque.

[7] in cōc. Agateſi, c. 7.

† *al. proſcriptione.*

[d] Vt. ſc. ceſſante inopia ad eccleſiā reuertatur, vt dixi 16. quæſt. 1. poſſeſſiones.

Item ex concilio Mediomatricis.[8]

¶ Eccleſiaſticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant. C. IIII.

j[3] PRecariæ[a] à nemine de rebus eccleſiaſticis fieri præſumantur: niſi quantum de qualitate cōuenienti datur ex proprio, duplū[b] accipiatur ex rebus eccleſiæ, in ſuo tantum, qui dederit, nomine, ſi res proprias & eccleſiaſticas vſufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præſens dimiſerit, ex rebus eccleſiaſticis triplum fructuario vſu in ſuo tantum quis† nomine ſumat: quia ſic eas quemque tractare oportet, vt rerum eccleſiaſticarum diſpenſatorē, non vt propriarū largitorē.[α] ¶[3] Decreuit etiā ſancta ſynodus, & imperialis auctoritas denunciauit, vt à nulla poteſtate quis cogatur facere precariā de rebus proprie Deo & ſanctis eius dicatis: cū ratio & vſus obtineat neminē, cui† non vult cōtra vtilitatē, & rationē cogi[β][c], de ꝓprio facere beneficium. ¶[4] Nec cōmutationes[d] rerū vel mancipiorū eccleſiaſticorū quęlibet perſona ſine licētia, & conſenſu regio† facere pręſumat.

¶ *Citatur hic canon ex concilio Mediomatricis, à Burchardo autē & Iuone ex cōcilio Belluacēſi præter vltimum verſiculum* Nec cōmutationes, *quem citant ex Matiſcenſi. In concilio etiā Meldenſi, c. 22. refertur ex eodem concilio Belluacenſi. Extat in capitularibus editis anno quarto regni Caroli regis & Ludouici Imperatoris filij in villa Colonia, c. 37. non eſt autem mutatus titulus quia potuit idem in omnibus illis conciliis repeti quod in Germanicis & Gallicis, quæ extant, ſæpe factum cognoſcitur. Aliquid etiam de precariis habetur in concilio Rhemenſi, c. 36. & 37. & in concilio Moguntino ſub Arnulpho, c. 20.*

α ¶ Largitorem.] *In concilio Meldenſi, & capitularibus poſt hoc verbum ſequitur continenter,* & a nulla poteſtate quis cogatur, &c. *ſine verbis illis hic interiectis, quorum tamen ſimilia aſſeruntur à Burchardo & Iuone ad verſi.* Nec commutationes.

β ¶ Cogi.] *Sic in omnibus vetuſtis codicibus Gratiani, & adeſt gloſſa: ſed in concilio Meldenſi, & capitulari, & apud Burchardum, & Iuonem eſt,* præſtitum.

Item ex concilio Bellnacenſi.[5]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

ij[6] PRecariæ de quinquennio in quinquennium ſecundum antiquam conſuetudinem, & auctoritatem renouentur.

[*Item ex concilio Carthaginenſi.* α]

α ¶ Carthaginēſi.] *Etiam in decretalibus tit. de precariis, citatur ex concilio Carthaginenſi: ſed in nullo ipſorum eſt inuentum. potuit eſſe alicuius illarum prouinciarum concilij. extat autem in legibus Longobardicis. li. 3. tit. 8. l. 2.*

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

[7] DE precariis, quæ à rectoribus eccleſiarum irrationabiliter fiebant, & ſe, ſuoſque ſucceſſores pœna graui obligabant, vt facta ipſorum nequiuiſſent diſſoluere, præcipimus, vt nemo ſucceſſor ī anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus: ſed ſuæ prouidentiæ ſit cōceſſum, vt ſi anteceſſor eius res eccleſię irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eccleſiæ eiuſdem reuocentur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 16.[8]

¶ Res eccleſiæ diſpenſandi poteſtatem habeat epiſcopus. C. VII.

3[9] EPiſcopus habeat poteſtatem in rebus eccleſiæ, vt diſpenſet neceſſitatem habētibus cum omni reuerentia, & timore Dei. Participare etiam cum oportet, quæ neceſſaria ſunt: Si tamen ipſe, aut qui cum eo ſunt, fratres indiguerint[c] aliquo: vt neceſſitatē nullo modo patiantur ſecundum ſanctum Apoſtolum dicentē. [Victu[f], & tegumento, his contenti ſumus.] Si autē res eccleſiaſticas epiſcopus in ſuas voluntates vſurpare voluerit, & loca eccleſiæ, & fructus agrorum nō cū presbyterorū, vel diaconorū conſilio cōtaminauerit†, aut fratribus[g], vel filiis, vel quibuſcūque propinquis ſuis dederit poteſtatē, vt per eos latenter lædātur res eccleſiæ: tūc oportet obnoxiū eſſe cōcilio. Sin autem[α] epiſcopus, vel qui cum eo ſunt, presbyteri[h], aut diaconi accuſentur, quia ea, quæ vel ex reditu, vel ex quolibet actu[β] eccleſiæ veniunt, in ſinus ſuos colligūt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt, hos corripi oportet, ſecundum quod ordinatum fuerit a ſancto concilio.

α ¶ Sinautem.] *In capitulis habetur,* ſimiliter: *ſed melior videtur lectio duorum vetuſtorum Gratiani codicum,* ſin aliter: *propius enim accedit ad græcam concilij Antiocheni, c. 25. vnde hoc ſumptum eſt: εἰ δὲ καὶ ἄλλως. id eſt,* ſi autem & aliter, *vt* ſ. 12. q. 1. c. epiſcopus.

β ¶ Actu.] *Hæc vox in ſimili re habetur.* ſ. 12. q. 2. *Vulteranæ.* Vulteranæ eccleſiæ actus, vel patrimonium, *græce eſt,* ἢ τῆς ἐκ ἱερᾶς προσόδου ἐκκλησιαστικῆς. *id eſt,* vel etiam ex qualibet alia cauſa, & occaſione eccleſiaſtica.

4 *Si vero*[i] *contra hanc prohibitionem, aliquam† de rebus eccleſiæ epiſcopum vendere contigerit & res ipſa eccleſiæ reſtauranda, & ipſe gradu ſuo deiiciendus decernitur.*

Vnde in eodem concilio Martini Papæ, c. 14. legitur.[10]

¶ De epiſcopo, qui nulla neceſſitate res eccleſiæ vendit. C. VIII.

[11] SI quis epiſcopus nulla eccleſiaſticæ rationis neceſſitate cōpulſus, in clero[α] ſuo, aut vbi forte nō eſt[k] presbyter, de reb[us] eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vēdere, & res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in iudicio epiſcoporum deiiciatur auditus, &[β] cōuictus, & tamquā furti, aut latrocinij reus ſuo priuetur honore[l].

α ¶ In clero ſuo.] *In codice Lucenſi regio legitur,* inicio clero.

β ¶ Et conuictus.] *hæ duæ voces non ſunt capitulo Martini, neque apud Burchardum, neque apud Iuonem parte tertia. Parte autē quarta abeſt præterea vox,* auditus. *vetuſtis tamen omnibus Gratiani codicibus conuenit cum vulgatis.*

---

[1] In concil. Meldenſi, c. 22. in adiectis capitul. c. 47.
[2] Pol. l. 3. tit. 24. Burc. l. 3. cap. 167. Iuo p. 3. c. 228.

tunc intelligeretur eſſe perpetua, vt ext. de his quæ fi. à præl. ſine conſen. ca. cum Apoſtolica. in fi. & c. ſeq.

PRecariæ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd precariæ debent fieri hoc modo: Si ruſticus dat proprietatem ſui fundi tantum, & retinet vſumfructum ſibi, accipiat ab eccleſia vſumfructum duorum fundorum ſuo nomine tantum, & non filiorum. Si vero dat eccleſiæ proprietatem ſtatim pleno iure, accipiat ab eccleſia vſumfructum trium fundorum nomine ſuo tātum, & non filiorum. In 2. parte dicitur, quòd nulla poteſtas debet cogere eccleſiam precariam facere, cum nemo debeat cogi de ſuo facere beneficium. In tertia parte dicitur, quòd ſine licentia Regis non debet fieri commutatio rerum vel ſeruorum eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, *Decreuit*. Tertia ibi, *Nec commutationes*.

† al. quiſque

[3] Burc. l. 3. c. 168. Iuo p. 3. c. 220.

† al. qui

[4] Bur. l. 3. c. 171. Iuo. p. 3. c. 233.

a ¶ *Precariæ.*] "precariæ hic dicuntur quædam præſtationes vſusfructus in recompenſationē eius proprietatis, quæ datur eccleſiæ. præterea precaria eſt quidam contractus affinis emphyteuſi: ſed in hoc differt, quòd de quinquennio in quinquennium renouatur, vt in palea ſeq. & extr. de preca. ca. 1. quando quæ eſt precariū quòd precibus ad vtendum alicui datur, & illud reuocari poteſt quandocumque, nō obſtante aliquo pacto, vt ff. de preca. cum precario. & extr. eo. c. vlt.

" precariæ, precaria, & precariū, differūt. [religionis.] Iuo.

b ¶ *Duplum.*] videtur contradicere illi. ſ. e. ſi œconomus. vbi dicitur quòd tantumdem dari debet, ſed lex illa beniguior eſt canone[a]: vel canon loquitur in eo caſu cum ſenex eſt vel debilis, qui recipit rem eccleſiæ.

[5] in Meldēſi c. 22. ſi. extr. de pca. ca. 1.
[6] Bur. l. 3. c. 169. Iuo p. 3. c. 230.

a Vel dic. quòd loquitur qñ eccleſia dat ei quòd pt facere i duplū & vltra ibi qñ ipſe dat eccleſiæ, vbi ñ cogitur vltra tmdē, & ita canō benignior eſt. Vel dic, vt ſequitur in glo. ſecundū Io. de Fant. [7] ext. de pca.

c ¶ *Cogi.*] ſed fallit, vt 7. q. 1. omnis. & vbi aliquis aliis prodeſt, & ſibi non nocet, vt ff. de aq. plu. arc. in ſūma. §. item varus. & 86. di. paſce.

d ¶ *Nec commutationes.*] hoc intelligas de rebus collatis eccleſiæ ab Imperatore, vt ſ. e. hoc ius. in prin. vel loquitur ſecundum ſua tempora.

EPiſcopus habeat.] Hæc eſt 3. pars huius quæſtionis.

CASVS. Statutum fuit in cōcilio Martini Papæ, quòd, epiſcopus debet diſpenſare res eccleſiæ cum reuerentiā & timore, & inde ſuſcipiat quantum ſibi & ſuis fuerit neceſſarium: ſi vero res eccleſiæ vſurpauerit, vel conſanguineis dederit, eas pauperibus ſubtrahendo, ſit obnoxius concilio, & corrigatur. Sequens. §. patet.

[8] in ca. Mar. Brachar. ex cōc. Antioc. c. 25.
[9] 12. q. 1. epiſ eccleſiaſticarum.

c ¶ *Indiguerint.*] not. qualiter expōitur hoc verbum, indiguerint, vt arctetur tantum ad victum & veſtitum[b], arg. contra extr. de præben. de monachis.

b De hoc & leg. & no. 12. qu. 1. epiſ eccleſiaſticarū

f ¶ *Victu.*] qui tamen melior vel peior dandus eſt ſecundum qualitatem perſonarum, vt 41. diſt. non cogantur. & nomine cibariorum non intelliguntur veſtimenta, "ſed nomine alimentorum intelliguntur veſtes[c] & habitatio, vt ff. de ali. leg. l. vlt. & l. antep.

" alimētorū nōie cōprehēdūtur veſtes & habitatio.

g ¶ *Aut fratribus.*] præſumitur enim, quòd hoc carnali amore faciat, vt 89. di. decenter. ſic ſ. e. nam hæc vſus. ſic extr. de app. poſtremo. "ſic ecōuerſo conſanguinitas quandoq; elidit ſuſpicionem, vt extra de cohab. cler. & mu. à nobis.

c Adde quid veniat appellōne alimētorū gl. in l. eū hi. §. qui tráſigit. ff de tráſa. Bar in l. legatis ff. de ali. & ci. leg.

† ita minauerit] codex regius.

1 Tim. 6.

"Cōſanguinitas elidit ſuſpicionē.

h ¶ *Presbyteri.*] æque puniuntur illi qui non reſiſtunt, ſ. officiati, ſicut ipſe epiſcopus, vt C. de ap. quoniam. & 2. q. 7. qua propter.

i ¶ *Si vero.*] quarta pars, in qua dicitur, vt in c. ſeq. continetur. Io. de Fant.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Quæſitum fuit quam pœnam debeat pati epiſcopus, qui alienat rem eccleſiæ nulla neceſſitate cogente, vel qui alienat res vacantis eccleſiæ, quod intelligit Hug. nulla neceſſitate cogēte. Et reſp. quòd conuictus debet rē reſtituere, & poſtea deponi.

k ¶ *Non eſt.*] quia forte mortuus eſt: quia ſede vacante non poteſt alienari res eccleſiaſtica. ita 12. qu. 2. ſi qua de rebus. & melius extra. ne ſe. va. nouit[d]. tamen H. dicit, quòd ſede ſacerdotali vacante, auctoritate epiſcopi poteſt fieri alienatio, vt 71. di. fraternitatem. & ſ. e. q. 1. decretum. & eſt arg. pro ipſo. C. qui admit. ad bon. poſſ. bonorum. Sed eccleſia epiſcopali vacante, clerici nihil poſſunt alienare. Itē patet hic, quòd epiſcopus nihil pōt alienare ſine cōſenſu ſacerdotis 12. q. 2. placuit. & c. abbatibus.

† al. aliqua

[10] In iiſdem capit.

d Et extr. de re ec. nō al. dudum. vbi eſt expreſſum. Arch.

[11] Bur. l. 1. c. 215. & l. 3. c. 181. Iuo p. 3. c. 172. & 242 & p. 5 c. 319

l ¶ *Honore.*] pœna enī alienatoris indebite, eſt depoſitio. 12. qu. 2. Vulteranæ. & c. abbatibus. & ca. Apoſtolicos 12. q. 4. nullus.

Quid

Quid vero.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In 1. ponit 3. aucto. per quas probat de cathedratico, & de aliis. Secunda ibi, [catheraticum] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 3. qu. qua quæritur, quid epiſcopus exigere debeat nomine cathedratici. & reſpondet, quòd duos ſolidos, vt j. c. illud. præterquam à monaſterio. vt j. ead. inter cetera. hi autem duo ſolidi erunt illius monetæ, quæ frequentatur in regione, vt ff. de leg. 3. nummus. Item procurationes poteſt petere tempore viſitationis, vt s. ea q. 1. relata. Item collectas imponere, vt ext. de cen. cum Apoſtolus. Item præter cathedraticum medietatem vel tertiam partem oblationum, vt j. ead. §. cathedraticum.

QVÆSTIO. III.

1. ps. QVid vero[a] nomine cathedratici epiſcopus exigere debeat, in ſecundo concilio Bracharenſi, capitulo ſecundo legitur.

¶ Præter honorem cathedratici nihil epiſcopus per diœceſes exigat. C. I.

PLacuit, vt nullus epiſcoporũ per ſuas diœceſes ambulans, præter honorem cathedræ ſuæ, id eſt duos ſolidos[b], aliud aliquid per eccleſias tollat: neque tertiã[c] partem ex quacũque oblatione populi in eccleſiis parochialibus requirat: ſed illa tertia pars pro luminaribus eccleſiæ, vel reparatione ſeruetur, & ſingulis annis epõ inde ratio fiat[d]. Nam ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat lumen, & ſarta tecta abſtulit eccleſiæ. Similiter & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopo † ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt [Neque vt dominantes in clero.]

† al. epiſcopi Petr. 5.

Item ex concilio Emeritenſi, c. 16.

¶ Baſilicarum reparationi proficiat tertia quam epiſcopus accipere conſueuerat. C. II.

PRiſcis quidem † canonibus erat decretũ, vt epiſcopus de parochianis † eccleſiis tertiam[e] cõſequeretur †, cui ſua pleniſſime ſufficere[a] poſſunt. Placuit huic ſãcto concilio, vt nullus prouinciæ Luſitanæ epiſcopus ſententiæ huius terminum excedat, nec a qualibet parochiana eccleſia tertiam auferre præſumat: ſed quæ[b] exinde cõſequi poterat, totũ in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat.

† al. quippe
† al. parochialibus.
† al. ſequeretur.] orig.

a Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis ſemper ſic citabatur ex cõcilio Meretch. Eſt autem in Emeritenſi c. 16. cuius concilij duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. m ſſa ſunt. Huius concilij, & capitis meminit Innocentius tertius in epiſtolis Romæ impreſſis, lib. 2. epiſtola Petro Compoſtelano ſcripta his verbis, Emeritenſe vero concilium authenticum eſſe multis rationibus aſtruebas, tum quia cum aliis conciliis continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobauit: tum quia de ipſo concilio ſumptum eſt caput. [Priſcis quidem canonibus.] quod continetur in corpore Decretorum.

a ¶ Sufficere poſſunt.] *Sublata eſt negatio quæ erat in vulgatis, quoniam & ab vtroque exemplari cõcilij & à uetuſtis Gratiani codicibus abeſt: & hoc modo magis cõuenit cum rat one eger.*

b ¶ Sed quæ exinde.] *In exemplaribus concilij legitur.* Sed quæque exinde conſequi potuerat, totum in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat.

Item ex concilio Toletano. 16. c. 4.

¶ Non accipiant epiſcopi tertiam partem, niſi dirutas eccleſias reparare voluerint. C. III.

VNio noſtræ cõgregationis † decernit, atque inſtituit, vt tertias[f], quas antiqui canones de parochiis ſuis habendas epiſcopi cenſuerunt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis dirutæ eccleſiæ reparentur. Sin vero eas maluerint cedere, ab earumdem eccleſiarum cultoribus ſub cura & ſolicitudine ſui pontificis, reparatio eiſdem eſt adhibenda baſilicis. Quòd ſi omnes eccleſiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint, ſecundum antiquorum canonum inſtituta, ſi tertias ſibi debitas vnuſquiſque epiſcopus aſſequi voluerit, facultas illi omnimoda[g] erit: ita videlicet, vt citra ipſas tertias nullus epiſcoporum quidpiã pro regiis[h] inquiſitionibus à parochianis † eccleſiis exigat, nihilque de prædiis ipſarum eccleſiarum cuiquã cauſa ſtipẽdij dare præſumat. ¶ Sed & hoc neceſſario inſtituendum diligimus, vt plures eccleſiæ vni nequaquam committantur[i] presbytero: quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſoluere, nec populis ſacerdotali iure occurrere, ſed nec rebus earũ neceſſariam curam impendere: ea ſcilicet ratione, vt eccleſia, quæ vſque ad decem habuerit mãcipia, ſuper ſe habeat ſacerdotem, quæ vero minus decẽ, mancipia[k] habuerit, aliis coniungatur eccleſiis. Si quis ſane epõrum hanc noſtrã conſtitutionẽ paruipenderit, ſpatiis duorum menſium ſe nouerit excommunicatione mulctari.[a]

† al. admonitionis
† al. parochianis.

a Caput hoc eſt pars quarti canonis concilij 16. Toletani, cuius duo exemplaria miſſa ſunt ex Hiſpania: ex quibus nonnulla ſunt in hoc capite emendata & addita. Habitum vero eſt concilium hoc Aera DCCXXXI. cum illud Emeritenſe habitum fuerit Aera DCCIIII.

a ¶ Quid vero.] ‹‹ duos ſolidos à qualibet eccleſia poteſt epiſcopus petere[a] nomine cathedratici præterquam à monaſterio, vt j. e. inter. poteſt tamen in neceſſitate à clericis collectam petere. extr. de cenſi. cum Apoſtolus. appellatur etiam quandoque ſynodaticum, vt extr. de cen. olim. quoniam frequẽter in ſynodo dantur. Iſti autem denarij erunt ſecundum communem monetam regionis, vt ff. de le. 3. nũmis. & ſi plures monetæ ſunt forte, meliores dabuntur extr. de iure iu. quanto in fin. vel ſaltem mediocres, vt ext. de cen. ex parte. Item præter cathedraticum poteſt epiſcopus petere moderatam procurationem, vt j. e. inter.

a Cathedratici noīe quid exigẽdũ eſt. a de hoc no. extr. de off. ord. conquerente. ibi videas.

Placuit.] CASVS. Tria prohibentur in hoc c. ſcilicet. quòd epiſcopus nihil debet tollere à parochialibus eccleſiis præter duos ſolidos nomine cathedratici, neque tertiam partem oblationum, tollat: ſed reſeruetur reparationi eccleſiæ: neque cogat clericos ſibi in aliquibus operibus ſeruili more ſeruire, quia legitur in epiſtola Petri prima, neq; vt dominantes, &c.

b ¶ Duos ſolidos.] ad plus[b]. minus enim quandoque datur vt extra de cen. olim. & j. e. nec numerus. Et forte ſolidus hic appellatur aureus, vt C. de ſportu. l. 2. & inſti. de pœ. tem. litig. in fin.

b j. ea. inter cetera. ſic ext. de of. or. cõquerente. vbi not. quare dicatur cathedraticum, & quare ſynodaticum.

c ¶ Tertiam.] j. ea. qu. 1. de his. & ca. decreuimus. contra. j. 12. qu. 3. c. vlt. & j. e. vnio. Sol. tertiam habet, cũ vult hoc onus fabricæ ſubire.

d ¶ Epiſcopo inde ratio fiat.] per archidiaconum de reditibus & poſſeſſionibus eccleſiæ, vt 25. diſt. perlectis.

Priſcis.] CASVS. Antiquitus epiſcopus tollebat tertiam de parochianis eccleſiis, cui etiam ſuæ pleniſſime ſufficiebant, & ideo ſtatutum fuit in concilio Emeritenſi, vt nullus epiſcopus Luſitanæ prouinciæ cui cauſa ſufficiant, illam tertiam auferre præſumat: ſed relinquat reparationi eccleſiæ.

e ¶ Tertiam.] Poteſt hoc intelligi de tertia, quæ debetur ipſi fabricæ. Alij dicunt de tertia illa, quæ debetur ipſi epiſcopo, vt illam non debeat habere, ex quo abundat: niſi velit onus fabricæ ſubire.

Vnio.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod ſi epiſcopi volunt recipere tertiam partem oblationum vel decimationum a parochianis ſuis, ſubire debent onus fabricæ reparandæ. ſi vero eas relinquant eccleſiis ſolicitudine epiſcoporum reparentur baſilicæ à presbyteris: ſi autem eccleſiæ nulla indigent reparatione, accipiant epiſcopi illas tertias ſi volunt: ſed vltra nihil. In ſecunda parte dicitur, quòd plures eccleſiæ non committantur vni presbytero. In tertia parte dicitur, quòd eccleſia quæ habet x. parochianos, habeat proprium ſacerdotem. illa vero quæ minus habet, aliis coniungatur eccleſiis: & qui hanc conſtitutionem deſpexerint, per duos menſes excommunicentur. Secunda pars incipit ibi, *Sed & hoc neceſſarium.* Tertia ibi, *Ea ſcilicet ratione.*

f ¶ Tertias. H. ‹‹ intelligit hoc de tertia oblationum, non de tertia decimationum. ſed contra eum eſt tex. extr. de præſcr. de quarta. Alij dicunt quòd epiſcopus hodie nullam habebit tertiam, niſi in duobus caſibus. vnus, ſi vult reparare eccleſiam: & alius, ſi incumbit onus regale, vt hic dicitur. Sed verius eſt quòd epiſcopus ad ſuum cõmodum habet vnam tertiam per ſe: & aliam quam poteſt tenere ſi vult ſubire onus fabricæ: habebit præterea partem oblationum tempore dedicationis, vt j. e. nec numerus. & 18. q. 2. Eleutherius. Sed quid ſi epiſcopus partem fabricæ recepit: deinde cum eguerit eccleſia reparatione, velit eccleſiæ cedere tertiam illam? dico quòd non poteſt[e]. Io. ſicut nec vſufructuarius poteſt in tali caſu vſufructui cedere. ff. de vſuf. ſed cum vſufructuarius. & l. ſeq. ff. de aqu. plu. arc. l. is cum quo. Male dicit Io. quoniam reparare debet epiſcopus eccleſiam, poſtquã habet quartam fabricæ: quia res tranſit cũ onere ſuo, vt 16. qu. 1. ſi quis laicus.

‹‹ Tertia oblationũ an pertineat ad epm.

e Sub. ſi eps compelli dz reparare, vt in l. h e a l. ſed in L. niſi forte acceſſit te corruiſſet ff de aqu. pl. arc. Lowe.

g ¶ Omnimoda.] Hic apparet quòd illam tertiam poteſt epiſcopus in ſuos vſus conuertere, cum eccleſia non eget reparatione. ſed forte contrarium eſt. 7. qu. 1. vobis. vbi dicitur quòd annuatim reſeruabitur. Sol. ibi loquitur de illa parte, quæ pertinet ad reparationem epiſcopalis eccleſiæ: hic vero de tertia parochialis eccleſiæ.

h ¶ Pro regiis.] Arg. quòd pro itinere ad Papam, vel ad regem, non poſſunt epiſcopi vltra ſtatutum petere, vt extr. de cen. cum Apoſtolus. & 16. q. 1. §. placet.

i ¶ Committantur.] Hic eſt caſus vbi aliquis poteſt habere plures eccleſias. Alij caſus ſunt notati 21. q. 1. in ſumma quæſtionis. & c. relatio.

k ¶ Mancipia.] Cum ergo decem faciant plebem, patet intellectus illius ca. j. 2. q. 5. presbyter ſi a plebe.

Illud

I*llud.*] CASVS. Præcepit Pelagius Creſconio illuſtri defenſori Siciliæ, vt non permittat epiſcopis Siciliæ petere à parochiis ſuæ diœce. vltra duos ſolidos nomine cathedratici: nec conuiuia nimis magna ſibi per eos fieri.

a ¶ *Supra vires.*] ne victum longi temporis breuis hora conſumat. extr. de cen. cum Apoſtolus. & ſecundum quoſdam à pauperibus nil petet, vt 1. q. 2. placuit. argu. ī. c. cauendum. ſed hoc non eſt verum: quia ſi aliquis vltra vires fuerit grauatus, fiet collectio ab aliis vicinis eccleſiis, vt ext. de cen. cum inſtantia. & c. procurationes. ** non autem dabit epiſcopo niſi lac ad bibendum: ne ieiuniorum doctrinam rubentibus buccis prædicet, vt 35. diſt. ſexto & c. eccleſiæ. Nec bibet vltra tertiam vicem, vt 44. diſt. in illa palea, quando presbyter. & comedet lardum vel carnes vaccinas vel veruecinas cum aceto, vt C. de ero. mili. an. l. 1. li. 12. argu. ī. 41. diſt. non cogantur. & c. epiſcopus.

a Iuo p. 3. c. 136.

** Epō viſitanti dandū eſt lac ad bibendum.

N*Ec numerus.*] CASVS. Fabianus epiſcopus quæſiuit de tribus à Gelaſio Papa. Primo, verum certus numerus pecuniæ ſit imponendus baptizandis. & reſpondet quod non: ne baptizandi à baptiſmi gratia repellantur. Secundo, verum ſit exigendum pro cathedratico vltra antiquam conſuetudinem. Et reſpondet quod non. Tertio quam partem debeat recipere epiſcopus de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis. Et reſpondet quod conſuetudo illa debet ſeruari quæ omnibus eccleſijs eſt præſcripta.

b ¶ *Nec numerus.*] Forte conſuetudo fuerat quòd ſecundum numerum baptizandorum tantum vel plus recipiebatur: quod erat iniquum vt 1. q. 1. baptizandis. & cap. placuit. Ioan.

a ¶ Mulctari.] *In concilio ſequitur*, ita nēpe, vt poſtquam ab excommunicationis interdicto ad ordinis ſui remeauerit locum, cūctas huius canonis ſanctiones modis omnibus ſtudeat adimplere.

Item Pelagius Creſconio illuſtri.

¶ De eodem. C. IIII.

ILlud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne qui epiſcoporū Siciliæ de parochiis ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius quàm duos ſolidos præſumant accipere, neque compellere presbyteros, aut clericum parochiarum ſuarū ſupra vires[a] ſuas ei conuiuia præparare.

Item Gelaſius Papa Fabiano epiſcopo.

¶ Baptizandis numerus non imponatur: nec cathedraticum vltra vetuſtum morem exigatur. C. V.

NEc numerus[b] baptizandis iuſte creditur imponendus, cū quanti petierint, vel ad regenerationē feſtinauerint, non ſint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo frater chariſſime huiuſmodi ſuperfluā conſtitutionem modis oībus remouebis, vt vnuſquiſq;, aut in vicina ſibi eccleſia, aut in electa[c] pro ſuæ mētis baptizetur arbitrio. Cathedraticū etiam non amplius q̄ vetuſti moris eſſe conſtiterit, ab eius loci presbytero non ueris exigendū: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium deuotione collata, conſuetudinem[d], quæ generaliter omnibus eccleſijs eſt præſcripta, ſeruabis.

a *Cathedraticum, quod his auctoritatibus epiſcopis permittitur exigere, præter medietatem, vel tertiam partem oblationum, quæ etiam pro varia eccleſiarum conſuetudine ex præmiſſis auctoritatibus epiſcopo debetur, intelligendum eſt: nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda eſt, ſed vel anniuerſariæ dedicationis, vel quorumdam etiam ſolennium dierum, prout inter epiſcopum & ſacerdotem tēpore dedicationis con-*

c ¶ *Aut in electa.*] contrarium eſt ī. 13. q. 1. c. 1. vbi dicitur, q̄ ideo parochiæ ſunt diſtinctæ, ne aliquis iura alterius vſurpet. Ad hoc dicunt quidam, q̄ hoc capitulum loquitur ſecundum ea tempora quando nondum parochiæ erant diſtinctæ. ſed hoc ſtare non poteſt[a]: ** quia Dionyſius qui diſtinxit diœceſes, diu præceſſit Gelaſium cuius illud c. eſt. Dicas ergo quòd loquitur de Iudæis & Paganis, & tranſeuntibus, & talibus qui non habent certum Domicilium, quòd enim hic de pueris non loquatur, patet ex eo quod dicitur, aut in electa. ipſi enim non poſſunt eligere.

a Ad hoc q̄ ſ per gl. ī. 95. diſt. c. 1.

** Diœceſes fuerunt à Dionyſio diſtinctæ.

d ¶ *Conſuetudinem.*] Secundum quod conuenitur cum epiſcopo tempore dedicationis. 18. q. 2. Eleutherius.

CATHEDRATICVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua loquitur de procurationibus & de exactionibus, & dicitur quòd procuratio vna ſola dicitur eſſe in anno: & exactio nulla, niſi à iure permiſſa. extra de cenſi. cum Apoſtolus. & hoc probat per v. auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Grat. dicit quòd epiſcopus accepit cathedraticum præter medietatem vel tertiam partem oblationum quæ offeruntur in die anniuerſariæ dedicationis, vel alterius ſolennitatis, prout conuenerit inter epiſcopum & ſacerdotem.

DE HIS VERO. Dictum eſt ī. de viſitatione epiſcoporum. Sed quia quidam crudeliter ſæuiendo parochias viſitabant, ideo nunc oſtendit Grat. quid ſuper hoc tenendum ſit.

Q*Uia.*] CASVS. Quidam epiſcopi viſitando parochias ſuas in clericos crudeliter ſæuiebant eos angariis & indictionibus fatigando. ſuper hoc vero facta q̄ teſtimonia in concilio Toletano cōſtitutum eſt, vt de cetero talia non faciant, & quæ hactenus præſumpta ſunt in futurum denegentur. ſi vero contra hoc venire præſumpſerint, apud metropolitanum clerici conquerantur: qui ſine mora præſumptiones debet remouere. *Angariis.* Angariæ ſunt onera quæ perſonis imponuntur: perangariæ poſſeſſionibus. *Indictionibus*, id eſt, illicitis exactionibus vel conditionibus.

uenerit. De his vero epiſcopis, qui per parochias ſuas crudeliter deſæuiunt, ſic eſt ſtatutum in tertio concilio Toletano, c. 2.

¶ Vltra morem antiquum à parochianis presbyteris epiſcopi nil exigant. C. VI.

QVia cognouimus ēpos per parochias ſuas non ſacerdotaliter, ſed crudeliter deſæuire, & dū ſcriptū ſit. [Forma eſtote gregi, neq; vt dominantes in clero,] exactiones diœceſi ſuæ, vel dāna infligant: Ideo cenſemus (excepto quod veterū[e] cōſtitutiones à parochiis habere iubēt ēpos) vt alia, quę illis hucuſq; præſumpta[f] ſūt, denegētur, hoc eſt, neq; in angariis presbyteri, aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in eccleſia Dei exactores potius, quàm Dei pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales quàm diœceſani, qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanum deferre non differant, & metropolitanus nō moretur eiuſmodi præſumptiones coercere†.

a Iuo p. 3. ca. 137.

1. Petr. 5.

e ¶ *Quod veterum.*] nihil ergo poteſt epiſcopus petere ab aliquo, niſi oſtendat per canones illud ſibi debitum[b], vt 9. quæſt. 3. conqueſtus. 18. quæſt. 2. capit. 1.

b Arg. cōtra ad hoc 25. q. 2. imputare Arg. ad hoc ī. 16. q. 1. nulli epōrū. vbi de hoc. Arc.

f ¶ *Præſumpta.*] Not. q̄ longinqua vſurpatio non facit ius, vt 93. diſt. illud. 100. diſt. contra morem. 24. qu. 1. ſchiſma. extr. de ſimo. cum in eccleſia. & c. non ſatis. 1. q. 1. nullus epiſcopus 2. extr. de præſcri. cauſam. Item argu. not. q̄ ſua auctoritate quis poteſt detinere quod de iure non præſtitit, licet illud diu ſoluerit, vt C. de agri. & cēſi. libus. l. 3. ** tempus enim non inducit obligationem. extra de cenſi. peruenit. ff. de act. & obli. obligationū fere. §. placet. prætor enim non tuetur iniquam poſſeſsionē. ff. de publ. cum ſponſus. §. ſi res. non enim ſufficit poſſe diſſe niſi cauſam poſſeſsionis probet. extr. de præſcr. ſi diligenti. ff. de itin. actuq; priua. l. vlt. licet enim longiſsimo tempore aliquid gratis præſtitum ſit, in hoc non currit præſcriptio, vt decimaſexta quæſtio. tertia. clerici. & c. ſi epiſcopus. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. male. Argument. contra. decimaoctaua quæſtio ſecunda. ſeruitium. nam libertas non dandi decimam præſcribitur[e]. extra de præſcriptio. de quarta. Item argumentum contra. prima, quæſtio. tertia. quæſitum. nec cogitur quis cauſam poſſeſsionis probare. ff. ſi ſer vend. ſi quis diuturno. Sol. nec in longa nec in longiſsima præſcriptione ſufficit allegare diuturnam poſſeſsionem, niſi aliquam cauſam poſsidendi alleget. Sed allegata cauſa, cum de tempore conſtet, præſumitur eſſe debitum. argument. 12. diſtinct. illa tamen non tenetur probare cauſam ſiue titulum poſsidendi: quia poteſt eſſe quòd non habet de hoc inſtrumenta, nec teſtes, nec eſt hoc in memoria hominum, vt tertia, quæſtio. ſexta. hæc quippe. Ioan. T. dicit contra: quia ſufficit ſi dicat, præſcripſi, niſi præſumptio ſit contra eum[d].

** Obligatio non inducitur tēpore.

† al. diſtricte coercere.

Item ex concilio Cabilonenſi, 2. c. 14.

¶ A parochianis ſtipendia nō niſi cum charitate epiſcopi exigant. C. VII.

CAuendum eſt, ne cum epiſcopi parochias ſuas peragrant, quamdam damnoſam erga ſubditos[g], ſeu erga ſocios[h] tyrannidem exerceant, nec (quod abſit) cum charitate, ſed cum quadā iudiciaria inuectione † ſtipendia ab eis exigant. Obſeruandum etiam modis omnibus, vt ſi quando eis peragrādæ parochiæ neceſſitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarū, potius,

† al. inuentione.

e Sub. cū aliquali titulo quod dic. vt not. extr. de pſcri. ſi diligēti. in gl. ex hoc vē Arc. Poſſeſſio ſine cā poſſidēdi ñ ſufficit ad pſcriptionem.

C*Auendum.*] CASVS. Quidam epiſcopi dum viſitarent eccleſias ſuas ſiue parochias pro confirmandis pueris, & pro delictis corrigendis: intendebant potius dominationi & ſpoliationi, quam lucris animarum: & in ſtipendiis exigendis ſacerdotes ſcandalizabant. quare Cabilonenſe concilium ſtatuit vt de cetero epiſcopi non faciāt hoc: ſed ſi proprij ſumptus deſint eis, à clericis cū charitate accipiant: nec grauent aliquem vel ſcandalizent. & hoc probat auctoritate Apoſtoli.

d de hac materia not. et 16. q. 3. d lecto. Arch.

g ¶ *Subditos.*] ſcilicet laicos.

h ¶ *Socios.*] Hic dicuntur clerici ſocij epiſcopi, alibi fratres, vt nonageſimaquinta diſtinctione. olim & octaua, quæſtione prima quid autem.

a ¶ *Scanda*

a ¶ *Scandalizent.*] exigendo vltra licitum, vt 11.q.3.nolite.
b ¶ *Sumptus.*] Videtur ergo q si habet ſumptus vnde poſsit expendere, non debet alios grauare. nam potius videntur hæc peti ex gratia quàm de iure, vt extr. de cen. cum Apoſtolus. & ea quæ domi cóſueuit expendere, debet expendere cum eſt in via[a], vt in authen. de man. prin. §. illud. col. 3. & in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. nulli. coll. 2. ſed non eſt ita, vt extra de ſimo. cum ſit Romana. in parte deciſa.

a Sed Go. putat cótra, q a & i ciuitate manés & viſitans p̃t exigere p̃curationes extr. de cenſ. venerabili. Arch.

INter cetera.] C A S V S. Epiſcopi Galliæ cum viſitabant parochias ſuas ſeuas rapacitates in ſuos ſubditos exercebant centum vel ducentas equitaturas ſecum ducendo: & ab eis vltra duos ſolidos pro cathedratico, & prandia nimis magna exigebant: & in eccleſia per duos vel per plures dies morabantur, ita quòd eccleſias vſque ad exinanitioné perducebant: & ideo ſtatuit concilium Toletanum ne vltra duos ſolidos exigant pro cathedratico, a quo monaſteria ſunt exempta. & vltra quinquaginta equitaturas non ducant: nec amplius quàm vna die in baſilica morentur, epiſcopus vero qui contra hoc fecerit correctioni canonum ſubiacebit.

c ¶ *Monaſteriorum.*] j. 16. quæſt. 2. cap. 1. & 2. contra j. 16. quæſtio. 1. cum pro vtilitate. j. 18. quæſtio. 2. quàm ſit. & cap. ſeruitium. contra.

d ¶ *Solutionis.*] " ipſa enim monaſteria a lege diœceſana ſunt exempta, vt hic, & 16. q. 1. Cum pro vtilitate. & 18. qu. 2. quá ſit. ſed eorum capellæ non, vt extra de capel. mona. c. vlt. & penul. & extra de præbendis, de monachis.

" Monaſteria ſunt exépta à lege diœceſana.

e ¶ *Quinquagenarium.*] " Iſtorũ numerus ſingulorum in euectionibus eſt taxatus, vt extra de cenſi. cum Apoſtolus. nec numerus ibi taxatus recipiendus eſt ſi eccleſia grauetur, vt ibidem dicitur, & extr. de exceſ. prælat. cum ad quorumdam. extra de pœnis. cap. pen. illos ergo qui ſuperflui ſunt poteſt remouere ſacerdos[b]: quia ſi habens ſeruitutem adaquandi certum numerum pecorum: ſi plus ducis ad aquam quàm debeas, ſuperflua poſſunt a domino remoueri, vt ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. Trebatius. Item ſi cauſa proprij commodi venit ad eccleſiam, de proprio viuat, vt Cod. de ſta. & ima. l. vltim. Hæc aliegatio forte hodie non tenet: quia ſi aliquis fuerit ſupra vires grauatus, alij vicini ſacerdotes tenentur conferre, vt dixi s. eo. illud. & extra de cen. procurationes.

2 s. e. placuit
" Viſitans ſit cótétus euectionib. à iure taxatis.
b Etiam & ep̃m põt remouere. ar. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. atẽ quæ ritur. Arch.

† al. parochianorum.
† al. parochianas.
† al. ſuperfluis frequenter.
† al. ſolutione penſionis.
† al. edictorum.
1 Anſ. lib. 7. c. 196.
3 Burc. l. 1. c. 86. Iuo p. 5. c. 192.
2. Theſ. 3.

quàm in deprædandis, & ſpoliandis hominibus, & ſcandalizandis fratribus operam dent. Et ſi quãdo eis ad peragendũ miniſterium ſuum à fratribus, aut ſubditis aliquid accipiendũ eſt, hoc ſummopere obſeruare debent, ne quem ſcandalizẽt[a], aut grauent. Tanta ergo in hac re diſcretio tenenda eſt, vt & verbi Dei prędicator, vbi proprij ſumptus[b] deſunt, à fratribus accipiat, & item fratres, illius potẽtia nõ grauẽtur, exẽplo apoſtoli Pauli; qui, ne quẽ grauaret, arte & manibus victũ quærebat.

Item ex concilio Toletano ſeptimo, c. 4.

¶ Vltra duo ſolidos a parochianis eccleſiis epiſcopus non præſumat accipere. C. VIII.

INter cetera denique, quæ communi conſenſu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialium† presbyterorum Galliæ[a] prouinciæ ſolertiſſime diſcernere decuit, quas cõtra pontificum ſuorum rapacitates neceſſitas, vt comperimus, tandem compulit in publicum examen deferri. [1]Hi enim pontifices, vt euidens inquiſitio patefecit, in diſcreto moderamine parochianas† eccleſias prægrauantes, dum in exactionibus ſuperflui† frequẽter exiſtunt, pene vſque ad exinanitionem extremæ virtutis quaſdam baſilicas perduxiſſe probantur. Ne ergo fiat de cetero, quod conſtat hactenus inordinate præſumptũ, non amplius quàm duos ſolidos vnuſquiſque epiſcoporũ præfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſis ſuæ baſilicas iuxta ſynodum Bracharenſem[2] annua illatio ne ſibi expetat inferri: monaſteriorum[c] tamen baſilicis ab hac ſolutionis†[d] pẽſione ſeiunctis. ¶ [3]Cũ vero epiſcopus diœceſim viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat, nec vmquam quinquagenarium[e] [β]numerũ euectionis excedat, aut amplius, quàm vna die per vnamquamque baſilicam remorandi licentiam habeat. Quicumque vero põtificum eorumdẽ aliter, quàm decernimus, agendum præſumpſerit, correptioni proculdubio canonum ſubiacebit, tamquam cõſtitutorum ſynodalium trangreſſor, & priſcorum patrũ edictorũ† corruptor.

a ¶ Galliæ.] *In conciliis impreſſis, & aliquot Gratiani exemplaribus legitur*, Galliciæ. *In alijs autem, & emendatioribus atque in codice conciliorum Lucenſi regio habetur*, Gallicanæ prouinciæ. *Nam eo tempore archiepiſcopus Narbonenſis, & eius prouinciæ epiſcopi ad ſynodos Toletanas conueniebant, quod ex ſubſcriptionibus Toletani tertij apparet. In eo enim Nigetius Narbonenſis metropolitanus, Sergius epiſcopus Carcaſſonenſis, & Nebridius epiſcopus Agathenſis, & procuratores Magalonenſis, & Nemauſenſis epiſcoporum ſubſcribunt. Eiuſdem quoque metropolitani, & ipſius prouinciæ epiſcoporum ſubſcriptiones in quarto & ſexto Toletanis conciliis impreſſis leguntur, ut illæ quæ in manuſcriptis habentur, omittantur.*

β ¶ Quinquagenarium.] *In uariis editionibus huius concilij legitur*, quinariũ. *Verum in codice Lucenſi regio, uno Vaticano & altero bibliothecæ Dominicanæ manuſcriptis, & netuſtis exẽplaribus Gratiani, & Burchardo, & Iuone eſt*, quinquagenarium. *Et hanc lectionem ſecutus eſt Innocentius iij. in cõcilio Lateranẽſi, c. cum Apoſtolus. extra de cen. & exact.*

Item Greg. epiſcopis Siciliæ. lib. 11. epiſt. 29.

¶ Sacerdotes ab epiſcopis ſuis vltra modum non grauentur. C. IX.

RElatum eſt nobis ſanctæ memorię deceſſoris mei temporibus per ſeruum Dei diaconum, qui tunc eccleſiaſtici patrimonij curam geſſit, fuiſſe depoſitum, vt ſacerdotes per vniuerſas veſtras diœceſes cõſtituti, quoties ad conſignandos infantes egredimini, vltra modum grauari minime debuiſſent. Summa[f] enim præfixa fuerat vobis, vt audio, conſentientibus, quæ ab eiſdem ſacerdotib[9] pro labore[g] clericorum[h] dari debuiſſet. Atque hoc, quod tunc placuit, ſicut nũc dicitur, minime cuſtoditur. Vnde fraternitatem veſtram admoneo, vt ſubiectis veſtris nõ graues ſtudeatis exiſtere.

Item Pelagius Creſconio Illuſtri.

¶ Secundum loci mediocritatem epiſcopis conuiuia parentur. C. X.

[4]ILlud magnitudinẽ tuam minime volumus ignorare, q Syracuſanæ ciuitatis ep̃s inter alia, q̃ in cautionũ ſuarũ pagina ſpopondit, hoc etiã ſpecialiter ſub interpoſitione pœnę[i] legitime promiſiſſe legitur, nunquã ſe à quolibet ſuæ diœceſis p̃sbytero vltra duos ſolidos cathedratici nomine petiturũ, nec per quãlibet aliam occaſionẽ quidquã in eius ſe diſpẽdio eſſe geſturũ. Quod magnitudo tua, non ſolũ à prædicto ep̃o, ſed de omniũ ep̃orum Siciliæ p̃ſonis competenti ſolicitudine cuſtodire nõ deſinat, nec ipſa quoq; prandia enormia fieri, ſed ſecundũ mediocritatem vniuſcuiuſque loci ep̃o ad conſignationem venienti ſuſceptionis præparari conuiuium: quia nec eo prætextu pauperibus inferri damna volumus, aut qualibet ratiõe permittimus.

REfelatum.] C A S V S. Epiſcopi Siciliæ graues & oneroſi erant eccleſiis ſuis cum eas viſitabant. tandem mediante legato anteceſſoris Grego. qui in Sicilia eccleſiaſticum patrimonium gubernabat facta eſt compoſitio inter epiſcopos & clericos, vt certa ſumma daretur epiſcopis quolibet anno cum eccleſias viſitarent: quam quia epiſcopi non ſeruabant, præcepit Gregorius vt omnia ſeruentur, nec ſubiectis ſuis graues in aliquo exiſtant.

f ¶ *Summa.*] s. ea. qu. 1. relata. arg. " quòd pactio interuenire poteſt in ſpiritualibus[c], vt hic, & 18. quæſtio. 2. Eleutherius. 12. quæſt. 2. cap. quicumque. extra de deci. ex multiplici. quandoque enim prohibetur tranſigi vel paciſci. ſi tamen fiat auctoritate iudicis, tenet, vt extra de præb. niſi. ff. de his qui not. infam. furti. §. pactus. ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi cui. Sed quare recipitur pecunia pro actu conſecrandi. vt hic dicitur, vt extra de ſimo. cũ ſit Romana. & non pro actu baptizandi? ideo dico, ne aliqui propter paupertatem vel auaritiam ſe ſubtrahant à baptiſmo, vt 1. quæſt. 1. baptizandis.

g ¶ *Pro labore.*] s. e. quæſtion. 1. capit. vltim. j. 12. quæſtio. 2. charitatem.

h ¶ *Clericorum.*] qui laborant cum epiſcopo in viſitatione.

ILlud. C A S V S. Syracuſanæ ciuitatis epiſcopus cum à Papa ordinabatur, ſub interpoſitione legitimæ pœnæ promiſit ſpecialiter, quòd ab aliquo clerico ſuæ diœceſis vltra duos ſolidos pro cathedratico nihil eſſet petiturus. Præcepit ergo Grego. Creſconio illuſtri vt faciat hoc obſeruari, non ſolum ab epiſcopo Syracuſanæ ciuitatis, ſed etiam ab omnibus aliis Siciliæ epiſcopis: nec ipſa prandia enormia fieri ſinat: ſed ſecundum mediocritatem cuiuſcumque loci viſitanti epiſcopo ea faciat præparari: ne ſub hoc prætextu damna pauperibus inferantur.

i ¶ *Pœnæ.*] Nota quòd aliquis ſub pœna poteſt obligari in ſpiritualibus, vt vigeſimatertia diſtinct. quamquam. 16. quæſt. 1. ſtatuimus. 1. quæſtion. vltim. quoties.

" Pactio an in ſpũalibus interuenire poſſit.
c Verum eſt hoc, dũmõ ſit licita, vt 18. q. 2. Eleutherius ſecũdũ L. hoc dixi 1. q. 1. q̃ pio. de hoc not. 100. diſt. in ea. Arch.
4 Anſ. l. 6. c. 171. Pol. l. 4. tit. 21.

Clericus

CAVSA XI.

Lericus aduerſus clericum quaſtionem de prædiis agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere voluit. reus non niſi ante iudicem eccleſiaſticum ſtare volebat, actor vero potentia ciuilis iudicis illum à poſſeſſione ſua deiecit. Quo audito epiſcopus eum ab officio ſuſpendit: ille contempta epiſcopi ſententia officium ſuum adminiſtrauit. Hoc comperto epiſcopus. ſine ſpe reſtitutionis in eum ſententiam dedit.

1 Hic primum quæritur, vtrum clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus.

2 Secundo, ſi producendus non eſt, an hac culpa ſit digna ſuſpenſione.

3 Tertio, ſi digna non fuerit, an contemptorem ſententia ſui epiſcopi irreparabiliter oporteat deponi.

QVÆSTIO. I.

1. ps. Vod clericus [a] apud ſeculares iudices accuſandus non ſit, Caius Papa, epiſt. ad Felicem epiſcopũ, c. 2. ſcribit dicens.

¶ Apud ſæcularem iudicem nullus clericus conueniatur. C. I.

NEmo vmquam epiſcopum apud iudicem ſæcularem, aut alios† clericos accuſare præſumat.

PALEA. C. II.

j NVllus iudicum, neque preſbyterum, neque diaconũ, aut clericũ vllum, aut iuniores† eccleſiæ, ſine licentia † pontificis per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quòd ſi fecerit, ab eccleſia, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, quouſque reatũ ſuum agnoſcat, & emendet.

¶ Apud Burchardum. & in aliquot Gratiani codicibus ex iis qui hanc paleam habent, & in Decretalibus titul. de foro competenti, cap. 2. citatur ex concilio Pariſienſi capit. 10. Verum in concilio Rhemenſi Trosleiano cap. 6. refertur ex capitularibus: in quibus habetur bis, id eſt lib. 6. cap. 154. & libr. 7 cap. 133. Simile quid legitur in concilio Aurelianenſi 4. c. 20. & Antiſſiodorenſi, cap. 43.

Item Marcellinus Papa, epiſt. 2.

¶ De eodem. C. III.

j CLericum [a] [b] cuiuſlibet ordinis abſque pontificis [c] ſui permiſſu nullus præſumat ad ſæcularem † iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accuſare.

a ¶ Clericum.] In epiſtola Marcellini ſecunda, & concilio Antiſſiodorenſi 3. ubi hoc repetitur. & in Panormia ſic legitur, clericus cuiuſlibet ordinis abſque pontificis ſui permiſſu nullum præſumat, &c. Verum ob gloſſas, & citationes doctorum nihil eſt mutatum.

Item ex Nicano concilio.

¶ In concilio Nicano hodie canon hic non habetur: ſed fuiſſe olim plures canones illius cõcilij ſupra diſt. 16. c. ſeptuaginta eſt adnotatum. Quorum partem refert Iulius in reſcripto contra orientales, vbi numero 34. habetur hoc caput: & ex eo citatur in Polycarpo.

¶ Ab eis quiſque iudicandus eſt, quos ſibi iudices elegerit. C. IIII.

IVdices autem alij eſſe non debent, quàm quos ipſe, qui impetitur [d], elegerit aut quos ſuo cũ conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius primates [e] auctoritate huius ſanctę ſedis delegauerint.

Item Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Imppp.

Lericus.] CASVS. In ſuperiori cauſa oſtenſum eſt, quòd eccleſiæ cum omnibus ſuis poſſeſſionibus ad diſpoſitionem pertinent epiſcoporum: ſed quia poſſet aliquis dubitare ſub quo iudice clerici debeant conueniri, ſub eccleſiaſtico, ſcilicet; an ſub ſeculari: ideo Gratian. hanc 11. cauſam ſubnectit; in qua oſtendit clericos ſub eccleſiaſtico iudice eſſe conueniendos: q̃d vt competentius oſtẽdat; thema proponit: de quo tres elicit quęſtiones.

Vod clericus.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per 24. auctoritates, quòd epiſcopus & quilibet clericus per clericos eſt iudicandus. & non per laicos, niſi forſan eſſet incorrigibilis: quia actor debet ſequi forum rei. Secunda ibi, His ita. Tertia ibi, Econtra Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus. Et diſtinguas quòd cauſarum alia eſt criminalis, alia ciuilis, alia ſpiritualis. Criminalis eſt vbi de crimine agitur. Ciuilis, vbi de poſſeſſionibus & pecunia agitur. Spiritualis, vbi tractat de rebus ſpiritualibus, ſcilicet de electione, de decimis & primitiis, & de ſur. pa & de vſuris. In quibus omnibus cauſis numquam clericus debet conueniri ſub iudice niſi ſub iudice eccleſiaſtico, vt j. e. nullus epiſcopus. & c. clericũ. niſi in cauſa feudi, vt extr. de iud. ceterum. & niſi ſit incorrigibilis, vt diſt. 17. non licuit. & in cauſa recõuentionis, vt ſ. 3. q. 8. cuius in agendo. & niſi Papa delegaret cauſam ſpiritualem, vel aliam laico, vt ſ. 10. q. 3. illud. Laicus vero ſub iudice ſæculari debet conueniri, vt j. ea. experientiæ, niſi in ſex caſibus, Vel ſi conueniat epiſcopum ſuper rebus ſpiritualibus, vt extra de deci. quoniam. & 35. quæſt. 6. epiſcopus. Vel ſi conueniatur laicus de crimine eccleſiaſtico, vt j. e. ſi quis cum clerico. & 6. quæſt. 2. c. 1. Vel niſi ſunt ruſticæ eccleſiæ, vt 89. diſtinct. indicatum. Vel ſi iudex ſæcularis eſt negligens vt 23. quæſt. 5. adminiſtratores. & q. 2. dominus noſter. Vel niſi ſit raptor rerum eccleſiæ, vt ext. de fo. compe. cum ſit generale. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſæcularis. Vel ſi habetur querela contra epiſcopum, vt in auth. vt diffe. iud. coll. 11. §. 1. & 2. Et procedit hoc ordine in hac quæſtione. Primo probat, quòd clerici non ſunt conueniendi coram iudice ſæculari, vſque ad § Cum ergo his. Deinde probat contrarium, ſcilicet quòd in ciuili cauſa coram ſæculari iudice ſunt conueniendi, in criminali coram eccleſiaſtico: quod allegando dicit. Tandem dat ſolutionem in §. Quia ergo. in fi. Primum ergo cap. huius quæſt. planum eſt.

a ¶ Quod clericus.] " Cauſarum alia eccleſiaſtica, alia ſæcularis. Eccleſiaſticarum alia ſpiritualis, alia criminalis, alia ciuilis. Spiritualis eſt vbi agitur de decimis vel matrimoniis. Criminalis vbi agitur de crimine eccleſiaſtico, ſcilicet hæreſis vel vſurarum: cuius examinatio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ, vt j. ead. ſi quis cum clerico & 6. q. 2. c. 1. Alia eſt ciuilis ſiue pecuniaria, vbi agitur de rebus temporalibus. arg. ad hanc diſt. 96. qu. 1. frater." Item ſæcularium alia eſt ciuilis, alia eſt criminalis. In his omnibus numquam conuenitur clericus, niſi ſub eccleſiaſtico iudice, vt j. ead. nullus epiſcopus. niſi in tribus caſibus, vt in cauſa feudi, vt ext. de iud. ceterum & niſi ſit incorrigibilis, vt 17. diſtin. nec licuit. Item & in cauſa reconuentionis. 3. q. 8. cuius in agendo. Alios caſus poſui j. e. clericum nullus." Similiter nec laicus poteſt conueniri ſub eccleſiaſtico iudice niſi in caſibus v. vt ſi conueniat ipſum ſuper rebus ſpiritualibus, vt extr. de iud. c. 2. & 3. Vel niſi ruſticæ eccleſiæ conueniantur, vt 89. diſt. iudicatum. extra de app. ſi duobus. Vel vbi aliquis rapuerit res eccleſiæ: tunc potius ex conſuetudine quam de iure conuenitur ſub clerico. extra de foro compet. cum ſit. & c. ſi clericus. Item ſi iudex laicus eſt negligens. ext. de for. comp. ex tranſmiſſa. & 23. qu. 5. adminiſtratores. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſæcularis. Vel ſi haberetur querela cõtra ipſum, poteſt adiri eccleſiaſticus iudex, vt in auth. vt diff. iud. collat. 9. §. 1. & 2. & §. pe. Non tamen propter negligentiam eccleſiaſtici iudicis clericus poteſt conueniri coram laico iudice, vt extra de iud. qualiter. in fin.

Clericum.] CASVS. Duo in hoc ca. prohibentur, ſcilicet vt nullus clericum ad iudicem ſæcularem trahat, maxime ſine conſenſu ſui epiſcopi. Item quod nulli laico liceat clericum accuſare

b ¶ Clericum.] etiam depoſitum [a], vt 81. diſt. dictum. Nec etiam coniugatum. 32. diſtin. ſi quis vero. Nec obſt. extra de apoſta. c. 1. quia ibi loquitur cum talis nõ vult gaudere priuilegio clericali: quia forte ſit maritus viduæ. nam tunc perdit priuilegium vt 84. diſtin. quiſquis clericus. Idẽ dico de ſeruientibus [b] & mancipiis clericorum. vt 89. diſtin. iudicatum. & idem priuilegium habet familia quod Dominus, vt extra de Iudæ. ad liberandam. quia libertus forum patroni ſequitur. ff. ad muni. aſſumptio. duodecima quæſtion. ſecunda, eccleſiarum ſeruos. Item vxores clericorum:" quia ſortitur forum vxor ex perſona viri, vt ff. de iuriſdictione omnium iudicum. cum quædam. & eodem gaudet priuilegio vxor & filius quo clericus, vt C. de epiſcop. & cleric. l. 1. & 2. ſed illa quæ non eſt legitima vxor, non ſortitur forum a perſona viri. ff. ad muni. de iure. §. vltim. Ioan. quod dicit de coniugato, falſum eſt, vt extra de cleric. coniuga. Ioannes. & forte idem eſt in depoſito, cum ſit exauctoratus, vt 50. diſtinct. accedens. B.

c ¶ Abſque pontificis.] Hodie nec cum conſenſu epiſcopi poteſt, vt extra de foro compet. ſi diligenti. alias ab officio ſuſpenditur, vt 3. quæſtio. 6. non liceat. præterea cauſam perdit, vt j. ead. inolita. & ca. placuit.

IVdices.] CASVS. Reus & actor contendebant de iudicibus eligendis. quæritur: eſt in Nicæno concilio ad cuius petitionem debeant dari? Et reſpondet, quod illi iudices debent dari quos reus elegerit, ſupple cum conſenſu alterius partis, vel illis quos ſedes Apoſtolica vel eius primates delegauerint.

d ¶ Qui impetitur.] Argu." iudices eſſe dandos ad arbitrium rei, vt hic, & 15. q. 7. ſi autem. & 3. q. 6. peregrina. & 4. q. 5. quiſquis. ſed contra. ff. de iud. obſeruandum. vbi dicitur, quòd ille iudex non eſt dandus quem altera pars nominatim petit. Sed poteſt. ibi illud, altera, intelligere de actore, non de reo [c]. Vel dic. ſi non poſſunt concordare actor & reus, tunc dabuntur ſecundum petitionem rei, vel ſuple in omnibus iſtis illud, & actoris. Vel dic quòd hoc ca. loquitur in criminali cauſa. tunc enim ex pluribus epiſcopis poteſt eligere reus quem vult, vt 3. q. 8. accuſatores.

e ¶ Primates.] Id eſt, epiſcopi, qui concilium celebrant auctoritate Papæ [d].

Continua

† al. reliquos

1 Ext. de fo. compe ca. 2. Capit. l. 6. c. 154. & l. 7. c. 139. Bur. l. 16 c. 12.

† al. minores.

† al. ſcientia]

al. permiſſu.

" Cauſa eſt duplex.

" Cauſa ſæcularis eſt duplex.

" Laicus nõ conuenitur corã iudice eccleſiaſtico niſi in quinque caſibus.

2 Et in cõc. Aurelian. 3. c. 31.

3 Anſ. l. 3. ca. 22. Pann. l. 4. c. 31.

† al. ſeculare iudicium.

a. q. 7. laico.

a Cũ adhuc habeat charactere. arg. 32. q. 7. licite

b idẽ & hic L. cuius fuit maior pars. h' g. & h d. motus cano ne codẽ ſe. indicatum.

4 Pol. l. 5. ti. 4 Pann. l. 4. c. 109.

" Vxor ſequitur forum viri.

" iudex an poſſit dari ad arbitriũ rei.

c Huic ſolu. ob. extra de of. del cum R. vbi eligit actor.

d Vñ ñ intelligas in hoc

miniſtrate Nicænam ſynodũ:illa.n.nõ habet primates. vel cum dĩ, hęc ſedes, intelligitur de ſede Romana. Arch.

CONtinua.] CASVS. Valentinianus,Theodoſius,& Arcadius conſtituerunt hac lege præſente, vt nec epiſcopus nec clericus protrahatur ad iudicem ſæcularem or dinarium vel delegatum. Similiter Conſtantinus Imperator præſidens in Nicæna ſynodo, cum quidam coram eo de clericis conquererentur, ait clericos a nullo laico, ſed ab eccleſia iudicandos.

vio.C.Theod.l.16.ti.2 epiſc.vel. ca. v c.Anſ.l.3. c.109.Pol.l. 3.tit.9.q.1. ſocrat.& 11. q.1.c. ſacerdotibus.

a ¶ *Ordinariorum.*] i. ad ordinarios, vel delegatos ab Imperatore.

a Hiſt.eccleſiaſt. lib. 10. c.2. Ruffino auctore.

b ¶ *Cum legibus.*] quæ dicunt clericum poſſe trahi ad ciuilem iudicem,vt j. ead. ſi quis cum clerico.

† al.quia Dei ſolius iudicio reſeruamini.

c ¶ *Quia ad Dei.*]i. clericorum,qui dij appellantur,vt 5.c. ſacerdotibus.

3 Bur.l.16.c. 21.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Statuit Bonifacius Papa, vt nullus epiſcopus producatur in ciuili vel criminali cauſa ad ciuilem iudicem vel militarem. ſi vero iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona ſua, & à dignitate repelletur ſiue deponetur.Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ibi, *Epiſcopus non flagitetur. Honore*, i. iure. prætorio: vel honore iudicis, vel litigatoris. *Excepta*, i. priuilegiata: vel excepta ab hac neceſsitate per leges.

† al. Albus

d ¶ *Vel exhibeatur.*] " Sed numquid tenetur venire, & allegare forum,vt extr.de app. cum parati? non: quia citatio nulla eſt. Nam vbi quis citari non poteſt vel ratione perſonæ, vel ratione temporis vel cauſæ: non tenetur venire, vt notatur 3.quæſt.2.ſi epiſcopus.& q. 1.c.2. & ff. de fer.l.1.

" Citatio nulla non est citaturum.

e ¶ *Cinguli.*] Nota quòd eccleſiaſticus iudex priuat etiam laicum ſua dignitate, vt 32.q. qu.5. præceptum. in fin.

4 Bur.l. 3. c. 139 Iuo p.5. c.205.

TEſtimonium.] f ¶ *Recipiat.*] in cauſa criminali, vt extra de teſti. de cetero.

g ¶ *In public.*] ſ.foro[a] ſæculari:ne ſit contra dif.23.c.illud.j. 15.qu.5. cap.1.

a Præcipue: cũ iſta ca. de ſe expurgatione loquatur. hæc ãũt de teſte loquũtur. Ach.

h ¶ *Nec honore.*] id eſt, iure prætorio.

i ¶ *Ad teſtimonium.*] à iudice ſæculari.

k ¶ *Excepta.*] ab hac neceſsitate.

l ¶ *Iureiurando.*] Hæc ſunt verba Gratiani: nec dicit verũ: " nam epiſcopi bene tenentur iurare,vt 2.q.4.nullam,& 5.q.4.hortamur. ſed hoc eſt priuilegiũ eius, q̃ non tangit Euangelium,ſed tantum à longe manus eleuat verſus ipſum. videtur tñ q̃ ſecundum canones tenetur tangere Euangelium, vt 2.qu.7.quoties.Io. Quod non debeat tangere hodie de terminatur extr. de iu. cal.c.vlt.B.

" Epis iurare tenetur ſacra tangere.

¶ Ad ſæcularia iudicia nullus clericus eſt pertrahendus. C. V.

[1] CONtinua lege ſancimus, vt nullus epiſcoporum, vel eorum, qui eccleſiæ neceſſitatibus ſeruiunt, ad iudicia, ſiue ordinariorum[a], ſiue extraordinariorũ iudicum pertrahatur. Habẽt illi ſuos iudices, nec quidquam his, publicis eſt commune cum legibus[b]. *Item.* ¶ [2] Conſtantinus Imperator præſidens in ſancta ſynodo, quæ apud Nicænam congregata erat cum querelam quorumdam conſpiceret coram ſe delatã, ait. Vos à nemine diiudicari poteſtis: quia ad † Dei[c] ſolius iudicium reſeruamini.

a ¶ Præſidens.] *quam humiliter ibi ſe geſſerit Conſtantinus,docent Euſebius 3.libr. de vita ipſius c.Socrates l.1.c.5 Theodoretus l.1.c.7.*

[*Item ex concilio Matiſconenſi primo,c.8.*]

¶ De eodem. PALEA C. VI.

[3] NVllus clericus alium clericum ad iudicem ſæcularem accuſare, aut ad cauſam dicẽdam trahere quocumque modo præſumat: ſed omne negotium clericorum, aut[a] in epiſcopi ſui, aut presbyterorum cum archidiaconi præſentia finiatur. Quòd ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit, ſi minor fuerit, vno minus de quadraginta ictus † accipiat: ſi vero honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur.

a ¶ Aut in epiſcopi ſui.] *In concilio Matiſconenſi legitur aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut in archidiaconi præſentia finiatur. verum in prima collectione Decretorum Bernardi, tit.de foro compet. vt. cap.2.caput hoc refertur eodem modo atque in hac palea.*

Item Marcellinus epiſtola ſecunda, ad epiſcopos orientales.

a ¶ Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ ſed in aliquot vetuſtis legitur Marcell. Eſt enim hoc caput in ſecunda epiſtola Marcelli: ex qua ipſi tribuit Iuo: ſequuntur autem iſt. quod vetuſtis Gratiani exemplaribus & à Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad epos Galliæ, vt ibi etiam dicitur.*

¶ De eodem. PALEA. C. VII.

[4] QVæcumque contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminẽtur. Et ſi[a] obedire noluerint, quouſque obediant, à liminibus eccleſiæ excludantur.

a ¶ Et ſi obedire.] *Hæc vſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola: ſunt tamen apud Burchardum & Iuonem.*

Item Bonifacius ad epiſcopos Galliæ.

¶ *Hoc adſcribebatur Marcello: ſed, vt dictum eſt in proxima ſuperiore notatione, in vetuſtis codicibus Gratiani,& apud Burchardum & Iuonem parte 5.C.278. tribuitur Bonifacio:& ſic eſt mutatum. Ferè eadem habentur apud Iulianum antecesſorem nouel.127. c.10.quod in alis, quæ nomine non fuere citantur, ſolet concluire. Et Iuo eadem parte c.69. hoc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum, additis nonnullis verbis, quæ ſunt apud Iulianum.*

¶ Neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa epiſcopus apud ciuilem iudicem producatur. C. VIII.

iij[5] NVllus epiſcopus neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur, vel exhibeatur[d]. Magiſtratus enim qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli[e] condemnatione plectetur.

Item Silueſter Papa in ſynodo Romana, cap.14.

¶ Quilibet clericus non eſt in publico examinandus. C. IX.

[6] TEſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat[f]: nemo enim † clericum quemlibet in publico[g] examinare præſumat, niſi in eccleſia.

¶ *In Synodo Romana ſub Silueſtro. c.14. & in Pannonienſi legitur eodem modo atque apud Gratianum, propterea nihil eſt mutatum. Verum in ipſa ſynodo cum ceteris habetur. Teſtimonium laici aduerſus clericum nemo recipiat. et eorum modo hoc ſunt in capitulo Hadriani c.72. in concilio Triburienſi c.4. & ex ipſo apud Burchardum & Iuonem.*

[7] *Item codicis lib.primo, titulo de epiſcopis & clericis. Imperator Theodoſius*] *Nec honore[h] nec legibus epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur.*] ¶ *Item dixit* [*Epiſcopum ad teſtimonium[i] dicendum admitti non decet. Nam & perſona dishonoratur †, & dignitas ſacerdotis excepta † [k] confunditur.*

Nouella conſtitutio.

[8] [*Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium iureiurando[l] ſed Euangeliis tantum coram poſitis*] ¶ [9] *Item*] *Sed iudex mittat[m] ad eum ex ſuis miniſtris, vt propoſitis ſacroſanctis Euangeliis, ſecundum quod decet ſacerdotes, dicat quæ nouerit.*]

a ¶ Iureiurando.] *Dictio hæc non eſt in nouella. Et in græca, quæ ad hoc ſpectant, ſunt hæc, τοὺς δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξεῖναι τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ... μαρτυρίαν ...* Præterea nulli magiſtratuum licebit Dei amantiſſimos epiſcopos cogere, vt perhibendi teſtimonij cauſa in ius prodeant.

Item Silueſter in epilogo cõcilij Romani.

¶ Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens anathema ſit. C. X.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

Subaudiendum eſt,ſi publicorum iudiciorum cognitionem petierit: epiſcopale namque iudicium,nihil ei eſt ab Imperatore poſtulare.

Vnde in Carthaginenſi concilio octauo legitur.[10]

¶ *In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginenſi octauo quo nomine dicitur ſynodus concilium Mileuitanum. in quo caput hoc extat. cap.19.*

¶ Proprio priuetur honore iudic ij cognitionem ab Imperatore poſtulans. C. XI.

PLacuit, vt quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit[n], honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale[o] iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

5 Auth nullus eps.C. de epi& cler. Bur.l.1.c.168 Iuo p.5.c. 178 & 369.

EPISCOPVS NON FLAGITETVR. CASVS. Statuit Iuſtinianus in hoc ca. vt iudex mittat aliquem de ſuis miniſtris ad epiſcopũ, vt propoſitis ſacroſanctis Euangeliis, dicat veritatem prout nouerit ſecundum q̃ decet ſacerdotes. Et a principio vſque ibi, *Sed iudex*. verba ſunt Gratiani: qui credit q̃ epiſcopus non debet iurare: ſed certe iurat. ſed librum non tangit manibus: ſed manibus extenſis ſuper librum iurat: ſicut feci fieri in cauſa patriarchæ Gradenſ: & epiſcopi Venetorum. qui iurauerunt de veritate dicenda: in qua aſſeſſor fui.

6 Bur.l. 2. c. 204. Iuo.p.6 c 178 Pan.l. 4.c.89.

† al. alium.

7 Tit. 3. leg. 7 & in Cod. Theodoſ. li. 11.ti.39. ibidem.

m ¶ *Iudex mittat.*] ext. de teſti. quiteſtium. ff. de iureiurand.perſonas.

† al. inhonoratur.

† al. exempta.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic quod ſi aliquis ingreditur ad Imperatorem vt ibi cõtra aliquem clericum cauſam tractet criminalem, deponi debet: ſi vero rogat Imperatorem vt ſcribat epiſcopo, quod ſibi iuſtitiã faciet, nõ punitur.

8 Nouel.123 § Præterea nulli apud Iulianum nouel.123.c. 9. P Iuo p 5. c. 369. Auth. C. de epi. & cl.

n ¶ *Petierit.*] ergo ex ſola porrectione libelli perdit quis cauſam[b]. & ſic eſt contra. ff. de in ius vo.ſi libertus. & ff. rem.ra.ha.l.amplius. vbi habes quòd nõ incidit in pœnã ſi deſiſtat ab agendo. " Sic ergo videtur quòd quãdoque confugitur ad ſæcularem iudicẽ propter defidiam eccleſiaſtici iudicis, vt 16.qu.7. filius. ſicut econuerſo recurritur ad eccleſiaſticum iudicẽ à ſæculari, vt j.23.q vlti.ſæpe. & c.his & cap.ſi vos ſ & extr.de fo.comp. licet.& c. ex tranſmiſſa ſed non eſt hoc verũ, vt extr. de iud. qualiter.in fin.

b Qd perdit ñ bñ colligi tur ex text. dicat q priuetur honore:& ſecũdum hoc nõ ob quod ſequitur.

" iudice eccleſiaſtico negligẽte ſi recurritur ad ſæcularẽ.

o ¶ *Epiſcopale.*] In his quæ ſpectant ad iudicium Imperatoris, vt extr. de fo.comp.verũ. Vel intellige q̃ Imperator roget epiſcopũ cognoſcere de cauſa.

10 In Mileuitano c.19. & 1 Afric.c.71.

Sic

SIC ET SEQVENTES. CASVS. Superiores auctoritates prohibent clericum ante iudicem ſæcularem protrahendum, ſic & ſequentes auctoritates ſunt intelligendæ.

a ¶ *Sic & ſequentes.*] id eſt, ſicut præmiſſæ auctoritates dicunt, quòd non niſi coram clericis ſint conueniendi clerici, ſic, &c.

Sic & ſequentes [a] *auctoritates intelligendæ ſunt, quibus clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere iubentur.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Ezechiæ† comiti.

¶ A ſæculari iudice clericus non eſt audiendus. C. XII.

CHriſtianis gratũ ſemper debet eſſe quod ab eorum poſcitur dignitate præſtandum: quia Deo ſeruientibus beneficium negare non conuenit. Silueſter itaque atque Fauſtinianus, qui ſe à cunabulis clericos cõfitentur, à Theodora ſe opprimi per violentiam conqueruntur: quia dicunt ſe ingenuos, atque Deo auctore, priſtinæ conditionis nexibus abſolutos, in ſortem deterrimæ iterum ſeruitutis addici, & per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur adſtricti, per archidiaconum vrbis Grumentinæ eſſe conuentos, cum conſtet eum, qui cæleſtem [b] militem pulſat, non niſi eius forum debere ſectari. Et ideo dilecte fili, depẽſo ſalutationis affatu, ſupradictos clericos tibi cõmẽdo, vt ſi ad delegatorum iudicium, eorũ aduerſarij† venire contempſerint [c], ſublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis, aut ſurreptio, aut inimica legibus violentia neceſsitatis imponat: quia, qui iudicium refugit [d], apparet eum de iuſtitia diffiſum.

Idem Criſpino†, & Sabino epiſcopis.

¶ Non niſi ad epiſcoporum iudicium clericus vocetur. C. XIII.

[e] SIlueſter, & Fauſtinianus eccleſię Grumẽtinæ clerici lacrymoſa nobis inſinuatione conqueſti ſunt, libertatem ſibi domini ſui benignitate conceſſam, hæredum eius oppreſſione pulſari, ſibique in clericatus officio pene à cunabulis ſeruientibus, etiam manumiſſore viuẽte [e] in eodem actu nihilominus cõſtitutis, diuinis miniſteriis† impendere ſeruitiũ non licere, cum (ſi petitionem veritas ſubſequatur) contra patris [f], & auctoris ſui factam venientibus, vt indignis, hæreditas legibus auferatur: nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris ſui proſilire iudicium. [g] Et ideo, fratres chariſsimi, quoniam ſe etiam ab archidiacono dictæ eccleſiæ queruntur oppreſſos, qui per eorum abſentiam moderatoris iudicium promiſit eos eſſe ſecututos, calcatis omnibus rationibus†, & contra leges diuinas, & publicas pulſatis forum ſuum putauit auferri, in veſtro [g] iudicio, quiſquis ille eſt qui clericum laceſſit, adueniat: vt eccleſię iura q̃ vetuſti principes aſſidua ſanctiõe firmauerũt, impetitis clericis non negentur.

Item Alexander omnibus orthodoxis per diuerſas prouincias Chriſto Domino famulantibus, epiſt. 1.

§ Ante iudicem ciuile n ſacerdotes non accuſentur. C. XIIII.

4 RElatum eſt ad huius ſanctæ & Apoſtolicę ſedis apicem cui ſummarũ diſpoſitiones cauſarũ, & oĩm negotia eccleſiarum ab ipſo Dño tradita ſunt, quaſi ad caput, ipſo dicente principi apoſtolorũ Petro [Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam] q̃ quidam æmuli Chriſti, eiuſq; ſanctæ eccleſiæ inſidiatores, ſacerdote Dei ad iudices publicos accuſare pſumant: cũ magis Apoſtolus Chriſtianorũ [h] cãs ad eccleſias deferri, & ibidẽ terminari præcipiat. Taliter præuaricãtes præuaricati ſunt in Deum ſuũ, & non obediunt præceptis eius.

Item Pelagius Benegeſto Defenſori.

¶ Actor forum rei ſequatur. C. XV.

EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate mãdamus, vt in cauſis, in quibus quælibet eccleſiaſtici officij perſona loco petitoris exiſtit, quemquam laicum pulſaturã apud ſuæ prouinciæ iudicem ſuas proponere actiones non deſerat [f]. In iis vero negotiis, in quib. eccleſiaſtici officij perſona pulſatur, totius ſubmoto pulſatiõis obſtaculo, ad ẽpũ, vel presbyterũ [i] in loco vbi quæſtio vertitur, cõſtitutorũ occurrat indifferẽter examẽ.

Item † Sergio cancellario.

¶ De eodem. C. XVI.

SI quiſquam clericus, ſiue inferioris, ſiue potioris gradus petitor exiſtat, & cõtra laicã pſonã ſuas dirigat actiones iſte modis oĩbus nõ alibi, q̃ apud prouinciæ iudicẽ negotiũ ſuum dicturus occurrat. Si quis aũt laicus clericum cuiuſcũq; gradus duxerit eſſe pulſandum, ad ẽporum iudicium in eadẽ ciuitate, vel territorio cõſtitutorum, pponat eas, quas ſe hr̃e exiſtimat, actiones. Quẽ ordinem legibus per omnia cõuenientem, atque conſentaneum demõſtrari illa regula [k] manifeſtat, q̃ præcepit actorẽ forũ ſemper ſequi pulſati. [l]

CHriſtianis.] CASVS. Hoc c. & ſequens de eadem materia loquuntur. Quidam manumiſit duos ſeruos. ſc. Fauſtinianũ & Silueſtrum in pueritia ſua, & eo viuente facti ſunt clerici, poſt mortem cuius manumiſſoris Theodora & filij ſui communicabãtur trahere illos ante iudicem ſæcularem per archidiaconum Grumentinum, qui hoc à rege impetrauerat, vt in ſeruitutem redigerentur, ſuper quo cũ conqueſti fuiſſent præcepit Pa. Ezec. comiti in hoc c. Chriſtianis, vt ſi aduerſarij eorũ ad iudices delegatos a Pa. venire contempſerint, eos à violentia tueatur. *Depenſo*, i. tranſmiſſo. In c. ſequenti delegat cauſam Criſpino & Sabino epiſcopis, narrando eis totum factum, & præcepit eis vt citent ad ſuum iudicium quiſquis illos voluerit conuenire. *Per eorum abſentiam*, i. dum eſſent abſentes. *Moderatoris*, id eſt, iudicis ſæcularis. *Promiſit*, iſte archidiaconus q̃ ipſi ſtarent iudicio ſæculari. *Calcatis*, id eſt ſprẽto iure eccleſiaſtico & humano.

b ¶ *Cæleſtem militem.*] Clerici enim milites Chriſti ſunt [a] 23. q. vlti. reprehenſibile.

c ¶ *Contempſerint.*] ſi non veniunt ad iudicium iſti actores, in optione rei eſt an velit vt circunducatur edictum, vel q̃ admittantur probationes [b] ſuæ, ſed iudex auditis probationib. ſuis non pronuntiabit eum liberum, ſed ſeruum illius non eſſe, niſi euidentiſsimas probationes habeat, vt ff. de li. cau. diui fratres. vel iudex poteſt imponere actoribus perpetuum ſilentium. Co. de ing. ma. l. diffamari.

d ¶ *Refugit.*] ſic 74. diſt. honoratus. & 3. q. 9. decreuimus.

e SIlueſter.] ¶ *Viuente.*] hoc multum facit pro eis cum pater eos non reuocauit: vt filij non poſsint reuocare, vt ff. de prob. Procula.

f ¶ *Patris.*] [c] ſecundum legem antiquam hæres qui non adimplebat voluntatem defuncti, omni ſucceſsione priuabatur. C. de fidei com. l. vlt. hodie autem hoc tenet in extraneo hærede: ſed ſi filius inſtitutus hæres non implet voluntatem defuncti, priuatur ſucceſsione, relicta tamen ſibi legitima, vt C. de inoffic. teſt. auth. a nouiſs. & forte lex præualet in hoc caſu huic canoni. Inn. tamen idem dicit quod hic dicitur, ext. de vot. & vo. redem. lic. c. in fi. vnde põt dici q̃ canon iſte corrigat authenticã.

g ¶ *In veſtro.*] auctoritate enim epiſcopi voluntas defunctorũ mandatur executioni. extr. de teſta. ſi hæredes [e].

REſatum.] CASVS. Apoſtolus præcepit cauſas Chriſtianorum ad eccleſias deferri: ſed relatum fuit ad Apoſtolicam ſedẽ, q̃ quidam æmuli Chriſti, & inſidiatores eccleſiæ ſacerdotes apud ſæculares iudices accuſabant: quare etiã Papa ſcripſit omnibus Chriſtianis, q̃ tales accuſatores præuaricantur in Deum, & non obediunt pceptis eius.

h ¶ *Chriſtianorum.*] hoc obtinuit ſecundum primitiuum ſtatum eccleſiæ: vt 2. q. 5. ſi quis presbyter. & 95. diſt. ecce. Vnde adhuc ſecundum legẽ ſi iudex ſecularis eſt ſuſpectus, epiſcopus ei adiungitur, vel cauſa trãsfertur ad iudicem eccleſiaſticum, vt in auth. vt diff. iu. §. ſi tamen. col. 9. in criminalib. cauſis. tamen ſanguinis, non ſunt clerici iudices. 23. q. vlt. his a quibus.

EXperientiæ.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̃ ſi aliquis clericus vult laicum conuenire, apud iudicem prouinciæ ſecularem, ſuas accuſationes proponat. & ſi laicus vult clericum cõuenire, ad epiſcopum proprium recurrat, vel ad ſynodum conſtitutam, vbi quæſtio vertitur, i. vbi eſt res de qua agitur, vel vbi crimen quod intenditur, eſt commiſſum. Idẽ dicitur in ſeq. ca. in quo ſupradicta probantur per regulã legis præcipientis actorem ſequi forum rei.

i ¶ *Presbyterorum.*] hoc intelligit H. cum cauſa his delegatur ab epiſcopo: alias epiſcopus ſolus iudex eſt ordinarius, vt ĩ. ca. perſona. Vel expone vel pro &, vt ☞ qu. 7. epiſcopus. vel dic quòd prælatus quilibet, qui ex electione habet prælaturam, habet etiam iuriſdictionem, vt ext. de of. ord. cũ ab eccleſiarum. ext. de e. c. c. 1. ſed q̃ ii non eſt electus ab vniuerſitate vel collegio, non eſt iudex ordinarius. [c] iudicem enim facit aut conſenſus populi, vt ot. di. legimus. in fi. & auth. de defen. ciui. § interim. coll. 3. aut conſuetudo. vt 9. q. 3. conqueſtus. C. de eman. l. 1. & 2. fi.

k SI quiſquam.] ¶ *Regula.*] quæ eſt 3. q. 6. neminem. C. de iuriſd. omn. iud. iuris ordinem.

† al. Zeiri.

1 Inf. e. Silueſter.

† al. aduerſa

† al. venire contempſerit.

a Vel eccleſiæ. 50. diſt. clericum.

† al. Cr. ſpo

b Quibus ſe probant ingenuos ff. & l. eau. ordinaria ſed L. 3 l. uo p 6. c. 308.

† al. miſteriis

3 ſ. e. Chriſtianis.

c heres non adimplens defuncti voluntatem quaſi ter punitur.

† abeſt à multis.

e Vbi d hoc & intelligũt quã hoc tũ relictis ad pias cãs, vt ps in eo q̃ legi. & not. extr. e. tit. ca. tua. vel cum igitur. & eo. nos quidem. in fi. Auth.

4 Pol. l. ti. 1.

Matth. 16.

1. Cor. 6.

5 Tex. eſt hoc in l. 1. & l. in criminali. C. de iur. om. iu. & l. h. C. vbi in rẽ act. non de.

† al. eidem

c iudicem duo faciunt

6 ſ. 3. q. 6. neminem.

Clericum

Clericis vero pulſatis in epiſcopali iudicio forum competere, principalium quoque ſanctionum deſignat auctoritas.

Item in concilio Agathenſi, c.32. legitur.

¶ Epiſcopo non permittente, apud ſæcularem iudicem clericus pulſari non debet. C. XVII.

ij[a] CLericum nullus præſumat apud ſæcularem [a] iudicẽ, epiſcopo non permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpõdeat, vel † proponat [b]: nec audeat criminale negotium in ſæculari iudicio proponere.

¶ *In concilio Agathenſi cap.32 in 2. par. legitur:* clericus nec quemquam præſumat, &c. *& poſterior eiuſdem cap. pars (qua habetur 3.5.q.6. cap. fin.) in qua quaſi ex aduerſo agitur de laicis, qui eccleſiam, vel clerum uexant, oſtendit in priore dictum eſſe de clericis, qui ſine permiſſu epiſcopi ſui laicos pulſarent, & cum originali concordat Iuo.*

Item Pius Papa epiſt.2.

¶ Clericus ſuo inobediens epiſcopo depoſitus curiæ tradatur. C. XVIII.

iij[2] SI quis [c] ſacerdotum, vel reliquorum clericorum ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam [d], aut calumniam, aut α conuicia intulerit, & cõuinci potuerit: mox [e] depoſitus β curiæ tradatur, & recipiat γ quod inique geſſit.

α ¶ Aut conuicia intulerit.] *Sic etiam in uetuſtis, & apud Anſelmum, & Polycarpum: ſed in epiſtola ipſa, & apud Iuonem non habentur iſta uerba.*

β ¶ Depoſitus.] *abeſt iſta dictio ab originali & Iuone.*

γ ¶ Et recipiat] *In epiſtola Polycarpo, & apud Anſelmum legitur:* Qui autem facit iniuriam recipiat hoc, quod inique geſſit.

Item ex concilio Carthaginenſi, 3.c.38.[3]

¶ Principali cogatur auctoritate, qui plebẽ inuaſam non vult deſerere. C. XIX.

PEtimus, vt dignemini dare fiduciam [f], qua † neceſſitate ipſa cogente liberum ſit nobis rectorem prouinciæ ſecundum ſtatuta glorioſiſſimorum principum aduerſus illum adire, qui α plebẽ, quam inuaſerat, vſq; hodie commonitus, ſecundum quod ſtatutum ferat, relinquere contemnit: vt q̃ miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acqeſcere noluit, & emendare illicitum: auctoritate iudiciaria protinus excludatur [g]. Aurelius epiſcopus dixit. Seruata forma diſciplinæ, non æſtimabitur appetitus [h], ſi à veſtra charitate modeſte † conuentus, recedere detrectauerit: cum fuerit, ſuo contemptu, & cõtumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab vniuerſis epiſcopis dictũ eſt, Iuſtum eſt, Placet.

α ¶ Qui plebem.] *Hæc uſque ad uerſic.* contemnit. *ſunt à collectore ex uerbis in eodem capite præcedentibus huc comportata, ne illa omnia referenda eſſent.*

Item Gregorius Papa.

¶ A principibus corrigantur, quos eccleſia corrigere non valet. C. XX.

ISud eſt [i], quod à vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus, vt Paulinum Aquileienſem, pſeudoepiſcopum, & illum Mediolanenſem epiſcopũ ad clementiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigatis: vt & iſte, qui epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem canonicam conſuetudinem factus eſt, alios vltra non perdat: & ille, qui cõtra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, canonum vindictæ ſubiaceat.

¶ *Hoc cap. in Polycarpo refertur ſine auctoris nomine. In libr. autem 7. tit. 5. ſimile quiddam refertur ex Gelaſio ad Ioannem magiſtrum militum: ſed in eo libro ſæpe pro Pelagio ſcribitur Gelaſius. Anſelmus quidem integram epiſtolam Pelagij refert, cuius prior pars eſt hoc caput, poſterior uero, nec licuit. 2. diſ. 27.*

Item in concilio Chalcedonenſi, c.18.[6]

¶ Proprium gradum amittant clerici coniurantes, vel conſpirantes. C. XXI.

COniurationum [k], & conſpirationum crimẽ (quod apud Græcos dicitur φρατρία) publicis etiam legibus certũ eſt penitus inhiberi. Hoc multo magis in ſancta Dei eccleſia ne fiat, conuenit abdicari.[6] Si qui vero clerici, vel monachi inuenti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut phratrias [l], vel factiones componentes aliquas ſuis epiſcopis, aut clericis aliis: omnino cadant de proprio gradu.

Item Calixtus Papa epĩs Galliæ, epiſt.2.

¶ Clerici conſpirantes, proprio amiſſo gradu, retrudantur in carcerem ceteri excommunicentur. C. XXII.

[7] COnſpirationum crimina veſtris in partibus vigere audiuimus, & plebes cõtra epiſcopos ſuos cõſpirare nobis manifeſtũ eſt: cuius criminis aſtutia non ſolũ inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huiꝰ criminis reos nõ ſolũ eccleſiaſticæ, ſed etiã ſæculi damnant leges: & non ſolum conſpirantes, ſed etiam conſentiẽtes eis. Anteceſſores vero noſtri cum plurima turba epiſcoporum, quicumque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore quo vtuntur, carere † præ-

CLericum.] CASVS. Statutum fuit in concil. Agatheñ. vt nullus conueniat clericum apud iudicem ſæcularem: & ſi conuentus fuerit, non reſpondeat vel proponat excipiendo, nec cauſam criminalem criminaliter agendo corã iudice ſæculari proponat clericus.
a ¶ *Sæcularem.*] " niſi in caſibus exceptis in ſumma. Item excipitur ſi Papa delegat laico cauſam ſpiritualem, vt 10.q.3. illud. Itẽ forte cum ſuccedit clericus laico, vt ff. de iud. heres abſens. q̃d falſum eſt. Itẽ ſecundum quoſdã cũ tenetur de euictione, ſequitur forum emptoris. ff. de iud. venditor. ſed hoc non eſt verum: q̃a per hoc non fit de foro illius [a], licet præſtet ei auctoritatem.
b ¶ *Vel proponat.*] id eſt, excipiat.
SI quis ſacerdotum.] CASVS. Quia fecit ſupra mentionem de clerico nõ conueniendo coram iudice ſæculari: ideo Grat. ponit caſum in his tribus ca. in quibus poteſt à laico iudicari. ſ. cum eſt incorrigibilis. Eſt ergo caſus huius c. Quinque maleficia enumerat Papa in hoc c. ſuper quibus ſi ſacerdos vel clericus cõuictus fuerit, deponi dẽt, & curiæ tradi, i. a ſæculari poteſtate capi ꝑmittitur, vt recipiat pœnam prout inique geſſit.
c ¶ *Si quis.*] In his tribus c. ponit ꝙ clericus a laico poteſt iudicari, cũ eſt incorrigibilis.
d ¶ *Contumeliam.*] ſi illa non tm̃ epm, ſed etiam eccleſiam eius tãgat, alias non poſſet eum pro ſua contumelia excommunicare [b]. 23.q.4. inter.
e ¶ *Mox depoſitus.*] ſi ſit de nouo contumax. vt extr. de iud. cum nõ ab homine. Vel dic, ꝙ iſte caſus eſt ſpecialis vbi aliquis ſtatim traditur curiæ, ſicut eſt in falſario, vt extr. de falſ. ad falſariorum. Vel dic, traditur curiæ, i. permittitur tradi, ita ꝙ eccleſia non tenetur eum defendere." Item in tertio caſu, traditur curiæ, ſ. in crimine hereſis, vt in conſtitutione Innocentij, excommunicamus. Qualiter hoc verbum, exponatur, habes extra de verb. ſig. nouimus.
PEtimus.] CASVS. Quidam epiſcopus multoties monitus nolebat reddere plebem quam inuaſerat: quare quidam epiſcopi petebant in concilio Carthagiñ. vt per rectorem prouinciæ expellatur. Et reſpond. Aurelius epẽs: Nulla fit ei iniuria ſi per ſæcularem poteſtatem expellatur, ex quo admonitus non deſiſtit. Poſtea Honoratus & Vrbanus epĩ dixerunt: Hoc omnibus placet. *Fiduciam*, i. licentiam & auctoritatem. *Appetitus*, i. iniuſte expulſus, vel appetitus nomẽ, i. cupiditas nocendi.
f ¶ *Fiduciam.*] id eſt auctoritatem.
g ¶ *Excludatur.*] arg." ꝙ ſi quis auctoritate iudicis mittitur in poſſeſſionem, & aduerſarius eum non admittat, q̃ nec attendit excõicationem, vt ꝙ manu militari ei poſſit auferri res, vt 23. quæſt. 5. principes. 24. qu.3. de illicita. 17. diſtin. nec licuit. & eſt expreſſum ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. ſi quis miſſus. ff. de rei ven. qui reſtituere. hodie tñ talis efficitur poſſeſſor poſt annum, vt extr. de do. & cont. contingit. & concordat legi. ff. de bo. auct. iu. poſ. q̃uis.
h ¶ *Appetitus.*] id eſt, iniuria laceſſitus.
ISud eſt.] CASVS. Mediolañ. & Aquilegieñ. olim ſe adinuicem conſecrabant, ita quod ordinator ſemper deberet ire ad eccleſiam ordinandi, & ibi eum ordinare, & cũ vterque eſſet ſchiſmaticus, Mediolañ. Aqleg. ordinauit contra conſuetudinẽ antiquam & comprobatam a Papa: quia eum ad ſe vocauit. quare Greg. præcepit cuidã nobili, vt vtrumque illorum capiat, & ad piiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigat puniendos.
i ¶ *Iſtud eſt.*] Caſum huius cap. etiam habes 24.q.1. pudenda.
COniurationum.] CASVS. In hoc ca. prohibetur ꝑ leges ſæculares, & multo fortius per eccleſiaſticas, ne coniuratio vel conſpiratio fiat contra ſuos p̃latos vel alios: & qui fecerit ſi clericus eſt, deponatur.
k ¶ *Coniurationum.*] hæc 4. capit. idem dicunt, ꝙ coniuratores deponuntur ſi clerici ſunt, ſi laici, excommunicantur.
l ¶ *Phratrias.*] A phares, q̃ eſt diuiſio: inde Phariſæi. 3̃. 46. diſt. ſeditionarios. & 3. qu.4. conſpiratores. & 7. qu. 1. denique.
COnſpirationum.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ conſpirationes abominabiles ſunt: non ſolum inter Chriſtianos, ſed etiã inter ethnicos: quas leges ſæculi & eccleſiaſticæ damnant, & eis conſentientib. Seq. ca. planum eſt. Similiter illud ca. ſi q̃ clericorũ. de eadẽ materia loquitur, & per te videbis caſum, qui planus eſt. Et eandẽ pœnam imponit Beneuen. etiã in iſtis 4. capit. vnum pro omnib. & breuem ponit caſum. *Labatur*, i. elidatur, vel multa relinquatur. Supra ſacras leges, id eſt, contra ſacras.

" Clericus corã ſæculari quandoq; conuenitur.
1 Iuo p. 6.c. 367. infrà. c. clericũ nullus.
† al. nec a Illius. imo licet non ſit reus principalis, tamen quia eum in eodem foro defendit, ſit de illiꝰ foro quantum ad hoc. Adde Petr. Anch. rep. c. ea quę de re. iu. i 6.
2. Pol. l.4. tit. 34. Anſ. l.8. q.17. Iuo p.5 c.343.
b Etiam de hoc not. 2.q. 7. ſi quis ab epiſcopo.
3 Et in Africano, c.15.
† al. quoniã
" Clericus ſtatim traditur curiæ ſæculari in aliquib. caſib.
† al. modeſtius.
" Militari manu pt quã que alicui res auferri.
4 Anſ. l. 12. c. 42. Poly l.2. tit.15.
5 Et in Vormacienſi, c.74.
6 infrà. ca. ſi qui clerici.
7 Pol. l.4. tit. 30. Anſ. l. 8. ca. 18 Burc. l. 10. c.64. Iuo p. 2. c.85. & p.6. c.346.
† al. cadere.

ceperunt: ceteros vero communione priuari, & ab eccleſia extorres fieri ¶ iuſſerunt, omneſq; ſimul vtriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt, & nō ſolum facientes, ſed & eis conſentientes.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 18.[1]

¶ Clerici aut monachi cōiurātes, proprio priuentur honore. C. XXIII.

[j][2] SI q clerici, aut monachi reperti fuerint cōiurātes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes epiſcopis, aut clericis†, gradu proprio penitus abiiciantur.

§ *Hic canon eſt pars canonis 18. concilij Chalcedonenſis, qui paulo ante c. coniurationum, integer ex alia refertur verſione.*

Item ex concilio Toletano.

¶ De eodem. C. XXIIII.

[3] SI clerici, aut monachi inuenti fuerint conſpirantes, aut per coniurationem calumniam machinantes epiſcopis, vel clericis, proprium amittant gradum.

§ *Hoc etiam & caltier Polycarpi citat ex Toletano: ſed in nullo eſt inuentum & eſt idem canon cum priore, verbis tantum mutatis.*

Item ex concilio Aurelianenſi, 3. c. 21.

¶ De eodem. C. XXV.

[ij] SI qui clericorum (vt nuper multis locis per ſuperbiam, diabolo inſtigante, actum fuiſſe perpatuit) rebelli auctoritate ſe in vnum coniuratione intercedente collegerint, &, aut ſacramenta[a] inter ſe dāta, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit: nullis excuſationibus hæc præſumptio[b] elabatur†: ſed re detecta, cū in ſynodum vētum fuerit, in præſumptores iuxta perſonarum & ordinum qualitatem, à pontificibus, qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis diuinis† corde, nō chartulæ conſcriptione, vel coniurationibus eſt exhibenda: ita quæ† ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, auctoritate & diſtrictione pōtificali ſunt reprimenda.

Item Innocentius Papa ad Victricium Rhothomagenſem, epiſt. 2. c. 3.[4]

¶ Inter clericos & laicos cauſæ exortæ ab epiſcopis audiantur. C. XXVI.

[5] SI quæ cauſæ[c], vel contentiones inter clericos, vel [α] inter laicos & clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiá inferioris fuerint exortæ, placuit, vt ſecundum ſynodum Nicænam[6] congregatis omnibus† eiuſdē prouinciæ epiſcopis iudicium[d] terminetur.

[α] ¶ Vel inter.] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autem quatuor tomorum abſunt hæc,* vel inter laicos & clericos: *in Gratiani codicibus legebatur,* contentiones inter clericos & laicos.

[β] ¶ Iudicium] *In aliquot editionibus ipſius epiſtolæ apud Anſelmum, in capitularibus, & in epiſtola Nicolai ep ſcopis Galliæ in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur* iurgium.

Cum ergo his omnibus auctoritatib. clerici ante ciuilem iudicem denegentur producendi, cum (niſi prius depoſiti, vel nudati fuerint) curiæ nō ſint repræſentandi: patet q ad ſæcularia iudicia clerici nō ſunt pertrahēdi.

2 His ita reſpondetur. Clerici[d] *ex officio, epō ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſſionibus prædiorum, Imperatori ſunt obnoxij. Ab epiſcopo vnctionem, decimationes, & primitias accipiūt: ab Imperatore vero prædiorum poſſeſſiones nanciſcuntur. Vnde Auguſt. ait ſuper Ioannem [*[7] *Quo iure villas defendis? diuino, an humano] require in principio: vbi differentia ſignatur inter ius naturale, & ius conſtitutionis. Quia ergo, vt prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt: patet, quòd clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxij.*

Item Ambroſius contra Auxentium in oratione de tradendis baſilicis.[8]

§ Imperatori tributum eccleſia denegare non debet. C. XXVII.

SI tributum petit Imperator, non negamus: agri[e] eccleſiæ ſoluunt† tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem[f] habet vendicandorum. *Ac paucis interiectis.* ¶ Tollant eos, ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego[g].

Idem in commentariis ad c. 5. Lucæ, lib. 4. c. penultimo.

§ Poteſtatibus tributa non ſunt deneganda. C. XXVIII.

MAgnum quidem eſt, & ſpirituale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti[h]: ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluēdam. Si enim cēſum Dei filius ſoluit[i], quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum?

Item Apoſtolus [Omnis anima[k] *ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.] Item Petrus apoſtolus generaliter omnibus fidelibus ſcribit, [Eſtote ſubditi dominis veſtris: ſiue regi*[l]*, quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.]*

Item ex epiſtola 1. Clementis[m] *ad Iacobum fratrem Domini.*

¶ De ſæcularibus negotiis epiſcopus cognoſcere non debet. C. XXIX.

[9] TE quidem oportet irreprehéſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ hui[us]

---

[a] SI qui clericorum.] ¶ *Aut ſacramenta.*] [α] Coniurationes, quæ fiunt ſuper licita re, licitæ ſunt ad probandum malum, & illicitæ ſunt. vt 16. q. 7. ſane. 1. q. 1. concuſſionis. 22. qu. 1. c. 1. ſed ſuper re illicita non tenent[a], vt hic. Quidam tamen dicunt q omnis coniuratio ſi eſt occulta, eſt illicita[b]. prohibentur ergo fraternitates, quæ ſunt ad malum. ſic C. de monop. l. vnica. ſed bonæ fraternitates admittuntur. 42. diſt. ſi quis deſpicit.

b ¶ *Præſumptio.*] i. temeritas. Quidam tamen hic ſcripſerunt, q hæc præſumptio ſit iuris, contra quam non admittitur probatio, ſecus ſi præſumptio ſit facti.

S*I quæ cauſæ.*] CASVS. Dr in hoc cap. q ſi cauſa vel contentio vertitur inter laicos actores, & clericos reos, recurrēdum eſt ad ſynodum epiſcoporum, vt ibi terminetur, ſicut ſynod[us] Nicæna diffinit. & hoc intellige cum cauſæ ſunt difficiles, vel intellige hoc de cauſis ſpiritualib. vel de crimine eccleſiaſtico, vbi quilibet de[bet] conueniri coram iudice eccleſiaſtico tantum.

c ¶ *Si quæ cauſæ.*] hoc ca. loquitur de crimine eccleſiaſtico, vel de rebus ſpiritualib. & de cauſis generalibus ad totam prouinciam pertinentibus[α].

CVM ERGO HIS. CASVS. Vſque ad locum iſtum probauit, q clerici ſunt conueniendi ſub iudice eccleſiaſtico. Nunc vero concludit q clerici ad ſæcularia iudicia non ſunt pertrahendi, cum prædictæ auctoritates negent eos ante ciuilem iudicem conueniendos: nec ſunt tradendi curiæ, niſi depoſiti ſint primo. Poſtea reſpondet ſophiſtice, ſ. q clerici qui ex poſſeſſionibus ſunt Imperatori ſubiecti: ex ſpiritualibus debent epiſcopo reſpondere. & ad hoc probandū inducit auctoritatem Auguſt. & ad hoc etiam inducit ſequentia capit. quorum primum patet.

HIS ITA. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat magiſter ſuperficialiter, ſ. allegando, q in ſpiritualib. cauſis dēt tm̄ clericus corā clerico reſpōdere: in aliis autem ciuilib. coram iudice ſæculari. & hoc probare vř per 5. canones. Ioan. de Fan.

d ¶ *Clerici.*] allegando hoc dicit.

S*I tributum.*]

e ¶ *Agri.*] j. 23. qu. vlt. ſecundum. contra. Sed ibi loqtur de his prædiis, in quibus fundata eſt eccleſia vel officinæ eius, quæ debent eſſe liberæ, vt extra de cenſib. ſancitum.

f ¶ *Poteſtatem.*] de facto, non de iure: nam ſi ſine auctoritate principis vel alterius quis detineat res eccleſiæ, ſacrilegus eſt niſi reſtituat. 12. q. 2. quiſquis. 16. q. 1. in canonibus. [α] Videtur tamen, q ſi agri eccleſiæ non ſoluant tributum q poſſit Imperator vendicare agros illos. vt hic, & C. de epi. & cle. de his. nam omnia bona illorum qui tenentur alicui ſoluere tributum, ſunt illi iure pignoris obligata. C. in quib. cau. pi. ta. contra. l. 1.[d] Sed iſtud non eſt verum: quia tātum intelligitur de propriis prædiis patrimonialibus aliquorū, vel clericorum, vel laicorum. Licet enim prædia eccleſiæ ceſſent a tributo, non Deo poſſunt vendicari, vt 16. qu. 1. §. nouatum.

g ¶ *Non nego.*] corporaliter me opponendo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo, pro altaribus libenter immolabor. 23. qu. vltim. conuenior.

M*Agnum.*] CASVS. Ambr. in hoc cap. oſtendit, quòd tributum eſt ſoluendum ſublimioribus poteſtatibus exemplo Chriſti, & duabus auctoritatibus, vna ſcilicet Apoſtoli, & alia Petri.

h ¶ *Subiecti.*] tributum eſt probatio ſubiectionis. extr. de cenſi. ca. 2. Sed arg. contra extra de priuil. recepimus. verum eſt, quòd eſt ſignum ſubiectionis, licet nō pleni pbatio.

i ¶ *Soluit.*] non ex debito, ſed ne ſcandalizaret alios, vt 28. qu. 1. iam nunc.

k ¶ *Omnis anima.*] ſubdita peccato. [α] Chriſt[us]. n. nemini fuit ſubiectus. 23. qu. 5. in prin.

l ¶ *Siue regi.*] hæc verba interpretatur Inn. extra de ma. & obed. ſolitæ.

m ¶ *Epiſtola prima Clementis.*] i. miſſa Clementi à Petro[e] ſicut dicitur inſtrumētum meum quod mei cauſa factum eſt. ff. de eden. prætor. §. 1. & dicitur etiam epiſtola illius cui eſt miſſa: tamen cum diſtinct. ff. de fur. eum qui. §. vlt.

T*E quidem.*] CASVS. Caſum hūc ſic intelligit H. Petrus miſit epiſtolā ad Clementem, in qua docet eum, vt irreprehenſibiliter viuat, & vt ſæcularia negotia vitet, non fideiuſſor, non litium aduocatus, non iudex ſæcularium negotiorum fiat: ſed tm̄ inſiſtat verbo Dei: laici vero ſæcularia negotia tractent. vñ Hu. ſic exponit illud verbum, *ex epiſtola Clementis*, id eſt, miſſa ad Clementem. Alij dñt, quòd miſſa fuit ad aliquem epm. vñ Beneu. ſic ponit hunc caſum. Clemens Papa miſit ad Iacobū Hieroſolymitanum archiepm quandam epiſtolam, cuius pars eſt hoc c. in qua Clemens oſtendit qualiter Petrus ſibi Clemēti loquebatur: ſ. vt irreprehenſibiliter viueret: & ſæcularia negotia vitaret, nō fideiuſſor, nō aduocatus, nō iudex ſæculariū negotiorū eſſet: ſed tm̄ inſiſteret verbo Dei, laici vero ſæcularia negotia expedirent.

a ¶ Ne

[α] Cōiuratio an ſit licita.

a Adde an & quales cōiurationes, vel cōſpirōes phibeātur, no. i l. nō dubito. ff. & capt. & l. 1. ff. de col. il. Bar. i l. hac edictali. §. conuenticulas de pa. te co. 9.

b Hanc opi. iſti colligūt ex eo quod infrà in tex. dicitur: quia ſi charitas, &c. & ex verbo interdicēte. Arc.

1 ſuprà c. cōiurationem.

2 Pol. l. 4. ti. 34 Bur. l. 10. ca 68. Iuo p. 14. ca. 87.

† al. conclericis.

3 Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 69 Iuo p. 14. ca 88. Anſel. l. 8. c. 8.

[α] 9. qu. 3. archiepi cum c. ſeq.

† al. præualeat] al. præualetur.]

† al. Dominicis.

† al. quod ad mittitur eſt reprimitur.

4 Capit. l. 6. c. 187.

5 Anſ. l. 2. ca. 51.

6 C. 5. conc. Nic.

† abeſt à nō nullis conciliorū editionibus.

[α] Eccleſiæ prędia, de quibus tributū non ſoluitur an poſſint ab imperatore vendicari.

d Et videas quod dicā in prædic. l. in qu. 1. placet. Arc.

7 diſt. 8. quo iure.

8 L. 5. epiſtolarum, poſt epiſt. 32.

[α] Chriſtus nemini fuit ſubiectus

† al. ſoluunt.

e Quod ſic debeat exponi p3 ex ſeq. c. vbi Petrus loquitur Clementi, & eſt de eadē epiſtola, ſecūdū Hu.

Matth. 17.

Rom. 13.

1. Petr. 2.

9 induci[t]ur Petrus loquens Clementi.

occupationes abijcias: ne fideiuſſor [a] exiſtas: ne aduocatus [b] litiũ fias: neve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis negotij occaſione perplexus. Neque enim iudicem [c], aut cognitorem ſæculariũ negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus: ne præfocatus præſentibus hominum curis non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem vacantes ᵃ laici: & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ ſalus omnibus datur.

ᵃ ¶ Vacantes laici.] *In epiſtola Clementis legitur*. diſcentes, id eſt laici: *ſed Gratianus etiam infra poſt paleam*, clericus nullum. *eodem modo legit atque hic.*

Item ibidem continenter.

¶ In his, quæ ad communis vitæ vſum pertinent, laici ſibi inuicem operam dent. C. XXX.

SIcut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſolicitudines ſuſcipere ſæculares: ita & vnicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad communis vitæ vſum [d] pertinent, operam fideliter dederint. Te vero ſecurũ facere ex his [e], quibus non debes inſtare † [f], omnes communiter elaborent. Quòd ſi forte à ſemetipſis hoc laici non intelligunt: per diaconos [g] edocendi ſunt, vt tibi ſolius eccleſiæ ſolicitudines derelinquant.

† vacare] orig.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd in ciuili cauſa clericus ante ciuilem iudicem conueniendus eſt. Sicut enim eccleſiaſticarum legum eccleſiaſticus iudex eſt adminiſtrator: ita & ciuilium non niſi ciuilis debet eſſe executor. Sicut enim ille ſolus [h] habet ius interpretandi canones, qui habet poteſtatem condendi eos: ita ille ſolus ciuiliũ legum debet eſſe interpres, qui eis ius, & auctoritatem impertit. In criminali vero cauſa nõ niſi ante epiſcopum eſt clericus examinandus. Et hoc eſt illud, quod legibus & canonibus ſupra definitum eſt: vt in criminali videlicet cauſa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur, niſi forte cum conſenſu epiſcopi ſui veluti: quãdo incorrigibiles inueniuntur: tunc detracto eis officio, curiæ tradendi ſunt.

Vnde Fabianus Papa ait epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.

¶ Qui epiſcopo inſidiatur, ſemotus à clero curiæ tradatur. C. XXXI.

[1] STatuimus, vt ſi quis clericorum ſuis epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, mox ante [i] examinatum iudicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur: cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis abſque vlla reſtitutionis ſpe permaneat.

1 Anſ. l. 7. c. 159. Pol. l. 4. tit. 31.

Quia ergo iſte non in criminali, ſed in ciuili cauſa clericũ ante ciuilem iudicem produxit: non eſt iudicandus tranſgreſſor canonum, nec eſt dicendus pertraxiſſe reum ad iudicem non ſuum: quia de ciuili cauſa non niſi iudex ciuilis cognoſcere debet.

3 *Econtra ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, veriſimilia quidem videntur: ſed ponder † carent. Sacris enim canonibus, & forenſibus legibus, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa clericus ad ciuilem iudicem pertrahendus negatur.*

† *al. pondere ueritatis*

Vnde in epiſtola 1. Clementis ad Iacobum legitur.

¶ Fratres apud presbyteros iudicentur. C. XXXII.

[2] iij SI qui ex fratribus [k] negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi nõ iudicentur: ſed apud presbyteros eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirimatur.

2 Pol. l. 5. ti. 1. Iuo par. 6. c. 345. Anſ. l. 6. c. 158.

Item Syluester Papa in epilogo concilij Romani.[3]

3 Et in concilio ipſo. c. 16.

¶ Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam. C. XXXIII.

[4] iiij NVllus clericus, vel diaconus, vel presbyter propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante iudicem ciuilem ᵃ cauſam dicere præſumat.

4 Pan. l. 4. c. 30.

ᵃ ¶ Ciuilem.] *In epilogo ſynodi Romanæ ſub Syluestro unde hoc videtur ſumptum, legitur.* cinctum: *cingulo enim milites, ac magiſtratus ab Imperatore donabantur.*

Item Leo Papa ad Ruſticum, epiſt. 90. al. 92. cap. 9.

¶ Eccleſiaſticum non forenſe iudicium pœnitens expetat. C. XXXIIII.

[5] ALiud quidem eſt, debita iuſte repoſcere, aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam po-

5 j. de pœni. di. 1. c. aliud.

a ¶ *Ne fideiuſſor.*] [α] Clericus regulariter non debet fideiubere, vt hic, & extra de fideiuſ. clericus. niſi neceſsitas ſit: tunc enim ex pietate tenetur ſubuenire alij, vt 86. diſtin. non ſatis. Item clerici poſſunt fideiubere pro eccleſiis ſuis, vt in auth. de ſanct. epiſ. §. alium autem. coll. 9. Item inter ſe mutuo fideiubent cum conueniuntur, vt C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. in hac. Item nec adſtrictus curiæ poteſt fideiubere. C. loc. curialis. & ſi clericus fideiuberet, poteſt dici, quòd non tenet fideiuſsio niſi tali priuilegio ſuo renuntiet: nam fideiuſſor pro non dato habetur, niſi priuilegio ſuo renunciet, vt ff. ſi quis in ius vo. non ier. l. 1. Vel dic, quòd licet non debeat fideiubere, ſi tamen fideiuſſerit, tenet obligatio, vt extra de fideiuſſ. ca. peruenit. & cap. conſtitutus.

α Clericus an poſſit fideiubere.

b ¶ *Ne aduocatus.*] quod prohibetur ſacerdotibus, vt j. 14. q. 5. denique. & 15. q. 2. c. 1.

c ¶ *Iudicem.*] contra j. 23. q. vlt. c. ſæpe. & cap. his à quibus. ſed dic, quòd poſſunt tractare de illis temporalibus quæ ſpectant ad eccleſiam.

SIcut enim.] CASVS. Docet Petrus, quòd ſicut impium eſt ſi Clemens neglecta prædicatione ſuſcipiat curas ſæculares: ita peccatum eſt ſi in ſæcularibus laici viciſsim ſibi non ſubueniant: quod ſi per ſe non intelligant, per diaconos edoceantur.

d ¶ *Vſum*] Argu. quod peccat qui non recipit arbitrium ᵃ, & qui non componit inter partes. 90. diſtinct. præcipimus.

ᵃ Forte non eſt verum in ſeruo, q non põt eſſe arbiter, vt 3. q. 7. ſi quis vero. & idem forte in monacho, cum ſeruus dicatur, vt 20. q. 1. non dicatis. in gl. nẽquid pauper, &c.

e ¶ *Ex his.*] id eſt, ab his.

f ¶ *Inſtare.*] id eſt, intereſſe. s. 90. diſt. præcipimus.

g ¶ *Per diaconos.*] argu. quòd diaconi debent laicis exponere, & inſtruere modum viuendi. 25. diſt. audite.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quòd clericus in ciuili cauſa coram ſæculari iudice eſt conueniendus: quia ſicut iudex eccleſiaſticus legum eccleſiaſticarum eſt executor, & eas ſolus facit, condit & interpretatur: ſic iudex ciuilis leges ciuiles exequitur, & eas ſolus facit & interpretatur. In criminali vero cauſa clericus apud eccleſiaſticum iudicem eſt tantum conueniendus, niſi de conſenſu epiſcopi ſui ad ſæcularem iudicem pertrahatur cum incorrigibilis reperitur, & hoc allegando dicit Gratianus, niſi forte hoc vltimum, ad quod inducit ſequens cap.

h ¶ *Sicut enim ille ſolus*] nam vnde ius prodiit, ab eo interpretatio requiritur, vt extr. de ſent. excõ. inter. quandoque legatus Papæ interpretatur reſcriptum Papæ. ext. de poſtu. præla. ad hæc. vltra med. & extr. de ſequeſt. ad hoc. iudex etiam interpretatur legem, vt ff. de legib. nam vt ait. ſed non poteſt interpretari ſententiam ſuam: niſi ſit præſes prouinciæ. ff. de app. ab executore. ſimiliter conſuetudo interpretatur legem, vt ext. de verb. ſigni. abbate. [β] Interpretatio quædam eſt probabilis, & non neceſſaria, vt magiſtri, vt C. de profeſ. qui in vr. Conſtant. l. vnica. Quædam eſt neceſſaria, ſed non generalis, vt iudicis, vt ff. de legi. nam vt ait. Quædam eſt probabilis, neceſſaria & generalis: ſed non eſt in ſcriptis redigenda, vt conſuetudinis, vt ff. de leg. ſi de interpretatione. & ext. de ver. ſi. abbate. Quædam probabilis neceſſaria & in ſcriptis redigenda, vt principis, vt C. de leg. l. 1. & l. vlt.

β Interpretatio eſt triplex.

STatuimus.] CASVS. Quæſitum eſt à Fabiano quam pœnam debet pati clericus, ſi infeſtus fuerit epiſcopo ſuo, vel inſidiator? Et reſpõdet, quòd ante examinantem iudicem debet deponi, & cunctis diebus vitæ ſuę curiæ tradi ſeruiturus, & infamis permaneat abſque vlla ſpe reſtitutionis. Vel ante examinatum iudicium id eſt, ante quam cauſa examinetur. & hoc quando notorium erat.

i ¶ *Mox ante.*] non intelligas, quòd hæc dictio, ante, ibi notet aliquod tempus: ſed eſt ſenſus, ante, id eſt, ante examinantem iudicem, ſiue coram examinante [b]. Vel loquitur cum eſt notorium crimen. ſic C. de defen. ci. defenſores.

b Sic ſumitur ibi: procidamus ante Deum, id eſt corã Deo ſecundũ H.

QVIA ERGO. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratian. ſophiſtice oſtendens, quòd ille clericus de quo facta eſt mentio in themate, non eſt tranſgreſſor canonum, ſi & alium clericum non in criminali, ſed in ciuili ad iudicem trahat ſæcularem. nam tantum ciuilis iudex de ciuili cauſa cognoſcere debet. In ſecunda parte dat veram ſolutionem dicens, quod ea quæ dicta ſunt pro actore, quamuis videantur veriſimilia, tamen pondere carent, cum ſecundum canones & leges ſæculares clericus nec in ciuili nec in criminali cauſa ad ſæcularem iudicẽ ſit pertrahendus. quod probat per omnia ſequentia cap. vſque ad §. *Ex his omnibus.* Secunda pars incipit ibi, *Eccleſia.* Sequentia duo cap. patent.

ECONTRA. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua probatur, quod in omni cauſa ſiue ciuili, ſiue criminali per proprium epiſcopum clericus iudicetur. & hoc probat per 14. cap. in quibus punit etiam contemptores. Ioan. de Fant.

k SI *qui ex fratribus.*] Fratres hic vocat clericos, vel etiam omnes Chriſtianos [c], & loquitur ſecundum antiqua tempora, vt s. ead. relatum.

c j. e. q. 3. ad menſam.

ALiud quidem.] CASVS. Quidam laicus ſolemniter pœnitens cauſam habebat cum alio laico. Quæſitum eſt à Leone Papa vtrum petere debet iudicem eccleſiaſticum vel ſæcularem? Et reſpon. qui vult de illicitis veniam poſtulare, vt ſit perfectus, debet à multis illicitis abſtinere: veruntamen ſi cauſam non vult negligere, melius recurret ad eccleſiaſticum iudicem, quam forenſem. Intellige ſi reus conſentit, vel intellige cum pœnitens ſolemniter conueniebatur.

a ¶ *Poſtulantem.*] pœnitentes enim ſub regula eccleſiaſtica viuere debent, vt hic, & j. ead. de perſona. & j. de pœn. diſtinct. 5. contrarium. & cap. falſas.

b ¶ *Omnia mihi licent.*] tunc non expedit id, quando licitum eſt, quando vſus ipſius aliis infert impedimentum vt 28. q. 1. ſic enim. Licet quod fidelis diſcedat ab infideli, ſed non expedit, vt ibi dicitur. Vel aliter, mihi licet mea repetere, ſed non expedit ad vitam conſequendam, quia ſcandalizantur illi à quibus repetuntur a, vel ſic: Omnes cibi liciti ſunt, ſed nō expediunt propter infirmos fratres, qui tunc quoſdam cibos reprobabant, vel ſic. Licitum eſt prædicatori ſumere ſumptus ab illis quibus prædicat: ſed non expedit propter Corinthios q auari erant.

c ¶ *Forenſe.*] ſcilicet ſolemniter, & loquitur de actore pœnitente, & cum eſt de voluntate rei, vel loquitur cum ipſe j conſentit.

d ¶ *Eccleſiaſticum.*] ſupple vel reus: quia de actore minus videbatur.

e ¶ *Quamlibet.*] j. in c. nullus epiſcopus.

Omnia licent, ſed nō expediunt. 1. Cor. 6. a Ar. ad hoc 14. q. 1. §. 1. † C. Theod. l. 16. de epiſcopali iudicio, leg. 1. §. quicumque. extr. de iud. c. nouit. Capit. l. 6. c. 281. Anſ. l. 3. c. 108 Iuo p. 16. c. 312. † al. inter initia. † al. regis. † al. epiſcoporum cum.

ſtulantem a oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo [Omnia mihi licent b, ſed non omnia expediunt.] Vnde ſi quis pœnitens habet cauſam, quā negligere forte non debeat, melius expetit eccleſiaſticum d quàm forenſe c iudicium.

Non ait propter criminalem tantum, ſed generaliter propter quamlibet e cauſam, tam ciuilem, quàm criminalem intelligens.

Vnde Theodoſius Imperator 1.

¶ Cuicumque licet ſacroſanctæ ſedis antiſtitis iudicium eligere.

C. XXXV.

QVicumque f litem habens, ſiue poſſeſſor ſiue petitor fuerit, vel in † initio litis, vel decurſis g temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia, iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis † antiſtitis: illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad epiſcoporum † iudicium cum h ſermone litigantium dirigatur a.

a ¶ *Dirigatur.*] *In cod. Theodoſiano, lib. 16. tit. de epiſcopali iud. l. 1. quæ repetitur, lib. 6. c. 281. & in concilio 3. Palatino ſub Lothario. & apud Iuon. & Anſ. l. 2. ſequuntur hæc.* Multa enim quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis iuricula non patiuntur, inueſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas, *et ſtatim adnectitur cap. ſequens,* omnes itaque cauſæ.

Item ibidem 2.

C. XXXVI.

OMnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur: nec vlterius liceat retractare negotium, quod epiſcoporum ſententia deciderit.

¶ Teſtimonium etiam ab vno licet epiſcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant: nec alius audiatur, cum teſtimonium † epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos

2 Capit. ibi. Anſ. ibid. Iuo ibid. Pan. l. 5. c. 23. † al. teſtimonio.

Q*Vicumque.*] CASVS. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod quicumque litem habet ſiue actor, ſiue reus, poteſt appellare à iudice ſæculari ad epiſcopum ante litem conteſtatam vel ſententiam, etiam aduerſario refragāte cui debent apoſtoli dari cum geſtis cauſæ. In 2. parte dicitur, quòd cauſæ terminatæ per epiſcopos retractari non debent. In tertia parte dicitur, quod vbi vnus ſolus epiſcop9 fert teſtimonium, alius contra ipſum nō audiatur: ſed habeatur firmum & incorruptum quod per os epiſcopale profertur. Secunda pars eſt ibi, *Omnes.* Tertia ibi, *Teſtimonium.* Et not. q hæc lex eſt tota abrogata, nec habet locum hodie.

f ¶ *Quicumque.*] j. in hac lege quinque notantur. Primum, quòd a iudice ſæculari appellatur ad epiſcopū. Secundum quòd ante ſententiam appellatur. Tertium, quòd ab epiſcoporum ſententia nō appellatur. Quartum, quòd vnius epiſcopi teſtimonio fides adhibetur. Quintum, quòd alij non audiuntur poſt teſtimonium epiſcopi. Prima pars tollitur per id ext. de ap. ſi duobus. Secunda per id. 2. q. 6. ante ita. Tertia per id. 2. q. 6. omnis oppreſſus. Quarta per id. 6. q. 1. tantum. & c placuit. Quinta per id quod teſtimonium ſolius epiſcopi non valet. 4. q. 3. §. iuriſiurandi. Et licet hæc lex ſit abrogata tamen Inno. arg. ex ea ext. de iud. nouit. non vt confirmet eā, ſed vt oſtendat quantum affectionem Imperatores habuerunt erga ſacerdotium.

g ¶ *Decurſis.*] id eſt poſt litem conteſtatam b.

h ¶ *Cum ſermone.*] in allegationibus.

O*Mnes itaque.*] HÆC SI QVIS. CASVS. Ne forte aliquis opponeret Grat. dicens ſupradicta eſſe antiquata: ideo Grat. reſpondet dicens, quòd Carolus ea per legem ſequentem confirmauit, in qua præcepit Romanis & Francis, & omnibus hominibus ſui imperij vt legem illam teneant quam ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus tranſmiſit, extractam de 17. Theodoſij Imperatoris libro, hanc inquam ſententiam *Quicumque litem habens,* &c. & not. quòd talis confirmatio nulla eſt, cum per legem iſtam Longobardam quæ eſt inualida, aliam confirmet inualidam. vnū enim inualidum aliud inualidum confirmare non poteſt. & non loquitur de Longobarda, quæ nunc eſt, quia in ea hoc non inuenitur, ſed in ea quæ eſt in Gallia.

i ¶ *Capitularibus.*] id eſt in Longobarda, non tū inuenit quæ in ea nunc eſt, ſed in Gallia.

b Sub. Ante concluſionē ſcdm in vel ān diffinitiuam ſniam qūcumque, ſcdm Hug.

edicto ſalubri aliquando cenſuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes.

Hæc ſi quis antiquata contendat, quia in Iuſtiniani codice nō inueniuntur ita inſerta, per Carolum renouata cognoſcat, qui in ſuis capitularibus i *lib. 6. c. 281. ait inter cætera.*

C. XXXVII.

3 VOlumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubiecti, tam Romani, quàm Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Friſones, Galli, Brittones, Longobardi, Guaſcones, Beneuentani, Ghoti, Hiſpani, cæterique nobis ſubiecti omnes quocumque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario k more connexi, hanc ſententiam, quam ex ſextodecimo Theodoſij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo, ad interrogata Ablauij Ducis illi, & omnibus reſcriptam a ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam conſultu omniū fidelium noſtrorum tam clericorum, quàm & laicorum poſuimus, lege † cuncti perpetua teneant, id eſt 4, Quicumq; litē habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, &c. [vt ſup.]

a ¶ *Reſcriptam ſumpſimus.*] *Sic eſt emendatum ex capitularib. Antea legebatur,* per ſcripturam miſimus.

Item Gregorius, lib. 11. epiſt. 54. Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam monendo dicit.

¶ Presbyter apud epiſcopum tantum iudicari debet.

C. XXXVIII.

5 DE perſona l presbyteri hoc attendendum eſt: quia, ſi quam cauſam habuit, non ab alio m teneri, ſed epiſcopus ipſius adiri debuit. ſicut nouella conſtitutio manifeſtat, quæ loquitur de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, ac reuerentiſſimis epiſcopis, clericis, & monachis [6 Imp. Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo præfecto ß prætorio. Si quis cōtra aliquem clericū, aut monachū n aut diaconiſſam, aut monaſtriam,

3 Anſ. ibid. † lege cunctis perpetuo teneāt] orig. 4 ... c. quicumque. 5 Anſel. l. 3. c. 9. " pbyter an poſſit ab inferiori eſſe iudicari. c Sed contra 16. q. 2. viſis. 18. q. 2. ... plene no la. 1. oc. extr. de off. or. quiſque & de pb in Lateranēſ. & no. per B. ext. de priui. cum & plantare. §. in eccleſijs. 6 Nou. 123. §. ſi qs contra Apud le liam c. 31. d Idē ſentit Inno. extr. de pr. ule. com olim ppter. in gl. & malo. & in tali caſu monachus etiam cōſtituit procuratorē, vt ipſe not. ext. de reſcr. cū dilecta. i pri.

k ¶ *Volumus.*] ¶ *Vel conſuetudinario.*] extra de eo qui mit. in poſſ. cap. 3.

D*E perſona.* CASVS. Quidam presbyter Hiſpanus accuſatus fuit coram iudice ſæculari, & cōuictus ab aduerſario, expulſus eſt ab eccleſia ſua, & in exilium miſſus, quod cū ſignificatum eſſet Grego. delegauit hanc cauſam Io. defenſori eunti in Hiſpaniam, docens, quòd non debuit accuſari niſi coram epiſcopo ſuo. Et ad hoc probandum inducit legem Iuſtiniani, in qua cauetur, quòd quæcumque ſit perſona eccleſiaſtica non niſi ſub proprio epiſcopo debet conueniri: cuius ſententiæ ſi altera partium non acquieſcat, iudex ſæcularis eam debet executioni mādare. & ſi quis obijciat quòd lex hæc loquitur de clerico, & nō de presbytero, ſciat quòd nomine clericorum presbyteri & diaconi continentur, ſicut ſuperius in eadem conſtitut. legitur, cuius verba j. ponuntur.

l ¶ *De perſona.*] de hac habes 2. q. 1. in primis.

m ¶ *Non ab alio.*] id eſt, non a cōtrario, "quandoque enim ab inferiori poteſt iudicari c. H. tamen huic litteræ adhæſit, qui dixit ſolum epiſcopum eſſe ordinarium iudicem clerici: & per hoc quod dicit, doceat prius, &c. Sed tu dicas quòd prælati eccleſiæ collegiatæ habēt iuriſdictionem, vt 15. q. 4. c. 1. extra de immu. eccl. non minus. ext. de iud. c. 2. C. de iu. om. iu. l. vlt. extr. de offic. ord. cum ab eccleſiarū. ſed quod hic dicitur: prius doceat, &c. dicas priuſquam ſæcularem. H. tñ dixit ſolum epm habere poteſtatem excommunicandi, vt 16. q. 2. viſis. in fi. vbi dicitur q excommunicatio ſit mucro epiſcopalis. & q ſolus eps debeat de cauſis matrimonialibus cognoſcere. 35. q. 6. multorum. & melius dicit noua conſtitutio. ext. de exceſ. prælat. accedētibus. conſuetudo tamen in talibus dat iuriſdictionem, vt 9. q. 3. conqueſtus. C. de eman. lib. l. 1.

n ¶ *Aut monachum.*] conuentum nomine monaſterij ratione alicuius ſucceſsionis, quæ obuenit monaſterio per eum, alias non competit actio contra monachū, cum nihil habeat. vel intellige quod fideiuſſit de mandato eccleſiæ ſuæ, vel etiam ſine mandato: ſed pecunia eſt conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, vt noua conſtit. dicit, q quibuſdam. ext. de fideiuſ. Si autem monachus contra aliquem deliquit, ipſe monachus conueniendus eſt, nō eccleſia d, vt 18. q. 2. hoc tātum. ſicut ſeruus

aut aſcetriam[a] habeat aliquam actionem: doceat† [b] prius ſanctiſſimum epiſcopum, cui horũ vnuſquiſque ſubiacet[1]. ille vero cauſam inter eos diiudicet. Et ſi quidem vtraque pars his, quæ iudicata ſunt non acquieuerit [ß], iubemus per loci iudicem hæc[c] †executioni perfecte mandari, &c.] [2]Ne vero [d] obiiciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero, ſciendũ eſt, quia ſuperius in eadem conſtitutione lib. † eod. l. legitur appellatione clericorum, etiam presbyteros, & diaconos contineri. Verba autem legis iſta ſunt [Presbyteros autem, & diaconos, & ſubdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus, & reliqua.]

α ¶ Præfecto prætorio.] *Græce eſt, μαγίστρῳ θείων ἡμῶν ὀφφικίων, id eſt,* magiſtro diuinorũ noſtrorum officiorum.

ß ¶ Non acquieuerit. *In auth. de ſanct. epiſc. & apud Iulianum abeſt negatio.*

Item Gregorius lib. 9. epiſt. 32. Romano defenſori Siciliæ.

¶ Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat. C. XXXIX.

PEruenit ad nos, quod ſi quis contra clericos quoſlibet cauſam habeat, deſpectis eorum epiſcopis eoſdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia valde cõſtat eſſe incõgruum: hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuo hoc facere non præſumas: ſed ſi quis contra quemlibet clericum cauſam habuerit, epiſcopum ipſius adeat: vt aut ipſe cognoſcat, aut certe ab eo iudices deputentur: aut ſi forte [e] ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendos † iudices ab ipſo executio [f] deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra epiſcopum cauſam habuerit: tunc te interponere [g] debes, vt inter eos, aut ipſe cognoſcas, aut certe te admonente ſibi iudices eligant. Nam ſi ſua vnicuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur: quid aliud agitur, niſi vt per nos, per quos eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur?

Idem Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26.

¶ A laicis iudicibus clerici non ſunt opprimendi. C. XL.

FRatris & coepiſcopi noſtri Felicis & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quod in inſula Sardinia ſacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuam miniſtri ſui deſpiciant: dumque ſolum ſimplicitati[h] à võbis ſtudetur, quantum videmus, diſciplina negligitur.

Item Gregorius Mauricio Imperatori, lib. 4. epiſt. 31. ſeu c. 75.

¶ Sacerdotes à Regibus ſunt honorandi, non iudicandi. C. XLI.

SAcerdotibus autem non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur: ſed excellenti conſideratione propter eum, cuius ſerui ſunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. [3] Nam in diuinis eloquiis ſacerdotes aliquãdo Dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moyſem de eo, qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur [Applica illum ad Deos] id eſt ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt [Diis non detrahes] ſ. ſacerdotib. Et propheta ait [Labia ſacerdotis cuſtodiunt [i] ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituũ eſt.] Quid ergo mirum, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipſe etiam appellat [k] Deus? [4] Eccleſiaſtica quoque hiſtoria teſtatur: quia cũ piæ memoriæ Conſtantino principi, ſcripto oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant, epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit [l], dicens. Vos Dij eſtis, à vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite: quia dignũ nõ eſt, vt iudicemus Deos. In qua tamen ſententia ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa. ¶ Ante cũ quippe pagani in rep. principes fuerũt, qui verũ Deum neſcientes, Deos ligneos, & lapideos colebant: & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei ſacerdotes dignetur honorare, dũ pagani, vt prædiximus, principes, honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui Diis ligneis & lapideis ſeruiebant? Hæc ergo non tantũ ſpecialiter[m], quantum

m. Non

nus conuenitur qui deliquit, non eius dominus. C. de nox. l. pen. & vlt. in fin. Primo autem loco caſtigatio monachi ſpectat ad abbatem, vt 24 q. 3. corripiantur. & ext. de of. or. quanto. ext. de ap. reprehenſibilis. vbi autẽ procedendum eſt ſecundum ordinem iuris, tunc ſolus epiſcopus eſt iudex ſecundum H. vt hic dicitur. Alij dicunt quod abbas habet ordinariam iuriſdictionem ſuper monachos ſuos, & excommunicare eos poteſt, vt extra de maio. & obed. cum in eccleſiis.

a ¶ *Aut aſcetriam.*] i. incluſam, quæ ſemper aſſidue moratur ibi.

b ¶ *Doceat.*] i. adeat.

c ¶ *Iudicem hæc.*] ſi ipſemet non poteſt: & eſt ſimile C. de epiſc. aud. epiſcopale.

d ¶ *Ne vero.*] hæc ſunt originaliter verba Gregor.

PEruenit.] CASVS. In Sicilia erat quidam defenſor Papæ, nomine Romanus: qui deſpectis epiſ compellebat clericos in ſuo iudicio laicis reſpondere. quod cum Gregor. audiuit, præcepit ei ne de cetero hoc faceret: ſed ſub proprio epo conueniantur, vt vel ipſe cognoſcat, vel det iudices delegatos, vel per executorem ipſius partes arbitros eligere compellantur, ſi alicui partium epſ fuerit ſuſpectus. Si vero laicus vel clericus contra epiſcopum cauſam habuerit, tunc ſe interponere debet ille Romanus, vt vel ipſe cognoſcat, vel eo admonente iudices eligantur. & ſi aliter fiat, ordo eccleſiaſticus cõfunditur.

e ¶ *Aut ſi forte.*] extra de foro comp. ſi quis contra.

f ¶ *Executio.*] i. executor ad hoc deputatus, ſcilicet archidiaconus[a], vt 25. diſt. perlectis. & extr. de fo. comp. nullus[a]. Cum autem iudex accuſatur, in optione actoris erat an vellet quod recuſatus delegaret cauſam aliis, vel quod partes cogerentur ad eligendos iudices, vt extr. de fo. comp. licet. & cap. ſi quis. " Hodie autem ſi iudex recuſatus fuerit, & probata fuerit cauſa recuſationis, ad arbitrium recuſatoris ipſe qui recuſatus fuerit, dabit iudices, vel tranſmittet negotium ad ſuperiorem, vt in conſtit. cum ſpecial. extr. de ap." Sed quæro an iudices delegati ab epiſcopo poſſint partes punire, ſi non venirent ad iudicium? Non videtur, quia ſolus delegatus à principe poteſt citare, vt in authent. de litig. §. omnem. collat. 8. nec alij poſſunt ſuas ſententias mandare executioni, quàm ordinarij vel delegati à principe, vt C. de bo. auct. iud. poſ. auth. & qui iurat. ff. de re iud. à diuo. & ſolus delegatus à principe poteſt mittere in poſſeſſionem. ff. de iu. om. iu. iubere. Poteſt tamen dici, quod ſecundum iura noſtra ſubdelegatus habet coertionem, quia poteſt interdicere eccleſiam vt extra de of. dele. ex litteris. in fin. & ſecundum legem, modicam ſaltem habebunt coertionem ſubdelegati. C. de ſpor. l. 2. & ff. de of. eius cui man. eſt iu. l. vlt. in fin.

g ¶ *Interponere.*] hoc verum eſt in modicis vel minimis cauſis: nam maiores cauſæ epiſcoporum ad metropolitanum deferuntur, vt 6. q. 4. ſi inter. 9. q. 3. conqueſtus. & 80. diſtinct. c. 1.

FRatris.] CASVS. Ianuarius epſ Caralitanus in ſtatu erat ſimplex, quod clerici ſui eum deſpiciebant, & ſacerdotes in Sardinia à ſecularibus iudicibus opprimebantur. Quod cum Greg. audiuiſſet per epiſcopum Felicem & Ciriacum abbatem, præcepit ei vt hoc fieri non permittat, ne dum ſimplicitati ſtudet, diſciplina negligatur.

h ¶ *Simplicitati.*] 3. 39. diſt. Petrus.

SAcerdotibus.] CASVS. Mauricius Imperator compellebat clericos ſub ſe reſpondere: & eis debitam reuerentiam non impendebat. quare Grego. ſcribit contra ipſum, docens quod omnes ſacerdotes debet generaliter honorare, cum neſciatur qualis quiſque ſit futurus in futuro iudicio: & quod ipſos debeat honorare, probat vna ratione, ſcilicet quia Deus vocauit eos deos, & Malachias propheta ipſos Angelos appellauit: & duob. exemplis, ſ. Conſtantini, & paganorum imperatorum, qui ſacerdotibus ſui temporis reuerentiam exhibuerunt. Ratio incipit ibi, *Nam in diuinis eloquiis.* Exemplum Conſtantini ibi, *Eccleſiaſtica quoque.* Exemplum paganorum eſt ibi, *Ante cum.*

i ¶ *Cuſtodiunt.*] id eſt, cuſtodire debent, vt ſ. ea. q. 3. nolite.

k ¶ *Appellat.*] ergo ex ſola appellatione nominis aliquis conſequitur ius[b]. ſic 32. q. 1. dicit. C. de la. li. tol. § pe. extr. de præſum. illud. inſt. de ado. § vlt. arg. contra. 3. q. 1. multi. in fi. vbi dicit, quod ſola nominatio non ſufficit. C. de probat. non epiſtolis. & l. fin.

l ¶ *Incendit.*] hic videtur quod iudex debet deſtruere libellum, qui non eſt legitime compoſitus, vt 2. q. vlt. c. vltim.

m ¶ *Specialiter.*] pro bonis, ſed etiam generaliter pro bonis & malis [c], vel non talium pro præſentibus qui nunc accuſantur & non conueniuntur, ſed etiam pro omnibus aliis. 12. q. 2. non [illegible]

† *adeat*] ori.

1 Adde ad iſtud cap. an epi ſint illuſtres: & dic. quod ſunt ſimiles illuſtrib. vt probatur in l. ad ſimilitudinem. & ibi Bal. C. de epiſ. & cler. proprie tamen ſunt ſpectabiles; ſecũdum Alc. de Im. in gl. ſu. col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.

† al. hoc.

2 In ead. Nouel. §. presbyteros. apud Iulianũ c. 30 & al. l. 1. cap. id eſt, ca. 51. nouel. auth. de ſan. epiſ. presbyteros.

† eligendum iudicem] orig.

a Iſta decre. hodie eſt remota: & fuit in prima cõpilatione: & erat ſecunda decr. eiuſdẽ tit. & eſt palea. ſuprà ea. Nullus clericus.

" iudicẽ recuſatum quod hodie.

" delegatus epi an poſſit citare.

3 Nicolaus epiſto 7 ad Michaelem. Imp. c. 35.

Exod. 22.

ibid.

Malach. 2.

4 ſuprà. eadem continua. 9. item Conſtantin. B. Aug. epiſt. 66.

b Ar. ad hoc 93. diſt. dñs. vbi de hoc. Ar. contra. C. de reſt. 1. q3. C. de licent. iubemus. Ar.

c Secundum H. bene inducitur auctoritas Apoſtoli ſed quod ſequitur ſunt ſententia M. & B I. ſi. ſecundum L.

INolita.] CASVS. Relatum fuit in Mileuitano concilio, quòd clerici clericos ſuis epiſcopis relictis ad ſæcularem iudicem traherent, quarę ſtatuit concilium, vt hoc de cetero non fiat, & ſi quis de cetero præſumet, ſuper hoc conuictus cauſam perdat, & etiam à communione repellatur. Inolita, i. conſueta. Et loquitur hoc cap. de actore. ſequens de reo.

a ¶ Inolita.] Hoc ca. de actore, & ſequens de reo loquitur. Et no. quòd ſi actor traxerit reum ad iudicem non ſuum, perdit cauſam. ſed ſi reus traxerit actorem, pro conuicto habetur, vt C. de iur. om. iud. in criminali. hoc tamen intelligas lite conteſtata: quia ſi ante litis conteſt. deſiſtit, non incidit in pœnam, vt j. ead. ca. prox. & ff. rem ra. ha. ampliùs. & ff. de in ius voc. quamuis. licet ſit arg. contra. C. de tranſa. ſi qs maior. j. c. placuit. Et quod dicit, quod cauſam perdit, dicunt quidā ipſo iure, verius credo quòd per ſententiam, & hoc innuit hoc verbū, conuentus.

b ¶ Pontifice.] hic manifeſte habes, quòd in cauſa eccleſiaſtica neuter pt adire alium iudicem, ſiue in ciuili, ſiue in criminali negotio: laici autem ſine conſenſu ordinarij eligunt alium iudicem in ciuili negotio, vt ff. de iud. l. 1. C. de iur. om. iu. l. 2. ſed non in criminali, vt C. de iu. om. iu. in criminali. j. ead. ca. ſi quis cum clerico. ſed in clerico requiritur conſenſus epiſcopi, & etiam proprius conſenſus. argu. hic, & 9. q. 2. ca. 1. & j. ead. clericum. & nullus. & ca. inolita. & 6. q. 3. denique. & 3. qu. 6. non liceat. extra de fo. comp. ſignificaſti. Et eſt triplex ratio quare laicus poteſt, & non clericus: q: laicus poteſt iurare ſine licentia ſui iudicis, ſed clericus non, vt extra de iu. cal. inhærentes. Sed non poſſet coram laico litigare, niſi ibi iuraret. Item ab alio epiſcopo non pōt ordines accipere, ergo nec iudicium, quod maius eſt, vt 9. q. 2. nullus primas. Item non poteſt ab alio, quàm à ſuo prælato petere iudicium animæ, quod eſt occultum, ergo multo fortius nec manif. ſtum, vt de pœn. diſtinct. 6. placuit. Item inconueniens iam eſſet, quòd vnus eps iudicaret clericos alterius epiſcopi, quod eſſe non debet, vt 9. q. 2. per totum & ſic omnes de vno epiſcopatu poſſent ſibi alium epiſcopum eligere in iudicem: nec renunciare poteſt clericus huic iuri. extr. de for. comp. ſi diligenti. credo tamen quòd licet non poſſint renunciare expreſſe, quòd tamen ſponte, id eſt tacite poſſunt conſentire in alium iudicem nam arbitrum ſponte eligunt & iudicem delegatum, alioquin exſufflatum erit priuilegium clericorum, quòd clericus poteſt eligere coram quo iudice velit litigare. in conſtit. Fed. auth. habita. C. ne fil. pro patr. Item multa poſſum facere ſponte, ad quæ non poſſum me pacto adſtringere. nam poſſum inſtituere aliquem hæredem, non tamen pacto ad hoc me adſtringere poſſum, vt Cod. de pact. l. vlt. Item tacite poſſum renuntiare foro, licet non expreſſe, ſicut tacite Papa renuntiat priuilegio ſuo, vt 2. quæſt. 7. nos. ſi. & qu. 3. mandaſtis. Sicut tacite poſſum renuntiare exceptioni procuratoriæ contra militem, ſed non expreſſe, vt ff. de proc. filiusfam. §. veterani. ſimiliter tacite poſſum renuntiare iuramento calum. ſed non expreſſe. ℭ de iur. calum. l. 2. in fin. & quòd ſponte poſſit reſpondere, habes 3. q. 6. pulſatus Ioan. Quidquid dicat Io. hoc tene, quòd in laicum nullo modo conſentit clericus, vt extra de for. com. ſi diligenti, nec in clericum ſine cōſenſu epiſcopi, vt extra de fo. compet. ſignificaſti. B.

Margin: a actoris pro arbitrio reſt ad iudicem nō ſuum trahētis. — 2. Cor. 4. — a idē Barto. Bal. An. Cy. & Pau. d. Ca. in d. l. in criminali. in gl. alleg. — x In Tolet. 3. c. 13. — Clerici an poſſint in iudicē non ſuū conſentire. — a Et in c. 8. c. apud Palatiū Vermis habito, c. 18. 3 Iuo p. 6. ca. 361. §. item placuit. — b Hoc ū puto verū, ſecundum Go. vt q. 6. nō liceat. vt ibi dixi. Arc.

generaliter pro omnibus aſſerimus ſacerdotibus: quoniā adhuc neſcimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit, Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam ſunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia forталſſe, quæ vos laudatis, ille reprehendet: & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

v ¶ Hæc ergo.] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum in epiſtola cuius initium propoſueramus: ſed in original: pro iſtis hæc leguntur,* Hæc ergo pietati dominorum non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. *Et multis interiectis, quæ hic non referuntur, ſubdit.* Nam adhuc neſcimus, quis ſibi, qualis ſit. & Paulus egregius prædicator, &c. *præſtatque omnino integrum illum locum legere Apoſtolica libertatis plenum.*

Item ex concilio Mileuitano.

¶ *In concilio Mileuitano quod habetur, nihil tale extat. Ex ipſo tamen citatur etiam ab Innocent. 3. in c. ſi diligenti. extr. de for. compet. Habetur autem in Toletano. 3. c. 13.*

¶ Qua pœna feriatur clericus clericum ad ſæcularia iudicia pertrahens. C. XLII.

x INolita a præſūptio vſq; adeo illicitis auſibus aditum patefecit, vt clerici conclericos ſuos, relicto pontifice b ſuo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus hoc de cetero non præſumi. Si quis hoc præſumpſerit facere conuentus a & cauſam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

a ¶ Conuentus.] *dictio iſta in nullo concilij exemplar. aut impreſſo, aut manuſcripto eſt inuenta.*

Item ex concilio Carthaginenſi, 3. c. 9. [b]

¶ Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet. C. XLIII.

ij 3 PLacuit, vt quiſquis epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum, cum in eccleſia ei crimen fuerit intentatum c, vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis purgari d voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum e ſuum amittat. Et hoc in criminali actiōe. In ciuili vero perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit: ſiquidem a ad eligendos iudices inique f de eccleſiæ conſortio iudicat, qui de vniuerſa eccleſia male ſentiendo, de iudicio ſæculari poſcit auxilium: cum priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus etiam ad eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

a ¶ Siquidem. *In ceteris conciliorum editionibus, & uno Vaticano codice legitur,* ſiquidem ad eligendos iudices ſibi eccleſiæ conſortio dubitat vtrique eccleſiæ conſortium iudicat, qui de vniuerſa, &c. *In recens vero autem quatuor tomorum editione hoc modo,* cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſa, &c. *eodemque fere modo eſt in codice Lucenſi Regio & refertur in concilio apud Palatium Vermis habito, c. 18.*

Item ex eodem.

¶ Clericus non accuſetur, niſi ante eccleſiaſticum iudicem. C. XLIIII.

4 DE diuerſis ordinibus eccleſiæ ſeruientibus, ſi quis in cauſam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium eccleſiaſticum, debet periclitari g.

¶ *Eſt ſumma c. præcedentis, & in conciliis olim Coloniæ ac Lutetiæ impreſſis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omnino eſt loco ſumma, nec multo aliter apud Iuonem. p. 6. c. 362.*

Item conſtitutione 74. c. 1. [5]

¶ Qui cum clerico litigium habet, epiſcopum ipſius adeat. C. XLV.

ij 6 SI quis cum clerico litigiū habuerit, ſi quidem de cauſa pecuniaria, adeat prius epiſcopum, cuius iudicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille enim ſine damno h, & ſine dilatione competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem noluerit a i epiſcopus litem dirimere: tunc ad ciuilem iudicem diſceptatio cauſæ perueniat. Vbi autem epiſcopus cauſam dirimere vult, ſine ſcriptura k

PLacuit.] CASVS. Aliquis clericus accuſabatur de crimine, vel conueniebatur ciuiliter coram iudice eccleſiaſtico: lite conteſta. maluit accuſari vel conueniri coram iudice ſæculari: quærebatur in cōcilio Carthag. quam pœnam pati debeat? Reſp. quòd in criminali cauſa, ſiue fuerit condemnatus ſiue abſolutus, locum ſuum amittat, i. deponatur. In ciuili vero cauſa perdat, quod euicit, i. id, in quo fuit abſolutus, perdat: quia male de eccleſia ſentit qui de ſæculari iudicio auxilium poſcit. Et no. quòd H. & Beneu. & Ioan. hīc ſligunt hoc ca. cum lis erat conteſt. coram eccleſiaſtico iudice. Sed certe ego credo, quòd poſſet intelligi cum nondum erat lis conteſt. coram eo. Seq. vero c. planum eſt.

c ¶ Intentatum.] i. obiectum. Et ſic loquitur cum lis ſit conteſtata. ADDITIO. Sic ēt intelligunt H. B. & L. Sed B. Brix. dicit, Ego credo, quòd poſſit intelligi cum nondum lis fuerit conteſtata coram eo.

d ¶ Purgari.] per hoc patet, quòd loquitur de reo: ſed quod dicit poſtea, euicit, intellige id in quo eſt abſolutus.

e ¶ Locum ſuum amittat.] i. deponatur.

f ¶ Inique.] contumeliam. n. facit iudici, qui eo relicto vadit ad alterum, vt ff. de arb. litigatores. ſimiliter ſi quis rem deducit coram vno iudice & deducit poſtea coram alio perdit litem e. C. de aſſer. tol. l. 1. in fi.

g DE diuerſis.] ¶ Periclitari.] id eſt, deponi.

SI quis cum clerico.] CASVS. Duo dicuntur in hac lege. Primo dicitur, quòd in pecuniaria cauſa actor debet clericum conuenire coram epiſcopo ſuo: qui cauſam debet examinare ſine damno ſportularum, & ſine dilatione. Sed ſi epiſcopus non vult cauſam pecuniariam dirimere, ad ſæculares iudices recurratur. Si vero vult eam dirimere ſine ſcriptura omnia procedere debent, niſi partes velint, quòd ipſa acta redigantur in ſcriptis. Secundo dicitur, quòd in cauſa criminali de ciuili crimine recurrendum eſt ad iudices ſæculares, qui intra duos menſes a tempore litis conteſtatæ cauſam criminalem decidat, non tamen clericum puniant, niſi prius ab epiſcopo ſuo fuerit degradatus. & hæc particula non tenet. pro crimine vero eccleſiaſt. coram ad iudicem eccleſiaſticum recurratur. Secūda pars incipit ibi, *Quod ſi de criminali.*

h ¶ Damno.] ſportularum, ad quas clerici non tenentur, vt in auth. de ſanct. epiſ. §. ſportularum. col. 9. ergo nec aduerſarij ipſorum teneri debent, vt C. de fruct. & lit. exp. l. vlt. d

i ¶ Noluerit.] illud non tenet. Vel dic noluerit, id eſt, non potuerit, quia forte talem cauſam non poteſt audire.

k ¶ Sine ſcriptura.] ſine ſcriptura procedit epiſcopus cum iudicat inter ſuos clericos. Similiter in modicis cauſis non requiritur ſcriptura, vt in auth. de mand. prin. §. ſi tibi. colla. 3. Non obſt. j. 2. qu. in primis

Margin: 1. Cor. 6. — 4 Iuo ibid. initio ea. — 5 Nouel. 83. apud Iulia. 6 Iuo p. 6. ca. 417. & p. 16. c. 150. — c idē tenent Gul. de Cu. Lnemo. poſt glo. C. de iu. omn. iud. & Ang. in l. eū procurator. §. dñs. ff de op no. nun. & l. quāuis. de damn. infe. — d Vt patet extr. de iu. qualiter. in ſed contra in aut. de ſan. epi. §. ſi quis autē pro pecunia. vbi de hoc.

p[ri]mis. vbi dicitur ſi n[o]te[rit] a nu[lla], quæ ſine ſcripto proferetur. ill[u]d enim tantum tenet in criminalibus & maioribus negotiis.

a ¶ *Duorum.*] hoc non tenet, vt 3. q. 3. §. ſpatium.

b ¶ *Puniatur.*] nec illud tenet, vt extra de iud. cum non ab homine.

S*i clericus.*] CASVS. Quattuor articuli continentur in hoc c. Primus eſt, quòd ſi clericus litem habeat aduerſus clericum, coram ſuo epiſcopo conqueratur. Secundus eſt, quòd ſi epiſcopus litem habeat contra ſuũ clericum, coram arbitris ab vtraque parte electis negotium terminetur. Tertius eſt, quòd ſi clericus habeat cauſam aduerſus ſuum aut alium epiſcopum, recurrat ad ſynodum prouinciæ. Quartus eſt, quòd ſi epiſcopus vel clericus litem habeat contra metropolitanum, pergat ad primatem, vel ad vrbem Conſtantinopolitanam. Secundus articulus incipit ibi, *Vel certe.* Tertius incip. ibi, *Et ſi clericus.* Quartus ibi, *Si vero contra ipſius prouinciæ.*

c ¶ *Arbitros.*] Et hæc eſt ratio: quia metropolitanus non eſt iudex clerici: vnde ſuo eo non debet conueniri, nec coram epiſcopo debent conueniri: cum non poſſit eſſe actor & iudex. vt extra de reſtitutio. ſpoliator. conquerente. & extra de concel. præbend. & eccleſ. non vac. poſt electionem. in fin. [a] Sed quis coget eum eligere arbitros? Reſpondetur, epiſcopus, licet ſit ei ſuſpectus. vt extra de ap. ſecundo requiris. Item in alio caſu cogit ipſum eligere arbitros, ſcilicet cum recuſat eum vel delegatum ab eo, vt 3. ca. peruenit.

d ¶ *Audiatur.*] 3. 6. q. 2. epiſcopus. contra. ſed ibi ſoluitur.

e ¶ *Synodi.*] Ergo ſi habetur ciuilis cauſa cõtra epiſcopum, ſolus metropolitanus nõ poteſt audire, vt hic, & 6. quæſtio. 4. ſi inter. ſed ſur[.] hoc non tenet in maioribus cauſis: vel loquitur ſecundum antiqua tempora, quãdo pro ſingulis cauſis fiebat concilium, vt 3. eo. q. 3. c. 2. & 3.

EX HIS OMNIBVS CASVS. Hic §. diuiditur in duas partes. In 1. parte concludit ex ſupradictis dicens, quod ad ſecularem iudicem nec in

1 Ext. de ſo. compe. ca. 1. Poll. 4. ti. 31. Burch. l. 2. c. 283. Iuo p. 6. c. 8.

[a] Arbitros eligere quãdoque cogũtur litigantes.

† al. iudicii.

† al. terminetur.

omnia procedant, & diffinitiua ſententia ſine ſcriptis ab eo proferatur [β]. ¶ Quòd ſi de criminali [γ] cauſa litigium emerſerit: tũc competentes iudices in hac ciuitate, vel in prouinciis interpellati, conſentaneum legibus terminũ cauſæ imponant: ita tamen, vt diſceptatio litis duorum [a] menſium ſpatium non excedat, à litis conteſtatione numerandum [δ]. *Item.* ¶ [In criminalibus vero cauſis numquam ſine ſcriptura procedere debet.] Non aliter autem puniatur [b] clericus, niſi obnoxius repertus, ſacerdotio nudatus fuerit ab epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Sin autem crimen eccleſiaſticum eſt, tunc ſecundum canones ab epiſcopo ſuo cauſę examinatio, & pœna procedat, nullã communionem aliis iudicibus in huiuſmodi cauſis habentibus.

α ¶ Noluerit.] *Ita etiam apud Iulianum, & Iuon. & ſic legit auctor gloſſæ: ſed in nouell. ipſa Iuſtin. ant. additur.* vel non potuerit.

β ¶ Proferatur.] *In nouella ipſa ſequuntur hæc.* niſi forte partes voluerint vt in ſcriptis ea inſeratur. Quod ſi, &c. *Apud Iuonem loco dictionis.* proferatur, *eſt* inſeratur: *quod ſuſpicionem facit, intermedia ſcriptoris vitio decſſe.*

γ ¶ De criminali] *In nouella Iuſtiniani additur.* ciuili tamen.

δ ¶ Numerandum.] *Quæ ſequuntur vſque ad ver.* Non aliter, *neque in nouella, neque apud Iulianum aut Iuonem, neque in vetuſtis Gratiani codicibus habentur: ſed ob dictionum citationes non ſunt expuncta.*

Item ex concilio Chalcedonenſi c. 9.

¶ Clericus aduerſus clericum negotium habens, ſæcularia iudicia non exerceat.

C. XLVI.

1 SI clericus aduerſus clericum habeat negotium: non relinquat ſuum epiſcopum, & ad ſæcularia iudicia non concurrat: ſed prius negotiũ agitetur apud proprium epiſcopum: vel certe [α] ſi fuerit negotium† ipſius epiſcopi, apud arbitros [c] ex vtraque parte electos audiatur [d] negotium. Si quis vero contra hæc fecerit, canonũ ſubiaceat correptionibus. ¶ Et ſi clericus aduerſus ſuum, vel alium epiſcopum habeat cauſam, apud audiẽtiam ſynodi [e] prouinciæ eius conquiratur. ¶ Si vero contra ipſius prouinciæ metropolitanum epiſcopum epiſcopus ſiue clericus habeat controuerſiam, pergat ad ipſius diœceſis primatem, aut certe ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem, vt eorum ibi negotium exquiratur†.

α ¶ Vel certe ſi fuerit.] *Græce eſt,* [Greek text illegible] certe ...[illegible]..., vel ex ipſius epiſcopi ſentẽtia, apud eos, quos vtraque pars voluerit, ea quæ ad iudicium pertinent, agitentur. *Nec longe aliter vertit Dionyſius, cuius verſionem attulerunt Burchardus & Iuo & Innocentius extra de foro competen. cap. 1. ſententia vero, quæ hoc loco ex priſca verſione citatur, habetur paulo poſt in verſ. ſic.* Et ſi clericus aduerſus ſuum. *Quæ non bene hic inculcatur: ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

[Item ex concilio Agathenſi, c. 32.]

PALEA. C. XLVII.

iij 2 CLericum nullus præſumat apud ſæcularem iudicem epiſcopo non permittente pulſare. Sed ſi pulſatus fuerit, non reſpõdeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſæculari proponere.

¶ Abeſt à pleriſque vetuſtis exemplaribus, & fruſtra hic repetitur, quòd plane idem habetur ſupra ead. c. clericum nullus. De lectionis autem varietate ibi notatum eſt.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd clericus ad publica iudicia nec in ciuili, nec in criminali cauſa eſt producendus, niſi forte ciuilem cauſam epiſcopus decidere noluerit, vel in criminali, ſui honoris cingulo eum nudauerit. ¶ 3 Illud autem quod in epiſtola Clementis dictum eſt. [Non cognitorem ſæcularium negotiorum te vult Deus eſſe] ex epiſcopali vnctione intelligendum eſt. Non enim in epiſcopum vngitur, vt cognitor ſæcularium negotiorum reddatur, ſed vt procurator animarum, & diſtributor ſpiritualium exiſtat. Prohibetur ergo ſæcularibus negotiis occupari, non ad tempus ſequeſter fieri. Vel ſæcularia iudicia, non de rebus ſæcularibus, ſed ſæcularium virorum intelligenda ſunt. 4 Iudicia de rebus ſæcularibus ſæcularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli [Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia conſtitutos.] Iudicia verò ſæcularium, ſæcularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli in epiſtola Clementis: quod ex ſubſequentibus datur intelligi, cum dicitur. [Hæc opera quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant ſibi inuicem vacantes laici.] Prohibentur ergo clerici à cognitione negotiorum ſæcularium virorum, non ſæcularium cauſarum. Negotia quippe clericorum, ſiue criminalia, ſiue ciuilia fuerint, non niſi apud eccleſiaſticum iudicem ventilanda ſunt.

Vnde Adrianus Papa ait, cap. 3. 5. 5

¶ Non niſi in foro ſuo audiatur clericus.

C. XLVIII.

6 CLericus, ſiue laicus, ſi crimine, aut lite pulſatus fuerit, non alibi, quam in foro ſuo prouocatus audiatur.

Idem ibidem, cap. 40.

¶ De eodem. C. XLIX.

7 IN clericorum [f] cauſa, huiuſmodi forma ſeruetur, ne quemquam eorum ſententia à non ſuo iudice dicta conſtringat.

Res vero in litigio poſita ante legitimum cognitionis euentum in nullam debet omnino transferri perſonam.

Vnde Gelaſius Papa Quingeſio [α] epiſcopo.

α ¶ Quingeſio.] *In antiquis exemplaribus partim eſt iſta vox, partim* Lucio, *partim L. partim* quinquageſimo.

¶ In nullam transferatur perſonam res in litigio poſita ante cognitionis euentum.

C. L.

ciuili, nec in criminali cauſa eſt clericus producendus, niſi epiſcopus ciuile cauſam decidere nolit, vel niſi in criminali cleric[us] prius ab epiſcopo fuerit degradatus. ſed male excipit Gratian. niſi dicat allegando. In ſecunda parte reſpicit illud cap. te quidem. & exponit duobus modis illud verbum: ſcilicet, non cognitorem ſæcularium negotiorũ te vult Deus. & primo ſic: non vult Deus te ordinare cognitorem ſæcularium negotiorum, id eſt, non vult te inungi in epiſcopum ad hoc tantum vt ſis cognitor ſæcularium negotiorum: ſed vt potius animarum lucris intendas. Non tamẽ prohibetur ad tempus negotia ſæcularia terminare. Secundo exponit ita, vt ſæcularia negotia intelligantur ſæcularium virorum, quæ vacantes laici ſibi debent ad inuicem exhibere: negotia vero ſæcularia de rebus ſæcularibus eccleſię & clericorum, ſiue ſint criminalia ſiue ciuilia, non niſi apud epiſcopum ſunt ventilanda. Secunda pars incipit ibi, *Illud autem.* Sequ. duo cap. patent.

f IN *clericorum.*] 3. 2. q. 1. in primis. in fin. ext. de iud. at ſi.

RES VERO CASVS. Quia ſupra, in multis cap. facta eſt mẽtio de reb. litigioſis: ideo Gratianus nũc docet, quòd res litigioſa non debet transferri ad aliquã perſonam ante ſententiam diffinitiuam.

Quia

2 3. eo. clericum nullus. Iuo p. 6. cap. 367.

3 3. eo. te quidem.

1. Cor. 6.

4 3. e. te quidem.

5 in cap. Hadriani. c. 35.

6 Anſ. l. 3. c. 88.

7 Anſ. ibid. Deuſd. p. 3.

QVia [a] res in litigio [b] poſita in nullam tráſferri poteſt omnino perſonam, donec legitimæ cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria diſceptatione poſſit agnoſci: ex eadem re quiſpiam non ſinatur exigere [c] penſiones: ſed in eodem ſtatu, re eadem poſita, in quo videtur (ſicut dictum eſt) ante conſtituta†, quiſquis ſibi putat quidpiam poſſe competere, iuridico pulſet examine, præiudiciis omnibus inde ſubmotis.

QVAESTIO II.

QVòd vero [d] culpa [e] illa ſuſpenſione digna ſit, ex capitulo illo Mileuitani concilij liquido conſtat. Si enim communione priuandus eſt, qui clericum ad ciuilem iudicem crediderit pertrahendum: multo magis ſuſpenſione dignus eſt, qui ſui epiſcopi iudicium interpellantem ad iudicium ſæculare pertrahere non dubitauit.

QVAESTIO III.

[1] *SEd ponatur [e], quod hæc culpa ſuſpenſione digna non fuerit: quæritur, vtrũ ſit deponendus, qui officium contra prohibitionem epiſcopi celebrare auſus eſt. Sed quòd ſententia epiſcopi, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda ſit, Gregorius homil. 26. in Euangelia teſtatur dicens.*

¶Timenda eſt ſententia paſtoris.

C. I.

SEntentia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt [f].

¶Ipſa proorſus [a] Gregorij uerba leguntur ĩ. ead. c. non ſolum. uerſ. utram iuſte.

Item ex concilio Antiocheno [2] c. 6.

¶A ſuo epiſcopo excommunicatus, non eſt ab alio recipiendus.

C. II.

[3] SI quis à proprio epiſcopo excommunicatus eſt: non eum prius ab aliis [g] debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut concilio [h] facto epiſcopis [a] occurrat, & reſpondeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit, quòd † ſtatuerit [i] ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & preſbyteros, & diaconos, & omnes, qui in clero ſunt, conuenit obſeruari.

a ¶Epiſcopis.] *Apud auctores indicatos prior tantum pars huius canonis refertur. & ex uerſione Dionyſij: quæ etiam in tota hoc loco longe melior eſt,* aut certe (*inquit*) ad ſynodum, quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. *Græce enim eſt. ...*

Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epiſtola, cuius initium [Audito.]

¶Excommunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat.

C. III.

[4] PRæcipue Gualdradræ pellicis tuæ & iamdudum à te repudiatæ communionem declina: excommunicata eſt enim, & vſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrem ca-

QVia res.] CASVS. Iſte dupliciter poni ſolitus eſt. Et primo ſic. Reus poſsidebat rem litigioſam, quæſitum eſt a Gelaſio, vtrum actor poſsit exigere penſiones. Et reſpondetur, quòd non, ante legitimæ cognitionis euentum: ſed res debet apud reum permanere donec apparuerit cui res potius debeatur: & ſi quid factum fuerit lite pendente in præiudicium alterius partis, nihil valeat: & ſecundum hoc expone, *Non ſinatur*, ſupple niſi ſit poſſeſſor. Poteſt etiam alio modo poni, vt Beneuen. ponit. Cum de quadam re inter actorem & reum litigium verteretur, nec aliquis eorum eſſet in poſſeſsione illius rei: quæſitum fuit quis debeat de illa re recipere & exigere penſionem. Et reſpondet Gelaſius Papa, quòd nec actor, nec reus: ſed res debet permanere in eodem ſtatu, in quo poſita eſt, vſque ad ſententiam diffinitiuam, caſſatis omnibus priuilegiis, vel reſcriptis, quæ contra hoc poſſunt dari lite pendente.

a ¶ *Quia res.*] Nec etiam actionem poteſt quis cedere alij, poſtquam res eſt deducta in litigium, vt C. eodem. l. ſecunda. nec valet priuilegium impetratum tempore litis, vt extra de teſt. cauſam. 16. quæſtio. 6. placuit. C. vnde vi. auctoritatem. C. de ſun. & ſal. reip. lib. 11. l. ſi qua. nec res litigioſa poteſt dedicari. ff. de litig. l. vltima qui autem rem litigioſam alienat, & alienatio nulla eſt, & præterea punitur venditor & emptor ſi ſciuit rem litigioſam, vt extra vt lit. pend. eccleſia. C. eodẽ. l. vlti. " In caſibus tamẽ licite alienatur res litigioſa, ſcilicet ex cauſa dotis, vel tranſactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex cauſa legati, vel diuiſionis rerum hereditariarum, vt C. de liti. l. vlt. Item licite alienatur res litigioſa, quæ ſeruari non poteſt, ff. fami. exc. alienationes. & ff. de pet. her. diuus.

b ¶ *In litigio.*] " Res dicitur litigioſa, de cuius dominio vel quaſi cauſa vertitur inter petitorem & poſſeſſorem, vel iudiciaria conuentione, vel precibus principi oblatis, & per eum aduerſario cognitis, vt in auth. de litig. in prin. coll. 8. [a]

c ¶ *Exigere.*] Hoc intellige cum poſſeſſor eſt ſuſpectus, aliàs poſſeſſor ſemper vtitur fructibus pendente lite, vt 16. q. 4. volumus. extra vt lit. pend. a memoria. "

QVod vero.] CASVS. Hic intitulatur 2. quæſt. qua quæritur, an hæc culpa quòd clericus clericũ aliquem inuitum trahit ad iudicem ſæcularem, digna ſit ſuſpenſione. Et reſpõdetur quòd ſic: nam ſi dignus eſt priuari communione, vt ĩ. ead. q. 1. inolita. multo magis dignus eſt ſuſpenſione.

d ¶ *Quod vero.*] & eſt certum quod ſic. ĩ. ead. inolita.

SEd ponatur.] Hæc quæſt. diuiditur in x. partes, in quarum prima probat per xx. c. quòd ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timida eſt. Secunda ibi, *Verum hoc.* Tertia ibi, *Sed hoc.* Quarta ibi, *De his.* Quinta ibi, *Si ergo.* Sexta ibi, *Cum ergo.* Septima ibi, *Idem eſt.* Octaua ibi, *Quod autem.* Nona ibi, *Excommunicationis.* Decima ibi, *Presbyteris.* Ioan. de Fran.

CASVS. Hic intitulatur 3. quæſt. vbi quæritur, ſi hæc culpa digna non ſit ſuſpenſione, ſcilicet quòd propter hoc non debeat ſuſpendi, quòd traxit clericum ad iudicem ſæcularem: ſi tamen ſuſpenſus fuit propter hoc, & poſt ſuſpenſionem diuina celebrauit: vtrum debeat deponi? Et reſpondet quòd ſic, vt ĩ. ead. ſi quis presbyter. & c. ſi quis epiſcopus. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſt. Primo probat, quòd ſententiæ epiſcopali parendum eſt, ſiue iuſta, ſiue iniuſta: & hoc vſque ad §. *Præmiſſis.* Deinde probat contrarium, & reſpondet allegatis, tandem dat ſolutionem. Primum autem ca. huius quæſtionis planum eſt.

e ¶ *Sed ponatur.*] Hic quærit an ille ſit dignus depoſitione, qui excommunicatus vel ſuſpenſus celebrat? Et certe ſic, vt infra eadem. ſi quis presbyter. & extra de cle. excommu. mi. c. 1. 2. & 3 & beneficio poterit priuari. eod. tit. ca. fraternitati. niſi diſpenſetur cum eo, vt 63. diſtinct. Salonitanæ. Magiſter tamen proſequitur aliam quæſtionem, ſcilicet vtrum ſententia teneat, ſiue iuſta, ſiue iniuſta. " Tribus autem modis dicitur ſententia iuſta ſiue iniuſta vt infra eodem. §. ſi ergo. ſcilicet ex animo, cum malo vel bono zelo ſententiat. Ex cauſa, ſcilicet cum certa cauſa ſubeſt vel non ſubeſt. Ex ordine cum ſeruatur vel prætermittitur ordo iuris. " Item ſententia alia eſt condemnationis, alia excõmunicationis, alia ſuſpenſionis, alia præcepti: quæ tamen impropriè dicitur ſententia. Sententia condemnationis, ſemper tenet. niſi ſit iniuſta ex ordine: tunc non valet, vt 2. quæſt. 6. diffinitiua [b]. aliàs ſemper tenet, niſi appelletur ab ea. Item ſententia excommunicationis ordinem requirit, & etiam cauſæ cognitionem vt 2. quæſt. 1. nemo epiſcopus. extr. de ap. reprehenſibilis. extra de ſentẽ. excom. ſacro. ſiue tamen ſit iniuſta ex cauſa vel ex animo vel ex ordine, ſemper tenet. vt ĩ. eadẽ. ſi epiſcopus. Forte nec releuatur per appellationem, niſi quo ad cognitionem, vt extr. de ſenten. excõ. per tuas. Sententia autem mandati vel præcepti non ligat, niſi id quod præcipitur ſpectet ad officium præcipientis. 7. quæſt. 1. quia frater noſter. Primo autem probat Gratia. vſque ad §. *Item ſit.* ĩ. in c. ſi epiſcopus. quòd ſententiæ epiſcopi etiam iniuſtæ ſit parendum: deinde probat eam quemquam apud Deum non ligare. de hac materia plenius habetur. 2. q. 1. in ſumma.

f ¶ *Sententia.*] ¶ *Timenda eſt.*] " niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum ſententia eſt poſt appellationem lata: & cum continet intolerabilem errorem, extra de ſent. exc. per tuas. tertium caſum apponunt quidam, cum pro indebitis exactionibus aliquis excommunicatur, vt extra de exceſ. prælat. cum à quorumdam [c].

SI quis à proprio.] CASVS. Quæſitum fuit in Nicæno concilio vtrum clerico a proprio epiſcopo excõmunicato ſit ab aliis communicandum? & reſpon. quod non, niſi a proprio epiſcopo fuerit abſolutus, vel niſi in ſynodo ſatisfaciens fuerit reconciliatus: quod non ſolum circa clericos, ſed etiam circa laicos eſt obſeruandum.

g ¶ *Ab aliis.*] ſimiliter qui ſuſpenſus eſt ab vno, ſuſpenſus eſt quantum ad omnes, vt 7. q. 1. ſi quis presbyter & 4. q. 5. quiſquis.

h ¶ *Concilio.*] Hodie ſolus metropolitanus cognoſcit de cauſa excommunicationis, vt extra de ſen. exc. per tuas.

i ¶ *Quod ſtatuerit.*] ſcilicet ſynodus.

PRæcipue.] CASVS. Lotharius dimiſſa Theberga vxore legitima, Gualdradam ſuperduxit, quam legitimam eſſe dicebat vxorem. ſed lata ſententia diuortij inter eos, cum Gualdrada nollet ſententiæ parere, fuit excommunicata. poſt quam excommunicationem ferebatur Lotharius ei occulte communicare. ſcribit ergo Nicolaus & monet Lotharium, vt eius communionem declinet: quod ſi non fecerit, duobus vel tribus teſtibus adhibitis cum ea pars mucrone ſententiæ percelleretur: & quòd debeat abſtinere, probat: quia fortius puniuntur prælati quam alij, quia grauius peccant: quia per eorum delicta exempla perditionis magis tranſmittuntur ad ſubditos, quam per alios.

a ¶ Pnnina

† al. conſtitutam item.

1 ĩ. q. 1. inolita.

" Litigioſa res certis in caſibus alienari poteſt.

" Litigioſa res quæ dicitur.

a Et not. q authentica ꝙ ponitur C. [d] litig. auth. res litigioſa, in corporalib. locũ hẽt, vt patet in aut. de litig. §. ad hoc.

" Hic adde qd [d] not. ext. vt li. pen. & [d] al. iu. mu. cauſ. ſa. c. 1. & [d] reſt. ſp. ſæpe. Arc.

2 Et in Aquiſgran. c. 72.

" Sñia dr̃ iuſta vel iniuſta tripliciter

3 Bur l. 11. c. 37. Iuo p 14. c 27. & 101. Pan l. 5. cap. 101. Deuſd. p. 4.

" Sñia eſt multiplex.

† al. ſatisfecerit ſtatuimus.

b Sub. exceptis ẽt caſibus poſitis ſub ea. 9 diffinitiua.

4 Anſ. l 3. c. 66. Regino chron. l. 2.

" Excõicationis ſñia in duob. caſib. ñ ẽ timenda.

c Hãc ſñiam ſequitur Go. in hac decr. cum à quorũdam. dicẽs ꝙ hic eſt caſus ſpãlis in quo non tẽt ſñia à ſuo iudice lata. Sꝫ Bar. Brix. ibi not. contra intelligens cum Ala. ꝙ illa decr. cotinet indulgentiam.

uendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro vnius mulierculæ paſſione vinctus, & obligatus ad perenne traharis exitium. [1] Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipſi crudelius, quàm ceteri puniuntur [a], vt ait beatus Gregorius [Scire etenim prælati debent, quia ſi perverſa vmquã perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Vnde neceſſe eſt, vt tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non ſoli moriuntur.] *& infra.* ¶ Cæterum præcaue, ne quando nobis ſecundum Domini præceptum duos [b], aut tres teſtes adhibeamus, immo vero, ne hoc ſanctæ Eccleſiæ dicamus, & (quod non optamus) de cetero fias cunctis ſicut ethnicus, & publicanus.

¶ *Sumptum eſt caput hoc ex epiſtola Nicolai, quæ incipit,* Audito reuerente miſſo veſtro. *& exstat Romæ in monaſterio Dominicanorum. eſt autem quaſi in epitomem redactum multis uerbis omiſſis. Huius epiſtolæ bonam partem refert Regino libro ſecundo Chronicorum.*

Item ex concilio Sardicenſi, c. 17. [3]

¶ De eodem. C. IIII.

[4] **S**I epiſcopus quis forte iracundus [c] (quod eſſe non debet) cito [d] & aſpere [e] commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuũ, & exterminare eum de eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocẽs damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habet poteſtatem [f] is, qui abiectus eſt, vt epiſcopos finitimos interpellet [g], & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille epiſcopus, qui aut iuſte, aut iniuſte eum abiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur: vt vel probetur ſententia eius à pluribus, vel emendetur. Tamen, priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus alius debet præſumere, vt communioni ſociet.

¶ *Canon hic eodem fere modo refertur in concilio Africano, c. 10. uſque ad uerſ.* Tamen. *Sed Græcus Sardicenſis, qui eſt decimusquartus, paulo copioſior eſt, & aliquot locis diuerſa etiam ſententia. Propterea uiſum eſt uerba Græca cum uerſione noua apponere.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. τὸ δὲ πάλιν τί με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴτις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶν μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον καταχρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερῆσθαι. πάντες εἰρήκασιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον καταρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετ᾽ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῆ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἐξετασθῆ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

Oſius epiſcopus dixit. Quod autem me vndequaque commouet, tacere non debeo. Si quis epiſcopus exſtat ad iracundiam procliuis (quod quidem à tali viro longe abeſſe debet) & cito aduerſus presbyterum, vel diaconum commotus, ex eccleſia quemlibet eijcere voluerit, prouidendum eſt, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eijcitur, facultatem habeat confugiendi ad epiſcopum metropolis eiuſdem prouinciæ: ſin autem metropolitanus abſit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipſius cauſa diligenter cognoſcatur. Minime enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille vero epiſcopus, qui iure, vel iniuria illum eiecit, generoſe ferre debet cauſam cognoſci, ipſiuſque ſententiam vel confirmari, vel corrigi. Verum, priuſquam diligenter, ac fideliter ſingula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante cauſæ cognitionem non debet ſuo ſibi iure communionem vendicare.

Item ex concilio Carthaginenſi, 2. c. 8.

¶ De eodem. C. V.

ij [5] **S**I quis presbyter ab epiſcopo [α] ſuo correptus [h] fuerit, debet vtique apud vicinos epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendum ſe ab epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. At [β] ſi querimoniam [γ] iuſtam habuerit aduerſus epiſcopum, inquirendum eſt †.

α ¶ Epiſcopo.] *In ſecundo Carthaginenſi, cap. 8. cum Alipius proponit, ita legitur,* Si quis forte presbyter ab epiſcopo ſuo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab uniuerſis epiſcopis canon fertur, loco epiſcopi aſſertur nomen præpoſiti, & ita in Carthaginenſi codicis canonum, cap. 11. legitur,* à præpoſito ſuo correptus, *Græce eſt,* ἐν τῇ ἀγωγῇ αὐτοῦ κατεγνωσθῇ, *id eſt,* in † ſua vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.*

β ¶ At ſi.] *In codice canonum & Carthaginenſi Græco, & apud collectores nihil hic eſt interiectum. Verum in exemplaribus concilij impreſſis, & manuſcriptis ante iſtam clauſulam, hæc inſeruntur,* Nihilominus, & de ciuitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorantes, vel ſimpliciter viuentes ſerpentina fraude decipiat: quoniam ſecundum Apoſtolum eccleſia vna eſt, vna fides, vnum baptiſma. Et ſi querimoniam, &c.

γ ¶ At ſi querimoniam.] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem,* Si querimoniam iuſtam aduerſus epiſcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græce eſt,* σκοπεῖν, μήπως κατὰ τῷ ἐπισκόπῳ αἰτίαν ἔχῃ δικαίαν. *id eſt,* hoc conſiderato, numquid aduerſus epiſcopum iuſtam habeat expoſtulationem.

a ¶ *Puniuntur.*] ʒ. 25. q. 1. nulli fas.
b ¶ *Duos.*] Ergo in cauſa denuntiationis idẽ poteſt eſſe iudex, accuſator & teſtis. extra de ſimil. licet. Item eſt hic arg. quòd Euangelica admonitio nõ ſolum habet locum in occultis, ſed etiam in maniſeſtis. 2. q. 1. ſi peccauerit.[2]

SI *epiſcopus quis forte.*] CASVS. Quidam epiſcopus iracũdus iniuſte ſuum clericum excommunicauit. quæſitũ fuit in concilio Sardicen. quid ſuper hoc ſit faciendum? & reſp. quòd excommunicatus vicinos epiſcopos debet interpellare, vt cognoſcatur vtrum iuſte vel iniuſte ſit excommunicatus: & epiſcopus qui excommunicauit, patienter ferat, vt eius ſententia probetur vel reprobetur. ſed antequam cauſa diligenter examinetur, nullus excommunicato cõmunicet. Hoc autem hodie per nouas cõſtitutiones corrigitur: quia excommunicatus ſtatim abſoluitur per metropolitanum, & non recurritur ad ſynodum ſed ad metropolitanum
c ¶ *Iracundus.*] id eſt, vt ex animo ſit iniuſta.
d ¶ *Cito.*] id eſt, nõ ſeruato ordine iuris.
e ¶ *Et aſpere.*] quia non adſit cauſa.
f ¶ *Poteſtatem.*] auctoritate huius canonis.
g ¶ *Interpellet.*] Secundum hæc iura quilibet excommunicatus audiebatur, qui volebat ſe probare iniuſte excommunicatum: hodie ſecus, niſi ſit poſt appellationem excommunicatus, vel niſi dicat errorem expreſſum in ſententia, vt extr. eod. titu. per tuas. [**] Si quis ergo conqueritur metropolitano de iniuſta excõmunicatione: aut appellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primo præſtabit cautionem abſoluẽdus quòd ſtabit iuri: deinde in optione habet, an velit eum abſoluere, vel remittere abſoluendum ei à quo appellauit, vt extra de ſent. excom. per tuas. Si non appellauit ad eum: ſecundum priora iura debet remittere abſoluendum: & ſi ille noluerit abſoluere, tunc metropolitanus poterit eum abſoluere. vt extra de offic. ordin. ad reprimendam. ſi tamen viderit ſententiam excommunicationis euidẽter iniuſtam, poteſt pronuntiare ipſam iniuſtam, licet non ſit appellatum ad eum, vt extra de ap. ſollicitudinem. Item econuerſo, ſi eſt appellatum ad eum, & viderit iuſtam eſſe cauſam excommunicationis: tenetur eum remittere abſoluendum vt extra de ſent. excommunic. per tuas. in ſi. hodie autem licet non appelletur ad ſuperiorem: ſi tamen eſt periculum in mora, poteſt eum ſtatim abſoluere, vt extra e. ſacroſ.

SI *quis presbyter.*] CASVS. Quidam epiſcopus ſuſpendit quendam ſuum presbyterũ ab officio & ſacramentis: quæſitum fuit qualiter ſuper hoc ſit procedendum? Et reſpon. quòd ſuſpenſus apud vicinos epiſcopos conqueri debet, vt per eos ſuo epiſcopo reconcilietur. ſi vero inflammatus ſchiſma faciens diuina contra ſuſpenſionem præſumpſerit celebrare, anathematizetur, & poſtea deponatur.
h ¶ *Correptus.*] id eſt, ſuſpenſus vel excommunicatus minori excommunicatione, vt patet per id quod ſequitur, anathematizetur.

1 Paſtor p. 3. cap. 5.
2 Concord. tex in l. moris. §. iſte ſere ff. de pœ. & l. 1 nemo. C. de ſum. tr.
* Hic dr. lo. de ſan quod ex iſta litera datur intelli gi, q vbi dictum eſt, ſi peccauerit in te frater tu*, &c dictũ eſſe de notoriis. nã prouc ipſe not 2. q. 1. ſi peccaue rit delictum iſti* erat notorium, vt e. q. 2. Lotharius. Arch. Matth. 18.
3 Et in Afri. cap. 101.
4 Pol. l. 7. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 71. Iuo p 14. c. 15 Pano. l. 3. c. 127.
** Excommunicatus conquerens metropolitano, an poſſit ab eo abſolui.
5 Bur. l. 2. ca. 194 Iuo p. 6 c. 2 9. Anſ. l. 12. c. 33. Pol. l. 7. tit. 1.
† al. erit
† al. in ſua conuerſatione condemnatus
Eph. 4.

Si quis

Item ex concilio Antiocheno, c. 4.

¶ De his qui damnati a ſynodo ſacra miniſteria contingunt. C. VI.

iij. SI quis epiſcopus dãnatus [a] à ſynodo, vel presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſiue epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia [a] ſynodo, reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatiſfactionis: ſed & communicantes ei omnes abiici de eccleſia oportet †, & maxime [b], ſi poſtquã didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint.

a ¶ *Damnatus. Græce eſt*, καθαιρεθεὶς, *id eſt, depoſitus.*

Item ex concilio Martini Papæ, c. 37. 3

¶ Sine ſpe ſit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præſumit. C. VII.

iiij. SI quis [c] epiſcopus in concilio excõmunicatus fuerit, ſiue presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, & poſt excommunicationem præſumpſerit, ſiue epiſcopus ille aut presbyter, aut diaconus facere oblationem, vel matutinum, aut eſpertinũ ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere ſicut prius, non liceat ei nec in alio concilio ſpem recõciliationis habere, nec vltra recolligi †: ſed etiam eos, qui ei cõmunicauerint, omnes ab eccleſia reſpui, maxime eos, qui ſciebant eum eſſe deiectum. Si autem permanſerit turbans, & cõcitans eccleſiam per forinſecam [d] poteſtatem, oportet eũ ſicut ſeditionarium ab omni plebe expelli.

A ¶ *Forinſecam.] In aliquot Gratiani & conciliorum codicibus eſt forasticam. In canone quinto concilij Antiocheni, vnde hoc ſumptum eſt, legitur* διὰ τῶν ἔξωθεν ἐξουσιῶν: *quæ Dionyſius vertit* per poteſtates exteras.

Item ex concilio Agathenſi, c. 3. 4

¶ De epiſcopis, qui innocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommunicant. C. VIII.

5 EPiſcopi, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocentes, aut minimis [e] cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis [a] feſtinantes fortaſſe recipere noluerint, a vicinis epiſcopis eiuſdẽ † prouinciæ, litteris moneantur. & ſi parere † noluerint, communio illis vſque ad tempus ſynodi a reliquis epiſcopis denegetur [B], [f] ne forte propter excommunicationis † peccatum [f] excommunicati longo tempore morte præueniantur.

a ¶ *Baptiſmatis.] Sic etiam in manuſcriptis: & doctores eam vocem agnoſcunt. Verum ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus Vaticanis, ac à concilio Agathenſi, quod in Vormatienſi c. 14. (vbi caput hoc repetitur) & à Burchardo, & Ivone abeſt ea dictio. Et cum hic de excommunicatis agatur, videtur eſſe locus is tantum qui ſunt baptizati, & ad gratiam, iuſti. ad reconciliationem cum ſuo epiſcopo feſtinant.*

B ¶ Denegetur.] *Sic habet Ivo, & Pannormia, & aut quinta conciliorum editio omnes: & cum Vaticana exemplaria videturque hoc ſimile quod legitur 3. 6. q. 2. c. ſi ſeſe in recentioribus editionibus eſt* non denegetur.

Item ex concilio Africano.

¶ De his qui tempore ſuæ excommunicationis communicare præſumunt. C. IX.

7 PLacuit vniuerſo concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu, ſiue epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communicare † præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis iudicetur ſententiam protuliſſe.

¶ *In concilio quod hodie inſcribitur Africanum, caput hoc non habetur: ſed in Carthaginenſi inſerto in codice canonum, & in Græco c. 29. & refertur in quinta ſynodo ſeſſione 7. in epiſt. igitur.*

Item Nicolaus Papa. 8

¶ Deponantur epiſcopi, qui excommunicatis communicant. C. X.

9 TEugualdum † Treuerẽſem, & primatem Belgicæ prouinciæ, & Guntharium Agrippinæ coloniæ archiepiſcopos, nunc coram nobis & ſancta ſynodo ſub geſtorum † inſinuatione, qualiter cauſam Lotharij regis, & duarum mulierum eius, Theibergæ ſcilicet, & Gualdradæ, recognouerint, & iudicauerint [h], ſcriptum ſuper hoc propriis manibus roboratum offerentes, nihil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis affirmantes, & ſententiam, quam à ſede Apoſtolica in Engeltrudem vxorem Buſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & ceteri coepiſcopi noſtri petiuerant emittendam, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonice protuleramus, publice ſe viua † voce violaſſe confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos Apoſtolicas, atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normã nequiter temeraſſe, omni iudicamus ſacerdotij officio manere penitus alienos, ſancti ſpiritus iudicio, & beati Petri per nos auctoritate, epiſcopatus exutos regimine conſiſtere [i] definiẽtes. Prædictis autem depoſitis licentiã concedimus eccleſiam ingrediendi, & communicandi, ſicut laici, & loquendi ſuas vtilitates [i], nõ autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſolicitãdi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo iam decreuiſſe conſtat.

1 Ex Aquiſg. c. 47 extr. de cle. exc. depo. ca. 1. & 2. Nic. I. Papa epiſt. 8.
2 Poly. ibid. Bu. ch. l. 1. c. 199. Iuo p. 5. c. 6. Anſ. l. 12. c. 26.
† abeſt à multis.
α excõicatũ celebrãtem nonabſoluit epiſcopus.
3 in c. p. tu. Marti. Brac.
† al. reconciliari.
4 Etiã Vormac c. 14.
5 Bur. l. 11. c. 1. Iuo p. 14. ca. 16 & 8. Pann. l. 5. ca. 128.
† al. eiuſdẽ. &c.
† al. parere.
66 q. 2. c. fin. paulo aliter apud Burc. & Iuo c. 8.
† al. excommunicationis.
† al. in ſcandalo.
ᶜ Excõicatio in pro ſola contumacia fertur.
a Et 5. q. 1.

S I quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod ſi epiſcopus presbyter, vel diaconus fuerint excommunicati, non audeant in excommunicatione manentes diuina officia celebrare: quod ſi præſumpſerint, ſpem reſtitutionis non habeant: communicantes vero cum eis ſcienter, debent ab eccleſia ſeparari. Idem eſt caſus ſequentis ca. ſed in eo additur, quòd ſi talis incorrigibilis manſerit eccleſiam concitando, expelli debet per ſæcularem poteſtatem tanquam ſeditionarius ab omni plebe: & intellige, *maxime*, id eſt tantum.

a ¶ *In alia.*] Ergo epiſcopi non poſſunt diſpenſare cum talibus qui poſt excommunicationem celebrant, cum nec cõcilium hoc poſſit. Ar. contra 2 q. 5. quæ de cauſa. poſſet tamen dici, quod epiſcopus, cum talibus poſſet diſpenſare: & expone, q. ſpem &c. id eſt ipſi ſic delinquẽtes no debeant habere ſpem reſtitutionis: quia ſibi incluſerunt. ſic 7. q. 1. ſi quis presbyter. 5. & 2. di. ſtin. plurimos. in fi. conſtat tamen quod ipſe poteſt in caſibus talib. diſpenſare.

b ¶ *Maxime.*] id eſt tantum. ſic 12. di. illud 18. diſtin. peruenit. 16. q. 3. per ſingulas.

SI quis.] Videtur quod ſi clerici qui communicant excommunicatio in diuinis officiis, pari excommunicatione ligentur, vt ext. de ſen. exc. ſignificauit.

d ¶ *Per forinſecam*] id eſt: manu laicali. ſimile 17. diſt. nec licuit.

EPiſcopi ſi ſacerdotali.] CASVS. Quidam epiſcopi quoſdam innocẽtes vel pro minimis cauſis culpabiles excõmunicauerunt: & ad baptiſmum feſtinãtes recipere neglexerunt. quæſitũ fuit quam pœnam propter hoc patiatur? Et reſp. quod ſi a vicinis epiſcopis commoniti parere noluerint, ab aliorum epiſcoporum cõmunione vſque ad tempus ſynodi ſeparentur: & non maiori tempore: ne in excõicatione diu manentes, morte præueniãtur. Sequens c. patet.

e ¶ *Minimis.*] Ergo pro minorib. cauſis non eſt quis excomunicandus: quod verum eſt ʒ. eod. nullus. Sed contra: tionne pro ſola contumacia eſt quis excommunicandus, vt ʒ. e. certum. ergo ſiue crimẽ ſit magnũ, ſiue paruũ. nũquã eſt excõicãdus aliquis niſi ſit contumax. Ad hoc dicunt quidam, q in homine ſit aliquis excommunicandus niſi pro contumacia, ſed à canone bene, vt 17 q. 4 ſi quis ſuadente. hoc non eſt verum. quia quandoque excommunicatur aliquis pro contumacia: quandoque pro crimine, vt ext. de ver. ſig. ex parte Io. Sed certe illa decr. dicit, q. pro offenſa ſit aliquis excõicandus, cum non vult ſatisfacere. & ita pro cõtumacia quare alia diſtinctio eſt melior.

e Sed forte hic loquitur de excõicatione quæ per ſiſ infertur. arg. 86. diſt. tanta.

f ¶ *Peccatum.*] Arg. q. citius moritur quis propter peccatum, vt 12. q. 1. cap. 2. & tollit Deus malos de medio [b], ne peccatum eorũ augeatur. 23 q. 4. ca. vindicta. & tollit bonos ne malitia malorum immutet intellectum eorũ. de pœ. diſtinct. 4. ſi ex bono.

g PLacuit.] ¶ *Neglectu.* videtur er go q pro negligentia aliquis excõicetur, ſicut pro negligẽtia aliquis deponitur [c], vt ʒ. e. dictum eſt.

TEugualdum Treuerẽſem.] CASVS. Nicolaus Papa delegauit cauſam inter Lotharium & Theibergam & Gualdradam Teugualdo & Gunthario archiepiſcopis: qui amore Lotharij corrupti Gualdradam pellicem adiudicauerunt legitimam vxorem eius eſſe, & à petitione Theibergæ eundẽ Lotharium abſoluerunt: & Engeltrudam excommunicatam, quia fauebat Gualdradæ cõtra Theibergam, inuitte abſoluerunt poſtea cum citati à Papa Romam veniſſent, hæc omnia proprio ore coram ſynodo ſunt confeſſi: & quia Nicolaus Papa dictos archiepiſcopos inuenit in hoc & in aliis pluribus exceſſiſſe: ideo eos ab epiſcopali depoſuit officio: ita tñ, quod eis liceat eccleſiam ingredi, & cõicare ſicut laici: ſed non liceat eis eccleſiã perturbare: & debes ſic ordinare conſtructionem. Nos iudicamus Teugualdum & Guntharium archiepiſcopos, &c.

h ¶ *Iudicauerint.*] ſic patet q puniatur iudex q male iudicat, vt dixi 2. q. 6. hoc etiam.

i ¶ *Vtilitates.*] q. nulli p hibeẽ, vt 4 q 4 omnino.

7 Burc. l. 1. c. 100. Iuo p. 5. c. 314. Anſ. l. 11. c 27. Pol. l 7. tit. 1.
† al. communionem.
b Moriſitur boni & mali.
b id eſt, de hac vita. 23. q 4 hæc autem. v. ta.
8 In ſynodo Romana, ca. 1.
9 Iuo p. 5. c. 226
† al. Thietgaudum
c Sic neglectus culpam geminat. 27. q 1. ſi cultos. in fi.
† al. ſuggeſtionum.
† al. una.

Si aut

SI autem.] CASVS Docet hic Clemens, quod omnes clerici & principes & populi ſi epiſcopis non obediant, infames erunt: & ab eccleſia repelluntur. Sequens c. patet.

"Imperator ab epo excōicari pōt.

a Adde arg. cōtra. 3. e. q. ſcipue. ver. detectius. 25. q. 1. nulli. A.

a ¶ *Principes.*] " Ergo imperatores ſubſunt epiſcopis. & ab eis poſſunt excommunicari. 96. di. duo. mitius tamen cum eis [a] agendum eſt quàm cum aliis, vt 12. q. 1. de reb. & ſi in plurib. epiſcopatib. habet Imperator domicilium: quilibet poteſt eum excōmunicare. ff. ad mun. aſſumptio.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. par. dicitur, ꝙ nullus debet ſuperbire contra ſuum epm ſe exaltando: nec aliquid facere ſimulando, vt eius auctoritatem obumbret: quia regula veritatis eſt, vt nullus faciat aliquid commendandi ſui cā, vt alius vituperetur. In 2. par. dicitur, ꝙ improbus defendi non debet, nec improbo ſancta debent committi. In 3 par. dicitur, & iterum redargui & impugnari non debet cuius crimen eſt incognitum. Secunda pars incipit ibi, *Non defendas improbum.*] Tertia ibi, *Neque iterum.*

b ¶ *Commendandi.*] nam aliorum honores aliis non debent eſſe occaſio nocendi, vt C. de ſta. & ima. l. vl. nec aliquit debet illud appetere per qđ honor aliorum minuatur, vt 99. di. nullus. nec tibi debes conſulere cum alterius iniuria. 22. q. 2. primum. nec aliquid facias in domo tua, qđ vicino noceat, vt ff. de re. iu. domum. ſi tamen facias aliquid eo propoſito, vt tibi pſit, licet alij noceat: non peccas. arg. ff. de aq. plu. ar. l. 1. §. *Denique.* ff. de dam. inf. fluminum. § vl. & l. ſeq.

c ¶ *Ad deformationem.*] C. de ſta & ima. l. vlt.

d ¶ *Iterum arguas.*] id eſt, multoties.

ABſit.] CASVS. Quidam ſubditi propter ſuſpicionē delictorum ſuis epiſcopis nō obediebant, vnde qſitū fuit ab Anterio Papa, q̄ pœnam pati deberent. Et reſponſum eſt, quod in veteri lege tales lapidabantur vel decapitabantur. ſed in nouo teſtamento debent anathematizari.

e ¶ *Sinistrum.*] Hoc eſt verum in his quæ poſſunt trahi ad bonum & ad malum: vbi ſemper in meliorem partem eſt interpretandum, vt 42. diſt. c. 1. & ext. de re. iu. eſtote. " Si ergo clericus amplectitur mulierem, interpretabitur quòd cauſa benedicendi eam hoc faciat, vt 96. di. in ſcripturis. tamen quandoque canon ſolam confabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 27. q. 1. nec aliqua.

f ¶ *Aut gladio.*] " Hic habes ꝙ olim inobedientia capite puniebatur: ergo & hodie repelleret à promotione. 54. diſt. multos. non tamen qualibet inobedientia capite puniebatur, ſed ſola illa quæ ſchiſma inducebat, vt 7. q. 1. denique. in fi. & de hoc notaui 4. q. 1. in prin.

2 Clemens epi. ad Iacobū & Alexāder epiſt. 1.

" Clericus amplectens mulierem præſumitur bene agere.

" inobedientia an ſit capite punienda.

¶ *Caput hoc Iuo citat ex Nicolao epiſcopis & archiepiſcopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atque per uniuerſas prouincias conſtitutis. In qua epiſtola uidetur retuliſſe, quid in concilio à ſe Romæ habito de Metenſi ſynodo penitus abolenda, & depoſitione Thietgandi, et Guntharij ſtatutum fuerit. De quo quidem concilio, et horum epiſcoporum depoſitione Regino lib. 2. chronicorum accurate hæc ſcribit.* Interea Thietgandus, & Guntharius archiepiſcopi Romam profecti ſunt, ea animi intentione, vt Regem innoxium in prædicto facto demonſtrarent, ac ſe cum ceteris coepiſcopis Eccleſiaſtica, atque Apoſtolica exercuiſſe decreta: ſtultitiæ quidem elogio decorandi, qui illam Petri ſedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi vmquam falli potuit. Itaque cum in præſentiam Nicolai Papæ veniſſent, libellum obtulerunt, in quo continebantur geſta ſynodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis ſtatuta fuerant. Qui cum à notorio coram omnibus recitatus eſſet, Interrogauit Pōtifex, ſi hæc ſcripta verbis confirmarent? Reſponderunt inconueniens videri, vt quod propriis manibus roborauerant, verbis infirmare mallent. Et ſic nec repulſa, nec ad miſſa eorum aſſertione iuſſi ſunt ire ad hoſpitia ſua, quouſque reuocarentur. Paucis interpoſitis diebus ad ſynodum quam Papa congregauerat, ſunt accerſiti: vbi eorum damnatā, & anathematizata ſunt ſcripta, & ipſi omnibus adiudicantibus epiſcopis, presbyteris, & diaconis, ſunt depoſiti, & omni eccleſiaſtica dignitate priuati.

1 ¶ Conſiſtere.] *In ſecundo capite concilij locus hic ita habet*, conſiſtere: Diffinientes, ꝙ ſi iuxta præcedentem conſuetudinem tamquam epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes eis omnes abiici de eccleſia, & maxime, ſi poſtea quàm didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tētauerint, *& ſunt verba ſumpta ex capite. ſi quis epiſcopus damnatus. 11. q. 3. ex concilio Antiocheno.*

Item Clemens epiſtola tertia omnibus coepiſcopis.

¶ Clerici & laici, qui non obediunt epiſcopis, infames efficiuntur. C. XI.

SI autem vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omneſque principes [a] tā maioris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, non ſolum infames, ſed & extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, ac à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶ In Chriſtum peccat, qui veritatis doctorem contriſtat. C. XII.

QVicumque cōtriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrē omnium exacerbat Deum; propter quod & vita carebit.

Item Ambroſius lib. 2. de officiis c. 24. [4]

¶ Simulata virtutum affectione †, obedientia epiſcopo non denegetur. C. XIII.

[5] SI quis vero non obediat epiſcopo, extollere atque exaltare ſeſe deſiderans, quærens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut miſericordiæ, is à vero deuius ſuperbit. quoniam veritatis ea eſt regula, vt nihil facias commendandi [b] tui cauſa [3], quò minor alius fiat: neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem [c] alterius, & vituperationem exerceas. ¶ Non defendas improbū, & ſancta indigno committenda † nō arbitreris. ¶ Neque iterum [d] arguas †, & impugnes cū, cuius crimen non deprehenderis.

Item Anterius Papa epiſcopis Hiſpaniæ. [4]

¶ Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur. C. XIIII.

ABſit, vt quidquam ſiniſtrū [e] de his arbitremur †, q. Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore cōficiunt: per quos nos etiam Chriſtiani ſumus: qui claues Regni cælorum habentes, ante † iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicumque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio [f] ceruice ſubiecta contemptū expiabat cruore †. Nunc vero inobediens ſpiritali animaduerſione [f] truncatur, & eiectus ab eccleſia rabido dæmonum [g] ore diſcerpitur.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶ Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus. C. XV.

[6] SI inimicus [h] eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis; vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, &c. *vt ſupra in tractatu ordinandorum: vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.*

Item Fabianus epiſcopus, epiſt. 1.

¶ Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat. C. XVI.

[7] SIcut Apoſtoli [i] ſtatuerunt dicentes (Cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis,

g ¶ *Dæmonum.*] Hoc olim fiebat ad litteram [h]. hodie tamen Satanæ traditur vt citius conuertatur. vt j. c. audi. in prin. & c. omnis Chriſtianus.

h Vt 45. diſt. §. Salomon.

SI inimicus.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi Papa eſt alicui inimicus omnes debent eum vitare, nec debent expectare vt ipſi moneantur a Papa, Hoc c. planius habetur s. 93. di. ſi inimicus.

h ¶ *Si inimicus.*] ab hoc loco incipit tractare de duplici excōmunicatione. " Et no. ꝙ quædam excommunicatio eſt ſimplex ſiue minor, quę ſeparat à ſacramentis & ab ingreſſu eccleſiæ. Alia ſolennis, quæ proprie dicitur anathema, q̄ ſeparat etiam à communione fidelium. De vtraque iſtarum habes 3. q. 4. Engeltrudam. Maior excommunicatio imponitur vel pro maiori crimine, vel pro contumacia. Minor infligitur pro quolibet mortali, vt j. c. audi. & imponitur ſiue pœnitenti, ſiue non pœnitenti, vel à ſeipſo [c], vel à ſuo ſacerdote loco pœnæ: pœnitens tamen melius facit ſi auctoritate ſacerdotis abſtinet à ſacramentis, vt de pœ. diſt. 1. In actione. Impœnitenti autem imponitur quandoque à Deo: ſ. quando eſt in mortali peccato. tunc enim quantum ad Deum priuatus eſt ſacramentis, vt j. c. audi. quandoque à ſeipſo, & male, ſ. cum non vult pœnitere, & ceſſat à ſacramentis, quia hoc ſibi putat ſufficere ad pœnā ſine pœnitentia, vt de pœ. di. 1. ſunt qui arbitrantur ſed ſi non putat ſibi ſufficere, ſed abſtinet quia putat ſe indignum bene facit, vt de conſe. diſt. 2. qui ſcelerate. quandoque infligitur à ſacerdote loco pœnæ cum vult pœnitere, quandoque à canone, ſcilicet cum quis communicat excommunicato. in his duobus caſibus eſt neceſſaria reconciliatio, vt j. ead. excellentiſſimus. 50 diſt. in capite. " Si ergo quis ſit excommunicatus, ſemper à ſuo excommunicatore eſt abſoluendus, niſi vel ſit appellatum ab eo, vel ipſe ſit negligens, vt dixi s. ead. ſi epiſcopus forte. Sed ſi à canone eſt excommunicatus, poteſt abſolui à ſuo ſacerdote ſecundum diſtinctionē, catra ſcientem excommunicatum ſemper. Hæc autem pœna eſt non ſeruantis excommunicationem. Si clericus eſt, deponitur, vt s. c. ſi quis presbyter. ſi laicus, tardius abſoluitur. j. c. qui iubente.

a Et in cōci. Aquiſgr. c. 9

† al. affectatione

" Excōicatio duas hȝ ſpecies.

† al. affectatione

3 Concord. cū hoc tex. iſicta ſua gl. 1. d. nam hoc. ff. d. cōd ind. & l. nec au. C. d. emā. li.

† al. committenda arbitreris

† al. vrgeas.

c Vt de pœ. diſt. 1. porro. aliàs incip. facilius. j. c. §. euidenter. Arch.

4 Hieron. ad Heliodo.

† loquar] orig.

† quodammodo ante] Hier.

Deut. 17.

† mucrone] Hier.

5 Adde ad hoc tex. l. 3. § q ſtatibus & ... bello. ff. de re mil.

Clem. ep. 1.

6 Anſ. l. 2. c. 6 Iuo p. 14 c. 22 diſt. 93. ſi inimicus.

" Excōicat. à quo eſt abſoluendus.

7 Can. Apoſtol. 11. Bur. l. 11. c. 35. Pan. l. 5 c. 95.

SIcut Apoſtoli.] CASVS. In hoc c. & tribus ſequentib. fere idem dicitur, ſcilicet quod cum excommunicatis ſcienter non communicetur. ſi quis vero eis communicauerit vel palam, vel occulte, ſi clericus eſt, deponatur, ſi laicus eſt, excommunicetur.

i ¶ *Sicut Apoſtoli.*] Paulus ſtatuit 24. q. 1. omnis. & Ioan. 24. q. 1. omnis ...

a ¶ *Aduerſando.*]id eſt, contemnendo.
b ¶ *Saltem.*]nedum aliòs.
c ¶ *Domo.*]id eſt, ſub eodem tecto vt 35.q.6.epiſcopus in ſynodo.lar-
gius ſumitur domus. ff.ad Sil.l §.c.
d ¶ *Vel orauerit.*] ſi ergo excõicatus intrat eccleſiam, omnes exibũt,

Excõicat' non intret eccleſiam.

† al auertendo

vt 24.q.1. omnes qui ſacerdos tñ ſi incepit Miſſam, non exibit, quia non relinquet offm in expletũ, vt 7.q.1.nihil.

e ¶ *Communione.*] ſc. maiori, quia iam inciderat in minorẽ. 3. ca. q.ſi quis preſbyter.

Excõicat' an poſſit ab ignorante aduerſario ſolui aduerſario ignorante.

f ¶ *Excommunicator.*] ¶ *Vtriuſque.*]ſ. excommunicantis, & excõmunicati. Per hoc c.dixerunt quidam, quod ignorante aduerſario non poſſet excommunicatus abſolui quod falſum eſt, vt ext.de ap. qua frõte. niſi pro crimine, ſit excõicatus. tunc.n.oportet vt primo ſatisfaciat, vt ext. de.ver. ſi ex parte.2.in fi. Vel dic, quod ſi iudex ad querelam alicuius excõicauit aliquem tunc. non abſoluet eum antequàm ab aduerſario intelligatur, an ſit pro manifeſto delicto excõicatus.vel non, vt ſ. c.ſeruetur.ſi autem iudex non ad alicuius querelam excommunicauit aliquem, tunc ſuperior ipſum ſtatim poteſt abſoluere, vt in conſt.Inno.ext. de ap. cum ſpeciali.

2 Pol.l.7.ti 30 Anſ.l.12.ca. 14.Bur.k.11.c.38. Iuo p.14.cap.23 & 102.Pan.l.5. c.94. can.Apo.12.

† al quouſque

a Ar. ad hoc ext.lib.6 de app. Romana. §. ſententia. quæ meritis cauſarũ &c. ext de i integr. reſt. tũ ex litteris Art.

2 Poly. ibid. Bur l.11.c.31 & 32. Anſ.l. 12.c.16. Iuo p.14.c.95.& 96.

g ¶ *Nec aue.*] 24 qu. 1. omnis qui recedit.

h ¶ *Cum excommunicato.*] ¶ *Statim.* Ergo eſt canon iſte latæ ſententiæ minoris excommunicationis b ſterea ſi non corrigit ſe, excommunicatur per ſententiam.vt ſ.e.c.prox.

b Sic ſ.e.q.s Frater.Arc.

i ¶ *Qui communicauerit.*] ¶ *Excommunicetur.*] Si communicat in crimine & criminoſo, eſt pari excõmunicatione cum ipſo ligatus. nec poteſt abſolui niſi ab excommunicatore ſed ſi communicat ei, ſed non in crimine, tunc poteſt à ſuo ſacerdote abſolui. extr.c.nuper.

3 Poly. ibid. Anſ.l.12.c.22 28. Bur.l.11. c.44. Iuo p.14.ca.28.& 108.Pan.l.5. c.99.

CASVS. Dicitur hic quòd epi nomina excommunicatorum debent tam vicinis epiſcopis quà ſuis parochianis indicare, vt eis non communicent: debent etiam præ forib. eccleſiæ ponere, vt nec ſui parochiani, nec extranei poſſint aliquo modo prætendere ignorantiam, & excommunicatis eccleſiaſticus aditus excludatur.

aduerſando † a regulas, ſcienter ſaltem b in domo c ſimul locutus fuerit, vel orauerit d, ille communione e priuetur.]

a ¶ *Saltem.*] *In epiſtola Fabiani eſt*, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani uidetur magis conſentire cum canone Apoſtolico* ... *quæ Dionyſius uertit*, Si quis cum excommunicato, ſaltem in domo ſimul orauerit, iſte communione priuetur.

Item Calixtus Papa epiſtola ſecunda, c.2.

¶ De eodem. C. XVII.

2 EXcommunicatos quoſcumque † à ſacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſque f partis iuſtam examinationem: nec cũ eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet: nec aue eis dicat: quia quicumque in his, vel aliis prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubiacebit.

Item Iſidorus in regula monachorum, c.18.

¶ De eodem. C. XVIII.

a CVm excommunicato neque orare neque loqui (niſi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent) nec veſci liceat. Si quis a enim cum eo aut palam, aut abſconſe locutus fuerit, ſtatim h cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

Prior pars huius capitis uſque ad verſ. Si quis enim, habetur in regula ſancti Iſidori ... *Smaragdus in expoſitione regulæ ſancti Benedicti*, ... *excepta tamen illa clauſula*, niſi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula Iſidori legitur, neque apud Smaragdum. Eſt tamen apud Burchardum, & Iuonem.*

a ¶ *Si quis enim.*] *Hæc uſque ad finem refert Smaragdus ex quadam magiſtri monachorum, quod notabitur infra e.q.ſi quis frater.*

Item ex concilio Carthag.4.c.73.

¶ De eodem. C. XIX.

3 QVi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, ſi laicus a eſt, excommunicetur i, ſi clericus, deponatur.

a ¶ *Si laicus*] *Ita apud Burchardum, & Iuonem p.14.c.108.& in Pannormia. Sed in concilio ipſo cum uariis codicibus collato, & apud Iuonem eadem parte c.28. legitur*, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur.

Item ex decreto Honorij Papæ.

¶ *Burchardus etiam Anſelmus, & Iuo p.14.c. 11. citant ex decreto Honorij. Sed idem Iuo eadem parte, ca 65. ... Ioanni ... in concilio ... thimenſi.*

¶ Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palà, & publice annũtientur. C.XX.

CVræ ſit omnib' epiſcopis k excommunicatorum omnino † nomina tam epiſcopis vicinis, quàm ſuis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco poſita præ † foribus eccleſiæ cunctis cõuenientibus inculcare: quatenus in vtraq; diligentia, & excõmunicatis l vbique eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis cauſa omnibus auferatur.

2 *Verum hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter ſubimus, & dum reatum incurrimus, & dum ſententia notamur.*

Vnde Hieronymus in librum Iudicum homilia ſecunda.[6]

¶ *In hoc & ſequenti capite citatur B. Hieronymus, quòd ipſe has Origenis homilias Latinas fecit ſicut etiam ſuprà d.ſt.36.c.ſi quis ... adnotatum.*

¶ Duobus modis aliquis ſatanæ traditur. C. XXI

AVdi denique Apoſtolum dicentem de eo qui peccauerat. [Tradidi, inquit, huiuſmodi hominem ſatanæ interitum carnis vt ſpiritus ſaluus fiat.] Vides ergo, quia non ſolum per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum, ſed & per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent nõ ſolum ſoluendi, ſed etiam ligãdi, traduntur peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur. Et vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc tradũtur homines de eccleſia in poteſtatem zabuli. Vno modo quo ſuperius diximus, cum delictum eius manifeſtum ſit eccleſiæ, & per ſacerdotes de eccleſia pellitur, vt notatus ab omnibus erubeſcat: & conuerſo conueniat illi illud, quod ſequitur [vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.] Alio autẽ modo quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifeſtum non ſit hominibus. Deus autem qui videt in occulto, perſpiciens eius mentem, & animam, vitiis ac paſſionibus ſeruientem, & in corde eius non † ſe diligi, ſed aut auaritiam aut libidinem, aut iactantiam, vel aliã huiuſmodi, illum talem ipſe Dominus tradit

de ſcribuntur, vt ff. de cu.& exhi.re.diuus.nec ſcripturæ tabellionis creditur, niſi habeat teſtium ſubſcriptionem, vt in aut.de hæ.& fal. §.ſancimus.col.1. nec inſtrumento procuratoris.ext.de procu. c.1. nec inſtrumento iudicis, vt extr.de teſtib. cum à nobis. Et H. dicit quod ſemper ſtatur ſigillo epiſcopi. quia obtinet vicem publici inſtrumenti.ext. de fid. inſtr. ſcripta. & de fideiuſ.peruenit. Alij dicunt, quòd non creditur ei niſi redactum ſit in publicam formam, vt in auth. vt nulli iud. §.ſi vero. col.9. & C. de don.in donationib. Vel niſi habeat ſubſcriptionem teſtium, & ſi non ſit per publicam manum factum: quia forte ibi non ſunt publicæ perſonæ, vt 26. q. 2. §. poteſt. Hodie expeditum eſt circa ordinem iudiciorum, quòd non præſumitur pro iudice, niſi quantum aliàs probari poteſt. ext. de prob. quoniam contra. in omnibus aliis præſumo pro ſententia iudicis, ſcilicet, quòd ſit iuſta ex animo & ex cauſa, & quantum ad ius litigatoris, vt in conſtitutione, cum ſpeciali. extr.de ap.

l ¶ *Excommunicatis.*] Arg. quòd contra ea quæ publice facta ſunt, nemo poſtmodum audiendus eſt, vt 8.q.1.licet. 54.di.nulli. 16.diſ. quod dicitis. 12. qu.2. qui & humanis. Arg. contra 81. diſt. propoſuiſti.in fi.

VERVM. Hæc eſt ſecunda pars qua in qua vult probare, quòd non tenemur vitare omnes excommunicatos, ſed illos ſolos qui ſunt excommunicati nominatim & ponit multos modos excommunicationis. & hoc probat per 7. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. quod excõmunicatis non eſt communicandum. Nunc vero dicit hoc eſſe intelligendum de nominatim excommunicatis, qui bus non eſt communicandum. Et oſtendit Gra. quòd duplici ter quis excommunicatus ſit: ſ. à communione fidelium, cui numquam eſt communicandum, & à corpore Chriſti propter mortale peccatum quod egit cui quandiu toleratus ſine peccato communicamus, quod probat per ſequens c.

ASVS. Audi denique.] CASVS. Oſtendit Hie. in hoc c. quòd dupliciter dicitur quis excõicari, & tradi ſatanæ. Primo quando quis anathematizatur, ſicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quem tradidit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius in die iudicij ſaluaretur, quod non ſolum per Apoſtolos, ſed per eos qui in eccleſia præſident, fit quotidie: & dicuntur homines tradi ſatanæ, cum à tota eccleſia ſeparantur. Secundo modo excommunicatur quis vel traditur diabolo, cum per occultũ peccatũ quod ſolus Deus in abſcondito videt, ſeparatur à Deo. Vicitq; g gratia Dei.

c Hæc decr. loqtur in ciuitate Beneuetana, vbi notarij dñr iudices & hoc eſt veritas, ſed: ſ. la.

4 Poly.ibid. Anſ.l.12.ca. 32.Burc l.11. c.49. Iuo p. 14.c.65.&118

† al. omniũ

ſ Concord. tex. in l.monumentorũ. cum gl.C.de reli. & ſum. fu.& l.inſtrumenta. & l. rationes. C. de prob.

† al.pro

6 Origenes hom 2 ad c. 2. Iudicum.

1.Cor.5.)

ibidem.

† non ſolum amorem ſæculi,ſed ong.

k ¶ *Epiſcopis.*] hic habes quod litteris epiſcopi creditur. & habes expreſſe ext. de prob. poſt ceſſionem. & inſtrumentis aliorum principum creditur, ſi conſuetudo regionis hoc habet, vt ext. de ſi. inſtr. cum dilectus. Sed obiicitur, cum viua vox potior ſit quàm mortua, quare non creditur verbo epiſcopi in talib. vt 6.q. 2.ſi tantum. & c. placuit.nec Papa epiſcopo credit, qui dicit ſe excommunicaſſe alium, vt ext.de teſt.cum tu ſilij. quandoque enim elogia ex mala fi-

Lr̃is epi an ſit credendum.

a ¶ *Satanæ.*] ſatanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet poteſtatem quaſi in pecore ſuo vt 24.q.3. §. his auctoritatibus. in fi.
CVM ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis c. q cum nominatim excommunicato communicare nõ debemus. quod probat duabus auctoritatib. ſ. Euangelij, & Pauli apoſtoli. cũ eo vero qui propter mortale delictũ quod commiſit eſt excõicatus poſſumus cõicare: & hoc probat auctoritate Vrbani.
b ¶ *Quidã.*] 24.q.2. c.3.
NO*li recedere.*] CASVS. Hieron. oſtendit in hoc c. p qđ peccatores occultos non poſſumus euitare: & probat hoc auctoritate veteris teſtaméti, vbi legitur q filij Iuda non potuerunt eiicere Hiebuſæos de Hieruſalem, ſiue de terra promiſſionis vſque ad hodiernũ diem, qui ſpiritualiter ſignificant malos Chriſtianos, qb. eccleſia cõicat. Et auctoritate Euãgelij, vbi dicitur, quod zizania nõ ſunt eradicanda vel eruenda à frumento, ne ſimul eradicetur & triticum, per q̃ ziz. nihil de ſignatur, quòd occulti peccatores debent ab eccleſia tolerari, & qb. dr Nolite mittere ſanctum canibus, neque margaritas ante porcos, manifeſti aũt peccatores ſi incorrigibiles ſunt, non deb ntin eccleſia tolerari. *Potiſſimu.* tolerando malos manifeſtos. *Faciatis.* eiiciendo malos occultos. Benen. tamen dixit in caſu ſuo, quòd occulti & manifeſti peccatores ſunt tolerandi: ſed littera contra dicit Beneuent.
c ¶ *Oſtendat.*] ſupple qui hoc ad litteram vult intelligere.
ADDITIO. Nec ſemp ẽt ad litteram intelligendæ ſunt auctoritates. de conſ di. 2. acceſſerunt. 37. di relatum. 33.q.4. ecce ar. ext. de ver. ſi pretereæ ff. de le. 3. non aliter. 6 q 5. nec mirum Archid.
d ¶ *De zizanijs.*] i. de occultis peccatoribus.
e ¶ *Vtraque creſcere.*] i. malos eſſe cum bonis.
f ¶ *Triticum.*] ar. ad queſtionẽ vbi vnus interfectus eſt ab vno de tribus, ſi dubitatur à quo: q rõe dubitõis omnes debeant pmoueri: " q rõne dubitationis vitioſa & ſuperflua tolerantur. 15 q. 2. non æſtimemus. ext. de ſepul. ſacris. ſini c 14. q. 5. denique. & ſanctius eſt im punitum, &c. ff. de pœ. abſentem. arg. contra

Matth. 18.
1. Cor. 5.
2 Vide 3. e. c. ad menſam.] in notatiõe. 2. 24. q. 2 ſ. c. quod.
Matth. 13.
3 Origenes ho. 21. ad c. 15 Ioſue.
† al. vſque in hodiernum diem.
Matth. 13.
Ioſ. 5.
" Dubitatio facit vt ioſa toleratur.

ſatanæ a. Quomodo cum tradit ſatanæ? Diſcedit à mente eius, & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis, & deſiderijs indignis, & relinquit domum cordis eius vacuam.

Cum ergo per ſententiam quis nominatus fuerit, cum eo communicare non debemus. Cum autem ſolo reatu, occulte excommunicationis contraxerit pœnam, non eſt ab eius communione ceſſandum. Vnde Dominus in Euangelio tunc demum peccatorem dixit habendum ſicut ethnicum & publicanum, cum eccleſiam audire contempſerit. Apoſtolus quoque non ait, ſi quis frater eſt fornicator, ſed [ſi quis frater nominatur fornicator, &c.] ſententia nominationem intelligens. [1] *Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo epiſcopo.* [*Sane quod ſuper Richardo*] *Requi re in cauſa.* [2 *Quidam* b *epiſcopus in hereſim lapſus.*] *Hinc etiam Chriſtus in Euangelio Zizania dixit eſſe tolerãda vſque ad meſſem.*

Hinc etiam Hieronymus.[3]

¶ Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt. C. XXII.

NOlite recedere, à Domino in hodierno † die:] hoc eſt, donec ſæculum ſtat: oſtendat c ergo mihi, quomodo Hiebuſæus, donec ſæculum ſtat, habitet cum filiis Iuda in Hieruſalem: quippe cum ne ipſi quidem filij Iuda habitent in Hieruſalem. Ideo ergo nec iſtud verũ eſſe poterit, quòd Hiebuſęi cum Iudæis habitent in Hieruſalem, quandoquidem ne ipſi quidem hab tãt in ea. Sed nos intelligamus hæc ſpiritualiter, aſſumentes Euangelij parabolam, quæ dicit de zizaniis d [Sinite vtraque e creſcere: ne forte cũ vultis eradicare zizania, eradicetis ſimul cum ipſis etiam triticum f.] *& infra.* ¶ Audi ergo ſcripturã dicentem, quia non potuerunt filij Iuda diſperdere Hiebuſæos: ſed habitauerunt cum ipſis vſque in hodiernum diem in Hieruſalem. Vnde deprecor vos, qui fideles eſtis, vt ita vitam veſtrã, & conuerſationem ſeruetis, ne in aliquo vel ipſi ſcãdalum patiamini, vel aliis ſcãdalũ faciatis: ſed ſit vobis ſummi ſtudij, ſummæque cautelæ: ne quis in hãc ſanctã congregationẽ veſtrã pollut⁹ introeat: ne qs Hiebuſæus habitet vobiſcũ. Vides ergo, quia dicit ſcriptura, quod non poterunt eiicere filij Iuda Hiebuſæos de Hieruſalẽ. Hiebuſæus autẽ interpretatur cõculcatio. Ergo, quia nõ poſſum⁹ eiicere iſtos, qui nos cõculcãt, eos ſaltẽ, quos poſſumus, quorum peccata manifeſta ſunt eiiciamus. Vbi enim peccatũ nõ eſt euidens, eiicere de eccleſia neminẽ poſſumus: ne forte eradicantes zizania, eradicemus ſimul cum ipſis etiam triticum. Mouet me tamen quod dixit, quia nõ potuerunt eiicere Hiebuſæos, idelt eos, qui interpretantur conculcatio: & ideo videamus, qui ſunt in eccleſia conculcantes. Illi ſine dubio, de quibus dicit Dominus in Euãgeliis. [Nolite mittere ſanctũ canib⁹, neque margaritas g veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & cõuerſi elidãt vos.] Iſte eſt ergo Hiebuſæus conculcatio: qui indigni † audiunt verbum Dei, & cum audierint, neque vt infideles diſcedũt, neque pmanent, vt fideles: ſed percepta myſteriorum notitia, & fidei noſtræ ſecretioribus ſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnant nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De iſtis ergo dicitur, quia nõ potuerunt filij Iuda eiicere Hiebuſæum de Hieruſalem vſque in hodiernũ diem.

Item idem ſuper duodecim prophetas.

¶ Porcis & canibus ſancta non ſunt committenda. C. XXIII.

4 QVando h ergo vir eccleſiaſticus, & prudẽs, atque intelligens, multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei eſſe cognouerit, & nõ ſolum multas, ſed & fortes, & quæ opprimere poſſint iuſtitiam, & in tantum doctorũ rabiem pceſſiſſe, vt accipiant i pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deuitent in portis, & audire contemnant taceat in illo tempore, ne det ſanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, q conuerſi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem [Solus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum:] & illud in Pſal. [Singulariter ſum ego, donec tranſeam.]

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 25. ad c. 11. epiſt ad Hebræos.

¶ Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minime licet. C. XXIIII.

AD menſam quippe paganorum ſi volueris ire, ſine vlla prohibitione pmittimus k. *& infra.* ¶ [Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos] fratrẽ in hoc loco omnẽ fidelẽ ſimpliciter intelligi non monachũ tãtũ. Quid autem eſt quod facit fraternitatẽ, niſi lauacrũ regenerationis, quod facit poſſe vocari Deũ patrẽ? *& infra* ¶ Si quis, inquit, nominatus " fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibũ ſumere. Cũ autẽ de paganis ageret, non ita. ſed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos ſignificans) & vultis ire, omne, quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebrioſus, &c.] O quanta integritas †. Nos autem non ſolũ non fugimus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos, participantes cum eis.

Matth. 7.
4 Hiero. in Amos prophetam, c. 5. circa med.
Matth 7.
Hier. 15.
Pſal. 49.
1. Cor. 5.
† al. diligentia, ſeueritas.

de pœ. di. 5. ſi quis vero. & ad 1. Aqua vulneratus. 6. q. 2. ſi tantum. & ea placuit. Item eſt hic ar. q rõne connexionis permittitur, quod alias non licet. ſic 81. di. tantis. & caomnia. & ſi. de mi. denique. & l. verum. & l. etiam. & quid iuris ſit de hoc. in quæſtionibus notaui. B.
g ¶ *Neque margaritas.*] 5.43. di. in mandatis.
QVando. CASVS. Docet Hier. in hoc c. quòd quando multitudo eſt in ſcelere, ita vt ẽt iudices pro pretio iudicent, & pauperes vitent, & audire contemnant, quia non habent quid offerãt: taceat tunc prælatus, i. e det ſanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos: ſed imitetur potius Hiere. dicentem, Solus ſedebam quia amaritudine repletus eram.
† al. audiunt.
h ¶ *Quando.*] ar. ex hoc c. q non nocet taciturnitas, qñ non prodeſt contradictio, vt notaui 28 diſt. diaconi.
i ¶ *Accipiant.*] 5. 43. di. in mandatis.
AD *menſam.*] CASVS. Io. Chryſoſtomus oſtendit hic, q cum paganis, licet ſint peccatores, & a Deo ſeparati, comedere poſſumus, & alias cõmunicare: ſed cũ Chriſtianis anathematizatis non poſſumus. & hoc verũq; pbat aucto ritate Apoſtoli. *O quanta.* ironice loquitur.
k ¶ *Permittimus.*] ad hoc, vt eos lucremur. 23. q. 4. infideles. cum Iudæis tñ nõ poſſumus comedere, vt 28. qu. 1. omnes. ſed nec hodie cum paganis licitum eſt comedere, cum & ipſi diſcernant cibos ſicut Iudæi. " Hæc ergo eſt cã, quare poſſumus cõicare paganis, & non excõicatis, cum tamen & illi a ſint mẽbrum diaboli, vt eos lucri faciamus: tamen ideo quia non multum curarent, licet eos vitaremus: ſed excõicati erubeſcunt, ſi non co mmunicatur eis, vt ſ. e. c. audi denique.

" Excõicatis cõicare non poſſum⁹ ſed bene paganis.
a ſc. paganis.

" ¶ Nom

a ¶ Nominatus.] *Gratianus putauit Chryſoſtomum eo modo interpretari iſtam uocem, quo ſcen interpretatus eſt Auguſtinus 1.2.q.3.c.multi. Locus integer græcè ſic habet.*

καὶ οὐδὲ τὸν Παῦλον δεδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βουλοίμεθα, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα, ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ φησι. ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. ὁ δὲ πιστός, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗτος. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ᾖ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μὴ δὲ συνεσθίειν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως, ἀλλ' ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἕλληνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύοντας, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτούς, μεθέξοντες τῶν παρ' † αὐτῶν.

† in Veronenſi eſt παρ.

Id eſt.

Et neque Paulum veritus es, ad menſam quidem græcorum ſi voluerimus ire, non prohibentem: ad menſam autem auarorum, & aliena auferentium ne volentes quidem permittentem. [Nam ſi quis, inquit, qui frater nominatur inter vos] fratrem hoc loco dicens omnem fidelem ſimpliciter, non monachum tantum. Quid autem eſt, quod facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id quòd poſſumus Deum vocare patrem. Proinde, qui catechumenus eſt, etiam ſi monachus ſit, non eſt frater: qui vero fidelis eſt, etiam ſi ſæcularis ſit, frater eſt. [Si quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim veſtigium tunc monachi erat: ſed omnia ad ſæculares loquebatur tunc beatus Paulus. [Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibum ſumere.] t. ſi autem de græcis ageret, non ita, ſed [Si quis vocat vos infidelium.] græcos ſignificans [& vultis ire, omne, quod vobis apponitur manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, ſit ebrioſus.] Pape quanta diligentia. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos, ſed etiam abimus ad eos, vnà ſumpturi quæ ab ipſis.

1.Cor.5. — 1.Cor.10.

EVIDENTER ITAQVE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quod eorum peccatorum communionem vitare non cogimur, qui non ſunt ſententia notati. Et oſtendit quòd notatio tribus modis intelligitur. Primus modus eſt, quando aliquis committit mortale delictum, propter quod ſentit ſe indignum communione corporis & ſanguinis Chriſti, iſte notatus eſt conſcientia teſte. Secundus modus eſt, quando iniungitur alicui pœnitenti vt vſque ad certum tempus à corpore Chriſti abſtineat, vt poſtea reconcilietur: & cum iſtis duobus generib. hominum poſſumus communicare. Tertius modus eſt, quando aliquis anathematizatur, cum quo non eſt communicandum: & ad hanc triplicem ſententiam excommunicationis ſiue notationis probandam inducunt quædam capitula, quæ iam habuimus. & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnibus excommunicatis abſtineamus, iam eſſet falſum quod dicitur ī.6.q.2.ca. ſi tantum. & c. placuit. Primus incipit ibi, *Aliquando enim.* Secundus ibi, *Vel ſententia.* Tertius ibi, *Eſt & alia.*

1.Cor.11. — Gen.3. — 2.V. e multis capitibus hī ſententia. 23.q.4.c. ſi.

Euidenter itaque ex præmiſſis apparet, quòd eorum communionem vitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt. Sed ipſius ſententiæ notatio multipliciter intelligitur. ¶ Aliquando enim arcetur quis à liminibus eccleſiæ, & à communione corporis & ſanguinis Chriſti, vel teſte [a] conſcientia, iuxta illud Apoſtoli. [Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit.] Item illud Proſperi [facilius ſibi Deum placabunt, &c.] [require infra cauſa xxxiij. Maleficiis impeditus. quæſtione [b] prima de pœnitentia [c]. Vel ſententia eccleſiaſtica: ſicut pœnitentes, quibus tempore præfinito [d] beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia [e] excommunicatio vocatur: quia à communione corporis & ſanguinis Chriſti notatum prohibet: ſicut & Adam ab eſu ligni vitæ excommunicatus eſt, Domino dicente. [Videte, ne forte ſumatis de ligno vitæ.] Quæ ſententia non ſeparatur quis à conſortio fidelium. Eſt & alia ſententia, quæ anathema vocatur: quia quiſque ſeparatur à conſortio fidelium, de qua ſupra [Cum excommunicatis nolite communicare.] [1] ¶ Hanc diſtinctionem licet cuique aduertere ex auctoritate Ioannis Papæ. [Engeltrudem [f 2] vxorem Boſonis, &c.] require ſupra in cauſa [Quidam epiſcopus à propria ſede deiectus.] Item ex auctoritate eiuſdem [Si quis domum [g 3] Dei violauerit, &c.] require infra cauſa xvij. [Quidam presbyter infirmitate grauatus.] ¶ Item ex auctoritate Silueſtri Papæ [Præſenti decreto cenſemus, &c.] require ſupra in cauſa [[4] In infamia cuiuſdam epiſcopi.] [5] Iuxta igitur hanc diſtinctionem intelligenda eſt illa auctoritas Innocentij Papæ ſecundi [Si quis ſuadente diabolo, &c.] vt infra in cauſa [Quidam presbyter, vt iuxta etymologiam vocabuli anathemati, id eſt ſeparationi ſubiaceat, qui in edictum illud inciderit, qui à corpore & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu [h] eccleſiæ ſe alienum facit: qui impias manus in clericum inijcere auſus fuerit: qui etiam à nullo epiſcoporum abſolui, id eſt more pœnitentium reconciliari poterit, niſi primum Apoſtolico conſpectui ſe repræſentare curauerit. ¶ Illud autem Petri de Clemente [[6] Si inimicus eſt iſte Clemens, &c.] de ſententia notatis intelligendum eſt, ſicut & illud Vrbani [i], Quibus epiſcopi non communicant, &c.] vt infra in eadem cauſa. Ceterum [k] falſum eſſet illud Vaſenſis concilij ſecundi [[7] Si tantum [l] epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit.] Item, & illud [[8] Placuit, vt ſi quando epiſcopus, &c.] require ſupra in cauſa [Duo fornicatores, & infamia notati.]

1 17.q.4 quiſquis §. idem, ſi quis domū. "imperare ſibi nemo pt. — 4 5.q.2.c.2. — 5 17.q.4. — 7 6 q 2. — 8 ibid.

Item Gregorius [m] clero, & populo Salonitano.[a]

a ¶ Salonitano.] *In regeſto D. Gregorij. libr. 5. ca. 148. leguntur hæc verba in epiſt. 48. ſcripta clero, nobilibus, ac populo Iadræ conſiſtentibus. al.* Iadertino.

¶ Communicare non licet iis, qui excommunicatis communicant. C. XXV.

ROgo [n], hortor, & moneo, vt à prohibitæ vos communionis conſortio per omnia ſuſpendatis: ne cuiquam ſacerdoti, ſupra ſcripto Maximo communicanti [o], contra animam ſuam quiſquam veſtrum communicare præſumat.

Item ex concilio Toletano primo, c.15.

a ¶ *Vel teſte.*] ergo aliquis contra ſeipſum fert ſententiam, vt 21. diſt. nunc autem arg. contra. " quia nemo ſibi imperare poteſt, vt ff. de arbi. l. pe. melius tamen eſt, ſi hoc faciat auctoritate ſuperioris, infra de pœn. diſt. 1. in actione B.

b ¶ *Quæſtione.*] id eſt, diſtin. nam tractatus de pœn. per diſt. diuiditur.

c ¶ *De pœnitentia.*] ī. de pœn. diſt. 1. §. item ſicut.

d ¶ *Tempore præfinito.*] in cœna domini [a].

e ¶ *Sententia.*] ſic iudex ſæcularis poteſt aliquem excommunicare. id eſt, à legitimis actibus prohibere, vt ff. de pœn. l. minoris.

f ¶ *Engeltrudem.*] ī. 3. q. 4. c. vlt.

g ¶ *Si quis domum.*] 17. qu. 4. quiſquis. §. ſi quis domum. ī. 5. q. 2. c. 2. Ioan.

h ¶ *Ab ingreſſu.*] G. videtur hic ſentire, quod qui clericum verberat tantum eſt ſeparatus à ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ: nec obſtat ille canon ſi quis ſuadente. 17. q. 5. quia anathema ibi eſt idem quod ſeparatio: hoc tamen non tenet eccleſia, & contra eum eſt extra de app. peruenit [b]. Ioan. Fauen. voluit eum corrigere, & dixit talem eſſe excommunicatum, ſed non vitandum ante quam denuntietur ſed expreſſe contra eum eſt, extra de ſenten. excommun. cum non ab homine.

i ¶ *Vrbani.*] ī. c. quibus Epiſcopi.

k ¶ *Ceterum.*] quaſi dicat bene diſtinguo inter excommunicatos ſimpliciter, & anathematizatos, vt ſcilicet illi ſint vitandi illi non.

l ¶ *Si tantum.*] ſupra ſexta, quæſtione ſecunda. placuit. capitu. 2. & vlt.

m ¶ *Item Gregorius.*] contra id quod dixerat ſimpliciter excommunicatos non eſſe vitandos modo oſtendit omnes excommunicatos eſſe vitandos.

ROgo.] CASVS. Maximus nominatim excommunicatus erat, ſicut dicitur 63. diſt. Salonitanæ. & 93. diſt. ca. miratus. ſed quidam presbyteri ei communicabant. Præcepit ergo Greg. clero & populo Salonitano, vt illis ſacerdotibus non communicent: & intellige, quòd communicabant ei in crimine, vel erat excommunicatus cum omnibus ſuis fautoribus iſte Maximus.

n ¶ *Rogo.*] " verbum rogandi hic præceptiue [c] ponitur. monemus enim quos habemus charos, vt 28. q. 1. ſic enim. & alibi, rogo, non ponitur deprecatiue. ff. de neg. geſt. ſi ſerui iuſſu rogatu. ſed ponitur rogare pro mandare. ſic ponitur mandare pro rogare. 23. q. 4. Guiliſarius.

o ¶ *Communicanti.*] in ſacris, ſecundum Hugo. Vel dic, quòd Maximus fuit excommunicatus cum omnibus ſuis fautoribus. Vel iſti communicabant ei in crimine: alias excommunicatio non deſcenderet vſque ad tertiam perſonam. ī. eadem, quoniam multos. nec obſtat 19. diſtinct. Anaſtaſius. quia ibi communicabant ei in crimine hæreſis.

a Vt 50. diſt. in capite. de conſ. diſt. 2. in cœna, aliàs incipit, à quibuſdā. Arc. 6. 5. ead.

b Vbi Vin. idē no quod hic dī. Archid.

" rogo, quandoque aliter ponitur. c Et ita ponitur cōtra proprīā ſignificationē ipſius verbi. ſic aliàs ex æqualitate contra ſēnſus verba accipiūtur cōtra propriā ſignificationē. ff. de eui. Lucius in ſi. ff. loc. & c. ... ex cōducto. § Papinian' vbi dī hoc.

Si quis

SI quis laicus.] C A S V S. Statutum fuit in concilio Toletano, quod ſiue clericus ſiue laicus ſit anathematizatus, nullus ei communicare præſumat: ſi vero contra fecerit, & ipſe excommunicetur. & hoc verum eſt de præſentib. vt etiam de abſentib. qui nouerunt clericum vel laicum anathematizatũ. *Excommunicetur.*] i. pro excõmunicato habeatur, quo ad ſacramenta eccleſiæ.

¶ Nullus clericorum, vel laicorum ad domum excommunicati accedat. C. XXVI.

vj ¹ SI quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum eius vel clericorum, vel religioſorum nullus accedat. Similiter & clericus ſi abſtinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eiuſdem epiſcopi [a] ſunt, & ad omnes, qui cõmoniti [b] fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue laico quolibet, ſiue clerico.

³ *Sed hoc* [c] *ſpecialiter in his, qui excommunicatis nominatim communicant. Vnde Vrbanus [Sane quod ſuper Richardo, &c.] infra in cauſa. [*² *Quidam epiſcopus in hæreſim lapſus* [d].*] Item Nicolaus Papa in c. [Excellentiſſimus* [e] *Rex Carolus, &c.] infra circa finem huius cauſæ.*

Item Vrbanus omnibus epiſcopis, c. 5.

¶ Sententia paſtoris timenda eſt, licet iniuſte liget. C. XXVII.

³ QVibus epiſcopi non communicant, non communicetis [f]: & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim eſt timẽda ſentẽtia epiſcopi, licet iniuſte liget [g].

Item ex octaua ſynodo.

¶ Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat. C. XXVIII.

vij ⁴ SI qui frater aut palam, aut abſconſe cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione, ſtatim cum eo excommunicationis contrahat pœnam.

¶ *Canon hic neque habetur in octaua ſynodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neque in alia, quæ & ipſa nominatur octaua ſub Ioanne octauo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruatur. Multa vero quæ à Gratiano ex octaua ſynodo citantur, in regulis Baſilij, Iſidori, & aliis ſcriptis ad monachos pertinentibus inuenta ſunt. Hoc quidem, i. ca.* cum excommunicato *fuit tributum Iſidoro quemadmodum etiam à Burchardo & Iuone. Sed Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, c. 26. cum antea egiſſet de monacho, à ſuo præpoſito excommunicato, hæc ſcribit valde ſimilia,* Hinc quidam magiſter Monachorum ait [Si quis vero frater aut palam, aut abſconſe cum eo fuerit locutus, aut coniũctus, communem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.] *quæ lectio conuenit cum lectione Burchardi & Iuonis.*

Item ex concilio Carthag. 2. c. 7.

¶ De eodem. C. XXIX.

⁵ QVi merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo epiſcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communione ſuſcepti, etiam ipſe pari [h] cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens [a] [i] ſui epiſcopi regulare iudicium.

a ¶ Refugiens. *In concilio cum multis impreſſis, & manuſcriptis codicibus collato legitur,* refugientes. *apud Burchardum vero, & Iuonem,* refugientibus, *quod conuenit cum canone græco, qui eſt nonus: omnia vero hæc verba* refugientes ſui epiſcopi regulare iudicium, *in recentioribus conciliorum editionibus non ſunt hoc loco, ſed poſt verſ.* ſuſcepti. *A Seruenſi autem codice regis catholici omnino abſunt.*

Item ex concilio Carthag. 4. c. 66.

¶ Qui ſententiam epiſcopi putat eſſe iniuſtam, recurrat ad Synodum. C. XXX.

CLericus [k], qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

Item Ioannes Chryſoſtomus, hom. 4. ad c. 2. epiſtolæ ad Hebræos.

¶ Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda. C. XXXI.

ij ⁶ NEmo contemnat vincula eccleſiaſtica. Non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus [l], qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 68.

¶ *Sic etiam citat Iuo p. 14. c. 50. ſed p. 1. ca. 94. coniuncte cum multis aliis verbis videtur citare ex libris de unico baptiſmo.*

¶ Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur. C. XXXII.

⁷ OMnis Chriſtianus, dilectiſſimi, qui à ſacerdotibus excõmunicatur, ſatanæ [m] traditur †: quomodo? ſcilicet, quia extra eccleſiam [n] diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat.

Idem tractatu 27. ad c. 6. Ioannis.

¶ De eodem. C. XXXIII.

NIhil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari [o] à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt mẽbrum eius. Si non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem inquit Apoſtolus, ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.

⁸ *Item Hieronymus* [β] *[Quorum remiſeritis peccata, &c.] id eſt, quibus eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit.*

a ¶ *Epiſcopi.*] iſti. n. non poterant ignorare ſententiam ſui epiſcopi, vt 11. q. 3. qui humanis.

b ¶ *Commoniti.*] ar. [α] quod ſufficit, ſi alicui dictum eſt de excõicatione alicuius, vt ipſum teneatur vitare. vt extra de elec. venerabilẽ. vltra mediũ, in parte deciſa. & de poſt. præl. ad hæc. ar. contra ext. de cler. excõ. mini. illud? Reſp. prima ſententia vera eſt, quãdo excõicatio alicuius peruenit ad alium per famam publicã, aliàs forte ſecus eſſet, vt in contrario. SED HOC. Hæc eſt 3. pars q. in qua dicitur, quod hæc regula de vitãdis excõicatis habet locum in excommunicatis nominatim, & ad hoc probandum inducit 9. c. Io. de Fan. CASVS. Supra dictum eſt in c. rogo. quod clericus Salonitanus non cõicaret ſacerdotib. cõicantib. Maximo nominatim excõicato, propter quod videtur, vt & ab illis qui non ſunt nominatim excõicati, ſit abſtinendum. Soluit aũt hoc Gr. & dicit, quod illi ſacerdotes non fuerunt nominatim excõicati cum Maximo. ita dicit H. Grat. ſentire. vel ſecundum Ben. illud c. rogo. intelligitur de illis ſacerdotib. qui licet non fuerint nominatim excõicati, fuerunt tñ anathematizati pariter cũ Maximo nominatim excõicato. ſic. n. dixit Gre. excõico Maximum cum omnib. ſibi fauentib. & ad hanc ſolutionem probãdam inducit duas concordantias. Sequẽtia duo c. plana ſunt. *Excommunicationis.*] i. ſuſpenſionis à ſacramentis, & ingreſſu eccleſiæ. ita dicit Hug.

c ¶ *Sed hoc.*] vult dicere, quod Maximus fuit excõicatus cũ omnib. ſuis fautorib. Nec ob. i. 24. q. 2. c. 3. & i. e. excellentiſſimus.

d ¶ *Lapſus.*] 24. q. 1. c. 3.

e ¶ *Excellentiſſimus.*] i. e. excellentiſſimus.

f QVibus epiſcopi.] ¶ *Non cõicetis.*] ſim. 7. q. 1. ſcire debes. 93. diſ. c. 1. Nec obſt. 6. q. 2. ſi tñ. quia hic loquitur cum conſtat de ſententia [a]. ſed ſcitur eam eſſe iniuſtam.

g ¶ *Liget.*] dum tamen error non ſit expreſſus in ſnĩa. ext. e. per tuas.

QVi merito.] C A S V S. Quæſitum fuit in concilio Carthag. quam pœnam pati debeat epiſcopus, presbyter, vel clericus ſi ſcienter communicet excommunicatis. Et reſpondetur, quod pari crimine obnoxius teneri debet. quod intelligit H. quo ad ſacramenta, & ingreſſum eccleſiæ. Sequentia duo c. plana ſunt.

h ¶ *Pari.*] [γ] quid ergo ſi epiſcopus cõicat alicui excõmunicato à ſimplici ſacerdote? iam ligatus eſt à canone. Sed à quo abſoluetur? Decr. dicit, quod communicans excommunicato, à ſuo prælato eſt abſoluendus. extr. de pœ. & remiſ. quod autem. & ita à metropolitano. Sed dicas, quod à ſimplici ſacerdote poteſt abſolui niſi communicet ei in crimine, vt ext. e. nuper. videtur tamen, quod ſicut in ſuſpenſo à iure poſt pœnitentiam non requiritur aliqua abſolutio, ſic nec in excommunicato à canone: quod non eſt verum, vt in c. nuper. in fi. Sed quid ſi Papa communicet excommunicato? ille non eſt ligatus: quia non ligat ipſum canon. 25. qu. 1. §. his ita.

i ¶ *Refugiens.*] i. contemnens.

k CLericus.] intellectum huius c. habes. ſ. e. q. epiſcopus forte.

l NEmo.] *Sed Chriſtus.*] [δ] ex hoc colligit H. Hiſpanus habere cauſam, quare nõ poſſit appellari à ſententia excommunicationis, cum Chriſtus eum liget, à cuius ſententia non poteſt appellari. Alia eſt ratio, quia nemo excommunicatur niſi pro contumacia [b]. i. e. nemo. & non auditur contumax appellans, vt 2. q. 6. §. eſt autem quando. verſ. ſunt etiam quorum. Quidam autem aliam aſſignant rationem. quia excommunicatio ſecum trahit executionem ſuam. ext. de ap. paſtoralis. vnde ſicut ab executore non appellatur, ita nec ab hac ſententia. Sed hoc non valet: quia quandoque appellatur ab executore, cum. ſc. excedit modum, & ſententia qua quis abſoluitur ab alio, ſecum trahit executionem, tamen appellatur ab ea. ext. de ap. qua fronte.

OMnis.] C A S V S. Dicitur in hoc c. quod omnis qui excommunicatur, ſatanæ traditur: quia ſicut extra eccleſiam eſt diabolus ita in eccleſia Chriſtus. vnde qui ab eccleſia remouetur, quaſi diabolo traditur. & ſic exponit eccleſia de traditis ſatanæ ab Apoſtolo.

m ¶ *Satanæ.*] Dum tamen iuſta de cauſa excommunicetur, vt 23. q. 3. ſi quis non recto.

n ¶ *Extra eccleſiam.*] ar. quod qui ſemel excõmunicatus eſt, amplius excommunicari non poteſt, quia qui extra eccleſia eſt, non poteſt magis eſſe extra eam. ar. contra. 3. q. 4. Engeltrudã. De hoc ibi notaui.

NIhil.] C A S V S. Dicit hic Auguſt. quòd Chriſtianus nihil debet magis timere, quam ſeparari à corpore Chriſti, quod eſt eccleſia: quia ſi ab eo ſeparatur, non eſt membrum eius, nec ab eo vegetatur. Et hoc probat duabus auctoritatibus, Pauli ſcilicet, & Hieronymi. *Sic,* id eſt, tantum.

o ¶ *Quam ſeparari.*] iuſte, aliàs non obeſt, vt extra eod. à nobis.

i. e. quid

1 Iuo p. 14. c. 30.
α Excõicatus vitandus eſt.
2 24. q. 1.
3 Pol. l. 6. ti. 1 Anſel. l. 6. c. 145. & l. 12. ca. 15. Bur. l. 11. ca. 1. Iuo p. 14. c. 74.
4 i. ea. cum excõicato. Bur. l. 2. c. 32 Iuo par. 14. c. 96.
5 Pol. c. 7. ti. 1 Bur. l. 1. c. 43 Iuo p. 14. c. 18 & 107 Pan. l. 5. c. 98
a Sub. q est iuſta ex ordine iudiciario.
γ Excõicato cõicans, à quo abſolui debet.
δ Appellari non põt ab excõicatiõe
6 Iuo p. 14. c. 48. Pan. l. 5. c. 88.
b & hoc nõ i. e. epi. ſi.
7 Iuo p. 1. c. 94. & p. 14. c. 50.
† al. tradi dicitur
1. Tim. 1.
1. Cor. 5.
Rom. 8.
8 Iuo p. 14. c. 53.
Matth. 16.

a Ad hoc ſ. ead. §. cum ergo.in fi.

ſ.e.quid obeſt.tamen ſi contemnitur, ſtatim incipit ligare a.24. q. 3. notandum. in fi. ſed ideo maxime eſt timenda, quia maxima eſt pœna.vt 24.q.3.corripiantur.

PResbyteri.] CASVS. Require caſum huius c.ſ.2.qu.6.placuit.Sequens capitulum planum eſt. *Irrita*, i.irritanda de facto, ſi eſt ipſo iure irrita. ſed non facit hoc c. directe ad propoſitum Grat.

2 Et Afric. c.92.

a ¶ *Presbyteri.*] hoc c. habetur ſ. 3. q. 6.placuit.

b ¶ *IRritam.*] ¶ *Iniuſtam.*]i.irritandam. Vel prout ſonat.

3 2.q.6 placuit, vt preſbyteri.

c ¶ *Retractandam.*] de facto ſi eſt ipſo iure irrita, vt ext.de app. ad præſentiam.

d RVrſus.] CASVS.Beneuentanus ſic ponit hunc caſum.Quidam clerici fuerunt de quibuſdam criminib. accuſati, citati noluerunt venire, propter quod fuerunt excommunicati. quæſitum fuit in concilio Carthaginenſi qualiter vlterius ſit procedendum? Et reſpondetur quod quamuis contumacia facientes ſint conuicti vel cõfeſſi, tamen vt eorum parcatur verecundiæ, ad euitandam inſultationem hæreticorũ, vel gentilium, intra annũ expectantur, intra quẽ ſi venerint, cãm ſuam defendant: ſi vero non venerint intra annum, poſtea nullo mõ audietur. Idem ſentit H. & Io. quia qui ſtat in excommunicatione per annum, iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine ſuper quo accuſatur. nec de eo auditur vlterius: ſed de excommunicatione vel contumacia quandocumque voluerit ſatisfacere, auditur, iuxta illud.In quacumque hora peccator, &c.26. q. 6.c.cognouimus. *Purgare*, i.venire ad iudicium, vt de cauſa cognoſcatur, vt ſic purgetur vel condemnetur.Quidam tamen intelligunt hoc c.de clericis infamatis qui ſe purgare contemnunt.

3 1.q.6. Irritã ex Felice

† *al. & iniuſtam*

4 Et in African. c.46. & Vorma.c.71

5 Pol.l 7.ti.j. Burch.l. 2.c. 183.Iuo p.6 c.344.

d ¶ *Rurſus.*] i. poſt alia ſtatuta. Sic pone caſum. Quidam accuſatus de crimine,legitime fuit citatus, noluit venire, excommunicatur pro contumacia. ſi intra annum venerit, auditur ſuper crimine, poſtea non:quia habetur pro conuicto vel confeſſo iuris interpretatione. nam qui excommunicatus eſt pro ſuſpicione hæreſis, poſt annum pro hæretico habetur, vt ext.de hær.excommunicamus. circa prin. non ob. 3 qu.9 decernimus. quia ibi loquitur cum lis eſt conteſtata. Vel ibi non punitur de crimine, ſed pro contumacia.Sed P. Hiſpanus propter hoc verbum purgare, intellexit hoc c. de clerico infamato, qui ſi citatur vt ſe purget, & contumax fuerit,iuris interpretatione pro conuicto habetur. 24. qu. 3. de illicita. Vel dic quod temperat rigorem illorum canonum qui dicebant, quod ſi clericus contemnit excommunicationem, ſtatim deponendus eſt.ſ. e.ſi quis presbyter. & ca ſeq.hic propter inſultationem hæreticorum datur eis annus ad probandum innocentiam ſuam. ſed ſi per annum ſteterit excommunicatus, tunc primo deponitur. Vel dic quòd etiam poſt annum poteſt audiri de crimine quantum ad hoc vt oſtendat innocentiam ſuam: ſed non quantum ad hoc vt recuperet bona ſua, vt C. de req. rei.l.2.quod tamen hic dicitur de anno, videtur correctum ext.de cle. non reſid.ex tuæ. Sed dic quod non habetur pro conuicto ſpatio minori quam anno, vt hic dicitur: ſed tamen in minori ſpatio poteſt priuari beneficiis, vt ibi.Et no.quod ſequens c.loquitur de ciuili negotio & criminali, hoc aut autem in criminali tantum.

b Ita quod diſpoſite agatur de crie, in quo caſu loquitur hoc ca. & ſeq. & 3 q.9.decernim. & iſta c.loquuntur. lit. cõteſtata ſecundum B quod dic vt not. ext. de dol. & cont verita. tis in gl.hoc patet. & 3. q. 9. in ſumma Acc.

¶ Hieronymus.] *Hæc non ſunt inuenta apud B.Hieronymum, ſed in epiſt.2.Eutichiani,quem citat Iuo.*

Item ex concilio Mileuitano,c.22.[1]

¶ Vicini epiſcopi audiant eos, qui de iudiciis epiſcoporum ſuorum queruntur. C. XXXIIII.

[1] PResbyteri[a], diaconi,vel ceteri inferiores clerici,in cauſis,quas habuerint, ſi de iudiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos, quidquid eſt,finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum.Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, nõ prouocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum.Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

¶ *Huic capiti in uulgatis codicibus præpoſitum erat nomen Palea: ſed in omnibus uetuſtis Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem ſ.2.q.6 c.placuit.*

Item ex concilio Carthagin.4.c.28.[3]

¶ Iniuſta epiſcoporum damnatio,irrita eſſe cenſetur. C. XXXV.

IRritam eſſe iniuſtam † [b]epiſcoporum damnationem,& idcirco à ſynodo retractandam[c].

Item ex concilio Carthagin.5.c.12.[4]

¶ Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocentiam ſuam aſſerere voluerit,intra annum excommunicationis hoc faciat. C. XXXVI.

[5] RVrſus[d] conſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, vel[a] cofeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi forte cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciunt. Si vero intra annum cauſam ſuã purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

a ¶ Vel.] *In omnibus libris indicatis legitur, &c. Sed manuſcripta Gratiani exemplaria concordat cum uulgatis. In aliquibus tamen eſt*. conuicti clerici, vel confeſſi. *Apud Iuonem uero legitur*, vt aliquoties clerici conuicti, & confeſſi, *& uocem* aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

Item Gelaſius.

¶ Audientiam ſibi negat, qui excommunicationis ſuæ cauſam agere intra annum differt†. C. XXXVII.

[6] QVicumque intra anni ſpatium ciuiliter, ſiue publice[e] cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus[f] non peregerint, ipſi ſibi aditũ audientiæ clauſiſſe[g] videantur.Quòd ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint, nos eorũ cauſam, iuxta beati Leonis[7] [h]prædeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iudicio reſeruantes quibus viuis non communicauimus†,nec mortuis communicare debemus.

† *al. diſſimulas*

6 Poly.ibid. Anſ. l.12.ca. 24. Bur.l.11. c.47. Iuo p. 14.c.111. Pann. l. 5.c. 136.

7 24.q.2.c.1.

† *al. mortuis communicare non poſſumus.*

PALEA. C. XXXVIII.

[8] QVi vero excommunicato ſcienter communicauerit, & amodo ſaltem in domo ſimul orauerit,atque latebras†,quominus ad ſatisfactionem perducatur, præbuerit,donec ab excommunicatore pœnitentiam accipiat,corporis & ſanguinis Domini communione priuatum ſe eſſe cognoſcat.

8 Pol. ibid. Anſ.ibid. Burc.l.11. c. 48 Iuo p.14 c.112.ex eiuſdem Gelaſij decretis.

† *al latebras defenſionis*

Item ex concilio[i] *Hilerdenſi.c.10.*

¶ Tardius recipiatur ad veniam, qui ſacerdote iubente de eccleſia exire contemnit. C. XXXIX.

QVi iubente ſacerdote pro qualicumque culpa ab eccleſia exire contẽpſerit, pro noxa contumaciæ†tardius[k] recipiatur ad veniam.

† *al. contumelia.*

Sed quæritur, ſi ante damnati abſolutionem epiſcopum mori contigerit, vtrum damnatus poſtea valeat abſolui.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Epaunenſi,c.28.

¶ A ſucceſſore ſoluatur, qui poſt mortem epiſcopi remanet ligatus. C. XL.

ij[9] SI epiſcopus ante damnati abſolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem ſucceſſori[l] licebit abſoluere.

9 Bur.l.11. c. 50.Iuo p.14. c.214 Pann. l.5.c.121.

Præmiſſis auctoritatibus, quibus iniuſtæ ſententiæ vſque ad examinationem vtriuſque partis parere iubemur, ita reſpondetur, Gregorius non dicit ſententiam iniuſte la-

QVicumque.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod quicumque fuerint excommunicati propter ciuilem vel criminalem cauſam, ſi intra annum cauſam non peregerint coram ſuis excommunicatoribus, poſtea non audiantur: ſi vero in excommunicatione fuerint mortui, iuxta ſententiam beati Leonis, eis mortuis communicare non debemus, ſicut eis viuis non communicauimus. ſed diuino iudicio reſeruentur.

e ¶ *Siue publice.*] id eſt, ſiue criminaliter.

f ¶ *Excommunicatoribus.*] excommunicandus eſt reus, cum talis eſt cauſa quod actor nõ poteſt mitti in poſſeſſionem, vt extra vt lit.non cont.tuæ.

ADDITIO.Et itelligitur hoc c.quando non liquet, nec liquere poteſt de cauſa: alias eſt diſpenſatio ſecundum H.

g ¶ *Clauſiſſe.*] quantum ad cauſam poſſeſſionis, ſed non proprietatis, vnde mitius agitur in ciuili quàm in criminali cauſa, vt dictum eſt ſ. c. prox. & extr.vt lite non cont. quoniam frequenter. Vel loquitur de actore contra quem bene proceditur lite non conte. vt ext.de dolo. & contu.cauſam.

h ¶ *Leonis.*] 24.q.2.ſane. & ca. de communione.

i ¶ *Item ex concilio.*] hæ ſunt paleæ.B.

k ¶ *QVi iubente.*] ¶ *Tardius.*] hoc in laico: clericus enim deponitur. ſ. ead.ſi quis epiſcopus. & iudex poteſt alicui negare iuſtitiam propter delictum ſuum, vt ff.ex quib. cau.ma.ſed & ſi. §.actio. immo quandoque duplicatur alicui pœna propter cõtumaciam ſuam, vt ff. de pœ.auth. damnum. §.quiſquis. & eſt ſimile.ſ.18. diſt. ſi quis autem.

SED QVAERITVR.CASVS.Supra in c.quicumque,dictum eſt, quod mortui in excommunicatione ſoli Deo reſeruantur. Nunc vero quæritur, ſi quis epiſcopus excommunicator primo moriatur, quis debeat abſoluere excommunicatum? Et reſpondetur quod ſucceſſor: quod probat ſeq.c.cuius caſus patet.

l ¶ *SI epiſcopus.*] ¶ *Succeſſori.*] Huic eſt ſimile ff. de iu. mortuo. Eſt ergo hic argumen.[a] quod ſucceſſor poteſt corrigere, & tenetur confirmare factum anteceſſoris ſui. 35.quæſt.9.quod quis. extr. de precar.cap. 2.& 16. quæſt. 9. illud. 12. quæſt.2. quicumque. & in authen. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus. ſucceſſor autem delegati non poteſt abſoluere vel reſtituere poſſeſſionem adiudicatam, niſi ſuccedat in honore & onere, extra off. ordin. paſtoralis. §.præterea.

a Succeſſor factũ anteceſſoris confirmare tenetur

PRAEMISSIS. CASVS. Hactenus probauit, quod ſententiæ excommunicationis ſiue iuſtæ ſiue iniuſtæ parendum eſt. Modo allegat

contra

contrarium,& reſp.illis duobus c.ſententia paſtoris & c.quibus epiſcopi non communicant. & dicit, quod loquuntur de ſententia iniuſta, quæ non eſt ſeruanda,ſed timenda,quod allegando dicit. Alia vero cap.intelliguntur de contumacibus & negligentibus, qui licet peccata de quibus impetuntur non commiſerunt, tamen excõicationis ſententia licite feruntur: quod probat per ſequentia c. Seq. §.plattus eſt. *Hos ſolos* ſcilicet contemptores vel negligentes.

a ¶ *Sic & Vrbanus.*] ſupra ca.quibus epiſcopi.

NEmo.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1. parte dicitur, quod nullus eps debet ſuum parochianũ excõicare, niſi propter manifeſtam cauſam peccati. In 2. parte di, quod nullus debet anathematizari ab epiſcopo, niſi propter contumaciam mortalis peccati, nec ſine conſcientia archiepiſcopi vel ſuffraganeorum.

b ¶ *Communione.*] ſacramentorum.

c ¶ *Sine cõſcientia.*] hoc eſt verum, cum illud delictum tangit totam prouinciam, alias non tenet, vt 9 q.3.c.2. & c. archiepiſcopus.

d ¶ *Mortis.*] ſed cum ſit perpetua dãnatio, qualiter dicitur medicinalis, vt 2.q.1. multi ? Reſpon. cum contemnitur, eſt dãnatio, alias non, vt 24. q.3. notandum. in fi. Item vi. hic quod nemo ſit excõicandus niſi pro contumacia, vt 45.diſt.ſed illud. & 24. q. 3. tã ſacerdos. & c. eccleſiæ. ſed hoc non eſt verum [a], vt extra de ver. ſi. ex parte. Vel dic quod tunc demum quis poteſt excõicari pro crimine, cũ eſt incorrigibilis,cum aliter non poſsit corrigi. 24. q.4.forte.Ioan.

e ¶ *Nullus.*] ¶ *Pro leuibus.*] Sim ſupra ea.epiſcopi.Vel intellige de venialibus, vt infra de conſe. diſt. 2.quotidie. & ca. panẽ de altari.

f ¶ *Arceri.*] i. excommunicari. Baz. tamen intelligit, quod quicunque eſt in mortali peccato, non debet ingredi eccleſiam,per id quod eſt 33.q.4.vir cum propria. ſed non eſt verum, vt ibi dixi,& infra de pœ. diſt.5.falſas.& 1.q.1.quiſtu let.Ioan.

CErtum.] CASVS. Quidam clerici vocati ad ſynodum venire cõtemnebant, aut ſi veniebant, non obediebant, vel ſi obediebant ad tempus, ante finem cauſæ a ſynodo recedebant. quæſitum fuit de iſtis, vtrum pro his tribus criminibus ſint excommunicandi. Et reſp.quòd ſic.

g ¶ *Tribus.*] ſi.pro contumacia iſtorũ,id eſt de quolibet alio crimine.

h ¶ *Ante finitam.*] ſic J.de conſec.diſt.2.altiſſus.

DE HIS. Hæc eſt 4.pars. q.in qua probare intendit magiſter ſuperficialiter, quòd ſententiæ iniuſtæ non ſit parendum, ſ.quòd neminem ligat apud Deum. ſupple niſi contemnentur, alias contra. 14.q.3.notandum. Hoc tamen intendit probare per 19. c.quæ aliter

1 In additio capitulis Caroli filij Ludouici.

2 Bur.l.11.c. 20.Iuo p.14. c.80. Pan.l. 5.c.95.

a Ad hoc §. c quod merito. de cõl.di. 2. ſi non ſunt. ibi, de hoc. & not. 3.c. epi.ſi 3.e.ex coicatos. & 17. quæſt. 4. ſi presbyterorum. Arc.

3 Pol.l.7.t.1. Burc. l.11.c. 74.Iuo p.14. c.111. Pan.l. 5.c.111.

¶ *Al. Decretum.*

¶ *Al. profugus.*

tam eſſe ſeruandam, ſed timendam, ſicut & Vrbanus [a]. *Timenda eſt ergo, id eſt, non ex ſuperbia contemnenda. Reliquæ vero auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad ſynodum venire cõtempſerunt. vel calliditatibus aduerſantium occurrere neſcientes, iniuſtam ſententiam à iudice reportauerunt: vel qui neglectu ſuæ vitæ ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittẽtes, ſententiam in ſe exceperunt. Hos ſiquidem ſolos excommunicationis ſententia ferire licet.*

Vnde in Meldenſi concilio c.54. [1]

¶ Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione priuandus.

C. XLI.

[2] NEmo epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa communione [b] priuet eccleſiaſtica. Sub [a] anathemate autem ſine conſcientia [c] archiepiſcopi, aut coepiſcoporum nullũ præſumat ponere, niſi vnde canonica docet auctoritas: quia anathema eſt æternæ mortis [d] damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

a ¶ Sub anathemate.] *In concilio Meldenſi, & adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici legitur*, Anathema autem ſine conſenſu archiepiſcopi, aut epiſcoporum, prælata etiam euangelica admonitione, nulli imponat. *ceteri autem collectores parum à Gratiano diſcrepant.*

Item ex concilio Aruernenſi.

¶ *In concilio Aruernenſi quod extat, non habetur: ſed in Aurelianenſi, 4.c. 2.& in Vormatienſi c.13.*

¶ Pro paucis, & leuibus cauſis nullus communione priuetur.

C. XLII.

NVllus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro paruis, & leuibus [e] cauſis à communione ſuſpendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri [f] ab eccleſia iuſſerunt committentes.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Pro his tribus criminibus quilibet communione priuetur.

C. XLIII.

[3] CErtum ✝ eſt pro tribus [g] criminibus aliquem excommunicari debere, cum ad ſynodũ canonice vocatus venire contemnit: aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis: aut ſi ante finitam [h] cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo abire ✝ præſumit.

4 *De his* [i] *inquam, & huiuſmodi, præmiſſæ auctoritates loquuntur, non de iniuſte ſuſpenſis. Quòd autem iniuſtæ ſententiæ parendum non ſit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima eſt illa Hieronymi ſuper Matthæum libro tertio.* [4]

¶ Sententia paſtoris reum, innocentem non conſtituit vel facit.

C. XLIIII.

[5] QVomodo [k] ſacerdos mundum leproſum non facit, ſic epiſcopus, vel presbyter, non alligat [l] eos, qui inſontes ſunt, nec ſoluit [m] noxios: ſed pro officio ſuo cum peccatorum varietates audierit, ſcit [n] qui ligandus ſit, qui ſoluendus.

§ *Variè hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum ſic habet*, Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe ſacerdotibus,& ſi lepram habuerint, tunc à ſacerdote immundi fiant:non quo ſacerdotes, leproſos faciant,& immundos:ſed quò habeant notitiam leproſi & nõ leproſi,& poſsint diſcernere qui mundus, quive immũdus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundũ, vel immundũ facit, ſic & hic alligat, vel ſoluit epiſcopus,& presbyter:nõ eos qui inſontes ſunt, vel noxij:ſed pro officio ſuo, cũ peccatorum audierit varietates, ſcit q. ligandus ſit, quive ſoluẽdus.

[*Item Auguſtinus ſuper Matthæum.*]

PALEA. C. XLV.

RIdiculũ eſt, vt eum mundum eſſe dicamus, qui vinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt, propter hoc ſolum, quòd epiſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem, vt ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cælo,& ligati in terris, ligati ſint in cælo. ſit ergo irreprehenſibilis qui alterum ligat, aut ſoluit.

Item Gelaſius Papa epiſcopis orientalibus de damnatione [a] *Dioſcori.* [6]

a ¶ Damnatione Dioſcori.] *Sic etiam in manuſcriptis. Apud Iuonem eſt* de communione Acharij vitanda. *Et Dioſcorus quidẽ in Chalcedonenſi ſynodo, & à S.Leone 1.damnatus eſt. Achatius autem à Felice tertio. & Gelaſio ipſo.*

¶ Non eſt petenda abſolutio, cum inique fertur ſententia.

C. XLVI.

[7] CVi eſt illata [o] ſentẽtia, deponat errorẽ,& vacua eſt:ſed ſi iniuſta eſt, tãto eam curare non debet, quanto apud Deum & eccleſiam eius neminem poteſt iniqua grauare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

Item Auguſtinus de ſummo bono. [8]

¶ Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuſte.

C. XLVII.

[9] SEcũdum catholicam fidem, & ſanam doctrinam,& intelligẽtibus perſpicuam veritatem

intelliguntur, quàm in ſententia excommunicationis. Io.de Fan. CASVS. Nunc dicit Grat. quod de talibus contumacibus loquuntur ſupradictæ auctoritates, quibus non eſt communicandum: ſed non loquuntur de iniuſte ſuſpenſis, cui iniuſtæ ſententiæ probat ſophiſticè non eſſe parendum multis auctoritatib. quarum prima eſt,&c.

i ¶ *De his.*] id eſt, de contumacibus.

QVomodo.] CASVS. Oſtendit hic Hieronym. quòd ſicut ſacerdos veteris teſtamen. mundum non faciebat leproſum: ſic hodie prælatus non ligat per ſuam ſententiam inſontes, nec ſoluit noxios: ſed ex officio ſuo ſcire debet quis ligandus ſit, & quis ſoluendus.

k ¶ *Quomodo.*] ſi quis enim dicebatur leproſus ducebatur ad ſacerdotem, & ſi ille iudicabat illum leproſum vel mundum, ita habebatur, vt infr. de pœn. diſt.1. §. ex his itaque. [a] Et ſic patet, quod ſententia non dat nouum ius, ſed vetus declarat, vt ff. ſi ſer. ven. ſicuti. §.2. tamen ſi ſententia fuerit lata pro reo, per hoc non tollitur obligatio, vt ff. de cõditio. indeb. Iulianus. ſed ſi pro actore feratur, dat ei nouam actionem, vt C.de re.cred. actori.

l ¶ *Non alligat.*] quantum ad Deum, ſed quantum ad eccleſiam, vt 24. quæſtione. 3. ſi quis non recto.

m ¶ *Nec ſoluit noxios.*] talis abſolutio non prodeſt quantum ad eum, qui quærit indiſcretum ſacerdotem, vt eum per imperitiã abſoluat, vt infrà de pœn.diſtinct.6. qui vult.

n ¶ Scit.] id eſt, ſcire debet, vt iudex. Ioãnes de Fan.

CVi.] CASVS. Dioſcorus hæreticus Alexandrinus patriarcha quoſdam excommunicauit, qui eius ſententia credebant ſe eſſe ligatos, quæritur à Gelaſio, vtrum à tali ſententia ſint ligati, & reſpondet. quòd non, nec indigent abſolutione, ſed deponant illam opinionem, & erit ſententia nulla.

o ¶ *Illata.*] a Dioſcoro hæretico, cuius ſententia nulla fuit. Sed quid ſi aliam tuliſſet ſententiam in ſuos ſubditos? Dico. quòd tenet: quia illi qui ſunt extra eccleſiam, bene habent iuriſdictionem, vt 23. q. 5. ſi propterea. & 3. q. 7.cap.vlt. Alij contra ſ. ſciunt, vt 24. q.1.audiuimus. ſed illud non tenet cum excommunicatus eſt, vt extra de ſent.& re iud.ad probandum.

SEcundum.] CASVS. Dicitur hic quòd naturæ Dei, ſcilicet homini, non poteſt aliquis iniuſte nocere: nec ipſa poteſt iniuſte & ſine cauſa nocere: quia Deus non patitur quenquam iniuſte nocere. Sequentia cap. plana ſunt vſque ad c.inconcuſſis.

4 in com.ad c.16.

5 Pol.l.7.tit. 3. Anſ.l.7.c. 190. Iuo p. 14.c.7. Pan. l.5.c.56.

a Sententia non dat nouum ius.

6 Sola habetur aliqua ex parte in tomo Gelaſij de anathematis vinculo.

7 Iuo p. 14. c.8.

8 l.3. de natura boni, c.39.

9 Iuo p.14. c.9.

nec naturæ Dei [a] nocere poteſt quiſquam, nec natura Dei nocere [b] iniuſte cuiquam, vel nocere iniuſte† patitur quemquam: Qui enim nocet (ait Apoſtolus) recipiet, illud quod nocuit.

Idem ſermone 16. de verbis Domini.

¶ Iniuſta vincula dirumpit iuſtitia.

C. XLVIII.

[1] COepiſti habere fratrẽ tuum tãquam publicanum, ligas illum in terra: ſed vt iuſte alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit [c] iuſtitia. Cum, [a] autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, ſoluiſti illũ in terra: cum ſolueris [d] in terra, ſolutus erit & in cœlo.

[a] ¶ Cum autem.] *Emendatus, & locupletatus eſt hic locus ex original. Iuone, & Pannorm. 3.*

Idem de ſermone Domini in monte, libro 2. cap. 29.

¶ Temeritas iudicandi non eſt, qui iudicatur, ſed iudici nocet.

C. XLIX.

[2] TEmerarium iudicium plerumque [e] nihil nocet ei, de quo, temere iudicatur. Ei autem, qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat [f].

Idem ad clerum Hipponenſem. epi. 137.

¶ Non obeſt homini iniuſta ſententia. C. L.

[3] QVid obeſt homini, quòd ex illa tabula [g] non vult eum recitari humana ignorantia, ſi de libro viuorum non eum delet iniqua conſcientia?

Item in libro contra Secundinum Manichæum c. 1.

¶ De eodem. C. LI.

[4] SEntiat [h] de Auguſtino, quidquid libet; ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

Item Gregorius Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo, lib. 3. epiſt. 14. ſiue c. 171.[5]

¶ Quos conſcien. non cuſtodit, aliorum maledicta non timeant.

C. LII.

IN cunctis, quæ in hac vita aduerſa proueniunt, ſola eſt, ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrendum: vt nullius nos ibi lingua [i] implicet, vbi cõſcientia nõ accuſat. Quem enim conſcientia defendit: & inter accuſationes liber eſt, & liber, vel ſine accuſatione [k] eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit† [l], conſcientia accuſet. De veſtra igitur ſanctitate abſit à Chriſtianorum iudicio, ea quæ maledicorum [m] hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo ſuſpicionis adduci, quia ex ſacri eloquij teſtimonio tenemus, vt maiora [a] mala, cum forſitan dicuntur, niſi [n] probata, credi non debeant: ſed probata [o] citius vlciſci [p], *& infra.* ¶ Hęc igitur dixi, vt nimiæ eſſe leuitatis oſtenderem: ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Vnde ſanctitas veſtra debet mentem ſuam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione diſiungere, & ſola, quæ æternæ vitæ ſunt, atque ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

[a] ¶ Maiora mala.] *Sic emendatum eſt ex originali, & Nicolao: & ſæpe in hac epiſtola repetitur,* mala grauia. *Antea legebatur,* mala maiorum.

Item Auguſtinus in Pſal. 36. concione 3. ad verſ. [*Nec damnabit eum.*]

¶ Fruſtra damnatur ab homine, quem Deus iuſtificat. C. LIII.

[6] ET ſi ad [a] tempus damnaris ab homine, & ſi dixit ſententiam proconſul in Cyprianum [q]: alia eſt ſella [r] terrena, aliud tribunal cœlorum. Ab inferiore accepit ſententiam, à ſuperiore coronam [s].

[a] ¶ Et ſi ad tempus.] *Apud D. Auguſt. de diuino iudicio agentem ſic legitur:* Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit: & ſi ad tempus videtur damnari ab homine, & ſi dixit ſententiam, &c.

Idem in Pſalm. 37. ad verſic. [*Quoniam in te ſperaui.*]

C. LIIII.

[7] CVſtodi [t] intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit cauſam tuam. Præualebit† in te falſum teſtimonium, ſed apud homines. Numquid apud Deum valebit, vbi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus iudex erit: alius teſtis, quàm conſcientia tua non erit. Inter iuſtum iudicem, & conſcientiam tuam noli timere, niſi cauſam tuam.

Item Gregorius Papa Palladio presbytero, lib. 8. epiſt. 45.

¶ Non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus. C. LV.

[8] INter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mentem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis † dicitur: magnam triſtitiam generare debet: & rurſum ſi in ea non inuenitur malum, quòd de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim, ſi homines † laudent, & conſcientia nos accuſet? aut quæ debet eſſe triſtitia, ſi omnes accuſent, & ſola conſcientia liberos non eſſe demonſtret? Habemus Paulũ dicentẽ [Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ] Iob quoq; dicit, [Ecce in cælo teſtis meus] Si ergo eſt nobis teſtis in cælo, teſtis in corde: dimittamus ſtultos foris loqui quæ volũt. Quid aliud detrahentes

---

a ¶ *Nec Dei.*] i. Deo.

b ¶ *Nec natura Dei nocere.*] quin puniat malefactores, vt 23. q. 4. nemo.

† *impune*] vera lectio. Coloſ. 3.

c COepiſti.] ¶ *Dirumpit.*] vt 15. q. 6. auctoritatem.

d ¶ *Solueris.*] q. d. ſi iuſte ligas, erit ligatus & in cælo, & econuerſo, vt de pœn. diſt. 1. quem pœnitet.

1 Iuo p. 14. c. 5. Pann. l. 5. c. 82.

TEmerarium.] e ¶ *Plerumque.*] nocet enim ſi contemnatur.

f ¶ *Vt noceat.*] quia ſi per imperitiam iudicat facit litẽ ſuam, vt inſt. de oblig. quæ ex quaſi del. na. §. 1. ſed ſi per dolum, incurrit infamiam, [a] & præterea punitur in totam litis æſtimationẽ. C. de pœ. iu. qui ma. iu. l. 2. eodem modo ad intereſſe punitur, qui iniuſte excõicauit aliquem, niſi errauerit ex cauſa probabili, vt extr. de ſen. exc. ſacro.

Iudex male iudicans qualiter punitur.

a de hoc no. 2. qu. 6 hoc etiam. & extr. li 6. de re iu. cum æterni. quæ eſt in no. 4. 2 Iuo p. 14. c. 10.

QVid obeſt.] g ¶ *Tabula.*] i. quimomen.

h SEnt.] j. ead. non ſunt contra. 11. q. 3. nolo. de conſe. di. 1. iubemus. in illis c. dr, [a] quod non ſufficit conſcientia, ſed requiritur bona fama quantum ad alios. ſed illa c. loquuntur quando ſumus inter tales, qui parati ſunt imitari, & nõ reprehendere, vnde ne tales corrumpamus exemplo, nitit debemus vt fama noſtra luceat coram eis. ſed hic loquitur cum ſumus inter tales, qui non curant imitari, ſed reprehendere: tunc ſufficit nobis quantum ad eos conſcientia bona.

[a] Fama bona cum cõſcientia requiritur.

3 Pol. l. 7. tit. 2. Iuo par. 14. c. 11.

4 Iuo p. 14. c. 12.

IN cunctis.] CASVS. Conſtãtinus archiepiſcopus Mediolanẽ. infamatus erat à quibuſdam maledicis ſuper quibuſdam criminibus, & ideo corrigere ſubiectos prætermittebat, nec et prædicabat: quia credebat vera eſſe quę dicta ſũt de eo. Papa vero ſcribit ei, vt propter hoc non dimittat vtilitatem ſubditorum, ſed ſolã conſcientiam mũdam retineat apud Deum, & dicat ſe talia nunquam crediſſe, cum ſacri eloquij teſtimonia dicant mala nõ eſſe credenda niſi probentur.

5 Nic. epiſt. 2. ad Michaelem Imp.

† al. audit

i ¶ *Lingua.*] ablatiui caſus, ſ. vt per nullius linguam credat ſe aliquis implicitum & reum.

k ¶ *Accuſatione.*] interiori.

l ¶ *Addicit.*] id eſt, condemnat.

m ¶ *Maledictorum.*] arg. quod infamia orta ab inimicis nõ inducit purgationẽ. extr. de purg. cap. cum in iuuentute. & 2. quæſt. 5. omnibus. nec etiam à vilibus perſonis, nec ab illis qui de facili credunt.

n ¶ *Niſi probata.*] j. 30. q. 5. nullum ante.

o ¶ *Probata.*] alias prolata.

p ¶ *Vlciſci.*] i. puniri, quam citius fieri põt. vt 23. q. 4. cum quiſque.

b Vbi & hoc videas 24. q. 4. non inuenitur. iuxta ff. Arch.

ET ſi ad tempus.] CASVS. Dicit Auguſt. quod quamuis homo damnetur in hoc ſæculo iniuſte à terrena poteſtate, vt Cyprianus martyr, nõ eſt tñ curandum, quoniam à ſuperiori iudice recipiet coronam. Et ſecundum Hu. eſt in littera. *Proconſul.* & ſecundũ hoc erit ibi, *Addixerit.*

6 Iuo p. 14. c. 13.

q ¶ *Cyprianum.*] Martyrem.

r ¶ *Sella.*] id eſt, ſedes iudicis.

s ¶ *Coronam.*] ſi ſententiam patienter ferat, vt j. ea. qui iuſtus.

CVſtodi.] CASVS. Dicitur hic, quod licet falſum teſtimonium faciat alicui iuſto præiudicium apud ſæculares, non tamen apud Deum pręualebit. cum Deus erit iudex, & ſola conſcientia teſtis: & ideo in anima debet innocentia cuſtodiri, vbi cauſa iuſti non opprimitur.

7 Iuo p. 14. c. 14.

t ¶ *Cuſtodi.*] quia corpori vis poteſt fieri, non animæ. 32. q. 5. §. 1. 23. q. 6. in prin. Ioan. de Fant.

† al. præualuit.

INter verba.] Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, quod ſiue laudamur, ſiue vituperamur, ſemper eſt ad mentem recurrendum. & ſi bonum quod dicitur, non eſt in nobis, triſtari debemus. Si vero malum, quod homines de nobis loquuntur, non eſt in nobis: multum gaudere debemus, nam licet mala de nobis dicantur: conſcientia tamen apud Deum nos liberos eſſe demonſtrat: quod probat duabus auctoritatibus. ſ. Pauli & Iob: Stulti vero bonis detrahẽtes, puluerẽ peccati in oculos ſuos ſufflant: quia magis ſibi nocent quã alij, ſicut in puluerem ſufflans magis nocet ſibi quam alij. In ij. parte dicitur, quod infamantibus eſt ſatisfaciendum, ſi parati ſunt recipere ſatisfactionem: ne forte ſcãdalizarentur: quod probat exemplo Chriſti, qui ne Iudei ſcandalizarentur, ſoluit tributum. ſi autẽ nolunt ſatisfactionem recipere, de ipſorum ſcandalo non eſt curand

8 Ex i epiſt. Sixti iij.

† al. nobis.

† al. omnes

2. Cor. 1.

Iob. 6.

curandum. Et hoc probatur duabus rationibus, ſ. exẽplo Chriſti, qui cum audiſſet Phariſæos ſcandalizatos, eo quod doceret cibos non diſcernendos, non curauit, ſed ait: Sinite illos quia cæci ſunt, & duces cæcorum. Et auctoritate Pauli qui præcepit Romanis, vt quantum in eis eſſet, cum omnibus hominib. pacem haberent, licet ſcandalizati ſint de hoc. Secunda pars incipit ibi, *Vocandi tamen*.

a ¶ *Ne forte.*] " hæc fuerunt verba Chriſti, cum peteretur ab eo tributum, dixit Petro, Vade ad mare, & piſcem qui tibi prius occurrerit, tolle: & quod inueneris in ore piſcis, des pro me & pro te, vt 28. q. 1. iam nunc. Et eſt arg. quod aliquid omittitur ratione ſcandali. diſt. 50. de his vero.

" Chriſtus tributum ſoluit.

Matth. 17.

b ¶ *Verbo.*] non quod intrat in os, ſed quod procedit ex ore coinquinat hominem: tũc dixerunt diſcipuli: ſcis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? phariſæorum enim erat religio in cibis diſcernendis.

Matth. 15.

Rom. 12.

c ¶ *Scandalizati ſunt.*] id eſt, indignati ſunt.

d ¶ *Præmiſit.*] Arg. ex ordine verborum argumentandum arg. 43 di. c. 1. in fi. extr. de reſcr. cum dilecta.

a Forte melius diceret deſignati, ſecundũ 14, quod le. & 20. 45. diſt. vera iuſtitia. Arc.

e ¶ *Cum illis.*] Arg. quod fides eſt illi ſeruanda, qui eam non vult ſeruare. 33. q. 5. quod Deo. 22. q. 4. innocens. contra. arg. ext. de iureiu. peruenit. in fi. [b] & eſt huic ſimile: ff. de arb. Celſus. §. idem.

b Ad idẽ 95. diſ. eſto. vbi de hoc.

HOC INTER EOS. CASVS. Dictum eſt ſ. in c. inter verba. quod dimittendi ſunt ſtulti foris loqui. nec eſt curandum de detractionib. malorum. Sed dicit Gra. quod hoc intelligendum eſt de illis, qui parati ſunt reprehendere & non imitari, apud quos ſola conſcientia ſufficit: apud vero illos qui parati ſũt audire, conſcientia & fama eſt neceſſaria: quod probat ſequens cap.

f 12. q. 1. nolo, vt aliqs.

NOn ſunt audiendi.] CASVS. Quidam ſancti viri vel feminæ cum infamarẽtur a quibuſdã, nõ curabãt dicentes ſolã conſcientiam mundam ſibi ſufficere apud Deum. quæſitũ fuit ab Aug. vtrum bene dicerẽt? & reſp. quod nõ: quia cõſciẽtia noſtra nobis eſt neceſſaria: aliis vero fama noſtra. Vel etiam cum excuſatione. V. g. Videbant mali iuſtũ ex cauſa infirmitatis frangere ieiunia. qui neſcientes cauſam reprehendebant. vñ non debent hoc facere in publico vel forte prælatus malum parochianum propter ſcandalum tolerat in peccato, quod alij neſcientes reprehẽdunt: & ideo cauſa debet eis dici. Seq. c. patet.

† al. occidunt

c Sub. in qua illi viuũt, quod tamen talia faciunt: vel qui veniunt in malã ſuſpicionem. ſi enim ſi aliquis ſanctus hõ ttet ſolus ad publicas meretrices, vt eis prædicaret, & eas corrigeret. Arch.

f ¶ *Non ſunt.*] intra 2. q. 1. nolo.

g ¶ *Cum occidant.*] exemplo, vt 2. q. 7. Paulus.

h ¶ *Viam Dei.*] id eſt, Chriſtianam religionem.

i ¶ *Cum excuſatione.*] vt ſi viderent aliquem ſoluere ieiunium iuſta de cauſa; ipſi idem faciunt exemplo eorum: cum tamen ignorent cauſam quare ille faceret: & ſic ſe excuſant per alium.

k ¶ *Si quis.*] Hic reuertitur Grat. ad propoſitum, ad oſtendendum ſcilicet quod ſententia iniqua nocet ei, qui eam protulit, non autem ei contra quem prolata eſt. poteſt etiam hoc intelligi de rebus ipſis, id eſt, ſi quis vitia dixerit eſſe virtutes, vel econuerſo.

l ¶ *Dixerit.*] iudicando.

m ¶ *Iuſtum.*] abſoluẽdo.

n ¶ *Abominabilis.*] quia mortaliter peccat, & conſonat ei quod dicit Aug. ſuper 1. epiſt. ad Corinth. " quod errare in rebus, eſt mortale peccatum, ſcilicet cum putat quis id eſſe bonũ quod eſt malũ, vel econuerſo. nam quilibet adultus tenetur ſcire hoc eſſe bonum, illud malum. Vel dic, dixerit, i. firmiter aſſeuerauerit, cum non ſit certus.

a Ad locum [Gratias ago Deo meo.]

3 Iuo p. 14. c. 6. Pan. l. 5. c. 84.

Prouerb. 17. Pſ l. 70.

Error quandoque eſt peccatũ mortale.

SI quis hominem.] CASVS. Redit Gratian. ad propoſitum ſuum, ſ. ad probãdum iniquam ſententiam nocere ei qui eam tulit: & non illi contra quẽ lata eſt, & ita non eſſe ei parcendum. Eſt ergo caſus huius cap. Quidam dicebant iuſtum hominem eſſe iniuſtum: alij dicebant iniuſtum eſſe iuſtum. quæſitum fuit a Hiero. vtrum iſti ſint mali? & reſp. quod ſic. & hoc probat auctoritate Eſaiæ dicentis: Væ his qui dicunt dulce amarum.

Rom. 12. 1. Cor. 6.

o ¶ *Crediderit.*] id eſt, aſſeuerauerit.

p ¶ *Errat.*] non opinando, ſed ſtultè aſſerendo.

VAE qui dicitis.] CASVS. Eſaias docet in hoc c. quod qui dicit malum eſſe bonum, & econuerſo, habebit pœnam temporalem & æternam: & hoc probat exemplo Iſraelitici populi qui non ſolum captiuus ductus eſt in Babylonem, ſed etiam infernus dilatauit animam ſuam, vt eos reciperet: & os ſuum abſque termino aperuit: quia in hoc deſcenderunt. *Ad eum*, id eſt, ad infernum. Et poſſunt hæc duo c. intelligi non ſolum de perſonis, ſed etiam de rebus, ſcilicet de vitiis & virtutibus, vt ſi aliquis dicat vitium eſſe virtutem, vel econuerſo. Sequentia duo c. plana ſunt.

Eſa. 5.

6 Exod. e.

q ¶ *Eius.*] id eſt, Hieruſalem.

r ¶ *Dilatauit.*] loquitur humano more.

s ¶ *Homo.*] id eſt, minor.

---

faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitãt? vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen etiam ſunt ipſi, & tranquille admonendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet: ſcientes, quid de Iudæis veritas dicit [ne forte [a] ſcandalizemus eos] Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint: habes conſolationem, quam in ſancto Euãgelio conſpicias. Cum enim Dño dictũ fuiſſet [Scis, quia Phariſæi audito verbo [b] hoc ſcandalizati [c] ſunt:] reſpondit, [Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum.] Paulus quoque apoſtolus admonet, dicẽs, [Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacẽ habentes,] D. ctutus quippe, [Cũ omnibus pacem habẽtes,] quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit, [d] [ſi fieri poteſt.] Sed tamen adiunxit, quod poſſit fieri, cum dixit, [quod ex vobis eſt.] Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus, & ſi illi nobiſcum pacem non habent: nos tamen cum illis [e] ſine dubio habemus.

a ¶ Quid enim.] *Addita ſunt nonnulla ex epiſtola B. Gregorij, & part. metiam Sexti tertij: in qua tacem fere reperitur.*

Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident, parati ſemper reprehendere, numquam imitari. Apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis. Vnde Auguſtinus libro de bono viduitatis, c. 22.

¶ Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria. C. LVI.

1 NOn ſunt [f] audiendi ſiue viri ſancti, ſiue feminæ, quando reprehẽſa in aliquo negligẽtia ſua, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicũt ſibi corã Deo ſufficere conſcientiam, exiſtimationem hominum nõ ſolum impudenter, verũ etiam crudeliter contemnentes, cum occidant† [g] animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam Dei [h] (quibus ſecundũ ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum) ſiue etiam cum excuſatione [i] imitantium, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorũ, atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famã, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra.

Item Hieronymus ſuper epiſtolam Pauli ad Philemonem. [a]

¶ Apud Deum maledicitur, qui moribus diſſonam profert ſententiam. C. LVII.

3 vij SI quis [k] dixerit [l] iuſtum [m] iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, abominabilis vterque apud Deum eſt. Similiter, qui ſanctũ dicit eſſe non ſanctum, & rurſum non ſanctum aſſerit ſanctum: abominabilis [n] apud Deum eſt.

Idem ibidem paulo ſuperius.

¶ Chriſtum violat, qui ſanctum non ſanctũ, vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit. C. LVIII.

ix SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctũ eſſe crediderit [o], & Dei eum iunxerit ſocietati: Chriſtum violat, cuius corporis omnes membra ſumus. *Et infra.* ¶ Omnes credẽtes, ſecundũ Apoſtolum, Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſti corpore errat [p] & labitur aſſerẽs membrum eius vel ſanctum eſſe, cum non ſit, vel non ſanctũ eſſe, cũ ſit, vide quali criminí obnoxius fiat. [Væ (ait Eſaias) qui dicũt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam: amarũ, quod ſanctimoniæ cõtrarium eſt.

Item Eſaias, c. 5.

¶ Aeternum væ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit. C. LIX.

VAE, qui dicitis malum bonũ & bonum malum, ponẽtes tenebras lucẽ, & lucem tenebras, *& paulo ſuperius.* ¶ [6] Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiã: & nobiles eius [q] interierũt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit [r] infernus animã ſuam, & aperuit os ſuũ abſque vllo termino: & deſcẽderũt fortes eius, & populus ei[q], & ſublimes, glorioſique eius ad eũ: & incuruabitur homo [s], & humiliabitur vir [t], & oculi ſublimiũ deprimẽtur: & exaltabitur [v]: Dñs exercituũ in iudicio, & Deus ſanct[us] ſanctificabitur [x] in iuſtitia.

s ¶ *Homo.*] id eſt, ſuperbia.

t ¶ *Vir.*] id eſt, maior.

t ¶ *Vir.*] id eſt, ſuperbus.

v ¶ *Exaltabitur.*] id eſt, altus apparebit.

x ¶ *Sanctificabitur.*] id eſt, ſanctus apparebit, vt ibi, *Sanctificetur nomen tuum.*

Item Gregorius homil. 26. in Euang.

¶ Ligandi ſoluendique poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſte exercet.

C. LX.

[a] IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuet[a], qui hác pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet.

Item ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. LXI.

[a] IVdicare de ſubditis digne nequeunt, qui in ſubditorũ cauſis ſua[b] vel odia, vel gratiam ſequuntur.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni † iudicis.

C. LXII.

[a] TVnc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni † [c] ſequitur arbitrium iudicis[d]. Quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat: quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus ſuſcitauit. & viuificauit dicens [Lazare veni foras] & poſt modum is, qui viuens fuerat egreſſus, à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt.

Idem in regeſto. [4]

¶ Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur. C. LXIII.

[5] PRiuilegium [e] omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate[e].

[e] In regeſto B. Gregorij ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur autem in epiſt. 2. Simplicij Papæ citatur etiam Nicolai I. in epiſtola ad Hincmarum cuius initium eſt, Epiſtolam beatitudinis tuæ, & Burchardus, & Iuo, & aliqui collectores Grat. ante ex Nicolao tribuunt: ſ. eadem diſt. 74. c. vbi ſ. ſua priuilegium, citatur ex eodem Simplicio. Simile eſt apud B. Auguſtinum ſermone de tempore: 47. ſer. 61: Iudicio enim legũ, iure ab obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

Item Gregorius Antonio ſubdiacono lib. 2. indict. 11. epiſt. 3.

¶ Is, in quem canonica non fertur ſententia, pœnam non debet ferre canonicam. C. LXIIII.

NOn debetis pœnam [f] ſuſtinere canonicam, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

Ex his datur intelligi, quòd iniuſta ſententia nullum alligat apud Deum: nec apud eccleſiam eius aliquis grauatur iniqua ſententia, ſicut ex Gelaſij [g] *capite habetur. Non ergo ab eius communione abſtinendum eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quem cognoſcitur iniqua prolata ſententia. Cur ergo capitula Carthaginenſis* [8] [h] *, & Africani* [i] *atque aliorum conciliorum, prohibent iniuſte damnatum in communione recipi ante iudicis examinationem? cur & illud in concilio Moguntinenſi ſtatutum eſt?*[9]

¶ Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur.

C. LXV.

EPiſcopus, presbyter, aut diaconus à gradu ſuo iniuſte deiectus, ſi in ſecunda ſynodo [k] innocens reperiatur †, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſcopus eſt, orarium [l], annulum, & baculum: ſi presbyter, orarium, & planetam [m]: ſi diaconus, orarium, & albam: ſi ſubdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui [n] gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ, cum ordinarentur, perceperant.

[f] Hoc habetur in concilio Toletano 4. c. 27. ex quo citant Iuo par. 5. c. 167. & Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Iuo par. 6. c. 237. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autem Pannormiæ & Moguntino & Toletano.

[5] ¶ *Si ergo iniuſte deiecti, nec etiam per epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorum recipiant quæ amiſerant: quomodo ſua auctoritate cuique licet iniuſte ligatis communicare, & eis, non petita abſolutione, ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire? Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine & cauſa: aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa*[o]*. Cum autem ex cauſa iniuſta fuerit: aliquando nullum in eo omnino, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum, aliquando non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia, ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis in adulterum, vel in quemlibet crimninoſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus ſententiam profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait*[11] *. ¶ [Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur] quia qui iratus in aliquem ſententiã profert, & ſi ille, quantum* [p] *ad ſe iuſtam reportet ſententiam: iſte tamen, qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.*

---

a I Pſe.) ¶ Priuat.] id eſt, meretur priuari[1]. ſic 11. quæſtio. ſecunda. ſæpe ſit. vel proprie, quia priuilegium non conceditur ad abuſum.

b I Vdicare.] ¶ Sua.] vt ſ. ea. quattuor.

TVnc vera eſt.] CASVS. Inducit hoc c. Gratianus, quòd etiam iniuſta abſolutio non prodeſt: & a contrario ſenſu, nec iuſta condemnatio. Eſt ergo caſus. Oſtendit Gratianus quòd prælatus non debet abſoluere delinquentem, niſi prius videat à Domino peccatum ſibi eſſe remiſſum. Et hoc probat exemplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli non abſoluerunt prius quam viderunt ipſum à Chriſto viuificatum. Seq. duo c. patent.

c ¶ Interni.] id eſt, conſcientiæ, vel Dei.

d ¶ Iudicis.] id eſt, Dei. hic vult dicere, quòd ſacerdos neminem abſoluet niſi præceſſerit abſolutio Dei, id eſt, contritio.

PRiuilegium.] Hæc eſt pars illius ſ. diſtinct. 74. vbi iſta. & c. geſta.

e ¶ Priuilegium.] Perditur priuilegium propter abuſum, vt hic.[b] Propter delictum. 25. q. 2. ita nos. Item propter contrarium factum. extra de priuil. ſi de terra. & extra de conſt. cũ acceſsiſſent. Item propter negligentiam. ff. de nundi. l. 1. Item propter enorme damnum ſuperueniens. extr. de decim. ſuggeſtum. Sed numquid eccleſia perdit priuilegium ſi delinquant canonici vel monachi? Videtur quòd ſic: quia & ciuitas perdit, ff. delinquentibus ciues. 25. q. 2. ita nos. Item nauis eccleſiæ publicatur propter delictum. C. de ſacro. ec. iubemus. arg. extr. de pri. l. cum & plantare. in ſi. Sed dicas quod non. arg. extr. de arb. c. cum tempore.

NOn debet.]

f ¶ Pœnam.] Si ergo conſtet tibi, quòd ſententia iudicis eſt iniqua, potes iudici violenter reſiſtere. extra de ap. ſignificauerunt. 61. diſt. c. nullus inuitis.[11] Eſt ergo hic arg. quòd ſi quis celebret poſt excommunicationem iniuſte latam quòd non debet ſuſtinere aliquam pœnam: quia qui probat ſententiam excommunicationis eſſe iniuſtam, non eſt cogendus ad aliquam ſatisfactionem. extra de off. or. ad reprimendum. arg. ſ. ea. cui eſt. ſed hoc non eſt verum, vt ſ. ea. ſi epiſcopus forte. & c. ſeq.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quòd iniuſta ſententia nec apud Deum nec apud eccleſiam quemquam ligare poteſt. Et ad hoc probandum ſophiſtice inducit c. Gelaſij Papæ. ſ. ea. cui eſt illata. & ideo dicit ab eius communione non eſſe abſtinendum. Sed poſtea huic ſolutioni obijcit duo c. ſcilicet Carthaginenſis concilij, & Africani ſ. e. clericis. & c. placuit. obijcit etiam c. Moguntinen. concilij, vt ſ. ea. c. prox.

g ¶ Ex Gelaſij.] ſ. ead. cui eſt.

h ¶ Carthaginenſis.] ſ. ead. ſi epiſcopus.

i ¶ Et Africani.] ſ. ead. c. placuit.

EPiſcopus.] CASVS. Quidam epiſcopus vel presbyter vel diaconus iniuſte fuit degradatus. quæſitum fuit in concil. Moguntinen. vtrum poſsit exercere officium ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpondetur quòd non, niſi inſignia graduum recipiat coram altari de manu epiſcoporum, ſicut prius amiſerat. Idem eſt de reliquis clericis, hodie ſolus Papa reſtituit depoſitos, vt ſ. 2. q. 6. ideo. 2. vnde hoc c. eſt correctum. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora: vel de delegatis a domino Papa.

k ¶ Synodo.] [11] Hodie concilium non deponit epiſcopum, ſed ſolus Papa: nec concilium reſtituit epiſcopum, ſed ſolus Papa, vt 2. q. 6. ideo. Et hic eſt arg. quòd epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum: quod verum eſt cum dicit depoſitioné nullam: quia per falſos teſtes, vel per allegationes eſt conuictus: licet ſit ar. contra. ff. de quæſt. l. 1. in ſi.

ADDITIO. Vbi habetur quòd præſes prouinciæ illum quem damnauit, reſtituere non poteſt: ſed illud intellige cum petitur reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Arch.

l ¶ Orarium.] id eſt, ſtolam.

m ¶ Planetam.] id eſt, caſulam.

n ¶ Reliqui.] Hic patet, quòd æque deponitur aliquis a minoribus ordinibus, ſicut a maioribus, vt 24. diſ. c. vlt. & 26. q. 1. ſi quis epiſcopus. licet ſit argum. contra. 25. diſtin. epiſcopus.

SI ERGO. Hæc eſt 5. pars, in qua facit diſtinctionem, &c. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gra. ex c. ſ. prox. dicẽs, quòd ſi iniuſte degradati non poſſunt eſſe quod fuerunt, niſi de manibus epiſcoporum recipiant quod iniuſte amiſerunt, apparet quòd iniqua ſententia excommunicationis ligat. Sed ſtatim reſpondendo facit trimembrem diuiſionem iniuſtæ ſententiæ: dicens quòd ſententia quandoque iniuſta eſt tantum ex animo: quandoque tantum ex ordine: quandoque tantum ex cauſa. Et ad probandum iſtam diuiſionem ſequentia c. inducit: & dicit: quod in omnibus caſibus iſtis eſt parendum ſententiæ.

o ¶ Ex cauſa.] ff. de lib. & poſthum. ſed etſi. & l. ſi poſthumus. §. vlt. & l. idem. & ff. de condit. & demonſt. cum tale. §. falſum. & §. ſeq. & l. falſa.

IRA. CASVS. Quidam ſeruato ordine iudiciario quendam delinquentem ex odio condemnauit: quæſitum fuit an recte iudicauerit? Et reſpondetur quòd ſic, quantum ad condemnatum: ſed tamen condemnans Dei iuſtitiam non imitabitur, in quem non cadit perturbatio, cum hoc ex odio fecerit.

p ¶ Quantum ad ſe.] Not. ſententiam quo ad vnum tenere, quo ad alium non, vt 23. quæſtio. 5. miles. & cap. cum miniſter. ſic 49. diſtinct. cap. vltimo.

---

a Id eſt, facit ſe dignum quod debet priuari. & eſt ſi. 55. di. pœnitens. in ſi. 82. diſt. plurimos. iuxta ſi. 4. q. 5. quiſquis.

1 infra e plerũq; Pol. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 5. Pan. l. 5. c. 79.

2 Iuo ibid. Pan. l. 5. c. 80

† al. æterni

3 ſ e plerumque.

Iuo ibid Pan. l. 5. c. 81

† æterni al. ſor.

Io. 11.

b Concord. tex. in l. libera ff. ad pec. & in l. q. ſine. ff. de n. ge.

4 Simplicius Papa epi. 2.

5 Anſ. l. 4 c. 3 Bur. l. 1 c. 19 Iuo part. 5. c. 140.

6 Concor. l. chriſtianos. C. de paga. ſac & temp. & l. liberam ff. de pec.

11 Excõicati iniuſte celebrans, an ſit puniendus

7 ſ. e. cui eſt

e Sed hoc ſophiſticũ eſt: quia illud ca. cui eſt intelligitur de ſnia quæ ipſo iure nulla é, quia data à ſuo iudice: quia ab hæretico damnato. Hug.

8 ſ. e. ſi epſ] & [Placuit]

9 in Toletano 4 c. 27.

11 Eps depo nitur, & reſtituitur à ſolo Papa.

10 Bur. l. 1. c. 92. Anſ. l. 8. c. 27. Pol. l. 2. tit. 36. Iuo p. 5. c. 167. & p. 6. c. 237. Pan. l. 5. c. 80

† inuen. al. ſor.

11 Mutatis verbis, ſed ſalua ſnia. Iac. 1.

Qui recte.] CASVS. Quidam iudex ordine iudiciario ſeruato iuſtam tulit ſententiam, pro pretio tamen. quæſitum fuit a Gregor. vtrum talis iudex debeat dici bonus? Et reſpond. quod non: quia non amor iuſtitiæ, ſed pecunia illum ad veritatem prouocauit: cui ſi ſpes nummi non aderit, a iuſtitiæ tramite deuiabit: ſed bonus iudex ab omni munere excutit manus ſuas: qui pro recto iudicio vitam accipiet ſempiternam.

1 Iſid. ſent. lib. 3. de ſummo bono, l.3.c.58 ; Beda in ſcintillis, c. 7. Burc.l.16 c.28.

a ¶ Expectat.] arg. quod licet non intercesſit pactio, peccat tamen qui expectat remunerationem, ſicut fœnerator, vt 14. q.3. c.1. Sed numquid peccat qui iudici dat pecuniam vt iuſte iudicet? Dicunt quidam: ſi dans hoc exprimit, quod ideo det pecuniam vt pro eo ferat ſniam, turpiter facit: nec tunc repetet quod dedit. ſed ſi ſimpliciter det ei vt iuſte iudicet, vel vt iuſte teſtetur, non peccat. & tunc repetet quod dedit [a]. 14. q. 5. non ſane. Plerique doctores legum dicunt: qualitercumque det, non repetit: quia voluit corrumpere iudicem, vt ff. de cond. ob tur. cauſ. l. 2. & venales ſententiæ nullæ ſunt. 2. q. 6. §. venales.

*iudici dās pecuniā vt iuſte iudicet, an peccet.

† al. pecunia

† al. muneris

Eſa. 33.

a Ad hoc ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 3 & l. ſi ob turpem. Arc.

3 Bur. l. 15. c. 29 Iuo p. 16. c 30.

b ¶ Ab omni.] 3. 1. q. 1. ſunt nonnulli.

Item Gregorius. [1]

¶ Sententia iuſtitiæ non eſt pro præmio ferenda. C. LXVI.

[a] QVi recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat [a], fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis male vtuntur, qui iuſte pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij† prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt. Acceptio nummorum†, præuaricatio veritatis eſt. Vnde & pro iuſto dicitur. [Qui excutit manus ſuas ab omni [b] munere, iſte in excelſis habitabit.]

¶ Apud B. Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum lib. 3. de ſum. bono. c. 58. quem citat Burchard. [illegible] & Beda in ſcintillis.

Item Gregorius lib. 8. epiſt. 12. ad Guidiſcalcum.

¶ In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vendicet. C. LXVII.

[3] ILla præpoſitorum ſolicitudo vtilis, illa eſt cautela laudabilis: in qua totū ratio agit, & furor ſibi nihil vendicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt: nec quidquam agendum prius, quàm concepta ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis [c] tēpore iuſtū omne† putat, quod fecerit.

Illa.] CASVS. Mauricius Imperator furioſe delinquentes feriebat quoque. quare Gregor. ex hoc eum redarguit: quia tempore commotionis iudex putat eſſe iuſtum quod facit: & tamen eſt iniuſtum. vnde iudex iudicare non debet, niſi mente tota tranquilla & pacifica.

c ¶ Commotionis.] Iudex ergo cum offenditur, debet dare inducias. arg. 23. q. 5. c. 2. & 5. q. 2. relatum in fi. & q. 5. qui amodulat.

† al. ira.

Item Ambroſ. lib. de ſancto Ioſeph, c. 13.

¶ Grauiter delinquit, qui ex ira ſententiā profert. C. LXVIII.

IRa ſæpe etiam innocentes in crimen adducit: quia, dū iuſto amplius iraſcimur, & volumus alienum coercere [d] peccatum, grauiora peccata committimus. ideo Apoſtolus ait [Non vos ipſos vindicantes [e] chariſſimi: ſed date locum iræ:] hoc eſt, declinemus eā ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Ieſus dimittens ad Euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga: id eſt, vt & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.

Ira.] CASVS. Docet hic Ambr. quod prælatus in corrigendo delinquentes iram debet à ſe remouere. Et hoc probat duabus auctoritatib. ſcilicet Chriſti, & Pauli.

Rom. 12.

Luc. 9.

d ¶ Coercere.] Iudex non debet plus iuſto incandeſcere in eos quos malos putat. ff. de off. de præſid. obſeruandum.

e ¶ Vindicantes.] repercutiendo. 23. qu. 1. §. 1. alias poſſumus vim vi repellere. ff. de iuſt. & iu. vt vim. & C. vnde vi. l. 1. [b]

b Vt 5. 1 diſt. ius naturale & ſic hec verba Apoſtoli eſt conſilij ſed ſub[illegible] tibus vī eſſe præceptū, ſecundū Lau.

Item ex libro 11. eccleſiaſticæ hiſtoriæ Rufini, c. 18.

¶ Ratio debet corrigere quod furore promulgatum eſt C. LXIX.

CVm apud Theſſalonicam ſeditione exorta quidā vir ex militaribus impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuncij atrocitate ſuccenſus ad ludos Circenſes inuitari populum, eique ex improuiſo circumfundi milites, atque obtrūcari paſſim vt quiſq; occurriſſet, gladio iubet. & vindictā dari non crimini, ſed furori: ob hoc, cum à ſacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamq; cum lachrimis profeſſus, publicam pœnitentiam in conſpectu totius eccleſiæ egit † & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſque regali faſtigio patiēter impleuit. Quibus omnibus illud quoq; mirabiliter adiecit. Lege ſanxit in poſterū, vt ſententiæ principum ſuper animaduerſione [f] prolatæ, in diem vigeſimum ab executoribus differentur: quò locus miſericordiæ, vel ſi res tuliſſet pœnitētiæ non periret.

Cum apud.] CASVS. Quidam miles impetu furentis populi apud Theſſalonicam fuit interfectus: quo audito Theodoſius Imperator atrocitate ſceleris commotus, ad ludos Circenſes iuſſit populum conuocari: & præcepit militibus vt populum indiſcrete obtruncarent. Super quo facto cum ab epiſcopis Italiæ redargueretur, in conſpectu eccleſiæ indumentis regalibus depoſitis publicam pœnitentiam egit: & ſtatuit vt ſententiæ principum ſuper capitali cauſa prolatæ, ab executorib. vſque ad dies xxx. differantur, vt locus eſſet miſericordiæ, ſi videretur expedire, vel æquitati conſonare.

f ¶ Animaduerſione.] In ciuilibus cauſis ſi actio eſt perſonalis, vſque ad iiij. menſes non mandatur ſententia executioni. ext. de off. [illegible] currenti. ſi eſt realis, ſtatim mandatur executioni, vt [illegible] §. 1. Sed ſi ſententia ſit lata ſuper crimine, ſtatim mandatur executioni, vt 2. q. 1. ſicut. C. de pœ. cum ſeis. niſi in caſibus, l. cum. princeps ex iracundia tulit ſententiam, vt hic, & C. de pœ. ſi vindicari. Item cum ſententia lata eſt contra mulierem prægnantem differtur executio vſque ad tempus partus. ff. de pœ. prægnantis. Item ſi eſt lata in ſeruum, differtur executio quouſque dño reddiderit ratiocinia. C. de bo. proſc. l. 1. Item differtur quando inſula eſt aſsignanda a principe. 2. q. 6. biduum. §. ſi quidem. Item differtur cum quis eſt confeſſus de crimine [c] donec appareat an velit in confeſsione perſeuerare. C. de cu. re. l. 2. Hæc habentur in his verſibus:

In perſonali poſt menſes quatuor in re
Protinus eſt omnis ſententia perficienda.
Sic in criminibus: ſed caſus excipe quinque:
Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula, ſeruus.

" ſnia intra quod tēpus mandetur executioni.

" ſnia ſuper crimine lata ſtatim mandatur executioni, præterquam in caſibus quinque.

† al. exegit

c Hoc ideo quia nō ſtatur cōfeſsioni, niſi cōfitēs perſeueret. ff. de quæſtio. l. 1 §. diuus. & §. ſi quis vltro. Arc.

Item ex decretis Gregorij

¶ In dictandis ſententiis rectores nullo furore ducantur. C. LXX.

[4] SVmmopere præcauere debēt rectores eccleſiarum, & qui publica [g] iudicia exercent, vt in dictandis ſententiis nulli tenus leuitate, aut furore [h] ducti ſint præcipites: ſed cauſis prius diligēter ventilatis, cum res, quæ ignorabatur, plēniter ad notitiam venerit: tunc diuina, & humana lex reſoluatur† [i]: & tunc ſecūdum [k] quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia. Hinc eſt quod Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum tabernaculum ingreſſus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirum nos inſtruens, vt non ex corde noſtro ſed ex præcepto diuino condemnationis, vel iuſtificationis ſententiam proferamus.

¶ De non præcipitanda ſententia loquuntur nonnulla apud B. Gregorium, lib. 19. Moral. c. 23. ad ea verba Iob, Cauſam, quam neſciebam, diligentiſsime inueſtigabam, & libro 12. regeſti. epiſt. 26. & alibi.

Summopere.] CASVS. Quidam rectores eccleſiæ vel ſæculares iudices ex leuitate vel furore ſententias proferebant. Sed Greg. docet hoc non eſſe faciendum: ſed re plenius inueſtigata, ſine acceptione perſonarum ſecundum leges & canones dicit eſſe definiendum: & hoc probat exemplo Moyſi, qui querelas populi ad Deum referens iuxta Domini præceptum iudicabat: nos inſtruens vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto Dei condemnationis & abſolutionis ſententiam proferamus. Seq. duo c. plana ſunt.

† al. Gregorius.

4 Bur. l. 16. c. 1 Anſ. l. 13. c. 25.

† reſoluitur

Exod. 33.

g ¶ Qui publica.] id eſt, ſæcularia.

h ¶ Aut furore.] 2. q. 1. Deus omnipotens. & 30. q. 5. iudicantem.

i ¶ Reſoluatur.] id eſt, aperiatur.

k ¶ Et tunc ſecundum.] Tamen bene tenetur iudex iudicare ſecundum quod ſibi videtur, vt in auth. iuſiur. quod praſt ab his. § 1. coll. 2. ff. de arbit. qualem. Et eſt arg. quod ſecūdum allegationes potius quam ſecundum conſcientiam ſit procedendum. vt 3. 35. q. 7. iudicet.

" iudex an ſecūdum cōſciētiā debeat iudicare.

5 [illegible] 14. q. 5. c. ſi.

Item Auguſt. ad Macedonium epiſt. 54.

¶ Iuſtum iudicium vendi non poteſt. C. LXXI.

[5] NOn licet iudici vendere iuſtum [l] iudicium, & ſi liceat

l NOn licet.] ¶ Iuſtum.] Multo magis iniuſtum. 14. q 5. non ſane. Gan. dixit quod aduocatus vel iuriſperitus non debet vendere vel conſilium vel patrocinium: quia ſi cauſa eſt iniuſta, non debet iudex eam aſſumere: immo ſemper acceptam vel aſſumptam deſerere debet. C. de iud. rem non nouam. ſi eſt iuſta, gratis tenetur conſulere vel patrocinari. & dicit Auguſtinum hic loqui ſecundum leges. Sed tu dicas quod tales operas bñ poteſt locare quis [d]. nemo enim

" Aduocatus an poſsit operas ſuas locare.

d Adde ad &

aduocato vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium.

¶ *Propria uerba B. Auguſtini referuntur ī. 14. q.5.c.ſi.uerſ.ſed non ideo.*

Item Iſidorus lib.3.de ſummo bon.c.58.

¶ De eodem. C. LXXII.

[a] PAuper [a] dum non habet quod offerat, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur[a]. Cito violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat[b].

Hanc itaque ſententiam, quæ non amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa fertur in quemquam, humiliter obediendum eſt.

Vnde in Niceno concilio.c.5.[1]

¶ Non recipiantur ab aliis, qui ſuorum epiſcoporum contrahunt offenſam.

C. LXXIII.

[a] SEruetur iſta ſententia, vt hi, qui ab aliis excommunicantur, ab aliis [c] ad communionem non recipiantur. Requiratur ſane, ſi forte ex aliqua indignatione† animi, aut contentione, aut qualibet tali commotione † epiſcopi[d] ſui abſtenti † ſint[e]. *& infra.* ¶ Vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas epiſcoporum [f] ſuorum offenſas merito contraxerunt: digne etiam à ceteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſq; epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam.

a ¶ Epiſcopo ſuo.] *In priſca uerſione, quæ eſt, in collectione Iſidor., & hinc uel de ſimili eſt legitur.* quouſque in communi, vel ipſi epiſcopo ſuo: *nec multo aliter in altera uerſione græce eſt μέχρι ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ. id eſt,* quouſque communi epiſcoporum videatur.

Item ſententia eſt iniuſta ex ordine, quando non ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa damnatur.

Vnde Gregorius ſcribit Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo, lib.3. epiſt.30.

¶ Res dubia non definiatur certa ſententia. C. LXXIIII.

GRaue ſatis eſt, & indecens, vt in re dubia certa detur † ſententia.

Item Auguſtinus in libro de pœnitentia.† cap.3.

¶ Non credantur, quæ certis indiciis non demonſtrantur.

C. LXXV.

QVamuis vera ſint quædam, non tamen iudici [h] ſunt † credenda, niſi certis indiciis demonſtrentur.

Item Damaſus Papa epiſtola 6.

¶ Antequam examinentur, aliqui non iudicentur. C. LXXVI.

[a] EOrum, qui accuſantur, cauſas diſcutere nō licet, priuſquam canonice vocati ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter †, & intelligat [i] quæ ei obiiciuntur. Quod bene, & per ſapientiam Salomonis [a] dicitur [Antequam ſcruteris, ne reprehendas. Intellige [k] prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne reſpondeas.] Et licet apertiſsima [l] ſit contrariorum [m] reprehenſio, verum tamen oportet ab his, qui dati † ſunt ad eorū examinationem, ordinem ſeruari.

a ¶ Salomonis.] *Citat librum ſapientiæ Sirach, id eſt, Eccleſiaſticum, non ne Salomonis. Et ſic citatur etiam à B. Gregorio. 2.q.1. non eſt putanda. & à Cypriano lib.3. ad Quirinum c. 20. & à Clemente Alexandrino Stromatum lib.7. & ab Origene hom.18. in Numeros. & ab Hilario in Pſal. 67. & ab aliis patribus: cuius rei rationem reddidit B. Auguſtinus l.2. de doctr. Chriſtiana, c. 8. et alibi.*

Item ex octaua ſynodo 7.

¶ Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, vterque reus eſt.

C. LXXVII.

NOn ſolum [n] ille reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed & is, qui aurē cito criminibus præbet.

¶ *De hac in ſcriptione octauæ ſynodi, notatum eſt 3. cau. q.3. ſi quis frater.*

6 *Cum ergo ſententia ex ordine iniuſta eſt, nec tunc ab ea recedendum eſt: quin etiam, antequam ſententia daretur in eum, pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter ſententiam pro ſacrilegio[o] reportet, cuius reatum in conſcientia non habet[p]. Hæc ſententia & ſi iniuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia: tamen iuſte ab eo reportata eſt, quia ex reatu adulterij iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorij [[8] Sententia paſtoris, &c.] Iuſtam ſententiam vocat, quando crimen ſubeſt, ſuper quod fertur, iniuſtam, quando illud non ſubeſt: quæ tamen timenda, vel ſeruanda eſt: quia ex alio iam dudum damnandus erat. Vnde, cum præmiſiſſet Gregorius [[9] Vtrum iuſte an iniuſte obliget, paſtor, paſtoris*

de ſuo cogitur facere beneficium. 10. q.2. precariæ. Tamen dico quod ſi ſine labore poſſunt dare conſilium non reſoluendo libros, nec laborando in perlegendis allegationibus: tunc gratis[a] tenetur ſubuenire. De iudice delegato dicas, quòd nihil poteſt petere niſi expenſas. ext. de vi. & ho. cle. cum ab omni. modica tamen xenia poteſt petere vel accipere: dum tamen talia ſint quæ iudicantis animum non immutent. arg. ext. de ſimo. & ſi quæſtiones. quia iſta non computantur inter lucra. ff. de offi. proconſ. l. ſolet. §. vlt. nec huiuſmodi xenia debent excedere in anno 100. aureos. ff. ad l. Iul. rep. l. ea. in fi. teſtis etiam ſumptus petit. vt 4. q.3. venturis. Ordinarius autem iudex non poteſt expenſas petere, cum ei certi ſint reditus ſtatuti. 23. q. 1. militare[b].

a ¶ PAuper.] 23. q. 4. ne amiſſo.

b ¶ Exiſtimat.] ſimile diſt. 50. ſi lapſis.

HINC ITAQVE. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. dicens quòd quamuis ſententia non feratur amore iuſtitiæ tamen ei humiliter eſt obediendum.

SErnetur.] CASVS. Quæſitum fuit in Niceno concilio, vtrum illi qui ſunt excommunicati ab epiſcopis ſuis, ſint ab aliis epiſcopis recipiendi? Et reſp. quod non: ſed requirēdum eſt vtrum iuſte vel iniuſte ſint excommunicati, vt ſi iniuſte fuerint excommunicati, abſoluantur. Illi vero qui iuſte fuerint excommunicati à ceteris epiſcopis habeantur excommunicati quouſque reſipiſcant.

c ¶ Ab aliis.] licet etiā priuilegiati ſint aliqui: tamen tenentur vitare excommunicatos.

d ¶ Epiſcopi.] extra de ſen. exc. nulli.

e ¶ Abſtenti ſint.] id eſt, excommunicati ſunt. ADDITIO. ī. ca. ſi quis laicus. in princ.

f ¶ Epiſcoporum.] Ergo ſi ex iuſta cauſa epiſcopus aliquem excommunicauit, ſuperior non debet abſoluere eum, ſed debet eum remittere abſoluendum ad epiſcopum, etiamſi appellatū ſit ad ipſum: quod verum eſt, cum euidens eſt ipſam ſententiam eſſe iuſtam, extra de ſen. exc. c. per tuas. in fi. alioquin ſecus, vt ead. decret. ī. ea ſi epiſcopus forte.

ITEM SENTENTIA. CASVS. Hic Grat. oſtendit ſecundum membrum diſt. ſcilicet quòd ſententia tunc eſt iniuſta ex ordine, quando iudiciario ordine non ſeruato aliquis propter culpam ſuam condemnatur: quod non eſt faciendum, & hoc probat per ſeq. cap. Duo ſequentia cap plana ſunt.

g ¶ GRaue.] ī. di. 33. c. vlt. de hoc notatum eſt. ſed vbi ius dubium eſt, bene fertur ſententia certa. 30. quæſt. 3. c. vlt. quandoque etiam in dubio facto certum ius ſtatuitur. extra de ſponſ. iuuenis.

h ¶ QVamuis.] [9] Iudici.] Arg. quòd iudicandum eſt ſecundum allegata, & non ſecundum opinionem iudicis.

qā aduocat[a] poſſit pa. iſſi de ſalario. gl. a. i l. ſumptus. ff. de pac. & l. ſi qui aduocatorū. & ibi Cyn. C. de poſt.

a Contrariū eſt Io. An. in Merc. Fran. Purp. in l. ſi me & Titiū. in pr. ſi cer. pe. Hier. Cagnol. char. 46. col 2. de of. aſſeſ. niſi paupi. Alb. 3 ; C. ſpoſt. ſ Bore. l. 16. c. 28.

a Adde an pauperi tenetur aduocatus impēdere gratuitō pecuniam: & ai. q ſic, vt no Alber. & Ro. l. 1. C. de poſt.

3 Et in Aug. gran. c 42.

4 Bur L. 11. c. 36 Iuo p. 14. c. 100 Poly. L. 7. tit. 1.

† ἀπόκοινω-ζητία

† al. excommunicati ἀκοινώνητοι

b Si vis de iſta materia plenam hře notitiam, videas qd̄ no. i Spe. li. j. de ſalar §. 1. & de aſſeſ. § ſa latium. Arc.

† al. dicatur

† al. pœnitentiam medicinæ

E*Orum.*] CASVS. Quæſitum fuit à Damaſo Papa, vtrum crimina aliquorum ſint examinanda vel punienda antequam canonice vocentur ad ſynodum. Et reſpondet quòd non: quod probat auctoritate Salomonis: & quamuis obiecta crimina ſint manifeſta, non tamen iudici tanquam iudici: & ideo ſemper eſt examinatio facienda.

i ¶ Intelligat.] nam niſi intelligat, non dicitur fieri eo præſente. ff. de verb. ſignific. coram.

k ¶ Intellige.] alias dicitur: ſicut praue intellexiſti, ſic praue reſpondes. de conſecr. diſtinct. ſecunda. cap. primo.

l ¶ Apertiſsima.] id eſt, aperta & manifeſta: non tamen vt iudici notoria. Vel intellige cum iudici eſt manifeſta.

m ¶ Contrariorum.] id eſt, aduerſariorum.

n NOn ſolum.] ſupra 86. diſtinct. c. ſi quid. ſupra eadem quæſt. cap. in cunctis. & cap. ſi quis dixerit.

CVM ERGO. Hæc eſt ſexta pars quæſtion. in qua probat, quòd ſi ſententia excommunicationis ex ordine nulla fuerit, tamen ſeruanda eſt, etiam ſi ſit ex cauſa iniuſta: quia ligatur propter contemptum. & hoc probat per viginti duas auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd licet ſententia ſit iniuſta ex ordine: ei tamen eſt obediendum, & allegando quandam falſam rationem aſsignat, dicens aliquando contingere, quòd aliquis ligatus eſt apud Deum pro aliquo reatu: & tamen pro reatu alio quem non fecit condemnatur: velut ſi adulter de crimine ſacrilegij quod non facit, non ſeruato ordine iudiciario condemnatur: quæ tamen ſententia tenet non ſacrilegij ratione quod non fecit, ſed ratione adulterij pro quo iamdiu apud Deum fuerat excommunicatus. Et ad hoc probandum inducit cap. Gregor. ſupra c. ſententia. & exponit capitul. illud qualiter intelligi debeat.

o ¶ Pro ſacrilegio.] G. male intelligit illud cap. ſupra e. cap. 1. innuit enim hic, quòd etiam eſt tunc timenda ſententia paſtoris quando vel illud crimen pro quo eſt excommunicatus, vel aliud eſt in eo: aliàs ſi nullum eſt in eo crimen, nulla eſt vel non eſt timenda ſententia. & fuit deceptus ex illo verbo, ſiue ex alia culpa mereatur. ſed Gregor. vocat aliam culpam quam de nouo quærit: contemnendo ſcillcet excommunicationem[c]. Vel dicas eum allegando[d] hoc dicere.

p ¶ Non habet.] Sic 24. quæſtion. 3. notandum. in fine. vbi dicitur, quòd iniuſta excommunicatio non nocet niſi contemnatur. ſic extra de ſententia excommunica. cap. per tuas. ſic nec denuntiatio iniuſta eſt contemnenda. extra de noui operis nuntiatione. cap. cum ex iniuncto.

5 Iuo p. 5. c. 247. Pan l. 4. c. 114. 30. q. 5 ſi quis diuinis] ex Sixto † facile ſunt orig. Aliquot verbis mutatis.

6 Anſ. l. 3. c. 58.

† al. veritatem.

Eccleſ. 11. ſec. Ldū 70.

† al. deputati

7 Iſid. l. 3 de ſum. bono. c. 59.

8 ī. e. c. 1.

9 Hom. 29. in Euang.

c Et hoc patet i ſi. §. ibi ſiat culpa.

d Ad hoc dictū facit ī. e. §. hæc eſt & c. vbi p; q ita intellexeris vt dictū eſt. Arc.

ALIQVAN

ALIQVANDO. CASVS. Hic proſequitur tertium membrum, ſ. quando ſententia eſt iniuſta ex cauſa: ſcilicet quando nullum crimen ſubeſt, ſed odio iudicis vel machinatione aduerſariorum ſeruato ordine iudiciario condemnatur. quod probat ſeq. cap.

QVattuor.] CASVS. Docet hic Gregor. quòd quattuor ſunt, quibus humana iudicia peruertuntur: ſ. timor, cupiditas, odium, & amor: & de quolibet ponit exemplum.

tamen ſententia gregi timenda eſt] ſubſequentus adiecit [Ne is, qui ſubeſt, & cum iniuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſoluere indiſcrete timeat, vel ligare: is autem qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel iniuſte: nec paſtoris ſui iudicium temere reprehendat: ne, & ſi iniuſte ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat.] ¶ *Aliquando nullum ſubeſt crimen: & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum oppoſitum ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.*

Vnde Gregorius ait.[t]

¶ Quot modis humanum iudicium peruertitur. C. LXXVIII.

QVattuor [a] modis peruertitur humanum iudicium: timore [b], dum metu poteſtatis alicuius, veritatem loqui pertimeſcimus: cupiditate, dum præmio animum †alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduerſarium† molimur amore, dum amico [c], vel propinquo complacere contendimus.

¶ Apud Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum (quem citat Burchardus) & Panlo etiam plenius: & ſequitur nonnullis interiectis. poſt c. qui recte. 3. ea.

Quàm vero graue ſit vel odio, vel amicitia, vel metu vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere, teſtatur Hieronymus in Amos. c. 6. dicens.[§]

¶ De iis, qui aliquo modo iudicium peruertunt. C. LXXIX.

QVicumque aut conſanguinitate, aut amicitia, & econtrario vel hoſtili odio, vel inimicitiis [d] in iudicando ducitur: peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

Item Auguſtinus ad Caſulanum.[4]

¶ De iis qui metu poteſtatis veritatem occultant. C. LXXX.

[s] QVisquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat [e], iram Dei ſuper ſe prouocat: quia magis timet hominem, quam Deum, *& poſt pauca.* ¶ [6] Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat [f], & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe [g] non vult, & iſte nocere deſiderat.

¶ Caput hoc non eſt inuentum apud S. Auguſtinum, cuius poſteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Auguſtini. Simillima leguntur in eod. lib. 3. Iſidori c. 59.

Item.

¶ De eodem. C. LXXXI.

a ¶ *Quattuor.*] Eſt & quintus modus, quando iudex pauperibus miſeretur, vt 23. q. 4. eſt iniuſta. & ca. ne amiſſo. Item ſunt alij duo modi: nimia ſeueritas: & nimia remiſſio, vt 45. diſ. diſciplina. non enim eſt conſtans iudex cuius animi motum vultus detegit. ff. de off. præſid. obſeruandum. Itē eſt & alius modus quando per imprudentiam male iudicat. inſti. de obl. quæ ex quaſi del. naſc. §. 1.

b ¶ *Timore.*] Sed numquid tenet ſententia, quam iudex per metum tulit? ſic: ſed elidi poteſt per exceptionem[a]. 15. q. 1. omne. ff. de fur. interdum. §. 1. Arg. contra. ff. de acq. her. l. 6. §. vlt. ſententia autem quæ per præmium lata eſt, nulla eſt, vt 2. q. 6. §. venales. ſed ſi odio vel amore lata eſt: bene tenet: ſed irritatur. ff. ad Trebel. l. ſeruo. §. cum prætor. Ioan.

c ¶ *Dum amico.*] de hac amicitia vel inimicitia nota. 3. q. 5. c. 1.

d QVicumque.] *inimicitiis.*] videtur quòd iudex æque poſſit recuſari propter non capitales ſicut propter capitales inimicitias, vt 3. q. 7. iudices. extra de appel. ad hoc. vnde patet quod pro minori cauſa recuſatur iudex quam teſtis, vt dixi 3. quæ. 5. accuſatores. ſed ideo[ee] quia facilius habentur mille iudices quam vnus teſtis. extra de appella. poſtremo.

QVisquis.] CASVS. Docet Auguſt. quod excuſari non debet qui metu alicuius poteſtatis celat in iudicio veritatem: quia vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodeſſe non vult: & iſte nocere deſiderat.

e ¶ *Occultat.*] tunc ſcilicet cum inducitur in teſtem: aliàs bene poteſt: & etiam debet quandoque quis occultare veritatem, vt 22. q. 2. primum. verſ. ſeptimum. & c. ne quis. & 43. diſt. in mandatis. & cum à Chriſto quæreretur quid eſt veritas, non reſpondit[b].

f ¶ *Occultat.*] ff. de fal. ſi quis obrepſerit.

f ¶ *Occultat.*] contra 22. q. 2. ne quis arbitretur.

g ¶ *Prodeſſe.*] aliquis ergo cogitur alij prodeſſe, cum ſibi non obeſt. ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. item Varus.

NEmo.] CASVS. Quæritur quis magis peccet, an qui mentitur, an qui ſanguinem effundit? Et reſpond. quòd æqualiter peccant. vnde non debet aliquis mentiri, ſed melius eſt pro veritate pati ſupplicium: quam pro mendacio beneficium. *Melius*, electiue ponitur. Sequens cap. planum eſt.

h ¶ *Lingua.*] mentiendo de aliquo propter quod ipſe perdit vitam, talis enim dicitur homicida. infra de pœnit. diſtinct. 1. periculoſe. 50. diſtinct. ſi quis viduam.

1 Iſid. l. 3. de ſum. bo. c. 58

2 Burc. l. 16. c. 18.

† al. muneris alicuius corrumpitur] Iſid.

† al. aduerſa

a Sub. & ſic dz intelligi [illegible] iniuſtū. vbi de hoc, ſcdm l. & F.

3 Similia apud Iſid. eo. l. 3. c. 57. & apud B. Hier. in Amos, c. 6. ad illud qui cōuertiſtis in amaritudinē iudiciū.]

4 Iſid. ibid. c. 59.

5 Deuſd. p. 1. Bur. l. 16. c. 12.

ee Recuſatur iudex facilius quam teſtis

6 Extra de cri. fal. c. 1.

b Adde hoc qđ dicā 22. q. 2. §. itē qđ dicitur. Arc.

iij NEmo peritorum, aut prudentium putet, quòd minus ſit periculum in verbis, lingua [h] mentiendo, quam manibus ſanguinem fundendo. Melius [i] eſt autem pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione recipere beneficium.

Item Pelagius Papa Benigno archiepiſcopo.

¶ De eodem. C. LXXXII.

VNicuique prouidendum eſt, ne aliquem iniuſte perſequatur, iudicet, vel puniat, ne læſum [k] perſequatur, iudicet, vel puniat.

Hic quoque, qui veritatem pro pecunia negat, vel falſum teſtimonium contra aliquem dicit, Deum negare, vel vendere probatur.

Vnde Beda ad c. 14. Marci.[7]

¶ Qui falſum teſtimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, ſceleris Iudæ participes fiunt. C. LXXXIII.

ABiit Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerunt ei pecuniam ſe daturos.] ¶ Multi hodie ſcelus Iudæ, quia Dominum ac magiſtrum, Deumque ſuum pecunia vendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent: nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falſum contra quemlibet teſtimonium dicunt, profecto, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt [l]. Ipſe enim dixit [Ego ſum veritas] Cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte cōmaculant, Deum produnt: quia Deus charitas eſt. ¶ Qui ergo charitatis, & veritatis iuſſa ſpernunt, Deum vtique, qui charitas eſt & veritas, produnt: maxime cum non infirmitate [m], vel ignorantia peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt opportunitatem, qualiter arbitris [n] abſentibus mendacio veritatem, virtutem crimine mutent.

Item Hieronymus in epiſtolam ad Titum, c. 1. in extremo.

¶ Chriſtum negat, qui peruerſis ſe ſocium facit. C. LXXXIIII.

EXiſtimant quidam in eo tantum Chriſtū negari, ſi in perſecutione quis à gentilibus comprehenſus, ſe renuerit eſſe Chriſtianum. Sed ecce Apoſtolus

i ¶ *Melius.*] electiue; vt infra eadem, iniuſtum. vigeſimaſecunda, quæſt. prima. conſiderat.

k VNicuique.] *Ne læſum.*] ſeptima, quæſtio. prima. ca. omnis qui gemebat.

HIC QVOQVE. CASVS. Dictum eſt ſupra in præcedenti ca. quòd qui iniuſte aliquem condemnat, Deum negat. Dicit nunc Gratianus quòd ſic Deum negat, qui veritatem occultat pro pecunia, vel falſum teſtimonium dicit. quòd probat per ſequen. cap.

ABiit Iudas.] CASVS. Beda in hoc capit. ponit verba Marci Euangeliſtæ, quæ durauerunt vſque ibi, *Multi.* Poſtea dicit, quod multi hodie abhorrent ſcelus Iudæ, qui Deum pro pecunia vendidit: & tamen idem committunt. Nam qui dicit falſum teſtimonium pro pecunia, Deum negat, qui eſt veritas. Similiter qui fraternam ſocietatem diſcordat & commaculat, Deum qui charitas eſt prodit, maxime cum non ex infirmitate vel ignorantia hoc facit, immo faciendi opportunitatem quærit.

l ¶ *Vendunt.*] quantum in ſe eſt [oo]: nam ipſe vendi non poteſt, prima, quæſtione tertia. cap. Saluator. Vel vendunt, id eſt, à ſe ſeparant ſicut venditor rem venditam à ſe ſeparat & alienat precio accepto: ita iſti Deum à ſe alienant pretio accepto. & ſic dicitur per ſimilitudinem.

m ¶ *Infirmitate.*] Corporis [c]. nam infirmus neſcit quid faciat. decimaſeptima, q. ſecunda. cap. Gonſaldus.

n ¶ *Arbitris.*] id eſt, bonis viris, ſicut Iudas captauit abſentiam Apoſtolorum.

EXiſtimant.] CASVS. Quidam putant quòd Chriſtus tunc tantum negaretur, cum à paganis quis captus ſe negauit Chriſtianum eſſe. Sed probat Hieronymus auctoritate Apoſtoli, quòd non ſolum Dominus verbis negatur, ſed etiam prauis factis, ſicut etiam bonis factis Deum confitemur. & oſtendit quòd non ſolum illi ſunt à Deo reprobandi, qui in martyrio ipſum negant, ſed & illi quorum ſermone, opere, & cogitatione Chriſtus negatur. & omnes illos confitebitur Chriſtus coram Patre, quorum opere bono & ſermone Chriſtus eſt confeſſus. Paſſiue ponitur hæc dictio, *Confeſſus*, & *Vel*, ponitur pro, id eſt, poteſt etiam propriè poni.

7 Ex ad c. 26 Matthæi.

Marc. 14. Matth. 26.

Ioan. 14.

1. Io. 4.

oo Deus vēdi non poteſt.

Matth. 26.

c Vt 15. q. 1. §. itaque.

Tit. 1.

a ¶ *Falſis.*] No. q ipſo facto negamus Chriſtum, vt hic. Ipſo facto mentiatur. 22. q. 5. cauete. ipſo facto appellamus, extr. de ap. dilecti. ipſo facto habemus ratū. ff. de inoff. teſt. ſi proponas. §. 1. ff. rem rat. hab. l. 1. ipſo facto eligimus. extr. de iis quæ fi. a ma. par. cap. ex ore.

b ¶ *Negat.*] Quidam habens negatus negat, vt hic.

c ipſo facto mentiuntur. e Et ſic hic arg. q qui ope negat loquitur, cōfitetur, prædicat. 24. q. 3. cauete. 46. diſt. b hoc. & 1. q. 1. cum noſtris. Arch.

...omnibus, quæ peruerſa ſunt, facitis, Deū aſſerit denegari. Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, veritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem iuſtitia, per mendacium veritas, per turpitudinem ſanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotieſcumque vincimur à vitiis atq; peccatis, toties Deum negamus; & econtrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandū eſt, in die iudicij, illos tantū à Dei filio denegādos, qui in martyrio Chriſtum denegarunt, ſed † & illos omnes, quorum opere, vel ſermone, vel cogitatione Chriſtus negatus negatur, vel confeſſus confitetur. De hac puto cōfeſſione, & diſcipulis præcepit, dicēs [Eritis mihi teſtes in Hieruſalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad extremū terræ]

Matth. 10.

Item Auguſtin. tract. 13. ad c. 18. Ioan.

¶ Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare conuincitur. C. LXXXV.

ij NOn ſolum abnegat Chriſtum, qui dicit eū nō eſſe Chriſtum: ſed ille etiam, qui cum ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait c Petro, diſcipulum meum te negabis; ſed [me negabis.] Negauit ergo ipſum, cū ſe negauit eſſe eius diſcipulum. Quid autem aliud iſto modo, quā ſe negauit eſſe Chriſtianum? *Item a tract. 66.* Timendo mortem carnis ſuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quāta enim vita eſt cōfiteri Chriſtum, tāta mors eſt negare d Chriſtum. An Apoſtolus Petrus (ſicut eum quidam fauore peruerſo excuſare nituntur) Chriſtū non negauit: quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit?

Luc. 22.

a ¶ Item.] *In duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus hoc eſt aliud caput, & rubricam habet, De eodem. eſt enim ex tractatu 66. in Ioannem.*

Item Ioannes Chryſoſtomus. [*id eſt, Auctor operis imperfecti, in Matt. Hom. 25.*]

¶ Veritatem prodit non ſolum qui pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam, qui veritatem non libere prædicat. C. LXXXVI.

Luc. 12.

NOlite timere e eos, qui occidunt corpus:] ne forte propter timorem mortis non libere dicatis quod audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure ſoli audiſtis. Sic ergo ex his verbis oſtenditur, quòd nō ſolum ille proditor f eſt veritatis, qui trāſgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: ſed etiam ille, qui non libere veritatem pronunciat, quam libere pronunciare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit: proditor eſt veritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit à Deo, libere prædicet: ſic laicus debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit quidem à ſacerdotibus probatam in ſcripturis, defendat fiducialiter. Quod ſi non fecerit, proditor eſt veritatis. [Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.]

Rom. 10.

Hæc ſententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temere fertur.

Vnde Auguſtinus ait.

¶ Iniuſte aliquem anathematizans ſibi, non illi nocet. C. LXXXVII.

a ILlud plane non temere dixerim, quòd ſi quiſquā fidelium fuerit anathematizatus iniuſte: potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam g, ſpiritus enim ſanctus habitans in ſanctis, per quem quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam h nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus noſtris, quę non agit perperā. b Pax i eccleſiæ dimittit peccata, & ab eccleſiæ pace alienatio tenet peccata, non ſecūdum arbitrium hominum, ſed ſecundum arbitrium Dei. Petra k enim tenet, petra dimittit: colūba l tenet, columba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit.

Rom. 5. a Aug. de bapt. contra Donat. l. 3. c. 18.

a ¶ Pax.] *Hæc pars (nam ſuperior non eſt inuenta apud B. Auguſtinum) ex ipſo eſt emendata.*

Item Salomon. [l, *ſicut auis in incertum volans* m, *& paſſer quolibet vadens, ſic maledictum fruſtra prolatum venit ſuper eum, qui miſit illud.*]

3 Prouer. 26. ſed paulo aliter.

Item Greg. Papa homil. 26. in Euangelia.

¶ Cuius vita officio non congruit, alios ligatus ſoluit. C. LXXXVIII.

c PLerumque contingit, vt hic iudicis † locum teneat, cuius ad locum vita minime cōcordat: ac proinde ſæpe agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſoluat: ſæpe in ſoluendis, ac ligandis ſubditis, ſuæ voluntatis motus, nō autem cauſarū merita

b A ſide de conſ. diſt. in ſancta. vbi de hoc. §. 1. q. 4. in prin. 4 Iuo p. 4. c. 3. Pan. l. 1. ca. 78. p. 80. † al. iudicis

Non ſolum.] CASVS. Quæſitum eſt ab Aug. verum ille qui timore mortis negat ſe eſſe Chriſtianum, Chriſtum negare dicatur? Et reſp. q ſic, quia non ſolum negat ille Chriſtum q dicit eū non eſſe, ſed etiam qui negat ſe eſſe Chriſtianum, quod probatur exemplo Petri, qui Chriſtum negauit eo ipſo q ſe eius diſcipulum eſſe negauit.

c ¶ *Non ait.*] Arg. hic & ex præcedenti c. q q vult dicit, & omne id quod ſequitur ex illo dicit, vt s. d. 8. quæ iure. ext. de do. & cont. cum dilecti. in fi. extra de off. deleg. cum ſuper. ff. quod metus cauſa l. 1.

† al. ſed per omnia opera ſermo vel cogitatiōes Chriſtus vel negatur, &c. Chriſtum negans mortaliter peccat.

d ¶ *Negare Chriſtum.*] ſed qd ſi aliqs coactus negat Chriſtum ore, & corde non negat, nōne videtur peccare? nam corde proceditur vita. 15. q. 6. c. 1. de Rebus coram terra negat. 14. quæſitū quid tamen dico q mortaliter peccat: quia nulla conditione debet ad hoc adduci. 22. q. 2. primo. Nam etſi non vult negare Chriſtū, vult tamen illud propter quod negat, ſ. vitam. [illegible] immerito.

Nolite timere eos.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In j dicitur q timore mortis non debet aliquis veritatem tacere. In ij. parte tractatur de tribus proditoribus veritatis. ſ. de eo qui pro veritate mendacium loquitur, & de eo qui per timorem negligit veritatem prædicare, & de eo qui veritatem auditam non defendit: Nam ſicut ſacerdos veritatē quam audiuit à Deo det libere prædicare: ſic laicus veritatem quam audiuit à ſacerdotibus, debet libere defendere.

e ¶ *Nolite timere.*] non remouet naturalem timorē mortis. naturale enim eſt cuilibet timere & horrere mortem: vnde Ieſus eam timuit, ſicut legitur: Cœpit Ieſus pauere & tędere. & alibi. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. ſed dicit ne in eū teneamus eam, vt per eius timorem aliquid contra iuſtitiam agamus, vel quod nobis per ſcripturam, vel per magiſtros, vel per reuelationem diuinam reuelatum eſt, ſublimeamus. vnde ſubdit quaſi exponendo, ne forte, &c.

Mortem timere naturale eſt.

Matth. 26.

f ¶ *Proditor.*] proditor eſt qui loquitur mendacium, vel non libere pronunciat veritatem, vt hic qui ſibi crimen cognitum malitioſe publicat. 2. quæſt. 1. ſi peccauerit. qui alium circumuenit, & eum in periculum trahit. & 24. q. 4. transferunt. qui res vel munitiones hoſtibus tradūt. 23. q. 5. de forma. qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat. de pœn. diſt. 6. ſacerdos.

HÆC SENTENTIA. CASVS. Supra in §. aliquando. dictum eſt, quòd iudex quandoque ex odio condemnat non delinquentem. Nunc vero dicit G. quòd talis ſententia potius iudicem lædit, quam condemnatum: quod probat ſequenti cap.

Illud.] CASVS. Quidam prælatus iniuſte quendam ſuum parochianum excommunicauit. quæſitum fuit ab Auguſtino cui talis ſententia potius obſit. Et reſpondet quod prælato. Et hoc probatur vna ratione, ſcilicet quia ſpiritus ſanctus nulli ingerit pœnam immeritam, & peccata tenet, vel dimittit ſecundum arbitrium Dei, & non hominum. Similiter probat vna ſimilitudine Salomonis dicentis, quòd ſicut paſſer vel auis alia redit illuc vnde volauit: ſic maledictum iniuſte prolatum reuertitur ſuper maledicentem. Et expone, tenet, id eſt, non dimittit.

g ¶ *Iniuriam.*] poteſt ergo agere contra excommunicatorem actione iniuriarum: & verum eſt cum dolo excommunicauit, alias non. ff. vi bono. rapt. l. 2. §. ſi publicanus. Laur. Immo ſemper poteſt eum conuenire ad intereſſe, niſi iudex probabiliter errauerit, & etiam agere vt alias puniatur, extra de ſen. excom. ſacro. 2. quæſt. 1. nemo. Et ſi temerarie excommunicat, puniatur. ſupra ead. temerarium.

h ¶ *Immeritam.*] id eſt, ſine cauſa. nam ſine culpa ſæpe aliquis punitur temporaliter. ea. diſtinct. ſed illud b.

i ¶ *Pax.*] id eſt, ſpiritus ſanctus.

k ¶ *Petra.*] id eſt, Chriſtus.

l ¶ *Columba.*] id eſt, eccleſia.

m ¶ *Volans.*] ſupple reuertitur quandoque.

Plerumque.] CASVS. Hoc diuiditur in duas partes. In j. parte reprehendit Greg. illos prælatos, qui iniuſte vel indiſcrete ſubiectos ligant vel abſoluunt. In ſecunda parte oſtendit, quod prælatus debet cauſas conſiderare, quibus peccator ſit ligandus vel abſoluendus. Vnde ſi viderit peccatorem interius, id eſt, in mente à Domino viuificatum, abſoluat eum exterius: quod probat exemplo Lazari. Si vero viderit illum impœnitentem, non abſoluat eum, nec remed

† *al. hac ipſa.* remedium ei conferat. Secunda pars incipit ibi, *Cauſa ergo.* Hæc ſolutionis verba, ſunt Greg. & non Grat.

1 ſ. e. ipſe ligandi. ſ. e. c. iudicare. a ¶ *Vt ipſe.*] repetit hic tenorem illorum. ca. ſ. ea. ipſe. & c. iudicare. & c. tunc vera.

Ezech. 13. b ¶ *Per prophetam.*] Ezechielem. 13. c.

I*Niuſtum*] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres par. In 1. dicitur quod ſententia lata per metum regis vel alterius, non valet. In 2. part. dicitur, quod parum eſt religioſo homini inimicitias non exercere, niſi eas extinguere conetur. In 3. parte. dicitur, quod melius eſt mala

† abeſt ab orig. humiliter confiteri, quam de bonis ſuperbe gloriari. Secunda pars eſt ibi, *Homini religioſo.* Tertia ibi, *Melior eſt in malis factis.* Seq. cap. per ſe patet.

2 ſ. ead. tunc vera. a Arg. quod per dict. quẽ pertinet ver. de enim. 2. q. 1. i primis 15 q. 6. c. 2. 3. q. 5. no iſtcalti. ex. lib. 6. de his q̃ vi me. cau. fi. abſolutiõis. Arc.

c ¶ *Non valeat.*] arg. quod ſententia per metum lata, nulla [a] eſt ipſo iure, vt hic, & 31. q. 2. Lotharius. 15 qu. 1. omne. Sed dic, quòd tenet niſi elidatur per exceptionem.

d ¶ *Parum eſſe.*] i. non ſufficit ei quod ipſe non ſit inimicus, vel non generet aliis inimicitias, niſi ſtudeat in aliis eas extinguere. 22. quæſt. 5. de forma.

e QVi iuſtus eſt.] ¶ *Præmium.*] In hoc quòd patienter ſuſtinet.

HIC, ET SI. CASVS. Dictum eſt ſupra in duobus membris diſtinctionis ſententiæ excõicationis eſſe parendum. Nunc dicit Grat. quòd etiam ſententiæ excõmunicationis eſt parendum ſecundum

β 25. q. 1. omne. § iniuſtũ. ex Marcellino. in cap Hadria. ca. 78. capit. 15 c. 25 1. tertium membrũ. ſc. qui apud Deum ligatus nõ erat, ne ex ſuperbia ſua ligandus videatur: poſt ea oſtendit, quòd ſi prælatus præcipiat aliquid mali ſubditis ſuis, ſubditi ei obedire non debent. quod probat per ſeq. ca. vſque ad §. cum ergo.

4 Bur. l. 15 c. 3. Anſ l. 3. c. 84. Iuo p. 5. ca. 35 & p. 16. c. 9

IDEM EST. Hæc eſt 7. pars q. in qua intendit probare per 14. auct. quod in malis non eſt obediendum prælatis. ſ. vbi iuſſio eorum continet errorem intolerabilẽ. ext. de of. del. cum contingat. & extr. de ſent. excom. per tuas quæ de hoc loco tractæ ſunt. Io. de Fant.

5 Aug l. cõfeſſ. 9 c. 9.

f ¶ *Aequitatem.*] ab hoc loco oſtendit quid iuris ſit de ſinia præcepti. & dicas, quod ſemper parendum eſt iudici in rebus licitis dum tñ illa ſpectent ad officium eius præcipere, vt 7. q. 1. quia. & ff. de re. iu. factum. & ſi dubium eſt an ſit licitum, paren-

ſequatur. Vnde fit, vt ipſe † [a] ligandi, aut ſoluendi poteſtate ſe priuet, *& infra.* ¶ [1] Sępe fit, vt erga quẽlibet proximũ odio, vel gratia moueatur paſtor. Iudicare autem digne de ſubditis, &c. Vnde recte per prophetam [b] dicitur [Mortificabant animas, quæ non moriebãtur: & viuificabant animas, quę nõ viuunt.] Non morientẽ quippe mortificat, qui iuſtum damnat: & non victurum viuificare nititur, qui reum a ſupplicio abſoluere conatur. Cauſæ ergo penſandæ ſunt, & tunc ligandi, atque ſoluendi poteſtas exercenda. Videndũ eſt, quæ culpa præceſſit †, & quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: vt quos omnipotẽs Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat. Tũc enim vera eſt abſolutio, &c. *& infra.* ¶ [2] Ex qua conſideratione intuendum eſt, quòd illos nos debemus per paſtoralem auctoritatem ſoluere, quos auctorẽ noſtrum cognoſcimus per ſuſcitãtem gratiam viuificare. *& infra.* ¶ Veniat itaq; foras mortuus, id eſt, culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras ſoluant diſcipuli, vt paſtores eccleſiæ ei pœnam debeant amouere: quàm meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. ¶ Hæc de ſolutiõis ordine breuiter dixerim, vt ſub magno moderamine paſtores eccleſiæ, vel ſoluere ſtudeãt, vel ligare.

Item Calixtus Papa epiſtol. 1. ad Benedictum epiſcopum.

¶ Viribus caret ſententia iniuſte prolata. C. LXXXIX.

[3] INiuſtum iudicium, & definitio iniuſta regio metu, aut iuſſu, aut cuiuſcumque epiſcopi, aut potentis à iudicibus ordinata, vel acta non valeat [c]. [4] ¶ Homini religioſo parum eſſe [d] debet inimicitias aliorum non exercere, vel nõ augere male loquendo, niſi etiam eas extinguere bene loquendo ſtuduerit. ¶ [5] Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio.

Item Auguſt. ſuper pſal. III. ad ver.] *Reciens miſericordias Dominus.*

¶ Præmium meretur, qui iniuſte maledicitur. C. XC.

QVi iuſtus eſt, & iniuſtè maledicitur, præmium [e] illi redditur.

Hic, & ſi, vt dictum eſt, non teneatur ligatus apud Deum, ſententia tamen parere debet: ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur.

7 *Idem eſt, quando contra æquitatem* [f] *ſententia fertur: veluti quando ſubditi non poſſunt cogi ad malum, ſcientes obedientiam nõ eſſe ſeruandam prælatis in rebus illicitis.*

Vnde Eutychianus Papa ait.

a ¶ Eutychianus.] *Burchardus. & Ivo referunt ex Eutychiano ſimul caput hoc, & c. ſi quis. 24. q. 1. quod tamen Grat. citat ex Iulio.*

¶ Non eſt obediendum epõ, qui pro hæreticis Miſſam canere iubet. C. XCI.

[6] SI quis epiſcopus, aut abbas presbytero, aut monacho ſuo iuſſerit Miſſas pro hæreticis [a] [g] cantare non licet, & non expedit obedire eis.

a ¶ Hæreticis.] *Ceteri collectores addunt, mortuis, quam vocem hic cuſtor glosſæ ſupplevit.*

Item Auguſtinus.

¶ Præceptis non obedire multoties expedit. C. XCII.

NOn ſemper malum eſt non obedire præcepto [h]: cum enim Dominus iubet ea, quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt.

a *Huius capitis partim uerba ipſa, partim ſententiæ habentur apud D. Ambroſium libr. de paradiſo cap. 6.*

Item Hieronymus in epiſt. ad Titum, ca. 2. verſ. [*Seruos dominis ſuis ſubdi.*]

a ¶ Titum.] *Sic eſt emendatum ex Polycarpo, cum antea citaretur*, ad Epheſios, *emendato etiam, & nonnihil locupletato ipſo capite ex originali.*

¶ De eodem. C. XCIII.

[7] SI dominus [i] ea iubet, quæ nõ ſunt aduerſa ſcripturis ſanctis, ſubiiciatur ſeruus domino. Si vero contraria præcepit, magis obediat ſpiritus, quam corporis domino. *& infra. c. 3.* ¶ [8] Si bonum eſt, quod præcipit Imperator, & præſes, iubentis obſequere volũtati, ſi vero malum reſponde ei illud de actibus Apoſtolorum. [Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.] Hoc ipſum & de ſeruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus [k] apud viros, & de filiis apud parentes: quòd in illis tantum debeant dominis, viris, parentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.

Item Ambroſius. [9]

¶ Non ſunt audiendi qui contra Deum aliquid iubent. C. XCIIII.

IVlianus Imperator quamuis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cũ dicebat, producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebãt [l] ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorẽ cœli.

a *Infra tad. c.* Imperatores. §. Iulianus. *habetur hæc ſententia: fortaſſeque ex eo loco mutatis verbis, confectum eſt hoc capitulum.*

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. omnibus epiſcopis.

¶ Non iubet aliquid iniuſtum, qui Deum timere probatur. C. XCV.

QVi omnipotentẽ Deum metuit, nec cõtra Euangelium,

dum eſt ei. 23. qu. 1. quid culpatur.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Quæ ſitum fuit ab Eutychiano ſi epiſcopus aut abbas, præcipiat presbytero, vel monacho Miſſam pro hæreticis cantare, vtrum ei ſit obediendum? Et reſpon. quòd non. Sequens cap. patet.

6 Pol l. 7. ti. 5 Burc. l. 19 c. 105. Iuo p. 15. c. 117.

g ¶ *Pro hæreticis.*] mortuis, quod non licet ſpeciali oratione, vt 13. qu. 2. non æſtimemus. [a] ſed pro viuis hæreticis, & aliis malis et ſpeciali oratione licitum eſt orare, vt 13. q 2. pro obeũtib. ſed generali oratione pro omnib. defunctis licitum eſt orare, vt de pœ. diſtin. 5. falſas. & 24 qu 3. corripiantur.

a orõe ſpẽli pro hæreticis brãte licet.

h NOn ſemper.] ¶ *Præcepto.*] non ſolũ iniuſto, ſed inhoneſto. vel etiam ſi à iudice præcipitur aliquid quod ſit inhoneſtum, vel incommodum, vt ff. de recept. ſi cum dies. §. compromiſſo. & 2 qu. 2. præceptum. & ff. de iud. ſi longius. & 3. qu. 9 hortamur.

SI dominus.] CASVS. Dicitur hic quòd ſi dominus præcipiat ea quæ bona ſunt, ei eſt obediẽdum: ſi vero mala præcipiat, Deo cœli potius quam terreno eſt obediendum. Idem dicitur de ſeruis, vxorib. & filiis, qui in bonis tantum debent obedire. Sequentia duo c. plana ſunt.

7 Anſ. l. 13. c. 46.

8 Polyc. l. 1. tit. vlt.

i ¶ *Si dominus.*] ff. de re iud. ad ea quæ.

Act. 5.

k ¶ *De vxoribus.*] 33. qu. 5. manifeſtum. contra, vbi dicitur, [a] quòd licet vir præcipiat vxori, quod non ſeruet votũ, licet ipſe peccet, ipſa tamen tenetur ei obedire. ſed dic, quòd licet vir præcipiendo peccat, non tamen præcipit id, quod eſt peccatum: quia præceptũ domini eſt, vt in tali caſu obediat vxor viro, vt 33. quæſ. 5. noluit. Item adhuc obiicitur quòd ſeruus quoad quid a periurio excuſatur, propter mandatum domini. 22. q. 5. qui compulſus, &c. ſi quis coactus. Reſp. tamen excuſatur à pœna pro parte, ſed non a peccato. ſ. diſtinct. 4. denique.

a Votũ vxoris per maritũ impediri.

9 ſ. c. imperatores. §. Iulianus.

l IVlianus.] ¶ *Obediebant.*] ſ. 15. qu. 6. nos ſanctorum. & cap. iuratos. contra: [a] ibi enim dicitur, quòd ſi dominus eſt nominatim excommunicatus, vel hæreticus, ſtatim vaſallus eius abſolutus eſt a ſacramento. Reſp. Iulianus adhuc tolerabatur ab eccleſia, ne ſuſc

a Excõicatio dñi iuſ nõ liberat vaſallũ à fœdo.

ſuſcitaret ſcandalum aduerſus Chriſtianos.[a] Hoc autem verum eſt, quia excommunicatio non tollit obligationem, qua eſt vaſallus obligatus domino, ſed tantum effectum obligationis, vnde domino abſoluto ſtatim tenetur ei obedire, vt 15.q.6.nos ſanctorum.

Ita corporis.] CASVS. Nicolaus Papa in hoc c. redarguit Lotharium regem, qui fornicabatur cum Gualdrada, & ſubiectis præbebat exempla ſimilia faciendi, & quod ipſe delinquerat in hoc probat per Thieguald\u0308 & Guntharium epiſcopos, qui depoſiti ſunt: quia crimen ipſius approbauerunt, et obedientes in malo.

a ¶ *Probat.*] ar. quod ſententia lata contra vnũ, præiudicat alij. ſic 3 q. 6. hæc quippe. 81. diſt. ſantis. extr. de ſent. & re iud. cum ſuper. vbi alter appellans cogitur probare cauſam appellationis.

Qui reſiſt.] CASVS. Dicit hic Auguſt. quod ſi aliquis non obedit poteſtati in bonis, Deo reſiſtit. Si vero poteſtas malum iubeat, potius eſt obediendum domino cœli, quam domino terreno, & hoc probat exemplo ſæcularium poteſtatum, in quib. ſi maior præcipiat contra minorem, maiori eſt obediendum.

b ¶ *Poteſtat.*] hæc regula vbique fallit, nam potius tenemur obedire epo, quam Metropolitano, vt 9 q.3. per totum. Item & monachus potius obedit abbati quam epo vt 18. diſt. ca. 1. & 2. & potius ſtatur excommunicationi prælati quam abſolutioni epi. extr. de of. or. cum ab eccleſiarum. niſi intelligas in eo caſu loqui quando minor habet iuriſdictio nem a maiore. ſecundum quod loquitur. ff. de iud. l. iudicium. Vel loquitur in eo caſu, cum appellatur ad maiorem: tunc potius maiori, quam minori parendum eſt. Item adhuc obiicitur de epiſcopo, qui potius obedit regi quam ſuo metropolitano. 18. diſtin. ſi quis epiſcopus. ſed ibi loquitur cum præuenit mandatum regis. Item obiicitur de vxore, quæ potius obedit viro quam Deo, vt 33. qu. 5. manifeſtum. ſed ſolutum eſt. 7. c. ſi dominus.

c ¶ *Proconſul.*] ſi diſ. quod quæ contra mores. & loquitur hic in eo caſu quando in eadem ciuitate ſunt plures iudices, quorum vnus maior eſt alio, vbi maior iudex poteſt punire minorem, vt C. de offi. rec. prouin potioris. H.

Imperatores.] CASVS. Donatiſtæ dicebant, quod cum Imperatores Chriſtiani iubebant aliquid contra eos, ſubditi obedire non debebant. ſed Aug. ſcribit contra eos, docens quod ſi Imperatores in errore eſſent, & iuberent iuſtos affligi, eis non eſſet obediendum: quia Deus hoc prohibet. & hoc probat exemplo Nabuchodonoſor, qui cum præciperet auream ſtatuam adorari, qui non obedierunt, placuerunt Deo. Si vero Imp. ratores contra hæreſes, & contra hæreticos pro veritate aliquid iubent, qui non obedierit, peccat: & hoc probatur exemplo Nabuchodonoſor, qui præcepit, vt qui cumque blaſphemaret Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, iret in interitum, & domus eius iret in perditionẽ. Poſt miracula præcepit Nabuchodonoſor vt Sidrac, Miſac, & Abdenago, adorarent ſtatuã auream, & quia facere noluerunt, præcepit eos mitti in fornacem ardentem: ſed quia ignis non nocuit eis, ideo poſtea præcepit, vt nullus Deum eorum blaſphemaret.

Exſufflari., & a vobis, & ab illis quos rebaptizatis.

d ¶ *Exſufflari.*] Sicut enim noſtri ſacerdotes exſufflant in baptiſmo diabolum: ſic ſacerdotes hæreticorum Chriſtum, vt 23. qu. 4. quando. & de conſec. diſt. 4. poſtea.

IVLIANVS. CASVS. Iulianus Imperator, & apoſtata habebat ſub ſe milites Chriſtianos, qui ſi præcipiebat eis, vt idola colerent, vel alia mala facerent, non obediebãt: ſi vero præcipiebat eis, vt contra hoſtes pro republica dimicarent, obediebant ei.

Quid ergo.] CASVS. Docet in hoc cap. Gregor. quod homo peccator in hac vita præſenti debet ſuo prælato in bono obedire: & hoc probatur exemplo Chriſti, qui vſque ad mortem patri obediuit. Docet etiam quod bonum mediocre debet ſubditus propter obedientiam dimittere: quod probat exemplo Adæ, cui Dominus præcipit, vt ab eſu arboris paradiſi abſtineret: non quia arbor mala eſſet, ſed vt a bono mediocriter prohibitus, per obedientiæ meritum creſceret. Si vero prælatus malum præcipiat, numquam eſt ei obediendum.

e ¶ *Breuitate.*] breue enim dicitur tempus vitæ huius. 23. quæſ. 4. ipſa pietas. & de pœ. diſtin. 5. conſideret.

f ¶ *Interim iti.*] " nota pro obedientia omitti bonum, vt hic, 21. di. denique. & ff. de re mili. l. 3. §. in bello. & 16. q. 1. monachi. Item pro obedientia bonũ eſt pati etiam quod iniuſtum eſt. ſi. 100. diſt. contra morem. & licet

nec contra Apoſtolos, nec contra prophetas, vel ſanctorum patrum inſtituta aliquid vllo modo agere conſentit.

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

¶ Et qui peccat, & qui peccanti conſentit, vterque reus eſt. C. XCVI.

Ita corporis tui cedere motibus conſenſiſti, & relaxatis voluptatum habenis temetipſum in lacum miſeriæ, & in lutum fecis prohibitum deieciſti, vt qui poſitus fueras ad gubernationem populorum, effectus ſis ruina multorum.[a] Probat[a] hoc Thiegualdi, & Guntharij dudum epiſcoporum legitimus caſus: qui pro eo quòd te minime competenter erudierunt, quinimo quia præuaricationem tuam tegere argumentis ſuis, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt, noſtra ſunt Apoſtolica depoſiti auctoritate, & ab omni epiſcopatus regimine regulariter ſequeſtrati.

Idẽ Auguſtinus ſermone 6. de verbis Domini.

¶ De eodem. C. XCVII.

Qvi reſiſtit poteſtati [b], Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid† ſi illud iubeat, quod non debeas facere? Hic ſane contẽne poteſtatem timendo poteſtatẽ. Ipſos humanarum legum † gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator, nonne faciendum eſt? tamen, ſi contra proconſul† [c] iubeat, non vtique cõtemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælata eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe proconſul iubeat, & aliud iubeat Imperator, numquid dubitatur illo contempto, illi eſſe ſeruiẽdum? Ergo, ſi aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributum: eſto mihi in obſequium: recte, ſed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior poteſtas. Da veniam: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam tibi aſſumenda eſt fides tua tamquam ſcutum, in quo poſſis omnia ignita iacula inimici extinguere.

¶ *Emendatum & locupletatum eſt caput hoc ex ipſo originali.*

Item Donatiſtis, epiſt. 166.

¶ De eodem. C. XCVIII.

Imperatores, ſi in errore eſſent (quod abſit) pro errore ſuo cõtra veritat. in leges darent: per quas iuſti & probarentur, & coronarentur, non faciendo quod illi iuberent, quia Deus prohiberet. Sicut iuſſerat Nabuchodonoſor, vt aurea ſtatua adoraretur: quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerũt. Quando autem Imperatores veritatem tenẽt, pro ipſa contra errorem iubẽt. Quod quiſquis contempſerit, ipſe ſibi iudicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deum ſortem† non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipſa veritas iuſſit: ſicut ipſe Nabuchodonoſor poſtea miraculo ſalutis trium puerorum commotus, atq; mutatus pro veritate contra errorem, edictũ propoſuit, vt quicumq; blaſphemarent Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitũ irẽt, & domus eorum in diſperſionem. Et non vultis, vt aliquid tale contra vos iubeant Imperatores Chriſtiani, cum ſciant a vobis in eis, quos rebaptizatis, Chriſtum exſufflari[d]; *Idem in pſalmis.*[5] ¶ Iulianus extitit infidelis Imperator. Nonne extitit apoſtata, iniquus, idololatra? Milites Chriſtiani ſeruierunt Imperatori infideli. Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant, niſi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat, vt idola colerent, vt thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gẽtem, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant dominum æternum à domino temporali: & tamen ſubditi erant propter dominum ęternum, etiam domino temporali.

Item Gregorius c. 12. libri 35. in Iob.

¶ Per obedientiam bonum deterere, malũ vero numquam facere licet. C. XCIX.

Qvid ergo mirũ, ſi homo peccator, ſe obedientiæ in pſentis vitæ breuitate[e] ſubiicit, quãdo hanc mediator Dei & hominũ tenuit, & tenẽdam præcepit, & cũ obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum vero eſt, quod numquã per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti. [f] Neque enim in paradiſo arbor mala extitit, quã Deus homini, ne contingeret, interdixit: ſed, vt melius per obedientiæ meritum homo bene cõditus creſceret, dignum fuerat, vt hunc etiam à bono prohiberet: quatenus

a Sub. ideo ei obediebatur ar. 3. q. 7. c. vlt. in fi. 17 q. 4. §. vlt. &

b Iuo p. 8. q. 127.

Pſal. 36.

a T. ea. Tengualdum.

3 Beda Rom. 13. Polyc. l. 5. ti. 27.

† Sed ſi] ori. Rom. 13.

† al. iter. in.

† al. proconſulem.

"Monachus abbati potius quam epo obedire d3 & ſuã potius eſt monach' ſub abbate, quam vxor ſub viro, vt not. 33 qu. 1. nobis. Archid.

Epheſ. 6.

4 T. di 9. e. 1. Polye. ibid.

Dan. 3.

† al. frontem.

5 in Pſal. 124 ver. Quoniam nõ derelinquet] Beda ad Epheſ. 6. ſ. e. Iulianus. Iuo p. 5. c. 7.

"obedientia eſt ſumme neceſſaria.

licet iſte iniuſtè facit præcipiendo: iſte tamen iuſte facit parendo. 23. qu. 1. quid culpatur. in fi. & adimplere tenemur præceptum, licet vix tolerabile. 19. diſt. in memoriam. Sed quid ſi eps præcipiat alicui, vt eat Romam, & ille ſe excuſat, ideo quia alij inueniuntur meliores? Hæc excuſatio non valeat[a]. quia in legationib. ordo non eſt ſeruandus, vt ff de legat. ſciendum. §. pen. & eſt hic arg. quod ſi clericus vouerit iter peregrinationis, quod non poteſt ire inuito epiſcopo. de conſ. diſt. 5 non oportet.

a Ad idē quod leg & no. 23. q. 1. c. vlt. vbi de hoc vide, & quod leg & not. 16. q. 1. nos autem. Arch.

QVi conſentit.] CASVS. In hoc c. tractatur de duobus generib. conſenſus in malum. ſcil. de conſenſu cooperationis, & de conſenſu illius, qui hominem in malo defendit. Primus conſenſus pariter cum faciente punitur, ſecundus magis. Et hoc probat duabus auctoritatib. ſanctorum patrum, quæ ſunt in libro quem dicunt, vitas patrum.

1 Smaragd. c. 69.

2 Anſ. l. 12. c. 5. Burc. l. 11. ca. 46. Ivo p. 14. c. 110.

a ¶ Qui conſentit.] per cooperationem, & auctoritatem. vt 2. quæſ. 1. notum ſit. in fine.

ADDITIO. Aliàs eſt conſenſus per negligētiam. 1. qu. 1. quidquid. alias per conſilium, ſiue per approbationē. Archid.

b ¶ Acrius.] j. 24. qu. 3. qui aliorum. ſ. 86. diſt. tanta.

SI is qui.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod nullus ex præcepto prælati debeat aliquid facere quod contra Dominum: & hoc probat auctoritate Pauli dicētis, Et ſi nos, &c. Seq. duo c. plana ſunt.

c ¶ Etiam ſi nos.] ergo aliquis ſeipſum vel ſibi parem excommunicare pt, vt hic, & 12. qu. 2. non liceat. 21. diſt. nunc autem. " Sed contra: par in parem non habet imperium, vt 21. di. inferior. ext. de ele. innotuit. nec aliquis in ſeipſum habet imperium, vt ff. de arb. l. pe. Sed dic quod p hæc verba non anathematizauit, ſed tantum dixit eum eſſe anathematizatū, i. ſeparatum ab eis, vt ei non eſſet credendum, vel oſtendit per hæc verba quid fieri debeat. Et eſt ſimile, quod non ſemper eſt credendum viro ſancto. 50. diſt. ſi quis præpoſtera.

e¹ Excōicare ſeipſum nemo poteſt.

Gal. 1.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis ca. dicens, quod ſi ſubditi excommunicentur a prælato: quia non obediunt ei in malo, tali ſententiæ non obediendum: quia iniqua ſententia non grauat quemquam apud Deum. Et oſtendit, quòd ſupradicta c. in quib. communicantes excommunicatis ab eccleſia ſeparari iubentur, non intelliguntur de quibuslibet communicantibus. quod probat ſequentibus c. Sententiæ excommunicationis, vt ob hoc faciat malum quod præcipitur, ei tamen eſt obediendum, quia ſe debet gerere pro excommunicato, & petere abſolutionem, vel ſententiæ præceptis.

d ¶ Cogi non poſſunt.] " Quid ſi epiſcopus dicat, excommunico te, & abſoluo te, an potius ſit excōicatus quam abſolutus? Duæ hic ſententiæ videntur, ſicut plura ſunt præcepta iudicum, vt extr. de dol. & cont. cum dilecti. ſicut plures ſunt ſtipulationes cum promittitur hoc & illud ff. de ver. ob. ſcire debemus. & l. quod dicitur.[b] Dic quod nulla eſt excommunicatio, propter ſui contrarietatem. Si autem diuerſæ ſententiæ ex interuallo proferuntur, valet vtraque. Item quid dices ſi dicas, excōico te vel abſoluo? Dic quod ſi ante non erat excommunicatus, modo eſt excoicatus: ſed ſi fuit ante excommunicatus, modo eſt abſolutus. Ioan. Ego dico, quòd talis prælatus præſumitur fatuus, & pro eodem habetur ac ſi non tuliſſet ſententiam, vt extr. de ſucceſ. ab intes. cum dilectus. B. Item pone mandatum eſt duobus vt excommunicent aliquem, vt vnus dixit, excommunico te, ſi ille non excommunicat te. Dic quòd ſi ambo illa verba proferunt, nō eſt excommunicatus. Io. contrarium credo. B. Item, quid ſi indeterminate dico, excommunico alterum illorum, numquid ambo ſunt vitandi? videtur quod ſic, quia in genere poteſt ferri excommunicatio. extra de oſ. or. ſi ſacerdos.

n Excōico te & abſoluo te, an liget vel abſoluat.

b Sub. quod ſic hī quod abſoluto, & cū abſolutio vltima fuerit, ſecūdum P. & idem ſemit Io. de Fant.

tanto verius hoc, quod ageret, virtus eſſet, quāto & à bono ceſſans auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet.

a ¶ Tenuit, & tenendam præcepit.] Hæc ab ſunt à pleriſque manuſcriptis & ab originali. Simile quiddam legitur apud B. Auguſt. num ſermone 5. ad fratres in eremo. Nec mirum inquit, ſi nos peccatores obedientiæ ſubiicimur, quando hanc mediator Dei & hominum etiam in morte non deſeruit, & ei ſe ſubiecit, qui per omnia erat patri æqualis.

Item Iſidorus.[1]

¶ Apud Deum maledicitur, qui peccantibus conſentit. C. C.

[2] QVi conſentit[a] peccantibus, & defendit aliū delinquentem, maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima. Hinc etiā quidam ſanctiſſimus pater ait: Si quis peccantem defendit, acrius [b] quā ille, qui peccauit, coerceatur. Hinc & alius pater ait: Si quis alterius errori conſenſerit, & illi conſiliū dederit, vt ſe tardiùs humiliet, ſciat ſe cum illo ſimili modo iudicandum culpabilem.

¶ *Prima pars huius capituli uſque ad uocem,* ſeueriſſima, *habetur in regula B. Pachomij Romæ edita. Totum uero extat apud Smaragdum in expoſitione regulæ D. Benedicti, cap. 69. Citat autem Taſſium quemadmodum & Burchardus & Ivo: & ſeaſus eſt in regulis ipſius Baſilij breuioribus trigeſima ſeptima,*

Item Iſidorus.

¶ Non eſt obediendum, quod contra Deū præcipitur. C. CI.

SI is, qui præeſt, fecerit, aut cuiquam quod à Domino prohibitum eſt, facere iuſſerit, vel quod præceptū eſt, præterierit, aut prætetire mandauerit, ſancti Pauli apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt, dicentis [Etiam ſi nos[c], aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquā quod vobis euangelizauimus, anathema ſit. *Idem.* ¶ Si quis[a] prohibet vobis, quod à Domino præceptum eſt, vel rurſus imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis ſit omnibus, qui diligunt Deum. *Idem.* ¶ Is, qui præeſt, ſi præter voluntatem Dei, vel præter quod in ſanctis ſcripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat, tanquam falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus habeatur.

¶ *In regulis breuioribus B. Baſilij c. 114. & 303. ſimillima leguntur hiſce omnibus, quæ in hoc cap te continentur.*

a ¶ Si quis prohibet.] *In lib. D. Baſilij de inſtitutis monachorum. Rufino interprete ſere eadem habentur, c. 24. quemadmodum ultimus uerſ.* is qui præeſt, *habetur in c. 16.*

Cum ergo ſubditi excommunicantur ideo, quia ad malum cogi non poſſunt[d]*, tunc ſententiæ non eſt obediendum: quia iuxta illud Gelaſij*[3]*. Nec apud Deum, nec apud eccleſiam eius quemquam grauat iniqua ſententia.*

§ Quòd autem ſupra, communicantes excommunicatis de eccleſia abiici iubentur, nō de quolibet modo communicantibus intelligendum eſt.

3 ſ. e. cui eſt illatum.

Vnde Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo.

¶ De his, qui cum excommunicatis communicant. C. CII.

[4] EXcellentiſſimus rex Carolus Apoſtolatum noſtrum cōſuluit, quid agēdum ſit de his, qui communicant cum his, qui cum Engeltruda ſæpe damnata femina communicant[e]: quoniam eam cum cōmunicatoribus ſuis, & fautorib[e] pari vinculo anathematis conſtat eſſe adſtrictam.[5] Quapropter nūc beatitudini tuæ iniungimus, vt ſuper hoc noſtra auctoritate fretus curam de his ſumere ſtudeas: & quia docta diuinitus ſanctitas tua valde nouit aliud eſſe ex neceſſitate, aliud ex ignorātia, atq; aliud, quod ex ſtudio delinquitur, iſtudq; poſterius duobus prioribus diſtrictiùs eſſe puniendum, idcirco ſolerter inuigilet, & cauta diſcretione ſingulorum modos diiudicet: quatenus, qui ex neceſſitate, aut ignorantia delinquūt, auctoritate noſtra per te abſoluantur[f]: ſi tamen ipſa eorum ignorantia, vel neceſſitas vera, & non ſimulata, vel non ex voluntate[g] proceſſerit: quia, vt bene noſti, plerique ſunt, qui poſsūt quidem, ſed nolunt recta noſſe. Vnde pſalmiſta de huiuſmodi [Noluit, inquit, intelligere, vt bene ageret.] Illos autem, qui ſtudio ſuo obligantur, & contemptu interdicta noſtra poſtponunt, non niſi digna ſatisfactione præueniente volumus à te prorſus abſolui.

4 Ivo p. 14. c. 46. Panno. l. 5. c. 106.

5 B Greg. l. 3. [illegible]

Pſal. 35.

Item Gregorius vij. lib. 5. Regeſti, in concilio Romæ habito.

¶ De iis qui ſine culpa cum excommunicatis communicant. C. CIII.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 8. pars. quæſ. in qua excipit quaſdam perſonas quæ non ſunt excommunicatæ, quāquam excommunicatis communicent, dum tamen in crimine non communicent eis: & hoc probat per quatuor aucto. Io. de Fant.

EXcellentiſſimus.] CASVS. Engeltruda fuit excommunicata cum omnibus ſuis communicatoribus & fautoribus cum quibus fautorib. quidam communicabant ex neceſſitate: quidam ex ignorantia: quidam ex voluntate. vnde Carolus quæſiuit a Nicolao, quid de his faciendum ſit. Nicolaus vero ſcribit non Carolo, ſed Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo, & præcipit, vt cōmunicantes ex neceſſitate vel ignorantia, abſoluat auctoritate Apoſtolica, niſi ignorantia illa, vel neceſſitas ex voluntate, vel ex ſimulatione proceſſerit. ſponte vero communicantes non abſoluat, niſi digna ſatisfactione interueniente abſoluantur de facto: quia reuera excommunicati nō ſunt, vt j. capit. proxim. Vel poteſt dici, quòd antiquo iure excommunicati erant, ſed hoc corrigitur per ca. prox. quoniam multos.

e Sub. quod reuera excōicati nō ſunt, vt j. c. prox. vel pt dici, quod antiquo iure excōicati erat, ſed corrigitur p c. j. prox. quoniam. ſecūdum B.

e ¶ Qui communicant.] non intelligas, quòd hæc excommunicatio tranſit in tertiam perſonam: quia ipſa cum ſuis communicatoribus omnibus fuit excommunicata. vnde illi communicantes intelliguntur nominatim excommunicati, vt extra de ſent. excōmunicat. quod in dubiis.

f ¶ Abſoluantur.] id eſt, abſoluti iudicentur[a]. ſic 24. qu. 1. audiuimus.

g ¶ Vel non ex voluntate.] ſic ff. quod metus cauſa mulier.

Quoniam

1 Iuo p.14.c. 43 Pan.l.5.c. 183.

QVoniam [a] multos peccatis noſtris exigentibus pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia[b], partim nimia ſimplicitate[c], partim timore, partim etiam neceſſitate[d]: deuicti miſericordia anathematis[e] ſententiam ad tempus[f], prout poſſumus, opportunè temperamus[g]. Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus: videlicet vxores[h], liberos, ſeruos, ancillas, ſeu mãcipia, necnon ruſticos ſeruientes, & omnes alios, qui nõ adeo curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera[i] perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicatis cõicant, ſiue illos qui cõicant cũ eis qui excommunicatis communicant. Quicumque autẽ orator, ſiue peregrinus[k], aut viator in terram excõicatorum deuenerit, vbi non poſſit emere, vel non habeat vnde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et ſi quis excommunicatis nõ† in ſubſtentationem ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa dare[l] aliquid voluerit, non prohibemus.

† al. in ſubſtẽtatione, non ſuperbiæ.

Item Boniſacius Martyr Zacharia Papæ in epiſt quæ incipit [*Paterna.*]

¶ De Bonifacio, qui excommunicatis, & [a] pſeudoepiſcopis ſe non communicaturum iurauit. C. CIIII.

[a] ¶ *Et pſeudoepiſcopis.*] *Hæc in. l quæ vetuſtis antea legebatur*, excommunicatis à pſeudoepiſcopis.

2 Iuo p.2.c. 93.

[2] ANteceſſor prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbũ Dei Germanicis gentibus iniſit, ſacramento[m] me conſtrinxit, vt canonicis, & iuſtis epiſcopis, & presbyteris in verbo, facto, cõſenſu adſtipulator[n] fierem, & adiutor (quod cum diuina gratia adimplere ſtudui) falſos autẽ ſacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem à cõione ipſorum: quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire, & implere non potui: ſed ſpiritualiter[o] impleui ſacramentũ, quia in cõſenſum, & in conſilium eorũ non venit anima mea: corporaliter autẽ ab eis omnino abſtinere non potui. Dũ enim veniſſem ad principem Francorũ cogente eccleſiarum neceſſitate, nõ tales ibi reperi, quales volui: ſed tamen in ſancta cõione corporis Chriſti illis non communicaui.

¶ Epiſtola in qua habetur capitulum hoc edita eſt per Laurentium Surum in vita ſancti Boniſacij legati Germaniæ, & martyris. Emendata vero eadem ex tam manuſcripta Romæ in bibliotheca monaſterij Dominican.

Item Zacharias Papa Bonifacio martyri in epiſtola, cuius initium eſt: [*Benedictus Deus.*]

¶ Excommunicatis non communicat, qui eis animo non conſentit. C. CV.

3 Iuo p.2.c. 96.

[3] QVod p[p] prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius huius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ præſul, dum ad prædicãdum verbum Euãgelij tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus, & gẽtibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit ante eſſe munitam†: ita vt orthodoxos epiſcopos, presbyteros, vel quoſcunque reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos[q], amplius cõfir-

† al. munitã.

QVoniam multos.] CASVS. iſte tripliciter ponitur ab H. qui notatur etiam in apparatu. Sed ego Bart. Brix. ſine præiudicio melioris ſententiæ hunc caſum ſic intelligo. Quidam communicabant excommunicatis tempore Gre. vij vel ignorantia iuris, vel propter nimiam ſimplicitatem: quidam timore vel neceſſitate, nec curabant poſtea petere abſolutionẽ: quos cũ videret Greg. ſine abſolutione decedere, antiquũ rigorem excõicationis temperauit, excipiens ab hac excõicatione quaſdam perſonas, ſc. vxores & filios, ſeruos & ancillas, mancipia, ruſticos & ſeruientes excommunicatorum & eorum curiales: dummodo ſupradictorum conſilio ſcelera nõ perpetrentur: excipit [illegible] qui ignorãtia facti participant excõicatis & eos qui tranſeunt per terram excommunicatorum. In fin. dicitur, quod non prohibetur aliquid dari excommunicato intuitu pietatis. Beneu. etiam hunc caſum ſic ponere videtur. *Ad tempus.* i. propter tempus futurum, vel propter defectum noſtri temporis.

a ¶ *Quoniam.*] quidam ſic ponunt hunc caſum: Aliquis propter enorme crimen fuit excommunicatus, & propter enormitatem criminis prohibebatur tempore Gregorij quod nec filius, nec vxor, nec aliquis de familia ei cõmunicaret: & hoc licite potuit fieri, vt dicunt, per id quod eſt 24.q.3.ſi habes. ibi, *Niſi grauiſſime commoueret*, ſed cum Gregorius videret eos contemnere talem excommunicationem, temperauit ſententiam circa familiam. & ſecundum hoc expone, *perire*, propter cõtemptum: quia non petebant abſolutionem.

b ¶ *Ignorantia.*] facti craſſa & ſupina.

c ¶ *Simplicitate.*] iuris errore.

d ¶ *Neceſſitate.*] quæ vitari poterat, vel etiã ineuitabili. ſed certe Inno ponit hanc quæſtionem, & eam non ſoluit, ſ. vtrum pro enormi delicto tota familia ſit vitanda. extr de ſent. exc. inter alia. in fin. & præterea hoc ſtatutum non eſſet generale, ſed tantum in vno caſu quando quis committeret crimen enorme. Alij ſic ponunt caſum. Apoſtolus ait: ſi qui fratres nominantur, cum his nec cibum ſumere licet, & illa ſententia ad omnes fideles extendebatur, vt 3.eadem ad menſam. vnde vſque ad tempus Gregorij tenebatur, quòd familia excommunicatorum videbatur ſaltem in ſacramentis. hunc nimium rigorem temperat hic Greg. nec enim quò ad eccleſiam triumphantem ligatæ erant tales perſonæ, nec etiam credendum eſt Apoſtolum voluiſſe vxorem ſeparandam eſſe à viro. & ſecundum hoc expone, perire, i. puniri ab eccleſia in ſacramentis. Tertius caſus melior videtur. Ante tempus Gregorij omnes qui in hoc c. continentur, ipſo iure erant exempti ab excommunicatione, licet communicarent excommunicatis: ſed quidam ſimplices credebant ſe excommunicatos, ſi communicarent dominis ſuis, vel vxores maritis, nec tamen petebant abſolutionem: & ſic peccabant mortaliter propter conſcientiam læſam, quia omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. 28.q.1.§. ex his. & melius extra de ſimp. c. per tuas: Dat ergo hic Greg. conſtitutionem, quòd tales non ſunt excommunicati habendi: & expone perire propter conſcientiam ignorantia facti, id eſt, ignorauerunt eos fuiſſe excommunicatos, & tamen eis ignoranter communicauerunt. & credebant [illegible] teneri, nec petebant abſolutionem.

"excõicatis ſine periculo cõicat eorũ familia.

e ¶ *Anathematis.*] improprie ponitur, id eſt, ſimplicis excõicationis

f ¶ *Ad tempus.*] ſcilicet futurum.

g ¶ *Temperamus.*] i. temperata eſſe oſtendimus. "Eſt ergo hoc verũ, quod nunquã familia excõicanda eſt propter delictum dñi, niſi forte vt dixi propter enormitatem ſceleris, vt 24.q.3.ſi habes. vbi dicit Augu. Niſi grauiſſime commoueret, nunquã excõicarem filium pro delicto patris. Sed nonne tota familia Bonifatij fuit pro eo excõicata, quia oblationes familiæ ſuæ non recipiebantur, vt 17.qu. 4. miror. Sed dic quod tñ in ruborem domini non recipiebantur oblationes familiæ: ſicut non recipiuntur oblationes raptorũ & diſ. ordãtium & impœnitentium, licet non ſint excommunicati, vt 90. diſt. oblationes.

"Familia pro dñi delicto non eſt excõicanda.

h ¶ *Vxores.*] ſed nunquid vir excõicatus poteſt petere debitũ ab vxore? dicit H. quod nõ: ſed ipſe tenetur reddere, quod cõcedo." Sed ſi petat vir mulierem in iudicio, & ipſa obiicit ei excõicationem, iudex tenetur ex ſuo officio reſtituere ei mulierem, cũ in hoc caſu poſsit ei cõicare. vnde credo quod tenetur ei debitum reddere. Hoc tamen ſcias, quod ſi filius eſt excõicatus vel ſeruus, non debet pater vel dominus cõicare ei, vt 27. queſt. 1. de filia. ſi filius ſit in poteſtate patris, tenetur filius cohabitare ei. ſed ſi eſt emancipatus, tunc tenetur filius vitare patrem. huic tamen obſtat. 22. qu. vlti. de forma. vbi eadem fide eſt ſuperior inferiori adſtrictus, quã e contrario. Ea tamen quæ hic dicuntur, non tenent in clericis, quia ſemper debent vitare ſuum epiſcopum excommunicatum, vt 93. diſtin. miratus. quia non ſunt ita adſtricti epiſcopo vinculo naturæ, ſicut filius patri.

Gen.19.

" Excõicationẽ opponere viro vxor nõ põt.

i ¶ *Scelera.*] i. ſi tales ſunt qui non ſeruiunt ei in crimine, in quo nec filius nec vxor excuſatur, vt ext. de ſen. exc. inter alia.

k ¶ *Siue peregrinus.*] ext. eo. ſi vere.

l ¶ *Dare.*] dummodo non ſit eccleſiaſticum ſtipendium[a], vt extr. de cle. exc. mi. poſtulaſti. & eſt ſi. 42. diſt. quieſcamus. quia eleemoſyna nulli eſt denegãda. 86. diſt. paſce.

aNo. contra id quod no. Bec. cõpoſt. extr. de cle. quod ſicut.

ANteceſſor.] CASVS. Gregorius miſit Bonifacium martyrem ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus, ſed eum ſacramento adſtrinxit, vt verbo & facto bonis ſacerdotibus communicaret, falſos vero & hypocritas vel corrigeret, vel declinaret: quòd ex parte ſeruauit, & ex parte ſeruare non potuit. nam cum veniſſet in Franciam, non potuit facere quin excommunicatis communicaret neceſsitate cogente, non tamen in ſancta communione corporis Chriſti illis communicauit. de quo cum putaret ſe obligatum, conſuluit Papam Zachariam. Zacharias vero reſcribit ſibi ſequens c. quod prædeceſſor. in quo ſupradicta narrat dicens, quòd ex tali communione neceſsitatis nullum contraxit detrimentum: ex quo anima eius conſilio vel conſenſu iniquitatis eorum non eſt coinquinata.

m ¶ *Sacramento.*] ſacramentum forte ideo requiſiuit ab eo, quia habuit eum ſuſpectum, vel ad cautelam.

n ¶ *Adſtipulator.*] id eſt, confirmator.

o ¶ *Sed ſpiritualiter.*] Ar." ſufficit quòd quis non faciat contra mentem reſcripti, licet faciat contra verba. ſic 22. q. 2. ne quis. & qu. 5. humanæ. ff. de in ius voc. quamuis. Hic enim verbo tenus exceſsit fines mandati: & habemus hic quòd iuramentum pro parte valet, & pro parte non. 22. q. 4. inter. ſic donatio. 12. q. 2. ſi quos.

" Reſcriptũ quantum ad verba quãq; nõ ſeruatur.

p ¶ *Quod.*] ſupple ſcripſiſti nobis.

q ¶ *Perfectos.*] " hic habes quòd perfectum amplius poteſt perfici. vnde licet matrimonium dicatur perfici per carnis copulam, nõ ideo

"Perfectum amplius perficitur.

ideo prius fuit imperfectum. Et ex hoc eſt arg. quòd excommunicatus amplius poteſt excommunicari.

a ¶ *Animatus.*] ſufficit ergo menta iter aliquid impleri, etiam ſi non corporaliter adimpletur, vt 23. q. 4. recedite. Item arg. q. in obligationib. bonæ fidei plus eſt intelligendum quàm verbis exprimatur. 23. q. 5. ſi non licet. 32. quæſt. 4. meretrices. Item arg. q. ſi iuraui amodo non accedere ad concubinã meam, q. per hoc non excluditur mihi licitus matrimonialis coitus. ar. 31. qu. 1. illud. nam ſi liberta iurauit non nubere, de illicitis nuptiis intelligitur. ff. de iur. pat. adigere. §. vlt.

EXCOMMVNICATIONIS. Hæc eſt nona pars q. in qua quæritur qualiter quis debet anathematizari, & abſolui, & de hoc ponit quattuor capitula. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta eſt mentio de excõicatione, q quia indiget reconciliatione, ideo Grat. oſtendit quæ ſit forma vel modus recõciliationis: prius tamẽ oſtendit quæ ſit forma excommunicationis.

D*Ebent.*] CASVS. Dicitur hic quòd q. eps facit ſolennem excõicationem, duodecim ſacerdotes debent epiſcopum circumſtare, tenentes candelas ardẽtes in manib. ſuis, & in fine anathematis eas debent proiicere, & pedib. conculcare: & poſtea epiſtola per parochias debet mitti continens nomina excommunicatorum, & cauſam excommunicationis.

b ¶ *Debent.*] ſed cum dicit, excommunico te, videtur q. de nunori ſit intelligendum. ar. extr. de cen. ex parte. ff. de leg. 3. nummis. ff. de re. iu. ſemper in obſcuris. & ff. de pœn. ſi præſes. Nã maior ſemper ſpecificanda eſt. ar. 3. q. 4. Engeltrudam. Io. ſed certe a verbis non eſt recedendũ. vt ff. de lega. 3. non aliter.

c ¶ *Conculcare.*] nec poſtea ſumentur ad aliquem vſum, ſed foras proiicientur, vt ſal infatuatum. 2. qu. 7. non omnes.

C*Anonica.*] CASVS. Hic docet concilium Arauſicum, qualiter epiſcopus ſententiam excommunicationis formare debeat & proferre, ſ. hoc modo: Tales violatores eccleſiarum autoritate Dei & iudicio ſanctæ ſynodi a gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & a cõſortio totius Chriſtianitatis excludimus donec reſipiſcant, & eccleſiæ ſatisfaciant. & dicit. H. & Beneu. q. ſacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati. ar. 12. q. 2. indigne. 17. qu. 4. quiſquis. Sed tunc temporis erant quidam ſacrilegi & violatores eccleſiarum quos concilium excommunicauit.

d ¶ *Violatores.*][**] videtur hic q. omnes ſacrilegi ſint ipſo iure excõmunicati, vt extr. de ſen. exc. cum pro cauſa. ſecundum hoc eſt contra 17. q. 4. quiſquis. 12. q. 2. indigne. Dicas quod violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati[a], non, vt extr. de ſent. excom. conqueſti. & 17. q. 4. omnes. & hic de illis loquitur[b].

[**] Sacrilegi an ſint ipſo iure excommunicati.

mares, & eis cõmunicares (quod & factũ eſt:) ſi quos vero ſeductores epiſcopos aut pſeudopresbyteros, vel quoſq; à recto fidei tramite deuiantes reperiſſes: nulla tibi cum eis eſſet communio: quod te ſolatiante Deo vſque ad præſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſus es: vel ſi omnino propter principalem, & humanum fauorẽ gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti, cogente eccleſiarum Dei neceſſitate: & tamen in eorũ conſilio, & conſenſu communionis anima[a] tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc quòd cũ eis conuerſatus es non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo.

¶ *In epiſtola præcedunt hæc uerba.* Suggeſsit itaque ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus, quòd præceſſor noſter, &c.

9 ***Excommunicationis autem forma, & modus, atque reconciliationis hic eſt.***

Modus, & forma excommunicationis. C. CVI.

[1] DEbent[b] duodecim ſacerdotes epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis, vel excommunicationis proiicere debẽt in terram, & conculcare [c] pedibus: deinde epiſtola per parochias mittatur continens excõicatorum nomina, & cauſam excõmunicationis.

1 Bur. l. 11. c. 3. Iuo p. 14. c. 76.

¶ *Apud Burchardum & Iuonem ea quæ in hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia citantur ex concilio Rothomagenſi. In collectione uero canonum incerti auctoris manuſcripta, iiſdem uerbis quibus hic, refertur ex Zacharia Papa.*

Item ex concilio Arauſico.

¶ De eodem. C. CVII.

[2] CAnonica inſtituta, & ſanctorum patrum exẽpla ſequentes, eccleſiarum Dei violatores[a][d] auctoritate Dei, & iudicio ſancti ſpiritus à gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & à cõſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quoaduſque reſipiſcãt, & eccleſiæ Dei ſatisfaciant.

2 Bur. l. 11. c. 7. Iuo p. 3. c. 116.

a ¶ Violatores.] *In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duabus uetuſtis Gratiani codicibus ſequitur. N. Ab aliis tamen Gratiani exemplaribus, & ab Iuone abeſt nota iſta.*

Item ex eodem.

¶ Modus reconciliationis excommunicatorum. C. CVIII.

C*Um aliquis.*] CASVS. Hic docetur qualiter & cum quibus ſolennitatib. epiſcopus anathematizatum debeat reconciliare. Plana eſt tota littera, & per te videbis.

[3] CVm aliquis vel excõmunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emendationem promittit, epiſcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas eccleſiæ venire debet, & duodecim [e] presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circũſtare debent.[a] Et ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat, & de futuris [f] cautelam [g] ſpondet, tunc epiſcopus apprehenſa manu eius dextera, in eccleſiam illum introducat, & communioni Chriſtianæ reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet cum iſtis precib[9], Kyrie eleyſon, Pater noſter, Saluum fac ſeruum tuum, *Oratio*, Præſta quæſumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorũ veniã cõſequendo reddatur innoxius. Per. &c.

3 Bur. l. 11. c. 8.

a ¶ Debent.] *Apud Burchardum, qui etiam ex concilio Arauſico citat. hæc ſequuntur.* Vbi etiã adeſſe debent illi, quibus iniuria, vel damnum illatum eſt, *& multa alia, quæ omnino perlegenda ſunt.*

10 ***Presbyteris vero, qui excõmunicati ſacrũ miniſterium contingere præſumunt, quæ pœnitentia ſit imponẽda, Ioannes octauus clero, & ordini Salonitano† ſcribens definit dicẽs.***

† al. Salernitano.

¶ Quæ ſit pœnitentia ſacerdotum, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt. C. CIX.

[4] DE illis presbyteris, qui tempore ſanctiſsimi prædeceſſoris noſtri dñi Papæ Nicolai excõicati ſacrum miniſterium † cõtingere præſumpſerunt, ipſi in ſe dãnationis (ſicut ſacri canones ſtatuerunt[h]) ſententiam intulerunt. Tamẽ, quia miſeratio Apoſtolica veniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinẽ miſericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus: vt ſancta communione ſaginati[i] ſtudeãt tribus continuis annis per hebdomadam omni [a] ſecunda, & quarta, & ſexta feria à [β] vino, & à carne penitus ieiunare, & vltra lugenda nequaquam committere.

4 Iuo p. 14. c. 35. Pan l. 5. c. 104.

† al. myſterium.

a ¶ Omni ſecunda.] *Apud Iuonem, & in aliquot uetuſtis Gratiani exemplaribus legitur.* omni ſecunda, & ſexta feria: *in uno autem,* omni quarta, & ſexta feria.

β ¶ A vino.] *In Panormia eſt*, aut à vino, aut a carne, *apud Iuonem* a vino, aut aceto.

e ¶ *Et duodecim.*] Arg. q. in reſtitutione epiſcopi vel clerici tot interſũt epiſcopi, quot fuerunt in depoſitione. de hoc 35. qu. 9. veniam.

f ¶ *Et de futuris.*] ſi. extra de ſent. excom. ex tenore.

g ¶ *Cautelam.*] ſimiliter ab hæretico reuertente requiritur iuramentum quòd decetero non labetur, vt 1. qu. 7. quoties. & ab incendiario, vt 23. qu. 8. peſsimam. ſimiliter in quolibet horrendo crimine iurabit pœnitens ſe numquam ſimile commiſſurum, 12. qu. 2. de viro. non tamen idem credo faciendum in quolibet mortali peccato: Sed cum hodie ſimplici verbo quis poteſt excommunicari[c], vt extra de eo qui fur. or. re. c. 1.[cc] videtur ergo quod hodie ſimplici verbo poteſt abſolui quis, quia omnis res per quaſcumque cauſas contrahitur per eaſdem diſſoluitur, vt extra de regul. iur. omnis res.

a Ar. ad h. 3. qu. 1. clerici. Arch.

b δ hoc no. 12. q. 2. cũ de noſſitnã & extr. de ſent. ex. tua. & ib. videas. Arc.

c Hoc ſanè intellige, ne contra dicat extr. de ſent. excom. cum medicinalis. Arch.

cc Excõicat[9] an ſimplici verbo poſſit abſolui.

PRESBYTERIS. Hæc eſt 10. pars. quæſt. in qua ponitur quæ pœnitentia debet imponi illis, qui excommunicati celebrauerunt. Ioan. de Fant.

CASVS. ſupra facta eſt mentio de presbyteris excommunicatis, qui diuina celebrare præſumunt. Nunc vero docet Gratia. quæ pœnitentia ſit eis iniungenda.

D*E illis.*] CASVS. Tempore Nicolai quidam presbyteri dũ eſſent excommunicati, præſumpſerunt diuina officia celebrare, quo mortuo cum ipſi pœnitentiam agere vellent, quæſiuit clerus Salonitanus a Papa Ioanne quæ pœnitentia ſit illis ſacerdotibus imponenda. Et reſpondet, quòd de iure deberent deponi, de miſericordia tamen ſedis Apoſtolicæ in ſancta communione permittuntur, ita vt tribus continuis annis in vnaquaque hebdomada in ſecunda & quarta & ſexta feria a vino & carnibus ieiunent, & vltra lugenda non committant.

h ¶ *Statuerunt.*] ſupra eadem, ſi quis epiſcopus. contra vbi eis negatur ſpes reſtitutionis, ſed non negatur quin à Papa[d] poſsint reſtitui.

i ¶ *Saginati.*] pingue verbum de pingui intellectu proceſsit. 44. diſtin. §. fin.

d Sub. nõ ab alio 2. qu. 5. quãto in ſi. 21. q. 4. eſt in iuſta. Lau.

QVI AVTEM. CASVS. hic docet Grat. quòd communicantes excõmunicatis pro modo peccati maioris vel minoris debẽt pœnitere, quod probat ſeq. c.

SAnctis.] CASVS. Quidã cõmunicauerunt excõicatis ex ignorãtia, vel timore, neceſsitate vel voluntate: quare quæſiuit Genebaldus eps Cõſtantienſis ab Vrbano ſecundo qualiter puniri debeant, vel ad ſatisfactionem recipi. Et reſp. q nisi reſipiſcant, anathematizari debent. Si vero ſatisfacere velint, illi qui ignorantia, timore, vel neceſsitate excõicatis participauerunt, ſub minori pœnitẽtia ſunt recipiendi. qui vero voluntate, vel negligẽtia communicauerunt, ita diſtricte ſunt recipiendi, vt ceteris metus incutiatur.

† al. Gebehardo.

1 Iuo p. 14 c. 45. Pan. 1. 5. c. 107.

† al. ipſi

a ¶ *Ignorantia.*] craſſa: quia vere ignorans nõ eſſet excõicatus. vnde lex dicit, Scientiam, non ignorantiam volumus obligari.

† al. oſculõue.

b ¶ *Timore.*] extr. quod metus cau. ſacris.

† al. participium.

c ¶ *Aut negligenter.*] no. negligentiam comparari voluntati. ff. de reg. iu. l. latæ culpæ.

† al. coertione

d ¶ *Coercitione.*] ſed pone, q aliquis laicus iurauit ſe alij laico ſatisfacere: poſt abſolutioné vult ei ſatisfacere corã ſeculari iudice. nũquid iudex eccleſiaſticus pot cognoſcere de iſta ſatisfactione, cum illa ſit cã ciuilis? ſic, ar. extr. de do. inter vi. & vx. de prudentia. extr. de conu. ſer. c. licet. vbi iudex eccleſiaſticus de libertate ſiue de hæreditate cognoſcit, & pronuntiat, & iudex eccleſiaſticus de cauſa natiuitatis cognoſcit, ext. qui fil. ſint leg. c. lator.

Qui autem excommunicatis cõmunicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.

Vnde Vrbanus ij. Genebaldo † Conſtantienſi epiſcopo,

¶ Pro modo peccati puniantur, qui excõmunicatis communicant. C. CX.

¹SAnctis quippe canonib⁹ cautum cõſtat, vt qui excommunicatis communicauerit, excommunicetur. Ipſius † tamẽ pœnitentiæ, atque abſolutionis modos eo moderamine decernimus, vt quicumq; ſeu ignorantia[a], ſeu timore[b], ſeu neceſſitate negotij cuiuſquam maximi, & maxime neceſſarij, eorum ſe cõuictu, ſalutatione, oratione, oſculatione † cõtaminauerit, cum minoris pœnitẽtiæ medicina ſocietatis noſtræ participationem † ſortiantur. Eos vero, qui aut ſpontanee, aut negligenter[c] inciderint, ſub ea volumus diſciplinæ coercitione † [d] ſuſcipi, vt cæteris metus incutiatur.

CAVSA XII.

QVidam clerici propria[e] relinquere volunt, de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentum conficiunt: de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur.

1 Modo primum quæritur, vtrum liceat clericis proprium habere.

2 Secundo, an res eccleſiæ, quæ ab eis datæ ſunt, poſſint conſtare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.

3 Tertio, ſi ante tempus ordinationis ſuæ, qui nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur, an poſſint ea relinquere quibus voluerint, an non.

4 Quarto, ſi de ſua & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur, an vtrique[f] communiter, an ſingulariter eccleſiæ, vel ſacerdoti, iure proueniant.

5 Quinto, ſi teſtamenta liceat eis conficere.

QVidam clerici.] CASVS. In 11. cauſa q. 1. ca. inoliuta & ca. placuit. introduxit magiſter Grat. clericos litigantes de rebus propriis. Sed quia poſſet dubitari, an clerici debeant habere propria, quia prædeceſſores eorum omnia habebant communia, de quib. dicitur, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia: ideo ſupponit hanc 12. cauſam, in qua oſtendit an clerici poſsint propria habere, & annectit de alienatione rerum eccleſiæ, & vtrum clericis liceat condere teſtamenta. Vt autem hæc omnia melius pateant, proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones, in hunc modum dicens: *Quidam clerici. &c.*

e ¶ *Propria.*] ſ. prox. cauſa, qu. 1. in illo c. inoliuta. & ca. placuit. G. induxit clericos litigantes de propriis rebus. Sed quia dubitari poſſet, an poſsint clerici habere propria: ideo ponit hanc cauſam, in qua quærit an clerici poſsint propria poſsidere, & an poſsint res eccleſiæ alienare, & poſsint condere teſtamentum, & vt hæc & alia, &c.

f ¶ *Vtrique.*] id eſt, eccleſiæ & ſacerdoti.

CLerico.] Hæc q. diuiditur in duas par. In 1. probat magiſter per 17. auctor. quòd nullus clericus debet habere propriũ, quod tamen de regularibus intelligitur qui propriis renuntiauerunt. Secunda ibi, *His omnibus.* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quæritur an clericis liceat habere proprium. & hoc ordine procedit Gra. Primo probat, quòd clerici non debent habere proprium. Poſtea contrarium. Et ſcias q clerici qui non abrenuntiant propriis, poſſunt habere propria. j. ea. qu. epiſcopi. manifeſta. ſint manifeſtæ. Si vero abrenuntiauerunt tacite vel expreſſe, non poſſunt habere propria tacite 19. quæſt. 3. nunc autem. expreſſe cum viua voce hoc exprimunt. & hoc teneas quicquid Grat. dicat.

“clerici põt hẽ propriũ. niſi ſe. tacite vel expſſe: tacite vt 19. q. 3. nũc aũt ex. ſſe cũ viua voce hoc exprimũt. B.

g ¶ *Clericos.*] in hac prima qu. ſcilicet an clerici poſsint propria habere, Gratian. alleg. pro & contra: deinde ſoluit in illo § cum ergo. & male.” Dic ergo, quòd poſſunt habere propria niſi renuntiauerint[a] propriis. j. ea. q. 1. ſint manifeſtæ. Sed hoc not. quòd in primitiua eccleſia omnes credentes, ſiue clerici, ſiue laici nihil proprij poſſidebant: ſed communia erant omnia, ſecundum quòd loquitur j. ea. c. 2. & ſi qua capitula contrarium dicant, loquuntur de conſilio, vel ſecundum tempus primitiuæ eccleſiæ vel de iis qui tacite, vel expreſſe renuntiauerunt propriis.

QVÆSTIO. I.

1 ps. CLerico[g] nihil poſſidere, multis auctoritatibus iubetur. †

Ait enim Toletanũ cõcilium quartum, c. 23.

¶ Impuberes, & adoleſcentes in vno conclaui manentes probatiſsimo ſeniori deputentur. C. I.

²OMnis ætas ab adoleſcẽtia[h] in malum prona eſt. Nihil enim incertius, quã vita adoleſcẽtium³. Ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui ĩ clero impuberes †, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno cõclaui atrij cõmaneant †, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant deputati probatiſsimo[i] ſeniori, quem & magiſtrum[k] diſciplinæ, & teſtem vitæ habeant. ¶ Quòd ſi aliqui ex his pupilli[l] exiſtũt, ſacerdotali tutela foueantur: vt & vita eorum à criminibus intacta ſit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis reſultauerint, monaſteriis deputẽtur, vt vagãtes animi, & ſuperbi ſeueriori regula diſtinguantur.

† al. approbatur.

2 Anſ. l. 7. c. 1. Gen. 6. & 8. Prouerb. 30.

3 Cõcor. gl. in ver. auertit § his igitur. aliàs, his itaque inſti. de iur. & iu.

† al. puberes

† al. commorentur.

Item Clemens in epiſtola quinta.

¶ Omnibus clericis communis eſt vita ſeruanda. C. II.

⁴DIlectiſsimis[m] fratribus, & condiſcipulis, Hieroſolymis cum dilectiſsimo fratre Iacobo coepiſcopo habitãtibus, Cle-

4 Anſ. ibid.

OMnis ætas.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. loquitur de impuberib. clericis & adoleſcentib. quorum vita quia ſemper ad malum prona eſt, ideo in vno conclaui omnes manere debent, deputati pbatiſsimo ſeniori, qui magiſter ſit doctrinæ, & teſtis vitæ eorum. In 2. part. loquitur de laicis pupillis eccleſiæ commendatis, quos prælatus eccleſiæ debet in omnib. cuſtodire. Si autem aliqui eorum cum adulti fuerint, luxurioſe viuere voluerint, ſi aliter corrigi noluerint, ponantur in monaſteriis, vt ibi diſtrictius viuant. Secunda pars incipit ibi, *Quòd ſi aliqui.* Et nota, q omnia c. quæ dicunt, q clerici non poſſunt habere proprium, intelliguntur de illis qui renuntiant propriis tacite, aut expreſſe.

h ¶ *Ab adoleſcentia.*] in clericis expectantur 18. anni, & tunc quæritur an velint in ſæculo perſeuerare, vt ſ. di. 28. de his. In monachis 14. vt j. 20. qu. 1. illud.

i ¶ *Probatiſſimo.*] “pupillus enim apud tales educari debet, qui non inſidientur eius pudicitiæ, vt ff. vbi pu. edu. de. l. penul. Vel dic, ſeniori, id eſt, presbytero. 84. di. porro.

“ Pupillus vbi debet educari.

k ¶ *Magiſtrum.*] no. q magiſter prohibere debet teſtimonium de vita diſcipuli, ſimiliter de eius doctrina, vt Cod. de aduoc. diuer. iud. l. nemini. ſic domeſtica teſtimonia quandoque admittuntur. ſic & pater perhibet teſtimonium de filio. 20. q. 3. præſens. ſic & alias 2. qu. 7. cum paſtoris. & j. e. qu. manifeſta. 2. qu. 1. Deus omnipotens.

l ¶ *Pupilli.*] hic de laicis loquitur, qui ſunt commendati eccleſiæ.

l ¶ *Pupilli.*] pupilli, orphani, viduæ, liberti, miſerabiles perſonæ[b] ſpectant ad iudicium eccleſiaſticum, vt 88. diſtin. ca. 1. & 2. & Co. quando Imperator inter pu. & vid. l. vnica. §. quòd ſi pupilli. & 16. qu. 1. generaliter. quæ hic pro contrario ſignantur. Sed dic tutela, id eſt, protectione. Ioan. Credo, quòd ſint de foro vtriuſque B. vnde eccleſia tales tueri, id eſt, nutrire non tenetur: ſed tueri, id eſt, protegere tenetur.

b Idẽ A'c de Im. i l 1 ff de iur. om. iud. col 2. vbi dr q p miſerabilib⁹ perſonis iudex ſe interponere offſi ẽt non imp. oratũ. per l. 1. C. quã imper. inter pub. & vid.

DIlectiſſimis.] CASVS. Hieroſolymis erant quidam qui propriis renuntiauerunt cum ipſis Apoſtolis: ſed non bene ſeruabant. & ideo Clemens Papa ſcribit Iacobo & ſecum habitãtibus, & primo ſalutans eos docet, quòd omnia debent eſſe communia. Et hoc probat ſex rationibus, prima eſt, quia de iure naturali a principio omnia fuerunt communia, ſed per iniquitatem eſt proprietas inducta vt dicatur, hoc eſt meum, illud tuum. Secundo auctoritate Platonis dicentis omnia debere eſſe communia, etiam vxores. Tertio, auctoritate prophetæ. Quarto, exemplo Apoſtolorum. Quinto, exemplo Chriſtianorum primitiuæ eccleſiæ, qui vendebant agros, & pretia eorum dabant Apoſtolis. Sexto, exemplo Ananiæ & Sapphiræ qui mortui ſunt ante pedes Petri: quia mentiti ſunt de pretio agrorum. In fine hortatur eos, vt ab Apoſtolicis regulis non recedant. Prima ratio incipit ibi, *Communis enim vſus.* Secunda ibi, *Denique.* Tertia ibi, *Ecce quàm bonum.* Quarta ibi, *Iſtius enim.* Quinta ibi, *Omnes vero.* Sexta ibi, *Ananias.* Breuius repete. probat ſex rationibus, quòd omnia debent eſſe communia.

m ¶ *Dilectiſſimis.*] ſex rationibus probat omnia eſſe communia. Et nota, quòd Papa hic ſe poſtponit, ſic poſtponitur ſ. 97. diſtin. victor.

a ¶ *Omnium.*

a ¶ *Omnium.*] Vnde Tullius: Dulciſsima rerum poſſeſsio communis eſt. & dicit Philoſophus, " Quietiſsimè viuerent homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſent duo verba ſcilicet, meũ, & tuum.

"Meum & tuũ turbant humanum otium.

b ¶ *Sed per iniquitatem.*] i. per conſuetudinem iuriſgentium æquitati naturali contrarium: ne ſit contra. ſ. diſt. 8. c. 1. Vel per iniquitatem, i. per ſolicitudinẽ, vt ibi, " Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, i. de pecunia, quæ per ſolicitudinem eſt quæſita. 14. qu. 5. §. ſed hoc multipliciter.

"Amicos facere de mammona iniquitatis qd eſt.

c ¶ *Et coniuges.*] non quo ad vſum carnis, ſed quo ad vſum obſequij, vel quo ad dilectionem. 31. di. omnino. Et eſt ar. q̃ verbum generale generaliter intelligendum eſt. 19. di. ſi Romanorum.

Pſal. 132.

a Concord. tex. in l. 1. & ſi. C. quæ res pi. obl. poſſ. & in l. 1. §. cũ vrbẽ. ff. de of. præf. vrb.

d ¶ *Aer.*] Aer communis dicitur quo ad vſum, vt inſtit. rer. diſtin. §. 1. ſed quo ad ius ædificandi cuius eſt ſolum, eius eſt aer vſque ad cælum, vt ff. q̃ vi aut clam l. vlt. in fin. poteſt enim ædificare homo quã altè velit: tamen non excedat vſitatum modum altitudinis, vt C. de ædi. priua. l. 1.

Act. 4.

e ¶ *Cor vnum & anima vna.*] ſ. vt ſint vnici vinculo charitatis.

f ¶ *Poſſidebat.*] Ergo aliquis poteſt poſsidere rem, cuius non poteſt habere proprietatem. arg. contra, ext. de præſc. cauſam. Sed dic poſsidebat, i. detinebat ſicut ſeruus dicitur poſsidere. ff. de acq. poſ. quod ſeruus.

g ¶ *Et Saphira.*] ſ. 23. q. 8. legi. & c. Petrus.

Act. 5.

h ¶ *Propter peccatum.*] " propter peccatum moritur quis cuius, 13. q. 4. ea. vindicta.

" Pctm vitã abbreuiat.

i ¶ *Recordatione.*] alias retractatione.

k ¶ *Præcipimus.*] i. monemus. ſimile 28. qu. 1. ſic enim. videtur tamẽ quòd hoc fuit præceptum ᵇ, quia primitiua eccleſia hoc potuit præcipere: ſicut continentiam. ſed ſi hoc hodie præciperetur, deformaret ſtatum eccleſiæ vniuerſalis: quod non debet eſſe. 2. qu. vlti. & ſi illa. Vel dic. quòd præceptum erat eis qui tunc renuntiauerant propriis, non aliis. 17. qu. 1. ca 1.

b Cõtra hoc facer. iſa con ſilium; &c. & hortamur, &c. ſed ſæpe q̃ ſunt præcepti cõſuluntur & monẽtur, vt in ſd. c. ſic enim. Arch.

NEceſſaria.] CASVS. Hic reprehenduntur quidam regulares, qui communiter viuere nolebant, nec volebant habere

...mus epiſcopus. Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maxime his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt. ¶ Communis enim vſus omniũ ᵃ, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem ᵇ alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud: & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. ¶ Denique Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita ſciens eſſe, ait, communia debere eſſe amicorum omnia. [In omnibus autem ſunt ſine dubio, & coniuges ᶜ.] Et ſicut nõ poteſt, inquit, diuidi aer ᵈ neq; ſplendor ſolis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habendum, diuidi debere, ſed habenda eſſe communia. Vnde & Dominus per prophetã loquitur dicens [Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, &c.]ᵃ ¶ Iſtius enim conſuetudinis morẽ retinẽtes etiam Apoſtoli, eorumq; diſcipuli, vt prædictũ eſt, vnà nobiſcum & vobiſcum communem vitam duxere. Vnde, vt bene noſtis, erat multitudinis eorum cor vnũ, & anima vna ᵉ, nec quiſquã eorum, aut noſtrum de his, quæ poſſidebat ᶠ, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed omnia illis & nobis erãt cõmunia: nec quiſquã egens erat inter nos. ¶ Oẽs autẽ, qui domos, vel agros poſſidebant, vendebant eos, & pretia, eorũ, & reliquas res, quas habebant, afferebant ponentes ante pedes Apoſtolorũ (ſicut nobiſcum quidã veſtrum cognouerunt, & viderunt:) & diuidebantur ſingulis, prout cuiq; opus erat. ¶ Ananias autẽ vir auſterus, & Sapphira ᵍ vxor eius, qui mentiti ſunt Apoſtolis de pretio agrorum ſuorum, quos vendiderant, nobis præſentibus, in conſpectu omnium circumadſtãtium a conſpectu Apoſtolorum propter peccatum ʰ eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui, clari ſunt ambo. Cetera, quæ de talibus cognouimus, & vidimus, nec recordatione ⁱ, nec demõſtratione digna ſunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exẽplis Apoſtolorum obedire præcipimus ᵏ: quia hi, qui mandata eorum poſtponunt non ſolũ rei, ſed extorres ſunt. Quæ non ſolum vobis cauenda, ſed & omnibus prædicãda ſunt. *& infra.* ¶ Vnde cõſiliũ dantes, veſtram prudẽtiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis nõ recedatis: ſed cõmunẽ vitã ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis, adimplere ſatagatis.

ᵃ ¶ In omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges.] *Verba hæc abſunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impreſſo, & duobus ipſius manuſcriptis codicibus uno Vaticano, altero bibliotheca ſancti Marci Florentia, & ab Anſelmo. Hanc uero ſententiam à Platone acceptam hæretici quidam volebant in Chriſtianam religionem inducere. Ita enim ſcribit Epiphanius hæreſi 32.* Primum quidem, quòd ipſe Epiphanes cum patre ſuo, & ſectæ antiſtite Carpocrate, ac ſodalibus eius, communes eſſe hominum vxores ſanciuit, ex Platonis de repub. libris occaſionem nactus, & propriam concupiſcentiam perficiens. *Verum apud ueteres etiam Chriſtianos hanc uxorum communionem uehementer damnari ſolitam Tertullianus in Apologetico euidenter teſtatur his uerbis.* Omnia indiſcreta ſunt apud nos præter vxores. In illo loco conſortium ſoluimus, in quo ſolo ceteri homines conſortium exercent: qui non amicorum ſolummodo matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſsime ſubminiſtrãt, ex illa credo maiorum & ſapientiſsimorum diſciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicauerunt, &c.

Item Eugenius Papa II. & Leo quartus. c. 3.

¶ Iuxta eccleſiam, clericorum clauſtra conſtituantur. C. III.

NEceſſaria ˡ etenim res exigit, vt iuxta eccleſiam clauſtra ᵐ conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis eccleſiaſticis vacẽt. Itaq; omnibus vnum ſit refectorium, ac dormitorium, ſeu cæteræ officinæ ⁿ ad vſus clericorũ neceſſariæ. Miniſtri vero poſt epiſcopum ſuper eos eligantur: quorum vita, atque doctrina: illos potius exornet, quàm dehoneſtet.]

¶ *Eſt caput ſeptimum concilij Rom. ab Eugenio II. primum habiti, & poſtea à Leone IIII. renouati. Antea citabatur Leo quartus.*

Nec in atrio eccleſiæ alia ædificia, niſi clericorum ponantur.

Vnde Nicolaus Papa.

¶ Nec in atrio eccleſiæ, niſi clericorum ædificia ponantur. C. IIII.

NVlla ædificia in atrio ᵒ eccleſiæ ponantur, niſi tantũ clericorum.

¶ *Fere eadem leguntur in concilio Saleguntſtadienſi, c. 11. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Iuone par. 15.*

Item Hieronymus ad Nepotianum.

¶ Clericus nihil ſæculare poſsideat. C. V.

CLericus, qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primo vocabulum ſuũ: & nominis definitione prolata nitatur ᵖ eſſe quod dicitur: Si enim κλῆρος græcè, ſors latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Dominus ſors, id eſt, pars clericorũ eſt. Qui autẽ vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominũ partem habet, talẽ ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominũ, & poſſideatur à Domino.

prælatos. præcipiunt ergo duo Papæ, ſcilicet Eugenius & Leo, quòd communiter viuant, & prælatos habeant tales, qui eos exornent, & non dehoneſtent. *Miniſtri*, id eſt, plebani, vel archipresbyteri, vel œconomi, vel huiuſmodi. Sequens §. cum c. planus eſt.

l ¶ *Neceſſaria.*] id eſt, vtilis & honeſta.

m ¶ *Clauſtra.*] Idem dicitur de conſ. diſt. 5. in omnibus. ſ. diſtin. 32. præter.

n ¶ *Officina.*] ſ. diſt. 32. ſi qui vero. contra, ſ. 2. qu. 1. ſacerdos. cõtra, infra. quia tua ſed ibi loquitur de eccleſiis collegiatis: hic nõ. vel conſuetudo diuerſarum eccleſiarum ſoluit contrarium.

ADDITIO. Quia prouidetur eis vt pauperibus, non vt clericis, ſecundum H. hic autem loquitur quando viuunt in communi, & de communi, ſecundum Lauren.

o ¶ *Nulla.*] *In atrio.*] Id eſt, in cœmeterio, quod habebit xl. paſſus in circuitu eccleſiæ maioris capellæ, vel minoris eccleſiæ xxx. vt ſ. 17. quæſt. 4. ſicut antiquitus. ſic palatium Imperatoris non eſt priuatorum parietibus coarctandum. Co. de op. public. quicumque.

" atrium eſt cœmeteriũ

1 Anſ l. 7. c. 5. & l. 4. c. 2.

CLericus.] CASVS. Nepotianus rogauit Hier. vt dictaret ſibi libellum de clericorũ vita, quod Hiero. fecit. hoc ergo c. quod eſt pars illius libri, tria oſtendit, ſc. quòd clericus debet nomen ſuum interpretari: & iuxta interpretationem viuere. Secundo oſtẽdit, quòd clericus non debet habere diuitias: quia cum is qui talia poſsidet dominus eſſe dedignatur, nec vult fieri pars eorum. Tertio oſtendit, quòd clericus de decimis & oblationib. viuere debet, & relinquere hæreditatem parentibus. Hoc vltimum eſt de conſilio, quod datur perfectis. Vel ſecũdum vetus teſtamentum quando leuitæ, de decimis & oblationib. contenti erant, ſicut dixit H. cum hodie et monachi ab hæreditate paterna vel materna non excludantur, vt 18. qu. 2. ſtatuimus. & 19. q. 3. præſens.

2 in conc. Salegunſt. c. 12.

3 Iuo p. 15. c. 178.

p ¶ *Nitatur.*] Ar. a nominis interpretatione 16. qu. 1. ſi cupis. nomina enim debent eſſe conſona rebus. inſti. de dona. §. eſt & aliud.

2 ¶ Si

Qui dñm poſſidet, & cũ ꝓpheta dicit [Pars mea Dñs] nihil extra Dominũ habere poteſt. Quòd ſi quidpiã aliud habuerit præter Dominũ, pars eius nõ erit Dominus: Verbi gratia, ſi aurũ[a], ſi argentũ, ſi poſſeſſiones, ſi variã ſupellectilem, cũ iſtis partibus Dñs fieri pars eius non dignatur. Si autem ego pars Domini ſum, & funiculus[b] hereditatis eius, nec accipio[c] partẽ inter ceteras[d] tribus: ſed quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiẽs, altaris oblatione ſuſtentor. Habens victũ & veſtitũ, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.

Item Ambroſius de fuga ſæculi, c. 2.

¶ Nihil præter Deum debet curare, qui in eius ſortem eligitur. C. VI.

Cvi portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum: ne alterius impediatur neceſſitatis[e] munere. Quod enim ad alia officia[f] confertur, hoc religionis cultui, atque huic noſtro officio decerpitur[g]. Hæc enim vera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio[h] domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum: vt ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit.†

Item Hieronymus ad quendam ſuum leuitam de duobus generibus hominum.

¶ Clericis, & Deo deuotis nec cãs agere, nec aliquid propriũ habere licet. C. VII.

Dvo ſunt genera Chriſtianorum. Eſt autẽ vnum genus, quod mãcipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit: vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicet cõuerſi[i], κλῆρος enim græce, latine ſors. Inde huiuſmodi homines vocantur clerici, id eſt, ſorte electi. Omnes enim Deus in ſuos elegit. Hi namq; ſunt reges, id eſt ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habẽt. Et hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habẽt ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio vero capitis, eſt temporalium omnium depoſitio[k]. Illi enim victu & veſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem[l] habẽtes, debent habere omnia communia. Aliud vero genus eſt Chriſtianorũ, vt ſunt laici, λαὸς enim græce, eſt populus latine. His licet temporalia poſſidere, ſed non niſi ad vſum[m]. Nihil enim miſerius eſt, quàm propter nummum Deum contemnere. His conceſſum eſt vxorẽ ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, cauſas agere, oblationes[n] ſuper altari apponere, decimas reddere: & ita ſaluari poterunt, ſi vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſionum, c. 1. & 2.

¶ Clerici nihil propriũ poſſideãt. C. VIII.

Qvia tua fraternitas monaſterij regulis erudita ſeorſum[o] non debet fieri † à clericis ſuis in eccleſia Anglorũ, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta eſt: hanc debet inſtituere conuerſationem, quæ in initio naſcẽtis eccleſiæ fuit patribus noſtris: in quibus nullus eorum ex iis, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. ¶ Si qui vero[p] ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe nõ poſſunt cõtinere, ſortiri vxores[q] debent, & ſtipendia ſua exterius accipere: quia & de eiſdẽ patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, [quod diuidebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat.] De eorum ergo ſtipẽdio cogitandum, atque prouidendum eſt: & ſub eccleſiaſtica[r] regula ſunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguã, & corpus Deo auctore conſeruent. Communiter † autem viuẽtibus iam de faciẽdis portionibus[s], vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia nobis quid erit loquendũ? cũ omne, quod ſupereſt, in cauſis piis, ac religioſis

---

Diuitias habere peccatũ non eſt.

a ¶ *Si aurum.*] non tamen eſt peccatum habere diuitias, ſi adſint bona opera, vt 35. diſt. hæc autem ſcripſimus. ſed tunc eſt peccatum, ſi propter eas iuſtitia deſeritur. ĩ. ea habeat. vel cum homo in eis ſpem ſuam ponit, vt 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

Funiculus quid ſit.

b ¶ *Et funiculus.*] Hic dicitur menſura quædã, menſura qua diuidebatur hæreditas poſt funus defuncti, ſecundũ illud: Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

Pſal. 15.

c ¶ *Nec accipio.*] Monachus tamen ſuccedit in hereditatem, vt 19. q. 3. non liceat. & eccleſia nomine eius recipit, vt 18. q. 1. c. 1. Vnde Ouidius.

Alterius vires ſubtrahit alter amor.

d ¶ *Inter ceteras.*] ſed ſingulariter: & eſt arg. quod clerici non debent partiri hæreditatem cum fratribus.

Pſal. 15.

Cvi.] CASVS. Quidam rogauit Ambroſ. vt ſcriberet ſibi qualiter poſſet ſæculũ fugere, & Deo ſeruire: cui Ambroſ. reſcribit dicens, quod ſæculum duob. mod. fugitur, ſ. renuntiando rebus ꝓpriis & ſæcularib. curis: & abdicando ſe à domeſticis perſonis & conſanguineis, vt ſuis ſe abneget, qui Deo ſeruire elegit.

1. Tim. 6.

e ¶ *Neceſſitatis.*] id eſt, ſolicitudinis.

f ¶ *Officia.*] ſ. ſæcularia.

g ¶ *Decerpitur.*] i. ſubtrahitur. ſic. 99. diſtin. ecce.

h ¶ *Abdicatio.*] quo ad carnalẽ affectum, vel copulam.

† *abdicatio.*

Dvo ſunt.] CASVS. Quidam leuita rogauit Hiero. vt aſsignaret ſibi differentiã inter clericos & laicos, & quod eſſet officium vniuſcuiuſque. Hiero. ergo reſcribit ei aſsignando duo genera hominum, ſc. clericos & laicos. clericorum eſt officium diuina contemplari, orationib. & diuinis officiis inſiſtendo: & ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare. iſti dicuntur reges: quia ſe & alios regere in virtutib. debent. & in ſignum huius rei geſtãt coronam in vertice. Laicorum vero officium eſt ducere vxorem terram colere, & ea quæ continentur in ſi. c. & oſtendit qualiter vtriq; interpretentur.

i ¶ *Conuerſi.*] Conuerſi omnes dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ. vt 17. q. 4. quiſquis. & verberans talem incidit in canonem. extr. de ſent. exc. non dubium. & habebunt habitum illorum cum quib. conuerſantur, vt 16. qu. 7. in nona. & licet conuerſi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere. nam quidam talium profitentur, quidam non, vt 27. qu. 1. vt lex. nam acolythi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ & tamen non tenentur continere, vt 32. diſtin. ſi quis eorum. quia poſſunt contrahere matrimonium legitimum. Item licet templarij ſint eccleſiaſticæ perſonæ, tamen poſſunt mouere arma ex permiſſione eccleſiæ.

Cõuerſum verberans incidit in canonem.

k ¶ *Depoſitio.*] ſic ĩ. diſtin. 23. prohibete. & capilli qui remanent, deſignant quòd aliqua debemus retinere ad ſuſtentationem.

l ¶ *Proprietatem.*] rerum eccleſiaſticarum, tamen bene concedendum eſt, quod clericus ſit dominus fructuum collectorum. ſed licet proprietas fructuum ſua ſit: tamen non poteſt eam in morte eius alicui largire ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſynæ ſic, vt extr. de teſta. ad hæc. ſicut hæres licet ſit dominus rerum quas tenetur per fideicommiſſum reſtituere alij: tamen nihil poteſt inde alienare. ff. ad Tre. deducta. §. vlt. & l. quidam. §. ſi quis.

m ¶ *Ad vſum.*] Prohibetur etiam laicis ne ſeruent pecuniã, vt 47. diſt. ſicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: alias bene licet: quia nõ debet quis omnia bona ſua ſtatim effundere, vt 86. diſt. non ſatis. & dic nõ niſi ad vſum, i. non abuſum. bene enĩ poſſunt habere proprium.

1 Aug. ſer. 18 ad fratres in eremo.

Pecuniam ſeruare verũ licitum ſit.

n ¶ *Oblationes.*] immo præcipitur eis oblationes dare, vt 16. q. 1. ſtatuimus. ĩ. de conſ. di. 1. omnis Chriſtianus. 10. q. 1. quia ſacerdotes.

Qvia tua.] CASVS. Tres quæſtiones fecit Aug. Gregorio: quib. quæſtionib. Grego. tres dat reſponſiones. Prima fuit, an clerici Anglorum debeant propriis renuntiare, & communiter viuere. & reſp. quod ſic, vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici coniugati, & in minorib. ordini. conſtituti debeant habere ſtipendia eccleſiaſtica. Et reſpõ. quod ſic, ſicut eſt à patrib. ſcriptum quòd diuidebãt, &c. qui ſub regula eccleſiaſtica ſunt tenendi. Tertia fuit ſi quid ſupereſt communiter viuentib. de annuo reditu, quid debeat inde fieri. Et reſp. quod debet pauperib. erogari: & hoc probat auctoritate Chriſti dicentis, Quod ſupereſt, &c. Secũda pars ibi, *Si qui vero ſunt.* Tertia ibi, *Communiter autem viuentib.*

2 Ioan. diac. in vita l. 2. c. 37.

3 Act. l. 7. c. 3

† al. viuere

4 32. diſt. ſi qui vero.

Act. 2.

o ¶ *Seorſum.*] Ergo monachus eps factus non poteſt habere proprium. ſed ſi hereditas aliqua deuoluitur ad eum, erit eccleſiæ, vt 18. q. 1. c. 2. in fi.

Monachus factus eps ꝓpriũ habere non põt.

p ¶ *Si qui vero.*] ĩ. diſt. 32. ſi qui vero. & c. placuit. hoc hodie non tenet, extr. de cle. coniu. Ioannes. & c. 1.

q ¶ *Vxores.*] ſi ſint clerici, nũquid ergo dormiunt cum aliis, vt ſ. e. neceſſaria: non: quia eſſet inhoneſtum in vxorato. Item, cantabunt ne cum clericis? quod videtur: quia non aliter perciperent ſtipendia. & quod hic dicitur, ſpeciale eſt in Anglicis: nec enim ſimul habebit quis eccleſiaſticum beneficium & vxorem. extra de cle. coniug. diuerſis & cap. Ioannes.

a Hęc eſt vera ſnia ſcd̃m Vin. & In. & quod hic dr̃ eſt ius vet' & ſtatur hodie ei qđ dr̃ in decr. hic alle. de cle. coniug. c. 1. Archi.

† al. communis autem vita

r ¶ *Sub eccleſiaſtica regula.*] Hic patet, quòd ſi aliquis in minoribus ordinibus conſtitutus ducat vxorem, non tamen poteſt more laicorum viuere: nec poteſt conueniri coram ſæculari iudice: nec verberari ſine ſacrilegio. vt 10. q. 3. eos. & 81. diſt. dictum. Io. quod falſum eſt, vt extra de cle. coniug. Ioannes. B.

s ¶ *Portionibus.*] id eſt, dandis decimis. monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt ĩ. 16. quæſt. 1. decimas. extra de deci. fraternitatem.

Monachi nõ tenentur ad decimas.

a ¶ Quod

erogandum eſt Domino & magiſtro omnibus dicente. [Quod ſupereſt[a], date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.]

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epiſtola vnica, c. 1.

¶ Clericis omnia communia eſſe debent. C. IX.

[1] SCimus vos nō ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes† Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in ſortem Domini ſunt electi, id eſt, clericos: ſicut in actibus legitur Apoſtolorum [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorū, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erāt illis omnia communia.] *& infra.* ¶ Quicumque veſtrum communem vitam ſuſceptā habet, & vouit ſe nihil proprium habere, videat, ne pollicitationem[b] ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod Domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat: quoniam ſatius eſt nō vouere, quam votum, prout melius poteſt, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem[c] perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam ſine voto finierunt, aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.

Item Auguſtinus in ſermone de communi vita clericorum.[1]

[4] De eodem. C. X.

[4] NOlo[d], vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occaſionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apoſtolus, non ſolū coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conſcientia noſtra ſufficit nobis: propter vos, fama noſtra non polluit, ſed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque diſtinguite. Duæ res ſunt conſciētia, & fama. Coſcientia neceſſaria[e] eſt tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famā ſuam, crudelis eſt. *& infra.* ¶ Nulli liceat in ſocietate noſtra habere aliquid proprium: ſed ſi forte aliqui† habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infra.* Enthecam nobis habere nō licet. Non enim epiſcopi eſt ſeruare aurum[f], & à ſe reuocare mendicātis manum. Quotidie tam multi petunt, tā multi gemunt, tam multi inopes nos interpellunt: vt plures triſtes relinquam[g]: quia, quod poſſimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergo enthecā. *& infra.* ¶[1] Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & contra iſta præcepta facere, parum eſt vt dicam, non mecum manebit, ſed nec clericus erit. Dixeram[g] enim, & ſcio me dixiſſe, quòd ſi nollent ſuſcipere vitam ſocialem mecum, nō illis tollerem[h] clericatū: ſed ſeorſum manerent, ſeorſum viuerent: quomodo noſſent, Deo viuerent, & tamē ante oculos poſui, quantum mali ſit à propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos[i], quá plangere mortuos[k]. Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo, quicumque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerem ei clericatum: ità modo, quia placuit illis Deo propitio, ſocialis hæc vita, quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula clericorum. *Item ſupra.* ¶[6] Qui[a] non vult mecum manere, & in commum viuere, habeat libertatē, ſed videat, vtrum habere poſſit felicitatis hæreditatem†.

¶ Initium huius capitis vſque ad verſ. Qui habere voluerit. *Legitur in ſermone 2. de communi vita clericorum, ſeu 52. ad fratres in eremo: cætera vero partim in ſermone 53. ad fratres in eremo, ſiue ſermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. ſiue 2. de quibus ſermonibus adnotatum eſt ſ. diſtin. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. cap. 8. ſub hoc titulo,* Ex ſermone de vita & moribus clericorum.

[a] ¶ Qui non vult.] *In ſermone ipſo præcedit. c. certe ego. ſ. ea. & paucis interiectis ſequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

Idem ſermone tertio de communi vita clericorum.[7]

¶ Non licet habere proprium iis, qui ſuis renuntiant, & communiter viuere ſpondent. C. XI.

NOn dicatis[l] aliquid proprium: ſed ſint vobis omnia communia. *& infra.* ¶ Quicumq; autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occulte ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat, ſi hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque cōuincitur, ſecundum arbitrium presbyteri, vel præpoſiti grauius emendetur. *& infra.* ¶ cum[a] huius noſtræ cōgregationis fratres non ſolum facultatibus, ſed voluntatibus propriis in ipſa ordinationibus ſuſceptione renūtiauerint, & ſe per promiſſam obediētiam penitus aliorum poteſtati, & imperiis in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint, certum[a] eſt eos nihil habere, poſſidere[m], dare, vel accipere debere ſine

---

Decimas ſoluere pauper non tenetur. — a ¶ *Quod ſupereſt.*] Videtur ergo quòd ſi aliquis ita pauper eſt: quod ei non ſufficiant ſua, videtur quod non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto ſibi aliquis tenetur ſubtrahere neceſſaria, vt 86. diſt. non ſatis. in fin. quod non eſt verum.

Luc 11. — ſ Anſ. l. 7. c. 4. Iuo part. 3. c. 139. — † al. bonos.

S[cimus.] CASVS. Quidam clerici catholici vouerant ſe nihil proprium velle habere: quod votum male ſeruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apoſtolorū, quibus erant omnia cōmunia: & vt votum quod fecerunt Domino fideliter cuſtodiāt, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirant: quoniam melius eſt non vouere, quam votum prout melius poteſt non adimplere: grauius enim puniuntur qui votū vel fidem non ſeruauerunt, quā illi qui numquam votū fecerunt, & ſemper ſine fide fuerunt.

Act. 4. — a In c. epiſt. c. 6.

b ¶ *Pollicitationem.*] Nota quod ex nuda pollicitatione, quam quis facit Deo poteſt conueniri 22. q. 5. cap. iuramenti. ſic ex nuda pollicitatione facta reipublicæ, vt ff. de polli. l. 1.

Pollicitatio nuda quandoque obligat.

c ¶ *Aut fidem.*] Hic videtur Vrbanus ſoluere quæſtionem Aug. 6. qu. 1. quæro. in fi. Dicūt tamen quidam magis puniendum eſſe illum, qui ſemper fuit infidelis: quam illū, qui quandoque fuit bonus. nam illius opera quandoque viua fuerunt. tamen hæc littera contradicit eis[a].

ſ ſerm. 52. ad fratres in eremo. — In concil. Aquiſgr. c. 112. — a Beda 2. ad Cor. 8. 11. q. 3. non ſunt audiendi. — Anſ. l. 7. c. 6. — Rom. 12. & 2 Cor. 8. — a Arg. in aut. de litig. §. ſi vero apud. in fi. Arc.

N[olo.] CASVS. Ad inuentiam huius ca. nota quod Aug. fecit tres conſtitutiones. Primo conſtituit nullum ordinare clericum, niſi propriis renuntiaret: ſed quidam vt clerici fierent, propriis renuntiabant, quod poſtea male ſeruabant quare Aug. videns hoc eſſe multis occaſionē peccandi, primam conſtitutionem retractauit, vt ſ. cap. certe. volens potius habere claudos quam mortuos. Tertio iuxta voluntatem ſuorum clericorum primam conſtitutionem confirmauit: ſicut continetur in hoc cap. in quo ſtatuit, vt nullus clericus habeat proprium. Quod multipliciter oſtēdit, rationes plures aſsignando, & ſi habuit, non poteſt facere teſtamentum: imo deponetur. Facit etiam mentionem de prima mentionem de prima conſtitutione, & eius retractione.

† *aliquid.*] orig. In'rà. 2. q. vobis enim.

ſ. ca. certe. Sequens §. *Qui non vult.*] patet.

ſ Serm. 53.

d *Nolo.*] Aug. fecerat tres cōſtitutiones: prima fuit, quod clerici non poſſent habere propria, ſed illa male ſeruabatur, & plurimi erant tranſgreſſores: ideo ſecūdo reuocauit eam, vt ſ. c. certe. Tertio de cōſenſu clericorum ſuorum confirmauit primam conſtitutionem, vt in hoc c.

e ¶ *Neceſſaria.*] 11. q. 3. ſentit. contra. hoc ibi ſolutum eſt.

f ¶ *Aurum.*] 86. diſ. fratrē. quod loquitur de illis qui ante retractationē renuntiauerant propriis, & tamen volūt habere proprium.

g ¶ *Dixeram.*] in ſecūda conſtitutione, quā fecerain.

h ¶ *Non illis tollerem.*] i. non præcluderem eos fieri clericos.

i ¶ *Claudos.*] quia adhuc temporalibus non renuntiauerant.

k ¶ *Mortuos.*] i. qui renuntiauerūt propriis, & tamen volunt habere proprium.

6 Serm. 52. in eremo.

N[On dicatis.] CASVS. Dicit Aug. in hoc ca. quòd qui renunciauerunt mundo, proprium habere non poſſunt: & ſi litteras vel munus aliquod occulte receperint: ſi ſpōte confiteantur, parcetur illis. ſi autē de hoc conuicti fuerint, ſecūdū arbitrium ſui præpoſiti vel presbyteri punientur. Tales enim nihil poſſunt habere vel poſsidere, vel dare vel accipere ſine licētia ſuperioris. & ſi de eius licētia aliqd receperint, de accepto fiat qd ſuperiori placuerit.

† al. æternitatem.

l ¶ *Non dicatis.*] ext. de acc. ex parte. ex. de cle. vel mo. ſi magnopere.

7 Et epi. 109 ad monachas.

m ¶ *Poſſidere.*] Numquid pauperi fame morienti tenentur ſubuenire ſine licentia? ita. nec obſtat 1. q. 1. nō eſt putanda. quia in hoc caſu quilibet ei ſubueniret. res enim quę nobis ſuperabundant, pauperum ſunt, vt 47. diſt. ſicut hi. Si autem eſt in ſcholis, de licētia agere poteſt, & mutare ſicut filiusfamilias, vt C. ad Maced. l. vlt. ff. de iud. ſi longius. §. filius familias. arg. extr. de off. iud. deleg. præterea. ff. de iuriſd. om. iud. l. 2. Sed numquid veſtis eſt ſua, quā habet? vel numquid dicitur poſſidere res temporales, vel veſtē? non videtur: quia veſtis quam ſemper vtitur ſeruus, de peculio domini eſt. ff. de pec. l. id veſtimentū. ſed ſeruus non poſſidet ea quæ ſunt in peculio, vt ff. de

religioſus etiā in veſte proprietatē non habet.

vt ff. de acq. poſſ. quod ſeruus. Item qui ab alio poſsidetur, ipſe nihil poſsidet, vt ff. de adulc. l. ſic eueniet. Sed dicas quòd ex permiſsione prælati ſui poſſunt poſsidere. vt ext. de ſta. mon. ca. monachi. & not. quòd monachus ratione contractus nec agere poteſt, nec conueniri[a]: ſicut ille qui ceſsit bonis, vt ff. de arbi. item ſi vitus, in princ. Sed hoc notaui 12. q. 1. de perſona. Item cum monachus dicatur ſeruus, vt 54. diſ. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. qu. 3. c. vnico. nec enim velle videtur qui ex neceſsitate obtemperat. ff. de reg. iur. l. velle. Itē agere non poteſt de iniuria ſibi illata: ſed tamē eius prælatus pōt agere[b], niſi prælatus abſit, nec reliquerit procuratorē, ad inſtar filij familias. ff. de iniur. ſed ſi vnus. §. ait prætor.

a ¶ *Sine ſuperioris.*] extra de off. ord. quanto. habet tamen ius eligendi[c] & ius accuſandi ſuum prælatum ſiue abbatē: & illud poteſt facere ſine licentia abbatis, quia hoc iure ius conceditur. extr. de accuſ. ex parte.

E*Xemplum.*] CASVS. Dictum eſt ſ. q clerici non debēt habere propria. Sed quia poſſet aliquis dicere, q eccleſia non debet habere propria ea dē ratione. quia ſi haberent clerici nō poſſent ea poſsidere: ideo Gratianus ab hoc loco vſque ad §. his omnibus probat quòd eccleſia poteſt habere propria, & poſſeſsiones, & q clerici nomine eccleſiæ poſsidere poſſunt, etſi nomine ſuo nihil poſsideant. Probatur ergo in hoc. q eccleſia loculos & poſſeſsiones habere pot: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit, & qui furem admiſit, vt oſtēderet, q quādo eccleſia perſecutionem patitur à furibus, id eſt, malis, patienter ferat. B.

b ¶ *Exemplum.*] Ab hinc oſtendit quòd eccleſia poſsit habere proprium: & hoc vſq; ad §. econtra.

c ¶ *Fures.*] i. occultos peccatores. ſimile 23. q. 4. ca. bonus. extr. de tempo. ord. c. vlt.

E*Xpedit.*] CASVS. In hoc ca. oſtendit Proſper, quòd eccleſia poteſt habere poſſeſsiones. & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Paulini, qui ſua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus epiſcopus, poſſeſsiones eccleſiæ poſſedit & diſpēſauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: qui factus epiſcopus non ſolum res eccleſiæ poſſedit, ſed etiam acquiſitis innumeroſis hæreditatibus fidelium poſſeſsiones eccleſiæ augmentauit, qui epiſcopi ſi ſciuiſſent eſſe peccatum eccleſiam habere poſſeſsiones, nunquam eas diſpenſandas ſuſcepiſſent.

d ¶ *Communes.*] [*] quæritur quis ſit dominus rerum eccleſiaſticarum, numquid pauperes dicuntur eſſe domini: arg. quòd ſic. 16. qu. 1. quoniam quidquid. Poteſt dici, quòd eccleſia ſit domina, vt 16. qu. 3. inter

a Extr. de fideiuſ. de quibuſdam. vnde ſ. hoc.

a in 1. regula c. 4.

b Quod dic not. extr. de poſſen. exc. parochianis.

c Vt ext. de reſcr. cū dilecta. de cōſuet. cū dilecta. Arc.

a Et in cōc. Aqiſgr. ca. 5.

† quæ ſunt profecto communia] orig.

3 Addita ex orig. hæc clauſula.

[*] Eccleſiaſticarum rerū dñium apud quem eſt.

ſuperioris[a] licentia.[*] Quòd ſi propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem priori inſinuetur: & ſic ſuſcipiantur, ſi ipſe mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, niſi qđ priori placuerit.

§ Caput hoc ſumptum eſt ex ſermone 3. de communi vita clericorum. in quo regula B. Auguſtini continetur, ac repetitur epiſt. 109. ſed in ea ad monachas oratio conuertitur.

§ Cum huius noſtræ.] Hæc vſque ad verſ. certum eſt. non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum.

§ Certum.] Hæc habentur in prima regula, cap. 4.

Idem tractatu 50. ad c. 12. Ioan.

¶ De eodem. C. XII.

EXemplum[b] Domini accipe conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrauerūt, niſi quia eccleſia ipſius, loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit, niſi vt eius eccleſia fures[c] patienter toleret?

Item Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. cap. 9.[a]

¶ Eccleſiarum præpoſiti, rerum diſpenſatores efficiuntur. C. XIII.

EXpedit facultates eccleſiæ poſſideri, & proprias perfectionis amore contēni. Non enim propriæ ſunt, ſed communes[d] eccleſiæ facultates: & ideo quiſquis omnibus, quæ habuit, dimiſſis, aut venditis fit rei ſuæ contemptor, cum præpoſitus[e] fuerit factus eccleſiæ, omnium, quæ habet eccleſia, efficitur diſpenſator. Denique ſanctus Paulinus, vt ipſe melius noſtis, ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, vendita pauperibus erogauit: ſed cū factus eſſet epiſcopus, non cōtempſit eccleſiæ facultates, ſed fideliſſime diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtēdit & propria debere propter perfectionem cōtemni, & ſine impedimēto perfectionis poſſe eccleſiæ facultates, quæ † ſunt profecto communes, poſſideri. Quid ſanctus Hilarius? nonne & ipſe omnia bona ſua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis ſuæ fieret eccleſiæ Arelatenſis epiſcopus, quæ illa tūc habebat eccleſia, non ſolum poſſedit, ſed etiam acceptis fideliū numeroſis hereditatibus ampliauit[3].

memoratos. ſicut hæreditas eſt domina, vt ff. de acq. re. do. hæreditas. Alij dicunt quòd ipſe Deus[d], vt j. ea. q. 2. qui Chriſti. & ca. qui abſtulit. Vel dic dominium eſſe apud clericos, ſicut dominium rerum vniuerſitatis apud ciues. inſtit. de re. di. §. vniuerſitatis. dicuntur etiā pauperes domini, quia inde ſuſtentantur.

Iſti ergo tam ſancti, tam perfecti Pontifices, factis euidenter clamant poſſe, & debere fieri quod fecerunt. Qui vtique homines tā ſæcularium, quàm diuinarum rerum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent[f] res eccleſiæ debere cōtemni, numquam eas debuerant, qui omnia ſua reliquerant, retinere †.

Item Gregorius Felici epiſcopo de Acropoli, lib. 2. epiſt. 29.

¶ Diaconi, vel quælibet religioſæ perſonæ regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

[4] QVoniam Velina[g], Buxentina, & Blandana eccleſiæ, quæ tibi in vicino ſunt conſtitutæ[h], ſacerdotis noſcuntur vacare regimine, propterea fraternitati tuæ earum ſolenniter operam viſitationis iniunximus: illud præ omnibus commonentes, vt ibi præfatarum eccleſiarū, ſiue diœceſeos earum, vel diaconi, vel religioſæ perſonæ inuentæ fuerint, diſtricte, canoniceque viuant.

Item Melchiades[i] Papa.

¶ Quare in primitiua eccleſia prædia vendebantur. C. XV.

[5] FVturam eccleſiam in gentibus Apoſtoli prævidebant: idcirco prædia in Iudæa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cū inter turbines, & aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia, vſque peruenit, vt nō ſolum Gentes, ſed etiam Romani[k] principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti, & baptiſmi ſacramenta concurrerēt. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus, primus fidē veritatis patēter adeptus, licentiā dedit per vniuerſum orbē, ſub ſuo degentes imperio, non ſolū fieri Chriſtianos, ſed etiā fabricare eccleſias, & prædia tribuere poſſe cōſtituit. Denique idē præfatus princeps donaria immenſa contulit, & fabricam tēpli primæ[l] ſedis beati Petri principis Apoſtolorum inſtituit: adeo, vt ſedem imperialē, quā Romani principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro, ſucceſſoribúſque † ſuis profuturam concederet[m].

ADDITIO. De hoc etiā not. extr. de verb. ſign. cauſa. & per Inno. & Hoſt. extr. de cau. poſſ. cum ſuper. & ibi videas Archid.

e ¶ *Cum præpoſitus.*] & confirmatus. nam ante non poteſt adminiſtrare, niſi ſit valde remotus, vt ext. de elec. quòd ſicut. & c. nihil.

f ¶ *Si ſcirent.*] ſimile 7. qu. 1. omnis qui ar. bonum pro illis qui ſuis renunciauerunt, quòd ſemper præſumitur illos iuſtam cauſam & litem fouere. & eſt bonum. ſimi. extr. de nou. ope. nun. c. 1.

g Q*Voniam.*] ¶ *Velina.*] No. plurium eccleſiarum viſitationem vni committi. Et eſt argu. quòd ratione propinquitatis aliquid ſtatuitur contra ius. ſic extr. de poſtul. ad hoc. & ſic ratione remotionis. 63. diſt. cum longè.

h ¶ *Conſtitutæ.*] 7. qu. 1. conſtitutum. & ſ. 61. diſt. obitum.

i ¶ *Melchiades.*] falſus eſt titulus: quia Melchiades fuit proximus ante Silueſtrum. & eius tempore eſt Conſtantinus conuerſus. 96. diſtin. in illa Palea, Conſtantinus.

F*Vturam.*] CASVS. Dicebant quidam, quòd eccleſia non debeat recipere prædia: & hoc probant exemplo Apoſtolorum, qui in Iudæa prædia non recipiebant: ſed pretia prædiorum, vt pauperes ſuſtentarentur. quibus Melchiades Papa reſpondet: dicens, quòd ideo Apoſtoli in Iudæa prædia non recipiebant, quia prævidebant eccleſiā ad Gentes tranſituram. quod cum factum eſſet, principes Romanorum facti ſunt Chriſtiani: de quibus Conſtantinus fuit vnus, qui legem dedit, vt quicumque vellet fieri Chriſtianus, & eccleſiam fabricaret, & prædia eccleſiæ donaret. & ipſemet multa donauit: & eccleſiam beati Petri inſtituit: & ſedem imperialem ei reliquit. & ab illo tempore cœpit eccleſia poſſeſsiones habere: & Chriſtiani cœperunt eccleſias ædificare, & ſeipſos conſecrare.

k ¶ *Romani.*] Ergo imperator eſt dominus totius mundi. 7. qu. 1. in apibus.

l ¶ *Primæ.*] Videtur ergo quòd eccleſia beati Petri ſit prior eccleſia beati Ioannis Apoſtoli Lateran. 10. q. 1. ſanctorum. ſed expone primæ beati Petri, id eſt, Apoſtoli: vel primæ, id eſt Apoſtolicæ.

m ¶ *Concederet.*] ergo imperium eſt apud eccleſiam Romanam, vt 96. diſt. in illa Palea, Conſtantinus.

d Fec cū cits ... hoc tamen ſpecialiter 1. qu. 3. Salecor. verſic. quiſquis. 3. res quæ 10. qu. 1. in canonibus. 4. er. ſi qs. & hoc verū ſecundum Ray. & Vin. Arc.

† al. ſuſcipere

4 Anſ. l. 7. c. 3

5 Pol. l. 1. c. 19. Burc. l. 3. c. 2. & 5. Iuo p. 3. c. 4. & 7. Pan. l. 2. c. 5.

† al. ſuiſque præſulibus.

e Ad hoc expreſſe 5. q. 6. ... vol L. ap.

a ¶ *Synodo*

bat iſtā ſniā Alij contra ga eccleſia Lateran eſt patriarchalis. ſed eccleſia B. Petri ñ, nec et epālis, ſed eſt d epātu Portuenſi. & iō exponūt vt ſequitur, & hoc tēt Hu.

a ¶ *Synodo.*] nam ante eum non fuerunt generales ſynodi congregatæ vt 15. diſt. c. 1.

b ¶ *Baſilicas.*] de conſecr. diſt. 1. nemo.

VIuentes.] CASVS Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte oſtenditur ratio, quare eccleſia habet poſſeſsiones, ſcilicet quia plus vtilitatis confertur eccleſiæ de poſſeſsionibus quā de pretio: cum ex his plura poſsint fidelibus miniſtrari. In ſecunda parte dicitur, ꝙ res eccleſiæ debent eſſe in poteſtate epiſcoporū: ex quibus debent communiter viuentibus neceſſaria miniſtrare. In tertia parte dicitur quo nomine cenſeantur res eccleſiæ, ſ. hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vſurpantis res eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, *Ipſe vero.* Tertia ibi, *Ipſe enim.* Quarta ibi, *Ideo.*

c ¶ *Matricibus.*] videtur ergo ꝙ tantum matrices eccleſiæ olim habuerunt prædia & poſſeſsiones. vnde videtur quod illa ſolennitas quæ in alienatione rerum eccleſiæ ſeruari præcipitur. 10. qu. 2. caſellas. "aliàs hoc ius tantum de maioribus eccleſiis intelligatur. cum enim olim eccleſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhibenda in alienatione. ſed cum hodie augmentatæ ſunt poſſeſſiones eccleſiæ: ſufficit conſenſus capituli eccleſiæ ad alienationem faciendam, vt j. ea. q. 2. ſine.

" eccleſiaſticæ res facilius pōt alienari hodie quam olim.

Idem vero præſidens in ſancta ſynodo [a], quæ apud Nicæam congregata eſt, cū querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatā, ait, Vos à nemine diiudicari poteſtis: quia ſolius Dei iudicio reſeruantini. Dij etenim vocati eſtis: & idcirco non poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tēpore, & deinceps, viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones, & prędia, quæ poſſederant, ſed etiam ſemet ipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas [b] in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrū per ciuitates, ac monaſteria innumera: in quibus cœtus Domino ſeruientium conuenirit.

¶ Ceteri etiam collectores Melchiadem citant: quod conſtare non poſſe recte animaduertit auctor gloſſæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ ſynodi: quo tempore (ut ex ipſa ſynodo, Euſebio, & ceteris hiſtoricis apparet) iam Melchiades obiert & H habetur autem in tegrum inſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini: quod in collectione Iſidori, Interea his impreſſa, ſequitur ſtatim poſt decreta Melchiadis, quemadmodum 7. diſt. 88. ad c decreuit, adnotatum eſt.

Item Vrbanus Papa, epiſt. vnica, c. 1.

¶ Quare prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur. C. XVI.

[1] VIdētes autem ſummi ſacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe conferre, ſi hereditates, & agros, quos vendebant, eccleſiis, quibus præſidebant, epiſcopi traderent, eo quòd ex ſumptibus eorum, tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fideliùs communem vitam † ducētibus, quàm ex pretio ipſorum: cœperunt prædia, & agros, quos vēdere ſolebāt, matricibus [c] eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. ¶ Ipſæ vero res in ditione ſingularum parochiarum epiſcoporum (qui locum tenent Apoſtolorum) [d] erāt, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debēt eſſe temporibus. E quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debēt, prout meliùs potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. ¶ Ipſe enim res fidelium oblationem appellantur, quia Domino offerūtur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum eccleſiæ, quibus epiſcopi præſident, Domino adminiculante creuerūt, & tantis maxima pars earū abundat rebus, vt nullus ſit in eis communem gerens † vitam, indigens: ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo [e], ſuiſque miniſtris percipit. ¶ Ideo, ſi aliquis extiterit modernis, aut futuris tēporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

1 Anſ. l. 7. c. 6 Bur. l. 3. c. 3. Iuo p. 3. c. 5.

† al. degens

Item Auguſtinus tractatu 62. in Ioannem. [2]

¶ De eodem. C. XVII.

[3] HAbebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus [f] tribuebat. Tūc primū eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta: vbi intellegeremus, quod præcepit, non cogitandum [g] eſſe de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur a ſanctis, ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

2 Et Beda ad c. 13. Ioan. & ibi gl. ord.

3 Anſ. l. 5. c. 32. Poly. l. 3. tit. 24.

2 His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quòd ſi habuerint, non clerici erunt, non tamen clericatus eis tollendus eſt.

Vnde Auguſtinus in ſerm. 2. de communi vita clericorum [4].

¶ Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

[5] CErte ego ſum, qui ſtatuerā, ſicut noſtis, nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: aut ſi vellet recedere [h] à propoſito, rectè illi tollerem [i] clericatum: quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum, cœptumque conſortium. Ecce [k] in conſpectu Dei, & veſtro, muto conſiliū. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus, & eccleſia ſua, maneant vbi volunt, & vbi poſſunt: nō eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malum [l] enim eſſe quis neſciat? Malum [m] eſt cadere [n] a propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitū. *& poſt pauca.* ¶ Si non † ſeruat ſanctitatem [o] foris, dimidius cecidit: ſi vero intus habuerit ſimulationem, totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi. Sciō quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

Econtra ſunt alia auctoritates, quibus con

4 al. 52. ad fratres in eremo.

5 Anſ. l. 7. c. 8

† Si ſeruat] orig.

d ¶ *Apoſtolorum.*] "Epiſcopi tenent locum Apoſtolorum, vt hic, ſcilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renuntiationē propriorum, & cōmunem vitam. 16. q. 1. ex auctoritate omnes ſacerdotes quo ad ſacramentorum diſpenſationē. 11. q. 3. abſit. 21. diſt. in nouo. 68. diſt. quorum vices.

" apoſtolorū locū tēt viri eccleſiaſtici diuerſimode.

† al. fidem

e ¶ *Ab epiſcopo.*] ext. de præb. c. epiſc. opus.

ADDITIO. Et ſic habes hic, ꝙ epiſcopus per ſe vel per alium tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti. 70. diſt. ſanctorum. H.

HAbebat.] CASVS. Probatur in hoc c. exemplo Domini, ꝙ eccleſia poteſt habere poſſeſsiones: quia Dominus loculos habuit. & quod dixit, non eſſe cogitandum de craſtino, non ita intelligendum eſt, vt nihil habeamus, ſed ne Deo propter mundana ſeruiatur. Sequens §. patet.

f ¶ *Indigentibus.*] arg. de eleemoſynis fieri eleemoſynam. 16. q. 1. decimæ tributa.

g ¶ *Cogitandum.*] ſ. 1. q. 7. conuenientibus. contra, vbi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris caſibus debemus occurrere. 23. di. in nomine. Solutio. cautela non prohibetur, "ſed ſolicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur. 47. diſt. cap. omnes huius. & cap. ſicut hi.

" ſolicitudo nimia eſt prohibita.

HIS OMNIBVS Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat quod poſſunt habere proprium tam clerici, quam epiſcopi, & eccleſiæ. & hoc probat per 11. aucto. Io. de Fant.

CErte.] CASVS. Aug. fecerat conſtitutionem quandam, ſcilicet, quod nullū ordinaret clericum niſi communiter viueret, & propriis renuntiaret. & ſi inueniretur tranſgreſſor, deponeretur. Poſtea clerici renuntiabant, & fiebant tranſgreſſores. quare Aug. conuocatis omnibus clericis ſuis mutauit conſtitutionem, quam fecerat, volens potius habere claudos, i. propria habentes, quam hypocritas, id eſt tranſgreſſores: quia ſi habet propria, dimidius cadit, i. imperfectus: eſt ſed ſi renuntiat propriis, & habet poſtea propria, totus cadit: quia perfectionem non ſeruat exterius nec interius in anima.

h ¶ *Recēdere.*] i. non aſſumere propoſitum [a] renuntiandi vt ibi: Cadent à latere tuo.

Matth. 6.

a Nō hēt ꝓprietas. non eñ inde cadit q ñ ſuſcipit ſc̄dm H.

i ¶ *Tollerem.*] id eſt, non admitterem.

k ¶ *Ecce.*] Arg. aliquem venire contra factum ſuum. 17. q. 2. Gonſaldus. 35. q. 9. quod quis. 22. q. 4. in malis. & c. iurauit. 55. diſt. pœnitentes. ff. de iis qui. vt indig. tutorem. Contra, 32. q. 5. horrendus. Arg. contra, 7. q. 1. quam periculoſum 8. q. 2. dilectiſsimi. 17. q. 4 ſunt q opes. C. de tranſac. ex cauſa. C. de ca. & poſt li. re. nec nos. C. de remiſſ. pig. debitum. ff. de acq. hær. qui ſuperſtitis. ff. de adopt. poſt mortem. contra. ff. de ſer. ruſt. præd. per fundum. Io. Solut. quilibet poteſt venire contra factum ſuum, vbi eſt expreſſum in iure, aliàs non. 55. diſ. pœnitentes. B.

Facto ꝓprio pt qs cōtra uenire.

l ¶ *Malum.*] i. occaſio mali: quia rei familiaris cura ſine peccato vix poteſt exerceri. 25. diſt. qualis. Vel intellige propriè: "peius enim eſt per hypocriſim peccare, quam manifeſte, vt ext. de hær. cum ex iniuncto. ff. de ri. nup. palam. & plus eſt veneno occidere quàm gladio. C. de maleſi. l. vnica. & plus eſt perſuadere quam compellere. ff. de ſer. corrup. l. 1. §. vlti. & ſic non obſtat 32. q. 4. nemo.

" hypocrita plus peccat ꝙ manifeſte delinquens.

m ¶ *Malum.*] hoc, ſ.

n ¶ *Cadere.*] id eſt, non aſſumere.

o ¶ *Sanctitatem.*] i. minus periculum eſt eſſe manifeſtum quàm occultum. & ſic non eſt contra. 32. q. 4. nemo. vbi dicitur quòd tolerabilior eſt culpa, ſi lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Grat. ꝙ clerici poſsint habere propria. quod verum eſt iis qui non renuntiauerunt propriis: in quo caſu

caſu loquitur vſque ad §.*De rebus.*

E*Piſc.*]C A S V S. Statuitur in hoc c. ſi epiſcopi habent aliquid de rebus propriis, poſſunt relinquere cui velint. Sed quidquid de rebus eccleſiæ habuerunt, totum eccleſiæ reſeruetur.

a ¶ *Acquiſitis.*]de proprio Vel dic, acquiſitis non occaſione eccleſiæ, vt ext.de teſta.quia nos.

b ¶ *Habent.*]de hoc dicemus ꝫ.e.q.4.c.1.

c ¶ *De prouiſione.*]clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate poſſunt dare, niſi talis ſit eccleſiæ conſuetudo, vt ext. de teſta.ad hæc.& c. relatum.§.licet.

d ¶ *De fructibus.*] nondum perceptis. arg. ff. quemadm. viusfr. ami. ſi viusfructuarius, in fin. immo etiam de perceptis non poſſunt condere teſtamentum. extra de teſt.quia nos admonet.

M*Anifeſta.*]CASVS. Dicitur, quòd manifeſtum debet eſſe iis qui circa epiſcopos morantur, quæ ſunt res eccleſiæ. & quæ ſunt res propriæ epiſcoporum, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, vel econuerſo detrimentum patiantur.

e ¶ *Manifeſta.*]facit ergo inuentarium, vt 28. diſt.de Syracuſanæ.

f ¶ *Iis qui circa.*] i. vicedominis, vt 89.diſt. volumus.& c. ſeq. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ.alij erunt teſtes vitæ ſuæ. 2.q. 7.cum paſtoris.

S*Int manifeſta.*] C A S V S. Dicitur, quòd res propriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione vel contradictione quibus voluerit, propria relinquere poſsit.iuſtum enim eſt vt nec eccleſia nec propinqui epiſcopi detrimentum patiantur & in cauſas incidant vel lites. Seq c. planum eſt, & intelligitur à contrario ſenſu, quaſi non ſufficiant ei ſua propria.

g ¶ *Sint manifeſta.*]id eſt, diſtinctæ.

h ¶ *Dominicæ.*]id eſt, eccleſiæ.

i ¶ *Probantur.*]ex hoc ca.& in auth. de eccle. ti.§.interdicimus. col. la.9.ff de do. inter vir. & vx. Quintus Mutius. C.e.ti. etiam videtur ſemper res acquiſitæ præſumuntur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi probetur contrarium. Arg.contra.C. arb. tu. ſi defunctus. ibi enim dicitur, tutor qui nihil ante habebat, poſtea per induſtriam ſuā multa potuit fuiſſe lucratus. vnde pupillus cogitur probare illas ſuas eſſe. Tu dicas, ſi epiſcopus vel alius prælatus permiſtim vtitur rebus ſuis & eccleſiæ, cum non ſit facta diſtinctio, cogentur hæredes epiſcopi probare illas res non eſſe eccleſiæ: ſicut vxor cogitur probare res aliquas non eſſe mariti: quia promiſcue vtitur rebus mariti vt ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certum eſt, eps ante epiſcopatum habuit proprium, tūc incūbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tantum de rebus eccleſiæ.arg.ꝫ.q. 4.c.1. & 2.Vel dic quòd ſi poſt mortem epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſsione rerum tūc hæredibus incumbit probatio. Sed ſi hæredes ſunt in poſſeſsione, tunc eccleſia probabit, vt ꝫ c.q.5.c.1.in fi.

Clerici nihil pñt dare in vltima voluntate.

† al. fructibus

† al. omnia in re.

x In capitul. Marti. Brac. ex c 4. conc. Antiocheni mutatis verbis, ſi ſalua ſententia.

a Anſl.6. c.167.

† al. derelinquere

Clericorū bona an ſemper ſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.

ceditur propria habere, non ſolum aliis, ſed etiam epiſcopis.

Vnde in concilio Agathenſi, c. 48. legitur.

¶ De rebus propriis, vel acquiſitis epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant.

C. XIX.

EPiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis [a], vel quidquid de proprio habent [b], heredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouiſione [c] ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus† [d] ſiue de oblationibus, omnia † in iure eccleſiæ reſeruare cenſuimus.

Item ex concilio Martini Papæ, c.15.

¶ De eodem. C. XX.

MAnifeſta [e] autem debēt eſſe quæ ad eccleſiam pertinēt, his qui circa [f] ipſos ſunt, presbyteris, & diaconis, vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus trāſitus, res eccleſiæ nullo modo poſſint minui, & perire, neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur pro rebus eccleſiæ: vt nec eccleſia incurrat damnum, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, c.40. vbi legitur.

¶ De eodem. C. XXI.

SInt manifeſtæ [g] res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſta Dominicæ [h]: vt poteſtatem habeat de propriis moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarū rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probantur [i], intercidant. Fortaſſis enim aut vxorē habet, aut filios [k], aut propinquos, aut ſeruos [l]. Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines, vt nec eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis, nec epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas [m] incidant, qui ad eum pertinent, morſque eius iniuriis malæ famæ ſubiiciatur.

a ¶ Morſque eius.]*Antea legebatur*, mortiſque eius iniuriis infamentur. *Sed eſt lectio eſt ſumpta ex ſa fi auerſione, cui totum reliquum caput conuenit, ...* & eius mors maledictis vndique appetatur.

Item in eiſdem canonibus, c.41.

¶ Ex rebus eccleſiæ epiſcopus ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat.

C. XXII.

EX his autem, quibus epiſcopus indiget (ſi tamē indiget [n]) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrum vſus & ipſe percipiat, vt nihil ei [a] poſſit omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

a ¶ Ei poſsit.]*Legitur etiam* eis poſſit. *Nam & in Græcis codicibus partim eſt αὐτῷ partim αὐτοῖς.*

Item ex concilio Antiocheno, c.25.

¶ Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet. C. XXIII.

EPiſcopus [o] eccleſiaſticarū rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quàm in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis vſibus [p] profuturis: ita vt in nullo qualibet occaſione fraudētur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem [Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus.] Quòd ſi contentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius cōmoda, vel agrorū fructus [q], non cum presbyterorū conſcientia [r], diaconorumque pertractet ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis [s] aut fratribus, filiiſque committat, vt per huiuſmodi perſonas occulte [a] res lædantur eccleſiæ ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & alter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quod ea, quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpēt, ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi vero, & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quàm ij, qui diſpēſant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet, approbante.

a ¶ Occulte res.]*In verſione Dionyſij legitur.* vt per huiuſmodi perſonas occulte cetera† lædantur iura eccleſiæ, *& concordat cum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici lædi videantur. *Græce in codicibus qui lecti ſunt habetur* ... vt ex his rationes eccleſiæ lædantur.

Item in canonibus Apoſtolorum, c.41.

¶ Res eccleſiæ ſint in epiſcopi poteſtate. C. XXIIII.

PRæcipimus, vt in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res

fieri ſæ eccleſiæ, tunc hæredibus incumbit probatio. Sed ſi hæredes ſunt in poſſeſsione, tunc eccleſia probabit, vt ꝫ c.q.5.c.1.in fi.

k ¶ *Aut filios.*]ꝫ.28.diſt. de Syracuſanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum, quorum [a] canon ille eſt.

l ¶ *Aut ſeruos.*]quos poteſt facere heredes & liberos.

m ¶ *In cauſas incidant.*]id eſt, litigare cogantur.

n E*X his.*] ¶ *Indiget.*] quia de rebus eccleſiæ non debet quis paſci ſi habet propria, vt 1.q.2.clericos. & ca. paſtor.

E*Piſcopus.*]C A S V S. In concilio Antiocheno ſuper quattuor querimonia facta fuit de epiſcopis. Primo, quòd res eccleſiæ vertebant in ſuos vſus. Secundo, quòd res eccleſiæ ſine conſcientia clericorum pertractabant. Tertio, quòd domeſticis & conſanguineis & propinquis de rebus eccleſiæ poteſtatem dabant, vt per huiuſmodi perſonas res eccleſiæ læderentur. Quarto, quòd quidam ex eis pauperibus alimoniam ſubtrahebant. vnde ſermo prædicationis, & hi qui res eccleſiæ diſpenſabant in famabantur: quare ſtatutum fuit in concilio Antiocheno, vt epiſcopi habeant rerum eccleſiaſticarum poteſtatem ad ſui & fratrum ſuorum victum & veſtitum, ſi indigent, ſi vero ſuper prædictis quattuor accuſari & conuicti fuerint pœnas ſuſtineant.

o ¶ *Epiſcopus.*] hoc cap. habes 10. q. 2 epiſcopus.

p ¶ *Vſibus.*]hic oſtenditur qua neceſsitate clerici debent eſſe contenti, ſ. vt habeant victum & veſtitum, & ita refertur hic neceſsitas ad naturæ neceſsitatem. & eſt arg. contra illos, qui dicunt ſe propter neceſsitatem habere plures eccleſias.

q ¶ *Fructus.*]ergo res mobiles non pōt dare ſine conſcientia [b] cleri ſui.ext.de do.c.2.

r ¶ *Conſcientia.*]ꝫ.e.q. 2. ſine.& c ali nationes.

s ¶ *Propinquis.*] ꝫ. 89. diſt.decenter.

P*Ræcipimus.*] C A S V S. Quæſitum fuit, an epiſcopi debent habere poteſtatem de rebus eccleſiæ. Et reſpondetur quòd ſic ad diſpenſandum eas per presbyteros & diaconos cum timore & ſolicitudine. Et hoc probatur argumento à maiori, quia

1.Cor.9.

a Arg. contra ꝫ.e.q.c.2 & ſeq. Dic in illo tēpe Primitiuo n̄ licerct clericis hr̄e propria, cū Apoſtoli ī inſtinctu ſpiritus ſancti p̄ deſſ.t eccl ſiā & clericos poſſeſsiones habituras ē eo.futurā & ſic potuit eſſe iſte canon Apoſtolorū Arg.

3 Et in patiſ. cōcil.1 ſ.c.15.

4 Anſel.l.6. c.165.

1.Tim.6.

† al. cetera lædantur eccleſiæ.

b Hoc n̄ eſt verū. ext de don. ceterū vbi ſ̄ hoc. & ꝫ.e.c vlt. 16. q.3 poſſeſſiones in gl. in fi. Arch.

5 Anſel. l.6. c.160.

habeat. Si enim animæ hominum pretioſiores †a illi ſunt creditæ†, multo magis b oportet cum curã pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius, indigẽtibus omnia diſpenſentur per presbyteros c, & diaconos, & cum Dei timore, & omni ſolicitudine †miniſtrentur. Ex his autẽ, quibus indiget, &c. *vt ſupra.*

Cum ergo d *in concilio Agathenſi, & Martini, & canonibus Apoſtolorũ dicatur* [Sine *manifeſta res propria epiſcopi,*] *cum in eiſdem canonibus, & in concilio Antiocheno præcipiatur, vt epiſcopus participet res* † *eccleſiæ ſi tamen indiget, nonne patenter oſtenditur, quòd epiſcopus habeat libere propria? Dicendo enim* [*ſi indiget rebus eccleſiæ*] *notat eum habere propria, quæ fortaſſe ſuis neceſſitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo* e *clericus, ſi proprium habere voluerit, cler. eſſe non erit? & epiſcopus habens propria, non ſolum non deſinit eſſe epiſcopus, verumetiam cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate?* ¶ *Sed notandum eſt* f *epiſcopos orientales vxores habere, & filios: quoſdam autem ex noſtris partibus, cum in laicatu, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti habeant vxores, & filios, ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum vſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Quod fieri poſſe Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. ca. 12. teſtatur dicens.*

¶ De iis qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renuntiare non poſsint.
C. XXV.

ILli autem, qui tam infirmi g ſunt vt poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſſint, ſi ea, quæ accepturi erant, diſpenſatori h relinquant nihil habentibus i conferenda, ſine peccato k poſſident ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt, quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus verò eccleſiæ quæritur, an liceat eas per præbendas diuidi, vt annuos reditus quiſque ſibi ſpecialiter vendicet. Hoc non poſſe fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur [*Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.*] *Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequantur vitam, quorum in eccleſia gradum adminiſtrant. Non ergo aliquid proprium ſibi vendicabunt, ſed erunt eis omnia communia.*

Item Vrbanus Papa ait in epiſtola vnica, cap. 2.

¶ Res eccleſiæ quaſi communes epiſcopus diſpenſet. C. XXVI.

RES eccleſiæ non quaſi propriæ l, ſed vt communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore non in alios, quam in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. c. 16.

¶ Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios vſus conuertere.
C. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, aliiſque piis locis in proprio vſu habere: ne maiores enormiter m locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contrà agens, canonica auctoritate coarctatus exiſtat.

Si ergo res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed quaſi communes habendæ ſunt, cum de communi nullus dicat, hoc meum eſt n, *nec de rebus eccleſiæ, hæc eſt mea, poteſt aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, ſed erant illis omnia communia. His ita reſpondetur. Sicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem eccleſiarum, diſtributio fit eccleſiaſticarum facultatum, dum aliis poſſeſſiones huius eccleſiæ ad diſpenſandum committuntur, ex quibus, licet res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes, primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtret†, reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus, ita & præbendæ eccleſiarum, eadem charitate manente, piè & religioſè poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſiæ, vt propriis, ſed vt communibus vtilitatibus deſeruituris: vt ex his, quæ ſibi aſſignata ſunt, primum ſibi neceſſaria percipiat: ſi qua vero ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes vſus eccleſiæ expendat* o.

---

iori, quia animæ hominum multo pretioſiores rebus ſunt illis commiſsis.

a ¶ *Pretioſiores.*] ſic j. 16. q. 7. c. 2.

b ¶ *Multo magis.*] ſimile eſt quod oſtendit ius. ex quo mulier credit ſe viro de corpore, dignum eſt vt credat de dote reſtituenda. vnde non tenetur vir dare fideiuſſorem de dote reſtituenda, niſi vir labetur in facultatibus, extr. de don. inter vir. & vxo. per veſtras. C. ne fideiuſſ. do. den. l. 1.

c ¶ *Presbyteros.*] ſupra 89. diſtinct. capit. volumus.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex cap. epiſcopi. & ex ca. manifeſta. & ex capit. ſint manifeſtæ. & ex cap. epiſcopus. quòd epiſcopis licet habere propria. ſed ex hoc mouet quãdam quæſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dicitur s. in cap. nolo. quòd clericus habens propria non erit clericus? cui quæſtioni reſpondet Gratia. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdam epiſcopos in oriente habere vxores & filios. & quoſdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores & filios, quibus licet habere propria: aliis vero clericis qui ab infantia clerici facti ſunt non licet habere propria niſi retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

d ¶ *Cum ergo in concilio.*] concludit quòd clerici poſſunt habere propria.

e ¶ *Quomodo ergo.*] modo quærit de contrarietate illorum capit. s. cap. nolo. & s. ca. expedit.

f ¶ *Sed notandum eſt.*] male ſoluitur a. Sed dic vt dixi s. c. in prin. quæſtionis.

ILli autem.] CASVS. Quidam clerici proprius renunciare nolebant. quæſitum eſt à Proſpero, an ſine peccato poſsint hoc facere? Et reſpondet quòd ſic, ſi præbendam diſpenſatori relinquant: quia quodammodo ſua relinquunt, quando cõtenti rebus propriis nihil de rebus eccleſiæ accipiunt.

g ¶ *Infirmi.*] ſcilicet animo.

h ¶ *Diſpenſatori.*] ſcilicet ſuo: vel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.

i ¶ *Nihil habentibus.*] id eſt, pauperibus. 16. q. 1. c. ſi.

k ¶ *Sine peccato.*] hic patet, quod ſi clerico ſufficiant propria, non habebit eccleſiaſtica, vt 16. q. 1. quoniam quidquid. 1. q. 2. clericos. & cap. paſtor. & j. ea. ſi priuatum. 10. q. 3. cauendum. Sed contra, nemo ſuis ſtipendiis cogitur militare. extra de ſimon. cũ ſit Romana. & qui altario deſeruit, &c. vt s. ea. ex his. Solu. hoc ca. de conſilio loquitur, vel de clericis vagabundis, vel loquitur de oblationibus quæ illis non ſunt communicandæ: vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica non vt ibi reſeruent, ſed vt diſtribuant pauperibus. 16. q. 1. c. ſi.

DE REBVS. CASVS. Hic Gratia. mouet quamdam quæſtionem incidentem, an poſſeſsiones eccleſiæ poſsint diuidi per præbendas. Et primò probat, quòd non exemplo Apoſtolorum, & duobus ca. ſeq. Sequens ca. patet.

l RES eccleſiæ.] ¶ *Propriæ.*] ſi ergo de rebus eccleſiæ emiſti equum vel aliud, illud non eſt tuum: ſed dicas, quòd illud ſolum clericorum eſt, quòd probabili ratione conſumunt b, vt s. ea. expedit. & j. ead. ſi priuatum. & j. ead. q. 2. ſine exceptione. Quidquid enim habes ſupra illud quod ſufficit tibi, illud violenter detines, vt s. diſtinct. 47. ſicut.

NVlli.] CASVS. Præcepit Eugenius in ſynodo habita Romæ, vt nullus epiſcopus res mobiles vel immobiles de eccleſiis ſibi ſubiectis in proprios vſus aſſumat, ne maiores eccleſiæ locupletentur, & minores pauperes fiãt. & qui contra hoc fecerit, canonica ſententia feriatur.

m ¶ *Enormiter.*] argum. quòd epiſcopus de iure vnius eccleſiæ poteſt detrahere, & alij conferre, dummodo alij eccleſiæ grauia dãna non inſtigat, vt j. e. q. 2. bonæ. Quid iuris ſit, dicemus ibi, & 16. q. 1. §. quod autem.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis duobus c. dicens: ſi res eccleſiæ ſint habendæ tanquam communes, & non tanquam propriæ, cum de communi nullus dicat, hoc eſt meum, ergo de rebus eccleſiæ non poteſt quis dicere, hæc eſt mea: quia ſi diceret, non videretur imitari Apoſtolos, quibus nihil proprij erat, ſed omnia cõmuniter poſſidebant. Poſtea huic concluſioni reſpõdet, dicens quòd ſicut poſſeſsiones diuiſæ ſunt per vniuerſum orbem, & aliæ ſunt aſsignatæ vni eccleſiæ, & aliæ alij: ex quibus licet res eccleſiæ debeant eſſe communes omnibus, diſpenſator tamen eccleſiæ ſibi & ſuis primò neceſſaria miniſtrabit, & reliqua quæ ſuperſunt, fidelibus miniſtrentur, ita & præbendæ & prædia eccleſiarum inter canonicos diuidi poſſunt, vt ex his non tamquam propriis, ſed communibus primo ſibi neceſſaria percipiant, & reſidua in communes vſus eccleſiæ expendant.

n ¶ *Hoc meum eſt.*] falſum dicit. nam res quæ communis eſt aliquibus omnium illorum eſt c, vt ff. de rit. nup. illud. vnde hoc verbum, ſuum, ambiguum eſt pro toto, & pro parte, & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe. ff. de ver. ſig. pupillus. §. vlti. & cum quis legat ſeruos ſuos, tam illi qui ex toto ſui ſunt, quam qui pro parte intelliguntur legati, vt ff. de leg. 3. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid vniuerſitatis vel ciuitatis, illud non eſt cuiuſlibet. j. ead. q. 2. qui manumittitur.

o ¶ *Expendat.*] mirum eſt quare Gratianus non inducit ca. quòd poſſeſsiones eccleſiæ poſſunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propoſitum, vt j. q. 2. quiſquis. & c. ſæpe ſit. 10. q. 2. caſellas in fin. & 16. q. 1. poſſeſsiones. & q. 3. clerici. arg. contra j. q. 2. vobis. 10. q. 3. vnio. & s. ead.

Marginal notes: vir pro dote nõ tenetur fideiuſſorem dare. — † pretioſæ] orig. — † mercedes, i. credendæ. — † cautelis, i. integritate. — a s. ead. c. ex his autem. — † al. rebus. — a Qd̃ nulla nititur rõne, nulla fulcitur veritate. Laur. H. — Clerici quæ bona habent — Act. 4. — b Ad hoc ſa. qd̃ le. & no. 44. di. in pr. verſ. ſi ſacerdos. & 47. di. cap. ſicut hi verſ. ꝓpriũ. & s. ead. epl. ver. quidquid. vbi ꝺ hoc. A. — a Anſ. l. 5. ca. 35. Pol. l. 6. ti. 15. — Act. 4. — † al. epiſcopus ſubminiſtret. — c Arg. ext. de vſu pal. c. 1. & de præb. ꝓ illorũ. in pr. & de priuil. paſtoralis. i pr. ar ff. de cõtr. emp qui tabulas Acc.

& ꝭ.ead.quia tua.& c.neceſſaria.

a S*I privatum.*] Poteſt intelligi ſi,id eſt,quamuis priuatum ſeparatim aliquid eccleſiaſticum poſsidemus: non tamen illud eſt noſtrum, quorum procurationem,id eſt, quia tantum illius procuratio nobis eſt commiſſa. Vel dic,priuatum,id eſt,proprium.

b ¶ *Non illa noſtra ſunt.*] id eſt,a nobis recipienda & retinenda.

c ¶ *Procurationem.*] ergo prælati dicuntur procuratores rerum eccleſiaſticarum, vt hic,& 14.quæſt.1.§.1. quandoque domini dicuntur.16.q.1. & temporis. quandoque defenſores.16.qu.1. in canonibus. quandoque patres,vt 68 diſt. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem adminiſtrationem ſicut procurator Cæſaris,vt ff.de officio procu. Cæſaris. l. 1.modicum tamen donare poſſunt. extr. de don. cæterum. tamen loco domini habentur, cum bene adminiſtrant. loco prædonis, cum male, vt ff. pro empto qui fundum. §. ſi tutor.

N*Vnc quæritur.*] Hæc quæſt. diuiditur in nouem partes:in quarum prima probat magiſter per 16.canones, q res eccleſiæ vẽdi non debent, vel alienari in caſu non conceſſo, & ponit pœnas diuerſas alienantibus, & vendentibus eas quoque modo. Secunda ibi, *Quia tua.* Tertia ibi, *Non omnis.* Quarta ibi, *Nobis* Quinta ibi, *Statuimus.* Sexta ibi, *Terrulas.* Septima ibi, *Item ſi rectores.* Octaua ibi, *Item ſi ſerbos.* Nona ibi, *Ne uero.* Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non,& qualiter res eccleſiæ poſsint diuidi per præbendas. Nunc autem in hac 2. q. quæritur, an res eccleſiæ alienatæ poſsint apud alios remanere quibus alienatæ ſunt. & certum eſt, quòd non, niſi ſint alienatæ in caſibus conceſsis a iure,vt ꝭ.ea aurum & c.fine exceptione. in quo cap.dicitur,quòd pro vtilitate poſſunt res eccleſiæ alienari,vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. & procedit hoc ordine Grat. primo probat, quòd res alienari non poſſunt, nec alienatæ poſsideri, vſque ad §. his omnibus auctoritatibus. poſtea ſupponit quoſdam caſus ſpeciales, in quibus licite res eccleſiæ alienantur. Primum autem caſum huius quæſtionis planum eſt.

d ¶ *Nunc quæritur.*] Alienatio eſt omnis contrectus per quem dominium transfertur,vt C. de fun. do. l. 1. ſed hic largius ſumitur alienatio,quia nec obligari poſſunt res eccleſiæ. Quid autem ſub ſe contineat hoc nomen, alienatio, dicitur extra de reb. eccl non al.c.nulli.in auth de non alien. vel permu coll.2. §. nos igitur. prohibentur res eccleſiæ alienari,vt ꝭ ea fine.10.q. 2. hoc ius. & res Cæſaris. ff. de legat.2.apud Iulianum. §. vlt. Sed excipiuntur quattuor caſus. Cauſa neceſsitatis, vt ſi debitum vrget, vt in illa l. hoc ius. Cauſa pietatis pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, vt ꝭ.ead.aurum:Cauſa neceſsitatis vel vtilitatis, vt ꝭ. ea. ſine exceptione. Cauſa incommoditatis vel minoris vtilitatis, vt ꝭ. ead. terrulas. aliæ cauſæ poſſunt aſsignari, ſed ad has poſſunt omnes canones reducitures tamen eccleſiæ quæ ſeruanc oderuari non poſſunt, citra aliquam ſolennitatem alienantur, vt C. de admi. tut. l lex, quæ. §. vlt.C quando decre non eſt opus.l.vlt.& 96.diſt. bene. Sed aliæ res eccleſiæ cum ſolennitate alienandæ ſunt & olim quidem duo de viginti epiſcopis interreant,& de cauſa alienationis cognoſcebant, & ſubſcribebant,vt 10.q.2.caſellas.in fi.ꝭ.ead.quicumque ſuffragio.& 17.q.4. nullus.ſed hodie ſufficit conſenſus capituli & epiſcopi, vt ꝭ.ea.c.fine. & ſi res ſit modica,& neceſsitas magna, non eſt neceſſarius conſenſus capituli vt ꝭ.ea.terrulas. In rebus monaſteriorum alienandis requiritur conſenſus abbatis & capituli & epiſcopi ꝭ ea. abbatibus. 17. q. 4. in venditionibus. Idem in eccleſiis parochialibus , vbi etiam conſenſus ſacerdotis requiritur.ꝭ.e. placuit. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. Facta alienatio contra dictam formã, eſt nulla,licet ſit in caſu licito,vt ꝭ.ea. fine. ſed cũ præſcripta forma facta, & etiam in caſu non conceſſo, tenet ipſo iure. arg. extr. de his quæ ſi. a præla. ſine conſenſu ca. cum nos. extra de empt. & vend. cum dilecti ſed ſi damnoſa fuerit, eccleſiæ reſtituitur. extr. de reſt in integ.c.1.

Vnde Auguſtinus ad Bonifacium comitem,epiſt.50.

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatũ † a poſſidemus,quòd nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt b, ſed pauperum:quorũ procurationem c quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vẽdicamus.

Oſtenſum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium,& quomodo non. Item, quomodo res eccleſiæ per præbendas diuidi poſſint.

QVAESTIO II.

I PS N*Vnc quæritur d, ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſiæ dediſſe noſcuntur, an hi,qui eas acceperunt, aliqua firmitate conſiſtunt.*

Quòd res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſunt, & diſtracta poſsideri, multis auctoritatibus probatur.

Aſt enim Stephanus Papa.

¶ Eccleſiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

e QVi Chriſti pecunias e,& eccleſiæ aufert,fraudat f, & rapit g, vt homicida h in conſpectu iudicis deputabitur.

¶ In epiſtolis Stephani primi,quæ extant, caput hoc non habetur:ſed in epiſtola prima Anacleti,ex quo citatur à Burchardo, & Iuone,& in concilio Triburienſi.& ...ea.c. qui abſtulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.

Item Pelagius Hoſtilio epiſcopo.

¶ Quidquid de ſacratis vaſis,vel miniſteriis a quolibet clerico vſurpatum fuerit,eccleſiæ reſtituatur. C. II.

AVguſtino i noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet, quoſdam de clero tuo, & maxime parochiarum ad te pertinentium non pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua huiuſmodi perpetraſſe, quæ à religioſo aliena ſunt propoſito Charitatẽ vero tuam (vt hoc competenti ſolicitudine debeat inſequi, vel vlciſci) noſtræ præceptionis auctoritate cupis communiri k. Quibus de re præſentibus mãdamus affatibus, vt competentis viuacitatis inſtantia, quidquid de ſacratis vaſis,vel miniſteriis a quolibet clericorum vſurpatum, vel diſtractum fuiſſe compereris,ſine cuiuſquam moræ interuentu exigere non dimittas, & eccleſiaſticis vſibus reformare.

Item Bonifacius † Papa a.

¶ Quidquid Domino conſecretur, ad ius pertinet ſacerdotum C. II.

NVlli l liceat ignorare,omne, quod Domino conſecratur m,ſiue fuerit homo, ſiue animal n,ſiue ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum o Domino erit,& ad ius pertinebit ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis qui à Domino,& eccleſia,cui competũt,aufert,vaſtat,inuadit p,vel eripit,& vſque ad emẽdationem,eccleſiæque ſatisfactionem,vt ſacrilegus iudicetur:& ſi emendare noluerit,excommunicetur q.

Item Gregorius ſeptimus,lib.6.Regeſti, in concilio,c.1.

¶ Excommunicationi ſubiaceat,qui eccleſiaſtica prædia inuadit. C. III.

QVicumque militum, vel cuiuſcumque ordinis,vel profeſsionis perſona, prædia eccle-

e Q*Vi Chriſti pecunias.*] large ſumitur,vt ꝭ.q.ꝭ. per totum.

f ¶ *Fraudat.*] occulte.

g ¶ *Et rapit.*] vi.

h ¶ *Homicida.*] etiam eſt ſacrilegus,vt ꝭ cap. prox.& 16 qu. 1. decimas.

A*Guſtino.*] CASVS. Hoſtilius epiſcopus ſignificauit Auguſtino notario Papæ, quòd quidam clerici ſui diſtraxerant illicite multa ſacra vaſa vel miniſteria ſuarum eccleſiarum, propter quæ reuocanda cupiebat auctoritate Apoſtolica communiri. Auguſtinus ergo illud Papæ ſignificauit. quo audito Pelagius ſcripſit Hoſtilio epiſcopo, vt Apoſtolica functus auctoritate, ſine mora omnia reuocet ad vſus eccleſiarum, per quẽcumque clericum fuerint alienata.

i ¶ *Auguſtino.*] aliàs incipit, Notario noſtræ ſedis Auguſtino ſuggerente,&c.

k ¶ *Communiri.*] cum tamen & illud de iure communi poſſet facere e. & ſic eſt contra id quod dicit lex. ſuperfluum eſt poſtulare quod lex indulſit. C. de theſau. l. 1. ſed fit ideo, quia plus timetur quod ſingulariter pollicetur, quam quod generaſi ſponſione fit,vt 23.diſt.quamquam.

N*Vlli.*] CASVS. Docet Bonifacius Papa in hoc c.quòd quidquid fuerit ſemel eccleſiæ oblatum,Domini eſt, & ad ius pertinet ſacerdotum. vnde quicumque illud inuaſerit vel vſurpauerit, ſacrilegium committit:& ſi non emendauerit, debet excommunicari.*Conſecratur*,id eſt,datur vel deputatur vel offertur.*Sanctum* id eſt, eccleſiæ deputatum erit.*Sanctorum* id eſt,ſacerdotum.& *Domino* id eſt,ad honorem Domini.ſic conſtrue quòd omne ſanctum quod conſecratur Domino,erit ſanctum.

l ¶ *Nulli.*] quod ſemel eſt conſecratum Deo , etiam licet ſit alienum, poſtea non ſiet profanum vt ꝭ.17 q 4.quæſtio.ff.de rẽ.diui.in tantum, arg contra ꝭ.diſt 54.ex antiquis.& c.frequens.

m ¶ *Conſecratur.*] id eſt, datur.

n ¶ *Siue animal.*] aliud ab homine.aliàs ſequeretur quòd homo non eſſet animal.

o ¶ *Sanctum ſanctorum.*] id eſt , ad vſum ſanctorum ſacerdotum pertinet.

p ¶ *Inuadit.*] ergo qui ſeruum eccleſiæ inuadit,ſacrilegus eſt, ſed forte non eſt:ſed reputatur ſimiliter ſacer.

q ¶ *Excommunicetur.*] ergo non omnis ſacrilegus ipſo iure eſt excommunicatus, vt ꝭ c.prox. De hoc dixi 11.q.3 canonica.

Q*Vicumque.*] CASVS In hoc ca.dicitur, quòd quicumque prædia eccleſiaſtica a rege, vel ab alio principe ſæculari ſuſceperit

Marginalia:

¶ prælati dñi pecuratores rerum eccleſiaſticarum.

¶ priuatum, quæ nobis ſufficiant. poſſeſſionem.

orig.& ꝭ 13. q.7 quæ ſi autem ſunt.

e Anacl.epiſt. 1.c 1. Lucius, c.6 In conc. Trib.c 7. Bur.l.11 c.8. Iuo p.14.c 98.

¶ Alienatio quid comprehendat.

¶ Eccleſiaſticæ res in 4. caſib. licite alienantur.

¶ Eccleſiæ bona cũ qua ſolennitate ſunt alienanda.

a Adde q ſolennitates te...

quirunturin alienãtione rerum eccleſiæ, no. in auth. hoc ius porrectũ. q eſt canonizata. 10.q. 2. C. de ſacſan ec.

b Licito.Cõtrarium ex diametro ad hanc glo not. d.in l. cũ his §.vlt. de tranſact. ꝭ ſolutione. de transl. vide Ant. Corſ.in ſing.verſ alienatio. & q melius ꝭ gl.pe.ꝭ. e. q. c. fine exceptione.

† al. Ex decreto Bonifacij Papæ.

a 6. capitul. c.30 ꝭ. Pol.l.6. tit. 15. Burc. l. 11. ca. 17. Iuo p. 14.c 87. Pal.l.5.c.11.8.

4 Poly.l.6.tit. 15.

e Si eſt huius ext de of oc. li...et. & cap. graue.... c.ſi ...

perit, niſi reſtituat, debet excommunicari. Idem ſtatuitur de eo qui ab inuitis prælatis bona eccleſiæ ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de conſenſu eorum retinuerit.

a ¶ *A quocunque.*] ille ergo conueniendus eſt, qui rem eccleſiæ qualemcunque detinet, licet exhibeat auctorem ſuum, vt. j. 16. q. 1. in canonibus. Sed diſtingue, an rem mobilem detineat, vel immobilem, vel ... in rem act. l. ... extr. vt lit. non cont. quoniam. [u] & hoc intelligas quando quis ſuo nomine aliquid poſſidet, vt tunc ſemper poſſeſſor ſit conueniendus, & tunc non eſt neceſſe vocare illum cuius auctoritate poſſidet. ſecus ſi alieno nomine, vt extr. vt lit. non cont. quoniam. Item hoc ſcias, quod licet conuentus rei vendicatione poſſet dominum nominare, nō tamen conuentus poſſeſſorio iudicio, vt hic.

b ¶ *Seu abbatibus.*] inuitis.

c ¶ *Rectoribus.*] inuitis.

d ¶ *Conſenſu.*] conſenſus enim prælati non obſtat clericis repetentibus res eccleſiæ, vt j. ead. non liceat. [x] Sed quare non eſt ille tutus qui ab Imperatore poſſidet. C. de quadri. præſcr. bene. cum iuſte poſſidet qui auctore prætore poſſidet, vt ff. de acq. poſ. iuſte. Sed dicas[a] illud obtinere in rebus priuatorum: quia nec eccleſia tuta eſt, ſi rem recipit ab Imperatore, niſi eam præſcripſerit, vt 16. q. 3. placuit. 1.

ſiaſtica, à quocumque[a] rege, ſeu ſæculari principe, vel ab epiſcopis inuitis, ſeu abbatibus[b], aut aliquibus eccleſiarum rectoribus[c] ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de rectorū deprauato, ſeu vitioſo conſenſu[d] tenuerit, niſi eadem prædia eccleſiis reſtituerit, excommunicationi ſubiaceat.

Item Pius Papa, epiſt. 2.

¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica vexat. C. V.

[s] PRædia diuinis vſibus tradita quidam humanis applicant vſibus, & Domino: cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſibi † inſeruiant. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis contumelia depellenda eſt: ne prædia vſibus ſecretorum cæleſtium[e] dicata à quibuſdam irruentibus vexentur[f]. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, vt ſacrilegus[g] habeatur.

Item Anacletus Papa, epiſt. 1.[6]

¶ De eodem. C. VI.

[s] QVi abſtulerit aliquid patri[h], vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit: mater vero noſtra, eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regenerauit. Ergo, qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt.

Item Ioannes Papa primus ad Zachariam Archiepiſcopum[6].

¶ Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ inuadit. C. VII.

[7] IN antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus: ſed cum multiplicatione[i] omnia reſtituat. Vnde & in Euāgelio ſcriptum eſt [Quòd ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus ſæculi cautum habetur [[8] Qui rem ſurripit alienam, &c.] *vt infra in auctoritate*[k] *Euſebij Papæ.*

Item Gregorius ad Conſtantiam reginam Galliæ, lib. 4. epiſt. 33. ſeu, c. 77.

¶ Pro tenore ſæcularium legum puniantur inuaſores rerum eccleſiaſticarum. C. VIII.

P*Rædia.*] CASVS. Significatū fuit Pio Papæ, quod quidam prædia eccleſiarum vſurpabant, & Deo cui tradita ſunt ſubtrahunt, quare Pius Papa ſtatuit, vt quicunque hoc præſumpſerit, debeat vt ſacrilegus iudicari.

e ¶ *Secretorum cæleſtium.*] id eſt, eccleſiæ. ADDITIO. Vbi tractātur ſecreta cæleſtia. de conſecr. diſt. 1. c. 1. Arc.

f ¶ *Vexentur.*] iniuſte. nam ad tributa & ſeruitia tenentur. 11. q. 1. ſi tributum. vel expone, vt ibi dixi.

g ¶ *Sacrilegus.*] alia pœna ſacrilegij eſt ſecundum legem. ff. ad leg. Iul. pec. ſacrilegij. Alia ſecundum canones. 17. q. 4. per totum.

Q*Vi abſtulerit.*] CASVS. Dicit Anacletus in hoc c. quòd Deus eſt pater noſter, & eccleſia mater: & ideo qui Dei, & eccleſiæ pecuniam aufert, vſurpat & fraudat, homicida eſt: ſicut ille qui patri vel matri carnali abſtulit aliquid iniuſte, dicitur homicida.

h ¶ *Patri.*] homicida enim eſt, qui non paſcit patrem vel matrem[b], vt 22. q. 4. inter cetera. & 86. diſt. non ſatis. in ſi.

I*N antiquis.*] CASVS. Quæſitum fuit a Io. Papa, quam pœnam debeat pati qui inuadit aliena. & reſpondet quod ſecundum antiqua ſtatuta quadruplum debet reddere. Item probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Euangelij & Euſebij Papæ.

i ¶ *Multiplicatione.*] [c] ar. pœnam pecuniariam poſſe ab eccleſia infligi. 21. q. 5. ſi quis cuiuſlibet. 23. diſ. quamquam. extr. de arb. dilecti. in ſi. extr. de relig. do. conſtitutus. in fi. ar. contra. j. ea. fraternitas. vbi de hoc dicitur. & ext. de pœ. ſuam[e]. Sed illud poteſt intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

k ¶ *In auctoritate.*] j. ea. in legibus.

C*Vm deuotiſſimam.*] CASVS. Iulianus epiſcopus conqueſtus eſt Papæ de quibuſdam, qui de nocte quaſdam villas ſuæ eccleſiæ combuſſerunt, & prædam inde exportauerunt: tamen ſæpe admoniti damnum emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Conſtantiæ Reginæ Galliæ, & ei primo applaudit cōmendando ipſam, & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit, quod damnum illud debent cum multiplicatione pœnæ reſtituere. & hoc probat per legem Lombardam, & per exemplū Zachæi dicētis in præſentia Chriſti ſe velle reſtituere quadruplum ſi aliquem defraudauit vt continetur in Euangelio ſecundum Lucam. In tertia parte inſinuat ei, quod in menſe Nouembris præſentis anni, mittet in Galliā Petrum epiſcopum. & monet ipſam Reginam, vt cū eo, & cum aliis epiſcopis eiuſdē prouinciæ congregatis ſic faciat damnū emendari, vt ceteri terreantur. Secunda pars incipit ibi, *Dum & ſæculi.* Tertia ibi, *Ea propter.*

[9] CVm deuotiſſimam †[1] dominam ſciam de cęleſti vita†, atque remedio animæ ſuæ ſedulo cogitare, culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Domini ſunt ſuggerenda, ſiluero: & te ſanctiſſimam de eccleſiaſtica pace ſedulo non commonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiſcopi noſtri proclamatio nuper contriſtauit, maxime cum villæ ſuæ, videlicet eccleſiæ à nequiſſimis prædonibus ſint deprædatæ, atque nocturnis incendiis more furum combuſtæ: & dum iidem maligni iuxta noſtri prædeceſſoris Bonifacij decreta pro violata[a] emunitate[m] illud emendare noluerint: dum & ſæculi leges[n] hæc eadem ita ſe habere voluerint, lege vulgari[o] teſte, in qua ſic ſcribitur [[10] Si quis manu armata vſque ad quattuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille, qui prior eſt[p], pro illicita præſumptione cōponat[q] ſolidos nongentos: ſequaces vero eius, vnuſquiſque ſolidos octuaginta. Si vero incēdium[r] fecerint, ibi nonies tantum componant: ſi prædam vero, in quadruplum reſtituant.

¶ *Initium huius capitis vſque ad verſ. ſiluero, eſt acceptum ex epiſtola indicata, Reliqua non ſunt inuenta.*

a ¶ Violata.] *Hæc dictio abeſt à pleriſque vetuſtis & hic, & in ſequenti capite, vbi in vulgatis eſt* emunitas violata.

Item.

¶ De eodem. C. IX.

[11] SI ſæculi leges talem iuſtitiam habere voluerunt, lex diuina cur inferior eſſe debebit? cum in ipſius veritatis præſentia à Zachæo collaudatū ſit, vt ſi aliquem defraudarat, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum in rebus bonū eſt iuſtitiam colere[s], ac ſua cuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere quod poteſtatis eſt, fieri, ſed quod æquum eſt, cuſtodiri (quod & vos diligere, & omnino confidimus ſtudere,) ea propter

l ¶ *Cum deuotiſſimam.*] Intercedit Papa pro eccleſia apud Reginā, ſicut alibi apud principem, vt 97. diſ. eccleſię.

m ¶ *Pro violata emunitate.*] [cc] & dicitur emunitas priuilegium quo gaudet eccleſia, vt in ambitu ſuo non fiat pugna vel inſultus, vel rapina per quadraginta vel triginta paſſus, vt 17. q. 4. ſicut antiquitus. Quæ autem pœna pro emunitate eccleſię læſa ſit ſoluenda, habes 17. q. 4. ſi quis contumax.

n ¶ *Leges.*] ſ. Lōbardæ.

o ¶ *Vulgari.*] ſ. Lombarda. 23. q. 8. ſi quis membrorum. & c. peſſimā.

p ¶ *Qui prior eſt.*] nam tot ſunt iniuriæ, quot ſunt iniuriantes, vt ff. de iniur. ſi plures. & ideo pœna vnius non liberat alios. ff. ad leg. Aq. item Mela. §. ſed ſi plures.

q ¶ *Componat.*] inſt. de act. §. omnes. contra. [ee] vbi dicitur, quod nulla pœna debet excedere quadruplum. Sol. quidam dicunt, quod pœna legalis nō poteſt excedere quadruplum, ſed conuentionalis poteſt: melius dicas, quod legalis & conuentionalis in infinitum poteſt extendi ſecūdum qualitatem negotij vel delicti. ſed ſi habetur reſpectus pure ad rem ipſam, tunc ſufficit pœna quadrupli. arg. C. de ſer. fug. quicumque. & l. ſi quis ſeruum. & licet hæc lex non teneat, tamen ex ea argumentatur hic Greg. ſic ext. de iud. nouit.

r ¶ *Si vero incendium.*] [ff] incēdiarius eſt ipſo iure excōicatus, nec prius abſoluitur, quàm ſatisfaciat, & iuret ſe id amodo nō facturū. 23. q. 8. ſi quis memororū & c. peſſimā. & ſi fuerit denūciatus, amodo non poteſt abſolui niſi a Papa, vt ext. de ſen. exc. tua. ſecundū leges capite punitur. ff. de pœ. capitaliū. §. nonnunquam. vbi dicitur, quod ſi quis intra oppidum vel propter inimicitias, vel ob prædam aliquid exuſſerit, igne crematur. ſed ſi villam combuſſit, leuius punitur. ff. de incen. ruin. nau. qui ædes. Ioan. non inuenio, quod incendiarius ſit ipſo iure excommunicatus, niſi incendiarius eccleſiæ, vt extra de rap. cap. in litteris.

s ¶ *Iuſtitiam colere.*] inſt. de iuſt. & iur. §. præcepta iuris.

[u] Poſſidens rem eccleſiæ ſiue ſuo ſiue alieno noīe an ipſe ſit conueniendus.

[5] Poly. ibid. Anſ. l. 5. c. 36. Iuo par. 3. c. 19.

† al. ſuis vſibus.

[x] Poſſidens ab Imperatore non eſt ... pectutus.

[6] Et in epiſt. Lucij, c. 6.

[7] Poly. ibid. Bur. l. 11. c. 18. Iuo part. 14. c. 88.

[a] Dicas glo. ſingul. ſedm Lu. Ro. ſing. 612. li. 7. Alc. cōſ. 12. lib. 7. Fel. c. quę i eccleſiaſtic. co. 11. de conſt.

[c] Concord. Alc. de Im. in l. cū alienā C. de lega.

[5] S. ead. qui Chriſti.

[6] Et in epiſt. 1. Euſeb. Papæ ad Aegyptios & in decr. Iulij, c. 1. & Symmachi i 5. ſyno.

Luc. 19.

[7] Bur. l. 11. c. 25. Iuo par. 3. c. 149. & 13. c. 3. & par. 5. c. 149.

[8] j. c. i legib.

[b] Arg. cōtra illa. 1. 93. di. diaconi ſūt. in princ. ſed ibi aliter exponitur.

[c] Pœna pecuniaria an poſſit infligi ab eccleſia.

[e] Et ea. licet vbi de hoc 14 q. 1. q. 10d debetur in pœn. vbi de h. c. Arc.

[9] Bur. l. 11. c. 26. Iuo p. 13. c. 36.

† *ſereniſſimam.*] orig.

† al. patria, atque animæ ſuæ vitæ ſedulo.

[10] lib. j. legū Lōgob. ti. de aggreſſ. vic. ſact. leg. 1.

[cc] Emunitas eccleſiæ quæ eſt.

[11] Burch. & Iuo ibid.

Luc. 19.

[ee] Pœna an poſſit excedere quadruplum.

[ff] incendiarius an ſit ipſo iure excommunicatus.

a Hoc fuit ex cómiſſio ne Papæ.

a ¶ *Regia.*] ergo femina poteſt eſſe iudex [a], vt hic, & 23.q.4.ſi quos. & 15.q.3.c.1.arg.contra.33.q.vlt. mulierem. C. de arb. l. vlt. Sed dic vbi conſuetudo eſt, bene poſſunt iudicare ext. de arb. dilecti.

ADDITIO. Vbi no. Inn. quòd ſi fœmina habet regimen vel comitatum, de iure poteſt iudicare, vt hic patet. Archid.

g ¶ *Cum augmento.*] ſcilicet innaturali & illegitimo, ne ſit contra ſ. diſ.89. decenter.17.q.4.quiſquis. ĩ e.q.5.c.pe. & ſ. ea.q.1.in antiquis. Ad hoc reſpondent quidam. ſi vult libere fur vel prædo reſtituere rem ante quam conueniatur, pœnã euitat: hoc falſum eſt, quia non ſufficit raptori reſtituere rem ad euitãdam pœnam, vt ff. vi bo. rapt. l. non prodeſt. Vel dic quòd eccleſia non petet pœnam, ſed iudex ex officio ſuo eam infliget, & dabit eccleſiæ, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam derelinquit. C. de epiſ. & cle. ſi quis. & eſt ad hoc bonum arg.23.q.3.§.1. in ſi. "Vel dic quòd poteſt petere naturale augmentum, i. intereſſe. ſed innaturale non poteſt. Vel dic, quòd non poteſt petere intereſſe quod eſt extra rem. vel ſi forte occaſione rei ſublatæ familia vel pecora mortua ſunt, illud non poteſt petere, ſicut nec emptor, vt ff. de act. empt. & vend. ſi ſterilis. §. cũ per venditorem. Vel ponas caſum ſic. Quæſitũ fuit ſi aliquis confeſſus fuit ſe furtũ feciſſe ſacerdoti ſuo, an in pœnitentia debet ei iniũgi, vt illam rem reſtituat cum pœna [b]? Reſpõdeo quòd nõ [c]: & ſic contraria non tangunt caſum.

"Eccleſia an poſſit petere rẽ ſuam cum augmento.

b iſtã gl. dicit eſſe ſing. Alc. de Im. in l. ſi pœnæ ff. de cõd. ind.

c tenetur tñ damnũ reſtituere, vt ex. de iniu ſi iniferis. & duo. c. ſeq & ext. de rap. c. 1. 2. & 3 & c. in literis. in ſi.

IN *legibus.*] CASVS Quæſitum fuit ab Euſebio, quantam pœnam debeat pati raptor rerum eccleſiarum: & reſpondet, quòd ſecundum leges ſæculi, ſcilicet Gotticam & Salicam, in decuplum debet emendare. dicit enim in h. c. vt ſacrilegus iudicetur, & quadruplum reſtituat, & canonicæ pœnitentiæ ſubiiciatur.

b ¶ *In legibus ſeculi.*] in Lombarda & Gotica, & Salica, non in Romana.

c ¶ *Terminos.*] ſecundum leges punitur talis pœna quinquaginta aureorum, vt ff. de termin. moto. l. 1. & 2.

d ¶ *Quadruplum.*] vt in illo quadruplo rei perſecutio computetur, vt inſt. vi bo. rapt. in prin. ſed in furto eſt rei perſecutio præter pœnam furti, vt inſt. de oblig. quæ ex delic. in ſi. & eſt ſimile 79. diſt. decenter.

CONTRA GREGORIVS. CASVS. Supra in quibuſdam c. dictũ eſt, quòd res eccleſiæ vſurpatæ cum pœna debet reſtitui. Nũc vero probat contrarium per ſequens cap.

FRaternitas tua.] CASVS. Aug. Anglorum epiſcopus de duo. quæſiuit a Grego. Primo qua pœna ſit puniendus fur. reſpondet dicens, quòd quidam furantur propter cupiditatem, quidam propter inopiam: & ideo qui cupiditate furantur, damnis: qui inopia, verberibus ſunt corrigendi, & cum diſtrictius agitur, in verberibus ex charitate agendum eſt. Secundo quæſiuit ſub quo augmento eccleſia ſuũ debeat recipere. Et reſpondet, ſub nullo augmento. Secunda pars incipit ibi, *Addis etiam.*

e ¶ *Ex inopia.*] "in delictis non excuſat inopia, vt hic, & 32. q. 4. ſicut ſatius. ff. de rit. nu. l. palam. 32. q. 5. ita ne. 22. q. 2. faciat. Arg. contra de conſec. diſt. 5. diſcipulos. & diſ. 1. ſicut contra. extr. de furt. ſi quis propter neceſſitatem. Quidam dicunt, quòd potius debet homo mori quàm furari. Humanius eſt dicere, quòd ſumma neceſſitas excuſat. extr de regaur. ca. quod non eſt. vnde hic non fuit tanta neceſſitas quæ poſſet excuſare.

"Paupertas in delictis ñ excuſat.

3 Et Symmachus in 5. ſynod & Ioannes 1. epiſt. 2. ĩ. e. 1 antiq. & Pol. 8 tit. 15. Anſ. l. 5 c. 41 Burc. l. 11. c. 17. Iuo p. 13. c. 17. & p. 5. c. 249 & p. 3. c. 149 Pan. l. 4. c. 47.

† al. decuplum.

Deut. 27. in decr. lubij, c. 1.

5 Pol. l. 6. tit. 16 Iuo p. 13. c. 5.

excellentiæ veſtræ, menſe Nouẽbri præſentis anni, ſecunda indictione, Petrum fratrem, & coepiſcopum noſtrum à gremio ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranſmitteremus, vt fratribus eiuſdem prouinciæ in vnum congregatis, eminitas violata, & præſumptio, & ſacrilegium canonica auctoritate, & veſtra regia [a] dignitate talem terminum acciplant, ne poſthac mẽbra diaboli, filij nequam, in ſancta eccleſia, te etiam ibi regnante, talia præſumant.

¶ *In pleriſque uetuſtis codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem caput hoc eſt coniunctum ſuperiori.*

Item Euſebius Papa epiſt. 2. [3]

¶ Eccleſiæ res ſurripiens in decuplum reſtituat, quod abſtulit. C. X.

IN legibus ſæculi [b] cautum habetur [Qui rem ſurripit alienã, illi, cuius res direpta eſt, in vndecuplum †, quæ ſublata ſunt, reſtituat.] Et in lege diuina legitur [Maledictus omnis, qui transfert terminos [c] proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen.] Talia ergo non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque ſua damnatione. Proinde [a], ſi quis eccleſiaſticas oblationes, & quod Deo conſecratum eſt rapuerit, vel conſenſerit facientibus, vt ſacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplum [d] reſtituat, & canonice pœniteat.

a ¶ Proinde.] *Hinc uſque ad finem non ſunt in epiſtola Euſebij, neque apud Ioannem aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum & Iuonem par. 13. c. 37. & in Polycarpo interpoſitis etiam aliquot uerbis, qua in epiſtola habentur, poſt uerſ. damnatione.*

Contra Gregorius ſcribit, c. 4. reſponſionum ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum de his, qui furtim auferunt aliquid de eccleſia.

¶ Sine augmento tibi ablata eccleſiam recipere oportet. C. XI.

[5] FRaternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia, furtum perpetrant: & ſunt alij, qui hac in re ex inopia [e] delinquunt. Vnde neceſſe eſt, vt quidam damnis, quidã vero verberibus [f], & quidam diſtrictius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo diſtrictius agitur, ex charitate agendum eſt, & non ex furore: quia ipſi hoc eſt, & non ex furore: quia ipſi hoc pręſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignib[9] tradatur. *& infra.* ¶ Addis etiã quo augmẽto ea, q̃ furto de eccleſiis abſtulerũt, reddere debeãt. Sed abſit, vt eccleſia cũ augmẽto [g] recipiat, quod de terrenis rebus videt amittere, & lucra damnis quærat.

Verum illud Euſebij de legum ſeueritate: illud † Gregorij de eccleſiaſtica manſuetudine dictum intelligitur.

Idem Gregorius lib. 10. epiſt. 42. Deuſdedit † epiſcopo Mediolanenſi.

¶ Non ſunt alienanda in epiſcopatu acquiſita. C. XII.

[4] RES in epiſcopatu acquiſitas [h] ſacerdotibus nulla eſt alienandi licentia.

Item ex octaua [a] ſynodo vniuerſali, c. 15.

a ¶ Octaua.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, cum antea legeretur ſexta. Eſt autem canon decimuſquintus ſynodi 8. habitæ tempore Hadriani Papæ 2. contra Photium, ex uerſione Anaſtaſij bibliothecarij.*

¶ Vaſa ſacra, niſi pro redemptione captiuorum, non ſunt alienanda. C. XIII.

[5] APoſtolicos, & [i] paternos canones renouãs hæc ſãcta, & vniuerſalis ſynodus diffiniuit neminẽ prorſus epm vendere, vel vtcũque alienare cimelia [6], & vaſa [k] ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet pro [a] redẽptione captiuorũ [l]: ſed nec tradere ſalaria eccleſiarũ in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venũdare, ac per hoc eccleſiaſticos reditus lædere. quos ad propriã vtilitatẽ, & ob eſcã pauperũ, & peregrinorum ſubſtentationẽ eſſe decernimus. *& paulo poſt.* ¶ Quiſquis autem apparuerit poſt hanc diffinitionem noſtrã contrarium quid huic ſanctæ, ac vniuerſali ſynodo agere, deponatur [m] vt præuaricator diuinarum legum, & præceptorum: caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ab epiſcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel ſalariis, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non dederit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuſeos,

† al. illud

† al. Deodato

4 ĩ. e. q. 5. c. nulli.

5 Anſ l. 6. c. 171.

6 κειμήλια Græce theſauri dñi opes, pecuniæ repoſitæ, inſtrũ pretioſa, aurea vaſa, clinodia, inde cimeliarchus C. de ag. & cẽſ. l. litibus. lib. 11.

VERVM. CASVS Determinat Grat. in hoc § qualiter intelliguntur duo proxima præcedentia cap. dicens quòd primum ex rigore. ſecundum ex manſuetudine intelligitur. Sequens c patet.

h ¶ *Res.*] ¶ *Acquiſitas.*] occaſione eccleſiæ, vt ĩ. ea. q. 5. §. fixum.

APoſtolicos.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ſtatuitur, quòd ſi quis clericus alienat quocumque titulo alienationis poſſeſſiones vel reditus vel vaſa eccleſiæ in caſu non conceſſo, deponi debet, alienatione reſciſſa: ſiue ſit facta in ſcriptis, ſiue non: & emptor debet rem reſtituere, & chartam ad incidendum: quod ſi non fecerit, excommunicetur. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi epiſcopus conſtruxerit monaſterium de reditibus eccleſiæ, eidem eccleſiæ monaſterium ſubiiciat. Secunda pars incipit ibi, *Si autem epiſcopus. Salaria.* i. reditus. Iterum habeat ſicut prius habebat." Et interſerit Grat. etiã ſequentia c. præter principale propoſitum, vt oſtendat caſum in quo licite res eccleſiæ poſſunt alienari, quorum primum patet.

"Eccleſiaſticas res male alienans, qualiter puniatur

f ¶ *Verberibus.*] hoc generale eſt, vt verberibus caſtigentur qui ſunt inopes. vt ff. de iur. om. iud. ſi quis id. §. in ſeruos. & ff. de in ius voc. l. vlt. ĩ. ea. q. 5. libertus. 14. q. 6. ſi res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quàm ignobiles, vt 24. q. 1. qui contra.

i ¶ *Et.*] pro, id eſt.

k ¶ *Vaſa.*] ſ. 10. q. 2. hoc ius contra.

l ¶ *Captiuorum.*] & aliis cauſis.

m ¶ *Deponatur.*] hæc eſt pœna male alienantis res eccleſiæ, vt ĩ. ead. quiſquis. & c. non liceat. & c. ſtatuimus [d]. Sed contra ext. de reb. ec. non al

d Et ea. diſ-

coni.17.q.4. ſ. tñ eps diſpenſare cũ prælato ſibi ſubdito, vt ñ depõatur vt 50.diſt. ſi quis presbyterorum. Arc.

non al ſi quis presbyterorum. ext.de elect. ꝙ ſicut. in fi. ff.de al. iudi. mut.cau. f. l. ex hoc edicto. §. ſi quis alienauerit. Ex quibus omnibus habes ꝙ ſufficit ſi ſtatim reddat eccleſiam indemnem. Poſſet dici hoc verum eſſe, quo ad hoc vt exinde non poſsit vlterius conueniri: ſed non quò ad hoc ne pro huiuſmodi mala electione ab adminiſtratione remoueatur. Ar. contra. ff. vi bon. rap. non prodeſt. vbi habes quòd non ſufficit prædoni ad pœnam euitandam rem reſtituere. Item ſufficit ſemel dolum commiſiſſe, vt de depo. l. 1. §. ſi rem depoſitam. Io. Ego ſto illi decr. ſi quis presbyterorum. B.

a ¶ *Conſtruxiſſe.*] lædendo eccleſiam priorem. poteſt tamen conſtruere, cum tamen non lædat eccleſiam. ĵ. e. ſi epiſcopus. & ca. bonæ rei. Tradetur ergo eccleſiæ, vt habeat in ipſa ius patronatus, quod habetur ex ædificatione ſeu fundatione. 16. qu. 7. quicumque. & c. decernimus. & c. filiis. ext. de ecc. ædi. ad audientiam. vel aliquod honeſtum ſeruitium. ext. de iu. pat. præterea. vel ob alia temporalia. extr. de cap. mo. in eccleſiis. 16. qu. 2. ſane. Et eſt arg. quod acquiſita de rebus eccleſiæ per eccleſia vendicantur. ĵ. e. q. 4. ſacerdotes. & q. vlt. fixum. [a] Sed quid ſi clericus de peculio eccleſiæ in proprio ſolo ædificat? tunc videtur ædificium ſolo cedere. ff. de re. di. in tantum. Sed dicas [a] in fauorem eccleſiæ ſolum ædificio cedere. 17. q. 4. c. quæſti. & hoc eſt ſpeciale in eccleſia, quòd ſi res cõparatur de bonis eccleſiæ, ſtatim eſt facta eccleſiæ. vt hic, & ext. de pecu. cle. c. 1. & c. ſi quis. Idẽ eſt in milite. C. de rei ven. vt ſi proponis. & in pupillo. C. arb. tu. l. 3. & in vxore. ff. de do. inter vir. & vx. vxor.

b ¶ *Tradat.*] i. ſubiiciat. ĵ. 14. q. 6. comperimus. 17. q. 4. quæſti. contra. vbi habes quòd res conſecratæ non debeat reſtitui. ſed ſupple laicis, & ad profanos vſus. & licet hic dicatur quòd det ſubiici priori eccleſiæ: nihilominus tamen epiſcopus poteſt vnam eccleſiam alij ſubiicere cui vult: arg. ext. de exceſ. præl. ſicut venire.

1 l. ſancimus C. de ſacro. ecc. Anſ. l. 5. c. 48.

[a] æd ficium de pecunia eccleſiæ factũ, an acquiratur ipſi eccleſiæ.

2 Iuo p. 3. c. 145.

a Dicas hæc gl. ſeq. Spe. de empt. & vend. § tertio loco. 1. ver. quod ſi clericus. & ibi p. Io. An. i add. Bal. in l. in rẽ. ꝗ̃ re. & Phil. F. ã. ſ c. ſemel. ꝗ reg. iu. in 6.

Sacrorum] CASVS. Fabius Firmanæ ciuitatis epiſcopus dedit xj. libras argenti de ſua eccleſia pro redemptione quatuor perſonarũ, ſ. Paſsiui tunc clerici, & vxoris & duorum ſuorum filiorum, ſ. Demetrij & Valeriani, quo præfato epiſcopo mortuo Paſsiuus factus eſt epiſcopus, poſt cuius obitum filij timebant ne illæ xj. libræ argenti a[b] eis vel hæredibus eorum repeterẽtur. & ideo a Papa ſuper hoc poſtulauerunt ſecuritatẽ. Papa igitur eis plenã ſecuritatẽ cõcedit, ita vt de cetero ſuper hoc nulla quæſtio eis moueatur. Sequens c. patet.

c ¶ *Repetitionis.*] quia quod ex cauſa pietatis impenditur, non repetitur. C. de neg. geſt. alimenta. niſi forte fuerit proteſtatus. ff. de re. ſi quis. § hæc actio. & in alio caſu. C. de nupt. patrem. hic tamen non valet proteſtatio: quia eccleſia tenetur redimere, vt ĵ. c. prox. ſi vero priuatus redemiſſet, pretium datum repeteret ſine diſtinctione, ſecundum quoſdam. [a] Et hic redemptus operas præſtabit eccleſiæ per quinquennium, ſi non poſsit ſoluere. C. de cap. l. 2. & vlt. Item nunquid hoc de quolibet capto verum eſt? ità. Sed numquid de capto in maleficiis? quod videtur [b] 86. diſ. non ſatis. 23. q. 5. cap. 1. & ca. reos. & 14. qu. 6. ſi res. Arg. contra 1. q. 1. iubemus. Tamen ſi priuatus det pecuniam pro redemptione alicuius, bene eam repetit, vt C. de cap. l. vlt.

[a] Redẽptus ab eccleſia, illi ſeruiat p quinquẽniũ.

c 1 Iuo p. 3. c. 176.

c 2 Iuo p. 3. c. 176.

ſit anathema vſque dum fecerit, quod ab hac ſancta, & vniuerſali ſynodo confirmatum eſt. ¶ Si autẽ epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe [a] monaſterium de reditibus eccleſiaſticis, tradat [b] ipſum eidem eccleſiæ monaſterium.

a ¶ Videlicet pro redemptione.] *In concilio ipſo, et apud Anſelmum legitur*, quæ accipiuntur in redemptione captiuorum.

b ¶ Decernimus.] *In ipſo canone ſequuntur hæc.* Omnem vero eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: eccleſiaſtica loca, quæ per reditus fiunt, & inſuper propriam rerum diſpoſitionem diſtribuere, ac committere, ſeu conferre quibuſcumque voluerit, & iudicauerit, iuxta propriam poteſtatem, ac dominatum. Quiſquis autem apparuerit, &c.

Item Gregorius li. 6. epiſt. 35. ſeu c. 199. domino epiſcopo Meſſanenſi.

¶ Pro redemptione captiuorum ſacra vaſa non prohibentur alienari.
C. XIIII.

[1] ET ſacrorum canonum, & legalia ſtatuta permittunt miniſteria eccleſiæ pro captiuorum eſſe redemptione vendenda,

Idem Demetrio, & Valeriano clericis Firmanis, lib. 7. indict. 2. epiſt. 14.

¶ Res eccleſiæ licite impendentur pro redemptione captiuorum. C. XV.

[2] SAcrorum canonum ſtatuta, & legalis pmittit auctoritas licite res eccleſiaſticas in redemptionem captiuorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis ſumus ante annos fere 18. virum reuerentiſſimum quemdam Fabium epiſcopũ eccleſię Firmanę libras 11. argenti de eadem eccleſia pro redemptione veſtra, ac patris veſtri Paſſiui, fratris, & coepiſcopi noſtri, tunc vero cleri, necnon matris veſtræ hoſtibus impendiſſe, atque ex hoc quãdam formidinem vos habere, ne hoc, quod datũ eſt, à vobis quolibet tempore repetatur, huius præcepti auctoritate ſuſpicionem veſtram præuidimus auferendam, cõſtituentes nullã vos exinde, heredeſque veſtros quolibet tempore repetitionis [c] moleſtiam ſuſtinere: nec à quoquam vobis aliquã obiici quęſtionem.

Idem libro 6. epiſt. 35. ad Domnũ epiſcopum.

¶ Res eccleſiæ deſolatæ non præponantur captiuis. C. XVI.

[3] SIcut omnino graue eſt fruſtra eccleſiaſtica miniſteria venumdare, ſic iterũ culpa eſt, imminẽte huiuſmodi neceſſitate rès maxime deſolatæ eccleſiæ captiuis ſuis [d] præponere, & in eorum redemptione ceſſare.

a *Quæ vero pœnitentia huiuſmodi inuaſoribus, atque prædonibus, qui vaſa ſacra, & reliqua diuino cultui dedicata arripiunt & quaſi profana contrectant, ſit indicenda, Nicolaus Papa definit ſcribens Frontario archiepiſcopo Burdegalenſi.*

¶ Inuaſoribus rerum eccleſiaſticarum quæ pœnitentia ſit imponenda.
C. XVII.

DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie inſana cõmotus diabolicis ſe irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera, & compita [e] inſidiás vobis in veſtrę eccleſiæ villa, vnà cũ clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertantibus, paneque ſpiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ ſalutis deſiderium habentibus, ſancta apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuaſiones, & deprædationes violentas inferre dæmoniaco caſu præſumpſit: &, vt epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraque Dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum chriſma pollutis arripere manib[9] quaſi vilia, & ad vſum communem apta præſumpſit, dilectio nos veſtra cõſuluit [f], ſi ipſe, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia tracti † diuina venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo conſtringatis, noſtrę inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De quibus (ſi tamen ita eſt, iubemus, cum ad pœnitentiam reuerti accelerauerint, vno anno extra eccleſiam Dei conſiſtere, cuius ſacratiſſima vaſa, extra ritum fidei Chriſtianæ, diripiendo auferre nõ dubitauerunt. Secũdo vero anno ante fores [g] eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio vero anno eccleſiam Dei ingrediantur,

d ¶ *Suis.*] Suis potius quã alienis ſubueniat, ſubueniat tamen & externis. 86. diſt. non ſatis. 42. diſtin. quieſcamus. Sed qui dicuntur hic captiui? [a] Dic quòd ſi ab hæreticis vel gentilibus capti ſunt, vel a talibus vbi timetur periculum corporis [c] vel animæ, tales tenetur redimere eccleſia, & etiam quilibet priuatus, vt 86 diſt. non ſatis. ĵ. ca. aurum 23. q. 3. non inferenda.

QVAE VERO. Hæc eſt 2. pars q. in qua ponit pœnam ſacrilegij. & hoc per ca. ſeq. Io. de Fant.

CASVS. Suprà facta eſt mentio de inuaſoribus rerum eccleſiæ. Nunc vero docet Gra. quæ pœnitentia ſit huiuſmodi inuaſoribus imponenda, qui ſacra vaſa & alia Deo dedicata pollutis manibus quaſi profana rapiunt, & contrectant.

DE viro.] CASVS. Frontarius Burdegalen. archiepiſcopus cum vellet beati Petri limina viſitare, & in quadam villa ſuæ eccleſiæ celebraret diuina, & populum ſaluberrimis dogmatibus erudiret, quidam nomine Burgandus vir nefandus inſidians ei, cum complicibus ſuæ malitiæ venit ad villam præfatam, & ſacra vaſa dominici corporis, & ſanctum chriſma pollutis manibus accipere præſumpſit. quare dictus Frontarius quæſiuit a Nicolao, ſi aliquo tempore ad gremium matris eccleſiæ redierint, quæ pœnitentia ſit eis indicenda. Qui reſpondet dicens, quod primo debet iurare, quod talia non facient de cetero, & poſtea pœniteant iuxta modum in c. expreſſum.

b Q. vt idẽ Fel. in c. ſignificauit. de ind. Phil. Dec. in c. q̃ in eccleſiã. & conſt. Lud. Goro. ſup. 6. cha. 100. in Parais.

[a] Redẽptio quoque eſt neceſſaria.

c Id eſt, mortis, vt leg. & no. ĵ. c. aurũ ver. cur tot. Arc.

† al. tacti

e ¶ *Et compita.*] Cõpitum eſt loc[9] vbi plures viæ cõcurrũt. 43. di. ſicut ADDITIO. Et dicitur a con, quod eſt ſimul, & pita, quod eſt via, ſecũdum Hug. & Lau.

f ¶ *Conſuluit.*] quæ ſit pœna talium qui inferunt iniuriam clericis dum inſiſtunt diuinis officiis & obſequiis, habes 17. q. 4. §. qui autem. & c. ſi quis ſuadente. D. de epiſ. & cle. ſi quis in hoc genus.

g ¶ *Ante fores.*] ſed nonne in primo anno eſt extra eccleſiam? Sed dic quòd in primo anno ſtet extra cœmiterium quod violauit, & ſe-

cũndo

cundo anno iuxta fores eccleſiæ.

a ¶ *Audientes.*] non communicantes, vt 33. q. 2. latorem.

b ¶ *Spondentes.*] ſacrilegos argue promittere cogendos ſe numquam ſimile facturos, ſic 23. q. 8. peſsimam. & c. ſi quis membrorum, vt dixi 31. q. 3. cum aliquis.

MOn. mus.] Hæc eſt tertia pars q. in qua reuertitur ad principale, & probat per 5 c. quod res eccleſiæ non ſunt alienandæ in caſu non conceſſo. Io. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit à Leone Papa quã pœnam pati debeat epiſcopus, vel ſacerdos, qui cauſa amicitiæ, timoris vel muneris rẽ ſuæ eccleſiæ vel ſalarium à Chriſtianis oblatum auferre vel vſurpare præſumit. Et reſpondet, quod debet deponi, & quod iniuſte abſtulit, reddere compellatur, & pro his nullas deinceps vires habeat ad litigãdum vel poſsidendum.

c ¶ *Rem tituli.*] i. ſpectãtem ad eccleſiam ſuam nõ aufert alij propria auctoritate [a]. Nam & tutor & curator puniuntur qui aufert alij rem pupilli ſui, vt C. vnde vi. meminerint. in fi.

1 Deuſd. p. 4. Pol. l. 4. ti. 19

a Nam pro tali exceſſu eſt deponendus. l.

d ¶ *Reddere.*] ipſe ergo qui alienauit, pot conueniri, vt hic, & j. ea. ſtatuimus. & duobus c. ſequentibus. Item & poſſeſſor poteſt conueniri, vt j. ea. Auguſtino. & no. j. ea. quicumque. & j. ea. Apoſtolicos. cum enim eccleſia habet in optione quem velit conuenire, ſi primo cœpit vnum cõuenire, & poſtea velit alium cõuenire, nõ fiet ei præiudicium aliquod per electionẽ. vt C. ſi tut. vel cur. l. vltim. [a] Sed quid ſi eccleſia eſt conſecuta ius ſuum a poſſeſſore, numquid adhuc poteſt cõuenire ipſum qui alienauit? non videtur: quia bona fides nõ patitur, vt bis idem exigatur ff. de reg. iur. bona fides. Quod autem poſſet ipſum conuenire. ad hoc eſt arg. j. e. Vulteranæ. & c. ſtatuimus. & c. quicumque. & ff. de pet. hæ. nec vllam. §. vlt. Reſpondeo, aut eccleſia agit ad pœnam, aut ad intereſſe. ſi ad pœnam, põt agere adhuc contra alienantem: quia pœna, vnius non liberat aliũ, vt j. ea. cum deuotiſsimam. ſi agit ad intereſſe, non poteſt [b] Item quæritur ſi eccleſia cõſecuta eſt ſuum ius à poſſeſſore, an teneatur reddere actionem quam habet contra alienantem? Reſpondeo, quod non: quia qua fronte poteſt petere ceſsionem qui ex contumacia ſua condemnatur vt ff. de admini. tu ſi plures. & ff. de tut. ſi plures. & ff. de tut. & rat. diſt. l. 1. §. nunc tractemus.

a Eccleſia cum ab vno ſuũ ius cõſecuta eſt, an poſsit aliũ conuenire.

2 Pol. l. 6. tit. 13. Anſ. l. 6. c. 184. Iuo p. 5. c. 375.

3 Can. apoſt. 39.

b Hoc ideo quia iã ſuũ cõſecut' eſt, & ita intereſſe deſiit, ff. de eo per quẽ fac. eſt. l. 3. §. plures.

e ¶ *Litigandum.*] arg. eſt hic, quod qui male alienauit rem eccleſiæ, non poteſt eam repetere.

Q*Viſquis.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd epiſcopus vel abbas de ſalariis epiſcopi. vel monaſterij principi vel aliæ perſonæ in caſu non conceſſo nil dare debeat, & ſi dederit irritetur. Et ad hoc probandum inducitur canon Apoſtolorum qui dicit, quod de rebus eccleſiæ non debet aliquid defraudari. In ſecunda parte dicitur, quod ſi epiſcopus dicat agrum nullum fructum eccleſiæ reddere, immo potius damnum, propter hoc principi concedere nõ debet, ſed clericis vel colonis. In tertia parte dicitur, quòd ſi princeps callide à colono vel clero agrum eccleſiæ emerit, venditione reſciſſa ager reſtituatur epiſcopo, vel monaſterio. Epiſcopus autem vel abbas hoc faciens deponatur. Secunda pars incipit ibi, *Quòd ſi excuſat. m. m.* Tertia ibi, *Quòd ſi calliditate.*

& inter audientes [a] adſtent ſine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis, & Reſurrectionis Dominicæ dies, Quarto præterea anno (ſi his prioribus tribus eorum fructuoſus fuerit pœnitẽtię labor) cõmunioni fidelium reſtituantur: totaque mentis intentione ſpondentes [b] talia ſe vlterius nũquam facturos, corpus & ſanguinẽ Domini ſuſcipere mereant, & vſq; ad ſeptimũ annũ tribus in hebdomada diebus ſine eſu carniũ, & vini potatione maneant pœnitentes.

¶ *Caput hoc alibi non eſt inuentum, quam in collectione canonum incerti auctoris.*

Item in concilio Leonis Papæ quarti.

¶ Res eccleſiæ epiſcopus vſurpare vel alienare non præſumat. C. XVIII.

3 MOnemus, & irrefragabiliter affirmamus, vt nullus epiſcoporum, vel ſacerdotũ, rem tituli [c] ſui vſurpare præſumat. ſed neque ſalarium à Chriſtianis, ſanctis locis oblatum cauſa amicitię, vel timoris, aut muneris pertẽtet auferre: ne eccleſia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præſumpſerit epiſcopus, vel ſacerdos, canonicam ſine dubio ſubeat vltionem: & quod eccleſiæ iniuſte ablatum eſt, reddere [d] compellatur, ita vt deinceps nullas vires pro his ad litigandum [e], vel poſſidendum habere poſſit.

Item ex ſeptima ſynodo, c. 12.

¶ *Apud Gratianum quidem modum & apud Anſ. mum citabatur, hiſtoria Euſebij epiſcopi Cæſarienſis. Iuo uerum auct. rem citauit. Verſio autem eſt Anaſtaſij Bibliothecarij ex cuius codicibus manuſcriptis nonnulla ſunt emendata.*

¶ Epiſcopo vel abbati res eccleſię alienare non licet. C. XIX.

2 QViſquis epiſcopus, vel abbas inuentus fuerit de ſalariis [α] epiſcopij, vel monaſterij trãsferre quidquam in principum manus, vel etiam alij perſonæ cõferre irritum ſit, quod datum eſſe conſtiterit, ſecundum canonẽ ſanctorum Apoſtolorum, qui dicit [3 Omnium eccleſiaſticarũ rerum epiſcopus habeat ſolicitudinẽ, & diſpenſet eas, tamquam Deo contemplante. Non liceat autẽ ei fraudare [β] quidquã ex illis, vel cognatis [f] propriis donare, quæ Dei ſunt. Quòd ſi pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur: ſed non ſub horum occaſione, quæ ſunt eccleſiæ, defraudẽtur.] ¶ Quòd ſi excuſationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum exiſtere, nec ſi principibus, qui per loca illa ſunt, tribuatur ager, vel locus: ſed clericis, vel agricultoribus. ¶ Quòd ſi calliditate vſus fuerit, & a colono [g] vel a clerico emerit princeps agrũ, irrita ſit venditio, & reſtituatur epiſcopio, vel monaſterio: & epiſcopus, vel abbas hoc faciens abiiciatur [h]: epiſcopus [γ] quidem ab epiſcopio, abbas autem à monaſterio, tãquam qui diſpergit, quæ non collegit.

α ¶ *Salariis.*] *græce eſt, in τῶν αὐτουργίων, pro qua uoce in Pariſienſi græcorum canonum editione legitur in rubrica, in τῶν προαστείων ad eſt, ex ſuo urbanis, quæ ſuburbana uocentur autourgia, quod ipſius poſſeſſoris manibus colantur: Paſſim tamen eos agros interpretatur, qui per ſe ipſi ſine magna cultura fructum ferre poſſunt ut ſyluæ, & alia huiuſmodi.*

β ¶ fraudare.] *σφετερίζεσθαι, id eſt,* ſibi vendicare, & ſuum facere.

γ ¶ Epiſcopus.] quidẽ ab epiſcopio, abbas autem à monaſterio.] *Hæc ad ſententiæ integritatem addita ſunt ex ipſo can. gr.*

Item Symmachus Papa in ſynodo tertia c. 4. & ſequentibus vſque ad nonum [4].

¶ Prædia eccleſiæ non liceat Papæ alienare. C. XX.

5 NOn liceat papæ [i] prædium eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſsitate, nec in vſumfructum [α] rura dare: niſi tãtummodo domos, quę in quibuſlibet [k] vrbibus non modica impẽſa ſubſtentantur. Qua lege omnes cuſtodes adſtringantur, vt donator, accenſator, vẽditor honorem perdat. Et qui ſubſcripſerit, anathema ſit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, niſi reſtituatur. Liceat etiam quibuſlibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus [l] alienata repoſcere. Quod non modo ¶ in Apoſtolica ſeruandum eſt eccleſia, verumetiam vniuerſis eccleſiis per prouincias quidem dicitur conuenire.

¶ *Caput hoc collectum eſt ex pluribus capitibus ſynodi Romanæ tertiæ ſub Symmacho, in epitome tamen ſedaſtis.*

α ¶ In vſumfructum.] *In conciliorum edit omnibus ita partim legitur*, ſed nec in vſufructuario iure aliquibus dare liceat, *partim*, ſed nec in vſufructum iura aliquibus &c. *quemadmodum & in codice Vaticano impreſſo. Verum in utroque mendoſum eſt*, ſed nec vſufructuario aliquẽ dari liceat. *Idem uero ſignificare uſufructuarium, &*

f ¶ *Cognatis.*] niſi victum & veſtitum, vt 86. diſ. non ſatis. & 16. q. 1. ſi cupis. in fi.

g ¶ *A colono.*] licet enim colonus tradat alij poſſeſsionem, non ideo perdit eccleſia poſſeſsionem. C. de acqui. poſ. l. vlt.

h ¶ *Abiiciatur.*] mitius cum eo agitur, j. ea. ſi quis qualibet. & q. 5. ſi epiſcopus [c].

NOn liceat.] CASVS. Symmachus Papa ſtatuit in hoc c. vt papæ non liceat prædia eccleſiæ alienare, quo ad proprietatem vel vſumfructum, niſi tantum domos, quæ in vrbibus modica impenſa non ſuſtentantur, ſub qua lege omnes prælati eccleſiarum conſtringantur. Contra quam cõſtitutionem ſi aliquid fuerit alienatum, donator vel venditor, & mediator deponantur. Subſcribentes ſint anathematizati cum eo qui dedit, & cum eo qui recipit, niſi reſtituat quod alienatum eſt. Sit licentia cuilibet eccleſiaſticæ perſonæ contradicendi, & repoſcere cum fructib' alienata. hoc intellige, niſi alienatio facta eſſet in caſu licito & conceſſo.

c De hoc le. & no. j. e. apoſtolicos. ſecũdum Huguccionem intelligũtur cũ actũ fuit ab initio cũ toto clero ipſius eccleſiæ. A.

4 Et in cõc. Pariſ. l. 1. c. 17

5 Anſ. l. 4. c. 49.

i ¶ *Papa.*] Symmachus Papa ſucceſſori ſuo legem imponit vt Imperator ſuo. j. 16. q. 1. qua iuxta. Sed qualiter hoc potuit, [a] cum nullus mortalium Papam poſsit iudicare. ext. de elect. innotuit. 40. diſ. ſi Papa. nec inferior ſuperiorem. 21. diſ. inferior: ſed certe licet ſit ſolutus legibus, tñ ſecũdum leges viuere debet. ff. de le. princeps.

a Papã nullus mortaliũ iudicare pt.

k ¶ *Quibuſlibet.*] Videtur ergo quod ad hanc accuſationem quilibet admittatur. ext. de reb. eccl. non alien. quis. & Auth. de non alie. aut perm. in fi. coll. 2. & no. 16. q. 7. filius. & q. 1 conſtitutum.

l ¶ *Et cum fructibus.*] hic aduerte, quòd fructus poſſunt peti. [a] Sciendum eſt, quòd ſi agitur per interdictũ aliquod ad petendũ rẽ cũ fructibus, tunc reſtituentur omnes fructus percepti à tẽpore eo quo eſt propoſitũ interdictũ, niſi in interdicto vnde vi: in quo veniũt fructus omnes

a fructus an ab oĩ poſſeſſore ſint reſtituendi.

omnes percepti à tempore deiectionis, vt ff. de interd. l. interdictis. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ex dic. Si autem agitur rei vendicatio: aut poſſeſſor fuit bonæ fidei, aut malæ. Si bonæ, reſtituet omnes fructus perceptos à tempore litis conteſt. vel qui culpa ſua non ſunt percepti, ſed ante litem conteſtatam perceptos non tenetur reſtituere, ſed tantum extantes, vt C. de rei vend. certum eſt. Inſti. de off. iud. §. poſt inchoatam. Si fuerit poſſeſſor malæ fidei: tam perceptos, quàm quos percipere potuit, tenetur reſtituere, vt ext. de reſt. ſpol. grauis. & ff. de rei ven. ſi nauis. §. generaliter. & C. de rei ven. certũ eſt. Si vero malæ fidei poſſeſſor titulum habuit, tunc excuſatur à percipiendis propter titulum, vt C. de rei ven. ſi fundum. niſi ita ſit, quod ille titulus habeatur pro non titulo[a], vt cum quis emit contra interdicta legis, vt C. de agr. & cenſi. quemadmodum. li. 11. & alios caſus habes notatos ff. quod met. cau. ſed & partus.

1 Iuo p.3. c.2[illegible].

a Nã tũc & de percipiẽdis tenetur. ff. de his q̃ in frau. cre. ait prætor § ꝑ hanc. L.

2 16. q. 1. in canonibus. §. valde.

INdigne.] CASVS. In hoc c. notantur tria genera hominum qui contractant res eccleſiarum, ſ. inuaſor, & iniuſte poſſidens ſua auctoritate, & qui iniuſte poſſident auctoritate alterius, & iſti omnes niſi cito ſe correxerint male ablata reſtituendo, debent anathematizari etiam cũ admonitione. Valde enim iniquum eſt, vt ab aliquo maxime Chriſtiano vſurpetur quod eccleſiæ relinquitur vel confertur.

a ¶ *Ad altare.*] quia nec oblatio eius recipitur, vt ĩ. ca. de viro. & etiã à ſacramentis eccleſiæ ſuſpenſus eſt. vt 17. q. 4. quiſquis.

a Admonitio ſp vindictã ꝑcedat.

b ¶ *Admonitio.*] Arg. [a] quod admonitio ſemper præcedat vindictam, vt hic, & 2. q. 7. accuſatio. & ca. ſeq. 11. q. 3. petimus. Sed verũ eſt cum agitur ad pœnam excommunicationis: quia nemo excommunicandus eſt niſi præcedat admonitio trina[b], vt 16. q. 7. omnes decimæ. & 17. q. 4. presbyterorum. & extra de ſent. exc. ca. ſacro. Item & in illis criminibus præcedet admonitio vbi ad brachium ſæculare eſt recurrendum, vt 1. qu. 7. patet. Item vbicumque non agitur ad depoſitionem. Et generaliter vbicumque agitur ad denuntiationem, vt ext. de ſimo. licet Hely. ſed vbicumque agetur ad depoſitionem, non præcedat admonitio. ext. de accu. qualiter. Ad quid enim admoneretur tunc, cum ſufficit ad depoſitionem quod homo ſemel deliquerit. 25. diſt. primum. Non ob. ext. de accu. ſi quis. quia loquitur in denuntiatione. Item non obſt. 2. qu. 7. ſi quis erga. quia loquitur ibi de aliis cauſis, quæ non inducunt depoſitionem, vt 3. q. 4. in loco.

b Sed cõtra 24. q. 2. c. ſanc. verſ. imperiũ. vbi de hoc ĩ gl. ſed dicitur, &c.

c ¶ *Maturata.*] id eſt mature prolata. ĩ. 16. q. 1. in canonibus.

d ¶ *Inſtitutæ.*] id eſt, deſtinatæ à talibus.

DE rebus.] CASVS. Quidam inuadebant vel rapiebant res eccleſiarum, & dicebant ſe habere a principibus conceſſionem. quare Adon Vienen. archiepiſcopus quæſiuit a Nicolao quid eſſet ſuper hoc faciendum. qui reſpondet dicens, quòd ſi princeps conceſſit, redarguatur ſuper hoc. Si autem inuaſor ſua auctoritate facere præſumpſerit, excommunicetur donec reſipiſcat.

e ¶ *Vt prius.*] Et hic arg.[c] quòd auctoritas maioris excuſat. 28. diſtin. diaconi. & 63. diſt. Salonitanæ. [d] Sed non eſt hoc verum, vt ĩ. ead. quicumque. & licet hic dicatur, quòd princeps ſit redarguendus, bene tamen poteſt excommunicari. 11. q. 3. ſi autem nobis. Sed qualiter agi poteſt contra illum, qui recipit poſſeſſionem vel à principe vel ab alio: cum ſcriptum ſit in lege, Non videor vi poſſidere ſi recipio poſſeſſionem ab illo quem ſcio eſſe in poſſeſſione. ff. vti poſſi. ſi duo. §. non videor. & arg. extra de reſtit. ſpolia. cum ad ſedem. Sed hæc quæſt. hodie exſufflata eſt per id quod eſt hodie extra de reſtit. ſpoliat. ſæpe contingit.

c Hoc arg. ſumitur ex eo quod dixit textus: ipſe princeps ſit redarguendus, q. d. non ille qui eius auctoritate accepit, ſecundum H. [d] Maioris auctoritas non ſemper excuſat.

vſumfructum ſcribit Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti. c. 59. his verbis. vſumfructum dicit, quod nos dicimus vſumfructuarium.

¶ Quod non modo.] *In ipſa ſynodo longe aliter habet. ſ.* Huius autem conſtitutionis legem in Apoſtolica tantum volumus ſede ſeruari, vniuerſis eccleſiis per prouincias ſecundum animarum cõſiderationem, quę propoſito religionis conuenire rectores earum viderint, more ſeruato.

Idem in ſynodo ſexta.

¶ Qui res eccleſiaſticas vendit, ad altare non audeat accedere. C. XXI.

1 INdigne ad altare[a] Dei properare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſte[α] poſſidere, aut iniqua, vel iniuſta defenſione in eis perdurat. *& paulo poſt.* ¶ Debet tamẽ eſſe prouiſio, vt vindictam admonitio[β][b] pręcedat, & res vſurpatas iniuſte qui abſtulit, aut iniuſte ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit, demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata[c] percellat. 2 *& infra.* ¶ Valde iniquum ergo & ingens ſacrilegium eſt, vt quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarũ vnuſquiſque venerabili eccleſię contulerit, aut certe reliquerit, ab iis, quibus hæc maxime ſeruari conuenit, id eſt, Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus[γ], & ſuper omnia à principibus, & primis regionũ in aliud transferri, vel conuerti permittatur. Propterea, qui hæc nõ præuiderit, & aliter quam ſcriptum eſt, prædia eccleſiis tradita petierit, vel acceperit, aut poſſederit, vel[δ] iniuſte defenderit, aut retinuerit, niſi cito ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur: ſitque accipienti, & danti, & poſſidenti anathema, & inſtitutæ[d] pœnæ contubernium aſſiduum. Nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui à religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.

α ¶ Aut iniuſte.] *In ſynodo legitur*, aut iniuſte, id eſt ſine licentia epiſcopi poſſidere.

β ¶ Admonitio.] *In ſynodo additur* manifeſta.

γ ¶ Hominibus.] *Quæ ſequuntur vſque ad verſ.* in aliud, *addita ſunt ex ſynodo.*

δ ¶ Vel iniuſte dederint, aut retinuerint.] *Addita ſunt & iſta: ſicque omnia, quæ in vſurpatione huiuſmodi rerum accidere ſolent, exponuntur.*

Item Nicolaus Papa Adoni Viennenſi archiepiſcopo in epiſtola, cuius initium [Quia ſanctitatis veſtræ.]

¶ Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt eccleſiæ. C. XXII.

3 DE rebus, quæ ſemel Deo contributæ, atque dicatæ ſunt, & poſtea ſub occaſione conceſſionis principum quibuſdam inuadũtur, atque diripiuntur ſancimus, vt prius[e] conſulatis principem ad reſecandam tam præſumptiuam factionem, & cognoſcendum, vtrum illius ſit conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quod ſi principis inordinata fuerit largitio, ipſe ſit princeps pro emendatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur præſumptio, vſque ad emendationem excommunicationis ſit vindicta coercẽdus.

ε *Extat epiſtola hæc in libro ſæpe citato bibliothecæ Vaticanæ: in qua reſpondet Nicolaus ad nonnullas quæſtiones ab Adone † ſibi propoſitas.*

3 Iuo p.3. c.152.

Item Gelaſius Iuſtino archidiacono, & Fauſtino † defenſori.

† al. Odone

† al. Fauſto

¶ De rebus eccleſiæ non eſt aliquid alienandum. C. XXIII.

4 VObis enim, & famæ veſtrę conſultum duximus, vt põtificis[f] veſtri loco, vobiſcum ab eodẽ[g] aliquis ſubrogetur, qui eius nomine pariter vniuerſa diſponat: quatenus omnia prædia ad veſtrũ reuocetis ſtudium, nec cuiquam clerico pro portione ſua aliquod ſolũ eccleſiæ putetis eſſe deputandũ: ne per incuriam, & negligentiam minuatur: ſed omnis penſionis ſummã ex omnibus prædiis ruſticis, vrbaniſque collectam ad antiſtitem deferatis. Ex qua tamẽ collectione habeatur ratio, quid ad cauſas[h], vel expenſas accidentium neceſſitatum opus eſſe perſpicitur, vt de medio ſequeſtretur:

4 Deuſd. p.3. c.94.

VObis.] Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua probat quod eccleſiæ facultates debent diuidi in quattuor partes: & hoc probat per 9. auctori. Io. de Fant.

CASVS. Quidam epiſcopus ſuſpectus remotus fuit ab adminiſtratione rerum eccleſiæ: remanſit tamen in officio & adminiſtratione ſpiritualium. committit ergo Gelaſius curam rerum eccleſiaſticarum duobus, ſcilicet archidiacono Iuſtino, & Fauſtino defenſori: & ne epiſcopus iſte infametur, præcepit Gelaſius, vt ab ipſo epiſcopo tertius eligatur: qui nomine epiſcopi vniuerſa diſponat, & vt omnia prædia praue alienata ad vſum eccleſiæ reuocent: nec alicui clerico pro ſua portione aliquod prædium aſſignent: & omnem penſionem prædiorum vrbanorum vel ruſticorum ad epiſcopum deferant, vt ſequeſtrando de medio quod ad cauſas & expenſas ſuperuenientium neceſſitatum eſſe opus proſpicitur, de reliquo, & de fidelium oblatione quattuor inde fiant portiones. Primam habebit epiſcopus. Secundam canonici. Tertiam pauperes. De quarta eccleſiæ fabrica reparetur: & ſi aliquid fuerit reſiduum, idoneo cuſtodi ab vtraque parte electo tradatur, vt vel inde in futuro fabrica reparetur, vel ematur inde poſſeſſio pro vtilitate communi. *Ad noſtrum ſtudium.* id eſt per noſtrum ſtudium.

f ¶ *Pontificis veſtri.*] Epiſcopus iſte remotus fuit ab adminiſtratione[d] temporalium: ſed non ſpiritualium.

g ¶ *Ab eodem.*] Illo enim remoto ab adminiſtratione reſeruatur, vt ipſius auctoritate adminiſtratores eligantur.

h ¶ *Quid ad cauſas.*] ſcilicet, vt expenſæ prius deducantur, quæ factæ ſunt in colligendis fructibus: quod ius deductionis nullus caſus poteſt impedire. ff. fam. l. erciſcund. fundus. ff. de petit. hæred. ſi à domino. §. fructus. in decimis ſecus, vt extra de deci. cum homines. ſed cum diſtinctione, quam habes extra de decim. paſtoralis.

d Intelliges nõ omni: & hoc colligitur ĩ. vbi dẽ quod oẽs reditus debent ad ꝗ eum deferri, vel ab eo diuidi. A. Expenſæ ſp. ſunt deducendæ.

a Hoc colligitur ex illa lra ne p in curiam, &c. vñ ibi innui vñ à contrario, φ ſi illa cá ceſſaret, ſ. q eſſent diligètes clerici, q pht diuidi, ſecũ dũ H. & La. † al. omnũ

a ¶ Portiones.] Arg. quòd prædia eccleſiarum non debent diuidi per præbendas, vt no. 5. q. pro x. §. vlt. hoc non eſt verum: hic autem prohibentur diuidi, ideo quia clerici fuerunt ſuſpecti a. ſed vbi non ſunt ſuſpecti, bene diuidentur vt meliorentur per eos poſſeſsiones, vt j. ea. ſæpe fit. nam diligentius tractantur res propriæ quam communes, vt 47. diſt. §. neceſſe eſt. vt C. quand. & qui. quarta pars debe. l. vlt. lib. 10.

b ¶ Vt ſi maior.] optimum arg. contra prælatos eccleſiarum, vt non poſsint allegare ſterilitatem temporis, vel incurſum hoſtiũ, ſi præcedentibus annis fuerunt vberes anni: ſicut nec colonus. ff. loc. ex conducto. §. ſi vno. huic cõtrarium ſignatur. 10. q. 3. vnio. ſed ibi ſoluitur.

Qui & diuinis.] CASVS. Serenus epiſcopus conqueſtus eſt de quibuſdam qui contemptis diuinis & humanis legibus eccleſiaſtica priuilegia deprimebant, ſiue deſtruebant, pauperes opprimentes: nec commoniti res eccleſiæ ablatas reſtituere volebant: quos a communione corporis Chriſti ſuſpenderat propter hoc: quibus ſupradictus Cæleſtinus presbyter contra interdictum proprij epiſcopi ſacram præbuit communionem. Commiſit ergo Gelaſius Maiorico, & Sereno, & Ioanni epiſcopis mandans eis, vt illos vſurpatores participatione corporis Chriſti priuent. Cæleſtinus vero presbyter qui ſententiam ſui epiſcopi, nec debuit nec potuit ignorare, ab eccleſiaſtico repellatur officio, vt ceteri metũ habeant. Ego Bartho. ſic puto caſum ponẽdum: licet Bene. aliquantulũ minus dixerit. Inciuili, i. non ciuili, ſed praua & incongrua.

1 Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 1 5.
† Qui & humanis] pleraque excep. & Iuo.

c ¶ Inciuili.] i. impia.
d ¶ Ignorare.] ſic ſ. 16. diſt. quod dicitis. ſ. 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis. & 36. q. 2. nullus. ſ. diſt. 10. ſi decreta. ſ. 87. diſt. c. vlt. & 17. q. 2. c. vl. audiretur tamen iſte ſi vellet probare ſe ignoraſſe. 82. diſt. propoſuiſti. in fi. & 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & ext. de cle. innotuit. in fi. Sed qualiter probabit ſe ignoraſſe? c Reſpõdeo, probabit φ fuit in alia prouincia, vt extra de teſti. ex tenore. & C. de contrah. ſtip. optimam. vel etiam proprio iuramento, vt 34. q. 2. in lectum.

c ignorãtia pbatur dupliciter.

Vulteranæ.] CASVS. Poſt damnationem epiſcopi Euchariſti quantum ad adminiſtrationem temporalium, qui patrimonium eccleſiæ Vulteranæ diſsipauerat,

2 Iuo p. 3. c. 151.
† al. Volaterranæ

& quattuor portiones a vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus penſiones: ita, vt vnam ſibi tollat antiſtes, aliam clericis pro ſuo iudicio, & electione diſpertiat, tertiã pauperibus ſub omni † conſcientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit ad ordinationem pontificis erogatiõe veſtra decernimus eſſe penſandam. Si quid forte ſub annua remanebit expẽſa, electo idoneo ab vtraque parte cuſtode tradatur enthecis: vt ſi maior b emerſerit fabrica, ſit ſubſidio, qđ ex diuerſi tẽporis diligẽtia potuerit cuſtodiri: aut certe ematur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiciat cõmunes.

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni epiſcopis.

¶ Diuini muneris participatione priuetur, qui eccleſiaſtica priuilegia calcat. C. XXIIII.

1 QVi & † diuinis, & humanis legibus inciuili c damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel eccleſiaſtica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperũ proſilire diſpendium, nec huiuſmodi, ſaltem commoniti, cõuictique, nequitiam ſopire cõſentiunt, atque illata ſacris rebus detrimenta ſarcire: merito diuini muneris participatiõe ſunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod ſacrilegis auſibus habuere deſpectui. Cæleſtinus vero presbyter fratris & coepiſcopi noſtri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apoſtolicæ ſedis mandata prorumpens, ſupra dictis communionem ſacram miniſtrare præſumpſit, cum non potuerit ignorare d ſententiam proprij ſacerdotis, ab officio protinus eccleſiaſtico pellatur: vt nullus eccleſiæ miniſtrorum contra pontificalia inſtituta venire contendat.

Idem eiſdem Iuſtino a archidiacono, & Fauſto defenſori.

a ¶ Iuſtino &c.] *Antea legebatur Idem eiſdem. Emendatum eſt, & poſita aliorum nominum nomina ex Iuone: ad quos etiam ſcriptum eſt ſuperius penultimum caput. nobis enim. Nec vero hoc, quod nunc aſſeritur pertinere poſſe ad epiſcopos quibus proxime præcedens caput ſcribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, ſed etiam aperte uerba, quæ apud Iuonem poſt ultima huius cap. ſequuntur.* Si quis vero in eccleſiæ veſtræ damnum, aut in his quæ ſunt præceptionis noſtræ prohibita potiri ce veſtrũ viderit admittere, &c.

¶ De eodem. C. XXV.

2 VVlteranæ † eccleſiæ actus vel patrimonium, quod hactenus cõperimus deſtitutũ poſt damnatiõem Euchariſti, quo fuerat deprauatũ diſperſum, curæ veſtræ decreuimus eſſe delegãdum: vt diligentia (qua vos pro vtilitatibus eccleſiæ exiſtimam* eſſe vigilantes) prędia culturæ reſtituatis antiquæ, & reuocetis, ſi qua ſunt vẽdita, aut donata mancipia. Poſſeſſiones etiã, quas ab Eumancio, & Opilione epiſcopis, vel ceteris quouis iure videritis teneri (quia cõtra conſtitutã ſynodi ab epiſcopis prędia alienari nullo potuerũt commento,) nihilominus reuocẽtur e. Sit emptoribus f ad eum recurſus, qui præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita venditione diſtrahere: ita vt pẽſiones annuas ad pontificem deferatis: cui priuilegia ſua integra cõuenit omni ratione ſeruari, vt eius diſpẽſatione portiones proueniant cõiunctæ: ita vt portionem quartã, quæ ad eos pertinet, ſua põtifex ordinatione diſtribuat, prout cuiuſque locũ g meritumque cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum eſt, vt clericis quartum eroget pro cõſideratione ſuæ electionis antiſtes. Fabricarũ etiam portio epiſcopo ſciente, & diſponente, veſtra erogatione pẽdatur: quatenus nihil penitus in detrimentũ alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & Plebi Brunduſij.

¶ Redituum, & oblationũ duæ portiones clericis commutantur. C. XXVI.

3 COnceſſo vobis, quẽ petiſtis, antiſtite fratre iã & coepiſcopo meo Iuliano, neceſſariũ fuit (eodẽ ad eccleſiã ſuam mox remiſſo) ad vos noſtra ſcripta pariter deſtinari: quibus agnoſceretis eidẽ fuiſſe præceptũ, ne vmquã ordinationes præſumat illicitas. *& infra.* ¶ Reditus, & oblationes fideliũ in quattuor partes diuidat: quarum vnã ſibi ipſe retineat: alterã clericis pro officiorũ ſuorum ſedulitate h diſtribuat: fabricis tertiã: quartã pauperib*, & peregrinis habeat fideliter erogandã: quarum rationẽ diuino eſt redditurus examini.

¶ *Epiſtola Gelaſij, in qua eſt hoc caput, miſſa eſt cum alijs ex Hiſpania. Eadem uero inter epiſtolas Gregorij. II. inſerta eſt a clero, & plebi Turingiæ ſcripta. Talis quædam epiſtola, ſed breuior refertur in libro, qui inſcribitur Ordo Romanus, & formata epiſcopo danda nuncupatur.*

Idem in epiſtola ad epiſcopos per Lucaniam, & Bruttios, c. 29. 4

¶ De oblationibus fideliũ quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat. C. XXVII.

5 QVattuor autẽ tam de reditu, quàm de oblatione fide-

commiſit Papa quibuſdam epiſcopis vt reuocent prædia & mancipia male alienata, ſimiliter & poſſeſsiones quas Eumancius & Opilio epiſcopi, vel ceteri quocumque modo detinent, reuocent & emptores recurſum habeant ad venditores. penſiones vero vel oblationes deferant ad epiſcopum: de quibus fiant quattuor portiones, vt dictum eſt in ca. ſupra dicto, vobis.

e ¶ Reuocentur.] C. ſi tu vel cu. inter. l. vlt.
f ¶ Emptoribus.] ſ. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. in fi. §. qui vero res. Sed contra. 16. q. 3. vniuerſas. C. de euic. ſi fundus. Sol. hoc c. loquitur de poſſeſſore bonæ fidei: contraria de poſſeſſore malæ fidei. ſed ad hæc obiicitur: malæ fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agri. & cen. quemadmodum. lib. 11. Reſp. quantum ad hoc eſt malæ fidei poſſeſſor, quia non vſucapit: ſed quantum ad hoc eſt bonæ fidei poſſeſſor, quod habet recurſum contra ſuum venditorem.
g ¶ Locum.] Arg. c quod ſecundum priorem locum & maius meritum conferendæ ſunt dignitates, vt j. c. prox. & 7. diſt. c. ius inſtitare. & 8. q. 2. clerici. & 75. b diſt. c. vlt. & ille gradus ceteros antecedat, quem ſtipendia longiora & labor prolixior fecerunt anteire, vt C. de of ma. offi. l. nemo. 61. diſt. c. 2. & c. miramur. & ſtipendiorum ratio habenda eſt, vt ff. de re mil. l. non omnes. in prin. Arg. contra 16. q. 7. omnes decimæ. & c. 1. in fi. & extr. de conſti. cum omnes c.

c dignitates conferãtur ſecundum merita.
b Aliàs, 74.

Conceſſo.] CASVS. Clerus & populus Brunduſij petierũt a Gelaſio epiſcopum Iulianum quem eis cõceſſit: & cum eum illis deſtinaret, ſignificauit eis per ſcripta ſua, quod duo ſibi præceperat, ſ. quod nunquam faceret illicitas ordinationes: & reditus & oblationes in quattuor diuideret portiones. Primam haberet antiſtes: ſecundam clerici: tertiam fabrica: quartam pauperes.

c Vbi ĝ hoc. et & plení extr. de ma. & ob. ſtatuimus. Arc.
3 Anſel. l. 6. c. 43.

h ¶ Sedulitate.] Arg. cõtra clericos exiſtentes in ſcholis, vt non debeant percipere eccleſiaſtica ſtipendia, vt 16. q. 1. generaliter. & ca. charitatem. Arg. contra 12. diſt. ſi quis vero.

Quattuor.] CASVS. In hoc ca. ſtatuitur, vt de reditibus & oblationibus eccleſiæ quattuor fiant portiones: quarum vna ſit epiſcopi: ſecunda clericorũ: tertia pauperũ: quarta vero eſt fabricæ applicanda: ita quòd clerici vltra quartam nonex j etant: & man

4 Et in cõc. Pariſ. l. 3. c. 11
5 Pol. l. 3. c. 1. n Anſ. l. 5. c. 61 Burch. l. 3. c. 137. Iuo p. 3. c. 203. Pann. l. 2. c. 7.

feſtum ſit qualiter duę quartæ ſint in vſum pauperum, & in vſum fabricæ conuerſæ, vt de hoc bona fama inter homines oriatur.

a ¶ *Doceat.*] Arg. per vnum factum probari aliud: & cauſam probari per effectum: quia per reparationem fabricarum probatur, quod bene ſit expenſa quarta fabricæ: & ſic 15. di. peruenit. ſi. C. de admi. tu. l. lex quæ in fin. [a] Item ex omnibus his capitulis collige laicos non eſſe compellendos ad reparationem fabricæ: ſed tantum clericos [a]. 10. q. 1. decernimus.

[a] Clerici ſolùm ad reparationẽ fabricæ cõpellantur.

a Arg. quod et principes teneantur ad hoc 96. diſt. c. vlt. L.

b ¶ *Teſtificatione.*] Arg. quod res ſemper ſunt gerendæ in illorum præſentia quorum intereſt, vt 8. q. 1.

D*E reditibus.*] CASVS. Gaudentius epiſcopus non diuidebat reditus & oblationes in quattuor portiones: ſed eas ſibi vendicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florẽtio & Equitio epiſcopis, vt vnam tantum nodo portionem de reditibus & oblationibus concedant epiſcopo: alia diuidatur clericis pro meritis ſingulorum: reliquis duabus fabricis & pauperibus profuturis: & compellant ipſum Gaudentium epiſcopum illas tres portiones reſtituere: quas per tres annos ſibi tantum illicite & indebite vendicauit.

Matth. 5.

12. q. 7. quapropter.

2 Anſ. l. 5. c. 66.

c ¶ *Triennio.*] licet iſte epiſcopus per triennium poſſederit res eccleſiæ mobiles, non tamen vſucapiebat eas. quia furtum committit in eis, vt 10. q. 2. c. vltim.

† al. ab Onagro

C*Ognouimus.*] CASVS. Quidam epiſcopi faciebant quatuor partes tantum de antiquis reditibus. ſed nouos omnes ſibi retinebãt. præcepit Greg. Maximiano epiſcopo Syracuſano, vt tam de antiquis reditibus, quàm de nouis quattuor faciat fieri portiones: cùm antiqui & noui non debeant diuerſo iure cenſeri: quia incongruum eſt eandem ſubſtantiam eccleſiæ duplici quodammodo iure cenſeri. Sequens c. planũ eſt. Aliud quod poſtea ſequitur. eſt palea, ſcilicet ſancimus. eſt tamen eius caſus planus per ſe.

† al. per triennium

3 Ioan. diac. l. 4. num. 34.

4 Anſ. l. 5. c. 70.

d ¶ *Obuenient.*] Ar. contra ff. de iur. dot. cũ in fundo. §. ſi fundus. ſi. ff. de pac. do. inter ſocerum. §. 2. ſi C. de alluſ. l. 2.

† al. ob rem

e ¶ *Duplici.*] [a] No. duplicitas iuris probatur.

lium, prout cuiuſlibet eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones: quarũ ſit vna pontificis, altera clericorũ, tertia pauperum, quarta fabricis applicãda. De quibus ſicut ſacerdotis intererit integrã miniſtris eccleſiæ memoratam depẽdere quantitatem, ſic cler[a] vltra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter nouerit expetendum. Ea vero, quæ eccleſiaſticis ædificiis attributa ſunt, huic operi veraciter prærogata, locorũ doceat[a] inſtauratio manifeſta ſanctorum: quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrũ ſuum præſul impendia his deputata conuertat. Ipſam nihilominus adſcriptã pauperibus portionẽ, quamquam diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe mõſtraturus eſſe videatur, tamen iuxta quod ſcriptũ eſt [Vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt] oportet etiam præſenti teſtificaptione[b] prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Quapropter nec clericorum quiſpiam, &c.

Item Simplicius Papa Florentino, & Equitio, & Seuero epiſcopis, epiſt. 3.

¶ De reditibus oblationum, & redituũ eccleſiæ quattuor portiones presbytero dup*l*icandæ credantur. C. XXVIII.

[1] DE reditibus eccleſiæ, vel oblatione fidelium quid deceat neſcienti nihil licere permittat: ſed ſola epiſcopo ex his vna portio remittatur: duæ eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro † presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur. vltima inter ſe clericis pro ſingulorũ meritis diuidatur. *& infra.* ¶ Cui, *id eſt Gaudentio*, hoc ſpecialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio †[c] dicitur ſibi tantũmodo vendicaſſe, reſtituat.

¶ *Addita ſunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quod ſenſum ſacere aliquid videbantur.*

Item Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano, lib. 3. epiſt. 11.[3]

¶ De reditibus eccleſiæ etiam nouiter quæſitis quarta pars clericis erogetur. C. XXIX.

[4] COgnouimus de reditibus eccleſiæ nouiter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarum minime prouenire: ſed epiſcopos locorum diſtribuere tantummodo quartam antiquorum redituum, nunc vero quæſita ſuis vſibus retinere. Quam rem † prauam ſubintroductamque conſuetudinẽ fraternitas tua viuaciter emendare feſtinet: vt ſiue de præteritis reditibus, ſiue de his, quæ obuenient †[d], vel obuenientibus quartæ ſecundum diſtributionem canonicam diſpẽſentur. Incõgruum namque eſt vnã, eamdemque eccleſiæ ſubſtantiam duplici[e] quodammodo iure cẽſeri, id eſt † vſurpationis, & canonum.

Idem Auguſtino epiſcopo Anglorum in reſpon. ad primam interrogationem.

¶ De ſtipendio eccleſiæ quattuor debent fieri portiones. C. XXX.

[5] MOs eſt Apoſtolicæ ſedis ordinatis epiſcopis præceptũ tradere, vt de omni ſtipẽdio, quod accedit, quattuor fieri debeant portiones, vna videlicet epiſcopo, & familiæ eius propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia vero pauperib[a], quarta eccleſiis reparandis.

[*Item ex concilio Toletano.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XXXI.

SAncimus omnibus epiſcopis curã laicorũ inſtare, vt ſi quos in fide Chriſti inuenerint, nimio affectu diligant. Inſuper confirmamus, vt ſi aliqua ab ipſis accipiant dona[f], ſtatim in quattuor diuidãt partes, ita, vt prima pars ſecundũ[a] Apoſtolorũ præcepta, titulorũ[g], nec non cœmeteriorum reſtaurationibus diligenter attribuatur, ſecunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta vero aduenis.

¶ *Hæc palea, quod in omnibus vetuſtis exemplaribus exceptis duobus, & ſine Palea nomine habetur, & gloſſam habet) in nullo Toletano concilio aut impreſſo, aut manuſcripto inuentum eſt. In collectione canonum incerti auctoris, quæ aſſeruatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Silueſtro, quamuis in ſynodo Romana ſub ipſo habita, c. 4. paulo aliter hæ partes aſſignentur, vt in præcedentibus capit. b.*

[a] ¶ Secundum Apoſtolorum præcepta.] *In ea collectione non ſunt hæc verba. In uno vetuſto Gratiani codice eſt*, ſecundum Apoſtolicorum præcepta.

Item ex concilio Agathenſi, c. 22.

¶ Omnes presbyteri ſecundum iuſſionem epiſcopi res eccleſiæ diſpenſare debeant. C. XXXII.

[6] STatuimus (quod omnes canones[a] iubent) vt ciuitatenſes ſiue diœceſani presbyteri, vel clerici, ſaluo iure eccleſię, rẽ eccleſiæ, ſicut permiſerunt, epiſcopi teneãt: vendere autẽ, aut donare penitus nõ præſumãt. Quod ſi fecerit, vel fecerũt, & facta venditio nõ valebit, & de facultatibus, ſi quas habẽt proprias, indemnẽ[h] eccleſiam reddãt & communione priuentur.

[a] ¶ Canones. *Reſtituta eſt hæc vox ex originali. Antea legebatur*, epiſcopi. *In poſtea ponitur tantum eſt*, quod omnes iubent.

Item ex eodem concilio, c. 26.

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut aduerſariis tradunt. C. XXXIII.

[7] SI quis de clericis documẽta[i] quibus eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere[k], aut negare, aut aduerſariis fortaſſe tradere, dãnabili, & puniẽda obſtinatiõe pſumpſerit, quidquid[l], per abſentiã documẽtorũ, intereſſe

plicitatem à canone reprobari. 16. q. 7. in nouis. & 18. q. 2. in nullo. vel obuenientibus. de viuc. cum quidam ædes. Item arg. quod idem iuris eſt in veteribus quod in nouis. ext. de cen cum olim. & c. cũ in eccleſiis. Arg. contra. de deci. tua. nam licet veteres decimæ ſint conceſſę laico, nõ ideo nouę, vt ibi dicitur: quinque tamen eadẽ res duplici iure cenſetur. ext. de reli. do. quæ. & ff. de pec. hinc quæritur §. 1. vbi habes, quod peculiũ quinque duplici iure cenſetur: ſed iſti ſunt caſus ſpeciales[b].

† al. nunc obuenerunt, vel obuenerint

† addita ex orig.

5 Anſel. l. 5. c. 64. Panor. l. 2. c. 8.

f S*ancimus.*] ſecundum diſtinctionem, ext. de teſta. requiſiſti.

b Quod aũt hic dr regulare eſt. de hoc & le. & not. extr. de deci. cum in tua. in fi.

g ¶ *Titulorum.*] i. eccleſiarum, ad quas intitulati ſunt.

S*tatuimus.*] Hæc eſt 5 pars q. in qua magiſter reuertitur & probat per 10. c. quod res eccleſiæ non ſunt alienãdæ, niſi in caſu conceſſo: alias alienatio ſi tenet, & alienatores quocumque caſu debẽt puniri. Ioan. de Fant. CASVS. Relatũ fuit in Agathenſi concilio, quod clerici exiſtentes in ciuitate vel extra, res eccleſiarũ ſuarum nõ gubernabant ſecundum epiſcoporum ſuorum depoſitionẽ, ſed vindicabant vel donabant ſicut eis placebat. quare concilium ſtatuit, vt hoc de cetero non faciant: & ſi fecerint, irritetur. & de proprio ſi quod habet, eccleſiam reddant indemnem. & communione priuentur.

h ¶ *Indemnem.*] De hoc dixi ſ. e. monemus.

S*I quis.*] CASVS. Quidam abſcondebant vel denegabant inſtrumenta eccleſiarum: aut ea aduerſariis dabant. quæſitum fuit quam pœnam pati debeant. Et reſpondetur quod omne dãnum eccleſiæ illatum per abſentiam inſtrumentorum, debent reſtituere de propriis facultatibus: & communione priuentur. Qui vero talia documenta recipiũt, eadẽ pœna debent puniri.

6 Pol. l. 3. tit. 14.

i ¶ *Documenta.*] Idem eſſet ſi teſtes aliquos impediret dicere veritatem, vt extr. de teſt. cog. peruenit.

k ¶ *Supprimere.*] quia crimen falſi incurrit. ff. d. fal. l. 1. §. iis quod depoſita.

l ¶ *Quidquid.*] Arg. quod eccleſia poteſt petere

7 ſ. e. ſi quis de clericis. Burch. l. 3. c. 183. Iuo p. 3. c. 156.

a idem L. & dē no. ext. de iniur. in noſtra. de ſent. exc. ſacro. in gl. 1. Arc.

intereſſe, quod eſt extra rem [a]. ſed illud non eſt extra rem: quia inſtrumento tradito poſſeſſionis, & poſſeſſio tradi videtur, vt C. de don. l. 1.

E *Piſcopus.*] C A S V S. Statutum fuit in concilio Agathenſi, vt epiſcopus qui non habet filios vel nepotes, non inſtituat alium heredem quam eccleſiam ſuam. ſi vero illicite de rebus eccleſiæ aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur: & ad eccleſiam quod alienatum eſt reuocetur. ſi vero filios habet quibus ſua bona relinquit, de bonis illis indemnitati eccleſiæ conſulatur.

† al. pari

1 & in Hiſpa len. 1. c. 1.

a ¶ *Alium.*] hoc eſt cōſilium, quia etiam vxorem & ſeruum ſuum poſſet inſtituere heredem, vt ſ. ead. q. 1. ſint manifeſtæ.

2 Polyc. l. 3. tit. 12.

b ¶ *Ab heredibus.*] Hic duo contraria dici videntur, ſ. quòd eccleſia debeat eſſe heres defuncti: & quod eccleſia poſſit conuenire filium defuncti de eo quod male alienauit defunctus. nam ſi eccleſia eſt heres defuncti, etiam ſi defunctus aliquid indebite alienauit, illud non poteſt reuocare eccleſia, vt C. de re. ali. l. 3. & C. de li. cau. l. ſi ab eo. & C. de rei ven. cum à matre. tenetur enim ſequi voluntatem defuncti. vt 11. q. 1. Silueſter. ideo ſic exponas. eccleſia ſibi relinquat heredem. ſed ſi eccleſia non inſtituit heredem, ſupple tunc ſi quid de eccleſia. &c. " Generaliter enim omnis heres tenetur ad omnia onera defuncti, niſi fecerit inuentarium, vt C. de iur. delib. ſancimus. hoc tamen teneas quòd ſecundum canones in contractibus & in delictis ſiue aliquid peruenerit ad heredē, ſiue non: ſiue lis ſit conteſtata cum defuncto, ſiue non, heres ſemper tenetur inſolidum, vt 16. q. 6. ſi epiſcopum [b]. in ſi. ext. de rap. in literis.

3 Iuo par. 3. c. 161.

"Heres onera defuncti ſuſtineat.

b Vbi [a] hoc & ſ. 1. q. 4. §. itē peccato ciuiū. vt ibi ſatis dixi. A.

damni eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiam, qui in damno eccleſiæ impie ſolicitati, à traditoribus aliquid acceperint, ſuperiori † ſententia teneantur.

Item ex eodem, c. 33. [1]

¶ Epiſcopus hæredem non habens, non alium, quàm eccleſiam ſibi hæredem inſtituat. C. XXXIIII.

[a] E Piſcopus, qui filios, aut nepotes nō habuerit [a], alium [a] quam eccleſiam non relinquat heredem. Si quid de eccleſia non in eccleſiæ cauſa, aut neceſſitate præſumpſerit, quod diſtraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quæ reliquit, ab heredibus [b] eius, indemnitatibus eccleſiæ conſulatur.

a ¶ Non habuerit.] *In originali impreſſo, & manuſcripto & in Polycarpo legitur*, non habens alium, quàm eccleſiam reliquit heredem, ſi quid, &c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hiſpalenſis concilij primi, c. 1. ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item ex eodem, c. 49.

¶ Qui in clero conſtituti ſunt, de rebus eccleſiæ nihil alienare præſumant. C. XXXV.

[3] D Iaconi, vel presbyteri in parochia conſtituti de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeāt commutare, vendere, vel donare: quia res ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ ſibi commiſſæ (vt ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quòd ſi fecerint [c], conuicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud [d] tātum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe [a]. *& infra.* ¶ Libertos tamen, quos ſacerdotes, vel diaconos de eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus [e] eccleſiæ proſequi iubemus. Quod ſi facere contempſerint, placuit eos ad proprium reuerti ſeruitium.

a ¶ Præſumpſiſſe.] *Si hic interponas. c. ſi quis qualibet. infra ea. habebis integrum Canonem 49. ipſius concilij Agathenſis.*

D *Iaconi.*] C A S V S. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd diaconi, presbyteri vel epiſcopi de rebus eccleſiæ nil debēt illicite alienare: quod ſi fecerint, de hoc conuicti deponantur. & de ſuo proprio tantundem reſtituant. In ſecunda parte dicitur, quòd liberti eccleſiæ, negotia eccleſiæ proſequi debent: quod ſi contempſerint, in ſeruitutem adducentur. Secunda pars incipit ibi, *Libertos etiam.*

c ¶ *Fecerint.*] æſtimatione ſeruorum reddita de proprio: alioquin reuocarentur, vt j. c. & ſi illi niſi ſint bene meriti, vt j. e. ſi quos de ſeruis. Et eſt in hoc dura conditio libertorum eccleſiæ, quòd propter operas non præſtitas reuocantur in ſeruitutem. aliud in liberto priuati, vt C. de li. cau. ſolo obſequij. quod eſt hic ſpeciale. " Item aliud ſpeciale, quòd filij iſtorum libertorum ſunt obnoxij eccleſiæ. j. c. de libertis. ſecus in aliis, vt C. de lib. & eor. lib. l. 1. & 2. Item aliud ſpeciale quòd liberti tenentur ſeruire eccleſiæ nulla eis opera impoſita, vt hic, & j. c. liberti. hodie tamen diſtinguitur, vt extr. de ſer. non or. co. libentius.

"liberti eccleſiæ differunt à libertis priuatorum.

d ¶ *Aliud.*] id eſt, ipſam rem reſtituet, & aliud tantum de ſuo. ſic 89. diſt. decenter. & 10. q. 2. hoc ius. ver. qui vero res.

e ¶ *Actus.*] id eſt, negotia.

Q *Vidquid.*] C A S V S. Dicitur in hoc cap. quòd ſi presbyter illicite alienat aliquam poſſeſſionem eccleſiæ, irrita ſit talis alienatio: ita vt emptor nullam habeat actionem ad poſſeſſionem petendam: nec venditor ad pretium habendum.

f ¶ *Vendicatione.*] in emptorem enim non transfertur dominium. vnde non poteſt rem vendicare: habet tamen contra venditorem actionem ex empto, vt ſ. ea. Vulteranæ. in authen. de non alie. aut permut. §. quia vero leonis. coll. 2. Sed nonne venditor poteſt petere pretium re nondum euicta? quia venditor non ad aliud tenetur, niſi vt faciat emptorē habere rem. non enim tenetur rem eius facere: vt ff. de ac. empt. ſeruus quem. §. ſi ſciens. ſed hic contractus eſt nullus.

Item ex eodem, c. 53. [4]

4 & in Epaunenſ. c. 7.

¶ De poſſeſſione eccleſiaſtici iuris quidquid à presbytero diſtrahitur inane habeatur, & vacuum. C. XXXVI.

Q Vidquid parochianum preſbyter de eccleſiaſtici iuris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur & vacuum vendicatione [f] [a] comparantis, & actione vendentis.

a ¶ Vendicatione.] *Sic etiam in recentioribus conciliorum editionibus. In aliis, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur*, venditore comparantis. *apud Iuonem*, venditione comparantis. *In Epaunenſi, vbi hoc videtur repeti*, in venditorem comparantis actione vertenda

5 Iuo p. 3. c. 162.

Item Vrbanus Papa.

¶ Alienationes factæ ab intruſis, & ordinationes ſine conſenſu clericorum irritæ ſunt. C. XXXVII.

A Lienationes [g] omnium per intruſionem, ſeu canonice electorum ſub epiſcopi nomine, aut abbatis, qui ſecundum eccleſiæ ſuæ vſum conſecrandus [h] eſt, alienationes dico quocūque modo factas, necnon & ordinationes [i] perſonarum ab eiſdem ſine communi conſenſu clericorum eccleſię, ſiue per ſimoniam itidem factas, irritas iudicamus. ¶ Illud etiam per omnia interdicimus, vt nullus clericus præbēdam [k] ſuam, ſeu beneficium aliquod eccleſiarum aliquo modo alienare præſumat. Quod ſi præſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritū erit, & vltioni canonicę ſubiacebit.

¶ *Poſt collectionem Anſelmi in codice perantiquo, habetur fragmentum cuiuſdam concilij Vrbani ſecundi: in cuius initio hæc leguntur.* Alienationes, quæ ſpecialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, ſeu forte Philippū vtilibet de poſſeſſionibus Rauēnatis exarchatus factæ ſunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intruſionem, ſeu canonice electorū ſub epiſcopi nomine, vel abbatis . . . eccleſiæ ſuæ conſecrandus eſt, alienationes quocumque modo factas, *& cetera vſque ad finem huius capitis ſine ulla varietate.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 16.

¶ Epiſcopo defuncto, vel adhuc in ſupremis agente, de rebus eccleſiæ nihil eſt vſurpandum. C. XXXVIII.

A *lienationes.*] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas partes. in prima parte dicitur, quòd alienationes, quæ fiunt ab epiſcopis vel abbatibus intruſis, vel canonice electis, ſimiliter ordinationes factæ ſine conſenſu clericorum, vel per ſimoniam, irritæ ſunt. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi quis clericus ſuam prębendam alienare præſumpſerit, olim, vel modo præſumat alienare, irritum ſit, & canonicæ ſubiacebit vltioni. Secunda pars incipit ibi, Illud etiam.

g ¶ *Alienationes.*] hoc ad canonice electos referas: quia intruſi vel ſchiſmatici, nec etiam cum conſenſu capituli poſſunt aliquid alienare j. c. precariæ. extr. de ſchiſma. quod à prædeceſſore [c]. 7. q. 1. factus. 25. q. 1. omne. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. vel cu. l. quicumque. argum. contra. j. de conſecrat. diſ. 2. & dixit. 1. quæſt. 1. ſi quis à ſimoniacis. 3. q. 7. tria. in prin.

c Et extr. de ele. nihil eſt i gl. in duob' caſibus, &c. ibi videas Sed p hēticū bn̄ aegritur loco religioſo ſiue eccleſiæ, ſ ar. 32. q. 4. recurrat. ver. qūo ergo. vbi de hoc. Arc.

h ¶ *Conſecrandus.*] [illegible] eſt benedicendus " abbas. nam non conſecratur, niſi cum ordinatur in ſacerdotem: ſed tamen dicitur, quòd ei manus imponitur ab epiſcopo. 69. diſtinct. quoniam videmus. vnde abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere. extra de ſup. neglig. prælat. ſtatuimus.

"Abbas non conſecratur.

i ¶ *Ordinationes.*] hoc non poteſt facere ſine conſenſu capituli ſui: vt 24. diſt. c. vlt. & pen.

k ¶ *Præbendam.*] fructus poteſt. extra ne præla. vices ſuas. cap. vltim. ad inſtar fructuarij. ff. de vſufru. arboribus. " ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt vendi, licet hoc non ſit honeſtum: quia prohibitum non inuenitur [d], ſed tantum cum conſenſu epiſcopi extra de reb. eccl. non alie. nulli. niſi ad modicum tempus. argum. extra de cen. præterea. & extra de tranſact de cetero. Sed quid ſi obligauit ad quinquennium: numquid ſtabit ſucceſſor contractui? ita, ſi nomine eccleſiæ contraxit, & cum epiſcopi auctoritate. extr. de ſol. c. 1. ſecus ſi nomine ſuo. ff. de pi. l. lex vectigali. ff. qui. mo. pig. vel hy. ſol. ſi res diſtracta. ff. loca. ſi quis domum. §. hic ſubiungi ſolet. Ioan. Sed certe quidquid dicat Io. ego credo, quòd ſicut clericus poteſt vendere fructus præbendæ ſuæ ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maxime ad modicum tempus: ſicut tutor vendit fructus ſine auctoritate iudicis, vt C. de admi. tut. lex quæ. nec aliqua decre. contradicit legi. B.

"Bñficij fruct' vēdi pōt

d Hoc plane olim probatur extr. de emp. & ven. c. 1. vbi hæc iſta verba hic poſita p Ioan.

Hæc

H[Aec huius placiti.] CASVS. quæſtio nulla facta fuit in concilio Ilerden. de clericis, qui poſt obitum epiſcopi omnia bona defuncti antiſtitis vſurpabant, facta eſt conſtitutio ne hoc de cetero fiat: ſed œconomus adiuncto ſibi vno vel duobus fidelibus viris paſcat ex illis bonis clericos, qui ſunt in domo epiſcopali: vel ſeruet ad vſum ſucceſſoris, qui vti debet bonis illis cum clericis ſui anteceſſoris: clericus autem contra hanc conſtitutionem faciens, anathematizetur.

1 Concord. concil. Valent. c. 2.

[1] HAEc huius[a] placiti[b] conſtitutione inter nos cenſura placuit cuſtodiri, vt defuncto antiſtite, vel etiam adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, graduſve ſit, quidquam de domo præſumat, vel quod de vtilitate inſtrumenti domos eſſe agnoſcitur, id eſt mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ conetur inuadere, nihil furto[α], nihil dolo ſupprimens, auferens, atque abſcondens. Sed is, cui domus commiſſa eſt, ſubiunctis[β] ſibi vno, vel duobus fideliſſimis clericis omnia vſque ad tempus pontificis ſubſtituendi debeat conſeruare[c], & his, qui in domo inueniuntur, clericis conſuetam alimoniam adminiſtrare: Subſtitutus autem antiſtes ſuſceptæ ſedis[γ] commoda ordinabit, velut Deus impetrabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe. Quod ſi quiſquam poſt hæc cuiuſlibet ordinis (vt ſuperius dictum eſt) clericus quacunque occaſione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abſtuliſſe, vel forſitan dolo aliquo ſuppreſſiſſe, reus ſacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & vix[d] quoque peregrina ei communio concedatur: quia[e] durum eſt, vt hi, quos conſtat in ſeruitio Domini cum primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores †, vel vtilitatibus ſeruientes, atque vacantes fuiſſe noſcuntur, deſpecti aliquibus[?] crucientur.

α ¶ Nihil furto.] In codice Lucenſi regio ſequitur, nihil vi.

β ¶ Subiunctis ſibi.] In codicibus [illegible] omittitur, cum conſilio: & in vadicerq[?] additur, clerici: forſitan autem legendum, cum concilio clerici.

γ ¶ Suſceptæ ſedis.] Ita eodem regio codice eſt: ſuſcepta eſt, prout deceſſor ſuus ordinauit, vel vt Deus impetrauit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 66.

¶ Epiſcopi, nihil eccleſiæ conferunt, famulos eius libertate non donent. C. XXXIX.

[4] ET, ſi illi qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt[f], æterni iudicis voce in futuro condemnabuntur, quanto magis[g], qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Quapropter epiſcopi, qui nihil ex ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compenſauerunt, hanc diuinam ſententiam metuant, & liberos † ex familia eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium enim eſt, vt qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non contulerit[h], damnum inferat, & ius eccleſiæ alienare contendat. Tales ergo liberos † ſucceſſor[i] epiſcopus abſque vlla oppoſitione ad ius eccleſiæ reuocabit[k]: quia eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit.

Item ex concilio Aurelianenſi.

ε Hoc idem c[on]tatur 12. q. 2. ſi quis de clericis. ex concilio Agathenſi, in quo habetur. Non eſt autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianenſi, quod non extet, eſſe repetitum.

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut negant, aut alius damnabiliter tradunt. C. XL.

[5] SI quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firma tenetur, aut ſupprimere, aut negare, aut auertere, aut fortaſſe tradere, damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid pro abſentia documentorum damni eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus reddat.

Item ex concilio Aurelianenſi. 3. c. 23.[4]

¶ Miniſtris eccleſiæ de rebus eiuſdem eccleſiæ abſque epiſcopi permiſſu nihil alienare licet. C. XLI.

[5] ABbatibus, presbyteris, ceteriſque miniſtris de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio alienare, vel obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione epiſcopi[l] ſui nihil liceat. Quod qui præſumpſerit, degradetur communione conceſſa: & quod temere præſumptum, aut alienatum eſt, ordinatione epiſcopi reuocetur.

Item ex ſynodo Ancyrana, c. 15.

¶ Res eccleſiæ, quæ abſente epiſcopo diſtrahuntur, ad ius eccleſiaſticum reuocentur. C. XLII.

[6] SI qua[m] de rebus eccleſiæ, cum epiſcopus non eſt, presbyteri[n] vendiderint, placuit reciſſo[o] contractu ad ius † eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit epiſcopi conſtitutum †, ſi pretium debeat recipi[p], nec ne: propterea quod[q] ſæpe contingit diſtractarum

a ¶ Hæc huius.] Sic conſtrue, hæc cenſura placuit cuſtodiri placiti conſtitutione. ſecundum hoc verbum, placuit, eſt perſonale verbum.

b ¶ Placiti.] i. decreti.

c ¶ Conſeruare.] Arg. ſucceſſori omnia ſeruanda a morte prædeceſſoris. extra de offi. & po. iu. or. cum vos plerumque. & ext. de teſt. relatum. Item argu. quod mobilia prædeceſſoris pertinent ad ſucceſſorem, vt j. e. de laicis.

d ¶ Et vix.] Quod vix fit, tamen fit. 5. diſt. 19. in memoriam. at. contra. ff. ad Vell. tutor. in prin.

e ¶ Quia.] hoc refertur ad id quod ſ. dixit.

E[T ſi illi.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, an ſucceſſor poſſit reuocare in ſeruitutem illos quos anteceſſor manumiſit, qui nihil de rebus ſuis eccleſiæ contulerat. Et reſpondet quod ſic. & ideo qui hoc faciunt, in futuro damnabuntur, & hoc probatur vna ratione: quia ſi illi qui nihil pauperibus erogant in futuro damnabuntur, multo magis illi qui pauperibus auferunt quod non dederunt: cum iniquum ſit, vt illi qui nihil eccleſiæ contulerunt, ius eccleſiæ alienare contendant.

† al. incubitatores, atque magis exfuiſſe.

f ¶ Diſtribuunt.] neceſſitatis articulo. de hoc not. 47. diſt. ſicut hi.

g ¶ Quanto magis.] innuitur hic quod magis ſit auferre quam non dare: cum tamen quandoque æquiparentur, & ſic eſt contra 47. di. ſicut.

h ¶ Non contulerit.] ſic videtur, quod ſi res ſuas contulerit eccleſiæ, quod tunc alienare poſſit. arg. j. c. ſi quis qualibet. ext. de reb. ec. non al. epiſcopi. ad hoc dicunt quidam, quod nullo caſu poteſt alienare, niſi communi conſenſu canonicorum. ſed hoc nihil eſt: quia ſi habet conſenſum cleri, quare reſtituet tantundem de ſuo: cum nec alienare poſſet, licet acceſſet omnium conſenſus, niſi eſſet communis vtilitas eccleſiæ, vt j. c. ſine.[*] Sed intellige cum iſte manumiſſus non erat benemeritus: & ſic erat malæ fidei poſſeſſor, alias poſſet præſcribere libertatem, vt C. de præſcr. long. temp. l. 1.

2 Burch. l. 3. ca. 180. Iuo p. 3. c. 209.

* Eſſe ſeruũ eccleſiæ non poſſit manumittere. a[?] tũ tolere[?] io ad-m[?] iſtrõne,

i ¶ Succeſſor.] vel ipſemet. 35. q. 9. quod quis. & eſt arg. quod ſucceſſor reuocat malefactum ſui anteceſſoris, vt 16. q. 3. ſi ſacerdos. ext. de pen. c. 2.

k ¶ Reuocabit.] niſi per decem annos ſteterunt in libertate. ff. q[uib]. & a qui. ma. ſicut. §. Ariſto. hic ergo reſtituitur contra libertatem eccleſia: quod non eſt in minore, niſi ex magna cauſa; vt ff. de min. ſi ex cauſa, in fi. aliâ, ſecus vt ſ. ea. meminimus. & de hoc no. ext. de re. ec. non al. ſi qs pſbyterorũ. Arc.

S[i quis de clericis.] caſum illum habes. ſ. ea. in c. ſi quis de clericis. & ideo ibi videbis.

A[bbatibus.] CASVS. conſtitutum eſt in concilio Aurelianenſi: vt abbates, presbyteri, vel alij prælati nil de rebus ſuarum eccleſiarum alienare præſumant, ſine licentia & ſubſcriptione epiſcopi: & qui hoc præſumpſerit, deponatur. & quod temere alienatum eſt, per epm reuocetur.

l ¶ Subſcriptione epiſcopi.] licet abbas non poſſet ſine conſenſu epiſcopi alienare rem eccleſiæ, vt hic. & j. 17. q. 4. in venditionibus. & ext. de reb. eccle. non al. nulli. tamen ſi conſuetudo loci habet, bene poteſt dare modicum. ext. de do. c. 2. & 3. & infeudare poteſt, ext. de reb. ec. non alie. ad noſtram. & hoc poteſt epiſcopus vel abbas ſine conſenſu capituli, ſi ſubeſt neceſſitas, & res eſt modica. j. e. ca. terrulas. Ioan. quod falſum eſt, niſi in paruis rebus.

† al. libertos ex familia

* Abbas an poſſit donare.

† al. libertos

m S[i qua de rebus.] CASVS. Vacante epiſcopali eccleſia, quidam presbyteri vendidit eccleſiaſticam poſſeſſionem: tempore præcedente epiſcopus eſt ſubſtitutus, quæſitum eſt in ſynodo Ancyrana, vtrum talis venditio poſſit reſcindi. Et reſpondet quod ſic. in arbitrio tamen epiſcopi erit, vtrum pretium recipiat, vel recuperet poſſeſſionem: quia quandoque magis expedit habere pretium, quam poſſeſſionem. Sequens cap. planum eſt, & per ſe patet.

3 Iuo p. 3. c. 136.

4 lib. 7. cap. c. 275.

5 Pol. l. 3. c. 12

n ¶ Presbyteri.] id eſt, canonici.

o ¶ Reciſſo.] hic patet quod ſede vacante clerici nihil diſponere poſſunt de rebus eccleſiæ, vt 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. & 57. diſt. quoniam. immo potius ſede vacante non poſſunt immutare ſtatum eius. ext. ne ſe. va. c. noui. tamen ſi eſt magna neceſſitas, clerici poſſunt aliqua alienare, ſecundum H. vt dixi 12. diſt. fraternitatem. arg. & j. e. precariæ. tamen de auctoritate ſuperioris. Nam & iudex præſtat auctoritatem facto minoris eo tempore, cum non habet curatorem, vt C. qui admit. ad bo. poſ. l. bonorum. Item in nominibus eccleſiis poteſt epiſcopus aliqua alienare mortuo ſaccrdo.[?] te[b] tempore neceſſitatis, vt 10. qu. 2. ſi quis epiſcopus. & not. quod contractus ipſo iure tenet, quem faciunt clerici mortuo epiſcopo: ſed reſtituitur eccleſia ſi probat ſe læſam, ſicut eſt in contractu minoris, qui non habet curatorem, vt C. de in int. reſtit. ſi curatorem. & ideo bene dicit, hic reſciſſo contractu, i. per in integrum reſtitutionem.

* Sede vacante an poſſint clerici de reb. eccleſiæ diſponere.

6 Anſ. l. 6. c. 182.

† al. ſi conſtitutum pretium

b Vi contra ext. lib. 6 de reb. ec. non al. dudũ ſed pe intelligi quod ibi dicitur cum hac. determinatione: & ita hoc ſ corrigetur ad hoc j. e. præſtari. Arc.

p ¶ Recipi.] ab emptore.

q ¶ Propterea quod.] i. quia ſæpe contingit ampliorem ſummam reditus diſtractarum rerum reddi, i. emptori pretio accepto; hoc eſt dicere, quod emptor amplius ſæpe percipit de redditibus, quam ſit pretium quod

quod dedit, vel quam eccleſia inueniat pro pretio quod accepit: & ideo magis expedit epiſcopo repetere fructus perceptos, quam retinere pretium.

a ¶ *Non liceat.*] *Poſt mortem.*] Narrat, quod contingere ſolet. vnde ſub. maxime. ī. ea. hæc huius.

nia erat quædam praua conſuetudo, ſ. quòd morientibus epiſcopis ſiue aliis clericis laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ congregato, vt ſi quis decetero talia præſumpſerit, excommunicetur donec reſipiſcat. In ſecunda parte dicitur, quòd res epiſcoporum defunctorum per archidiaconos,

rerum reditus ampliorē ſummam pro accepto pretio reddi [a].

a ¶ Reddi.] *Sic in quibuſdam exemplaribus priſcæ verſionis. In aliis vero eſt.* reddidiſſe. *Græce legitur*, διὰ τὸ πολλάκις τὴν ἐπέτειον τῶν πεπραγμένων ἀποδιδόναι αὐτοῖς τὴν πρόσοδον τὴν τιμὴν ad eſt, propterea quòd ſæpe rerum venditarum reditus maius pretium his ipſis reddiderit. *Sed ob gloſſam non eſt mutatū.*

Item ex concilio Chalcedonenſi. c. 22. [b]

¶ Poſt mortem epiſcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant. C. XLIII.

NOn liceat clericis poſt mortem [a] epiſcopi ſui rapere [b] res pertinentes ad eum: ſicut iam præcedentibus regulis conſtitutū habetur. Si vero hoc fecerint, periclitari ſe nouerint in proprio gradu.

Item ex concilio Mediomatricis [h].

¶ Reſcindātur precariæ, & commutationes ab inuaſoribus factæ. C. XLIIII.

[§] PRecariæ [c], & commutationes tempore viduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerunt, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel ciuili [d], ſi faciendæ ſunt, fiant.

¶ *Quod hic concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldenſi refertur ex concilio Belluacenſi, ex quo etiam citant Burchardus & Ivo. Sed quia in conciliis Gallicis. & Germanicis ſæpe eadem repetuntur, non eſt mutata inſcriptio. In ſelectis capitularibus, quæ ex Gallia ſunt habita, inter cetera leguntur quædam capitula excerpta à domino Rege Carolo & Principibus ſuis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderunt epiſcopi in ſynodo, &c. Quorum capitulorum unum eſt hoc.* vt precariæ & commutationes tempore viduarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerunt, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel ciuili denuo ſi ſienda fiant.

Item Gregorius Maximiano Syracuſano epiſcopo. lib. 3. epiſt. 11. [a]

¶ Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus eccleſiæ. C. XLV.

CHaritatem tuam commonere curauimus, vt ſi quiſpiam epiſcoporum de hac luce migrauerit, vel (quod abſit) pro ſuis fuerit remotus exceſſibus, cōuenientibus œconomis [a], cunctiſque clericis † prioribus, atque in ſui præſentia inuentarium eccleſiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, ſubtiliter deſcribantur: nec (ſicut antea fieri dicebatur) ſpecies quædā, aut aliud quod libet de rebus eccleſiæ, quaſi pro faciendi [e] inuentarij labore tollatur. *& infra.* ¶ Viſitatores eccleſiarum, clericique eorum, qui cum ipſis per non ſuæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium. Iuſtum namque eſt, vt illi † conſequantur ſtipendium [f], qui † pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.

a ¶ Oeconomis.] *Sic etiam in omnibus vetuſtis: ſed in originali tam impreſſo, quàm manuſcripto legitur*, hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet* hieraticis.

Item ex concilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶ Excommunicentur laici qui morientium clericorum audent bona diripere. C. XLVI.

DE laicis quæſtio facta eſt, qui morientibus epiſcopis, ſiue aliis clericis res defunctorum inuaſas, eccleſiæ, pauperibúſque ſubripiunt. Contra quos commune totius concilij anathema prolatū eſt, ipſo Papa huiuſmodi ſententiam promulgante. Si quis poſt interdicti præſentis cognitionem [g] epiſcoporum, ſeu preſbyterorum, aut aliorum clericorum res [h] inuaſerit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur. ¶ Epiſcoporū vero deficientium res per archipreſbyterorū [i] ſeu archidiaconorum manus, aut ſecūdum mortuorum iudicium [k] pro ipſorum ſalute in eleemoſynas diſpēſentur, aut ſucceſſori, qui futurus eſt, reſeruētur. Idipſum de preſbyterorū, ſeu clericorum aliorū rebus per epiſcopum, vel ſupradictas perſonas, aut cui deficientes commiſerint, fiat. Si quis autem aduerſus iſta præſumpſerit, anathema ſit.

¶ *In titulis capitulorum concilij Claromontenſis (quod Aluerniæ celebratum eſt) titulo penultimo hæc leguntur ad caput hoc ſpectantia.* Ne aliquis clericus res epiſcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in vſus proprios conferat. Quod ſi quis fecerit, anathema ſit: & dictum eſt ab omnibus fiat.

Item Innocentius Papa ſecundus in concilio Lateranenſi, c. 4.

¶ De eodem. C. XLVII.

[§] ILlud, quod in ſacro Chalcedonenſi cōcilio conſtitutū eſt, irrefragabiliter conſeruari præcipimus vt videlicèt decedētium bona epiſcoporū à nullo omnino hominū diripiātur: ſed ad opus eccleſiæ, & ſucceſſoris [l] ſui in libera œconomi [m], & clericorū permaneāt poteſtate. Ceſſet igitur decetero illa deteſtabilis, & ſæua rapacitas. Si quis autē amodo hoc attētare præſumpſerit, excommunicationi ſubiaceat. Qui vero morientium [a] preſbyterorū, vel clericorū bona rapuerūt, ſimili ſētētiæ ſubiaceāt.

a ¶ Morientium.] *In vulgatis ſequebatur*, epiſcoporum: *quæ vox & à ſ. t. abeſt, & ab ipſo concilio manuſcripto abeſt, & fruſtra repeteretur. Sunt autem ex originali addita. paulo ſuperius aliquot verba.*

b ¶ *Rapere.*] vitium. no. ī. ea. de laicis. & c. illud. ea. q. 5. ſicubi. H.

PRecariæ.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt precariæ, & commutationes, quæ factæ ſunt ab intruſis vacantibus eccleſiis, reſcindantur: & ſi expediat fiant ſecundum canones, vel ſecundum leges.

c ¶ *Precariæ.*] ergo clerici poſſunt alienare eccleſia vacante, quia capitulum ſupplet defectum epiſcopi. extr. de hær. ad abolendam. Io. quod falſum eſt, vt ext. ne ſe. vac. c. 1. B.

d ¶ *Vel ciuili.*] ſ. 96. diſ. bene. in fi. Vel dic ciuili, i. principis: cuius auctoritas requiritur in rebus ab ipſo collatis, 16. q. 1. precariæ.

CHaritatem.] CASVS. Hoc c. duas habet partes. In prima præcipit Greg. Maximiano epiſcopo Syracuſano, quem fecerat in Sicilia legatum, vt ſi quis epiſcopus moriatur vel deponatur, conueniant œconomus & clerici eccleſiæ & prælati: & in præſentia eius de rebus ecc. faciant inuentarium: pro quo neque ſpecies, neque pretiū aliud ſcriptori tribuatur. In ſecunda parte præcipit ei, vt cum viſitatores parochias vacantium eccleſiarum, viſitant, eo diſponente, ipſi & clerici eorū qui cum eis viſitant, aliquid emolumenti propter ſuum laborē percipiant, vt illi conſequantur ſtipendium, &c. *Subſidij.* Dicit Hu. quòd nomine ſubſidij intelligitur procuratio tantum, licet poſſet etiam aliter intelligi. Secunda pars incipit ibi, *Viſitatores.*

e ¶ *Pro faciendi.*] hoc intellige cum habet ſalarium de publico, vt 23. q. 1. militare. in fi. & 2. q. 3. ſi quis epiſcop. alias ſecus. 10. q. 2. precariæ.

f ¶ *Stipendium.*] argu. quod ad quem onus ſpectat, & emolumentum. ī. c. quicumque. 7. q. 1. pontifices. 16. q. 6. de lapſis. Item eſt hic arg. quòd iudices licite poſſunt petere ſumptus à partibus, vt dixi 11. q. 3. non licet. & eſt ſimile quod dicitur alibi, quòd labor non debet eſſe ſine fructu, vt 7. q. 1. ibi.

DE laicis.] Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd in Aluer-

archipreſbyteros & ſecundum defunctorum iudicium pauperibus erogentur, aut ſucceſſori reſeruētur. Idē etiam ſeruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui contra fecerit, anathema ſit. Secunda pars incipit ibi, *Epiſcoporum vero.*

g ¶ *Cognitionem.*] non ligat conſtitutio niſi à tempore ſcientiæ. 82. diſt. propoſuiſti. in fin. ff. de decre. ab ord. fa. l. vlt.

h ¶ *Res.*] proprias. ſ. quia de rebus eccleſiæ non poſſunt teſtari, vt ext. de teſt, quia. ſed morientes poſſunt aliqua dare, ſi hoc habet eccleſiæ conſuetudo. extra de te. ad hæc.

i ¶ *Per archipresbyterorum.*] ſi defunctus nihil de his diſpoſuit, tunc ſi habet heredē, ei tradet: ſi non habet eccleſia ſuccedit, ſicut collegium ſuccedit in hæreditatem decurionis. C. de hær. decur. l. 2. & 3. & ī. e. q. 5. c. vlt. & ſ. c. epiſcopus qui.

k ¶ *Iudicium.*] poteſt etiam moriens ſuam voluntatem [a] committere iudicio alterius, vt ext. de teſta. cū tibi.

ILlud quod.] CASVS. In concilio Chalced. ſtatutum fuit, vt nullus rapiat bona defunctorum epiſcoporum vel aliorum clericorum: ſed omnia per œconomos ad opus eccleſiæ & ſucceſſoris reſeruentur. Innocentius vero modo cofirmat illud, & ſtatuit quòd ſi quis contra hoc fecerit, excommunicetur.

l ¶ *Succeſſoris.*] [a] hoc teneas, quòd moriente epiſcopo vel ſacerdote ſucceſſori eius reſeruantur bona eius, vt hic dicitur, & ſ. c. hæc huius ſed moriente canonico nihil reſeruatur ſucceſſori, ſed diuiditur inter canonicos, vt ext. de teſta. relatū.

m ¶ *Oeconomi.*] ſi eccleſia habet œconomum, in poteſtate eius erunt res eccleſiæ decedentium epiſcoporum [b], vt hic, & 75. diſ. quoniam quidem: ſi non habet, erunt in poteſtate maiorum eccleſiæ, vt ſ. c. prox. ſi illi nō ſunt idonei, tunc erunt in poteſtate aliorum clericorum, vt ī. c. prox. omnibus deficientib. erunt in poteſtate metropolitani, vt ī. c. nō liceat. niſi ibi viſitator ſit, qa tunc ille cuſtodiet eas. 61. diſt. obitum.

s Et in Aquiſgr. c. 88.
h in Meldēſi c. 21.
§ Bur. le. 3. c. 166. Ivo p 3. c. 227. ex Bellacenſi.
a Ioan. diac. lib. 3. c. 23.
† al. cleris.
† al. illis
† al. quo
a i. diſpenſationem rerū ſuarū, ſecdm Inn. & H.
" Epi morientis bona cui ſunt ſeruanda.
§ ī. c. non liceat. Pan. l. 8. c. 141.
b Quidquid dicat hic gl. dic, q œconom & clerici cathedralis eccleſiæ gubernabunt bona ipſius eccleſiæ, vt ſ. ea. charitatem cui c. ſtādū eſt. & hoc hi expſſe, vt ;; ex tex. h c. cui ſtādū eſt ſecdm Inn. & vt hoc not. ext. d c. f or. cū vos & vt eccl. benef. c. 1. Arc.

HOC

HOC NON SOLVM. CASVS. Supra dictum eſt, quod laici bona clericorum defunctorum inuadere non præſumant: nunc uero docet idem Gratian. de metropolitanis, & de quibuſlibet aliis clericis, & ad hoc inducit ſeq. c.

NOn liceat.] CASVS. Conſtitutum eſt in ſexta ſynodo, vt moriente epiſcopo res illius, vel eccleſiæ ſuæ non præſumat auferre metropolit. ſed ſeruentur à clericis eiuſdem eccleſiæ. ſi vero clerici non ſunt ibi idonei, metropolitanus futuro epiſcopo omnia illibata reſeruet. Seq. §. cum c. ſeq. per ſe patet.

a Sicut.] ¶ Alienas.] Rem alienã ſemper tenetur reſtituere, niſi illa iam ſit conſecrata: vt 17. q. 4. contra. quia nihil, &c. 54. diſt. generalis. & 14. q. vlt. comperimus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Infert G. ex omnibus fere ſupradictis c. quòd prælati res eccleſiaſticas alienare non debent. & ſi alienatæ ſunt, reſtitui debent: quod verum eſt ſi illicite alienentur. Nunc vero dicit, quòd ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatis licite poſſunt res eccleſiæ alienare. De neceſſitate probat per ca. prima. De vtilitate probat per tria ſequ. ca. ſ. ſine exceptione. item domus. & terrulas. Seq. cap. patet. Vt meliorari. vt cauſa vtilitatis.

b ¶ Sed notandum.] nunc incipit oſtendere quando poſſunt alienari res eccleſiæ.

NOn habent.] c ¶ Sui tituli.] id eſt, eccleſiæ. vel ſui tituli, id eſt, ad ſuum commodum, vt ſ. ca. monemus.

d ¶ Vſurpare.] id eſt alienare & ponitur in mala ſignificatione, cum non ſubeſt neceſſitas.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt ſine conſenſu epiſcoporum presbyteri non vendant res eccleſiarum. ſicut nec epiſcopi vendere poſſunt prædia eccleſiarum inconſulto concilio. & inducit hoc ca. à contrario ſenſu. Conſilio, hoc quo ad res matricis eccleſiæ. Vel cuncto presbyterio. hoc quo ad res aliarum eccleſiarum quarum prædia alienantur. & ſic concilium dicitur collegium matricis eccleſiæ, presbyterium dicitur collegium aliarum eccleſiarum.

e ¶ Concilio.] ſcilicet clericorum, vt ſ. cap. proxim.

ADDITIO. Et vide quod not. 17. diſtin. in ſum. 33. diſt. quando. in gl. vlt. vbi hoc c. placuit allegatur. Arch.

f ¶ Presbyterio.] hic habes. quòd epiſcopus requiret conſenſum ſacerdotum in alienatione, vt 10. q. 2. ſi quis epiſcopus.

g ¶ Neceſſitate.] ergo in neceſſitate poſſunt eis inconſultis[a], vt ſ. ead. terrulas.

SIne exceptione.] CASVS. Leo Papa præcipit epiſcopis Siciliæ, vt res ſuarum eccleſiarum aliquo modo non alienent, niſi cauſa vtilitatis hoc faciant, & cũ tractatu & conſenſu totius capituli & ſubſcriptione. & ſi aliter facta fuerit alienatio, irrita erit & vacua. Seq. duo c. patent.

Hoc non ſolum de Laicis, verumetiam de metropolitanis, & quibuslibet aliis clericis intelligendum eſt: ſicut in ſexta ſynodo, cap. 35. legitur.

¶ Res epiſcopi morienis metropolitano non licet inuadere.

C. XLVIII.

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo epiſcopo, qui ſub eo eſt, aut res eius, aut eccleſiæ ſuæ auferre: ſed ſint ſub cuſtodia cleri eccleſiæ defuncti epiſcopi, vſque dum alius ordinetur epiſcopus. Si vero clerici in eccleſia non fuerint, tunc metropolitanus illibata omnia epiſcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res eccleſiæ nulli vſurpare licet: ita eccleſia aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius, lib. 2. epiſt. 43. ad Bonifacium epiſcopum.

¶ Aliena eccleſiæ non licet inuadere.

C. XLIX.

SIcut eccleſia proprias res amittere non debet: ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas[a] non oportet.

His omnibus auctoritatibus perſpicue monſtratur, quòd nulli ſacerdotum res eccleſiaſticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu ſacerdotis facultates eccleſiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: ſed potius cogetur reſtituere quod illicite accepit. Sed notandum[b] eſt, quòd quibuſdam cauſis exigentibus res eccleſiæ diſtrahi poſſunt. Cauſa enim neceſſitatis cum concilio clericorum, vel vt meliora proſpiciant, res eccleſiæ à ſacerdotibus diſtrahi poſſunt.

Vnde in Africano concilio legitur[1].

¶ Niſi cauſa neceſſitatis nec epiſcopo rem eccleſiæ ſuæ vſurpare licet. C. L.

[2] NOn habenti † neceſſitatem nec epiſcopo licet matricis eccleſiæ rem ſui tituli[c] vſurpare[d].

Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & ſequens ex Carthaginenſi. Sed in unico Carthaginenſi inſerto in codice canonum hoc quidem eſt pars poſterior. ſeq. uero prior capitis eiuſdem, quod eſt ultimum, id eſt, 33. & Burchardus & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginenſi.

¶ Eccleſiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum ſequitur*, nec presbyterorum: *apud Iuonem uero legitur*, nec epiſcopo liceat rem matris eccleſiæ ignorante concilio, vel presbyteris; ſuis titulis vſurpare. *Poſt ſequens autem caput apponetur integer canon græce vnà cum verſione.*

Item ex concilio Carthaginenſi vnico, c. vltimo.

¶ Nec presbyteri ignorantibus epiſcopis, nec epiſcopi ignorante concilio rem eccleſiæ vendant. C. LI.

[3] PLacuit, vt presbyteri non vendant rem eccleſiæ, vbi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis: quomodo nec epiſcopis liceat vendere prædia eccleſiæ inconſulto concilio[e], vel cuncto presbyterio[f] ſine vlla neceſſitate[g].

¶ Vel cuncto.] *In canone unici Carthaginenſis legitur*, vel presbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, &c. *ut proximo ſuperiore cap. quemadmodum apud Burchard. etiam, & Iuonem licet ipſi legant*, habenti: *Græce autem ita totus canon habet.*

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Similiter placuit, vt presbyteri præter ſuorum epiſcoporum ſententiam non vendant rem eccleſiæ, in qua conſecrantur: quemadmodum neque epiſcopis licet prædia eccleſiæ vendere inſciente ſynodo, vel propriis presbyteris. Ergo niſi adſit neceſſitas, neque epiſcopo liceat abuti re aliqua ex titulo eccleſiaſticæ matricis.

Item ex epiſtola Leonis Papæ, vniuerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis.

¶ Niſi vt meliora proſpiciat, rem eccleſiæ non licet diſtrahere epiſcopo.

C. LII.

[4] SIne exceptione[h] decernimus, ne quis epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ quidquam donare[i], vel commutare, vel vendere[k] audeat, niſi forte aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, & cum totius[l] cleri tractatu[m] atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium profuturum[n] eccleſiæ. *& infra.* ¶[5] Epiſcopus rebus eccleſiæ tamquam commendatis, non tamquam propriis vtatur. Irrita enim epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque conniuentia[o], & ſubſcriptione clericorum.

¶ Conniuentia.] *Antea legebatur*, abſque omnium conniuentia. *Indicta uero eſt dictio*, omnium: *quia neque in uetuſtis exemplaribus, neque in decretalibus, cap. 1. de his. quæ fiunt à prӕl. neque apud cæteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat concilium Carthagin. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias, loco iſtius uocis*, conniuentia, *eſt*, collaudatione.

Item domus vrbanæ, vel caſtrorum, quæ

h ¶ Sine exceptione.] & tamen poſſunt aliqui caſus excipi. & ſic eſt arg. quòd licet Papa præcipiat nullam audiendam exceptionem, tamen eſt admittenda, vt extra de off. deleg. ex parte. & extra de reſcr. ſi quando. &c. cum adeo.

i ¶ Quidquam donare.] niſi modicũ[b]. ext. de don. cęterum.

k ¶ Vendere.] vel obligare, vt extra de rebus eccl. non alie. nulli.

l ¶ Totius.] 65. di. ſane.

m ¶ Tractatu.] quis debeat eſſe tractatus, habes 10. q. 2. hoc ius.

ADDITIO. Extra de his quæ fiunt à præl. tua. & de reb. ec. dudum. C. de vend. re. cui. l. fi. lib. 11. Arch.

n ¶ Profuturum.] ſed nonne ſufficit, quòd vtiliter cœptum eſt, licet non ſit inde ſecutus effectus, vt ff. de ne. geſt. ſed an vltro? Reſpond. quòd non: quia cum eccleſiam comparemus pupillo, non ſufficit vtiliter cœptum, niſi eccleſia ſit facta locupletior, vt ff. de ne. geſt. ſi pupilli. in princ. niſi ita ſit, quod res illa naturaliter, vel terræ motu perierit, vt ff. de minor. verum. §. ſi locupleti. Sed quid ſi eccleſia ex illo contractu non eſt locupletata vel damnificata? Tunc dicam contractum tenere[c], quia ſufficit, quod nihil ad læſionem diuinæ domus ſit factum, vt 10. q. 2. hoc ius. nam eo ipſo, quòd non eſt pauperior facta, intelligitur locupletior. ff. de ſolu. l. in pupillo. Hoc ſcias, quod licet omnes clerici conſentiant, ſi tamen non obſeruatur forma alienationis, alienatio nulla eſt[d], vt C. de ſacr. ſan. eccl. iubemus. in fi. & hic idem dicitur. Item ſi fiat alienatio in caſu nõ conceſſo, dummodo ſeruetur forma alienationis, tenet[e] alienatio, vt ext. de iis quæ fi. à præl. cũ nos. & ext. de emp. & ven. cũ dilecti. & c. cũ cauſa. ſed reſtituitur eccleſia ſi probat ſe læſã.

o ¶ Conniuentiam.] ſufficit tamen eorum taciturnitas. ext. de iis quæ fi. à præl. continebatur. & eſt hic arg. quod nulla ſit alienatio niſi adſit ſubſcriptio, vt 96. diſt. bene quidem.

a Dic quod ſi tãta immineat neceſſitas, quod cõcilium canonicorum expectari nõ poſſit, tunc epiſcopus alienare poterit. arg. ff. de adm. tu. §. 1. ff. de pe. hær. diuᵒ. ut mõ id gerat quod duxe repro bari nõ deat. arg. ff. de ri. nup. ſi ſi. ius

b Intelligo ex cauſa, vt ſ. ſequitur. ar. ſ. 44. diſt. in prin. Arc.

1 Et in Mogũtino ſub Rabano, c. 8.

2 Burc. l. 3. c. 178. Iuo p. 3. c. 139.

† habente] orig.

3 Burc. ibid. Iuo ibid.

4 Anſ. l. 5. c. 69. Ict. 6. c. 289.

5 In cõc. Carthag. 4. c. 31. Ibid. c. 32. & ext. de his quæ fi. à præl. c. 1. Iuo p. 3. c. 238 Pan. l. 2. c. 86

c Tenere. quod eſt contra q. ſtrictũ & tenẽt Do. in l. cũ hi. §. eã tranſactio nẽ de tranſa.

d Adde Bal. & Ale. de Im. in l. cũ alienõ C. de leg.

e Tenet Idẽ gl. ſ. c. 1 ſumma ſed cõiter reprobãtur à Doct. poteſt tñ ſaluari ſecũdum Anc Bur. in c. cũ Apoſtolica. de his quæ fi. à pla. ſi. col. per gl. ibi. ver. Ꝛ futurum: quia alienatio cẽ ſet opi reputabatur vtilis eccleſiæ, l. ſi eſſet. Anto. Corſ. i ſing. ver. alienatio.

TErrulas.] Hæc eſt ſexta pars q. in qua proponit ſeu proponere intendit caſus in quibus poſsit alienatio fieri, capitulo inconſulto, credo tamen, quòd non in omni caſu capitulum ſit conſulendum. extra de iis quæ fi. a ma. par. cap. per totum. Ioan. de Fan. ſed hic contra dicit.

a ¶ Exiguas.] forte exiguas vocat non valentes vltra xx. ſolidos [a], vt j. ea. ſi quos. variis enim modis dicitur aliquid eſſe modicum, vt dixi 2. q. 6. anteriorum. vbi dicitur, quod ſine decreto non poſſunt alienari res exiguæ, vt ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. vlt. in pr. 17. q. 4. quicunque. & ff. de tranſact. cum hi. §. ſi in annos ſingulos. quod concedo, dum tamen ſint vtiles, nec inſit neceſſitas, vt alienentur: alias ſecus. & hoc verum eſt. niſi conſuetudo ſit contraria. ar. contra, extra de donat. ceterum.

FVgitiui. [CASVS. Quidam ſerui eccleſiarum fugitiui erant, & ſi reuocentur ſiue vocabantur, non poterant teneri. Statuit ergo concilium, vt ab epiſcopis ſi voluerint diſtrahantur tales fugitiui. Idem potuerunt epiſcopi facere, ſi illi ſerui meruerint alias. Vel forte de aliis ſeruis, & non fugitiuis loquitur quod dicit c. in fi.

b ¶ Fugitiui.] ſed quandiu eſt in fuga, vendi non poteſt. C. ad leg. Flau. de plag. in fuga. Item poteſt fugitiuus vendi ſub ea conditione, ſi apprehendatur. ff. eo. l. 2. ideo autem prohibetur vendi ſeruus fugitiuus: quia fuga eſt quædam ſpecies libertatis. ff. de ædil. edict. quis ſit fugitiuus. §. idé recte.

c ¶ Meruerint.] in aliio.

INiuſtum.] ITEM. Hæc eſt 7. pars q. in qua dicit, quod ſi alienator reddat eccleſiam indemnem, ſ. ſponte, euadet depoſitionem.

CASVS. Ponit quartum caſum Gratia. in quo poſſunt prælati eccleſiæ res alienare licite, ſ. ſi tantumdem velint de propriis facultatib. recompenſare, quod probatur ſequenti c. cuius caſus patet. Qualiter tamen illud c. intelligatur, melius dicitur in apparatu.

eccleſiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, licet rectoribus eccleſiarum (ſicut in ſuperiori capitulo Symmachi [[1] Non liceat Papæ, &c.] continetur) vendere, vel commutare.

Item, ſicut in Agathenſi concilio, c. 45. legitur.

¶ De eodem. C. LIII.

6 [a] TErrulas [1], aut vineolas exiguas [a], & eccleſiæ minus vtiles, aut longe poſitas paruas, epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi habeat poteſtatem.

¶ *Capitulum hoc in aliquot uetuſtis codicibus eſt coniunctum ſuperiori.*

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non poſſunt ſimiliter epiſcopus diſtrahere licet.

Vnde in eodem concilio, c. 46. legitur.

¶ Alienentur fugitiui, qui retineri non poſſunt. C. LIIII.

FVgitiui [b] domos ſuas, aut familias deſerentes, qui etiam ſi reuocati fuerint, non poſſunt teneri, ſimili ratione ab epiſcopo, ſi voluerit, aut ſi ita illi meruerint [c], diſtrahantur.

[*Item ex concilio apud Tanſiacum* †, c. 2.

PALEA. C. LV.

[a] INiuſtum videtur, & impium, vt mancipia, quæ fideles viri, ſeu feminæ pro redemptione † animæ ſuæ Deo, & ſanctis eius conſecrauerint, cuiuſcumque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in ſæcularem ſeruitutem redigantur: cum canonica auctoritas ſeruos fugitiuos tantummodo diſtrahi permittat. Et ideo omnes rectores eccleſiarum ſummopere caueant, ne vnius eleemoſyna, alterius peccatū fiat: & eſt abſurdum, vt eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedens, humanæ obnoxius ſit ſeruituti.

¶ *A Burchardo, & Iuone citatur ex concilio apud Cauſiacum ſub Dracoſalcha* [?] *uero tit. de rer. permuta. ex concilio apud Salmanticum, & habetur hæc palea in pleriſque uetuſtis Gratiani exemplaribus.*

7 Item ſi rectores eccleſiæ de rebus propriis tantumdem eccleſiæ reſtituere voluerint: eccleſiaſticas facultates libere dare poſſunt: & conſtabunt his, quibus data fuerint perpetua firmitate.

Vnde in Agathenſi concilio, c. 49. legitur.

¶ Alienatio de rebus eccleſiæ, quomodo rata eſſe poterit. C. LVI.

SI quis qualibet † conditione de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit: ſi de ſuo proprio tantum eccleſiæ contulerit [d], quantum viſus eſt abſtuliſſe: tum demum illud ſtare licebit.

8 Item ſi ſeruos eccleſiæ libertate epiſcopus donauerit: ea, quæ in manumiſſione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: ſi tamē quantitatem canonibus præfixam data non exceſſerint.

Vnde in eodem concilio, c. 7. legitur.

[a] De eodem. C. LVII.

[a] SI quos de ſeruis eccleſiæ benemeritos [e], ſibi [a] epiſcopus libertate donauerit: collatam libertatem à ſucceſſoribus placuit cuſtodiri cum hoc, quod eis manumiſſor in libertatem cōtulerit. Quod tamen iubemus viginti ſolidorum numerum †, & modum in terrula, & vineola, vel hoſpitiolo tenere. Quod amplius [g] datum fuerit, poſt manumiſſoris [h] mortem eccleſiæ reuocetur.

[a] ¶ Sibi.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Iuon. & in uno uetuſto Gratiani exemplari eſt dictio ſini.*

Sed notandum eſt, quòd ſerui eccleſiarum manumitti non poſſunt nō retento eccleſiaſtico patrocinio: niſi forte manumiſſor duos eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij eccleſiæ conferre voluerit.

Vnde in cōcilio Toletano, 4. c. 67. legitur.

¶ De epiſcopo, qui non retento patrocinio ſeruos eccleſiæ manumittit. C. LVIII.

[7] EPiſcopus, qui mancipium iuris eccleſiæ non retento eccleſiaſtico patrocinio [i] manumitti deſiderat: duo meriti eiuſdē, & peculij coram cōcilio eccleſiæ

cit ſeq. cap.

SI quos.] CASVS. Quidem epiſcopus quoſdam ſeruos ſuæ eccleſiæ benemeritos manumiſit, & eis quædam de rebus eccleſiæ donauit, quos ſucceſſor eius voluit in ſeruitutem reuocare, & ea quæ eis donata fuerāt. quare quæſitū fuit in concilio Agath. verum hoc facere poſsit. Et reſpondetur, quod non poteſt eos in ſeruitutem reuocare, nec quod datum eſt vſque ad xx. ſoli. poterit reuocare. vltra vero datum reuocabit.

e ¶ Benemeritos.] ſed qui dicuntur benemeriti. "Sunt tales qui aliquod inſigne ſeruitium fecerunt eccleſiæ. & ponas exemplum 79. di. ſi quis Papa. Nam pro præmio remunerandus eſt ſeruus libertate. vt j. e. §. in criminali. C. de ſer. qui pro præ. l. 2. per totum. large tamen benemeritus dicitur quicumque non demeruerit, vt ff. de manu. teſt. ſeruos. ſic quilibet dicitur dignus, qui non eſt indignus, vt extra de præſum. dudum.

f ¶ Libertatem.] ſupra ea. q. & ſi illi. arg. contra. ff. ſi quid in frau. pa. vnius.

g ¶ Amplius.] & ita donatio pro parte valet, & pro parte non. Item eſt hic arg. quod vtile non vitiatur per inutile. ſi C. de dona. ſancimus. j. de conſe. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. j. 17. q. 4. quæſti. & j ea. q. 5. quia. lo.

h ¶ Poſt manumiſſoris.] & ante poſſet, ſed poſtea magis commode reuocare poſſet.

SED NOTANDVM EST. CASVS. Supra dictum eſt quod ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti quandoque. Nunc vero docet, quod ipſa manumiſſio non eſt facienda niſi retento patrocinio, niſi manumiſſor recompenſet eccleſiæ alium ſeruum eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij. tamen dicit c. de duobus.

EPiſcopus qui mancipium.] CASVS. Quidam epiſcopus quemdam ſeruum eccleſiæ ſuæ manumittere deſiderabat nullo patrocinio in ipſo retento: quæſitum fuit in concilio Toletano qualiter hoc fieri poſſet. Et reſp. quod ſi manumiſſor conferat eccleſiæ duos ſeruos eiuſdem meriti & eiuſdem peculij de conſenſu canonicorum ſubſcribentium in commutatione, rata erit commutatio & manumiſſio talis: quia quem epiſcopus manumiſit, iam iuri proprio acquirit: ita tamen vt prædictus libertus non habeat licentiam accuſandi, vel teſtificandi contra eccleſiam, quod ſi præſumpſerit, commutatione manente reuocabitur in ſeruitutem.

i ¶ Patrocinio.] tali, ſ. quod conſiſtit in faciendo, ſiu ſeruiendo: "ſed patrocinium quod conſiſtit in non faciendo. ſ. quod eum non vocet in ius, illud non poteſt remittere, vt patet per id quod ſequitur. vt. autem patronus ex toto poſsit remittere ius patronatus, notatur [illegible] quicumque. Sed quæritur quare pro vno ſeruo dantur duo ſerui, & non pro vna re eccleſiæ dantur duæ res, vt ſupra ead. cap. ſi quis? Reſpōdeo: quia ſi ſeruus eſt bonus, diligenter gerit res eccleſiæ & negotia, & non permittit fieri fraudem: ſi eſt malus, per eum poteſt excogitari verſutia. hanc rationem aſſignat lex. C. de ad min. tut. lex quæ, in prin.

d ¶ Si quis.] Contuler.] Ergo ſi de ſuo tantum eccleſiæ dedit, euadit pœnam depoſitionis, & ſic eſt contra ſ. ead. monemus. & c. ſtatuimus. & c. diacon. vbi non euadit pœnam depoſitionis, ſi dicet tantum de ſuo det. ſed hic loquitur in eo caſu quando prius habitus eſt tractatus cum clericis, quòd de ſuo tantum vellet dare, vt poſſet rem illam alienare, & clerici hoc permiſerunt. Vel dic, quòd ſi epiſcopus primo aliquid dedit eccleſiæ, ſed poſtea tantumdem abſtulit ab eccleſia, hoc intelligitur feciſſe ex voluntate eccleſiæ. ar. ſſ ſol. mat. diuertit.

ITEM SI SERVOS. Hæc eſt octaua pars quæſt. in qua ponit quid iuris de libertis eccleſiæ & hæc eſt ſententia, quod ſerui benemeriti poſſunt manumitti, & de rebus eccleſiæ habere vnde viuant, &c. Ioan. de Fant.

CASVS. Ponit hic Gratian. quintum caſum, in quo prælatus poteſt aliquid de rebus eccleſiæ alienare. Nam cum manumittit ſeruum, poteſt ei donare vſque ad xx. ſolidos, & non vltra: & ad hoc indu-

[Left margin notes:] a [illegible] fuit [illegible] vel. dicitur eſt ſecundū Hoſt. conſuetudi [illegible] faculta[tes] eccleſiæ & rei ve[l] [illegible] facultate [illegible] & hoc [illegible] Goſ. vt no. in ſum. e. ti. § in ſumma notandum eſt, & c Arc. — a al. ead. — a Iuo p. 3. c. 160. — § Ca. 45. & hoc c. tenetur [illegible] — Io. Cal. conſ. [illegible] Bal. [illegible] Soe. cōſ. 103 col. 3 lib. 1. Guid. Papæ deci. delph. 136. idē Pā. [illegible] Phi. Fran. c. 1. co. 6. co. 16 Fabia. de Mōte. in tracta. de emp. & ven. q. 5 i princi[pa]li in fin. Frac. Curt. tracta. feud. parte 2 q. 21 — † al. Canſiacum — 4 ext. ter. perm. c. iniuſtum. Burch. l. 3. c. 174. Iuo p. 3. c. 231 — † al. remedio — b Ad hoc facit [illegible] credit [illegible] [illegible] clerico [illegible]

[Right margin notes:] " Benemeritus quis dicatur. — 5 Iuo par. 3. c. 161. — † al. pro qualibet. — 6 Iuo p. 16. c. 50. — † al. numeri modum. — 7 Pol. l. 3. tit. 13. Bur. l. 3. c. 176. Iuo p. 3. c. 237. — " Præcia[ſ] à libertis debitū an poſſit remitti.

a ¶ Diſſo

cui præeminet, per commutationem ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat: vt rata, & iuſta inueniatur diffinitio [a] commutantis. Tunc etiam liberam manumiſſionem ſine patrocinio eccleſiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere diſponit, iam iuri proprio [b] acquiſiuit. [1] Huiuſmodi autem liberto, aduerſus eccleſiam, cuius iuris extitit, accuſandi [c], vel teſtificandi denegetur licentia. Quod ſi præſumpſerit, placet, vt ſtante [d] commutatione in ſeruitutem propriæ eccleſiæ reuocetur, cui nocere conatur.

Libertus enim (niſi venia [e] impetrata) patronum in ius vocare non permittitur. Vnde in 2. libro digeſtorum, tit. de in ius voc. l. ſi. ¶ [[2] *Si ſine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit: ex querela patroni, vel † ſupradictam pœnam, id eſt quinquaginta aureos [f] dat: vel à præfecto vrbis † quaſi inofficioſus [g] caſtigatur, ſi inopia [h] dignoſcitur laborare.]* ¶ *Si vero à collegio quis manumiſſus fuerit, non ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eod. l. ſed ſi hac.* ¶ [[3] *Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate, ſingulos [i] in ius vocabit. Nam non eſt illorum libertus ſed reipub. honorem habere debet.* ¶ *Et ſi aduerſus remp. vel vniuerſitatem velit experiri, veniam edicti petere debet: quamuis actorem [k] eorum conſtitutum in ius ſit vocaturus.] Si vero ingenuum [l] princeps facit, patrono reuerentiam non debet.*

a ¶ *Diffinitio.*] id eſt, voluntas.
b ¶ *Iuri proprio.*] id eſt, ſeruus ipſe proprij iuris eſt factus.
c ¶ *Accuſandi.*] ergo videtur, quod alter quam libertus poſsit accuſare eccleſiam. vt ſi accuſatur, quod ſimoniace elegit aliquem, vt ext. de ſim. veniens. vel quòd metum intulit alicui, vt ff. quod met. cau. metum. §. 2. Sed contra, vniuerſitas non poteſt dolum committere, vt ff. de dol. ſed ſi ex dolo. ſic nec dicitur aliquid poſsidere. ff. de acquir. poſſeſ. l. 1. § vlt. Nec ciuitas poteſt excommunicari, vt 24. q. 3. ſi habes. Item vniuerſitas per actorem vel procuratorem ſuũ debet ſe defendere: ſed in crimine non interuenit procurator: [a] ergo vniuerſitas non poteſt de crimine conueniri, quod verum eſt. Dicas ergo hic poni verbum accuſandi pro verbo agendi [a]. Vel intellige cum epiſcopus accuſatur de crimine, quod commiſit de conſilio vniuerſitatis [b], vt 16. qu. 6. placuit. Item per modum inquiſitionis poteſt agi contra vniuerſitatem, prout legitur extra de ſim. veniens. 2. Vel dic, quod non proceditur contra vniuerſitatem, ſed potius contra ſingulos. Ioan. ego credo quod vniuerſitas (niſi ſint infantes & ſimiles perſonæ) accuſari poteſt: quia dolum committere poteſt, nec ob. lex illa, ff. de dolo, l. ſed ſi ex dolo. quia quod ibi dicitur, non poteſt cõmittere dolum, ſupple de facili. & videmus, quòd ſæpe capitulum accuſatur, & excommunicatur concilium vniuerſitatis. Et delictum quod maiores de vniuerſitate committunt, ad omnes refertur. ff. de re iud. l. aliud. B.
d ¶ *Vt ſtante.*] ergo pœna ſoluta remanet contractus in ſua firmitate. 25. q. 2. quæcumque. quod alias non eſt verum niſi ſit hoc dictum, vt ff. de tranſact. qui fidem. Nam iniquum eſt, quod ſimul habeatur pœna & res. ff. de do. excep. apud. Labeo. extra de pœn. ſuam.

LIBERTVS. CASVS. Supra dictum eſt, quòd libertus ſuum patronum accuſare non poteſt, vel contra ipſum teſtificari. Nunc vero docet G. quod in ciuili cauſa non poteſt eum in ius vocare, niſi venia impetrata a maiori.
e ¶ *Niſi venia.*] id eſt, licentia agendi.

SI SINE. CASVS. Quidam libertus licentia non impetrata patronum ſuum in ciuili cauſa in ius vocauit. quæſitum fuit quàm pœnam libertus ille pati debeat. Et reſpond. quod ſi patronus conqueritur, punietur libertus pœna aureorum 50. ſi fuerit diues. ſi fuerit pauper, tamquam inofficioſus verberibus caſtigabitur.
f ¶ *Quinquaginta aureos.*] niſi pœniteat ante litis conteſt. vt ff. de in ius voc. quamuis.
g ¶ *Inofficioſus.*] id eſt, impius.
h ¶ *Si inopia.*] pauperes enim ſemper puniuntur verberibus. 3. eod. fraternitas.

SI VERO. CASVS. Supra dictum eſt, quid iuris ſit cum ſeruus ab vno manumittitur. Nunc vero docet G. quid iuris ſit cum manumittitur a collegio: qui tunc non ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet.

QVI MANVMITTITVR. CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis manumittitur a corpore aliquo, id eſt, a ſocietate cerdonum vel pellipariorum, vel a collegio clericorum, vel a ciuitate, ſingulos de vniuerſitate in ius vocanit ſine venia impetrata: quia non eſt libertus ſingulorum, ſed vniuerſitatis tantum. ſed ſi aduerſus ciuitatem vel vniuerſitatem aliam cuius eſt libertus habeat actionem, non poteſt in ius vocare rectores vel actorem ipſius ciuitatis vel vniuerſitatis, niſi venia impetrata. Sed ſi princeps aliquem faciat ingenuum, nullam reuerentiam debet patrono. *Corpore*, Corpus dicitur ſocietas hominum non habitantium ſimul. Collegium vero ſimul habitantium dicitur.
i ¶ *Singulos.*] ſed communis libertus duorum neutrum poteſt in ius vocare. ff. de in ius vocand. communis libertus. quia res communis omnium eſt. ff. de ritu nupt. illud.
k ¶ *Actorem.*] gloſſauerunt autem quidam hæc in propria cauſa, non in cauſa vniuerſitatis: hæc gloſſa falſa eſt: quia bene poteſt conueniri procurator [c] patroni, licet non ipſe patronus. vt ff. de obſeq. l. licet. ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. vlt. [a] ſed ipſe patronus, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine agat, non poteſt conueniri a liberto, vt per eandem l. probatur. ſed econuerſo eſt in liberto: quia licet libertus ſuo nomine nõ poſsit conuenire patronum: tamen nomine alterius poteſt, vt ff. eod. quæſitum.
l ¶ *Ingenuum.*] reſtituendo eum natalibus, vt ff. de nat. reſt. l. 2.

1 Iuo p. 16. c. 6.
[a] Vniuerſitas an poſsit accuſari.
a Ad idẽ q̃d not. C. de in offi. teſt. l. 2. ff. e poſthumus. §. ſi q̃s.
b Quę delinquere poteſt ſicut & eccleſia, vt leg. & no. 5. 7. ſ. ſi cui vis. ver. ſi vero. Arc.
2 tit. 4. le. 5.
† al. nel quinquaginta aureorum pœnam dat
† al. vrbi
3 le. 10 §. qui manumittit.

¶ [4] *In criminali vero cauſa, ſi libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus: ante litis exordium capite puniendus eſt.* [5] *Crimen vero læſæ maieſtatis excipitur, vel ſi patronam illicito ſerui concubitu vis deprehenderit, quo caſu, etiam ſeruo cum munere libertatis dominam accuſare permittitur: ſicut Cod. libro nono. titul. de mulierib. quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt.* [6] *l. vnica. Imperator Conſtantinus conſtituiſſe legitur.*

[*Si qua cum ſeruo ſuo occulte rem habere detegitur: capitali [m] ſententiæ ſubiugetur* [7], *tradendo ignibus verberone [n]. Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: ſit officio copia nuntiandi: ſit etiam ſeruo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur.]* ¶ *In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſerui in dominos torqueri iubentur.*

Vnde in libro eodem Codicis, titul. [8] *de quæſtionib. l. 1. Impp. Antoninus & Verus.*

¶ De eodem. C. LIX.

QVæſtionem de ſeruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati cenſus [o] accuſationibus, & crimine maieſtatis, quod ad ſalutem principis pertinet. ¶ In ceteris autem, quamquam ea, quæ ſeruus contra dominum dixit, iudicaturi ſententiam formare non debeant: tamen, ſi alijs [p] quoque probationibus fides veritatis inueſtigetur,

IN CRIMINALI. CASVS. Dictum eſt ſ. in l. ſi ſine. quid iuris ſit cum libertus vocat patronum in ius ſine venia in cauſa ciuili: Nunc vero docet Gratia. quod ſi vult patronũ accuſare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet ſi probaretur, ante lit. conteſt. debet decapitari libertus, niſi in crimine læſæ maieſtatis, & niſi patrona cum ſeruo ſuo concubuerit: quo caſu cum munere libertatis ſeruo permittitur accuſare. & ad hoc inducit l. ſeq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cum ſeruo ſuo concubuit. quæſitum fuit quã pœnam debeat pati vterque? Et reſpond. quòd fœmina debet decapitari ſeruus autem comburi debet, & datur licentia omnibus accuſandi de hoc crimine, & officialibus copia nuntiandi. Seruus etiam poterit de hoc crimine accuſare, & ſi crimen probauerit, pro munere libertatem habebit.
m ¶ *Capitali.*] hodie adultera verberatur, & detruditur in monaſterium, vt C. de adul. auth. ſed hodie. Vel dic, quod auth. intelligitur quando non adulteratur cum proprio ſeruo. [a] Sed nunquid ſeruus poteſt accuſare dominam ſuã ſi cum alio ſeruo adulteratur? Reſpon. quòd non: quia hic loquitur de proprio tantum ſeruo. ſimiliter nec domina virum ſuum poteſt accuſare, ſi cum ancilla ſua iacet vel cum aliena [d], cum hoc cautum non inuenio. hoc ideo quia deteſtabilius eſt hoc crimen in muliere, quam in viro. Ioan. Male dicit Io. quia accuſari poteſt mulier, & vir ſi cum ancilla ſua fornicetur, aut fœmina ſi adulterium committat, vt extra de diuor. ex litteris. B.
n ¶ *Verberone.*] id eſt, ſeruo qui poſt verbera comburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supra dictum eſt quòd liberti patronos ſuos accuſare non poſſunt: Nunc vero dicit, quòd contra eos teſtificari non poſſunt, niſi in caſibus quibuſdam, in quibus ſerui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

Q*uæſtionem.*] CASVS. Lex iſta diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd ſerui contra dominos in criminibus non admittuntur ſine indicijs alijs, niſi in exceptis criminibus, in quibus ſerui contra dominos torquentur etiam ſoli, etſi alia indicia non præcedant. In ſecunda parte dicitur, quòd in certis criminibus non creditur ſolis ſeruis contra dominos, ſed eis fides cum alijs probationibus adhibetur. In tertia parte dicitur, quòd in pecuniaria cauſa, nec ſoli, nec cum alijs probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi, *In ceteris autem.* Tertia ibi, *In pecuniarijs.* Sequens cap. patet per ſe.
o ¶ *Cenſus.*] reipublic. vel etiam eccleſiæ: quia eccleſia comparatur reipub. vt C. de ſacr. ſanct. eccl. l. vt inter diuinum.
p ¶ *Si alijs.*] dicunt quidam, quòd nec in exceptis criminibus ſeruus contra dominum admittitur, niſi aliqua præſumptio præcedat. nam ſerui & viles perſonæ ſemper quæſtionibus ſubduntur, vt 4. quæſt. 3. ſi autem ea rei conditio ſit. [a] Sed à quæſtionibus numquam eſt incipiendum, niſi præcedant indicia. vt extra de regu. iur. cum in contemplatione. ſed littera iſta hoc non patitur [e]. Dico ergo hoc ſpeciale, vt initium ſumatur a tormentis. ſimiliter cum maritus dicitur vxorem occidiſſe. C. ad l. Corn. de ſic. l. vlt. & cum agitur de occiſo a domino.

c ſ. tutor vel curator. & ẽ pro cauſa patroni, ſed in ſimplici procuratore ſecus, ſecundũ quoſdam. ff. de obſeq ho nori. & quia tunc ſemper patronus cõuenitur, & habet iurare de calũnia. C. de iu. c. l. 2 Arch.
[a] Patronus à liberto non poteſt conueniri.
4 ex l. ſi quis ex famil. ribus.
5 C. qui acc. non poſ.
6 tit. 18. leg. vnica.
7 Concord. tex. in l. cũ Alex & in l. caſtitati. cũ ibi not. C. de adult.
8 tit. 41. l. 1.
[a] dña adultera an poſſit à ſeruo ſuo accuſari
d Adde q̃d not. gl. Bart. Pet. & Cy. in l. 1. C. de adult. Spe. tit. de adult. ver. ſed nũquid.
[a] Initiũ q̃ſtionis quę ſumatur à tormentis.
e Dicit quidam quod de facto hoc

accidit hic, ſe ꝙ fortis fuerat, quia ſufficienter fuit aliàs ꝓbatum. vnde licet dñs debeat non debere torque ri ſeruũ, con tra e. , & verú dicat.non tñ propter hoc abſoluetur ꝓ aliàs in uſu contra ꝓ batum & ne dñi extetio nu... ext de re iu. cum lo. &c. Arch.

domino.ff.ad Syllan. & ſi certus ſit percuſſor.

a ¶ *Præſcriptionis.*] id eſt, præſcriptionis talis, ſcilicet iſte eſt ſeruus meus, & ideo non audietur contra me.

b ¶ *Interrogari.*] niſi cum de facto ſuo interrogatur, vt 4.q.3.itẽ ſerui.

c ¶ *Matrem.*] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum, vt C. quan. mu... of.fung.l.2.& finita tutela poteſt agi contra eos qui nõ habentur loco dominorum, cum pupillum ſpoliant. ff. de vſucap. pro empt. qui fundum. §. ſi tutor.

SI VERO. CASVS. Dictum eſt ſ. in ca. epiſcopus qui quòd libertus à patrocinio eccleſiæ recedere poteſt, ſi epiſcopus duos ſeruos eiuſdem meriti & peculij pro eo dederit. Nunc vero dicit Gratia. quòd ſi ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ recedat, niſi admonitus reſipiſcat, reuocetur in ſeruitutem: & hoc probat per ſeq. cap.

Liberti.] CASVS. Conſtitutum fuit in Toletano concilio, vt ſi liberti eccleſiæ ab eius patrocinio deceſſerint & commoniti ad eccleſiam non redierint, reuocentur in ſeruitutem. *Ingrati actione*, id eſt, actione intentata propter ingratitudinem, ſi dicet actione in factum.

d ¶ *Redire.*] ſed quare coguntur iſti redire, cum nulla operæ ſint eis impoſitæ: " liberti enim non tenetur præſtare operas, niſi ſint ei impoſitæ. C. de oper. lib. l.1. licet homo rem eis exhibere teneatur. & etiam alere ipſum, vt C. de oper.lib.l.2.& l.mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſiæ, vt ſ. ead. diacom. tamen licet liberti eccleſiæ teneantur ei præſtare operas, non tamen tales quales ſerui. aliqua enim debet eſſe differentia, vt ff. de oper.lib. ſi libertus.

e ¶ *Ingrati actione.*] id eſt, actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem non enim eſt hoc proprium nomen actionis. ſic dicitur, actio en... quæ datur propter onus aduerſum, vt ff. locati naue.

γ Burc.l.15.c.184 Iuo p.3.c.44.

" Liberti an teneantur ad operas.

† vl. obedientia

præſcriptionis[a] inuidia euaneſcit. ¶ In pecuniariis vero cauſis ex α inopia probationum ſeruos contra dominum poſſe interrogari[b] manifeſtum eſt.

¶ *In aliquot antiquis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.*

α ¶ Ex inopia.] *In antiquis codicibus Gratiani legitur*, nec inopia. *& ſic videtur etiam legiſſe auctor gloſſæ. In antiquiore etiam editione codicis Iuſtin. ad titul. de quæſt. l. quæſtionem. eodem modo habet, eamdemque lectionem ſecutus eſt auctor illarum gloſſarum. & in Baſil. lib. 60. de quæſt. ead. eſt lect.* Sed quia in codice ab Haloandro ed. ita legitur, ex inopia. *& in l. Diuus. ff. de quæſt. videtur ſtatutum ex inopia probationum etiam in cauſis pecuniarijs poſſe torqueri ſeruos nihil eſt mutatum.*

Item ibidem. l. 2.

¶ De eodem. C. LX.

INſolitum eſt, & graue exemplo, audiri ſeruos aduerſus tutores, vel matrem[c] dominorum ſuorum, niſi tutelæ agatur.

Si vero libertus ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ receſſerit, ſi admonitus redire contempſerit, in ſeruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano, 4. cap. 70. legitur.

¶ De libertis eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedunt. C. LXI.

γ LIberti eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedentes quibuſlibet perſonis adhæſerunt, ſi admoniti redire[d] contempſerint, manumiſſio eorum irrita ſit: quia per inobedientiæ † contemptum ingrati actione[e] tenentur.

Item ex concilio Hiſpalenſi. 2.c.8.

¶ Reuocentur in ſeruitutem eccleſiarum liberti, qui contra eius libertatem ſuperbiunt. C. LXII.

OCtaua diſcuſſio[f] agitata eſt de quodam Heliſæo ex familia Agabrenſis eccleſiæ: qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbum tranſiliuit: ſicque per ſuperbiam non ſolum eiuſdem epiſcopi veneficis † artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam eccleſiam libertatis immemor prædamnauit[g]. Aduerſus quem ingrati actio, canonum, & legum auctoritate, iuſte dirigitur: ſcilicet, vt immeritæ libertatis damno mulctatus ad ſeruitutis nexum reuocetur[h]. ª Talium enim ſtatus, qui contra epiſcopũ ſuum, vel patronam eccleſiam nituntur: decidi potius quàm conſeruari conuenit, vt quorum libertas perniicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus: & qui ſubire nouerunt adepta α libertate, proditi[i], diſcant obedire ſubiecti.

† al. maleficis

α ¶ Adepta libertate.] *Magna hoc loco eſt varietas in vetuſtis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent*, adempta libertate proditi, *partim*, adepta libertate prædici, *ut concilium ipſum impreſſum. & manuſcriptum, et aliquot in codice Lucenſi regio. Apud Iuonem vero legitur*, adepta libertate elati, perdita diſcant obedire ſubiecti.

Item ex concilio Toletano, 3 c. 6.

¶ A patrocinio non diſcedant eccleſiæ liberti ad ſacros ordines promoti. C. LXIII.

DE libertis autem hoc præcipit ſancta ſynodus, vt ſi qui presbyteri[β], vel diaconi ab epiſcopis facti ſunt ſecundum modũ, quo canones antiqui dant licentiam, ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ tam ipſi, quàm ab eis progeniti[k] non recedant[l]. ¶ Ab alijs quoque libertate traditi, & eccleſiis commendati, patrocinio epiſcopi † colligantur: & ne cuiquam donentur, a principe hoc epiſcopus poſtulet.

β ¶ Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quattuor tomis impreſſis, & in codice Lucenſi regio legitur.* De libertis autem id Dei præcipiunt ſacerdotes, vt ſi qui ab epiſcopis &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta.*

Ne vero longinquitate temporis obſcuretur conditio originis: tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant liberti profeſſionem, qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab eius obſequio ſe nunquam receſſuros.

in authen. vt lib. de ceter. coll. 6. §. illud. ſecundum leges veteres ſufficit leuis offenſa. C. de lib. & eo. lib. l. 2. Item hic habes, quòd ſiue committat libertas eccleſiæ ingratitudinem contra eccleſiam, ſiue contra epiſcopum, reuocatur in ſeruitutem. ſecus ſi contra alium de eccleſia. ſ. ead. qui manumittitur.

i ¶ *Proditi.*] id eſt, de inobedientia conuicti.

DE libertis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi liberti eccleſiarum facti ſunt presbyteri, vel diaconi, iuxta modum quẽ canones antiqui docent, ſint liberi tamen à patrocinio eccleſiæ. nec ipſi, nec eorum filij recedere debent. In ſecũda parte dicitur, quòd libertos eccleſiæ commendatos debet epiſcopus tueri, nec poteſt epiſcopus impetrare à principe, vt eos alicui donet. quod intelligit H. ſi manumiſſi fuerant pleno iure, vel quo ad onus indebitum, vel in caſu non conceſſo. Sed ego intelligo ſicut littera ſonat, quia licet ſint eccleſiæ commendati, non tamen ſunt liberti eccleſiæ: & ideo eos epiſcopus donare non poteſt. Secunda pars, ibi, *Ab alijs quoque.*

ª Iuo p. 16. c. 66.

k ¶ *Ab eis progeniti.*] " ergo filij libertorum debent obedientiam præſtare eccleſiæ patronæ ſuæ, ſicut & patres eorum, vt hic, & C. de lib. & eorũ lib. libertinæ. Sed contra, quod ex liberta naſcitur, ingenuum eſt, vt C. de oper. liber. quod ex liberta. Sol. quidam intelligunt. litteram libertinæ. de filiis manumiſſis cum patre & ante manumiſſionem natis. leges contrarias intelligunt de natis poſt manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt, quia hic dicitur: tam ipſi, quàm ab eis progeniti. Item ex ſeq. cap. §. ead. liberti. patet quòd intelligitur de filiis natis poſt manumiſſionem, vbi dicit de futura prole, quòd ab eccleſiæ patrocinio ſe nõ poteſt ſubtrahere. Ideo quidam dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſiæ, vt filij nati poſt manumiſſionem patrum ſuorum ſint liberti eccleſiæ. Tu dicas quòd filij nati poſt manumiſſionem ſunt ingenui: ſunt tamẽ obnoxij eccleſiæ quo ad quaſdam operas, quæ conſiſtunt in honore, in aſſurgendo, & in ſalutando: eum quod non vocabunt eam in ius. alias reuocantur in ſeruitutem, vt in cap. ſeq. Ioan.

" Libertorũ eccleſiæ filij ſunt eccleſiæ obnoxij.

† al. epiſcopi i. riganitur

l ¶ *Non recedant.*] hic habet locum diſtinctio decretal. extra de ſeru. non ordinand. eo libentius. Eſt tamen hoc ſpeciale in libertis eccleſiæ, quòd etiam licet facti ſint ſacerdotes, quod propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem, vt 54. diſtin. qui ex famulis. ſecus tamen in famulis priuatorum.

OCtaua.] CASVS. Eliſæus ſeruus Agabreñ. eccleſiæ, ſtatim cum fuit ab epiſcopo manumiſſus, non ſolum voluit ipſum epiſcopum interficere, sed etiam patronam eccleſiam in quadam cauſa ciuili, vbi arbiter reſidebat, iniuſte damnauit, vel eius bona propter rapinam vſurpauit: quare quæſitum fuit de iſto in Hiſpalenſi concilio in octaua die ipſius concilij, quam pœnam debeat pati ille libertus. Et reſpondet quòd debet in ſeruitutem reuocari, vt cuius libertas erat pernicioſa ſit ſeruitus ſalutifera: & qui adepta libertate voluit ſuperbire, diſcat obedire ſubiectus. & dicit H. *damnauit*, id eſt, damnificauit, vel ad damnificandum eccleſiam alios inſtigauit, vocando eccleſiam in ius ſine venia.

f ¶ *Diſcuſſio.*] id eſt, quæſtio.

g ¶ *Prædamnauit.*] id eſt, valde damnificauit.

h ¶ *Reuocetur.*] " hic habes quod propter ingratitudinem reuocetur libertus in ſeruitutem. & intelligas ingratitudinem grauem offenſam, quia non niſi pro graui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem, & propter eaſdem cauſas, propter quas reuocatur donatio,

" Libertus ꝓp ingratitudinem reuocatur in ſeruitutem.

NE VERO. CASVS. Supra dictum eſt, quòd liberti eccleſiarum non debent ab eorum patrocinio recedere: ſed quia factum ſæpe longinquitate temporis obſcuratur, ideo hic docetur, vt liberti tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant profeſſionem, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ, & ab eius obſequio numquam receſſuros: & ad hoc duo cap. ſeq. inducuntur.

Longin

LOnginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concil. Toletano, vt liberti eccleſiarum profeſſionem facere debeant, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ, & ab eius obſequio non receſſuros. Sed cum idem concilium fuit iterum congregatum, addidit vt cum epiſcopus eccleſiæ fuerit defunctus, & ei alius ſubſtitutus: omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti ſubſtituto pontifici intra annũ a tempore ordinationis chartulas ſuas in conſpectu eccleſiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi ſuum ſtatum teneant, & eccleſia eorũ obedientia non careat. ſi vero hoc contempſerint, reuocentur in ſeruitutem.

a ¶ Longinquitate.] quia ſi per decem ann. ſteterit in libertate, amodo liber habetur vt extr. de conu. ſer. licet & q. & a quib. ma. ſi cum §. Ariſto. Vel ſi mater alicuius tempore mortis eius ſe pro libera geſſerit, & filius eius per quinquennium vixerit vt liber, amodo liber erit, vt C. ne de ſtat. def. ſun. l. 1. & 3. ſed licet ſeruus fugitiuus ſe pro libero geſſerit, non ideo eſt in poſſeſſione libertatis, vt C. de agr. & cen. cum ſeruus. in fi. libr. 11. & ff. de ac. poſ. per cum in ti.

b ¶ In anteriori.] nõ determinat hic de quo dicat.

c ¶ Intra annum.] ſimiliter ſi vaſallus intra annum non petit inueſtituram, cadit a iure feudi, vt in conſtit. Friderici, imperialis. § præterea. de feud. nec ob. quod legitur extr. de iu. iu. veritatis. vbi dicitur quòd non iuratur ſucceſſori Papæ poteſt enim dici ſpecialẽ ibi eſſe indulgentiam: in emphyteota ſecus eſt, quia licet non ſoluat canonem intra annũ, tamen non expellitur, vt 10. quæſt. 2. hoc ius. Not. quòd hic excurſus anni priuat aliquẽ libertate, ſicut excurſus anni probat crimẽ. 27. quæſt. 1. rurſus. ſic 20. q. 2. puella. ſic extr. de of. or. paſtoralis. ſic 54. diſt. ſi ſeruus.

LIberti.] CASVS. Statuitur in ca. iſto, vt liberti eccleſiæ a patrocinio eccleſiæ nunquã recedant: quia eorum patrona, ſ. eccleſia nunquam moritur, nec poſteritas eorum, ſicut antiqui canones decreuerunt. & hoc in j. parte. In ij. parte dicitur quòd liberti & eorum filij faciant profeſſionem, qua profiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ, & q̃ ab eius patrocinio nõ recedent, ne libertas in futura prole non pateat: & ipſa poſteritas a patrocinio eccleſiæ ſe non ſubtrahat.

d ¶ Moritur.] eccleſia enim non poteſt eſſe nulla, vt 24. q. 1. pudenda.

e ¶ ...] propter hoc dixerunt quidam, quod ſpeciale eſſet in eccleſia quòd filij libertorum eccleſiæ ſint liberti eccleſiæ: quod non eſt verum, ſed tamen ... ad quod ſunt aſtricti eccleſiæ, vt ei aſſurgant, vt eam non accuſent. 3. ea epiſcopus qui cum § fin.

Vnde in concilio Toletano, 4. c. 9. legitur.

¶ Profeſſionem ſuæ conditionis liberti eccleſiæ faciant.

C. LXIIII.

LOnginquitate[a] ſæpe fit temporis, vt non pateat conditio originis. Vnde iam decretum eſt in anteriori[b] vniuerſalis concilij canone, vt profeſſionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere, quia profiteantur ſe & de familiis eccleſiæ eſſe†, & eius obſequium numquam relicturos. Vnde his quoque nos adiicimus, vt quoties curſum vitæ ſacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit: mox cum ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu omnium debeant ipſi ſubſtituto pontifici publicare, & profeſſiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui vigorem & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia non careat. Sin autẽ aut ſcripturas libertatis ſuæ intra annum[c] ordinationis noui pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſſiones renouare noluerint: vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant, & illi origini ſuæ redditi, ſint perpetuo ſerui.

a ¶ In anteriori.] *Significatur canon 69. concilij Toletani 4. ... Nam quartum illud Toletanum quod fuit pleniſſimum in ſequentibus Toletanis ... concilium, ... capit. ... 7. ... concilio capit. 1. 2. 7. & 18. Et in principio ipſius ... epiſcopi aiunt*, quoniam generale concilium agimus.

Item ex concilio Toletano, 4. c. 69.

¶ Nec liberti, nec eorum poſteri a patrocinio diſcedant eccleſiæ.

C. LXV.

[a] LIberti eccleſiæ (quia numquam moritur[d] eorum patrona) a patrocinio eiuſdem numquam diſcedant, nec poſteritas quidem eorum: ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas† eorum in futura prole non pateat, ipſaque poſteritas naturali ingenuitate obnitens ſeſe ab eccleſiæ patrocinio †non ſubtrahat: neceſſe eſt, vt tam hi liberti, quam ab eis geniti†[e] profeſſionem epiſcopo ſuo faciant: per quam ex familia eccleſiæ libertos effectos ſe eſſe fateantur, eiuſque patrocinium non relinquant: ſed iuxta virtutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impenſi obſequij res eccleſiaſticæ vtilibus poſſunt donari.

Vnde in Toletano concilio, 4. c. 38. legitur.

¶ Quæ de rebus eccleſiæ in remunerationem obſequij præſtantur, rata permaneant.

C. LXVI.

QVicumque epiſcopi ſuffragio[f] cuiuslibet aliquid eccleſiaſticæ vtilitatis prouiderint[g], & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiſerint[h], promiſſi ſolutionem eos exoluere oportebit: ita vt id ad concilium prouinciale deferatur, †vt eorum conniuentia confirmetur, quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua.

Item Gregorius, lib. 2. indict. 11. epiſt. 18. Theodoro conſiliario.

¶ Serui eccleſiarum in eorum dominium transferri poſſunt, qui eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruiunt.

C. LXVII.

[3] ECcleſiaſticis vtilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, vt qui ſe voluntariis[i] obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſubiiciunt, digne noſtris prouiſionibus conſolentur. Quia igitur te[a] Theodorum virum eloquentiſſimum conſiliarium noſtrum mancipiorum cognouimus miniſterio deſtitutum: ideo puerum nomine Acoſimum natione Siculum iuri, dominioque tuo dari, tradique præcipimus: quẽ quoniam traditum ex noſtra voluntate iam poſſides, huius te neceſſe fuit ſcripti†, pro futuri temporis teſtimonio[k], ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, ſecure eum ſemper, & ſine vllius retractationis ſuſpicione, quippe vt dominus, valeas poſſidere[β].

a ¶ Te.] *Addita eſt vox iſta, & cætera ſunt emendata ex originali, ... tamen eſſe cui ſcribitur, & cui fit donatio.*

β ¶ Poſſidere.] *Apud B. Greg. hæc ſequuntur.* Neque enim quemquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione conceſſam deſideret, vel tentet vllo modo reuocare: cum vno eodemque tempore & verecundum ſit à deceſſoribus bene geſta reſoluere, & verecundum ſit docere cæteros in ſua quandoque reſolutoriam proferre largitate ſententiam.

Miſerationis quoque intuitu ſerui eccleſiarum libertati donari poſſunt.

Vnde Gregorius Montano† , & Thomæ lib. 5. epiſt. 12. ſeu 112.

PRO REMVNERATIONE. CASVS. Ponit hic Grat. c. caſum, in q. res eccleſiarum licite poſſunt alienari: ſcilicet pro remuneratione facienda.

QVicumque.] CASVS. Aliqui iuſtam nunc ſunt labore pro eccleſia aliqua prælatus ſuus eccleſiæ promiſit aliquid illis pro remuneratione laboris ſui, terram, ſcilicet vel aliquid aliud: poſtea noleбat ſoluere promiſſum. vnde quæritur hic in concilio Toletano vtrũ ad hoc poſſit compelli de iure? Et reſp. quòd ſic: hoc probatur auctoritate Pauli: ita tamen, vt illa remuneratio per concilium prouinciale confirmetur.

f ¶ Suffragio.] id eſt, qui ſuffragium præſtitit eccleſiæ concilio vel auxilio.

g ¶ Prouiderint.] alicui.

h ¶ Promiſerint.] videtur q̃ aliquis obligetur nudis verbis, licet non interceſſit ſtipulatio vt extr. de teſta. indicante. 22. q. 5. iuramenti. & j. e. q. 5. qui Ioannes. quod verum eſt. & poteſt dici, q̃ competit actio ex nuda promiſſione[b], ſcilicet condictio ex canone illo. j. 22. q. 5. iuramenti.

ECcleſiaſticis.] CASVS. Theodorus vir eloquentiſſimus conſiliarius Romanæ ſedis ſeruo aliquo indigebat, & ideo G. tradidit ei Acoſimum ſeruum natione Siculum, & vt hæc donatio, nullo tẽpore valeat retractari, ad cautelam futuri temporis ſibi fecit publicum inſtrumentum, qđ G. ſubſcriptione ſua roborauit. Huius. ſ. largitatis. Futuri. ſcilicet temporis.

i ¶ Voluntariis.] voluntarium vocat, & tamẽ ipſe dicit ineſſe neceſſitatem, quia ab initio eſt voluntarium: ſed poſtquam illud incepit, tenetur illud conſummare, vt C. de act. & oblig. ſicut. Et habes hic, q̃ eccleſia tenetur ad antidora, extr. de teſt. cum in officiis.

k ¶ Teſtimonio.] inſtrumento ſuo, quod fuit ei teſtimoniũ profuturũ.

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Gratianus vnũ caſum, in quo ſerui eccleſiarum miſerationis intuitu libertate donari poſſunt, & ſic quodam modo alienantur.

1 j.e.q. pen.

† al. omnium ſuo.

" Anni excurſus aliqua facit.

a Pol. l. 3. tit. 12. ſur. l. 3. c. 181. Ivo p. 3. c. 145.

† al. libertinitas.

† al. patrocinio ſubtrahat.

† al. progeniti.

a Ivo. & gl. ſequitur Alex. de immun. & pactũ quod. col. 2. C. de pact. & idem Ale. in ... tractatum. ... de hac. ... vbi vide omnino.

† al. deducti eorum conniuentia confirmetur.

1. Tim. 5.

3. Pol. l. 3. tit. 23.

b Hoc non habet locum apud Catholicos, apud quos nõ datur actio ex promiſſo: ceteri tamen debet Catholicus qui vanis promiſſionibus & iuratib. ſuis tationib. detinet vxorem, ſit ẽ de dolo ſſ. ſi quam actio. ſecũdũ Vin. qui ita not. extr. in proœm. Rex pacificus. A.

† abeſt ab orig.

† al. Romano.

CVm redemptor noſter.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ Greg. intuitu pietatis duos ſeruos Romanæ eccleſiæ, ſ. Montanum & Thomam manumiſit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit: & hoc fecit ad inſtar Ieſu Chriſti, qui venit in mundum, vt vinculum diabolicæ ſeruitutis rumperet, quo tenebamur adſtricti. vnde præcipit Paterio notario, vt ſcriberet inſtrumentū, cui Greg. Papa propria manu ſubſcripſit cum tribus presbyteris & tribus diaconis.

¶ Miſerationis, & pietatis intuitu ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti.
C. LXVIII.

CVm redemptor [a] noſter totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati: ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos protul. t. & ius gentium [b] iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei cōſideratione primo vos Montanam † atque Thomam famulos ſanctæ Romanę eccleſię, cui, Deo adiutore, deſeruimus, liberos ex hac die, ciueſque Romanos efficimus: omneque veſtrum vobis relaxamus [c] ſeruitutis peculium [a]. *& infra.* ¶ Hanc autem manumiſſionis paginam Paterio notario ſcribendam dictauimus, & propria manu vna cum tribus [d] preſbyteris prioribus, & tribus diaconis pro pleniſſima firmitate ſubſcripſimus, vobiſque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

a ¶ Peculium.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij bibliothecæ Vaticanæ legitur*, Periculum.

Item ſerui eccleſiarum publicis angarijs non debent fatigari.

Vnde in concilio Toletano, 3. c. 21. legitur.

¶ Serui eccleſiarum publicis angarijs non fatigentur. C. LXIX.

[a] ECcleſiarum [a] ſeruos, & epiſcoporum, vel omnium clericorum [e] à iudicibus, vel actoribus publicis in diuerſis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne concilium à pietate glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit, vt tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſerui ſupraſcriptorum officiorum in eorum vſibus, vel eccleſiæ laborent. Si quis verò iudicum, aut actorum, clericum, aut ſeruum clerici, vel eccleſiæ, in publicis, ac priuatis negotiis occupare voluerit, à communione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

a ¶ Eccleſiarum.] *In cæteris huius concilij exemplaribus impreſſis, & manuſcriptis, quæ collata ſunt, & apud Iuonem legitur quemadmodum apud Gratianum, prætarquam in editione quatuor tomorum, & codice Lucenſi regio: in quibus initium capitis 21. ſic habet.* Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus eccleſiarum ſeruos, & epiſcoporū, vel. o. c. a. i. v. a. p. in diuerſis angariis fatigari omne concilium, &c. *Et hic quidem nulla facta eſt mutatio: alia vero, in quibus omnes conciliorum cod. ces concordant ſunt emendata.*

a ¶ Cum redemptor.] hic habetur forma ſub qua fiunt manumiſſiones, & planum eſt.

b ¶ Ius gentium.] alibi dicitur, q̄ iure diuino eſt inducta ſeruitus. Sed hoc dixi 3. diſt. 1. ius gentium.

c ¶ Relaxamus.] Sed nonne eo ipſo q̄ aliquis inter viuos manumittitur, videtur ei peculium datum, niſi expreſſe hoc adimatur. C. de pe. eius qui li. me. l. vnica? Sed dicas, q̄ aliud eſt in libertis eccleſiæ. nam eis in manumiſſione non licet dari vltra ſummam xx. ſolidorum, vt 3. ead. § quos.

d ¶ Cum tribus.] ergo non requiritur conſenſus omnium vbi libertas datur [a], & hoc in fauorem libertatis fit, vt C. de com. ſeru. ma. l. 1. arg. contra 54. diſt. c. 1. 3. ead. epiſcopus qui. Item videtur hic, q̄ ſigillum [b] Papæ non facit chartam authenticam, niſi adſit ſubſcriptio. Ioan.

† al. Montanum.

a ſc. à Papa, vt hic fuit: q̄d nō obtinet in aliis prælatis, ſec̄dm I. & Hug.

b Circa iſtā materiā, an notarius poſſit om tiere i inſtr. s ſuū ſolitū ſignū & appon. re aliud, d quo vide p Arc. hic, cui adde G. de Cu. in cōpatōe. & ibi Bal. i vlt. col. C. de fi. inſtr. & per Bal. in prin. C. cpl 3. & Ang. i auth. d inſtr cau. & fi. tu pt.

ITEM SERVI. CASVS. Dictū eſt 3. ea, q. 2. c. prædia. quod poſſeſsiones eccleſiarum non debent à laicis fatigari. Idem nunc dicit Gratian. de ſeruis eccleſiarum.

ECcleſiarum ſeruos.] CASVS. Relatum eſt in concilio Tolet. quòd quidam iudices & adminiſtratores publicorum officiorum ſeruos eccleſiarum vel epiſcoporum, vel aliorum clericorū diuerſis angarijs fatigabant. Quare concilium poſtulauit à Greg. vt tales præſumptores prohiberet & ſtatuit concilium, vt ſi quis de cetero talia p̄ſumeret, ab eccleſiaſtica communione repelleretur.

a Lib 6 cap. c. 190. Iuo p. 3. c. 138.

e ¶ Clericorum.] arg. quòd eodem priuilegio gaudent ſerui clericorum quo eccleſiæ. j. 16. q. 1. ſimiliter. & 87 di. eos qui. & 89. diſt. indicatum. [a] Clerici enim & eorum mancipia ſunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum, niſi ſubſit magna neceſſitas. extr. de imm. ec. non minus. C. de epi. & cler. l. 2.

a clerici ſūt à munerib' ciuilib. exēpti.

ITEM PRO ALIMONIA. CASVS. Ponit hic Grat. viij. caſum in quo res eccleſiæ licite diſtrahi poſſunt, ſ. pro alimonia pauperum: & redemptione captiuorum. Et ad hæc ſequentia cap. inducuntur vſque ad §. item legitur.

Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum res ſacras diſtrahi licet. vnde Ambroſ. ait lib. 2. de officiis c. 28.

¶ Res ſacræ quibus ex cauſis alienari debeant.
C. LXX.

[a] AVrum eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo Domini, Aſſyrij [f] ſuſtulerūt? Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quam ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis. Nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, vnde † miniſtraſſes [g] alimoniam. Cur tot captiui deducti in commercium † ſunt, nec † redempti, ab hoſte occiſi ſunt [h]? Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quam metallorum. His non poſſet reſponſum referri. Quid [i] enim diceres? Timui [k], ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet, aurum ſacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt: & vere illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. *& poſt pauca.* ¶ Nemo enim poteſt dicere, cur pauper viuit? Nemo poteſt queri: quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata [l] ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus [m] generibus vaſa eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. opus eſt, vt de eccleſia myſtici [n] poculi forma non exeat: ne ad vſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideo intra eccleſiam primum quæſita ſunt vaſa, quæ initiata non eſſent, deinde communita: poſtremo conflata, per minutas erogationes diſpenſata egētibus, captiuorum quoq; pre-

AVrum.] CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic poſuit. Ambr. in hoc c. ponit tria genera largitionis. Primum eſt, cum res eccleſiæ pauperibus vel captiuis largiuntur. Secundum eſt, cum alienantur pro templo ædificādo. Tertiū eſt, cum largiuntur pro cœmetero emendando, vel ampliando. in iſtis tribus generibus docet aurum & pecuniam eccleſiæ non eſſe ſeruandam, ſed erogandam tempore neceſſitatis: quod ſi prælatus non fecerit, aſportabit hoſtis: ſicut Aſſyrij aurum & argentum de templo Domini ſuſtulerunt. Et hoc primo debet fieri de auro & argento, quod non conſiſtit in vaſis diuino officio deputatis. Si vero ſunt vaſa diuinis officiis deputata, primo nō conſecrata ſunt largienda, deinde etiam ea q̄ ſunt cōſecrata, in pios vſus ſunt expendenda: ita tn̄, vt forma calicis in ſua forma non remaneat, niſi alij eccleſiæ diſtrahatur: laicis vero cōfracta & conflata. H. hunc caſum ſic ponit. Ambr. intendit oſtendere, q̄ res eccleſiaſticę debent dari & alienari tpe neceſſitatis. Et ponit 5. caſus, quib. licite alienantur res eccleſiæ, ſ. pro alimonia pauperum, p redēptione captiuorū, pro loco religioſo ædificando, pro cœmeteriis ampliandis, pro ſepulturis mortuorum extruendis. In his quidē vaſa pretioſa & ſacrata debent alienari alij eccleſiæ in eadem forma, laicis confracta & conflata. Tribus. Quinq; poſuit, non dicit trib', ſed duos primos ponit ſub vno membro, & duos vltimos ſub alio, medium vero ſub tertio.

f ¶ Aſſyrij.] i. Babylonij, q cū Nabuchodonoſor ceperūt Hieruſalē, & abſtulerunt vaſa de templo Dn̄i. j. de conſe. di. 1. veſtimenta.

g ¶ Miniſtraſſes.] i. miniſtrare debuiſſes.

h ¶ Occiſi ſunt.] ergo tunc demū cū timeatur mors [c], redimi debent captiui, vt no. ſ. ead. ſicut omnino.

i ¶ Quid.] i. ſimile illi.

k ¶ Timui.] ſic forte ſe excuſabat.

l ¶ Spatia laxata.] id eſt ampliata.

m ¶ In his tribus.] in alimonia pauperū, in redemptione captiuorum, in ædificatione templi, vel augmentatione cœmeterij.

n ¶ Myſticus.] i. forma calicis, in quo myſticum

a Pol. l 6 tit. 20. Iuo p. 3. c. 180. Aug. l. 13 c 20.

4. Reg. 24.

† al. vt

† in vulgatis legebatur in ſeruitutem ducti]

† nec redempti? Cur tot ab hoſte]

c ſc. corporis, itē vbi timetur mors animæ, vt j. e c ver. & vera. velut ſi cogeretur adorare idola 23 q. 4. ipſa p etas. ſecūdū L. & e. diſpl. cet. & 24. q. 3. ſi habes. ſed3 H.

cum poculum ſanguinis Chriſti conficitur. Et quod dixi de eccleſia, intelligunt quidam de eccleſia in qua eſt: quæ cum ſit res ſacra, non poteſt vendi etiam alij eccleſiæ. Et de hoc nota in 10. q. 2. Hoc ius.

GLoriæ epiſcopi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes. in 1. parte Hier. reprehendit epiſcopos, qui cum pauperes erant, vili cibo libenter reficiebantur: cũ vero facti ſunt diuites, vel delitiis incũbentes, cibos delicatos abhorrent: & vt eos liberi[o] redarguat ſemetipſum talibus connumerat. In 2. parte reprehendit epiſcopos, qui ornant templum gemmis & lapidibus ad inſtar ſacerdotum veteris teſtamenti: ſed de clericis per quos eccleſia gubernatur, nullam curam habẽt. & dicit, quod in veteri teſtamento factus fuit ex præcepto Domini ornatus in templo. In 3. parte dicit, quod amico aliquid rapere, furtum eſt: eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium eſt. & de his quæ pauperibus ſunt eroganda ſubtrahere prædonis ſuperat crudelitatem. In 4. parte inuitat nos ad contemptum diuitiarum exemplo Cratis, qui cum Athenas pergeret ad philoſophãdum, aurum proiecit quod portabat, cum non crederet ſe poſſe virtutes ſimul & diuitias poſsidere. Secunda pars incip. ibi, Multi ædificant. Tertia, ibi Amico rapere. Quarta ibi, Crates ille Thebanus.

r epiſt. 2.

† al. opiribus.

† ſubſtenunt vera lectio.

a ¶ Cibario.] ſ. familiæ.

b ¶ Rug entem.] id eſt, famelicum.

† al. redẽptio. 1. Cor. 10.

c ¶ Parietes.] id eſt, imperitos[a]. ſic 46. diſt. ſunt nonnulli.

a ſc. eos promouẽdo ad bñficia, contra illud ex. de pb. grauẽ. &c. ſug inordinata. A.

d ¶ Columnas.] id eſt, peritos.

e ¶ Subtrahunt] id eſt, non recipiunt.

f ¶ Opponat.] argu. ab exemplis non eſſe argumentandum.

† al. cogitem.

g ¶ Hæc probantur.] ſed nonne hæc hodie probãtur a Domino, j. de conſe. di. 1. & calix. ita: ſed non in ſuperabundantiam, vt non habeatur delectus perſonarum. 86. diſt. non ſatis. 47. diſt. ſicut.

h ¶ Peccatorum.] venialium: quia cæremonialia tollebant tantum venialia peccata, ſicut hodie aqua benedicta, vt j. de conſecr. diſt. 3. aqua.

a epiſt. 13.

i ¶ Crucem] ſuſtinendo contumelia.

k ¶ Vel cautum.] cum ideo fit quia expectatur maior neceſsitas.

l ¶ Timidum.] ſi ideo facit, quia timet ne ſibi deficiat.

m ¶ Diuitias.] nam vere philoſophantes contemnunt[b] pecuniam. ff. de vac. mu. l. in honoribus. §. pen.

b i. nõ ponũt amorẽ ſiue animũ in diuitiis, cũ bonis opib[9] nõ abiicim[9]. 50. di. c. pe. Ar.

n ¶ Aliena.] id eſt, res eccleſiæ.

o ¶ Plenus venter.] id eſt, prælatus plenus diuitiis.

p ¶ Non Hieroſolymis.] id eſt, non tantum eſſe prælatum: ſed opera prælati facere laudabile eſt. 27. q. 3. cauete.

ITEM LARGITATE. CASVS. Ponit Grat. ix. caſum, in quo epiſcopi res eccleſiaſticas poſſunt alienare quo ad vſumfructum, dando eas clericis ſub nomine precariæ: & ad hoc probandum inducit ſeq. c.

ciis profecerunt. Quòd ſi deſunt noua, & quæ nequaquam initiata videãtur: in huiuſmodi vſus, quos ſupra diximus, arbitror omnia pie poſſe conuerti.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum. [1]

¶ Non parietes templi ornare, ſed pauperibus prouidere, gloria epiſcopi eſt.

C. LXXI.

GLoria epiſcopi eſt pauperum inopiæ † prouidere, ignominia ſacerdotis eſt propriis ſtudere diuitiis. Natus in paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio, & cibario[a] pane rugientem[b] ſaturare ventrem poteram: nunc ſimilam, & mella faſtidio. *Item paulo inferius.* ¶ Multi ædificant parietes[c], & columnas[d] eccleſiæ ſubtrahunt †[e], marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur: & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque vero mihi aliquis opponat[f] diues in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probantur[g] a Domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio † peccatorũ[h]: quamquam hæc omnia præceſſerint in figura, ſcripta autem ſunt propter nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc verò, cum paupertatem domus ſuę pauper Dominus dedicarit: portemus † crucem[i], & diuitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo* ¶ Amico quidpiam rapere furtum eſt: eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt: accepiſſe, quod pauperibus erogandum ſit: & eſurientibus plurimis, vel cautum[k] eſſe velle, vel timidum[l], aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. *Item eiuſdem ad Paulinum de inſtitutione monachi.*

[a] ¶ Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: neque putauit ſe ſimul poſſe & virtutes, & diuitias[m] poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena[n] fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſeruamus? Plenus vẽter[o] facile de ieiuniis diſputat. Non Hieroſolymis[p] fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudãdum eſt.

Item Largitate etiam epiſcopi ſtipendium de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cuius profeſſio ſub precariæ nomine fieri debet.

Vnde in concilio Toletano, 6. cap. 5.

¶ Qui beneficium ab eccleſia accepit, eius profeſsionem nomine precariç faciat.

C. LXXII.

[3] SAepe fit, vt proprietati originis obſiſtat[q] longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, vt ſi quis clericorum[a], ſtipendium de rebus eccleſiæ, cuiuſquam epiſcopi[r] percepit largitate[s]: ſub precariæ[t] nomine debeat profeſſionem ſcribere: vt nec pertentionem † diuturnam præiudicium afferat eccleſiæ, & quæcumque in vſu perceperit, debeat vtiliter laborare[u]: vt nec res diuini iuris videantur aliqua occaſione negligi: & ſubſidium ab eccleſia, cui deſeruiunt, percipere poſſint clerici. Quòd ſi quis eorum contempſerit facere: ipſe ſe ſtipendio ſuo videbitur priuare[x].

[a] ¶ Clericorum.] *In codice conciliorum Lucenſi regin ſequitur.* vel aliarum quarumlibet perſonarum.

3 Iuo p. 6. c. 372.

† al. retentionem.

Religionis quoque intuitu ea, in quibus eccleſia detrimentum non patitur, monaſteriis tradi poſſunt,

Vnde in 3. Toletano concilio, c. 4. legitur.

¶ Licet religionis intuitu res eccleſiæ alienare. C. LXXIII.

[4] SI epiſcopus[y] vnam de parochianis eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat: hoc de conſenſu concilij ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid,

4 Iuo p. 3. c. 168.

SAepe fit.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat concedere prædium eccleſiæ cuidam clerico quo ad vſumfructum. Quæſitum eſt in concilio Toletan. qualiter ei concedere poſſet, ne eccleſia præiudicium patiatur propter diuturnam retentionem. Et reſp. ſub precario nomine debet clericus ab eccleſia recipere, & poſſeſſionem ſuã ſcribere, & quod ab eccleſia recepit, fideliter colere, ne res deteriórentur: quòd ſi quis facere contẽpſerit, a precaria repelletur.

q ¶ Obſiſtat.] de facto, non de iure, vt s. ca. c. longinquitate.

r ¶ Cuiuſquam epiſcopi.] j. 16. q. 3. ſi epiſcopus. & c. clerici.

s ¶ Largitate.] ſed quomodo eſt largitas, ſi dicitur precaria, cum de precaria certa penſio ſtatuatur. 10. q. 2. precariæ? reſp. non eſt precaria, ſed donatio gratuita quoad vſum fructum: & ideo dicit, quod interueniet ſcriptura, ne poſsit allegare præſcriptionem. nam per quantumcumque tẽpus poſsideret, numquam præſcriberet, vt 16. q. 3. clerici. "Fructuarius.n. non poteſt præſcribere. inſti. per quas perſo. no. acq. §. fructuarius. nec ille qui alieno nomine poſsidet, vt ext. de præſc. ſi diligenti. C. de præſc. xxx. annor. male.

"Fructuari[9] nõ pſcribit.

t ¶ Sub precaria.] i. ſicut ſolet fieri in precaria: nõ enim eſt hic contractus precariæ: ſed donatio vſuſfructus e pi. 16. q. 3. ſi epiſcopus. & c. clerici.

u ¶ Laborare.] i. colere.

x ¶ Priuare.] arg. clericum poſſe remoueri ab eccleſia ſi negligit agros, vel alias vtilitates eccleſiæ. ſic ff. de pe. her. ei qui parres. §. cum prædia. & C. loc. l. 3. nã pp negligentiam aliquis deponitur, vt 81. diſt. dictũ.

RELIGIONIS. CASVS. Ponit hic G. decimum caſum, in quo poteſt epiſcopus aliquid alienare de reb. eccleſiæ ſuæ tradendo eas monaſteriis cauſa religionis: dummodo eccleſiam ſuam non lædat enormiter. Et ad hoc inducit ſequentia cap.

SI epiſcopus.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat facere monaſterium de quadam eccleſia parochiali: & aliquid de rebus epiſcopalis eccleſię ei conferre volebat. Vnde quæſitum fuit in concilio Toletano vtrum hoc facere poſſet? Et reſpondetur quod ſic, dummodo de conſenſu cap. hoc faciat, & eccleſiæ ſuæ detrimentum non exhibeat.

y ¶ Si epiſcopus.] "hic habes quòd de ſæculari eccleſia poteſt fieri ab epiſcopo monaſterium, vt extra de eccl. ædif. ad audientiam. ſed econuerſo non poteſt, vt 19. q. 3. quæ ſemel. extra de relig. do. inter quattuor. niſi fiat auctoritate Papæ, vt extra de cenſib. cum venerabilis. & extra ne cler. vel mon. c. relatum. vel vbi aliter non poſſit locus reformari, niſi per canonicos ſæculares, vt extra in ead. decr. inter quattuor.

"eccleſia ſæcularis poteſt conuerti in monaſterium, ſed nõ econtra.

a ¶ *Detrimentum.*] graue. ſi enim læderet eccleſiam grauiter, poſſet reuocari, vt 5. ea. l. Apoſto licos. in fi. & 3. c. prox.
b ¶ *Conſenſum.*] quæro de quorum clericorum conſenſu hoc intelligatur, an detur clericis epiſcopalis eccleſiæ, an de clericis parochiæ illius. reſp. de clericis eccleſiæ cathedralis. “ Nam conſenſus clericorum eccleſiæ cathedralis requiritur circa ordinationem & depoſitionem clericorum, vt 24. diſt. epiſcopus. 67. diſt. reliqui. 5. ea. alienationes. L. tamen & H. intelligunt etiā requirendum cōſenſum clericorū parochialis eccleſiæ. Nā iſti ſine culpa non debent priuari ſuis ſtipendijs, 16 q. 7. inuentum. videtur a tamen ſufficere, ſi epiſcopus eis prouidet neceſſaria, vel ibi vel alibi, vt ext. de ec. ædif. ad audientiam & ſic videtur q eis inuitis poſſit hoc facere. arg. extra de excep. præl. ſicut vnire.

d ¶ *Cenſus.*] propter hoc verbum, cenſus, dicit L. & H. quòd de cenſu poſſet epiſcopus dare partem, ſed non de poſſeſſionibus eccleſiæ: alias reuocaretur vel eo viuo, vel poſt mortem ſuam, vt 16. q. 3. ſi ſacerdotes. Sed hoc falſum eſt: quia decre. dicit etiam de poſſeſſionibus, extra de do. Apoſtolicæ.

quod detrimētum a eccleſiæ non exhibeat, eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum concilium dat conſenſum b.

Item ex Toletano, 9. cap. 5.

¶ Non vltra quinquageſimam partem rerū eccleſiæ, monaſterio, quod conſtituit, epiſcopo licet conferre.

C. LXXIIII.

Bonæ rei dare cōſultum†, & præſentis habetur vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmiū. Quiſquis itaque epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreuerit: non amplius ibidem, quàm quinquageſimam c partem dare debebit: vt hac temperamenti æquitate ſeruata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. Ac eccleſiam vero quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quā pro ſuis magnificare† voluerit ſepulturis: non amplius quàm centeſimam partem cenſus d eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem† aſſumat.

Item Gregorius, libr. 2. indict. 11. epiſt. 17. Gratioſo ſubdiacono.

¶ Iure proprietatis res eccleſiæ monaſteriorum ædificiis tradere licet.

C. LXXV.

Religioſam e vitam eligentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſquam neceſſitatis occaſio, aut deſides faciat, aut robur (quod abſit) conuerſationis infringat. Idcirco præſenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domū poſitam in hac vrbe, regione quarta, iuxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum iuris ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui auctore Deo præſidemus, in qua Campana quondam vxor a Patritij manſiſſe dinoſcitur, ſimul & hortum, atque hoſpitia, quæ intra eamdem domum ianua concludit, Floræ † abbatiſſæ debeas tradere proprietatis iure proculdubio poſſidendam: in qua domo monaſterium virginum (vbi cum cōgregatione ſua habitare poſſit) Chriſto queat adiuuante conſtruere: & † tam ipſa, quàm quæ in eius loco, honoreque ſucceſſerit prædictam domum, & hortum cum omnibus ad ſe pertinentibus (ſicut diximus) quieto, inconcuſſoq; iure a nobis pietatis cōſideratiōe cōceſſa valeat poſſidere.

a ¶ *Vxor.*] *In aliquot epiſtolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non eſt iſta dictio. In vetuſto autem Vaticano epiſtolarum codice legitur quondam patritia.*

Ecce oſtenſum eſt, quomodo res eccleſiæ ſine culpa dari poſſint, & conſtare his, quibus datæ fuerint.

QVAESTIO III.

Nunc quæritur f ſi ante tempus ſuæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quæ poſt ordinationem ſuam conueniſſe noſcuntur.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Carthaginenſi, 3. c. 49.

¶ De his, qui primum nihil habentes, tempore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquirunt.

C. I.

Placuit, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumq; clerici, qui nihil habentes g ordinantur, & tempore epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, vel quæcumque prædia nomine ſuo h comparant, tamquam rerum Dominicarum inuaſionis crimine teneantur †, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſio-

Bonæ rei.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat ædificare monaſterium in parochia ſua, vel aliquā eccleſiā ſecularē magnificare. apud quam forte ſepeliri volebat, & deſiderabat ditare monaſterium vel eccleſiā de rebus eccleſiæ ſuæ. quæſitum eſt in concilio Toletano quantum monaſterio vel eccleſiæ dare poſſet? Et reſpond. quod monaſterio dabit quinquageſimam partem de rebus eccleſiæ ſuæ, dummodo ei damna grauia non infligat: eccleſiæ vero ſeculari non amplius quam centeſimam dabit partem, & in arbitrio epiſcopi erit vt vel monaſterium tantum vel eccleſiam tantum debet de rebus eccleſiæ ditare.

c ¶ *Quinquageſimam.*] Sed inquid “ epiſcopus poteſt dare centeſimam vel quinquageſimam ſine conſenſu canonicorum? videtur q ſic. ext. de iis quæ fi. a præl. ſine conſen. cap. paſtoralis. etiam non obſtante iuramento de non alienādis rebus eccleſiæ, vt ext. de ec. ædif. tua. nemo enim poteſt accuſare epiſcopum, q templum Dei ædificauerit, vt 5. ea. aurum. Item quia ſuit ei ſemel a iure eſſe conceſſum: vnde non eſt neceſſe requirere nouum conſenſum. ff. de cond. inſti. quæ ſub conditione. §. vlt. ſed contra de don. paſtoralis. ext. de iis quæ fi. a præla. cum vos. Tu dicas, quòd licet à iure permittatur ei talis donatio, tamen fieri eandem de conſenſu clericorum, vt ſupra ea c. prox. 5. c. Apoſtolicos. vehementer tamen obuiat illa decre. paſtoralis. niſi vis nat litteræ. Vnde dic, illis decr. ſtandum eſt. “ Sed quid ſi epiſcopus plures donationes fecit, ita quod omnes ſimul excedant quinquageſimam, an dices vltimam reuocari, vel omnes? Videtur quod tantum vltimam, quia ſola illa fuit vitioſa, vt 5. ea. ſi quos. & 17. q. 4. quæſt. e contra videtur, quòd de qualibet donatione eſt detrahendum, vt C. de inof. do. ſi totas. ff. ad l. Fal. pœnales. § annua. Hæc q. ſoluitur ext. de don. Apoſtolicæ. Io. quid iuris ſit de hoc in quæſtionibus notaui. B. ADDITIO, Quæſtio venerialis eſt, & incipit, eſto q epiſcopus, &c. vbi dicit quòd Ian. dicebat, quod tantum vltima reuocatur: quod verum credit ipſe B. Brix. nam non reſtituitur minor, niſi in quo decipitur. ff. de min eadem quæſtione. Non ob. lex præd. ſi totas. quoniam intelligitur in Falcid. licet quidam ſtent illi legi. Arch.

Religioſam.] CASVS. Quædam abbatiſſa poſtulauit a Greg. vt quamda locum ſibi concederet, in quo volebat conſtruere monaſterium: quæ forte expulſa erat de ſuo monaſterio cum ſua congregatione: quare Greg. precibus ſuis annuit. Vnde mandat cuidam (forte ſuo procuratori) vt tradat ſibi & ſucceſſoribus ſuis iure perpetuo poſſidendam quādam domum & hortum & hoſpitia quæ intra eamdem domum ianua concludit, vt ipſa abbatiſſa ſibi monaſterium cōſtruat, vt ibi cum ſua habitet congregatione.

e ¶ *Religioſam.*] Ergo qui dat domū vel aliā rem, non videtur dediſſe ea quæ ſunt annexa ei, niſi expreſſa fuerint. ſic 63. diſt. ego Ludouicus. Arg. contra. ff. ſi ſer. ven. teſtatrix. ff. de act. emp. credito r in fi. b

Nunc quæritur.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in prima quarum probat per duo cap. quod ſi nihil habebat epiſcopus cum fuit promotus: in morte ſua totum debet eccleſiæ dimittere. Secunda ibi, *Sed quæritur.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic tractatur tertia quæſtio, in qua connectuntur dicta dicētis: vbi quæritur quid fieri debeat de rebus illis, quas clerici acquiſiuerunt de rebus eccleſiæ, qui ante ſuam ordinationem nihil habebant. & certum eſt, quòd quidquid clericus acquirit de rebus eccleſiæ, & intuitu eccleſiæ, totum debet eccleſiæ relinquere. ſi vero intuitu perſonæ aliquid acquiſierit, poteſt relinquere cui velit, vt infra ea. c. 1. 2. & 3.

f ¶ *Nunc quæritur.*] Habeas pro ſumma quæſtionis quod dicitur in cap. 1.

Placuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Carthag. vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & alij clerici, qui habebant antequam ordinarentur, & poſtea de rebus eccleſiæ tantum ſuo nomine poſſeſſiones comparauerunt, puniantur tanquam inuaſores rerum dominicarum, niſi ſuæ eccleſiæ communicent eas reſtituant. Si autem aliquid acquiſiuerint intuitu perſonæ, i. ex donatione amicorum, vel ſucceſſione ex teſtamento vel ab inteſtato, poſſunt de hoc facere quidquid volunt, dummodo à ſuo propoſito non recedant, ſ. tali pecunia abutendo, vt negotiando vel fœnerando: quod ſi fecerint, indigni honore eccleſiaſtico iudicentur in eum.

g ¶ *Habentes.*] Ergo propter paupertatem nec impeditur nec excuſatur etiam quis a prælatura, ſecus eſt in tutore, vt inſt. de excu. tu. §. ſed & propter paupertatem.

h ¶ *Suo.*] “ Hoc ſpeciale eſt in eccleſia, quòd licet ſacerdos aliquid ſuo emat nomine de pecunia eccleſiæ, quod res illa ſtatim facta eſt eccleſiæ. aliud eſt in rebus priuatorum, vt C. de rei vend. ſi vt propoſuis. & de hoc notaui ſupra ead. quæſt. 2. Apoſtolicos. idem quod hic dic

“ Epſ conuertens eccleſiā ſecularē in regularem quorū clericorum conſenſum ſequi tere debeat.

a Iuo p. 3. c. 170.
† al. conſilii.
a Allegādo ſic, q in a eſt verū, ſedm L. Vin. Gof. & B. vt ipſi not extr. de re. ec non al. poſſeſſiōes. de hoc not. in decre. ad audientiā al. in gl. Arc.

† al. magnificare.
† al. remunerandam.
2 Anſ. l. 5. c. 32.
“ Epſ pt dare quinquageſimam vel centeſimam
“ Quæſtio ſingularis.

† antea legebatur, eadem
† al. ut] orig.
b Dicas q q dat dom., vr ei dōaſſe annexa ff & cōtr em. creditor. § vlt. C de bo. va. l. a lib. 10 l. 3 hic ſic as. cōtra Laot. ad hoc fac. q leg & no 5. 1 qu. 1. ſicut Chriſtus A. 3. Et in Moguntino, ſub Rabano, c. 8. 4. Burc l. 3. c. 120. Iuo p. 3. c. 96. Pann. l. 2. c. 52.
† al. tenēātur obnoxij
“ Sacerdos emēs aliqd ēni acqrit.

hic dicitur, habes extra de pecu. clerc. c. 1. inquirendum. & ca. ſi quis. Verum autem præſumatur de rebus eccleſiæ, vel de rebus ſuis compa raſſe, dicitur ſ. e. q. 1. ſint manifeſtæ.

a ¶ *Cognationis.*] Vſque ad quartum gradum [a], C. de epiſ & cle. auth. licentiam. Vel vſque ad 7. defertur ſucceſsio. Arg. contra 35. q. 2. c. 1.

a iſta eſt vera ſoia, ſecũdum Goi. & Ho. de hoc not. ext. de teſt. requiſiſti. §. ſi vero relinquitur & ibi not. etc.

Q*Vicumque.*] CASVS. Quidam ſacerdotes aliquid acquiſierunt ex artificio ſuo, vel ex donatione amicorum, vel ex inſtitutione facta in teſtamento. quæſitum eſt in concilio Tolet. vtrum eccleſiæ ſuæ relinquere teneantur. Et reſpon. quòd non, ſed dabunt cui voluerint: ſi vero poſt mortem ſuã remanſerit inordinatè, eccleſia ſua in perpetuum vendicabit ſuę vtilitati idest, ſuo vſui officio.

b ¶ *Vendicabit.*] idest, defendet, quando eccleſia tenetur in poſſeſsione. ſed ſi heredes eſſent in poſſeſsione, oporteret eccleſiã probare de iure ſuo, vt in-ſra eo. q. 4. c. 3. in ſi. ſicut no. 5. e. q. 1. ſunt manifeſtæ. Vel intellige quod hic dicit cum non habet ſacerdos heredes. in auth. de eccle. tit. §. ſi quis autem epiſcopus. col. vit. & 3. q. 1. c. vlt.

1 Adde Alz. de Im. p. 1. eũ fundus. 9. ſeruum d. li cer pe. cuc. ſi. d. §.

ECCE. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, quod ea quæ dantur clericis intuitu perſonæ, dare poſſunt cui volunt.

SED QVAERITVR. Hæc eſt 2. pars huius q. ſo. de Fant. Et mouet Grat. incidentẽ q. vtrum ea quæ dantur epiſcopo communiter cum eccleſia vel ſeque ſtratim pro remedio animarum, vel tertiam partem quam accepit de parochianis eccleſ. ſiis, poſsit relinquere cui velit. Et de hoc qd iuris ſit, in cap. ſeq. diffinitur.

2 ext. de teſt. c. ex. de teſt. c requiſiſti. Burch. l. 1. c. 2. 7. Iuo p. 3. c 33.

† a extraneis ciuitatis.

P*Ontifices.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas part. In 1. part. dicitur, quod ſi aliquis relinquit aliquid pontificium eccleſia vel ſeparatim pro redemptione animæ ſuæ: totum inter eccleſiæ facultates computabitur. In ſecunda parte dicitur, quod ſi aliquid relinquitur eccleſiæ vel ſacerdoti alij reſtituendum, non debet inter facultates eccleſiæ computari. Secunda pars incipit ibi, *Sane quidquid.*

m Eccleſiæ data, cũ epo diuidentur. Idem ſi ſic demonſtrando al quos. ſecus ſi ſimpliciter & ſub ſolo nomine appellatiuo legarentur canonicis: quia idẽ eſt ac ſi dica tur, canonicis eccleſiæ, vel eccleſiæ. d Bar. So. i. l. ciuibus. de reg iu.

ne cognationis [a] obuenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni tamquam reprobi iudicentur.

Item ex concilio Toletano 9. c. 4.

¶ De miniſtris, qui nulla eccleſiæ occaſione, ſed ſui vtilitate aliqua acquirunt. C. II.

QVicumq; de ſacerdotibus, vel miniſtris pro ſui vtilitate, atque amicitia, vel prędtatione, aut quocũque modo, aut per ſcripturæ ſeriem aliquid meruerint a quolibet percipere [*], in rebus eccleſiæ non poterit numerari: Sed quod exinde voluerint facere ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. Quòd ſi hoc poſt eorum mortẽ inordinatum fortaſſe remanſerit, eccleſia, cui præfuit, vel miniſter extitit, hoc ſibi in perpetuum vendicabit [b].

Ecce quòd illa, quæ non ex officio eccleſiaſtico, ſed ex aliqua præſtatione ſua vtilitatis lucratus eſt, poteſt dare quibus voluerit.

2 *Sed quæritur de his, quæ ſibi communiter cum eccleſia, vel ſequeſtratim pro remedio animæ offeruntur, vel de tertia parte, quam de rebus parochialium eccleſiarum ſibi debitam accipit, ſi ea [illegible] erit dimittere quibus voluerit.*

De his ita diffinitur in concilio Agathenſi, cap. 6.

¶ De pontificibus, quibus ab extraneis, vel cum eccleſia, vel ſequeſt. atim aliquid dimittitur. C. III.

2 POntifices [c], quibus in ſummo ſacerdotio cõſtitutis ab extraneis† [d] aliquid aut cum eccleſia, aut ſequeſtratim aut dimittitur, aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, nõ pro commodo ſacerdotis offerre probatur) non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ inter facultates eccleſiæ computabunt: quia iuſtum eſt, vt ſicut ſacerdos habet [e] quod eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & eccleſia habeat [f] quod relinquitur ſacerdoti. ¶ Sane quidquid per fideicommiſſum aut ſacerdoti, aut eccleſiæ fortaſſe dimittitur, cuicumque alij poſtmodum profuturum, id inter facultates ſuas eccleſia cõputare, aut retinere non poterit [g].

Item ex concilio Toletano 9. c. 6.

¶ Epiſcopus tertiam partem ſibi debitam eccleſiæ relinquere poterit. C. IIII.

3 EPiſcopus, ſi tertiam partem, quam de rebus parochialium eccleſiarum ſanctione paterna ſibi debitam nouit, aut ipſi eccleſiæ, cuius res eſſe patebit, aut alteri eccleſiæ, quam elegit, conferre decreuerit, & licitũ maneat, & irreuocabile [h] robur eius ſententia ferat.

QVAESTIO IIII.

QVòd autem [i] quæritur ſi de ſuis, & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur, cui proueniant, ita diffinitur in eodem concilio Toletano, 9. capit. 4.

¶ De his, qui de ſuis & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur. C. I.

4 SAcerdotes, vel quicumque illi ſunt quibus eccleſiaſtica rerum cura cõmiſſa eſt, quæcumq; adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus propriis vel vile, vel charum habuerint, ad eccleſiæ nomen, cui præſunt, chartarum conficere inſtrumẽta procurent [k]: non enim cõuenit, vt eccleſia, quem ſuſcepit extraneum, efficiat in alieno [l] diuitem, & in ſuo [m] retineat fraudatorem. ¶ Hi vero, qui ſuarum rerum noſcũtur habere compendium, ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiſſe, ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſatione [n] tam iuris ſui,

f ¶ *Habeat.*] quo ad proprietatem.

g ¶ *Non poterit.*] Tamen ſi eſt heres inſtituta, & rogata reſtituere alter. hereditatem illam poteſt retrahere quartam, vt inſtit. de fideic. hered. §. ſed quia. " Sed ſi eccleſiæ legaretur aliquid, vt illud eccleſia reſtituat, de hoc dubitari conſueuit, an poſsit partem de tali legato retinere, vt C. com. munia. de leg. l. prima. reſpon. 1.

" Legata eccleſiæ, an poſſint defalcari.

E*Piſcopus.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod epiſcopus poteſt dare tertiam partem, quam recipit de parochianis eccleſiis irreuocabiliter, vel eccleſiæ à qua recipiebat: vel alteri eccleſiæ cui voluerit. quod intelligit Hugo. ſi velit ſubire onus fabricæ reparandæ.

h ¶ *Irreuocabile.*] Cum de conſenſu canonicorum hoc facit: alias ſucceſſor poteſt illud reuocare, vt 16. quæſtio. 1. poſſeſsiones. & hic eſt argu. quod ſi epiſcopus ſimpliciter dedit aliquid eccleſiæ, intelligitur illud perpetuo dediſſe, vt 16. quæſtio. prima quoniam quidquid. Argum. contra 16. quæſtione prima. poſſeſsiones. & dixi 10. quæſt. ſecunda. hoc ius. in fin.

3 Iuo p. 3. c. 171.

Q*Vòd autem.*] CASVS. hic ponitur 4 q. in qua quæritur cui debeant dari res acquiſitę communiter ex rebus prælati & eccleſiæ, & qualiter debeant diuidi, & reſpondet quod pro rata pretij dati debent diuidi inter eccleſiam & heredes prælati.

4 Iuo p. 3. c. 169.

i ¶ *Quòd autem.*] ſi de vtriuſque pretio empta eſt res, pro rata pretij diuidenda eſt inter eccleſiam & heredes prę̨lati, vt infra eadem. capit. 1. verſicu. hi vero. Ioan.

S*Acerdotes.*] CASVS. hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte loquitur de rebus quas prælati emunt, & de pecunia eccleſiæ, & tantum ſuo nomine: in quo caſu ſi de rebus propriis aliquid vile vel charum habuerint, curent conficere inſtrumenta nomine eccleſiæ, cui præſunt. In ſecunda part. loquitur de rebus emptis communiter ex pecunia prælati & eccleſiæ, quæ debent æqualiter diuidi inter eccleſiam & decedentis heredes ſi ſe vtriuſque rei quantitas exæquauerit. Secunda pars incipit ibi, *Hi vero.* vile vel charum ideo dicit, quia ſi conſtaret eos nihil habere: ſiue ſuo nomine ſiue nomine eccleſiæ emerint, totum eccleſia vendicabit. Et licet c. videatur loqui in prælato tantum, tamen ego Bar. Brix. idem intelligo in quolibet clerico, vt ſupra. e. q 3. placuit.

c ¶ *Pontifices.*] idem in aliis.

d ¶ *Ab extraneis.*] "Si aliquid datur tantum epiſcopo, illud non tenetur diuidere cum eccleſia. ſed licet aliquid detur tantum eccleſiæ, illud diuidendum eſt cum epiſcopo: & diſtingue an a propinquo vel extraneo ſit relictum epiſcopo, vt habes diſtinctum ext. de teſt. requiſiſti. Si autem ſimplici canonico aliquid eſt relictum, ſiue non tenetur diuidere cum eccleſia. ſemper enim præſumitur quod id quod datum eſt prælato, ſit intuitu eccleſiæ datum. & eſt ſi. ff. de an. leg. annua. in §. 1. ff. de re. du. ciuibus. Hoc tamen ſcias, quòd aliud eſt dicere, relinquo hoc canonicis iſtis [b]: & aliud, relinquo hoc eccleſiæ iſti. In priori caſu relictum intelligo eis, & non eccleſiæ. In ſecundo caſu eccleſiæ, & ad vſum eorum & licet ſit ar. contra ff. de re. du. ciuibus.

ADDITIO. Poteſt dici, quod ſi exprimit propria nomina, vera eſt prima opinio: ſi autem non exprimit, valet vltima opinio. ar. ff. ad Tre. quoties. 1. reſp. Arch.

e ¶ *Habet.*] quo ad vſum.

k ¶ *Procurent.*] vt faciant quantum habent de reb. eccleſiæ, & quantum de propriis rebus.

ADDITIO. Sed pone prælatum fuiſſe confeſſum plus eſſe in bonis eccleſiæ quam eſſet in veritate. numquid ei præiudicatur? dicit Lau. quod non: niſi hoc ſcriberet. C. de aro. tut. l. vlt. Arch.

l ¶ *In alieno.*] idest, in rebus propriis ipſius ſacerdotis, quæ ſunt alienę eccleſiæ, vel propriæ intelligas poni.

m ¶ *Et in ſuo.*] idest, rebus eccleſiæ.

n ¶ *Compenſatione.*] i. computatione, vel comparatione, vel collatione. " hoc vult dicere, quod computabit quantum de ſuis rebus, & quantum de rebus eccleſiæ dedit pro re empta, vt ſecundum hoc diuid

" acquiſita de bonis eccleſiæ & de bonis clericorũ ad quos pertinebunt.

quàm eccleſiaſticarum rerum habita, ſi ſe vtriuſque rei quantitas exæquauerit, inter eccleſiam & decedétis heredes æquo iure conquiſitio[a] pertinebit.

a ¶ Compenſatione.] *In concilio ipſo cum vetuſtis exemplaribus collata legitur* compenſata tam iuris ſui, quàm eccleſiaſticarum rerum, habitudine.

Si qui vero pro compendio ſuarum rerum, eccleſiæ vel in detrimentum intulerit, vel ſi occaſione rerum eccleſiaſticarum in rebus proprijs detrimentum paſſus fuerit, viciſſim qui lucrum ſentiunt, detrimentum patientibus reſarcient.

Vnde in concilio Brachar. 3. c. 8. legitur.

¶ Reſarciantur detrimenta ſacerdoti, vel eccleſiæ, quæ alterius occaſione alter ſenſerit. C. II.

QVicunque ſub hoc neglectu[b] res diuinas laborare[c] diſtulerit, placito ſpeciali diſtringédus eſt, qualiter ſi de rebus, ſeu augmentis eccleſiæ quæſitum laboribus ſuis proprie[d] auxit, & ex hoc eccleſiaſticis rebus aut neglectum[e] laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus eccleſiæ minuit, illi reſtituat, ex cuius rebus, atque ſuffragiis ſuos conuictus fuerit ampliaſſe labores. Quòd ſi aliquid pro vtilitatibus eccleſiæ, aut ſubſtantiæ expendit, aut diſpēdij, vel perditionis, quidpiam pertulerit, ſi hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus eccleſiæ eiuſdem reformabitur, pro cuius[f] vtilitate id expendiſſe probatur.

Si vero de rebus eccleſiæ tantummodo aliqua acquiſiſſe noſcuntur, & ad nomen eccleſiæ inſtrumenta debent componere, nec de quibus poterunt illa donare.

Vnde in Agathenſi concilio, c. 54. legitur.

¶ De his, quæ ſacerdotes emunt, ad eccleſiæ nomen ſcripturam faciant. C. III.

PResbyter, dum diœceſim tenet, de his, quæ emerit, ad eccleſiæ nomē ſcripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat.

¶ *Caput hoc ab Iuone etiam, & auctore Pannormia citatur ex Agatenſi, in quo extat. In decretalibus vero tit. de pecul. cler. ex concil. Arelatēſi: & apud Burchardum, & in prima collectione decretalium ex concilio Arauſico.*

QVAESTIO V.

T*Eſtamenta*[g] *vero non licet eis cōficere, niſi de rebus proprijs.*

Vnde Gregorius ſcribit Deuſdedit[a] † *epiſcopo, libro 10. epiſt. 42.*

a ¶ Deuſdedit.] *Antea legebatur* Lucidio. *Reſtituta eſt inſcriptio ex originali, quæ inſcriptio integra eſt ī. c. q. 2. res in epiſcopatu. Illud enim caput in hoc continetur.*

¶ Quomodo de rebus eccleſiæ liceat teſtari ſacerdotibus. C. I.

NVlli dubium eſt, quia ſicut ſacerdotibus res in epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienandi licentia, ita de his, quas ante habuerint, quidquid iudicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem tuam tēpore, quo ad nos fuit, queſtā eſſe recolimus, quòd quædam mobilia[a], quæ Cōſtantius deceſſor veſter Luminoſę ancillæ Dei filiæ fratris ſui, teſtaméti ſerie, legati titulo reliquit, iam epiſcopus acquiſiſſet, decreuiſſeque nos, vt ſi hoc[h] conſtaret, nullum ex his eccleſia veſtra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & moleſtiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei ſine cognitione de his, quæ poſſidet, quidquam auferre.

a ¶ Mobilia.] *In originali impreſſo. & manuſcripto eſt* immobilia: *ſed non eſt mutatum propter doctorum ſcripta: nonnulla vero alia ſunt emendata.*

Idem libr. 4. epiſt. 22. ſeu cap. 66. Cypriano diacono.

¶ De eodem. C. II.

OBitum Theodori epiſcopi dilectionem tuam iam credimus cognouiſſe. Sed quia ipſe teſtamentum dicitur condidiſſe, ſubtiliter[4] te (ne quid de rebus eccleſiæ ſuæ conſumpſiſſet) oportet inquirere. Et ſiquidem cum exinde aliquid incongrue minuiſſe didiceris, ita age, vt res ipſæ ab eo, cuius intereſt[i], modis omnibus reparentur.

Idem Gregorius Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 5. epiſt. 1. ſeu c. 101.

¶ Quæ monaſterijs ab epiſcopo conferuntur, reuocari non debent. C. III.

QVia Ioannes[a] quōdam deceſſor tuus, dum viueret

---

a Et q plus dedit, maiorem partem habeat. ff. d vſuf. ſed & ſi quis. § interdum ſecundum Lau.

diuidatur inter eccleſiam & heredes defuncti[a]. Sed pone, poſtquam adeptus eſt eccleſiam: nullos ſumptus voluit facere de patrimonio proprio: ſed quidquid emit, emit de patrimonio proprio tantum: & ſolis reditibus eccleſiæ fuit vſus. Videtur quod computandi ſunt illi ſumptus, quos facere conſueuit, vel quos facturus fuiſſet de proprio patrimonio, ac ſi non haberet eccleſiam, vt ff. de peti. heredit. ſed & ſi. §. adeo autem. in fin. Et ſic proprie ponitur hoc verbum compenſatione. Item non debent negligere lucrum eccleſiæ propter lucrum ſuum, vt ī. ead. proxi. Vel intellige quod hic dicit, quando dubium eſt, an de rebus eccleſiæ, an de ſuo patrimonio emerit. nam tunc diuidi deberet ſecundum quantitatē ſui patrimonij, & rerum eccleſiæ[b].

a ¶ Conquiſitio.] ideſt, cōquiſitum, ſic C. commu. ad officium ff. de vſufruct. ſed & ſi quis. §. interdum.

SI QVIS. CASVS. Supra oſtenſum eſt quid iuris ſit de rebus proprijs clericorum, & de rebus eccleſiæ. ſed quia occaſione rerum eccleſiaſticarum clerici in rebus proprijs patiuntur detrimentum, vel econuerſo: ideo dicit Gra. quòd viciſsim debent ſibi reſtituere detrimentum, & ad hoc inducit ſequ. cap.

QVicunque.] CASVS. Docet in hoc ca. concilium Bracharenſe, quòd ſi prælatus res proprias augmentando, aliquod detrimētum vel damnum rebus eccleſiaſticis intulerit: totum debet eccleſiæ reſarcire. Si vero aliquid de rebus proprijs pro vtilitatibus eccleſiaſticis expenderit, vel occaſione eccleſiæ in rebus proprijs paſſus eſt detrimentum: ſi hoc probare poterit, totum ſibi de rebus eccleſiæ reſtituatur. Quæ autem ſequuntur plana ſunt vſque ad quæſtionem.

b ¶ Neglectu.] ideſt, quia negligit res eccleſiæ, augendo ſuas.

c ¶ Laborare.] ideſt, periclitari vel colere.

d ¶ Proprie auxit.] ideſt, in rebus proprijs locupletatus eſt.

e ¶ Aut neglectum.] [c] Hic habes, quod ſi prælatus aliquid negligit acquirere eccleſiæ ſuæ cum poſsit, & maluit ſibi acquirere: quod hoc imputatur ei: & de hoc tenetur ad inſtar tutoris, vt C. arb. tu. quidquid. nec enim præponere debet vtilitatem ſuam vtilitati eccleſiæ, ſicut nec tutor vtilitatem ſuam vtilitati pupilli. ſi. de adm. tut. tutor. §. 1. ff. commo. ſi vt certo. §. commodatum. in fi. & 7. q. 1. præſentium & c. placuit.

f ¶ Pro cuius.] Sic extra de pro. cum procur. cauſa.

T*Eſtamenta vero.*] Hæc q. diuiditur in duas partes. In prima probat per 1. c. quod presbyter vel alius clericus poteſt de rebus proprijs facere teſtamentum. Secunda ibi, *Sed ſi ex ſuo* [illegible] Ian. de Ian.

CASVS. Hic intitulatus, 5. quæſtio. qua quæritur an liceat clericis condere teſtamentum: & certum eſt quòd ſi habēt propria, qui non renuntiauerunt proprijs, de rebus proprijs poſſunt condere teſtamentum, vt ī. c. 1. & 2. minus autem idoneos heredes non poſſunt inſtituere, vt 14. q. 2. ſane. de rebus autem eccleſiæ teſtari non poſſunt, niſi tantum de ſuo eccleſiæ recompenſent, vt intra capit. ſi epiſcopus.

g ¶ Teſtamenta.] nec aliquid dare, nec teſtamentum condere licet de rebus eccleſiæ. ſi tamen conſuetudo habet, poteſt mobilia aliqua dare, vt extra. de teſta. ad hæc. & c. quia.

NVlli dubium.] CASVS. Lucidius epiſcopus conqueſtus eſt Gregor. quòd Conſtantius ſuus anteceſſor reliquit Luminoſæ ancillæ & fratribus ſuis in teſtamento & nomine legati quædam mobilia, quæ ipſe Conſtantius acquiſierat poſt tempus ſuæ ordinationis. Et reſpond. Gregor. quod ſicut res in epiſcopatu acquiſitas alienare non poteſt prælatus: ſic res proprias poteſt relinquere cui vult. Vnde propter hoc eccleſia non debet præiudicium pati, ſi poteſt conſtare res legatas poſt ordinationem acquiſitas. ipſe autem reuerſus Luminoſam illam ſuper his rebus inquietabat. præcipit ergo Gregorius ſibi, quod ſine cauſæ cognitione nihil de his quæ poſsidet Luminoſa, auferre præſumat. Hugo vero ſic caſum breuiter ponit. Conſtantius epiſcopus teſtamētum fecerat: in teſtamento legauerat quædam Luminoſæ, quæ dicebantur fuiſſe eccleſiæ. Luciduſ eius ſucceſſor volebat ea reuocare. ſcribit ergo ei Gregorius vt de hoc cognoſcatur ordine iuris: & ſi conſtiterit illa fuiſſe eccleſiæ, ordine iuris reuocentur. Nam ex quo illa eſt in poſſeſsione, non debet ei auferre ſine iudiciali cognitione. ſed prior verior eſt, & magis videtur litteræ conſonare.

h ¶ Vt ſi hoc.] ideo epiſcopo incumbit probationis[c] onus, quia ille erat in poſſeſsione, vt dixi ſupra ead. quæſtione 1. ſint manifeſtæ.

OBitum.] CASVS. Significatum fuit G. quod Theodorus epiſcopus in obitu ſuo de rebus eccleſiæ teſtamentum condiderat. quare Papa præcepit cuidam vt ſubtiliter inquirat, an de rebus eccleſiæ teſtamentum condiderit: quod ſi inuenerit, omnia de rebus eccleſiæ alijs relicta modis omnibus reſtituantur eccleſiæ.

i ¶ Intereſt.] ſcilicet vt heres vniuerſa reſtituat, vt 16. q. 6. ſi epiſcopum. & 3. c. q. 2. ſi epiſcopus.

QVia Ioannes.] CASVS. Ioannes archiepiſcopus Rauennas quoddam monaſterium conſtruxerat iuxta eccleſiam ſancti Apollinaris in ciuitate Rauennæ: & ſupplicauit Gregor. vt bona quæ illi monaſterio contulerat confirmaret. poſtea in mortis articulo

---

b Eccleſiæ. Pan. in c. vlt. de pec. cler. Clau. verſ. clericus.

1 idem Pan. conſ. 10. li. 2.

2 Ext. de pec. cle. c. presbyter. Bur. l. 3. c. 119. Ivo p. 3. c. 95. Pan. l. 2. c. 51.

[c] Prælatus tenetur acquirere eccleſię ſuæ.

† al. Deodato

3 ī. c. q. 2. res in epiſcopatu. Pol. l. 4. tit. 19.

4 Adde an & quando ſubtilitas ſit approbāda vel non, no. in c. inter corporalia. de trāſ. præla. ff. de ver. ob. ſi ſeruū. §. ſequitur.

c idē Bal. in aut. ex teſto. col. 7. ver. 11. C. de col. fa. q[d] no. Bart. in l. ſi inter. ff de re. dub. & Io. And. in addi. ad Spe. tit. de ac. §. j. ſup. verſ. ſed quid ſi dubitatur. & Mo. legitur in l. cū fundus §. ſeruū. ciuſu ff. ſi cert. pet.

ſæpius à nobis expetiit, vt ea, quæ in monaſterio illo contulerat, quod iuxta eccleſiam ſancti Apollinaris ipſe conſtruxerat, noſtra debuiſſemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc eſſe promiſimus, fraternitatem veſtram neceſſario duximus adhortandam, vt nihil, de his quæ illic contulit; atque conſtituit, aliquo modo patiatur imminui, ſed omnia firma ſtudeat ſtabilitate ſeruari. Huius igitur monaſterij, & collatarum illic rerum quia in teſtamento, quod condidit, feciſſe noſcitur mentionem, ſciendum vobis eſt, non ea nos ideo confirmaſſe, quoniam ſupremam [a] eius ſequimur voluntatem: ſed quia ei hoc (ſicut diximus) viuenti promiſimus. Hæc itaque ſic ſolicitè fraternitas veſtra implere feſtinet: quatenus & quæ in ſupraſcripto monaſterio [b] conſtituit, & à nobis ſunt firmata, ſeruentur, & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per teſtamentum ſuæ decreuit eccleſię, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

a ¶ Ioannes quondam deceſſor euus.] *Hæc uerba non ſunt hoc loco apud B. Gregorium, ſed ex ſuperioribus huc comportata.*

Item ex concilio Hiſpalenſi.

¶ *Sic etiam citant Burchardus, & Iuo. & in Hiſpalenſi primo habentur nonnulla ad hanc rem facientia. Sed integrum caput habetur in concilio Pariſienſi. lib. 3. capt. 14. & in capitularibus libr. 5. cap. 375. refertur inter alia decreta concily Pariſienſis.*

¶ Quæ ante ſuam ordinationem, vel poſt, hereditaria ſucceſsione acquiſiuit epiſcopus, cui vult, derelinquat.

C. IIII.

[1] FIxum ab hinc, & perpetuo manſurum eſſe decreuimus vt epiſcopus res ſui iuris, quas aut ante epiſcopatum, aut certe in epiſcopatu [c] hereditaria ſucceſſione acquiſiuit, ſecundum auctoritatem canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Poſtquam autem epiſcopus factus eſt, quaſcumque res de facultatibus eccleſiæ aut ſuo, aut alterius nomine, qualibet conditione cōparauerit, decreuimus, vt nō in propinquorum ſuorum, ſed in eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniant.

De rebus vero eccleſiaſticis teſtari licet epiſcopo, ſi tantumdem de proprys reſtituat.

Vnde in Agathenſi concilio, cap. 51. ſtatutum eſt. [a]

¶ Quomodo poſſunt eſſe rata, quæ de eccleſiæ proprietate teſtamento legantur.

C. V.

[3] SI epiſcopus condito teſtamento aliquid de eccleſiaſtici iuris proprietate legauerit [d], aliter non valebit, niſi tantumdem [e] de iuris proprij facultate ſuppleuerit.

2 *Sed ſi epiſcopus, vel quibbet ex gradu eccleſiaſtico inteſtatus defunctus fuerit, nec aliqui inuenti fuerint, qui iure cognationis ei ſuccedant: eccleſia ſua ei ſuccedat in integrum: nec liceebit alicui aliquid ex rebus eius præſumere.*

Vnde in Tarraconenſi concilio, c. 12. ſtatutum eſt.

¶ Epiſcopo inteſtato eccleſia ſuccedat in integrum.

C. VI.

SIcubi defunctus fuerit epiſcopus inteſtatus, poſt defunctionem [a] eius à presbyteris, & diaconis de rebus ipſius inuētarium fideliter conſcribatur à minimo vſque ad maximum, ideſt de vtenſilibus, vel de omni ſupellectile: ita tamen, vt ſi quis exinde vel præſumpſiſſe aliquid, vel occulte fuerit tuliſſe conuictus, ſecundum furti tenorem reſtituat vniuerſa.

a ¶ Defunctionem eius.] *Antea legebatur,* hanc diſtinctionem. *Emendatum eſt ex variis conciliorum editionibus & duobus codicibus Vaticanis, quemadmodum & nonnulla alia. In codice autem Lucenſi regio legitur,* poſt depoſitionem.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ De eodem. C. VII.

[4] QVicumque ex gradu eccleſiaſtico ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit, hereditas eius ad eccleſiam, vbi deſeruiuit, deuoluatur [f]. Similiter de ſanctimonialibus [g].

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant capitulum hoc ex concilio Triburienſi. cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Simillima leguntur apud Iulianum anteceſſorem nouella. 131. c. 18.*

CAVSA XIII.

DIœceſani cuiuſdam baptiſmalis eccleſiæ cladibus bellorum preſsi, hoſtili metu compulſi, domicilia ſua tranſtulerunt in aliam diœceſim: prædia ta-

---

ticulo conſtitutus teſtamentum condidit de rebus eccleſiæ: & præcepit in teſtamento, vt quæ præfato monaſterio contulerat, irreuocabiliter apud ipſum remanerent, quo mortuo ſucceſſor eius Marianus volebat omnia reuocare. Sed cum fuiſſet ſignificatum Gregorio, confirmauit ea quæ illi monaſterio fuerant per Ioannem collata: non quòd eius ſequatur vltimam voluntatem: ſed quia promiſerat hoc ſibi viuenti, vnde Gregor. mandat Mariano archiepiſcopo, vt omnia illa firma ſtudeat ſtabilitate ſeruare: ſed omnia illa quæ ratione teſtamenti tunc data, vel facta in damnū eccleſiæ ſuæ, nullam habeant firmitatem.

a ¶ *Supremum.*] Nota, quòd licet ſit magnus fauor vltimæ voluntatis: tamen potius ſequitur hic voluntatem viuentis quam morientis [a]. Item argument. quòd licet aliqua voluntas non valeat tamquam teſtamentum: valet tamē tamquam ſimplex donatio: quod eſt contra l. primam. ff. de iure codic. Sed videtur quòd poſt mortem epiſcopi non poſſit rata haberi donatio facta ab ipſo, quia oportet ſcilicet quòd eo tempore rata habeatur, quo poteſt donatio fieri, vt ff. de acquirenda hereditate. ſi quis alicui. ff de bonorum poſſeſsio. l. tertia. §. acquirere. & l. vltima. ſed ſecus eſt: quia nec mors nec furor, nec petentis pœnitentia impedit ratihabitionem, vt ff. rem ratam hab. bonorum.

b ¶ *Monaſterio.*] Sed nonne canon permittit ei legitimam portionem dare monaſterio ad conſtituendum monaſterium? ſic: ſed non ad dandum. Vel fuit hic vltra legitimam portionem datum. ſupra eodem. queſtio. ſecunda. bonæ. & c. ſi quos.

F*ixum ab hinc.*] CASVS. quæſitum fuit in concilio Hiſpalenſ. cui debeat epiſcopus relinquere res, quas ante epiſcopatum vel poſtea acquiſiuit hereditaria ſucceſsione? Reſpondetur quòd poteſt relinquere cui vult: illa vero quæ de rebus eccleſiæ ſuo nomine vel alterius comparauit, in iura ſuæ eccleſiæ tantum deueniant. Sequens §. cum cap. ſequent. per ſe planus eſt.

c ¶ *In epiſcopatu.*] contra in authentic. de eccleſ. titul. §. interdicimus. coll. vltima. vbi dicitur, Quocunque modo res aliquas acquiſiuit poſt epiſcopatum: niſi iure cognationis ad eum peruenerint, non poteſt eas relinquere alij quam eccleſiæ. ſed illud non tenet.

d ¶ *Si epiſcopus.*] [?] *legauerit.*] Licet enim heres teneatur redimere rem legatam à defuncto, vel dare eius æſtimationem vt inſtit. de leg. §. non ſolum. ſecus tamen eſt cum legatur res eccleſiæ [b], vt extra de teſta. filius.

e ¶ *Niſi tantumdem.*] vt ſupra eadem quæſtio. ſecunda. ſi quis qualibet.

SED SI EPISCOPVS. Hæc eſt ſecunda pars huius q. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra quod epiſcopus vel clericus res proprias poteſt relinquere cui vult. Nunc vero oſtendit Gratian. quòd ſi epiſcopus vel clericus ab inteſtato decedat, nec aliquos habeat conſanguineos, qui ei ſuccedant, ſua eccleſia omnia vendicabit, vt infra capitulo primo. & ſecundo.

S*icubi.*] CASVS. In concilio Tarraconen. ſtatutum fuit, vt ſi epiſcopus deceſſerit ab inteſtato, presbyteri & diacones ipſius eccleſiæ de rebus ipſius faciant inuentarium à minimo vſque ad maximum, ita vt ſi quis aliquid de illis fuerit furatus, & de hoc conuictus, ſecundum tenorem furti reſtitutionem faciat.

Q*uicumque.*] CASVS. Dicitur quòd ſi quis clericus ſine cognatione ab inteſtato deceſſerit, hereditas eius deuoluatur ad eccleſiam.

f ¶ *Deuoluatur.*] Eccleſia enim eſt ei proximus heres, vt extra de pœn. presbyteri [c]. contrarium tamen eſt huic extra, de ſucceſſ. ab inteſtato. capitul. primo. & ſecundo. ſeu illud fuit locale. Vel illud intelligitur ſecundum iſtud.

g ¶ *De ſanctimonialibus.*] Argumen. eſt hic pro ſanctimonialibus Theutoniæ, quòd poſſunt habere propria: quia veſtem religioſam poteſt quis habere in domo propria. vigeſimaſeptima. quæſtione prima. de viduis. ad id facit vigeſimaſeptima, quæſtione prima. ſi quis rapuerit. tamen talium monialium vita condemnatur. decimaoctaua. quæſtio. ſecunda. pernicioſam. Ioan.

D*iœceſani cuiuſdam.*] CASVS. ſupra dictū fuit in 12. cauſa, quòd quidam clerici nō debent habere propria. Sed aliquis quæreret vnde viuere debent: oſten

---

a Hoc ideo, q̄a ipſa vltima volūtas fuit illegitima: alias inhibil eſt q̄d ita dicatur, &c. C. de ſa. ſan. ec. l. 1. ſ. d'm l. qui d'e. q̄d hæc volūtas eſt deābula toria ſicut & circa depoſitū ff. depo. l. 1. §. pe. ſed arg. cōtra. ff d le. 3. ſi qs. in prin. Arc.

1 Burch. l. 1. ca. 214. p. 5. c. 318.

b Vide Bald. & Alex. Im. l. eſt alienā.

a Et i Epaunenſi. c. 17.

3 Burch. l. 1. ca. 212. Iuo p. 5. c. 316.

c Arg. huius decr. presbyteri. & h' e. q̄cūque. dāt q̄dā q̄ ſi ab inteſt. decedit, & h. vxorē, q̄ vxor ſi pfertur eccleſiæ. ſ3. ar. cōtra. C. de epi. & cle. ſi qs presbyter. 3. e. q. 1. ſint manifeſtæ. ſecūdū Lau.

4 Burch. l. 2. ca. 207. Iuo p. 6. c. 282.

oſtendit Gratianus, quod de decimis & oblationibus viuere debent. Sed quia de decimis & oblationibus & ſepulturis ſæpe oritur contentio inter clericos & etiam laicos: ideo G. ſubnectit hanc 13. cauſam in qua oſtendit quid de decimis & oblationibus & ſepulturis ſit obſeruandum. Et vt competentius agat, proponit thema, de quo duas elicit quæſtiones. Eſt ergo caſus thematis talis. Quidam laici hoſtili metu compulſi in aliam diœceſim domicilia tranſtulerant: antiqua tamen prædia ſemper colebant, quorum decimationes per quinquaginta annos ſoluerunt illi eccleſiæ ad quam tranſierunt: & apud eam ſibi ſepulturas elegerunt: elapſis quinquaginta annis clerici quibus quondam ſoluerant, & a quibus tranſierunt, cœperunt mouere quæſtionem.

Q*Vod priori.*] Hæc quæſt. diuiditur in tres partes: in prima quarum probatur quod poſtquam eccleſiæ ſunt limitatæ non debent decimæ ad alios vſus tranſire: nec mutari de parochia. & hoc proſequitur vſque ad §. illum, *His itaque.* &c. Secunda ibi, *His itaque.* Tertia ibi, *Ad hæc.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſt. qua quæritur cui eccleſiæ ſint perſoluendæ decimæ. Et certum eſt, quod decimæ prædiales ſunt perſoluendæ illi eccleſiæ intra cuius terminos prædia ſita reperiuntur, vt 16. quæſt. 1. ſi quis laicus. & cap. de decimis. niſi præſcriptio impediat. Perſonales vero, vt puta de artificio vel negotiatione, ſunt perſoluendæ illi eccleſiæ vbi per totum circulum anni audit diuina, vt decimaſexta, quæſtione prima. queſiit. Et procedit hoc ordine G. primo probat, quod decimæ ſunt perſoluendæ priori eccleſiæ: poſtea probat quod ſunt perſoluendæ illi eccleſiæ ad quā ſe tranſtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & vicisſim ſibi reſpondentes.

† al. acceperunt.

mini antiquæ non deſierunt colere: cœperunt perſoluere decimas illi eccleſiæ in cuius diœceſim tranſierunt: & apud eam ſibi elegerunt ſepulturas. Tranſactis quinquaginta annis clerici, quibus quondam perſoluerant decimas, cœperunt mouere quæſtionem in eos, qui ab iſtis accipiunt † primitias, & decimas: veniunt ad cauſam.

1 Modo primum quæritur ſi illi quorum domicilia ſunt in diœceſi huius baptiſmalis eccleſiæ debeant perſoluere decimas illi eccleſiæ, & celebrare ſuas exequias apud eam eccleſiam, in qua quondam hæc fiebant à parentibus eorum.

2 Secundo, an præſcriptione temporis, ius percipiendi decimas, & funerandi tollatur.

QVAESTIO I.

Q*Vod priori* [a] *eccleſiæ hæc omnia iure perſoluenda ſint, actores his argumentis probare contendunt. Conſtat vnamquamque baptiſmalem eccleſiam habere diœceſim ſibi legitime aſſignatam: ſicut & parochiales eccleſiæ habent parochias ſibi diſtributas.*

Vnde Dionyſius Papa Seuero epiſcopo, epiſt. 2.

¶Singuli ſacerdotes proprias debent habere eccleſias.

C. I.

1 Pol. l. 4. ti. 31 Bur. l. 3. c. 43 Iuo p. 3. c. 47. Anſ. l. 5. c. 7. 3. Pan. l. 2. c. 41.

[1] ECcleſias ſingulas ſingulis presbyteris dedimus: parochias, & cœmeteria eis diuiſimus [b]: & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos [c], aut ius inuadat: ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus, & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat.

In diœceſi autem deſignata quæcumque prædia coluntur, prouentus decimationum baptiſmali eccleſiæ aſſignatus debet ſolui. Quia ergo prædia hæc intra terminos noſtræ diœceſis continentur, & prouentus decimationum nobis legitime aſſignatus, noſtræ eccleſiæ perſoluendus eſt.

2 His ita reſpondetur. Decimæ à Deo conſtitutæ ſunt per Moyſem, vt perſoluerentur à populo filiis Leui pro miniſterio, in quo deſeruiebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filii Leui decimas, niſi ab eis, pro quibus offerebant preces, & ſacrificia. Quia ergo nos ſeruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro illis preces, & ſacrificia, & ipſi debent nobis perſoluere decimas, & primitias [d]. *¶ Item, cum decimæ darentur filiis Leui, non electione offerentis perſoluebantur, vt contempto Leuita, qui ſecum erat, ipſe eligeret, cui vellet decimas dare. Nam dictum eſt. [Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.] Ideo ex ſingulis tribubus ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaquæque tribus illis perſolueret decimas, qui ſecum erant. Nam Moyſes præcepit filiis Iſrael (ſicut legitur in Deuteronomio) [In loco quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo, illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocauſta, & hoſtias. & decimas, ac primitias manuum veſtrarum* [e], *& quidquid præcipuum eſt in muneribus veſtris quæ vouiſtis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro vos, & filii, & filiæ veſtræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in vrbibus veſtris commoratur. Neque enim habet aliam partem, atque poſſeſſionem inter vos.] & infra.*

Num. 18.

Deut. 12.

[¶ Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus [f], *& famula, atque Leuita, qui manet in vrbibus tuis.]*

¶ Quia ergo nos intra muros vrbis iſtorum ſedemus, & eis habitatione iuncti ſumus, rite ab eis decimas accipimus.

Item ait propheta [Producens fœnum [g]

" Decimæ cui eccleſiæ ſunt dandæ.

a ¶ *Quòd priori.*] hic ponit primam quæſt. " an decimæ ſint dandæ illi eccleſiæ, a qua ſe transferunt: vel ad quam ſe tranſtulerunt. Diſtingue ergo aut decimæ ſunt prædiales, aut perſonales. Si prædiales ſemper dandæ ſunt illi eccleſiæ vbi prædia ſunt ſita, vt decimaſexta, quæſtione prima. ſi quis laicus. Si perſonales ſunt quæ proueniunt ex artificio vel negotiatione: tunc ſunt dandæ illi eccleſiæ vbi recipiunt ſacramenta, vt decimaſexta, quæſtione prima. queſiio. ſicut illi ciuitati eſt tributum ſoluendum vbi agri ſunt, vt ff. de cen. forma [a]. Et hæc diſtinctio probatur extra de deci. ad Apoſtolicæ. tamen prædiales decimæ dantur ſecundum conſuetudinem loci. extra de dec. cum ſint homines. & hæc vera ſunt circa veteres decimas. & dicendum eſt circa nouas, vt ſemper dandæ ſint illi eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt prædia: ſed ſi parochia non eſt limitata, in arbitrio eſt epiſcopi cui eccleſiæ dentur nouarum decimæ, vt extr. c. quoniam. Item in dubio eccleſiis matricibus potius quam capellis dabuntur decimæ, vt extr. c. nuntios. in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur vbi audiuntur frequentius diuina, vt extra eo. ad Apoſtolicæ.

a §. ſi vero qs. ff de cu. bo. bā l. 2. §. 1. 2. bo. C de mul. in quo loc. mu. ſex. co gr. l. vna. in ſi. lib. x. in aut. de ce. ti. §. ad hoc. A.

E*Ccleſias.*] CASVS. Seuerus conſulit Dionyſ. quid tenendum ſit de diuiſione parochiarum; & Dionyſ. reſcribit ei dicens, quod ipſe diuiſit parochias & cœmeteria eccleſiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos vel ius inuadat: ſed vnuſquiſque plebem ſibi commiſſam intra terminos ſuos ita cuſtodiat, vt pro ſuis actibus gloriam a Domino percipiat.

b ¶ *Diuiſimus.*] iſte Dionyſ. diuiſit vel diſtinxit terminos eccleſiarum, ſed non terminos epiſcopatuum, quia in gentilitate fuerunt diſtincti, vt 80. diſt. c. 1. ſimiliter termini prouinciarum ſunt diſtincti ante tempus Chriſti, vt 99 diſt. c. 1.

c ¶ *Terminos.*] propter hoc inducitur ea.

IN DIOECESI. CASVS. Concludunt actores ex ſupradicto ca. quod decimæ illi eccleſiæ ſunt perſoluendæ intra cuius terminos reperiuntur prædia, de quibus decimæ debent perſolui: & ideo concludunt decimas illorum prædiorum, de quibus contentio vertitur, ſuæ eccleſiæ eſſe perſoluendas: cum intra terminos eiuſdem prædia ipſa colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis in qua probat contra, ſcilicet quòd ibi debent dare decimas vbi percipiunt baptiſma. Ioann. de Fan.

CASVS. Nunc rei reſpondent allegationibus ſupradictis oſtendentes decimas iſtas non actoribus, ſed ſibi tantum ſoluendas, cum ipſi eis ſpiritualia quotidie miniſtrēt, & hoc probant 16. auctoritatib. quas legendo litteram per te videbis, ſi diligenter inſpexeris, & quæ tacis ſunt faciles.

d ¶ *Et primitias.*] primitiæ ergo dandæ ſunt ſicut & decimæ. 16. quæſtio. 1. reuertimini. Quantitas primitiarum non eſt determinata, ſed qui plus dabat, quadrageſimam dabat partem: qui minus, ſexageſimam. & ſic licitum erat dare inter lx. & xl. quantum quiſque volebat. hoc erat in aridis & liquidis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, vt ait Hierony. ſuper Ezechielem. & extra de deci. cap. 1.

" Primitiæ vt decimæ ſoluendæ ſunt.

c ¶ *Manuum veſtrarum.*] " Arg. quòd non excuſantur monachi, qui propriis manibus colunt agros, quin teneantur dare decimas: cum illud ſit præceptum Domini. ſed illi legiſlatori nemo poteſt contradicere, vt 27. q. 2. ſunt qui dicunt nec licet diſpenſare cōtra præceptum Domini, vel Apoſtoli 25. q. 1. ſunt quidam. De hoc dicemus. 16. q. 1. decimas. & c. reuertimini.

" Monachi an teneantur ad decimas.

f ¶ *Seruus.*] videtur hic quòd laici cum clericis debeant vti decimis. & ſic eſt contra 16. quæſt. 7. cap. 1. " Sed prout Hiero. teſtatur, in veteri teſtamento quatuor modis dabantur decimæ. Primo de omnibus bonis, quæ habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de reſiduis nouem portionibus ſumebant decimam, & de hac ter in anno, cum aſcendebant in templum, paſcebant ſe & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de reſiduis portionibus ſumebant decimam, & reſeruabant ad vſus pauperum & pupillorum. Item decimabant reſiduas partes, & ipſam deferebant in templum. de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima. nam de illa decima quam populus offerebat Leuitis, ſumebant Leuitæ partem decimam, & offerebāt eam ſummo ſacerdoti: & inde fiebant panes propoſitionis [b] Hodie nec vna bene datur, & ideo fame & penuria & aliis pœnis maledicti ſumus. 16. q. 1. reuertimini.

" Decimæ olim dabantur quatuor modis.

b Hæc dicebatur decima decimæ. hæc ſignificabat carnē Chriſti, quæ in ſacrificiū eſt oblata: ſicut illa offerebatur in illis panibus propoſitionis, qui fiebant ex illa ſecunda. Hug.

g ¶ *Fœnum.*] id eſt, temporalia.

iumentis, & herbam ſeruituti hominum.] Fœnum, & herba ex terra producitur: ſed quibus? iumentis erogantibus eam, id eſt hominibus colentibus eam †, & in hoc ſeruientibus [a] *ipſi. Item Apoſtolus* [b] *[Communicet autem is, qui cathechizatur* [c] *verbo, qui ſe cathechizat, in omnibus bonis.] Hoc Galathis. Corinthiis autem probat ſpecialiter ſibi deberi ſumptus, qui eis ſpiritualia miniſtrauit, dicens. [Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus* [d] *?] Item [Si alij poteſtatis* [e] *veſtræ participes ſunt, quare non potius nos?] Item [Quis plantat vineam: & de fructu eius non edit?] Nos plantauimus vineam, & vos vultis fructus eius edere? Item præcepit Dominus per Moyſem, vt nemo mittat falcem in alienam meſſem. Hæc meſſis noſtra eſt, & vos vultis falcem in eam mittere? Item, [Non alligabis os bovi trituranti.] Nos ſumus boues triturantes: vos vultis alligare os noſtrum, & de noſtra tritura victum vobis quæritis? Item Apoſtolus [Qui altario ſeruiunt, de altario viuant.] Sed numquid de eo, cui non ſeruiunt? Item [Qui in ſacrario operantur, cum ſacrario participant.] Sed numquid cum illo, in quo non operantur? Nos ſeruimus altario: vos ei participare vultis? nos vero vacuos, & inanes dimittere quæritis? Item Apoſtolus. [Laborantem agricolam oportet primum accipere de fructibus ſuis:] vos autem econtra quæritis? Nos ſumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus noſtris? immo non primum: quia nec vltimum* [f] *nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis: & totum vſurpare contenditis: vt pro vobis videatur dictum, fruſtatim lupus comedit agnum. Item. [Quis militat ſtipendiis ſuis vnquam? quis paſcit* [g] *gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & vos ſtipendia noſtra militiæ vobis quæritis. Nos gregem paſcimus: & vos lac eius, & lanam accipere vobis vultis. Sapere* [h] *eſt, de alieno labore victum quærere, ſi ſapere eſt, velle quod non poſſis. [In quamcumque domum intraueritis, in eadem manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt. Cum autem intraueritis, primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingreſſi ſumus, & ei pacem obtulimus: vos autem quaſi otioſi alieno cibo paſci gaudetis? videte, ne in vos vertatur illud [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.*

¶ Item propheta. Sumite pſalmum [i]*, & date tympanum] Illi à nobis ſumunt pſalmum, & vos ab eis quæritis tympanum* [k]*.*

¶ Item Leo quartus. [De decimis [l] *non tantum nobis, ſed etiam maioribus noſtris iuſto ordine viſum eſt plebibus tantum, vbi ſacroſancta baptiſmata dantur, debere dari.]*

¶ Quibus autem plebibus debentur: illis, à quibus baptiſma accipiunt, an aliis? Nos eos baptizamus, & vos ab eis decimas ſumitis? Honeſta iſta interpretatio eſt: vtinam inueniatis, qui ſic pro vobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populum hunc, imbrem doctrinæ ei miniſtrantes, quia colimus eum vomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes, ſi non vultis ſinere [m]*, vel †* [n] *patiamini* [o] *nobis eum fructificare, & qualia vobis fieri non vultis, nobis inferre cauete:* [p] *ne ſi pergitis dicere, quæ vultis, audiatis* [p]*, quæ non vultis.*

3 ¶ Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contenditis: ita, vt ſi fides verbis adhiberetur, non verba pro rebus, ſed res pro verbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi verba [q] *dediſtis, verba recipietis. Arguitis nos quòd ea, quæ vobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti* [r] *quidem, & philoſophico ore prolata ſententia: ſuum perſequi, eſtne aliena rapere? Vnde ad vos hæc ſententia manauit: niſi quia tanto ardore noſtra concupiſcitis, vt veſtra putetis vobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde, cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis,* [4] *ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptum ex faucibus. Sed videte, damnum effuſi vnguenti vobis recompenſare* [s] *quæratis. Conſtituiſtis vos plantatores vinearum, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia vobis aſſumpſiſtis: & debita vobis obſequia à nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus, quod veſtrum eſt. Boui trituranti paleæ, & tegumenta ſeruantur: Sint hæc vobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores* [t] *vinearum, foſſores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearum, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta* [v] *mercede veſtri operis in quotidianis oblationibus, & aliis obſequiis, quæ pro ſpiritualibus, quæ à vobis accipiunt, quotidie deferunt, prouenientes fructus decimationum, & primitiarum nobis relinquite.*

¶ Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, vt comederent, & biberent ea, quæ apud auditores ſuos erant, ſed non iuſſit eis, vt dominos de domibus ſuis eiicerent, & rebus ſuis ſpoliarent. Non facile inuenitur, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. Mus in pera, ignis in ſinu [x]*, ſerpens in gremio male ſuos remunerant hoſpites. Vnde in prouerbiis dicitur* [5] *Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit, percutietur ab eo. Tales inuenimini vobis* [y] *hoſpites, quales nobis eſſe vultis. Non ſufficit vobis edere & bibere quæ in domo noſtra ſunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis, ex quibus victum & veſtitum habeatis: quibus cum Apoſtolo deberetis eſſe contenti: ſed non vultis, quia imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem vniuerſaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro vobis inducta ſunt, ſiue de laborante agricola, ſiue de eo, qui ſuis ſtipendiis non militat, ad hunc articulum deferimus, vt fructum veſtri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obſequiis iſtorum recipiatis: decimationes vero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: ne dum quæritis vſurpare quod veſtrum non eſt, iuſta animaduerſione etiam illud cogamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur competere. Quòd autem hæ decimationes nullo iure vobis debeantur, facile probamus. Dicitur enim in quodam concilio [*[6] *Si quis Laicus* [z]*, vel clericus, ſiue vtriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loco, &c.] ſicut in eodem capitulo*

legitur. & extra de ſi no. quia in fin.

Pſal. 103. a ¶ *Seruientibus.*] id eſt, prædicatorib. ſeruientibus eis.

b ¶ *Item Apoſtolus.*] ad Galatas. 6.

† al. eum

c ¶ *Qui cathechizatur.*] id eſt inſtruitur.

d ¶ *Metamus.*] quaſi dicat, non. 1. quæſt. 1. noſti.

Gal. 6. 1. Co. 9.

e ¶ *Poteſtatis.*] ſed ſi ita poteſtatiue vtuntur alij veſtris ſicut voſipſi, cur non magis etiam nos qui intendimus ſaluti veſtræ?

ibidem

f ¶ *Nec vltimum.*] quandoque tamen dicitur primus non reſpectu vltimi, vt extr. de ver. ſig. Ioſeph.

Deut. 25.

g ¶ *Paſcit.*] [a] Argum. bonum quòd ibi dandæ ſunt decimæ de grege, vbi grex paſtus eſt, & vbi concepit, non vbi moratur. nam & boues dicuntur eſſe de illo fundo vbi laborant, non vbi morantur, vt ff. de fund. inſtruct. l. cum quidam. nam ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cum vſus tantum prædij conſiſtit in paſtu pecoris, vt ff. de ſeru. ruſti. præd. pecoris. & quòd ſit de foro illius vbi grex ſuus paſcitur, probatur: quia ibi poteſt conſtituere tugurium vel officinam, vt ff. de ſerui. ruſtic. prædior. veluti. ſed ratione tugurij vel officinæ fit quis de foro alterius, vt ff. de iud. hæres. §. ſecundo. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabuntur decimæ vbi grex parturit, & vbi fœtus paſcitur. præterea coloni non dant decimas [a], vbi laborant dominis ſuis, ſed vbi recipiunt ſacramenta, vt decimaſexta, quæſtio. prima. quæſiti.

[a] Decimæ pecorum vbi ſunt dandæ. Deut. 25. 1. Cor. 9. ſed paulo aliter. 2. Tim. 2. 1. Cor. 9. Terentius. Luc. 10. al. perſonales

h ¶ *Sapere.*] Ironice loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt velle illud quod non potes: ſcilicet de alieno viuere.

2 Terentius. Pſal. 80.

i ¶ *Pſalmum.*] id eſt, ſpiritualia.

k ¶ *Tympanum.*] id eſt, temporalia.

l ¶ *De decimis.*] infra decimaſexta, quæſtione prima. de decimis.

a 16. q. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quod iſtud capitu. ſophiſtice inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantum, hic autem agitur de prædialibus. & idem hic tenet Io. de Fan. Arch.

† al. ſaltem patimini. Tob. 4. Matth. 7.

m ¶ *Sinere.*] ſponte.

n ¶ *Vel.*] id eſt, ſaltem.

o ¶ *Patiamini.*] ſcilicet co. ſtc.

p ¶ *Audiatis.*] verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult. — 3 Terent.

AD HÆC CALLIDA. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit. Ioann. de Fan.

CASVS. Hic reſpondent actores ſupradictis allegationibus, rationes pro ſe multiplices inducendo, & in ſumma concludunt, quòd oblationes quotidianæ debent perſolui illi eccleſiæ vbi quotidiana officia percipiuntur: decimæ vero prædiorum priori eccleſiæ perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt c. decimaſexta, quæſtio. prima. cap. ſi quis laicus. — 4 Terent.

q ¶ *Verba.*] Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus.

r ¶ *Sapienti.*] ironice loquitur.

s ¶ *Recompenſare.*] hoc eſt dicere, videte ne ita contriſtemini de illa amiſsione, quòd propter hæc de teriora committatis, ſcilicet ſuſpēdatis vos, ſicut fecit Iudas [a] qui ita triſtabatur de effuſione vnguenti, de quo propoſuerat decimam partem furari: ſicut de aliis rebus conſueuerat: vnde vt recompenſaret illud damnum, vendidit dominum pro xxx. quæ ſunt decima pars trecentorum. tanti enim potuiſſet vendi vnguentum. & ad ſimilitudinem Iudæ camerarij ſemper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis ſuis [b].

[a] Iudas quare ſe ſuſpendit.

5 extr. de Iudæ. c. etſi. citatur hoc tāquam vulgare prouerbium, ſerpens in gremio. 1. Tim. 6.

[b] Ad idē legi. & no. t. 1. q. 1. Chriſtus. Arc.

t ¶ *Paſtinatores.*] paſtinare idem eſt quod colere. ſic ponitur. ff. quod vi aut clam. lege, ſemper. §. primo.

v ¶ *Recepta.*] id eſt ſi deberetis recipere aliquid, deberetis tantum mercedem recipere, vnde non confiterentur, quòd aliquid recipere deberent. extra de teſtibus. ex tenore.

x ¶ *In ſinu.*] hæc verba habes extra de Iudæ. & ſi Iudæos.

y ¶ *Vobis.*] ſic vigeſimaquinta, quæſtione ſecunda. ſic decet. ſimile 11. quæſt. 3. priui-

6 16. qu. 1. ſi quis laicus.

z ¶ *Laicus.*] vt 16. q. 1. ſi quis laicus.

AD hæc. *Decimationes.*] Hæc quæſtio diuiditur in 12. partes. In prima quæritur vtrum præſcriptione tollantur decimæ, & probat, quod ſic, per cap. ſeq. Secunda ibi, *Nunc autem.* Tertia ibi, *Vſquequaque.* Quarta ibi, *Quòd de libero.* Quinta ibi, *Quia ergo.* Sexta ibi, *Oblationes.* Septima ibi, *Item quæritur.* Octaua ibi, *Quibus peccata.* Nona ibi, *De obſeruatione.* Decima ibi, *Lugere.* Vndecima ibi, *De mortuis.* Duodecima ibi, *De his autem.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio. qua quæritur, an præſcriptione temporis jus percipiendi decimas, & ius funerandi tollatur, & reſpondet quòd ſic quadragenaria præſcriptione, vt j. 16. quæſt. 4. volumus. olim tamen præſcriptio currebat tricennalis, vt j. c. 1. & continet hæc quæſt. duos articulos. Primus eſt circa ius decimandi, vt in hoc §. Secundus circa ius funerandi, vt ſ. e §. quomodo. Reſpondent ergo rei in hoc primo articulo, quòd licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ: tamen à ſua actione excluditur prior eccleſia tricennaria vel quadragenaria præſcriptione. & ad hoc inducit ſequen. cap. *Ad hæc*, id eſt, contra hæc, vel præter hæc.

1 Adde quod hæc dictio, ad hæc, aduerbialiter & cõtinuatiuè ponitur. idẽ in l. 1. §. ad hæc C. de ann. exce.

in cauſa monachorum notata inueniuntur. Si ergo laicus, vel clericus, vel quælibet perſona, loca ſua proprietatis vendens, aut donans prouentum decimationum ab eccleſia, cui legitime aſſignatus eſt, nullo modo poteſt abſtrahere, nec iſti de diœceſi ad diœceſim tranſeuntes, decimas ſuorum prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parochiæ continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poſſeſſorem de diœceſi ad diœceſim tranſire, quod poſſeſſionem de diœceſano ad diœceſanum transferre.

QVAESTIO II.

AD hæc [1]. *Decimationes iſtæ, niſi iure vobis debeantur, vt aſſeritis* [a], *tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis ſilentium imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſarum domorum) vel centenaria, ſicut prædia ſanctæ Romanæ eccleſiæ.*

Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 26. 2.

a ¶ *Vt aſſeritis.*] hic de vna exceptione tranſitur ad aliam. ſi quis enim ſuccubuerit in vna exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam tranſire poteſt, vt extra de præſcript. auditis. ff. de excep. nemo. ſimiliter de vna actione poteſt tranſire ad contrariam qui in vna ſuccubuit, vt extra de iud. examinata. & C. de inoff. teſta. contra maiores. & ff. de euic. minor. Sed quid ſi iurauit, quòd omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, quod poſsit vnam poſt aliam proponere, vt extra de exce. paſtoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem propoſuit, ſi poſtmodum eum in illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt inſt. de excu. tu. §. qui autem. Ad hoc dico, quod ſi alicui competerent plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra præfixum terminum non proponit omnes exceptiones. ſi in vna ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligitur inſt. de excu. tu. §. qui autem. & extra de excep. paſtoralis. ſi autem ſunt contrariæ, vt ſi primo dixit ſe exemptum, tunc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tempus præfixum poteſt aliam proponere, vt C. inof. teſt. l. contra maiores. " Sed in actionibus ita eſt dicendum, quod ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam, ſi in alia ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam [a], vt ff. de trib. quòd in hæredem. §. eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi vincatur, poteſt adhuc alia exceptione vti. niſi in caſibus à iure expreſsis, vt ff. de reg. iur. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, velit & dicere ſe ſoluiſſe, non audietur, vt C. de non nu. pe. in auth. contra qui. & ita non eſt inconueniens, ſi de vna exceptione tranſit ad contrariam. ſic 24. q. 1. quiſquis. extr. de teſtib. ex tenore. ſic extra de excep. cum venerabilis.

" Actiones plures hñs, an vna electa perdat alias.

a A de an hoc ſit indiſtincte verũ ✝ Cy il edita & ibi & Bal C de ed

b ¶ *Tricennalis.*] hic tacite annectit ſecundam " quæſt. ſcilicet an ius decimarum, vel etiam ius funerandi poſsit præſcribi. Et eſt expeditum, quòd ius, ideſt, libertas non dandi [b] decimas à clerico nonnunc eccleſiæ ſuæ poteſt præſcribi, vt contra epiſcopum, vt ext. de præſc. de quarta. Item vna eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiam alterius eccleſiæ, vt extra de præſcr. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundum leges, vt C. de reli. monumentorum. ſimiliter alia ſacramenta eccleſiaſtica præſcribuntur, vt extra de reli. do. conſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum non continue dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſunt, cum non continuo poſsideantur, vt ff. de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum non ſit continua, tamen ius percipiendi eſt continuum. Vel aliter, licet perceptio non ſit continua: tamen cauſa percipiendi (ſcilicet præceptum Domini, quod perpetuum & continuum eſt) perpetua eſt & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionem, & quod cauſa ſit perpetua & naturalis, vt ff. de ſeru. vrban. prædio. foramen. ibi enim dicitur, ſi cauſam à cælo habet, continuum dicitur.

" Decimæ an poſſint præſcribi.

b De hoc eſt not. 10. q. 1. quia in glo.

F*Acultates.*] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſsiones aliarum eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorum epiſcoporum xxx. annis poſſederunt. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrum ſint tuti, vel ſecuri tanti temporis præſcriptione. Et reſp. quòd ſic, quia principum ita emanauit auctoritas, vt poſt xxx. annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare.

¶ Quæ triginta annis ab epiſcopis poſsidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

2 FAcultates [c] eccleſiæ, necnon & diœceſes, ſi quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicent, quod [d] tricennalis lex cõcluſit: quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare [f], quod legum tempus excluſit.

2 16. q. 3. c. §. illud etiã. Anſ l. 5. c. 19. Burch l. 3. c. 149. Pan. l. 2. c. 65.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis ſilentium imponitis, eiuſdem auctoritate veſtra ora claudimus. Ait enim idem Gelaſius [[3] *Nulla* [g] *præſumptione ſtatum Parochiarum, &c.*] *Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt, patet, quòd nec vobis patrocinabitur. vt ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime aſſignatas vindicabili* [h] *vſurpatione vobis vendicetis. ¶ Quomodo autem diſtinguenda ſint hæ auctoritates, in cauſa monachorum* [4] *inuenietur.*

3 16. q. 3. licet in regulis.

4 16. q. 4.

2 Nunc autem [i] *quæritur de iure funerandi: quæ harum eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, cõiugati in vno ſepulchro videntur eſſe ponẽdi.*

Concluſit, id eſt acquiſiuit. *Excluſit*, illas poſſeſsiones ab epiſcopis quorum erant.

c ¶ *Facultates.*] ſic conſtrue, facultates eccleſiæ, quæ ab aliquibus epiſcopis poſsidentur, ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi vendicent, id eſt defendant.

d ¶ *Quod.*] id eſt, quia tricennalis lex concluſit, ideſt, acquiſiuit illas poſſeſsiones eis. Vel pone caſum, quòd ille epiſcopus qui præſcripſerat res alterius, cecidit à poſſeſsione illarum rerum: tunc enim licite poſſet eas vendicare à poſſeſſore, vt decimaſexta, quæſtione tertia. §. poteſt.

e ¶ *Xxx.*] cum eccleſia præſcribit contra priuatum [e]. ſed ſi eccleſia præſcribit contra eccleſiam, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur 40. anni. vt decimaſexta, quæſtione tertia. §. poteſt. in fine.

e Ar. ad hoc ext. de pſcr. illud. vbi de hoc. Arc.

f ¶ *Appellare.*] id eſt, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. ſupradictum videbatur imponi ſilentium actoribus: & ideo actores eccleſiæ nituntur claudere os reis eiuſdem Gelaſij auctoritate, quæ eſt 16. q. 3. licet in regulis. vbi dicitur, quod ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli non poteſt: & ideo decimationes priori eccleſiæ aſsignatas nullus ſibi debet vſurpare.

g ¶ *Nulla.*] j. 16. q. 3. licet in regulis.

h ¶ *Vindicabili.*] ideſt, iniuſta. Ioan. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorum capitul. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionem infra decimaſexta, quæſtione tertia. Poſtea autem annectit ſecundum articulum huius quæſtio. ſcilicet, vtrum ius funerandi præſcriptione tollatur. & certum eſt, quod ſic, cum quadragenaria præſcriptione omne ius omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondentes. Probant ergo actores, quod ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere: quia vxores & filij in ſepulchro virorum & parentum ſunt collocandi: quod probat 9. auctoritatibus & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per c. Hierony. (ſuperficialiter tamen) quòd omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioan. de Fan.

i ¶ *Nunc autem.*] hic explicatur alter articulus primæ quæſtionis, ſcilicet, vbi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur variè iura. Hug. dicit quòd quiſlibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de ſepul. in noſtro. niſi in tribus caſibus. ſi velit tranſire ad epiſcopalem eccleſiam, vt j. e. vbicumque. vel ſi elegit ſepulturam in loco magis religioſo, vt extr. de ſepul. fraternitatem. vel ſi velit ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum, vt j. ea. placuit. " Ego credo, quòd libere poteſt quis eligere ſepulturam vbicumque voluerit [d], vt extra eod. titu. cum liberum ſit. dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſiæ, vt eod. titu. nos inſtituta. etiam apud locum minus religioſum, vt extr. c. in noſtra. & omnia contraria intelligas, quando eſt illectus, vel quando ex contemptu vel temeritate deſerit ſuam eccleſiam, vel quando legitimam portionem non vult relinquere eccleſiæ priori, parentes tamen non poſſunt filiis intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo, vt extra de ſepul. de vxore. & extra eod. titu. in noſtra. in fin. ſi quis autem in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogentur. cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, vt ex. c. fraternitatem. in fi. & ext. eo. c. 1. & 2.

" Sepulturæ electio vnicuique libera eſt.

d Dũmodo hoc ñ faciat ex odio, vel temeritate. j. e. placuit. ſecundum L. & B.

E*rga.*] CASVS. Dicit in hoc c. Hie. vxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris virorum ſuorum: & hoc probat exemplo quinque virorum, ſcilicet Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq. duo ca. patent

parent per ſe.

a ¶ *In ſpelunca duplici.*] id eſt, quia duo receptacula habuit. in vno recipiebantur maſculi, in alio feminæ.

b ¶ *Præter.*] hæc dictio, præter, hic ponitur incluſiue[a] ſic 35. q. 5. ff. de pig. act. l. 2. in fin.

Ait enim.[1]

¶ In ſepulchro parentum ſuorum, filij ſunt collocandi. C. II.

EBron dicitur eſſe ciuitas quattuor[a] virorum, quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca[a] duplici cum tribus vxoribus ſuis, id eſt, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia, præter[b] ipſum Adã & Euam vxorem ſuam. Tobia dicit ad filium ſuum. [Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum in ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum, ſepelias eam iuxta me in vno ſepulchro. *ibidem.* ¶[3] Quos coniunxit[c] vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt, & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

a ¶ Quattuor] *Sic emendatum eſt cum antea legeretur tecum. Sic enim legitur apud* [illegible] *in quæſtionibus hebra* [illegible] *Gen* [illegible] *hebraicis,* [illegible] *dictio hebraica ſignificat quattuor: & quattuor Patriarchæ hic numerantur quorum* [illegible]*: Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam cum vxoribus ſuis.*

Item Auguſtinus.[4]

C. III.

3[f] VNaquæque mulier ſequatur[d] virum ſuum ſiue in vita, ſiue in morte[e]. *Itẽ Gregorius.* ¶[6] Soror beati Benedicti ſepulta eſt in ſupulchro quod ipſe ſibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora ſepultura non separaret.

§ *In plerique ſequentibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, nec ipſa prorſus auctorum verba deſignantur.*

Item Ioſeph moriens in Aegypto rogauit fratres ſuos, vt tempore viſitationis[f] *ſua oſſa ſua ſecum deferrent, & in ſepulchro patrum ſuorum ea collocarent. ¶ Item. Dictum eſt prophetæ*[g]*, qui contra præceptum Domini comederat in Bethel [Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.] ¶ Item. De nonnullis legitur in libro Regum [obiit, & appoſitus eſt ad patres ſuos] hoc eſt in ſepulchro patrum ſuorum. ¶*[7] *Item. in nouo*[h] *teſtamento beatus Philippus legitur ædificaſſe ſibi ſepulchrum in quo ipſe, & filiæ eius quieuerunt.*

¶[8] *Item. Beatus Seuerus Rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit, in quo ſe, & vxorem, & filiam ſuam condit. ¶ Hic omnibus exemplis colligitur, quòd in ſepulchris parentum corpora filiorum collocanda ſunt. Quia ergo parentes iſtorũ apud priores eccleſias ſepulti ſunt, & hi apud eaſdem debent tumulari. ¶ Econtra*[i]*, Adam, vt aſſeritis, in ciuitate Arbee*[k] *tumulatus eſt. Sed numquid omnes filij eius ſepulti ſunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facile poſſet includi. ¶ Item Abraham ibi ſepultus eſt. Sed numquid Iſmael, & Madan, & alij quos de Cethura*[l] *genuit, ibi ſepulti ſunt? ¶ Item Iſaac ibi ſepultus eſt. Sed numquid Eſau cum eo tumulatus eſt? ¶ Item Iacob ibi collocatus eſt. Sed numquid aliquis filiorum eius præter Ioſeph ibi ſepultus eſt? Rachel*[m] *quoque non in Ebron, ſed iuxta Bethleem † tumulata legitur. Exemplo igitur iſtorum liquet, quòd liberum eſt filiis ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum, & liberum eſt eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitium inuenire. Non ergo hoc exemplo iſti coguntur ſepeliri in ſepulchris patrũ ſuorum. ¶ Item, quæ legibus definita ſunt, mutare non licet. Quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium*[n] *ſequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitum eſt, quibus decimæ ſint perſoluendæ, & ideo decimas mutare non licet. Vbi autem quiſque tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt, & ideo in voluntate tumulandi conſiſtit.*

Vnde beatus Gregorius ait.[9]

¶ Vltima voluntas defuncti ſeruari debet. C. IIII.

VLtima[o] voluntas defuncti modis omnibus conſeruari debet.

[9] *Sententia huius capituli habetur lib. 3. epiſt. 9. in verbis quæ referuntur. j. 16. q. 1. admonere. itemque lib. 9. ep. 20.* Neceſſe eſt inquit, vt ſi impletum hoc fuerit, defuncti diſpoſitio conſeruetur. *Sic enim in manuſcriptis: licet in vulgatis ſit.* depoſitio conſeruetur.

4 *Quod de libero, & non de ſeruo intelligendum eſt. Seruus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio epiſcopo.

¶ Seruus teſtamentum facere non poteſt. C. V.

[10] ILlud etiam ſynceritatẽ tuam volumus non latere, ad nos fuiſſe perlatum, quòd Ampliatus

c ¶ *Quos coniunxit.*] largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quam in Euangelio Matthæi intelligatur. & eſt ſi. 28. qu. 1. ido. olatria.

VNaquæque.] hæc eſt 3. pars quæſt. in qua probat, quod omnes non poſſunt ſimul ſepeliri. Ioan. de Fant.

d ¶ *Sequatur.*] " Numquid ergo tenetur ſequi virum vagantem? Videtur quòd non, vt 34. qu. 1. ſi quis. ſic nec libertus tenetur ſequi patronum vagantem vt ff. de op. libr. quod niſi. ar. ff. de proc. ſed & hæ. §. non ſolum. ff. de an. leg. l. Mæuia. §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur ſequi leproſum. extra de coniu. lepro. c. 2. & 3. Credo, quod ſi ſciret eum eſſe hiſtrionem, tenetur eum ſequi, alias non. H. tamen dicit, quod ſemper debet ipſum ſequi, & dicit quod illud ca. ſi quis. eſt abrogatum. ſimiliter dicit, quod debet ipſum ſequi etiam ſi mittatur in carcerem, vel ſi cogatur ire in exercitum. Sed eadem ratione debet ipſum ſequi quoties dominus petit a viro qui eſt ſeruus, vt ſeruiat ſibi. lex tamen dicit quod poſtquam liberta nupſit voluntate patroni, quod amodo non debet ſeruire patrono, propter ſuſpicionem: ſed patronæ ſuæ poteſt honeſte ſeruire, vt ff. de op. lib. ſicut.

e ¶ *In morte.*] hoc eſt conſilium, vt ext. e. tit. de vxore." Quærit H. pone, quod mulier plures viros habuit: quem illorum debeat ſequi in ſepultura ſibi eligenda ſecundum Ioan. non eſt quæſtio, quia poteſt eligere ſepulturam vbi voluerit. H. dicit,[b] quod tenetur vltimum ſequi: ſicut vltima eccleſia ſuccedit clerico. 18. q. 1. capit. vno. ſicut vltimum virum ſequitur in domicilio & honore. ff. ad mun. filij. §. 1.

SOROR. CASVS. Probat G. in hoc ca. quod omnes de eadem parentela, & coniugati omnes ſunt in eodem ſepulchro ponendi, & hoc probat exemplis v. & auctoritatibus.

f ¶ *Viſitat.* [illegible]] id eſt, cum Deus eos viſitaret, & educeret eos de terra Ægypti. id eſt, Ægyptiaca ſeruitute." & hoc petit, quia ignominioſum erat tunc, quod aliquis non ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorum, vt ſtatim ſequitur. " vel quia in ſpiritu viderat, quia dominus reſurgere deberet ibi, & præuiderat multos reſurrecturos ibi cum illo, & ipſe forte erat vnus ex illis.

g ¶ *Prophetæ.*] Abdo. ſcilicet hanc hiſtoriam habes. 1. quæſt. 1. ſi quis a quo.

h ¶ *In nouo teſtamento.*] id eſt, tempore noui teſtamenti. non fuit iſte Philippus Apoſtolus, ſed vnus de ſeptem diaconibus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludunt auctores ex ſupradictis x. auctoritatibus vel exemplis, quòd iſti parochiani, qui ſuperſunt, apud eccleſiam ſuam cum parentibus ſunt tumulandi, quia parentes apud illam ſepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nunc reſpondẽt rei, quòd vxores vel filij non coguntur virorum ſuorum vel parentum ſepulturas ſequi: ſed vbicunque voluerint, ſuo corpori ſepulturam poſſunt quærere pro locorum & temporum opportunitate, hoc probant tribus exemplis vna ratione, & vna auctoritate. Et omnia plana ſunt vſque ad §. *quod de libero.*

i ¶ *Econtra.*] reſponſio defenſorum.

k ¶ *Arbee.*] id eſt, Ebron.

l ¶ *De Cethura.*] quæ etiam Agar dicitur.

m ¶ *Rachel.*] vxor. Iacob.

n ¶ *Arbitrium.*] ſic extra de oſti. del. de cauſis.

o VLtima.] " Vltima voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt, vt authentic. de nupt. § diſponat. col. 4. & ſi quis eam nõ ſeruat, hoc ipſum quod ei eſt relictum, ab eo aufertur, vt 11. qu. 1. Silueſter. & hoc intelligas cum voluntas eſt rationabilis. nam ſi moriens exheredare vult filium ſine cauſa, hæc voluntas non eſt ſeruanda, vt j. e. ſi quis. ſimiliter ſi quis præcipiat corpus ſuum iactari in mare, vt ff. de cond. inſt. quidam. ſed ipſe moriens bene poteſt mutare voluntatem ſuam. nam ambulatoria eſt voluntas defuncti, vt ff. de adim. leg. 2. Sed pone, quod quis iurauit, quod nõ veniret contra voluntatem ſuam, numquid poteſt venire contra? Videtur quod non[c], quia hoc iuramentum non vergit in interitum ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruandum, vt extr. de iureiu. ſi vero. Sed contra nemo poteſt ſibi indicere legem[d], vt non liceat ſibi recedere a priori voluntate, vt ff. de leg. 3. ſi quis. in princ. & libertatem ſupremi iudicij nemo poteſt cõſtringere, vt ff. pro ſo. cum duobus. §. Papinianus, in fin. argu. p. contra extra de iureiur. cum contingat Ioan. hoc plane notaui in quæſtionibus. B.

QVOD DE LIBERO. Hæc eſt quarta pars q. in qua probat contra, ſcilicet, quòd ſeruus non poteſt facere teſtamentum. & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. quòd vltima voluntas defuncti modis omnib. eſt ſeruanda. Nunc vero dicit Grat. quod hoc intelligendum eſt de voluntate liberi hominis, & non ſerui. ſeruus enim teſtamentum condere non poteſt. & ad hoc inducit ſeq. ca. & non facit ille §. ad principale propoſitum Gratiani.

ILlud etiam.] CASVS. Ampliatus ſeruus Romanæ eccleſiæ, conduxerat quædam prædia, de quibus tertiam partem vel quartam [illegible]

a Sol. excluſiuè ponitur 16 q. 1. adijcimus Arc. in quæſt. hebraicis in Geneſim. & de locis hebraicis.

2 Pol. l. 8 ci. 5 Burch. l. 3. c. 160. Iuo p. 3. c. 225.

" Vxor an tenetur ſequi virũ vagantem.

Tob. 4. & 14

3 Burc l. 3. c. 161. Iuo p. 3. c. 224.

Matth. 19.

4 Aliqd ſimi le 9. confeſ. c. 11. ex ſnia aliquando matris ſuæ.

5 Pol. ibid. Burch. l. 3. c. 162. & 163. Iuo part 3. c. 225. & 226.

6 B. Gre l. 2. dial. ca. 34.

" vxor q̃ plures viros habuit cũ quo ſepelietur.

Gen. 50.

3. Reg. 13.

b iſtã opi ſequitur Ale. de Im. i l. cũ q̃dã co. 1. ff. d iu. om iu.

7 Rufin' hiſ. eccl. l. 3. c. 31.

" Ioſeph i ſepulchro matrũ ſepulit[?] fuit certo ratione

8 in vit. SS. to. 1. & in pomœrio eccleſiæ Rauennatis.

Geneſ. 23.

Gen 35. 49. & 50.

Gen. 35.

† in vulgatis legebatur] Bethel

" Defuncti voluntas vt ſit ſeruanda.

9 16. q. 1. ad monere.

10 Iuo p. 16. c 211.

c Q[d] & veriſ eſt hic ar. C. ſi aduerſ. vẽ. auth. ſacramẽta. ext. de iurei. cũ cõtingat ſer[d] m[illegible] Io. de Fanc.

d Dicas, q nemo pt ſibi imponere legẽ, n. ſi inteſtat alterius ff. d ſer. quotiẽs. ſecũdũ Gof qui ita non extr de conſt. ex literis. Auth.

ta Sitiliæ prouinciæ moren. Papæ reddebat : qui cum ægrotaret, condidit teſtamẽtum. Præcepit ergo Gelaſius Honorio epiſcopo, vt omne peculium & omnem ſubſtantiam eius, filiis eius fideli deſcriptione faciat tradi, vt per eos eccleſia reddatur indemnis. ſic poſuit Ben hunc caſum. Hunc vero ponit ſic Ampliatus. Ille ſeruus erat eccleſiæ Romanæ, & cuiuſdam patrimonij eccleſiaſtici procurationem geſſerat cum quibuſdam filiis ſuis: ex qua adminiſtratione adhuc non reddiderat ratiocinia. Teſtamentum tamen licet eſſet ſeruus, facere volebat. Scribit ergo Gelaſiu. Honorio epiſcopo mandans ei, vt non permittat illum facere teſtamentum, & ſi contigerit eum mori, totum patrimonium eccleſiæ ſibi commiſſum faciat deſcribi, & intactum apud filios ſeruari, donec ipſi pro tempore ratiocinia reddant, & eccleſiam ſeruent indemnem. Sed certe ego Bartho. Brix. magis approbo caſum, Hug.

conductor[a] (quem nõ ſolum ſeruum conſtat eſſe eccleſiæ, ſed ita eius rationibus à multis temporibus implicatum, vt etiamſi eſſet ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxi† haberetur) auſu temerario molitus fuerit condere paginam teſtamenti: cuius omne peculium eccleſiaſtico iuri legibus non dubitetur obſtrictum [b]. Quapropter his præſumptionibus vice noſtra, tua fraternitas contradicat [c]: nec fieri prorſus aliqua ſurreptione permittat. Ac, ſi idem quidquã humanitus forte contigerit, quia grandæuus eſſe memoratur, mox eius ſine dilatione ſubſtantiam præcipiat humanitas† tua filiis eius duntaxat, quibus patrimoniũ probatur eſſe commiſſum, ſub fideli deſcriptionẽ contradi, donec vniuerſis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernaſſe cognoſcitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† al. manumittat.

a ¶ *Conductor.*] improprie dicitur ſeruus cõductor. Nam nec ſeruus aliquid debet, nec aliquid ei debetur: ſed potius per talia verba reſpicitur factum quàm ius, vt ff. de pec. nec ſeruus.

b ¶ *Obſtrictum.*] non intellige o ſtrictum, id eſt, obligatum: quia cum peculium quod ſeruus habet, ſit domini, domino non poteſt res ſuas obligare, vt ff. de reg. iur. neque.

c ¶ *Contradicat.*] non ſiquam hæredibus, ᵐ quia ſeruus non poteſt habere hæredem, vt C. commun. de ſuc. ſeruus. ſed conſuetudo eſt plurium locorum, quod filiis relinquatur peculiũ, quod pater habuit.

ᵐ Seruus hæredem habere non põ. 1 16.q. vbicũque Bur. l.3.c.37. luo p.3.c.178.

§ Quia ergo ſecundum Gregorium vltima voluntas d functi conſeruanda eſt, pro iſtorum voluntate corpora eorum ſunt tumulanda, non pro arbitrio veſtra diſpoſitionis.

Item in Triburienſi concilio legitur.

¶ *In Triburienſi impreſſo c.15. habetur eadẽ ſententia, ſed non iiſdem omnino verbis expreſſa.*

¶ Vbi quiſque decimas perſoluerit, ibi ſepulturam eligere debet. C. VI.

VBicumque [d] temporum, vel locorum facultas tulerit, apud maiorem eccleſiam, vbi ſedes eſt epiſcopi, ſepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci aſperitatem hoc difficile fuerit viſum, apud eccleſiã, in qua religioſorum canonicorum, vel monachorum, vel ſanctimonialium religioſa congregatio communiter degerit, ſepeliatur. Si autem & hoc ineptum viſum fuerit, vbi quis decimas perſoluebat viuus, ibi ſepeliatur & mortuus.

Quia ergo decimam [e] nobis perſoluebat viuus, & apud nos ſepeliendus eſt mortuus. Item, ſi quis de prouincia ad prouinciã tranſiret, & ibi domicilium ſibi collocaret, liber [f] factus à ditione prioris iudicis, iuriſdictioni illius iudicis ſubiiceretur, in cuius prouincia ſedem ſibi eligeret. Quia ergo iſti à veſtra diœceſi in noſtram tranſierunt, liberi à veſtra ditione, noſtro iuri ſubiiciuntur. Noſtrum eſt ergo ius funerandi eos.

Sed obiicitur illud Melchiadis Papæ.

¶ Propria temeritate ſepulturam parẽtum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno cõcilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [g] aliam eccleſiam, niſi cui vſus antiquorum parẽtum canonica inſtitutione ſubiacere perhibetur, ſepulturæ cauſa adire procuret: niſi infirmitatis [h] cauſa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progreſſus. Ad hæc, ſi quis prælatus contra hoc agere ſategerit, eccleſiaſtico vinculo ſe ſubdi cognoſcat.

Sed aliud [i] eſt ex temeritatis ſuperbia

QVIA ERGO. Hæc eſt 5. pars in qua dicitur, quod nullus ſine cauſa debet dimittere ſepulturam patrum, & hoc probat per tres aucto. Ioan. de Fant.

C A S V S. Hic reuertitur G. ad principale propoſitũ, & concludit ex illo c. Gre ſ. vltima voluntas. quod quilibet poteſt ſibi eligere ſepulturam pro arbitrio ſuo, & non pro arbitrio prioris eccleſiæ, & ad hoc probandum inducit ſeq. c.

V*bicumque.*] C A S V S. Triburien. concilium ſtatuit, quòd ſi quis poteſt, debet ſepeliri apud epiſcopalem eccleſiam: ſinautem, apud aliquod monaſterium vel eccleſiam regularem. Sed ſi hoc apte fieri non poteſt, ſepeliatur apud illam eccleſiam vbi viuus decimas magis perſoluebat. Et dicit H. quòd illud quod dicitur de epiſcopali eccleſia, intelligitur de illis qui habent antiquam ſepulturam in epiſcopali eccleſia: quia de omnibus ciuibus non poſſet intelligi, quia non impediuntur ratione loci vel temporis: nec de illis qui ſunt in epiſcopatu, cum ratio & conſuetudo non obtineat. nec de peregrinis poteſt intelligi, cum eis c. contradicat: quia tales, ibi decimas non perſoluunt.

d ¶ *Vbicumque.*] ⁿ ſed nonne quilibet ſepeliendus eſt, vbi recepit ſacramenta eccleſiaſtica? vt ĩ. c. prox. & extr. eod. tit. in noſtra. Ad quid ergo diuiſa eſſent cœmiteria. ſ. e. ca. 1. Reſpõ. verum eſt. Sed iſtud cap. inſtruit, quòd ſi quis vult eligere aliam ſepulturam, quòd hunc ſeruabit ordinem in eligendo. potius enim eliget epiſcopalem eccleſiam quam alteram. ſi tamen alio modo eligit, ſtandum eſt voluntati ſuæ: dumtamen habeat iuſtam cauſam eligendi, epiſcopo autem non præfigitur talis doctrina. nam poteſt eligere ſepulturam in minori eccleſia, vt 12. q. 2. bonæ & intelligo quod ſemper ex temeritate vel contemptu, vel ex electione mittatur ſepultura: niſi appareat certa cauſa mutationis, vel niſi ſeruet hunc ordinem, qui hic ſtatuitur in eligendo ſepulturam.

ⁿ Sepulturã an poſſit aliquis ſibi eligere.

QVIA ERGO. C A S V S. Concludunt rei quod apud ſuam eccleſiam iſti parochiani ſunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis capit. ſcilicet, quia viui epiſcopo eccleſiæ decimas perſoluerunt: ergo ibi ſepeliendi ſunt. ſecunda ratio, quia poſtquam quis tranſit de prouincia in prouinciam, liber factus eſt a iuriſdictione prioris iudicis, & ſubiicitur illi in cuius prouincia ſedem collocauit: vnde iſti ſubiiciuntur iuriſdictioni ſecundæ eccleſiæ, & apud eam debent ſepeliri.

e ¶ *Decimam.*] perſonalem.

f ¶ *Liber factus.*] hoc eſt verum, quando plene ſe tranſtulit, vt 21. quæſt. 2. ſi quis iam tranſlatus. ſecus ſi trãſferret ſe ad ſecundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum. tunc enim retinet primum locum & ſecundum, vt ff. ad munici. ſi quis inſtructus. ᵒ Et quod hic dicitur, intellige quod quis poteſt ſe transferre de vno foro ad aliud re integra. nam ſi quis in vno loco eſt conuentus, licet tranſeat ad aliud forum. tamen in priori foro reſpondebit, vt ff. de iuriſd. omnium iudic. l. penul. Item & hic ſcias quòd ſola habitatio non facit aliquem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per decem annos ſteterit ibi [a], vt Co. de inco. l. ſecunda. libr. decimo. niſi quo ad hoc quòd ibi reſpondebit [b], vt ff. de iudic. hæres.

ᵒ Forum mutare, an alicui liceat.

a Idem tunc dicas eſt de iuriſdictiõe ſecundæ cũ eo animo ſe tranſtulit, vt ibi permaneat. C. de incol. ciues ſecundum Lau.

b ſe tõe cõtr. Gui: & in aliis caſibus no: 3. q. 6. in ſumma. Io. de Fant.

SED OBIICITVR. C A S V S. Adhuc obiiciunt actores contra reos & inducunt ſequent. ca. ſed per illud non reſpondent vltimæ allegationi reorum, ſed ſolum illis quas collegerunt ex illo capitulo vltima voluntas. & etiam ex illo capitulo, vbicumque.

P*lacuit.*] C A S V S. Quæſitum fuit à Melchiade Papa, verum aliquis poteſt ſepulturam nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum ſuorum deſerere? & reſpondet quòd non. ſi quis prælatus contra fecerit, debet excommunicari.

g ¶ *Temeritate.*] illud verbum ſoluit contraria: nam aliàs poteſt quis ſibi eligere ſepulturam. vt extr. eo. c. 1. & ca. cum ſit liberum. & ca. in noſtra.

h ¶ *Niſi infirmitatis.*] hoc eſt cõntra H. qui dicit, quod in tribus caſibus poteſt mutari ſepultura, vt dixi in ſumma. hic habet locum diſtinctio decret. ext. e. tit. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit G. quandam ſolutionem pro reis, dicens quòd aliquis ex temeritate ſcilicet ſuperbia, vel odio, vel vanis perſuaſionibus, vel muneribus illectus non debet eligere ſepulturam nouam, & contemnere ſepulturam parentum ſuorum, ſed rationabili cauſa, & iuſta nouam eligere poteſt. Nec obſtat quod dicit Greg. quòd vltima voluntas libera debet eſſe: quia libera eſt cum quis certa ratione ductus, nouam ſibi quærit ſepulturam. In ſecunda parte ponit quandam ſolutionem aliorum, quæ videtur facere contra reos, dicentium, quòd libera eſt voluntas vltima cuiuſcumque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde teſtamentum dicitur, quia eo quiſque libere teſtatur. In tertia parte obiicit Gratianus, quòd etiam in teſtamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Auguſtini dicentis, quòd pro numero filiorum debet fieri diſtributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, quòd quilibet debet medietatem eorum quæ teſtatur, eccleſiæ ſuæ relinquere. Tandem dicit quòd Auguſtinus loquitur exhortatiue, vel de conſilio, ne pater iratus filium exhæredet. Secunda pars incipit ibi, *Velut quidam.* Tertia ibi, *Sed non videtur libera.*

i ¶ *Sed aliud.*] G. hic ponit duas ſolutiones.

a ¶ *Vel ut*

a ¶ *Vel ut quidam.*]ſecunda ſolutio.
b ¶ *Sed non uidetur.*]nunc obiicit ſolutioni ſuæ.
c ¶ *Medietatem.*]quandoque tertiam, ſecundum conſuetudines diuerſas vt extra eod.tit.certificari.

S*i quis.*]CASVS Quidam clerici parati erãt totam hæreditatem recipere, cum pater filium ſuum exhæredabat, quos reprehendit Auguſtinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quam hæreditatem appetere. Vnde docet, quòd ſi pater vult tantum relinquere Chriſto quantum vni filiorum, paratus eſt ſuſcipere. *Non enim*, id eſt, nonne. & ponitur interrogatiue, & littera ſequens ſimiliter ponitur interrogatiue.

d ¶ *Iraſcitur.*] " hodie enim non poteſt quis exhæredare filium ſuum, niſi habeat iuſtã cauſam exhæredationis, & illa debet ſcribi in teſtamento, vt C. de li. præt. auth. non licet tamen ex ira racundia omnia ſua dare poteſt eccleſiæ, dum tamen relinquat legitimam filiis, vt 17. q. 4. ſunt qui opes. Item ſi quis relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum, honeſtum eſt, ꝙ eccleſia reſtituat ei bona ſi cœperit hic filios, vt 17.q.4.c.vlt.
e ¶ *Appeto.*] ſic 2ª q. 2. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gratian. quandam ſolutionem falſam, dicens, quòd Aug. non præcipit teſtatori vt tantum Chriſto relinqueret quantum vni filiorum, ſed prohibet ne plus Chriſto relinquat quàm vni filiorum, quod falſum eſt, cum pater filii. ſuis vltra tertiam, ſi ſunt quattuor vel pauciores, vel medietatem ſi ſunt ſex, & vltra relinquere non teneantur, vt in auth. de tri. & ſe. circa prin. In fine oſtedit, ꝙ qui oblationes defunctorum reddere nolunt, ſunt excommunicandi. Primum quod ſequitur, planum eſt.
f ¶ *Prohibetur.*] falſum dicit, quia etiam totum dare poteſt eccleſiæ, vt 19.q.3. perlatum. dum tamen legitimam relinquat filiis, vt C. de inoffic.teſt.auth.nouiſſima.

OBLATIONES Hæc eſt 6. pars quæſt. in qua probat magiſter ꝙ ille qui detinet oblationes defunctorum quas defunctus mãdauit, peccat mortaliter. & hoc probat per tria c. ꝑ Ioan.de Fant.
g ¶ *Q*[*ui oblationes.*]Non intelligas hoc de oblationibus voluntariis, ſed de illis quæ relicta ſunt eccleſiis. qui enim debitas oblationes tenet vel decimas vel primitias, excommunicatur, vt 32. diſt. præter hoc. & 16.q.1.ſtatuimus.
h ¶ *Negant eccleſiis.*]ſi aũt confitentur, ꝙ debeant, ſed exceptionem aliquam proponunt, quare dare non debent, audiendi ſunt, vt ff. de leg. 1. ſi domus. §. qui confitentur. extra de off. de leg. ex parte 2
i ¶ *Egentium.*] 1. 86. diſt. paſce. & 16.q.1. decimæ & ext. de reſc. ſi q.
Q*ui oblationes.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur quòd excommunicandi ſunt qui tradere nolunt eccleſiis oblationes defunctorum. Et hoc probat tribus rationib. Prima eſt, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorum non ſeruant. Tertia, quia pauperibus neceſſaria ſubtrahunt. In ſecunda parte dicitur, quod tales ſacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, *Vnde & quidam patrum.*

vſum antiquorum parentum non ſequi: atque alind, rationabili occaſione nouam ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadu Papa auctoritatem nititur, qui ſuperbia, vel odio ductus, ſiue variis perſuaſionibus, aut uariis munuſculis illectus, ſepulturam parentum ſuorum ſequi contemnit a. *Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem: qui certa rationis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium.* ¶ *Vel vt quidam* [a] *diſtinguunt, libera eſt vltima voluntas cuiuſque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde & teſtamentum appellatur, quia eo quiſque libere teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de propriis rebus fieri velit.* ¶ *Sed non videtur* [b] *libera teſtatoris voluntas, cum ſecundum Auguſtinum* [1] *pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatum: veluti ſi quis habet vnum filium, Chriſtum putet alterum: ſi vero duos, Chriſtum faciat tertium: & ſic per ordinem. Et ſecundum Leonem* [2] *quiſque medietatem* [c] *eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinquere, apud quam fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini non eſt iubentis, ſed dehortantis: ne quis iratus filium ſuum exhæredaret, atque totum Chriſto relinqueret.*

Ait enim in ſermone 2. de vita clericorum.[3]

a ¶ Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis ſequitur.* Ait Leo epiſcopus, &c. *& ponitur integrum c. relatum. extra tit. de ſepul. quod etiam refertur al. Iuone par. 7 c. 150 & ab Anſelmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo lib. 4. t. 34. ex Leone nono. Verum in aliis antiquis codicibus & ualde emendatis hoc idem caput ponitur poſt uer.* Sacramenta ſuſcepit. *Et certe uerba iſta,* & ſecundum Leonem, &c. *indicant alicubi ante Leonis auctoritatem à Grat. allegatam eſſe relatam.*

¶ Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur.

C. VIII.

[4] SI quis iraſcitur [d] filio ſuo, & moriens exhæredat eum, ſi viueret, non eum placarem? non ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacem, cuius appeto [e] hæreditatem? Sed plane ſic faciat: quod ſæpe hortatus ſum. Vnum filium habet, putet Chriſtũ alterũ: duos habet, putet Chriſtum tertium: decem habet, Chriſtũ vndecimũ faciat, & ſuſcipio.

Hic numerum auctoritate menſura teſtatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur [f] *tranſcendere.*

[6] *Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur.*

Vnde in Carthaginenſi concilio 4. c. 95.

¶ Excommunicentur, qui defunctorum oblationes eccleſiis negant.

C. IX.

[5] QVi oblationes [g] defunctorum aut negant [h] eccleſiis aut difficulter reddunt: tamquam egentium [i] necatores excommunicentur.

Item ex concilio Vaſenſi. 1. c. 64.

¶ Vt infideles euitantur ab eccleſiis, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

[6] QVi oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ſunt ab eccleſia abiiciendi: quia vſque ad exanitionem fidei peruenire certum eſt hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi enim tales quaſi egentium necatores, nec credẽtes iudicium Dei habendi ſunt. Vnde & quidam [k] Patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit, congruente ſententia, qua ait [[7] Amico quidpiam rapere, furtum eſt: eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium [l].]

Item ex concilio Agathenſi, c. 4.

¶ Qui oblata eccleſiis, aut teſtamento relicta retinere præſumpſerint, excommunicentur.

C. XI.

[8] CLerici, vel ſæculares [m], qui oblationes parentum aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint eccleſiis, vel monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut ſancta ſynodus conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant excludantur [n] eccleſiis. ¶ Si quis autem clericus furtum eccleſiæ fecerit, peregrina [o] ei communio tribuatur.

[7] *Item quæritur* [p], *an pro ſepultura mortuorum aliquid ſit exigendum.*

De hoc ita ſcribit Gregor. libro 7. regeſti, indi. 2. ep. 55. Ianuario epiſcopo Sardiniæ.[9]

k ¶ *Et quidam.*] ſ. Hieronymus, vt 12. q. 2. gloria epiſcopi.
l ¶ *Sacrilegium.*] alibi dicitur talis homicida, vt 12. q. 2. qui abſtulerit.

C*lerici.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod clerici vel laici ſunt excommunicandi qui nolunt reſtituere oblationes, quas parentes dederunt in vita, vel reliquerunt in teſtamento, vel qui volunt auferre eccleſiæ id quod ipſi donauerunt. In ſecunda parte dicitur, quòd clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. *Peregrina communio*, id eſt, viaticum in morte, cum incipiunt peregrinari, id eſt, recedere de hac vita. Secunda pars incipit ibi, *Si quis autem.*

m ¶ *Vel ſæculares.*]ideſt, laici.
n ¶ *Excludantur.*] argu. quòd ſacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati.
o ¶ *Peregrina.*] id eſt, commorabitur inter laicos, vel peregrina, id eſt, cum recedit vel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVAERITVR. Hæc eſt ſeptima pars quæſt. in qua promouet ne pro ſepultura aliquid exigatur, niſi detur ſpontanea voluntate. & hoc probat per 4 cap. Ioan. de Fant.
CASVS. Quærit hic Gratianus incidenter, an pro ſepultura mortuorum ſit aliquid exigendum. Et certe ſepultura quadrupliciter dicitur, ſcilicet terra nondum dedicata, hæc vendi poteſt, vt ar gum. 12. quæſt. 2. aurum. Item dicitur ſepultura officium ſepeliendi, illud ſine ſimonia vendi non poteſt, vt prima, quæſt. 1. dictum. Tertio dicitur terra dedicata. Quarto, ius ſepeliendi: hæc vendi non debent, vt infra eadem, in eccleſiaſtico.

p [a] *Item quæritur.*]Hic ponit incidentem quæſtionem [b], " an ſepultura poſſit vendi. H. ponit quattuor ſignificationes huius nominis ſepulturæ. Quandoque dicitur ſepultura locus vbi quis ſepelitur: ta lis locus licite venditur, ſi non eſt ſacer, vel religioſus, ideſt, qui non ſit in cœmeterio aliquo, quia licite venditur ad eccleſiam ædificandam, vel ad cœmeterium ampliandum, vt 12. quæſt. 2. aurum. Secundo modo dicitur ſepultura, ipſa ſepultura iam facta, & hæc vendi non poteſt, ſpecialiter ſi locus eſt ſacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in ſepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi poteſt. Quarto dicitur ipſe actus vel officium ſepeliendi, & illud non poſſunt vendere clerici, qui ex officio ſuo ad hoc tenentur, vt infra eadem, præcipiendum. & prima, quæſtion. prima dictum. & extra de ſimon. non ſatis.

Marginal notes: "Pater ſine cauſa filium exhæredare non poteſt. 1 ȷ c. prox. — 2 ex ti. de ſepu. c. relatum. — e Sine ſerm. 34 ad fratres in eremo omittuntur autem verba hæc aliquot. — 4 in cõc. Aquiſgr. c. 1 2. Iuo p. 3. c. 178. — a Et c. ſi quis. q ſignantur ꝑ contrarius: iſ intellige, ꝑ prohibetur tranſcendere ex calore iracundiæ & ex odio, vel prohibetur, i. diſſuadetur & conſulitur et conſilio Aug. ſuadetur, & conſulitur ei vt nõ tranſcendat cã ſecundum Aug. hæc vltima expoſitio vi detur q̃ prima, vt ſi contra ſeq. q̃ dic vt s. c. ꝑ 1 gl. i. At. — 5 Burch. l. 3. c. 41. Iuo p. 3. c. 208. — 6 Deuſd. p. 4. Iuo p. 3. c. 155. — 7 ſ. 12. q. 2. gloria — 8 Bur. l. 3. ca. 14. ex cõci. apud Vaticas Iuo p. 3. c. 206. & 1. 3 c. 5. — 9 & in cõcil. Meldẽſ c. 70. — b Hoc ideo q̃ fecerat mẽtionẽ de iure funerãdi ſcdm l. " Sepultura an poſſit vẽdi.

Q*uæſta eſt.*] CASVS. Nereida conqueſta eſt Greg. de epiſcopo Ianuario, qui pro ſepultura filiæ ſuæ ſolidos centum ab ea exegerat. Greg. vero reſcribens ei dicit, quod hoc vitium de eccleſia ſua remoueret: vnde præcipit ſibi ne de cætero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. Vnde ſi paganus ille pro ſepultura nil accipere voluit: multo fortius ſacerdotes nil accipere debent. Sponte tamen oblata reſpui non debent. Iſte Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: ſed poſtea victus precibus pretium pro ſepultura accepit. & de hoc reprehenditur in ſequ. c. & iſte Ephron fuit filius Seor. *Renuit*, ſcilicet Ephron & licet ſupra, diceret de filiis Seor in plurali, dicit tamen poſtea in ſingulari de Ephron, quòd ipſe tenuit.

1 Pol. l. 3 ti. 5. Iuo part 3. c. 101.

† *al. non extorſiſſe.*

Gen. 23. Act. 7.

a ¶ *Seor.*] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

b ¶ *Renuit*] primo enim commendatur in hoc c. poſtea tamē conuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti, & inde vituperatur in ſeq. c.

P*oſtquam.*] CASVS. Hieronymus docet in hoc c. quod nullus debet vendere ſepulturam. Et hoc probatur exemplo Ephron, qui licet cogente Abraham acceperit aliquid pro ſepultura, poſtea vocatus eſt Ephram, i. imperfectus: cum primo vocaretur Ephron, id eſt, perfectus: & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, quòd de iuſtis ſūt iniuſti, qui pro ſepultura ab inuitis aliquid extorquēt cum etiam Ephron de iuſto ſit factus iniuſtus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, *Sciant igitur. Memoria*, id eſt, ſepulturam.

c ¶ *Cogente.*] per preces populi, & licet cōtractus factus ad clamorem populi teneat, non tamen electio, vt extra de elec. Oſius, & 61. diſtinctio. miramur. in princ. & 8. q. 1. ſi ergo.

d ¶ *Pro o.*] o, eſt vltima littera Græcorum: & a, prima. & deſignat, o conſummationem & perfectionem: a, initium & imperfectionem & Hebræi ponunt vau, pro o, in illa dictione Ephron, quæ ablata eſt, &c. videtur hic Hieronym. velle, quòd Ephron peccauit: ſed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipſum vendere locum talem, maxime quia locus ille iam deputatus erat ſepulturæ, erant enim ibi ſepulti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, quòd neuter peccauit. Sed quare reprehenditur hic a Hieron. Reſpon. non propter ſuum factum, ſed propter futuros, volens oſtendere, quòd illi peccarent qui taliter modo venderent.

e ¶ *Ephron.*] id eſt perfectus.

f ¶ *Ephran.*] id eſt, imperfectus.

¶ Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt.

C. XII.

1 Q*Veſta eſt nobis Nereida fœmina clariſſima, quod ab ea centum* [a] *ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraternitas veſtra velit* † *exigere. & infra.* ¶ Hoc autem vitium & nos poſtquam, Deo auctore, ad epiſcopatus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus: & prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham à filiis Ephron [b], hoc eſt à filiis Seor [a], ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit [b], ne commodum videretur de cadauere cōſecutus. Si ergo tantę conſiderationis paganus vir fuit: quāto magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium vel in alienis denuo tentari præſumatur, admoneo: Sed ſi quando aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri conceditis: ſiquidem parentes ipſius proximi, vel heredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint: accipi non vetamus. Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari: ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium [c].

a ¶ Centum.] *Dictio iſta abeſt à nonnullis exemplaribus Gratiani & epiſtolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earundem codicibus etiam manuſcriptis legitur non eſt inducta.*

b ¶ Ephron.] *Locus hic variè legitur. In epiſtola B. Gregorij magis recepta lectio hæc eſt*, a filiis Emor: hoc eſt Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur* intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

c ¶ Compendium.] *Poſt hoc cap. in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani 2. quæ placuit hic afferri ne plane interirent, quòd alibi non facile inueniantur, & vnum eorum citatur extra de ſepult. c. certificari.* Vrbanus II. Gothfredo Magalonenſi epiſcopo.

¶ Mortuorum, qui in monaſteriis ſepeliri deſiderant, aut omnino iuxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretum, partem eleemoſynarum mediam, aut iuxta diſpenſationem noſtram in Lateranenſi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus eccleſiis ſtatuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶ Capellanos quoque monachorum, ſicut reliquos parochiæ tuæ clericos, debitam tibi obedientiam perſoluere volumus.

Item Hieronymus in quæſt. Hebra. ad c. 23. Gen.

¶ Etiam coacti de ſepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

2 P*Oſtquam pretio victus eſt Ephron, vt ſepulchrum venderet argento, licet cogente* [c] *Abrahā: vau littera, quæ apud illos pro, o,* [d] *legitur, ablata de eius nomine eſt, & pro Ephron* [e] *appellatus eſt Ephran* [f] *: ſignificante ſcriptura non eum fuiſſe conſummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vēdere mortuorum.* ¶ Sciant igitur, qui ſepulchra venditant nec coguntur, vt accipiant pretiū, ſed à nolentibus quoque extorquēt, immutari nomen ſuum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehēdatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburienſi c. 16.

¶ De eodem. C. XIIII.

3 I*N Eccleſiaſtico* [g] *namque libro ſcriptum eſt* [Mortuo nō prohibeas gratiā, ſciens, quoniam omnes moriemur.] & itē [omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur.] Quid terra terrā vendis? memēto, quoniam terra es, & in terram ibis [a], & quoniam mors tibi futura eſt: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis eſt terra: ſed vt Pſalmiſta commemorat [Domini eſt terra, & qui habitant in ea] ſi terram [h] vendis, inuaſione alienæ † rei reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictū ſit omnibus omnino Chriſtianis, terrā mortuis vendere, & debitam ſepulturā denegare: niſi forte proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

a ¶ Ibis] *In codicibus vulgatis erat*, reuertens, *& ſequebantur hæc*, & alibi de homine dictum eſt: terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris: *quæ ſunt expuncta, quia a ſunt à pleriſque manuſcri. & ab origi nali.*

Item ex concilio Varenſi.

¶ De eodem. C. XV.

4 P*Ræcipiendum eſt ſecūdum canonum auctoritatem, vt de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant: niſi forte qui ſepelitur, viuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de ſuis rebus tribuere, aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſy-*

I*N eccleſiaſtico.*] CASVS. Quæſitū fuit in concilio Triburien. vtrum terra cœmeteriata vendi poſſit pro ſepultura? & reſpondetur quòd nō: & hoc probatur duabus auctoritatibus vna Salomonis, & alia Dauid: & vna ratione, ſponte tamen oblata recipi poſſunt. Ratio incipit ibi, *Si terram vendis. Quare interdictum ſit*, id eſt, interdicatur, vel quare, id eſt, ergo.

2 Polyc. l. 2. c. 26.

g ¶ *In eccleſiaſtico.*] id eſt, in eccleſiaſte [a]. & ille liber eſt Salomonis, & incipit: Vanitas. Eſt alter qui dicitur eccleſiaſticus, qui incipit: Omnis ſapientia à Domino. & ille liber eſt Ieſu filij Syrach.

a Immo in Eccleſiaſtico.

h ¶ *Si terram*] ſacram vel religioſam. & dico, quod terra ſit ſacra vel religioſa auctoritate pontificis, non ex eo, quod mortuus infertur ad locum, vt extra de reb. eccle. non alie. ad hoc. ſed ſecundum legem ſecus eſt: nam ſi transfertur corpus ad alium locum, deſinit locus eſſe religioſus, vel etiam ſi capitur ab hoſtibus, vt ff. de reli. cum in diuerſis. & Lcū loc. Et no. quòd quidquid eſt factum, eſt religioſum: ſed non conuertatur. vbi enim mortuus infertur, fit religioſum [b], ſed non ſacer, vt ff. de rer. diuiſ. inſtantum. §. ſacrę. Item dicitur locus religioſus vbi corpus eo propoſito ponitur, vt ibi perpetuo remaneat: alias remaneret prophanus, vt ff. de religio. ſi quis eo animo. & remoueri poteſt quandocumque placuerit, vt C. eodem titulo. ſi nec dum. Et licet partes hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliantur, non ideo omnia loca fiunt religioſa: ſed tantum vbi caput eſt ſepultum, vt ff. eodem. cum in diuerſis. Item nec totus locus deputatus ſepulturæ ſit religioſus, ſed ille in quo corpus eſt humatum, vt ff. eodem. lege ſecunda. §. ſepulchrum.

3 Iuo p. 3. c. 5.

Eccl. 7.

Eccl. 40.

Gen. 3.

Pſal. 23.

† *al. Dominicæ.*

b Hoc nō eſt verū, ſi mortuus eſſet excommunicatus & ita ſentit Goſ. extr. de ſepul. ſacris & ibi de hoc per Ber.

† *al. nomen Domini.*

4 Burc. l. 3. c. 159. Iuo p. 3. c. 222.

P*Ræcipiendum.*] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod pro ſepultura, id eſt, pro hominibus ſepeliendis clerici nihil exigēt niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi ue-

tantē

functus iuſsit aliquid eccleſiæ dari, & niſi viuente ſponte aliquid obtulerit. In ſecunda parte dicitur, quòd int a eccleſiam nullus eſt ſepeliendus, ſed in cœmeterio, vel etiam in arcubus muri eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, Prohibendum eſt.

a ¶ *In exhedris.*] exhedræ dicuntur quædam voltæ, quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ [a].

b ¶ *Sepeliantur.*] ſi ſint modicæ perſonæ, vt j. c. nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura in eccleſia: quia locus ille ſpecialiter Deo dedicatus eſt: cui mors vltra non dominabitur.

QVibus peccata.] Hæc eſt 8. pars qu. in qua dicitur, quòd nullus debeat ſepeliri in eccleſia niſi ſit ſanctus, niſi in atrio, vel in exhedris: & ponit etiam, quòd proficiant mortuis cœmeteria, & qualiter & vbi animæ ſunt defunctorum. & hoc probat p octo auctor. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd nõ prodeſt decedentibus in mortali delicto, ſi in ſacris locis ſepeliantur: immo ſi ibi ſe faciant ſepeliri de ſua præſumptione damnãtur: quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

c ¶ *A ſacris locis.*] id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiunt, vel ad litteram intelligas, quia locus non ſanctificat hominem, vt 40. diſt. non loca.

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæſitum fuit a Greg. verum proſit mortuis in cœmeterio ſepeliri. Et reſpond. quòd ſic, ſi cum mortali delicto non deceſſerint: quia proximi eorum ſepulturas aſpicientes p eis orant ad Dominum. ſi vero cum mortali deceſſerint, potius obeſt, quã prodeſt. Sequens capit. cum §. patet.

d ¶ *Sepeliantur.*] "Ecce ratio vna quare homines potius ſunt ſepeliendi apud eccleſias quamalibi. Secunda ratio, quia ſpecialiter cõmendantur patrociniis ſanctorum illorum, in quorum nomina dedicata eſt eccleſia illa, vt j. ea. non æſtimemus. in fi. Tertia ratio eſt, quia minus ibi vexantur a ſpiritibus immũdis. vnde in cœmeteriis dicitur eſſe requies defunctorum, vt 12. q. 2. vni. lex tamen alia conſideratione præcipit ne corpora in ciuitate ſepelirentur, nẽ ciuitas corrumperetur fœtore, vt C. de relig. & ſumpt. funer. l. mortuorum. & hic argu. quod ibi potius ſepeliendi ſunt homines, vbi eſt maior concurſus populorum, vt in cathedralibus eccleſiis, vt j. ead. vbicunque.

e ¶ NVllus.] ¶ *Fideles.*] Vocantur laici hic fideles a fidei virtute, ita vt faciant miracula [b]. Alij intelligunt a fide baptiſmi. ſecundum hoc intellige. C. de ſacroſanct. eccl. l. Ve. dic quod omnis Chriſtianus poteſt ſepeliri in eccleſia, ſed non gentilis, vt j. de conſecrat. diſtin. 1. eccleſiam. & hoc intelligas niſi alias in mortali deceſſerit vel in pœnitens, vel niſi eccleſia interdicta ſit, vel niſi ſint tornementarij, quibus propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. extra de tornea. cap. 1. & extra de rap. ſuper eo.

a Exhedræ hodie dicuntur loca, quæ in pertiis canonicorum ante chorum, id eſt, Lu... vulgo capitula dicuntur. Vide Budæum in adno. priori. b. ad l. ij. ve. ff. de iis qui deiec.

† al. illis aſſiduè

† al. vniis

† al. extra eccleſiam

nam facere de rebus illius aliquid ſponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ † illius aliquid exigatur: ſiue ab illis, qui locis, & villis † præſunt.

¶ Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorum inſtituta, vt in eccleſia nullatenus ſepeliantur: ſed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [a] eccleſiæ. Intra eccleſiam vero, & prope altare, vbi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur [b].

¶ *Extat in concilio Nannetenſi c. 6. ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: ſed quia potuit eſſe repetitum in aliquo Varenſi ſeu Vaſenſi, non eſt mutatum. In epitome quidem conciliorum eſt in Vaſenſi, cap. 3.*

Item Auguſtinus.

¶ A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa. C. XVI.

1 QVibus peccata dimiſſa nõ ſunt, à ſacris locis [c] poſt mortem adiuuari non poſſunt: quia, quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt, reſtat, vt de ſua præſumptione iudicentur: [*] quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat.

1 Pol. l. 8. c. 5. Bur. l. 3. c. 152. Iuo p. 3. c. 314.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Auguſtino, & nonnihil ad hanc rem faciens, habetur in libro de cura agenda pro mortuis. cap. 1. ſed videtur confectum ex duobus locis lib. 4. dialog. B. Gregorij: uno quidem in cap. 51. altero autem in cap. 53. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam cap. quidem 51. cum narraſſet quamdam ſanctimonialem, quæ in eccleſia ſepulta fuerat uiſam fuiſſe ibi cremari, ex eo colligit,* Quia ex re aperte datur intelligi: quia hi, quibus peccata dimiſſa non fuerint, ad euitandum iudicium ſacris locis poſt mortem non valeant adiuuari. *In cap. autem 53. cum memoraſſet corpus cuiuſdam Valentini è ſepulchro per dæmones fuiſſe extractum & extra eccleſiam proiectum hæc ſubiungit.* Ex quo Petre collige: quia his, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant, reſtat, vt etiam de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent: ſed etiam culpa temeritatis accuſet.

* in concil. Tribur. c. 17.

Item Gregorius lib. 4. dialog. cap. 50. [3]

¶ Quibus proſit in eccleſia ſepeliri. C. XVII.

4 CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur [d], quòd eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Dño preces fundũt. Nam quos peccata grauia deprimunt: non ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulũ, eorum corpora in eccleſiis ponuntur.

" ſepeliãtur corpora in eccleſiis, aut cœmeteriis.

3 Nic. ad cõſulta Bulgarorum, c. 99.

4 Poly ibid. Bur. l. 3. c. 153. Iuo par. 3. c. 316.

† Quori.] ori.

Item ex concilio Moguntiaco, 1. c. 52.

¶ Qui ſepeliantur in eccleſia. C. XVIII.

5 NVllus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles [e] laici.

Quod vero mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidve ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, cap. vlti. oſtendit dicens.

¶ Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliemur. C. XIX.

6 NOn æſtimemus † ad mortuos, pro quibus curã gerimus, peruenire, niſi quod pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarũ ſacrificiis [f] ſolenniter ſupplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus proſint: ſed his tantum, quibus dum viuunt, comparatur, vt proſint. Sed quia non diſcernimus [g], qui ſint: oportet ea pro regeneratis omnibus [h] facere [7]: vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſuperrerunt iſta eis, quibus nec obſunt, nec proſũt, quàm eis deſunt, quibus proſunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſariis ſuis, quò † pro illo fiat ſimiliter a ſuis. ¶ Corpori autem humando quicquid impenditur: non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum affectum, quo nemo vmquam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, vt quam poteſt, pro carne proximi curam gerat, cũ ille [i] receſſerit, qui gerebat †. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem non credunt: quanto magis debent facere, qui credũt? vt corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo [k], & in æternitate manſuro impenſum eiuſmodi officiũ, ſit etiam quodammodo eiuſdem fidei teſtimonium. ¶ Quòd vero quiſque apud memoriam marty-

NOn æſtimemus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, quòd tria bona virorum proſunt defunctis, ſcilicet, ſacrificium, oratio, & eleemoſyna, quæ defuncti in præſenti vita egerunt vt eis prodeſſent. & quia neſcitur qui ſint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In ſecunda parte dicitur, quòd ſpecialius & cum maiori diligentia oramus p conſanguineis noſtris. In tertia parte dicitur, quod ſeruitiũ impenſum corpori defuncti nõ prodeſt defuncto, ſed eſt ſolatium viuorum: quia cum illi qui reſurrectionem non credunt, hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In quarta parte dicitur, quod ſi defunctus ſepeliatur apud eccleſias martyrũ, prodeſt ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secunda pars incipit ibi, *Diligentius.* Tertia ibi, *Corpori.* Quarta ibi, *Quòd vero.* Sequens c. cum §. patet.

f ¶ *Sacrificiis.*] aut ieiuniis parentum, vt j. ea. cap. animæ.

g ¶ *Quia non diſcernimus.*] Arg. quòd ratione dubitationis melius eſt totũ & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, vel etiam aliquid omittere. ſic 42. diſtin. quieſcamus. 24. q. 3. corripiantur. "Item ratione dubitationis fiũt, quæ alias eſſent illicita, vt extra de ſepult. ſacris. extra de viu. in ciuitate. 11. q. 3 nolite. & ratione dubitationis poſſum vendicare incertam partem, vel rem. ff. de rei vend. quæ de tota. & nummos meos non poſſum vendicare, ſi ſint miſti aliis. ff. de ſol. ſi alieni.

h ¶ *Omnibus.*] j. ea. pro obeuntibus. cõtra. Sol. "eccleſia pro omnibus viuis, ſiue bonis, ſiue malis poteſt orare generali, ſiue ſpeciali oratione [c]: & pro Iudæis & Paganis, vt conuertantur: quia de nemine eſt deſperandum, dum eſt in vita iſta, vt j. de pœn. diſt. 7. nemo. ſed pro Paganis vel Iudæis mortuis non eſt orandum, nec pro cathecumenis: ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, vt hic dicitur, & 23. q. 4. ſicut. & hoc ſiue ſint damnati, ſiue non: dum tamen hoc non conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandum pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos. ſic loquitur illud cap. pro obeuntibus. ſed pro illis qui non ſunt damnati oratione ſpeciali & generali oramus licite. niſi ſint valde boni, vt j. ead. tempus.

i ¶ *Cum ille*] ſcilicet.

k ¶ *Vt reſurrecturo.*] Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, &c. eſt ergo hoc ſignum quod credamus futuram reſurrectionem, vt j. ead. habeut.

5 Bur. l. 3. c. 133. Iuo p. 3. c. 274.

6 Iuo p. 3. c. 113.

† al. exiſtimemus.

7 Adde quòd verbũ generale omnia cõprehendit in l. 3. procuratore. & ibi bona glo. cũ concord. C. mand.

" Dubitationis ratione fiunt aliqua.

† al. quod Eph. 5.

" Eccleſia an poſſit pro omnib. orare.

† al. regebat

c De nocentia not. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. & ibi dixi. Arch.

d Superflui videretur & vanum orare pro mortuis, ſecũdum L. & hoc continetur ſub iſto, &c. ſecundũ L. cuius fuit iſta gloſ.

b Hæc ſententia fuit L. & H. ſed quod ſequens, fuit ſententia B. illi, quam H. probat.

rum ſepelitur: hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt cõmendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

Econtra [a] *Hieronym. in epiſtola ad Gal. c. 6. ad ea verba [Vnuſquiſque onus ſuum.]*

¶ Poſt mortem orationes viuentium mortuis damnatis non proſunt.

C. XX.

IN præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſiliis inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus, non Iob [b], nõ Daniel [c], nec Noë [d] rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquemque portare onus ſuum.

¶ *Verba B. Hieronymi ſunt hæc:* Obſcure licet, docemur per hanc ſententiolam nouũ dogm. quod latitat, dum in præſenti ſæculo ſumus, ſiue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiendum eſt, de quibus Propheta dicit: Non dabit Deo placationem ſuam. nec pretium redemptionis animæ ſuæ: & ideo frater non redimet eum, ſed laborabit [e] *in æternum. & viuet adhuc in finem. De alijs autem intelligi non poteſt.*

Vnde Gregorius Papa II. Bonifacio epiſcopo, epiſt. vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona proſunt viuentium. C. XXI.

1 PRo obeuntibus quippe conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre: ſancta ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat: & quamuis omnes peccatis ſubiaceamus, congruit, vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impiis [f] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

Item †.

¶ Animæ mortuorum quattuor modis ſoluuntur. C. XXII.

2 ANimæ [a] [g] defunctorũ quattuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ [t] Curatio vero funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa, oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeq; iuſtorũ, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas viuentibus, & ſentientibus exhibemus, ſi neq; hoc apud Deum perit, quod exanimis [h] hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.

a ¶ Animæ.] *Horum verborum vſque ad verſ. curatio. nullus author inuentus eſt. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Ivo ex dictis Gregorij.*

Item Auguſtinus in Enchiridio, cap. 109. & 110.

¶ Ante diem iudicij ſacrificiis, & eleemoſynis mortui iuuantur.

C. XXIII.

4 TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitũ eſt, animas [i] abditis [k] receptaculis continet, ſicut vnaquæq; digna eſt vel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dum viueret. ¶ Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorũ viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt, qui cum viuerent, vt hæc ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶ Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt vero talis in bono, vt iſta non requirat: & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita tranſierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. *& poſt pauca.* ¶ Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis [l] defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes [m] ſunt: pro valde [n] malis, etſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcumque viuorum conſolationes ſunt.

---

a ¶ Econtra.] contra id quod dicit, quod poſſumus orare pro mortuis. Ioan.

b IN præſenti.] ¶ Iob.] id eſt, coniugati.

c ¶ Daniel.] id eſt, virgines vel continentes.

d ¶ Noe.] id eſt, rectores eccleſiarum. & hoc intellige ſi deceſſerint in mortali. ſic 25. diſtin. qualis.

e ¶ Sed laborabit.] id eſt, punietur æternaliter.

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiſcopus quæſiuit à Gregorio ſi liceat ſpecialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et reſpondet quòd pro catholicis licet: pro impiis autem ſpecialiter hoc fieri non licet.

f ¶ Pro impiis.] "Sed numquid eccleſia orabit pro illis quos conſtat deceſsiſſe in mortali? Videtur quòd ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane. arg. contra. 21. q. 3. Cyprianus. Reſp. ſi euidens eſt aliquem deceſsiſſe in mortali, vt cum quis ſuſpendit ſe, vel præcipitat aut alio modo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23. q. 5. placuit. & q. 8. quicumque clericus. ſecus ſi eſt dubium. vnde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reliq. audiuimus. & 23. quæſt. 5. placuit.

ANimæ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod quattuor proſunt defunctis, ſcilicet oblatio ſacerdotum, preces ſanctorum, amicorũ eleemoſynæ, & ieiunia cognatorum. In ſecunda parte dicitur, quòd illa obſequia quæ fiunt circa corpus mortui, magis ſunt ſolatia viuorum, quam defunctorum ſubſidia: non tamen ideo corpora defunctorum, & maxime iuſtorum ſunt abijcienda. illud tamen ſeruitium quod corpori impenditur, apud Deum non perit. multo magis eleemoſyna quam viuentibus & ſentientibus facimus, apud Deũ perire non debet.

g ¶ Animæ.] Hoc cap. eſt quaſi pars illius, non æſtimemus.

h ¶ Exanimis.] id eſt, exanimatis, id eſt mortuis. & eſt hic arg. "quòd magis meretur homo impendendo aliquid viuis quam mortuis. Vnde patet quòd ſicut ieiunium alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiunium prodeſt viuo. quod cõcedo ſi ille eſt vicine coniunctus illi vt dixi 83. diſt. presbyter. in glo. & ita.

TEmpus.] CASVS. Licet Beneuen. diuiſerit hoc cap. in duas partes, ego tamen Bart. B. hoc cap. diuido in 4. partes. In prima parte dicitur, quòd inter mortem hominis & iudicium futurum animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæque digna eſt requie vel ærumna. In 2. parte dicitur, quòd beneficia viuorum proſunt defunctis, qui in præſenti vita ita egerunt vt ſibi prodeſſent. In 3. parte dicitur, quod hæc beneficia non proſunt ſumme bonis, vel ſumme malis, ſed mediocriter bonis, & mediocriter malis. In quarta parte dicitur quòd pro ſumme bonis fiunt gratiarum actiones. ſed pro non valde malis propitiationes: ſed valde malis beneficia non proſunt, ſed ſunt conſolationes viuorum: ſed in mediocriter bonis operantur plenam remiſsionem: in mediocriter vero malis mitiorem damnationem. Secunda pars incipit, ibi, *Neque negandum eſt.* Tertia ibi, *Eſt enim quidam.* Quarta ibi, *Et poſt pauca.*

i ¶ Animas.] non ſumme bonas: nam tales credo ſtatim ad cœlos volare, iuxta illud: Gaudent in cœlis animæ ſanctorum. 25. diſtinct. ſanctorum.

k ¶ Abditis.] id eſt, locis nobis occultis. Ex his verbis videtur quòd Auguſtinus dubitabat quo animæ defunctorum recedant. cum infernus ſit ſub terra, & cœlum ſit ſupra, vt 23. q. 4. hæc autem.

l ¶ Pro baptizatis.] Tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiant generaliter [*] pro omnibus. ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet, vt j. de conſecr. diſt. 5. non mediocriter.

m ¶ Propitiationes.] id eſt, vt Deus propitius ſit eis.

n ¶ Pro valde.] "Hic Auguſt. diſtinguit quattuor genera hominum, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis nõ eſt orandum. iniuriã enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de cel. Miſ. cum Marthæ § vlt. Item nec valde malis proſunt, ſed mediocriter bonis proſunt, vt citius liberetur ab igne purgatorij [*]. mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniantur, numquam tamen liberabuntur: & ſecundum hoc etiam patet, quòd oratione ſpeciali oramus pro illis qui deceſſerunt in mortali: dummodo non ſint ſumme mali: licet arg. contra. s. ead. pro obeuntibus. "ſed pone quòd aliquis dat eleemoſynam pro eo qui deceſsit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus, eleemoſynæ vel orationes proſunt talibus ad mitiorẽ pœnam, vt hic dicit, ergo aliquantulum de pœna ſublatum eſt [a]. Ponamus quòd centeſima pars pœnæ ſit ſublata per vnam eleemoſynã: ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa, ergo iſte liberabitur, quod hic negatur. Ad hoc dico, quòd ſi prima eleemoſyna tollit centeſimam partem pœnæ, ſecunda eleemoſyna etiam tollit tantam pœnam, ſed non tantam in quantitate, ſed tantam in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſoluto illud quod obijcitur de indulgentiis. quòd ſi propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium vel venialium, per oblationem ſecundi denarij tollitur tantum in proportione, non tantum in quantitate: & ſemper aliquid remanet, licet omne argentum effunderetur.

"orandum ne eſt pro his qui in mortali peccato deceſſerunt.

[a] Pſal. 48.

[1] Polyc. l. 8. tit. 7.

[2] 4. Idem

Pol. l. 8. tit. Iuo p. 1. 19. & 100 p. c. 124.

[3] Aug. de cura pro mort. c. 4. & lib. 1. de ciuit. cap. 12. & 13

"ieiunium plus prodeſt viuis quàm defunctis.

[*] Hoc cæteris paribus non eſt verum. vide S. Tho. quol. 2. art. 14.

4 Sent. 4 di. 45. Anſ. l. 7. c. 170.

"Hominum genera quattuor ſunt.

[*] Vide S. Th. 4. ſent. di. 45. 2. q. art. 2.

"Eleemoſynæ defunctis proſunt.

[a] Hoc vult dicere, prima eleemoſyna tollit centeſimam totius pœnæ, ſecunda non totius centeſimã, ſed reſidui. & ſic de aliis. & ſic etiam intelligitur quod ſuperius dicitur. Arch.

Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut certe, vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.

9 De obſeruatione autem tertij ſeptimi, trigeſimi, vel quadrageſimi dies quæritur, vnde exordium ſumpſerit.

Ambroſius in lib. de obitu Theodoſij Imperatoris dicit fere in principio.

¶ Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur.
C. XXIIII.

1 QVia alij tertium a diem, alij triceſimum, alij ſeptimũ, alij quadrageſimũ obſeruare conſueuerunt: quid doceat lectio a, conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies ſepulturæ. Et luxit eum Iſrael β ſeptem diebus.] Hæc ergo ſequenda ſolennitas, quã præſcribit lectio. Sic etiam in Deuter. ſcriptũ eſt [Quia plãxerũt filij Iſrael Moyſem dieb9 triginta: & conſummati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis a impletur officium.

a ¶ Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur:* Quia alij tertium diem, & triceſimum, alij ſeptimum, & quadrageſimum. *Verum in miſſalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in cap. nullus. ſ. diſtin. 44. & j. de conſecrat. diſt. 5 ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

β ¶ Iſrael ſeptem.] *Codices B. Ambroſij habent.* & luxit eum Ægyptus ſeptuaginta diebus: *quemadmodum habet editio. 70. & uulgata. Sed tamen uiſa eſt ferri poſſe lectio hæc, quæ eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulo poſt in eodem. cap. 50. Geneſ. hæc adduntur de Ioſeph, & ceteris filijs Iſrael.* Veneruntque ad aream Adad, quæ ſita eſt trãs Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi impleuerunt ſeptem dies.

10 Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra, quàm pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.

¶ Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus. C. XXV.

QVàm præpoſterũ eſt, quàmque peruerſum, vt cũ Dei voluntatem fieri poſtulemus b, quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, nõ obſequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cæleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti c. *Idem paulo inferius.* ¶ Nobis quoque ipſis minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter, atque manifeſte, de Dei dignatione, præceptum eſt, vt conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione † Dominica de ſeculo liberatos: cum ſciamus non eos amitti, ſed præmitti: recedentes præcedere, vt proficiſcentes, & † nauigantes ſolent.

Item Ioannes Chryſoſtomus homil. 26. in cap. 11. epiſtolæ ad Hebræos.

¶ Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI.

VBicumque d ſepeliamur, Domini eſt terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex puſillanimitate contingit.

Hoc autem ex deſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini,] ſed addidit [ſicut & ceteri, qui ſpem non habent] Pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequijs pias lachrymas impendiſſe legimus.

Hinc etiam Anaſtaſius Papa, epiſt. 2. ad Nerianum 3.

¶ Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent.
C. XXVII.

4 HAbent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſationem: qui vitam alteram neſciũt e, qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non cõfidunt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus: contriſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prædicat, torqueri a mœſtitia, dicente Apoſtolo [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.]

a ¶ Torqueri.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idem habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur:* contra quod quiſque prædicator quæritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis uidebatur mixta eſſe lectio ex utraque hoc modo.* contra hoc, quod quiſque prædicat quærere, iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano, 3. cap. 22.

¶ De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam a funebre † carmen, quod vulgo defunctis cãtari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos, aut familias cædere omnino ꝓhibemus. Sufficiat autem, ꝙ in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorũ corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens [De dormientibus autẽ nolo vos contriſtari, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.] Et Dñs non fleuit Lazarum mortuũ, ſed ad vitę huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si autem † poteſt hoc eps omnes

† al. accerſitione
† al. vt
Pſal. 23.
† al. funeris præcamen.
1. Theſ. 4.
Ioan. 11
† al. enim

DE OBSERVATIONE. Hæc eſt 9. pars q. in qua continetur quod in ſeq. ca. declaratur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. quòd ſacrificia, vel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiũt pro mortuis: ſed quia hæc obſeruantur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & propter hoc inducit ſeq. c.

1 Polyc. l. 8. tit. 7. Anſ. l. 7. c. 169. Gen. 50.

QVia.] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambr. vnde ſumpſit initium obſeruatio. 3. 7. & 30. & 40. diei in officiis mortuorum. Et reſpon. quòd a veteri teſtamento: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut. nam filij Iacob ſeruauerũt eum aromatibus conditum in Ægypto 40. diebus: & cum portarent eum ſepeliendũ in ſpelunca duplici, luxerunt eum 7. diebus. Similiter legitur, quod filij Iſrael luxerũt Moyſem 30. diebus. De initio tertij diei non dicitur aliquid in hoc cap.

Deut. 34.

a ¶ *Lectio.*] ſcilicet Geneſis 50. cap.

LVGERE. Hic incipit 10. pars q. in qua probat per 4. c. quòd non debemus plangere mortuos ex diffidentia tamquam non debeant reſurgere. Ioan. de Fant.

3 ſc. humanæ cõſolationis & officij humanitatis debiti, vt docet Ambr. in lib. de Abraham patriarcha. & Ioan. Chr. ca. vbicumque j. c.

CASVS. Supra facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendum. & quòd lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis non licet, ſed intuitu pietatis licet, vt j. ca. habent.

QVam *præpoſterum.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtenditur, quòd ſicut ſerui rebelles a dominis ſuis nõ remunerantur, ſic nos cæleſtibus præmiis non honoramur: cum quotidie dicamus, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: & tamen dolentes & inuiti de hoc ſæculo recedimus, quando vocamur a Domino. In ſecunda parte dicit Cyprianus, ꝙ Deus multoties ſibi reuelauit, vt inter homines prędicaret mortuos nõ eſſe lugendos: quia nõ amittuntur, ſed præmittuntur in patriam vitæ ad inſtar proficiſcentium & nauigatorum. Secunda pars incipit ibi, *Nobis quoque.* Sequ. cap. planum eſt. *Efficiatur*, id eſt, debitum officij funeris impleatur.

b ¶ *Poſtulemus.*] cum dicimus, Fiat volũtas tua. & eſt argu. quòd opere id complere debemus quod voce proteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.

c ¶ *Inuiti.*] ſic 23. q. 5. ad fidem. & ſic eſt argum. quod nõ debemus conſequi cõmodum ex eo quod inuiti facimus, vt ff. ad Treb. ſi patroni. §. 2. ſic 17 q 4. ſunt qui opes 8. q. 1 ſciendum.

d VBicumque.] *Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus. Quæ genuit: cælo tegitur qui non habet urnam.* argum. contra. *Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.*

HOC AVTEM. CASVS. Nunc ſoluit Gratia. dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli. ſed propter pietatem lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc inducit duo ſeq. cap.

1. Theſ. 4.

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugẽt mortuos ſuos, quia excuſationẽ habent, cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimium contriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc ꝓbatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus vos ignorare, &c. *Apud alios*, id eſt, laicos aut idiotas.

3 Et i regeſt. B. Greg libr. 7. epiſt. 111.

4 Anſ. l. 7. c. 171. Bur. l. 19 c. 129. Iuo p. 15. c. 139.

e ¶ *Neſciunt.*] id eſt, nõ credunt. Ioan.

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Tolet. verũ mortui ſepeliendi ſunt cum pſalmodia & luctu. Et reſpond. quòd cum pſalmodiis ſic: & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormientibus autem, &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat. religioſis tamẽ hoc ſpecialiter prohibetur.

1. Theſ. 4.

f ¶ *Religioſis.*] illi enim magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi quàm laici.

DE

† al. A religioſis

DE MORTVIS. Hæc eſt 11. pars q. ſecundum Ioan. de Fant.

CASVS. Facit Grat. quamdam incidentem quæſtionem, vtrum defuncti ſciſit quæ in mundo geruntur à viuis? & reſpond. quod non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

ᵃ Defuncti vtrum ſciant quæ hic aguntur. Eſa. 63.

a ¶ Sciant.] ᵃᵃ mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni q adhuc ſunt in igne purgatorio: q adhuc nõ fruuntur viſione Dei, vt j. ca. fatendum. ſed boni q fruuntur viſione Dei ſciunt quid agatur hic: iuxta illud Gregor. Quid eſt quod neſciant qui videntẽ omnia vident? Et alij dicunt, quòd boni dicuntur ſcire omnia quæ ſunt eis neceſſaria.

ᵃ Dicũt quidam q animæ immediatè vident i ſpecul. trinitatis ſicut Angeli ... Beata ſuper Lu. 5. in illo Euang. Homo quidam erat diues, &c. vbi dicitur, quòd in illis qui vidẽt ... tate, ... in creatura quod videre nõ poſſimus ... ſcilicet ... permittit diuinitas ... Ioan. de hoc ... not. ar. j. prox. c. 1. ᵇ Sed tu vide S. Th. 4. ſent. diſt. 45. qu. 3. art. 1. & 2. & 49. q. 2. art. 5.

b ¶ Neſciuit.] quia nondum erat hoſtia oblata, per quã aperta ſunt ianua paradiſi, vt extra de bapt. maiores. Ioan.

F Atendum] CASVS. Quæſitũ eſt ab Auguſtino, vtrum mortui ſciant quid in hoc mundo agatur à viuis? & reſp. quod non. donec aliquid agitur hic. ſed poſtea p mortuos qui vadunt ad eos ſciũt nõ omnia, ſed quæ illis permittunt audire, & quæ iſtos recordari licet: aut per Angelos qui præſentes ſunt rebus quæ in mundo agũtur, aut per ipſos qui quandoque ad nos venire creduntur, ſicut econtrario Paulus viuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

c ¶ Credunt.] & male, quia ſunt phantaſmata, vt 26. q. 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hæc eſt 12. pars q. 2. ſecundum Ioan. de Fant.

ᵇ Et i Vorm. cap. vlt.

CASVS. Quæritur an homines qui ſuſpenduntur in patibulis, ſint ſepeliẽdi in cœmeterio? Et reſpond. quod ſic, ſi ipſi pœnituerint.

ᵍ Burc. l. 11. c. 76. Iuo p. 14. cap. 124. Pan. l. 5. c. 22.

Q Væſitum.] CASVS. Quidam quæſiuerunt in cõcilio Moguntinõ. vtrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpenduntur, ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpond. quòd ſic, ſi digne pœnituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur, ita communio corporis Chriſti vel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptũ eſt, Nõ iudicabit Deus bis in idipſum.

ᵍ Naum 1. ſecundum 70.

d ¶ In patibulis.] ᵃᵃ licite ergo ſepeliuntur ſuſpenſi & condemnati, dummodo hoc fiat auctoritate principis, ff. de cadau. l. 1. & non

ᵃᵃ Sepeliri poſſunt ſuſpenſi.

omnes Chriſtianos ꝓhibere, agere nõ moretur. Religioſis † tamen omnino aliter fieri nõ debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

a ¶ Nam funebre] *Hinc uſque ad verſ. ſufficiat. addita ſunt ex originali, ut intelligatur, quæ illa ſint quæ in hoc canone prohibentur.*

11 *De mortuis etiam quæritur, utrum ſciãt ᵃ ea, quæ hic à viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait [Abraham pater noſter neſciuit.] ᵇ Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur dicens, cap. 15.*

¶ Mortui ex ſe neſciunt, quid hic à viuis geratur. C. XXIX.

F Atendum eſt, neſcire quidem mortuos, quid hic agatur: ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Poſſunt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt, audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſũt. *& infra.* ¶ Multi ᵃ quoque ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt ᶜ, ſicut econtrario Paulum ex viuis in paradiſum raptũ eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

a ¶ Multi quoque.] *pro* B. *Auguſt. ſic legitur,* Multi quoque ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex viuis raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur. *Sed ob ... non eſt emendatum. Veritatem vero ſuæ ſententiæ confirmat B. Auguſt. aliquot aliis exemplis ſupra ... quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

12 *De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur, an iuxta eccleſias ſint ſepeliendi. De quibus in Moguntinenſi concilio 2. ſub Rabano, cap. 27. ita ſtatutum eſt ᶠ.*

¶ Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur. C. XXX.

2 Q Væſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis ᵈ ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt cõfeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferẽda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ, an non. Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitẽtibus communio in fine ſecundum canonicum iuſſum danda eſt: cur non β eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim. [ᵍ Non vindicat Deus bis in idipſum.]

β ¶ Cur non eis] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino & Vormac. cuius induſtis aliquot uerbis, quæ potius perturbabant, quàm illuſtrarent.*

¶ PALEA. C. XXXI.

4 F Vres, & latrones, ſi in furando, aut deprædando occidantur: viſum eſt pro eis non orandum. Si cõprehenſi, aut vulnerati, presbytero, vel diacono confeſſi fuerint, communionem ᵃ eis non negamus.

a ¶ Communionem.] *Antea legebatur,* confeſſionem. *Emendatum uero ſic eſt ex Burchardo, Iuone & decretali: quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburienſi. & in eo, quod extat, habetur ſententia cap. 31. copioſius expoſita: ubi etiam diaconi nulla fit mentio. ſed ita dicitur,* Deoque & ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶ *Sic in omnibus codicibus in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem, & in decretali: ex quibus ſunt multa emendata, & magni ponderis.*

¶ De eodem. PALEA. C. XXXII.

5 S I fur, aut latro captus in præda abſque occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur: quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, à thoro, à gladio, ab equitatu ſe abſtineant. In tertia, quinta feria, & ſabbatho, aliquo genere leguminum, vel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſia viciſſim vtantur, & temperate. Sin autem à veridicis comprobatur teſtibus, quòd ſine odij meditatione ſe, ſuaque liberando, Diaboli mẽbra interfecerint, & β capi non poterant: pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus, niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. Aut ſi presbyter eſt, non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pœnitentiá agat.

β ¶ Et capi non poterant] *Loco illorum verborum in codicibus Gratiani erant hæc.* & pariter pœniteant, *quæ uidentur pugnare cum proxime ſequentibus.* pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex ceteris collectoribus.*

CAVSA XIIII.

C Anonici † cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem mouent de prædijs: teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent.

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis ſua ᶜ repetere.*
2 *Secundo, an illi teſtes ſint audiendi.*
3 *Tertio, an illud ſit vſuras exigere.*
4 *Quarto, an liceat clericis, vel laicis à quolibet vſuras expetere.*
5 *Quinto, an eleemoſyna de vſuris fieri poſſint.*
6 *Sexto, an vſurarij pœnitentiam agere valeant, niſi, quod male acceperunt, reſtituant.*

QVÆSTIO I.

Q *Vòd autem ſua repetere non poſſint, facile videtur poſſe probari. Ait enim Dominus in Euangelio [Si vis perfe* Matth. 19. Luc. 18. Marc. 10.

eſt contra. 23. q. 5. placuit. ᵃᵃ Quæri conſueuit quare liberetur ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille qui recipit corpus Chriſti, cum corpus Chriſti maius ſit omnibus, vt de conſec. diſt. 2. nihil? Reſp. quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo animam liberat, & non corpus. Vel dic quòd priuilegium eccleſiæ eſt, & non debet trahi ad cõſequentiam ᵇ, vt j. 17. q. 4. ſicut. nec aliquod priuilegium trahẽdum eſt ad conſequentiam. 7. q. 1. petiiſti. & 16. q. 1. hinc.

4 Extra de furt. cap. 1. in Tribur. c. 31. Pol. l. 6. ti. 16 Burc. l. 11. c. 59 Iuo p. 15. cap. 45.

ᵃᵃ Eccleſia & non corpus Chriſti protegit malefactorem.

b Ad idẽ ex. de priuil. ſane. verum cũ qui tali fugitiuo deferret bene faceret: ſed non eſt ſtatutum, ſecũdũ Vin. Sed tu defendas q talis ẽ per eccl. ſiẽ defendẽdus quia corpori Chriſti aliqua res anteponi non debet. 1. q. 1. c. multi. 95. diſt. ec. c. de conſ. diſt. 5. nihil. Arch.

C Anonici cuiuſdam.] CASVS. Supra in proxima cauſa clerici introducuntur litigãtes de ſpiritualibus. Nunc autem ſubnectit Gratia. hanc 14. cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendẽs qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittendi vel aſſumẽdi. Addit etiam de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & vtrũ eleemoſynæ fieri poſſunt de male acquiſitis. & vt hæc omnia facilius pateant, proponit thema. de quo ſex elicit quæſt.

5 Sentẽtia habetur ext. de hom. c. 2. Polyc. ibi. Bur. l. 11. c. 60. & l. 19. c. 5. interfecilti ſeruum. Iuo p. 15. c. 46.

c ¶ Sua repetere] ᵃᵃ Omnes clerici qui habent proprium vel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi non habent proprium, nõ poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſunt ſi ſunt prælati: vel ſi prælati non ſunt, de mandato ſuperioris poſſunt ea repetere, vt 16. q. 1. monachi. 2. Itẽ omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilibus perſonis de mãdato ſuperioris, vt 86. diſt. peruenit.

ᵃᵃ Clerici an poſſint ſua repetere.

Q Vod autem.] CASVS. Hic intitulatur 1. q. qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certum eſt, quòd omnes qui renuntiauerunt propriis cum nihil habeant, ſua repe

† al. Clerici

repetere non poſſunt, nomine tamen eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt, & eſſe in iudicio, vt 16.q.1. monachi. clerici vero ſæculares, & omnes qui non renuntiauerunt propriis, ſua repetere poſſunt, quia neque lege neque canone prohibêtur. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione. Primo probat 5. auctoritatibus, quod clericis ſua repetere non licet, & hoc duabus: Domini, & alia Apoſtoli, quarta Grego. quinta Carthaginen. concil. tandem allegatis reſpodet duplicem adhibendo ſolutionem. & ita omnia plana ſunt vſque ad §. *Sicut ergo.*

Math. 5.

1.Cor.6.

1 l.5. moral. c 8. ad 5. c. Iob.

a ¶ *Perfectus.*] id eſt, ſine mortali peccato, & ſine veniali. nam curã propriorum non poſſumus habere ſine peccato, vt 25.diſt.qualis.

b ¶ *Poſſidere.*] ſimile eſt tertia, quæſt. prima. §. patet. vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorũ: quia nihil proprium poteſt poſsidere, vt 5. diſtin.8. quo iure. & 23. quæſt.7.cap.1.& a nec laicus poteſt repetere decimas: quia eas non poteſt poſsidere, vt extra de præſcrip.cauſam. ad hoc enim vt quis poſsit aliquid repetere, requiritur quod fuerit in poſſeſsione iuris vel facti, vt extra de reſtit.ſpoliat. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem, niſi probauerit quod poſſederit, vt extra de offic.delega.conſultationibus. vnde patet, quod quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appellat. ſignificauerunt. & extra de reſtit. ſpoliat. olim. " Inuenio tamen quod quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſsidere non poteſt. nam petitur reſtitutio conſanguineæ cum qua de iure quis non poteſt commiſceri, vt extra de reſtitu. ſpoliat. litteras. Item ſeruus petit reſtitutionem rerum domini abſentis, quas de iure nõ poteſt poſsidere, vt C. ſi per vim vel alio modo. l.1. ſimiliter vxor poteſt petere res a viro ſibi datas ſi ſpoliata eſt: quarum rerum dominium non poteſt habere. ff. de vi & vi arma. l.1. §. deijcitur. Item habens plura ſtipendia petit reſtitutionem alicuius: cum tamen de iure non poſsit illud poſsidere cum aliis, vt extra de præben. referente. Ioan. ' Ego credo ſaluo meliori conſilio, quòd laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem, cum latro reſtituatur, vt extra de reſtit. ſpoliat. in litteris. cum laici quotidie poſsideant a decimas ex tolerantia prælatorum. ſecus in hæretico, cum ſit excommunicatus, vt extra de hæretic. excommunicamus. & decret. illa, cauſam. dicit detinere, & non poſsidere. B.

a 5.1.q.2. ſacerdos.

" Reſtitutionem quandoque petit q poſſidere nequit.

" Laicus poteſt decimas petere quib' ſpoliat' eſt.

a De facto. quod dic, vt not. 16 q. 7. c.1. Arch.

" Horatius in epiſtolis.

perfectus a eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.] *Quia ergo illi iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere. Multo ergo minus licet eis repetere: quia non debet repeti, quod poſſideri b non licet.* ¶ *Item* [*Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium.*] ¶ *Item Apoſtolus in epiſtola ad Corinth.* [*Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis c, omnino peccatum eſt in vobis.*] ¶ *Item Gregorius exponens* [1 *Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius d redigar poteſtate.*] *inquit* [*Cum mens concepta deſideria ſequitur: ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.*]

Item ex concilio Carthaginenſi, 4.c.19.

¶ Pro rebus tranſitoriis epiſcopus prouocatus non litiget.

C. I.

EPiſcopus nec prouocatus e pro rebus tranſitoriis litiget.

Quia ergo f generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere: patet, quòd iſtis non licet ſtare coram iudice. ¶ *His ita reſpondetur. Prohibetur perfectis, in iudicio ſtare captando lucrum, ſed non euitando damnum. Vel aliter. Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis, ſed tamquam ad diſpenſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib. de vita contemplatiua* [a *Sacerdos, cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, &c.*] *require in cauſa eius, à quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur.* ¶ *Sicut ergo iſti non ſua poſſident: ita nec ſua repetunt: ſed res eccleſiæ, quarum procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibentur contendere, ſic intelligendum eſt: videlicet, vt non ſibi ſtent coram iudice, ſed aliis. Alios autem coram iudice aſtitiſſe, & pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorum g legimus. Hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorum neceſſitatibus profutura repetunt: & ita non prohibentur ſtare coram iudice.* ¶ *Illud vero Euangelij* [*Si quis abſtulerit tibi tunicam, &c.*] *non eſt præcipientis, ſed exhortantis.*

Vnde Auguſtinus ait lib. 19. contra Fauſtum, cap. 25.

¶ Peccat qui vltra debitum exigit, non qui ſibi debita repoſcit.

C. II.

QVod debetur h, etſi benigne dimittitur, non tamen inique repetitur. Peccat autem, qui exigit i vltra debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis k inſtituit. Sed tu eò longe es à peccato iniuſti exactoris, quò omnino nõ exigis debitum: ideoque bonus magiſter ait [Qui te percutit in vnam maxillam, præbe ei alteram:] præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nullum l habet debitum m.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus cap. hoc coniunctum eſt ſuperiori, & confectum eſt ex verbis B. Auguſtini lib. 19. contra Fauſtum. cap. 25. hinc inde acceptis, & interdum etiam immutatis. Quare præſtat integrum illud caput perlegere.*

Sic n & cetera o accipiat. Item in libro de ſancta virginitate a. cap. 14. & 15.

a ¶ Virginitate.] *Reſtituta eſt citatio ex Polycarpo. antea citabatur* ex ſermone Domini in monte. *Sic etiam §. Quod præcipitur reſtitutum eſt B. Hieronymo.*

¶ De eodem. C. III.

3 QVicſquis præceptis nõ obtemperat: reus eſt, & debitor pœnæ. *& paulo poſt.* ¶ Præcepto Domini non obedire, peccatum eſt: conſilio ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Item Hieronymus* † *libro 1. contra Iouinianum.* Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur p, neceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pœnam habet. *& infra.* ¶ Vbi conſilium datur: offerentis arbitrium eſt, vbi præceptum neceſſitas eſt ſeruientis β.

β ¶ Seruientis.] *Sequebantur hæc verba*, vt obediat, vel imperantis, vt ei obediatur, *quæ ſunt expuncta auctoritate codicum vetuſtorum, & originalis.*

3 Polyc. l. 1. tit. 24. c. 15.

† in vulgatis erat, *Grego. in epiſtol. ad Iouinianum.*

tendere in iudicio captando lucrum, ſed vitando damnum poſſunt eſſe in iudicio. Secundo dicit, quòd licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cum nihil habeant: tamen res eccleſiaſticas tanquam communes quarum procurationem gerunt, repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed aliis, ſcilicet, pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

g ¶ *Sanctorum.*] 5. 12. q. 1. expedit.

ILLVD. CASVS. Nunc reſpondet auctoritati Euangelij, ſi quis, &c. & dicit quòd conſilium Domini eſt, & non præceptum: & ad hoc inducit ſequens cap.

QVod debetur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſt. verum ſit peccatum repetere ſua? Et reſpondet quòd non, licet non poſsint benigne remitti. ſed illi peccant qui vltra debitum exigunt: contra quos lex pœnam talionis inſtituit. ſed qui nullo modo petũt, remoti ſunt à peccato & pœna iniuſte pœnitentis. *Eo*, id eſt, in tantum. *Quo* id eſt, inquantum.

Luc. 6. Math. 5.

h ¶ *Quod debetur.*] ex aliquo maleficio. vel intellige ex quolibet debito.

i ¶ *Vltra.*] " Videtur ergo quòd non poſsit licite peti pœna dupli vel quadrupli a fure, vt not. 14. quæſtio. 2. in antiquis. quod concedit Hug. ſed non eſt ita: quia hoc habetur ex canone quod peti poſsit. 14. quæſt. 2. in legibus b.

" fur ad pœnã dupli vel quadrupli poteſt conueniri.

b De hoc no. 12. q. 2. fraternitas. ibi videas. & facit ad hoc ext. de ſent. excom quãuis & cap. ex noſcitur. vbi plene de hoc not. p Hoſt.

k ¶ *Talionis.*] contra delinquentem, ſcilicet vt tanta ſatisfactio petatur ab eo, quanta iniuria præceſſit, vt 23. quæſt. 3. ſex differentiæ. vel loquitur de pœna talionis infligenda actori, qui iniuſte litigat: & quia calumnioſe agens punitur in ſumptibus litis, vt extra de pœ. calumniam.

l ¶ *Nullum.*] ſcilicet quo ipſe teneatur aliis. vel aliter, id eſt, nulli vult ſoluere pœnam pro peccato debitam.

m ¶ *Debitum.*] id eſt, pœnam debitam ex peccato.

c ¶ *Habueritis.*] iniurioſe, ita vt ſcandalizemini propter hoc.

d ¶ *Sub nullius.*] id eſt, ſub rei temporalis poteſtate nolo redigi intantum vt aliquem offendam, iuxta illud: " *Et mihi res: non me rebus ſubmittere conor*, vt extra de verb. ſignific. intelligentia.

e EPiſcopus.] ¶ *Prouocatus.*] id eſt, in iudicium vocatus. debet enim per alium litigare, vt not. 5. q. 3. c. vlt. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere: ſicut nec tutor pupilli, vt ff. de admin. tut. l. quoties. §. ſicut autem.

f ¶ *Quia ergo.*] require 5. 1. q. 2. ſacerdos.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, quòd clericis ſua repetere non licet. poſtea reſpondet dupliciter allegatis. Et primo ſic: ſcilicet quòd perfecti non debent con-

n ¶ *Sic &.*] hic eſt §.

o ¶ *Cetera.*] id eſt, quòd omnia ſunt conſilij: ſicut illud, qui percuſſerit te in vnam maxillam. &c.

QVicſquis.] CASVS. In hoc cap. & ſequenti aſsignatur differentia inter præceptum & conſilium: quia peccatum eſt non obedire præcepto, & pœnam ſuſtinet, qui non obſeruat: conſilio vero non obedire peccatum non eſt, ſed qui non obedit, minus boni adipiſcitur.

p ¶ *Quod præcipitur, imperatur.*] Hic Gregorius innuit differentiam inter præcipere & imperare c. nam alias Auguſtinus dicit: quod Cæſar præcipit, faciendum eſt, quod imperat, tolerandum eſt, vt 23. quæſt. 1. militare. Item inter mandatum & præceptum videtur eſſe differentia: quia finitur d mandatum morte mandatoris, vt extra de offic. delegat. relatum. ſed præceptum non, vt in authent. vt null. iud. §. & hoc vero iubemus. coll. 9. Item quandoque ea quæ ſunt præcepti, conſuluntur, vt vigeſimaoctaua quæſtione prima ſic enim. quandoque etiam quæ ſunt mandati, præcipimus, vt ſic æquiparentur præceptum & mandatum, vt C. de acquir. & obligat. ſi quidam. Item quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur, vt 11. quæſt. 3. rogo.

c iſtam glo. approbat & debet eã veram & not. Alex. de Im. in l. more o. 10. ff de iud. omniu & per Spec titu. de iu. de L. §. reſt. ad fin. 1. eo. & in titu. de leg § ſiai cur. 1 ver. ſed pone de facto

d Ope exceptionis, vt dicam 18 q. 2. dudũ. ibi videas 63 diſt. principali. Arch.

QVÆSTIO II.

DE eo autem, quod quæritur, an de ſuis [a] fratribus teſtes producere poſſint, multis auctoritatibus videtur eſſe prohibitum. Leges enim tam ſacrorum canonum, quàm ſæcularium principum prohibent aduerſus aliquem †, teſtem de ſua domo produci. Contra ſe enim quiſque teſtari poteſt, pro ſe vero minime. Quia ergo iſti producuntur, vt pro ſeipſis teſtimonium ferant. (Non enim vtilitatis ſuæ eccleſia ſe penitus immunes arbitrantur futuros) patet, quòd eorum vox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio † hæc, & teſtium examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaque. In criminali enim cauſa non licet teſtem de propria domo produci, in ciuili autem prælatis eccleſiæ licet.

Vnde Paſchalis II. Guidoni archiepiſcopo Vienenſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens.

¶ Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt.

C. I.

SVper prudentia tua plurimum admiramur, quòd in negotio beati Stephani [b], clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ namque ſunt ſpecies cauſarum: nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus † ſiquidem, accuſatorum & teſtium illa diſtrictio obſeruanda eſt, quæ in canonibus continetur: ne qui ad probationem domeſtici aſſumantur. Ceterum in poſſeſſionum, vel huiuſmodi negotiis hi potiſſimum aſſumendi ſunt: qui eadem negotia tractauerunt [c], de quorum auditu, & viſu [d] hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo iidem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſæ illius, nullatenus remoueantur: ſed ſicut aliis litteris deliberatum eſt, inter ſancti Ioannis, & ſancti Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

Poteſt etiam intelligi aliter. Domeſtici ad probationem non admittantur, vt pro his videlicet, quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant. Hi autem (ſicut ſupra de actoribus dictum eſt) non pro domeſticis, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium pauperum, teſtimonium dicant. In conficiendis autem inſtrumentis ſæcularium negotiorum, presbyteri non vocentur ad teſtimonium, ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit iubente epiſcopo teſtimonium dicant.

Vnde in ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II ſtatutum eſt, cap. 13.

¶ In conficiendis inſtrumentis ſacerdotes ad teſtimonium non vocentur.

C. II.

[1] QVamquam ſacerdotũ teſtimoniũ credibilius habeatur: tamen ipſi in ſæcularibus negotiis pro [α] teſtimonio, aut conficiendis inſtrumentis non rogentur [e]: quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit. Si autem [β] euentu [f] aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint [g], vbi nullæ idoneæ ſæcularium inueniantur perſonæ, ne veritas occultetur [h], & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, vt aut coram ſe [i] & competentibus [k] iudicibus, aut aliter [l] honorifice veritatem atteſtant †.

† al. extraneum

† al. diſtrictio

† al. criminalibus

† al. teſtificentur

1 Polyc. lib. tit. 31.

α ¶ Pro teſtimonio.] *Sic eſt emendatum ex concilijs Eugenij II. & Leonis IIII. & Polycarpo. Antea enim legebatur*, pro conficiendis inſtrumentis ad teſtimonium non rogentur.

β ¶ Etſi autem.] *In concilijs ipſis, & Polycarpo legitur*, ſi enim euentu cauſæ aliquid viderint, &c.

DE eo autem.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſt. qua quæritur, an fratres vel domeſtici teſtes ſint audiendi. Et certum eſt quòd in cauſa criminali non admittuntur. vt 3. q. 5. cap. 1. niſi quando clerici accuſant ſuum prælatum vt 2. quæſt. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. c. 1. ſimiliter in cauſa ciuili, domeſtici teſtes non admittuntur, vt 4. q. 3. etiam in re propria. clerici tamen tam pro ſua eccleſia quam pro aliena bene admittuntur, vt j. ead. cap. 1. & cap. quamquam. Et procedit hoc ordine. Primo probat quod fratres & domeſtici teſtes non ſunt admittendi. poſtea dat ſolutionem. Dicitur ergo, quòd tam leges, quam canones prohibent domeſticos teſtes aduerſus extraneum aſſumi. Nam pro ſe quis teſtificari non poteſt, ſed contra ſe. & ideo cum iſti ferunt teſtimonium ſuper rebus eccleſiæ ſuæ, quæ ſpectant ad ſuam vtilitatem, non ſunt audiendi. Poſtea ſoluit dicens, quòd in cauſa criminali eſt hoc ſeruandum, ſed in cauſa eccleſiæ bene admittũtur domeſtici teſtes, vt in ſeq. c. patet.

a ¶ An de ſuis fratribus.] In cauſa criminali nunquam admittuntur domeſtici, vt 3. q. 5. cap. 1. " niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum canonici accuſant prælatum ſuum, vt 2. q. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. cap. 1. ſimiliter in cauſa ciuili non admittitur domeſticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, vt j. ead. c. 1. & extra de teſtib. inſuper. Similiter ad probandum conſanguinitatem admittitur domeſticus, vt 35. q. 6. c. 1. ſiue agatur ad contrahendum, ſiue ad dirimendum matrimoniũ, vt extra qui matrimon. accuſ. poſſ. videtur. Sed pro alio impedimento matrimonij domeſtici non admittuntur, etiam ſi velint probare affinitatem, vt extra de teſti. in litteris. Ioan. ſed contra videtur dicere decret. extra de teſtam. ſuper eo. & ſic de facto ſeruatur: & in illa decr. in litteris. ſuſpicio erat contra eum: quia ſteterat cum vxore per ſeptem annos, & etiam ibi ſuper affinitate inducebantur domeſtici. Præterea vt notauit ibi T. familiares ſui erãt, vel domeſtici, quibus imperare poteſt ratione dominicæ vel patriæ poteſtatis. aliàs domeſtici bene admittuntur. [a] Ber.

" Teſtificari poſſunt quandoque domeſtici.

a Alij cõtra 4. q. 3. etiam ciuili iure. nam mercenarij ſunt domeſtici ff. de pœ. reſpiciẽdum. § furti. C. de his qui ad ec. confu. ſ'enti Arc.

" Canonicus pro canonico teſtificari poteſt.

SVper prudentia.] CASVS. Guido archiepiſcopus Vienenſis Apoſtolicæ ſedis legatus in cauſa quæ vertebatur inter canonicos ſancti Stephani, & canonicos ſancti Ioannis, canonicos ſancti Stephani ad perhibendum teſtimonium veritati recipere nolebat, quia domeſtici erant: quare Paſchalis II. ſcribit ſibi, & docet, quòd in cauſa criminali teſtes domeſtici non aſſumantur, ſed in ciuili eccleſiaſtica, potius ipſi quàm alij recipiantur. præcipit ergo ſibi vt a teſtimonio ferendo nullo modo repellat clericos beati Stephani, dummodo idonei videantur. *Alijs litteris*, quibus cauſam illam commiſerat ſibi: vel aliis litteris ſuper teſtibus recipiendis ſibi miſsis prius.

b ¶ Stephani.] " Vnus canonicus poteſt inducere in teſtimonium ſuum concanonicum contra eiuſdem eccleſiæ canonicos: quia non eſt magis domeſticus vni quàm alij: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit, vt ff de rit. nup. non ſolum. §. ſicut. & poteſt ipſum inducere contra ſuum prælatum, vt 2. quæſt. 7. lator. Sed numquid poteſt eum inducere contra canonicum alterius eccleſiæ? Hug. dicit quòd non. Tu potes dicere quòd ſic: quia non eſt domeſticus illius, ſed eccleſiæ tantum. ſimiliter prælatus ille poteſt induci in teſtem pro eccleſia ſua: dum tamen alius conſtituatur, qui nomine eccleſiæ agat, vt extra de teſt. inſuper [b]. nec dicuntur illi ferre teſtimonium in propria cauſa: quia cauſa eccleſiæ non eſt in cauſa ſingulorum, vt 12. quæſt. 2. qui manumittitur. ſic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamenti, in quo aliquid ei relictũ eſt, vt inſtit. de teſtam. §. legatarius. Sed nonne talibus imperatur ab eccleſia? ergo non poſſunt eſſe teſtes pro illa, vt 4. quæſt. 3. idonei? Sed iſtud eſt in fauorẽ religionis. " nam contra rationem pro religione iudicatur, vt ff. de relig. & ſum. ſunt perſonæ. Sed licet dicam, quòd vnus canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici: non tamen dico, quòd poſſit eſſe iudex ſuus contra extraneum, quia minor cauſa repellit aliquem a iudicio quam a teſtimonio, vt extra de offic. deleg. cum R.

b Ad idem ff. de verbo. ſignifi. princeps. C. de dign. lib. 12. ſenatorũ. ſed contra, quia executores negotiorum & adminiſtratores in eiſdẽ negotiis teſtes eſſe non poſſunt. ff de teſti. mãdatis. Arch.

" Contra rationem communem pro religione iudicatur.

c ¶ Tractauerunt.] quia ea quæ in capitulo geſta ſunt, melius poſſunt probari per canonicos quam per alios, vt extra de teſtib. veniens. in fin. licet lex dicat, alias inter domeſticos, facile quid confingi poſſe pro negotij qualitate, vt C. de donat. data.

d ¶ Et viſu.] 3. quæſt. 9. teſtes.

POTEST. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima ſoluit aliter quam ſuperius dixerat, dicens quod domeſtici ad teſtimonium non admittuntur pro eo cuius ſunt domeſtici. ſupradicti autem clerici non pro domeſticis admittuntur, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium. In ſecunda parte dicitur, quòd presbyteri in contractibus ſæcularium non debent ad teſtimonium vocari. ſi tamen caſu interfuerint, iubente epiſcopo teſtimonium ferre poſſunt, vt in ſeq. cap. docetur.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eugenio, vtrum ſacerdotes ſint vocandi ad teſtimonium ſuper conficiendis inſtrumentis in negotiis ſæcularibus? Et reſpondet quòd non, ſi tamen caſu interfuerunt, vbi laici non inueniuntur idonei, iubente epiſcopo poſſunt dicere teſtimonium, ne veritas occultetur.

e ¶ Non rogentur.] an poſsit clericus cogi, not. 2. quæſtio. 6. ſtatuendum.

f ¶ Euentu.] 3. quæſt. 3. ad fidem.

g ¶ Vel audierint.] & hoc eſt in illis caſibus, vbi teſtimonium valet de auditu vt 3. q. 9. ſi debitum.

h ¶ Occultetur.] iſtud eſt regulare, quòd in defectum probationum quilibet poſsit cogi, vt extra de teſt. cog. peruenit. immo talis admittitur qui alias non eſt idoneus, vt 4. quæſt. 3. item ſerui reſponſo. ſimile eſt 55. diſtinct. priſcis. & de conſecrat. diſt. 4. in neceſſitate. & C. de hæretic. l. vlt.

i ¶ Coram ſe.] ſed qualiter teſtatur clericus coram epiſcopo [c], cum cauſa vertatur coram laico iudice, cum continentia cauſæ diuidi non debeat, vt extra de ſequeſt. ad hæc? Reſpond. hoc eſt priuilegium clericorum, quòd non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, ſicut egregiæ perſonæ non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, vt ff. de iureiur. ad perſonas [c].

k ¶ Competentibus.] ſcilicet iudicibus eccleſiaſticis.

l ¶ Aut aliter.] id eſt, vt committat epiſcopus aliquibus, qui recipiant teſtimonia ipſorum.

" Clerici nõ coguntur teſtificari.

c Ad idẽ ext. de teſt. cap. ſi quis & maxime cum tũc iurare debeant, quod facere nõ debẽt laico. 22. q. vlt. c. vlti. ſecundùm Io. de Fant.

Quid

Quod autem.] CASVS. Hic intitulatur 3. q. in qua quæritur vtrum ſit vſura, ſi aliquid præter ſortem exigatur? Et certú eſt, quod ſic: niſi cum eccleſia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium eccleſiaſticum de manu laici redimatur: quo caſu fructus eccleſiaſtici fundi præter ſortem retinebit, vt dicit Innoc. III. in prima decre. de feu. & Alex. de vſu in prima decr. in fi. Similiter non licet aliquid expectare præter ſortem, vt j. ea. c. 1. Spes enim facit vſurarium ſicut ſimoniacum. ar. 1. q. 3. non ſolum.

a ¶ Quod autem.] Hic quæritur an[''] vſura ſit vltra ſortē aliquid recipere? Et certe ſic: niſi in quinque caſib. Primo in caſu fauore eccleſiæ. ext. de vſur. c. 1. & ca. conqueſtus. Secundo, & cum fideiuſſor ſoluit ſortē & vſuras, poteſt vſuras petere, vt ff. de fideiuſſ. conſtitutus. Tertio, & cū pœna petitur præter ſortem, vt 32. q. 2. in legibus. Quarto, & cum petitur vſura tanquam intereſſe. vt dicam j. e. q. 4. quoniam multi. & ff. pro ſo. l. ſocius qui. Quinto, & cū recipitur aliquid pro re quæ non conſiſtit in pondere, numero vel menſura, ſicut in locatione. Item in ſexto caſu ratione incertitudinis, vt extr. de vſur. in ciuitate. & non ſolum quodcúque lucrū, ſed etiam ipſa ſpes facit hominum vſurarium, vt j. e. c. 1. ſicut ſpes facit hominem ſimoniacum, vt 1. q. 3. non ſolum.[''] Ad intelligentiam autem huius quæſtionis ſcias, quòd duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti ſunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certum eſt & requiritur, quòd ſit gratuitum: alioquin eſt vſura. Item ſi commodatum non eſt gratuitum: non quidem eſt vſura, ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato, ſtatim deſinit eſſe commodatum: quia aut recipitur aliquid pro re ipſa, aut pro vſu rei. ſi pro re ipſa aliquid recipitur, aut eſt pecunia: aut alia res. ſi pecunia, eſt emptio ſeu venditio. ſi alia res, erit contractus permutationis. ſi pro vſu rei accipitur pecunia, erit contractus locationis. ſi res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes illi contractus ſunt liciti laicis etiam cauſa negotiationis, vt 88. diſt. fornicari. Clerici tamen in quantum poſſunt debent abſtinere ab emptione & venditione: quia illud non facile fit ſine peccato, vt j. de pœn. diſtin. 5. qualitas. tamen in cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis negotiari, vt extra ne cler. vel mona. ca. 1. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, vt 91. diſt. clericus victu. & 21. quæſt. 1. c. de conſec. diſt. 5. numquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negotiatione, ſed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apoſtolis, vt 21. q. 1. c. 1.

[''] Vſura aliquando non committitur licet vltra ſortem quid accipiatur.

1 ſ. ac. 3. diſt. 37 Iuo p. 13. c. 17.

2 Adde hic Bal. in rub. C. de conſti. pecu. in j gl. & in l. 3. & ibi clarius per eundem Bal. & Sal. C. de exec. Bal. l. 2. in pr. C. de vſu. rei iu. & c. j. col. 5. de plus pe. late p Sa. in aut. ad hæc q. 11. C. de vſu. Iaſ. l. cūctos col. 14. ver. 6. & vlti. quarto. C. de ſum. trin. Io. Cal. conſ. 11. poſito ſub ti. de vſur. D. Ale. cóſ. 303. inc. viſo proceſſu cauſæ vertētis inter Io. col. vlt.

3 & ibi gl. or.

4 Sent. ibid. Iuo p. 13. c. Pann. l. 3. c. 160.

5 Concord. tex in l. 3. §. cum vtrue ff. de of. præfe. vr. & l. 1. C. de hæred. inſt.

[''] Contractus duo ſunt gratuiti.

QVAESTIO III.

Quòd autem[a] præter ſummam emolumenta ſperari, ſit vſuras exigere, Auguſtini auctoritate probatur. qui in pſalmum 36. ad ver. [Tota die] *ſcribit dicens.*

¶ Qui plus, quàm dederit, accipit, vſuras expetit. C. I.

1 SI fœneraueris homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm[b] dediſti, expectes accipere, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti[2]. ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud ſi plus, quàm dediſti, expectas[c] accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

Item Hieronymus ſuper Ezechielem, lib. 6. ad c. 18.[3]

¶ Quidquid ſupra datum exigitur, vſura eſt. C. II.

4 PVtant quidam vſuram tantū eſſe in pecunia[d]. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti[5]. *Item ibidem.* ¶ alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari, & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint,

Item Ambroſius in lib. de Tobia, c. 14.

¶ Quidquid ſorti accedit, vſura eſt. C. III.

6 PLerique refugientes præcepta[e] legis[f], cum dederint pecuniam negotiatoribus[g], non in pecunia vſuras exigunt, ſed de mercibus eorum, tamquam vſurarum emolumenta percipiūt. Ideo audiant, quid lex[h] dicat[7]. [Neq; vſuram, inquit, eſcarum accipies, neque omnium rerum.] *Item paulo poſt.* ¶ Et eſca vſura eſt, veſtis vſura eſt, & quodcumque ſorti accedit[i], vſura eſt, quod velis ei nomen imponas vſura eſt. *Item paucis interiectis.* ¶ Si quis inſtaurandum conuiuium putat, ad negotiatorem[k] mittit, vt abſynthiaci† capellam ſibi gratis deferat, ad cauponem dirigit, vt Picenum vinū, aut tyriacū† requirat: ad lanium, vt bilam† ſibi procuret, ad alium, vt poma[l] ſibi adornet.

¶ Abſynthiaci.] De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoque inſtaurandis conuiuiis aptum eſt, meminit Dioſcorides, lib. 5. ca. 49. Lampridius de Heliogabalo, inquit. & roſato, atque abſynthio† vulgus ad bibendum inuitauit, De hoc Alciatus parerg. li. 7. c. ult.

Item ex concilio Agathenſi.[8]

¶ Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vſura eſt. C. IIII.

9 VSura eſt, vbi amplius requiritur, quā datur. Verbi gratia, ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegeris.

Ecce euidenter oſtenditur. quòd quidquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.

aliciu gratis mutuet pecuniam, venditor tenetur ei ad antidora, vt ext. de teſta. cum in e ſtentis. & l. . de pet. hær. ſed & h. §. con ſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliam. quare ergo illam naturalem obligationem non poteſt deducere in ciuilem, ſi vt pactum fiat pro illa cauſa, ad quem tamen tenetur, cum etiam talia pacta interueniant in ſpiritualib. ad quæ alias quis tenetur. ext. de præb. ſignificatum. & ext. de ele. ſignificaſti.

c ¶ Expectas.] ex pacto ſecundum quoſdam, vel etiam ſine pacto: quia ſola ſpes facit vſurarium, vt hic. Sed quid ſi mutuet eo pacto, vt ſibi etiam remutuet cum opus habuerit? Non credo quod illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactum[d].

d ¶ Pecunia.] ſtricte ſumitur hic nomen pecunia. nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. q. 3. totum.

PVtant.] CASVS. Quidā pecunia mutuata pecuniam pro vſura recipere nolebant, ſed munuſcula, quod dicebāt non eſſe vſuram. ſed Hiero. dicit quòd quidquid vltra ſortem recipitur, vſura reputatur.

PLerique.] CASVS. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus, de lucro mercium partem recipiebant: quæſitum fuit ab Ambro. vtrum hoc debeat reputari vſura? Et reſpondet quòd ſic: & non ſolum hoc, ſed etiam quidquid vltra ſortem exigitur, quocumque nomine cēſeatur, dicitur vſura. & ad hoc probandum auctoritatem legis Moſaicæ inducit. Sequens c. planum eſt.

6 Iuo p. 13. c. 26.

7 Adde ad hoc plene not. per Iaſ. in l. cunctos. col. 2. C. de ſum. trin. Deut. 23.

d Iſtam ſententiam tenet Goſ. extr. de vſu. conſuluit. ſed præced. videtur innuere contrarium, ver. item non ne. Atc.

† al. abſynthiati.

† al. theriacū

† al. uuluam

† forſaſſe. abſynthiaco, aut abſynthiato.

8 capit. l. 1. c. 115

9 Burc. l. 2. c. 116. Iuo p. 6. c. 100. Pan. l. 3. c. 161.

e ¶ Præcepta.] nolunt quidam facere contra legem, ſed faciunt fraudem legi. Ille vero facit fraudem legi, qui obſeruat verba legis, ſed mentem eius circumuenit, vt ff. de legib. fraus.[''] Fit fraus legi quatuor modis. De re ad rem. id eſt, quando in fraudem datur aliqua res, vt hic, & prima, quæſtione prima. ſunt nonnulli. talis eſt fraus Macedoniani. ff. ad Macedo. l. ſed Iulianus §. mutui. Item de perſona ad perſonam, vt cum quis ſub perſona alterius exercet vſuram, vt 46. diſt. ſicut non ſuo. & cum maritus non poteſt aliquid dare vxori, ſupponit aliam perſonam cui det, vt ff. de dona. inter vir. & vxo. hæc eſt ratio. §. vltim. Item de vno contractu ad alium contractum fit fraus. vt cum mulier non poſſit dare aliquid viro, fingit ſe vendere ei, vt ff. de don. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa. ſic deciſa ſexta quæſt. tertia. ſi ſacerdotes. Item de vno contractu ad alium fit fraus, ſed alio modo, vt cum mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem, vt ff. ad Velle. quamuis. 33. quæſt. 5. mulierem[e].

f ¶ Legis.] id eſt, canonis legitime agentis, ſcilicet legis propheticæ dicentis: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.

g ¶ Negotiatoribus.] videtur, quòd ſi quis pecuniam ſuam dedit negotiatori, vt inde emat merces, & det ſibi partem lucri, quòd illud ſit licitum. quòd non concedo, ſi periculum ſpectet ad recipientem, vt ſit inter eos contractus mutui. ſed ſi per illa verba ſocietatem contrahunt, & tunc periculum ſpectat ad vtrumque, tunc bene licitum eſt, quòd vnus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem qui deeſt in pecunia, vt ff. pro ſoc. l. quinta.

h ¶ Lex.] Moſaica.

i ¶ Accedit.] ex pacto.

k ¶ Ad negotiatorem.] cui credidit pecuniam.

l ¶ Poma.] Videtur ergo quòd vſura differat in hoc à crimine ſimoniæ[''] quia crimen ſimoniæ non committitur in modico, vt extr. de ſimon. & ſi quæſtiones. ſed non eſt ita. & ca. & ſi quæſtiones. Intelligas, quòd non præſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

[''] Legi fit fraus quadrupliciter.

e De hac materia plene not. extr. de priui. quanto ibi videtur in ſum. Hoſ. de contr. h. emptio. §. vlt.

[''] Simonia an in modico committatur.

SI fœnerauerit.] CASVS. Aliquis dedit pecuniam mutuam, & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitum fuit ab Auguſtino, vtrum ſit vſurarius? Et reſpondet quòd ſic.

b ¶ Plus quàm.] ſupple quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura. ſed in equo & domo aliud eſt: quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum & eſt ratio, quia in prædictis quæ conſiſtunt in pondere, numero & menſura, transfertur dominium, cum illud ſit mutuum. Vnde res illa ſtatim eſt periculo[a] illius qui recipit eam. vnde inconueniens eſſet vt nomine illius rei magis grauaretur[b], ſed domus & equus non ſunt periculo ſui. vnde non eſt inconueniens, ſi alias grauetur pro re tali dando aliquid. ad hoc facit ff. de iureiur. cum qui. Sed contra hoc obiicitur. Pone quòd aliquis vendat vſum pecuniæ, & recipiat in ſe periculum pecuniæ. talis contractus non eſt vitioſus, quia cum vſus ſit illius qui vendidit, licite poteſt eum vendere[c]. & ſic habes quòd aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniam & aliud in hoc caſu, alias non: & hoc ideo, quia pecunia non deterioratur, ſed aliæ res deteriorantur. Item nonne ſi creditor

a Periculo. l. ſi vnus ex ſociis. § ſi vnus pro ſocio.

b Arg. ff. de iureiu. cum qui.

c Vēdere pecunia locando. Fran. Purp. l. 2. §. 3 col. 9. nume. 68 ſi cer. pe.

Q*Vod uero nec.*] CASVS. Hic intitulatur 4. q. qua quæritur utrum laicis uel clericis liceat vſuras accipere. Et certum eſt, quòd non, niſi in caſib. notatis ſupra in prox. quæſt. & in apparatu, & in ſumma illius quæſtionis. tum recipiat ſub eo pretio donec peruenia ad ſummam quam mutuauit. Si vero non vult ſpeciem, ſed pecuniam: recipiat eam ſine augmento. Ita videtur mihi quæſtio huius caſ formanda, licet Beneu. aliter eam formauerit: nec in ea caſus poſitio a ſua differt, niſi in formatione quæſtionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuen. Sequens c. patet.

a ¶ *Q. ...ero.*] Nulli licitum eſt vſuras ſumere, nec etiam Iudæo, vt ext. de vſu. poſt miſerabilem. videtur tamen quod in caſu licitum ſit etiã Chriſtiano ſumere vſuram vt ſ. e. c. vlt. tamen licitum eſt aliquando vltra ſortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæſt. ſupra in ſumma.

C*Lerici.*] CASVS. Præcipit Gelaſius in hoc c. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuſlibet negotiationis ſe abſtineant: alioquin in quocumque gradu fuerint, deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶ *Indignis.*] licitas enim negotiationes poſſunt clerici facere, vt ext. ne cle. vel mon. c. 1. & hoc cum eis ſua non ſufficiunt, vt 91. diſt. clericus.

c ¶ *Si ceſſare.*] non ergo ſtatim deponendus eſt clericus propter vſuras. 47. diſt. c. 1. 2. contra. 47. di. c. 2. Sol. ſtatim deponendus eſt, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem dupe...ndi.

d ¶ *Dacam.*] ſupra 46. diſt. non licet.

Canonum.] CASVS. Quidã clerici emebant vilius vt carius venderent: & hoc faciebant ſtudioſa cupiditate lucrandi. Ideo ſtatutum fuit in concilio Tarraconenſi, vt de cetero hoc non faciant, alioquin deponentur. *Studio* i. ſtudioſa cupiditate.

e ¶ *Et uendendi.*] in eadem forma: ſed in rudi materia poſſunt emere corium & chartas & inde facere ſotulares & libros, vt 21. q. 1. c. 1. & 91. diſt. clericus. nec eſt negotiatio, ſed artificium.

S*I quis oblitus.*] CASVS. Quidam clerici vſuras centeſimas exigebant, vel aliquid aliud præter ſortem, & vilius emebant, vt carius aliis vendant. quare conſtitutum fuit a Martino Papa, vt qui de cetero talia fecerint, deponantur. Idem eſt caſus ſequentis capituli.

f ¶ *Ex quolibet.*] 21. q. 3. placuit.

S*I quis clericus.*] CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tempore ſoluendam. quæſitum eſt in Niceno concilio, ſi tempore ſtatuto ad ſolutionem faciendam velit recipere frumentum, vel aliam ſpeciem loco pecuniæ, ſub quo pretio debeat eam recipere. Et reſpondet, quòd ſub eo pretio quo vendi poteſt tempore ſolutionis faciendæ, & tan-

QVAESTIO IIII.

Q*Vod vero* [a], *nec clericis, nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſij, & aliorum.*

Ait enim Gelaſius Papa ſcribens epiſcopis per Lucaniam, & Siciliam, c. 17.

¶ A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant. C. I.

1 CLerici aut ab indignis [b] quæſtibus nouerint abſtinendũ, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum, aut in quocumque gradu ſint poſiti, ſi ceſſare [a] [c] noluerint, mox à clericalibus officiis abſtinere cogantur.

a ¶ Si ceſſare noluerint.] *Hæc non ſunt in epiſtola, neque referuntur 1. di. 88. c. conſequens: ſed non ſunt expuncta ob gloſſam.*

Item ex concilio Arelatenſi primo, quod confirmauit Papa Silueſter, c. 12.

¶ Excommunicentur miniſtri, fœnerantur. C. II.

2 MIniſtri †, qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam [d] eos à communione abſtinere.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 2.

¶ Qui volunt eſſe in clero, a ſtudio negotiationis abſtineant. C. III.

3 CAnonum ſtatutis firmatum eſt, vt quicumque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel vendendi [e] carius ſtudio non vtatur. Quod certe ſi voluerit exercere, cohibeatur a clero.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 62. [4]

¶ Abſtinetur a clero vſuras, aut ſuperabundantiam exigens. C. IIII.

j SI quis oblitus timorem Domini, & ſanctam ſcripturam, quæ dicit: [Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] poſt hanc cognitionem magni [a] concilij fœnerauerit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet [f] negotio turpe lucrum quæſierit, aut pér diuerſas ſpecies vini, vel frugis, vel cuiuſlibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incrementa ſuſceperit, de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

a ¶ Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharenſis: quoniam hanc ſententiam accepit ex capite 17. concilij Nicæni, quod citatur infra ea. c. quoniam. & in duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus poſt hoc continuo illud ſubiungitur.*

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 3.

¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt. C. V.

ij [5] SI quis clericus ſolidum [g] in neceſſitate præſtiterit, hoc [h] de vino, vel frumento accipiat, quòd [i] mercandi [k] cauſa tempore [l] ſtatuto decretum [m] fuerit venundari. Ceterum ſpeciem non habuerit neceſſariã, ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

Item ex concilio Carthaginenſi † *3. c. 16.*

¶ Clericus non accipiat plus quam commodauit. C. VI.

6 NVllus clericorum amplius recipiat, quam cuiquã accommodauerit: ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eãdem, quãtum dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

Item Leo Papa epiſt. 1. c. 3. [7]

¶ Etiam laicis vſura damnabilis eſt. C. VII.

8 NEc hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniã, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, & condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Item ex Niceno concilio, c. 17. [9]

¶ Eiciantur à clero turpia lucra ſectantes. C. VIII.

10 QVoniam multi clerici auaritiæ cauſa turpia lucra ſectãtes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] fœnerantes, centeſimas exigunt, ſtatuit hoc ſanctum concilium, vt ſi qui inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſextuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæſtum [n], deiiciatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu.

¶ *Supra diſtin. 47. hic idem canon affertur ex verſione Dionyſij, qui nunc ex priſca, quæ eſt in collectione Iſidori.*

Item Iulius Papa. [11]

¶ Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit vt plus vendat. C. IX.

12 QVicumque tempore meſſis, vel vindemiæ, nõ neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus denariis pe lucrum? Et reſpondet quòd ſic. & dicit Hugo, quod hoc capitu. loquitur generaliter tam de clerico, quam de laico. Sequens capit. patet.

g ¶ *Solidum.*] ſ. pecuniam numeratam.

h ¶ *Hoc.*] i. tantum.

i ¶ *Quod.*] i. quantum.

k ¶ *Mercandi.*] ſi deberent vendi.

l ¶ *Tempore ſtatuto.*] id eſt, ſolutionis tempore.

m ¶ *Decretum.*] à iudice vel ab alio: ſc. hoc vult dicere, quòd creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantum valuit tempore ſolutionis [b], & ita confiderandum eſt tempus ſolutionis. ſed ſi non eſt præfixa: tunc æſtimatur quantum valet tempore quo res petitur, vt ff. ſi cert. peta. l. vinum.

N*Ec hoc.*] CASVS. Dicit Leo Papa, quòd quidam turpia lucra ſectantes vſuras exercent: de quo dicit ſe valde dolere nõ ſolum in clericis, ſed etiam in laicis: quod dicit eſſe acrius vindicandum in clericos quam in laicos, vt ceteris metus incutiatur.

n ¶ Q*Voniam.*] ¶ *Ad quæſtum.*] [c] videtur hic quòd prohibeatur ſumere vſuram cauſa lucri captandi, non autem vitandi damni. ar. ad hoc ſupra e. ſi quis obli tus. vbi dicit incremẽta ſuſceperit maxime ſi ſit bonæfidei contractus [e], vbi ex ſola mora veniunt vſuræ. vt ff. de vſur. mora. §. in bonæ. ſi quis ergo eſt in mora ſoluendi, ab eo poſſunt repeti vſuræ, non tam quam vſuræ, ſed tamquam intereſſe, vt ff. pro ſo. ſocius qui. & tunc petuntur vſuræ iudicis officio, non iure actionis. licite enim poteſt quis agere ad hoc vt reddatur indemnis, vt ext. de fideiuſ. peruenit. & 12. q. 2. ſi quis de clericis. vbi agitur ad intereſſe.

Q*Vicumque.*] CASVS. Aliqui tẽpore meſſium vel vindemiarum, non neceſſitate, ſed propter lucri cupiditatem emunt vinum vel annonam pro duobus denariis, hac intentione, vt ſeruent poſtea, donec pro quattuor vendant vel pro pluribus. Quæſitum eſt a Iulio Papa, vtrum hic ſit tur-

a ¶ *Modium*

---

1 diſt. 88. conſequens. §. pro inde. Iuo p. 13. c. 18.

2 Iuo p. 13. c. 10.

† *Dc ... le ...g.*

3 Vide ſupra ... hoc in elegantiſ contra in vſuras, ſecundum L. de hoc ie. & not. extr. de vſur. præterea. ibi videas Arc.

3 Burc. l. 2. c. 121. Iuo p. 13. c. 13. & p. 6. c. 197.

4 in capitu. Mart. Brac.

Pſal. 14.

5 Iuo p. 6. c. 369. & p. 13. c. 14. Pan. l. 3. c. 159.

† In vulgatis erat Agathenſi 3

6 Anſ. l. 7. c. 153. Burc. l. 2. c. 124. Iuo p. 6. c. 198. & p. 13. c. 9. Pan. l. 3. c. 158. Rab. pœn. c. 2.

b Non intelligas quod hic imponatur neceſſitas venditori aliud quam debeat accipiendi, ſed plus nõ exigendi. aliud enim pro alio non poteſt ſolui inuito. ff. de ſol. ſi quis C. e ti. cum autem. ſecundũ B. r. Ilid. Ar. 7. & in conc. Aquiſ. c. 62.

8 Pol. l. 4. tit. 31. Bur. l. 2. c. 123. Anſ. l. 7. c. 149. Iuo p. 6. c. 65.

c Vſuræ cauſa damni vitandi poſſunt peti.

9 & in Aquiſgran. c. 40.

10 diſt. 46. quoniã multi Bur. l. 2. c. 12. Iuo p. 13.

c 8 Pſal. 14.

e Quæ ſiue actiones ſiue contractus bonæ fidei, habetur inſti. de act. §. actionum & no. ext. de ex cc. cum venerabilis in gl. quæſitum, & c.

† al. commentus

11 capi. l. 1. c. 131.

12 Pol. ibid. Burch. l. 2. c. 17. Iuo p. 6. c. 205. & p. 13. c. 21. Pan. l. 3. c. 162.

comparat modium[a] vnum, & ſeruat vſque dum vendatur denariis quatuor, aut ſex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

¶ *Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem par. 6. ca. 201. & in Pannormia citatur ex decretis Iulij Papæ vſurariis miſſis. Verum idem Iuo par. 13. ca. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 131 habetur.*

Item Ambroſius in libro de bono mortis, c. 12.

¶ Rapinam facit, qui vſuram accipit. C. X.

SI quis vſuram acceperit, rapinam[b] facit, vita non viuit.

Item Aug. ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Non minus crudelis eſt, qui pauperem trucidat fœnore, quam qui diuiti aliqua rapit. C. XI.

1 QVid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi[c] iubent? An crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperē fœnore? Hæc, atq; huiuſmodi male vtique poſſidentur, & vellem, vt reſtituerentur, ſed non eſt, quo iudice repetantur. Iam vero, ſi prudenter intueamur, quod ſcriptum eſt[d] [Fidelis hominis totus mundus[e] diuitiæ ſunt: infidelis autem, nec obolus[f]:] nonne omnes, qui ſibi videntur gaudere licite conquiſitis, eiſque vti neſciunt, aliena poſſidere côuincimus? Hoc enim certe alienū[g] non eſt, quod iure poſſidetur: hoc autem iure, quod iuſte: & hoc iuſte, quod bene[*]. Omne igitur, qđ male poſſidetur, alienū eſt: male autem poſſidet, qui male vtitur.

Porro à quo vſuræ exigendæ ſint, Ambroſius teſtatur dicens in libro de Tobia, c. 15.

¶ Ab illo vſuram exigere poſſumus, cui iure nocemus. C. XII.

3 AB † illo vſuram exige, cui merito nocere deſideras, cui[h] iure inferuntur arma, huic legitime indicantur vſuræ, quem bello vincere facile non potes. De hoc cito potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exige, quē non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici. Ergo vbi ius[i] belli, ibi etiam ius vſuræ.

QVAESTIO V.

1 QVòd vero[k] *eleemoſyna non ſint facienda ex fœnore, vel vſuris, nec ex qualibet male acquiſito, Auguſtinus teſtatur in libro de verbis Domini, ſermone 35.*

¶ De vſuris eleemoſynæ fieri non poſſunt. C. I.

4 NOlite velle eleemoſynas facere de fœnore, & vſuris[l].

Item Eccleſiaſtici 34.

¶ Oblatio de rapina reprobatur à Deo. C. II.

IMmolans † ex iniquo oblatio eſt maculata. *& infra.* ¶ Dona iniquorum[m] non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes

---

“Vſura quandoque non fit, licet pro quatuor quinque ſoluantur.

a ¶ *Modium.*] “ ſi aliquis vendat merces quæ modo valent quattuor, & facit pactum, vt ei dentur quinque ad terminum præfixum: illud non eſt vſura, ſi dubium eſt quantum poſſunt valere merces illæ ad terminum præfixum. vt ext. de vſur. in ciuitate. licet ſi venderet longe cariori foro quam modo valeant, tunc eſſet vſura, vt ext. eo. tit. conſuluit. Io. Et quod dicitur de venditione mercium, intelligitur ſi temporis contractus non fuerat vendíturus: alioquin eſſet vſura, vt ext. e. ti. c. vlt. B.

b ¶ *Si quis.* } ¶ *Rapinam.* } ſic ergo vſurarius eſt raptor. ergo in eum non trāſfertur dominium, ſicut nec in ſimoniacum. “ poteſt tamen concedi quòd trāſfertur dominium in eum. Item cum vſurarius non audiatur, niſi reſtituat vſuras quas ab aliquo receperit, ergo nec raptor, vt videtur: quod non admitto, & rapina large ſumitur pro qualibet iniuſta vſurpatione, vt 32. q. 4. meretrices.

“dominium an transferatur in vſurarium.

2 Pol. l. 6. tit. 20.

QVid dicam.} CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. par. dicitur, quòd crudelis eſt qui vſuram exercet, ſicut ille qui facit rapinam: quia vſura reſtitui debet, ſi ſit ſub quo iudice repeti poſsit. In 2. par. inuehitur contra auaritiam & cupiditatem vſurarij, quæ ſatiari non poteſt. Et oſtendit, quòd vſurarius cū peccato poſsidet vſuram, quia alienum eſt: & ideo reſtituendum, quia iniuſte poſsidet, & eo male vtitur.

Prouerb. 17.

c ¶ *Reddi.*] i. dari, quia verbum reddendi ponitur pro verbo dandi, ff. de ver. ſig. verbum reddendi. “ Poteſt tamen dici, quòd ſecundum leges non ſunt dandæ vſuræ, tum quia ſacræ leges non dedignantur imitari ſacros canones, vt 2. q. 3. §. notandum. tum quia Imperator iubet ſeruari ea quæ ſtatuta ſunt in Nicæno concilio, vt in Auth. de eccl. tit. in prin. col. 9. ſed Nicænum concilium prohibet vſuras, vt 47. di. quoniam. & ī. e. quoniam. cum ergo Imperator conſtitutione ſua confirmauit ſtatuta Nicæni concilij, p. tet quòd voluit derogare omnibus legibus, quæ loquuntur de vſuris. Vel dic vt dixi 10. diſt. lege.

a Hinc B. T. Aq. i opuſc. 72. de vſur. c. 5. infert, quòd ſecundum legem diuinam non transfertur dominiū in vſurarium, ſed tantum ſecūdum legem humanam.

d ¶ *Scriptum eſt.*] in prologo Bibliæ.

e ¶ *Totus mundus.*] id eſt, quælibet parua pars mundi[a], vt hæc dictio, totus, hic ponatur diſtributiue.

f ¶ *Nec obolus.*] ſupple eſt totus mundus.

g ¶ *Alienum.*] canon fingit rem alienam illam qua quis male vtitur, vt hic, & 47. diſt. ſicut hi. & ext. de ver. ſig. c. ius dicitur.

“ Vſuræ etiā ſecūdum leges non ſunt dandæ.

a Hic vult dicere, quòd ea quæ poſſidet, licet pauca, ita ei ſufficiunt ac ſi totus mundus eſſet ſuus, ſecūdum Goſ. Arc.

PORRO. CASVS. Supra dictum eſt, quòd vſuræ non debent exigi: nunc ponit caſum, in quo poſſunt exigi. & ad hoc inducit ſequens c.

AB illo.] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambroſio, à quo vſuræ exigi ſine peccato vel recipi poſſunt. Et reſpondet quòd ab illo cui nocere merito deſideramus, & contra quem bellum iuſte mouemus, ſed bello vincere non valemus. Hoc intelligit H. generaliter de Iudæo, pagano, hæretico, & Chriſtiano quolibet contra quem bellum iuſte mouetur.

h ¶ *Cui.*] ſicut nulli nocere debes. ſic à nullo debes petere vſuras, vt cui intelligatur negatiue, & ſic planum eſt. Alij dicunt, quòd ab hoſtibus licitum eſt petere vſuras. nam & omnia eorum licite poſſumus auferre, vt 23. q. 7. c. 1. & 2. & quibuſcumque inſidiis poſſumus nocere eis, vt 23. q. 2. dominus.

i ¶ *Belli ius.*] Iuſtum bellum eſt quod geritur ex edicto principis, vt 23. q. 2. iuſtum Ioan.

QVod vero.] Hæc q. diuiditur in quattuor par. in 1. quarum probat per 8. auctorit. quòd de vſuris & rebus male acquiſitis de quibus dominium non transfertur, non poſſunt fieri eleemoſynæ. Secunda ibi, *E contra.* Tertia ibi, *Neceſsitas.* Quarta ibi, *Sed Aug.* Io.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, vbi quæritur an ex vſuris & rebus male acquiſitis poſsint eleemoſynæ fieri. Et certe quidam dicunt, quod ex nulla re illicite acquiſita poteſt eleemoſyna fieri vt ī. ead. eleemoſyna. & 1. quæſt. 1. non eſt putanda. vbi dicitur: Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus. & in Deutero. Non accipies mercedem proſtibuli. Alij diſtinguunt vtrum transferatur dominium, vel non. Vbi non transfertur dominium, de rebus illis eleemoſyna fieri non poteſt, vt de rapina & furto. Vel vbi transfertur, ſed datur repetitio, ſimiliter eleemoſyna fieri non poteſt, vt in vſura, & re per metum extorta, & etiam in ſimonia. Vbi autem transfertur dominium, & non competit repetitio, eleemoſyna fieri poteſt, vt de re per meretricium acquiſita, & de re quæ datur hiſtrioni. vt ī. cap. qui habetis. & capit. non ſane. Quòd dicitur, non accipies mercedem proſtibuli, non obſtat: quia oblatio licet de ea fieri non poſsit, non prohibetur quin eleemoſyna fieri poſsit. & quod dicitur: Honora Dominum de iuſtis laboribus, non prohibet quin idem de aliis.

3 Iuo p. 13. c. 17

† *ibi inquit*] orig.

k ¶ *Quòd vero.*] “ Quidam generaliter dicunt, quod de nullo illicite acquiſito poteſt fieri eleemoſyna, nec de meretricio, nec de vſura, nec de alea, nec de hiſtrionatu, nec de ſimonia. ſcriptum eſt enim: Honorabis Dominum Deum tuum ex iuſtis tuis laboribus. prima, quæſtione 1. non eſt putanda. & in Deuteron. dicitur: Non accipies mercedem proſtibuli. & eſt arg. ad hoc infra eadem eleemoſyna. & trigeſimaſecunda, quæſtione quarta. ſicut non ſunt. nam illicite acquiſita non ſunt in bonis noſtris, nec noſtra, vt ff. pro ſoc. cum duobus. §. vltimo. Alij dicunt, quòd ſi de illicite acquiſitis non transfertur dominium, vel etiam transfertur, ſed competit repetitio, non poteſt tamen fieri eleemoſyna, vt in vſura. argumen. extra de iureiurand. debitores. & in ſimonia, extra de ſimon. veniens. Sed ſi non datur repetitio, & transfertur dominium, bene fit inde eleemoſyna, vt ſi aliquid datur meretrici, illud non poteſt repeti, vt ff. de condict. ob turpem cauſam. idem quòd ſi. §. quoties. vnde de tali poteſt meretrix facere eleemoſynam. Idem de eo eſt quod datur hiſtrioni, & de eo quod extorquetur ratione officij alicuius, vt infra eadem, non ſane. Quod autem dicitur, quòd ſacerdos non poteſt percipere mercedem proſtibuli, poteſt dici, quòd non debet recipi oblatio meretricis, licet eleemoſyna poſsit inde fieri. & hæc eſt ratio, vt propter ruborem citius conuertatur, vt nonageſima diſtinctione. oblationes. & decimaſeptima, quæſtione quarta. miror. Sed de illis quæ ſunt extorta per violentiam, non ratione officij alicuius, vt de rapina & de furto: non poteſt fieri eleemoſyna. Dicunt tamen quidam, quòd ſi res furtiua vendatur, de nummis illis poteſt fieri eleemoſyna: quia non ſunt nummi furtiui qui dantur pro re furtiua, vt ff. de furt. qui vas. §. vltimo. quod non credo, vt extra de vſur. cum tu. in fi. c[b].

“ Eleemoſyna, vtrū fieri poſſit de illicite acquiſitis.

4 Iuo p. 13. c. 16.

† *immolantis*] orig.

l ¶ *Nolite.*] ¶ *Vſuris.*] hic inculcatio verborum eſt, & fœnus dicitur vſurarum. Vnde Lucanus:

Hinc vſura vorax, auidumque in tempore fœnus.

b de hoc no. ext. de deci. ex trāſmiſſa.

IMmolans.] CASVS. Augu. in hoc c. reprehendit illos qui ex male acquiſito faciunt oblationes. Nam qui offert ſacrificium vel oblationes ex iniuſte acquiſito, ſimilis eſt illi qui interficit filium in conſpectu patris. nam qui rapit pauperibus, & qui ſanguinem fundit humanum, & homicida reputatur, & ſimiles ſunt in malo. *Immolans.* i. eſt, immolantis.

m ¶ *Iniquorum.*] Supra prima, quæſtione prima. nullus. & cap. non eſt putanda.

a ¶ *Nec*

a ¶ *Nec in multitudine.*] ſed in meritis, vt 24. q. 1. odi.
b ¶ *Sanguinis.*] Supra 86. diſt. paſce.
c ¶ *Fratres.*] id eſt, pares ſiue ſimiles in peccato. j. ead. c. multi. & de pœn. diſt 1. homicidiorum.

F*orte.*] CASVS. Quidam putant ſe non peccare ſi auferant auaro & diuiti, vt pauperib. largiantur: ſed dicit Aug. ꝙ tales diabolica ſuggeſtione mouentur: quia q talia faciunt, addunt iniquitatem iniquitati.

d ¶ *Non habebo.*] "nec enim propter bonum eſt faciendum malum, vt 30. q. 1. noll e. 32. q. 4. ſicut non ſunt [1]. non vi tamen, ꝙ talis furtum committat: qa furtum non fit niſi adſit animus lucrandi, vt ff. de fur. l. 1. ſed non eſt ita, quia ſpecies furti eſt ex alieno largiri, vt ff. de fur. ſi pignore. §. 1.

S*i quid inueniſti.*] CASVS. dicit Aug. in hoc c. ꝙ ſi aliquis inueniat aliquid: & animo lucrandi retinuit, talis dicitur raptor: nã qui alienũ negat, ſi inueniret alienũ, tolleret. & dolet quòd plus nõ inuenit. Deus enim reſpecit cor, & nõ manum. Sequentia duo capitula patent.

e ¶ *Si quid inueniſti.*] "hic notabis ꝙ ſi inueni rem aliquam habitã pro derelicto, licet intendam eam furari: non tñ committo furtum. Item ſi nõ habetur pro derelicto, credo tamẽ ꝙ habeatur pro derelicto, ſimiliter non cõmitto furtum. ſi autem non habetur pro derelicto, ne credas quòd habeatur, ſi eo animo accepiſti, vt domino reſtituas non committis furtum: hoc tamẽ in libello debes proteſtari. hoc totum habes ff. de fur. falſus. §. qui alienũ. "Item & hoc ſcias, ꝙ ſi quis inuenit theſaurum in loco proprio, ſtatim inuentoris eſt: ſi autem in loco alieno, & caſu fortuito eũ inuenerit, dimidius ſit inuentoris, & dimidius ſit dñi loci. ſi vero ſtudioſe quæſiuit, & inuenit eum in loco alterius, totus erit domini loci. ſi vero in ſacro vel religioſo loco caſu fortuito inuenit theſaurum, totus eſt inuentoris, vt inſt. de re. di. §. theſaurus. & C. de theſaur. l. nemo. lib. 10. Ioan.

f M*ulti.*] ¶ *Dicunt.*] Multi maledicunt: quia omnes ſcire debent quod ſuum non eſt, ad alios pertinere, vt C. vnde vi. conquerebatur.

N*eque.*] CASVS. In hoc ca. oſtendit Aug. ꝙ malum præcedens (vt rapina vel inuaſio) non excuſatur propter bonum ſequens. & hoc probatur duobus exemplis: ſ. primo & tertio. Et econuerſo bonum præcedens non vitiatur malo ſequenti. & hoc probat duobus exemplis: ſ. ſecundo & quarto. Et no. quòd prima duo exempla opponuntur ſibi: & ſequentia duo ſimiliter. Secundum exemplum eſt ibi, *Neque ſi alius.* Tertium ibi, *Nec tyrannicæ.* Quartum ibi, *Nec vituperabilis ordo.*

g ¶ *Iuſtificat.*] ar. quòd non improbatur propter malum cohærens: nec malum approbatur propter bonum cohærens [b], vt 56. di. vndecunque. & 23. q. 5. ſi legentes. Ar. contra. 22. q. 2. ſi quælibet.

h ¶ *Laudabilis.*] i. licet iniuſte electus bene vtatur dignitate, per hoc non cõualeſcit dignitas, vt 1. q. 1. principatus. hoc tamen fallit, vt ext. de ren. niſi.

i ¶ *Iniuſta.*] i. iniuſte acquiſita. Omnis enim poteſtas a Deo eſt. ar. 23. q. 1. quid culpatur.

D*enique.*] CASVS. Quæſitum eſt ab Ambr. vtrum in cã pecuniaria, quæ vertitur inter aliquos, poſsit ſacerdos pro altero licite poſtulare? Et reſp. ꝙ non: quia commodius eſt vt neuter iuuetur, quam grauetur alter: quia ad officium ſacerdotis ſpectat: vt nemini noceat, ſed proſit omnib. & facit principium c. ad propoſitum Gratiani, ſ. vt alienum non auferam, vt alteri ſubueniam, pecuniariter maxime.

k ¶ *Denique.*] ſic 11. q. 3. nolite. cum ſuis concor. & 13. q. 2. non æſtimemus.

l ¶ *Neutrum.*] Ar. "ꝙ nulli ſubueniendum eſt cũ iniuria alterius, vt 22. q. 2. primum [c]. & cauendum eſt ne prætextu nocentis innocens puniatur. C. de his qui latr. oc. l. 2. in fi. quia ſanctius eſt, &c. ff. de pœ. abſentẽ. & pœna ſuos tenebit auctores. C. de pœ. ſancimus. ext. de his quę fi. a ma. par. c. quæſiuit. nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iu. non debet.

m ¶ *Non eſt ſacerdotis.*] Ar. ꝙ ſacerdotes non poſſunt aduocare in cauſis, vt hic, & 88. di. perlatum. Ar. contra 15. q. 2. obſeruandum. Sol. coram ſæculari iudice non poſſunt allegare niſi pro certis perſonis, vt extr. de poſt. c. 1. ſed coram eccleſiaſtico bene. Io. Hodie ſacerdos non poteſt poſtulare niſi pro ſe & eccleſia ſua, vel pro coniunctis & miſerabilib. perſonis, vt extra eo. c. vlt. B.

S*criptum.*] CASVS. Quæſitum fuit à Gregor. an de illicite acquiſitis poſsint facere peccatores ſacrificia vel oblationes? Et reſp. quòd non: & hoc probat exemplo Cain, ad cuius munera vel perſonam dominus non reſpexit, cum malus eſſet & impius: ſed ad Abel & ad munera eius reſpexit. Dona enim iniquorum non probat altiſsimus, ſed bonorum.

n ¶ *Scriptum.*] hoc c. expoſitum eſt ſupra 3. q. 7. in grauibus. §. ecce.

---

iniquorum, nec in multitudine [a] ſacrificiorum eorũ propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium, vita pauperis eſt [1]. Qui defraudat illum, homo ſanguinis [b] eſt. Qui aufert in ſudore panẽ, quaſi qui occidit proximum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres [c] ſunt.

Item Auguſtinus in l. 50. Homiliarũ, Hom. 7.

¶ Non eſt aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis. C. III.

FOrte aliquis hoc ſecum cogitat, & dicit: multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi: non habebo [d] peccatum, ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, ſi ego eleemoſynas dedero. Etiam in hac re parcat vnuſquiſque animæ ſuę, quia huiuſmodi cogitatio ex diaboli calliditate ſuggeritur. Nam etiam ſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerit, addit potius peccata, quam minuat.

[*Item Hieronymus.*]

¶ De eodem. PALEA C. IIII.

NEmo qui † rapit, moriens, ſi habet vnde reddat, ſaluatur. Si eos quorum fuit, inuenire non poterit, eccleſiæ, vel pauperibus tribuat.

¶ *Hæc & ſequens Palea abſunt à pleriſque vetuſtis, etiam in quibus cetera eſſe ſolent. In vno autem habetur ſupra ea. q. 4. poſt c. ſi quis vſuram.*

[*Item Ambroſius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reddatur.

Item Auguſtinus in lib. 50. Homiliarum, Hom 9. [2]

¶ Furtum committit, qui inuentum non reddit, C. VI.

3 SI quid inueniſti [e], & non reddidiſti, rapuiſti: quantum potuiſti, feciſti. Quia plus non inueniſti, ideo non plus rapuiſti. Qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶ Deus cor interrogat, non manum.

Item Gregorius li. 7. epi. 110. ad Siagrium.

¶ Qui de rebus conceſsis, & bene quæſitis eleemoſynam impendit, illa placet Deo. C. VII.

4 ELeemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſſis, & bene acquiſitis impenditur.

¶ *In epiſtola B. Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis, non eſt putanda. ſupra 1 q. 1.*

Item Hieronymus in lib. Leuitici. [5]

¶ Peccat, qui rem inuentam non reddit. C. VIII.

MVlti ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod inuenerint, teneant: & dicunt [f], Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Diſcant ergo peccatum hoc eſſe ſimile rapinæ, ſi quis inuenta non reddat.

Item Auguſti. lib. de bono coniugali, c. 14.

¶ Bonus vſus non iuſtificat iniuſte quæſita. C. IX.

NEque enim ſi agris inique, ac perperam inuaſis ita quiſque † vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemoſynas faciat, ideo rapinam iuſtificat [g]. ¶ Neque ſi alius ruri paterno, vel iuſte quæſito auarus incumbat, ideo culpanda eſt ius ciuilis regula [*], qua poſſeſſor legitimus factus eſt. ¶ Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis [h] erit, ſi regia clementia tyrannus ſubditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo regiæ poteſtatis, ſi rex crudelitate tyrãnica ſæuiat. Aliud eſt namque iniuſta [i] poteſtate iuſte velle vti, & aliud eſt iuſta poteſtate iniuſte velle [a] vti.

a ¶ Velle vti.] *Poſt hæc verba B. Auguſtinum ſequitur, c. concubina. 1. 32. q. 2.*

Item Ambroſius lib. 3. de officiis, c. 9.

¶ Cum alterius detrimento alteri ſubuenire non licet. C. X.

DEnique [k] ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum [l] iuuari, quàm grauari alterum. Ideoque in cauſis pecuniariis interuenire non [m] eſt ſacerdotis: in quibus non poteſt fieri, quin frequẽter lædatur alter, qui vincitur: quoniam interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe velle omnibus: poſſe autem ſolius Dei eſt.

Item Gregorius in regeſto lib. 7. indict. 2. epiſt. 126. Recaredo regi.

¶ Eleemoſynæ, & ſacrificia nõ placẽt Deo, quæ offeruntur ex ſcelere. C. XI.

6 SCriptum [n] eſt [Victimæ impiorum abominabiles Deo:

"Malũ propter bonum nõ eſt faciẽdum.
1 Fa. ad hunc tex. l. cum hi. cum ibi no. ff. de transa. a At hoc p.e ne ... vel moa. c. 3.
"Furari intendẽs quãdoque furtũ nõ committit.
† al. in rapina ...
"theſaurus inuentus cuius eſt.
2 & ſerm. 21. de verbis Apoſtoli.
3 Pol. l. 6. tit. 36.
4 Pol l. 2 ti. 7. Paul. l. 2. c. 191.
b Ad hoc 1. q. 6. cõſuetudo. 32. q. 1. §. his ita & c. quidquid. 11. q. 3. qui recte. arg. contra. 23. q. 5. tunc ſaluabitur. Arc.
5 Origenes homil. 4. ad c. 6. Leuitic.
† al. quiſquam
"Puniri non debet alter pro altero.
c Arg. 32. q. 4. ſicut ñ ſunt. 14. di. quòd ait. C. de ſtat. & ima. l. vlt.
6 3. qu. 7. in grauibus. Prouerb. 15. Geneſ. 4.

CONTRA. Hæc eſt 2. pars q. ſecundum Ioan de Fan.

CASVS. Supra probatũ eſt, q̃ de furto, vel rapina, vel cõſimilib. eleemoſynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probant contra exemplo Iudæorum, qui de vaſis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs, ædificauerunt poſtea tabernaculum Domino. Sed huic obiectioni reſp. Grat. per ſeq. c.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Gra. ex omnibus ſupradictis c. à princ. quæſt. quod ex rebus male acquiſitis eleemoſynæ fieri non debet poſtea probat contrarium

SED AVGVSTINVS. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua dicitur, quod de quibuſdam male acquiſitis quandoque transit & dominium, & tunc poteſt fieri eleemoſyna. Ioannes de Fan.

Dixit.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerunt auro & argento, poſſit quis ſuum proximũ ſpoliare? Et reſpondet quòd non. nec Iudæi furtum fecerunt, ſed præceptũ Domini ſeruauerunt.

Gen. 4.

a ¶ *Sumendum exemplum.*] Arg. ab exemplis non eſſe argumentandum. 12. q. 2. gloria ver. neque vero. Arg. contra. 37. diſt. qui de menſa.

b ¶ *Furtum.*] ar. q̃ hoſtes poſſumus decipere & eis ſua auferre, vt 43. di. in mandatis, 23. q. 7. c. 1. & 2. 3. diſt. 8. quo iure. & C. de cõmer. & merca. l. 2.[a] Hic tamen ideo excuſantur, quia maioris auctoritate hoc fecerunt: & ita eſt ar. hic. quòd auctoritas maioris excuſat in illicitis, vt 63. diſt. Salonitanæ. & de conſe. diſt. 5. diſcipulos. 23. qui. q. d culpatur. ſic Abraham & Sampſon, & alij multi fuerunt excuſati auctoritate Domini, vt 23. q. 5. ſi non licet. arg. contra 16. q. 1. in canonibus. & 12. q. 2. quicunque.

Eccleſ. 34. Prouerb. 15.

a Delicta ex cuſantur auctoritate maioris.

Exod. 3.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt 3. pars qu. in qua quæritur vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita: & probat quòd ſic per c. ſeq. Io. de Fan.

1 paulò aliter in orig. Bur. l. 11. c. 53. Iuo p. 33. c. 2.

CASVS Adhuc probat Grat. quòd ex illicite acquiſito velut ex rapina poſſunt eleemoſynæ fieri. nam rapina nullo Dei mandato videtur eſſe prohibita. ſed reſpondet quòd cum furtum ſit prohibitum, omnis illicita vſurpatio intelligitur eſſe prohibita, vt probatur ſeq. c.

Pœnale.] CASVS. Docet hic Augu. quòd maius eſt peccatum rapere manifeſte, quam occulte furari: & q̃ nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vſurpatio intelligitur.

2 32. quæ. 4. meretrices. Sẽt. 3. di. 37. Burc. l. 11. c. 54. Iuo p. 13. c 3. Pol. l 6. tit. 16. Anſ. l. 11. c. 109.

vota iuſtorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quod datur, ſed à quo detur, inſpicitur. Hinc eſt enim quod ſcriptum eſt [Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius non reſpexit.] Dicturus quippe, quia Dominus reſpexit ad munera: præmiſit ſolicite, quia reſpexit ad Abel. Ex qua re patenter oſtenditur, quia non offerens à muneribus, ſed munera ab offerente placuerunt [e]. [Dona quippe iniquorum non probat altiſſimus: nec reſpicit in oblationes eorum, nec in multitudine ſacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* [Longe eſt Dominus ab impiis: & orationes iuſtorum exaudiet.]

e ¶ Placuerunt.] *Hucuſque B. Gregorius: ſicut ſupra 3. q. 7. c. 1. [illegible]*

Contra in Exodo legitur, quòd filij Iſrael exiturI de Aegypto à vicinis ſuis acceperunt mutuo vaſa aurea, & argentea: ex quibus poſtea ædificauerunt tabernaculum Domini.

His reſpondet Augu. in lib. quæſt. Exodi. quæſt. 32.

¶ Non licet aliena rapere exemplo Iſraelitarum ſpoliantium Aegyptios. C. XII.

1 DIxit Dominus ad Moyſem: [Petat vir à proximo, & mulier à proxima vaſa aurea, & argentea, & veſtem.] Non hinc quiſquam ſumẽdum exemplum[a] putare debet ad expoliandum iſto modo proximum. Hoc enim Deus iuſſit, qui nouerat, quid quemque pati oporteret. Nec Iſraelitæ furtum [b] fecerunt: ſed Deo iubenti miniſterium præbuerunt.

3 *Item obiicitur: Aliena rapere non eſt contra præceptum. Nulla ſiquidem Dei mandato rapina videtur prohibita Sed nomine furti omnis illicita vſurpatio rei alienæ intelligitur.*

Vnde Auguſtinus in eodem lib. q. 71.

¶ Maioris pœnæ eſt violenter aliquid eripere, quam furari. C. XIII.

2 POenale [c] eſt occulte auferre: multo maioris [d] pœnæ eſt viſibiliter eripere. Auferre ergo nolente ſiue occulte, ſiue palam, habet præceptum ſuum. Furti [a] enim nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtique furti nomine in lege veteris teſtamẽti & rapinam [e] intelligi voluit. A parte enim [f] totum ſignificauit, quidquid illicite rerum proximi aufertur.

a ¶ Furti enim.] *Hæc ſunt verba B. Auguſtini, licet mutato orationis ductu: quæ autem ante cedunt apud ipſum non ſunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mœchia habetur. infra 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquiſitis eleemoſynam quiſquam facere poteſt.

4 *Sed Auguſtinus contra teſtatur ſerm. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquiſitis bonum fieri poteſt. C. XIIII.

3 QVi habetis de malo [g], facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus tu, qui bonũ facis de malo: & cum cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui cõuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Sed hoc multipliciter intelligitur Facit enim de malo bonum, qui reddit [h] quod illicite abſtulit. Nomine etiam mali cura, & ſolicitudo mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit, qui pauperibus diſpenſat quod cum labore, & ſolicitudine acquiſiuit, iuxta illud Euangelij. [Facite vobis amicos de mammona [i] iniquitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi cauſa poſſidetur: veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prenuntiat, nonnulla lucratur. Quæ vero de malo ſic acquiruntur, in bonum poſſunt conuerti. De peccato etiam aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuſte erogantur.

Vnde Auguſtinus ad Macedonium, epi. 54.

¶ Quæ male acquiruntur, aliquando bene poſſunt expendi. C. XV.

4 NOn ſane, quidquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur [k]. Nam plerique nec

Qui habetis.] CASVS. Docet hic Auguſt. quòd qui habet pecuniam de malo acquiſitam, conuertat illam in bonum, & ipſe malus non remaneat. abſit enim vt nummi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ *De malo.*] Grat. tribus modis exponit illud verbum, facite de malo bonum, & bene, &c.

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Gratian. hic quod dictum eſt ſupra in præcedenti cap. vbi dicitur, quòd de malo poteſt quis facere bonum. & exponit illa verba tripliciter. Primo dicitur de malo facere bonum, cum reddit quæ illicite abſtulit. Secundo, cum pauperibus diſpenſat ea, quæ cum malo, id eſt cura & ſolicitudine acquiſiuit. & hoc pbat auctoritate Euãgelij dicentis, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, id eſt, quod ex arte mathematica acquiſiuit.

3 Iuo p. 13. c. 16.

h ¶ *Reddit.*] vt in furto & rapina & in talibus omnibus, vbi non transfertur dominium, nec datur repetitio.

Luc. 15.

i ¶ *De mammona.*] mammon dicitur dæmon, qui præeſt diuitiis.

ADDITIO. Sub. non quòd in eis poteſtatem habeat, ſed quia homines tentat per eas. Archidiac.

NOn ſane.] CASVS. Hoc caput diuiditur in duas partes. In prima parte oſtenditur quæ perſonæ poſſint vendere ſuum patrocinium vel laborem, vt medici, operarij, aduocati, & officiales: ſed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab vna. Sunt & aliæ perſonæ, quæ vendere non poſſunt, vt iudices & teſtes, qui magis peccant ſi pecuniam pro falſis & iniquis iudiciis & teſtimoniis accipiunt, quàm ſi accipiunt pro veris. In ſecunda parte dicitur, quòd illud quod officiales acquirunt ratione officij etiam cum peccato, poſſunt pauperibus erogare: quæ vero furto vel rapina vel inuaſione acquiruntur, non ſunt pauperibus eroganda. Secunda pars incipit ibi, *Illiſi nam.* Ego B. ſic credo caſum ponendum. Beneuen. vero breuius ponit. Et ſcias, quod H. intelligit illud verbum, *Illiſi nam*, de omnibus ſupradictis, ſcilicet iudice, aduocato, teſte, officiali, & iuriſperito.

4 Poly. l. 6. tit. 10.

A parte enim totum ſignificatur. *A parte.* Furtum ſecundum quod dicitur a furto, & rapina, ſunt ſpecies illicitæ vſurpationis: ſed ſecundum quod dicitur furtum contrectatio rei alienæ inuito domino, furtum non eſt ſpecies rapinæ, ſed econtra.

c ¶ *Pœnale.*] id eſt dignum pœna [a].

d ¶ *Maioris.*] magis enim delinquit raptor quàm fur, vt inſt. vi bon. rap. in prin.

e ¶ *Rapinam.*] argumen. quòd aliquo prohibito prohibita ſunt omnia ſimilia, vt extra de conſtit. tranſlato & ſupra diſtinctio. 4. denique. in fi. & quæ ſequuntur ex illo, extra de conſtitu. nam concupiſcentiam.

f ¶ *A parte enim.*] ſimile 32. quæſtio. 4. meretrices. eſt autem furtum pars rapinæ, eodem modo quo genus eſt pars ſpeciei. rapina enim eſt ſpecies furti: nam omnis raptor eſt fur, vt inſtitu. vi bonor. rapto. in prin.

a Non mirũ cum pcedat culpa: quia prout dicit Au. plus fraudator lædit cordãno innocẽtiæ, quã alius damno pecun. x. Pe.

k ¶ *Aufertur.*] per iudicem.

a ¶ Nec

a ¶ *Nec medico.*] præmittit enim hic medicos quaſi digniores, cum tamen medici non ſunt maioris valoris, quàm obſtetrices, vt C. con. de leg. l. duobus. 2. reſpon.
b ¶ *Patrocinium.*] Hoc eſt contra G. qui dixit nihil poſſe recipi pro iuſto patrocinio, vt not. 11. q. 3. non licet [a].

non vt ablata non reddantur: qa ſic ſocia criminis videretur. Quarto, an clerici debeant tales verberare, vel verberandos iudici tradere ſæculari: & reſp. quod non: ſed minari ſibi humanum iudicium aliquando, diuinum vero ſemper: quandoque clam, quandoque manifeſte, prout peccatum eſt occultum vel manifeſtum, vel prout exigit diuerſitas perſonarum. Secunda reſponſio eſt ibi, *Huic certe non.* Tertia ibi, *Sed non inhumanum.* Quarta ibi, *Sed namquid Nos*, ſupple clerici.

medico [a] volunt reddere honorẽ ſuum, nec operario mercedẽ: nec tamẽ hæc qui ab inuito accipiũt, per iniuriam accipiũt, quæ potius per iniuriam non darentur [1]. Sed non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verũ teſtimonium, quia vẽdit aduocatus iuſtum patrocinium [b], iuriſperitus verum concilium. Illi enim inter vtramq; partem ad examen † adhibentur: iſti ex vna parte cõſiſtũt. Cum autẽ iudicia, & teſtimonia [a], quæ nec iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua, & falſa venduntur, multo ſceleratius vtique pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiã quãuis à volentibus datur. Ille [c] tamen ſolet tamquam male ſibi ablatã pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit: quoniam venale eſſe non debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab vtraq; parte non inſolenter accipiunt [d], ſicut officialis, & qui † amouetur [e], & cui admouetur officiũ. Ab his extorta per immoderatã improbitatẽ, repeti [f] ſolent: data [a] per tolerabilem conſuetudinem non ſolent, magiſq; [g] reprehendimus, qui talia inuſitate repetiuerunt, quam qui ea de more ſumpſerũt: quoniam multæ neceſſariæ perſonæ [h], rebus humanis vel inuitantur huiuſmodi cõmodis, vel tenentur. ¶ Illi, ſi viam vitæ mutauerint, aut excellentioris cõſcenderint ſanctitatis gradum, facilius ea, quæ hoc modo acquiſierunt, tamquã ſua [i], pauperibus largiuntur, quã eis, à quibus accepta ſunt tamquã aliena reſtituãt. Qui vero contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit: reddenda potius, quàm donanda [k] cenſemus [l], Zachæi publicani [l] Euangelico exemplo [4].

a ¶ Data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent.] *Addita ſunt hæc ex originali, ſine quibus ſequentia non ſatis conſtabant.*

QVAESTIO. VI.

1 ps Qvod vero [m] *pœnitentia agi nõ poſſit, niſi res aliena reddatur, teſtatur Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 54.*

¶ Pœnitentia non agitur, ſi aliena res non reſtituatur. C. I.

5 SI res aliena, propter quã peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum niſi reſtituatur [n] ablatum, ſed, vt dixi, cum reſtitui poteſt. Plerumq; enim qui aufert, amittit, ſiue alios patiendo [o] malos, ſiue ipſe male viuendo, nec aliud habet, vnde reſtituat. ¶ Huic certe non poſſumus dicere, redde [p] quod abſtuliſti, niſi cum habere credimus, & negare. Vbi quidem ſi aliquos ſuſtinet cruciatus [q] à repetẽte [a], dum exiſtimatur habere quod reddat, nulla eſt iniquitas: quia etſi non eſt, vnde reddat † ablatam pecuniam, merito tamen, dum eam per moleſtias corporales reddere † compellitur, peccati [r], quo male ablata eſt, pœnas luit. ¶ Sed inhumanum non eſt, etiam pro talibus intercedere [s], tamquam pro reis criminum, non ad hoc, vt minime reſtituantur aliena, ſed ne fruſtra homo in hominem ſæuiat, *& paulo poſt.* ¶ Illud vero fidentiſſime dixerim, eum, qui pro homine ad hoc interuenit, nec male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem (quantum honeſte poteſt) ad reſtituendum non compellit, ſocium eſſe fraudis, & criminis. Nam miſericordius opem noſtram talibus ſubtrahimus [t], quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat [u],

c ¶ *Ille.*] ar. cõtra illos qui dicunt, ſi dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares iniuſta cauſa, quod non poſſum repetere pecuniam datam, vt ff. de cond. ob turp. cau. l. 2. vbi dicitur, quod talis litẽ perdit, quia videtur velle iudicem corrũpere. Ego credo quod poſſit talis repetere pecuniam, ſi nõ eo animo dat, vt iudicem corrumpat. nam ſi dat eo animo vt ius & quietẽ ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere, vt probatur ext. de ſim. dilectus. ſed ibi dicitur, quòd repetit ſi non ſeruatur pactum.
d ¶ *Accipiunt.*] importulas.
ADDITIO. Hoc intellige cum no recipiunt ſalarium de publico, 23. q. 1. militare. 86. diſt. non ſatis. ver. in ſingulis. Ioan. de Fan.
e ¶ *Amouetur.*] Videtur diſtinguere inter perpetuos & tẽporales officiales, Temporalem vocat eum qui amouetur: perpetuum vocat eum cui perpetuo admouetur, idest, traditur tale officium.
f ¶ *Repeti.*] de facto.
g ¶ *Magiſque.*] hic vult dicere, quod officiati reprehẽdũtur, nõ ex eo, quod aliqua extorquent, ſed quia ea immoderate exquirũt. vnde talia non repetuntur ab eis, niſi certum ſit eis ſalarium conſtitutum: tunc enim ſi aliquid vltra hoc petierint, crimine concuſsionis tenẽtur, vt 13. q. 1. militare. & ſoluent quadruplum. 38. diſt. quoniam.
h ¶ *Neceſſariæ perſonæ.*] ad officium tale.
i ¶ *Tanquam ſua.*] arg. quod de rebus illicite acquiſitis, dum tamen transferatur dominium in accipientẽ, fit eleemoſyna, vt s. e. qui habetis.
k ¶ *Donanda.*] pauperibus.
l ¶ *Zachæi publicani.*] Qui dixit: Si quem defraudaui, reddo quadruplum. & ſic patet, quod licite quadruplum, vel duplum peti poteſt, vt 12. q. 2. cum deuotiſsimum.

Qvod uero.] Hæc q. diuiditur in quattuor par. in prima quarum probat per c. Aug. quod non agitur pœnitentia digna ſi res non reſtituitur. Secunda ibi, *Si uero.* Tertia ibi, *Pro malis.* Quarta ibi, *Furtum autem.* Ioan. de Fan.
CASVS. Hic intitulatur 6. q. in qua quæritur, verum quis pœnitere poſſit, niſi reddat aliena? Et reſpondetur quod non, ſi poteſt reddere ea, vel earum æſtimationem.
m ¶ *Quòd uero.*] ſiue ſint raptores, ſiue fures, veram pœnitentiam non poſſunt agere, id eſt fructum veræ pœnitentiæ non conſequuntur, vt 3. e. c. 1. tamen admitti debent ad pœnitentiam, vt. ext. de pœ. & remiſ. quod quidam. & 3. de pœ. diſt. 3. §. vlt. & diſt. 5. falſas.
SI res.] CASVS. Macedonius de quattuor quæſiuit ab Aug. primo, an dimittatur peccatum niſi reſtituatur ablatum. & reſp. quòd non, ſi poteſt reſtitui. Secundo, an fur poſſit verberari, cum ſe negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & reſp. quod ſic. Tertio, an eccleſia pro talib. verberatis poſſit intercedere. & reſp. quod ſic.

n ¶ *Niſi reſtituatur.*] videtur hic, quod quantocũque tempore quis alienam rem poſſederit, quòd non currit in ea præſcriptio, vt 34. quæſt. 2. ſi virgo. nam diuturnitas temporis non minuit, ſed auget peccatum & aggrauat [b], vt 24. quæſt. 1. ſchiſma. vnde in præſcriptione requiritur bona fides a principio & in medio & in fine, & ex omni tempore præſcriptionis, vt extr. de præſ. quoniam omne. Tu dicas, quod ſi ex omni parte præſcriptionis habuit bonam fidem, tunc res illa facta eſt ſua, de beneficio iuris, vnde tunc non eſt dicendum, quod habeat conſcientiam rei alienæ, licet poſt tempus præſcriptionis incipiat ſcire rem alienam fuiſſe: niſi velis intelligere, idest, rei quæ ſunt aliena. Quidam [c] tamen dicunt, quòd ſi aliquis rem præſcriptam haberet ex cauſa lucratiua, tenetur ipſam reſtituere, ſi remordet ipſum conſcientia: quia nihil deperire credimus eccleſiæ vtilitatibus, ſi ea quæ ſunt aliena reddantur, vt 54. diſt. generalis. ſed ſi eam habet ex cauſa non lucratiua, non tenetur. vt ff. de his quæ in fraud. cred. qui autem. §. ſi quid cum pupillo.
o ¶ *Patiendo.*] id eſt, permittendo, quòd alij male ei auferant.
p ¶ *Redde.*] hoc intellige quando fur vel raptor non eſt ſoluendo. ſed ſi eſſet ſoluendo, licet res quam abſtulerit, ſine culpa ſua periiſſet tamen tenetur reddere æſtimationem ipſius, vt C. de fur. ſubtracto.
q ¶ *Cruciatus.*] argu. quòd qui pauperes ſunt, & non ſunt ſoluendo, ſemper verberandi ſunt pro debito, vt 11. q. 2. fraternitas. & in l. libertus. & hoc eſt verum vbi conueniuntur ex maleficio: [a] ſed ſi cõueniuntur ratione contractus alicuius, tunc ſufficit cedere bonis, vt C. qui bo. ced. poſ. l. vlt.
r ¶ *Peccati.*] ergo adhuc non eſt liberatus à debito ſed tantum à pœna. vnde ſi poſtea peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque poteſt conueniri ſicut ille qui ex aliquo contractu eſt obligatus. inſtit. de act. §. vlt. & extr. de ſol. Odoardus.
s ¶ *Intercedere.*] vt 23. q. 5. reos. 17. q. 4. reum. & eſt hic arg. quòd clericus in foro ſæculari poteſt aliquem defendere in cauſa ſanguinis vt 23. q. 5. c. 1. 2. & 3.
t ¶ *Subtrahimus.*] arg. s. 5. q. 5. non omnis.
u ¶ *Adiuuat.*] arguitur, quòd non debemus dominos noſtros iuuare in illicitis. vnde cima quæſtione tertia. ſi dominus. & capit non ſemper.

a Adde quſdo debẽt recipere. no. gl. & Cy. in l. 3. C. de ſuſ.
1 3. 11. qu. 3. non licet.
† al. examina
a Cõcor. l di nis. cũ not. ff. de re iud. & B. l. in l. comparationes. C. de fide inſtru.
† à quo] ori.

Luc 19.
3 Concord. tex. in l. 1. §. eſt enim. ff. de v. & extr. ogno.
4 Sequitur apud B. Aug. c. quid dicã. s. ea q. 4.
5 Pol l. 6 tit. 20. Iuo p. 5. c. 4. & p. 15. c. 25.
b Vt ext. de cõſue. c. vlt. ext. de ſim. cum in eccl. ſit. ext. de eo qu. du. in ma. cum haberet. iuxta ſi. Arc.
† al. luat
† al. reddere
c Vt Alanus. quod dic vt not. extr. de præſcr. vigilanti. & de concef. preb. c. nulla. Arc.
a Pauperes quandoque ſufficit bonis cedere.

a ¶ Exige

a ¶ *Exigere*] id eſt, pœnas corporales infligere. "Sed nonne clerici poſſunt vel eccleſia poteſt pœnas corporales infligere, vt 5. q. 5. illi qui. & 23. q. 5. cir. uncelliones? Reſpondeo, poteſt vel poſſunt, ſed non tantas quantas ſæcularis iudex. non enim poteſt punire quantum ad membri mutilationem, vt extra de rap. in archiepiſcopatu.

"Pœna corporalis hec eccleſia poteſt infligi.

ac nõ potius ſubuertit, atque opprimit. Sed numquid ideo nos aut exigere [a], aut ad exigendum tradere [b] vel poſſumus, vel debemus? Agimus quantum epiſcopalis facultas dat†, & humanũ quidem nonnumquam, ſed maxime, ac ſemper diuinum iudiciũ comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & male abſtuliſſe, & vnde reddant, habere, arguimus, increpamus, obteſtamur †, quoſdam clam [c], quoſdã palam [d], ſicut diuerſitas [e] perſonarum diuerſam videtur poſſe recipere † medicinam.

b ¶ *Tradere.*] "Si ergo clericus cepit furẽ in domo, non tradet ipſum iudicio: ſed ſi iudex furem captum ei abſtulerit vi, non imputatur clerico: alioquin licite auferentur clericis ſua, vt 23. quæſt. 5. vnum ſolum. Item nec clericum depoſitum tradet epiſcopus iudici. ext. de iud. at ſi clerici. Vel dic quòd clerici tales maleficos poſſunt tradere curiæ, non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem, ſed alio modo, vt extr. de Iudæis. ita quorumdam. & 11. quæſtio. 1. ſi quis ſacerdotum [a].

c ¶ *Clam.*] ſi eſt occultum. 2. quæſt. 1. ſi peccauerit.

d ¶ *Palam*] ſi eſt manifeſtum. 6. quæſt. 1. ſi omnia.

e ¶ *Diuerſitas.*] ar. quòd ſecũdum diuerſitatem perſonarũ diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, vt 12. q. 2. fraternitas. 24. quæſt. 3. corripiantur.

"Clericus an poſſit furem tradere iudici.

† *datur*] ori.

† *& deteſtamur*] orig.

† *al. vel nolle accipere.*

a De hoc & not. 23 q. 5. Maxim an[b]. ibi videas & 2. q. 7. laicos. Arc.

A ¶ Repente.] *Sic eſt emendatum ex codice epiſtolarum Vaticano, & editione Antuerpiana, cum antea legeretur,* repente.

B ¶ Adiuuat.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt ex codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur* qui ad peccandum adiuuat, ac non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertendo, atque opprimendo. *Gloſſa autem optime conuenit in vocem,* adiuuat, *non loco poſitam.*

2 *Si vero rem alienam quis conſecrauerit non eandem, ſed æſtimationem eius reſtituere debet.*

Vnde Gregorius lib. 7. indict. 2. epiſt. 58. Fantino defenſori.

¶ Qui rem alienam conſecrat, eius æſtimationem reſtituat.

C. II.

COmperimus nullam extitiſſe cauſam, pro qua res Iudæorum [A] potuiſſent rationabiliter occupari, atque eas eſſe inconſulte, ac temere conſecratas. Idcirco experientiæ tuę præcipimus, vt quia, quod ſemel conſecratum eſt, eis [f] non valet vltra reſtitui. Illud iſti ſit, vt ipſe epiſcopus debeat pretium dare [i].

A ¶ Iudæorum.] *repoſita eſt hac dictio ex epiſtola Gregorij ut intelligatur factum, quò referantur ea quæ in hoc capite continentur, ac nonnulla etiam alia ſunt emendata.*

3 *Pro malis autem apud principes eccleſia debet intercedere, non eos temerario auſu defendere.*

SI VERO REM ALIENAM. Hic eſt 2. pars Io. de Fan. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd res aliena domino reſtitui debet. nunc vero ponit Grat. caſum, in quo non ipſa, ſed eius æſtimatio eſt reſtituenda puta cum res aliena fuerit conſecrata. & ad hoc inducit ſequentia.

COmperimus.] CASVS. Aliquis rapuit argentum, vel aurum. epiſcopus hoc ſciens, calices inde factos temere & inconſulte cõſecrauit. Præcepit ergo Grego. cuidam, vt compellat epiſcopum ad æſtimationem rei ablatæ, & non ad rem ipſam conſecratam. Et dicit Bencu. & etiam Hug. hoc innuit, quod epiſcopus q. conſecrauit, raptor fuit illius argenti & auri.

f ¶ *Eis.*] id eſt, laicis, quia res ſemel conſecrata non debet amodo ad profanos vſus redigi, vt 12. quæſt. 2. aurum. & infra, de conſe. diſtinct. 1. ligna Si autem res illa fuiſſet alicuius eccleſiæ, illi bene eſſet reſtituenda, vt 12. q. 2 Apoſtolicos [b]. & 17. quæſtio 4. quæſt. aliud tamen eſt in re animata. Nam ſi ſeruus alicuius fuit conſecratus, bene reſtituitur domino ſuo, vt 54. diſtinct. ex antiquis. ſed hoc ideo eſt, quia cum ſeruus ſit res animata, delinquit permittendo ſe ordinari. ſed res inanimata in nullo delinquit. vt vides in ſimili. ſeptima, quæſtione prima. epiſcopus in diœceſi. Eamdem rationem aſſignat lex, quod ſi neſcio vbi ſit ſeruus meus, non ideo poſſeſsionem ipſius perdidi. ſed aliud eſt in his quæ anima carent, vt ff. de acquirenda poſſeſsio. ſi rem mobilem. & l. Pomponius. in princip.

1 Ex iſto tex. infertur, q̃d aliquis qui rẽ ſua vendidit, recogitur, contra tex. in l. ſi ff. ad l. Iul. de an. Bar. in l. annonã ff. de var. & extraor. cri.

"Conſecratio rei inanimatæ tollit dñiũ. ſec[9] in re animata.

b Vbi & hoc, vbi loquitur de monaſterio de rebus eccleſiæ conſtructo, q. debet red. ipſi eccleſiæ, ſecũdũ Lau. & hic etiã not. Ray. in ſum. de an. ec. §. ... pone Ar.

PRO MALIS AVTEM. Hæc eſt tertia pars q. Io. de Fan. CASVS. Adhuc probat Gratianus, quod eccleſia pro malis intercedere poteſt, & non eos temere defendere. & ad hoc inducit ſequens c.

HI qui in furtis.] CASVS. Quidam nomine Romanus, Romanæ eccleſiæ defenſor, latrones temere defendebat. quare Gregor. præcipit ei, ne fures iniuſte defendat, ne ex hoc ipſa infametur eccleſia: ſed monendo & intercedendo opem ferat in quantum decet eccleſiam.

g ¶ *Iniuſte.*] id eſt, nimis improbe & importune. & hoc verum eſt cum ſcit aut credit eos iuſte condemnatos. Si autem fugerint ad eccleſiam, tunc omnibus modis quibus poteſt tenetur eos defendere: "niſi ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorũ, vt 17. q. 4. reum. & ca. ſicut. & extr. de immu. eccleſ. inter alia. Si autem fuerit iniuſte condemnatus: tunc eccleſia tenetur eum modis omnibus iuuare. vnde illud eſt præceptum: Eripe eum qui ducitur ad mortem, vt 23 quæſtio. 3. non inferenda.

"Eccleſiæ immunitate non oẽs malefactores potiuntur.

Vnde Gregorius Romano defenſori lib. 7. ind. ct. 2. epiſt. 24.

¶ Eccleſia pro malis intercedat, non eos temerario auſu defendat.

C. III.

2 HI, qui in furtis publicis implicati ſunt, à nobis nõ videantur iniuſte [g] defendi, ne opinionem male agentium ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus: ſed, quantum decet eccleſiam admonendo, & verbum interceſſionis adhibendo, quibus valetis, ſuccurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ eccleſiæ non inquinetis.

2 Poly. l. 6. tit. 16.

¶ *Infra 21. quæſt. 5. rees referetur ſumma huius capitis, cum hic ſint propria verba B. Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quãtitate rei, quàm in affectu furantis conſideratur.*

Vnde Hieronymus in epiſtolam ad Titum, ad c. 2.

¶ Non ſolum in maioribus furtum committitur, ſed etiam in minoribus.

C. IIII.

3 FVr† autem nõ ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id, quod furto [h] ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione [i], non idcirco diuerſa fit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta, ſed qualiſcumque illa fuerit, vna eſt fornicatio, ita & in furto, quãtumcumque quis abſtulerit, furti crimen incurrit.

3 Poly. ibid. Bur l. 11. c. 55. Iuo part. 13. c. 41.

† *al. Furtum.*

¶ *Referuntur verba B. Hieronymi nonnullis tamen omiſſis, & mutatis, quemadmodum etiam apud Burchardum & Iuonem.*

FVRTVM AVTEM. Hæc eſt quarta pars. q. ſecundum Ioã. de Fan. CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de furto: ideo nunc oſtendit Gratianus, quòd furtum magis conſideratur in affectu furantis, quam in quantitate exteriori: & ad hoc inducit ſequen. c.

FVr autem.] CASVS. Oſtendit Hierony. in hoc c. quòd furtum ita committitur in re parua ſicut in re magna: vbi magis attenditur mens furantis, quam quantitas rei ablatæ. Et hoc probat adſimilar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, ſicut in turpi: ita in ancilla, ſicut in ingenua: atque in paupere vt in opulenta.

h ¶ *Quod furto.*] Huic obuiat quod dicitur. ff. de abig. l. prima. vbi perpenditur, quod magis quis punitur pro boue quam pro oue: quia pro boue dat 5. boues: pro oue 4. Sed dicas, quod ibi dicitur quod addit 4. oues, intellige præter illam quam abſtulit. Item eſt contra extra de ſimon. & ſi quæſtiones. "vbi nõ committitur ſimonia in modico, ſicut in magno, ſed intellige quod ita non præſumitur committi in modico ſicut in magno. quandoque tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conſecr. diſtinctio. 2. reuera in princip. vbi dicitur, quòd omnes in deſerto mortui ſunt: & tamen duo ex eis non fuerunt mortui: ſcilicet Caleph, & Ioſue. 76. diſtinct. ieiunium. "ſic ergo pro minima re poteſt agi de furto, vt hic & inſtit. de rer. diui. §. galliarum licet actio de dolo non detur pro minima re, vt ff. de dolo idem.

"Simonia nõ fit in modico.

† *al. clericum.*

"Furti agitur pro modico.

i ¶ *Fornicatione.*] Hu. dixit magis peccari cum pulchra [e], quàm cum deformi: quia magis voluptuoſe cognoſcit pulchram: ſed in deformi quam citius poteſt abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura ſunt quæ inuadent committere pulchræ quam deformi: ſcilicet pulchritudo eius & libido.

e Pulchra. D Andr. Tiraq. de le. cõnub. char. 5. vbi late.

CAVSA XV.

QVidam ſacerdos † in crimen carnis lapſus eſſe perhibetur, antequam ſacerdotalem benedictionem conſequeretur. Poſtquam verò ſacer-

QVidam ſacerdos.] CASVS. Supra in proxima cauſa tractatum eſt de auaritia, quæ obnubilat mentem clericorum. ſed quia incontinentia idem facit: ideo ſubiecit XV. cauſam, in qua de incontinentia tractat, & de his quæ ſunt ... & de aliis multis, quæ vt melius pateant, thema proponit, de quo octo elicit quæſtiones.

CASVS

dotium adeptus eſt, in furorem verſus quendam interfecit. Recuperata vero ſanitate, apud epiſcopum accuſatur ab ea, cum qua lapſus eſſe dicitur. Epiſcopus autem die Dominico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimen ſibi illatum: quorundam clericorum ſibi patrocinia querit: illi vero non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quaeſtioribus extorquet: deinum ſolus, & abſque ſynodali audientia illum ſententia ferit.

1 *Quaeritur autem, an ea, quae mente alienata fiunt, ſint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus.*

4 *Quarto an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*

5 *Quinto, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*

7 *Septimo, an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare.*

8 *Octavo, ſi ſponte confeſſus, aut ab alijs conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit, an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

QVAESTIO I.

I P. QVòd autem [a] ea, quae alienatae mente fiunt, non ſint [b] imputanda, facile videtur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturae infirmitatem videntur conſiſtere: Eſt autem voluntas (vt ait Auguſtinus libro primo retractat. capitulo decimoquinto. [1]) animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum [c] ß, vel adipiſcendum [d] Quod propterea [e] dictum eſt, vt hac definitione volens à nolente diſcerneretur. ¶ [2] Ex voluntate itaque peccata procedunt, quae libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porro infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi, eſt ignorantia. Carnis infirmitas, eſt concupiſcentia [f]. Ex vtraque autem infirmitate quae procedunt, imputantur ad poenam. [g] Vnde de quibuſdam ignorantibus dictum eſt. [Si quis ignorat [h], ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Chriſtus ait Apoſtolis [Extra ſynagogam facient vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe praeſtare Deo.] De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos. [Teſtimonium illis perhibeo, quia Zelum [i] Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.] Nullum tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem haec ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedũt, quae naturae languore fiũt: quae, niſi imputarentur ad poenam, nequaquã Apoſtolus lege carnis grauatus diceret [infelix ego homo, quis me liberabit de corpore [k] mortis huius? &c.] ſiue ergo penes voluntatem, ſiue penes infirmitatẽ peccata conſiſtãt, ſemper [l] imputantur ad poenam. Cui [m] ſententiae illud Auguſtini de vera religione, capitulo decimoquarto. contrarium videtur [3 Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt, vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium, & hoc quidem adeo manifeſtum eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla in doctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi, aut fatendum eſt voluntate committi.] Sed hoc [n] non generaliter de omnibus peccatis intelligendum eſſe idem Auguſtinus in libro primo retractat. capitulo decimotertio [4] oſtendit dicens. [Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt, vt nullo modo [o] peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt videri falſa haec definitio: ſed ſi diligenter diſcutiatur, inuenietur eſſe veriſſima. Peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam poena peccati. [5] Quamuis & illa, quae non [6] immerito non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſunt non † voluntaria dici.] Idem in eodem libro, capitulo decimoquinto. [Definitio peccati, quam dixi mus, peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere, propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam poena peccati.]

CASVS thematis talis eſt, Quidam cum eſſet clericus fornicatione commiſit: poſtea ſacerdos factus furioſus quendam hominem interfecit recuperata ſanitate mulier quam cognouit, ipſum apud epiſcopum accuſat. Die vero Dominica epiſcopus cauſam examinat: ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem epiſcopus ille confeſſionem verberibus extorquens, abſque ſynodo epiſcoporum & concilio illum condemnauit.

QVòd autem.] Haec quaeſtio diuiditur in duas part. in quarum prima probatur, quod ignorantes & furioſi non peccant. ſi ignorantia eſt inuincibilis, ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire, quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit, & non dedit operam, non excuſatur à toto: ſed à tanto, id eſt in parte. ita intelligenda eſt littera vſque ad c. *Nouerit quaeſitor.* Secunda ibi, *De furioſis,* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quaeſtio, vbi quaeritur an ea quae fiunt mente alienata, debeant imputari? Et reſpondet quod non, vt j. eadem, aliquos, & c. illa. & S. 3. quaeſt. 9. indicas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, quod ea quae fiunt in alienatione mentis, imputantur. poſtea probat contrarium, & reſpondet allegatis, tandem dat veram ſolutionem, vt infra ead. §. vit. Oſtendit ergo primo G. quod fiue peccata procedant ex voluntate, ſiue ex carnis infirmitate, ſemper imputantur ad poenam: quod probat quattuor auctoritatibus. poſtea probat contrarium: cum peccatum ſecundum Auguſtinum ſit adeo voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi de voluntate procedat.

1 Et in l. de duabus animabus c. 2.

2 Sent. 2. diſt. 47.

a ¶ *Quod autem* No. quod ſi quis eſt ita alienatus mente quod neſcit quid faciat: nec diſcernit, nec intelligit. non imputatur ei quod facit infra eadem, aliquos. & c. illa. & 17. quaeſtio. 2. Conſaldus. & 3. quaeſtio. 9. indicas. Quidam tamen diſtinguunt, quod ſi ſua culpa incidit quis in alienationem mentis, imputatur ei: ſi ſine culpa non: vt infra eadem, ſi quis inſaniens. quia diſtinctionem non admitto. G. allegat pro & contra. & ad intelligentiam eius quod dixi, nota quod infirmitas alia eſt animae alia eſt carnis. Infirmitas animae duplex eſt: vna dicitur ira vel odium. vel delectatio, & haec eſt peccatum: & quae ex tali infirmitate fiunt imputantur. Alia eſt poena, vt eſt obliuio, ignorantia: & quae ex hac fiunt, quandoque imputantur, quandoque non. Similiter infirmitas carnis duplex eſt. Vna eſt fomes peccati, ſcilicet originale peccatum, & quae ex hac cauſa fiunt, imputantur. alia eſt poena peccati, vt febris, & furor: & quae ex hac cauſa fiunt non imputantur, ſi non diſcernit quid agat.

" Mente alienato an ſit imputandum quod facit.

" animae infirmitas eſt duplex.

* Fomes nõ eſt proprie originale p. in. concil. Trid. ſeſſ. 5. in extremo, quinto anathematiſmo

b ¶ *Non ſint.*] melius eſſet ſine non. quia primo probat quòd imputantur.

c ¶ *Non mittendum.*] id eſt, non faciendum.

d ¶ *Vel adipiſcendum.*] id eſt, faciendum.

e ¶ *Quod propterea.*] id eſt, in diffinitione voluntatis ideo ponitur affirmatio & negatio, vt oſtendatur qua voluntate quis dicatur volens: & qua voluntate dicatur nolens: nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & voluntate ad aliquid non faciendum dicitur quis nolens: & ſic omnis nolens dicitur volens: & eadem qualitas dici poteſt voluntas, & noluntas. Nam nolle facere idem eſt quod non velle facere. vnde, lapis non dicitur nolens cum non habeat voluntatem non faciendi. nam ſecundum regulam iuris, eius eſt nolle cuius eſt velle, vt ff. de regu. iur. l. eius. Hinc patet quòd Auguſt. vult quòd eadem vis animae ſit vis concupiſcibilis, & vis iraſcibilis. Nam per vim concupiſcibilem appetimus aliquid: & per vim iraſcibilem deteſtamur aliquid.

" animae vis eſt duplex.

f ¶ *Concupiſcentia.*] id eſt, fomes originalis peccati.

g ¶ *Ad poenam.*] ſed nõ ſemper puniuntur peccata quae proueniunt ex ignorantia. trigeſimaquarta quaeſtione ſecunda. in lectum.

1. Cor. 14.

Ioan. 16.

Rom. 10.

h ¶ *Ignorat.*] id eſt, qui appetit ignorare: vel qui contemnit ſcire: vel negligit ſcire, cum poſſit quaerere à peritioribus. " Vnde quaedam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum qui ad litteram aliquid intelligunt: quaedam ex culpa: quaedam ex negligentia: & ſecundum hoc magis vel minus punitur. vndecima, quaeſtione tertia. excellentiſſimus. capit. quoniam. & capitul. ſi. 4.

Rom. 7.

" ignorantia eſt triplex.

3 Sent. 2. diſtin. 35.

i ¶ *Zelum.*] " Quidam ex Iudaeis de bono zelo mouebantur [4] contra diſcipulos Domini. & ipſum Dominum: & ipſe Dominus in cruce pro illis orauit cum dixit: Pater dimitte illis: quia, &c. Lucae 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſcientiam, id eſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſcientiam. alij autem ſcienter deliquerunt vigeſimatertia, quaeſtione prima. paratus.

" zel ͡ bonũ quidam ex Iudaeis habuerant

4 Et in l. de duabus animabus c. 11. aliàs 14. erant ſimplices & credebant in malo ad ſeruitiũ, ſed in malo ſed merito. Lau.

5 Hic omittuntur aliquot verba

† line voluntate committi] orig.

k ¶ *De corpore.*] id eſt, de dominio carnis, in qua mors eſt. ſupra diſtinctione quinta. ſed penſandum. palea eſt.

l ¶ *Semper*] allegando dicit.

m ¶ *Cui.*] Hic allegat in contrarium, quòd ea quae mente alienata fiunt non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, defenſor.

SED HOC. CASVS. Superius dictum eſt, quod peccatum vſque adeo eſt voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium. ſed quia nimium facere videbatur pro defenſione ſacerdotis furioſi: ideo eius impugnator dicit quòd auctoritas illa Auguſt. intelligitur de eo quod eſt tantummodo peccatum: & non de eo quod eſt poena peccati. & ad hoc probandum inducit duas auctoritates Aug. quamuis quodammodo voluntaria peccata dici poſſunt quae à neſcientibus & coactis perpetrantur. *Non immerito* ſed merito. Non omnimodo non voluntaria dicit, ſed quodã modo voluntaria dici poſſunt.

n ¶ *Sed hoc.*] eſt notula impugnatoris.

o ¶ *Nullo modo.*] Quaedam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non poena, & quaedam poena peccati, & non peccatum. Poena peccati, ſicut ignorantia, infirmitas. & obliuio. Illud autem dicitur ſimpliciter peccatum, quod ex libera voluntate procedit. " Quidam tamen dicunt, quod omne peccatum praeter peccatum primi parentis ſit peccatum, & poena peccati: peccata enim, quae quotidie facimus, ſunt poena originalis peccati. ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cum omnis poena à Deo ſit: & nullum peccatum à Deo ſit: ergo nullum peccatum eſt poena. Item omnis poena eſt paſſio, & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio, non eſt dicendum

" Peccatum & peccati poena diuerſa ſunt.

dum quòd peccatum ſit pœna.ſi autem alicubi inuenias quòd peccatum eſt pœna,expone,id eſt,pro quolibet peccato debetur pœna:quæ eſt pœna & paſsio animæ.

MErito.] CASVS. Duæ ſunt hic quæſtiones:quarum prima eſt, an peccata neſcientium dicantur peccata nolentium?Et reſpondet quod ſic : & iſta reſponſio eſt in fin. c. Secunda eſt,an peccatũ quod quis per metum facit, dicatur eſſe peccatum volẽtis, vel nolentis? & reſpondetur quòd volẽtis: quia licet quis nolit directe ipſum peccatum ad quod compellitur, indirecte tamen vult illud per aliud quod habere non poteſt ſine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de peierante.Hæc ſi ita ſe habent, ſequitur quòd peccata coactiua ſunt volentium.

a ¶ *Compellitur.*] Refert qualis ſit coactio, an abſoluta vel conditionalis, vt extra quod metus cau. ſacris.

b ¶ *Vult.*] Argu. quòd coacta voluntas, eſt voluntas,vt hic, & 23. q.4.diſplicet.& q.6.vides.& 74.diſt. conſueui.& ff.quod me. cau. ſi mulier. §. vlt. Eſt ergo in iſtis caſibus arg. quòd tenet matrimonium, licet coactio interuenia,vt 22. q.4. inter cætera. & ff. de rit. nupt. ſi patre. " Sed hoc non eſt verum, vt ext. de ſpon. veniens. & c. cum locum. & 31. q.2.c.1. & 2. Item ſicut coacta voluntas, eſt voluntas : ſic decepta voluntas dicitur voluntas,vt 20.q. 3. conſtituit.& ex. quod me. cau. cum dilectus. & ext. de conuer. coniu. ex parte. Arg. contra ff.de li.ho.exhi.l.3. §. ſi quis volentem tamen coacta licetia, non eſt licentia,vt arg. 33.q. 5. notificaſti.

c ¶ *Vult.*] Certe argumentatio hæc non valet:volo hoc,ergo volo omne quod ſequitur ex illo:vt iſte vult fornicari, ergo vult damnari: niſi intelligas indirecte, & per conſequentiam, vt di 8.quo iure.

d ¶ *Nemo.*] vnde Seneca. " Et ſi ſcirem Deos ignoſcituros,homines autem neſcituros,adhuc dedignarer peccare.

e ¶ *Neſcientium.*] Sic neſciens non peccat. & ſic eſt contra 32. q. 7. quemadmodum. Solut. varijs modis dicitur quis neſcire. " Dicitur enim neſcire qui non ſcit id quod facit, eſſe peccatum, vel non ſcit tantum eſſe peccatum quantum eſt : & talis neſciens punitur, licet non adeo grauiter,vt 8 diſt. conſuetudo & pone exemplum de tali, 24.q.5.forte. Item dicitur neſcire qui ſcit factum, ſed neſcit qualitatem facti.talis quandoque punitur ſi errat in iure.ſic ignorabat Paulus concupiſcentiam eſſe peccatum, extr. de conſti. nam concupiſcentiam.quandoque non punitur,ſcilicet cum errat circa factum ipſum,vt 34.q 2.in lectum.Item dicitur neſcire propter caſum ſequentem,vt ſi aliquis volens interficere leonem dum vult defendere hominem,caſu interficit hominem,vt 50.diſt. ſæpe.Item dicitur neſcire qui omnino neſcit,vt puer,ebrius,furioſus.talis enim non peccat. ſ. c.aliquos.

ILlud.]CASVS. Redit nunc Grat. ad principale propoſitum, & inducit legem illam ad probandum, quod ea quæ fiunt ex ignorantia vel mente alienata,nõ imputantur.Caſus ergo ſic ponitur. Quæſitum fuit a iuriſperito,verum quicumque poteſt pati iniuriam, poſſit facere iniuriam?Et reſpondet quod ſic, niſi ſit furioſus vel impubes,qui non eſt doli capax.nam iſti iniuriam pati poſſunt, facere vero numquam, cum iniuria non procedat niſi ex voluntate. & probat duobus exemplis, ſcilicet exemplo ioco ſe alium percutientis, & domini interficientis liberum hominem, quẽ putat eſſe ſeruum ſuum.Et not.quòd lex iſta (vt dicit Hug. & Ioan.Beue.) male ponitur hic, cum inducatur pro defenſione ad oſtendendum, quod ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur. ſed deberet legi poſt §.ſequentem, vel in ſequenti §. poſt illud verbum. *non præceſſerant.*.

α ¶ Cogente nullo.] *Hæc ſunt addita ex B. Auguſtino, vt verba ſequentia melius intelligantur.*

β ¶ Imitandum.[*Apud B. Auguſtinum in libr. de duab.animab.& lib.1.retractationum legitur,* amittendum.*Ad gloſſam tamen non eſt mutatū: ſed ſublata eſt prime loco vox* imitandum.*Quæ abeſt etiam à manuſcriptis Grat aut codicib. Nam in vulgatis erat*, ad aliquid imitandum, vel non imitandum.

c. ¶ Non immerito,] *In libris B. Auguſt. impreſſis legitur*, immerito.

Idem lib.4.quæſtionum,q.24.ad ca.15.Numerorum.

¶ Non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium.

C. I.

MErito quæritur,quæ ſint ipſa peccata nolentium, vtrũ quæ a neſcientibus committũtur, an etiam poſſit recte dici peccatũ eſſe nolentis,quod facere compellitur[a].Nam & hoc contra voluntatem facere dici ſolet:ſed vtique vult[b],propter quod facit:tãquam *α* ſi peierare nolit : quod tamen facit,cum vult viuere,ſi ſcilicet quiſquam,niſi fecerit,mortem minetur.Vult[c] ergo facere, quia vult viuere:& ideo non per ſeipſum appetendo, vt falſum iuret, ſed vt falſum iurãdo viuat. Quod ſi ita eſt,neſcio vtrum poſſint dici iſta peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda.Nam ſi diligenter conſideratur,forte ipſum peccare nemo velit, ſed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. Omnes quippe homines,qui ſciẽtes faciunt,quod nõ licet, vellent licere. Vſque adeo ipſum peccare nemo[d] appetit propter hoc ipſum,ſed propter illud, quod ex eo conſequitur.Hæc ſi ita ſe habent, non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium[e],quę diſcernuntur à peccatis volentium.

α ¶Tamquam ſi peierare nolit,quod tamen facit.]*Hæc non ſunt in vulgatis codicibus B. Auguſtini.*

ff.tit.de iniu iis,leg.3.

C. II.

ILlud relatum peræque eſt, eos qui iniuriam pati poſſunt,& facere poſſe:ſane ſunt quidam, qui facere non poſſunt,vt puta furioſus[f],& impubes, qui doli capax[g] non eſt.Namque hi iniuriam pati ſolent,non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequens erit dicere hos, ſiue pulſent,ſiue conuitium dicant,iniuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiã ſi non ſentiat,poteſt : facere nemo, niſi qui ſcit ſe iniuriã facere, etſi neſciat, cui faciat.Quare ſi quis per iocũ[h] percutiat,aut dum certat,iniuriarum nõ tenetur.Si quis hominem liberũ ceciderit†, dum putat ſeruum ſuum[i],in ea cauſa eſt,ne iniuriarum teneatur.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus à capite*, merito.*vſque ad cap.*mulier.*nulla eſt diſtinctio capitulorum.*

Itaq, vt ex præmiſsis apparet,ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari.Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ,qui carnis cõcupiſcentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici poteſt : ſed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corrupta † carnis coniunctione. Porro alia eſt infirmitas,quæ propriè carnis dicitur:quæ elementorum,ſeu humorum concordia turbata,ipſa caro afficitur,& tandem diſſoluitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Vna, quæ vitium appellatur,quo anima a Deo ſeparatur:vt eſt ira,odium,& alia huiuſmodi. Alia infirmitas animi:quæ cum ipſa nõ ſit peccatum eſt tamẽ pœna,& cauſa peccati, vt eſt obliuio,& ignorantia.Furor autem, cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati:vt febris, & certæ paſſiones,quas propriè carnis dicimus eſſe:quarum motus,id eſt, ea, quæ illis perturbantibus fiunt:nulli imputantur ad pœnam.¶ Sed obiicitur de Lamech, qui cum cæcus eſſet, Cain interfecit: nec eum excuſauit cæcitatis infirmitas,Vnde dictum eſt[Septuplum vltio dabitur de Cain:de Lamech vero ſeptuagies ſepties.] Sed cæcitas ignorantiæ ſimilis eſt. ¶ Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur : quædam vero minime. Cæcus namque ſi debitum ſuæ vxori ſe credens reddere, alienam polluit, non

f ¶ *Furioſus.*] Not. quod furioſus facit, idem eſt ac ſi caſu accidiſſet, vt ff.de admin.tut. l. vlti. in fin.

g ¶ *Qui doli capax.*] ſi enim eſt doli capax, bene punitur, vt extr. de delic. pue. c. 1.[b] & de conſecr.diſt.4. cos. ſed de impubere minori diſtinguitur,an delinquat ex animo, an ex culpa,vt C.ſi aduer.de li.l.1.& 2.

h ¶ *Per iocum.*] dum tamen iocus ille non ſit noxius, vt ext.de præſump ca. 1. nam ludus noxius eſt in culpa, vt ff.ad l. Aqui. nã ludus.

i ¶ *Seruum ſuum.*] ſecus ſi alienum ſeruum vel etiam aliquem liberum hominem voluit percutere, & percuſsit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarum illi qui percutitur,vt ff.de iniur. eu qui §. ſi iniuria. & hoc ideo, quia hic omnibus modis intẽdit nocere, & ſi non illi cui nocet:ſed ſecus in caſu præſ. Et eſt arg. quod ſi aliquis credit ſolutam cognoſcere, & cognoſcat vxoratam, videtur quod non puniatur quaſi adulter[c].

ITAQVE. CASVS. Concludit Grat.ex ſupradictis dicens,quod peccata imputantur ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate procedant. poſtea reſpondet huic concluſioni diſtinguens, quòd infirmitas carnis eſt duplex.Alia eſt concupiſcentia carnis,quæ imputatur, & hæc non dicitur propriè infirmitas carnis : quia accidit animæ ex coniunctione carnis. Alia eſt turbatio elemẽtorum & humorum, quæ dicitur propriè infirmitas carnis,vnde febris & furor oriuntur : quæ non imputantur.Similiter infirmitas animi duplex eſt.Alia eſt mala qualitas, vt ira & odium.quæ imputantur. Alia eſt obliuio vel ignorantia, quæ non imputantur, cum ſint pœna peccati. Sed poſtea obiicitur de Lamech quem non excuſauit infirmitas cæcitatis.cum Cain interfecit ſagittando.Et tandem ſoluit,dicens quòd cæcitas & ignorantia ſimiles ſunt.Nam ex vtraque quædam fiunt quæ imputantur, & quædam quæ non imputantur.nam ſi cęcus cognoſcat aliquam,quam putat eſſe ſuam vxorem,nõ eſt reus adulterij.Si vero cæcus aliquem perimat iaciando,reus eſt homicidij:quia officium alienum vſurpat.Sed furioſus cum non ſit compos mentis,in occidendo non peccat. quia deliberare non poteſt.vnde pupillo & furioſo in maleficiis ſubuenitur.Et ad hoc inducit legem illam,ſcilicet,Illud.quæ deberet hic legi.&c.ſequens,ſcilicet firmiſsime.

a Sed cõtra, quia animo violentia nõ infertur, vt 32.q.5.§ qđ autẽ, in pr. dic vt ibi not.

" Matrimonium coactè factum non tenet.

‡ Libr 47.ff. tit.10.

" Senec. dictũ aureum

" Neſcire dr̃ quis multipliciter.

† al.occiderit.

b & hoc omnino videas qđ le. & no. e.ti.c.2. & ď hom.exhibita.in gl.qđ ei & in glo.ex hoc.Arc.

† al. coniũcta carnis corruptione.

Geneſ.4.

c iſta fuit ſnia dñi Pilei,ſ.quod ñ punitur pro hoc facit quod ñ cõmittit adulteriũ ſine dolo.ff. ď adul. l. pen. ad idẽ fa ff. de iniur. itẽ apud Labeonem. §. ſi quis.Arc.

a¶[*Non eſt reus.*]vt 34.q.2.in leƈtum.
b ¶ [*Penitus.*]Cum enim inſiſtit quis operi illicito, tunc non excuſat caſus ſecus ſi licito:quia tunc excuſat, vt 50.diſt.ſæpe.

F[*Irmiſſime.*] CASVS Petrus quæſiuit ab Aug. vtrum quilibet ſit accepturus vitam æternam niſi fuerit baptizatus, & pœniten tiam egerit:& reſpondet quod non,niſi fuerit baptiſatus ſanguine ſuo,vel in aqua,vel niſi habuerit cordis contritionem: & docet quòd baptiſmus & pœnitentia adultis ſit neceſſaria, paruulis vero baptiſmus ſolūmodo ſufficit, quam diu ratione vti non poſſunt.

c ¶ [*Pro nomine Chriſti.*] dum tamen abſit charitas.aliter non ſufficit alicui ad ſalutem pati martyrium, vt 90. diſt. neque.

d ¶ [*Per baptiſmum.*] Deberet addere tertium membrum, ſcilicet baptiſmum contritionis.[b] Eſt enim triplex baptiſmus fluminis,flaminis,& ſanguinis,id eſt,aquæ,& ſanguinis, & contritionis,vt de conſecr. diſ. 4.c.baptiſmi vicem.

ᵇ Baptiſmus triplex.

3 Iuo p.1.c. 80.

EX EO AVTEM. CASVS. Concludit Grat.ex fine ſuperioris cap. ſcilicet quod nec adulto nec paruulo poſt baptiſmum peccatum imputatur, niſi vtatur ratione : ſicut nec brutis animalibus aliquid imputatur Et ad hoc probandum inducit auƈtoritatem Auguſtini.reperitur tamen in ſcriptura animalia eſſe interfecta non ratione deliƈti,ſed quia facti memoriam refricant vt j. ſeq.ca.

e ¶ [*De bobus.*] ſcilicet quo ad vitam æternā: ſed quo ad vitam temporalem bene, iuxta illud : Homines & iumenta ſaluabis Domine, ſcilicet pro ſalute temporali prouidendo eis neceſſaria: iuxta illud, Omnia expeƈtant ad te Domine, vt des illis eſcam in tempore opportuno.

M[*ulier.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auƈtoritas Leuitici, in qua dicitur, quòd mulier quæ acceſſerit ad aliquod pecus, debet interfici,& pecus ſimiliter In ſecunda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auƈtoritatem: & dicit q animalia iubentur interfici,non quia peccauerunt, ſed quia refricant memoriam facti Secunda pars incipit ibi, *Quæritur quomodo.*

§ Cor.9.

f ¶ [*Ad omne.*] id eſt, ad aliquod ex omnibus. ſimile eſt 1. q.7.ſi quis omnem.

g ¶ [*Memoriam.*] Simile eſt 81.diſt.valet.Vnde tamen reſeruantur thuribula laminarum. & publice exponuntur,vt 7.q.1.denique.& de conſecr. diſt. 2. & dixit. ſed iſtud ad terrorem fit,&c.

DE FVRIOSIS.Hæc eſt ſecunda pars q.in qua intendit probare quòd ignorantes ex toto, furioſi,& ebrij non peccant in illo aƈtu. ſed peccat ſe inebriando:& hoc probat per 9. auƈtoritates. Io. de Fant.

eſt reus[a] *adulterij.Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat, quia ab eo penitus*[b] *hoc debet eſſe alienum, homicidij reus habetur.Mens vero alienata furore cum ſui compos non ſit,eorum que admittit,reatum non contrahit : quia facultatem deliberandi non habuit.Vnde pupillo, & furioſo in maleficiis ſubuenitur:vt non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt*a. *Quod non ſolum humanis, ſed etiam diuinis legibus noſcitur approbatum.*

Ait enim Auguſtinus de paruulis,in lib. de fide ad Petrum diaconum,c.30.

a¶[Proceſſerunt.] *Hoc loco in vulgatis tranſ interieƈta hæc verba*, ff. tit.de iniuriis, Illud relatum.requirē.quæ à *ſunt à manuſcriptis, adeoque inanita.*

C. III.

[1] FIrmiſſime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Chriſti[c], ſuo ſanguine baptizantur,nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis ſuis fuerit per pœnitentiam, fidemque conuerſus,& per ſacramentum fidei, & pœnitentiæ, id eſt per baptiſmū[d] liberatus : Et maioribus quidem neceſſarium eſſe & pœnitentiam de malis ſuis agere, & fidem catholicam ſecundum regulam veritatis tenere,& ſacramentum baptiſmatis accipere : paruulis verò,qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere poſſunt, ſacramentum fidei, quod eſt ſanƈtum baptiſma, quamdiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt,ſufficere ad ſalutem.

Ex eo autem quod in fine huius auƈtoritatis dicitur [*Quamdiu,ſcilicet, rationis eorum ætas capax eſſe non poteſt*] *euidenter datur intelligi,nulli poſt baptiſmum peccata imputari,ſiue ſit adultus.ſiue impubes, niſi rationis ſit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Auguſtino in eodem lib. cap.3.redditur, quare ſua facta eis non imputentur* [*Animalia igitur, inquit, præſentis ſæculi curſum,atque ornatum ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt voluntatem:quæ de ſuis factis nullam rationem reddituræ ſunt,quia rationabilia non ſunt.Numquid enim de bobus*[e] *cura eſt Deo? Homines vero,quia rationales facti ſunt,& de ſe, & de omnibus rebus, quæ in vſum vitæ præſentis acceperunt,rationem reddituri ſunt Deo : & pro ſuorum actuum qualitate recipient aut pœnam,aut gloriam*] *Sacræ tamen legis auƈtoritate animalia iubentur interfici,non propter conſcientiam peccati,ſed quia refricant memoriam facti.*

Vnde Auguſtinus ſuper Leuiticum ad c. 20.q.74.

¶Non propter culpam,ſed propter memoriam facti pecus occiditur,ad quod mulier acceſſerit.

C. IIII.

[1] MVlier, q̄ acceſſerit ad omne[f] pecus aſcēdi ab eo,interficietis mulierem, & pecus: morte moriātur:rei ſunt.] ¶Quæritur, quomodo ſit reum pecus: cum ſit irrationale,nec vllo modo legis capax.*& infra.*¶Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici:quia tali flagitio contaminata, indignam refricāt facti memoriam[g].

[2] *De furioſis autem euidentiſſime ſcribit Auguſtinus in libro quæſtionum veteris & noui teſtamenti,q.2.in fine ita dicens.*

¶Culpa non neceſsitate,ſed voluntate reum conſtringit.

C. V.

[3] ALiquos ſcimus ſubito dementes factos fuiſſe, ferro, lapidibus,morſibus, multis nocuiſſe:quoſdam etiam occidiſſe : captos autem induſtria, & iudiciis†[h] oblatos,minime reos[i] factos : eo quod non voluntate,ſed impellēte vi[k] neſcio qua hæc geſſerint neſciētes. Quomodo enim reus conſtitueretur, qui neſcit[l] quid faciat.

Item Ambroſius in Hexameron in tractatu primi diei[4].

¶Reus voluntate,non neceſsitate conſtringitur.

C. VI.

ILla cauēda ſunt,quæ ex noſtra voluntate prodeunt,deliƈta iuuentutis,& irrationabiles paſsiones corporis. Quorum igitur nos ſumus domini[m], horum[n] principia[o] extrinſecus[p] nō requiramus, nec deriuemus in alios,ſed agnoſcamus[q] ea, quæ propriè noſtra ſunt.Quod enim poſſumus nō facere,ſi volumus,huius electionem mali nobis potius debemus, quā aliis adſcribere.Ideo etiam in iudiciis iſtis voluntarios[r] reos, non ex neceſſitate compulſos culpa ſtringit,pœna condemnat. Neque enim ſi per furorem aliquis innocentem peremit, obnoxius morti eſt : quinetiam ipſius diuinæ legis[s] oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem,refugij faculta-

CASVS. Quia facta eſt ſuperius mentio de furioſis : ideo nunc euidenter oſtendit Grat. quòd ea quæ fiunt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit ſeq. cap.

A[*liquos ſcimus.*] CASVS. Quidam furioſi quoſdam interfecerunt. Quæſitum fuit ab Auguſt. vtrum eis imputetur? Et reſpondetur quod non : quia non ex voluntate fecerunt, ſed impellente furore,& neſcientes fecerunt.

2 Iuo p. 9. c. 108.
Leuit.20.

h ¶ [*Iudiciis.*] id eſt, iudicibus

i ¶ [*Reos.*] id eſt, condemnatos

k ¶ [*Vi.*] id eſt,furore.

l ¶ [*Quid neſcit.*] hic manifeſte videtur, quod ea quæ a furioſis fiunt, non imputantur[a], vt j.ca.prox. & 3 q. 9. indicas.licet quidam dicat, quod ſi culpa ſua quis incidat in furorem,imputatur ei. j.c. ſi quis inſaniens

a An furioſus vel prodigus alienare poſſit ante interdictionē, vel poſt, ibi tractam, no. ff.de cu fu.l. 2. & ſa. ft. de teſt. l. ul.

3 Iuo p. 13. c.92.

† al. iudicibus.

I[*lla cauenda ſunt.*] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambroſ. quæ ſunt illa quæ imputantur alicui,& quæ non? Et reſpondet q peccata quæ procedunt ex voluntate, imputantur,& etiam quæ procedunt ex imperitia. In his tamen locus erat refugij in veteri teſtamēto: quod probat auƈtoritate legis Moſaicæ : ſed ægritudo, paupertas, mors, & ignobilitas, cum non ſint mala, non imputantur

4 Lib.1.c.3.

m ¶ [*Domini.*] id eſt, auƈtores.

n ¶ [*Horum.*] id eſt, vitiorum.

o ¶ [*Principia.*] id eſt,cauſas.

p ¶ [*Extrinſecus.*] id eſt, aliis non imputemus.

q ¶ [*Agnoſcamus.*] id eſt, nobis attribuamus eadem.

r ¶ [*Voluntarios.*] quia vaſis iræ &c.vt 23. qu. 4. Nabuchodonoſor.

s ¶ [*Legis.*] Moſaicæ.Tangit quod legitur in Exodo & Deuteronomio,[c] quod tres erant ciuitates refugij vltra Iordanem[b], & tres citra[c]:quarum talis erat vſus, quod ſi quis hominem nolens occidiſſet, & fugiebat ad vnam illarum,ibi de cōſanguineis occiſi erat tutus. ſed ſi antequam illuc perueniſſet inue-

Deut 4. & 19.
c Ciuitates refugij erāt tres.
b Nota iſtarum ciuitatū ſunt illa,Boſor, Ramoth Golam
c ſc. Cades, Sichem, Ebron.

ti.s

tus fuiſſet ille qui poterat eſſe vltor ſanguinis effuſi impune occidebat eum: ſed poſtquam illuc venerat, ſi propin. qui occiſi volebant eum conuincere, quòd ſponte occidiſſet eum, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius: tradebatur illis ad occidendum. erat autem ibi fugitiuus vſque ad reconciliationem cum propinquis occiſi, vel vſque ad mortem ſummi Pontificis, in qua omnes fugitiui ſecure redibant ad propria.

tē, vt poſſit euadere. Hoc igitur[a] de eo, quod proprie malum videtur, dictum ſit. Mala enim non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & cōſcientiam ligant. Ceterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauerit: quia nec. contraria iſtis in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

a ¶ Nec cōtraria iſtis.] *Emendatum eſt ex originali. Nam antea legebatur*: quia neceſſaria iſta in bonis, &c. *In multis tamen antiquis fuit hic verſus capituli eſt in verbo*, numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis, c. 6. lib. de Abraham.

¶ Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt.

C. VII.

SAne diſcimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non poſſumus. Nam quæ ſobrij cauemus, per ebrietatē ignorantes committimus. *& paulo poſt.* ¶ neſciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent, iacent ſepulti: ideoque, ſi qua per vinum deliquerint, apud ſapientes iudices venia[b] quidem facta donantur, ſed leuitatis damnantur † [c] auctores.

Item Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei, c. 25.

¶ Inobedientia, vel concupiſcentia non habet culpam in corpore non conſentientis. C. VIII.

SI concupiſcentia[d] a, vel inobedientia[e], quę adhuc in mēbris moribundis habitat[f], præter noſtræ voluntatis legem, quaſi lege ſua mouetur, quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque* culpa eſt in corpore dormientis[g]?

a ¶ Concupiſcentia vel.] *In originali legitur*. Quòd ſi illa concupiſcentialis inobedientia.

Idem lib. 22. contra Fauſtum, c. 44.

¶ Loth non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur. C. IX.

INebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. ¶ Quapropter culpādus eſt[h] quidem non tamen, quantum[i] ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

a ¶ *Hoc igitur.*] id eſt, primo dictum.

SAne.] CASVS. Oſtendit Ambroſ. in hoc ca. ebrietatem eſſe vitandā, per quā ſi qua mala faciunt ebrij, apud ſapientes impunita relinquuntur, donantur venia: & de hoc damnantur, quia faciles fuerunt ad bibendum vltra modum.

b ¶ *Venia.*] i. minori pœna, quam ſi ex certa ſcientia feciſſent.

a Ad hoc ff. de re mil. oē delictum. §. qui ſe.

c ¶ *Damnantur.*] Et etiam redarguunt eos. qui ſunt nimis faciles ad inebriandū ſe. Alij intelligunt ꝙ non punitur de eo quod ebrius fecit: ſed tātum pro eo ꝙ leuis erat ad inebriandum ſe.

SI concupiſcentia.] CASVS. Oſtendit hic Augu. quod ſi homo vigilans extra mentē poſitus aliquid per concupiſcentiam vel inobedientiam faciat, non committit mortale peccatum: & hoc ad inſtar dormientis, in quo concupiſcentia ſine culpa ſua lege mouetur.

† *notantur*) orig.

d ¶ *Si concupiſcentia.*] id eſt, fomes originalis peccati.

ß Et l. 2. contra Iulianū to. 8.

e ¶ *Vel inobedientia.*] id eſt, originale peccatum: quod ex inobedientia proceſſit.

f ¶ *Habitat.*] Non enim tollitur penitus originale in baptiſmo* quo ad ſui eſſentiam: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, vt infra de conſec. diſt. 4. c. 2.

* imo tollitur totum illud q̄d ve. ā propriā peccati rationē habet conc. Trident. ſeſ. 5. in vlt. anathematiſmo.

g ¶ *Dormientis.*] De hoc dictū eſt, an dormiens peccet. 5. diſt. 6. teſtamentum. Io. de Fant.

a Add quod hæc dictio, abſque ponitur hic excluſiue. concor. l. ſi nume. & ibi gl. C. de ap. ſi quo p. 9. c. 116.

INebriauerunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Geneſ. *Inebriauerunt*, &c. In ſecūda parte verba Auguſt. exponentis verba illa. Dicit enim ꝙ propter inceſtū Loth puniri non debet: ſed quia nimis fuit facilis ad inebriandum. Secunda pars eſt ibi, *Quapropter*. Ita videtur caſus ponendus ad hoc vt faciat ad propoſitum Grat. gl. tamen diuerſimode verba illa exponunt.

Gen. 19.

h ¶ *Culpandus eſt.*] videtur ergo quod peccat qui neſciens in ebrietate aliquid facit, vt hic, & 35. diſt. ſexto dic. Sed dic quòd hic non erat Loth neſciens. natura enim non patitur quòd aliquis neſciens coeat: ſed dicitur neſciens, quia neſciebat eſſe filias ſuas. credebat enim eſſe vxorem ſuam.

i ¶ [illegible].] Tripliciter exponitur hoc. Quidam ſic exponunt, quòd punitur pro inceſtu, & pro ebrietate. vel aliter: non punitur quantum inceſtus meretur, ſcilicet ſi eſſet commiſſus ex deliberatione. Alij dicunt quod nullo modo punitur pro inceſtu: ſed tantum pro ebrietate: *quæ ebrietas tantum eſt venialc peccatum, vt 25. diſt. 3. criminis. Laur.

* Loth etiā ebrius peccauit.

Item Ambroſius libro primo de Iacob, & vita beata, c. 3.

¶ Nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate. C. X.

NOn eſt, quod cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam a[k], niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus[l]. Voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum inuidia[m], quā † in alios deriuamus[n]. Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur[o] ß. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe prius peccatorum ære[p] ei vendiderit.

a ¶ Aerumnam.] *Apud B. Ambroſium legitur*, culpam *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

ß ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, & acquirit iuri ſuo: *quæ ſunt expuncta, quoniam abſunt & manuſcriptis, & originali.*

Idem in lib. 2. de Cain & Abel, c. 4.

¶ Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit. C. XI.

NEc is, qui inuitus[q] aliquod fecerit homicidium, extra miniſterium eſt. Si quidem lex ait de eo [Quia Deus dedit eum in manus eius.[r]] Manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt. Leuites[s] igitur miniſter remiſſionis[t] eſt. Percuſſor autem, qui tamen non ex diſpoſitione, ſed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinę miniſter eſt vltionis. ¶ Illud quoque ſpecta: quia cum interficitur impius, Chriſtus[u] infunditur[x]: & vbi abominatio[y] aboletur, ſanctificatio conſecratur[z] a, quia Dominus dixit [In ea die, qua interfecero omne primogenitum[a] Aegypti, ſanctificabo mihi omne primogenitum Iſrael.] Quod non ad vnum[b] diem afflictionis Aegypti referes, ſed ad omne tempus. ß

a ¶ Conſecratur.] *Apud B. Ambroſium legitur*, congregatur.

ß ¶ Omne tempus.] *Poſt hac in originali ſequitur* caſum reminiſcitur. *ſ. 12. q. 2.*

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit, miniſter Dei ſit, cum innocentem furore perimens mortis nequaquam obnoxius ſit, cum ſubito dementes, eorum, quæ faciunt, reatum minime geſſent, patet hunc ſacerdo-

NOn eſt.] CASVS. Quidam peccata quæ committebant, in alios deriuabant: ſed portat Ambroſ. quòd crimina ex propria voluntate committuntur, per quæ quis ſe diabolo ſubijcit: ſicut quis ex propria voluntate miles Chriſti efficitur.

k ¶ *Aerumnam.*] i. pœnam vel culpam.

l ¶ *Reluctantibus.*] i. ex toto diſſentientibus, ſcilicet cum eſt abſoluta coactio. 50. diſt. presbyteros.

† *quod in alios deriuamus*) orig.

m ¶ *Inuidia.*] id eſt, pœna.

n ¶ *In alios deriuamus.*] id eſt, aliis exemplum damus.

o ¶ *Auctionatur.*] id eſt, emit. Vel auctionatur, id eſt, per auctionem petit.

p ¶ *Peccatorum ære.*] id eſt, peccatis delectantibus. nā ipſum peccatū dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

NEc is.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis caſu interfecerit aliquem, miniſter Dei eſt, quod probat auctoritate Deutero. ſicut leuita miniſter eſt remiſſionis. In ſecunda parte dicitur, quod cum interficitur aliquis impius, Chriſtus diffunditur per orbē. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi, *Illud quoque.* *In manus eius*, id eſt, occidentis caſu.

Exod. 21. Deut. 19.

q ¶ *Inuitus.*] Hoc vult dicere, quod cum aliquis caſualiter occidit hominem, non peccat, vt 23. q. 5. ſi homicidium.

Num. 8.

r ¶ *Eius.*] ſcilicet occidentis.

s ¶ *Leuites.*] id eſt, ſacerdos.

t ¶ *Remiſſionis.*] peccatorum.

u ¶ *Chriſtus.*] i. gratia Chriſti.

x ¶ *Infunditur.*] aliis. alij enim per hoc emēdantur.

y ¶ *Vbi abominatio.*] i. perſona abominabilis.

z ¶ *Conſecratur.*] in alius.

a ¶ *Primogenitum.*] totum hoc myſtice poteſt legi: & ſic appellantur primogenita Aegypti, vitia quę quotidie facimus. primogenita Iſrael virtutes.

b ¶ *Non ad vnum.*] Ecce qualiter indiffinita exponitur vniuerſaliter. ſic 1. q. 3. Saluator. circa fi. 28. q. 1. idolatria.

CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quòd ſacerdos iſte non eſt reus homicidij: & ideo ſacerdotio priuari non debet. ſed contra hoc ſtatim obijcit ſeq. c. cuius caſus patet.

a S[i quis.] ¶ *Pœnitentia.*] His imponitur pœnitentia: & tamen non deliquerunt. ſed hoc fit ad cautelam, vt 50. diſtin. presbyteros & 34. q. 2. in lectum. & ne diſciplina eccleſiæ deſeratur, vt. 23. q. 5. excommunicatorum Io. de Fant.

SED HOC. CASVS. Modo ſoluit ſupradictum ca. G. & dicit quod poteſt de eo intelligi, qui ſua culpa incidit in furorem. Poſtea obijcit contra hoc, & dicit quòd quædā ſunt, quæ non obſuiũt promoto, nec imputantur ad pœnam, ſed impediunt executionem. Vnde ſicut parentum ambitio impedit promouendum, etſi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt, mente alienata, non imputantur ad pœnam, etſi executionem impediant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

1 in concil. Vuormac. c. 28.

a Burc. l. 6. c. 25. Iuo p. 10. c. 154.

b ¶ *Propria.*] hæc opinio non eſt approbanda: quia actus ipſo furore punitur, vt 3. q. 9. ſinoua. ff. de of. præſid. diuus.

c ¶ *Oceſſ.*] vt 1. q. 5. c. 1. Io. de Fant.

S[i quis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ſi quis corrigendo diſcipulum ſuum caſu eum occiderit: nõ imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatem recipit, & non factum: ſed quantum ad legem promotionis eſt reus: in qua opus requiritur, voluntas. & hoc probat Hiero. exemplo virginis oppreſſæ, quæ & ſi non peccauerit, inter virgines tamen conſecrari nõ poteſt.

a Auctor operis impf. in Matth. hom. 28.

d ¶ *Propter diſciplinam.*] leuis autem caſtigatio permittitur magiſtro, vt ff. ad leg. Aq. ſed & ſi. § vlt.

a 32. q. 5. de pudicitia.

e ¶ *Quantum autem ad legem.*] Moſaicam, quæ permittebat quod ſi quis caſu occiderit hominem, dummodo non inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occiſi interficere occiſorem ſecundum quoſdam: ſimiliter ſecundum leges canonum impeditur a promitione[a] ſecundum quoſdam: quod non concedo, vt dixi 50. diſt. de his. Vel intellige quod hic dicit, quando exceſsit modum in corrigendo.

tem homicidij reum non eſſe: vnde nec ſacerdotio priuari debet.

Obijcitur autem illud, quod eſt in pœnitẽtiali Theodori.[1]

¶ In ſe reuerſu pœnitentiam agat, qui inſaniens aliquem occidit.

C. XII.

j [a] SI quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia[a] imponenda eſt.

¶ *In concilio Vuormacienſi, & apud Burchardum & Iuonem hæc ſequuntur* quàm ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria[b] culpa ad furorẽ perduxit. ¶ *Item obijcitur. Sunt quædam, quæ etſi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obeſt [c] ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mẽte alienata fiunt, etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait.[2]

¶ Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit. C. XIII.

ij SI quis non iratus, ſed propter diſciplinã [d], palmam alicui dederit, & euentu occiderit, ſicut fieri ſolet, quantum ad gratiam innocens eſt: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem [e], reus eſt: quia opera requirit. ¶ [4] Item ſi in perſecutione virgo fuerit oppreſſa, repellitur lege [f]: quia opus inſpicit, non voluntatem [g]. In gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur: quia non opera quærit, ſed voluntatem.

¶ *Verba huius capitis vſque ad verſ.* Item ſi in perſecutione, *leguntur in homel. 28. operis imperfecti ad cap. 11. Matth. Reliqua autem, & ferè eadem ibi leguntur, & ſimillima in commen. B. Hieronymi in idem 11. c. Matth. Ipſa autem proſus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. ca. de pudicitia ... pu.ge.*

Sicut ergo, qui propter diſciplinam caſu homicidium fecit, quantum ad legem reus eſt, quantum ad gratiam [h] innocens: ſic iſte ſacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus probatur. ¶ *His ita reſpondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt.* [i] ¶ *Non enim poteſt ad ſacerdotium prouehi, qui aliquando inſaniuit? Veruntamen ſi poſt ſacerdotium furere cœperit, non ideo ſacerdotio carebit: niſi forte numquam ad ſanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam epiſcopo Gregorius ſcribit in regeſto ad Eleutherium epiſcopum.*] 6 *Quamuis [k] triſte ſit nobis, &c.*] *vt ſupra in cauſa* [*Longa inualetudine grauatus.*].

QVAESTIO II.

PRo impenſis [l] vero patrociniis in Tarraconenſi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo ſic ſtatutum legitur, ca. 10.

¶ Pro patrociniis impenſis clericus munera exigere non debet.

C. I.

OBſeruandum quoque decreuimus, ne quis ſacerdotum, vel clericorum, more ſæcularium iudicum [m], pro impenſis patrociniis munera audeat accipere†, niſi [7] forte in eccleſiis gratuito oblata: quæ non fauore muneris, videãtur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta† probatur accipere, veluti exactor fœneris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundum ſtatuta patrum ſe nouerit degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum eſt, qui canonicam vitam profeſsi regulariter ſe victuros propoſuerunt. Generali namque eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impenſis ſuſcipiant.

b ¶ Præiudicium.] bene ſit præiudicium ei quãtum ad hoc, quod ille cui per metum traditur res, dominus ſit rei: ſed quantum ad hoc non ſit ei præiudicium, quin detur ei actio, quod metus cauſa ad repetendum, ſi tradidit, vel exceptio, ſi non tradidit, vt ff. eodem. metum. 2. §. ſed quod prætor. & § ex hoc edicto. ſi tamen primo coactus promiſit, & poſtea ſpontanee tradidit: non excuſat coactio, vt C. quod metus cauſa. l. ſecunda. & extr. qui cle. vel vo. inſinuante. ibi, patientia temporis, &c. & eſt ſimi. extr. de eo qui duxit matri. ſignificauit.

c ¶ Litteras.] in quibus fatentur aliqua ſe debere.

d ¶ Requiſitione.] id eſt, confiteantur quòd abſoluerunt aliquos à debito, in quo illi tenebantur.

e ¶ Erroris.] id eſt, qui confiteantur ſe tenere aliquam hæreſim. Sed nonne peccat mortaliter ille qui confitetur hoc? Reſpon. ſic nec excuſat eum aliqua coactio:[c] quia talis coactio non eſt abſoluta: & coactio conditionalis neminem excuſat, vt 50. diſt. ut preſbyteros. & de conſecr. diſtin. 4. eos. potius enim debet quis pati mortem, quam malo conſentire, vt 32. q. 5. ita ne. & occiſores corporis non ſunt contra iuſtitiam timendi, vt 11. q. 3. non ſolum. & c. nolite. 31. q. 2. Lotharius. Sol. hic non excuſantur tales à toto, ſed à tanto. metus enim vel coactio conditionalis non excuſat peccatum, ſed attenuat vt extr. quod me. cau. ſacris. Et no. hic quod contra ea quæ publice facta ſunt, admittitur probatio in contrarium. ſic 31. q. 2. Lotharius. extr. quod me. cau. perlatum. quod eſt contra regulam generalem. 8. q. 1. licet.

† alterum

[c] Coactio eſt duplex.

f ¶ Quæ fiunt.] potius reſpicienda eſt cauſa facti quàm ipſum factum, vt 23. q. 8. occidit. de pœn. diſt. 1. aut facta.

AVctoritate.] CASVS. Archiepiſcopus Treuereñ. & præpoſitus eius, & multi alij clerici capti fuerunt à quibuſdam prædonibus, & coacti fuerunt ad eis ſe obligare iuramento, & aliis obligationibus: occaſione quarum obligationum res eccleſiaſticas perdiderunt: quare Nicolaus ſcribens epiſcopis Galliæ abſoluit eos ab omni vinculo iuramenti & obligationis, & dicit quòd propter huiuſmodi iuramentum vel obligationes, nullam infamiam vel calumniam aut ſuorum bonorum amiſſionem, illos habere permitteret. Sed præcepit prælato archiepiſcopo & defenſoribus Treuereñ. eccleſiæ, vt ſpirituali & materiali gladio tamdiu malignos illos perſequantur, donec ablata reddantur.

g ¶ Abſoluimus.] Hic conſueuit dubitari circa duo, ſcilicet[c] an iuramentum per vim extortum obliget. Item an Papa poſſit diſpenſare in illicito iuramento. Et quod non obliget tale iuramentum, videtur hic: quia dicitur hic, quod non debet eſſe vinculum iniquitatis, vt 22. quæſtio. 4. inter. & extr. de iureiur. verum. & extr. de reſtitu. ſpol. ſolicite. & extr. quod metus cauſ. perlatum. Item quia inconueniens eſſet, quod maleſactor ex improbitate ſua cõſequeretur actionem, vt ff. de fur. itaque ſullo. Præterea, ſi maleſactor petit rem, poteſt ſe reus tueri exceptione metus cauſa, cum illa exceptio per iuramentum non ſit ſublata. Præterea non obſtante tali iuramento poteſt petere rem ſi eam tradidit, cum illud non iurauerit, vt extr. de iureiu. debitores. & ext. quod metus cauſ. ad audientiam. Ergo cum poteſt rem petere, multo fortius poteſt ſe tueri exceptione: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem. ff. de ſuperfi. l. prima. extr. de iureiuran. quemadmodum. Et contra probatur, quod obliget: quia licet fuerit coactus, tamen voluit, quia coacta voluntas, eſt voluntas vt ſ. eade. q. 1. merito. Item quia non vergit in interitum ſalutis æternæ. eſt ergo obſeruandum, vt extr. de iureiurand. ſi vero nec prodeſt quod compulſus fuit. 22. q. 5. qui compulſus. & cap. ii cuius coactus. Solu. quidam dicunt quòd talis fuit metus qui cadit in conſtantem virum, quod iuramentum ob talem metum factum nõ obligat[a]. & ſecundum eos exponitur hic hoc verbum abſoluimus, id eſt, abſolutos oſtendimus. Alij dicunt quòd quantumcumque ſit metus, tenetur ſeruare iuramentum factum de rebus propriis, ſed nullum iuramentum aſtringit ipſum pro rebus eccleſiæ non repetendis, quia illud eſt illicitum. & hoc magis probabile videtur, ex quo licitum eſt quod iurat, & poteſt adimpleri, vt 22. quæſtio. 4. ſi aliquid. Qui priorem opinionem ſuſtinent, diſtinguunt inter promiſſoria iuramenta, & aſſertoria. In promiſſoriis iuramentis excuſat metus, in aſſertoriis non: quia potius debet quis omnia mala pati, quam falſum aſſerere, vt 32. quæſtio. 5. ita ne. Dicas ergo quòd omne iuramentum obligat. Si tu obiicis mihi, quòd iſte habet exceptionem quod metus cauſa, hoc bene concedo: non poteſt tamen vti ea, ratione iuramenti, ſi tamen fuerit vſus ea, bene dico quod repellit agentem, & obtinebit in iudicio non obſtante iuramẽto, peccat tñ vtendo ea. ſi ergo quis iurauit rem ſuam per metum alij dare, petat à iudice vt cogat illum non recipere vel quod abſoluat ipſum a iuramento, vt ext. de iureiu. ex adminiſtrationis. Ideo ſi ad hoc induci non poteſt, ſoluat, & poſtea repetat. ſi autẽ iurauerit ſe nõ repetere, tunc denunciet eccleſiæ factum illius. ſi autem iurauerit quod non denunciet, illud iuramentum non eſt ſeruandum, vt ext ea. quemadmodum. in ſi. quia ex præcepto ad hoc tenetur. 2. q. 1. ſi peccauerit. Ioan. Tu vero dicas, quod iuramentum ſuper re illicita, ipſo iure non obligat, ſiue quis faciat ſponte ſiue coactus, vt ſi iurauit hominẽ innocentem interficere. & hoc probatur 22. q. 4. in malis & c. ſeq. & c. q. David. Iuramentũ tamen ſuper re licita metu extortũ, ipſo iure obligat, ſed datur exceptio quod me. cauſa ad reſcindendum, vt ff. quod me. cau. per totum. & C. eo.

[c] iuramentũ per vim extortum, verũ obliget.

† retrudi] orig.

1 T. in hoc eo. cap.

Matth. 5.

2 Pol. l. 6. tit. 18.

† al. iuramentis illi

a Dummodo ſit tale, quòd poſſit ſeruari ſine interitu animæ, aliàs ſecus, vt leg. & no. extr. de iure iur.

vllam eos proinde infamiam, vel calumniam, aut à ſuis bonis ſequeſtrationem vmquã auctore Deo, & ſanctis Apoſtolis, & noſtris prędeceſſoribus ſubſtinere permittimus: ſicut per prophetam Dominus dicit [Diſſolue colligationes impietatis.] Quinetiam præfato fratri noſtro, filiiſque Treuerenſis eccleſiæ, illiuſque defenſoribus hæc in mandatis damus, vt ſpirituali ſimul, & materiali [a] gladio tamdiu malignos illos, eorumque fautores inſequantur, quouſque fautores inſequantur, quouſque cum integritate poſſeſſiones, vel quæcumque res eccleſiaſticę hoc facto, vel quocũque pacto diſtractæ, ſeu direptæ ſunt reuocentur.

a ¶ Alexandri.] *Nicolaus citat epiſtolam Alex. 1. de qua vt notatum eſt 3. diſt. 15. ſi Romanorum.*

2 *A fidelitatis etiam iuramento Romanus Pontifex nonnullos abſoluit, cum aliquos à ſua dignitate deponit.*

Vnde Gregorius Papa.

¶ *In manuſcriptis eſt ut in vulgatis* Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori. *Cuius Gelaſij eſſe non poteſt. Zacharias enim & Carolus magnus quorum in hoc capite mentio fit multo poſt Gelaſium vixerunt. Habetur autẽ in regeſto Gregorij 7. lib. 8. epiſt. 21. Hermanno Metenſi epiſcopo ſcripta quam refert Ivo. In qua quidem epiſtola paulo ante multa ex epiſtola Gelaſij Anaſtaſio Imperatori ſcripta aſſeruntur.*

¶ Pontificalis auctoritas a iuramento fidelitatis nonnullos abſoluit.

C. III.

1 ALius [b] item Romanus Pontifex Zacharias ſcil. certe regem Francorum nõ tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eò, quòd tantæ poteſtati erat inutilis [c], a regno depoſuit [d]: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit, omneſque Francigenas à iuramento [e] fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit ſancta eccleſia, cũ milites abſoluit à vinculo iuramenti: quod factum eſt his epiſcopis, qui Apoſtolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur.

Item Gregorius vij. Romanæ ſynodo preſidens dixit [a].

¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxij. C. IIII.

3 NOs ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate [f], aut ſacramento conſtricti ſunt [g], Apoſtolica auctoritate a ſacramento abſoluimus: & ne eis fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus, quouſque [a] ipſi ad ſatisfactionẽ veniãt.

a ¶ Quouſque, &c.] *Verba hæc non ſunt in codice manuſcripto Vaticano.*

Item Vrbanus II. epiſcopo Vapicenſi.

¶ Antequam reconcilientur, fidelitaté excommunicatis nullus ſeruare cogitur. C. V.

4 IVratos milites Hugoni comiti, ne ipſi, quamdiu excommunicatus eſt, ſeruiant, prohibeto†. Qui ſi ſacramenta prætenderint, moneantur oportere Deo magis ſeruire, quàm hominibus. Fidelitatem enim quã Chriſtiano principi iurarunt, Deo eiuſque ſanctis aduerſanti, & eorũ præcepta calcanti nulla cohibentur auctoritate perſoluere.

QVÆSTIO VII.

ABſque [h] *ſynodali vero audientia ſacerdotem damnari, in Hiſpalenſi ſecundo concilio, cui Iſidorus interfuit, capitul. 6. ſic prohibetur.*

C. eodem tit. l. 1. & 3. niſi in caſu, vt ff. eod. l. ſi mulier §. ſi dos. Item in matrimonio. ext. de ſpon. cum locum Item in voto. extr. quod metus cauſ. perlatum. B. Vtrum autem in iuramento Papa poſſit diſpenſare, quæritur. Hoc ca. videtur dicere quod ſic, per prædictas decretales, vt extr. de vo. & vo. re. magnæ. immo in omni iuramento eſt excepta auctoritas maioris, vt extr. de iureiurand. venientes. & extr. de reſcrip. conſtitutus. Item Imperator diſpenſat in eo. ff. ad munici. Imperatores. Item videtur quòd non: quia iuramentum eſt de iure naturali, vt 22. quæſtio. 4. ſi ad peccatum. ſed in talibus Papa non poteſt diſpenſare. 25. quæſtio. prima. ſunt quidã. Item ar. ad hoc extr. de ſta. mo. cum ad monaſterium. [**] Hug. dicit quòd in nullo iuramento licito poteſt Papa diſpenſare, niſi ad hoc ſolum quòd nõ habeatur infamis qui tranſgreditur illud. & hos non abſoluit, ſed abſolutos denuntiat, quoniam iurauerunt de rebus eccleſiæ non repetendis, vt dicit. Tu dicas quòd in volũtariis iuramentis non diſpenſat, ſed in coactis bene. ſi tamen abſoluit aliquem, tenet abſolutio. Dico enim quòd contra ius naturale poteſt diſpenſare, dum tamen non contra Euangelium, vel contra articulos fidei: tamen contra Apoſtolum* diſpenſat. 34. diſt. lector. 82. diſtin. presbyter. Io.

a ¶ Materiali.] [**] Arg. quòd iudex eccleſiaſticus bene poteſt indicere bellum, & in bello inſequi hoſtes: vt 23 q. 8. igitur. & ca. hortatu. & cap. vt pridem & 63. diſtinctio. Hadrianus. Item arg. quòd iudex eccleſiaſticus poteſt pcipere iudici ſæculari, vt puniat maleficos, vt 23. quæſtio. 4. ſi quos. & q. 5. relegentes. & q. 8. vt pridem. Arg. contra 23. quæſtio. vltim. his a quibus.

A FIDELITATIS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat q laicus incorrigibilis per eccleſiam poſſit deponi a ſua dignitate. & hoc probat per tria c. Io. de Fant.

CASVS. Supra in duobus proximis c. abſoluit Papa ab obligationibus & iuramentis coactis. Nunc vero vult oſtendere Grat. quod idem poſſit facere de iuramento fidelitatis, cum aliquos a ſuis dignitatibus deponit.

A *lius.*] CASVS. Gelaſius Papa ſcribens contra Anaſtaſium Imperatorem dicit, quòd poteſt eum deponere propter malitiã ſuam, & hoc probat exemplo Zachariæ Papæ, qui Regem Francorum depoſuit, non tantum propter ſua delicta, quantum pro eo quòd inutilis erat, & loco eius Pipinum patrem Caroli poſuit: & omnes Francigenas a fidelitate eius abſoluit: & milites a vinculo iuramenti in depoſitionibus epiſcoporum. Alij habent verba iſta vlti. pro §. Gratiani, qui ſic incipit, quod ex frequenti.

b ¶ *Alius.*] quia de alio Papa præceſſerat ſermo: qui idem fecerat.

c ¶ *Inutilis.*] non intelligas inutilis, id eſt, inſufficiens. tunc enim debuiſſet ei dari coadiutor, vt 7. q. 1. quamuis. & c. petiſti. ſed diſſolutus erat cum mulieribus, & effeminatus.

d ¶ *Depoſuit.*] [**] ergo Papa deponit Imperatorem[a], vt 96. diſtinct. duo. & capit. ſi Imperator. nam & transferre poteſt imperium, vt extra de elect. venerabilem. Arg. contra 93. diſtinct. legimus. in fin. & nonageſimaſexta diſtin. cum ad verum. Sol. dicitur depoſuiſſe, qui deponentibus conſenſit.

e ¶ *Iuramento.*] ſupple ratione dignitatis præſtito, non ratione perſonæ. Io. de Fant.

N *Os ſanctorum.*] CASVS. Quidam ſacramento fidelitatis quibuſdam excommunicatis erant adſtricti. quærebatur vtrum tempore excommunicationis deberent eis ſeruire? Et reſpondetur quòd non: niſi ſatisfaciant prius, & abſoluantur ab excommunicatione aut ſacramento, id eſt, ſacramento fidelitatis: & etiam ſine ſacramento faciunt quidam fidelitatem aliis & ideo hæc diuerſificare potes.

f ¶ *Fidelitate.*] 11. quæſt. 3 quoniam multos. contra. ſed ibi eſt ſolutum. Item contra arg. 11. q. 3. Iulianus. ſed ibi eſt ſolutum.

g ¶ *Conſtricti ſunt.*] [**] ſed quid dices, ſi iuraui me ſoluturum alicui pecuniã, vel ſub pœna promiſi, & ille excommunicatur: numquid teneor ei ſoluere? Videtur quod non[b]: quia qualitercumque poſſumus debemus vexare malos, vt ceſſent a malo, vt 23. quæſtio. ſexta. iam vero. & veſtius eſu rienti. & c. vt 5. quæſtio. quinta. non omnis. & excommunicatis in nullo caſu communicabimus, niſi in his quæ ſpectant ad correctionem eorum, vt 11. quæſtio. 3. cum excommunicato. Item quia intelligor iuraſſe ſub hac conditione, ſi res in eodem ſtatu permanet, vt 22. quæſtione ſecunda. ne quis. in fin. ff. de ſol. cum quis. Item vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt mora vt ff. de verb. oblig. ſi pupillus. Item quia male meriti publica egeſtate laborare debent, vt ff. depo. bona fides. De hoc autẽ non eſt dubium quin debitum peti poſſit ab excommunicato, vt extr. de ſentent. excommunic. ſi vere. Sol. pecunia illa non reddatur ei, ſed deponatur in ædẽ ſacram. Verius credo quòd licet ille non habeat ius petendi, tamen debet ei ſolui. ſic extra de iureiuran. debitores. & probatur hoc extr. de ſenten. excommunic. ſi vere. vnde licet excommunicatio tollat obligationẽ quò ad fidelitatem, non tamen quo ad alios contractus, vt videtur Ioan. Probabiliter dici poteſt, quod excommunicato non ſit ſoluendum, cum nemo debeat participare cum eo, vt 11 q. 3. cum excommunicato. niſi in caſibus, vt s. ti. q. 3. quoniam multos. Nec obſtat illa decre. ſi vere. quia illud factum fuit de neceſſitate. B.

I *Vratos milites.*] CASVS. Hug. comes excommunicatus erat: propter quod ſcribit Vrbanus ſecundus cuidam epiſcopo, vt prohibeat ne milites ratione fidelitatis ſeruiant ipſi comiti quamdiu fuerit excommunicatus: quia magis oportet Deo ſeruire, quam comiti eccleſiæ aduerſanti.

A *Bſque ſynodal.*] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per quinque c. q ſolus epiſcopus non poteſt deponere presbyterum. Secunda ibi, *Solus.* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 7. quæſtio. vbi quæritur, an epiſcopus ſacerdotem condemnare valeat abſque ſynodali audientia. Et reſpondetur, quòd ſolus epiſcopus presbyterum ſuſpendere poteſt, vt j. ea. quæſtio. 8. hi qui. & in cauſa ciuili inter ſuos clericos cognoſcere vt s. 10. q. 3. quia. Deponere vero non poteſt presbyterum, niſi cum ſex epiſcopis, diaconem cum tribus: reliquos vero clericos ſolus deponere poteſt, vt j. ea. q. 1. Felix. & c. ſi autem. epiſcopum vero ſolus Papa deponere poteſt. s. 3. q. 6. dudum. De hoc not. in ſumma huius quæſt.

h ¶ *Abſque.*] [**] ſi agatur contra clericum de crimine criminaliter, neceſſaria eſt præſentia epiſcoporum, ſecundum quod traditur j. ea. c. ſi quis. & c. Felix. Diſtinguitur tamen, quia ſi agatur de crimine ad depoſitionem ordinis, tunc habet locum c. Felix. & c. ſi quis. Si autẽ agatur ad depoſitionem beneficij, tunc ſolus epiſcopus poteſt cognoſcere cum clericis ſuis, vt 18. q. 2. ſi quis abbas. & 16. quæſt. 7. nouit. [illegible]

Eſa. 58.

[**] Papa an poſſit in iuramento diſpenſare,

* Papa quando cõtra Apoſtolum diſpenſet. Vide 34. diſt. c. lector.

[**] Bellũ poteſt indici à iudice eccleſiaſtico.

1 Greg vij. l. 8 reg. Ivo p. 5. c. vlt.

[**] imperator poteſt à Papa deponi.

a Adde idem tenuiſſe Bal. in l. non ambigitur. ff. de legi.

[**] excommunicato an debeat fieri ſolutio.

2 li. 5. regeſ.

3 Pann. l. 5. c. 110.

b Et verum eſt ſecũdum Bart. qui hic not. extr. de hæc. c. vlti & ibi etiã not. In. de conc. præb. cũ noſtris. vbi dicit, quòd ex cõmunicato nil debet ſolui.

4 Pann. l. 5. c. 111.

† al. ſe cohibere

Act. 5.

[**] clerico criminaliter ... [illegible]

& ext. de iud. at ſi clerici. & 11. q. 3. quis epiſcopus damnatus. & extr. de cohab. cle. & mu. c. ſicut. & ca. de ſacerdotibus. Item ſi agatur de crimine in modum exceptionis, ſolus poteſt cognoſcere. extr. de accuſ. ſuper his. licet ſit argu. contra 23. diſtinc. illud. Tamen quocunque modo agatur de crimine, ſemper accuſator punitur vt calumniator vt ext. de acc. ſuper his. & ca. cum dilectus.

SExta actione.] CASVS. Fragitanus Cordubenſis eccleſiæ presbyter iniuſte a ſuo epiſcopo depoſitus, in exilium eſt condemnatus. Tandem ab eodem epiſcopo vel ſynodo fuit reſtitutus propter quam præſumptionem remouendā ſtatuit Hiſpalen. concilium, vt abſque ſynodali præſentia nullus epiſcopus presbyterum deponat, vel diaconum: & hoc probat ad inſtar libertorum, qui licet fiant ingrati: non tamen auctoritate dominorum, ſed in tribunali foro apud iudicem accuſati & conuicti in ſeruitutem reuocātur. Caſum ſequentis capit. inuenies 86. diſtinct. ſi quid vero.

1 T. e. ep̄s] & 3. di. 67. epiſcopus.

a ¶ *Concilij.*] ergo tres epiſcopi faciunt concilium: quia tres epiſcopi examinant cauſam diaconi, vt infra eadē ſi quis.

b ¶ *Solui.*] incorporalia enim facilius conſtruuntur quam deſtruantur. extr. de traſl. inter. Hæc eſt vna ratio quare in promotione clericorum non requiruntur plures epiſcopi, ſed in remotione ſic. “ Item quia ſæpius ordinantur clerici, quam deponuntur: vnde graue eſſet toties vocare tot epiſcopos. Item quia depoſitio frequenter fit cauſa odij, ſed ordinatio cauſa electionis. ſolus autem confert dignitates, ſi hoc habet ex conſuetudine, vt ext. de his quæ fi. a præla. noſcitur.

“ ordinatio clericorū facilius fit quā depoſitio.

2 diſt. 86. ſi quid.

SI quis tumidus.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd in cauſa criminali vbi agitur ad depoſitionem diaconi, debent tres epiſcopi intereſſe: in cauſa presbyteri ſex: in cauſa vero epiſcopi xij. qui cauſam debent diligenter examinare.

c ¶ *Natu.*] quantum ad ordines.

d ¶ *Pro perſonis.*] id eſt, prout perſonæ ſunt cōſtitutæ in ſacris ordinibus.

e ¶ *Ab his.*] id eſt, ab

¶ Sine cōcilij examinatione presbyter, vel diaconus non deiiciatur. C. I.

SExta actione cōperimus, Fragitanum Cordubenſis eccleſiæ presbyterū iniuſte olim à pontifice ſuo deiectum, & innocētem exilio condemnatum. Quem rurſus ordini ſuo reſtituentes a id denuo aduerſus præſumptionē noſtram β decreuimus, vt iuxta priſcorum Patrū ſynodalem ſententiam nullus noſtrum ſine concilij a examine quemlibet presbyterum, vel diaconum deiicere audeat. Nam multi ſunt, qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica, non auctoritate canonica damnāt. Et ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimāt, ita quoſdam odio, inuidiaque permoti humiliant: & ad leuem opinionis auram condēnant, quorum crimen non approbant. 1 Epiſcopus enim ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus b honorē dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. Si enim hi, qui in ſæculo à dominis ſuis honorē libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis nexum non reuoluūtur, niſi publice apud prætoris, ac præſidis tribunal in foro fuerint accuſati, quanto magis hi, qui diuinis altaribus conſecrati honore eccleſiaſtico decorātur? Qui profecto, nec ab vno damnari, nec vno iudicāte poterunt honoris ſui priuilegiis exui: ſed præſentati ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit, diffiniri.

a ¶ Reſtituentes.] *Sic eſt emendatū ex codicibus conciliorum impreſſis, & manuſcriptis Sic enim apertius declaratur illum canonice à concilio eſſe reſtitutum, quam ex lectione Gratiani uulgata* reſtitutum eſſe comperimus.

β ¶ Noſtram.] *Antea legebatur*, veſtram. *in recentioribus autem conciliorum editionibus eſt* nouam, *Emendatum eſt ex antiquioribus editionibus & duobus codicibus Vaticanis, & Lucenſi regio, quemadmodum & paulo poſt*, nullus noſtrum, *cum antea eſſet*, nullus veſtrum. *Modeſt. enim & relig. eſt epiſcopi ſibi etiam metuūt. Alia uero quædam ſunt ex iiſdem codicibus emendata.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Panormitano, lib. 11. epiſt. 40.

¶ Cauſas clericorum epiſcopus non niſi cum ſenioribus eccleſiæ audiat. C. II.

2 SI quid de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſſit offendere, facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita: ſed præſentibus ſenioribus eccleſiæ tuæ diligenter eſt veritas perſcrutanda: & tunc, ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis.

Item ex concilio Carthag. a *I. c. 11.*

a ¶ Carthaginenſi.] *Sic eſt emendatum ex uetuſtis codicibus. Nam in uulgatis erat.* Agathēſi primo, *cum tamen canon dumtaxat Agathenſe numeretur.*

¶ A quot epiſcopis presbyteri, vel diaconi ſunt audiendi. C. III.

SI quis tumidus, vel cōtumelioſus extiterit in maiorē natu c, vel aliquā cauſam habuerit, à tribus vicinis epiſcopis, ſi diaconus a eſt, qui arguitur: ſi presbyter, à ſex: ſi epiſcopus, à duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi epiſcopi dixerunt. Contemptus debet contumaciæ, & ſuperbiæ in omnibus frangi. Cauſæ † vero pro perſonis † d ab his e ſtatuto numero audiantur.

a ¶ Si diaconus eſt.] *In uulgatis conciliorum editionibus legitur*, ſi diaconus eſt, arguatur, presbyter, &c.

Item ex concilio Carthaginenſi, 2. c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

3 FElix epiſcopus Selemſelitanus dixit. Etiam hoc adiicio ſecundum ſtatuta veterum conciliorū, vt ſi quis epiſcopus (quod non optamus †) in reatū aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas, non poſſe plurimos cōgregare, ne in crimine remaneat, à duodecim epiſcopis audiatur, & à ſex presbyter a, & à tribus diaconus cum proprio f ſuo epiſcopo.

a ¶ Presbyter.] *Sic legitur in concilio, quod eſt in Codice canonum, c. 11 græco, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis, & uno alio peranti quo & concordat cum ſequenti capite. In editionibus autem conciliorum Pariſienſibus, ac Colonienſibus habetur* & à ſex presbyteris, & tribus diaconis, *quemadmodum & in multis Gratiani manuſcriptis.*

Item ex concilio Carthaginenſi tertio, c. 8.

¶ De eodem. C. V.

4 SI autem g presbyteri, vel diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis proprius † epiſcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodē accuſati petierint, id eſt, vnà ſecum in presbyteri nomine a ſex, in diaconi tribus, ipſorum cauſas diſcutiat †, eadem dierum †, & dilationum, & à communione h remotionum, & diſcutione perſonarum, inter accuſatores, & eos, qui accuſantur, forma ſeruata. Reliquorum autem clericorum cauſas etiam ſolus i epiſcopus loci agnoſcat, & finiat.

a ¶ Nomine ſex.] *Sic in ceteris codicibus impreſſis & manuſcriptis præterquam in editione Colonienſi quattuor tomorum, in qua habetur*, presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus.

Solus autem ad excluſionem aliorum epiſcoporum, non ſuorū clericorum dicitur, ſine quorum præſentia, eius ſententia erit irrita.

Vnde in Carthaginenſi concilio 4. cap. 23. legitur.

¶ Abſque præſentia clericorum nullius cauſam epiſcopus audiat. C. VI.

5 EPiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia ſuorum k clericorum: alioquin irrita erit ſententia epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur.

epiſcopis.

FElix.] CASVS. in hoc ca. dicitur, quod cauſa criminalis epiſcopi a xij. epiſcopis audiri debet cauſa presbyteri a ſex, cauſa vero diaconi a tribus cum proprio epiſcopo.

f ¶ *Cum proprio.*] id eſt, præter proprium epiſcopum. 2. quæſt. 5. presbyter.

SI autem.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi presbyter accuſatur, ſex epiſcopi debent intereſſe: ſi diaconus, tres: ceterorum vero clericorum cauſas criminales ſolus epiſcopus poteſt tractare.

† al. Cauſa audiatur

† al. perſonis ſtatuto

g ¶ *Si autem.*] hoc cap. eſt pars illius. 4. quæſt. 5. quiſquis.

3 3. q. 8 ſuggero. Anſ l. 3 c. 21. Bur. l. j. cap. 149. Iuo p 5. cap. 162.

h ¶ *A communione.*] id eſt, eædem dilationes dantur accuſatori, quæ & reo: & æque excommunicabitur accuſator ſi nō venerit, ſicut reus vt quarta quæſt. 5. quiſquis.

† al. opinamur

i ¶ *Solus.*] id eſt, ſine aliis epiſcopis: non tamen ſine clericis ſuis, vt j. ea. c. prox. lo.

SOLVS. Hæc eſt 2. pars q. in qua dicitur, quòd cauſas aliorum clericorum à ſacerdote & diacono in capitulo ſuo poteſt epiſcopus diffinire, ſupple excepto ſubdiacono: qui hodie cum diacono pari paſſu ambulat. extra de ſeruis non ordi. miramur. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt, quòd ſolus epiſcopus poteſt tractare cauſas criminales clericorum: ſed ne aliquis putaret, quòd alij clerici non deberent intereſſe: ideo dicit Grat. q̄ hæc dictio, ſolus, non excludit clericos: ſed alios epiſcopos. Sequens capitulum eſt.

4 Anſ l. 3. c. 123. Bur l. 2. c. 205. Iuo p. 6 c 280.

† cum proprio epiſcopo.

k EPiſcopus.] Suorum.[“ Sufficit tamē maior pars, ſi abſentes præbeant aſſenſum, vt 64. diſ. c. 1. & 2. Sed nūquid & illi clerici ſunt iudices iſtius? Non videtur, cum quilibet eorum ſit forte minor eo. Quidam dicunt quòd ipſum concilium ſiue capitulum habet iuriſdictionem ordinariam: nullus tamen per ſe eſt iudex. Alij dicūt, quòd ſunt aſſeſſores epiſcopi: & ſententia ſine talibus aſſeſſoribus lata, nulla eſt: ſicut ſentētia nulla eſt quæ fertur cōtra fiſcum abſente aduocato fiſci, vt ff. de iu. fiſ. ſi fiſcus. ſicut videtur dicere lex, vt ſententia quæ fertur officio iudicis ipſo abſente, q̄ nulla ſit, vt C. q̄ ſen. & int. om. iu. cū ſniam. Quòd tñ clerici ſint iudices, eſt arg. 6. q. 3. ſcitote.

† al. diſcutiāt

† al. dierum dilatione

“ Epiſcopus an poſſit ſolus delinquentem cōdemnare.

5 Burc. l. 1. c. 124. Iuo p. 5. c. 244.

Epiſcopus.

Epiſcopi.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd epiſcopus ſolus dare honorem poteſt, quem ſolus auferre non poteſt. Si enim liberti in ſeruitutem reuocari non poteſt, niſi apud iudices legitime fuerit conuictus, quanto magis diuinis altaribus conſecratus, ab vno ſolo non poterit damnari.

E ultima.] De ultima.] CASVS. Hic intitulatur 8. quæſt. vbi quæritur, ſi aliquis ſponte confitetur vel conuincitur peccaſſe ante ordinationem, vtrum poſſit officio ſuo frui. Et reſpond. quòd ſi in præſentia confiteatur, non abſtineat, vt 50. diſtinctio. de his vero. in fin. ſi extra ius, non præiudicat ſibi, vt ſupra eadem quæſtio 5. presbyter. Si vero in iure confiteatur, & timore probationum deponitur, ſiue ante ordinationem ſiue poſt cómiſerit illud, vt 24. diſtinct. cap. vlti. ſi ſponte confiteatur, remouetur ab executione ſacerdotij: in aliis tamen ordinibus diſpenſatiue remanebit, vt infra ea. capitu. 1. Si vero confitetur crimen quod fecit poſt ordinationem, acta pœnitentia diſpéſatiue in ſuo ordine permanebit, vt infra ca pit. 2. & in vtroque iſto rum caſuum de rigore iuris eſſet deponédus. & hoc verum eſt in magnis criminibus, quæ inducunt depoſitioné. Sed pro paruo crimine acta pœnitentia ſtat in ordine ſuo, vt 5. quæſt. 4. in loco. & de conſec. diſtinctio 2. relatum. & hoc inuenies in ſumma huius quæſtionis planius.

a ¶ De ul'ima vero.] " Hic quæritur, ſi aliquis confitetur crimé quod fecit ante ordinationem ſuam, vel conuincitur peccaſſe ante ordinationem ſuam, an poſſit frui officio ſuo? Diſtinguas ergo: quia aut eſt tale crimen quod inducit depoſitionem, aut non: ſi non inducit, acta pœnitentia remanet in ordine ſuo, vt hic, & 68. diſtinctio. ſicut. Item ſi inducit depoſitionem, tunc ſi confitetur illud in pœnitentia, non abſtinebit ab officio, vt 50. diſtinctione. de his vero. in fin. ſimiliter ſi confitetur illud extra ius, quod talis confeſſio ei non præiudicat, vt ſupra eadem. quæſt. 5. presbyter. licet ſit arg. contra extra de exceſ. prælat. quam ſit graue[a]. Si vero confitetur in iure crimen ſuum commiſſum ante ordinationem ſuam, deponitur ab officio ſacerdotali: retinebit tamen nomen presbyteri, & omne inferius officium vt infra eadem capit. 1. & c. ſi quis presbyter. & hoc cum ſponte illud confitetur. Si vero confiteatur illud timore probationum: tunc ſiue ante, ſiue poſt ordinationem ſuam illud commiſit, deponitur irreparabiliter, vt 24. diſtinct. c. vlt. 50. diſtinc. ex pœnitentibus. 81. diſtinct. ſi quis ſine examinatione. & c. ſi quis epiſcopus. Si ergo quis ſponte confitetur crimen commiſſum poſt ordinationé, ad tempus debet ſuſpendi ad agendam pœnitentiam: ſed poſtea reſtituitur in diſpenſatione, vt infra eadem. c. 2. " Si quæras quæ crimina inducunt depoſitionem, dico quòd non eſt à canone expreſſum. videmus enim quod quædam non inducunt: nam clericus tumultum faciens in ſynodo, non deponitur, vt 5. quæſt. 4. in loco. Item qui cantat duas Miſſas ſuo vno canone, vt de conſecra. diſtin. 2. relatum. Item ſi epiſcopus citatus non venit ad ſynodum. 18. diſtin. ſi quis autem. & cap. decernimus. & tamen quodlibet tale eſt mortale. Similiter pro temerario iuramento non deponitur aliquis, vt extr. de iureiur. ſicut. Tradunt autem quidam pro regula, quod omne crimen inducit depoſitionem: niſi ſpecialiter à canone excipiatur. Alij dicunt quod nullum crimen inducit depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone excipiatur[b]. & hæc opinio maiori æquitati innititur: quare tenenda eſt[c]. Ioan. Sed hæc materia eſt hodie determinata extra de temp. ordi. c. vlt. B.[c]

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. c. 6.

¶ Nihil in ſynodo canonice vocati ſacerdotes damnari non poſſunt. C. VII.

EPiſcopus ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus honoré dare poteſt, auferre ſolus non poteſt. Si enim hi, qui in ſæculo à dominis ſuis honorem libertatis adepti ſunt in ſeruitutis iugum nó † reuocantur, niſi publice apud prætoris, ac præſidis tribunal in foro fuerint accuſati, quanto magis hi, qui diuinis altaribus cóſecrati honore eccleſiaſtico decorantur? Qui profectò nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris ſui priuilegiis exui: ſed præſentati ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit, definiri.

QVÆSTIO VIII.

DE vltima vero[a] quæſtione ſic ſtatutum eſt in concilio Neocæſarienſi, capitulo nono & decimo.

¶ Presbyter, qui ante ordinationem confitetur ſe corporaliter lapſum, poſtea non offerat. C. I.

QVi admiſit corporale[b] peccatum, & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit[c], quòd ante ordinationem ſuam peccauerit, non quidem offerat[d]: maneat autem † in aliis officiis propter[e] eius ſtudij[e] vtilitatem. Nam cetera[f] peccata céluerunt plurimi etiam ordinatione priuari[g]. Quòd ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſte conuinci, huic ipſi de ſe poteſtas[g] eſt committenda. Similiter & diaconus in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſe ſe à miniſterio[h] cohibebit.

QVi admiſit.] CASVS. Quidam presbyter in iudicio ſponte confeſſus eſt fornicationem feciſſe ante ſuam ordinationem. quæſitum eſt in concilio Neocæſarienſi quam pœnam debeat pati? Et reſpondet quod ſi presbyter eſt confeſſus ſponte, executione ſacerdotali carebit: ſed in aliis officiis permanebit, ſi eſt vtilis. Si vero non eſt confeſſus vel conuictus, ſuo arbitrio relinquatur. Cetera vero peccata, grauiora, ſcilicet, vt dixerunt plurimi, inducunt depoſitionem. Vel cetera peccata. id eſt ceteri peccatores, qui conuincuntur nolentes confiteri, debent deponi. Idem ſtatuitur de diacono quod de ſacerdote ſtatutum eſt. Caſum ſequentis capituli inuenies 50. diſtinct. hi qui.

b ¶ Corporale peccatum.] id eſt fornicationem.

c ¶ Si confeſſus fuerit.] ſponte, non metu probationum.

d ¶ Offerat.] id eſt, officiet, alias conficiat.

e ¶ Studij.] quia ſtudioſe confeſſus eſt: vel quia vtilis eſt eccleſiæ: cum tali enim diſpenſatur, vt 50. diſtin. ſtudeat.

f ¶ Cetera.] id eſt, ceteros peccatores qui nolunt ſponte confiteri. Vel dic proprie alia peccata à fornicatione. & ſic eſt arg. quòd minus punitur aliquis propter fornicationé, quam propter aliud crimen: hoc ideo, " quia pauci ſine illo crimine inueniuntur, 56. diſtin. quia tua. & ad idem eſt argu. 82. diſtinctio. presbyter. & diſtinct. ſi qui clerici. argu. contra, 33. diſt. c. vlt.

g ¶ Poteſtas.] confitendi[d] crimen: ſed & ſi non vult non confiteri, relinquitur arbitrio ſuo, vt trigeſima tertia diſtin. habuiſſe.

h ¶ A miniſterio.] diaconali: ſed non ſubdiaconali.

a ¶ Propter eius ſtudij vtilitatem.] Græce eſt διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν, id eſt, propter ſtudium, ac diligentiam, quam cetero quis adhibet.

β ¶ Priuari.] Græce legitur τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι id eſt, per manus impoſitionem dimitti. quemadmodum fere vertit Dionyſius, cuius verſionem ceteri collectores attulerunt. hæc tamen è Iſidori ſumpſit. Nam hæc verſio, quâ Gratianus aſſert. eſt priſca, quæ in collectione Iſidori. Ita ex his verbis longe alia elicitur ſententia, atque antea gloſſa putarit.

Item ex concilio [illegible]denſi, c. 3.

¶ Deſeruientes altario, ſi carnis fragilitate delinquerint, epiſcopi arbitrio ſubiaceant. C. II.

[i]HI, qui[i] altario Dei deſeruiunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint[k], & Domino reſpiciente digne pœnituerint, ita vt mortificato corpore cordis cótriti ſacrificium Deo offerát, maneat in poteſtate[l] pontificis vel veraciter afflictos non diu ſuſpédere, vel deſidioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, vt ſic officiorum ſuorum loca recipiát, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. Quòd ſi iterato[m] velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & veluti ſues in volutabris luti iacuerint, non ſolum dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

i ¶ Hi qui.] Hoc c. ponitur 5. diſt. 50. hi qui, &c.

k ¶ Corruerint.] Loquitur ergo de eo qui poſt ordinationem delinquit. " Sed nonne magis delinquit ille qui delinquit in dignitate, quam qui extra dignitatem delinquit, vt quadrageſima diſtinct. homo Chriſtianus. & 25. quæſtio. 1. nunc? Reſpon. ſic. ſed ideo magis punitur, quia ſciens ſe permiſit ordinari, 50. diſtinctione, ex pœnitentibus.

l ¶ In poteſtate.] Si intelligas hoc cap. de clerico depoſito, tunc eſt hic argument. quòd epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum. Si autem de ſuſpenſo, tunc patet quòd relinquitur arbitrio epiſcopi, an velit ſuſpenſo reddere officium ſuum. ſed cum iſte clericus ratione criminis non poſſit promoueri ad ſubliniorem gradum: quomodo ergo poteſt ipſum reſtituere famæ: cum per pœnitentiam non tollatur infamia, vt ſecunda quæſtio. 3. §. hinc colligetur? Poteſt dici, quòd ex quo Papa dat poteſtatem diſpenſandi: ergo per conſequens reſtituendi famæ.

m ¶ Iterato.] argumen. grauius puniri iteratum delictum, vt 25. q. 2. ita nos. extra de cohab. cleri. clericos. & de hæret. ad abolendam. Ioan. de Fant.

Item ex concilio Toletano 9. c. 10.

¶ Ex nimis deſ[illegible] eccleſiæ geniti, in ſeruitutem deuocentur [illegible]. C. III.

CVm multæ ſuper incontinétia † ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morú, vſque adeo ſententiá iudicátium protraxere commiſſa culparum, vt non tantum feriretur vltio in

CVm multæ.] CASVS. Conſtitutiones multæ factæ fuerant, vt clerici in ſacris ordinibus conſtituti viuerent cótinenter: quod cum non ſeruarent, ſtatutum fuit in concilio Toletano, vt quicumque deinceps ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum ex deteſtando connu

Marginal notes:

1 Ex caſ. ſexta actióe. & di. 67. epiſcop.

† al. reuocantur.

a Roba. lib. pœnit. ca 1. Pol. l. 4. tit. 39. Bur. l. 2. c. 49. Iuo p. 6. c. 150. Pa. 13. cap. 116. Scap. 10 ibi.

† al. tamen.

" Crimé ante ordinationem cómiſſum non impedit frui officio.

a Non cótra dicit: q̄ ibi accipit pro peccato: hic accipitur pro confeſſione, vt ibi no. per Vin. & B. ſed de hac materia dic vt plene not. Inn. & Com. & Hu. extr. de ele. & ſcruti. quiſitio nem.

" crimina quæ ſunt depoſitione digna.

b idē tenet Ale. de Imo. in l. ſeruus. circa pr. C. de ſer. fug. & in 5. cum. igitur. in aut. & non eſt ſec. nub.

c De hoc & no. 8. di. c. 1. extr de el. ex tenore. & c. vlt. & in pręd. decre. licet & iſta ſentētia tanquam verior ſit tenenda hic. not. H.

3 Diſt. 50. hi, qui altario. Roba. l. pœn. c. 11. Bur. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 67.

4 Iuo p. 6. c. 425.

† al. continentia.

" Fornicatione[m] pauci carent.

d Subaudi vel purgandi, ſi non eſt infamatus, ſed ſi eſt, cogitur ad purgatio né. arc. 2. q. 5. presbyter. ſecundum H. & L.

" Dignitas aggrauat peccatum.

connubio liberæ vel ancillæ liberos procreauerit, canonica cenſura damnetur: filij vero eius in ſeruitutem eccleſiæ ad cuius ignominiam nati ſunt, redigantur.

a ¶ *Ex ancillæ.*] Sed quare punitur Dominus ancillæ illius? Reſpon. in fauorem eccleſiæ: vel ideo quia ratione criminis illa facta eſt de ſuo foro.

prodeſt. Secunda eſt, quia ſacramenta non habent effectum ſecundum merita dantis, ſed accipientis. Tertia eſt, quia ante examinationem & criminis probationem nullus eſt a communione ſuſpendendus. Prima ratio eſt ibi, *Quoniam mali.* Secunda ibi. *Sumite.* Tertia ibi, *Qui rurſus.*

auctores ſcelerum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ[a], vel ex ingenuæ[b] deteſtando connubio[c] in honore conſtituti filios procreauerint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica cenſura damnentur. Proles autem aliena† pollutione nata, non ſolum hæreditatem[d] † nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 35. [1]

¶ Qui confitetur ſe ante ordinationem peccaſſe, non ſacrificet: conuictus autem deponatur.
C. IIII.

[2] SI quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, quòd ante peccauerit, non offerat, ſed tantum pro religione nomen[e] presbyteri portet. Si autem non ipſe confeſſus, ſed ab alio publice fuerit conuictus, ne hoc ipſum habeat, vt nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconis obſeruandum eſt, vt ipſi confeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiant†.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, cap. 71.

¶ De manu ſacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licite ſacramenta ſumuntur. C. V.

[3] SCiſcitantibus[f] vobis, ſi à ſacerdote, qui ſiue deprehenſus in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis communionem ſuſcipere, necne, reſpondemus. Non poteſt aliquis, quantumcumque pollutus ſit, ſacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt: nec poteſt ſolis radius per cloacas, & latrinas tranſiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiſcumque ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt coinquinare non poteſt. Idcirco ab eo, vſquequo iudicio epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt: quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt: & cerea [a] fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, aliis vero lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde aliis cõmodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni ſacerdote Chriſti myſteria†: quia omni fide† Chriſti[g] purgantur. Fides eſt enim, quæ hunc mundum[h] vincit: & quia, non dantis†, ſed accipientis[i] fit, dicente beato Hieronymo [β]. [Ad credendum in anima omni baptiſmus eſt perfectus: & in omni ſacerdote corpus Chriſti eſt perfectum.] ¶ Qui rurſus ſacræ ſcripturæ concordans ait [Priuſquam audias, ne iudicaueris quemquam:] atque ante probationem accuſationis illatæ neminem a tua communione ſuſpendas: quia non ſtatim, qui accuſatur[k], reus eſt, ſed qui conuincitur, criminoſus.

[a] ¶ Et cerea.] *Antea legebatur, &c. Reſtitutum eſt ex originali, ex quo alia etiam ſunt emendata, & addita.*

[β] Hieronymo.] *Eſt in epiſtola de ſeptem gradibus. quemadmodum & quod ſequitur:* priuſquam audias, &c. *eſt ibidem ſuperius.*

CAVSA XVI.

*Q*Vidam abbas habebat parochialem eccleſiam: inſtituit ibi monachum, vt officium celebraret populo: poſſedit eam per quadraginta annos ſine aliqua interpellatione: tandem querela aduerſus abbatem mouetur à clericis baptiſmalis eccleſiæ, in cuius diœceſi parochiana eccleſia illa conſiſtebat.*

1 Hic primum quæritur, vtrum monachis liceat populis officia celebrare, pœnitentiam dare, & baptizare.

2 Secundo, ſi contigerit eos capellam habere epiſcopali beneficio, an ab eis ſunt inſtituenda, an ab epiſcopis.

3 Tertio, an iura eccleſiarum præſcriptione tollantur.

4 Quarto, ſi eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribat, an etiam monaſterium aduerſus eccleſiam præſcribere poſſit.

5 Quinto, ſi capellam in ſuo territorio ædificatam iure territorij ſibi vendicare valeat.

6 Sexto, ſi archipresbyter, vel epiſcopus ſua auctoritate, non iudiciaria ſententia capellam illam irrepſerit, an cadat à cauſa: vt eccleſia, cui præſidet, non vltra habeat ius repoſcendi, quod ſuus paſtor illicite vſurpauit.

7 Septimo quæritur, ſi laici capellam illam tenebant (vt quibuſdam moris eſt) & in manibus abbatis eam refutauerint, & ordinandam tradiderint, an conſenſu epiſcopi, & clericorum abbas poſſit eam tenere.

b ¶ *Ingenuæ.*] Specialis eſt iſte caſus, vbi filius conditionem matris liberæ non ſequitur, contra id quod eſt 32. q. 4. liberi.

c ¶ *Connubio.*] Ergo patet quòd loquitur de ſacerdotibus, qui legitime ducunt vxores. tales enim grauius puniuntur, vt 32. diſt. cos. 81 diſtin. quidam. & 28. diſtin. presbyte. Quidquid tamen hic dicatur: cum eccleſia non ſit iſto iure viſa, perdit ius illud, ſicut & illud, quòd poſsit exigere pœnam ſacrilegij, vt 17. q. quiſquis.

d ¶ *Hæreditatem.*] ſcilicet paternam. [a] nam matri etiam ſuccedit ſpurius filius: & teſtamentum matris poteſt dici inofficioſum, vt ff. de inoffic. teſta. ſi ſuſpecti. §. 1. Io. hodie ſpurij omni beneficio excluduntur, vt C. de na. lib. auth. licet. B.

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur hoc ca. quòd ſi quis presbyter confeſſus fuerit ſponte ante ordinationem feciſſe fornicationem, non habebit executionem ſacerdotij, quia non celebrabit: ſed tantum nomen ſacerdotis habebit. Si autem non fuerit ſponte confeſſus, ſed ab alio conuictus: tunc nec nomen ſacerdotis habebit. idem eſt de diacono, quod dictum eſt de ſacerdote.

e ¶ *Nomen.*] Si quæris quid ei valeat retinere nomen presbyteri? Dico quod in omnibus retinet priuilegiũ presbyteri in loco ſubſcriptionis, & in aliis: præter hoc ſolum quod non poteſt Miſſam celebrare, vt 3. ca. q. 7. Felix.

SCiſcitantibus.] CASVS. Bulgari quæſiuerunt a Nicolao, vtrum à ſacerdote in adulterio deprehenſo, vel tantum de hoc infamato debeamus cõmunionem recipere? Et reſpondet quod ſic: quouſque epiſcoporum iudicio reprobetur: quia non poteſt aliquis quantumcumque pollutus diuina polluere ſacramenta. Et quòd recipere debeamus, tribus rationibus probat. Prima eſt, quia ſicut cereus accenſus ſeipſum conſumit, aliis vero lumen præbet: ſic presbyter peccando nocet ſibi, aliis vero ex officio

f ¶ *Sciſcitantibus.*] ſupra diſtinct. 32. nullus. contra. Io. ſed ibi loquitur de crimine quod eſt notorium per ſententiam[a], quod falſum eſt, vt extr. de coha. cle. veſtra. & ca. ſeq. & c. vlti. vbi dicitur quod ſufficit ſi eſt notorium rei euidentia. H. [b] Sed non ex eo ipſo quòd quis comprehenſus eſt in adulterio, infamis eſt, licet nondum ſit damnatus, vt ff. de ri. nup. palam? Reſp. talis infamia non ſufficit ad hoc vt abſtinendum ſit a ſacramentis ſuis niſi infametur per ſententiam, vt dixi 32. di. §. verum. requiritur enim quod ſit deprehenſus & conuictus, extr. de iud. cum non ab homine. tamen bene concedo, quòd omnis ſacerdos in mortali exiſtẽs eſt ſuſpenſus quoad ſe, vt 1. q. 1. ſacerdotes. ſed non quoad alios: niſi ſit præciſus, vel niſi ſit notorius fornicator, vel ſimoniacus, vt 32. diſt. §. verum.

g ¶ *In fide Chriſti.*] id eſt, per fidem Chriſti.

h ¶ *Mundum.*] id eſt, amorem & delectationem mundanorum.

i ¶ *Sed accipientis.*] i. recipitur ſecundum meritũ recipiẽtis: ſed non ſecundũ meritũ dãtis. de cõſecr. di. 2. verum.

k ¶ *Accuſatur.*] Si. 8. q. 4. nonne. 35. q. 6. multorũ. & 11. q. 3. corũ. ext. vt li. pen. laudabilem. Io.

*Q*Vidam abbas.] CASVS. Magiſter hactenus de ſtatu eccleſiarũ egit & ſæcularium clericorum. Sed quia religione monachorum multum decoratur ſtatus eccleſiarum, ideo in ſex ſequentibus cauſis tractat de ſtatu monaſteriorum & monachorum. In hac ergo prima cauſa agit de officio monachorum, oſtendens an valeant officia celebrare, & eorum capellæ debeãt per eos inſtitui. Annectit etiã generaliter de præſcriptione tam eccleſiarum, quam monaſteriorum, & quòd nullus auctoritate ſua rem, quã ad ſe credit pertinere, valeat vſurpare. Addit et quòd laici nullã habẽt in eccleſiis poteſtatẽ Et vt hoc & alia multa meliꝰ faciat, præmittit thema, de quo ſepté elicit q̃ões.

Caſus thematis planus eſt.

† al. hæreditatem paternam
"Spurius ſuccedit matri.
1 In capitul. Marti. Brac. Ex cõc. Neo cæſarien. c. 9. & 10.
2 Burc. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 47. Pan. l. 3. c. 150.
† al. retineãt.
3 Ext. 3. coh. cler. & mul. c. veſtra du. xit Iuo p. 25. c. 83. Pan. l. c. 23.
a Hic arg. ſi occulto vel aliàs manifeſto, ſecundum H.
† miniſteria.
† al. in fide.
† al. dantis meritum
Act. 15.
1. Ioan. 5.
4 In epiſt. de 7 gradibus. tomo 4.
" infamis ne eſt in adulterio deprehenſus.
Eccl. 11.

Q[Vod monachi.]Hæc quæſt.diuiditur in 7.partes: in quarum prima probat, quod monachi debent eſſe in monaſterio, & flere ſua & aliorum peccata. Secunda ibi, *Quod uero.* Tertia ibi, *His autem omnibus.* Quarta ibi, *De his uero.* Quinta ibi, *Quod autem.* Sexta ibi, *Ius ergo.* Septima ibi, *Quàm uero.* Ioan.de Fant.

QVAESTIO I.

1 ps Q[Vod monachi] [a] *officia populis celebrare non poſſint, multis auctoritatibus probatur: quarum prima eſt illa ſancta Nicæna ſynodi, quæ dicitur.*

¶ *Caput hoc neque in prima Nicæna ſynodo, neque in ſecunda hodie habetur. Eſt aliquid ſimile in canonibus Nicænis verſis ex Arabico, can.76.*

¶ Monachorum conuerſatio ab omnibus debet eſſe diſcreta.

C. I.

1 PLacuit[b] omnibus reſidentibus in ſancta Nicæna ſynodo, vt monachorum conuerſatio, & vita ſecundũ etymologiam nominis ab omnibus diſcrepet. Monachus enim græce, latine ſingularis dicitur. Vnde monachum per omnia ſingulariter [c] agere oportet. Quamobrem firmiter, & inſolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis monachus pœnitẽtiam nemini tribuat, niſi ſibi inuicem, vt iuſtum eſt, mortuum non ſepeliat[d], niſi monachum [e] in monaſterio ſecum commorantium: vel ſi fortuitu quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.

Item Gregorius Ioanni Rauennati epiſcopo, lib.4.epiſt.1.

¶ Monaſterij diſtrictionem, & eccleſiaſticum miniſterium quilibet ſimul tenere non poteſt.

C. II.

2 NEmo [f] poteſt & eccleſiaſticis obſequiis † deſeruire, & in monaſtica regula ordinate perſiſtere: vt ipſe monaſterij diſtrictionem teneat, qui quotidie in miniſterio † eccleſiaſtico cogitur permanere.

† al. officijs.

† al. obſequijs

Item Innocentius ad Victricium, epiſt.2. cap.10.

¶ Monachi, qui ad clericatum promouentur, a priori propoſito diſcedere non debent. C. III.

3 DE monachis, qui diu morãtes in monaſteriis, ſi poſtea ad clericatus ordinem peruenerint, ſtatuimus non debere eos à priore propoſito diſcedere † [g].

† al. deuiare

Si ergo (ſicut Innocentius definit) à ſuo propoſito eis diſcedere non licet: & ſicut Gregorius teſtatur, in monaſtica regula deuote perſiſtere, & eccleſiaſticis obſequijs ſimul deſeruire non poſſunt, patet, quòd parochianis eccleſiis monachi præfici non poſſunt.

Item Hieronymus ad Riparium presbyterum aduerſus Vigilantium.

¶ Monachus non habet officium docentis, ſed plangentis.

C. IIII.

4 MOnachus [h] non docentis, † ſed plangentis habet officium [i]: qui vel ſe, vel mundum lugeat [k], & Domini pauidus præſtoletur aduentum.

† al. doloris

Idem ad Paulinum de inſtitutione monachi, epiſt.13.

1 Anſl.5.c.66.& l.6 c.3.4.Pol.l.4.tit.14.

2 Poly.ibid. Iuo p.7.c.18.

3 Poly.ibid. Anſl.l.5.c.67

4 Poly.ibid. Anſel.l.7.c.148 Iuo p.7.c.128 Pano.l.3 c.176.

CASVS. Hic intulatur prima quæſtio, qua quæritur, verum liceat monachis officia celebrare populis? Et reſpondetur quòd in monaſteriis ſuis poſſunt celebrare, vt infra 18. quæſtio.& ꝟ.eadem placuit.& in capellis monaſterij pleno iure poſſeſsis, vt infra ead.q.2. viſis. ſimiliter ſi committitur eis regimen parochialium eccleſiarum, vt infra ead. in parochia. de licentia tamen abbatis, vt ſupra, 58.diſtinc.c.1.& 2. olim tamen non eligebantur in ſæcularibus eccleſiis niſi propter neceſsitatem, vt 55.diſtin. priſcis. Sed hodie vtilitate tantum inſpecta eliguntur, vt infra ead. cum pro vtilitate. & ſi eliguntur, ſoli morari non debent, vt in concilio Lateranen. de ſtatu monachorum. monachi. Et credo quòd iure communi poſſunt eligi, ſi ſocios ſecum habeant monachos. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, quòd monachis non licet populo officia celebrare: vſque ad §. *His ita.* Poſtea allegat pro contraria parte reſpondendo allegatis. B.

a ¶ *Quòd monachi.*] De hac materia canones varie loquuntur. [aa] Dicas ergo quod ſi regimen populi committitur monacho ab epiſcopo cum abbatis licentia: tunc poteſt celebrare officium. 58.diſt.c.1. ꝟ.eadem.doctores.& c.moderamine.& ex auctoritate. Sed an ipſo iure poſsit committi, vel tantum ex diſpenſatione: de hoc dubitatur. Dicunt quidam, quòd hodie iure communi, ſed olim ex diſpenſatione tantum 55.diſt.priſcis. Alij dicunt quod nec hodie niſi ex diſpenſatione. ext.de cap.mo.in eccleſiis.& ext.de ſta.mo.c.2. Satis poteſt admitti, quòd ſecundum antiqua iura monachi non poterant præeſſe parochialibus eccleſiis niſi ex neceſsitate, vt 55.diſt.priſcis. hodie vero poſſunt vtilitate etiam ſuadẽte: quia magis probati ſunt quam ſæculares: & ſic magis ſunt vtiles, vt ꝟ.ea.cum pro vtilitate. & 47.diſtin. quantumlibet. & hoc ſi abſit conſenſus epiſcopi & abbatis: ſed ſi monaſterium habet eccleſiam aliquam pleno iure, ſufficit conſenſus abbatis [a], vt infra eadem.quæſtio 2.viſis De regularibus canonicis non eſt dubium, quin licite poſsint præfici eccleſiis: ſed in hoc eſt differentia, quod monachus ſecum debet habere ſocios ſui ordinis: ſed regularis non tenetur, niſi commode poſsit, vt extr.de ſtat.mo.quòd Dei timorem. Ioan.& ita de iure communi poteſt præfici monachus eccleſiæ parochiali, ſi poteſt habere ſecum ſocium ſui ordinis, vt ext. de ſta.mo.c.2.B.

[aa] Monach' vtrum poſſit præfici eccleſiæ parochiali.

a Dic etiam ſolius ſine ſuo conuentu, vt extr li.6.de elec. ſi religioſus. i ſi de hoc etiam ſatis dixi 7 q.1.c.j s de loco Arc.

PLacuit omnibus.]CASVS. Tria in hoc cap.ſtatuuntur. Primum eſt, vt monachus debeat eſſe ſingularis. Secundum, vt pœnitentiam nulli tribuat niſi fratri tertium, vt mortuum non ſepeliat, niſi monachum in monaſterio ſuo ſecum morantem: vel ſi aliquem aduenientem Chriſtianum ibidem mori contigerit.

b ¶ *Placuit.*]Hoc cap.loquitur de monaſteriis non habentibus populum.

c ¶ *Singulariter.*]id eſt, non ſæculariter viuere. nam ſingulariter, id eſt, ſolitarie viuere debent. ꝟ.ea.ſi.clericatus in fi.

d ¶ *Sepeliat.*] Dicunt quidam quod nullus ſacerdos ſiue monachus, ſiue alter poteſt iniungere pœnitentias, niſi ab epiſcopo ſit commiſſa ei cura animarum, vt infra eadem.peruenit.& cap.cunctis. [bb] niſi in caſu neceſsitatis: vbi etiam laicus poteſt pœnitentiam dare. infra, de conſe.diſt.4.ſanctum.de pœn.diſtin.1.quem pœnitet. vnde qui ab eis recipiunt pœnitentiam: nec quantum ad Deum, nec quantum ad eccleſiam ſunt abſoluti. Alij dicunt quòd quilibet ſacerdos poteſt hoc facere [b], nam eo ipſo quod aliquis ſubmittit ſe ſuæ iuriſdictioni, habet poteſtatem ipſum abſoluendi & ligandi cum ſit ſacerdos. ꝟ ea- dem.§.hoc idem. tamen certum eſt quod nullus ſuum ſacerdotẽ poteſt dimittere ſine cauſa. ꝟ. de pœn.diſtinct.6.placuit. Hodie expeditum eſt quòd nulla eſt talis abſolutio, quam conſequitur ab alio ſacerdote, vt extra de pœn.& re.omnis. [cc] Sed quid ſi parochianus alicuius deliquit in alterius epiſcopatu vel territorio? Videtur quod confitebitur ſacerdoti parochiæ illius in cuius territorio deliquit: quia ratione criminis factus eſt de foro ſuo. Item alia ratione, quia per confeſsionem pœna æterna commutatur in pœnam temporalem: ſed pœnam temporalem nunquam extraneus iudex poteſt remittere [c]. Dic quòd proprius ſacerdos eſt iudex illius criminis quo ad vnam pœnam: & ille vbi deliquit, quo ad aliam pœnam.

[bb] Pœnitẽtiã dare poteſt laicus in neceſsitate.

b Si de hac materia vis plena habere notitiam, vide qđ no. Hoſ in ſumma de pœ.& re. §.cui confitendum ſit. & Go.in ſũ. eo. tit. § faciendæ eſt.

[cc] delinquẽs in alterius territorio, ſi tenetur ibi crimen confiteri.

c Hoc ideo quia nõ põt condemnare nec abſoluere. ſi. de re iu. nemo. ext de pœ.& re.q autem, ſecundũ Io. de Fan.

e ¶ *Niſi monachum.*] Argu. quòd eſt licitum aliquid in hominem ſuæ profeſsionis, quod non eſt licitum in alium. 2. quæſtio.ſeptima.ſi hæreticus. & 23. quæſtio. 1.cap. e.

NEmo poteſt eccleſiaſticis.] CASVS. Dicitur in hoc ca.quod nemo poteſt eccleſiaſticis obſequiis deſeruire & diſtrictionem monaſticam ſeruare: quia diſtrictionem monaſterij tenere non poteſt, qui in eccleſiaſtico miniſterio quotidie cogitur permanere. Licet Gratia. hoc cap. inducat ad ſuum propoſitum: non tamen intelligitur de monachis: ſed de clericis ſæcularibus, qui volebant præeſſe monaſteriis: ſed nec habitum recipere, nec priores eccleſias volebant relinquere, vt dicit cap. cuius pars eſt illud. 18.quæſtio. 2. peruenit. in ſecundo peruenit.

f ¶ *Nemo.*] diſt.89.ſingula. Hoc cap.eſt pars illius 18.q.2.peruenit.2. Et non loquitur de monachis, ſed de ſæcularibus clericis qui volebant monaſteriis præeſſe: & dicit quòd non poſſet fieri. Si vis hoc c.de monachis intelligere, tunc dicas quòd cũ monachus præficitur eccleſię, non tenetur ſeruare diſtrictam regulam vt prius, ſcilicet in ieiuniis & orationibus & vigilijs.

DE monachis.]CASVS. Statuit Innocentius in hoc ca. vt quamuis monachi ad ſæculares eccleſias eligantur, a monachali tamen propoſito non diſcedant.

g ¶ *Diſcedere.*] quantum ad ea quæ ſunt de ſubſtantia monachatus, vt de habitu ſeruando, & continentia, & de non habendo proprio. in his enim non abſoluitur, licet tranſeat ad eccleſiam ſæcularem: ſed in ieiunio, ſilentio, & vigiliis abſoluitur, vt ſupra ca.proxim. Diſtinguitur tamen: quia ſi monachus tranſit ad epiſcopatum, ex toto abſoluitur a iuriſdictione abbatis, vt 18.quæſtio prima.capitu.vnico. Si vero transfertur ad eccleſiam ſæcularem, quæ non eſt ſubiecta abbati ſuo, vel in ſpiritualibus, vel temporalibus, ex toto eximitur a iuriſdictione abbatis, vt infra eadem. in parochia. Si vero eccleſia ſubeſt abbati ſuo quo ad temporalia reſpondebit abbati ſuo: ſed quo ad ſpiritualia eximitur ab obedientia abbatis, vt infra quæſtio. ſecunda viſis.& cap.ſane.& extra de cap.monac.in eccleſiis. Si vero eccleſia illa ex toto eſt ſubiecta abbati quo ad omnia, tunc remanet obediens abbati niſi in ieiuniis & in aliis. vt dixi. vnde non debet regere eccleſiam illam ſecundum officium monachale. nam ad quamcunque eccleſiam veneris, illius conſuetudinem ſeruabis. 12.diſtinct. illa. 41.diſtinctio. quiſquis. Sed numquid in comeſtione carnium eximitur a regula monachali? non videtur: quia canon tantum infirmitatis cauſam excipit in monachis, vt infra de conſecra.diſtinct.5. carnem tamen poteſt ſatis dici quòd ſi tunc aliis ſit ſcandalum, vt 41.diſt. quiſquis.

SI ERGO.] CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis duobus c. proxi. quod monachi parochialibus eccleſiis præfici non poſſunt quod ipſe allegando dicit. Sequens c. patet.

h MOnachus.]ſupra ſeptima, quæſtio.1. præcepit.& cap.hoc nequaquam.

i ¶ *Habet officium.*]non habens curam animarum.

k ¶ *Lugeat.*]ſe vel mundum, id eſt, peccata ſua vel aliorum qui in mundo ſunt lugeat [d].

d Vt ꝟ. de pœ.diſ.1.qui lauatus.

Si cupis.

S*I cupis.*]C A S V S. Bened. ſic ponit hunc caſum. Hieron. de quattuor reprehendit Paulinum. Primo, quia libēter morabatur in vrbibus. Secundo, quia propter ſimplicitatem ſuam aliorum ſupplantabatur inſidiis. Tertio, quia loquentem de pecunia libenter audiebat. Quarto, quia truphatoribus malis monaſterij bona donabat.

¶In populari frequentia monachi eſſe non debent. C. V.

1 SI cupis eſſe, quod diceris a, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorū b habitacula, ſed multorum: *& infra.* ¶Habeto ſimplicitatem c columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidiis. Non multum d diſtat in vitio, vel decipere poſſe, vel decipi. Chriſtianum†, quem ſenſeris tibi aut ſemper, aut crebrò de nūmis loquentem (excepta eleemoſyna, quæ indifferenter e omnibus patet) inſtitorē f potius habeto, quā monachum. Præter victum & veſtitum, & manifeſtas neceſſitates nihil cuiquam tribuas: ne filiorū g panem canes h comedant.

Idem ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ, epiſt. 1.

¶Monachos paſcitur, clerici paſcunt. C. VI.

2 ALia cauſa eſt monachorū, alia clericorū. Clerici paſcunt oues, ego paſcor i: illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris k ponitur ad radicem, ſi minus l ad altare non defero. *& infra.* ¶Mihi ante presbyterum ſedere non licet. Illi ſi peccauero m, licet me tradere ſatanæ in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.

Idem ad Ruſticum.

¶Non licet aliquid monachis agere ſine presbyterorum conſilio. C. VII.

4 ECcleſia habet ſenatum cœtum presbyterorum n: ſine quorum conſilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnū, quia noluit audire presbyteros ſuos. Senatum quoque Romani habebāt, cuius conſilio cuncta agebant: & nos habemus ſenatum o noſtrum, cœtum presbyterorum.

¶*Apud B. Hieronymum in commentariis ad c. 3. Eſaie, vnde hoc caput videtur acceptum, hæc leguntur.* Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros. *& paulo inferius.* Senatus quoque con ſulta dicuntur, & principes quondam Romani conſules appellati ſunt, vel a conſulendo ciuibus, vel ab agendo cuncta conſilio. Et nos habemus in eccleſia ſenatum noſtrum, cœtum presbyterorum.

Item Eugenius Papa.

¶Secundum etymologiam nominis ſolitariam vitam ducat monachus. C. VIII.

ij PLacuit p communi noſtro concilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monaſterio exire nefandiſſimo auſu præſumat, neque pœnitētiam dare, neque filium q de baptiſmo accipere, neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire, neq; ad eccleſiam ſæcularem tranſire, neque aliis qualibuſcumque negotiis r ſeſe implicare, ſit clauſtro ſuo contentus: quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius, & taceat: quia mundo mortuus s eſt, Deo autē viuit†. ¶Agnoſcat nomen ſuum. Monos enim græce, latine eſt vnus: achos græce, latine triſtis ſonat. Inde dicitur monachus, id eſt, vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet.

¶*Ipſiſſimum etiam extat ex decretis Eugenij, & ex eodem habetur in ueteribus Decretorum libris.*

Item Paſchalis II. Victori Bononienſi epiſcopo.

¶Abſque epiſcoporum conſenſu epiſcopalia iura monachi non vſurpent. C. IX.

6 PEruenit ad nos (vnde valde miramur) ꝙ quidam monachi, & abbates in parochia veſtra cōtra ſanctorum patrum decreta epiſcopalia iura t, & officia ſibi

a ¶*Diceris.*] Arg. a nominis interpretatione. nomina enim debent eſſe conſona rebus. inſtitu. de dona. §. eſt & aliud. & ff. de tut. l. prima. 21. diſt. cleros. & 12. q. 1. clericus. 24. q. 1. pudenda. in authē. de defen. ciui. coll. 3. in principio.

b ¶*Solorum.*]id eſt, ſolitariorum: ne ſit contra ꝗ. eo. ſi clericatus. Et eſt arg. ꝙ monaſteria non ſunt conſtruenda in vrbibus, vt ꝗ. de conſecr. diſt. 5. nunquam.

c ¶*Simplicitatem.*] Duplex eſt ſimplicitas, quædam contraria doloſitati, & illa eſt bona: quædam contraria diſcretioni. & hæc eſt mala. 39. diſtin. cap. Petrus. & 36. diſt. in principio.

A D D I T I O. Et repellit a promotione, vt 39. diſtinct. Petrus. vbi de hoc. Arch.

d ¶*Non multum.*] Tamen quandoque minus eſt falli quam fallere, vt 22. quæſtio. 2. in ipſarum. " eſt ergo vitium falli, id eſt facilem eſſe ad fallendum. Intelligunt tamē quidam hoc de deceptione fidei. in contractibus autē decipi nō eſt peccatum. 22. q. 4. innocens.

e ¶*Quæ indifferenter.*] Scriptum eſt enim. Omni petenti te, tribue: etiam excommunicato. 11. quæſt. 3. quoniam multos. 1. q. 1. quam pro. 23. q. 4. ita plane. & ca. quo iſta. 13. q. 2. non æſtimemus. Sed con 1a, Da, det eleemoſyna in manu tua donec inuenias iuſtum, &c. & artic. 16. diſtinct. non ſatis. ꝗ. ea. ca. vlt. & arg. 5 q. 5. non omnis. De hoc notaui. 42. diſt. quieſcamus.

f ¶*Inſtitorem.*]id eſt, negotiatorem.

g ¶*Ne filiorum.*] id eſt, pauperum.

h ¶*Canes.*]id eſt, hiſtriones & meretrices & peccatores a.

A*Lia.*] C A S V S. Heliodorus epiſcopus quæſiuit a Hieronymo quis ſit maior, clericalis ordo, an monachalis. Et reſpondet quod clericalis: & hoc probat quattuor rationibus. Prima eſt, quia monachi à clericis ſacramenta ſuſcipiunt. Secunda eſt, quia monachi mortui ſunt mundo, clerici vero de altari viuunt. Tertia eſt, quia monacho ante presbyterū ſedere non licet, niſi munus deferat ad altare. Quarta eſt, quia monachi a clericis excommunicantur. Vbi autem rationes incipiant facile eſt videre & potes ibi finire caſum vt dixi: & hoc probat quattuor rationibus: & non procedes amplius.

i ¶*Ego paſcor.*]a ſacramentis ipſorum.

k ¶*Securis.*]quia ſucciſus eſt mundo. ꝗ. ea. placuit.

l ¶*Si minus.*]"Sed vnde faciet monachus eleemoſynam vel oblationem, qui nihil habet proprium? nec ei præter neceſſaria licet aliquid recipere. arg. hic. & corpori ſuo non de. et ſunt habere neceſſaria de conſe. diſt. 5. non mediocri: iter. Quidam dicunt quod nonane monaſterij offerret. argu. 14 diſt. abbati. & hoc ſi habet adminiſtrationem. Vel dic munus id eſt, decimam.

m ¶*Si peccauero.*]Ergo ſæcularis prælatus poteſt excommunicare monachum. " Et eſt arg. quod ſi monaſterium aliquod eſt intra terminos alicuius archidiaconatus, quod archidiaconus habet iuriſdictionem in ipſum monaſterium. ad idem facit ꝗ ca. proxi. & 93. diſt. a ſubdiacono. & extr. de offi. archi. c. vlt. eccleſia enim quæ eſt intra territorium alicuius, ſub illius eſt iuriſdictione, vt ꝗ q 7. omnes. arg. cōtra 18. q 2. peruenit. 2. & cidudum. & ext. de cap. mo. dilectus.

E*Ccleſia.*]C A S V S. Ruſticus monachus erat, nolebat tamen acquieſcere concilio presbyterorum. de hoc Hiero. eum reprehendit: quia eccleſia habet ſenatum cœtum presbyterorum, ſicut Romani olim habebant ſenatum: ſine quibus monachus nihil agere liceret. vnde dicit cum puniédum. & hoc probat exemplo Roboam filij Salomonis: qui perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros ſuos.

n ¶*Presbyterorum.*] Si intelligas de illis perſonis, quæ ſunt prælati monachorum planum eſt b.

o ¶*Senatum.*] Et ſic capitulum dicitur ſenatus: & ſenatus reſtituit hominem famæ, vt ff. de poſtul. l. 1. §. de qua ergo & capitulum. nam & capitulum quādoque diſpenſat, vt extra de ſimo. ex inſinuatione. & arg. ext. de pb. cum non ignores. Item in hoc comparatur capitulum ſenatui. nam ſicut a ſententia ſenatus non appellatur, vt ſi a quo app. non licet. ita nec a capitulo, vt extr. de his quæ fi. a ma. parte cum in cunctis." Vnde dico quòd capitulum eligendo in dignum diſpenſat cum ipſo: niſi ſit talis diſpenſatio, quæ prohibita ſit: quemadmodum dicitur in epiſcopo.

P*lacuit.*] C A S V S. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Eugenius, quod monachus propter lucrum temporale clauſtrum non egrediatur. In ſecunda parte ponit illa a quibus monachi ſe debent abſtinere, quòd clauſtro ſuo debet eſſe contentus: quia ſicut piſcis vita caret ſi ab aqua remoueatur: ita monachus ſi a monaſterio recedat: ſedeat itaque ſolitarius. In tertia parte dicitur, quòd monachus nomē ſuum agnoſcere debet. & ponitur interpretatio huius nominis monachus. Secunda pars incipit ibi, *Neque pœnitentiam.* Tertia ibi, *Agnoſcat.*

p ¶*Placuit.*]Hic loquitur de monachis non habentibus populum.

q ¶*Neque filium.*] Non eſt licitum ſibi facere commatres, vt 18. q. 2. peruenit.

r ¶*Negotiis.*]niſi iubeatur. ꝗ. ea. qui vere.

s ¶*Mortuus.*]" Hic vides quòd ingreſſus religionis æquiparatur morti naturali. vnde quod iuris eſt circa dotem vel donationem propter nuptias in morte naturali, idem eſt in hac morte, id eſt, in ingreſſu religionis, vt C. de epiſ. & cle. l. vlt. & ſicut donatio cauſa mortis cōfirmatur morte naturali, ita ſimiliter confirmatur morte ciuili. vt C. de do. inter vir. & vxo. res vxoris. lo. & hoc teneas pro regula, quod in ſolis illis caſibus ciuilis mors æquiparatur morti naturali, vbi hoc in iure cautum inuenitur. B.

P*eruenit.*]C A S V S. Monachi in epiſcopatu Bonon. epiſcopalia iura & alia officia clericorum ſuper ſe ſibi vendicabant ſine proprij epiſcopi vel Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Vnde Paſchalis Papa præcipit Victori Bon. epiſcopo, vt ſicut hoc prohibitū eſt in Chalcedon. concilio, ita prohibeat ſuis monachis, vt de cetero talia nō p̄ſumant.

t ¶*Iura.*]" Ergo abbates non debent exercere epiſcopalia iura, nec de cauſis matrimonialibus cognoſcere, vt extr. de exceſ. prælat. accedentibus

1 Iuo p. 7. c. 2. Pann. l. 3. c. 71.

¶ al. decipi Simplicitatem. Quem] ori.

" Simplicitas eſt duplex.

2 Poly. ibid. Anſelm. l. 7. c. 131.

" Falli vitiū eſt.

1. Cor. 11.

3 Habetur in com. ad c. 3. Eſaie.

4 Deuſd. p. 5.

3. Reg. 14.

a Ad hoc ar. 43. di. in pr. ver. vnde.

" Monachus an poſſit eleemoſynas facere.

" Monaſterium poteſt eſſe ſub iuriſdictione archidiaconi.

5 Anſl. 5. c. 75. & 16. c. 112.

b Quia monachi ſine eis nihil agunt vt ꝗ. e. monachi.

" Capitulū eligendo indignū quandoque diſpēſat.

6 Anſ. l. 5. c. vlt.

" religionis ingreſſus morti æquiparatur.

" Abbates epiſcopalia no exerceāt.

dentibus.niſi epiſcopalia iura præſcripſerint, vt extr. de præſcript. auditis.

a ¶ *Vel Apoſtolicæ.*] Arg.contra extr.de confir.vti.vel inutil.porrecta[a]. Sed dic quòd non poſſunt confirmari,quo ad hoc quin poſsint remoueri cum opus fuerit.ext.de ſta.mo.c.1.

a Nõ eſt cõtra, quia nõ tãgit caſum iſtum,ſecundum loã de Fan.

b ¶ *In Chalcedonenſi.*] j. ca.qui vere.

c ¶ *Et ſub anathematis.*] Infligendi.

I*Nterdicimus.*] CASVS. Hic octo interdicuntur monachis a Papa Calixto,in quibus tranſgrediebantur ante prohibitionem iſtam.

d ¶ *Publicas pœnitentias.*] Hoc enim ad epiſcopos pertinet, vt 50. diſt.in capite.

1 j.c.qui vere.

e ¶ *Et Miſſas.*]quas nec alij debent in monaſterijs publice cantare populo,niſi fuerint inuitati, vt 18.q.2. dubium. & c.luminoto.& c.abbatem.

f ¶ *Oleum.*]infirmorum, vel catechumenorũ[b].

b De hoc habetur 95.di. 5.olco.

g ¶ *Ab epiſcopis.*]Sed cũ hoc ca.loquatur de non habentibus populum, quare recipiunt oleum vel chriſma:cum populum non habeant? Reſpondeo, hoc præcipitur ad cautelam,ne aliquem ibi non baptizatum contingat mori.

† al.ordines.

I*Vxta.*] CASVS. Monachi quidam per caſtella & ciuitates peragrabant officium prædicandi ſiue prædicationis vſurpantes ſibi. Præcipit ergo Alexander,vt extra clauſtrum non egrediantur. ſicut ſtatuit cõcilium Chalcedon.& vt a populorum prædicatione penitus ceſſent:niſi intra clauſtrum aliquis eos conſuleret de ſalute animæ ſuæ vt eorum habitum ſumat.

2 Iuo p.7.c. 151.

Q*Vi vere.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd illi qui ſolitariã vitam eligunt, ſcilicet eremitæ digni ſunt conuenienti honore.In ſecunda parte dicitur, quòd monachi ſubiecti debent eſſe epiſcopo loci, & in ſuis monaſterijs permanere; neque eccleſiaſticas vel ſeculares actiones audeant tractare , niſi propter neceſsitates a ciuitatis epiſcopo iubeantur. In tertia parte iubetur,ne ſeruum aliquem recipiant ſine domini voluntate : & qui contra fecerit,excommunicetur. In quarta parte dicitur, quòd epiſcopus ciuitatis monaſterijs curam & ſolicitudinem exhibeat competẽtem. Secunda pars incipit ibi, *Eos vero.* Tertia ibi, *Et neminem.* Quarta ibi, *Conuenit.*

5 Cõcor.ca-pit.l.5.c2.15. Pol.l.5 tit.j. & l.4.ti 34. Anſ.l.5.c.54. Iuo p.7.c.1. Pã.l.3.c 174.

† al.eccleſiaſticis.

h ¶ *Solitariam.*] ideſt, eremiticam.

† al.conſcientia.]

i ¶ *Eos.*]qui ſcilicet digni ſint honore.

† μηδὲ γνώμης.

arroganter vendicant : videlicet pœnitentiam, remiſſionem peccatorum,recõciliationem,decimas, & eccleſias : cum abſque proprij epiſcopi licentia, vel Apoſtolicę[a] ſedis auctoritate hoc nullatenus præſumere debeãt:ſicut in Chalcedonenſi[b] concilio de huiuſmodi à ſanctis patribus cautum eſt, 1 & ſub anathematis[c] vinculo monachis omnibus prohibitũ. Mandamus itaq; dilectioni tuæ, vt eos conuenias , & ne talia deinceps præſumant,omnino prohibeas.

Item Calixtus Papa II.

¶ De eodem. C. X.

I*Nterdicimus etiam abbatibus, & monachis publicas pœnitentias[c] dare,infirmos viſitare,& vnctiones facere, & Miſſas[e] publicas cantare.Chriſma, & oleum[f], conſecrationes altarium, ordinationes† clericorum ab epiſcopis[g] accipiant , in quorum parochiis manent.

Item Alexander II.

¶ Monachi intra clauſtra morantes, clericorum officia exterius non miniſtrent. C. XI.

2 IVxta Chalcedonenſis tenorẽ optimi cõcilij monachis,quãuis religioſis,ad normã ſancti Benedicti intra clauſtrum morari præcipimus:vicos,caſtella,ciuitates peragrare prohibemus, & à populorum prædicatione omnino ceſſare cenſuimus:niſi forte qs de ſuæ animæ ſalute ſolicitus, vt eorum habitum aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere voluerit.

Item ex concilio Chalcedonenſi,c.4

¶ Monachi,qui ſunt in ciuitatibus, epiſcopo debent eſſe ſubiecti. C. XII.

5 QVi vere,pureque ſolitariã[h] eligunt vitã,digni ſunt conuenieti honore [a] .*& infra.* ¶ Eos[i] vero[k], qui per ciuitates ſingulas, ſeu poſſeſſiones in monaſteriis ſunt, placet nobis epiſcopo eſſe ſubiectos, & quieti operam dare, atque obſeruare ieiunia[l], & orationes in locis, in quibus ſemel ſe Deo deuouerunt, permanẽtes, & neq;[β] communicare eccleſiaſticas†, neque ſæculares aliquas attrectare actiones,relinquẽtes propria monaſteria:niſi forte iubeantur propter vrgentes neceſſitates ab ipſius ciuitatis epiſcopo. Et neminem ſeruorum ſuſcipi in monaſterium,vt ſit cum eis monachus, niſi cum domini proprij licẽtia†. Prætereuntem vero hæc decreu-

mus extra communionem eſſe,ne nomen Domini blaſphemetur. †Cõuenit vero ciuitatis epiſcopo curam[m] , ſolicitudinemque neceſſariam monaſteriis exhibere.

a ¶ Honore.] *Sequitur continenter c. Quidam monachorum.j.18.q.2.quod eſt ex eadem priſca verſione,atque caput hoc.*

β ¶ Et neque communicare.] *Græce eſt,* μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς, μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασι, ἢ ἐπικοινωνεῖν, *ideſt*, neque eccleſiaſtica neque ſæcularia negotia turbare, vel iis ſe immiſcere.

His ita reſpondetur. Auctoritas illa Nicenæ[n] ſynodi prohibet monachos de monaſteriis exire, & per capellas mortuorum ſepulturas celebrare:confluere videlicet more clericorum ad cuiuſlibet exequias celebrandas. Cæterum ſi apud monaſterium aliquis ſemetipſum tumulari voluerit non eſt prohibẽdus.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo de vrbe veteri,lib.1.epiſt.12.

¶ Miſſæ celebrari, & mortui ſepeliri in monaſterio non prohibeantur. C. XIII.

4 AGapitus abbas monaſterij ſancti Gregorij† inſinuauit nobis plurima ſe a veſtra ſanctitate grauamina ſuſtinere : quòd in eodem monaſterio Miſſas[o] prohibeas celebrari:mortuos etiam ibidem interdicas ſepeliri. A qua inhumanitate vos hortamur ſuſpendi[p] : & ſepeliri ibidem mortuos, Miſſas celebrari,nulla vlterius habita contradictione permittas.

Idem Ianuario Caralitano epiſcopo, lib.9. epiſt.9.

¶ Non ſunt caſſandæ piæ voluntates defunctorum. C. XIIII.

5 ADmonere te volumus, ne piæ[q] viuorum, aut defunctorum voluntates tua (quod abſit) remiſſione caſſentur.

Item Gelaſius Papa.

¶ Teſtatoris arbitrium ſeruari oportet. C. XV.

COnſideratio eccleſiaſticæ vtilitatis hoc poſtulat,ex iuſta diſpoſitione[a] teſtatoris ſeruãdum arbitrium.

a ¶ Diſpoſitione.] *In vetuſtis exemplaribus legitur,* diſpenſatione.

Item ex concilio Triburienſi c.15.

¶ De eodem. C. XVI.

6 VBicumque facultas rerum, & opportunitas tẽporum ſuppetit.&c.[ſicut in eodem capite ſupra legitur[r] in cauſa eorum, qui de diœceſi ad diœceſim tranſierunt.]

¶ *In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.*

Ecce his auctoritatibus patet, quòd ſi quis apud monaſterium ſepulturam ſibi eligere voluerit libere à monachis poteſt ſepeliri. Vnde liquido colligitur prohibitionem illam Nicenæ ſynodi propter improbitatem[s] circumuagantium eſſe factam.

k ¶ *Vero.*]ideſt,tamen.[c] Ex aduerſatione iſta,& ex eo quòd dicit ſubiectos,videtur quòd eremitæ non ſubſunt epiſcopis:quod quidã concedunt:[cc] quia ſunt locuſtæ,quæ non habent regem[e].Sed nos contra[d] vt 93.& diſt.nulla ratione.11.q.3.ſi autem. Hic etiam no.quòd eremita poteſt vocari ad prælaturam, vt extr.de elect.cum monaſterium. Qualem autem vitam habere debeant,non reperi : tamen priuilegium clericorum habent, vt hic apparet. Sed ſi quæras quomodo eremita poſſit eligi ad prælaturam, cum de magis ſtricta ad minus ſtrictam vitã non eſt licitum trãſire. 19.q.1.ca.vno? Reſpondeo, vita monachorum eſt magis ſtricta , quo ad hoc quia renũtiant propriis, & ponunt hominem ſupra ſe : ſed eremita non renunciat propriis, vt 19.quæſt 3. § econtra.

l ¶ *Ieiunia.*] Sed quid ſi prius teneoatur aliquis aliquos dies ieiunare : numquid nihilominus monachus factus tenetur eos ieiunare? arg. quòd non. 33. q.5. noluit. de pœ.diſt.1.§. his auctoritatibus.

m ¶ *Curam.*]18.q.2.monaſteria.& ca.abbates. & c.cognouimus.

HIS ITA. CASVS.Dictum eſt ſ.in 1. c.huius q.quòd monachus mortuum ſepelire non debet.Nunc vero dicit Grat.quòd illud ca.intelligitur de monachis qui more ſæcularium confluebant per capellas ad ſepulturas mortuorum celebrãdas.ſed in monaſterio non prohibentur mortuos ſepelire , qui ibi elegerunt ſepulturam.& ad hoc inducit ſeq.cap.

n ¶ *Nicenæ.*] ſ.ea.c.2.

A*Gapitus abbas.*] CASVS.Io.epiſcopus prohibebat Agapitum ſuo populo Miſſas celebrare , & mortuos ſepelire,ſuper quo cũ Greg. conquereretur præcipit Greg. præfato Ioa. ne hoc de cetero prohiberet. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad c.quidam monachi.

o ¶ *Miſſas.*] publicas. Sed nonne hoc licite prohibuit.vt ſ.ea.interdicimus? Sed dic quod loquitur hic de monaſterio habente populũ.

p ¶ *Suſpendi.*]id eſt,abſtinere.Io.de Fant.

A*Dmonere.*]

q ¶ *Ne piæ.*] ſecus ſi ſunt iniuſtæ. 17. q. 4. quicumque.ff.de relig. at ſi quis.§. hæc actio. 12.quæſtio. vlti. quia.ff. de condit. inſtitu. quidam. immo ad epiſcopum ſpectat exequi voluntates defunctorũ[e], vt extr. de teſta. heredes.

V*Bicumque.*]

r ¶ *Legitur.*] ſ. 13. q 2.vbicumque.

s ¶ *Improbitatem.*] immo quia nõ habent populum.

c Eremitæ ſubſunt epiſcopis,& poſſunt ad prælaturam vocari.

cc Locuſta regem nõ habet.

e Tangit dictu Salomonis dicentis.

d Et bene, quia omnis anima ſublimioribus poteſtatibus debet eſſe ſubdita 11.q.3. magnũ. ext. de cenſ.omnis anima. Arc.

4 Poly.ibid. Anſ.l.5 cap. 66. Hic aliquot epiſtolæ verba omittuntur.

† al.Geor.g.

5 19.q.3.c.vltima.

6 13.q.2.vbicumque

e Idẽ not.6. q.j.Silueſter vbi plene di xi. & quod dicit gl ſatis probatur per iſtud c.& ſecundum Hug.

Quidam

QVidam monachi.] CASVS. Monachi quidam ſine licentia epiſcoporum ſuorum vel abbatum interdum etiam excommunicati ciuitatem Conſtantinopolitanam intrabant errores ibi & diſcordias ſeminantes. quare ſtatuit concilium Chalcedon. vt niſi monachi illi commoniti ad ſua loca redeant, inuiti per defenſorem ciuitatis expellantur, *Iniunctum*, id eſt, præceptum.

Vnde in Chalcedonenſi concilio, cap. 23. legitur.

¶ Monachi, qui ſine licentia epiſcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur. C. XVII.

QVidam monachi nihil habentes ſibi iniunctum à proprio epiſcopo [a], interdum vero etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati [b], veniunt ad regiam ciuitatem Conſtantinopolitanam: & in ea perturbationes tranquillitati eccleſiaſticæ inferunt, & diuerſorum domos corrumpunt. Statuit igitur ſancta ſynodus hos primum commoneri [a], vt exeant a regia ciuitate: demum eos inuitos [c] deijci, ac inde per defenſorem compelli, vt ad ſua loca [d] redeant.

a ¶ Commoneri.] *In hac potiſſimum poſtrema parte uidetur de induſtria verſio priſca in epitomem redacta. Integer canon ſic habet.*

Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ' αὐτοῦ καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν. ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως. εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

¶ Peruenit ad aures ſanctę ſynodi nonnullos clericos, & monachos quibus nihil à proprio epiſcopo commiſſum eſt, quibuſque interdum etiam ab eo communione eſt interdictum, ad regiam Conſtantinopolim ſe conferentes diu in ea morari, tumultus excitantes, & ſtatim eccleſiaſticum perturbantes, ac domos nonnullorum ſubuertere. Statuit igitur ſancta ſynodus huiuſmodi homines primum quidem per defenſorem ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ admoneri, vt ex regia ciuitate exeant: deinde vero, ſi impudenter agentes iiſdem negotiis hærere perſeuerauerint, ipſos etiam inuitos per eumdem defenſorem eijci, & ad propria reuerti loca.

Item Pelagius Papa Paulino Solitario †.

¶ Monachi circumuagantes per defenſores ſunt compellendi. C. XVIII.

1 PRobinum Phariæ [β] & Milianũ, atque Probinianũ †, vel alios pſeudomonachos Ioanni defenſori præcipimus, vt eos debeat detinere [e]: quatenus, ſi quam deſiderant ſuæ contentionis rationẽ cognoſcere, ad nos [f], vt informentur, debeant exhiberi. Certe, ſi ſola obſtinatione ab eccleſiaſtico corpore ſunt ſciſſi, in Reatina † (ſicut petiſti) inſula [g] vt exulent, prędicto defenſori duximus iniungendum.

β ¶ Phariæ.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Polycarpo, cum antea legeretur*, Samariæ. *Eſt autem Pharia ciuitas Dalmatiæ.*

Item Leo Papa ad Theodoritum epiſcopum Cypri, epiſt. 61. al. 63.

¶ Nullus monachus præter Domini ſacerdotes audeat prædicare. C. XIX.

2 ADijcimus illud etiã, quod à nobis propter improbitatem quorumdam monachorum religionis † veſtræ verbo mandaſtis per vicarios noſtros: & hoc ſpecialiter ſtatuentes, vt præter Domini ſacerdotes [h] nullus audeat prædicare, ſiue monachus, ſiue laicus ille ſit, qui cuiuſlibet ſcientiæ nomine glorietur.

Ecce in hoc capite & vitium eſt expreſſum, & generali conſtitutione euacuatum. Quòd vero pœnitentiam dare prohibentur, inde eſt, quia nulli ſacerdotum licet alterius parochianum [i] ligare, vel ſoluere. Monachi autem, etſi in dedicatione ſui presbyteratus (ſicut & ceteri ſacerdotes) baptizandi, prædicandi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficijs eccleſiaſticis perfruendi rite poteſtatem accipiant, vt amplius, & perfectius agant ea, quæ ſacerdotalis officij eſſe ſanctorum Patrum conſtitutionibus comprobantur: tamen executionem ſuæ poteſtatis non habẽt, niſi à populo fuerint electi, & ab epiſcopo cum conſenſu abbatis ordinati. Eccleſiaſticas vero, atque ſeculares actiones attractare prohibentur, vt non præſumant ſibi patrocinia cauſarum, niſi ab epiſcopo commoniti fuerint, nec ſecularibus cauſis occupentur, vt reſideant cognitores dirimendarum litium.

Vnde Pelagius ſcribit Antoninæ patriciæ, & Decia.

¶ Monachus defenſor fieri non debet. C. XX.

3 DE præſentium portitore, quòd defenſor [k] factus nõ eſt, nulla vobis animi moleſtia ſit:

" Monachi ſubſunt epiſcopo.

a Videtur tamen, quod hoc non poterit monachus niſi permiſſione abbatis. 17. q. 3. in ſi. ad hoc fac. quod not. 8. diſt. quæ contra in gl. vlt. 8. q. 1. qui re ſiſtit. Arch.

a ¶ Epiſcopo.] " poteſt ergo epiſcopus monacho præcipere, & iniungere [a] ei aliquam legationem, vt ſ. ea. qui vere. ſimiliter abbas, vt ĩ. ead. monachi.

b ¶ Excommunicati.] ergo monachi poſſunt excommunicari ab epiſcopo, vt 18. q. 2. abbates. & ab aliis prælatis, vt ſ. ead. alia.

c ¶ Inuitos.] per brachium ſæculare eſt inobediens corrigẽdus, vt ſ. diſt. 17. nec licuit. & 11. q. 1. petimus.

d ¶ Vt ad ſua loca redeant.] vel in exilium mittantur, vt ĩ. c. prox.

d ¶ Vt ad ſua loca.] hoc eſt regulare, vt ſemper primo cogantur redire ad monaſterium ſuum, vt 27. q. 1. nec aliqua in ſi. & cap. impudicas. & cap. peruenit. niſi ſæpius delinquant, vel primum monaſterium ſit nimis diſſolutum, vt 27. q. 1. ſi qua. & cap. ſi quis rapuerit.

PRobinum.] CASVS. Paulinus Solitarius ſupplicauit Papæ, vt in inſulã Reatinam quoſdam monachos relegaret eccleſiam offendentes: ſcilicet Probinum Phariæ, Milianum, atque Probinianum, & alios quoſdam falſos monachos. Præcepit ergo Pelagius Ioanni defenſori, vt eos detineat, & ad curiam mittat, ſi de ſua contentione aliquam volunt allegare rationem: alioquin in Reatinam inſulam eos faciat exulare.

e ¶ Detinere.] nec talis detentor incidit in canonem. extra de ſent. excom. vt famæ.

f ¶ Ad nos.] nam cum de fide dubitatur, Romana eccleſia eſt conſulenda, vt 23. q. 5. de Liguribus.

g ¶ Inſula.] not. pœnam canonicam eſſe exilium. 50. diſt. accedẽs. & dixi 5. q. 4. hi qui epiſcopos. Ioan.

ADijcimus illud.] CASVS. Monachi quidam non exiſtentes in ordine ſacerdotij improbe aſſumebant officium prædicandi: hoc fuit ſignificatum Leoni Papæ: quarę ſtatuit vt nullus monachus vel laicus præter ſacerdotem, vel eorum licentiam audeat prædicare, vt de ſua ſcientia glorietur. *Regionis*, id eſt, parochialis, aliàs littera habet, religionis, & ſecundum hoc dicas quod abbati loquitur, vel epiſcopo, vel monacho.

h ¶ Sacerdotes.] vel per licentiam ſacerdotum. Nec obeſt. 25 diſt. perlectis. vbi dicitur, quòd diaconus poteſt prædicare. ſic 92. diſt. in ſancta. vel ibi prædicare ponitur pro legere. Similiter laici prædicant, " & mulieres de licentia ſacerdotis, vt ſ. diſt. 23. mulier. in fin. Sed numquid ſubdiaconus poteſt prædicare? Ita, quia prælationem & curam animarum habere poteſt, vt extra de ætat. & qual. præterea. prædicat ergo ratione prælationis, ſed non ratione ordinis: quia ſolum ſacerdotis officium eſt vt 95. diſt. præcipimus. Templarij autem & hoſpitalarij ideo prædicant, quia habent de hoc priuilegium. Sed quid ſi aliqui ſunt falſi prædicatores, & aliqua lucrentur: numquid reſtituent illi eccleſiæ? Videtur quòd nõ: quia non refert quis vel qualis prædicet, ſed quæ prædicet. 19 diſt. ſecundum. Et Apoſtolus dicit in epiſt. ad Philip. " Siue per veritatem, ſiue per falſitatem Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo & gaudebo. Dic quòd Apoſtolus gaudebat de conuerſis, non de prædicantibus. Argu. tamen quòd eccleſiæ acquiritur [b]. ff. de inoffic. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis [c]. vbi dicitur, quòd ſi extraneus expugnauit teſtamentum: hoc ei non prodeſt, ſed legitimis. Ioan.

ECCE IN HOC. CASVS. Dicit Grat. quòd cauſa eſt expreſſa in prox. c. quare monachi prædicare non debeant, ſcilicet improbitas eorum: quod autem dictum eſt ſ. in c. placuit. quòd monachi pœnitentias dare, & homines facere non poſſunt: hoc ideo ſtatutum fuit, quia nullus parochianum alterius ſoluere poteſt vel ligare. Et licet monachi in tempore ſuæ ordinationis ſumant poteſtatem prædicandi, & alia officia faciendi ſicut ceteri ſacerdotes: tamen executionem illius poteſtatis non habent niſi à populo eligantur, & cum conſenſu abbatis ab epiſcopo loci ad hoc fuerint inſtituti. ſimiliter negotia eccleſiaſtica & ſecularia tractare non poſſunt, vt patroni cauſarum vel cognitores, niſi ab epiſcopo loci commoneantur: quod probat ſeq. cap.

i ¶ Parochianum.] ĩ. de pœ. diſt. 6. placuit.

DE præſentium.] CASVS. Antonina patricia ſupplicauit Papæ Pelagio, vt concederet ſibi quemdam monachum quem in ſuis negotiis defenſorem habere volebat. Pelagius vero cum ſibi non conceſſit: " quia monachi ſæcularibus negotiis occupari non debent: nec de propoſito monachali ad officium illud deſcendere, quod probat multipliciter.

k ¶ Defenſor.] id eſt, iudex vel aduocatus, vel procurator negotiorum ſæcularium. ſic 2. q. 3. Saluator. & extra, ne cler. vel mona. nec. Non poteſt ergo ſine ſuperioris licentia eſſe iudex vel aduocatus [d] vel arbiter. Sed abbas poteſt hoc facere ſine licentia alicuius: nam abbas

---

" Mulieres prædicare poſſunt.

† al. Salonitanũ, al. Solatino

1 Pol. l. 4 tit. 34. Anſel. l. 7. c. 153.

† al. Probianum

" prædicant & veri & falſi prædicatores.

† forte, Schiſmata

b Hoc eſt verum ſecundum Laur. & ad idem ff. de leg. 1. ſi ſeruus [illegible]. §. 1.

2 Burch. l. 2. c. 158.

† al. regionis

3 Iuo p. 7. cap 23.

" Monachus non poſſit eſſe iudex vel aduocatus.

d Concordat in Lat-

petita. C. de epiſcopi. & c.cl. & text. in authen.de ſanct. epi. §. Deo nobis. col 9.

abbas monachos habet in poteſtate, vt 12.q 1. non dicatis. vnde ipſe non eſt ſub poteſtate alicuius. ff. de adult. ſi euenict. & quòd poſsit abbas eſſe procurator, habes extra de cenſ. ſopitæ. ext. de tranſact. contingit. ſæculares ergo cauſas etiam inocentibus epiſcopis nō poſſunt agere, vt hic. & ext. ne cler. vel monach. relatum. niſi miſerabilium perſonarum, vt 86. diſt. c. vlt. & 15.q.2.c. vnico. vbi plane de hoc. Item nec ſyndicus poteſt conſtitui in propria eccleſia, vt ext. de ſynd. ſicut. nec procurator, vt in authent. de ſan. epiſc. §. alium. niſi alius non ſit æque idoneus: tunc poteſt de licentia abbatis, vt extra de teſti. inſuper. & ī. ead. monachi. iudex tamen conſtituitur monachus à ſuperiore, vt extra de priuileg. cum olim. Et not quòd ſi quā cauſam moueat monachi, præſumitur ſemper quòd bono zelo eam moueant, vt extra de nou. oper. nun. cum ex iniuncto. Ioan. de Fant.

† al. illud

GELASIVS TAMEN. CASVS. Supra cap. proxi. dictum eſt, quòd Papa noluit concedere, quòd monachus fieret defenſor. Sed contrarium videtur ī. 77. diſt. monachus nouitius. ſed quia vile fuit contrarium, non curauit Gratia. ſoluere. nam ibi ſumitur defenſor, id eſt exorciſta, vel defenſor, id eſt oſtiarius, qui defendit inimicos ab ingreſſu eccleſiæ. Poſtea transfert ſe ad probandū, quòd monachi officia clericorum poſſunt exercere. quod probat per ſequentia cap. vſque ad §. his omnibus. quæ omnia loquuntur de monachis quibus animarū cura committitur.

a diſtin. 77. cap. vlt.

a ¶ *Defenſores.*] ī. diſt. 77. cap. vlt. contra. Vile eſt illud contrarium: quia ibi defenſor ponitur pro oſtiario, & ideo magiſter illud noluit ſoluere.

2. Cor. 9.

QVOD VERO. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat, quòd ſi monachus habet populū de licētia epiſcopi vel Papæ, quòd poteſt omnia officia celebrare ſiue miniſtrare ſicut clerici ſæculares. Ioan. de Fan.

quia vere ſatis amariſſimum habeo de iſto propoſito ad illud † officium homines deduci, in quo nullo modo, quę à monachis Deo promiſſa ſunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim eſt illius habitus, & iſtius officij diuerſitas. Illic enim quies, oratio, labor manuū, at hic cauſarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quęcumque vel eccleſiaſtica inſtituta, vel ſupplicantium neceſſitas poſcit. Faciat autem Deus, vt tales ſint hi, qui vel à nobis in iſto habitu nutriuntur, vel in monaſteriis creſcunt: vt prouecta ætate, & vita probata non ad litigiorum officia, ſed ad ſacerdotium valeant promoueri.

1 Gelaſius tamen (ſicut in tract. de promot. cleric. inuenitur in cap. illo, Monachus nouitius, &c.) permittit illos ex diſpenſatione fieri defenſores [a].

2 ¶ Quòd vero ſacerdotalium officiorum poteſtatem habeant, teſtatur Ambr. dicens.

¶ Clericorum officia celebrare monachi presbyteri non prohibeantur.
C. XXI.

DOctos ac probos monachos presbyterij honore dedicatos baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miſeris laxare, & decimarum, primitiarum, oblationum viuorum & mortuorum portione iuſta perfrui debere moderata diſpenſatione commendamus, vt iuxta Apoſtolum de altario, cui ſeruiunt, viuentes, per obſequium Dominicæ plebis panem & vinum immaculata benedictione transforment in corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

¶ Apud S. Ambroſium nihil tale eſt inuentum: & videtur auctoris alicuius longe recentioris.

Item Innocentius Papa.

¶ Beneficiis eccleſiaſticis monachus preſbyter libere perfruatur.
C. XXII.

SI monachus ad clericatū promoueatur, beneficia ei plenius & annonæ, & decimæ donentur abſque vlla minoratione [b], & dilatione: vt quanto melius poſſit, iuxta poſſibilitatem ſuam, quādo neceſſitas extiterit, ad opera eccleſiaſtica, & ipſam reſtaurandā [c] eccleſiam adiutorium faciat.

Item Gregorius.

¶ De eodem. C. XXIII.

2 MOderamine Apoſtolicæ auctoritatis decernimus, vt monachi, ſi presbyterij honore dedicati ſunt, cum ligandi ſoluendique poteſtate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, quæ fiunt pro viuis, & pro defunctis portionem iuxta † canonem ad ſuam, proximorumque [d] vtilitatem merito perfectioris iuſtitiæ non minus, quàm ceteri ſacerdotes laudabiliter ſibi vendicent [e].

Idem.

¶ Clericorum officia monachi presbyteri libere adminiſtrent.
C. XXIIII.

3 EX auctoritate huius decreti (quòd Apoſtolico moderamine, & pietatis officio à nobis eſt conſtitutum) ſacerdotibus monachis Apoſtolorum [f] figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata ſoluere.

Item ex decreto Bonifacij Papæ.

¶ Monachi presbyterij honore decorati poteſtatem habent ligandi & ſoluendi. C. XXV.

4 SVnt nōnulli nullo dogmate fulti, audaciſſime quidē zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, aſſerentes monachos, quia mundo mortui ſunt, & Deo viuunt, ſacerdotalis officij potentia indignos: neq; pœnitentiam, neque Chriſtianitatem largiri, neque abſoluere poſſe per ſacerdotalis officij diuinitus ſibi iniunctam poteſtatem: ſed omnino

decimis, primitiis, oblationibus & donationibus viuorum & mortuorum: ideo præcipit Gregor. vt monachi in omnibus iſtis non minus ſibi vendicent, quam ceteri ſacerdotes ad ſuam proximorumque vtilitatem.

d ¶ *Proximorumque.*] argu. quòd de bonis eccleſiarum poſſumus ſubuenire conſanguineis, vt 86. diſtin. non ſatis. " ſed proximos hic appellat fideles.

" Proximi qui ſint.

e ¶ *Sibi vendicent.*] " cum ergo eccleſia poſsit vendicare decimas, patet, quòd dominium decimarum eſt penes eccleſiam [a], licet decima nondum ſit tradita ei. decimę enim ſunt Dei: vt ī. ca. reuertimini. Vnde etiā quemlibet poſſeſſorem eccleſia conuenit ſuper decimis, vt ī. ead decimæ. hoc enim eſt priuilegiū eccleſiæ, quòd re nondum tradita facta eſt domina rei, vt extra de conſu. cap. 2. in fi. & C. de ſacr. ſanct. eccl. vt inter diuinum. Quidam tamen dicunt, quòd eccleſia non poſſit vendicare decimam, niſi ſegregata ſit: quia qui rem vendicat, ſpecificare eam debet, vt extra de ap. ſignificantibus. ſed hoc nihil eſt: quia incertam partem bene poſſum vendicare, vt ff. de rei vend. quę de tota. & l. ex diuerſo. & l. vlt. Sed adhuc alia ratione videtur, quòd eccleſia non poteſt decimam vendicare: quia niſi decima ſit ſegregata ab aliis bonis, non deſinit eſſe prioris domini. ff. de pol. l. 2. §. vlt. Sed aliud eſt quando decima debetur ex voto, aliud quando ex iure. Dicas ergo, quòd licet decima nondum ſit ſegregata, quod tamen eſt eccleſiæ. Vel dicas, quòd totum illud frumentum eſt commune: quia cum frumentum voluntate dominorum commiſcetur, fit commune, & quodlibet granum fit commune. tunc detur actio communi diuidundo, vt diuidatur. Sed ſi ſine voluntate dominorū eſt commiſtum, tunc non fit commune, ſed vendicare poteſt vterq; partem ſuam. ff. de rei ven. ſi frumentum. & inſtit. de rer. diſtin. §. ſi duorum. ſed nec illud videtur poſſe ſtare: quia cum ſemen non fuit commune, ergo nec frumentum. " Vel dicatur quòd decimæ petantur per actionem confeſſoriam: quia ius præſtandi decimam eſt ſeruitus quædam. Vel verius dicas, quòd petuntur condictione [b] ex canone, vel iudicis officio, vt ff. de cond. ex leg. l. vnica.

" Decimarū dominiū eſt penes eccleſiam.

a Aliàs, vendicare non poſſet. ff. de rei vend. in rem. in pr. & l. ſoluni. §. 1. Arch.

a Anſel. l. 7. in fin.

† al. iuſte canone

3 Anſ. ibid.

4 Anſ. ibid. Pol l. 4. ti. 34 Iuo p 7. c. 11.

" Decimæ qua actione peti poſſunt.

b Quælibet conditio ex lege vel canone, & quę libet alia cōdictio eſt actio in perſonam. inſti. de act. §. ſic itaque. Arc.

DOctos ac probos.] CASVS. Ambro. fuit interrogatus an monachi poſſent prædicare, & cetera clericorum officia exercere, & vti beneficiis, ſcilicet decimis & oblationibus? Et reſpond. quòd ſic: cum ipſi conficiant corpus Chriſti ſicut ceteri ſacerdotes.

SI monachus.] CASVS. Quidam non plene dabant annonam & decimas monachis, quibus animarum cura committebatur, quare Innocentius præcipit, vt omnia eis ſine diminutione conferantur, vt in tempore neceſsitatis monachi illi poſsint eccleſiam reſtaurare.

b ¶ *Minoratione.*] ſic 1 q. 3. cap. vlti. & eſt arg. ex quo quis eſt electus canonicus, ſtatim habebit fructus præbendæ plene, vt alij, extra de præb. relatum. fallit hoc extra vt eccl. benefic. vt noſtrum. in fi. & de inſtit. cum veniſſent. in fin.

c ¶ *Reſtaurandam.*] arg. quòd habens eccleſiam debet reparare eam, vt ext. de eccl. ædi. de his. & cap. vlt. hoc verum eſt ſi habet tertiam quæ debetur fabricæ, vt 10. q. 2. decreuimus. & q. 3. vnio.

MOderamine.] CASVS. Monachi qui ſacerdotes erant, in iſtis quattuor erant, deteriores quam ceteri ſacerdotes, ſcilicet in

EX auctoritate.] CASVS. Quidam dicebant, quòd monachi, qui ſacerdotes erant, non poterant exercere officia ſicut ceteri ſacerdotes. vnde Greg. ſuper hoc conſultus dicit, quòd cum ipſi teneant figuram Apoſtolorum, ita licet eis exercere officium vel officia diuina ſicut Apoſtolis licuit, & ſicut ceteris ſacerdotibus licet.

f ¶ *Apoſtolorum.*] ſcilicet ſeptuaginta duorum diſcipulorum. 21. diſt. in nouo. epiſcopi enim tenent locum ipſorum. 68. diſt. quorum vices. Vel proprie ſcilicet quo ad propriorum renunciationem.

SVnt nonnulli.] CASVS. Bonifacius in hoc cap. redarguit quoſdam zelo amaritudinis inflammatos, qui nitebantur monachos presbyteros ab executione ſacerdotalis officij remouere. & q̄ hoc facere non debeant, probat exemplo B. Benedicti & aliorum patrum, qui hoc

qui hoc monachis non interdixerunt. Præcipit ergo vt ab huiuſmodi auſibus in poſterum reprimantur. nam quanto quis melior eſt, tanto in illis officiis erit aptior & habilior.

a ¶ *Benedictus.*] arg. quòd omnia quæ non prohibuit ſanctus Benedictus, ſunt conceſſa monachis, ſic 18.q.2.iam nunc.30.q.3.illud.

b ¶ *Canonicis.*] regularibus, imo omnibus vt videtur argu.88. diſtin. cap.1. & etiam per totum. 12.q.1. te quidem. 14.q.4.c.2. & 15.q.2.c.1. 23 q. vlti. his à quibus. extra de poſtul.clerici. & extra ne cleric. vel mon. multa.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, quòd monachi ſacerdotalia officia poſſunt adminiſtrare, ſi ad hoc eliguntur a populo de conſenſu abbatis, epiſcopo eos inſtituente. quod probat per ſeq. cap. & primum cap. per te videre potes: quia planum eſt.

c SIc viue.] ¶ *Multo tempore.*] id eſt vſque ad decrepitam ætatem, vt 38. diſt. nullus. vel multo, id eſt per quinquennium, vt in procœ. ſtorum.ff.de ſepar.l.1.§. quod dictum. Vel per triennium.C. de fideic. l.1. vel per biennium[a], vt inſtit. de lit.oblig §. mutuum.argu.hic contra mon in ... magiſtros.59.diſt. ... quia non mediocriter errat qui minus bonum præfert, &c. vt j. de conſecr.diſt.5.non mediocriter. & arg. quòd potius ſeniores magiſtri ſunt audiendi, vt 20.diſt. de quibus[b], arg. contra ſt. de adul.edi. præcip unt.

SIcut autem.] CASVS. Ruſticus rogauit Hieronym. vt ſcriberet ſibi qualiter aliquis debeat aſcendere ad miliciam clericalem. & verum ſit melius eſſe ... quam in monaſterio cũ fratribus. Scribit ergo Hieron. ſibi dicens ſic doceus, quòd ſi dignitatem eccleſiaſticã deſiderat, multa ipſe prius diſcat vnde poſſit alios docere. & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicit, quod non ſpectat ad ſuam paruitatem, vel prælationem reprehendere ceteros monachos, id eſt clericos. habent enim illi ordinem ſuum, quem qualiter debeant ſeruare, liber ad Nepotianum factus plene docebit. In tertia parte dicit, quòd tutius eſt eſſe in monaſterio cum fratribus, quàm ſolus in eremo. Secunda pars incipit ibi, *Non eſt.* Tertia ibi, *Nunc monachi.*

d ¶ *Titillat.*] id eſt, delectat.

e ¶ *Humilitatis.*] id eſt, paruitatis.

f ¶ *Contubernium.*] arg.

labuntur. *& infra.* ¶ Neque enim B. Benedictus[a] monachorũ præceptor almificus huius rei aliquo modo fuit interdictor: ſed eos ſæcularium negotiorũ edixit expertes fore tantummodo. Quod quidem Apoſtolicis documentis, & omniũ ſanctorum patrũ inſtitutis non ſolum monachis, ſed etiã canonicis[b] maximopere imperatur. [Nemo α enim militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularib⁹.] Nos vero tantorum patrum inſtituti exemplis (quibus periculoſiſſimũ eſt refragari) credimus à ſacerdotibus monachis ligandi ſoluendique officium Deo operante digne adminiſtrari: ſi eos digne contigerit hoc miniſterio ſublimari. *& infra.* ¶ Decertantes igitur monaſticæ profeſſionis presbyteros ſacerdotalis potentiæ arcere officio, omni modo præcipimus, vt ab huiuſcemodi nefandis auſibus reprimantur in poſterum: quia quanto quiſque eſt celſior, tanto eſt & in his potentior.

¶ *Caput hoc c in nonnullis aliis miſſum eſt ex H... ex vetuſto codice monaſterij ... cuius hic eſt titulus* Ex concilio Bonifacij Papæ, qui quartus à beato Gregorio: quomodo Monachis liceat cum ſacerdotali officio vti, & vel miniſtrare.

α ¶ Nemo enim.] *Hæc ſcriptura ſententia abeſt à codice P... ... & lucæ.*

His omnibus auctoritatibus perſpicue monſtratur monachos poſſe pœnitentiam dare, baptizare, & cetera ſacerdotalia officia licite adminiſtrare. Quòd vero populi electione, epiſcoporum inſtitutione, & abbatis conſenſu poteſtatem ſuam exequi valeant, Hieronymi, Gelaſij, & Gregorij auctoritate probatur.

Ait enim Hieron. ad Ruſticum monac. epiſt. 4.

¶ Digne in monaſterio viuens, per populi electionem ad clericatum poterit promoueri. C. XXVI.

SIc viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis. *& infra.* ¶ Multo β tempore[c] diſce, quæ poſtmodũ doceas: & inter bonos ſemper ſectare meliores. Quòd ſi populus, vel epiſcopus te in clericum elegerit, age ea, quæ clerici ſunt.

β ¶ Multo tempore.] *... eſt verborum ... & clarior apud B. Hieron.* Cum ad perfectam, inquit, ætatem veneris, ſi tamen vita comes fuerit, & te vel populus, vel pontifex ciuitatis in clerum elegerit, agito quæ clerici ſunt, & inter ipſos ſectare meliores: *& infra.* Multo tempore diſce quod doceas.

Idem ad eundem, eadem epiſt. ſuperius.

¶ Ad ordinem clericatus promoueri monachi poſſunt. C. XXVII.

1 SI clericatus te titillat[d] deſiderium, diſcas quod poſſis docere: & rationabilem Chriſto hoſtiam offeras: ne miles antequam tyro, ne prius magiſter ſis, quam

extra de ſtat.mon. monachi. & 20.q.1.ſt.vlti.cap.vlt.

f ¶ *Contubernium.*] argum. quòd plus valet vita communis quàm vita eremitica, ᶜᶜvnde ab eremitica vita licite tranſitur ad monachatum, vt dicit ſ.ead. qui vere. ſed a monachali ad eremiticam non poteſt niſi de abbatis licentia fiat ratione debilitatis, vt 20 q.4. monachi ...

discipulus. ¶ Nõ eſt humilitatis[e] meæ, neque menſuræ iudicare de clericis, & de miniſtris eccleſiarũ ſiniſtrũ quidpiam dicere. Habeant illi ordinem, & gradum ſuũ: quem ſi tenueris, quomodo tibi in eo viuendum ſit, editus ad Nepotianũ liber docere te poterit. ¶ Nũc monachi incunabula, moreſque diſcutimus, & eius monachi, qui liberalibus ſtudiis eruditus in adoleſcentia iugum Chriſti collo ſuo impoſuit. Primumque tractandũ eſt, vtrũ ſolus, an cum aliis in monaſterio viuere debeas. Mihi quidem placet, vt habeas ſanctorum contuberniũ[f]: nec ipſe te doceas, & abſq; doctore[g] ingrediaris viã, quam numquam ingreſſus es.

Item Gelaſius Papa.

¶ In loco, quo abbas iudicauerit, monachus eligatur, & ab epiſcopo ſacerdos ordinetur. C. XXVIII.

j SI quis monachus fuerit, qui venerabilis vitæ merito, ſacerdotio dignus videatur, & abbas, ſub cuius imperio regi Chriſto militat, illũ fieri presbyterum petierit[h]: ab epiſcopo γ debet eligi, & in loco, quo iudicauerit ordinari: omnia, quæ ad ſacerdotis officium pertinent, vel populi[i], vel epiſcopi electione prouide, ac iuſte acturus.

γ ¶ Epiſcopo.] *In duobus vetuſtis codicibus legitur*, ipſo.

Item Syricius Papa ad Himerium, epiſt.1. cap. 13.

¶ Tempore maturitatis, eccleſiaſticis monachi promoueantur ordinibus. C. XXIX.

2 MOnachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus: ita vt, qui intra triceſimum ætatis annum ſunt digni in minoribus, per gradus ſingulos creſcente tempore promoueantur ordinibus: & ſic ad diaconatus, vel presbyterij inſignia maturæ ætatis conſecratione perueniãt: nec ſtatim ſaltu[k] ad epiſcopatus[l] culmen aſcendant, niſi in his eadem, quæ ſingulis dignitatibus ſuperius[m] præfiximus, tempora fuerint cuſtodita.

Item Auguſtinus ad Eudoxium, epiſt. 81.

¶ Eccleſiaſtica officia nec auida electione monachi ſuſcipiant, nec blandiente deſidia reſpuant. C. XXX.

3 VOs autem fratres exhortamur in Dño, vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & vſque ad

g ¶ *Et abſque doctore.*] ſupra.37.diſt. relatum[c].

SI quis monachus.] CASVS. Quærebatur a Gelaſio qualiter aliquis monachus debeat præfici eccleſiæ ſæculari? Et reſp. quòd ſi dignus videatur ſacerdotio, debet eligi ab eo ad quem electio ſpectat, & demum præſentante abbate debet ordinari ab epiſcopo, & inſtitui. Beneuen. vero ſic ponit caſum. Quæſitum eſt a Pelagio, vtrum monachus curam populi poſſit exercere? Et reſpond. quòd ſic, ſi à populo eligatur, ab epiſcopo inueſtiatur, abbate nihilominus offerẽte ipſum.

h ¶ *Petierit.*] aliàs non poſſet, vt 58.diſt.c.1 & 2.& j. ead. monachi.

i ¶ *Vel populi.*] populi non eſt eligere[d], ſed teſtimonium dare electo, vt 23 diſt.cap.1. ſed epiſcopus vel archidiaconus vel archipresbyter eligit ſecundũ conſuetudinem loci, vt extra de offic. deleg. ſuper eo. Ioan.

MOnachos.] CASVS. Quæſitum fuit a Syricio Papa, vtrum monachi bonæ vitæ poſſint clericorum officiis aggregari? Et reſpondet quod ſic, ita vt intra annos 30. a minoribus incipientes ordinibus, in tempore a canonibus præfixo gradatim aſcendant, nec ſaltu ad epiſcopatum promoueantur, niſi legitima temporis interſtitia fuerint cuſtodita Tempore a canonibus præfixo, quare ſecundum tempus determinatum à iure. *Dignitatibus*, id eſt, ordinibus aliis.

k ¶ *Nec ſtatim ſaltu.*] id eſt, prætermiſſis ordinibus, vt 52.diſt. ſolicitudo. vel id eſt, non ſeruatis debitis interſtitiis, vt 77 diſt. in ſingulis. ſed eſt contra, 77 diſt.cap. vlt. vbi dicitur, quòd monachus omnes ordines intra annum poteſt recipere. ſed illud ex diſpenſatione, quod hic dicit, eſt ius commune.

l ¶ *Ad epiſcopatus.*] vt ſi ſit presbyter, poſt decem annos poteſt epiſcopus fieri, vt 77.diſt. quicumque.

m ¶ *Superius.*] ſ 77.diſt. cap 1 ...& ... Ioan.

VOs autem.] CASVS. Quidam erant monachi vel canonici regulares, qui quando eligebantur ad dignitates, reſpuebant omnino:

Margin notes:

2.Tim.2.

α Sub. vel p decennium. ff. qui & à q. ... cum §. Ariſto.

b Vide quod leg & no.24 q.. cum beatiſſimus.

r Ivo p.7. cap.4.

ᶜᶜ Eremita licite tranſit ad monachatum.

c Et ... q.1. quibuſdam.

d Sed nominare ſecundum Hug. vt dixi ſecudũ eum ſ ea. ſic viue. Vnde Gof dicebat hic, quòd il lud, vel, q ponitur in tex. non disiungit, ſed coniungit, vt dicatur vel pro &. Arch.

2 Pol. l 2.tit. 51. Anſel. l 7. c 10. Ivo p. 6.c.35.

3 Panor l 3. c.p.179.

nino:

nino: quod dicit Aug. non eſſe faciendum, ſed aui.le dignitate appetere annos debent, nec eas reſpuere cum neceſſe eſt: ſed miti corde obtemperare: quoniam ſi otium neceſsitatibus eccleſiæ ſemper præponeretur, nullus inueniretur, per quem renaſceretur eccleſia.

a ¶ *Operam.*] argu. quòd ſi clericus facit operas aliquas: illas tenetur præſtare eccleſiæ. extra de poſtul c. ſi. ſed cuius expenſis præſtabit eas? videtur, quòd expenſis eccleſiæ, vt argu. 12. q. 2. charitatem. maxime ſi non habet proprium, de quo hic loquitur. " Secus tamen eſt in liberto, qui præſtabit operas propriis ſumptibus patrono ſuo, niſi pauper ſit vt ff. de ope. lib. iuo. hic tamen non loquitur de talibus operibus, ſed tantum de poſtulatione vel prælatione recipienda. Item argu. quòd ſi alicui de eccleſia iniungitur aliqua legatio, tenetur eam recipere, vt 3. q. 1. cap. nulli.

" Libertus propriis ſumptibus præſtare debet operas patrono.

Pſal. 24.

1 Concor. I. vnica. C. de ca toll. §. fin. & C. de ope. publ. l. ſi qñ conceſſa.

† *Pelagius*

b ¶ *Suſcipiatis.*] ſimi. 8. q. 1. in ſcripturis.

2 Pol. l. 2. tit. 32. Anſel l. 7. c. 96. ex Gelaſio.

c ¶ *Neceſsitatibus.*] ī. 7. q. 1. ſcias.

a Et e. ſciendum, & c. qui epiſcopatu. 8. q. 6. ſicut is. ſecũdùm L.

IN *parochia.*] CASVS. Caſum iſtum ſic pone. Theodorus conſiliarius Papæ petiit à Papa Ruffinum monachum in presbyterum ordinari in baſilica S. Laurentij: quam quondam in ſua poſſeſsione fundauerat, & in parochia boni epiſcopi Sauinati. vnde Papa præcipit bono epiſcopo, vt in proximo ſabbatho faciat eum diaconum, & in media hebdomada Papa eum in presbyterum ordinabit, vt in præfata baſilica ſacra miniſteria in Paſchali feſtiuitate valeat adimpleri.

† *al. prærogata*

d ¶ *In poſſeſſione.*] id eſt, quæ fuit eius. ſimi. 18. q. 2. abbatẽ. cum enim fundata eſt eccleſia, nullam habet ibi poteſtatem, vt 10. q. 1. nouerint.

e ¶ *Quod ſubito.*] tempore enim indige bus vt aliquid maturius agamus, 50. diſt. pendente. in princ.

f ¶ *Prorogata.*] id eſt, dilatata.

g ¶ *Eum diaconum.*] ergo ſubdiaconus erat iſte, qui fuit electus ad regimẽ parochialis eccleſiæ. Subdiaconus enim ad hoc licite eligitur, vt extra de ætat. & qual. præterea. immo etiam ad epiſcopatum, vt extra eo. tit. à multis. " Item aliud notabile eſt hic, quòd ſi patronus præſentat epiſcopo monachum aliquem, quòd tenetur epiſcopus eum inſtituere. & dicunt quidam quòd tunc tenetur epiſcopus eum recipere cum ſubeſt neceſsitas, vel vtilitas, vt ī. c. cum pro vtilitate. & 55. diſt. priſcis. & id quod legitur extra de ſtat mon. & c. quod Dei intelligunt, quòd non debent præfici parochialibus eccleſiis, niſi ſubſit neceſsitas vel vtilitas. Ioan. Sed certe idem eſt de quolibet alio clerico. B.

" Monachũ à patrono pſentatũ debet epiſ. op inſtituere.

ſinem perſeueretis: ac ſi quam operam[a] veſtrã mater eccleſia deſiderauerit: nec elatione auida ſuſcipiatis[b], nec blandiente deſidia reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis Deo, cum manſuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet manſuetos vias ſuas: nec veſtrũ otium neceſſitatibus[1] eccleſiæ præponatis[c]: cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent: quomodo naſceremini, non inueniretis.

Item Pelagius Papa bono epiſcopo Sauinati.

¶ Gelaſius † quemdam Ruffinum monachum iubet ſacerdotem fieri, & in quadam baſilica ordinari.

C. XXXI.

2 IN parochia tua, baſilica ſancti Laurẽtij, quæ in poſſeſſione[d] filij, & cõſiliarij noſtri viri magnifici Theodori fundata eſt, officiũ presbyterij deeſſe cognouim[2]. Et quia præfatus filius noſter nobis retulit, ſe inueniſſe Ruffinũ quemdam monachum olim ſibi vita, religione, & minoribus comprobatum, & hunc poſtulat ibi presbyterum conſecrari (quod ſubito[e] fieri nos prorogata †[f] obſeruãtia non acquieuimus) ideo dilectio tua his litteris acceptis, ſabbatho veniẽte faciat eũ diaconum[g]: &, ſi Deus voluerit, & vixerimus, mediana[h] hebdomada presbyterum faciemus[i]: quatenus ſuperueniẽte Paſchali feſtiuitate ſacra miniſteria in memorata baſilica à perſona cõpetenti valeant adimpleri.

Item Gregorius lib. 1. regeſti, epiſt. 40.

¶ Qui de clerico monachus efficitur, proprio epiſcopo ordinante poterit eligi, & conſecrari.

C. XXXII.

SI quem à clericatu in monaſticam[k] contigerit venire conuerſationẽ: ſi talis vitæ monachus fuerit, vt epiſcopus, cui antea militauerat, eum dignum ſacerdotio præuideat, in loco, quo iudicauerit, eligi poterit, & ordinari.

tentiam deſcendit, hic meritum augere propoſuit, quòd vbi non exprimitur ex varietate præſumitur adminiſtrationum relictarum: & hoc bene diſtinguitur extra de renun. poſt tranſlationem.

MOnachi.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathenſi, vt monachi exeuntes de monaſteriis cauſa vagandi, nec in ciuitate nec extra ad clericatus officium ordinentur, niſi abbas dederit eis teſtimonium. Sed ſi expedierit, cum conſenſu & voluntate abbatis, ab ipſo fiat.

" tes. ſic enim celebrat generalis ordinatio clericorũ. 63 diſt. principali. 75 diſt. ordinationes. H.

¶ *Verba ipſa B. Gregorij hæc ſunt.* Si quos autem à clericatu in monaſticam conuerſationem venire contigerit, non liceat eis ad eadem, vel aliam eccleſiam, quarũ pridem milites fuerant, ſua voluntate denuo remeare: niſi talis vitæ monachus fuerit, vt epiſcopus, cui ante militauerat, ſacerdotio dignum præuiderit, vt ab eo debeat eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinare.

Item ex concilio Agathenſi, cap. 27.

¶ Sine teſtimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eligantur.

C. XXXIII.

3 MOnachi vagantes, ad officium[l] clericatus (niſi eis teſtimonium abbas ſuus dederit) nec in ciuitatibus[m], nec in parochiis ordinentur[a]. & infra. ¶ Si enim neceſſe fuerit clericum de monachis ordinari, cum conſenſu[n] & voluntate abbatis præſumat epiſcopus.

a ¶ Ordinentur.] *In concil. e ipſo ſequitur, cap. fin. ī. 20. q. 4.*

Item ex concilio Ilerdenſi, cap. 3.

¶ Cum abbatis voluntate monachi ordinentur, quos pro vtilitate eccleſiæ epiſcopus ordinare voluerit.

C. XXXIIII.

CVm pro vtilitate[o] eccleſiæ aliquos monachorum epiſcopus probauerit in clericatus officio promouendos: cum abbatis[p] voluntate debent ordinari. Ea vero, quæ in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana[q] lege ab epiſcopis contingantur.

Item ex concilio Tarraconen. cap. 11.

¶ Sine abbatis imperio eccleſiaſtica miniſteria monachi celebrare non præſumant. C. XXXV.

¶ *Talis eſt rubrica in pler ſque vetuſtis. Nam in vulgatis erat.* Sine abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.

MOnachi à monaſterio foras egredientes, ne aliquod miniſterium eccleſiaſticum[r] præſumant agere, prohibemus, niſi forte cum abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, id eſt monachorum, forenſis negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quod monaſterij popoſcit vtilitas[s], abbate[t] ſibi nihilominus imperante.

l ¶ *Ad officium.*] officiando eccleſiam: ſed priuatim poſſunt celebrare, extra de cleric. pereg. cap. tuæ.

m ¶ *Nec in ciuitatibus.*] " non eſt dubium quin à clericatu tranſeatur ad monachalem vitam: quia diſtrictior eſt vita monachorũ, quàm clericorum. Sed mirum eſt quomodo ad clericalẽ vitã permittitur tranſire à monachali vita, vt hic & in præced. cap. & 58. diſt. c. 1. & 2. cum de magis diſtricta vita ad minus diſtrictam vitam tranſire non liceat. vt 93. diſtin. legimus. in fin. Reſpon. ad prælaturam ideo tranſit ex diſpenſatione, vt profit, & tunc votum nõ frangit, quia iſtud in melius mutatur. melior eſt enim publica vtilitas, quam priuata. ī. ea. vos autem. qui autem ſic tranſit, vt præſit, peccat mortaliter. votum enim frangit.

" Monachus ad clericalẽ vitã tranſire permittitur.

3 Iuo p. 3. c. 157.

n ¶ *Conſenſu.*] hoc eſt ī. 58. diſt. c. 1. & 2. Ioan.

Cum *pro vtilitate.*] CASVS. Duo epiſcopi contra iuſtitiã faciebant. nam ſine conſenſu abbatum monachos ordinabant, & à monaſteriis tertiam vel quartam decimarum & cathedraticum exigebant: & ideo reprehenduntur in cõcilio Ilerdenſ. & prohibet concilium ne de cetero talia fiant.

o ¶ *Pro vtilitate.*] vel pro neceſsitate. ī. cap. prox. & 55. diſt. priſcis. ſed ī. ead. cap. in parochia. indiſtincte loquitur.

p ¶ *Cum abbatis.*] videtur ergo, quòd epiſcopus inuito abbate non poſsit monachum præficere eccleſiæ alicui, vel facere ipſum clericum ſuum, vt hic & ī. cap. prox. & 58 diſt. c. 1. & 2. Sed contra ī. ead. qui vere. & 2. q 7. cum paſtoris.

" Monachus põt eſſe procu. eccleſiæ.

c Sed epiſcopi etiam ſolius ſine abbate, vbi eſt vtilitas monaſterij, vt i c. qui vere. hic al. ſed nõ ſine mandato epiſcopi vel abbatis, ſecundũ Ianoc. & Hoſt qui ita not. extra de te tu. ſic. cum l & A

q ¶ *Diœceſana.*] id eſt, nec tertiam nec quartam dabunt epiſcopo: ſed de hoc notatum eſt 10. q. 1. in ſumma.

MOnachi.] CASVS. Duo prohibentur in hoc cap. Primum eſt ne monachi ſine abbatis imperio eccleſiaſticum aſſumant officium. Secundum eſt, vt non ſint aduocati vel iudices vel procuratores, niſi pro vtilitate monaſterij, & abbate imperante.

r ¶ *Eccleſiaſticum.*] officiãdo eccleſiã. ſed priuatim poſſunt celebrare.

s ¶ *Vtilitas.*] ergo licet aliquid bonum & vtile ſit, non tamen eſt agendum, niſi eo modo quo fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo. 12. q. 2. quatuor. & ī. de conſec. diſt 5. non oportet. & ff. de re mil. l. 3. §. in bello.

t ¶ *Abbate.*] " poteſt ergo monachus eſſe procurator eccleſiæ ſuæ de licentia ſui abbatis, & etiam aliorum[c], ī. ea. qui vere. & 86. di. peruenit. & dixi ī ca de præſentium. videtur etiam quòd ſine mandato, vt C. de proc. exigendi. ſicut miles procurat cauſam ſui nu. neti: qui alias non poteſt eſſe procurator, vt ff. de proc. filiusfamilias. Sed hæc ratio non habet hic locum: quia monachus nec cauere poteſt de rato, nec

h ¶ *Mediana.*] cum cantatur, Sitientes.

b Dic clari[b] medians, id eſt, in ſabbatho qd præcedit Dominicã de paſſione cũ cantatur, Sitien-

h ¶ *Mediana.*] ī. 77. diſt. in ſingulis. contra[b].

i ¶ *Faciemus.*] per alium. quem enim Papa in diaconum ordinat, aliquo modo non poteſt recedere ab ipſa curia Romana, vt 1. q. 1. ſilium.

SI *quem.*] CASVS. Quidam clerici facti ſunt monachi. quæſitum eſt à Gregor. verum de monachali propoſito poſsint eligi ad eccleſiam ſæcularem? Et reſpondet quod ſic: ſi epiſcopus cui ante militauerant, eos dignos iudicauerit.

k ¶ *In monaſt. cam.*] ī. q. 7. q. 1. hoc nequaquam. contra. ſed ille ad poe-

nec præſtare cautionem iudicatum ſolui, ad quæ tenetur procurator, qui ſine mandato interuenit: ſi tamen geſsit vtiliter, & eccleſia habet ratum, non propter hoc poteſt irritari, quod factum eſt, vt C. de procur. non eo minus. arg. contra. 96. diſt. bene. in fin.

L*Egi*.] CASVS. Donatus & frater eius monachi erant in parochia Auguſtini: qui contra voluntatem eius egreſsi de monaſterio, reuerſi ſunt in regionem ſuam, vbi præſidebat Aurelianus epiſcopus, a quo petierunt ad clericale officium promoueri: aſſerentes ſe de voluntate Auguſtini veniſſe, vt potius eſſent vtiles ſuis quam alienis. ſed Aurelianus de hoc dubitans conſulit Auguſtinum, ſi de voluntate eius receſſerunt, & an velit vt promoueantur ad ordinem, vt prælationem clericalem. Nunc Auguſtino reſcribit ei dicens, quòd eo renuente receſſerunt, & dicit quòd promoueri non debent. Et hoc probatur quattuor rationibus. Prima eſt propter malum exemplum: quia ſi iſti fugitiui ordinarentur, putabunt alij facilius ſe promoueri, ſi eodem modo fugiát. Secunda eſt: quia iniuria fit ordini clericorum, ſi tales eligantur, cum de monaſterijs nó ſoleant eligi vel aſſumi ad clerum, niſi meliores, & probatiores. Tertia ratio eſt: quia laici nos deridebunt dicentes, quòd malus monachus bonus clericus eſt. Quarta eſt: quia bonus monachus vix bonum clericum facit. Vbi autem rationes incipiunt, facile per te videbis.

1 Iuo p.7.c.7

† al. facilior

a Pann. l.4. c.180.

Item Auguſtinus ad Aurelium, epiſt. 76.

¶ Ad clericatus militiam non eligantur deſertores monaſteriorum.
C. XXXVI.

1 LEgi epiſtolam benignitatis tuæ de Donato, & fratre eius: & quid reſpóderem, diu fluctuaui. Sed tamen etiam, atque etiam cogitanti quid ſit vtile ſaluti eorum, quibus in Chriſto nutriendis ſeruimus: nihil mihi aliud occurrere potuit, niſi non eſſe iſtá viam dandam ſeruis Dei, vt ſe facilius putent eligi ad aliquid melius, ſi facti fuerint deteriores [a]. Et ipſis enim facilis † lapſus, & ordini clericorum fit indigniſſima iniuria, ſi deſertores monaſteriorum ad militiam clericatus eligantur: [a] cum ex eis, qui in monaſterio permanent, non tamen niſi probatiores, atque meliores in clerum aſſumere ſoleamus: niſi forte (ſicut vulgares dicunt) malus choraula [b], bonus ſymphoniacus eſt: ita ijdem ipſi vulgares de nobis iocabuntur dicentes, malus monachus, bonus clericus eſt. Nimis dolendum, ſi ad tam ruinoſam ſuperbiam monachos ſurrigamus, & tam graui contumelia clericos dignos putemus, in quorum numero ſumus: cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum [c] clericum faciat, ſi adſit ei ſufficiens continentia, & tamen deſit inſtructio [d] neceſſaria, aut perſonæ regularis integritas. Sed de iſtis credo arbitrata ſit beatitudo tua, noſtra voluntate (vt ſuis potius corregionalibus vtiles eſſent) de monaſterio receſſiſſe: ſed falſum eſt: ſponte abierunt, ſponte deſeruerunt, nobis, quantum potuimus, pro eorum ſalute renitentibus.

a ¶ *Deteriores*.] nam nemo ex delicto ſuo facit conditionem ſuam meliorem. ſic 12. diſtin. nos conſuetudinem. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 3. § 1. & ff. quòd vi aut clam. Seruius. ſic extra de ſimon. ſicut. in fin. & extra de ſentent. excommun. ſi vere. Et econuerſo ex merito non debet quis conſequi pœnam. extra de fideiuſſ. peruenit. extra de donanter vir. & vx. & ſi nec. ſſe.

b ¶ *Malus choraula*.] qui incipit cantum in choro, vel qui choreas ducit.

c ¶ *Bonum*.] id eſt, perfectum [a]. ſunt tamen monachi meliores, id eſt, pfectiones clericis, & ſic nó obſtat contra 47. diſt. quamtumlibet.

a ſc. quoad inſtructioné & integritatem regularis perſonæ, vt mox dicit: aliàs ſunt monachi, & c vt ſequtur. L.

d ¶ *Inſtructio*.] ſufficit monacho, quòd tantum bonus ſit licet ſit illiteratus vel irregularis: quæ duo nocent clerico promouendo. 35. diſtin. cap. 1. & 36. diſt. illiteratos.

3 *His omnibus auctoritatibus monſtratur, quòd monachi qui ſunt à populo electi, & ab epiſcopo cum conſenſu ſui abbatis ſunt ordinati, legitime poteſtatem ſuam exequi valent. Illud vero Gregorij* [e]: [[1] *Nemo poteſt obſequijs eccleſiaſticis deſeruire, &c.*] *de illis intelligendum eſt, qui in numero cardinalium, vel epiſcoporum ordinati, monaſterij ſui diſpenſationem ſibi reſeruare contendunt.*

HIS AVTEM OMNIBVS. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua probat quod dicitur, quòd nullus debet tenere locum in monaſterijs & in eccleſijs ſæcularibus. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis cap. dicens, quod ſi monachi a populo eligantur, ab epiſcopis cum conſenſu abbatis poſſunt ad militiam eccleſiaſticam ordinari. Sed quia Gregor. videtur dicere contrarium. vt s. ead. q. nemo. ideo dicit illud cap. intelligi de illis qui ordinati in numero epiſcoporum vel cardinalium inſimul eccleſiaſticam militiam & monaſteriorum diſpenſationem ſibi reſeruare contendant: quod fieri non debet, vt probatur per duo ſeq. cap.

e ¶ *Illud uero Gregorij*.] vt s. ead. cap. 2.

N*E pro cuiuſlibet*.] CASVS. In archiepiſcopatu Rauennæ cum monachi vel abbates ad eccleſiaſticum officium promouerentur, in monaſterijs poteſtatem ſibi reſeruare volebant. præcepit ergo Gregor. Mariniano epiſcopo Rauennati, ne hoc de cetero fieri patiatur.

Vnde idem Gregorius ſcribit Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 6. epiſtola 40. ſeu, cap. 204.

1 s. e. c. nemo.

¶ Pro abbatis, vel monachi promotione nullo modo grauentur monaſteria.
C. XXXVII.

NE pro † cuiuſlibet monachi, aut abbatis promotione onus fortaſſe aliquod monaſteria ſubſtineant, ſtudendum vobis eſt, vt ſi quiſpiam abbatum, aut monachorum ex quocumque monaſterio ad clericatus officium, vel ordinem ſacrum [f] acceſſerit [g], non illic aliquam habeat vlterius, vt diximus, poteſtatem.

† al. per promotionem

f ¶ *Sacrum*.] id eſt, epiſcopatum [b].

b De hoc 18. q. 2. in ſumma.

g ¶ *Acceſſerit*.] bene dicit, acceſſerit, ſcilicet cum effectu. non enim deſinit eſſe prioris eccleſiæ prælatus, niſi habeat corporalem poſſeſsionem ſecundæ, vt 21. qu. 2. ſi quis iam. & extra de elect. cum in cunctis. ſed de hoc dicitur 93. diſt. ſi qui epiſcopi. Ioan.

Idem Maximiano Syracuſano epiſcopo, lib. 3. epiſt. 11.

¶ Qui eccleſiis quoquomodo militant, abbates monaſteriorum eſſe non poſſunt.
C. XXXVIII.

4 PResbyteros, diaconos, ceteroſque cuiuſlibet ordinis clericos, qui eccleſijs quoquomodo [α] militant, abbates [h] per monaſteria eſſe † non permittas: ſed aut admiſſa [β] [i] clericatus militia monaſticis non prouehantur ordinibus: aut ſi in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum eſt, ſi cum vnum ex his præ ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrumque [k] iudicetur idoneus.

4 Anſ. l.7 c. 163. Pol. l.3. tit. 15.

† fieri.] orig.

α ¶ Quoquomodo.] *Hæ voces abſunt ab originali impreſſo, & manuſcripto.*

β ¶ Admiſſa.] *Sic in vetuſtis quoque codicibus Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij, & ceteris earumdem editionibus, præter antiquam Pariſienſem, in qua & apud Anſelm. legitur,* aut omiſſa clericatus militia monachis promoueantur ordinibus.

P*Resbyteros*.] CASVS. In epiſcopatu Syracuſano quidam volebant dignitatem eccleſiaſticam gubernare, in monaſterijs eſſe abbates, vel econuerſo. quare præcipit Greg. Maximiano epiſcopo, vt hoc fieri non permittat. nam cum vnum officium propter ſui magnitudinem aliquis diligenter non poſsit adimplere, incongruum eſt vt videatur ad vtrumque idoneus, & bonus.

h ¶ *Abbates*.] " Sed quomodo poterant clerici ſæculares eligi in abbates, cum hoc ſit prohibitum, vt extra de elect. cum cauſam. & melius eod. tit. cum in magiſtrum & eod. tit. cum ad noſtram? Reſp. non eliguntur, ſed poſtulantur. dic 55. diſtinct. Oſius. ſed forte, cum prius erant monachi, fuerunt aſſumpti ad parochiales eccleſias, & poſtmodum cum electi eſſent in abbates, volebant retinere eccleſias priores [c]. & ex hoc videtur eſſe melior conditio monachorú quá clericorum. ſi monachi licite eliguntur ad ſæculares prælaturas, & clerici non poſſunt eligi ad monachorum prælaturas, cum ſit argum. 2. q. 7. ſicut. j. 28. q. 1. omnes. Sed quæro rationem illius diuerſitatis. Si dicas ideo quia clericus non eſt peritus in regula monachali: eadem ratione nec monachus poteſt eligi in epiſcopum, ſi non eſt peritus in regula clericali, vt s. cap. ſi viue. & ca. ſeq. quod concedo. Sed quid ſi clericus ſit peritus in regula monachali, numquid poteſt eligi in abbatem, cum ratio conſtitutionis ceſſet in eo, vt 61. diſtin §. his omnibus verſic. ſed ſciendum? Dico quòd non: quia licet ſciat regulam, non tamen probatus eſt in ea, & graue eſt inexpertos, &c. vt 19. q. 3. monaſterijs. quia nec ipſe eſt probatus in habitu, nec ipſe probauit habitum, in quo maxima vis ordinis conſiſtit.

" clerici ſæculares non eliguntur ad prælaturas regulares.

c ſcil. parochiales, in quibus erát intitulati: & hanc lecturam habes j. ca. 9. ſuperiori. ſecundùm Laur.

Hoc vel generaliter, vel ſpeciali priuilegio dictum poteſt intelligi: ſicut & de quodam monaſterio in regeſto Gregorij legitur hoc modo.

i ¶ *Admiſſa*.] ergo delinquenti datur electio. ſic extra de iure patr. [d] cam te. argu. contra. ff. de pet. her. ſi rem & pretium.

d Aliàs, de æta. & qual.

k ¶ *Ad vtrumque*.] ſimi. 70. diſtinct. ſanctorum. & C. de aſſeſ. l. vlt. s. 89. diſtinct. ſingula.

HOC VEL GENERALITER. CASVS. Dictum eſt s. quòd abbas electus in ſæcularem prælatum non debet ipſe abbas remanere, vel etiam aliquis electus ſæcularis prælatus in abbatem non permittitur habere militiam clericalem. Nunc vero dicit, quòd hoc poteſt

poteſt intelligi generaliter de omnibus, vel ſpecialiter de quibuſdam. quod probat per ſeq. cap. Sed prædictum proximum cap. intelligitur, quando ſimul volebant habere vtrumque. ſed ad alterum poterit eligi, vnde videtur mihi ſine præiudicio melioris intellectus, quòd Gratianus male continuauerit. B.

Hinc eſt etiam.] CASVS. Bene. ſic ponit hunc caſum. De quodam monaſterio Franciæ abbates in epiſcopos eligi conſueuerat, de quorum electione monaſterium grauabatur, & poſtea per ſeditiones & ambitiones abbates non canonice ſubſtituebantur. Dedit ergo Gregor. ſpeciale priuilegiũ & regi Francorum, & ipſi monaſterio. Regi, vt deberet electioni abbatis intereſſe, ne aliqua ſeditio oriretur. Monaſterio, ne de cetero abbas inde ad epiſcopatum eligeretur. Quod priuilegium ita eſt ſpeciale illius regis & illius monaſterij, vt ad conſequentiam aliorum trahi non debeat.
a ¶ Nunquam] ſed nonne potius eſt opprobrium quàm priuilegium, quòd abbas in epiſcopum eligi prohibeatur. "Reſpondeo, in hoc eſt priuilegium quòd eccleſia non cogitur dare abbatem, ſi eligitur in epiſcopum.
b ¶ Detrimenti] ſolent enim abbates electi in epiſcopos diſpergere res eccleſiæ ſuæ, cum ſe receſſuros ſperant. quia non parcit populi regimen breue. arg. ff. de exerc. l. 1. circa princ. de pœn. diſtinctione tertia, inter hæc licitum.
c ¶ Sigillatim.] Argum. quòd priuilegiũ conceſſum vni non extenditur ad alios. 3. 100. diſtin. contra morem. 7. quæſt. 1. petiſti tamen ius vni conceſſum extenditur ad alios 5. diſtinct. 5. eius vero. Item quod primatibus conceditur, videtur conceſſum & illis qui ſubſunt eis, vt C. de aduoca. diuer iu. l. reſtituendæ. Item licet perſonalia iura non extendantur ad alios, tamẽ quandoque poſſunt concedi aliis. nam minor cedit aliis beneficium reſtitutionis, vt ff. eod. l. quòd ſi minor. in prin. licet ſit argum. contra, vt ff de admi. tu. licet ex pluribus. & ff. de rei iudic. in omnibus.

† al. ſeu

† al. prouidentia

"Abbas in epiſcopum quandoque nõ eligitur. a id eſt, non poteſt cogi per aliquem aliũ à Papa.

"Priuilegiũ vnius ad alterum non extenditur.

1 5. ead. monachus.
2 5. ead. alia cauſa.
3 5. ead. eccleſia.

¶ De quodam xenodochio, cuius abbas ad epiſcopatum eligi prohibetur.
C. XXXIX.

HInc eſt etiam, quòd xenodochium, atque † monaſterium, quod in eodem Francorum regno conſtitutum eſt, quia per ambitiones, & contentiones quorumdam non canonice tractabatur, à peruerſitate malorum liberare cupiens præcepit, vt ſine regali prouiſione †, & monachorum electione nullus ibi abbas aliqua vmquam ſubreptione introduceretur. Præcepit etiam, vt eiuſdem monaſterij abbas nũquam[a] ad epiſcopatum eligeretur: ne forte occaſione epiſcopatus abbatia aliquid detrimenti[b] pateretur. Quod priuilegium ita eſt illius eccleſiæ: vt communem legem regibus, vel abbatibus omnino dare non poſſit. Non enim quod vni ſigillatim[c] conceditur, ſtatim omnibus conuenit.

¶ *Author huius capitis refert conſtitutionem beati Gregorij de abbate Xenodochij in ciuitate Auguſtodunenſi, quæ habetur lib. 11. regiſtri, epiſt. 10.*

Superiori auctoritate[d] non prohibentur abbates[e] ſacerdotes fieri: cum beatus Benedictus iubeat abbatem fratribus egredientibus, & regredientibus benedictionem dare, quod non niſi ſacerdotum[f] eſt. Lectionem[g] quoque Euangelij ſimiliter abbati ad legendum tribuit: quam ſubſequenti oratione legere ſimiliter ſacerdotalis officij eſt. Sed tales ſacerdotes, vel diaconos fieri[h] prohibet, qui in eccleſiaſtica militia coguntur iugiter permanere. ¶ Item illud Hieronymi ad Riparium presbyterum [[1] Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium] & ad Heliodorum [[2] Alia cauſa eſt monachi, alia clerici.] & ad Ruſticum [[3] Sine conſilio presbyterorum monachis nihil agere licet.] non ita generaliter intelligendum eſt, vt nulli monachorum liceat docendi officium aſſumere: ne beatum Gregorium, aut Auguſtinum Anglorum epiſcopum, beatum quoque Martinum, innumeros etiam, quos de monaſtica conuerſatione ad ſummum ſacerdotij gradum ſcriptura teſtatur[i] eſſe promotos, cogamur negare officium docendi habuiſſe: aut in die conſecrationis ſuæ aſſeramus eos à priori propoſito diſceſſiſſe: quod (vt Innocentius teſtatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hieronymus diſtinguere inter perſonam monachi, & clerici: oſtendens, quid cuique ex proprio officio conueniat. ¶ Aliud enim conuenit cuique ex eo[k], quòd monachus eſt: aliud ex eo, quòd clericus eſt. Ex eo, quòd monachus eſt, ſua, & aliorum peccata deflendi habet officium: ex eo, quòd clericus, docendi, & paſcendi populum. ¶ Monachos[l] vero vſque ad tempus Euſebij, Zoſimi, & Syricij monachos ſimpliciter, & non clericos fuiſſe eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Idem etiam Hieronymus[a] refert monachos Scythiæ † conueniſſe in vnum, vt ſacerdotem ſibi inuenirent, qui eis Miſſarum ſolemnia celebraret.

† al. Scetiæ

a ¶ Hieronymus.] *Ioan. Andr. ait eſt in epiſt. de operibus bonis monachorum. In tomo autem ſecundo operum ipſius B. Hieronymi in epiſt. 60. quæ eſt Epiphanij ad Ioan. Hieroſolymitanum ab eo Latine reddita, legitur Epiphanium ordinaſſe presbyterum monachis poſcentibus, qui eis Domini ſacramenta conficeret. Erat autem monaſterium in diœceſi Ioannis.*

Item Leo Auguſtus lib. 1. Codicis de epiſcopis & clericis, lib. 40.

¶ *In codice Iuſtinianeo hæc lex ipſi Iuſtiniano tribuitur, non Leoni.*

SVPERIORI. CASVS. Gratia. hic aliter interpretatur illud cap. presbyteros. quam in ſuperiori §. & melius. Diuiditur ergo iſte §. in tres partes. in prima parte dicitur, quòd per illud cap. presbyteros & diaconos, non prohibentur abbates fieri ſacerdotes: cum B. Benedictus præceperit abbates dare benedictionem ſuis fratribus, quod officium non eſt niſi ſacerdotum: & Euangelium lege, quod eſt ſacerdotum officium. ſed prohibentur tales fieri ſacerdotes & diaconi qui in clericali militia coguntur iugiter permanere retinendo abbatias, vel econuerſo. In ſecunda parte reſpondet quibuſdam objectionibus ſupradictis, in quibus dicitur, quòd officium monachi non eſt docere, ſed plangere. & quod ſine conſilio presbyterorum eis nil agere licet, & ſimilia. & dicit non eſſe ita intelligendum, vt monachis non liceat docere. quia ſecundum hoc negaremus Gregorium & B. Martinum, & alios multos non habuiſſe officium prædicandi. ſed ſic ſunt ſupradictæ obiectiones intelligendæ, vt ex eo quòd quis monachus eſt, non doceat: ſed ſua & aliorum peccata plangat. & ex eo quòd ad clericatum eligitur, officium habeat docendi. In tertia parte ponit aliam ſolutionẽ, dicens quòd omnia ſupradicta cap. quæ prohibent monachis officia clericorum exercere, loquuntur de quibuſdam monachis laicis: & ad hoc probandum inducit auctoritatem Hierony. & legem ſequentẽ. Secunda pars incipit ibi, Item illud. Tertia ibi, Monachos vero.
d ¶ Superiori auctoritate.] ſcilicet presbyteros.
e ¶ Abbates] id eſt, ſacerdotes non prohibentur fieri abbates.
f ¶ Niſi ſacerdotum] vt 25 diſtinct. perlectis.
g ¶ Lectionem] hoc melius intelligunt illi, qui nouerunt regulam beati Benedicti.
h ¶ Fieri.] ſupple abbates.
i ¶ Teſtatur.] 3. ead. de monachis.
k ¶ Ex eo] ſic aliud facit quis in eo quod homo, & aliud in eo quòd peccator, vt 23. quæſt. 4. duo iſta.
l ¶ Monachos.] alia ſolutio.

¶ Omnes clerici, vel monachi tutelæ immunitatem habere debent.
C. XL.

GEneraliter ſancimus omnes viros reuerendiſſimos epiſcopos, necnon presbyteros, ſiue diaconos, & ſubdiaconos, & præcipue monachos[m], licet non ſint clerici, immunitatem ipſo iure omnes habere tutelæ, ſiue teſtamentariæ, ſiue datiuæ, ſiue legitimæ: & non ſolum tutelæ eſſe eos expertes, ſed etiam curæ, non ſolum pupillorum, & adultorum: ſed & furioſi, & ſurdi, & muti, & aliarum perſonarum: quibus tutores, vel curatores à veteribus legibus dantur. Eos tamen clericos, & monachos huiuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanẽt, non diuagantes[n], neque circa diuina miniſteria deſides: cum propter hoc ipſum, beneficium eis indulgemus †: vt

Generaliter] CASVS. In hac lege ponuntur quinque genera perſonarum, ſcilicet epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi & monachi, licet non ſint clerici, quibus omnibus Leo Imperator concedit priuilegium, vt donec ſacroſanctis eccleſiis & omnipotenti Deo ſeruiunt, ſint immunes ab omni tutela & cura cuiuſcumque generis & cuiuſcumque perſonæ. Si vero diuagantes officiis non interſint, iſtam non habeant immunitatem, quod præcipit obſeruari non ſolum in Romana ciuitate, ſed etiã in Conſtantinopolitana, & in omni terra, in qua nomen Chriſti colitur.
m ¶ Monachos.] "epiſcopis & monachis interdicitur cura & tutela, vt 88. diſtinctione, cap. epiſcopus. & ſupra eadem, de præſentium. & cap. monachi a monaſterio. niſi forte miſerabilium perſonarum, vt 86. diſtinctione, cap. vltimo. alij vero clerici ſponte poſſunt ſuſcipere. vt octuageſimaſexta diſtinctione, cap. peruenit. Eſt ergo priuilegium clerici, quod non teneatur recipere tutelam alicuius: cum tamen velit, & poſſit ſuccedere ab inteſtato, quod eſt contra legem illam, inſtituta, de legit. patr. tutel. §. quia plerumque. & ſupra octuageſimaſexta diſtinctio. peruenit. vbi habes de hac materia.
n ¶ Non diuagantes.] argum. quòd[b] ſcholares in ſcholis non debent percipere ſtipendia, vt 12. q. 2. conceſſu.
n ¶ Non diuagantes.] "ergo cauſa ceſſante ceſſat priuilegium 84. diſt. [illegible] extra de [illegible] ſtu. C. de [illegible] qui reipublicæ cum

"Epiſcopi & monachi nõ poſſunt eſſe tutores.

† al. indulgeamus

b Hoc argu. non colligitur ex hac litera, cũ hic loquatur de abſentib. ex inhoneſta cauſa, & hic not verbum, diuagantes. ergo hic monachi vagantes. Arch.

"Priuilegiũ datum religioſis ceſſante religione ceſſat.

aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant. Et hoc non ſolum in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, ſed in omni terra, vbicumque Chriſtianorum nomen excolitur, obtinere ſancimus.

¶ Nouarum etiam collationum, & ſordidorum[a] *munerũ immunitatem acceperũt. Vnde Conſtantinus cunctis ſcribit clericis tit. eo. l. 1.*

¶ [1] Iuxta ſanctionem, quam dudum α meruiſſe perhibemini, fundos, & mancipia[b] veſtra nullis nouis[c] collationibus[d] obligabit: ſed vacatione gaudebitis.

Item Imperator Honorius, & Theodoſius eodem libro, titulo de ſacroſanct. eccleſ. lib. 5.

¶ [2] Placet rationabilis concilij tenore perpenſo, diſtricta moderatione præſcribere, à quibus ſpecialiter neceſſitatibus ſingularum vrbium eccleſiæ habeantur immunes. Prima quippe illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia vſibus cœleſtium[e] ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur, nil extraordinarium[f] ab hinc, ſuperindictumve flagitetur: nulla tranſlationis † [g] ſolitudo ſignetur †: poſtremo nihil præter canonicam illationem β, niſi quam aduentitiæ neceſſitatis[h] ſarcina repentina popoſcerit, eius functionibus adſeribatur. Si quis contra venerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam[i], quæ ergà ſacrilegos promenda eſt, exilio deportationis perpetuo † ſubdatur.

α ¶ Meruiſſe.] *In codice Iuſtiniani legitur,* meruiſtis & vos, & mancipia, &c. *In Theodoſiano*, meruiſſe perhibemini & vos, & mancipia, &c.

β ¶ Illationem.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, niſi quam ſi aduentitiæ. *In codice Iuſtiniani vulgato legitur*, & quam aduentitiæ. *In manuſcripto, & Haloandri non eſt copula. In codice Theodoſiano*, quod aduentitiæ. *In plerſque uetuſtis Gratiani*, præterquam aduentitiæ. *Dictio uero, ſi, abeſt ab omnibus, & ideo inducta.*

Hoc idem datur intelligi[k] de verbis beati Sylueſtri, qui obedientiam minorum erga maiores aſsignans ait[l] [[3] Abbas oſtiario, monachus abbati ſit ſubditus] ſupra in tractatu ordinandorum. Oſtendit ergo Hieronymus. quòd ſimpliciter monachis nihil liceat agere ſine conſilio presbyterorum. Nec officium docendi ſibi aſſumere liceat ſine auctoritate clericorum, niſi forte ſint diuina gratia intus commoniti: ſicut beatus Gregorius refert in dialogo de beato Benedicto: [4] qui homines montis Caſsini ad fidem adduxit, & aram Apollinis, quæ erat ibi erecta, ſubuertit: & de quodam Equitio, [5] cui Angelus in ſomnis apparuit, cum ad prædicandum miſit: qui cum de vitio linguæ conquereretur, Angelus phlebotomo linguam eius tetigit, & totum illud vitium curauit. Quòd vero Hieronymus ſeipſum talibus connumerat[m]: tale eſt, quale illud Apoſtoli ad Philippenſes [Quicumque imperfecti † ſumus, hoc ſentiamus] ſeipſum imperfectis connumerans. Hinc idem Hieronymus alibi[n] ait [Natus in paupere domo, & tugurio ruſticano.] & infra [Nos ſuffarcinati auro] ſe famelicum faſtidientibus mella, pauperem diuitibus connumerans, ſupra vbi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt, cap. Gloria epiſcopi. ¶ [6] Ecce ſufficienter monſtratum eſt, quòd monachis presbyterij honore decoratis, à populo electis, ab epiſcopo inſtitutis eadem liceant, quæ & alijs ſacerdotibus. Probatur hoc etiam ex ſimilitudine conſecrationis. Non enim in conſecratione eorum aliud dicitur, & aliud in conſecratione aliorum. Vtriſque enim in commune à Domino benedictionem infundi epiſcopus obnixe depoſcit. Et dum conſecrat, cunctis ſacerdotibus ſigillatim dicit [Conſecrentur, & ſanctificentur Domine manus iſtæ, vt quidquid conſecrauerint, conſecratum ſit: & quæcumque benedixerint, benedicta ſint.] Ecce communis eſt benedictio: vnde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione vtrique communem nanciſcuntur poteſtatem: ita in inſtitutione communiter aſſequuntur poteſtatis executionem. Ceterùm abſque epiſcoporum licentia non ſolum monachis, ſed etiam omnibus generaliter clericis poteſtatis executio interdicitur.

Vnde Clemens, epiſt. 3.

¶ Sacerdotalia ſine permiſſu epiſcoporum non agant presbyteri.

C. XLI.

7 CVnctis fidelibus, & ſummopere omnibus presbyteris, & diaconis, & reliquis clericis attendendum eſt, vt nihil abſque epiſcopi proprij[o] licentia[p] agant: non vtique Miſſas[q] ſine eius iuſſu quiſpiam presbyterorum in ſua parochia agat: non baptizet, nec quidquam abſque eius permiſſu faciat.

enim cauſa abſens excuſatur à tutela. ſed ſi ante fuit tutor, ſimiliter refutat onus tutelæ. ff. de iudic. l. 2. §. eleganter. in fin. ff. pro ſoc. l. actione. §. item. vnde ſi aliquod priuilegium datum eſt religioſis, ceſſante religione ceſſat priuilegium, vt 25. quæſt. 2. cap. vlti. & extra de verbor. ſignificat. abbate. in fin.

NOVARVM. CASVS. In ſuperiori lege datum eſt priuilegium clericis, vt à tutela & à cura ſint immunes, nunc oſtendit Gratianus, quòd & aliud priuilegium habent, ſcilicet ne collationes & ſordida munera præſtare cogantur: & ad hoc probandum inducit Conſtantini legem cuius caſus patet, & etiam legem Honorij.

a ¶ *Sordidorum.*] vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & ſimilium.

b ¶ *Mancipia veſtra.*] ſimiliter vxores, vt C. de epiſc. & cler. l. 2. & eorum coloni, vt 89. diſt. indicatum. & eorum familia, vt 12. q. 2. eccleſiarum.

c ¶ *Nouis.*] ſic 10. q. 3. vnio. & cap. quia cognouimus. ext. de cen. cum Apoſtolus.

d ¶ *Collationibus.*] extraordinariis, vel ſuperindictis, vt infra l. proxim. ſoluant tamen tributum: vt 11. quæſt. 1. ſi tributum. 33. quæſt. 8. tributum. & C. de epiſcop. & cler. de his. ſed nouas collationes non poſſunt laici ab eis petere propter aliquas neceſsitates, vt hic dicitur, & extra de immunit. eccleſ. non minus. ſed epiſcopus tempore neceſsitatis cum charitate aliquid moderate poteſt ab eis petere, vt extra de cenſ. cum Apoſtolus[a]. non ergo tenet lex quæ dicit, quòd clerici tenentur ad inſtructionem murorum: alias itinerum, vt C. de ſacroſanct. eccleſ. ad inſtructionem.

PLACET. CASVS. Præfect[o] prætorio quæſiuit ab Imperatore Honorio à quibus muneribus eccleſiæ eſſent immunes: & reſpondet, quòd à ſordidis muneribus ſunt immunes omnino, & ſi honeſta ſint, nil extraordinarium vel de nouo eis imponatur: ſed tantum conſueta ſoluant tributa, & debitas penſiones, & niſi cum Imperator cauſa neceſsitatis per prouinciam tranſitum fecerit. & ſi quis contra hoc fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ contra ſacrilegos depromitur, deportetur. *Præſcribere*, id eſt, ſtatuere, & in ſcriptis redigere. *Tranſlationis* [id eſt, transferendorum agrorum, id eſt, vt transferatur dominium in rebus eccleſiarum. *Signetur*, id eſt, aſsignetur. *Poſt acrimoniam*, id eſt, pœnam extraordinariam, vel excommunicationem. *Erga*, id eſt, contra.

e ¶ *Cœleſtium.*] id eſt, eccleſiarum. Vel intellige ſecundum quòd eſt extra de cenſ. cap. t.

f ¶ *Extraordinarium.*] id eſt, quod repentino caſu ſuperuenit. Extraordinarium & ſuperindictum idem eſt. C. de exact. trib. l. ſi diuina. libro 10.

g ¶ *Tranſlationis.*] id eſt, non eſt transferenda poſſeſsio ab eis, licet non ſoluant tributum, ſicut fit in aliis, vt 10. q. 2. §. qui rem

h ¶ *Neceſſitatis.*] nec tunc per laicos, ſed per epiſcopum petetur collatio à clericis, vt extra de immun. eccleſ. non minus[b].

i ¶ *Acrimoniam.*] id eſt, pœnam, quæ traditur. ff. ad l. Iul. pecca. ſacrilegij. & 17. quæſt. 4. per totum.

HOC IDEM. CASVS. Supra in §. illo, ſuperiori auctoritate. & in illa l. generaliter. oſtendit Grat. quòd monachi quondam non erant clerici. nunc idem vult probare per auctoritatem beati Sylueſtri, quæ habetur 5. 93. diſtin. à ſubdiacono. quibus monachis ſecundum Hieronym. prædicare non licet ſine clericorum auctoritate, niſi ſancto ſpiritu reuelante, quod probat exemplo beati Benedicti, & exemplo Equitij. Sed quia hæc ſolutio videbatur falſa, cum Hierony. ſacerdos ſe talibus connumeraſſet vt 5. ead. alia. ideo reſpondet Grat. & dicit Hierony. hoc feciſſe, vt alios monachos licentius redargueret. Et ad hoc probandum inducit duas auctoritates, ſc. Pauli & Hieronymi.

k ¶ *Datur intelligi.*] quod monachi laici erant.

l ¶ *Ait.*] 5. diſtin. 93. à ſubdiacono.

m ¶ *Connumerat.*] ſupra ead. alia. licet ipſe eſſet presbyter Cardinalis.

n ¶ *Alibi ait.*] 5. 12. q. 2. gloria.

ECCE. CASVS. Concludit Gratian. ex ſupradictis cap. quod monachis electis à populo, & ab epiſcopo inſtitutis, ſi presbyteri fuerint, eadem liceant quæ & aliis ſacerdotibus. Nunc vero hoc idem probat ratione conſecrationis: quia ſic benedicũtur monachi cum ordinantur, ſicut & alij presbyteri ſæculares, & eiſdem verbis. Igitur cum communis ſit benedictio, ita videntur habere poteſtatem prædicãdi illi ſicut alij: & ſicut aliis ſacerdotibus ſine licentia epiſcoporum non licet ſuum officiũ exercere: ita etiam nec monachis. & hoc probat ſequens cap.

CVnctis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nullus fidelis, & præcipue presbyter vel alius clericus abſque proprij epiſcopi licentia aliquid agat. nullus presbyter abſque eius licentia Miſſas celebret, vel baptizet. *Licentia*, generali. *Iuſſu*, generali.

o ¶ *Proprij.*] niſi inuitetur ab alio presbytero. tunc enim poteſt ſine licentia epiſcopi, vt 7. q. 1. epiſcopi. & 11. q. 3. nullus primas[c]. priuatim etiam poſſunt celebrare, vt extra de cler. peregr. cap. 3.

p ¶ *Licentia.*] generali.

q ¶ *Miſſas.*] publice.

1 Et in cod. Theod li. 16. tit. 2. c. 8. ex Conſtantio Aug.

2 & i Theod. ibid. c. 40.

† al. tranſlatione] al. tranſlationum

† al. ſignetur

a Ad idẽ ext. de immu. ecc. quia pleriſque. arg. opt. ff. ... lib. exhi. ſi quis ex liberis.

† al. perpetuo mulctetur

3 diſt. 39. A ſubdiacono.

b intellige vt habetur eo. tit. aduerſus. & eo. tit. lib. 6 quoniam nonnulli. & c. clericos. & hoc etiã no. 23 q. 8 tributum. in gloſ. 1. ibi videas. Arch.

4 lib. 2. dial. cap. 8.

5 lib. 1. c. 4.

Philip. 3.

† apud Apoſtolum legitur, *perfecti*.

in epiſto. ad Nepotianũ.

in epiſto. ad Paulinum.

6 12. q. 2. gloria.

7 Burch. l. 2. c. 93. Iuo p. 2. c. 123. & p. 6. c. 90.

c iſte canon nullus. & c. ꝓcedens. hic al. ſ. epi. non

DE HIS VERO. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua probatur per ſex cap. quòd monachi tenentur ad ſolutionem decimarum. Ioan. de Fant.

CASVS. Facit hic Grat. incidentem quæſtionem: vtrum ſcilicet monachi quibus cura animarum non committitur, debeant decimas dare, vel accipere. Et de hoc ita diſtinguit Gratia. vt de prædiis quæ propriis ſumptibus colunt monachi, decimas ſibi retineant. quod probat exemplo filiorum Leui, qui decimas à populo percipiebant pro miniſterio quod faciebant. Et ita patet, quod monachi non magis quam alij ſacerdotes decimas ſoluere cogũtur. Sed poſtea probat contrarium, dicens quòd ſi prædia cum onere decimarum & primitiarum ad monachos tranſiuerint: inde antiquis eccleſiis illas denegare non poſſunt, cum ſuo iure priuari non debeant. & hoc probat per ſequentia cap. Quid iuris de hoc ſit, notatur in Decret. libus in titul. de decim.

videtur probare propoſi. allegan tis: quoniam in piſcopis loquuntur. nonitet autẽ canon. ſcilicet cunctis loquitur in ampli ei ſacerdote parochiali, vt patet ex ses dicebat Io de Fan. q caſus huius cap cunctis. eſt q clerici nihil debent facere ſine licentia epiſcopi. Arch.

4 *De his [a] vero, qui intra monaſterij clauſtra conſiſtunt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, vtrum dare, vel accipere decimas debeant. In quibus hæc diſcretio ſeruanda eſt, vt de agris & vineis, quæ ad proprium ſtipendium coluntur, decimas ſibi retineant. Si enim decimæ à populo filijs Leui reddebantur pro miniſterio, quo Domino deſeruiebant in tabernaculo, offerendo ſacrificia & holocauſta pro populo: patet, quòd monachi de proprijs prædijs non magis, quàm alij ſacerdotes decimas ſoluere coguntur. Sed dicitur, quòd prædia monachorum ſiue pretio ſint empta, ſiue pro ſalute animarum oblata, antequam in ius eorum venirent, baptiſmalibus eccleſijs, ſiue quibuſlibet alijs primitias, & decimas perſoluebant: illa autem eccleſia ſuo iure priuari non poſſunt.*

Vnde in Moguntinenſi concilio ſtatutum inuenitur.

¶ Qui res ſuas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori eccleſiæ auferre non poterit. C. XLII.

ij 1 SI quis laicus, vel clericus [b], vel vtriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, vel res alicui dare delegauerit: decimationum prouentum priori eccleſiæ legitime aſſignatum inde abſtrahere [c] nullam habeat poteſtatem. Quod ſi facere tentauerit, talis traditio irrita [d] prorſus ducatur, & ipſe ad emendationem eccleſiaſtica coërceatur cenſura.

Item ex concilio Cabilonenſi [e].

¶ Antiquiores eccleſiæ nec decimis, nec vlla poſſeſsione priuentur. C. XLIII.

3 ECcleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur: ita vt nouis [e] oratonis tribuantur.

ſed contra. extra de pact. plerique.

ECcleſiæ.] CASVS. Statutum fuit in concilio Cabilon. vt antiquæ eccleſiæ decimis & poſſeſsionibus ſuis non priuentur ad hoc vt nouis eccleſiis tribuantur.

e ¶ Vt nou.] Quidam hoc intelligunt in eo caſu cum prior eccleſia enormiter læditur. alias epiſcopus bene aufert de iure vnius, & dat alijs, vt 12.q.2. bonæ re. & 1.quæſt.1.nulli epiſcoporum. & extra de exce.præl.ſicut vnire. ĩ. de conſecra.diſt.1. cap.2. Hug.tamen ſcribit, quòd epiſcopus nõ poteſt auferre vni eccleſiæ, & dare alij inuito ſacerdote. nam quod ſemel eſt conſecratum, alienari non poteſt. 12. quæſt.2. nulli. & c. ſine exceptione. Item quia ſacerdos iſte non cogitur de ſuo facere beneficium, vt 10.q.2.precarie. [a] Item quia ſ priuilegium ſolius Papæ eſt vni auferre, & alij dare, vt 9.q.3. conqueſtus. & cap. nunc vero. & c.2. per principalem. Item quia nulli conſulendum eſt cum alterius iactura 12 quæſt.3. ſi quis vero. 24 q 3. denique. & 12.q.2.primum. Item argu. eſt pro ipſo. ĩ.ead. nullus. ſed contra eum eſt extra de eccleſ. ædific. ad audientiam nelius extra eod. tit. tua. vbi non obſtat ei iuramentum quod fecit de rebus eccleſ. non alienan. vnde hoc non videtur eſſe alienatio, vt ibi perpenditur. Item auferendo vni, & dando alij eccleſiæ ſibi ſubiectæ, non videtur alienare: ſicut frater dando ſorori nõ videtur alienare. C. de fideicom. voluntas. & eſt ſim. C. de ædi. pri. ſi quis poſt. & ff. de leg. 2. vnum ex familia. & l. peto. §. fratre. ſi extra de his quæ fi. à præl. ſine conſ. cap. cum Apoſtolica. Ioan. de Fant.

Item ex concilio Vvormacienſi.

¶ Antiquiores eccleſiæ propter nouas iuſtitiam ſuam non perdant. C. XLIIII.

4 QVicumq; voluerit in ſua proprietate eccleſiam ædificare, & conſenſum [f], & voluntatem epiſcopi habuerit, in cuius parochia eſt, licitum ſit. Verumtamen omnino prouidendum eſt epiſcopo: vt aliæ eccleſiæ antiquiores propter nouas ſuam iuſtitiam, aut decimam non perdant: ſed ſemper ad antiquiores [g] eccleſias perſoluatur.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Vuormacienſi. cap.6. quo loco in eo, quod extat, habetur aliquid ad hanc rem faciens.*

Decimas autem baptiſmalibus eccleſiis perſoluendas Leo Papa IIII. affirmat dicens.

¶ Baptiſmalibus eccleſiis decimæ dari debent. C. XLV.

5 DE decimis iuſto ordine nõ tantum nobis, ſed etiam maioribus noſtris viſum eſt plebibus tantum, vbi ſacroſancta baptiſmata dantur, debere dari.

¶ *Iuo fere eadem citat ex Gelaſio: ſed Anſelmus & Polycarpus ex Leone, vt Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationum prouentum à priori eccleſia, cui aſſignatus fuerat, abſtrahere, ſi ius antiquioris eccleſia nouis tribuendum non eſt, ſi decimæ tantummodo baptiſmalibus eccleſiis dandæ ſunt: patet, quòd monachi ex proprijs prædijs decimas dare coguntur. Sed & illa auctoritas Moguntinenſis concilij [e] de venditore, vel donatore loquitur, definiens, quòd ille, qui vendit, aut donat, non poteſt prouentum decimationum illi eccleſiæ detrahere, cui prius legitime fuerat aſſignatus. Monachi autem decimas, & primitias non auctoritate vendentis, vel donantis, ſed auctoritate

QVicumque.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Vvormacien. vtrum quilibet in ſuo prædio poſsit eccleſiam ædificare? Et reſpond. quòd ſic, dummodo hoc faciat de licentia epiſcopi, in cuius parochia eſt: ita tamen, vt antiquiores eccleſiæ ſuam iuſtitiam vel decimas non amittant. Quæ autẽ ſequuntur, plana ſunt vſq; ad § ſi ergo.

f ¶ Conſenſum.] ĩ. de conſecrat. diſt.1. nemo. & cap. ſi quis etiam.

g ¶ Ad antiquiores.] argu. quòd vbi contenditur pro iure duarum eccleſiarum ſemper ſtãdum eſt antiquiori, vt ext. de reli. do. c.1. [a] Item arg. quòd ſemper baptiſmalibus eccleſiis ſoluendæ ſunt decimæ, non capellis, vt ĩ. c. prox. & c. queſti. & c. ſtatuimus. & c. in ſacris. & ext. eo. tit. nuntios. & ſecundum hoc epiſcopus non debet habere decimas baptiſmalis plebis, id eſt ruralis eccleſiæ, ſed tantum epiſcopalis plebis. de illis enim loquitur. c. 12. q. 2. vobis & cap. Vulteranæ. & c. conceſſo. & c. quattuor [b]. Tamen dico q quælibet ruralis eccleſia etiam debet ſuas decimas in quattuor partes diuidere, vt vna ſit baptiſmalis eccleſiæ: alia pauperum: tertia fabricæ: quarta capellanorum: licet hodie epiſcopi omnia occupent. aliter not. ĩ. 10. q. 1. nouerint. & contra Ioan. eſt extra de deci. quoniam. & cap. cum contingat. B.

a ¶ De his.] [a] Hic incidenter quæritur, an monachi debeant dare decimas de agris ſuis? Pro regula ergo teneas, quòd quilibet tenetur dare decimas, niſi oſtendat ſe exemptũ eſſe, vt extra de decim. à nobis. & ſecundum hodierna iura etiam Ciſtercienſes, & alij regulares tenentur dare decimas de omnibus prædiis ſuis, quæ de nouo acquirunt, ſiue eas manibus propriis colant, ſiue non, extra de deci. nuper. ſed ſecundum vetera iura ita tenebatur, quod omnibus religioſis conceſſum erat non dare decimas de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis, & de nouallibus, quæ propriis manibus & ſumptibus excolebant: monachis vero Ciſtercienſis ordinis & templariis & hoſpitalariis conceſſum erat non dare decimas, nec etiam de alijs prædiis, quæ propriis manibus & ſumptibus excolebant, vt extra eod. ex parte. & cap. ad audientiam. & cap. ſtatuimus. De clericis ſæcularibus dicunt quidam quòd teneantur, ſiue ſint prædia eccleſiæ ſuæ, ſiue propria. Alij fauorabilius dicebant eos non teneri dare decimas de prædiis eccleſiæ ſuæ, ſed de propriis bene tenentur dare vt ĩ. ead. quæſt. c. decimas. & extra ead. nouum. in fin. leproſi autem non ſunt exempti à decimis niſi tantummodo in hortis & in animalibus ſuis, vt extra de eccl. ædific. cap. 2.

SI quis laicus.] CASVS. Quidam laici vel clerici vendebant prædia ſua vel donabant, & decimas prioribus eccleſiis ſubtrahebant: quare ſtatutum eſt in concilio Moguntinenſi, vt nullo modo faciant, & ſi quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & vſque ad emendationem excommunicabitur.

b ¶ Vel clericus.] [a] Clericus ergo dat decimam, quod verum eſt de propriis prædiis.

c ¶ Inde abſtrahere.] Res enim tranſit cum onere ſuo, vt ext. de deci. cum non ſit in homine [a] & ff. de contrah. empt. alienatio. ff. de donat. ad cum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de diſt. pig. ſi creditor.

d ¶ Irrita.] Pactum illud non obſtat quin ab eccleſia vel alio poſſeſſore poſsit peti decima, vt extra eod. paſtoralis. ff. de pac. inter. & ſi poſſeſſor partem fructuum, & ille à quo cauſam habuit, etiam partem fructuum percepit, vterque conueniendus eſt, vt extra eod. tit. à nobis. & cap. tua nobis. Sed numquid pactum illud tenet quantum ad contrahentes? Videtur quòd ſic, vt ff. de pact. epiſtola. §. pactum.

DE decimis.] SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis cap. ſi quis. & c. quicumque. & c. de decimis. quòd monachi de propriis prædiis decimas dare non tenentur. Poſtea reſpondet illi cap. ſi quis laicus. dicens quòd venditor vel donator auctoritate ſua decimas non poteſt ſubtrahere priori eccleſiæ: ſed monachi non retinent decimas auctoritate ſua ſed auctoritate Moguntini concilij, & Paſchalis ſecundi, à quibus dicitur, quòd monachi non ſoluant decimas de propriis prædiis. & ad hoc inducit ſeq. cap.

[a] Monachi an teneantur ad decimas de agris ſuis. 1 13. q. 1. p. vlt. Burch. l. 3. c. 24. Iuo p. 3. c. vlt.

2 Arelat. 4. c. 10 Cap l. 2. c. 36 Mogũt. 3. ſub Arnul. c. 2. & ſub Carol. c. 4. & in Rhem. Troſle ano. 3 Deuſ. p. 3 Burch. l. 2. c. 9 Iuo p. 3 c. 12.

[a] Clericus dat decimas de propriis prædiis

a Et extr. de pig. ex lite ris in fin. vbi de hoc.

4 Burc. l. 3. cap. 7. Iuo p. 3. c. 9.

[a] Epiſcopus an poſſit vni auferre, & alteri dare.

5 31. q. 1. eccl. ſias. § nõ Leo Pol. l. 3. tit. 11 Deuſd. p 3. Anſ. l. 5. c. 13 Iuo p. 4. cap. 152.

6 ſ. c. ſi quis laicus.

[a] Decimæ ſunt ſoluendæ eccleſiis baptiſmalibus, & non cap lis.

b Ad idem dicunt Vin. & B. extra de teſt. requiſiti. in prĩc.

a ¶ Paſcha

eiuſdem concilij, & Paſchalis [a] *Papæ detinent: à quibus definitum eſt, vt monachi de proprijs prædijs decimas non ſoluant.*

Sic enim in Moguntinenſi concilio ſtatutum eſt. [a]

¶ Non perſoluant de proprijs prædiis abbates, & epiſcopi decimas.

C. XLVI.

2 QVeſti ſunt prætereà quidã fratres, quòd eſſent aliqui epiſcopi, & abbates, qui decimas non ſinerent dari ad † eccleſiam, vbi illorum coloni [b] Miſſas audiunt. Proinde decreuit ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi [c], & abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuũ, vel fratrum ſtipendium habent, decimas ad eccleſias [d] ſuas [a] deferri faciant: familiæ † vero eorum ibi dent decimas [e] ſuas, vbi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Miſſas audiunt.

¶ *Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod extet, habetur: ſed in Cabilonenſi, vnde citant Burchardus & Iuo. In libro Vaticanæ bibliothecæ, in quo ſunt duo concilia Vrbani ſecundi, Placentinum, Melphienſe, hæc etiam leguntur.* Perlatum eſt ad ſanctam ſynodum, quòd ſint quidam epiſcopi, & abbates qui colonos ad ſe pertinentes non ſinant decimas dare ad eccleſias, vbi miſſas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi, & abbates de vineis, vel agris, ac frugibus quæ ad ſuum, vel fratrum vſum laborant, decimas ſibi pro benedictione, vel hoſpitum ſuſceptione habeant: familiæ vero ibi dent decimas ſuas, vbi per totum anni circulum Miſſas audiunt, & infantes eorum baptizantur.

a ¶ Suas.] *Vox iſta abeſt ab ipſo concilio & ceteris collectoribus ſunt etiam nonnullæ aliæ variationes quæ notatæ ſunt in margine.*

Item Paſchalis ſecundus.

¶ De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minime ſoluere cogantur. C. XLVII.

3 DEcimas à populo ſacerdotibus, ac Leuitis eſſe reddendas diuinæ legis ſanxit auctoritas. Ceterum à monachis [f], ſiue clericis communiter viuentibus [g] nulla ratio ſinit, vt milites [h], aut epiſcopi, aut perſonæ quælibet decimas de laboribus, ſeu nutrimentis ſuis proprijs extorquere debeant. 4 Vnde beatus Gregorius ſic ait: Communi † vita viuentibus iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia nobis quid erit loquẽdum? cum omne, quod ſupereſt, in cauſis pijs, ac religioſis erogandum ſit, dicẽte Domino [Quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia mũda ſunt vobis.]

5 *Quòd autem dicitur, quòd antiquiores eccleſiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur, non ita intelligendum eſt, vt nullo modo credatur licere epiſcopo aliquam partem poſſeſſionum, vel decimationum vnius eccleſiæ, alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos epiſcopatus in vnum poteſt redigere, ita & vnus proprio conſentiente epiſcopo in duos poteſt diuidi, vel etiam metropolitano inuito quælibet eccleſia ab eius iuriſdictione Apoſtolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa ſcribit Benenato epiſcopo, lib. 2. epiſt. 31.

¶ Duos epiſcopatus in vnum redigere Apoſtolica poteſt auctoritas.

C. XLVIII.

5 ET temporis qualitas, & vicinitas [i] nos locorum inuitat, vt Cumanam, atque Miſenatem [a] vnire [k] debeamus eccleſias: quoniam nec longo itineris ſpatio à ſe ſeiunctæ ſunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo eſt, vt ſingulos, ſicut olim fuit, habere debeãt ſacerdotes. Quia igitur Cumani caſtri ſacerdos curſum

a ¶ *Inſtitutis.*] Sed quomodo Paſcalis potuit dare hoc priuilegium monachis, cum ſit contra præceptum diuinæ legis, vt ĩ. e. c. decimæ. & c. reuertimini. contra quod non poteſt diſpenſari. 25. q. 1. ſunt quidam. & ĩ di. 5. c. 1. ĩ. di. 8. quæ contra. “Sed forte non eſt abſurdum, quod priuilegium concedatur, quamuis ſit contrarius diuinum. ſed ſi contraria conſtitutione illud tolleretur, non poſſet fieri. Sed numquid laico poſſet dare tale priuilegium? Dic quòd ſic. Ioan.

“ Priuilegiũ cõtra ius diuinum cõcedi poteſt.

QVeſti.] CASVS. Quidã clerici conqueſti ſunt de epiſcopis & abbatibus, qui decimas dari non permittebant eccleſiis, vbi coloni eorum epiſcoporum vel abbatum Miſſas audiebant & baptizabantur eorum filij. & ideo ſtatuit concilium Moguntin. vt epiſcopi & abbates de prædiis quæ proprijs colunt ſtipendijs, decimas ſibi retineant. coloni vero ibi dent decimas vbi filij eorum baptizantur. & vbi per totum circulum anni audiunt diuina.

1 in Cabilonẽſi ſub Carol. magno. c. 9.

2 Anſ. l. 6. c. 57 Bur. l. 3. c. 230. Iuo p. 3. c. 98. Pann. l. 2. c. 59.

† al. eccleſiis in quibus illi coloni

b ¶ *Coloni.*] “ partiarij, qui partem fructuum percipiunt. “ tales enim pro ea portione quam ipſi percipiunt, tenentur dare decimas: & domini eorum pro ea quam ipſi percipiunt, vt extr. e. quoniam. & c. a nobis & c. tua nobis. immo & in penſionario colono idem iuris eſt. ſiue ipſe pro penſione ſeruiat, ſiue domino det certam penſionem. quia ante, quam aliqua penſio detur, res eſt decimanda, vt ext. eo. tit. cum homines.

† al. familia dei

“ Partiarij coloni qui ſint.

“ Decimæ ſunt à colonis partiarijs dandæ.

c ¶ *Vt epiſcopi.*] patet hic quod clerici non dabunt decimas de bonis eccleſiæ, vt ext. eod. fraternitatem. & 100. diſt. nouit. & ĩ. c. prox. licet H. contradixerit, qui dixit eſſe ſpeciale in epiſcopo. ſeu obſtat. extr. e. quoniam. §. vlt.

d ¶ *Ad eccleſias ſuas deferri.*] proprijs ſumptibus.

3 Deut. p. 3. Num. 18.

e ¶ *Decimas.*] ſi prædicta ſint in epiſcoporum parochia. Vel loquitur de decimis perſonalibus [a]. quæ dandæ ſunt vbi ſacramenta percipiuntur, vt extr. eo. ad apoſtolicæ.

a Iſte intellectus approbatur ĩ. e. c. ſtatuimus in gl. 2. & 13. q. 1. in ſum. ubi videas.

DEcimas.] CASVS. Quæſitum fuit à Paſchali, vtrum monachi vel clerici communiter viuentes decimas debeant dare. Et reſpondet, ſacerdotes & leuitæ à populo decimas percipere debent. Sed à monachis & clericis communiter viuentibus nullus de prædiis, quæ ſuis ſumptibus colunt, & nutrimentis proprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Greg.

f ¶ *A monachis.*] duplici ratione: tum quia non habent populum: tum quia non miniſtrat eis ſpiritualia.

g ¶ *Communiter viuentibus.*] “ ecce quod aliud habẽt priuilegium clerici communiter viuentes, ſ. quam qui ſeparatim: & quod idem habẽt quod monachi. ſimiliter in abſolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis, vt ext. de vi. & ho. cle. quoniam. in fi. & ext qui cle. vel vouen. c. 1. & ext. de ſen. exc. monachi. & c. ex tenore. in fi. contra. extra de ſen. excom. cum non ab homine.

“ clerici cõmuniter viuẽtes & monachi habẽt idem priuilegium.

h ¶ *Milites.*] An milites poſſint habere decimas, dicetur ĩ. q. 7. c. 1.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 5. pars quæſtionis, in qua probat Gra. quòd Papa poteſt epiſcopatus diuidere & vnire, & quoſdam eximere archiepiſcopis ſuis inconſultis. Io.

CASVS. Dictum eſt ĩ. in ca. eccleſiæ. & c. quicumque. quod antiquiores eccleſiæ propter nouas eccleſias ſuo iure priuari non debent. Nunc vero dicit Gra. quod hoc non ita ſtricte eſt intelligendum, quòd epiſcopo non liceat vnius eccleſiæ poſſeſſionem vel decimas alij tribuere: quia ſicut Papa poteſt duos epiſcopatus redigere in vnum, ita vnum in duos diuidere, maxime epiſcopo conſentiente. & quælibet eccleſia ab Apoſtolico eximi poteſt, etiam inuito metropolitano. ita ſupple epiſcopus poteſt vnius eccleſiæ poſſeſſionem, &c. Sed certe male argumentatur G. de Apoſtolico ad epiſcopum, & cum Apoſtolicus habeat plenitudinem poteſtatis, quam nullus alius habet. & quod auctoritate Papæ duo epiſcopatus in vnum redigi poſſint, probatur per illud ſequentia c.

4 in reſp. 6. ad Aug.

† [illegible] in orig. Greg. [illegible] verborũ varietatibus.

Luc. 11.

ET temporis.] CASVS. Cumana ciuitas paſtore carebat, quæ vicina erat ciuitati Miſenatæ: & quia pauci erant ibi homines, ideo Papa Benenato epiſcopo Miſenati vtramque eccleſiam gubernandam commiſit, ita vt habitet vbi vtilius & commodius habitare proſpexerit: dum tamen in illa eccleſia in qua corporaliter non erit, myſteria diuina ſolenniter peragantur. *Cumani caſtri.* i. ciuitatis. *Sacerdos,* id eſt, epiſcopus.

i ¶ *Et vicinitas.*] Argu. quod propter remotionem vel incommoditatem multa ſiunt licere, quæ alias non licerent, vt ĩ. ea qu. 7. ſi quis vult. 63. diſt. cum longe. 13. q. 2. voluntas. que. ext. de eccl. ædif. ad audientiam. ĩ. 7. q. 1. temporis.

k ¶ *Vnire.*] Sicut Papa poteſt vnire plures epiſcopatus, ſic epiſcopus plures eccleſias, vt ext. de exce. prælato. ſicut vnire. Si quæras apud quam illarum eccleſiarum reſideat dignitas epiſcopalis, vel an vtraque retineant dignitatem propriam? Dico quod varijs [b] modis poſſunt vniri eccleſiæ: vel hoc modo, vt vna ſubijciatur alteri: & ſecundum hoc dignitas epiſcopalis erit in vna tantum. Vel hoc modo poſſunt vniri, vt ex duabus dignitatibus vna fiat dignitas: & ſecundum hoc non dicentur eſſe duæ eccleſiæ, ſed vna tantum. & ſecundum hoc illi qui ſunt canonici in vna erunt canonici in altera. & tam illi quã alij canonici intererunt electioni epiſcopi, & aliis communibus negotiis. “ In tali vnione diſtinguendum credo, quòd aut eccleſiæ ſimul vniuntur, aut vna earum vnitur reliquæ: quæ duo ſunt penitus diuerſa. Si vna vnitur alteri, ſecundum hoc illius naturam & conſuetudinem & priuilegium aſſumit cui vnitur. & peribunt iura illius eccleſiæ quæ vnitur, vt extr. de ſta. mon. recolentes circa fi. Si autem neutra alteri vnitur, ſed illæ ſimul vniuntur: tunc dico quod conſuetudines vel priuilegia quæ meliora ſunt & humaniora, retinẽt illud vnitum. nam cum malum & bonum aſſociantur, malum recipit naturam boni. 32. q. 2. non eſt culpandus. & ar. C. de rei vxo. act. in prin. & C. com. de l. 2. circa fin. Tertio modo poſſunt vniri eccleſiæ: puta quod vtraque remaneat epiſcopalis. & ſecundum hoc remanent duo epiſcopatus licet idem ſit epiſcopus vtriuſque eccleſiæ: ſecundum hoc ſi primo ſuberant illæ eccleſiæ diuerſis metropolitanis, propter illam vnionem, neuter metropolitanus perdit ius ſuum, vt ext. de reli. do. c. quia & epiſcopus ille erit ſub duobus metropolitanis in primo caſu erit ſub illo cui Papæ placuerit, vel erit ſub metropolitano illius eccleſiæ cui vnita eſt altera: illius enim naturam aſſumpſit. Et ſic Imperator quandoque vnit duas dignitates in vnam, vt in auth. vt iud. ſine quo. ſuff. § illud. col. 2.

5 Anſ. l. 6. c. 108 Pol. l. 5. tit. 30.

b Variis. gl. c. vni. ex vt eccl. ben. ſ. ſi e d mi. con: Pet. de Peru. in trac. de vnione.

“ Eccleſiæ varijs modis vniuntur.

a ¶ Exple

a ¶ *Expleuit.*] ergo ſi eſſet viuus, non vniretur, vt j. ea. multis. & extr. de eccl. ædi. ad audientiam. immo potius eo mortuo non debēt vniri, vt ext. ne ſed. vacan. c. 1.

b ¶ *Vtrarumque.*] in vtraque ergo erit ſedes epiſcopalis, vt 21. q. 1. relatio. Vel forte vbi ipſe elegerit habitare: & alia erit ſibi ſubiecta.

P*Oſtquam.*] CASVS. Multæ ciuitates, inter quas erat Trium tabernaculum ciuitas, in tantum erant populis deſolatæ, quod proprios prælatos habere non poterant, nec erat ſpes illas eccleſias reparandi, immo timebatur ne illarum eccleſiarum reliquiæ aſportarentur. & ideo Ioanni epiſcopo Veliternen. ciuitatem cōmittit, eam ſuæ eccleſiæ vniendo: & dat ſibi liberam poteſtatē quatenus prout melius viſum fuerit ſibi, vigilanti cura cuncta diſponat.

† al. miniſteria

1 Ioan. diac. l. 3. c. 15.

F*Elix.*] CASVS. In concilio Carthaginenſi, Felix eps Seleucitanus dixit, vt in illis plebibus ponantur epiſcopi vbi quondam fuerunt; in aliis vero non. cuius dictum concilium approbauit.

2 7. q. 1. tempo ris qualitas, Anſ. l. 5. c. 24. Pol. l. 1. tit. 9.

c ¶ *In diœceſes.*] ſ. diſt. 80. epi. & cap. illud.

d ¶ *Non habeant.*] niſi in caſu, vt j. ea. præcipimus. 99. diſt. nulli.

e ¶ *Proprium.*] niſi in duob. caſib. ſ. c. & temporis. 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas per multos annos ſine epiſcopo fuerit, dum tamen epiſcopalis limes poſſit probari, non obſt. præſcriptio. j. q. 3. licet.

M*ultis.*] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Africano, an plebes, quæ ſunt in epatu alicuius, poſſint habere proprios epiſcopos, quæ ſcilicet nunquā epiſcopos habuerunt, & reſpondet quod non ſine voluntate illius epi à quo retinentur. Et ſcias quod hæc duo c. inducūtur ad probandum, quod vnus epiſcopatus pōt in duos diuidi, epo cōſentiente: aliter non licet. quod non eſt verum quantum ad Papā: ſed pōt dici quod quædam concilia impetrauerant priuilegium à Papa diuidendi vnum epiſcopatum in duos, de cōſenſu tamen epiſcopi cuius erat epiſcopatus.

† al. habebit

3 Et in Tolet. 12. c. 4.

4 Bur. l. 3. c. 33.

" Epiſcopo inuito an poſſit in ſua diœceſi nouus epiſcopatus fieri.

f ¶ *Rectores.*] i. epiſcopos. " Videtur ergo quod Papa non poſſit inuito epiſcopo nouum facere[a] epiſcopatum in diœceſi ſua, vt ſ. c. & temporis. H. dici hunc

a de hoc no. j. c. proxi. in gl. arg. quod ſ. 99. diſt. c. 1. in gl. ſi.

† al. accepturi

vitę huius expleuit[a], vtraſque nos eccleſias præſentis auctoritatis pagina vniſſe, tibique commiſiſſe cognoſce: propriumque vtrarumque[b] eccleſiarū ſcito te eſſe pontificem. Et ideo te, quęcumque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione, ſiue promotione, juxta canonū ſtatuta viſa fuerint ordinare, atque diſponere, habebis vt proprius reuera ſacerdos liberam ex noſtræ auctoritatis cōſenſu, atque permiſſione licentiam. Vbi vero commodius, atque vtilius eſſe perſpexeris, ibi habitato: ita ſane, vt alteram eccleſiam, cui corporaliter præſens non es, ſolicita, prouidentique cura diſponas: quatenus diuina illic myſteria † ſolenniter auxiliante Domino peragantur.

a ¶ Miſenatem.] *Sic emendatum eſt ex vetuſto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis, ſicut etiam apud Gratianum, eſſet* Muſitanam.

Idē Ioāni epiſcopo Veliterno, lib. 2. epiſt. 35.[1]

¶ Duos epiſcopatus in vnum redigere Apoſtolica valet auctoritas. C. XLIX.

2 POſtquam hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) deſolauit eccleſias, vt reparandi eas, ſpes nulla, populo deficiente, remanſerit, maiori valde cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamini gubernatæ, per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidiis. Huius ergo rei ſolicitudine ſæpe commoti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, vt vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemque Triumtabernēſium[a] eccleſiæ prouidimus committendam: quam tuæ eccleſiæ aggregari, vnitique neceſſe eſt: quatenus vtrarumque eccleſiarum ſacerdos recte, Chriſto adiutore, poſſis exiſtere: quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, ſeu promotione vigilanti, ac canonica viſa fuerint cura diſponere, quippe vt pōtifex proprius liberam habeas † ex præſenti noſtra permiſſione licētiam.

a ¶ Triumtabernenſium.] *In vulgatis legebatur* Teuerentium.] *Emendatum eſt ex aliquot vetuſtis & originali, & Ioanne diacono. Nam, ut is teſtatur, hæc epiſtola ſcripta eſt Ioanni epiſcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum vetuſtis vicinum eſt.*

Item ex concilio Carthaginenſi 2. c. 5.[3]

¶ Non habeat epiſcopum diœceſes, quæ numquam habuerunt. C. L.

4 FElix epiſcopus Selemſelitanus dixit: Etiam ſi hoc placet, ſanctitati veſtræ inſinuo, vt diœceſes[c], quæ numquam epiſcopos habuerunt † nō habeant[d], & illa diœceſis, quæ aliquādo habuit, habeat proprium[a][e]. Secundum autem hanc proſecutionē[b] ſanctitas veſtra æſtimet, quid fieri debeat. Ab vniuerſis dictum eſt, Placet.

a ¶ Proprium.] *In concilio ipſo ſequuntur hæc.* Et ſi accedēte tempore, creſcente fide Dei populus multiplicatus deſiderauerit proprium habere rectorem, eius videlicet voluntate in cuius poteſtate eſt diœceſis cōſtituta, habeat epiſcopum.

b ¶ Proſecutionem.] *Emendatus eſt hic locus ex originali impreſſo & manuſcripto. Nam antea legebatur,* Secundum hanc perſecutionem ſanctitatis veſtræ eſt æſtimare.

Item ex Africano concilio, c. 20.[5]

¶ Niſi cum voluntate epiſcopi diœceſes, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprio epiſcopo. C. LI.

6 MVltis conciliis hoc ſtatutū eſt à cœtu ſacerdotali, vt plebes quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinētur, quæ epiſcopos nūquam habuerunt, nō niſi cum voluntate eius epiſcopi, à quo tenētur, proprios accipiāt rectores[a][f].

a ¶ Rectores.] *In concilio Africano, & Carthaginenſi ſequitur,* id eſt epiſcopos: *quod additur etiam in gloſſa.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo[g] *Lariſſæo. lib. 2. indict. 11. epiſt. 7. ſeu 2. 46.*

¶ Apoſtolica auctoritas à iuriſdictione archiepiſcopi epiſcopos valet eximere. C. LII.

7 FRater noſter Hadrian⁹ Thebanæ ciuitatis epiſcopus ad Romanam vrbem veniens lacrymabiliter eſt conqueſtus de quibuſdam capitulis ſe à fraternitate tua, necnon a Ioanne[h] primæ Iuſtinianæ † epiſcopo non legitime, neque canonice condemnatū. *& infra.* ¶ De nequiſſimo autem, dānandoque eius[i] iudicio aliàs ſumus, iuuante Domino tractaturi. Hadrianum vero epiſcopum reperimus, & tuo contra ſacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo iure pecuniariis in cauſis cum fraternitatis tuę condemnatum fuiſſe ſententia. Quia igitur & ab præfato Ioanne primæ Iuſtinianæ epiſcopo contra ius canoneſque depoſitus[k], honoris ſui gradu carere non potuit, in ſua eum reformari eccleſia, atque in proprię dignitatis ordinē decreuimus reuocari. Et cum oportuiſſet te ex eo Dominici corporis communione priuari, quod admonitione † ſanctæ memoriæ deceſſoris noſtri contēpta (per quam cum, eccleſiamque eius de tuæ iuriſdictione poteſtatis exemit) rurſus in eis aliquid[l] tibi iuriſdictionis ſeruare præſumpſeris, tamen nos humanius decernentes, communioniſque tibi ſacramentū interim conſeruātes, decernimus, vt fraternitas tua ab eo, eccleſiaque eius om

eſſe tenorem huius c. quòd null⁹ ſacerdos pōt inſtitui ſine voluntate diœceſani epiſcopi.

g ¶ *Ioanni epiſcopo.*] ſupple & Ioanni patriarchæ: quia archiepiſcopo Lariſſæo ſcribit pro Hadriano.

F*Rater noſter.*] CASVS. Anteceſſor Greg. exemerat Hadrianum epiſcopum Thebanæ ciuitatis à iuriſdictione Lariſſæi archiepiſcopi, & Ioannis patriarchæ primæ Iuſtinianæ, poſtquā exēptionem præfati archiepiſcop⁹ & patriarcha eum grauiter & iniuſte in quibuſdā cauſis condemnauerunt. Nam archieps in cauſis pecuniariis eum iniuſte ſpoliauit, patriarcha vero in cā criminali ipſum inique depoſuit. Super quo cū querelā apud Greg. depoſuit, honori ſuo & loco eſt reſtitutus, & præcipit Lariſſæo archiepō vt de cetero nihil iuris ſup eo vel eius eccleſia præſumeret vſurpare: ſed ſi qua cauſa fidei vel criminalis vel pecuniaria inter eos vertitur, per delegatos domini Papę, ſi mediocris eſt, vel per ſedem Apoſtolicā, ſi ardua eſt decidatur: cōtra quod ſi fecerit, ſciat ſe cōione priuatū. Item præcipit ei, vt ſine dilatione oēs res ſacras vel alias mobiles vel immobiles ei reſtituat. de quib. ſi quęſtio vertitur inter eos, in regia vrbe coram reſpōſali vētiletur. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad §. *Sicut.*

5 Et in Carthag. 3. c. 42.

6 Burc. ibid.

7 Anſ. l. 6. c. 125. Poly. l. 1. tit. 7.

† al. Iuſtinianæ urbis.

h ¶ *Necnon à Ioāne.*] ſub quo erat Lariſſęus metropolitanus, de cuius diœceſi fuit Hadrianus, ſed fuit exemptus.

i ¶ *Eius.*] ſ. Ioannis.

k ¶ *Depoſitus.*] etiam de facto. ſic 24. q. 1. audiuimus.

l ¶ *Aliquid.*] Arg. " ex eo quòd quis eximitur, videtur exemptus vniuerſaliter etiam cū ſuis eccleſiis. in aut. vt eccle. Ro. cen. ann. gau. præſcri. in prin. col. 2. quia beneficia principum large ſunt interpretanda. vt ff. de coſt. prin. beneficium. ext. de don. cum dilectus. 12. q. 2. qui manumittitur. & 24. q. 1. rogamus. & in auth. vt li. decet. §. ſi quis. col. 6. j. e. q. 2. viſis. arg. contra. extr. de relig. do. conſtitutus. in fi. extr. de do. paſtoralis. ext. de pri. ex ore. in fin. & ca. cum capella. ff. de fund. inſtru. l. quæſitum. §. vlt. lo. Quid iuris ſit de hoc, in quæſtionibus no. diligenter. H.

" Exemptio ſimpliciter, an eximat vniuerſaliter.

† al. poſt admonitionem contemptam

a ¶ Noſtri

a ¶ *Noſtri.*] Videtur quòd per legatum vel etiam delegatum quæſtio fidei ſit tractanda: cum tantum ad Petrum ſit referenda quæſtio fidei. 24. q. 1. quoties. " Sed dic quod mediocres cauſas poſſunt epiſcopi tractare, vt ext. de hæ. ad abolendam: ſed magnas non, vt ext. de hære. cum Chriſtus.

"cauſas me-diocres tra-ctant epiſco-pi.

b ¶ *Si mediocris.*] " Videtur ergo quod delegatus criminales cauſas poſsit audire, vt 2. q. 6. decreto. C. de of. procon. l. 1. ar. contra. ff. de of. procon. ſolent. ext. de of. l. quod tranſlationem. " Sed dic quod mediocres cauſas appellat, cum tale eſt crimen quod non inducit depoſitionem: in quo poteſt interuenire procurator, vt ff. an per alium cauſæ app. re. poſ. l. 1. & vbi non eſt opus inſcriptione, vt ff. de acc. leuia. Vel dic quòd cognoſcere poteſt legatus de crimine epiſcopi: ſed non deponere. Vel dic quod poteſt pronunciare aliquem deponendum: ſed non condemnare non poteſt. ſic 2. q. 6. biduum. verſ. ſi quem in inſulam.

" delegatus verò crimi-nales cãs au-dire poſſit.

" Mediocres cauſæ quæ ſunt.

1 Iuo p. 2. 205.

c ¶ *Vel huc.*] Hic ar. delegatum non poſſe omnia quæ delegãs: quod verum eſt, niſi ſpecialiter aliquid fuerit permiſſum, vt 25. q. 1. ſi Gallorum.

c P[*raeſumpſerit.*] ar. quod ſine auctoritate Papæ epiſcopatus non fiunt. & arg. 7. q. 1. mutationes.

e ¶ *Debeas.*] vt tamen habeatur conſenſus epiſcopi, ſi regio illo eſſet intra diœceſim alicuius epiſcopi: quia quicquid extra fecit, ſpectat ad epiſcopum vt ext. de deci. quoniam. Ioan.

† al. hac

SICVT DEO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictum eſt in c. & temporis qualitas. & c. poſtquam. & c. Felix. quod duo epiſcopatus in vnũ redigi poſſunt: & vnus in duos poteſt diuidi. Nunc dicit Grat. quod epiſcopus poteſt ſimiliter vnam eccleſiam ſibi ſubiectam in duas diuidere, & econuerſo cum conſenſu ſuorum clericorum: & facta diuiſione, noua eccleſia ſoluta eſt a iure prioris eccleſiæ: & niſi hoc fieret, multitudo eccleſiarum ad paucitatem reduceretur: plures tamen baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere non poteſt epiſcopus.

nem ante habitæ ſuæ poteſtatem iuriſdictionis abſtineat: & ſecundum ſcripta deceſſoris noſtri [a], ſi qua cauſa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduerſus præfatum Hadrianum conſacerdotem noſtrum potuerit euenire, vel per eos, qui noſtri ſunt, vel fuerint in vrbe regia reſponſales, ſi mediocris [b] eſt quæſtio, cognoſcatur: vel huc [c] ad Apoſtolicam ſedem, ſi ardua eſt, deducatur: quatenus noſtræ audientiæ ſententia decidatur. ¹ Quòd ſi contra hæc, quæ ſtatuimus, quolibet tempore, ſeu qualibet occaſione, vel ſurreptione venire tentaueris, ſacra ſcias te communione priuatum: nec eam te, excepto vltimo vitæ tuæ tempore, niſi conceſſa Romani Pontificis decernimus iuſſione percipere * *& paulo poſt.* ¶ Res autem ſiue ſacras, ſiue alias mobiles, immobileſque eius eccleſiæ, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præſentibus annectimus litteris) ſine aliqua ei dilatione fraternitas tua reſtituat. De quibus ſi qua inter vos quæſtio vertitur, volumus, vt apud reſponſalem noſtrum in vrbe regia ventilentur.

* ¶ *Percipere.*] *Hic in epiſtola interſeritur, c. hac † inſcius 1. 25. q. 1.*

Si autem nec dum in diœceſi alicuius epiſcopi illa loca aſsignata fuerint, ex vigore Apoſtolicæ ſedis proprium epiſcopum accipiant.

Vnde Gregorius iunior ſcribit Bonifacio epiſcopo, epiſtola vltima.

¶ Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi epiſcopi ſunt ordinandi. C. LIII.

PRæcipimus [d], vt iuxta ſacrorum canonũ ſtatuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex rigore Apoſtolicæ ſedis debeas [e] ordinare epiſcopos: pia tamẽ contemplatione, vt non vileſcat dignitas epiſcopatus.

Sicut duo epiſcopatus ſupraſcripto modo in vnum poſſunt redigi, & vnus in duos valet diuidi, ſic etiam epiſcopus de baptiſmalibus, & parochianis eccleſiis facere poteſt cum conſenſu ſuorum clericorum. Quod cum factum fuerit, illa pars populi, quæ nouis eccleſiis ſupponitur, à iure prioris eccleſiæ abſoluitur. Hoc niſi fieri poſſet multitudo eccleſiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere non poteſt.

Vnde in Toletano concilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptiſmales eccleſiæ eſſe non poſſunt. C. LIIII.

2 PLures baptiſmales eccleſiæ in vna [f] terminatione eſſe non poſſunt [g]: ſed vna tantummodo cum ſuis † capellis. Et ſi contẽtio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes vtrarumque [h] diſcernant [i]: & ſi non conuenerint, lis Dei iudicio [k] diſcernatur.

¶ Caput hoc in nullo Toletano eſt inuentum. Burchardus & Iuo citant ex concilio Aquiſgranẽſi.

b Ius ergo eccleſiarum ita interpretandum eſt, vt niſi epiſcopo diſponente aliis eccleſiis fuerit aſsignatum, nullo priorum redituum diminutionem patiantur.

Vnde Anaſtaſius Papa.[3]

¶ Communione priuetur, qui decimas, vel oblationes extra epiſcopi conſcientiam retinere voluerit. C. LV.

4 STatuimus, vt ſi quis oblationes [l] eccleſiæ, vel decimas quas populus dare debet, tenere contenderit, vel extra baptiſmalem [m] eccleſiam dare voluerit præter conſcientiam epiſcopi: vel eius, cui huiuſcemodi officia cõmiſſa ſunt, nec cum eorum voluerit agere conſilio, bannum [n] noſtrum componat, & communione priuetur.

Cum addit [*Extra conſcientiam epiſcopi*] *intelligendum relinquit, quòd epiſcopo cõſentiente aliis eccleſiis dari poſſunt.* [5] *Item.*

¶ Iuxta diſpoſitionem epiſcopi decimæ diſtribuantur. C. LVI.

6 IN ſacris canonibus præfixum eſt, vt decimæ iuxta epiſcopi

1 Bur. l. 3. c. 22. Iuo p. 3. c. 27.

† al. ſubditis

3 Capit. l. 6. c. 285. & l. 7. c. 7.

4 Anſ. l. 5. c. 45.

5 in tõe. Ticinenſi c. 11.

6 Anſ. l. 7. c. 48.

eſſe iudex in ſpiritualibus, vt extr. de iud. decernimus. & c. ſeq. & in conſt. Iun. contigit. quæ eſt de arb. Et eſt hic ar. quòd ſpiritualis cauſa laico poteſt committi. 32. diſt. § verum.

k ¶ *Iudicio.*] i. iuramẽto. vel etiam ſortio. [b] quib. Dei voluntas oſtẽditur. 26. q. 2. §. 1. & c. ſors. Vel Dei iudicio, i. eccleſiaſtico. 3. q. 5. quia ſuſpecti. verſ. veniat. 12. q. 1. futuram.

b ſc honeſtis, & hoc tenet Hug.

IVS ERGO. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis, in qua probare intendit, quòd omnes eccleſiæ cum rebus ſuis ſint in epiſcopi poteſtate, nec decimæ ſine eius licentia alibi poſſint dari, & quod epiſcopus debet illas diſpenſare ſecundũ Deũ, prout ſibi videbitur melius expedire. Io. de Fan.

CASVS. In c. ſ. quicũque. dictum eſt, vt antiquiores eccleſiæ ius ſuum no perdant propter nouas, quod verum eſt (ſicut Grat. hic interpretatur) niſi auctoritate epi aliis eccleſiis fuerint aſſignatum: & ad hoc inducit ſeq. c. Et hoc intelligit Hug. de eccleſiis quæ tantum ad epiſcopum ſpectant. de aliis non poteſt ſine conſenſu clericorum.

STatuimus.] CASVS. Statuitur in hoc c. quòd ſi quis ſua auctoritate decimas vel oblationes, quas debet populus dare, contenderit retinere, vel extra baptiſmalem eccleſiam præter conſcientiam epiſcopi, vel eius cui huiuſmodi officia ſunt commiſſa, decima dare voluerit: pœna pecuniaria & excommunicatione puniatur. *Oblationes* in teſtamento relictas. Vel poteſt dici, quod oblationes deuitæ ſunt, & homines ad hoc compellũtur, vt ſ. e. q. in canonibus.

l ¶ *Oblationes.*] ar. quòd excommunicari poſſunt laici, qui non dãt ſacerdotibus oblationes (ſcilicet debitas) vt ſ. de conſe. di. 1. omnis Chriſtianus. quod Hug. intelligit etiam de gratuitis oblationibus, ſi clericus non habet vnde ſuſtentetur. arg. extr de ſimo. cum ſit argu. contra. 91. diſt. clericus. 12. q. 2. charitatem.

m ¶ *Baptiſmalem.*] " decimæ ergo ſoluendæ ſunt baptiſmalib. eccleſiis, arg. ſ. e. de decimis. & ſ. e. in ſacris. quod verum eſt de prædialibus, ſed perſonales debentur parochialibus eccleſiis, vt ſ. e. q. & dixi. ſ. e. quicumque. Item patet, quod epiſcopus poteſt auferre decimas vni eccleſiæ, & dare alteri vt dixi ſ. e. eccleſiæ.

" Decimæ cui eccleſiæ ſunt ſoluendæ.

n ¶ *Bannum.*] lx. ſolidorum, vt in Lombarda continetur. & ſic ſemper intelligitur vbi non determinatur. " & eſt hic arg. pœnam pecuniariam ab eccleſia poſſe infligi. 18. diſt quoniam. extr. de rap in archiepiſcopatu. ar. 23. q. 5 quid ergo. arg. contra extr. de pœn licet [c]. Item arg. quod iudex poteſt aliquem contumacem excommunicare, & aliter punire, quod non eſt verum, vt ext. vt lit. non cont. quoniam. in fi.

"Eccleſia poteſt pœnam pecuniariam infligere.

c Vbi de hoc. & 8. di quoniam. in fi. & 23 q 5. ſi vos & 94. diſt. c. vlt.

CVM ADDIT. CASVS. Dictum eſt ſ. quòd præter conſcientiam epiſcopi decimæ aliis dari non debent. Nunc vero a ſenſu contrario (vt dicit Grat.) datur intelligi quod epiſcopo conſentiente aliis dari poſſunt.

IN ſacris.] CASVS. Conqueſti ſunt quidam archipresbyteri de quibuſdam laicis, qui decimas eccleſiis baptiſmalibus ſubtrahentes epiſco

PLures.] CASVS. Statutum eſt in concilio Toletano, vt intra vnam terminationem non ſint plures eccleſiæ baptiſmales, & ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricum eccleſiarum populi vtrarumque amicabiliter componant, ſin autem, lis Dei iudicio diſcernat.

f ¶ *In vna.*] & intra eoſdem limites.

g ¶ *Non poſſunt.*] ita quòd habeant eoſdem limites, ex quo enim ſunt baptiſmales, debent habere limites diſtinctos, vt 13. q. 1. c. 1. vnus enim tantum debet eſſe princeps. 7. q. 1. in apibus.

h ¶ *Plebes vtrarumque.*] ar. quòd qui rem melius nouerunt, ſiue ſint domeſtici, ſiue extranei, potius debent eſſe teſtes quam alij, licet ſint domeſtici vel conſanguinei, vt ext. qui mat. accuſ. poſ. videtur. in fi. & ext. de teſti. veniens. in fi. C. de repud. conſenſu [a].

a Hoc no. 3. q. 5. in ſumma. & c. j. & 14. q. 2. ſuper prudentia.

i ¶ *Diſcernant.*] vel per arbitrium, vel per amicabilem compoſitionem: ſuperioris tamen auctoritas eſt neceſſaria. ext. de tranſ. deceteto. & ſtatuimus. & extr. de arb. per tuas. aliàs laicus non poſſet

epiſcopi diſpoſitione contempta dabant eas illis eccleſiis, quas ædificauerant in propriis prædiis, vel in feudis, vel aliis eccleſiis, & ideo prohibet Anaſtaſius ne hoc decetero fiat.

a ¶ *In beneficiis.*] i. feudo. Et eſt ar. ius patronatus cum feudo tranſire, niſi fuerit exceptum: vt ext. de iu. pat. ex litteris. ar. contra. ſ. e. q. 7. nemini [a].

a Et illud verum eſt ſingulariter, ſed cum vniuerſitate bene. ff. de cõtrah. emp. in modicis ſecundum Lau.

CVM AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſ. in c. prox. quod reprehenduntur qui contempta epiſcopi diſpoſitione decimas aliis eccleſiis tribuunt. Nunc vero a ſenſu contrario colligit Grat. quòd ſi eo diſponente hoc faciunt, irreprehenſibiles inueniuntur.

IN *canonibus.*] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres par. in 1. par. anathematizatur quicunque oblationes alterius eccleſiæ, quas vel accipere, vel alteri dare volunt, præter conſcientiam epi, vel alterius ad quem huiuſmodi ſpectant officia: cum iniquum ſit ab aliquib. vſurpari quod relictum eſt pro remedio animarum, & maxime a Chriſtianis & principib. a quibus res eccleſiaſticas conuenit cuſtodiri. In 2. par. dicitur, quod quicumque res eccleſiæ ſua auctoritate, vel auctoritate principis inuaſerit: niſi commonitus reſipiſcat, debet excõmunicari. In 3. par. oſtendit hominem inobedientem excommunicandum. & hoc probat auctoritate Domini. Secunda pars incipit ibi, *Generaliter.* Tertia ibi, *Similiter & illi.* Et no. quod in principio ſunt verba Symmachi. Ibi, *Si quis oblationes*: ſunt verba concilij: & caute conſidera, quæ ſunt verba concilij legẽdo. & loquitur iſtud c. de immunitate rerum eccleſiæ: ſequens vero ca. de immunitate rerum clericorum.

1 & in Agſg. ſub Pipino, c. 26.

2 Deuſd p. 4. Anſ. l. 5. c. 44.

3 C. 7. Gangren. Capit. l. 7. c. 7.

4 in Gang. c. 8. l. Bur l. c. 143. & 145. Iuo par. 3. c. 209. & 210. 12. q. 2. indigne.

b ¶ *Maxime.*] quẽ quis tenetur defendere cõtra alios, multo fortius contra ſe. ff. ſi ſer. ven. altius. 19. diſ. nulli fas. ſ. e. nulli epiſcoporum. extr. de nat. ex li. ven. c. vnico.

5 Hoc etiam habes ſ. 96. diſt. c. 1.

c ¶ *A principibus.*] quib. Chriſtus eccleſiam cõmiſit. 23. q. 5. principes.

d ¶ *Confiſcare.*] ſecundum leges veteres bona damnatorum confiſcabantur. hodie ſecus, vt C. de bo. dam. auth. bona. " Res autem eccleſiæ non poſſunt confiſcari, vt ſ. e. placet. ar. contra extr. de preſc. ſi diligenti.

" Eccleſiæ res confiſcari non poſſunt.

e ¶ *Inſtantiſſime.*] No. auctoritatem maioris in illicitis non excuſare. 12. q. 2. quicumque. & c. de reb. al. 11. q. 3. ſi dominus. & ſ. e. q. 7. decimas. 23. q. 1. omne quod.

6 Iuo p. 3. c. 148.

diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autẽ laici, qui vel in propriis, vel in beneficiis [a] ſuas habent baſilicas, contempta epiſcopi diſpoſitione, non ad eccleſias, vbi baptiſmum, & prædicationem, & manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramẽta percipiunt, decimas ſuas dant: ſed vel propriis baſilicis, vel aliis [a] eccleſiis pro ſuo libitu tribuunt: quod omnimodis diuinæ legi, & ſacris canonibus cõſtat eſſe contrarium. Vnde [b] veſtram poteſtatem, vt eos corrigatis, expetimus.

a ¶ Aliis eccleſiis.] *In concilio Ticinenſi, unde hoc capitulum uidetur acceptum, legitur* ſuis clericis: *Apud Anſelmum vero*, ſuis eccleſiis.
b ¶ Vnde veſtram.] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludouicum II. qui illi ſynodo interfuit. Quare in ea ſequitur*, ſacra docet, &c.

Cum autem reprehenduntur, quia cõtempta epiſcopi diſpoſitione hoc faciunt, intelligitur, quòd ſi epiſcopo diſponente hoc fecerint, irreprehenſibiles inueniantur.

Item Symmachus epiſcopus eccleſiæ catholicæ vrbis Romæ dixit in ſynodo ſexta Romana. [1]

¶ Anathema ſit, qui præter epiſcopi conſcientiam decimas, & oblationes diſpenſare voluerit. C. LVII.

2 IN canonibus in Gangrenſi eccleſia, Apoſtolica auctoritate conditis de fructuum oblationibus, quæ miniſtris eccleſiæ debentur, & de his, quæ in vſus pauperum conferuntur, ſcriptum habetur [[3] Si quis oblationes [a] eccleſiæ accipere, vel dare voluerit præter epiſcopi cõſcientiam, vel eius cui huiuſmodi ſunt officia commiſſa, nec cum eius voluerit agere conſilio, anathema ſit.] Et iterum in eodem concilio Gangrenſi [[4] Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter epiſcopum, vel eum, qui cõſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandã miſericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.] Valde iniquum [5] ergo, & ingens ſacrilegium eſt, vt quęcunque vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum vnuſquiſque venerabili eccleſiæ cõtulerit, aut certe reliquerit, ab his, à quibus hæc maxime [b] ſeruari cõuenit, idest Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus, & ſuper omnia à principibus [c], & primis regionũ in aliud transferri, vel cõuerti. *& infra.* ¶ [6] Generaliter vero, quicũque res eccleſiæ cõfiſcare [d], aut competere, aut peruadere perículoſa ſua infeſtatione præſumpſerit [e], niſi ſe citiſſime per eccleſiæ, de qua agitur, ſatisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res eccleſiæ, iuſſu, vel largitione principum, vel quorumdã potentum [c], aut quadam inuaſione, aut tyrannica poteſtate retinuerint, & filiis, vel heredibus ſuis (vt à quibuſdam iam factum audiuimus) quaſi hereditarias reliquerint niſi cito [f] res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus, vt cuſtodes potius chartarum [g], quã defenſores rerum creditarum (vt præceptum eſt) iudicemur. *& infra.* ¶ Ferro enim abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomẽta nõ ſentiunt. ¶ Similiter & illi extorres debent fieri ab eccleſia, qui ſacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino [Auferte malum ex vobis.] Vniuerſa ſynodus ſurgẽs acclamauit. Vt ita fiat, rogam[us]. Dictũ eſt octies. Iſta ſeruẽtur [c] precamur. Dictũ eſt decies. Vt in perpetuum maneant, & veſtra auctoritate firmẽtur. Dictum eſt duodecies. Exaudi Chriſte, Symmacho Papæ vita. Dictum eſt duodecies.

Deut. 13. & 1. Cor. 5.

a ¶ Oblationes eccleſiæ.] *In concilio ipſo Gangrenſi legitur*. ſi quis oblationes eccleſiæ extra eccleſiam accipere, &c.
b ¶ Niſi ſe.] *Hæc uſque ad uerſ.* Similiter. *ſunt addita ex Symmachi ſynodo.*
c ¶ Iſta ſeruentur.] *Item hæc uſque ad uerſ.* Exaudi.

Item in eadem ſynodo.

¶ Eadem plectũtur pœna, qui eccleſiæ res, & bona epiſcoporum inuadunt. C. LVIII.

7 SImiliter & hoc ad omnium eccleſiarũ notitiam veſtra cũctorum exhortatione, & iudicio cenſemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia epiſcoporum res, eccleſiæ [h] non dubitantur eſſe, ſi in eorum facultatibus ſimili [i] fuerit crudelitate graſſatum, peruaſores rerum memoratarum, prædictæ canonum diſtrictionis feriantur vindictæ: vt qui moribus propriis, ac nulla conſcientiæ caſtigatione corriguntur, ſaltem eccleſiaſticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.

Item ex libro primo capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 83.

¶ Res Eccleſiæ, principum auctoritate diſtribui non poſſunt. C. LIX.

8 QVia iuxta ſanctorũ patrũ traditionem nouimus res eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia

8 Deuſd p. 5. Anſ. l. 4. c. 43.

36. q. 2. nullus. arg. contra. 63. diſt. Salonitanæ. 14. q. 5. dixit.

f ¶ *Niſi cito.*] Primo tamen videtur citandus princeps cuius auctoritate res eccleſiaſtica tenetur, vt 12. q. 2. de rebus. ſed illud ob ſcãdalum principis. ſed non eſt ita.

g ¶ *Chartarum.*] i. librorum: quia epiſcopus non debet ſemper libris inſiſtere, vt 86. diſtin. fratrem.

SImiliter.] CASVS. In hoc ca. dicitur quòd res epiſcoporum patrimoniales eſſe eccleſiæ non dubitantur: & ideo ſimili debẽt priuilegio gaudere: vnde ſi quis eas inuaſerit, niſi admonitus reſipiſcat, ſicuti propter res eccleſiæ, ita propter res epiſcoporum excommunicari debet. & not. quod dicitur de rebus epiſcoporum, eſt intelligendum de rebus omnium clericorum.

h ¶ *Eccleſiæ.*] quia epiſcopus eſt in ipſa eccleſia, vt 7. q. 1. ſcire. " Ex hoc c. conſueuit dici, quòd res clericorum eodem gaudent priuilegio quo res eccleſiæ. 12. q. 1. eccleſiarum. & 87. di. eos. vnde videtur quòd ęque committatur ſacrilegium in rebus clericorum, ſicut in rebus eccleſiæ. Vel dic quòd ſunt res eccleſiæ quo ad defenſionem: quia eccleſia debet eas defendere [b] ſicut ſuas. 12. q. 1. de laicis. & 87. diſt. eos. Vel dicuntur eccleſię quoad hoc: quia ſi damnificat eccleſiam epiſcopus, eccleſia habet recurſum ad res ſuas, vt 12. q. 4. quicumque. vnde dico quod omnes res clericis ſunt obligatæ ſuæ eccleſiæ: ſicut res mariti vxori, vt ext. de pig. ex litteris. & C. qui po. in pi. l. vlt. ſicut & res tutoris pupillo. " vnde qui minor eſt xxv. annis, non debet eſſe prælatus, cum res ipſius non poſſint obligari eccleſiæ, vt C. de leg. tut. l. vlt. Nec obſtant contraria hic ſignata. ſ. decima ſecunda, quæſtio. 3. epiſcopus. & q. 2. ſint manifeſtæ. vbi dicitur quòd aliæ ſunt res eccleſiæ, aliæ epiſcopi: & hoc fateor: ſed dicuntur eſſe eccleſiæ quoad ea quæ dixi 12. qu. 5. ſi epiſcopus.

" Eccleſiæ & clericorum bona eodem potiũtur priuilegio.

b Hoc intellige, vt ext. de vi. & ho. cle. c. ſi. Arc.

" Minor 25. an. cur non debeat eſſe prælatus.

7 Iuo p. 3. c. 148.

i ¶ *Simili.*] quam præmiſimus circa res eccleſiaſticas.

QVia iuxta.] CASVS. Ludouicus & Carolus legem ſanxerunt in perpetuum valituram, vt quia res eccleſiæ ſunt vota fidelium & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, nulli liceat ea ab eccleſia remouere ſub pœna excommunicationis.

a ¶ Diui

pauperum, cuique non ſolum habita conſeruare, verũ etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Vt † autem ab eccleſiaſticis [α] de diuidendis [β] [a] rebus eccleſiæ ſuſpicionem dudum conceptam amoueremus, ſtatuimus, vt neque noſtris, neque filiorum [b], & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram, vel progenitorum noſtrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, vllam penitus diuiſionem, aut iacturam patiatur.

α ¶ Eccleſiaſticis.] *Sequebatur.* officiis, *quæ vox neque in uetuſtis, neque in ipſo capitulari eſt. Refertur enim ad homines, non ad officia.*

β ¶ Diuidendis.] *In capitulari impreſſo legitur.* non diuidendis. *In capitulis autem manuſcriptis, quæ ab epiſcopis prouinciarum Rhemenſis, ac Rhothomagenſis Ludouico regi miſſa fuerunt hæc habentur ad hunc locum pertinentia.* Quia vero Carolus princeps Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges, ac principes, res eccleſiarum ab eis ſeparauit atque diuiſit, pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianẽſis epiſcopus, qui in monaſterio S. Trudonis requieſcit, in oratione poſitus, ad alterum ſæculum raptus, & inter cetera quæ Domino ſibi oſtendente conſpexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius ductore reſponſum eſt, quia ſanctorũ iudicatione, qui in futuro iudicio cũ Domino iudicabunt, quorũmcumque res abſtulit, & diuiſit, ante illud iudicium anima & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul cũ peccatis ſuis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas & facultates in honore & amore Domini ad ſanctorum loca in luminaribus diuini cultus, & alimoniis ſeruorũ Chriſti, ac pauperum pro animarum ſuarum redemptione tradiderant. Qui in ſe reuerſus S. Bonifacium, & Fuldradum abbatem monaſterij S. Dionyſij, & ſummum capellanum regis Pipini ad ſe vocauit, eiſque talia dicens in ſignum dedit, vt ad ſepulchrum illius irẽt, & ſi corpus eius ibidem non reperiſſent, ea quæ dicebat, vera eſſe concrederet. Ipſi autem pergẽtes ad prædictum monaſterium, vbi corpus ipſius Caroli humatum fuerat, ſepulchrumque ipſius aperientes, viſus eſt ſubito exiſſe Draco, & totum illud ſepulchrum interius inuentum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Nos autem illos vidimus, qui vſque ad noſtram ætatem durauerunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis viua voce veraciter ſunt teſtati, quæ audierunt, atque viderunt. Quod cognoſcens filius eius Pipinus ſynodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio legatus Apoſtolicæ ſedis Gregorius nomine. Nam & ſynodum ipſam habemus, & quantumcumque de rebus eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, eccleſiis reddere procurauit. Et quoniam res eccleſiis, a quibus ablatæ erant, reſtituere propter concertationem, quam cum VVaifaro Aquitanorum principe habebat nõ præualuit, precarias fieri ab epiſcopis exinde petiit, & nonas, ac decimas ad reſtaurationes tectorum, & de vnaquaque caſata duodecim denarios ad eccleſiam vnde res erant beneficiatæ (ſicut in libro capitulorum regum habetur) dari conſtituit, vſque dum ipſæ res ad eccleſiam reuenirent. Vnde & Dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine conſtitutus edictum fecit, vt nec ipſe, neq; filij eius, neque ſucceſſores, huiuſmodi res agere attentarent. Quod manu ſua firmauit, cui plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum in libro capitulorum eius, quicumque librum illum habet, & legere voluerit, inuenire valebit. Hanc etiam relationem & in ſcripturis habemus, & quidam noſtrum etiam viua voce Dominum Ludouicum Imperatorem patrem veſtrum referre audiuimus. *Huius hiſtoriæ mentio etiam eſt in uita B. Eucherij epiſcopi Aurelianenſis, & B. Rhigoberti archiepiſcopi Rhemenſis. Qualis uero eſſet huiuſmodi eccleſiaſticorum bonorum diuiſio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo capitularium ante capitulum 8; ſic exponitur.* Tempore Hadriani Papæ, & Caroli magni Imperatoris quãdo Paulinus epiſcopus tenuit vices Apoſtolicæ ſedis, in Aquis fuit factum iſtud capitulum propter hoc. quia laici homines ſolebant diuidere epiſcopalia, & monaſteria ad illorum opus: & non remanſiſſet vlli epiſcopo, nec abbati, nec abbatiſſæ, niſi tantum, vt velut canonici, & monachi viuerent.

Cum ergo præter conſcientiam epiſcopi vel eius, cui officia huiuſmodi commiſſa ſunt, quilibet prohibetur oblationes eccleſiæ diſtribuere, liquido apparet, quòd cũ epiſcopi cõſenſu, quibuſlibet eccleſiis poſſint diſtribui.

Huic interpretationi videtur contraire auctoritas illa Toletani concilij 4 c. 32.

¶ Nihil de iure ſuę diœceſis epiſcopi præſumant auferre. C. IX.

1 CONſtitutum eſt à præſenti concilio epiſcopos diœceſes ſuas ita regere, vt nihil ex earum iure præſumant auferre [c]: ſed iuxta priorum auctoritatem conciliorum tam de oblationibus, quam de tributis †, ac frugibus tertiam [d] conſequantur. Quòd ſi amplius [e] quidpiã ab eis præſumptum extiterit, per concilium reſtauretur: appellantibus aut ipſis conditoribus [f], aut certe propinquis [g] eorum, iam illi à ſæculo diſceſſerunt.

Item Symmachus Papa ad Cæſarium fratrem, c. 1.

¶ Poſſeſsiones eccleſiæ derelictas nulli ſit alienandi licentia. C. XI.

2 POſſeſſiones, quas vnuſquiſque eccleſiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuſlibet titulis, atque diſtractionibus, vel ſub quocumque argumẽto non patimur: niſi forte aut clericis bonorum † meritorum, aut monaſteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis neceſſitas largiri ſuaſerit: ſic tamen, vt hæc ipſa non perpetuo [h], ſed temporaliter perfruantur.

Sed illud Toletani concilij ita intelligendum eſt, vt epiſcopi præter quartam, vel tertiam, qui ſecundum locorum diuerſitates eis debetur, nihil contingant.

Vnde in concilio Leonis Papæ IIII. c. 28 ſtatutum eſt.

a ¶ *Diuidendis.*] i. ſeparandis ab eccleſia. conſueuit tamen hoc c. induci ad probandum, quod res eccleſiarum non poſſunt diuidi per præbendas, vt dixi 12. q. 1. c. vlt.

b ¶ *Neque filiorum.*] arg. aliquem ſuo ſucceſſori legem poſſe indicere, vt 12. q. 2. non liceat. 63. di. ergo. ar. contra. 2. q. 5. mandaſtis. vbi de hoc [a].

CVM ERGO. CASVS. Dictum eſt ſ. q. cum epiſcopi conſenſu oblationes vnius eccleſiæ aliis diſtribui poſſunt, vt innuitur à contrario ſenſu: ſed Grat. nunc vult probare contrarium.

COnſtitutum.] CASVS. Epiſcopi res eccleſiarum auferebãt: & ideo conſtitutum fuit in concilio Toletano, vt nihil de rebus earum præſumant auferre: tertiam tamen partem eccleſiarũ obuentionibus conſequantur: & ſi contra hoc fecerint, per conciliũ reſtaurentur conditoribus eccleſiarum, vel eorum heredibus ſuper hoc appellantibus.

c ¶ *Auferre.*] niſi in caſibus. 12. q. 2. bonæ rei. & 10. q. 2. hoc ius. ext. de ec. ædi. ad audientiam.

d ¶ *Tertiam.*] alibi dicitur, quod quartam. 12. q. 2. concesso. alibi, quòd medietatem. 10. q. 1. antiquos. ſed loci conſuetudo eſt obſeruanda [b], vt dicit Gra. in ſeq. § & 10. q. 3. cathedraticum. Vel dic, diuerſitas temporum ſoluit contrarium 2. q. 1. ſi peccauerit.

e ¶ *Quòd ſi amplius.*] & ſi fecerint, quaſi concuſſores ſunt in quadrupium puniendi. ar. 13. diſt. quoniam quidem. 24. q. 1. militare. C. de affec. l. 3.

f ¶ *Conditoribus.*] i. patronis, qui poſſunt male alienata repetere. vt j. e. q. 7. filiis. immo quilibet de populo hic admittitur. 12. qu. 2. non liceat. [aa] Sed nunquid patronus laicus poteſt criminaliter clericum accuſare de dilapidatione, cum ſuam iniuriam perſequatur? ar. quòd ſic. j. q. 7. filiis. & arg. 22. di. illud. Nam ipſorum intereſt, vt j. e. q. 7. quicumque. Simili ratione videtur quod quilibet de populo: quia publice intereſt ne res eccleſiæ male tractentur. vt 2. q. 1. prohibentur. in ſi ſed tamen ſecus eſt, vt notaui 2. q. 7. in ſumma. & cap. præſumunt. Et eſt arg. ad hoc 28. diſt. conſulendum.

g ¶ *Propinquis.*] ius enim patronatus tranſit ad filios, vt j. ead. qu. 7. filiis. etiam quamuis heredes non ſint: ar. ff. de iu. pat. filij. ff. de relig. quod pater. & ad heredes extraneos, vt j. q. 7. ſi plures. ff. de ope. lib. fabriles. & arg. contra ff. eod. ſi operarum. & C. eo. liberti. Ioan.

POſſeſſiones.] CASVS Epiſcopi alienabant poſſeſsiones eccleſiarum, quas quis dederat in vita, vel in morte reliquerat. ſed Papa Symmachus prohibuit, vt hoc nullo modo fiat niſi in tribus caſibus, ſcilicet clericis benemeritis, vel monaſteriis religionis intuitu, vel peregrinis ſi largiri neceſsitas ſuaſerit: & hoc faciant non perpetuo, ſed ad tempus.

h ¶ *Non perpetuo.*] hoc verbũ, perpetuo, ſpectat tantum ad clericos, ſecundum quod exponit Grat. j. ea. §. ſed illud. Sed hæc veritas eſt, quòd monaſteriis & piis locis poteſt dari aliquid perpetuo, vt j. e. q. 2. viſis. & 12. q. 2. ſi quos. & c. eccleſiaſticis. Si autem ſimpliciter datur aliquid perſonæ intelligo perſonaliter eſſe datum. ſ. 10. qu. 2. hoc ius. ſi eccleſiæ datur, intelligo donationem eſſe perpetuam, vt j. ead. c. vlt. extr. de inſtit. cum veniſſent. nam cum res intelligatur data vſque ad mortem hominis, & eccleſia nõ poſſit mori. 12 q. 2. liberti ſemper intelligitur perpetuo eſſe datum quod eccleſiæ datur. [c] Sed ſi quis dederit eccleſiæ tantum vſum rei, non proprietatem: in hoc caſu vtitur eccleſia re illa vſque ad cẽtum annos: quia hæc ætas longæui hominis eſt. ff. de vſufru. an vſufructus. & C. de ſacroſ. eccle. l. vt inter. Sed numquid epiſcopus ſine canonicis tẽporalem donationem facere poteſt? Dico quod ſic: quia tantum perpetuæ conceſsiones ſpectant ad alienationem, vt extra de his quæ fi. à præl. ſine conſenſu c. tua [e]. 12. q. 2. bonæ. ſecus ſit in conceſsionibus eccleſiarum: quæ licet temporales ſint, tamen ſolus non concedit, niſi hoc habuerit ex conſuetudine. vt extra de his quæ fiunt à prælatis. ea noſcitur. argu. tamen contra. decimaſecunda, quæſtione 1. epiſcopus. vbi nec fructus poteſt epiſcopus dare ſine conſcientia cleri ſui. Ioan.

SED ILLVD. CASVS. Quia ſupra in capitu. conſtitutum. facta eſt mentio de tertia quam epiſcopus debet percipere de rebus eccleſiarum. ideo idem nunc oſtendit & de quarta: ſcilicet, vt epiſcopi præter tertiam vel quartam ſecundum diuerſas conſuetudines nihil auferre præſumant.

a Contrario ſenſu dicitur, & ideo caute hic dicit Deo diſpenſante.

† al. tamen ut

b De hoc ſatis no. 10. q. 1. de his. ibi videas. Arc.

aa Patronus laicus, an poſſit clericum de dilapi. õne criminaliter accuſare.

c vſusfructus eccleſię relictus durat cẽtum annis.

† Bur. l. 3. c. 103. Iuo p. 3. c. 155.

† al. decimis tributis.

e Ad idẽ extra lib. 6. de reb. ec. non al. dudum. vbi de hoc.

a Pol. l. 3. tit. 12. Anſ. l. 5. c. 47.

† al. honorum meritis

N*ulli epiſcoporum.*] CASVS. Quidam epiſcopi vltra quam eis canonice permittebatur clericos ſibi ſubiectos multis angariis fatigabant exactiones plurimas faciendo in eos: ideo ſtatuit Leo, vt hoc decetero non faciant: ſed proprias oues alant tamquam boni paſtores. & hoc probat auctoritate Domini, qui nos docuit paſcere & docere.

a ¶ *Statuta.*] ſi ergo epiſcopus aliquid exigit a ſubdito ſuo, negari poteſt ei, niſi oſtendat hoc à canone ei conceſſum eſſe, vt 18. q. 2. hoc tantum. & 9.q.3.conqueſtus [a].

b ¶ *Neceſſitatibus.*] à pauperibus.enim nihil petet, vt1.q.2.placuit: [a] ſic dicit lex, quòd ſi patria tenuis eſt, potius eſt iuuanda quam ſpolianda, vt C. noua vectig.inſt.non poſ.l.1.

A*d hoc locorum.*] CASVS. Leo epiſcopus de reditib. vel oblationibus eccleſiæ integram quartam canonicis ſuis non diſtribuebat. & ideo Greg. præcepit, vt illã quartam ſine diminutione prout ſibi viſum fuerit cum diſcretione inter canonicos diſtribuat: quia ad hoc ſunt ordinati gradus locorum & diſtincti, ne prælati opprimant iniuſte ſubiectos: nec ſubiecti cõtra prælatos ſuperbiãt effrænate.

c ¶ *Ad hoc.*] ſi.C.de Iudæ.nullus.

d ¶ *Et iudicia.*] ſ.89.di. ad hoc.

e ¶ *Vel quodlibet.*] [a] ergo non ſolum de decimis & oblationib. fiant quattuor portiones, ſed etiam de penſionibus & aliis reditibus 12.q.2.quattuor.

f ¶ *Viſum.*] ergo epiſcopus pro arbitrio ſuo poteſt bona eccleſiæ diuidere.12. q. 2. Vulteranæ.ſ.c.q. 7. decimas. contra. Sed ibi ſoluitur, hoc cap. loquitur quando bona non ſunt ſeparata; alias contra. 12. q.1. §. vlt. quod potius concordat.

P*rædicator.*] CASVS. Quidam epiſcopi turpis lucri gratia à ſubiectis ſuis iniuſte pecuniam exigebant: ſed ſexta ſynodus oſtẽdit, quod hoc ſacere non debeant: quia non debent res ſubditorum iniuſte deſiderare: ſed potius illos alere. Et hoc probat tribus auctoritatibus, ſcilicet duabus Pauli, & tertia Petri.

¶ A clericis, & piis locis vltra ſtatuta patrum aliquid epiſcopus non exigat. C. LXII.

1 NVlli epiſcoporum liceat à ſubiecto ſacerdote, vel alio quolibet clerico, & piis locis dationes vltra ſtatuta [a] patrum exigere, aut ſuper†poſita in angariis inferre. Sed cum optimus ſit perſpector, ita proſpiciat†, vt vniuerſæ ſibi oues cõmiſſæ à ſe maxime alantur, atque in neceſſitatibus [b] adiuuentur, non illicitis exactionibus†opprimantur. quia Dominus paſcere, & docere nos docuit, & omnibus miniſtrare, non terrenis lucris vel auaritiis delectari.

Item Gregorius Leoni epiſcopo Catanenſium †2 lib.7.epiſt.8.

¶ De reditibus eccleſiæ quarta pars clericis eſt diſtribuenda. C. LXIII.

2 AD hoc [c] locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & iudicia [d] eſſe conſtituit, vt nec præpoſiti in opprimendos ſe fruſtra valeant occupare ſubiectos, nec ſubiectis iterum contra ſuos præpoſitos effrænata ſit reſultandi licentia. *& infra.* ¶ Volumus igitur, vt quidquid eccleſiæ tuæ ex reditu, vel quolibet [e] alio titulo fortaſſis acceſſerit, quartam exinde portionem ſine diminutione aliqua debeas ſegregare, atque eam ſecũdum Dei timorem presbyteris, diaconis, ac clero (vt tibi viſum [f] fuerit) diſcrete diuidere.

Item ex ſeptima ſynodo, c.4.

¶ Epiſcopus turpis lucri gratia nihil à monachis, vel clericis ſuis exigere debet. C. LXIIII.

3 PRædicator [g] veritatis Paulus diuinus [h] Apoſtolus, ac ſi canonem ponens Epheſiorum preſbyteris, immo vero [i] & omni ſacratæ multitudini† [k] ita fiducialiter perhibuit. [Argentum, & aurum [l], aut veſtem nullius concupiui. Omnia oſtendi vobis quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, beatius exiſtimans † [m] dare, quam accipere.] Propter quod & nos edocti ab eo definimus epiſcopum nullatenus turpis lucri gratia excogitare [a] ad excuſandas excuſationes in peccatis expetere aurum, vel argentum, aut aliam ſpeciem ab epiſcopis, vel clericis, vel monachis, qui ſub ipſo ſunt. Ait enim [n] Apoſtolus [Iniqui regnum Dei non poſſidebunt, nec debent filij theſaurizare [o] parentibus [p], ſed parentes filiis.] *& infra.* Præcepit enim & Petrus Apoſtolorũ ſummus [Paſcite, qui vobis eſt, gregem Dei, non coacte [q], ſed ſpontanee ſecũdum Deum, non turpis lucri gratia, ſed voluntarie: neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis. Et cũ apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam]

¶ *Caput hoc antea citabatur ex ſexta ſinodo. Eſt autem in ſeptima ex verſione Anaſtaſij: ex qua nonnulla hic ſunt addita, dempta, emendata.*

a ¶ Excogitare] *Verba Græca*, ἐξεῦρον μὴ ὅλως αἰσχροκερδῶς σκηνάζω ἐπίστασθαι προφασιζόμενοι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ἀπαιτεῖν χρυσὸν *ſic clarius vertentur*, ſtatuimus ne vllo modo turpis lucri gratia in mentem veniat epiſcopo excuſanti excuſationes in peccatis poſcere aurum, &c.

Illud autem, quod in fine capituli [r] Symmachi ponitur [Hac ipſa non perpetuo, ſed temporaliter perfruantur] ad perſonales tantum poſſeſſiones, clericorum videlicet & pauperum, non ad monaſteriales referendum eſt.

7 *Quàm vero ſit graue apud Deum decimas, & oblationes, ac primitias ſacerdotibus non ſoluere, auctoritate Hieronymi, & Auguſtini apparet.*

Ait namque Hieronymus in comment. ad c.3. Malachiæ.

¶ Reus apud Deum habetur, qui decimas ſacerdotibus non ſoluerit. C. LXV.

REuertimini [s] ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum, & dixiſtis, in quo reuertemur [t]? Si affliget homo Deum, quia vos configitis me: &

vt ſ. 3.q.4.hi qui.& ſ.35.q.8.hæc ſalubriter. Non eſt ſuperficialis: quia non ſuccedunt parentes filiis niſi in defectu aliorum.

p ¶ *Parentibus.*] etiam ſpiritualibus & reſpexit Apoſtolus naturam & votum parentum, [a] prout voto parentum hereditas filiis debetur, ſed filiorum hereditas ſola pietatis cauſa parentib. debetur, vt ff.vn. lib. ſcripto herede. §. vlt. & ff. de inof. teſta. nam & ſi. iuxta illud: Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato. Item dicit lex, quod omnia quæ noſtra ſunt, ex vota filiis paramus, vt ff. de bo. lib. l. pe. 1. reſp. & hereditas parentum quaſi debita obuenit nobis, vt ff. pro ſo. l.& quia.& filij pene ad propria bona veniunt. ff. de ſuc. edic. l.1.§. pe. Et dicit Imperator, cogitare debent parentes, quod & ipſi fuerunt filij, & ea quæ a ſuis parentibus ſperabant, ſuis filiis facere debent.in auth. vt cum de ap. cog. §. conſiderare. col.8.

q ¶ *Non coacte.*] id eſt pro lucro terreno.

ILLVD AVTEM. CASVS. Iſte § reſpicit illud c. poſſeſſiones. & dicit quod illud verbum, temporaliter perfruatur non refertur ad monachos, qui perpetuo poſſeſſiones illas poterant poſſidere, ſed refertur tantum ad clericos pauperes. Poſtea probat, quod graue peccatum eſt decimas & primitias & oblationes non reddere. & ad hoc inducit ſequentia c.

r ¶ *Capituli.*] ſ.c. poſſeſſiones.

QVAM VERO. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat magiſter, quod decimæ ſunt dandæ clericis pro labore ſuo: & qui eas non dat, peccat mortaliter, clerici autem debent eas diuidere iuſto modo cũ pauperibus & religioſis & hoſpitibus, & hoc probat per 4. ca. Ioan.de Fan.

R*euertimini.*] CASVS. Caſum hunc ſic attende. Iudæi decimas ſacerdotibus & leuitis non tribuebant, propter quod penuria & ſterilitate ſunt puniti. nam in pœnam eorum cataractæ cæli clauſæ ſunt, nec pluuias effundebant, & locuſtæ, brucus, & ærugo labores ſuos deuaſtabant. Hortatur itaque Malachias propheta Iudæos vt reuertantur ad dominum, quia ſi ſoluant decimas & primitias, cataractæ cæli aperientur, & vſque ad abundantiam benedictio ſuper eos effundetur. Procedit ergo Hiero. hoc ordine in hoc c. Primo ponit verba Malachiæ prophetæ, vſque ad locum illum, verbum effuſionis. verba tamen inter ponuntur quæ ſunt Hieronymi, ſcilicet nunc ſequamur ordinem prophetæ. deinde exponit verba prophetæ ſecundum litteram, vſque ad illud verbum: Si quis doctus: exinde ea moraliter exponit vſque ad finem c. & ita ſi velles caſum breuiter ponere, incipies ibi, *Procedit ergo.* Hieronymus.

ſ ¶ *Reuertimini.*] in prima parte ponit Hiero. verba prophetæ vſque ad illud verbum effuſionis. In 2. parte exponit ea ad litteram vſque ad illud, ſi quis doctus. Abinde myſtice ſiue moraliter.

t ¶ *Reuertemur.*] quaſi dicant non diſceſſimus, immo in hoc receſſiſtis, quia confixiſtis me: hac tamen conditione ſi homo affligit: id eſt, poteſt affligere Deum, & ideo dicit: ſi affligeret, [a] quia naturæ Dei nihil nocere poteſt. 11 q. 3. ſecundum catholicam. quia impoſſibilis

g ¶ *Prædicator.*] Probat ſexta ſynodus auctoritate Petri & Pauli, quod [a] prælatus a ſubditis non debet exigere aurum vel argentum: ſed potius eos erudire. nam beatius eſt dare quam accipere. ext. de celeb.miſ.cum Marthæ.

h ¶ *Diuinus.*] quandoque ponitur in mala ſignificatione, vt 1. qu. 1. numquam.

i ¶ *Immo vero.*] ſi iudex dicit, condemno te: immo abſoluo te: vltimo verbo ſtandum eſt [b]. de pœn.diſt.2.ſi enim.

k ¶ *Multitudini.*] Arg. quod vbi præcipitur, ad omnes extenditur. 61. diſt.miramur.38 diſt.ignorantia.& 5.diſt.5.ad eius vero.

l ¶ *Aurum.*] verba Pauli.

m ¶ *Exiſtimans.*] Verba ſynodi: immo verba fuerunt Domini, vt ext. de celc.miſſ.cum Marthæ.

n ¶ *Ait enim.*] in ſecunda epiſtola ad Corinthios.

o ¶ *Theſaurizare.*] ſuperficialis eſt iſta argumentatio quia & filij theſaurizant parentibus: quia parentes ſuccedunt eis ſi quid habent,

---

Marginalia (left):

1 Pol. l.4. tit. 21. Anſ. l.6. c.166.

a Et arg. 10. q.3. quia cognouimus. vel de hoc. & extra de pœ. in quib. in glo. permiſſum, &c.

† in vulgatis erat (ſuppoſita)

[a] Patria, ſi tenuis ſit, potius iuuanda, quã ſpolianda.

† al. perſpiciat

† al. exaltia dationibus

† al. Catanenſi

2 Anſel. l. 5. c.67.

[a] Quattuor portiones nõ ſolũ de decimis ſũt. ſed etiam de põſſionibus & aliis reditibus.

3 Anſ.l.6.c. 167. Pol.l.4. tit.21.

Act. 20

† al. plenitudine.

πλήθει

[a] Prælatus à ſubditis aurum vel argentum non exigat.

b At. ad hoc ff. de ma. te. Stichus. ff. de hær. inſtit. ſi ita ſcriptum.

Marginalia (right):

[a] Hereditas parentum debetur filiis.

† exiſtimantes] orig. in ſcriptura autem citatur tãquàm ſententia Domini.

Pſal. 140.

1.Cor.6.

2.Cor.12.

1.Pet.5.

Mal. 3.

[a] Deo nihil nocet.

bilis eſt.22.q.4.incommutabilis.
a ¶ *In decimis.*] no. Deum dici affligi, cum eius ſubditi affliguntur. a ſi.a q.5. habet hoc proprium & 3.q.1. nulli in ſi.
a ¶ *In decimis.*] ſcilicet non ſolutis.
b ¶ *Gens tota.*] id eſt ex toto gentiliter viuentes: vel alias quilibet de populo.

a Arg. extra de p ob. licet.in ſi.
b Ad hoc ſ. 1.qu.1. quod quidā. iuxta ſi. & c. multi.circa ſi.

dixiſtis, in quo configimus te? In decimis a, & primitiis. In penuria vos maledicti eſtis:& me configitis gens tota b.] Nunc ſequamur ordinem prophetiæ. [Quia mihi non reddidiſtis decimas, & primitias, idcirco in fame,& penuria maledicti eſtis:& vos me ſupplantatis c, ſiue fraudatis, atque priuatis gens tota.] Pro * gente, quæ in hebraico ſcribitur, ita annum. lxx. tranſtulerūt, *ira*, pro *irim*, & eſt ſenſus. Ecce annus expletus eſt d, & nihil in meos theſauros, ſed in veſtra horrea comportaſtis:& pro decimis, & primitiis †, quæ parua erant, ſi a vobis darentur, vbertatem poſſeſſionum veſtrarum,& omnem frugum abundantiā perdidiſtis e. Vt autem ſciatis me hoc iraſcente perfectum, quia fraudaſtis me parte mea, hortor vos, atque commoneo, vt inferatis decimas in horrea † f, hoc eſt in theſauros tēpli:& habeant ſacerdotes, atq; leuitæ, qui mihi miniſtrāt, cibos:& probate me, ſi non tantas pluuias effudero, vt cataractæ cœli apertæ eſſe credantur:[Et effundā vobis benedictionem vſq; ad abūdantiam g.] Verbum h effuſionis, nomen largitatis oſtendit i. Sed fieri poteſt, vt agros irrigantibus pluuiis ſit quidem fertilitas, vorum aut locuſta: aut brucus, aut ærugo k, aut eruca deſtruant,& labores hominum perdāt. Propterea iungit, & dicit. [Et increpabo pro vobis deuorantem] locuſtam videlicet,& reliqua, quæ diximus: [Et non corrumpet fructum terræ veſtræ *& infra.*] ¶ Si quando fames,& penuria,& rerum omnium egeſtas opprimunt mundum, ſciamus hoc ex Dei l ira deſcendere: qui in pauperibus ſi non accipiāt eleemoſynā, fraudari ſe loquitur: & ſuas m poſſeſſiones poſſumus decimas, & primitias interpretari n. ¶ Si quis doctus, & eruditus legem Dei, poteſt ceteros erudire, non debet ſuæ aſſignare prudentiæ, ingenioque, quod poſſidet, ſed gratias agat primum Deo, qui cūcta largitur: deinde ſacerdotibus eius, ac magiſtris, à quibus o doctus eſt. Si enim nō egerit gratias, ſed ſibi ſcientiam vendicauerit p, in penuria maledicetur. Quòd ſi intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos a Deo eruditus eſt, humiliauerit ſe, & in horreum Dei intulerit cibos, hoc eſt, ſcripturæ ſanctæ alimenta in eccleſia populis miniſtrauerit ſtatim aperientur ſuper eum cataractæ q cœli, & effundetur pluuia ſpiritalis:& mādabit Deus nubibus r ſuis, vt pluāt ſuper eum imbrē s, & abūdantia rerū omniū perfruetur.

* ¶ Pro gente.] *Hæc vſque ad verſ. Ecce annus, addita ſunt ex B. Hieronymo ad ſententiæ integritatem.*
† ¶ Et ſuas.] *In orig nal. ſic legitur*, fraudari ſe loquitur, & ſua portione priuari. Poſſumus decimas,& primitias & ſic interpretari. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum. Alia vero quædam emendata ſunt.*

† al. primitiis.
† al. horrea mea.

Item Auguſtinus ſerm.219.de tempore.

¶ Quod decimæ ſacerdotibus ſunt tradendæ. C. LXVI.

I Decimæ tributa t ſunt egentium animarum. Quòd ſi decimas dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis, & animæ conſequeris. Non igitur Dominus Deus præmium u poſtulat, ſed honorem, Deus enim noſter: qui dignatus eſt totum dare, decimam a nobis dignatus eſt recipere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam: ſed ſi tardius dare peccatum eſt, quanto peius eſt non dediſſe? De militia x, de negotio y, de artificio redde decimas, Cum enim decimas dando & terrena, & cæleſtia poſſis præ-

c ¶ *Supplantatis.*] arg. contra. ī. de conſe. de 2. panem. ſed intellige quantum in vobis eſt. b 11.q.3. inter verba. Vel ita defraudant ſubtrahendo iſta pauperib.
d ¶ *Annus expletus eſt.*] " non tamen finis anni ſpectandus eſt, vt tunc decimæ præſtentur, ſed præſtandæ ſunt cum fructus colliguntur. extr. de deci. cum homines. immo ſi ager bis in anno det fructus, toties dandæ ſunt decimæ, vt extra e.ex parte. 2. hic ergo ſuggillauit eos qui tā tarde dederunt In perſonalib. tamen decimis poſſet dici quòd in fine dādæ ſunt propter lucra minima. Inconueniens enim eſſet quòd ſcriptor vel aliquis negotiator ſingulis diebus deberet decimam partem lucri dari eccleſiæ. arg. ad hoc ta.e quale. ext. de pig. ex litteris. ibi, propter poſſeſſionum minutias. & quia talis ſolutio incommoditatem haberet, vt ſi. fa. etc. plane idem dicendum de caſeo & lacte 10.
e ¶ *Perdidiſtis.*] ar. aliquem debere puniri in eo in quo deliquit. 12.q.2. qui & humanis. & qui negat, q̄ debet, negari ei debet quod ſibi debetur. extra de vſur. quia fruſtra. C. de fideic. lib. l. ſi quis in ſuo. 95. diſt. ecce.
f ¶ *In horrea.*] ar. quòd ipſi ruſtici debent deferre in horrea decimas ad ipſas eccleſias, ar. ī. qu. 7. decimas C. de anno & trib. l. pro locis. lib.10. non ergo a clericis vel eorum nūtiis ſunt colligendæ in agris.
g ¶ *Ad abundantiam.*] ī. q.7. maiores.
h ¶ *Verbum.*] hæc ſunt verba Hieronymi.
i ¶ *Oſtendit.*] " hic, & C. de inoffi. dona. l. 2. Quando que etiam notat vitium. 41. diſt. ſæpe.
k ¶ *Aut ærugo.*] " ærugo eſt ros, qui cadit ſuper teneras ſpicas, & propter hoc ſole veniente marceſcunt. " Eruca eſt vermis, qui ibi naſcitur, ſi. locat. ex conducto.
l ¶ *Ex ira Dei.*] homo enim propter peccata ſua affligitur, vt 7. qu. 1. ſciatis. 56. diſt. ſi gens ī. 23. q. 4. ſi quos.
m ¶ *Suas.*] ſi ergo ſuæ ſunt, rei vendicatio intentabitur pro eis. C. de ſacroſan. eccl. vt inter.
n ¶ *Interpretari.*] id eſt, mortaliter exponere.
o ¶ *A quibus.*] argu. quòd diſcipuli debent referre gratias magiſtro non tantum verbis, ſed etiam rebus vt 99. diſt. ecce.
p ¶ *Vendicauerit.*] id eſt, ſibi adſcripſerit.
q ¶ *Cataractæ.*] id eſt, feneſtræ.
r ¶ *Nubibus.*] id eſt, prædicatoribus.
ſ ¶ *Imbrem.*] gratiæ & ſcientiæ, quæ in eo augebitur. de pœ. diſt. 3. ſi ſermo. 10.

Decimæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In prima par. docet Aug. decimas eſſe tribuendas de militia, negotio, & artificio,& ſine tarditate:& oſtendit ex hoc triplicem ſequi commoditatem. ſ. abundantiam fructuum, corporis ſanitatem, & præmij cæleſtis retributionem, quas ſi quis non dederit, ad decimam partem reuocabitur, & quod Chriſtus non accipit, impius miles vſurpabit. In 2. parte dicitur, quòd decimæ ex debito requirantur, qui eas non dederit, tot homicidiorum in die iudicii reus apparebit, quot pauperes in locis illis fame perierunt: quorum pœnam ſi vult euitare, decimam reddat,& de nouem partibus faciat eleemoſynam. Sequens c. patet.
t ¶ *Tributa.*] " i. debita animabus egentibus c diuina gratia. Vel melius dicas, quòd dantur egentibus clericis: non tamen ideo minus dandæ ſunt etſi diuites ſunt. non enim intuitu perſonarū dātur eccleſiis. ſi ergo decimæ ſunt tributa, ergo non poſſunt præſcribi, vt 1. qu. 3. §. porro. & C. de præſcr. xxx. annor. competit. quod falſum eſt extr. de præſcr. de quarta. Item ſi ſunt tributa: ergo compenſatio in eis non admittitur. C. de compen. l. 3. Præterea ſi ſunt tributa, ergo ſi quis appellat vt eas retineat, non auditur, vt 2.q. 6. quoties fiſcalis. & eſt expreſſum extr. de deci. tua. in ſi.
u ¶ *Præmium.*] i. gratis vult beneficium ſuum concedere, non pro pretio, ſed tamen honorem vult habere. argu. man. ſi remunerandi. & eſt ſi 1. q. 1. dices. vbi dicit quod non ſunt dicenda munera, ſed ſumptus. & facit ad hoc quod dixi 32. quæſt. honorantur.
x ¶ *De militia.*] licita. ergo & clerici ſi militent. 23. quæſt. 1. militare. tenentur dare decimas.
y ¶ *Negotio.*] dummodo licita ſit negotiatio, vt extr. e. ex tranſmiſſa. " & tamen vix aliqua negotiatio ſine peccato poteſt expediri, vt de pœ. diſt. 5. qualitas dicitur tamen licita quo ad laicos in quibuſdam rebus, vt 88. diſt. fornicari. " Sed numquid de illicite acquiſitis debeant dare decimas, not. 14. quæſtio. 5. in prin. Sed numquid de furto vel latrocinio dandæ ſunt decimæ? Dicunt quidam quod ſic, ne apud eos ita remaneant. argu. ad hoc vigeſimaſecunda, quæſtio. prima. conſidera. alij negant, ne eccleſia videatur approbare delictum. Sed dico quòd à fure vel à raptore bene petitur decima, non ratione negationis ſuæ, cum illa ſit reprobata: ſed quia inuenitur in poſſeſſione, quia decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem ſiue Iudæum ſiue excommunicatum ext. de deci. de terris. ext. de viu. quantum. ext. de ſen. excom. ſi verò. alioquin eſſet prædo melioris conditionis, quam bonæ fidei poſſeſſor: quòd eſſe non debet, vt ff. de pet. he. ſi a domino. § vlt. " Item numquid Iudæi perſonales decimas dabunt? Videtur quòd ſic. vt ext. de vſu. quanto. circa ſi. deci. ad audientiam. quia dicitur ibi quòd de omnibus prouentib. dabunt: quod concedo Tantamen & B. narrant contrarium per decr. illam, ext. eo. ti. de terris. & per decr. ext. de vſu. quanto. quod concedo. Item ex omnib. quæ ex lucratiua cauſa habentur, dabuntur decimæ, vt de donatione ex legato, vel ſi extraneus inſtituitur in teſtamento. aliud eſt ſi quis ab iis

" Decimæ quo tempore ſunt dandæ.
" Effuſio duo notat.
" ærugo
" Eruca.
" Decimæ ſunt tributa egentium.
c Secundùm hoc accipimus egentiū animarū, vt ſonat ad hoc ī. c. qui in canonibus. Vel dic egentiū animarum, ſ. aliorum Leui, qui partē poſ. cum ceteris non acceperunt nā clerici ſunt de numero pauperū, vt 23. q. 7. quod autem. ſ. 1 q. 1. ſacerdos. Arc.
s Anſel. l. 5. c. 54. Pol. l. 3. tit. 11.
" Negotiatio vix poteſt eſſe ſine peccato.
" Decimæ an ſint de illicite acquiſitis dandæ.
" Iudæi tenētur ad decimas perſonales.

ab inteſtato ſuccedit, quia tali debita eſt hereditas iure naturæ: vnde potius debitum eſt quam lucrum, vt ff. vnde lib. ſcripto. §. vl. idem dico per quaſcumque manus ambulauerit, quòd quilibet teneatur ad decimam de lucro ſuo [a]. Sed[''] numquid doctor de collecta, vel aduocatus de patrocinio, vel mercenarius de eo quod meretur, dabit decimam, non videtur, cum illud non ſit lucrũ, ſed debitum. Credo tamen quod ſic: quia ſcriptum eſt: Honorabis dominũ Deum tuum de tuis iuſtis laboribus vt 1. q. 1. non eſt putanda. Item quia hic dicitur, de omni artificio dandæ ſunt decimæ, vt ext. eo. non eſt in poteſtate.

de tranſact. decetero.

m ¶ *Non licere.*] [''] hoc eſt certum, quod ius decimarum laicus poſſidere non poteſt, cum ſit ſpirituale, vt ext. de præſc. cauſam. extr. de deci. prohibemus. Sed numquid fructus decimarum poſſunt concedi laicis? ſic ad tempus, vt ext. ne præl. vices ſuas. querelam & vſque ad finem vitæ ipſorum [b]: ar. extr. de iis quæ fi. à præl. cum Apoſtolica. in fi. ar. contra. 10. q. 1. hanc.

mia promereri, quare pro auaritia duplicis benedictione fraudaris? Hæc eſt enim Dei iuſtiſſima conſuetudo: vt ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam [a] reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare ſacerdoti. Benefacere ſemper Deus paratus eſt: ſed hominũ malitia prohibetur [b]. Decimæ enim ex debito [c] requirũtur: & qui eas dare noluerit, res alienas [d] inuaſit [e]. Et quanti pauperes in locis, vbi ipſe habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, tãtorum homicidiorũ [f] reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia rem a Deo pauperibus delegatam ſuis vſibus reſeruauit. Qui ergo ſibi aut præmium [g] cõparare, aut peccatorũ deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam: etiam de nouẽ partibus ſtudeat eleemoſynã dare pauperib[us].

¶ Caput hoc confectum eſt ex locis B. Auguſtini in ſermone 219. (qui eſt primus Dominica 25. poſt feſtum Trinitatis) & ſerm. vetiorum, & aliorum ipſis ſæpe mutatis, eodemque modo apud Anſelmum habetur.

Item Hieronymus in comm. ad c. 3. epiſt. ad Titum, in fine.

¶ Seipſum condemnat, qui Euangelizantibus neceſſaria ſubtrahit. C. LXVII.

APoſtolicis viris, & Euangelizatoribus Chriſti in neceſſarius [h] vſibus nolle tribuere, ſterilitatis ſeipſum eſt condemnare.

Quòd autem decimæ, epiſcoporum conſenſu monachis licite tribuantur, beatus Hieronymus Damaſo Papæ ſcribit dicens.

¶ Liberum eſt clericis decimas monachis concedere. C. LXVIII.

QVoniam quidquid [i] habent clerici, pauperũ eſt, & domus illorum omnibus [k] debẽt eſſe communes, ſuſceptionis peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent: maxime curandum eſt illis, vt de decimis, & oblationibus, cœnobiis, & Xenodochiis, qualem voluerint, & potuerint, ſubſtẽtationem impendant. Liberum eſt enim monachis, & ſpiritualibus viris Deum timentibus, & colentibus decimas & oblationes, cunctaque remedia concedere [l], & de iure ſuo in dominium illorum, & vſum transferre, nec tã in pauperibus paupertatem, quam religionem attendere. Quod autem beatitudo tua quæſiuit, vtrũ vſus decimarum, & oblationum ſæcularibus prouenire poſſit, nouit veſtra ſanctitas omnino non licere [m], proteſtantibus hoc diuinis [n] auctoritatibus paternorum canonum. Quamobrẽ, ſi aliquando fuerit ab his male detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in vſum tranſierint monachorum, & ſeruorum Dei, epiſcopo [o] tamen loci illius præbẽte conſenſum [p], conſtabant eis omnia perpetua firmitate, & ſtabilitate ſubnixa. ¶ Clericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendiis ſubſtentari, quibus parentum, & propinquorũ nulla ſuffragantur. Qui autem bonis [q] parentum [r], & opibus ſubſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt: ſacrilegium profecto committũt, & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant & bibunt.

¶ Supra enim 1. q. 2. clericos. pars huius capitis citatur ex B. Hieronymo, in cuius quæ extant ſcriptis nihil huiuſmodi inuentum eſt.

De prædiis autem, quæ à colonis eorum coluntur ſic definitum eſt in Moguntino concilio [Quæſte ſunt præterea, &c.] ſupra ead.

QVAESTIO II.

DE capellis [*] vero quæ ab eis poſſidentur, quòd per eorum inſtitutionem à ſacerdotibus ſint gubernandæ, Ioannes Papa probat ſcribens Iſaac Syracuſano epiſcopo.

a ¶ *Tu ad decimam.*] i. tantum decima remanebit tibi, vel dæmonib[us] ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorum.

b ¶ *Prohibetur.*] j. de pœ. di. 1. ſi agamus. ſ. 76. diſt. ieiunium.

c ¶ *Ex debito.*] ergo videtur, quòd actio perſonalis competat pro decimis petendis.

d ¶ *Alienas.*] ergo ante ſeparationem ſunt eccleſiæ, vt not. ſ. ea. q. moderamine.

e ¶ *Inuaſit.*] not. quod idẽ eſt iniuſte detinere quod rapere, vt hic, & ext. de reſt. ſpol. ſæpe. Et idem eſt auferre quòd non dare. 47. di. ſicut. & 12. q. 2. indigne.

f ¶ *Homicidiorum.*] ſ. 11. q. 3. præcipue. & ſ. 86. diſt. paſce.

g ¶ *Præmium.*] j. 27. q. 2. ſunt qui.

h ¶ *Apoſtolicis.*] ¶ *Neceſſariis.*] id eſt, in victu & veſtitu, vt 10. q. 2. epiſcopis. Io.

QVOD AVTEM. CASVS. Supra dictum eſt in §. de his. monachos de propriis prædiis, quæ ad proprium vſum colunt, nõ debere decimas dare. nunc oſtẽdit Grat. quòd epiſcopis conſentientib. recipere poſſunt.

QVoniam quidquid.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. par. quæſiuit Damaſus à Hiero: an clerici intuitu pietatis partem decimarum ſuarum & oblationũ poſſunt concedere cœnobiis & xenodochiis ad ſui ſubſtentationẽ, & an poſſeſsiones aliquas ſuas in dominium eorum transferre poſſint? & reſpondet quod ſic. In 2. parte quæſiuit verum laici poſsint vſum decimarum & oblationum habere. Et reſpondet quòd non. ſed ſi aliquando decimæ ab eis fuerunt detentæ, & conſentiente epiſcopo loci tranſierunt in vſum monachorum, conſtabunt eis firmitate perpetua. In 3. par. quæſiuit qui clerici de bonis eccleſiæ ſint ſubſtentandi. Et reſpondet quòd pauperes. & qui parentum opibus ſubſtentari non poſſunt. ſi vero ſunt diuites, & quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium committunt, & per abuſum talium bonorum iudicium ſibi manducant & bibunt. Secunda pars ibi, *Quod autem*. Tertia ibi, *Clericos*. Sequens §. patet.

i ¶ *Quidquid.*] [''] res eccleſiæ ſunt pauperum, vt 23. q. 7. quod autem. ſimiliter res clericorum ſunt pauperum vt 23. q. 8. conuenior. & dicuntur eſſe pauperum, quia tempore neceſsitatis ſunt pauperibus communicandæ, vt 47. diſt. ſicut hi.

k ¶ *Omnibus.*] no. quæ eccleſia dicatur ſufficiens ad hoc vt quis debeat eſſe contentus vna, id eſt, quæ poſſet omnes recipere, vt 42. di. quieſcamus. ext. de præb. de monachis. arg. contra 10. q. 2. epiſcopus. vbi dicunt quod erit contentus victu & veſtitu.

l ¶ *Concedere.*] cum conſenſu epiſcopi. aliàs ſi prælatus præter auctoritatem epiſcopi concederet, poſt eius mortem reuocaretur, ext.

n ¶ *Diuinis.*] not. generalem ſermonem non generaliter intelligendum. 88. diſ. fornicari. 75. di. quod dic. 76. di. ſciſe. 75. di. c. 1. j. c. q. 3. dilectio. & qu. 7. decimas Deo. 12. q. 2. fine. 14. q. 2. ſuper. de conſ. di. 2. reuera. diſ. 95. ecce. ar. 19. diſt. c. 1. contra. diſt. 18. propter 1.

o ¶ *Epiſcopo.*] & ſufficit auctoritas ſolius epiſcopi ad talem alienationem, vt extr. de iis quæ fi. à præl. cum Apoſtolica. contra. 12. q. 2. fine. Non enim videtur quòd ſolus epiſcopus poſsit concedere ſine capitulo. Sed hoc ſoluitur extra de iis quæ fi. à præl. cum Apoſtolica. Hic ergo laicus qui capax non eſt, facit locum capaci. ar. C. de nat. li. Aut. lic. t. tt. de iniuſt. rup. teſt. l. pe. [''] & quòd nullus religioſus debeat recipere eccleſiam de manu laici, eſt expreſſum extr. de pri. cum & plantare. & 1. q. 7. ſi quis.

p ¶ *Conſenſum.*] ar. quòd ratihabitio epiſcopi retrotrahitur: & confirmat illud quod per ſe inualidum erat [c]: arg. ext. de iure patr. cura paſtoralis. j. c. q. 7. decimas. ar. contra ext. de elect. audiius.

q ¶ *Bonis.*] j. 1. q. 2. clericos. & capit. paſtor eccleſiæ. & cap. ſacerdos.

r ¶ *Parentum.*] videtur loqui de illis clericis qui eccleſiæ non ſeruiunt. ſ. 10. q. 3. cauendum. ſ. 12. qu. 1. illi autem. j. 31. qu. 1. quomodo.

DE capellis.] Hæc qu. diuidit in duas part. in prima probatur per conſequens, quòd ſi monachi habent eccleſias pleno iure poſſunt in eis capellanos inſtituere & deſtituere. Secunda ibi, *Hac auctoritate*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur an capellæ quæ conceduntur monachis ab epiſcopis ſunt per monachos inſtituendæ. Et reſpõdetur, ſi pleno iure, ſcilicet quatum ad temporalia & ſpiritualia capellæ pertinent ad monachos, per ipſos ſun. inſtituendæ vt j. c. viſis. Si vero ad ipſos pleno iure non pertinent, ſed tantum quatum ad temporalia, per epiſcopos ſunt inſtituendæ: ita tamen vt monachis reſpondeant in temporalibus, epiſcopo vero in ſpiritualib. vt j. c. ſane. De hoc plenius notatur in ſumma huius quæſtionis.

ſ ¶ *De capellis.*] hæc eſt ſecunda quæſtio an in capellis monachorum presbyteri ſint inſtituendi per monachos. quod vt melius pateat, [''] videndum eſt quid iuris habet religioſi in ſuis capellis. Et not. quòd duob. modis fiunt capellæ religioſorum, ædificatione. ſ. & collatione. Si ædificatione, habent inſtitutionem temporalium, epiſcopus ſpiritualium vt j. c. ſane. & c. vl. Si autem collatione: aut collatæ ſunt eis ab epiſcopo, aut à patrono. Si ab epiſcopo, aut ſub certa forma, aut cum omni iure, aut ſimpliciter. Si ſub certa forma, non habent ibi plus iuris quam forma contineat. Si vero cum omni iure, tunc habent & temporalem & ſpiritualem inſtitutionem. j. c. viſis. Et ſic intelli

a Alij contra & melius ſecundum B. prout not. extr. de deci. paſtoralis. quæ ſententia communiter approbatur, ſed dictũ Io. eſt iuſti[us]. & ibi no. Ho.

'' Aduocatus an teneatur ad decimas de pˢocinio.

'' Decimæ an poſſint concedi laicis.

b Ad hoc fa. quod not j. c. q. 3. ¶. hc etiam. & ſ. 1. q. 3. peruenit ad nos. extr. de deci. ſuis. ibi videas. & j. c. q. 7. c. 1. in prin.

1 j. q. 1. clericos in regula monachorum c. de paupertate habetur quædam ſimilia.

'' Eccleſia de manu laici non poteſt recipi.

c Ad hoc 12. q. 2. c. 1. de. ſ. le. di. 2. tunc.

'' Eccleſiaſticæ res ſunt pauperum.

'' Monachi quid iuris habent in ſuis capellis.

a intelligit L. cuius ſunt tot. ita g. quod ep̃s ſer uatur cura animaru, vt ſacerdos ibi inſtitue dus curam ab eo recipiat animarum, & in hoc caſu, &c vt ſequitur. ſ. d ſorte in hac cã Io. hoc re mouit. Arc.

intelligitur illud: cuius eſt poſſeſsio, eius eſt inſtitutio a. In hoc caſu loquitur ext. de ca. mo. in eccleſiis. remanet tamen ius epiſcopale in ordinatione clericorum iudicio, altarium conſecratione, & viſitatione. 9. quæſtio. 3. per ſingulas. Si autem conceſsit epiſcopus ſimpliciter, quid iuris ſit, habetur ext. de don. paſtoralis. Si vero patronus conceſsit capellã domui religioſę, non plus iuris habet acceptor quam dator. ar. ſupra c. quæſt. 1. ſi quis laicus. ext. de. do. inter vi. & vx. nuper. ff. de reg. iu. nemo plus. niſi hoc factum ſit de conſenſu diœceſani epiſcopi, in quo caſu cedit in dominium religioſorum. ext. de iu. pat. quod autem. extra de dona. paſtoralis. Quæ autem dicta ſunt, intelligas de monaſteriis non exemptis. In exemptis enim, & eorum capellis quod Principi placet legis habet vigorem. Et not. quod Io. de F. dixit, quod ſi eccleſia nondum eſt conſecrata: tantam in ea habet patronus poteſtatem, quod pręter epiſcopũ etiam poteſt religioſo loco concedere non ſolum iuſpatronatus, ſed etiam ipſam eccleſiam. arg. j. c. q vit nemini. Sed hęc opinio corrigenda eſt, cum religioſus locus iam ſit, maxime propter ſolennitates, quæ ibi ſiunt ab epiſcopo. de conſ. cr. diſt. 1. nemo. Et quod religioſus locus ſit, habes ext. de reli. do. ad hęc. vnde iam in epiſcopi poteſtate cõſiſtit, cum lapis benedictus ibi iam ſit poſitus. infra eãd. quæſtio. 7. omnes. nam nec a laico poteſt aliquis inſtitui. infra e. q. vlt. ſi plures. multo minus ſuppoſiti poteſt loco religioſo per laicum, cum inſtitutio ſit temporalis, ſuppoſito vero perpetua. Item eſt contra eum. 10. q. 1. nouerint. vbi dicitur, quod poſtquam Deo dederit, quod nihil habet iuris in re illa patronus. Ioan.

1. Cor. 2.

¶ Presbyteri monaſteriorum eccleſiis per abbates inſtituantur. C. I.

VIſis litteris charitatis veſtræ, quibus ſatis perpenditur, quanto ſtudio huic ſanctę ſedi reuerentiam exhibetis, non modice gauiſi ſumus. Nunc itaque ſuper ea, quæ conſuluiſtis, vt chariſſimo fratri benigne diſcretũ conſilium damus. Delegauit a enim nobis pia manſuetudo veſtra, vtrum eccleſiæ pro quiete b monachorum à ſanctis conciliis, catholiciſque epiſcopis ei traditæ, per ſacerdotes ab eis ordinatos, & inueſtitos debeant inſtitui. Addidit quoque fraternitas tua, litem, & ſeditionem inter clericos, monachoſque de hac cauſa non modicam eſſe ortam: quod inſtigatione verſuti hoſtis eſſe factum nemo ambigat. Habet enim mille nocendi modos, nec ignoramus aſtutias eius. Conatur namq; à principio ruinæ ſuæ vnitatem eccleſię reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere, & perturbare. Dolet enim ſatis, & erubeſcit charitatẽ, quam in cœlo nequiuit habere, homines cõſtantes c ex luteа materia tenere in terra. Vnde oportet (quãtũ fragilitati noſtræ conceditur) vt omnes aditus nocendi eius verſutiæ diligentiſſime muniamus: ne mors ingrediatur per portas d noſtras. Conſilio itaque multorum fratrum diligenter exquiſito decreuimus, vt amodo eccleſiæ monachis traditæ e per ſuos f ſacerdotes inſtituantur. Diuinæ enim leges habent, & ſæculares, vt cuius eſt poſſeſſio g, eius fiat inſtitutio h: & ſi in dãdo, quod maius eſt i, facilis fuit charitas, ſit facilior in concedendo, quod minus eſt, ſancta largitas. Maius enim fuit poſſeſſionem dare, quam ſit inueſtiturã concedere k. Quomodo poſſeſſoris iura cognoſcẽtur, & ſuarum † rerum ſibi tributa reddẽtur, vbi quod ſuum eſt, per alterũ datur, & cum voluerit, aufertur? Humani moris l eſt illum vereri, cuius iudicio m & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Vnde fit, vt in partem epiſcopi ad ſeruiendum ſacerdos procliuior fiat: & ſic epiſcopus, quod ſancte & religioſe dederat, quadã ſimulata auctoritate ad ſe trahat † n. Sic itaq; priuatur mercede, quam conſecuturus fuerat: tũ quia ficta charitate aufert, quod dederat, tum quia prauorum ſacerdotum diſcordias, & ſciſſuras amantium, lites, & diſſenſiones inter epiſcopos ſeminantium verbis nimis factus credulus o, quod prius fucate moliebatur lucrari, poſt detecta fraude p conatur quadam vſurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes † calliditates, hoſtis verſuti ſuaſiones, deinceps omnibus licentiam monachis damus ſuarum eccleſiarum inueſtitores fieri: ita tamẽ vt iudicio ſynodi, ſi cõtra ſacerdotiũ agere præſumpſerint, mulctẽtur, & felici mucrone epĩ ſacerdotũ piacula reſecentur.

† al. ſacrata ſibi
† al. retrahat
† al. auertentes

¶ Cap. ſ. b. ceſſatum alias, quæ ex antiquo codice monaſterij Populeti ſunt habita: ex cuius codicis exemplo & vetuſto Gratiani aliqua ſunt emendata.

Hac auctoritate monachis conceditur inueſtitura ſuarum eccleſiarum. Sed videtur

VIſis litteris. CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic ponit, & bene. Quidam epiſcopus pleno iure quo ad ſpiritualia & temporalia monachis dedit quaſdam capellas: poſtea inſtigante diabolo humani generis inimico, inter monachos & clericos eſt orta ſeditio propter inueſtituram illarum eccleſiarum, & ad ſuggeſtionem clericorum epiſcopi nitebantur inueſtituras reuocare. Propter hanc ergo altercationem Iſaac Syracuſanus epiſcopus conſuluit Papam Io. vtrum præfatæ capellæ monachorum debeant gubernari per presbyteros à monachis inueſtitos: & reſp. quod ſic. & hoc probatur 4. rationibus: quarum prima eſt, quia diuinæ leges & ſæculares præcipiunt, vt cuius poſſeſsio eſt, eius ſiat inſtitutio. Secunda eſt: quia ſicut charitas epiſcoporum fuit facilis in dando, quod maius eſt, ſ. poſſeſsiones: ſic & facilior erit in concedẽdo, quod minus eſt, ſ. inueſtituram. Tertia eſt: quia ſua iura vel tributa monaſterio non redderentur ſi inueſtitura per alterum daretur. Quarta eſt: quia epiſcopus priuatur mercede, quam fuerat conſecutus, ex quo facta charitate vult reuocare quod dederit: monachis tamen ſi ea quæ ſunt epiſcoporũ vſurpare præſumpſerint: epiſcoporum felici mucrone puniantur. *Inſtitui*. i. regi & gubernari. *Inſtituantur*. i. regãtur & gubernentur. Vel poſt dici, quòd Iſaac quærebat (vt dixit Hu.) vtrum capellæ tales debeant inſtitui per monachos.

a ¶ *Delegauit.*] id eſt, inſinuauit. Vel dic melius, id eſt, quæſiuit.
b ¶ *Pro quiete.*] à curis temporalibus, vt ſ. ea. q. 1. de præſentium.
c ¶ *Conſtantes.*] j. de pœ. di. 2. principium. §. ſi vero. j. 27. q. 2. §. ex his omnibus. contra. Sed dic, quòd non potuit habere charitatem perſeruantem. arg. eat. a de ver. ſic. nam & ego.
d ¶ *Per portas.*] id eſt per ſenſus corporeos, quibus mediantibus peccatum tranſit ad nos.
e ¶ *Traditæ.*] pleno iure. Idem intelligunt quidã vbi epiſcopus ſimpliciter concedit. arg. ff. de ſer. ſi cui. & ff. de vſu & hab. ita. Sed contra ext. de don. paſtoralis. & 1. q. 2. ſunt nonnulli. cum autem monaſterio priuilegiato cum capellis ſuis habitis & habendis concedit epiſcopus eccleſiam, etiam pleniſsimo iure ſecundum pleroſq; peruenit ad monaſterium, etiam quo ad correctionem exceſſuum. ſed tamen abbas ille non deponet aliquem, nec ſuſpendet in perpetuum, niſi hoc haberet ex priuilegio aliquo, vt j. in fine. Sed nunquid epiſcopus ita poteſt eximere eccleſiam aliquã quòd nihil retineat in ea? Dico quod non: quia epiſcopus non poteſt alium iudicem facere ordinarium in diœceſi ſua: "nec ita plene poſſet epiſcopus remittere ius epiſcopale, vt hic in ſi. quia ſic poſſet a ſe remouere iuriſdictionem epiſcopalem. nam quã tumcumque generaliter epiſcopus eximat aliquam eccleſiam, tem per retinet correctionem b, viſitationem, procurationem & cathedraticum, vt ext. de cen. cum venerabilis. & de dona. paſtoralis. nec etiam in præiudicium archidiaconi poteſt epiſcopus aliqua iura remittere eccleſiæ. vt extr. de exceſ. prælat. c. 2. Si obiicias id quod eſt ext. de reli. do. conſtitutus. vbi dicitur, quod epiſcopus poſsit plene eximere aliquam eccleſiam, dicas quod illa exemptio ſuit confirmata a Papa, ſicut patronus quantumcumque generaliter remittat ius patronatus: tamen quædam iura retinet in liberto. C. de bo. lib. l. ſi.

" Eps̃ eccleſiam à ſe nõ pt̃ totaliter eximere.

b Licet eps̃ concedat in ueſtituram̃ tñ cone ¡o. néá g ff. de ſer. vr. pd. ſi domus. ſecundũ Lau.

f ¶ *Per ſuos*] j. q. prox. c. 3. j. 18. q. 2. cellulas. ſ. diſt. 54. abbati.
g ¶ *Poſſeſſio.*] id eſt, res poſſeſſa. arg. ff. de ver. ſig. interdum.
h ¶ *Inſtitutio.*] id eſt, ordinatio. nam cuique eſt res ſua comittenda. C. de Iudæ. l. nemo.
i ¶ *Quod maius eſt.*] arg. quòd cui conceditur maius, & minus, vt 22. quæſt. 1. præcipimus. & extra de dec. ex parte. Item cui prohibetur maius, & minus, vt 14. quæſt. 5. pœnale. & 44. diſt. nulli. & ſupra. ead. q. 1. de temporis. & ca. poſtquam. ff. de adult. nec in ea. maius enim eſt dare ad quod quis non tenetur, quam permittere vti datis, ad quod quilibet tenetur.
k ¶ *Concedere.*] id eſt, permittere re conceſſa vti.
l ¶ *Moris.*] argum. ex eo quod aliquid ſolet fieri, vt 28. diſtin. de Syracuſanæ.
m ¶ *Iudicio.*] ſ. 8. q. 1. c. 2.
n ¶ *Ad ſe trahat.*] ſ. 1. q. 3. quæſitum. ſ. 12. q. 2. ſacrorum. ſic C. de dona. ſi quis argentum. §. vlt.
o ¶ *Credulus.*] arg. quòd imputatur alicui quòd nimis eſt credulus. 11. q. 3. non ſolum. 76. diſt. ſi quid. & 23. q. 4. quam magnum. arg. contra. 22. q. 4. innocens.
p ¶ *Fraude.*] immo donator cauere debet. donatori de dolo. ne res donata benignæ fraudis conſilio reuocetur. ff. de ædil. edi. l. ad res.

HAC AVCTORITATE. Hæc eſt ſecũda pars quæſt. in qua dicitur, quod in §. ecce Vrbanus. qui ſequitur, continetur. & probatur per c. ſequens. Ioan. de Faut.

CASVS. Dictum eſt ſ. in pręcedenti c. quod inueſtitura ſuarũ capellarum

rum pertinet ad monachos. Nunc Grat. vult probare cõtrarium, ſ. quod capellæ monachorum per epiſcopos ſunt inſtituendæ.

Contra ire Vrbanus Papa ij. dicens.

¶ *Poſt hæc verba in exemplaribus, in quibus non ſunt paleæ, ſequitur quæſtio quæ ... partis ... de monachis agitur, & hæc prior eſt in concilio Moguntino primo, ca. 38. & ſententia repetitur in 2. c. 10. & in 3. c. 17.*

PALEA. C. II.

[a] ADmonemus, atque præcipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipſe Deus dari conſtituit: quia timendum eſt, vt quiſquis Deo debitum ſuum ſubtrahit †, ne forte Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua.

Item Nicolaus Papa II. epiſt. vnica c. 5.

¶ De eodem. PALEA. C. III.

[a] PRæcipimus, vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes † viuorum, & mortuorum eccleſiis Dei fideliter reddantur a laicis, & vt in diſpoſitione epiſcoporũ ſint: quas qui retinuerint, a ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur.

Item Leo papa.

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NVllus decimas ad alium pertinentes accipiat.

Item Ambroſius ſermone primo de Quadrageſima.

PALEA. C. V.

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non ſtudet reddere, quod iniuſte ab eo abſtulit, non timet adhuc Deum, & ignorat, quid ſit vera pœnitentia, veraque confeſſio. Iſte talis homo non poteſt veram † facere eleemoſynam.

¶ *Habetur in ſermone primo de Quadrageſima, cuius initium, Ecce nunc, qui cum aliis ... mbroſij nomen præferentibus ſeruatur in bibliotheca Vaticana, ac monaſterij Mediolanenſis eiuſdem B. Ambroſij.*

Item Vrbanus II.

¶ Abbates abſque epiſcopi conſilio in parochialibus eccleſiis presbyteros non ordinent. C. VI.

SAnc quia monachorum quidam epiſcopis ius ſuum auferre contendunt: ſtatuimus, ne in parochialibus eccleſiis, quas tenent, abſq; epiſcoporum [a] conſilio presbyteros collocent: ſed epiſcopi parochiæ curam cum abbatum conſenſu ſacerdoti committant: vt eiuſmodi ſacerdotes de populi quidem cura epiſcopis rationem reddãt: abbati vero pro rebus temporalibus [b] ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant, & ſic ſua cuique [c] iura ſeruentur. *Idem.* † In parochialibus eccleſiis presbyteri per epiſcopos inſtituantur †, qui eis reſpondeant de animarum cura, & his, quæ ad epiſcopum pertinent.

Item ex concilio apud Fauentiam habito.

¶ Quorumcumque monachorum eccleſiæ epiſcoporum ſubdantur regimini. C. VII.

STatuendum nobis eſt quatenus eccleſiæ quorumcumque monachorũ in ſingulis parochiis ſitæ, epiſcoporum, vt decet diuinitus ſubdantur regimini [d], eiſq; debita obſequia [e] exhibeant.

Ecce Vrbanus Papa prohibet inueſtituras parochialium eccleſiarum per monachos fieri quas Ioannes Papa eis conceſſit. Sed illud [f] Ioannis Papæ intelligendum eſt de illis capellis, quæ cum omni iure ſuo ab epiſcopis, monachis conceduntur. Iſtud autem Vrbani intelligitur de illis, quas abbates in propriis prædiis inædificant [g] in villis, vel caſtellis ſuis.

QVAESTIO V.

¶ *Videtur contra ordinis rationem, ne inter 1. & 3. quæſtionem 5. ſit poſita. Et in antiquis exemplaribus, exceptis duobus pertinaſſimis ... omnes hi canones, quibus conſtat 5. quæſtio: deinceps ſequitur tertia & quarta cum ſuis capitulis, at in vulgatis editionibus tam verba Gratiani, quæ in vulgatis habentur initio 6. q. & ... quæſtionem: reliqua ne ... Verum hanc quæ nunc tractatur, eſſe 5. quæſtionem ex propoſitione initio cauſæ facta perſpicuum eſt. Et potuit Gratianus ideo ordinem nunc mutare, quia argumentum 5. quæſtionis valde coniunctum eſt iis, quæ in fine ſecundæ allata erant. Quamobrem, ac præterea ob auctoritatem illorum duorum codicum, & receptum vſum etiam in hoc canones ſub 5. q. viſum eſt nihil eſſe mutandum.*

TAles, etſi iure territorij habeant: tamen poteſtatem gubernandi populũ, & ſpiritualia miniſtrandi non habent. Quod etiam de epiſcopo [h] intelligendum eſt.

Vnde Nicolaus Papa ait.

¶ *Anſelmus citat ex Arauſico, in cuius 10. c. fere idem agitur.*

¶ Epiſcopus, qui in alterius diœceſi eccleſiam ædificat, eius conſecrationem ſibi vendicare non valet. C. I.

[i] SI quis epiſcoporum in alienæ ciuitatis territorio pro quacumq; ſuorum opportunitate eccleſiam ædificare [a] diſponit, non præſumat dedicationẽ facere, quę illius eſt, in cuius territorio [i] eccleſia aſſurgit. Aedificatori vero epiſcopo hæc gratia reſeruetur, vt

---

¶ *Sanc quia.*] CASVS. Quidam monachi vſurpabant inueſtituras eccleſiarum, quæ ad eos pleno iure non pertinebant: & ideo quidam epiſcopi de hoc conqueſti fuerunt Papæ Vrbano. quare Vrbanus ſtatuit vt eccleſiæ monachorum, quæ ad eos pleno iure non ſpectant, cum abbatum conſenſu per epiſcopos inſtituantur. ſed ſic inſtituti abbatibus de temporalibus, reſpondeant: epiſcopis vero reſpondeant de cura animarum. & de eadem materia loquitur ſequens c. cuius caſus patet.

a ¶ *Epiſcoporum.*] ſ. e. q. 1. peruenit.

b ¶ *Temporalibus.*] " ſi quæras in quo ſacerdos teneatur reſpondere monachis de temporalib. dico in hoc ꝙ ſi eccleſiæ monachorum nõ ſit aliquis cenſus impoſitus, cum poſſint monachi imponere. ſed ſi eſt impoſitus ab antiquo, ipſi cum non poſſunt augere, vt ext. de cenſ. prohibemus. Item non ſolum monachis ſacerdos reſpondebit in temporalibus [b], ſed etiam epiſcopo. ſi eccleſia illa ab antiquo præſtitit cenſum epiſcopo, vt 1. q. 3. quæſitum. &c. peruenit. & 18. q. 3. c. vlt. & pe. Io. ſed certe decre. dicit, ꝙ cenſus nouus imponi nõ poteſt etiam auctoritate epiſcopi, vt extra de ceſi. ſignificauit. niſi fuerit ab initio impoſitus, vt habes ext. eo. ti. eccleſiis. 18. q. 2. Eleutherius. etiam auctoritate epiſcopi a principio, vt extra de cenſi. præterea. & etiam poſtea ſi numquam fuit impoſitus, poteſt imponi. vt ext. de cenſi. cum venerabilis. & hoc cum eccleſia eximitur. B.

c ¶ *Sua cuique.*] ſ. 12. q. 2. cũ deuotiſsimam.

d ¶ *Statuendum.*] ¶ *Regimini.*] Abbates enim corriguntur ab epiſcopis, vt infra 18. q. 2. abbates.

e ¶ *Obſequia.*] ſic 1. q. 3. quæſitum. & 18. q. 2. c. vlt. & pen. Ioan.

e ¶ *Obſequia.*] ſ. vt in cathedratico & ſynodatico & in annuo cẽſu, ſi qua ſolita ſunt pręſtare, vel ſi qua alia ſeruitia conſueuerunt eis exhibere, vt in cócor. his alle. ſecundum Hug.

ECCE VRBANVS. CASVS. Soluit nunc Gratian. ſupradictam contrarietatem, dicens quod illud c. viſis. intelligitur de illis capellis monachorum, quæ pleno iure, temporali ſcilicet & ſpirituali ſunt eis conceſſæ. Capitula vero contraria loquuntur de illis in quibus abbates habent temporalia tantum.

f ¶ *Sed illud.*] ſ. ead. viſis.

g ¶ *Aedificant.*] " & ita pinguius ius habent monachi in eccleſiis fundatis in ſolo ſuo, quam laici in eccleſiis fundatis in ſuo.

TAles.] CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur, an abbates eccleſias in ſuo territorio ædificatas iure territorij ſibi valeant vendicare? Et reſp. quod non quoad ſpiritualia, vt j. ead. poſſeſsio. Idem eſt intelligendum de epiſcopo qui in aliena diœceſi eccleſiã ædificat, ſed in fundo ſuo.

¶ h *De epiſcopo.*] ſ. qui ædificat eccleſias in alienis diœceſibus, & in propriis prædiis. Et quia continuatur hæc materia cum præcedenti: ideo tractatur hic quæſt. 5. Sed quare non ita fecit magiſter in themate? quia forte non ita competenter poſſet poni thema. " Nota ergo quod ſi epiſcopus fundat eccleſiam in ſuo proprio ſolo, id eſt in patrimoniali loco, & in alterius diœceſi: non habet ibi poteſtatem nec quoad temporalia nec quoad Spiritualia. Si vero in ſolo eccleſiæ cui præeſt, & in alterius diœceſi, habet poteſtatem ibi quoad temporalia, non autem quoad ſpiritualia, ſicut & monachi, licet quidam hoc negent, dicentes epiſcopum vel clericos non habere niſi ius patronatus in eccleſia quam fundant in prædio propriæ eccleſiæ: & in aliena diœceſi. Si ergo legatur hoc ca. de eccleſia fundata in proprio prædio: verbum illud circa finem, ſcilicet omnis gubernatio: intelligitur quoad temporalia & ſpiritualia. Si vero de eccleſia fundata in fundo eccleſiæ, & in alio epiſcopatu, dic, omnis gubernatio quoad ſpiritualia tantum. nam qua ratione concederetur hoc monachis in prædiis monaſterij, ea ratione & epiſcopis & clericis in prædiis eccleſiæ ſuæ: & hoc modo intelligitur extra de iure patronat. ſignificaſti.

SI quis epiſcoporum.] CASVS. Epiſcopus Bononienſ. villam habebat in diœceſi Mutin. in qua eccleſiam volebat ædificare. quæreb atur vtrum dedicatio illius eccleſiæ, & & alia iura ad ipſum debeant ſpectare? & reſpondet quòd non: ſed hoc de gratia ſibi tamquam patrono reſeruatur, vt poſsit ibidem clericos vadecumque voluerit repræſentare. Inueſtitura autem & dedicatio, & omnia iura ſpiritualiæ ad epiſcopum pertinebunt, in cuius diœceſi eſt eccleſia illa. *Territorij*, id eſt, diœceſis epiſcopalis, vel iuriſdictio: & ita ſumas ſemper in hoc cap.

i ¶ *Territorio.*] id eſt. diœceſi. Quandoque accipitur pro ipſa terra & poſſeſsione & proprietate, vt s. prox. § 1. j. q. 3. licet. Quid autem ſi ter

---

1 Burc. l. 3. c. 131 Iuo p. 3. c. 197. Pann. l. 3. c. 57.

† al. abſtrahit

" Sacerdos parochialis cui dabit cẽſum.

a diſt. 32. pręter hoc. §. deinde.

† al. quæcumque oblationes

a Sed ecce monaſteriũ ædificat eccleſiã in ſuo ſolo, ſed nõ dotat, dotatur tñ ab alio, Habebit ne monaſteriũ patrem in ibi quoad oia tpalia. ñ. H. 1. q. 2. pxi. in ſumma gl. & nõ eſt, q2 ꝗcq̃d illi eccleſiæ cõfertur, datur & monaſterio, ſcd̃m eandẽ Arc.

† al. bonam

† al. conſtituantur

" Eps quid iuris habet in eccleſia, q̃ fundauit.

3 Anſ. l. 4. c. 9

" Pinguius

"Territoriū quid ſit. ſit territorium, habes ff. de ver. ſig. pupillus. §. territorium. "Territorium enim eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, vt ibi dicitur.

a ¶ *Deſiderat.*] & dicit H. quod priuilegium eſt epiſcopi, vt vndecūq; velit poſsit clericū præſentare, contra illud 71. di. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc.

b ¶ *Clericos.*] arg. "quod plures poteſt præſentare patronus ad vnam eccleſiam. arg. 73. diſt. c. de principali.

"Patronus plures pſentare pōt ad vna eccleſ. ā.

c ¶ *Ordinari.*] i. inſtituat. Si autem ſunt ordinati quid iuris ſit, ſequitur in littera.

c ¶ *Ordinet.*] etiam ſine examinatione: quia ſufficit teſtimonium epiſcopi præſentantis. 7. q. 1. epiſcopus de loco. ſic & in monacho abbatis. 18. q. 2. q. monachi. ſi tamen ſit de ſuo epiſcopatu cum teſtimonium tert. Ioan.

1 3. e q. 4. ſi cut antece. ſsm. But. l. 3. c 147. Iuo p. 3. c. 112.

P*oſſeſſio.*] CASVS. Statutus in hoc c. per cōcilium Toletan. quod ſi quis epiſcopus habeat villā in epiſcopatu alterius, in qua eccleſia de nouo ædificauerit, licet populus illius loci, illuc ad officium vadat, propter hoc nec populum nec eccleſiam quoad ſpiritualia ædificator epiſcopus ſibi poterit vendicare: quia proprietas territorij non adimit populum a iuriſdictione epiſcopi, in cuius diœceſi eſt eccleſia. Hunc tamen caſum Hugo. ſic breuiter ponit. Epiſcopus Bonon. ædificauit eccleſiam in epiſcopatu Murinen. populus illius loci illuc ad officium vadit, epiſcopus Bonon. vult ſibi vendicare populum illum, dicitur, quod non poteſt.

2 Anſ. l. 5. c. 17. Poly. l. 1. tit. 13.

quos deſiderat [a] clericos [b] in re ſua ordinari: ipſos ordinet [c] is cuius territorium eſt: vel ſi ordinati iam ſunt, ipſos habere acquieſcat: & omnis eccleſiæ ipſius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio eccleſia ſurrexit, pertinebit.

Item ex concilio Tolet. no 4. c. 34.

¶ Baſilicæ nouiter conditæ ad epiſcopum pertinent, cuius conuentus eſſe conſtiterit.

C. II.

POſſeſſio [d] territorij conuentum [e] non adimit: ideoque Baſilicæ, quæ noue conditæ fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt [f] epiſcopum, cuius conuentus eſſe conſtiterit.

¶ *Canon 34. concil. 4. Toletani ſic habet.* Sicut diœceſim alienam triennalis poſſeſsio tollit, ita territorij conuentum non adimit, &c. *ut infra eo. q. 1. ſi ut diœceſim.*

Item Gregorius lib. 11. epiſtola 19. ad Ioannem ſubdiaconum.

¶ Aedificatori epiſcopo in diœceſi alterius eccleſiam conſecrare non licet.

C. III.

LAtor præſentium [g] Ioannes frater, & coepiſcopus noſter indicauit nobis, quòd quidam Exuperantius epiſcopus auſu temerario in diœceſi ipſius oratorium conſtruxerit: idque ſine præcepti auctoritate contra morem præſumpſerit dedicare [h], Miſſaſque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum ſumma te celeritate †, ac diſtrictione conuenit emendare [i]: nec vlterius tale aliquid attentare permittas.

¶ *Noſter.*] *Hoc loco in epiſtola ipſa interiiciuntur multa.* [illegible]

Quod de iure [k] ordinandi, non poſsidendi intelligendum eſt. His auctoritatibus facile perpendi poteſt, quòd ſiue abbates, ſiue epiſcopi in ſuis caſtellis, vel villis eccleſias ædificauerint, non ideo epiſcopo in cuius diœceſi fuerint, conuentus adimitur: & ideò ſacerdotes iuxta illud Vrbani, & Nicolai in eis non niſi per epiſcopos, cum conſenſu tamen & electione ædificantium ordinari poſſunt.

QVÆSTIO III.

I. PS. *QVòd autem præſcriptione [l] temporis omnia iura [m] tollantur, probatur auctoritate Chalcedonenſis concilij, & Gelaſij Papæ. & Toletani concilij. Prima eſt hæc.* [3]

d ¶ *Poſſeſſio*] i. eſt prædij proprietas. argum. ff. de verbor. ſignific. interdum.

e ¶ *Conuentum*] id eſt, populum vel iuriſdictionem: & ita populus facit conuentum.

f ¶ *Pertinebunt*] j. ea. q. 7. omnes.

LAtor præſentium] CASVS. Exuperantius epiſcopus temere conſtruxit oratorium in epiſcopatu Ioan. epiſcopi, & ipſum cum Miſſæ celebratione dedicauit: ſuper quo cum Ioannes epiſcopus conquereretur, præcipit Gregorius cuida vt faceret illud penitus emendare, nec vlterius quid tale fieri permittat.

g ¶ *Lator præſentium*] j. de conſe. diſt. 1. præcepta. 5. 7. q. 1. epiſcopus in diœceſi.

h ¶ *Dedicare*] ſed numquid fecit locum religioſum dedicando eccleſiam ſine conſenſu proprij epiſcopi? Videtur quod non. arg. inſt. de rer. diu. §. ſacræ. conſe. diſt. 1. nemo. Credo tamen contrarium, vt 7. q. 1. epiſcopus in diœceſi.

i ¶ *Emendare.*] non dicit qualiter. Sed numquid deſtrui faciet eccleſiam? Non. arg. 17. q. 4. quæſtio. 14. q. 6. comperimus. 5. 7. q. 1. epiſcopus in diœceſi. arg. contra extra de no. ope. nun. cum ex iniuncto. Dico quod ſi denunciatio præceſsit, deſtrui debet illud, quod factum eſt: aliter non, vt in c. prædicto [a].

a Sub. ſed contra tāſeū dū ad interdictū q̄ vi aut clā, vt ff. de no. op. nun. l. j. §. j. & ff.

QVOD DE IVRE. CASVS. Dictum eſt 5. in tribus proximis c. quod eccleſia ędificata ſubeſſe debet epiſcopo, in cuius diœceſi eſt ædificata. Nunc vero dicit Grat. hoc eſſe intelligendum quoad ſpiritualia tantum: & ideo ſiue abbas, ſiue epiſcopus in ſuo caſtello vel villa eccleſiam ædificauerit, non poterit, eam ſubtrahere epiſcopo in cuius diœceſi eſt. vnde ſacerdotes iuxta Vrbanum & Nicolaum, non poterunt ibi ordinari, & inueſtiri, niſi per epiſcopum cuius eſt diœceſis, cum conſenſu tamen ædificatoris.

k ¶ *Quod de iure*] reſpicit c. poſſeſsio. 5.

QVod autem] Hæc quæſt. diuiditur in x. partes. In prima quarum probat per quattuor auctoritates, quod præſcriptio tricennalis currit aduerſus eccleſias, quod hodie correctum eſt j. e. quas actiones. Secunda ibi, *Ecce hic.* Tertia ibi, *Poteſt etiam aliter.* Quarta ibi, *Item ſi de ecclesi.* Quinta ibi, *Item ex quo.* Sexta ibi, *Prima actione.* Septima ibi, *Tollantur.* Octaua ibi, *Præſcriptionem.* Nona ibi, *De præſcriptionibus.* Decima ibi, *Sed ſola.* Ioann. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur tertia quæſt. qua quæritur, an omnia iura eccleſiaſtica temporis præſcriptione tollantur? Et reſpondetur quod ſic, quadragenaria, vt j. ead. quas actiones. niſi in his quæ ſunt in limite, vel limiti cohærent, vt j. ead. inter memoratos, antiquitus tamen currebat præſcriptio tricennalis, vt j. ead. c. 1. 2. 3. & 4. quæ capitula ſunt abrogata.

l ¶ *Quod autem præſcriptione.*] Hic deſcribitur tertia quæſt. an omnia iura præſcriptione tollantur. Ad euidentiam ergo dicendorum, videndum eſt prius de vſucapionibus, poſt de præſcriptione. Videndum ergo quid ſit vſucapio. & quid in ea exigatur, & quæ res poſsit vſucapi. "Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuā poſſeſsionem temporis lege diffiniti. arg. ff. de vſucap. l. 3. Exiguntur autem in ea quinque, bona fides ab vtraque parte. arg. ff. pro empt. l. 2. §. ſi eam. C. de præſcrip. long. temp. authen. malæ fidei poſſeſſor. Item iuſtus titulus, & continua poſſeſsio, & quod res ſit mobilis. & quòd non ſit vitioſa: & quod dixi ab vtraque parte, verum eſt quo ad initium contractus, non quo ad contractum medij temporis. infra eadem, §. poteſt. ſecundum canones tamen exigitur bona fides continua. extra de præſcrip. vigilanti. & cap. vlt. "Titulus autem eſt iuſta causa poſsidendi quod noſtrum nō eſt. & exigitur titulus, vt C. de vſuca. pro emp. l. vlt. & extra de præſcrip. ſi diligenti. quandoque tamen & vſucapio procedit ſine titulo iuſto errore interueniente [b]. C. de vſucap. pro do. l. prima. ff. pro emp. quod vulgo. ff. pro leg. l. 4. & vlt. iuris tamen error non prodeſt in vſucapione. extra de iur. & fact. ign. iuris. ff. de vſucap. numquam. & reſpon. Exigitur etiam continua poſſeſsio, hoc planum eſt. Et quod res ſit mobilis: quia in immobilibus non habet locum vſucapio. Quæ autem res vitioſa dicatur, habes inſt. de vſuc. §. 1. & 2. ff. de acquir. do. bonæ fidei. Item vſucapio non interrumpitur, ut conceſſit ff. de rei ven. ſi quis poſt acceptum. & ff. pro empt. l. 2. §. rem alienam. arg. C. de an. exce. vt perfectius. j. §. tollantur. Illi tamen quattuor caſus ſunt ſpeciales. vnde verſus:

"Vſucapio quid ſit. & quot in ea exigantur.

Nemo ſucapit a ſi ſunt tibi talia quinque.
Res habilis, iuſtus titulus, res non ſit vitioſa
Quod res tradatur poſſeſſio continuetur.

" Titulus quid ſit.

3 in Chalc. c. 17 & i ſeq. Calyn. c. 13.

b Secus ſi nō eſſet iuſtus error. C. de vſu. pro em. l. 2. ſi a pupillo.

Sequitur de præſcriptione quid ſit, quæ eius ſpecies, & quæ ad eam exigantur, & qua præſcriptio currat contra eccleſiam, & qualiter interrumpatur, & quis ſit eius effectus. "Præſcriptio eſt exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens. & quæ actioni perſonali, vel in rem opponitur: eſt autem quædam longi temporis præſcriptio, de qua nihil ad præſens: cum contra eccleſiam non currat [c], quæ contra præſentes, ſpatio x. an. contra abſentes, ſpatio xx. an. completur C. de præſcr. x. vel xx. an. l. 1. & nec currit niſi cum bona fide. Alia eſt longiſsimi temporis, xxx. vel xl. an. in qua ſecundum leges non exigitur bona fides, vel titulus. C. de an. exc. l. 1. ſecundum canones hæc ratio procedit, niſi quis bonam fidem habuit. ext. de præſc. vigilanti. & in conſtit. lin. quoniam omne. & 34. q. 2. ſi virgo. nec etiam illa quæ eſt triginta annorum currit contra eccleſiam, ſed tantum quadraginta infra eadem quas actiones. Item ſecundum canones titulus requiritur in longiſsima præſcriptione, vt extra de præſcript. ſi diligenti. Io. quod T. negat, niſi ratione præſumptionis, B. quandoque tamen minus iuſtus titulus parit cauſam præſcribendi, vt extra de empt. & vend. peruenit. & extra de iure patronatus, cura. "Interrumpitur autem naturaliter & ciuiliter. Si naturaliter interrumpitur, prodeſt omnibus ius habentibus in re. ff. de vſucap. l. naturaliter. Si ciuiliter, prodeſt interrumpenti tantum, & eius hæredi, vt ff. de diuerſ. & temp. præſcript. inter quattuor. "Eſt autem effectus eius, vt acquiratur tantum exceptio ſecundum Ioannem, non dominium niſi vtile, vt infra eadem, quocumque. ſecundum B & alios, etiam directum dominium acquiritur, vt eſt expreſſum. C. de bon. mater. authen. niſi. & infra eadem inter memoratos. ibi, *Si aeternam communem.*

" pſcriptio quæ & quotuplex eſt.

c Dñt qdāq nec ēt p eccleſia j. e. c. placuit. ibi de hoc i gl. arg. q. &c.

" Præſcriptio dupliciter interrumpitur.

" pſcriptionis effectus

m ¶ *Iura.*] hoc non eſt verum: quia nec omnia iura, nec a quocumque præſcribi poſſunt, quod nō omnia habes infra e. c. ſi. & §. de præſcr. xxx. an. competit. Quod non a quocumque, extra de præſc. cum ex officij. &c. cauſam Ioan.

P[er ſingulas.] CASVS. Quidam epiſcopi tenuerunt parochias aliorum epiſcoporum per xxx. an. quiete & ſine violentia. quæſitum eſt in Toleta. concil. verum ſint tuti. & reſpondet quod ſic. ſi vero intra xxx. ann. quæſtio ſuper hoc fuerit mota, liceat ſuper his parochiis mouere certamen vel litigium.

¶ Ruſticanæ parochiæ apud epiſcopos, qui eas poſsident triginta annis ſine violentia permaneant immobiles. C. I.

1 PEr ſingulas eccleſias α parochias ruſticanas, ſiue β in poſſeſſionibus, manere immobiles apud eos, qui eas retinent, epiſcopos decernimus: & maxime[a] ſi ſine violentia eas iam per triginta[b] annos tenentes gubernauerũt. Si vero intra triginta annos facta fuerit, aut fiat de his dubitatio † [c]: liceat eis, qui ſe dixerint læſos propter eas, mouere apud ſynodum prouinciæ certamen.

¶ Caput hoc eſt ex priſca verſione quæ in collectione Iſidori atque ex ea cum duobus Vaticanis eiuſdem collecti onis codicibus collata, eſt emendatum.

α ¶ Eccleſias.] Apud Balſamon in codicibus manuſcriptis legitur, κατ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν, id eſt in vna quaque prouincia. ſed in Græco canone vulgato κατ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν.

β ¶ Siue in poſſeſsionibus.] Græce eſt, ἐγχωρίους παροικίας ἢ τὰς ἐγχωρίους. Id eſt, parochias quæ in ruribus, aut quæ in vicis, & pagis ſunt.

Item Gelaſius epiſt. 2. ad Siculos, cap. 2.

¶ Triginta annis ab epiſcopis poſſeſſæ, immobiles permaneant diœceſes. C. II.

2 PRæſulum noſtrorum auctoritas emanauit, vt facultates eccleſiæ epiſcopi ad regendum[d] habeant poteſtatem: ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atque pauperum, necnon & clericorum ſtipendia diſtribuere debeant. Hoc eis etiam ſtatuimus dari, quod hactenus decretum eſt[e]: reliquum ſibi epiſcopi vendicent, vt, ſicut antea diximus, peregrinorum, atque captiuorum largitores eſſe poſſint. *Idem ibidem, cap. 2.* ¶ [3] Illud etiam annecti placuit, vt ſi, quod abſit, facultates[f] eccleſiæ, necnon diœceſes ab aliquibus poſſidẽtur epiſcopis iure ſibi vendicẽt, quod tricennalis lex concluſit: quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit auctoritas.

Item ex concilio Toletano, 4. cap. 34.

¶ Territorij poſſeſsio conuentum non adimit. C. III.

4 SIcut diœceſim[g] alienam tricennalis poſſeſſio tollit: ita territorij α conuentum[h] non adimit β [i].

α ¶ Territorij.] In vulgatis ſequebatur, poſſeſsio: quæ abeſt à vetuſtis, à Burchardo, & Panormia & codicibus conciliorum impreſsis, & manuſcriptis.

β ¶ Non adimit.] Sic in editionibus conciliorum Coloinenſibus, & codice regio & vetuſtis Gratiani exemplaribus & in Panormia. At vero in duabus editionibus conciliorum Pariſienſibus & apud Iuonem habetur, non amittit, & in duobus codicibus Vaticanis, & apud Burchardum, non admittit.

Item ex eodem, cap. 35.

¶ Tricennalis poſſeſsio intra vnam prouinciam ſeruari debet. C. IIII.

5 QVicumque epiſcopus alterius epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit: quamuis α ſecundum ius legis[k] eius nõ videatur eſſe diœceſis: admittenda non eſt contra eum actio repoſcendi. Sed hoc intra vnam prouinciam[l] β: extra vero[m], nullo modo: ne dum diœceſis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

α ¶ Quamuis.] In concilio impreſſo cum manuſcriptis collato legitur, quia ſecundum ius legis, eius videtur eſſe diœceſis, admittenda non eſt, &c. Iuo autem in 3. par. etiam datiuus poſt verſi. poſſederit. ſic habet, eam teneat: quia ſecundum ius legis, eius videtur eſſe diœceſis, & admittenda non eſt, &c. Burchardus autem, quamuis ſecundum ius

a ¶ Maxime.] id eſt, tantum. ſic 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. nam violentus detentor, non præſcribit. extra de præſc. cap. vlt.

b ¶ Triginta.] hodie non ſtatur huic numero. extra de præſcript. de quarta. ǰ. ead. quas actiones.

c ¶ Dubitatio.] per lit. conteſta. ſic enim res efficitur dubia. arg. ext. de offic. deleg. relatum. C. qui. ad li. proclam. l. 3. vel per libellum oblatum principi ſecuta conuentione, vt C. de præſcri. xxx. an. l. 3. vel per ſynodalem proclamationem. extr. de præſcr. ſanctorũ. nam ſimplex denuntiatio habet pro conteſt. vt extra vt lit. non conteſt. quoniam. in fin. Et dico quòd ex quo ſemel facta eſt lit. conteſt. poſt ſecundum canones no currit præſcriptio, quia præſumitur poſsidens iam habere malam fidem, & de iure ſuo iam titubare. C. de acquir. poſſeſ. nemo. vnde non præſcribit vſque ad mille annos, vt ext. de præſc. quoniam. ſed leges quæ non curant de mala fide, dicunt xl. annos exigendos[a]. C. de an. except. l. 1. loan.

P[ræſulum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod epiſcopi habent poteſtatem regendi eccleſiæ facultates, ita vt de duabus partibus prouideant clericis & pauperibus, reliquas vero duas partes pro ſe & captiuis & peregrinis. In ſecunda parte dicitur, quod epiſcopi iure ſibi vendicent poſſeſſiones vel parochias, quas xxx. ann. pacifice poſſederunt, quia ſic placuit legibus Imperatorum. Secunda pars incipit, ibi, *Illud etiam.*

d ¶ *Ad regendum.*] argu ff. pro empt. qui fundum. §. ſi tutor.

e ¶ *Decretum eſt.*] ab eodem Gelaſio. 12. q. 2. quatuor.

f ¶ *Facultates.*] hoc habes. 13 q 2. facultates.

S[icut diœceſim.] CASVS. Ego Barth. Brix. hunc caſum ſic intelligo. Dicitur enim quòd licet epiſcopus præſcribat alterius epiſcopi eccleſiam vel populum per triginta annos, non tamen acquirit populum vel iuriſdictionem in eo, quo ad ſpiritualia, & ſi præſcribat terram aliquam. Tu tamen, prudens lector, ſi melius intellexeris, me de ſufficientia excuſabis. Hug tamen & gloſſæ hanc litteram ſic intelligunt: licet aliquis præſcribat eccleſiam quo ad temporalia & parochialia iura, non tamen præſcribit ius epiſcopale.

g ¶ *Sicut diœceſim.*] id eſt, eccleſiam diœceſis. Et dic, ſicut, i. quamuis.

h ¶ *Conuentum.*] id eſt, ius epiſcopale.

i ¶ *Non adimit.*] id eſt, non ideo adimit.

Q[uicumque.] CASVS. Quidam epiſcopus poſſedit diœceſim alterius epiſcopi ſine interpellatione per xxx. annos: quæſitum fuit in concilio Toletan. verum ſit tutus aduerſus alium epiſcopum? & reſp. ſi eſt intra eandem prouinciam vel epiſcopatum, id eſt in interiori parte prouinciæ vel epiſcopatus, licet ſecundum ius legis naturalis eius non videatur diœceſis eſſe, tamen contra eum actio non eſt admittenda: ſi vero eſt extra prouinciam, vel epiſcopatum, id eſt in exteriori parte prouinciæ vel epiſcopatus, in limite vel iuxta, non eſt tutus præſcriptione, ne prouinciarum, vel epiſcopatuum termini confundant. Ita intelligo c. & ſi aliquis melius intellexerit, gaudiũ erit mihi.

k ¶ *Legis.*] naturalis. nam de iure naturali non ſunt præſcriptiones inductæ. nam de iure naturali iniquum eſt aliquem ditari cum aliena iactura, vt extra de pœn. ſuam. & ff. de cond. indeb. nam hoc.« Sed ideo inuenta eſt præſcriptio, ne dominia rerum ſemper ſint in incerto. ff. de vſu. l. 1. Vel dic ſecundum ius legis ciuilis, & hoc ſecundum opinionem dicentium[b], præſcriptione dominium non acquiri, ſed tantum exceptione. ſed contra eos eſt ǰ. ead. quæſt. clerici in fin. C. de bon. mat auth. niſi. & res præſcriptione temporis mutant dominium. ff. de vſucap. eum qui ædes. ver. & vniuerſitates.

l ¶ *Prouinciam.*] id eſt, diœceſim. quandoque enim prouincia ſumitur pro diœceſi, vt 50. diſtin. ſtudeat. quandoque econuerſo, vt 9. q. 2. epiſcopi. Quidam tamen in loco iſto dixerunt, quod intra aliam prouinciam non poſſet præſcribi, licet intra aliam diœceſim poſsit. « Quid autem præſcribi poſsit in diœceſi alterius, varie à varijs eſt notatum. & cęteris ſint hæc ſententia, quòd quidquid eſt intra terminos alterius diœceſis præſcribi poteſt, dummodo non ſit in limite, vel coniunctum limiti, vt extra de paroch. ſuper eod. non tamen quoad epiſcopalem iuriſdictionem, ſed tantum quo ad proprietatem vt dicunt, & hoc dum conſtat de limitibus. Sed ſi de limitibus non conſtat, tunc quo ad proprietatem, & quo ad epiſcopalia iura, res alterius epiſcopi præſcribitur, vt ǰ. ead. licet. extra de decim. cum ſint homines. Sed illis vehementer obſt. extra de præſcrip. ad aures. & cap. auditis. & cap. cum ex officij. quód de relig. domi. cap. 1. in quibus non ſolum res, ſed iura epiſcopalia præſcribuntur. Similiter hic diſtingui poteſt inter iura parochialia, & iura epiſcopalia, vt iura parochialia poſsint præſcribi, ſiue diœceſes ſint limitatæ, ſiue non, vt ius decimarum, vt baptiſmata, oblationes, & procurationes: dummodo res illæ non ſint coniunctæ limiti: ſed iura epiſcopalia non, vt conſecratio: immo vlterius procedi poteſt. quod ſimiliter iura epiſcopalia, quæ conſiſtunt in lege iuriſdictionis epiſcopalis præſcribi poſſunt ab alio epiſcopo, quia taliter præſcribitur exemptio, non tamen vnus intrabit terminos alterius: ſed intra terminos proprios vtetur iure illo, niſi in caſu, vt intra eadem placuit. Sed tamen dicunt quidam, quòd quodlibet ius epiſcopale poteſt præſcribi, dummodo non ſit vicinum limiti. Sed quantum ad proprietatem, ſatis videtur, quòd ſiue ſit in limite, ſiue aliàs, quod res alterius præſcribi poſsit, vt extra de probat. ex litteris.« Si quæras quare limes non poſsit præſcribi, dico ideo, ne confundantur termini prouinciarum, vel ideo, quia limes communis eſt, vt probatur. ff. de acquirendo rerum domi. l. adeo. §. vltimo. & leg. ſequenti. ſed ſi rem quæ mihi eſt communis cum alio ille poſſederit: ego per ipſum retineo poſſeſsionem, vt ff. quemadmodum ſeruitus amitt. ſi communem. Vel ideo non præſcribitur, quia non præſumitur quòd aliquis communi re vitioſe vtatur, vt ff. pro ſocio. merito. & ſic præſumitur, quòd quantocumque tempore alter poſsideat, quòd non tantum nomine ſuo, ſed nomine meo poſſederit. Sed certe hæc ratio non videtur ſufficiens: quia eadem ratione, nec fines prædiorum poſſent præſcribi: quod falſum eſt, vt ǰ. ead. q. 4. volumus. vt extra de præſcrip. quia. & C. fin. regund. l. vlti. Alij dicunt quòd limes bene poteſt præſcribi, ſed non manens limes: quia quam cito eſt præſcriptus, deſinit eſſe limes.

m ¶ *Extra vero.*] nullo modo, quantum ad omnia epiſcopalia iura.

1 Pol l.3.tit. 12. Anſ l.5.c. 16 Burc.l.3. c.143. Iuo p. 3.c.106. Pan. l.2.c.64.

† al. altercatio

2 Pol l.3.tit. 12. Iuo p.3. c.147.

a vt C. de an. except. l. C. de præſcr. 30. an. l. vlt.

3 13.q.2.c.1. Iuo par.3.c. 144. Bur.l. c.149. Pan. l.2.c.65.

« pſcriptio ad quod eſt inuenta

b Qui ſunt not. ead in ſum. de hoc etiam not. ǰ. ea. § poteſt. a in glo. arc. pro, &c.

4 ǰ. ead. q.3. poſſeſſio. Polyc l 3 tit. 12 Anſ l 5 c 17. Burch l.3.c. 147 Iuo p 3. c 212.

« præſcribi quid poteſt in alterius diœceſi.

5 Pol. l.3.tit. 12. Anſ l.5.c. 17 Bur. l.3 c. 67. Iuo p 3. c. 137. & p.5. c. 75 Pan. l.2.c.67.

« limes diœceſis eſt impræſcriptibilis.

ECCE ENIS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis qua probat per tricenn. quòd limites, & ea quæ ad hæc pertinent non præſcribuntur. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis c. quòd eccleſiaſtica iura præſcriptione tolluntur: poſtea probat contrarium per ſequ.

Ecce in regulis.] CASVS. Breuiter ſic pone c. ſum illum. Anconitanus epiſcopus habebat quaſdam villas intra terminos epiſcopatus Anuſcanæ epiſcopi, occaſione poſſeſſionum & villarum in eaſdem ibi ſpiritualia. Super hoc cum epiſcopus Anuſcanus conqueretur, decreuit Gelaſius inuaſa reſtitui Anuſcano epiſcopo: & præcepit Maximo & Euſebio epiſcopis, ut ipſum mitterent in poſſeſſionem. Hug. vero hunc caſum ſic ponit cuius poſitionem magis approbo. Inter Anconitanum epiſcopum, & Conſtantinum Anuſcanæ ciuitatis epiſcopum, controuerſia erat de quadam eccleſia, poſita in limite alterius, puta Conſtantini: alter, ſcilicet Anconitanus epiſcop' diu poſſederat eam: ſuper qua conuenerunt coram Gelaſio per aliquos reſpondebat: quam controuerſiam ſic decidit Gelaſius, ut eccleſia reſtitueretur petenti epiſcopo: quia limites aut terminationes non poſſunt præſcribi: ſicut & in antiquis regulis, & in ſuis aſſerit contineri decretis. quapropter ſcribit Maximo, & Euſebio epiſcopis, ut hunc ſententiam mandent executioni. Et ſimilem formam in omnibus ſimilibus caſibus dicit fore ſeruandam.

a ¶ *Parochias.*] id eſt, intra limites eius diœceſis.

b ¶ *Diſpoſitione.*] id eſt, terminatione. ſ. 13. q. 1. capit. 1.

c ¶ *Exempli.*] ſ. diſt. 96. bene quidem. ſ. 2. q. 1. principatus.

d ¶ *Inuaſa.*] Nam inuaſores non præſcribunt. C. de præſcr. xxx. an. ſi quis emptionis. & §. ult. illud.

e ¶ *Putat.*] Nam diuturnitas temporis, &c. extra de ſi non ſatis.

f ¶ *Formam.*] Argum. quod certis perſonis mandatur, ad alios extendi: & quod in uno negotio ſtatuitur, ad omnia ſimilia extendi. ſ. 14. q. 2. multi. 14. q. 2. ſuper eo. 32. q. 7. Apoſtolus. arg. diſtin. 61. miramur. diſt. 38. ignorantia. extra. de re iud. in cauſis.

g ¶ *Territorium.*] Pone quod aliquis epiſcopus poſſideat eccleſiam intra diœceſim alterius epiſcopi remotam à limite: & fluuius quidam erat limes, ſed fluuius paulatim accedit ad illam eccleſiam, ita quod efficitur vicina limiti. Dic quòd interrumpta tur præſcriptio naturaliter nec præſcribitur. Vel dic quòd nihilominus procedit præſcriptio. nec termini epiſcopales variantur propter hoc, ut ff. de contrah. em. p. nuda poſſ. Quid dices de eccleſia ſita in limite, & in utraque diœceſi habet parochianos? Dic quod erit communis quo ad parochialia: ſicut & arbor in confinio poſita. ff. com. di. arbor. & inſula in confinio poſita: inſtit. de rer. diu. §. inſula. in ſolidum autem habebunt epiſcopalia. ſi diſcordant in eccleſiæ diſpoſitione, ſuperioris erit officium in hac parte. extra de iur. patron. nullus. vel alternis annis diſponant. ff. de uſufruct. quoties.

1 Ecce in regulis.] Iuo p. 3. cap. 102.

Ecce in regulis continetur antiquis, parochias[a] vniuſcuiuſque eccleſiæ priſtina diſpoſitione[b] deputatas nulla poſſe ratione conuelli, nec per conſuetudinem peſſimam, exempli[c] malitemeritate creſcente, vniuerſalis confuſio naſceretur: tamen etiam decretis noſtris ante non multum temporis deſtinatis omnia inſiſtimus, quæ taliter fuerant inuaſa[d], reſtitui. Sed quia temeritas peruadentium legem ſibi poſſe putat[e] generari, ſi ſceleri diu pertinaciam retentionis adiungatur, ea, quæ inter fratrem, & coepiſcopum noſtrum Conſtantinum Anuſcanæ[a] eccleſiæ ſacerdotẽ, & † inter nuntios directos ab Anconitano pontifice decreuimus, per vos impleri cupimus: tunc formam[f] in ceteris cognitionibus, quæ ſit ſequenda, perſcripſimus[b]. Nulla igitur præſumptione ſtatum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate durauit patimur immutari: quia nec negligentia pontificis, nec temporalis obiectio (quæ per incuriam forte generatur) neque ignauia faciente conſenſus adhibitus, nec ſubrepente † ſupplicatione præcepto diuellere poteſt ſemel diœceſim conſtitutam: ex qua ſemper ad regenerationem, atque conſignationem plebs deuota conuenit. Territorium[g] etiam non facere diœceſim olim noſcitur ordinatum.

a Anuſ. l. 3. cap. 3.

* Quod in uno negotio ſtatuitur, ad omnia ſimilia extendi.

† al. ſubrepente.

* Eccleſia in limite diœceſis poſita, cuius ſit.

legis, ſiue veſtimur eſſe diœceſis. In Panormitano vero quemadmodum apud Gratianum.

a ¶ Prouinciam.] Auctor gloſſæ interpretatur, id eſt, diœceſim: & in uetuſtis conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur, parochiam, quæ voce ſæpe diœceſis ſignificatur, ut in canone Apoſtolorum 14. epiſcopo non liceat alienam parochiam propria relicta peruadere: & in concilio Antiocheno, cap. 9. noctem niquimus, alij vertunt parochiam, alij diœceſim, ut interdum in Toletanis duæ voces confunduntur, ut Toletano 3. cap. 20. & Toletano 4. cap. 32. & 33. & Ilerdenſi 2. capit. Et in ſuis capitibus vox, diœceſis, partim quandoque, id eſt parochiam, ſignificat. Verum in editione conciliorum Lucenſi regia, & in aliis exemplaribus Gratiani, & Panormiæ, & apud Iuonem p. 3. in margine eſt, prouinciam.

2 Ecce his auctoritatibus probatur, quòd poſſeſſionis, & gubernationis iura præſcriptione tolluntur.

Sed idem Gelaſius contra tollitur ſimiliter Maximo, & Euſebio epiſcopis.

¶ Status parochiarum nec præſumptione, nec temporis præſcriptione mutari poteſt. C. V.

a ¶ Anuſcanæ.] In nonnullis codicibus inuenitur legitur, id eſt, Canuſcanæ, Camuſcinæ, Tanuſcanæ.

3 ¶ Territorium]. Hæc reſtringuntur, etiam ab Anſelmo, licet non ab Iuone.

Hoc multipliciter diſtinguitur. Sunt quædam diœceſes, quæ certis limitibus diſtinctæ ſunt: hæ nullo modo præſcribi poſſunt. Aliæ vero, quæ non ſunt certis limitibus diſtinctæ, & de quibus certa definitio non alia præceſſit, præſcriptione tolluntur.

Unde Innocentius Papa.

¶ Limitis poſſeſſio præſcribi non poteſt. C. VI.

3 Inter memoratos fratres noſtros Fulgentium Aſtigitanũ, & Honorium Cordubenſem epiſcopos diſcuſſio[h] agitata eſt propter parochiam Baſilicæ cuiuſdã, quam horũ alter Cellanenſem[a], † alter Rhegienſem aſſeruit. Et quia inter utraſque partes hactenus limitis actio ventilata † eſt: cuius quamuis vetuſta retentio, nullum[k] iuris præiudicium aſferre †: ideo ne in dubium ultra inter eos noſtra deuocaretur ſententia[l]: prolatis canonibus ſynodalia decreta perlecta ſunt. Quorum auctoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos uſurpet: ob hoc placuit inter alternas partes inſpectores † viros mittendos[m], ita[a] ut diœceſis[n] poſſidentis (ſi tamen baſilicam veris ſignis limes præfixus monſtrauerit) eccleſiæ, cuius eſt ius † retentionis[o], ſit æternũ dominium. Quòd ſi limes[p] legitimus eandem baſilicam nõ concludit †: & eam longi temporis probatur obiecta præſcriptio, appellatio[q] præſentis †[r] epiſcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio ſilentium imponit. Hoc enim & ſecularium principum edicta præcipiunt, & præſulum Romanorum decreuit auctoritas. Sin vero intra metas tricennalis temporis extra[s] alienos terminos baſilicæ inuaſa retentio reperitur: repetentis epiſcopi iuri ſine mora reſtituetur.

¶ Caput hoc extat in concilio Hiſpalenſi, 2. cap. 1. & ex eo Burch. & alii.

a ¶ Cellanenſem.] In concilio impreſſo, ac manuſcripto legitur Celtitanenſem: & Plinius lib. 3. cap. 1. inter oppida conuentus Hiſpalenſis numerat Celtitam.

A ¶ Ita ut diœceſis.] In tribus Romanis editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur, ita ut ſi in diœceſi poſſidentis ſitam baſilicam veteribus ſignis limes prætulit. (alias eccleſiæ. Vel aliter, ſi diœceſis eſt limitata, & ea præſcriptio, habeat eã.

q. ¶ Appellatio.] id eſt, interpellatio.

r ¶ Præſentis.] id eſt, petentis.

s ¶ Extra alienos.] id eſt, illius contra quem ius præſcribitur. Ioan.

HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. dictum c. dicens illud loqui de diœceſibus, quæ certis limitibus ſunt diſtinctæ, quæ nullo modo in limite, vel circa limitem præſcribi poſſunt. aliæ vero quæ certos limites non habent præſcriptione tolluntur.

Inter memoratos.] CASVS. In extremis finibus epiſcopatus Aſtigitanen. erat Cellanen. eccleſia. in finib. vero epiſcopatus Cordubæ, erat eccleſia Rhegienſ. quæ plebes erant inter quas eſt quædam baſilica, ſuper qua Cellanen. eccleſia, & Rhegienſ. contendebant. occaſione quarum eccleſiarũ inter epiſcopos prædictorum ciuitatum. erat contentio: quare Innoc. delegat cauſam iudicibus, mandans eis ut terminos videant: & ulterius dicit eis ſub qua forma procedant. ut ſi ſciſcet ſi inuenerint eccleſiam illã intra terminos poſſidentis, adiudicent ei ſibi perpetuo. ſi vero extra terminos, & præſcribit, ſimiliter adiudicent eam ſibi. ſi vero nondum præſcribit, reſtituent eam epiſcopo, qui appellauit & repetit. & ille caſus verus eſt: & ſi bene inſpexeris, de litera elicitur.

h ¶ *Diſcuſſio.*] id eſt, quæſtio diſcutiendi.

i ¶ *Alter Cellanenſem.*] quæ eccleſia erat ſubiecta ſibi.

k ¶ *Nullum.*] Arg. quòd limitis manifeſtatio rẽ iudicatam reuocet. ſ. arg. ead. q. c. Eniſe.

l ¶ *Sententia.*] quam ſuper hoc ſentimus.

m ¶ *Mittendos.*] Verenim agitur de finibus agri oculis ſunt ipſa loca conſiderãda. extr. de præſcr. quia ſ. ſin. re. l. ſi irruptione. & vtriuſque partis teſtes audiuntur, ut extra de prob. ex litteris.

n ¶ *Vt diœceſis.*] Sic conſtrue, id eſt, ut æternum dominium diœceſis, ſcilicet de qua eſt controuerſia, ſit poſſidentis eccleſiæ. cuius eſt ius retentionis.

o ¶ *Ius retentionis.*] id eſt q eſt in poſſeſſione.

p ¶ *Quòd ſi limes.*] Poſſe ſenſus. i. ſi limes ipſius poſſidentis eam non concludit, & et tũ ipſe præſcripſit, habeat eã.

a Poteſt dici quòd eccleſia ex illius ſit, in cuius limite campus poſitus eſt. argu. de acq. rer. do. adeo. §. videamus. B.

3 in cõc. Hiſpal. 2. c. 2. Pol. 6. ti. 10. Bur. l. 1. c. 4. Iuo p. 3. c. 132.

† al. ventilata.

† al. aſſerunt nunquam.

† al. inſpectores.

† al. ut illa retentio.

† al. concludit.

† al. repetens b. Nam videtur quòd abſtractum tam deberet ſententiam eum dicitur velata que reuocata erat propter manifeſtatio nem limitis. ſecundum dic ultra, id eſt, decretam.

* Vel quia eſt in epiſcopatu alterius, longe tamen à limite, ſecundum Hug.

Dilectio tua.] CASVS. Inter quoſdam epiſcopos erat contentio de limitibus epiſcopatuum: delegat ergo Gelaſius Iuſto epiſcopo cauſam iſtã hac forma, vt ſi aliqua certa diuiſio de limitibus quondam inter eos proceſſerit, intemerata ſeruetur. Si vero nihil fuerit terminatum, recipiat teſtes, & ſacramentum partis, quæ de præſcriptione confidit: & etiã alterius partis, ſi vult exceptionem ſuam probare. Si qua pars confidit. ſcilicet quæ agit.

a ¶ De ſpatijs.] prædiorum, non limitum. j. q. 4. c. Vel intellige de limitibus.

b ¶ Intemerata.] 3. 6 q. 4. quod bene. j. 18. q. 2. Eleutherius.

c ¶ Sacramentum.] ſcilicet teſtium, per quos probat præſcriptionẽ. ſic 31. q. 2. ſi verum.

d ¶ Offerre.] alteri parti. Vel dic quòd illi parti quæ probauit præſcriptionem, ſi non poteſt probare titulum & bonam fidem, permittendum eſt ei iurare quòd bona fide poſſederit rem illam, & quòd iuſto titulo habuerit eam. non tamen dico quòd cogitur probare titulum. ſed ſi probat curſum temporis, & allegat titulũ, præſumo ratione temporis ipſum habere titulum, vt 12. diſtinct. illa. ff. de vſurp. cum de in rem verſo. Nec obſt. quod dicitur ext. de præſcr. ſi diligẽti. & ext. de probat. licet, vbi videtur dici, quod debeat conſtare de titulo. Intelligo enim tunc quando eſt præſumptio contra eum, vt ibi ſuit. & ſic intelligo quod eſt extra de decim. dudum. ſed fatuus eſt qui allegat titulum quem probare non poteſt. ſed dicat, præſcripſi[d].

POTEST. Hæc eſt 3. pars quæſt. in qua dicitur, quòd res vi poſſeſſa non præſcribitur. Ioan. de Faut.

CASVS. Secundo modo exponit illud c. ſcilicet, vt non intelligatur de limitibus ſed de rebus inuaſis, quæ nullo titulo poſſidentur: & hæ præſcribi non poſſunt: ſi vero poſſidentur iudicis auctoritate, vel longa conſuetudine priuilegiorum, tunc præſcriptione tolluntur.

peruiſus) monſtrauerit, eccleſiæ, &c. itemque in codice Lucenſi regio niſi quod loco dict. omi, præuiſus, habetur. præfixus.

Item Gelaſius Papa Iuſto epiſcopo.

¶ Spatia quæ definita fuerint, tempore præſcribi non poſſunt.

C. VII.

1 Dilectio tua ſtudeat, quæſita omnium fideliter rerum veritate, vt ſi de ſpatiis [a], de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa proceſſerit, intemerata [b] ſeruetur: alioqui ſi nihil vmquam conſtiterit terminatum, tunc de præſcriptione temporum, ſi qua pars confidit, præbeat ſacramentum [c]: vt tamẽ, de iis quæ hactenus poſſediſſe probatur †, iuſiurandum ſinatur offerre [d].

3 *Poteſt etiam aliter diſtingui. Quæ quiſque ſua auctoritate vſurpat: quia nullo titulo poſſidere incipit, præſcribere non poteſt: & in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gelaſij [Temporalis obiectio, quæ per incuriam forte generatur, non poteſt diuellere diœceſim ſemel conſtitutam] intelligendum eſt, ſi nullo titulo, ſed ſola vſurpatione eam poſſidere cœpit. Si vero iudicis auctoritate, & priuilegiorum longa conſuetudine poſſidere cœperit: tunc temporalis obiectio actori ſilentium imponit.*

Vnde Gelaſius Papa ait [a].

¶ Debent priuilegia triginta annis poſſeſſa immobiliter obſeruari.

C. VIII.

3 Placuit huic ſanctæ, magnæque ſynodo, vt res, & priuilegia [e], quæ Dei eccleſiis ex longa conſuetudine [f] pertinent, & ſiue à diuæ recordationibus Imperatoribus [g], ſiue ab aliis Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta [h] poſſeſſa ſunt: nequaquam à poteſtate præſulum eorum † quæcumque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: ſed ſint omnia in poteſtate, ac iuſſu † præſulis eccleſiæ: quæcumque intra triginta annorum ſpatiũ ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſæcularium [a] contra præſentem definitionem egerit: tanquam ſacrilegus iudicetur: & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria priuilegia, ſeu res reſtituerit, anathema ſit.

¶ *Quod hic tribuitur Gelaſio, habetur in ſynodo Romana habita ab Hadriano 2. cap. 18. & ex ea citatur apud Anſelmum, & Polycarpum. Sed manuſcripti codices Gratiani concordant cum vulgatis.*

a ¶ Sæcularium.] *In vulgatis legebatur* Quiſquis ergo clericorum, vel ſæcularium *Sed abſunt illæ duæ voces,* clericorum, vel *ab aliquot vetuſtis, & ab ipſo concilio manuſcripto. In concilio impreſſo legitur* Qui contra fecerit, vt ſacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia, &c.

Idem epiſcopis Dardaniæ inter cetera [i] inquit.

¶ Repeti non poſſunt, quæ triginta annis quiete poſsidentur.

C. IX.

4 Poſt quingentos annos conſtitutã Chriſti [k] quoſdam audio velle ſubuertere: cum triginta annorum lex [l] hominum non poſſit abrumpi.

¶ *Caput hoc non legitur in epiſtola Gelaſij, quæ extat, ad epiſcopos per Dardaniam. Nicolaus I. in epiſtola ad epiſcopos Galliæ, cuius initium eſt,* Quamuis ſingularum, *nuper vt dictum eſt, impreſſa in appendice bibliothecæ citat ex epiſtola Gelaſij ad Orientales. Deuſdedit, Cardinalis & Anſelmus abſolute Gelaſium citant.*

4 *Item ſi de rebus eccleſiæ controuerſia mota eſt, & definitio ſubſecuta: etſi iniuſta ſit, tamen quia non ſua, ſed definientis auctoritate [m] poſſidere cœpit tricennalis [n] præſcriptio petitori ſilentium imponit: ita tamen, vt ſupputatio præſcriptionis non à tempore definitionis, ſed à deceſſu [5] definientis exordium ſumat.*

Vnde in Toletano concilio 9. cap. 8. ſtatutum eſt.

¶ Vita irrite diſponentis non poterit pertinere ad tricennium temporis. C. X.

Si ſacerdotes † [o], vel miniſtri dum gubernacula eccleſiarũ adminiſtrare videntur, contra patrum ſanctiſſimas ſanctiones de

Placuit.] CASVS. Quidam laici per potentiam ſæcularem conabantur auferre res, vel priuilegia, quæ ad eccleſiam ex longa conſuetudine pertinebant, vel quæ donata fuerant eccleſiæ ab Imperatoribus, vel aliis, & ab eccleſia per triginta annos poſſeſſa: & ideo præcipit Gelaſius, vt omnia ſint in poteſtate epiſcoporum, nec ab eius ſubtrahantur poteſtate: & quicumque laicus, vel clericus contra fecerit, debet anathematizari donec reſipiſcat. Seq cap. patet.

e ¶ Priuilegia.] j 25. quæſt. 2. cap. 1. & 2.

e ¶ Priuilegia.] id eſt, chartas eccleſiæ. 12. q. 2. ſi quis de clericis.

f ¶ Conſuetudine.] ergo conſuetudo dat priuilegium. 9. quæſt. 3. conqueſtus.

g ¶ Imperatoribus.] hic canon emendat legem, quæ loquitur de quadrienni præſcriptione in rebus donatis ab Imperatore.

h ¶ Annos triginta.] argu. [u] quòd præſcriptio decennij vel vicennij, non habet locum in eccleſia, vt ipſam rem priuati tali præſcriptione poſſit retinere. Alij dicunt contra. Sed nonne contrarium eſt. C. de quadr. præſcr. l. bene à Zenone. nam ibi dicitur, quòd ſi Imperator rem priuati conferat alij, tutus eſt donatarius. & hic dicitur neceſſariam eſſe præſcriptionem. Sed dic, maxime: vel dic, & pro vel. C. de verb. ſignific. l. per. Vel dic quòd ſicut eccleſia noluit hoc recipere contra ſe, vt 12. q. 2. quicumque militum. ita nec pro ſe [b]. Vel ibi loquitur cum dedit Imperator rem alienam, tanquam alienam: hic tanquam ſuam. Vel hoc quod dicit de triginta annis, refertur ad proximum, ſcilicet ad alios, & non ad Imperatorem, vt extra de ſenten. & re iudic. cum inter. in fin.

i ¶ Inter cetera.] verba ſunt Gratiani.

Poſt quingentos.]

k ¶ Cõſtituta Chriſti.] id eſt, eccleſiæ alicuius.

l ¶ Lex.] id eſt, præſcriptio a lege introducta. lex enim proceſſu temporis non poteſt confirmari: quia ſi eſt iuſta, ſtatim valet & confirmatur [c]. ſi eſt iniuſta, numquam valet. 8. diſt. 4. erit autem lex. videtur tamen, quòd contra legem poteſt præſcribi ſpatiõ xx. annorum, vt ff. de origin. iu. l. 2. § exactis.

ITEM SI DE REBVS. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua dicitur, quòd tempore prælati male alienantis nõ currit præſcriptio, ſed poſt eius mortem incipit currere: & hoc probat per capit. ſequens. Ioan. de Fant.

CASVS. Oſtẽdit Gratian. in hoc § quòd ſi ſuper reb. eccleſiæ mota eſt controuerſia, & iniuſta ſit definitio ſubſecuta: ille qui cœperit poſſidere auctoritate definiẽtis, poterit præſcribere xxx. annis. ſed hæc præſcriptio non incipit, niſi a deceſſu male definientis. Et quod dicto de definitione [illegible] poteſt hic ſumi [illegible] alienatione, vel tranſactione, vel definitione [illegible], vnde iuxta hanc triplicem ſignificationem, tripliciter poteſt poni caſus ſeq. cap.

m ¶ Auctoritate.] Nam iuſte poſſidet qui auctore prætore poſſidet. 14. q. 5. dixit. extra qui filij ſint leg. cum inter. ff. de acquir. poſſeſ. arg. contra. de pœnit. diſt. 2. ſi quis ſemel.

n ¶ Tricennalis.] immo præſcriptio decem dierum tũc ſufficeret: nam plus facit ſententia, licet iniuſta, quàm aliquod priuilegium vt extra de ſent. & re iud. cum inter. in fi. Ioan. Sed non loquitur de tali ſententia, ſed de concordia, quę definitio vocatur. B.

Si ſacerdotes.] CASVS. Quidam prælati iniuſte alienauerunt poſſeſſiones eccleſiarum inuita prælatorum. receptores retinuerunt poſſeſſiones illarum per triginta annos. quæſitum fuit in concilio Toletano, vtrum detentores tuti ſint præſcriptione illa? Et reſpondetur quòd non: quia præſcriptio non currit in vita prælati male alienantis, ſed poſt mortem: quia contractus non ſumpſit initium ab origine æquitatis.

o ¶ Si ſacerdotes.] [u] Triplex caſus ſolet hic poni. Primus ſic: ecce epiſcopus alienauit res eccleſiæ in caſu illicito. dicitur hic, quòd viuente epiſcopo, nulla præſcriptio currit contra [illegible] rebus illis: ſed eo mortuo incipit currere. & ſecundum hoc expone definiſſe, id eſt, ſua definitione & auctoritate alienaſſe. argumentum, vigeſima, quæſtione ſecunda. epiſcopus qui mancipia. & dic ſerinendo decreuerunt, id eſt, decreto ſcripturæ interpoſito alienauerunt

1 Iuo p. 3. c. 115 & p. 6. c. 105. Pan l. 2. cap. 63.

† al. perhibetur

a in ſyno. 8. ſub Hadria. 2. c. 18.

3 Pol l. 3. tit. 11. Anſel. l. 4. c. p. 10. a de hoc no. 10. q. 3. quia gegenuum[a].

† abeſt ab o. ig.

† al. vſu

[u] Eccleſia quanto tempore poteſt rem priuati præſcribere.

b Vide ſ. 12. q. 2. cap. quicumque.

c Sed cõtra. 3. diſt. illas. & ſ. ſeq.

4 Anſ. l. 4. c. 27. Deuſdedit. p. 1.

5 Adde quòd à, ponit hic pro ex. ſimi. vnl. ſ. ad eo. ff. de acquir. rer. dom.

† Sacerdotes, vel miniſtri. orig. & ſic conſequenter.

[u] Caſus tripliciter ponitur.

nauerunt. Vel, ſecundum alium caſum, expone, ſcripto decreuerunt, id eſt, ſcripto tranſegerunt, & in fraudem: cum enim non poterat dare nepotibus ſuis, fingebat ſe habere litem cum eis de illo, & träſigebat cum eis. Tertius caſus eſt, epiſcopus tulit definitiuam ſententiam contra aliquam eccleſiam ſuper aliqua poſſeſsione eccleſiæ, & contra ius ſcriptum [a]. dicitur hic, q̃ ipſo viuente non currit contra eam præſcriptio. Sed cum illa ſententia lata fuerit contra leges ſcriptas, vt hic innuit, & ita nulla actio, vel exceptio ex ea competit, vt arg. 2. q. 6. §. diffinitiua. verſ. item ſi ſententia. qualiter etiam ille poterit præſcribere poſt mortem? Dico q̃ ille non, ſed eius ſucceſſor: & ſic intelligitur extr. de iu. pat. cura paſtoralis. Vel dic, quòd ille bona fide poſſedit: q̃a ignorauit illam ſententiam non tenere: & ſic ſentẽtia, quæ nulla eſt, dat alicui cauſam præſcribendi: ſicut titulus qui non valet, dat cauſam præſcribẽdi, vt extra. de emp. peruenit. ff. pro empt. quòd vulgo. & ff. pro leg. l. 3. & 4. nec contradicit ext. de iis quæ fi. a præl. cap. 1. quia ibi ſciente capitulo, alienatio fuit facta poſſeſsionum: vnde ibi poſſeſſor ſtatim tutus eſt. ſed hic capitulo cõtradicente. vel forte iſte non erat malæfidei poſſeſſor: quia ignorabat ſententiam iniquã: videtur tamen quod de illicite alienatis non poſsit currere præſcriptio. C. de bo. mater. l. prima. & in hoc eſt deterioris cõditionis eccleſia, quàm minor, ſiue filiusfamilias: quia non prius contra eum præſcribitur quam ſuæ poteſtatis eſſe incipiat, vt C. de bon. quæ lib. quæcumque.

a ¶ *Non ex die.*] ſi. extr. de tranſ. de cetero. extra de cenſ. præterea. ſi. 12. q. 2. ſi quos. ſi ff. de diuer. tem. præſ. cum heres. in ſi.

a Patet exẽplum ext. de c. in cũ cã. ſ & hic intellectus ex eo perpẽditur, q̃ a dic. t contra patrum ſanctiones. ſecundu H.

† *al. decretum*] orig.

1 Et in Epaunenſi, c. 18.

2 Ivo p. 3. c. 106.

† *al. reuocentur*

† *al. non debuiſſe*

rebus eccleſiæ definiſſe aliqua dinoſcuntur: non ex die[a], quo talia ſcribẽdo decreuerunt, ſed ex quo talia moriendo[b] definita reliquerunt, ſupputationis[c] ordo ſubſtabit[d]. Nunquam [a] enim poterit ad tricennium † temporis pertinere vita irrite hoc iudicantis: quia ſtatus cõtractuum[e] initia non ſumpſit ab origine [f] æquitatis.

a ¶ Numquam enim.] *Sic in vetuſtis etiam codicibus Gratiani, & in codice conciliorum Lucenſi reg. 9. In duobus Vaticanis eſt quidem dictio* tricennium *ſed in ceteris verbis aliqua varietas. In conciliis vero impreſſis legitur* Numquam enim ad triennium temporis pertinebit poteſtas irritum (al. irrite) hoc iudicantis, *& ab aliquibus editionibus abeſt vox,* poteſtas.

5 *Item ea, quæ beneficiis poſsidẽtur, ſiue quæ metu hoſtilitatis interueniente diutius poſſeſſa fuerint, præſcribi non poſſunt.*

Vnde in Agathenſi concilio, cap. 59. definitum eſt. [1]

¶ Quæ in beneficiis poſsidentur, præſcribi non poſſunt. C. XI.

2 CLerici quilibet quãtacumque diuturnitate temporis de eccleſię remuneratione aliqua poſſederint, in ius propriũ [g] præſcriptione temporis non reuocentur † [h]: dummodo pateat eccleſiæ rem fuiſſe: ne videantur [a] etiã epiſcopi tempore adminiſtrationis prolixæ aut precarias, cũ ordinati ſint, facere non debuiſſe [i], aut diu retentas facultates in ius ſuæ proprietatis poſſe tranſcribere.

a ¶ Ne videantur.] *In cõcilio impreſſo, & apud Iuonem legitur,* ne videantur epiſcopi adminiſtrationes prolixas: aut peccatorias cum ordinati ſunt facere debuiſſe †. *In Epaunenſi autem locus manifeſto corruptus eſt.*

Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 25.

¶ Quæ humanitatis intuitu aliquibus præſtantur, præſcribi non poſſunt. C. XII.

3 SI epiſcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis, aut monachis, vel [a] quibuslibet præſtiterit excolendas [k], vel pro tempore tenendas: etiã ſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobentur, nullum eccleſia præiudicium patiatur: nec ſæcularis legis pręſcriptio, quæ eccleſiæ aliquid impediat, opponatur.

a ¶ Vel quibuslibet.] *Hæ voces ſunt etiam apud Anſelmum ſed abſunt à concilio impreſſo, & manuſcripto.*

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus, c. 1.

¶ Temporalis præſcriptio non obiicitur, vbi hoſtilitatis metus interuenerit. C. XIII.

6 PRima actione [l] Theodulphi Malacitanę eccleſię antiſtitis ad nos oblata precatio eſt, aſſerẽtis antiquam eiuſdem vrbis parochiam militaris quondã † hoſtilitatis diſcrimine fuiſſe deciſam, & ex parte aliqua ab eccleſiis Aſtigitanæ, Eliberitanæ, atque Ægabrenſis vrbium eſſe retentam. Pro qua re placuit, vt omnis parochia, quã antiqua ditione ante militarẽ hoſtilitatem retinuiſſe eccleſiam ſuam quiſq; cõprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut enim per legẽ mundialem iis, quo barbarica feritas † captiua neceſſitate tranſuexit, poſtliminio [m] reuer-

gnouimus. extra de poſt. bonæ. 2. Ita nec aliquis qui alieno nomine poſsidet, vt extr. de præſ. ſi diligenti. Item nec vſufructuarius, vt inſti. per quas perſo. no. acqui. §. fructuarius. Item nec creditor. ff. de vſuca. non ſolum. §. qui pignori. & hoc ideo, quia omnes iſti alieno nomine poſsident. vnde illi tantum dicuntur poſsidere, quorum nomine poſsidetur, vt extra de reſtitu. ſpol. cum veniſſent. " Si ergo vſque ad centum annos poſſes probare initium poſſeſsionis, id eſt, quòd tuo nomine poſſeſſum eſt, non obſtat tibi aliqua præſcriptio, vt hic patet, & C. de pig. act. nec creditores. & C. de præſcript. 30. an. male. & hoc verum eſt, niſi velis dicere q̃ per longam obliuionem aliquis perdet poſſeſsionem, per id quod eſt. ff. de vſuca. furtum, vel ſi tantum tempus effluxit quòd ignorat dominus vbi ſit poſſeſsio illa ſita, vt ff. de acquir. poſſeſsio. ſi id quod. in prin. Vel niſi illa perſona, quæ poſſedit nomine alieno, alij poſtea tradat poſſeſsionem, vt ff. de acquirend. poſſeſ. poſsideri. §. quòd ſi ſeruus. aliter numquam præſcribunt tales, niſi forte domino repetenti non reddiderint poſſeſsionem: tũc poſſunt res tales præſcribi, non ab ipſo, cum malam fidem habeat: ſed a ſuo ſucceſſore. Nunc habes quæ perſonæ non poſſunt præſcribere. Sunt etiam quædã res impræſcriptibiles, vt contra iura libertatis non pręſcribitur, vt infra eadem. §. poteſt. Item nec in tributis pręſcribitur, vt infra eadẽ. §. porro. C. de præſcri. xxx. an. comperit. Item nec in matrimonio. 33. quæſtion. 5. quod Deo. Item nec decimæ a laico, extra de præſcript. cauſam. Item videtur quod non præſcribitur in repetitione rerum peculij. vt C. ne de ſta. defun. l. repetitio. Item & in ſeruitutibus quæ continuam cauſam non habent, vt ff. de ſer. ſeruitutes. Item in limitibus ſupra eadem c. licet. Item in procurationibus, debitis ratione viſitationis. extra de præſ. cum ex officij. Item & in obedientia, vt extra eo. cum non liceat.

" præſcriptio non habet locũ in multis reb.

3 Anſ. l. 5. c. 86.

† *al. quondam*

† *al. ſeueritas*

b ¶ *Moriendo.*] ideo, quia licet quilibet poſsit male alienata reuocare, vt 12. q. 2. non liceat. non tamen ita de facili admitteretur, cum epiſcopus ſemper contradiceret, & ei litteras de rato denegaret. Arg. C. de an. exc. l. 2. §. vlt. & C. de bo. quæ lib. l. 3. extra de iud. cauſam.

c ¶ *Supputationis.*] id eſt reputationis.

d ¶ *Subſtabit.*] id eſt, incipiet numerari.

e ¶ *Contractuum.*] i. contractus, quem fecit epiſcopus, non habet iuſtũ initium. hoc ideo, quia præſcriptio non eſt contractus.

f ¶ *Ab origine.*] Arg. initium ſpectandum, vt 61. diſt. miramur. 1. q. 1. principatus. extra de elect. dudum. ff. pro emp. qui fundum. & ff. de diuer. & tem. præſ. cum heres. in ſi.

ITEM EA. Hæc eſt 5. pars q. in qua dicitur, q̃ ſi epiſcopus concedit alicui clerico vineas vel terras eccleſiæ, tamen non præſcribit eas poſſeſſor: & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Supra oſtenſum eſt q̃ res inuaſæ, & quæ ſunt in limitib. præſcribi non poſſunt. Idem dicit nunc Gratia. de beneficiis, & de rebus per metum poſſeſsis, quæ præſcribi non poſſunt. *Beneficiis,* id eſt, rebus quarum vſus conceditur, vel quæ gratis conceduntur. De beneficiis probat per duo prima cap. De metu hoſtilitatis, probat per c. prima actione. & per c. porro.

CLerici.] CASVS. Quidam clerici poſsidebant quædam beneficia ab eccleſiis ſibi conceſſa per xxx. ann. quæſitum fuit in concilio Agathen. vtrum ratione præſcriptionis clerici proprietatem illorum beneficiorum poſsint ſibi vendicare. Et reſpon. quòd non, dummodo res conſtet fuiſſe eccleſiæ. & hoc probatur duabus rationibus. Prima eſt, quia ſi præſcribi poſſent: nec epiſcopi, nec alij prælati precarias facere deberent: & quia prælati ſecundum hoc in rebus eccleſiæ diu retentis, proprietatem ſibi poſſunt vendicare.

g ¶ *In ius proprium.*] " Hic patet, & in ſeq. c. quòd coloni & precario poſsidentes, nullo tempore præſcribunt [b]. vt 10. quæſt. 3. quia co-

" præſcribere non poſſunt aliquæ perſonæ.

b Ad idem quod leg. & no. 2. q. 2. ſæpe ſit ibi videas.

h ¶ *Non reuocentur.*] Argu. quod quæ de libertate ab aliquo facta ſunt, ei præiudicium non faciunt, 5. 3. q. 1. nullus epiſcopus. 2.

i ¶ *Non debuiſſe.*] Si enim præſcriberent clerici, retardarẽtur epiſcopi ad conferenda beneficia, vt C. de bo. quæ lib. l. 1.

SI epiſcopus.] CASVS. Aliquis epiſcopus pietatis intuitu conceſsit poſſeſsiones, vel mancipia toto tempore vitæ ſuæ, vel ad certum tempus quibuſdam clericis vel laicis, vt ex eis vſumfructum haberet: quæ poſt longa tempora dicebant ad ſe pertinere. quare ſtatutũ fuit in concilio Aurelianen. vt etiam poſt multa tempora præſcriptio legis ſæcularis non poſsit opponi.

k ¶ *Excolendas.*] ſ. ea. q. 1. poſſeſsiones.

PRima.] Hæc eſt 6. pars q. in qua probatur, q̃ tempore hoſtilitatis non currit præſcriptio. & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Theodulphus Malacitanæ eccleſiæ epiſcopus de ſuo epiſcopatu per Saracenos eſt expulſus vel captiuatus: cuius epiſcopatu parochiam Aſtigitanus, & Elibertanus, & Egabiẽſis epiſcopi inter ſe diuiſerunt. cum vero rediſſet hoſtilitate repulſa, iura ſibi reddere contradicebant. ſtatuit ergo conc. Hiſpalen. vt omnia ſibi reddantur iure poſtliminij: ſicut per legem ciuilem reſtituuntur vniuerſa de captiuitate reuerſis. Nam nõ eſt obiicienda pręſcriptio, vbi neceſsitas interfuit hoſtilitatis.

l ¶ *Prima actione.*] id eſt, in tractatu primi diei ipſius concilij. 5. diſtinc. 1. ius genitum. & 34. q. 1. c. 1.

m ¶ *Poſtliminio.*] " Poſtliminium eſt ius amiſsę rei recuperandę ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtaurandę. ff. de capt. & poſtli. m. reu. poſtliminium. datur autem ſecundum leges poſtliminio. reuertentibus

" Poſtliminij diſtinctio.

bus reſciſſoria intra quadriennium inſtitu.actio. §.rurſus.C de in integ.reſtitu.l vlt.ſi tamen non potuerit agere in hoc quadriennio per aliquos dies, reſtituitur ad eos.ff.ex quibus cau.ma.ſed & ſi per prætorem.§.ſi ferię ſecundum canones cum non currat in hoc caſu pręſcriptio:non datur reſciſſoria.“ Hic eſt ergo vnus caſus, ſcilicet hoſtilitas, in quo non currit pręſcriptio. Alius dum viuit iniquus alienator.ſupra eadem. ſi ſacerdotes. Tertius cum vacat eccleſia. extra de præſcri.de quarta.Vel cum quaſi vacat eccleſia, prælato ſcilicet lapſo in hæreſim. extr.de præſcrip.cap 1. Alius eſt in pupillari ætate.C. quib. ex cauſ. in integr. reſti.non eſt ne l vlti Alius eſt cum quis eſt in poteſtate patris, vt C.de bonis quæ libe.quæcumque. Alius eſt cum mulier eſt in matrimonio quoad dotem.C.de iure dotium. in rebus.quia non pręſcribitur contra mulierem in dote repetenda niſi ſoluto matrimonio. vt ibi dicitur. Septimus cũ quid debetur ad diem, vel ſub conditione: tunc enim non currit præſcriptio, niſi a tempore diei, vel extantis cõditionis.C.de præſcri. xxx.annor. cum notiſſimi. §.illud.Itẽ & tempore excommunicationis non currit præſcriptio.extra de conceſſ. p.æo & ecc. non vac, quia diuerſitatẽ. Item & in tempore illo quo quis impeditus eſt iuſto impedimento, non poteſt agere. vt extra. de elect. ne pro defectu.& extra de appell. ex ratione.& C de inofficioſ.teſtamen contra maiores. & ff. ex quibus cauſ.ma.l quod quidem.& l.non cum.

“pręſcriptio nõ currit in al quib. caſibus.

tentibus [a] redditur antiqua poſſeſſio: non aliter & eccleſia recepturab[b] eſt parochiam, quam ante tenuit cum rebus ſuis: ſiue ab aliis eccleſiis poſſideatur, ſiue in cuiuſlibet poſſeſſionem transfuſa ſit. Non enim erit obiiciẽda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas[c] intereſt hoſtilitatis.

Item Ioannes Papa VIII. Paulo epiſcopo fungenti legatione in Germania, & Pannonia.

¶Temporis non currit præſcriptio, vbi furor hoſtilitatis incumbit.

C. XIIII.

PORro, ſi de annorum numero forte quis cauſatur, ſciat, quia inter Chriſtianos, & eos, qui vnius fidei ſunt, numerus certus affixus eſt. Ceterum, vbi paganorum, & incredulorum furor in cauſa[d] eſt: quantalibet præterea tempora, iuri non præiudicant eccleſiarum: quæ corporalia neſciẽtes arma[e] ſolum Dominum, & propugnatorem ſuum, quando ei placuerit miſereri, patienter expectant. Verum ſi annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipſe reprehẽdendus eſt: qui poſt quadringentos, & triginta annos filios Iſrael de duriſſima ſeruitute[f] Pharaonis, & fornace ferrea liberauit: ſed ipſe per ſe noſter redemptor fuit, qui humanũ genus poſt tot annorũ millia de inferni clauſtris eripuit.

a Pal. t. tit. 11.Deuſd.p. 3.Ans.c l 1 ę. 71.

Deut.4.

7 Tolluntur etiam præſcriptione illæ diœceſes, quas propriis epiſcopis negligentibus alij ab hæreſi ad fidei integritatem reuocauerunt.

Vnde in Africano concilio, capitul.18.legitur [a].

a ¶*Reuertentibus.*] ſupra.3. quæſtio. prima. redintegranda. ſupra. 7.quæſt.1. paſtoralis. C. de poſtlim.reu.l.ab hoſtibus.

b ¶*Receptura.*] Nam ius redit vt pridem: cum reddatur ſtatus idem, vt extra de ele.quia diligentia.ff. ſi ſer vend. & ſi forte. l.reſpon. ff. de ſer ruſt.præd.l.& Atilicinus.

a Etiam Malebat c 24 & i Cat he.græ co.c.8.

c ¶*Neceſſitas.*] Arg.quòd non præiudicat patrono inueſtitura tempore hoſtilitatis facta.34.q.1.cum per bellicam.& 7.q. 1.pontifices.

P*orro*] CASVS. In Germania & Pannonia, hoſtilitate Sarracenorum interueniente, per centum, vel forte per plures annos, aliqui poſſeſſiones eccleſiarum detinuerunt: quas cum prælati reddita tranquillitate repeterent, tutos ſe præſcriptione dicebant, mittit ergo Ioannes Papa Paulinum qui legatus erat in partibus illis, vt de cauſis iſtis cognoſcat, inſtruens eum, quòd inter Chriſtianos, certus annorum numerus eſt præfixus ad præſcribendum, ſi vero furor interueniat paganorum, nulla tempora currunt. Vnde omnia prælatis eccleſiis ſunt reſtituenda: & hoc probat duobus exemplis. dominum qui poſt 40. & 30. ann. Iudæos de ſeruitute Pharaonis liberauit: & genus humanum, de inferni clauſtris poſt annorum millia redemit.

d ¶*In cauſa.*] Secus ſi manſueti ſunt Iudæi vel Sarraceni: tales bene præſcriberent.argu.23.q. vlt.diſpar. Quidam tamen dicunt eſſe eccleſiæ priuilegium, quòd etiam domini nõ poſſunt præſcribere: cum nec lege eccleſiaſtica regantur [a], licet poſſint rem priuati præſcribere: dummodo legibus Romanis regantur.

e ¶*Arma.*] Arg.clericos non debere mouere arma corporalia, etiam contra hoſtes.argum.23. qu. 8.quicumque. nam lacrymæ & orationes ſunt arma clericorum, vt 23.qu.8.conuenior.

f ¶*Seruitute.*] Argu.contra libertatem non præſcribi.ſ.eadẽ.§ poteſt.

a Nã ſi ligentur canonib. 11.qu 1 §. 1. verſ. porro. vbi de hoc. & ext de dit. gaudemus.

TOLLVNTVR. Hęc eſt 7.pars q.in qua probatur quòd ſi aliquis negligit loca ſua, & alius epiſcopus ea liberat ab hęretica fœditate, poſt triennium præſcribit: & hoc probat c.ſeq.Io.de Faat.

CASVS Ponit adhuc Grat.alium caſum in quo res eccleſiæ pręſcriptione tolluntur, ſcilicet cum aliquis epiſcopus negligit populum ſuum ab hęreſi reuocare, & alius epiſcopus eum reuocat, præſcriptione cõtra alium tutus erit.

¶Si qui epiſcopi diœceſes ſuas lucrari Deo negligunt, poſt triennium eis conſtabunt epiſcopis quorum ſtudio fidei ſunt reconciliatæ.

3 Burc.l. 1. c. 68. Iuo p. 8. c.176.

C. XV.

PLacuit, vt quicumque epiſcopi negligunt[g] loca ad ſuã cathedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, cõueniantur[h] à diligentibus vicinis epiſcopis, vt id agere nõ morẽtur. Quòd ſi intra ſex menſes[i] à die conuentionis non effecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant[k]: ita ſane[a], vt ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit[l], magis illius electã negligentiam ab hæreticis, vt impune ibi ſint, & ſuam diligentiam[m] fuiſſe præuentam, vt eo modo eius cura ſolicitior† vitaretur †, cũ hoc iudices epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituantur†.

a ¶Ita ſane.] *Græcus canon in emendatis codicibus hoc loco ſic habẽt.*

Οὕτως μέντοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δείκνυνται ἀνήκειν οἱ τόποι, ἐξεπίτηδες διά τινα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοῦτο τῶν αἱρετικῶν πλεξάμενος, ὥστε ἀθορύβως αὐτοὺς παραδέξασθαι, καὶ ἐν τοσούτῳ ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ἀπὸ ἑτέρου προελήφθη, ἢ τινι ἐκ χαλεπηγήσατο, τοὺς αὐτοὺς αἱρετικοὺς πλέον ἐκάκιζεν, τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κριτῶν διαγινωσκομένου.

Id eſt, Ita ſane, vt ſi ille, ad quẽ hi pertinere oſtenduntur, vt induſtria ad rem commodius tractandam negligenter agere viſus fuerit id probantibus hæreticis, vt ſine tumultu reciperentur, atque interea ſuam diligentiam alius occuparit, qua quidem ſi vſus eſſet, ipſis hæreticis maius damnum attuliſſet, cum hoc iudicantes epiſcopi cognouerint, &c.

P*lacuit.*] CASVS. Quidam epiſcopi intra ſuas diœceſes parochias hæreticorum conuertere negligebant, vnde quæſitũ fuit in concilio Africano quid eſſet de hoc faciendum. & reſponſum fuit vt à vicinis epiſcopis commoneantur: & ſi intra ſex menſes à die conuentionis non effecerint, perueniant ad ipſum qui eas lucrari poterit: ita tamen vt ſi epiſcopus in cuius erant diœceſi, probare potuerit ſuam diligentiam fuiſſe præuentam, & alterius negligentiam electam vt apud ipſum impune remanerẽt, ſuæ cathedræ loca reſtituantur.

† al. ſolertius
† al. vitaretur
† al. reſtituant

g ¶*Negligunt.*] Argum. quòd delictum perſonæ quod eſt in omittendo, redundat in damnum eccleſiæ. Illud autem quod conſiſtit in faciendo, non nocet eccleſiæ, vt infra quæſtio. ſexta. ſi epiſcopum[b]. arg.contra ſupra eadẽ. licet. ſupra diſtinct. 5. eccleſiæ. Sed ibi nocet delictum quod conſiſtit in omittendo. argumen.contra C de act. poſſeſ. l. vlti. ibi enim non nocet delictum etiam quod conſiſtit in faciendo.

b Ad idem extr. de do. ca. 2. vbi de hoc. & ext. de pſcr. c. 2. in gl. vlt.

h ¶*Conueniantur.*] auctoritate huius canonis.ſ.65.diſt.c.vlt.

i ¶*Sex menſes.*] Deputatos ad admonitionem faciendam[c].

c Hæc eſt expoſitio H & Lau.

k ¶*Pertineant.*] “Expleto triennio, vt hic in hac rubrica, & extr.de præſcri.capitul.1. vnde illud triennium eſt hic intelligendum: ſicut ibi intelligendi ſunt iſti ſex menſes qui dantur ad admonitionem faciendam. dicit tamen H. quòd perueniant ſtatim: tamen vſque ad triennium poteſt epiſcopus ſuus locum illum repetere, vt extra de præſcript.cap.primum.& eſt hic ſpeciale fauore fidei, vt per triennium contra eccleſiam præſcribitur ius epiſcopale, & etiam limes: & excuſatur præſcribens hic auctoritate canonis, licet habeat conſcientiam rei alienæ.argumen ff.de noxal.& generaliter.& ſi rem pro derelicto habitam mihi vendas: licet ſtatim eam in bonis tuis non fuiſſe: ipſam vſucapio. ff.pro derelict. l. vlti. argumen.ff.de fundo dotal.l prima.Sed numquid eccleſia læſa in hoc caſu poteſt petere in integrum reſtitutionem? Poteſt dici quòd ſic, niſi fuerint negligentes clerici, & epiſcopus.argument.ff.de minoribus verum.§.item quæritur, vel ſi vult ipſum negligentem, condemnat, 12.quæſtio 2.monemus.& conſequitur ab eo indemnitatem.C.arbitr. tut.quidquid.alienauit enim qui vſucapere permiſit.ff.de verbo.ſigni. alienationis.

’ pſcribitur quoq; ex tẽpore iuri epiſcopali.

l ¶*Potuerit.*] intra xxx.annos à ſententia.

m ¶*Diligentiam.*] ſcilicet domini.ff.ad ſenatuſcon.Tert.l.2 §. ſi mater. & extra de ap.oblatæ.

POTEST ETIAM ALITER. CASVS. Iſte § diuiditur in tres partes. In prima parte exponit G.tertio modo illud c. licet in regulis. dicens ipſum poſſe intelligi de præſcriptione longi temporis: ſcilicet decem vel viginti annorum, quæ eccleſiis obeſſe non poteſt. poſtea ponit diſtinctionem de præſcriptione, dicens, quòd præſcriptio decennij vel vicennij introducta eſt bono parentis, & fauore

... poſſiden

Poteſt etiam aliter intelligi præſcriptio illa longi temporis, qua Gelaſius negat ſtatum parochiarum poſſe mutari. Longum enim tempus, ſicut ex legibus habetur, decennium[a]*, vel vicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis præſcriptio auctoritate Gelaſij & ſecularium legum eccleſiis obiici non poteſt.*[b]

8 *Præſcriptionum aliæ ſunt introductæ odio petentis, & fauore poſſidentis: aliæ tantum odio petentis. Qui enim bona fide, & iuſto titulo rem præſentis*[c] *per decennium*[d]*, abſentis vero per vicennium tenuerit, perpetua*[e] *exceptione tutus erit, non ſolum aduerſus alios, ſed etiam aduerſus creditores*[f]*, quibus res ipſa obligata fuerat etiam aduerſus verum dominum. Si vero aliquo caſu à poſſeſſione ceciderit, etiam aduerſus verum dominum vtiliter*[g] *rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricennium rem alicuius poſſederit, ſimili gaudebit præſidio. Bona vero fides non ad tractum medij temporis, ſed ad initium poſſeſſionis refertur. Sufficit enim in initio*[h] *cuique bona fide poſſidere cœpiſſe, etiam ſi medio tempore ſcientiam † rei alienæ habuerit. ¶ Hæ præſcriptiones introductæ ſunt fauore poſſidentis, & odio petentis: quia lex fauet his, qui bona fide, & iuſto titulo, vel bona fide tantum poſſident: odit autem, & punit circa rem ſuam negligentes*[i]*, & deſides. ¶ Quòd ſi mala fide rem alienam quis poſſidere cœperit, poſt triginta annos aduerſus omnem petentem exceptione tutus erit. Si vero aliquo caſu à poſſeſſione ceciderit, actionem non habebit: quia hæc præſcriptio non fauore malæ fidei poſſeſſoris, ſed odio tantum rem ſuam perſequi negligentis introducta eſt. Si autem res ad creditorem ſuum, vel ad dominum peruenit, detentionis commodum*[k] *habebit: Si vero ad alium, creditor, vel a alius, dominus aduerſus eum experiri poterit: nec ſibi proderit exceptio medij temporis poſſeſſoris: quia non ab eo habuit cauſam poſſidendi. Quòd ſi violenter poſſeſſio ad eos peruenit, malæ fidei poſſeſſor indiſtincta poſſeſſionis*[l] *commodum recipiet. ¶ Hæc de præſcriptionibus decennij, vel vicennij, vel tricennij intelligenda ſunt, ſi ſine interruptione poſſeſſa probentur. Quòd ſi per naturalem detentionem poſſeſſio interrupta*[m] *fuerit, à die recuperatæ poſſeſſionis noui triginta*[n] *anni in omnibus γ præſcriptionibus numerabuntur. Si per litis conteſtationem, ab vltimo die litigij, quadraginta anni computabuntur. Quòd ſi ab eo, qui in cauſa præſcribendi erat, poſſeſſionem aliquis nanciſcatur, tempus præcedens cum ſuæ poſſeſſionis tempore continuare*[o] *poterit. [*[1] *Is autem, cuius res præſcribitur, ſi litem conteſtari*[p] *non poterit, vel propter aduerſarij*[q] *abſentiam*[a]*, vel*

poſſidentis. vnde ſi quis rem præſentis bona fide & iuſto titulo per decennium, abſentis vero per vicennium tenuerit, tutus eſt aduerſus omnes: & ſi in aliquo caſu rem amiſerit, poteſt eam ab omnibus vendicare. Idem erit ſi per xxx. annos rem alterius ſine titulo, bona tamen fide poſſederit: quam bonam fidem in initio ſufficit habuiſſe. Præſcriptio vero triginta annorum, cum quis mala fide poſſidet, introducta eſt tantum in odium negligentium. Vnde ſi quis mala fide rem alterius xxx. annis poſſederit, tutus erit aduerſus eum: & ſi aliquo caſu malæ fidei poſſeſſor rem illam amiſerit, repetere non poteſt: niſi per violentiam inde expellatur. & ſi ad dominum, vel creditorem ſine violentia peruenerit, tuti ſunt aduerſus malæ fidei poſſeſſorem. ſi vero peruenerit ad alios, dominus, vel creditor aduerſus eum habet actionem. In ſecunda parte dicitur, quòd ea quæ dicta ſunt de præſcriptione decem vel viginti annorum, vera ſunt, ſi ſine interruptione poſſideantur: ſed ſi poſſeſſio naturaliter interrumpatur, noui xxx. anni in omnibus præſcriptionibus numerantur a die recuperatæ poſſeſſionis. ſi vero poſſeſſio per lit. conteſtat. interrumpatur, ab vltimo die litis xl. anni computabuntur. ſi vero ille, cuius res præſcribitur, non poteſt litem conteſtari propter abſentiam, vel infantiam, vel poteſtatem aduerſarij: intra tempora præſcriptionis adeat præſidem: quem ſi adire non poteſt, vadat ad epiſcopum loci, vel communem ciuitatis, vel poteſtatem: qui ſi defuerint, adeat domum aduerſarij: & in præſentia tabellionis, vel cum ſubſcriptione trium teſtium. ſi tabellionem habere non poteſt, ſuum ius proteſtetur: & hoc modo interrumpet omnem præſcriptionem. In tertia parte dicitur, quod ſupradicta vera ſunt inter laicos, ſed aduerſus eccleſias non currit præſcriptio, niſi quadragenaria, & ad hoc probandum inducit duas authenticas, infra eadem, quas actiones. & in nouellis, authen. neque vicennij. Sed ſi laicus decimas, vel primitias, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo poſſederit: numquam præſcriptione tutus erit quod enim ab initio de iure non habet effectum, tractu temporis non conualeſcit. & hoc probatur ad inſtar liberi hominis: qui ſi pro ſeruo detinetur, etiam 40. annis, ſibi non obeſt. nam primitiæ & decimationes præſcribi non poſſunt, ſicut nec ciuiles ſanctiones, quarum inſtar obtinent: ſic vt eccleſia obtineat ad inſtar rei publicæ. Secunda pars incipit ibi, *Hæc de præſcriptionibus.* Tertia pars ibi, *Hæc de præſcriptionibus inter priuatos.* *Libellum*, conuentionalem. *Quod dicitur*, in canonibus antiquis: quia ſecus hodie.

a ¶ *Decennium.*] C. de præſcri. decem vel viginti annorum l. vltim. Ioan.

b ¶ *Non poteſt.*] poſt hoc, ſtatim lege illum §. ſed ſola. cum c. ſeq. nemo autem hoc poſſet reuerius. dicitur enim quod dominus Iacobus interpoſuit illa l. ges: quod etiam conuincitur ex eo, quod illæ concordantiæ ... ponuntur.

PRÆSCRIPTIONVM. Hæc eſt octaua pars q. in qua ponit mentes legum de præſcriptionibus, quas tamen eccleſia non recipit contra ſe. Ioan. de Fan.

c ¶ *Præſentis.*] "Præſens dicitur, qui in eadem prouincia eſt. Abſens qui in alia. C. de præſcr. decem vel viginti anno. l. vlt. tamen abſens dicitur quandoque, qui in iure non apparet. ff. de dam. infect. l. 4. §. abeſſe. præſens etiam dicitur quandoque qui in hortis eſt, ff. de procur. præſens.

d ¶ *Per decennium.*] Fit etiam alio modo interruptio, vt ff. de vſuc. ei à quo. ff. de dona. pro donato. & C. vbi in rem ac. l. vlt. & C. de præſcri. xxx. ann. cum notiſſimi.

e ¶ *Perpetua exceptione.*] Hoc habes C. de præſc. xxx. ann. ſi quis emptionis.

f ¶ *Creditores.*] Hoc ſi fuerit alius à debitore, aut eius herede: vel de ſecundo viuente debitore. debitor enim vel eius heredes non poſſunt ſe defendere contra creditorem, niſi quadraginta ann. vt C. ſi aduer. credit. l. prima, & C. de præſcription. xxx. ann. cum notiſſimi. " Vſucapio autem numquam currit contra creditores, quia cauſa dominij ſemota eſt à quæſtione pignoris. C. de pigno. vſucapio.

g ¶ *Vtiliter.*] argum. pro Ioan. & aliis, qui dicunt quòd per præſcriptionem acquiritur dominium, ſecundum M. directè poteſt vendicare: quia ſecundum eum dominium acquiritur præſcriptione. vide illud aduerſum. vtiliter, non eſt de textu: vel ſi eſt de textu, expone vtiliter. idest, in ſubſtantia, vel efficaciter.

h ¶ *Initio.*] Hoc non tenet ſecundum canones: quia oportet ex omni parte præſcriptionis habere bonam fidem, vt ext. de præſ. quoniam

i ¶ *Negligentes.*] Vigilantibus enim, non dormientibus ſubueniunt iura, vt ff. ex quibus cau. ma. l. non enim. ff. de iis quæ in frau. cred. l. pupillus.

k ¶ *Commodum.*] quia ab eo rem illam nō poterit euocare, qui mala fide eam poſſedit.

k ¶ *Commodum.*] No. quòd violento detentori vel malæ fidei poſſeſſori, res violenter auferenda non eſt: nihi ... incōtinenti. argu. 3. q. 1. §. vl im. nec ei tūc dicitur interrumpi præſcriptio. ff. de vſur. qui poſſeſſionem.

l ¶ *Poſſeſſionis.*] Argu. aliqua ex quo coniunguntur valida eſſe, quorum quodlibet per ſe ſeparatim inualidum eſt[a], vt fama & teſtimonium vnius teſtis. arg. contra 23 diſt. quorumdam.

m ¶ *Interrupta.*] "Fit autem interruptio dupliciter: naturaliter, & ciuiliter[b]. Naturaliter fit occupatione aquæ, & aliis modis, vt ff. de acquirend. poſſeſ. qui vniuerſa. §. 1. & 2. item ſi longo tempore omittitur poſſeſſio. ff. de vſuca. furtum. Item per corporalem compulſionem, & hoc nocet vel prodeſt omnibus. ff. de vſuca. naturaliter. Ciuiliter fit libelli oblatione. & hoc habet locum in annalibus actionibus tantum, quæ interruptione tali perpetuantur. C. quando libellus prin. l. 1. Item fit per lit. conteſt. quæ locum habet in perpetuis actionibus. C. de præſcr. triginta ann. ſicut in rem. & hoc prodeſt tantum ei, qui eam facit: & obeſt illi tantum, contra quem fit, vt ff. de diuer. & tem. p. præſcr. inter quattuor. et tamen tantum prodeſt, qui eo animo conteſtatur litem, vt ducat cautam ad ſi- litem, ſed impeditur propter fortuitos caſus: aliàs non[c] prodeſt: argu. a ſenſu contrario C. de præſcr. triginta ann. l. vlt. & in auth. ... de litig. § omnem. circa fin. colla. 7. Item litis conteſtatio tunc tantum interrumpit cum fit coram iudice ſuo[d]: aliàs non, vt C. ne de ſta. defun. l. pen. Interrumpitur etiam præſcriptio ſynodali proclamatione, vt ext. de præſcr. ſanctorum. Item cum exponitur ſecum da cautio, vt C. de præſcr. triginta anno. cum notiſſimi. §. ſed & ſi quis. Item cum quis ſoluit vſuras. C. de præſcrip. triginta annor. l. penul. Item aliam habes ſ. eadem quæſt. verſi. is aut. ſi cuius res. & extra de offic. ordinar. paſtoralis. Item aliam caſum habes, extra vt lite non conteſtata, quoniam in fin. Quandoque autem non interponitur præſcriptio: ſed dormitat, vacante ſemper eccleſia & in pupillari ætate, & in aliis caſibus quos dixi ſupra eadem, prima actione.

n ¶ *Triginta.*] ergo naturalis interruptio non valet tantum, quantum litis conteſtatio: " quia litis conteſtatione perpetuatur actio vſque ad quadraginta ann. vt C. de præſcr. triginta ann. l. vlt. ſed in in naturali interruptione non, vt hic. Similiter dico quòd nec illa conuentio, quæ fit per executionem, perpetuatur ad quadraginta an. cum generaliter dicatur, quod omne ius, & omnis actio tollitur ſpatio triginta ann. niſi vbi ſpeciale aliquid reperitur, vt C. de præſc. triginta ann. cum notiſſimi.

o ¶ *Continuare.*] licet reuera aliquo tempore intermedio vacet poſſeſſio, ius tamen fingit eam coniunctam peruenire ad alium locum, vt ff. ex qui. cau. ma. cum miles. & eſt ſiſt. de ac. he. placet. & ſic tempus præcedens dicitur continuari tempori ſequenti, quo alter incipit poſſidere[e]. ſed contra eſt quod legitur ff. de acq. poſſ. l. Pomponius. vſi. vbi dicitur, quòd vitioſa poſſeſſio non continuatur non vitioſæ. ſed illud verum eſt in longa præſcriptione: ſecus in longiſſima.

p ¶ *Litem conteſtari.*] C. de anna. exce. vt perfectius.

q ¶ *Vel propter aduer.*] hoc bene traditur, extra de offic. ordin. paſtoralis.

† al. conſcientiam

"Præſens & abſens qui dicuntur.

"Vſucapio nō currit cōtra creditores.

[1] vult. C. de epiſc. aud.

a Adde q. ſi. l. e ... abſens ... in prima ... cia. l. preſens. ... C. de præſc. long. temp.

a Ad h. c. 11. q. 3 nihil. ibi de hoc i gl. pſbyter ergo. ff.

' interruptio fit dupliciter.

b Concor l. naturaliter. & ibi Bar. ff.

d pter g. eſt ſimilis. verſ. interruptio. in c. illud. de præſcr.

c Al. nō ... Cur. i tra. ... ſeque ... 15. Iaſ. l. ex hoc edicto in pr. col 3 d eo p quē fa. et. & 1 §. annales. co. vlt. n. 34. inſti de act. Hipo Marſ. ſin 291. And. Al. ſ. de ver. ſig. char. 16. de iudiciis. Io. é Bal c. illud. de p'ſcr. vbi ē tē. q. citatio nō p- ſecuta ſi interrupit ſe cus de conteſtōe, & bñ.

" Actio perpetuatur litis cōteſtatione et ſic hēs, q. q. ſe vti ... tpis ex auctoris ſui p- ſona, cum cā ſua ſitiis vitiis. ff. de ac. po. Pon. ponius. ... ſcd̄m Laur.

a ¶ *Vel quia.*] ȷ̃.2.q.1.prohibetur.C.de epiſ.aud.l.vlt.
b ¶ *Domicilium.*] Domicilium lar, e dicitur quandoque habitatio. ff. de dam.inf.l.4.§.prætor.arg.ff.de li agn.l.1.in prin. & eſt ſi .ext. de ele.non ſcri.ex tua.
c ¶ *Subſcriptione.*] Argumentum, quòd inſtrumento habenti ſubſcriptionem trium teſtiu, ſtandum eſt, etiam ſi per tabellionem confectum non ſit.arg. C. qui po.in pig.ha.l. penul. [1] Hodie autem duo teſtes æquipollent tabelloni, vt extra de prob. quoniam contra. De hac materia nota.11.q.3.curæ.

[1] teſtes duo æquipollent tabellioni.

d ¶ *Neque decenny.*] ȷ. e.q.4.neque.
e ¶ *Triginta annis.*] hoc hodie non tenet, vt extr. de præſcrip. de quarta.

8 l. vt perfectius. C. de an.exc.

f ¶ *Permittitur.*] ȷ. e. q. 4. poſſeſsiones.
g ¶ *Priuatus.*] vt extra de præſcr.cauſam.
h ¶ *Non conualeſcunt.*] ſic 1.q.1.principatus. Argu contra. extr. de ma. côtrac. contra interd. eccle. c.p.vlt. & extr.de conuer.coniu. placet.

2 C. ȷ̃.ſa ſan. ec. aut. quas. actiones. 3 Nouel.131. §.ꝑ talib[a]. & ead. Apud Iulian. c.6.

i ¶ *Etiam ſi quadraginta.*] C. de long. temp. præſc.l.vlt. C. de præſcr.30.vel 40. an. comperit.
k ¶ *Mutilabuntur.*] nec confeſsio ei præiudicaret, ſi confiteretur ſe ſeruũ, niſi in inſtrumento hoc fecerit, vt C. de arg. & cen. quemadmodum.

4 ȷ.e.q.4.§.ꝑ.

l ¶ *Functiones.*] id eſt, penſiones agrorum.

5 ff. de re. iu. quod in tio a ſe ꝗ debe. tur reip. H.

IVbemus.] CASVS. Quidam ruſtici poſſederunt quaſdam poſſeſsiones ſine legitima interpellatione per xl. ann. de quibus poſſeſsionibus neque functiones, neque ciuilem canonem, neque publicam collationem perſoluunt. quæſitum eſt vtrum ſint tuti præſcriptione. & reſpondetur quod ſic, quantum ad dominium, vel poſſeſsionem prædiorum: ſed quo ad functiones, vel ciuilem canonem vel publicam collationem, non ſunt tuti.

6 C. e.39.l.6.

m ¶ *Poſſederint.*] C. de præſcr. 30. vel 40. an. comperit.
n ¶ *Parti.*] C.de fund. patri.l.vlt.contra.ſed ibi priuilegium habuit ab imperatore: & præterea per xl.an.non ſoluit, inde tutus eſt per illa duo.ȷ̃. e. verſ. quod ſi ab eo.

infantiam, vel furoris laborem, cum neminem tutorem, vel curatorem habeat, vel quia[a] in magna poteſtate conſtitutus eſt, intra conſtituta tempora præſidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniam deducat, & ſic temporis interruptionem faciat. Si autem præſidem adire non poterit, ſaltem ad epiſcopum locorum, vel defenſorem ciuitatis eat, & ſuam manifeſtare voluntatem in ſcriptis deproperet. [1] *Quod ſi præſes, vel epiſcopus, vel defenſor abfuerit, liceat ei publice proponere, vbi domicilium*[b] *habet poſſeſſor, ſeu cum tabulariorum ſubſcriptione: vel ſi ciuitas tabularios non habeat, cum trium teſtium ſubſcriptione*[c]*: & hoc ſufficiat ad omnem temporalem interruptionem ſiue trienny, ſiue longi temporis, ſiue triginta, vel quadraginta annorum ſit.* ¶ *Hæc de præſcriptionibus inter priuatos. Ceterum aduerſus loca religioſa nonniſi quadraginta annorum præſcriptio currit. Vnde in authenticis.* ¶ [2] *Quas actiones tricennalis præſcriptio excludit, ſi loco religioſo competant, quadraginta annis excluduntur.*] *Et in nouellis,* [[3] *Neque decenny*[d]*, vel vicenny, &c.*] *In canonibus vero eccleſia aduerſus eccleſiam triginta annis*[e] *monaſterium aduerſus eccleſiam non niſi quadraginta annis præſcribere permittitur*[f] [4]*. Quòd ſi priuatus*[g] *primitias & decimas ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo poſſederit, nulla temporis præſcriptione tutus eſſe poterit. Quæ enim ab initio de iure ſortiri effectum non poſſunt, tractu temporis non conualeſcunt*[h] [5]*. Vnde ſi liber homo longo tempore pro ſeruo detineatur, etiam*[i] *ſi quadraginta annorum curricula exceſſerint, ſola temporis longinquitate libertatis iura minime mutilabuntur.*[k] *Ad hæc eccleſiam*[δ] *reipublicæ, primitiæ, decimationes ciuilium functionum inſtar obtinent.* ¶ *Porro publicæ functiones*[l] *præſcribi non poſſunt.*

Vnde in vij. libr. Codicis titu.[6] *de triginta, vel quadraginta annorum præſcriptione, Imp. Anaſtaſius.*

α ¶ Vel alius dominus.] *In duobus vetuſtis exemplaribus non eſt dictio* alius. *in vno autem legitur* vel alius, ſcilicet dominus.
β ¶ Medii temporis poſſeſſoris.] *A vetuſtis codicibus partim abeſt dictio* poſſeſſoris *partim dictio* poſſeſſoris.
γ ¶ In omnibus præſcriptionibus.] *Hæ voces in aliquot manuſcriptis non ſunt.*
δ ¶ Eccleſia, reſp.] *Emendatum eſt ex manuſcriptis. Nam antea legebatur,* eccleſia reſpublica. *Omittit autem interdum, & mutat nonnulla verba Gratianus earum legum, quas refert.*

SIC ETIAM PRAEDIA. CASVS. Supra fuit aſſumptio ibi, vbi dixit porro hic eſt modo concluſio. Dictum eſt ſupra in illa. Iubemus. quòd prædia tolluntur in præſcriptione 40. annorum, ſed functiones non. Nunc dicit Gratian. quòd eodem modo prædia eccleſiarum, vel priuatorum præſcriptione tolluntur. ſed decimæ, vel primitiæ non præſcribuntur etiamſi a ſummo Pontifice reſcriptum ſuper hoc impetretur. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima eſt, quia reſcripta contra ius non valent, niſi talia ſint, quæ alicui proſint, & nulli obſint. Secunda ratio eſt quia contra Domini mandatum eſſet, qui non laicis, ſed leuitis decimas dari præcepit: & ita laicis nullo priuilegio concedi poſſunt: ne præceptis Dei præiudicium fiat.

p decimæ an poſſint pſcri. p laicos. b Q.d dic vt not. 16 q. 1. c. vlt. ȷ̃. dec. quis. ȷ̃. 1. q. 2. peruenit.

o ¶ *Decimationum.*] [2] Videtur quòd laicus poſsit decimas præſcribere. nam ius habet percipiendi & repetendi eas: ex quo ei conceduntur ab epiſcopo: puta in feudum, vel beneficium ad tempus[b]. Ad hoc dicunt quidam, quòd laicus nullum ius habet in eis: nec habere poteſt. 1. quæſtio. 3. peruenit. & ſecundum illos planum eſt. Alij dicunt quòd cum ſic conceduntur laico ab epiſcopo, laicus habet ius poſsidendi: ſed illud ius non eſt ſpirituale: nec ratione illius iuris poſſet præſcribere: quia alieno nomine poſsidet. ſi vero vellet interuertere poſſeſsionem, iam inciperet eſſe malæ fidei: extra de preſcript. ſi diligenti. & ita non poſſet præſcribere eas: quia licet laicus ſit, tamen ſuper decimis in foro eccleſiæ conuenitur. Sed nonne ius ſpirituale percipiendi decimas habent leproſi, vt extra de eccle. ædifi. c. 2. & templarij, qui ſunt laici? Dic quod non, ſed tantum a præſtatione ſunt liberi. quod ex eo patet: quia ſi prædium, de quo ipſi non præſtant decimas, deuoluitur ad eccleſiam vel ad priuatum, ſtatim eccleſia vtitur iure ſuo: & ſoluet priuatus decimas.

C. XVI.

IVbemus eos, qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum ſine quadam legitima interpellatione poſſederint[m], de poſſeſsione quidem rei, ſeu dominio nequaquam remoueri: functiones autem, ſeu ciuilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem impoſitam eis dependere compelli, nec huic parti[n] cuiuſcũque temporis præſcriptionem oppoſitam admitti.

¶ In pleriſque vetuſtis exemplarib. caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.

Sic etiam prædia, ſiue ſint priuati, ſiue eccleſiæ, poſſunt præſcribi. Prouentus primitiarum, & decimationum[o] *præſcriptione tolli non poſſunt: etiam ſi*[p] [7] *à Romano Pontifice quilibet laicus ſuper his reſcriptum impetrauerit.* ¶ *Reſcripta enim quæ contra ius ſcriptum*[q] [8] *fuerint, niſi talia ſint, quæ illis, quibus data fuerint, proſint, & nulli obſint, nullius momenti eſſe cenſentur.* ¶ [9] *Item, Decima Deo mandante ſacerdotibus, & leuitis ſeparata ſunt, vt de ſorte Domini viuerent, qui in eius ſorte connumerantur. Non ergo cuiuſquam priuilegio Laicis*[r] *concedi poſſunt: ne diuinis mandatis auctoritas humana præiudicium inferat. Vnde Impp. Valentinianus & Theodoſius.*

¶ [10] *Vniuerſas terras, quæ à colonis, ſeu emphyteuticariis dominici iuris, reipub. vel iuris ſacrorum templorum*[s] *in qualibet prouincia vendita, vel vllo alio pacto alienata ſunt, ab his qui perperam, atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis*[t] *præſcriptione officiente iubemus reſtitui, ita vt nec pretium*[v] *quidem*[x] *iniquis comparationibus repoſcere liceat.*

¶ De præſcriptionibus vero longi temporis in authenticis inuenitur collatione octaua, conſtitutione ſexta.

¶ [11] *Quas actiones alias tricennalis, decennalis, vicennalis præſcriptio ſecludit, ſi loco religioſo cõpetunt, quadraginta annis clau-*

p ¶ *Etiam ſi à Romano.*] quia in talibus Papa non vult diſpenſare. infra 25. quæſt. 1. ſunt quidam.
q ¶ *Ius ſcriptum.*] 25. quæſtione 2. reſcripta.
r ¶ *Laicis.*] ȷ.ea. quæſt. 7. decimas. & ca. peruenit. niſi forte leproſis & huiuſmodi cauſa paupertatis, & intuitu eleemoſ. vt ſe. ſ[a]m tenetur. 25. quæſt. 1. §. his ita. veri. quæcunque.

7 25.q.2 reſcripta. ex l. Reſcripta. C. de preci. imp. of.
8 Concord. tex C. ȷ̃ iu. om. iu. 1. priuatorũ. & l. nec ex prę. ris. & l. neq. pigo[a]. § pri. uatorum. ff. de reg. iu. Num. 8.
9 ȷ̃. e. q. 1. dec mas.
10 C. l. 7 tit. 38 l. 2. Auſ. L. 4. c. 38.

VNIVERSAS. CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum. quod præter ſupradicta, ſunt quædam, quæ præſcribi non poſſunt, ne fiat eccleſiæ præiudicium. Eſt ergo caſus. Coloni vel Emphyteuticarij Imperatoris, vel reipublicæ, vel eccleſiarum, vendiderunt res Dominicas, vel reipublicæ, vel eccleſiarum: quæſitum eſt vtrum emptor longi temporis præſcriptione poſsit ſe tueri? & reſpondet quod non: nec iniquis comparationibus pretium repetere licet contra leges: quia contra leges facta fuit alienatio.
s ¶ *Templorum.*] id eſt, eccleſiarum.
t ¶ *Longi temporis.*] non dicit longiſsimi, vnde bene præſcriberet, qui à colonis emeret, & longiſsimo tempore: licet ſit argumen. contra. nonageſimaſexta diſtinctio. bene quidem. nam malæ fidei poſſeſſor, ex quo emit rem illam eccleſiæ contra legum interdicta, vt C. de agricol. & cenſi. l. quemadmodum[c].

11 C. de ſac. ſan. ec. l. an. Nou. ll. 131. vt ȷ̃.

v ¶ *Pretium.*] ſupra, decimaſecunda, quæſtio. ſecunda. quiſquis. ȷ̃. decimaſecunda. quæſtione ſecunda. Vulteranæ. contra ſed hic fuit malæ fidei poſſeſſor. hoc not. ſupra, decima, quæſtione ſecunda. §. qui vero.
x ¶ *Quidem.*] hoc notatur ſupra, decima, quæſtione ſecunda. hoc ius. in fi.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS. Hæc eſt 9. pars q. in qua dicitur quòd præſcriptio contra eccleſiam no currit niſi 40. annor. Ioan. de Fan.

e ꝑ iſto vlt. d. 10 ta. q̃d not. ext. de his q̃ fi. à pl. ca. 2. & vide q[a] no 96. di. bene qdẽ. in glo. ni ſi q̃ ſcrip.tu, &c.

QVAS ACTIONES. CASVS. Antiquitus præſcriptio 10. vel 20. vel 30. annorum ita opponebatur eccleſiæ ſicut in priuatis. Iuſtinianus vero ſtatuit, quòd tantum præſcriptio quadragenaria loco religioſo obijciatur, vſucapione triennij & præſcriptione quadriennij in ſuo robore duraturis. Poſtea dicit Gratianus quod aduerſus eccleſiam tantum præſcriptio tricennalis ſecundum antiqua tempora, vel

pora vel quadragenaria ſecundum moderna opponuntur eccleſiis: a qua præſcriptione res Romanæ eccleſiæ excludantur: quæ non præſcribuntur, niſi ſpatio centum annorum. & ad hoc inducit ſequens c.

Vſucapi nequeūt res aliquæ.

a ¶ *Vſucaptione.*] ʻʻ videtur quòd res eccleſiæ non poſſunt vſucapi, nec res fiſci. inſtit. de vſucap. §. res fiſci. C. de vſuca. l. 1. Item res eccleſiæ continentur iure reipublicæ. C. de ſa. ſanct. eccle. vt inter. præterea cum eccleſia reſtituatur iure minoris [a], melius eſt intacta iura eius ſeruari, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere. C. in quibus cauſis in integr. reſti. non eſt ne. l. vlti. quidam tamen dicunt cōtra.

a Vt no. ext. de in integ. reſtit. c. 1. & 5. auditis.

b ¶ *Quadrienni.*] hoc non approbo, vt patet per contraria. ſ. decimaſecunda, quæſtione ſecunda. quicumque militum. ſ. e. quæſt. 1. in canonibus. vt dixi ſupra ead. placuit.

SED SOLA. Hæc eſt decima pars quæſtionis, in qua probat quòd contra Romanam eccleſiam non currit præſcriptio niſi centenaria. Ioan. de Fan.

1 Anſl. 4. c. 45.

NEmo.] CASVS. Rex Ludouicus dicebat ſe tutum eſſe contra Romanam eccleſiam, quia eius poſſeſſiones per longa tempora poſſederat. Sed Ioannes Papa ſcribens aduerſus illum, oſtendit quòd nulla præſcriptio Romanæ eccleſiæ obiici poteſt niſi centum annorum.

2 locis in ſuperiore c. ailat. c.

c ¶ *Anguſtantur.*] in ſuis priuilegiis.

d ¶ *Præiudicantur.*] ſupra 40. diſtinctio. capit. 1.

e ¶ *Principum.*] ſupra 11. quæſtione tertia. imperatores.

duntur, vſucapione [a], *& quadrienni* [b] *præſcriptione ſuum locum habentibus.* [a]

Sed ſola præſcriptio triginta annorum, & deinceps: à qua tamen præſcriptione priuilegia Romanæ eccleſiæ ſunt excluſa: quæ non niſi cētum annorum ſpatio præſcribi poſſunt.

Vnde Ioannes octauus ſcribit Ludouico regi.

a ¶ Habentibus.] *In pleriſque vitaſlis exemplaribus ſequitur,* ſed ſola præſcriptione triginta annorum, &c. *In suo autem hæc ſequuntur.* Huius ergo longi temporis præſcriptio auctoritate Geſaſij, & ſæcularium legum, eccleſiis obiici non poteſt: ſed ſola præſcriptio triginta annorum, &c. *C. autem de ſacroſ. ec. l. fin. locus auth. ita habet.* Quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, alias tricennalis pręſcriptio excludit, hæ ſi loco religioſo competant, quadraginta annis excluduntur, vſucapione triennij, vel quadriennij præſcriptione in ſuo robore durantibus, ſola Romana eccleſia gaudente centum annorum ſpatio, vel priuilegio.

¶ Priuilegia Romanę eccleſię non niſi centum annorum præſcriptione tolluntur. C. XVII.

1 NEmo de annorum numero reſultandi ſumat fomētū quia ſancta Romana (cui Deo auctore ſeruimus) eccleſia priuilegia, quæ in firma Petri ſtabilitatis petra ſuſcepit, nullis temporibus anguſtantur [c], nullis regnorum partitionibus præiudicantur [d]. Sed & venerandæ [2] Romanæ leges diuinitus per ora piorum principum [e] promulgatæ, rerum eius præſcriptionem non niſi per centum annos [f] admittunt.

QVAESTIO. IIII.

Qvæſitum eſt [g] quando eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribere poſſit. Nunc videndum eſt, ſi monaſterium aduerſus eccleſiam præſcribere valeat.

Quod Vrbanus Papa II. prohibuit dicens.

¶ Tricennio temporis aliquid præſcribere abbates, vel monachi non valent. C. I.

POſſeſſiones eccleſiarum, & epiſcoporum [h] tricennales, abbates [i], vel monachos habere omnimodis prohibemus.

Sed ſi eis tollitur tricennalis poſſeſſio, à beato Gregorio conceditur eis quadragenalis præſcriptio.

Ait enim Petro ſubdiacono, lib. 1. epiſt. 9.

¶ Quadraginta annorum præſcriptio religioſis domibus conceditur. C. II.

3 VOlumus accedentem te ad Panormitanam ciuitatem, quæſtionem ipſam tali ratione diſcutere (domino [k] rei apud poſſeſſorem, ſicut hactenus poſſeſſum† [l] eſt videlicet permanente) vt ſi monaſterium præfatum ſancti Theodori fines [m], [4] de quibus cauſatio mota eſt, inconcuſſos † quadraginta annis poſſediſſe reperieris, nullam deinceps (etiam ſi quid ſanctæ Romanæ eccleſiæ [n] competere potuit) patiaris ſuſtinere calumniam: ſed quietem eorum incōcuſſam [o] omnibus modis procurare. Sin vero actores † eccleſiæ non eos poſſediſſe quadraginta annis inconcuſſo iure monſtrauerint, ſed aliquam intra tempora hæc motam aliquando fuiſſe quæſtionem

f ¶ *Per centum annos.*] ſimiliter vſusfructus ciuitati relictus ſpatio centum annorum perditur. ff. de vſufr. an vſusfructus. ʻ Hæc præſcriptio centum annorum olim locum habebat in qualibet eccleſia. C. de ſa. ſan. eccl. vt inter. ſed hodie tantum Romanæ eccleſiæ appropriata eſt. in auth. hæc conſtitutio innouat conſtitutionem. col. 8. ext. de præſcr. cum nobis. Io.

ʻʻ Vſusfructus eccleſię relictus durat 100 annis.

QVæſitum eſt.] CASVS. Hic proponitur quarta quæſtio, vbi quæritur, an monaſterium præſcribit aduerſus eccleſiam ſpatio xxx. annorum. Et reſpondet quòd non, vt infra eodem cap. primo. ſed ſpatio xl. annor. ſic, vt infra eadem volumus. nam monaſterium & eccleſia ſecundum noua iura non ad imparia iudicantur. Quod ſequitur, patet vſque ad c. volumus.

g ¶ *Quæſitum eſt.*] Hæc quæſtio quarta patet per ea quæ dicta ſunt de præſcriptione. dictum eſt enim quod & monaſterium contra eccleſiam, & eccleſia contra monaſterium xxx. annis non præſcribit. quo ad hoc enim non ad imparia iudicantur: ſed ſecundum antiquos canones monaſterium & eccleſia ad imparia iudicantur in præſcriptione contra alios, vel ab aliis. nam eccleſia contra eccleſiam, vel contra laicum xxx. annis præſcribebat, & eandem præſcriptionem ab eis patiebatur, ſed monaſterium non, vt ſ. ead. c. 1. innuitur.

h POſſeſſiones] ¶ *Epiſcoporum.*] res ergo epiſcopi gaudent eodem priuilegio quo & res eccleſiæ: argum. ſ. ead. quæſtio. prima. ſimiliter. quod non credo ʻʻ. rem enim clerici vel epiſcopi præſcribunt laici [b] xxx. ann. vt extra eod. ſanctorum. Sed res eccleſiæ non infra ead. neque hoc ego intelligo de rebus eccleſiæ, quæ epiſcopi ſunt.

ʻʻ Præſcribi poteſt res epiſcopi. b laici, & bñ quia patrimonialia clericorum non gaudent priuilegio rerū

i ¶ *Abbates.*] id eſt, eos eſſe præſcriptione triennij tutos, ſcilicet quia poſſederunt rem alicuius eccleſiæ vel epiſcopi xxx. annis. hoc enim expeditum eſt hodie quòd non. Item in eccleſiis locum non habet præſcriptio niſi xl. annis. vt ext. de præſc. de quarta. Ioan.

ʻʻ eccleſiæ niſi in caſibus à iure expreſſis. Pano. in c. eccl. ſa S. Mariæ. de cōſtit.

VOlumus.] CASVS. Quoddam monaſterium Siciliæ ſancti Theodori poſſederat quaſdam poſſeſſiones ſpatio 40. ann. quas Papa prius dederat cuidam eccleſiæ, quæ erat in partibus illis, ſuper quibus cum inter monaſterium & eccleſiam quæſtio moueretur, præcepit Gregor. Petro ſubdiacono, vt iret ad Panormitanam ciuitatem, & poſſeſſionibus remanentibus apud monaſterium ſi poſſet probare illas xl. annis inconcuſſe poſſediſſe, monaſterio adiudicaret. Si vero Syndici eccleſiæ probauerint intra xl. ann. ſuper illis quæſtionem motam fuiſſe, electis arbitris legaliter quæſtio ſopiatur. *Arbitris*, id eſt, inſpectoribus, qui debent locum videre. Vel arbitris electis ſi iudicem habent ſuſpectum: vel arbitris, id eſt, iudicibus delegatis, qui de interruptione cognoſcant. & ita continentia cauſæ diuiditur, quia ſic placuit Papæ.

3 Anſl. 5. c. 75.

k ¶ *Domino.*] id eſt, poſſeſſione: ſicut alias poſſeſſio pro dominio ponitur. ſ. eadem, quæſtione 2. viſis. ff. de verb. ſign. interdum. Ioan.

† al poſſeſſa

l ¶ *Poſſeſſum.*] ſic patet quod ille qui eſt in poſſeſſione, vſque ad finem cauſæ manebit in poſſeſsione [e], vt 8. qu. 4. nonne. ſ. 2. quæſtio. 6. quoties. 2. contra. ſed ibi erat perſona ſuſpecta. argum. ff. qui ſatiſd. cog. ſi fideiuſſor. §. vltim. vnde tunc fructus ſequeſtrari debent, vt ff. de appel. Imperator. in fin. ſ. ſecunda, quæſt. ſexta. appellatione alias res ante ſententiam, non eſt. auferenda poſſeſſori, vt vndecima, quæſtio. prima. quia res.

4 Iuo p. 5. c. 146. Pan. l. 2. c. 66.

† inconcuſſos. orig.

e Hoc intellige ſecundū determinationem eius quod habetur extr. l. 6. de præiud. cū perſonæ. §. vlt. nam ibi quis fundet ſuam intentionem, de iure cōmuni: ſecus videtur, vt ibi.

† al. ... ſanctæ eccleſiæ

m ¶ *Fines.*] prædiorum, non parochiarum. Illi enim non præſcribuntur, ſupra eadem. quæſtione 3. licet. & capitul. inter memoratos.

n ¶ *Eccleſiæ.*] ſ. e. q. 3. nemo. contra. ſed hic monachi poſſederunt tantum ius emphyteuticarum, & præſcripſerunt ius quod clericis competebat: quia erant emphyteutę Romanæ eccleſię. ʻ Vel dic, quòd licet ius Romanę eccleſiæ non poſsit per ſe præſcribi: præſcribetur tamen cum vniuerſitate. arg. ext. de iure patr. ex literis. ff. de contrahen. empt. in modicis. Vel licet confirmetur hęc ſententia quo ad ipſos litigantes, non ideo præiudicabitur Romanę eccleſię, cum voluerit ius ſuum proſequi. extra de cap. mo. dilectus. arg. ext. de ſent. & re iud. cum ſuper controuerſiam. & c. ſuborta. vnde non eſt inconueniens, quòd contra eccleſias ſubiectas ſoli Papę præſcribatur in rebus aliquibus: quia hoc non fit in præiudicium Romanæ eccleſiæ: quia eodem iure tenetur nunc illa Romanæ eccleſiæ, quo prior tenebatur. Et ſi vere volumus loqui, nec Romana eccleſia aliquid præſcribit, nec aliquis contra eam præſcribit: quia Romana eccleſia cum aliquid contra aliam præſcribit, non plus iuris propter hoc habet, quam prius habuit: quia illa prius fuit ei ſubiecta: cum ipſa in omnibus eccleſiis habeat plenitudinem poteſtatis, vt 2. q. 6. decreto.

ʻ præſcriptio vtrum poteſt currere contra Romanā eccleſiam.

o ¶ *Inconcuſſam.*] ecce quòd qui obiicit interruptionem, eam probare debet: ſic qui obiicit præſcriptionem, eam probare tenetur, vt ſ. ead. qu. 3. inter. & ca. dilecto. ſimiliter & qui obiicit malam fidem, eam probabit. & ſi vnus obiicit præſcriptionem, & alter interruptionem: vtriuſque teſtes audiuntur, vt ext. de præſc. illud. Sed ſi iam lata eſſet ſententia ſuper præſcriptione, poſtea non admittitur reliquus ad aliquid probandum. extr. de præſcr. ſanctorum. hic tamen contrarium innuitur. ʻʻ Sed numquid ille qui probat præſcriptionem, tenetur probare ſe continue poſſediſſe? Hoc certe eſt impoſsibile probare: ſed ſufficit probare, quod à principio poſſedit &

ʻʻ præſcriptionem probans an debeat docere de continua poſſeſſione.

ſedit & in fine, & quandoque in medio. nam extrema tempora ſunt quandoque conſideranda in præſcriptione, vt C. de ſta. delun. ſi mater. & C. de apo. publ. quicumque. lib. 10. arg. contra ff. de diſtr. pig. & ſi 15.

a ¶ *Arbitris.*] ſi te habuerunt ſuſpectum. arg. 11. q. 1. peruenit.

a ¶ *Arbitris.*] id eſt ſuſpectoribus, vel menſoribus vt ff. ſi men. fal. mo dixe. l. 2. ff. fin. regun. ſi irruptione. ſ. c. q. 3. inter. Alius ergo cognoſcit hic de præſcriptione, & alius de interruptione. nam & ita continentia cauſæ diuiditur, contra illud, ext. de ſequeſt. ad hoc. ſed hoc fit, quia ſub ea forma dominus Papa delegauit cauſam. ſic j. q. 6. placuit. & ext. de re iud. decetero.

eorūdem finium, electis arbitris [a] tranquille, & legaliter ſopiatur.

Item ex nouellis Iuſtiniani, nouel. 131. [1]

¶ De eodem. C. III.

NEque decennij, neque vicēnij, vel triginta annorum præſcriptio, ſed ſola quadraginta [b] annorum curricula religioſis domibus opponantur, non ſolum in ceteris rebus, ſed etiam in legatis, & hereditatibus.

¶ Hic neque nouellæ, neque Iuliani antecesſoris, neque capitularis propr.a omnino verba referuntur.

Sicut ergo religioſis domibus ex lege non niſi quadragenaria eſt obiicienda præſcriptio, ita & auctoritate Gregorij aduerſus alias eccleſias præſcribere poſſunt eodem ſpatio temporis.

1 Apud Iuliani num c. d. nouel c. 6 & ſe. cap. c. 136.

NEque decenny.] CASVS. Dicitur hic quòd xl. anno. præſcriptio currit aduerſus eccleſias, non ſolum in poſſeſsionibus proprijs & diu habitis, ſed etiam in legatis, & hereditatibus ſibi relictis: ſed præſcriptio decennij, vel vicennij, vel 30. ann. non opponitur eccleſiis. Quod ſequitur planum eſt vſque ad quæſtionem.

b ¶ *Quadraginta.*] ſic extra de præſcrip. de quarta. " Sed nonne contra Ciſtercienſium eccleſiam, quæ valde eſt priuilegiata, præſcribitur ſpatio xxx. anno. vt extr. de priu. ſi de terra? Solu. in actionibus vel exceptionibus, quæ communi iure competunt, tenet quod hic dicitur: ſed in actionibus vel exceptionibus quæ contra ius indulgentur, citius præſcribitur, vt patet extra de conſtitu. cum acceſsiſſent. in fin. & hæc eſt ratio: quia non videntur deterioris conditionis eſſe ſi reuertuntur ad ſuum priſtinum ſtatum, vt trigeſimaquinta diſtinctio. ab exordio ſicut vides, quòd licet conditio dotis per pactum non poſsit fieri deterior, tamen ſi primo fecit mulier pactum, quod hodie redderetur ei dos: deinde facit pactum, quòd vſque ad annum. ex quo modo conditio dotis reuerſa eſt ad ſuam naturam non dicitur deterior facta, vt ff. de pact. ſi vnus. § quod & in ſpecie. & eſt ſi. C. de teſt. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. Vel dic quòd ibi non ratione præſcriptionis præiudicatur eis, ſed ratione taciti conſenſus [a]. Vel dic quòd licet exceptio perpetua ſit, & actio temporalis, vt ff. de exceptio. doli. puere. §. vltimo. tamen facilius perditur exceptio, quam actio. nam actio non perditur, niſi vſque ad quadraginta annorum. ſed exceptio vno actu perditur, vt extra de conſtitutionibus cum acceſsiſſent. & extra de præbend. pro illorum. in fin. C. de iure do. impe. l. 2. & ff. de procurat. Pomponius. §. rati.

† al. aſſertores] al. auctores

" præſcriptio an currat cõtra Ciſtercienſ.

a Pol. l. 4. ti. 8.

a Hic videas quod no. 1 q. 1 nullus epiſcopus. 3. & 16. q. 1. c. 1.

QVAESTIO VI.

1 ps QVòd autem [c] ea, quæ eccleſiæ debentur, rectores † eiuſdem ſua auctoritate iudiciis prætermiſsis repetere non valeant, beatus Gregorius teſtatur libr. 4. cap. 88. dicens.

¶ Capitulum hoc ſumptum eſt ex concilio à B. Gregorio habito, quod in regeſto ipſius bis habetur, ſemel lib. 4. poſt epiſt. 43. iterum poſt librum 12. eiuſdem regeſti.

¶ Iudicio non manibus res eccleſiæ defendantur. C. I.

2 COnſuetudo noua in eccleſia [d] hac, & valde reprehenſibilis erupit, vt cum rectores eius patrimonij vrbana, vel ruſtica prædia iuris illius competere poſſe ſuſpicantur, fiſcali more titulos [e] imprimant, atque hoc, quod competere pauperibus exiſtimāt, non iudicio, ſed manibus [f] defendant [g], & cum per prædicatores ſuos veritas dicat [Nihil per contentionem,] etiam ipſum litigioſæ contentionis malum tranſcenditur †: & res quælibet, cum æſtimatur eccleſiæ poſſe competere, per vim tenetur. Proinde præſenti decreto conſtituo, vt ſi quis eccleſiaſticorum vnquā titulos ponere ſiue in ruſtico, ſiue vrbano prædio ſua ſponte [h] præſumpſerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes, Anathema ſit. ¶ Is autem, qui eccleſiæ præeſt, ſi hoc vel ipſe fieri præceperit, vel ſine ſua præceptione factum digna punire animaduerſione neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes, Anathema ſit.

2 Quòd autem quiſquis ſua auctoritate, quod ſibi deberi putat, vſurpat, nec per iudicem repoſcit, cadat à cauſa ex auctoritate Mileuitani concilij habetur, in quo ita ſtatutum legitur, c. 21. [3]

¶ Cauſæ ſuæ detrimentum patiatur epiſcopus, qui eccleſias ab alio detentas propria auctoritate quærit adire. C. II.

4 PLacuit, vt quicumque epiſcopi quaſcumq; eccleſias,

QVòd autem] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima dicitur quod nemo debet ponere vexilla in rebus ſuis. Secunda ibi, *Quod autem.* Tertia ibi, *Econtra.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 6. quæ duos habet articulos. Primus eſt, aut prælati eccleſiarum auctoritate propria res eccleſiarū repetere poſſint ſine iudice. Et reſpondetur quòd non: vt j. e. c. 1. Secundus eſt, vtrum cadant a iure ſuo, ſi ſua auctoritate vſurpent, quæ ſibi debita putant. & reſpondetur quod in cauſa eccleſiaſtica non cadunt à iure ſuo, vt j ea. ſi epiſcopum. ſed in propria cauſa ſic, vt C. vnde vi. l. ſi quis in tantum.

c ¶ *Quod autem.*] Hæc quæſtio habet duos articulos. Primus eſt, an prælati eccleſiæ auctoritate ſua res eccleſię repetere valeant abſque iudice: & quidem non, vt j. e. c. 1. Secundus eſt, vtrum cadant a cauſa, ſi ſua auctoritate vſurpent, quæ ad ſe pertinere putant: & quidem in cauſa eccleſiaſtica, licet vſurpent ſua auctoritate, non cadunt a cauſa. j. e. ſi epiſcopum. in cauſa propria ſic. C. ſi vnde vi. quis in tantam. & j. e. placuit. niſi in caſibus no. C. quan. liceat vnicuique ſine iudice ſe vindi. l. 1.

COnſuetudo.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte Gregor. reprehendit conſuetudinem cuiuſdam eccleſiæ, vbi rectores ſtatim cum putabant vrbana, vel ruſtica prædia ad eccleſiam ſuam pertinere, more fiſci ſigna imprimebant, & violenter ſine iudicio poſſidentibus auferebant. Præcipit ergo Grego. vt quicumque decetero talia fecerit, anathematizetur. In ſecūda parte dicitur, quòd ſi prælatus eccleſię hoc fieri præceperit, vel ab aliis facta non punierit, anathema ſit. Secunda pars incipit ibi. *Is autem.*

d ¶ *Eccleſia.*] id eſt, Romana. prohibet tamen & in aliis. j. eo. c. " Et ita eſt hic arg. quod ſi Papa cum aliquo cauſam habet, non debet ipſe eſſe iudex, & rem occupare, ſed arbitros eligere, arg. 2. qu. 7. nos ſi. alioquin cadet a re, vt in auth. de man. prin. col. 3. §. vlt. C. vt nemini liceat ſine iu. l. vna. C. vt nemo priua. tit. l. 1. C. de iis quæ pœ. nomine. l. 1. tamen ſi vult eſſe iudex in cauſa eccleſiæ, poteſt eſſe, vt dixi 2. q. 7. ſi qui ſunt.

Philippa.

" Papa iudex eſſe non debet in cauſa propria.

† al. tranſcēditur

e ¶ *Titulos.*] i. vexilla, vel alia ſigna. hoc enim ſoli principi eſt permiſſum, vt C. nemo priua. ti. l. 1. & qui ſigna imprimit rebus propria auctoritate, ſi eſt de plebe, decapitatur: ſi nobilis, proſcribitur. C. vt nemo priua. tit. l. 2.

f ¶ *Sed manibus.*] j. 23. q. 8. conuenior. & ca. quicumque. ſ. 15. q. 6. auctoritatem. contra ſ. 63. diſt. Hadrianus. contra j. 23. q. 8. occidit. Sol. ibi dicitur de materiali & ſpirituali gladio, ſed ſingula ſingulis referuntur. hic enim non poſsidet, ſed alij auferre conatur. Vel ſecus cum poſſeſſor non vult ſtare iuri.

3 & in Afric. c. 88.

4 Pol. l. 5. tit. 12 Burc. l. 2. c. 70. Iuo p. 5. c. 177.

g ¶ *Defendant.*] id eſt, petant, vt diſt. 8. quo iure.

h ¶ *Sponte.*] id eſt, ſua auctoritate Io.

QVOD AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars qu. in qua dicitur, quòd nullus ſine iudice debet aggredi rem ab altero poſſeſſam, quam credit ad ſe pertinere. Io. de Fan.

CASVS. Hic eſt ſecundus articulus huius quæſtionis, In quo hoc ordine procedit. Primo probat quòd ſi prælatus ſua auctoritate vſurpat rem quam putat ad eccleſiam pertinere, cadat a cauſa. Poſtea probat contrarium, tandem dat ſolutionem j. ca. 3. ſi ergo. Et no. quòd quidam habent hinc 6 in præcedenti articulo 5. Sed Hu. & Bene. Archidia. & gloſſ. ordinaria hic ſignauerunt eas. Et reuera ita debet diſtingui.

QVOD AVTEM. Hic eſt ſecundus articulus huius q. " Dicas ergo, in rebus eccleſiæ non habet locum conſtitutio ſi quis in tantam. C. vnde vi. quia delictum prælati, &c. vt j. e. ſi epiſcopum. & prælatus poteſt facere meliorem conditionem eccleſiæ, non deteriorem, vt ext. de in int. reſt. requiſiuit. ſicut nec inuaſio tutoris, vel violentia præiudicat pupillo, vt C. vnde vi. meminerint.

" conditio l. ſi quis in tantam. non habet locum in reb. eccleſiæ.

PLacuit.] CASVS Quidam epiſcopi cum putarēt quaſdam eccleſias vel plebes ad ſuam cathedram pertinere, ſine iudicis auctoritate inuaſerunt eas, & ſuper eccleſiis vel plebibus inuaſis, confirmationem impetrauerunt: quæſitum eſt in Mileuitano concilio quid ſit ſuper hoc faciendum, & quam pœnam pati debeat inuaſor. Reſpondetur quòd inuaſor pati debet detrimentum cauſæ ſuæ, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus hoc fecerit, & res inuaſas debet reſtituere ſpoliato & litteras confirmationis ei tribuere. Facta vero reſtitutione ſi de proprietate quæſtio vertitur, per iudicas delegatos decidatur. Detrimentum patiatur, id eſt, deponatur, & ita non poterit poſtea agere. Vel cauſæ ſuæ, &c. id eſt, in cauſa ſua, id eſt, re propria, vel pecunia propria ſi habet: quia puniri debet litis æſtimatione. vel cauſæ ſuę detrimentum, &c. quantum ad poſſeſsionem: quia decetero non auditur niſi de proprietate. *Habeat,* inuaſor. *Conueniat,* ille cuius fuit. *Eum,* id eſt, inuaſorem. *tenuiſſe,* aliquando.

¶ *Sine*

a ¶ *Siue nolentibus.*] arg. quòd illicitus conſenſus non habetur pro conſenſu. 92. diſt. ſi quis epiſcopus. ext. de elec. Oſius. 18. qu. 2. ſi quis abbas. C. de ſalgamo hoſpitib. non præbendo. l. 1. lib. 12 & C. de rap. vir. l. vna. arg. contra. 28. diſt. diaconi.

b ¶ *Cauſæ.*] quantum ad poſſeſſorium iudicium etiam, quia puniri debet in litis æſtimatione ſi habet propria, ad ſimilitudinem eius quod de tutore dicitur. C. de adm. tut. non eſt ignotum. & C. vnde vi, meminerint. vt ſicut factum tutoris non redundat in pupilli damnum: ita nec hoc delictum perſonæ redundabit in damnum eccleſiæ.

c ¶ *Detrimentum patiantur.*] quia deponitur, & ſic non aget 12. qu. 2. monemus. aliter exponit G. j. e. q. §. vl. [a] & punitur publicatione bonorum. ar. C. vnde vi, meminerint. & in expenſis. C. de adm. tut. non eſt ignotum. Sed contra 2. q. 7. lator ſed quia ibi non punitur raptor, ex miſericordia factum eſt, ſed adhuc eſt contra. 18. q. 2. Eleutherius. ibi enim presbyter cuiuſdam epiſcopi ſpoliauit monachos pro iure epiſcopi conſeruando, ſed tamē non dicitur ibi, quòd mandauerit hoc epiſcopus. Sed videtur quòd ſi epiſcopus occupet huiuſmodi rem conſenſu canonicorum, quòd præiudicet eccleſiæ. ar. C. de ſac. ſan. ec. iubemus. 25. q. 2. ita. ſed hoc non concedo, vt ar. 12. q. 2. ſine exceptione. & arg. 18. q. 2. ſi quis abbas.

d ¶ *Litteras.*] confirmationis, quæ non valent in re violēter poſſeſſa. C. vnde vi, auctoritatem. ſicut nec priuilegium ſuper re litigioſa, vt extr. de reſt. cauſam. ſic ext. de confir. vti. examinata.

† *al. indicis*

a Vel dic vt not. extr. de dona. c. … de hoc etiam not. j. e. prox

1 Burc. l. 1. c. 145. Iuo p. 5. c. 258.

† *al. Primates d. derunt*

vel plebes, quas ad ſuam cathedram exiſtimant † pertinere, non ita repetierint, vt cauſas ſuas epiſcopis iudicantibus agant, ſed alio retinente irruerint, ſiue volentibus [a], ſiue nolentibus plebibus cauſæ [b] ſuæ detrimentum patiantur [c]. Et quicumque hoc iam fecerint, ſi nōdum eſt inter epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt, ille inde diſcedat, quem conſtiterit prætermiſſis iudicib⁹ † eccleſiaſticis irruiſſe. Nec ſibi quiſque blandiantur, ſi à Primate, vt retineat, litteras [d] impetrarit: ſed ſiue habeat litteras, ſiue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius litteras accipiat: vt eum appareat [e] pacifice [f] tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. [¹] Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit [g], per epiſcopos iudices cauſa finiatur, ſiue quos eis Primas † dederit, ſiue quos ipſi viciños [α] ex conſultu [β] Primatis delegerint.

α ¶ Vicinos.] *Antea legebatur*, vicinis. *Emendatum eſt ex editionibus conciliorum Coloníenſibus, uno codice Vaticano, Sorrenſi regio, Burchardo, & Iuone. In exemplari etiam ant quo concily Carthaginenſis græci c. 121. legitur,* γειτονευτας *ubi in expreſſo eſt,* γειτονων.

β ¶ Ex conſultu primatis.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum vetuſtioribus, codice Sorrenſi regio, & duobus Vaticanis. Sed in recentiore Coloníenſi quattuor tomorum editione, & apud Burch. & Iuonem eſt*, vicinos ex conſenſu delegerint, *itemque in concilio Africano in omnibus editionibus.*

3 *Econtra Gregorius Ioanni defenſori euntí in Hiſpaniam ſcribit lib. 11. epiſt. 50. dicens:*

¶ Delictum perſonæ in damnum eccleſiæ conuerti non poteſt. C. III.

2 SI epiſcopum talem culpam admiſiſſe cōſtiterit (quod abſit) vt conſtet eum non irrationabiliter fuiſſe depoſitum, eadem eius depoſitio [h] confirmetur, & eccleſiæ res ſuæ omnes reſtituantur, quæ ablatæ claruerint: quia delictum [i] perſonæ [k] in damnum [l] eccleſiæ non eſt conuertendum. Si enim, vt dicitur, Comitiolus defunctus eſt, ab herede eius, quæ quæ ſunt ab illo ablata, ſine excuſatione reddantur [m].

Idem Petro ſubdiacono lib. 1. epiſt. 42. [4]

¶ In perſonam delinquentis non in facultates eius vitio procedat. C. IIII.

4 COgnouimus, quòd ſi quis ex familia culpam fecerit eccleſiæ [α], non in ipſum † [n], ſed in eius ſubſtantiam † vindicatur. De qua re præcipimus, vt quiſquis culpam fecerit, in ipſum † quidē, vt dignum eſt, vindicetur: a communione [β] [o] autem eius omnino abſtineatur.

α ¶ Eccleſiæ.] *Hoc non habent pleriſque antiqui Gratiani codices, & duo epiſtolarum B. Gregorii (quamvis ſit in …) & Ioanne diacono & Iuone.*

β ¶ A communione.] *Sic etiam legitur in Frobeniana editione operum B. Gregorii: ſed in ceteris editionibus & apud Diaconum & Iuonem, à commodo, quæ vox in ea epiſtola ſæpe repetitur ad ſignificandas facultates ipſas. Quare hæc fortaſſe ſubſtituenda*, niſi forte parum aliquid, quod in vſu executoris, qui ad eum tranſmiſſus fuerit, proficere poſſit.

e ¶ *Vt eum appareat.*] non autem auferat ei per vim. Vel dic vt eum appareat detentorem primum.

f ¶ *Pacifice.*] ideſt, iure, &c.

g ¶ *Retulerit.*] forte excipiendo quòd non inuaſit, & ita referat quæſtionem de eiectione ante reſtitutionem. vel repetendo, volens repetere, quòd inuaſit, & ita referat quæſtionem ex ſententia, vel ex lite, vel ex aliquo iure. & hoc intellige dum toleratur. ext. de reb. ec. non alie. ſi quis presbyterorum. 12. q. 1. præcipimus. ar. C. de ſac. ſan. ec. iubemus. Io. Sed ſi in modum exceptionis aliquid proponitur, quare idem iudex non cognoſcit de exceptione: vel ſi in modum reconuentionis proponatur, ideo non intelligas de exceptione vel reconuentione: ſed hoc vult dicere, quòd facta reſtitutione poteſt agi de proprietate coram iudicibus electis cum ſuſpectum habent primatem. arg. 11. q. 1. peruenit. Eſt autem argu. ex eo quod dicitur, litteras impetrauit [¹¹] quòd primas poteſt concedere priuilegium. ext. de iis quæ fi. a præla. quanto. ſimiliter archiepiſcopus, vt 9. q. 3. per ſingulas. ſed non in diœceſi ſuffraganei. ext. de exceſ. præla. ſicut vnire. niſi hoc fieret de conſenſu omnium epiſcoporum, vt 9. q. 3. Archiepiſcopus. Item per tale priuilegium non confirmatur niſi quod alias eſt legitimum. nam ſolus Papa id quod nullum eſt, facit ratum auctoritate ſua, ſi ex certa ſcientia hoc faciat. arg. j. c. ſi epiſcopum. licet alias confirmari non dicatur, niſi quod ante firmum erat. ext. de fid. inſtr. c. inter dilectos.

[¹¹] Priuilegiū poteſt concedi à primate.

ECONTRA. Hæc eſt 3. pars q. in qua probat per ſex auth. quod delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet, immo perſona tantum puniatur. Io. de Fan.

CASVS. Probatum eſt ſ. quòd prælatus inuaſor. patitur ſuæ cauſæ detrimentum. nunc probat contrarium.

SI epiſcopum.] CASVS. Quidam epiſcopus Hiſpaniæ, nomine Stephanus, fuit depoſitus à iudicibus non ſuis. præcepit ergo Papa Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam vt propter ſcandalum eius depoſitionem confirmet ſi inuenerit eum commiſiſſe culpam dignam depoſitione, & Comitiolum, qui illius eccleſiam ſpoliauit, vel eius heredem compellat ad res eccleſiæ reſtituendas: quia delictum perſonæ in damnum eccleſiæ non eſt conuertendum.

h ¶ *Depoſitio.*] licet mala fuerit, & hoc propter ſcandalum [b]. ſic 3. q. 6. hæc quippe.

i ¶ *Delictum.*] ſic 18. q. 2. Eleutherius. contra.

k ¶ *Perſonæ.*] j. 25. q. 2. ita nos. contra. ſed ibi potius puniti ſunt delinquentes, quam eccleſia. vel bene punitur eccleſia non in honore, ſed in facultatibus ob delictum perſonarum. ſ. e. q. 3. placuit.

l ¶ *In damnum eccleſiæ.*] 25. q. 2. ita nos. contra. ſed ibi potius puniuntur delinquentes, quam eccleſia. Item contra ſ. e. q. 3. placuit. ſed delictum quod conſiſtit in omittendo, bene præiudicat eccleſiæ: ſed quod in faciendo, nequaquā: alienare tamen dicitur qui vſucapere permittit. ff. de ver. ſig. alienationis. Item contra, j. 54. diſt. ſi ſeruus. vbi dicitur, quod pro vno ſeruo epiſcopus duos debet recompenſare domino: ſed intelligendum eſt illud debere reſtituere duos, non de rebus eccleſiæ, ſed de rebus propriis ſi quas habeat.

m ¶ *Reddantur.*] [¹¹] licet ad eum non peruenerit, tenetur ex maleficio defuncti ſecundum canones. ext. e. j. q. c. 3. 12. q. 1. epiſcopus qui filios. arg. 96. diſt. bene quidem. ext. de rap. in literis [ß]. ſicut heres defuncti tenetur condictione furtiua. ff. de cond. furt. ſi pro fure. §. condictio. & ff. vi bon. rap. l. 2. §. vlt. quia illa oritur ex maleficio, etiam ſi lis cum defuncto conteſtata nō ſit, nunquam præſumitur perueniſſe ad eum ex quo in vniuerſum ſuccedit, ar. ext. de vſu. tua. ſed hoc ideo, quia ibi defunctus fuit obligatus ex quaſi contractu propter indebitum ſolutum, & bene conuenitur heres, licet ad eum nihil peruenerit. Sed obiicitur: ſi pro vſuris repetendis agitur actione ex quaſi contractu, quid ad eccleſiam ſi agitur ex contractibus ratione pacti: ergo heres non eſt conueniendus? Reſpondeo, licet ex contractu agatur, tamen verſatur ibi delictum, vnde heres poteſt conueniri, vt ff. de act. & obl. l. ex contractu. ſecundum legem autem non tenetur ex delicto defuncti, niſi lite conteſtata. C. ne ex delict. defunct. l. 1.

b Et metu prin. ipſis hoc factum fuit. l. q. depoſitio fuit confirmata. ar. contra ſ. e. q. 1. frater. 22 q. 1. in pri ncip. §. ſi autem epiſcopum.

3 Ioan. diac. in vita l. 2. nu 6.

4 Iuo p. 16. c. 81.

† *al. ipſo*

† *al. ſubſtantia*

† *al. ipſo*

[¹¹] Hæres antene. tur ex maleficio defuncti.

ß Concord. tex in l. veteris. C. de contrah. & com. ſtip. & in l. vnic. C. vt ac. ab hæred. & contra hæred.

COgnouimus.] CASVS. Quidam clerici delinquebant, epiſcopi tamen non ipſos puniebant, ſed eorum eccleſias ſuis bonis ſpoliabant. quare præcipit Gregorius, vt clerici delinquentes, perſonaliter puniantur, ſed à rebus eccleſiæ abſtineatur. *A communione eius*, ideſt, à communione rerum eccleſiæ, quæ dicuntur eius, quia ſunt ei commiſſæ: *in eius ſubſtantiam*, id eſt, ei commiſſam, vel communione, ideſt, participationem rerum eius, non communicemus nobis res eius, ſed ipſi puniantur.

n ¶ *Non in ipſum.*] id eſt, non propria, ſed eccleſiæ [d]. poteſt enim in propria puniri. 23. quæſt. vlt. ſi quis cuiuſlibet. ſi illam pœnam plus timeat.

o ¶ *A communione.*] ſcilicet rerum eius, id eſt, non communicemus facultates eius nobis, ſed locus in quo acturus eſt pœnitentiam, deputetur, vt j. eadem de lapſis. vel communione rerum eccleſiæ ſibi commiſſæ. non enim propter hoc res ſunt eccleſiæ auferendæ, licet hoc quotidie fiat ab epiſcopis, & forte non minus iniuſte, cum pœna pecuniaria magis timeatur, quam corporis: & ideo iuſte videtur poſſe fieri, arg. 23. q. 4. ea vindicta. extra, vt lit. non conte. quoniam. in fi. Et intelligunt quidam hoc tantum eſſe de libertis eccleſiæ promotis [e], qui omnia quæ acquirunt, ipſi eccleſiæ acquirunt, vt ext. de ſer. non ord. c. 3. vnde ne propter eorum delictum damnificetur eccleſia, ſtatuitur hic vt puniantur in perſona, & non in rebus. [¹¹] Res enim eccleſiæ non poſſunt confiſcari, vt [ſ] ea. q. 1. in canonibus & §. nouarum.

d ſc. ſibi cōmiſſæ. & ſic facit ad propoſitū Gratiani.

[¹¹] Eccleſiæ res non confiſcantur.

De lapſis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1 par. loquitur de clericis ſecularibus quos præcipit G. in pauperibus monaſteriis, ſi deliquerint, detrudi ad pœnitentiam agendam, & vt res eorum eiſdem monaſteriis tradantur, vt monachi ſubſidium habeant de rebus eorum, cum onus accipiant perſonarum. ſi vero parentes habent, res eorum parentibus tradantur: ita tamen vt prouideant in neceſſariis clericis retruſis ad pœnitentiam. In ſecunda parte, loquitur de clericis regularib[us] qui cum delinquũt, in aliis locis religioſis debent ad pœnitentiam redigi: ſed res eorum prioribus eccleſiis non ſubtrahantur: ita tamen, vt priores eccleſiæ in neceſſariis eis ſubueniant: ne locis in quib. poſiti fuerint, ſint oneroſi. Secunda pars incipit ibi, Si qui vero. H. tamen dicit quòd ſecunda pars intelligitur de aliis clericis qui fuerunt ſerui eccleſiæ alicuius quorum res debent dimitti illi eccleſiæ cuius prius fuerant ſerui. Sequ. duo ca. patent quæ inducuntur, cum inutilitas vel malitia prælati non nocet eccleſiæ.

a ¶ Subſidium.] arg. ad quẽ ſpectat onus &c. 12. q. 2 charitatem. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. 1. 50 di ſi quis epiſcopis. ī. 12. q. 5. c. vlt ff. de reg. iu. ſecundum naturam. Nam naturale eſt commoda eum ſequi, &c. C. de fur. & ſer. cor. l. ſi. §. ſed cum.

b ¶ Sed res eorum.] Videtur hic, q ſi clericus remoueatur ab eccleſia ſua, q omnia ſua ei reddãtur, vt ext. de cle. coniu. q à te. & ext. de pen. c 3 & 27. q 1. ſi quis rapuerit. ſed hoc non concedo. 12 q. 2. non liceat. ſed dico quòd tantum vſufructuariorum debet habere tempore vitæ ſuæ, & ſic intellige quod hic dicitur.

c ¶ Non inutilis.] Propter hoc quòd prælatus inutilis factus eſt, quaſi diceret, inutilitas prælati non debet redundare, &c.

d ¶ Epiſcopo.] ¶ Subijciat.] cum coepiſcopis. Vel ſecundum Hu ſolus[a] hoc faciat[b]. ī. 18. q. 2. ſi quis abbas. arg. epiſcopum poſſe deponere abbatem: & hoc verum eſt ab honore, non ab crimine, ſicut de monacho dicitur. 8 . diſt. ... laici. & ī. 1. q. 5. c. 1.

a Siue aliis coepiſcopis, ſed non ſine ſuis canonicis ſecund. Hu ... ¶ de ... quod ... & no ... diſt. ſi. ... tient. ... ſi.

b De hoc no 18 q. 7. in ſum.

Illud.] CASVS. Quidam epiſcopi conceſſerunt quibuſdam clericis quaſdam eccleſias in vſum, vel de rebus propriis in proprietatem, & ... eccleſiarum, in quibus ipſi clerici miniſtrabant: ſubſequẽtes vero pontifices cum videbant eos delinquere eccleſias eorũ auferebant res quas dederant prædeceſſores. ſtatuit ergo Gelaſius vt perſonæ delinquentes puniantur: ſeu eccleſiæ ſuis bonis non ſpolientur. & niſi ſic poneretur, non faceret caſus ad propoſitum Gratiani.

e ¶ In vſum.] quandoque tamen res eccleſiæ dantur in proprietatem. 12. q 2. bonæ. ſed cum dantur intuitu officij, non, vt hic.

f ¶ Auferre.] ī. ea. q vlt. Inuentum. contra, ī diſtin. 74. peſſa. arg. ī. ea. q. 1. poſſeſſione. contra. Sed dic nullatenus, id eſt, vſque ad tempus præſcriptum.

g ¶ Pro qualitate.] vide meliorem conditionem clericorum percipientium aliquid in eccleſia propter obſequium aliquod, vel extrinſecam probitatem quam canonicorum: quia ob delictum non amittunt illud, ſed habent vſque ad obitum ſuum. argumen. hic, & 12. quæſtio. 2 ſæpe. Vel dic auferre præſumant non dico ei, ſed eccleſiæ. & ſic facit ad propoſitum Gratian. quod delictum perſonæ non redundat, &c.

Idem in eadem epiſtola.

¶ Res eorum, qui e clero labuntur, ſimul cum ipſis monaſteriis tradantur. C. V.

1 DE lapſis ſacerdotibus, vel leuitis, vel quolibet ex clero obſeruare te volumus, vt in rebus eorum nulla contaminatione miſcearis: ſed pauperrima regularia monaſteria require, quæ ſecũdum Deum viuere ſciuntur †, & in eiſdem monaſteriis, ad pœnitentiam lapſos trade: vt res lapſorũ in eodem loco proficiſcant. in quo agere pœnitentiam traduntur: quatenus ipſi ex rebus illorũ ſubſidiũ [a] habeant, qui de correctione eorũ ſolicitudinem gerunt. Si vero parentes habẽt, res eorum legitimis parentibus dentur: ita tamẽ, vt eorum ſtipendium, qui in pœnitentiam dati fuerint, ſufficienter debeat procurari. ¶ Si qui vero ex familia eccleſiaſtica ſacerdotes, vel leuitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alij lapſi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus, ſed res eorum [b] eccleſiaſtico iuri nõ ſubtrahi. Ad vſum tamen ſuum accipiant, vnde ad pœnitedum † ſubſiſtant: ne, ſi nudentur, locis in quibus dati fuerint, oneroſi ſint.

† al. ſciunt. † al. pœnitentiam † fortaſſe, tertiam.

5 Anſ. l. 8 ca. 3 Iuo p. 3 c. 180 & p. 15. c. 20.

Item Leo quartus Carolo Regi.

¶ Inutilis ſacerdos eccleſiam ſuam dignitate non priuat. C. VI.

2 SI fortaſſis (quod non credimus) pudvos inutiles iudicamur: eccleſiæ tamen, cui permittente Domino præſumus, nõ inutilis [c], ſed caput, principiumque omnium merito ſimul ab omnibus vocatur.

2 Iuo p. 3. c. 21.

Item in Moguntinenſi concilio.

¶ Poſſeſſiones monaſterij pro peccato abbatis epiſcopo tollere non licet. C. VII.

3 EPiſcopo non licet poſſeſſionẽ monaſterij tollere, quamuis abbas peccauerit: ſed ſubijciat eũ [d] cum poteſtati abbatis alterius monaſterij.

3 Burc. l. 8 ca. 88. Iuo p. 7. c. 16.

¶ Subijciat.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur,* mittat eum in aliud monaſterium in poteſtatem alterius abbatis.

SI ERGO.] CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, quod propter delictum prælati eccleſia pati damnum non debet: quia procurator eſt, & non dominus. vnde non poteſt conditionem eccleſiæ facere deteriorem. & ſoluit ſuperiorem contrarietatem. ſcilicet quia inuaſor detrimentum cauſæ ſuæ ſic patitur, vt clericis ſtantibus coram iudice, pro re eccleſiaſtica repetenda epiſcopus propter contumaciam mulctetur, & in propriis ſi quæ habeat puniatur.

h ¶ Meliorem.] ext. de in integ. reſtit. requiſiuit. & hoc verum eſt in acquiſitis, ſecus in acquirendis. C. de acquiren. poſſeſſio. ex liberis. ſed ſi propria habet prælatus, agatur contra eum. C. arbit. tut. quidquid. & 12. quæſtio 2. monemus.

Item Gelaſius.

¶ Quæ ſacerdotes dederunt, ſubſequentes pontifices nullatenus auferre præſumant. C. VIII.

4 ILlud ſtatuẽdum cenſuimus, vt quaſcumque munificẽtias clericis, aut ſibi ſeruiẽtibus de rebus eccleſiæ in vſum [e], aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint ſacerdotes, ſubſequentes põtifices nullatenus auferre [f] præſumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate [g] perſonarũ, vel regula præcedentiũ canonum in perſona habeatur, non in facultate diſtrictum.

4 Anſ. l. 6. c. 172.

Si ergo delictum perſonæ in damnũ eccleſiæ conuerti non poteſt, quia procurator conditionem eccleſiæ poteſt facere meliorem [h], non deteriorem, ſi peccato abbatis poſſeſſiones monaſterij auferri non licet, quomodo delictũ epiſcopi vertetur in damnũ eccleſiæ, vt eius detrimentum cauſæ ſuæ patiatur? Sed detrimẽtum cauſæ pati non ſic eſt accipiendum, vt eccleſia ſuo iure priuetur: ſed potius, quia clericis coram ſuo iudice ſtantibus epiſcopus tacebit, & pro contumacia illata mulctabitur, ſi propria habuerit.

QVÆSTIO VII.

QVòd autem eccleſias [i] de manu laicorum [k] ... abbati, nec alicui accipere liceat, omnium canonum teſtatur auctoritas. Generaliter enim tam eccleſiæ quàm res eccleſiarum in epiſcoporum poteſtate cõſiſtunt. Laici autem nec ſua, nec epiſcoporum auctoritate decimas, vel eccleſias poſſidere poſſunt. Vnde epiſcopi ſiue beneficio, ſiue pretio eccleſias, vel decimas laicis dederint, domum orationis, domum negotiationis, & ſpeluncam latronum faciunt. Vnde poſt eorum, à cathedra à cœtu, de iam ſegregati, æterno verbere, à Domino flagellabuntur.

Matth. 21.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in 6. part. in quarum prima dicitur & probatur quod omnes decimæ, & eccleſiæ debent eſſe in poteſtate epiſcopi loci: & debet illas canonice diuidere, & dare eccleſias & beneficia canonice: & ſine illo nulla poteſt eccleſias vel decimas conferre. Secunda ibi, *Quoniam in quibuſdam.* Tertia ibi, *Præmiſſis.* Quarta ibi, *Vt ergo.* Quinta ibi, *Si quis vult.* Sexta ibi. *Conſtitut.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic ponitur ſeptima quæſtio. vbi quæritur an laici eccleſias monachis dare poſſint de conſenſu epiſcopi & clericorum. Et hanc quæſtionem extendit Gratia. ad decimas & primitias, & etiam ad alias res eccleſiaſticas. Et primo in hoc §. oſtendit, quòd laici nec eccleſias, nec decimas poſſunt poſſidere, nec poteſtatem habent diſponendi res eccleſiaſticas. Vnde nec monachis nec aliis eas dare poſſunt. ſi tamen interueniat conſenſus epiſcopi, valet donatio, vt infra eadẽ. §. ſicut ergo & capitul. ſequen. ſed ſua auctoritate non poſſunt, vt ī. ea. nullus. ius autẽ patronatus (vt dicunt quidam) etiam ſine auctoritate epiſcopi conferre poſſunt loco religioſo, vt dicebatur in 2 extrauag. de iur. patro. quanis. & c. conſultationibus. Poſtea oſtendit quid iuris ſit in eccleſiis ab eis fundatis verum ſibi poſſunt vendicare.

i ¶ Eccleſias.] hæc eſt 7. quæſtio. ſcilicet an abbas poſſit retinere eccleſiam quam accepit de manu laici interueniente poſtmodum conſenſu epiſcopi. Et dic quod ſic, vt infra eadem. nullus & capitu. decimas. Et extendit eam magiſter etiam ad decimas, & omnes res eccleſiaſticas, & in hunc modum eam tractat. [a] Primo oſtendit quod laici eccleſias vel decimas, nec etiam epiſcoporum auctoritate habere, vel poſſidere poſſunt: ergo nec alicui eas conferre poſſunt: ſi tamen poſt conſenſus epiſcopi interueniat tenet donatio infra eadem. §. ſicut ergo, & capit. decimas. ius autem patronatus etiam ſine auctoritate ipſius conferre poſſunt loco religioſo. extra de iure patronat. illud. & cap. conſultationibus. Oſtendit poſtea Gratianus [c] quid iuris in eccleſiis ab eis fundatis laici ſibi valeant vendicare. Dic ergo quod qui eccleſiam conſequitur a laico, ipſo iure ſuſpenſus eſt. Ar. infra eadem. decimas. & capit. conſtitutiones. & capitu. ſi quis deinceps. niſi auctoritate Papæ habeat laicus inueſtituras, ſicut rex Angliæ: tunc poteſt dare cui vult præter auctoritatem epiſcopi. infra eadem ...

a Laici eccleſias, aut decimas habere nõ poſſunt.

c ſc. infra c. pia mẽtis. cum c. ſeq.

k ¶ Laicorum.] 63. diſtin. Hadrianus. 2. contra. ſed illud capitulum abrogatum eſt, vt diſt. ea. §. verum. Ioan.

Decimæ

Decimas.] CASVS Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. par. dicitur, quòd laici decimas poſsidere non poſſunt, & ſi receptas a quibuſcumque perſonis eccleſiæ cui competunt, non reddiderint, pœnam æternæ damnationis incurrent: & quòd clerici tantum decimas & primitias habere debeant, probatur auctoritate prophetæ dicentis. Inferte, &c. In ſecunda parte dicitur, quòd decimæ debent eſſe in poteſtate epiſcopi, ita vt omnibus clericis fideliter diſtribuat: nec quicquam alicui perſonæ exhibeat: ne alij propter hoc ſcrupuloſo corde moueantur, vel poſsint pati detrimentum. *In horreum*, id eſt, eccleſiam. Secunda pars incipit ibi, *Has vero*.

1 Pol. l. 3 tit. 12. Anſl. l. 5. c. 55 Pann. l. 8. c. 145.

Laici an poſſint ſine peccato decimas percipere.

a ¶ *Quas.*] videtur ergo ex hoc ca. & ext. de deci. ca. quamuis. & c. prohibemus. & extr. de præſcr. cauſam. quod laici peccant ſi decimas poſsideant. H. dicit quòd epiſcopus bene poteſt conferre laico decimas, ſicut etiam poſſet pignori ſupponere vel vendere, vt extr. de pig. c. 1. ſed ius ſpirituale non poteſt conferre. Alij vero dicunt, quòd quocumque modo accipiunt, peccant, per prædicta cap. & extr. de deci. ad hæc. quia etiam fructibus vti prohibentur: vt 10. quæſtio. 1. hanc conſuetudinem. Ego credo q. temporalia non poteſt habere laicus iure feudi, vt ad heredes deſcendant, ext. de deci. ad hæc. quia ius ſpirituale quod reſidet apud eccleſiā, ſine temporali conſiſtere non poteſt, ſicut corpus ſine anima, vt 1. quæſtio. 3. ſi quis. Item quia inutile eſſet illud ius eccleſiæ, vt dicit lex de vſufruct. vt inſt. de vſufr. §. 2. Nec obſt. extra. de his quæ fiū a prælat. cum Apoſtolica. quia ibi potius factum quam ius tangitur. extra. de app. ad pœnitentiam.

2 Deuſd. li. 3.

Mal. 3.

b ¶ *In horreum.*] Argu. quòd non ſolum dare, ſed etiam ad domum deferre decimum debent: arg. 5. ea. q. 1. reuertimini.

c ¶ *Sub manu epiſcopi.*] infra ea. q. nemini. contra. ſed ibi de iure patronatus agitur, quod laicus poteſt dare, & ab eo recipi. 5. diſtin. 32. præter. 5. 10. q. 1. decretum eſt.

3 in collect. 1. c. de cap. mona.

d ¶ *Honorabilius.*] 5. eo. q. 1. ad hoc. Contra. 5. 73. diſtinc. conſulu. 5. 1. q. 2. c. vlti. 5. 12. q. 2. Vulteranæ. in illis omnibus dicitur, quòd ſecundum merita perſonarum poteſt res eccleſiaſticas diuidere. Solu. hoc cap. loquitur de illis clericis, quorum præbendæ non ſunt diſtinctæ. Vel dico quòd loquitur de decimis & oblationibus, quæ æqualiter ſunt diuidendæ. pares ergo erunt reditus omnium qui ſunt in eadem eccleſia quoad præbendam, vt extra de conſtitu. cum omnes. & c. cum M. & extra. de præb. relatum. ſed ſecundum Apoſtolum vnus non debet eſurire, & alius ebrius eſſe: & quorumdam remiſsio alijs non debet eſſe tribulatio, vt 25. q. 1. §. his ita. in ſi. ſicut iniquum eſt inter ſocios. quòd vnus conſequatur plus quam alter. vt ff. pro ſo. verum. §. ſi cum tres. Vel dic quod non negatur hic quin ſecundum merita perſonarum poſsit diuidere res: ſed ſecundum carnalem affectum non debet eos diuidere. Ioannes.

reditus eorum qui ſūt in eadem eccleſia, debēt eſſe pares.

Vnde Gregorius VII. ait in concilio Lateranenſi, c. 7. lib. 6. regeſti.

¶ Decimæ a laicis non poſsideantur. C. I.

[1] DEcimas, quas[a] in vſum pietatis conceſſas eſſe canonica auctoritas demonſtrat, à laicis poſſideri Apoſtolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab epiſcopis, vel regibus, vel quibuſlibet perſonis eas acceperint, niſi eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. [2] Oportet[a] autē congruentius, nos decimas, & primitias, quas iure ſacerdotum eſſe ſancimus, ab omni populo accipere: quas fideles Domino præcipiente offerunt, iuxta illud vaticinium Malachię prophetæ. [Inferte omnem decimationē in horreum[b] meum, vt ſit cibus in domo mea.] ¶ Has vero decimas ſub manu epiſcopi[c] fore cenſemus: vt ille, qui ceteris præeſt, omnibus iuſte diſtribuat, nec cuiquam perſonę honorabilius[d] exhibeat, vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur: ſed ſint omnia communia: quia inhoneſtum videtur, vt alij ſacerdotes habeant, alij vero detrimentum patiantur, ſed ſicut vna eſt fides catholica, ita neceſſe eſt, vt ille, qui prouiſor eſt loci, quāuis multæ[e] ſint eccleſię, omnibus[f] tamen fideliter diſtribuat.

¶ Eſt canon ſeptimus concilij à Gregorio VII. Romæ in Laterano habiti anno Domini 1078. quod habetur libr. 6. regeſti. eiuſdem Gregorij. Eundem canonem repetiuit Innocentius II. in concilio à ſe Romæ habito, c. 9. Vtriuſque concilium extat in bibliotheca Vaticana.

a ¶ Oportet autem.] *Quæ ſequuntur vſque ad finem, in neutro concilio neque in Polycarpo, aut Pannormia neque apud Anſelmum habentur.*

Vnde Vrbanus. II.

¶ De eodem. PALEA. C. II.

[3] COngregato apud Claramontenſem vrbē multorū epiſcopōrum ſynodali conuentu, propoſita nobís eſt à quibuſdam eorum queſtio de eccleſiis, vel de eccleſiaſticis poſſeſſionibus à clericis, vel monachis, vſque in præſentiarum, inconſultis epiſcopis, acquiſitis. Nos autem vſi ſaniori cōſilio eorumdem epiſcoporum, condeſcendentes pro tēpore, prouidēteſque eccleſiaſticæ paci, vel quia aliter abſque ineuitabilis ſcandali periculo huiuſmodi queſtio non poterat procedere: Apoſtolica auctoritate decreuimus, vt ea, quæ à clericis, vel monachis, vel a quibuſcūque perſonis, prout potuerint, vſque hodie fuerint acquiſita, rata perenniter, & inconcuſſa permaneant, hoc tamen tenore, ne in poſterum inconſultis epiſcopis talia præſumant.

¶ Caput hoc in concilijs Vrbani non eſt inuentū. Habetur autē in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis, tit. de capellis monachorum, ex eodem Vrbano citatum.

Item Gregorius. VII.

¶ De eodem. C. III.

[4] PEruenit ad nos fama ſiniſtra, quòd quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ diœceſis, decimas, atque Chriſtianorum oblationes conferant, ſed potius laicalibus perſonis, militū videlicet, ſiue ſeruitorū, vel (quod grauius eſt) etiam conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & antichriſtos nō minimus habeatur. Et ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiūt ab eo laici, ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

¶ In vulgatis codicibus huic capiti erat præpoſitum nomen Paleæ: ſed habetur in omnibus manuſcriptis. Refertur autem plane iiſdem verbis 1. quæſtio. 3. peruenit. & de eo ibi notatum eſt. In Polycarpo eſt longe copioſius, & citatur ex concilio Africano.

4 5. 1. q. 3 peruenit. Poly. lib. 3. tit. 18.

Item Ambroſius in ſermone Quadrageſimæ, cuius initium [Ecce nunc tempus.]

¶ Fideliter decimas dat, qui omnium ſuorum decimas ſoluit. C. IIII.

QVicumque recognouerit† in ſe, quòd fideliter non dederit decimas ſuas, modo emēdet, quod minus fecit.[g] Quid eſt fideliter decimas dare? niſi vt nec peius, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano ſuo, aut de vino ſuo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio[h],

†al. recognouit

e ¶ *Multæ.*] quoad mēbra: quia ipſa eccleſia eſt vna, vt 7. quæſtiō. 1. Nouatianus. 24. q. 1. loquitur.

f ¶ *Omnibus.*] arg. pro capellis vt communicentur eis decimæ, vt 70. diſtinct. ſanctorum. ſupra eo. quæſtio. 1. cap. decimas. 5. 12. quæſtio. 1. videntes.

PEruenit.] CASVS. Quidam epiſcopi decimas & oblationes non dabant ſacerdotibus, ſed potius militibus, vel ſeruitoribus, vel cōſanguineis: quod cum ſignificatum fuiſſet Gregorio, ſtatuit vt epiſcopus qui talia fecerit, inter maximos hæreticos, & antichriſtos computaretur: & epiſcopus dator & laicus receptor deputentur pœnis æternis.

QVicumque.] CASVS. Statuitur in hoc ca. quòd ſi quis cognouerit ſe decimas non fideliter perſoluiſſe, modo ſoluat ad plenum, ſcilicet de omnibus fructibus & fœtibus, & de negotiis & etiam de venatione ſua.

g ¶ *Quod minus fecit.*] ſed pone quod aliquis diu nō ſoluit decimas: nec modo poſsit ſoluere niſi venderet omnia quę habet: nunquid tenetur ea vendere? Sic, ſed eccleſia debet ei dimittere vnde viuat: cum hoc idem eſſet ei datura. res enim eccleſiæ omnibus ſunt communicandæ. argumen. ſupra eadem. quæſt. 1. quoniam quidquid. nec enim ita auare ſunt omnia extorquenda: quia, habenda eſt eius ratio, ne egeat. argumen. ff. de re iudic. inter. §. vltimo. Item patet hic quòd ſicut laicus non poteſt præſcribere in decimis, ſic nec in quantitate decimarum: licet ſit argum. contra. extra de deci. in aliquibus. vbi dicitur quòd decimæ quædam ex longa conſuetudine debentur: ſed illud poteſt intelligi ſecundum decr. extra eo. ad Apoſtolicæ. Vel loquitur de decimis perſonalibus, quæ reddi debent eccleſiæ, in qua recipit ſacramentum. ſed certe iſtæ & illæ ſimiliter lege diuina debentur[a], vt 23. quæſtione quinta. dicat. Et not. quòd licet non currat præſcriptio in quantitate decimæ, tamen currit in quantitate cathedratici[b], vt extra de cenſ. olim. quod mirum videtur: cum clericus poſsit præſcribere in decimis, & non in cathedratico[c], cum cathedraticum non poſsit epiſcopus a ſe abdicare, vt extra de donatio. paſtoralis.

Res eccleſię omnibus ſu... communicandæ.

Decimarū quātitas vtrum poſsit præſcribi.

a Hoc videtur in tenore, quod dic vt plene no. de deci. ſup ...

b Quantitate ...

c Arg. cōtra ...

h ¶ *De negotio.*] de hoc dixi 5. e. q. 1. c. reuertimini.

a ¶ *Aut*

a ¶*Aut de ipſa.*] ī. 68. diſt. Eſau. contra. & c. qui venatorib. ī. di. 34. quorumdam. contra. Sol. ibi de arenaria venatione, quæ prohibita eſt hic de ſaltuoſa, quæ quibuſdam eſt conceſſa: de qua decimario dari præcipitur, arg. 23. q. 1. niſi bella. & c. noli.

O*Mnes decimæ.*] C A S V S. Statuit concilium Rothomagen. vt omnes decimæ, ſiue de fructibus ſiue de pomis arborum ſacerdotibus dentur, & ſi quis tertio commonitus eas dare noluerit, donec ſatisfaciat, anathematizetur. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad ca. & hoc diximus.

aut de ipſa[a] venatione ſua.

¶*In ſermonibus ſæpe citatis, qui B. Ambroſio inſcripti in bibliotheca Vaticana, & monaſterij Mediolanenſis ſeruantur, ſermone primo de Quadrageſima habetur hoc capitulum.*

Item ex concilio Rothomagenſi.

¶Excommunicentur, qui ſacerdotibus decimas dare nolunt. C. V.

2 OMnes decimæ terræ ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur[b] boues, † & oues, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt: quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonū, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod † mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & nō redimetur.] Sed quia modo multi inueniūtur decimas dare nolētes, ſtatuimus, vt ſecundum Domini noſtri præceptum admoneantur[c] ſemel, & ſecundo & tertio. Qui ſi nō emendauerint, anathematis vinculo feriantur vſque ad ſatisfactionē, & emendationem congruam.

¶*Hic etiam auctoritate veterum codicum inductum eſt nomen Palea.*

a ¶*Boues.*] *Hæc vſque ad ver. ſed quia. in aliquot vetuſtis codicibus non habentur. Sunt tamē etiam apud cæteros coll. [illegible]*

Item ex concilio Moguntinenſi.

¶Veterum exemplo decimæ ſoluantur. C. VI.

3 DEcimas Deo, & ſacerdotibus Dei dandas, Abraam[d] factis, & Iacob[e] promiſſis inſinuat: deinde lex ſtatuit, & omnes ſancti doctores commemorant.

Non autem decimæ ſunt redimendæ à populo ſi aliter dare eas noluerint.

Vnde in eodem concilio legitur.[a]

¶Decimæ non ſunt a populo redimendæ. C. VII.

4 DEcimas[f], quas populus dare non vult, niſi quolibet munere ab eo redimantur, ab epiſcopis prohibendum eſt ne fiat[g].

¶*Burchardus & Iuo citant ex concilio Moguntinenſi. Habetur in capitularib. li. 5. c. 46. & in legibus Longobardicis lib 3 tit. de decimis.*

Item Aug. lib. 50. homiliarum, hom. 48.

¶Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fiſci acceſſit. C. VIII.

MAiores noſtri ideo copiis omnibus abūdabant[h], quia Deo decimas dabant, & Cæſari[i] cenſum reddebant. Modo autem, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit indictio fiſci. Noluimus partiri[k] cum Deo decimas: modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.

Item Origenes hom. 15. ad c. 21. Matthæi.

¶Columbas vendit, qui eccleſiam indiſciplinatis committit. C. IX.

ET hoc diximus ſecūdum ſimplicem intellectū. Iuxta moralem autem talia dicemus: & primum quidem de templo, de quo per prophetam dixit Deus [Domus mea, domus orationis vocabitur.] Ergo ſecundū corporalem circunciſionē carnis, & ſecundum corporales legis feſtiuitates, & ſacrificia cōſequenter & templum Dei æſtimabatur, quod ex lapidibus inſenſatis erat conſtructum, primum quidem à Salomone[l], deinde reparatū ab Eſdra[m], poſtea vero poſt Chriſti aduentum à Romanis[n] deſtructum: & illa æſtimabatur domus orationis: qua deſtructa[o] neceſſe eſt, vt Iudæi quaſi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium ſpeculationis[p] Dei, nec poſſint ſecundum legem[q] Deo ſeruire. ¶Hoc ergo facto omnia Chriſtus eiecit[r] in myſterio ſpiritualiū actuum ſuorum, & tūc viſibiliter fecit, quod ſemper inuiſibiliter agit, eiiciens vendentes, & emētes de templo, & menſas nummulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas ad correptionem populi: vt non pro a mundanis feſtiuitates[s] in nomine Dei celebrēt, nec emptionibus, & venditionibus vacent in loco nō competenti, in quo nō debent emere, & vendere: ſed orationibus vacare, qui congregantur quaſi in domo orationis. ¶Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus viuis conſtructum, eſſe eccleſiam Chriſti. Sunt autem multi in ea, non, ſicut decet, viuentes ſpiritaliter, ſed ſecundum carnem militantes: qui & domum orationis de lapidibus viuis conſtructam faciunt ſpeluncam eſſe latronū actibus ſuis, non eccleſia Dei dignis,

Eſa. 56. Matth. 21.

2 Burc. l. 3. c. 130. Iuo p. 3. c. 196. Pann. l. 2. c. 58. Leuit. 27.

† omnium de cimarum boues, & oues, &c.] orig.

† al. & quod mutat, & quod mutatum eſt.

b ¶*Sanctificantur.*] id eſt miniſteriis ſanctis, id eſt ſanctæ Dei eccleſiæ, ſ. deputatis cōferuntur, vt 12. q. 2. nullus. ī. ea. q. 1. reuertimini.

c ¶*Admoneantur.*] trina enim admonitio debet præcedere vindictam. ar. 12. q. 2. indigne. ī. 5. quæſt. 2. præſenti. ī. proxi. q. 4. de presbyterorum.

D*Ecimas.*]

d ¶*Abraam.*] vt 24. q. 3. ſiicat.

e ¶*Iacob.*] cum iret in Meſopotamiam, dixit quod ſi ei bñ ſuccederet, decimas Deo daret.

aa ius ſpirituale an poſſit redimi.

f D*Ecimas.*] aa Ex hoc ca. & illo 1. q. 1. nullus. & 7. quæſt. 1. ſancitum. dicunt quidam, quòd non licet mihi ius meum ſpirituale redimere. & exponunt finē huius c. prohibendum eſt, ſcilicet epiſcopis ne fiat ab eis, ſcilicet vt redimant, quia ſimonia eſt. arg. extr. de ſi. Matthæus. & c. quereſlam. Alij dicunt quod ſi iniuſte vexor in iure ſpirituali, quod ad me pertinet, vexationē meam redimere poſſum. vt ſi timeo iniuſte deponi. ar. ext. de ſi. nobis. & c. dilectus. 1. & 1. q. 3. quæſitum. & iudicium iuſtū emere poſſum. arg. 14. q. 5. non ſane. C. de adult. ſerui. Io. conſueuit dici, quòd ſi ſum in poſſeſſione, poſſum redimere, alias non, vt ext. c. dilectus.

3 Burc. l. 3. c. 133. Iuo p. 3. c. 199. Pann. l. 2. c. 60.

g ¶*Ne fiat.*] ſupple redemptio decimarum, &c. ſicut dicit lex, quod faber non poteſt dare pecuniam pro ſpecie, vt C. de fabr. l. 1. libr. 11. arg. contra. 14. q. 6. comperimus[a]. vbi pretium recipitur pro re ſpirituali.

4 lib. 5. capi. c. 46. & i leg. Longobar. l. 3. tit. de decim.

4 Burc. l. 3. c. 134. Iuo p. c. 2. 200. Pan. l. 2. c. 62.

a Non quia ibi laicus nō debeat primari iure ſuo & res iā cōſecrata poterat ipſi laico reddi. A.

h M*Aiores.*] ¶*Abundabant.*] ī. e. q. 1. decimæ.

i ¶*Cæſari.*] ſupra. 11. q. 1. ſi tributum. ī. 23. q. 8. conuenior.

k ¶*Partiri.*] i. decimam partem dare, & ita aliud eſt partiri, & aliud partem. ff. de vſufr. etiā partis. ff. de ver. ſig. l. nomen. §. portionis.

E*T hoc diximus.*] C A S V S. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In 1. part. exponit Origenes litteram illam Euangelij, Intrauit Ieſus in templum, & eiecit omnes vendentes & ementes de templo. & oſtendit quòd templum dictum eſt illud quod fecit Salomon de lapidibus inſenſatis, de quo viſibiliter eiecit Ieſus vendentes & ementes: quia fecerunt ipſum domum negotiationis, & ſpeluncam latronum. In 2. part. dicitur, quòd Dominus hoc fecit in figuram ſpiritualium actuum: ne ſcilicet populus cum debebat facere feſtiuitates ad honorem Dei, & orationibus vacare, intenderet mundanis negotiationibus. In tertia parte oſtendit quòd iuxta tropologiam templum Dei dicitur eccleſia vel congregatio fidelium, vbi vendentes & ementes ſunt mali prælati, qui ſpiritualia pro pecunia donant, & oſtendit quòd Chriſtus dolet de peccatis eorum: & hoc probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Oſeæ, & Euangelij. In 4. parte oſtendit, quòd per venditores columbarum intelliguntur prælati qui ordinant indignos & irreligioſos epiſcopos vel presbyteros ad prælaturam eccleſiarum, qui Deo neſciunt reuerentiam exhibere. quod probat auctoritate Hieremiæ. *Secundum ſimplicem*, id eſt, litteralem. Pro mundanis, negotiationibus. Secunda pars incipit ibi, *Hoc ergo facto*. Tertia ibi, *Nunc autem arbitror*. Quarta ibi, *Et arbitror conuenire.*

ET HOC DIXIMVS. C A S V S. Ponit Origenes auctoritatem illam. Intrauit Ieſus in templum eiiciens vendentes, &c. dupliciter eam exponens ad litteram, vſque ad locum illum, *Nunc autem*. ſecunde moraliter vſque in finem. Sic ergo ordina litteram, incipe ibi, *Et primum*. Et cum veneris ad illum locum *nunc autem*. repetas principiū, & hoc diximus ſecundum ſimplicem intellectum. Iuxta moralem autem alia dicemus.

l ¶*Salomone.*] infra, de conſecra. diſtinct. 1. capit. 1.

m ¶*Ab Eſdra.*] reuerſo à captiuitate Babylonica, quia Nabuchodonoſor deſtruxerat templum.

n ¶*A Romanis.*] id eſt, à Tito & Veſpaſiano. 23. quæſtione quinta. §. hinc. 76. diſtinctio. ieiunium.

o ¶*Deſtructa.*] argumē. quod eccleſia deſtructa, non remanet locus priuilegiatus. ar. ad hoc extra de verbor. ſignificat. abbate. in fin. ſupra ea. cau. quæſtio. prima. generaliter. Argumentum contra. 19. quæſtio. 3. quæ ſemel. ff. de contrahend. empt. l. ædem. Sed dicimus hoc verum eſſe cum ſuperioris auctoritate eccleſia deſtruitur. argu. contra, de conſecrat. diſtinctione prima. placuit.

p ¶*Speculationis.*] id eſt, cognitionis & culturæ vnius Dei, ſicut olim dictum eſt[b]. Notus in Iudæa Deus, &c. nam modo vbique colitur.

b idem dicit L. cuius fuit hæc gloſſ & idem Ioā. de Fān.

q ¶*Secundum legem.*] eam ſequendo ad litteram, quo ad cæremonialia. vt extra de conſti. tranſlato.

r ¶*Eiecit.*] id eſt oſtendit officia turpia & immunda eſſe eiicienda.

s ¶*Feſtiuitates.*] non ideo reprehenduntur, quia ad feſtiuitates veniunt, ſed quia non diuinis inſiſtunt officiis, ſed turpibus cantilenis. de conſe. diſt. 3. c. 2.

a ¶*Pieta*

a ¶ *Pietatem.*] ſupra 3.q.5.accuſatores.
b ¶ *Quæ vtilitas.*] cum videt, quod non poteſt proficere in eis, dicit, quare fundo ſanguinem meum? vnde dicit, in ſanguine meo effuſo propter peccata redimenda.
c ¶ *Dum deſcendo.*] per eos in corruptionẽ, id eſt, ſi iterum corrumpitur eccleſia. nec enim dabis ſanctum tuum, id eſt, Chriſtum videre corruptionem, ſcilicet quantum ad membra, quia omnes corrũpuntur & inficiuntur peccatis. Vel i corruptionem, i. putrefactionẽ, ſ. corporis, vt detinerẽt in morte ſicut ceteri. q. d. nulla, ſi hoc eſt: quia nulli annſitiabor: nullum lucrabor.
c ¶ *Dum deſcendo.*] per varios grad' tormentorum, ſ. vulnerationem, verberationem, & colaphizationem. Pſal. 29.
d ¶ *Per Oſeæ.*] in li. 12. prophetarum, quorum primus eſt Oſeæ, nam hoc in Michæa, ca. 7. dicitur.
† *Michæam*] orig. & eſt Mich. 7.
e ¶ *Factus.*] id eſt, pauper & inops, paucos acquirens, ſcilicet ad modum iſtorum qui pauca colligunt.
† *al. ſit botro*] orig.
f ¶ *Si cognouiſſes.*] ſupple fleres, vel conuerſa a eſſes ad fidem per prædicationem. & eſt ibi defectus locutionis. Et eſt argu. q; nec teſtes, nec inſtrumenta vitiantur propter defectum locutionis. ſupra 1.q.3.ſaluator. & ff. de hær.inſt.l.1. in fin.
a Sub. ſicut alij ſupplẽt conuerſa, &c.
Luc. 19.
g ¶ *Qui tradunt.*] non ergo tantum ſimoniacis. & eſt ar. quod vbi cõmunis eſt cauſa, non refert cuius nomẽ exprimatur. C. de diuer. reſcrip.l.1. arg. 61. diſt. miramur b. auctoritas enim præmiſſa tantum de ſimoniaco loquitur, ſed hic extendit eam etiam ad alios. Io.
b Ad idem ext. de app. c.pen. C. de nat.lib. aut. ſi quis.
h ¶ *Auaris.*] ſupra diſt. 85. Florentinum.
CVM ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, q; cum eccleſiæ & oblationes ſint in poteſtate epiſcoporũ, tantum de manu eorũ ſunt recipiendæ. quod probat per ſeq. c. quorum primũ planum eſt.
Matth. 23.
† *dicentis*] orig.
i OMnes] ¶ *Poteſtate.*] ſupra diſt. 61. obitũ. ſupra 10.q.1.ca.3. ſupra ea. q. 5. c. 1. & 2. 3. 9. q. 3. c. 3. 3. e. q. 1. qui vere. ſupra 10.q.2. epiſcopus. niſi in aliquo ſpeciali priuilegio ab eius iuriſdictione ſint exemptæ. ext. de priui. cum & plantare.
Hier. 4.
NVllus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd null' clericus in quacunque dignitate conſtitutus debet tribuere curam animarum, vel præbendas alicui ſine auctoritate epiſcopi: cum iſta in epiſcopi poteſtate conſiſtant: & ſi quis contra fecerit, debet excommunicari.
k ¶ *Archipresbyter.*] extra de off. Archi. cum ſatis. arg. diſt. 63. ſi in plebibus. Arg. contra. 25. diſt. c. 1. Iſtud c. multum facit contra archidiaconum. Sed illi qui dicũt quòd archidiaconus vel alij prælati ex officio ſuo poſſunt dare præbendas, &c. intelligunt hoc ſine licentia generali. "Qui dicunt contra, per hoc c. intelligunt illud, ſi in plebibus. de ſpeciali licentia: quando, ſcilicet epiſcopus ſpecialiter ei concedit vt aliquem inſtituat. de conceſ. præb. conſtitutus. hoc enim delegari poteſt, vt ext. de præb. cum ſecundum. niſi hoc habeat ex generali conſuetudine vel ſpeciali. dum eſſet præſcripta. arg. tamen pro eis ext. de elec. cum in cunctis. ext. de off. del. ſuper eo. Sed illud c. ſi in plebibus. intelligitur de cuſtodia, vt ext. de app. bonæ.
" Archidiaconus an poſſit inſtituere.

ſed ſpelunca latronum. Qui enim conſiderat in multis eccleſiis talium Chriſtianorum peccata, qui arbitrantur quæſtum eſſe pietatem a, & cum deberent de Euangelio viuere, ſecundùm quod viuere decet ſeruos Dei, hoc non faciunt, ſed diuitias, & multas poſſeſſiones acquirunt, nonne dicet ſpeluncam latronem factam eſſe ſub illis eccleſiam? vt rectè dicat Chriſtus ad eos propter diſſipationem eccleſiæ ſuæ [Quæ vtilitas b in ſanguine meo, dũ deſcendo c in corruptionem?] Item ipſe per Oſeæ † d tali modo. [Væ mihi, quoniã factus e ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut qui racemum in vindemia, cum non ſunt † botri ad mãducandum, primogenita. Væ animæ meæ: quia periit timoratus a terra: & qui corrigat, in hominibus non eſt.] Et cum intellexeris Ieſum dicentem talia, & lugentem peccata noſtra, aſpice ſimul & illud, quod in Euãgelio ſcribitur] Cum vidiſſet Hieruſalem, fleuit ſuper eam, & dixit, quia ſi cognouiſſes f & tu.] Et ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalem, & rationabilius flebit ſuper eccleſiam, ædificatam quidem, vt eſſet domus orationis, factam autem propter turpia lucra, & luxus quorumdam (quod vtinam nõ eſſet) principum populi, ſpeluncam latronũ: & *infra.* ¶ Et arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarum eis, qui tradunt g eccleſias auaris h, & tyrannicis, & indiſciplinatis, & irreligioſis epiſcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantummdo appellauit Euangeliſta euerſas eſſe ab Ieſu. Et vtinam audirent hæc cum dicentis † admonitione ſcripturæ, qui gloriantur de cathedris Moyſi, in quibus ſedent, & vẽdunt omnes eccleſias columbarum, & tradunt eas talibus præpoſitis, ad quos rectè dicatur à Domino per Hieremiam Prophetam [Principes populi mei me non cognouerunt. Filij enim ſunt inſipientes, & non intelligentes: ſapientes ſunt ad malefaciendum, bene autem facere neſciunt.]

a ¶ Pro mundanis.] *Apud Originem legitur*, vt non pro mundi feſtiuitatibus in nomine Dei emptionibus, & venditionibus vacent. *Et hoc quidẽ propter gloſſam mutatum non eſt: multa vero alia partim ex originali, partim ex vetuſtis codicibus ſunt & emendata, & locupletata.*

Cum ergo eccleſia, & oblationes earum non conſiſtant, niſi in poteſtate epiſcoporum, patet profectò, quòd non ſunt ab alio recipiendæ, quàm de manu eorum.

Vnde in Aurelianenſi concilio 1. ca. 19. ſtatutum eſt.

¶ Omnes baſilicæ ad eum pertinent epiſcopum, in cuius territorio poſitæ ſunt. C. X.

1 OMnes baſilicæ, quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundum priorem canonum regulam, vt in eius epiſcopi poteſtate i conſiſtant, in cuius territorio poſitæ ſunt.

Item Calixtus † Papa.

¶ Archidiaconus, archipresbyter, præpoſitus, vel decanus, nec officia, nec beneficia eccleſiaſtica ſine conſenſu epiſcopi tribuat. C. XI.

NVllus omnino archidiaconus, aut archipresbyter k, ſiue præpoſitus, vel decanus animarum curam, vel præbendas eccleſiæ ſine iudicio, vel conſenſu epiſcopi l alicui tribuat: immo, ſicut ſanctis canonibus conſtitutum eſt, animarum cura, & pecuniarum eccleſiaſticarũ diſpenſatio in epiſcopi iudicio & poteſtate permaneat. Si quis vero contra hoc facere, aut poteſtatẽ, quæ ad epiſcopũ pertinet, ſibi vẽdicare præſumpſerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur.

Item Gregorius m ſeptimus in generali ſynodo præſidens dixit, c. 1. & 2. 2

¶ De manu laici epiſcopatus, vel abbatia ſuſcipi non debet. C. XII.

3 SI quis deinceps n epiſcopatũ, vel abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter epiſcopos, vel abbates habeatur: nec vlla ei vt epiſcopo, ſeu abbati audientia o concedatur. Inſuper ei & gratiam beati Petri, & introitum eccleſiæ interdicimus p, quouſque locum, quem ſub a crimine tam ambitionis, quàm inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ) cepit, non deſerit. ...

l ¶ *Epiſcopi.*] vel capituli, cum eccleſia vacat. arg. ext. de hære. ad abolendam. immo vniuerſitas bene poteſt conferre curã animarũ. ar. extr. de conceſ. præb. nulla.
m ¶ *Item Gregorius*] Hic mutat gratianus materiam.
SI quis deinceps.] CASVS. Præcipit Greg. in hoc ca. vt nullus clericus recipiat inueſtituram epiſcopatus, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis de manu laici. & ſi fecerit, inueſtitura non valeat: nec ei audientia præbeatur, ſi cauſam aliquam voluerit prætendere, vel ſi voluerit appellare: ſed introitus eccleſiæ ei interdicatur, donec deſerat quod male accepit. Laicus vero in quacumque dignitate poſitus qui præſumpſerit hoc, ſimili ſententia puniatur.
1 Pol.l.3.tit. 12. Bur.l.3.c. 8. Iuo par.3. c.10.
† *al. ex concilio Rothomagenſi*
n ¶ *Deinceps.*] ſupra diſ. 63. ſi per ordinationẽ.
o ¶ *Audientia*] Hic excommunicato non datur audientia. ſic ſupra 6.q.1.§. verum. & 23. q. 5. nõ vos. ſupra diſt. 23. in nomine. 3. 24. q. 3. de illicita. Io. Hæc glo. per hoc cap. non probatur. B.
p ¶ *Interdicimus.*] "Ex hoc videtur quòd tales ipſo iure ſunt ſuſpenſi. Sed contra videtur ext. de iur. patr. præterea. 1. vbi dicitur, quòd tales ſunt excommunicandi. Ad hoc quidam dicunt, quòd non ſunt ſuſpenſi c, ſed ſunt ſuſpendendi. & exponunt interdicimus, id eſt, interdicendum dicimus. Tu potes dicere quòd ſunt ſuſpenſi à canone: & ſic ſuſpenſus à ſuo prælato poteſt abſolui: cum conditor canonis ſibi non reſeruauerit abſolutionem. extra de ſent. excom. nuper. Si autem aliquis ſub tali conditione ſuſpenditur donec pœniteat: tunc quàm cito pœnitet, ſtatim eſt abſolutus, vt 25. quæſt. 6. nos ſanctorum. 81. diſtin. ſi quis amodo. H. tamen excipit duos caſus in quibus talis qui recepit eccleſiam a laico, non eſt ipſo iure priuatus, ſcilicet cum accedit poſtea conſenſus epiſcopi, vt ſupra ead. quæſt. 1. quoniam. & cum clericus præſcripſit vt extra de ius. patr. cura paſtoralis. Melius poteſt dici, quod tunc demum eſt priuatus quando recipit eccleſiam tanquam volens eſſe prælatus: ſed ſi recipit eam quaſi proprietatem aliquam, non vt ibi ſit prælatus: tunc non eſt ſuſpenſus ipſo iure. & ſic loquitur illud cap. cura paſtoralis. hodie tamen non videtur quòd talis poſſit abſolui ab epiſcopo: quia ineligibilis factus eſt: vt extra de elect. quiſquis.
" Eccleſiam recipiens a laico verum ſit ſuſpẽſus.
c ſcilicet à ſacramentis. ſecũdum id quod no. 63. diſt. ſi quis per ordinationem. ibi videas.
2 l.6. regiſtri eiuſdem.
3 Anſel. l.6. c.73. Deuſd. p.1.
1. Reg. 15.

a ¶ *Inueſtituram.*] Sed nunquid per inueſtituram receptam a laico factus eſt quis poſſeſſor? Arg. ꝙ non. extra de dona. per tuas. & extr. de iis quæ fi. à maio. par. cap. ex ore, & ext. de ſen. & re iu. cum aliquibus, Argu. contra ext. de conſue. ca.2.in fi. a & extra de ſuc. ab inte. cum dilectus. ff. de contrahen. empt.clauibus.& infra e.contra. in fin.

† *inueſtituras*] orig.

a De hoc in gl.vl. de renun.ſane.& ext.vt li.pē. eccleſia. in gl. eo ipſo, &c.

Q *Voniā inueſtituras.*] CASVS. Significatum fuit Greg. ꝙ quidā clerici recipiebant de manu laicorū inueſtiturā dignitatū vel eccleſiarum. quare præcipit Gregorius ne hoc decetero fiat. & ſi quis præſumpſerit, nec inueſtitura valebit : & ipſe vſque ad dignā ſatisfactionem ſubiacebit excōmunicationi.

1 Pol.l.2.tit.4. Anſ.l.6.c.73.

b ¶ *Vel fœminæ*] Arg. ꝙ ad præſentationem fœminæ pōt quis inueſtiturā conſequi, vt extr. iur.patr.ex litteris.

S *Ane Theſſalonicenſes.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Theſſalonicēſes epi metu Anaſtaſij Imperatoris conſenſerunt Timotheo hæretico patriarchæ Conſtantinopolitano : qui concilium Chalcedonēſe anathematizauerat. ſed xl. epi Illyrici & Græciæ facta profeſsione in ſcriptis diſcedētes ab eo adhæſerunt Papæ. In ſecunda parte dicitur, ꝙ Dioſcorus minor per manū regis factus eſt epiſcopus : & ideo populi ab eo diſceſſerunt. *Impoſitionem*, id eſt, confirmationem. Sequentia tria c. plana ſunt.

2 Di.63.omnis electio. Deuſd. p.1. Burch.l.3.c.109. Iuo p.3. c.85. & p.5. c.119.

c ¶ *Diſceſſerunt.*] 3.8.q.4.nōne cōtra. Solu. iſte inciderat in hæreſim iam dānatā : & ſic ſententia canonis erat lata in ipſum , vt 24.q.1. Achatius. item talis coniuratio nō fuit vitioſa: & ſic non obſtat 11.q.1, ſi quis clericorum.

† *qui*] orig.

d ¶ *Principes.*] Ergo canonici poſſunt recedere ab epiſcopo, quē Rex inueſtiuit. 79. diſt. ſi quis per pecuniam.

S *Icut Domini.*] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ſicut veſtimentum dñi nō fuit diuiſum: ita eccleſia ſcindi nō debet, quę tota eſt in vnitate & poteſtate epi, à quo eccleſiæ debēt ordinari: & ſi contra fiat, clerici & eccleſiæ interdicantur.

3 Deuſd.p.1.

† *al. ruſticorum*] orig.

e ¶ *Scindi*] diuidi tamē pōt eccleſia, vt de vna fiant duæ : ſed non ita diuidi , vt vna permaneat. 3.ca. qu.1. plures, idē eſt in præbenda, vt

lus idololatriæ) cepit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferiorib⁹ eccleſiaſticis dignitatibus cōſtituimus. *Item, c.2.* ¶ Si quis imperatorū, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet ſæcularium poteſtatum, aut perſonarū inueſtituram † a epiſcopatuū, vel alicuius eccleſiaſticę dignitatis dare præſumpſerit, eiuſdem ſententiæ vinculo ſe eſſe ſciat obſtrictum.

a ¶ Sub crimine.] *Antea legebatur* , ſub crimine tam inobedientiæ , quàm ambitionis, ex qua ſcel⁹ idololatriæ cepit. *Emendatum eſt ex concilio ipſo , & Anſelmo. Et eſt locutio valde familiaris Greg. 7. ex primo Reg.c.15.*

Idem ibidem, c.3.

¶ Excommunicationi ſubiaceat , nec inueſtituræ ſumat fructum, qui de manu laici eccleſiam ſuſceperit. C. XIII.

1 QVoniam inueſtituras eccleſiarum cōtra ſtatuta ſanctorum patrū à laicis perſonis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in eccleſia (immo ruinā ſanctæ religionis) oriri , ex quibus Chriſtiana religio conculcatur, decernimus , vt nullus clericorum inueſtiturā epiſcopatus , vel abbatiæ , vel eccleſiæ de manu imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ perſonæ, viri , vel fœminæ b ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit , recognoſcat inueſtituram illam Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe vſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere.

Item ex canone Apoſtolorum 31.

¶ De eodem. C. XIIII.

2 SI quis eps ſæcularibus poteſtatibus vſus , eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur & ſegregetur, omneſque, qui illi cōicant.

¶ *De hoc canone notatum eſt ſupra diſt.63.c. omnis electio. in verſ. ſegregetur.*

Item ex Chronico Anaſt. bibliothecarij.

¶ De eodem. C. XV.

SAne Theſſalonicenſi epiſcopo cōmunicante ob metum imperatoris Anaſtaſij Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo , quē † cōcilium Chalcedonenſe anathematizauerat, quadraginta epiſcopi Illyrici, & Græciæ conuenientes in vnum per profeſſionem in ſcriptis factā, vt à proprio metropolitano, diſceſſerunt c ab eo , & Romam mittentes Romano cōmunicare in ſcriptis profeſſi ſunt , *& paulo poſt.* ¶ Cum a Dioſcorus (*iunior*) manus impoſitionem accepiſſet, receſſerunt multitudines populorū † dicentes, quia niſi ſecundū q, ſanctorum continent Apoſtolorū canones fiat , non recipietur eps. Principes d cū inthronizauerant eum.

¶ *Caput hoc acceptum eſt ex Chronico Anaſtaſij bibliothecarij in iis , quæ de Anaſtaſio imperatore narrat: multaque ex ipſo originali ſunt emendata.*

a ¶ Cum Dioſcorus.] *Hæc eſt altera electio à priore, & ipſa facta nō canonice, & poteſtate laicæ: nam prior eſt Timothei ad ſedem Conſtantinopolitanā: hæc vero poſterior Dioſcori iunioris ad Alexandrinam. Vtraque vero à bibliothecario copioſe exponitur.*

Item Paſchalis Papa II.

¶ Excommunicetur, qui per laicos eccleſias obtinet. C. XVI.

iij SI quis clericus, abbas, vel monachus per laicos eccleſias obtinuerit , ſecundum ſanctorum Apoſtolorum canones 4, & Antiocheni a cōcilij capitulum, excommunicationi ſubiaceat.

¶ *Capitis huius, & ſequentis ſenſus eſt in fragmento manuſcripto concilij apud Guardaſtallum à Paſchali habiti anno Domini 1116. quod in bibliotheca Vaticana ſeruatur. Nauclerus etiam gen. 35. narrat Paſchalem apud Trecas conciliū habuiſſe: vbi inter multa ſententiam de libera paſtorum electione, & de coercenda laicorum in eccleſiaſticas dignitates præſumptione iuxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgarit.*

a ¶ Antiocheni.] *In concilio Antiocheno nihil expreſſe ſtatuitur cōtra eos , qui per laicos obtinent eccleſiaſticas dignitates. Verum c.23. præcipitur , vt in epiſcopo eligendo ſeruetur ius eccleſiaſticum. nempe, vt non eligatur epiſcopus, niſi cum ſynodo , & iudicio epiſcoporum : quibus verbis laici videntur excludi. In ſynodo autem Nicæna ſecunda, c. 3. repetitur, & confirmatur canon Apoſtolorum.*

Idem.

¶ Qui per laicos eccleſias obtinet , & qui manus imponit, communione priuetur. C. XVII.

COnſtitutiones ſanctorum canonum ſequentes ſtatuimus, vt quicunque clericorum ab hac hora in antea inueſtituram eccleſiæ , vel eccleſiaſticæ dignitatis de manu laica acceperit, & ipſe , & qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiaceat , & cōmunione priuetur.

Idem. ¶ De eodem. C. XVIII.

5 NVllus laicorū eccleſias , vel eccleſiarū bona occupet, vel diſponat. Qui vero ſecus egerit, iuxta beati Alexādri a capitulū ab eccleſiæ liminibus arceat. 5 Pol.l.1.tit.4.

a ¶ Alexandri.] *In epiſtolis Alexandri Papæ primi, nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verum in epiſt. Alex. ij. in qua ſynodum à ſe habitam repetit (quæ epiſtola ex vetuſto codice deſcripta Romam ex Hiſpania miſſa eſt) hæc inter alia habentur.* Decimæ, & primitiæ, ſeu viuorum & mortuorum oblationes eccleſiis Dei fideliter reddantur à laicis : & vt in diſpoſitione epiſcoporū ſint: quas qui retinuerint , à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur , *quod fere eſt idem cum c. præcipimus. ſupra ea. q. 2. Nicol. ij.*

Idem. ¶ De eodem. C. XIX.

SIcut Domini veſtimentum ſciſſum non eſt , ſed de eo ſortiti ſunt, ita nec eccleſia ſcindi e debet : quia in vnitate tota conſiſtit. In poteſtatē ergo proprij epiſcopi eccleſiæ reducantur: & ab ipſo (ſicut ſacris canonibus cautum eſt) ordinētur. Alioquin & eccleſiæ f ipſæ, & clerici earundem diuinis deſtituantur officiis.

Item Alexander Papa ij.

¶ Nullus clericus per laicos eccleſiam obtineat. C. XX.

PEr laicos nullo modo quilibet clericus, vel presbyter obtineat eccleſiā, nec gratis, nec pretio. Nullus habitū monachi ſuſcipiat , ſpem g, aut promiſſionem habens , vt abbas fiat. Nullus presbyter duas h habeat

extr. de præb. maioribus. ſimiliter ī prouinciis, vt 100. di. c.1. ff. de off. acceſſo. ſi eadem.

f ¶ *Et eccleſia.*] Sic ergo propter delictū vnius hominis ſubiicit tota terra iterdicto, vt ext. de deſp. non eſt vobis.

P *Er laicos.*] CASVS. Tria ꝓhibet in hoc c. Alexander. Primum eſt, vt nullus clericus retineat eccleſiam per laicos ꝑtio vel gratis. Secundū, vt nullus fiat monachus ſub hac ſpe vt ipſe abbas fiat. Tertiū eſt vt null⁹ ꝑsbyter duas habeat eccleſias.

4 Can. Apo. 31.

g ¶ *Spem.*] hoc c. intelligit Hug. niſi aliqua promiſsio præuenerit ſpem ſuam: aliâs (vt dicit) poſſunt monachi conuenire in aliquem, & dicere ei, ſumas habitum: volumus te eligere in abbatem cum fueris fact⁹ monachus. & quòd taliter poſsint conuenire in aliquem, eſt ar. 61. diſt. c. bene. a nam & laicus ſic pōt poſtulari in epiſcopū, vt 61. diſt. Oſius. licite eīn poteſt quis habere ſpem de dignitate , vt 61 di. quid ꝓderit. 74. diſt. cōſuluit. 8. q. 1. qui epatum. 77. diſt. c. 2. 59. diſt. ſi officia. Ioan. Sed hoc non credo : quia neophytus non poteſt eſſe abbas , vt ext. de elect. cum cauſam. & melius ext. de ele. officij. & c. cū ad noſtr. i. B.

a Laicus in epiſcopum poſtulatur.

h ¶ *Duas.*] intitulatas, niſi ſint pauperes , vt ext. de æta. & qua. cam te. & 10. q. 3. vnio b.

b Adidē 21. q.1. c.1. & c. relatio. H.

Quoniam

QVoniam.] Hæc eſt 2.pars quæſt.in qua dicitur, quòd nullus epiſcopus gubernare debet res eccleſiæ ſine œconomo, id eſt, clerico. & hoc probat per 5.c. Io.de Fant.

CASVS. Dictum fuit in Chalcedonenſi concilio, quòd epiſcopi ſine œconomis facultates eccleſiæ gubernabant: & ideo ſtatutum fuit, vt omnis epiſcopus de proprio clero habeat œconomum, qui res eccleſiæ diſpenſet ſecundum voluntatem epiſcopi: & ad hoc vt res eccleſiæ non diſpergantur, & epiſcop[us] propter hoc non infametur, & qui contra fecerit, canonicis conſtitutionibus ſubiacebit: quia (vt dicit Bene.) deponetur.

a ¶ *Vt rumore.*] Ei tamen non creditur, vt extra de eo qui cogno.conſang. vxo. ſuæ, ſuper eo.

b ¶ *Epiſcoporum.*] ſimiliter & aliæ conuentuales eccleſiæ habebunt œconomum, vt 9.q.4. cum ſcimus. & quandoque parochiales eccleſiæ, vt ext. de off. ordi. cum vos. [cc] & regulariter debet œconomus eligi per epiſcopum, vt 9.q.3. cum ſimus. C. de epiſ. & cle. omnes. §. ſed nihilominus. niſi conſuetudo ſit quòd capitulum eligat. de ele. cum eccleſia. Dicitur autem œconomus cui res eccleſiæ gubernandæ mandantur. C. de ſac. ſan. ec. iubemus. [cc] Vicedominus autem dicitur, qui adminiſtrat res epiſcopi, vt 89. diſt. volumus [a]. Syndici appellantur qui ad vniuerſitatem cauſarum conſtituuntur. Actor vero ad vnam cauſam, & ab vna perſona poteſt cõſtitui, vt ff. quod cuiuſq. vniuer. l. item. §. 2. inſt. de cura. §. vlt. Nec obſtat quod eſt ff. de mu. & ho. l. munerum. §. defenſores. vbi dicitur quòd Syndicus eſt qui ad certam cauſam conſtituitur: quia ibi large ſumitur nomen ſyndici pro quolibet defenſore.

c ¶ *De clero proprio.*] Arg. contra, ext. de iuras. cal. Imperatorum. vbi dicitur, q[uod] œconomus non erit vnus de collegio [b]. ſed ibi ponitur œconomus pro ipſo ſyndico.

d ¶ *Teſtimonium.*] ſupra 2. quæſt. penult. cum paſtoris.

IN *nona actione.*] CASVS. In concilio Hiſpalen. fuit relatum quod epiſcopi in rebus eccleſiæ diſpenſandis laicos habebant œconomos. Et ideo ſtatutum fuit vt iuxta Chalcedonen. concilium vnuſquiſque epiſcopus de proprio clero œconomum conſtituat clericum, & non laicum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima eſt, quia in vno & eodem officio non debet eſſe diſpar profeſſio. Secunda, quia lex Moſaica dicit, Non arabis in boue & aſino. Tertia eſt, quia conuenire non poſſunt quibus vota & ſtudia ſunt diuerſa. Si quis autem rem eccleſiæ gubernauerit per laicum, aut ſine œconomo, apud Deum iudicabitur reus: & concilio manebit obnoxius. Sequentia tria c. patent.

e ¶ *In nona actione.*] id eſt, dic.

f ¶ *Iudicare.*] ita diſt. 89. decenter.

g ¶ *In vno.*] 12.q.2. cognouimus.

1 Diſt. 89. quia in quibuſdã Anſelm. l. 6. c. 143.

† al. non per] Ἀλλὰ οἰκονόμων ſine œconomis

[cc] œconomus a quo eligatur.

[cc] Vicedñs quis dicat.

a Adde quæ ſit dña inter œconomum, actorem & ſyndicum, not. Bar. & gl. in l. actor. ff. rẽ rat. hab.

2 Burch. l. 2. cap. 89. Iuo p. 5. c. 195.

3 c. proxim. ſuperiore.

b Deut. 22. d hoc no. ff. q. cu. vni. l. plane. in Spe. d[e] ſynd. verſi. debet autem fieri, &c. ibi videas.

eccleſias.

¶ *Habetur in eadem epiſtola Alexandri II. paulo ſuperius in ca. nullus laicorum. citata. Nam ſtatim poſt ver. ſeparentur. ſequitur*, & vt per laicos, &c.

Item ex concilio Chalcedonen. c. 26.

¶ Singuli epiſcopi ſuos habeant œconomos. C. XXI.

2 QVoniam in quibuſdam eccleſiis, vt rumore [a] comperimus, præter † œconomos epiſcopi facultates eccleſiaſticas tractant, placuit omnem eccleſiam habentem epiſcopum [b], habere œconomum de clero [c] proprio, qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſecundum ſententiam proprij epiſcopi: ita vt eccleſię diſpẽſatio præter teſtimonium [α] [d] non ſit: & ex hoc diſpergantur eccleſiaſticæ facultates, & ſacerdotio maledictionis [β] derogatio procuretur. Quòd ſi hoc minime fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

α ¶ Teſtimoniũ.] *In vulgatis ſequebatur*, epiſcopi, *quæ vox inducta eſt auctoritate manuſcriptorum, & originalis ex verſione Dionyſij, quæ concordat cum priſca, & Græcis verbis. Alia etiam nonnulla ſunt emendata.*

β ¶ Maledictionis.] *Græce eſt*, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι. *quod in priſca verſione eſt*, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus, c. 9.

¶ Laici non ſunt conſtituendi œconomi, ſed ex proprio clero eligendi. C. XXII.

2 IN nona actione [e] didicimus quoſdam ex noſtro collegio contra mores eccleſiaſticos, laicos habere in rebus diuinis conſtitutos œconomos. [1] Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnuſquiſque noſtrum ſecundum Chalcedonenſium patrum decreta, ex proprio clero œconomũ ſibi conſtituat. Indecorũ eſt enim laicum vicarium eſſe epiſcopi, & ſæculares in eccleſia iudicare [f]. In vno [g] enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. Quod etiã in lege diuina prohibetur, dicente Moyſe [Non arabis in boue ſimul & aſino:] id eſt, homines diuerſæ profeſſionis in officio vno non ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris, & ſanctorum patrum obedire præceptis, conſtituentes, vt hi, qui in adminiſtrationibus eccleſiæ Pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant nec profeſſione, nec habitu [h]. Nã cohærere, & cõiungi non poſſunt, quibus & ſtudia, & vota diuerſa ſunt. Si quis autẽ epiſcopus poſthac eccleſiaſticã rem, aut per laicalem procurationẽ, adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandam crediderit, vere vt contemptor canonũ, & fraudator eccleſiaſticarum rerum, non ſolum Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiam concilio manebit obnoxius.

Item in ſynodo Romana tertia Symmachi Papæ, c. 3. [4]

¶ Non habeat laicus aliquid ſtatuendi in eccleſia facultatem. C. XXIII.

5 NOn placuit † laicũ ſtatuendi in eccleſia (præter Papã Romanum) habere aliquam poteſtatẽ: cui † obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi.

Item ibidem Eulalius epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit. [5]

¶ Eccleſiaſticas facultates laici diſponere non poſſunt. C. XXIIII.

7 LAicis, quamuis religioſis, nulla de eccleſiaſticis facultatibus [α] aliquid diſponendi legitur attributa facultas [i].

α ¶ Facultatibus.] *Ante legebatur*, dignitatibus. *Emendatum eſt ex originali, (vt ſupra di. 96. Bene quidem.) epiſtola Stephani primi, ex decreto Paſchalis II. manuſcripto: quibus locis hoc idem reperitur.*

Item Calixtus Papa.

¶ Laicus ſacrilegus habetur, qui diſpoſitionem, vel dominationem rerum eccleſiaſticarum vſurpat. C. XXV.

iiij SI quis principũ, vel aliorum laicorum diſpoſitionem, ſeu dñationem † [k] rerum, ſiue poſſeſſionum eccleſiaſticarũ ſibi vendicauerit, vt ſacrilegus iudicetur.

¶ *Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur in decreto Paſchalis II. manuſcripto c. 5. ſed non eſt mutatum nomen Calixti: quia Pontifices iſti, qui iiſdem fere temporibus fuerunt, frequenter eadem decreta ſuorum anteceſſorum repetebant.*

Item Gelaſius Papa Senecioni epiſcopo.

¶ In eccleſia, quam quis ædificat, nihil ſibi præ cæteris vendicet. C. XXVI.

3 [6] PIæ mentis [l] amplecten[da] deuotio eſt, qua ſe † Iulius nobis in re Iuliana † ſui iuris fundaſſe perhibetur eccleſiam: quam in honorem ſancti Viti confeſſoris eius nomine cupit cõſecrari. Hanc recepta prius donatione, quam fundator miniſtris eccleſiæ aſſerit feciſſe, eam debeat conſecrare: nec aliquid vlterius habeat in eccleſia Iulianus præter aditum proceſſionis, *id eſt*, iuriſpatronatus.

h ¶ *Nec habitu.*] [cc] Num quid ergo albus monachus poteſt eſſe monachus inter nigros? videtur quòd nõ: quia quilibet confirmabit ſe moribus eorum inter quos viuit, vt 41. diſt. quiſquis. nam ex diuerſitate habit[us] ſcandalum generatur, vt 12. diſt. illa. 33. q. 5. quod Deo. Econtra videtur quòd nõ eſt ibi diſpar profeſſio, cum tantum monachalis profeſſio ſit ibi. nam dummodo clericalis profeſſio ſit, ibi vna profeſſio dicitur. 12. q. 2. duo. præterea videtur q[uod] monachus poſſit fieri canonicus, vt 74. di. quorundam [c]. & prælatus maior in ſæculari eccleſia, vt 51. diſt. c. 2. & etiam epiſcopus in ſæculari, vt 18. q. 1. c. 1. & ſic videtur quod licite poſſit eſſe in eadẽ eccleſia diſpar habitus quantum ad colorem veſtium. quod ſatis põt admitti. Et hoc H. concedit. tamen quanto magis ſe poſſunt tales confirmari aliis in exteriori habitu, hoc faciant, ne ſcandalum fiat. vnde monachus factus canonicus vel epiſcopus non abiiciat habitum: ſed retento habitu deſuper ferat habitum in quo magis conueniat eis inter quos eſt, vt ext. de vit. & honeſt. cler. Deus qui.

i LAicis.] ¶ *Facultas.*] Hoc verum eſt de iure communi, vt 96. diſt. bene quidẽ. ſecus ſi habeat hoc ex ſpeciali priuilegio: ita tamen, vt tunc duret illud priuilegium, vt 63. di[ſt.] ſynodo.

k SI quis principum.] ¶ *Dominationem.*] infra 23. q. 8. conuenior. 12. q. 2. quocunque.

PIæ mentis.] Hæc eſt 3. pars q. in qua dicitur quid iuris habeat patronus in eccleſiis: & hoc probat xj. auctoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. Quidam nomine Iulius ſupplicauit Gelaſio, vt eccleſiam quam in poſſeſſione Iuliana fundauerat in honorem ſancti Viti confeſſoris, faceret conſecrari. quare præcipit Gelaſius Senecioni epiſcopo in cuius parochia eccleſia illa fundata erat, vt

[cc] Monach[us] alb[us] an poſſit h[abit]e eſſe cũ inter nigros.

a Hoc per iſtud c. non [pro]batur, vt ibi no. ſecũdũ H. & L. hic aſſerũt. arg extr. de vi. & ho. cle. Deus q. vbi de hoc. Sed ibi Hoſt. no. cõtrarũ, & eſt expliũ ſcdm eũ, ex. de reg. ſup eo. vbi dt, & eſt efficax. arg. ext. de re. do. inter. vbi hoc ẽt no. à quo dicto ñ recedat. & clare colligo extr. de reg. ſicut in antiqua. vbi fuit iſte caſus. Arc.

4 ſupra diſt. 96. bene quidem.

5 Deuſd. p. 1. & 4. Anſ. l. 5. c. 9.

† *Non licuit laico*] orig. *al. non licet laicis*, di. 96.

† *al. quoi*

6 Et epiſt. 2. Stephani 1. c. 9. & i decretis Paſchalis 2. manuſcri.

7 Polyc. l. 6. tit. 1. Deuſdedit p. 4.

† *al. dominationem*

8 Anſ. l. 5. c. 9

† *al. Senitius*

† *al. mansionem*

l ¶ *Piæ mentis.*] Nunc vide quale ius patroni habeat in eccleſia. [cc] Eſt autem iuſpatronatus quoddam ius quod non eſt mere ſpirituale, nec etiam mere temporale. ſpirituale non eſt: quia competit laico, & tran

[cc] iuſpatronatus quale eſt.

& tranſit ad hæredes, vt infra ead. conſiderandum. temporale non eſt, quia vendi non poteſt, vt ext. de iurepat. de iure. Nec poteſt dici ꝙ partim ſit temporale, partim ſpirituale: cum ipſum ſit ſimplex, nec recipiat diuiſionem, vt ext. e. ti. c. 2. tamen bene cócedo quód ſit partim temporale, & partim ſpirituale: & tamen ſimplex eſt: quia talis diuiſio potius ad intellectum, quam ad actum referenda eſt, vt dicit lex, quæ dicit, quòd illud quod dicitur, quòd ſeruus dicitur communis, potius ad intellectum quam ad actum eſt referendum, vt ff. de ſtip. ſer. ſeruus communis. dicitur tamen annexum ſpirituali: ext. de iurep. de iure. " Efficitur autem quis patronus tribus de cauſis: dotatione, conſtructione, & fundatione. vnde verſus: *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.* Dotatione & cóſtructione, vt infra c. filiis. Fundatione, vt 18. q. 2. abbatem. Si quis autem poſt conſecrationé dat aliquid eccleſiæ, per hoc non fit patronus: ſed qui ante conſecrationem dat aliquid eccleſiæ, fit patronus: hoc ideo, quia ille perducit rem de non eſſe ad eſſe. Item alia ratione, quia ſi poſt conſecrationem fieret aliquis patronus, iam videretur imponi ſeruitus rei ſacræ: quod eſſe non debet, vt ff. de ſer. ſeruitutes. 2. §. vlti. & ꝙ humani iuris eſſe deſijt, ſeruitutem non recipit. ff. com. præd. l. caueri. " Sunt autem tria quæ conſequitur patronus, honorem videlicet, onus, & vtilitatem, honorem habet in præſentando, onus habet in defendendo eccleſiam, ne quis dilapidet eam, vt j. c. filiis. Vtilitatem habet: quia ſi vergit ad inopiam, prouidebit ei eccleſia, vt j. c. quicúque. & licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen ei abundantius quã alij, vt extr. de teſta. cum in officiis. " Transfertur autem ius patronatus quattuor modis in alium. Primo, ſucceſsione, vt infra ea. conſiderandum. Secundo donatione, vt ext. eo. ex inſinuatione. & conſultationibus. Tertio permutatione, vt infra e. nemini. Tranſit etiam quarto cum vniuerſitate, vt ext. e. cum ſæculum. " Ius autem patronatus non deſcendit ad heredes proportionibus hæreditariis, ſed quilibet eorum eſt patronus inſolidum, vt ext. e. c. 1. ſicut & alia iura, quæ incorporalia ſunt, inſolidum deſcendunt ad quemlibet heredum, vt ff. de ſeruit. vrb. Ioan.

" Patronus ex trib⁹ cauſis efficitur.

1 Pol. l. 3. tit. 32. Anſ. l. 5. c. 11.

† al. Frigetius

† al. qua

† al. deuotione

a De conſe. diſt. 1. eccleſias.

† al. quo

" Patronus tria cóſequitur ex iure patronatus, honor, onus & emolumentum.

† al. tertius

3 Deuſd. p. 4. Iuo part. 3. c. 102.

" iuſpatronatus quadrupliciter transfertur, res permutata, donatio, venditioque.

" iuſpatronatus tranſire facit nouus hre.

igitur frater chariſſime (ſi ad tuam diœceſim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari, collata [a] primitus donatione ſolenni, quam miniſtris eccleſiæ deſtinaſſe ſe præfati muneris teſtatur oblator, ſciturus ſine dubio præter proceſsionis [b] aditú, qui omni Chriſtiano debetur, nihil ibidé ſe proprij iuris habiturum.

Idem. ¶ De eodem. C. XXVII.

1 FRigétius † vero petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, in re ſua, quod † ſextilianú vocatur, baſilicam ſe ſanctorum Michaelis Archangeli, & Martini confeſſoris pro ſua defenſione † fundaſſe. Et ideo frater chariſſime ſi ad tuam pertinet parochiam, benedictionem ſupra memoratæ baſilicæ ſolenni veneratione depende. Nihil tamen ſibi fundator ex hac baſilica nouerit vendicandum, niſi proceſſionis aditum, qui Chriſtianis [c] omnibus in commune debetur.

Item Clemens epiſt. 2. ad Iacobum.

¶ De eodem. C. XXVIII.

2 ECcleſias per congrua [d], & vtilia facite loca: quas † diuinis precibus ſacrare oportet, & [α] in ſingulis ſacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari.

α ¶ Et in ſingulis.] *Addita ſunt hæc vſque ad verſ.* quos. *ex originali.*

Item Leo quartus † Carolo regi.

¶ Laici presbyteros de eccleſiis non eiciant. C. XXIX.

3 COntra ſanctorum patrum cenſuras videtur exiſtere, ſi ſæcularis, vel laicus presbyteros ab eccleſiis, in quibus tempore ordinationis eorú nominati [α] [e], vel introducti fuerint, videtur † expellere [f]. ¶ Si vero fundatores eccleſiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eiſdem eccleſiis temporalis vitæ ſuffragia percipiant.

α ¶ Nominati.] *In vetuſtis exemplaribus, & apud Iuonem legitur,* denominati, *vt ſignificet recitationé nominis eius, qui promouebatur, & eccleſiæ, ad quam ordinabatur: de qua dictum eſt ſupra diſt. 70. c. neminem. Erat autem hæc canonica adſcriptio, & inſtitutio ad illam eccleſiam, & non ſimplex nominatio, prout auctor gloſſæ accepit.*

Vnde in Toletano concilio 4. c. 37. legitur.

¶ Fundatores eccleſiarum, ſi inopes cœperint eſſe, ab eiſdem alimenta accipiant. C. XXX.

QVicunque fideliú deuotione propria de facultatib⁹ ſuis eccleſiæ aliquid [g] cótulerint, ſi forte ipſi, aut filij eorú redacti fuerint ad inopiã [h], ab eadé eccleſia ſuffragiú vitæ pro temporis vſu percipiant.

Si ergo eccleſiaſticas facultates diſpenſandi poteſtatem non habent laici, multo minus eccleſias ipſas quibuſlibet ad regendum committere, vel aliis auferre valent. ¶ *Hic autem diſtinguendum eſt, quid iuris fundatores eccleſiarum in eis habeant, vel quid non. Habent ius prouidendi, & conſulendi, & ſacerdotem inueniendi: ſed non habent ius vendendi, vel donandi, vel vtendi, tanquam propriis.*

Vnde in canonibus inuenitur concilio Toletano 9. c. 1.

¶ Heredes eius, qui eccleſiam conſtruxit, & ipſi pro ea ſollicitudinem gerere debent. C. XXXI.

FIliis, vel nepotibus, ac honeſtioribus propinquis [i] eius, qui conſtruxit, vel ditauit eccleſiam, licitum ſit hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, vt ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut commonitionis honeſtæ

caufas debet eccleſia tranſmutari in alium locum, vt infra c. ſi quis vult. & de conſecr. diſt. 1. tribus. & 85. diſt. quorundam.

e COntra] ¶ *Nominati.*] Ergo ex ſola nominatione aliquis conſequitur ius, vt 72. diſt. placuit. 8. q. 2. dilectiſsimi. 2. q. 6. nominationes. De hoc dixi 63. diſt. quanto.

f ¶ *Expellere.*] Hic habes ꝙ expelli videtur qui non admittitur ad dignitatem, ad quam eſt nominatus vel electus. nam idem eſt auferre quod non dare, vt dixi ſupra ea. q. 1. decimæ. facit ad idé extra de reſt. ſpol. ſæpe. ff. de bo. auth. iud. poſſid. quamuis. Arg. ext. de ap. ſignificauit. vbi dicitur: nemo deiicitur, niſi quis poſſeſsionem habuit. & ff. de vi & vi arm. l. 1. §. hoc interdictum. Ar. contra, vbi et tantum qui poſſedit, datur hoc interdictum.

† al. mittetur

SI VERO. CASVS. Supra dictum eſt in ca. piæ. & ca. Frigentius. quòd patronus in eccleſia quam fundauit, aditú habeat proceſſionis. Nunc oſtendit Grat. ꝙ ſi ad inopiam vergat, debet inde percipere alimenta. quod probatur per ſequen. cap.

QVicunque] CASVS. Statuit in hoc c. concilium Tolet. vt ſi patroni primi, vel eorum filij ad inopiam redigantur: ab eccleſia, vnde ſunt patroni, ſuſcipiant alimenta.

g ¶ *Aliquid*] nó tamen propter quálibet rem modicam datam ante conſecrationem efficitur quis patronus, niſi tantum dederit, quod ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria, vt de conſecr. diſt. 1. nemo.

h ¶ *Ad inopiam.*] " Sed nonne eccleſiæ tenentur omnib. pauperibus ſubuenire, vt ſupra e. q. 1. quoniam? Reſp. ſic, ſed illis abundantius quam aliis, ext. de teſta. cum in officiis. & melius prouidebit ei, qui quandoque fuit diues, quàm pauperi, vt 42. diſt. non cogantur. Illud autem intelligas, quando patronus in ſummam egeſtatem deductus eſt, & quando eccleſiæ ſupereſt. 25. q. 2. §. vlt. ad finem. in eo enim caſu libertus tenetur alere ſuum patronum, vt ff. de agno. lib. l. ſi quis a liberis. §. parentes. & §. pen.

" Patrono pauperi dét ab eccleſia ſubueniri.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, dicens, quòd ſi laici res eccleſiæ diſponere non poſſunt, multo minus eccleſias aliis dare, vel offerre valent. Et oſtendit quòd patroni habent ius inueniendi ſacerdotem in eccleſia, & prouidendi eccleſiæ, ſed non alienandi, vel vtendi rebus eccleſiæ tanquam propriis.

FIliis vel nepotibus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd ſi patroni viderint ſacerdoté bona eccleſiæ defraudantem, denuntient epiſcopo vel iudici ab epiſcopo inſtituto. Et ſi epiſcopus defraudauerit, vel fraudari permiſerit, inſinuent metropolitano, qui ſi talia faciat, vel fieri permittat, conquerantur regi. In 2. parte dicitur, quòd patroni nulla bona eccleſiaſtica inuadere, vel fraudare debent, ſeu nullum damnú eccleſiæ inferant: & ita eccleſiæ ſeruiant, vt à Deo multá, vel ſaltem aliquam retributionem mereantur. Et ſi quis cótrafecerit, ablata reſtituet, & annuæ ſubiacebit excommunicationi. Secunda pars incipit ibi, *Ipſi tamen heredibus.*

i ¶ *Propinquis.*] " Et ſic videtur quòd iuſpatronatus non tranſeat niſi ad heredes ſanguinis tantú. tamé cap. indiſtincte loquitur de quolibet herede [c]. infra ea. conſiderandum. & c. ſi plures. Sed nunquid patre damnato de crimine, amittit filius iuſpatronatus? Videtur quòd ſic, vt 6. q. 1. §. verum. & l. ſi quis cum. & ff. de iurep. qui contra. & l. 4. arg. contra. Dicunt quidam quòd non priuatur illo niſi a ſolo Papa, cum illud habeat auctoritate canonis. arg. extr. eo. tit. c. 1. Vel dic quod

" iuſpatronat⁹ ad quos heredes tráſit.

c & hoc téxt ſecũdm L. de hoc not. 8. e. q. 1. conſtitutum.

a ¶ *Collata.*] Sed nonne antequam fundaretur, debuit dos aſsignari, vt de conſec. diſt. 1. nemo [a], vtique. ſed quod omiſſum fuit, inſtaurandum eſt, vt diſt. 8. quæ contra mores.

b ¶ *Proceſſionis.*] id eſt, quòd procedit cum ipſo ad epiſcopum cum clerici præſentantur. olim tamen nihil iuris habebant patroni præ aliis, vt 10. q. 1. nouerint. Vel dic proceſsionis, id eſt, promotionis: quia per eum ſacerdos promoueri debet. Item & ſi cenſus aliquis impoſitus eſt auctoritate epiſcopi, illum poteſt patronus petere, vt extr. eo. præterea. 18. q. 2. Eleutherius. Ioan.

a Vbi ď hoc. & ext. ď cóſ. eccl. c. cú ſi. cut. ibi v. d.

FRigentius.] CASVS. Præcipit Gelaſius cuidam epiſcopo vt conſecret eccleſiam, quam Frigentius in propria poſſeſsione ædificauit in honorem ſancti Michaelis & Martini confeſſorum, in qua eccleſia fundator nihil vendicabit præter ius patronatus. Sequentia c. plana ſunt.

b Ad hoc 7. c. proxi. in fi. & j. c. quicúque. & hic videas quod leg. & not. ſupra 1. q. 7. maximum.

c ¶ *Qui Chriſtianis*] ergo Iudæus non efficeretur patronus licet fundaret aliquam eccleſiam. ſupra ea. q. piæ. & infra ea. quocunque [b].

d ECcleſias.] ¶ *Per congrua.*] vt non ſit infirmus locus: nec ſint ibi prædones, nec aliquo modo periculoſus ſit. nam propter has

dic quod cum vniuerſitate laicus iudex poteſt aliquem priuare iurepatronatus, ſed per ſe non poſſet. arg. ad hoc extr. de iurepatr. ex litteris.

a ¶ *Denuntiens.*] “ Ergo patroni poſſunt accuſare vel denuntiare ſacerdotem, vt ſupra ea. q. 1. conſtitutum. Immo quilibet qui eſt de ſua plebe. arg. 63. diſt. plebs. & ext. de teſta. ex parte Adæ. Idem credo poſſe facere patronum in eccleſia conuentuali. argu. 63. diſt. Reatina. & c. nobis. & c. lectis. & ext. de iurepa. ea. nobis. Sed in hoc eſt differentia, quia in eccleſia conuentuali patronus non præſentat, nec eligit. extr. de iurepat. nobis. licet videatur eſſe contra. 18. q. 2. abbatem. Sed ibi electio poſſeſſoris, id eſt, requiſitio: quia facta electione requiritur conſenſus. ext. de elect. cum terra.

“ Patronus ſacerdotem accuſat.

conuentione compeſcant, aut epiſcopo, vel iudici corrigenda denuntient [a]. Quòd ſi talia epiſcopus agere tentet, metropolitano eius hæc inſinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, Regis [b] hæc auribus intimare nõ differant. ¶ Ipſis tamen heredibus in eiſdem rebus non liceat quaſi iuris proprij poteſtatem præferre, nõ rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunque præſumere: ſed hoc ſolum in ſalutarem ſolicitudinem adhibere: quòd aut [c] nullam † noxam operatio nocens attingat, aut multam †, vel aliquam partem ſalutaris mercedis † aſſumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare præſumpſerit, & male rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis annuæ [d] ſententiam ſubſtinebit.

† al. in nulla
† al. in multam
† al. merces

Item ex concilio Toletano 9. c. 2.

¶ Fundatores eccleſiarũ ordinandos in eis epiſcopo offerant. C. XXXII.

DEcernimus, vt quamdiu fundatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſolicitam, atque rectores idoneos [e] in eiſdẽ baſilicis iidem ipſi offerant [f] epiſcopis ordinandos [a]. Quòd ſi tales forſitan non inueniantur ab eis, tunc, quos epiſcopus loci probauerit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat, cum eorũ conniuentia ſeruituros. Quòd ſi ſpretis [ß] eiſdem fundatoribus rectores ibidem præſumpſerit epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam irritã nouerit eſſe, & ad verecundiam ſuam alios in eorũ loco (quos iidem ipſi fundatores [g] condignos elegerint) ordinari.

a ¶ Ordinandos.] *Quæ ſequuntur uſque ad verſ.* Quòd ſi ſpretis. *addita ſunt ex ipſo concilio.*

ß ¶ Spretis.] *Sic etiam legitur in codice Lucenſi regio: ſed in conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis*, Quòd ſi ſuperſtitibus.

Item ex Romana ſynodo Eugenij II. & Leonis IIII. c. 21.

¶ A dominio conſtructoris monaſterium non eſt auferendum. C. XXXIII.

b ¶ *Regis.*] vt eum corrigat cum per eccleſiaſticum iudicem cogi non poteſt, vt 11. q. 1. petimus. 17. diſt. nec licuit. vel etiam cum iudex eccleſiaſticus deſes eſt [a]. vt extr. de for. comp. ex tranſmiſſa [b]. alias non poteſt adiri iudex ſæcularis, vt 11. qu. 1. placuit, vt quiſquis.

a Al. deeſt.

b iſta decr. ſi probat, ... ad q̃d inducitur, nec credo lo. verũ dixiſſe, ꝑ id q̃d leg. & not. ext. de iu. qualiter. ib ſ. l. 3 Gof. idem dicat.

c ¶ *Quòd aut.*] ꝙ pro vt, hoc eſt dicere, vt aut in multo, aut in aliquo proſit eccleſiæ: aut ſaltem in nullo noceat.

d ¶ *Annuæ.*] id eſt, per annum abſtinebit a ſacramentis eccleſiæ, ſi laicus eſt [e]. ſi clericus deponetur. 12. q. 2. Apoſtolicos. & c. abbatibus.

e idem ſi eſt presbyter. 63. diſt. c. 1. ſed hoc ob hoc euadit pœnam depoſitionis, vt dĩ in gl. ſecundum Hug.

DEcernimus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt fundatores eccleſiarum curam habeãt & ſolicitudinem pro eiſdem eccleſiis: & idoneos rectores repræſentent epiſcopo in ipſis ordinandos eccleſiis. Si vero epiſcopus alios ordinauerit, non quos patroni obtulerint ordinandos, ad verecundiam ſui irrita erit ordinatio: & alij quos patroni voluerint, ſubſtituantur.

e ¶ *Idoneos.*] de eodem epiſcopatu, vt 71. diſt. hortamur.

f ¶ *Offerant.*] Dixit H. ꝙ in eccleſiis collegiatis hoc ius habent patroni, vt repræſentent prælatos epiſcopis: & vt interſint electioni, vt 18. q. 2. abbatem. & 5. e. q. 5. ſi quis epiſcoporum. & 63. diſt. principali. ſed contra eſt, ext. eo. ti. c. nobis.

g ¶ *Fundatores.*] & ſic videtur quòd auctoritate huius capituli laicus poſsit inſtituere in ſpiritualibus & temporalibus. Vel dic quòd ipſe epiſcopus reuocabit factum ſuum, vt ext. de elec. noſti. 50. diſt. pœnitentes. Item ſi epiſcopus primum præſentatum ſpreuit, & ſecundum recepit: tenetur primo prouidere, vt ext. eo. ti. paſtoralis. licet Alexander dederit epiſcopo electionem vtrum primum vel ſecundum velit recipere. ext. eo. ti. quod autem. & c. Lucius. eod. tit. cum autem aduocatus. cum ergo epiſcopus puniatur per illud c. paſtoralis, patet quod hodie epiſcopus non habet electionem.

h MOnaſterium.] id eſt, eccleſiam.

i ¶ *A dominio.*] id eſt, diſpoſitione. Eſt ergo hic arg. quòd epiſcopus inuito patrono non poteſt de eccleſia facere monaſterium, vt intra ca. proxi. quia tum derogaretur in hoc iuri patroni in electione: & in recipiendo ab eccleſia alimẽta: ſic nec dominus rei poteſt vſum rei immutare etiam in melius inuito vſufructuario. ff. de vſu & hab. l. vlt. Arg. tamen contra. 10. q. 1. c. 1. & infra ea. c. nemini.

MOnaſteriũ [h], vel oratorium canonicè cõſtructum à dominio [i] conſtructoris eo † inuito non auferatur: liceatque illi presbytero, cui voluerit, pro ſacro officio illius diœceſis cum conſenſu epiſcopi, ne malus [k] exiſtat, commendare.

† al. inuite

Item Gregorius Papa lib. 7. indict. 1. Secundino epiſcopo Tauromenitano.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

1 RAtionis ordo non patitur, vt monaſterium contra voluntatem fundatorum ab eorum diſpoſitione ad arbitrium ſuum quis debeat vendicare.

¶ *Apud Anſelmum & in Polycarpo hoc eodem modo habetur. In ipſa autem epiſtola præcedit oratio ex ſuperioribus & ſic legitur:* Quia rationis ordo non patitur, vt monaſterium ipſum, & maxime contra voluntatem fundatorum ab eorum diſpoſitione ad arbitriũ ſuum; præſertim laica perſona ſubducat, aut aliquod ſibi in id ius debeat vendicare. *Et cum inquit*, ab eorum diſpoſitione. *ſignificat monachos de quibus ſupra dixerat.*

1 Anſ. l. 5. c. 8 Pol. l. 3. ti. 12.

Prouidentia tamen, & admonitione epiſcopi à fundatoribus eccleſiæ honorari debent. Vnde Gregorius.

¶ Epiſcoporum prouidentia à fundatoribus eccleſiæ honorentur. C. XXXV.

2 COnſiderandum eſt de eccleſiis, quæ inter coheredes diuiſæ ſunt: quatenus ſi ſecundum prouidentiam, & admonitionem epiſcopi ipſi coheredes [l] eas voluerint tenere, & honorare [a] faciant. Sin autem hoc contradixerint, in epiſcopi poteſtate maneat, vtrum eas conſiſtere permittat, aut reliquias inde auferre velit.

¶ *In capitularibus, & legibus Longobardicis & apud Burchardum, & Iuonem qui & ipſi id aut ex decretis Gregorij Papæ, ſic habetur.* De eccleſiis, quæ inter coheredes diuiſæ ſunt, conſiderandum eſt quatenus, &c. *quæ quoniam ſententiam clariorem reddunt, viſa ſunt addenda, alio tamen ordine, ne vulgatum capituli initium mutaretur. Antea legebatur*, Conſiderandum eſt, quatenus, &c.

a ¶ Honorare] *In vulgatis Longobardicis eſt*, honores faciant.

Item ex concilio Triburienſi, c. 32. [3]

¶ Reliquiæ auferantur eccleſiis, ſi plures heredes de eis contenderint. C. XXXVI.

4 SI plures heredes contenderint de communi eccleſia, auferri [m] iubeat epiſcopus reliquias ſacras, & eccleſiam claudi:

k ¶ *Ne malus.*] Argu. quòd ſufficit aliquem non malum eſſe, vt no. 8. q. 1. licet. “ Et tenetur epiſcopus præſentatum recipere, niſi aliquid obiiciatur in perſonam eius, vt 65. diſt. de perſona. 50. diſ. poſtquam. & extr. eo. paſtoralis. Sed nunquid epiſcopus tenetur probare crimen quod obiicit? Videtur quòd ſufficiat ſi dicat: eligatis alium, vt 18. diſt. priuſquam. & 39. diſt. Petrus. quod poteſt admitti. ſed poteſt patronus cum ſuperiore agere vt epiſcopus crimen probet, vel eum admittat, vt 8. q. 3. Artaldus. 9. q. 3. nunc vero.

“ Præſentatus eſt admittendus.

l COnſiderandum.] ¶ *Coheredes.*] etiam extranei. & videtur quòd indiſtincte loquatur. nã quædam iure patronatus ad extraneos heredes tranſeunt, vt C. de in ius voc. l. 2. [d] videtur ergo quòd ſi patronus conferat eccleſiæ vel extraneo iuſpatronus, quod amodo non poteſt conuenire dilapidantes eccleſiam, vel etiam petere alimenta. arg. ad hoc ext. de teſtib. ſignificauit. Probabilius videtur quòd tali iuri quod eſt ad vtilitatem & fauorem inductum eccleſiæ, nõ poſsit patronus renunciare. vnde licet filij abſtineant ab hereditate: non ideo perdiderunt iuſpatronatus, vt ff. de iurepa. filij. nec enim generali renunciatione remittitur donũ, vt ff. de lib. leg. Aurelius. Ergo credo quòd tali iuri poſsit renunciari, cum donari poſsit, vt extr. ea. ex inſinuatione. Ioan. Sed ibi conceſſa fuit adminiſtratio, non iuſpatronatus. infra eodem. nemini.

d iſtam gloſ. ſequitur & tenet Bal. in d. l. 2 & gl. in l. ſi operarũ indicio. ff de op. lib. & in c. ſi. de iu. pa. & plẽ ꝑ Pau. d Leaz. i ſua q. inci. pronus eccleſiæ. ꝑ Bal. in c. ... 3. decedenti. q feu. da. poſ. & vide quæ ipſe no in l. 1. C. d bo. lib. ad. de Frid. cõſ. 112 & Cardi. conſ. 1 92

3 1 8 5. cap. C. 44 & in legib. Lõgob. lib. 3 tit. de epiſ. & cle. le. 44 Anſ. l. 5. c. 8. Bur. l. 3 c 41 Iuo p 3 c 41.

3 ſed ibi copioſius.

4 Anſ. l. 5. c. 71 Bur l. 3 c. 40. Et ſim. c. 42 ex cõcil. Mediomatricis, itẽque Iuo p 3 c 46

m SI plures.] ¶ *Auferri.*] “ Hic dicitur quod epiſcopus propter diſcordiã patronorum debet claudere eccleſiam, vt ext. ea. c. 1. & 2. Alibi dicitur quòd ſua auctoritate conferet ſi patroni non concordant vſque ad quattuor menſes, vt ext. eo. quoniam in quibuſdam. alibi vſque ad ſex menſes, vt extr. e. tit. cum tc. Diſtinguas ergo quia aut diſcordia eſt inter epiſcopum & patronum: aut inter ipſos patronos. Si inter epiſcopum & patronum, tunc epiſcopus ponet œconomum in eccleſia quouſque ſit terminatum negotium, vt extr. de off. ord. cum vos. Sed ſi inter patronos eſt diſcordia, aut eſt ſuper electione facta ab eis: aut ſuper ipſo iurepatronatus. Si in electione diſſentiunt [e], tunc ſi poteſt fieri ſine ſcandalo, proferat epiſcopus illum qui maioribus iuuatur meritis,

“ Patronis diſcordãtib. quid faciendum eſt

e Ad huiꝰ declarõem repete q̃d dixi 3 1 diſ Nicæna in ſi.

donec communi [a] conſenſu, & conſilio epiſcopi ſtatuant ibi preſbyterum, & vnde viuat.

4 *Vt ergo ex his auctoritatibus colligitur, de manu laicorum eccleſiæ recipiendæ non ſunt, niſi cum conſenſu epiſcoporum, iuxta illud concilij Moguntini primi ſub Carolo, cap. 29.*

¶ Non liceat laicis presbyteros de eccleſia eiicere. C. XXXVII.

1 LAici presbyteros de eccleſiis non eiiciant, neque † in eis conſtituant ſine conſenſu epiſcoporum ſuorum.

Item ex concilio Cabiloñenſi 2. c. 42.

¶ Abſque epiſcoporum conſenſu laici preſbyteros de eccleſiis non eiiciant. C. XXXVIII.

2 INuentum eſt, quòd multi, arbitrij ſui temeritate, & (quod eſt grauius) ducti cupiditate, preſbyteris quibuslibet abſque conſenſu epiſcoporum eccleſias dant, vel auferunt. Vnde oportet, vt canonica regula ſeruata, nullus abſque conſenſu epiſcopi ſui cuilibet presbytero eccleſiā det: quam ſi iuſte adeptus fuerit, hanc non niſi graui [b] culpa ſua, & coram epiſcopo [c] canonica ſeueritate amittat.

Sicut ergo auctoritate [3] Hieronymi [d] decimas male poſſeſſas à laicis epiſcopo conſentiente licet monachis de manu laicorum recipere, & eas perpetua ſtabilitate tenere, ſic & eccleſias à laicis male detentas, cum conſenſu epiſcoporum licet monachis ad ordinandum accipere, & eis in perpetuum prouidere.

Vnde Vrbanus Papa ij.

¶ Sine voluntate epiſcoporum decimas, vel eccleſias à laicis monachi non ſuſcipiant. C. XXXIX.

DEcimas, & eccleſias laicis monachi non ſuſcipiant abſque conſenſu & voluntate epiſcoporum. Quòd ſi aliter præſumptum fuerit, canonicæ vltioni ſubiaceant.

Item ex decreto Silueſtri † Papæ [4].

¶ Nulli liceat in ius ſuum monaſterium conuertere, alij tamen ad ordinandum tradere illud valet. C. XL.

5 NEmini [e] regum, aut cuiquā hominum in proprium † [f] ius liceat monaſterium [g] tradere, niſi ad aliud monaſterium, vel commutare niſi cum alio monaſterio, vel quocumque commercio † vendere [a]. Quod ſi factum fuerit, non valebit: ſed ipſum monaſterium in priſtinum reformetur ſtatum.

¶ *In capitularibus ſic habetur*. Nemini regum, aut cuiquam hominum liceat monaſterium tradere, vel cōmutare, vel quocumque commercio vendere.

[a] ¶ Vendere.] *In locis indicatis hæc ſequuntur.* Hoc etiam diuina, & Apoſtolica, atque canonica ſub anathematis pœna ſanxit auctoritas.

Item ex † decreto Bonifacij.

¶ Epiſcopi, & fratrum cōſilio monaſterium ad meliorandum alij ſupponere nullus prohibeatur. C. XLI.

5 [6] SI quis vult monaſterium ſuum ad meliorandum [h] in alium locum ponere, fiat cum conſilio epiſcopi, & fratrum ſuorum: & dimittat presbyterum in priori loco ad miniſteria eccleſiæ.

Item ex concilio Moguntinenſi [7].

¶ Publicæ pœnitentiæ ſubiiciantur, qui circumueniendo aliquos tondere præſumunt. C. XLII.

6 [8] COnſtituit [i] ſane ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi, ſiue abbates, qui nō in fructum animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali perſuaſione ſurripuerunt, pœnitētiæ canonicæ, vt pote turpis lucri ſectatores, ſubiaceant. Hi vero, qui illecti comam

---

vt ext. eo. quoniam in quibuſdam. Sed ſi pares ſunt, gratiam poteſt facere cui vult, vt 63. diſt. ſi forte. & ext. eo. cum autem. Si vero contentio eſt de iure patronatus, epiſcopus inſtituat aliquem in eccleſia: & ille poſtmodum præſentetur ab eo qui euincit iuſpatronatus, vt extr. e. tit. ſi vero. & hoc faciat ſi concordes non fuerint vſque ad ſex menſes a tempore vacationis vel vſque ad quattuor a tempore motæ controuerſiæ, vt ext. eod. ti. cum te. & c. cum propter. Si autem epiſcopus hoc ſine ſcandalo facere non poteſt, tunc claudet eccleſiam, vt hic dicitur, & ext. eo. tit. c. 1. & 2.

a ¶ *Communi.*] Ergo non ſtatur hic iudicio maioris partis, vt ext. eo. quoniam. ſic extra de reſcri. paſtoralis. ſimiliter videtur quòd in delegatis à principe non ſtatur ſententiæ maioris partis, vt C. de app. in offerendis. & l. iubemus. ſimiliter in diſcordia creditorum. vt C. qui bo. ce. poſ. l. vlti. ſimiliter in cauſa liberali, vt C. de communi ſer. ma. l. 2. §. hic valet. ſimiliter in omni re communi, vt ff. com. diui. Sabinus. & hodie in electione epiſcopi, vt ext. de elect. quia propter [a]. " Sed quæritur ſi duo ſunt patroni, & vnus reliquit plures filios, & alter vnicum, an ille vnus par ius habeat cum illis pluribus? Videtur quòd ſic, cum ex pluralitate ſucceſſorum nō debeat variari obligatio, vt ff. de verb. obli. l. 2. vnde omnes illi debent reputari pro vno, cum in loco vnius ſuccedant, vt ff. de condi. & demon. cui fundus. quemadmodum ſi plures ſunt modo canonici in eccleſia quam prius fuerunt: non plus iuris habent modo multi quam pri' habuerunt pauci. Sed contra: quilibet iſtorum eſt patronus in ſolidum, ergo illi plures plus habent iuris quam ille vnus. & hoc probatur ff. de bon. lib. ſi libertus. Item ſecundum hoc non plus iuris haberet cui conceſſa eſt poteſtas eligendi, quam prius per ſe habuit: quod falſum videtur, vt extr. de elect. ne pro defectu. & c. quia propter. & ff. de aſsig. lib. l. 1. in ſi. Dic quòd ſunt omnes æqualiter patroni, quia ius eſt indiuiſione, vt ext. e. c. 1. forte hoc verum eſt, cum hereditas eſt diuiſa. Vide c. 2. de iure patro. in clem.

VT ERGO. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat per 4. ca. quòd laici non poſſunt dare decimas, vel eccleſias ſine voluntate epiſcopi. Io. de Fant.

INuentum.] CASVS. Dictum fuit in concil. Cabilon. quòd quidam laici ſine conſenſu epiſcopi, propria auctoritate eccleſias dabant presbyteris, vel auferebant: & ideo ſtatutum fuit in eodem concilio, vt nullus det eccleſiam presbytero ſine cōſenſu epiſcopi. & poſt quam ipſam iuſte fuerit adeptus: non niſi graui culpa interueniente coram epiſcopo ordine iudiciario probata, eam perdat.

b ¶ *Niſi graui.*] non eſt ergo quis pro qualibet culpa deponendus, vt 68. diſt. c. 1. " Item arg. quòd nullus debet priuari ſuo beneficio ſine culpa ſua, vt 56. diſt. latis peruerſum. & ext. de conſtit. cognoſcentes. Arg. contra ext. de cle. ægro. c. vlt. Sed illud propter ſcandalum, pro quo multa omittuntur, vt diſt. 50. vt conſtitueretur. ext. de nou. oper. nun. cum ex iniuncto.

c ¶ *Coram epiſcopo.*] ergo ſolus [b] epiſcopus poteſt cognoſcere de crimine vbi agitur de priuatione beneficij, ſiue ad aliam pœnam: dummodo non agatur ad depoſitionem ordinis, vt notaui 15. q. 7. in ſumma. licet autem non remoueatur aliquis ab adminiſtratione niſi pro graui culpa: " tamen regulares prælati pro leui culpa remouentur, vt extra de ſimon. per tuas. in fin. & ſupra eadem quæſtione prima. cap. vlt.

SICVT ERGO. CASVS. Iſte §. reſpicit illud ca. quod eſt ſupra ead. quæſt. 1. quoniā quidquid. & concludit Grat. ex eo, dicens quòd ſicut monachis licet decimas de manu laicorum cum epiſcopi conſenſu recipere: ita & eccleſias. Sequēs c. planum eſt.

d ¶ *Hieronymi.*] vt ſupra e. q. 1. c. vlt.

NEmini.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd nulli principi vel laico alij licet tradere eccleſiam alicui in proprium vſum: ſed alij eccleſiæ poteſt eā tradere, vel commutare cum alia eccleſia: vendere vero nullo modo licet. & ſi contra factum fuerit, irritetur. *In proprium ius*, id eſt, in proprium vſum, id eſt, vt eo vtatur tāquam de re propria, vel vt ibi fiat cōmune habitaculum. Et dicit Bened. quòd hoc c. loquitur de laicis, qui priuilegio Papæ eccleſias poſsidebant: ſed poſtea ꝓpter mala, quæ inde oriebantur, eſt immutatum, vt ſupra c. quoniam quidam tamen intelligunt c. de iuſepatronatus, & non de ipſa eccleſia.

e ¶ *Nemini.*] quidam ſic ponunt caſum. Nulli licet dare iuſpatronatus priuatæ perſonæ, vel etiam commutare cum priuata perſona: ſed dari poteſt pro monaſterio, vel commutari cum monaſterio: vendi autem nulli poteſt. pro iſtorum caſu facit quod legitur extr. eod. ti. de iure. Sed eis obſtat extra ead. ex inſinuatione. in prin. Sed poteſt dici quòd ibi vnus alij ceſsit adminiſtrationem ſolidā. non enim dedit iuſpatronatus, cum prius fuiſſet patronatus. H. autem intelligit de ipſa eccleſia quod null' poteſt dare eccleſiā priuato, vt inde faciat habitaculū, vt 19. qu. 3. quæ ſemel. De permutatione eccleſiæ planum eſt, " quia non poteſt eccleſia permutari, niſi cum alia eccleſia, vt ext. de re. perm. ad quæſtiones. Satis credo quod ſiue ſit eccleſia, ſiue iuſpatronatus, bene poteſt concedi monaſterio: dum tamen habeatur conſenſus epiſcopi, vt extra eo. conſultationibus. in ſi. & c. nullus. ſimiliter & eccleſiæ ſæculari, vt ext. de reſt. ſpol. cum veniſſet. Io. Ego credo quòd iuſpatronatus poſsit concedi ſine epiſcopo [c], vt extr. ca. illud. B. Facit ca. 1. de iurepatron. lib. 6.

f ¶ *In proprium.*] id eſt, priuatum.

g ¶ *Monaſterium.*] id eſt, eccleſiam.

h SI quis.] ¶ *Ad meliorandum.*] Hæc eſt vna de tribus cauſis propter quas transferunt eccleſiæ de loco ad locum, vt de conſecra. di. 1. tribus. ſupra 7. q. 1. temporis. & eſt contra regulam illam. 19. q. 3. quæ ſemel. & perdit prior eccleſia priuilegium ſuum, vt ſupra eau. & hoc diximus.

COnſtituit.] CASVS. Quidam epiſcopi, vel abbates res vel hereditatem quorundam cupientes, eos allexerunt in tantum, vt habitum monaſticum induerent. Vnde quæſitum fuit in concilio Moguntinen. quid eſſet de hoc faciendum. Et reſpondet vt epiſcopi vel abbates ſicut turpis lucri ſectatores canonicæ pœnitentiæ ſubiaceant: illecti vero in monaſterio perſeuerent: res vero ipſorum heredibus reddantur.

i ¶ *Conſtituit.*] hoc capit. legitur vigeſima, quæſtione tertia. conſtituit.

---

1 in cap. l. 5. c. 82. Bur. l. 3. c. 131. Pan. l. 2. c. 47. Iuo p. 3. c. 87.

† al. neque conſtituant

2 Burc. l. 3. c. 112. Iuo p. 3. c. 88. Pan. l. 2. c. 46.

a Hoc plane intelligas, ſi dic ad h' declarbem, vt ext. de elec. lib. 6. c. ſi qs ſuſto. Arc.

" iuſpatronatus qualiter diuiditur inter heredes.

3 ſupra e. q. 2. c. vlt.

" Bñficio ſine culpa ſua nemo priuari debet.

b id eſt, ſine aliis epis, ſi non ſine ſuo capitulo, ſecundū H ſic ēt dz intelligi qd leg & noc s. e. q. 7. c. epi. ibi dixi. Arch.

" Regularis ꝓ culpa leui remouetur.

† al. Silueſtri

4 in cap. l. 5. c. 233.

5 Pol. l. 3. tit. 12. Bur. l. 3. c. 23. Iuo p. 3. c. 28. Anſ. l. 5. c. 90.

† al. proprio liceat

† al. commercio } al. commodo

† al. ex eodem

6 Pol. l. 3. tit. 16. Bur. l. 3. c. 26. Iuo p. 3. c. 31.

7 i Cabilloñ. 2. c. 7. 20. q. 3. conſtituit.

8 Bur. l. 8. c. 93. Iuo p. 7. c. 10. 11.

" Eccleſia cum eccleſia permutari poteſt.

c idem not. ſupra e q. 3. in ſum. & idē tenet hic Io. de Fan.

Congrega

CONgregatio.] CASVS. Tria dicuntur in hoc c. Primum eſt, congregatio monachorum eligat ſibi abbatem defuncto anteceſſore, vel depoſito propter delictum, vel cauſa aliqua recedente. Secundum eſt, vt abbatem in prælatura non retineat epiſcopus violenter, ſi recedere voluerit iuſta de cauſa. Tertium eſt, vt epiſcopus vel abbas non faciat aliquem abbatem vel monachum de propinquis vel amicis, niſi de fratrum proceſſerit voluntate.

a ¶ *Congregatio.*] infra 18. q. 2. abbas. & cap. abbatem.

b ¶ *Retinere.*] ſi vult propter humilitatem renuntiare, vt 18. q. 2. abbas. Nam admonere poteſt eum vt non renunciet, ſed non inuitum tenere licet, vt ext. de renun. c. litteras.

c ¶ *Propinquis.*] ſ. diſt. 89. decenter. Io.

† al. ex eodem) id eſt, Moguntino.

1 Burc. l. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

depoſuerunt, in eo, quod cœperunt, perſeuerare cogantur: res vero eorum heredibus reddantur.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone recitatur ex Moguntino, & multo plenius, eodemque plane modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. c. 7.*

Item ex concilio † Toletano.

¶ Sine voluntate fratrum aliquem de ſuis propinquis abbas ſibi ſubſtituere non valet. C. XLIII.

1 CONgregatio[a] debet ſibi eligere abbatem poſt abbatis ſui mortem, vel eo viuente, ſi ipſe diſceſſerit, vel peccauerit. Epiſcopus enim non debet abbatem violenter retinere [b] in loco ſuo. Ipſe autem non poteſt aliquem ordinare de ſuis propinquis [c] vel amicis ſine voluntate fratrum.

CAVSA XVII.

QVidam presbyter infirmitate grauatus ſe fieri velle monachum dixit: eccleſiam, & beneficium in manu aduocati [a] renunciauit. Poſtquam conualuit, mox ſe futurum monachum negauit, & eccleſiam, & beneficium repoſcit.

1 *Hic primum quæritur, verum reus voti teneatur, an liceat ei a propoſito ſui cordis diſcedere.*

2 *Secundo, an eccleſia, & beneficium ei reddenda ſint, quæ prius libera voluntate refutauit.*

3 *Tertio ſi contigiſſet eum ſe & ſua monaſterio tradidiſſe, an licentia abbatis liceret ei ad propria † redire.*

4 *Quarto, ſi ſine licentia abbatis retro abierit, an ſua ſibi ab abbate reddenda ſint.*

QVidam presbyter.] CASVS. Supra in decimaſexta cauſa tractatum eſt de iis qui in voto perſeuerant. Nunc de his agit Gratianus, qui à voto recedere volunt: ſed vt hoc competentius agat, ponit thema: & inde quattuor elicit quæſtiones.

a Adde q ad uocatus ſumitur hic p patrono eccleſiæ ſi. in l nec qdq̃. §. obſeruare ff. d of pcó. & leg. gl. & Bar. in l. t. §. aduocatos ff. de var. & extraor. co.

QVÆSTIO I.

1 QVod à voto [d] diſcedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim propheta [*Vouete, & reddite Domino Deo veſtro.*]

P5

Pſal. 75.

Item Auguſtinus.

¶ Quæ Deo vouentur, neceſſario reddantur. C. I.

QVod à voto.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes: in prima quarum probat per quattuor cap. quòd talis eſt voti reus, quod tamen falſum eſt. In 5. dat ſolutionem. Secunda ibi, *Gonſaldus.* Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an liceat ei pœnitere, qui infirmitate grauatus ſe velle fieri monachũ dixit. Et reſpondetur, ſi profeſsionem non fecit, ſed quod corde conceperit, ſimpliciter ore pronuntiauit, non cogitur quoad eccleſiam in voto permanere, vt infra c. 5. ſi ergo. in ſi. quoad Deum tamen peccat: vnde tenetur facere pœnitentiam de fide mentita, vt 27. q. 1. viduas. ante medium. Et procedit Gra. hoc ordine. Primo probat, quòd a voto ei recedere non licet. Poſtea reſpondet allegatis diſtinguendo. infra c. 5. ſi ergo.

† al. priora

d ¶ *Aunto.*] "hic quæritur an liceat alicui diſcedere a voto. Et in hac quæſtione magiſter diſtinguit, quòd aliud eſt votũ conceptum corde, ore ſimpliciter pronuntiare: & aliud eſt obligatione aliqua ſe obnoxium facere: ſed tamen quocunque illorum modorum quis voueat, non liceat ei recedere a voto quoad Deum: ſed quo ad eccleſiam licet a primo voto ei recedere: ſed non a ſecundo. Sed mirum videtur, cum hoc ſit peccatum quoad Deum, quare eccleſia illud tolerat: cum hoc ſit laqueum inijcere talibus, & decipere animas eorum, quod non eſt faciendum, vt 27. q. 1. de viduis. cum dominus ipſe noluit facere differentiam inter iuramentum & ſimplicem loquelam, vt 22. q. 5. iuramenti. Poteſt melius diſtingui inter deliberationem & voluntatem & votum. Si quis recedit a deliberatione [a], non peccat mortaliter. Si quis autem recedat à propoſito quod firme fixerat in animo ſuo, peccat: ſed venialiter ſecundum quoſdam, vt ext. de voto & vot. redemp. litteraturam. ſecundũ Hug. vero peccat talis mortaliter, ac ſi vere votis vouiſſet, vt j. ea. qui bona. Sed a voto quod verbis exprimitur ſiue cum ſolennitate, ſiue ſine ea, non licet recedere ſine mortali peccato ſecundum omnes, vt ext. qui cleri. vel vouen. rurſus, licet Alexander videatur dicere, quòd poſt votum ſimplex poteſt contrahi matrimonium, vt extra qui cleric. vel vo. veniens. Sed illud intelligas de comparatiua permiſsione. Io.

" Votũ deſerere verò ſit permiſſum.

a Hæc verſantur 1 animo, cũ. ſ. q ſecũ, reuoluit, & fluctuat Laur. Vñ delibera re eſt pmedi tari, cogitare. ſcdm Pa.

SVnt quædam, quæ etiam non vouentes debemus [e]: quædam etiam [f], quæ niſi vouerimus, non debemus: ſed poſtquam ea Deo promittimus [g], neceſſario [h] reddere conſtringimur [i].

¶ *Huius capituli ipſa omnino verba non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum, ſed fere eadem habẽtur apud Caſſiodorum in Pſal. 25. ad ver. vouete. quem citat gloſſa ordinaria ad eum locum.*

Item Hieronymus.[3]

¶ De eodem. C. II.

4 VOuentibus virginitatem non ſolum nubere, ſed etiam velle, damnabile eſt.

Item Gregorius in regeſto, lib. 1. epiſt. 33. ad Venantium.

¶ Dignus eſt ſupplicio, qui ſeipſum Deo ſubtrahit a voto reſiliens. C. III.

ANanias [k] pecunias Deo vouerat, quas poſt diabolica victus perſuaſione ſubtraxit. Sed qua morte mulctatus eſt, ſcis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abſtulit, conſidera, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum [l] Deo omnipotenti (cui te ſub monachali habitu deuoueras) ſubtraxiſti.

Act. 5.

Idem ſuper Ezechielem, li. 1. homilia 3.[5]

¶ Ante Dei oculos cadunt, qui bona, quæ concipiunt, agere recuſant. C. IIII.

QVi bona agunt [m], ſi meliora [n] agere deliberant [o], & poſt deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perſeuerent, in conſpectu tamen Dei ceciderunt [p] ex deliberatione, *Item paulo ſuperius.* ¶ Sunt qui cuncta relinquere, & Dei ſeruitio ſe ſubdere, & fræno caſtitatis ſe reſtringere deliberant: ſed cum poſt caſtitatem alios cecidiſſe conſpiciunt, ſe retrahendo, meritum perdunt.

SVnt quædam.] CASVS. Dicit Aug. in hoc ca. quod quædam ſunt, quæ etiam ſine voto facere debemus, vt facere eleemoſynam, & diligere Deum & proximum. Alia ſunt ad quæ non tenemur, vt ſeruare continentiam, & ire vltra mare: quæ poſtquam vouerimus, neceſſario ad ea coſtringimur. Sequens cap. patet.

e ¶ *Debemus.*] vt ad fidem ſeruandam, & generaliter ad omnia illa ſine quibus homo ſaluari non poteſt, de quib. habetur de pœ. diſtinctione 2. charitas.

f ¶ *Quædam etiam.*] vt continentiam, vt trigeſimaſecunda, quæſtione prima. integritas.

g ¶ *Promittimus.*] Argu. quòd ex nuda promiſſione quis tenetur, vt 12. q. 2. ſcimus. & quæſtio. 2. quicumque ſuffragio. 27. q. 1. cap. 2.

h ¶ *Neceſſario.*] " niſi tale ſit illud quod pendeat de alieno arbitrio, vt ſi vnus coniugatus promittat continentiam, non tenet, vt 27. q. 2. ſi tu. Item votum aliquod abſtinentiæ non poteſt facere vxor ſine viro. 33. q. 4. manifeſtum. nec monachus ſine abbate. 20. q. 4. monacho. Item nec filius impubes ſine voluntate patris [b]. 20. q. 2. c. 1. & 2. nec ſeruus ſine voluntate domini, vt 54. diſt. ex antiquis.

i ¶ *Conſtringimur.*] niſi fortius vinculum ſuperueniat. vigeſimaſeptima diſtinctione, ſi vir.

3 Aug. de bono viduitatis, c. 9. & gl. ordi. ad c. 5. 1. Tim.

4 ſ diſt. 27. vouẽtibus j. 27 q. 1. nuptiarum ſent. 4. diſt. 38.

" Vouere ñ omnibus eſt permiſſum.

5 ſeaſus ſummatim redditus.

b De hoc vide q̃d leg. & not 32. q. 2. mulier.

ANanias.] CASVS. Greg. in hoc cap. reprehendit quemdam monachum, qui dimiſerat habitum monachalem, & oſtendit, quòd reus erit in diuino iudicio: & hoc probat exemplo Ananiæ, qui ad preces Petri extinctus eſt, quia nummos quos Deo dederat poſtea ſubtraxerit. Multo magis puniri debet qui non nummos, ſed ſeipſum abſtulit Deo.

k ¶ *Ananias.*] De hoc habes duodecima, quæſtione prima. dilectiſſimis.

l ¶ *Temetipſum.*] Arg. quòd maior eſt alienatio perſonæ, quàm rei, ſimi. 12. q. 1. præcipimus.

QVi bona.] CASVS. Quidam bona facientes propoſuerant prioris renuntiare, & Deo ſeruire: ſed cum viderent alios cecidiſſe, ſe a propoſito retrahebant: qui & ſi in prioribus bonis perſeuerent, in conſpectu tamen Dei ceciderunt.

m ¶ *Agunt.*] ſcilicet matrimonium.

n ¶ *Si meliora.*] id eſt, continentiam.

o ¶ *Deliberant.*] firmiter proponendo: & tunc ſecundum Hug. peccant mortaliter [c], ſecundum alios venialiter.

p ¶ *Ceciderunt.*] improprie, ſcilicet ab eo, quod non habent, vt ibi, Cadent a latere tuo mille, &c.

c Hæc ſnia Hug. approbatur p Lau. Goſ. & B ext. a de vo. litteraturum.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, quòd ſacerdos iſte, qui in ægritudine ſe futurũ monachum vouit, pœnitere non poteſt. & ad hoc probandum inducit auctoritatem Aug. Poſtea reſpondet allegatis, dicens, quòd propter tale votum non cogitur habitum ſuſcipere, quia nec abbati ſe tradidit, nec profeſsionem fecit, quod corde conceperat, ore ſimpliciter enuntiauit. ſi autem profeſsionem feciſſet, reus voti haberetur. Et ad hoc inducit c. ſeq.

3 ¶ *Pronunt. at.*] ergo obligatur quis ex ſolo propoſito cordis [a], quod Aug. concedit.

¶ *Conſaldus.*] Hæc eſt ſecunda pars prime quæſtio. in qua probat cõtra, ſ. quòd niſi ſæculo renuntiet, poteſt iterum redire ad ſtatum priſtinum moribus emendatus. Io. de Fan.

CASVS. In hoc c. terminatur prima quæſtio, & intitulatur ſecunda, ſcilicet an iſte poſsit repetere beneficium cui renuntiauit, & dicendum eſt, quòd ſic, quia non renuntiauit vt debuit, & in paſsione corporis & alienatione mentis renuntiauit. Eſt ergo caſus huius c. Gonſaldus presbyter feruore paſsionis oppreſſus ſe futurum monachum promiſit, non tamen monaſterio, vel abbati ſe tradidit, nec profeſsionem fecit: ſed eccleſiam in manu patroni renuntiauit. ſed poſtquam conualuit, noleuat monachus eſſe, & eccleſiam repetebat, quæſitum fuit ab Alexandro, vtrum audiri debeat? Et reſpondetur, quòd ſic. vnde eccleſiam ſuam recipere debet, cum iuxta Benedictum & Greg. antequam monachus fiat, debeat eſſe in probatione per annum.

¶ *Gonſaldus.*] In hoc ca. terminatur prima quæſtio, & intitulatur ſecunda: an poſsit quis repetere beneficium cui renuntiauit, & dicendum eſt, quod ſic: quia non renuntiauit prout debuit, & in paſsione corporis renuntiauit, arg. 22. q. 5. ne quis.

c ¶ *Aduocati.*] arg. eſt hic, quòd illicita renuntiatio non præiudicat alieni, vt 6. q. 3. denique. & ff. de of præſi. legatus. & C de def. ci. l. vlt. arg. contra ext. de renun. quod in dubiis.

d ¶ *Refutauit.*] de hoc dixi 6. q. 3. denique. ſed ſi renuntiaſſet in manu prælati ſui, teneret renuntiatio, niſi tunc temporis non fuiſſet compos ſui, vt extr. de ſucc. ab inteſt. c. 3. [b] ſed cui iſtorum incumbit probatio? vel illi qui dicit quod fuerat compos, vel qui dicit, quòd non erat compos? arg. quòd illi qui dicit, quòd compos erat, vt 3. q. 9. indicas. Item, quia non eſt præſumendum de ſpontanea renuntiatione, vt extr. de renun. ſuper hoc. ff. de prob. cum de indebito. arg. contra ext. de fil. presb. c. ad hæc. ſed inteſt. cum dilectus. C. de cod. l. nec codicillos? Reſpondet ei qui dicit, incumbit probatio, vt ff. de prob. ei qui dicit. & probatur ſtultitia per verba proferentis, vt ext. de ſuc. ab inteſt. c. cum dilectus. in parte deciſa. ſi enim ſtulta verba dixit, præſumo quod non erat ſui compos, vt dicta decret. cum dilectus. & 93. diſt. legimus. in princ. Ioan. Sed an ſufficiat probare renuntiationem, vel teneatur probare ſpontaneam, quæritur? videtur quòd ad duo teneatur, ſcilicet ad renuntiationem, & ſpontaneam arg. prædictorum iurium, in quibus ſatis hoc innuitur. Ber.

Si ergo poſt votum quiſque neceſſario cogitur ſoluere, quod vouit, ſi vouentibus non ſolum nubere, ſed etiam velle, damnabile eſt: patet, quòd ſacerdos iſte ad executionem ſui voti cogendus eſt, & non ſolum non fieri: ſed etiam velle monachum non fieri, ſibi damnabile eſt. Quòd vero inter vouentes iſte computandus ſit, patet ex verbis Auguſtini dicentis [1] [Dixi confitebor, &c.] Magna pietas Dei eſt, vt ad ſolam promiſsionem peccata dimittat. Nondum enim pronuntiat [a] ore: & tamen Deus iam audit in corde. Votum enim pro opere reputatur.] Sicut ergo propheta inter vouentes reputatus, quia dixit, Ego confitebor, ſic iſte inter eoſdem computandus eſt, quia dixit, fiam monachus. His ita reſpondetur. Aliud eſt, propoſitum corde concipere, & etiam ore enuntiare: aliud eſt ſubſequenti obligatione ſe reum voti facere. Quia [a] ergo iſte propoſitum ſui cordis ore ſimpliciter enuntiauit, non autem monaſterio, aut abbati ſe tradidit, nec promiſsionem ſcripſit, nequaquam reus voti habetur.

Vnde Alexander Papa ſecundus ait.

a ¶ Quia ergo.] *In pleriſque uetuſtis exemplaribus hic eſt initium q. 2.*

QVÆSTIO II.

¶ Non cogitur aliquis in monaſterio manere, niſi profeſsionem fecerit in manũ abbatis. C. I.

2 Gonſaldus [b] presbyter quondam in infirmitate feruore paſsionis preſſus, monachum ſe fieri promiſit: non tamen monaſterio, aut abbati ſe tradidit, nec promiſsionem ſcripſit: ſed beneficium eccleſiæ in manu aduocati [c] refutauit [d]. [3] At poſtquam conualuit, mox ſe monachum negauit fieri. Quapropter quia & beati Benedicti regula, & præcipue Patris, & prædeceſſoris noſtri ſancti Gregorij Papæ canonica inſtitutio interdicit monachum ante vnius anni [e] probationem effici, iudicamus, & auctoritate Apoſtolica præcipimus, vt præfatus præbyter beneficia [a] [f] & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

a ¶ Beneficia.] *In uetuſtis exemplaribus, & apud Iuonem (apud quem caput hoc copioſius habetur) legitur,* beneficium: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſt. 70.

¶ Vxor poſt propoſitum continentiæ ducta dimitti non debet. C. II.

4 Nos nouimus, nos teſtes ſumus, quòd omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium ſanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua ſerui Dei monachi viuunt. Cum ergo te eſſe in hoc propoſito gauderemus, nauigauiſti [g], vxoremque duxiſti. Si coniugem non haberes, diceremus tibi, quod & Tubunis diximus, vt ſanctitate continentiæ viueres: ſed, vt te ad iſtam vitam non exhorter, impedimento coniunx eſt: ſine cuius conſenſione continenter tibi non licet viuere, quia & ſi tu poſt illa tua verba Tubunenſia ducere non debebas, illa tamen nihil eorum ſciens [h] innocenter tibi, & ſimpliciter nupſit.

¶ *Confictum eſt hoc caput ex verbis B. Auguſtini in epiſt. 70. ſed in epitomen redactis. Iuo autem integre refert.*

Ecce iſte corde concepit ſe monachum fieri, & ore pronuntiauit ſe velle in otium ſanctum conferre, non tamen poſtea coactus eſt ſuſcipere quod corde concepit, & ore pronuntiauit. Auctoritas illa Alexandri ſecuta inſtitutionem beati Gregorij, & beati Benedicti probandis annum indulget, ſed notis: ignotis vero triennium conceditur.

Vnde ex decreto Bonifacij [5].

¶ Ante probationem triennij nullus in monaſterio ſuſcipiatur. C. III.

6 Si quis incognitus monaſteriũ ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus [i] ei non præſtetur. Et ſi intra tres annos aut ...

e ¶ *Vnius anni.*] alibi datur biennium, vt 19. quæſtio. 3. monaſteriis. alibi triennium, vt infra eadem. ſi quis incognitus. & extra de reg. cap. 1. Sed poteſt breuiter dici, quòd ideo diuerſa tempora ſtatuuntur, ad oſtendendum, quòd ſunt arbitraria. Vel dic quòd clericus ignotus & laicus notus per biennium probantur: ſed clericus notus per annum. ſi tamen clericus notus per annum ſtatim voluerit conuerti, admittitur, vt ext. de reg. ad Apoſtolicam [d].

f ¶ *Beneficia.*] numquid cleric[9] qui fuit in probatione per annum, debet repetere beneficia ſua, cum clericus non niſi per tres ſeptimanas poſsit abeſſe ab eccleſia, vt ſeptima, quæſtione prima. ſi quis in clero. vel vſque ad ſex menſes, vt extra de cleric. non reſiden. ex tuæ? Sed dic vt notaui vigeſimaſeptima, quæſtione ſecũda. deſponſatam. Io. Sed de hoc quid iuris ſit, in quæſtionibus notaui. Ber.

Nos nouimus.] CASVS. Bonifacius comes promiſit ſe monachum fieri, poſtea duxit vxorem. vnde quæſiuit ab Auguſtino vtrum ratione prioris voti vxore non obſtante poſsit continere. Et reſpondet Auguſtinus quòd nõ: quia vxor innocens quæ ſine fraude nupſit, eſt impedimento.

g ¶ *Nauigaſti.*] ſicut nauigans ſubiicit ſe varijs periculis, nec proprio motu regitur, ſed ventis, ſic habens vxorem.

h ¶ *Sciens.*] ergo ſi sciuiſſet, quod votum ſimplex fecerat, peccaſſet ipſa mortaliter. quod verum eſt, ſicut & alter qui impediuiſſet votum illius, vt trigeſimaſecunda, quæſtione ſecunda. hoc ſanctum. & eſt ſimile extra de eo qui dux. in matrimo. propoſitum.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradicto ca. dicens quòd licet iſte comes ore pronuntiaſſet ſe velle monachum fieri, non tamen eſt coactus poſtea ſuſcipere quod corde concepit. Poſtea dicit quod iuxta beatum Greg. & Benedictum annus indulgetur notis ad probationem, ignotis vero triennium. & ad hoc inducit ſequens c. & reſpicit hoc finem illius c. Gonſaldus.

Si quis incognitus.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, ſi aliquis incognitus vult ingredi monaſterium, per quot annos debeat eſſe in probatione. Et reſpondetur, per tres. ſed ſi ſeruus, vel liber curiæ adſtrictus, vel adſcriptus, a domino ſuo intra triennium quæratur, reddatur ei talis cum omnibus quæ attulit in monaſterio, accepto prius iuramento de impunitate perſonæ. ſi vero intra triennium non requiratur à domino, poſtea non audietur dominus, niſi ſit tam longe, quòd inueniri non poſsit.

i ¶ *Habitus.*] [a] ergo tempore probationis erit in habitu priori, vt quinquageſimatertia diſtinctione, legem. & quinquageſimaquarta diſtinctione, multos. & extra qui cleric. vel vouen. ſuper eo. probabilius tamen videtur, quòd in habitu monachali debeat eſſe, cum non aliter poſsit experiri aſperitatem ordinis, niſi induat habitum. & quod dicit hic, non præſtetur, intellige cum effectu, & vt cum non poſsit reijcere.

a ¶ idẽ 13 Alex. de Imo in l. bonorũ. C. qui adm. ad bo. po. poſ. & ſent. 4 diſt. 27. Aug. Caſſiodo. & glo. ordi. 1 Pſ. 3. 7. de pœni. diſt. 1 c. 5.

2 Iuo p 6 c. 4 8. & copioſius 3 Pann l. 3. c. 183

b Ad idem ext. de reg. ſicut tenor. ſed hæc rõ ſ. eſt ſufficiẽs: nã et multo epõ intrare poſſet religionẽ 19 q. 2. dux ſunt. eſt ergo rõ quia non erat compos ſui. dom Io. de Fan.

c A. de de modo pbãdi quẽ furioſum p teſtes vel aliter, vt p B. l. & Mo der. i) furioſum C. qui teſt fa. poſ. & p gl i. l. ſi cõ dote 3. ſi maritus. ff. ſo ma. & ibi B. l. Ang. & Io. de Im. & per B. l in l. 1. ff. de bo. poſ. fur. Infan. delata & iu l is qui. §. ſi ff de cur. & cu. dan. his. l. mutum & ibi B. l ff. de acq. hę. Bar. in l. ſi quidẽ. ff ſo ma. cõc. ibi alle. & per do de S. Gem. in c. 1. § ſi vero. & ibi etiam rex de cle. ægr. li. 6. & c. filij. de hæret. in 6.

d De hoc eſt legi. & not. 53. diſt. c. vlt. & ibi dixi, de hoc ſatis not Rayn. in ſumma. ti. de vot. §. ſi autem, & c. Arc.

4 Iuo p. 7. c. 9. & 10. & p. 8. c. 16.

5 Nouel. 5. c. 2. & apud Iulianũ antec. nouel 123. c. 52 Cap l. 5. c. 2. 7.

6 Burd. l. 8. c. 20. Iuo p 7. c. 41 Pann. l. 3. c. 184.

a religio in quo habitu probari dz.

2 ¶ *Aut*

a ¶ *Aut libertus.*] per iſtud c. videtur ſoluta quæſtio, ſi vxoratus ſe & ſua tradidit religioni ſine licentia vxoris, & poſtea repetitur ab vxore, an poſtea ſint ei res ſuæ reſtituendæ. hic dicitur quòd ſic. Vel intelligitur de tali liberto, qui eſt adſtrictus alicui curiæ.

b ¶ *Intra triennium.*] ſed cum iſte ſeruus fecerit furtum ſui corporis quomodo rem furtiuam vſucapit triennio, cum nec ſpatio lõgi temporis poſsit ſeruus fugitiuus præſcribi, vt C. de ſer. fug. l. 1. Reſpõ. in hoc eſt fauor eccleſiæ. poſſet tamen dici, quòd eccleſia debet recompenſare damnum domino. 24. qu. 6. comperimus. conſimilis fauor eſt. j. ea. q. 4. quelli.

c ¶ *Longe.*] ex hoc videtur, quòd tantum currat illud triennium à tempore ſcientiæ. Alij dicunt, quod currit à tempore probationis.[a] vt dixi 54. diſt. ſi ſeruus.

† al. vel colonus

ſeruus, aut libertus[a] [a] colonus† quæratur à domino ſuo, reddatur ei cum omnibus, quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra[b] triennium non fuerit requiſitus, poſtea quæri non poteſt, niſi ſit tam longe[c], quòd inueniri non poſſit. Sed [β] tantum ea, quæ in monaſterium adduxit, dominus ſerui accipiat.

¶ *Caput hoc etiam in Pannormia citatur ex Bonifacio. A Burchardo autem & Iuone, & in pleriſque vetuſtis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Toletano. Sed in nullo eorum quæ impreſſa aut manuſcripta habentur, inuentum eſt, eadem tamen ferè ſunt in capitularibus, & apud Iulianum antecessorem nouella 123. c. 52.*

α ¶ Libertus.] *Sic emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & ex locis indicatis quam lectionem habuit etiam auctor gloſſæ. Antea legebatur* liber.

β ¶ Sed tantum.] *Hæc addita ſunt ex locis indicatis.*

a iſta fuit opi. H. qui dixit hoc eſt in fauorẽ religionis. vide ſup. hoc illũ § in authen. de monach. §. ꝗ ſingulis.

Q *Vòd autem.*] CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, qua quæritur an liceat monacho redire ad propria cum abbatis licentia? & reſpondetur, quod non: quia ipſe mortaliter peccaret ei licentiam dando, quare abbati non licet licentiam dare, nec ei licet retrorſum abire: quia ex quo ſe abbati ſubiecit, ſine eius permiſſu nihil agere poteſt, ſi mente ſana hoc fecit.

† al. priora

d ¶ *Quòd autem.*] Hic quæritur, an monacho recedenti reddenda ſunt quæ ſua fuerit. & dicendum eſt, quod non. 19. q. 3. quia ingredientibus. & j. proxi. q. 6. de lapſis. & in Authẽ. de monach. §. ſi vero relinquens. coll. 1. ſi tamen timetur de eius ſæuitia, poſſunt monachi permittere, vt ſua tollat, vt j. ea. q. 4. c. vlt.

QVÆSTIO. III.

Q Vòd autem[d], quæritur, an poſt traditionem ſit ei fas cũ licentia abbatis ad propria † redire, facilè monſtratur nõ poſſe fieri. Ipſum enim vel re criminoſum eſt. Qui autem manifeſto facinori deſinit obuiare cum poteſt, conſentit. Hic autem non ſolum non obuiat, ſed etiã permittendo fautor exiſtit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi: nec illi licet vtique retrorſum abire: quia ex quo ſemel ſe abbati ſubiecit, abſque eius permiſſione nihil agere poteſt.

S *I autem ſine.*] Hęc quęſtio diuiditur in ſeptem partes: in quarum prima probat per quattuor ca. quòd illi qui recedũt à monaſterio ſuo, non ſunt eis ſua reddenda. Secunda ibi, *Sicut antiquitus.* Tertia ibi, *Qui autem.* Quarta ibi, *Verum &.* Quinta ibi. *Occaſione.* Sexta ibi, *Etiam ſi epiſcopo.* Septima ibi, *Sed notandum.* Io. de Fant.

1 j. 16. qu. 1. poſſeſſiões.

QVÆSTIO. IIII.

1 p.

S I autem ſine licentia abbatis de monaſterio diſceſſerit, quæritur, vtrum ſua ſint ei reddenda an nõ. Sed poſſeſſiones, & res eccleſiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alieni licet.

Vnde Symmachus Papa [[1] *Poſſeſſiones, quas vnuſquiſque, &c.*] *& iterum in ſynodo Romana 3. c. 6.*

¶ Honore priuetur qui de iure eccleſiæ aliquid alienare præſumpſit. C. I.

2 Anſ. l. 4. c. 30. Poly l. 4. tit. 15.

2 Q Vicumque epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor[a] in conſtitutum[d] præ-

CASVS. Hæc eſt 4. q. qua quæritur an abbas reddere debeat alicui monacho recedenti ea quæ monaſterio dedit. Et reſpondetur quod non. 19. q. 3. quia ingredientibus. & j. prox. q. 6. de lapſis & in Auth. de mona. §. ſi vero relinquens. quia abbati non licet alienare poſſeſsiones & res eccleſiæ traditas, nec etiã alicui alteri licet. ſi tamen de eius ſæuitia timeatur, poſſunt abbas & monachi permittere vt ſua tollat, vt j. c. vlt.

Q *Vicumque.*] CASVS. Quidam epiſcopi vel alij prælati iniuſte alienabant res mobiles & immobiles eccleſiæ ſuæ: & ideo ſtatutum fuit vt qui talia faciunt, deponantur.

d *In conſtitutum.*] id eſt, contra conſtitutionem talia prohibentem.

e ¶ *In conſtitutum.*] i. contra hoc ſtatum. vel ponitur proprie[b]. incidit enim in pœnã: ſed ſi ſtatim reſtitueret eccleſiæ, pœnã effugeret, ext. de re. ec. non al. ſi quis presbyterorum. & 12. q. 2. non liceat. §. vlt.

b id eſt, incidit: aliud conſtitutum quicunq; quod ſimilia prohibet, ſecundum Lau. & Hu.

f ¶ *Vel exiguum.*] ergo pro alienatione rei modicæ deponitur aliquis. & ſic eſt arg. contra 12. q. terrulas, & extra. de don. 3. Sed intelligas hoc tale exiguum quod tamen vtile eſt eccleſiæ. Itẽ in huiuſmodi alienationibus valde attendenda eſt cõſuetudo, & lex municipalis, extr. de don. cap. 3. & ff. quod vi. aut clam. l. prohibere. §. nõ tantum.

ſens committens prædium[β] eccleſiæ magnum, vel exiguum[f], vel quidquam de iure eccleſiæ alienare tentauerit & donator, & alienator, & venditor honoris[g] ſui amiſſione mulctetur.

α ¶ Immemor.] *In concilio ipſo ſequitur, cuius Romanæ ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuinciri. Nã vt ſupra 12. quæſt. 2. Non liceat. dictum eſt, in ea ſynodo Romana tantum eccleſiæ legem Symmachus præſcripſit.*

β ¶ Prædium.] *Hoc loco omiſsis verbis ſexti capitis, eorum loco reſtituuntur hæc ex titulo eiuſdem concilij omninoque caput hoc ex verbis illius ſynodi ſuo modo collector aptauit.*

g ¶ *Honoris.*] ecce pœna alienantis. 12. qu. 2. quiſquis.

[*Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 11. epiſt. 31.*[3]]

PALEA. C. II.

4 R Atio nulla permittit, vt proprijs cuiuſquam vſibus applicetur[5], quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur.

3 ext de ſb. c. ratio.

4 Anſ. l. 5. c. 38. Poly. l. 3. tit. 12.

5. Concord tex in l. in rẽ. §. 1. ff de re. di. & in l. quãtus ff de au. & ar. le.

S *Vnt qui opes.*] CASVS. Quidam res quas cũ quodam mentis impulſu eccleſiæ contulerunt, reuocare volebant. Alij erãt qui dolebant res ſuas pauperibus diuiſiſſe. De primis dicitur, quòd donatio non fuit eis fructuoſa, quia iudicium non habuerunt, & poſtea ſacrilegium in auferendo committunt. De ſecundis dicitur, quòd pœnitere non debent, nec oportet eos agere pœnitentiam, quod eſſet eis periculoſum. Sequens cap. planum eſt.

Item Ambroſius lib. 2. de pœnitentia, cap. 9.

¶ Qui reuocandum putat, quod eccleſiæ contulit, ſacrilegij crimen incurrit. C. III.

S Vnt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non iudicio[h] perpetuo, vbi eccleſiæ contulerunt, poſtea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima[i] merces rata eſt, nec ſecunda[k]: quia nec prima iudicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Sunt, quos pœnituerit opes ſuas diuiſiſſe pauperibus. Sic eos[α], qui pœnitẽtiam agunt[l], hoc ſolum timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agant pœnitentiam[m].

α ¶ Sic eos.] *In originali legitur* Sed eos qui pœnitentiam agunt, hoc ſolum pœnitere non debent: ne ipſius, &c. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

h ¶ *Non iudicio perpetuo.*] q. d. non iudicio diſcretionis: quia illud eſſet perpetuum. nam niſi ſit perpetuũ, nullum dicitur. de pœ. diſtin. 1. diuortium. & ff. de re. iur. quidquid. & 23. q. 1. paratus.[a] Et eſt hic arg. quòd ſi aliquis emittat votum proprio quodã impulſu animi, quòd teneatur illud obſeruare. Sed ſi aliquis propter amorũ impulſum vel clamorem aliquod emiſit, tũc ſecus eſt, vt 22. q. 4. vnuſquiſque. nam electio facta ad aliorum impulſum, non valet; vt 8. q. 1. licet. & c. ſi ergo. ſimiliter nec libertas. ff. qui & à quib. manu. libe. non. fi. l. ſi priuatus.

a votũ emittẽs an ſemper teneatur illud ſeruare.

i ¶ *Nec prima.*] i. primũ factum eſt quo debuit mereri mercedẽ.

k ¶ *Nec ſecunda.*] ſcilicet reuocatio.

l ¶ *Agunt.*] id eſt, pœnitent quod dederunt.

m ¶ *Pœnitentiam.*] quia pœnitent & dolent quòd dederunt pauperibus, & de illo dolore ſine pœnitentia agant pœnitentiam.

Item Gregorius Sabino ſubdiacono, lib. 8. epiſt. 6.

¶ Qui ſacris locis derelicta retinere contenderit, ſacrilegium committit. C. IIII.

6 S Acrilegium[n] & contra leges eſt, ſi quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudiis, ſuis tentauerit cõpendiis retinere.

6 Anſ. l. 12. c. 4 Polyc. l. 3. t. c. 12.

S *Acrilegium.*] quia hic ſit mentio de ſacrilegio, quid ſit ſacrilegium videamus. Sacrilegiũ magiſtraliter varijs modis deſcribitur. Vno modo ſic: Sacrilegium eſt ſacræ rei violatio, ſiue in ſe ſiue in alio: & hoc appellatur ſacra res: ſiue ſit res ipſa ſacra, ſiue ipſa perſona eccleſiaſtica[c] Alio modo deſcribitur ſic, Sacrilegium eſt publici iuris tranſgreſsio. Quid autem ſit ius publicum, habes j. 1. di. ius publicum. largius tamen quandoque dicitur committere ſacrilegium qui diſputat de iudicio principis, vel cũ dies ſolennis violatur, vel cũ legibus ſiue canonib. reuerentia non impenditur.[a] Committitur autẽ tribus modis ſacrilegium, vel cum ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrũ de ſacro auferitur, vt j. c. quiſquis.

c ſed nũquid eſt maius ſacrilegiũ, &c. quod dic, vt no. 12. qu. 5. c. 3.

Sacrilegij definitio.

a ſacrilegiũ tripliciter cõmittitur.

Impo

ſacrilegij) pœna.

" Imponitur autem pro ſacrilegio quandoque ſpiritualis pœna, vt ſi committatur in perſona eccleſiaſtica, quia talis eſt excommunicatus ipſo iure. ǰ.ca.ſi quis ſuadente. ſed ſi in re eccleſiæ fit ſacrilegium, tunc poſt trinam admonitionem excommunicandus eſt, vt ǰ.c. quiſquis. §. item ſi quis domum. Item imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor, vt ǰ.c.quiſquis.& c.ſi quis contumax. ſecundum leges durior pœna imponitur pro ſacrilegio.ff. ad leg.Iul. pec. ſacrilegij. ſed ſi quæras cui danda ſit pœna quæ debetur pro ſacrilegio: dicas quòd ſi perſonæ facta eſt iniuria, ipſi perſonæ præſtanda eſt, vt extra de ſent.excom. parochianos.& cap. grauem. ſi rei facta eſt iniuria, tunc ipſi rei præſtanda eſt, vt ǰ.ead. capit.ſi quis in atrio.extr. de ſimo.de hoc autem.

Item Lucius epiſcopus ad Galliæ & Hiſpaniæ epiſcopos, epiſt.1.c.6.

¶ Sacrilegi iudicātur, qui eccleſiæ facultates alienant.. C. V.

1 Anſ.l.12.c.4.Bur l.11.c.19. Iuo p.3. ca.140.& p.14.c.89.

† anathematizatos] ori.

1 OMnes eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores à liminibus ſanctæ matris eccleſiæ anathematizam^a † ^a, Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus: & non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis, quia non ſolum qui faciunt, rei iudicātur, ſed etiam qui conſentiunt ^b facientibus. Par enim pœna & agentes & conſentientes comprehendit.

Rom.1.

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.[a]

¶ Excommunicetur, qui confinia eccl.ſiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 inter decr. Nic in codice Ormanetti

3 Anſ.l.5.c.74.Iuo p.3.c 164.Pann.l 2 c.81.

† al. lx.

2[3] SIcut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum, eſt, ſtatuimus, vt maior eccleſia per circuitum xl.† paſſus ^c habeat, capellæ vero, vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum† cōfringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit, niſi publicus ^d latro fuerit, quouſque emēdet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

† al. earum

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Soluatur altario, quòd pro emunitate emendatur eccleſiæ. C. VII.

4 Bur.l.3.c.196.Iuo p.3 c.113.

3[4] SI quis in atrio eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro emunitate ^a violata emendandum eſt, altario ^e ſoluatur, cuiuſcunque fuerit eccleſia illa.

a ¶ Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet* pro immunitate violata. *In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur*, pro emunitate eccleſiæ violatæ. *Summa autem huius capitis ferè habetur in Triburienſi, quod extat, & c.4.& 6.*

Item Auguſtinus ad bonifacium epiſt.187.

¶ Non licet alicui hominem de eccleſia rapere. C. VIII.

5 MIror, quomodo tam ſubito fidei murum aries ^f rupit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei venerattus. Quo inſtigante facere auſus es? hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus, poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur ^g, cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonoſor regem intende, qui cauſa ſuperbiæ in bouem ^h eſt ex homine commutatus ^a. Non vt confundam te, hæc ſcribo: ſed vt filium chariſſimum moneo. Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio ^i vero domus tuæ à clericis ne ſuſcipiatur, indixi †: communionemque tibi interdico: donec peractis pro auſibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.

† al. interdixi

† al. condonato

1. Cor.4.

a ¶ Commutatus.] *Hoc loco iſta erant interiecta* atque à regno ſuo profugus recedens non ante regnum recepit, quam conuerſus Deum prædicauit, *quæ à multis vetuſtis abſunt & originali & Iuone. Sunt autē inter uerba Gratiani infra de pœ. diſt.1.c. uolaſſet.*

Item ex libro capitularium. 5. c.90.[6]

¶ Fugientem ad eccleſiam nemo audeat abſtrahere. C. IX.

6.& in adiectis.c.19. & in conc. Moguntin.c.39. 7.Bur.l.3. c. 194.Iuo p.3 c.123. Pann. l.2.c.75.

7 REum ad eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde donare ^a ad pœnam vel ad mortem ^k: vt honor Dei, & ſanctorum eius conſeruetur: ſed rectores eccleſiarum pacem, & vitam, ac membra eius

OMnes eccleſiæ.] CASVS. Lucius Papa ſtatuit & decreuit, vt raptores rerum eccleſiaſticarum tanquam ſacrilegi ſunt anathematizandi cum omnibus ſibi conſentientibus, qui pari pœna ſunt puniendi. *Conſentientes*, ſcilicet defenſione vel cooperatione.

a ¶ *Anathematizamus.*] " videtur hic quòd omnes ſacrilegi, & dilapidatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati. 11.qu.3. canonica.extr.de ſent. exc.cōqueſti.arg.contra ǰ.ea.quiſquis. & c. ſeq.vbi dicitur, quòd ſunt excommunicandi niſi reſipiſcant. Reſpon.violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, ſed non alij. Vel dic quòd ſi in cōſecratione, vel cum datur res eccleſiæ, fert epiſcopus ſententiam excommunicationis, quòd quicūque violentiam fecerit in re tali ſit excommunicatus, tunc dicerem quòd ſtatim eſt excommunicatus ſacrilegus, non ratione ſacrilegij, ſed ratione ſententiæ dudum latæ.24.q.1.c.1.& 2.extr.de ſent.exc.à nobis. Vel dic quòd refert an Papa hæc verba proferat conſtituendo, vel ſententiando. ſi proferat ea conſtituendo, tunc non eſt excommunicatus qui rapit res eccleſiæ. ſi autem ſententiando profert talia verba. tunc eſt excommunicatus. vel dic quòd ſi conſuetudo loci habet quòd tales ſunt excommunicati, tunc ita ſeruanda eſt: quia conſuetudo eſt optima iuris interpres.ext.de vero.ſig.abbate.

" ſacrilegi an ſit ipſo iure excommunicati.

b ¶ *Conſentiunt.*] cooperando, vt extra de ſent. excom.nuper." Sed pone quòd aliquis percuſsit clericum, & ego ratum habeo, numquid ſum excommunicatus? videtur quòd ſic: quia non ſolum in contractibus, ſed etiam in maleficiis ratihabitio mandato comparatur, vt extr.de reſti.ſpol.cum ad ſedem.in fin.ff.de vi & vi arm.l.1. §. ſed & ſi cum quis. nam non ſolum de conſilio, ſed etiam de voluntate aliquis tenetur.2.q.4.quia præſulatus. immo qui poteſt reſiſtere & non reſiſtit, excommunicatus eſt, vt extr.de ſent.exc.quantæ. Reſpō. " ſi nomine meo quis percutiat alium, ibi ratihabitio mandato comparatur. alias non.ff.de neg.geſt.ſi pupilli. ǰ atem quæritur.extra de ſent. excom. mulieres.

" Clerici percuſſionē ratificās an ſit excōicatus.

" Ratihabitio qñ comparetur mādato.

SIcut antiquitus.] Hæc eſt 2. pars quæſtio. in qua probat magiſter per xx.ca.quòd ſacrilegium committitur pluribus modis. Ioan. de Fant.

CASVS. In cap.ſtatuit Nicolaus Papa (ſicut antiquitus à ſanctis patribus fuerat conſtitutum) vt maior eccleſia in circuitu habeat xl.paſſus, aliæ vero minores eccleſiæ xxx. intra quod ſpatium ſi quis violentiam fecerit, aut perſonam, hominis vel bona eius inde extraxerit, excommunicetur donec ſatiſfaciat, niſi fuerit publicus latro: cuius perſona vel res inde ſubtrahitur ſine pœna canonis. Sequens cap. planum eſt.

c ¶ *Paſſus.*] " paſſus (vt ait Iſidor.) eſt menſura quinque pedum. Pes eſt ſpatium 15. digitorum^a. iſtud tamen non tenet in capellis quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, vbi propter loci anguſtiam non poteſt iſtud obſeruari, vt ǰ.c.quiſquis. & c.queſti.

" paſſus quid ſit.

a idē Bar. in l.3.ff. de ver.ſig & Ale de I.no.in l 1.ſi quis cau.

5 Iuo p.3. c. 122.

d ¶ *Niſi publicus.*] & nocturnus depopulator agrorum, hi ſoli excipiuntur ſecūdum ius canonicum: licet leges plures perſonas excipiant, vt extr. de immu.eccle. inter. " leges enim excipiūt homicidas, adulteros, raptores virginū, ſed ſecundum canones raptores virginum tuti ſunt in eccleſia, vt trigeſimaſexta, quæſtione prima de rapto.

" Eccleſiæ immunitate multi priuātur.

SI quis in atrio.]

e ¶ *Altario.*] Hic habes, quòd pecunia reſtituitur illi loco in cuius ignominiam data eſt ^b. vigeſimaſeptima, quæſtione prima. ſi quis rapuerit. & extra de ſimo.de hoc. & Inn. dicet quòd eum pœna duplici reddetur, vt extra de ſimo. audiuimus. & in authen. de ſanct. epiſco. §.ſed neque. & ff. de calum. & generaliter. §.illud. argumentum contra de ſimon. veniens. Sed illud eſt diſpenſatio.

b de hoc no. ǰ c. ſacrilegiū & ǰ.1.q.3.ſi quis dator.

MIror.] CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte ſeruum fugitiuum violenter de eccleſia extraxit, de quo Auguſt. eum grauiter reprehendit, & oſtendit quòd hoc facere non debuit, quia ſi terrenus amicus pro illo fugitiuo intercesſiſſet, pro eo veniam meruiſſet, multo magis Deo debuit obedire. & ſi de poteſtate ſua præſumit, reſpiciat Nabuchodonoſor regem, qui propter ſuperbiam in bouem eſt ex homine commutatus, & à ſuo regno expulſus. Præcipit ergo ſibi vt hominem quem violenter de eccleſ. rapuit, ad eandem eccleſiam reuocet, & donec eccleſiæ ſatisfaciat, & pœniteat, prohibet Auguſt. ne oblationes ſuæ domus ſuſcipiantur à clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc verba ſic expone, *Tuus*, ſcilicet ſeruus tuo amico, id eſt, apud tuum amicum forte, ſcilicet permanere. ordinato, id eſt, ſtatuto, & præfixo.

f ¶ *Aries.*] id eſt impetus diabolicæ ſuggeſtionis, ad ſimilitudinem arietis inſtrumenti, quo frangitur murus.

g ¶ *Intenditur.*] id eſt, exauditur.

h ¶ *In bouem.*] id eſt, in bouinam mentem vt 23. quæſt.4.Nabuchodonoſor.

i ¶ *Oblatio.*] hoc eſt in deteſtationem criminis ipſius, quod non ſolum ipſe, ſed etiam familia eius prohibetur à ſacramentis, ſic nonageſima diſtinctione, oblationes. & duodecima, quæſtione ſecunda.de viro. & extra de ſponſalibus. non eſt vobis. Ioannes.

REum.] CASVS. " Statutum eſt in hoc c. vt prælatus defendat reum ad eccleſiam fugientem à pœna corporali: tamen quod abſtulit, cum pœna pecuniaria reddat.

" Eccleſia fugiētes ad ſe tutatur.

k ¶ *Vel ad mortem.*] ſed numquid poterit poſtea accuſari iſte de illo crimine? ſi non pōt, ergo crimina remanebunt impunita: quod eſſe nō debet

debet, vt extr. de ſent. exc. vt famæ. & ſic priuilegium eccleſiæ erit multis occaſio delinquendi: propter hoc dicunt quidam, quòd à quolibet poteſt accuſari poſtea [a], præter quam ab illo qui promiſit impunitatem. ſed qui ſic reſpondet, nititur contra priuilegium eccleſiarũ: quod eſt iniuſtum, vel hæreticum, vt 22. diſtin. omnes. ad quid enim impetraret eccleſia ei vitam ſi pro eodem crimine poſtea decapitaretur? Dicas ergo quòd hoc eſt priuilegium eccleſiæ, quòd talis amodo nec vitam nec membrũ perdat: ſed quòd aliàs pecuniariter ſatisfaciat. Vel ſi hoc nõ poteſt, ſeruiat ei perpetuò quem læſit, vt 36. q. 1. de raptorib.

a Hæc fuit ſnia La. qui dt, quòd bene pt accuſari poſt exitũ, & ꝑ erquã, &c. vt ſequitur. ſecus ſi ſp eſſent in eccleſia. C. de his q ad ec. cõf. l. vlti. La. ſed huic dicto obſtat 32. q. 1. de raptoribus. vñ dic vt ſequitur Arch.

1 Pol. l. 7. tit. 1. Iuo p. 3. c. 110.

FRater.] CASVS. Epiphanius epiſcopus excommunicauit Benenatum & Maurum ciues Beneuentanæ ciuitatis, quia quendam ſuum curialem ad eccleſiam fugientem in abſentia ſacerdotis de ipſa eccleſia violenter extraxerãt, quod cum ſignificatum fuiſſet Gelaſio, excõmunicationem illam confirmauit, & præcepit ſex epiſcopis vt ſi illi tres excõmunicati peruenerint ad ſuos epiſcopatus, interdicant eis introitum eccleſiarum, vt iſtius vltionis timore alij à tali præſumptione reuocentur. Seq. c. patet.

† al. irreptione

† al. ubi

a ¶ *Nec enim.*] extr. de vſur. quia fruſtra.

b ¶ *Ab omnibus.*] arg. quòd ſacrilegus in nulla eccleſia tutus erit, cum in eccleſiã delinquat, vt ĩ. c. prox. quòd quidam concedant. Vnde ſi aliquis furtum vel ſacrilegium fecerit in eccleſia, illum non debet tueri eccleſia. cum in eccleſiam deliquerit, vt ĩ. c. prox. tamen decre. extr. de immu. ec. inter. alium duas perſonas excipit.

† al. probabatur.

c ¶ *Auctoritate.*] ſed quid operatur hic auctoritas vel confirmatio Papæ, cũ illud per ſe facere potuerint? Reſpon.[a] confirmatio tria operatur. præſtat enim ipſi facto maiorem auctoritatem, vt 11. di. quis neſciat. Item, ſi quid eſt inualidum, ſupplet eius defectum confirmatio, vt ext. de tranſa. c. 1. Item quòd ſine eius licentia non poteſt retractari illud quod ipſe confirmauit. extr. de confir. vti. vel inu. c. 2. Ioan.

a Confirmatio Pp̃ tria operatur.

2 Io p. 3. c. 11.

3 Pol. l. 6. tit. 1. Anſ. l. 5. c. 20. ur. l. 1. c. 1. Iuo p. 5. c. 24. & p. 13 39.

SIcut.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quòd ſicut iudicatur ſacrilegus qui bona eccleſiæ rapit vel inuadit: ſic cenſetur ſacrilegus, qui Dei ſacerdotes inſequitur. In ſecunda parte dicitur, quòd ſicut Deus eſt maior homine: ſic ſacrilegium quod in Deum cõmittitur, maius eſt fornicatione quæ committitur in hominem.

obtinere ſtudeant: tamẽ legitime componat, quod inique fecit.

a ¶ Donare.] *Sic eſt emendatum (antea enim legebatur,* damnare) *ex cap. Caroli, & concilio Moguntino, & pleriſque uetuſtis Gratiani exemplaribus, & ceteris collectoribus: quamquã apud Burchardum ex concilio apud Theodonis uillam, & in Pannormia ex lib. capitulorum longe copioſius hoc caput referatur.*

Item Gelaſius Victori, Conſtantino, Martyrio, Feliciſsimo, Sereno, & Timotheo epiſcopis.

¶ Ab eccleſiæ arceatur ingreſſu, qui aliquem de eccleſia violenter rapuerit. C. X.

1 FRater, & cõepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatum, & Maurum Beneuẽtanæ municipes ciuitatis in contumeliam religionis acerba nimis, & plectibili contumacia proſiluiſſe: qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialem ſuum ne illic quidam tutum, aut de iniuria ſua ſecurum eſſe ſiuerũt: auſi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec poteſtatibus quidem, vel principibus vnquam licuit perpetrare: vt hominem in ſanctuariis conſtitutum (captata ſacerdotis abſentia) reluctantem, reclamantemque violenter abſtraherent. Quos, quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit, merito indignos eſſe ſacra communione iudicauit. Et ſi reuera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte cõſentit. Nec enim [a] iure ad ſupplicandum debet admitti, † qui admittere ſacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tãtæ venerationi deputata vtrunque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ volũtatis arbitrio, vt & humilitatem ſibi vendicet, & furorẽ. Et ideo fratres chariſſimi ſupradictos ſi manifeſta reós facit cõque ſtio, ab omnibus [b] parochiarũ veſtrarum eccleſiis noſtrę præceptionis auctoritate [c] prohibete: vt non ſolum hi, qui in iniuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probãtur †, merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam, verũ etiam ceteri à tali præſumptione, vltionis iſtius timore reuocentur.

Idem Epiphanio epiſcopo.

¶ Eccleſiarum non eſt dignus ingreſſu, qui eas violat. C. XI.

2 AD epiſcopos ceteros direximus iuſſioné, vt eos, qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earũ iudicent eſſe indignos.

Item Pius Papa, epiſt. 2. Italicis.

¶ Qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius ſacerdotem inſequitur, ſacrilegus iudicatur. C. XII.

3 SIcut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia, & donaria expoliat, & inuadit, fit ſacrilegus, ſic & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur. *& infra.* ¶ Non ergo grauius [d] peccatum eſt fornicatio, quã ſacrilegium. Et ſicut maius [e] eſt peccatum, quod in Deum committitur, quam quod in hominẽ: ſic grauius eſt, ſacrilegium agere, quàm fornicari.

Item Vrbanus epiſtola ad omnes epiſcopos. c. 2. [4]

¶ Qua pœna feriatur, qui eccleſiæ vſibus dedicata prædia vexare tentauerit. C. XIII.

ATtendendum eſt omnibus, ne prædia vſibus ſecretorũ cæleſtium dedicata, à quibuſdam irruẽtibus vexentur. Quòd ſi quis fecerit, poſt debitæ [f] vltionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri [g] tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vratur †.

Item Iginus Papa.

PALEA. C. XIIII.

5 SI quis eccleſiam igne combuſſerit †, quindecim annis pœniteat, & eam ſedule reſtituat: & pretium [a] ſuum pauperibus diſtribuat.

¶ *Hæc palea in uno tantum Vaticano codice habetur: in quo ſicut in uulgatis, & Pannormia citatur ex Igino: à Burchardo autem & Iuone ex decretis Iulij.*

a ¶ Pretium ſuum.] *Apud Burchardum, l. 19. in c. de ſacrilegio. ſic legitur.* Incendiſti eccleſiam, aut conſenſiſti: ſi feciſti, eccleſiam reſtitue: & pretium tuum, id eſt vuiregeldum tuum pauperibus diſtribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas.

Item Clemens in epiſt. 2. ad Iacobum.

¶ Iudæ ſimilis probatur qui ornamenta ſurripuit eccleſiæ. C. XV.

6 SI forte quiſpiam presbyter, ſiue diaconus, ſacrarij ſindonem vel velum ſubtractum † [h] vẽdiderit, Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudę ſuſcepturum pœnam [i].

Item ex pœnitentiali Theodori.

¶ De eodem. PALEA. C. XVI.

PEcunia eccleſiaſtica furata, vel rapta reddatur in quadruplum, populi vero duplicetur. Si quis aliquid de miniſterio ſanctæ eccleſiæ furatus fuerit ſeptem annis pœniteat, tres in pane, & aqua.

Item ex pœnitentiali Romano.

¶ De eodem. PALEA. C. XVII.

SI quis clericus furtum fecerit capitale, id eſt quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit, ſeptem annis pœniteat laicus quinque. Si quis autẽ de minoribus ſemel, aut bis, furtũ fecerit, reddat proximo ſuo: & vno

d ¶ *Grauius.*] hoc videtur quòd maius ſit peccatum ſacrilegium quã adulteriũ: & ſic eſt cõtra 32. q. 7. quid in omnibus. ſed ibi ſolutum eſt. Itẽ nonne homicidium maius ſacrilegio eſt? Sic: ſed intelligas quod hic dicitur, in eadem ſpecie facti. nam homicidium quod fit in clerico, maius eſt quã illud quod fit in laico: quia vnum eſt ſacrilegium, aliud non. ſimiliter quod fit in ſanctimoniali, eſt maius quã illud quòd fit in alia muliere.

4 l. capit. 6. c. 115. & in Mogũt. ſub Arnulph. c. 11.

† al. feriatur

e ¶ *Maius.*] ſic 22. qu. 1. omne. & c. mouet.

ATtendendum.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc ca. vt eccleſia non cogatur ſoluere tributa vel collectas de prædiis eccleſiaſticis: ſi quis vero contra fecerit, poſt debitam pœnam ſacrilegij ſit infamis, & carceri tradatur, vel exilio perpetuo damnetur.

5 Pol. l. 6. ti. 15. Anſ. l. 5. c. 18. Bur. l. 3. c. 104. Iuo p. 4. c. 127. Pann. l. 2. c. 70.

† al. cõbuerit

f ¶ *Poſt debite.*] hæc verba ſumpta ſunt à lege, quæ eſt 16. q. 1. §. nouarum.

g ¶ *Et carceri.*] [a] ergo eccleſia habet carcerem, & infligit pœnam relegationis [b]. 2. qu. 1. in primis. Item habes hic quòd diuerſæ pœnæ infliguntur alicui pro eodem delicto, vt 21. q. 5. c. 3. & 16. q. 1. ſtatuimus. & ea. q. 7. conſtitutiones. contra illud quod eſt extr. de iud. at ſi clerici. & extr. vt lit. non cont. quoniam frequẽter. in fi. & quia lex dicit, quòd vnum delictũ non dẽt variis æſtimationib. coerceri. ff. de pœ. ſanctio.

a Eccleſia h. carcerem.

b Vide quod leg. & not. 3. q. 4. hi qui.

6 Iuo p. 1. c. 63 & par. 6. c. 88.

† al. ſubtractũ

SI forte.] CASVS. Quæſitum fuit à Clemente quam pœnam debeat pati presbyter vel diaconus ſi furetur ſindonem ſacrarij vel velũ, & vendat. Et reſpondetur quòd Iudæ Iſcariotis ſimilis eſt: & eius pœnam patietur. Seq. cap. planum eſt.

h ¶ *Subtractum.*] tamen epiſcopus cum tali poteſt diſpenſare. 5. diſtin. 50. ſi quis presbyter.

i ¶ *Pœnam.*] ſcilicet æternam.

a ¶ Qui

2 QVi rapit.] ¶ Sacrilegium.] alibi dicitur quòd facit homicidium, vt 12. qu. 2. qui Chriſti. & c. qui abſtulerit.

NVllus clericorum.] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quòd clericus qui ſeruum vel diſcipulum ſuum ad eccleſiam fugientem inde extrahere vel flagellare præſumpſerit: donec pœniteat, excommunicetur. In ſecunda parte dicitur, quòd clerici ſe mutuo verberantes: prout dignitatis ſiue vel officiorum iniuria maior fuerit, ab epiſcopo puniatur. Secũda pars incipit ibi, *Si quis vero.*

b ¶ *Vel flagellare.*] poſſunt tamen magiſtri & parentes & epiſcopi moderate[a] caſtigare, vt 35. q. 3. c. 1. in fi. ſimiliter vir vxorem, vt not. 7. q. 1. ſicut alterius[b]. & prælatus ſubditum, vt 23. q. 4. forte. ſed dominus habet in ſeruum pleniſſimam coerctionem: vſufructuarius modicam, vt de vſufru. locum. & l. ſed & ſicuti. in fi. patronus autem in libertum habet leuem coerctionem, vt ff. de iniu. prætor. §. præterea. Sed nonne magiſter vel epiſcopus intra eccleſiam poteſt verberare clericum, cum epiſcopus iudicet intra eccleſiam, vt 2. q. 3. præceptum. & in iudiciis epiſcoporum interueniunt verbera, vt 23. q. 3. c. 1. in fin. Sed dic quod cauſa odij non debet eum expellere de eccleſia: quia ſi magiſter non percutiat diſcipulum ex odio, non incidit in canonem, vt extr. de ſen. ex. com. ſuper eo.

c ¶ *In mutuam.*] hodie tales mittẽdi ſunt ad curiam: niſi ſint impuberes vel regulares, vt ext. eo. tit. ſuper eo. Vel loquitur de communiter viuentibus: qui cum modum non excedunt, iudicio ſuo poſſunt abſolui ab epiſcopo, vt ext. de vita & hon. cle. quoniã. & extr. qui cle. vel vo. c. 1.[c] & ext. de ſent. excom. ex tenore. in fin. Vel hoc ideo quia cõmunio materiam diſcordiæ generare ſolet, vt ff. de le. 2. l. cum pater. §. dulciſsimus. vnde abundantius eſt illis prouidendum: quia vbi periculum maius eſt, magis eſt conſulendum, vt ff. de carbo. edi. l. 1. §. ſed & ſi quis[d].

d ¶ *Dignitas.*] quia ſecundum dignitatem punitur aliquis, vt 44. diſt. cum beatus.

SI quis contumax.] C A S V S. Quæſitum fuit in concilio Triburienſi, quam pœnam pati debeat qui ſeruum fugientem vel alium quem perſequebatur, de atrio vel de porticibus eccleſiæ cœmeterio deputatis violenter extraxerit? Et reſpondetur, quod epiſcopo debet nõgentos ſolidos ſoluere pro cœmeterio quod fregit, & pro peccato, publice pœnitebit.

e ¶ *Adhærentibus.*] eodem gaudent priuilegio cum ſacris, vt ff. de rei vend. quæ religioſis. & eſt ſimile 44. diſt. c. 1. Ioan.

f ¶ *Componat.*] j. ea. ſi quis in atrio, dicitur quod eccleſiæ dabit. Sed dic, quod ſatis dicitur eccleſiæ dari cum datur prælato eccleſiæ. aliæ pœnæ ſtatuuntur j. c. quiſquis. Sed dic quod pœnæ ſunt arbitrariæ. Vel ſecundum conſuetudinem locorum loquuntur.[**] Vel dic melius quod ſi quis violat emunitatem nullum damnum faciendo, ſoluit ſolidos nongentos. ſed ſi damnum aliquod fecerit, ſoluet triplum pro emunitate, & damnum nouies, vt j. ea. quiſquis. in fin.

3 & in epiſt. Lucij, c. 6.

a Sed immoderate non. ff. ad l. Aqu. ſed & ſi 10 ſi. & l. ſeq. & ff. locat. item quæritur.

b Concord. tex. in l. ſed & ſi. §. fin. & ibi. gl. ff. ad leg. Aquil. & in authẽ. de nup. cum ibi no. §. ſi vero. col. 4.

2 Iuo p. 3. c. 117. Pan. l. 2. c. 76.

3 ibid. c. 21.

4 & lib. 5. eiuſdem c. 185. & in leg. Boiariorum, tit. 7.

5 Bur. l. 3. c. 197. Iuo p. 3 c. 184.

† al. iuxta iudicium.

c Hæc ſnia Goff. approbatur p. ſd. de. c. quia.

d Ad idem not. 42. diſt. quieſcamus.

** Eccleſiæ emunitatem violãs quadrupliciter punitur.

anno pœniteat in pane & aqua: & ſi reddere non potuerit, tribus annis pœniteat.

¶ *Similia horum leguntur apud Burchardum, lib. 11. c. 58. & Iuonem par. 13. c. 44.*

Item Anacletus epiſt. 1. c. 2.[1]

¶ Sacrilegium facit, qui pecuniam eccleſiæ rapit. C. XVIII.

QVi rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autẽ pecuniam, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium[a] facit.

Item ex concilio Ilerdenſi. c. 8.

¶ Segregetur ab eccleſia clericus, qui ſeruum, aut diſcipulum ſuum ad eam fugientem verberare præſumit. C. XIX.

2 NVllus clericorum, ſeruum, aut diſcipulum ſuum fugientem ad eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare[b] præſumat. Quod ſi fecerit, donec digne pœniteat, à loco, cui honorem nõ dedit, ſegregetur. ¶[3] Si qui clerici in mutuam[c] cedem proruperint, prout dignitas[d] officiorum in tali exceſſu contumeliam pertulerit, à pontifice diſtrictius vindicetur.

Item ex concilio Triburienſi. c. 20.[4]

¶ Qui atrio, vel porticibus eccleſiæ fugientem abſtrahit, excommunicetur. C. XX.

iiij 5 SI quis contumax, vel ſuperbus timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſecutus fuerit, de atrio[a] eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo eccleſiæ adhærentibus[e] per vim abſtraxerit, pro emunitate nongentos ſolidos epiſcopo componat[f]: & ipſe publica pœnitentia iuſto † iudicio epiſcopi mulctetur.

a ¶ Attrio.] *In duobus uetuſtis codicibus Gratiani legitur*, de altario, *in capitularibus vero*, de eccleſia.

Sacrilegium ergo eſt, quoties quis ſacrum violat, vel auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro. Dicitur etiam ſacrilegium committere, qui violentas, & impias manus in clericum iniecerit. Porro ipſum ſacrilegium duplicem continet pœnam, pecuniariam videlicet, & excõmunicationis. Pecuniaria eis perſoluenda eſt, ad quos querimonia ſacrilegij pertinet. Vnde Ioannes Papa octauus ſcribit omnibus epiſcopis.

¶ De multiplici genere ſacrilegij, & pœna eiuſdem. C. XXI.

6 QVisquis inuentus fuerit reus ſacrilegij, epiſcopis, vel abbatibus, ſiue perſonis, ad quas[g] querimonia ſacrilegij iuſte pertinuerit, triginta libras examinati argenti puriſſimi componat. ¶ Sacrilegiũ committitur, ſi quis infregerit eccleſiam, vel triginta eccleſiaſticos paſſus, qui in circuitu eccleſiæ fuerint, vel domos[h], quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid in diripiendo, vel auferendo: ſeu qui iniuriam, vel ablationem rerũ intulerit clericis arma[i] non ferentibus, vel monachis, ſiue Deo deuotis, omnibuſq; ** eccleſiaſticis[k] perſonis. Capellæ quæ ſunt intra ambitum murorum caſtellorum, non ponuntur in hac triginta paſſuum obſeruatione. Similiter ſacrilegiũ committitur auferẽdo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum[l] de ſacro, ſiue ſacrum de nõ ſacro. *Idem.* ¶[7] Si quis domum Dei violauerit, & aliqua ſine licentia illius, cui commiſſa eſſe dinoſcitur, inde abſtulerit, vel eccleſiaſticis perſonis iniuriam fecerit, donec in conuentu admonitus legitime ſatisfaciat, ſciat ſe cõmunione priuatum †. Si vero poſt ſecundam & tertiã conuentionem coram epiſcopo ſatiſfacere detractauerit, ſacrilegij periculo ab omnibus obnoxius teneatur: ita vt ſecundum Apoſtolum nemini fidelium miſceatur. *Idem.* ¶[8] Si qui † monaſteria, & loca Deo dedicata, & eccleſias infringunt, & depoſita, vel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum

SACRILEGIVM. C A S V S. Quia ſupra facta eſt mentio de ſacrilegio, ideo nunc oſtendit G. quod ſacrilegium fit cum aliquis rem ſacram violat. & hoc fit quatuor modis, vel auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſi quis iniecerit violentas manus in clericum. Oſtendit etiam quod ſacrilegium duplicem continet pœnam, ſc. pecuniariam & excommunicationis. pecuniaria perſoluenda eſt illis apud quos querimonia deponitur.

QVisquis.] C A S V S. Hoc capit. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſacrilegus 30. libras argenti debet præſtare epiſcopis vel abbatibus, vel aliis perſonis ad quas querimonia ſacrilegij pertinet. In ſecunda parte dicitur, quòd eccleſiæ debent habere 30. paſſus pro cœmeterio in circuitu, niſi ſint capellæ caſtellorum: intra quos triginta paſſus ſi quis iniuriam fecerit in perſonis, vel inde aliquid auferẽdo ſacrilegium committit. Similiter committitur ſacrilegium auferendo ſacrũ de ſacro, vel non ſacrum de ſacro. vel ſacrũ de non ſacro. Secunda pars incipit ibi, *Sacrilegium committitur.*

g ¶ *Ad quas.*] i. quibus competit querela. & loquitur de ipſis iudicibus, & dicit quòd iudicibus illius querelæ tantum ſint ſoluenda 30. pro emunitate violata: nã aliam pœnam præſtabit iniuriam paſſo. j. c. proxi.

h ¶ *Vel domos.*] ſ. clericorum: nam aliæ domus non debent eſſe intra ambitum eccleſiæ, vt 12. q. 1. nulla.

i ¶ *Arma.*[**] ergo ſi clericus arma ferens verberetur, non incidit in canonem verberans. extr. de ſent. exc. cum non ab homine. & c. vt tamen 16. q. 1. generaliter. hoc tamen non eſt, verum niſi poſt trinam admonitionem reuerti noluerit ad clericũ, vt ext. de ſen. exc. ſi vero aliquis. & c. in audientia. quia nec clericus poteſt beneficio illius canonis, ſi quis ſuadente, renuntiare, vt ext. de ſent. exc. contingit. Hoc tamen intelligo quando ex cauſa leuitatis induit arma, vel abiicit habitum clericalem, vt tunc non ſtatim perdat priuilegium. aliud eſt ſi penitus apoſtataret, vt fiat miles[e], vel ſi vxorem ducat tunc dico eum ipſo facto perdere priuilegium, vt 84. diſt. quiſquis.

k ¶ *Eccleſiaſticis.*] vt ſunt conuerſi & pœnitentes, templarij & hoſpitalarij, qui gaudent priuilegio clericali. 17. q. 4. vt lex. 11. q. 1. aliud. ext. de ſent. excom. parochianos. & 12. q. 1. duo ſunt.

l ¶ *Non ſacrum.*] lex tamen dicit, quod in hoc caſu non committitur ſacrilegium, ſed tamen furtum, vt ff. ad leg. Iul. pec. l. diuus ſed illud non tenet.

SI QVIS DOMVM. C A S V S. Hic §. duas habet partes. In prima parte dicitur, quod ſi quis ſine licentia prælati aliquid de eccleſia extraxerit, vel alicui eccleſiaſticæ perſonæ iniuriam fecerit, ſciat ſe communione dominij priuatum donec ſatisfaciat. ſi vero poſt tertiam commonitionẽ coram epiſcopo ſatisfacere noluerit, anathematizatus ab omnibus euitetur. In ſecunda parte dicitur quòd illi qui eccleſias frangunt inde aliquid extrahentes, pœnitentiam triplicem patientur: quia rẽ ſubtractam reſtituẽt ei cuius erat, & dãnum nouies

6 Anſ. l. 8. c. 40. Pol. l. 6. tit. 10. Iuo p. 3. c. 58. Pan. l. 2. ca. 80. & 79.

7 j. 12. q. 3. ad menſam. Anſ. l. 5. c. 52.

† al. fore priuatum

** Clericus arma ferẽs, an perdat priuilegiũ.

1. Cor. 5

8 Anſe l. 1. c. 47. Bur. 11. ca. . Iuo p. 3 cap. 24 & 3. 14 c. 96.

† al. Hi, qui ſimiliter Mldenu, ca. 6.

e Dicas quod ſi recipiat militiã, dum nõ exerceat ſæculariter, perdere priuilegio clericali, ſecundum Inguſt. no. extra de apoſt. c. 1. & fa. ad hoc 50. diſt. c. 1. Sequitur le. & no. 50. diſtin. ſi quis poſt Arc.

nouies, eccleſiæ vero triplum rei ſubtractæ: & præterea pœna corporali punientur, quam habes ſ. c. attendendum. vel excommunicabuntur. Secunda pars incipit ibi, *Idem.*

a ¶ *Nouies.*] quid eſt ergo quod dicitur in ſtit. de act. §. omnes. vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſp. [u] non debet iudex excedere pœnam quadrupli niſi vbi iure inuenitur, q poſſit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, vt 12. q. 2. in legibus. & ca. cum deuotiſsimā. Vel ſolue vt ibi.

u Pœnam quadrupli poteſt iudex quandoque excedere.

1 Simile ſ 8. ſynodo ſub Photio, c. 3.

b ¶ *Tripliciter.*] [x] ecce triplex pœna qua punitur ſacrilegus, quia iudici dabit xxx. libras, item damnum nouies componet, & emunitatem tripliciter. ſimiliter corporalem pœnam ſuſtinebit, vt ſ. ca. attendendum. Ioan.

x ſacrilegus triplici pœna punitur.

SI quis deinceps.] CASVS. Quæſitum fuit ab Alexandro quam pœnā pati debeant laici maiores vel minores, qui epiſcopum comprehenderint, vel percuſſerint, vel per violentiā de ſua ſede expulerint. Et reſp. q tales & cooperatores eorum debent anathematizari, & res eorum eccleſiæ cui iniuriam intulerint perpetuo tradentur, & niſi fuerit epiſcopus canonice depoſitus: & hoc i prima parte. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi in presbyterum vel alium clericū hoc idē fecerint ab honore depoſiti, canonicæ pœnitentiæ ſubiacebunt, & ſi cōtumaces fuerint, excommunicabūtur. Secunda pars incipit ibi, *Si vero.*

2 in chron. Mediolan.

3 Iuo p. 10. c. 10.

c ¶ *Priorum.*] i. nobiliū.

d ¶ *Iudicatum.*] i. depoſitum, quod tamen verum eſt ſi incorrigibilis eſt, vt extr. de iud. cum non ab homine. 11. qu. 1. petimus. & 27. q. 1. ſi homo. quidā tamen ex hoc loco dixerunt, quòd ſi quis iniecerit manus violentas in clericum excōmunicatum, quòd non eſſet excōicatus. per id quòd legitur 23. qu. 5. excommunicatorū. quod non credo.

4 ext. de pœ. & rem. c. 2. Bur. l. 6 c. 7 Iuo par. 10. c. 136.

e ¶ *Tradantur.*] ecce pœna illorum qui iniiciunt manus in epiſcopum. ſic 27. q. 1. ſi qs rapuerit. aliam pœnā adiicit Inno. extra de pœ. in quibuſdam.

f ¶ *Atque depoſitioni.*] ar. quo eccleſia poteſt

nouies[a] componant, & emunitatem tripliciter[b], & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigantur.

¶ In epiſtola manuſcripta Ioannis octaui, ſcripta epiſcopis, & abbatibus per Narbonenſem, & Hiſpanicas prouincias conſtitutis, precipitur obſeruari lex contra ſacrilegos in concilio Trecacenſi edita coram Ludouico Imperatore, & quinquaginta tribus epiſcopis. Diuerſa autem ſunt iſtius epiſtolæ verba ab his, quæ recitantur & à Gratiano, & à cæteris collectoribus, ſed eadem ſententia.

α ¶ Omnibuſq; eccleſiaſticis] *Apud Iuonē legitur,* deuotis hominib⁹, eccleſiaſticis pſonis. Nō enim capellę, quę infra ambitū murorum caſtellorū ſunt, mittūtur, vel ponūtur in hac obſeruatiōe. *Nec multo aliter apud alios collectores.*

Item Alexander Papa. II. 1

¶ Niſi canonice iudicatum epiſcopum qui comprehenderit laicus excommunicetur. C. XXII.

v SI quis deinceps priorum [c], aut cuiuſcumque dignitatis, vel cuiuſcūq; ordinis laicorū epiſcopū cōprehenderit, percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi forte iudicatū [d] canonice, auctores, & coopertores tanti ſceleris anathematizētur, & bona eorū eccleſiæ ipſius iuri perpetuo tradantur[e]. ¶ Si vero in presbyterū, vel in quēcumq; inferiorū graduum clericum hæc eadē præſumpſerit, canonicæ pœnitentiæ, atq; depoſitioni [f] ſubiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Item Nicolaus Papa Thadoni archiepiſcopo Mediolanenſi.[2]

¶ Flagellatores presbyterorū poſt tertiam admonitionem ſi non reſipuerint, excommunicentur. C. XXIII.

3 DE presbyterorū flagellatoribus, & occiſoribus, & prædonibus, ſcilicet, qui ſæculari[g] brachio minime coercētur, iuxta præceptū Dñi placet, vt fraterno amore conueniantur ſecundo, ac tertio. Qui ſi te non audierint, cōueniēte eccleſia eos ſacra cōione priuare, atq; (ſi in ſua obſtinatione permanentes ſacerdotalia monita forte contēpſerint) ab eccleſiæ cōpage ſub anathematis interdictione reſecare licētiā tribuimus. ¶ Quos etiam reſipiſcentes tandem digna ſatisfactione præmiſſa[h] in gremium ſanctæ matris eccleſię reuocari noueris poſſe.

[Item ex concilio Moguntino ſub Rabano c. 24.]

PALEA. C. XXIIII.

4 QVi presbyterorū occiderit, duodecim[α] annorū ei pœnitentia ſecundum canones imponatur: aut ſi negauerit, ſi liber eſt, cū ſeptuaginta duob⁹[β] iuret, ſi aūt ſeruus ſuper duodecim vomeres feruētes ſe expurget. Cōuictus vero noxæ vſq; ad vltimum vitę tēpus militię [γ] cingulo careat, & abſque ſpe coniugij maneat.

¶ Hæc Palea in vno tantum Vaticano Gratiani codice habetur.

α ¶ Duodecim.] *Sic in codice Vaticano, & ceteris locis indicatis. In vulgatis Gratiani codicibus legebatur,* viginti annorum pœna.

β ¶ Cum ſeptuaginta duobus.] *In concilio ipſo legitur,* cum duodecim, *Burchardus tamen, & Iuo, & codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

γ ¶ Militiæ cingulo.] *Sic etiam in Decretalibus & apud Burchardum, & Iuonem. In concilio autem legitur,* cingulum deponat, & vxorem amittat.

[Item ex concilio Triburienſi.]

PALEA. C. XXV.

5 VT presbyteri nō vadant, niſi ſtola, aut orario induti. Et ſi in itinere ſpoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur non ſtola veſtiti, ſimplici emendatione ſoluantur: ſi autem cū ſtola, triplici.

[Item ex eodem. c. 5.]

PALEA. C. XXVI.

6 OMnes presbyteri interfectores[α] cōpoſitione epi, ad cuius parochiā ptinent, ſoluātur: ita videlicet, vt medietatem Vuirgeldi†[β], eius epus vtilitatibus eccleſiæ, cui præfuit tribuat, & alterā medietatē in eleemoſynā illius iuſte diſpertiat. quia nullus nobis eius heres proximior videtur, quā ille, qui ipſum domino ſociauit.

¶ Hæc quoque palea in vno tantum Vaticano codice habetur. Eſt autem in capitularibus (vnde citatur in Pannormia) lib. 4. c. 15. & in Decretalibus tit. de pœnis. c. presbyteri. In concilio etiam Triburienſi, quod extat, cap. 4. habetur quiddam ſimile.

α ¶ Interfectores.] *Sic etiam in Panormia. Vaticanus codex habet,* interfecti. *In capitulari legitur,* presbyteri interfecti epo, ad cuius parochiam pertinent, ſoluantur ſecundū capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri: ita videlicet, & c. *Verum in Decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonē hoc modo:* Presbyteri interfecti compoſitio epiſcopo, ad cuius parochiam pertinebat, ſoluatur: ita videlicet & c. *& ſimilis lectio habetur in concilio Triburienſi, c. 4. Sed quoniam eſt initium capitis, nihil viſum eſt hic mutandum: reliqua autem ſunt emendata ex locis indicatis.*

β ¶ Vuiregeldi.] *Antea legebatur,* Renaldus. *Emendatū eſt ex ceteris locis indicatis, præterquam ex Decretalibus, vnde abeſt vtraque vox: legitur tamen in prima collectione.*

Item ex lib. 3. capitul. c. 25.[7]

¶ Pro gradū varietate mulctetur, qui clericos occidunt. C. XXVII.

8 QVi ſubdiaconum occiderit, CCC. ſolid. cōponat: q dianū, CCCC. presbyterum[i], DC. qui epiſcopum, DCCCC. qui monachum, CCCC.

Item ex lib. 6. capitul. c. 90.

¶ De eodem. C. XXVIII.

9 QVi occiderit monachū, aut clericū, arma relinquat, & Deo in monaſterio ſeruiat cunctis diebus vitæ ſuæ, numquam ad ſeculū reuerſurus, & ſeptē annis publicam[k] pœnitentiam agat.†

deponere[a] laicum, vt 11. qu. 1. nullus epiſcopus. & 32. qu. 5. præceptum. Ioan.

a ſe. ab honore & cingulo dignitatis, ſi q bis ſecundam Hug.

DE presbyterorum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd Thadonus archiepiſcopus Mediol. quæſiuit à Nicolao quid fieri debeat de his qui presbyteros flagellant & occidunt vel deprædantur, nec ſæculari brachio pñt coerceri. & reſpō. quòd primo conueniri debēt ſecundo & tertio. qui ſi delictum non emendauerint, à corpore ſacrę cōmunionis priuētur. tandē dēnt anathematizari in contumacia permanētes. In 2. parte dicitur quòd ſi ipſi reſipiſcant, recōciliari debēt eccleſiæ, digna tñ ſatisfactione præmiſſa. Secunda pars ibi, *Quos etiam.* Caſus ſeq. c. per ſe patet.

5 Prima pars hī c 6 l. ca. 169 Bur l. 6. c. 10. Iuo p. 10. c. 139.

g ¶ *Qui ſeculari.*] ergo ſæculari iudex in his enormibus criminib. primo habet coerctionem[b], & deinde eccleſiaſticus iudex, vt 23. qu. 5. ſunt quædam. Io. quod falſum eſt, vt extr. de iudi. cum non ab homine. B. Item hic patet, quòd ſæcularis poteſtas & eccleſiaſtica debent ſibi mutuū præſtare auxilium, vt 96. diſ. cum ad verum. & 32. diſt. eos qui. & di. 17. non licuit.

6 Capit. l. 4. c. 15. extr. de pœ c. pſbyteri Bur. l 6. c. 11. Iuo p. 10. c 140. Pan. l 8. c. 6.

† al. Vuirgeldi.

b Ad hoc fa. q̄ no. s. 90. di placuit.

h ¶ *Præmiſſa*] argu. [c] quòd excōicatus prius debeat ſatisfacere, q̄ abſoluitur, vt hic, & 11. q. 3. excellētiſsimus. in fi. & 23. qu. 8. ſi quis mēbrorum. & ca. peſſimi. ext. de iur. pa. relatum. arg. contra ext. de ſent. exc. per tuas. Sol. aut excōicatur quis ꝑ contumacia, aut ꝑ delicto. Si ꝑ contumacia, tūc præſtita cautione abſoluetur. Si pro delicto, & illud eſt euidēs, non prius abſoluetur q̄ ſatisfecerit. ſic diſtinguitur ext. de ver. ſig. ex parte. Ioan. Certe ſemper excommunicatur quis pro contumacia, ſed illa quādoque prouenit ex delicto, vt innuit illa decr. ex parte. niſi ipſo iure incidat in canonem latæ ſententiæ, vt ſ. ead. quæſ. 4. ſi quis ſuadente. B.

c Excōicat⁹ an poſſit abſolui n̄ premiſſa ſatisfactione.

7 Et in cōc. Trosleiano c. 13. & inter leges Lōgobard. tit. de homici. lib. 1 c. 17.

8 Pan l 8. c. 7 Bur l. 6 c. 5. Iuo p. 10 c. 9 & 114 ſimilia qdam.

i QVi ſubdiaconum.] ¶ *Presbyterum.*] Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœ. c. 2.

9 Iuo p. 10. c. 10. Pan. l. 8. c 8.

k QVi occiderit.] ¶ *Publicam*] Sed quid ſpectat ad imperatorem imponere alicui publicam pœnitentiam? Dic quod imperator inſtituit quid iu-

† al. geſſit

dex

dex eccleſiaſticus facturus ſit:ſicut econuerſo, vt 5.q.vlt.delatori.

S*I quis*] C A S V S. Statuit Inn.in hoc c.quod ſi quis iniecerit violentas manus in clericum, vel etiam in monachum, ſtatim ſit anathematis vinculo innodatus:& nullus epiſcopus eum quouis modo præſumat abſoluere, donec Apoſtolico ſe præſentet, & eius mandatum ſuſcipiat: niſi ſit in mortis articulo conſtitutus.

Item Innocentius Papa I I.in concilio Lateranenſi,c.15.

¶ Qui clericum percuſſerit, excommunicetur,& non niſi à Romano Pontifice abſoluatur. C. XXIX.

vij 1 SI quis [a] ſuadente diabolo huius ſacrilegij reatum [a] incurrerit, quòd in clericum [b], vel monachum violentas [c] manus [d] iniecerit,anathematis vinculo ſub iaceat [e]:& nullus epiſcoporum illum prǽſumat abſoluere(niſi mortis vrgente periculo)donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.

a ¶ Reatum.]*Sic eſt emẽd.tũ ex codicibus huius concilij manuſcriptis,& concilio Eugenij tertij.c.16.vbi hoc idẽ reperitur. Antea legebatur*.vitium,vel crimen incurrerit.

4 *Qui autem de eccleſia vi aliquem exemerit,vel in ipſa eccleſia, vel loco,vel cultui, ſacerdotibus. & miniſtris aliquid iniuria importauerit,ad inſtar publici criminis , & læſa maieſtatis accuſabitur: & conuictus ſiue confeſſus,capitali ſen entia à rectoribus prouincia ferietur . ſicut in primo libro codicis legitur,titulo de epiſcopis . & clericis le. [Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit.] & in Digeſtis tit.Ad legem Iuliam repetundarum.* † [f] *l.vlt.Committunt etiam ſacrilegium, qui contra diuinæ legis ſanctitatem aut neſciendo* [g] *committunt,aut negligendo violant, & offendunt:aut qui de principali iudicio diſputant,dubitantes , an is dignus* [h] *ſit quem princeps elegerit,vel qua intra prouinciam* [i], *in qua prouinciales , & ciues habentur,officium gerenda, ac ſuſcipiendæ adminiſtratio[nis deſiderant , vt Codicis lib.9.titulo de crimine ſacrilegij. Similiter de iudicio ſummi Pontificis alicui diſputare non licet.*

Vnde Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶Nemini eſt permiſſum de eo , quod Papa ſtatuit,iudicare, vel eius ſententiam retractare. C. XXX.

2 NEmini eſt de ſedis Apoſtolicæ iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare [k] permiſſum:videlicet propter Romanæ eccleſię primatum Chriſti munere in beato Petro apoſtolo diuinitus collatum.

¶ *Epiſtola,ex qua hoc caput eſt ſumptum,nõ extat:aliquid tamen ſimile habetur in epiſtola prima ad Michaelem Imperatorem.*

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

Vnde in Toletano conc.4.c.64.legitur.

¶ Sacrilegium faciunt,qui Iudæis publica officia committunt. C. XXXI.

3 COnſtituit ſanctum concilium, vt Iudæi,aut hi,qui ex Iudæis [l] ſunt,officia [m] publica nullatenus appetant:quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt.Ideoque iudices prouinciarum cum ſacerdotibus eorum ſurreptiones fraudulenter elicitas [a] ſuſpendant, & officia publica eos agere non permittant.Si qui autem iudicum hoc permiſerit , velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur:& is , qui ſurrepſerit,publicis cædibus [n] deputetur.

a ¶ Elicitas.[*Sic eſt emendatum ex codice Lucenſi regio:quamuis in alijs codicibus conciliorum, & Gratiani legatur*,relictas.

4 *Verum ne reuerentia religionis dominos ſuo iure fraudaret,ſi famuli ad eccleſiæ ſepta confugientes inde nequaquam abſtrahi crederentur, ſacris canonibus eſt inſtitutum,vt præſtito à Domino ſacramento impunitatis ei etiã reddantur inuiti.*

Vnde Gelaſius † Papa ſcribit Bonifacio epiſcopo.

† al. Gregorius

¶ Poſt præſtitam ſecuritatem ſerui reſtituantur dominis,qui ad eccleſiam confugiunt. C. XXXII.

4 MEtuentes dominos famuli ſi ad eccleſiæ ſepta confugerint,interceſſiones debent quærere nõ latebras:ne hæc ipſa præſumptio tarditatis [o] temeritatẽ augeat renitẽdi.Filius etenim noſter

---

a ¶ *Si quis*.] hoc nomine,ſi quis, etiam feminæ continentur , vt ff. de verbo.ſign.l.1.femina enim bene incidit in canonem hunc, vt extr.de ſent. exc. mulieres.

1 Pan.l.8.c.149.

b ¶ *In clericum*.] etiam Pſalmiſtam, qui clericus dicitur 21.diſt.cleros. & etiam in alias eccleſiaſticas perſonas,vt no.ſ.e.quiſquis.

c ¶ *Violentas*.] [a] ab hac regula multi caſus excipiuntur , vt impuberes:& qui iocoſa leuitate ſe percutiunt : & cum magiſter diſcipulum percutit , vt extra eo.ca.1.quia non ſunt huius manus violentæ.Item cum clauſtrales percutiunt ſe, vt extr.eo. cum illorum. Item cum oſtiarius ratione officij ſui aliquẽ verberat. Vel cum aliquis officialis arcet aliquem à turba. Vel cum aliquis defendendo ſe percutit clericum. Vel cum inuenit clericum cum vxore ſua , matre, ſorore, filia. hos caſus habes ext.eo.ſi vero. Itẽ mulieres & debiles perſonæ excipiuntur, vt extr.eo.mulieres.Item ipſi prælati licite percutiunt clericos ſuos: vel alij clerici de mandato ipſorum, vt extr. eo.ex tenore.Item quã diu habes inimicitias, vt extr.ead. de cetero. Item excipiuntur illi qui leuem iniuriam fecerint clerico , vt extra e.peruenit.

[a] Clericum percutiens non ſemper incurrit excommunicationem.

d ¶ *Manus*.] Idem ſi pedes:vel ſi ſpuat vel perfundat eum aqua. aliud dico ſi rumpat veſtimenta ſua. ſed idem credo & tunc: quia violentia fit perſonæ [a]:& quia quæ religioſis,&c.ff.de rei vend.l.quæ religioſis.

a Anſ.l.2.c.21 Pan l.4.c.10 a de hoc no. de pœ.diſ.1. ſi quis pulſatus. ibi vid.

† *petulatus l. ſacrilegij*] vera lectio , vt in gl.

e ¶ *Subiaceat*.] iſte canon non eſt latæ ſententiæ,& ille extr.de fal.ad falſariorum.extr.de loca.ex reſcripto.& vbicunque quis ipſo facto incidit in ſententiam,vt 24.q.1.c.1.& 2. Ioan.

QVI AVTEM. Hæc eſt 3.pars q.in qua ponit diuerſos modos ſacrilegij.Io.de Fant.

CASVS. In hoc §.oſtendit G.quæ ſit pœna ſacrilegij ſecundum legem ſæcularem:& dicit quod ſi aliquis ſacrilegium commiſerit , ad inſtar publici criminis accuſatus & conuictus & confeſſus capitali ſententia ferietur.& ad hoc probandum inducit duas leges , & hoc in 1.parte:in 2.parte dicitur,quòd ſacrilegium cõmittitur tribus modis ſecundum legem.Primo quando aliquis vel neſciendo vel negligendo legem violat.Secundo,cum aliquis diſputat an dignus vel indignus ſit quẽ princeps elegerit.Tertio,quãdo aliquis in prouincia dignitatem gerendæ adminiſtrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur ſi aliquis diſputat de iudicio ſummi Pontificis. Et ad hoc inducit ſequens c.Secunda pars eſt ibi.*Committunt*.

f ¶ *Repetundarum*.] magiſter errauit in nomine huius tit. ſed illud inuenitur.ff.ad leg.Iul.pec.ſacrilegij.

g ¶ *Neſciendo*.] quia iuris ignorantia diuini vel naturalis non excuſat.

h ¶ *Dignus*.] quem princeps iudicat dignum,& nos iudicabimus. ſimile 93.diſt.c.1.ff.de re iud.quidam. C.de aduo. di. iud. reſtituendæ. in fi.arg.contra:quia poſſum appellare à iudice quem ipſe ex certa ſcientia dedit [b].extr.de off.del.cum olim.1.extr.de app.nouit.ext.de ſent.& re iud.cum cauſa.

b Et hoc idẽ ga appellationis remedium olb.eſt cõe, in auth. de iudi.§. pen. Io. de Fant.

i ¶ *Qui intra prouinciam*.] prætor tamen eligendus eſt vbi larem fouet, vt C.de offi.præt.tres.ſimiliter defenſor de ipſa ciuitate eligendus eſt,in auth.de def.ciuit.§.1.& vlt.& prælatus potius de gremio proprio quàm de alieno,vt 71.diſt. nullus. & ſacerdos de propria diœceſi.71. diſtin.hortatur.

N*Emini*.] C A S V S. Præcepit Nic. in hoc ca. omnibus epiſcopis, vt nullus eorũ de iudicio ſedis Apoſtolicæ iudicet , vel eius ſententiam, vel iudicium retractet: eo quòd eccleſia illa primatum habet & prærogatiuam inter omnes alias eccleſias.

k ¶ *Retractare*] ſed ipſemet vel eius ſucceſſor poteſt eam reuocare,vt 35.quęſt.9.ſententiam.

§ Diſt. 54. nulla. Iuo p.13.c.97.

SACRILEGII. Dictum eſt ſ.quòd ſacrilegium ſex modis cõmittitur.nunc vero dicit Grat. quòd ſimiliter committit quis ſacrilegium,cum Iudæis publica officia committit.& ad hoc inducit ſeq.c.

C*Onſtituit*.] C A S V S. In Hiſpania publica officia cõmittebantur Iudæis: & propter hoc Chriſtiani à Iudæis lædebantur : & ideo ſtatutum fuit in conc. Tol. ne rectores prouinciarum cum epiſcopis de cetero hoc permittant. & ſi quis heri permiſerit, velut ſacrilegus anathematizetur : & Iudæus publicis cædibus deputetur. *Cum ſacerdotibus*, id eſt , epiſcopis. *Eorum*. id eſt , Iudæorum. *Obreptiones* . id eſt , adminiſtrationes. *Relictas*. id eſt, conceſſas per obreptionem. *Suſpendant* , id eſt , remoueant & auferant ipſis Iudæis.

4 Iuo p. 16. c 61 & p.3. c.115.Pan.l. 2.c.77.& 74.

l ¶ *Qui ex Iudæis*.]. id eſt , de familia ipſorũ: vel loquitur de Iudęis de nouo ad fidem conuerſis.

m ¶ *Officia*.] ſupra diſtinctione quinquageſimaquarta. nulla officia.

n ¶ *Cædibus*.] [a] Nota quod eccleſia iudicat de his qui foris ſunt,contra id quod eſt,ſecunda,quæſtione prima.multi.hoc in pœna temporali ſiue in pecuniaria:ſimiliter in ſpirituali,ſed indirectè , vt extra de vſur.poſt miſerabilem.& eſt ſimile vigeſimaoctaua , quæſt.1. ſæpe.

[a] Eccleſia de his qui foris ſunt quãque iudicat.

VERVM.Hæc eſt 4.pars q.in qua quæritur quid iuris ſit de ſeruis fugientibus ad eccleſiam.Ioan.de Fant.

C A S V S. Dictum eſt ſupra in capi .ſicut antiquis. & in capit, miror.& cap.reum.quòd nullus extrahi debet de eccleſia.ſed quia ſerui ſub hac occaſione ad eccleſias fugientes dominos ſuo iure priuabant, ideo ſtatutum fuit vt recepto ſacramento de impunitate, ſerui etiam inuitis dominis ſuis reddantur : quod probat per ſequen.cap.

M*Etuentes*.] C A S V S.Seruus Petri viri ſpectabilis fugit ad eccleſiam ſancti Clementis:cui cum Petrus per procuratorem ſuum ſacramentum de impunitate perſonæ præſtare vellet , egredi tamen nolebat. Super quo cum præfatus Petrus conquereretur Gelaſio,præcepit idem Gelaſius Bonifacio epiſcopo , vt cum illo procuratore illuc ſuum nuntium debeat deſtinare:& ſi poſt ſacramentum præſtitum de impunitate ſeruus ad dominum redire noluerit,ſibi reddatur inuitus. *De præſenti*,id eſt,in præſenti.

o ¶ *Tarditatis*.]id eſt,retentionis.

a ¶ *De præſenti.*] id eſt, in præſenti. Dominus iſte poterat per alium iurare, vt hic patet. & 100. diſt. optatum. & ſcias quòd procurator debet iurare in animam domini, vt 63. diſt. tibi domino ſancto. ſed ſyndici ſiue œconomi in propriam animam, vt extr. de iur. calum. in pertractandis.

b ¶ *Sacramenta.*] hoc intellige cũ nõ eſt tanta ſæuitia domini quin ſuo ſacramento poſſit credi, vt dixi 32. qu. 1. de Benedicto. Ioan.

VXor Felicis.] CASVS. Quidam nomine Felix, ſeruus erat villicus vel procurator Orthaſij: cuius res male & fraudulenter adminiſtrauit. Iſte Felix cum dñs eum impeteret, ad eccleſiam confugit Barbarorum: quẽ cũ dictus Orthaſius de eccleſia extrahere vellet, præcepit Gelaſius vt præſtaret ſacramentum de impunitate: quod cũ facere vellet, noluit Felix recipere ſacramẽtum, dicens ſe iuſtam cauſam habere: vnde ei nolebat reddere rõnẽ. quare Papa præcipit illum ſub hac conditione egredi, vt ſi rationabiliter aliquid allegaret, nihil durũ pateretur. Egreſſus autẽ ſe tueri non potuit: & ſic miſſ⁹ eſt in carcerẽ. vxor autẽ ſua & filiæ ſuæ Romã venerunt, & ſupplicauerũt Papæ pro Felice. & reſpõdet Papa: quia Felix renuntiauit ſacramento impunitatis, qđ pro ſe fuerat introductũ: & vera fuerunt quæ ſibi obiiciebãtur, imputet ſibi q tenetur incarceratus. qđ totũ ſignificat Papa Ioanni epõ Viẽneñ. Et no. q in hac parte ca. non dicit Papa qđ fieri debeat de Felice ſed in ſequẽti. Vel forte per hoc quod dicit, imputet ſibi, innuit q non vult eum tueri.

c ¶ *Barbarorum*] proprium eſt nomen: ſicut Carbonenſium.

d ¶ *Sibimet*] quod non petiit cautionem de impunitate.

e ¶ *Imputaret.*] nota arg. q imputet ſibi qui de iure ſuo cõfiſus noluit vti beneficio canonis. vnde ſi qs de iure ſuo cõfiſus incontinenti litẽ conteſtetur nõ petitis induciis, bene ꝑiudicat ſibi licet quidã hoc negẽt: q2 lex dicit quòd lite conteſtata contra hoc indultũ habita pro nihilo habenda eſt, vt 3. q. 3. offeratur. Item habes hic, quòd aliquis põt renuntiare priuilegio quod ad honorem cæleſtem inductum eſt, contra illud extr. de fo. comp. ſi diligenti, ſimile huic dicit lex imputet ſibi qui pro nouo beneficio vetus elegit grauamen. C. de iur. delib. l. vlt. §. pen.

vir ſpectabilis Petrus quæritur ſeruum ſuum in eccleſia ſancti Clementis diutius commorari †, cui cum deputaſſet ſacramenta præſtari, illum egredi nulla ratione voluiſſe. Et ideo directus ſupradictus † homo de præſenti[a] cum eo, quem elegeris eſſe mittendum, cũ de impunitate eius ſacramenta[b] præbuerit, cum ſtatim facias ad dominum ſuum modis omnibus remeare: aut ſi in hac pertinacia † forte perſtiterit, poſt ſacramentum ſibi præſtitum reddatur inuitus.

Idem Ioanni epiſcopo Vienenſi †.

¶ Securitate recepta ratiocinia reddenda fugitiui ab eccleſia redire cogantur. C. XXXIII.

1 VXor Felicis, & filiæ Romã, quia ſic oportuit, peruenerunt. Si quidem hunc ipſum primum ſe ad Barbarorum[c] baſilicam conferentẽ, ſeque bonas cauſas habere iactantem egredi ſub hac conditione præcepimus, vt ſi actus ſuos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorſus aſperum fieri, durumque pateremur. Alioqui ſi contra fidem, & vtilitatẽ Dominicam veniſſe probaretur, ipſe ſibimet[d] imputaret[e], atque † domini ordinationi congruæ ſubiaceret. Qui ſuperueniente filio noſtro viro ſpectabili Orthaſio, ſic eſt ad ſingula quæque conuictus, vt os aperire non poſſet, & vera eſſe, quæ huic obiicerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur cuſtodiæ mancipatus.

Idem Syracuſano, & Conſtantino, & Laurentio epiſcopis.

¶ Eripiatur in libertatem ſeruus, cui Chriſtiano Iudæus ſignaculum circumciſionis impreſſit: alioquin ab eccleſia domino ſuo reddatur inuitus. C. XXXIIII.

2 IVdas, qui Iudaicæ profeſſionis exiſtit, mancipium ſui iuris, quod ante paucos annos[f] ſe aſſerit comparaſſe, nunc ad eccleſiam Venafranam confugiſſe ſuggeſſit (ſicut petitorij tenor annexus oſtendit) eo q dicat ſibi ab infantia Chriſtiano nuper à præfato domino ſignaculum circumciſionis infixum. Quapropter veſtra diligenter inter vtrumque ſolicita cura rerũ fideliter examinet veritatem: quatenus nec religio temerata videatur, nec ſeruus hac obiectione mentitus competẽtis iura domini † declinare cõtendat.

Item ex concilio Toletano 12. c. 10.

¶ De atrio eccleſiæ (quòd triginta paſſib⁹ clauditur) niſi prius data ſecuritate fugiens non abſtrahatur. C. XXXV.

3 DIffiniuit ſanctũ concilium, vt nullus audeat cõfugientes ad eccleſiam, vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſias petunt, per omnia licitũ in triginta paſſus ab eccleſiæ ianuis progredi: in quibus triginta paſſibus vniuſcuiuſque eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur[g]. ſic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel lõge ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo abſcedãt †: ſed in hoc triginta paſſuum numero abſq; domorum extranearũ receptaculo progrediendi † aditũ obtinebunt: qualiter ad † requiſitæ naturæ vſum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu neceſſitudinis, qui Dominicis ſe defendẽdos cõmiſerint clauſtris. Si quis autẽ hoc decretum tẽtauerit violare, & eccleſiaſticæ excõmunicationi ſubiaceat, & ſeueritatis regię feriatur ſententia. Ipſos autem, qui ad eccleſiam confugium fecerũt, ſi iuxta priſcorũ canonum inſtituta hi, qui eos repetunt, ſacramenta reddiderint, & ſacerdos eccleſiæ ipſi⁹ ab eccleſię nõ abſtraxerit forib⁹, aut fuga taliũ, ſi euenerit, ſacerdoti quęrenda eſt: aut dãnorũ ſentẽtia ſecundũ electionẽ principis[h] huiuſmodi ſacerdotib⁹ irrogãda.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 3. & 5.

¶ Ante ſecuritatem acceptam de atrio eccleſiæ fugitiuus non cogatur exire. C. XXXVI.

4 ID conſtituimus obſeruandũ, quod eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab eccleſiæ atriis, vel

IVdas] CASVS. Iudæus quidam nomine Iudas, conqueſtus eſt Papæ Ioanni de quodam ſuo ſeruo qui fugerat ad eccleſiam Venafranam quẽ ante paucos annos ſe comparaſſe dicebat. Seruus replicabat q a pueritia fuerat Chriſtianus: & nuper à præfato domino ſignaculũ circumciſionis recipit. Quare Papa cõmittit cauſam Syracuſano & Conſtantino & Laurẽtio epiſcopis vt veritatem diligẽter inueſtigent: quatenus ne religio Chriſtiana temerata videatur impune: ne ſeruus forte mentitus iura domini declinare contendat.

f ¶ *Ante paucos annos.*] 5. diſt. c. 4. c. mancipia. & c. nulli. & c. fraternitatem. contra. ſed aliud eſt dicere ſe velle fieri Chriſtianum, ſecundum quod illud c. loquitur. aliud eſt dicere ſe eſſe Chriſtianũ, & mentiri, vt ſic poſſit recedere à dño ſuo, ſecundum quod loquitur hic.

DIffiniuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt nullus audeat facere violentiam in reb. vel perſonis fugientium ad eccleſiam intra 30. paſſus eccleſiæ, nec ẽt extra 30. paſſus, cũ ad requiſitæ naturæ vſus neceſſarios ire cõpellãtur: ita q ad receptacula extranearum domorũ, i. poſitarũ extra ſupradictum ſpatiũ nõ progrediatur. ſi qs vero cõtra fecerit, excõicatus regia ſnia feriatur. ſi vero dato ſacramento de impunitate perſonarũ ſacerdos fugientes nõ reddiderit, & poſtea tales fugerint, aut ſacerdos eos quærere dẽbeat aut ſecundũ electionẽ principis dãnũ emendet. *abſque*, excluſiue põitur. *Qualiter*, i. vt ſecundum electionẽ principis, i. ſecundum quòd voluerit damnum arbitrari.

g ¶ *Defendatur.*] Sed quis prouidebit iſtis interim in expenſis? Reſpõdeo, eccleſia, vt C. de his qui ad ecc. confu. l. præſenti. in fi. ſicut cuſtos carceris prouidebit captiuis. C. de epiſc. aud. vt iudices.

h ¶ *Principis*] i. iudicis[c] eccleſiaſtici: vel principalis perſonæ, ſ. actoris. & ſic nõ obeſt. 96. diſt. denique.

ID conſtituimus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dr q ſi debitor cõfugerit ad eccleſiã, ſecundũ leges & canones non dẽt parenti reſtitui niſi dato ſacramento de indẽnitate pſonæ, ita quòd poſtea debitor ille ſatisfaciat ei cuius eſt debitor. ſi vero poſt datum ſacramentũ debitorẽ in perſona, offenderit, dẽt anathematizari. Si autẽ creditor petat & exigat à debitore vltra q̃ debeat, & ꝑpter hoc debitor ab eccleſia confugerit, ſibi imputet creditor, qui pl⁹ exigebat. In 2. parte dicitur q ſi ſeruus propter culpã aliquã ad eccleſiam confugerit, dato ſacramento de impunitate debet domino reddi: quem ſi dominus poſtea offenderit, debet excommunicari. ſi vero ſeruus recepto ſacramento de impunitate perſonæ ad dominum redire noluerit, inuitus à domino occupetur. *Ita vt ei cõ‐ueni*, i. conuentus vel liberator. *Criminoſus*, i. obnoxius propter furtũ vel rapinam vel mutuum quod reddere nolebat. vel quod negabat. *Cõ reus*, i. debitor. *Compoui*, i. damnum reſarciri vel debitum reddi. *Intentione*, i. amplificatione vel augmento pœnæ vel pecuniæ faciente: qui non opponeret niſi plus daret.

procurator in animam domini iura re debet, ſyndicus, ſiue œconomus in propriã.

† al. commorari

† al. ſupradictus

† al. pertinacia

† al. Viennenſi

1 Iuo p. 16. c. 77.

† al. atque ordinationi

a Beneficiũ iuris ſpernẽs ſibi debet imputare.

2 Iuo p. 3. c. 113.

a Idẽ Alc. de Im. l. 1. ff. de eden. cir pr. verſ. ſecundo not.

b Vſ. q. bene ſecundum id quod not. s. q. 10. in ſumma.

† al. domini

3 Iuo p. 3. c. 121. Pan. l. 6. c. 78.

† al. abſcedant] ig t

† al. progredientes

† al. qualiter requiſitæ naturæ vſum debitis expleant locis

c Papæ, vt no. de conſ. diſt. 1. corpora. Arc.

4 Raba. pœ. c. 2. Bur. l. 3. c. 170 Iuo p. 3. c. 107.

a ¶ Vel

a ¶ *Vel domo.*] quæ domus erat intra quadraginta paſſus, vt 41. diſt. epiſcopus vilem. & de conſec. diſt. 3. epiſcopus. Idem tamen priuilegium habet ſi eſt extra iſtos paſſus. Io.
b ¶ *Conſignare.*] id eſt, tradere.
c ¶ *Vt ei.*] i. cum eo.
d ¶ *Criminoſus.*] id eſt, obnoxius.
e ¶ *Conuiuio.*] id eſt, conſortio.
f ¶ *Intentione.*] i. plus debito requirit.
g ¶ *Occupari*] auctoritate propria, vt videtur ext. de imm. eccl. inter. licet ſit arg. cõtra. ſ. ea. c. prox. in fi. & C. de his qui ad ecc. confu. l. 3. Ioan.

1 C. 5. Burch. l. 3. c. 191. Iuo p. 3 c. 109 Pann. l. 2. c. 73.

OCCASIONE. Hæc eſt 5. pars q. in qua probatur ꝙ ſeruus occaſione religionis non debet dominum carnalem fugere. & hoc facit per duo. c. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. in §. verum. ꝙ ſerui occaſione religionis dominos fraudabant iure ſuo: nunc vero oſtendit hoc non eſſe faciendum.

SI *quis ſeruum.*] CASVS. Dicitur in hoc c. ſi quis occaſione religionis docet ſeruum dominum ſuum contemnere, & ab eius ſeruitio recedere, anathema ſit. Idẽ dicitur in ſequenti c. cuius caſus patet.

† al. *ſui domini*

N*Vllus.*] CASVS. Facta interpoſitione de ſacrilegio, redit magiſter ad principale propoſitum, ſc. ad tractatum propoſitæ quæſtionis, ſ. ꝙ res eccleſiæ non ſunt alienandæ. Eſt ergo caſus talis, Statutum fuit in Carth. conc. vt nullus res eccleſiæ ſubtrahat: ſi autem neceſsitas immineat debiti, & eccleſia non habeat reditus vnde ſoluat: tũc fieri poteſt alienatio poſſeſsionis: ſed fiat hoc cum conſenſu primatis, & cum ſtatuto numero epiſcoporum. ſi vero tanta ſit neceſſitas, vt ſuper hoc primas, i. patriarcha conſuli non valeat, fiat alienatio coram duobus vel tribus vicinis epiſcopis, & poſtea in cõcilio patriarchæ ſignificetur. ſi quis vero contra fecerit, deponatur. Hoc hodie locum non habet, quia epiſcopus tantum de conſenſu canonicorũ poteſt alienare, vt 12. q. 2. ſine exceptione.
h ¶ *Reditus.*] i. mobilia bona, quæ ſufficiunt ad ſoluendum debitũ.
i ¶ *Vt cum ſtatuto.*] illud hodie non requiritur: q2 hodie ſufficit

2 Iuo p. 16. ca. 102 & p. 13 c 48.
3 in c. græcorum ſynod. Mar. Brac.
4 Burc. l. 8. c. 25. Iuo p. 7. c. 43.

domo[a] epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat: ſed nec alteri conſignare [b], niſi ad Euangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri: ita vt ei [c] cui reus fuerit criminoſus [d], de ſatisfactione conueniat. Quòd ſi quis ſacramenta ſua conuictus fuerit violaſſe, reus periurij non ſolum à communione eccleſiæ, vel omnium clericorum, verumetiam & à catholicorum conuiuio [e] ſeparetur. Quòd ſi is, cui reus eſt, noluerit [6] ſibi intentione [f] faciente componi, & ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit, ab eccleſiæ clericis nõ quæratur. ¶[1] Seruus etiam, qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi à domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur: & poſtquam dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadẽ culpa, qua excuſatur [c], probatus fuerit pertuliſſe, pro contemptu eccleſiæ, & præuaricatione fidei, à communione, & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si vero ſeruus pro culpa ſua ab eccleſia defenſatus ſacramẽta dñi † clericis exigẽtib⁹ de impunitate pceperit, exire nolentem a dño liceat occupari [g].

a ¶ Reos.] *Sic eſt emẽdatũ ex originali, Rabano, Burchardo, & Iuone, cum in Gratiani codicibus etiam manuſcriptis legeretur*, eos.
6 ¶ Noluerit ſibi.] *Antea legebatur*, voluerit. *Mutatum eſt ex concilij exemplaribus etiã manuſcriptis, & nonnullis ipſius Gratiani, & ceteris collectoribus, quamuis in recentiore Colonienſi editione abſit dictio*, ſibi.
c ¶ Excuſatur.] *Sic in omnibus Gratiani, & conciliorũ codicibus impreſſis, & manuſcriptis. Apud ceteros collectores eſt*, accuſatur.
5 *Occaſione namque religionis ſeruus dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere non debet.*

Vnde in Gangrenſi concilio, c. 3. legitur

¶ Religionis occaſione dominum ſuum non audeat ſeruus contemnere.

C. XXXVII.

vij[2] SI quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominũ ſuum contẽnere, & eius miniſterium deſtituere, ac non potius docuerit eum ſuo domino bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 47.[3]

¶ Corripiatur duriſsime, qui cauſa religionis docet ſeruum dominum ſuum cõtemnere. XXXVIII.

viij[4] SI quis ſeruum alienum cauſa religionis doceat contemnere dominum ſuum, & recedere a ſeruitio eius, duriſſime in omnibus arguatur.

Item ex concilio Carthaginenſi, c. 26.[5]

¶ Primati inſinuetur neceſsitas quæ res eccleſiæ diſtrahere compellit.

C. XXXIX.

f ¶ *Beneficia.*] numquid clericus qui fuit in probatione per annum, debet repetere beneficia ſua, cum clericus non niſi per tres ſeptimanas poſsit abeſſe ab eccleſia, vt ſeptima, quæſtione prima. ſi quis in clero. vel vſque ad ſex menſes, vt extra de cleric. non reſiden. ex tuæ? Sed dic vt notaui vigeſimaſeptima, quæſtione ſecūda. deſponſatam. Io. Sed de hoc quid iuris ſit, in quæſtionibus notam. Ber.

NOs nouimus.] CASVS. Bonifacius comes promiſit ſe monachum fieri, poſtea duxit vxorem. vnde quæſiuit ab Auguſtino vtrum ratione prioris voti vxore non obſtante poſsit continere. Et reſpondet Auguſtinus quòd nō: quia vxor innocens quæ ſine fraude nupſit, eſt impedimento.

g ¶ *Nauigaſti.*] ſicut nauigans ſubiicit ſe variis periculis, nec proprio motu regitur, ſed ventis, ſic habens vxorem.

h ¶ *Sciens.*] ergo ſi ſciuiſſet, quòd votum ſimplex fecerat, peccaſſet ipſa mortaliter. quod verum eſt, ſicut & alter qui impediuiſſet votum illius, vt trigeſimaſecunda, quæſtione ſecunda. hoc ſanctum. & eſt ſimile extra de eo qui dux. in matrimo. propoſitum.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradicto ca. dicens quòd licet iſte comes ore pronuntiaſſet ſe velle monachum fieri, non tamen eſt coactus poſtea ſuſcipere quod corde concepit. Poſtea dicit quòd iuxta beatum Greg. & Benedictum annus indulgetur notis ad probationem, ignotis vero triennium. & ad hoc inducit ſequens c. & reſpicit hoc finem illius c. Gonſaldus.

SI quis incognitus.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, ſi aliquis incognitus vult ingredi monaſterium, per quot annos debeat eſſe in probatione. Et reſpondetur, per tres. ſed ſi ſeruus, vel liber curiæ adſtrictius, vel adſcriptus, à domino ſuo intra triennium quæratur, reddatur ei talis cum omnibus quæ attulit in monaſterio, accepto prius iuramento de impunitate perſonæ. ſi vero intra triennium non requiratur à domino, poſtea non audietur dominus, niſi ſit tam longe, quòd inueniri non poſsit.

i ¶ *Habitus.*] [a] ergo tempore probationis erit in habitu priori, vt quinquageſimatertia diſtinctione, legem. & quinquageſimaquarta diſtinctione, multos. & extra qui cleric. vel vouen. ſuper eo. probabilius tamen videtur, quòd in habitu monachali debeat eſſe, cum non aliter poſsit experiri aſperitatem ordinis, niſi induat habitum. & quòd dicit hic, non præſtetur, intellige cum effectu, & vt eum non poſsit reiicere.

a idē ij Alle. de Imo in l. bonorū. C. qui adm. ad bo. poſ. poſ. 2 ſent. 4 diſt. 27. Aug. Caſſiodo. & glo. ordi. 1 Pſ. 3. J. de pœni. diſt. 1. c. 5.

2 Iuo p 6 c. 4 8. & coprioſius.

3 Pann l. 3. c. 183

b Ad idem ext. de reg. ſicut tenor. ſed hæc nō ſi eſt ſufficiēs: nā & multo ēſo intrare poſſet religionē 19 q. 2. duæ ſunt. eſt ergo nō quia non erat compos ſecūdum Io. de Fan.

c Adde de modo phādi quē furioſum p teſtes vel aliter, vt p Bal & Mo des il furioſum C. qui teſt fa poſ. & p gl i l. ſi cū dotē §. ſi maritus. ff. ſo ma & ibi Bal Ang. & Io. de Im. & per B l in l. 1. ff de bo. poſ. fur. infan. del a & iu l is qui. §. ſi ff de tut. & cu d. ab his l. mutum & ibi B l ff. de acq. h. Bar. in l. ſi quidē. ff. ſo ma. cōc. ibi alle. & per do de S. Gem. in c. 1. § ſi vero. & ibi etiam tex de cle. ægr li. 6. & c. ſiliu. de hær. in 6.

d De hoc ēt legi. & not. 53. diſt. c. vlt. & ibi dixi, de hoc ſatis not Rayn. in ſumma. ſ. ti. de vot. §. ſi autem, &c. Arc.

4 Iuo p. 7. c. 9. & 10. & p. 8. c. 16.

5 Nouel. 5. c. 2. & apud Iulianu antec. nouel 123. c. 52 Cap l. 5. c. 2. 7.

6 Bur. l. 8. c. 20. Iuo p 7. c. 41 Pann. l. 3. c. 184.

a religio in quo habitu probari d3.

a ¶ Aut

a ¶ *Aut libertus.*] per iſtud c. videtur ſoluta quæſtio. ſi vxoratus ſe & ſua tradidit religioni ſine licentia vxoris, & poſtea repetitur ab vxore, an poſtea ſint ei res ſuæ reſtituendæ. hic dicitur quòd ſic. Vel intelligitur de tali liberto, qui eſt adſtrictus alicui curiæ.

b ¶ *Intra triennium.*] ſed cum iſte ſeruus fecerit furtum ſui corporis quomodo rem furtiuam vſucapit triennio, cum nec ſpatio longi temporis poſſit ſeruus fugitiuus præſcribi, vt C. de ſer. fug. l. 1. Reſpõ. in hoc eſt fauor eccleſiæ. poſſet tamen dici, quod eccleſia debet recompenſare damnum domino. 12. qu. 6. comperimus. conſimilis fauor eſt. ſ. ea. q. 4. queſti.

c ¶ *Longe.*] ex hoc videtur, quòd tantum currat illud triennium à tempore ſcientiæ. Alij dicunt, quòd currit à tempore probationis, vt dixi 54. diſt. ſi ſeruus.

Q*Vòd autem.*] CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, qua quæritur an liceat monacho redire ad propria cum abbatis licentia? & reſpondetur, quòd non: quia ipſe mortaliter peccaret ei licentiam dando, quare abbati non licet licentiam dare, nec ei licet retrorſum abire: quia ex quo ſe abbati ſubiecit, ſine eius permiſſione nihil agere poteſt, ſi mente ſana hoc fecit.

d ¶ *Quòd autem.*] Hic quæritur, an monacho recedenti reddenda ſint quæ ſua fuerũt. & dicendum eſt, quòd non. 19. q. 3. quia ingredientibus. & ſ. proxi. q. 6. de lapſis. & in Authẽ. de monach. §. ſi vero relinquens. coll. 1. ſi tamen timetur de eius ſæuitia, poſſunt monachi permittere, vt ſua tollat, vt ſ. eo. q. 4. §. vlt.

S*I autem ſine.*] Hec queſtio diuiditur in ſeptem partes: in quarum prima probat per quattuor ca. quòd illi qui recedũt à monaſterio ſuo, non ſunt eis ſua reddenda. Secunda ibi, *Si cut antiquitas.* Tertia ibi, *Qui autem.* Quarta ibi, *Verum nec.* Quinta ibi. *Occaſione.* Sexta ibi, *Etiam ſi epiſcopo.* Septima ibi, *Sed notandum.* Io. de Fant.

CASVS. Hæc eſt 4. q. qua quæritur an abbas reddere debeat alicui monacho recedenti ea quæ monaſterio dedit. Et reſpondetur quod non. 19. q. 3. quia ingredientibus. & ſ. prox. q. 6. de lapſis & in Auth. de mona. §. ſi vero relinquens. quia abbati non licet alienare poſſeſſiones & res eccleſiæ traditas, nec etiã alicui alteri licet. ſi tamen de eius ſæuitia timeatur, poſſunt abbas & monachi permittere vt ſua tollat, vt ſ. c. vlt.

Q*Vicumque.*] CASVS. Quidam epiſcopi vel alij prælati iniuſte alienabant res mobiles & immobiles eccleſiæ ſuæ: & ideo ſtatutum fuit vt qui talia faciunt, deponantur.

e ¶ *In conſtitutum.*] id eſt, contra conſtitutionem talia prohibentem.

† *al. vel colonus*

a *iſta fuit opi. H qui dixit hoc eſt i fauore religionis. vide ſup hoc illũ § in authen. de monach. ſi.ð ſinguli.*

† *al. priora*

† *5. 7 6. qu 1. poſſeſſiões.*

1 *Anſ. l. 4 c. 30. Poly l. 6. tit. 15.*

ſeruus, aut libertus a a colonus† quæratur à domino ſuo, reddatur ei cum omnibus, quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra b triennium non fuerit requiſitus, poſtea quæri non poteſt, niſi ſit tam longe c, quòd inueniri non poſſit. Sed β tantum ea, quæ in monaſterium adduxit, dominus ſerui accipiat.

¶ *Cap. hoc etiam in Pannormia citatur ex Bonifacio. A Burchardo autem & Iuone, & in pleriſque vetuſtis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Toletano. Sed in nullo eorum quæ impreſſa aut manuſcripta habentur, inuenitum eſt. eadem tamen fere ſunt in capitularibus. & apud Iulianum antecesſorem nouella 123. c. 52.*

a ¶ Libertus.] *Sic emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis & ex locis indicatis quam lectionem habuit etiam auctor gloſſæ. Antea legebatur liber.*

β ¶ Sed tantum.] *Hæc addita ſunt ex locis indicatis.*

QVÆSTIO. III.

Q*Vòd autem* d *quæritur, an poſt traditionem ſit ei fas cũ licentia abbatis ad propria* † *redire, facilè monſtratur nõ poſſe fieri. Ipſum enim reddere criminoſum eſt. Qui autem manifeſto facinori deſinit obuiare cum poteſt, conſentit. Hic autem non ſolum non obuiat, ſed etiã permittendo fautor exiſtit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi: nec illi licet vtique retrorſum abire: quia ex quo ſemel ſe abbati ſubiecit, abſque eius permiſſione nihil agere poteſt.*

QVÆSTIO. IIII.

I p. S*I autem ſine licentia abbatis de monaſterio diſceſſerit, quæritur, vtrum ſua ſint ei reddenda an nõ. Sed poſſeſſiones, & res eccleſiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alicui licet.*

Vnde Symmachus Papa [¹ *Poſſeſſiones, quas vnuſquiſque, &c.*] *& iterum in ſynodo Romana 3. c. 6.*

¶ Honore priuetur qui de iure eccleſiæ aliquid alienare præſumpſit. C. I.

¹ QVicumque epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor a in conſtitutum d præſens committens prædium β eccleſiæ magnum, vel exiguum f, vel quidquam de iure eccleſiæ alienare tentauerit & donator, & alienator, & venditor honoris g ſui amiſſione mulctetur.

a ¶ Immemor.] *In concilio ipſo ſequitur. cuius Romanæ ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuincíri. Nã vt ſupra 12. quæſt. 2. non liceat. dictum eſt. in ea ſynodo Romanæ tantum eccleſiæ legem Symmachus præſcripſit.*

β ¶ Prædium.] *Hoc loco omiſſis verbis ſexti capitis eorum loco reſtituta ſunt hæc ex tituli eiuſdem concilij omnino que caput hoc ex verbis illius ſynodi ſuo modo collector aptauit.*

[*Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 11. epiſt. 31.* ³]

PALEA. C. II.

⁴ RAtio nulla permittit, vt proprius cuiuſquam vſibus applicetur ⁵, quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur.

Item Ambroſius libr. 2. de pœnitentia, cap. 9.

¶ Qui reuocandum putat, quod eccleſiæ contulit, ſacrilegij crimen incurrit. C. III.

SVnt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non iudicio h perpetuo, vbi eccleſiæ contulerunt, poſtea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima i merces rata eſt, nec ſecunda k: quia nec prima iudicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Sunt, quos pœnituerit opes ſuas diuiſiſſe pauperibus. Sic eos a, qui pœnitẽtiam agunt l, hoc ſolum timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agant pœnitentiam m.

a ¶ Sic eos.] *In originali legitur Sed eos qui pœnitentiam agunt, hoc ſolum pœnitere non debere ne ipſius, &c. Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item Gregorius Sabino ſubdiacono, libr. 8. epiſt. 6.

¶ Qui ſacris locis derelicta retinere contenderit, ſacrilegium committit. C. IIII.

⁶ SAcrilegium n & contra leges eſt, ſi quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudiis, ſuis retinuerit cõpendiis retinere.

c ¶ *In conſtitutum.*] i. contra hoc ſtatutum. vel ponitur proprie b. incidit enim in pœnã: ſed ſi ſtatim reſtitueret eccleſiæ, pœnã effugeret, ext. de re. ec. non al. ſi quis presbyterorum. & 12. q. 2. non liceat. §. vlt.

f ¶ *Vel exiguum.*] ergo pro alienatione rei modicæ deponitur aliquis. & ſic eſt arg. contra 12. q. terrulas, & extra. de don. 3. Sed intelligas hoc tale exiguum quod tamen vtile eſt eccleſiæ. Itẽ in huiuſmodi alienationibus valde attendenda eſt cõſuetudo, & lex municipalis, extr. de don. cap. 3. & ff. quod vi. aut clam. l. prohibere. §. nõ tantum.

g ¶ *Honoris.*] ecce pœna alienantis. 12. qu. 2. quiſquis.

S*Vnt qui opes.*] CASVS. Quidam res quas cũ quodam mentis impulſu eccleſiæ contulerunt, reuocare volebant. Alij erãt qui dolebant res ſuas pauperibus diuiſiſſe. De primis dicitur, quod donatio non fuit eis fructuoſa, quia iudicium non habuerunt, & poſtea ſacrilegium in auferendo committunt: De ſecundis dicitur, quod pœnitere non debent, nec oportet eos agere pœnitentiam, quod eſſet eis periculoſum. Sequens cap. planum eſt.

h ¶ *Non iudicio perpetuo.*] q. d. non iudicio diſcretionis: quia illud eſſet perpetuum. nam niſi ſit perpetuũ, nullum dicitur. de pœ. di. ſtin. 1. diuortium. & ff. de re. iur. quidquid. & 23. q. 4. paratus. c Et eſt hic arg. quod ſi aliquis emittat votum proprio quodã impulſu animi, quod teneatur illud obſeruare. Sed ſi aliquis propter amorẽ impulſum vel clamorem aliquod emiſit, ſic ſecus eſt, vt 22. q. 4. vnuſquiſque. nam electio facta ad alterius impulſum, non valet; vt 8. q. 1. licet. & c. ſi ergo. ſimiliter nec libertas. ff. qui & à quib. manu. libe. non. ſi. l. ſi priuatus.

i ¶ *Nec prima.*] i. primũ factum eſt quo debuit mereri mercedẽ.

k ¶ *Nec ſecunda.*] ſcilicet reuocatio.

l ¶ *Agunt.*] id eſt, pœnitent quòd dederunt.

m ¶ *Pœnitentiam.*] quia pœnitent & dolent quod dederunt pauperibus, & de illo dolore ſine pœnitentia agant pœnitentiam.

S*Acrilegium.*] quia hic fit mentio de ſacrilegio, quid ſit ſacrilegium videamus. Sacrilegiũ magiſtraliter varijs modis deſcribitur. Vno modo ſic: Sacrilegium eſt ſacræ rei violatio, ſiue in ſe ſiue in alio: & hoc appellatur ſacra res: ſiue ſit res ipſa ſacra, ſiue ipſa perſona eccleſiaſtica c Alio modo deſcribitur ſic. Sacrilegium eſt publici iuris tranſgreſsio. Quid autem ſit ius publicum, habes ſ. 1. di. ius publicum. largius tamen quandoque dicitur committere ſacrilegium qui diſputat de iudicio principis, vel cũ dies ſolennis violatur, vel cũ legibus ſiue canonib. reuerentia non impenditur. c Committitur autẽ tribus modis ſacrilegium, vel cum ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrũ de ſacro aufertur, vt ſ. e. quiſquis. Impo

b *id eſt, i[ncidit] ...cidit ... conſtitutu[m] ... quõcunq; ... ſimilia ...bet, ſecu[ndum] Lau. & H...*

3 *ext. de ſti[p]. c. ratio.*

4 *Anſ. l. 5. c. 38. Poly. l. 3. tit. 12.*

5 *Concord[at] tex in l. ... tm. §. 1 ff. de re. di. & in l. ... quætus ff de au. & ar. le.*

c *votũ e ...tés an ſemp[er] teneatur ... ſeruare.*

6 *Anſ. l. 12. c. 4 Polyc. l 3 ... t 12.*

c *ſed nſquid eſt maius ſa[c]rilegiũ, &c. quod dic, ve[l] no. 12. qu. 5. c 3.*

Sacrilegij definitio.

c *ſacrilegiũ triplicit er cõmittitur.*

" ſacrilegij pœna.

"Imponitur autem pro ſacrilegio quandoque ſpiritualis pœna, vt ſi committatur in perſona eccleſiaſtica, quia talis eſt excommunicatus ipſo iure. j. ca. ſi quis ſuadente. ſed ſi in re eccleſiæ fit ſacrilegium, tunc poſt trinam admonitionem excommunicandus eſt, vt j. c. quiſquis. §. item ſi quis domum. Item imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor, vt j. c. quiſquis. & c. ſi quis contumax. ſecundum leges durior pœna imponitur pro ſacrilegio. ff. ad leg. Iul. pec. ſacrilegij. ſed ſi quæras cui danda ſit pœna quæ debetur pro ſacrilegio: dicas quòd ſi perſonæ facta eſt iniuria, ipſi perſonæ præſtanda eſt, vt extra de ſent. excom. parochianos. & cap. grauem. ſi rei facta eſt iniuria, tunc ipſi rei præſtanda eſt, vt j. ead. capit. ſi quis in atrio. extr. de ſimo. de hoc autem.

1 Anſ. l. 12. c. 4. Bur. l. 11. c. 19. Iuo p. 3. c. 2. 140. & p. 14. c. 89.

† anathematizares] ori.

Rom. 1.

Item Lucius epiſcopus ad Galliæ & Hiſpaniæ epiſcopos, epiſt. 1. c. 6.

¶ Sacrilegi iudicantur, qui eccleſiæ facultates alienant. C. V.

1 OMnes eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores à liminibus ſanctæ matris eccleſiæ anathematizamus† a, Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus: & non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis, quia non ſolum qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiam qui conſentiunt b facientibus. Par enim pœna & agentes & conſentientes comprehendit.

OMnes eccleſiæ.] CASVS. Lucius Papa ſtatuit & decreuit, vt raptores rerum eccleſiaſticarum tanquam ſacrilegi ſunt anathematizandi cum omnibus ſibi conſentientibus, qui pari pœna ſunt puniendi. *Conſentientes*, ſcilicet defenſione vel cooperatione.

a inter decr. Nic in codice Ormanetti

3 Anſ. l. 5. c. 74. Iuo p. 3. c. 164. Pann. l. 2. c. 81.

† al. lx.

a ¶ *Anathematizamus.*] " videtur hic quòd omnes ſacrilegi, & dilapidatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati. 11. qu. 3. canonica. extr. de ſent. exc. cóqueſti. arg. contra j. ca. quiſquis. & c. ſeq. vbi dicitur, quòd ſunt excommunicandi niſi reſipiſcant. Reſpon. violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, ſed non alij. Vel dic quòd ſi in côſecratione, vel cum datur res eccleſiæ, fert epiſcopus ſententiam excommunicationis, quòd quicũque violentiam fecerit in re tali ſit excommunicatus, tunc dicerem quòd ſtatim eſt excommunicatus ſacrilegus, non ratione ſacrilegij, ſed ratione ſententiæ dudum latæ. 24. q. 1. c. 1. & 2. extr. de ſent. exc. ſi nobis. Vel dic quòd refert an Papa hæc verba proferat conſtituendo, vel ſententiando. ſi proferat ea conſtituendo, tunc non eſt excommunicatus qui rapit res eccleſiæ. ſi autem ſententiando profert talia verba, tunc eſt excommunicatus. vel dic quod ſi conſuetudo loci habet quòd tales ſunt excommunicati, tunc ita ſeruanda eſt: quia conſuetudo eſt optima iuris interpres. ext. de verb. ſig. abbate.

† al. eorum

" ſacrilegi an ſint ipſo iure excommunicati.

4 Bur. l. 3. c. 196. Iuo p. 3. c. 113.

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.[a]

¶ Excommunicetur, qui confinia eccleſiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 [3] SIcut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, vt maior eccleſia per circuitum xl.† paſſus c habeat, capellæ vero, vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum† cõfringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit, niſi publicus d latro fuerit, quouſque emẽdet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Soluatur altario, quòd pro emunitate emendatur eccleſiæ. C. VII.

1 [4] SI quis in atrio eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro emunitate a violata emendandum eſt, altario e ſoluatur, cuiuſcunque fuerit eccleſia illa.

a ¶ Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet* pro immunitate violata. *In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur.* pro emunitate eccleſiæ violatæ. *Summa autem huius capitis fere habetur in Triburienſi, quod extat. & c. 4. & 6.*

" Clerici percuſſioné ratificás an ſit excõicatus.

b ¶ *Conſentiunt.*] cooperando, vt extra de ſent. excom. nuper." Sed pone quod aliquis percuſſit clericum, & ego ratum habeo, numquid ſum excommunicatus? videtur quòd ſic: quia non ſolum in contractibus, ſed etiam in maleficiis ratihabitio mandato comparatur, vt extr. de reſti. ſpol. cum ad ſedem. in fin. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ſed & ſi cum quis. nam non ſolum de conſilio, ſed etiam de voluntate aliquis tenetur. 1. q. 4. quia præſulatus. immo qui poteſt reſiſtere & non reſiſtit, excommunicatus eſt, vt extr. de ſent. exc. quantæ. Reſpó. " ſi nomine meo quis percutiat alium, ibi ratihabitio mandato comparatur. alias non. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. item quæritur. extra de ſent. excom. mulieres.

" Ratihabitio qñ comparetur mãdato.

SIcut antiquitus.] Hæc eſt 2. pars quæſtio. in qua probat magiſter per xx. ca. quòd ſacrilegium committitur pluribus modis. Ioan. de Fant.

CASVS. In cap. ſtatuit Nicolaus Papa (ſicut antiquitus à ſanctis patribus fuerat conſtitutum) vt maior eccleſia in circuitu habeat xl. paſſus, aliæ vero minores eccleſiæ xxx. intra quod ſpatium ſi quis violentiam fecerit, aut perſonam, hominis vel bona eius inde extraxerit, excommunicetur donec ſatisfaciat, niſi fuerit publicus latro: cuius perſona vel res inde ſubtrahitur ſine pœna canonis. Sequens cap. planum eſt.

c ¶ *Paſſus.*] " paſſus (vt ait Iſidor.) eſt menſura quinque pedum. Pes eſt ſpatium 15. digitorum[a]. iſtud tamen non tenet in capellis quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, vbi propter loci anguſtiam non poteſt illud obſeruari, vt j. c. quiſquis. & c. queſti.

" paſſus quid ſit.

a idẽ Bar. in l. 3. ff. de ver. ſig. & Ale. de I. no. in l. 1. ſi quis cau.

5 Iuo p. 3. c. 122.

d ¶ *Niſi publicus.*] & nocturnus depopulator agrorum, hi ſoli excipiuntur ſecúdum ius canonicum: licet leges plures perſonas excipiant, vt extr. de immu. eccle. inter. " leges enim excipiũt homicidas, adulteros, raptores virginũ, ſed ſecundum canones raptores virginum tuti ſunt in eccleſia, vt trigeſimaſexta, quæſtione prima de rapto.

" Eccleſiæ immunitate multi priuãtur.

e ¶ *Altario.*] Hic habes, quòd pecunia reſtituitur illi loco in cuius ignominiam data eſt b. vigeſimaſeptima, quæſtione prima. ſi quis rapuerit. & extra de ſimo. de hoc. & Inn. dicet quòd cum pœna duplici reddetur, vt extra de ſimo. audiuimus. & in authen. de ſanct. epiſco. §. ſed neque. & ff. de calum. & generaliter. §. illud. argumentum contra de ſimon. veniens. Sed illud eſt diſpenſatio.

b de hoc no. ĩ c. ſacrilegiũ & ĩ. 1. q. 3. ſi quis dator.

Item Auguſtinus ad Bonifacium epiſt. 187.

¶ Non licet alicui hominem de eccleſia rapere. C. VIII.

5 MIror, quomodo tam ſubito fidei murum aries f rupit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtigante facere auſus es hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus, poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur g, cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonoſor regem intende, qui cauſa ſuperbiæ in bouem h eſt ex homine commutatus a. Non vt confundam te, hæc ſcribo: ſed vt filium chariſſimum moneo. Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio i vero domus tuæ a clericis ne ſuſcipiatur, indixi†: communionemque tibi interdico: donec per acta pro auſibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato† pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.

1. Cor. 4.

† al. interdixi

† al. condonato

a ¶ Commutatus.] *Hoc loco iſta erant interiecta* atque a regno ſuo profugus recedens non ante regnum recepit, quam conuerſus Deum prædicauit, *quæ à multis vetuſtis abſunt & originali & Iuone. Sunt autẽ inter verba Gratiani infra de pœ. diſt. 1. c. nolo iſſet.*

Item ex libro capitularium. 5. c. 90.[6]

¶ Fugientem ad eccleſiam nemo audeat abſtrahere. C. IX.

7 REum ad eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde donare ad pœnam vel ad mortem k: vt honor Dei, & ſanctorum eius conſeruetur: ſed rectores eccleſiarum pacem, & vitam, ac membra eius

MIror.] CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte ſeruum fugitiuum violenter de eccleſia extraxit, de quo Auguſt. eum grauiter reprehendit, & oſtendit quòd hoc facere non debuit, quia ſi terrenus amicus pro illo fugitiuo interceſsiſſet, pro eo veniam meruiſſet, multo magis Deo debuit obedire. & ſi de poteſtate ſua præſumit, reſpiciat Nabuchodonoſor regem, qui propter ſuperbiam in bouem eſt ex homine commutatus, & a ſuo regno expulſus. Præcipit ergo ſibi vt hominem quem violenter de eccleſ. rapuit, ad eandem eccleſiam reuocet, & donec eccleſiæ ſatisfaciat, & pœniteat, prohibet Auguſt. ne oblationes ſuæ domus ſuſcipiantur à clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc verba ſic expone, *Tuus*, ſcilicet ſeruus tuo amico, id eſt, apud tuum amicum forte, ſcilicet permanere. ordinato, id eſt, ſtatuto, & præfixo.

6. & in adiectis. c. 29. & in conc. Mogunt. 1. c. 39.

7. Bur. l. 3. c. 194. Iuo p. 3. c. 123. Pann. l. 2. c. 75.

f ¶ *Aries.*] id eſt impetus diabolicæ ſuggeſtionis, ad ſimilitudinem arietis inſtrumenti, quo frangitur murus.

g ¶ *Intenditur.*] id eſt, exauditur.

h ¶ *In bouem.*] id eſt, in bouinam mentem vt 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor

i ¶ *Oblatio.*] hoc eſt in deteſtationem criminis ipſius, quòd non ſolum ipſe, ſed etiam familia eius prohibetur a ſacramentis, ſic nonageſima diſtinctione, oblationes. & duodecima, quæſtione ſecunda. de viro. & extra de ſponſalibus. non eſt vobis. Ioannes.

REum.] CASVS. " Statutum eſt in hoc c. vt prælatus defendat reum ad eccleſiam fugientem a pœna corporali: tamen quod abſtulit, cum pœna pecuniaria reddat.

" Eccleſia fugiẽtes ad ſe tutatur.

k ¶ *Vel ad mortem.*] ſed numquid poterit poſtea accuſari ille de illo crimine? ſi non pôt, ergo crimina remanebunt impunita: qđ eſſe nõ debet

debet, vt extr. de ſent. exc. vt famæ. & ſic priuilegium eccleſiæ erit multis occaſio delinquendi: propter hoc dicunt quidam, quod à quolibet poteſt accuſari poſtea [a], præter quam ab illo qui promiſit impunitatem. ſed qui ſic reſpondet, nititur contra priuilegium eccleſiarū: quod eſt iniuſtum, vel hæreticum, vt 22. diſtin. omnes. ad quid enim impetraret eccleſia ei vitam ſi pro eodem crimine poſtea decapitaretur? Dicas ergo ꝙ hoc eſt priuilegium eccleſiæ, ꝙ talis amodo nec vitam nec membrū perdat: ſed quòd aliàs pecuniariter ſatisfaciat. Vel ſi hoc nō poteſt, ſeruiat ei perpetuo quem læſit, vt 36. q. 1. de raptorib.

a Hæc fuit ſnia La. qui dr, ꝙ bene pt accuſari poſt exitū, & p̄ erquā, &c. vt ſequitur. ſecus ſi ſp eſſent in eccleſia. C. de his q ad ec. cōf. l. vlti. La. ſed huic dicto obſtat 32. q. 1. de raptoribus. vñ dic vt ſequitur Arch.

1 Pol. l. 7. tit. 1. Iuo p. 3. c. 180.

F*Rater.*] CASVS. Epiphanius epiſcopus excommunicauit Benenatum & Maurum ciues Beneuentanæ ciuitatis, quia quēdam ſuum curialem ad eccleſiam fugientem in abſentia ſacerdotis de ipſa eccleſia violenter extraxerāt, quod cum ſignificatum fuiſſet Gelaſio, excōmunicationem illam confirmauit, & præcepit ſex epiſcopis vt ſi illi tres excōmunicati peruenerint ad ſuos epiſcopatus, interdicant eis introitum eccleſiarum, vt iſtius vltionis timore alij à tali præſumptione reuocentur. Seq. c. patet.

† al. irreptione

† al. ubi

a ¶ *Nec enim.*] extr. de vſur. quia fruſtra.

b ¶ *Ab omnibus.*] arg. ꝙ ſacrilegus in nulla eccleſia tutus erit, cum in eccleſiā delinquat, vt j. c. prox. ꝙ quidam concedunt. Vnde ſi aliquis furtum vel ſacrilegium fecerit in eccleſia, illum non debet tueri eccleſia, cum in eccleſiam deliquerit, vt j. c. prox. tamen decre. extr. de imm. ec. inter. alium duas perſonas excipit.

† al. probabitur; 2.12

c ¶ *Auctoritate.*] ſed quid operatur hic auctoritas vel confirmatio Papæ, cū illud per ſe facere potuerint? Reſpon.[cc] confirmatio tria operatur. præſtat enim ipſi facto maiorem auctoritatem, vt 11. di. quis neſciat. Item, ſi quid eſt inualidum, ſupplet eius defectum confirmatio, vt ext. de tranſa. c. 1. Item ꝙ ſine eius licentia non poteſt retractari illud qđ ipſe confirmauit. extr. de confir. vti. vel inuti. c. 2. Ioan.

cc Confirmatio ſæpe tria operatur.

2 Iuo p. 3. c. 114.

3 Pol. l. 6. tit. 15. Anſ. l. 5. c. 40. Bur. l. 1. c. 2 Iuo p. 5. c. 2. & p. 13. 439.

S*Icut.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas

obtinere ſtudeant: tamē legitime componat, quod inique fecit.

a ¶ Donare.] *Sic eſt emendatum (antea enim legebatur,* damnare) *ex cap. Caroli, & concilio Moguntino, & pleriſque uetuſtis Gratiani exemplaribus, & ceteris collectoribus: quamquā apud Burchardum ex concilio apud Theodonis uillam, & in Pannormia ex lib. capitulorum longe copioſius hoc caput referatur.*

Item Gelaſius Victori, Conſtantino, Martyrio, Feliciſſimo, Sereno, & Timotheo epiſcopis.

¶ Ab eccleſiæ arceatur ingreſſu, qui aliquem de eccleſia violenter rapuerit. C. X.

1 FRater, & cōepiſcopus nōſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatum, & Maurum Beneuētanæ municipes ciuitatis in contumeliam religionis acerba nimis, & plectibili contumacia proſiluiſſe: qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialem ſuum ne illic quidam tutum, aut de iniuria ſua ſecurum eſſe ſiuerūt: auſi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec poteſtatibus quidem, vel principibus vnquam licuit perpetrare: vt hominem in ſanctuariis conſtitutum (captata ſacerdotis abſencia) reluctantem, reclamantemque violenter abſtraherent. Quos, quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit, merito indignos eſſe ſacra communione iudicauit. Et ſi reuera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte cōſentit. Nec enim [a] iure ad ſupplicandum debet admitti, † qui admittere ſacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tātæ venerationi deputata vtrunque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ volūtatis arbitrio, vt & humilitatem ſibi vendicet, & furorē. Et ideo fratres chariſſimi ſupradictos ſi manifeſta reos facit cōqueſtio, ab omnibus [b] parochiarū veſtrarum eccleſiis noſtræ præceptionis auctoritate [c] prohibete: vt non ſolum hi, qui in iniuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probātur †, merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam, verū etiam ceteri à tali præſumptione, vltionis iſtius timore reuocentur.

Idem Epiphanio epiſcopo.

¶ Eccleſiarum non eſt dignus ingreſſu, qui eas violat. C. XI.

2 AD epiſcopos ceteros direximus iuſſionē, vt eos, qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earū iudicent eſſe indignos.

Item Pius Papa, epiſt. 2. Italicis.

¶ Qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius ſacerdotem inſequitur, ſacrilegus iudicatur. C. XII.

3 SIcut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia, & donaria expoliat, & inuadit, fit ſacrilegus, ſic & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur. *& infra.* ¶ Non ergo grauius [d] peccatum eſt fornicatio, quā ſacrilegium. Et ſicut maius [e] eſt peccatum, quod in Deum committitur, quam quod in hominē: ſic grauius eſt, ſacrilegium agere, quàm fornicari.

Item Vrbanus epiſtola ad omnes epiſcopos. c. 2. [4]

¶ Qua pœna feriatur, qui eccleſiæ vſibus dedicata prædia vexare tentauerit. C. XIII.

4 ATtendendum eſt ōmnibus, ne prædia vſibus ſecretorū cæleſtium dedicata, à quibuſdam irruētibus vexentur. Quòd ſi quis fecerit, poſt debita [f] vltionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri [g] tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vratur †.

Item Iginus Papa.

PALEA. C. XIIII.

ij 5 SI quis eccleſiam igne combuſſerit †, quindecim annis pœniteat, & eam ſedule reſtituat: & pretium [a] ſuum pauperibus diſtribuat.

¶ *Hæc palea in uno tantum Vaticano cōdice habetur: in quo ſicut in antiquis, & Pannormia citatur ex Igino: à Burchardo autem & Iuone ex decretis Iulij.*

a ¶ Pretium ſuum.] *Apud Burchardum, l. 19. in c. de ſacrilegio, ſic legitur.* Incendiſti eccleſiam, aut conſenſiſti? ſi feciſti, eccleſiam reſtitue: & pretium tuum, id eſt vuiregeldum tuum pauperibus diſtribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas.

Item Clemens & epiſt. 2. ad Iacobum.

¶ Iudæ ſimilis probatur qui ornamenta ſurripuit eccleſiæ. C. XV.

6 SI forte quiſpiam presbyter, ſiue diaconus, ſacrarij ſindonem vel velum ſubtractum † [h] vēdiderit, Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſcepturum pœnam [i].

Item ex pænitentiali Theodori.

¶ De eodem. PALEA. C. XVI.

PEcunia eccleſiaſtica furata, vel rapta reddatur in quadruplum, populi vero duplicetur. Si quis aliquid de miniſterio ſanctæ eccleſiæ furatus fuerit ſeptem annis pœniteat, tres in pane, & aqua.

Item ex pænitentiali Romano.

¶ De eodem. PALEA. C. XVII.

ij SI quis clericus furtum fecerit capitale, id eſt quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit, ſeptem annis pœniteat: laicus quinque. Si quis autē de minoribus ſemel, aut bis, furtū fecerit, reddat p̄ximo ſuo: & vno

partes. In prima parte dicitur quòd ſicut iudicatur ſacrilegus qui bona eccleſiæ rapit vel inuadit: ſic cenſetur ſacrilegus, q Dei ſacerdotes inſequitur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ ſicut Deus eſt maior homine: ſic ſacrilegium quod in Deum cōmittitur, maius eſt fornicatione quæ committitur in hominem.

d ¶ *Grauius.*] hoc videtur quòd maius ſit peccatum ſacrilegium quā adulterium: & ſic eſt cōtra 32. q. 7. quid in omnibus. ſed ibi ſolutum eſt. Itē nonne homicidium maius ſacrilegio eſt? ſic: ſed intelligas qđ hic dicitur, in eadem ſpecie facti. nam homicidium qđ fit in clerico, maius eſt quā illud quod fit in laico: quia vnum eſt ſacrilegium, aliud non. ſimiliter quod fit in ſanctimoniali, eſt maius quā illud quòd fit in alia muliere.

4 I. capit. 6. c. 115. & in Mogūt. ſub Arnolph. c. 11.

† al. feriatur

e ¶ *Maius.*] ſic 22. qu. 1. omne. & c. mouet.

A*Ttendendum.*] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc ca. vt eccleſia non cogatur ſoluere tributa vel collectas de prædiis eccleſiaſticis: ſi quis vero contra fecerit, poſt debitam pœnam ſacrilegij ſit infamis, & carceri tradatur, vel exilio perpetuo damnetur.

5 Pol. l. 6. ti. 15. Anſ. l. 5. c. 18. Bur. l. 3. c. 204. Iuo p. 4. c. 127. Pann. l. 2. c. 70.

† al. cōbuſſit

f ¶ *Poſt debite.*] hæc verba ſumpta ſunt à lege. quæ eſt 16. q. 1. §. nouarum.

g ¶ *Et carceri.*][gg] ergo eccleſia habet carcerem, & infligit pœnam relegationis [b]. 2. qu. 1. in primis. Item habes hic quòd diuerſæ pœnæ infliguntur alicui pro eodem delicto, vt 21. q. 5. c. 3. & 16. q. 1. ſtatuimus. & ea. q. 7. conſtitutiones. contra illud qđ eſt extr. de iud. at ſi clerici. & extr. vt lit. non cont. quoniam frequēter. in fi. & quia lex dicit, quòd vnum delictū non dēt variis æſtimationib. coerceri. ff. de pœ. ſanctio.

gg Eccleſia habet carcerem.

b Vide quod leg. & not. 3. q. 4. hi qui.

6 Iuo p. 2. c. 63. & par. 6. c. 88.

† al. ſubtracta

S*I forte.*] CASVS. Quæſitum fuit à Clemente quam pœnam debeat pati presbyter vel diaconus ſi furetur ſindonem ſacrarij vel velū, & vendat. Et reſpondetur quòd Iudæ Iſcariotis ſimilis eſt: & eius pœnam patietur. Seq. cap. planum eſt.

h ¶ *Subtractum.*] tamen epiſcopus cum tali poteſt diſpenſare. 5. diſtin. c. ſi quis presbyter.

i ¶ *Pœnam.*] ſcilicet æternam.

a ¶ *Qui*

a QVi rapit.] ¶ Sacrilegium.] alibi dicitur quòd facit homicidium, vt 12. qu. 2. qui Chriſti. & c. qui abſtulerit.

NVllus clericorum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quòd clericus qui ſeruum vel diſcipulum ſuum ad eccleſiam fugientem inde extrahere vel flagellare præſumpſerit: donec pœniteat, excommunicetur. In ſecunda parte dicitur, quòd clerici ſe mutuo verberantes: prout dignitatis rõe vel officiorum iniuria maior fuerit, ab epiſcopo puniatur. Secũda pars incipit ibi, *Si quis vero.*

1 & in epiſt. Lucij, c. 6.

b ¶ *Vel flagellare.*] poſſunt tamen magiſtri & parentes & epiſcopi moderate[a] caſtigare, vt 35. q. 3. c. 1. in fi. ſimiliter vir vxorem, vt not. 7. q. 1. ſicut alterius[b]. & prælatus ſubditum, vt 23. q. 4. forte. ſed dominus habet in ſeruum pleniſsimam coerctionem: vſufructuarius modicam, vt de vſufru. locum. & l. ſed & ſicuti. in fi. patronus autem in libertum habet leuem coerctionem, vt ff. de iniu. prætor. §. præterea. Sed nonne magiſter vel epiſcopus intra eccleſiam poteſt verberare clericum, cum epiſcopus iudicet intra eccleſiam, vt 2. q. 2. præceptum. & in iudiciis epiſcoporum interueniunt verbera, vt 23. q. 3. c. 1. in fin. Sed dic quod cauſa odij non debet eum expellere de eccleſia: quia ſi magiſter non percutiat diſcipulum ex odio, non incidit in canonem, vt extr. de ſen. ex com. ſuper eo.

a Sed immo derate non. ff. ad l. Aqu. ſed & ſi in fi. & l. ſeq. & ff. locat. item quæritur.

b Concord. tex. in l. ſed & ſi. §. fin. & ibi gl. ff. ad leg. Aquil. & in authẽ. de nup. cum ibi no. §. ſi vero. col. 4.

2 Iuo p. 3. c. 217. Pan. l. 2. c. 76.

3 ibid. c. 21.

4 & lib. 5. eã pit. c. 185. & in leg. Boiariorũ, tit. 7.

5 Bur l. 3. c. 197. Iuo p. 3 c. 114.

c ¶ *In mutuam.*] hodie tales mittẽdi ſunt ad curiam: niſi ſint impuberes vel regulares, vt ext. eo. tit. ſuper eo. Vel loquitur de communiter viuentibus: qui cum modum non excedunt, iudicio meo poſſunt abſolui ab epiſcopo, vt ext. de vita & hon. clé. quoniã. & extr. qui cle. vel vo. c. 1.[c] & ext. de ſent. ex com. ex tenore. in fin. Vel hoc ideo quia cõmunio materiam diſcordiæ generare ſolet, vt ff. de le. 2. l. cum pater. §. dulciſsimus. vnde abundantius eſt illis prouidendum: quia vbi periculum maius eſt, magis eſt conſulendum, vt ff. de carbo. edi. l. 1. §. ſed & ſi quis[d].

† al. iuxta indicium.

c Hæc ſnia Goff. approbatur p pd. de. c. qm.

d Ad idem not. 12. diſt. quieſcamus.

d ¶ *Dignitas.*] quia ſecundum dignitatem punitur aliquis, vt 94. diſt. cum beatus.

anno pœniteat in pane & aqua: & ſi reddere non potuerit, tribus annis pœniteat.

¶ *Similia horum leguntur apud Burchardum, lib. 11. c. 58. & Iuonem par. 13. c. 44.*

Item Anacletus epiſt. 1. c. 2.[1]

¶ Sacrilegium facit, qui pecuniam eccleſiæ rapit. C. XVIII.

QVi rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autẽ pecuniam, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium[a] facit.

Item ex concilio Ilerdenſi. c. 8.

¶ Segregetur ab eccleſia clericus, qui ſeruum, aut diſcipulum ſuum ad eam fugientem verberare præſumit. C. XIX.

2 NVllus clericorum, ſeruum, aut diſcipulum ſuum fugientem ad eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare[b] præſumat. Quod ſi fecerit, donec digne pœniteat, à loco, cui honorem nõ dedit, ſegregetur. ¶[3] Si qui clerici in mutuam[c] cædem proruperint, prout dignitas[d] officiorum in tali exceſſu contumeliam pertulerit, à pontifice diſtrictius vindicetur.

Item ex concilio Triburienſi. c. 20.[4]

¶ Qui atrio, vel porticibus eccleſiæ fugientem abſtrahit, excommunicetur. C. XX.

iiij 5 SI quis contumax, vel ſuperbus timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſecutus fuerit, de atrio[a] eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo eccleſiæ adhærentibus[e] per vim abſtraxerit, pro emunitate nongentos ſolidos epiſcopo componat[f]: & ipſe publica pœnitentia iuſto † iudicio epiſcopi mulctetur.

a ¶ Atrio.] *In duobus vetuſtis codicibus Gratiani legitur, de altario, in capitularibus vero, de eccleſia.*

Sacrilegium ergo eſt, quoties quis ſacrum violat, vel auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro. Dicitur etiam ſacrilegium committere, qui violentas, & impias manus in clericum iniecerit. Porro ipſum ſacrilegium duplicem continet pœnam, pecuniariam videlicet, & excõmunicationis. Pecuniaria eis perſoluenda eſt, ad quos querimonia ſacrilegij pertinet.

Vnde Ioannes Papa octauus ſcribit omnibus epiſcopis.

¶ De multiplici genere ſacrilegij, & pœna eiuſdem. C. XXI.

6 QViſquis inuentus fuerit re[us] ſacrilegij, epiſcopis, vel abbatibus, ſiue perſonis, ad quas[g] q̃rimonia ſacrilegij iuſte ptinuerit, triginta libras examinati argenti puriſſimi componat. ¶ Sacrilegiũ committitur, ſi quis infregerit eccleſiam, vel triginta eccleſiaſticos paſſus, qui in circuitu eccleſiæ fuerint, vel domos[h], quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid in diripiendo, vel auferendo: ſeu qui iniuriam, vel ablationem rerũ intulerit clericis arma[i] non ferentibus, vel monachis, ſiue Deo deuotis, omnibuſq; eccleſiaſticis[k] perſonis. Capellæ quæ ſunt intra ambitum murorum caſtellorum, non ponuntur in hac triginta paſſuum obſeruatione. Similiter ſacrilegiũ committitur auferẽdo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum[l] de ſacro, ſiue ſacrum de nõ ſacro. *Idem.* ¶[7] Si quis domum Dei violauerit, & aliqua ſine licentia illius, cui commiſſa eſſe dinoſcitur, inde abſtulerit, vel eccleſiaſticis perſonis iniuriam fecerit, donec in conuentu admonitus legitime ſatisfaciat, ſciat ſe cõmunione priuatum †. Si vero poſt ſecundam & tertiã conuentionem coram epiſcopo ſatiſfacere detractauerit, ſacrilegij periculo ab omnibus obnoxius teneatur: ita vt ſecundum Apoſtolum nemini fidelium miſceatur. *Idem.* ¶[8] Si qui † monaſteria, & loca Deo dedicata, & eccleſias infringunt, & depoſita, vel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum

SACRILEGIVM. CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de ſacrilegio, ideo nunc oſtendit G. quod ſacrilegium fit cum aliquis rem ſacram violat. & hoc fit quatuor modis, vel auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſi quis iniecerit violentas manus in clericum. Oſtendit etiam quòd ſacrilegium duplicem continet pœnam, ſc. pecuniariam & excommunicationis. pecuniaria perſoluenda eſt illis apud quos querimonia deponitur.

QViſquis.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſacrilegus 30. libras argenti debet præſtare epiſcopis vel abbatibus, vel aliis perſonis ad quas querimonia ſacrilegij pertinet. In ſecunda parte dicitur, quòd eccleſiæ debent habere 30. paſſus pro cæmeterio in circuitu, niſi ſint capellæ caſtellorum: intra quos triginta paſſus ſi quis iniuriam fecerit in perſonis, vel inde aliquid auferẽdo ſacrilegium committit. Similiter committitur ſacrilegium auferendo ſacrũ de ſacro, vel non ſacrum de ſacro. vel ſacrũ de non ſacro. Secunda pars incipit ibi, *Sacrilegium committitur.*

6. Anſ. l. 8. c. 40. Pol. l. 6. tit. 10. Iuo p. 3. c. 98. Pan. l. 2. ca. 80. & 79.

g ¶ *Ad quas.*] i. quibus competit querela. & loquitur de ipſis iudicibus, & dicit quòd iudicibus illius querelæ tantum ſint ſoluenda 30. pro emunitate violata: nã aliam pœnam præſtabit iniuriam paſſo. j. c. proxi.

7 j. 12. q. 1. ad menſam. Anſ. l. 5. c. 52.

h ¶ *Vel domos.*] i. clericorum: nam aliæ domus non debent eſſe intra ambitum eccleſiæ, vt 12. q. 1. nulla.

i ¶ *Arma.*] ergo ſi clericus arma ferens verberetur, non incidit in canonem verberans. extr. de ſent. exc. cum non ab homine. & c. vt famæ. 16. q. 1. generaliter. hoc tamen non eſt verum niſi poſt trinam admonitionem reuerti noluerit ad clericatũ, vt ext. de ſen. exc. ſi vero aliquis. & c. in audientia. quia nec clericus poteſt beneficio illius canonis, ſi quis ſuadente, renuntiare, vt ext. de ſent. exc. contingit. Hoc tamen intelligo quando ex cauſa leuitatis induit arma, vel abiicit habitum clericalem, vt tunc non ſtatim perdat priuilegium. aliud eſt ſi penitus apoſtataret, vt fiat miles[e], vel ſi vxorem ducat tunc dico eum ipſo facto perdere priuilegium, vt 84. diſt. quiſquis.

† al. fore priuatum

[*] Clericus arma ferẽs, an perdat priuilegiũ

1. Cor. 5.

8 Anſe. l. 5. c. 47. Bur. l. 11. c. 2. Iuo p. 3 cap. 24 & p. 14 c. 96.

† al. Hi, qui ſimile i. Mdenũ, ca. 6.

k ¶ *Eccleſiaſticis.*] vt ſunt conuerſi & pœnitentes, templarij & hoſpitalarij, qui gaudent priuilegio clericali. 27. q. 1. vt lex. 11. q. 1. aliud. ext. de ſent. excom. parochianos. & 12. q. 1. duo ſunt.

e Dicas quod ſi recipiat militiã, dũmõ non exerceat ſæu, pt gaudere priuilegio clericali ſcdm In. ut no. ext de apoſt. c. 1. & ſa ad hoc. 50. diſtin. ſi quis poſt Acc. le. & no. 31.

l ¶ *Non ſacrum.*] lex tamen dicit, quod in hoc caſu non committitur ſacrilegium, ſed tamen furtum, vt ff. ad leg. Iul. pec. l. diuus ſed illud non tenet.

SI QVIS DOMVM. CASVS. Hic §. duas habet partes. In prima parte dicitur, quod ſi quis ſine licentia prælati aliquid de eccleſia extraxerit, vel alicui eccleſiaſticæ perſonæ iniuriam fecerit, ſciat ſe communione domini priuatum donec ſatisfaciat. ſi vero poſt tertiam commonitionẽ coram epiſcopo ſatisfacere noluerit, anathematizatus ab omnibus euitetur. In ſecunda parte dicitur quòd illi qui eccleſias frangunt inde aliquid extrahentes, pœnitentiam triplicem patientur: quia rẽ ſubtractam reſtituẽt ei cuius erat, & dãnum nouies

Si quis contumax.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Triburienſi, quam pœnam pati debeat qui ſeruum fugientem vel alium quem perſequebatur, de atrio vel de porticibus eccleſiæ cæmeterio deputatis violenter extraxerit? Et reſpondetur, quòd epiſcopo debet nõgentos ſolidos ſoluere pro cæmeterio quod fregit, & pro peccato, publice pœnitebit.

e ¶ *Adhærentibus.*] eodem gaudent priuilegio cum ſacris, vt ff. de rei vend. quæ religioſis. & eſt ſimile, 44. diſt. 3. Ioan.

f ¶ *Componat.*] j. ea. ſi quis in atrio, dicitur quod eccleſiæ dabit. Sed dic, quod ſatis dicitur eccleſiæ dari cum datur prælato eccleſiæ. aliæ pœnæ ſtatuuntur j. c. quiſquis. Sed dic quod pœnæ ſunt arbitrariæ. Vel ſecundum conſuetudinem locorum loquuntur.[*] Vel dic melius quòd ſi quis violat emunitatem nullum damnum faciendo, ſoluit ſolidos nongentos. ſed ſi damnum aliquod fecerit, ſoluet triplum pro emunitate, & damnum nouies, vt j. ea. quiſquis. in fin.

[*] Eccleſiæ emunitatem violãs qualiter puniatur.

nouies, eccleſiæ vero triplum rei ſubtractæ: & præterea pœna corporali punientur, quam habes ſ.c. attendendum. vel excommunicabuntur. Secunda pars incipit ibi, *Idem.*

a ¶ *Nouies.*] quid eſt ergo quod dicitur in ſtit. de act. §. omnes. vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſp. [m] non debet iudex excedere pœnam quadrupli niſi vbi iure inuenitur, quòd poſſit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, vt 12.q.2.in legibus.& ca. cum deuotiſsimã. Vel ſolue vt ibi.

[m] Pœnam quadrupli poteſt iudex quandoque excedere.

1 Simile § 8. ſynodo ſub Photio, c. 5.

b ¶ *Tripliciter.*] [n] ecce triplex pœna qua punitur ſacrilegus, quia iudici dabit xxx. libras, item damnum nouies componet, & emunitatem tripliciter. ſimiliter corporalem pœnam ſuſtinebit, vt ſ.ca. attendendum. Ioan.

[n] ſacrilegus triplici pœna punitur.

SI quis deincept.] CASVS. Quæſitum fuit ab Alexandro quam pœnã pati debeant laici maiores vel minores, qui epiſcopum comprehenderint, vel percuſſerint, vel per violentiã de ſua ſede expulerint. Et reſp. quòd tales & cooperatores eorum debent anathematizari, & res eorum eccleſiæ cui iniuriam intulerint perpetuo tradentur, & niſi fuerit epiſcopus canonice depoſitus: & hoc ĩ prima parte. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi in presbyterum vel alium clericũ hoc idẽ fecerint ab honore depoſiti, canonicæ pœnitentiæ ſubiacebunt, & ſi cõtumaces fuerint, excommunicabũtur. Secunda pars incipit ibi, *Si vero.*

2 in chron. Mediolan.

3 Iuo p. 10. c. 10.

c ¶ *Priorum.*] i. nobiliũ.

d ¶ *Iudicatum.*] i. depoſitum, quod tamen verum eſt ſi incorrigibilis eſt, vt extr. de iud. cum non ab homine. 11. qu. 1. petimus. & 27. q. 1. ſi homo. quidã tamen ex hoc loco dixerunt, quòd ſi quis iniecerit manus violentas in clericum excõmunicatum, quòd non eſſet excõicatus. per id quòd legitur 23. qu. 5. excommunicatorũ. quod non credo.

4 extr. de pœ. & rem c 2. Bur. l. 6 c. 7 Iuo par. 10. c. 136.

e ¶ *Tradantur.*] ecce pœna illorum qui iniiciunt manus in epiſcopum, ſic 27. q. 1. ſi quis rapuerit. aliam pœnã adiicit Inno. extra de pœ. in quibuſdam.

f ¶ *Atque depoſitioni.*] er. quo eccleſia poteſt

nouies[a] componant, & emunitatem tripliciter [b], & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigantur.

¶ *In epiſtola manuſcripta Ioannis octaui, ſcripta epiſcopis, & abbatibus per Narbonenſem, & Hiſpanicas prouincias conſtitutis, præcipitur obſeruari lex contra ſacrilegos in concilio Trecacenſi edita coram Ludouico Imperatore, & quinquaginta tribus epiſcopis. Diuerſa autem ſunt iſtius epiſtola verba ab his, quæ recitantur à Gratiano, & à ceteris collectoribus, ſed eadem ſententia.*

a ¶ Omnibuſq; eccleſiaſticis] *Apud Iuonẽ legitur,* deuotis hominib⁹, eccleſiaſticis pſonis. Nõ enim capellę, quę infra ambitũ murorum caſtellorũ ſunt, mittũtur, vel ponũtur in hac obſeruatiõe. *Nec multo aliter apud alios collectores.*

Item Alexander Papa. II. 1

¶ Niſi canonice iudicatum epiſcopum qui comprehenderit laicus excommunicetur. C. XXII.

SI quis deinceps priorum [c], aut cuiuſcumque dignitatis, vel cuiuſcũq; ordinis laicorũ epiſcopũ cõprehenderit, percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi forte iudicatũ [d] canonice, auctores, & coopertores tanti ſceleris anathematizẽtur, & bona eorũ eccleſiæ ipſius iuri perpetuo tradantur [e]. ¶ Si vero in presbyterũ, vel in quẽcumq; inferiorũ graduum clericum hæc eadẽ præſum pſerit, canonicæ pœnitentiæ, atq; depoſitioni [f] ſubiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Item Nicolaus Papa Thadoni archiepiſcopo Mediolanenſi. 2

¶ Flagellatores presbyterorũ poſt tertiam admonitionem ſi non reſipuerint, excommunicentur. C. XXIII.

3 DE presbyterorũ flagellatoribus, & occiſoribus, & prædonibus, ſcilicet, qui ſæculari brachio minimè coercẽtur, iuxta præceptũ Dñi placet, vt fraterno amore conueniantur ſecundo, ac tertio. Qui ſi te non audierint, cõueniẽte eccleſia eos ſacra cõione priuare, atq; (ſi in ſua obſtinatione permanentes ſacerdotalia monita forte contẽpſerint) ab eccleſiæ cõpage ſub anathematis interdictione reſecare licẽtiã tribuimus. ¶ Quos etiam reſipiſcentes tandem digna ſatisfactione præmiſſa [h] in gremium ſanctæ matris eccleſię reuocari noueris poſſe.

[*Item ex concilio Moguntino ſub Rabano c. 24.*]

PALEA. C. XXIIII.

4 QVi presbyterorũ occiderit, duodecim[a] annorũ ei pœnitentia ſecundum canones imponatur: aut ſi negauerit, ſi liber eſt, cũ ſeptuaginta duob[b] iuret, ſi aũt ſeruus ſuper duodecim vomeres feruẽtes ſe expurget. Cõuictus vero noxæ vſq; ad vltimum vitę tẽpus militię [c] cingulo careat, & abſque ſpe coniugij maneat.

¶ *Hæc Palea in vno tantum Vaticano Gratiani codice habetur.*

a ¶ Duodecim.] *Sic in codice Vaticano, & ceteris locis indicatis. In vulgatis Gratiani codicibus legebatur,* viginti annorum pœna.

b ¶ Cum ſeptuaginta duobus.] *In concilio ipſo legitur,* cum duodecim. *Burchardus tamen, & Iuo, & codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

c ¶ Militiæ cingulo.] *Sic etiam in Decretalibus & apud Burchardum, & Iuonem. In concilio autem legitur,* cingulum deponat, & vxorem amittat.

[*Item ex concilio Triburienſi.*]

PALEA. C. XXV.

5 VT presbyteri nõ vadant, niſi ſtola, aut orario induti. Et ſi in itinere ſpoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur non ſtola veſtiti, ſimplici emendatione ſoluantur: ſi autem cũ ſtola, triplici.

[*Item ex eodem. c. 5.*]

PALEA. C. XXVI.

6 OMnes presbyteri interfectores[a] cõpoſitione epi, ad cuius parochiã ptinent, ſoluãtur: ita videlicet, vt medietatem Vuirgeldi† [b], eius epus vtilitatibus eccleſiæ, cui præfuit tribuat, & alterã medietatẽ in eleemoſynã illius iuſte diſpertiat. quia nullus nobis eius heres proximior videtur, quã ille, qui ipſum domino ſociauit.

¶ *Hæc quoque palea in vno tantum Vaticano codice habetur. Eſt autem in capitularibus (vnde citatur in Pannormia) lib. 4. c. 15. & in Decretalibus tit. de pœnis. c. presbyteri. In concilio etiam Triburienſi, quod extat, cap. 4. habetur quiddam ſimile.*

a ¶ Interfectores.] *Sic etiam in Panormia. Vaticanus codex habet,* interfecti. *In capitulari legitur,* presbyteri interfecti epo, ad cuius parochiam pertinent, ſoluantur ſecundũ capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri: ita videlicet, &c. *Verum in Decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonẽ hoc modo:* Presbyteri interfecti compoſitio epiſcopo, ad cuius parochiam pertinebat, ſoluatur: ita videlicet &c. *& ſimilis ſecutio habetur in concilio Triburienſi, c. 1. Sed quoniam eſt initium capitis, nihil viſum eſt hic mutandum: reliqua autem ſunt emendata ex locis indicatis.*

b ¶ Vuiregeldi.] *Antea legebatur*, Renaldus. *Emendatũ eſt ex ceteris locis indicatis, præterquam ex Decretalibus, vnde abeſt vtraque vox: legitur tamen in prima collectione.*

Item ex lib. 3. capitul. c. 25. 7

¶ Pro graduũ varietate mulctetur, qui clericos occidunt. C. XXVII.

8 QVi ſubdiaconum occiderit, CCC. ſolid. cõponat: q diacnũ, CCCC. presbyterum [i], DC. qui epiſcopum, DCCCC. qui monachum, CCCC.

Item ex lib. 6. capitul. c. 90.

¶ De eodem. C. XXVIII.

9 QVi occiderit monachũ, aut clericũ, arma relinquat, & Deo in monaſterio ſeruiat cunctis diebus vitæ ſuæ, numquam ad ſeculũ reuerſurus, & ſeptẽ annis publicam [k] pœnitentiam agat. †

deponere[a] laicum, vt 11. qu. 1. nullus epiſcopus. & 32. qu. 5. præceptum. Ioan.

a ſc. ab honore & cingulo dignitatis, ſi q̃ hʒ, ſecundum Hug.

DE presbyterorum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd Thadonus archiepiſcopus Mediol. quæſiuit à Nicolao quid fieri debeat de his qui presbyteros flagellant & occidunt vel deprædantur, nec ſæculari brachio põt coerceri. & reſpõ. quòd primo conueniri debẽt ſecundo & tertio. qui ſi delictum non emendauerint, à corpore ſacrę cõmunionis priuẽtur. tandẽ dẽnt anathematizari in contumacia permanẽtes. In 2. parte dicitur quòd ſi ipſi reſipiſcant, recõciliari debẽt eccleſiæ, digna tñ ſatisfactione præmiſſa. Secunda pars ibi, *Quos etiam.* Caſus ſeq. c. per ſe patet.

5 Prima pars hẽ c 6 l. ca. 169 Bur l. 6. c. 10. Iuo p. 10. c. 139.

6 Capit. l. 4. c. 15. extr. de pœ. c. pſbyteri Bur. l 6. c. 11. Iuo p. 10. c 140. Pan. l 8. c. 6.

† al. Vuiregeld.

g ¶ *Qui ſæculari.*] ergo ſæculari iudex in his enormibus criminib. primo habet coerctionem [b], & deinde eccleſiaſticus iudex, vt 23. qu. 5. ſunt quidam. Io. quod falſum eſt, vt extr. de iudi. cum non ab homine. B. Item hic patet, quòd ſæcularis poteſtas & eccleſiaſtica debent ſibi mutuũ præſtare auxilium, vt 96. diſt. cum ad verum. & 32. diſt. eos qui. & di. 17. non licuit.

b Ad hoc fa. q̃ no ſ. 90. di placuit.

h ¶ *Præmiſſa.*] argu. [c] quòd excõicatus prius debeat ſatisfacere, q̃ abſoluitur, vt hic, & 11. q. 3. excellẽtiſsimus. in fi. & 23. qu. 8. ſi quis mẽbrorum. & ca. peſsimã. ext. de iur. pa. relatum arg. contra ext. de ſent. exc. per tuas. Sol. aut excõicatur quis ꝓ contumacia, aut ꝓ delicto. Si ꝓ contumacia, tũc præſtita cautione abſoluetur. Si pro delicto, & illud eſt euidẽs, non prius abſoluetur q̃ ſatisfecerit. ſic diſtinguitur ext. de ver. ſig. ex parte. Ioan. Certe ſemper excommunicatur quis pro contumacia, ſed illa quãdoque prouenit ex delicto, vt innuit illa decr. ex parte. niſi ipſo iure incidat in canonem latæ ſententiæ, vt j. ead. quæſ. 4. ſi quis ſuadente. B.

[c] Excõicat⁹ an poſſit abſolui ñ præmiſſa ſatisfactione.

7 Et in ebe. Trosleiano c. 13. & inter leges Lõgobard. tit. de homici. lib. hoſs. l 27.

8 Pan l 8. c. 7 Bur l. 6 c. 5. Iuo p. 10 c. 9. & 134 ſimilia q̃dam.

9 Iuo p. 10. c. 10. Pan. l. 8. c 8.

i *QVi ſubdiaconum.*] ¶ *Presbyterum.*] Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœ. c. 2.

k *QVi occiderit.*] ¶ *Publicam.*] Sed quid ſpectat ad imperatorem imponere alicui publicam pœnitentiam? Dic quod imperator inſtituit quid iudex

† al. gerat

dex eccleſiaſticus facturus ſit:ſicut econuerſo, vt 5.q.vlt.delatori.

SI quis.] C A S V S. Statuit Inn.in hoc c.q̃ ſi quis iniecerit violentas manus in clericum, vel etiam in monachum, ſtatim ſit anathematis vinculo innodatus:& nullus epiſcopus eum quouis modo præſumat abſoluere, donec Apoſtolico ſe præſentet, & eius mandatum ſuſcipiat: niſi ſit in mortis articulo conſtitutus.

Item Innocentius Papa I I.in concilio Lateranenſi,c.15.

¶ Qui clericum percuſſerit, excommunicetur,& non niſi à Romano Pontifice abſoluatur. C. XXIX.

vij 1 SI quis [a] ſuadente diabolo huius ſacrilegij reatum [a] incurrerit, quòd in clericum [b], vel monachum violentas [c] manus [d] iniecerit,anathematis vinculo ſubiaceat [e]:& nullus epiſcoporum illum preſumat abſoluere(niſi mortis vrgente periculo)donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.

a ¶ Reatum.] *Sic eſt emẽdatũ ex codicibus huius concilij manuſcriptis,& concilio Eugenij tertij.c.16.vbi hoc idẽ reperitur. Antea legebatur.* vitium,vel crimen incurrerit.

4 *Qui autem de eccleſia vi aliquem exemerit.vel in ipſa eccleſia, vel loco,vel cultui, ſacerdotibus. & miniſtris aliquid iniuriæ importauerit,ad inſtar publici criminis , & læſæ maieſtatis accuſabitur: & conuictus ſiue confeſſus,capitali ſententia à rectoribus prouinciæ ferietur : ſicut in primo libro codicis legitur,titulo de epiſcopis, & clericis le. [Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit.] & in Digeſtis tit. Ad legem Iuliam repetundarum.*† [f] *l.vlt.Committunt etiam ſacrilegium, qui contra diuinæ legis ſanctitatem aut neſciendo* [g] *committunt,aut negligendo violant, & offendunt: aut qui de principali iudicio diſputant,dubitantes , an indignus* [h] *ſit quem princeps elegerit,vel qui intra prouinciam* [i], *in qua prouinciales , & ciues habentur,officium gerendæ, ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis deſiderant , vt Codicis lib.9.titulo de crimine ſacrilegij. Similiter de iudicio ſummi Pontificis alicui diſputare non licet.*

Vnde Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Nemini eſt permiſſum de eo , quod Papa ſtatuit,iudicare, vel eius ſententiam retractare. C. XXX.

2 NEmini eſt de ſedis Apoſtolicæ iudicio iudicare , aut illius ſententiam retractare [k] permiſſum:videlicet propter Romanæ eccleſię primatum Chriſti munere in beato Petro apoſtolo diuinitus collatum.

¶ *Epiſtola,ex qua hoc caput eſt ſumptum,nõ extat:aliquid tamen ſimile habetur in epiſtola prima ad Michaelem Imperatorem.*

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

Vnde in Toletano conc.4.c.64.legitur.

¶ Sacrilegium faciunt,qui Iudæis publica officia committunt. C. XXXI.

3 COnſtituit ſanctum concilium, vt Iudæi,aut hi,qui ex Iudæis [l] ſunt,officia [m] publica nullatenus appetant:quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt.Ideoque iudices prouinciarum cum ſacerdotibus eorum ſurreptiones fraudulenter elicitas [a] ſuſpendant, & officia publica eos agere non permittant.Si qui autem iudicum hoc permiſerit , velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur:& is , qui ſurrepſerit,publicis cædibus [n] deputetur.

a ¶ Elicitas.[*Sic eſt emendatum ex codice Lucenſi regio:quamuis in aliis codicibus conciliorum, & Gratiani legatur,*relictas.

4 *Verum ne reuerentia religionis dominos ſuo iure fraudaret,ſi famuli ad eccleſiæ ſepta confugientes inde nequaquam abſtraherentur, ſacris canonibus eſt inſtitutum,vt præſtito à Domino ſacramento impunitatis et etiã reddantur inuiti.*

Vnde Gelaſius † *Papa ſcribit Bonifacio epiſcopo.*

¶ Poſt præſtitam ſecuritatem ſerui reſtituantur dominis, qui ad eccleſiam confugiunt. C. XXXII.

4 MEtuentes dominos famuli ſi ad eccleſiæ ſepta confugerint,interceſſiones debent quærere nõ latebras:ne hæc ipſa præſumptio tarditatis [o] temeritatẽ augeat renitẽdi.Filius etenim noſter

a ¶ *Si quis.*] hoc nomine,ſi quis, etiam feminæ continentur , vt ff. de verbo.ſign.l.1.femina enim bene incidit in canonem hunc, vt extr.de ſent. exc.mulieres.

a Pan.l.8.c. 249.

b ¶ *In clericum.*] etiam Pſalmiſtam, qui clericus dicitur 21.diſt.cleros. & etiam in alias eccleſiaſticas perſonas,vt no.ſ.e.quiſquis.

c ¶ *Violentas.*] [u] ab hac regula multi caſus excipiuntur , vt impuberes:& qui iocoſa leuitate ſe percutiunt : & cum magiſter diſcipulum percutit , vt extra eo.ca.1.quia non ſunt huius manus violentæ.Item cum clauſtrales percutiunt ſe , vt extr.eo. cum illorum. Item cum oſtiarius ratione officij ſui aliquẽ verberat. Vel cum aliquis officialis arcet aliquem à turba. Vel cum aliquis defendendo ſe percutit clericum. Vel cum inuenit clericum cum vxore ſua , matre, ſorore, filia. hos caſus habes ext.eo.ſi vero. Itẽ mulieres & debiles perſonæ excipiuntur, vt extr.eo.mulieres.Item ipſi prælati licite percutiunt clericos ſuos: vel alij clerici de mandato ipſorum, vt extr. eo.ex tenore.Item quã diu habes inimicitias, vt extr.ead. de cetero. Item excipiuntur illi qui leuem iniuriam fecerint clerico , vt extra e.peruenit.

[u] Clericum percutiens non ſemper incurrit excommunicationem.

† peculatus l. ſacrilegij] vera lectio , vt in gl.

d ¶ *Manus.*] idem ſi pedes:vel ſi ſpuat vel perfundat eum aqua. aliud dico ſi rumpat veſtimenta ſua. ſed idem credo & tunc: quia violentia fit perſonæ [a]:& quia quæ religioſis,&c.ff.de rei vend.l.quæ religioſis.

a Anſ.l.c.11 Pan l 4.c.10 a de hoc no. 4.diſ.1. ſi quis pulſa tus. ibi vid.

e ¶ *Subiaceat.*] iſte canon non eſt latæ ſententiæ,& ille extr.de fal.ad falſariorum.extr.de loca.ex reſcripto.& vbicunque quis ipſo facto incidit in ſententiam,vt 24.q.1.c.1.& 2. Ioan.

QVI AVTEM. Hæc eſt 3.pars q.in qua ponit diuerſos modos ſacrilegij.Io.de Fant.

CASVS. In hoc §.oſtendit G.quæ ſit pœna ſacrilegij ſecundum legem ſæcularem:& dicit quòd ſi aliquis ſacrilegium commiſerit , ad inſtar publici criminis accuſatus & conuictus & confeſſus capitali ſententia ferietur.& ad hoc probandum inducit duas leges , & hoc in 1.parte:in 2.parte dicitur,quòd ſacrilegium cõmittitur tribus modis ſecundum legem.Primo quando aliquis vel neſciendo vel negligendo legem violat.Secundo,cum aliquis diſputat an dignus vel indignus ſit quẽ princeps elegerit.Tertio,quãdo aliquis in prouincia dignitatem gerendæ adminiſtrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur ſi aliquis diſputat de iudicio ſummi Pontificis. Et ad hoc inducit ſequens c.Secunda pars eſt ibi.*Committunt.*

f ¶ *Repetundarum.*] magiſter errauit in nomine huius tit. ſed illud inuenitur.ff.ad leg.Iul.pec.ſacrilegij.

g ¶ *Neſciendo.*] quia iuris ignorantia diuini vel naturalis non excuſat.

h ¶ *Dignus.*] quem princeps iudicat dignum,& nos iudicabimus. ſimile 93.diſt.c.1.ff.de re iud.quidam. C.de aduo. di. iud. reſtituendæ. in ſi.arg.contra:quia poſſum appellare a iudice quem ipſe ex certa ſcientia dedit [b].extr.de off.del.cum olim.1.extr.de app.nouit.ext.de ſent.& re iud.cum cauſa.

b Et hoc idẽ quia appellõnis remedium oib.eſt cõe, in auth. de iudi.§. pen. Io. de Fant.

i ¶ *Qui intra prouinciam.*] prætor tamen eligendus eſt vbi larem fouet, vt C.de offi.præt.tres.ſimiliter defenſor de ipſa ciuitate eligendus eſt,in auth.de def.ciuit.§.1.& vlt.& prælatus potius de gremio proprio quam de alieno,vt 71.diſt. nullus. & ſacerdos de propria diœceſi.71. diſtin.hortamur.

N*Emini.*] C A S V S. Præcepit Nic. in hoc ca. omnibus epiſcopis, vt nullus eorũ de iudicio ſedis Apoſtolicæ iudicet , vel eius ſententiam, vel iudicium retractet: eo quòd eccleſia illa primatum habet & prærogatiuam inter omnes alias eccleſias.

k ¶ *Retractare.*] ſed ipſemet vel eius ſucceſſor poteſt etiam reuocare,vt 35.queſt.9.ſententiam.

§ Diſt. 54. nulla. Iuo p.13.c.97.

SACRILEGII. Dictum eſt ſ.quòd ſacrilegium ſex modis cõmittitur.nunc vero dicit Grat. quòd ſimiliter committit quis ſacrilegium,cum Iudæis publica officia committit.& ad hoc inducit ſeq.c.

C*Onſtituit.*] C A S V S. In Hiſpania publica officia cõmittebantur Iudæis: & propter hoc Chriſtiani à Iudæis lædebantur : & ideo ſtatutum fuit in conc. Tol. ne rectores prouinciarum cum epiſcopis de cetero hoc permittant. & ſi quis fieri permiſerit, velut ſacrilegus anathematizetur : & Iudæus publicis cædibus deputetur. *Cum ſacerdotibus*, id eſt , epiſcopis. *Eorum*, id eſt , Iudæorum. *Obreptiones* , id eſt, adminiſtrationes. *Relictas*, id eſt, conceſſas per obreptionem. *Suſpendant* , id eſt , remoueant & auferant ipſis Iudæis.

† al. Gregorius

4 Iuo p. 16. c 61 & p.5. c.113.Pan.l. 2 c.77.& 74.

l ¶ *Qui ex iudæis.*], id eſt , de familia ipſorũ: vel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuerſis.

m ¶ *Officia.*] ſupra diſtinctione quinquageſimaquarta. nulla officia.

n ¶ *Cædibus.*] [u] Nota quod eccleſia iudicat de his qui foris ſunt,contra id quod eſt,ſecunda,quæſtione prima.multi.hoc in pœna temporali ſiue in pecuniaria:ſimiliter in ſpirituali, ſed indirecte , vt extra de vſur.poſt miſerabilem.& eſt ſimile vigeſimaoctaua , quæſt.1. ſæpe.

[u] Eccleſia de his qui foris ſunt quãque indicat.

VERVM.Hæc eſt 4.pars q.in qua quæritur quid iuris ſit de ſeruis fugientibus ad eccleſiam.Ioan.de Fant.

C A S V S. Dictum eſt ſupra in capi.ſicut antiquis. & in capit, miror.& cap.reum.quòd nullus extrahi debet de eccleſia.ſed quia ſerui ſub hac occaſione ad eccleſias fugientes dominos ſuo iure priuabant, ideo ſtatutum fuit vt recepto ſacramento de impunitate, ſerui etiam inuitis dominis ſuis reddantur : quod probat per ſequen.cap.

M*Etuentes.*] C A S V S.Seruus Petri viri ſpectabilis fugit ad eccleſiam ſancti Clementis:cui cum Petrus per procuratorem ſuum ſacramentum de impunitate perſonæ præſtare vellet, egredi tamen nolebat. Super quo cum præfatus Petrus conquereretur Gelaſio,præcepit idem Gelaſius Bonifacio epiſcopo , vt cum illo procuratore illuc ſuum nuntium debeat deſtinare:& ſi poſt ſacramentum prẽſtitum de impunitate ſeruus ad dominum redire noluerit,ſiue reddatur inuitus. *De præſenti*,id eſt,in præſenti.

o ¶ *Tarditatis.*]id eſt,retentionis.

2 ¶ De

vir ſpectabilis Petrus quæritur ſeruum ſuum in eccleſia ſancti Clementis diutius commotari †, cui cum deputaſſet ſacramenta præſtari, illum egredi nulla ratione voluiſſe. Et ideo directus ſupradictus † homo de præſenti [a] cum eo, quem elegeris eſſe mittendum, cũ de impunitate eius ſacramenta [b] præbuerit, cum ſtatim facias ad dominum ſuum modis omnibus remeare: aut ſi in hac pertinacia † forte perſtiterit, poſt ſacramentum ſibi præſtitum reddatur inuitus.

Idem Ioanni epiſcopo Vienenſi †.

¶ Securitate recepta ratiocinia reddenda fugitiui ab eccleſia redire cogantur. C. XXXIII.

1 VXor Felicis, & filiæ Romã, quia ſic oportuit, peruenerunt. Si quidem hunc ipſum primum ſe ad Barbarorum [c] baſilicam conferentẽ, ſeque bonas cauſas habere iactantem egredi ſub hac conditione præcepimus, vt ſi actus ſuos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorſus aſperum fieri, durumque pateremur. Alioqui ſi contra fidem, & vtilitatẽ Dominicam veniſſe probaretur, ipſe ſibimet [d] imputaret [e], atque † domini ordinationi congruæ ſubiaceret. Qui superueniente filio noſtro viro ſpectabili Orthaſio, ſic eſt ad ſingula quæque conuictus, vt os aperire non poſſet, & vera eſſe, quæ huic obiicerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur cuſtodiæ mancipatus.

Idem Syracuſano, & Conſtantino, & Laurentio epiſcopis.

¶ Eripiatur in libertatem ſeruus, cui Chriſtiano Iudæus ſignaculum circumciſionis impreſſit: alioquin ab eccleſia domino ſuo reddatur inuitus. C. XXXIIII.

2 IVdas, qui Iudaicæ profeſſionis exiſtit, mancipium ſui iuris, quod ante paucos annos [f] ſe aſſerit comparaſſe, nunc ad eccleſiam Venafranam confugiſſe ſuggeſſit (ſicut petitorij tenor annexus oſtendit) eo quod dicat ſibi ab infantia Chriſtiano nuper à præfato domino ſignaculum circumciſionis infixum. Quapropter veſtra diligenter inter vtrumque ſolicita cura rerũ fideliter examinet veritatem: quatenus nec religio temerata videatur, nec ſeruus hac obiectione mentitus competẽtis iura domini † declinare cõtendat.

Item ex concilio Toletano 12. c. 10.

¶ De atrio eccleſiæ (quòd triginta paſsib⁹ clauditur) niſi prius data ſecuritate fugiens non abſtrahatur. C. XXXV.

3 DIffiniuit ſanctũ concilium, vt nullus audeat cõfugientes ad eccleſiam, vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſias petunt, per omnia licitũ in triginta paſſus ab eccleſiæ ianuis progredi: in quibus triginta paſſibus vniuſcuiuſque eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur [g]. ſic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel lõge ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo abſcedãt †: ſed in hoc triginta paſſuum numero abſq; domorum extranearũ receptaculo progrediendi † aditũ obtinebunt: qualiter ad † requiſitæ naturæ vſum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu neceſſitudinis, qui Dominicis ſe defendẽdos cõmiſerint clauſtris. Si quis autẽ hoc decretum tẽtauerit violare, & eccleſiaſticæ excõmunicationi ſubiaceat, & ſeueritatis regię feriatur ſententia. Ipſos autem, qui ad eccleſiam confugium fecerũt, ſi iuxta priſcorũ canonum inſtituta hi, qui eos repetunt, ſacramenta reddiderint, & ſacerdos eccleſiæ ipſi⁹ ab eccleſię nõ abſtraxerit forib⁹, aut fuga taliũ, ſi euenerit, ſacerdoti quęrenda eſt: aut dãnorũ ſentẽtia ſecundũ electionẽ principis [h] huiuſmodi ſacerdotib⁹ irrogãda.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 3. & 5.

¶ Ante ſecuritatem acceptam de atrio eccleſiæ fugitiuus non cogatur exire. C. XXXVI.

4 ID conſtituimus obſeruandũ, quod eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab eccleſiæ atrijs, vel

a ¶ *De præſenti.*] id eſt, in præſenti. Dominus iſte poterat per alium iurare, vt hic patet. & 100. diſt. optatum. [**] & ſcias quòd procurator debet iurare in animam domini, vt 63. diſt. tibi domino ſancto. ſed ſyndici ſiue œconomi in propriam animam, vt extr. de iur. calum. in pertractandis.

b ¶ *Sacramenta.*] hoc intellige cũ nõ eſt tanta ſæuitia domini quin ſuo ſacramento poſſit credi, vt dixi 32. qu. 1. de Benedicto. Ioan.

VXor Felicis.] CASVS. Quidam nomine Felix, ſeruus erat villicus vel procurator Orthaſij: cuius res male & fraudulenter adminiſtrauit. Iſte Felix cum dñs eum impeteret, ad eccleſiam confugit Barbarorum: quẽ cũ dictus Orthaſius de eccleſia extrahere vellet, præcepit Gelaſius vt præſtaret ſacramentum de impunitate: quod cũ facere vellet, noluit Felix recipere ſacramẽtum, dicens ſe iuſtam cauſam habere: vnde ei nolebat reddere rõnẽ. quare Papa præcipit illum ſub hac conditione egredi, vt ſi rationabiliter aliquid allegaret, nihil durũ pateretur. Egreſſus autẽ ſe tueri non potuit: & ſic miſſ⁹ eſt in carcerẽ. vxor autẽ ſua & filiæ ſuæ Romã venerunt, & ſupplicauerũt Papæ pro Felice. & reſpõdet Papa: quia Felix renuntiauit ſacramento impunitatis, qđ pro ſe fuerat introductũ: & vera fuerunt quæ ſibi obiiciebãtur, imputet ſibi quod tenetur incarceratus. qđ totũ ſignificat Papa Ioanni epõ Vienẽſi. Et no. quod in hac parte ca. non dicit Papa qđ fieri debeat de Felice ſed in ſequẽti. Vel forte per hoc quod dicit, imputet ſibi, innuit quod non vult eum tueri.

c ¶ *Barbarorum*] proprium eſt nomen: ſicut Carbonenſium.

d ¶ *Sibimet*] quod non petit cautionem de impunitate.

e ¶ *Imputaret.*] [**] nota arg. quod imputet ſibi qui de iure ſuo cõfiſus noluit vti beneficio canonis. vnde ſi quis de iure ſuo cõfiſus incontinenti litẽ conteſtetur nõ petitis inducijs, bene præiudicat ſibi [a] licet quidã hoc negẽt [b]: quia lex dicit quòd lite conteſtata contra hoc indultũ habita pro nihilo habenda eſt, vt 3. q. 3. offeratur. Item habes hic, quòd aliquis põt renuntiare priuilegio quod ad honorem cæleſtem inductum eſt, contra illud extr. de ſo. comp. ſi diligenti, ſimile huic dicit lex imputet ſibi qui pro nouo beneficio vetus elegit grauamen. C. de iur. delib. l. vlt. §. pen.

IVdas] CASVS. Iudæus quidam nomine Iudas, conqueſtus eſt Papæ Ioanni de quodam ſuo ſeruo qui fugerat ad eccleſiam Venafranam: quẽ ante paucos annos ſe comparaſſe dicebat. Seruus replicabat quod à puerit ia fuerat Chriſtianus: & nuper à præfato domino ſignaculũ circumciſionis recepit. Quare Papa cõmittit cauſam Syracuſano & Conſtantino & Laurẽtio epiſcopis vt veritatem diligẽter inueſtigent: quatenus ne religio Chriſtiana temerata videatur impune: ne ſeruus forte mentitus iura domini declinare contendat.

f ¶ *Ante paucos annos.*] 5. diſt. 54. c. mancipia. & c. nulli. & c. fraternitatem. contra. ſed aliud eſt dicere ſe velle fieri Chriſtianum, ſecundum quod illud c. loquitur. aliud eſt dicere ſe eſſe Chriſtianũ, & mentiri, vt ſic poſsit recedere à dño ſuo, ſecundum quod loquitur hic.

DIffiniuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt nullus audeat facere violentiam in reb. vel perſonis fugientium ad eccleſiam intra 30. paſſus eccleſiæ, nec ẽt extra 30. paſſus, cũ ad requiſitæ naturæ vſus neceſſarios ire cõpellãtur: ita quod ad receptacula extranearum domorũ, i. poſitarũ extra ſupradictum ſpatiũ nõ progrediãtur. ſi quis vero cõtra fecerit, excõicatus regia ſñia feriatur. ſi vero dato ſacramento de impunitate perſonarũ ſacerdos fugientes nõ reddiderit, & poſtea tales fugerint, aut ſacerdos eos quærere dẽ: aut ſecundũ electionẽ principis dãnũ emendet. *abſque.* excluſiue põitur. *Qualiter*, i. vt ſecundum electionẽ principis, i. ſecundum quòd voluerit damnum arbitrari.

g ¶ *Defendatur*] Sed quis prouidebit iſtis interim in expenſis? Reſpõdeo, eccleſia, vt C. de his qui ad ecc. confu. l. præſenti. in fi. ſicut cuſtos carceris prouidebit captiuis. C. de epiſc. aud vt iudices.

h ¶ *Principis*] i. iudicis [c] eccleſiaſtici: vel principalis perſonæ, ſ. actoris. & ſic. nõ obeſt. 96. diſt. denique.

ID cõſtituimus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dr quod ſi debitor cõfugerit ad eccleſiã, ſecundũ leges & canones non dẽt parenti reſtitui niſi dato ſacramento de indẽnitate pſonæ, ita quòd poſtea debitor ille ſatisfaciat ei cuius eſt debitor. ſi vero poſt datum ſacramentũ debitorẽ in perſona, offenderit, dẽt anathematizari. Si autẽ creditor petat & exigat à debitore vltra quàm debeat, & ppter hoc debitor ab eccleſia confugerit, ſibi imputet creditor, qui pl⁹ exigebat. In 2. parte dicitur quod ſi ſeruus propter culpã aliquã ad eccleſiam confugerit, dato ſacramento de impunitate debet domino reddi: quem ſi dominus poſtea offenderit, debet excommunicari. ſi vero ſeruus, accepto ſacramento de impunitate perſonæ ad dominum redire noluerit, inuitus à domino occupetur. *Ite vbi cui reti*, i. conuentus vel liberator. *Criminoſus*, i. obnoxius propter furtum vel rapinam vel mutuum quod reddere nolebat, vel quod negabat. *Cui reus*, i. debitor. *Compoſi*, i. damnum reſarciri vel debitum reddi. *Intentione*, i. amplificatione vel augmento pœnæ vel pecuniæ faciente: qui non oponeret niſi plus daret.

[**] procurator in animam domini iurare debet, ſyndicus, ſiue œconomus in propriã.

† al. commorantem

† al. ſupradictis

† al. pertinacitate

† al. Vienenſi

1 Iuo p. 16. c. 77.

† al. atque ordinationi

[**] Beneficiũ iuris ſpernẽs ſibi debet imputare.

t Iuo p. 3. c. 113.

a Idẽ Alc. de ãm. in l. 1 ff. de eden. cit pt. verſ. ſecundo not.

b Vẽ quod bene ſecũdum id quod not. t. q. 10. in ſumma.

† al. dominij

3 Iuo p. 3. c. 121. Pan. l. 4. c 78.

† al. obcaluntur] ig r

† al. progredientes

† al. qualiter requiſitæ naturæ vſum debitis expleant locis

c Papæ, vt no. de conſ. diſt. 1 corpora. Arc.

4 Raba. pœ. c. 21. Bur. l. 3. c. 170 Iuo p. 3. c. 107.

2 ¶ *Vel*

domo[a] epiſcopi reos [α] abſtrahere omnino non liceat:ſed nec alteri conſignare [b], niſi ad Euangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate,& omni pœnarum genere ſint ſecuri: ita vt ei [c] cui reus fuerit criminoſus[d],de ſatisfactione conueniat. Quòd ſi quis ſacramenta ſua conuictus fuerit violaſſe,reus periurij non ſolum à communione eccleſiæ, vel omnium clericorum, verumetiam & à catholicorum conuiuio[e] ſeparetur. Quòd ſi is,cui reus eſt, noluerit [β] ſibi intentione[f] faciente componi,& ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit,ab eccleſiæ clericis nõ quæratur. ¶[1]Seruus etiam, qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi à domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit,ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur:& poſtquam dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadẽ culpa,qua excuſatur [γ], probatus fuerit pertuliſſe, pro contemptu eccleſiæ, & præuaricatione fidei, à communione, & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si vero ſeruus pro culpa ſua ab eccleſia defenſatus ſacramẽta dñi †clericis exigẽtib[9] de impunitate pceperit,exire nolentem à dño liceat occupari [g].

[α]¶ Reos.] *Sic eſt emẽdatũ ex originali, Rabano, Burchardo, & Iuone, cum in Gratiani codicibus etiam manuſcriptis legeretur*, eos.

[β]¶ Noluerit ſibi.] *Antea legebatur*, voluerit. *Mutatum eſt ex concilij exemplaribus etiã manuſcriptis, & nonnullis ipſius Gratiani, & ceteris collectoribus, quamuis in recentiore Colonienſi editione abſit dictio*. ſibi.

[γ]¶ Excuſatur.] *Sic in omnibus Gratiani, & conciliorũ codicibus impreſſis, & manuſcriptis. Apud ceteros collectores eſt*, accuſatur.

5 *Occaſione namque religionis ſeruus dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere non debet.*

Vnde in Gangrenſi concilio, c.3. legitur

¶ Religionis occaſione dominum ſuum non audeat ſeruus contemnere. C. XXXVII.

vij[2] SI quis ſeruum alienum occaſione religionis doceat dominũ ſuum contẽnere, & eius miniſterium deſtituere, ac non potius docuerit eum ſuo domino bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

Item ex concilio Martini Papæ, c.47.[3]

¶ Corripiatur duriſsime, qui cauſa religionis docet ſeruum dominum ſuum contemnere. XXXVIII.

viij[4] SI quis ſeruum alienum cauſa religionis doceat contemnere dominum ſuum, & recedere a ſeruitio eius, duriſſime in omnibus arguatur.

Item ex concilio Carthaginenſi, c.26.[5]

¶ Primati inſinuetur neceſsitas quæ res eccleſiæ diſtrahere compellit. C. XXXIX.

6 NVllus res eccleſiæ diſtrahat. Quòd ſi reditus [α] [h] non habet, & aliqua nimia neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe primati ipſius prouinciæ cenſemus, vt cum ſtatuto [i] numero epiſcoporum, verum faciendum ſit, arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſitas eccleſiæ, vt non poſſit[k] ante †primatem conſulere, ſaltem vicinos [β] teſtes conuocet epiſcopos, curans ad concilium referre omnem eccleſiæ neceſſitatem. Quod ſi non fecerit, reus Deo, & ſancto conſilio venditor honore amiſſo [γ] teneatur.

¶ *Hoc eſt caput 26. Carthaginenſis vnici inſerti in codice canonum, itemque græci: quod ſumptum eſt ex c.4. concilij quinti Carthaginenſis. In neutro tamen ſunt hæc omnino verba*, nullus res eccleſiæ diſtrahat. *ſed*, Placuit, vt rem eccleſiæ nemo vendat, *quẽadmodum & apud Iuonem.*

[α] ¶ Quòd ſi reditus.] *Græce eſt*, ὅπερ πρᾶγμα ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ *id eſt*, Quæ quidem res ſi reditus non habeat.

[β] ¶ Vicinos teſtes.] *Sic in codice canonũ, & fere in græco canone, & ĩ margine recẽtiorum Colonienſium editionum. In cõtextu autem ipſarum, & vetuſtioribus editionibus, ac duobus Vaticanis codicibus, & apud Iuonem legitur*, ſaltẽ poſt factum curioſitatẽ habeat, & vicinis epiſcopis hoc ante iudicare & ad cõciliũ, &c. *In Sorienſi aũt regio*, curet hoc ſtatim agere, vel vicinis, &c.

[γ] ¶ Honore amiſſo.] *Verba hæc ſunt in concilio inſerto in codice canonum, in codice Sorienſi regio, & canone græco. Abſunt autem ab omnibus editionibus concilij quinti Carthaginenſis, & duobus Vaticanis exemplaribus, & Iuone.*

Item ex concilio Agathenſi, c.56.

¶ Sine licentia epiſcopi quidquid abbas vendiderit, in irritum deducatur. C. XL.

7 IN venditionibus quas abbates facere preſumunt, hec forma ſeruetur, vt quidquid ſine epiſcopi [l] licentia [α] venditum fuerit, ad poteſtatem epiſcopi reuocetur.[8] ¶ Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti.[m] Iniuſtum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, ſerui eorum libertatis otio potiantur.

[α] ¶ Licentia.] *Sic eſt adſcriptum in margine in recentioribus Colonienſibus editionibus: ſed in antiquioribus, & codicibus manuſcriptis, & apud Iuonem eſt*, notitia.

6 *Etiam ſi epiſcopo conſentiente* [n] *monaſterij poſſeſſio ab abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio: niſi forte in eccleſia fabricam erigendam donatio proceſſerit. Quo caſu tantum ei donare licet, quantum eccleſiæ parietes concludunt.*

9m *Vnde Gregorius ſcribit. lib.7. indict.1. epiſt. 33. Ioanni epiſcopo Scyllacano.*

a ¶ *Vel domo.*] quæ domus erat intra quadraginta paſſus, vt 41. diſt. epiſcopus vilem. & de conſec. diſt. 3. epiſcopus. Idem tamen priuilegium habet ſi eſt extra iſtos paſſus. Io.
b ¶ *Conſignare.*] id eſt, tradere.
c ¶ *Vt ei.*] i. cum eo.
d ¶ *Criminoſus.*] id eſt, obnoxius.
e ¶ *Conuiuio.*] id eſt, conſortio.
f ¶ *Intentione.*] i. plus debito requirit.
g ¶ *Occupari*] auctoritate propria, vt videtur ext. de imm. eccl. inter. licet ſit arg. cõtra. ſ. ea. c. prox. in fi. & C. de his qui ad ecc. confu. l. 3. Ioan.

1 C.5. Burch. l.3. c. 191. Iuo p.3 c.109 Pann. l.2. c.73.

OCCASIONE. Hæc eſt 5. pars q. in qua probatur ꝙ ſeruus occaſione religionis non debet dominum carnalem fugere. & hoc facit per duo. c. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. in §. verum. ꝙ ſerui occaſione religionis dominos fraudabant iure ſuo: nunc vero oſtendit hoc non eſſe faciendum.

SI quis ſeruum.] CASVS. Dicitur in hoc c. ſi quis occaſione religionis docet ſeruum dominum ſuum contemnere, & ab eius ſeruitio recedere, anathema ſit. Idẽ dicitur in ſequenti. c. cuius caſus patet.

† al. ſui domini

NVllus.] CASVS. Facta interpoſitione de ſacrilegio, redit magiſter ad principale propoſitum, ſc. ad tractatum propoſitæ quæſtionis, ſ. ꝙ res eccleſiæ non ſunt alienandæ. Eſt ergo caſus talis, Statutum fuit in Carth. conc. vt nullus res eccleſiæ ſubtrahat: ſi autem neceſsitas immineat debiti, & eccleſia non habeat reditus vnde ſoluat: tũc fieri poteſt alienatio poſſeſsionis: ſed fiat hoc cum conſenſu primatis, & cum ſtatuto numero epiſcoporum. ſi vero tanta ſit neceſſitas, vt ſuper hoc primas, i. patriarcha conſuli non valeat, fiat alienatio coram duobus vel tribus vicinis epiſcopis, & poſtea in cõcilio patriarchæ ſignificetur. ſi quis vero contra fecerit, deponatur. Hoc hodie locum non habet, quia epiſcopus tantum de conſenſu canonicorũ poteſt alienare, vt 12. q.2. ſine exceptione.
h ¶ *Reditus.*] i. mobilia bona, quæ ſufficiunt ad ſoluendum debitũ.
i ¶ *Vt cum ſtatuto.*] illud hodie non requiritur: qa hodie ſufficit conſenſus epiſcopi & capituli. 12. queſt. 2. ſine exceptione. & extr. de iis quę ſi. a prę l. quãto. & c. cum Apoſtolica [a].
k ¶ *Non poſſit*] Ar. eſt hic, ꝙ ſi propter periculum moræ non poſſunt abſentes vocari ad electionem, ꝙ eis abſentibus & non vocatis poteſt fieri electio[b], vt 96. di. c. 1. ver. Eulalius. & 16. q.6. aurelius. Ioan.

2 Iuo p.16. ca.102 & p. 23 c 48.
3 in c. græcorum ſynod. Mart. Brac.
4 Burc. l.8. c. 25. Iuo p. 7. c.43.
5 Et in Carthag. 5 c. 4.
a De hoc ẽt nota 12 q.1. c.1. ver. ꝙ ſi neceſſitas.
6. Anſel. l. 5. c. 45 Iuo p. 3. c.153.
b Ad idem ex. 1 de elec. ꝙ ſicut. & c. cũ inter vniuerſas. De hac materia not. 7 qu. 1. factus. Arc.
† al. ante conſulere

IN venditionibus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ ſi abbas aliquid alienauerit ſine licentia epiſcopi, per epiſcopum debet reuocari. In ſecunda parte dicitur, ꝙ abbas mancipia monaſterio donata manumittere non debet, vt ipſi otio potiantur libertatis, & monachi rurali opere fatigentur. Secunda pars eſt ibi, *Mancipia.*]
l ¶ *Epiſcopi.*] Quidam dicunt id qđ hic dicitur, & 12. q. 2. abbatibus. hodie non tenere, per id quod eſt ſ. proxi. q.2. nullam. vbi dicitur, quod tota diſpoſitio monaſterij ad abbatem pertinet. ſed eis obuiat qđ eſt extr. de re. eccl. non al. ca. 1. [c] Hoc ſcias, quòd nullum prædium poteſt alienari inconſulto epiſcopo loci in cuius diœceſi ſitum eſt prædium, vt C. de præd. mino. l. ſi prædium. & extr. de fo. cõp. c. ſanc.
m ¶ *Manumitti.*] Quia qui manumittit mancipium eccleſiæ, duo dabit eccleſiæ pro illo, vt 12. q.2. epiſcopus qui. ſed cum abbas nihil habeat, ergo nihil poteſt dare, vt 54. diſt. abbati. Io.

c ꝓdia monaſterij incõſulto epo non poſſunt alienari.

ETIAM. Hæc eſt 6. pars. q. in qua dicitur, quod non pot abbas etiam epo dare loca aliqua in damnum monaſterij. Io. de Fant.

7 Iuo p. 3. c.103.

CASVS. Nunc oſtendit Grat. quòd etiam conſentiente epiſcopo abbas ſine conſenſu monachorum vel etiam cum conſenſu, ſi eccleſia lædatur, dederit poſſeſsionem, quòd non valet donatio niſi in fabrica n eccleſiæ erigendam: quo caſu valet donatio quantum eccleſiæ parietes concludunt. quod probat ſeq. c.

8 ſ. diſt. 54. abbati.

n ¶ *Epiſcopo conſentiente.*] Non dicit bene: quia bene poteſt auctoritate epiſcopi [e] abbas alij dare eccleſiã: ſed ideo reprobatur donatio facta ab abbate cum cõſenſu epiſcopi in ſequenti cap. quia epiſcopo deuit abbas: & ipſe epiſcopus

e Dic ꝙ non ſufficit conſenſus epi, niſi cõuẽtus abbat. conſentiat. ext. de re. ec. ñ al. c. 1 in fin. & ext. de his q ſi. à p̃l. c. 1. & ca. ea noſcitur. & ex de re. ec ñ al. c. ad noſtram. ſed n Hoſt. quia non p l. c d re. ec. non al. Arc

pus non potuit confirmare donationem ſibi factam: quia nemo poteſt præſtare auctoritatem rei propriæ, vt extra de inſt. cum ad noſtram. & ff. de auct. tut. l. 1.

Q*Veſti ſunt.*] CASVS. Monachi cuiuſdam monaſterij ſunt conqueſti, quod abbas eorum donauerat terram ſexcentorum pedum in caſtro Tranquillitano ſub prætextu eccleſiæ fabricandæ. quare Papa præcepit epiſcopo vt omnes poſſeſsiones extra muros eccleſiæ ad vſum monaſterij reuocentur: quia ſecundum leges & canones res monaſterij non poſſunt ab eccleſiæ dominio ſeparari.

a ¶ *Vendicare.*] tamen hæc eccleſia erit ſub alio monaſterio de cuius rebus conſtructa eſt, vt 12 q. 2. Apoſtolicos.

b ¶ *Reuertatur.*] Argu. quòd donatio pro parte eſt valida, & pro parte non, vt 12. q. 2. ſi quos. Sed nonne iſta eccleſia habebit viam qua itur ad ipſam? item qui habet hauſtum, iter debet habere, vt ff. de ſer. ruſt. prædi. item ſic. §. qui habet hauſtum. Reſpond. ſic habebit: ſed monachi non cogentur gratis eam dare, cogentur tamen viam vendere iuſto pretio, vt ff. de relig. l. ſi quis ſepulchrum.

SED NOTANDVM EST. Hæc eſt ſeptima pars quæſtio. in qua ſoluit quæſtionem principalem: ſcilicet, vtrum abbas debeat conuerſo apoſtatæ reſtituere ſua, & dicitur quòd non debent ei reddi. ſed ſinere quòd recipiat. & hoc probat per æquitatem canonicam. Io. de Fant.

CASVS. Hic determinat Grat. an abbas debeat reddere ſua monacho retro abeunti, & dicit quòd conuertere res monaſterij in ſuos vel propinquorũ vſus, eſt perniciosum: ſed ex diſpenſatione charitatis conſulitur infirmitati humanæ, ſi quòdam ſua reddantur monachi retro abeunti, quod magis fit iure poli, quam iure fori. Et quòd hoc fieri poſsit, probat exemplo Ioannis Euangeliſtæ, qui duobus iuuenibus cuncta reddidit quos pœnituerat ſua pro Chriſto pauperibus erogaſſe. Poſtea obiicit contra hanc ſolutionem: & dicit quòd Ioannes Euangeliſta non reddidit erogata iam pauperibus, ſed alia. ſic & abbas quæ ſunt inter facultates eccleſiaſticas deputata, non reddet reddenti, ſed alia. Poſtea ſupponit exemplum Aurelij: quod magis videtur efficax quàm ſupra dictum eſt.

c ¶ *Duobus.*] Tito & Eugenio. Sed nonne beatus Ioannes renunciauerat propriis? Vtique ergo quidquid habuit, acquiſitum fuit pauperibus, vel illi eccleſiæ ad quam ſe tranſtulit. Sed dic quòd adhuc non peruenerat res ad eccleſiam illam. Vel dic quod de virgis fecit illud argentum quod dedit.

d ¶ *Si abbas*] ſophiſtice & male reſpondet: quia quàm cito abbas habet aliquid, tam cito ſit eccleſiæ [a].

¶ Nullo titulo res monaſterij valent ab eius iure ſegregari.

C. XLI.

QVeſti nobis ſunt prædicti monaſterij monachi abbatem ſuum terram intra Scyllacænum [a] caſtrum, quæ in DC. pedes extenditur, ſub prætextu fabricādæ eccleſiæ fraternitati tuæ, donationis titulo conceſſiſſe. Et ideo volumus, quantum parietes poſſunt edificatæ eccleſiæ circūdare, iuri eccleſiæ vendicari [a]. Quidquid vero extra parietes eiuſdem eccleſiæ eſſe poterit, ad iura monaſterij ſine difficultate aliqua reuertatur [b]: quia nec mundanarum legum, nec ſacrorum canonum ſtatuta permittunt res monaſterij de iure eius quolibet titulo ſegregari. Ea propter donationem eiuſdem terræ, quæ contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitue.

a ¶ Intra Scyllacænum.] *Sic eſt emendatũ ex multis codicibus epiſtolarum: a qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum diſcrepabant. In vulgatis erat,* in Tranquillitanum caſtrum.

PALEA. C. XLII.

1 HAnc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tempore a te, ab omnibus epiſcopis firmam ſtatuimus, illibatamque ſeruari: vt & ſuæ eccleſiæ iuuante Domino, tantummodo ſint iure contenti: & monaſteria eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angariis, ſiue quibuſlibet obſequiis ſæcularibus nullo modo ſubiaceant, nullis canonicis iuribus deſeruiant: ſed remotis vexationibus diuinum opus cũ ſumma deuotione perficiant.

¶ *Hæc palea abeſt à vetuſtis exemplaribus, vno excepto, & huc temere translata eſt, cum habeatur infra decimaoctaua. quæſt. ſecunda. capit. quàm ſit. §. hanc ergo. vbi nonnulla notabuntur.*

Sed notandum eſt, quòd aliud eſt in ſuos, vel propinquorum vſus res eccleſiæ conuertere (quam pernicioſam cupiditatem ſacri canones vbique prohibent, & damnabilem oſtendunt:) aliud eſt, quod ex diſpenſatione charitatis, humanæ infirmitati conſulitur: vt quondam illi ſua reddantur, qui in ſacro propoſito manere contemnit. Quod non tam iure fori, quàm iure poli nonnullos ſanctorum feciſſe legimus. [b] *Beatus enim Ioannes Euangeliſta duobus* [c] *iuuenibus, quos pœnituerat omnia ſua pro Chriſto reliquiſſe, & pauperibus erogaſſe, aurum & gemmas reddidit, vt cuncta, quæ vendiderant, ſibi redimerent. Sed obiicitur, beatus Ioannes non oblata reddidit, quæ pauperibus iam erogata fuerant, ſed alia recompenſauit, quæ in pauperum, vel eccleſiarum facultatibus numquã computata fuerant. Similiter ſi abbas* [d], *vel epiſcopus aliqua habuerit, quæ in eccleſiaſticis facultatibus nondum ſunt adnumerata, exemplo beati Ioannis det illa recedenti, oblata vero eccleſia retineat. ¶ Sequitur † ergo aliud exemplum, quo eadem, quæ oblata ſunt, laudabiliter reddenda monſtrentur.*

Ait enim Auguſtinus in ſermone 2. de vita clericorum[3].

¶ Non debet eccleſia ſuſcipere, quæ filio exheredato, ſibi offeruntur.

C. XLIII.

4 QVicumque vult exheredato filio heredem facere eccleſiam: quærat alterum, qui ſuſcipiat, nō Auguſtinum: immo, Deo propitio, nullum inueniet †. Quàm laudabile factum ſancti & venerandi epiſcopi Aurelij Carthaginenſis? quomodo impleuit os omnium, qui ſciunt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes (retento ſibi vſufructu) donauit eccleſiæ. Nati ſunt ei filij poſtea: & reddidit epiſcopus nec etiam opinanti illi, quæ donauerat. In poteſtate habebat epiſcopus non reddere [c], ſed iure fori [f], non iure poli † [g].

Ecce, quòd aliquando oblata iure & laudabiliter redduntur. Verumtamen non hoc exemplo, recedenti ſua reddenda monſtrantur. Aliud eſt enim in profeſsione ſua vita perſiſtere: aliud à propoſito ſui ordinis diſcedere. Si ſanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia poſt oblationem filios accepit: non ideo in apoſtaſiam euntibus ſua reddenda ſunt, quibus vtilius [h] *neceſſaria ſubtraherentur, vt coacti redirent ad ordinem, a quo receſſerant. Sed ſicut inimicis, & perſecutoribus iubemur neceſſaria ſubminiſtrare, ſicut ab Apoſtolo monemur tempus redimere, vt expeditius orationi vacemus: ſic ne eccleſia ſcandalum patiatur, ne diſcedens in deteriora præcipitetur, ne in perniciem monachorum, aut incendium monaſterij occaſione ſuorum exardeſcat, laudabilius ſibi ſua non dico reddantur, ſed auferri ſinantur, quàm ab illo iſta inferantur.*

Q*Vicumque.*] CASVS. Quidam clerici cum patres iniuſte filios exheredabant, totam hereditatem ſibi relictam recipiebant, & filiis repetentibus nihil reſtituebant: quos Auguſtinus redarguit in ſermone ſuo: & docet hoc non eſſe faciendum, exemplo huius Aurelij Carthaginen. epiſcopi, qui reddidit hæreditatem iam ſuſceptam filiis poſtea natis.

e ¶ *Non reddere.*] Simile 14. quæ. 6. comperimus. [e] Sed nonne filius natus iure communi poteſt reuocare legitimam portionem ſuam ſi pater omnia bona ſua donauit, vt C. de inoffi. donat. ſi totas. nam ſi aliquis liberto ſuo dedit bona ſua cum crederet ſe non habiturum filios, numquid filius poſtea natus nō ſolum partem, ſed etiam totũ reuocabit, vt C. de reuoc. don. ſi numquam. Reſpond. verum eſt: & quod hic dicitur intelligendum eſt, quòd eccleſia non cogitur totum reddere, ſed tantum legitimam [b] portionem, vel canon corrigit legem.

f ¶ *Iure fori.*] quaſi dicat ad hoc non cogebatur iure actionis, ſed quadam naturali æquitate tenebatur. ad hoc 2. q. 3. hinc colligitur.

g ¶ *Non iure poli.*] id eſt, quadam naturali æquitate.

ECCE. CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis cap. quòd monacho recedenti, ſua reddēda ſunt: ſed poſtea dicit hanc non eſſe veram ſolutionem: ſed aliam veram ſubdit, dicens, quòd licet Aurelius illi ruſtico qui proprius non renunciauit, nec habitum mutauit, ſua laudabiliter reddidiſſet: non tamē propter hoc exemplum monacho eunti in apoſtaſiam ſunt reddenda, ſed potius eſt compellendus vt in religione perſeueret. Veruntamen ſicut tenemur inimicis & perſecutoribus neceſſaria miniſtrare, ſic propter ſcandalum vitandum, & mortem monachorum, & incendium monaſterij recedenti de monaſterio ſua laudabiliter ſinantur auferri, etſi non reddantur.

h ¶ *Vtilius.*] vt ſupra q. 5. non omnis.

1 infrà 18. q. 2. quā ſit. §. hanc ergo.

2 Abdias l. 5. hiſtoriæ Apoſtolicæ.

a Et iō quærit hic Hu. qualiter abbas poſsit hſe talia, cum omnia quæ ad eũ pertinēt monaſterij ſunt. ſimi inuenitur 54. di. ex antiquis ſecundum Hu.

† al. Sequatur

[e] Filius pro parte poteſt donationem patris reuocare.

3 Et ſer 51. al 53. ad fratres in eremo & 1 coc. Aquiſg cap. 112

4 Iuo p. 3. c. 177.

† al. inueniat

b Legitimā. hanc limi. ad d. l. ſi vnquā ſequitur Bal. in l. , co vlt. & ibi Pau. col. 2. Arc. & alij hic Bar. in l. Titia §. iperator. de leg. 1. aſo. in authē ſi qua mulier co. C de ſac ſā. eccl ſed hæc lim. eſt falſa quia imo in totum reuocatur, vt idē Bal cōſuluit cont 2 ſ. pũctus. li. 3. Ph. Dec. l. licet. no., in h C. de pac. Fran. Rip. d. l. ſi vnquā q. 49 & idē And Tiraq. chat 93.

† al. talo

1. Cor 7.

CAVSA XVIII.

*Q*Vidam abbas conſecratus in epiſcopum, prius monaſterio multa contulit: poſtea in epiſcopatu plura acquiſiuit: cui dum fratres ſucceſſorem quærerent, epiſcopus loci ſemet electioni volebat inſerere vt per ipſum abbas in monaſterio ordinaretur: fratres renituntur.

1 Quæritur primo an monaſterium poſsit petere, quæ ab epiſcopo quæſita ſunt, an epiſcopalis eccleſia poſsit ſibi vendicare, quæ monaſterio fuerunt tradita †.

2 Secundo, an per epiſcopum abbas ſit eligendus, & ordinandus, an tantummodo à proprijs fratribus ſit inſtituendus.

QVAESTIO I.

*P*Rima quæſtio [a] *terminatur in concilio habito apud Altheum, in quo ſic ſtatututum legitur.*

¶ *Burchardus lib.1.ca.220. citat concilium apud Alth. præſente Cõrado rege, itemque Iuo par.5.c.343. ſed exprimit* Altheim. *Idem vero part.14.c.1.116. plura de hoc concilio refert his verbis.* Regno Cõradi piiſsimi, & chriſtianiſsimi regis quinto congregata eſt ſancta generalis ſynodus apud Altheũ (al. Altheim) in Pago Rethia, præſente videlicet, domini Ioannis Apocriſario, ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ Petro venerabili epiſcopo.

¶ Qui de monacho epiſcopus ordinatur, quod ante conſecrationem habuit, monaſterio: quòd vero poſt conſecrationem acquiſiuit, propriæ eccleſiæ relinquat.

C. I.

1 STatutum eſt, & rationabiliter ſecundum ſanctos patres à ſynodo confirmatum, vt monachus, quem canonica electio à iugo regulę monaſticæ profeſſionis abſoluit, [b] & ſacra ordinatio de monacho epiſcopum facit: velut legitimus [c] hęres paternam ſibi hereditatẽ poſtea iure vendicandi poteſtatẽ habeat: ſed quidquid acqſierat, vel habere viſus fuerat, monaſterio relinquat, & abbatis ſui, qui fuerat ſecundũ regulam S. Benedicti, arbitrio. Poſtquá enim epiſcopus ordinatur, ad altare, ad quod ſanctificatur, & titulatur †, ſecundum ſacros canones, quod acquirere poterit, reſtituat [d].

† al. intitulatur

QVAESTIO II.

ps 1. *S*Ecundam vero [e] *quæſtionem terminat auctoritas Toletani concilij quarti, c.50. dicens.*

¶ Abbates, & alia officia per epiſcopos debent inſtitui. C. I.

HOc tantum [f] ſibi in monaſterio vendicent ſacerdotes, quod præcipiunt canones, id eſt monachos ad cõuerſationẽ ſanctá pręmonere, abbates, aliaq; officia inſtituere [g], atq; extra regulã facta corrigere [h]. Quòd ſi aliquid in monachos canonibus interdictum pręſumpſerint, aut vſurpare quidpiã de monaſterij rebus tentauerint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis.

2 Econtra Gregorius ſcribit Caſtorio Ariminenſi.

¶ Congregatio monaſterij, non epiſcopus, aut aliquis extraneorum abbatem inſtituat. C. II.

1 ABbas in monaſterio non per epiſcopum, aut per aliquem extraneorũ ordinetur [i]:

---

*Q*Vidam abbas.] CASVS. ſ.in 16. cauſa dictum eſt, quòd eccleſiæ & res eccleſiarum ſunt in poteſtate epiſcopi. & in prox. cauſa ſuperiori quæſt.4. in illo c. in venditionibus. dictum eſt, quòd abbates non poſſunt ſine licentia epiſcopi res eccleſiæ alienare: ſed ne propter hoc viderentur monaſteria ſubiecta ex toto epiſcopis ſicut alię eccleſię ſeculares: ideo magiſter annectit hanc 18. cauſam. vt oſtendat in quibus monaſteria à iuriſdictione epiſcoporum ſunt exempta: quod vt competentius oſtendat, proponit thema, duas inde eliciens quæſtiones. Caſus autem thematis per ſe patet: nec indiget expoſitione.

*P*rima quæſtio] CASVS. Hic intitulatur 1. qu. qua quæritur, an monaſteriũ poſsit petere quæ epiſcopus poſt conſecrationem ſuam acquiſiuit: & an epiſcopalis eccleſia poſsit vẽdicare ſibi quæ ipſe epiſcopus prius donauerat monaſterio? & in vtraque quæſtione certum eſt quod non, vt j. probatur ca. vno.

a ¶ *Prima quæſtio.*] " Certum eſt vt quandiu eſt abbas vel monachus in monaſterio, ipſi acquirit: ſed quidquid acquirit factus epiſcopus, acquirit epiſcopali eccleſiæ, vt j. ea. ca. 1. & hoc forte obtinet cum translatus perfecte ad eccleſiam epiſcopalem, vt j. 21. qu. 2. ſi quis iã tráſlatus. Sed quid ſi tantum eſt confirmatus, adhuc tamen non eſt tranſlatus? Videtur velle littera illa ex eo quòd dicitur: abſoluit, &c. acquirit eccleſiæ epiſcopali: ſed illa littera, poſtquam, &c. videtur velle quòd priori. poteſt dici cum H. quòd non prius acquirat ſecundæ eccleſiæ quàm ſit adeptus corporalem poſſeſsionem, vt ſ. 92. diſt. ſi quis epiſcopus. & extr. de elect. cum in cunctis. ſicut nec miles qui tranſit de vno numero ad aliũ nõ prius dicitur eſſe de ſecundo numero antequam perueniat ad eum, vt ff. de mil. teſt. ex eo tempore [a]. Ioan. de Fant.

*S*Tatutum] CASVS. Quæſitum fuit in concilio apud Altheum quod debeat fieri de rebus quas epiſcopus cum adhuc eſſet monachus monaſterio donauit: & quid de hereditate paterna, quam acquiſiuit poſtquam factus eſt epiſcopus. Et reſp. ea quæ donauerat monaſterio relinquantur arbitrio abbatis diſponenda: hereditatem vero paternam, quam acquiſiuit poſt conſecrationem epiſcopalem habeat epiſcopalis eccleſia.

b ¶ *Abſoluit.*] ab obedientia, quam fecit abbati. Abſoluitur enim ab obedientia ſua cum ſit factus de filio pater. Item a monachi regula in ieiuniis, vigiliis, & modo cantandi. ſilentio enim non poteſt ammodo vacare cum debeat habere turbam præconis, vt 43. di. ſit rector. Item poteſt ſibi facere commatres, quod prius non licuit, exemplo Gregorij qui prius monachus factus eſt, poſtea cum eſſet diaconus Cardinalis, compater Mauricij Imperatoris factus eſt. De hac materia plane inuenies 16. q. 1. c. 1. 2. & 3 & q. 7. in nona.

c ¶ *Legitimus.*] immo etiam monachus exiſtens legitimus heres eſt, etiam in eo caſu in quo alius non poſſet eſſe heres, vt 19. q. vlt. ſi qua mulier. C. de epiſ. & cler. Deo nobis. Sed obiicitur, ſi hereditatem vẽdicat: ergo poteſt habere proprium, cum tamen remaneat monachus, quod eſſe non debet, vt extra de ſtat. mon. cum ad monaſterium in fi. ſed dic ſibi, id eſt, eccleſiæ ſuæ.

d ¶ *Reſtituat*] Sed qualiter hoc ſtare poteſt? cum enim aliquis factus eſt monachus, omnia quæ habebat, dedit monaſterio, vt 19. qu. vltim. nunc autem. ergo & ius ſuccedendi. qui enim dat omnia bona ſua, dat & ſpem futuræ actionis, vt C. de dona. l. 3. ergo videtur quod prius ſuccedit monaſterium. " Sed dic quòd ius ſuccedendi non competit niſi poſt mortem defuncti. vnde illud ius non dedit monaſterio, ſed tantũ ſolá ſpẽ. ſed illa ſpes euaneſcere debet ex quo illa perſona deſinit eſſe filius illius monaſterij [b], vt inſt. de ac. per arr. §. mortuo. Io.

*S*Ecundam vero.] Hæc quæſt. diuiditur in 12. partes. in quarum prima continetur quod in cap. ſeq. dicitur. Secunda ibi, *Econtra*. Tertia ibi, *Ecce in Toletano.*] Quarta ibi, *Hinc etiam.* Quinta ibi, *Item ſunt.* Sexta ibi. *Abbate.* Septima ibi, *Pro huiuſmodi.* Octaua ibi, *Non ſolum.* Nona ibi, *Prohibentur.* Decima ibi, *Item ſunt.* Vndecima ibi, *Viſitandi.* Duodecima ibi, *Pro talibus.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitula 2. quæ. in qua quæritur an abbas ſit eligendus & inueſtiendus per epiſcopum, an per monachos? Et certum eſt quòd per monachos eſt eligendus, vt j. ead. abbatem. per epiſcopum vero inſtituendus, vt j. ca. 1. excipiuntur monaſteria priuilegiata vbi abbates per monachos eliguntur & inſtituũtur, vt j. ead. abbas. vel potius per Apoſtolicũ ſi immediate ſunt ei ſubiecta, vel per alium abbatem cui immediate ſubiectum eſt monaſterium inſtituitur abbas.

e ¶ *Secundam vero.*] Quæſtio ſecunda non eſt dubia: quia tantum monachi eligent, vt j. ea. abbatem. Ioan.

*H*Oc tantum.] CASVS. Quidam epiſcopi vendicabant in monaſterio pluſquam canones concedebant: & ideo in concilio Tolet. ſtatutum fuit, vt de cetero non vendicent in monaſteriis epiſcopi, niſi quod canones ſibi concedunt, ſ. monachos promouere, & bonum abbatem & alios prælatos inueſtire, & male facta contra regulam corrigere. ſi vero vltra præſumpſerint, excommunicentur.

f ¶ *Hoc tantum*] arg. " quòd non poteſt epiſcopus plus ab eccleſiis petere quàm quod ex canonibus ſibi deberi probat, vt 9. q. 3. conqueſtus. & 10. q. 3. quia cognouimus.

g ¶ *Inſtituere.*] id eſt, confirmare. Vel dic proprie quòd inſtituit, cum ſint negligentes, vt 9. quæ. 3. cum ſcimus. Vel etiam poteſt alium inſtituere cum monachi minus idoneum volunt eligere, vt j. ea. q. ſi quis abbas.

h ¶ *Corrigere*] Ergo coerctio monachorum ad epiſcopum ſpectat, vt 50. diſtinctione accedens. infra eod. ſi quis abbas. & c. abbates. & capit. cognouimus. Dicunt quidam quod in minimis exceſsibus ab abbate vel priore ſunt puniendi: ſed in maioribus ab epiſcopo, ex extra de ſenten. excommun. monachi. & 90. diſtinct. ſi quis monachus. & 12. quæſt. 1. non dicatis. Sed melius dicatur, quòd ſi ordine iuris agitur contra monachum, quòd coram epiſcopo ſit agendum, vt 11. q. 1. de perſona. ſecus ſi non in forma iuris. ext. de app. reprehẽſibilis. Ioan.

ECONTRA. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probatur per 7. cap. quòd de iure communi ad monachos tãtum ſpectat electio abbatis. & ſi populum non habent, non ſubſunt epiſcopo lege diœceſana, ſed tantum lege iuriſdictionis. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in c. hoc tantum. dictum eſt quòd epiſcopi aliquid iuris ſibi poſsint vendicare. Nunc Gratianus vult oſtendere contrarium, & ad hoc inducit ſequentia c.

2 DVdum ad nos multorum relatione peruenerat, monaſteria in Rauennæ partibus conſtituta omnino clericorum veſtrorũ dominio prægrauari, ita vt occaſione quaſi regiminis ea (quod dici graue eſt) velut in proprietate poſſideant. Quibus non modicum condolentes deceſſori veſtro epiſtolas miſimus, vt hoc per omnia emendare debuiſſet. Sed quoniam vitæ eſt termino citius occupatus, nec hoc onus monaſteriis remaneret, fraternitati [d] veſtræ hęc eadem nos ſcripſiſſe recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione ceſſatum eſt: hęc ad vos iterum præuidimus ſcripta dirigere. Hortamur ergo, vt omni mora, omnique excuſatione ſubmota, ita monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releuare: quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel ij, qui ſunt in ſacro ordine conſtituti ob aliud (niſi hortandi [α] [e] tantummodo cauſa) accedendi habeant licentiam, aut ſi forte ad peragenda ſacra Miſſarum fuerint inuitati [f] myſteria. Sed ne [g] pro cuiuslibet monachi, aut abbatis promotiõe, &c. *& infra.* ¶ [3] Nec illic vlterius habeat poteſtatem aliquam: ne monaſteria huius occaſionis velamine ea, quę prohibemus [β], ſuſtinere onera compellantur. Hęc itaque omnia vigilanti cura emendare iam ſecundo commonita ſanctitas veſtra non differat: ne, ſi poſt hæc negligentes vos eſſe (quod non credimus) ſenſerimus: aliter monaſteriorum quieti proſpicere compellamur. Nam totum vobis ſit quia tantę neceſſitati ſeruorum Dei congregationẽ amplius ſubiacere non patimur.

α ¶ Hortandi.] *In originali impreſſo. & manuſcripto legitur* orandi. *Sed ob gloſſam & quia in ſequenti c. eſt vox* exhortandi, *non eſt mutatum. Alia vero ſunt emendata.*
β ¶ Prohibemus.] *In vulgatis ſequebatur,* ſimul cum canonicis, & monachis in eccleſia: *quæ ſublata ſunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

Idem eidem, lib. 7. ind. 1. epiſt. 18.

¶ Cauſa viſitandi, & exhortandi monaſterium epiſcopus adire poteſt.
C. XXVIII.

11 [4] VIſitandi, exhortandique gratia ad monaſterium, quoties [h] placuerit, ab antiſtite ciuitatis accedatur: ſed ſic charitatis officiũ illic epiſcopus impleat, vt grauamen [i] aliquod monaſterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianenſi.

¶ Frequenter epiſcopi monaſteria viſitent, & quę corrigenda ſunt corrigant.
C. XXIX.

5 NOn ſemel, ſed ſæpius in anno epiſcopi viſitẽt monaſteria monachorũ: & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigatur.

¶ *Hoc c. apud Burch. & Iuo. non eſt in c. tam 6. Abbates ſup. dictum ibi notandum eſt ſimile quiddam habetur in Panormia ex concilio Rothomagenſi, lib. 3. c. 215.*

12 *Pro talibus* [k], *qui animarum curam non habentes, bona tamen non monaſteriorum in ſuos vſus conuertere cupiebant, ſtatutum eſt, vt monaſteria cum ſuis rebus penitus ſint libera à poteſtate & dominio epiſcoporũ. Quod autem nullis canonicis iuribus monaſteria dicuntur eſſe ſubiecta, non ita intelligendum eſt, quin ipſi epiſcopo aliquid nomine eulogiæ, vel in die dedicationis, vel in natali † ſanctorum, quorum nomine ipſum monaſterium dedicatum eſt, debeat offerri.*

Vnde Pelagius Papa ait.

a ¶ Pelagius.] *Antea legebatur* Gelaſius. *Mutatum eſt ex Polycarpo & quia ſuprà diſt. 71. ca. Eleutherius. alia pars huiuſmet epiſtolæ citatur ex Pelagio: & Anſelmus, qui hoc & illud caput coniunctè affert Pelagio tribuit.*

¶ Non debet epiſcopus aliquid à monaſterio exigere præter conditiones, quæ dedicationis tempore conſtitutæ ſunt.
C. XXX.

6 ELeutherius frater, & coepiſcopus noſter queritur, quod mater eius in caſa, quę caſtellum dicitur, oratorium conſtruxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos conſtituerit, ex quibus vnus eſt presbyter. Hoc autem, tempore dedicationis inter epiſcopum Cardellũ (cuius ipſa diœceſis eſt) & matrem ſuam aſſerit

DVdum.] CASVS. Caſum iſtum ſic pone. Græg. præcepit Ioanni Rauennati archiepiſcopo, vt clericos ſæculares, qui monaſteriis præficiebantur, quorum occaſione monaſtica regula diſſoluebatur, & monaſteria grauabantur, ab ipſis monaſteriis remoueret. quod quia morte præuentus facere non potuit: ideo idem Grego. præcepit Mariniano eius ſucceſſori, vt hæc adimpleret: qui cum in hoc negligens extitiſſet, ſcripſit ei Greg. ſecũdo mandans ei vt omni mora, omniq; excuſatione remota ita ſtudeat monaſteria releuare a grauamine clericorum, vt de cetero in eis nullam habeant licentiam accedendi, niſi cauſa prædicandi, vel niſi a monachis fuerint inuitati: ne ſi aliter fiat, cõpellatur Greg. aliter monaſteriis prouidere, cũ diu hoc pati non velit. Ab illo tamẽ loco, *Ne ſi aliter fiat:* ſic potuit bene caſum, i. ne ſi aliter fiat, in ſe patiatur diſtrictionem hortandi, i. admonendi, vel prædicandi. Alia littera habet, *Orandi.* & hæc littera plana eſt. Similiter ſeq. duo ca. plana ſunt: & per te videbis. d ¶ *Fraternitati.*] ſed nonne cũ aliquid præcipitur alicui, ſufficit quod præceptum ſit prædeceſſori [a] ad hoc vt ſucceſſor teneatur, vt in auth. vt nul. iu. §. & hoc vero iubemus. col. 9. licet aliud ſit in mãdato: quia illud extinguitur morte, vt extra de off. deleg. gratum. [**] Dicunt quidam, ſiue ſit præceptũ, ſiue mandatũ: dummodo expreſsis nominibus ſcribatur, ſemper expirat morte, vt extr. de offi. dele. quoniam abbas. Alij dicunt aliud eſſe in præcepto, quam in mandato. e ¶ *Hortandi.*] id eſt, prædicandi. f ¶ *Inuitati.* ſ. ead. luminoſo. Ioan. [b] g ¶ *Sed ne.*] 16. qu. 1. ne pro cuiuslibet. VIſitandi.] Hæc eſt 11. pars q. ſecundũ Ioan. de Fant. h ¶ *Quoties.*] cum vtilitas, vel neceſsitas exigit: alias ſemel tamẽ in anno veniet eps, vt no. 10. q. 1. decreuimus. [**] videtur tamen, quod hodie bis in anno poſsit ex officio ſuo viſitare, vt extra de cen. cum venerabilis. in fin.

1 ſ. 16. qu. 1. nemo.
a Poly. ibid. Anſ. l. 5. 65.
a prædeceſſori dic vt per Fel. Ph. Decius ca. cam te. de reſcr.
[**] præceptũ ã morte expiret, ſicut mandatum.
3 ſ. 16. quæ. 1. nemo.
b Ad idẽ 11. q. 1. quam periculoſum. ſecundum Lau.
[**] Epiſcopus quando viſitet monaſteria.

NOn ſemel.] PRO TALIBVS. Hæc eſt 12. pars qu. in qua probat, quod licet monaſteria lege diœceſana non ſubſint epo ſi non habent populũ: tñ in fundatione, ſiue dedicatiõe monaſterij, ponitur aliquid de pẽſione, quod exigi pt. I. de F. CASVS. Cõcludit Gra. ex ſ. dictis, dicens quod pro talibus epis, qui cura animarũ negligentes, monaſteria ſuis bonis ſpoliabant, & ea in vſus ſuos conuertebãt ſtatutum fuit vt monaſteria ſint libera a dñio & ptãte eporũ. & poſtea oſtẽdit, quod licet dicatur ſ. eadem c. quam ſit. vt monaſteria nullis canonicis iuribus ſint ſubiecta: non ita tñ intelligendum eſt, vt monaſteria non debeant aliqd dare epo in ſignũ ſubiectionis aliqua die ſtatuta. *Eulogia.* Eulogia dicitur id quod ſolet aſsignari epo tpe conſecrõis, & illud quod ei offertur in ſynodo, & propriè quod ei gratis datur: aliter tamen hic accipit. k ¶ *Pro talib.*] ſ. epis [c]. eis enim non ſubſunt monaſteria quo ad legem diœceſanam 10. q. 1. in ſumma. Ioan. ELeutherius. CASVS. Mater Eleutherij epiſcopi fecit Cardellũ epiſcopũ dedicare quoddam monaſteriũ quod ipſa ædificauerat in diœceſi ſua in caſa, quæ dicitur caſtellum, & tempore dedicationis conuentio facta eſt inter epiſcopum & ipſam, vt de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis, vel in die natalis martyrum, quorũ ibi ſunt reliquiæ, medietatem haberet monaſterium, & medietatem aliam epiſcopus haberet. contra quam conuentionem Marius presbyter ſciẽte epiſcopo, vel forſitan neſciente veniebat, & monachis vel presbytero, qui ex eis erat, moleſtias, & grauamina inferebat, & fere presbyterum nomine Gaudentium verberauit, nec eum ibi Miſſas celebrare permittebat, niſi aliquid vltra conuentionem prædictã redderet nomine penſionis ipſi epiſcopo dandum. Sed cum eps Eleutherius vice matris ſuper hoc conquereretur, Gelaſius

4 Iuo p. 7. c. 14.
5 Burch. l. 8. c. 62. Iuo p. 7. c. 85.
c Et ita ex cauſa omnia iſta cap. ſecundum G. exaudi. ſecundum Laur.
† al. natalicijs
6 Anſ. l. 7. ca. 141. Poly. l. 4. tit. 27.

laſius Papa commiſit, cauſam cuidam, & mandat ei vt ſi inuenerit, quod ita facta fuerit conuentio tempore dedicationis, illam faciat obſeruari. Si vero nulla conuentio facta fuerit, co mediante inter epiſcopum & monachos faciat aliquid aſsignari ipſi epiſcopo in ſignum ſubiectionis, eo ſaluo, vt presbyter Gaudentius in monaſterio Miſſas celebrare à nullo prohibeat. Seq. c. patet.

" Pactio in ſpūalibus an interuenire poſſit.

a ¶ *Conuenisse.*] " arg. quòd pactio poteſt interuenire in ſpiritualibus, vt 10. q. 3. ca. vlt. & ca. nec numerus. & 1. q. 3. quæſitum. vt no. 8. qu. 4. in ſumma. ſed huic c. obſtat. 1. q. 2. c. 1. & 1. q. 1. c. ſtatuimus. & q. 4. eccleſia. & j. de conſecr. diſt. 1. ſi quis baſilicam. Sed dicas, quòd hic non vere dicitur pactum: quia & ſine pacto tenetur eccleſia aliquid dare epiſcopo in ſignum ſubiectionis, vt hic dicitur in fi. Item & auctoritate epiſcopi poteſt aliquid conſtitui patrono [a], vt extr. de iur. pa. præterea.

a Etiā hic videas qd̄ no. 21. q. 2. c. 2. in gl. ſi qras.

b ¶ *Penſionis.*] vltra id quod conuenit in principio.

† *al. veritate*

c ¶ *Nomine eulogiæ.*] id eſt, in ſignum prędicationis, quam fecit tempore conſecrationis.

d ¶ *Debeat.*] conſiderata conſuetudine aliorum monaſteriorum, vt extra de cen. ſuper eo. 10. qu. 3. nec numerus. in fin. " Ex hoc cap. patet, quòd monaſteria non ſunt penitus exempta à lege diœceſana. tenentur. n. ei ad eulogias, ſicut hic dicitur. Item tenentur ad procurationem, quæ debetur ratione viſitationis, vt extr. de præſc. cum ex officij. Item ſi aliquid ex conſuetudine debent, vt j. c. proximo.

† *al. tenetur exigere*

† *al. conuenit*

" Monaſteria à lege diœceſana ſi ſunt prorſus exempta

e ¶ *Eruitium.*] Et tamen vix fuerunt xxv. anni à tempore Greg. vſque ad tempus Vrbani.

f ¶ *Vſque ad hoc tempus.*] " ergo conſuetu-

conueniſſe [a], vt quidquid dedicationis, vel natalis martyrum die, quorum in eodem monaſterio reliquiæ ſunt, per fidelium oblationes, intrauerit, medietatē quidem habeat ipſum monaſterium, medietas autem epiſcopo offeratur. Contra quam conuentionem Marium presbyterum (ſiue ſciente, ſiue neſciente epiſcopo) monachis ipſis, vel presbytero, qui ex eis eſt, vim dicitur intuliſſe, & frequenter moleſtias generare, ita vt memoratum presbyterum prope ceciderit, & Miſſas eum facere nullo modo permittat: dicens, vt quaſi penſionis [b] nomine aliquid ſtatuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare iubemus: & ſi apud te euidenti ratione† cōſtiterit, quia tempore, quo dedicatum eſt ipſum monaſterium, conditiones ſuperius poſitę conuenerint†, ſeruari eas ex noſtra auctoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur†. Si vero nil tale conſtiterit†, mediante te quid epiſcopo ipſi nomine eulogiæ [c] offerri debeat [d], inter ipſos monachos, & presbyterum volumus definiri: Saluo tamē eo, vt presbyter Gaudentius, qui etiam monachus eſt, Miſſas in monaſterio ſuo ſicut cō ſueuit facere, à nullo vlterius debeat prohiberi.

Item Vrbanus ſecundus.

¶ Conſueta ſerui e a epiſcopis monaſteria exhibeant. C. XXXI.

SEruitium [e], quod monaſteria aut eorum eccleſiæ à tempore Gregorij ſeptimi vſque ad hoc tēpus [f] fecerūt, & nos cōcedimus.

Canonica erga iura, quibus monaſteria ſubiecta non ſunt. ſynodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus eſt abbas (ſicut in concilio Turonico ſtatuitur [1]) ad ſynodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Sunt etiam quædam ſeruitutis officia, vt angariæ operum, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mutationes peccantium, à quibus omnibus monaſteria libera ſunt.

CAVSA XIX.

QVo clerici ad monaſterium tranſire voluerunt: vterque licentiam ab epiſcopo ſuo petiit: vnus relicta eccleſia propria eo inuito, alter dimiſſa regulari canonica † cœnobio ſe contulit.

† *al. canonica*

1 Modo quæritur, ſi epiſcopus debeat permittere, vt relicta propria eccleſia clericus monaſterium ingrediatur.

2 Secundò quæritur, ſi epiſcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monaſterium poſſit adire.

3 Tertiò, ſi contigerit ipſos regulares canonicos fuiſſe, vtrum concedendus eſſet eis monaſterij ingreſſus.

QVÆSTIO I.

QVòd epiſcopus [g] licentiam clericis adeundi monaſterium dare liceat. in Toletano 4. concilio præcipitur, in quo cap. 49. ſic ſtatutum legitur

¶ Non debet negari ingreſſus clericis, qui monachorum propoſitum appetunt. C. I.

CLerici, qui monachorum propoſitum appetunt (quia meliorem [h] vitam ſequi cupiunt) liberos eis ab epiſcopis in monaſteriis largiri oportet ingreſſus: nec [a] interdici propoſitum eorū, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur.

1 Pol. l. 3. tit. 15. & l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 21. Iuo. p. 6. c. 378.

a ¶ Nec interdici.] *Hæc vſque ad finē abſunt à manuſcriptis: ſunt tamen in concilio*

debitum, licet allegetur debitum præceſſiſſe, vt C. de agri. & cenſi. litibus. libro vndecimo. Tutius credo præſcriptionem allegandam, quam conſuetudinem præſcriptam: " quia ad probandam conſuetudinem, multa requiruntur, vt dixi 1. diſtin. 8. fruſtra. Et hæc vera ſunt, quòd conſuetudo ſemper tuetur poſſeſſorem donec profuerit contrarium, niſi vi, vel clam, vel precario poſſederit. tunc enim ille qui dedit, ſua auctoritate poteſt negare. 10. quæſtio. 3. quia cognouimus. Ioannes. Quidquid dicat Ioan. ego credo quod ex* conſuetudine præſcripta ſpatio 40. annorum, & bona fide* ius & poſſeſſio acquiratur, vt extr. de conſue. c. vlt. in fin. & ff. de legi. diuturna. B.

1 diſt. 18. eſe non debet. †

" Ad pbādā conſuetudinem multa requiruntur.

† *al. canonica*

CANONICA. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, dicens quod canonica iura à quibus monaſteria ſunt libera, ſunt ſynodales exactiones, angariæ, crebræ receptiones, & annales exactiones, & indictiones pœnarum.

DVo clerici.] CASVS. Dictum eſt ſ. in cauſa proxima, quæſtio. ſecunda. ca. abbates. in fi. quod nullus abbas debet recipere monachum alienum. ſed quia forte idem putaretur de clericis ſæcularibus, & canonicis regularibus: ideo ſupponitur hic decimanona cauſa, in qua quæritur, an clerici ſæculares, & canonici regulares inuitis prælatis ſuis poſſint ad regulam arctiorem tranſire: quod vt melius pateat, thema proponit, de quo tres elicit quæſtiones.

QVòd epiſcopus.] CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, qua quæritur an epiſcopus debeat dare licentia clerico ſuo volenti ad religionem tranſire. & certum eſt, quòd ſic vt j. ca. 1.

g ¶ *Quòd epiſcopus.*] Dubitatio harum trium quæſtionum ab eodem fonte procedit, vnde vna ſolutione terminatur. Hug. dicit quòd clericus ſæcularis inuito epiſcopo poſſit tranſire ad monaſterium, vt infra eadem, cap. 1. & infra eadem, quæſtione ſecunda. duæ. Sed nec monachus, nec regularis canonicus poteſt inuito abbate tranſire ad locum alium, vt infra ead. quæſtio. tertia. cap. 1. & capitu. ſtatuimus. ſed eius opinio corrigitur extra de regu. & tranſeun. ad relig. licet* " vbi habes quod quilibet poteſt tranſire ad arctiorem religionem, petita tamen licentia, licet non obtenta: ſed ad parem religionem, nemo poteſt tranſire, vt extra de regu. ſane. Ioan.

" Tranſitus ad religionē arctiorem ꝑmiſſus eſt, non ad parē.

CLerici.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt epiſcopi debeant licentiam dare clericis volentibus ad monaſteria tranſire, dum ipſi eligant meliorem vitam.

h ¶ *Meliorem.*] hæc cauſa eſt ſufficiens, quod de minori ad maius tranſeundum eſt. nonageſima tertia diſtinctio. legimus. in fin. ſed non ad parem. extra de reg. ſane. & tamen dicit cap. ſic viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis. decimaſexta, quæſtione prima ſic viue. Io.

" Conſuetudo an poſſit annuas præſtationes inducere.

do inducit annuas præſtationes. nam & dat iuriſdictionem, & dat priuilegium, vt no. 9. q. 3. conqueſtus. in fi. & dat ius eligendi. ext. de conſue. cum dilectus. in fi. Item & inducit ſeruitutem. ff. de aq. plu. ar. l. 1. §. vl. & l. 2. ff. com. præd. venditor. Item & conſuetudo obligat ſicut ius ſcriptum, vt 11. di. eccleſiaſticarum. Et quòd ex tempore aliquid præſumitur debitum, ſunt arg. multa. ff. de vſu. cum de in rem. & l. qui ſemiſſes. & l. cum quidam §. 1. & C. de fideic. lib. l. 1. argum. iſta. extra de conſue. c. 1. & extra de cen. ſcientes. & ca. peruenit. & 1. q. 1. nullus. & 10. quæſt. 3. quia cognouimus. & ff. de oper. lib. operis. & C. de pact. l. ſi certis. & extra de cauſa poſſ. cum eccleſia. Item quia ex curſu temporis nulla oritur obligatio, cum nec tollatur tempore, vt ff. de actio. & ob. obligationum. §. placet. Sed varij variis modis dixerunt de hac materia. ſed omiſſis illis, " dico quòd numquam ex conſuetudine ſola (licet eſſet præſcripta) ius aliquod ſit quæſitum [b], niſi forte ſit tanta cuius memoria non eſſet: vt ff. de aqua quotid. & æſtiu. hoc iure. §. ductus aquæ. & ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. vltim. ſed ſolummodo commodum & ius poſſeſſionis quæſitum eſt ex conſuetudine. Poſſeſſor enim nihil tenetur probare de iure ſuo, ſed aduerſarius probabit eſſe indebitum: vnde quandiu eſt quæſtio an talis præſtatio ſit debita, ſemper erit poſſeſſor in poſſeſſione, vt decima ſexta, quæſtione quarta. volumus. extra vt lite penden. à memoria. ff. de aqua quotid. & æſti. l. penul. & hoc eſt verum cum allegat aliquam conſuetudinis cauſam: " & tunc cauſa allegata, & conſuetudine longiſſima probata debitum præſumitur, adeo vt non admittatur probatio in contrarium, & ſecundum hoc nulla eſt differentia inter conſuetudinem præſcriptam, & præſcriptionem. " Quidam tamen aſſignant hanc differentiam inter præſcriptam conſuetudinem, & præſcriptionem: quia contra præſcriptionem non admittitur probatio, licet cauſa præſcriptionis appareat iniuſta, vt extra de præſcrip. de quarta. ſed contra conſuetudinem præſcriptam ben, vt ſcilicet probetur indebitum, ...

" Ex conſuetudine ſola nūquam ius aliqd̄ qritur

b Arg contra ex. de pſcr. ad audiētiā. iuxta princ. vbi eſt arg. qd̄ rōe conſuetudinis debetur cenſus, & ſi alī titulus non probatur, ſecun. Ho.

" Conſuetudo & pſcriptio differūt

" Conſuetudo & pſcriptio quomodo differunt.

INuito.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda q. qua quæritur an clericus ſæcularis inuito epiſcopo ſuo poſſit ad religionem tranſire? Et reſpondetur, quod ſic, vt j. e. c. 2. duæ. Gratianus tamen primo probat quod non: poſtea probat contrarium. Seq. c. cum §. ſequenti patet.

a ALienum clericum.] immo nec etiam laicum alienum, vt 71. diſt. primatus. ſi ergo clericus huius epiſcopatus eligitur ad aliquam dignitatem in alio epiſcopatu, ſine licentia huius epiſcopi non poteſt eam recipere, vt 76. di. ca. vlt. & 63. diſtinct. litteras. & 85. di. c. archidiaconum. Io.

DVæ ſunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In prima parte dicitur, quòd quidam clerici ſæculares inuitis epiſcopis ſuis monaſticum habitum, vel regularium canonicorum aſſumere volebant: quare quæſitum fuit ab Vrbano Papa in cap. ſancti Ruffini. quid iuris ſit de hoc? qui reſpondet duas eſſe leges, diſtinguendo, publicam. ſ. & priuatam. Publica facta eſt propter tranſgreſſores, qui cum in ſuis epiſcopatib. celebrare non poſſent, ibant ad alios: & ideo ne criminoſi & infames reciperentur, ſtatutum fuit vt nullus epiſcopus clericum alienum ſuſcipiat ſine litteris commendatitiis ſui epiſcopi. In ſecunda par. dicitur, quod lex priuata eſt quæ inſtinctu ſpiritus ſancti ſcribitur in corde alicuius: ſecundum quam clerici ſæculares licere etiam ſuis epiſcopis inuitis tranſire poſſunt ad monaſterium, vel canonicam regularem, vel regularem. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli: & præterea quia lex non eſt poſita iuſto ad coercendum eum a bono. Secunda pars ibi, *Lex vero priuata*. & eſt interpoſitio ad illo loco, *Dignior eſt.* vſque ibi, *Quiſquis igitur.*

1 In conc. Agatē. c. 62.
† Antea legebatur, *Ruſtico Narbon.*
2 Anſ. l. 6. c. 16. Bur. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 69.
† al. Ruff.
Pol. l. 4. tit. 3.
3 Gal. 3.
† al. tranſgreſſores
4 c. licet. extra de reg.
Rom. 2. ibid.
† proprium Polycarp.

QVAESTIO II.

INuito vero epiſcopo clericum eius à nullo eſſe ſuſcipiendum Leo epiſcopus teſtatur, ſcribens Anaſtaſio † Theſſalonenſi epiſcopo, epiſt. 82. al. 84. c. 9.

¶ Inuito epiſcopo eius clericum nemo ſuſcipiat. C. I.

2 ALienum clericum [a], inuito epiſcopo ipſius, nemo ſuſcipiat.

Sed ſubaudiendum eſt, niſi ad propoſitum melioris vitæ tranſire voluerit. Tunc enim liberum eſt illi, etiam epiſcopo contradicente, monaſterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa II. in capitulo ſancti Ruffini †.

¶ Qui monachorum propoſitum appetit, etiam inuito epiſcopo ſuſcipiendus eſt. C. II.

1 DVæ ſunt, inquit, leges: vna publica, altera priuata [b]. Publica lex eſt, quæ à ſanctis patribus, ſcriptis eſt confirmata: vt eſt lex canonum, quæ quidē propter tranſgreſſiones † eſt tradita: Verbi gratia, Decretum eſt in canonibus, clericum non debere de ſuo epiſcopatu ad alium tranſire ſine commendatitiis [c] litteris ſui epiſcopi: quod propter criminoſos [d] conſtitutum eſt: ne videlicet infames ab aliquo epiſcopo ſuſcipiantur perſonæ. Solebant enim officia ſua, cum non poterant in ſuo [e] epiſcopatu, in alieno celebrare: quod iure præceptis, & ſcriptis deteſtatum eſt. ¶ 4 Lex vero priuata eſt, quæ inſtinctu ſancti ſpiritus in corde ſcribitur: ſicut de quibuſdam dicit Apoſtolus: [Qui habēt legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis.] & alibi [Cum gentes legem nō habeant ſi naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſibi ſunt lex.] Si quis horum [f] in eccleſia ſua ſub epiſcopo populum † retinet & ſæculariter viuit, ſi afflatus [g] ſpiritu ſancto in aliquo monaſterio, vel regulari canonia † ſaluare ſe voluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt a lege publica conſtringatur. Dignior [h] eſt enim lex priuata, quam publica. Spiritus quidem Dei lex eſt: & qui ſpiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis eſt, qui ſpiritui ſancto poſſit digne reſiſtere? Quiſquis igitur hoc ſpiritu ducitur, etiam epiſcopo ſuo contradicente, erat liber noſtra auctoritate. Iuſto enim lex non eſt poſita: ſed vbi ſpiritus Dei, ibi libertas: & ſi ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege.

b ¶ *Priuata.*] vt charitas, de qua dicitur: Habe charitatem, & fac quid quid vis. vt de pœ. diſt. 2. radicata.

c ¶ *Sine commendatitiis.*] Sed quare creditur commendatitiis litteris, cum quilibet poſſit commendare rem etiam vitioſam. Nam quæ commendandi animo dicuntur, neminem obligant, vt ff. de contrah. empt. ea quæ. Sed dicas quod ſi quis commendat rem in genere, non obligatur: ſed ſi in ſpecie, obligatur. ff. de ædi. edi. ſciendum. " ſed nec in genere licitum eſt commendare ex certa ſcientia rem vitioſam. vt ext. de ſeru. c. vnico. alioquin de dolo tenetur, vt ff. dolo, quod venditor.

" obligatur ne qui rem vitioſam commendat.

d ¶ *Propter criminoſos.*] Licet propter criminoſos fuerit conſtitutio data, tamen extenditur etiam ad non criminoſos: quia nullus recipitur ſine commendatitiis litteris ſui epiſcopi. vbi enim aliquid ſtatuitur propter impulſiuam cauſam, cauſa ceſſante non ideo ceſſat conſtitutio: ſed vbi aliquid propter finalem cauſam eſt ſtatutū: ibi. ſi ceſſet cauſa, ceſſat conſtitutio. Sic diſtinguitur ff. de don. l. 2. §. vl.

e ¶ *In ſuo.*] j. 7. q. 1. ſi quis presbiter.

f ¶ *Si quis horum.*] maxime: quia idem eſt in aliis. 61. diſt. §. his omnibus.

g ¶ *Si afflatus.*] Sed qualiter poteſt aliquis clericus inuito epiſcopo tranſire ad religionem, cum ei forte iuratus ſit, & obediens ſuus ſit: " & crimen idolatriæ ſit nolle obedire, vt 8. qu. 1. ſciendum. & video quòd peregrinari non poteſt ſine licentia epiſcopi [a], vt de conſe. diſt. 5. non oportet. & ſæpe bonum omittendum eſt propter meritum obedientiæ. vt 11. q. 3. quid ergo. cum etiam obediendum ſit licet inuite aliquid præcipiatur, vt 23. quæ. 1. quid culpatur. Item cum clericus non poſſit alienare res eccleſiæ ſuæ, ergo multo potius ſeipſum non poteſt alienare: cum perſonæ digniores ſint rebus, vt 12. qu. 1. præcipimus. & maior eſt alienatio perſonæ quam rei. vt 17. q. 1. c. 3. ſed dic quòd excuſatur a diuino inſtinctu ſpiritus ſancti ſicut alij, vt extr. de diuor. gaudemus. 24. q. 5. dixit.

" obedientis cōmēdatio. a d hoc no. ext. de reg. licet in gl. ſufficit ergo. vbi not. de hac q.

† al. canonica
Rom. 7. 8. 9.

h ¶ *Dignior.*] " tamen in tribus caſibus præiudicat priuata lex publicæ. nam mulier, licet ducatur lege Dei, non poteſt, inuito viro intrare religionem 27. q. 2. ſi quis coniugum. nec impubes inuito patre. 20. q. 2. puella. nec epiſcopus inuito Papa. ext. de reg. c. licet. non fallit regula intelligentes. Io.

1 Tim. 1.
2. Cor 3.
Gal 5.
" Priuata lex in tribus caſibus nō præiudicat publicæ.

QVAESTIO III.

CAnonicos autem regulares ad monaſterium tranſire inuitis auctoritatibus prohibetur.

Vnde in concilio Eduenſi congregata ſub Gregorio VII. legitur.

¶ Regulares canonici, monachi fieri non debent. C. I.

NVllus abbas, vel monach⁹ [i] canonicos regulares [k] a propoſito profeſſionis canonicæ reuocare, & ad monaſticum habitū trahendo ſuſcipere audeat, vt monachi fiant, quamdiu ordinis ſui eccleſiam [l] inuenire quiuerint in qua canonice viuendo, Deo ſeruire, & animam ſuam ſaluare poſſint. Quod ſi temerario auſu id agere tentauerint, anathematis vinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa, II.

¶ De eodem. C. II.

5 MAndamus, & vniuerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter profeſſus, niſi (quod abſit) publice lapſus [m]

CAnonicos.] Hæc qu. diuiditur in quattuor partes. in prima quæſtum probatur quod canonicus regularis ſine licentia non debet fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates. Secunda ibi, *Quæritur ſi monaſt.* c. 2. Tertia ibi, *Quæritur de his.* Quarta ibi, *Quæritur ſi ingreſſi.* Io. in. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 3. qu. vbi quæritur an canonicus regularis poſſit ad monaſterium tranſire. Et reſpondetur quod ſic, de licentia prioris, vt j. ea. ca. ſtatuimus. idem eſt in monacho. vt j. 20. qu. 4. monachum. ſed eis inuitis non, vt j. ca. 1. & 2. quilibet tamen ſecundum iura hodierna poteſt ad regulam arctiorem tranſire petita licentia à ſuo ſuperiore, & etiam ſi non habeat licentiam ab eo, vt ext. de reg. licet. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat quòd canonici regulares ad monaſterium tranſire non poſſunt. poſtea probat contrarium.

5 Pol. l. 4. tit. 31.

NVllus.] CASVS. Quidam abbates vel monachi ſuis ſuggeſtionibus ad monaſteria canonicos regulares pertrahebant: & ideo ſtatuit Gregorius ſeptimus, quòd qui decreto talia temere attentauerit, excommunicetur.

i ¶ *Monachus.*] vt priores, qui præſunt monaſteriis. ext. de ſta. mona. monachi.

k ¶ *Regulares.*] ſimiliter clericus in qua eccleſia eſt ſemel intitulat⁹, in ea perpetuo perſeueret, vt 70. di. ſanctorum. & 71. di. clericos. vt enim ait Apoſtolus: In ea vocatione in qua quis vocatus eſt, in ea permaneat, vt 21. q. 1. c. 1.

l ¶ *Ordinis ſui eccleſiam.*] ſi. ext. de vi. & hon. cle. Deus. ext. de relig. do. inter quattuor in ſi.

MAndamus.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. vt canonicus regularis monachus non fiat, niſi publice delinquat. ſi vero contra fecerit, ad canoniam redeat: & vltimus memorialem cucullam deferat.

m ¶ *Lapſus.*] tunc enim poſſet, immo cogeretur, vt 20. quæſtio. 1. ſicut. Ioan.

a ¶ *Mona*

fuerit, monachus[a] efficiatur. Quòd ſi decreto noſtro cõtraire præſumens id agere tentauerit, ad ordinem canonicum præcipimus vt redeat: & deinceps memorialẽ † [b] cucullam deferat, & vltimus in choro maneat.

Subaudiendum vero eſt, niſi cum patris ſui licentia religionis propoſitum induerit.

Vnde Vrbanus Papa II. ſcribit abbati ſancti Ruffini †.

¶ Patris ſui conceſſione regulares canonici; monachi fieri poſſunt. C. III.

1 STatuimus, ne profeſſionis canonicæ quiſpiam, poſtquam Dei vice ſupra caput ſibi hominem impoſuerit, alicuius leuitatis inſtinctu, vel diſtrictioris [c] religionis obtẽtu ex eodem clauſtro audeat ſine patris α, & totius congregationis permiſſione recedere. Diſcedẽtem vero nullus abbatũ, vel epiſcoporũ, nullus monachorum ſine communi litterarũ cautione ſuſcipiat.

α ¶ Patris, &c.] *In tribus vetuſtis codicibus legitur,* patris totius cõgregationis: *Apud Iuonem* ſine abbatis, totiuſque congregationis.

2 *Quæritur* [d], *ſi monaſteria quæ ſemel dedicata ſunt, poſſint tranſire in clericorum, vel ſæcularium habitacula. Quòd in Chalcedonenſi concilio omnibus modis prohibetur, cap. 24.*

¶ Quæ ſemel ſunt dedicata monaſteria, ſẽper monaſteria perſeuerent. C. IIII.

2 QVæ ſemel dedicata ſunt monaſteria cum conſilio epiſcoporũ, maneant [e] perpetuo monaſteria: & res, quæ ad ea pertinẽt, monaſteriis reſeruari oportet, nec poſſe ea vltra fieri ſæcularia habitacula. Qui vero permiſerint hoc fieri, ſubiaceãt his cõdemnationi(bus), quæ per canones conſtitutæ ſunt.

¶ *Hæc verſio parum diſcrepat à Dioniſiana, quam afferunt Burchardus & Iuo, c. 22.*

Item in ſynodo ſeptima, c. 13.

¶ Qui loca ſacra communia diuerſoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam à quibuſdam viris quædam venerabiles domus ſurripiuntur [f], tam videlicet epiſcopia, quàm monaſteria, & facta ſunt communia diuerſoria: ſi quidem voluerint hi, qui hæc retinent, reddere ea, vt ſecundum antiquitatem reſtaurentur, bene, & optime eſt: alioqui ſi de ſacrato catalogo fuerint, hos deponi [g] præcipimus: ſi vero monachi, vel laici, excommunicari: quos nimirum conſtat condemnatos eſſe à patre, & filio, & ſpiritu ſancto, & deputentur vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini aduerſantur, qui dicit [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.]

¶ *Initium huius canonis in ſynodo ſeptima ab Anaſtaſio verſa ſic habet.* Quoniam propter calamitatẽ, quæ pro peccatis noſtris in eccleſia facta eſt, ſubreptæ sũt à quibuſdam viris quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c. *Ex eius autem verſionis duobus manuſcriptis exemplarib. nonnulla ſunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuerſionem veniunt, quo tempore debeant tonſurari.*

De his ita ſcribit Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano, lib. 8, epiſt. 23.

¶ Antequam biennium in conuerſione compleuerit, aliquis tonſurari non debet. C. VI.

MOnaſteriis omnibus fraternitas veſtra diſtrictius interdicat, vt eos quos ad conuerſionem † ſuſceperint, priuſquam biennium [h] in conuerſatione † cõpleant †, nullo modo audeant tonſurare: Sed hoc ſpatio vita, moreſque eorum ſolicite comprobentur: ne quis eorum aut non ſit [i] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quòd elegit. Nã dum graue ſit in expertos hominum ſociari obſequiis, quis poſſit dicere, quàm ſit grauius ad Dei ſeruitium improbatos α applicari? Miles [k] vero, ſi conuerti voluerit, priuſquam nobis renuntietur, nullus eum ſine β noſtro cõſenſu qualicumque præſumat ratione ſuſcipere.

α ¶ Improbatos applicari.] *Antea legebatur,* improbos applicare. *Emendatũ eſt ex originali impreſſo, & manuſcripto.*

---

a ¶ *Monachus.*] Hoc conſueuit intelligi cum cauſa leuitatis tranſit ad aſperiorem vitam: tamen ibi nec cogitur ibi ſtare, vt ext. de reg. licet. Sed manifeſte obſtat, ext. de ſta. mo. cum nobis. ſed hæc eſt remota. vnde ſatis credo, quòd ſi non petiit licentiam, cogitur redire [a], nec obſtat extra eadem. ſane, quia ibi dicit, permittas, & ſic eſt diſpenſatio.

b ¶ *Memorialem*] non quòd ſit monachus, ſed ratione prioris maleficij, vt ſ. 27. di. præcipimus. ſed maritus qui tranſiuit ad religionem, reuocatus ad vxore ſua; non fert cucullam, ſ. 33. q. 5 quod Deo. & [b] ſic quandoque poteſt eſſe diſpar habitus in eodem choro.

VDVBSA IENDVM. CASVS. Eſt probatum ſ. quòd canonicus regularis ad monaſterium tranſire non poteſt. nunc dicit Grat. quòd eſt intelligendum niſi de ſui ſuperioris licentia hoc faciat. Et ad hoc inducitur ſequens c.

STatuimus.] CASVS. Abbas ſancti Ruffini quæſiuit ab Vrbano, vtrum monachi poſſint recipere canonicos regulares ſine permiſſione & licentia prioris, & fratrum? Et reſpondetur, quod cã leuitatis, vel cauſa arctioris religionis non debet canonicus regularis de canonia ſua recedere, nec aliquis debet eum recipere ſine litteris capituli ſui.

c ¶ *Vel diſtrictioris.*] ſ. 20. q. 4. virgines. contra, ext. de reg. c. 1. ſed hæc dictio, leuitatis, ſoluit contrarium, &c. ſi. C. de off. ma. mil. l. pen.

QVAERITVR. Hæc eſt 2. pars q. in qua quæritur ſi monaſteria poſſint redire ad humanos vſus. Dicitur quòd non. & hoc probat per duo c. Iõ. de Fan.

CASVS. Hic mouet Gratianus quamdam incidentem q. ſ. vtrum monaſteria poſſint fieri clericorum; vel laicorum habitacula? & reſpondetur quòd non. ad quod inducit ſequentia capitula.

d ¶ *Quæritur.*] Incidẽtem quæſtionem poſuit magiſter: & illa dupliciter poteſt intelligi: Vno modo ſic: an de monaſterio poſſit fieri ſæcularis eccleſia? Vel ſic, an monaſteriis poſſint præfici ſæculares clerici? Dicas ergo quòd de monaſterio numquam poteſt fieri ſæcularis eccleſia, vt hic dicitur, niſi enormiter viuant: tunc poſſunt monachi remoueri, & inſtitui ſæculares canonici: tamen cum auctoritate Papę, vt ext. ne cle. vel mon. relatum [b], vel niſi ita ſit quod non inueniantur aliqui de ordine illo, per quos poſſit locus ordinari, vt ext. de relig. do. inter. Vel niſi ita ſit quòd aliter non poſſit reformari locus ille, quam per canonicos, vt ext. de ſta. mo. cum nobis. quæ eſt remota. E contra videtur quod epiſcopo liceat poſſit de ſæculari eccleſia facere regularem, vt extra de eccl. ædifi. ad audientiam. & 16. q. 7. ſi quis vult.

QVæ ſemel ſunt dedicata.] CASVS. In concilio Chalcedonen. fuit ſtatutum, vt monaſteria ſemel dedicata, perpetuo ſint monaſteria, & in ſuo ſtatu permaneant, & non fiant habitacula ſæcularia, nec res eorum inde remoueantur. ſi quis autem hoc fieri permiſerit, canonice punietur.

e ¶ *Maneant.*] [c] ſimiliter nec hoſpitale poteſt conuerti ad alium vſum, vt ext. de reli. do. ad hæc: ſed nec permutari poſſunt mancipia [d] eccleſiæ. extra de rer. permu. mancipia. dari tamen poſſunt primato, vt 12. qu. 2. eccleſiaſticis. ſic domus. Imperatoris non poteſt conuerti ad alios vſus. C. de pala. & do. l. 1. [e] ſed quid ſi monaſterium deſtruitur: numquid poteſt locus ille vel ædificia monaſterij ad alium vſum conuerti? ſic. poſſunt enim de lignis bene conſtruere dormitorium vel alium honeſtum locum: vel etiam poſſunt ea in coquina ſua comburere, de conſe. diſt. 1. ligna. ſed ad priuatos vſus non poſſunt conuerti. locus autem remanet ſacer, licet dirutũ ſit ædificium. ff. de contrah. empt. ǽde ſacra. Ioan.

QVoniam à quibuſdam.] CASVS. Quidam praui homines per violentiam intraſerunt epiſcopia vel monaſteria: & fecerunt ea communia diuerſaria, quare ſtatutum fuit in ſeptima ſynodo, vt ſi inuaſores voluerint ea reſtituere in antiquum ſtatum reformentur: alioquin ſi clerici ſunt, deponantur: ſi laici vel monachi, excommunicentur: cum ipſi aduerſentur Deo dicenti, Nolite facere domum patris mei, ſcilicet templum ædificatum nomini eius, domum negotiationis.

f ¶ *Surripiuntur.*] i. inuaduntur. nam furtum non fit in re immobili. inſti. de vſuca. §. abolita.

g ¶ *Deponi.*] & hoc cũ pœna incipit à crimine: ſecus ſi à contumacia: quia tunc primo eſſet ſuſpendendus, vt 81. diſtinct. dictum lo.

QVAERITVR. Hæc eſt tertia pars qu. ſecundum Ioan. de Fant. & eſt quæſtio incidens.

CASVS. Hic mouet Gratianus incidentem quæſtionem, ſcilicet; quo tempore debeant tonſurari qui conuertuntur ad religionem. & reſpondetur quod poſt biennium, vt probatur ſeq. capit.

MOnaſteriis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. part. dicit Greg. quod ſi aliquis vult monachus fieri, quòd non debet niſi poſt biennium tonſurari, vt hoc tempore diſcutiatur vtrum bonus ſit vel malus. Nam cum graue ſit in expertos hominum obſequiis ſociari: multo grauius eſt improbos ad Dei ſeruitium applicare. In 2. par. præcipit vt nullus ſine licentia ſua ſuſcipiat militem ad monachatum. Secunda pars incipit ibi, *Miles vero.*

h ¶ *Biennium*] dic vt ſ. 17. q. 2. Gonſaldus. & c. ſi quis incognitus.

i ¶ *Aut non ſit.*] ſimile 61. di. miramur. in ſi. ff. nautæ cau. ſtab. l. vlt. §. hac autem.

k ¶ *Miles.*] forte loquitur de militibus Apuliæ, [f] quæ tota eſt patrimonium beati Petri, vt 94. diſt. valde. & 10. q. 3. ralatum. Vel de illis qui facti fuerant irregulares. 53. diſt. legem. Ioan.

à Vide Pan. extra 55. ſ. 1.

† *memoriale ſuæ profeſſionis cucullam. Pan.*]

[b] Di par habitus quandoque poteſt eſſe in eodem choro

† *al. Ruffi*

† Iuo p. 6. c. 411

Pol. l. 3. ti. 15. Anſ. l. 3. c. 60. Bar. l. 1. c. 9. Iuo p. 3. c. 7. & 22. Pann. l. 2. c. 13.

Vide in hoc c. Hu. Ala. Tan. & Ber. quòd hoc ſuſtinet epiſcopus ſua auctoritate epiſcopus & idem ſenſit ibi Go. ſed hoc etiã Ho: 18. q. 2. c. ſi epiſc. & Io. de Fan. hic tenet cũ Io. & Fr. Hu. idẽ tenet.

[c] Quæ ad alium vſum cõuerti non poſſunt.

[d] Monaſteriis deſtructis poſſunt, licitè ligna comburi.

Matt. 9. ex Eſa. 56. Io. 2.

3 Anſel. l. 2. c. 197.

† *al. conuertendam*

† *al. conuerſione*

† *al. compleuerint.*

[f] Apulia eſt patrimoniũ B. Petri.

QVAERITVR. Hæc eſt quarta pars qu.in qua quæritur ſi monachus poſſit condere teſtamentum: & dicit quod non, ſi iam profeſſus eſt: eremita tamen poteſt. & ſic intelligas ſequentia. Io. de Fan.

CASVS. Adhuc mouet Grat. quandam incidentem quæſtionem, vtrum liceat monachis condere teſtamentum? Primo probat quod non, poſtea probat contrarium & ſoluit. j. ea. c. contra.

Qvia ingredientibus.] CASVS. Ianuarius Carolitanus epiſcopus quæſiuit a Greg. vtrum monacho liceat condere teſtamentum de rebus, quas monaſterio dedit? Et reſpondet quòd non.

Religio intratur dupliciter.

a ¶ Conuertendi.] " dupliciter enim pōt aliquis intrare religionem. Poteſt enim intrare vel cauſa probandi, vel cauſa conuertendi. & proteſtari debet qualiter intret, vt extr. de regu. conſului ſumus. & c. poſtulaſti.

1 Ext. de teſta. ea. quia. Anſelm. l. 7. c. 180.

Filius familias teſtari non poteſt.

b ¶ Teſtandi.] " Qui. n. in poteſtate alterius eſt, non poteſt teſtari. inſt. quib. non eſt permiſſum fa. teſt. in prin. donare tamen poteſt mortis cauſa de conſenſu patris. ff. de do. filius familias. & etiam inter viuos, vt ff. eo. ſi cum filius. clericus tamen in poteſtate conſtitutus poteſt teſtari. C. de epiſ. & cler. aut. presbyteros.

c ¶ Eiuſdem.] cum non habeat filios, vt j. c. ſi qua.

d ¶ Decretum eſt.] C. de epiſc. & cler. auth. ingreſſi.

Perlatum.] CASVS. Mulier quædam nomine Petronilla ex hortatione Agnelli epiſcopi facta eſt monialis, & licet ipſo ingreſſu omnes res ſuæ monaſterio competerent, eas tamen ſpeciali titulo donationis monaſterio contulit. quam donationẽ Gre. habuit ratam.

e ¶ Per exhortationem.] non tamen illectam, vt 15. q. 3. conſtituit.

a ¶ Sine noſtro.] *Hoc præcepit eo tempore B. Gregorius, ne omnino videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monaſteriis recipi poſſent: quã legem idẽ Gregorius li. 11 indict. 11. epi. 61. ipſi Mauritio ſcribens vehementer reprehendit: quod auctor gloſſæ non videtur attendiſſe.*

4 *Quæritur, ſi ingreſſis monaſterium vltra relinquatur licentia teſtandi. Hoc Gregorius prohibet ita ſcribens Ianuario Carolitano epiſcopo. lib. 7. indict. 2. epiſt. 7.*

¶ Poſt monaſterij ingreſſum nulli relinquitur licentia teſtandi. C. VII.

1 QVia ingredientibus monaſterium conuertendi [a] gratia vlterius nulla ſit teſtãdi [b] licentia, ſed res eorum eiuſdem [c] monaſterij iuris fiant, aperta legis definitione decretum eſt [d].

Item Gregorius Papa Cypriano diacono, lib. 3. epiſt. 6.

¶ Poſt monaſterij ingreſſum eidem monaſterio omnia ſun conferenda. C. VIII.

PErlatum eſt ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem [e] Angelli epiſcopi fuiſſe conuerſam, reſq; ſuas omnes [f], quas habere potuit, licet ſibi iure potuiſſent competere, tamen eaſdem monaſterio, quod ingreſſa eſt, etiam ſpecialiter donationis titulo contuliſſe.

Econtra Paulus primus eremita [g] in teſtamento a colobium ſuum Athanaſio Alexandrino epiſcopo reliquit, tunicam vero beato Antonio. Sed aliud eſt de his, qui in monaſterium ingreſſi ſe & ſua tradiderũt: aliud de his, qui ſolitariam vitam ducentes ſe nulli eccleſiæ tradiderunt. Illi ſemel tradita nulli tradere poſſunt: illi nulli oblata libere teſtari poſſunt.

a ¶ In teſtamento.] *Longe aliter B. Hieronymus in vita Pauli. Scribit enim beatum Antonium pallio, quod ei donauerat Athanaſius, Pauli corpus inuoluiſſe. & ſecũ* ne qd pius heres ex inteſtati bonis non poſſideret, tu-nicam eius ſibi vendicauit, quam in ſportarum modum de palmæ foliis ipſe ſibi contexuerat.

¶ β Tradiderunt.] *Sic eſt emendatum ex pleriſque manuſcriptis. Antea legebatur, tradere poſſunt.*

Item in authenticis, conſtitutione 9. [1]

C. IX.

SI qua mulier, aut vir monaſticam elegerit vitam, & intrauerit monaſterium, liberis nõ extantibus [h], monaſterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus. ¶ Sed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis inter eos diſponat monaſterium intret, liceat ei poſtea inter eos diuidere [i] legitima† non [k] diminuta: & quod eis non dedit, monaſterio competet. ¶ Sed ſi omnem ſubſtantiam inter filios diuidere voluerit, ſua perſona filiis connumerata partẽ ſibi retineat, quæ monaſterio competere [l] debet. ¶ 3 Sed ſi poſt ingreſſum moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipiant, reliqua ſubſtantia monaſterio competente. *In authenticis de mona. conſtitutio. 6. collatio. 1.* ¶ 4 Nunc autem cum monachus factus eſt, hoc ipſo res ſuas obtuliſſe videtur, ſi prius teſtatus nõ ſit: & exinde iudicio eius ceſſante [m], lege diſponitur, vt ſi liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo cõtulerit, eatenus ſubſtantiæ monaſterio deſtinatę detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.

Item ex nouella 123. [5]

C. X.

NOn liceat parẽtibus liberos, vel liberis parentes ab here-

1 C. de ſacr. eccl. auth. ſi qua mulier Apud Iulia. anteceſ. nouel. 123. c. 36. Coll 9. ti. 15. §. ſi qua.

2 Cõ hoc eo. ſupra. c. q. ſtatuimus. & habet inſt. de cap. dim.

† al. leg. t ma portione nulli.

3 Conſt. 26.

4 C. de epiſ. & cle. auth. nũc autem.

coll. 8. §. 1. ad idem C. de epiſc. & cler. auth. presbyteros. in fi. ſed aliud eſt hic ratione monachatus, & fauore religionis. Item adhuc huic obſtat, in auth. vt nul. iu. col. 9. §. pen. vbi pater habet tertiam partem bonorum filiæ, quæ detruditur in monaſterium: ſed hoc ideo eſt, quia ibi illo inuito fuit monacha. " Sed quid ſi primo facit teſtamentum? Videtur quod per ingreſſum monaſterij rumpitur, quaſi per poſthumi agnationem. eccleſia enim comparatur poſthumo, vt ext. de prob. in præſentia. in auth. de ſan. epiſ. §. ſed & hoc præſenti addimus ſanctioni. ff. de iniuſt. ru. teſt. filio. Item per capitis diminutionem rumpitur teſtamentum. inſt. qui. mo. rumpitur teſta. §. 1. Item ille diminuitur capite: quia tranſit in alterius poteſtatem [a]. E contra videtur quod teneat teſtamentum: quia pro mortuo habetur: ſed in morte confirmatur teſtamentum. Item legatum non perit per capitis diminutionem, vt ff. de cadu. legatum. Ad hoc dico quod rumpitur teſtamentum niſi prius aliquid reliquerit monaſterio. ſi ergo inſtituerit monaſterium ante ingreſſum monaſterij in vno denario, poſtea nõ rumpitur teſtamentum. Hug. tamen & Io. contrarium dicunt. Sed numquid monaſterium ipſo ingreſſo adeptum eſt poſſeſſionem rerum illius? Videtur quod ſic: quemadmodum adoptans adipiſcitur poſſeſſionem adoptati, ff. de preca. ſi adoptauero. quod concedo. " Sed quid ſi ingrediens monaſterium habuit vſumfructum bonorum: numquid monaſterium poteſt vti fructibus illo viuente? Videtur quod non, tum ideo quia morte extinguitur vſusfructus: tum quia vſusfructus alij concedi non poteſt: niſi diceres quod ius vtendi remaneret apud illum, & vtilitas apud monaſterium. Sed contra: ſi aliquod eſſet ius penes eum, in ipſo ingreſſu eſſet factum monaſterij. Dico ergo vſumfructum non remanere apud illum. Alij contradicunt. arg. C. de vſuf. l. vlt.

" teſtm̃ vtrũ per ingreſſũ monaſterij rumpatur.

a Cõ hoc eo. ſupra. c. q. ſtatuimus. & habeſ inſt. de cap. dim.

" Vſusfructus an tollatur per ingreſſum religionis, vel an quæratur monaſterio. ibid. apud Iul. anteceſ. c. 59. & 60.

f ¶ Omnes.] diſtinguitur tamen an ſana, an infirma det, vt ext. de ſepul. de his.

ECONTRA. CASVS. Nunc probat Grat. contrariũ, quòd monacho liceat condere teſtamentum: quod probat exemplo Pauli eremitæ, qui colobium, id eſt, dalmaticam & tunicam in teſtamento reliquit: poſtea ſoluit dicens quod licet Paulus fuerit eremita, non tamen fuit monachus: & ideo potuit condere teſtamentum.

Eremitæ hñt propriũ.

g ¶ Eremita.] " Eremitæ ergo habent propria: quod valet ad ea quæ notant 16. q. 1. qui vere.

SI qua mulier.] CASVS. Lex iſta diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, quod ſi aliqua mulier ſine liberis monaſterium intrauerit, omnes res eius ſtatim in ipſo ingreſſu competunt monaſterio. In ſecunda part. dicitur quod ſi liberos habet, & monaſterium ingrediatur, liceat ei poſtea res ſuas inter liberos diuidere, legitima nulli diminuta: & quod eis non dederit, totum penes monaſterium remanebit. In tertia part. dicitur, quòd ſi omnes res ſuas voluerit inter filios diuidere, tantum remaneat pro monaſterio, quantum dederit cuilibet filiorum. In quarto dicitur, quod ſi moriatur poſt ingreſſum antequam inter filios diuidat, filij habebunt tantum legitimam, reliqua ſubſtantia ad monaſterium pertinente. Secunda pars incipit ibi, *Sed ſi perſona.* Tertia ibi, *Sed ſi omn. m.* Quarta ibi, *Sed ſi poſt.*

h ¶ Non extantibus.] Sed quid ſi habet aſcendentes? idem videtur: quia æque ſuccedunt aſcendentes, licet ordine turbato. ff. de inoff. teſt. nam & ſi. & quia aſcendentem non poteſt quis exheredare, niſi commiſerit cauſam ingratitudinis, vt in auth. vt cum de ap. cog.

i ¶ Diuidere.] Sed qualiter teſtatur vel diſponit iſta perſona de rebus alienis, contra illud inſt. quib. non eſt permiſ. fa. teſt. in prin. Sed dic quod hoc ex quadam benignitate permittitur a iure, ne eccleſia videatur aliquem velle circumuenire præter res ſuas. præterea video quod quandoq; aliquis diſponit de rebus alienis, vt mater quæ tranſit ad ſecundas nuptias, teſtari poteſt de rebus priorum filiorum, & diſponere inter ipſos. C. de ſec. nup. feminæ. §. vlt.

k ¶ Legitima non diminuta.] id eſt, tertia vel medietatem ſecundum numerum filiorum. C. de inof. teſt. auth. nouiſſima.

l ¶ Competere.] ne ſit oneroſus monaſterio. 16. q. 6. de lapſis.

NVNC AVTEM. CASVS. Dicitur hic quod eo ipſo quod aliquis efficitur monachus, res ſuas monaſterio confert: ſi ipſe non fecit teſtamentum prius: & ideo ceſſante poſtea iudicio eius teſtamẽtario, ſi filiis nihil vel minus legitima contulerit, legitima eis per leges ſuppleuitur: ne quid circa eos contingat iniquum.

m ¶ Ceſſante.] i. ſi ceſſauerit iudicium, quia morte præuentus eſt: & ſic non obſtat ſ. e. l. prox. quidam tamen intellexerunt, quod hic dicitur, cum vere factus eſſet monachus: proximam legem intelligunt, cum adhuc eſt in probatione. Ioan.

NOn liceat.] CASVS. Hæc conſtitutio nouellæ diuiditur in duas par. In prima dicitur, quòd parentes non poſſunt exheredare filios ingratos, ſi poſt ingratitudinem monachi fiãt. Item iuris eſt

de filiis

de filiis contra parentes. In ſecunda par. dicitur, quòd parentes non debent filios reuocare ad monaſterium tranſeuntes. Secunda pars ibi, Item non liceat.

a ¶ *Ingratitudinis.*] Ecce quòd ingratitudo abolerur per ingreſſum monaſterij: "ſimiliter irregularitas, vt 50. diſt. c. 2. cum enim alias monachus ſit perfectus, non requiritur in eo omnimoda regularitas, vt 16. q. 1. legi. monachatus enim omnem maculam abſtergit. in authen. de mona. in princ. col. 1. argu. tamen eſt, quòd non tollatur irregularitas. 55. di. priſcis. 2. q. 7. c. 2. Io."

" irregularitas tollitur per monachatum.

a Dic de hoc vt plene no. ext. de spo. c. 1 in gl. ex hoc vſ quæ fuit gl. 1.

D*Vo pueritiæ.*] CASVS. Supra oſtenſum eſt quid iuris ſit de adultis monachis factis: nunc vero ſupponit cauſſam vigeſimam Grat. vbi tractatur de impuberibus: de quibus, vt melius pateat quid iuris ſit proponit thema, de quo quattuor elicit quæſtiones.

Q*Vòd intra annos.*] hæc quæſtio diuiditur in quinque partes. In prima probat ſuperficialiter per quinque ca. quòd ſi puer a patre traditur monaſterio, cogitur ibi ſemper eſſe: quod tamen non eſt verum, niſi vſque ad ætatem legitimam. Secunda ibi, *Ex his auctoritatibus.* Tertia ibi, *Vel omnino.* Quarta ibi, *Tempus quoque.* Quinta ibi, *Quamuis.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic ponitur prima q. in qua quæritur verum pueri traditi monaſteriis à parentibus ab annis pueritiæ cogantur in monaſteriis permanere. Et certum eſt quòd vſque ad annos pubertatis in monaſteriis permanere coguntur ſed cum peruenerint ad ætatem legitimam, ſi ibi permanere noluerint, recedere poſſunt, vt j. e. q. illud. ad inſtar ſponſalium, vbi maior tenetur expectare minorem vſque ad legitimam ætatem, vt extr. de deſp impub. de illis. Hu. tamen dicit, quòd ſi ſint doli capaces compelluntur ibi morari, ſi non contradicunt. Alij vero contra. & procedit hoc ordine Gratian⁹. primo probat quod in arbitrio puerorũ eſt recedere vel ſtare, cum ad ãnos pubertatis peruenerint. poſtea probat contra. ſed tu ſtabis illi c. illud.

b ¶ *Quòd intra annos.*] Aut eſt adultus qui intrat monaſterium: aut impubes. "Si adultus eſt, & ſponte intrat, exire non poterit, vt j. ead. quæſt. 1. puellæ. & q. 2. ca. 1. & 2. ſi inuitus intrat, exire poteſt, vt j. ea. q. 1. ſicut. niſi propter aliquam culpam inuitus intret, vt 50. di. ſi ille. & 11. qu. 2. placuit. Si impubes intrat. aut ab alio ponitur in monaſterio. aut per ſe intrat. ſi ab alio ponitur in monaſterio, & ipſe non conſentit, poteſt egredi quando voluerit, vt j. ead. q. puellæ. & q. 3. præſens. ſi vero conſentit cum ab alio ponitur in monaſterio, tenet: licet conſenſus ille qui fit ante annos diſcretionis non teneat: inde tamen exire non poteſt priuſquam veniat ad legitimam ætatem b, ad inſtar carnalis matrimonij, vt extra de deſpon. impu. de illis. & j ea. q. illud. ſed quam cito peruenerit ad perfectam ætatem, poteſt egredi, vt j. ea. q. 3 præſens. & extra de reg. cum ſcimus. licet quidam dixerint quòd in impubere ſufficiat ſola parentis oblatio, ad hoc vt monachus ſit. ar. eius quod eſt ext. de reg. c. ſignificatum. & j. e. c. 1. & 2. Sed contra eos eſt expreſſe ext. de reg. cum virum. & ca. cum ſi[...]. Si vero impubes propria auctoritate intrat. poteſt extrahi à patre vel tutore, vt j. ead. q. 2. puella. Hoc tamen ſcias, quod ſecundum Hug. ſi doli capax eſt ingreſſus monaſterium ſiue per ſe, ſiue per voluntatem patris, dummodo non fuerit coactus, amodo non poteſt exire, licet non peruenerit ad annos pubertatis: quia cum doli capaces ſe poſſint obligare diabolo, vt extr. de delic. pu. c. pueris. multo fortius Deo. Item cum in matrimonio carnali malitia ſuppleat ætatem, vt extra de deſpon. impu. de illis. ergo & in ſpirituali." Greg. refert in dialogo de quodam puero nouenni, qui nutricem ſuam grauidauit. "Alij dicunt quòd nemo obligatur voto ante legitimam ætatem: nec eſt ſimile de matrimonio carnali: quia ibi obligatur tantum homini: & illud vinculum diſſoluitur ſaltem morte: ſed vinculum ſpirituale morte non diſſoluitur. arg. 32. qu. 7. licet. ſed hodie præualet opinio Hug. vt ext. de reg. poſtulaſti. Io. ſed certe particula quæ hoc dicebat, eſt ſubtracta. B.

" Monaſterium ingreſſus ante perfectam ætatem an poſſit poſtea exire.

b De hoc infra e. q. c. illud & 17. dep. ſi quis in ſæ

" Puer nouennis nutricem grauidauit.

" Voto nemo obligatur ãn legitimam ætatem.

date repellere monachos factos: quamuis dum laici fuerant, in cauſam ingratitudinis a inciderint.

¶ Item non liceat parentibus liberos ſuos ad ſolitariam vitam tranſeũtes abſtrahere de monaſteriis.

¶ *Hoc caput expreſſe habetur apud Iulianum antecesſorem, nouella 123. ca. 39. In quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epitomen videri minime poterant.*

CAVSA XX.

D*Vo pueritiæ annos agentes à parentibus monaſterio traditi ſunt: vnus inuitus, alter ſpontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, inuitus ad ſæcularem militiam redit, ſpontaneus monaſterium diſtrictius petit.*

1 *Nunc primum quæritur, ſi in pueritia annis traditi cogantur religionis propoſitum tenere.*

2 *Secundo, ſi præter voluntatem parentum tonſuram, vel religionis veſtem quis in pueritia accipiat, an poſſit ſibi detrahi, an non.*

3 *Tertio, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non.*

4 *Quarto, ſi ab vno monaſterio in aliud diſtrictius liceat alicui tranſire.*

QVAESTIO I.

1 Q*Vòd intra annos b pueritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeãt arbitrium manẽdi, vel diſcedendi, probatur auctoritate nona a ſynodi.*

a ¶ Nonæ.] *In nonnullis vetuſtis exemplaribus eſt, octauæ. Verum in octaua ab Hadriano II. habita non habetur, ſed in libro B. Baſilij de inſtitutis monachorum Ruffino interprete, ca. 8. Similia etiam ſunt apud eundem B. Baſilium in regulis fuſius diſputatis, c. 15.*

¶ Virginitatis profeſſio quo tempore firma eſſe incipit. C. I.

F*Irma autem tunc erit profeſſio virginitatis, ex quo adulta iam ætas eſſe cœperit c, & eá, quæ ſolet apta nuptiis deputari, ac perfecta.*

c ¶ Ac perfecta.] *Hæc nõ ſunt in eo B. Baſilij loco.*

Si virginitatis profeſſio tunc incipit eſſe firma, cum ætas cœperit eſſe adulta, & religionis profeſſio tunc demum debet eſſe firma, cum ad adultam ætatem peruentum fuerit. Sed hic de illa profeſſione agitur, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio, Deo offertur, quam non confirmat parentum conſenſus. Ceterum, quæ à parentibus Deo offertur profeſſio, inuiolatam ſeruari oportet.

Vnde Gregorius ſcribit ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.

¶ *Sic etiam citat Iuo. Extat in epiſtola quarta Gregorij tertij ad Bonifacium legatum Germaniæ: & ſimile habetur in concilio VVormacienſi, c. 22.*

¶ Non licet de monaſterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari. C. II.

1 A*Ddidiſtis d adhuc, quòd ſi pater, vel mater e filium, filiam ve intra ſepta monaſterij in infantiæ f annis ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrum liceat eis poſtquã pubertatis † g annos impleuerint, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino deuitamus h: quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis † fræna laxentur.*

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

¶ Aut propria profeſſio aut paterna deuotio monachum facit. C. III.

2 M*Onachum aut paterna deuotio i, aut propria profeſſio k facit. Quidquid horum fuerit, alligatum a tenebit. Proinde his ad mundum reuertẽdi intercludimus aditum, & omnes ad ſæculum interdicimus regreſſus.*

a ¶ Alligatum.] *In duobus Vaticanis conciliorũ codicibus, & Lucenſi regro legitur, alligatum.*

Item Iſidorus.

F*Irma autem.*] CASVS. Dicitur hic, quòd profeſſio virginitatis tunc erit firma, cum ætas cœperit eſſe adulta, id eſt, cum perfecta erit ætas nuptiis deputata: &, pro ideſt.

c ¶ *Cœperit.*] non intelligas cum cœperit attingere 14. ann. maſculus, vel femina 12. annum: ſed cum iam eſt in fine 14. annorum, vel 12.

SI VIRGINITATIS. CASVS. Dicit hic Grat. quòd ca. firma. intelligitur de illa profeſſione, quæ proprio fit arbitrio à puero, vel puella ſine patris vel matris auctoritate: quæ cum peruenerit ad pubertatem, exire valeat: ſecus ſi a parente offeratur monaſterio: quia tunc exire non valet. & ad hoc inducit ſequentia capitula.

A*Ddidiſtis.*] CASVS. Quæſitum fuit a Gregor. verum poſſunt exire de monaſterio & matrimonio copulari pueri cum ad pubertatis annos peruenerint, qui a parentibus in infantiæ annis monaſterio traduntur? Et reſpondet, quòd non, quia nefas eſt vt voluntatis fræna relaxentur filiis, qui Deo a parentibus offeruntur. Sequens c. patet.

d ¶ *Addidiſtis.*] Hæc tria ca.e intelligas de illis qui poſt adultam ætatem conſenſum accommodauerint: ſed Hu. intelligit de doli capacibus.

e ¶ *Mater*] "Videtur ergo quod mater poſſit tradere filium ſuum religioni, vt j. ead. quicumque. quod non videtur, cum non habeat ipſum in poteſtate, vt inſti. de adop. §. feminæ. legas ergo. vel, pro &.

f ¶ *Infantiæ*] id eſt pueritiæ.

g ¶ *Pubertatis.*] j. 28. diſtinct. de his contra. ſed loquitur de ſæcularibus

h ¶ *Deuitamus.*] Ex his capit. ſumunt quidam ſchiſma erroris ſui: & dicunt ſufficere ſolam oblationem patris ad hoc vt quis monachus fiat, vt extra de regu. ſignificatum. & c. ad hæc. ſed eis obuiat j. e. illud. & extra eod. cum ſimus. ſed intelligas iſta c. quando in adulta ætate conſenſerunt: & ſic interpretatur c. Cæleſtinus. extra eo cum virum.

i M*Onachum.*] ¶ *Deuotio.*] & filij ſpontanea profeſſio ſupple.

k ¶ *Profeſſio*] per ſe.

1 Iuo p. 7. c. 21.

† al. ad pubertatis

† al. voluntatis

a Pol l. 4. tit. 14. Ante l. 7. c. 186. & l. 8. c. 6. but. c. 6. Iuo p. 7. c. 30.

e ſe. iſtud c. & vno ſeq. idem reperit glo. vt ſic in eſſe c. hæc ca. ſeruntur.

" Mr non fit filiũ religioni tradere.

Egrum

QVicumque.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quicumque fuerit à parentib. monaſterio deputatus, perpetuo debet ibi morari: & hoc probatur exemplo Samuelis, qui oblatus ab Anna cum iam eſſet ablactat° à matre, in ſeruitio Dei permanſit. Seq. c. planum eſt: & intelligitur hoc c. de illis, qui poſt legitimam ætatem conſenſerunt: vel qui tempore oblationis erant doli capaces.

a ¶ *Ablactatum.*] i. ſola oblatio nō ſuffeciſſet, niſi ipſe poſtea ratum habuiſſet.[a] Sed quare in baptiſmo cogitur ſeruare factum parentum, & nō in voto? Reſponde, quia ibi recipit ſacramentum: vnde illud cogitur ſeruare, vt 45. di. de Iudæis. Item quia in baptiſmo poteſt puer per alium obligari, vt de conſe. di. 4. baptiſmi vicem.

b QVem progenitores.] ¶ Caput.] ar. quod præiudicatur alicui p factum ſicut p dictum: & quod non refert an factis vel dictis declaret quis voluntatem ſuam, vt extr. de ap. dilecti. & 22. q. 5. cauete. ſic extr. de re. vidua. & 27. di. q interrogaſti[a].

EX HIS. Hæc eſt 2. pars q. in qua probát magiſter, q non compellitur puer remanere niſi velit in ætate legitima: & hoc probat per tria c. lo. de Par.

CASVS. Cōcludit Gra. ex ſupradictis, q puerí ex oblatione paterna intantum ſunt obligati, q à monaſterio recedere non poſſunt. Sed huic concluſioni obiicit poſtea Grat. p ſeq. c.

PVella.] CASVS. puellæ quædam non coactæ ab eorum parentib. ſed ſponte habitum monachalé ſuſceperunt: poſtea matrimonia contraxerūt. Quæſitum fuit à Leone Papa, vtrum contra profeſſionem ſuam poſſunt venire: & reſp. q non, etiam ſi nondum velum conſecrationis ſuſceperint. Et hoc pbat exemplo contrahentium q contra ſua pacta impune venire non permittuntur.

c ¶ *Puella.*] adultæ. Sed ſecundum Hu. doli capaces. Cæleſtinus tamen videtur intelligere hoc ca. de adultis. ext. de reg. cum virum.

d ¶ *Calcari.*] ſi 28. q. 1. c. 2.

CVM ERGO IN PRINCIPIO. CASVS. Concludit hic Grat. ex ſupradicto c. à contrario ſenſu, q ſi à parentib. coactæ fuerunt habitum recipere, ipſum deſerere poſſunt. Poſtea ſoluit dicens quod c. illud, puellæ, loquitur de puella nubili, quæ poſt xij. annum à patre cogi non poteſt monaſterium ingredi: & ſi coacta fuerit, habitum ſeruare non cogitur: & ad hoc inducit ſeq. c. ſed ſi eſſet innubilis, ſecus eſſet: ſed hæc eſt allegatio.

SIcut qui.] CASVS. Statuit Eugenius in hoc c. quod ſicut illi qui ſponte ingrediuntur monaſterium, recedere non poſſunt: ita hi qui ſunt inuiti intruſi ſine iuſtæ offenſionis cauſa, permittuntur abire: quia timendum eſſet vt tales magis peccata committerent quam plāgerent: ſicut probatur per decretum Leonis. *Maxime* i. magis.

e ¶ *Offenſionis*][a] propter delictum enim cogitur quis intrare monaſterium, vt 16. q. 6. de lapſis. 50. di. ſi illic. & 81. di. dictum. & c. ſi quis clericus. & 33. q. 2. admonere. Et ſi certum tempus ei non præfigitur, numquid perpetuo ibi manebit? Videtur q ſic, vt 81. diſt. ſi quis clericus. & ſeruus qui ſine præfinitione tempori in vinculis ponitur, perpetuo ibi eſſe videtur, vt C. de pœ. ſeruus. Arg. contra 2. q. 1. in primis[b].

ILlud autem.] CASVS. Hoc ca. palea eſt: ſed tamen melior eſt quolibet præmiſſo à G. & concordat cum illo ca. firma. Eſt ergo caſus huius c. Statuit Martinus Papa vt ſi filij intra pubertatis annos à parentib. offeruntur monaſteriis, & tonſuram vel velamen ſuſceperunt in xv. anno, ab abbatibus vel aliis prælatis debent inquiri vtrum velint in ipſo habitu permanere, & ſi conſenſerint, vltra non erit pœnitentiæ locus: ſi autem negauerint, poterunt ad ſæcularem vitam redire: quia coacta ſeruitia Deus non diligit.

f ¶ *Xv.*][a] Videtur ergo q habeat xv. annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nam ante non potuit deliberare, cum nec ante habuit diſcretionem. videretur enim eccleſia circunuenire homines, ſi aliquis cogeretur manere cum ea qui numquam deliberauit. nam etiam in illicitis datur alicui dilatio menſis, vt 1. q. 2. conſtat. decretalis tamen videtur eis dare triduum, vt ext. ea. ad noſtram. Vel ſaltem communes induciæ deberent eis dari ad loquendum cum amicis, & componendas ſarcinulas, vt ff. ex qui bus cau. ma. ab hoſtibus. §. vlt. Econtra videtur, quód nihil temporis habebit. nam ca non comparat contractum quo quis obligatur homini, obligationi diuinæ, vt 27. q. 1. c. 2. ſed in contractu humano non licet etiam incontinenti reſilire, vt C. de tranſa. quamuis. ergo nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam quod ſi ante 14. annos fecit profeſſionem, ſtatim cum per vnum diem fuerit poſt annos 14. in monaſterio, eſt ei factum præiudicium: ſecus ſi non fecit: per id quod eſt extra de reg. ad noſtram. Melius[c] credo eſſe dicendum q ſi ante annos pubertatis habuit diſcretionem tantam, vt per ſe per alios ſciuiſſet, quod ſtatim eſſet obligatus, vt tunc ſtatim poſt annos 14. ſit obligatus, ſi non contradicat. Sed ſi nec per ſe nec per alios pòtuit ſcire aliquid de obligatione iſta: tunc in 15. anno ſit inquirendum ab ipſo an velit ſtare, an non. ab aliis enim non eſt hoc inquirendum niſi ab illis qui per ſe non poſſunt hoc ſcire: nec ab aliis

QVicumque à parentibus propriis in monaſterio fuerit delegatus, nouerit ſe ibi perpetuo permāſurum. Nam Anna Samuelem puerum natū & ablactatum[a] Deo cum pietate obtulit: qui & in miniſterio tēpli, quo à matre fuerat deputatus, permanſit, & vbi conſtitutus eſt, deſeruiuit.

¶ *Hoc non eſt inuentum in libris B. Iſidori: ſed Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, c. 50. hoc idem ex ipſo Iſidoro refert.*

Item ex regeſto Gregorij, lib. 1. epiſt. 48. ad Anthemium.

¶ De eodem. C. V.

1 QVia autem dura eſt in inſulis congregatio monachorum, etiam pueros in eiſdem monaſteriis ante xviij. annorum tempora ſuſcipi prohibem°. vel ſi qui nunc ſunt, tua eos prouidentia auferat, & in vrbem Romanam trāſmittat. Hoc & in Palmaria aliiſque inſulis te per omnia volumus cuſtodire.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Qui à progenitoribus monaſterio traditus eſt, de eo egredi non licet. C. VI.

2 QVem primogenitores ad monaſterium tradiderunt, & in eccleſia cœpit[b] canere, & legere, nec vxorem ducere, nec monaſterium deſerere poterit: ſed ſi diſceſſerit, reducatur: ſi tonſuram dimiſerit, rurſus tondeatur: vxorem ſi vſurpauerit, dimittere compellatur.

[*Item ex Pœnitentiali Theodori.*]

PALEA. C. VII.

INfans pro infante poteſt dari in monaſterio: quamuis alter vocatus† ſit. Tamen melius eſt votum ſoluere. Similiter & pecora ęquali pretio (ſi neceſſe eſt) ſunt redimenda.

2 *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna profeſſio pueros tenet obligatos: nec licebit eis à propoſito diſcedere, quod paterna deuotione in puerilibus annis ſuſceperunt. Sed obiicitur illud Leonis Papæ, epiſt. 90. ad Ruſticum epiſcopum, c. 13. & 14.*

¶ Non licet puellis nuptias eligere, quæ ſpontanea voluntate virginitatis ſuſceperunt propoſitum. C. VIII.

3 PVellę[c], quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, præuaricantur, & ſi conſecratio non acceſſit: cuius vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent. Ambigi vero non poteſt crimen magnum admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nā ſi humana pacta non poſſunt impune calcari[d], quid eos† manebit, qui corruperint fœdera diuini ſacramenti?

Cum ergo in principio huius capituli dicatur [Puella, quæ nō coactæ imperio parentum] datur intelligi, quòd ſi coactæ habitum virginitatis ſumpſerint, ſine præuaricatione ipſum deſerere poſſunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (vt in ſequentibus demonſtratur) poſt duodecimum annum eſt liberum arbitrium: nec in electione propoſiti cogitur ſequi parentum imperium.

Sic & illud intelligendum eſt, quod eſt ſtatutū i ſynodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32.

¶ Extra voluntatem propria retruſi in monaſteriis non teneantur. C. IX.

SIcut, qui monaſteria elegerūt, à monaſteriis egredi non permittuntur: ita hi, qui inuiti ſine iuſtæ offenſionis[e] cauſa ſunt intromiſſi, niſi volētes, non teneantur: quia quod non petunt, non obſeruant. Ideoque tales conſiderandi ſunt magis† peccata committere, quàm plangere, ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis Papæ manifeſtiſſime continetur.

[*Vnde Marcellus Papa.*]

PALEA C. X.

ILlud autem ſtatuendum eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filij monaſterio oblati fuerint, & † ſacram tonſuram, vel velamina ſuſceperint, dignum quidem duximus, vt xv.[f] anno à prælatis moniti † inquirantur, vtrum in ipſo habitu pmanere cupiant, an non. Si vero permanere profeſſi fuerint, vlterius pœnitendi locum minime amplecti poſſunt. Sin autem ad ſæcularem habitum reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia Domino pręſtentur.

¶ *Notatur nomine paleæ etiam ab auctore gloſſæ: ſed extat fere in omnibus vetuſtis, & ſine paleæ nomine.*

¶ In monaſterio perpetuo maneant, qui à parentibus traditi ſunt. C. IIII.

Marginal notes:

a Obligant parentes in baptiſmo ſed non in voto.

t Extr. de regul. c. 1.

a Vide quod legi. & not. 27 q. 1 c. 1 & c. vidua ibi videas.

a Burch. l. 8. cap. 97. Iuo p 7. c. 115.

† forte] vocatus

3 Bur. l. 8. c. 2. Iuo part 7. c. 10. Polyc. l. 5. tit. 35.

a Monaſterium cogitur quis intrare propter delictum.

b Dic vt no. ſupra 8. diſ. dictum & vide quod no. extr. de cōſt. ex lītis 50. diſtin. c. 1. A.

† al. de eis

a Profeſſio facta an 14. annos, an ſtatim poſt obliget.

† al. maxime

† al. vel

† al. moniti verbis

c Quidquid hic dicatur, hodie teneas vt dī ex. 1. li. 6 de re iu. is q. c. nō ſolū. c. cōſtōnem & d hoc Inno ſatis ext. et t. c. 1.

aliis hoc dicitur. Item numquid poteſt aliquis petere in integrũ reſtitutionem, qui in xv. anno intrauit religionem? Arg. quod ſic, extr. de reg. ad noſtrã. Reſpõſio non: quia non eſt deceptus qui Chriſto ſe coniunxit: præterea quia in tanto cenſeretur maior: ſimiliter in matrimonio, ext. de reſt. ſpol. ex parte.

VELAMEN. Hæc eſt 3. pars q. in qua quæritur quando ſunt velandæ virgines. Et eſt dicendum quòd in 25. an. & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in præcedenti c. facta eſt mẽtio de ſacro velamine: nunc oſtendit Gratianus quod ſacrum velamen non eſt imponendum virginib. niſi certis dieb. quod probat per ſequens capitulum.

a ¶ *Velamen.*] Hic agitur quo tempore virgines ſunt velãdæ vel conſecrandæ. " Eſt autem quadruplex velum, ſ. velum profeſſionis, conſecrationis, ordinationis, prælationis.[a] Velum profeſſionis imponitur tam virgini quam viduæ: dum tamen ſit xij. annorum, vt ĩ. q. 2. puella. Velum conſecrationis eſt quod tantum virginibus imponitur in 25. an. vt ĩ. c. q. placuit. & 77. diſt. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconiſſis in 40. anno, vt ĩ. c. ſanctimoniales. velum prælationis eſt quod in 40. anno datur abbatiſſæ, vt ĩ. c. iuuenculas. 31. q. 1. quomodo virginitaus. & per hanc di. multa ſedantur contraria. Ioan.

D *Euotis.*] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas par. In prima parte dicitur, q̃ ſacrum velamen non debet virginibus imponi, niſi in die Epiphaniorum: vel in albis Paſchalibus, & in natalibus Apoſtolorum: vel niſi eſſent in articulo mortis: ſicut de baptiſmo contingit: ne ſine hoc munere recedant a ſeculo. In ſecunda par. dicitur, & epiſcopi viduas velare nõ debent. Secunda pars eſt ibi, *Viduas autem.* Et intelligitur hoc de velo conſecrationis, quod tantum virginibus datur, vt 26. diſt. acutius. Quod autem ſequitur vſque ad §. quamuis, planum eſt, & ſatis patet.

Margin: ‡ Pol. l. 4. tit. 35. Anſ. l. 7. c. 190. Burc. l. 8. c. 13. Iuo p. 7. c. 36. Pã. l. 3. c. 189. † *imponat*] orig. — " Velum eſt quadruplex. — a Aliquando inuenitur velum conuerſionis, vt infra 27. q. j. viduas. quæ ibi no. quòd ſit illud velum, & q̃ ſit dr̃ia inter velum cõuerſionis, & profeſſionis notare videtur Ioan. in gl. ibi in fin. Arch. — ‡ Poly. ibid. Anſ. l. 7. c. 91. † *al. ætas.*] orig. — § Pol. l. 2. tit. 27. Burc. l. 2. c. 1. Iuo p. 8. c. 3. Pan. l. 3. c. 30. — 4 Capit. l. 1. c. 46.

3 *Velamen [a] autem non licet imponere virginibus, niſi certis diebus.*

Vnde Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, c. 14. & 15.

¶ Non niſi certis diebus velamen imponatur virginibus. C. XI.

1 DEuotis Deo virginibus, niſi aut Epiphaniorum [b] die, aut in albis [c] paſchalibus, aut in Apoſtolorũ natalitus ſacrum velamen minime imponatur: † niſi forſan (ſicut de baptiſmate dictũ eſt) graui languore correptis, ne ſine hoc munere de ſeculo exeant, implorantibus non negetur. ¶ Viduas autem velare pontificũ nullus [d] attentet.

4 *Tempus quoque conſecrationis earum ſimiliter obſeruatur.*

Vnde Gregorius in regeſto, lib. 3. epi. 11.

¶ Ante ſexageſimum ætatis ſuæ annum virgines non conſecrentur. C. XII.

2 IVuenculas fieri abbatiſſas vehementiſſime prohibemus, Nullam igitur fraternitas tua, niſi ſexagenariam [e] virginem, cuius vita † hoc, atque mores exegerint, velari permittat.

Item ex concilio Carthaginenſi 3.

¶ *Sic citatur etiam in omnibus vetuſtis: ſed in nullo Carthaginenſi eſt inuentum. Idem vero nonnullis additis habetur in concilio Agathenſi c. 19.*

C. XIII.

SAnctimoniales ante annũ quadrageſimum non velentur. [f]

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 4.

¶ *Antea citabatur ex concilio Africano 4. ſed ĩ. diſt. 77. c. placuit, citatur ex Carthaginenſi 3. vbi habetur.*

¶ Ante vigeſimumquintum annum virgines non conſecrentur. C. XIIII.

3 PLacuit, vt ante xxv. annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur: & vt lectores populum non ſalutent [g].

Item Pius Papa. [4]

C. XV.

f ¶ *Sanctimoniales.*] ¶ *Non velentur.*] velo ordinationis, vt ſit diaconiſſa, non ad ordinem, ſed ad quoddam miniſterium Euangelium in matutinis lectionibus nuntiandi. Ioan.

g ¶ *Placuit.* ¶ *Non ſalutent.*] ſolenniter dicendo: Dominus vobiſcum. Ioan.

5 VIrgines non velentur ante xxv. annos, niſi forte neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis: & non ſunt conſecrandæ † niſi in Epiphania, & in ſabbatho [a] Paſchæ, & in Apoſtolorum natalitiis, niſi cauſa mortis vrgente.

¶ *Caput hoc inter decreta Py non eſt inuentum, & abeſt a tribus vetuſtis Gratiani exemplaribus. De cauſis vero, ob quas ante xxv. annos poſſint virgines velari, agitur in concilio Mileuitano c. 26. & Africano. c. 93. ex quo Africano refertur capitul. l. 1. c. 46.*

a ¶ Sabbatho.] *In vno vetuſto legitur,* in albis, *& apud ceteros collectores,* in albis Paſchalibus.

5 *Quamuis autem viduæ velari prohibeãtur, viduitatis tamen profeſſio in ſcriptis ab eis eſt facienda. Veſtis quoque profeſſioni conueniens eſt eis tradenda, qua vbique vtantur.*

Vnde in concilio Toletano 10. c. 4.

¶ Profeſſionem viduitatis faciant, & habitum ſumant religionis, quæ caſtitatem ſeruare proponunt. C. XVI.

VIdua, quæ ſanctæ religionis obtinere propoſitum voluerit, ſacerdoti, vel miniſtro, [h] ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis [i] profeſſionem faciat a ſe aut ſigno, [k] aut ſubſcriptione [l] notatã, continentem ſe & religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inuiolate ſeruare. Tunc accepta à ſacerdote, vel miniſtro apta religionis profeſſioni † veſte [m], ſeu in lectulo quieſcens, ſiue in quocũq; loco cõſiſtens cõſtanter † ea vtatur, nec diuerſi coloris, aut diuerſæ partis eadẽ ſit notabilis veſtis, ſed religioſa, & non ſuſpecta.

VIrgines non.] QVAMVIS. Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua dicitur, q̃d vidua licet velari non debeat, tamen debet habere quandam veſtem religioſam: & hoc ꝓbat per c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Supra in cap. deuotis. prohibetur epiſcopo velare viduas. Nunc vero oſtendit Grat. quòd profeſſio eſt facienda ab eis in ſcriptis, & quòd veſtis religionis eſt eis tradenda à ſacerdote vel diacono: quod ꝓbat ſeq. c.

VIdua.] CASVS. Aliqua vidua monaſticum habitum recipere volebat. quæſitum fuit in concilio Toletano qualiter ſit procedendum in hoc facto? Et reſpondet, q̃ ſi ipſa iuerit ad ſacerdotem vel diaconum, vel aliquis eorum ad eam peruenerit, profeſſionem faciat in ſcriptis a ſe notatam ſigno ſi litteras neſcit, vel ſubſcriptione ſi ſubſcribere ſciat, in qua promittat religionis propoſitum firmiter obſeruare: & veſte profeſſionis, quam a presbytero vel diacono receperit, vbique vtatur: quæ neq; diuerſi coloris ſit neque ſuſpecta.

h ¶ *Vel miniſtro.*] Arg. " quòd votum ſolenne poteſt fieri coram priuata perſona. ſed ad quid facit mulier profeſſionem ſacerdoti? Potius enim deberet facere abbatiſſæ. Sed hoc ideo fit, quia feminis non licet imponere velum alicui, vt ĩ. ea. quæſt. 2. ſtatuimus.

i ¶ *Scriptis.*] non quòd ſit neceſſaria ſcriptura, ſed vt ſcriptura ꝓpria obuiet ei qui contrauenit, vt ĩ. 1. q. 7. ſaluberrimum.

Margin: § Pol. l. 4. tit. 35. Burc. l. 8. c. 8. Iuo p. 3. c. 59. Pann. l. 3. c. 190. † *al. efferendæ.* — † *al. vſus* — † *al. incunctanter* — " votũ ſolẽne põt fieri corã priuata perſona.

QVAESTIO II.

DE his [n] vero, qui præter voluntatem parentum tonſuram, vel religioſam veſtem ſuſceperint, ſic definitur in 10. concilio Toletano, cap. 6.

k ¶ *Aut ſigno.*] cum neſcit ſcribere [b].

l ¶ *Aut ſubſcriptione.*] cum ſcit ſcribere.

m ¶ *Veſte.*] ſed velum accipiet ab altari, vt 27. q. 1. viduas. & c. viduæ quæ.

Margin: b Vel dic q̃ h. d. vt faciat ſignũ inter cam q̃ habet ſigillũ, & eã quæ non habet. Lau.

b ¶ *Epiphaniorum.*] " Honeſtum eſt quòd in talibus ſolennitatibus tantum imponatur: poteſt tamen quolibet die Dominico imponi. extra de temp. ord. c. 1.

c ¶ *In albis.*] ideſt, in tota ſeptimana paſchali.

d ¶ *Pontificum nullus.*] ſed ipſamet ab altari recipiat, vt 27. qu. 1. viduas quæ. Vel recipiat à ſacerdote, vt infra eadem, vidua. Quidam tamen ex hoc capitu. dicebant quod nec epiſcopus, nec presbyter poteſt imponere velum viduæ. Nec obſt. extra quod met. cau. perlatum. nam ibi non dicitur quòd velum impoſuit, ſed quòd imponere ſimulauit. Similiter non obſt. extra qui clerici vel vouen. conſtituit. nam intelligunt illud de velo, id eſt, de veſte, quod ex hoc apparet quod dicitur in ea decre. quòd non fuerit profeſſa, cum tamen per illud velum intelligatur quis profiteri, cum ſit velum profeſſionis. Io.

Margin: " velum quibus diebus imponi debet.

e ¶ IVuenculas.] ¶ *Sexagenariam.*] Apoſtolus enim dicit, " Vidua non eligatur minor 40. annorum 31. q. 1. quomodo. Poteſt tamen hoc intelligi quòd ſit ſexagenaria: non ætate, ſed perfectione continentiæ. 2. q. 7. Paulus. ideo autem eſt virgo, quia aliter non poſſet eſſe hortatrix virginitatis, vt 26. diſt. vna.

Margin: " Abbatiſſa debet eſſe ſexagenaria.

n ¶ DE his vero.] Hæc quæſtio diuiditur in tres par. in quarum prima probatur quòd pater poteſt filium paruulum de monaſterio extrahere, ſi eſt minor 14. annis. & filiam, ſi eſt minor 12. annis: alias non. Secunda ibi, *Velamen.* Tertia ibi, *Hac auctoritate.* Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur ſi puer vel puella præter voluntatem parentum monaſticum habitum induerit, an poſſit à parentib. reuocari vel tutore. Et reſpondetur, quando puer vel puella habitum ſuſcipit: ſi pater vel tutor eſt præſens, & nõ contradicit, conſentire videtur, vt 54. di. ſi ſeruus. ſi autem contradicit, vel abſens eſt, vſque ad annum & diem poterit reuocare: niſi velit ratum habere quod factum eſt, & currit hoc tempus a tempore ſcientiæ, vt ĩ. ea. c. aliud tamen tempus includitur intra ætatem 12. vel 14. annorum: nec peccat pater reuocando filium, vel tutor pupil. nec filius vel pupillus peccat, obediẽdo patri vel tutori: quia hoc faciunt auctoritate canonis.

o ¶ *De his.*] " Hic quæritur ſi pater vel tutor poſſit reuocare filium qui ingreſſus eſt religionem? Dic ergo: aut pater eſt præſens, aut abſens. Si

Margin: " Filiũ religionem ingreſſum, an poſſit pater reuocare.

ſens. Si præſens, poſtea non poteſt contradicere: ar. 54. di. ſi ſeruus. Si eſt abſens, vſque ad annum & diem eum reuocare poteſt. j. e. c. 2. ita tamen vt iſte annus includatur intra legitimam ætatem 12. vel 14. annorum. nec peccat pater reuocando filium, nec filius peccat obediendo magis patri quam Deo: quia hoc facit auctoritate canonis. la poſt duodecimum annum. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi puer vel puella poſt annos pubertatis habitum ſuſceperint, non poſſunt a parentibus reuocari. Secunda pars incipit ibi, *Si vero*. Seq. §. planus eſt c. iſte.

h ¶ *Puella.*] nondum doli capax, ſecundum H.

SI *in qualibet.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. par. dicitur, quod parentes filium vel filiam in minori ætate poſſunt à monaſterio reuocare: niſi in duobus caſib. quorum primus eſt quando ambo parentes vel vnus eorum filium vel filiam monaſterijs obtulerit. Secundus eſt quando eis nolentib. vel neſcientib. habitum ſuſceperint: & ſtatim cum ſciuerint non reclamauerunt. vnde ſi tales filij poſtea habitum deſeruerint, ſuper hoc commoniti debent ad monaſterium reuocari. In 2. par dicitur, quod parentib. non licet filios monaſterijs tradere niſi vſque ad 14. annũ, exinde ſi ſponte intrauerint, & poſtea habitum dimiſerint, per excommunicationem redire compellantur. Secunda pars eſt ibi, *Parentibus*. Et not. quod ſi ſola mater ſupereſt, in eius poteſtate eſt quantum ad oblationem. vt dicit H. vt j. e. q. 1. quicumq;. ſecus ſi vterq; parẽs ſupereſt.

1 Greg. iij. ep. 3. Pol. l. 4. tit. 34 Burc. l. 8. ca 1. Iuo par. 7. ca. 17. Pãn. l. 3. c. 186.

† al. epiſcopo

a ¶ *Religioni debitam veſtem.*] hoc quantum ad feminam.

b ¶ *Vel tonſuram.*] hoc quantum ad filium.

c ¶ *Aut vnus.*] ſcilicet vnũ tãtum habet. Sed numquid ſi vnus parentum obtulit, alter põt eum reuocare? Argu. quod ſic, quia quod omnes tangit, &c. C. de auct. præ. l. vl. & 66. di. c. 1. "Dici tamen poteſt quod ſi pater conſenſit, quod mater non poteſt eum reuocare, niſi velis dicere quod æque ſit in poteſtate matris vt patris quantum ad hunc caſum, vt j. e. q. 1. c. 2.

"mater ſi reuocat à religione filiũ à pře oblatũ.

" Mox varia tpa complectitur.

a Al. excuſatur de excu tuto. l. ſcire. arg. §. ſuffi c t C. q pet tut. cũ à matribus. Arc.

2 Bur. l. 8. c. 98. Iuo p. 7. c 116. Pã l 3. c. 187 conc.

d ¶ *Forte.*] ſupple & filij conſenſerunt poſt adultam ætatem.

e ¶ *Aut nolentibus.*] ſupple, aut ſi volentib. &c.

f ¶ *Non mox.*] "i. intra annum & diem, vt j. ca. pro. Vel mox, id eſt, quam cito poteſt [a]. ſic exponitur. ff. ad Tertul. l. 2. §. confeſtim. Vel mox, ideſt, intra menſem, vt 2. qu. 1. conſtat. Vel dic mox. ideſt, quam cito. ſic 33. q. 2. mulier. C quom. & quand. iudex. ab eo. Item aliquando vſque ad decem dies. 2. q. 6. quoties. & c. anteriorum. Aliter mox, ideſt, ad duos menſes. ff. de re. iud. a diuo. Item aliquando extenditur vſque ad triduum, vt 23. diſt. c. 1. circa prin. & 79. diſt. nullus. Item quandoque ponitur pro quandocumque, vt ff ſi cert. pet. l. 1. [b] Nec mireris ſi hæc dictio, mox, quandoque ampliatur: quia hæc dictio, diu [c], quandoque reſtringitur, vt 63. diſ. lectis. & 65. diſt. de perſona.

[a] De iſta dictione, mox, adde pulchra no. p Bar. in l. quã nõnulli. C. de ap. & p eũdẽ Bar. in l. ſi qs maior. C. de tranſ & in l tutores de admi. tut & Bar. in l impe rator ff. de in. ſi & Bal. in l. diuortio. ff ſo mat & de plurib⁹ dictiõib⁹ vide Alc. de Im. in l. 1. § 1. ff de verb. obl.

[c] Dictio, diu quandoq; reſtringitur.

g ¶ *Ad quartum decimum.*] & ſic ſoluitur patria poteſtas, poſt quartum decimum annum quantum ad religionis ingreſſum. Io.

P*uella.*] CASVS. Hoc capit. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi puella intra duodecimum annum, ſine parentum vel tutoris auctoritate ſacrum velamen ſuſceperit, poſſunt ſtatim parentes vel tutor eam reuocare. Si vero per annum & diem diſſimulando tacuerint, vlterius nec ipſi, nec ipſa prius aſſumptum propoſitum poterit mutare: quod intelligitur de puel-

¶ Tonſura vel veſtis religioſa in minori ætate ſuſcepta, à parentibus irrita fieri poteſt. C. I.

1 SI in qualibet minori ætate vel religioni debitã veſtẽ [a], vel religionis tonſuram [b] in vtroque ſexu filiis aut vnus [c], aut ambo parentes dederint [α] forte [d], aut nolentibus [e], aut neſcientibus ſe ſe ſuſceptam non mox [f] viſam in filiis abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel coram eccleſia†, palamque in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſæcularem reuerti habitum filiis ipſis quandoque penitus nõ licebit, ſed cõuicti, quòd tonſuram, aut religioſam veſtem aliquãdo habuerint, mox ad religionis cultum, habitumque reuocentur, & ſub ſtrenua diſtrictione huiuſmodi obſeruantiæ inſeruire cogant. ¶ Parentibus ſane filios ſuos religioni contradere non amplius, quam vſque ad quartum decimũ [g] [β] eorũ ætatis annum licentia poterit eſſe: poſtea vero, an cum voluntate parentum, an ſuæ deuotionis ſit ſolitarium votum, erit filiis licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſuræ, vel ſæcularis veſtis aſſumptiõe detectus fuerit attigiſſe trãſgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiet, & religioni ſemper inhæreat.

[α] ¶ Dederint forte.] *In conciliis etiã manuſcriptis legitur*, dederint certe aut nolentibus, &c. *In Panormia vero*, dederint aut certe nolentibus, &c.

[β] ¶ Quartum decimum.] *Sic etiam in Pãnormia. In vno autem v. tuſto Gratiani, & cõciliorum codicibus etiã manuſcriptis legitur*, vſque ad decimum. *apud ceteros vero collectores*, ad duodecim.

Item ex concilio Triburienſi, c. 24.

¶ Vſque ad annos xij. paternæ voluntatis puella ſubiacebit arbitrio. C. II.

2 PVella [h], ſi ante xij. annos ætatis ſponte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumpſerit, poſſunt ſtatim parentes eius, vel tutores id factum irritũ facere, ſi voluerint. At ſi annum [i], & diem, id diſſimulando conſenſerint: vlterius nec ipſi, nec ipſa [k] mutare hoc poterunt. ¶ Si vero † in fortiori ætate [l] adoleſcentula, vel adoleſcens ſeruire Deo elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

† porro ſi orig

2 [3] *Velamen autem nulli ſanctimoniali, alteri imponere licet.*

Vnde Eutychianus Papa ait.

¶ Abbatiſſa præſumens velare virginẽ, vel viduam, excommunicetur. C. III.

3 Cõſ. Pariſ. l. 1. ca. 41. & cap. l. 1. c. 76. concor.

4 STatuimus, vt ſi abbatiſſa, aut quælibet ſanctimonialis poſt hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præſumat, iudicio canonico vſque ad ſatisfactionem ſubdatur.

4 Bur l 8. c. 17 Iuo p. 7. c. 38. Pan. l. 3. c. 194.

3 *Hac auctoritate prædicta* [m]. *& paterna profeſſione docetur adſtringi quilibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorũ propoſito ſuſcepto perhibetur teneri, niſi tonſurã vel religioſam veſte parentes mox viſam abdicauerint. Paruuli vero, dum offeruntur, non niſi ſub multorum teſtimonio ſuſcipiendi ſunt.*

Vnde in nona † ſynodo legitur.

† al. octaua

¶ Infantes oblati à parentibus ſub plurimorum teſtimonio ſuſcipiantur. C. IIII.

OPortet infantes cum voluntate, & conſenſu parentum, immo ab ipſis parentibus oblatos, ſub plurimorũ [n] teſtimonio ſuſcipi: vt omnis occaſio maledicti [o] gratia excludatur hominũ peſſimorũ [a].

¶ *Eſt in eodem libello B. Baſilij, & eodem capite, in quo eſt eſſirma. ſupra e, q. 1. & ſequitur continenter poſt illud.*

[a] ¶ Peſſimorum.] *in eo libello eſt*, plurimorum.

QVAESTIO III.

1. p[s] QVòd autem [p] qui inuitus propoſitum religionis ſuſceperit, non ſit cogendus ad inuiti propoſiti obſeruationem, teſtatur Leo Papa epiſt. 9. al. 92. ad Ruſticum epiſcopum, c. 12. dicens.

i ¶ *At ſi annum.*] niſi ita longe ſit monaſterium, vt intra hoc tempus non poſſit inueniri: tunc maius ſpatium habebit. arg. 17. qu. 2. ſi quis incognitus. H. tamen dicit, quod hoc factum narratur, quod poteſt accidere. & ſicut pater reuocat votum filiæ, ſic & iuramentum reuocat, 32. q. 2. mulier. decretalis tamen dat annum, vt extra de reg. ſi quis. "Sed a quo tempore currit annus iſte? Videtur, quòd a tempore ſcientiæ, vt 2. quæſt. 6. §. biduum. Vel a tempore admonitionis, vt extra de conceſ. præbend. & eccle. non vacan. quia diuerſitatem. Vel numquid erit continuum, ita quod cedat ignoranti. ff. de his qui not. infa. genero? credo quod incipiat à tempore ſcientiæ, arg. 17. q. 2. ſi quis incognitus.

" annus quo pater filiũ à religione reuocare põt, quñ incipit currere.

k ¶ *Nec ipſa.*] vſq; quo peruenerit ad legitimam ætatem, vt ext. de deſpon. impub. de illis.

l ¶ *In fortiori ætate.*] id eſt, poſt annos pubertatis.

S*tatuimus vt ſi.*] SHAC AVCTORITATE. Hæc eſt 3. pars q. ſecũdum Io. de Fan.

CASVS. Concludit nunc Gratian. ex illo c. ſi in qualibet. quod ſi filij a parentib. fuerint oblati, vel ſi præter voluntatem parentum habitum ſuſceperint, nec ſtatim fuerint reuocãti, quod oblatione paterna & propoſito ſponte ſuſcepto tenentur adſtricti. poſtea dicit, quod paruuli ſub multorum teſtimonio ſunt offerendi, ad quod inducit ſequens cap. cuius caſus patet per ſeq.

m ¶ *Prædicta.*] ſupra eadem, ſi in qualibet.

O*portet*] *Plurimorum.*] Hoc ideo fit, quia quæ fiunt publice, non de facili admittunt contradictionem poſtea, vt 8. q. 1. licet. Ioan. de Fan.

o ¶ *Maledicti.*] ideſt maledicendi

QVòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima parte probat magiſter per tres auctoritates, quod ſicut voluntarij profeſſi non poſſunt exire monaſterium, ſic inuiti non debent teneri: quia non vult Deus coacta ſeruitia. Secunda ibi, *Cum dicitur*. Tertia ibi, *Si vero*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proponitur tertia quæſt. qua quæritur an puer vel puella, qui, vel quæ cogitur ſuſcipere habitum, compellatur illum obſeruare? Et certum eſt, quod non. Idem eſt de quolibet alio, niſi propter dilectum cogatur intrare religionem, vt 81. diſt. dictum. & 50. diſt. ſi ille.

p ¶ *Quòd autem.*] "Certum eſt, quod qui coactus intrat religionem, non obligatur. j. e. q. 1. c. ſicut. dũmodo talis ſit coactio, quæ cadat in conſtantem virum, vt extr. quod metus cau. cum dilectus. nec etiam conditiona

"Coactio impedit obligationem.

tionalis coactio obligat aliquem, vt extra quod me. cau. perlatum. quod verum eſt, niſi aliquis ex timore intraret religionem propter maleficium quod fecit. Ioan.

Propoſitum monachi.] C A S V S. Quidam monachi habitum proprio arbitrio ſuſceptum deſerentes, ad militiam vel ad nuptias redierũt, quæſitũ eſt à Leone quam pœnam pati debeant? Et reſp. quod publicæ pœnitentiæ ſubiici debeant, & ad monaſteria reuerti: quia licet alias innocens ſit militia, & honeſtum poſſit eſſe coniugium, transgredi tñ videntur qui deſerunt meliora.

a ¶ *Publica.*] " vt quòd monachi & monachæ pro delictis ſuis publicam faciant pœnitentiam, vt 27. q. 1. virginibus. Sed poteſt intelligi de publica quę fit in clauſtro [a], de qua agit 30. diſt. ſi quis presbyter. & 28. diſt. pſbyter.

b ¶ *Militia*] 23. q. 1. militare.

c ¶ *Meliorum*] ſolus ille ergo transgreditur votũ, q deſerit maius bonum propter minus vel par. Sic 17. q. 1. qui bona. & ext. de vo. & vo. redemp. per totum.

1 Pol. l. 4. ti. 34. Anſ. l. 7. c. 187. Burc. l. 8. c. 8. Iuo p. 7. cap. 19. P. a. l. 3. c. 182.

† al. eos

† al. vouit quis

" Monachi an faciant publicã pœnitentiam.

† al. meliorem] al. meliorris

a Sub. non autẽ de ſolenni. vt 50. diſt. confirmandũ. & c. alloru. ſecundum L.

¶ Non poteſt deſeri propoſitum monachi ſponte ſuſceptum. C. I.

1 PRopoſitum monachi proprio arbitrio, & † voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſq; peccato. Quod enim vouit † Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta ſingularitatis profeſſione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus eſt: publicæ [a] pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt: quia & ſi innocens militia [b], & honeſtum poteſt eſſe coniugium: electionem tamen meliorum † [c] deſeruiſſe, transgreſſio eſt.

Item ex concilio Toletano 6. c. 6.

¶ Qui religioſum habitum ſponte ſuſceptum deſerere voluerit, ad ipſum redire cogatur. C. II.

2 Burc. l. 8. c. 14. Iuo p. 7. c. 55.

2 PRoclivis [d] curſus eſt ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorũ. Quamobrem quiſquis virorum, vel mulierum habitum ſemel induerit [e] ſpõtanee religioſum, aut ſi vir dedit° eccleſiæ choro, aut femina fuerit, aut fuit delegata puellarũ monaſterio in vtroque ſexu præuaricator ad propoſitum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monaſterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio deſerto res permanere voluerint: ſacerdotali ſententia ita Chriſtianorum cœtu habeantur extorres, vt nec [a] locus eis vllus ſit communionis. Viduæ quoque (ſicut vniuerſalis ſynodus iamdudum ſtatuit [3]) profeſſionis, vel habitus ſui deſertrices ſuperiori ſententia condemnentur.

3 In Tole. 4. c. 55.

a ¶ Vt nec locus.] *In libro cõciliorum Lucenſi regio legitur*, vt nec locutio cum eis vlla ſit communis. *Reliqui vero codices concordant cum Gratiano. Apud Iuonem eſt*, vt nec locus eis vllus ſit communis.

Proclivis curſus] C A S V S. Quidam monachi vel moniales virgines vel viduæ habitum eorum ſponte ſuſceptum deſerebãt, de quo cum quæſitum eſſet in concilio Toletano, ſtatuit cõcilium, vt inuiti per excõicationem ad monaſteriũ redire cogantur.

d ¶ *Proclivis.*] quia omnis ætas ab adoleſcentia. & c. 12. q. 1. c. 1.

e ¶ *Semel.*] propter hoc verbum, ſemel, dicit H. non eſſe decre. extra de reg. ad noſtram. vbi vſque ad triduum datur licentia exeundi: ſed certe illud ideo fuit, quia adhuc erat vicinus annis pueritiæ, & quia non fuerat in probatione, & quia illectus erat. Et habes hic arg. quod ſufficit aliquem ſemel conſenſiſſe, vt 8. q. 2. dilectiſsimi. & ext. de deſpon. imp. de illis. extra qui ma. ac. poſ. inſuper. ff. de aqua plu. arc. in diem.

4 Et in Aquiſgran. c. 85.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 7. [4]

¶ Semel in clero taxati, vel monaſteriis deputati ad militiam non redeant. C. III.

5 Ex priſca verſione. bur. l. 8. c. 4. Iuo p. 7. c. 18

5 EOs, qui ſemel in clero [f] taxati fuerint, ſiue in monaſterio deputati, decreuimus neque ad militiam [g], neque ad honores ſæculares [h] venire. Eos autem, qui hoc auſi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint †, vt ab hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei ſibi propoſuerunt, conuenit anathematizari.

† al. voluerint

Eos qui ſemel.] C A S V S. Statuit concilium Chalcedonen. quòd clerici vel monachi, qui ad militiam, vel honores ſæculares redierunt, niſi redierint ad clericatum, vel monachatum, anathematizentur.

f ¶ *In clero.*] ergo qui recipit ſimplicem tonſuram, eam non deſerit, cũ talis dicatur clericus. 21. diſt. cleros. & 54. diſt. ex antiquis. " Nunquid ergo clericus vxoratus feret tonſuram? Arg. quòd ſic. 32. diſt. ſi quid vero. e ctr. de vi. & ho. cle. clericus. 12. q. 1. quia nam etiam depoſitus eam feret, vt 81. diſt. dictum. quod credo verum eſſe ſi vult vti priuilegio clericali. alioquin ſecus eſt. Secus tamen videtur ſi clericus ſumit viduã in vxorem. 84. diſt. quiſquis. hodie clericus vxoratus non tenetur ferre tonſuram. extra de cle. coniug. c. Ioannes.

" Clericus coniugatus an teneatur ferre tonſuram.

g ¶ *Ad militiam.*] vt 24. q. vlt. quicunque.

h ¶ *Ad honores ſeculares*] in quibus exercetur iudicium ſanguinis, vt 12. q. vlt. his à quibus, Vel in quibus turpia lucra exercentur, & quod ipſe in propria perſona vult exercere. " Aliàs autem licitum eſt epiſcopis & clericis habere ſæculares principatus, dum tamen exerceant per alium cauſam ſanguinis [b], vt 88. diſt. epiſcopus gubernationem. & 5. q. 4. quia Ioannes.

"clerici ſæculares principatus hic poſſunt.

b Quod dic vt ext. lib. 6. ne cle. vel mo. c ſu.

C V M D I C I T V R. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat magiſter à contrario ſenſu, quòd ſi inuitus intrauit, poteſt exire. & hoc probat per c. Nicolai. Ioan. de Fant.

C A S V S. Dictum eſt ſupra in c. propoſitum. & 2. ſeq. quòd habitus ſponte ſuſceptus deſeri non poteſt ſine peccato. Nunc vero argumentatur Gratianus a contrario ſenſu, ſcilicet quòd ſi quis inuitus habitum ſuſcipiat, ſeruare nõ cogitur: quod probat per ſequentia cap.

2 *Cum dicitur propoſitum monachi proprio arbitrio, & voluntate ſuſceptum, intelligitur, quòd ſi propria voluntate ſuſceptum non fuerit, obſeruari non cogitur.*

Vnde Nicolaus Papa ſcribit omnibus epiſcopis in regno Ludouici.

¶ Monaſterialibus diſciplinis nullus ſubliciatur inuitus. C. IIII.

6 Iuo p. 6. c. 356.

6 PRæſens clericus nõie Lambertus vnà cum patre ſuo, nomine Attho, quondã videlicet comite [i], nunc autem clerico, ad limina Apoſtolorũ properans adiit præſentiam noſtram, aſſerẽs qualiter idẽ pater eius in laicali adhuc ordine † in prædiis propriis ædificaſſet duo monaſteria, volũtatem gerens, vt poſt ſuũ deceſſum præſens eius filius Lambertus in locum [k] eius ſuccederet: quem infra teneram ætatẽ inter octauum [l] & decimum annum cõſtitutum memorat° pater proprio arbitrio abſque regulari inſtitutiõe extra omnem illius voluntatem cucullã induit. Igitur poſt quoddam ipſius temporis ſpatium (vt ipſe dicit) Salomon epiſcopus cum quibuſdam aliis abſque patris oblatione, vel abbatis percepta benedictione eundem Lambertum monaſticum habitum induere fecit (vt ferunt) inuitum: & ſub hac occaſione, paterna, ſeu materna hereditate à fratribus ſuis priuatum eſſe, atque contra omnem (vt dictum eſt) voluntatem ſuam, quaſi regularem illum monachum permanere volunt †. Super qua re diligenti cura inueſtigantes etiam ſub adiuratione patrem [m] ipſius, ſi

† al. habitu

† al. volunt

Præſens clericus] C A S V S. Attho clericus quondam cõmes duo monaſteria in propriis prædiis ædificauit, qui cupiens Lambertũ filium ſuum poſt deceſſum ſuum in loco ſibi ſuccedere, in nono anno ipſum inuitum cucullam induit, poſtque aliquantulum temporis Salomon epiſcopus cum quibuſdam aliis monaſticum habitum præfatum Lambertum induere fecit inuitum (vt idem Attho referebat) & propter hoc fratres eum priuabant paterna hæreditate vel materna. Super quo facto cum dictus Attho apud Nicolaum querelam depoſuiſſet, Nicolaus Papa à dicto Atthone veritatem ſub iureiurando inueſtigauit, qui confeſſus eſt quòd filius ſemper fuit inuitus nec vnquam regulam aliquam promiſit. & ſi ſciuiſſet regulam monaſticam eſſe tam duram, nunquam eum coegiſſet portare cucullam. Scribit ergo Nicolaus omnib. epiſcopis de regno Ludouici, quibus narrat omnia ſupradicta, & mandat eis, vt veritatem hanc diligenter inueſtigent: & ſi vera inuenerint quæ dicuntur, nec ad habitum compellatur inuitus, nec hac occaſione paterna vel materna hæreditate priuetur, cum nullum bonum ſit niſi voluntarium: ſed tamen inter religioſos clericos commoretur donec Deus forte dederit ſibi voluntatem monaſticum habitum ſpiritualiter aſſumẽdi.

i ¶ *Comite.*] arg. quòd ſtatim deſinit quis eſſe comes quam cito fuerit factus clericus. 27. q. 2. ſcripſit. " Item habes hic quòd miles poteſt eſſe clericus. Nec obſtat 51. diſt. ſi quis poſt acceptum. quia loquitur de illis qui facti ſunt irregulares. 54. diſt. curiales.

" Miles põt eſſe cleric°.

k ¶ *In locum.*] id eſt, in adminiſtrationem, vt fieret poſtea adminiſtrator loci illius. nec fuit hoc peccatum ſic concipere in animo, dummodo non ducatur in pactum. extra vt eccl. benef. vt noſtrum. in fi. licet ſit arg. contra. 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. & c. qui ſtudet. & extr. de ſimon. tuæ. & in auth. de ſanct. epiſ. §. generaliter. coll. 9. Vel loquitur de ſucceſsione alterius cuiuſcunque rei. " Et loquitur hoc cap. ſecundum quorundam prauam conſuetudinem, qui monachos non admittunt ad ſucceſsionem, quod eſſe non debet, vt ſupra cauſa prox. q. vlt. non liceat.

" Monachi ſunt ad ſucceſsionẽ ad mittendi.

l ¶ *Inter octauum*] id eſt, in nono anno, qui eſt medius inter 10. & 8.

m ¶ *Patrem*] arg. quòd vnius teſtimonium admittitur. 76. diſt. tanta. ſed forte hic aliquæ præſumptiones præceſſerunt. vel dic, quòd ideo auditur, vt poſtea poſsit melius liquere de veritate. vnde in fine dicitur, ſi ita eſt, vt iſti dicunt. Et ſecundum hoc eſt argum. quòd poſt apertas atteſtationes admittuntur alij teſtes ſuper eodem capitulo

pitulo quando aliquid diminute probatum eſt, vt extra de conſan. & aff. ex litteris. De hoc dixi 4. q. 3. §. 1. & eſt ſi. 2. q. 5. Mennam. Item habes hic, quòd teſtimonium patris auditur pro filio ad dirimendum matrimonium ſpirituale, vt extra qui ma. ac. poſ. videtur. Item habes hic, quòd timor patris [a] impedit matrimonium ſpirituale, licet ſecus videtur in matrimonio carnali, vt ff. de rit. nup. ſi patre cogente. Sed intellige de leui coactione.

a istam glo. ſequit Bar. in l. ad inuidiã. C. quod me. cã idem tenet Im. in c. cũm matrimonij. de offi. del. ſed dic, quòd requiritur, ꝙ pcedant nomine à pře, vt per Bar. in l. interpoſitas C. d traſ. & noc. Cyn. & Bal in l. 1. C. de bo. ma. Item per eũdem Bal. c. 1. § itẽ ſacramẽta. de pa. iu. fir & l ſi. ne. in pr C. ad Vel. per An. de Bu. in c. cum virũ & ibi tex. in miſericordia ſing. ex: de reg. per Bar. in l. tranſactionẽ. C. de tranſac. per do. Ab in c. non ne de præſum.

† al. pallio] aliquot manuſc. Iuo. Pſal. 53. 118. 108.

b Sub. cum nemo ad vitam religioſam coget, vt ſupra e q. 1. ſicut argu. 31. q. 1. integritas. hoc etiam inuenitur in ſſa præcedenti ibi, propria volũtate, &c.

Matth. 10.

a ¶ *Quod nunquam.*] ſed qualiter de hac negatiua potuit iuramentum præſtare, cum negatiua etiam probari non poſsit, vt ext. de prob. quoniam. & ext. de ele. bonæ memoriæ. circa fin. Nam anceps eſt periuriũ quod fit de alieno facto, vt ff. de in lit. iur. videamus? Reſpon. ſic probari poteſt, quòd quãdocumque voluit illum fieri monachum, ille noluit. & hoc ſufficit ad probãdam negatiuam, vt extra de prob. tertio.

a ¶ *Nullum quippe bonum.*] vitæ æternæ remuneratorium. 45. diſt. qui ſyncera. & ſic non eſt contra. infra 23. q. 5. ad fidem. & q. 6. c. 1. contra. infra 23. q. 1. paratus. contra ſupra 45. diſt. & qui. quæ ſunt contra.

c ¶ *Religioſos.*] id eſt, regulares canonicos. & ſecũdum hoc eſt conſilium [b]. Vel dic quòd ex quo ſemel apparuit in veſte religionis, debet ſemper religioſe viuere, id eſt, non penitus ſæculariter, ſecundum quod intelligitur extra de reg. conſulti. in fi. Dicuntur enim non ſolum monachi, vel regulares religioſi, ſed etiam clerici, vt 1. q. 1. nullus itaque. & etiam laici, vt 28. diſt. ſi qua vidua. Io. de F.

SI VERO. Hæc eſt tertia pars q. in qua dicitur, quod puniuntur monachi, qui cauſa cupiditatis alliciunt homines. Io. de Fan.

CASVS. Supradictum eſt quid iuris ſit de coactis ad habitum ſuſcipiendum. Nunc oſtendit Grat. quid iuris ſit de illectis ab epiſcopis vel abbatibus ad religionis habitum ſuſcipiendum, & dicit quòd debent in religione perſeuerare: res vero eorum hæredibus reſtituantur.

Conſtituit.] CASVS. Quidam epiſcopi, vel abbates quorundam hæreditatem cupientes, eos illexerunt, vt monaſticum habitum induerent: quare quæſitum fuit in Moguntin. concil. quid ſit de his faciendum? Et reſp. quòd epiſcopi, vel abbates ſicut turpis lucri ſectatores canonicæ pœnitentiæ ſubijciatur: illecti vero in monaſterio perſeuerent: ſed hereditates eorum heredibus reddantur.

verum diceret, interrogauimus: ſed idem pater Attho reſpondit ſe talem habuiſſe, & habere voluntatem, vt filius ſuus verus monachus fieret, & in locum eius ſuccederet. Sub teſtificatione autem iureiurando firmauit: quod quando primitus ei cucullam induit, idem Lambertus ſemper reſtitit, & nunquam ſe fieri monachum cõſenſit: ſed demum ab inſequentibus monaſtico habitu violenter eſt indutus, aſſerens, quòd nunquam [a] regulam aliquam promiſit, neque ego pater eius pallio † altaris indutum illum obtuli, neque à quocunque ſacerdote, vel abbate (vt mos poſcit) benedictione percepta regulæ vnquam ſe monachum ſubiectum futurum promiſit. Super his omnibus etiam poteſtatus eſt præfatus clericus Attho, quia ſi eo tempore, tam duræ obſeruantiæ monaſticam intellexiſſet regulam, nunquam eundem filium Lambertum coegiſſet portare cucullam. Quapropter conſulte pſalmographi verba recolentes, quibus voluntarie ſe Deo ſacrificare pronuntiat, & voluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat: præſentem, vt dictum eſt, clericum nomine Lambertum minime debere exiſtimauimus ſub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit: quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum [b], niſi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia vlli inferatur, præcepit. Quapropter conſultius agetur, ſi piis ſuaſionibus cõtemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quam violentiam inferendo, ad cæleſtem amorem, illum accenderitis. Vnde omnium veſtrum charitati hanc noſtri Apoſtolatus mandare decreuimus epiſtolam, monentes, atq; præcipientes, quatenus (ita verum eſt, vt iſti dicunt) nullus epiſcopus, vel abbas, ſeu monachorum reliquorũ conuentus monaſticis illum regulis inuitum ſubiacere compellat, neque vllo modo fratres eius per hanc occaſionem licentiam habeant paterna, ſeu materna illum hereditate priuare: ſed vſque dum diuina inſpiratione cõpunctus propria voluntate regulæ ſe ſubdat: liceat eum a mundanis, & laicalibus remotum vagationibus, vel negotiis inter religioſos [c] & eccleſiaſticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus (quod abſit) canonicos religioſos à ſanctorum monachorum vita, & conſortio ſeiunctos: quia vnuſquiſque ſecundũ Apoſtolum propriam mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum. 1. Cor. 3.

3 *Si vero epiſcopi, vel abbatis illecti promiſſionibus aliqui tonſuram, vel religionis veſtem ſuſceperint, ipſi quidem in eo, quod cœperunt, permaneant: res vero eorum heredibus ſuis reſtituantur.*

Vnde in Moguntino concilio legitur. [1] 1 in Cabil. 1. c. 7.

¶ De hac citatione dictũ eſt ſupr. 16. q. 7. c. pen.

¶ Reſtituantur heredibus res eorum, qui ab epiſcopis, vel abbatibus decepti comam depoſuerunt. C. V.

2 CONſtituit ſane ſacer iſte cõuentus, vt epiſcopi, ſiue abbates, qui non in fructum animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali perſuaſione ſurripuerunt: pœnitentiæ canonicæ (vt pote turpis lucri ſectatores) ſubiaceant. Hi vero, qui illecti comam depoſuerunt, in eo, quod cœperunt, perſeuerare [d] cogantur [e]: res vero eorum heredibus reddantur. 2 ſupra 16. q. 7. conſtituit. Bur. l. 8. c. 93 Iuo p. 7. c. 111.

QVÆSTIO IIII.

1 QVòd vero [f] *ab vno monaſterio in aliud diſtrictius tranſire monachis liberum ſit, ex concilio Triburienſi habetur: in quo ſic ſtatutum eſt.* [3] 3 Simile in concil. Triburienſ. q̃ extat, c 16.

¶ Non ſunt prohibendæ virgines ſacræ, quæ cauſa religionis aliud monaſterium adire deſiderant. C. I.

4 VIrgines [g] ſacræ, ſi pro lucro animæ ſuæ propter diſtrictiorem vitam ad aliud monaſterium pergere diſpoſuerint, ibidemque cõmanere decreuerint, ſynodus concedit. Si vero fuga diſciplinæ alium locum quæſierint, redire cogantur. 4 Burch l. 8. c. 22. Iuo p. 7. c 42.

Quod autem de virginibus ſacris hoc capitulo ſtatuitur, de monachis etiam conſequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico.

d ¶ *Perſeuerare.*] non ibi [c], ſed in alio monaſterio, vt extra de ſimo. veniens. Ioan. [d]

e ¶ *Cogantur.*] ſed quare hoc eſt, cum eccleſia non debeat fraudem facere in ſuis contractibus vt ext. de don. per tuas. Et contractus dolo initus, nullus eſt ipſo iure, vt 15. q. 6. c. 1. & ff. de dol. & eleganter. Sed dic, quòd licet hic dolus dederit cauſam contractui: ipſe tamen non eſt deceptus, qui ſe Chriſto cõiunxit. Vel dic quòd hoc potius eſt imputandum fatuitati ſuæ, quam dolo illius, vt ext. quod me. cau. cum dilectus. ſimiliter contractum matrimonium non reſcindit dolus. Et eſt ſi. extra de conuer. coniu. ex parte. & c. veniens. in fin. vbi propter deceptionem nõ retractatur ingreſſus. Et eſt mirum, quòd in ſpiritualibus contractus dolo initus tenet, ſed contractus metu initus non tenet, cum ſecundum leges penitus cõtrarium ſit. nam ſecundum leges contractus dolo initus nullus eſt, ſed cõtractus metu initus tenet, licet reſcindatur per actionẽ quod met. cauſ. ff. quod me. cau. per totum.

c Hoc ideo quia ſimonia cum habuit ingreſſum.

d Vnde dic perſeuerare, ſ. in propoſito, non in eodem monaſterio.

f Vod vero ab] Hæc q. diuiditur in duas partes. In 1. dicitur, quod de minori regula poſſit quis tranſire ad maiorem. Secunda ibi, *Sed obiicitur.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proponitur 4. q. in qua quæritur vtrũ ab vno monaſterio in aliud diſtrictius liceat monacho tranſire? Et reſp. quod ſic, Grat. tamen hoc ordine procedit. Primo probat ꝙ poteſt, poſtea ꝓbat contrarium. Hoc tamen eſt hodie ſecundum moderna iura diffinitum, vt extra de reg. licet.

f ¶ *Quod vero.*] Hæc quæſt. determinat ſupra 19 q. 1. in ſumma.

Virgines.] CASVS. Quæſitum eſt in concilio Triburien. vtrum ſacræ virgines poſſunt tranſire de ſuis monaſteriis ad alia monaſteria? Et reſp. quod propter diſtrictiorem vitam poſſunt, propter vero fugam diſciplinæ non poſſunt.

g ¶ *Virgines.*] loquitur de virginibus talibus, quæ habent vitam canonicorum, de quibus agitur 12. q. vltim. c. vlt. Sed aliæ virgines debent petita licentia recedere ad diſtrictiorem religionem, & non cauſa leuitatis, vt ext. de reg. licet. Ioan. de Fan.

QVOD AVTEM. CASVS. Dicit Grat. in hoc §. quòd illud quod dictum eſt de virginibus, etiam de monachis & quibuſdam clericis eſt intelligendum: poſtea probat contrarium Grat. Sequens vero c. planum eſt.

SED

SED OBIICITVR. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probatur, quòd monachi non poſſunt votum facere in monaſterio ſine conſenſu abbatis. Ioan. de Fant.

a MOnacho.] ¶ *Vouerit.*] vel etiam ſi facit votum prius, quàm intret monaſterium. arg. 33. q. 5. noluit. & intelligas de voto abſtinentiæ, per quod alij ſcandalizentur.[a]

a Arg. 40. d. c. 1. & ſic et not. d vnore 33. q. 5. manifeſtū. q^d ergo d^e, ita agendum, dic ſecūdū H. ſi abbas voluerit vel inter fratres ſcādalū generet, aliàs non, ſi de reb^9 monacho liceat, ſecūdū Hug.

MOnachum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima dicitur quòd nullus recipiat monachum alterius ſine abbatis ſui permiſsione, & ſi receptus fuerit, reuocetur. In ſecunda parte dicitur, quòd nec clerico nec monacho ad alium epiſcopum licet diuagari ſine commendatitiis litteris ſui epiſcopi: qui ſi verborum increpatione non poterunt corrigi, debent verberibus caſtigari. In tertia parte dicitur, quòd monachus ſolitariam cellam habere non debet, niſi abbas ei permittat, vel propter infirmitatem vel propter emeritos labores intra ſepta monaſterij. In quarta parte dicitur, quòd abbas non debet habere diuerſas cellulas, vel plura monaſteria niſi propter incurſum hoſtilitatis. Secunda pars eſt ibi, *Item clericis.* Tertia ibi, *Seruandum.* Quarta ibi, *Abbati quoque.*

1 Pol. l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 9. Iuo p. 7. c. 32.

2 Iuo p. 3. c. 157.

3 Ex eodem conc. c. 38. & Venet. c. 5. Pann. l. 3. c. 67.

4 Concor. Iulian^9 anteceſſ. nouel. 123. c. 53.

b ¶ *Monaſterium.*] quod non eſt ſtrictius, vel eſt ſtricti^9, forte tranſiuit cauſa leuitatis, vt 19. q. 3. ſtatuimus.

c ¶ *Item clericis.*] ſecunda pars.

d ¶ *Verberibus.*] moderate tamen. 45. diſt. cum beatus.

e ¶ *Remittatur.*] * Ergo abbas poteſt diſpenſare in remittenda regula, vt hic, & de conſe. diſt. 5. carnem. nam & diſpenſare poteſt circa ordines, vt ext. de eo qui fur. or. receum H. lator. & circa canonem latæ ſententiæ, vt ext. de ſen. exc. cum illorum. Ioan. de Fant.

* Abbas in aliquo^b diſpenſat.

VERVM. CASVS. Modo ſoluit Gratian. dicens quòd præmiſſa duo capitula intelliguntur de illis qui inter fratres volunt regulam diſtrictiorem abſtinentiæ ſeruare, de quo fratres ſcandalizantur. vel dicitur quòd in his duobus cap. ſtatutum eſt propter illos qui votum peregrinationis aſſumunt cauſa vagandi, regulam diſciplinamque fugientes: quod nec clerico, nec monacho licet.

Rebipresbyter.] CASVS. Supra facta interpoſitione in quinque cauſis de ſtatu monachorum: reuertitur Gratianus ad tractatum de ſtatu clericorum: continuans ſuum tractatum ex fine vltimi capituli vigeſimæ cauſæ, vbi dictum eſt, quòd abbas non debet habere plures eccleſias, ſiue plura monaſteria: ſed quia idem eſt ſeruandum in clericis, ſcilicet quòd non debent habere plures eccleſias: ideo hanc 21. cauſam ſubnectit: in qua oſtendit quòd clerici non debēt habere plures eccleſias niſi in caſibus exceptis. Tractat etiam de procurationibus ſæcularium negotiorum: & de fulgidis veſtibus: & ne clerici ſua auctoritate ad alias eccleſias tranſeant, quæ vt melius pateant, thema proponit, de quo quinque elicit quæſt.

IN duabus eccleſiis.] CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, vbi quæritur an clericus poſsit intitulari in duabus eccleſiis? Et reſpondet quòd nō, niſi in ſex caſibus. Vnus eſt, cum eccleſiæ pauperes ſunt, vt 10. quæſt. 3. vnio. Secundus eſt, propter diſpenſationem epiſcopi, vt 70. diſt. ſanctorum. Tertius eſt; propter paucitatem clericorum, vt infra ead. cap. 1. in fin. Quartus eſt, cum habet vnam intitulatam clericus, & aliam commendatam. infra eadem, qui plures. Quintus eſt, ſi Papa hoc concedit, vt infra eadem, ca. relatio. Sextus eſt, cum vna adhæret alteri, vel dependet ex altera, vt in ſecundo Lateranenſi conſilio, exſtirpandæ.

f ¶ *In duabus*] ** De iure cōmuni nullus poteſt habere plures eccleſias [b], niſi in ſex caſibus, ſcilicet quādo eccleſiæ tenues ſunt, vt 10. q. 3. vnio. Et ſi vna pendet ex altera, vt extra de ætate, & qualitat. eam te. Et ſi habet vnam intitulatā, & aliam commendatam, vt infra eadem, qui plures. extra de elect. dudum. Et ſi epiſcopus diſpenſat cū aliquo, vt 70. diſtinct. ſanctorum. Et vbi eſt paucitas hominū, ſcilicet extra ciuitatem, vt infra eadem, cap. 1. in fin. Item ſi eccleſia adhæret præbendæ, vt extra de præbend. exſtirpandæ. Ioan. Vnde Hoſtienſis dat tales verſus.

Eccleſias plures nullus de iure tenebit,
Dependens tenuis, rarus, vel gratia Papæ.
Vtilitas vrgens, & commendatio iuſta.
Plures eccleſias permittunt iſta teneri.

** Plures eccleſię ab eodem quibus caſibus hii poſſint.

b ſcilicet intitulatas de iure co. C. qui nū. non poſ. l. 4. §. in poſterū. lib. 12. nec duos honores. ff. ad muni. liberto^9. §. preſcriptio. ſecundū L. & de hoc no. ext. d præb. c. præterea.

2 *Sed obiicitur illud Baſilij.*

¶ Vota monachi ſine conſenſu abbatis ſui irrita ſunt. C. II.

1 MOnacho non licet votum vouere ſine conſenſu abbatis ſui: ſi autem vouerit [a], frangendum erit.

¶ *Senſus huius capitis aliquo modo elici poteſt ex ſermone 2. de inſtitutione monachorum. & c. 28. monaſticarum conſtitutionum B. Baſilij.*

Item illud Agathenſis concilij, c. 27.

¶ Monachum nullus ſuſcipiat, aut ordinet abſque abbatis ſui permiſſu. C. III.

2 MOnachum niſi abbatis ſui aut permiſſu, aut voluntate ad alterum monaſterium [b] commigrantem nullus abbas ſuſcipere, aut retinere præſumat, ſed vbicunque fuerit, abbati ſuo auctoritate canonum reuocetur. ¶ 3 Item clericis [c] ſine commendatitiis litteris epiſcopi ſui licentia non pateat euagandi. In monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur: quos ſi verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus [d] ſtatuimus coerceri. 4 Seruandum quoque de monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat à congregatione diſcedere, niſi forte probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior, abbatis licētia [α], regula remittatur [e]. Quod ita demum fiat, vt intra eadem monaſterij ſepta manentes, tamen ſub abbatis poteſtate, ſeparatas habere cellulas permittantur. Abbati [β] quoque ſingulas diuerſas cellulas, aut plura monaſteria habere non liceat, niſi tantum propter incurſum hoſtilitatis intra muros receptacula collocare.

α ¶ Licentia.] *Hæc vox abeſt à vetuſtioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobuſque item Gratiani exemplaribus. In recentioribus autem Colonienſibus editionibus legitur,* aſperior abbatibus regula permittatur. *Sed apud Iulianum anteceſſorem nouella 123. num. 53. vbi ſimile habetur, licentia abbatis requiritur.*

β ¶ Abbati quoque.] *Sic in aliquot conciliorum editionibus. In aliis autem præcipue in Colonienſi quattuor tomorum legitur,* abbatibus quoque ſingulis diuerſas cellulas.

Verum hoc intelligendum eſt de monachis religioſe viuentibus: quibus vota ſpecialis abſtinentiæ, vel alicuius diſtrictionis, quæ generalem conſuetudinem ſuorum fratrum excedat, ſine abbatis conſenſu vouere non licet: ne ſuper eos fratres ſcandalizentur. Cauſa etiam illorum ſtatutum eſt hoc, qui regularem diſciplinam ſubterfugientes peregrinationis vota ſibi aſſumunt: quod nec monacho, nec alicui clerico licet: ne hac occaſione ad ſæcularem conuerſationem redeat.

CAVSA XXI.

ARchipresbyter cuiuſdam eccleſiæ, præpoſituram alterius accepit: nec priorem vult relinquere: ſæcularium quoque negotium procurator efficitur: clarís, & fulgidis veſtibus ſe exornans: ab epiſcopo ſuo correptus, relicto officio ſuo ad ſæcularem iudicem habet confugium.

1 Primum quæritur, an clericus in duabus eccleſiis poſsit conſcribi.

2 Secundo, ſi vnam voluerit relinquere, an liceat ei ad aliam tranſire.

3 Tertio, an procurationes ſæcularium negotiorum clericis liceat ſuſcipere.

4 Quarto, an claris, & fulgidis veſtibus eis ornari expediat.

5 Quinto, an ab epiſcopo correpti ſuum officium relinquere, & ad ſæcularem iudicem confugere valeant.

QVÆSTIO I.

IN duabus [f] eccleſiis aliquem connumerari poſſe ſeptima ſynodus prohibet dicens, cap. 15.

¶ In duabus eccleſiis clericus conſcribi nullo modo debet. C. I.

5 CLericus ab inſtanti tempore non connumeretur [g] in duabus eccleſiis. Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri † proprium, & ab eccleſiaſtica conſuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipſa Dominica voce: quòd nemo poteſt duobus do-

CLericus ab inſtanti.] CASVS. Significatum fuit in ſeptima ſynodo, quòd vnus clericus in duabus eccleſiis intitulabatur: quare ſeptima ſynodus ſtatuit, quòd in ciuitatibus de cetero hoc non fiat. & quòd non ſit faciendū, quattuor rationibus probat: ſed in illis inopia clericorum hoc facere poteſt. Prima ratio eſt ibi, *Negotiationis.* Secunda eſt ibi, *Audiuimus.* Tertia ibi, *Vnuſquiſque.* Quarta ibi, *Qua enim.*

5 Anſ. l. 7. c. 98. Iuo p. 6. c. 32.

† al. cōmodi] *αἰσχροκερδείας.*

g ¶ *Non connumeretur.*] id eſt, non intituletur: ** quia non debet connumerari inter clericos eiuſdem eccleſiæ, niſi ſit intitulatus: nec habet vocem in electione cum aliis, licet percipiat fructus illius eccleſiæ: quia bene poteſt epiſcopus vel eccleſia concedere alicui beneficium alicuius eccleſiæ: non tamen eſt ibi canonicus, vt decimaſexta, quæſtione prima, capit. poſſeſsiones. quandoque etiam habet præbendam, & non eſt canonicus, vt extra de magiſt. cap. quia nonnulli. Et licet talem præbendam teneat corporaliter, tamen dicitur vacare de iure: vt extra de conceſsione præbend. & eccleſiæ non vacant. capit. cum noſtris. & capitul. litteras.

** præbendam poteſt quis hic, & tū non erit canonicus.

a ¶ *Dominis*] ſibi contrariis, aliàs bene poteſt, vt ff. de ope. li. duorum.
b ¶ *Neceſſitatem*] q. d. quid faciet ergo clericus ſi habeat pauperem eccleſiam? Reſp. [u] quærat victum artificio honeſto, vt 91. diſt. clericus. Sed nonne ſi eccleſia pauper eſt, debet vniri alij, vt 10. q. 3. vnio. ſic, niſi iſte ſciens à principio recipit pauperem, vnde imputet ſibi: niſi quia forte poſtea eſt depauperata. [w] Sed quæro quam eccleſiam dicas pauperem: numquid illam quæ valet decem marchas auri, vt 2. q. 6. anteriorum? Dico illam pauperem, quæ non poteſt aliquem honeſtè & ſufficienter procurare: & præterea non poteſt hoſpites ſuperuenientes recipere, vt ext. de præb. & monachis. immo depoſito tantum relinquitur quòd ſufficiat ſibi & ſuis, vt 50. diſt. ſtudeat, ſed cum omnes hoſpites indiſtincte teneantur recipere, vt 42. di. quieſcam⁹. domus clericorū omnibus debet eſſe communis, vt 16. q. 1. quoniam quidquid. ergo requiritur q ſit ditiſſima. [u] Nam diuitiæ bonæ ſunt, dummodo fiat ex eis miſericordia. 30. diſt. hoc ſcripſimus. Expedit enim epis habere diuites ſubiectos: nam imperium abundat ſi habeat ſubditos locupletes. in auth. vt iu. ſine quoq. ſuffr. coll. 2. §. 1. & potius eligēdi ſunt diuites quàm pauperes. in authen. de defen. ciu. §. quibus. Econtra videtur ſufficere quòd tantum neceſſaria habeat: & illa neceſsitas arctatur ad victum & veſtitum tantum, vt 12. q. 1. epiſcopus. ſed hoc obtinuit ſecundum illa tempora. 41. diſt. epiſcopus vilem. [u] hodie vero creuit decus eccleſiæ, creuitque Deus eccleſias, vt de conſe. diſt. 1. vaſa. Dico hæc omnia conſideranda ſecundum qualitatem perſonæ [a], & ſitum eccleſiæ. aliquid enim ſufficit vni, quod non ſufficit alij, vt 41. diſt. non cogantur. & minus ſufficit manenti extra vias communes, quam in viis: & conſuetudo prouinciæ in hoc ſeruanda eſt, vt ſupra diſt. 4. erit. & 99. diſt. ſciendum.
c ¶ *In villis.*] poteſt autem aliquis extra ciuitatem habere plures eccleſias: & hoc ideo, quia extra ciuitatem ſunt pauci clerici: & propter paucitatem clericorum multa permittuntur, vt 55. diſt. priſcis. Item ea ratione, quia qui ſunt extra ciuitatem, non ita cito inueniunt illos quibus ſua artificioſa vendant: nec ita conuenienti foro habent omnia ſicut illi qui ſunt in ciuitate.

[u] Clericus habens pauperē eccleſiam, quærat victum artificio honeſto.
Matth. 6.
[w] Eccleſiam pauperem q dicim⁹ eſſe.
1. Cor. 7.
† al. corporis
Act. 20.
[u] diuitiæ bonæ ſunt.
3 Et in Aquiſgr. c. 50. 2 Burc. l. 2. c. 96. Iuo p. 6. c. 173.
[u] decus eccleſiæ hodie creuit.
a Quod dic vt not. extr. de reſcr. cū adeo. in glo.
2. Diuitiæ facilius in ciuitate quam extra cōgregantur.
3 Agitur de hac re ſupra diſt. 70. c. ſ. & 16. q. 7. per laicos.
4 In concil. Epaunen. c. 9. Bur. l. 2. c. 81. Iuo p. 5. c. 164. & p. 7. c. 99.
† al. titulata

minis [a] ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſubſtinebit, & alterum contemnet. Vnuſquiſque enim ſecundum Apoſtolicam vocem, in quo vocatus eſt, in hoc debet manere, & in vna locari eccleſia. Quæ enim per turpe lucrum in eccleſiaſticis rebus efficiuntur: aliena conſiſtunt à Deo: ad vitæ vero huius neceſſitatem [b] ſtudia ſunt diuerſa. Ex his ergo, qui voluerit, acquirat corporis † opportuna. Ait enim Apoſtolus [Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.] Et hæc quidē in hac à Deo [α] ſeruanda vrbe. Ceterum in villis [c] [β], quæ foris ſunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

α ¶ A Deo ſeruanda.] *Antea legebatur*, in hac vrbe ſeruandum. *Emendatum eſt ex Anaſtaſij exemplaribus. Græce enim eſt*, ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει. *Apud Iuon. eſt*, in hac ſeruanda vrbe.
β ¶ Villis.] *Græce eſt*, χωρίοις. *quod Latinè patet. Significat enim ſæpe regiones.*

Sed duæ eccleſiæ intelliguntur eccleſiæ duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conſcribi.

Vnde in Chalcedonenſi conſilio, cap. 10. ſtatutum eſt.

¶ De eodem. C. II.

2 CLericum in duarum eccleſiis ciuitatum eodem tempore conſcribi non oportet.

Sed econtra nonnunquam epiſcopus ciuitatis vnius, efficitur archiepiſcopus alterius ciuitatis: nec tamen priorem eccleſiam deſerit: ſed prior eccleſia, quaſi commendata relinquitur, ſecunda quaſi titulata habetur.

Vnde Leo IIII. ſcribit.

¶ In vna eccleſia titulatus, alteram ſibi commendatam poteſt habere.
C. III.

3 QVi plures eccleſias retinet, vnam quidem titulatam, aliam vero ſub commendatione [d] retinere debet.

Sic & illud Agathenſis concilij, cap. 57. intelligendum eſt.

¶ Duobus monaſteriis vnus abbas præeſſe non poteſt. C. IIII.

4 VNum abbatem [e] duobus monaſteriis præſidere interdicimus.

Poteſt etiam vtrique tanquam titulata † præeſſe, ſed iure ſpeciali, non communi.

SED ET QVÆ. CASVS. Magiſter ſoluit prout vultis autem intelligas ſicut dictum eſt in principio quæſtionis. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad §. poteſt.

d QVi plures.] ¶ *Sub commendatione.*] & illius eccleſiæ non eſt prælatus, ſed potius procurator, vt 61. diſtinct. obitum. & cap. Catinenſis. & qui commendauit, poteſt reuocare quando vult. [u] Nam commendare nihil aliud eſt, quam deponere, vt ff. depoſiti, Lucius. ff. de verborum ſignification. commendare. dic vt de electio. nemo deinceps. lib. 6.

Vnde Gregorius lib. 2. epiſt. 13. ſeu cap. 52. ad Agnellum epiſcopum.

¶ Vnus epiſcopus duabus præficitur eccleſiis. C. V.

5 REIatio cleri ſimul & populi Tarracinenſis [α] nos valde lætificat ob hoc, quòd de tua fraternitate, bona teſtatur: Et quia defuncto Petro pontifice ſuo ſibi cardinalem [f] poſtulant conſtitui te ſacerdotem, eorū vota neceſſario complenda eſſe præuidimus. *& infra.* ¶ Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo noſtro facere feſtinato, vt digna te merces ante eius conſpectum in die retributionis inueniat. Quidquid vero de prædictæ rebus eccleſiæ, vel eius patrimonio, ſeu cleri ordinatione promotioneve, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus ſolerter, atque canonice [g] ordinare, facereque prouideris: liberam habebis (quippe vt ſacerdos proprius) modis omnibus facultatem.

¶ *Alia eſt ſententia B. Gregorij, ac Gratianus putare videatur. Nunc enim Agnellum, qui antea Fundorum erat epiſcopus quòd ea ciuitas ab hoſte eſſet vaſtata, Tarracinæ cardinalem conſtituit ſacerdotem, vt in ſequenti capite. De qua re notatum eſt ſupra diſt. 71. c. fraternitatem.*

α ¶ Tarracinenſis.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis, cum in vulgatis eſſet*, Tarraconenſis gentis. *In originali autem legitur*, Tarracinæ degentis.

C. VI.

6 ILlud quoque fraternitatem tuā ſcire neceſſe eſt quoniam ſic te prædictæ Tarracinenſis eccleſiæ cardinalem eſſe conſtituimus ſacerdotem: vt & Fundenſis eccleſiæ pontifex eſſe non deſinas [h]: nec curam, gubernationemque eius prætereas: quia ita fraternitatem tuam ſæpe dictæ Tarraconenſi eccleſiæ, ſicut præfati ſumus, præeſſe præcipimus, vt antedictæ Fundenſis eccleſiæ tibi iura, poteſtatemve nullo modo ſubtrahamus. [i]

¶ *In vetuſtis codicibus hoc eſt coniunctim ſuperiori, quemadmodum in ipſa epiſtola, & apud Anſelmum.*

Non enim poteſt vtrique præſidere, tanquam titulatæ ſed vni tanquam commendatæ, alteri vero tanquam titulatæ præeſſe valet.

e VNum abbatem duobus.] ſupra proxima cauſ. & q. vlt. c. vlt. Ioan.

POTEST. CASVS. Ponit Gratia. hic caſum, in quo aliquis duab. eccleſiis intitulari poteſt, vel præfici. ad hoc inducit ſequens c. Dicunt tamen quidam, quòd capitulum loquitur de vna commendata, & alia intitulata.

REIatio.] CASVS. Clerus & populus Tarracin. eccleſiæ defuncto Petro epiſcopo ſuo poſtulauerunt a Greg. in ſuum pontificem epiſcopum Fundēſis eccleſiæ. Grego. vero annuens poſtulationi eorum rogat eum vt fideliter Tarracinenſ. eccleſiam regat: quam ita ſibi committit, vt Fundenſis eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſinat: ſed vtriuſque epiſcopatus curam habeat, & liberam in omnibus facultatem.
f ¶ *Cardinalem.*] id eſt, proprium epiſcopum.
g ¶ *Canonice.*] [u] Nunquid talis forma erit in litteris procuratoris, vt ſic ſeruatur, quidquid canonice vel legitime per eum fuerit ordinatum, ratum habeo? Certe non, vt ff. de proc. ſi procuratorem. ext. de confir. cum dilecta. in fi. Nam ſi illegitime aliquid fecerit procurator, non reſcinditur ſententia, vt C. de proc. ſi procurator. extr. de offi. iu. dele. cum olim. Io. Certe talis procuratio non valet [b]: quia ſemper diceret dominus illum non eſſe legitimum actum, & vinci per do. Hug. talem procuratorem in concilio reprobari. B. Bri.
h ILlud] ¶ *Deſinas*] ſupra diſt. 29. c. 1. contra. ſo. ſed illud eſt ius commune, hoc ſpeciale. 7. q. 1. petiſti. B.
i ¶ *Subtrahamus.*] niſi illud apponeretur, ſtatim quam cito confirmaſſet eum in ſecundo epiſcopatu, vacaret primus. extra de elect. cum in cunctis. infra ead. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. ſecus tamen in aliis beneficiis eſt. nam ibi in recipiendo vnum non videtur renūciare alij. extra de teſta. officij [c]. nam & ſi vxor recipit ſibi aliquod legatum a viro, non ideo renunciat doti. C. de rei vxo. act. l. vnica. ſciendum. Ioan. de Fant.

NON ENIM. CASVS. Iſte §. loquitur ſecundum opinionem illorum, qui dicebant, quòd hoc c. relatio. intelligitur de eo qui habet vnam eccleſiam intitulatam, & aliam commendatam, vel reſpicit cap. illud. ſupra ead. qui plures.

[u] Commendare eſt deponere.
5 Anſ. l. 5. c. 28. Poly. l. 1. tit. 8.
[u] procuratoris cōſtituendi forma q̄dam reprobata.
6 Anſ. ibid.
b Cum iſta gl. concord. Bal. & Sal. in l. ſi procurator. C. 3 pc. quibus adde glo. & Pau. de Leaz. in cle. 1. de pr. & idem no. Bar. in l. quæ oia §. plane. cum l. ſeq. ff. e. & in fin. no. Bal. ī rub. C. de exercitor. col. 1. & in l. cum mādati. C. mand. & expreſſe per Spe. tit. de proc. §. rōe autem. ver. item excipitur. Lud. Ro. in l. qui bona fide. §. qui alieno n. 12. de dam. inf.
c Vbi & hoc & infra e. q. 2. ſi quis ia. ibi videas.

QVi vero relicta.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes. In prima probatur quod nemo ſine litteris commendatitiis epiſcopi ſui poteſt tranſire ad aliam eccleſiam. & hoc probat per c. ſeq. Secunda ibi, *Si quis iam.* Tertia ibi, *Sicut autem* Quarta ibi, *Conductitius.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hæc eſt 2. q. in qua quæritur ſi clericus ſuam eccleſiam relinquere velit, an poſsit ad aliam tranſire ſine litteris dimiſſoriis ſui epiſcopi? Et reſpon. quod non, niſi velit ad religionem tranſire, vt ſupra 19. q. 2. duæ. alioquin poterit reuocari, vt infra ead. q. placuit.

1 Et in 7. c. 10.

QVÆSTIO II.

QVi vero [a] *relicta ſua eccleſia ad aliam tranſire voluerit, nequaquam ſine dimiſſoriis litteris ſui epiſcopi ſuſcipiatur.*

Vnde in ſexta ſynodo, c. 17. legitur. [1]

¶ Sine dimiſſoriis litteris in aliena eccleſia clericus non ordinetur. C. I.

QVoniam diuerſarum eccleſiarum clerici ſuas, in quibus ordinati ſunt eccleſias relinquentes, ad alios concurrunt epiſcopos, & ignorante [α] epiſcopo proprio in alienis conſtituuntur eccleſiis, vbi contingit [β] eos ſine ſui examinatione permanere: præcipimus amodo, vt nullus clericorum omnino, in quocunq; gradu ſit, licentiam habeat ſine dimiſſoriis [b] litteris ſui epiſcopi [c] in altera conſtitui eccleſia. Qui vero hoc amodo non obſeruauerit, ad [d] opprobrium [γ] eius qui ordinauerit eum, deponatur tam ipſe, quàm qui eum ſine ratione ſuſceperit.

α ¶ Ignorante.] *Græce eſt*, γνώμης δίχα τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. *id eſt*, ſine ſententia proprij epiſcopi.

β ¶ Vbi contingit.] *Græce legitur*, ἐκ τούτου τε συνέβη ἀνυποτάκτους αὐτοὺς καταστῆναι. *id eſt*, atque hinc euenit, vt ipſi reddantur non ſubiecti.

γ ¶ Ad opprobrium eius.] *Græce* ἐπὶ δὲ μὴ τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν παραφυλαττόμενος, ἀλλὰ καταισχύνων, τό γε ἐπ' αὐτῷ τὸν τὴν χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιτεθεικότα καθαιρείσθω. *id eſt*, Nam qui à præſenti tempore hoc non obſeruat, ſed, quantum in ſe eſt, eum, qui ipſi manus impoſuit, dedecorat, deponatur, &c.

a ¶ *Qui vero*] Hæc q. terminatur 71. diſt. c. 1. 2. & 3. [a] Sed quid ſi quis epiſcopus receperit clericum alienũ? De hoc variæ pœnæ ſtatuuntur. Quidã canones dicunt vtrumq; eſſe excommunicandũ quouſque clericus reuertatur, vt 71. diſt. clericos. Sed dicitur hic in c. 1. quòd vterque ſit deponendus. In 2. ca. dicitur, ꝙ eſt remouendus ad tempus ab officio. Vnde cum diuerſæ pœnæ ſint ſtatutæ, iudex poteſt infligere quam magis viderit expedire. ext. vt lit. non conteſ. quoniam. §. ſi vero. extra de off. deleg. de cauſis. Ioan. de Fant.

[a] Epſ clericum alienũ recipiẽs eſt puniendus.

QVoniam diuerſarum.] CASVS. Relatum fuit in ſeptima ſynodo, ꝙ clerici quidã ſuis epĩs ignorantib. in alienis eccleſiis inſtituebãtur, quare ſexta ſynodus ſtatuit, vt hoc de cetero non fiat ſine litteris dimiſſoriis ſui epiſcopi. ſi vero contra factum fuerit, epiſcopus & clericus deponantur.

1. Tim. 5. & Hebr. 2.

b ¶ *Dimiſſoriis.*] patet enim quod non ſufficit in tali tranſlatione tacitus conſenſus epiſcopi, vt 71. diſt. c. 1. ſed ſolennis actus, ſic. C. de eman. l. 3. Sed ſi ad eccleſiam eiuſdem epiſcopatus tranſiret, ſufficeret nudus & tacitus conſenſus: quia tacitus conſenſus diſſoluit matrimonium carnale, vt 33. q. 5. qui vxorem. Et eſt ratio quare a priori erit abſolutus: quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire, vt 5. c. q. 2. c. 1. [b] Sed ſi aliquis haberet præbendas in diuerſis epiſcopatibus, ab vtroque poſſet iudicari, & ordinari. Et ſic vnus epiſcopus poſſet ordinare clericum alterius: quod eſſe nõ debet, & ita ſequeretur impoſsibilitas [a] iuris.

[b] Bñficiatus in diœceſibus duorũ epõrum ab vtroque iudicatur.

a Sub. vel repugnantia, vt no. 70. di. ſanctorũ. & ea quę præmiſſa ſunt fuerũt etiã verba Hu. q de hoc plene no. 5. c. q. 1. in prin.

c ¶ *Sui epiſcopi.*] ſufficit habere litteras ſolius epiſcopi vbi epiſcopus notus eſt, ſed in remotis epiſcopis requiruntur quinque ſigilla, vt extra de cler. peregr. c. 1.

d ¶ *Ad opprobrium.*] eadem pœna ſtatuitur cum epiſcopus inſtituit aliquem inuitis patronis. 16. q. 7. decernimus.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hiſpalenſi, vt ſi aliquis clericus ad alienum epiſcopum confugerit, ſtatim epiſcopus ad quem confugit, ad priorem eccleſiam eum remittat, & donec propriæ eccleſiæ eum non reſtituat, ſciat ſe communione priuatum: clericus verò ab executione ſui officij remotus per aliquod tempus in monaſterium relegetur, & poſtea ad eccleſiaſticum miniſterium poterit reuocari. *Propagationis*, id eſt, promotionis ad maiores ordines, vel reſtitutionis ad eoſdem. *Aboleri*, i. naſci, niſi fuerit, &c. aliter eſt in littera, *aboleri*, id eſt, deleri & diſtingui. Et ſecundum hoc dicit, *licentia*, id eſt, impunitas propagationis, id eſt, peruagationis, vel huius malæ conſuetudinis, quæ propagatur niſi corrigatur.

e ¶ *Exceptionis.*] id eſt, excuſationis.

f ¶ *Reſtituat.*] & ſic poteſt peti reſtitutio clericorum.

g ¶ *Cingulo.*] id eſt, in executione. non enim deponitur, vt ſequitur.

h ¶ *Reuocari.*] ipſo iure, ſicut ille cui ad tempus interdictum eſt poſtulare. ff. de poſtu. Imperatores.

i ¶ *Propagationis.*] propagatur enim vitium per malum exemplum. 11. q. 3. præcipue.

k ¶ *Licentia.*] id eſt, impunitas.

OBIICITVR. CASVS. Supra oſtenſum eſt, quòd ad aliam eccleſiam tranſiens reuocatur. Nunc vero probat Gratianus contra, & ad hoc inducit ſequens cap.

SI quis iam.] Hæc eſt ſecunda pars quæſt. ſecundum Io. de Fan.

CASVS. Quidam clerici poſtquam tranſlati erant de ſuis eccleſiis ad alienas, volebant prioribus præſidere ſicut prius. ſtatutum eſt ergo in concilio Chalced. vt hoc de cetero non fiat, cum nil poſtea habeant cõmune cum prioribus, vel eccleſiis, vel domibus ſub eis conſtitutis. & ſi quis contra fecerit, deponatur. *Negotiis*, id eſt, in cauſis vel reb. eorum. ſ. martyriorũ, parochiarum, & xenodochiorum.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. c. 3.

¶ Ad aliam eccleſiam tranſire clerico non licet, ſi propriis miniſteriis ſua fuerit deſtituta. C. II.

PLacuit, vt ſi quis clericus miniſteriis eccleſiæ propriæ deſtitutis ad alium tranſitum fecerit: compellente, ad quem fugerit, ſacerdote ad eccleſiam, quam prius incoluerat remittatur. Qui vero eum ſuſceperit, nec ſtatim ſine vllo niſu exceptionis [e] ad propriã eccleſiã remittẽdam elegerit: quamdiu eum reſtituat [f], communione ſe priuatum agnoſcat. Deſertorem autem clericũ cingulo [g] honoris, atque ordinis ſui exutum, aliquo tempore monaſterio relegari conuenit: ſicque poſtea in miniſterium eccleſiaſtici ordinis reuocari [h]. Nã non poterit in talibus propagationis [α] [i] aboleri licentia [k], niſi fuerit in eis propter correptionẽ diſciplinæ ſubſecuta correctio.

α ¶ Propagationis.] *In cõciliorum editionibus, & codicibus Vaticanis partim eſt*, propagationibus, *partim*, peruagationis. *In codice vero Lucenſi regio legitur*, præuaricationis.

Obiicitur autem illud Chalcedonenſis concilij, c. 10. [2]

¶ Nihil commune habeat cum eccleſia priori, qui de vna ad aliam tranſlatus eſt. C. III.

2 SI qui iam tranſlatus [l] eſt ab alia eccleſia in aliam, nihil habeat commune cum priore ec-

l ¶ *Tranſlatus.*] tranſlatum eum intelligo cũ eſt cõfirmatus & adeptus poſſeſsionem, vt extr. de elect. cum in cunctis. [a] ſed propter ſolam cõfirmationem non perdit ius quod habuit in priori eccleſia, niſi adeptus ſit poſſeſsionẽ, vt 92. di. ſi qui epĩ. Et intellige qñ eſt tranſlatus de auctoritate epiſcopi ſui, & in eo caſu poteſt intelligi ext. de cõceſ. præb. & ec. non va. litteras. & extr. de præben. de multa. alioquin ſi ſine licentia epiſcopi tranſit, non ipſo iure, vacat prior eccleſia, immo prior epſ poteſt eum repetere, vt 7. q. 1. non oportet. & c. ſi q. vero. Vel dic, ꝙ vacat quantum ad ipſum. Io. ego credo ꝙ prior eccleſia eum poſsit repetere, cum eo ſit ſpoliata, vt extr. de reſt. ſpol. per totum. B. Item ſi aliquis recipit beneficium ſimplex in alia eccleſia, non ideo perdit priorem eccleſiam vel præbendam, dummodo non ſumat illam pro titulo. Poſſunt enim canonici dare ſimplex beneficium non canonico, vt ext. de magiſt. quia nõnullis. & 16. q. 1. poſſeſsiones. [b] Sed numquid epiſcopi poſſunt diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum, cum dicatur in illa conſtit. de multa. ꝙ per ſedem Apoſtolicam poteſt diſpenſari? Et probo, ꝙ poſſunt: quia a canone permittitur eis diſpenſatio. 71. diſ. ſanctorum. & ſicut habet Papa poteſtatem circa epiſcopatus, ſic epiſcopi circa eccleſias. ext. de exceſ. præl. ſicut vnire. Item quia legiſlator ſibi non ſeruauit ſpecialiter diſpenſationem, cum dixit Romanum pontificem poſſe diſpenſare, ergo aliis permiſit, vt ext. de ſen. exc. nuper. non enim dicitur in conſtitutione ſolum Papam poſſe diſpenſare. ſed aliud eſt dicere ſolum Papam, & aliud Papam, vt ext. de teſt. requiſiſti. Non enim credendum eſt Papam velle iura aliorum diminuere, vt 99. diſt ecce. & c. nullus. Et quidquid facit, intelligendum eſt ſine præiudicio aliorum epiſcoporum facere, vt 9. q. 3. nunc vero. C. de emanc. nec auus. nec inde naſci debet iniuriarũ occaſio, vñ iura prodierunt, vt ext. de ac. qualiter. & C. vñ vi, meminerint. Nec dr̃ in conſtitutione, ꝙ Romanus Pontifex debet diſpẽſare, ſed ꝙ pt̃ diſpẽſare. Sed per hoc verbum, poteſt, non imponitur neceſsitas. ff. de off. præſi. ſæpe. & l. ſeq. & licet de Romana ſede dicatur, non ideo excluditur de aliis. arg. 2. q. 6. ad Romanam. [c] Et niſi expreſſe corrigatur, vetus ius manebit ſimul cum nouo, vt C. de app. præcipimus. in fin. & quoties noua actio, vel nouum ius indulgetur, vetus non tollitur, niſi hoc expreſſe dicatur. ff. de act. & ob. quoties. & 35. q. 3. de inceſtis. in fin. & adde rationes quas dixi 70. diſt. ſanctorum. Econtra videtur, ꝙ non poſſunt: quia etiam iure antiquo priuabatur epiſcopus iure dandi plura beneficia. Vel ex gratia quadam poterat ille qui habuit plures eccleſias, eligere vnam quam volebat, ext. de præb. quia. & c. referente. Item cum hic Papa tantum exprimatur, ergo alij non poſſunt. 95. diſt. illud. nam quod de vno dicitur, de alio negatur. 23. q. 4. forte. 25. diſt. qualis. ſic argumentatur Inn. extr. de his quæ fiu. a præl. cum Apoſtolica. & c. tua. & quæ Titio nubere iubetur, omnibus aliis nubere prohibetur. ff. de condit. & dem. cum ita. Ad hoc poteſt dici, quòd ſolus Papa poteſt diſpẽſare, quòd aliquis ſit intitulatus in

[a] Bñficiatus tranſiẽs de vna eccleſia in aliam, an ſtatim perdat priora.

2 Et ĩ Aquiſgran. c. 50.

[b] epĩ an poſſint circa beneficiorũ pluralitatẽ diſpenſare.

[c] Vetus ius manet ſimul cum nouo, niſi expreſſe corrigatur.

diuerſis eccleſiis diuerſorum epiſcoporum. Nam in hoc caſu videtur ſequi impoſsibilitas iuris: quia qua ratione debet recipere ordines ab vno, & ab alio, & ſtare mandato vnius alterius, cum tamen mandata illorum poſſent eſſe cõtraria, & ille iurauit obedire vtriuſque. Item quia nemo debet ordinare clericum alterius diœceſis, vel recipere ſine dimiſſoriis litteris, per quas ſit abſolutus a priori. Et quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire; hanc impoſsibilitatem iuris ſolus Papa poteſt temperare. Vel facias vim in eo quod dicit, maioribus [a], vt ſolus Papa poſsit diſpenſare de maioribus, epiſcopi autem de minoribus. Item in eo fac vim cum dicit, cum ratio poſtulat, id eſt, ſi talis eſt caſus, quòd epiſcopus nõ poteſt diſpenſare. Item non dico eum ſtatim priuatum priori eccleſia, niſi quando de licentia epiſcopi tranſit. hoc enim non poteſt fieri ſine dimiſſoriis litteris. ſupra e. q. quoniam. Nam ſi ſine licentia tranſit; poteſt reuocari a priori, vt 7. q. 1. non oportet, & c. ſi qui vero. Vel ad cautelam epiſcopus commendat ei ſecundam eccleſiam, vel dat ei ſub conditione ſi poterit obtinere diſpenſationẽ. & adde quod dixi 70. di. ſanctorum.

a ¶ *Siue ſub hac eccleſia.*] id eſt, prior eccleſia fuerit monaſterium ſiue parochia, &c. nil ſe intromittat amodo de negotiis prioris eccleſiæ.

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gratianus prædictam contrarietatem, dicens quòd aliud eſt trãsferre auctoritate prælati, & aliud propria temeritate tranſire. primum permittitur, ſecundum prohibetur. Poſtea oſtendit, quòd ſicut duabus eccleſiis vnus præponi non debet, ita vna eccleſia duos prælatos habere non debet. & ad hoc inducit ſeq. c.

SICVT. Hæc eſt. 3. pars quæſt. ſecundum Ioan. de Fant.

SIcut.] CASVS. Quædam eccleſiæ duos habebant prælatos, quod cum relatum eſſet in Remenſi concilio, ſtatuit concilium, vt hoc de cetero non fiat, ſed vnaquæque proprium habeat prælatum: quia ſi aliter fiat, eccleſia non reputabitur ſponſa vel vxor, ſed potius ſcortum, quæ ſponſa eſt ante corporalem adminiſtrationem: vxor vero poſt adminiſtrationem eius, ſcilicet presbyteri. Quæ autem poſtea vſque ad quæſtionem ſequuntur, plana ſunt per ſe.

b ¶ *Non poteſt.*] ſupra 16. q. 1. ne pro cuiuſlibet. extra de fil. presb. propoſuit. contra. 7. q. 1. illud. Sed plures poſſunt eſſe in eadem eccleſia: ſed tantum erit vnus prælatus.

c ¶ *Diuidere.*] ita quòd vna maneat. "Sed ſi eſt eccleſia vel præbenda abundans, de ea bene pt eps facere plures eccleſias vel præbendas: dum tñ eccleſiæ non ſint ſub eadem limitatione, vt 16. q. 1. plures. ſicut de vna prouincia ſiunt plures, vt 10. diſt. lex Imperatorum. & 101. diſt. peruenit. & de duabus eccleſiis fit vna, vt ext. de excel. præl. ſicut. econtra de vna duæ, vt extra de ec. ædif. ad audientiam. Ioan.

d ¶ *Conductitiis.*] Hæc eſt 4. pars quæſt. ſecundum Ioan. de Fan.

e PRæcipimus.] ¶ *Conductitiis.*] "Conducticios appellat eos quibus pro certo pretio committitur cura animarum. hoc enim eſt iniquum, vt extra ne præla. quoniam. alias ſi prælatus aliquis alicuius eccleſiæ habeat ſecum ſacerdotem ſub annuo cenſu, non eſt iniquum, & ſi peregre vadit, & pro certo pretio interim aliquem conducit. poteſt ergo quis conducere operas ſacerdotis alicuias, etiam vſque ad ſeptennium, extr. ne præla. vi. ſuas. querelam. Sed non regimen animarum, [b] vt extra eo. tit. quoniam. " Vel dic conductitios preſbyteros appellari vicarios: quia, per vicarios non debet quis regere eccleſiam, vt ext. de cle. non reſid. quia nonnulli.

---

eccleſiá, ſiue ſub hac eccleſia [a] conſtitutis martyriis, ſiue in parochiis †, ſiue xenodochiis, aut corum negotiis. Eos vero, qui auſi fuerint poſt ordinationem huius magnæ, & vniuerſalis ſynodi agere quæ prohibita ſunt: ſtatuit ſancta ſynodus cadere de proprio gradu.

Sed aliud eſt transferri, atque aliud propria temeritate tranſire. Illud Apoſtolica auctoritate fieri licet: hoc vero omnimodo prohibetur.

3 *Sicut autem duabus eccleſiis vnus præponi non debet: ita nec vna eccleſia inter plures diuidi valet.*

Vnde in Rhemenſi concilio legitur.

¶ Vna eccleſia duobus ſacerdotibus diuidi non poteſt. C. IIII.

1 SIcut in vnaquaque eccleſia vnus presbyter debet eſſe: ita ipſa, quæ ſponſa, vel vxor eius dicitur, non poteſt [b] diuidi inter plures presbyteros: ſed vnum tantummodo habebit ſacerdotẽ, qui eam caſte, & ſincere regat. Vnde interdicimus, vt nullus præſumat eccleſiam inter duos vel plures diuidere [c]: quia eccleſia Chriſti vxor & ſponſa debet eſſe, non ſcortum: ſicut Calixtus Papa teſtatur.

4 *Conductitiis* [d] *quoque presbyteris eccleſia committi non debet.*

Vnde Innocentius II. in ſynodo Romana, cap. 10.

¶ Conductitiis presbyteris eccleſia non committatur. C. V.

PRæcipimus etiam, ne conductitiis [e] presbyteris eccleſiæ committantur: & vnaquæque eccleſia, cui facultas ſuppetit, proprium habeat ſacerdotem.

¶ *Hoc caput iiſdem verbis repetiit Eugenius iij. in concilio Lateranenſi: quod extat in Vaticana bibliotheca.*

QVÆSTIO III.

QVòd autem [f] *clerici ſæcularium negotiorum procuratores eſſe non valeant, auctoritate Carthaginenſis concilij primi probatur, in quo Nicaſius* [a] *epiſcopus Culuſitanus dixiſſe legitur, cap. 6.*

a ¶ Nicaſius.] *Emendata eſt hæc inſcriptio ex ipſo cõcilio, & vetuſtis Gratiani codicibus, cum antea mendoſe legeretur,* Nicolaus Papa epiſcopis Caſtilianis. *Pertinet autem hic titulus ad cap. credo proxime poſt paleam interiectam ſequens.*

PALEA. C. I.

4 PEruenit in ſanctá ſynodum, quia de eis, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam alienarum poſſeſſionum conductiones, & ſæculares cauſas ſuſcipiunt: & ſeipſos quidem à miniſteriis ſanctis per deſidiam ſeparant: ad domos autem ſæcularium concurrunt, & ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ cauſa ſuſcipiunt. Decreuit igitur ſancta & magna ſynodus, neminem deinceps eorum, hoc eſt non epiſcopum, ſiue clericum, aut monachum conducere poſſeſſiones, aut miſceri ſæcularibus procurationibus: niſi forte, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, ſiue procurationes inexcuſabiles attrahantur: aut cui ipſius ciuitatis epiſcopus eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula: vel orphanorum, aut viduarum, quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum, quæ maxime eccleſiaſtico indigent adminiculo propter timorem Dei. Si quis vero tranſgreſſus fuerit hæc ſtatuta, correctioni † eccleſiaſticæ ſubiaceat.

¶ *Hic idem canon tertius concilij Chalcedonenſis aſſertur ſupra diſt. 36. c. ſi. ex alia verſione. Abeſt autem hæc palea a collatis exemplaribus, exceptis duobus.*

¶ Qui clero annexi ſunt, ſæcularium poſſeſſionum procuratores non ſiant. C. II.

5 CRedo placere ſuggeſtionem meam ſanctitati veſtræ, & diſplicere vobis, vt qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt clero, accedant ad actiones † [g], ſeu adminiſtrationes [h], vel procurationes domorum [i]. Gratus epiſcopus dixit: & Apoſtolorum ſtatuta ſunt, quæ dicunt [Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.] Proinde aut cleri ſint ſine actionibus domorum: aut [k] actores ſine officio clericorum. Vniuerſi dixerunt: hoc obſeruemus.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 15.

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulat 3. quæſt. qua quæritur, an clerici poſsint eſſe procuratores negotiorũ ſæcularium? & dicitur quòd non, vt probatur per ſequentia. negotia tamen miſerabilium perſonarũ gerere poſſunt, vt 88. diſt. c. 1.

f ¶ *Quod autem.*] Hæc quæſtio expedita eſt ſupra 15. quæſt. 2. in ſumma. "Dicitur enim quis exercere ſæcularia negotia trib. modis. Vno modo ſi aliquid ematur vt carius vendatur: & hoc non licet. De hoc tractatur 88. diſt. per totum. Quandoque idem eſt quod exercere cauſas ſæculares: & illud etiam non licet clericis, niſi pro certis perſonis. extr. de poſtul. c. 1. Quandoque idem eſt quod eſſe procurator rerum ſæcularium, ſiue adminiſtrator: nec illud licet clericis, extr. ne cler. vel mon. c. 2. & c. ſed nec. Quandoque idem eſt quod conducere poſſeſſiones a laicis. hoc non eſt interdictum eis clericis quando indigent: quia hoc etiam licet monachis, vt extra de decim. cap. dilecti.

CRedo.] CASVS. Statutum fuit in cõcilio Carthaginenſe vt clerici non ſint adminiſtratores vel procuratores domorum ſæcularium. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: Nemo militans Deo, &c. *Ad actiones*, cauſarum. *Aut*, pro &: & ſic vtrobique exponas.

g ¶ *Ad actiones.*] ſcilicet cauſarum.

h ¶ *Seu adminiſtrationes.*] ſcilicet rerum ſæcularium.

i ¶ *Domorum.*] id eſt, familias laicorum, vt procurent laicorum familiam in victu.

k ¶ *Aut.*] non intelligas quòd eis detur optio: ſed iſtud, aut, ponitur continuatiue. ſic ponitur 88. diſt. conſequens. & 45. diſt. diſciplina. Ioan. de Fant.

---

† al. parochiis] trig.

a ſe. decr. de multa. ſed aliud eſt trãſferri auctoritate ſuperioris, bene & canonice ſoluit. nam hæc ſententia inuenitur in canonibus. 7. q. 1. mutationes.

1 Burc. l. 3. c. 45. Iuo p. 3. c. 7. Pann. 3. c. 34.

b 7. q. 1. ſicut.

3 Et in cõc. Eugenij iij. c. 10.

" Eccleſia abundãs per epm in plures diuid pt.

" presbyteri conductitij qui dnr.

4 in conc. Chalced. c. 3. ſupra diſtin. 86. peruenit. Bur. l. 2. cap. 145. Iuo p. 6. c. 228.

b Vide quod no. ſupra 1. q. 3. in pr. §. hi. ita.

" vicarij cõductitij preſbyteri dici poſſunt.

" Clerici an poſsint negotia ſæcularia exercere.

† al. correptioni

5 ſupra diſt. 45. magnus. Burc. l. 2. c. 150.

† al. actus 2. Tim. 2.

P*Lacuit.*] CASVS. Statuitur in c. iſto, vt clerici non ſint conductores vectigalium, nec procuratores domorum ſæcularium, nec aliquo modo turpi lucro inhæreant. Et hoc probatur auctoritate Pauli dicentis, Nemo militans Deo, &c.

a ¶ *Conductores.*] fiſci ſcilicet, vt ipſi præſtent tributum & vectigal. eccleſia enim non debet recipere poſſeſſiones grauatas tributis: immo ſi habet, deiceret eas, vt 10. q. 2. hoc ius. §. item prædium. Vel appellat hoc conductores, qui aliquid conducunt, vt anis carius locent. Et eſt ſi. C. locati, milites.

b ¶ *Inhoneſto.*] quia honeſto poſſunt, vt 91. diſt. clericus victum.

C*Yprianus.*] CASVS. Apud Furnentem eccleſiá laici morientes in teſtamento ſuo ſacerdotes & diaconos & alios clericos nominabant tutores vel curatores filiorum ſuorum: quare Cyprianus ſcribit clero & populo illius ciuitatis, dicens hoc eſſe contra ſtatuta ſanctorum patrum, & contra ea quæ in concilio epiſcoporum ſtatuta fuerunt, vnde præcipit Cyprianus vt hoc de cetero non fiat. ſi vero quis fecerit, pro eius dormitione ſacrificium non celebretur. Quæ autem ſequuntur vſque ad quæſtionem, plana ſunt.

c ¶ *Tutorem.*] " Tutelam teſtamentariá non recipient clerici: ſed legitimam poſſunt ſi volunt: ſed non coguntur recipere eam. De hoc not. 16. q. 1. generaliter. & 86. diſt. peruenit.

d ¶ *Probauit.*] id eſt, deuouit.

e ¶ *Pro dormitione.*] id eſt, morte. Numquid ergo talis eſt excommunicatus? non: ſed ideo fit, quia impœnitens decedit. Dicunt tamé quidam hoc eſſe dictum ad terrorem, vt ext. de rapt. ſuper eo. & de tornea. c. 1.

f M*Oleſtis.*] id eſt, deliciis.

g H*I qui.*] Vnde tunc non poſſunt vocari in ius. ff. de in ius voc. l. 2.

h ¶ *Sed die.*] horis tamen interpolatis. ſic ſumitur 36. diſt. ſi quis vult. & ff. de cond. & dem. ſi quis ita. vbi dicitur quòd ſi alicui taliter legatum eſt, vt cum filiis habitet, non requiritur quòd in quolibet momento ſit cum eis.

i S*Acerdotium*] id eſt, conſtitutio de ſacerdotibus.

k ¶ *Seruetur.*] Hæc ſunt verba conſtitutionis vſque ad illum locum Obſeru.

Q*Vod vero fulgidis.*] CASVS. Hic intitulatur 4. quæſt. vbi quæritur an liceat clericis fulgidis veſtibus ornari? Et reſpondet quòd non ad iactantiam, & ad laudem humanam, vt infra c. 1. ſed ſi præter corporis voluptaté clerici pulchrú habeant indumentum: dummodo ſit honeſtum, non reprobatur,

¶ De eodem. C. III.

1 Ans. l. 5. c. 151. Bur. l. 2. c. 151. Iuo. p. 6. c. 142.

1 PLacuit, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, vel clerici non ſint conductores a, neq; procuratores, neque vllo turpi, vel inhoneſto b negotio victum quærant: quia reſpicere debent ſcriptum eſſe [Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.]

2. Tim. 2.

Item ex epiſtola Cypriani ad presbyteros, & diaconos, & plebem Furnitanorum lib. 1. epiſt. 9.

¶ Sæcularium negotiorum procurationem clerici non ſuſcipiant. C. IIII.

2 Iuo p. 6. c. 393.

2 CYprianus presbyteris, & diaconis, & plebi Furnis conſiſtentibus † ſalutem. Iampridem in concilio epiſcoporum eſt ſtatutú, ne quis de clericis, & Dei miniſtris tutoré c, vel curatorem teſtamento ſuo cóſtituat: † quando ſinguli diuino ſacerdotio honorati, & in clerico miniſterio conſtituti, non niſi altari, & ſacrificiis deſeruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant. Scriptú eſt enim [Nemo militans Deo obligat ſe negotiis † ſæcularibus, vt poſſit placere ei, qui † ſe probauit d.] *& infra.* ¶ Quod epiſcopi, & anteceſſores noſtri religioſe cóſiderantes, & ſalubriter prouidentes céſuerunt, ne quis frater excedens ad tutelá, vel curá clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo: nec ſacrificium pro dormitione e eius celebraretur. 3 Neq; enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece: qui ab altari ſacerdotes, & miniſtros voluit auocare.

† *conſiſtenti*

† *al. nominauerit*

2. Tim. 2.

† *al. moleſtiis*

† *al. cui*

" clerici an poſſint eſſe tutores.

3 Diſt. 88.

Item ex eadem.

¶ Non licet clericis, mollitiis, & ſæcularibus rebus obligari. C. V.

4 Iuo p. 6. c. 394.

4 MOllitiis α f, & laqueis ſæcularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & ſpiritalibus occupati ab eccleſia recedere, & ad terrenos, & ſæculares actus vacare non poſſunt.

α ¶ Mollitiis.] *vera lectio eſt*, moleſtiis. *Sed quia eſt initium capitis, non eſt mutatum: alia autem nonnulla & in hoc, & in antecedenti capite emendata ſunt.*

Item ex eadem.

¶ Sæcularibus negotiis clerici non alligentur. C. VI.

5 Iuo p. 6. c. 395.

5 HI g, qui in eccleſia Domini ad † ordinationé clericá α promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocentur, nec moleſtiis, & negotiis ſæcularibus alligentur β: ſed in honore ſportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari, & ſacrificiis non recedant: ſed die h, ac nocte cæleſtibus rebus, & ſpiritalibus ſeruiant.

† *al. ordinatione clerica*

α ¶ Clericam.] *Reſtituta eſt vera lectio Cypriani, quam manuſcripti vetuſtiſſimi codices retinent. Et lib. 2. epiſt. 5. bis, & lib. 3. epiſt. 21. prope finem, in omnibus Cypriani codicibus legitur:* ordinatio clerica, *&* epiſtolæ clericæ.

β ¶ Alligentur.] *Emendatum & locupletatus eſt hic locus ex originali impreſſo, & manuſcripto.*

Item, vt ſupra, Cyprianus ibidem.

¶ De eodem. C. VII.

6 Iuo p. 6. c. 396.

6 SAcerdotium † i decretú religioſe, & neceſſarie factum ſeruetur k à nobis: ſimul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis ſacerdotes, & miniſtros Dei, altari eius, & eccleſiæ vacantes ad ſæculares moleſtias deuocet. Obſeruari enim de cetero poterit, ne vltra hoc fiat circa perſonam clericorum: ſi quod nunc factum eſt, fuerit vindicatum.

† *Sacerdotum*] vera lectio.

QVÆSTIO IIII.

Q*Vòd vero* l *fulgidis, & claris veſtibus, eis ornari non liceat, in ſeptima ſynodo iubetur: in qua ſic ſtatutum eſt, c. 16.*

¶ Corripiantur clerici, qui vnguentis, & claris veſtibus, & fulgidis laſciuiunt. C. I.

7 Anſ. l. 6. c. 195. Iuo p. 5. c. 377.

7 OMnis iactantia, & ornatura m corporalis à ſacrato ordine aliena eſt. Eos ergo epiſcopos, vel clericos, qui ſe fulgidis, & claris veſtibus ornant, emendari oportet. Quòd ſi in hoc permanſerint, epitimio n tradantur: Similiter & eos, qui vnguentis o inunguntur. ¶ Quoniam vero radice amaritudinis exorta contaminatio facta eſt in eccleſia catholica, Chriſtianos calumniantium hæreſis α, & hi, qui hanc receperunt, non ſolum imaginarias † p picturas abominati ſunt, ſed etiam omnem reuerentiam repulerunt, eos, qui religioſe ac pie viuunt, offendentes (ac per hoc completur in eis, quod ſcriptum eſt [Abominatio eſt peccatori Dei cultus:])

† *al. imaginum*

vt ſupra 41. diſt. c. parſimoniam. In talibus enim non vſus, ſed libido eſt in culpa, vt ſupra 41. diſt. quiſquis.

l ¶ *Quòd vero*] Not. quòd vſus veſtium non deſpicitur: ſed abuſus, ſcilicet iactantia & voluptas: quia in victu non refert quis, vel quid, vel quantum comedat, dummodo non guloſe ſumat, vt 41. diſt. quiſquis. & cap. deliciæ. idem dico in veſte, vt 41. diſt. parſimoniam. & hic in c. 1. " Poſſunt ergo clerici ſecundum conſuetudinem regionis pretioſis veſtibus vti, vt conforment ſe moribus eorum inter quos viuunt: & ne vileſcat dignitas clericalis. arg. 80. diſt. epiſcopi. " ſed rubeis & viridibus pannis non vtantur: omnes deſuper habebunt clauſas veſtes. extra de vit. & hon. cler. clerici. purpuram & cendatum poſſunt ferre. Nam veſtis domini purpurea fuit: nec tenet illud quod legitur ext. de vit. & hon. cler. ſtatuimus. quia non fuit per vſum vtentium approbatum: ſicut nec illud Grego. vij. extra de app. meminimus. Greg. tamé dicit, quòd ſi cultus pretioſarum veſtium non eſſet in culpa, ſermo Dei non tam manifeſte exprimeret quòd diues indutus purpura & byſſo deſcendit ad inferos. de pœn. diſtin. 3. cauendum. ſed illud non obſtat: quia ſine charitate erat. nam propter diuitias quis nó damnaretur. 31. diſt. hæc ſcripſimus.

vnde & ſi per 4. mé ſes ſeruiat, totius anni reditus conſequi vñ. arg. ff. de an. leg. à nobis. l. de Fan.

" Veſtes ferátur ſecundum regionis conſuetudinem.

" Pannis rubeis & viridibus clerici non vtantur.

O*Mnis iactantia.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd clerici fulgidis veſtibus ſe ornantes, & qui vnguentis vnguntur, epitimio tradantur. In 2. parte dicitur, quòd quidam erant hæretici, qui deridebant eos qui vilibus veſtib. induebantur: dicentes quòd homines debebat ornari, & non eccleſiæ, quorú hæreſim ſi quis ſequitur, per epitimiú corrigatur. In 3. parte dí, quòd antiquitus homines vtebantur mediocrib. veſtib. ſed non ſericis vel ornamentis variorum colorú: quod iuxta Baſilium ex elatione mentis videtur prouenire. Secunda pars inc. ibi, *Quoniam vero.* Tertia ibi, *Priſci. Hi,* ſupple ideo. *Hanc*, i. hæreſim vel contaminationem.

m ¶ *Ornatura*] quæ fit cauſa voluptatis. alias ſecus, vt 41. diſt. parſimoniam. & cap. deliciæ.

a Ad idé ff. de an. le. Mæuia in pr. & § 1. & ſic eſt no. 21 diſt. ſ. c. oſ ſancta.

n ¶ *Epitimio.*] " id eſt, ſuſpenſioni vnius ſeptimanæ, vt infra c. prox. Vel epitimium dicitur increpatio, vel eſt genus pœnæ.

" Epitimiú quid ſignificat.

o ¶ *Qui vnguentis*] non propter ægritudinem, ſed vt melius redoleant propter voluptatem: quod non licet. 92. diſt. cantantes. & de conſec. diſt. 2. peruenit.

p ¶ *Imaginarias.*] in quibus imaginamur & reſpicimus conditionem noſtram.

Igitur, ſi inuenti fuerint deridentes eos, qui vilibus, & religioſis veſtibus amicti ſunt, per epitimium corrigantur. ¶ A priſcis enim vſq; tēporibus omnis ſacratus vir cum mediocri, & vili † veſte conuerſabatur. Omne quippe, quod non propter neceſſitatem [a] ſuam, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Baſilius.[1] Sed neque ex ſericis texturis veſtem quis variatam induebat: neque apponebat variorum colorum ornamēta in ſummitate † [b] veſtimentorum. Audierant enim ex deiſona lingua quia [Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.]

a ¶ Hæreſis.] *Cum antea legeretur*, hæreticorum: *ſic eſt emendatum ex Anaſtaſio, & Iuone, & reſpondet græcæ voci,* ἀιρέσεις: *atque ex iiſdem nonnulla alia ſunt reſtituta.*

Item ex ſynodo ſexta, cap. 27.

¶ Clerici ſiue in itinere ambulantes, ſiue alibi degentes, congruis ſibi veſtibus vtantur. C. II.

NVllus eorum, qui connumerantur in clero, veſtimentum indecens habeat, ſiue in ciuitate degens, ſiue in itinere [c] ambulans: ſed ſtolis [d] vtatur, quæ conceſſæ ſunt clericis. Si vero quis tale quid fecerit: per vnam [e] hebdomadam ſuſpendatur †.

Itē Zacharias Papa in ſynodo Romana, c. 3.

¶ Non ſæcularibus veſtibus, ſed ordini ſuo conuenientibus clerici vtantur. C. III.

EPiſcopi, presbyteri, diaconi ſæcularibus indumentis non vtantur, niſi, vt condecet, tunica ſacerdotali [f]: ſed neque dum ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento [g] præſumant ambulare, præter, ſi in itinere longo ambulauerint: quia ſicut mulier orans in eccleſia non velato capite deturpat caput ſuum iuxta Apoſtoli vocem: ita ſacerdos ſine operimento deturpat ſacerdotiū ſuum. Quòd ſi temere præſumpſerit contra ſtatuta agere, communione priuetur, donec, quæ ſtatuta ſunt, adimplere maturet.

¶ *Hæc ſynodus à Zacharia Papa habita extat in bibliotheca Vaticana, & Regienſi.*

Item Leo Papa iiij. in ſynodo Romana, c. 12.

¶ Extra domum ſine proprio ornatu ſacerdotes non appareant. C. IIII.

2 SIne ornatu ſacerdotali extra domos ſacerdotes apparere non conuenit: ne, vt aliquis ſæcularium [h], iniurias patiantur: ſed ea ſolummodo, quæ per patres conſtituta videntur, obſeruet. Contrarius denique inuentus, aut deſinat, aut canonicæ ſubiaceat diſciplinæ.

Item Innocentius Papa ij. in concilio Lateranenſi, c. 4.[3]

¶ Careant beneficiis eccleſiaſticis, qui corrigi ab epiſcopis contemnunt. C. V.

4 PRæcipimus, vt tā epiſcopi, quàm clerici in ſtatu mētis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudeant: & nec in ſuperfluitate, ſciſſura *a*, aut colore veſtium, nec in tonſura intuentium (quorum forma, & exemplum eſſe debent) offendant aſpectum: ſed potius, quod eorum deceat ſanctitatem, præ ſe ferāt, quòd ſi moniti ab epiſcopis emendare noluerint, eccleſiaſticis careant beneficiis. 4 Pann. l. 8. c. 240

¶ *Hoc cap. editum eſt ab Innocentio ij. in concil. Lateranenſi, deinde ab Eugenio iij. in concilio Romano eſt innouatum.*

a ¶ Sciſſura.] *Hæc vox non eſt in concilio Innocentij. In ſynodo autem Eugenij in exemplari Gallico legitur,* fiſſura. *In Vaticano autem,* ſciſſuræ: *& in nonnullis Gratiani vetuſtis exemplaribus,* fiſſuræ.

QVÆSTIO V.

SVum vero[i] *epiſcopum relinquere, & ab officio ſuo diſcedere, atque ad ſecularem iudicem confugere nulli licet.*

Vnde in Agathenſi concilio, c. 8. legitur.[5]

¶ Clericus ad iudicem ſæcularem confugiens, de communione eccleſiæ depellatur. C. I.

PLacuit, vt clericus, ſi relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſæcularem iudicem *a* fortaſſe confugerit, & is, ad quem recurrit, ſolatium ei defenſionis impenderit: cum eodem de eccleſiæ communione pellatur. 5 in cap. l. 6. c 143.

a ¶ Iudicem.] *Sic in recentioribus conciliorum Colonienſibus editionibus: ſed à vetuſtioribus, & codicibus Vaticanis, & capitulari abeſt vox iſta.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 12.[6]

¶ Presbyter vel diaconus ab epiſcopo depoſitus Imperatorem non adeat. C. II.

j 7 SI quis à proprio epiſcopo depoſitus presbyter, vel diaconus, aut etiam ſi à ſynodo quilibet epiſcopus fuerit exautoratus: moleſtiam imperialibus [k] auribus inferre non præſumat: ſed ad maiorem epiſcoporum ſynodum ſeſe conuertat, & quæ ſe putat habere iuſta, in eorum concilio allleget, atque ab his de ſe expectet, quæ fuerit deprompta ſententia. Quòd ſi deficiens puſillanimitate hoc noluerit facere, ſed importunus fuerit Imperatori, huiuſmodi nullam veniam [l] habeat, neque locum vllius aſſertionis ſuæ, nec ſpem recipiendi gradus habeat in futurum. 6 Ex l Aquiſgran. c. 74. 7 Burch. l. 2. c 180 Iuo p. 6. c 225.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto, c. 2.

¶ Non defendatur ab aliquo, qui epiſcoporum iudicio damnatur. C. III.

ij 8 SI quis cuiuſlibet honoris clericus iudicio epiſcoporum pro quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum ſiue ab eccleſiis, quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna [m] damni pecuniæ, atque honoris: quo nec ætatem [n], nec ſexum excuſandum eſſe præcipimus. 8 Deu[illegible] p. 1.

Eccl. 1. a ¶ Neceſſitatem.] id eſt, commoditatem & honeſtatem.[a]

a Bū debet: nam ſi ſolā neceſſitatem attēdas pellis caprina ſufficeret: q̄d non eſt verum. 41. diſt. parſimoniā. § vlt. ſecundum I. de F.

b ¶ In ſummitate.] id eſt, in limbo.

NVllus.] CASVS. Statuitur in hoc ca. vt nullus clericus veſte vtatur indecenti: ſiue moretur, ſiue vadat: ſed vtatur ſtolis, id eſt, veſtibus vel cappis, q̄ ſunt conceſſæ clericis. & qui contra fecerit, per hebdomadam ſuſpendatur.

† καὶ σεμνότης

1 i reg. breu. c. 49.

c ¶ In itinere.] niſi fuerit iuſta cauſa timoris. extr. de vi. & hon. cler. clerici.

† al. ſemitatibus

ἐν τοῖς ἄκροις

Math. 11.

d ¶ Stolis] id eſt, veſte talari, ſuper pellicio, vel cappa.

e ¶ Per vnam.] not. de ſuſpenſione vnius ſeptimanæ. ſic de conſe. diſt. 2. ſi quis per ebrietatē. & 5. q. 2. præſenti.

EPiſcopi] CASVS. Quidā clerici laicalib. indumentis vtebantur: & ſacerdotes ſine pallio in publico apparebant. quare ſtatuit Zacharias, vt hoc de cetero non faciant, niſi itinere longo ambulauerint: quia ſicut mulier orans non velato capite, deturpat caput ſuum, id eſt, virū: ita ſacerdos ſine operimento deturpat ſacerdotium ſuum. Si quis vero contra hæc ſtatuta fecerit, communione priuetur.

† ἀφοριζέσθω, id eſt, ſegregetur

f ¶ Sacerdotali.] id eſt, talari. Seq. c. planū eſt.

f ¶ Sacerdotali.] i. talari, vt 23. diſt. non liceat.

g ¶ Operimento.] id eſt, ſine cappa vel pallio.

h SIne ornatu.] ¶ Sæcularium. Ergo videtur quòd qui verberat tales, non ſit excommunicatus. extra de ſen. exc. in audientia. ſed hoc non eſt verum, vt no. 17. q. 4. quiſquis. Ioan. de Fant.

PRæcipimus] CASVS. Præcipit Innocentius in hoc c. vt clerici tam honeſtè in habitu corporis & in moribus ſe habeant, vt aſpectum laicorum, quorum formam eſſe debent, non offendant. Si quis vero contra fecerit, niſi admonitus reſipiſcat: beneficio careat eccleſiaſtico.

1. Cor. 11.

SVum vero] CASVS. Hic proponitur 5. q. qua quæritur an clerici ab epo ſuo correcti officium relinquentes, ad ſæcularem iudicem confugere poſsint? Et reſp. quòd nō, vt probatur per ſequentia.

2 Anſ. l. 7. c. 161. Iuo p. 13. c. 7.

i ¶ Suum vero.] Hæc q. determinatur 11. q. 1. placuit vt quicunque. & c. inolita.

3 Ex c6c. Eugenij iij. c. 2

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathen. q. ſi quis clericus propter correctionem epiſcopi vitandā relicto ſuo officio ad ſæcularem iudicem confugerit: & is ad quem confugerit, opem ei defenſionis præbuerit: vterque de communione eccleſiæ repellatur.

SI quis à proprio.] CASVS. Statutum fuit in concilio Antiocheno vt clericus ab epiſcopo ſuo depoſitus, vel epiſcopus a ſynodo degradatus ad Imperatorem non recurrat: ſed recurrat ad ſynodum, & ibi alleget quæ ſibi profutura putabit. quod ſi hoc facere cōtemnat, ſpem reſtitutionis in futurum non habebit.

k ¶ Imperialibus.] ab Imperatore nō poteſt peti cognitio publicorum iudiciorum: ſed epiſcopale iudiciū poteſt peti ab eo. 11. q. 1. placuit vt quicunque.

l ¶ Nullam veniam] idē eſt in eo qui excommunicatus celebrat. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. idem in eo qui tranſit ad aliam eccleſiam auctoritate propria. 7. q. 1. ſi quis presbyter.

SI quis cuiuſlibet.] CASVS. Statutum fuit in concilio Carthaginen. quòd ſi aliquis epiſcop[us] iudicio epiſcoporum fuerit damnatus, non debeat à ſua eccleſia, vel ab aliquo homine defenſari: & qui eum defenderit, pœna pecuniæ, & amiſsione iui honoris punietur: a qua pœna nec ſexus, nec ætas excuſatur. Seq. cap. patet.

m ¶ Pœna.] Arg. pœnam pœcuniariā poſſe infligi ab eccleſia. 23. di. quamquam. 18. di. quoniā quidem. 16. q. 1. ſtatuimus. & q. 6. cognouimus. & 23. q. 5. de Liguribus.

n ¶ Nec ætatem] dummodo ſit capax doli, vt de

Item ex concilio Arelatenſi, c.4.

¶ Communione priuetur, qui eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam fugientem diſpeſare præſumit. C. IIII.

SI forte aliquis clericorum regulam diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubterfugiēs fuerit euagatus, quicumq; eū ſuſcerit[a], & nō ſolum pontifici ſuo non reconciliauerit, ſed magis defenſare preſumpſerit, eccleſiæ cōmunione priuetur.

Item ex concilio Martini Papæ, c.35.[1]

¶ Spe reconciliationis careat, qui ab epiſcopis cōdemnatus Imperatorem adierit. C. V.

iij[a] SI quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus excommunicatus, in concilio iniuſte ſe queritur condemnatum, ad maiorem[a] epiſcoporum ſynodum reuertatur. & eorum inquiſitionem, & iudicium expectās, ſi quas ſe iuſtas cauſas habere putat, illis exponat. Si autem contempſerit, & importans† ſe palatio[b], aures principū inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit peruenire: neque ſpem futuræ reconciliationis habebit.

a ¶ Maiorem.] *Antea legebatur*, maiorū epiſcoporum concilium. *Emendatum eſt eſt ex codice Lucenſi regio: quoniā concordat cum canone Antiocheno ſupra e. ſi quis à proprio. vnde videtur ſumptum.*

Item Gregorius Conſtantinæ Auguſtæ, lib. 4. epiſt. 34.

¶ *In vulgatis, & pleriſque manuſcriptis legitur*, Conſtantino Auguſto. *Emendatū eſt ex vno vetuſto Gratiani, & altero epiſtolarum B. Gregorij: licet in editionibus illarum ſit*, Conſtantiæ Auguſtæ. *Nā vxorē Mauritij Imperatoris, ad quam ſcribit B. Gregorius, Conſtantinam vocatam eſſe teſtantur Zonaras, Nicephorus, Cedrenus, & Anaſtaſius bibliothecarius: & Ioannes diaconus in vita B. Gregorij lib. 3. nu. 51. referens epiſtolam, ex qua ſumptum eſt hoc caput, Conſtantinæ Auguſtæ ſcriptam aſſerit.*

¶ Epiſcoporum cauſæ coram principibus examinari non debent. C. VI.

3 SI epiſcoporum cauſæ mihi commiſſorum apud piiſſimos dominos aliorum patrociniis diſponuntur, infelix ego in eccleſia iſta quid facio? Sed vt epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago[c] peccatis meis deputo. Hoc tamen breuiter ſuggero, quia aliquantulum expecto: & ſi ad me diu venire diſtulerint†, exercere in eos† diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

CAVSA XXII.

QVidam epiſcopus iurauit falſum, quod putabat verum: quo comperto archidiaconus eius iurauit ſe numquam praſtaturum ei obedientiam. Compellitur archidiachonus ab epiſcopo ad exhibendam ſibi conſuetam reuerentiam. Accuſatur epiſcopus de duplici periurio, & de eo, quòd falſum iurauit, & quia archidiaconum ad peierandum compellit.

1 Primo quæritur, an iuramentum ſit præſtandum, an non.

2 Secundo ſi ſit periurus, qui iurat falſum, quod putabat verum.

3 Tertio, ſi licuit archidiacono denegare epiſcopo conſuetam obedientiam.

4 Quarto, ſi conſtiterit eſſe illicitum, quod iurauit archidiaconus, an ſit ſeruandum.

5 Quinto, ſi conſtiterit illud ſeruandum eſſe, an epiſcopus ſit reus periurij, qui contra iuramentum archidiaconum ſuum ire compellit.

QVÆSTIO. I.

1. ps *QVòd iuramentum[d] præſtandum non ſit, auctoritate canonica ſcriptura probatur. Ait enim Chriſtus in Euangelio diſcipulis [Sit ſermo veſter, Eſt eſt, non non[e]: quod autem amplius eſt, à malo[f] eſt.] Item Iacobus in epiſtola. [Ante omnia fratres mei nolite[g] iurare omnino.] Vtraque auctoritate iuramentum prohibetur præſtare. Sed aliud eſt, ad iuramentum ſponte accedere: aliud, vel ad aſſerendam innocentiam ſuam, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad perſuadendum auditoribus, quando pigri ſunt credere, quod eis vtile eſt, iuramētum offerre. Primum prohibetur: ſecundum conceditur. Non enim iurare omnino peccatum eſt.*

Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.

¶ Iuramentum pro fœdere pacis eſt faciendum. C. I.

4 OMne[h], quod in pacis fœdera venit, tunc ſolidius

S vt de conſe. diſtin. 4. eos extr. de delic. pue. c. 1. B.

a SI forte.] ¶ *Suſcepit*] ad defendendum.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Statuit Martinus Papa in hoc ca. quòd ſi epiſcopus, vel alius clericus conqueritur ſe iniuſte damnatum, recurrat ad concilium epiſcoporum: & ibi ſi quas habet innocentiæ cauſas alleget. ſi autem voluerit ad principem recurrere, nullam ſpem futuræ reconciliationis habebit.

b ¶ *Palatio*] Nullus enim epiſcop⁹ vel preſbyter ſine cōſcientia aliorum epiſcoporum ibit ad Imperatorem. 23. qu. 8. ſi quis epiſcopus.

SI epiſcoporum.] CASVS. Quidam epiſcopi cū ſuas cauſas coram Apoſtolico tractare deberent, refugium habebant ad iudices ſæculares. qd Gregor. ſuis peccatis deputat. de hoc tamen referendo gratias Deo, ſcribit Conſtantinæ Auguſtæ, dicens, quòd niſi epiſcopi cito ad eum venerint, canonicam diſtrictionem in eos exercebit.

c ¶ *Gratias ago.*] " hoc de facto ipſorum: quia ipſi peccant: ſed pro pœna quam ego ſuſtineo, ſicut Iob egit gratias Deo pro ſua pœna: non pro perſecutione malorum, cū ſic dixit: Sit nomen Domini benedictum.

QVidam epiſcopi.] CASVS. in ſuperiori cauſa tractatum eſt de obedientia clericorum erga ſuos epiſcopos. Sed quia quandoque quis iurat ſe ſuo prælato nō obedire: ideo Gratianus hanc xxij. cauſam ſubnectit: in qua de iuramento tractat, & de mandato: & quot comites iuramentum habeat: quæ vt melius appareant proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones.

QVòd iuramentum.] Hæc q. diuiditur in 5. part. in quarum prima probatur per 10. c. quod poſſumus iurare pro re licita & ex cauſa: alias non. Secūda ibi, *Quæritur quis.* Tertia ibi, *Ex præmiſſis.* Quarta ibi, *Sed quæritur.* Quinta ibi, *Periurij.* Io. de Fant. CASVS. Hic proponitur prima quæſtio, in qua quæritur an iuramentum ſit præſtandum ab aliquo, vel non. Et certum eſt quod ſic in caſibus iſtis, ſcilicet pro pace ſeruanda inter aliquos, vt infra ea. omne. Pro fama, ſcilicet cum aliquis eſt infamatus, vt 1. q. 5. preſbyter. Item pro fide catholica ſeruanda, vt 1 q. 7. quoties. de conſec. diſt. 2. ego Berengarius. Et pro fidelitate ſeruanda, vt ī. 23. diſtin. quāquam. ī ead. q. 5. de forma. Et pro cautione damni non faciendi, vt 18. diſt. de Syracuſanæ. Et pro defectu veri, ſcilicet ne veritas occultetur, vt 24. quæſt. 2. quamquam. Quid autem ſit iuramentum & quot habeat comites, conſueuit in ſumma huius quæſtionis notari. Et procedit hoc ordine Gratia. in hac quæſtione. Primo probat quòd iuramentum non ſit præſtandum duabus auctoritatibus, ſcilicet Euangelij, & Iacobi. Poſtea ſoluit dicens, quòd ſponte iurare quis non debet, ſed propter neceſſitatem poteſt, vt pro innocentia ſua purganda: & pro pace facienda: aut propter incredulitatē aliquorū.

d *Quod iuramentum.*] Ad intelligentiam ſequentium videndum quid ſit iurare: & quid iuramentum, quæ cauſa inſtitutionis iuramenti: & quæ ſit forma iuramenti. " Iurare eſt aliquid Deo teſte dicere. Iuramentum eſt vox ipſius iurantis, vel actus ipſe, vel ipſum quod iuratur. " Cauſa inſtitutionis vna eſt propter infirmitatem hominum de facili dubitantium. cum enim volumus aliquibus perſuadere quod eis vtile eſt, & non credunt ſimplici verbo permittitur nobis iurare, vt ī. e. non eſt. & capi. ita ergo. & cap. ſi peccatum. Alia cauſa eſt propter idolatriam. ſicut enim conceſſum fuit vt hoſtias Deo immolarent, ne eas offerrent dæmonibus: ſic potius permiſſum fuit, vt per Deum iurarent, quam per creaturas: ne inciderent in crimen idolatriæ, vt ī. c. conſidera. " Forma autem iuramenti alia fit ſolo ſermone: alia fit interuentu alicuius rei ſacræ. " Illa quæ ſolo ſermone fit, ſecundum tria tempora triplex inuenitur. Aliter enim iurabant in veteri lege: aliter in primitiua eccleſia: aliter hodie. In veteri lege iurabatur, Viuit Dominus, viuit anima mea: hæc addat mihi Dominus, vt ī. ead. & iurabunt. In primitiua eccleſia iurabatur, teſtis eſt mihi Dominus: teſtis eſt mihi cōſcientia: hoc dico coram Deo, vt ī. ead. ſi peccatum. Hodie iuratur, per Deum: & ſic me Deus adiuuet, vt 15. q. 6. de parentela. " Pœna periurij eſt ſicut de aliis mortalibus, vt ī. ea. q. c. vlti. & fit inteſtabilis, vt ī. eā. q. 5. paruuli. huic autem quæſtioni propoſitæ breuis datur ſolutio, quia iuramentum non eſt præſtandum niſi in dubiis & neceſſariis, cum pigri ſint homines ad credendum. ī. vt e. ita. & c. ſi peccatum.

e ¶ *Eſt eſt, non non.*] ideo fit geminatio, vt referatur ad os, & ad cor, vt extr. de iureiu. & ſi Chriſtus, & negatio duplex hic nō inducit affirmationem: licet ſit arg. contra ff. de ver. ſig. duobus verbis.

f ¶ *A malo*] ab incredulitate, ſcilicet illius cui iuratur, vt extr. de ele. ſignificaſti.

g ¶ *Nolite.*] ſic tantum remouet indiſcretum iuramentum, vel vult dicere quòd non pro qualibet re ſit iurandum: quia non pro vili, vt 2. q. 5. ſi quis. Ioan.

OMne] CASVS. Statuit concilium Toleta. in c. quòd pro tribus cauſis poteſt quis licite iurare, ſcilicet pro pace facienda vel conſolidanda, & cum in iudicio per teſtes veritas comprobatur, & cum quis ſuam innocentiam purgat.

h ¶ *Omne quod*] item quattuor hic ponit caſus, in quibus poteſt iurari

---

† in cap. ſynod. Græc. Mar. Brach. c. 35.

a Cōcor. ī. e. ca. ſi quis à proprio.

" tribulatus agere debet gratias Deo.

† al. importunans]

al. importunus palatio]

† Ioan. diac. l. 3. c. 51.

" iurare quid ſit.

† al. diſtulerint] orig.

† in eo] orig.

" iurā duplici cā eſt inſtitutum.

" iuramenti forma.

" iurā dſis ſecundū tria tempora.

Matth. 5.

Iac. 5

" Pœna periurij.

4 Iuo p. 12. c. 2. Pan. l. 8. c. 83

iurari.ſunt & alij quos habes 2. qu.5. in princ. & 28.diſt. de Syracuſanæ.& extra de iur.cal. c.1.extr.de ele. ſignificaſti

†al. fiunt

a ¶ *Deficiat.*] ſupple & reus ſit infamatus. aliàs deficiente accuſatore non cogitur ſe reus expurgare, niſi fuerit infamatus, vt 6.q. vlti. quod autem. licet quidam voluerint dicere contra. C. de reb. cred. in bonæ. & hæc dictio, ſola, excludit hic vulgarem purgationem [a], ſed non excludit numerum compurgatorum.

†al. teſtis

a Quæ alienata eſſe à ſacro ordine, 2 q 5. mo nomachiã. L.

b ¶ *Taxatio.*] id eſt, impoſitio iudicis. eſt enim taxare modus iurandi.extr.de pur.can. cum in iuuentute. Ioan.

1 Et Beda 1 Cor. 15. 2 ſent. 3 diſ. 39. Poly. l. 6. tit. 11 Iuo p. 12.ca.3. Pan. l. 8.c. 84.

N[*On eſt contra.*] CASVS. Quidam dicebant, quòd nullo modo erat iurandum: & hoc probant auctoritate Domini dicentis, ſit ſermo veſter, eſt, eſt, &c. Aug. vero oſtendit, quòd iurare non eſt peccatum. quod probat exemplo Apoſtoli, qui iurauit his verbi, per gloriam veſtram quotidie morior. quam locutionẽ exemplaria græca iurationem eſſe oſtendunt, ſiue demonſtrant. & docet quod Dominus non prohibuit iuramenta niſi quæ fiunt ex cupiditate & dilectione iurandi.

1.Cor.15.

c ¶ *In ipſo eſt*] ſ. ead. ſi peccatum.11. q.3. anteceſſor. Ioan.

†al dilectione

d ¶ *Audiendi ſunt*] [*] immo eo ipſo quod nolunt iurare, ſunt habendi hæretici. extra de hær. excom municamus.& c. ad abolẽdam. §. ſi qui. quidam enim nimis faciles ſunt ad iurãdum: quidam metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem perueniunt, vt ff. de cond inſt.quæ ſub conditione. Ioan.

Matth.5. [*] iurare nolens eſt habendus hæreticus.

I[*N nouo*] CASVS. Dicit Aug. quòd prohibitum eſt ne omnino iuremus: non quia iurare ſit peccatum: ſed quia peierare peccatum eſt, ad quod per iuramentum peruenitur.

3 Iuo p. 12.c. 4. Pan.l.8. c.85.

e ¶ *Sed quia peierare.*] arg. quòd quandoque prohibemur aliquid non propter ſe, ſed propter aliud quod inde ſequi poteſt [b]. 11. qu.3. nolite.& 37. diſt. ideo. inſt. vi bon.rap. §. ſed nedum talia. 41. diſt. quiſquis.12.qu.1. habebat.2. q.7. pr [?] ſumunt. 24. qu.3. Deus. vbi aliquid prohibetur propter ſuum contrariũ, ſicut hic.

Matth. 5.

b Arg. cõtra 23 q.5. de occidend.8.

4 Beda 1 Cor. 15.

5 Polyc. l 6. tit.11.

ſubſiſtit, cum iuramenti hoc interpoſitio roborat. Sed & omne, quod amicorum animos cõciliat, tunc fidelius† durat, cũ eos ſacramenti vincula ligant. Omne etiã quod teſtibus† adſtipulatur, tunc verius cõſtat, cum id adiectio iurationis affirmat. Quòd ſi & [a] teſtis deficiat[a], innocentis fidem ſola iuſiurandi taxatio[b] manifeſtat.

a ¶ Si & teſtis.] *In vetuſtioribus conciliorũ editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & vno monaſterij Dominicorũ legitur.* Quod etſi geſtis deficiat, nocentis fidem, &c. *Sed recentiores editiones Colonienſes, & codex Lucenſis regius habent vt Gratianus, & Iuo, & Panormia.*

Item Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Galatas, c.1. in fine.[1]

¶ Iuratio non eſt prohibenda, nec tanquã bonum appetenda. C. II.

2 NOn eſt contra præceptum iuratio, quę à malo eſt, non iurantis, ſed incredulitatis eius, cui iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuiſſe à iurando, vt, quantum in ipſo eſt[c], quiſque non iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum, aut ſuaue aliquid. Nam vtique Apoſtolus nouerat præceptum Domini. & iurauit tamen. Non enim audiendi ſunt[d], qui has, iurationes eſſe non putant. Quid enim faciant de illa? [Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres, quã habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro:] quam græca exemplaria manifeſtiſſimam iurationem eſſe conuincunt. Prohibemur[e] ergo iurare cupiditate, aut delectatione† iurandi. quamuis enim iuramentum amplius ſit, quàm, eſt eſt, non non: & ideo à malo ſit, non tamen à malo tuo, ſed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.

e ¶ Prohibemur ergo.] *Apud B. Auguſtinũ, & ceteros collectores hic locus ita habet.* Quantũ ergo in ipſo eſt non iurat Apoſtolus: nõ enim appetit iurationẽ cupiditate, aut delectatione iurandi. Amplius enim eſt quàm, eſt eſt, non non: & ideo à malo eſt, ſed infirmitatis, &c.

Item Aug. in epiſt. 154. ad Publicolam.

¶ Peierare, peccatũ eſt, non iurare. C. III.

3 IN nouo teſtamento dictũ eſt, ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia verũ iurare peccatum eſt, ſed quia peierare[e] immane peccatũ eſt: à quo longe nos eſſe voluit, qui omnino ne iuremus, admonuit.

Idẽ ſermone trigeſimo de verbis Apoſtoli.[4]

¶ In neceſſariis verum iurare peccatum non eſt. C. IIII.

5 VT noueritis verum iurare non eſſe peccatum, inuenimus & apoſtolum Paulum iuraſſe [Quotidie morior per veſtrã gloriã, fratres, quã habeo in Chriſto Ieſu Dño noſtro.] Per veſtrã gloriam iuratio eſt. Non enim ſic ait, per veſtram gloriam morior, quaſi veſtra gloria me facit mori: quo modo ſi diceretur per [c] venenũ, per gladium, per beſtiam, per inimicum, mortuus eſt, intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno mortuus.

c ¶ Per venenum.] *Apud B. Auguſtinũ, & Bedam ſic legitur,* quomodo ſi diceret, per venenum mortuus eſt, per gladiũ mortuus eſt, per beſtiã mortuus eſt, per inimicũ mortuus eſt, id eſt faciente inimico, faciẽte gladio, faciẽte veneno, & ſimilia: Non ſic dixit per veſtram gloriã.

Idem de ſermone Domini, lib. 1. c. 30.

¶ Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum iuramentum eſt vitandum. C. V.

ITa ergo præcepiſſe Dominum intelligitur, ne iuretur: ne quiſquam, ſicut bonum[f], appetat iuſiurandum, & aſſiduitate iurandi ad periurium per conſuetudinẽ[g] delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſariis iurationem habendam, refrænet ſe quantum poteſt, vt non ea vtatur, niſi neceſſitas† cogat: videlicet, cum videt pigros eſſe homines ad credendum, quod eis vtile eſt credere, niſi iuratiõe firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod ſic dicitur: [Sit autẽ ſermo veſter, eſt eſt, non non.] Hoc bonum eſt, & appetendum: [Quod autem amplius eſt, à malo eſt:] id eſt, ſi iurare cogeris, ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid ſuades, quę infirmitas vtique malum eſt: vnde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus [Libera nos à malo.] Itaque non dixit[h], quod autem amplius eſt, malum eſt. Tu enim† non malum facis, qui bene vteris iuratione.

Idem ibidem continenter.

¶ Iurare non eſt peccatum. C. VI.

6 TV malum non facis, qui bene vteris iuratione: quæ[i] etſi non bona, tamen neceſſaria eſt, vt alteri perſuadeas, quod vtiliter[i] perſuades. Sed à malo eſt illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

i ¶ Quæ etſi.] *Apud B. Auguſtinũ poſt vltima verba capitis præcedentis,* bene vteris iuratione, *ſequitur continenter,* quæ etſi non bona, &c. *quemadmodum & in vno peruetuſto Gratiani codice, in quo hæc duo capita non ſunt diſtincta.*

Item Hieronymus ſuper Hieremiam ad c. 4.

¶ Per Deum iurare permittitur, ne per idola iuretur. C. VII.

7 ET iurabũt[a], viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, &

V[*T noueritis.*] CASVS. Probat in hoc capit. Auguſtin. quòd iurare non eſt peccatum: quod probat exemplo Apoſtoli, qui iurauit hoc modo: per gloriam veſtram, &c. Et quod iſta verba ſint iuramentum patet. non enim ſic intelliguntur vt gloria illorum faceret Apoſtolum mori, ſicut per venenum vel per gladium moritur homo.

1.Cor.15.

I[*Ta ergo.*] CASVS. Caſum iſtum ſic pones. Dicitur in hoc c. quòd quædam ſunt appetenda per ſe, vt virtus, quædam vero appetenda ſunt propter neceſsitatem, vt iuſiurandum. vnde aliquis iurare non debet niſi neceſsitas eũ cogat ſcilicet cum videt pigros homines ad credendum, qui non crederent niſi iuretur. cum vero non adeſt neceſsitas, ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non. Si autem amplius fuerit, ſcilicet iuramentum in tempore neceſsitatis: non eſt a malo iurantis, ſed a malo, id eſt, infirmitate recipientis: a qua infirmitate quotidie deprecamur liberari. Sequens cap. patet.

† neceſsitas eum vrdet] orig.

f ¶ *Bonum.*] argu. quòd bonum prohibetur propter conſequens malum, vt 22. diſtin. denique. vitia enim vicina ſunt virtutibus, vt 41. diſt. ſæpe.

Matth 5.

g ¶ *Conſuetudinem*] [**] aſſiduitas enim facit aliquid eſſe peccatum, quod alias non eſſet, vt 25. diſt. criminis appellatio.

[**] Aſsiduitas facit aliquid eſſe pc̃m.

h ¶ *Non dixit.*] vim ergo debemus facere in verbis ſecundum ius, vt 3. diſt. ſi conſuetudinem. & ff. de verb. obligat. ſi quis ſtipulatus.

Matth 5.6.

i ¶ *Quod vtiliter*] [*] & ſi propter vtilitatem alterius poſſum iurare, multo magis propter meam. vt 22. q. 1. non licet.

† autem

[*] iuratur propter vtilitatem

6 Iuo p. 12. c 5. Pan. l. 8. cap 84.

E[*T iurabunt.*] CASVS. In veteri teſtamento iurabant Iudæi per idola: poſtea Dominus ad condemnationem idolorum, & vt Dominus per os hominum commendaretur, docuit per prophetas vt Iudæi per Dominum iurarent. Et hoc probat Hiero. duabus auctoritatibus. & ſic aliquis non poteſt dicere quod Euangelium in omni caſu nos iurare prohibeat. Et not. quòd prima auctoritas eſt in prin

7 ſ ne 3. diſt. 39. Iuo p. 12. c. 37. Hier. 4.

principio. ſecunda in fine, vbi dicitur, *viuit Dominus.*
a ¶ *Sed hic, iurabis, &c.*] prima ratio.
b ¶ *Pro confeſſione*] iurando enim per Deum confitemur ipſum.
c ¶ *Offendicula*] id eſt, idola per quæ iurabant.
d ¶ *Mortuorum*] ſcilicet deorum. Ioan[a].

rat per ſacra Euangelia. huic quæſtioni reſpondet per ſequentia c.
S*I aliqua.*] C A S V S. Quidam ſtulti putabant eſſe maius iurare per Euangelium, quam per Deum, quos Ioan. Chryſoſto. reprehendit dicens, quod ſcripturæ eccleſiæ factæ ſunt propter Deum, & non econuerſo. Sic litteram ordinabis, *modicum*, id eſt minus qui iurat per Deum quam per Euangelia.

in iuſtitia: & benedicent eum gentes, ipſumque laudabunt.] Quomodo ergo Euãgelium iurare nos prohibet? Sed hic, [iurabis[a]] pro confeſſione[b] dicitur ad condemnationem idolorum, per quæ iurabat Iſrael. Deniq; hic auferũtur offendicula[c], & iuratur per Dominum, quodq; dicitur [viuit Dominus] in teſtamẽto veteri iuſiurandum eſt, ad condemnationem mortuorum[d], per quos iurat omnis idololatra.

a ¶ Et iurabunt.] *Apud Hieremiam c. 4. legitur,* & iurabis. *verum quia eſt initium capitu, non eſt mutatum: ſed paulo poſt repoſitum eſt,* iurabis, *vbi anteà legebatur,* iuramentum.

Item Hieronymus ſuper Matthæum lib. 1. in cap. 5.

¶ Infirmis iurare conceditur. C. VIII.

1 CONſidera, quòd hic Saluator non per Deum iurare prohibuerit, ſed per cælum[e], & terram, & Hieroſolymam, & per caput tuum. Et hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum, vt quomodo victimas immolabãt Deo, ne eas idolis immolarent, ſic & iurare permitterẽtur in Deum: non quòd recte hoc facerẽt, ſed quòd melius eſſet Deo[f], id exhibere, quàm dæmonibus.

Item ex concilio Carthag. 4. c. 61. & 62.

¶ Excommunicetur clericus per creaturas pertinaciter iurans. C. IX.

2 CLericum per creaturas iurantem[g], accerrime obiurgandũ: ſi pſtiterit in vitio, excommunicandum. Inter epulas[h] vero cãtantẽ, ſupra dictæ ſententiæ, ſeueritate coercendũ decernimus.

Item Pius Papa.

¶ Clericus deponatur, laicus anathematizetur per capillum, vel caput Dei iurans. C. X.

3 SI quis per capillum[i] Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia cõtra Deum vſus fuerit, ſi in eccleſiaſtico ordine eſt[4], deponatur, ſi laicus anathematizetur. Et ſi quis per creaturam iurauerit, accerrime caſtigetur, & iuxta id, quod ſynodus iudicauerit, pœniteat. Si quis autẽ talem hominẽ non manifeſtauerit[k], non eſt dubiũ, quin diuina condemnatione coerceatur. Sed ſi epiſcopus iſta emendare neglexerit, acerrime † corripiatur.

¶ *Simillima his habentur nouella 77. apud Iulianum antecesſorem: ſed non prorſus eadem. Quare apud Iuonem nouellæ locus affertur par. 12. c. 32. hoc autem caput refertur c. 72. ex decretis Pij, quemadmodum & apud Burchardum.*

2 *Quæritur, quis magis teneatur, an ille, qui per Deum, an ille qui ſuper ſacra Euangelia iurat.*

Huic quæſtioni Ioannes Chryſoſtomus reſpondet dicens[5].

¶ Non eſt maius per Euangelium, quàm per Deum iurare. C. XI.

6 SI aliqua cauſa fuerit, modicum[l] videtur facere, qui iurat per Deum. Qui autem iurat per Euangelium, maius[m] aliquid feciſſe videtur. Quibus ſimiliter dicendum eſt: ſtulti, ſcripturæ ſanctæ[a] propter Deum ſunt, non Deus propter ſcripturas[n].

a ¶ Sanctæ.] *Sic eſt emendatum ex aliquot vetuſtis, & originali, & Polycarpo. Antea legebatur,* factæ.

Item Hieronymus[7].

¶ Non ſolum in altari, vel reliquiis, ſed etiam in communi loquela periurium caueatur. C. XII.

8 HAbemus in lege Dei ſcriptum [Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomẽ Dei tui in vanum.] Ideo admonendi ſunt omnes, vt diligenter caueant periurium, nõ ſolum in altari, ſeu ſanctorum reliquiis, ſed etiam in communi loquela.

¶ *Burchardus, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, apud quem non eſt inuentum: ſed in capitularibus lib. 1. c. 63.*

Item Iſidorus ſententiarum lib. 2. c. 31.

¶ Non prohibet Deus iurare, ſed peierare. C. XIII.

9 NOn eſt cõtra Dei præceptum iurare: ſed dum iurandi vſum facimus, periurij crimen incurrimus.

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 28. al. 30.

¶ Iuratio non eſt peccatum. C. XIIII.

10 SI peccatũ eſſet iuratio, nec in vetere lege diceretur.

COnſidera.] C A S V S. Hieronymus oſtẽdit in hoc c. quòd Chriſtus non prohibuit iurare per Deum, ſed per creaturas, non quòd hoc fiat recte, ſed quia melius eſt per Deum iurare, quã per dæmones vel alias creaturas: ſicut nõ recte Iudæi Deo victimas immolabant: ſed quia melius eſt Deo immolare quam dæmoniis. Seq. cap. per te videre poteris.
e ¶ *Sed per cælum*] " licet per creaturas non poſſumus iurare, iuramus tamen per Euangelium, quod eſt creatura: quia ibi tantum reſpectus habetur ad Deum. Ideo autẽ prohibetur iurari per eas, ne per contemptum earum peieretur, vt j. ea. §. ſed obiicitur. & ne videatur numẽ eſſe in eis. j. e. §. vlt.
f ¶ *Melius eſſet Deo.*] electiue ponitur, non comparatiue. ſic 11. qu. 3. nemo peritorum.
g CLericum.] ¶ *Iurantem*] ſine ſolennitate. tunc enim depoſitionem inducit quando ad ſolenitatem iurat, argu. 27. diſt. §. vlt.
h ¶ *Inter epulas*] de cõſec. diſt. 5. nullus.
SI *quis per capillum.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. dicitur, quòd ſi quis iurat per capillum vel caput Dei, ſi clericus eſt deponatur: ſi laicus, anathematizetur. In 2. part. dicitur, quòd ſi quis per creaturas profanas iurauerit: debet acerrime caſtigari, & pœnitere ſecundum quòd ſynodus iudicabit. In 3. part. dicitur, quod ſi quis taliter iurãtem non manifeſtauerit; à Deo condemnabitur, & epiſcopus, qui talia non emendat, acerrime corripiatur. Secunda pars incipit ibi, *Et ſi quis.* Tertia ibi *Si quis autem.*
i ¶ *Per capillum.*] ſecundum leges qui ſic iurat, vltimo ſupplicio punitur. in auth. vt nõ luxu. contra natu. circa medium.
k ¶ *Non manifeſtauerit.*] " Arg. quòd quis cogitur accuſare[b], vt 2. quæſ. 7. quapropter. 24. qu. 3. tam ſacerdos. 1. q. 1. quiſquis. Sed contra, nemo inuitus accuſare cogitur. C. vt nemo inui. agere vel accuſare compellatur. l. 1. & furem nemo cogitur indicare vel accuſare. ff. de prætor. ver. ſolent. Sed poteſt dici, quod iudicis officio cogi poteſt, ſed non iure actionis. illud tamen credo, quod denuntiare cogitur aliquis ſecundum communem opinionem, quod notaui 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit.
QVÆRITVR. Hæc eſt 2. pars q. in qua quæritur verum ſit maius peccatum iurare per Deum, quam per Euangelia. & hoc probat per duo c. quòd plus eſt iurare per Deum. Ioan. de Fan.
C A S V S. Hic mouet Gratianus quandam incidentem quæſtionem, ſcilicet quis magis teneatur, an ille qui iurat per Deum, an qui iu-

l ¶ *Modicum.*] quantum ad vulgares.
m ¶ *Maius.* infra ead. q. 5. qui peierare. contra. ſed illud de iudicio eccleſiæ, illud de iudicio Dei. " Vel dic quòd qui iurat per Deum non ſollenniter, minus peccat quam qui ſolenniter per Euangelium. ſed ſi vtrumque iuramentum eſt ſolenne, magis pecat qui iurat per Deum.
n ¶ *Propter ſcripturas.*] Hic patet quod æque obligatur qui iurat per Deum, ſicut qui iurat per Euagelium. ſed ſi per Deum iuraret non ſolenniter, & per Euangelium ſolenniter, vel econuerſo: magis eſt obligatus quoad eccleſiam ſolenniter iurans: ſed quantum ad Deum æqualiter. extra, qui cler. vel vo. rurſus. Sed obiicitur, quanto ſanctius eſt per quod iuratur tanto magis eſt pœnale periurium: ergo magis obligatorium, vt infra ead. mouet. ſed illud intelligo cum iuratur illicite, & habetur reſpectus ad ſolam creaturam. Hic patet quòd non eſt licitum iurare per creaturas, niſi in iure exprimatur quòd poſsit: ſicut per Euangelium, per altare, per Crucem. infra ea. habemus. & 5. quæſt. quinta. qui peierat. & infra eadem, ſi aliqua. & per ſalutem principis, vt prima. quæſtione ſeptima. quoties. Secundum leges tamen videtur quod poſsit iurari per creaturas, vt ff. de iureiurand. l. ſecunda. §. vltimo. & l. qui per ſalutem. Sed per membra Dei non eſt licitum iurare, vt in authentic. vt non luxurientur homines contra naturam. collat. ſexta. circa medium.
HAbemus] C A S V S. Quidam tranſgrediebantur ſacramenta, quæ faciebant in communi loquela ſcilicet cum ſimpliciter per Deum iurabant. Sed oſtendit Hieronym. quod non ſolum illa quæ fiunt in altari ſeu in ſanctorum reliquiis, ſunt a periuriis præcauenda, ſed etiam illa quæ fiunt in communi loquela. & hoc probat auctoritate veteris teſtamenti dicentis. Non peierabis, &c.
NOn eſt] C A S V S. Reuertitur nunc Gratianus ad principale propoſitum, ad oſtendendum quod licitum eſt iurare. & dicitur hic quòd non eſt contra præceptum Domini iurare ſed ideo prohibetur, ne propter vſum iuramenti periurium incurramus.
SI *peccatum*] CASVS. Quidam dicebant quòd peccatum erat iurare. Aug. vero docet non eſſe peccatum iurare tempore neceſsitatis, cum

a Sub. qui per hoc dãnabatur, & contemptibiles habebãtur, & quia non credebat populus ipſos habere aliquid numinis in ſe ſicut prius quando iurabat per ipſos.
" Iurare per creaturas non licet.
3 ſent. 1. diſt. 39. Iuo p. 12. c. 6. Pan. l. 8. c. 87.
3 Bur. l. 2. c. 170. & 175. Iuo par. 6. c. 266. & 261. Bur. l. 12. c. 15. Anſ. l. 11. c. 72. Iuo p. 12. c. 72.
4 Ex iſto textu infertur, quòd dignitas aggrauat delictũ, & per cõſequens pœna. not. in l. presbyteris. C. de ep. & cle. Cy. nemo. Cod. de ſum. tri.
" Accuſare an quis cogatur.
b Hoc intellige ſi teſtibus poteſt eum conuincere: alias debet tacere, & eũ latẽter corripere. 2. q. 1. ſi peccauerit. Vel ſaltem dicere tali perſonæ quæ poſsit prodeſſe, & non obeſſe. 2. e. q. 5. hoc vt. ſecun H.

† al. à ſynodo] Burch.
" iurans per Deũ, an plus obligetur, quam iurãs per Euangelium.
5 Auctor operis impf. in Matthæũ hom. 44. ſent. 3. diſt. 39. Poly. l. 6. tit. 11.
7 Capit. l. 1. c. 63.
8 Burc. l. 12. c. 2. Iuo p. 12. c. 59. Leuit. 19.
9 Polyc. l. 6. tit. 12. Burc. l. 12. cap. 10. Iuo p. 12. c. 7 Pan. l. 8. c. 88
10 Iuo p. 11. c. 8. Pan. l. 8. c. 89. Pol. l. 6 tit. 11.

cum homines ſunt pigri ad credendum quod eſt vtile eis. & hoc probat auctoritate veteris legis dicentis:non peierabis,&c.

a ¶ *Præciperetur.*] " quia non eſt peccatum quod Deus vult ſiue leges[a], vt 26. diſt.deinde.& qui peccat, legis auctoritate non peccat, vt 22.quæſtion.4.qui peccat.

" Legis auctoritas excuſat à pctō.

a Ad hoc 33.qu.5.noluit in fi.

Leuit.19.

† al. iuſiurandum meum.

b ¶ *Ad me.*] ſicut dicit canon quòd aliquis dicitur mutari potius q̃ mutare.7.q.1. mutationes.& c.ſcias.

EX PRÆMISSIS. Hæc eſt 3. pars quæſt.in qua quæritur vtrum ſit peccatum recipere iuramentum ſi dubitat, & probat quòd non,per ca. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS.Cõcludit Gratianus ex ſupradictis c.dicens q licet iurare non ſit peccatum, non eſt tamen appetendum:ne conſuetudine iurandi in periurium labamur. Sed obiicitur q licet iurare peccatum non ſit, tamen iuramentum recipere, peccatum videtur: cum dicatur,q amplius eſt,à malo eſt, non iurantis, ſed non credentis. ſed hãc obiectionem ſoluit dicens, q nomine mali non malitia, ſed pœna peccati, ſ. incredulitas, quæ ex infirmitate proceſsit, intelligitur: quæ peccatum non eſt, & ita ſicut iurare non eſt peccatum: ita recipere iuramentum non eſt peccatum. Et ad hoc inducit ſeq. ca. cuius caſus patet.

c ¶ *Quamuis.*] ¶ *Accipiamus.*] " niſi cum ſcimus aliquem falſum iuraturum[b]. tunc enim prohibemur recipere iuramentum, vt j. ead. quæſt.5. qui exigit. vel cum ſcimus aliquem cito poſſe labi in periuriũ,vt extr.de coha. cle.clericos. Et eſt hic ar. q eo ipſo eſt aliqd licitum,q non eſt prohibitum,vt 27. q. 1. lex diuinæ.28. quæſt. 1.iam nunc.Item argu. quod antecedens eſt licitũ, non tamen conſequẽs. ſic 23.q. 1. quid culpatur in fin.

" iuram̃ ñ eſt recipiẽdum ab illo, quẽ ſcimus falsũ iuraturum

b idẽ & cum ſcio veritatem, ſed ex odio exigo iuram̃.C. de iu cal. auth. in hoc ſacraméto. Laur.

1 Iuo p.12. cap.4.

2 ſent.5. diſ. 39.Anſ l. 11. c 75. Iuo p. 12.c.35. Pã. l.2 c.117. Poly.l.6 tit.11.

SED QVÆRITVR. Hæc eſt 4. pars qu. in qua quæritur ſi ſit credẽdum fidei eius qui per dæmonia iurat, & probat q ſic, per cap. ſeq.Ioan.de Fan.

3 tenetur n. ſeruar̃ iuram̃ licz peccet,ſecundum Ale.de Im. & Mo l in Lat̃ptor.§.iura.tã ſi. §. ff. de iureiur.

CASVS. Hic quæritur an ſit vtendum fide eius qui per dæmonia iurat,& reſpondet quòd ſic, ad bonum & licitum. & ad hoc inducit ſequens cap.cuius caſus patet.

[Nõ peierabis:reddas autem Domino iuramenta † tua] Non enim peccatum præciperetur [a] nobis. *Item infra.* ¶ Non vobis dicimus nos,non iurare.Si enim hoc dicimus,mentimur.Quantũ ad me [b] pertinet,iuro : ſed quantum mihi videtur, magna neceſſitate compulſus:cum videro non mihi credi,niſi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quod non credit. Hac perpenſa ratione, & conſideratione librata, cum magno timore dico[Corã Deo]aut [teſtis eſt Deus]aut [ſcit Chriſt⁹] ſic eſſe in animo meo: & video, quia plus eſt: id eſt,quia amplius eſt, quam eſt eſt, non non. Sed quod amplius eſt,à malo eſt, etſi non à malo iurantis, à malo eſt non credentis.

3 *Ex præmiſſis colligitur quòd iurare non eſt peccatum:non tamen tanquam bonum eſt appetendum, ne conſuetudine iurandi labamur in periurium. Sed cum dicatur procedere à malo non credentis,videtur, quòd etſi iurare peccatum non ſit, iuramentum tamen recipere malum ſit. Sed nomine mali non malitia,ſed peccati pœna intelligitur. Ex pœnali enim infirmitate incredulitas illa proceſsit,qua ad iurandum compellimur. Ipſum autem iurare,ſicut peccatum non eſt, ita iuramentum ab aliquo recipere malum nõ eſt.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad publicolam, epiſt.154.

¶ Iuramentum accipere non prohibemur. C. XV.

1 QVamuis dictum ſit,ne iuremus, nuſquam me in ſcripturis ſãctis legiſſe memini, ne ab aliquo iurationem accipiamus [c].

4 *Sed quæritur,an ſit vtendum fide eius,qui per dæmonia iurat.De his ita ſcribit Auguſtinus eadem epiſtol.154 ad Publicolam.*

¶ Licet vti fide eius, qui, vt eam ſeruet, per dæmonia iurat. C. XVI.

2 MOuet te, vtrum eius fide vtendum ſit, qui, vt eam ſeruet,per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius conſiderare, verũ ſi quiſpiam per Deos falſos iurauerit ſe fidem ſeruaturũ [3], & eam non ſeruauerit, non tibi videatur bis [d] peccaſſe?Si enim tali iuratione promiſſam ſeruaret † fidem, ideo tantum peccaſſe iudicaretur, quia per tales Deos iurauit. Illud autem nemo reprehẽderet. quia fidem ſeruauit. Nunc vero quia & iurauit per quos non debuit,& cõtra pollicitam fidem fecit quod non debuit, bis vtique peccauit,ac per hoc,qui vtitur fide illius quem conſtat iuraſſe per Deos falſos,& vtitur non ad malam rem,ſed ad licitam,& bonam, non peccato eius ſe ſociat[e], quo per dæmonia iurauit,ſed bono pacto eius,quo fidem ſeruauit. Neque[f] enim hic eam † fidem dico ſeruari,qua fideles vocantur, qui baptizantur in Chriſto. illa enim longe alia eſt, longeque diſcreta à fide humanorum placitorum, atque pactorum. Verumtamen ſine vlla dubitatione minus malum eſt per Deos † falſos veraciter [g] iurare, quàm per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur, magis eſt ſanctum, tanto magis [h] eſt pœnale [i] periurium [k]. ¶ Alia ergo quæſtio eſt, Vtrum non peccet, qui per falſos Deos ſibi iurari facit:quia α ille, qui ei iurat, iurat per Deos falſos,quos colit.Cui quæſtioni poſũt illa teſtimonia ſuffragari, quæ ipſe commemoraſti de Laban [l] & Abimelech : ſi tamen Abimelech per Deos ſuos iurauit, ſicut Laban per Deum Nachor β.

α ¶ Quia ille.] *In epiſtolis B. Auguſtini excuſis legitur*, quã ille qui ei iurat falſos Deos colit. *In codice earundem Vaticano*, quando ille,qui ei iurat,falſos Deos colit:*in editione Frobeniana,& apud Iuonem*, quia ille,qui ei iurat, falſos Deos colit.

β ¶ Nachor.] *Sic eſt emendatum ex loco ipſo Geneſis,Iuone,& vno vetuſto Gratiani codice,in eius quidẽ vulgatis erat*,per Deũ Sochot,*in B. Auguſtini autẽ*,per Deũ Iacob.

Sic etiam cum in libro Machabæorum Romani leguntur pacem firmaſſe cum Iudæis:intelligendi ſunt iuraſſe per falſos Deos: ſicut & Iudæi iurauerant per Deum verum.

Gen.31 & 31

1 Mach.8.

† al. cuſtodiret.

† al. eandem

† al. Deum falſum

tiue, *ſi tamen.* Secunda pars incipit ibi, *Verum autem.* Tertia ibi, *Alia quæſtio.*

d ¶ *Bis.*] plus enim peccat qui in duobus peccat, quam qui in vno.13.diſt.c.1.

e ¶ *Sociat.*] & ita obligat iuramentum quod fit per falſos Deos. & non obſtat. ff. de iureiuran. l. non erit. §. penultim. vbi dicitur, quòd non valet iuramentum quod fit per falſos Deos: quia ibi loquitur de hominib. eiuſdem fidei.

ADDITIO.Scilicet de duobus fidelibus : hic autem vnus erat infidelis: & ita fit hoc in fauorem religionis:vel ibi eſt aliud ſecundum leges, ſecundum Lau.

f *Neque.*] hic reſpondet tacitæ quæſtioni, cum pagani non habeant fidem, quomodo dices eos frangere fidem? Ad hoc reſpondet, quòd hic non agitur de fide virtutum, ſed de alia fide. " Multipliciter enim dicitur fides. quãdoque idem eſt fides, quod ſacramentum baptiſmi, vt 45. diſt. de Iudæis. Item dicitur fides caſtitas thori[c], vt vigeſimaſeptima, quæſt.2. coniuges. Item dicitur fides ſecuritas ſiue pactum, vt 23.quæſt. prima. noli. Item dicitur fides conſcientia, vt ibi, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, vt vigeſimaoctaua, quæſtione prima. §. primo. Item dicitur fides habitus mentis bene conſtitutæ. Item dicitur fides credulitas, ſecundum quam credimus illud quod non videmus, vt ibi, Fides non habet meritum, &c. de pœnitent. diſtinctio. 4.c.in domo.

" Fides multipliciter dicitur.

c Ad hoc 28 q.1.caue.

g ¶ *Veraciter.*] quod eſt,ſi fallaciter iuretur per Deos falſos. & ita periurium committit qui verum iurat per Deos falſos.

h ¶ *Magis.*] hæc dictio, magis, non comparatiue ponitur,ſed abnegatiue, quia falſi Dei non ſunt ſancti.

i ¶ *Pœnale*] id eſt, maiori pœna dignum. quanto enim res eſt ſanctior vel melior, tanto eſt maius peccatum offendere eam quam aliam, vt 17.quæſtione 4.ſicut qui.& infra eadem,quæſtio. 5. qui peierat.

k ¶ *Periurium*] id eſt, temerarium iuramentum.& ſic bene adaptatur ratio ſequens.

l ¶ *De Laban.*] " ſed nonne ille peccat qui per Deos falſos iurat:ergo & ille peccat, qui recipit tale iuramentum,vt j. ead.q.5.ille?Sed dic quod licet ille peccet, tamen permittitur tale iuramentum, cum aliter non poſsit adhiberi fides dictis ſuis. præterea ſi iuraret per Deum verum, facilius obuiaret tali iuramento, & tamen magis peccaret.

" Iurans per Deos falſos an peccet.

MOuet te.] CASVS. Licet Hu. & Ben.dixerint quòd tres quæſtiones factæ fuerint ex hoc cap.ego Bar. Brixien. credo quòd tantum duæ fuerunt.Cap.ergo hoc diuiditur in tres partes. In prima parte quæſiuit Publicola an ſit vtendum fide eius qui iurauit per falſos Deos. Antequam veniat ad reſponſionem quæſtionis, dicit quòd qui iurat per falſos Deos, non ſeruat fidem, in duobus peccat, & quia iurauit per falſos Deos, & quia fidem non ſeruauit. ſed ſi ſeruauit fidem, laudabile eſt:& ideo fide eius vti poſſumus ad bonum & non ad malum. Fides enim appellatur hic promiſsio, & non illa fides a qua fideles catholici vocantur. In ſecunda parte dicitur,quòd minus peccat ille, qui iurat per falſos Deos veraciter, quam qui iurat per verum Deum fallaciter: quia quanto ſanctius eſt per quod iuratur, tanto magis pœnale eſt periurium. In tertia parte quæſiuit Publicola an peccet qui gentilem ſiue paganum ſibi per falſos Deos facit iurare? Et reſpondet quòd non:& hoc probat exemplo Iacob & Eſau, qui fecerunt ſibi iurare Laban & Abimeleth per falſos Deos,quod credendum eſt:& ideo dicit dubitatiue, *ſi tamen.*

SIC ETIAM. CASVS.Adhuc oſtendit Gratia.quod non peccat.

Cl.m

Sit etiam & de iuramento, quod fit per creaturas, intelligendum eſt: quòd ipſum quidem iurare per creaturas malum eſt, quia à Deo prohibitum eſt: ſed ſeruare quod iuratur, bonum eſt, vt euitetur peccatum mendacij, & doloſitatis. ¶ [1] *Sed obiicitur, quòd Ioſeph vir ſanctus per creaturas iurauit, dum dixit fratribus ſuis* [*Per ſalutem* [a] *Pharaonis non exibitis hinc.*] ¶ *Sed ſciendum eſt, quòd ſancti non tam per creaturas, quàm per auctorem creaturarum iurabant: nec in creaturis aliud, quàm creatorem ipſarum venerabantur: ſicut Ioſeph, qui per Pharaonem iurando, hoc in eo veneratus eſt, quòd Dei iudicio poſitus erat in infimis* † [b]. *Vnde Apoſtolus ait* [*Omnis poteſtas à Deo eſt.*] *Item Chriſtus Pilato* [*Non haberes poteſtatem, niſi eſſet tibi datum deſuper.*] *Deus autem per creaturas iurare prohibuit, ne vel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis ineſſe crederetur, vel ne creaturas contemptibiles iudicando, per eas promiſſa pro nihilo duceremus. Sed quæritur, quid grauius ſit, an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter. Dupliciter enim reus eſt, qui per creaturas iurat mendaciter: quia & contra prohibitionem iurat, per quod ſibi iurare non licet, (à quo peccato eſt immunis, qui non niſi per creatorem iurat,) & proximum dolo capit: quod facit etiam per creatorem mendaciter iurans. Sed ſi periurium tanto magis pœnale eſt, quanto ſanctius illud eſt, per quod iuratur, apparet, quod etſi per creaturas mendaciter iurans dupliciter* [c] *peccet, grauiori tamen ſe ſubiicit pœnæ, qui per creatorem iurat mendaciter.*

5 *Periurij autem pœna grauiſſima eſt: quam ſi quis timens, ad confeſſionem venire noluerit, à fidelium conſortio eſt abiiciendus.*

Vnde Eutychianus Papa.

¶ Fidelium conſortio careat, qui pœnitentiam periurij agere noluerit.
C. XVII.

2 PRædicandum eſt etiam, vt periurium fideles caueant, & ab hoc ſummopere abſtineant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in lege, & in prophetis, & in Euangelio prohibitum. Audiuimus enim quoſdam paruipendere hoc ſcelus, & leuem quodammodò periuris pœnitentiæ modum imponere, qui noſſe debent, talem de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem [d] & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio ſponte commiſſo, & de ceteris criminalibus vitiis. Si quis verò perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timẽs pœnitentiam † longam: ad confeſſionem venire noluerit ab eccleſia repellendus [e] eſt, ſiue à communione, & conſortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, neque bibat, neque [α] oret, neque in domo ſua eum recipiat.

¶ *Burchardus etiam, Polycarpus, & Iuo citãt ex Eutychiano. Inuentum verò eſt inter quædam capitula Theodulphi epiſcopi Aurelianenſis ad ſuos presbyteros ſcriptis, c. 26. quæ in antiquo codice Romæ habentur.*

α ¶ Neque oret.] *Additum id eſt ex Theodulpho, Burchardo, & Iuone.*

QVÆSTIO. II.

1 ps QVòd autem [f] *periurium ſit falſum iurare, facile probatur. Ait enim Auguſt. in libro pſalmorum ſuper* [*Domini ex terra.*]

¶ Peierat qui aliter facturus eſt, quam promittit. C. I.

IN dolo iurat, qui aliter facturus [g] eſt, quàm promittit, cum periurium ſit nequiter [h] decipere credentem.

¶ *Quod hic citant ex B. Auguſtino in gloſſa interlineari pſalmi 23. in verſ.* Nec iurauit in dolo, *refertur ex Caſſiodoro.*

Item Hieronymus ſuper Hieremiam, lib. 1. ad c. quartum.

¶ Quos debeat habere comites iuſiurandum. C. II.

3 ANimaduertendũ eſt, quòd iuſiurandum hos habeat comites, veritatem [i], iudicium [k], atque iuſtitiam [l]. Si iſta defuerint, nequaquam erit iuramentum, ſed periurium.

Item qui falſum iurat, mentitur. Mentiendo autem iurare, nihil aliud eſt, quam peierare. ¶ *Cum ergo omnes, qui loquuntur mendacium, perdendi ſint, iuxta illud*

Chriſtianus, qui paganum ſibi per ſuos Deos facit iurare. Diuiditur ergo iſte §. in tres partes. In prima oſtendit, quòd non peccat Chriſtianus ſi recipit ſacramentum ab infideli per Deos ſuos. Et hoc probat exemplo Iudæorum quando fecerunt pacem cum Romanis, per Deos falſos receperunt iuramentum, ipſi autem per Deum verum iurauerunt. Sic etiam per creaturas iurare malum eſt: ſed ſeruare quod iuratur, eſt bonum. In ſecunda par. obiicit & probat, quod iurare per creaturas non eſt malum: quia Ioſeph cum vir ſanctus eſſet, per ſalutem Pharaonis iurauit. Poſtea ſoluit dicens, quòd ſancti iurando per creaturas ipſum creatorem venerabantur: ſic Ioſeph iurando per ſalutem Pharaonis, iurauit per eum, qui dedit ei ſalutem & poteſtatem. Et Dominus non prohibuit iurare per creaturas niſi ꝓpter duas cauſas, ne in eis numen deitatis eſſe putaretur, vel ne eas cõtemptibiles iudicando, promiſſa non ſeruaremus. In tertia parte quærit incidenter quid ſit grauius, an iurare fallaciter ꝑ creaturas, an per creatorem. Et primo oſtendit, quod grauius eſt iurare per creaturas: quia ſic iurando in duobus peccat: quia & contra prohibitionem iurat, & quia fallaciter iurat: ſed per creatorem fallaciter iurando, tantum in vno peccat. Poſtea ſoluit dicens, quòd periurium tanto magis pœnale eſt, quanto id per quod iuratur, ſanctius eſt. & ita magis eſt pœnale peierare per creatorem. Secunda pars incipit ibi, *Sed obiicitur.* Tertia ibi, *Sed quæritur. Poſitus erat*, ſcilicet Pharao. *In infimis*, id eſt, in mundanis. Vel poſitus erat, ſcilicet princeps in mundanis, vel in Memphis, quæ ciuitas erat, vel caput regni.

1 Sent. 5. diſt. 59.

Gene. 42.

† al. Mphis.

Rom. 13.

Ioan. 19.

1 Pol. l. 6. ti. 12. Anſ. l. 11. c. 71. Burc. l. 12. c. 14. Iuo p. 12. 71.

a ¶ *Per ſalutem.*] & in canone per ſalutem dominorũ iuratur, vt 1. q. 8. quoties.

b ¶ *In infimis.*] alias Memphis, quæ erat caput regni Pharaonis.

c ¶ *Dupliciter.*] & ita quandoque duo mala ratione coniunctionis non æquiualent alteri eorum per ſe. ſic ext. de of. iu. dele. ſuper quæſtionum. §. ſi vero.

PRædicandum.] CASVS. Significatum fuit Eutychiano Papæ, ꝙ quidam presbyteri de periurio leuem pœnitentiam imponebant, quare ſtatuit Eutychianus, vt Chriſtiani moneantur periurium euitare, cum ſit graue delictum: ſed ſi in illud inciderint, taliter de ipſo pœniteant, qualiter de adulterio, & de aliis criminalib. vitiis pœniterent. Si quis vero timens longam pœnitentiam periurij, ad confeſſionem venire noluerit, excommunicetur donec reſipiſcat.

d ¶ *Quædam*] quantum ad numerum annorum hoc intellige, non quantum ad aſperitatem pœnitentiæ. [1] nam regulariter pro quolibet mortali debetur ſeptennis pœnitentia, niſi dignitas delinquentis, vel qualitas delicti aliud ſuadeat. 33. q. 2. hoc ipſum. & 82. di. preſbyter. & 27. q. 1. deuotam. vnde licet ſeptennis pœnitentia imponatur pro periurio ſicut pro homicidio, vel adulterio: aſperior tamen pœnitentia imponitur pro adulterio vel homicidio, quam pro periurio: & durior pro homicidio, quam pro adulterio, vt 33. quæſtio. 2. ſi quod. Io.

[1] Pœnitentia ſeptẽnis debetur ꝑ quolibet mortali.

e ¶ *Repellendus*] argum. aliquem compellendum ad pœnitentiam. 6. quæſt. 1. illi qui.

QVòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes. In prima parte probat per 5. capitul. quòd non eſt periurus qui iurat falſum quod putat eſſe verum. Secunda ibi, *Ille ergo.* Tertia ibi, *Item quòd dicitur.* Quarta ibi, *Cum humilitatis.* Quinta ibi, *Quandoque.* Ioan. Ioan. Fant.

CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an ſit periurus qui iurauit falſum quod putat verum. & certum eſt, quòd non, vt infra c. homines. & procedit hoc ordine Gratian. Primo probat quòd eſt periurus, poſtea quòd non: & ponit ſolutionem optimam.

† al. pœnitentiã longam arcentem.

f ¶ *Quòd autem.*] Hic quæritur an ſit periurus, qui iurat falſum quod putat verum. [1] Ad quod notandum eſt, ꝙ quatuor modis committitur periurium. Vno modo vt ſi quis falſum ignoranter iuret, & illud nullo modo eſt peccatum, vt infra ead. beatus. Secundo modo dicitur periurium tantum falſum iuramentum ſcienter factum, & illud ſemper eſt peccatum, & mortale, vt infra ead. cap. homines. Tertio modo dicitur periurium indiſcretum iuramentum, & illud quandoque eſt peccatum mortale. j. ead. q. qui ſacramento. quandoque veniale, vt 25. diſtin. §. alias ea. & extra de iureiu. c. verum. Quarto modo dicitur periurium tranſgreſſio iuramenti, & illud quandoque nullum peccatum eſt, vt in illicitis, vt infra ea. q. 4. in malis. quandoque eſt mortale, vt infra eadem quæſt. 4. ſi aliquid.

[1] Periuriũ 4. modis cõmittitur.

1 Sent. 3. diſt. 39. Iuo p. 12. ca. 22. Pann. l. 8. c. 113.

IN dolo] CASVS. Dicitur hic quòd doloſe videtur iurare qui aliter facit quam promittit, cum periurium ſit nequiter credentes decipere.

g ¶ *Qui aliter facturus.*] id eſt, qui aliter proponit facere.

h ¶ *Nequiter decipere.*] ſcilicet habere animum decipiendi. ſi enim non haberet animum, ſecus eſſet, vt j. ea. ne quis [2].

[2] Ad hoc ff. qui & a qui. lan fraudẽ.

ANimaduertendum.] CASVS. Dicitur in hoc capit. quòd iuramentum tres habet comites ſiue partes, ſcilicet veritatem iudicium, & iuſtitiam. & ſi aliquid iſtorum defuerit, periurium erit.

i ¶ *Veritatem*] id eſt, conſcientiam veritatis. j. ead. ne quis. ſed veritas rei non ſufficit niſi adſit conſcientia, vt j. ead. homines. [1] ſic & veritas conſcientiæ ſufficit vt à furto excuſet, ſi credo dominum permiſſurum, vt inſtitu. de obligat. quæ ex delicto naſcun. §. placuit.

[1] veritas [illegible] ſcẽtiæ a furto excuſat.

k ¶ *Iudicium.*] id eſt, diſcretionem.

l ¶ *Atque iuſtitiam.*] id eſt, vt iuſtum ſit & licitum quod iuratur.

ITEM QVI. CASVS. Adhuc probat eum qui iurauit falſum quod putabat eſſe verum, periurum, cum iurando falſum fuerit mentitus, & loquentes mendacium iuxta pſalmodiam ſunt perdendi, multo magis perdendi ſunt qui mentiendo periurare credantur.

SED ALIVD. CASVS. Reſpondet hic allegatis, dicens, quòd ſi aliquis iurat in dolo, ſ. in cuius mente eſt aliter facere quam iurat, periurus eſt. Sed ſine dolo iurat putans eſſe verum quod iurat, licet aliter eueniat quàm iurat, periurus non reputabitur. quod probat exemplo Apoſtoli, qui promiſit ſe iturum ad Corinthios, & tamen aliter fuit. ſed periurus non fuit in dolo. Et ad hoc inducit ſequens capitulum.

Pſal. 5.

HOmines.] CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic ponit. Tres caſus ſunt in hoc c. Primus eſt cum quis putat verum eſſe quod eſt falſum, & tamen incautè iurat. Secundus eſt cum quis iurat [illegible]ienter verum eſſe quod ſcit eſſe falſum. Tertius eſt cum quis putat falſum eſſe quod verum eſt, & tamen iurat eſſe verum. Primus fallitur tantum, & venialiter peccat. Secundus fallitur tantum. Tertius fallit animo, & fallitur. & ita iſti duo mortaliter delinquunt.

1 Sent. ibid.

1. Cor. 16.

2 Sent. 3. diſt. 39. Iuo p. 12. c. 39. Pan. l. 8 c. 111.

a ¶ *Homines.*] hic oſtẽdit tres modos periurij.
b ¶ *Putat*] primum.
c ¶ *Et temere.*] id eſt, indiſcrete.
d ¶ *Aut ſcit*] ſecudum quod iurat, i. quod verum eſt.
e ¶ *Quæ duo.*] ſcilicet primum & ſecundum, & ſub ſecundo comprehendit & tertium[a].
f ¶ *Velit.*] quia ipſum peccare nemo per ſe vult, vt 15. qu. 1. merito.
g ¶ *Linguam.*] ſic 15. q. 6. c. 1.

† al. tamen

† al. periurat] orig.

a Vnde dic duo, quorũ alterũ duo capita habet vt per exempla patet quæ ſupponit, vnde etiam pmiſit ſcit vel putat. Arc.

QVIA ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradicto cap. dicens, ꝙ licet iſte epiſcopus iurauerit falſum, quod putabat eſſe verum, cum non fecerit ſcienter hoc, neque negligenter, non eſt reus periurij iudicandus. Poſtea reſpondet obiectioni factæ ſupra in §. item qui. oſtendens. ꝙ non omnis qui falſum dicit, mẽtitur, ſicut nec omnis qui mentitur, dicit falſum, quod probat per ſeq. c.

IS autem. CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres part. In prima oſtendit Auguſtinus quid ſit mentiri. In 2. part. oſtendit ꝙ quis mentiri non debet: nam verba non ſunt ideo inſtituta, vt homines ſe fallant adinuicem, ſed vt quod quiſque nouit, alteri dicat. vnde ſi quis aliter facit mentiendo ſcilicet, peccat, etſi alteri per ſuum mendacium proſit, ſicut aliquis furtum faciendo peccat, etſi alicui per furtũ proſit. In 3. part. oſtendit, ꝙ duo ſunt genera mendaciorum. Vnum eſt cum quis putat verum quod eſt falſum. ſecundum eſt cum quis putat falſum quod eſt verum, & iurat eſſe verum: primum non lædit. ſecundum vero lædit. Secunda pars incipit ibi, *Et vtique.* Tertia ibi, *Nemo mentiens.* *Scient*, ſcilicet Scienter. Neſciens verum, & tamen eſt verum.

pſalmiſta [*Perdes omnes qui loquuntur mendacium*] *multo magis damnabiles ſunt, qui mentiendo peierare conuincuntur: quia nomẽ Dei ſui in vanum aſſumunt.*

¶ [1] *Sed aliud eſt, falſum iurare, aliud, iurare in dolo. Non enim omnis, qui aliter facturus eſt, quàm promittit, in dolo iurat. Licet enim Apoſtolus aliter facturus eſſet, quàm promitteret Corinthiis, in prima epiſtola, cum ait* [*Veniam ad vos, non tamen in dolo iurauit, aut mendaciter promiſit. ille enim in dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente eſt non ſic ſe facturum vt promittit. Ille autem qui promittit falſum, putat verum, nec in in dolo iurat. nec mendaciter promitit.*

Vnde Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 28. al. 30.

¶ De eo, qui iurat falſum, quod putat verum. C. III.

2 HOmines[a] falſum iurãt, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat[b] homo verum eſſe quod falſum eſt, & temere[c] iurat: aut ſcit[d] vel putat falſum eſſe, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum ſcelere iurat. Diſtant autem † iſta periuria, quæ duo[e] commemoraui. Fac[a] illum iurare. qui verum putat eſſe, pro quo iurat, verum putat eſſe, & tamen falſum eſt: non ex animo iſte peierat†, fallitur. hoc pro vero habet, quod falſum eſt, non pro re falſa ſciens iurationem interponit. Da alium, qui ſcit falſum eſſe, & dicit verum eſſe, & iurat tanquam verum ſit, quod ſcit falſum eſſe. Videtis, quàm iſta deteſtanda ſit bellua, & de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri velit[f]? Omnes homines talia deteſtantur. Fac alium, qui putat falſum eſſe, & iurat tanquã verum ſit, & forte verum eſt. Verbi gratia (vt intelligatis) pluit in illo loco? interrogas hominem: & putat non pluiſſe, & ad negotium eius competit, vt dicat, pluit: ſed putat non pluiſſe. Dicitur ei, vere pluit? vere, & iurat[b]: & tamen pluit ibi: ſed ille neſcit, & putat non pluiſſe, periurus eſt. Intereſt, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam[g] non facit niſi mens rea.

a ¶ Fac illum.] *Sic etiam apud Iuonem, & in vno Vaticano codice ſermonum B. Aug. & in Antuer. editione. Nam in aliis eſt,* facilius iurat.

b ¶ Et iurat.] *Addita hæc ſunt ex originali, & Iuone, vt locus ſit integer. Neceſſe enim eſt præcedere iuramentum, vt quis periurus dicatur. cuius iuramenti in codicibus Gratiani nulla erat mentio. Alia etiam nonnulla ſunt emendata.*

Quia ergo mens huius non erat rea) nonſciebat enim falſum eſſe, quod iurauit eſſe verum] nec temere, vel negligenter, ſed cum magna diligentia videbatur ſibi deprehendiſſe verum, quod iurauit falſum, periurij reus nequaquam eſt iudicandus. Item, quod dicitur, qui falſum iurat, mentitur, non vniuerſaliter hoc intelligi debet. Non enim omnis, qui falſum dicit, mentitur: ſicut nec omnis, qui mentitur, falſum dicit.

Vnde Auguſtinus in Enchiridio, c. 22.

¶ Non eſt mentiri, dicere falſum, quod putat verum. C. IIII.

3 IS † autem, qui mentitur ea, cõtra id, quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi. ¶ Et vtique verba propterea inſtituta[h] ſunt, non per quæ ſe inuicem homines fallant, ſed per quæ quiſq; in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt. Nec ideo vllum mendacium putandum eſt nõ eſſe peccatum, quia poſſumus aliquando alicui prodeſſe mentiendo. Poſſumus enim & furando, ſi pauper, cui palam datur, ſentit commodum, & diues, cui clã tollitur, nõ ſentit incommodum, nec ideo tale furtum[i] quiſquam dixerit non eſſe peccatum. & ſupra c. 18. ¶ [4] Nemo mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum quod putat verum: quoniam, quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur. Non itaque mendacij, ſed aliquãdo temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautus credit†, ac pro veris habet: potiuſque ecõtrario, quantum in ipſo, mẽtitur ille, qui dicit verum, quod putat falſum. Quãtum enim ad animum[k] eius attinet, quia non quod ſentit, hoc dicit, non verum dicit, quamuis verum inueniatur eſſe quod dicit. Nec vllo modo liber eſt à mẽdacio, qui ore neſciens verum loquitur, ſciens autem voluntate mentitur. Non conſideratis itaq; rebus ipſis, de quibus aliquid dicitur, ſed ſola intentione[l] dicentis, melior eſt, qui neſciens falſum dicit, quoniam id verum putat, quàm qui mentiendi animum ſciens gerit, neſciens verum eſſe quod dicit.

Item Gelaſius Papa.

¶ Non mentitur, qui animum fallendi non habet. C. V.

BEatus Paulus apoſtolus non ideo (quod abſit) fefelliſſe credendus eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius: quoniam cum ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, diſpo-

h ¶ *Inſtituta.*) ex hoc dicto Auguſtini ſequitur[cc] ꝙ qui mentitur, nihil dicit, quia non dicit id quod vox ſignificat, ſicut hic dicit. Aliud enim cogitat mente quam ore proferat. item id non dicit quod cogitat, quia vox illud non ſignificat: nec dicit illud, quod vox ſignificat: quia illud non intendit: ergo nihil dicit, vt ff. de reb. dub. l. in ambiguo.

cc Mentiens nihil dicit.

3 ſent. 3. diſt. 38.

† al. (Omnis)] orig.

h ¶ *Inſtituta.*] ſemper ergo in priuilegiis, vel in reſcriptis interpretabuntur verba ad id ad quod inſtituta ſunt, vt hic, & 37. diſt. relatum. & ſemper ad communem intelligentiam, &c. ext. de ſponſal. ex litteris. & ff. de leg. 3. non aliter. [cc] Sed contra plerunque dum proprietas verborum attenditur, veritas ſenſus admittitur. ext. de ver. ſign. propterea. nam potius mens attenditur, quam verba conſideranda ſunt, vt j. ead. quæſtio. 5. humanæ. & contra verum intellectum ſit interpretatio. extra de poſtul. ad hæc circa finem. & potius conſiderandum eſt quid teſtator ſenſerit, quàm ipſa vocis ſignificatio, vt ff. de fund. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam. & hæc vera ſunt niſi interpretatio a iure habeatur, vt 20. quæſt. 2. puella.

cc Verba an ſint ſemper attendenda.

4 ſent. ibid. Pann. l. 8. c. 133. Iuo p. 12. c. 51.

† credita pro veris habet] orig.

i ¶ *Furtum.*] 14. quæſt. 5. forte.

k ¶ *Ad animum.*] arg. [cc] plus conſiderari animum vel opinione quàm factum vel veritatem, vt extr. de big. nuper. tertia, quæſtione ſeptima. §. tria. 1. quæſtio. 1. ſi quis a ſimoniacis. 38. diſtin. ſedulo.

cc Animus & opinio præfertur veritati, & facto.

l ¶ *Intentione.*] ſecus eſt in furto: quia licet aliquis credat inuito domino rem eius tractare, tamen non committit furtum ſi domino placet, vt inſtit. de obl. quæ ex delic. naſ. §. placuit.

BEatus] CASVS. Gelaſius oſtendit in hoc capitul. quòd non ideo dicitur quis fallere vel ſibi contrarius eſſe, quòd non adimplet ſicut promiſit, cum per eum non ſtat quin adimpleat quod promiſit: ſed alia de cauſa: & hoc probat duobus exemplis S. Pauli & Petri.

a ¶ Dou

a ¶ *Diuinæ*.] qua omnia vincula humana franguntur. 19. q. 2. duæ ſunt. & ſecundum quam diſpoſitionem eſt licitum quod alias eſt illici. ū. vt 14. q. 5. dixit. & eſt ar. hoc q in omni voto vel ſacramento intelliguntur huiuſmodi generales conditiones, ſi Deus voluerit, ſi vixero, ſi potero, vt j. e. q. ne quis. & 27. q. 2. §. cum ergo. & ff. qui ſat. cog. l. vlt. & etiam hæc, ſi marito placuerit. 33. q. 5. noluit. arg. contra 22. qu. vlt. vbi de hoc notaui.

b ¶ *Maioribus*.] not. q ſecundum canones excuſatur quis a iuramento propter maiora negotia, vt ext. de iure iurando. & c. quecel.a. ſecus ſecundum leges, quia difficultas præſtationis non reddit ſtipulationem inutilem, vt ff. de ver. ob. continuus. §. illud.

c ¶ *Non lauabis*.] nec Petro fuit ſibi contrarius, nec Domino. Dominus enim voluit ex humilitate lauare pedes Petri, ſed Petrus propter reuerentiam noluit hoc, ſed reuerentia & humilitas ſibi non contrariantur. Itē ſib. non fuit contrarius, q primo propter reuerentiam noluit, ſecundo propter obedientiam permiſit lauari & obedientia nō eſt contraria humilitati vel reuerentiæ. ſimilem ſuperficialem contrarietatem habes 8. q. 1. in ſcripturis. cum ſuis concordantiis.

ILLE ERGO. Hæc eſt 2. pars. q. in qua dicitur, q multum intereſt in quib. quis mentiatur, & hoc probat per duo c. lo. de Fan.

CASVS. Cōcludit Gratianus ex ſupradictis dicens, q ille mentitur iurando, qui ſcit falſum eſſe quod iurat pro vero, quod probat auctoritate Au. dicentis: *Eſt enim*, &c. Poſtea oſtendit, quod fallere ſemper eſt peccatum, falli quandoque non. & quandoque minus peccatum eſt fallere q falli, & ad hoc inducit ſeq. c.

d ¶ *Mendacium*.] ſtricte ſumitur hic mendacium. largius ſumitur cum dicitur, falſitas eſt veritatis immutatio, vt in auth. de fide inſtr. & cau. i pr. col. 6.

e ¶ *Fallere*.] fallere aliquem in contractu aliquo minus peccatum eſt quam falli ab aliquo circa articulos fidei, in his enim quæ ſpectant ad fidem, non multum differunt inter ſe fallere & falli, vt 16. q. 2. ſi cupis.

a Ad hoc 23. q. 4. ſi non licet extr. de dilo. gaudemus.

b Adde hic Ale. de Im. i l. q te circ. fin. ff. ſi cer. pet. & glo. & ibi Bal. & c. 1. de al. feu. & aliquid per Bar. in l. pe. ff. de iureiu. per Bal. in c. 1. §. porro. q fu. pri. cauſ be. am. & in c. 1. licet ſi de feu. fu. contro inter do. & agn.

Ioan 13.

c Sub & tū excuſatur. ff. de do. nā hic. extr. de teſt. ſpol. olim. 2.

Petrus nolait & voluit pedes ſuos a Chriſto lauari.

d in libr. ad Cōſentium cōtra mēdaciū, c. 12. Iuo p. 12. c. 48. Pā. l. 8. c. 125.

† abeſt ab orig.

e ſent. 3. diſt. 39. Iuo p. 12. c. 41. Pan. l. 8. c. 131.

† al. *quibuſdam* orig.

† Iuo p. 12. c. 31.

† al. *vtcunque*

Fallere & falli quāque parum differunt.

ſtitione diuina [a] maioribus [b] occupatus ex cauſis implere nō potuit quod promiſit. Quantum enim ipſius volūtatis intereſſuit, hoc pronunciauit, quod reuera voluiſſet efficere. Quantum enim ad diuini ſecreta conſilij (quæ, vt homo, omnia nō potuit, licet ſpiritu Dei plenus, agnoſcere) ſuperna præter miſit diſpoſitione præuētus. Nec quia beatus Petrus apoſtolus pro affectu diuinæ reuerentiæ ipſi Domino reſpondit. [Non lauabis [c] mihi pedes in æternum,] refelliſſe (quod abſit) aut in ſua putabitur minime conſtituiſſe ſententia, quia mox eidem diuinæ voluntati ceſſerit, & quod ſe dixerat non eſſe facturum, cauſis adſtrictus humanæ ſalutis paſſus eſt prona voluntate faciendum.

2 *Ille ergo falſum iurando mentitur qui ſcit falſum eſſe quod iurat. Eſt enim mendacium* [d] *vt Auguſtinus ait† falſa ſignificatio vocis cum voluntate fallendi. Sed cum fallere* [e] *ſemper ſit voluntatis, falli autem, vel infirmitatis, vel temeritatis, grauius autem ſit quod ex voluntate, quam quòd ex temeritate, vel infirmitate procedit, aliquando contingit falli vel nullum, vel minimum eſſe peccatum: aliquando ex ipſa rerum varia conſideratione minus eſſe fallere, quam falli.*

Vnde Auguſtinus in Enchiridio, c. 21.

¶ Falli in his, quæ ad fidē non pertinent aut paruum, aut nullum eſt peccatum. C. VI.

2 In quibus† rebus [f] nihil intereſt ad capeſſendum Dei regnum, verum credātur, an non, & verum vera ſiue ſint, ſiue putētur, an falſa, in his errare, id eſt aliud [g] pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum, aut ſi eſt minimum eſſe atque leuiſſimum.

Idem in Enchiridio, c. 18.

¶ In his quæ ad fidē pertinent, grauius eſt falli, quam alios decipere. C. VII.

3 In ipſarum cōſideratione rerum, quæ dicuntur [h], tantum intereſt: quia ſiue quis fallatur [i], ſiue mentiatur, vtcunque† [k] falli quam mentiri, minus eſt malum, quantum pertinent ad hominis voluntatē: tñ lōge tolerabilius eſt ī his, q̄ à religione ſeiuncta ſunt [l], mentiri quā in his, ſine quorū fide vel notitia Deus coli nō pōt, falli.

¶ Apud B. Auguſtinum, nec multo aliter apud Iuonem legitur. In ipſarum aūt, quę dicūtur, conſideratione rerum tantū intereſt, qua in re quiſque fallatur, ſiue mētiatur, vt cū falli, quàm mentiri minus ſit malū, quantū pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe tolerabilius ſit in his, &c. *Verū ob gloſſam in ver.* vtcunque. *al.* vbicunque, *non eſt mutatum.*

3 *Item, quod dicitur* [*perdes omnes qui loquuntur mendacium*] *non de omni mendacio intelligendum eſt. Sunt enim quædam mendacia, in quibus etſi ſit aliqua culpa, non tamen damnabilia ſunt: immo tanquam non mēdacia habenda ſunt. Sunt & alia mendacia, quæ ſunt grauioris culpæ, de quibus intelligitur* [*Perdes omnes qui loquuntur mendacium*] *Vt autem appareat, quæ mendacia ſint venialia, & quæ damnabilia, diſtinguendum eſt quot ſint genera mendacij.*

De quibus Auguſtinus ſcribit in libro de mendacio, c. 14.

¶ Quot ſunt genera mendacij. C. VIII.

4 Primum eſt capitale mendacium, lōgeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis [m], ad quod mendacium nulla conditione [n] quiſquā debet adduci. Secundum autem, vt aliquem lædat iniuſte, quod & tale eſt, vt & nulli proſit [o], & obſit alicui. Tertium quod ita prodeſt alteri, vt obſit [p] alteri, quamuis non ad immunditiam [q] obſit corporalem. Quartū, quod fit ſola mentiendi, fallendique libidine: quod mirum† mendacium eſt [r]: Quintum, quod fit placendi [s] cupiditate de ſuauiloquio. His omnibus [t] penitus euitatis, atque reiectis, ſequitur ſextum genus, quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: veluti ſi quiſpiam pecuniam alicuius iniuſte [v] tollendam ſciens vbi ſit, neſcire ſe mentiatur quocunq; ſi interrogante. Septimum [x], quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: veluti ſi nolit hominem ad mortem quæſitum prodere mētiatur. *& infra ibidem.* Octauū eſt genus

h ¶ *Quæ dicuntur*.] & non creduntur, ſicut in contractibus.

i ¶ *Fallatur*.] ſiue per negligentiam ſiue non.

k ¶ *Vtcunque*.] id eſt, qualitercunque.

l ¶ *Seiuncta ſunt*.] quaſi dicat minus malum eſt fallere in contractibus, quam falli in fide. & ſic non ob. 16. q. 1. ſi cupis.

ITEM QVOD DICITVR. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua ponit diſtinctionem inter peccata mortalia & venialia. & hoc probat per c. Auguſt. lo. de Fant.

CASVS. Reſpōdet Gratianus huic obiectioni tactæ. 5. §. item qui. vbi dictum eſt, Perdes omnes q loquuntur mendacium. & dicit quod quædam peccata ſunt venialia, & quædam mortalia: de quibus mortalibus intelligitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vt autē appareat quæ peccata ſint venialia, & quæ mortalia videndum eſt quot ſint genera mendaciorum: & ad hoc inducit ſequen. cap.

Primum. CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod octo ſunt genera mendaciorum, & ponit Auguſtin. exemplum de quolibet: quorum quinque ſunt grauia, tria vero leuia. In ſecunda parte oſtendit quòd in nullo genere mendaciorum eſt mentiendum: & ponit cauſas quare. In tertia parte oſtendit q quanto quis recedit a primo mendacio, tanto minus peccat. Secunda pars incipit ibi, *Non eſt igitur mentiendum.* Tertia ibi, *In his autem.*

m ¶ *Religionis*.] ſicut Ieſum non eſſe paſſum, vel non eſſe natum de virgine. 1. quæſtio. quarta. 3. notandum.

n ¶ *Conditione*.] potius enim debet omnia mala pati, quàm tali malo conſentire. 32. quæſtion. 5. ita ne.

o ¶ *Vt nulli proſit*.] vt eſt mendacium detractoris, vel talis teſtis in cauſa criminali. ſimile dicit lex, non eſt ferendus qui vult obeſſe, & non prodeſſe vt ff. de rei vend. in fundo.

Pſal. 5.

4 ſent. 3. diſt. 38. Iuo p. 12. c. 1. Pan. l. 8. c. 124.

† merum] o. 11. al. verum.

d Vñ dic q hic appellat religionē fidē articulorū, qua religamur Deo.

In quibus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd in his rebus quæ non nocent, vel proſunt ad vitam æternam capeſſendam, credere vel non credere, veras vel falſas putare non eſt dicendum eſſe peccatum, vel ſi eſt peccatum minimum eſt.

f ¶ *Rebus*.] ſicut hoc, an planetæ moueantur contra firmamentum, vel cum ipſo, an homo & non homo eandem ſpeciem ſignificet.

g ¶ *Aliud*.] not. diffinitionem erroris, vt 38. diſt. quamuis. & capit. ſedulo.

In ipſarum.] CASVS. De duobus fuit ab Aug. quæſitum. Primum fuit an in contractib. vel in rebus ad corpus pertinentibus ſit minus malum falli, quam fallere. & reſpondet, quòd ſic. Secundum fuit an ſit maius malum falli in articulis fidei, quam fallere in rebus temporalibus. & reſpondet quod ſic.

p ¶ *Vt obſit*.] vt mendacium, teſtis in cauſa pecuniaria.

q ¶ *Immunditiam*.] tunc enim magis obeſſet.

r ¶ *Mirum mendacium eſt*.] quaſi dicat, mirum eſt quòd ita vult aliquis mentiri vbi nulla vertitur vtilitas. quidam tamen habent mirum [e] mendacium.

s ¶ *Placendi*.] quod faciunt adulatores ad hoc vt placeant, vt 46. diſ. ſunt nonnulli. tamen adulatio quandoque eſt veniale peccatum, vt 25. diſt. § alias ea.

t ¶ *His omnibus*.] quaſi dicat, præcedentia quinque ſunt mortalia, & ſequentia ſunt venialia.

v ¶ *Iniuſte*.] ſecus ſi iuſte, vt ſi fecerit auctoritate iudicis.

x ¶ *Septimum*.] In hoc differt ſeptimum a ſexto: quia illud prodeſt ad vitandum periculum perſonæ. ſed iſtud ad euitandum periculum damni.

e Et tūc exponitur me rū. ſine aliqua vtilitate.

a ¶ Et

a ¶ *Et nulli.*] hic dicitur ꝙ nulli obeſt, & tamen obeſt ei qui mentitur. Et ſic eſt ar.[u] ꝙ ipſa perſona de qua fit ſermo, vel ad q̃ fit ſermo non includitur in generali ſermone. ſi.ff.com.præ.quicquid venditor. ar. contra 26.diſt.deinde.& ff.de pig.Paulus.§.vl.vbi dicitur, ꝙ ſi ſeruus obligauerit omnia bona domini ſui,ipſe intelligitur obligari.

[u] Perſona loquentis ñ includitur i generali ſermone.

b ¶ *Vt ab immunditia.*] vt ſi volenti cõtrahere cũ ſoluta, dicã eam eſſe coniugatã: & prodeſt ei iſtud ad conſeruandam pudicitiam.Et no.ꝙ hæc tria mendacia in hoc cõueniunt. ꝙ per ea alicui ꝓdeſt mẽtiens: ſed nulli obeſt. Sed differunt in hoc ꝙ vnum prodeſt ad euadendum damnum rerum: aliud ad euitandum periculum vitæ: tertium ad pudicitiam conſeruandam.

c ¶ *Cum alterius.*] ſic 13.q.5.deniq;.11.qu.3.ſi quis vero. periculoſa eſt enim talis cõpenſatio.14.di.ꝙ ait.[x] poteſt tamen ſibi aliquis cõſulere cum alterius iniuria: dũ tamen non eo propoſito faciat vt alij noceat: ſed tãtum vt ſibi proſit, vt ff. de aq. plu. arc.l.1.§. denique. nec tunc facit iniuriã, cũ ſuo iure vtit. vt ext.de ele.cũ eccleſia.& ext.de ap. bonæ.

d ¶ *Placendi*]adulationis cauſa. & eſt ſimile 32.q.4. obiiciuntur. 93. diſt.cantantes.

e ¶ *Ad ſempiternam.*] [y] Sed qualiter poteſt aliquis ad æternam ſalutem duci per peccatum? Reſp. indirectè, vt ſi monachus dicat regulam ſuã eſſe dulcem,& per tale mendacium lucretur aliquem Chriſto.& eſt ſimile 1.q.1.q̃ pro.45. di. de Iudæis. & ſic patet quòd nullus debet mẽtiri vt alius periculum corporis vel rerum euitet.14.diſt. quod ait. & j.e.faciat.

f ¶ *Perficiendæ*]i.ſalutem alterius nemo debet præferre proprię fidei.

g ¶ *Factis.*]quaſi dicat, licet nos ſancimus ꝙ nemo debet mentiri pro vita alterius:[z] non ideo aliquis ita crudelis vel impius ſit,quod non defendat talẽ facto,licet verbo ñ poſſit defendere ipſum.

h ¶ *Quia & in bonis.*] ideſt,inter bona.

i ¶ *Præfertur.*] vt 32. qu. 5.tolerabilius.

k ¶ *Damnabilius.*electiue ponitur: & eſt ſenſus:malũ q̃d nos facimus,ſ.mendacium, eſt nobis damnabile. ſed quod ſinimus fieri homicidium,nobis non eſt damabile[a].

l ¶ *Recedit*] non videtur hoc verum: quia minus peccatur ſeptimo genere mendacij quam octauo: quia maius malum vitatur per ſeptimum mendacium quam per octauum.Ad hoc dico quòd receſſus iſte non conſideratur ſecundum ordinem mendaciorum,quem hic enumerat: ſed potius conſideratur circa qualitatem primi mendacij. Nam primum mendacium conſiſtit in religione:quod maximum eſt. vnde eſt maximum peccatum ſic in hoc mentiri. quanto ergo magis receditur a religione,tanto eſt minus peccatum. Vel dicas ꝙ tria vltima peccata non differunt inter ſe,niſi ſecundum qualitatem facti. & ita non reputat iſta tria mendacia pro diuerſis.Ioan.

1 Cõcord. l.§. ſi quis à principe ff. ne qd i loc. pub. & l. ex facto. ff. de vul. & pub,

† al. cauſa

[x] Conſulere ſibi poteſt quis cum alterius iniuria.

[y] Mendacio quomodo ducitur quis ad æternam ſalutem.

2 Concor. l. ſancimus. & ibi Bar. C de epi & cler. gl. i l.ſi quis Titio. ff de leg 2.

[z] facto quãdoque licet, quod non licet verbo.

[a] Hoc verũ intelligi vbi ſi poſſumus prohibere, aliàs ſecus vt 14.q.3.nõ inferenda.& c.vlti 2. q.7. ñegligere ext. de ſent. exc.quantę.

mendacij,quod & nulli[a] obeſt,& ad hoc prodeſt vt ab immũditia[b] corporali aliquẽ tueatur. *& infra c.21.* ¶ Nõ eſt igitur mentiendũ in doctrina pietatis,magnũ enim ſcelus eſt,& primũ genus deteſtabilis mẽdacij.Nõ eſt mentiendũ ſecundo genere,quia nulli faciẽda iniuria[c] eſt.Nõ eſt mẽtiendũ tertio genere, quia nulli cũ alterius iniuria conſulendũ eſt 1.Non eſt mentiendũ quarto genere, ꝓpter mendacij libidinẽ,quæ ꝑ ſeipſam vitioſa eſt. Non eſt mentiendum quinto genere:quia nec ipſa veritas ſine † placendi[d] hominibus enuntianda eſt,quanto minus mendaciũ,quod ꝑ ſeipſum,quia mendaciũ eſt,vtiq; turpe eſt. Non eſt mentiendum ſexto genere:neque enim recte etiam teſtimonij veritas pro cuiuſquam temporali cõmodo, ac ſalute corrumpitur,ad ſempiternã[e] vero ſalutem nullus ducendus eſt,opitulãte mẽdacio. *& infra.*Neq; ſeptimo genere mẽtiendũ.Non enim cuiuſquã cõmoditas,aut ſalus tẽporalis perficiẽdæ[f] fidei præferenda eſt[2]. Nec ſe quiſquam[γ] in recte factis[g] noſtris tã male moueri ſentiat,vt fiat etiã animo deterior,longeq; à pietate remotior.*& infra.*Nec octauo genere mentiendum eſt: quia & in bonis[h] caſtitas animi pudicitiæ corporis præfertur[i]: & in malis id,q̃d ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus,nobis damnabilius[k] eſt. ¶ In his autem octo generibus tãto quiſque minus peccat,cũ mentitur,quanto[δ] magis à primo recedit[l]. Quiſquis autẽ eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit,putauerit, decipiet ſe ipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum.

α ¶ Iniuſte.] *Abeſt ab originali vox illa pro qua i duobus Gratiani codicibus legitur,*iuſte.

β ¶ Quocumque interrogante.] *Addita hæc ſunt ex Orig.*

γ ¶ Se quiſquam. *Apud beatum Auguſtinũ & Iuonẽ eſt,* Nec ſi quiſquam in recte factis noſtris tam male mouetur,vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior, propterea recte facta deferenda ſunt.*Sed ob gloſſam in verſi.*recte factis,*non eſt mutatum.*

δ ¶ Pudicitię.] *Apud eoſdem habetur,*pudicitia corporis,& in malis id, quod ipſi facimus,eo quod fieri ſinimus, maius eſt.*Sed eadem cauſa obſtitit ne mutaretur.*

ε ¶ Quanto magis.] *In originali legitur,* quanto emergit ad octauũ, tanto amplius, quanto deuergit ad primum. *Sed erat gloſſa in ver.*recedit.

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 31.al.29.

¶ Non licet alicui humilitatis cauſa mentiri. C. IX.

CVm humilitatis[m] cauſa mẽtiris, ſi non eras peccator, antiquam mentireris mentiendo efficeris quod euitaueras. Veritas in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem,vt etiam eſſe cognoſcas. Veritas autẽ ipſa eſt,vt quod es,dicas. Nam quomodo eſt humilitas,vbi regnat falſitas[n]?

Item Gregorius lib.26.moralium,c.2.

¶ De eodem. C. X.

INcaute ſunt ζ humiles, qui ſe mendacio illaqueant.

ζ ¶ Incaute ſũt.] *Sic in pleriſque manuſcriptis:vulgata lectio erat,* Incauti ſunt homines.*Integer autem B.Gregorij locus ſic habet,* Incaute ſunt humiles,qui ſe mendacio illaqueant,dum arrogãtiã vitãt, immo mentiendo ſuperbiũt:quia cõtra veritatem ſe erigunt,quam relinquunt.

Itẽ Auguſtinus ſuper Ioannem,tractatu 43.

¶ Non licet mentiri,vt arrogantia vitetur. C. XI.

NOn ita caueatur arrogãtia, vt veritas relinquatur.

Idem Enchiridio,c.18.

¶ Non omne mendacium æque peccatum eſt. C. XII.

4 MIhi autem videtur peccatum eſſe quidem omne mendacium:ſed multum intereſſe,quo animo,& quib[us] de rebus[o] quiſque mentiatur. Non enim ſic peccat ille qui conſulendi[p],quomodo ille;qui nocendi voluntate mentitur:nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduerſum † iter mittit,quantum is, qui viam vitæ mendacio fallente deprauat.

¶ *Nonnulla in hoc capite ſunt inducta,& alia emendata ex B. Auguſtino, & Iuone.*

CVm humilitatis.] Hæc eſt 4.pars q.in qua probat per 12.auctoritates ſanctorum quòd in nullo caſu ſit mentiendum: tamen qui iocoſe mentitur,cum decipere non intendit,vel cauſa pietatis, minus peccat.Ioan.de Fan.

CASVS.Dicitur hic quòd nemo debet cauſa humilitatis mẽtiri:quia qui peccator nõ erat, efficitur peccator, quia veritas non eſt in eo: nec põt eſſe in eo humilitas vbi regnat falſitas.Seq.c.patet.

m ¶ *Cum humilitatis.*] [b] ſed nonne bonarum mentium eſt ibi recognoſcere culpam vbi culpa non eſt,vt 5. diſ. 5. ad eius?Reſpond. in genere poteſt quis dicere ſe eſſe peccatorem: quia nemo ſine crimine viuit, vt 25. diſt.§.criminis. & recognoſcendo in ſe culpam eſſe, non peccat: dummodo hoc credat verum eſſe quod dicit.90.diſt. ante omnia.& ſecunda, quæſtione 7. quamquam. ſed ſpecialiter dicendo aliquod peccatum de ſe cuius contrarium eſt verum, mortaliter peccat. Sed obiicitur de ſacerdote, qui omnia crimina ſpecialiter de ſe confitetur. Sed dic quòd illud facit in ꝑſona eccleſiæ, nullum enim vitium eſt quod non reperiatur in aliquo membro eccleſiæ. vel dic vt dicit Augu.[c] quòd in vno peccato multa peccata poſſunt notari.cum enim quis peccat mortaliter, comittit homicidium, occidendo animam ſuam: cõmittit furtum, quia ſe ſubtrahit Deo: adulterium, quia recedit à Deo, & fornicatur cum diabolo: periurium, quia fidem promiſſam in baptiſmo, non ſeruat. Et quod dicit in omnibus vitiis in quibus miſer homo peccare poteſt, &c.ibi comprehendũtur genera ſingulorum, & non ſingula generum. tres enim ſunt modi peccandi, ſcilicet delectatione, conſenſu, & opere. infra de pœn. diſtin.2.ſicut.

n ¶ *Falſitas.*] quia duo contraria non poſſunt eſſe in vno ſubiecto, vt trigeſimaſecunda, quæſtione prima. cum renuntiatur.

MIhi autem.] CASVS. Dicitur hic quòd quis peccat mẽtiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui cauſa conſulendi mentitur, quam qui cauſa nocendi. Et ſimiliter minus peccat qui viatorem in aduerſum iter tranſmittit, quam qui viam vitæ per mendacium deprauat. Sequen. capit. planum eſt.

o ¶ *Rebus.*] maius enim eſt mentiri de Deo quàm de homine.

p ¶ *Qui conſulendi*] [d] Ratione conſilij nemo peccat vel obligatur, dummodo non ſit fraudulentum, vt ff.de re.iur. conſilij. & vbi aliàs non erat facturus ille cui conſulitur, vt ff.man. ſi remunerandi. §. ſi tibi mandauero. quandoque tamen tenetur plus conſulens quàm faciens, vt 86.diſt.tanta.

& lib.6.e ti. dilecto. vbi eſt expreſſum & 83.di c.1. & ita ſentit hic Hu. qui enim cũ pt, malo nõ obuiat, conſentit: conſentientem vero & facientem par pœna conſtringit.2.q.1.notum ext.de of.del. ca 1. Arch.

[b] peccatorẽ ſe dicens verũ peccet.

3 Iuo p.12 c. 42.Pan.l 7. c. 28.

[c] Peccatum vnũ cõmittens multa committit.

4 Iuo p. 12. c.51.

† al. diuerſum

[d] conſilium neminem obligat.

Nec artiſ

a ¶ *Nec artificioſo.*] Vt ſi hoc modo dicat, iſte equus neſcit ſcandere arborem: intelligens quòd neſciat ire ſuper pontem a, & vtcunque aliquis obſcure vel ambigue loquitur, vt ff. de iur. fiſ. ita fidei.

a vt ff. & pac. veteribus.

b ¶ *Mentitur.*] vt lædat aliquem: ſecus ſi iocoſe mentiatur, vt j. cap. prox. c Quid ergo dicis de Abraham? non ne mentitus eſt, cum aliud gereret in animo, vt j. ead. §. Abraham? Itē quid de Paulo qui dixit: Neſciui quia princeps eſſet, cum ſciret? vt 23. qu. 1. paratus. Item quid de mendacio Iehu, qui aliud in animo gerebat, vt j. ca. vellem? Ad hoc dicēdum eſt quòd Abraham myſtico in tellectu verum dixit, oſtendes patrem & filium in fine temporū reuerſurum ad Iudæos, cum omnes reuertuntur ad ipſum. Paulus per illa verba prædixit deſtructionem regni Iudæorum futuram veniente Chriſto. Item Iehu non fuit mentitus, ſed ironice locut9 eſt. Vel dic q i ſpiratione diuina hoc dixerunt, vt extr. de di uor. gaudemus.

c Abraham Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes 1 Iuo p. 12. c. 44.

¶ al. Augenio.

Ne quis.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de perfecto, qui firmum propoſitum habet de non mentiendo, hic mortaliter delinquit ſi pro alio mētiatur: & ideo ſi non vult verum dicere, taceat: ne dicendo veritatem proximum lædat. In ſecunda parte ponit duo genera mēdaciorum, vnum quod fit cauſa ioci, & aliud quod fit cauſa conſultationis, in quibus imperfectus mentitur, vel forte etiam perfectus venialiter delinquit. In tertia parte dicitur, q non debet mendax reputari qui gladium ſibi commendatum promiſit alicui ſe redditurum quando petierit, & poſtea non reddit ei ſi petiertit, cum factus fuerit furioſus, ne ſe vel alium interimat. Secunda pars ibi, *Duo vero.* Tertia ibi, *Illud vero.*

2 Aug. l. 1. c. 79. Iuo p. 1. c. 46 Pā. l. 8. c. 130.

1 in con. Tolet. 8. c. 2. 2.

¶ al. mitius

c ¶ *Non occiditur.*] vide tur ergo, quod perfectus homo b mortaliter* peccat metiendo pro vita alterius. & ſic erit deterioris conditionis perfectus, quam imperfectus. c Ad qđ notandum, q triplex eſt genus mendacij. Malignitatis, quod fit

b Nor qui vul tipl:x eſt perfectio, ſ. perfectio ſufficiētiæ, ordinis, ſolationis, religionis, & aliæ quædā ſicut diſtinguunt Theologi ſecundū Rom.

* pfectio hominis nō facit pc̄m ex veniali et. c. def morta e

c Mendaciū eſt triplex, nec ē ſēper mortale.

Item Auguſtinus in libro de conflictu vitiorum, atque virtutum, c. 19.

¶ Non eſt aliquo modo quilibet decipiendus. C. XIII.

1 NEc artificioſo a mendacio†, nec ſimplici verbo oportet decipere quenquam: qa quomodolibet mentitur b quis, occidit animam.

a ¶ *Quomodolibet.*] *In ipſo libello legitur*, quolibet artis modo mētiatur, os, quod mentitur, occidit animam. *Sed Iuo cum Gratiano concordat.*

Item Auguſtinus in quinto Pſalmo ad ver. [Perdes omnes qui loquuntur.]

¶ Pro temporali vita alicuius, perfectus mentiri non debet. C. XIIII.

2 NE qs arbitretur perfectū & ſpiritualē hoīem pro iſta temporali vita, in cui9 morte nō occiditur c ſiue ſua, ſiue alteri9 anima, debere mentiri: Qm̄ aliud eſt mentiri, aliud eſt verum occultare: ſi qdem aliud eſt, falſum dicere: aliud, verum tacere, vt ſi quis forte vel ad iſtam viſibilem mortem nō vult hoīem prodere, paratus eſſe debet verum occultare, nō falſū dicere, vt neque prodat, neq; mentiatur, ne occidat animā ſuā pro corpore alterius. *& infra.* ¶ 3 Duo ſunt omnino genera mēdaciorum, in qbus nō eſt magna culpa: ſed tñ non ſunt ſine culpa, cum aut iocamur, aut, vt proximis proſim9, mentimur. Illud primum in iocando ideo nō eſt pernicioſiſſimum, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, ioci cauſa eſſe dictum. Secundum autē ideo minus † eſt, quia retinet nōnullā d beneuolētiam. Illud vero, quod nō habet duplex e cor, nec mendacium quidem dicendū eſt, tanquam, verbi gratia, ſi cui gladius cōmendetur, & promittat ſe redditurum, cum ille, qui non commēdauit, popoſcerit, ſi forte gladium ſuū repetat furens f, manifeſtum eſt tunc nō eſſe reddendū, ne vel ſe occidat, vel alios, donec ei ſanitas reſtituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commēdatus eſt gladi9, cū promittebat ſe redditurum,

qualiter ergo reſpondebit ille à quo quæritur ab hoſte, eſt talis in hac domo. ſi tacet, præſumit eum eſſe in domo. ſi autem fatetur, reus erit homicidij. Reſpondeo, tacere poteſt, & licet alter præſumat malum ex taciturnitate, hoc ei non imputatur, abſit enim vt ea quæ bona & licita facimus, &c. vt 23. quæ. 5. de occidendis, vel per æquiuocationem caute deludat interrogātem, dicendo non eſt hic, id eſt, non comedit hic, ſicut Abrahā fecit c. j. ea. quæritur. hoſtem enim caute poſſumus deludere. 45. diſtin. in mandatis. non obſtat 11. qu. 3. quiſquis metu. vbi dicitur, q veritatem occultare, idem eſt quod dicere falſum, ſed illud verum eſt in teſte qui aſſumpſit officiū teſtificandi. Item non obſtat 25. quæ. 2. præſcriptione. quia obtinet circa iudicia.

poſcenti, non cogitabat furentē poſſe repetere. *& infra.* ¶ Manifeſtum a eſt non eſſe culpandum aliquando verum tacere: falſum autem dicere non inuenitur cōceſſum eſſe perfectis.

a ¶ Manifeſtum.] *Apud B. Auguſtinum hæc antecedunt*, verum aūt occultauit, & Dominus, cum diſcipulis nondum idoneis dixit, multa habeo vobis dicere: ſed nūc non poteſtis portare illa. *& Apoſtolus Paulus, cum ait.* Non potui loqui vobis, quaſi ſpiritualib9, ſed quaſi carnalibus. Vnde manifeſtum eſt. &c.

Idem in libro contra mendacium, c. 17.

¶ Noſtro peccato, alterius ſaluti conſulere non debemus. C. XV.

4 FAciat homo etiā pro temporali hominū ſalute, qđ pōtg f. Cū autē ad hunc articulū ventū fuerit, vt tali ſaluti cōſulere, niſi peccando, nō poſſit, iam ſe exiſtimet nō habere, quid faciat: quomodo id reliquum h eſſe pſpexerit, quod recte a faciat.

a ¶ Recte.] *In originali legitur*, nō recte. *ſed non eſt emendatum propter caſum.*

Item Iſidorus in ſynonymis, c. 10. 6

¶ De eodem. C. XVI.

OMne genus mendacij ſummopere fuge: nec caſu, nec ſtudio loquaris falſū: nec vt præſtes i, mentiri ſtudeas: nec qualibet fallacia vitam alicui9 defendas. Caue mendaciū in omnib9.

Item Auguſtinus in lib. de mendacio, c. 6.

¶ De eodem. C. XVII.

SI quis ad te cōfugiat, qui mēdacio tuo poſſit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animā. *& infra.* ¶ Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur, nunquam pro cuiuſquam vita temporali mentiendum eſt.

¶ *Caput hoc abeſt à pleriſque vetuſtis, & in duobus eſt cum nomine Palea.*

Item Auguſtinus in libro quæſtionum Gen. c. 44. q. 145.

¶ Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non ſunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

7 QVòd aūt ait fratribus ſuis Ioſeph [Neſciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego?] de hoc augurio etiam mādauit eis dicendum per hominē ſuum, quid ſibi velit, queri ſolet. An quia nō ſerio, ſed ioco dictū

c Alia exempla plura habes infra ea. § Abraham. vſque ad hoc. q. ſecundum Rayn.

d ¶ *Nonnullam.*] quia facit vt conſulat proximo.

e ¶ *Duplex.*] 5. 22. qu. 3. anteceſſor.

f ¶ *Furens.*] ergo ſemper ſubintelligitur hæc conditio, ſi res in eodem ſtatu manſerit, vt ff. de ſolut. cum quis. in prin. ext. de iureiur. quemadmodum. Et eſt hic argu. q propter nouum caſum nouum datur auxilium, vt extr. de off. de lega. inſinuante. ff. de interro. act. de ætate. Item ar. eſt hic, quod verba generalia non extenduntur ad ea de quibus nō eſt dictum vel cogitatum, vt 5. ca. beatus. 11. q. 3. anteceſſor. & ff. de tranſact. cum Aquiliana. extra de deci. ex multiplici. & extr. de reſt. ſpol. audita, &c.

4 Iuo p. 12. c. 48. Pan. l. 8. c. 125.

5 Ex iſto textu infertur, q actus reſoluitur in potētiā. concor. tex. in l. 3. § ſi quis. ff. de ſtatu & l. 1. ff. de leg. 2.

6 Cap. de mēdacio in recēſ. impſ & ſi mil. l. 2. de ſum. bo. c. 30. Iuo p. 12 ca. 49. Pan. l. 8. c. 126.

Faciat.] CASVS. Dicitur hic, q quilibet debet defendere ſalutem hominum corporalem, dummodo hoc faciat ſine mendacio, vel peccato, quia tunc id ſolum reſtat ſibi, q recte faciat, i. ſine peccato. *Reliquum.* id eſt, relictum ſibi reſtare licite faciendum.

Sap. 1.

g ¶ *Quod poteſt.*] c Ex hoc c. habes q ſolum illud dicimur poſſe facere, quod iuſte facere poſſumus. quando que hæc dictio, poſſe, ſimul denotat potentiam iuris, vel facti, vt extr. de reſcr. ſciſcitatus, quandoq; potentiam facti tantum, vt 8. q. 1. Moyſes. quandoq; refertur ad honeſtatem. de pœn. diſtin. 2. charitas. ff. de condit. inſt. filius. quandoque ad commoditatem. ff. de verb. ſig. nepos Proculo d.

c Potentia ad multa refertur.

7 Iuo p. 12. ca. 43. Pan. l. 8. c. 129.

d Conſueuit dici, q 4. modis dr aliqd poſſe fieri, ſ. facultate naturæ, iuris permiſſione, vitæ merito, officij debito, de hoc ſ ot. In. extr. de conc. pb. accedens.

h ¶ *Id reliquum eſſe.*] id eſt, ſolum ſibi eſt relictum.

Omne genus.] CASVS. Dicitur hic, quod non debet aliquis aliquo genere mendacij mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.

i ¶ *Vt præſtes.*] id eſt, vt proſis. Ioan.

Quòd autem ait.] CASVS. Quæſitum fuit ab Augu. an mendacium quod iocoſe dicitur, ſit habendum pro mendacio. Et reſpondet, quòd non: quia non ſerio vt alium fallat dicitur, ſed ioco: & probat exemplo Ioſeph, qui iocoſe fratribus ſuis men-

cauſa decipiendi, & illud omnibus eſt mortale peccatum. Iocoſitatis, vbi nemo læditur & illud nulli eſt mortale peccatum. Benignitatis ſiue pietatis, quod fit pro ſalute alicuius, & de illo dicitur, quòd fit mortale perfectis, veniale imperfectis. Sed quare non eſt mortale potius illud peccatū quod fit ioco, & per quod nulli proſunt, quam illud per quod proſunt alicui? Reſp. quod illud nō fit ex animo, ſed iſtud ſic, & per illud intendit decipere, per iſtud non. Et intelligas hic perfectum ſolum illum, qui ex toto renuntiauit omnibus pompis ſæculi: qui ſi decederet, ſtatim ſaluaretur. Sed cum nullus debeat peccare venialiter ad hoc, vt alter liberetur a morte, vt 5. ca. primū,

titus eſt, non vt eos fallat. *Per hominem*, id eſt, diſpenſatorem ſuum, qui qui inſecutus fuit eos, & reduxit eos. *Exitus*, id eſt, finis.

a ¶ *Vt exitus*] arg. quòd per conſequentia probantur præcedentia, vt 34. q. 1. c. 1. & 1. q. 1. conſtat. ff. de act. & oblig. obligationum.

tum fuit veniale, quia fuit pro vita illorum conſeruanda. & de illo loquitur Augu. poſtea vero pueris reſeruatis cum redarguerentur à Pharaone, ſecundo ſunt mentitæ, cum dicebant Hebræorum mulieres habere ſcientiam obſtetricandi, &c. & tunc non fuerunt mentitæ, pro vita puerorum, quia illi iam ſeruati erant, ſed pro propria vita, ne interficerentur.

eſt, vt exitus[a] docuit, non eſt habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus ſerio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ non ſunt, tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia.

Sed in vetere teſtamento multa permittebantur, quorum exemplis hodie vti non licet.

Vnde Gregorius lib. 8. moral. c. 3.

¶ Veterum exemplo mentiri non licet. C. XIX.

SI quis per vetus teſtamentũ vult ſuum tueri mendacium, quia minus illic quibuſdam fortaſſe nocuerit, dicat neceſſe eſt rerum alienarum raptum[b], & retributionem iniuriæ[c], quæ infirmis illic conceſſa ſunt, ſibi nocere non poſſe. Quæ omnia cunctis liquet quanta animaduerſione veritas inſequitur[d]: quæ nobis iam ſignificationis ſuæ vmbra poſtpoſita, in vera carne declaratur.

Idem eodem lib. c. 2.

¶ Obſtetrices de pietate remuneratæ, de mendacio ſunt punitæ. C. XX.

1 SI quælibet culpa ſequenti ſolet pia operatione purgari quanto magis hæc facillime abſtergitur, quam mater boni operis pietatis ipſa comitatur? Nonnulli vero de obſtetricum fallacia conantur aſſerere hoc mendacij genus non eſſe peccatum, maxime, quod illis mentientibus ſcriptum eſt: quia ædificauit illis Dominus domos. In qua magis recompenſatione cognoſcitur, quid mendacij culpa mereatur[e]. Nam benignitatis earum merces[f], quę eis in æterna[g] potuit[h] vita retribui, pręmiſſa † culpa mendacij in terrenam eſt recompenſationem declinata.

Abraham quoque loquens ad pueros ſuos ait. [Sedete hic cum aſino: ego & puer illuc vſque pertranſibimus: & cum adorauerimus, reuertemur ad vos,] licet aliud ſe facturum deliberaret, tamen excuſatur à mendacio. Vnde Ambroſius in libro de patriarchis. [¶ [a] Prophetauit Abraham, quod ignorabat. Ipſe ſolus diſponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus eſt, quod parabat[i]. Captioſe[k] autem loquebatur cum ſeruulis, ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obſtreperet, aut fletu.

5 *Quandoque aliquid iubendo ſignificamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus: ſed experimentum obedientiæ quærimus: ſicut Abraham à Deo tentatus legitur, cum iuſſus eſt immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. [3] Vnde in eodem libro idem Ambroſius. [Non enim volebat[l] Deus immolari à patre filium: nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandum obtulit: ſed tentabat affectum patris, ſi Dei præcepta præferret filio.] & infra. [Non inijcies, inquit, manum in puerũ: neque facias ei quidquã.] & infra. [Affectum tuum inquiſiui, non factum exercui: tentaui mentem tuam, ſi etiam filio dilectiſſimo non parceres propter me. Non auferro quod donaui ipſe: nec hæredem inuideo, quem largitus ſum non habenti.]*

Item Hieronymus in epiſtola ad Galatas, cap. 2.

¶ Simulatio vtilis eſt, & in tempore aſſumenda. C. XXI.

VTilem[m] ſimulationem, & in tempore aſſumendam Iehu regis Iſrael nos doceat exemplum: qui cum non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi ſe finxiſſet velle idolum colere, dixit [Congregate mihi oẽs ſacerdotes Baal. Si enim rex Achab ſeruiuit Baal in paucis, ego ſeruiã ei in multis. Et Dauid, qñ mutauit faciem ſuam coram Abimelech, & dimiſit eũ, & abiit. Nec mirum quamuis iuſtos homines, tamen aliqua ſimulare pro tempore ob ſuam & aliorum ſalutem: cum & ipſe Do-

SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Supra in prox. cap. dictum eſt, quòd iocoſum mendacium non eſt habendum pro mendacio. Nunc vero dicit, quòd hoc obtinuit in vetere teſtamento, vbi multa permittebãtur quæ hodie facere non licet. & hoc probat per ſeq. c.

SI quis per vetus] CASVS. Quidam dicebant licere ſibi mẽtiri ad inſtar hominum veteris teſtamenti. Auguſt. vero contra eos oſtendit, quòd ſi eorum exẽplis ſuũ volunt tueri mendacium, pari ratione debent dicere ſibi licere aliena bona rapere, & proprias vlciſci iniurias, ſicut tunc temporis conſtabat eſſe pmiſſum, quæ ſi quis hodie faciat, pœnam patietur à Domino, qui prohibuit talia. *Poſtpoſita vmbra ſignificationis*, id eſt poſtpoſitis legalibus, & cæremonialibus Chriſtum & iuſtitiam noui teſtamenti ſignificantibus.

b ¶ *Raptum.*] rapinam commiſerunt filij Iſrael. 14. q. 5. dixit. Et eſt hic arg. quòd vno prohibito prohibita ſunt omnia ſimilia, vt 3. di. 4. denique. in fi. & extra de conſti. trãſlato.

c ¶ *Iniuria.*] tũc licuit propria auctoritate vlciſci iniurias[a], vt 23 q. 4. cum in lege. & q. 5. ſi audieris. hodie non licet, vt 23. q. 4. inter. & q. 5. de occidendis.

d ¶ *Inſequitur.*] cum dicit, Mihi vindictam. & ego retribuam. & cum dicit: Si quis percuſſerit te in vna maxilla, præbe ei & aliã. 23. q. 1. in prin. Ioan.

SI qualibet.] CASVS. Quidam dicebant, quod ſi quis mentitur pro vita alicuius, non eſt peccatum, immo bonum eſt & meritorium. Et hoc probat exemplo obſtetricum, quibus mentientibus pro vita Iudæorum, Dominus eis domos ædificauit. Sed Auguſt. contra eos oſtendit, quod pro vita alicuius mentiri, peccatum eſt: tamen ſi alia peccata per pœnitentiã ſequentem delentur, hoc multo facilius deletur, nec illæ obſtetrices propter mendacium meruerunt, immo demeruerunt, quia quod potuit in æterna vita eis retribui, eſt in terrenam recompenſationem declinatum.

e ¶ *Mereatur*] id eſt, demeretur.

f ¶ *Merces*] Arg.[“] aliquem conſequi pœnam & præmium ex eodem facto, ſicut miles, qui mittitur cauſa ignominiæ, liberatur à ſacramẽto. & eſt contra id. ff. de neg. geſt. ſine. & 16. q. 1. legi.

g ¶ *Æterna.*] [“] videas ergo, quòd ſi aliquis proſperitatem habet in hac vita, per hoc aufertur ei, ſpes æternæ vitæ, vt de pœ. di. 3. quid ergo turbamur. Item ex iſto loco videtur, quòd illæ mulieres, quæ mentitæ fuerunt pro ſalute alterius, peccauerunt mortaliter, quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna ſalute. Augu. tamen dicit eas venialiter peccaſſe. Sed vt patet in glo. Gregorij ſuper Exod. vnde ſumptum eſt illud cap. [“] illæ mulieres bis fuerunt mentitæ. Primo promiſerunt Pharaoni, quod omnes maſculos interficerent: ſed tunc habebant in propoſito, quod non interficerent. illud pecca-

& hoc mendaciũ fuit mortale[*]. propter hoc dãnatæ fuerunt. Quidam tamen dicunt, q licet propter veniale peccatum non damnetur aliquis, tamen impedire poteſt aliquem ne ſaluetur. Sed hoc non credo, cum veniale peccatum nõ tollat gratiã: nec eam impedit, etiam ſi omnia venialia peccata aliquis commiſiſſet.

h ¶ *Potuit.*] ſi habuiſſet charitatem.

ABRAHAM. CASVS. Dicitur hic, quòd nõ non ſolum Ioſeph fuit à mendacio excuſatus in veteri teſtam. ſed etiam Abraham, qui mentitus fuit pueris ſuis, cum aliud diceret, & aliud ſe facturum deliberaret. Et hoc inducit ſeq. c.

PROPHETAVIT. CASVS. Ambr. oſtendit in hoc ca. quòd Abraham cum dixiſſet ſe cum filio rediturũ, & propoſitum haberet ipſum immolandi Deo, captioſe loquebatur, ne aliquis ſeruorum ipſum impediret: Dominus tamen per os eius prophetauit id, quod ipſe non cogitauit.

i ¶ *Parabat.*] Dominus.

k ¶ *Captioſe.*] id eſt, caute.

QVANDOQVE. Hæc eſt quinta pars quæſt. in qua dicitur, quòd poſſunt quãdoque diſsimulare boni viri, & non peccant, quædam etiam dicunt prophetando. Ioan. de Fant.

CASVS. Docet Grat. hic, quòd quandoque ſignificamus id fieri quod fieri nolumus, ſed hoc facimus ad experimentum obedientiæ: ſicut Deus tẽtauit Abraham vt eius obedientiam experiretur. hoc probat per ſeq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Geneſi quòd Dominus præcepit Abrahæ vt filium ſuum Iſaac ſibi immolaret: quod cum facere vellet, prohibuit eum Dominus: & ouẽ pro filio obtulit immolandam: quia Dominus non ideo præcepit Abrahæ filium ſuum immolare, eo quod vellet ita fieri: ſed vt eius obedientiam tantummodo experiretur.

l ¶ *Volebat.*] ſed nunquid voluntas Abrahæ fuit contraria voluntati Dei? non: ſed ipſa volita fuerunt contraria. Abraham enim volebat interficere, & Deus hoc ipſum noluit, ſcilicet ipſum Abraham velle interficere, & ſic eadem fuit voluntas.

VTilem] CASVS. Oſtendit Hieronymus quod multoties ſimulatio vtilis eſt, & quòd homo debet ſimulare id quod non eſt, nec fieri cupit. Et hoc probat tribus exemplis, ſcilicet Iehu regis Iſrael: & Dauid, & Chriſti, qui ſimulationem peccatricis carnis aſſumpſit.

m ¶ *Vtilem*] argum.[“] quòd dolus contra hoſtem bonus eſt, vt 23. q. 2. dominus. & 47. diſt. in mandatis. & ff. de cap. & poſtli. re. nihil intereſt. C. de commerc. & merca. l. 2. & 14. q. 5. dixit. & de conſecr. diſt. 2. dixit dominus. Sicut econuerſo quædam diſsimulare poſſumus. ff. de noua. doli. in fin. argu. contra. 22. q. 1. noli. dolus vero vel ſimulatio ad fallend

Iuo p. 12. c. 41.

a Hoc dictũ ſane intelligẽ. nam tũc bene peccabant ſi hoc faciebãt pręter auctoritatem iudicis: & ſecundum hoc intelligẽ hoc dictũ G. nam eius auctoritate poterãt hoc iure facere: ſed ſi faciebant, non iõ puniebantur à iudice ſine lege, vt hic dicitur ſecũdũm Hug.

Exod. 1.

† al. pro admiſſa

“ Pœnam & præmium cõſequitur qs ex eodem facto

“ proſperitas in hoc ſeculo eſt periculoſa.

* Difficilior redditur.

“ Mulieres q̃ Pharaoni promiſerũt mares interficere, bis ſunt mentitæ.

* imo neque illud mortale, quoniam nõ pernicioſum.

Gen 22.

a l. 1. de Abraham, c 8.

Gen 22.

3 ibidem in prin. c. 8.

4. Reg. 10.

1. Reg. 21.

“ Dolus in hoſtem bonus eſt.

ad fallendum, ſemper malus eſt, vt 17. diſt. quod interrogaſti. & 12. q. 1. certe, C. de lat. libert. tollend. l. 1. §. ſed & qui pileati.

a ¶ *Simulationem.*] [a] vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas [a]: ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet, nunquam eum a Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet.

[a] diabolus à Chriſto fuit deceptus. a Al. Aug. Genes. 14.

ECCE. CASVS. Dicit Grat. ex ſupradictis patere quæ mendacia ſint venialia, & quæ mortalia: poſtea facit quamdam quæſtionem, quare, ſcilicet Abraham cum deſcenderet in Aegyptum cum vxore, rogauit eam vt ſororem ſuam ſe eſſe mentiretur: ne ſi diceret ſe vxorem illius, interficeretur propter eam: cum dictum ſit s. c. ne quis arbitretur. non eſſe mentiendum pro temporali vita alicuius. poſtea ſoluit hanc obiectionem, dicens quod Abraham noluit mendacium dici, ſed verum taceri voluit. quia de eodem ſanguine nata, vere ſoror dicebatur.

Gen. 12.

minus noſter non habens peccatum, nec carnem peccati, ſimulationem [a] peccatricis carnis aſſumpſerit: vt condemnans in carne peccatum, nos in ſe faceret iuſtitiam Dei.

Ecce, quæ mendacia ſint venialia, & quæ damnabilia. ¶ *Sed quæritur quare dicat Auguſtinus non eſſe mentiendum pro temporali vita alicuius: cum Abraham deſcendens in Aegyptum rogauerit Saram, vt ſororem eius ſe eſſe mentiretur, dicens,* [*Noui, quòd pulchra ſis mulier: & quòd cum viderint te Aegyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.*] *Sed Abraham non mendacium dicit, ſed verum taceri voluit.*

Vnde idem Auguſtinus ait in quæſt. Geneſ. quæſt. 26.

¶ Quomodo Abraham excuſetur à mendacio, qui Saram ſororem ſuam eſſe dixit. C. XXII.

QVæritur, cur patriarcha mentiri [b] voluit, vt diceret Saram ſororem [c] ſuam: & non potius Deo commiſit, qui ſi vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem [d] ſeruare poſſet. Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc oſtenditur, quòd nemo debet tentare Deum ſuum, dum habet quod rationabili conſilio faciat. [e] Fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commiſit, in quem ſperauit: nec eum fides, aut ſpes fefellit. Si autem interrogatus illam fœminam indicaſſet vxorem, duas res tuendas committeret Deo, & vitam ſuam, & vxoris pudicitiam.

¶ *In quæſtione ipſa vigeſimaſexta non ſunt omnia verba huius capituli: ſed confectum eſt etiam ex libro 22. contra Fauſtum, & contra Secundinum, & ex alijs locis.*

*Item opponitur, quòd Iacob mentiendo & ſibi profuit, & alij nocuit: nec tamen reprehenditur, ſed commendatur. Sed Iacob dicendo ſe eſſe Eſau primogenitum, non eſt mentitus [a]. Non enim dixit ſe eſſe primogenitum, naſcendo, ſed ius primogenituræ, illo vendente, rite adeundo. Sic & Chriſtus * Ioannem dixit eſſe Heliam, non perſona, ſed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Eſau, non naſcendo, vt diximus, ſed emptione primogenituræ de non primogenito in primogenitum tranſeundo: ſicut & ipſe Eſau primogenita vendendo,*

QVæritur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſtin. cur Abraham patriarcha mentiri voluit Saram, vt ſe ſororem ſuam diceret, & non potius commiſit ipſam Deo. Et reſpondet quòd noluit mendacium dici: ſed veritatem occultari voluit. ſoror enim ſua erat quia filia erat fratris. & quòd non commiſit eam Deo tantum, dedit nobis exemplum vt quamdiu poſſumus rationabiliter periculum euitare, Deum tentare non debemus.

[i] 22. contra Fauſtū, c. 26. 33 & tur. us 36.

[s] Abraham an ſit mentitus.

b ¶ *Mentiri.* [s] Ecce dicit Auguſtinum mentitum: & tamen poſtea dicit ipſum non mentitum. & hoc eſt notandum circa reſcripta, vel circa iudicia, an quærendo vel narrando vel diffiniendo aliquid dicatur, vt 3. q. 6. hæc quippe. & ſic eſt hic argumentum, [t] quòd interrogans non confitetur. Ar. contra 30. q. 1. de eo.

[t] interrogans non confitetur.

c ¶ *Sororem.*] Hic patet quòd non quilibet ſecundus gradus fuit in lege prohibitus. ex. [i] extra de conuer. infi. interrogaſti. in parte deciſa. Item patet hic quòd licite per æquiuocationem poſſumus hoſtē deludere, vt no. 3. c. ne q. s. & 7. §. pro. d ¶ *Apud Pharaonem.*] contra 32. qu. 4. nemo. vbi dicitur de Abimelech. ibi ſol. nam ambo in ipſum Abraham deliquerunt. de pœn. diſt. 1. §. ex his. alias eſt §. denique. ver. reges quoque. Laur.

Gen. 12 & 15

[i] Adde Alec. in l. in l. qui iurato. circ fi. ff. qui ſa. co. & tex. l. l. qui iuraſ. tex. in pr. ff. de iureiur. & t. ng. Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. & vel 3. co. ff. de of pro.

e ¶ *Fecit.*] Non obſt. de conſec. diſt. 1. omnis Chriſtianus. vt ibi ſoluitur. ſic 23. q. vlt. ſi nulla.

* Matt. 11.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima probat adhuc quòd homo põt mentiri vt ſibi proſit etiã alteri nocendo. Quod probat exemplo Iacob, qui mentitus eſt ſe eſſe Eſau patri benedicenti: & hoc modo ſibi abſtulit ius primogenituræ. Sed hanc obiectionem ſoluit Grat. dicens Iacob non eſſe mentitum, non enim ſe dixit eſſe Eſau natiuitate, ſed adiectione vel imitatione, quia ex quo Eſau ſibi vendiderat ius primogenituræ: rite eum imitari poterat, & ius illud adire quod emerat. & hanc ſolutio. probat quattuor exemplis, ſ. Ioannis quem Chriſtus dixit eſſe Heliã virtutis imitatione: & Iudæorũ & gentium & Romanorum. In 2. parte dicitur, quod quamuis eps de quo agitur in themate, iurauerit falsũ quod putabat eſſe verum: non tñ reus periurij iudicatur: quod probat exẽplo Saulis, qui pugnaturus contra Philiſtæos iurauit ſe interfecturum quicunque comederet ante ſolis occaſum, contra quod iuramentũ Ionathas filius ſuus fauum mellis comedit: propter quod pater eum condemnauit ad mortem: ſed ad preces populi hanc ſententiã reuocauit: nec tñ propter hoc reus periurij iudicatur. Secunda pars incipit ibi, *Epiſcopus vero.* Primum exemplum primæ partis eſt ibi, *Sic & Chriſtus Ioannem.* Secundum ibi, *Sic & Iudæi.* Tertium ibi, *Econtra gentiles.* Quartum ibi, *Hinc idem Apoſtolus.*

de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi, cum eſſent filij Abrahæ carne, quia non fuerunt filij eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, ſed dicuntur filij diaboli: cuius filij ſunt, non naſcendo ſed imitando [f]. Vnde a Domino audire meruerunt [*Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus ſum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri facere vultis*] ¶ *Econtra gentiles, cum ſecundum originem carnis ab Abraham eſſent alieni, tamen imitatione fidei, & iuſtitiæ ſucceſſerunt in filios Abrahæ. Vnde ab Apoſtolo dicitur eiſdem* [*Si autem Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis*] ¶ *Hinc idem Apoſtolus ſcribens Romanis ait* [*O tu Iudæe, ſi circumcidaris, nec legem obſerues, circumciſio tua præputium facta eſt [g]: quomodo & præputium, ſi iuſtitias legis cuſtodiat, in circumciſionem reputatur [h].*] *Præfertur ergo, vt ex præmiſſis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob ſe dixit Eſau eſſe: nec mentiendo, ſed verum dicendo, ſibi profuit, alteri vero non nocuit [i]: quia benedictionem ſibi debitam accepit, non alienum† ſurripuit.* ¶ [3] *Epiſcopus vero iſte, de quo agitur, & ſi falſum iurauit, tamen quia, vt ſupra dictum eſt, ream linguam non facit niſi rea mens [k], nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cum eſſet pugnaturus contra Philiſtæos, iurauit ſe interfecturum quicunque ante ſolis occaſum comederet. Ionathas autem filius eius non audito [l] regis iuramento, cum pugnando magnam hoſtium ſtragem [m] dediſſet, & ſalutem feciſſet in Iſrael, fame laborans [n], vidit fauum mellis, quem regia virga, quam geſtabat in manibus, accepit, & comedit: ſtatimque oculi, quos fere fames clauſerat, aperti ſunt, & facies eius exhilarata eſt. Quo comperto, Saul voluit eum occidere: nec ſed precibus, & pia populi ſupplicatione placatus, mortis reuocauit ſententiam, ne interficeretur ille, per quem ſalus data erat in Iſrael, & quo pugnante, de manibus hoſtium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falſum iurauit: quia quod iureiurando ſe facturum decreuit, precibus populi reuocatus† non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quantum [o] in ipſo fuit, quod iurauit, impleuit: dum ſententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, ſed populi ſupplicatione reuocauit.*

Ioan. 8. Ioan. 8. 1. Cor. 4. Rom. 2.

f ¶ *Sed imitando.*] & ita quandoque aliquis ſumit potius appellationem ab accidenti quã à natura, vt ff. de ori. iur. l. 2. in prin. & 1. q. 1. cito.

g ¶ *Præputium facta eſt.*] id eſt, circumciſus es in præputio, & non in corde: cum tamẽ dixerit legiſlator: circumcidite vos. & amputate putia cordis veſtri.

† alienam

3 ſuprà e. homines.

1. Reg. 14.

h ¶ *Reputatur.*] i. gentilis reputabitur circũciſus ſi ſeruat legem.

i ¶ *Non nocuit.*] & ſic iniuriam non fecit: quia iure ſuo vſus eſt, vt extra de ele. cũ eccleſia.

k ¶ *Niſi rea mens.*] vt s. e. ad. homines.

l ¶ *Audito.*] [u] quia vox præconia paucis innoteſcit, vt C. quo. & quan. iu. aut. q. ſemel. & qui tarde venit ad iudiciũ, præſumitur non audiuiſſe vocẽ præconis, vt ff. de in int. reſt. diuus. [u] & edictũ tamẽ ligat eos ad quos peruenit, vt 82 di. propoſuiſti. in fi. ff. de decre. ab ordi. fa. l. vlt. et hæc non eſt excuſatio ſufficiẽs, dũmodo edictũ ſit publice propoſitum, vt 16. diſt. quod dicitis.

[u] Vox præconia paucis innoteſcat.

† al. prouocatus

[u] edictum ligat tantum eos ad quos peruenit.

m ¶ *Stragem.*] Et hoc ei nõ proficit ſi ſcienter contra edictum fecit, vt ff. de re mil. l. 3. §. in bello [b].

n ¶ *Laborans.*] Illud eũ potuit excuſare. de cõſecr. diſt. 5. diſcipulos.

b Et ff. de re eo qui ſub tu. l. quãuis. 16. q. 1. monachi.

o ¶ *Quia quantum.*] Sic dicitur aliquid quantum ad ſe, non quantum ad alios, vt 49. diſt. c. vlt. & de conſec. diſt. 4. quæris. & 1. q. 1. quod quidam.

QVAESTIO III.

CVm ergo, vt ratione, & exemplo monſtratum eſt, epiſcopus reus periurij non eſſet, conſueta obedientia [p] ab archidiacono ſibi denegari non debuit: cum etiam ſi criminoſum illum

CVm ergo] CASVS. Hæc eſt 3. q. vbi quæritur an licuerit archidiacono iuramento firmare quod epiſcopo ſuo debitam reuerentiam negaret? Et reſp. quod non, cum epiſcopus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiam ſi periurus fuiſſet, tamen non liceret archidiacono vel alicui ſubiectorum ab eo diſcedere ante diffinitiuam ſententiam. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramentum.

p ¶ *Obedientia.*] Hæc q. determinatur. 5. 15 q. vlt. c. vlt. 8. q. 4. c. nonne.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per 10. ca. quod in malis promiſsis reſcindendũ eſt iuramentum, ſcilicet cum ſeruari non poſsit ſine detrimento ſalutis æternæ. Secunda ibi, *Ecce quod iuramenta.* Tertia ibi, *Sed cum his.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic proponitur quarta quæſtio, vbi quæritur vtrum iuramentum illicitum ſit ſeruandum. Et reſpondet, ſi iuramentum eſt illicitum: quia de re illicita, ſcilicet de faciendo peccato mortali vel veniali, non eſt ſeruandum, vt ĩ. capit. 1. & cap. ſeq. & maxime in illo cap. in malis. ſi autem iuramentum eſt illicitum ex modo, quia in caute iurauit aliquis rem licitam, ſcilicet comedere vel bibere, ſeruandum eſt: cum in deteriorem exitum non vergat, vt ĩ. ead. cap. ſi aliquid. & § illicitum.

conſtaret, ante diffinitiuam tamen ſententiam, vt ſupra monſtratum eſt, nulli clericorum ſuorum ab eo liceret diſcedere. Conſtat ergo illicitum eſſe quod archidiaconus iuramento firmauit.

Vnde merito quæritur, an debeat ſeruari, vel non.

QVAESTIO IIII.

1. ps QVod autem illicita ª iuramenta ſeruari non debeãt, in Toletano concilio 8. cap. 2. legitur. in quo ſic ſtatutum eſt.

¶ Melius eſt vota ſtultæ promiſsionis non implere, quàm crimen committere. C. I.

1 SI publicis ſacramẽtorum geſtis (quod Deus auertat) à quibuſlibet illicita, vel non bona extitiſſet † conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſsimæ virginis, nunquid non tolerabilius ᵇ eſſet ſtultæ promiſsionis vota reiicere, quam per inutilium promiſſorum cuſtodiam, ex horrendam criminum implere menſuram?

Item Ambroſius de officiis, lib. 1. c. 50.

¶ Aliquando non expedit promiſſum ſeruare ſacramentum. C. II.

3 EſT etiam contra officium ᶜ nonnunquam ſoluere promiſſum ſacramentum cuſtodire ª: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid ᵈ petitum eſſet, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præſtitit, ne promiſſum negaret.

ª ¶ Cuſtodire] *Addita eſt vox iſta ex originali & concilio Tolerano in quo refertur.*

Item in ſermone ſancti Auguſtini epiſcopi de decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ qui ſic incipit [Cum ſanctum Euangelium legeretur.⁴.]

¶ Pietas fuit, quod Dauid Nabal, ſicut iurauerat, non occiderit. C. III.

5 QVòd Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit. Video ª Dauid pium hominem, & ſanctum in temerariam ᵉ iurationem cecidiſſe, & maluiſſe non facere quod iurauerat, quàm iurationem ſuam fuſo hominis ſanguine implere.

ª ¶ Video.] *Hæc ſunt verba B. Auguſtini in eo ſermone. Antecedentia autem videntur ſumma quædam, nec ſunt apud Iuonem, aut in Panormia.*

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

6 IVrauit Dauid temere: ſed nõ impleuit iurationem maiori pietate. *& infra.* ¶ Ecce ſanctus Dauid non quidem iratus ſanguinem hominis fudit. ſed cum, falſum iuraſſe negare quis poterit? De duobus peccatis ᶠ elegit minus: ſed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per ſeipſum appenſum, magnum malum eſt falſa iuratio.

Item Iſidorus in ſynonymis, lib. 2. n.⁷

ª ¶ Secundo.] *etiam B. Braulius in vita Iſidori memorat duos ſynonymorum libros. Et in ſynonymis, quæ nuper cum aliis Iſidori operibus ſunt Pariſiis impreſſa, facile locum haberet diuiſio in duos libros. Nam ex poſteriore parte videtur ſumptus libellus de norma viuendi, qui in eodem Pariſino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antuerpiæ & olim Venetiis ſub hoc titulo,* Iſidorus de homine, & ratione deflente, & de homine, & ratione conſolante, *impreſſus eſt. videtur epitome quædam ſynonymorum.*

¶ Turpia vota ſeruanda non ſunt. C. V.

8 IN malis ᵍ promiſſis reſcinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incaute vouiſti, ne facias. Impia enim eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur.

Item Beda in homil. 44. in Natali decollationis S. Ioannis.

¶ Non eſt obſeruandum iuramentum, quo malum incaute promittimus. C. VI.

9 SI aliquid forte nos incautius iuraſſe contigerit, quod obſeruatum peiorem ʰ vergat in exitum, libere illud conſilio ſalubriore mutandum nouerimus, ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum ſtultũ, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam interceſſionem Abigail feminæ prudentis mox remiſit minas, reuocauit enſem in vaginam, neque aliquid culpæ ſe tali periurio contraxiſſe doluit.

2 ¶ Illicitum.] ᵅ Iuramẽtum ſex modis dicitur illicitum: ex perſona, ex re, ex fine, ex cauſa, ex tempore, ex modo. Ex perſona dupliciter, vel ex perſona eius qui iurat, vel ex perſona eius cui iuratur. nam ſi impubes iurat, non tenet iuramentum ª, vt ĩ. ea. q. 5. paruuli. Itẽ ſi clericus laico iurat. ĩ. qu. 5 nullus. Ex re etiã illicitum eſt iuramentum dupliciter, vt ſi res ſit illicita, quæ iuratur, vt ĩ. ead. in malis. & ſi res illa, per quam iuratur, non ſit ſacra, vt ſ. ead. q. 1. clericum per creaturas. & ĩ. q. 1. conſidera. Ex fine illicitum eſt, vt ſi iuretur propter electum, & ante electionem, vt 8. quæ. 3. Artaldus. Ex cauſa, vt ſi ad clamorem populi iuretur, vt ĩ. ead. vnuſquiſque. Ex modo eſt illicitum, vt ſi temere iuretur vel indiſcrete, vel præter neceſsitatem, vt ſ. ead. q. 2. ca. 2. & ĩ. ead. capit. ſi aliquid. Item iuramentum ex tempore eſt illicitum, vt ſi iuretur in quadrageſima, niſi de pace componenda, vt 1. qu. 5. decreuit. quod hoc verſu perpenditur:

Quis, cui, quod, per quod, ad quod, cur, quomodo, quando.

breuiter ergo teneas in hac quæſtio. quòd ſemper iuramentum eſt ſeruandum, ſi eſt illicitum. licet etiam illicitum ſit ex modo iurandi, vt ĩ c. ſi aliquid. ext. de iureiur. c. debitores. Io.

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrẽ ſuum, vel corrumpere ſanctimonialem. quare quæſitum fuit in concilio Toletano, vtrum tale iuramentum ſit ſeruandum, & reſpondet quod non: quia tolerabilius eſt turpem promiſsionem reiicere, quam eam adimplere. Seq. ca. patet cum §.

b ¶ Non tolerabilius.] nec peccat tranſgrediendo, vt infra eadem. in malis & capit. inter. licet tunc peccauit quando iurauit ᵇ. Ioannes.

c EſT etiam contra officium.] id eſt, pietatem.

d ¶ Quidquid] in hoc generali iuramento non intelligitur iuraſſe niſi quod licite facere potuit ᶜ, vt extra de iureiur. Quintaualis. extr. de elect. cauſam. ff. de ope. lib. ſi libertus. & ff. de rit. nu. l. generali. & ff. de iu. dot. ſiue generalis. Io.

QVòd Dauid] CASVS. Dicitur in hoc capit. quòd iuramentum illicitum non eſt ſeruandum. & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promiſsionem ſuam non adimpleuit. Idem eſt caſus ſequentis capit. ſed additur, quòd de duobus malis eligitur minimum. Aliud capit. ſcilicet, in malis promiſsis, planum eſt.

e ¶ Temerariam] Iuramentum temerarium & inconſulto calore iracundiæ factum, non eſt ſeruandum, vt hic, & 2. q. 3. præuaricator. Ioan.

f IVrauit] ¶ Peccatis.] id eſt, quæ videntur peccata ᵈ, cum alterum non eſt peccatum. Ioan.

g IN malis.] aliud in malis promiſsis & aliud in male promiſsis. primum non eſt ſeruandum, ſecundum ſic, vt ĩ. ead. cap. proxi.

SI aliquid] CASVS. Oſtendit hic Beda, quòd ſi quis iurat ſe interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet venire cõtra iuramẽtum quàm in aliud grauius crimen incidere: quod probat exemplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virum ſtultum & impium, tamen ad preces Abigail vxoris eius contra ſacramentum veniens enſem reuocauit in vaginam.

h ¶ Peiorem.] ſimi. extra, de iureiurand. ſi vero.

i ¶ Peiorem.] ᵅᵅ Item aliud exemplum poteſt poni quã hic ponatur, vt ſi iuraui me peccaturum venialiter, tale iuramentum non debeo adimplere: quia adiicerẽ peccatum peccato, vt infra eadem. diffinitio. & ſi temere aliquid iuratur quod eſt licitum, adimplendum eſt. ſi tamen propter neceſsitatem non poſſum adimplere, venialiter pecco, vt vigeſimaquinta diſtinct. § criminis in fin. ᵅᵅ & a licito iuramen

ᵅ iurm ſex modis dicitur illicitũ.

1 Iuo p. 12. c. 9. Pan. l. 8. c. 90.

† al. extitiſſe conditio allegata

a Ad idẽ ff. de iureiu. de iuraſſe. niſi i caſu ff de ii. eau. vlt.

2 ibid. in Tolet. 8.

3 ſent. 3. di. Iuo p. 12. c. Pa. l. 8. c. 31.

Matt. 4.

4 ſerm. 11. de ſanctis, cuius principiũ eſt (Propter hunc.)

5 Sent. ibid. Iuo p. 12. ca. 11. Pann l. 8. c. 92.

b Vñ ei pœnitẽt a iudici. ut. ext ea. tit. cum quidam.

6 Sent. ibid. Iuo ibid. Pa. l. 8. c. 93

c Nõ. n. iurm eſt vinculũ iniquitatis. infrà ea. q. inter. extra de iureiur. quãto. & circa hoc dic vt leg. & no. extra de hom. cum iuramẽto. Arc.

7. Cap. de mẽdacio in impreſſo Pariſiis.

d i. quę per ſe conſiderari poſſunt de gñe peccatorum: cũ naturali caſu tranſgreſſio iuri nullũ eſt pctm etiã veniale, ſecundum Hug. ſed tũc peccauit Dauid cum temerẽ iurauit. Laur.

8 Iuo p. 12. c. 12. In Tole. 8 cap. 2. & in Tribur c. 21 & gl. ord. in c. 14. Math. in ver. iurm.

9 infrà ea. ſi aliquid c. 16. Burc. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. ca. 13. & 75. Pan. l. 8. cap. 94 & 118.

ᵅᵅ iurm non ſemper eſt adimplendum.

1. Reg. 25

ᵅᵅ Papa an poſſit abſoluere à licito iuramento.

iuramento (vt dicunt quidam) Papa nõ poteſt abſoluere, vt no. 15. q. 6. auctoritatem. ſed cõtra eos eſt extr. de iureiu. veniẽtes. Ioa.

3 Iuo p. 12. c. 13. Pan l. 8. c. 95.

N*On ſolum.*] CASVS. Hic dicitur quòd ſi aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: ſed de duobus malis minus eligere debet, ſc. vt non adimpleat quod promiſit.

a ¶ *Contagio*] quantum ad perplexionem animi, vt 13. diſ. nerui.

b ¶ *In quo minus*] Quoties enim aliquid ſine captione fieri non poteſt, ſemper id quod minimum eſt, ſequimur, vt ff. de reg. iur. quoties nihil Ioan.

2 in Tolet. 8 c. 2.

3 Iuo p. 12. c. 7.

V*Nuſquiſque*] CASVS. Oſtendit hic Ambr. quòd aliquis non debet illicitum promittere: & ſi promiſit, tolerabilius eſt promiſſum non adimplere, quam facere rem illicitam. Et hoc probat exẽplo Herodis & Iepte, qui ſæpe in ſcriptura reprehendũtur, eo quòd per promiſsionem ſuam illicitam impleuerunt. nam bene poterant mutare voluntatẽ prauam, cum ipſe Deus ſuam ſententiã ſæpe mutet, & mutando melioret.

4 Pan. l. 8. ca. 101.

Matt. 14.

c ¶ *Inhoneſtum*] Non ſolum ergo iuramentum rei illicitæ nõ eſt ſeruandum, ſed nec etiam inhoneſtæ: immo ſi tendat ad inhoneſtatem, quandoque non eſt ſeruandum, licet poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, vt ext. de iureiur. quemadmodum.

† homicidio] Iuo.

d ¶ *Quod ebrius.*] Ergo promiſsio ebrij non tenet*, vt 15. q. 1. ſanc.

e ¶ *Saltantium*] Argu. ꝙ id quod ad clamorem populi promittitur, non tenet. ſimi. 8. qu. 1. licet. & cap. ſi ergo. & extr. de ele. Obius. Item alia ratione non debuit tenere hoc iuramentum, quia ob reuerentiam hoſpitum videtur promiſiſſe: & ea quæ ob reuerentiã alicui promittuntur, non ligant, vt ff. quar. rer. act. non dat. l. 1. §. quæ honorãdæ. ſic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerentiã aliquorum, nõ præiudicat, vt ff. de fur. l. pen.

5 ibid. Iud. 11.

* idẽ ti cum iſta gl. Fel. in cõſ. 80 in fi. vbi dt quòd contractus eius qui potationib' & ebrietatibus vel adulationibus eſt inductus ad vendendum rem minori pretio quàm valeat, eſt ipſo iure nullus. pro hoc bene facit c. ſane in gl. actiõs.

6 infrà. ead. non ſemper.

f ¶ *Quod amentiæ.*] alias amicitiæ.

g ¶ *De Iepte*] j. proxi. cauſa. q. 5. ſi non licet. in fin. contra. vbi dicitur ꝙ verũ illud fuit à ſpiritu ſancto. Sed dicas ꝙ votũ fuit iuſtum: ſed talis ſolutio fuit iniuſta. Hebræi tamen quidã reprehendunt etiam ipſum iu-

Idem ibidem.

¶ De duobus malis, minus eligi oportet. C. VII.

1 NOn ſolum in iurando, ſed in omni, quod agim', hæc eſt moderatio ſolertius obſeruanda: vt ſi talem forte lapſum verſuti hoſtis inciderimus inſidiis, ex quo ſine aliquo peccati contagio[a] ſurgere non poſſimus: illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus[b] periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus.

Item Ambroſius de officiis, lib. 3. c. 12.[2]

¶ Tolerabilius eſt iuramentum non implere, quàm quod turpe eſt facere. C. VIII.

3 VNuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat: vas ſuũ in ſanctificatione poſſideat: nec fratrem ſuum circumſcriptione verborum inducat: nihil promittat inhoneſtum[c]: aut ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quàm facere quod turpe ſit.[4] Sæpe plerique conſtringunt ſeipſos iuriſiurandi ſacramento: & cum ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt quod ſpoponderunt: ſicut de Herode ſupra ſcripſimus: qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe, quòd regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iuriſiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuiſſet periurium ſacramento †? Si tamen periurium poſſit dici, quòd ebrius[d] inter vina iurauerat, quod euiratus[*] inter ſaltantium[e] choros promiſerat. Infertur diſco prophetæ caput, & hoc æſtimatum eſt fidei eſſe, quod amentiæ[f] fuit *& poſt pauca de Iepte differens.* ¶[5] Miſerabilis, *inquit*, neceſſitas, quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt non vouere, quam vouere id, quod ſibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& poſt paululum.*

¶[6] Non ſemper igitur promiſſa ſoluenda omnia ſunt. Denique ipſe Dominus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

* ¶ [Euiratus.] *Emendatum eſt ex B. Ambroſio & Iuone. Antea enim legebatur*, & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8. c. 2.

¶ Incommutabilis Deus quandoque ſua mutat ſtatuta. C. IX.

INcommutabilis, eademque ſemper exiſtens Dei natura, parcens ſua ſæpe in ſacris litteris legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam[h]. Vnde quamlibet ſit impaſſibilis, atque immutabilis, eiuſdemque deitatis licet ſint dicta firmiſsima: crebro tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia, quæ ſacris extant myſteriis adoperta. Iurare namque Dei, eſt à ſeipſo nullatenus ordinatã conuellere: pœnitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic per Hieremiam dicit [Repente loquar aduerſum gentem, & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa ſuper malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, & agam, & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui[i], vt facerem ei.]

¶ *Initium huius capituli emendatum eſt ex recentioribus editionibus conciliorum Colonienſibus. & codice Lucenſi regio. In vetuſtioribus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobuſque monaſterij Dominicani poſt verſ.* innectenda, *quod in ipſo concilio antecedit huic capitulo, ſequitur continenter* Etenim immutabilis deitatis licet dicta ſint firmiſſima, crebro tamen, &c. *intermediis omiſsis.*

Item Auguſtinus.

¶ Sapientis eſt reuocare, quod male loquitur. C. X.

MAgnæ ſapientiæ eſt, reuocare[k] hominem, quod male locutus eſt.

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 7.

¶ Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramentum facit. C. XI.

7 QVi ſacramento ſe obligauerit, vt litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat pro periurio vno[l] anno à communione corporis & ſanguinis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit ieiuniis abſoluat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire feſtinet.

Item Ambroſius lib. 3. officiorum, c. 12.[8]

¶ Non omnia promiſſa ſoluenda ſunt. C. XII.

9 NOn ſemper promiſſa omnia ſoluenda ſunt. Denique ipſe Dominus frequenter ſuã mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

Item Iſidorus ſententiarum lib. 2. c. 31.[10]

¶ De eodem. C. XIII.

11 NOn eſt obſeruandum iuramentum, quo malum incaute promittitur: veluti ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permandi fidem polliceatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramentum: quàm permanere in ſtupri flagitio.

Item ex concilio Toletano, c. 8.

ramentum, & dicunt quidã, ꝙ ſi equus vel aſinus ei obuiaſſet, numquid illud obtuliſſet domino? quaſi dicant, non.

I*Ncommutabilis.*] CASVS. Quæſitum eſt in concil. Toletano, verum quis poſsit venire contra iuramentum ſuum illicitum. & reſp. ꝙ ſic. & hoc probatur exemplo Domini: qui licet ſit incommutabilis, legitur tamen ſuam ſententiam mutaſſe, & contra ſua iuramenta veniſſe. Probatur & hoc auctoritate Hieremiæ prophetæ dicentis: Repẽte loquar, &c. *Iuramenta* id eſt, diſpoſitiones, ſecundum quòd merita hominum exigebant. Sequens c. patet.

Hier. 18.

h ¶ *Sententiam.*] excommunicationem. " ea quæ Dominus dicit comminando, vel commonendo, bene reuocat: ſed ea quæ aſſerẽdo dicit, non reuocat. " vnde Macrobius dicit ꝙ tripliciter contingit Deos loqui.

" Deus quæ à ſe dicta reuocet.

" Deus tripliciter loquitur.

i ¶ *Cogitaui*] id eſt, videor cogitaſſe.

k M*Agnæ.*] ¶ *Reuocare*] id eſt, nõ adimplere[b]: nec dicitur fallax ſi ad rei veritatem reuertitur, vt 32. qu. 1. apud.

b id quod. ſ. male, & c reuocare in cẽſſatione operis, ſ. vt ceſſet & non adimpleat illud malum quod dixerat ſe facturum vel verbo, vel iuſſo. H alias euolat emiſſum, &c. 43 di. §. vlt. & hoc eſt cur t quis illicitũ ab i i tio velet iam cum ex poſt ſcõ rẽdit ad norã. 63 di. § verum 45. diſt. licet no Laur.

Q*Vi ſacramento.*] CASVS. Iurauit quidam, quòd nunquam per pacem cum ſuo inimico veniret. quæſitum fuit in concilio Ilerdenſi. quid ſit ſuper hoc faciendum: & reſpondetur quòd pro periurio, id eſt illicito ſacramento debet per annum à corpore Domini ſeparari, & reatum ſuum eleemoſynis & fletibus diluere, & ad pacẽ celeriter venire feſtinet. Seq. duo capitula plana ſunt.

* 1 Petr 4.

7 Bur. l. 12. c. 17 Iuo p 12. c. 74 Rab. in pœn c. c. 8 in Tolet 8 c. 2 ſuprà c. vnuſquiſq; in fi.

l ¶ *Vno.*] 5. ca. q. 1. c. vlt. contra. 6. q. 1. quicunque. ibi imponitur ſeptennis pœnitentia ꝓ periurio: ſed ibi loquitur cum quis tranſgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cum quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitã, mortaliter peccat: ergo ſeptennis pœnitentia debet ei imponi, vt 33. qu. 2. hoc ipſũ? Reſp. regulariter imponitur ſeptem annorum pœnitentia. " ſed ex cauſa diminuitur vel augetur illud tempus. 26. qu. 7. tempora. tamen hic non negatur quin per ſeptẽ annos debeat pœnitere: ſed hoc ſolum dicitur, ꝙ à communione corporis Chriſti vno anno ſeparatur.

9 Iuo p 12. c. 7 pan. l. 8. c 101.

10 Cõc. Tolet. 8 c. 2.

B. da i Scintillis. c 14. Gloſ. ord. in c. 14 Matth.

11 Poly l 6. tit 12 Bur l. 12. cap 10. Iuo p 12. ca. 56 & 67. Pan l 8 cap. 118

" pœnitentia ex cauſa minuitur vel augetur

NEceſſe eſt.] CASVS. Quidam iurauit ſe facturum aliquid inhoneſtum. vnde quæſitum fuit in concilio Toleta. quid eſſet de hoc faciendum. Et reſpondetur quòd pœnitentiam agere debet: quia nomine Domini abuſus eſt illicite iurando. Et hoc probatur auctoritate Exodi. Sequentia tria c. patent. Diffinitio. id eſt, aſſertio.

s Raban. lib. pœnit. c. 21. Burc. l. 12. c. 7. & 19. Iuo p. 12. c. 64.

Exod. 20.

a ¶ *Vt male.*] diſtinguitur tamen an ſolenniter iuret, an incurſu verborum, tunc venialiter peccaret, vt 25. di. §. alias.

b ¶ *Diffinitio.*] i. affirmatio.

c ¶ *Soluenda eſt.*] i. frangenda eſt.

d ¶ *Emendatio*] non enim peccat frangendo tale votum: ſed in hoc peccat quòd temere iurauit, vt 33. qu. 5. vna. " Sed nunquid tale iuramentum quod temerarium eſt, id eſt, de re illicita factum, inducit depoſitionem vel infamat? arg. quod ſic. 6. q. 1. quicũque ſciens. & c. infames. & 3. ca. q. 5. ſi quis conuictus. & extr. de iurei. querelã. Sed contra extr. de iureiur. c. ſicut. Ego non credo tale iuramentũ infamare, vel impedire electionem factam vel faciendam. De hac materia not. 85. diſt. archidiaconum. Io.

Leuit. 19.

" Iurã de re illicita factũ nõ infamat.

2 ſuprà ea. ſi aliquid Pol. l. 6. tit. 11. Anſ. l. 12. ca. 73. Iuo p. 12. c. 75. Pan. l. 8. c. 118.

† al. periurandum.

ACtione.] CASVS. Quidam epiſcopi iurauerunt ſe fracturos imagines ſaluatoris & ſanctorum, quæ in eccleſiis erant: quare quæſitum fuit quarta die ſeptimæ ſynodi, an illud illicitum iuramentum eſſet ſeruandum: & reſpondetur quòd nõ. & ad hoc probandum inducitur auctoritas Sophronij, ſ. ſi quis vult illicitum iuramentum ſeruare, perībit ſicut Herodes: ſi quis vero non ſeruat, indulget ſibi Deus ſicut Petro indulſit. Sequens ca. per ſe patet.

† al. Hibernẽſi

3 Burc. l. 12. ca. 15. Iuo p. 12. c. 80.

e ¶ *Peierare*] quo ad ſimilitudinem facti.

f ¶ *Omne.*] niſi quando peccatur in ſpiritum ſanctum, ita quòd ſit impœnitens.

4 ſent. 3. diſt. 39. Iuo p. 12. c. 15. Pan. l. 8. c. 98. 100.

g ¶ *SI quis præuentus.*] id eſt, deceptus.

h ¶ *Vt diffiniat.*] id eſt, intendat.

TRIBVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. quòd tribus modis poteſt quis contra ſuũ iuramentum venire. Primo cum quis ſcienter male iurat. Secundo cum incaute iurat, non putans eſſe peccatũ quod iurat. Ter-

5 In Limonario, c. 17.

¶ Male iurans pœnitentiam agat. C. XIIII.

1 NEceſſe eſt, vt male [a] iurans dignam pœnitẽtiam agat. eo quòd nomen Domini contra præceptum illius ſumpſit in vanum: quia in Exodo ſcriptum eſt [Nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomẽ Domini Dei ſui fruſtra.]

¶ *Verba propria huius, & ſequẽtis capitis non ſunt in canone ſecundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pœ. c. 21. & Burchardus lib. 12. c. 29. Coniunctè enim hoc affert cum iis, quæ in ſecundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus, c. 7. citat ex Toletano, ca. 9. Iuo autem abſolute ex Toletano. Suntque apud ipſos hæc duo capita coniuncta, quemadmodum & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, ſine voce iſta,* Item. [*Item*] *& in Leuitico.*

C. XV.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod facturum ſe ſacramẽto deuouerit, omnino non faciat: quia ſtulta vota frangenda ſunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c. 3.

¶ *Ita etiam ceteri collectores. Sed ſuprà ea. capit. ſi aliquid. iiſdem verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, vt ibi eſt indicatum.*

¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non eſt ſeruandum C. XVI.

2 SI aliquid forte incautius nos iuraſſe contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitum, illud conſilio ſalubriore mutandum nouerimus: & magis inſtante neceſſitate peierandum † nobis, quàm pro [a] facto iuramento in aliud crimen maius eſſe diuertendum.

a ¶ Pro facto.] *Apud Iuonem, & in Panormia legitur,* pro vitando periurio, *vt ſuprà ea. c. 6. In Polycarpo autem.* profecto in aliud. *Anſelmus habet quemadmodum Gratianus.*

Item ex concilio Eliberitano †, c. 1.

¶ Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio ſoluitur. C. XVII.

3 DIffinitio [b] incauta laudabiliter ſoluenda eſt [c]: nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emẽdatio [d].

¶ *Iuo citat vt Gratianus. Burchardus autem ex concilio Hibernenſi, & ſic eſt in manuſcripta collectione canonum incerti auctoris.*

Item.

¶ Illicitum iuramentum non eſt ſeruandum. C. XVIII.

4 ACtione [a] quarta ſeptimæ ſynodi.] Ioannes Apocriſarius oriẽtalium ſedium dixit. Significat ſermo patris noſtri Sophronij, quòd melius ſit iurantem peierare [e], quàm ſeruare ſacramentũ in fractione ſacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia ſacramẽto quidã ſe excuſant. Thaſius patriarcha dixit. [f] Quia [β] pater Sophronius nouerat bonitatẽ Dei, propterea tranſgredi voluit impiũ iuramentum. *Item paulo poſt.*

¶ Tharaſius patriarcha dixit. Herodes ſeruauit iuramẽtũ, & periit. Petrus vero negauit cũ iuramẽto, & cõuerſus fleuit, & ſaluatus eſt. Omne [f] enim peccatum bonus Deus indulget, ſi quis ex toto corde pœniteat. Sancta ſynodus dixit. Sic nos docet ſancta ſcriptura. Itẽ Leontius † epiſcopus Phoceæ dixit. Scriptũ eſt [Iuramentum mẽdax ne diligatis.] Qua de cauſa iuramentũ noſtrũ mendax diſſoluatur, quaſi nullam virtutem habens.

a ¶ Actione quarta ſeptimæ ſynodi.] *Hæc verba in vno vetuſto Gratiani codice sũt titulus (quemadmodũ & apud Iuonem) initium vere capitis eſt,* Ioannes, &c. *& verſio hæc non non Anaſtaſij bibliothecarij.*

β ¶ Quia pater.] *Aliter habet locus ille ſynodi. Ibi enim ex Limonario, ſeu horto ſpiritali, cuius auctor eſt Sophronius, refertur conſilium abbatis TheodoriÆlietæ datum incluſo, vt iuramentum diabolo præſtitum de non adoranda imagine virginis Mariæ Ieſum infantem geſtantis, nullo modo ſeruaret.*

Idem Iſidorus nullo modo.

¶ Non obſeruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [g] fuerit, vt diffiniat [h] agere aliquid eorũ, quæ nõ placent Deo, pœnitẽtiã agat: & quod contra mãdatũ Domini ſtatutũ eſt, in irritum reuocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.*

¶ Tribus ſiquidẽ modis iuramenmenta contracta ſoluenda ſunt [i]. Primo, cũ quis male iurat [k]. Secũdo, cũ quis incaute iurat [l], nõ putans hoc eſſe peccatum. Tertio, ſi pueri, vel puellæ in domo parentũ ſe iuramento conſtrinxerint, patribus †, poſtquam audierint, contradicentibus [m].

¶ *In libro de inſtitutis monachorum B. Baſilij Rufino interprete hæc leguntur.* Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo. *In reſponſione vero ſubiicitur,* pœnitentiam debet agere. *& poſtea,* oporteret irrita reuocare, quæcumque ex præſumptione cõtra mandatũ Dei ſtatuuntur.

2 *Ecce, quòd iuramenta illicita laudabiliter ſoluuntur, dãnabiliter ſeruantur. Quod tunc intelligendũ eſt, quando iuramentũ illicitum deſeritur, vt ad bonum redeatur. Ceterum, ſi propterea deſeritur, vt in aliud malum tranſeatur, illicitum ſacramentum damnabiliter ſeruatur, ſed damnabilius contemnitur.*

Vnde Auguſtinus de bono coniugali, c. 4.

¶ Non eſt appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

6 SI ad peccatum faciendum fides adhibetur, mirum, ſi fides appellanda eſt. Verumtamen [n] qualiſcũque ſit, ſi & contra ipſam fit, peius fit: niſi cũ propterea deſeritur, vt ad veram fidem, legiti-

tio cũ pueri vel puellæ intra pubertatis annos in domo parentum ſe obligant ſacramento: quod parentibus contradicentibus poteſt irritari.

i ¶ *Soluenda ſunt.*] i. irritanda.

k ¶ *Male iurat.*] ſcienter.

l ¶ *Incaute iurat.*] ignoranter.

m ¶ *Contradicentibus.*] intra annum, vt 20. qu. 2. puella.

† al. Leo Zach. 8.

ECCE. Hæc eſt 2. pars qu. in qua probatur quòd ſi aliquis venit contra proprium iuramentum malum quod mutatur ad bonum, tunc non peccat: ſi autem vt conuertatur ad peius, tũc peccat dupliciter. Ioa. de Fant.

CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, dicens quòd illicita iuramẽta nõ ſunt ſeruãda: immo laudabiliter diſſoluuntur cum illicita iuramenta deſerũtur ideo vt ad bonum redeatur. ſed ſi ſacramenta illicita deſerũtur vt in aliud malum tranſeatur, damnabiliter ſeruantur: ſed dãnabilius contemnuntur. quod probat per ſeq. c.

SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cum non poſſet ſolus ſpoliare viatorem, ſocium ſibi quæſiuit, cui iurauit ſe redditurum medietatẽ de ſpoliis. quo ſpoliato totum ſibi retinebat conſocius. quare ſuper hoc tres quæſtiones fiunt. Prima eſt, an fides appelletur cũ iurat partiri ſpolia viatoris? Et reſpondet Augu. mirũ eſt, ſi fides dicatur. Secunda eſt, ſi faciat cõtra fidem ſibi retinendo totum, & an ſit periurium? Et reſpondetur quòd ſic. Tertia eſt, ſi nihil dat ſocio, ſed reddat cui abſtulit: vtrum peccat? Et reſp. quòd non. Vnde datur intelligi quòd ſi fidem debet ſeruare ſuo complici: multo magis humanæ ſocietati. *Vtrobique.* i. in eo quod iurauit partiri ſpolia, & in eo quòd totum ſibi retinuit. vel vtrobique, i. quia rapuit & ipſe fidem non ſeruauit, ſed totum ſibi retinuit.

† al. parẽtibus

n ¶ *Verumtamen.*] Sed quæro qualiter poſſit quis fidem frangere in maleficiis ſocio: cũ nec in iſtis poſſit contrahi ſocietas, vt ff. pro ſoc. quod autem. & in l. ſeq. " nec aliqua obligatio contrahatur in turpibus, vt ſ. de ver. ob. generaliter. immo magis peccat tradendo

6 Iuo p. 12. ca. 14. Pan. l. 8. c. 96.

" Obligõ nõ contrahitur in turpibus

mamque redeatur: id eſt, vt peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta: tãquam ſi quis cum hominẽ ſolus expoliare non poſſit, inueniat ſocium iniquitatis, & cum eo paciſcatur, vt ſimul id faciant, ſpoliumque partiantur: quo facinore commiſſo totũ ſolus auferat: dolet quidem ille, & fidem ſibi non eſſe ſeruatã cõqueritur [a]. Verum in ipſa ſua querela cogitare debet potius [b] in bona [c] vita ipſi humanæ ſocietati fidem fuiſſe ſeruandã, ne præda iniqua ex homine fieret, ſi ſentit [d], quàm inique [e] ſibi in peccati ſocietate ſeruata nõ fuerit [f]. Ille quippe vtrobique perfidus, profecto ſceleratior iudicandus eſt.

Idem ibidem.

¶ Si propterea fides non ſeruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

1 MVlier, ſi fide coniugali violata fidẽ ſeruet adultero, vtique mala eſt: ſed ſi nec adultero [g], peior eſt. Porro ſi eam flagitij pœniteat, & ad caſtitatem rediens coniugalem, pacta, ac placita adulterina reſcindat, miror, ſi eam fidei violatricem vel ipſe adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quòd ſi quiſquam, vt diximus, illicitum iuramentum non ſeruauerit, vt in aliud malum pernicioſum declinet, tanto grauius delinquit, quanto damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deſeritur, vt ad bonum redeatur, nihil culpæ pro tali periurio contrahitur: potius deflendum eſt, ſi in aliquo, illius iuramenti occaſione nos deliquiſſe contigerit. Vnde Auguſtinus ſcribit Seuero Mileuitano epiſcopo conſulenti de quodam Hubaldo, qui à cõſanguineis cuiuſdam pellicis coactus fuerat iurare ſe illam ducturum in coniugem, nec matri ſuæ, vel fratribus vlterius neceſſaria ſubminiſtraturum.

Reſcribit ergo beatus Auguſtinus, vt diximus, Seuero Mileuitano epiſcopo ita dicens.

¶ De quodam Hubaldo, qui iurauit ſe non miniſtraturum neceſſaria matri, & fratribus. C. XXII.

INter cetera, vt rogaueras, à patre noſtro Ambroſio quæſiui, quid tibi chariſſime agendum ſit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulſus ſuæ concubinæ iuramento firmauit ipſam in coniugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere, matrimonium [h] ſit in Deo firmum, & ſtabile. Porro iuramentum non ob hoc fuiſſe inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum [i] iniquitatis, vel matricidij [k] vel fratricidij, ſeu cuiuſcumque criminis. Nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bonorum ſit iniuſte iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Periurij namque percutitur pœna, & velut homicida in extremo examine a iuſto iudice degrãdinabitur† [l], per quem ſacroſanctum Euangelium ad iniuſtum, & illicitum, & Deo minime amabile, quaſi teſtimonium iuſtæ, & humanæ petitionis adducitur. Foueat [m] itaque Hubaldus matrẽ [n], & fratres: & lugeat, ſi coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri: Qui vero cum iurare cocgerũt quod non debuit, reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniuſte irrogata, eius eſt infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium [o] coactæ voluntatis trahitur, quod illicita conditio neceſsitatis extorſit.

3 Sed cum his omnibus illicita iuramenta

---

do ſocio partem, quàm retinendo ſibi: quia alij non poſſumus ſoluere quod alij debetur, vt ext. de iureiu. cum te? Sed dicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius opinionem, vt ſi quis credat ſe teneri ex tali iuramento ſi non ſatisfaciat erroneæ conſcientiæ, mortaliter peccat, vt ext. de ſi. per tuas. 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoq; conſulitur alicui adimplere tale iuramentum, ad quod tamen non tenetur: & hoc ideo vt ſatisfaciat conſciẽtiæ ipſius: & ſic intelligo illud quod legitur ext. de ſpon. commiſſum.

a ¶ *Conqueritur.*] Non pót in iudicio cõqueri: "quia ex improbitate nemo conſequitur actionem, vt ff. de fur. itaque fullo. nec iudicium communi diuidundo locum habet inter prædones, vt ff. commu. diuid. l. communi diuidendo. §. inter prædones. nec pro ſocio. vt ff. pro ſo. nec prætermittendum. immo ſi quis ratione illiciti iuramenti aliquid petit, præſtabit alteri 10. libras auri. in authen. coll. 5. ſcenicas non ſolum, &c.

"Actio nõ datur ex improbitate.

b ¶ *Potius.*] id eſt, quòd potius debet fides in bono ſeruari.

a Iuo ibid. Pan. l. 8. c. 97

c ¶ *In bona vita.*] id eſt, in bono.

d ¶ *Si ſentit.*] id eſt, intelligit.

e ¶ *Quam inique*] id eſt, quam iniquum ſit non ſeruare fidem in illicitis.

f ¶ *Non fuerit.*] ſocietas, vel fides.

MVlier ſi fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit ſe ſeruaturam fidem adultero: & quòd alteri ſe non ſupponeret. poſtea volebat alteri adhærere, vel ad legitimum maritum redire: quæſitum fuit ab Auguſt. vtrum peccet? Et reſpondet, ſi ſeruat fidem adultero, malefacit: ſed ſi alteri ſe ſubiiciat, deterius facit: ſi vero ad maritum redit, nullo modo delinquit.

g ¶ *Si nec adultero.*] ita quòd contrahat cũ adultero tertio: & tũc peccatum accumulat peccato.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quod ſi iuramentum illicitum deſeritur vt in aliud malum transeatur, pernicioſum eſt: quia peccata peccatis accumulantur. ſi vero deſeritur vt ad bonum redeatur, bonum eſt, & non malum: ſed potius flendum eſt ſi occaſione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus: quod probat per ſeq. cap.

INter cetera] CASVS. Quidam nomine Hubaldus captus cum concubina ſua compulſus eſt iurare conſanguineis eius eam ſuſcipere in vxorem: matrem vero cum fratribus de domo expellere: iurauit etiam quòd nihil eis impenderet pro alimonia: quare Mileuitanus epiſcopus rogauit Augu. vt ab Ambro. quæreret quid de Hubaldo eſſet faciendum: quod & factum eſt: Reſcribit ergo Auguſt. vt Hubaldus habeat illam in coniugem quam iurauit: matrem vero & fratres non expellat de domo: ſed eis præbeat alimenta, & ſi occaſione illiciti iuramenti aliquid eis hactenus defuit, per pœnitentiam emendet: nec vllam infamiam ex illo iuramento facto per compulſionem contrahit: quia illi potius infamiam & reatum periurij contraxerunt, qui cum iurare coegerunt.

"Matrimoniũ per coactionẽ impediatur.

h ¶ *Matrimonium*] "Videtur ex loco iſto, quòd actio conditionalis non impediat matrimonium: ſicut nec impedit alia ſacramenta, nec impedit ſacramentum baptiſmi, vt 45. diſt. de Iudæis. nec ſacramentum ordinis, vt 74. diſt. vbi iſta. item alia ratione, quia hoc ſacramentum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruandum, vt ext. de iureiur. ſi vero. Sed contra: matrimonia debent eſſe libera, & ibi animus debet gaudere plena libertate, vt extr. de ſpon. requiſiuit, &c. cum locum. Ad hoc dicunt quidam quòd talis eſt cogendus ducere mulierem quam coactus deſponſauit. ſi tamen nullo modo voluerit, ceſſare debet eccleſia à coactione. Alij dicunt quòd omnibus modis eſt cogendus [a], & quod dicitur in illa decret. requiſiuit. quòd ſit potius monenda quàm cogenda, exponunt potius, i. prius. ſic exponitur 23. qu. 4. non inuenitur. in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt perſonæ quòd vehementer præſumebat quòd deberet ſequi homicidium. Sed iſtis obuiat ext. de ſpon. veniens. Sol. probabiliter poteſt dici, ſi placet, "quòd in quattuor caſibus non tenet iuramentũ per coactionem extortum, vt in voto, vt ext. quod met. cauſ. ca. perlatum. In traditione rei eccleſiaſticæ. 15. qu. 6. auctoritatem. & cap. ſeq. In dote, vt ff. quod met. cau. ſi mulier. § dos. In matrimonio, vt ex. de ſpon. cum locum. & cap. requiſiuit. Quòd autem dicitur, hic matrimonium ſit, &c. illud, ſit, non ponitur præceptiue, ſed hortatiue: vel loquitur in eo caſu quando poſt coactionem commiſtus eſt ei carnaliter, vt extra de ſpon. veniens. 2. Vel loquitur quando leuis fuit coactio. illa enim nõ impedit matrimonium. ff. de rit. nup. ſi patre cogente. B.

a Ad hoc extra de ſpon. ex literis. 2.

"Iuram̃ p coactione extortum non tẽt in 4. caſibus.

† al. degradabitur] al. condemnabitur

a Adde quis alet illũ qui habet patrẽ & filiũ, no. Cy. in l. 1. 2. & 3. C. de alen. li. & Bar. l. pen. ff. de li. agn.

i ¶ *Vinculum.*] Ar. pro opinione illorum, qui dicunt quòd iuramentum per metum extortum non tenet. 31. q. 2. Lotharius. & 15. q. 6. ca. 1. Sed intelligas hoc ad hũc caſum ſpectare quem hic ponit. De hac materia notaui 15. q. 6. c. 2.

k ¶ *Vel matricidij.*] "Videtur enim necare illum cui non præſtat alimenta. 12. quæſt. 2. qui abſtulerit. & 86. diſtinct. non ſatis. ff. de lib. agno. necare.

"Necat qui non alit.

l ¶ *Degrandinabitur*] id eſt, grandine pœnæ æternæ flagellabitur.

m ¶ *Foueat.*] Argumentum quòd iuramentum pro parte tenet & pro parte non, vt 11. q. 3. anteceſſor. & 12. qu. 2. ſi quos de ſeruis. & 17. qu. 4. quæſtio.

n ¶ *Matrem*] Ad hoc enim tenetur, vt trigeſima diſtinctione capitulo primo.

o ¶ *Ad opprobrium.*] id eſt, ad infamiam. non enim dicit ad peccatum: quia reuera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quam malo conſentire. 32. quæſt. 5. ita ne. & ſic non obſtant contraria. j. de conſecr. diſtin. 4. eos quos. & j. ead. quæſt. 5. cap. 1. & 3. Ioan.

SED CVM HIS. Hæc eſt 3. pars quæſt. in qua quæritur vtrum peccaſſent filij Iſrael, qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quòd non. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, quòd illicita iuramenta non ſunt ſeruanda. "Nunc vero probat contrarium exemplo Ioſue: qui licet cõ-

"iuſtũ qđ Iudæi Gabaonitis pſtiterunt, non fuit ſeruandum.

era Domini præceptum firmaret pacem cum Gabaonitis, tamen ſacramentum ſuum non violauit, ſed ſeruauit illæſum: & hoc ideo, quia ſeniores Iſrael neſcierunt iuramentum illud eſſe illicitum, quia neſciebant illos quibus iurauerant, eſſe incolas terræ ſibi promiſſæ. & ad hoc inducit ſequens cap.

chidiaconum. ſimile ext. quod met. cau. ad aures. ſic ext. de iureiur. debitores.

i ¶ *Clementior.*] argu. quod ſi iudex facit aliquid, quod non multum differt a mandato, quod non dicitur exceſsiſſe fines mandati. ſi enim mandatur aliquibus vt eligant, poſſunt poſtulare, vt ext. de elect. in cauſis. & de poſtul. poſt tranſlationem. in princip. Et de hoc notaui plura. argu. 8. q. 1. licet. Item habes hic, quod licite commutatur vna pœna in aliam, vt 5. 5. q. 6. quia iuxta. & 81. diſt. presbyter. & 36. q. 1. de rap. Ioa.

a ¶ *Decepti.*] multiplex ratio videtur ſuadere quare non debuerunt ſeruare tale iuramentum: tum quia erat ibi error perſonæ, tum quia dolus dedit cauſam iuramento: tum quia non poterant ſe obligare aliquo iuramento contra præceptum Domini. Ad hoc dicunt plerique quod diuinitus fuit eis inſpiratum, quod deberent eis parcere: ſed tamen iuramentum fuit illicitum, vt extr. de ele. venerabilem. in fi. Vel dic quod ſatis impleuerunt præceptũ Domini, quia ſatis videntur fuiſſe interfecti, cum redegerint eos in ſeruitutem. Nam ſeruitus morti comparatur. ff. de reg. iur. ſeruitutem. nõ obſtat dolus illorum, quia iſte dolus fuit pro vita conſeruanda: licitum eſt enim reo corrumpere aliquem pro vita conſeruanda, vt 2. q. 3. cap. ſi quem pœnituerit. §. notandum. in fin.

Ioſue 9.

non ſeruanda probentur, opponitur, quòd Ioſue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia ſeniores Iſrael iuramento cum eis pacem firmauerant. Sed notandum eſt, quòd ſeniores Iſrael, etſi ſcirent à Domino eſſe imperatum, vt delerent gentes terræ promiſsionis, decepti[a] tamen à Gabaonitis neſciebant eos eſſe incolas terræ ſibi promiſſæ. Venerunt enim (vt hiſtoria refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus, dicentes, Viri pacifici venimus de terra longinqua: calceamenta ſunt attrita in pedibus noſtris: panis defecit in ſitarciis noſtris: audiuimus Dominum eſſe vobiſcum, & venimus componere pacem. Quod verbũ placuit ſenioribus Iſrael: & fecerunt pacem cum eis. Poſt diem vero tertium, cum filij Iſrael appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus iurauerunt ſeniores Iſrael. Illi autem videntes ſe eſſe deceptos, voluerunt delere eos, ſed pepercit eis Ioſue propter iuramentum ſeniorum Iſrael.

Vnde Ambroſius in libro officiorum tertio, cap. 10.

¶ Quædam licet à Deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non ſunt euitanda †. C. XXIII.

INnocens[b], credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas: ſed laudanda bonitas. Hoc eſt innocentem[c] eſſe, ignorare[d], quod noceat: & ſi circumſcribitur ab aliquo, de omnibus tamen bene iudicat[e], qui[f] fidem[g] eſſe in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis ſuæ deuotione inclinatus Ioſue, vt crederet Gabaonitis, teſtamentum diſpoſuit, pacem dedit, confirmauit[h] ſocietatem. Sed vbi in terras eorum ventum eſt, deprehenſa fraude, quòd cum eſſent finitimi, aduenas ſe eſſe ſimulauerant, circumſcriptum ſe populus patrum indignari cœpit: Ioſue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non cenſuit, quia firmata erat ſacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret†, ſuam fidem ſolueret. Mulctauit tamen eos viliori obſequio miniſterij. Clementior[i] ſententia, ſed diuturnior.

Illicitum[k] ergo iuramentum, quod ſeruari prohibetur, intelligendum eſt, quod ſcitur eſſe illicitum, dum iuratur. Si autem neſcitur illicitum eſſe, ipſa ignorantia excuſat, ſi putetur licitum eſſe, non ex ignorantia iuris[l], ſed facti. Aliud enim eſt, ſi alicuius copula credatur eſſe licita, quia neſcitur eſſe conſanguinea, vel quia creditur eſſe vidua: aliud, ſi ideo putatur licita: quia conſanguineorum coniũctio, vel relictarum copula nullo iure credatur eſſe prohibita. Hæc enim eſt ignorantia iuris, quæ neminem excuſat, niſi cui[m] permittitur ius ignorare: ibi vero ignorantia facti, quæ quiſque vere † excuſatur. Seniores autem Iſrael non ignorabant gentes terræ promiſsionis ex præcepto Domini eſſe delendas: ſed ignorabant Gabaonitas eſſe incolas terræ promiſsionis. Ignorabant ſiquidem factum: ſed non ignorabant ius facti: atque ideo etſi illicitum eſſet quod iurauerunt, tamen licite ſeruari[n] debuit quod iuramento firmauerunt. Quòd autem illicitum iuramentum ſeruari prohibetur, non eſt generaliter intelligendũ. Iuramentum namque (vt Hieronymus teſtatur ſuper Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam: vbi autem illa defuerint, non eſt iuramentum, ſed periurium. Vnde datur intelligi illicitum eſſe iuramentum, cui aliquod illorum defuerit: non tamen cuicumque contigerit aliquod illorum deeſſe prohibetur ſeruari. Aliquando namque iuramento deeſt iuſtitia: veluti cum quiſpiam poſt votum caſtitatis ducit vxorem, iuramento firmans numquam[o] ſe ab ea diſceſſurum: quod quamuis illicitum ſit, quia iuſtitia ſibi probatur deeſſe, tamen auctoritate Auguſtini ſeruari præcipitur. Hoc autem ſi quis contendat prærogatiua coniugij, non propter religionem iuriſiurandi ſeruari, animaduertat Gabaonitas ob ſolam religionem[p] contra Domini imperiũ reſerua-

Innocens. CASVS. Oſtendit Ambroſ. in hoc cap. quòd non eſt vituperandum ſi alicui creditur ignoto, etiam ſi ab eo decipiatur: & hoc probat exemplo Ioſue, qui Gabaonitis fingentibus ſe de longa terra venire, credidit, & cũ eis pacem firmauit & ſocietatem. poſt tertium vero diem cum populus Iſrael ad Gabaon ciuitatem veniſſet, & ſe circumſcriptum eſſe indignaretur, non permiſit Ioſue pacem reuocari: quia firmata erat religione iuramenti.

b ¶ *Innocens.*] id eſt, ſimplex & iuſtus. Salomon tamen ſumit hoc verbum, innocens, pro ſtulto, vnde hoc ſumptum eſt. & ſic ſancti viri idem verbum, retorquent, quandoque ad contrarios intellectus. Sed nonne æque reus eſt ille qui de facili credit, ſicut ille qui mentitur, vt 11. qu. 3. non ſolum? & nimia facilitas credendi vituperatur. 86. diſt. ſi quid vero? Sed illud intelligas de iudice qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere ſecundum verba alterius partis. 3. q. 9. c. 1. 2. & 3.

c ¶ *Innocentem*] id eſt, talem qui non noceat, nec nocere velit. 6. qu. 1. oues. & cap. ſapiens.

d ¶ *Ignorare.*] per experientiam facti nam ſcriptum eſt, Scientia malorum bonis obeſſe non debet.

e ¶ *Iudicat.*] Diceret aliquis, quomodo poteſt eſſe bonus, qui non habet diſcretionem & iudicium, ex quo decipitur: cum Apoſtolus dicat, Spiritualis iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur? ideo dicit iudicat de omnibus etiam de ignotis, in his, ſcilicet quæ ſpectant ad ſalutem: quia ſi quis deciperetur in talibus ibi non eſſet minus periculum falli quam fallere, vt 16. q. 1. ſi cupis. Tunc enim de ignotis nõ debemus aliquid præſumere, nec de bonis malum, nec de malis bonum, vt 46. diſt. ſunt nonnulli. in fi. Vel dic iudicat, id eſt, præſumit bene de quolibet.

f ¶ *Qui*] id eſt, quia ipſi.

g ¶ *Fidem*] id eſt, verborum veritatem.

h *Confirmauit.*] argu. eſt hic, quòd qui iurat rem illicitam, propria auctoritate non poteſt venire contra iuramentum illud, vt extr. de elect. venerabilem. in fi. Nam illicitum eſt renuere curam paſtoralem, & tamen iurans teneretur illud ſeruare, vt 85. diſt. Florentinum archidiaconum.

ILLICITVM. CASVS. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima parte concludit Grat. ex ſupradictis, quòd illud iuramentum illicitum ſeruari non debet, quod ſcitur eſſe illicitum cum iuratur. ſi autem neſcitur eſſe illicitũ, propter ignorantiam excuſatur. quod probat Grat. duobus exemplis, ſcilicet conſanguineæ, & repudiatæ: quas ſi quis in coniuges ducit, ignorantia facti excuſatur: quia neſciebat eam conſanguineam vel repudiatam eſſe. ſed ſi ſcilicet conſanguineã vel repudiatam eſſe, & crederet coniunctionẽ talium licitam eſſe: tunc non excuſaretur. Iudæi ergo non ignorabant ius, ſcilicet Gabaonitas eſſe delendos: ſed ignorabant factum, ſ. Gabaonitas eſſe incolas terræ promiſsionis: & ideo quod iurauerant, ſeruare debuerunt. In ſecunda parte oſtendit, quod illud iuramentum illicitum quod ſeruari prohibetur, non eſt intelligẽdum de omni illicito iuramento. nam cum ſacramentum tres habeat comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam: vbi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum: non tamen vbicumque defuerit aliquod iſtarum, ſeruari prohibetur: quod probat duobus exemplis, ſcilicet exemplo eius qui poſt votum ſimplex iurauit aliquam in vxorem ducere: & exemplo eius qui temeritate iurauit ſe manducaturum. In tertia parte oſtendit, quòd iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primo, ſcilicet ex eo quod iuratur, quod eſt malum. Secundo ex cauſa extraueniente. Tertio ex modo iuramenti. & hoc probatur per exempla, quæ ſatis patent in littera. Secunda pars incipit ibi, *iuramentum namque.* Tertia ibi, *Iuramentum itaque.*

k ¶ *Illicitum.*] In prima parte §. dicit magiſter, quòd tunc iuramentum illicitum non ſit ſeruandum, cum iurans tempore quo iurat ſcit illud eſſe illicitum: ſed ſi ignorat illud eſſe illicitum, dummodo non ſit ibi ignorantia iuris, non peccat. & hoc durat vſque ad illum locum: quod autem illicitum. Secundo oſtendit quòd non eſt hoc generaliter verum: quia ſi in aliquo iuramento deeſt aliquod iſtorum trium, vel iuſtitia, vel veritas, vel iudicium: quod illud nõn ſit ſeruandũ. Tertio dicendum quod iuramentũ quandoq; eſt illicitum rõe rei de qua quis iurat: quãdoq; ex cauſa ſuperueniẽte: quãdoq; ex modo iurãdi. Io.

l ¶ *Iuris.*] 5. 1. q. 4. in fi.

m ¶ *Cui permittitur.*] &c. vt militibus, mulieribus, ruſticis, & minoribus. ff. de prob. cum de indebito. §. ſi autem is. 1. q. 4. §. notandum.

n ¶ *Seruari*] hæc non eſt ratio ſufficiens.

o ¶ *Numquam.*] non bene dicit: quia ſi ille qui vouit ſimpliciter, poſtquam duxit vxorem, iurat quod non dimittet eam, illud iuramentum licitum eſt: ſed ſi prius vouit, quàm ducat vxorem, tunc potius ſeruabit votum quàm iuramentum ſequens. vt ext. qui cle. vel vo. rurſus.

p ¶ *Ob ſolam religionem.*] non eſt hoc verum. Ioan.

a Hoc eſt verum ſecundum L. vt dicam infrà c. prox. & idem notat Hug.

* Reo licitũ eſt ſecundũ iura ciuilia non canonica corrumpere aliquẽ pro vita cõſeruanda. Vide gl. in ca. ſi quẽ pœnituerit. in verbo. in omnibus.

† Sic in vetuſtis: nã in vulgatis erat, ſecunda. Prouerb. 14.

innocens pro ſtulto quandoque ſumit.

ſpiritualis iudicat omnia, &c.

iuſm illicitũ an ꝓpria auctori poſſit infringi.

b Arg. cõtra ſupra. ea qui facto. vbi de hoc ſatis dixi in §. Arc.

† al. arguit) r. rig.

Pœna vna in aliã commutatur.

c Etiã vbi debetur pœna mortis, vt hic & 23. q. 5. c. 1. & hoc verius eſt ante ſententiã latam à iudice. Poſt ſententiam aũt non poteſt hoc iudex, ni ſi ſit Papa, vel Imperator, ſecundũ Hug. de hoc legit & not. 2. q. 3. §. notãdum. in glo. vt infrà &c. Ar.

† al fere

a ſuprà q. 1. animaduertendum.

Iuſm illicitum tripliciter dicitur.

ius ignorare quibus permittitur.

Quòd

tor. Cum ergo omne Domini præceptum iuſtum ſit, patet ei iuſtitiam deeſſe, quod eius præcepto contrarium inuenitur. Iudicium quoque aliquando iuramento conſtat deeſſe, veluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat ſe manducaturum, & bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiſcreta illicitum probetur, non tamen ideo violari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Eſt enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur, aliquando eò cauſa extra veniente, aliquando ex modo iurandi. Ex eo quòd iuratur, tunc eſt illicitum iuramentum, quãdo id, quod iuratur, in ſui natura vitioſum eſt, vel vitam adimens, vt adulterium, homicidium, & his ſimilia, vel reparari non permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti miſericorditer non ſubuenire. Iſta, quia perſpicuam in ſe habent iniuſtitiam, & ſi iuramento firmentur, tamen ſeruari nõ debent. Circa hæc vtique † iuramenta, intelligenda ſunt quæ de illicitis iuramentis nõ obſeruandis ſupra ſtatuta[a] leguntur. Quiſquis ergo ſe iuramento firmauerit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus reparari, vel confirmari non poſſit, fidem promiſſam ſeruare prohibetur: quorum exempla præmiſſæ auctoritates ſubiiciunt, dum eum, qui homicidium facere, vel alimenta matri, & fratribus non ſubminiſtrare, in adulterio perſeuerare, vel ad pacem cum aduerſario non redire, iuramentum præſtando promiſerit, ſalubriori conſilio illicita vota obſeruare non permittunt. Eſt etiam id, quod iuratur, aliquando vitioſum, non natura ſui ſed ex cauſis extra venientibus: veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis, iurat alicui ſe habiturum eam in coniugem. ¶ Coniugem namque habere, in ſeipſo malum non eſt: tamen huic ex voto pernicioſum eſt. Hoc autem iuramentum, etiam ſi illicitum ſit, non tamen ſeruari prohibetur: ſed de violatione voti pœnitentia ſibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc eſt illicitum iuramentum, quando inconſiderate, & incircumſpecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec ſpiritualis ſalus admittitur, & ſine quo vtraque ſalus reparari, & vita conſeruari valet: veluti dum aliquis a parentibus coactus, vel clericatus tonſuram, vel religionis veſtem ſuſcipiat, ſe neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquibus videatur reprehenſibile, quia opus charitatis iuramento ſe non facturum promiſit, nulla tamen auctoritate ſeruari prohibetur: quia etſi numquam clericatus tonſuram, vel religionis veſtem ſuſcipiat, non tamen ideo minus ſalutem promereri valet: cum nonnulli in laicali habitu ſanctiſſimi, & Deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat ſe non facturum aliquid, quo expeditior ſibi via præparetur ad beatitudinem, dummodo ſine eo valeat ſalutem inuenire, quod iuramentum non prohibetur ſeruare. Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui, ſine quo vtraque ſalus eius poteſt eſſe incolumis, etſi aliqua ex eo ſibi cõmoditas præſtaretur, nulla tamẽ auctoritate iuramentum ſeruare prohibemur, dummodo ſit nobis alia via neceſſitatibus eius ſubueniendi.

QVÆSTIO V.

Vod autem[a] quinto loco quæritur, ſi licitum eſſet, quod archidiaconus iurauerat, an epiſcopus eſſet reus periurij, qui ad peierandum archidiaconum cogebat, facile poteſt diſcerni. Si enim conſentiens pari pœna cum faciente puniendus eſt, multo magis ille, qui cogit, reus admiſſi criminis probatur.

Vnde Pius Papa ait.

¶ Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur. C. I.

1 QVi compulſus à domino ſciens † periurat, vtrique ſunt periuri, & dominus & miles[b]: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum[c], quàm animam dilexit. Si liber eſt[d], quadraginta dies[e] in pane & aqua pœniteat, & ſeptem ſequẽtes annos[f]: ſi ſeruus eiuſdem, tres quadrageſimas[g], & legitimas[h] ferias pœniteat.

¶ Anſelmus hoc citat ex Pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus, & Ivo ſeq. caput.

Item.

¶ Pœnitentia eius, qui in manu epiſcopi, aut in cruce conſecrata peierat. C. II.

2 QVi peierat † ſe in manu epiſcopi, aut in cruce conſecrata[i], tres annos pœniteat: ſi vero in cruce non conſecrata, annum vnũ pœniteat. Qui autẽ coactus fuerit & ignorans[k] ſe peierauerit †, & poſtea cognoſcit, tres quadrageſimas pœniteat.

Item ex pœnitentiali Theodori †.

¶ Qua pœna ſit feriendus, qui neceſſitate coactus periurat. C. III.

j3 SI quis coactus pro vita redimenda[l] vel pro qualibet cauſa, vel neceſſitate periurat, quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadrageſimas pœniteat. Alij[m] vero iudicant tres annos, vnum ex his in pane, & aqua.

Item Gelaſius Papa.

¶ Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna ſit feriendus. C. IIII.

ij4 SI quis peierauerit †, & alios ſciens in periurium duxerit, quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos, & numquã ſit ſine pœnitentia[n]: & alij, qui conſcij fuerint, ſimiliter pœniteant.

¶ Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri vero indicati collectores Pelagio.

Item Auguſtinus in ſermone de decollatione S. Ioannis, [id eſt ſerm. 11 de Sanctis.]

¶ Homicidam vincit, qui ſciens ad periurium hominem compellit. C. V.

Ille qui

QVod autem.] Hæc quæſt. diuiditur in 7. partes. In prima ponit quæ pœna imponatur periuris compulſis vel voluntarijs, & qualiter puniuntur qui alios iurare faciunt falſum. & hoc probat per 7. ca. Secunda ibi *Item qui ardet.* Tertia ibi, *Quæritur de eo.* Quarta ibi, *De ætate* Quinta ibi, *De forma.* Sexta ibi, *Vt itaque.* Septima ibi, *Iuramentum.* Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur ſi licitum eſſet quod archidiaconus iurauit, ſcilicet epiſcopo non obedire, an epiſcopus qui compulit eum ad peierandum, reus ſit periurij. & reſpondet quòd ſic: & hoc probatur argu. à minori. quia ſi conſentiens pari pœna cum faciente punitur, multo magis compellens eſt puniendus. & ad hoc probandum inducit ſequentia cap. Quid autem iuris ſit de iuramento per metum extorto, notari conſueuit 15. q. 6. auctoritatem.

a ¶ *Quòd autem.*] iſtud non habet dubitationem, an periurus ſit qui alium cogit peierare: " nam etſi ipſe non proprie dicatur periurus, tamen mortaliter peccat, " quia quod alter mandato noſtro facit, nos reputamur feciſſe, vt extr. de ſent. exc. mulieres. Vtrum autem iudex licite poſſit recipere iuramẽtum illius quẽ ſcit velle peierare, dic vt dixi ſ. 15. q. 5. presbyter[a].

QVi compulſus.] CASVS. Quidam miles compulſus à domino ſuo ſciens peierauit. quæſiuit ſuit a Pio Papa, vtrum vterque ſit periurus. & reſpondet quòd ſic, & ideo miles ſi liber eſt, per 40. dies pœniteat in pane & aqua, & 7. ſequentes annos. ſi vero ſeruus eſt eiuſdem, tres quadrageſimas & legitimas ferias pœniteat. Caſus trium ſequentium cap. planus eſt: quia fere idem dicunt cum primo.

b ¶ *Et miles.*] In atrocibus enim non debet aliquis parere domino ſuo, vt 11. q. 3. non ſemper. & cap. ſi dominus. & cap. qui reſiſtit. & ff. de reg. iur. ad ea.

c ¶ *Quia plus dominum.*] quod eſſe non debet, vt 11. quæſt. 3. noli te. 2.

d ¶ *Si liber eſt.*] alibi magis punitur ſeruus quam liber, vt j. 23. q. 1. qui contra. ſed hic excuſatur[b] propter præceptum domini. Ioan.

e ¶ *Quadraginta dies.*] vel continue, vel interpolatim.

f ¶ *Sequentes annos.*] non tamen in pane & aqua.

g ¶ *Tres quadrageſimas.*] vnam ante feſtum natalis, aliam ante feſtum ſancti Ioannis[c].

h ¶ *Legitimas ferias.*] " id eſt, ſecundam & quartam & ſextam ferias, vt de conſec. diſt. 3. ieiunia. & 82. diſtin. presbyter. Io. de Fan.

i QVi peierat.] ¶ *Conſecrata.*] quia quanto ſanctius eſt per quod iuratur, tanto maius eſt periurium, vt ſ. ead. q. 1. mouet. Numquid ergo maius ſacrilegium committunt qui verberant clericum in maiorib. ordinib. cõſtitutum, q̃ qui in minoribus? credo quod ſic, vt 17. q. 4. ſi quis deinceps. & c. qui ſubdiaconum. & c. qui occiderit.

k ¶ *Et ignorans.*] eſſe peccatum quod iurauit. nam ſi fuiſſet ignorantia facti, nullum eſſet peccatum, niſi ignorantia fuiſſet craſſa, quæ neminem excuſat. C. de reſc. vend. quiſquis[d].

l SI quis.] ¶ *Redimenda.*] Licet enim timore mortis iurauerit, tamen peccauit, vt 32. q. 5. ita ne. ſed ratione coactionis mitigatur pœnitentia, vt extra quod me. cau. ſacris. non eſt contra 15. q. 6. ca. 1. ibi enim non abſoluuntur a peccato, ſed a iuramento. Ioan. de Fant.

m ¶ *Alij.*] ergo illa quę minor, eſt imponenda, vt 50. diſt. cap. eos vero.

n SI quis.] ¶ *Sine pœnitentia.*] interiori, vt 6. q. 1. quicumque. Ioan.

---

† al. itaque

a Peccat mortaliter q alium cogit peierare.

b Reputamur nos feciſſe, q̃d alter mandato noſtro fecit

a Not. Hug. & Lau. q iudex pt recipere iurm ab iſfamato, q̃ ſciat eum falſum iuraturum. Arc.

b. Nõ à toto, ſed quo ad minorẽ pœnã, vt dixi ſ. §. prox.

1 Anſ. l. 11. c. 63 Bur. l. 12. c. 4. Ivo p. 12. c. 61.

† al. ſciens ſe

c idẽ Arch. hic, & vide Ant. Corſ. in ſin. ver. quadrageſima.

" Feriæ legitimæ ſunt tres.

2 Pol. l. 6. tit. 1. Anſ. l. 11. c. 64. Burc. l. 12. c. 5 Ivo p. 12. c. 62.

† al. periurat

† al. periurauerit

† al. Romano

d & hoc uo. 18. di. ſum. q̃d dr à ignorãtia facti, n vr bñ dictũ: q̃ factũ ſuũ nemo dz ignorare ar. ff. locat. ſed addes. §. 1.

3 Poly. ibid. Bur. l. 12 c. 6. Ivo p. 12. c. 63.

4 Pol. l. 6 ti. 16. Anſ. l. 11. c 67. Burc. l. 12. c. 7. Ivo p. 12. c. 66.

† al. periurandum

1 ILle, qui hominẽ prouocat † ad iurationem, & ſcit eũ falſum eſſe iuraturum, vincit [a] homicidam: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, immo duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis, & falſum eſſe quod ille dicit, & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inueniſti? immo & tu periſti, qui de illius morte te ſatiare voluiſti.

Idem in ſermone de periuriis, [id eſt, in ſermo. de verbis Apoſtoli 30, al. 28.]

¶ Non peccat, qui iuramẽtum exigit ab eo, quem neſcit falſum iurare. C. VI.

2 QVi exigit iurationem, multum intereſt, ſi neſcit illum falſum iuraturum, an ſcit. Si enim neſcit & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei fiat, non [a] eſt peccatum: tamen humana [b] tẽtatio † eſt. Si autem ſcit eum feciſſe, nouit feciſſe, videt feciſſe, & cogit iurare, homicida eſt. Ille enim ſuo ſe periurio perimit: ſed iſte manum interficientis & impreſſit † [c], & preſſit.

a ¶ Non eſt peccatum.] *In originali eſt,* nõ audeo dicere non eſſe peccatum. *Sed ob caſum non eſt mutatum.*]

Idem ex concilio Matiſconenſi 1. cap. 17.

¶ Vſque ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit. C. VII.

iij 3 SI quis cõuictus fuerit alios ad falſa [a] teſtimonia, vel periuria attraxiſſe, vel quæcumq; corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem vſque ad exitum vitæ non communicet: ij vero, qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouẽdi †: & ſecundum legẽ infamia [d] notabuntur.

a ¶ Falſa.] *In concilio ipſo Matiſconenſi (reſtituta enim eſt citatio ex manuſcriptis, cũ antea citarẽtur Moguntinenſe) legitur,* falſum teſtimonium, vel periurium.

2 *Item qui audit aliquem falſum [e] iurare, & tacet, delinquit.*

Vnde Auguſtinus ait in quæſtionibus Leuitici, q. 1. ad c. 5. [[4] Anima, quæ audierit vocem iurantis falſum, &c.]

¶ Cui ſit indicandum falſum, quod ab aliquo iuratur. C. VIII.

5 HOc videtẽ dicere, peccare hominem, quo audiẽte iurat aliquis falſum, & ſcit eum falſum iurare, & tacet. Tunc autem ſcit, ſi ei rei, de qua iuratur, teſtis fuit [f], aut vidit, aut conſcius fuit, id eſt aliquo modo cognouit, aut oculis ſuis conſpexit, aut ipſe, qui iurat, illi indicauit [g]. Ita enim potuit eſſe conſcius. Sed inter timorem huius peccati, & timorẽ proditionis hominum non parua exiſtit † plerumque tentatio. Poſſumus enim paratum ad periurium admonendo, vel prohibendo a tã graui peccato reuocare: ſed ſi non audierit, & coram nobis de re, quã nouimus, falſum iurauerit [h], vtrum prodendus ſit, ſi proditus etiam periculũ mortis [i] incurrat, difficilima quæſtio eſt. Sed quia nõ expreſſit, cui hoc indicandum ſit, verum illi cui iuratur, an ſacerdoti cuipiam †, qui non ſolũ eum perſequi nõ poteſt irrogando ſupplicium, ſed etiam orare pro illo poteſt, videntur mihi, quòd ſe homo ſoluat à peccati vinculo, ſi † in dicet talibus, qui magis poſſunt prodeſſe [k], quam obeſſe periuro, ſiue ad corrigendum eum, ſiue ad Deum pro illo placandum, ſi & ipſe cõfeſſionis adhibeat diſciplinã.

Si ergo iſte, vt ſupradictum eſt, qui audit falſum iurare, & tacet delinquit, multo magis ille reus eſt, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur [l] de eo, qui verborum calliditate ſe circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an ſit reus periurij, niſi ſeruauerit, quod iuraſſe creditur.*

De hoc ita ſcribit Iſidorus ſententiarum lib. 2. c. 31.

¶ De eo, qui callidate verborum iurat. C. IX.

6 QVacumque arte verborum quiſque iuret, Deus tamẽ, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur,

ILle qui] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi quis compellit aliquẽ vel prouocat ad iuramentum quem ſcit falſum iurare, magis peccat quàm homicida: quia iſte corpus interficit, ille vero animam ſuam & alienam.

a ¶ *Vincit.*] non intelligas, quòd plures peccat periurus quàm homicida: imo ille plus peccat, vt 13. di. c. 1. ſed dicitur eum vincere: quia maius damnum facit, [“] quia maius damnum eſt in amiſſione vnius animæ quam mille corporum, vt 24. q. 3. ſi habes. Ioan.

QVi exigit] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi aliquis compellit aliquem ad iuramentum, quem ſcit falſum iurare, peccat. ſi autem neſcit, non peccat.

b ¶ *Humana.*] i. de humana infirmitate procedit, vt ſ. ea. q. 1. non eſt.

c ¶ *Impreſſit.*] multipliciter cogendo. Ioan.

SI quis conuictus.] CASVS. Quidam traxit alium ad falſum teſtimonium dicendum, vel ad alium periurium quæſitum fuit quam pœnam vterque pati debeat? Et reſpondet, quòd qui fieri fecit, donec vixerit debet communione priuari: qui vero fecit, ab omni teſtimonio repellatur, & ſit infamis.

d ¶ *Infamia.*] an iuramentum infamet, vel non, no. [a] 6. q. 1. quicũque. ſed coacti ſi iuraſſent, non infamarentur, vt ſ. q. prox. inter cætera.

ITEM QVI AVDIT. Hæc eſt 2. pars q. in qua quæritur cui debet dicere ſi videt quis quòd aliquis vult falſum iurare. & quid iuris, probatur j. c. proxi. Ioan de Fant.

e ¶ *Falſum.*] ſupple niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Ioan.

HOc videtur.] CASVS Legitur in Leuitico: Omnis qui audierit vocem iurantis falſum, teſtiſque fuerit, niſi indicauerit, portabit iniquitatẽ ſuam. Propter hanc litteram dubitauerunt quidam quid eſſet in hoc caſu faciendum: quia ſi ſciebant aliquẽ peierare, & non indicabant, incurrebant peccatum ex ſilentio. ſi vero indicabant, incurrebat peierans periculum mortis. quæſitum fuit ab Augu. quid de hoc eſſet faciendum? Et reſpondet quòd ille qui falſum iurat, debet admoneri, ſi vero non audierit, talibus perſoni eſt dicendum, qui potius poſſunt prodeſſe, quam obeſſe, i. ſacerdotibus, qui non ſolum illum corrigere poſſunt, ſed etiam orare pro illo. & ita ſe expediunt a vinculo peccati. *Hic*, id eſt, in Leuitico. *Expreſſit*, ſcilicet Moyſes.

f ¶ *Fuit.*] id eſt, talem habuit inde notitiam quòd huius rei potuit eſſe teſtis, & quod ſequitur, eſt expoſitio.

g ¶ *Indicauit*] [“] videntur ergo quod valeat teſtimonium de auditu, vt hic [b], & 15. q. 5. presbyter. & 26. q. 6. qui recedunt. & 2. qu. 1. multi. nam & teſtes intelliguntur ſcire quæ acta ſunt à teſtatore ſi priores teſtes eis hoc dixerunt, vt C. de teſta. cum antiquitas. 1. in fin. 1 reſp. arg. contra 3. q. 9. teſtes. 3. q. 2. relatum eſt. Ad hoc dicas, quòd hic loquitur in cauſa denuntiationis, vbi modica ſcientia aliquam fidem facit. arg. ext. de ſpon. præterea 2. immo & in iudiciis facit fidem teſtimonium de auditu, vt ext. de ſucc. ab inteſt. cum dilectis. extr. de teſti. cum cauſam. Ioan. [“] Sed certe teſtimonium de auditu eſt proprie cum aliquis audit aliquid dici eſſe factum. Sed ſi audit contrahentes, non eſt teſtimonium de auditu. Et hoc innuit ex. de teſt. licet. 2. tamen hoc c. non loquitur de vera denuntiatione, ſed potius de indicatione, ſ. cum quis indicat alij, quòd aliquis vult peccare, & ſpectat ad delicta committenda. ſed denuntiatio ſpectat ad delicta commiſſa, & ad illa non tenentur niſi qui habent magiſtratum ſuper aliquos, [“] & illa denuntiatio dicitur Euangelica, iſta dicitur canonica. & hæc probatur ſemper, illa vero non. Et ſic patet, quòd crimina nondum commiſſa poſſumus denuntiare, vt hic, & 93. diſ. diaconi. i. 101, vicinum præcipitio, &c. ext. de deſpon. impu. c. pen. ext. de cog. ſpi. tua. Io.

h ¶ *Iurauerit.*] id eſt, iurare voluerit.

i ¶ *Mortis.*] de facto, quia de iure propter vnius dictum non poſſet iudicari. & eſt ſi. de pœ. diſt. 1. c. pen.

k ¶ *Prodeſſe*] vt ſunt ſacerdotes, vt 14. q. 5. denique. Qui ergo dicit talib. qui poſſunt prodeſſe, non obeſſe, non dicitur prodere, vt 2. q. 1. ſi peccauerit

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, ſi quis audit aliquem iurare falſum & tacet, delinquit: multo magis ille reus eſt qui compellit aliquem ad periurium.

QVAERITVR. Hæc eſt 3. pars quæ. in qua quæritur qualiter Deus intelligit iuramentum ſi aliquis iurat in fraude, vel decipit in fraudem, quòd ſicut ille qui ſane intelligit, ſiue ſit dãs iurim, ſiue accipiens. & hoc probat p. 5. c. Io. de Fan. CASVS. Quærit hic Gra. incidenter an ille qui ſub calliditate verborum iurat, ſi reus periurij niſi ſeruauerit quod creditur, iuraſſe. & reſp. quòd ſic: & ad hoc inducit ſeq. cap.

l ¶ *Quæritur*] Incidente ponit hic quæſtionem, qualiter iuramenta ſunt intelligenda, & diſtinguitur: [“] aut vterque habet rectũ intellectum, aut vterque doloſum, aut alter tñ habet rectum. ſi ab vtroque interponitur dolus, tunc eſt intelligendum ſecundum communem ſignificationem verborum, vt ext. de ſpon. ex litteris. ſi à neutro interuenit dolus, tunc interpretandum eſt ſecundum intellectũ vtriuſque. ſi verba poſſint vtriq; intellectui adaptari. extr. de teſti. cum tu. ſi ab altero tantũ, tũc intelligendũ eſt ſecũdum eum qui recte intelligit. ſic vr diſtingui j. e. §. ex his. In ſtipulationib. & aliis contractib. contra ſtipulantẽ & vendẽtẽ interpretã... eſt: ſed in iudiciis pro actore [c], vt ff. de ver. ob. inter ſtipulãtẽ. §. 1. ff. de contrah. emp. l. Labeo. Io.

QVacumque.] CASVS. Dicit Iſid. in hoc c. quòd quacumque arte verborum quis alicui iuret, ita Deus intelligit ſicut ille cui iuratur, & talis dupliciter peccat, ſ. quia nomen Dei ſumit in vanum, & quia proximum dolo capit.

a ¶ Intelle

1 ſent. 3. diſt. 39. Iuo 12. c. 28. Pan. l. 8. c. 98.
† *prouocauit*] orig.
[“] Animæ vnius perditio eſt grauior, quàm mille corporum.
2 ſent. ibid. Iuo part. 12. c. 30 Pann. l. 8. c. 110.
† *al. contentio*
† *al. expreſſit*
a De hoc ẽt not. extr. de iureiu. querelam. & 23. q. 5. rex debet.
3 Burc. l. 16. c. 8. Iuo p. 12. c. 26.
† *al. prohibendi*
[“] Teſtimonium de auditu, vtrum valeat.
b Dicit H. ſi in hoc caſu ſit verum, vt arg 35. q. 6 de parentela. & 2. c. pꝰs non tñ ex hoc loco haberi potest. Arc.
[“] Teſtimonium de auditu quando proprie ſit
4 Gl. ord. initio c. 5. Leui.
5 Iuo p. 12. c. 9 Pann l. 8. 109.
[“] Denuntiatio alia Euangelica, alia canonica.
† *al. exiſtit*
† *vel cuipiã*] orig. & Iuo.
† *al. quiam ſi*
6 ſent. 3. diſt. 39 Anſ. l. 12. c. 76 Pol. l. 6. tit. 2. Burc. l. 12 cap. 10. Iuo p. 12. c. 36 & 67. Pã. l. 8 c. 112.
[“] infra qualiter ſunt intelligenda.
c Quod dic vt not. extr. de teſt. ſpol. cũ ad ſedem. in gl. hic. ergo.

a ¶ *Intelligit.*] i. intelligere debet. & eſt ſimi. ī. de conſ. di. 4. non illud. ADDITIO. Not. tamen quod nemo per iuramentum vel pactū proprium obligatur, niſi ille conſentiat cui ſit pactum vel iuramentum. arg. opti. ext. de iureiu. ſicut.

ECce] CASVS. Reprehendit hic Auguſt. parochianos ſuos, qui cum ſuper horum iurare debebant, lapidem aliquem ſupponebant eos decipiendo quibus iurabant: nec putabant ſe teneri cum ſuper lapidem iurarent, ſed Auguſt. dicit, quod tenentur: & ſi non ſeruant quod iurauerint, periurium incurrent: quia non lapidi ſed homini iurant ante Deum.

intelligit[a]. Dupliciter autem reus fit: quia † & Dei nomen in vanum aſſumit, & proximum dolo capit.

Item ex ſermone ſancti Auguſtini trigeſimo de verbis Apoſtoli.

¶ Periurus eſt, qui ſuper lapidem falſum iurat. C. X.

1 ECce dico charitati veſtræ, & qui ſuper † lapidem[b] falſum iurat, periurus eſt. Vnde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil eſt, per quod iurant, non ſe crimine teneri periurij. Prorſus periurus es: quia per id, quod ſanctum non[α] putas, falſum iuras. Si tu [β] illud ſanctum non putas: ſanctum puta[c] cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras: ſed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: ſed numquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, ſed punit te Deus fallentem.

α ¶ Non putas.] *Sic etiam Iuo. In originali eſt ſine negatione, & forte legendum*, putat.

β ¶ Si tu illud.] *In codicib⁹ Auguſtini impreſſis, & vno Vaticano legitur*, ſed ego illū ſanctum non puto. *In altero vero etiā Vaticano, & apud Iuonē*, ſed ego illud ſanctum non puto.

γ ¶ Puta.] *Sic in codicib⁹ impreſſis B. Auguſtini, ſed in vno Vaticano, & apud Iuonem, & Pannormiam, & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus*, putat.

Sed obiicitur illud Gregorij. 26. libro moralium, c. 7.

¶ Apud Deum verba noſtra non ex ore, ſed ex corde procedunt. C. XI.

HVmanæ aures verba noſtra talia iudicāt, qualia foris ſonant. Diuina vero iudicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. 2 ¶ Certe nouerit ille, qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis[c], quia non debet aliquis verba[d] conſiderare, ſed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni.

Si ergo diuina iudicia verba noſtra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, ſi intentio non debet ſeruire verbis, ſed verba intentioni, patet, quòd Deus non accipit ſic iuramentum, ſicut ille, cui iuratur, ſed potius ſicut qui iurat, intelligit: cum recipientis non ex intimis, ſed ex his, quæ proferantur foris, verba noſtra ſonent. ¶ Item obiicitur, qui iurat ſuper lapidem, putans ſe iurare ſuper ſacro ſancta Euangelia, perinde tenetur, ac ſi ſuper Euangelia iurauerit: licet ille cui iurat, ideo ſuper lapidem illum iurare fecerit, ne non ſeruando quod promittit, reatu periurij teneatur. ¶ Item obiicitur de ciuibus, qui credunt ſe iurare obedituros conſulibus ſuis in omnibus, quæ ſibi imperata fuerint pro honore ſuæ ciuitatis: ne vero obedientiam recuſantes, reatu periurij illaqueentur, ſupponitur breue iuraturis, in quo aliud continetur, quàm ſe iuraturos arbitrentur, videlicet ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid huiuſmodi faciant. Si ergo contra hoc, quod ſe iuraſſe crediderant, conſulibus ſuis obedientiam denegarent, numquid ſecundum intentionem recipientis, an potius ſecundum intentionem iurantis iuramentum Deus illud acciperet? ¶ Item, ſi innocens de adulterio, vel furto impetitus innocentiam ſuam vellet aſſerere, iuraret autem ſe ab obiectis ſic eſſe immunem, ſicut in breui illo continetur, quod manibus ſuis ſe ſcripſiſſe arbitratur, contineatur autem in illo hunc reum eſſe obiectorum, nunquid à Domino periurus reputabitur? aut numquid poterit argui ſe iuraſſe, adulterij, aut furti reatum incurriſſe? Non. Hinc etiam Chromatius[a] in c. 5. Matthæi.

a ¶ Chromatius.] *Antea citabatur*, Chryſoſtomus: *cui errori occaſionē dederat ſimilitudo primarum litterarum.*

¶ Inter iuramentum, & locutionem fidelium nulla debet eſſe differentia. C. XII.

IVramenti hæc cauſa eſt: quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat[e], vt quòd verum eſt, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam noſtram, nullam vult eſſe diſtantiam[f]: quia ſicut in iuramento nullā conuenit eſſe perfidiā, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia vtrumque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnatur, dicente ſcriptura, [Os, quod mentitur, occidit animam.] Quiſquis ergo verum loquitur, iurat, quia ſcriptum eſt [Teſtis fidelis non mentitur.]

Idem †.

¶ Antequam aliquis iuret, peierat, ſi contra conſcientiam iurare parat. C. XIII.

QVi peierare paratus eſt, antequam iuret, iam periurus eſſe videtur: quia Deus nō ex operibus[g] iudicat, ſed ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus, colligitur, quòd iuramenta ſecundum intentionem præſtantis, non recipientis à Deo iudicantur. Quomodo ergo ſecundum Iſidorum quacunque arte verborum quis iurat, Deus ſic accipit ſicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed ſicut aliud eſt, callida arte verborū iurare, aliud ſimpliciter intentionem ſuam iurando enunciare, ſic aliud eſt ſimplici-

b ¶ *Super lapidem.*] forte coopertum ab aduerſario, vt credantur eſſe Euangelia.

SED OBIICITVR. CASVS. Supra dictum eſt, quod Deus ſic accipit iuramentum ſicut ille cui iuratur intelligit. Nunc vero probat contrarium, & ad hoc inducit ſeq. cap.

HVmanæ aures] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd homines & maxime ſimplices & indiſcreti talia verba iudicant, qualia foris proferuntur: Deus vero talia foris audit, qualia ex intimis proferuntur. vnde diſcretus homo, vel iudex qui interpretatur intentionem iurantis alteri, conſiderare debet q̄ verba debent deſeruire intentioni non intentio verbis. Et qualitercunque caſus iſte poſitus fuerit a Ben. & ab aliis: ego tamen hunc caſum per litteram intelligere ſic potui: licet de hoc ſæpe dubitauerim Bar.

c ¶ *Verbis.*] quæ ille protulit, & vult ea aliter interpretari quam verba ſonare videntur: quod ſemper non eſt faciendum,[''] cum ſæpe bona verba, mala intentione proferantur, & econuerſo, vt 5. q. 5. non omnis. & c. non oſculatur. vt 23. q. 1. paratus.

d ¶ *Verba.*] argu. [''] potius eſſe conſiderandam mentem alicuius, quam ipſa verba, vt 1. q. 1. Marchion. & de conſec. diſt. 4. retulerunt. ext. de verb. ſi. præterea. & c. intelligentia. 23. q. 1. imparatus. in prin. ff. de inius voc. l. quamuis[a]. Sed hoc verum eſt cū conſtat de intellectu. aliàs in dubiis à verbis non eſt recedendum. ff. de lega. 3. non aliter. ff. de exerc. l. 1. §. ſi is qui noue. extra de ſponſal. ex litteris.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, dicens quod ſi deus ita accipit verba foris, qualia ex intimis proferuntur, etſi verba debent deſeruire intentioni, & non econuerſo, apparet quod Deus non ſic accipit iuramentum ſicut ille cui iuratur intelligit ſed potius ſicut ille qui iurat.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obiicit Gra. & probat in hoc §. ſeq. quod iuramentum debet intelligi ſecundum intentionem iurantis, & non eius cui iuratur. & hoc probat per duo exempla in illis poſita.

ITEM SI INNOCENS. CASVS. Adhuc probat in hoc 3. §. quòd ſecundum intentionem iurantis debet intelligi iuramentum. Ego accuſatus de crimine ſcripſi ſuper aliquam chartulam, qualiter iurare volebam me eſſe immunem a delicto, ſed aduerſarius meus volens me peierare, ſubripuit illud breue q̄d ſcripſi, & ſuppoſuit aliud, in quo continebatur me crimen commiſiſſe. cum ego iuraſſem ſicut in illo breui continebatur, arguebat me periurij: & dicitur hic, quòd ego nō ſum periurus.

IVramenti] CASVS. Adhuc probat Grat. per hoc c. quòd iuramentum debet intelligi ſecundum intentione proferentis. Dicit ergo Chromatius. quòd quicumque iurat, ideo iurare debet, vt verum loquatur. vnde Deus inter iuramētum, & communem loquelam differentiam non facit: quia ſicut in iuramento non debet eſſe perfidia, ita nec in loquela noſtra. & ſi quis contra fecerit, pœna diuini iudicij damnabitur. & hoc probat auctoritate domini dicentis: Os q̄d mentitur, &c. Seq. ca. per ſe patet.

e ¶ *Ad hoc iurat*] i. iurare debet.

f ¶ *Diſtantiam.*] quantum ad hoc, cum mortaliter peccat qui ſimpliciter dicit falſum ſicut qui ſub iuramento dicit falſum, magis tamen peccat peierando quam mentiendo[b] ſolidius ſubſiſtit vbi iuramentum interponitur, vt ī. c. q. 1. §. 1. c. 1.[''] ſed tamen plus operatur ſacramentum, quam ſimplex promiſſio, vt ext. de iurei. debitores. Item hic eſt arg. quòd ex nudo pacto oritur actio, vt 12. q. 2. quicumque ſuffragio. & q. 5 quia Ioānes. Ioan.

g QVi peierare.] Non ex operibus.] Deus potius conſiderat animum, quam factum, vt 15. quæſtio. 6. cap. 1. & Deus interrogat cor, & non manum. 1. q. 5 ſi quid. ſic 32. q. 5. propoſito.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ab illo §. Sed obiicitur. q̄ iuramenta iudicantur à Deo ſecundum intentionem facientis

† al qui

1 Iuo p. 12. c. 34. Pan. l. 8. c. 116.

† per] vera lectio.

1 Hucuſque B. Greg. eo. loco.

'' verba bōa q̄nque mala intentione proferuntur.

'' Mens potius q̄ verba attendi dēt.

a Ad idē 38. diſt. ſedulo. 12. diſ. c. 3. c. q. 2. is autē.

Sap 1.

Prouerb 14.

† al item

b Dic ergo. q̄ lʒ Deus n̄ faciat dr̄am inter loquelam & iurm. eccleſia tn̄ facit, q̄a mēdax ſimplex non patitur pœnam quo ad infamiam & repulſionē teſtimonij, vel quin poſſit promoueri. ſed ſecus in mēdace iurō. & hoc i telligas, ex quo ſimpliciter mēdax eſt ꝯ cue emēdatus, ſecundū dec. extr de teſt teſtimoniū. ſed mH. '' iurm plus opatur quā ſimplex promiſſio.

facientis, & non recipientis. & poſtea ſoluit prædictam contrarietatem, dicens quòd ſimplicitas quandoque eſt ex parte facientis, quandoque ex parte recipientis: & ſimiliter dolus quandoque eſt ex parte facientis, quandoque ex parte recipientis. ex quacumque ergo parte eſt, Deus videns cordis ſimplicitatem ſic accipit ſicut illa pars intelligit, quæ ſimpliciter intelligit: artem enim verborum Deus ſemper aſpernatur & odit.

intentione iuramentum factum recipere, aliud in recipiendo calliditate vti: quia ſicut quiſquam apud Deum non valet aliquem lædere, ſic nec præter eius intentionem valet quis alicui ſubuenire. Deus autem duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem vtriuſque conſiderat: & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præſtantis verborum artem aſpernatur & odit.

4 *De ætate verò iurantium quæritur, qua ætate quiſque ad iurandum debeat cogi. De quo in primo libro capitularium, c. 63. ſic inuenitur definitum.*

¶ Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur iurare. C. XIIII.

1 PAruuli, qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur iurare [a], ſicut Gunebodigni faciũt. Et qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa [b] vel alterius iurator exiſtat.

a ¶ Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita iſthæc ſunt ex originali.*

Item ex concilio Eliberitano.

¶ Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur. C. XV.

2 PVeri ante annos quatuordecim nõ cogantur iurare. Puella [c] quoque, ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, iuramento ſe conſtrinxerit, & pater eius, vt audierit, ſtatim [d] contradixerit, vota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

¶ *Burchardus hoc citat ex cõcilio Hibernenſi: vt alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.*

Item Cornelius Papa [3].

¶ De eodem, & vt à ieiunis iuramenta præſtentur. C. XVI.

4 HOneſtũ etiam videtur, vt qui in ſãctis audet † iurare hoc ieiunus [e] faciat cum omni honeſtate, & timore Dei: & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

¶ *Ceteri etiam collectores citant ex decretis Cornelij Papæ. Extat autem libro primo capitularium ca. 63. nonnullis præterea verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Iuo c. 33.*

Præterea ſunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde in concilio apud ſanctum Medardum habito.

¶ Quibus temporibus iurare prohibemur. C. XVII.

2 SVmma militiæ laus, inter alia bona merita, hæc eſt: obedientiam reip. † vtilitatibus exhibere, quodq; ſibi vtiliter [b] imperatum fuerit, obtemperare: ſicut etiã nunc deuotionem veſtram feciſſe didicimus, quę epiſtolis noſtris, quibus magnificũ virum Conſtantium Tribunum cuſtodiæ ciuitatis deputauimus præeſſe, paruit, & congruam militaris deuotionis obedientiam demonſtrauit. Vnde ſcriptis vos præſentibus curauimus admonẽdos: vti prædicto viro magnifico Tribuno, ſicut & feciſtis, omnẽ debeatis pro sereniſsimorum dominorum vtilitate, vel conſeruanda ciuitate obedientiam exhibere: quatenus quidquid à vobis hactenus bene geſtum agnoſcitur: per præſentis temporis vigilantiam, ac ſollicitudinem augmentetis.

Ex his omnibus colligitur, quòd militare peccatum non eſt, & quòd præcepta patientiæ in præparatione cordis, non in oſtentatione corporis ſeruanda ſunt.

QVÆSTIO II.

QVòd autem [c] quæritur, quod ſit iuſtum bellum, Iſidorus Etymolog. l. 18. cap. 1. inquit,

¶ Quod ſit iuſtum bellum. C. I.

3 IVſtum eſt bellum, quod ex edicto [a] geritur, de reb° [d] repetendis †, aut propulſandorum hoſtium cauſa. *& cap. 15.* ¶ Iudex dictus, quaſi ius [4] dicẽs populo, ſiue quòd iure diſceptet. Iure autem [e] diſceptare eſt iuſte iudicare. Non eſt autem iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia.

a ¶ Edicto.] *In codicibus Iſidori etiam manu ſcriptis legitur, ex prædicto. Citat enim Ciceronem ex libris de rep. qui negat iuſtum eſſe bellum, niſi denuntiatum, niſi indictum, † niſi de repetitis rebus.*

Item Auguſtinus in libro quæſtionum 6. quæſt. 10.

¶ Nihil ad iuſtitiam intereſt, ſiue aperte, ſiue ex inſidiis aliquis pugnet. C. II.

DOmin° noſter iubet ad Ieſum Naue, vt cõſtituat ſibi retrorſus inſidias, id eſt inſidiantes bellatores ad inſidiandũ hoſtibus. Hinc admonemur hoc † non iniuſte fieri ab his, qui iuſtum bellum gerunt: vt nihil homo iuſtus præcipue cogitare debeat in his reb°, niſi vt iuſtũ bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt. Non enim omnibus fas eſt. Cum autem iuſtum bellũ ſuſceperit: vtrum aperta pugna, vtrum inſidiis [f] vincat, nihil ad iuſtitiã intereſt. Iuſta autem bella definiri ſolent, quę vlciſcũtur [g] iniurias, ſi qua gẽs, vel ciuitas [h], quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit quod à ſuis improbe factũ eſt, vel reddere quod per iniurias ablatum eſt. Sed etiã hoc genus belli, ſine dubitatione iuſtũ eſt quod Deus imperat, apud quem non eſt iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat: in quo

D*ominus noſter*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima quæſitum fuit ab Auguſt. an ſit peccatum pugnare per inſidias? Et reſpondes, quòd non: quod probat exemplo Ieſu Naue, quem Dominus docuit vt hoſtibus retrorſum inſidias poneret. In ſecunda parte quæſitum fuit quæ bella ſint iuſta? Et reſpond. quòd illa quæ iniurias vlciſcuntur, dummodo fiant auctoritate principis. Similiter & illa quæ fiunt ex præcepto Domini: in quibus bellis ductor exercitus vel populus miniſter Dei eſt. Seq. §. cum e. patet.

f ¶ *Inſidiis.*] " ſic ergo per inſidias & per dolum poſſumus licite vincere hoſtes noſtros, vt 22. q. 2. vtilem. 43. diſt. in mandatis. dum tamen fidem non rumpamus hoſti, vt ſupra ea. q. 1. noli. Idem dicas de aduocato, quòd ſi habet iuſtã cauſam, licite poteſt decipere aduerſarium ſuum, vt arg. 4. q. 4. c. 1.

g ¶ *Vlciſcuntur*] id eſt, repellunt, & ſic non obſtat 46. diſt. ſeditionarios.

h ¶ *Ciuitas.*] iudex ergo qui non facit iuſtitiam poteſt conueniri [c], vt hic, & 3. q. 7. qui ſine. & in auth. vt diſ. iu. §. pen. & vlt. col. 9. & C. de ap. ſi appellatione. & j. ea. q. 5. adminiſtratores. extr. de offic. delega. prudentiam. & ita iudex facit litem ſuam non ſolum ſi per dolum, vel gratiam vel inimicitiam iudicet, ſed etiam ſi aliæ ſordes interueniant, vt ff. de iudic. l. ſi filiusfamilias. licet ſit argu. contra 2. quæſtione 6. hoc etiam placuit. Et per hoc decretũ Pius obtinuit contra nuntios regis Angliæ: quia cum ipſe contumacius recuſaret de ſuis iuſtitiam facere fecit litem ſuam, vnde nuntij ipſi condemnati ſunt. Eſt tamen argumen. contra. C. de action. & oblig. authent. immo. & C. ne vxor pro marit. l. 1. & 2. " Sed quid ſi aliquis in bello conſecutus eſt totum ſuum intereſſe: numquid adhuc de hoc ipſum in iudicio poterit conuenire? vel an poteſt adhuc habere bellum contra ipſum? Videtur quòd ſic: quia pœnam ſuæ contumaciæ præſtitit [d]: vnde agere adhuc poteſt ad reſtitutionem rei ablatæ, vt ff. de tabul. exhib. locum. §. pen. Item res illa non eſt ſoluta pro debito, ſed in bello eſt facta ſua, vt infra eadem, quæſtione 5. dicat. & quæſtion. 7. ſi de rebus. & ff. de acquiren. rerum dom. naturale. §. vlt. Item quia contra contumacem in infinitum iurari poteſt, vt ff. de rei vend. qui reſtituere. arg. contra, quia bona fides non patitur, quod idem bis exigatur, vt ff. de reg. iur. bona fides.

3 Iuo p. 10. c. 116. Pann. l. 8. c. 54.

† *al. repetitis* Et lib. 9. c. 4.

4 Adde Alc. de Im. in l. 1. col. 2. ff. de iur. om. iud. vbi dr quòd ius dicẽs, & dictio, iudex ſunt ſynonyma.

† Et idẽ fere hi l. 1. de offic.

" Deceptio q̃nque permittitur.

Ioſue 8.

† abeſt ab orig.

c Dicit L. illud reſpicit, quo ita conuenendus é eps, vel quilibet prælatus; ſi iuſtitiã non facit ſ ſubdito, ſi ille ſubditus eſt ſoluẽdo, vel ipſe prælatus, alias de iectũ eius ẽ eſt conuertendum in danũ reip. vel eccleſię, ſecundũ L. vt not. j. c. q. 3. c. ſi. in gl. in E.

" intereſſe conſecutus i bello, verũ poſsit adhuc de hoc agere in iudicio.

d Hoc vult dicere, q̃ in hoc q̃d ſe paſſus eſt, vẽ eſſe paſſus.

a ¶ *Notandum eſt.*] ¶ *Tranſitus.*] Licet enim tranſire per alienum agrum ius non ſit, vt ſupra diſtinct. 1. ca. 1. tamen quia neceſſarius & innoxius erat iſte tranſitus, iſti prohiberi non debuerunt, vt ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. item varus. Item quia via publica erat, & nemo prohibetur via publica vti, vt C. de feru. per agrum. Ioan.

propter contumaciã, & in caſu non damnũ tantum, ſed cõtumacia attenditur, & aduerſus cõtumacẽ, &c. vt ſequitur in glo.

bello ductor exercitus, vel ipſe populus non tam auctor belli, quàm miniſter iudicandus eſt.

Cum ergo iuſtum bellum ſit, quod ex edicto geritur, vel quo iniuria vlciſcuntur: quæritur, quomodo à filiis Iſrael iuſta bella gerebantur.

De his ita ſcribit Auguſtinus in quæſtionibus Numerorum, quæſt. 44. ad cap. 20.

¶ Innoxius tranſitus filiis Iſrael negabatur, atque ideo iuſta bella gerebant. C. III.

† NOtandum eſt ſane, quemadmodum iuſta bella gerebantur [à † filiis Iſrael contra Amorrhæos.] Innoxius enĩ tranſitus [a] denegabatur, qui iure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.

§ Iuo p. 10 c. 12 Pann. l. 8. c. 57.

† abſunt ab orig.

QVÆSTIO III.

QVod vero [b] iniuria ſociorum armis propulſanda non ſit, exemplis, & auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum, non patrocinium ſibi quæſiuit armorum, cum occulto inſtinctu poſſet in eum conuertiſſe manus Iudæorum: ſed fugiens [c] in Aegyptum, latuit ibi per ſeptennium. Sic etiam, cum à Iudæis lapidibus peteretur, abſcondit ſe, & exiuit de templo. Sic etiam cum duceretur ad crucem, noluit commouere aduerſus ſeniores Iudæorum turbam, quæ nuper ei obuiam proceſſerat, & cum palmis & laudibus eum receperat. Sic etiam interrogatus à Pilato, an rex eſſet: ait [Regnum meum non eſt de hoc mundo: Si enim eſſet de hoc mundo, miniſtri mei vtique decertarent, vt ego non traderer Iudæis:] inſinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui auxilio humanarum virium, non diuino præſidio ab imminentis iniuria ſe tueri contendunt. Item, cum diſcipulis ſuis ait. [Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam:] non arma armis ſed fugam perſequentibus docuit opponi. ¶ Item, ſicut legitur in Eſaia, Aegyptus à Nabuchodonoſor deuaſtata eſt, quia filiis Iſrael contra Aſſyrios, & Chaldeos protectionis & defenſionis auxilium promiſit. Vnde dictum eſt [Baculus [d] arundineus rex Aegypti: ſuper quem ſi aliquis innixus fuerit, confringetur, & perforabit manum innitentis.] Ipſi etiam Iudæi captiui ducti ſunt: quia ſpem ſuæ liberationis non in ſolo Deo, ſed in homine [e] poſuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur [f], quòd rapinam ſuarum bonorum cum gaudio ſuſcipiebant, non quærentes ſibi aliorum patrocinia, ſed gaudentes, quoniam digni [g] inueniebantur pro nomine Ieſu contumeliam pati. Sic & Apoſtolus in prima epiſtola ſuadet [h] Corinthiis, vt iniuriam, & fraudem patienter ferant, potius quàm repetendo fratres ſcandalizent. Sic ab idolothytis, & a qualibet eſca cenſet abſtinendum potius, quàm cum ſcandalo fratrum edamus. Sic & à ſumptib. abſtinet, ne aliquod offendiculum Euangelio Chriſti præſtaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus ſcandalizetur, quàm ille, a quo ablata coram iudice repoſcuntur: patet, quòd ad propulſandam iniuriam non ſunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non eſt, illud iure præſtari non debet [i]. Sed econtra multa rite præſtantur, quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite [k] iniuriæ vindictam petit, quia malum pro malo redderet: quàm tamen iudex recte infligeret, nec niſi bonum pro malo redderet.

Math. 2. Math. 21. Ioan. 18. Math. 10. Eſa. 19. Eſa. 36. Ezech. 29. Heb. 10. Act. 5. 1 Cor. 6. 8. 9.

Vnde Auguſtinus in expoſitione Pſalmi 108. ait. [B]

¶ Quæ ſint differentiæ retributionũ. C. I.

SEx differentiæ [l] ſunt, reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis: hæc duo bonorum ſunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis: hęc duo malorum ſunt, & poſterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis: hæc duo mediocrium † [m] ſunt: prius propinquũ bonis conuenit [a] etiam malis, quod Chriſtus non arguit [n], ſed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt: poſterius propinquum malis, conuenit tamen etiam bonis. Vnde & lex modũ vltionis ſtatuit. [Oculum pro oculo] Quæ, ſi dici poteſt, iniuſtorum [o] iuſtitia eſt, nõ quia iniqua eſt vltio, quam lex ſtatuit: ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcendi, magiſque ad iudicẽ [p] pertinet hoc inter homines decernere, † quàm bonum hominem ſibi expetere. Hic enim redderet malum pro malo: iudex [ß] vero punit, non delectatione alienæ miſeriæ, quod eſt malum pro malo: ſed dilectione iuſtitiæ, iuſtum [q] pro iniuſto [r], quod eſt bonum pro malo: quod etiam Deus iudex facit.

† al. mediocrium

Math. 5.

Exod. 21.

† al. diſcernere

¶ B. Auguſtinus in explanatione Pſalmi 108. has ſex differẽtias aptiſſime explicauit: cuius ſententiam auctor gloſſæ ordinariæ in eodem loco breuiter retulit, ex qua gloſſa videtur acceptum hoc caput.

a ¶ Conuenit etiam malis.] *Verba hæc non ſunt in pleriſque vetuſtis, neque in gloſſa: ſed non lõge diſcedũt a verbis beati Auguſtini.*

ß ¶ Iudex vero.] *In gloſſa ordinaria & pleriſque Gratiani manuſcriptis legitur*, iudex vero non, ſed dilectione iuſtitiæ, quod eſt bonũ pro malo, quod & Deus iudex facit. *Non ſunt tamen reliqua inducta, quoniam apud beatum Auguſtinum in eadem explanatione aliquanto inferius eadẽ fere habentur.*

Quod vero.] CASVS. Hic ponit tertia quæſtio, qua quæritur, an iniuria ſociorũ ſit armis repellenda, & reſpondet, quòd ſic, vt infra ead. fortitudo. & c. non inferenda. dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt C. vnde vi. l. 1. dummodo fiat ſtatim, ex interuallo non licet præter auctoritatem iudicis: & fieri debet a laicis, & non clericis, quibus non licet armis accingi, dummodo non fiat zelo vltionis, ſed amore correctionis. Et procedit hoc ordine Gratian. Primo probat decem auctoritatibus & exẽplis, quòd iniuria ſociorum non eſt armis propulſanda, ex quibus concludit, quòd ſi iniuria nõ eſt armis propulſanda, armorum auxilia non ſunt expetenda, & quod non eſt expetendum, iure præſtari non debet. Poſtea reſpondet huic concluſioni, dicens, quòd multa recte præſtantur, quæ recte non petuntur, ſicut iudex recte vindicat iniuriam, quam tamen recte bonus non poſtulat, quod probat per ſeq. cap. & per duo exempla.

b ¶ *Quod vero.*] "Hic quæritur an iniuria ſociorum ſit armis repellenda, & eſt dicendum, quòd ſic. infra ea. fortitudo. & cap. non inferenda. Grat. tamen primo probat decem auctoritatibus & exemplis, quod iniuria ſociorum non ſit armis repellenda, & ſic cõcludit in fine, quòd ſi iniuria non eſt armis repellenda, armorum auxilia non ſunt appetenda. & quod non eſt petendum, de iure præſtari non debet. Poſtea reſpondet, & dicit quòd multa iuſte præſtantur, quæ non iuſte petuntur, ſicut iudex iuſte vindicat iniuriam, quam tamen bonus vir iuſte non poſtulat, quod probat per ſequens c. & duo exempla.

" iniuria ſociorũ an ſit armis repellenda.

c ¶ *Fugiens.*] quidquid hic dicitur, allegatio eſt. Nam bene licitum eſt cuilibet ſe defendere, etiam clerico, vt no. 3. quæſt. 1. in prin. & extra de homic. interfeciſti. Sed pro rebus defendendis dicunt plerique, quòd non eſt licitum clerico hominem occidere, vt extra de homic. ſuſcepimus. vnde bene dicitur in illa decret. interfeciſti te & tua. non dicitur ibi, te vel tua.

d ¶ *Baculus.*] id eſt, fragilis defenſio.

e ¶ *In homine*] quod nõ licet. infra de conſe. diſt. 1. omnis Chriſtianus.

e ¶ *In homine.*] id eſt, in Ægyptiis.

f ¶ *Legitur.*] in actibus Apoſtolorum.

g ¶ *Digni*] " id eſt, de hoc gaudebant, quia digni erãt qui patienter poterant ſuſtinere omnia aduerſa.

" Defenſio cuilibet eſt permiſſa.

h ¶ *Suadet.*] Non præcipit: quia licite poteſt quis petere ſatisfactionem [a], vt 14. q. 1. quod debetur.

i ¶ *Non debet.*] Hæc regula falſa eſt [b]: quia multa licite præſtantur, quæ illicite petuntur, 8. q. 1. qui epiſcopatum. 18. diſt. de eulogiis. ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. eſt quidem.

a Licet enim quis teneat dimittere rãcorem, nõ tamen ſatisfactionẽ. infra ead. q. 4. § illic Ar.

b Et ideo dic quod hic ſophiſtice argumentatus eſt Gof.

k ¶ *Rite.*] ſic ergo iudex ex officio ſuo debet punire crimen, licet accuſator accuſare non poſſit [c], quia quandoque ſanctitas ignoſcendi gloriã derelinquit, vt C. de epiſc. & cle. ſi quis in hoc. 1. reſp. & eſt ſimile extra de ap. conſtitutus. in fin. Ioan. [d]

a Gl. ord. ibi ad ver [Pro eo, vt diligerent me]

c Adde ad hoc not. per Bal. in l. libellorum §. ſi ff. de accuſ. Arc. 2. q. 7 ſi quis i ſi.

d Vndecumque enĩ claruerint crimina, ſunt puniẽda. infra ead. q. 4. ecce. Arc.

SEx differentiæ.] CASVS. In hoc c. aſſignat Auguſtin. ſex differentias retributionum: quarum duæ cõueniunt bonis tantum, aliæ duæ malis: aliæ vero duæ mediocribus. Et ponit exempla de omnibus. & ne aliquis excederet modum vlciſcendi in retributione, lex ibi modum ſtatuit, cum dixit: Oculum pro oculo, quæ vltio iniuſtorum iuſtitia dicebatur: non quòd vltio quam lex ſtatuit, mala ſit, ſed quia ad iudicem magis pertinet vlciſci, quàm ad bonum hominem petere vltionem.

l ¶ *Sex differentiæ.*] retributionum.

m ¶ *Mediocrium.*] hic mediocres appellat illos, qui non ſunt ſumme boni, vel ſumme mali. Ioan.

n ¶ *Non arguit*] cum dicit in Euangelio: Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne etiam Ethnici hoc faciunt?

o ¶ *Iniuſtorum.*] quia vltionis cauſa ſæpe aliquis petit a iudice vt aduerſarius puniatur. iſte iniuſte facit: licet non faciat contra legem.

p ¶ *Ad iudicem.*] qui enim ſine iudicis auctoritate violentiam facit, punitur. 16. q. 6. placuit.

q ¶ *Iuſtum*] ſcilicet factum iudicis eſt iuſtum.

r ¶ *Iniuſto.*] id eſt, ei qui hoc tantum iniuſte petit, id eſt cauſa vltionis. Simile ſupra eadem, quæſtione prima, quid culpatur. verſicul. final.

ITEM

ITEM AB ALIQVO. CASVS. Hic ponit Gratianus duo exempla, per quæ probat, quòd quædam iuſte præſtantur, quæ tamen iniuſte poſtulantur: ad inſtar quorum propulſatio iniuriæ iure præſtatur: iniuſte tamen poſtulatur. Poſtea dat ſolutionem dicens, quòd ſi quis poſtulet iniuriam repelli, vt liceat ſibi in voluptate carnis viuere: damnabile eſt. ſi quis vero poſtulat vt malorum audacia refrænetur, vel vtilitati multorum conſulatur, vtile eſt & honeſtum. Et hoc probat tribus exemplis, ſcilicet exemplo Iſraelitarum, & Apoſtoli Pauli, & mercenarij, & hoc modo eccleſia ſæpe ab Imperatore poſtulat auxilium ad iniuriam repellendam. & ad hoc inducit ſequens cap.

MAximianus epiſcopus.] CASVS. Oſtendit hic Auguſt. Bonifacio, quòd eccleſia rectè poteſt poſtulare vt iniuria repellatur. & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Maximiani epiſcopi, & Apoſtoli Pauli.

Pſal.59.

Pſal.19.

a ¶ Sed negligentia] Nā quilibet tenetur defendere ius ſuum, vt 64.[a] diſt.c.antep.& ff. de pet.her.illud.

a Al. 63.

b ¶ Conſilium] nec in hoc peccaſſet Paulus, licet aliquis tunc ibi fuiſſet occiſus, vt infra e.quæſt.5. de occidendis.“ Sed quid ſi clericus conqueratur de aliquo laico: & iudex iubeat occidi eum, an teneatur clericus de morte eius? Videtur quòd ſic, vt infra ead. q.5. vnum ſolum. Sed non eſt hoc verum: nam ſi clericus ciuiliter agit, vel agit pro modico crimine, quod non inducit mortem, vel membri abſciſsionem: ſi iudex ipſum morti tradit, hoc non nocet clerico. vt ff. de bo. li. qui cum maior. §. 1. & eſt expreſſum ext. de homic. poſtulaſti. Item numquid eſt imputanda epiſcopo mors alicuius ſi vocat milites ad pugnam? videtur quòd ſic, vt 20. q. 3. eos qui. ſed hoc non eſt verum. infra ead. q. 5. de occidendis.

Act. 27.

“ Clericus propter cuius conqueſtionem laicus occiſus eſt, an teneatur.

Ioan. 10.

a Pol.l.r.tit. vlt.Iuo p.10 c.59.

† Abſunt ab orig.

c ¶ Proderetur.] non tamen fuit hęc vera proditio, cum dixerat talibus, qui poterāt prodeſſe, non obeſſe, vt 22. q.5. hoc videtur. Ioan.

Act. 2?.

NOſtri.] CASVS. loquitur hic Auguſt. ad Demetrium hæreticum: oſtendens quòd catholici rectè petunt vindictā contra hæreticos eccleſiam Dei male perſequentes.

d ¶ Noſtri] id eſt, catholici.

e ¶ Defendant.] immo etiam expugnari poſſunt hæretici, vt extra de hæret. vergentis. & ī. q.5. ſi audieris. Ioan.

† al. pateret inſidias

Item ab aliquo capto iniuſte ſua exiguntur: pro vita tamen redimenda iuſte offeruntur. ¶ Item vaſa ſacra ab aliquo barbaro iniuſte exiguntur: pro redemptione tamen captiuorum iuſte præſtantur. Sic & iniuriæ propulſatio, licet iniuſte poſtuletur, tamen iuſte præſtatur: quamquam & ipſa poſtulatio non vſquequaque iniuſta probetur. Aliud enim eſt iniuriam propellere, vt ſibi liceat voluptuoſe viuere: aliud vt aliorum vtilitati libere poſſit vacare: Sicque aliud eſt ſuffragium ab homine tamquam à miniſtro iuſtitiæ poſtulare, vt mala voluntas aduerſantium eius miniſterio careat effectu, & bonorum voluntas eius ſuffragio ſortiatur effectum: aliud ſpem ſuam, à Deo in hominem transferre, vt aduerſa, quæ inferuntur à Deo ad vitæ correctionem, humano pellantur auxilio, nulla præcedente correctione: ſicut Iſraelitæ, qui captiuitatem ſibi imminentem Aegyptiorum ſuffragio ſe putabant poſſe euadere ſine pœnitentia præteritæ vitæ, non reuocantes ad memoriam. [Da nobis auxiliū de tribulatione, quia vana ſalus hominum] & idem [Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.] Petere ergo, vel præſtare in tribulatione ſubſidium, vt voluptuoſe quis in crimine viuat, damnabile eſt. Petere autem, vel præſtare ſolatium, vt malis facultas delinquendi adimatur, vt eccleſia pacem adipiſcatur, vt aliquis multorum vtilitati ſeruetur, vtile eſt, & honeſtum: diſsimulare vero eſt grauiſsimum. Hinc de Paulo legitur, quòd cum quidam Iudæorum iuraſſent ſe non comeſuros panem, niſi eum interficerent: petiit milites à prætore, quorum præſidio illæſus ſeruaretur ab iniuriis Iudæorum, non ſuæ voluptati, ſed omnium vtilitati victurus. Hinc in Euangelio mercenarius vocatur, qui videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: Hinc etiam eccleſia auxilium ab Imperatore ad ſui defenſionem petere monetur.

Vnde Auguſtinus ad Bonifacium ait, epiſtola 50.

¶ Ab Imperatore eccleſia auxilium poſtulare debet. C. II.

1 MAximianus epiſcopus Vagienſis auxilium petiit ab Imperatore Chriſtiano [contra † hoſtes eccleſiæ] non tam ſui vlciſcendi cauſa, quàm tuendæ eccleſiæ ſibi creditæ. Quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia [a] merito culpanda. Neque enim & Apoſtolus Paulus vitæ ſuæ tranſitoriæ conſulebat, ſed eccleſiæ Dei, quando contra illos, qui eum occidere conſpirauerant, conſilium [b] eorum Tribuno vt proderetur [c], effecit. Vnde factum eſt, vt eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur † inſidias.

Item Auguſtinus ad Emeritū, epiſtola 164.

¶ Catholici aduerſus hæreticos à poteſtatibus ordinatis defenſionem poſſunt poſtulare. C. III.

2 NOſtri [d] aduerſus illicitas & priuatas veſtrorū violentias (quas & vos ibi, qui talia nō [a] facitis, doletis & gemitis) à poteſtatibus ordinatis tuitionē petunt, non qua vos perſequantur, ſed qua ſe defendant [e].

a ¶ Non facitis.] *Addita eſt negatio ex originali & Iuone, & alia etiam emendata. Refert autem ibi B. Auguſtinus id, quod decretum fuerat in ſancto concilio Carthaginenſi, ac repetitur in concilio Africano, ca. 60. citatur autem infra ead. c. ab Imperatoribus.*

Item eiuſdem contra litteras Petiliani, lib. 2. cap. 88.

¶ Quantùm intereſt inter perſecutionem catholicorum, & hæreticorum. C. IIII.

3 PRo mēbris Chriſti aduerſus vos ſæuiūt, & vobis reſiſtunt quicumque in catholica paruæ adhuc fidei eo animo ſūt, quo tunc Petrus fuit [f], cum ferrū pro Chriſti nomine ſtrinxit. Sed multum intereſt inter veſtram perſecutionem, & iſtorū: Vos ſimiles eſtis ſeruo ſacerdotis Iudæorum: quia ſeruientes principibus veſtris aduerſus eccleſiam catholicā, id eſt, aduerſus Chriſti corpus armamini. Iſti autem tales ſunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Chriſti corpore, id eſt pro eccleſia [g] etiam corporaliter pugnauit.

Item Ambroſius lib. 1. de officiis, ca. 27.

¶ Iuſtitiæ plenus eſt, qui patriam bello tuetur à barbaris. C. V.

4 FOrtitudo, quæ vel in bello tuetur à barbaris patriā [h], vel domi defendit infirmos, vel à latronibus [i] ſocios: plena iuſtitiæ eſt.

Item Hieronymus ſuper Sophoniam, ad cap. 1.

¶ Prodeſt latroni, vel pyratæ, qui membra eius debilitat. C. VI.

5 SI quis fortitudinem latronis, & pyratæ, & furis eneruat † [k], infirmoſque eos reddat, prodeſt illis ſua infirmitas. Debilitata enī mēbra, quibus, prius non bene vtebātur, à malo opere ceſſabunt.

Item Ambroſius lib. 1. de officiis, cap. 36.

¶ Qui ſocij non repellit iniuriam, ſimilis eſt ei, qui facit. C. VII.

NOn † in inferēda, ſed in depellēda iniuria lex virtutis eſt. Qui enim nō repellit à ſocio iniuriā, ſi poteſt [l], tam eſt in vitio, quàm ille qui facit. Vnde S.

PRo membris Chriſti] CASVS. Petilianus dicebat, quòd milites Chriſtiani armari non debebant contra ſe, vel alios hæreticos: quia peccatum eſt. Sed Auguſt. econtra dicit, ſcilicet quòd milites pugnantes contra hæreticos non peccant: quia pro defenſione eccleſiæ hoc faciunt: & eo animo quo Petrus ferrum euaginauit pro Chriſti defenſione. Hæretici autem cum pugnant aduerſus eccleſiam, ſimiles ſunt ſeruo ſacerdotis: qui aduerſus Chriſtum pugnabat. Seq. duo c. plana ſunt, & per te faciliter videbis. Facitis, id eſt, qui eſtis inter tales qui ſimilia faciunt.

2 Iuo p. 10. c. 80. Pann. l.8.c.36.

f ¶ Petrus fuit.] “ ſed nonne Petrus peccauit vtēdo gladio: cum hoc non fecit auctoritate ſuperioris, vt infra ea. q. 4. ille. & clericis permiſſum eſt tantū ſeipſos defendere, vt ext. de homi. ſuſcepimus. & c. 2. Sed dic, quòd adhuc non fuerat hoc prohibitum clericis.

“ Petrus vtendo gladio peccauit.

g ¶ Eccleſia] non enim eſt alicui obediendum contra eccleſiam. 24. q. 1. hæc eſt fides. & 11. q. 3. Iulianus.

3 Iuo p. 10. c. 75.

FOrtitudo, quæ.] h ¶ Patriam.] Hoc caſu non tenetur qui patrem proprium interficit, vt ff. de relig. minime.

i ¶ Latronibus.] “ quos licet ſine auctoritate iudicis interficere, vt infra ea. q. 5. cum homo. & C. quan. li. vnicuique ſine iu. ſe vin. l. 1. 17. q. 4. ſicut.

“ Latrones occidi poſſunt. Ioan. 18.

SI quis fortitudinem.] k ¶ Eneruat.] Hoc intelligas de famoſis latronib. “ qui licite in furca ſuſpenduntur, vt ff. de pœn. capitalium. §. famoſos. ſed ſi non eſt famoſus latro, tantum caſtigari iubetur: nec debet tunc vitam aut membrum perdere, vt C. de ſer. fug. auth. ſed nouo iure. Ioan.

“ latronum punitio.

NOn in inferenda.] CASVS. Oſtendit Ambroſius in hoc c. quòd iniuriam repellere à ſocio, virtus eſt: quod probat exemplo Moyſi: & auctoritate Salomonis. Seq. cap. patet.

4 Iuo p. 10. c. 113. Pann. l.8.c.50.

l ¶ Si poteſt.] id eſt, ſi eſt in poteſtate poſitus. & ita exponunt quidā [b]. alias non tenetur, vt infra ea. q. 4. forte. in ſi. ſi enim quilibet tenetur alium defendere: ergo ſi aliquis reciperet pecuniam pro defenſione alicuius, teneretur eam reſtituere: quod nō eſt verū [c], vt ff. quod met. cau. metum. §. ſed licet. & ff. de donat. ſi pater. §. 1. Cuilibet tñ licitum eſt defendere alium, ſi vult. ff. quod me. cau. ſed & partus. Sed iſtis obuiat, infra ead. c. vlt.

5 Iuo p. 10. c. 13. Pann. l.8.c.50.

† debilitat] orig.

b Vt Lau. cuius fuit itagio.

c de hoc not. ext. de ſent. exc. quanto.

† Neque] ſor.

Exod.2. a ¶ *Moyſes.*] hiſtoriam habes de pœn.diſt.2.§. opponitur.
b ¶ *Proſterneret.*] ergo aliquis poteſt excedere modum in defendendo. Argu. contra, extra d̃ reſti.ſpol.olim cauſam.in fin.
Prouer.24. c ¶ *Eripe*] per vim, ſi iniuſte ducatur, vt infra ea.q.5.reos. vel per ſupplicationem, ſi iuſte ducatur, vt 24.q.6.ſi res.ª Ioan.

1 Damaſus epiſtol 3. ad Stepha.c 8.
a Sub vel pecuniá dádo. 86. diſt. non ſatis. iuxta princ.
2 ſupra diſt. 83. error & diſt 86. facientis. Pol. l. 7 tit 11. Anſel.l. 3.c. 29.
3 Poly ibid. Anſ l. 13. ca. 23. Iuo p. 6. c. 346.
a imperator ab epiſcopo pôt excommunicari.

d ¶ *Qui poteſt*] ſupra 2.q.7. negligere.83.di.error. Ioan.
Iuſtum] CASVS. Docet Papa Calixtus, quòd bonû & iuſtum delinquentes vindicta corrigantur, vt & ceteri metum habeant, & animab. delinquentium conſulatur. Quæ autem ſequuntur vſq; ad quæſtionem, plana ſunt.
e ¶ *Perdit.*] i.deſtruit.I.
f ¶ *Ab imperatoribus.*] Tale itaque auxiliû poſſunt epiſcopi ab Imperatore petere, vt 11.q.1.placuit. & 63. diſt. Hadrianus. ª & ſi Imperatores vel principes nolunt defendere eccleſiam, poſſunt excõicari ab epiſcopis, vt infra ead.q.5.adminiſtratores.
g ¶ *Oſtendit propheta.*] Dauid cum dixit: Eripite egenum, & pauperem. Hic eſt euidens argu. contra illos qui dicũt quòd ſocius nõ tenetur iuuare ſocium niſi habeat aliquam iuriſdictionem in eum qui infert iniuriam. ª Iſti dicunt q̃ populus bene hẽt iuriſdictionem, licet dicat lex quòd tranſtulit ius ſuum in Imperatorem ᵇ. nam ſi ciuitas, vel populus non haberet iuriſdictioné, quare puniretur propter defectum iudicis, vt ſupra e.q.2. Dominus. Ioan.de Fant.

4 & in Africano c.48.
a populus tantum habet iuriſdictionem.
b Vt inſt. de iu. na. §. ſed quod princip. nihilominus tamẽ eam ſibi retinuit. ar. ff de of præſi: l pen.
† al. impotentias
vapuerrida

Quod autem.] Hæc q. diuiditur in octo partes: in prima quarum probat per 15.ca. quòd mali ſunt pro tempore tolerandi: ſunt tamen a ſociis commonendi ſalua pace, & a prælatis quantum poterunt ſine ſcandalo. Secunda ibi, *Ex his omnibus.* Tertia ibi, *Eſt & alia.* Quarta ibi, *Ecce quot crimina.* Quinta ibi, *Semel vero.* Sexta ibi, *Sed obiicitur.* Septima ibi, *Porro.* Octaua ibi, *Breuiter.* Io. de Fan.

5 Gl. ord. ibi ex B.Aug. & Caſſiod. ad illud (Eripite pauperem.)

CASVS. Hic ponitur 4. quæſt. qua quæritur vtrum vindicta ſit inferenda. Et reſp. quod ſic a iudice, tamẽ amore correctionis & liberationis, vt delinquentes corrigantur,

Moyſes ª hinc prius orſus eſt tentamẽta bellicæ ª fortitudinis. Nam cum vidiſſet Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium proſterneret ᵇ, atq; in arena abſconderet. Salomõ quoq; ait [Eripe ᶜ eum qui ducitur ad mortem.]

a ¶ Bellicæ.] *Sic emendatum eſt ex originali, cum etiam in manuſcriptis Gratiani legeretur,* imbellis.

Item Anaſtaſius, & Damaſus Papa. ¹

¶ Malorum impietati fauet, qui eis obuiare ceſſat. C. VIII.

2 QVi põt ᵈ obuiare, & perturbare peruerſos, & nõ facit, nihil aliud eſt q̃ fauere eorũ impietati. Nec em̃ caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Item Calixtus, epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Qui diuina mandata contemnunt, ſeueris coerceantur vindictis. C. IX.

3 IVſtum eſt, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrũ exiſtunt iuſsionibus, ſeuerioribꝰ corrigãtur vindictis: quatenꝰ ceteri talia committere timeãt, & oẽs gaudeant fraterna concordia, & cuncti ſumant ſeueritatis atque bonitatis exemplum. Nam ſi (quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem vigoremq; negligimꝰ, perdit ᵉ deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. cap. 9. ⁴

¶ Imperatores cum epiſcoporum prouiſione eccleſiæ defenſionem aduerſus diuitum potentiam debent ſuſcipere. C. X.

AB Imperatoribꝰ ᶠ vniuerſis viſum ª eſt poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, vt defenſores eis aduerſus potẽtias † diuitum cum epiſcoporum prouiſione delegentur.

a ¶ Viſum eſt.] *Sic eſt emendatum ex codicibus concilij impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur,* iuſtum eſt auxilium poſtulandum.

Ecce, quòd nonnumquam eſt obuiandum peruerſis, & iniuria ſociorum armis eſt propulſanda, vt & malis adempta facultas delinquendi profit, & bonis optata facultas libere conſulendi eccleſiæ miniſtretur. Hoc qui non facit, conſentit.

Vnde Auguſtinus ait in Pſalm. 81.

¶ Non ſunt immunes à ſcelere, qui non liberant eos, quos poſſunt a facto liberare. C. XI.

5 OStendit [propheta g] nec illos immunes à ſcelere eſſe, qui permiſerunt Chriſtum principibus interficere, cum præ multitudine timerentur, & poſſent illos à facto, & ſe à conſenſu liberare. Qui ª deſinit obuiare cum poteſt, conſentit.

a ¶ Qui deſinit.] *Hæc in eadem gloſſa referuntur ex Caſſiodoro: cuius verba ſunt hæc.* Nam cum poſsis obuiare peruerſis, ſi deſinas aduerſari, conſenſus erroris eſt.

QVÆSTIO IIII.

1 QVòd autem vindicta ᵇ inferenda non ſit, multis modis probatur. *Mali enim tolerandi ſunt, non abiiciendi: increpatione feriendi, non corporaliter expellendi.*

Vnde Auguſtinus ait in libro de verbis Domini, ſermone 18.

¶ Quomodo mali ſunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum ſit. C. I.

TOlerandi ſunt ⁱ quidẽ mali pro pace, nec † corporaliter ab eis recedatur: ſed ſpiritualiter ª exire, eſt facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu ᵏ cuiuſque, ſalua pace: diſplicere, eſt non tangere. Non enim prophetæ, qui hæc dicebant, populũ ſuum dimiſerunt: ſed inter eos habitabant, quos increpabant: vnum templũ cum eis intrabãt, eadem ſacramenta celebrabant. Hoc eſt exire, ore non parcere: hoc eſt immundum non tangere, voluntate non conſentire.

¶ *Caput hoc eſt in gloſſa ordinaria. 2. Cor. 6. ad ea verba,* exite de medio eorum. *ſententia vero eſt accepta ex ſermone 18. Auguſtini de verbis Domini: ex quo infra ea.c.ecce. & c.recedit ad idem pertinentia referuntur.*

a ¶ Spiritualiter.] *hic interpoſitæ erant duæ voces,* ſpiritualiter autem, *quæ ſunt expunctæ, quia & à pleriſque vetuſtis, & à gloſſa ordinaria abſunt.*

Idem.

¶ Quòd mali ſint tolerandi a bonis. C. II.

6 TV bonus tolera malũ. Nam & Chriſtus Iudam ˡ, cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prædicandum miſit, eique cum aliis Euchariſtiam dedit.

¶ *Initium huius cap. eſt in tractatu 50. in Ioannem. Reliqua vero videntur accepta ex gloſſa ordinaria in Pſalmum 9. ad ea verba,* Dixit enim in corde ſuo. *& explanatione B. Auguſtini in Pſalmum 10. cuius propria verba referuntur ſupra 1.q.1. Chriſtus. Ab eodem vero copioſe hæc eadem ſententia exponitur in epiſtola 162.*

Idem ſuper Ioannem tract. 50. ad c. 12.

¶ Pro pace eccleſiæ mali ſunt tolerandi. C. III.

7 QVid ergo voluit Dñs noſter Ieſus Chriſtus fratres mei, admonere eccleſiam ſuam, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit, niſi vt malos toleremus, ne corpꝰ Chriſti diuidamus? Ecce inter ſanctos eſt Iudas: ecce fur eſt Iudas, & ne contemnas, fur ſacrilegus, nõ qualiſcumque fur: fur loculorũ, ſed Dominicorum, loculorum, ſed ſacrorũ. Si crimina diſcernuntur in foro qualiſcumque

& innocẽtes liberentur, vt infra ead. q. ca vindicta. Grat. tamen hoc ordine procedit, primo probat q̃ mali ſunt tolerandi, & non feriendi, vel expellendi, vſque ad §. *His ita.* deinde reſpondet allegatis.
h ¶ *Vindicta.*] ª Vindicta quandoque infertur zelo vltionis: quãdoque infertur amore correctionis. Primo modo non eſt inferenda ᶜ. & ſecundum hoc loquuntur capit. quæ dicunt illationem vindictæ prohibendam: ſecundo modo licite infertur. Alij ſic diſtinguunt. Criminũ quædam ſunt occulta: quędam manifeſta. Super occultis non eſt inferenda vindicta: ſed ſuper manifeſtis ſic, niſi delinquens ſociam habeat multitudiné, tunc enim propter ſcandalum toleratur ᵈ, vt infra ead. quidam. & c. ſeq. & ca. non poteſt. Item vindicta non eſt inferenda niſi a iudice, vel eius auctoritate: nec ipſe debet eam infligere niſi amore correctionis, & vt innocens liberetur, vt infra ead.c.ea vindicta.

a Vindicta infertur duplici ex cauſa.
c Ar. ad hoc ff ad l. Aqu. ſcientiam. & l. ſi ex plagis. §. 1. ext. de homi. ſignificaſti. 2. in fi.
† al. non
d Ad hoc 44. diſt. comeſſationes. 50. di. vt cõſtitueretur. Arc.

Tolerandi.] CASVS. Exponit hic Aug. illã auctoritaté veteris taſtamenti, Exite populus meus de Babylonia, & immundum ne tetigeritis. Exponit ergo Auguſ. quod illud exire, & illud tangere ſpiritualiter intelligitur, & non corporaliter, vt cum illis permanentes peccata malorũ redarguamus, nec conſentiamus eis. Sequens cap. planum eſt per ſe.
i ¶ *Tolerandi ſunt.*] ſupra 7.q.1.ſuggeſtum.
k ¶ *Pro gradu*] id eſt, pro dignitate & officio cuiuſcũque. aliter enim debent prælati corrigere delinquentes, & alio modo ſocij: prælatus corrigit increpando, & verberando, vt infra ea. q. c. forte. ſocius vero admonẽdo & reprobando factum eius, vt infra ea.q.c.ecce. ſi infra ea. q.ca.duo. & 24.q.3.tam ſacerdotes. ſubditos ad bonum exhortando. 2. q. 7. §. item cum Balaam.
l ¶ *Tu bonus*] ¶ *Iudam.*] ſupra 7. q. 1.§.cum autem. ext. de temp.ord.ad aures. extra de off.ord.ſi ſacerdos.

6 7. q. 1. aduerſitas.
7 Pol.l. 7. t.1.7.

Quid ergo.] CASVS. Hoc c. de eodem loquitur quod in præcedenti docetur: quòd

eſt tolerandus malus:nec eſt ab eo corporaliter recedendum.Et hoc probat Aug. exemplo Chriſti, qui Iudam furem & ſacrilegum inter duodecim apoſtolos tolerauit, & non eum eiecit. *Corpus Chriſti*, id eſt, eccleſiam.

a ¶ *Et peculatus.*] "quia peculatus committitur in re ſacra, vel religioſa, vel publica, vt ff. ad l. Iul.pec.l.1.

b ¶ *De republica.*]"Notrem eccleſiæ rempub. appellari [a], vnde & ius publicum dicitur conſiſtere in ſacris, ſacerdotibus & magiſtratibus, vt ſupra diſt. 1. ius publicum. tamen proprie dicitur res Romanæ ciuitatis reſpublica: ſed res aliarũ ciuitatum abuſiue, vt ff. de ver.ſi.bona. & ipſa lex facit differentiam inter diuinũ, publicum, & priuatum, vt C. de ſacroſ. ec. vt inter diuinum.Ioan.

cumque furti, & peculatus a (peculatus enim furtum dicitur de re publica b, & nõ ſic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ) quanto vehementius iudicãdus eſt ſacrilegus fur, qui auſus fuerit non vndecumque tollere, ſed de eccleſia tollere? Qui aliquid de eccleſia furatur, Iudæ perditori comparatur.

¶ *Multa in hoc c. ſunt emẽdata ex B. Auguſt.*

Idem ſermone 18. de verbis Domini. [a]

¶ De eodem. C. IIII.

2 ECce, inquiunt, dicit propheta c [Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis.] Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus d, à quib⁹ exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos iſtã receſsionem ſpiritaliter intelligimus: illi corporaliter. Nã & ego clamo cum propheta: & a qualiacumque ſumus vaſa e, vtitur nobis Deus in diſpenſatione f veſtra. Clamamus & nos, & dicimus vobis, recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis: ſed contactu cordis, non corporis. Quid eſt enim tangere immundum, niſi conſentire peccatis? Quid eſt autem exire inde, niſi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quãtum pro vniuſcuiuſque gradu, atque perſona ſalua pace fieri põt? *& paulo poſt*: ¶ Ergo fratres mei, quotquot habetis inter vos, q adhuc amore ſæculi prægrauãtur, auaros, periuros, adulteros, inſpectores † nugarum, conſultores mathematicorum, phanaticorũ, augurum, aruſpicum, ebrioſos, luxurioſos, quidquid inter vos malorum eſſe noſtis, quantum, poteſtis improbate, vt corde recedatis: & redarguite, vt exeatis inde: & nolite conſentire, vt immundum non tangatis.

a ¶ Et qualiacumque.] *Sic emendatũ eſt ex B. Aug. & Beda. Antea legebatur*, æqualia.

Idem in 2. lib. contra epiſtolam Parmeniani cap. 1.

¶ Pacificus eſt, qui corrigit quod poteſt, vel excludit à ſe quod non poteſt. C. V.

QVi ſquis vel quod poteſt, arguendo corrigit, vel quod corrigere non poteſt g, ſaluo pacis vinculo excludit, vel qđ ſaluo pacis vinculo excludere non poteſt, æquitate improbat, firmitate ſupportat: hic eſt pacificus, & ab iſto maledicto, de quo ſcriptura dicit [Væ his, qui dicunt, quod nequam eſt, bonũ: & quod bonum eſt, nequam, & reliqua] omnino liber, prorſus ſecurus, penitus alienus. *& infra.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus [3] h, incorruptus poteris permanere, qui corruptis ſociaris a?

a ¶ Sociaris.] *Apud B. Auguſtinum huic interrogationi Parmeniani ſequitur continenter reſponſio, quæ habetur in proxime ſeq. capite, ita plane. Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani, & B. Auguſtini reſponſio vnico capitulo comprehenderentur.*

Idem in eodem cap. 21. continuo.

¶ Quid ſit malis ſociari. C. VI.

4 ITa plane, ſi ſociat̃ quis malis, id eſt, ſi mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: Si autem neutrum facit, nullo modo ſociatur. Porro, ſi addit tertiũ, vt nõ ſit in vindicando piger, ſed vel corripiat iuſtus ĩ miſericordia, & arguat, vel etiam, ſi eam perſonã i gerit, & ratio cõſeruandę pacis admittit, corã omnibus peccãtes arguat, vt ceteri timeãt, remoueat etiã vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipſa cõmunione ſacramentorum, & hæc omnia cũ dilectione corrigendi, non cũ odio perſequendi: pleniſsimum officium non ſolum caſtiſsimæ innocentiæ, ſed etiã diligentiſsimæ ſeueritatis impleuit. Vbi autẽ cetera impediuntur: illa duo ſemper retenta incorruptum, caſtumq; cuſtodiunt, vt nec faciat malum, nec approbet k factum.

Idem in epiſt. 152. contra Donatiſtas. [5]

¶ Aliena peccata in eccleſia alicui non præiudicent. C. VII.

6 SI quis à catholica eccleſia fuerit ſeparat⁹: quantũlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, q à Chriſti a vnitate diſiunctus eſt, non habebit vitã, ſed Dei ira manet ſuper eum. Quiſquis autem in hac eccleſia bene vixerit, nihil ei præiudicãt aliena l peccata: quia in ea vnuſquiſque propriũ onus portabit: ſicut Apoſtolus dicit. *& infra.* ¶ Ergo cõio malorum non maculat aliquem participatione ſacramentorum, ſed cõſenſione factorum. Nam ſi in malis factis

ECce.] CASVS. Hæretici dicebant, ex quo ſcimus aliquos eſſe malos, debemus ab illis corporaliter recedere. & hoc probãt auctoritate Eſaiæ prophetæ dicentis, Recedite & exite inde, &c. Sed Aug. contra eos ſcribens dicit, quòd ſi hæc auctoritas ad litterã intelligitur, numquam malos tolerabimus: & ideo exire à malis eſt intelligendũ ſpiritualiter, ſ. inter periuros & adulteros, & alios peccatores permanẽtes, quantum poſſumus eorum facta improbemus ſecundum gradũ vniuſcuiuſque perſonæ. *Sumus*, nos prophetæ. *Vaſa*, id eſt, præcones & miniſtri Dei.

c ¶ *Propheta.*] ſ. Eſaias.

d ¶ *Tolerabimus.*] vt dicitur 11. q.3.nolite.Ioã.

e ¶ *Vaſa*] i. præcones vel miniſtri. vnde Paulus fuit dictus vas [b], 23. q. 5. ſi Paulus. in prin. 43.di.diſpenſatio. " & hic eſt arg. quòd ſicut Aug. ſe commendat: ſic & alij poſſunt ſe commendare, vt ff. de off. proconſ.l.4.

f ¶ *In diſpenſatione*] id eſt, prædicatione.

QVi ſquis.] CASVS. Parmenian⁹ dicebat q inter corruptos nõ põt homo incorruptus permanere. Aug. vero ꝓbat cõtrariũ, dicens, q non imputatur alicui ſocietas malorũ ſi eos corrigat quantũ poteſt: & ſi non proficit, laboret excludere eos à cõione ſua: quod ſi nõ põt propter ſcandalum, debet eos patienter tolerare: æquitate tamen factum eorum improbare debet.

g ¶ *Non poteſt.*] vel propter ſcandalum: vel quia crimen eſt occultum. 6. q. 1. ſi omnia.

h ¶ *Parmenianus.*] hæreticus contra quem hic loquitur. " Videtur ergo, quòd ſi epiſcopus aliquos malos tolerat, cum hoc faciat auctoritate canonis, quòd poſtea poſsit eos licite repellere, vel ab accuſatione, vel ab honoribus quos appetunt, ratione criminis, non obſtãte eo, quòd eis communicauit. tamen ſecus eſt, vt extra de acc. nulli [c]. ſed dic quòd ſi tunc temporis potuit probare crimen quod eis poſtea obijcit, & tacuit, nec ſubfuit cauſa tacendi, ſcilicet cauſa ſchiſmatis vel ſcandali, bene præiudicat ei talis taciturnitas: ſecus ſi non potuit probare: vel potuit ſed non ſine ſcandalo, vt hic, & 2. q. 7. plerumque. & infra e. prox. c. & infra e. quam magnum. Ioan.

ITa plane.] CASVS. Hug. hunc caſum ſic ponit in ſumma ſua. Oſtendit quod duobus modis inquinatur quis ex ſocietate malorum, ſcilicet ſi committat aliquid cũ eis, vel ſi fauet eis. ſi neutrum illorum facit, ſine peccato ſociatur malis, ſcilicet ſi non committit nec fauet. Si vero plus facit, ſcilicet vt corripiat & arguat, remoueat a cõmunione vel ab aliquo officio, plenum officium exercet. ſi hoc non poteſt, ſaltem illa duo faciat, vt nec committat nec faueat. & ſecurus erit in ſocietate malorum. & loquitur hic Aug. cõtra Parmenianum, ſicut in præcedenti c. & reſpondet quæſtioni quam fecit Parmenian⁹. Beneuen. vero hũc caſum ſic ponit. Hoc ca. loquitur de duobus generibus hominum, ſcilicet de non prælatis, & prælatis. Et ad hoc vt illi qui non ſunt prælati, malis non ſocientur, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet vt mala nõ faciant, nec faueãt, ſed redarguãt. Prælati vero plus procedere debent, ſcilicet publice arguere, excõmunicare, deponere. *In iudicando*, id eſt, increpando.

i ¶ *Perſonam.*] arg. eſt hic quòd ſolis prælatis dictum eſt hoc, ſi peccauerit, vt infra e. forte. & q. 5. de occidendis. Ioan.

k ¶ *Nec approbet.*] arg. q in maleficiis ratihabitio mandato comparatur, vt 2. q. 4. quia. & ext. de reſt. ſpol. cũ ad ſedem. in fi. & ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties.

SI quis] CASVS. Donatiſtæ dicebant ſe fore ſaluandos, & Chriſtianos cõicantes quotidie peccatoribus eſſe malos & damnandos. Sed Aug. econtra dicit, ſcilicet quod hæretici quantumcumq; laudabiliter & honeſte viuant, hoc ſolo q ab eccleſia ſeiuncti ſunt, mali ſunt & damnandi, Chriſtiani vero catholici inter malos exiſtentes, ſi alienis peccatis non conſentiant, nihil eis præiudicat.

l ¶ *Aliena*] ſæpe tamen aliquis corrumpitur ex ſocietate mala, vt 19. q. 1. ſæpe. & ſæpe iuſtus perit pro impio, vt de conſe. di. 1. in ſancta. Io.

"Peculatum cõmitti ĩ re ſacra, vel religioſa, al. publica.

" Res eccleſiæ reſpublica appellatur.

a Nã iura eccleſiæ publica appellantur. ff. de iu. & iu. l. 1. §. ius publicũ. C de ſa ſan. ec. l vlt. Arc.

2 Beda 2. Corinth 6.

a Poly ibid. Anſel. l. 12. c. 65.

Eſa. 52.

b Nã dicuntur vaſa non metallorũ, ſed etiã viuentium. 12. q. 2. aurum.

" Cõmendatio ſui ipſius qñque permittitur.

† al. ſpectatores

" prælat⁹ an poſsit criminoſos repellere.

c dic't L. q hæc decr. loquit de malis manifeſtis: tu dic, vt ibi not. B. cu ius dictũ tenet Gof. ibi vide qđ no. 2. q. 8. § in hoc & ponitur iſta dec. pro palea. 5. q. 5. nulli, &c.

Eſa. 5.

3 C. 21.

4 Poly. ibid.

Pſal 104.

1. Tim. 5.

5 Beda 1. Cor. 11.

6 Iuo p. 2. c. 101.

Gal 6.

A Malis.] CASVS. H. hunc caſum ſic ponit. A malorum conſortio corde etſi non corpore ſemper debemus eſſe remoti, nec corporale cõſortium malorum aliquorum aliquẽ polluit ſi non conſentit, & ſic arguit. qui enim conſentit, videtur factum eorũ approbare: qui nõ arguit, negligẽs redarguitur. vt ergo non ſit negligens, arguat, non tamen inſultando.

Bed. Eph. 5.

1 Iuo p. 1. c. 102.

a ¶ Caute.] vt non trahant vos ad cõſenſum. Vel caute, ſcilicet ſi poteſt fieri ſalua pace.

R Ecedite.] CASVS. Hoc c. idem dicit cũ illo. c. ſupra e. ecce. quòd eodem modo formauit caſum. H. vero dicit, quòd iſte caſus cuilibet patet.

Q Vàm magnum.] CASVS. Vincentius Donatiſta, contra quem loquitur Aug. & alij hæretici, dicebant bonos deſerendos eſſe propter malos. Aug. vero ecõtra dicit, propter malos boni non ſunt deſerẽdi, ſed potius mali ſunt tolerãdi propter bonos. & hoc probatur trib. exemplis, ſ. prophetarum, Dñi, & Apoſtolorum.

2 Bed. 1. Cor. 6. 5. ea. c. ecce.

3 Iuo p. 1. c. 103.

Eſa. 52.

b ¶ Demonſtrari] id eſt, probari.

c ¶ Non poſſunt.] id eſt, non debent. nam bene debemus de quolibet credere, vt 22. q. 4. innocẽs. 11. q. 3. in cunctis. Et ita eſt hic arg. quòd nõ ſtatim propter ſimplicem denuntiationẽ debet haberi aliquis læſam cõſcientiã, de eo quod ſibi denuntiatur, vt ext. de ele. exc. mi. illud. imo imputatur alicui, quia nimis credulus, vt 11. q. 3. in cunctis. & ca. non ſolum. 86. di. ſi quid. arg. contra. ff. de eo per quem fa. erit. l. 1. §. 1. ff. quod cum fal. tu. l. 2. ext. de coniu. ſer. propoſuit. ext. de ſec. nup. dominus. & ext. de elec. venerabilem. vltra medium, in parte deciſa. ff. de pe. her. item veniunt. §. a quo autem.

a Nam titubans pro ignorante habendus eſt C. de cond. ind. l. vlt. ff. d li. ho. exh. l. 3. §. his qui ar. 34. q. 2. cũ per bellicã. extr. de ſec. nupt. dñs ſecundũ Tan. Gof. B.

Num. 16. Eſa. 52. Thren. 4. Ezech. 14.

d ¶ Mali.] arg. malum tolerari ratione connexi boni, vt 81. di. cum omnibus. & 11. q. 3. nobis. ibi, finite vtraque.

F Orte.] CASVS. Hoc ca. diuidit in duas partes. In j. parte dicitur, quòd quidam nolebant communicare in ſacramentis Chriſti cum auaris, & raptoribus, quia putabant ſe peccare. Aug. vero probat tales non benefacere: ſed potius peccare. Nam cum talibus communicare nõ eſt peccatum, nec vlla contrahitur macula ſi

4 infra e. nimium.

non eis quiſque conſentiat: portat malus cauſam ſuam, & perſonam ſuam, nec præiudicat alteri, quem in cõſenſione mali operis ſocium non habet criminis.

a ¶ Chriſti vnitate.] *Antea legebatur, Chriſtianitate, Reſtitutum eſt ex originali, & Beda: itemque alia nonnulla.*

Idem in ſerm. 18. de verbis Domini.

¶ Non te maculat malus, ſi ei non conſentis, ſed ipſum redarguis. C. VIII.

1 A Malis ſemper corde diſiungimini: ad tẽpus caute a corpore copulamini. *& infra.* ¶ Duobus modis nõ te maculat malus: ſi ei non conſentias, & ſi redarguas. Hoc eſt non cõicare, non conſentire: communicatur quippe, quando facto eius conſortium voluntatis, vel approbationis adiungitur. *& infra.* ¶ Neque ergo cõſentientes ſitis malis, vt approbetis: neq; negligentes, vt nõ arguatis, neque ſuperbientes, vt inſultanter arguatis.

Idem ex eodem.[2]

¶ Immundum tangere, eſt peccatis conſentire. C. IX.

3 R Ecedite, exite inde, & immundũ ne tetigeritis. Sed contractu cordis, non corporis. Quid eſt enim tangere immundũ, niſi cõſentire peccatis? Quid eſt autem exire inde, niſi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantũ pro vniuſcuiuſque gradu, atque perſona, ſalua pace, fieri põt? Diſplicuit tibi, quod quiſq; peccauit? non tetigiſti immundum. Redarguiſti, corripuiſti, monuiſti, adhibuiſti etiam, ſi res exigit, congruam, & quæ vnitatẽ non violet, diſciplinã? exiſti inde. *& infra.* ¶ Clamauit iſta Moyſes, clamauit Eſaias, clamauit Hieremias, clamauit Ezechiel. Videamus, ſi dimiſerũt populũ Dei, & ſe ad alias gentes tranſtulerunt. Quàm multa, & quam vehemẽter Hieremias increpauit in peccatores, & ſceleratos populi ſui? inter eos tamen erat, vnũ cum eis templũ intrabat, eadem ſacramenta celebrabat, in eadem ſceleratorũ hominum cõgregatione viuebat: ſed clamando exibat inde. Hoc eſt exire inde, hoc eſt immundũ nõ tangere, & voluntate non conſentire, & ore non parcere.

Idem in epiſtola 48. ad Vincentium.

¶ Non maculant innocentes facta nocentium, quæ ab eis credi non poſſunt. C. X.

Q Vàm magnum eſt crimen ab iſtorum innocentium communione ſeparari? [4] Nam & facta nocentiũ, quæ innocentibus demonſtrari [b], vel ab innocentibus credi non poſſunt [c], non coinquinant quemquam, ſi propter innocentium conſortium etiam cognita ſuſtinentur. Non enim propter malos boni deſerendi: ſed propter bonos mali [d] tolerandi ſunt, ſicut tolerauerunt prophetæ, contra quos tanta dicebant, nec communionem ſacramentorũ illius populi relinquebant: ſicut ipſe Dominus nocentem Iudam vſque ad condignum eius exitum tolerauit, & eum ſacram cœnam cum innocentibus communicare permiſit: ſicut tolerauerunt Apoſtoli eos, qui per inuidiam (quod ipſius diaboli vitium eſt) Chriſtum annuntiabant. Philip. 1.

Idem in ſerm. 24. de verbis Apoſtoli.

¶ *Antea citabatur ex lib. 1. de vnico baptiſmo, vbi non habetur.*

¶ Mali, quos eccleſia recipit, nec expellit, a bonis ſunt tolerandi, non iudicandi. C. XI.

5 F Orte † in populo Dei ſtat iuxta te auarus, raptor, inhians rebus alienis, quem noſti talem, & fidelis eſt, vel potius fidelis vocatur [e]. Non eum potes de eccleſia pellere [f], non habes aliquem aditum [g] caſtigando, & corripiendo corrigere, acceſſurus eſt tecum ad altare. Noli timere: vnuſquiſq; propriũ onus portabit. *Item infra.* ¶ Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum: nonne melius ipſum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo feres †: attende Apoſtolum dicentem [Vnuſquiſque proprium onus portabit.] Liberet te iſta ſententia. Non enim cum illo communicares auaritiam, ſed cõmunicares cum illo Chriſti menſam. Et quid tibi obeſſet, ſi cum illo communicares Chriſti mẽſam? Apoſtolus dicit [Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat & bibit:] ſibi, non tibi [h]. Sane, ſi iudex es, ſi iudicãdi poteſtatem accepiſti: eccleſiaſtica regula, ſi apud te accuſatur [i], ſi veris † documentis, teſtibuſque conuincitur: coerce [k], corripe [l], excommunica [m], degrada [n].

5 Iuo p. 2. c. 94.

† Talis es, & fortis] orig.

h d hoc no. 74. diſt. honoratus. in fin. ibi videas 19. q. 3. quoniam.

Gal. 6.

† al. ferres ſi attenderes] orig.

Gal. 6.

1. Cor. 11.

† al. innumeris

Eſt & alia diſtinctio tolerandorum, & cauendorum, quam ex verbis Auguſtini licet colligere, dicentis ſermon. 49. de verbis Domini.

¶ Paſtor eſt diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. C. XII.

6 T Res perſonas dixit Dominus (& debem9 illas inueſtigare) in Euãgelio, paſtoris, mercenarij, & furis. *& paulo poſt.* ¶ Paſtorem dixit aĩam ſuam ponere pro ouibus ſuis, & intrare [o]

corrigi non poſſunt. & hoc probat duab9 auctoritatibus Apoſtoli. In ij. parte dicitur, quòd iudex apud quem peccator accuſatur, & inſtrumentis, vel teſtib. conuincitur, debet illum coercere, excommunicare, & degradare. *Corripere*, ſcilicet verbis. *Coercere*, factis, ſ. aliqua pœna ſuſpenſionis vel interdicti.

e ¶ Vocatur] arg. quòd nominatio ſola non ſufficit. 2. q. 1. multi. C. de prob. non epiſtolis. ar. contra. 32. q. 4. dicat.

f ¶ Pellere.] ſine ſcandalo.

g ¶ Aditum] id eſt, poteſtatem.

h ¶ Non tibi] arg. quod de vno dicitur, de alio negatur, vt 45. di. diſciplina. 25. diſt. qualis.

i ¶ Accuſatur.] id eſt, denũtiatur. nam ſi accuſatus eſſet, ſtatim eſſet deponendus, vt ext. de acc. ſuper his.

k ¶ Coercere.] admonendo.

l ¶ Corripe.] ſuſpendendo.

m ¶ Excommunica] propter contumaciam.

n ¶ Degradã] propter inobedientiam. Alius ordo traditur extr. de iudi. cum non ab homine. ſed ibi loquitur cum pœnã incipit à crimine [b], & cum directe eſt conuictus. hic pœnam infligit propter contumaciam.

T Res perſonas.] CASVS. Oſtendit Aug. in hoc c. auctoritate Euangelij, quòd tria ſunt genera prælatorũ, ſcilicet paſtor, fur, & mercenarius, inter quos differentiam aſſignat. Nam paſtor eſt, qui per ianuam intrat & ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Fur verò nõ intrat per ianuam, id eſt non canonice eligitur, & rapit & diſpergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuam, id eſt, canonice eligitur: ſed ſi videt lupum vel furem venientem, timet & fugit, quia non eſt illi cura de ouibus. Paſtor ergo eſt diligendus, mercenarius tolerandus, fur autem eſt cauendus.

o ¶ Et intrare] ſecundum canones hoc ipſo eſt aliquis fur, quòd non intrat per oſtium, vt hic, & de pœn. diſt. 1. ſi propterea. & cap. ſeq. ſecundum leges non eſt ſtatim fur, licet clam intrauerit furandi cauſa [c], vt ff. de fur. vulgatis. §. qui furti.

c Adde Bal. in l. ſi quis non dicam rapere C. de epi. & cleri.

6 Anſ. l. 6. c. 148.

Ioan. 10.

a ¶ Per

per ianuam [a]. Furem dixit [& latronem [α] [b]] aſcendere per aliam partem [c], Mercenarium [d] dixit, lupum vel furem ſi videat, fugere: quia non eſt illi cura de ouibus: mercenarius eſt enim, non paſtor. Ille intrat per ianuā, quia paſtor eſt: ille aſcendit per aliam partem, quia fur eſt: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit, quia mercenarius eſt, quia non eſt illi cura de ouibus: mercenarius eſt enim. Si inuenerim [e] tres iſtas perſonas, inuenit ſanctitas veſtra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligendus eſt paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus [e] eſt latro.

α ¶ Et latronem.] *Hæ duæ voces non ſunt in originali: Anſelmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali toler andi ſunt: nec corporali, ſed ſpirituali vindictæ ſunt puniendi. Vnde cum diſcipuli non recepti à Samaritanis ignem cælitus ſuper eos deducere voluerunt, dicentes magiſtro [Vis dicamus, deſcēdat ignis de cœlo & conſumat eos?] audierunt [Neſcitis cuius ſpiritus eſtis] item [Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.]

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epiſtolæ ad Galat. cap. 4.

¶ Spiritualis nunquam carnalem perſequitur, ſed econuerſo. C. XIII.

QVi ſecundum carnem natus erat [f], perſequebatur ſpiritalem [g]? nunquā enim ſpiritalis carnalem perſequitur: ſed ignoſcit ei, quaſi ruſticano [h] fratri. Scit eum poſſe proficere per tempus: & ſi quando Ægyptiæ [i] filium viderit iraſcentem: recordatur vnius patris, qui boues [α] [k] creauit, & culices [l]: & in magna domo [m] non ſolùm eſſe vaſa aurea [n] & argentea, ſed & lignea [o] & fictilia.

α ¶ Bōues.] *In codicibus B. Hieronymi impreſſis legitur*, qui lucem boues, *verum in codice Vaticano horum commētariorum habetur*, qui lucam bouem. *Significat autem elephantem.*

Item Auguſtinus in libr. 4. de baptiſmo, cap. 12.

¶ Boni à malis numquam in hac vita penitus poſſunt ſeparari. C. XIIII.

QVantus arrogantiæ tumor eſt: quanta humilitatis, & lenitatis obliuio: arrogātiæ quanta iactatio, vt quis audeat, aut facere ſe poſſe credat, quod nec Apoſtolis cōceſsit Dominus [p], vt zizania [q] à frumento putet ſe poſſe diſcernere?

¶ *Verba ſunt Cypriani libro 4. epiſt. 2. ad Antonianum citata ab Auguſtino libr. 4. c. 12. de baptiſmo contra Donatiſtas.*

Item Gregorius homil. 38. Euang.

¶ Præſens eccleſia ſimul recipit bonos & malos. C. XV.

HAec autem vita, quæ inter cœlum [r] & infernū ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit: ita vtrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen ſancta eccleſia & nunc indiſcretè [s] ſuſcipit, & poſtmodum in egreſsione diſcernet. Si ergo boni eſtis, quamdiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi [t] per intolerantiam ſuam teſtis eſt: quia bonus non eſt. Abel enim [u] eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet.

2 *Ex his omnibus colligitur, quòd malorum vindicta Deo reſeruanda eſt, nec ſunt corporaliter puniendi: ſed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem inuitandi. Vnde Chriſtus in Euangelio ait [Audiſtis, quia dictum eſt in lege] quem modum vltionis lex ſtatuit [Oculum pro oculo [x], dentem pro dente.] Ego autem hanc viciſsitudinem tollens, & ad manſuetudinem, & charitatis perfectionem vos inuitans, dico vobis [Nolite reſiſtere malo: ſed diligite [y] inimicos veſtros: benefacite iis, qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.] Hinc Paulus ait [Si eſurierit inimicus tuus, ciba [z] illum: ſi ſitit, potum da illi] Omnis enim iniquus, bonorum eſt inimicus: Omnis autem amicus huius ſæculi, etiam inimicus eſt Dei. Inimicus autem Dei, [b]onitatis, & iuſtitiæ eſt inimicus, ac per hoc amatorem iuſtitiæ, & bonitatis diligere non poteſt. Cum ergo inimicos diligere, vel illis benefacere, cibum & potum ſubminiſtrare iubemur: inimicos perſequi, & punire prohibemur. ¶ In lege enim veteris teſtamenti corporalis pœna ſtatuta eſt: in lege vero Euangelij omni peccanti per pœnitentiam promittitur venia. Vnde illa à terrore incœpit dicens. [Ego ſum Dominus Deus Zelotes viſitans peccata patrum in filios [a] vſque in tertiam & quartam generationem.] Hæc vero à lenitate manſuetudinis, & miſericordiæ, ita inquiens [Beati pauperes ſpiritu, beati mites, beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.] In illa dicebatur. [Qui fecerit hoc, vel illud, morte moriatur.] In iſta [Gaudeo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.] Item [Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.] Initiū quoque prædicationis Saluatoris noſtri, & præcurſoris eiuſdem [ad] pœnitentiam peccatores inuitauit. Sic enim vterque exorſus eſt, dicens [Pœnitentiam agite, appropinquabit † enim regnū cælorū.] Sic & in actibus Apoſtolorum, cum Iudæi compuncti de ſcelere mortis Chriſti, dice-*

a ¶ *Per ianuam.*] id eſt, per canonicam electionem.
b ¶ *Latronem.*] id eſt, tyrannum.
c ¶ *Partem*] per ſimoniam.
d ¶ *Mercenarium.*] qui cauſa lucri recipit dignitates. ad hoc facit 8. quæſt. 1. ſunt in eccleſia.
e ¶ *Cauendus.*] arg. quòd aliquis non debet recipere ordinem ab eo quem ſcit ſimoniacum, vt dixi 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis.

ECCE CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens quòd mali ſunt tolerandi, & non puniendi pœna corporali: quod probat duabus auctoritatibus Chriſti. & quod dicitur ibi, *gladio peribit*, id eſt, damnabitur pro gladio ſic accepto, quaſi pro abuſione gladij damnabitur æternaliter.

Q*Vi ſecundum carnem.*] CASVS. Docet hic Hieronymus, quòd malos euitare non debemus, licet nos perſequantur. Et hoc probat exemplo Iſaac, qui fratrem ſuum Iſmaelē non expellebat, nec corporaliter perſequebatur, licet Iſmael ipſum infeſtaret. ita & boni tolerent malos: credentes quòd poſſint quandoque redire ad Deū. *Ægyptiæ*, id eſt, Agar, cuius filius Iſmael fuit, per quem mali deſignantur. *Recordabitur*, ſcilicet Iſaac, *Boues*, id eſt, bonos. *Culices*, id eſt, malos.

Luc. 9.
Matth. 26.

f ¶ *Qui ſecūdum carnem natus erat*] ſcilicet Iſmael, tangit id quod legit in epiſtolis Pauli ad Galatas, c. 4.
g ¶ *Spiritalem.*] Iſaac [a].
h ¶ *Ruſticano.*] arg. ruſticitati parcendum, vt 2. q. 7. ſancta.
i ¶ *Ægyptiæ.*] ſ. Agar.
k ¶ *Boues.*] i. bonos.
l ¶ *Culices*] i. malos.
m ¶ *Domo.*] i. eccleſia.
n ¶ *Vaſa aurea.*] id eſt, bonos.
o ¶ *Lignea.*] i. malos.

Gal. 4.
a De iſto Geneſ. 21. & 32. q. 4. recurtat.

Q*Vantus*] CASVS. Oſtendit Aug. in hoc ca. eſſe impoſsibile vt generaliter in hac vita mali diſcernantur à bonis. hoc enim Apoſtolis non conceſsit Dominus. ita poſuit Hu. caſum. *Quantus* admiratiue dicit, quaſi valde magnus eſt. *Zizania*, id eſt, occultos peccatores.
p ¶ *Dominus.*] cum dixit: Sinite vtraq; creſcere, vt 11. q. 3. nolite.
q ¶ *Vt zizania.*] i. occultos peccatores. Io.

1. Tim 2.

H*Aec autem vita.*] CASVS. Beneuent. caſum hunc ſic ponit dicens, quòd tria ſunt loca, paradiſus, mundus, & infernus. in paradiſo ſunt tantum boni. in inferno tantum mali. in mundo vero qui medius eſt inter infernum & paradiſum, boni permanent ſimul cum malis, qui æquanimiter ſunt tolerandi: quod qui non fecerit, ipſe ſibi teſtis eſt, quòd bonitate caret.

Matth. 13.

r ¶ *Quæ inter cælum*] [a] hic videtur quòd infernus ſit ſub terra in eo loco vbi nullus ſplendor ſolis peruenire poteſt [b], & paradiſus in cœlo ſit, tamen Aug. dicit ſe dubitare vbi animæ defunctorum requieſcant. 13. quæſt. 2. tempus. Vel non appellatur hic medium ratione loci: ſed ideo dicitur medium, quia partim conformat ſe cœlo, ſcilicet ex eo, quòd habet bonos, partim inferno, ſcilicet ex eo, quòd habet malos. 2. q. 1. multi.
s ¶ *Indiſcretè.*] id eſt, indiſtinctè.
t ¶ *Sibi.*] i. contra ſe.
u ¶ *Abel enim.*] hoc expoſitum eſt ſupra 6. q. 1. §. cum autem.

a infernus & Paradiſus vbi ſunt.
b Ad hoc 35. diſt. ecce.

EX HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtion. in qua probat, quòd multi in veteri lege puniebantur, ſed hodie tolerandi ſunt, niſi à iudicibus qui eos punire poſſunt, & hoc probat per quatuor ca. Ioan. de Fan.

CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex ſupradictis dicēns, quòd vindicta malorum Deo eſt reſeruāda, nec ſunt à nobis corporaliter puniendi, ſed benigne ad correctionem inuitandi: quod probat duabus auctoritatibus ſcilicet Euangelij, & Pauli apoſtoli. In ſecunda parte aſsignat differentiam inter vetus teſtamentum & nouum. Nam in veteri teſtamento terror fuit & timor, & pœna corporalis ſtatuta fuit: in nouo vero teſtamento manſuetudo & miſericordia: quod multis auctoritatibus probat. Et ad hoc inducit ſeq. ca. Secunda pars incip. ibi, *In lege enim veteris teſtamenti.* *Abba.* Hebraice. Latine dicitur pater.

Matth 5.
Exod. 21.
Matth 5.
Rom. 12.
Prouerb. 25.
Iac. 4.

x ¶ *Pro oculo.*] hoc enim modo non licet niſi auctoritate iudicis, vt infra eadem, cum in lege.
y ¶ *Diligite*] hoc tenemur facere quantum eſt in nobis, vt 11. q. 3. inter verba.
z ¶ *Ciba.*] dum tamen ratione cibi non negligat iuſtitiam, vt 5. q. 5. non omnis. Item ſi poteſt laborare, & ſe immiſceat eleemoſynis, redigendus eſt in ſeruitutem. C. de mendic. valid. l. vna libro 11.
a ¶ *In filios.*] imitatione, non ſanguine. Vel intelligas de conſenſu, de locutione, & opere. ſupra diſtin. 6. ſed penſandum.

Exod. 20.
Matth 5.
Exod. 19 & alibi.
Luc. 15.
Matth 9.
Luc. 6.
Matth 3.
† al. appropinquauit.

Act. 2. a ¶ *In pædagogum.*] id Exod. 1. eſt, in magiſtrum. ſicut Gal. 3. enim per magiſtrũ aliquis coercetur, ita ipſi per legem.

b ¶ *Spiritum.*] id eſt, ſeruilem timorem.

c ¶ *Adoptionis.*] id eſt, filialem timorẽ, id eſt, amorem. Io. de vtroq; infra eadẽ q. §. ex his.

C*Vm in lege.*] CASVS. Gregor. exponendo illud Euangelij: Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, vbi fecit mentionem de tauris & altilibus, oſtendit differentiam inter patres veteris & noui teſtamenti. nam patres veteris teſtamenti per tauros ſignificantur: quia ſicut tauri ſe defendendo alios cornibus percutiunt: ita & patribus veter. teſtam. permiſſum fuit vt aduerſarios ſuos virtute comprimerent, & iure [a] gladij ferirent. Per altilia vero patres noui teſta. figurantur: quia ſicut aues penna contemplationis terrena contemnendo ad cœleſtia ſublimantur.

Rom. 8.

Math. 22.

Eſt hom. 38.

Leuit. 19.

a Al. ore.

Luc. 6.

d ¶ *Et odio.*] ſed nonne odiũ habere eſt mortale peccatum, vt 11. diſt. §. criminis. quare ergo hic dicit, quòd hoc permittebatur iuſtis? potes dicere iuſtis aliàs. Vel dic quod qui vlciſcebatur ſe ſine odio, non peccabat: qui autem cum odio, licet contra legẽ non fecerit, tamen peccauit, ſicut dando libellum repudij peccauerunt, licet a lege hoc eis permittebatur. extra de diuort. gaudemus.

† al. *ſignificantur*] orig.

e ¶ *Per altilia.*] de quibus in Euangelio fit mentio. H.

HIS ITAQVE. CASVS. Nunc Grat. reſpondet c. ſupradictis, dicens, q quædam ſunt delicta quorum pœna eſt Deo reſeruanda, nec ſunt a nobis corporaliter punienda, ſcilicet cũ deliquentes nõ ſunt noſtræ iuriſdictioni ſubiecti, vel cum delicta illorum probari non poſſunt, etſi nobis nota ſint. De his enim qui non ſunt noſtræ iuriſdictionis, teſte Apoſtolo iudicare nõ poſſumus, nec vitare debemus eos. Et ad hoc inducit ſequens cap. cuius caſus patet.

1 Cor. 5.

f ¶ *His*] ſ. auctoritatibus, quibus probauit malos eſſe tolerandos.

g ¶ *Nota ſunt.*] ſupra 11. q. 3. eorum. & 30. quæſt. 5. nullum. 2.

h I*Nfideles.*] ¶ *Et conuiuium*] ſupra 11. q.

rent Petro [Quid faciemus viri fratres?] legitur Petrus reſpondiſſe [Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum.] Et, vt vniuerſaliter dicatur, in lege populus ille rudis ſeruili timore pœnarum cogebatur, vnde & legem in pædagogum [a] *accepit. In Euangelio autem populus gratiæ liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ ſeruitutis inuitatur. Vnde, cum quidam legem, quaſi coercentem, prædicarent eſſe tenendam ſimul cum gratia, ait Apoſtolus*] Non enim accepiſtis ſpiritum [b] *ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis* [c] *filiorum, in quo clamamus, abba pater.* [*¶ Hinc etiam Gregorius ait in expoſitione Euangelij* [*Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.*

¶ In lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum.

C. XVI.

CVm in lege ſcriptũ ſit [Diliges amicũ tuum, & odio [d] habebis inimicum tuum.] accepta tunc licentia iuſtis fuerat, vt Dei inimicos, ſuoſque aduerſarios, quãta poſſent virtute comprimerent, eoſq; in ore [a] gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio teſtamento compeſcitur, cũ per ſemetipſam veritas prædicat dicens [Diligite inimicos veſtros; benefacite his, qui oderunt vos:] Qui ergo per tauros, niſi veteris teſtamenti patres ſignantur? † Nam dum ex permiſsione legis acceperant, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent: (vt ita dicam) quid aliud, quàm tauri erãt, qui inimicos ſuos corporeæ virtutis cornu feriebant. Quid vero per altilia [e], niſi patres noui teſtamenti figurantur? qui dum gratiã internæ pinguedinis percipiunt, æternis deſideriis innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ pennis ſubleuantur.

a ¶ In ore] *In originali & quattuor Gratiani vetuſtis, eſt,* iure gladij.

His [f] *ita reſpondetur: Sunt quædam, quæ ſalubri duntaxat admonitione ſunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda: ſed eorum vindicta diuino examini tantum eſt referenda, quando in delinquentes videlicet diſciplinam exercere non poſſumus, vel quia non ſunt noſtri iuris, vel quia illorum crimina, etſi nobis nota ſunt* [g], *tamen manifeſtis iudiciis probari non poſſunt. ¶ De his, qui non ſunt noſtri iuris, ait Apoſtolus in 1. epiſtola ad Corinth.* [*Quid enim mihi attinet de his, qui foris ſunt, iudicare: de his enim Dominus iudicabit.*] *Quod Auguſtinus exponens, ait.*

¶ Senſus huius capitis habetur apud beatum Auguſtinum de pœnitentia medicina, cap. 3. verba vero fere omnia ſunt in gloſſ. ordin. 1. Corinth. 5. ad verſ. alioquin, *& interlineari ad verſ.* intus.

¶ Infidelium colloquia, & conuiuia non ſunt euitanda. C. XVII.

INfideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi eorũ colloquium

vitamus, & conuiuium [h]. Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit, & bibit. In his vero, qui intus ſunt [i], id eſt, infidelibus putredo reſecanda eſt.

Hinc etiam cum propheta dicit [*Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,*] *exponendo addidit Auguſtinus:* [*ab his, qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplina exerceri.*] *Item, quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalua pace eccleſiæ mali puniri poſſunt: toleradi ſunt potius, quàm violata pace eccleſiæ puniendi.*

Vnde Auguſtinus ait in libro de fide, & operibus, c. 4. & 5.

¶ Quædam mala punienda ſunt, & quædam toleranda. C. XVIII.

1 QVidam vero econtrario periclitantes, cum bonorum, malorumq; permiſtionem in eccleſia demonſtratum, ſeu prædictum eſſe perſpexerint, & patientiæ præcepta didicerint, (quæ ita nos firmiſsimos reddunt, vt etiam ſi videntur in eccleſia eſſe zizania, non tamen impediatur, aut fides, aut charitas noſtra, aut quoniam zizania in eccleſia eſſe cernimus, ipſi de eccleſia recedamus) deſtituendam [a] putent eccleſiæ diſciplinam, quandam peruerſiſsimam ſecuritatem præpoſitis tribuentes, vt ad eos non pertineat, niſi dicere [k], quid cauendum, quidue faciendum ſit: quodlibet autẽ quiſque faciat, non curare. Nos vero ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtriſque teſtimoniis tutam ſententiam moderari: vt & canes in eccleſia propter pacem eccleſiæ toleremus: & canibus ſanctum, vbi pax eccleſiæ tuta eſt, non demus. Cum ergo ſeu per negligentiam præpoſitorum, ſiue per aliquam excuſabilem neceſsitatem, ſiue per occultas obreptiones inuenimus in eccleſia malos, quos eccleſiaſtica diſciplina corrigere, aut coercere nõ poſſumus [l]: tunc, ne † aſcendat in cor noſtrum impia, & pernicioſa præſumptio: qua exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, vt peccatis eorum non inquinemur, atq; ita poſt nos trahere conemur, veluti mundos, ſanctoſq; diſcipulos ab vnitatis compage, quaſi a malorũ conſortio ſegregatos, veniant in mentẽ illę de ſcripturis ſimilitudines, & diuina oracula, vel certiſsima exẽpla, quibus demonſtratũ, & prænuntiatum eſt, malos in eccleſia permiſtos bonis vſq; in finẽ ſeculi, tempuſq; iudicij futuros, & nihil bonis ĩ vnitate, ac participatione ſacramentorum

3. ad menſam. arg. contra 28. q. 1. omnes. & c. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi ſpecialiter de Iudæis. [b] Luc. 5.

i ¶ *Qui intus ſunt.*] quandoque etiam Iudæos punit eccleſia. extra de vſur. poſt miſerabilem. & 17. q. 4. conſtituit.

b Sub. nomẽ Chriſti abhorrẽtibus.

Pſal. 145.

HINC ETIAM. Gratian. adhuc probat auctoritate Aug. exponentis verba prophetæ, quòd in iis quæ nõ ſunt noſtri iuris, nequit diſciplina exerceri. Poſtea ponit aliũ caſum, in quo mali ſunt potius tolerandi, quam puniendi, ſcilicet quando multitudo eſt in ſcelere, & ſchiſma timetur ſi corrigantur. & ad hoc inducit ſequens cap.

1 Pol. l. 7. tit. 7. Anſ. l. 11. c. 63.

Q*Vidam.*] CASVS. Stulti quidam dicebant, quòd ſi prælati vident publice delinquentes, qui per zizania ſignificantur, nil aliud facere debent, niſi indicare illis quid ſit faciendum vel vitandum. etſi ſunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Aug. vero contrarium dicit: quia cum canes ſunt in eccleſia, debemus eos propter ſcandalum tolerare vſque in finem, neq; recedere ab eis: ſed ſanctum eis dare non debemus, vbi pax eccleſiæ eſt tuta: vbi vero datur poteſtas corrigendi ſine ſcandalo, tunc prælati dormire non debent, ſed ad bonum malos debent coercere, ita vt nec ſint negligentes, nec obtentu diligentiæ ſæuiant in peccatores. & eſt ordinanda ſic conſtructio. " Quidam putant deſtituendã eccleſiæ diſciplinam, &c. Vel legas ſuſpenſiue a principio vſque ibi, *Deſtituendam putant.*

" Ordo lit.

k ¶ *Niſi dicere.*] " non ergo ſufficit q prælatus inſtituant quid ſit faciendum, niſi etiam puniat non facientes, vt infra e. q. 5. non eſt innocentiæ. & 47. diſt. quod ad nos. ſicut non ſufficit domino prohibere ne cum ſeruo contrahatur, quin teneatur ipſe de peculio, vt ff. de pecul. l. ſi quis ſeruum. & ff. de verb. obl. qui ſeruum. & ibidem. l. ſeruus vetante. arg. tamen contra eſt 43. diſt. in cap. Epheſiis.

" Prælatus quid facere debet.

† nec] orig.

l ¶ *Non poſſumus.*] ſine ſcandalo: vel quia eſt occultum, 6. quæſt. 1. ſi omnia.

a ¶ *Nec*

a ¶ *Nec patientiæ*] quandoque enim remiſsio ſe mentitur pietatem, vt 41. diſt. ſæpe.

CVm quiſque.] C A S V S. Parmenianus dicebat quòd nullus peccator eſt anathemate feriendus. Augu. vero contra ipſum ſcribens oſtendit, quòd ſi quis peccator deprehenditur in crimine mortali quòd ſit notum, & apparet omnibus execrabile, anathemate feriatur, ſi periculum ſchiſmatis non timetur.

b ¶ *Vbi periculum.*] cum ergo periculum ſchiſmatis timetur, mali non ſunt excommunicandi, vt 50. diſt. vt conſtitueretur. ĩ.e. ipſas pietas. & c. non poteſt. Sed contrarium eſt 24. q. 3. ecce. ſed ibi cum non timeretur ſcandalum. Item contra ext. de reg. iur. qui ſcandalizauerit. [“] Sed hic loquitur de veritate diſciplinæ, quæ poteſt quandoque deſeri pro ſcandalo. ibi de veritate iudicij, quæ ſemper præualet ſcandalo.

† al. *coercitionis*]

“ Veritas diſciplinæ quãque poteſt deſeri.

EST ET ALIA. Hæc eſt 2. pars q. in qua loquitur de præſcitis & prædeſtinatis. Ioan. de Fant.

C A S V S Oſtendit G. aliam cauſam quare mali non ſunt flagellandi. Nam ſi peccatores ſunt ſaluandi ad vitam, ſine correctione conuertentur, vt Petrus. Si vero damnandi ſunt, inter flagella ſiunt deteriores, vt Pharao. Bonis ergo flagella ſunt ſuperflua, malis vero inutilia. Poſtea reſpondet huic allegationi per c. ſeq.

1 Poly. ibid. Iuo p. 2. c. 97 Pan. in plo. c. 13 & 14.

SIcut non eſt.] C A S V S. Quidam dicebant quod ſuperflua ẽ correctio circa peccatores: cum Deus ipſe corrigat quos voluerit. & hoc probant exemplo Petri, quem nullo homine corrigente correxit vt voluit. ſed Greg. & Aug. dicunt, q; licet Deus corrigat quos velit. tamen ſicut non eſt ceſſandum ab oratione pro eis quos corrigi volumus, ita non eſt ceſſandũ à correctione: quia per exteriorem correctionẽ proficit homo interius.

Luc 22.

c ¶ *Ab oratione.*] multiplex eſt cauſa quare non debemus ceſſare ab oratione malorum. vel eorum correctione. Nam quædam ſunt ita prædeſtinata, vt precibus obtineantur, vt ĩ. c. prox. Item quia neſcitur quis ſit de numero prædeſtinatorum. & quis non: & de nemine eſt deſperandum quamdiu eſt in hac vita, vt de pœ. diſtin. 7. nemo. & quia Deus ſæpe aliquid promittit quod poſtea mutat. ſi videt homines negligentes, vt de pœ. diſt. 1. prædixerat. & tamen ſi non proſunt illi pro quo oratur, proſunt ſaltem oranti: iuxta illud: Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Io.

Luc. 22.

d ¶ *Negligenda.*] de pœn. diſt. 7. nemo.

mẽtorum, qui eorum factis non conſenſerint, obfuturos. Cũ vero eis per quos eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos, aut nefarios exercẽdæ, tunc rurſus, ne ſocordia, ſegnitiaq; dormiam[*], aliis aculeis preceptorũ, quæ ad ſeueritatem coercitionis † pertinent, excitãdi ſumus, vt greſſus noſtros in via Domini ex vtriſq; teſtimoniis illo duce, atq; adiutore dirigentes, nec patientiæ [a] nomine torpeſcamus, noc obtẽtu diligentiæ ſæuiamus.

a ¶ Deſtituendam.] *Apud B. Auguſtinum legitur*, inſtituendam putant eccleſiã. & diſciplinam: *ſed ceteri collectores cum Gratiano concordant. Multa vero alia ex illis, & originali in toto hoc capite ſunt reſtituta.*

Itẽ contra epiſtolam Parmeniani, lib. 3. c. 2.

¶ Leuius occulta, ſeuerius autem punienda ſunt ab eccleſia delicta manifeſta. C. XIX.

1 CVm quiſq; fratrum, id eſt Chriſtianorum intus in eccleſiæ ſocietate cõſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehẽſus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc, vbi periculum[b] ſchiſmatis nullum eſt. *& infra.* ¶ Quando ita cuiuſque crimen notum eſt omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſsit ſchiſma contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ.

Eſt & alia cauſa, qua correptio verberum, vel verborum videtur eſſe inutilis. vel ſuperflua, Prædeſtinati enim ad vitam ſine correptione mutantur: ſicut Petrus. quem Dominus reſpiciens nemine corripiente commonuit ad lachrymas, Præſciti ad mortem inter flagella deteriores ſiunt: ſicut Pharao. Bonis egro ſuperflua, damnandis hæc inueniuntur eſſe inutilia. His ita reſpondetur auctoritate Gregorij, & Auguſtini. Auguſtinus enim in libro de correptione. & gratia, ca. 5. ſic ait.

¶ Sicut ab oratione ceſſandum non eſt, ſic nec à correptione. C. XX.

SIcut non eſt ab oratione[c] ceſſandum pro eis, quos corrigi volumus, etiã ſi nullo hominũ orante pro Petro Dñs reſpexit eum, & fecit eum ſuum peccatũ flere, ita non eſt negligenda[d] correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam nõ correptos faciat eſſe correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miſeretur, atq; adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam ſine correptione proficere.

OBtineri] CASVS. Dicitur. in hoc c. quod quæ prædeſtinata non ſunt, precibus obtineri non poſſunt. Sed etiam quæ prædeſtinata non ſunt, ſæpe precib. obtinentur, ſi ea ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Et quod aliqua ita ſint prædeſtinata, oſtendit à maiori: quia ipſum regum cæleſte ſic eſt multis prædeſtinatum, vt precibus obtineatur & labore.

e ¶ *Poſtulando.*] Nec ideo voluit Dominus ſuſcitare quartum mortuum, quia non fuit pro eo petitum, vt ĩ. de pœ. diſt. 1. §. ex his itaque. verſi. Chriſtus quoque.

NAbuchodonoſor.] CASVS. H. hunc caſum ſic ponit, & ſic mihi videtur melius quam Bene. Dicitur in hoc ca. quòd quidã pe flagella Dei emendantur: quidam vero deteriores ſiunt. Et hoc oſtendit per Nabuchodonoſor, qui flagellatus à Deo pœnituit, & reſtitui ſibi regnum promeruit. & per Pharaonem, qui flagellatus à Deo non pœnituit, ſed magis induratus fuit, & tandem periit ſubmerſus. vnde Auguſt. quærit quare hæc diuerſitas fuit inter eos. ſcilicet quod ex eodem medicamento, & ab eodem confecto & dato vnus eorum ſaluatus eſt, & alter periit. & ſupponit hoc ideo eſſe, quia vnus illorum pœnituit inter flagella, alius vero indurauit libero arbitrio. Bene. vero ſic caſum illum ponit. Quidam diſputans cum Aug. quærit ab eo cauſam, cum Deus ſit vnus creator bonorum & malorum hominum, cur ſaluet vnum & non alium: cum omnes ſaluare poſsit. Et reſpondet Auguſt. nullam aliam cauſam eſſe, niſi quia ſic Deo placet: & hoc oſtendit per exempla duorum regum, ſcilicet Nabuchodonoſor & Pharaonis, quia licet æqualis conditionis fuerint, vnum tamen ſaluauit, alium non.

2 Burc. l. 20. cap. 19. Iuo p. 17. c. 32.

† al. pro

Dan. 4. Exod 5. vſq; ad 15.

† alterm ſaporante corde

1. Cor. 2.

f ¶ *Accepit*] Argumen. quòd depoſitus poteſt reſtitui, vt de pœnit. diſtinct. 6. capitu. primo. in fin. & 3ĩ. quæſtione nona. ſententiam. & cap. Gregorius. Item eſt hoc argumen. ad quæſtionem illam quòd. depoſitus reſtitutus præferendus ſit ſubſtituto, vt octaua, quæſt. vltim. capit. vltim. Argumẽ. contra 7. quæſt. 1. eos qui licet determinata videtur, extra de ſim. ex inſinuatione. Ioan. De hoc quid iuris ſit in quæſtionibus notaui. B.

† al. item.

g ¶ *Rationem.*] Argu. quod de ſingulis non eſt ratio reddenda, vt ĩ. c. quæ. de Tyriis. & de pœn. diſt. 4. ſi ex bono. Argu. contra 68. diſt. cor epiſcopi. & 24. q. 3. ſi habes.

h ¶ *Odor.*] bonus odor Chriſti eſt prædicatio bonorum[a].

a Sic ext. de ſi. vnct. §. 2 ver. de odore vbi iſta auctoritas exponitur.

Gregorius vero in dialogo. lib. 1. c. 8.

¶ Soli prædeſtinati ſaluantur, qui in poſtulando ſuo labore meruerunt. C. XXI.

2 OBtineri nequaquam poſſunt, quæ prædeſtinata nõ fuerunt. Sed ea, quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Nam ipſa quoque perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita, vt ad hoc electi ex † labore perueniant: quatenus poſtulando[e] mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſæcula diſpoſuit donare.

Item Auguſtinus in libro de prædeſtinatione, & gratia, c. 15.

¶ Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emẽdantur. C. XXII.

NAbuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rurſus accepit[f]? Pharao autem ipſis flagellis eſt durior effectus, & periit? Hic mihi rationem[g] reddat, qui diuinum conſilium nimium alto † ſapientique corde diiudicat: cur medicamentum vnius medici manu confectum alij ad interitum, alij valuerit ad ſalutẽ: niſi quia Chriſti bonus odor[h] aliis eſt odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quantum ad cauſam ambo captiuum populũ Dei poſsidebant. Quantum ad pœnam, ambo flagellis clemẽter admoniti. Quid ergo fines eorũ fecit eſſe diuerſos, niſi quod vnus manum Dei ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ĩgemuit: alter libero cõtra Dei miſericordiſsimam veritatem pugnauit arbitrio.

Idem. †

C. XXIII.

Vlpſa.

¹Vaſis iræ nūquam Dei redde interitum: ſi non ſpōtaneum[a] inueniretur homo habere peccatum: quia nec Deus peccāti homini iuſte inferret iram, ſi homo ex prædeſtinatiōe[b] Dei cecidiſſet in culpā. *Idem.* ¶ Prædeſtinationē Dei ſiue ad bonū, ſiue ad malum in hominibus operari ineptiſsime dicitur, vt ad vtrumque homines quædam neceſsitas videatur impellere: cum in bonis voluntas ſit intelligēda non ſine gratia, in malis autē voluntas intelligenda ſine gratia. Cum[c] vero aliquos[d] à Deo aut traditos[e] deſideriis ſuis, aut obduratos legimus[f], aut relictos, magnis peccatis ſuis hoc ipſos meruiſſe, profitemur: quia talia eorū crimina præceſſerūt, vt ipſi ſibi pœnas debuerint, q̄ eis etiā ſupplicium verterent in reatū. Atq; ita nec de iudicio Dei querimur, quo deſerit meritos deſeri, & miſericordiæ ei⁹ gratias agimus, qua liberat non meritos[g] liberari. Vires itaque obedientiæ nō ideo cuiquam ſubtraxit, quia eū non prædeſtinauit: ſed [Ideo †eum non prædeſtinauit] quia receſſurum ab ipſa obediētia eſſe præuidet. ¶ Prædeſtinatio igitur Dei ſemper in bono eſt, quæ peccatum ſola hominis voluntate commiſſum, aut emittendum nouit cū laude miſericordiæ aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In malis autem operibus noſtris ſola præſcientia Dei intelligēda eſt: quia ſicut præſciuit, & prædeſtinauit quæ ipſe fecit[h], & vt faceremus, dedit, ita præſciuit tantum, nō etiā prædeſtinauit, quæ nec ipſe fecit[i], nec vt faceremus[*], exegit. Hi autem, de quibus dicitur[k] [²Ex nobis exierunt, ſed nō fuerunt ex nobis[l]: Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum] voluntate exierunt: voluntate ceciderunt: & quia præſciti ſunt caſuri, nō ſunt prædeſtinati. eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri, & in ſanctitate, ac veritate manſuri. Ac per hoc prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi,[m] nemini eſt cauſa labendi.

¶ In pleriſque vetuſtis caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, & in titulo eſt, Item, *non,* Idē, *eſt autem confectum ex locis indicatis. Fulgentij, Proſperi, B. Auguſtini.*

Non ergo neceſsitatem facit correctionis, vel obdurationis diuina prædeſtinatio, ſeu præſcientia, cum boni per gratiam corriguntur, & libero arbitrio mali pereunt. Neque enim quia prædeſtinatio, ſeu præſcientia Dei falli[n] non poteſt neceſſario eueniunt, quæ prædeſtinantur, vel præſciuntur, ſicut nec neceſſario prædeſtinantur, vel præſciuntur, quæ futura ſunt, ſed quia bona abſque eius gratia, mala præter eius ſcientiā euenire non poſſunt. ¶ Quamuis[o] ergo conuenienter dicatur, ſi hæc prædeſtinata ſunt, vel præſcita, neceſſario euenient: non tamen ideo abſolute verum eſt, neceſſario euenient, quæ prædeſtinata ſunt, vel præſcita, quia hic neceſsitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præſcientiæ. Vnde Auguſtinus [³ Duæ enim ſunt, inquit, neceſsitates, ſimplex vna, veluti qua neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales: altera cōditionis, vt ſi aliquē ambulare quis ſcit, eum ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſque eſſe nouit, id eſſe aliter, quàm notum eſt, nequit.[p] Sed hæc minime ſecum illā ſimplicē trahit. Hanc enim neceſsitatem non propria facit natura ſed conditionis adiectio. Nulla enim neceſsitas cogit incedere voluntate gradientem: quamuis enim tunc, cum graditur, incedere neceſſarium ſit. Eodem igitur modo, ſi quid prouidentia præſens videt, id neceſſe eſt eſſe, tametſi nullam naturæ habeat neceſsitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniunt, præſentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum

1 Fulgētius. l. 1. ad Monymum Burc. l. 20. cap 35. Iuo p 17 c. 46 Proſper. i reſp ad capitula Gallorum, c. 6.

2 idē ad obiect. Vincentianas c. 12. & Augu. ad artic. ſibi falſo impoſitos art. 12.

3 ſentētia in lib. de prædeſtinōe Dei. Burch. l. 20. cap. 21. Iuo p. 17 c. 3.

ibid. c. 11.

idem c. 12.

† abſunt ab ori. idē c. 14. & Sent. 6. ad c Gallorum. idē Sent. 15.

Vaſis iræ.] CASVS. Quidam dicunt, quòd prædeſtinatio Dei, vel præſcientia eſt cauſa quare quis neceſſario faciat bonum vel malum. & ideo facit homo malum, quia eſt præſcitus, & bonum quia eſt prædeſtinatus, & bonarum & malarum rerum Deus eſt cauſa. Sed Aug. reſpondet dicens hoc eſſe falſum: quia ſi ex præſcientia neceſſario quis peccaret, iniuſte Deus puniret delinquentem: ſed dicit bonos volūtate ſua facere bonū: non tamen ſine gratia Dei: malos autem dicit ſua auctoritate peccare, cum ſint ſine gratia Dei. Et hoc probat auctoritate Ioannis Euangeliſtæ in epiſt. ſua. vnde potius debent ſuis peccatis imputare, quàm de iudicio Dei conqueri, quod deſerit meritos deſeri: cui gratias agimus, quia liberat non meritos liberari: nec imponit alicui neceſſitatem, nec ſubtrahit cuiquam poteſtatem obediendi, eo quòd non eſſet prædeſtinatus: ſed ideo non fuit prædeſtinatus, quia Deus eum receſſurum ab obedientia præuidit. Poſtea aſsignat differentiam inter prædeſtinationem & præſcientiam: quia prædeſtinatio eſt tantum de bonis, præſcientia tātum de malis. & not. quod vnum quandoque ponitur pro alio. Item not. quòd auctoritas Ioannis Euangeliſtæ incipit ibi, *Ex nobis exierunt* & durat vſque ibi, *vtique nobiſcum* & eſt circa finem.

a ¶ *Non ſpontaneum*] De hac materia notatur 23. q. 1. §. 1. & 2. c. merito.

b ¶ *Ex prædeſtinatione*] Argum. quòd non poteſt quis arguere factum cuius auctor ipſe fuit. vt 28. diſtin. diaconi. ext. de cle. côiu. diuerſis. Ioan.

c ¶ *Cum vero.*] Sic ergo bona quæ facit homo, per Deum facit: mala quæ facit, non facit per Deum: ** quia Deus non eſt auctor mali. Sed ne crederet aliquis quòd Deus operetur etiam malum: quia legitur q̄ Deus tradidit Romanos in deſideria carnis, & quòd obdurauit cor Pharaonis, & quod reliquit Tyrios & Sydonios in peccatis ſuis, ideo oſtendit qualiter hoc intelligatur.

** Deus non eſt auctor mali.

d ¶ *Aliquos*] ſcilicet Romanos.

e ¶ *Aut traditos.*] ** tradere dicitur hominem peccato quando permittit ipſum peccare, vel quia ſubtrahit ipſi gratiam.

** Deus quō diceretur traderet hominē peccato.

f ¶ *Legimus*] in epiſtola ad Romanos[a]. & in Exodo[b], & in Euangelio Matthæi de Tyriis & Sydoniis.

a 1. c.

b c. 7. & 8.

g ¶ *Non meritos.*] ex hoc patet, quod primam gratiam nemo meretur, vt j. de conſe. diſt. 4. gratia. & c. placuit vt quicunque.

h ¶ *Fecit.*] ſcilicet bona.

i ¶ *Fecit.*] ſcilicet mala.

k ¶ *Dicitur.*] in epiſtola Ioannis.

l ¶ *Ex nobis*] quantum ad prædeſtinationem.

m ¶ *Standi.*] ſed nonne iam dixit, quod prædeſtinatio non eſt cauſa quare homo faciat bonum, ſed potius bonum quod facit, eſt cauſa prædeſtinationis? ** Sed dicas hic prædeſtinationem appellari Deum prædeſtinantem. Nam nemo poteſt venire ad me niſi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic quòd prædeſtinatio non eſt cauſa efficiēs, ſed eſt cauſa ſine qua non fit. Item ſi vere volumus loqui, non eſt concedendum quòd futura bona ſint cauſa prædeſtinationis: quia ex hoc ſequeretur, quòd cauſa eſſet poſterior ſuo cauſato. Itē quid quid Deus prædeſtinauit, ab æterno prædeſtinauit. ſi ergo prædeſtinatio eſt æterna, ergo non habet cauſam ſuæ generationis. non ergo futura ſunt cauſa eius. Item ſi quid eſſet cauſa generationis eius. ergo eius oppoſitum eſſet cauſa corruptionis eius. ſed impoſsibile eſt eam corrumpi, vel deſinere eſſe: quia ſi corrumperetur vel deſineret eſſe, ergo poſt hoc inſtans non eſſet. ergo ſi modo non eſt, numquam fuit. Nam bene ſequitur, ſi fuit prædeſtinatum, ergo prædeſtinatum eſt, & ſemper erit prædeſtinatum. Ioan.

** prædeſtinatio eſt Deus prædeſtinans.

NON ERGO NECESSITATEM. CASVS. Dictum eſt ſ. in c. vaſis. quòd de ſola voluntate bonum cum gratia procedit, & ſola voluntate ſine gratia malum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Grat. quod prædeſtinatio, vel præſcientia non eſt cauſa, qua quis neceſſario faciat bonum vel malum, cum ex voluntate vtrumque procedat. Nam licet præſcientia vel prædeſtinatio Dei falli non poſsit, non tamen neceſſario eueniunt ea, q̄ prædeſtinantur, vel præſciuntur, ſicut nec neceſſario præſciuntur, vel prædeſtinātur: & ideo præſciuntur, vel prædeſtinātur, quia bona abſq; gratia eius, mala vero præter eius conſcientiam euenire non poſſunt. Poſtea ponit quandam argumentationem, dicens, quod quamuis hæc propoſitio ſit neceſſaria, ſi hæc prædeſtinata ſunt, vel præſcita, neceſſario euenient, nec tamen ideo recte & ſimpliciter concluditur, ergo neceſſario eueniunt quæ prædeſtinata ſunt, vel præſcita: quia in propoſitione neceſsitas refertur ad diuinæ præſcientiæ intuitum, in concluſione vero refertur ad rerum euentum. & ad hanc concluſionem probandam inducit auctoritatem Auguſtini, in qua ponit duas neceſsitates, vnam ſimpliciter, ſiue ſimplicem, & aliam conditionalem. vnde ponit duo exempla, de ambulante, ſc. & de vidente. *Prouidentia.* poteſt hoc intelligi de homine vidente, vel de prouidentia diuina vidēte præſentionaliter. ſed intelligatur coniunctum, vel ſic, neceſſe notat modū re inſequendi, & non conſequētis.

n ¶ *Falli*] hæc argumentatio non valet: Deus præuidet aliquid, & aliter poteſt euenire: ergo prouidentia Dei eſt fallibilis.

o ¶ *Quamuis.*] ** ad huius §. intelligentiam, nota quòd omnes tales locutiones ſunt duplices, ſi Deus præuidit aliquid, neceſſario illud eueniet: quia ſi hæc dictio, neceſſario, determinat totalem conſequentiam, locutio eſt vera, & tunc talis eſt ſenſus in conſequentia, ſi Deus præuidit aliquid, illud euenire eſt neceſſarium. Si autem hæc dictio neceſſario, determinat ipſum conſequens, eſt falſa. Similiter hæc eſt duplex, neceſſarium eſt Socratem ambulare cum ambulat: quia ſi intelligatur compoſita & de dicto, vera eſt. ſi de re, eſt falſa. Similiter hæc eſt duplex, neceſſarium eſt hoc euenire quod Deus præuidet, de dicto eſt vera, de re eſt falſa. Illud enim quod Deus præuidet, non eſt neceſſarium euenire. Et nota quòd talis argumentatio non valet, ſi Deus præuidit aliquid, neceſſario illud eueniet: ergo ſi Deus præuidit aliquid, neceſſarium eſt illud euenire, quia modo hæc dictio, neceſſarium, non poteſt determinare ipſam conſequentiam, ſed tantum conſequens[c].

** ſi Deus prouidit aliquid neceſſario illud eueniet habet duplicē ſenſum.

c ſub nō ſcilicet relatiōe ad ātecedēs, ſc. per ſe conſiderata.

d ſub quidē eſt, ſc. dicto ſic cōpoſito facta, i. relatiōe cōſequentis ad ātecedēs.

p ¶ *Nequit.*] vera eſt, ſi intelligatur de dicto[d].

HIS

HIS OMNIBVS. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd mala noſtræ voluntati adſcribuntur. Nunc vero dicit Gratianus, quòd indignationi diuinæ adſcribuntur, quod probat per duo capitula ſeq.

CVM SVPERNA. CASVS. Oſtendit hic Gregor. quod ex quo ſemel Deus alicui ab intimis iraſcitur, eius indignationem pœnitentia vel oratione non remouebit. Et hoc probat exemplo Moyſi, qui licet in deſerto reatum populi apud Deum terſerit, tamen propter hoc, quia ad petram Oreb veniens de aquæ exhibitione diffidit Domino ſibi iraſcente, terram promiſsionis ingredi non potuit.

a ¶ *Plebis.*] Hiſtoriam habes 45. diſt. diſciplina.

1li.9. Moral. c.12.

b ¶ *Oreb*] Hiſtoriam habes de pœn. diſt. 2. §. oponitur.

c ¶ *Iraſcente.*] intelligas tamen quod quàtum ad temporalem pœnam poteſt ira Dei eſſe commutabilis: ſed quantum ad æternam non. 22. quæſt. 4. incommutabilis.

Exod. 32.

Num. 14.

DE TYRIIS. CASVS. Quidam aſsignabant rationem quare Deus non ſaluauit Tyrios & Sydonios cum credidiſſent, ſi talia ſigna virtutũ vidiſſent, qualia apud Iudæos non credentes facta fuerunt. vel ſimpliciter quærebant ab Auguſtino rationem diuerſitatis. Auguſtin. vero deridet eos, dicens quòd non eſt alia ratio, niſi quia non fuit eis datum deſuper vt crederent: tamen quidquid dixit Deus vel fecit, totum verum fuit & iuſtum: qui non ſolum Tyrios & Sydonios potuit ſaluare, ſed etiam Corozain, & Bethſaida: & ille Deus qui dixit per prophetam Oſeam Iudaicæ plebi: Ego ſepiam vias tuas ſpinis, & adimam tibi facultatem peccandi, ille idem Deus etiam dixit damnandis per Pſalmiſtam: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.

Matt. 11.

† al. docet

† al. etiam

Matt. 11.

Oſeæ 2.

Pſal. 34.

d ¶ *Vt crederent.*] præſente Domino, ſed poſtea crediderũt ad prædicationem Apoſtolorum.

e ¶ *Si rationem.*] eodem modo videtur dicendum, quod ſi papa aliquid facit quod videtur iniuſtũ, vbi nos rationem nõ poſſumus aſsignare, quòd nihilo minus illud iuſtum ſit. 17. q. 4. §. qui autem.

f ¶ *Prophetam*] Oſeæ.

g ¶ *Vias*] id eſt, actiones.

h ¶ *Spinis.*] id eſt, compunctionibus.

i ¶ *Lapidibus quadris.*] id eſt, virtutibus quattuor, vel doctrina quattuor Euangeliorum.

SED IN HIS. CASVS. Dicit Grat. hic quod in omnibus malis arbitrium noſtrum eſt in culpa, q̃d arbitrium Deus vertit in electis ad bonũ, in damnãdis vero relinquit ad malum. ſed quia neſcimus qui peccatores ſint damnandi, vel qui ſunt ſaluandi, omnes indifferenter debemus corrigere, ad inſtar medici, qui licet ſciat hominem vltra terminum a Deo præfixum non victurum, tamen languentibus omnibus indifferenter medetur, cum ipſe medicus ignoret quando & qua ægritudine ſunt morituri. Et ad hoc inducit ſeq. c.

relata diuinum neceſſaria ſunt per ¹ *diſpoſitionem diuinæ notionis. Per ſe vero conſiderata abſolutam* ⁶ *naturæ ſuæ libertatem non deſerunt. Fient igitur proculdubio, cuncta, quæ futura Deus eſſe prænoſcit: ſed eorum quædam de libero proficiſcuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant, exiſtendo tamen naturam propriam non amittant, quæ prius quàm fierent, etiam non euenire potuiſſent.*

¶ *His omnibus mala noſtra libero adſcribuntur arbitrio, cum alibi diuinæ adſcribantur indignationi. Vnde Gregorius.*

[¹ *Cum ſuperna indignatio ſeſe, vt ita dixerim, medullitus mouet, hanc oratio, vel oppoſitio humana non remouet: nec ſe cuilibet vtiliter deprecatio obiicit, cum ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcendo diſponit. Hinc eſt enim, quòd Moyſes, qui reatum totius plebis* ᵃ *apud Dominum ſuis precibus terſit, dumque ſe obicem obtulit, diuinæ iracundiæ vim placuit, ad petram Oreb* ᵇ *veniens, & pro aquæ exhibitione diffidens, repromiſsionis terram ingredi Domino iraſcente* ᶜ *non potuit.*] ¶ *Item Auguſtinus* [*De* ⁷ *Tyriis vero, & Sydoniis quid aliud poſſumus dicere, quam non eſſe eis datum vt crederent* ᵈ, *quos etiam credituros fuiſſe ipſa veritas dicit* † *ſi talia, qualia apud non credentes facta ſunt, virtutum ſigna vidiſſent? Quare autem hoc eis negatum fuerit: dicant, ſi poſſunt, qui calumniantur: & oſtendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant: fecerit: & apud eos, quibus profutura erant, non fecerit. Nos etenim* † *ſi rationem* ᵉ *facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non poſſumus, manifeſtiſſime tamen ſcimus, & verum eſſe quod dixit, & iuſtum eſſe quod fecit: & non ſolum Tyrios, & Sydonios, ſed etiam Corozaim, & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc in eis voluiſſet Dominus operari. Neque enim vlli falſum videri poteſt, quod Veritas ait* [*Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.*] *Itẽ, qui per prophetam* ᶠ *Iudaicæ plebi promiſit* [*Ecce ego ſepiam vias* ᵍ *tuas ſpinis* ʰ, *& muniã eas lapidibus quadris* ⁱ] *id eſt, adimam tibi facultatẽ peccandi: idem per pſalmiſtam de damnandis dixit.* [*Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricũ, & Angelus Domini perſequens eos.*] *Sed in his omnibus vitia noſtra humanæ adſcribuntur mentis arbitrio, quod diuina clementia in electis miſericorditer vertit ad bonum, in dãnandis iuſte relinquit ad malum. Sicut ergo, quamuis certiſſime ſciamus neminem vltra terminum à Deo ſibi præfixum eſſe victurũ, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur, ſic quamuis nemo ſoluetur, niſi prædeſtinatus ad vitam, omni tamen delinquenti eſt adhibenda correptio: nec malorum eſt negligenda diſciplina.*

Vnde idem Auguſtinus ait epi. 50. Bonifacio.

a ¶ Duæ ſunt.] *Hæc a Burchardo, & Iuone citantur ex B. Auguſtino in lib. de prædeſtinatione. Et ſententia habetur copioſe explicata in libello de prædeſtinatione Dei inter opera B. Auguſtini, tomo 7.*

6 ¶ Abſolutam.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur,* ab abſoluta libertate nõ deſinunt.

7 ¶ De Tyriis.] *Simillima his leguntur apud B. Auguſtinum, in libro de bono perſeuerantiæ c. 14. Eadem vero fere ſunt apud Proſperum ad excepta Linuenſium in reſpon. ad dubium 8. fine 9.*

¶ Non ſemper in eos, qui peccant, vindicta eſt exercenda. C. XXIIII.

² IPſa pietas, veritas, charitas nos non permittit contra Cęcilianum eorum hominũ accipere teſtimonium, quos in eccleſia non videmus, cui Deus perhibet teſtimonium ᵏ. Qui enim diuina teſtimonia non ſequuntur, pondus humani teſtimonij perdiderũt ˡ. *Item infra.* ¶ Moleſtus ẽ medicus furẽti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo: ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo crudelitas eſt. *Item infra.* ¶ Si per † poteſtatem ᵐ, quam per religionem, ac fidẽ ⁿ regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit ³ eccleſia, hi, q inueniũtur in viis, & in ſepibus, id eſt in hæreſib⁹, & ſchiſmatibus, cogũtur intrare ᵒ, nõ quia coguntur, reprehẽdant, ſed quare † ᵖ cogantur, attendant. Conuiuiũ Domini vnitas eſt corporis Chriſti, non ſolum in ſacramẽto altaris, ſed etiam in vinculo pacis. *In eadem infra.* ¶ 4 Theodoſius ᵃ Imperator legẽ ᑫ generaliter in oẽs hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorum epiſcopus, vel clericus, vbilibet eſſet ĩuentus, decẽ libris auri mulctaretur. *Item infra.* ¶ Si duo ʳ aliqui ĩ vna domo habitarent, quam certiſsime ſciremus eſſe ruituram, nobiſque id prænuntiãtibus nollent credere, atque in ea manere perſiſterent. Si eos inde poſſemus eruere ᵇ vel inuitos, quibus imminentem illam ruinã poſtea demonſtraremus, vt redire vlterius ſub eius periculum non auderent, puto, niſi faceremus, nõ ĩmerito crudeles iudicaremur.

IPſa pietas.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. par. dicitur, quod quidã hæretici volebant accuſare vel teſtificari cõtra Cæcilianum virum honeſtum. ſuper hoc, Bonifacius Papa conſuluit Auguſtinum, vtrum fieri poſſet, & reſpondet quòd non. & hoc ſit eis vt corrigatur & reuertantur ad eccleſiam matrem, & quòd bonum ſit eis corrigi: & quod non ſit deſiſtendum a correctione, & diſciplina malorum, probat quinque exemplis, ſ. medici, patris domini, Imperatoris Theodoſij, & eripientis homines de domo ruitura. In 2. part. reſpon. cuidam quæſtioni Donatiſtarum dicentium, Vos, vultis vt redeamus, ſed non poſſumus retinere dignitates noſtra. Et reſpon. Aug. hoc verum eſſe de iure: aliquando tamen ſecus fit diſpenſatiue, & præcipue vbi ſcandalum timetur, quia ſicut ſunt duo genera inſerendi arbores, ſic ſunt duo genera recipiend hæreticos. Secũda pars incipit ibi, *Item ſi inquiunt.*

k ¶ *Teſtimonium.*] in hoc quod eſt mortuus in vnitate ᵃ eccleſiæ. ſed quidam hæretici volebant cũ poſt mortem accuſare de hæreſi, vt 24. qu. 2. ſane profertur. verſ. item ſi vera ſunt. ſed non erant recipiendi etiam in crimine hæreſis, cum ille bonæ opi. fuit, vt 2. q. 1. in primis. hæreticus autem bene reciperetur contra hæreticum, vt 2. q. 7. ſi hæreticus. Ioan.

l ¶ *Perdiderunt.*] 1. qu. 7. non poteſt. Ioan.

m ¶ *Poteſtatem.*] quam nõ habebat eccleſia, cum & nouella adhuc eſſet. ſed poſtea quando cœpit dominari principibus, vt ĩ. c. diſplicet. & c. non inuenitur.

n ¶ *Ac fidem*] eccleſiæ conſeruandam.

o ¶ *Intrare.*] id eſt, redire ad eccleſiam.

p ¶ *Sed quare.*] q. d. non eſt conſiderandum q̃d fiat: ſed qua de cauſa fiat, vt ĩ. e. q. 8. occidit & ff. de fur. verum ſimiliter non eſt conſiderandum quid fiat, ſed quo animo fiat, vt 15. q. 6. c. 1. in fi. q. d. cogantur ire ad conuiuium ipſorum, ſ. ad conuiuium de quo agitur in Euangelio 56. di. ſponſus. 3. e. cum in lege.

q ¶ *Legẽ.*] quam habes. C. de hær. Ariani.

r ¶ *Si duo*] Tres enim ponit caſus. Primo ſic: duo ſunt in domo ruitura: & ambos poſſumus liberare: ad hoc tenemur ᵇ, licet ſint inuiti. Secũdo ſic: duo ſunt in domo vna: & ſi vnũ liberamus, alter vult ſe necare. Tertio ſic, multi ſunt in domo vna, & nõ niſi vnus liberari põt

2 Pol. l. 7. ti. 5. Anſel. l. 12. c. 64.

† poteſtate] orig.

3 ĩ. q. 6. ſciſmatis.

† quo] orig.

a Et ſecũdũ hoc expõe phibet teſtimonium ex hoc, l. q̃ndẽ traditam à Deo habuit & ſeruauit, & dic cui, ſ. Cæciliano.

4 C. Theod. l. 16. tit. 5. c. 21. & 65.

b Et niſi faceremᵘ crudeles iudicaremur, vt ĩ. legitur ibi puto. &c. ex hoc q. dã dicũt hoc eſſe clarum q. q. liber tenetur aliũ a morte ſpali liberare ſi pt. ĩ. e. q. 3. non inferenda. vide de hoc. Arc.

a ¶ Porro

3 OFficia vindictæ[e] poſſunt impleri bono animo: quomodo lex[f], quomodo iudex.[g]

Item ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Non eſt iniquus, ſed humanus, qui crimen perſequitur, vt hominem liberet. C. XVII.

4 NOn eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate deuinctꝰ, qui propterea eſt criminis[h] perſecutor, vt ſit hominis liberator.

Idem in eadem epiſtola.

¶ Quare ſint inſtituta regia poteſtas & legalia tormenta. C. XVIII.

5 NOn fruſtra[i] ſunt inſtituta poteſtas regis, & cognitoris iꝰ, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris: habent omnia iſta modos[k] ſuos, cãs[l], rationes[m], vtilitates[n]: hæc cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuũt boni.

Idem ibidem.

¶ Nonnunquam potius peccat, qui cauſam mortis præbet, quàm ille qui occidit. C. XIX.

6 CVm homo ab homine occidit, multũ diſtat, verũ fiat nocẽdi cupiditate, vel iniuſte aliquid auferendi (ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone) ã vlciſcẽdi, vel obediendi ordine (ſicut à iudice, ſicut à carnifice) an euadendi, vel ſubueniẽdi neceſsitate, ſicut interimitur latro[o] à viatore, hoſtis à milite. ¶ Et aliquando, qui cauſa mortis fuit, potius[p] in culpa eſt, quã ille, qui occidit: velut ſi quiſpiam decipiat fideiuſſorẽ ſuum, atque ille pro iſto legitimũ ſupplicium[q] luat. Nec tamẽ omnis, qui cauſa alienæ mortis eſt, reus eſt. Quid ſi enim, quiſquã ſtuprũ petat, ſeſeque ſi nõ impetrauerit interimat? Quid, ſi filius timẽs patris pia verbera, ꝑcipitio pereat? qđ ſi aliꝰ homine liberato, vel, ne alius liberetur, ſibi ipſe mortẽ inferat? Num propter iſtas alienarum mortiũ cauſas aut ſceleri cõſentiendũ eſt, aut vindicta peccati, quæ non fit nocendi, ſed corrigẽdi ſtudio, etiam paterna collẽda, aut opera miſericordiæ cohibẽda ſunt? Hæc cũ accidũt, debemus eis humanum dolorem, nõ propter illa, ne accidant, recte factorum reprimere voluntatem.

Itẽ Iſidorꝰ libro tertio ſẽt. de ſũmo bono, c. 53.

¶ Quod ſacerdotes efficere docendo non valent, diſciplinæ terrore poteſtas extorqueat. C. XX.

7 PRincipes[r] ſæculi nonnunquam intra eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenẽt, vt ꝑ eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Ceterũ intra eccleſiam[s] poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi, vt quod nõ præualet ſacerdos efficere ꝑ doctrinæ ſermonẽ, poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terrorem. Sæpe per regnum, terrenũ, cæleſte regnum proficit: vt qui intra eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam eccleſiæ agunt, rigore

tus eſt, alius ſe occidit. Secunda quæſtio incipit ibi, *Et aliquando.*

o ¶ *Latro*] "Furem nocturnum licet occidere: ſed diurnum non, niſi telo ſe defendat, vt ext. de hom. ſi perfodiens. ſi autem fur nocturnus poterat deprehendi ſine læſione, tenetur ille qui eum occidit, vt ff. de ſic. furem nocturnum." Item latronem inſidiantem in itineribus licet cuilibet occidere, vt C. quand. lib. vni. ſi. iur. ſe vin. l. 1. & 2.

" furem nocturnũ, ſʒ nõ diurnũ licet occidere

" Latronem inſidiantem in itinere lʒ cuilibet occidere.

p ¶ *Potius.*] ſ. prox. q. vlt. qui aliorum.

5 Iuo p. 10. c. 108.

p ¶ *Potius.*] ſic magis punitur conſulens quã faciens[b], vt ſ. prox. q. vlt. qui aliorum. & 86. diſt. tanta. Inquirendum etiã eſt quis primo cauſam mali præbuerit, vt C. ad l. Iul. de vi pu. ſi qui. & ff. ſi quadru. pau. feciſ. dica. l. 1. §. cum arietes.

b Arg. l. 1. §. ſi plures. & ibi Bar ff. de exer. & per Bal in l. 3. C. de ſer. fug.

6 Iuo ibid.

q ¶ *Supplicium*] ſed certe illud nullo iure[c] inuenitur, quòd ſi fideiuſſor poſſit occidi ſi non exhibet illum pro quo fideiuſſit, licet fideiuſſerit pro reo criminis. ſed ſi fideiuſſor ſine dolo reum criminis non exhibet, pecuniariter punitur. ſed ſi dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis, vt ff. de exhib. re. l. ſi quis reum. & C. ad Turpil. l. 2. potius ergo reſpicitur hic factum vel conſuetudo alicuius loci, quàm ius.

c Diuino & humano. l.

P*Rincipes*] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd principes ſæculi ad hoc ſunt inſtituti, vt eccleſiaſticam diſciplinam defendãt, vt quos ſacerdotalis ſermo non corrigit, coerceat ſæcularis poteſtas. De quo, ſi non fecerint, apud Deum reddituri ſunt rationem. Seq. ca. planum eſt.

r ¶ *Principes.*] Hæc quattuor c. ad hoc inducuntur, vt principes eccleſias defendant, & reos non permittant viuere.

7 Pol l. 6 ti. 1. Burch. l. 15. cap. 43. Iuo p. 16. c. 44.

s ¶ *Intra eccleſiam.*] " laici habent iuriſdictionem multipliciter intra eccleſiam. Quandoque in perſonis ipſis cum ſint incorrigibiles, vt 32. diſt. eos qui. & ſ. ea. q. de Liguribus. Item quandoque propter ambitionem alicuius, vt 79. diſt. ſi quis pecunia. Item cum fidem volunt ſubuertere, vt diſt. 8. quo iure. & ſ. e. cap. 1. & 17. diſtin. nec licuit. Item cum falſarius eſt clericus, vt exer. de cri. fal. ad falſariorum. Item cum & ſchiſma faciunt clerici, & cum contemnunt excommunicationem, vt infra ead. quæſt. de Liguribus. Item & vbicumque eccleſiaſtica poteſtas deficit, vt hic

" laici qñq; in clericos habent iuriſdictionem.

hic. Item & cum tribută petunt ab eccleſia, vt j. c. q. 8. conuenior.
a ¶ *Non prǽualet*] ſupra di. 96. duo. ſ. di. x. quoniam. ſ. 11. q. 1. illud.
b R *Es autem.*] ¶ *Confeſſionem.*] id eſt, ad eccleſias Chriſtum confitentes.[a]

a Quia ī eis Deū oram[9], & confitemur.

I *Neceſtuoſi.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̀ mali q̄ui per eccleſiam non poſſunt corrigi, volētes in ſuis criminib. perdurare, coerceri debent per brachium ſæculare.
c ¶ *In priſtinis*] ſ. 81. diſt. plurimos. Io.
R *Egum*] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. q̀ principes debent defendere vi oppreſſos & peregrinos, viduas & pupillos. Et hoc probat auctoritate Hieremiæ, quæ incipit ibi, *Nolite ò reges Iuda. Intulit*, ſcilicet Hieremias.
d ¶ *Oppreſſos.*] Hic videtur, q̀ ad iudicium ſæculare ſpectet defendere oppreſſos & viduas & pupillos, vt j. ca. ad miniſtratores. & ſ. c. q. 3. ab Imperatorib. & C. q̄n imper. inter pup. & vid. l. vnica. Sed cōtra j. 23. q. vi. ſi quis de potentibus. 87. di. deſolatis[b]. & ca. 1. & 2. & 12. q. 2. omnis ætas. Dic quòd ad vtrumque pertinet, potius tamen ad eccleſiam. extr. de for. compe. ex tenore.
e ¶ *In loco iſto.*] id eſt, in eccleſia. Ioan.

3 Pol. l. 1 tit. 17.

b Al. incipit, deſenſionis, & eſt 2 c. 2 & cap. l 2. c 43.

3 Burch 17. cap. 29. Iuo p. 9 c. 65.

IPSIS AVTEM. Hæc eſt 5. pars q. in qua magiſter probat, q̀ fides debet ſeruari principibus. & hoc probat per duo c. Io. de Fant.
CASVS. Grat. dicit q̀ principibus exhibere debemus fidem & reuerentiam. De fide tractat in c. ſi apud. de reuerentia in c. dicat.
S *I apud.*] CASVS. Oſtendit Hiero. hic, quod illi qui carnali domino in minimis fuerunt fideles, maiora præmia apud Deum conſequētur: quia ſeruant doctrinā domini, qui ſuæ conditioni impoſita non denegat. Non poteſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidem non exhibet.
f ¶ *Cōditioni.*] "Not. q̀ quilibet debet facere quæ ſuæ conditioni conueniunt, vt 93. di. legimus & 7. q. 1. ſi quis epiſcopus. & eſt hic ar. contra clericos, quib. diſplicet conditio ſua, qui comam volunt nutrire. extra de vita & hone. cler. clericus.
g ¶ *Qui contradictor*] ſ. 17. q. vlt. ſi quis ſeruum.

† *autem*] ori.

Hiere 7. "faciat quibet quæ ſuæ conueniunt conditioni.

4 † c. homicidar.

principum conterantur: ipſamq; diſciplinam, quā eccleſiæ humilitas exercere nō præualet[a], ceruicibus ſuperborū poteſtas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtutē poteſtatis impertiat. Cognoſcant principes ſæculi Deo debere ſe rationē reddere propter eccleſiam, quā à Chriſto tuendam ſuſcipiūnt. Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam credidit.

a ¶ Venerationem.] *In variis editionibus huius libri legitur*, & vt veneratione mereatur, virtute poteſtatis impertiat. *In concilio Pariſienſi ſub Ludouico, & Lothario lib. 2. ca. 2. vbi hoc refertur, legitur*, & vt venerationem mereatur, virtutem poteſtas impertiat. *Apud Iuonē vero (Nā Burchardi codex manifeſtum habet mendum) hoc modo*, & ſic venerationem meretur, vt virtutem poteſtatis impertiat.

Item Leo Papa, epiſt. 29. ad Pulcheriam Auguſtam.

¶ Et regia poteſtas, & ſacerdotalis defenda: auctoritas, quæ ad diuinam confeſſionem pertinent. C. XXI.

2 R Es autē humanæ aliter tutæ eſſe nō poſſunt, niſi quę ad diuinam confeſſionem[b] pertinēt & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas.

Item ex concilio Turonenſi 3. c. 41.[3]

¶ Sacerdotalis admonitio quos corrigere non valet, ſæcularis potentia corrigat. C. XXII.

3 I Nceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotū nolunt admonitionibus aurē accōmodare, volentes in priſtinis[c] perdurare criminib9: quos oportet per ſæcularis potentiæ diſciplinam à tā praua conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera ſacerdotū monita noluerūt reuocari.

Itē Hieronymus ſuper Hieremiā, ad cap. 22.

¶ Malos comprimere, & bonos ſubleuare, Regum officium eſt. C. XXIII.

R Egum officiū † eſt propriū, facere iudicium & iuſtitiā, & liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos[d], & peregrinō pupilloque & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Et, vt curam eis præceptorum Dei maiorem iniiceret, intulit, [Nolite cōtriſtare] vt non ſolū non eripiatis, ſed ne patiamini quidem per veſtram conniuentiam ab aliis cōtriſtari, [& ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto[e].] Homicidas enim, ſacrilegos, &c *& poſt pauca.* ¶ 4 Si, inquit, hæc feceritis ò Reges Iuda, tenebitis priſtinā poteſtatem.

5 *Ipſis autem principibus, & poteſtatibus* *fidem, & reuerentiam ſeruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.*

Vnde idem Hieronymus in epiſtolam ad Titum, c. 2. ad verſ. Serui dominis.]

¶ Aeterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam poteſtatibus ſeruare contemnit. C. XXIIII.

S I apud carnales dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora cōmitti. Ornat autem doctrinam Domini, qui ea, quæ cōditioni[f] ſuæ apta ſunt, facit: & è diuerſo confundit eam, qui non eſt ſubiectus in omnibus, cui conditio ſua diſplicet, qui cōtradictor[g], atque fraudator, in nullo fidem bonā oſtendit. Quomodo[h] enim poteſt fidelis eſſe, in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidē exhibere non potuit?

Item Ambroſius in lib. 1. de Patriarchis, id eſt de Abrahā, c. 3.

¶ Militaris diſciplina Regi omnia ſeruat. C. XXV.

D Icat† aliquis, cū ipſe vicerit quō dicit Abraham[i] ad regem Sodomorū, [nihil ſumam abs te,] cum præda vtrīq; in poteſtate victoris fuerit? Docet† militarem diſciplinam, vt regi ſeruētur omnia[k]. Sane his, qui ſecum fuiſſent in adiumentū fortaſſe ſociati, partē emolumenti tribuendam aſſerit, tamquam mercedē laboris. Ideoq; quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſiuit, à Deo accepit: ſicut legim9 ſcriptum, quia poſt hæc factum eſt verbum Domini ab Abraham in viſu dicens. [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.]

6 *Præterea ſicut principibus & poteſtatibus fidem & reuerentiā exhibere cogimur, ita ſæculariū dignitatū adminiſtratoribus, defendendorū eccleſiarū neceſſitas incūbit. Quòd ſi facere contempſerint, à communione ſunt repellendi.*

Vnde Ioannes octauus.

¶ Querimonias eccleſiarum, qui in dignitatibus agunt, attentius debent audire. C. XXVI.

5 A Dminiſtratores plane ſæculariū dignitatū, qui ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionē, rapaciumque refrænationē conſtituti eſſe proculdubio debent, quoties ab epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentius audiant, & ſecundum quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinent, & diligenti ſtudio corrigār. Quòd ſi Dei timorem præ oculis non habentes neglïgere poſt ſecundam & tertiā admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint communio-

h ¶ *Quomodo*] arg. ſ. 2. q. 7. non poteſt.
D *Icat.*] CASVS. Ambroſ. docet in hoc c. q̀ qui reuerentiam domino ſuo exhibet, à domino præmium reportabit. Et hoc probat exemplo Abrahæ: qui q̄n exhibuit reuerentiam regi Sodomorum cedendo ſibi prædam, quam ab inimicis receperat: præmium à Domino meruit.
i ¶ *Abraham.*] cum reuerteretur de cæde quattuor regum.
k ¶ *Omnia*] Hæc littera vr̄ ſibi contradicere in eo q̀ dicit hic q̀ regis ſint omnia, & ſ. dixit q̀ omnia ſint victoris. & ēt in Geneſ. dixit, non accipiam ex omnib. quæ tua ſunt. Ad hoc dicas q̀ Abraham non ſuberat iſti regi, nec d regno ſuo erat: & ideo præda erat in ſua poteſtate. alioquin ſi non fuiſſet ſua, non potuiſſet inde dediſſe decimas Melchiſedech: "ſed ſi ſub aliquo militetur, præda tota domini ē: ſed ipſe tenetur æqualiter diuidere ſecundum perſonarum qualitates, vt ſ. diſt. 1. ius militare. ſicut decimæ dantur epiſcopo vt eas diuidat. 12. q. 2. concesſo. quod ergo dicitur quòd de iure gentium noſtra ſunt quæ capimus in bello, vt ff. de acq. re. do. naturale. §. vlt. verum eſt quòd capientis eſt: ſed tamen tenetur domino dare, vt diuidat ſecundum merita hominum. Io. de Fan.

† *Dicat*] ori.

Gen 14.

" præda publica eſt dñi, ſub quo militatur

† *al. Docet*

Gen. 15

PRAETEREA. Hæc eſt 6. pars q. in qua probatur, quod principes tenentur eccleſiam defendere: aliàs excommunicentur. Io. de Fan.
CASVS Supra oſtenſum eſt quòd principibus & poteſtatibus fidem & reuerentiam exhibere debemus: nunc oſtendit Gra. q̀ vice verſa principes eccleſiam defendere debent: alioquin à cōmunione ſunt repellendi. Et ad hoc inducit ſeq. c.
A *Dminiſtratores.*] CASVS. Statuit Ioannes in hoc cap. quòd principes ſæculi, qui conſtituti ſunt ad malorum audaciam refrænandam, & ad tuitionem viduarum & pupillorum: quoties ſuper hoc admoniti fuerint ab epiſcopis, diligenter audire debent: & quæ corrigēda fuerint, corrigere: ſi autem poſt ſecundam & tertiam admonitionem fuerint negligenter

5 Anſl. 3. c. 107

negligentes:vſque ad dignam ſatisfactionem debêt à communione repelli.illa c.quæ ſequuntur vſque ad c.ſi audieris. plana ſunt per ſe.
a ¶ *Priuatos.*] Videtur ergo quod ipſo iure ſit excommunicatus princeps,qui non facit iuſtitiam clerico.

NOn *ſolum*] Hæc eſt 7. pars qu.in qua probat magiſter , ꝙ mali ſunt puniendi per iudices & per reges,& q̃ńq; occulto iudicio diuerſis modis, & tales vltores non peccant,dum tñ amore iuſtitiæ hoc faciant, & hoc probat per 24. c.lo de Fan.

1 Iuo p.10.c. 211. Pan l. 8 c.48.

b ¶ *Miniſter.*] ſimile 25. q.2.nec eis.[a]

a Et 2.q.3 au dıctor.

c ¶ *Fortitudines*] i.dæmones,& ita eſt bonũ, quod dæmones ſunt, vt j. e. §. vl.ſic bonum eſt,ꝙ hæretici ſunt. vt j.prox.ti o.vlt.c.vlt.

† al et

d QVi *malos.*] ¶ *Vaſa interfectionis*] idest , poteſtatem.

e ¶ *Miniſter*] & tales qui mittuntur ad puniendum malos , dicuntur abeſſe cauſa reipublicæ,vt ff.ex qui.cauſ. ma.qui mittuntur.§.q́ſitum.

2 Iuo p.10 c. 1 2.Pan l. 8 c 49.

† 2. ſunt ab orig.

f HOmicidas.] " Hic hes ꝙ homicidæ,& ſacrılegi,& venefici,capite puniũtur. de homicidis patet,vt de pœ.diſt. 1. ſi qs cum telo. De veneficis ſimiliter patet. vt ff ad l. Cor. de ſic. l.3. De pœna ſacrilegorũ habes 17. q. 4. per totum.ff.ad leg.Iul.pecu. ſacrilegij.

" ſacrilegi, homicidæ & venefici capite puniantur

3 Et ibi gl ead.3.e.q 8 quicumque perc- tit

4 in Tribur. ſub Arnolp c.3 Bur.l 6. c. 43 Iuo.p. 10 c 1 4 Pan.l.8.c.51.

SI *audieris.*] CASVS. Cyprianus fuit interrogatus an mali poſt aduentum Dñi in hunc mundum morte ſunt puniendi ? Et certe reſpon.ꝙ ſic:quia ſi ante aduentum Chriſti hoc fiebat,vt probatur auctoritate Deuteronomij,& exemplo Mathathiæ,multo fortius poſt aduentum Chriſti hoc fieri debet. Auctoritas durat a principio vſque ibi,*Cuius præcepti*,poſtea ſunt verba Cypriani.

5 Iuo p.10.c. 1 5 Pan l 8.c.52.

6 Iuo p.10.c. 215 Bur.l.6. c 43 Pan l. 8.c.53.

g ¶ *Si audieris.*]Hæc verba ſumpta ſunt de Deutero.vſque ad illum locum *Cuius præcepti*

Deut. 13.

h ¶ *Necabis*] Tu quicunque ſis:& ſic quiſque ille qui non eſt iudex, poteſt punire maleficos,vt j e.q vlt.legi.

i ¶ *Omnes qui.*] Si ergo aliqui hæretici ſunt in vna ciuitate,tota ciuitas pt exuri:" & ſic eccleſia vel ciuitas punitur pro delicto pſonarum,vt 23. qu. 2. ita nos. & C. de ſacro.ec. iubemus nullam. arg. contra 26.q.6. ſi epm. Quid iuris ſit de hoc, notatur in illo brocardo,an delictum perſonæ,&c. Item habes hic quod hæretici occidi poſſunt, vt j. ea. qu. 1. quando.ſo.

" Ciuitas pro delicto pſonarum puniri poteſt.

1.Mach.2.

k ¶ *Nunc*] idest, vſque in futurum[b].ſic 11.q. 3. nolite.

b Aliter acci pit lex hanc.

ne vſque ad condignam ſatisfactionem priuatos[a].

Item Hieronymus ſuper Ioelem,ad c.2.

¶Non ſolum homines,ſed & contrariæ fortitudines ſunt vltrices iræ Dei.

C. XXVII.

1 NOn ſolum homines miniſtri[b] ſũt,& vltores irę Dei ĩ his,qui malum operantur (vnde† non ſine cauſa gladium portant)ſed etiam contrariæ fortitudines[c] , quæ appellantur furor, & ira Dei.

Idem ſuper Eſaiam,ad c.13.

¶ Qui crudeles iugulat,non eſt talis, qualis patientibus videtur.

C. XXVIII.

2 NOn eſt crudelis,q crudeles iugulat:ſed[crudelis† ideo vocatur]quòd crudelis patientibus eſſe videtur.Nam & latro ſuſpenſus patibulo crudelẽ iudicem putat.

Idem ſuper Ezechielem,lib.3.ad c.9.[3]

¶ Miniſter eſt Dei,qui malos percutit in eo quòd mali ſunt. C. XXIX.

4 QVi malos percutit in eo,q. mali ſunt,& habet vaſa interfectionis[d] , vt occidat peſſimos,miniſter[e] eſt Domini.

Idẽ ſuper epiſtolam ad Galatas,lib.2.ad c.3.

¶ Non ſcelus admittit iudex,qui homines vincit. C. XXX.

5 IVdex nõ eſt auctor ſceleris, nequam homines vinciẽdo.

Idem ſuper Hieremiam,lib.4.ad c.22.

¶ Non effundit ſanguinem,qui homicidas & ſacrilegos punit. C. XXXI.

6 HOmicidas[f],& ſacrilegos, & venenarios punire , nõ eſt effuſio ſanguinis,ſed legũ miniſterium.

Item Cyprianus libro de exhortatione martyrij.c.5.

¶ Principes ſæculi peſſimis parcere non debent. C. XXXII.

SI audieris[g] in vna ex ciuitatibus,quas Dominus Deus tu* dabit tibi inhabitare te illic,dicẽtes,Eamus,& ſeruiam* Diis aliis quos non nouiſti,interficiens necabis[h] omnes[i] ,qui ſunt in ciuitate,cæde gladij:& incẽdes ciuitatem igni:& erit ſine habitaculo in æternum:non reædificabitur etiam nunc[k] , vt auertatur Dominus ab indignatione iræ ſuæ.Et dabit miſericordiam tibi, & miſerebitur tui,& multiplicabit te,ſi exaudieris vocẽ Domini Dei tui,& obſeruaueris præcepta eius.]Cuius[l] præcepti,& vigoris memor Mathathias[m] interfecit eum,qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat.Quòd ſi ante aduentum Chriſti circa Deum co-

l ¶ *Cuius.*] hæc ſunt verba Cypriani.
m ¶ *Mathathias.*] vt legitur in libro Machabeorum.

AD *fidem*] CASVS. Petilia.conquerebatur de principib.à quib. ipſe & alij hæretici puniebantur. dicebat enim hoc fieri non debere,propter duo,ſ.quia nullus eſt cogendus ad fidem : & quia boni mores non eliguntur niſi libero arbitrio. Et reſp.Aug.dicens,ꝙ ipſi non coguntur , vt benefaciant,ſed vt eorum perfidia corrigatur,à malo abſtineant, & vt cogitent quare iſta patiantur : quia ſi patiuntur propter iuſtitiam,beati erunt, & qui eos perſequuntur,mali ſunt. Si vero propter hæreſim , infelices erunt & in hoc ſæculo & in futuro. *Sed per ſeueritatem.* verba ſunt Aug.

n ¶ *Cogendus.*] ſic 45. diſt.de Iudæis.

o ¶ *Integritate.*] idest, ſecuritate.

p ¶ *Præpoſtera.*] id eſt, inordinata.

q ¶ *Niſi cura*] idest,niſi delinquens primo inſtruatur ad bonum, vel niſi corripiens præbeat prius exemplum bonæ vitæ,vt 3. q.7. §. porro.

r ¶ *Cogimini.*] " qui enim ex timore benefacit , reputatur non facere,vt extr. de reg. iur. qui timore.& qui cogitur mutare locum , non mutat locum , ſed mutatur , vt 7 q. 1.mutationes. nec præmium aliquod debemus conſequi ex hoc quod facimus inuiti, vt 13. qu. 2. quàm præpoſterum. Vnde ſi aliquis cogitur adire hereditatem , quam cauſa fideicommiſſi rogatus eſt reſtituere , nullum conſequitur commodum ex tali aditione, nec poteſt vti beneficio legis Falcidiæ.ff.ad Treb. cogi. Mecianus.

" Timor tollit meritum.

s ¶ *Niſi elegerit.*]poteſt enim aliquis malefacere propter voluntatem coactam , vt 15. q. 1. merito.ſed non poteſt bene facere[c] propter voluntatem coactam,vt hic dicit: r.

c ſ. meritorie:quia penes voluntatẽ meritum cõſiſtit. arg. hic & 15.q 1. nõ eſt & 20. q.3 pſens. j. e.q 6 §. vlt. iuxta fin.

SI *propterea.*] CASVS. Dicit Aug.in hoc cap. ꝙ hæretici à principib.ſunt puniendi,eo quod ſacramẽta Chriſti contaminant: quod pbat exemplo Nabuchodonoſor,qui ſcelus commiſſum in ſanctum Danielem vindicauit.

SI *vos contra.*] CASVS.Aug.docet in hoc c. ꝙ hæretici impij ſint & ſacrilegi, cum ſint a corpore eccleſiæ ſeparati,& per ſcripturam canonicam malefacere conuincantur. illi vero qui pro ſuis ſceleribus eos puniunt & deterrent, boni & iuſti reputantur.

dictionẽ ex tũc.ff. de cõd. & de.ſi is nã ſi ita legatũ eſt aliqd alicui,ſi n fecesis hoc vſq; ad v. annos, & ex tunc detur ei legatũ , ſi añ deceſſerit, non debetur ei legatum,ſed arg. de pœ. di. 1. prædixerat Lau.

lendum,& idola ſpernenda,hæc præcepta ſeruata ſunt,quãto magis poſt aduentum Chriſti ſeruãda ſũt , quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus eſt, ſed & factis?

Item Auguſtinus contra litteras Petiliani, lib.2.c.83.

¶ Tribulationum flagellis aliquando perfidia caſtigatur. C. XXXIII.

7 Iuo p.10. c 75.

7 AD fidem nullus eſt cogẽdus[n] inuitus:ſed per ſeueritatem,immo & per miſericordiam Dei,tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari.Numquid,quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur,ideo mores peſsimi nõ legis integritate[o] puniuntur?Sed tamen male viuẽdi vltrix diſciplina præpoſtera[p] eſt,niſi cura[q] præcedẽs bene viuendi doctrinã prætẽdat. Si quæ ĩgitur aduerſus vos leges conſtitutæ ſunt,non eis benefacere cogimini[r] ,ſed male facere prohibemini.Nã benefacere nemo poteſt,niſi elegerit[s] ,niſi amauerit: qđ eſt in libera volũtate.*& infra. c.74.*¶ Cũ aliquid aduerſus vos reges cõſtituunt , admoneri vos credite , vt cogitetis , quare iſta patiamini.Si propter iuſtitiã, reuera illi perſecutores veſtri ſũt, vos autẽ beati,qui perſecutionẽ paſſi propter iuſtitiã poſſidebitis regnum cælorum.Si autem propter iniquitatẽ ſchiſmatis veſtri, quid illi , niſi correctores veſtri ſunt,vos autẽ,ſicut ceteri diuerſorum ſcelerũ rei,qui pœnas legibus pendunt, profecto infelices & in hoc,& in ſæculo futuro?

Matth 5.

q ¶ Cura.] *Apud B. Auguſtinũ & Iuonẽ legitur,niſi cum præcedens bene viuendi doctrina contemnitur,ſed ob gloſſam ĩ ver. cura,non eſt mutatum.*

Idem in eodem lib.c.92.

¶ Iniuria ſacramentorum Chriſti à regibus eſt vindicanda. C. XXXIIII.

8 Iuo ibid.

8 SI propterea perſecutor non fuit Nabuchodonoſor,quia ſcelus in ſanctum Danielem cõmiſſũ iuſtiſſime vindicauit,quomodo vindicandum eſt à regib*, quòd Chriſti ſacramenta exſufflantur,ſi prophetæ membra,quia ĩ periculum miſſa ſunt,ſic vindicari meruerunt.

Dan.3.

Idem in lib.de vnitate eccleſiæ,c.17.

¶ Diligentiſſimi rectores ſunt , qui malos* vt à malo fugiant perſequuntur.

C. XXXV.

9 Iuo ibid.

9 SI vos contra eccleſiã Chriſti altare erexiſſe,& à Chri

a ¶ Diſſu

a ¶ *Diffunditur.*] licet eccleſia ſit vbique diffuſa:tamen eadem inſolidum vbique eſt,vt j.prox.q.1.loquitur.
b ¶ *Vel pe. vnia*] " Et ita puniri poſſunt hæretici ab eccleſia in reb. in honore,vel exilio,vt ſ.q.4.qu.& c.non inuenitur.& j.e.de Liguſib. in fi.& j.q.7.c.1.Sed contra,eccleſia non debet in delictis recipere pœnam pecuniariam, vt extr.de pœn. licet? Reſp. q eccleſia pt infligere pœnam pecuniariam quando magis illa timetur [a]. Vel dic q tunc poteſt infligere cum hoc inuenitur expreſſum. ext. de of. dele.de cauſis.

l ¶ *Parricidas.*] pœnã parricidarum habes.ff.ad l.Põp.de parrici.l.pe.
m ¶ *Et peierantes.*] " quod hic dicitur,q periurus punitur pœna capitis,intelligas de teſte qui fert falſum teſtimonium in cauſa criminali: talis enim mortem meretur.ff.de fic.l.1.§.1.alias.n.ſi in contractib. quis periurus eſt [b], notatur infamia. C. de tranſa.ſi quis maior. aliàs ſolum Deum habet vltorem, vt C. de re.cre.l.2.Vel ſi piurus eſt per principem fuſtib.caſtigatur.ff.de iureiu.ſi duo.§.vl. Aliam pœnam habes 6.q. 1. quicumque [c].

ſtiana vnitate,quæ toto orbe diffũditur [a] ,ſacrilego ſchiſmate ſeparatos eſſe, & corpori Chriſti (Qđ eſt eccleſia toto orbe diffuſa)& rebaptizãdo,& blaſphemãdo,& quantum poteſtis oppugnãdo aduerſati ſancta,& canonica ſcriptura cõuincit,vos impij, atque ſacrilegi:illi autẽ,qui vos pro tanto ſcelere tam leniter dãnorum admonitionib [9],vel locorum,vel honorum,vel pecuniæ [b] priuatione deterrendos,coercẽdoſque decernunt,vt cogitãtes, quare iſta patiamini,ſacrilegium veſtrũ cognitum fugiatis, & ab æterna dãnatione liberemini, & rectores diligentiſſimi,& conſultores piiſſimi deputantur.

Idem ſuper epiſtolam Ioannis, tractatu 7.

¶ Non amatur ſeruus,vel filius,cum non corripitur. C. XXXVI.

1 NOn putes tunc te amare ſeruũ tuum,quando eum non cædis [c] ,aut tunc te amare filium tuum,quando ei nõ das diſciplinam [2]:aut tunc te amare vicinum [d] tuum,quando eum non corripis.Non eſt iſta charitas,ſed languor.Ferueat charitas ad corrigendum,ad emendandum. Si ſunt boni mores,delectẽt,ſi ſunt mali,emendentur.

Item in lib.19.de ciuitate Dei,c.16.

¶ Innocentis officium eſt,nulli nocere, & peccantem punire. C. XXXVII.

3 NOn eſt [α] innocentiæ [e] ,parcẽdo ſinere,vt in malum grauius incidatur.Pertinet ergo ad innocentis officium, non ſolum nemini [f] malum inferre, verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum,vt aut ipſe qui plectitur [β],corrigatur experimento [g],aut alij terreant exemplo.

α ¶ Non eſt.] *Integer locus apud B Auguſtinũ ſic habet* , Sicut enim non eſt beneficentiæ, adiuuando efficere,vt bonum,quod maius eſt,amittatur,ita non eſt,&c.
β ¶ Plectitur.] *Sic ex originali. Antea legebatur,* prius odio habetur,*nec malsè aliter Iuo.*

Idem ad Lotharium.†

¶ Non eſt miſericors,qui vitiis nutriendis parcit. C. XXXVIII.

4 QVi vitiis nutriẽdis parcit, & fauet,ne contriſtet peccantium voluntatem,tam nõ eſt miſericors,quàm qui nõ vult cultrũ rapere [h] puero,ne audiat plorantem:& non timet,ne vulneratum doleat,vel extinctum.

Item Haymo ſuper epiſtolam ad Romanos, c.13.

¶ *In vetuſtis citabatur ex Auguſtino, ſed in vetuſtis tribuuntur Haymoni,apud quem habetur.*

¶ Enormia flagitia per ſæculi iudices corripiantur. C. XXXIX.

5 SVnt quædam enormia flagitia,quæ potius per mũdi iudices,quã per antiſtites,& rectores eccleſiarum vindicãtur:ſicut cum quis interficit Pontificem [i] Apoſtolicum,epiſcopũ, presbyterum,ſiue diaconũ.Huiuſmodi reos reges,& principes mũdi dãnant.Ergo non ſine cauſa gladiũ portant,qui talia ſcelera diiudicant.Sunt enim maxime cõſtituti propter latrões,homicidas,raptores:vt & illos damnent,& alios ſuo timore compeſcant.

Item Cyprianus in nono genere abuſionis.

¶ *Libellus hic de duodecim gradibus abuſionũ,impreſſus eſt tomo nono operum B.Auguſtini:ſed eſt etiam in vno codice Vaticano operũ B.Cypriani:& in concilio Pariſienſi,lib.2.c.1. hoc idem nonum abuſionis genus refertur ex Cypriano,quemadmodum & apud Iuonem,& in Pannormia.*

¶ Furta,& crimina à Rege ſunt cohibenda. C. XL.

6 REx debet furta cohibere, adulteria [k] punire, impios de terra perdere,parricidas [l], & peierantes [m] viuere non ſinere,filios ſuos non ſinere impie agere.

Item Aug.de libero arbitrio,lib.1.c.4.

¶ Non peccat,qui ex officio nocentem interficit. C. XLI.

7 SI homicidium eſt hominẽ occidere,poteſt tamẽ occidere† aliquẽdo ſine peccato.Nã & miles [n] hoſtẽ,& iudex,vel miniſter ei [9] nocentem,& cui forte inuito [o],atque imprudenti [p] telum manu fugit,non mihi videntur peccare,cum hominem occidunt.EVODIVS. [α] aſſentior.Sed homicidæ iſti appellari nõ ſolẽt.

Idem in quæſtionibus Leuitici, quæſt. 68.ad c. 19.¶Dum homo iuſte occiditur, lex eum occidit [q],non tu.

α ¶ Euod.aſſentior.] *Hæc ſunt addita ex originali,& Iuone.Eſt enim liber ille ſcriptus in dialogo.*

Item Pelagius Papa.

¶ Non qui ad bonum,ſed qui ad malum cõgit perſequitur. C. XLII.

8 NOn vos hominum vaniloquia [r] retardent dictiũ, quia perſecutionem eccleſia faciat,dum vel ea,quæ committũtur,reprimit,vel animarum ſalutem requirit.Errant huiuſmodi rumoris fabulatores.Non perſequitur, niſi qui ad malum [s] cogit. Qui vero malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. Nam ſi,vt illi putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retra-

NOn putes.] CASVS. Hoc ca.tractat de trib. generib. hominum,ſ.de ſeruis,filiis,& vicinis,q ſi ſunt mali, corrigi debent, nec diliguntur niſi in eis vitia corrigãtur & emendentur, ſi vero boni ſunt, de ipſis eſt gaudendum. Sequens c.patet per ſe.

c ¶ *Eum non cædis*] qui alios poſſint corrigere,habes ſ.qu.4.duo iſta.& ſ.e.c.1.

d ¶ *Vicinum*] ar. ẽ hic p H. " q dicit p illud pceptum, ſi peccauerit,ad oẽs ſpectet.Sed tu intelligas iſtud de illis qui aliq̃ habẽt poteſtatem ſuper alios. Vel intelligitur de canonica denũtiatione, ad q̃ quilibet tenetur, vt dixi 22. q. 5. hoc videtur. Vel dic vt dixi ſ.e.duo iſta.Ioan.

NOn eſt.] CASVS. Dr hic q ad innocentẽ & ad bonum virũ nõ pertinet malitiæ parcere, vt in malũ grauius incidat: ſed ptinet ad innocentem non ſolum nemini malum inferre, verum ẽt alios à peccato cohibere,& peccatũ punire,vt ipſi corrigantur, q ppter peccatum nõ diliguntur,vt alij propter hoc terreantur. Seq.ca.planum eſt, & per ſe patet.

e ¶ *Innocentiæ*] id eſt, boni viri.

f ¶ *Nemini.*] ſi.22. q. vl. de forma.

g ¶ *Experimento.*] ſi. 1. q.7.quia propter.

h Q*Vi vitiis.*] ¶ *Rapere*] ſimile 22. q. 1. ne quis.Io.

S*Vnt quædam.*] CASVS.Oſtẽdit Haymo in hoc c.q cõmittentes enormia delicta, vt interfectores pontificum, presbyterorum,& aliorum clericorum, potius ſunt puniendi per reges & principes,q per rectores eccleſiarum. Sunt enim principes conſtituti ad puniendum homicidas & raptores. Seq.c.patet.

i ¶ *Pontificem.*] pœnã ta lium hẽs ſ.17.q.4.q ſub diaconum.25.q.vl.c.vl.

k R*Ex.*] ¶ *Adulteria.*]contra ĩ 33. q.2.inter hæc.

SI homicidium eſt.] CASVS. docet Auguſt. in hoc ca. quòd licet ſit peccatum hominem occidere,poteſt tamẽ hoc quandoque occidere ſine peccato; qđ probat quatuor exemplis, videlicet militis, iudicis, & miniſtri, & de eius manu cuius præter voluntatem ipſius telum effugerit. Iſti etiam homicidæ appellari non ſolent.

n ¶ *Nam & miles.*] tres caſus ponit hic, alij duo ſunt cum facit defendendo ſe, vel alij ſubueniendo, vt ſ. ca. cum homo.

o ¶ *Inuito.*] fortuitus enim caſus non imputatur,vt ext. de hom. lator. dum tamen non præceſſerit culpa. 50. diſt.ſæpe.

p ¶ *Imprudenti.*] non videtur,q imprudentia excuſet eum," quia imperitia culpæ annumeratur. ff. de reg. iur. imperitia. Sed dic imprudenti,ideſt,ignoranti.

q ¶ *Lex eum occidit.*] ſic 33. q. 2. quos Deus. Io.

NOn vos.] CASVS. Pelagius præcepit cuidam principi, vt hæreticos perſequeretur : quod cum facere vellet, hæretici ei obiiciebant quòd nulli eſt perſecutio facienda. Vnde ſuper hoc conſuluit ipſum Pelagium:qui reſpondet dicens non appellari perſecutionem, niſi cum quis cogitur ad malum. ſed ſi quis malum punit vel prohibet ne fiat, non debet perſecutor appellari:quia diligit & bene facit. Et hoc probat duabus auctoritatibus,ſcilicet Chalcedonen.concilij,& Augu.vno exemplo: Auctoritas Chalcedon. concilij , incipit ibi, *Qui à communione.* Auctoritas Aug. incipit ibi, *Multa etiam cum inuitis* Exemplum incipit ibi, *Recolere enim.*

r ¶ *Vaniloquia.*] Vanæ voces populi non ſunt audiendæ. ext. de ele. Oſius.C. de pœ. l. decurionum.

s ¶ *Ad malum.*] quandoque perſecutio largius ſumitur, vt ca. q. 4.ſi eccleſia.

a ¶ *Interea*

" Hæretici vario modo pñt ab eccleſia puniri.

a Ad hoc fa. qđ le & no. 5.c q 4. vindicta. & de hoc plene not.Hoſt. in ſum. de offi. ord §. pertinet.ibi videas.

" pceptũ ſi peccauerit, &c.an ad omnes ptineat.

1 Iuo p. 10. c.76. Pann. l 8.c.22.

2 Adde qñ qs dicatur aliquẽ amare, & qñ nõ. gl. in l affectionis.ff de dõ. & i l. tutore. ff de neg. geſt.

3 Iuo p. 10. c.77.

† al. Lotharium

4 Iuo p 10 c. 79.Pann.l 8. c 25.

"Periur" qñ quo punitur capite.

b in hoc caſu p motu iudicis punitur.4.q.3.qui falſa.

5 Iuo p.10 c. 81.Pann.l.8. c 5.

c & no 33. q. 5.hæc imago.in fi & 2. q.5 in fine.

6 Omittuntur aliquot verba Iuo p. 10.c.98.Pãn. l 8. tit 4. c. 19

" imperitia annumeratur culpæ.

7 Iuo p. 10. c.101. Pan.l.8.c 35.

† al.accidere

8 Deuſd.p.5 Pol.l.7.tit.5 Anſel.l.12. cap 47. Iuo p.10 c.95.

hendus à malo ad bonum eſt, humãas & diuinas leges neceſſe eſt euacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia iuſtitia ſuadẽte cõſtituunt. Malum autẽ ſchiſma eſſe & per exteras[a] etiam poteſtates huiuſmodi homines debere opprimi, & canonicæ ſcripturæ auctoritas, & paternarũ regularum nos veritas docet. Quiſqs ergo ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, in ſchiſmate[b] eum eſſe non dubiũ eſt: & contra vniuerſalẽ eccleſiã altare conatur erigere. ¶ Sed quid de talibus inſertus[α] Chalcedonẽſi ſynodo canon ſtatuat, gloria veſtra cõſideret, vbi poſt alia ſic dicit. [2 Qui à cõmunione ſeipsũ ſuſpẽdit, & collectã facit & altare cõſtituit, & noluerit vocanti epiſcopo cõſentire, & noluerit eidẽ acquieſcere, neq; obedire primo & ſecundo[c] vocanti, hunc omnino damnari, nec vmquã vel orationem[β][d] mereri, nec recipere[e] eum poſſe honorẽ. 2 Si enim permanſerit turbas faciẽs, & ſeditiones eccleſiæ, per exterã poteſtatem tamquam ſeditioſum cõprimi.] ¶ Et beatus Auguſtinus de talibus dicit. [3 Multa etiam cum inuitis[f] benigna quadã aſperitate plectendis agenda ſunt, quorum potius vtilitati cõſulendum eſt, quàm voluntati. Nã in corripiendo filio, quamtumuis aſpere, nũquam paternus amor amittitur: fit tamẽ, quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore ſanandus.] Ecce videtis, quemadmodum tanti teſtimonio patris non perſequatur[g] coercẽdo talia, ſed diligat emendando tales ſemper eccleſia. Facite ergo etiam vos, quod ſcientes intentionẽ Chriſtianitatis veſtrę frequẽter hortamur, & date operam, vt talia fieri vltra non liceat: ſed etiam (quod vobis facilimũ eſſe non dubito) hi, qui talia præſumpſerũt ad piiſſimum principẽ ſub digna cuſtodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celſitudo veſtra, quid per vos Deus fecerit tẽpore illo, quo Iſtriam, & Venetias tyranno Totila poſſidente, Francis etiam cũcta vaſtantibus, non ante tamen Mediolanenſem epiſcopũ fieri permiſiſtis, niſi ad clemẽtiſsimũ principẽ[h] exinde retuliſſetis, & quod fieri debuiſſet, eius iterũ ſcriptis recognouiſſetis: & iter vbiq; feruentes hoſtes, Rauennam tamẽ, & is, qui ordinabatur[i], & is qui ordinaturus erat, prouidẽtia culminis veſtri deducti ſunt.

α ¶ Inſertus Chalcedonenſi.] *Alſi one quarta concilij Chalcedonenſis in epiſtola Archimandritarum ad ipſum concilium pro rehabilitatione Dioſcori citatur canon quintus concilij Antiocheni & eodem fere modo habetur in ea epiſtola atque hic refertur. Cum noſtra tamen antiqua verſione, ipſius concilij magnopere concordat.*

β ¶ Vel orationem.] *In vtroque concilio, id eſt, Antiocheno, priſca verſione, & Chalcedonenſi legitur,* curationem, *Græcè enim eſt* ἢ μηχέτι θεραπείας τυγχάνειν.

Idem Narſæ patritio, & Duci in Italia.

¶ Schiſmaticos, & hæreticos ſæculi poteſtates coerceant. C. XLIII.

4 DE Liguribus, atque Veneticis, & Hiſtriis epiſcopis quid dicã? quos idonea eſt excellẽtia veſtra & ratione & poteſtate reprimere, & dimittitis eos in cõtemptũ Apoſtolicarum ſediũ de ſua ruſticitate[k] gloriari: cum, ſi quid eos de iudicio vniuerſalis ſynodi, quod Conſtantinopoli per primam nuper elapſam indictionem actũ eſt, forte mouebat, ad ſedẽ Apoſtolicã (quomodo ſemper factum eſt) electis[l] aliquibus de ſuis qui dare & accipere rationem poſſent, dirigere debuerũt, & nõ clauſis oculis corpus Chriſti Dei noſtri, hoc eſt, ſanctã eccleſiã lacerare. Nolite ergo dubitare huiuſmodi hõmines principali, vel iudiciali auctoritate cõprimere: quia regulæ patrum hoc ſpecialiter cõſtituerũt, vt, ſi qua eccleſiaſtici officij perſona, cui ſubiectus eſt reſtiterit, vel ſeorſũ collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fecerit, iſte excommunicetur, atq; dãnetur. 5 Quòd ſi forte & hoc cõtẽpſerit, & permanſerit diuiſiones & ſchiſma faciẽdo, per poteſtates[m] publicas opprimatur. Ecce domine†, quòd animus veſter forte timidus eſt, ne perſequi videaris, de patrum vobis auctoritate hęc breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exempla, & cõſtitutiones ſint, quibus euidenter agnoſcitur, vt facientes ſciſſuras in ſancta eccleſia, nõ ſolum exiliis, ſed etiam proſcriptione rerum, & dura cuſtodia per publicas poteſtates debeant coerceri.

Item Pelagius.

¶ Ab eccleſiæ vnitate diuiſi, à ſæcularibus poteſtatibus coerceantur. C. XLIIII.

6 QVali nos de gloriæ veſtræ ſtudiis iudicio gratulemur, non ſolum veſtram, ſed multorum ac pene[n] omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quæ vobis præſentibus ibi fieri ſtupemus, fiducialiter apud gloriam veſtram duximus conquerendum. Thracius† ſi quidem, atque Maximilianus nomina[o] tantum epiſcoporum habẽtes, & eccleſiaſticam ibi vnitatem perturbare dicũtur, & omnes eccleſiaſticas res ſuis vſibus applicare: in tantum vt contra vnum eorum, id eſt, Maximilianum, vſque ad nos per tam longum iter, neceſſitate compellente quidã infagitabiliter venientes, preces offerrent. Ob quam cauſam Petrum presbyterum ſedis noſtræ, ſed & Proiectum notariũ ad eadem loca duximus deſtinãdos, vt ea, quæ canonicis ſtatutis à prædictis pſeudoepiſcopis cõpererint cõ-

Relig

a ¶ *Exteras.*] ſic ĵ. e. de liguribus. & dixi ſ. c. principes.
b ¶ *In ſchiſmate.*] ergo ſchiſma eſt non habere caput Romanam eccleſiã, vt 24. q. 1. hæc eſt. & c. qm vetus. Io.
c ¶ *Secundo.*] hic dicitur, quod bis debet admoneri excõicandus, maxime hæreticus. alibi dicitur quod ſemel, vt ĵ. prox. cã. q. 1. quæ domus. alibi quod ſepiſſime. 2. qu. 7. conuenientib. quãque dicitur de trina admonitione, vt ſ. ſi adminiſtratores. ĵ. prox. cau. q. 3. de excõmunicationis. Quid iuris ſit, dixi ſuper illo c. quæ domus.
d ¶ *Orationem.*] i. ſupplicationem, quia ſine ſpe veniæ deponitur, vt ſtatim ſubiungit. 11. di. in tm. Vel iõ dicit, quia ſchiſmatico, ſiue intruſo nullã datur audientia, vt 23. di. in nomine.
e ¶ *Recipere.*] 11. q. 3. ſi quis epſ in concilio.
ADDITIO. Ad idẽ ĵ. c. prox. 17. di. nec licuit.
f ¶ *Inuitis.*] ſ. 45. diſ. & qui emendat.
g ¶ *Non perſequatur.*] eccleſia, nec etiam vos per conſequens qui auctoritate eccleſiæ eos coercetis.
h ¶ *Principem*] ergo eccleſiaſtica perſona licite põt petere, vt mali detineãtur, & ducãtur ad iudiciũ, vt ſ. c. vnũ ſolũ. & ĵ. c. relegentes.
i ¶ *Ordinabatur.*] ĵ. 24. q. 1. pudenda.

DE *Liguribus*] CASVS. Celebrato concilio apud Cõſtantinopolim, epi Venetiæ, Hiſtriæ, & Liguriæ noluerunt accipere ſtatuta illius cõcilij. & cũ in contumacia perſtitiſſent, fuerunt ab eccleſia excõicati & damnati: & cum adhuc exiſterent cõtumaces, mãdauit Pelagius Narſæ patritio, vt deberet illos ẽpos coercere, quod cum facere dubitaret, reſcribit ei Pelagius hortans eũ vt cõprimere & coercere eos nõ dubitet: qa ſi dubitabant de ſtatutis Conſtantinop. cõcilij, nũtios debuerunt dirigere ad ſedem Apoſtolicã, q de hoc poſſent accipere & reddere rõem. Non dẽt igitur dubitare tales opprimere: quia ſi aliqua pſona eccleſiaſtica maiori ſuo reſtiterit: excõicari debet & dãnari: & ſi hoc cõtempſerit, p publicas debet opprimi poteſtates: quod dicit eſſe faciẽdum multis cõſtitutionib. & exemplis.
k ¶ *Ruſticitate.*] i. ſuperbia[a]. alibi ponitur pro ſimplicitate, vt 2. q. 6. ſancta. Et ſic eſt ar. quod quandoq; non ſit parcendum ruſticitati.
l ¶ *Electis.*] ſed qualiter potuit hæc cã per procuratorem agi, cum illi de crimine conueniréntur? Sed dic quod licet fuerit de crimine actũ, nõ tñ criminaliter: vñ potuit procurator interuenire, vt Ext. de acc. veniens. & c. ſup his. & 3. q. 6. hæc quippe.
m ¶ *Per poteſtates.*] ſ. e. c. principes.

Q*uali nos.*] CASVS. Thracius & Maximilianus hæretici erant, & epiſcopi, qui vnitatem eccleſiæ conturbantes, res eccleſiæ ſuis vſib. applicabant, de quorum altero, ſ. Maximiliano quidam infatigabiliter Romam veniẽtes querelam depoſuerunt. quare, Pelagius miſit ad loca illa duos iudices delegatos, ſ. Petrum & Proiectũ, vt ea quæ inuenerint contra canones a pdictis epis commiſſa, vel digna vltione compeſcant, vel eoſdem epos Romã perducant: quod qa forte per ſe facere n poſſent, mandat Pelagius cuidam principi rogans eum vt pfatis nuntiis auxilium præbeat in omnibus.
n ¶ *Pene.*] not. quod dicit pene: & tñ longe plures erãt q neſcirent, quã q ſcirẽt. vñ tñ ad modicã qtitatẽ dẽret referri, vt 3. q. 7. q ſine. ff. de ver. ſig. hæc adiectio.
o ¶ *Nomina.*] ſic 15. q. vl. ſi qs presbyter. Io.

ſchiſma ẽ ñ hẽre caput Romanam eccleſiam.

Excõicandus maxime hæreticus Quoties admoneri dẽt.

2 11. q. 3 ſi quis presbyter.

3 Cap. l. 5. c. 24.

5 ſ. diſt. 45 emendare.

Ruſticitas dupliciter ſumitur.

a De quo dr, nihil impudentius, &c. vt 46. diſt. in prin.

4 Anſel. l. 6. c. 196. Poly. l. 7. tit. 5. De hoc ſchiſmate B. Gr. li. 4 epiſ. 50. & li. 7. indi. 2. epiſto. 10. & alibi.

5 ſ. ꝓx. c. canõ Apoſt. 32. Antioch. 5.

† al. de quo animus

6 Anſel. l. 12. c. 46. Pol. ibid.

† al. Tertius

miſſa, vel digna debeāt ibi vltione compeſcere, vel eoſdē ad nos vſque perducere. Et ideo ſalutantes paterno affectu gloriam veſtram, petimus, vt prçfatis, qui à noſtra ſede directi ſunt, in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicuius eſſe peccati, ſi huiuſmodi homines cōprimuntur. Hoc enim & diuinæ & humanæ † leges ſtatuerunt, vt ab eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacē iniquiſsime perturbantes à ſæcularibus etiam poteſtatibus comprimantur. Nec quidquam maius eſt, vnde Deo ſacrificium poſsitis offerre: quàm ſi id ordinetis, vt hi, qui in ſuam, & aliorū perniciem debacchantur, cōpetenti debeant vigore compeſci.

Idem Pelagius Papa Ioanni patritio.

¶ Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda eſt. C. XLV.

1 RElegentes litteras excellentiæ veſtræ, de iniuria quidem, quā vobis iniquorū hominū prçſumptio ingeſsit, valde doluimus. Sed q̄a ſcimus occulto Dei iudicio aīam veſtram, etſi per aliorū iniquitatem, & ſuperbiam, à cōtaminatione ſchiſmatis cuſtoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, q̄ etiā de malis hominū actibus bona [a] operari conſueuit. Nec eñ ſine illius prouidētia factum eſſe credendum eſt, vt inſenſati, & peruerſi homines ad hoc vſq; proſilirent, vt ſuam diuiſionē, catholicā eſſe credentes eccleſiam, à ſua vos pollutione prohiberēt. Sic enim per miſericordiam Dei etiā neſcientibus illis hoc factū eſt, vt à ſchiſmaticorū factione † eruti, catholicç, quam diligitis, ſeruari vos cōtigiſſet eccleſiæ. Quāuis igitur veſtra per illorum ſcelus vtilitas facta ſit, nolite tñ impunitam præſumptionem iniquorum hominū graſſari permittere. Si enim hoc, quod in veſtram gloriam prçſumpſerunt, nō fuerit vindicta compreſſum, q̄ in α minoribus non valeant puniri, ambigi vltra nō debet. Exercete igit̃ in talibus debitam auctoritatē: & ne eis amplius talia committendi ſpūs † creſcat, veſtris coercitionibus reprimantur. Ad hoc ſiquidem Dei nutu ēt contra vos talia p̄ſumpſerunt, vt talia vobis corrigētibus ab eodē † ſcelere alios poſsitis, Deo propitiante, munire. Quales aūt ſint, q̄ eccleſiam fugiunt, Eufraſij vos ſcelera (q̄ amplius occulta Deus eſſe noluit) euidenter informāt: qui in homicidio quidē nec hominis neceſsitudinē, nec fratris charitatem, nec ſacerdotij reuerentiam cogitauit. Inceſtuoſo autem adulterio † etiam ipſius vindictæ abſtulit [b] modū: quia, ſi adulterium [c] punias, non remanet, in quo vindicet̃ inceſtus. Si inceſtuoſo ingeras pœnam, inultum crimen adulterij remanebit. Ecce, de quo collegio ſūt, qui, quātum ad ſuperbiam ſuam iniuriā vobis inferre moliti ſunt, & quātum ad prouidentiā Dei, impollutos vos eccleſiæ ſeruauerūt. Auferte tales ab iſta prouincia, vtimini oblata vobis à Deo opprimendi perfidos occaſione. Quod tunc plenius fieri poterit, ſi auctores ſcelerū ad clementiſsimū principē dirigant̃: & maxime eccleſiæ Aquilegienſis inuaſor, qui & in ſchiſmate, & in eo β maledictus, nec honorē epi poterit retinere, nec meritum.

α ¶ Quòd in minoribus.] *In aliquot vetuſtis. & apud Anſelmum, legitur*: quid in minoribus valeant, ambigi, &c.

β ¶ In eo.] *Anſelmus habet*, & à ſchiſmatico maledictus.

Item Nicolaus exercitui Francorum.

¶ *Iuo parte 10.c.87.ver.omnium veſtrum. hoc idem citat ex epiſtola Leonis quarti ad exercitum Francorum, vbi etiam affert id, quod]e.q.8.c.omni timore.ex eodē Leone refertur.*

¶ In certamine, quod contra infideles geritur, quiſquis moritur, cæleſte regnum meretur. C. XLVI.

2 OMnium veſtrū noſſe volumus charitatē, quoniā quiſquis (quod nō optātes dicimus) in hoc belli certamine [d] fideliter mortuus fuerit, regna illi cæleſtia minime negabuntur.

Item Vrbanus ſecundus Godefredo Lucano epiſcopo.

¶ Non ſunt homicidæ, qui aduerſus excommunicatos zelo matris eccleſiæ armantur. C. XLVII.

3 EXcōicatorum interfectoribus (prout in ordine eccleſiæ Romanæ didiciſtis) ſecūdum intentionem α [e] modū cōgruæ ſatisfactionis iniūge. Non eñ eos homicidas arbitramur, quos aduerſus excōicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorū trucidaſſe cōtigerit. Ne tñ eiuſdem eccleſiæ matris diſciplina [f] deſerat̃, eo tenore, quē dixim⁹, pœnitentiā eis indicito cōgruentē, qua diuinç ſimplicitatis oculos aduerſus ſe cōplacare valeāt: ſi forte, quid duplicitatis [g] pro humana fragilitate in eodem flagitio [h] incurrerint. †

α ¶ Intentionem.] *Iuo & Pannormia habent*, intentionem ipſorum. *ſed ob gloſſam non eſt additum.*

Item Auguſt. epiſt. 50. ad Bonifacium de coercendis hæreticis.

¶ Pax eccleſiæ mœſtitiam conſolatur peremptorum. C. XLVIII.

4 QVis enim noſtrum [i] α velit aliquem illorum non ſolum perire, verum etiam aliquid per-

R[Elegentes.] CASVS. Apud Aquilegiam erāt multi hæretici, inter quos erat inuaſor eccleſiæ Aquilegienſis, qui quēdam bonum virū potentem tamquam pollutum a ſuo conſortio repulerunt. quod per diuinā prouidentiam fuit factum, inter quos hçreticos, Eufraſius quendam ſuum conſanguineum ſacerdotē interfecit, vt libere cū eius vxore poſſet adulterari: cuius p̄fati viri potentis iniuriam cū Pelagi⁹ percepiſſet, præcepit eidē vt hāc præſumptionem hæreticorum non relinquat impunitam: quia ſi hoc acriter nō vindicetur, in minorib. talia exercere non verebuntur, & mandat ei ſimiliter vt præfatū Eufraſium puniat, qd̄ plene fieri poterit, ſi actores ſcelerū, & maxime Aquilegienſis eccleſiæ inuaſor, ad principē dirigatur. Seques c. planū eſt, & per ſe patet.

a ¶ Bona.] not. "q̄ ex malo prouenit bonū, vt 13. di. nerui. in fi. ſicut de facto Iudæorū, qui crucifixerūt Deū. Item eſt hic ar. q̄ malū punit̃, quamuis exinde prouenerit bonum, vt ſi quis puerum caſtrauerit, licet eum meliorem fecerit, tamen punitur. ff. ad le. Aq. ſi ſeruus ſeruū. §. & ſi puerū. ſimiliter licet quis rem fecerit prohibitā, licet bene fecerit, tñ punitur. ff. de re mi. l. 2. §. in bello. arg. contra. ff. ad leg. Aq. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliui.

b ¶ Abſtulit] hoc ideo dicit, quia pœna mortis punitur ſiue p̄ vno, ſiue pro altero. alias autem idem delictum poteſt variis pœnis puniri, vt 17. quæſt. 4. attendendum, & 16. q. 1. ſtatuimus [a]. "Hic conſueuit diſtingui, cum quis accuſatur de diuerſis criminib. aut illa crimina deſcendunt ex eodem facto, aut ex diuerſis. Et hæc diſtinctio not. C. de acc. qui de crimine. ſi autē diuerſis actionib. velit quis agere, diſtinguitur, aut illæ actiones ſunt ambæ pœnales, aut ambæ rei perſecutoriæ. aut vna pœnalis, & altera rei perſecutoria, vt not. ff. nau. cau. ſta. l. 1.

c ¶ Si adulteriū.] hic vē, q̄ ſecundum canones & adulterium & inceſtus morte puniantur, ſecundū n legem hodie adulteriū, ñ punitur morte, vt C. de adul. aut ſed hodie. Io.

d O[Mnium] ¶ Certamine] infra e. q. 8. omnium.

E[Xcommunicatorum] CASVS. Godefredus Lucan⁹ epiſcopus quæſiuit ab Vrbano quantam pœnitentiam debeat imponere eis, qui quoſdam excōmunicatos interfecerunt: qui reſpondet dicens, non putamus eos eſſe homicidas, q̄ zelo iuſtitiæ eos occiderunt: veruntamen quia potuerūt aliquid duplicitatis pro humana fragilitate committere, ſecundum eorum intentionem bonam vel malam iniungas eis pœnitentiam competentem.

e ¶ Intentionem] ſ. occidentium. Vel ſecundum intentionem imponentis pœnam, vt 16. q. 7. tempora.

f ¶ Diſciplina.] " Not. ad cautelam, & ex abūdanti debet aliquid fieri, ne diſciplina matris eccleſiæ deſeratur, vt 50. diſt. preſbyteros. & 34. q. 2. in lectum. & 15. q. 1. ſi quis inſaniens. quæ enim dubitationis cauſa ex abundanti apponuntur, ius commune non lædunt, vt ff. de re. iu. quæ dubitationis. & l. non ſolet. Item eſt hic arg. quòd in dubiis in deteriorē partem interpretamur [b], contra regulam illam, ext. de reg. iur. eſtote.

g ¶ Duplicitatis] id eſt, mortalis peccati.

h ¶ Flagitio.] id eſt, q̄ alias eſſet flagitium.

Q[Vis enim.] CASVS. Bonifacius dubitabat pugnare ꝯ hæreticos propter homicidiū, quod inde ſequebatur. ſed Aug. docet, q̄ nullus dēt velle inimicum ſuū perire, nec aliquid perdere. verūtamen ſi pax haberi nō pōt aliter, contra eos pugnandum eſt. Et hoc probat exēplo Dauid, qui aliter pacem habere non potuit niſi Abſalone filio ſuo pri⁹ interfecto.

i ¶ Quis enim noſtrum.] Ex hoc ca. dicit quidā quòd qui percutit clericum excommunicatum, non incidit in canonem, & q̄ non eſt priuandus aliquis ingreſſu eccleſiæ per eū qui eſt extra eccleſiā: quod non admitto, & loquit̃ hic de tali excommunicato qui penit⁹ incorrigibilis eſt. 11. q. 1. petimus.

† al. mundana

1 Anſ. l. 12. c. 47. Pol. ibid.

" Bonū prouenit ex malo.

† al. communione.

a Ad idē 21. q. 5. c. 3. in fi. & vide qd̄ not. Inn. de hac mřia extra de collu. ca. vlt. & de pur. ca. cū dilectus.

" Accuſatur ne quis [d] diuerſis criminibus

† al. ſpes

† al. totum

† al. in adulterio

" diſciplina eccleſiæ nō eſt deſerēda.

[b] Vt in hoc caſu. Alium caſū hēs 30. q. 5. ca. 1. ſed hoc iō fit, vt qd̄ certi⁹ & magis ſine piculo aīæ ē teneatur. vñ tene certū, & dimitte incertum de pœ. di. 7. c. 2. ad hoc ext. de ſpon. iuuenis. alias, ordinatū ē q̄ dubia in meliorē partē inte p̄tem r ext. de reg. iu. c. 1. ad hoc no. ext. de ſeru. c. vnico. & 78. di. p̄sbyteri. A.

2 Iuo p. 10. c. 87. Pann. l. 8. c. 30.

3 Iuo p. 10. c. 54. Pan. l. 8. c. 11.

† al. contraxerint

4 Iuo p. 10. c. 57.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis ca. quod mali non ſolum ſunt flagellandi, ſed etiam interfici poſſunt. Poſtea quærit ſi hi qui non habent poteſtatem legitimam occidendi, aliquos interfecerint: an ſint rei effuſi ſanguinis iudicandi. Cui quæſtioni reſpondet per ſequens c.

REmittuntur.] CASVS. Oſtendit Ambroſ. in hoc capi. quòd ſicut peccata remittuntur per verbum Dei, cuius verbi diaconus interpres eſt & executor: ſic peccata quandoque puniuntur per iudices qui poteſtatem habẽt puniendi: quandoque per populos: ſicut populus Iudæorum ſæpe punitus eſt ab alienigenis ex præcepto Dei.

2. Reg. 18.

a ¶ *Per Dei verbum.*] id eſt, per orationem vel per prædicationẽ eccleſiæ, ſcilicet per prædicationem Euangelij, ſic 15. quæſtio. prima. nec 15. & ſupra eadem. non ſolum.

HINC NOTANDVM. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Gratia. quòd Deus aliquando punit peccata hominum per neſcientes: & hoc probat quattuor exemplis Regũ & Principium, ſcilicet exemplo Sennacherib, & Nabuchodonoſor, Antiochi, & principum Romanorum: qui licet Deo ſeruirent in puniendo malos: tamen quia ſuæ fortitudini & ſuperbiæ imputabant, ignorantes ſe eſſe miniſtros Dei, ideo & ipſi puniti ſũt & deſtructi: ſicut patet per exempla quæ aperte ponuntur in litera. In ſecunda parte oſtendit quod Deus aliquando punit peccata hominum per ſcientes, & hoc probat exemplo Iudæorum, per quos punijt Deus Amorrhæos & Chananæos, & alias gentes quas expulerunt de terra promiſsionis quam Deus promiſerat ſe daturum Abrahæ & ſemini eius: ſed non antequam peccata Amorrhæorum conſummata fuiſſent: quæ tunc conſummata fuerunt, cum populus Iſrael de Ægypto eſt liberatus. Qui ergo diuino iuſſu & bona intentione ſicut populus Iſrael punit delinquentes, non peccat: qui vero praua intentione hoc faciunt: licet occulte inſtinctu Dei incitentur ad perſequendum malos, ſicut Sennacherib, & cæteri qui populum delinquentẽ ſunt perſecuti: non ſunt immunes à delicto, qui quandoque incitantur

† *ſæpe alienigenis*] orig.

† *ſubiectus*] orig.

4. Reg. 25.

2. Mach. 5.

dere? Sed ſi aliter non meruit pacem habere domus Dauid, niſi Abſalon filius eius in bello, quod gerebat contra patrem, fuiſſet extinctus, quamuis magna cura mandauerat ſuis, vt eum, quantum poſſent, viuum, ſaluumque ſeruarent, vt eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret, quid ei reſtitit, niſi perditum flere, & ſui regni pace acquiſita ſuam mœſtitiam conſolari?

a ¶ Noſtrum.] *Emendatum eſt ex beato Auguſtino, à quo parum diſcordat Ivo. Antea apud Gratianum legebatur.* Quis enim veſtrum velit aliquem inimicorum ſuorum non ſolum, &c.

Si ergo viri ſancti, & publicæ poteſtates bella gerentes non fuerunt tranſgreſſores illius mandati, [Non occides:] *quamuis quoſque flagitioſos digna morte perimerẽt, ſi miles ſuæ poteſtati obediens non eſt reus homicidij, ſi eius imperio quemlibet flagitioſum interfecerit, ſi homicidas, & veneficos punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, ſi pax eccleſiæ mœſtitiam conſolatur perditorum, ſi illi, qui zelo catholicæ matris accenſi excõmunicatos interficiunt, homicidæ non iudicantur, patet, quòd malos non ſolum flagellari, ſed etiam interfici licet. Sed quæritur, ſi contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam poteſtatem, an ſint rei effuſi ſanguinis hi, per quos puniuntur.*

De his ita ſcribit Ambroſius lib. 2. de Cain & Abel. c. 4.

¶ Aliquando puniuntur peccata per populos iuſſu diuino excitatos.

C. XLIX.

REmittũtur peccata per Dei verbum [a], cuius leuites interpres, & quidam executor eſt. Remittũtur etiam per officium ſacerdotis, ſacrumque miniſterium: Puniuntur quoque per homines: ſicut per iudices, qui poteſtate ad tempus vtuntur. *& infra.* ¶ Puniuntur peccata etiam per populos: ſicut legimus, quia ſæpe † ab alienigenis Dei iuſſu excitatis, propter diuinæ maieſtatis offenſam ſubactus † eſt populus Iudæorum.

Hinc notandum eſt, quòd aliquando punit Deus peccata per neſcientes, aliquando per ſcientes. Per neſcientes peccata punit: ſicut per Sennacherib. [b] *& per Nabuchodonoſor* [c], *& per Antiochum, & per principes* [d] *Romanorum, & per nonnullos reges gentilium populum Iſraeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipſe Dominus ait per prophetam* [*Virga furoris mei Aſſur: ipſe autem non cognouit.*] *Aſſur* [e] *erat virga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iuſtitia flagellare diſpoſuit. Ipſe vero non cognouit: quia in ſuperbiam elatus victoriam, quam aſſecutus fuerat, non diuinæ potentiæ, ſed ſuis viribus attribuit. Vnde contra eius ſuperbiam Dominus loquitur dicens.* [*Nunquid gloriabitur ſerra contra eum, qui ſecat in ea? aut nunquid exaltabitur ſecuris contra eum, qui cadit in ea?*] *Quibus ſimilitudinibus ſatis perſpicue oſtenditur: quòd ſicut ſerra, & ſecuris nec ſecare, nec cadere ligna poſſunt, niſi ab alio regantur, ac ideo contra regentes ſe ſuperbire non debent, ſic illi, per quos Deus punit, abſque nutu diuinæ diſpoſitionis nihil agere valent: ac ideo contra regentem ſe ſuperbire eis non licet. Tales in eo quòd puniunt, Deo ſeruire dicũtur: in eo autem quod ignorantes ſe eſſe miniſtros iræ Dei, impia vanitate ſuperbiunt, mercedem ſuæ ſeruitutis à Deo non niſi temporalem* [f] *inueniũt: pœnam vero ſuæ ſuperbiæ non effugiunt. Vnde, cũ Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonoſor,* [*Quid dabo ei pro labore, quo ſeruiuit mihi apud Tyrũ?*] *ſtatim ſubiũxit* [Da] [g] *hoc eſt datam ſibi pronuntia* [*Aegyptum, & Aethiopiam,*] *Cum autem in corde ſuo ſuperbiens poſtea diceret,* [*Nonne hæc eſt Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? &c.*] *ſtatim immutauit Deus rationabilem mentem eius, & induit eum ferina beſtialitate, vt ab hominibus fugiens cum beſtijs viueret. Per Antiochum* [h] *quoque cum idololatriam Iudaicæ plebis Dominus puniret, & pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex ſacris nationum aſſumptis quærebant, illis in perniciem verteret, quia Dei diſpoſitionem ignorans, ſuæ facultati deuaſtationem illius plebis attribuit, imprecatur in eum propheta dicens,* [*Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nõ inuocauerunt nomen tuum: ne forte dicãt in gentibus, vbi eſt Deus eorum?*] *Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Chriſti Deus punire decreuiſſet, vrbis excidium, & Iudaicæ plebis miſeram captiuitatem ſuis viribus aſcribere cœperant: vnde contra eos propheta imprecatur dicens,* [*Leua manus tuas in ſuperbias eorum, qui te oderunt.*] *& qui multa malignè operati, monumenta ſuæ victoriæ poſuerunt* [i] *in medio atrio tuo.* ¶ *Per ſcientes peccata puniuntur: ſicut Deus per filios Iſrael voluit peccata punire Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum gentium: quarum terram Iſraelitis poſſidendam dedit: quibus etiam præcepit, vt nemini eorum parcerent, ſed omnes morti traderent. Quod propter peccata eorum illis contigiſſe ex verbis Domini apparet: qui cum diceret ad Abraham,* [*Semini tuo dabo terram hanc*] *veluti quæreret, quare non modo eam das mihi? audiuit,* [*Nondum enim ſunt peccata Amorrhæorum cõſummata*] *Quæ tunc intelliguntur fuiſſe conſummata, cum populus ille de Aegyptiaca ſeruitute liberatus terram eorum, ſicut Abrahæ promiſſum fuerat, in hereditatẽ accepit.* ¶ *Cum ergo ſic diuino iuſſu ad puniendum peccata populi excitantur, ſicut populus ille Iudaicus eſt excitatus ad occupandam terram promiſſionis, & ad delen-*

ad puniendum peccata eorum, qui ſunt futuri boni, vt tandem per ipſos bonos correctos, ipſi poſtea puniantur: quòd probatur exemplo Iabin Regis Chananæorum, & exemplo Madianitarum. Secunda pars incipit ibi, *Per ſcientes peccata. Aſſur.* id eſt, Sennacherib, *nondum enim conſummata ſunt peccata Amorrhæorum*, id eſt, nondum peruenerunt ad cumulum peccatorum ſuorum: quia nondum fecerant omnia peccata, quæ facturi erant ad hoc vt digni eſſent expulſione.

Eſa. 10.

b ¶ *Per Sennacherib.*] "Regem Aſſyriorum, qui maximam partem filiorum, Iſrael captiuauit: qui cum veniſſet ad obſidendum Hieruſalem, ab Angelo exterminatore nocte eſt fugatus, occiſis ab eodẽ Angelo clxxxv. millibus de exercitu ſuo.

" Sennacherib fuit Rex Aſſyriorum Eſa. 10.

c ¶ *Et per Nabuchodonoſor.*] qui cepit Hieruſalem, & tribum Iuda & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

d ¶ *Et per principes.*] ſcilicet per Veſpeſianum & Titum, qui xlij. anno poſt paſsionem Domini Hieruſalem deſtruxerunt.

Ezech. 29. paulo aliter quam in Vulg. aut apud 70.

e ¶ *Aſſur.*] Sennacherio.

f ¶ *Non niſi temporalem.*] Argumẽtum quòd ſufficit aliquem bonum facere ad hoc vt remunerandus ſit, etſi illud mala intentione faciat. Nã & qui prædandi animo gerit negotia alicuius, habet actionem negotiorum geſtorum, vt ff. de negotijs geſtis. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis negotia. Item eſt hic argumentum, quòd qui ignorans adimpleuit voluntatem alicuius, dicitur obtemperaſſe ſuæ voluntati. argumentum contra. ff. de cõditione & demonſtratione, lege, ſecunda vbi dicitur " non enim videtur obtemperaſſe qui fatali caſu obtemperat. Sed illud obtinet cum conditio apponitur, quæ eſt in poteſtate alicuius: ſecus ſi non eſt in poteſtate, vt ibi dicitur. Item eſt hic argumentum quòd ex eodem facto conſequitur quis præmium & pœnam, vt vigeſimatercia, quæſtione ſecunda. ſi quælibet.

Dan. 4.

1. Mach. 1.

Pſal 78.

" obtẽperãs caſu fatali, non vſ obtemperare.

Pſal. 73.

Iol 5. & 6.

Deut. 7.

g ¶ *Da.*] id eſt, datam pronuntia. ſimilis expoſitio. ff. de teſtamentis. lege, hæredes palam. §. ſi quid.

Gene. 15.

h ¶ *Per Antiochum*] qui tempore Machabæorum Hieruſalem cepit, & templum polluit. [a]

a Qui & poſuit arã idoli in medio Hieruſalẽ quod Mathathias deiecit & aufugit ad mõtes cũ 5. filijs, per quos Deus fecit ſalutẽ in Iſrael. de hoc habes 1. eſ. au dieris. Sub illo Antio-

i ¶ *Poſuerunt*] quia vexilla & ſcuta & arma poſuerunt in templo in ſignum victoriæ.

¶ a Domo

cho ignis de téplo extinctus fuit: q2 vendidit ſacer totiū Iaſon, vt hr. r. q. ſicut eunuchus. Ar.

a ¶ *Biuerunt*] id eſt, in ſignum eorū, qui ſunt futuri boni.

Q *Vod autem.*] CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, qua quæritur, vtrū mali ſint cogendi ad bonum? Et reſpondet quòd ad illud bonum, quod numquam voluit, aliquis cogi non debet, vt 3. ca. q. 5. ad finem. & 20. q. 3. præſens. ſed ad illud bonum quod ſemel voluit, ſi poſtea deſerat, eſt cogendus, vt 5. 45. diſt. de Iudæis. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, quòd mali ſunt ad bonum cogēdi, vſque ad §. *Ex his* Deinde probat contrarium: tandem ſolutioné dat. Probat ergo Grat. in hoc ca. quòd mali ſunt cogendi ad bonum, exemplo populi Iſraelitici, & auctoritate Chriſti, & Pauli.

Iud. 4.

Ibid. 8.

b ¶ *Quod autem*] Hæc q. nihil habet dubitationis, [*] quia ad bonum non ſuſceptum nemo cogendus eſt. 5. q. proxim. ad fidem. ſed ad bonum quod ſuſcepit, cogendus eſt, vt 45. diſt. de Iudæis. magiſter tamen aliter ſoluit. 5. ea. q. vlt.

* bonum facere vtrum quis cogat

ſupra e c. 3.

ADDITIO. Dicas quòd illi qui fidem nō receperunt, non ſunt abſolute compellēdi, ſed ſunt quandoque excitandi exhortationibus. 45. diſt. qui ſyncera. quandoque præmiis. 5. ea. q. 4. cap. vlt. qualiter hoc intelligatur, habes extra de bapt. maiores. noſtra enim fides non patitur quòd tales inuiti compellantur, vt prædictis iuribus. & extr. de Iudæ. ſicut. Ioan.

Matth. 10.

S *Chiſmatici dicunt.*] CASVS. Aug. oſtendit Bonifacio in hoc c. quòd hæretici & ſchiſmatici poſſunt violenter ad bonum compelli. Et hoc probat quinq; modis: qui legendo litteram clarius oſtenduntur. Primus mod⁹ incipit ibi, *Ecce habent* Secundus ibi, *Cur ergo*: Tertius ibi, *An non hoc pertinet*. Quartus ibi, *Etiam hinc non abſurde*. Quintus ibi, *Vnde & ipſe Dominus*.

Act. 9.

1 Cor 15.

c ¶ *Schiſmatici*] 5. ea. q. 4. quis nos.

ſupra e. q. 4. quis nos. Iuo p. 10. c. 59.

d ¶ *Seduxerunt*] mitius hic agitur cum circumuento, quam cum coacto, [*] cum tamen alias ſubuenitur coacto in voto, vt extra quod metus cauſa, perlatum. ſed non ſubuenitur ſic circūuento, vt 20. q. 3. contitente.

* Co cto ſubuenitur.

dū gentes peccatrices, ſine culpa noxius ſanguis effunditur, & quæ ab eis male poſſidentur, in ius, & dominium rite tranſeunt bonorum [a]. *Cum vero occulto inſtinctu aliqui mouentur ad perſequendos malos, ſicut Sennacherib, & ceteri, qui populum delinquentem perſecuti ſunt, licet occulto inſtinctu operante illorum meritis incitentur ad perſequendum, tamen, quia praua intentione non peccata delinquentium punire, ſed illorum bona rapere, vel ſuæ ditioni ſubiicere quærunt, non ſunt immunes à crimine. De quibus etiam notandum eſt, quòd aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum, vt tandem per bonos correctos ipſi quoque puniantur: ſicut in libro Iudicum legitur de Iabin rege Chananæorum, & de Madianitis: quòd propter idololatriam populi ſuſcitauit eos Deus, vt Iſrael affligerent, & terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei ſub manibus eorum diutius afflictus peccatum ſuum recognoſceret, & per pœnitentiam ſibi Deum placaret, Dei præcepto, & Barach comitatu Debboram propheteſſam vxorem Lapidoth, Iabin regem Chananæorum, & Ziſaram ducem exercitus ſui contriuit: & Gedeon Zebee, & Salmana reges Madianitarum, & Oreb, & Zeb duces eorum morti tradidit. Apparet ergo, quòd aliquando per legitimam poteſtatem gerentes, aliquando per populos diuino iuſſu excitatos, mali pro peccatis ſuis non ſolum flagellantur, ſed etiam vita perduntur. Nec eſt contrarium illud Auguſtini, quòd ad Marcellinum pro Circumcellionibus ſupplicans rogauit, vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim ſupplicando ſpatium vitæ eis reſeruari popoſcit, non tamen legum ſeueritatem, qua tales morte plectuntur, non obſeruandam docuit.*

QVÆSTIO VI.

QVod autem [b] *quæritur, an mali ſint cogendi ad bonum, facile apparet. Antiquitus nanque populus ille metu pœnarum ad obſeruationem legis cogebatur. In Euangelio quoque Dominus ait diſcipulis ſuis.* [*Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius eum timete,*] *id eſt, ei in timore ſeruite.* [*qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.*] *Paulus quoque cum eccleſiam Dei perſequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus eſt. Vnde ſe abortiuo ſimilem teſtatus eſt dicens.* [*Nouiſſime autem omnium tamquam abortiuo viſus eſt & mihi.*]

Hinc Auguſtinus ſcribit epiſt. 50. ad Bonifacium:

¶ Eccleſia malos debet cogere ad bonum, ſicut Chriſtus Paulum coegit. C. I.

I SChiſmatici [c] dicunt, cui vim Chriſtus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulū Apoſtolum. Agnoſcant in eo prius cogentem Chriſtum, & poſtea docentem, prius ferientem, & poſtea conſolantem. Mirum eſt autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euāgelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui ſolo verbo vocati ſunt, in Euangelio laborauit: & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras miſit timorem. ¶ Cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios, vt redirent, ſi perditi filij coegerunt alios, vt perirent? Quamuis & illos, quos non coegerunt, ſed tantummodo ſeduxerunt [d], ſi per terribiles, ſed ſalubres leges in eius gremium reuocentur, blandius pia mater amplectitur: & de illis multo amplius, quàm de illis, quos numquam perdiderat, gratulatur. ¶ An non pertinet ad diligentiam paſtoralem, etiā illas oues, quæ non violenter ereptæ, ſed blande, leniterque ſeductæ à grege aberrauerint, & ab alienis poſſideri cœperint, inuentas ad ouile Dominicum, ſi reſiſtere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? *Item infra.* ¶ A Chriſto coactum oſtendimus Paulum. Imitatur itaque eccleſia in iſtis cogēdis Dominum ſuum. Quæ prius, vt neminem cogeret, expectauit, vt de fide regum atque gentium prædictio † prophetica [e] cōpleretur. ¶ Etiam hinc enim non abſurde intelligitur illa Apoſtolica ſententia, vbi beatus Paulus dixit. [Paratus vlciſci omnem inobedientiam, cum completa [f] fuerit prior veſtra obedientia.] ¶ Vnde & ipſe Dominus ad magnam cœnam ſuam prius adduci iubet conuiuas, poſtea cogi. Nam, cum ei ſerui ſui reſpondiſſent. [Domine factum eſt, quod iuſſiſti, & adhuc locus eſt, exite, inquit, in vias & ſepes, & quoſcumque inueneritis, cogite intrare.] In illis ergo, qui primo leniter adducti ſunt, completa eſt prior obediētia: in iſtis autem, qui coguntur, inobedientia coercetur. *Item infra.* ¶ [a] Si per poteſtatem †, quam per religionem, ac fidem regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit eccleſia, ij, qui inueniuntur in viis & ſepibus, id eſt, in hæreſibus & ſchiſmatibus, cogantur intrare, non quia coguntur, reprehendant, ſed quo cogantur, attendant.

1. Cor. 15. 1 Io. 4.

† Prædicatio] orig.

2. Cor. 10.

Luc 14.

a ſupra e q. 4. ipſa ſietas. §. ſi per poteſtatem. † al. pompam.

¶ *Initium huius capituli apud B. Auguſtinum ibi de Donatiſtis agentem ſic habet, Vbi eſt, quod iſti clamare conſueuerunt, liberum eſt credere, cui vim, &c. vt ſupra ead. q. 4. quia nos. verſ. cui vim.*

Item ad Donatiſtas, epiſt. 166.

¶ Variis modis errantes corripiuntur à Deo. C. II.

QVod errauerat [g] (inquit Dominus) non reuocaſtis, & quod perierat, non requiſiſtis.] Hoc vobis [h] per nos ipſe Deus facit, ſiue obſecrando, ſiue minando, ſiue corripiendo, ſiue damnis, ſiue laboribus, ſiue per ſuas occultas admonitiones, vel viſitationes, ſiue per poteſtatum temporalium leges.

g Iuo p. 10. c. 54. Ezech. 34.

Item in epiſt. 48. ad Vincentium.

¶ Non eſt conſiderandum, quòd quiſque cogitur, ſed quale ſit illud, quo cogitur. C. III.

e ¶ *Prophetica.*] quia nondum erat impleta prophetia, Et nunc Reges intelligite, &c. vt ſupra q. 4. non inuenitur.

f ¶ *Completa.*] primo enim ſalubriter admonendi ſunt boni, vt ſic cetera multitudo frangatur, vt 44. diſt. comeſſationes. 50. diſt. vt conſtitueretur. Io.

Q *Vod errauerat.*] CASVS. Donatiſtæ dicebant, quòd ipſi non erant cogendi ad bonum: ſed Aug. reprehendit eos auctoritate Ezechielis prophetæ reprehendentis prælatos, qui negligebāt malos corrigere & reuocare. Domin⁹ enim per bonos prælatos reuocat malos rogando, minando, & corrigēdo, damnis & laboribus, ſiue per ſuas occultas viſitationes, ſiue per potentiam ſecularem.

g ¶ *Quòd errauerat*] verba ſunt prophetæ [a] alloquentis magiſtros legis, per quos intelliguntur prælati, per quos probat Aug. malos eſſe cogendos.

a Ezech. 34.

h ¶ *Hoc vobis.*] verba Auguſtini.

Vides, vt opinor, non eſſe cõſiderandum, quòd quiſque cogitur, ſed quale ſit illud, quo cogitur, vtrum bonum [a], an malum non quòd quiſque bonus poſsit eſſe inuitus, ſed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animoſitatem, vel ignoratam compellitur cognoſcere veritatem, vt timens, vel reſpuat falſum de quo contendebat, vel quærat verum, quod neſciebat, & volens [b] iam teneat, quod nolebat. *Item infra.* ¶ Mea primitus ſententia erat, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueram. Sed hęc opinio [c] mea non cõtradicentium verbis, ſed demonſtrantiũ ſuperabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota eſſet in partem Donati, ad vnitatem catholicam timore legum imperialium conuerſa eſt: quam nunc videmus ita huius veſtræ animoſitatis perniciẽ deteſtari, vt in ea numquam fuiſſe credatur [d]. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, vt ipſis rebus agnoſcerem, etiam in hac cauſa rectè intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt: [Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit.]

Item Gregorius Ianuario epiſcopo Caraltano, lib. 3. epiſt. 26.

¶ Onere penſionis ruſticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

Iam vero [e], ſi ruſticus tantæ perfidiæ, & obſtinationis fuerit inuentus, vt ad Deum minime venire cõſentiat, tanto penſionis onere grauandus eſt, vt ipſa exactionis ſuæ pœna compellatur ad rectitudinem feſtinare.

Ex his omnibus colligitur, quòd mali ſunt cogendi ad bonum. Sed obiicitur, quòd nemo eſt cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quiſque inutiliter cogitur, cum Deus aſpernetur coacta ſeruitia [f]. *Vnde Apoſtolus, cum ad eleemoſynas Corinthios hortetur, ait: [Vnuſquiſque, prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſsitate. Hilarem enim datorem diligit Deus] Vnde datur intelligi, quòd qui inuitus* [g] *dat propter præſentem pudorem* [h], *& rem & meritum perdit. Item, cum redderet cauſam, quare ſumptibus abſtineret, ait [Si ex neceſsitate* [i] *euangelizauero, non erit mihi gloria.] ¶ Item [Si inuitus euangelizauero, diſpenſatio* [k] *mihi credita eſt. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] ¶ Item cum Galatis ſcriberet legalia non eſſe tenenda, ait, [Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.] Ex quo apparet eum, qui ſub lege eſt, id eſt, qui timore pœnæ, non amore iuſtitiæ ſeruit, non duci ſpiritu ſancto: Si autem ſpiritu ſancto non ducitur, Deo placere minime valet. ¶ Item [Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quòd, ſi in veteri teſtamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum, tamen in nouo teſtamento ſola libertate, & dilectione iuſtitiæ ſunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicuntur ſerui, & filij ancillæ, pertinentes ad Iſmael: iſti dicuntur liberi, & filij liberæ, pertinentes ad Iſaac. ¶ Item Ioannes in ſua epiſtola [Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem.] Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non eſt in charitate, qui manus comprimit, non animam mutat, quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porro ſine dilectione boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde, cum propheta diceret, [Animalia tua habitabunt in ea,] ſcilicet hæreditate: oſtendens, quomodo ad ipſam habitationem perueniant, ſubdit [In dulcedine tua, quam tu præparaſti pauperi Deus:] dulcedinem vocans, ſuauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pœnæ, ſed delectatione iuſtitiæ. Cum ergo ſine hac dulcedine animalia in hæreditate non habitent, patet quòd nemo, niſi inutiliter, ad bonum cogitur ſolo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur, ſolo timore, non amore ducitur: non ergo ſunt mali cogendi ad bonum. ¶ His ita reſpondetur, Si bonum, ad quod mali coguntur, ſemper inuiti tolerarent, & numquam voluntarij ſeruirent, inutiliter cogerentur ad illud: Sed quia humana natura eſt, & ea, quæ in deſuetudinem ducuntur, abhorrere, & conſueta magna cuſtodia diligere, flagellis tribulationum mali ſunt cohibendi à malo, & prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnæ malum in deſuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum vero ex conſuetudine dulceſcat. Vnde Auguſtinus in pſalmum 127. [* [a] *Cum per timorem gehennæ continet ſe homo à peccato, fit conſuetudo* [l] *iuſtitiæ: & incipit, quod durũ erat, amari: & incipit excludi timor à charitate, & ſuccedit timor caſtus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet ſponſus, ne diſcedat, ne eo careamus. Ille vtilis eſt, ſed non permanet in æternum vt iſte.]*

a ¶ Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum gloſſa ordinaria in eumdem pſalmum: ſunt tamen hic aliqua ex B. Auguſtino, quæ non ſunt in gloſſa.*

QVÆSTIO VII.

Nunc autem [m] *quæritur, an hæretici ſuis, & eccleſiæ rebus ſint expoliandi: & qui poſsident hæreticis ablata, an dicantur poſsidere aliena.*

De his ita ſcribit Auguſtinus ad Vincentium, epiſt. 48.

Vides.] CASVS. Hoc c. duas habet partes. In prima parte dicitur, quòd Vincentius non debet conſiderare, quod ipſe cogitur, ſed ad quid cogitur, vtrum ad bonum, vel ad malum. Nec hic dicit Auguſt. propter hoc quòd quis inuitus ſit bonus, ſed quia propter metum, vel relinquit malum quod faciebat, vel compellitur cognoſcere veritatem. In ſecunda parte dicitur, quòd Aug. fuit in hac opinione, quod hæretici verbis & non vi eſſent compellendi ad bonum. Sed hæc ſuá opinio multis exemplis prudentium ſuperabatur. Et primo exemplo ſuæ ciuitatis, & poſtea aliarum multarum. Secunda pars incipit ibi, *Item infra, Mea primitus ſententia.*

a ¶ *Bonum.*] vt ſ. q. 5. ad fidem.

b ¶ *Et volens.*] ſic ex nolente fit volens, vt ſupra 74. diſt. conſuluit. & ſupra q. 4. diſplicet.

c ¶ *Opinio.*] “ ſi ergo iuriſperitus debet mutare opinionem ſuam, ſi expedit mutare, vt 12. q. 2. certe. & ff. de iure pat. diu. Item ex hoc loco dicunt quidam Aug. quandoque fuiſſe hæreticum: ſed potius probatur hic contrarium.

“ Opinio mutari pt.

d ¶ *Credatur.*] Numquam creditur fuiſſe malum quod factum eſt bonum. vt 50. diſt. ferrum. & ff. de ædil. edi. quod ita [a].

a Vide q̃d nota. 32. q. 1. quod autẽ. & c. nõ erit. & c. apud.

Iam vero.] CASVS. Chriſtianus aliquis nomine Ruſticus contumaciter in delicto perſiſtens, admonitionibus non corrigebatur: quare quærebat Maximianus epiſcopus à Grego. qualiter ille Ruſticus ſit coercendus? Et reſpõdet quòd graui onere penſionis eſt grauandus, vt per hoc cogatur redire ad bonum.

Prouerb. 9.

e ¶ *Iam vero.*] Hoc ca. intelligitur de hæreticis. contrarium eſt extra de hæret. ca. ſicut. vbi prohibetur, ne aliquis eos teneat in terris ſuis vel in domo, vel aliquem contractum cum eis faciat. Sed dic quòd loquitur de eo qui alias eſt incorrigibilis, vel loquitur de Iudæis prout dixi ſupra q. 4. c. vlt. Ioan.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Huc uſque probauit Grat. quòd mali ſunt cogẽdi ad bonum: nunc vero vult probare contrarium: quia Deus coacta ſeruitia aſpernatur: quod ſex auctoritatibus probat, quæ in littera facile apparebunt, & hoc in prima parte. in ſecunda parte reſpondet obiectis, dicens quòd homo, ſi ſemper eſſet inuitus, inutiliter cogeretur ad bonum: ſed cogitur, vt timore pœnæ malum ducatur in deſuetudinem, bonum vero ex conſuetudine dulceſcat. Et ad hanc ſolutionem probandam inducit auctoritatem Auguſt. *Si ex neceſsitate.* id eſt, cauſa ſumptus. *Si inuitus,* quia iniunctum eſt mihi hoc officium. *Diſpenſatio.* id eſt, diſtributio verbi Dei eſt tantum mihi credita.

2. Cor. 9.

f ¶ *Seruitia.*] ſ. 15. q. 1. non eſt.

1. Cor. 9.

g ¶ *Inuitus.*] ſed qualiter: poteſt quis inuitus dare: cum nec ignorans nec inuitus quis donet, vt C. de dona. nec ignorans? “ Sed facias vim & differentiam inter dare, & donare vt donum dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa ſcientia [b]. vnde epiſcopus nõ dicitur donare præbendas, ſed dare.

Gal. 5.

“ donare & dare differunt.

Rom. 8.

b Vt ff. de do. l. dari.

h ¶ *Pudorem.*] quandoque etiam ſi aliquis tacet propter verecundiam, non ſibi præiudicat, vt ff. de furt. l. pen.

Gal. 4.

i ¶ *Si ex neceſsitate*] id eſt, præcepto. vel loquitur de neceſsitate vitæ.

1. Ioan. 4.

k ¶ *Diſpenſatio*] aliàs diſpenſo: ſed male non proficio.

l ¶ *Conſuetudo.*] ſicut enim ſeta inducit filum, ſic iſte timor iuſtitiam, vt infra de pœ. diſt. 2. ſicut ſeta. Ioannes.

Pſal. 67.

Nunc autem.] CASVS. Hic intitulat 7. quæſt. qua quæritur an hæretici ſint rebus ſuis & reb' eccleſiæ ſpoliandi: & an illi qui poſſident res illas, ſine peccato valeant poſſidere? Et reſpondet quòd ſic, vt infra c. 2. & ſ. 8. diſtin. quo iure. dummodo fiat per iudicem, vt ſ. c. quæſt. 3. ſex ſunt differentiæ. circa fin. Idem eſt de quolibet hoſte, dummodo bellum ſit iuſtum, vt ſ. ea. quæſt. 5. dicat. & diſt. 1. ius naturale.

m ¶ *Nunc autem.*] Non ſolum hæretici, ſed oẽs hoſtes licite poſſunt ſpoliari reb. ſuis, dummodo bellum ſit iuſtum: & ille qui rem abſtulit, iure factus eſt dominus illius rei. ſupra ead. q. 5. dicat. & ſ. diſt. 1. ius naturale. & ff. de acq. re. do. naturale. §. vltim. hæreticis autem licitum eſt auferri ea quæ habent, vt ſupra diſt. 8. quo iure. & ſ. e. c. 1. & ſ. c. quæſt. 5. ſi vos. melius tamen eſt quod auctoritate iudicis fiat. vt ſ. ea. q. 3. ſex ſunt. “ Si ergo condemnatus eſt laicus de hæreſi, confiſcantur bona eius, vt ext. de hære. vrgentis. ſi clericus, tunc res eius ſunt eccleſiæ applicandæ, vt ext. c. ad abolendam. & hæc vera ſunt etiam ſi aliquis hære

1 Ad verſ vxor tua.

“ Hæreticorũ bona cui applicatur.

hæreticus habet filios vel agnatos, vt ext. eo. Vrgentis. in fi. [a] Et ſic corrigitur lex quæ dicit bona hæreticorum ad filios vel agnatos deuolui, vt C. de hære. auth. de Neſtorianis. Licet autem bona ſint ablata hæreticis, ſi tamen fuerint reuerſi ad fidem, priora bona eis ex miſericordia reſtituuntur, & etiam epiſcopatus, vt ſupra ead. q. 4. ipſa pietas. & infra ead. c. 13. Sic eſt melioris conditionis ille qui reuertitur ab hæreſi, quàm qui reuertitur ab hoſtib. Nam ſi deſertor reuertitur ſponte ad ſuos, licet indulgeatur ei vita: tamen in inſulam deportatur, vt ff. de re milit. non omnes. §. qui deſertorem.

duabus auctoritatib. In ſecunda parte obiiciebat Chriſtianis concupiſcentiam rerum alienarum: quod reprobat Auguſt. vna ratione, & duobus exemplis, quæ omnia ſi bene inſpexeris, facile videbis. Secunda pars incipit ibi, *Si qua iam præciſi.*

a Dicit Ray. Hoc vſ intelligẽdũ in eum pſ publice prædicat cõtra fidem catholicã, vel publice profitetur vel defendit errorẽ: vel corã ꝓlato ſuo ẽ conuictus vel cõfeſſus, aut ſnialiter cõdẽnatus de hæreſi. ext. de ver. ſign. ſuper quibuſdam.

¶ Res terrenæ non niſi diuino, vel humano iure tenentur. C. I.

1 QVicumq; vos ex occaſione legis huius imperialis non dilectione corrigẽdi, ſed inimicandi odio perſequitur, diſplicet nobis. Et quãuis res quæq; terrena recte à quoquã poſsideri non poſsit, niſi vel iure diuino [a], quo cuncta iuſtorũ ſunt, vel iure humano, qđ in poteſtate eſt regum terræ (ideoq; falſo res veſtras appellatis, quas nec iuſte † poſsidetis, & ſecundũ leges regũ terrenorũ amittere iuſsi eſtis, fruſtraq; dicitis, nos eis congregandis laborauimus, cum ſcriptũ legatis [Labores [a] impiorũ iuſti edunt †]) ſed tñ, quiſquis ex occaſione huius [β] legis, quã reges terræ Chriſto ſeruiẽtes ad emendãdam impietatẽ veſtrã ꝓmulgauerũt, res ꝓprias veſtras cupide appetit, diſplicet nobis. Quiſquis deniq; res ipſis pauperum, vel baſilicas cõgregationũ, quas ſub noĩe eccleſiæ tenebatis (quæ omnino nõ debent, niſi ei eccleſiæ q̃ vera eſt Chriſti eccleſia) nõ per iuſtitiã, ſed ꝑ auaritiã tenet, diſplicet nobis [b]. Quiſquis ꝑ aliquo flagitio, vel facinore deiectum † [b] à vobis [c] ita ſuſcipit, ſicut ſuſcipiũtur, q̃ excepto errore, quo à nobis ſeparamini, ſine crimine apud vos vixerunt, diſplicet nobis. Sed nec facile iſta monſtratis: & ſi monſtratis, nonnullos toleramus [γ], quos corrigere, vel punire non poſſumus: neq; propter paleã relinquimus aream Dñi: neq; propter piſces malos rumpimus retia Dñi: neq; propter hœdos in fine ſegregandos deſerimus gregẽ Dñi: neq; propter vaſa facta in contumeliam migramus de domo Dñi.

a ¶ Labores impiorum.] *Huic ſententiæ ſimile eſt, quod ſcribitur prou. 13.* θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος *id eſt, vt infra ea. c. quemadmodum.* Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorum. *Vt vulgata habet,* cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. *Itemque Eſaiæ 61. ſcriptum eſt,* καὶ ἀντὶ τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, *cum ante dixiſſet,* ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθαι. *Sapientiæ 10. legitur.* Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum. *infra ea. c. quemadmodum.*

β ¶ Huius legis.] *In codice Theodoſiano, libro 16. tit. 5. ſunt leges Honorij, & Theodoſij 43. 52. & 54. in quibus præcipitur ædificia, prædia, & loca, quæ ad conuenticula Donatiſtarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab eccleſiis catholicis vendicari, vel eiſdem ſociari debere: Et ad has leges videtur ſpectaſſe B. Auguſtinus & hic, & in tractatu 6. in Ioannẽ (vt notatum eſt ſupra diſt. 8. quo iure) & contra litteras Petiliani (vt in proxime ſequenti capite) & alibi.*

γ ¶ Vobis.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis codicibus, & originali, cũ in vulgatis, & hic, & infra 24. q. 1. quiſquis. legeretur,* nobis. *Vox autem,* deiectum, *nõ eſt mutata ob gloſſam. Nam in vetuſtis hic, & infra c. citato, & apud Iuonem, & in originali eſt,* proiectum.

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 43.

¶ Catholici non ideo aliena poſsidẽt, quia ab hæreticis ablata tenent. C. II.

3 SI de rebus [d], vel locis eccleſiaſticis, q̃ tenebatis, & non tenetis, querimini, poſſunt & Iudęi ſe iuſtos dicere, & iniquitatẽ nobis obiicere: quia locũ, in quo impie regnauerunt, modo Chriſtiani poſsident. Quid ergo indignum, ſi ea, q̃ tenebant hæretici, ſecũdum parẽ Dñi voluntatem catholici tenẽt? Ad oẽs em̃ ſimiles, id eſt ad oẽs impios [e], & iniquos illa vox Dñi valet. [Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti faciẽti * iuſtitiam.] An fruſtra ſcriptũ eſt [Labores impiorũ iuſti edent?] [*] Quapropter magis mirari debetis, ꝙ adhuc tenetis aliquid, quàm ꝙ aliquid amiſiſtis. *Item c. 59.* ¶ Si qua iam præciſi † poſsidere cœpiſtis, quia vobis ablata, nobis Dñs dedit, non ideo concupiſcimus aliena: quia illius imperio [f], cuius ſunt oĩa, facta ſunt noſtra, & iuſte noſtra ſunt: Vos em̃ his vtebamini ad ꝑciſionẽ, nos ad vnitatẽ. Alioquin & primo populo Dei poſſent illi obiicere alienę rei cõcupiſcẽtiã, qui diuina poteſtate ab eorũ facie, q̃a ea terra male vtebãtur, expulſi ſunt: & ipſi Iudæi, à quibus ablatũ eſt regnũ ſecundum verba Dñi, & datũ eſt gẽti facienti iuſtitiã poſſunt obiicere alienæ rei cõcupiſcentiam: quia eccleſia Chriſti poſsidet †, vbi perſecutores Chriſti regnabant.

Idem epiſt. 50. ad Bonifacium.

¶ Res eccleſiaſticæ ab hæreticis iniuſte poſsidentur. C. III.

5 QVod autem nobis obiiciunt, quòd res eorum concupiſcamus [g], & auferamus, vtinam catholici fiant, & nõ ſolum quæ dicunt ſua, ſed etiã noſtra in pace nobiſcũ & charitate poſsideant. Vſq; adeo autem calũniandi [h] cupiditate cæcantur, vt nõ attendant, quàm ſint inter ſe cõtraria [i], quę loquuntur. Ipſi certe dicunt, & inuidioſiſsime ſibi conqueri videntur, ꝙ eos

QVicumque vos] CASVS. Vincentius Donatiſta de quatuor conquerebatur. Primo quòd Chriſtiani perſequebantur eum & alios hæreticos occaſione legis imperialis, non dilectione corrigendi, ſed odio vindicandi. Secundo quòd occaſione legis imperialis res ſuas cupide auferebant. Tertio quia res pauperum vel baſilicas, quas ipſi quondam tenebant, nunc tenent Chriſtiani per auaritiã. Quarto quia recipiunt ita inhoneſte viuentes hæreticos ſicut honeſte viuentes. Sed Aug. iſtis quattuor quæſtionibus reſpondet per ordinem: dicens quòd diſplicet ſibi ſi iſta fiant, licet ipſi nihil recte poſsideant: cum ſcriptum ſit: Labores impiorum iuſti edent. & tamen de facili non credit iſta ſibi, quia ea non monſtrant: quæ & ſi vera ſint, eccleſia tamen multos tolerat, quos corrigere nõ poteſt: quod tribus rationibus probat. Secunda quæſtio incipit ibi, *Et quamuis res.* Tertia ibi, *Quiſquis deniq;.* Quarta ibi, *Quiſquis pro aliquo.*

a ¶ *Diuino.*] id eſt, iure canonico, quo eis ſunt omnia auferenda, vt ſupra eadem quæſt. 5. ſi vos. non obſtat ſupra diſtinctio. 8. quo iure.

b ¶ *Deiectum.*] Argu. quòd ſi hæreticus tulit ſententiam ſuper matrimonio, quòd valet, vt infra prox. cau. quæſt. 1. quiſquis. Argum. contra ext. c. fraternitatis.

c ¶ *Toleramus*] infra vigeſimaquarta, quæſt. 1. pudenda.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima conquerebatur Petilianus de Chriſtianis, qui bona poſsidebant hæreticorum: ſed Auguſt. reſpondet quòd iniuſte conqueritur, quòd probat exẽplo vno, &

d ¶ *De rebus.*] hoc nomen, res, hic ſtricte ſumitur. nam ſecundũ veram ſignificationem omnia comprehendit & corporalia & incorporalia, vt ff. de verb. ſign. rei appellatio. & l. rei appellatione. Ioan.

e ¶ *Et impios.*] per hoc dicunt quidam, quòd Iudæis & Sarracenis licite poſſumus ſua auferre: & intelligitur id quod dicit infra quæſtio. 8. capit. diſpar. de perſonis Iudæorũ non de rebus. [a] Sed ſecus credo: quia Iudæi ſoluunt tributum, & de voluntate noſtra tenent ea quæ habent. [b]

f ¶ *Imperio.*] ſimile decimaquarta, quæſtione quinta. dixit. quadrageſimaquinta diſtinctione, qui ſyncera.

QVod autem nobis.] CASVS. Hæretici obiiciebant catholicis concupiſcentiam rerum alienarum: ſed Auguſt. eos reprehẽdit dicens hoc non eſſe verum: quia ſi hoc eſſet verum, nũquam eos compellerent inuitos ad fidem catholicam retinendam: ſed res eorum tantummodo reciperent. nullus enim auarus quærit compoſſeſſorem. Attendant ergo quondam ſocios ſuos qualiter ab eccleſia tractentur: qui non ſolum ſua, ſed & res catholicorum, quas non habebant, poſsident, quæ pauperum ſunt, etſi catholici procurationem de ipſis gerant: vnde niſi reuertantur, ſua eis iuſte auferuntur auctoritate legum imperialiũ. Cum ergo plebes & pauperes de eccleſiis eorum ſunt nobiſcũ, ex quarum eccleſiarum poſſeſsionibus alebantur, deſinant potius concupiſcere aliena: quia ſcriptum eſt per Paulum: Omnia ſunt veſtra, &c.

g ¶ *Concupiſcamus.*] ſupra ead. quæſt. 4. ipſa pietas. in fin.

h ¶ *Calumniandi.*] non eſt calumniandum ius. infra de conſecratione, diſtinctione ſecunda. liquido. ff. ad exhi. l. pen.

i ¶ *Contraria.*] argumentum quòd contraria dicens non eſt audiendus, vt extra de appellat. ſolicitudinem. & 74. diſtin. geſta. C. de mun. patri. profeſsio tua. Argum. contra extra de iudi. examinata. vt dixi 14. q. 1. in fin.

1 Iuo par. 3. c. 179. Poly. l. 7. tit. 5.

† al. iuſti

† al. edent

2 24. q. 1. quiſquis.

† proiectum] orig.

a Iudæis & Sarracenis ſua auferre ñ debemus.

3 Iuo p. 10. c. 75.

b Dicas ꝙ eſt dña inter Iudæos & paganos ſiue ſarracenos. Iudæos n. ñ debem⁹ occidere vel ſpoliare, ſed Sarracenos ſic. [ut] c. q. 8. diſpar. at. 45 diſt. q ſyncera ext. de Iud. ſicut. ſedm Io. d Fan ſed de hac mãa vide latius qđ not. Inn. & Hoſt. ext. de vot. c. qđ ſuper Arc.

* Matth. 21. 4. 3 c. prox.

† concisi] ori.

Pſal. 134.

† al. ibi præſidet.

5 Po. l. 7. ti. 5. Anſ. l. 12. c. 59.

Habere dupliciter ſumitur.

a ¶ *Habebant.*] non intelligas de iure dominij: " quia habere eſt idem quod eſſe dominum rei: quandoque idem eſt quod poſsidere, vt ff. de verb. ſig. habere.

b ¶ *Sed etiam noſtra*] id eſt ad conſeruandum nobis data.

eccleſiaſticarũ rerum prælati ſunt procuratores & non dñi.

c ¶ *Procurationem.*] " Prælati ſunt procuratores non domini rerum eccleſiaſticarũ, vt hic, & 12. q. 1. c. vlt. quandoque dicuntur domini. 16. q. 1. & temporis. quandoque defenſores. 16. q. 1. in canonibus tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberam adminiſtrationem a quàm ſimplex procurator: vnde aliquantum dare poteſt, ſi hoc habet conſuetudo regionis, vt ext. de don. ca. 2. arg. contra infra eod. q. 8. conuenior.

a ẽ hoc no. 3. q. 1. c. vlt.

† al. ſua

d ¶ *Dei.*] ſcilicet patris b.

b Adimplẽdo eius voluntatem.

a 12. q. 1. § primitiuam.

QVemadmodum] CASVS. hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Augu. quod hæreticus eſt ſicut membrũ à corpore præciſum: quia ſicut tale membrum non habet ſpiritum vitæ, ſic homo à corpore Chriſti ſeparatus non habet ſpiritum iuſtitiæ. In ſecũda parte ponuntur quattuor quæſtiones Vincentij. Prima eſt quare Chriſtiani quærũt hæreticos? Et reſpondet Auguſt. ne iniuſti permaneant. Secunda eſt, quare non baptizant eos Chriſtiani cum quærunt ipſos? Et reſpondet Aug. quòd iniuria non eſt facienda ſacramento. Tertia eſt quare non agunt pœnitentiam apud Chriſtianos? Et reſpondet Aug. immo & ſi non egerint, vitam non habebunt. Quarta quæſtio eſt, & ſi non recipiunt baptiſma cum reuertuntur: quid ergo recipiunt? Et reſpondet q̃ accipiunt vnitatem ſpiritus ſancti, ſcilicet charitatem, quam non habebant. In tertia obiicit Vincentius Donatiſta concupiſcentiã Chriſtianis. quod Aug. improbat duabus auctoritatib. & hortatur hæreticos vt reuertantur ad eccleſiam, & ſuos labores poſsideãt. Secunda pars eſt ibi, *Sed hoc eſt* Tertia ibi, *Si autem*. Sequens capitulum patet.

1. Cor. 3.

e ¶ *Nos autem*] in fin. c. idem repetit: " & ſic eſt argu. q̃ aduocatus idem ius ſæpius poteſt allegare. Arg. contra. C. de ap. ampliorem §. 1. ex eo quod dicit inimico, eſt arg. ad quæſtionem ſabbatinam, " quòd ſi aliquis ſubmiſit ſe arbitrio inimici: licet tulerit duram ſententiam, q̃ illa tenet, dũmodo nõ præcipiat aliquid iniuſtum, vt ext. de iureiu. Quintauallis. ſed ſi aliquid durum præcipiat, illud eſt reducendum ad arbitrium boni viri, vt ff. pro ſoc. ſocietatem.

Aduocat* idem ius ſæpius allegare põt.

Arbitrium inimici an ſit tolerãdũ.

f ¶ *Deſertoris*] hic comparantur deſertori redeuntes ab hæreſi: & tamen cum deſertore ſtrictius agitur quàm cum hæretico, vt dicitur in ſumma. " dicitur autem deſertor qui diu vagatus reducitur. ff. de re mil. l. 3. §. 2.

Deſertor quis ſit.

in noſtram cõionem violẽto legum imperio coarctamus. Hoc vtiq; nullo modo facerem*, ſi res eorũ poſsidere vellemus. Quis auar* quærit cõpoſſeſſorẽ? Quis dominãdi cupiditate inflammatus, vel faſtu dñationis elat* deſiderat habere conſortem? Ipſos certe attendãt quondã ſuos, iam noſtros ſocios, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum ea † teneant, nõ ſolum, quæ habebãt a, ſed etiã noſtra b, quæ nõ habebãt: Quæ tñ, ſi pauperũ, cõpauperes ſumus, & noſtra ſunt, & illorũ. a Si aũt priuatim, q̃ nobis ſufficiant, poſsidemus, nõ ſunt illa noſtra, ſed pauperum quorũ procurationem c quodãmodo gerimus, non proprietatẽ nobis vſurpatione damnabili vẽdicamus. Quidquid ergo noĩe eccleſiarũ parti Donati poſsidebat, Chriſtiani Imperatores legib* religioſis cum ipſis eccleſiis ad catholicã trãſire iuſſerunt. Cum ergo nobiſcum ſint plebes earundẽ eccleſiarũ, nobiſcũ pauperes, qui de eiſdẽ poſſeſsiunculis alebãtur, ipſi potius foris poſiti deſinant cõcupiſcere aliena, ſed intrent in vnitatis ſocietatẽ, vt pariter gubernem* nõ illa tantũ, quę dicunt ſua, verum etiã quæ dicunt & noſtra. Scriptum eſt enim [Oĩa veſtra: vos autem Chriſti: Chriſt* autẽ Dei d.]

Idem in eadem, epiſt. 50.

¶ *Antea citabatur ex epiſtola ad Vincẽtium, in qua non habetur.*

¶ Qui à corpore Chriſti præciditur, ſpiritum iuſtitiæ tenere non põt. C. IIII.

QVemadmodũ membrum, ſi præcidatur ab hominis viui corpore, nõ põt tenere ſpiritum vitæ: ſic homo, qui præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo põt tenere ſpiritum iuſtitiæ, etiã ſi figurã membri teneat, quã ſumpſit in corpore. In hui* ergo cõpagem corporis veniãt, & labores ſuos nõ dominãdi cupiditate, ſed bene vtẽdi pietate poſſideant. Nos aũt e voluntatẽ noſtrã, vt iam dictũ eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicãte, purgamus, qñ eos ipſos, quorum labores dicũtur, vt nobiſcum & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtant, quantum valemus, inquirimus. ¶ Sed hoc eſt, inquiunt, quod nos mouet: ſi iniuſti ſumus, quare nos quæritis? Quibus reſpondemus, quærimus vos iniuſtos, ne permaneatis iniuſti: quærimus perditos, vt de inuẽtis gaudere poſſimus, dicẽtes mortuus erat frater, & reuixit, perierat, & inuẽt* eſt. Quare ergo me, inquit, non baptizas, vt me abluas à peccatis? Reſpõdeo, quia non facio iniuriã characteri imperatoris, cũ errorem corrigo deſertoris f. Quare inquit, apud te vel pœnitentiã non ago? Immo, niſi egeris, ſaluus eſſe non poteris. Quomodo enĩ gaudebis te eſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe peruerſum? Quid ergo, inquiunt, apud vos, cum ad vos tranſimus, accipimus? Reſpondeo, non quidem accipitis baptiſmũ, qui vobis extra cõpagẽ corporis Chriſti ineſſe potuit, prodeſſe nõ potuit: ſed accipitis vnitatem ſpiritus in vinculo pacis (ſine qua nemo poterit videre Deũ) & charitatem, quę, ſicut ſcriptũ eſt, cooperit multitudinẽ peccatorum. *& ſupra.* ¶ Si autem conſideramus, quod ſcriptum eſt in libro ſapientiæ [Ideo iuſti tulerũt ſpolia impiorum.] Itẽ, quod legitur in prouerbiis [Theſaurizãtur aũt iuſtis diuitiæ impiorũ,] tũc videbimus nõ eſſe querendũ, qui habeãt res hæreticorũ, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorũ. *Itẽ poſt aliqua.* ¶ Si corpus Chriſti tollit ſpolia impiorũ, & corpori Chriſti theſaurizant diuitiæ impiorũ, non debent impij foris remanere, vt calũnientur, ſed intrare potius, vt iuſtificẽtur. *Itẽ poſt aliqua.* ¶ a In Chriſti ergo cõpagem corporis veniãt, & labores ſuos nõ dominãdi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſsideãt. Nos aũt volũtatẽ noſtrã, vt iã dictũ eſt, ab huius cupiditatis ſordib*, quolibet inimico iudicãte, purgamus: qñ eos ipſos, quorũ labores dicuntur, vt nobiſcũ & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtantur, quantum valemus, inquirimus.

Luc. 15. Epheſ. 4. Iac. 5. Sap. 10. Prouerb. 13. ſecundũ 70.

His igitur auctoritatibus liquido monſtratur, quod ea, quæ ab hæreticis male poſsidentur, à catholicis iuſte auferuntur, nec ideo aliena poſsidere dicuntur.

QVÆSTIO VIII.

1 ps. DE *epiſcopis vero, vel quibuſlibet clericis* g: *quod nec ſua auctoritate, nec auctoritate Romani Pontificis ar-*

DE *epiſcopis.*] Hæc quæſt. diuidit in ſeptẽ partes: in quarum prima ponit magiſter p̃ multas auctoritates, quòd clerici pugnare non debent. Secunda ibi, *His ita*. Tertia ibi, *Sed obiicitur*. Quarta ibi, *Quamuis*. Quinta ibi, *Sæpe principes*. Sexta ibi, *De incendiariis*. Septima ibi, *De his*. Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 8. q. in qua quæritur an clericis liceat arma mouere? Et reſpondetur q̃ non, vt infra e. conuenior. poſſunt tamen hortari homines ad pugnandum pro terra defendenda, vt infra vt pridem. & pro feudo certum numerum militum dare principi, vt infra ea. §. ecce. quid autem iuris ſit, de hoc plenius cõſueuit notari ſupra 50. di. de his clericis. Oſtendit ergo Grat. in hoc §. quòd nec ſua auctoritate, nec auctoritate Papæ arma debent accipere clerici, quod probat tribus auctoritatibus, ſc. Euãgelij, Ambroſij, & Pauli, & ad hoc inducit ſequentia ca. quorũ prima duo plana ſunt.

g ¶ *Clericis.*] De hac materia a variis tractatum eſt varie. quidam dicunt b quòd clerici poſſunt vti armis p̃ defenſione tantum, vt clypeo, lorica: ſed non armis impugnationis. Alij c dicunt quòd arma poſſunt accipere ad defendendum ſe: dum tamen illud incontinẽti fiat, & pro ſe tantum, non pro aliis, & in neceſsitate ineuitabili, vt extra de homi. c. 2. infra ca. conuenior. vt dixi. 3. ead. quæſt. 1. in princip. ſed ſi alias poſſunt euadere, non ſument arma, vt extr. de homi. ſuſcepimus. Alij dicunt quod auctoritate Papæ poſſunt: aliter non. G. dixit quòd poſſunt non in propria perſona, ſed alios hortando ad pugnam d, vt infra e. vt pridem. & etiam poſſunt milites aliquos dare principi pro feudo, vt infra ead. §. ecce. Quid autem iuris ſit ſi clerici defendendo ſe, occidant aliquem, habes notatum 50. di. de his clericis.

b Vt Ber.

c Vt Ber.

a ĩ hoc c. non lõge ab initio.

d Idẽ videtur Gratian. ſentire infra e. §. in regiſtro.

Hæſitantes

a ¶ *Hactenus.*] ex hoc videtur q; tunc ceſſauerit obſeruantia legis: quia prius licuit repellere iniurias non
Matth.26. ſolum pro ſe, ſed pro ſocio, vt ſ.ea. q. 3. non in inferenda. ſed tunc primo fuit prohibitum exercere: hodie autem tantum licitum eſt defendere ſeipsũ, vt extra de hom.c.2. & ext. de cler. percuſ. c.pen. lo. Non credo peccare eum qui aliquẽ patientem iniuriam defendit, etiam ſi homi-
Rom.13. cidium faciat, vt ſ. ea. q. 3. non in inferenda. licet forte irregularis efficiatur: quia nõ fuit
1 ǰ. c. non pila. Rom. 12. ibi ineuitabilis neceſſitas, vt diſt. 50. quia te obnoxium. B.

b CVm à Iudæis.] ¶ *Prohibuit.*] Ex hoc videtur quòd non licet alicui defendere dominum ſuum vel ſocium: ſed tantum ſe ipſum, vt ext. de hoc. c. 2. & c. ſuſcepimus. extra de cle. percu. c. pe. ſed contra hoc eſt ſ. e. q. 3. c. fortitudo. & c. pro membris. & c. vlt.
† al. Nimirum ſ. 6. q. 1. infames. nam ſeruus potius iuuabit dominum quam ſeipſum, vt ff. ad Syl. l. 1. §. ſerui.

NOn pila.] CASVS. Quidam reprehendebant Ambr. eo quòd non impugnabat quoſdã eccleſiam infeſtantes. Et reſp. Ambr. q; milites Chriſti non debent mouere arma. vnde dicit Ambr. quòd dolor, fletus, lacrymæ & orationes ſunt ſua arma: aliter repugnare nõ debeo, eccleſiam tamen non derelinquo. & ſunt tria præcedentia c. loco paleæ. Quę ſequun-
2 Pol. l. 4. ti. 15. tur plana ſunt vſque ad §. *His ita.*

c QVicumque.] ¶ *In bello*] hoc intelligas ſi eſt ex parte illorum, qui violentiam inferunt: alio-
a Nam tunc omnia imputatur aggredienti. C. ad l. Iul. de vi pu. l. quin. Laur. quin ſecus eſt a. ext. de cle. percuſ. c. pen.

d ¶ *Gentilium ludis*] ſecus ſi in aliis ludis, vt ext. de cler. percuſ. c. pen. ext. de ho. lator.

e ¶ *Sepultura.*] ſi pœnituit: ſed tamen eccleſia non debet orare pro ipſo, nec ſumere oblationes eius, vt hic dicit. & idem eſt de raptore, qui in fine pœnitet, vt ext. de
"Sepultura denegatur mortuis in torneamẽtis. rap. ſuper eo. " econtra eſt in torneamentariis: quia illi non habent ſepulturam, licet alia ſacramenta recipiant, vt ext. de torn. c. 1. intellige quod hic dicit, de canina ſepul-
3 Burc. l. 2. c. 233. Iuo p. 6. c. 368. tura, vt dixi ſ. eadem quæſtione 5. plac.uit. Ioan.

ma arripere valeant, facile probatur. Cũ enim Petrus, qui primus Apoſtolorũ à Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, vt magiſtrum à Iudæorũ iniuria defenſaret, audiuit [Conuerte gladium tuum in vaginam: Omnis enim qui gladiũ acceperit gladio peribit:] ac ſi aperte ei diceretur: hactenus [a] *tibi, tuiſque prædeceſſoribus inimicos Dei gladio corporali licuit perſequi: deinceps in exemplũ patientiæ gladium tuum, id eſt tibi hactenus conceſſum, in vaginam conuerte: & tantum ſpiritualem gladium, quod eſt verbum Dei, in mactatione veteris vitæ exerce. Omnis enim præter illum, vel auctoritatem eius, qui legitima poteſtate vtitur, qui, vt ait Apoſtolus, non ſine cauſa gladiũ portat, cui etiam omnis anima ſubdita eſſe debet, omnis, inquam, qui præter auctoritatem huiuſmodi gladiũ acceperit, gladio peribit. ¶ Item Ambroſius [* [1] *Arma epiſcopi lachrymæ ſunt & orationes.] Item illud Apoſtoli [Non voſmetipſos defendentes chariſſimi.] quãuis omnibus generaliter dicatur, ſpecialiter tamen p̃latis dictũ intelligitur.*

Vnde Ioannes Papa VIII. Angebergæ Imperatrici, excuſans Ioannem epiſcopum remoueri de militia, dicit.

¶ *Huic capiti & ſequenti non eſt in vulgatis præpoſitum nomen Palea. Vtrumque tamen cum deinceps ſequenti palea abeſt à pleriſque vetuſtis exemplaribus.*

¶ De eodem. C. I.

NImium † certe veretur, & iure formidat contra profeſſionem ſui ordinis ſæcularem militiam exercere: terram defendere, de præliis tractare, de armis terrenæ poteſtatis eſt.

Item Innocentius Papa.

¶ De eodem. C. II.

CVm à Iudæis, inquit, Dominus caperetur, & Petrus cuiuſdam inobedientis aurem abſcinderet, ferire prohibuit [b]: & forma omniũ ſacerdotum (quorum prior erat) etiam pro ſeipſo capi arma carnalia prohibuit. •

[*Item Ambroſius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

2 NOn pila quærunt ferrea:] Nõ arma Chriſti milites.] Coactus repugnare nõ noui: ſed dolor, flet⁹, orationes, lachrymæ fuerunt mihi arma aduerſus milites. Talia enim munimẽta ſunt ſacerdotis. Aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere: fugere autem, & relinquere eccleſiam non ſoleo: ſeruum Chriſti nõ cuſtodia corporalis, ſed Domini prouidentia ſepire conſueuit.

¶ *Initium huius capitis, quod conſtat duobus dimetris iambicis, nõ eſt inuentũ. Reliqua habentur in lib. 5. epiſtolarum in oratione contra Auxentiũ, quamuis hic verba aliqua ſint immutata. Nam apud B. Ambroſium habent vt infra ea. c. conuenior. §. quid ergo turbamini.*

Hinc etiã de his, qui in bello, aut rixa moriuntur, in concilio Triburienſi ſic ſtatutũ eſt.

¶ Pro clerico, q in bello, aut rixa moritur, oratio, vel oblatio non offeratur. C. IIII.

ǰ 3 QVicumq; clericus aut in bello [c], aut in rixa, aut in gentilium ludis [d] mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo poſtuletur, ſed in manus incidat iudicis: ſepultura [e] tamen non priuetur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 44. de clericis arma ferentibus.

¶ Gradu amiſſo tradantur in monaſterio clerici voluntarie arma ſumentes. C. V.

4 CLerici, q in quacumq; ſeditiõe † arma [f] volẽtes [g] ſumpſerint, aut ſumpſerũt, reperti amiſſo ordinis ſui gradu ĩ monaſteriũ pœnitentię [a] tradantur.

a ¶ Pœnitentiæ.] *Sic legitur apud Anſelmum, & in codicibus conciliorum editis, & manuſcriptis, quamuis in poſterioribus editionibus Colonienſibus in margine ſit adſcriptum,* perenniter, *quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.*

Item ex concilio Meldenſi. c. 37.

¶ Proprij gradus amiſsione mulctetur militaria arma clerici ferentes. C. VI.

ij 5 QVicumq; ex clero [h] eſſe vident, arma militaria [i] nõ ſumãt, nec armati ĩcedãt: ſed pfeſsionis ſuæ vocabulũ religioſis morib⁹, & religioſo habitu p̃beant. Quod ſi contẽpſerint, tãquam ſacrorũ canonũ contemptores, & eccleſiaſticæ sãctitatis pfanatores proprij gradus amiſſione mulctetur: quia nõ poſsũt ſimul Deo & ſæculo militare.

2 *His ita reſpondetur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent: ſed alios ad arripiendum ad oppreſſorum defenſionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari* [k].

Vnde Leo quartus ſcribit Ludouico † Auguſto.

¶ Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. C. VII.

6 IGitur cũ ſæpe aduerſa à Sarracenorum partibus perueniant nuntia, quidã in Romanũ portũ Sarracenos clam, furtiueque venturos eſſe dicebant. Pro quo noſtrũ [l] congregari præcepimus populum, maritimumq; ad littus deſcẽdere decreuimus, & egreſsi [m] ſumus Roma.

¶ *Epiſtola Leonis quarti, ex quibus hoc, & duo ſequentia capita ſunt accepta, non extãt: In vetuſtis autem Pontificalibus, quod ad hæc capita videtur facere, legitur, cum magna Agarenorum claſſis ex Africa ad vaſtãdam Romam ſoluiſſe nuntiaretur, Neapolitanos, Almaphitanos, & Caietanos nauibus Hoſtiam veniſſe, vt cõtra Agarenos pro defenſione ſancti Petri, & Romanã Vrbe dimicarent. Quorum principes Leo Papa ad ſe vocauerit, & cum ipſis multa tractarit. Atque ipſa prorſus verba, quæ ad hoc caput pertinent, ſunt hæc.* Quos benigne in palatio Lateranẽſi ſuſcipiens, cauſam, pro qua venerãt, inquirit. Illi autem ſe ob aliud nõ veniſſe teſtati ſunt, niſi, vt ſuperius legitur exaratum. Quorum pius Apoſtolicus credulus verbis, cum magno exercitu, & armorum procinctu mox ciuitatem Hoſtiam properauit: omneſque cum gaudio ſuſcepit. Illi autem videntes ſummum pontificem, omnes oſculari cœperunt pedes eius. Summus autem præſul Miſſam in eccleſia beatæ Aureæ celebrauit, omnibuſque corpus Domini communicantibus tradidit, atque orationem poſt perceptum corpus ſuper eos

f CLerici.] ¶ *Arma*] armorum appellatione intelliguntur etiam ligna & lapides. ff. de verb. ſig. armorum appellatione.

g ¶ *Volentes*] ſecus ſi cauſa timoris faciant. tunc enim nec velle videntur, vt ext. de re. iur. qui ex timore. 4 Anſ. l. 7. c. 187.

h QVicumque ex clero.] licet ſint in minoribus ordinibus conſtituti, vt 20. q. 3. eos qui. Ar. tamen contra, ext. de vo. & vo. rédempt. ca. 2. [b] in parte deciſa. † al. factione

i ¶ *Militaria*] ſed quid ſi habent inimicos? tũc dicitur, quòd poſſunt arma defenſionis accipere. Alij dicunt quòd non. faciant ergo clerici ſicut Moyſes, vt 36. diſt. c. vlt.

b ꝺ hoc ar. ibi ſumebatur à contrario ſenſu ſumpto, cũ ibi hic diceret, cũ ñ ſit licitũ clericũ in ſacro ordine cõſtitutũ arma ſumere, vel ad ſanguinis effuſioné vacare & c. ſed ibi ſubaudiebaẽ, maxime, propter hoc qꝺ hic dicit.

HIS ITA. Hæc eſt 2. pars q. in qua probatur, quod clerici hortari poſſunt q; fideles defendant eccleſiam, & ſe etiã poſſunt defendere, ita quod ipſi propriis manibus non effundant ſanguinem, niſi ad defenſionem ſuam. & hoc probat per 11. c. Io. de Fant. & eſt hic incidens q. Arc. 5 Burc. l. 2. c. 11. Iuo par. 6. c. 286. Pã. l. 3. c. 168.

CASVS. Reſpondet Grat. c. ſupradictis, dicens q; clerici ſua manu non valent arma recipere, ſed alios poſſunt hortari pro tuitione oppreſſorum, & p oppugnatione inimicorum Dei, quod probat per ſeq. c.

k ¶ *Hortari.*] hæc vera ſunt vbi eccleſia ſua impugnaẽ vel patria: † al Lothario vt ſupra ea. q. 2. fortitudo. ñ. de reli. minime. Ioan. 6 Iuo p. 10. c. 83. Pann. l. 8. c. 27.

IGitur cum.] CASVS. Quidam nuntij ſignificauerunt Leoni Papæ, q; Sarraceni veniebãt in portum Romanorum: quare præcipit populum Romanum ad littus maritimum deſcẽdere: quod & factum eſt: hoc totum ſignificauit Ludouico Imperatori. Sequens c. patet.

l ¶ *Noſtrum.*] "ergo ciuitas Romana eſt Apoſtolici, & non Imperatoris. Nam imperator conceſsit ei ciuitatem cum ducatu ſuo. 63. diſt. ergo. 96. diſtin. Conſtantinus. ſed imperator aduocatus eſt ibi, vt ext. de elect. venerabilem " Romana ciuitas non eſt Imperatoris ſed Papæ.

m ¶ *Et egreſſi.*] " epiſcopi ergo poſſunt intereſſe bellis. nam & Paulus interfuit, vt ſ. e. q. 3. Maximianus. & Moyſes. 36. di. c. vlt. Io. " Epi poſſunt intereſſe bellis.

a SCire.] ¶ Præſentialiter.] id eſt, ſine mora: " nec enim tantum debent epiſcopi eſſe cuſtodes chartarum, ſed etiam defenſores eccleſiarum, vt 16. q. 1. in canonibus. & ſic patet hic ꝙ epiſcopi etiam vaſallos ſuos tenentur defendere, defendẽdo non vlciſcendo iniurias, vt 46. diſt. ſeditionarios. Io.

" Epi ñ ſunt tm̃ cuſtodes chartarum.

OMni timore] CASVS. In hoc c. hortatur Leo exercitum Francorum vt viriliter pugnet aduerſus inimicos eccleſiæ: & ſi quis propter hoc moriatur, non pœnam, ſed cæleſtia præmia conſequetur. Sequẽn. duo cap. patent.

1 Iuo p. 10. c. 84. Pann. l. 8 c. 18.

† al. illis

b ¶ Omni timore.] ſupra e. q. 5. omnium.
c ¶ Patriæ.] ſupra ead. q. 3 fortitudo.
d HOrtatu] ¶ Hadriani.] 1. diſt. 63. Hadrianus.
e DIſpar] ¶ Perſequuntur] Videtur ergo ꝙ ſi Sarraceni non perſequuntur Chriſtianos, non poſſumus impetere eos. [a] " nam etiam ad menſam eorum comedere poſſumus. 11. q. 3. ad menſam. & lex dicit, ꝙ eis quiete degentibus nullam debemus facere moleſtiam, vt C. de pag. & ſac. Chriſtianis. Ioannes.

2 Iuo l. 8 c. 30

a Imo vr̃ ꝙ tales qñ ſũt manſueti, præ cribere pñt de hoc not. 7 q. 3. porro.

" comedere poſſumus ad menſam Sarracenorum.

PRæterea.] CASVS. Herman⁹ dux fuerat infamatus propter quoſdam marinos latrunculos, qui ſub nomine eius in Chriſtianos ſæuiebant. quare Ioan. hortatur ipſum vt ipſos perſequatur & repellat: quod ſi non fecerit, cum poſſit, particeps erit criminis: quod probat vna auctoritate.

3 Deuſd. l. 3. Iuo p 10 c. 91, Pann. l. 8. c. 32.

f ¶ Comprimi.] hæc ratio non videtur ſufficere niſi eſſet iudex eorum: nam ſi iudex negligit facere iuſtitiam de ſuo ſubdito, ipſemet poteſt conueniri, vt dixi ſupra ead. q. 2. Dñs. & ſupra ea. q. 3. c. vlt. & q. 5. non eſt.
g ¶ Committit] ſim. ſupra 83. diſt. error. [b]

4 Iuo p. 13 c. 114 Pan. l. 8 c. 15.

b C. de com. & mer. l. 1. in fin. vbi ſunt plures concord ad idẽ 1. 23. q. 3. qui poteſt

† al. Hermanno

LEgi Syromaſten] CASVS. Riparius quæſiuit a Hieron. an ſit peccatum punire criminoſos. Et reſp. quòd non: quod probat v. exemplis, ſcilicet Phinees: & Heliæ: & Simonis Chananęi. Petri & Pauli: & vna auctoritate veteris teſtamenti.

5 Iuo p. 10 c. 70 Pan. l. 8 c. 20.

h ¶ Syromaſten] id eſt, vindictã ſiue zelum indignationis: quia Phinees coeuntem cum Madianita interfecit.
h ¶ Syromaſten.] in zelum indignationis, ſiue

donauit. Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, & concede, vt amborũ meritis horum fidelium tuorum brachia cõtra inimicos ſanctæ tuæ eccleſiæ dimicantia omnipotẽti dextera tua corroborentur, & conualeſcant, vt de recepto triumpho nomen ſanctum tuum in cunctis gentibus appareat glorioſum. Die vero altera, poſtquã prædictus Pontifex reuerſus eſt a iam prædicta ciuitate, ipſi ſceleratorũ ſocij, ſiue participes (ſ. Agareni) iuxta littus maris Hoſtienſis multis cũ nauibus peruenerunt. Præfati autem homines ſuper illos facientes impetũ omnes ſuperauere orationibus Apoſtolorum, & ſancti Præſulis.

Idem Leo.

¶ Vltor ſui gregis Papa debet eſſe & præcipuus adiutor. C. VIII.

1 SCire vos oportet, ꝙ numquam ab aliquibus noſtros homines ſinimus opprimi: ſed, ſi neceſsitas vlla † occurrerit, præſentialiter [a] vindicam⁹: quia noſtri gregis in omnib⁹ vltores eſſe debemus, & præcipui adiutores.

Idem exercitus Francorum.

¶ Cæleſte regnum a Deo conſequitur, qui pro Chriſtianorum defenſione moritur. C. IX.

2 OMni timore [b], ac terrore depoſito contra inimicos ſanctæ fidei, & aduerſarios omnium religionum agere viriliter ſtudete. Nouit enim omnipotẽs, ſi quilibet veſtrũ morietur: quòd pro veritate fidei, & ſaluatione patriæ [c], ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt: ideo ab eo præmium cæleſte conſequetur.

Item Alcuinus.

¶ Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum ſuſcepit. C. X.

3 HOrtatu, & precibus Hadriani [d] Romanæ vrbis epi exoratus Carolus rex bellũ contra Longobardos ſuſcepit: quod prius quidẽ & à patre eius Pipino, Stephano Papa ſupplicante, cum magna difficultate ſuſceptum eſt.

¶ *Quod hic refertur ex Alcuino, habetur in vita, & geſtis Caroli magni per Eginardum ſcriptis. In quo libro, & apud Iuonem pro voce, hortatu, legitur, rogatu.*

Item Alexander Papa ſecundus omnibus epiſcopis Heſpaniæ.

¶ Iudæos non debemus perſequi, ſed Sarracenos. C. XI.

4 DIſpar nimirũ eſt Iudæorũ & Sarracenorũ cauſa. In illos enĩ qui Chriſtianos perſequuntur [e], & ex vrbibus, & propriis ſedib⁹ pellũt, iuſte pugnat: Hi vero vbiq; ſeruire parati ſũt.

Item Ioannes octauus Demogo † Duci glorioſo.

¶ Qui crimina, quæ poteſt emendare non corrigit, ipſe committit. C. XII.

5 PRæterea deuotionis tuæ ſtudium exhortamur, vt contra marinos latrunculos, qui ſub prætextu tui nominis in Chriſticolas debacchantur, tanto vehementius accendaris, quanto illorũ prauitate famã tui nominis obfuſcatam fuiſſe cognoſcis: qm̃ licet credi poſsit, ꝙ te nolẽte illi nauigantibus inſidientur: tamen, quia à te cõprimi [f] poſſe dicuntur, niſi eos compeſcueris, innoxius non habeberis. Scriptũ quippe eſt [Qui crimina, cum † poteſt emendare, non corrigit, ipſe committit [g].]

Item Hier. ad Riparium contra Vigilantium.

¶ Crudele punire pro Deo, non eſt crudelitas, ſed pietas. C. XIII.

6 LEgi Syromaſtẽ [α] [h] Phinees auſteritatẽ Heliæ [i], zelum Simonis [k] Chananęi, Petri ſeueritatem Ananiã & Saphirã trucidantis, Paulique [l] cõſtantiam, qui Elymã magum viis Dñi reſiſtentẽ æterna cæcitate [m] damnauit. Nõ [β] eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed pietas. Vnde & in lege dicitur [Si frater tuus & amicus, & vxor, quæ eſt in ſinũ tuo, deprauare te voluerit à veritate, ſit manus tua ſup eos, & effunde ſanguinem eorum.]

α ¶ Syromaſten.] *B. Hieronymus Num. 25. & in c. 2. Malachiæ* σειρομάστην, *pugionem interpretatur: tertio autem libro Reg. c. 18. & lib. 4. c. 11. haſtam, velut etiam Heſychius, qui ait,* σειρομάστην *eſſe* εἶδος λόγχης.

β ¶ Non eſt crudelitas.] *In editione Romana legitur,* non eſt crudelitas, pro Deo pietas. *In Lugdunenſi vero,* non eſt crudelitas pro Deo, ſed pietas: *lectio tamen Gratiani non videtur reiicienda.*

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum homilia 17. ad c. 5.

¶ Quædam in veteri teſtamento licebant, quæ in nouo prohibentur. C. XIIII.

7 OCcidit Phinees hominẽ, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Abraham vero nõ ſolum homicida, ſed etiã parricida (quod certe grauius eſt) effectus, magis Deo magiſque complacuit. Petrus geminũ fecit homicidiũ [n]: fuit tamen opus ſpiritale, quod factum eſt. Non ſola igitur reſpiciamus opera, ſed tẽpus, & cauſam [o], & voluntatẽ, & perſonarum differẽtiam: & quantacumque alia ipſis operib⁹ acciderint, diligentiſsime inquiramus. Non enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 6.

¶ Neceſsitate inſtante, etiam in quadrageſimalibus diebus bellum inire licet. C. XV.

8 SI nulla vrget neceſsitas, non ſolũ in quadrageſimali [p] tẽpore, ſed omni eſt à præliis abſtinendum. Si autẽ ineuitabilis vrget importunitas †: nec quadrageſimali tẽpore pro defenſione tã ſua, quàm patriæ [q], ſeu legum paternarum, eſt bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum [r] videatur homo tentare: ſi habet quod faciat, & ſuæ, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Petrus

vindictam.
i ¶ Heliæ.] cum petijt vt ignis deſcẽderet de cælo, qui duos quinquagenarios extinxit.
k ¶ Simonis.] qui vltus eſt in duos magos, retorquendo in eos ſerpentes, quos magicis artibus ſuper eum miſerant.
l ¶ Pauli.] 45. diſtin. §. Salomon.

† al. quo

m ¶ Cæcitate.] quæſt. 1. Ananias.

OCcidit.] CASVS. Ioan. Chryſoſt. probat exemplo Phinees & Abrahæ & Petri, ꝙ quãdoque alium interficere nõ eſt peccatum: & ideo ſacerdos vt ad veritatẽ valeat peruenire, reſpicere non ſolum debet opus, ſed etiam tempus, cauſam, voluntatem, & differentiam perſonarum.

6 Iuo p. 10. c. 72. Pann. l. 8 c. 21. Num. 25. 4. Reg. 1. Matth. 10. Act. 5 Act. 13.

n ¶ Homicidium.] factũ notat, non ius. talis enim non dicitur homicida, vt ſupra ead. q. 5. ſi homicidium.
o ¶ Et cauſam.] Omnes enim circũſtantiæ ſunt inquirendæ, vt extra de teſti. cũ cauſam. ſic 15. q. 6. c. 1. in fi. " quia cauſa facti potius eſt inquirenda quam ipſum factum, vt ibi dicitur, & ff. de fur. verum. 29. diſt. ſciendum.

Deut. 13.

" Facti cauſa eſt inquirenda.

SI nulla.] CASVS. Bulgari quæſiuerũt a Nicolao, verum in Quadrageſima a prælijs eſt abſtinendum. Et reſp. quòd in quadrageſima & omni tempore eſt a prælijs abſtinendum, niſi neceſſitas vrgeat: quo caſu omni tempore eſt indifferenter pugnandũ: ſcilicet pro defenſione ſua, vel patriæ, vel legum paternarum: ne homo videatur Deum tentare ſi habet aliud quod faciat.

7 Iuo p. 10. c. 65. Pann. l. 8 c. 18. Num. 25. Gen. 22. Act. 5.

p ¶ Quadrageſimali.] Vnde & Machabæi pugnauerunt in ſabbato. non obſtat. ext. de treug. & pa. c. 1. quia hic loquitur de defenſore, ibi, de oppugnatore.
q ¶ Patriæ.] ſ. e. omni.
r ¶ Deum.] ſupra 22. quæſt. 1. quæritur.

8 Iuo p. 10. c. 93. Pann. l. 8 c. 37.

† opportunitas] orig. & Iuo.

PEtrus.] CASVS. Docet hic Greg. ꝙ Petrus Tabitham mulierem a morte ſuis precibus ſuſcitauit: Ananiam vero & Saphiram Chriſto mentientes increpando morti dicitur tradidiſſe: vnde patet ꝙ talia quandoque fiunt ex poteſtate, quandoque ex poſtulatione: quia vnum fecit increpando, aliud vero fecit orando.

a ¶ *Ananiam.*] 12. q. 1. c. 2. & 5. c. q. 4. ca vindicta. 17. q. 1. Ananias.

VT *pridem.*] CASVS. Ariulphus hæreticus eccleſiam impugnabat & infeſtabat, contra quem Velox, magiſter militiæ pugnabat: ad quem cum Grego. quoſdam milites mittere vellet in ſuccurſum, ſignificabat ſibi prædictus Velox, ꝙ Ariulphus verſus Romam diſcurrebat. & ideo Papa tunc milites retinuit: ſed nunc eos mittit, & hortatur ipſum Velocem vt inſimiul cum Mauricio & Vitaliano aduerſus ipſum Ariulphum nonnominandum viriliter pugnet, ſiue Romam, ſiue Rauennam diſcurrere velit. & admonet eum vt quattuor familias Maloin, Adobin, Vigildi atque Gruſsingi, qui cum Mauricio erant, a captiuitate relaxet, vt homines dicti Mauricij ſine impedimento eos reducere poſsint. Et dicit ibi, *homines*, i. nuntij prædicti, ſ. Mauritij: *cum eis*, ſ. captiuis reducendo eos: *eiuſdem*, ſcilicet, epiſtolæ.

b ¶ *A dorſo*] Arg. ꝙ dolus contra hoſtem licite poteſt fieri, vt 5. ca. q. 2. Dominus noſter. & 22. q. 2. vtilem.

c ¶ *Relaxes.*] a captiuitate. Ioan.

SVpplicitur.] CASVS. Ariulphus direxit epiſtolam quadam Greg. in qua innuebat ꝙ Suanenſes, i. Beneuentani ei obſides pro ſua fidelitate dederant: quam epiſtolam Greg. mittens Mauricio & Vitaliano per quendam alium Vitalianum mandat eis, vt inquirant ſi permanſerunt in fide quam reipublicæ promiſerunt, & recipientes ab eis obſides, eos ſacramentis obſtringant. ſi autem inuenerint, ꝙ cum Ariulpho vel fœdus fecerint, vel ei obſides dederint, ſicut Ariulphi epiſtola innuere videbatur, tunc faciant ꝙ reipublicæ & ſaluti ſuæ & Papæ viderint expedire: ne ipſi & Papa de ſacramentis eorum teneantur, & hortatur eos ſi Romam diſcurrere voluerint, vt vel loca ipſius deprædentur, vel mittant exploratores vt inquirant quid facere velint, ne nobis poſsint ex improuiſo nocere. Ego

8 Anſel 13. c. 16 Iuo p 10 c. 67. Pan. l. 8 c. 19. Act. 9. & 5.

2 Pol. l. 7. tit. 23. Anſel l. 13 ca. 6. Iuo p. 10. c. 90. † *Et*] orig.

† *al.* *Arnulphum*

3 Poly. ibid. Anſ. l. 13. c 8

Item Gregorius in dialogo, lib. 2, c. 30.

¶ Petrus Ananiam, & Saphiram increpando morti tradidit. C. XVI.

1 PEtrus, qui Tabitham mortuam orãdo ſuſcitauit, Ananiam[a], & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neq; enim oraſſe in eorũ extinctione legitur, ſed ſolummodo culpã, quam perpetrauerant, increpaſſe. Cõſtat ergo, ꝙ aliquãdo hæc ex poteſtate, aliquando vero exhibentur ex poſtulatione, dum & iſtis vitam increpando abſtulit, & illi reddidit orando.

Idem Veloci magiſtro militum, libr. 12. epiſt. 21.

¶ Beatus Gregorius quoſdam hortatur, vt milites congregent, & contra hoſtes arma viriliter parent. C. XVII.

2 VT † pridẽ expreſsimus gloriæ veſtræ, quia milites illuc erant parati venire: ſed quoniã inimicos cõgregatos, & huc diſcurrere epiſtola veſtra ſignificauerat, hæc eos hic cauſa retinuit. Nũc vero vtile eſt viſum, vt aliquanti illuc milites trãſmittãtur, quos gloria tua admonere, & hortari, vt parati ſint ad laborẽ, ſtudeat: & occaſione inuenta cũ glorioſis filiis noſtris Mauricio, & Vitaliano loquere, & quęcumq; vobis Deo adiutore pro vtilitate reip. ſtatuerint, facite: & ſi huc, vel ad Rauẽnates partes, nec dicẽdũ Ariulphum † cognoueritis excurrere, vos à dorſo[b] eius ita ſicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius ĩ republica Deo auxiliãte, proficiat. Illud tñ præ omnibus admonemus, vt familiã Maloin[a], & Adobin, Vigildi, atq; Gruſsingi, qui cum glorioſo Mauricio magiſtro militum eſſe noſcuntur, ſine aliqua mora, vel excuſatione relaxes[c]: quatenus veniẽtes illuc homines, prędicti viri cum eis ſine aliquo impedimento debeant ambulare.

a ¶ Maloin.] *Hæc nomina ſunt repoſita, quemadmodum habentur in codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani, & à vulgatis, & inter ſe valde hoc loco diſcrepant.*

Item eiuſdem Mauricio, & Vitaliano, 12. epiſt. 23.

C. XVIII.

3 SVppliciter gloriæ veſtræ per filium noſtrum Vitalianum, cũ quo & tractetis, & verbo, & ſcripto mandauimus. Vndecimo aũt die mẽſis Iunij Ariulphus † hanc epiſtolam, quam vobis direximus, tranſmiſit: & ideo relegentes eam videte, ſi in fide ſua Suanenſes[d], quã reip. promiſere, perſtiterunt: obſideſque[e] dignos, de quibus poſsitis confidere, ab eis ꝑcipite: & inſuper eos denuo[a][f], ſacramẽtis obſtringite, reddentes eis q̃d loco pignoris ſuſtuliſtis, & ſermonibus veſtris eos ſanantes. Si aũt manifeſtiſsime cognoueritis, eos cum Ariulpho de ſua ſubiectione † locutos fuiſſe, vel certe obſides ei dediſſe, ſicut nos Ariulphi epiſtola, quã vobis direximus, dubios[g] reddidit, ſalubri conſilio pertractãtes, ne in aliquo anima veſtra[b] vel noſtra de ſacramentis[h] grauetur, quidquid vtile reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria veſtra, vt neque ſit aliquid, vnde poſsimus ab aduerſariis reprehendi †, neque ĩ quo vtilitas reip. (q̃d Dñs auertat) negligatur. Prętereà glorioſi filij eſtote ſoliciti, quia quantum cõperi hoſtis[c] multitudinem habet collectã, & in[d] Marchia dicitur reſidere: & ſi huc curſum, Deo ſibi irato, mittere voluerit, vos loca ipſius (quantum vos Dñs adiuuerit) deprædamini, aut certe ſculpas[i] †[e], quos mittitis, ſolicite requirant, ne dolens factum ad nos diſcurrat.

a ¶ Denuo.] *abeſt hæc dictio à codicibus epiſtolarum excuſis, & manuſcriptis: eſt tamen in vetuſtis etiam Gratiani, & apud Anſelmũ.*

b ¶ Veſtra vel.] *Hæ duæ voces non ſunt in codicibus epiſtolarum, ſed apud Anſelmum.*

c ¶ Hoſtis.] *In epiſtolis beati Gregorij partim legitur,* hoſtẽ collectũ habet: *partim vero,* hoſtis collectum habet. *Apud Anſelmum vero eſt,* hoſtiam collectam habet.

d ¶ In Marchia.] *In epiſtolis impreſſis eſt,* Narinas. *in vno autem manuſcripto codice,* Narnia.

e ¶ Sculpas.] *in pleriſque vetuſtis, ſicut etiã in codicib. B. Gregorij impreſſis. & manuſcriptis, legitur,* ſcultas, *quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios ſcriptores ſignificat exploratores, quod vidit etiam auctor gloſſæ.*

In regeſto etiam legitur, quòd B. Gregorius ciuibus Thuſciæ, vt contra Longobardos arma parent, mandauit, & militantibus ſtipendia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmiſſis auctoritatibus claret, quòd ſacerdotes, etſi propria manu arma arripere nõ debeant, tamen vel his, quibus huiuſmodi officia commiſſa ſunt, perſuadere, vel quibuſlibet, vt ea arripiant, ſua auctoritate valeant imperare.

tamen Barth. Brix. totum hunc caſum ſub illo c. vt pridem. ſemper audiui & legi, & tu lector ſi volueris ſuo vno caſu vel duobus formare poteris, ſecundum quod tibi melius videbitur.

d ¶ *Suanenſes.*] primo enim iurauerant reipublicæ.

e ¶ *Obſideſque.*] [a] Ergo liber homo poteſt eſſe obſes pro pace ſeruanda, non pro pecunia, vt ext. de iureiur. ex reſcripto. argu. ad idem ff. de teſta. obſides. ff. de iure fi. diuus. Quid ergo eſt quod dicitur, liber homo nõ poteſt obligari, vt ext. de pi. c. 1. C. quæ res pi. obl. poſ. qui filios? Ad hoc dico ꝙ liber homo nõ poteſt obligari, nec habetur in eo ius pignoris: ſed tãtum ius retentionis[a]. Nam video quòd quandoq; tenetur res aliqua pro ea pecunia, pro qua nõ eſt obligata, vt C. ob chirograph. pec. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decr. ex reſcripto. intelligo ꝙ pro neceſsitate eccleſiæ & auctoritate Papæ factum fuit. Alias clericus nõ poteſt renuntiare beneficio canonis illius, ſi qs ſua dente. vt ext. de ſent. exc. contingit. ea nam que quæ in nos committuntur, dimittere poſſumus, ſed quæ in Deũ vel eccleſia, minime. vt 5. c. q. 4. ſi is qui.

f ¶ *Denuo.*] ergo aliqs poteſt bis iurare ſuper eodem negotio: vt ext. de teſt. quoties. & ff. de dam. inf. qui bona. §. pe. quod cõcedo ſi ſubeſt cauſa ſuſpicionis. Io. ſed certe tãtum ſemel iuratur. & q̃d dicit ibi decretalis, duplici, i. duos habes articulos, i. de auditu & de credulitate. B. [b] Sed ſi qs ſemel eſt periurus, amodo non eſt ab eo recipiendum teſtimonium illius: ſed alia cautio eſt ab eo recipienda, vt extr. de præſum. litteras. in fin. ex quo enim ſemel eſt periurus, præſumitur ꝙ ſemper velit peierare, vt 2. q. 7. nõ poteſt. De hoc notaui 22. q. 5. paruuli. Itẽ habes hic ꝙ plus creditur iuratoriæ cautioni, quam pignoratitiæ, cum tamen regula iuris dicat quod plus eſt cautionis in re, quàm in perſona. ff. de re. iur. plus cautionis. Io. de. Fant.

g ¶ *Dubios*] quia ſcriptum hoſtis inducit ſuſpicionem, quod eſt contra id 11. q. 3. in cũctis. adeo vt ſecundo cogantur illi iurare.

h ¶ *De ſacramentis* [c] eorum, eo ꝙ timor eſt ne labantur in periuriũ, vt extr. de coha. cler. & mul. clericos.

i ¶ *Sculpas*] aliàs ſcultas, i. exploratores[b].

IN REGESTO. CASVS. Legitur in regeſto, ꝙ beatus Greg. Thuſcos contra Longobardos

[a] Homo liber an poſſit obligari. † *al.* *Arnulphum.*

a De hoc ſi not. 10 q. 2. hoc ius in glo. quia ad prof. nos.

† *al.* *ſubditione*

† *Comprobem dr iorig.*

[a] pluri teſtimonio iũ non eſt amplius recipiendũ. † *al.* *ſcultas*

b Et eſt vulgare Hiſpanorũ ſicut Italici dñt ſpias. l de F.

bardos inuitauit, & militantibus ſtipendia decreuit. Quo exemplo & præmiſsis auctoritatibus patet, quòd licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoſcumque tamen hortari poſſunt ad pugnam. poſtea probat contrarium per ſequentia c.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 3. pars q. in qua probat per quattuor aucto. quod ſacerdotes non debent pugnare, ſcilicet manu propria. Io. de Fant.

§ Iuo p.5.c. 334.

REprehenſibile] CASVS. Cum Nicolaus præcepit quibuſdam epiſcopis, vt Romam venirent, Carolus Imperator ſcribit ei quòd ire non poterant: quia contra maritimos pyratas die noctuque cum aliis fidelibus inuigilabant. quòd Nicolaus dixit eſſe reprehenſibile. cum hoc tantum militibus ſæcularibus conueniat. ad quod probandum inducit auctoritatem Pauli. ſequens c. patet.

h. Tim. 2.

a ¶ *Orationibus.*] G. intellexit hoc c. de epiſcopis qui tantum leuitica portione ſunt contenti, vt ĩ. prox. §. ſed hæc eſt veritas, quod ideo tantum redarguuntur iſti epiſcopi, quia citati à Papa noluerunt venire, & excuſabant ſe propter mandatum regis. [h] licet enim mandato regis ſit potius obediendum, quam metropolitani, vt ſ. 18. diſt. ſi epiſcopus. tamen Papæ potius obediant; quàm regi. Alij intelligunt de epiſcopis non habentibus regalia.

† al. orationi] orig.

h Regi an metropolitano potius debet obedire epiſcopus.

SI in morte] ECCE CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte G. breuiter epilogat contrarietates ab illo §. *Hu ita* In ſecunda ſoluit dictam contrarietatem, dicens quod epiſcopi, qui feudum non habent à principibus, ſed viuunt tantum de decimis, primitiis & oblationib. ſæculari militiæ occupari non debent. Alij vero qui à principib. feuda retinent, principibus ſeruire tenentur. quod probat duabus auctoritatibus; ſ. Chriſti, & Pauli: niſi ab illis à quibus feuda tenent, ſuper huiuſmodi promeruerint immunitatem.

Pſal. 15.

COnuenior.] CASVS. Imperator miſit milites Gothos ad Ambroſium, vt præciperent ſibi ex parte Imperatoris, vt quandam baſilicam ſibi traderet feſtinanter, quam hæreticis tradere volebat. Ambroſius vero reſpondet, Si quod meum eſt peteret Imperator, non denegarem, quamuis omnia mea pauperum ſunt. ſed quia quæ Dei ſunt poſtulat, in quibus Imperator poteſtatem non habet, potius eſt vt vitam mihi auferat, quam eccleſiam ſibi concedam, ad inſtar Nabuthæ, qui potius ſe permiſit interfici, quam patrimonium ſuum Achab Regi vendere vellet. ſed cum viderem milites armatos, orabam ne ibi fieret aliqua ſtrages, quæ verteretur in perniciem ciuitatis, nec me defendam: quia lacrymæ meæ, arma mea ſunt, & ſi mihi liceret, libenter irem ad palatium principis, in quo epiſcopus conueniri non poteſt: ſed coram iudice eccleſiaſtico. Et ſi dicatur, quòd Imperatoris ſunt omnia, reſpondetur nõ eſſe verum: quia in diuinis poteſtatem non habet, cum ſcriptum eſt, quæ ſunt Dei, Deo: quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. quod autem dicitur ibi quæ, ſcilicet ſcriptura. reſpondit per Iob, vxori Iob dicenti: Benedic Deo, & morere. turbamini, ô vos ciues. Non deſeram vos, ciues. *Chriſtus*, id eſt epiſcopus vel perſona eccleſiaſtica, ſed iudex eccleſiaſticus. *De me.* id eſt, quod meum eſt.

Ioan. 14. Matth. 22. Rom. 13.

b ¶ *Omnia.*] ergo omnia ſunt Imperatoris, vt ſ. diſtin. 8. quo iure. C. de quad. præſer. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iuriſdictionem[a], & defenſionem.

a Vel dic quod licet iſti ita dicerẽt, ſi tñ illud concedit epus, ſiue Ambroſ. inf. e. c. quod ſi eſt verũ, quod oia ſint eius, licet videatur dicere l. C. d quad. præſcr. bñ à Zenone. quia illud locũ non hẽt in eccleſiaſticis, &c.

c ¶ *Non refragaturum.*] ex humilitate hoc dicit, alias bene poſſet refragari. Vel dic non refragaturum, ſicut pro ipſa eccleſia. Sed qualiter intelligitur illud meum? videtur quod non poſsit intelligi de rebus propriis ipſius Ambroſij, propter illud quod ſequitur: ſunt pauperũ. Item nec de rebus eccleſiæ: quia illas non poſſet dare, propter hoc quod ſequitur circa finem. Sed dic, quod de propriis Ambroſij intelligitur. quod autem dicit, pauperum ſunt, intellige per c. 12. q. 1. illi qui. Nam ſi propria habeo, & de rebus eccleſiæ ſuſtentor, debeo mea pauperibus erogare. 26. q. 1. quoniam quidquid. 47. diſt. ſicut hi. & 1. q. 2. c. pen.

d ¶ *Diuina.*] diuina enim ab homine dari non poſſunt. 8. q. 1. plerique. trigeſimatertia, quæſtione 5. vna ſola. in fin.

Iob 2.

e ¶ *Pro altaribus.* [“] videtur, quòd prælatus mortem debeat ſubire non ſolum vbi fides vel ſalus eccleſiæ impugnatur, ſed etiam vbi res vel claues eccleſiæ auferuntur. arg. contra. 7. quæſt. 1. §. hoc etiam tunc obſeruandum. & ſ. ea. qu. 5. non noſtrum.

“ prælatus quandoque debet mortẽ ſubire.

a Iob ibid.

f ¶ *Vendicant.*] id eſt, defendunt. ſ. 12. quæſtione tertia. quicunque.

§ Poly l. 4. tit. 15

† al. vos

g ¶ *Buſto.*] “ buſtum dicitur cum res eſt exuſta. rogus cum comburitur. pyra eſt congeries lignorum ad comburendum.

“ Buſtum, rogus & pyra, differunt ... non pila.

g ¶ *Morere.*] argumen. ex eo, quòd princeps præcipit aliquem eligi, quòd non valet electio, quia eſt iuſta cauſa timoris: nam & timor verborum excuſat, ſicut dixi ſ. diſt. 7. fuerunt.

i ¶ *Lacryma mea.*] ſupra diſtinct. 36. capit. vltim. ſupra 16. quæſtion. 3. cap. porro

3 ¶ *Sed obiicitur illud Nicolai ad Ludouicum, & Carolum Reges.*

¶ Epiſcopi non debent militaribus occupari negotiis. C. XIX.

1 REprehẽſibile valde cõſtat eſſe, quod ſubintuliſti dicẽdo, maiorẽ partem omnium epiſcoporum die noctuq; cum aliis fidelib. tuis cõtra pyratas maritimos inuigilare, ob idq; epi impediantur venire, cùm militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire: militũ vero ſæculi ſæculo, ſecundũ qd ſcriptũ eſt, [Nemo militãs Deo implicat ſe negotiis ſæcularib.] Quòd ſi ſæculi milites ſæculari militiæ ſtudent, quid ad epiſcopos, & milites Chriſti, niſi vt vacent orationibus [a] †?

¶ Epiſtola, ex qua, ſumptum eſt hoc caput, extat Romæ in monaſterio Dominicanorum ſcripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium eſt. Credimus ex Dei dono, *in qua de Carolo, ſermonem proprie ad ipſum conuertens, queritur Pontifex, ob quaſdam excuſationes, & hanc præcipue, quæ hoc capite cõtinetur, nullos epiſcopos Romam ad ſynodum, quam ipſe habere volebat, miſſos fuiſſe. Propter ea mutatus eſt titulus, qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

Item Gregorius Papa lib. 7. epiſt. 1. ad Sabinianum.

¶ In mortem cuiuslibet hominis epiſcopi ſe miſcere formident. C. XX.

SI in morte Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gẽs nec regẽ, nec duces, nec comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miſcere formido.

Ecce quòd Nicolaus Papa prohibet epiſcopos ſæculari militia occupari: nec etiam contra maritimos pyratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduerſus Sarracenos vrbem egreditur & vt eos procul à littore arceat, populum vndique conuocat, & ſuorum iniurias præſentialiter vindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum eſt quoſdam epiſcopos leuitica tantum portione eſſe contentos: qui, ſicut in Dei ſorte tantum numerantur, ſic ipſum Deum ſolummodo in hæreditatem accipiunt, dicentes [Dominus pars hæreditatis meæ] His nihil eſt commune cum principibus ſæculi, quia temporalia penitus obiiciunt, ne eorum occaſione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occaſio relinquitur occupationis ſæcularis militiæ: quia cum de decimis, & primitiis, viuant, tãquam filij ſummi regis in omni regno à terrenis exactionibus liberi ſunt, ita, vt dicere valeãt [Venit princeps huius mundi, & in nobis nõ habet quidquam.] Porro alij ſunt, qui non cõtenti decimis, & primitiis, prædia, villas, & caſtella, & ciuitates poſſidẽt, ex quibus Cæſari debent tributa, niſi Imperiali benignitate immunitatẽ ab huiuſmodi promeruerint. Quibus à Domino dicitur.] Reddite q̃ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.] Quibus idẽ Apoſtolus [Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.]

Vnde Ambroſius ad Marcellinam ſororem, epiſt. 33.

¶ Eccleſiæ Imperatoribus non ſunt obnoxiæ. C. XXI.

COnuenior ipſe à comitib., & tribunis, vt baſilicæ fieret matura traditio, dicẽtibus Imperatorem iure ſuo vti, eo quod in poteſtate ei. eſſent omnia [b] Reſpondi, ſi à me peteret qd meum eſſet, ideſt, fundum meum, argẽtum meũ, ius huiuſmodi meum, me non refragaturum [c], quamquam omnia, quæ mea ſunt, eſſent pauperum: verum ea, quę diuina [d] ſunt, Imperatoriæ poteſtati ñ eſſe ſubiecta. Si patrimoniũ petitur, inuadite, ſi corp., occurrã. Vultis in vincula rapere? vultis in mortẽ? voluptati eſt mihi, nõ ego me vallabo circumfuſione populorũ, nec altaria tenebo vitam obſecrans, ſed pro altaribus [e] gratius immolabor. Horrebam quippe animo, cũ armatos ad baſilicã eccleſiæ occupãdam miſſos cognoſcerem, ne dum baſilicã vendicant [f], aliqua ſtrages fieret, q̃ in perniciem totius vergeret ciuitatis: orabam, ne tantæ Vrbis, vel poti. totius Italiæ buſto [g] ſuperuiuerẽ. *& infra.* ¶ Mandatur, trade baſilicam, hoc eſt, [Dic aliquod verbum in Deum & morere [h]:] nec ſolũ dic aduerſus Deum, ſed etiã fac aduerſus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. a Vrgemur igitur præceptis regalibus: ſed cõfirmamur ſcripturæ ſermonibus, quæ reſpõdit, [Tanquam vna ex inſipientibus locuta es.] *& in oratione cõtra Auxẽtiũ.* ¶ 3 Quid ergo turbamini? volẽs nũquã ius † deſerã: coact. repugnare nõ noui, potero dolere, potero flere, potero gemere: aduers. arma, milites [i] Gothos quoque lacrymę meę mea arma ſũt.

a ¶ Nec

Talia em̃ ſunt munimenta ſacerdotis. Aliť nec debeo[a], nec poſſũ reſiſtere. *& paulo inferius.* ¶ Vti nã eſſem ſecurus, quòd eccleſia hæreticis minime traderetur: ad palatium Imperatoris irem libẽter, ſi hoc cõgrueret[b] ſacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quã in eccleſia[c]. Sed in cõſiſtorio nõ reus Chriſtus[d] ſolet eſſe, ſed iudex. Cauſam fidei agẽdam in eccleſia[e] quis abnuat? Si quis cõfidit, huc veniat. *& in ead. epiſtola ad Marcellinam.* ¶ Allegať. Imperatori licere oĩa, ipſius eſſe vniuerſa. Reſpõdeo. Noli te grauare Imperator, vt putes te ĩ ea, quæ diuina ſunt, imperiale[f] aliquod ius habere, noli te extollere[g], ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt. [Quæ Dei, Deo, q̃ Cęſaris, Cæſari.] Ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotẽ eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, nõ ſacrorum. Iterum dicitur, mandaſſe Imperatorẽ[h], debeo & ego vnam baſilicã habere. Reſpõdi, non licet tibi illã habere. Quid tibi cũ adultera[i]? Adultera eſt enim, quæ nõ eſt legitimo Chriſti coniugio copulata. *Et in eadẽ oratione contra Auxentium.* ¶ Nabuthe ſanctũ virũ, poſſeſſorem vineæ ſcimus interpellatũ petitione regia, vt vineam ſuam daret, vbi rex ſucciſis vitibus olus vile ſereret, eumq; reſpondiſſe, [abſit, vt ego patrum meorũ tradã hereditatẽ:] regem cõtriſtatum eſſe, quòd ſibi eſſet alienũ ius relatione iuſta negatum: ſed muliebri cõſilio deceptũ[α], morte in agrum veniſſe. Sãctus em̃ Nabuthe vites ſuas vel proprio cruore defendit. Si ille vineã nõ tradidit ſuam, nos trademus eccleſiam Chriſti? Quid igitur à me reſpõſum eſt contumaciter? Dixi em̃ conuentus, abſit à me, vt tradam Chriſti hęreditatem[k]. Si ille patrum hereditatẽ nõ tradidit, ego tradã Chriſti hereditatem? ſed & hoc addidi, abſit, vt tradam hereditatẽ Patrum, hoc eſt Dionyſij, qui in exilio cauſa fidei defunct⁹ eſt, hereditatem Euſtorgij cõfeſſoris, hereditatem Myroclis, atq; omniũ retrofidelium epiſcoporum. Reſpondi ego, quod ſacerdotis eſt. Quod Imperatoris eſt, faciat Imperator. Prius eſt, vt animã mihi, quàm fidem auferat. *& infra.* ¶ Tributum Cęſaris eſt, non negatur. Eccleſia Dei eſt: Cęſari vtique nõ debet adiici: quia ius Cęſaris eſſe nõ poteſt tẽplum Dei. Quod cũ Imperatoris honorificẽtia dictum nemo poteſt negare. Quid enim honorificentius, q̃ vt Imperator eccleſiæ filius eſſe dicatur? Quod cum dicitur[l], ſine peccato dicitur: cum gratia dicitur. Imperator em̃ bonus intra eccleſiam eſt, nõ ſupra eccleſiam. Bonus em̃ Imperator quærit auxiliũ[m] eccleſiæ, nõ refutat. *& ſupra in eadẽ oratione.* ¶ Si[β] de meis aliquid poſceretur aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentũ, id quod mei iuris eſſet, reſpõdi me libenter offerre: templo Dei nihil poſſe decerpe, nec tradere illud, qđ cuſtodiẽdũ[n], ñ tradendũ acceperim. Deĩde conſulere me ẽt Imperatoris ſaluti, qa nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat em̃ vocẽ liberi ſacerdotis, ſi vult ſibi eſſe cõſultũ: recedat à Chriſti ĩiuria. Hæc plena humilitatis ſunt, &, vt arbitror, plena affectus ei⁹, quẽ Impratori debet ſacerdos.

¶ *Caput hoc collectum eſt ex variis locis epiſtolæ ad Marcellinum, & orationis contra Auxentium de baſilicis non tradendis, vt ſuis locis notatum eſt, inductis prioribus citationibus, quæ erant, &* infra, *atque ex iiſdem locis multa ſunt emendata.*

α ¶ Deceptum.] *In originali ſtatim poſt hoc verbum ſequitur,* Nabuthe vites ſuas.

β ¶ Si de meis.] *Aptatus eſt hic locus, quantum licuit, ex originali.*

Item Vrbanus Papa,

¶ De ſuis exterioribus eccleſiæ ſoluunt tributa. C. XXII.

Tributũ ĩ ore piſcis, piſcantè Petro, inuẽtũ eſt: qa de exteriorib⁹[o] ſuis, q̃ palã cunctis apparẽt eccleſia[p] tributum[q] reddit[1]. Non aũt totũ piſcẽ iuſſus eſt dare, ſed tm̃ ſtaterẽ[r], qui in ore ei⁹ inuẽtus eſt: quia nõ eccleſia dari Imperatori, nõ Põtificalis apex, qui in ore capitis eccleſiæ præminet, ſubiici põt regib⁹: ſed ſane, vt diximus, qđ in ore piſcis inuenitur, ꝑ Petro, & Dño dari iubetur, quia de exteriorib⁹[s] eccleſiæ, quod cõſtitutum antiquitus eſt, ꝑ pace & quiete, qua nos tueri, & defenſare[t] debent, Imperatoribus perſoluendum eſt.

✠ *Quamuis etiam huiuſmodi non videantur imperialibus exactionibus ſubiiciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram ſibi emeret[u] Pharao, atque ſub eadem fame ſuæ ſeruituti cuncta ſubiiceret, ſacerdotibus ita neceſſaria ſubminiſtrauit, vt nec poſſeſſionibus nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronuntiante, ſacerdotes in omni gente liberos[x] eſſe oportere.*

a ¶ *Nec debeo*] conſulendo ex nimia perfectione loquitur. & eſt ar. ꝓ opinione H. ſed nõ de facto hic poſſet reſiſtere Imperatori: nec de iure debebat, qa timebat maius malũ: & hoc eſt, qđ ſupra tangit, nec buſto, &c.

b ¶ *Congrueret.*] & hoc non licet. extr. de app. qua frõte. "Et per hoc patet, ꝙ clericus citatus à laico iudice non tenetur venire ad allegandũ priuilegium, niſi dubium ſit an ſit clericus[a].

" clericus à laico citatus venire non tenetur.

a Concord. tex. in l. ſi diligenti. cum no. ff. de ſo. comp.

c ¶ *In eccleſia.*] 2. q. 2. c. vltim.

d ¶ *Chriſtus*] hoc intelligas in caſu in quo loquitur litera ſequẽs: vbi, ſ. agitur cauſa fidei vel ſpiritualis. nam aliàs clericus in reconuentione reconuenitur in foro ciuili.

Matth. 22.

e ¶ *In eccleſia.*] ſ. 2. q. 2. præceptum. & 24. q. 1. quoties.

f ¶ *Imperiale.*] " Eccleſia enim non adſtringitur legib. mundanis. vt 34. qu. 2. inter. nec poteſt Imperator cõdere aliquod ſtatutum de reb. eccleſiaſticis, vt 96. di. bene quidem. in fi. niſi eccleſia hoc petat, vt 17. diſt. hinc etiam. vel niſi aliquid ſtatuatur in priuilegium eccleſiæ, vt 16. q. 1. generaliter.

" Eccleſia non ſubiicitur legib.

g ¶ *Extollere*] ſ. ea. q. 5. regum eſt.

h ¶ *Imperatorẽ.*] per hęc verba quæ ſequuntur.

i ¶ *Adultera.*] ſ. 21. qu. 2. ſicut in vna.

k ¶ *Hæreditatem*] & ita dicitur hæreditas viuentis. ar. contra. ff. de hær. vel act. ven. l. 1. ff. de re. iu. l. hæreditas[b].

3. Reg. 21.

b Et vide qđ nota. 12 q. 1. cap. fi.

l ¶ *Quod cum dicitur*] ſc. ꝙ Imperator ſit filius eccleſiæ, vt 96. di. ſi Imperator.

m ¶ *Auxilium*] mutuũ enim ſibi debet auxilium Imperator & eccleſia, vt ſ. e. q. 5. principes. & 96. diſtin. cum ad verum.

n ¶ *Cuſtodiendum*] & ita prælatus nõ poteſt dare niſi cũ quid vtile proſpiciat. ar. ff. de of. proc. Cæſaris. l. 1. §. 1. & 17. q. 4. quicunq;. argu. contra extr. de do. c. 3. & 12. q. 2. §. item domus, & terrulas. Io.

Tributum.] CASVS. Vrbanus Papa oſtendit in hoc c. ꝙ eccleſia Imperatori ſubiici nõ debet, nec Pontificalis apex: tñ de exteriorib. eccleſia conſtituta tributa perſoluere debet. Et hoc probat exemplo Petri, qui piſcem non dedit pro tributo, ſed ſtaterem quem habebat in ore piſcis, qui eccleſiam vel apicem pontificalem ſignificat: ſtater vero exteriora deſignat. *Pontificalis apex.* i. Apoſtolicus vel Romanus Pontifex.

o ¶ *De exterioribus.*] i. non de reb. eccleſiæ. Nam ex quo ſemel datum eſt eccleſiæ, ſanctum ſanctorum erit Domino; vt 12. q. 2. nulli. & ſ. e. c. conuenior. Nam quod dicitur de ſarcina repẽtina. 11. q. 1. placuit. locum habet cum epiſcopus ſponte voluerit cũ cõſilio clericorum, alias nõ. extr. de im. ec. non minus. & c. aduerſus cõſules.

p ¶ *Eccleſia.*] eſt ergo ar. ꝙ epiſcopi ſubſunt regi. "quia tributũ eſt ſignum ſubiectionis. extr. de cen. omnis animæ. ſed illud ĩ laicis[c].

" Tributum eſt ſignum ſubiectiõis.

c Sub. quib⁹ quo ad tẽpalia pſunt, nõ clericis. ext. de maio. & obe. ſolitæ.

q ¶ *Tributum*] ſ. 11. q. 1. magnũ. & c. ſi tributũ.

r ¶ *Sed tantum ſtaterem.*] vnde, Piſciculum Petrus piſcatur, cuius in ore inuenit ſtaterem: gerulum[d] didrachmatis auri.

d Gerulũ dẽ id qđ aptum eſt ad portãdum ſine grauitate põderis. Arc.

s ¶ *De exterioribus*] quia cũ onere ad eum peruenit. C. de exac. tri. ſi diuina. li. 10. & ex. đ de ci. cũ nõ ſit in homine.

t ¶ *Defenſare*] ergo niſi defendant, nõ eſt eiſdem dandum tributũ. arg. 95. diſt. eſto.

QVAMVIS. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat, ꝙ eccleſia nõ debet Imperatoribus niſi ſpirituale tributum. & hoc patet exemplo Pharaonis, qui tempore famis omnes poſſeſſiones ſubiugauit ſibi, exceptis poſſeſſionibus ſacerdotum, qui bus de publico ſalarium miniſtrauit. probat etiam per leges tres. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. prox. ꝙ de exterioribus eccleſiæ tributa ſunt Imperatori perſoluẽda. Nunc vero oſtendit Grat. ꝙ licet de ipſis exterioribus tributa ſoluantur, tamen non videntur eſſe ſoluenda. Et hoc probat exemplo Pharaonis, qui interpretatur fauus Ægyptiorum: qui cum prædia priuatorum emeret, ſacerdotibus neceſſaria miniſtrauit, nec ſuis poſſeſsionib. ſpoliauit, docẽs ſacerdotes debere liberos eſſe ab huiuſmodi tributis. & ad hoc inducit ſequen. leges, & c. qđ ſequiť, quamuis ẽt, &c.

Matth. 17.

1 Adde an eccleſia teneatur ad ſolutionem tributorum, no Bar. in l. diuina. C. de exac. trib. & no in l. 1. ĩ ſi. ff. de mune. & hon.

u ¶ *Emeret*] & ita non ſunt omnia Imperatoris. quia nemo pt rem ſuam emere, vt ff. de contrahen. empt. ſuæ rei. " & quod meum eſt, amplius non poteſt eſſe meum, vt ff. de except. rei iudi. & an eadem. §. actiones. extr. de fid. inſtr. inter dilectos.

Gene. 47.

" Meum amplius meum eſſe nõ põt.

x ¶ *Liberos eſſe.*] non dixit vt redderent tributum.

IN qualibet]CASVS. Conſtantinus & Conſtans Imperatores ſtatuerunt, vt clerici qui virtute aliis præminent, in omni loco perpetua gaudeant ſecuritate, quia reſpublica magis augmentatur orationibus & officiis clericorum, quam labore corporis. Sequens l. patet.

a ¶ *Securitate.*] nunc inhibet tributum, ſed hoc quantum ad onera perſonalia.

b ¶ *Attentationis.*] id eſt, exactionis.

SANCIMVS. CASVS. Olim cum aliquis curialis volebat donare res ſuas alicui eccleſiæ vel loco religioſo, ſemper oportebat, quod certam relinqueret portionem curialibus: poſtea vero Iuſtinianus priuilegium dedit eccleſiis, & aliis locis religioſis, vt ſiue inter viuos, ſiue inter mortuos curiales donarent eccleſiis, ex ipſis donationibus occaſione legis antiquæ nihil amittant. *Obtinente*, i. E lege mitigante.

c ¶ *Sancimus.*] C. de ſacroſan. eccleſ. l. ſancimus. 2.

d ¶ *Xenones.*] " Xenodochium eſt locus venerabilis vbi pauperes peregrini recipiuntur. " Prochotrophium eſt locus vbi pauperes paſcuntur. " Gerontocomium eſt locus vbi ſenes & valetudinarij & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. " Orphanotrophium eſt locus venerabilis in quo pueri parentibus orbati paſcuntur. " Brephotrophium eſt locus in quo infantes pauperum aluntur a.

e ¶ *Lucratiuorum.*] quibus quarta pars eorum, quæ à curialibus relinquebantur, vendicabatur à fiſco: exceptis relictis curialibus & coniunctis. hoc habes C. quan. & quib. quar. pars. l. 1. & 2. lib. 10. Co. de imp. luc. deſcrip. l. vna. eo. lib. quia fiebat impoſitio quattuor ſiliquarum. C. ſi lib. imper. ſoc. ſine hære. deceſſerit. l. vna. libr. 10. Ioan.

SEcundum] CASVS. Statutum fuit in concilio Pariſienſi, vt eccleſia de ſuis agris manſo & mancipiis, quæ ſibi beneficio imperiali conceduntur, de eo quod ſibi datur pro ſepultura, de decimis & oblationibus tributum ſoluere non compellatur. quod ſi aliquis exegerit, excommunicetur, & per regiam poteſtatem reddere cogatur.

Margin: † Cod. Theod. libr. 16. tit. 2. le. 16. & Anſ. l. 4. c. 14. † al. legis. § ibid. l. 26. " Xenodochium. a C li. 1. ti. de ſacr. ec. l. 18. " Prochotrophium. " Gerontocomium. " Orphanotrophium. " Brephotrophium. a Vñ verſus. Paſcitur in Brepho. geron. orphano. noſo. xenoq. Infirmus, vetulus, puer, infans, & peregrinus. § Burc. l. 3. c. 33. Iuo p. 3. c. 56. & 195.

Vnde Conſtantius, & Conſtans hanc immunitatem dederunt eccleſiæ, dicentes †.

C. XXIII.

2 IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido, vico, caſtello, municipio quicumque voto Chriſtianæ religionis † meritum eximiæ, ſingularisq; virtutis omnibus intimauerit, ſecuritate a perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide ſemper volumus, ſcientes magis religionibus, quàm officiis, & labore corporis, vel ſudore noſtram rempub. cõtineri. [3Gratianus quoque, Valentinianus & Theodoſius decreuerunt dicentes.] Vniuerſos, quos cõſtiterit cuſtodes eccleſiarum eſſe, vel ſanctorum locorum, ac religioſis obſequiis deſeruire, nullius attentationis b moleſtiam ſubſtinere decernimus. [Imperator Iuſtinianus.] ¶ 4 Sancimus c res ad venerabiles eccleſias, vel xenones d, vel monaſteria, vel prochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerõtocomia, vel deniq; aliud tale cõſortiũ deſcendẽtes ex qualicũq; curiali liberalitate, ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa, ſiue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorũ e inſcriptionibus liberas eſſe, & immunes, lege ſcilicet, quæ ſuper huiuſmodi inſcriptionibus poſita eſt, in aliis quidẽ perſonis ſuũ robur obtinẽte: in parte aũt eccleſiaſtica, vel aliarum domuum, q̃ huiuſmodi piis conſortiis deputatæ ſunt, ſuum vigorẽ pietatis intuitu mitigãte. *Hinc etiam in Pariſienſi concilio legitur.*

¶ De agro eccleſiaſtico presbyter non cogatur cenſum perſoluere.

C. XXIIII.

5 SEcundum canonicam auctoritatem, & conſtitutionem dñi Imperatoris Ludouici de eccleſiaſtico agro, & manſo f & de mancipiis, quæ ipſe ſuis capitulis a conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus eccleſiæ fuerit, de decimis b etiã, & oblationibus fidelium nullus quẽquam presbyterorũ aliquẽ cenſum perſoluere cogat: nec quiſquã cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquã ſubtrahat, aut redhibitionẽ quamcumque exigat temporalẽ. Qd ſi fecerit, cõmunione vſq; ad ſatisfactionem priuetur, & regia poteſtate dare c cogatur.

¶ *Burchardus, & Iuo parte 3. c. 56 ſimile quid dã citant ex concilio Meldenſi, c. 8. verũ idem Iuo ead. parte c. 175. hoc idem affert ex concilio Pariſienſi, in quo vide tur innouatũ, quod nunc extat in concilio Meldenſi, c. 63.*

a ¶ Capitulis.] *Videtur ſignificari caput proxime ſequens, quod eſt lib. 1. capitularium, c. 91.*

b ¶ De decimis.] *In dicto capite 63. concilij Meldẽſis, & apud Iuonẽ c. 175. legitur, neque de decimis, & oblationibus fideliũ cuiquã presbytero aliquẽ cenſum, &c. Iuo tamen c. 56. habet vt Gratianus.*

c ¶ Dare cogatur.] *In cõcilio eſt, hoc emendare legaliter cogatur. Iuo tamen vt Gratianus: Burchardus vero habet tantũ vſque ad ver. priuetur.*

Item ex concilio Vormacienſi, c. 50. §

C. XXV.

7 SAncitum eſt, vt vnicuique eccleſiæ vnus manſus integer abſque vllo ſeruitio attribuatur: & presbyteri in eis cõſtituti nõ de decimis, neque de oblationibus fidelium, nõ de domibus, neq; de atriis vel de hortis iuxta eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſeruitiũ faciant præter eccleſiaſticum. Et ſi aliquid amplius habuerint, inde maioribus † ſuis debitum ſeruitium impendant.

¶ *Abeſt caput hoc à pleriſque vetuſtis exemplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

Hinc g *datur intelligi, quòd de his, quæ imperiali beneficio. vel a quibuſlibet pro beneficio ſepulturæ eccleſia poſſidet, nullius iuri, niſi epiſcopi, teneatur adſtricta. De his vero, quæ à quibuſlibet emerit, vel viuorum donationibus acceperit, principibus conſueta debet obſequia: vt & annua* h *eis perſoluat tributa, & conuocato exercitu cum eis proficiſcatur ad caſtra. Quod tamen hoc ipſum nõ ſine conſenſu Romani Pontificis fieri debet. Vnde Gelaſius Papa Elpidio epiſcopo.*

¶ Abſque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum epiſcopi proficiſci non audeant. C. XXVI.

8 QVo auſu, quà temeritate reſcribis Rauennam te parare proficiſci, cũ canones euidẽter præcipiant nullum omnino i pontificum, niſi nobis ante viſis, atque conſultis ad comitatum

tum & vinum ad Euchariſtiam conficiendam, vt ext. de cen. c. ſancitum eſt. Vel manſum appellat dotem ipſius eccleſiæ. Nam dos talis debet eſſe, vt eccleſia poſsit inde ſuſtentari. de conſec. diſt. 1. nemo. ſed manſus dicitur ſecundum vulgare, vnde vnus ruſticus cum ſua familia poſsit ſuſtentari: eccleſia tamen de tanto non poteſt ſuſtentari de quanto vnus ruſticus. arg. 10. q. 3. vnio. Patet ergo, quod de dote ſua non poteſt eccleſia, vel non debet tributa dare, quia non debet dotem recipere niſi libera ſit. & ſic poſſet intelligi 10. qu. 2. hoc ius. quia non debet ei dari poſſeſſio oneroſa. Item nec de decimis, nec de primitiis dabit tributũ: quia in illis nunquam potuit Imperator tributũ habere. de aliis vero prædiis tributariis, cũ onere ſuo ad eccleſiam deuolutis tãtum eccleſia dare debet tributum. & exaudi in eo caſu. 11. q. 1. ſi tributum. Hæc omnia vera ſunt, maxime cum Imperator hoc idem conſtituat. " Sed pone quòd fundata eſt eccleſia in prædio tributario, numquid de illo dabit tributum? Reſpondeo, refert an ſit bonæ fidei fundator, an malæ. Si bonæ fidei, de illis locis, quæ ſunt extra atrium, habebit Imperator tributum, non autem de loco vbi eſt eccleſia c, ſed per hoc non fit patronus, vt 17. qu. vlt. quæſti. Si vero fundator eſſet malæ fidei, tunc eſt ad æſtimationem compellendus. 14. qu. 6. comperimus. & vbi poſt denuntiationem fundat eam, mala fide fundat. extr. de no. oper. nun. cum ex iniuncto. Ioan.

SAncitum eſt vt vni.] SHINC DATVR. CASVS. Cõcludit Gra. ext. c. prox. quòd ea quæ eccleſiæ ex imperiali beneficio conceduntur, & ea quæ ei pro ſepultura donantur, non iuri Imperatorum, ſed epiſcopis tenentur adſtricta. pro aliis vero prædiis conſueta tributa perſoluant principibus. & cum eis proficiſcantur ad caſtra, nõ tamen inconſulto Papa, quod probat per duo ſeq. cap.

g ¶ *Hinc.*] id eſt, illis legibus, quas ſub §. eccleſia comprehendit.

h ¶ *Annua.*] nam tranſeunt res cum onere ſuo. 10. quæſt. 1. ſi quis laicus. extra de decimis, cum non ſit.

Margin: " Eccleſia in prędio tributario fundata, an teneatur pro illo ad tributa. c Ext. de cẽſ. c. ſancitum. 7 cap. 1. 1. ca. 91. Bur. l. 3. c. 52. Iuo p. 3. c. 55. & p. 16. c. 262. c Sub. vel eius dote, & hoc in ſuo rẽ eccleſiæ. argu. hic ad ſimilitudinẽ ſerui, qui factus presbyter à ſeruitute liberatur. 54. di. ex antiquis. & c. ſeq ſecundũ lo de Fan. † al. ſenioribus] vera lectio. § Anſ. 6. ca. 118. Deuſd. li. 1. c. 39. Pol. l. tit. 17.

f ¶ *Manſo*] ſupra 16. q. 1. quia iuxta. Contra ſupra diſt. 8. c. 1. contra 8. 12. q. 2. eccleſiarum. contra 3. 11. q. 1. ſi tributum. contra. Sed illud de prædiis quæ ſolum pro animarum redemptione donantur, illud de his quæ titulo emptionis vel alio modo acquiruntur eccleſiæ. Vel iſtud ſpecialiter de prædiis collatis eccleſiæ à principe, illud generaliter de aliis. Sol. vera colligitur ex prox. c. ſeq. Ager " b appellatur hic vbi eſt hortus eccleſiæ. arg. 3. ea. conuenior. nam in agro Naboth rex ſeuit olus. Manſus vero appellatur vnde percipitur frumen-

Margin: " Ager & manſus differunt. b Adde quid ſi. appe a. ger, not. in l. inſu'a. 1. ſi & l. 1. ſi qua. ff. de ac. re. do. & in l. fundi §. vlt. ff. de ver. ſign.

QVo auſu.] CASVS. Elpidius epiſcopus cum Romam vocaretur, excuſauit ſe, dicens ſe ad Rauennam oportere proficiſci in expeditione Imperatoris. Propter quod Gelaſius Papa ipſum reprehendit, oſtendens nulli pontificum licere ad comitatum inconſulto eo ire, niſi velit feſtinanter officio quod habet carere.

i ¶ *Nullum omnino.*] hoc de illis tantum epiſcopis intelligitur, qui legitima portione ſunt contenti. de ceteris namque regalibus, & aliis poſſeſſio

poſſeſsionibus ſuis ſenioribus ſeruire tenentur, vt ext. de cen. ſancitum eſt[a]. Hæc enim eſt conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. Ioan. Vel hic loquitur cum Papa aliquem epiſcopum ad ſe vocat, ſicut dixi ſ. ſ. ca. reprehenſibile. cum enim vocetur ad maius tribunal, obedire debet. ff. de re iud. contumacia. §. 1. arg. contra extra de app. ſi duobus. Vel intellige hoc in eo caſu, in quo & ſequens cap. cum ſcilicet contempto iudice eccleſiaſtico pergit ad ſæcularem. 11. quæſtio. 1. placuit. B.

a Hic fuit brocard' 54. & ponitur pro palea. ſ. proxi.

debere contēdere[a]? Quēadmodum tibi putas licere, quòd non licet, niſi, quòd hoc officio carere feſtinas, quo his exceſsibus te oſtendis indignum.

a ¶ Cōtēdere.] *In Polycarpo hæc ſequuntur,* Quod cum longæui vel ætate, vel honore pontifices Piſtorieſis, Lucenſis & Feſulanus nuper monſtrentur feciſſe, tu qui paucorum dierum fungi ſacerdotio videris, quemadmodum, &c.

Item ex concilio Antiocheno, c. 11.[1]

¶ Abſque metropolitani conſilio, vel prouincialium epiſcoporum ad Imperatorē epiſcopi non pergant. C. XXVII.

1 Ex l Ag ſ. c. 73.

j 2 SI qs epiſcopus, aut presbyter, vel omnis omnino, qui eſt ſub eccleſiaſtica regula cōſtitutus, præter conſilium, vel litteras eorum epiſcoporū qui ſunt intra prouinciam, & maxime metropolitani ad Imperatorem p̄rexerit[a], hunc abdicari, & eiici non ſolum de communione debere, ſed etiam propria dignitate priuari decernimus † tanquā moleſtum, & importunum imperialibus auribus contra eccleſiaſtica conſtituta.

2 Anſ. l 6. c. 124. Bur. l. 2. c. 177. Iuo p. 6. c. 268.

† abeſt ab orig.

[3] *Reprehenduntur ergo Gallicani epiſcopi à Nicolao, quoniam Apoſtolica auctoritate contempta potius arma ſequi elegerāt, quàm Apoſtolico conſpectui ſeſe repræſentarent. Quamquam proficiſcentes ad comitatū poſſunt intelligi, non ſecuti Imperatorem, vt armis ſibi auxilientur ſed ipſum cum exercitu ſuo quotidianis orationibus Deo cōmendent. In quo caſu auctoritas illa Sardicenſis concilij loqui videtur in cuius octauo capite Oſius epiſcopus dixiſſe legitur.*

3 ſ. e. reprehenſibile.

¶ Qui à religioſis Imperatoribus vocati epiſcopi non fuerint, ad comitatum non proficiſcantur. C. XXVIII.

4 SI vobis fratres chariſsimi placet, decernite, ne ep̄i ad comitatum † [b] accedāt, niſi forte hi, q̄ à religioſis, à Imperatoribus vel inuitati, vel vocati [c] fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, vt ad miſericordiam eccleſiæ cōfugiant, qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes, in exilium [d], vel in inſulas [e] damnantur, aut certe quamcumque ſententiam ſuſcipiunt: ideo ſubueniendum eſt his, & ſine dubitatione eis eſt petenda per eccleſiam indulgētia.

4 Anſ. l. 6 c. 120. Polyc. l. 4 tit. 17.

† ſτρατόπεδον

SI quis epiſcopus] CASVS. Statuit in hoc c. concilium Antiochenum, q̄ ſi quis clericus ad Imperatorē perrexerit ſine conſilio epiſcoporum, & maxime metropolitani, deponi debet, quia Imperatorem moleſtat contra eccleſiaſtica ſtatuta.

a ¶ *Perrexerit.*] niſi cum litteris ſupperioris. in Auth. quo. op. epiſc. §. non aliter. coll. 1. vel perrexerit, vt ſit cum eo in expeditione vocatus à Papa. ſic enim inducit magiſter hoc c. ſed potius in eo caſu loquitur cum relicto & contempto eccleſiaſtico iudice pergit ad imperialem, q̄d non eſt faciendum, vt ſ. 96. diſtin. denique. ſ. 23. qu. 5. ſi quis à proprio. & ca. ſi epiſcoporum. 11. q. 1. continua. & c. placuit. Io. de Fant.

REPREHENDVNTVR. CASVS. Iſte §. reſpicit c. ſ. e. reprehēſibile. & dicit Gratianus, q̄ Gallicani epiſcopi, ideo ſunt reprehēſi, quoniam potius arma ſequi elegerunt, quàm ſe Apoſtolico repreſentarent: quamuis poſsit de illis intelligi qui inſequebantur Imperatorem, non vt armis pugnarent, ſed vt orationib. ſuis ipſum cum exercitu, Deo commendent.

SI vobis] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In Prima dicitur, q̄ epiſcopi ad comitatum ire non debent niſi fuerint ab Imperatorib. inuitati. In ſecunda parte dicitur, q̄ eccleſia indulgentiam poſtulare debet pro illis qui iniuriam patiuntur, & illis qui propter delictum ſuum in exilium, vel in inſulas, vel alia pœna damnantur. Secunda pars incipit ibi, *Sed quoniam.*

b ¶ *Ad comitatum*] hoc verbo ſignificatur curia principis cum omnibus ſuis officiis inſtructa, vt C. quan. Imp. inter pup. l. vna.

c ¶ *Vocati.*] nam tunc excuſat eos ipſe Imperator. in auth. quo. op. §. illud autem. coll. 1.

d ¶ *In exilium*] ad tempus.

e ¶ *Vel in inſulas*] in perpetuum ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. hæc differentia. [u]quandoque tamen exilium indifferenter ſumitur pro temporali, vel perpetuo. de pœn. diſt. 1. aut facta.

u Exiliū eſt tēporale & perpetuum

LICET. CASVS. Concludit nunc Grat. ex c. ſ. ca. igitur cum ſæpe. & c. vt pridem. q̄ exemplo Gre. & Leonis, clericis licet hortari bellatores ad vim infidelium propulſandā: ſed effuſionē ſanguinis nulli clerico imperare licet ſua vel principis auctoritate. vt ſ. c. 1. & 2.

f ¶ *Beati Gregorij.*] ſupra eadem quæſtio. 5. capit. 1. & 4. & capit. reos. Ioannes.

¶ *Hoc capitulum fere iiſdem verbis habetur in collectione Iſidori, & codice canonum, nec longe diſcrepat, à ſententia græci canonis.*

a ¶ A religioſis Imperatoribus] *Horū loco in collectione Iſidori, & codice canonum legitur,* religioſi Imperatoris litteris, *itēque græce,* παρεκτὸς τῶν, ὅς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασιν μεταβάλλοιτο.

Licet ergo prælatis eccleſiæ exemplo beati Gregorij [f] *ab* [5] *Imperatoribus, vel quibuſlibet ducibus defenſionem fidelibus poſtulare.*[6] *Licet etiam cum beato Leone quoſlibet ad ſui defenſionem contra aduerſarios ſanctæ fidei viriliter adhortari, atque ad vim infidelium procul arcendam quoſque excitare. Effuſionē vero ſanguinis nulli epiſcoporum ſua, vel Imperatorum auctoritate imperare licet.*

5 ſ. e. vt pridem.
6. ſ. e. igitur.

Vnde in Toletano concilio 4. c. 30. legitur.

¶ Sacerdotes ibi conſentiant fieri iudices, vbi iureiurando indulgentia promittitur. C. XXIX.

7 SAepe [g] principes cōtra quoſlibet maieſtatis obnoxios [h] ſacerdotibus negotia ſua cōmittunt. Quia † vero à Chriſto ad miniſteriū ſalutis electi ſunt, ibi cōſentiāt [i] regibus fieri iudices, vbi iureiurando [k] ſupplicij [l], indulgentia promittitur [m], nō vbi diſcriminis ſentētia præparatur. Si quis ergo ſacerdotum cōtra hoc cōmune conſultum diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſanguinis apud Chriſtū, & apud eccleſiam perdat proprium gradum.

7 Bur l. 2. c. 149 Iuo p. 6 c. 222.

† Et quia ſacerdotes] orig.

Item ex concilio Toletano 11. c. 6.

¶ Non debent agitare iudiciū ſanguinis, q̄ ſacramenta Dn̄i tractant. C. XXX.

8 HIs à quibus Dn̄i ſacramenta tractanda ſunt iudiciū ſanguinis agitare non licet [n]. Et ideo magnopere talibus † [o] exceſsibus prohibēdum eſt, ne indiſcretæ præſumptionis motib⁹ agitati, aut quod morte plectendū eſt, ſententia propria iudicare præſumant, aut trūcationes [p] quibuslibet perſonis per ſe inferāt, aut inferēdas [q] præcipiant [r].

8 Rab l pœ. c. 30 Bur. l. 1. c. 201. Iuo p. 5 c. 315.

† al. talis exceſſus prohibendus.

SAepe principes.] Hæc eſt 5. pars quæſtio. in qua probat per. 3. c. quòd nullus clericus debet dictare vel dare ſanguinis effuſionem, vel truncationem facere per ſe vel per alium. Io. de Fant.

CASVS Quidam ſacerdotes delegatione principum cauſas ſanguinis agitabant: quare ſtatuit conc. Tole. vt de cetero talia nō ſuſcipiant, niſi principes ſub iuramento ſupplicij indulgentiam promittant. Si quis vero contrafecerit, reus apud Chriſtum effuſi ſanguinis deponatur.

g ¶ *Sæpe.*] Ex hoc. c. colligitur, quòd aliter debet iudicare delegans, quam delegatus. ſic extra de accuſat. cum oporteat. Argum. contra 15. quæſt. 2. cap. ſeruatis.

h ¶ *Obnoxios.*] Ex hoc dicunt quidam, quòd epiſcopus in cauſa criminali pōt ferre ſententiam: ſub hac tamen conditione, quòd Imperator iuret, &c. quia Imperator dicit obnoxios ſuppliciis: ſed tu exaudi hoc cum de crimine ciuiliter agebatur, & hoc eſt quod dicit.

i ¶ *Conſentiant*] ergo non eſt iudex antequam conſentiat. arg. extr. de app. ſuper eo. in fin.

k ¶ *Iureiurando.*] i. præſtando ſacramentum de calumnia.

l ¶ *Supplicij.*] indulgētia promittitur, ſcilicet à principe de impunitate quo ad pœnam ſanguinis. arg. 15. quæſt. 4. nullus epiſcoporum. & appellabitur hic ad forum delegantis.

m ¶ *Promittitur.*] etiam à iure: non enim timebit ſupplicium ex quo iuratur[b]. Sed pone q̄ Imperator puniat eum poſt corporaliter, non imputatur epiſcopo. arg. ſ. ead. quæſt. 5. cap. vnum. & ff. de bon. lib. qui cum maior. §. deinde. intelligere etiam hoc potes quando demandat cognitionem, & ſibi reſeruat ſententiam, & tunc criminaliter, dum tamen iuret, &c. argu. ext. de of. deleg. ſuper quæſtionum.

b Ar. ad hoc 17. q 4 mētientes. 3 & 1 de Benedicto. & hoc intelligo ſecundū illud quod not in vtroque c. ibi videas.

HIs à quibus.] CASVS. Quidam epiſcopi iudicium ſanguinis agitantes, per ſe truncationes membrorum inferebant, vel aliis inferendam præcipiebant: quare ſtatutum fuit in concilio Toleta. ne de cetero præſumant: & ſi quis hoc præſumpſerit, horum præceptorum immemor deponatur, & in perpetuo ergaſtulo teneatur religatus: viaticum tamen ſibi in fine non negetur.

n ¶ *Non licet*] olim licuit. ſ. 2. quæſt. 7. §. item cum Balaam. ſ. diſtinct. 50. de his clericis. & 51. diſtinct. aliquantos. & ſ. ead. quæſtio. 5. vnum ſolum.

o ¶ *Talibus*] id eſt, taliter excedentibus.

p ¶ *Truncationes.*] [u]nam qui vulnerat, occidiſſe dicitur, vt ff. ad leg. Corn. de ſic. l. 1. §. diuus.

u Vulnerās occidiſſe dī

q ¶ *Aut inferendas*] quod enim non poſſum per me, nec per alium. quadrageſima ſexta diſtinctione, capitulo vltimo. ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. pertinent. lege ſecunda, §. primo. fallit tamen in caſibus ſpecialibus.

r ¶ *Præcipiant.*] virgis tamen poſſunt punire. vt ſ. ead. q. 5. ca. 1. in fin. & ſta

& flagellis:ſed non ad ſanguinis effuſioné, vt extr. de rap. in archiepiſcopatu. Sed quid ſi epiſcopus habet iuriſdictionem de omnibus? "tunc deleget cauſam criminalem, licet ſecundum leges non poſſet delegare niſi cum contingit ipſum abeſſe[a]. ff. de off. eius cui mand. eſt iur. l. 1. hic enim non poteſt adeſſe, vnde licite delegat ſecundum canones, vt dixi. ſ. ea. q. 4. illud.

" cauſa criminalis ſecundum canones delegatur.

a De hoc ét not. extr. de of. ord. q[d] ſe dé igl. in ſi. & de rap. in archiepiſcopatu Arc.

a ¶ *Exeunti.*] ſ. diſt. 50. pœnitentes.

CETERI. CASVS. Dictum eſt ſupra, q̀ clerici non poſſunt exercere trúcationes membrorum. Nunc Gratia. dicit, q̀ etiam laici abſq; iudice trúcationes membrorum & domorum incendia facere prohibentur; & ad hoc inducit ſeq. cap.

Ezech. 33.

SI quis.] CASVS. Statuit Eutychianus q̀ ſi quis fecerit, vel facere iuſſerit, vel facienti cóſenſerit truncationem membrorum, vel domorum incendia, excómunicetur donec corá epiſcopo ciuitatis & aliis ciuibus damnum emendet legaliter & amicabiliter. Seq. §. patet.

1 Pol. l. 6. ti. 15. Burc. l. 6. cap. 30 Iuo p. 13. c. 40.

b ¶. *Iuſſerit.*] ſic ext. de ſent. exc. mulieres.

c ¶ *Legaliter.*] Sed quo modo hoc, " cum ſecundum leges, liberum corpus æſtimationem non recipiat, vt ff. de eiect. & effu. l. vlti. ſi quad. pau. fe. di. ex hac lege? Sed dic q̀ tenetur ad expenſas medicorum, & ad operas quas amittit, quia inutilis eſt factus, non autem ratione cicatricum vel deformitatis: quia liberum corpus eſt. ff. de eie. & effu. l. vltim. Vel dic legaliter, i. ſecundum cautionem hic ſignatam. ĩ. ead. proxi. ibi, nec abſoluatur. quia pœnitet per annum. & damna reſtituit. Vel legaliter, i. ſecundum l. Rhod. de vi publica vel priuata agetur contra eum. Et eſt differentia: quia priuata priuat tertia parte bonorum, vt ff. de vi pub. l. pen. publicam deportationem inducit, vt inſt. de pu. ind. §. item lex Iulia, de vi. Vnde verſus: *Vis priuata reum deponit ab ordine verum. Sed deportatur, ſi vis armata probatur.*

† *vel*] Burc.

" corpus liberum æſtimationem nó recipit.

Matth 18

† *al. conſortio*

2 Et in cóc. Rhemenſi, ſub Eugen. 13. ca. 8.

3 Pan. l. 8 c. 154.

d ¶ *Et amicabiliter.* hic ſ. 5. q. 2. ſi primates. arg. ſ. ea. q. 4. ſi illic.

DE INCENDIARIIS. Hæc eſt 6. pars q. in qua oſtendit magiſter duobus ca. qualiter incendiarij debent puniri. Ioan. de Fant.

PEſsimam] CASVS. Statuit Inn. in hoc c. vt incendiarius ſiue ipſe ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, vel conſilium dederit, vel auxilium, excommunicetur: & ſi mortuus fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura, nec abſoluatur niſi prius damnum reſarciat ſicut poteſt, & iuret ſe ignem vlterius non appoſiturum. reſipiſcenti vero pœna iniungatur, vt ſcilicet per annum ſit in ſeruitio Dei, vt Hieroſolymis vel in Hiſpania: & ſi quis epiſcopus hoc damnum relaxauerit, ipſum reſtituat, & ab epiſcopali officio per annú abſtineat. Reges vero & ſæculares principes conſultis archiepiſcopis de hoc iuſtitiam facere poſſunt.

e ¶ *Interdicimus.*] ex hoc videtur, q̀ iſte canon ſit canon latæ ſententiæ, vbi conſuetudo hoc habet, & Papa ſcit, & tolerat, vt in Theutonia, & ſecundum hoc poteſt intelligi extra de ſent. exc. tua. ſed non credo q̀ ſit latæ ſententiæ: niſi ſicut alias quod priuatur ſacramentis: ſicut pro quolibet mortali. de conſe. diſt. 2. ſi non ſunt tanta. & quod dicit interdicimus. id eſt, prohibemus, & quilibet decedens in mortali ſi conſtet de hoc, etiam ſi non ſit excommunicatus, prohibetur. ext. de rap. ſuper eo. & extr. de dam. da. ſi quis domum.

f ¶ *Damno.*] canonica pœna incendiariorum ſtatuitur, extr. de dam. da. ſi quis domum. 12. q. 2. cum deuotiſsimá. ſed alia eſt pœna legalis, vt ibi nota.

Quòd ſi quiſquá immemor horum præceptorú, aut in eccleſiæ ſuæ familiis, aut in quibuſlibet perſonis tale aliquid fecerit, cóceſsi ordinis honore priuetur, & loco: ſub perpetuo quoq; damnationis teneatur ergaſtulo religatus. Cui tamé communio exeunti[a] ex hac vita non eſt negáda propter Dñi miſericordiam, qui non vult peccatoris morté, ſed, vt conuertatur, & viuat.

Ceteri etiam abſque iudiciali auctoritate membrorum truncationes, & domorum incendia facere prohibentur.

Vnde in decretis Eutychiani Papæ.

¶ Membra detrúcans, domos incendens abſque iudiciali auctoritate excommunicetur. C. XXXI.

1 SI quis membrorum truncationes, domorum incendia fecerit, ſiue facere iuſſerit[b], aut faciéti cóſenſerit, quouſq; de his vnicuiq; legaliter[c], & † amicabiliter[d] corá epiſcopo ciuitatis, aliiſq; ciuibus nó emédauerit, ab eccleſia ſe priuatum agnoſcat. Si vero poſt ſecundam, & tertiá cóuentioné cuncta, in quib9 arguitur, non emendauerit, tanquam ethnicus & publicanus ab omni Chriſtianorú collegio † ſeparetur.

6 *De incendiariis quoque Innocentius ſecundus in vniuerſali concilio, c. 18 generaliter conſtituit dicens[2].*

¶ Domos incendés gratia, vel odio alicui, excommunicetur. C. XXXII.

3 PEſsimam ſiquidé, & depopulatricem, & horrendam incédiariorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli omnino deteſtamur, & interdicimus[e]. *& infra.* ¶ Si quis ergo poſt huius noſtræ prohibitionis promulgationé malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro vindicta igné appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur: & ſi mortu9 fuerit incédiarius, Chriſtianorum careat ſepultura, nec abſoluatur, niſi prius damno[f], cui intulit, ſecúdum facultatem ſuam reſarcto, iuret ſe vlterius[g] ignem non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, vt Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſeruitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem archiepiſcopus,[h] vel epiſcopus hoc relaxauerit, damnum reſtituat[i], & per annú ab officio epiſcopali abſtineat. Sane regib9[k], & principibus faciendæ iuſtitiæ facultatem, conſultis epiſcopis, & archiepiſcopis, non negamus.

Item Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei.

¶ Homicida eſt, qui publicam functionem non habens, aliquem occidit, vel debilitat. C. XXXIII.

4 QVicumq; percutit malos in eo[l] quòd mali ſunt, & habet[a] cauſam[m] interfectionis, miniſter Dei eſt. Qui vero ſine aliqua publica adminiſtratione maleficú, furé, ſacrilegum[n], & adulterum, periurum, vel quélibet criminoſú interfecerit, aut truncauerit, vel mébris debilitauerit, velut homicida[o], iudicabitur: & tanto acrius, quanto non ſibi à Deo cóceſſam poteſtatem abuſiue vſurpare non timuit.

4 Burc. l. 6. c. 43. Iuo p 10. c. 114. & 171. Pan. l. 8. c. 51.

¶ *Prima pars huius capituli vſq; ad ver.* Qui vero. *citatur ſupra ead. quæſ. 5. qui malos. ex Commentariis B. Hieronymi in Ezechielem, vel etiam habetur.*

a ¶ Et habet cauſam.] *Supra ead. q. 5. qui malos. & apud B. Hieronymú, & in gloſſa ordinaria, Panormi & apud Iuoné par. 10. c. 104. legitur,* habet vaſa, *Exponútur enim illa Ezechielis verba.* Vnuſquiſq; vas interfectionis habet, *ſed apud Burchardú, & Iuonem eadé part. c. 171. legitur vt apud Gratianum.*

7 *De his autem, qui ſimul hominem vulnerant, quæritur, ſi ille mortuus fuerit, quis eorum homicidij reatum incurrat. De his ſtatutum eſt in concilio apud Vermerias.*

¶ Si plures contra vnú rixentur, quâ pœna quiſq; eorú feriatur. C. XXXIIII.

g ¶ *Vlterius*] ſ. vndecima, quæſt. 3. cum aliquis.

h ¶ *Archiepiſcopus*] "Licet clericis exponere legem vel canonem de interficiendo, ſed non conſulere præciſe, vt ſ. quæſtio. 5. relegentes. & ſ. 5. quæſt. 6. delatori. vel epiſcopus dabit conſilium de pœna canonica incendiariorum, quæ eſt extra de damn. da. c. vlti.

" Clericus legé de interficiendo pt̃ exponere.

i ¶ *Reſtituat*] ſ. 54. diſt. ſi ſeruus abſente. & hoc de proprio, ſi habet: aliás puniretur extraordinarie. nam de rebus eccleſiæ non debet, ne delictú vertatur in damnum eccleſiæ. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

k ¶ *Sane regibus*] Si regibus & principibus non negatur facultas iuſtitiæ faciendæ de incendiariis conſultis archiepiſcopis, videtur quòd principes de conſilio eorú poſſint incendiarios vltimo ſupplicio afficere, cum incendiarij ſecundum leges ſic debeant puniri, vt ff. de incen. l. vltim. &. ff. de pœn. l. capitalium. " Secundum canones eſt ſciendum, quòd iuxta legis tenorem incendiarij ſpontanei varie plectuntur. vel enim nouiſsimo infortunio notantur, vel deportantur, vel alio modo forte puniuntur. Vel dic quòd princeps non punit incendiarios ſecundum legis rigorem occidendo, ſed deportando, vel alia clementiori pœna plectendo. ideo archiepiſcopi & epiſcopi conſuluntur. ſed l. Corne. de ſic. punitur capite ſi nobilis eſt. ff. ad le. Corn. de ſi ca. ſi quis dolo. ignobilis ſupponitur beſtiis, bonis proſcriptis. ff. de incen. l. vlti. & hoc quando dolo fecit incendium. alias ſufficit damna reſtituere, vt ff. eo. tit. qui ædes.

" incédiarij qualiter ſút puniendi.

QVicumque percutit.] CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſtin. vtrum iudicetur homicida qui criminoſos interficit vel debilitat? Et reſpondet: ſi iudex eſt, poteſtatem de hoc habens, miniſter Dei eſt. ſi vero poteſtatem non habet de hoc, velut homicida reputatur.

l ¶ *In eo* quod mali ſunt. ſ. ea. q. 5. qui malos. ſ. ea. q. 4. duo iſta.

m ¶ *Cauſam*] ſ. ea. q. 4. ea vindicta.

n ¶ *Sacrilegum.*] Ergo ſacrilegi ſecundum canones, & fures capite puniuntur, vt ſ. ea. q. 5. homicidas.

o ¶ *Velut homicida.*] vt extr. homic. ſi aliquis. C. quan. lic. vnicuique. l. 1. Ioan. de Fant.

DE [illegible] IS. Hæc eſt 7 pars, ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quia ſupra facta fuit mentio de homicidio: ideo nunc quærit Grat. ſi plures ſimul vulnerant aliquem & poſtea moriatur, quis eorum reatum homicidij incurrat? Cui quæſtioni ſequens capit. reſpondet.

Si qua

SI quattuor] CASVS. Quattuor vel plures quemdam vulnerauerunt, & mortuus eſt: quare quæſitum fuit in concilio, quis eorum reatum homicidij incurrat? Et reſpondetur quòd quicumque ei plagam impoſuerit, vt homicida iudicetur: reliqui vero qui eum interficere volebant, ſimiliter pœniteant: qui vero nec conſilium nec auxilium dedit, non eſt in culpa.

1 SI quattuor, aut quinque homines, ſeu etiam plures contra vnum hominẽ rixati fuerint, & ab his vulneratus, mortuus fuerit, quicumque eorum [a] plagam ei impoſuit, ſecundum ſtatuta canonum, vt homicida iudicetur: reliqui autem, qui eum impugnabãt [b], volentes eum [c] interficere, ſimiliter [d] pœniteãt. Qui vero nec eum impugnabant, nec vulnerabant, conſilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, ſed tantum adfuerunt, extra noxam [e] ſint.

1 Burch. l. 6. cap. 42. Iuo p. 10 ca. 170.

a ¶ Quicumque eorum.] Hoc eſt propter incertitudinem: quia neſcitur cuius ictu perijt. ſic ff. de his q eiec. & effu. l. 1. §. vltim. & l. ſeq. & ff. ad leg. Aq. ita vulneratus. in fi. "Sed pone certum eſſe quod de vulnere meo nõ eſt mortuus, nunquid cenſebor homicida? ſecundum leges certum eſt quòd non. argu. ff. ad le. Aq. huic ſcripturæ. nam vulnus vniuſcuiuſque contemplandum eſt. ff. ad leg. Cor. de ſica. l. vlt. idem videtur ſecundum canones. arg. ext. de cle. percuſ. c. 2. Contrarium tamen credo [a]. arg. 50. diſtin. ſi quis poſt. ſufficit enim q ſumpſit arma, licet non occiderit ipſe ſed alius, vt ext. de cle. percuſ. ca. præſentium. & c. continentia.

" Homicida eſt etiã qui non occidit.

a Idẽ credit Lau. argu. h° c. ſi qs poſt. Sed arg. cõtra 15. q. 1. c. vlt. vbi dr q lex factũ requirit & qd not. extr. de hom. ſi aliqs vbi de hoc

b ¶ Impugnabant.] nec tamen percuſſerunt.

c ¶ Volentes] Nam homicidæ tales ſunt. de pœ. diſt. 1. periculoſæ. Item pone q me rixãte cum aliquo, frater meus eum interfecit contra voluntatem meam: an imputabitur mihi? non. argu. 2. q. 4. quia præſulatus. ext. de cle. percuſ. præſentium.

d ¶ Similiter] argu. de pœ. diſt. 1. ſi cui.

e ¶ Extra noxam.] ſi ei ſubuenire non poterant: 1. ca. q. 3. cap. vlti. Ioan.

CAVSA XXIIII.

QVidam epiſcopus ĩ hereſim lapſus [f] aliquos de ſacerdotibus ſuis officio priuauit, & ſententia excommunicationis notauit. Poſt mortem de hereſi accuſatus damnatur, & ſequaces eius cum omni familia ſua.

1 Hic primum quæritur, an lapſus in hereſim poſſit aliquos officio priuare, vel ſententia notare.

2 Secundo, an poſt mortem aliquis poſſit excommunicari.

3 Tertio, an pro peccato alicuius tota familia ſit excommunicanda.

QVÆSTIO I.

QVòd autem [g] ab heretico aliquis deponi, aut excommunicari non poſſit, facile probatur. Omnis enim hereticus, aut iam damnatam hereſim ſequitur, aut nouam confingit. Qui vero [h] hereſim iam damnatam ſequitur, eius damnationis ſe participem facit.

Vnde cum Achatius abſque ſynodali auctoritate ab Apoſtolico ſe damnatum quereretur, contra Gelaſius ſcribit dicens.

¶ Qui in iam damnatam hæreſim labitur, eius damnationis ſe participem facit. C. I.

j ACHatius non eſt factus inuẽtor noui erroris, ſed veteris imitator: atque ideo non erat neceſſariũ [i], vt aduerſus eũ noua ſentẽtia prodiret, ſed antiqua tantummodo renouaretur. Factus ſum itaq; executor veteris conſtituti, non promulgator noui. Quicumque enim in hæreſim [k] ſemel damnatam labitur, ei° dãnatione ſeipſum inuoluit.

¶ Sententia huius capituli eſt eadem cũ ſententia capitis paulo poſt ſequẽtis, id eſt, Achatius. quamuis verba diſcrepent.

Idem Gelaſius in epiſtola ad epiſcopos dardaniæ.

¶ Non eſt retractandum, quod ſemel ſynodus ſtatuit contra vnamquamque hæreſim. C. II.

2 MAiores noſtri diuina inſpiratione cernentes neceſſario præcauerunt, vt quod cõtra vnãquamq; hæreſim coacta [l] ſemel ſynodus pro fide † cõmunione, & veritate catholica atq; Apoſtolica promulgaſſet: nõ ſinerent [m] nouis [n] poſt hæc retractationib° mutilari: ne prauis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi,

QVidam epiſcopus.] CASVS. Supra in 23. cauſa tractatum eſt de hæreticis. Sed quia hæreticorum quidam ſunt manifeſti, quidam vero occulti, & quandoque excommunicat eccleſia hæreticos, quandoq; catholicos: ideo Gratia. ſubnectit hanc cauſam 24. in qua tractat de omnibus iſtis, quæ vt competentius oſtendat, thema proponit, de quo tres elicit quæſtiones.

f ¶ Quidam epiſcopus in hæreſim lapſus.] S. 23. cauſa tractatum eſt de hæreticis: "ſed quoniam hæreticorum quidam ſunt manifeſti, quidam occulti: & eccleſia excommunicat quandoque hæreticos, quandoque catholicos, ideo de huiuſmodi ſubdit tractatum.

" Hæretici ſũt duplices.

QVòd autem.] In hac quæſtione magiſter intendit probare per 42. c. q. hæreticus vel ſchiſmaticus vel excommunicatus alium damnare non poteſt: ſi tamen ſibi probare poſſit. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proponitur 1. q. qua quæritur, an hæreticus poſſit alium deponere, ſuſpendere vel excommunicare? Sed ſecundum Grat. diſtinguitur, ſi incidit in damnatam hæreſim, nullum damnare vel excommunicare poteſt, vt j. ead. audiuimus. Si vero nouam confingit hæreſim, antequam de ea damnetur, ſuſpendere vel excommunicare poteſt, vt j. ead. §. ſi autem. in princ. & arg. j. ea. Achatius. quia adhuc toleratur ab eccleſia. Tu autem dicas indiſtincte, quia ſiue veterem ſiue nouam ſequitur, excommunicatus eſt, vt in concilio Lateran. excommunicamus. & ideo alium excommunicare non poteſt. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, quòd hæreticus nullum valeat condemnare, vſque ad §. His auctoritatibus. innuendo diſtinctionem ſuam. Deinde probat contra tandem dat ſolutioné. Caſus autem §. facilis eſt.

g ¶ Quòd autem.] " in hac quæſtione dicunt quidam, q ſi hæreticus excommunicat alium hæreticum, valet. j. ead. quiſquis. ſed qualiter intelligatur illud cap. dicit §. qui ſequitur illud cap. Alij cum Gratiano diſtinguunt an veterem hæreſim iam damnatam ſequatur, & tunc non valet, an nouam confingat, & tunc poteſt. argumen. j. ead. Achatius. & j. ead. ſi autem. in princ. quia adhuc toleratur, ab eccleſia. ſed tu dic indiſtincte, quòd ſiue veterem ſiue nouam ſequatur, excommunicatus eſt, licet ſit occultus: & ideo alium excommunicare non poteſt. extra de hæret. ad abolendam, & cap. excommunicamus. alia tamen quæ agit, tenent dum toleratur [b]. argum. 3. 3. q. 7. §. tria. Sed & ſententia excommunicationis, quam tulit, tolerandã eſt, dum ipſe eſt occultus, licet ſit nulla. argum. præd. §. 1. ext. de iur. patr. conſultationibus.

" Excõicare ſi pt hæreticus hæreticum.

b idẽ ſentit Inn. extra de elec. nihil.

h ¶ Qui vero] hæc diſtinctio hodie locum non habet, quia omnis hæreſis eſt damnata." & omnis hæreticus eſt excommunicatus, quantumcumque ſit occultus: & ideo non poteſt alios excõmunicare, vnde ſi ſcirem prælatum meum eſſe hæreticum, quia nouam fingit, nec tamen predicaret, ſi me excommunicaret, celebrarem in occulto, ſed non in aperto: quia cum non poſſem probare eum eſſe hæreticum, ſic me non excommunicatum deponeret: Sed quid de alia ſententia? idem: quia nulla eſt ſententia quam tulit, ſed tamen tolerabitur poſtea. argumen. 3. quæſt. 7. §. tria. eadem dic & de ſchiſmatico: maxime cum ſchiſma non poſſit eſſe ſine hæreſi [c], niſi forte in ſummo Põtifice, vt ſi duo crearentur, & vterque crederet eccleſiam apud ſe eſſe. 7. quæſt. 1. factus [d].

"Hæreticus omnis eſt excõicatus.

c Pol 17. n. 7 c. iſtam glo. dicit eſſe ſing. Ab. in c. quia diligẽtia. de elec. ad hoc quòd incidens in ſchiſma, ſi credit Paparũ eſſe apud illũ cui adhæret non eſt hæreticus.

† in fide

d vide quod leg & no. j. e. q. didicimus. in prin.

ACHatius] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod Gelaſius ſynodo non congregata Achatiũ propter hæreſim condemnauit, de quo cum Achatius conquereretur, ſcripſit Gelaſius, quod non fuit opus propter hoc ſynodum congregare, vt noua contra eum ſententia prodiret: ſed vetus tantum confirmaretur: quia in hæreſim iam damnatam lapſus erat. Dicit ergo, factus ſum itaque veteris conſtituti executor, non promulgator.

i ¶ Neceſſarium.] poſſet tamen fieri argum. extra de poſt. ad hoc. in parte deciſa.

k ¶ In hæreſim.] " hic eſt caſus, in quo Papa Papam poteſt ligare, in quo Papa in canonem latæ ſententiæ incidit. nec huic obuiat regula illa: quia par parem ſoluere vel ligare non poteſt. extra de elect. innotuit. quia ſi Papa hæreticus eſt, in eo quod hæreticus eſt, eſt minor [e] quolibet catholico. duodecima, quæſtione prima. ſcimus. quia lex factum notat etiam ſine ſententia. ff. de rit. nupt. l. palam. §. vlti. Et eſt hic ar. ad quæſtionem de feudo. puta iurauit epiſcopus, quòd non infeudaret de nouo, videtur quòd poſſit dare vetus. quod concedo in dubio, cum non conſtat quod intellexit cum iurauit. extra de feu. c. 2.

" Papa Papã ligare põt

e Minor idẽ T. Aq. in 4. ſent. diſt 19. Gab. Biel. in cano. Miſſæ ſol 160 co. 1 Phil. Dec c. cũ ven ſtẽt. col 3. de iudi. & col 151 num 4.

MAiores noſtri.] CASVS. Oſtendit Gelaſius in hoc cap. quòd antiqui patres ſtatuerunt, vt ex quo auctor hæreſis in ſynodo ſemel condemnaretur, non eſſet opus ſynodum iterum congregari ad condemnationem eorum qui eum ſequuntur, cum in hæreſim ſemel damnatam inciderint: ſed omnes principali ſententia cum ſuo auctore teneantur, nec debet talis ſententia ſemel lata iterum retractari: & hoc probat quinque exemplis, ſcilicet Sabellij, Arij, Eunomij, Macedonij, & Neſtorij. Caſus ſequentis cap. patet.

l ¶ Coacta.] id eſt, coadunata, iuxta illud, Tityre coge pecus. & alibi. Cogite oues pueri, &c. & lex dicit, fructus coactos. ff. ſol. ma. diuortio. ver. coactis vindemiis.

m ¶ Non ſinerent.] ſupra sexta, quæſtione quarta, quod bene. & vigeſimaquinta, quæſtione ſecunda, cum pte. Cod. de ſumma trin. nemo.

n ¶ Nouis.] S. 11. diſt. quis neſciat.

2 ¶ Sed

ſed auctore[a] cuiuſlibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere iudicauerunt, vt quiſquis aliquando huius erroris communicator exiſteret, principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus. *& infra.* ¶ Sic Sabellium damnauit ſynodus: nec fuit neceſſe, vt eius ſectatores poſtea damnarentur, ſingulas viritim ſynodos celebrari: ſed pro tenore conſtitutionis antiquæ cunctos, qui vel prauitatis[b] illius, vel communionis[c] extitere participes, vniuerſalis eccleſia duxit† eſſe refutãdos. Sic Arium, Eunomium, Macedoniũ, Neſtorium ſynodus ſemel geſta condemnans, vlterius ad noua concilia venire non ſinit[d].

† al. dixit

Item Felix Papa.

¶ *Polycarpus lib. 1. tit. 16. citat ex Gelaſio, apud quem habetur in commonitorio ad Fauſtum.*

¶ Non vltra in eum procedere oportet, qui in hæreſim damnatam recidit. C. III.

ij 1 ACHatius[e] nõ fuit noui, vel propij inuẽtor erroris, vt in eum noua ſcita[f] prodirẽt: † ſed alieno facinori ſua cõmunione ſe miſcuit. Itaque neceſſe eſt, vt in illam recideret iuſta lance[g] ſententiam, quam cũ ſuis ſucceſſoribus per conuenientiam[a] ſynodalem ſuſceperat auctor erroris.

1 Poly. l. 1. tit. 16.

† al. procederent.

a ¶ Conuenientiam.] *Sic in vetuſtis etiã Gratiani exemplaribus. & recentioribus editionibus conciliorum. In antiquioribus vero conciliorum, & epiſtolarum Pontificum editionibus legitur,* conuenientiam.

Si ergo epiſcopus ille in hæreſim iam damnatam lapſus eſt, antiqua excommunicatione damnatus, alios damnare non poterat. Excommunicatus enim alios excommunicare non valet.

Vnde Alexander ſecundus ſcribit Valeriano epiſcopo martyri a.

a ¶ Martyri.] *Apud Iuonem eſt,* Guillielmo Marcioni. *In vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur,* martyr *ſeu* martur, *vt videatur hoc nomine ſignificari voluiſſe, cuius eccleſiæ eſſet epiſcopus. In quibuſdam vero tãtum eſt,* Valeriano epiſcopo.

¶ Excommunicatus alium excommunicare non poteſt. C. IIII.

2 AVdiuimus, quòd Henricus, Rauennas dictus archiepiſcopus, viſus ſit te excommunicare. Verum, quia excommunicatus[h] te excommunicare non potuit[i], Apoſtolica auctoritate te, tuoſque abſoluendo[k], mandamus exinde numquam curare.

a Iuo p. 14. ca. 57. Pan. l. 5. c. 133.

Sin autem ex corde ſuo nouam hæreſim[l] confinxerit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit: quia nec poteſt deiicere quemquam iam proſtratus[m]. Ligandi namque, vel ſoluendi poteſtas veris[n], non falſis[o] ſacerdotibus à Domino tradita eſt. Apoſtolus enim dicturus, [Quorum remiſeritis peccata, &c.] præmiſit. [Accipite ſpiritum ſanctum.] vt euidenter cunctis oſtenderet eum, qui ſpiritum ſanctum non habet, peccata non poſſe tenere, vel remittere. Porro ſpiritum ſanctum nemo, niſi intra eccleſiam accipit: quia & ipſam vnitatem per gratiam facit. ¶ Vnde non niſi congregatis in vnum dictum eſt. [Accipite ſpiritum ſanctum:] nec niſi per congregatos in vnum die Pentecoſtes deſcendit ſpiritus ſanctus. Sicut autem extra eccleſiam non accipitur, ita extra eam nihil operatur. Cum ergo, ſicut & Apoſtolus ait, ſpiritus poſtulet & [p], ſpiritus impetret[q], extra eccleſiam nec poſtulare facit, nec impetrare. Vnde Dominus dicturus, [Quodcumque petieritis, &c.] præmiſit [Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram ex omni re, &c.] & iterũ [Vbi duo, vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum:] nimirum cunctis oſtendens, ſe non habitare in cordibus eorum, qui ſuperbia ſingularitatem ſequuti, à corporis Chriſti compage ſemetipſos abrumpunt. In quibus autem Chriſtus nõ habitat, in eis ſpiritus ſanctus mentium ſciſſuras refugiens locum non habet. Cum ergo peccata dimittere, vel tenere, excommunicare, vel reconciliare opus ſit[r] ſpiritus ſancti, & virtus Chriſti, apparet, quòd hi qui extra eccleſiam ſunt, nec ligare poſſunt, nec ſoluere, nec reconciliando eccleſiaſticæ communioni reddere, nec excommunicando eius ſocietate priuare, qua, ipſi hæreſi, vel ſchiſmate polluti, ſiue ſententia notati penitus carere probantur. Vnde, cũ omnibus diſcipulis parem ligandi, atque ſoluendi poteſtatem Dominus daret, Petro[s] pro omnibus, & præ omnibus,[t] claues[u] regni cœlorum ſe daturum promiſit, dicens [Tibi dabo claues regni cælorũ.] Quicumque ergo ab vnitate eccleſiæ (quæ per Petrum intelligitur) fuerit alienus, execrare[x] poteſt, conſecrare nõ valet[y]: excommunicationis, vel reconciliationis poteſtatem

Ioan. 20.

Act. 2.

Rom. 8.

Matth. 18.

Matth. 16.

a ¶ *Sed auctore*] ſufficit enim damnare auctorem. nam damnato Arnoldo omnes Arnoldiſtæ damnati ſunt. ext. de hær. ad abolendam.
b ¶ *Vel prauitatis*] poſt mortem.
c ¶ *Vel communionis.*] in vita.
d ¶ *Non ſinit*] vt temere de fide diſputent. nã ſi correcti redire vellent, admitterentur[a]. ſ. proxim. quæſt. 6. c. 1. Sed qui ita incidunt in hæreſim iam damnatã, a quo abſoluuntur? ab epiſcopo, vel ſuo ſuperiore. argu. ſ. prox. qu. 4. ipſa pietas. Ioan.

a Nam recõciliationis cauſa impetrandæ admitterentur. ſ. 2 q. 7 conuenientib.

e ACHatius.] ſ. 19. diſtinctio. Anaſtaſius.
f ¶ *Scita.*] id eſt, ſtatuta. vnde dicit, ſcitis obtemperat. 3. quæſt. 7. iudicet.
g ¶ *Lance*] id eſt, ratione. aliàs idem appellat ſtateram. 45. diſ. omnis.

SI ERGO. CASVS. Nunc Grat. concludit ex ſupradictis dicens, quòd iſte epiſcopus de quo ſupra in principio thematis dictum eſt, cum in hæreſim iam damnatam lapſus eſſet, alios excommunicare non potuit. excommunicatus enim alios excommunicare non poteſt. ad quod inducit ſeq. c.

AVdiuimus.] CASVS. Archiepiſcopus Ranennas hæreticus & excommunicatus Valerianum epiſcopum excommunicauit: quod cum Alex. ſecundus audiſſet, ſcripſit Valeriano epiſcopo, vt de illa ſententia non curaret, abſoluendo de facto. *Abſoluendos*, id eſt, abſolutos: vel abſoluendos, id eſt, non ligatos.

h ¶ *Quia excommunicatus.*][cc] & ita excommunicatus non poteſt excommunicari: ſed ſuſpenſus excommunicatur. 11. qu. 3. §. euidenter.[dd] Numquid ergo excõmunicari poteſt? dico referre an ſit ſuſpenſus ab officio, vel iuriſdictione. nam ſi ab officio tantum, ea non poterit quæ officij ſui ſunt, exercere, puta celebrare, & ſimilia: ſed ea poterit q̃ iuriſdictionis ſunt, vt dare præbendam, & excommunicare: quia hoc iuriſdictionis eſt. extra de elect. tranſmiſſam. & de cleri. excommu. mi. ſi celebrat. Econtra etiam ſi ſuſpenderetur a iuriſdictione, & non ab officio: quia poſſet ea quæ eſſent officij: non autem quæ ſunt iuriſdictionis. Si autem ab vtroque, tunc neutrum. extr. de conceſ. præb. quia.

cc Excõicat[us] non poteſt excõicari.

dd ſuſpenſus quod interim exercere poterit.

i ¶ *Non potuit*] non eſt contra. ſ. 11. quæſt. 3. plerumque. nam ibi de alio malo, non hæretico: vel ibi de occulto. ſ. 11. qu. 3. excellentiſſimus. ſ. 11. quæſt. 3. ſi quis confugerit. ſ. 16. diſt. concubinæ. & ſ. 23. diſt. quorumdam. ſ. 11. quæſt. 3. ſi epiſcopus. ſ. 11. qu. 3. contra 2. q. 6. §. item ſi plures.

k ¶ *Abſoluendo.*] id eſt, abſolutos eſſe oſtendendo, id eſt, non ligatos ſimilis expoſitio eſt. C. de leg. hær. l. 2. ſic 11. qu. 3. excellentiſſimus. 15. q. 6. auctoritatem. vel dic abſoluendo, ſcilicet de facto. ſic ſ. 1. q. 1. ſi quis confugerit. 17. diſtinct. concilia. 23. diſtinct. quorumdam. & ext. de app. ad præſentiam. 2. quæſtio. 1. priuates. Sed contra 2. quæſt. 6. §. item ſi plures.

SIN AVTEM. CASVS. Hactenus oſtendit G. de eo qui incidit in veterem hæreſim. Nunc vero dicit de eo qui nouam confingit: qui ab eo tempore quo talia prædicare cœpit: ſi propter hoc fuerit excommunicatus, poteſtatem ligandi vel abſoluendi non habet: quæ poteſtas veris & non falſis ſacerdotib. à Deo tributa fuit. Quod tribus rationibus probat. Prima eſt, quia ipſi hæretici ſpiritũ ſanctũ non habent: quod quattuor auctoritatibus probat. Secunda ratio eſt, quia ipſi ſunt extra eccleſiam, & ideo aliquem condemnare non debent vel nõ valent: quod quinque auctoritatib. probat. Tertia ratio eſt: quia ille qui benedicit & maledicit, maior eſt eo cui benedicitur vel maledicitur. & ideo hæreticus in catholicum tanquam in ſuperiorem ſententiam dictare non poteſt: in hæreticum vero tanquam in æqualem ſententiam ferre non poteſt. Prima ratio incipit ibi, *Ligandi namque.* Secunda ibi, *Cum ergo peccata dimittere.* Tertia ibi, *Vel potius quia ſicut.* Sequens. §. patet.

l ¶ *Hæreſim.*] hoc fuit de cap. ſ. ca. ait. Cæleſtinus. ſed hodie nihil eſt, vt not. ſ. eadem. §. primo.
m ¶ *Iam proſtratus*] per hæreſim.
n ¶ *Veris.*] id eſt, catholicis, ſcilicet toleratis[b] ab eccleſia ſiue ſint boni, ſiue ſint mali. argu. 11. q. 3. Iulianus.

b Dic meliꝰ toleratus ligare põt de officio. 3 q. 7 §. vlt ſ. 1. q. 1 ſi fuer. c. Ar.

o ¶ *Non falſis*] i. iam per ſententiam damnatis. vel malis de vitæ merito. & ſophiſtice inducit omnia in hoc §. nam omnia referas ad vitæ meritũ ſicut prima, quæſt. 1. gratia.
p ¶ *Poſtulet*] id eſt, poſtulare faciat.
q ¶ *Impetret.*] id eſt, impetrantes faciat.
r ¶ *Opus ſit*] dic verũ quo ad Deum: ſed quo ad eccleſiam non: cum faciant hoc etiam mali. ideo non facit ad rem quod inducit.
s ¶ *Petro.*] hoc dicit vt notetur vnitas.
t ¶ *Et præ omnibus*] hoc dicit vt notetur prælatio.
v ¶ *Claues*] quia Petro datum fuerit, cum his clauibus, habemus 20. diſtinct. §. 1.
x ¶ *Execrare*] ſ. ea. pudenda.
y ¶ *Non valet*] conficit tamen etiam extra eccleſiam ſi formam obſeruet: hoc ordinis eſt, quem retinet recedens ab vnitate eccleſiæ. 1. quæſt. 1. quod quidam. ſed non poteſt ecommunicare: quia hoc

hoc iuriſdictionis eſt: quam dimittit qui recedit. vt 1.quæſt.1. remiſſionem.

a ¶ *Dicere*] corde, ore, opere, de pœn.diſt.1.non tibi dico.

b ¶ *Niſi in ſpiritu*] id eſt, niſi ſic ſeruus eius, id eſt, niſi habeat ſpiritum eius. "omnes enim ſumus ſerui Dei. de conſec.diſt.2.inuitat.

" Dei ſerui ſumus omnes.

c ¶ *Ita ex eo.*] ſupple appareat à fidelibus iudicandum, vel excommunicandum. & ita perſona cui ſermo dirigitur, non intelligitur excepta.arg. 26. diſt. deinde. & no.22. quæſt. 2. primum pro & contra.

1.Cor.5.

d ¶ *Vel potius.*] alia eſt ratio quare talis non poſsit ſoluere vel ligare.

e ¶ *Maior.*] 3.diſtin. 21. inferior.

1.Cor.12.

M*Anet ergo.*] CASVS. Dicitur in hoc capit. quòd priuilegium Petri manet tunc firmum, cum per eum æqua fertur ſententia. & tunc æqua fertur cum nec nimia ſeueritas vel remiſsio interuenit: ex qua ſententia nihil ſoluitur vel ligatur niſi Petri auctoritas interueniat. *Nec nimia*, hæc eſt expoſitio præcedentis, id eſt, tunc fit ex æquitate, & manet priuilegiũ Petri, vbi nec nimia, &c.

Ioan.6.

1.Cor.5. ibid.

f ¶ *Aequitate*] argu. quòd ſententia iniuſte lata non tenet. Sed contra 11. qu.3. epiſcopus forte. Sed hoc dicitur de ſententia, qua quis ligatur quo ad Deum, non quo ad eccleſiã. ſed etiam illa quandoque non tenet. extra de ſenten. excom. per tuas.

g ¶ *Vel remiſsio.*] quia vtrunque vitium eſt. a ff. de pœn. l. reſpiciendum.

a de hoc no. 45.diſt.diſciplina.& cap. omn.s.& ca. ſicut nãque.

h ¶ *Niſi.*] id eſt, niſi id quod iuſte fuerit, &c.

i ¶ *Petrus.*] id eſt, eius auctoritas, &c. Ioan.

Q*Vodcumque*] CASVS. Probat Auguſt. in hoc capit. quòd eccleſia tantum habet poteſtatem ligandi & ſoluendi: quia ſoli Petro dictum eſt, quodcunque ligaueris, & cæt. Iam eccleſia non haberet poteſtatem ligandi & ſoluendi: quod falſum eſt. ſi autẽ hoc fit in eccleſia: quæ ligantur vel quæ ſoluuntur in terra, erunt ligata vel ſoluta in cœlo. Vnde cum per eccleſiam hoc fiat, Petrus quando claues accepit, ſanctam eccleſiam ſignificauit: per quem boni in eccleſia ſignificantur, ſicuti per Iudam mali. & qualitercunque ante iſte caſus poſitus fuerit: ego Barthol. Brix. cum ſic poſui, quia caſus ille litteræ conſonat.

k ¶ *Erit ligatum.*] " ligari dicitur in cœlo per approbationem, ſcilicet quando iuſte fertur ſententia. de pœn. diſt.1.quem pœnitet.5.diſt. 20.§.1.Ioan.

" Papa ligat in cœlo per approbationem.

l ¶ *Facit eccleſia*] ſed nonne prius erat ligatus apud Deum, vt quæſt.1.

non habet. Vnde Apoſtolus, cum fornicatorem Corinthiũ excommunicandum ſcriberet: ait [Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu iam iudicaui vt præſens, eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi hominem ſatanæ in interitũ carnis.] In quo formam excommunicationis oſtendens docuit, non niſi fidelem, & à fideli notandum. In nomine namque Domini, atque eius virtute cooperãte, non niſi fidelis aliquid operari valet: cum nemo poſsit dicere[a] *[Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu*[b] *ſancto.] Item cũ Dominus prohibeat agnum comedi extra catholicam eccleſiam: qui profeſſione fidei ab ea sũt alieni, ab eius participatione, quam ſuo arbitrio reliquerunt, non repellũtur: ſed abire permittuntur, ſicut illi, qui audientes, [Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, &c.] dixerunt, [Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eũ audire?] atque ita abierunt retrorſum: non repulſi, ſed abire permiſſi. Hinc etiã Apoſtolus, cum de excõmunicandis ageret, præmiſit, [Si quis frater, &c.] infidelibus autẽ ſuppoſuit dicens [Eos, qui foris ſunt, Dominus iudicabit.] De his autẽ, qui intus ſunt, nobis iudiciũ commiſit. Sicut autẽ ex eo, quòd Apoſtolus ait, [Frater,] & ex his, quæ de fidelibus, & infidelibus ſuppoſuit, apparet non niſi fidelẽ excõmunicandũ ita ex eo*[c]*. quòd fidelibus tantũ hoc ſcribitur. vel potius*[d]*. quia ſicut ille, qui benedicit, maior*[e] *eſt eo, cui benedicitur, ita qui ex officio maledicit, maior eſt eo, cui maledicitur: liquido conſtat eũ, qui ab integritate catholicæ fidei recedit, maledicendi, vel benedicendi poteſtatem minime habere. Catholicum namque, vt pote ſuperiorẽ, maledicere non valet: in alienum à fide, tanquam in ſibi æqualem, ſententiam dare non poteſt. Hæc autẽ, quæ de hæreticis, atque ſchiſmaticis, vel excommunicatis dicta ſunt, videlicet, quòd ligandi, vel ſoluendi poteſtatem non habeant, multorum auctoritatibus probantur.*

Ait enim Leo Papa ſermone tertio in anniuerſario ſuæ aſſumptionis, & ſermone 2. de natali Apoſtolorum.

α ¶ Sin autem.] *Non defuerunt, qui crederent hæc quoque eſſe Alexandri. Sed apud Iuonem, & in Panormia nõ habentur: & in vetuſtis Gratiani codicibus hic eſt ea nota, quæ ſolet apponi verbis Gratiani. Et eſt ſecundum membrum diuiſionis in ipſo quæſtionis principio à Gratiano propoſitæ: omninoque & ſtylus, & quæ dicuntur, ad id confirmandum concurrunt.*

β ¶ Spiritus poſtulet.] *Verba ipſa Apoſtoli ſunt hæc:* Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *In gloſſa autem interlineari ad eum locum ſunt verba ſequẽtia,* ſpiritus impetret.

vt euidenter. j. ead. q. 3. ſi quis non recte? & ita videtur, quòd nulla poteſtas Petro collata ſit, vel eccleſiæ per hoc quodcumque[b], &c. nam nullius poteſtatis vim exercet. de pœ. diſt.1. verbum. ſed tantum oſtendit ligatum eſſe vel ſolutum, vt 15. q.1. nec is. Dic " quòd quo ad eccleſiam triumphantem nullius poteſtatis vim exercet: ſed tantum oſtendit ligatum eſſe vel ſolutum: ſed tamẽ habet aliam poteſtatem qua ligat quo ad eccleſiam militantem: vnde quandoque cum ligat, quamuis iniuſte, vt 11. q.3. c.1.

b Hoc habetur inf. 2 ca. q.2 ca.2. vbi de hoc.

" Eccleſia eſt duplex.

¶ Non ſoluitur, vel ligatur, niſi quod auctoritas beati Petri ſoluerit, vel ligauerit. C. V.

1 MAnet ergo Petri priuilegium, vbicumque ex ipſius fertur æquitate[f] iudicium: nec nimia eſt vel ſeueritas, vel remiſsio[g], vbi nihil erit ligatũ nihil ſolutũ, niſi[h] quod beatus Petrus[i] aut ſoluerit, aut ligauerit.

1 Pol.l.7.ti.1

Item Auguſtinus ſuper Ioannem, tract.50. ad c.12.

¶ In perſona Petri, ligandi & ſoluendi eccleſia poteſtatem accepit. C. VI.

2 QVodcũq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum[k] & in cœlo.] Si hoc petro tãtum dictũ eſt, nõ hoc facit eccleſia[l]. Si autem in eccleſia fit (vti quæ in terra ligantur, in cœlo ligẽtur, & quæ ſoluuntur in terra, ſoluãtur in cœlo: quia cum excõmunicat eccleſia, in cœlo ligatur excommunicatus: cum recõciliat[m] eccleſia, in cœlo ſoluitur recõciliatus.) Si ergo hoc in eccleſia fit, Petrus, qñ claues accepit, eccleſiã ſanctam ſignificauit. Si in Petri perſona[n] ſignificati ſunt in eccleſia boni, in Iudæ[o] perſona ſignificati ſunt in eccleſia mali.

2 Pol l.7.tit. 2. Matt.16.

Item Ambroſius, ad cap.5. Lucæ.

¶ *In pleriſque vetuſtis eſt tantum*, Item Ambroſius. *In vulgatis autem addebatur*, ſuper Marcum.

¶ Suis meritis firmus, nonnumquam turbatur alienis. C. VII.

3 NOn turbatur nauis, quæ Petrum[p] habet: turbatur illa, quæ Iudam[q] habet. Et ſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant: tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraque Petrus: ſed, qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur[r] alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem: ne per vnum fluctuemus plurimi[s]. Ergo non turbatur hæc nauis, in qua, prudentia nauigat, abeſt perfidia, fides aſpirat †. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo eſt eccleſiæ firmamentũ? Illic ergo turbatio, vbi modica fides: hic ſecuritas, vbi perfecta dilectio. Denique etſi aliis imperatur, vt laxent retia ſua: ſo-

3 Pol.l.7 tit. 3. Anſ.l.. c. 37.

† al ſuperat

3 SI quem forte coegerit extrema g neceſſitas, vbi catholicum, per quem accipiat, nõ inuenerit, & in animo pace catholica cuſtodita, per aliquem extra vnitatem catholicam poſitum acceperit, quod erat in ipſa catholica vnitate percepturus, ſi ſtatim etiã de hac vita migrauerit, non eum niſi catholicum deputamus: Si autẽ fuerit à corporali morte liberatus, cum ſe catholicæ cõgregationi etiam corporali præſentia reddiderit, vnde numquam corde diſceſſerat, nõ ſolum non improbamus quod fecit, ſed etiam ſecuriſsime, veriſsimeque laudamus: quia præſentem h Deum credidit cordi ſuo, vbi vnitatem ſeruabat: & ſine ſancti baptiſmi i ſacramẽto (quod vbicumque inuenit, non hominum, ſed Dei eſſe k cognouit) noluit ex hac vita migrare. Si quis autem, cũ poſſet in ipſa catholica accipere, aliqua † mentis peruerſitate l elegerit in ſchiſmate baptizari, etiam ſi poſt ea venerit ad catholicam eccleſiam, certũ eſt ibi † prodeſſe ſacramẽtum: quod alibi accipi quidẽ poteſt, prodeſſe m autem non poteſt: peruerſus, & iniquus eſt n, & tanto pniciosius, quãto ſcienti°.

a ¶ Poſtea.] *In originali legitur* (etiam ſi poſtea venire ad catholicã cogitat, quia certus eſt ibi prodeſſe ſacramentum, quod alibi accipi quidẽ poteſt, prodeſſe aute no poteſt) peruers°, &c. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

i ¶ *Baptiſmi*] 3. de conſec. di. 4. ſanctum. & c. quomodo. 3. diſt. 32. §. verum.

k ¶ *Eſſe*] 3. 1. q. 1. Dominus declarauit.

l ¶ *Peruerſitate.*] 3. 1. q. 7. conuenientibus.

m ¶ *Prodeſſe*] 3. de conſecr. diſtin. 4. tunc valere.

n ¶ *Iniquus eſt.*] ab initio, non ex poſt facto.

Item Iulius † Papa.

¶ Per annum pœniteat, qui de manu hæretici neſciens prohibitam communionem accepit. C. XLI.

4 SI quis dederit o, aut acceperit communionẽ de manu hæretici, & neſcit p, quòd catholica eccleſia cõtradicit, poſtea intelligens annum integrum pœniteat. Si autem ſcit, & neglexerit, & poſtea pœnitentiam egerit, decem annos pæniteat. Alij iudicãt ſeptem, & quidẽ humanius q, vt quinq; annos pæniteat. ¶ Si quis permiſerit hæreticũ Miſſam ſuã celebrare ĩ eccleſia catholica, & neſcit, quadraginta dies pœniteat: ſi pro reuerẽtia eius, annum integrum pæniteat: ſi pro damnatione eccleſiæ catholicæ, & conſuetudinis Romanorũ proiiciatur ab eccleſia, ſicut hæretic°, niſi habeat pœnitentiam: ſi habuerit, decem annos pœniteat. Si receſſerit ab eccleſia catholica in congregationẽ hæreticorum, & alios perſuaſerit, & poſtea pœnitentiam egerit, duodecim annos pæniteat, tres a extra eccleſiam, ſeptem inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De his in canone dicitur, vt duodecimo b anno communionem ſine oblatione r percipiant.

a ¶ Tres extra.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, quattuor extra eccleſiam, ſex inter audientes, &c.

b ¶ Duodecimo.] *Burchardus & Iuo habent*, decimo.

Item Gregorius Papa, lib. 3. dialog. c. 31.

¶ Potius eſt mortem arripere, quàm de manu hæretici communionem accipere. C. XLII.

5 COepit Ermenegild° rex s iuuenis terrenum regnũ deſpicere, & forti deſiderio cæleſte quærens, in ciliciis vinculatus retulerunt.

SI quis dederit.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis dederit vel acceperit corpus Chriſti de manu hæreticorum, ignorans per ignorantiam iuris, quòd eccleſia hoc contradicat, ſi poſtea intelligat, abſtineat per annum. ſi autem bene ſciebat, x. annis pœniteat. Alij tamen dicunt vij. alij vero v. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi quis permittat hæreticum in eccleſia Miſſam celebrare, neſciens hoc eſſe malum, xl. dies pœniteat. ſi autem fecerit propter reuerentiam ipſius, per annum pœniteat. ſi vero in contemptum eccleſiæ permiſerit, hæreticus reputetur niſi pœnitentiam agat, quam facturus erit p annos x. In 3. part. dicitur, quòd ſi quis ab eccleſia catholica receſſerit, & ad hæreſim aliquos perſuaſerit: ſi reuertatur, 12. an. pœniteat, ſicut in canone continetur. Secunda pars incipit ibi, *Si quis permiſerit.*] Tertia ibi, *Si receſſerit.*

o ¶ *Dederit.*] " argum. hic elicitur, quod ignorantia iuris partim excuſat, ſed non ex toto releuat quidem pœnam, ſed non abſorbet culpam. ſimile inuenitur 82. diſtinct. plurimos. 28. diſtin. presbyterum. 8. diſtinct. conſuetudo. 3. de conſe. diſtin. 1. ſcriptura. 30. quæſt. 1. de his. 3. 52. diſt. c. 1. & de conſec. diſtin. 4.

p ¶ *Et neſcit.*] quod eccleſia contradicit, vel neſcit de facto, ſed eſt ignorantia craſſa.

q ¶ *Humanius.*] hæc ergo ſententia potior eſt ceteris præponenda, quæ maior ſit in pietate. 9. diſt. ſana. ff. de pac. maiorem.

r ¶ *Sine oblatione*] 3. 12. q. 2. de viro. & 33. q. 2. latorem.

COepit] CASVS. Ermenegildus rex iuuenis nolebat hæreſi Arianorum conſentire, & ideo à patre ſuo eſt in carcere religatus. Superueniente autem paſchali die Reſurrectionis miſit pater epiſcopum Arianum ad Ermenegildum, vt de manu eius communionem acciperet, vt ſic patri reconciliaretur: quod cum facere nollet, pater ſtatim iuſſit eum ab apparitoribus ſuis occidi, & ipſi eum incontinenti occiderunt.

s ¶ *Rex.*] " ar. quod filius regis rex a vocari debeat, licet regnum nõ habeat: & eſt ar pro comitibus Theutonie & Italiæ: iam enim dominus eſt, & ſola adminiſtratio deeſt. ff. de lib. & poſth. l. in ſuis.

† al. Eutychianus] al. in pænitentiali Theod.

4 Pol. l. 7. ti. 5 Burc. l. 19 c. 105 Iuo p. 15. c 147.

" ignorãtia iuris qñque excuſat.

5 Pol. l 7 ti. 6.

" Regis fili° rex vocari debet.

a Rex ſi impprie lac 8 S. Georg. in inu ſti. feu. char. 1.

a ¶ Nil

a ¶ *Nil fuiſſe.*] id eſt, parum.
b ¶ *Percipere.*] rationem quare liceat in neceſsitate ab hæretico recipere baptiſma, & non corpus Chriſti, habes ſ. e. in no. cum extrema.[a] Item no. quod in neceſsitate poſſum ſocio cõfiteri. de pœ. diſ. 5. quem pœnitet. Item reconciliationem petere. de conſe. di. 4. ſanctum. Idem poſſet dici de vnctione olei. Sed de omnib. q̃ ſpectant ad officium ſacerdotis, illud ſolum licere laicis credo etiam in neceſſitate, de quibus expreſsum inuenio. Ioan.

[a] neceſsitatis occaſione multa licent.

† al. conſortandum

1 1. q. 2. ſuperueniente.

ADDITIO. Sed nũq d à laico poſſum recipere Euchariſtiam in neceſſitate cum ſufficit contritio, vt de conſe. di. 2. vt quid. ar. quod non. de conſ. di. 1. peruenit. 93. di. diacones. licet dicat c. quod ſumi debet, ſi ſit qui tribuere poſſit. 33. q. 2. admonere. ſecundum Io.

QVod autem] Hæc q. diuidit in duas partes quarum prima probat per ſ. c. q̃ nullus poteſt ligari vel ſolui poſt mortem, ſupple niſi in tribus caſibus poſitis in ſumma. Secunda ibi, *His auctoritatibus*. Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur, vtrum poſt mortẽ aliquis valeat condemnari, vel abſolui. Et reſpondetur, quod non valet condemnari vel accuſari de crimine niſi in quibuſdam caſibus ſi de hæreſi accuſetur, vel ſi hæreticos inſtituit hæredes, vt ĩ. e. c. vlt. vel ſi deceſſit in notorio crimine, vt ſ. 88. di. neque. & ſ. prox. q. 4. placuit. poteſt etiam in aliis caſib. qs accuſari propter bona, vt de apoſtaſia, vt C. d' apo. apoſtatarum. & de crimine læſæ maieſtatis, vt C. ad l. Iul. maieſt. meminiſſe. & de crimine perduellionis, & repetundarum, vt ff. de accu. l. ex iudicio. & de crimine peculatus, vt ff. ad l. Iul. peculatus. l. vlt. abſolui vero poſt mortem quis non poteſt: niſi probetur, quod in vita ſua iniuſte fuit excommunicatus, vt ĩ. c. vlt. & niſi in vita abſolutionem petebat: nec ſtetit per eum quin abſolueretur vt ext. de ſen. exc. a nobis. Probat ergo Gra. in hoc §. quòd in vita ſua poteſt quis ligari vel abſolui, poſt mortem vero minime: & hoc probat auctoritate Euangelij.

Math. 16.

2 Burc. l. 11. c. 52. Iuo p. 14. c. 60. Pan. l. 5. c. 118.

iacens omnipotẽti Deo ad ſe cõfirmandũ † preces effundere, tãtoq; ſublimius gloriam tranſeuntis mũdi deſpicere, quãto & religat[a] agnouerat nil fuiſſe[a], qđ potuerit auferri. 1 Superueniente autem paſchalis feſtiuitatis die ĩ tempeſtæ noctis ſilentio ad eum perfidus pater Arianum epiſcopum miſit, vt de eius manu ſacrilegæ conſecrationis communionem perciperet[b], atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus, Ariano epiſcopo venienti exprobrauit, vt debuit, eiuſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etſi exterius iacebat ligat[a], apud ſe tamen in magno mentis culmine ſtabat ſecurus. Ad ſe ita quæ reuerſo epiſcopo Ariano pater infremuit: ſtatimque ſuos apparitores miſit, qui conſtantiſsimum confeſſorem Dei illic, vbi iacebat, occiderent. Quod & factum eſt.

QVÆSTIO II.

1 ps QVOd autem[c] poſt mortem nullus excommunicari valeat, vel abſolui, ex verbis Euangelij monſtratur, quibus dicitur [Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c.] Super terram[d], inquit, non ſub terra[e]: oſtendens, quòd viuentes pro varietate ſuorum meritorum ſoluere poſſumus, vel ligare: de mortuis autem ſententiam ferre non poſſumus.

Vnde Leo Papa ſcribens Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſ. 90. c. 7. al. epiſt. 92. c. 6.

¶ Non poſſunt ab eccleſia abſolui poſt mortem, qui in hac vita ab ea noluerunt abſolui. C. I.

2 DE communione a[f] priuatis, & ita defũctis.] Horũ cauſa Dei iudicio[g] reſeruãda eſt, in cuius manu[h], fuit, vt taliũ obitus non vſque ad communionis remedium differretur. Nos autẽ quibus viuentibus non communicauimus[i], mortuis communicare non poſſumus.

a ¶ De communione priuatis, & ita defunctis.] *Verba hæc in codice canonum ſunt titulus vigeſimi decreti Leonis primi, & ea Burc. nõ habet. Reliqua vero ſũt ipſius Leonis verba.*

Item Gelaſius Papa in commonitorio Fauſto magiſtro fungenti legationis officio apud Conſtantinopolim.

¶ Eccleſia viuentes poteſt ligare, vel ſoluere, non mortuos. C. II.

3 LEgatur ex quo eſt[k] religio Chriſtiana, vel certe detur exemplum[l] ĩ eccleſia Dei à quibuſlibet Pontificibus, ab ipſis Apoſtolis, ab ipſo deniq; Saluatore ueniam[m], niſi ſe[n] corrigentibus[o] fuiſſe[p] cõceſſam. Auditum enim † ſub iſto cælo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorũ voce depromitur: date veniam nobis, dum tamen nos in errore duremus. Id quoque pariter oſtẽdant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento, ſiue à maioribus noſtris, ſiue ab ipſis Apoſtolis (quos potiores merito fuiſſe nõ dubiũ eſt) ſeu ab ipſo Domino Saluatore, qui iudicatur[a] creditur viuos & mortuos[q], ſiue factum eſt vmquam, vel faciendũ eſſe mãdatur. Mortuos ſuſcitaſſe Chriſtum legimus: ĩ errore mortuos abſoluiſſe non legimus. Et qui certe hoc faciẽdi[r] ſolus habuit poteſtatem, beato Petro principaliter mandat apoſtolo [Quæ ligaueris ſuper terram, ligata erũt & in cælis[s]: & quæ ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.] Super terram, inquit.

3 Pol. l. 7. ti. 2.

† al. dictum

Math. 16.

d ¶ *Super terram*] niſi cum iam eſt in aliqua arca mortuus, etiam ſuper terram. arg. ff. de reli. l. diui.

e ¶ *Sub terra*] hoc falſum. ext. de ſen. exc. à nobis. 2.

DE communione] CASVS. Quidam fuerant in excommunicatione defuncti: quare Ruſticus epiſcopus Narbonenſis quæſiuit à Leone Papa, vtrum ſit eis communicandum poſt mortem? Et reſp. quòd non: ſed Dei iudicio ſunt reſeruandi. Nam quibus viuis non communicamus, nec mortuis communicare debemus.

f ¶ *De communione*] ſupple dicimus.

g ¶ *Iudicio.*] ſ. 11. qu. 3. quicumque infra. ſupra 23. diſtinct. quorumdam.

h ¶ *Manu.*] ĩ. de pœn. diſt. 4. ſi bono.

i ¶ *Non communicauimus.*] nec communicare debemus. & ſic ſoluitur contra. ĩ. de pœn. diſtin. 1. multiplex. ver. his autem qui. vbi dicitur, quòd ſi conſtat per indicium, quòd conuerti voluit, orandum eſt pro eo in eccleſia, vt 26. q. 6. his qui extra de ſent. excom. à nobis. 2. quia ex quo per eum non ſtabat, ei communicare debemus: & ita eſt abſoluendus poſt mortem. extr. de ſen. exc. à nobis.

LEgatur.] CASVS. Quidam hæretici in ciuitate Conſtantinopoli poſtulauerunt à Fauſto ſedis Apoſtolicæ legato, vt veniam eis concederet: nolebant tamen corrigi de errore. Itẽ petebant quod illi hæretici, qui iam defuncti fuerant, abſoluerentur. quare legatus ille quæſiuit à Gelaſio vtrum hoc eſſet faciendum, & reſpondet quòd nõ: quia ſub iſto cælo nec exemplum inuenitur vt aliquibus remanentibus in errore venia concedatur. Præterea Chriſtus mortuos ſuſcitauit: in errore vero defunctos numquam legitur abſoluiſſe. Et hoc probat auctoritate Euangelij dicentis: Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c.

c ¶ *Quid autem.*] Summam iſtius ſecundæ quæſtionis collige. ĩ. e. c. vlt. & exer. de ſen. exc. à nobis. 2.[a] Sed not. quod poſt mortem non poteſt quis accuſari[a] niſi in tribus caſibus. De hæreſi, ĩ. ead. c vlt. Vel ſi hæreticos inſtituit heredes. extra de hære. ſi quis epiſcopus. Vel ſi in notorio crimine deceſſerit. 88. diſt. neque. ſ. prox. qu. 5. placuit. Alij vero volunt plures caſus addere, quod vbicumque poteſt agi de crimine propter bona alicuius, ſemper poſsit accuſari, vt in crimine læſæ maieſtatis, hæreſeos, repetundarum, & aliis. C. ad le. Iul. ma. l. vl. C. de hær. Manichæos. ff. de accu. l. iudiciorum. C. ſi reus vel accu. l. vlt. C. de apo. apoſtatarum. arg. ext. qui fi. ſint le. cauſam. Sed dic quod leges non permittunt aliquem accuſari poſt mortem, niſi propter bona tantum, non quod excommunicetur, vel alia pœna afficiatur, niſi in aliis. 6. q. 1. § verum. vnde conſiderata legis intentione, quæ tantum ad bona agit, patet ſecundum eam, quod accuſari non poteſt, vt excommunicetur: ſed de quocumque crimine ciuiliter agi poſſe contra defuncti heredem propter damna illata reſarcienda. & hoc ſecundum canonicam æquitatem. ar. 16. q. 6. ſi epiſcopum. ext. de rap. c. pe. ext. de vſu. tua. licet ſecundum leges ſecus diſtinguitur. Procedit hoc modo in hac quæſtione, primo probat vſq; ad §. his auctoritatibus. quòd non poteſt excommunicari poſt mortem, abinde contrarium.

[a] Accuſari poſt mortẽ an poſſit aliquis.

a Quia criſmo ſe extinguuntur. 15. di. c. quorundã ſi de bo eo. q añ ſent. mor. ſi. cõſe. l. vlt ſi ſtilis in caſi b[7] vt ſequtur.

k ¶ *Ex quo eſt.*] id eſt, incepit eſſe.
l ¶ *Exemplum.*] ſ. diſt. 20. de quibus.
m ¶ *Veniam.*] vt ſ. diſt. 50. abiit. & c. ſi quis præpoſtera. ſ. diſt. 4. denique. contra. ſed hic veniam, id eſt remiſsionem peccati: ibi veniam, id eſt impunitatem.
n ¶ *Niſi ſe.*] pœnitentibus tantum delicti veniam indulgemus. C. de hær. Manichæos. vt ĩ. de pœ. diſt. 2. neminem. & de conſe. diſt. 4. omnis qui.
o ¶ *Corrigentibus.*] ſ. diſt. 9. ego ſolus. ſ. 4. q. 3. ſola.
p ¶ *Fuiſſe*] nam non ſolum merita ſed etiam corpora nobis defecerunt. 30. diſt. fraternitatis.
q ¶ *Mortuos*] vt Lazarum[b]. ext. de ſen. exc. à nobis. Vel intellige de mortuis per peccatum. de pœ. diſt. 1. §. hoc idem probatur.
r ¶ *Faciendi.*] ſ. peccata dimittere: mortuum ſuſcitare, de pœn. diſt. 1. verbum. de conſe. diſt. 4. nemo tollit.
s ¶ *Et in cælis.*] hoc intellige de vera ligatione. nam iam vere ligatus non eſt qui quoad Deum abſolutus eſt extra de ſent. excom. à nobis

b Ioan. 11. filiõ viduæ Luc. 17. & Marc 5.

nobis. aliter etiam M. & H exponunt hanc auctoritatem: " Quod cumque ligaueris ſuper terram. id eſt, inter viuos. quantum ad ipſum ligantem, q. d. dũ tu es ſuper terram, ligare potes: & mortuum tantum quo ad eccleſiam.

" quodcũq; ligaueris, &c. qualiter intelligitur

a ¶ *Abſolui.*] ſ. diſt. 55. ſi Euangelica. ar. ff. de teſti. quæſitum. Ar. contra. ff. de ſpon. oratio. ſed iſtius brochardi ſolutionem habes infra 38. q. 2. quos Deus.

pæ. diſt. 9. c. 1. 8. q. 1. ſciendum. arg. 23. q. 5. qui ſitit.

c ¶ *Schiſmaticos.*] de numero quorum eſt Richardus.

f ¶ *Vllo modo*] ſ. e. q. j. ſchiſma.

g ¶ *Et prædonibus*] de quibus quid iuris ſit ſi aliena non reſtituant, quære ext. de rap. ſuper eo. & 13. q. 6. ſi res.

Nam in hac ligatione defunctũ nuſquam dixit abſolui[a].

¶ *In cõmonitorio, ex quo ſũptũ eſt caput hoc, antea narratur, ſenatores Cõſtantinopolitanos petiiſſe à Gelaſio, vt ſibi liceret cõmunicare cũ Achatio ab Apoſtolica ſede excõmunicato, hancque ſibi veniã cõcedi popoſciſſe. Quorũ abſurdã petitionẽ reiiciens Gelaſius, hæc quæ in hoc capite cõtinẽtur ipſi Fauſto, quẽ Cõſtãtinopolim mittebat, in cõmonitorio ſuggeſſit.*

Itẽ Vrbanus ſecundus Guitmundo epiſcopo.

¶ Non oportet ab eorum eleemoſynis poſt mortem abſtinere, quibus in vita communicare non deſiſtimus. C. III.

1 SAne[b] quod ſuper Richardo filio Borelli veſtra fraternitas ſe egiſſe innotuit pro zelo Dei[c], & animarũ charitate, laudam⁹. Sed non adeo timẽdũ: non adeo eſt vobis ab eius eleemoſynis abſtinendum. 2 Inter ceteros quippe noſtræ fidei patres beat⁹ Leo Papa doctor egregi⁹ [Quibus viuis, inquit nõ cõmunicaui m⁹, nec mortuis cõmunicare debem⁹.] Cõſtat ergo, quoniã quibus viuis (vt ex oppoſito[d] loquamur) cõmunicauimus, mortuis quoq; cõmunicare poſſum⁹. Nos plane inter duo oppugnantia poſiti, īter impios videlicet & ſchiſmaticos[e], ſchiſmaticis vllo modo[f] cõmunicare non poſſumus, aut licet: peccatoribus vero, & prædonibus[g] diſpenſatiue propterea † communicamus: quia & eccleſiam haſtenus ſubſtentauerũt: & ſe fideles in poſterum pollicẽtur. Alioquin oportet nos de huius mũdi partibus[h] exire. Sub qua etiam ſpõſione nos eius nuper in beati Petri natalitiis abſolutiõnem indulſim⁹. Quia ergo prædictus vir neq; nominatiue[i] excommunicatus, neque cõmunicans cum excommunicatis ex nomine exiit[k], ſed ī Domini ſui fide, atque ſeruitio permanſit, licet nobis[l] diſpẽſatiue, ideſt, quã diu eos patimur, ei⁹ eleemoſynis cõmunicare, & defuncti animã Chriſtianæ religionis modis omnibus adiuuare.

† al. pro tempore

Item Gelaſius Papa vniuerſis epiſcopis per Dardaniam, ſiue per Illyricum conſtitutis.

¶ De eodem. C. IIII.

3 NEc quiſquã õnino vobis pſuadeat Achatio præuaricationis ſuæ crimen fuiſſe laxatum: quia, qui poſtquam ī collegium recidens prauitatis iure meruit ab Apoſtolica cõmunione ſecludi, in hac eadẽ perſiſtẽs damnatione defunct⁹ eſt, abſolutionem, quã ſuperſtes[m] nec quæſiuit õnino, nec meruit, mortuus iam non poteſt impetrare. Si quidem ipſis Apoſtolis Chriſti voce delegatũ eſt [Quæ ligaueritis ſuper terrã, &c.] Ceterũ iam de eo, qui in diuino eſt iudicio cõſtitutus, nobis fas non eſt aliud decernere præter id, in quo eum dies ſuprem⁹ inuenit[n]. Atque[o] ideo, niſi eius nomine[p] refutato, ceteriſque cõſortibus huius erroris, cũ nullo prorſus eorum participare debetis mẽſæ Dominicæ puritatem: quam maiores noſtri ſẽper ab hæreticã magnopere ſeruauerunt pollutione diſcretam.

¶ *Epiſtola, ex qua hoc caput acceptum eſt, extat inter alia ſcripta Gelaſij in vetuſto codice Vaticano: in quo etiam multæ aliorum Pontificum epiſtolæ habentur.*

Itẽ Leo Papa epiſt. 13. ad Pulcheriã Auguſtã.

¶ Incorrigibilis damnationis ſententia relaxari non poteſt. C. V.

DAmnationis ſentẽtiam quicumque meretur accipere, ſi in ſuo ſenſu voluerit permanere, nullus relaxare[q] poterit.

¶ *Verba Leonis de Eutyche agentis ſunt hæc.* Qui dum videret inſipientiæ ſuæ ſenſum

3 Anſel. l. 12. c. 30 Polyc. l. 7. tit. 1.

Sane.] CASVS. Quidam nomine Richardus in prælio mortuus fuit: qui prædo exſtiterat & ſpoliator: & propter hoc fuit excommunicatus, ſed non nominatim: quare Guitmundus epiſcopus nolebat orare pro ipſo, vel oblationes recipere pro eo. vnde ſuper hoc conſuluit Vrbanum: qui ſuper hoc eum commendans reſpondet eum abſoluiſſe, cum ipſe promiſiſſet ſe ſatisfacturum: & mortuus fuit in ſeruitio domini ſui. & ideo dicit Vrbanus ſibi eſſe communicandum in orationib. & eleemoſynis pro eo recipiendis. Et quòd ſit ei communicandum, probat auctoritate Leonis, inducendo eam à contrario ſenſu: & faciendo diſtinctionem inter ſchiſmaticos & alios peccatores. dicit ſchiſmaticis nullo modo eſſe communicandum. prædonib. vero vel aliis peccatoribus diſpenſatiue communicamus: tum quia ſuſtentauerunt eccleſiã: tum quia ſe pollicentur ſatisfacturos. *Diſpenſatiue*: ideo dicit diſpenſatiue: quia ante actam pœnitẽtiam eis ſacramenta conceduntur. Iſte tamen caſus breuiter conſueuit in apparatu notari.

Iuo p. 14. c. 68.

à ſ. e. de communione.

b ¶ *Sane.*] ſic pone caſum quòd iſte R. fuerat excommunicatus cum ſuis cõplicib. ſed poſt ea abſolutus ab Vrbano in natalitiis beati Petri: ſed tamen quia non ſatisfecerat ante mortem poſt ſententiã abſolutionis de his quæ forte aliis abſtulerat, epiſcopus iſte nolebat vt pro eo fierent in eccleſia oblationes. Dicit ergo Vrbanus, quòd licet poſsit eius intentio merito commendari: veruntamen non eſt de iure quod facit: nam cum iſte nec excommunicatus eſſet, nec excommunicatis communicaſſet: non poteſt ei illud negare: & ſecundum hoc dicit: ſub qua ſponſione nos eis, ideſt, Richardo & ſuis complicibus indulſimus abſolutionem excommunicationis qua tenebantur. Alij autem aliter ponunt, quòd non fuerat excommunicatus, ſed in aliquibus offenderat, nec ſatisfecerat: & ſecundum hoc, fideles ſe, refertur ad id quod præcedit, peccatoribus & prædonibus, & quod dicit, ſub qua ſponſione, refertur ad hoc quod præcedit, & fideles ſe in poſterum pollicentur: & tunc dic abſolutionem non ſententiæ, ſed peccatorum. Sed nonne bene faciebat epiſcopus, qui nolebat oblationem eius recipere ſi in mortali deceſſerat, licet non ſit excommunicatus, nec excommunicatis communicaſſet? Dico quòd non, niſi vbi crimen eſſet notorium, alias numquam. ſed de huiuſmodi oblationibus notaui 90. diſtin. oblationes.

1. Cor 5.

c ¶ *Pro zelo Dei*] & ita licet factum reprobetur, intentio tamen commendatur. Argu. de conſecr. diſt. 3. perlatum. alias non. contra. Sola voluntatis forma mouebat opus[a]. & quidquid agunt homines, &c.

a Ad hoc 14. q. 5. c. vlt.

d ¶ *Ex oppoſito*] ex conſenſu contrario. immo ex contrariis. arg. de

h ¶ *Partibus.*] ſ. 2. q. 1. multi.

i ¶ *Nominatiue.*] " per hoc dixit hic Martinus figens hic pedem, quod ſi quis communicaret ei qui incidit in canonem, antequam denuntietur, non erit excommunicatus: ſed confunditur, extra de ſent. excom. cum deſideres. Nec multum facit pro eo quod dicit, nominatiue. non enim refert an proprio nomine, an aliis indiciis excommunicetur quis. ff. ſi cert. pe. certum.

" Excõicat⁹ eſt qui cõicat excõicato à canone etiã ante denunciationem.

k ¶ *Exiit.*] ſ. nec aliàs erat in aliquo peccato publico: quia tunc idem eſſet, vt ſ. e. q. in prin.

l ¶ *Nobis diſpenſatiue.*] Quæritur in quo fuit diſpenſatum, cum hoc non poſsit ei denegari? Dic quòd ideo dicit hoc, " quia omnes viæ Domini miſericordia & veritas. 33. q. 2. admonere. Vel ideo dicit, diſpenſatiue, quia non compellebant eum ad ſatisfactionem. Vel hæc ideo fuit diſpenſatio, quia cum potuiſſet compelli ad ſatisfactionem, non fuit compulſus. poſſunt tamen heredes eius compelli, vt ext. de rapt. in litteris. & 2. qu. 1. in primis[b].

Matth 16. " Viæ Dñi miſericordia & veritas.

b Vel dic, quòd ideo dicit diſpenſatiue, quia nõ actã pœniam eis ſacra conceduntur B. Vel dic diſpenſatiue. quòd nõ de rigore iuris, niſi primo ſatiſfeciſſet. ext. de ver. ſi ex parte. Ioan.

NEc quiſquam.] CASVS. Quidam dicebant communicandum eſſe Achatio poſt mortem, dicentes quòd Papa abſoluerat eũ in vita. ſuper quo dubitantes epiſcopi Dardaniæ & Illyrici quæſierunt à Gelaſio, vtrum hoc eſſet verum. Qui reſpondet Achatium numquam fuiſſe abſolutum in vita: & ideo poſt mortem non eſt ei communicandum: nec abſolutionem quã non quæſiuit viuus, poteſt mortuus impetrare: quod probat auctoritate Euangelij. & non ſolum non eſt ei communicandum, ſed etiam nulli de conſortibus ſui erroris. *Eius nomine*, ſcilicet, Achatij. Sequens c. planum eſt.

m ¶ *Superſtes.*] Argu. quod licet heredes vſurarij ſatisfaciant de vſuris. " vſurario tamen poſt mortem communicandum non erit, ſi ſuperſtes abſolutionem, & pœnitentiam non quæſiuit. argum. ſ. 26. q. 6. qui recedunt. argum. extra de ſent. excom. à nobis. vide ca. 2. de vſu. lib. 6.

" Vſurario poſt mortẽ non eſt cõicandum.

n ¶ *Inuenit.*] nam in eo loco quis conuenitur, in quo reperitur. 3. quæſtio. 6. ca. 1. de pœn. diſt. 1. numquid Cau. C. vbi quis de curiali vel cohortali. l. vlt. Domini legum intelligunt ſi ibi habet forum ratione rei petitæ: vel ratione contractus, vel criminis: licet R. dixerit, quòd vbicumque reus reperitur, poſsit conueniri, vt C. vbi de cri. agi opor. l. 1. B.

o ¶ *Atque.*] ſupple; nil aliud debetis facere.

p ¶ *Nomine.*] id eſt, errore eius, &c. quo errore obligati ſunt diabolo. nam nomen accipit pro obligatione. ſ. e. q. 1. aduocauit. Vel dic, non debetis participare cum aliquo eorum prorſus (niſi, pro ſed, &c.) ſed refutare nomen eius & complices, &c.

q DAmnationis.] ¶ *Relaxare.*] ſupra 11. q. 3. qui iubente. ſ. ead. legitur.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt ſecunda pars qu. ſecũdum Io. de Fan.

CASVS. Dicit nunc Grat. per prædictas auctoritates eſſe probatum quod viuos & non mortuos ligare poſſumus vel abſoluere. nunc vero dicit quòd hoc non eſt intelligendum de quolibet crimine. ſunt enim quædã crimina de quibus poſt mortem quis accuſari poteſt vel damnari, vtpote de hæreſi: & ad hoc inducit ſeq. c.

a ¶ *Non mortuos*] licet etiam mortui eſſent. ** Sed videtur quod iſte poſt mortem non poſsit excommunicari: q̃a admonitio ſemper debet præcedere vindictam. 12. q. 2. indigne. ita & abſens nõ poteſt excommunicari. 3. qu. 9. abſens. Sed dic in hoc caſu ſpeciale eſſe. Vel dic quod fuit admonitus à canone. 23. q. 5. adminiſtratores. Sed quid ſi aliquis voluit eum defendere, numquid admittetur? ſic. ff. de procur. ſeruum. § publice. & maxime cum in cauſa criminali pro inuito quis poſsit appellare. ff. de ap. non tantum. Sed quomodo admittetur, cum non poſsit cauere de rato? ſed ratum videtur habere, ex quo non opponit obicem contrariæ voluntatis. de con ſec. diſt. 4. quæris.

** Excõicatio an poſſit poſt mortẽ in aliquem fieri.

catholicis aurib⁹ diſplicere, reuocare ſe à ſua opiniõe debuerat: nec ità eccleſiæ præſules cõmouere, vt dãnationis ſẽtẽtiã mereret̃, quã vtiq;, ſi in ſua ſñia voluerit permanere: null⁹ poterit relaxare

2 *His auctoritatibus probatur, quod viuentes, nõ mortuos a ſoluere poſſumus, vel ligare. Verũ hoc non de omni crimine intelligendum eſt. Sũt enim quædã crimina, de quib⁹ etiã poſt mortẽ accuſari poteſt quilibet, vel dãnari, velut hæreſis.*

Vnde In prima actione 5. ſynodi legitur.

¶ Heretici etiam poſt mortem ſunt excommunicandi. C. VI.

1 SAne b proferturà quibuſdã qui dicũt oportere poſt mortẽ hæreticos anathematizari, & ſequi in hoc doctrinam ſanctorũ patrum, qui non ſolum viuentes hæreticos condemnauerũt, ſed & poſt mortem, vt pote ĩ ſua impietate mortuos: ſicut eos c, q iniuſte condemnati ſunt, reuocauerũt poſt mortem d, & in ſacris diptychis e ſcripſerunt? Qđ factum eſt in Ioanne, & in Flauiano religioſæ memoriæ epiſcopis Cõſtãtinopolitanis. *Item in actione quinta.* ¶ 2 Auguſtin⁹ ait, [Si forte iſti libri ita deſignant f traditorem ſuum, ſicut Dominus deſignauit Iudam, legatur in eis nominatim, & expreſſe vel Cæcilianũ g, vel ordinatores, eorũdẽ librorum h fuiſſe traditores: & ſi non eos anathematizauero, ipſe cũ† eis iudicer tradidiſſe.] *& infra in eadem actione.* ¶ Quæ modo recitata sũt, Auguſtin⁹ sãctæ memoriæ cõſuluit, & cõueniũt ſtatui tenẽti ab initio ĩ eccleſia. Impiũ vero dogma iã inculpatũ, & cõdẽnatũ eſt: & eos, qui tali dogmati obnoxij ſunt, anathematizari vult eccleſiæ traditio, licet etiã mortui eſsẽt, Ideo sãctæ memoriæ Auguſtin⁹ dicit, [Quòd ſi modo cõuinceret̃ Cæcilian⁹ de his, quæ inferũt̃ ei, etiã poſt mortẽ eũ anathematizo.] *Item ſupra in eadem actione.* ¶ 3 Multi epiſcopi cõgregati, & quædã de diuerſis cauſis ad eccleſiaſticũ ſtatũ pertinẽtibus diſponẽtes ſtatuerũt de epiſcopis defunctis, qui hæreticis ſuas facultates reliquerũt† i, vt etiam poſt mortem anathemati ſubiiciantur 4. Sũt vero etiam & Auguſtini ſanctæ memoriæ epiſtolæ dicentes, quòd ſi qui ĩ vita ſua non recte ſapuerunt, licet nõ cõdemnati fuiſſent adhuc viuentes, tamen demonſtrato peccato iſti etiam poſt mortem anathemati k ſubiiciantur. *Item infra.* ¶ 5 [Si vera eſſent, quæ ab eis obiecta sũt Cæciliano, & nobis poſſent aliquando monſtrari l, ipsũ iã mortuũ anathematizaremus.] *Item infra.* ¶ [6 Dicis licere mihi etiã hodie de mortuis iudicare: quia iudiciũ nõ tãtũ de viuis, ſed etiã de mortuis fieri poteſt.] *& infra.* ¶ Rãbulas sãctæ memoriæ epiſcop⁹ fact⁹ Edeſſenæ ciuitatis, qui ĩ ſacerdotib⁹ explenduit †, Theodorũ iſtũ Mopſueſtenũ etiã poſt mortẽ in eccleſia anathematizauit. *Item infra.* ¶ Romanorũ m etiã eccleſia ãte ãnos paucos Dioſcorũ, qui fuit Papa eiuſdẽ eccleſię, & poſt mortem anathematizauit, cũ nec in fide peccaſſet n. Et hoc ſciũt omnes, qui degunt Romæ: & maxime, qui in dignitatibus exiſtunt: qui etiam eidẽ Dioſcoro communicatores permanſerunt vſq; ad eius mortẽ. *Item infra.* ¶ Si ad tẽpora Theophili ſanctæ memoriæ, vel ſuperius aliquis recurrerit, etiam Origenem o inueniet poſt mortem anathematizatũ. Quod etiam nũc in iſto† fecit, & veſtra sãctitas, & Vigili⁹ religioſiſsimus Papa antiquioris Romæ. *Item infra.* ¶ 7 Sãcta ſynod⁹ dixit. Sufficiũt quidẽ, quæ dicta, & prolata sũt, eccleſiaſticam traditionem demõſtrare, quòd oportet hæreticos & poſt mortẽ anathematizari. *Item in eadem collatione octaua.* ¶ Sancta ſynodus dixit. Auguſtini ſanctæ memoriæ, q inter Africanos epiſcopos ſplẽduit, diuerſæ epiſtolæ recitatæ ſunt, ſignificantes, q oportet hæreticos & poſt mortẽ anathematizari. Talem autem eccleſiaſticam traditionem & alij Africani reuerendiſsimi epiſcopi ſeruauerunt: ſed & Romana ſancta eccleſia quoſdam epiſcopos

1 Iuo p. 14. c. 64. Pan l. 5. c. 115. & ſeq.

2 in li. de vnitate eccleſiæ, c. 9.

† al. cum iudicer

3 in conc. Afric. c. 24.

† al. reliquerunt

4 Concord. ter. i l q. 5 q. 1. cũ ibi nota. C. ad le. Iul. ma. io. l. 1. C. d. hæretic. a id eſt, aſſeres de cera. Io d Fan.

5 Aug. ep. 50. ad Bonifac.

b Adde Bar. & oẽs i l. n o numẽtorũ. j. gl. all. & q not. gl. i l. in teſtamẽto. j. ver. ſcripturã. iudotex. ff. de cõd. & dem. p Bar. i l. j. d al. ſer. & Bal. i l. vel q d ff. de rel. & Bar. i l. 1. § ſi ff. d bo. poſ. ſec tab.

6 Aug. cõtra Creſconium l. 3 c. 39.

† al. reſplenduit

c Nã ĩ cõtumacia vr̃ eẽ defunctus, &c. vt dr̃ j. e. in glo. ſed qualiter, &c. & adde q d dr̃ ĩ. ead. i. c. quiſquã. in gl. Arch.

† al. iſto

7 Iuo p. 14. c. 65

d Supponitur gl. ſing. L. ud. Rom ſing. 773

** Peccare grauius eſt in mortuũ q̃ in viuum

S *Ane proferturo.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. dicitur, quòd 5. ſynodus quoſdam hæreticos poſt mortem excommunicauit: ſed quidã dicebant hoc eſſe iniuſtum: alij vero iuſtũ putabant. quare 5. ſynodus commendat eos, qui dicunt poſt mortem poſſe hæreticos anathematizari: & iniuſte damnatos poſſe reconciliari. In 2. part. oſtendit, quod hæretici qui bona ſua hæreticis reliquerũt, iuſte poſt mortem anathematizantur. & ad hoc probandum inducit auctoritatem Aug. & quattuor exempla ſanctorum, ſcilicet Rabani & eccleſiæ Conſtantino. & Theophili, & Vigilij Papæ: qui omnes hæreticos anathematizauerunt. In 3. par. dicitur quod ſupradicta ſynodus per hæc exempla omnes approbauit. Secunda pars incipit ibi, *Item in actione* Tertia ibi, *Item ſancta ſynodus dixit.* *Quæ modo* verba ſunt ſynodi. *Item multi.* verba ſunt ſynodi. *Item ſi vera ſunt*: verba ſunt Auguſt. dicis o Auguſtine. *Diptychis*, i. tabulis, chartis, vel columnis in quib. ponebantur imagines patrum in ſuo catalogo. *Romanorum*, ideſt, Conſtantinopolitanorum. *Hic Roma*, ideſt Conſtantinopoli.

b ¶ *Sane.*] i. bene & ſapienter. CASVS. Probat 5. ſynodus hæreticos poſt mortem excommunicari poſſe. Primo multiplici auctoritate Aug. Secundo auctoritate multorum epiſcoporum, qui hoc fecerũt. Tertio auctoritate Rabani epiſcopi. Quarto auctoritate eccleſiæ Conſtanti. Quinto auctoritate Theophili. Sexto repetit ſynodus auctoritatem Augu. & eccleſiæ Conſtantinop. vel dic quòd in fine loquitur de vera eccleſia Romana.

c ¶ *Sicut eos.*] ĩ. 11. q. 3. quicumque. ĩ. e. q. de communione.

d ¶ *Poſt mortem*] contra 23. di. quorumdam. & ext. qui fi. ſint leg. cauſam. ſed ſpeciale eſt hic & in caſibus quos no. in prin. q.

e ¶ *Diptychis*] diptychæ ſunt tabulæ a a dico dicis, vt Martialis: *et vix diptycham laterna depinxerit vaguam.* Et eſt arg. quod ſi in aliquo lapide vel columna inveniatur ſcriptura, fides eſt ei adhibẽda. arg. 3. q. 7. poſtulatus b. arg. contra C. de reli. & ſumpt. fu. monumentorum.

e ¶ *Diptychis.*] diptychæ ſunt columnæ vbi imagines patrum in ſuo catalogo ponuntur. Ioan.

f ¶ *Deſignant.*] j. d coſ. di. 2. cu omne crimen.

g ¶ *Vel Cæcilianum*] ĩ. 23. q. 4. ipſa pietas.

h ¶ *Eorumdem librorum.*] ſed quid ſi in ſcrinio alicuius inueniantur rationes vel inſtrumenta, per quæ patet eum viuratium fuiſſe: numquid poteſt excommunicari? videtur quod ſic: niſi de viuris ſatiſfecerit c. quod tamen non eſt verum vbi occultum fuit.

i ¶ *Reliquerunt.*] vt extra de hæ. ſi quis epiſcopus. nec eſt ita in aliis illicitis collegiis. nam licet non poſsit ligari illicito collegio: poteſt tamen cuilibet de collegio. ff. de reb. du. cum ſenatus.

k ¶ *Anathemati*] ar. q cognito errore etiam poſt mortem excommunicantur hæretici.

l ¶ *Monſtrari.*] ſed qualiter demonſtrabitur illud? Dicunt quidã q denuntiatione. & tunc videtur hæc ratio ſufficere. tũ ſi denuntiatione pararetur contra quem viuentem aliqd, & nollet corrigi, excommunicaretur. At ille eſt in contumacia, in quã deuenit ex culpa ſua, a qua non pt exire: & ideo pt excommunicari. Quidam tñ dicunt (cum quib. eſt H.) q non eſt aliqs admittẽdus denuntiari. nemmo oportet q inſcribat ſe, & q ſe obliget ad talionem. 4. q. 4. c. 2. Sed cui pœnæ ſupponitur? dico quod ei cui ſupponeretur ille ſi viueret. ſed non cui modo ſupponi d, nec mirũ: ** cũ grauius ſit peccare in mortuũ, q̃ in viuum. vt C. de ſepul. vio. q ſepulchra.

m ¶ *Item Romanorum.*] ideſt, Conſtantinopolitanorum.

n ¶ *Nec in fide peccaſſet.*] tantum, ſed in Roma. pontifi. ſententiam excommunicationis protulit, vt dixi 21. di. in tantum. vel non peccauit in fide, vt eſſet inuentor hæreſis, ſed veteris imitator: vel articulos fidei tenebat, ſed aliter errabat, vt ĩ. 15. diſt. ca. 1. arg. 40. diſt. ſi Papa. cõtra, ſed hoc de Conſtantinopolitano.

o ¶ *Origenem.*] non loquitur hic de Origene, de quo habemus j. ea. q. 3. qui

"ſalus æterna ñ oib' dabitur.

q.3.quidam.ver.Origeniani." alium enim errorem habuit iſte: quia dixit omnem hominem eſſe ſaluandum, per illud: Nihil odiſti eorum quæ feciſti. & ita dicebat Deum adeo miſericordem, quòd non iuſtum: præterea dicit Chriſtum iterum paſſurum in aere pro diabolis ſaluandis. Sed cum iſte damnatus fuerit: nonne & eius ſcripta? vtique. extr. de hæret. fraternitatis. quid eſt ergo quòd quædã opuſcula eius recipiuntur? Dic quòd recipiuntur non quia eius ſunt, ſed quia eccleſia approbauit[a]. omnia enim noſtra facimus quib. auctoritatem impertimus, vt C. de vet. iur enu.l.1.§.j.

a Dic vt 15. diſt. ſancta. verſ. item Origenis.

Q*Vod autem.*] Hæc q. diuiditur in 6. partes: in 1. quarum probat quod nullus pro peccato domini ſui debet excommunicari: licet quandoque temporaliter puniatur vnus pro alio ſine culpa, non ſine cauſa. de quib. multa ponit exempla. Secunda ibi, *Vt ergo.* Tertia ibi, *Illicita.* Quarta ibi, *Quæ vero.* Quinta ibi, *Quæ vero.* Sexta ibi, *Ideo.* Io. de Fan.

CASVS. Hic proponitur 3.q. qua quæritur, vtrum pro peccato alicuius tota familia ſit excommunicanda? Et reſp. quod triplex eſt pœna, ſc. corporalis, & ſpiritualis, & æterna. Pœna corporali vnus ſæpe punitur pro alio, vt 6. q. 1. ſi quis cum militib. & j. de conſe. diſt. 1. in ſancta. Pœna ſpiritualis duplex eſt, ſcilicet interdicti, & excommunicationis. Pœna interdicti vel ſuſpenſionis vnus quandoq; punitur pro alio, vt ext. de ſpon. nõ eſt vobis. Pœna vero anathematis vnus pro alio puniri non debet, vt quidam dicunt: niſi enormitas delicti aliud ſuadeat, vt j. ea. ſi habes. Pœna vero æterna vnus non punitur pro alio, vt 11. q. 3. illud. Procedit ergo G. ſic in hoc §. nã primo oſtendit quod pro peccato alterius tota familia ſit excommunicãda: & hoc probat quattuor exemplis. Poſtea reſpondet diſtinguendo, dicens quod filij pro peccato parentum ſæpe flagellantur: & hoc probat duabus auctoritatib. ſcilicet, Euangelij, & veteris teſtamenti. ſed pœna ſpirituali filij pro peccatis parentum non tenentur adſtricti ex quo ſunt baptiſati: & hoc probat duabus auctoritatib. ſcilicet Ezechielis, & Pauli.

Gen. 19. 1. Reg. 15. Num 16.

& poſt mortẽ anathematizauit: licet pro fide in vita ſua non eſſent accuſati: & vtrumque apud nos habita geſta ſignificant.

¶ *Hoc caput ſumptum eſt ex variis locis quintæ ſynodi, quemadmodum fere ſe habet in Colonienſi quattuor tomorum editione.*

a ¶ Sane.] *In epiſtola Imperatoris Iuſtiniani, quæ refertur in prima conſeſſione, ſeu collatione ipſius quintæ ſynodi, hic locus ſic habet:* Hortamur autem etiam illud diſceptare, quòd varie profertur ab his, qui dicunt non oportere, &c. *Sed ſententia non valde diuerſa.*

β ¶ Diptychis.] *Sic emendatũ eſt ex ipſo cõcilio, cũ antea legeretur,* dicticis. *Diptycha vero duæ tabulæ erãt: quarũ altera viuorũ, altera mortuorũ ea nomina continebat, quæ in Miſſa recitabantur: tranſlato vocabulo ab oſtreorũ diptycho: cuius mentionẽ facit B. Ambroſius Hexe͂. lib 5. c. 8. De huiuſmodi autem eccleſiaſticis diptychis partim viuorũ, partim mortuorũ partim vtrorũq; mẽtio fit in epiſtola Innocẽtij I. ad Decẽtiũ, ca. 2. & in epiſtola B. Auguſtini 137. clero, & plebi eccleſiæ Hipponẽſis j. 2. q. 1. c. nomẽ & 11. q. 3. c. quid obeſt. & In epiſtola Gelaſii ad Anaſtaſiũ Auguſtũ, & in epiſtola epiſcoporũ Aegyptiacæ diœceſis ad Anatoliũ quæ habetur poſt concilium Chalcedonenſe, & alibi ſæpe.*

γ ¶ Et conueniunt.] *Sic eſt emẽdatũ ex ipſa ſynodo, ãtea legebatur,* & ſtatuit teneri.

δ ¶ Inculpatum.] *In gloſſa interlineari duorũ vetuſtorum Gratiani codicũ habetur,* ideſt, valde culpatum.

ε ¶ Dioſcorum.] *In antiquis Põtificalib⁹ in vita Bonifacij ſecundi hæc legũtur.* Hic (*ſcilicet Bonifacius*) cũ Dioſcoro ordinatus eſt ſub contentione: Dioſcorus in baſilica Cõſtantiniana: Bonifacius vero in baſilica Iulij. Fuit itaque diſſenſio in clero, & populo, & ſenatu dies viginti octo, donec defunctus eſt Dioſcorus v Idus Octobris. Ipſis diebus Bonifacius zelo ductus cum grãdi amaritudine coacta ſynodo ſub vinculo anathematis chirographo dãnauit Dioſcorũ, & reconciliauit clerũ: quẽ chirographum in eccleſiæ archiuio recluſit.

QVÆSTIO III.

1. ps

Q*Vòd autem*[a] *pro peccato alicuius tota familia excommunicanda ſit, multorum exemplis probatur. Pro peccato*[b] *namque Sodomitarum paruuli eorum, qui beneficio ætatis paterna flagitia neſciebant, cæleſti igne ſunt conſumpti.* ¶ *Item pro peccato Amalechitarum non ſolum paruuli eorum, ſed etiam bruta animalia vſque ad mingentem ad parietem*[c] *iuſſa ſunt a Domino deleri.* ¶ *Item Dathan & Abiron auctores ſchiſmatis fuerunt contra Moyſem & Aaron: nec tantum ipſi ſoli, ſed omnis ſubſtantia eorum cum ipſis deſcendit ad inferos.* ¶ *In nouo etiam teſtamento nonnumquam peccatis exigentibus grauis peſtilentia deſæuiſſe legitur: quæ etiam illos inuoluit, qui peccati conſcientiam non habebant. Si ergo tam ſeueriſsime pro peccatis parentum inueniuntur paruuli puniti, non dubium eſt, quin pro peccatis eorumdem ſententia excommunicationis pariter feriri valeant.* ¶ *His ita reſpondetur. Pro peccatis parentũ paruulos corporaliter flagellari ex verbis Euangelij apparet: vbi diſcipuli de cæco nato Chriſtum interrogaſſe dicuntur.* [*Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?*] *In quibus etiam illud completur, quod Dominus ait ad Moyſem.* [*Ego ſum De⁹ zelotes viſitans peccata patrum in filios vſq; in tertiam & quartam generationem.*] *Spiritualiter autem peccatis parentum paruuli nõ tenentur*[d]*: ex quo per ſacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Vnde per Ezechielem Dominus ait* [*Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris: neque pater iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit: & impietas impij erit ſuper eum.*] *Quæcumque etiam peccata parentes commiſerunt, ex quo filius perſonaliter ab eis ſeparatus fuerit, ei nõ imputãtur ad pœnam. Vnde peccato Adæ ideo omnes poſteri teneri dicuntur: quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat proſeminatus. Quia vero apud Deũ non ſentẽtia ſacerdotum, ſed vita eorum quæritur, patet, quòd non eſt notandus ſententia, quem peccati macula non inficit. Hinc Paulus Corinthiis ſcribens ait,* [[i] *Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, cum huiuſmodi nec cibum ſumere debetis.*] *Ex quibus verbis datur intelligi, quòd niſi primum aliquis nominatus*[α] *fuerit de crimine, id eſt vel coram iudice accuſatus, & conuictus, vel in iure ipſe de ſe fuerit confeſſus, quòd nec ſententia eſt feriendus, nec ab eius cõmunione abſtinendum. Non ergo pro alicuius peccato tota familia excommunicanda eſt.*

Io. 9. Exod. 22. Ezech 18. 1 Cor 5. i mutatis aliquãtulũ verbis.

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Auxilium epiſcopum, epiſt. 75.

α ¶ Nominatus.] *Hæc explanatio loci B. Pauli ad Corithios & hic, & ſupra. 11. qu. 3. ad menſam. §. euidenter. videtur accepta ex verbis B. Auguſtini in libro 50. homiliarum, hom. vltima, c. 12. ſupra. 2. q. 1. c. multi.*

¶ Pro peccatis patris non eſt filius anathematizandus. C. I.

2 SI habes de hac re ſentẽtiam certis rationibus, vel ſcripturarum teſtimoniis exploratam, nos quoq; docere digneris, quomodo recte anatematizet[e] pro patris peccato filius, aut pro mariti[f], vxor, aut pro domini, ſeruus, aut quiſquam etiam in domo nondum natus, ſi eodem tẽpore, quo vniuerſa domus eſt anathemate obligata, naſcatur, nec ei poſsit per lauacrum regenerationis in mortis periculo ſubueniri. Hæc α enim[g] fuit corporalis pœna[h], qua legimus quoſ-

2 Iuo p. 14 c. 44. Pan. l. 5. c. 126.

"familia an pro delicto dñi ſit excõicanda.

a ¶ *Quòd autem*] Hic intitulatur q. 3. in qua quæſitum fuit, "an pro delicto domini familia eſſet excommunicanda: & in ipſe diſtinguit: quia eſt pœna corporalis, & eſt pœna ſpiritualis. pœna corporali ſæpe punitur vnus pro alio, vt 6. q. 1. ſi quis cum militib. & de conſe. diſt. 1. in ſancta. & no. j. 1. q. 4. in ſumma. item pœna ſpirituali dupliciter: aut interdicti, aut excommunicationis. pœna interdicti bene punitur vnus pro alio. ext. de ſpon. c. nõ eſt vobis. ſimiliter alia pœna ſpirituali, vt 90. di. oblationes. 17. q. 4. miror. ext. de fi. presb. per totum. 1. q. 5. quicumque. ſed pœna excommunicationis, non: niſi (vt quidam dicunt) enormitas delicti aliud ſuadeat, vt j. e. c. ſi habes. extr. de ſent. exc. ca. inter. in fi. Sed pœna æterna nemo punitur pro alio. 11. q. 3. illud. Gratia. pro vtraque parte allegat.

b ¶ *Pro peccato.*] j. 1. q. 4. §. item peccato Achor.

c ¶ *Ad mingentem ad parietem.*] i. vſque ad canem vel infirmum, qui propter debilitatem adhæret parieti & mingit.

d ¶ *Non tenentur*] ſupra diſt. 56. vndecumque. & c. numquam.

S*I habes.*] CASVS. Auxilius epiſcopus excommunicauit filium Claſsiciani cum coniuge & cum tota familia ſua, quæ non peccauerat. Sup quo cum ab Augu. reprehenderetur, eo quod propter peccatum vnius nec vxor nec familia ſit excommunicanda, defendebat ſe duobus exemplis, ſc. ſociorum Chore vel Amalechitarum, vbi non ſolum malefactores ſunt puniti, ſed etiam familiæ eorum: & exemplo quorumdam ſacerdotum magni nominis, qui quondã excõicauerunt parentes cum tota familia ſua. Aug. vero reſpondet eidem dicens quod ille ſe tueri non poteſt, cum loquantur de corporali pœna: qua ſæpe vnus punitur pro alio ad terrorem aliorum. Similiter exemplo illorum ſacerdotum magni nominis ſe tueri nõ poteſt: quia ſi eſſent interrogati, idoneã redderent rationem. Vnde cum de hoc reddere rationem nõ poſsit, reſtat vt inconſulte aliquid facere non debeat, de quo ſi interrogetur reſpondere non valeat.

e ¶ *Anathematizetur.*] alias minori excommunicatione bene vnus pro alio punitur. & ſic non ſunt contraria. 90. di. oblationes. 17. qu. 4. miror. ext. de ſpon. non eſt vobis.

f ¶ *Aut pro mariti.*] nec etiã ciuiliter vxor pro marito conuenitur. C. ne vx. pro ma. l. 1. per totum. niſi in caſu vbi res vxoris pro marito intelliguntur obligatæ. C. de primip. l. 1. & 2. & j. ſoln. l. 12.

g ¶ *Hæc enim*] anthypophora eſt quòd poſſet dici, quia inuenio vnum pro alio punitum.

h ¶ *Pœna*] certe in hoc grauiter excedunt. nam iſtud ſpecialiter eis

conced

" Ciuitate tota excõicata q naſcuntur, qũ ſunt excommunicati.

concedítur, aliis etiam interdictis.ext. de ſpon.non eſt vobis. " Sed pone quód poſsit anathematizari ſic familia pro peccato alicuius, vel ciuitas tota: numquid erunt excommunicati qui naſcuntur ſic quam primum ſunt baptizati, an non? pro hoc facit quia eadem familia eſt.7.q.1. denique. ff. de iud. proponebatur. Quidam tamen dicunt φ qui naſcuntur, non ſunt excõicati.

verum eſt in illato, non in commiſſo, i. maius peccatum eſt ſi vna anima per peccatum infidelitatis pereat, quam ſi innumerabilium martyrum corpora pro eo trucidarentur. & hoc videtur littera dicere ſi innocentes de eccleſia extrahantur, ſi martyrum corpora pereant, non eſt damnum: ſed dicitur ſecundum vulgare hominum damnum ibi eſſe.

dam cõtemptores Dei cum ſuis omnibus, qui eiuſdẽ impietatis participes fuerũt, pariter interfectos. Tunc quidẽ † ad terrorem [a] viuẽtium mortalia [b] corpora perimebantur, quandoque vtiq; moritura. Spiritalis autem pœna, qua fit, quod ſcriptum eſt, [Quæ ligaueris in terra, erũt ligata & in cœlo,] animas obligat: de quibus dictũ eſt [Anima [c] patris mea eſt, & aĩa filij mea eſt: anima, quæ peccauerit, ipſa morieť.] Audiſti [d] fortaſſe aliquos magni nominis [e] ſacerdotes cũ domo ſua quempiã anathematizaſſe peccantium. Sed forte, ſi eſſent interrogati, reperirentur idonei [f] reddere inde rationẽ. Ego autem, quoniã ſi quis à me quæ rat, verũ recte fiat, q d ei reſpondeam, nõ inuenio: numquã hoc facere auſus ſum de quorũdam [β] facinoribus vnanimiter aduerſus eccleſiã perpetratis, niſi grauiſsime cõmouerer [g]. Sed ſi tibi, quod iuſte fiat, Dñs reuelauit: nequaquam iuuenilẽ ætatem tuã, & honoris eccleſiaſtici rudimenta cõtemno. En adſum, ſenex [h] à iuuene coepiſcopo, & epiſcopus tot annorũ à collega necdũ anniculo parat° ſum diſcere, quomodo vel Deo, vel hominibus iuſtã poſſum° reddere rationẽ, ſi animas innocẽtes pro ſcelere alieno (ex quo nõ trahũt, ſicut ex Adam, in quo oẽs peccauerunt, originale peccatũ) ſpiritali ſupplicio puniamus. Etenĩ Claſsiciani fili°, etſi traxit ex patre primi hominis culpam ſacro fonte baptiſmatis expiãdam [i]: tamẽ quidquid, poſteaquã eum genuit, peccati pater eius admiſit, vbi particeps ipſe non fuit, ad eũ nõ pertinere [k] quis ambigit? Quid [γ] dicã de cõiuge [l]? Quid de tot animabus in vniuerſa familia? Vnde ſi vna aĩa per iſtam ſeueritatem, qua tota dom° iſta anathematizata eſt ſine baptiſmate de corpore exeũdo perierit, innumerabiliũ mors corporum, ſi de eccleſia homines innocentes [m] violẽter abſtrahantur, & interficiãtur, huic damno non poteſt comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem: vtinã & nobis reſcribendo præſtes, vt poſsimus & nos. Si autẽ nõ potes: quid tibi eſt inconſulta cõmotione animi facere: vnde ſi interrogatus fueris, rectam rationem non valeas inuenire? Hæc autem dixi, etiam ſi filius noſter Claſsicianus aliquid admiſit, quod tibi anathemate plectendum iuſtiſsime videretur.

Matth. 16.

Ezech. 18.

[α] ¶ Hæc enim fuit.] *Sic etiam apud Iuonem, & in Pannormia. In epiſtola autem ipſa legitur:* Neque enim hæc corporalis eſt pœna, qua legimus quoſdam contemptores Dei cũ ſuis omnibus, qui eiuſdem impietatis participes non fuerũt, pariter interfectos. *Verum ob gloſſam, & doctorum dicta nihil eſt mutatum.*

[β] ¶ De quorumdam.] *Eadem gloſſa obſtitit, ne hoc mutaretur: itemque, quoniam cum Iuone, & Pannormia concordat. In originali autem eſt,* cum de quorumdam facinoribus immaniter aduerſus eccleſiam pepetratis grauiſſime permoueret.

[γ] ¶ Quid dicam de coniuge.] *Verba hæc deſunt in ceteris editionib. epiſtolarum, excepta Antuerpiana. Sunt autem in codice illarũ Vaticano, & apud Iuonem, & in Pannormia.*

2 *Vt ergo ex hac auctoritate euidentiſsime monſtratur, illicite excommunicatur quis pro peccato alterius: neque aliqua ratione nituntur, qui pro peccato vnius in totam familiam ſententiam ferunt excommunicationis. Illicita autem excommunicatio notatum non lædit, ſed excommunicantem.*

Vnde Gregorius ſcribit Magno Mediolanenſi [n] epiſcopo, lib. 2. epiſt. 26.

¶ Qui illicite aliquem excommunicat, ſemetipſam, non illum condemnat. C. II.

1 COmperimus, quòd Laurentius [o] quondam frater, & coepiſcopus noſter nullis te culpis exigẽtibus † cõmunione priuauerit [p]. Ideoque huius præcepti noſtri auctoritate munitus [q] officium tuum ſecurus perage: & communionem ſine aliqua ſume formidine.

1 Poſt l. 1. tit. 22 Iuo p. 14. c. 17 Pan. l. 5. c. 129

† al. extantibus

" Excõicatio & abſolutio ſolo verbo fieri põt.

Item Hieronymus in Leuiticum. [2]

¶ Qui non corde, ſed ore maledicũt, labiorum immunditiam contrahunt. C. III.

QVi negligunt oris maledici conſuetudinem [r] reſecare, etiã ſi nõ ex corde maledicãt [s], etiam ſi non voto, & animo iniquo proferant maledicta: tamen immunditiam labiorum (ſecundum Eſaiæ verbum) & inquinamenta oris incurrunt.

2 Origenes homi. 4 ad c. 14. Leuit.

Eſa 6.

Item Hieronymus vbi ſupra. [3]

3 Orig ibid.

¶ Vita, non ſententia quemlibet ligat, vel ſoluit. C. IIII.

4 SI quis nõ recto iudicio eorũ, q præſunt eccleſiæ, depellatur, & foras mittatur: ſi ipſe

4 ĩ. c. cum aliquis.

a ¶ Ad terrorem.] 2.q.7. quapropter.

b ¶ Mortalia.] & ideo non vr eſſe magnum, ſi id faciam quod alias factur° eſſem, vt ſupra prox. q. 1. quid culpatur. ff. de con. cau. da. l. ſi pecuniam. §. vlt.

† al. quippe

c ¶ Anima.] ſupra 1. q. 4. Iudæi.

d ¶ Audiſti] alia antypophora.

e ¶ Magni nominis] ironice.

f ¶ Idonei.] " & ita non ſufficit dicere niſi ratio dicti aſsignetur. 2. quæſt. 7. criminationes. arg. contra. de pœ. diſ. 4. ſi ex bono. ff. de leg. non omnium. & ĩ. prox. q. 4. de Tyriis. & eſt hic arg. teſtes non eſſe recipiendos qui dicũt ſe rem ſcire, niſi qualiter & vñ nouerunt declarent. niſi eñ omnia inquiratur, non põt perueniri ad veritatem. 23. q. 8. occidit. & arg. 17. q. 4. miror. arg. 35. q. 6. de parentela. & 4. q. 3. ſi teſtes. extra de ſen. & re iu. ſicut. Dic, de omnibus nõ redditur rõ inſpecta ratione volũtaria. vnde illud, Sic volo, &c. ſed inſpecta naturali ratione ſecus. C. de his qui ven. ætа. impetr. l. vlt. Ioan.

" Teſtis rationem ſui dicti aſsignare debet.

g ¶ Niſi grauiſſime commouerer.] Genus loquendi, ſicut & illud: ego non facerem tale quid, niſi eſſem extra memetipſum. poſſet tñ prohiberi familiæ ne dño cõicaret, forte pp atrocitatem facinoris, vt arg. ext. de ſent. exc. inter alia. in fin. & 17. q. 4. miror. & no. 11. q. 3. qm̃ multos. Sed numquid hoc licebit, ſi grauiſsime cõmoueretur? nõ. Innuit ergo nõ q d fieri deberet: ſed quid fieri poſſet. ſolẽt quippe homines recentioribus lactis turbulentius excitari, vt 23. q. 5. c. 2. & 11. q. 3. ira.

Rom. 5.

h ¶ Senex.] " reprehenſibilis eſt enim eps, qui a perito ſubdito contemnit edoceri, vt ſ. 38. di. c. vlt. ĩ. diſt. 22. de Conſtantinopoli. " Et nulla ætas ſera eſt ad diſcẽdum vſque ad 88. annum. ff. de fideic. li. apud Iulianum. & ſæpe reuelatur minori, &c. vt 95. diſt. eſto.

" Eps non erubeſcat à ſubdito doceri.

" diſcẽdum eſt ſemper.

i ¶ Expiandam] infra de conſe di. 4. ſi quidquid.

k ¶ Ad eum non pertinere] ſupra 1. q. 1. Dominus declarauit. ſupra 1. q. 5. c. 1. & vlt. contra.

l ¶ De coniuge] ĩ 11. q. 3. qm̃ multos. C. de ſacroſ. eccl. ſancimus. in fi.

m ¶ Innocentes] " arg. maius peccatum eſſe interficere paganum quam Chriſtianum bonum. arg. contra. 23. q. 5. ſi non licet [a]. Sed hoc

" Paganũ interficere an ſit grauius, q̃ chriſtianũ.

a Ad idẽ 50 diſt. de his 1 ver. verũ & de cõſ. diſ. 4. rebaptizare. vbi de hoc.

VT ERGO. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per 8. c. quòd magis nocet maledicenti, quam illi cui iniuſte maledicitur. Io.

CASVS. Cõcludit nũc Gratia. ex ſupradicto c. φ aliquis non eſt excommunicandus pro peccato alterius: nec aliqua ratione nituntur q totã familiã pro peccato vnius excõicant: quod ſi factum fuerit, talis illicita excommunicatio nõ lædit excõicatum, ſed excõicantẽ: qd̃ probat vſque ad §. illicita.

n ¶ Mediolanenſi.] i. de illa ciuitate nato, vel ſuffraganeo Mediolanen. archiepiſcopi.

COmperimus] CASVS. Lau. archie. Mediolan. nulla culpa exigente, Magnũ epiſcopũ excõmunicauit: qui poſtea ei ſucceſsit. Papa vero Grego. ipſum abſoluit, mandans ei vt libere ſuum officium exequatur. Seq. cap. patet.

o ¶ Laurentius.] is fuit archieps Mediolanen. diſt. 17. §. hinc etiam. ſ. 63. diſt. quanto. vel ipſe Magnus fuit poſt Laurentium natus.

p ¶ Priuauerit] arg. contra. ff. de re iu. l. 4. §. condemnatum. Sed ibi de condemnato in cauſa pecuniaria, vbi cõtemptus non ligat.

q ¶ Munitus] arg. " φ ſicut ſolo verbo excõmunicatur quis, ita ex ſolo verbo abſolui poteſt [b]. arg. 5. q. 1. quidam. arg. contra. ĩ. ea. §. notandum. ext. de ſent. exc. cum deſideres. 11. q. 3. cum aliquis. credo quod ſolo verbo poſsit abſolui: q. omnis res per quaſcumque cauſas contrahitur, &c. ext. de reg. iu. c. 1. ff. eo. tit. nihil. vel non tenuit hæc ſententia: quia Laurentius erat hæreticus. Ioan.

b Ad hoc facit qd̃ not. ext. de ſent. exc. quamuis in gl. 3 de hoc et no. 11 q. 3 cũ aliquis.

r QVi negligunt] ¶ Conſuetudinem] inducitur ex cõſuetudine pſumptio, vt diſt. 44. multis. ĩ. ead. Deus. ff. de re mil. non omnes. ff. de vſu & hab. plenum. §. ſed. ſi. ff. de accuſ. ſi cui.

s ¶ Maledicãt] quod fit quando non credunt eſſe verum quod dicunt: vel quando pater maledicit filio, vt 5. q. 5. non oſculatur.

SI quis non recto] CASVS. Dicit Hiero. quòd ſi quis non commiſit delictum propter quod à prælatis iniuſte excommunicatur, ſententia eorum ſ ædit eũ: & ideo interdum fit, quod ille qui extra eccleſiam mittitur, intus ſit: & econuerſo. Seq. c. patet, quod de eadem materia loquitur, & de ſimili.

non ante exiit, hoc eſt, ſi non ita egit, vt mereretur exire: nihil lęditur [a] in eo, q; non recto iudicio ab hominib⁹ videtur expulſus. Et ita fit, vt interdũ ille, qui foras mittitur, intus ſit: & ille foris, qui intus [b] retineri videtur.

Item Rabanus de eccleſiaſt. preſſuris, lib. 3.

¶ De eodem. C. V.

1 NOn in perpetuũ damnamur, cum iniuſte iudicamur dicente pſalmo. [Nec damnab_t illum [c], cũ iudicabitur illi.] [d] Multi ſacerdotum, culpam zelo Dei ſe perſequi profitẽtur: Sed dum indiſcrete hoc agitur, ſacrilegij [e] facinus incurrunt: & dum præcipites [f] quaſi ad emẽdandum ruunt, ipſi quoque multo magis deterius cadunt.

Item ex cõcilio Pariſienſi tempore Ludouici.

¶ Qua pœna feriatur, qui illicite aliquem excommunicat. C. VI.

2 DE illicita excommunicatiõe lex Iuſtiniani Imperatoris catholici, quã probat, & ſeruat catholica eccleſia, cõſtitutione cxxiij. [g] cap. ccclj. decreuit, vt nemo eps̃, nemo presbyter excõicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quã eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autẽ aduerſus eã † aliquem excõicauerit, ille quidem, qui excõicatus eſt, maioris [h] ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ cõionis redeat: is autem, qui legitime [i] non excommunicauerit, in tantum abſtineat à ſacra cõione tempus, quantum maiori ſacerdoti viſum [k] fuerit: vt quod iniuſte fecit, ipſe iuſte patiatur. Et hinc S. Gregorius ad Ioannem ep̃m iniuſte excõicantem inter cetera ſcribit dicens: [Caſſatis prius, atque in nihilũ redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis, ex B. Petri principis Apoſtolorũ auctoritate decernimus, xxx. dierum ſpatio te ſacra communione [l] priuatum ab omnipotenti Deo noſtro tanti exceſſus veniã cum ſumma pœnitentia, ac lachrymis exorare. Quòd ſi hanc ſententiam noſtram te cognouerimus impleſſe remiſsius: non iam tantum iniuſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoſcas, adiuuante Domino, ſeuerius puniendam:] quia nemo præpropere, vel præpoſtere, ſcilicet nõ commonitus, neque conuentus †, eſt iudicandus. De conuentione autem huiuſmodi patratoris manifeſtorum [m] criminum lex [n] dicit. [[3] Quicumque tribus auctoritatibus [o] iudicis conuentus, vel tribus edictis ad iudicem fuerit prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorio [p], id eſt, quod cauſam extinguit, fuerit euocat⁹, & præſentiam ſuam apud eum iudicẽ, à quo ei denuntiatum eſt, exhibere noluerit: aduerſus eũ, quaſi in contumacem, iudicari poteſt. Quinimo nec retractari per appellationem [q] negotia poſſunt: quoties in contumacem fuerit iudicatum.] Et hanc ſententiam de tribus auctoritatibus cõuentis ex Euangelica [r] auctoritate Cæleſtinus [β] ad Neſtorium dicens, & Epheſina [γ] ſynodus de eodem decernens, & B. Gregorius ad Ioannem ſcribens comprobãt. De peremptorio autem ſcripto Africanum conciliũ demonſtrat [4] de Creſconio, vt ſi conuentus reſipiſcere detrectauerit, ſuo cõtemptu, & ſua contumacia faciente, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Item B. Gregori⁹ de ſententia in cõtumacem [5] ſcribens ad Maximũ præſumptorem Salonitanũ ep̃m dixit. [Hortamur, vt ad nos venire omni poſtpoſita excuſatione feſtines: quatenus ſeruata iuſtitia, hæc, de quibus accuſaris & cognoſcere, & finire ſecundum canonica inſtituta Chriſto

a ¶ *Nihil læditur*] ſupra 11. q. vlt. cui eſt illata. & c. ſi ad tempus.

b ¶ *Qui intus*] ſupra 2. q. 1. nemo. cõtra 11. q. 3. illud. & c. quid obeſt. & dic nihil læditur quantum ad recipiendum vnitatem ſanctorum: læditur autem quantum ad participanda eccleſiaſtica miniſteria. ſententia autem paſtoris ſemper timenda eſt. “ nam quoad Deum non poteſt eccleſia ligare, niſi cum emittit conſtitutionem aliquam, vt s. ea. q. 1. c. 1. & 2.

NOn in perpetuum.]

c ¶ *Illum.*] ſcilicet, iuſtum.

d ¶ *Illi*] i. ad malum illius, ſcilicet, iniuſti.

e ¶ *Sacrilegij.*] item tenetur actione iniuriarum. 11. q. 3. c. temerarium. & tenetur ad omne intereſſe, & ad maiorem pœnam ſi viſum fuerit expedire. ext. de ſent. exc. ſacro. “ Item crimen ſacrilegij dignum eſt depoſitione, vt 81. diſt. Apoſtolus. nec põt promoueri talis, vt ibi dr̃. quare ergo tñ pœna ſuſpenſionis xxx. dierum infligitur ei, vt j. ead. c. prox. Sed forte ibi loquitur cum agitur ad depoſitionem. Vel dic, q; non quodlibet ſacrilegium inducit depoſitionem.

ADDITIO. Nã varia eſt pœna ſacrilegij: prout not. 17. q. 4. ſacrilegium.

f ¶ *Et dum præcipites.*] iudices non erunt præcipites ad excommunicandum, vt exer. de ap. reprehenſibilis. iniquitas. n. omnia præcipitat: “ virtus autem lenta eſt, & omnium percunctatrix. de pœ. diſt. 5. inter hæc hircũ.

DE illicita] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima di. q; duæ factæ fuerunt quæſtiones in concilio Pariſienſi. ſ. a quo petat abſolutionem iniuſte excõicatus: & qua pœnã patitur iniuſte excõmunicans. & reſp. q; nullus debet iniuſte excommunicare, & ſine cauſa: & q; iniuſte excõicatus a maiori prælato petere debet abſolutionem: iniuſtus vero excõmunicator priuari debet communione ſpatio xxx. dierum: quod probat auctoritate Greg. In ij. parte quærebatur quoties aliquis ſit vocandus ad cauſam: & ſi non venerit, vtrum poſsit contra illũ ſententia ferri. Et reſpondet quòd tribus edictis, vel vno pro omnibus peremptorio eſt quis vocandus ad cauſam: & ſi non venit, tanquam contumax poterit condemnari: nec releuabitur ſententia per appellationem. De tribus edictis probatur quattuor auctoritatibus, ſcilicet auctoritate legis: & tribus auctoritatibus aliis. de vno peremptorio probat duabus auctoritatibus, ſcilicet per eandem legem, & auctoritate Africani concilij. de ſententia in cõtumacem ferenda probatur auctoritate Greg. Secunda pars incipit ibi, *De conuentione Auctoritatibus*, id eſt, citationibus. Et hanc litteram ſic ordinabis. *De tribus, &c.* id eſt, de conuentis tribus auctoritatibus.

g ¶ *Cxxiij.*] Hodie non diſtinguitur liber iſte per cap. [a] ponitur autem lex iſta in auth. de ſanct. epiſ. coll. 11. 2. q. 1. nemo epiſcopus.

h ¶ *Maioris*] quando ſuperior poſsit abſoluere ligatum ab inferiore, no. 11. q. 3. ſi epiſcopus. Qua autem pœna punitur iniuſte excommunicans, habes extra de ſen. exc. ſacro.

i ¶ *Qui legitime.*] etiã ſi iuſta fuerit cauſa excommunicationis, vt extra de ſent. exc. ſacro.

k ¶ *Viſum*] hodie relinquitur arbitrio iudicis vel epiſcopi: ſed tantum menſis ad hoc præfigitur, vt ext. de ſen. exc. ſacro. Vel dic q; ſecundum arbitrium ſuperioris careoit communione hominum, ſed tñ ipſo iure eſt priuatus ingreſſu eccleſiæ.

l ¶ *Communione.*] hodie tãtum ab ingreſſu eccleſiæ, vt ext. de ſent. exc. ſacro.

m ¶ *Manifeſtorum.*] argu. quòd in manifeſtis criminibus præcedit admonitio. arg. 3. q. 5. quia ſuſpecti. arg. contra extra de iureiu. ad noſtram.

n ¶ *Lex*] hæc lex non inuenitur niſi intelligatur ex tenore legis, quæ eſt C. quomo. & quan. iu. cõſentaneum.

o ¶ *Auctoritatibus.*] id eſt, citationibus.

p ¶ *Peremptorio*] “ Dico, q; quilibet iudex põt peremptoriũ mittere, vt probatur ext. de ſen. & re iu. cum Bertholdus. in prin. ext. de off. iu. deleg. ex litteris. licet omnes dicere conſueuerint, q; tantum ordinarius vel à principe delegatus poſsit illud mittere, vt in auth. de lit. §. omnibus in fi. co. l. 8. C. de iud. ſancimus. in fi. ext. de app. cum ſit Romana. Item peremptorium non eſt ſtatim mittendum, niſi cogat neceſſitas, vt ext. de dila. c. 1. ff. de iudi. nonnunquam. Item ſcias, q; licet lex dicat q; iudex debet mittere adhuc vnum edictum poſt peremptorium, vt ff. de iud. & poſt. illud tamen non eſt verum niſi velit iudex gratiam facere ei. ext. de off. deleg. conſuluit. “ Item dicunt quidam, quòd peremptorium debeat continere tantum quantum ſi quolibet trium edictorũ per ſe proponeretur. C. quo. & quan. iu. in auth. qui ſemel. Sed verius credo, quod illud ſit in iudicis arbitrio, vt extra de app. cum ſit Romana. Item licet iudex tribus edictis & vno peremptorio debeat citare: ſi tamen pars non venerit ad primam citationem, punitur in ſumptibus litis. C. de iud. ſancimus. Item ſi iudex ter citet, & non apponat hoc aduerbium, peremptorie, tamen intelligitur citatus peremptorie, vt C. quom. & quan. iud. tres denuntiationes. Itẽ ſi reus ad primam citationem dicat ſe nolle venire, non eſt denuo citandus: quia ideo ter citatur, vt præſumatur eius contumacia. ff. de re iu. contumacia. cũ ergo certum ſit eum nolle venire, non eſt denuo citãdus: quia in incertis, nõ in certis locus eſt cõiecturis. ff. de ver. obl. continuus. Sed quid ſi iudex proferat ſniam contra citatum non peremptorie? videtur quòd non teneat ſententia, vt C. quo. & quan. iu. l. ea quæ. & hic idem videtur. arg. contra. C. quo & quan. iu. ceſſante.

q ¶ *Per appellationem*] “ nam & contumax non auditur appellans, vt 2. q. 6. § ſunt etiam quorum. ſed eſt arg. contra 3. q. 9. ſeuera. extra de ſent. exc. per tuas.

r ¶ *Ex Euangelica auctoritate.*] nam paterfamilias bis miſit ſeruos ſuos, tertio filium ad inuitatos. Vel loquitur de Euangelica denuntiatione, vt 2. q. 1. ſi peccauerit. [b]

“ Eccleſia qualiter põt ligare.

1 Iuo p. 14. c. 20. Pan. l. 5. c. 132.

[β] Pſalm. 36.

“ ſacrilegiũ eſt depoſitione dignũ.

2 Iuo p. 14. c. 21. Pan l. 5. c. 124 2. q. 1. nemo eps.

“ Virtus oĩa pcunctatur.

† al. eos

a Sub. nec tot ſunt cõſtitutiones î corpore authenticorũ ſed dic quòd appellat hic cõſtõnes diuerſitates rubricarum, quia vt patet in auth ſrequẽter. i vna cõſtõe cõtinentur plures rub. ſecundum Io. de Fan.

† al. compunctione

“ citatio peremptoria an poſſit à quocumque iudice mitti.

3 in Cod. Theod l 5. ſentẽtiarum Iul Pauli: it. 5 partim in interpretatione, partim poſt interpretationem.

4 c. 15. & 44.

“ citatio peremptoria q̃ tm̃ ps continere debet.

5 lib. 5. epi. 3.

“ Cõtumax ñ appellat.

b Et 17 q. 7. ſ. pſbytero

3 ¶ *Iudic*

a ¶ *Iudicium.*] põt intelligi d' infamato qui ſe noluit expurgare: vñ pp hoc erat deponẽdus, vt 10. diſt. c. vlt. i fi. Vel intelligas iſtud de ſent. exc. & non de diffinitiua: quia illa nõ fertur niſi lite conteſt. qualiter autem in criminalibus ferenda ſit ſententia, notaui 3. q. 9. in ſumma. Ioan.

C*Vm aliquis.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. q ſi quis facit contra fidẽ & veritatem: ſi extra eccleſiam per prælatũ non abiiciatur, tñ extra eccleſiam eſt: ſicut ecõuerſo ſi quis iniuſte excõicatur, in eccleſia remanet, & non læditur: & ita contingit, q qui foras mittitur, intus eſt: & qui foris eſt, videtur intus retineri.

D*E illis.*] CASVS Dicitur in hoc c. quòd ſunt duo genera hominum, qui ſunt ab eccleſia ſeparati, ſ. iuſte excõicati, & hypocritæ: de quibus dicit Aug. q ſpiritum ſanctum nõ habent: dona tñ eius (vt ſcientiam) habent. Et hoc probatur auctoritate Iudæ.

b ¶ *Non dicit.*] Iudas Apoſtolus.

c ¶ *Scientiæ.*] hoc vult dicere, " q hæretici & hypocritæ ab eccleſia ſunt ſegregati, nec ſpiritum ſanctum habẽt, licet hñant dona ſpiritus ſancti, i. ſcientiam & fortitudinem.

" hypocritæ nõ hñt ſpiritum ſanctũ.

d ¶ *In eccleſia.*] infra de conſe. diſt. 4. eſt vnitas. contra. ſed ibi eccleſiæ nomen largius ſumitur vt cõprehendat bonos & malos. ad hoc facit 11. q. 3. audi. & melius c. nolite. [a]

a Hic vero ſumitur eccleſia pro triũphante. a ſent. 4 diſ. 18. 5. c. ſi qs.

C*Ertum eſt.*]

e ¶ *Anathematizatus.*] ſ. iuſte. nam quo ad Deũ æque ſeparatur quis à Deo p peccatũ, ſicut per excommunicationem.

f ¶ *Separationem*] ſupra 4. q. 4. Engeltrudam.

ILLICITA. Hæc eſt 3. pars q. in qua probatur, q nullus bonus debet aliũ maledicere, niſi qñ aliud facere non pt: & tunc amore iuſtitiæ, non l' uore vel vltione. Io. de F.

CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, q iniuſta ſnia excõicatũ nõ lędit, ſed excõicantẽ, & 10 innocentes ex crimine alterius excõicari non debẽt: ſicut à quibuſdam imprudẽtibus fieri conſueuit. Poſtea obiicit cõtra prædicta dicẽs, q nõ ſolũ innocentes, ſed nec criminoſi ſunt maledicẽdi, & ad hoc probãdũ inducit tres auctoritat. & hoc probat per ſeq. duo cap.

reuelante poſsimus. Ita autẽ fac, vt ad veniendũ amplius iã moras non ingeras: ne ipſa te magis abſentia obnoxiũ his, q̃ dicuntur, adſignet: & nos in te hæc res nõ ſolũ propter dicta crimina, quæ purgare ſubterfugis, ſed etiam propter inobedientiæ culpã, durius ſcilicet, vt in contumacem, cogat ex cõcilio ferre iudiciũ [a].

α ¶ Cxxiij.] *Sic eſt & in nouellis Iuſtiniani, & in Epitome Iuliani Anteceſſoris, & in aliquot Gratian. codicib. licet in aliis ſit cxxviij. Numerus autem capitis emendatus eſt ex vetuſtis exemplaribus. Olim enim nouella per capita, non per libros diuiſa citabantur.*

β ¶ Cæleſtinus.] *In concilio Epheſino bibliothecæ Vaticanæ, & Lutetiæ impreſſo in epiſtola ipſa Cæleſtini ad Neſtorium hæc leguntur ad hoc cap. pertinentia.* Scias volo poſt primam & ſecundam illius (*ſcilicet Cyrilli,*) & hanc noſtram correptionem, quam conſtat eſſe iam tertiam, ab vniuerſitate collegij, & cõuentu Chriſtianorum te prorſus eſſe ſeiunctum: niſi mox quæ male dicta ſunt, corrigantur. *In eodem vero concilio nuper Ingolſtadij impreſſo epiſtolæ hæc eſt in tomo primo, c. 16.*

γ ¶ Epheſina.] *In iiſdem Vaticano, & Pariſienſi Epheſini concilij exemplaribus in epiſtola ipſius ſynodi ad Neſtoriũ hæc habentur.* Ecce autem ſimul præſidẽte ſancta ſynodo, quæ in magna Roma congregata eſt, ſanctiſſimo, & reuerendiſſimo fratre, & cõminiſtro noſtro Cæleſtino epiſcopo, & tertia te hac conteſtamur ſcriptura, &c. *In ſentẽtia vero depoſitionis ipſius Neſtorij poſt mentionem duarum citationum additur,* Canonibus autẽ præcipiẽtibus euocari tertia vocatione inobedientem, dirigentes ad eum rurſus alios ſanctiſſimos epõs, contumacem inuenimus, & renitentem, &c. *In concilio autem Ingolſtadij excuſſo, tomo 2. cap. 2. ſunt expreſſæ tres citationes ipſius Neſtorij.*

Itẽ Origenes ſuper Leuit. hom. 14. ad c. 24.

¶ Vita, non ſententia ab eccleſia aliquem eiicit, vel ad eam reducit. C. VII.

1 CVm aliquis exit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate, exit de caſtris eccleſiæ: etiã ſi per epĩ vocem minime abiiciatur: ſicut è contrario, dũ aliquis nõ recto iudicio foras mittitur, ſcilicet ſi nõ ante exierit, id eſt, ſi non egerit, vt mereret' exire, nihil læditur. Interdum enim qui foras mittitur, int' eſt: & qui foris eſt, intus retineri videtur.

¶ *Apud Origenem poſt c. qui negligunt. ſupra ead. citatum, ſequitur.* Iſte tamen, qui licet matre Iſraelitide, Aegyptio tamen patre progenitus eſt, exiit, & nominans nomen maledixit. De quo ego puto, quod niſi exiiſſet: nec litigaſſet aduerſus verum Iſraelitam, nec nominans maledixiſſet, Exiit enim à veritate: exiit à timore Dei, à fide & charitate: ſicut ſuperius diximus, quomodo per hæc quis exeat à caſtris eccleſiæ, &c.

Itẽ Auguſtinus ſermone 11. de verbis Domini.

¶ Et qui aperto ſacrilegio, & qui peruerſa vita fidelibus nõ ſociantur, ad eccleſiam non pertinere probantur. C. VIII.

DE illis, qui ſunt ab eccleſia ſegregati non dicit [b] [ea, q̃ ſunt ſpiritus, nõ percipientes] ne ad ſcientiæ [c] perceptionẽ referrentur †: ſed dictũ eſt, [Spiritum nõ habentes.] *& infra.* ¶ [a] Hoc vtiq; nullo modo diceret ab eccleſia ſegregatis q dicti sũt ſpiritum nõ habẽtes. Sed nec ille dicẽdus eſt eſſe in eccleſia [d], & ad iſtã ſocietatẽ ſpiritus pertinere, q ouibus Chriſti ficto corde miſcetur. [Sanctus eñ ſpũs diſciplinæ fugiet fictũ.] Neq. β enim ſolum ad eccleſiã nõ pertinẽt, qui ſeparatiõis aperto ſacrilegio manifeſti ſunt: ſed etiam illi, qui in eius vnitate corporaliter miſti per peſsimam vitam ſeparantur.

1 Cor. 3.

† al. referrentur

a in epi. Iud.

Sap. 1.

¶ *In ſermone indicato B. Auguſtinus agens de iis, qui ſe omnino ab eccleſia ſeparauerunt, ait horũ ſchiſma longe diuerſum eſſe ab illo, quo aliqui in eccleſiæ vnitate permanẽtes inter ſe diſſentiũt, prout Corinthij faciebant: ad quos Paulus ſcribẽs epiſtola prima carnales eos vocat: quia dicerent, Ego ſum Pauli, ego vero Apollo. De illis ergo (inquit B. Auguſtinus) qui plane ſunt ab eccleſia ſeparati, non eſt accipiendũ, quod dicit Apoſtolus 1. Cor. 3.* ea quæ ſunt ſpiritus, non percipientes. *ſed quod dicit in ſua epiſtola Iudas,* , qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes.

g ¶ *In epiſtolam*] Iudæ originaliter, ſed in cõmetarijs Hier. ſup epiſtolam ad Titũ, cap. 3.

S*I igitur*] CASVS. Hic oſtẽdit Hieron. q ex ore prelati maledictũ exire non dẽt ad inſtar Michaelis q diabolo maledicere noluit, cũ ſecum de corpore Moyſi altercaretur, & ad inſtar populi Iſraelitici, quem Dñs præcepit in duas partes diuidi, vt ſex maiores trib' ſuper montẽ Garizin populo bñdicerent, & ſex minores tribus ſuper montem Heliel, ſiue Hebal vt maledicerẽt trãſgreſſoribus legis.

h ¶ *Diabolo.*] cum contendebant de corpore Moyſi.

i ¶ *Blaſphemia.*] cui nõ aliud dixit quam hoc, Imperet tibi Deus. ſed vnde hoc habuerit Apoſtolus, ignoratur.

k ¶ *Populo.*] illo qui ſeruaret legem Dei.

l ¶ *Altero.*] i. Hebal.

m ¶ *Helel*] in prox. c. vocat eundem montem Hebal.

n ¶ *Maledicant.*] non ſeruantibus.

a ¶ Hoc vtique.] *Repetẽdum eſt quod apud B. Auguſtinum antecedit de paruulis, & carnalibus, qui tamen ſunt intra eccleſiæ vnitatem.* Poſtremo (*ait*) vt certiſſime nouerimus, quòd paruuli in Chriſto non percipientes, quæ ſunt ſpiritus Dei: habẽt tamen ſpiritum Dei, paulo poſt, intueamur, quemadmodum eos ipſos increpans ait, [neſcitis, quia templum Dei eſtis: & ſpiritus Dei habitat in vobis.] Hoc vtique nullo modo diceret ab eccleſia ſegregatis, &c.

β ¶ Neque enim ſolum.] *Hinc vſque ad finem non ſunt inuenta. Facit tamen ad hanc ſententiam, quod ſcribitur libro 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 17.*

Item ex quinta ſynodo, collatione 5.

¶ A Deo ſeparamus, quos impios demonſtramus. C. IX.

3 CErtum eſt, quòd qui impius demõſtratus eſt, omni modo ſeparatus eſt à Deo: ſicut etiam ille, qui anathematizatus [e], tamquam impius ſeparatus eſt. Nihil enim aliud ſignificat anathema, niſi à Deo ſeparationem. [f]

3 Iuo p. 14. c. 49. Pann. l. 5. c. 89.

3 *Illicita ergo excõicatio, vt ex præmiſſis apparet, non lædit eum, qui notatur, ſed à quo notatur: ac per hoc, qui innocentes ſunt, ex alterius crimine condemnari non poſſunt: ſicut ab imprudentibus familiæ potentum pro peccatis dominorum ſolent notari. Sed adhuc obiicitur, quòd non ſolum innocentes, ſed nec etiam criminoſi ſententia maledictionis ſint feriendi. Ait enim Chriſtus in Euangelio, [Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: benefacite his, qui vos oderunt.] Item Apoſtolus [Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.] Item [Maledici regnum Dei non poſſidebunt.] Item Hieronymus in epiſtolam [g] ad Titum initio capitis tertij.*

Matth 5. Rom. 12. Gal 5.

¶ Ab omni maledicto fideles immunes eſſe oportet. C. X.

4 SI igit' Michael nõ fuit auſus diabolo [h], & certe maledictione digniſsimo iudiciũ inferre blaſphemię [i], quãto magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus? Merebat' diabolus maledictũ: ſed per os Archangeli blaſphemia exire nõ debuit. Relege veteres libros, & vide, quę tribus in monte Garizin conſtitutæ ſint, vt benedicerent populo [k], & quę in monte altero [l], vt maledicerent: Ruben, q maculauerat torũ parentis, & Zabulõ nouiſsim' Liæ filius, & ancillarum liberi in monte Helel † [m] ponuntur, vt maledicant [n] his qui maledictione ſunt digni.

4 in epi. Iud.

Deut. 27.

† al. Hebal

Item in libro Ioſue. [1]

¶ Quos ſignificent illi, qui ad benedictionem quiue ad maledictionem de filiis Iſrael electi ſunt. C. XI.

CVm ergo in ſingulis quibuſque fideliũ talis ſit propoſiti [a] varietas, hoc mihi deſignari videtur in hoc loco, quòd dimidij illi, qui iuxta mõtem Garizin incedunt (illum, qui ad benedictiones electus eſt) iſtos figuraliter † indicent, qui non metu pœnæ, ſed benedictionum, & repromiſsionũ deſiderio veniunt ad ſalutem [b]: illi vero dimidij, qui iuxta mõtem Gebal † incedunt, in quo maledictiones prolatæ ſunt, iſtos alios indicẽt, qui malorũ [c] metu, & ſuppliciorum timore complentes quæ in lege ſcripta ſunt, perueniũt ad ſalutẽ.

Sed qui pro perſecutoribus iuſſit orare: primos parentes pro transgreſſione mãdati, mortis maledicto percuſſit. Cain quoque, quia primæ præuaricationi [d] *fratricidium adiunxit, ſententiam maledictionis à Domino reportauit. Abrahæ quoque Dominus dixit [Maledicam maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi.] In Euangelio etiam, cum eſuriens veniret ad ficum, non inueniens fructum in ea, ſua maledictione, perpetua ſterilitate ipſam damnauit. ¶ Item Noe cum verenda ſua à Cham deriſa cognoſceret, filium eius Chanaam* [e] *maledicens dixit [Maledictus Chanaam ſit ſeruus fratrum ſuorum.] Item Iſaac, cum benediceret Iacob filio ſuo, ait, [Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.] Item, ſicut in libro Deuteronomij legitur, Moyſes ex præcepto Dei duodecim tribus filiorum Iſrael in duas partes diuiſit, & ſex tribus iuſſit, vt iuxta montem Gebal † incedentes maledictionem transgredientium legem vociferarentur: aliis vero præcepit, vt iuxta alium montem incedentes benedictiones obſeruantium inclamarent. ¶ In nouo etiam teſtamento Petrus Apoſtolus legitur Simonis maledixiſſe, cum ait, [Pecunia tua tecum ſit in perditionem.] Paulus quoque, qui dixerat, [Benedicite, & nolite maledicere,] fornicatorem Corinthium iuſſit excommunicari. ¶ Item in eadẽ* [a] *epiſtola ait, [Si quis non fuerit ſecutus doctrinam Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit anathema, maranatha.] ¶ Itẽ Galathis, [Si Angelus* [f] *de cœlo veniens aliud vobis euangelizauerit, anathema ſit.] ¶ Diſtinguendũ eſt* [g] *ergo inter maledictum, quod prohibetur, & maledictum, quòd à Domino, & ſanctiſsimis viris rationabiliter profertur. Maledictum, quod prohibetur, eſt illud quod procedit ex voto vltionis, & odio perſequentis, non ex amore iuſtitiæ. Maledictum vero, quo ſancti maledicunt, eſt illud quod procedit ex amore iuſtitiæ, non ex liuore vindictæ.*

Vnde Gregorius ait in Moral. lib. 4. c. 6.

a ¶ In eadem.] *Antea legebatur, vt etiam in manuſcriptis, in alia. Huius vero loci, ac ſequentis ſenſum retulit Gratianus, non ipſa prorſus Apoſtoli verba.*

¶ Sancti viri non ex voto vltionis, ſed amore iuſtitiæ aliquos maledicunt. C. XII.

2 CVm ſãcti viri maledictionis ſentẽtiam proferunt, nõ in hãc ex voto vltionis [h], ſed ex iuſtitiæ † examine prorumpunt. Intus enim ſubtile [i] iudicium † aſpiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledicto debeant ferire, cognoſcũt: & eo in maledicto non peccãt, in quo ab interno † iudicio nõ diſcordãt. *Item ſupra c. 5.* ¶ Scriptura ſacra duob' modis maledictũ memorat: aliud videlicet, quod approbat: aliud, qđ dãnat. Aliter enim maledictũ profertur iudicio iuſtitiæ [a], vt in ipſo primo peccãte prolatũ eſt, cum audiuit. [Maledicta terra in opere tuo, &c.] & ſicut Abrahæ dicitur. [Maledicã maledicẽtibus tibi] Aliter vero profertur maledictum, quod nõ iudicio iuſtitiæ, ſed liuore vindictæ promitur: à quo voce Pauli Apoſtoli prædicantis ceſſare admonemur, qui ait, [Benedicite, & nolite maledicere.]

a ¶ Iuſtitiæ.] *In his, quæ ſequuntur, non omnino refert Gratianus ipſa verba B. Gregorij, neque etiam cæterorum collectorum, licet propius ad eos accedat. Sententia tamen eadem maneat.*

Item Pelagius Papa Anglio epiſcopo.

¶ Errantes, & in errorem mittentes excommunicentur. C. XIII.

APoſtolicæ auctoritatis exemplo [k] didicimus, errantium [l], & in errorem mittẽtium ſpiritus tradendos eſſe Satanæ, vt blaſphemare dediſcant.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3.

¶ Delinquentes corrigantur à ſacerdotibus, incorrigibiles inuenti excommunicentur. C. XIIII.

3 TAm ſacerdotes, quàm reliqui fideles [m] omnes ſummam curam habere debent de his, qui pereunt: quatenus eorũ redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab eccleſia ſeparent. [n]

Item Gregorius Papa lib. 2. epiſt. 37. ad Natalem epiſcopum.

¶ Secunda, vel tertia admonitione interpoſita, excommunicationis ſententia procedat. C. XV.

DE excõmunicationis articulo (quę tamen interpoſita conditione gradus [o], ſecundo, vel tertio iam, vt ita dicam, ex neceſsitate ſubiũcta eſt) beatitudo veſtra immerito q̃ritur, cũ Paulus Apoſtolus dicat, [In

---

CVm ergo.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd duplex eſt propoſitum hominum. Nam quidam ſponte faciunt bona, quidam metu malorum, & timore ſuppliciorum. Primi deſignantur per ſex maiores tribus quæ ſuper montem Garizin, incedentes electi erant ad benedicendum: ſecundi vero, qui timore vel metu bona faciunt, indicantur per alias ſex minores tribus, q̃ iuxta montem Helel, ſiue Hebal poſitę erant, & paratæ ad maledicendum.

a ¶ *Propoſiti.*] id eſt, variis modis ſeruatur lex: quidã ſeruant eam amore iuſtitiæ, quidam timore pœnæ.

b ¶ *Ad ſalutem.*] ſicut Paulus ĩ. proxim. q. 4. quis nos. tñ quamdiu ſeruilis timor eſt in homine, non ſaluatur, vt ĩ. prox. q. 6. §. ex his.

c ¶ *Malorum.*] idem dicitur in Deuteronomio.

SED QVI PRO. CASVS. Probatum eſt ſ. q̃ criminoſi maledicendi nõ ſunt. Nunc oſtendit Grat. q̃ ſunt maledicendi. Et hoc probat ſ. auctoritatibus, vel rationibus, quæ ſatis in littera patent: & hoc in prima parte. In ſecunda parte diſtinguit inter maledictum & maledictum: nam maledictũ quod ſit amore iuſtitiæ, non prohibetur: quod vero ex libidine vlciſcendi, vel odio perſequẽtis, p̃hibetur. Secunda pars incipit ibi, *Diſtinguendum*. Et ad hoc inducit ſeq. c.

d ¶ *Primæ præuaricationi.*] ſ. fraterno odio, vel peccato Adæ. Io.

e ¶ *Chanaam.*] ipſi Chã non maledixit, ſed filiis eius, vt oſtẽderet, "quod primi motus non eſſent puniendi, ſed ipſi ſecundi. Vel ideo quia magis terrentur parentes in pœna filiorũ quã in propria, vt ſ. quod met. cau. illi quidem. §. vlt. ADDITIO. De hoc etiam legi. & no. ſupra 1. q. 4. §. his ita. in fi. ver. item Cham.

f ¶ *Si angelus.*] hoc expoſitum eſt ſupra 11. q. 3. ſi is qui præeſt.

g ¶ *Diſtinguendum eſt.*] "qui ex pertinacia maledixit, punitur, vt ext. de cle. ma. c. 1. qui ex temeritate vel leuitate meretur veniam, vt 2. q. 3. ſi quis iratus. §. 1. & §. notandum. talis enim venialiter peccat, vt 25. diſt. §. alias. in fi. qui ex inſania miſeratione dign' eſt, vt C. ſi quis Imp. maled. l. vnica.

CVm ſancti.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd duo ſunt genera prælatorum, ſ. boni & mali, & maledictio bonorum prælatorum iuſta eſt, & de iuſtitia procedit. quia in mente diuinũ iudicium reſpiciunt, ſicut fuit maledictio, quã n fecit Deus in primum parentem, & quæ facta ſunt in illos, qui maledicebant Abrahæ. Maledictio malorum prælatorum eſt iniuſta, quæ a liuore vindictæ procedit a quo liuore vindictæ boni debent abſtinere. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli. *Intus*, id eſt, in mente. *Subtile*, id eſt, diuinum. *A quo* ſcilicet liuore vindictæ. Sequentia duo c. patent, in quibus dicitur, quòd cum diſcretione debet aliquis corrigi vel excommunicari.

h ¶ *Vltionis.*] ſupra 55. diſtinct. cap. vera iuſtitia. ſupra 50. diſtinctio. odio.

i ¶ *Subtile*] arg. quòd ſubtilitas eſt in canonibus, conſideranda. argu. 2. q. 1. in primis. argu. contra. extra de appellat. dilecti. & inſtitut. de fideicommiſ. hered. §. ſed quia. "vbi dicitur, quod ſubtilitas pernicioſa eſt in legibus, & ſimplicitas eſt amica veritati. Ioan.

k ¶ APoſtolicæ.] ¶ *Exemplo.*] Qui tradidit Corinthium Satanæ.

l ¶ *Errantium.*] in fide. Ioan.

m TAm ſacerdotes.] ¶ *Fideles.*] id eſt, prælati. ſic non eſt hic argumen. quòd iſtud, ſi peccauerit, &c. ſpectat ad omnes.

n ¶ *Separentur*] ergo ſacerdotes habent officium excõmunicandi, vt 2. q. 1. nemo epiſcopus.

DE excommunicatione.] CASVS. Gregor. vel quidam alius quendam excommunicauit interpoſita comminatione degradandi ipſum, de quo cum ipſe conquereretur, ſcribit ei Gregor. & reprehendendo eum dicit, quòd iniuſte conqueritur. Et hoc probat auctoritate Apoſtoli dicentis, quòd nos omnem inobedientiam debemus vlciſci. Vel dic, quòd ſimpliciter non fuit excommunicatus, ſed citatus fuit ſub periculo ſui gradus, vel gradatim facta fuit citatio, ſcilicet primo, ſecundo, & tertio: & ita excommunicatus fuit niſi tunc venerit. & ita ſecundum varias expoſitiones vario modo formabis caſum. vltima tamen expoſitio bene innuitur ex littera.

o ¶ *Gradus.*] quia ſub periculo gradus honoris ſui excommunicauerat eum, vel ſecundum gradum honoris ſui vocauerat ipſum. nam aliter vocandi ſunt maiores, aliter minores, vel quia gradatim vocauerat ipſum in vltimo peremptorio.

---

1 Origenes homil. 9 ad c. 9. Ioſue.
† al. ſingulorum.
† al. Hebal
Gen. 3.
Gen. 4.
Gen. 12.
Matth. 21.
Gen. 9.
Gen. 27.
"Motus primi non ſunt puniendi.
Deut. 27.
† al. Hebal
Act. 8.
Rom. 12.
1. Cor. 5. & 16.
"Maledicẽs an ſit puniendi debeat.
Gal. 1.
2 Beda i act. c. 8. Ino p. 14. c. 4 & 5. Pan. l. 5 c. 82.
† al. ſolliciro examine
† Dei iudicium] vera lectio.
† al. æterno
" ſubtilitas reprobatur.
Gen. 3.
a Vt 11. q. 3. audi.
Rom. 12.
Gen. 12.
1. Cor. 5.
3 Burch. l. 11. cap. 36 Ivo P. 5 c. 250.
2. Cor. 10.

Reſet

Reſecandæ.] CASVS. Oſtendit in hoc c. Hier. quòd inobediens à conſortio bonorum eſt repellendus, & hoc probat v. exemplis, ſcilicet ouis ſcabioſæ, & putridæ carnis, & fermenti, & Arij hæretici, & ſcintillæ. *Ardeat domus*, ſcilicet corrumpatur, ſcilicet maſſa. *putreſcat*, ſcilicet corpus. *intereant*, ſcilicet pecora.

promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam.]

a ¶ Gradus.] *In tribus vetuſtis exemplaribus epiſtolarum B. Gregorij, & vno Gratiani legitur*, gradu ſecundo, &c.

Item Hieronymus in epiſtolam ad Galatas, cap. 5.

¶ Mali ab eccleſia ſunt eliminandi.

C. XVI.

RESecandæ a ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis a à caulis repellēda, ne tota domus maſſa, corpus, & pecora ardeāt, corrumpantur, putreſcant, intereant. Arius in Alexādria, vna ſcintilla fuit: ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem b eius flamma populata eſt.

a ¶ Reſecandæ.] *Apud B. Hieronymum legitur*, ſecādæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendū.

Item Auguſtinus in libro de correptione & gratia, cap. 15.

¶ Pro diuerſitate culparum ſubditi a præpoſitis corripiantur. C. XVII.

COrripiantur itaq; à præpoſitis ſuis ſubditi fratres correptionib⁹ de charitate venientibus pro culparū diuerſitate diuerſis, vel minorib⁹, vel amplioribus: quia & ipſa, quę damnatio nominatur, quā facit epale c iudiciū (qua pœna in eccleſia nulla maior d eſt) poteſt, ſi De⁹ voluerit, in correctionem ſaluberrimā cedere, atque proficere. Neque enim ſcimus, quid contingat ſequenti die. An ante finē vitę huius de aliquo deſperandū e eſt? Aut contradici Deo pōt, ne reſpiciat †, & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus cōtribulati, cordiſq; contriti, à reatu quamuis iuſtę dānationis abſoluat, dānatumq; a f ipſe nō damnet g? Paſtoralis tñ neceſsit habet, ne per plures ſerpant dira cōtagia, ſeparare h ab ouibus ſanis morbidam, ab illo, cui nihil eſt impoſsibile, ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Neſcientes enim quis pertineat ad p̄deſtinatorū numerū, quis nō pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, vt oēs velimus ſaluos fieri.

a ¶ Damnatūque.] *Sic emendatum eſt ex originali, nec gloſſa viſa eſt impedire. Antea legebatur*, damnatū, quem ipſe nō dānat.

Item Proſper libro 2. de vita contemplatiua, cap. 7.

¶ Qui corrigi nolunt excommunicationis ferro debent abſcindi. C. XVIII.

ECce † aūt crimina quorūlibet, ſi ipſis criminoſis confiteri nolētibus i, vndecumque k claruerint, quæcumque nō fuerint patiētiæ l leni medicamēto ſanata, veluti igne quodam piæ increpationis vrēda ſunt, & curanda. Quòd ſi nec ſic quidem æquanimiter ſubſtinentis, ac pie increpātis medela p̄ceſſerit † in eis, qui diu portati, & ſalubriter obiurgati corrigi noluerint, tāquam putres corporis partes debent ferro excōicationis abſcindi: ne ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa nō fuerit, ſalutem reliquæ carnis putredinis m ſuæ contagione corrūpit: ita iſti, qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis in ſanctorum ſocietate permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis inficiant. a

a ¶ Inficiant.] *Apud Proſperum continuo ſequitur cap. porro. infra de pœnit. diſt. 1.*

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

¶ Excommunicandus eſt, qui duas ſimul vxores habere præſumit. C. XIX.

1 AN nō diſtricta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulteriū n Lamech, & flagitiū imitatus eſſe dignoſceris? Quod Dñs non niſi poſt lxxvij. o generationes ſuo ſalutifero aduentu deleuit: cū Cain fratricidium ſeptima generatione aquis abolitū ſit cataclyſmi.

1 Iuo p. 8 c. 127.

Gen. 4.

Item ex concilio Agathenſi, c. 37.

¶ Falſi teſtes, & homicidæ communione priuentur. C. XX.

2 ITaq; cenſuimus homicidas, & falſos p teſtes à cōione eccleſiaſtica ſubmouendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.

2 Burc. l. 6. c. 29. Iu p. 10. c 38. & 158.

Item ex concilio Toletano 1. c. 11.

¶ Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religioſum ſpoliare præſumit. C. XXI.

ij 3 SI quis de potētibus clericum, aut quemlibet pauperem a q aut religioſum expoliauerit, & mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus, vt audiatur, & contempſerit: inuicem mox ſcripta r percurrant per omnes epiſcopos prouinciæ, & quoſcumque adire potuerint, vt excōmunicatus habeatur ipſe, donec obediat, & reddat aliena.

3 Ans. l. 7. c. 173.

a ¶ Ouis] 45. diſt. ſed illud.

b ¶ Totum] totū dicit, & tamē tantū Alexandrinā eccleſiam intellexit, vt 1. q. 1. manifeſtum. Vel dic totum, quia eius ſequaces erant per totū orbem.

COrripiantur.] CASVS. Dicebant quidam, ꝙ epiſcopi nō debēt aliquem excōicare, vel ſeparare ab alijs: qm̄ præſciti oēs damnabuntur, & prædeſtinati ſalui erūt. Et reſpondet Aug. cum neſciam⁹ quis ſit prædeſtinat⁹, & quis præſcitus, ſic affici debemus charitatis affectu, vt oēs velimus & laboremus ſaluos eſſe: & ideo vbicumq; aliquem incorrigibilem inuenimus, ſeparare eum ab aliis debemus, forſan ipſa ſeparatione ſanandum, ne eius coniunctione alij polluantur, ad inſtar morbidæ ouis, quæ eſt a ſanis ſeparanda. Et quod dicitur in littera *Damnatio*, i. anathema. *reſpiciat*, dando gratiam ſuam. *pœnitentiam*, id eſt, contritionem. *damnationis*, id eſt, excommunicationis.

c ¶ Epiſcopale.] arg. ꝙ excōicatio ſpectat tm̄ ad officium epiſcopale. “ nā mucro epi dicitur. 16. q. 2. viſis. De hac materia dixi 2. q. 1. nemo epiſcopus.

“ Excōicatio dicitur mucro epi.

d ¶ Maior.] ſi excōicatio eſt maxima, ergo non debet infligi pro leuibus criminibus, vt ſ. e. q. 1. non aſſeramus. in fin. & 11. q. 3. nemo epm. & c. epiſcopi.

¶ al. recipiat

e ¶ Deſperandum eſt.] ſ. 32. q. 2. ancillam. & de pœn. diſt. 7. nemo.

f ¶ Damnatumque.] ab eccleſia.

g ¶ Non damnat.] id eſt, non diſponit damnare æternaliter.

h ¶ Separare] quia talis damnatio medicinalis eſt, non mortalis, vt 2. q. 1. multi.

ECce autem.] CASVS. Docet Proſper in hoc c. ꝙ ſi crimina aliquorum nolentium confiteri fuerint manifeſta vel probata, prælati eorū debent eos prius admonere & increpare, vt emendentur: quod ſi non fecerint, ferro excōmunicationis ſunt ab aliis ſeparandi, ne exēplo ſuæ perditionis alios interficiant, ſi in eorum ſocietate perſeuerent: ſicut contagione putridæ carnis ceteræ partes humani corporis corrumpuntur.

i ¶ Nolentibus.] arg. eſt hic, ꝙ in notoriis requiritur admonitio, vt ſ. ead. c. de illicita. Item eſt hic arg. ꝙ licet quis neget crimen: tamen dicitur notorium. Item hic arg. quòd etiam ſi in modum exceptionis eſt aliquod crimen probatum, ꝙ eſt facta fides. & poteſt talis puniri niſi corrigatur. ex hoc quòd dicit, vndecumque claruerint. Nam & iudicium hæreticorum clarificat eccleſiam, vt ſ. ea. q. 1. ſubdiaconus. Ad hoc poteſt dici, quòd in cauſa denuntiationis loquitur a, vbi qualiſcūque ſcientia ſufficit, vt dixi 22. q. 5. hoc videtur. & 2. q. 1. multi. & licet in cauſa denuntiationis agatur ad pœnitentiam, tamen ſi noluerit poſtea pœnitere, poteſt puniri. Alij intelligunt de crimine notorio.

a iſta fuit ſententia B. & H. ſecundū Lau † Al. Ioſe.

k ¶ Vndecumque] & eodem modo dicit lex, “ qualitercūque conſtet tutori, ꝙ ſit tutor, ſi ſimpliciter dictum ſit ei, periculum ſpēctat ad eū, vt ff. de admin. tu. pater. §. vl. ſic 22. q. 5. hoc videtur.

† al proficeret

“ Periculum ad tuto em ſpect. . . ſcit ſe t to. tē dici tum. pi erit ſe. t.

l ¶ Patientia.] i. quod propter denuntiationem noluerit corrigi. ſi intelligas prout alij intelligūt de notorio crimine. tunc exponas, ſi non fuit diſpenſatum cum eis. nam bene epiſcopus cum talibus poteſt diſpenſare. extra de iudic. at ſi clerici.

m ¶ Putredinis.] hoc intellige cum ſine ſcandalo id fieri poteſt, vt ſ. proxim. quæſt. 4. cum quiſque.

AN non] CASVS. Lotharius Rex duas habebat vxores de facto de quo reprehendit eum Nicolaus Papa dicens, ꝙ vltione diſtricta ſit feriendus: cum adulterium Lamech poſt lxxvij. generationes fuerit punitum: qui primo habuit duas vxores de facto: cum Cain fratricidium ſeptima generatione in diluuio ſit deletum. Scias tamen, quod caſus iſte poni poteſt ſecundum varia expoſitiones, quæ fieri conſueuerunt de generationibus Lamech. Seq. tria cap. plana ſunt.

n ¶ Adulterium] Sed qualiter dicitur committere adulteriū cum vxore legitima? Reſp. quia per adulterium reddit eam ſibi illicitam, 32. quæſt. 1. in coniugio. in fi.

o ¶ Poſt lxxvij] Contra infra 31. q. 1. quomodo. hoc ibi ſolutum eſt, & expoſitum.

p ITaque] ¶ Et falſos] ſupra 22. quæſt. 5. ſi quis conuictus. ſupra 23. q. 5. Rex debet.

q SI quis] ¶ Pauperem] Videtur ergo quòd cauſæ oppreſsionis pauperum ſpectent ad eccleſiam, vt 77. diſtin. defenſionis.

r ¶ Scripta] ſic 11. q. 3. curiæ. 2. quæſt. 1. legum. Hic videtur quòd ſtatim poſt citationem primam aliquis poſsit excommunicari, arg. 5. quæſt. 2. præſenti. Sed dic quòd non, niſi poſt tria edicta, vel vnum peremptorium. ſ. ead. c. de illicita.

a SI quis Romipetas, & peregrinos] Sic extr. de treu.& pa. innouamus. “ ſolus. n. princeps pōt indicere noua vectigalia, vt ibi dicitur, & ff. de pu. & vect. vectigalia. & talis , qui indicit noua vectigalia, vel deportatur, vel capite punitur. nam incidit in l. Iul. de vi pu. vt ſ.ad l. Iul.de vi pu.l. vlt.

“ vectigalia noua à ſolo principe in dici poſsūt.

1 Burc.l.10. cap.65. Iuo p.12.c.86.& p.13.c.65.

PAternarum.] CASVS. Statuit Vrbanus Papa in hoc ca. q ſi quis eccleſias, clericos,& monachos , & eorum conuerſos vel oratores,i.peregrinos ſuis bōis ſpoliauerit, & intra ſpatium xxx. dierū non emendauerit , anathematizetur. Seq.ca. planum eſt, & per te videbis.

b ¶ Triginta.] arg.quòd ſufficit ſi peremptorium ſit edictum xxx. dierum,vt 4.q.5.c.1.

c ¶ Competenter.] non intelligas , i. moderate,ſicut curiales exponunt , ſed competenter,i. iuſte. ſic exponitur extra de appel.reprehenſibilis. ff. de iudic. ſi debitori. Ioan.

d ¶ Feriatur.] ergo nondum erat promulgatum.17.q.4. ſi quis ſuadente,&c.

e ILli qui] ¶ Archiepiſcopis .] ergo illi poſſunt indicere treugas. ſimiliter canon indicit treugas,vt extra de treug. & pa. c.1.

† al. pedaticorum

QVIA VERO. Hæc eſt 4.pars q.in qua ponit diffam inter ſchiſma, & hæreſim. Io. de Fan. & reuertitur hic ad materiam propoſitæ quæſtionis.Arch.

CASVS.Superius facta eſt mentio de hæreticis & ſchiſmaticis: & ideo Grat nunc oſtendit quæ ſit differentia inter ſchiſma & hæreſim , & qui ſint hæretici , & quæ ſint ſectæ hæreticorū.Seq. c. patet.

f ¶ Hæreſim.] vario modo dī hæreticus. Vno modo quicumque eſt dubius in fide , infidelis eſt [a],vt ext. de hær. dubius. Secundo , dī hæreticus omnis ſimoniac9,vt 1.q.1.quiſquis. Tertio,omnis præciſus ab eccleſia , ſecundum q excōicatus dicitur hæreticus,vt 4.q.1.c.2. Quarto modo , omnis q male interpretatur ſacrā ſcripturā,vt j. c. hęreſis.Quinto modo, qui nouā opinionem inuenit,vt j. ca. hæreticus.Sexto modo,qui vult auferre priuilegium Romanæ eccleſiæ,vt 22 di.oēs. Septimo, qui tranſgreditur præcepta ſedis Apoſtol. vt 2. 19. diſt. nulli. Item q̄ſque large dī hæreticus omnis , qui non tenet articulos fidei, & ſecundum hoc Iudæi & gentiles ſunt hæretici, & ſecundum hoc non omnis hæreticus eſt excommunicatus. Stricte ſumitur hæreticus omnis qui remotus eſt ab eccleſia , quia errat in fide: & ſecundū hoc omnis hæreticus eſt excommunicatus, vt extr. de hær. ad abolendam. & c. excommunicamus.

a d̄ hoc no. 5.c.firmiſſime. & hic adde aliū caſū 20. di. de libellis. item qui nō recipit 4.cōcilia. & ſic intelligē ſecundū Ho. C. de hære. quicumque. cum ſimil.

2 Pan.l.5.c. 124.

a ¶ Pauperē.] *In plerisque vetuſtis,& apud Anſelmum, & in codicibus concilij impreſſis, & manuſcriptis eſt*, pauperiorem.

Ex dictis Gregorij Papæ.

¶ *Caput hoc abeſt à plerisque manuſcriptis. Burchardus autem & Iuo citant ex concilio Gangrenſi.*

¶ De eodem. C. XXII.

i QVisquis per dolū manum ſuam mittit in Chriſtum Domini,id eſt,in epiſcopum,vel presbyterum (quia ſacrilegium graue cōmittit,)&,ſi quis eccleſiam Dei vaſtat, aut impugnat, aut incendit(quia,& hoc grauiſſimum eſt ſacrilegium ;) placuit ſanctæ ſynodo,vt [a] in primis oīa bona eius proſcriptione publicētur:deinde in vno loco, id eſt, in monaſterio incluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ.

a ¶ Vt in primis.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur* , vt in vno loco , &c. *ſine verbis illis, quæ hic ſunt interiecta.*

Item Calixtus Papa.

¶ Communione priuetur, qui Romipetas, vel peregrinos, vel mercatores moleſtare præſumit. C. XXIII.

iij SI quis Romipetas, & peregrinos [a] , & Apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorū oratoria viſitātes capere, ſeu rebus, quas ferunt, ſpoliare , & mercatores nouis telonæorum , & pedagiorū† exactionibus moleſtare tentauerit, donec ſatisfecerit, communione careat Chriſtiana.

Item Vrbanus Papa.

¶ Excommunicentur, qui oratores,& eccleſias, bonaque earum, & perſonas ibi ſeruientes infeſtare præſumunt. C. XXIIII.

PAternarū traditionū exemplis cōmoniti, paſtoralis officij debitum perſoluentes, eccleſias cum bonis ſuis , tam perſonis,quàm poſſeſſionib9, clericos videlicet, ac monachos, eorumq; cōuerſos [a]: oratores quoque cū ſuis nihilominus rebus, quas ferunt,tutos, & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus.Si quis autem cōtra hoc facere præſumpſerit, poſtquā facinus ſuum recognouerit , intra dierū triginta [b] ſpatiū cōpetenter [c] nō emēdauerit, à liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur. [d]

a ¶ Conuerſos.] *In codicibus impreſſis ſequebatur*,vel cōmiſſos, *quæ ſunt expuncta, quia abſunt à plerisque manuſcriptis Grat. exemplaribus . & vetuſto quodam codice : in quo quidem extremo & hic . & alij tres canones deſcripti ſunt , tamquam fragmentum alicuius concilij.*

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Qui oratoribus , pauperibus non arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur. C. XXV.

a ILli, q peregrinos,vel oratores cuiuſcumque ſancti, ſiue clericos , ſiue monachos, vel feminas,aut inermes pauperes deprædati fuerint,vel bona eorum rapuerint , vel in malum eis obuiauerint , anathematis vinculo feriantur, niſi digne emendauerint.Pax vero illa , quam treugā dicimus,ſic obſeruetur, ſicut ab Archiepis [e] , & epis vniuſcuiuſque prouinciæ conſtituta eſt. Qui autem eam infregerit , excommunicationi ſubdatur.

4 *Quia vero ſermo de hæreticis habetur, videndum, eſt quid interſit inter ſchiſma & hæreſim* [f] : *& qui ſint hæretici: & quot ſint hæreticorum ſectæ. Differentiam autem inter ſchiſma & hæreſim Hieronymus in epiſtolam ad Titum,c.3.aſſignat dicens.*[3]

¶ Schiſmatis & hæreſis differentia. C. XXVI.

4 INter hæreſim & ſchiſma [g] hoc intereſſe arbitrantur, q hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma propter † epiſcopalem diſſentionē ab eccleſia [a] pariter ſeparat. Quod quidē ī principio aliqua ex parte intelligi poteſt [β]: ceterum nullū ſchiſma non aliquā ſibi cōfingit hæreſim , vt recte ab eccleſia receſſiſſe videat.

a ¶ Ab eccleſia.] *In codicibus horum commentariorum in Germania,in Gallia,& Ferraria excuſis , itemque duobus manuſcriptis Vaticanis legitur,* ab eccleſia ſeparatur.

β ¶ Poteſt.] *Sequebatur* . diuerſum , *quæ vox abeſt à memoratis editionibus , & Vaticanis exemplaribus.*

5 *Vnde autem hæreſis dicatur, in epiſtolam ad Galatas,cap.5. Hieronymus diffinit,ita dicens.*

¶ Vnde hæreſis dicatur. C. XXVII.

6 HÆreſis Græce ab electione dicitur: q. ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam , quā putat eſſe meliorem. Quicumq; igitur aliter ſcripturā [h] intelligit,quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, quo ſcripta eſt:licet de eccleſia non receſſerit, tamē hæreticus appellari poteſt , & de carnis operibus eſt, eligens quæ peiora ſunt.

7 *Qui vero proprie dicantur hæretici , Auguſtinus in libro de vtilitate credendi , cap. 1. oſtendens , ait.*

¶ Qui proprie dicantur hæretici. C. XXVIII.

8 HÆreticus eſt,qui alicuius temporalis commodi , & maxime gloriæ , principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Ille aūt , qui huiuſmodi hominibus credit, homo eſt imaginatione quadā veritatis,ac pietatis illus9.

Item Glorio, Eleuſio,& aliis,epiſt.162.

¶ Non ſunt hæretici , qui non ſua audacia, ſed aliena ſeducuntur in errorem. C. XXIX.

9 DIxit Apoſtolus[Hereticū hominem poſt primam,

INter hæreſim & ſchiſma.] CASVS. Docet hic Hier. quòd in hoc differt ſchiſma ab hæreſi : quia hæreſis prauam habet doctrinam, ſchiſma vero nō. Item hæreſis nulla fit occaſione, ſed ſponte: ſchiſma vero fit propter diſſentionē epiſcopalem, & ideo in principio diſcordant, ſed in fine concordant : quia ſicut hæreſis , ita ſchiſma eccleſiam lædit. Sequentia duo c. plana ſunt , & per te videbis.

3 Ad locum [hæreticum hominem]

4 Pol.l.7.ti. 5.Anſ.l.12.c. 49.

† al. poſt epiſcopalem deceſſionem.

g ¶ Et ſchiſma.] “ poteſt dici,q hæc ſit differentia inter hæreſim & ſchiſma , q̄ eſt inter diſpoſitionem & habitū.primo.n.dī ſchiſma,ſed cum poſt tempus pertinaciter adhæſerit ſuæ ſectæ , dī hæreſis. vel aliter dicas , q omnis hæreticus ſit ſchiſmaticus, ſed non conuertitur. & ſic eſt illa differentia , quæ eſt inter ſpeciem & genus.

“ Hæreſis& ſchiſma differunt.

5 Ad locum [Hæretes, inuidiæ.]

h HÆreſis.] ¶ Scripturam] ſupra 37.diſt.relatum.

6 Pol. ibid. Anſel.l.12.c. 50.

QVI VERO.Hæc eſt 5.pars q. in qua ponit differentias hæreticorum , quas probat per diuerſa iura.Io. de Fan.

DIxit Apoſtolus.] CASVS. Docet in hoc cap. Aug. q illi hæretici qui ſuam hæreſim pertinaciter defendūt,poſt primam & ſecundam admonitionē ſunt euitandi:quod probat auctoritate Apoſtoli. Illi vero qui ſuum errorem nō defendunt animo pertinaci,& maxime quem à ſuis parentib. in hæreſim lapſis receperunt , ſed veritate inuenta parati ſunt corrigere , non ſunt inter hæreticos deputandi. Sequent. duo c. plana ſunt , in quibus dicitur , quod qui in errorem cadunt , nec volunt corrigi ſunt inter hæreticos deputandi. In tertio c. dicitur , q magis peccat qui defendit errorem: quam ille qui errat , qui non ſolum hæreticus , ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.

Gal.5. 7 Beda 1.Cor.11.

8 Poly.ibid. Deuid.p. 2. Anſel.l.12.c. 53.

9 ad Tit.c.3. Polyc. ibid. Anſel. l. 12. c.61.

& per furorem, ſicut ꝑ arreptitios. In quinta oſtendit ſpecies diuinationum, earũ etymologias ponendo. partes autem omnes circa principium ſunt, & ideo non pono voi incipiant: quia per te facile deprehendes. *Coniectant.* i. nuntiant. *Duo autem genera.* id eſt, duo modi, cum dictum eſt ſuperius quatuor eſſe genera.

QVAERITVR. Hæc eſt 2. pars q. in qua q̃ritur de natura dæmonum: & qualiter ſciant futura. Io. de Fant.

CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de dæmonibus: ideo Grat. quærit incidenter cuius naturæ ſint dæmones: & an futura ſciãt: & quot modis futura prænoſcãt. Et de hoc ſcribit Aug. in ſeq. ca.

SCiendum CASVS. Hoc cap. diuidicur in duas partes. In prima parte oſtendit Auguſt. quòd dæmones excedunt naturã hominum in ſubtilitate ſenſus & ingenij: in celeritate eundi: & in longitudine vitæ: & propter hoc pronuntiant multa ante cognita. homines vero propter ſenſus tarditatem hoc dicere vel facere non poſſunt. In ſecunda parte oſtendit, quòd dæmones quattuor modis futura prædicunt. Primus eſt, q; ipſi ſunt facturi ea quæ prædicunt, futura mala prædicẽdo, ꝓpter peſtes quas immittunt. Secundus eſt, quia naturalibus ſignis futura prænoſcunt: non tamen propter hoc dicendi ſunt diuini: ſicut nec medicus dicendus eſt diuinus qui per carnalia ſigna humani corporis ſanitatem vel infirmitatem vel mortem ſæpe prædicit futurã. Tertius modus eſt, q; dæmones non ſolum per voces hominum, ſed etiam per cogitationes, quas per quædam ſigna diſcunt, futura denuntiant, aliis videlicet mira, qui iſta diſpoſita non nouerunt. in quibus quãdo falluntur, culpam in ſuos coniectores refundunt. Quartus vero modus eſt, quia ipſi prædicunt hominibus ſuæ culturæ defectum & idolorũ ruinam, vt eorum quæ ſiunt præſcij videantur. q; qui libros gentilium legit non poterit ignorare. Secunda pars incipit ibi, *Nunc igitur.* Primus modus diuinandi incipit ibi, *Primum ſciendum* Secundus ibi, *Aliquando autem* Tertius ibi, *Aliquando etiam hominum.* Quartus ibi, *Nonnunquam vero.*

a ¶ *Sciendum*] hic Auguſt. " oſtendit quib. de cauſis dæmones ſciunt futura prædicere: nõ quòd ipſi ſciant futura: ſed quia habẽt probabiles coniecturas. primo illa ratione: quia de ſubtiliori materia ſunt creati: vnde ſubtilius conſiderant quàm homines. Item quia per iniquitatem multa ſciunt, quæ nos propter breuitatẽ tẽporis ſcire non poſſumus. Item quia ipſimet cõſueuerunt morbos immittere: & illud ipſi prædicunt, quòd aliquis ſit habiturus malum. Item ſicut medicus videt aliquid per ſigna ſibi nota, quæ nos non videmus: ſic dæmones. Item ex ſignis quæ procedunt ex animo hominis, præuident quædam futura. Item quia dicta prophetarum audierunt, ex quibus futura prædicunt.

b ¶ *Cogitationibus.*] ergo videtur q; diabolus nouit cogitationes hominum. Sed contra: ſolus Deus ſcit occulta cordium, vt 32. diſ. erubeſcant. ſed ipſe ſe ipſum de hoc corrigit infra c. prox.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 3. pars quæ. in qua dicitur, quod dæmones neſciunt quæ futura ſunt. I. de Fant.

CASVS. Supra in ca. ſciendum. dixerat Auguſt. q; diabolus comprehendebat cogitationes hominum per ſigna exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere, ideo nũc vult illud retractare per cap. ſeq.

1 Pythius dictus eſt Apollo a Pythone dracone, quem iaculis ſuis confecit. p, enim dictioné hanc ſcribunt Græci, non per ph.

Matth. 2.

2 e2. q. 1. cap. vnico.

† al. ſaliſatores

3 Raban. de mag. ꝑſtig.

4 Bur. l. 10. c. 45. & 46. Iuo p. 11. c. 70. & 71. Pann. l. 8. c. 68.

† al. acrimine

"Dæmones futura prædicere põt.

† al. notas

† al. ignotas

† al. inuiſores

Q*Vodam loco dixit.*] CASVS. Dicit Auguſtinus quodam loco dixiſſe, quod dæmones diſpoſitiones vel cogitationes hominum non ſolum per voces, ſed etiam per quadam ſigna humani corporis tota facilitate perdiſcũt ſed quia rem dixit occultam, & ſermone nimis audaci: ideo nunc dicit, quòd inueniri non poteſt, verum ſigna ſint in humano corpore, per quæ illá cognoſcant, vel per vim aliá ſpiritualem hoc comprehendant: licet quædam per experimenta quandoque talia prænotare dicuntur.

1 ſuprà cap. prox.

Q*Vod autem.* Hæc q. diuiditur in tres partes. In 1. quarum probat magiſter per 12. c. q. ſortilegi & diuini ſunt excommunicandi, ſi non ceſſant, & euntes ad illos. Secunda ibi, *Nonnulli* Tertia ibi, *Ex præmiſſis* I. de Fan. CASVS. Hic ponitur 5. q. qua quæritur ſi ſortilegi & diuini ceſſare noluerint, an ſint excommunicandi. & dicit quod ſic: & ad hoc probandum inducit vnam rationem, & vnam auctoritatem. Auctoritas incipit ibi, *Si quis frater* Eſt. o vos dæmones. Seq. ca. plana ſunt per iam dicta. *Expiandi*, i. purgandi.

a S*I quis*] ¶ *Phylacteriis*] Phylacteria dicuntur hic chartæ in quibus continentur incantationes.

b Q*Vi diuinationes*] ¶ *In domos ſuas.*] ſecundum legem illi concremantur. ſed ille in cuius domo hæc fiunt, poſt publicationem bonorum in exilium mittitur, vt C. de malef. mulier.

Ephef 5. Coloſ. 3.

N*On licet.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in 4 partes. In 1. parte dicitur, quod propter domum faciendam, vel ſegetes ſerendas, vel plantandas arbores, & ſimilia, non debent aliquis colere elementa, lunam vel ſtellas obſeruare: ſed omnia facere in nomine Domini. In 2. parte dicitur, quod in collectionibus herbarum non eſt aliqua incantatio facienda, niſi credo in Deum, vel Pater noſter. In 3. parte dicitur, quod ſi quis in domũ ſuam inducat ſortilegos vel diuinos, vt maleficia inueniant, vel aliud faciant ſuperſtitioſum, quinque annis pœniteant. In 4. parte dicitur, quod mulieres in ſuis lanificiis va

Eſa. 45. ſed paulo auguſtius.

1. Cor. 5.

3 Pol. l. 6 tit. 22. Bur. l. 10. ca 24 Iuo p 11. c 1 Pano. l. 8. c. 6.

3 Raban. in pœnit c. 13. Et in concil. Pariſ li. 3. c 1 Polyc. ibi. Bur. l 10 c 5 Iuo p. 1 . ca. Pan l 8. ca. 62.

rum, ſi iam imminente templorum, & ſimulacrorum euerſione, quá prophetæ Dei ſummi tãto ante prædixerant, Serapis dæmon alicui cultorum ſuorũ hoc de proximo prodidit, vt ſuam quaſi diuinitatem recedens, vel fugiens commendaret?

3 *Quòd autem hominum diſpoſitiones cogitatione conceptas per exteriora ſigna diabolus deprehendat, non firma ratione videtur approbatum.*

Vnde idem Auguſtinus ait in libro ſecundo retractationum, c. 30.

¶ Quod ex corporeis motibus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultiſsima res eſt. C. III.

1 QVodã loco dixi dæmones aliquando & hominum diſpoſitiones nõ ſolum voce prolatas, verumetiam cogitatione cõceptas, cum ſigna quędã ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiſcere. Rẽ dixi occultiſsimã audaciori aſſeueratione, quàm debui. Nã peruenire iſta ad notitiã dæmonũ per nonnulla etiã experimẽta compertum eſt. Sed vtrum quædam ſigna dentur ex corpore cogitãtium, illis ſenſibilia, nos aũt latẽtia, an alia vi & ea ſpiritali, iſta cognoſcant, aut difficillime põt ab hõinib⁹, aut omnino non poteſt inueniri.

QVÆSTIO V.

1. ps Q*Vod autem ſortilegi. & diuini, ſi ceſſare noluerint. excõmunicandi ſũt. ratione, & auctoritate probatur. Eſt enim quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum conſultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitũ, nummo impedit, idolorũ cultor ab Apoſtolo nominatur: ſic illi, qui futura, quæ ex Dei oraculo nonnũquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum conſultatione. vel quibuslibet præſtigiis inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuũt. Futura enim præſcire ſolius Dei eſt, qui, in ſui contemplatione etiam Angelos illa præſcire facit. Vnde Eſaias ait:]Priora, & nouiſſima annũtiate mihi, & dicã, quòd Dij eſtis.] Cultores vero idolorum à fidelium communione ſeparandi ſunt. Vnde in epiſtola ad Corinthios Apoſtolus ait: [Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, cum eiuſmodi nec cibum ſumere.] Hinc etiã in decretis Gregorij iunioris in concilio Romano præſidentis, c. 12. legitur.*

¶ Anathema ſit, qui ariolos, vel incantatores conſulit. C. I.

2 SI quis ariolos, aruſpices, vel incantatores obſeruauerit, aut phylacteriis ᵃ vſus fuerit, anathema ſit.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

¶ Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

3 QVi diuinationes expetũt, & morem gẽtilium ᵅ ſubſequuntur, vel in domos ſuas ᵇ huiuſmodi homines introducunt, exquirendi ᵝ aliquid arte malefica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquẽnij iaceãt, ſecũdũ gradus pœnitẽtiæ definitos, &c.

ᵅ Gentiliũ.] *In Græco impreſſo eſt*, χρόνων. *ſed in vetuſto Vaticano, & apud Balſamonẽ*, ἐθνῶν.

ᵝ Exquirendi.] *Græce eſt*. ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν. *Id eſt*, ad inuenienda medicamenta.

Item ex concilio Martini Papæ [Id eſt ex c. Martini Bracharenſis, c. 72.

¶ Elementa colere, lunæ, aut ſtellarũ curſus in ſuis operibus, Chriſtianis ſeruare non licet. C. III.

4 NOn licet Chriſtianis tenere traditiones gentiliũ, & obſeruare, vel colere elementa, aut lunæ, aut ſtellarũ curſus, aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, aut propter ſegetes ᶜ, vel arbores plantandas, vel coniugia ſocianda. Scriptum eſt enim [Omnia, quæ facitis aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo.] ¶ ⁵ Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſũt, aliquas obſeruationes, aut incãtationes liceat attẽdere: niſi tantum cum ſymbolo diuino, aut † oratione Dominica, vt tantum De⁹ creator omniũ, & Dominus honoretur. ¶ ⁶ Si quis autẽ paganorum cõſuetudinem ſequens, diuinos, & ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel luſtrationes paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant. ¶ ⁷ Mulieribus quoque Chriſtianis nõ liceat in ſuis lanificiis vanitatem obſeruare: ſed Deũ inuocent adiutorem, qui eis ſapientiam texendi donauit.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 36 ⁸.

¶ Sacris officiis dediti, magi, vel incantatores non fiant. C. IIII.

9 NOn oportet ſacris officiis deditos, vel clericos, magos, aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria, quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos ᵅ autem, qui talibus rebus vtũtur, proiici ab eccleſia iuſsimus.

ᵅ Eos autem.] *Quæ antecedunt in hoc capite, ſunt ex verſione Dionyſij. Quæ autẽ ſequuntur, ſunt ex priſca verſione, quæ eſt in collectione Iſid.*

Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.

¶ Honore priuetur epiſcopus, vel presbyter, qui magos, vel aruſpices conſuluit. C. V.

10 SI quis epiſcopus, aut presbyter, ſiue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum, magos, aut aruſpices, aut incãtatores, aut ariolos, aut certe augures, vel ſortilegos, vel qui profitẽt artẽ magicã ᵅ, aut aliquos eorũ ſimilia exercẽtes conſuluiſſe ᵈ fuerit deprehẽſus, ab honore dignitatis ſuę ſuſpẽſus ᵝ ᵉ, monaſterij curã ᵞ ſuſcipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat.

ᵅ ¶ Magicã.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, duobus codicibus Vaticanis, & Lucenſi regio, & Polycarpo legitur*, artem aliquam.

ᵝ ¶ Suſpenſus.] *In omnib. conciliorum editionib. & manuſcriptis exẽplarib. quæ collata ſunt, & Pol. eſt*, depoſitus. *Sed ob gl. non eſt mutatũ.*

ᵞ ¶ Curam.] *Sic in vetuſtioribus conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus: ſed in recenſioribus Colonienſibus eſt*, cenſuram. *in codice autem regio*, pœnam.

...tis obſeruare non debent, ſed Deum inuocare adiutorem. Secunda pars incipit ibi, *Nec in collectionibus herbarum.* Tertia ibi, *Mulieribus* ſeq. c. planũ eſt.

c ¶ *Propter ſegetes.*] Et numquid ergo hic reprehenditur Aſtronomia? numquid per ventos & diſpoſitiones lunæ licitum eſt ruſticis conſiderare tẽpus ſeminandi ᵃ, & medicis tempora potionum & minutionum? Certe hæc non reprobantur: ſed illi reprobantur, qui credunt ineſſe neceſsitatem ſuperioribus. vnde nõ eſt dicendum, quod ſuperiora ſint cauſæ rerum, licet ſint ſigna ᵇ rerum.

S*I quis epiſcopus.*] CASVS. Statuit concilium Tolet. quòd ſi quis epiſcopus vel cuiuſcunq; ordinis clericus diuinos vel ſortilegos conſulit, deponatur: & ad pœnitentiam peragendam perpetuo in monaſterio trudatur. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt: & per te videbis vſq; ad c. epiſcopi.

d ¶ *Conſuluiſſe.*] not. pro ſolo cõcilio debere quem puniri ᶜ, ſiue faciet artem ſiue non. ſic pro ſola vocatione punitur qui vocat clericum ad iudicium Imperatoris, vt 11. q. 1. placuit.

e ¶ *Suſpenſus.*] id eſt, depoſitus, vt patet per ſequentia.

a Aſtronomia non eſt reprehendẽda.

3 Vide 26. q. 7. non obſeruetis & ca. ſeq.

4 Burc l. 10. c. 3. Iuo p. 11 c. 40.

b Signanter Ioan. Picus Mirand. 6. tra Aſtrolo. Coloſ. 3.

5 ibid. c. 74. Burc. l. 10. c. 20 Iuo. p. 11. c. 47.

† al. &

c conſilium ſacit quem puniri.

c Sic infrà c. prox. dic quod hoc peccat, quia prohibitum eſt conſilium taliũ. ext. de ſortil. c. 2. Ioan de Fant.

6 ibid. c. 71. Bur l. 10 ca. 6. Iuo p. 11. c. 34.

Iob 38.

apud 70.

7 ibid. ca 75. Burc. l 10. c. 19 Iuo p 8. ca 330. & p. 11. c. 46.

8 & in Agathenſi. c 68.

9 Raban. pœnit ca. 13. Iuo p. 11. c. 3. Pan. l. 8 c. 63.

10 Rab. ibi. Pol l. 5 t. 33 Burc. l. 10. c. 48. Iuo p. 11 c. 5. & 73. Pann l. 3 ca. 169 & l. 8. c. 64.

Item ex concilio Agathenſi,c.42.

¶ De his,qui auguriis,& diuinationibus ſtudent. C. VI.

2Et in Venet. c.16. 2 Rab. ibid. Burc. l 10 c. 27. Iuo p 11. c.4. Pan. l. 8. c.69.

2 ALiquāti clerici,ſiue laici ſtudēt auguriis,& ſub nomine fictæ religionis per eas,quas ſāctorū ſortes vocant,diuinationis ſcientiam profitentur:aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt.Hæc† quicūque clericus,aut laicus detectus fuerit,vel conſulere, vel docere [a] ,ab eccleſia habeatur extraneus.

† al hoc

Item Leo quartus epiſcopis Britanniæ,c.4.

¶ Sors nihil aliud,quam diuinatio,& maleficium eſſe decernitur. C. VII.

3 Iuo p. 11.c. 8. Pan. l.8.c. 70.

3 SOrtes,quibus cuncta vos in veſtris diſcriminatis [b] iudiciis(quod patres damnauerūt) nihil aliud,quàm diuinationes,& maleficia eſſe decernimus.Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Chriſtianos vltra nolumus nominari, & ne excerceāt† ſub anathematis interdicto prohibem⁹.

† al vt abſcindantur

¶ *In epiſtola Leonis quarti(cuius pars extat in vetuſto codice)c.4.hæc leguntur.* De experentia autem diuinationum,vel maleficiorum ſcriptum quidem in ſacris habemus canonibus,vt ipſa ponamus,ita: Qui diuinationes,&c. 5.ca. *ex concilio Ancyrano* Vnde ad illorum ſimilitudinem ſortes,quib⁹ vos cūcta i veſtris diſcriminatis iudiciis,nil aliud,quam qđ illi patres dānarūt,diuinationes,& maleficiū eſſe decernim⁹,&c.

Item Gregorius Hadriano notario,lib.9.epiſt.47.

Incantatores,ſortilegos velut Chriſti inimicos inſequi oportet. C. VIII.

4 Poly ibid. Burc.l.10 c. 4. Iuo p. 11. c.33.

4 PEruenit ad nos,quòd quoſdā incantatores,atque ſortilegos fueris inſecut⁹:& omnino nobis ſolicitudinem,zelumque tuū gratum fuiſſe cognoſcas.*& infra.*¶ Et ideo ſtudij tui ſit ſolicite quærere,& quoſcumque huiuſmodi Chriſti inimicos inueneris,diſtricta vltione corrigere.

Item ex concilio Aurelianenſi primo,c.32.

¶ Excommunicetur clericus,monachus,laicus diuinationes, vel auguria,vel ſortes ſecutus. C. IX.

5 Concord. concil.Autiſiod.c.4.

5 SI quis clericus,monachus,vel ſæcularis, diuinationem,vel auguria crediderit,obſeruanda,vel ſortes quas mentiuntur eſſe ſanctorum,quibuſcumque putauerint intimandas,cum his , qui eis crediderint,ab eccleſiæ communione pellantur.

Item Gregorius lib.7.epiſt.66.ad Ianuarium.

¶ Contra ſortilegos,idolorum,cultores cuſtodia paſtoralis inuigilet. C. X.

6 Burc.l. 10. c. 13 Iuo p. 11.c.31.& 95

† al aruſpicū, & ſortilegorū

6 COntra idolorū cultores, vel aruſpices † atq; ſortilegos,fraternitatem veſtram vehemēti⁹ paſtorali hortamur inuigilare cuſtodia,atque publice in populo contra huius rei viros ſermonem facere,eoſque à tanti labe ſacrilegij,& diuini intētione iudicij,& præſentis vitę periculo adhortatione ſuaſoria reuocare Quos tamen,ſi emendare ſe à talib⁹ atque corrigere nolle reperetis,feruenti cōprehendere zelo te volumus:& ſi quidem ſerui ſūt,verberibus [c] ,cruciatibuſq;,quibus ad emēdationem peruenire valeāt,caſtigare:ſi vero ſūt liberi, incluſione digna,diſtrictaque ſunt in pœnitentiā redigendi,vt qui ſalubria,& à mortis periculo reuocantia audire verba cōtemnunt,cruciatus ſaltem eos corporis ad deſideratam mentis valeat reducere ſanitatem.

Caput hoc locupletatū eſt ex epiſtola Gregorij cū vetuſtis exēplaribus collato.

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.89.

¶ Ab eccleſia ſeparetur auguriis, & incantationib.deſeruiens.C.XI.

7 Bur l 10.c. 7. Iuo p.11.c. 35 Pan l.8.c. 72.

7 AVguriis,vel incantationibus ſeruientē,ſimiliter & iudaicis ſuperſtitionib⁹,vel feriis inherētē,a cōuētu eccleſiæ ſeparandū [præcipimus.]

Item ex concilio Anquirenſi a c.1.

a ¶ Anquirenſi.] *Sic etiam in vetuſti Burchardus, & Iuo habent.* Ancyrenſi. *Verum tamen in concilio Ancyrano græco,aut latino neque impreſſo, neque manuſcripto,et inuenitur,licet,qui tomos conciliorum ediderunt, afferant haberi in quodam vetuſto codice 16 librorum partialium.*

¶ Sortilegam,& magicam artem epiſcopi omnibus modis † eliminare ſtudeant. C. XII.

† al. viribus

8 EPiſcopi,eorūq;miniſtri omnib⁹ modis elaborare ſtudeant,vt pernicioſā,& a diabolo inuentam ſortilegā,& magicā † artem ex parochiis ſuis penitus eradicent:& ſi aliquem virū, aut mulierem,huiuſcemodi ſceleris ſectatorē inueneriut,turpiter dehoneſtatū de parochiis ſuis eiiciant.Ait enim Apoſtolus,[Hæreticum hominem poſt primam,& ſecundā correptionē deuita:ſciēs qa ſubuerſus eſt,q huiuſmodi eſt.]Subuerſi ſūt,& a diabolo captiui tenēt,qui relicto , creatore ſuo,diaboli ſuffragia quærunt:& ideo à tali peſte debet mundari ſancta Eccleſia.¶ 9 Illud etiā nō eſt omittendū,q quædā ſceleratæ [a] mulieres retro poſt ſatanam cōuerſæ dæmonū illuſionib⁹ , & phantaſmatibus ſeductæ credūt & profitēt̃, ſe nocturnis horis cū Diana dea paganorū vel cū Herodiade,& innumera multitudine mulierū equitare ſuper quaſdā beſtias,& multarū terrarū ſpatia intēpeſtæ noctis ſilētio pertrāſire,eiuſque iuſſionib⁹ velut dominæ obedire,& certis noctibus ad eius ſeruitiū euocari.Sed vtinā [d] hæ ſolæ in perfidia ſua periiſſent,& non multos ſecū ad infidelitatis interitum pertraxiſsēt. Nā innumera multitudo hac falſa opinione decepta hęc vera eſſe credūt,& credendo à recta fide deuiāt, & errore paganorum inuoluuntur,cum aliquid diuini tatis,aut numinis extra vnū Deū arbitrāt̃.Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi cōmiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debēt,vt nouerint hæc omnino falſa eſſe,& nō à diuino,ſed à maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fidelium † irrogari. ¶ 10 Siquidē ipſe ſatanas,qui trāſfigurat ſe in Angelum lucis, cū mētem cuiuſcumque muliérculæ ceperit,& hanc ſibi per infidelitatem ſubiugauerit,illico trāſformat ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum , atq; ſimilitudines: & mentē,quam captiuam tenet, in ſōnis deludēs,modo læta,modo triſtia,modo cognitas,modo incōgnitas perſonas oſtendens, per deuia quæque deducit:& cū ſolus ſpiritus hoc patit̃,infidelis mēs hoc nō in animo,ſed in corpore [e] euenire opinat̃.Quis enim non in ſomniis,& nocturnis viſionib⁹ extra ſe educitur, & multa videt dormiendo,quæ nunquā viderat vigilando?Quis vero tā ſtultus,& hæbes ſit, qui hæc omnia,quæ in ſolo ſpiritu fiunt,etiā in corpore acci

a ALiquanti] ¶ Vel docere.] nam nimis eſt culpa prohibita diſcere , q docere,vt C. de male. culpa [illegible] multa ſūt quæ [illegible] eſt [illegible] re,quam ſcire. 38. diſt. Quis.contrarium eſt C. de his. quicūque. vltra mediū. vbi di q ille q illicita docet , vel deportatur , vel punitur vltimo ſupplicio : diſcipuli vero puniuntur x. libris auri,ſed ibi loquitur de his q diuinare [illegible] ,non tñ didicerunt. hic de eo qui [illegible] vel conſuluit. Itē contrarium eſt 37. diſ. q de menſa. ſed illi diſcebant non vt ſequerentur ea,ſed vt aliis per ea poſſent obuiare.37 di.legimus.

b SOrtes.] ¶ Diſcriminatis.] i iudicatis vel diuiciatis b.

c COntra idolorum] ¶ Verberibus] cum hic ſcribatur epiſcopis,patet hoc crime eccleſiaſticū eſſe. [a] Itē patet hic q epiſcopus pōt aliquos verberib. caſtigare , vt 23. q. 5. c. 1. Item patet hic q epiſcopus pt in carcere mittere reos. Itē habes hic q alio mō punitur nobilis q̃ ignobilis,vt 24.q.1.qui contra. 12.q.2.fraternitatis.l.

EPiſcopi]CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima tractatur de ſolicitudine ſacerdotū circa diuinos expellendos de parochiis ſuis, & q expelli debeant, Apoſtoli auctoritate probatur. In 2. parte reprehenduntur quæ [illegible] , quæ cum Diana dea paganorum & cum Herodiade ſup quaſdā beſtias nocturnis temporibus equitare ſe putabant : qđ falſum eſt ſed diabolo decipiente hoc mentib. fideliū irrogatur. In 3. parte oſtenditur quo fiat hæc illuſio,ſ.in ſolo ſpiritu diabolo varias formas oſtendēte per ſomnium mentib. hominum:& q in ſolo ſpiritu fiat , pbat duobus exēplis,ſ.Ezechielis , & Pauli. Secūnda pars incipit ibi , *Illud etiam* Tertia ibi , *Si quidem ipſe ſatanas*

d ¶ *Sed vtinam hæ ſolæ.*] id eſt ,vtinam non plures. ſimilis expoſitio eſt 1.q.1.duces [e]

e ¶ *Sed in corpore.*] id eſt,corporeo ſenſu percipi,&c.

8 Burc.l.10 c. 1. & l. 19. crediſti q̃ mult. Iuo p. 11 c. 30. Pan. l.8 c.75.

† al maleficā

Ad Tit.3

a S. erg.intitur 26.q.1. i canonibus. vbi cōminis pœna irrogatur dāti & accipiēti oblationē eccleſię pter epi conſcientiā. L.de hęreg. & not đ cōſ. diſt. 2. pro dilectione.

a neſcire q̃dam melius eſt q̃ ſcire

9 De ſpiritu & aia,c.28

∥ Vel dic,i. diſcrimen ad actis. Io.de Fan.

a Eps pt aliquos verberibus caſtigare.

† al infidelium

10 Aug ibid. 2.Cor.11.

e Alias iudices.13.q 4. ſi ea. vbi de hoc.

dere arbitretur? cũ Ezechiel propheta viſiones Domini ĩ ſpiritu, non in corpore vidit? & Ioannes apoſtolus Apocalypſis ſacramentũ in ſpiritu, nõ in corpore vidit, & audiuit, ſicut ipſe dicit, [Statim, inquit, fui in ſpiritu.] Et Paulus nõ audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publice annuntiandum eſt, quòd qui talia, & his ſimilia credit, fidem perdit: & qui fidẽ rectam in Domino non habet, hic non eſt eius ſed illius, in quem credit, id eſt, diaboli. Nam de Domino noſtro ſcriptum eſt, [Omnia per ipſum facta ſũt, &c.] Quiſquis ergo aliquid credit poſſe fieri, aut aliquã creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel ſimilitudinẽ, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quẽ omnia facta ſunt, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior.

a ¶ Sceleratæ.] *Fere eadem habentur apud beatum Auguſtinum in libro de ſpiritu & anima, c. 28. & in vita Damaſi Papæ primi, quæ extat Romæ in peruetuſto de vitis ſanctorum codice ſanctæ Mariæ maioris: vbi poſtquam aliqua relata ſunt ex ſynodo Romana, in qua Damaſus, Macedonium, & Apollinarem damnauit, adiungitur, anathematizatos in ea ſynodo eſſe, maleficiis, ſuperſtitionibus, & incantationibus ſeruientes. In quibus etiam mentio eſt harum mulierum, quæ putabant nocturno ſilentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum ſuper beſtias equitare, & multa terrarum ſpatia pertranſire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem ſuorum inimicorum altaria ſacris veſtibus exuunt, aut veſte lugubri accingunt, vel conſueta luminariorum obſequia eccleſiis Dei ſubtrahunt, vel Miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrant hominibus.*

Quorũ omnium maleficia nequiſſima Toletanum concilium 13. condemnat dicens, c. 7.

¶ Abiiciatur ſacerdos, qui huiuſcemodi maleficiis operam dederit.

C. XIII.

QVicumque ſacerdotum, vel miniſtrorum deinceps cauſa cuiuſlibet doloris[a] vel amaritudinis permot⁹, aut altare diuinum veſtibus ſacris exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accinxerit†, ſeu etiam, cõſueta luminariorum ſacrorum obſequia de tẽplo Dei ſubtraxerit, & extingui præceperit, ſi eum antea veræ pœnitudinis corã metropolitão ſatisfactio[b] nõ purgauerit, ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta ſuperiorem ſententiã Domini, loci ſui dignitate ſe nouerit, & hõore priuari: illis proculdubio perſõis ab hac vltionũ ſententia ſeparatis, quæ aut cõtaminationem ſacrorum ordinũ, vel ſubuerſionem ſãctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatem, vel obſidionem perferẽtes, ſeu etiam diuinorum iudiciorum ſentẽtiam metuẽtes talia feciſſe cõtigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placat', quàm interni liuoris doloſitas declarat'. Pleriq; etiam ſacerdotũ ſauciati inimicitiæ dolo Miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis ſtudent celebrare hominib⁹, nõ ob aliud, niſi, vt is pro quo ipſum offert' ſacrificiũ, ipſius ſacroſancti libaminis interuẽtu mortis incurrat periculum. Proinde noſtræ elegit vnãimitatis cõuentus, vt ſi quis deinceps talia perpetraſſe fuerit detect⁹, à proprij deponat' ordinis gradu, & tam ipſe ſacerdos, quàm etiã ille, q̃ eum ad talia peragẽda incitaſſe perpenditur, exilij perpetui ergaſtulo religentur †.

¶ *Principium huius capituli vſque ad ver.* Pleriſque. *eſt ex 13. cõcilio Toletano, c. 7. Reliqua vero ſunt ex 17. Toletano, c. 5. quorum conciliorum duo exẽplaria ſunt habita ex Hiſpania: & inde nonnulla hic emendata, & addita.*

3 *Ex præmiſſis auctoritatibus colligitur, quod arioli, aruſpices, incantatores, & ſortilegi atque ceteri huiuſmodi ſectatores ab eccleſia ſũt eliminandi, & niſi reſipuerint, perpetuo excõmunicandi.*[b] *Sed quod in vltimo Anquirenſi † capitulo ea, quæ fiunt per incantatores, non in corpore, ſed in ſpiritu fieri dicũtur, Auguſtinus in libro de ciuitate Dei videtur aſſerere, ita dicens.*

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præſtigiis, quem ipſe ex variis locis Auguſtini, & Iſidori, vt antea dictum eſt, cõfecit. Burchard⁹ citat ex dictis Auguſtini.*

¶ Quæ magorum præſtigiis fiunt, non vera ſed phantaſtica eſſe probantur.

C. XIIII.

2 NEc mirum[c] de magorum præſtigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorũ artes, vt etiam Moyſi ſimilimis ſignis reſiſterent, vertẽtes virgas in dracones, & aquas in ſanguinẽ. Fertur etiam in gẽtiliũ libris, quòd quædã maga famoſiſſima Circe ſocios Vlyſſis mutauerit ĩ beſtias

3 Legitur & de ſacrificio, q̄d Arcades Deo ſuo Lycæo immolabant, ex quo quicũq; ſumerent, in beſtiarum formas cõuertebantur. Sed hæc omnia magicis præſtigiis potius fingebant' quàm rerum veritate cõplerẽtur. Vt ergo ipſi errores ignorãtib⁹ manifeſti fiant, de eorũ proprietate, atq; inuentorib⁹ iuxta traditionem maiorum, primũ dicere cõgruum arbitramur. ¶ Magi ſũt, qui vulgo malefici ob facinorũ magnitudinẽ nũcupantur. Hi permiſſu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominũ minus cõfidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantũ carminis interimũt. Vnde Lucan⁹ 4 [Mẽs hauſti nulla ſanie polluta veneni, Incãtata perit] Dæmonib⁹ eñ accitis audẽt vẽtilare, vt quiq; ſuos perimãt malis artib⁹ inimicos. Hi ẽt ſanguine vtũtur, & victimis, & ſæpe cõtingũt mortuorũ corpora. ¶ Necromantici ſũt, quorũ p̃cã

NONNVLLI. Hæc eſt 2. pars q. in qua dicitur quod in ſeq. c. continetur. Io. de Fant. Et ponit hic incidentem quæſtionem.

CASVS. Superius prohibitæ ſunt diuinationes & ſortilegia. Nũc vero oſtendit Grat. quod in perniciem inimicorum altaria veſtibus exui non debent, vel lugubri veſte accingi, vel luminaria eccleſiis deputata extingui, vel Miſſa defunctorum celebrari pro viuis, & ad hoc probandum inducit ſeq. cap.

QVicumque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod ſi quis ſacerdos vel miniſter eccleſiæ altaria veſtibus exuat, vel lugubri veſte accingat, vel extinguat luminaria in perniciem alicuius, deponatur: niſi coram metropolitano pœnitentiam egerit, exceptis illis perſonis, quæ hoc faciunt vel propter hæreticos, vel propter hoſtilitatem, vel alia iuſta ex cauſa. In ſecunda parte dicitur, quod ſacerdos qui cantauerit Miſſam defunctorum, vt inimicus mortem incurrat, deponatur: & tam ipſe ſacerdos, quã ille qui ſacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secunda pars incipit ibi, *Pleriſque etiam.*

a ¶ *Doloris*][a] niſi forte ideo faciat, quia eccleſia ſua ſpoliatur, vt illud in ſignum mœroris faciat, ſicut quidam ponunt ſpinas ſuper altare: ſicut etiam denudatur altare in paſſione Domini in ſignũ triſtitiæ.

b ¶ *Satisfactio.*] arg. quod ſi aliquis ſatisfecerit de crimine, vel inde egerit pœnitentiam, amplius non poſſit accuſari: licet ſit publicum crimen[a], vt notatur 22. q. 3. admonere. Ioan.[b]

EX PRAEMISSIS. Hæc eſt 3. pars quæ. in qua magiſter ponit caſus, & originem his phantaſmatibus, & quomodo accidant. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit G. ex ſupradictis, quod ſortilegi & diuini niſi reſipuerint, ſunt excommunicandi. Poſtea oſtendit quòd ea quæ fiunt per incantatores, non in corpore: ſed in ſpiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit ſeq. cap.

c NEc mirum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte Aug. docet tria. primo, docet non eſſe mirum, ſi magi vertebant virgas in dracones: aquam in ſanguinem Moyſi reſiſtendo: quia ſimilia fecit Circe, & Mercurius ad ſacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebant, quàm in veritate conſiſterent. Secũdo, ponit multa genera magorum & incantatorum, & eorum etymologias. Tertio, ponit quare tanta poteſtas diabolo datur, vt homines ſic seducat, quod ſit ideo vt veritatem ſpernentes illudat. hoc tamen nõ ſit ſine permiſſu Dei: & dicit quare illi incãtatores virgas ſuas in dracones conuertebant. In ſecunda parte cõtinetur quòd quidam obiiciebant. Augu. ſi pythonica diuinatio errori magicæ artis eſt deputanda: qualiter pythoniſſa Samuelem ſuſcitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectioni reſpondet Aug. dicẽs, illũ non fuiſſe Samuelẽ, ſed diabolũ. Quod probat tribus rationibus vel auctoritatib⁹, multa verba inferendo. In tertia parte obiicitur Aug. ſic: Si illi qui diuini dicũtur vel faciunt incantationes, non habẽt aliquid propriæ virtutis vel poteſtati: quomodo eueniunt quæ dicunt? Et reſp. Aug. quòd licet ea eueniant, tamẽ nullus eis credere debet: quia ſi ſanitatẽ languidis cõferre videantur: vel infirmitatem ſanis inferre: totum ſit permiſſione diuina: vt appareat qualis fidei vel deuotionis ſint erga Deum, qui hæc audiunt vel vident. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Deuteronomij. Secunda pars incipit ibi, *Præterea quidam.* Tertia ibi, *Si autem aliquis.* *Quod ait,* ſ. Saul. *remo. in.* luſoria. & quia dicit Auguſt. *titulis.* id eſt, argumentis vel rationibus.

a ¶ Si

Ezech. 3.

Apoc 1. & 4. 2 Cor. 12.

Ioan. 1.

a Triſtitiæ cã pmittuntur aliqua

a Adde ad hoc q̄d not. gl. & doc. in l. q ea mẽte ff de fur.

b ad hoc no. 49 diſt. §. 1. ibi videas.

† al. accingit] orig.

† al. religetur

1 ſ. e c. eſt

† al. Anquirenſi

2 Iſid l. 8 etymol c 9. Burc. l. 10. c. 41 ex dictis Auguſt. Iuo p 11. c 67. Pan. l 8 c 65. Exod. 7.

3 Aug. 18. de ciu. t. Dei c. 17.

4 lib 6.

tationibus videnť reſuſcitari mortui, diuinare, & ad interrogata reſpondere. *νεκρὸς* enim græce, mortuus *μαντεία* diuinatio nuncupatur: ad quos ſuſcitãdos cadaueri ſanguis adiicitur. Nam amare ſanguinem dæmones dicuntur: ideoq; quotieſcumque necromantia fit, cruor aquæ miſcetur, vt colore ſãguinis facilius prouocent. ¶ Hydromantici ab aqua dicti. Eſt enim hydromantia in æquæ inſpectione vmbras dæmonum euocare, & imagineas† ludificationes eorũ videre, ibiq; ab eis aliqua audire, vbi adhibito ſãguine etiam inferos perhibenť ſuſcitare. *& infra.* ¶ 1 Ad hæc omnia ſupradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorũ, quæ ars medicorũ condemnat, ſeu in præcantationibus, ſeu in characterib⁹, vel in quibuſq; rebus ſuſpendẽdis, atq; ligandis: in quib⁹ omnibus ars dæmonium eſt, ex quadã peſtifera ſocietate hominum, & Angelorum malorũ exhorta. Vnde cũcta vitanda ſunt Chriſtiano, & omni penitus execratione repudianda, atq; damnanda. ¶ Auguria autem auium Phryges primi inuenerunt. ¶ Præſtigiũ vero Mercuri⁹ primus dicitur inueniſſe: Dictum eſt autẽ præſtigiũ, q. præſtringat aciẽ oculorum. ¶ 2 Haruſpicinæ artem prim⁹ Hetruſcis tradidiſſe dicitur quidam Tages. Hic ex horis haruſpicinam dictauit, & poſtea nõ apparuit. Nam dicitur fabuloſe, arante quodam ruſtico, ſubito ex glebis exiliuiſſe, & haruſpicinã dictaſſe, qua die & mortuus eſt. Quos libros Romani ex hetruſca lingua in propriã mutauerũt. His ergo portentis per dæmonũ fallaciam illuditur curioſitas humana, quando id impudẽter appetunt ſcire, qđ nulla ratione eis cõpetit inueſtigare. Hæc poteſtas immundis ſpiritibus ideo datur, vt priuata ſibi apta, hoc eſt prauos homines, ſeducãt illos, qui ſpernũt veritatem, & credũt mẽdacio, & iuxta Pauli ſentẽtiam, ſanã doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus: & à veritate quidẽ auditum auertẽt, ad fabulas autem conuertenť: onerati peccatis ducentur variis deſideriis, ſemper diſcẽtes, & nũquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. 3 Quemadmodũ autem Iannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & iſti reſiſtũt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ: ſed vltra nõ proficient: inſipiẽtia enim eorũ manifeſta erit omnibus ſicut illorũ fuit. 4 Nec ᶜ ideo quiſquã credere debet, quoſlibet magicis artibus aliquid facere poſſe ſine permiſſu Dei (qui omnia, quæ fiũt, aut iuſto iudicio facit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit) q. prædicti magi leguntť ſimilia feciſſe Moyſi: qui virgam ſuam proiecit, & conuerſa eſt in dracone: proiecerunt que ipſi ſingulas virgas ſuas, quæ verſæ ſunt ĩ dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconũ, nec magi, nec angeli mali, quibus miniſtris illa operabanť. Inſunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ ſeminariæ rationes, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis, atque cauſalis prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis, & finibus: & ſic non dicuntur angeli, qui iſta faciunt, animalium creatores, ſicut nec agricolę ſegetum, vel arborum, vel quorumcumq; in terra gignentium creatores dicẽdi ſunt, quamuis nouerint præbere quaſdã viſibiles opportunitates, & cauſas, vt illa naſcanť. Qđ autẽ iſti faciunt viſibiliter, hoc illi inuiſibiliter. Deus vero ſolus vnus eſt creator, qui cauſas ipſas, & rationes ſeminarias rebus inſeruit. ¶ Præterea quidã quærendum putãt, quomodo ſcriptura narret Pythoniſſã Samuelem prophetã ſuſcitaſſe ad colloquiũ Saul impiiſſimi regis, ſi pythonica diuinatio errori magicæ artis deputãda ſit. ¶ Quib⁹ ita reſpõderi poteſt, indignũ omnino facinus eſſe, ſi ſecundũ verba hiſtoriæ cõmodetur† aſſens⁹. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & natiuitate ſanct⁹, & vitæ operibus iuſtus? aut ſi nõ attractusᵃ eſt, conſenſit? Quòd vtrumque de iuſto credere aduerſum eſt. Si enim inuitus adductus eſt, nullũ ſuffragiũ habet iuſtitia: ſi autem voluntarius, amiſit meritũ ſpiritale, quod poſitus in carne quæſierat: qđ valde abſurdũ eſt: quia qui hinc iuſtus recedit, permanetᵇ iuſtus. Porro autem hoc eſt præſtigium ſatanæ, quo, vt plurimos fallat, etiã bonos ĩ poteſtate ſe habere cõfingit. Quod Apoſtolus inter cetera oſtendit, dicẽs [Ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis.] Vt enim errorẽ faceret, in quo glorificaretur†, in habitu viri iuſti, & nomine ſe ſubornauit, vt nihil proficere ſpem, quã prædicabant Dei cultores, mẽtiretur: quãdo hinc exeuntes iuſtos finxit in ſua eſſe poteſtate. Sed hoc quoſdam fallit, q. de morte Saul, & filij eius non ſit mentitus: quaſi magnum ſit diabolo ante occaſum, mortem corporis præuidere: cum ſigna quædam ſoleant apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota vid ť, quanto magis diabolo† quẽ angelica poteſtate† ſublimẽ prophetica oracula fuiſſe teſtanť: de cuius magnitudine Apoſtolus ait] An ignoratis altitudinẽ Satanæ?] Quid mirum ergo, ſi imminentẽ prope mortem potuit præuidere, cum hoc ſit, vnde fallit, & ſe ĩ Dei poteſtate vult adorari? Nã tãta hebetudine demens effectus eſt Saul: vt ad Pythoniſſã cõfugeret. Deprauatus enim cauſa peccati, ad hæc ſe cõtulit, quæ dãnauerat. Sed ſi quis propter hiſtoriam, & ea, quæ verbis expreſſa ſunt putet non prætermittẽda, ne ratio hiſtoriæ inanis ſit, recte faciet quidẽ: ſi tamẽ minime iſtud ad veri rapiat rationem, ſed ad viſum, & intellectũ Saul. Neq; enim reprobus fact⁹ poterat bonum intellectum habere. Hiſtoricus enim mentẽ Saul, & habitum Samuelis deſcripſit, ea quæ dicta & viſa ſunt, exprimens, prætermittens, ſi vera, an falſa ſint. Quid enim ait [Audiẽs, in quo habitu eſſet excitat⁹: intellexit, inquit, hunc eſſe Samuelem.] Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexit, cõtra ſcripturam alium adorauit, quàm Deũ: & putans Samuelem, adorauit diabolum: vt fructum fallaciæ ſuæ haberet ſatanas. Hoc enim nititur, vt adoretur quaſi Deus. Si enim illi vere Samuel apparuiſſet, nõ vtique vir iuſt⁹ permiſiſſet ſe adorari, qui prædicauerat Deũ ſolũ eſſe adorãdũ. Et quomodo homo Dei, qui cũ Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virũ peſtilẽtię, dignum ardore gehennæ, Cras mecũ eris?] His duobus titulisᶜ ſubtilitatẽ fallaciæ ſuæ prodidit improuidus ſatanas: qa & adorari ſe permiſit ſub habitu, & nomine Samuelis cõtra legem: & virum peccatis preſſũ, cum magna diſtãtia peccatorum & iuſtorũ ſit, cum Samuele iuſtiſsimo futurum mentitus eſt. Verũ poteſt videri, ſi de Samuelis nomine taceať, quia Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim tranſmigrauit, quẽ adorauit. Semper ergo diabolus ſub velamine latens, prodit ſe, dũ ea cõfingit, quæ horreant† perſonis, per quas fallere nititur. ¶ Si autem aliquis mihi opponit & dicit, quomodo eueniũt illa, q illi diuini

† al. & imagines ludificationes, vel & imagines & ludificationes

1 3. e q. 2. illud Bur. l. 10. c. 44 Ioe p 1. c. 69. Pan. l. 8. c. 67.

2 Ouid. meta. l. 15.

2. Ti 4 & 3.

3 Aug. 3. de Trinit. c. 7.

4 Aug l 6 qſt. ſup Exod q. 21. & l. 2. ad Simplician. q. 3. & ad Dulcitium, q. 6.

exod 7.

a ¶ Si non attractus] q. ab angelo fuit nunciatanatí itas eius.

b ¶ Permanet] vt 3. 29. diſt. quia ita.

c ¶ Titulis] id eſt, argumentis Ioan.

f Aug. q 27. ex vtroq; e teſtamento.

† al. commendatur.

2. Cor. 11.

† al. glorietur

1 Reg 28.

† al. diabolus

† al. maieſtate

Apoc 2 & 2. Cor 2.

1. Reg. 28.

† al. Abhorrent al. abhorret à perſonis] cod Auerp.

diuini prædicunt futura, aut quo modo poſsũt ægris præbere medelam, aut ſanis immittere ægritudinẽ, ſi aliquid propriæ virtutis, ac poteſtatis non habent, hoc à me recipiat reſponſum: q ideo quiſque non debet eis credere, quia aliquãdo eueniũt quæ prædicunt, aut ſanare videnť languidos, aut lædere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit, vt ipſi, qui hæc audiunt, vel vidẽt, probentur, & appareat, qua fide ſint, vel deuotione erga Deũ. Sicut in Deuteronomio legitur Moyſes verbo Domini populo Dei præcepiſſe, ita dicẽs [Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomniũ dicat ſe vidiſſe, & prædixerit ſignũ, atque portentũ, & euenerit, qđ locutus eſt, & dixerit tibi, eam⁹, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat vos Domin⁹ Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eũ, an non. In toto corde, & in tota anima veſtra Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete: mandata eius cuſtodite, & audite vocẽ illi⁹: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c.] 1 Vbi ſãe intelligi voluit, etiam illa, quæ à diuinãtibus non ſecundum Deum dicunter, ſi acciderint ε quæ dicuntur, non accipienda, ſic vt fiãt quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ colũtur ab eis. Nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe, quòd iſta contigũt: ſed quaſi quæreretur, cur ea permittat, cauſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendam vtique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuum, cognoſcendã vero ab ipſis potius, quàm ab illo, qui ſcit omnia antequam fiant.

Deut. 13.

1 3. e. q. 1. intelligi.

α ¶ Suſcitare.] *Apud Rabanum hic interponitur cap. legitur. ſupra. e. q. 3. & 4.*

β ¶ Ad hæc.] *Bona pars huius verſiculi habetur apud B. Aug. l. 2. de doct. Chriſt. c. 20.*

γ ¶ Nec ideo.] *Similia leguntur apud B. Auguſtinum lib. 3. de Trinit. c. 7.*

δ ¶ Inſunt.] *Vſque ad verſ.* Præterea, *ſunt magna ex parte verba B. Auguſtini in libro quæſtionum, ſuper Exodum c. 21.*

ε ¶ Si acciderint.] *Emẽdatus eſt hic locus ex B. Aug. vt habetur ſupra, ead. q. 2. c. intelligi. Apud Rabanũ vero legitur,* ſi acciderint, quæ dicuntur, non accipienda: vel etiã ſi fiant q præcipiũť ab eis, vel colãtur, &c.

QVÆSTIO VI.

QVod autem ab epiſcopo a excommunicatus, eo inconſulto ab alio reconciliari non poſſit, niſi forte per eius metropolitanum b, vel per ſummum Pontificem, ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque poteſtatem excommunicandi, vel reconciliandi ab epiſcopis accipiunt, non epiſcopi à presbyteris: atque ideo excommunicatos à ſacerdotibus reconciliare poſſunt: excommunicatos vero ab epiſcopis ſacerdotes reconciliare nõ poſſunt. Reconciliatio namque pœnitentium, epiſcopalis officij eſt, nõ ſacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginenſi ſecundo, c. 3 Fortunatus epiſcopus dixit.

¶ Pœnitentium reconciliatio, chriſmatis, & puellarum conſecratio a presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet ſanctitas veſtra, ſuggero. Nã memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum, vt chriſma vel reconciliatio pœnitentiũ, nec non & puellarum conſecratio à presbyteris c non fiat. Si quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit, Aurelius epiſcopus dixit: audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionẽ fratris, & coepiſcopi noſtri Fortunati, quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis epiſcopis dictũ eſt. 2 Chriſmatis cõfectio, & puellarum conſecratio à presbyteris non fiat: vel reconciliare d quemquã in publica Miſſa presbytero nõ licere: hoc omnibus placet.

Puellarum tamen conſecratio, epiſcopo conſulto per presbyterum fieri volet.

Vnde in Carthaginenſi concilio. 3. c. 36.

¶ Permiſsione epiſcopi virgines conſecrare presbyter valet. C. II.

3 PResbyter, incõſulto e epiſcopo, virgines nõcõſecret: chriſma vero numquã conficiat.

Item ex concilio Agathenſi, c. 43. & 44.

¶ Nec diacono miniſtrare, nec pœnitentem in eccleſia benedicere presbytero licet. C. III.

MInistrare f diacon⁹, aut cõſecrare altare presbyter ñ præſumat. ¶ 4 Benedictionem g quoque ſuper plebem in eccleſia fundere, aut pœnitentẽ in eccleſia benedicere presbytero penitus non licebit.

Ecce, quòd ab epiſcopo excõmunicatus per ſacerdotem reconciliari non poteſt. Sed notandum eſt, quòd recõciliatio alia eſt publica, alia priuata. Publica reconciliatio eſt, quando pœnitentes ante eccleſiæ ingreſſum publice repræſentantur, & per impoſitionem manus epiſcopalis eccleſiæ publice reconciliantur. Hæc ſacerdotibus videtur eſſe prohibita. Vnde circa finem illius capituli nõ ſimpliciter prohibentur pœnitentes reconciliare, ſed in publica Miſſa. Priuata vero reconciliatio eſt, quando de occultis peccatis pœnitentes, vel in extremis agẽtes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc reconciliatio poteſt fieri per ſacerdotẽ.

Vnde [illegible]ariſtus Papa ait.

¶ Iuſſione epiſcopi de occultis peccatis presbyteri pœnitentes reconcilient. C. IIII.

5 PResbyteri de occultis peccatis iuſsione h epiſcopi pænitentes reconcilient: & ſicut ſupra præmiſimus, infirmantes abſoluant, & communicent.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulat 6. q. qua quæritur vtrum excommunicatus ab epiſcopo poſſit a presbytero reconciliari epiſcopo inconſulto. Et reſp. q ligatus à maiori, a minori abſolui non poteſt, vt 21. diſ. inferior. niſi in mortis articulo, vt ext. de ſent. exc. non dubium. G. tamen latius extendit quæſtionem, an ſacerdos poſſit reconciliare pœnitentes epiſcopo inconſulto. Et reſp. q ſic priuata reconciliatione, ſ. quando peccata ſua confitentur: vel in articulo neceſſitatis, vt ĩ. c. §. ecce. ſed publica non poteſt. Primo tamen probat excommunicatus ab epiſcopo, ab alio inconſulto epiſcopo reconciliari non poteſt, niſi per metropolitanum vel Apoſtolicũ. Quod probat vna ratione, & vna auctoritate. Ratio aũt inuenitur in §. authoritas vero in capit.

a ¶ *Ab epiſcopo.*] certum eſt q ligatum a maiori non poteſt minor abſoluere, vt 21. di. inferior. & c. denique. & ext. de elec. innotuit. niſi in articulo mortis, vt ext. de ſen. exc. non dubium. Magiſter tamen largius proſequitur quæſtionem, an presbyter poſſit reconciliare pœnitentes. “ Dicas ergo q eſt reconciliatio quædam publica, quædam priuata. publica ſolus epiſcopus poteſt reconciliare, vt ĩ. c. c. 1. & 50. diſt. in capite. illa non fit niſi in crimine, qđ totam vrbem commouet, vt ĩ. c. c. vlt. priuatam autem poteſt ſacerdos reconciliare, vt ĩ. c. presbyteri. & tempore neceſſitatis quilibet poteſt alium reconciliare eccleſiæ, vt de conſec. diſt. 4. ſanctum. Ioan.

“ Reconciliatio eſt duplex.

b ¶ *Metropolitanum.*] “ hoc tamen eſt verum cum eſt appellatum ad ipſum, vt ext. de ſent. exc. per tuas. Si tamen metropolitanus abſoluat, cum non ſit appellatum ad ipſum: dicunt quidam q tenet abſolutio, licet abſoluere non debeat. Sed hoc vix credo a, cum canõ vocet eum peregrinũ, ſiue extraneum iudicem, vt 6. q. 3. ſcitote. & 3. q. 6. peregrina nec habet iuriſdictionem niſi in certis caſibus, vt ext. de off. ord. paſtoralis. Ioan.

“ Metropolitanus an poſſit abſoluere ſuffraganei ſubditum, qui ad ipſum non appellauit.

a Ad hoc 9. q. 3. c. nul 1° & in pr. vbi de hoc & idem not. Gof. in ſum. de ſen exc. §. ſed nõ idem.

SI iubet.] CASVS. Quæſitum fuit in Carthag. concil. vtrum presbyter poſſit conficere chriſma, vel reconciliare pœnitentes in publica Miſſa, vel virgines conſecrare. & reſponſum eſt ad ſuggeſtionem epiſcopi Fortunati, q presbyteri hoc facere nõ poſſunt. Sequens §. cum duobus ſeq. c. patet.

c ¶ *A presbyteris.*] vidua tñ ab eis pòt recipere ſacrum velamen, vt 20. q. 1. vidua.

d ¶ *Reconciliare.*] eſt ergo hic arg. “ quod cum presbyter non poſſit aliquem reconciliare eccleſiæ, q multo fortius non poſſit aliquẽ eiicere publice extra eccleſiam. ſic videtur q non poſſit excommunicare b. intelligunt autem quidam quod hic dicitur, q tunc ſacerdos non poſſit publice reconciliare, cũ epiſcopus indixerit pœnitentiam alicui: ſecus ſi ſacerdos indixerit pœnitentiam. Item publice reconciliare poteſt, vt dicunt, ex mandato epiſcopi ĩ. ca. Aurelius. Ioan.

“ Presbyter ſimplex an poſſit aliquẽ reconciliare eccleſiæ.

b ✱ hoc leg. & no. 2. q. 1. nemo ... deſs & leg. & no. 4. q. 3. ... tam ſacerdotes. Arc.

2 Sent. 4. diſt. 20.

e PResbyter inconſulto.] vel vacat hic arg. à contrario ſenſu: vel locale fuit vel temporale: ſicut illud 95. di. peruenit. hodie enim ſolis epiſcopis illud competit. 68. diſt. quamuis. Ioan.

f MInistrare.] i. conficere corpus Chriſti, vel etiam tradere ſine mandato ſacerdotis, vt 1. q. 1. in eccleſia.

3 Sent. ibid.

g ¶ *Benedictionem.*] ſ. ſolennem, quæ fit per talia verba. Sit nomen Domini Benedictum. & ſic non obſt. 95. diſ. peruenit. Ioan. c

4 Cap. 44.

c De hoc & not de conſ. diſt. 1. cũ ad celebrandas. ibi vide.

ECCE, QVOD AB. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, q presbyter excommunicatum ab epiſcopo reconciliare non poteſt. Poſtea ſoluit diſtinguendo inter publicam & priuatam reconciliationem. Publica reconciliatio tantũ per impoſitionem manus epiſcopalis fieri debet ante ingreſſum eccleſiæ. Priuata vero recõciliatio per ſacerdotem fieri põt. Et ad hoc inducit ſequentia cap. Sequens c. patet.

h PResbyteri] ¶ *Iuſſione*] ſi intelligas hoc de excommunicato planum eſt: vel intelligas de illo cui epiſcopus pœnitentiam iniunxerit. Nam abſente epiſcopo, ſine mandato eius poteſt reconciliare ſi neceſſitas fuerit, vt ĩ. ca. c. vltim. vel intelligas hoc iuſsione generali. argu. 16. q. 1. §. ecce. & c. cunctis.

5 Burc. l. 18. cap. 16. Ivo p. 15 c 38.

Aurelius

A*urelius*] CASVS. Quæſitum fuit in concil. Carthag. vtrum preſbyter poſsit reconciliare hominem in periculo conſtitutum. Et reſpondet Aurelius epiſcopus, vbi epiſcopus eſt abſens, preſbyter eum conſulere debet, & eius auctoritate periclitantem reconciliare. cuius reſponſio fuit a ceteris approbata.

Item ex concilio Carthag. 2. c. 4.

¶ Si epiſcopus abſens eſt, per presbyterum reconcilietur in periculo conſtitutus. C. V.

1 AVrelius epiſcopus dixit ſi quiſquã in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari diuinis altarib⁹ petierit, ſi epiſcopus[a] abſens fuerit, debet vtique presbyter conſulere epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto recõciliare. Quam rem debemus ſalubri cõſilio roborare. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt, Placet, quod ſanctitas veſtra neceſſario nos ĩſtruere dignata eſt.

Item ex concilio Martini Bracharenſis, cap. 82.[2]

¶ Qui metu mortis reconciliatur conualeſcens, ſine communione pœnitentiæ impleat tempus. C. VI.

3 SI quis de corpore exiens hoſtiſsimum, & neceſſarium[b] communionis viaticum expetit, nõ ei denegetur. Quòd ſi in deſperatione[c] poſitus poſt acceptam communionẽ iterum ſanus fuerit factus, tantũ oratione particeps ſit: ſacramentum vero nõ accipiat[d], donec cõſtitutum pœnitentiæ impleat[e] tempus. Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderãt accipere ſacramentũ, cum conſideratione, & probatione epiſcopi accipere debent.

Item ex concilio Arauſico, c. 3.

¶ Sine manus impoſitione pœnitentes recedentes de corpore reconcilientur. C. VII.

3 QVi recedũt de corpore pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria[f] manus impoſitione eos † communicare: qđ morientis ſufficit recõciliationi ſecundum diffinitiones patrum, qui huiuſmodi cõmunionem cõgrue, viaticum nominauerunt. 4 Quòd ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructib⁹, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant. Clericis quoq; deſiderantibus pænitentia[g] non eſt neganda. 5 Similiter ſubito obmuteſcẽs (prout ſtatutũ eſt) baptizari, aut pœnitentiam[h] accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ,

a ¶ *Si epiſcopus.*] illud intelligas cum quis eſt excommunicatus ab epiſcopo, vel cum epiſcopus indixerit ei pœnitentiam. alias ſecus videtur, vt ĩ ea. c. vlt. & de conſe. diſt. 4. ſanctum. Et eſt hic ar. ꝙ cum in ſacramentis conferendis abſens citatur,[**] ꝙ multo potius abſentes in electione ſunt vocandi. de illa materia notatur 7. q. 1. factus Io.

S*I quis de corpore*] CASVS. Duo dicuntur in hoc ca. Primum eſt quòd ſi quis in extremis poſitus petat viaticum, ei negari non debet, ſed ſi poſtea conualeſcat, debet à viatico abſtinere donec adimpleatur pœnitentiæ tempus. Secundum eſt, ꝙ ſi pœnitens in extremis laborans deſiderat reconciliari, fiat hoc cum conſideratione epiſcopi.

b ¶ *Neceſſarium*] neceſſarium eſt ad ſalutem, ſaltem quia tollit peccata venialia, vt de conſec. diſt. 2. cũ omne.[**] nec alicui negatur etiam ſi debeat ſuſpendi in patibulo. 13. q. 2. quæſitum.

c ¶ *In deſperatione.*] ſanitatis.

d ¶ *Non accipiat*] non tamen idem eſt in illo qui eſt abſolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excõmunicationem. talis enim ſi fuerit abſolutus, tenetur adire ſedem Apoſtolicam cum oportunum fuerit[a], vt ext. de ſent. exc. de cetero. Et ſic eſt ar. ꝙ re aliqua reſtituta in priſtinum gradũ, priora iura ei vel cõtra ipſum reſtituuntur, vt ĩ. ea. q. prox. c. 1. extr. de ele. quia diligentia. argu. contra de conſec. diſt. 4. quæris. Sed hæc fuit ad tempus ſopita, non omnino ſublata. ext. de ſol. Odoardus.

e ¶ *Impleat*] quandoque tamen indulgetur communio corporis Domini ante finitum tempus pœnitentiæ, vt 82. diſt. presbyter. 32. q. 2. de viro. Io.

Q*Vi recedunt.*] CASVS. Quatuor dicuntur in hoc c. Primum eſt ꝙ pœnitentes, de quorum vita deſperatur, communionem corporis domini recipiat ſine reconciliatoria manus impoſitione ſolenni. ſi vero euaſerint, abſtineant à communione donec tempus pœnitentiæ ſit completum, & tunc communionem & reconciliationem accipiant. Secundum eſt ꝙ clericis pœnitentibus priuata pœnitentia non eſt deneganda. quod quidam intelligunt de publica. Tertium eſt, ꝙ ſubito obmuteſcens, & baptizari, & pœnitentiam accipere poteſt, ſi de eius conſtiterit præterita voluntate. Quartum eſt, quòd amentibus quæcumque ſunt pietatis ſunt conferenda.

f ¶ *Sine reconciliatoria*] ſolenni, ſ. epiſcopali, ne ſit contra ĩ. c. prox.

g ¶ *Pœnitentia*] priuata. nã ſolenni non faciunt clerici, vt 50. di. confirmãdũ. & 82. di. presbyter. niſi fuerit depoſitus, vt de pœ. di. 6. ſacerdos.

h ¶ *Pœnitentiam*] id eſt, fructum pœnitentiæ.

[Marg.: 2 Sent. Ioid. Burch. l. 18. c. 13. Iuo 15. c. 1. — ** Abſentes ſunt ad electionem vocandi. — a Ex cõc. Niceno 1. c. 13. — ** Euchariſtia et ſuſpẽdẽdis in patibulo ñ eſt deneganda — 3 Burc. l. 18. c. 7. Iuo p. 15. c. 39. — † al. eis — a Qđ ſi ñ fecerit, i eãdẽ ſniam reincidit ipſo iure, vt libr. 6. de ſen. exc. eo qui. Vbi corrigitur dicta ſnia. Io de Fan. — 4 ibid. c. 4. — 5 ibid. c. 12.]

teſtimonium, aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu. 6 Amentibus[i] etiam, quæcumque pietatis ſunt, conferenda ſunt.

a ¶ Reconciliationi.] *In originali impreſſo, ac manuſcripto, & apud Burchardum, & Iuonem legitur,* conſolationi, *aut,* conſolatione.

Item ex concilio Carthaginenſi. 4. c. 76.

¶ Aliorum teſtimonio moriturus reconcilietur, ſi obmutuit vel in phreneſim verſus eſt. C. VIII.

7 IS, qui pœnitentiã in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eũ ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel ĩ phreneſim verſus fuerit, dẽt teſtimonium, qui eum audierunt[k], & accipiat pœnitentiam[l]: &, ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionẽ, & infundatur[m] ori eius Euchariſtia. Si ſuperuixerit admoneatur à ſupradictis teſtib⁹ petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos, qui pænitentiam dedit, probauerit. *Itẽ c. 78.* ¶ 8 Pænitentes, qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine man⁹ impoſitione, ſi ſuperuixerint.

Item ex Niceno concilio, c. 12.

¶ Cura, & probatione epiſcopi morientes reconcilientur. C. IX.

9 DE his vero, qui recedunt[n] ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiã nunc: ita vt ſi forte quis recedit ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur. Quòd ſi deſperat[*] aliquis recepta cõmunione ſuperuixerit; ſit inter eos, qui ſola oratione cõmunicant. De omnibus enim his, qui à corpore recedũt, in tradendo eis cõmunionẽ cura, & probatio ſit epiſcopi.

¶ *Canon hic eſt ex priſca verſione, quæ eſt in collectione Iſidori: & ibi eſt numero duodecimus. Græce tamen, & apud Dionyſium eſt 13.*

Item Leo epiſcopus ad Theodorum, epiſt. 89. al. 91.[10]

¶ Non eſt neganda reconciliatio his qui tempore neceſsitatis eam implorant. C. X.

11 HIs, qui tẽpore neceſsitatis, & in periculi vrgentis inſtãtia præſidium pœnitẽtiæ, & mox reconciliationis implorãt,

i ¶ *Amentibus*] i. ſi quis fuerit amens[*] a natiuitate, talis poteſt baptizari, & corpus Chriſti in neceſsitate recipere. ſi vero non fuit amens à natiuitate, ſed creditur eſſe in mortali peccato, non eſt ei dandum corpus Chriſti, vt extr. de bap. & eius effe. maiores.

I*S qui.*] CASVS. infirmus quidam pœnitentiam petiit: antequam ſacerdos veniret obmutuit, vel factus eſt phreneticus. quæſitum fuit in Carthag. concil. quid ſit ſuper hoc faciendũ. Et reſp. ꝙ qui eum audierunt, debent teſtificari de hoc, & ſic infirm⁹ pœnitentiam accipiat. & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur priuata reconciliatione, & Euchariſtia ori eius infundatur. ſi vero conualuerit, prædicti teſtes dicant ſuæ voluntati ſatisfactum fuiſſe, & pœniteat quãdiu ſacerdos, qui pœnitẽtiam dedit, approbauerit. Petentes vero ſolenniter qui communionem recipiunt. ſi ſuperuixerint manũ reconciliatoriam ſolẽniter per epiſcopũ recipiant. Seq. c. idem dicit cum illo, ſi quis de corpore exiens.

k ¶ *Qui eum audierunt*] numquid creditur ſimplici verbo iſtorum, ſiue iſti ſint bonæ famæ, ſiue non? Item numquid ſoli teſti in hoc caſu creditur, cũ pluraliter hic loquitur? Videtur, ꝙ plures requirunt[b], ꝙ tamen vni ſoli credatur, videtur ex hoc ꝙ iſtud non cedit in præiudicium alicuius, vt ĩ. de conſe. di. 4. cũ itaq. & c. placuit. alias voluntas defuncti nõ põt probari per tale teſtimonium, quod dicit ſe audiuiſſe a defuncto, licet ſuper tali negotio alius verus teſtis haberetur. ext. de ſucc. ab inteſt. cum dilectus.

l ¶ *Pœnitentiam.*] i. abſolutionem. Formam abſolutionis habes extra de ſen. exc. a nobis.

m ¶ *Et infundatur.*] ſed qualiter recipiat Euchariſtiam qui ita infirmatur? ſi enim tincta in pane datur ei, hoc prohibetur. de conſe. di. 2. omne. nec alio modo videtur danda,[**] quia punitur infirmus qui euomit Euchariſtiam, vt de conſe. di. 2. ſi quis per ebrietatẽ.

n D*E his* ¶ *Recedunt*] Hic eſt arg. ꝙ qui abſolui deſiderat, ſine mora (etiam non obſtante aliqua appellatione) eſt abſoluendus, vt ext. de app. quã frõte. I.

H*is qui*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod ſi peccator catholicus, qui eſt in mortis articulo conſtitutus, pœnitentiam petat, & reconciliationem, nõ eſt deneganda, quia

[Marg.: * Amentib⁹ à natiuitate nõ eſt dandũ corpus Chriſti, ſed bñ in mortis articulo iis, in q̃bus cũ erant cõpotes ſuæ mẽtis, apparuit deuotio h⁹ ſacramenti. Vide B T. p. 3. q. 80. ar. 9. — 6 ibid. c. 13. — 7 Capit. l. 5. c. 75. al. 18. tit. Burc. l. 18. c. 10 Iuo p. 15. c. 8. — 8 Burc. l. 18. cap. 23. Iuo p. 15. c. 10. — 9 Bur. l. 18 c. 6. Iuo p. 15. c. 31. — b Ad idem ĩ. ca. ſi quis. de pœn. diſt. 1. multiplex. verſ. ſi qui. aliàs eſt c. per ſe. — 10 ĩ. de pœ. diſt. 1. multiplex. §. his autem. — 11 Senten. 4 diſt. 20. Bur. l. 18. c. 4 Iuo p. 15. c. 19. — ** Euchariſtiam infirmus euomẽs punitur.]

nec ſatiſfactio interdicenda eſt, nec recōciliatio denegēda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſum⁹ ponere, nec tēpora defi nire: apud quem nullas patit̃ veniæ[a] moras cōuerſio, dicēte Dei ſpiritu per prophetam. [Cum cō uerſus ingemueris, tunc ſalu⁹ eris.] & infra. ¶ Quòd ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati, vt qđ paulo ante poſcebāt β, ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant: teſtimonia eis fidelium, & circumſtantiū prodeſſe debebunt, vt ſimul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficiū conſequantur: ſeruata tamen regula canonum paternorum circa eorum perſonas, qui in Deum à fide[a] diſcedendo peccarunt.

a ¶ Veniæ.] *Sic in cōctliorū editionibus, & apud Iuonem, & infra de pœn. diſt. 1. c. multiplex. In codice autem epiſtolarū cū alus ſancti Leonis opuſculis impreſſarū & apud Burchardū, & in plerisque vetuſtis Gratiani legitur,* venire moras.

β ¶ Poſcebant.] *Quæ ſequuntur, emēdata sūt ex aliquot manuſcriptis Gratiani, & ipſo originali, cū in vulgatis paulo aliter haberet.*

Item ex concilio Epaunenſi.

¶ Non reſpuatur eius oblatio, qui feſtinās ad pœnitentiam, ſacerdotem inuenire non potuit. C. XI.

1 SI aliquis excōmunicatus a fuerit mortuus, qui iā ſit confeſſus b, & teſtimonium habet bonū, & non poterat venire ad ſacerdotē, ſed præoccupauit eum mors in domo, aut in via: faciāt pro eo parentes eius oblationem c ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

a ¶ Excommunicatus.] *Addita eſt ex ceteris collectoribus.*

Ecce, quòd epiſcopo præcipiente pœnitentes de occultis peccatis, ſiue in periculo conſtituti per presbyterum poſſunt reconciliari. Sed ſi neceſſitate mortis peccator vrgetur, & epiſcopus ita remotus eſt, quòd presbyter eum conſulere non poſſit, negabitur pœnitentia morienti? & beneficium reconciliationis non præſtabitur pœnitenti, quē conuerſū Deus recipit ad veniam, iuxta illud, In quacūq; hora peccator cōuerſus fuerit, &c. & itē [Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.] eccleſia ſibi recōciliare negliget⁹ quē De⁹ intus ſuſcitauit, eccleſia foris abſoluere contemnet⁹ dānabit abſentia epiſcopi, quē gratia diuinæ præſentiæ illuſtrat per lauacrū regenerationis⁹ Morituris ſuccurritur etiā à laicis, ſi presbyteri deſunt. Cur ergo beneficio recōciliationis per presbyterū ei ſubueniri nō poterit: ſi cōtigerit epiſcopū deeſſe⁹ ſi ſecundum Auguſtinum a qui agēs in extremis cōficetur ſocio turpitudinē criminis ſit dign⁹ venia ex deſiderio ſacerdotis, cur ſimiliter nō ſit dign⁹ recōciliatione ex deſiderio epiſcopi, qui ſacerdoti nō negat maculā ſui reatus? Item morientibus pœnitentiam negare presbyteri non debent.

Vnde Iulius Papa ait.

¶ Reus eſt animarum presbyter qui pœnitentiam morientibus abnegat. C. XII.

3 SI presbyter pœnitentiā morientib⁹ abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit [Quacumque die conuerſus fuerit peccator, vita viuet, & nō morietur.] Vera enim cōfeſſio † in vltimo d tempore eſſe poteſt, quia Dominus nō ſolum temporis, ſed etiā cordis inſpector eſt: ſicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo in hora vltima confeſſionis.

Item Cæleſtinus Papa ait in epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Pœnitentia morientibus non eſt denegãda. C. XIII.

4 AGnouim⁹ pœnitentiam morientib⁹ denegari, nec illorum deſiderus annui, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubueniri. Horremus (fateor) tãtæ impietatis aliquem inueniri, vt de Dei bonitate † deſperet: quaſi nō poſſit ad ſe quouis tempore cōcurrenti ſuccurrere, & periclitantē ſub onere peccatorū hominem redimere[a], quo ſe expediri deſiderat, & liberari. Quid hoc, rogo, aliud eſt, quã morienti mortem addere, eiuſque animã ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere? cum Deus ad ſubueniendum paratiſſimus, inuitans ad pœnitentiã, ſic promittat peccatori inquiens. [In quacumque die conuerſus fuerit, peccata eius non imputabūtur ei] & iterum. [Nolo mortem peccatoris, ſed tantum cōuertatur, & viuat.] Salutẽ ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore ſperatam pœnitentiã denegarit: & deſperat de miſericordia † Dei, qui eum ad ſubueniēdum morienti ſufficere, vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet. Cum eſſet in pœna, pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem, habitaculum paradiſi Deo promittente promeruit. 6 Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorū mente e potius eſt æſtimanda, quàm tempore, propheta hoc taliter aſſerēte. [Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris.] Cum ergo ſit Dominus cordis inſpector, quouis tēpore nō eſt denegãda pœnitētia poſtulāti, cū ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

a ¶ Redimere.] *Sic etiam eſt in manuſcriptis & in vetuſtioribus conciliorum editionibus Verum in codice canonum impreſſo, & vno manuſcripto, inter decreta Cæleſtini c. 15 legitur,* perdere. *In recentiori autem Coloníenſi conciliorum editione, itemque apud Burch. & Iuonem eſt,* pondere, quo ſe ille expediri deſiderat, liberare.

Cui antè pœnitentia non negatur, nec reconciliatio ſibi denegãda eſt. Inconſulto ergo epiſcopo pœnitentem presbyter reconciliare non debet, niſi vltima neceſſitas cogat.

Vnde in Carthaginienſi concilio 3. c. 32. legitur 7.

da, quia Dominus eum recipit quandocumq; conuertatur. & hoc probat Leo auctoritate prophetæ. Si vero antequam veniat ſacerdos obmuteſcat, teſtificentur pro eo, qui ipſum audierunt, qui ei prodeſſe debebunt. In ſecunda parte dicitur, q̃ in hæretico ſupradicta omnia ſunt ſeruanda, & prætereà debet recipi cum iuramento. Secunda pars incipit ibi, *Simul.*

a ¶ *Fide.*] tales enim non ſunt recipiendi ſine reconciliatione ſolenni, aut iuramento, vt 1. q. 7. conuenientibus. & c. quotiēs.

S*I aliquis*] CASVS. Quidam poſt receptionem pœnitentiæ mortuus eſt in via, vel in aqua, ita quod ad ſacerdotem venire non potuit: quæſitum fuit in concilio Hiſpalēſi, vtrū pro eo oblationes ſint faciendæ ad altare? Et reſpondet quod ſic.

b ¶ *Confeſſus*] ſe velle accipere pœnitentiã.

c ¶ *Oblationem.*] hoc intelligendum eſt de tali qui deliquerat, & non ſatisfecerat. ſi enim talis fuerat excōmunicatus, licet apparuiſſent ſigna pœnitentiæ, non tñ orandū eſt pro eo." Et licet infirmus poteſt abſolui à quolibet ſacerdote, non tamen mortuus, vt ex. de ſen. excom. à nobis. in fi. ſed à ſolo Papa ſi incidit in canonem latæ ſententiæ. 17. qu. 4. ſi quis ſuadente. Ioan.

ECCE. CASVS. Concludit G. ex ſupradictis dicens, quod pœnitentes de occultis delictis poſſunt per presbyterum reconciliari, vel in periculo conſtituti, epiſcopo tamen præcipiente. Sed ſi epiſcopus abſens eſt, nec conſuli poteſt: omnes in neceſsitate poſiti poterunt per presbyterum reconciliari. quod probat quibuſdam auctoritatibus & rationib⁹: cum etiam à laicis in articulo mortis baptiſma ſuſcipi poſſit, maxime cum ſecundum Auguſtinū ſocio poſſit peccator turpitudinem criminis confiteri. In fine dicit, q̃ nulli pœnitenti eſt pœnitentia deneganda. & hoc probat per ſequētia.

S*I presbyter.*] CASVS. Quidam presbyteri morientibus pœnitentiam denegabant, quare quæſitum fuit à Iulio Papa, verū hoc facere deberent? Et reſp. quod non: & hoc probat auctoritate Euangelij exemplo latronis, quem Dominus recipit in hora ſuæ vltimæ confeſſionis. Si quis vero presbyter contrafecerit erit reus animarum eorum, qui ſine pœnitentia moriuntur.

d ¶ *Vltimo.*] tamen dicit Auguſt. quòd ſero pœnitentibus pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem dare non poſſumus: non dico, quòd condemnabitur, ſed nec dico, quòd liberabitur, vt de pœn. diſt. 7. nemo. & §. ſeq. Item raptori nocet ſera pœnitentia: quia negatur ei ſepultura, licet admittatur ad pœnitentiam. ext. de rapt. ſuper eo Ioan.

A*Gnouimus.*] CASVS. Quidam ſacerdotes pœnitentiã denegabant quibuſdam in multis, vel magis ſceleribus conſtitutis, de ipſorum ſalute deſperantes. Quos Cæleſtinus Papa grauiſſime reprehendit, cum de miſericordia Dei diffidant, & mortem morientibus addant. & quod hoc facere non debeant, auctoritatibus probat & rationibus, & vno latronis exemplo. Quæ autem poſtea ſequuntur vſque ad quæſtionem, plana ſunt, & per te videbis.

e ¶ *Mente*] "Nō enim conſideranda eſt menſura temporis, ſed doloris, vt de pœ. diſt. 1. menſuram.

Eſa. 30. apud 70.

"Sacerdos quilibet infirmū ſ, ſi mortuū abſoluit 3 ſent. 4. diſt. 20 Bur l. 18. c. 51. Iuo p. 14. c. 114. Pann l. 5. c. 20

a intellige de illo infirmo, q ſtatim credetur moriturus. ſ. c. ā his q infirmitate. j. c. c. vlt. 17. q. 4. ſi qs ſuadente ext. de ſen. exc non dubiū. & c. ca noſcitur. § ſi vero. & c. quã de his. & c. quãuis. ext. de ſepul. parochiano ext. de rapt. ī fi. & j. e. §. ... A. Ezech. 18. Malac. 3.

a ī de pœn. di. 1. c quem pœnitet §. tãta & di. 6. c 1. § tamen itaque.

3 ſent. 4 diſt. 20. Bur. l. 18. c 21. Iuo p. 15 c 25. Ezech. 18.

† conuerſio] Burc. & Iuo. Luc 23.

4 in cōc Triburienſ ſub Arnulph c. 31. Raban in lib pœ c. 18. Burc l. 18 c. 22. Iuo p. 15. c. 44.

† al. pietate

5 ī Moguſt. ſub Rab c. 27

" Menſura doloris eſt conſiderãda.

Ezech. 33.

† al. clementia

Luc 23.

6 Burc l. 18. c. 1. Iuo p. 15. c 26 Eſa. 30. apud 70.

7 Et ī Afric. c 10.

presbyter

a Preſbyter.] ¶ Publicum.] hoc ideo fit, vt non tantum proſit illi ad ſalutem, ſed aliis ſit in exemplum, vt de pœ. diſt. 1. in actione. in fi. " & patet hic, quod tantu pro notorio crimine eſt iniungenda ſolennis pœnitentia.
b ¶ Abſidam.] altera producta.

" Pœnitẽtia ſolennis tñ ꝓ notorio imponitur.

¶ Inconſulto epiſcopo pœnitentem preſbyter reconſiliare, niſi vltima neceſſitas cogat, non debet. C. XIIII.

1 Preſbyter incõſulto epiſcopo non recõciliet pœnitentẽ, niſi abſente epiſcopo vltima neceſsitas † cogat. Cuiuſcunque autem pœnitẽtis publicum a, & vulgatiſsimum crimen eſt, quod vniuerſã cõmouerit eccleſiam a, ante apſidã b man9 ei imponatur.

a ¶ Eccleſiam.] *Antea erat, vrbem. Emendatum eſt ex pleriſque conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Sorienſi regio, & Burchardo, & Iuone. In recentiore autem Colonienſi editione eſt,* quod vniuerſa eccleſia nouerit.

QVÆSTIO VII.

1 De tempore c vero ſatiſfactionis, an ſit imponendum morituris, Theodorus Cantuarienſis Archiepiſcopus in pœnitentiali ſuo ita diffinit.

¶ In periculo conſtitutis, pœnitentiæ quantitas non eſt imponenda, ſed innoteſcenda. C. I.

2 Ab infirmis ĩ periculo mortis poſitis per presbyteros pura inquirenda d eſt cõfeſsio peccatorum: non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda: & cum amicorũ orationibus e, & eleemoſynarum ſtudiis pondus pœnitentiæ ſubleuandum: & ſi forte migrauerint, ne obligati à cõmunione, & conſortio veniæ fiant alieni. A quo periculo ſi diuinitus ereptus conualuerit; pœnitẽtiæ modum à ſacerdote † ſibi impoſitum diligẽter obſeruet: & ideo ſecundũ auctoritatem canonicam, ne illis ianua pietatis clauſa videat, orationibus, & conſolationibus eccleſiaſticis, ſacra vnctione olei ĩuncti †, ſecũdum ſtatuta ſanctorum patrum, communione viatici reficiantur.

2 *Aliis vero pro qualitate peccati, & præſidentium arbitrio tempora pœnitentiæ decernenda ſunt.*

Vnde Leo Papa epiſt. 77. al. 79. ad Nicetam epiſcopum, c. 6.

¶ Præſidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitudinis. C. II.

3 Tempora pœnitudinis habita moderatione cõſtituẽda ſunt 4 tuo iudicio f, prout conuerſorum animos perſpexeris eſſe deuotos: pariter etiam habens ætatis ſenilis g intuitum, & periculorum quorumque, aut ægritudinis reſpiciens neceſsitates. In quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, vt, dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur; oportet ei per ſacerdotalem neceſsitudinẽ cõmunionis gratia ſubueniri.

¶ *In epiſtola, & apud Burch. & Iuonem hæc antecedunt.* His vere, de quibus dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum baptiſmũ vel metu coacti ſunt, vel errore † traducti, & nunc ſe contra catholicæ fidei ſacramentum egiſſe agnoſcũt; ea cuſtodienda eſt moderatio, qua in ſocietatem noſtram non niſi per pœnitentiæ remediũ, & per impoſitionem epiſcopalis manus, communionis recipiãt vnitatem: temporis pœnitudinis habita moderatione tuo conſtituenda iudicio, prout, &c.

Item Nicolaus Papa.

¶ Et qualitas criminis, & contritio pœnitentium in ſatisfactione imponenda à ſacerdote conſideretur. C. III.

De his vero, qui pro criminibus pœnitentiã egerunt †, & ad cingulum militiæ h reuertũtur, conſtat eos contra ſacras regulas agere. Verum quia crimina non æqualia ſunt, perhibeſque alios horum propter nimiam hebetudinẽ in deſperationem cecidiſſe, alios ob hoc ad paganos fugiſſe; tibi hoc cõmittimus decernendum, nimirum, qui loca, & tempora religionis † illius, & modum culpæ, nec non & pœnitentiã, & gemitus hominum ad confeſsionem venientium præſens i poſitus inſpicere vales.

Item ex concilio Laodicenſi c. 2.

¶ De eodem. C. IIII.

5 His, qui diuerſorũ peccatorum lapſus incurrunt, & oratione a, confeſsione, ac pœnitẽtia malorum ſuorum perfectã conuerſionem demonſtrant, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tẽpus attribuendũ eſt propter miſericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiuſmodi ſũt, reuocãdi, & ad cõmunionẽ ſũt applicãdi.

a ¶ Orationẽ.] καὶ προσευχῇ τῇ ἐξομολογήσει καὶ μετανοίᾳ, *quod Dionyſius vertit*, & perſeuerantes *in oratione confeſsionis, & pœnitentiæ: cuius verſio propius accedit ad verba græca, etiam in ceteris huius capitis partib9, quã priſca: quãuis ĩ hac etiã ſẽtẽtia conſtet.*

Item ex concilio Carthaginenſi tertio, cap. 31. 6

¶ Epiſcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentiæ tempora diſtribuantur. C. V.

7 Pœnitẽtib9 ſecũdũ differẽtiã peccatorũ epiſcopi arbitrio pœnitẽtiæ tẽpora decernãt.

---

c ¶ De tempore.] Hæc q. diuiditur in v. partes, in quarum prima dicitur vt hic in ſumma continetur. Secunda ibi, *Aliis*. Ter. ia ibi, *Quo affectu*. Quarta ibi, *Non licet*. Quinta ibi, *De temporum* Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur. 7. q. qua quæritur, an morientib. ſit pœnitentia imponenda. Et reſp. ꝙ non: ſed eis eſt indicenda, vel innoteſcenda, vt eam facere debeant ſi conualeſcant, vt j. c. 1.

c ¶ De tempore.] in hac q. " quæritur an pœnitentia ſit morientib. imponenda, & dicendum ꝙ non, vt j. c. c. 1. ſed tñ innoteſcenda eſt eis per hæc verba, propter ea quæ tu commiſiſti, quæ tu feciſti, taliter debes pœnitere: ſed expectamus quouſque euaſeris, vt de pœ. di. 6. qui vult. Secundum membrum huius q. eſt, vtrum ſacerdos pro ſuo arbitrio poſsit iniungere pœnitentiam? " Et dicendum ꝙ ſic d, vt j. c. tempora. c. hoc ſit. conſiderabit tñ quilibet ſacerdos circumſtantias omnes, ſ. perſonæ, tẽporis, loci, criminis qualitatem & cauſam, prout dicitur de pœ. di. 5. in prin. & diſt. 1. c. aut facta. quæ per hos verſus habetur:

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Ab infirmis] CASVS. Quæſitum fuit à Theodoro Cantuar. archiepiſcopo, verum pœnitentia in mortis articulo conſtitutis ſit ſuo quantitate temporis indicenda? Et reſp. ꝙ non, ſed eſt notificanda. in ceteris vero ſacramentis eſt eis ſubueniendum, in quibus eccleſia morientib. conſulere conſueuit: ita tñ vt cum conualuerint, pœnitentiæ modũ ſibi à ſacerdotib. impoſitũ diligẽter obſeruẽt.

d ¶ Inquirenda.] diligenter ſacerdos inquirat circumſtantias, vt de pœ. diſt. 5. in prin.

e ¶ Orationibus.] nam per orationem vnius deletur peccatum alterius, vt 18. qu. 2. pro obeuntib. & c. animæ.

ALIIS. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat magiſter, ꝙ pœnitentia eſt ſecundum canones imponenda, tñ ſecundũ arbitriũ ſacerdotis ex cã eſt moderãda. & hoc teneas pro regula... contra. de pœ. di. 5. falſos. Io. de F.

CASVS. Supra dictum eſt qualiter pœnitentia ſit danda infirmis. Nunc vero tractat G. de illis, quibus pro arbitrio ſacerdotis ſecũdũ quantitatem peccati eſt pœnitentia imponenda.

Tempora.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone ſub quanto tempore pœnitentia ſit peccatoribus imponenda? Et reſp. ꝙ eſt in arbitrio ſacerdotis habita conſideratione & moderatione circa deuotionẽ conuerſorum ætatem ſenilẽ, & ægritudines, & pericula, in omnib. quibus tpa pœnitentiæ moderari debebit ſacerdos ꝑut viderit expedire.

f ¶ Tuo iudicio] ex hoc patet, " ꝙ pœnitẽtiæ omnes ſunt arbitrariæ. vnde epſ poteſt diminuere pœnitentiam, quam indixit Papa b, vt 33. q. 2. latorẽ c licet procurator ea cã poteſt mandare cõtrarium illius qđ mandauit Dominus, vt ff. mand. ſi hominem.

g ¶ Ætatis ſenilis] nota, ꝙ habetur rõ ſenectutis, vt 86. di. tanta. Et iuuentutis, vt 33. q. 2. in adoleſcentia. & 50. diſt. pœnitentes. Itẽ & nobilitatis, vt 41. di. non cogãtur. Itẽ paupertatis. extr. de ſent. exc. c. vlt. melius in c. qđ de his. Itẽ immaciarũ, vt ext. c. de cetero. contra 23. q. 8. peſsimã. So. ibi incorrigibilis, hic corrigibilis. I.

De his vero] CASVS. Quidam ſignificauit Papæ Nicolao, ꝙ quidã milites poſt pœnitentiam ad militiam redierunt. Alij vero propter magnitudinem delictorũ de miſericordia diffidentes deſperauerunt. Alij etiam propter hoc ad paganos confugerũt, qui modo nolunt ad pœnitentiam reuerti: quare quæſiuit quam tam pœnitentiam debeat eis iniungere. Et reſp. Nico. ꝙ peccata non ſunt æqualia, neque æqualitas religionũ, nec gemitus pœnitentium, vel confeſſiones: & ideo tu ipſe præſens quantam pœnitentiam iniungere debeas, melius inſpicere poteris. Et loquitur hoc c. de pœnitentia ſolenni. poſtquam miles pœnitens ad militiam reuerti non pt, vt 33. q. 2. admonere. & 51. di. ſi quis poſt acceptum. Seq. &. vſq; ad §. quo affectu. plana ſunt, in quib. dr, ꝙ pro qualitate delicti, & deuotione pœnitentis, eſt pœnitentia imponenda. In illo tamen cap. ſacerdos. aliquid plus dicitur, & hos caſus per te formabis: nec eſt neceſſe, vt mẽbranam occupent.

h ¶ Militiæ] qđ licet, vt di. 51. ſi qs poſt acceptũ. & 33. q. 2. admonere.

i ¶ Præſens.] ſic iudex poteſt melius ſcire quanta fides adhibenda ſit teſtibus, vt ff. de teſti. l. 3. Ioan.

---

1 ſent. 4 diſt. 20 Bur. l. 19. c. 40. & 70. Iuo p. 15. c. 4. & 84.
† al. neceſsitate cogente
" Pœnitẽtia non eſt morientibus iniungenda.
2 Sent. ibid. Bur. l. 18. c. 24. Iuo p. 15. c. 36.
" Pœnitẽtia eſt arbitrio ſacerdotis iniungenda.
a d hoc leg. & no d pœ. di. j. mẽſu. à. ibi videas.
† al. ſuo confeſſore
† al. animati
3 Capit. l. 5. c. 66. Pol. l. 3. t. 10 Bur. l. 4. c. 48. Iuo p. 1. c. 241.
4 Concordates in l. Arianus. ff. de act. & obli. & l. reſpiciendum ff. de pœn.
" Pœnitẽtiæ oẽs ſunt arbitrariæ
† ſic legunt Burc. & Iuo.
b Iſtã gl. pt ſing. Lud. Pon in ſuis ſing. ad hoc ꝙ minor magiſtratus pt tollere legẽ ſuperioris.
c Vbi & hoc & 50. diſtin. accedeas.
† al. gerũt. } aliquot manuſcr.
5 Burch. l. 19. cap. 4. Iuo p. 15 c. 56.
6 in Afric. c. 10.
7 Burc. l. 19. cap 40. Iuo p. 15. c 30

Sace

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.74.

¶ Sine perſonarum acceptione imploranti pœnitentia detur. C. VI.

1 SAcerdos pœnitẽtiam imploranti abſque perſonarum† a acceptatione 2 pœnitẽtiam ſecũdum leges iniungat. 3 Negligentiores vero pœnitentes tardius reconcilientur 4. Omni autẽ b tẽpore ieiunij c manus pœnitẽtib⁹ à ſacerdotibus imponãtur. 5 Diebus autẽ remiſſionis d pœnitẽtes genua flectant, & mortuos in α ecclesiã afferant, & ſepeliãt e 6. Die β autẽ Dominico f nõ ieiunent. 7 Nã qui Dominico die ſtudioſe ieiunat, nõ credit̃ eſſe catholic⁹. 8 Pœnitentes g vero, qui leges pœnitentiæ attente exequũt̃, ſi caſu in itinere, vel ĩ mari fuerint mortui, vbi eis ſubueniri non poteſt, memoria eorum & oblationib⁹, & orationibus commendetur.

α ¶ In eccleſiam.] *In recentiore Coloniẽſi cõciliorum editione legitur,* eccleſiæ aſferant. *In antiquioribus vero editionib⁹, & duobus Vaticanis codicibus ſic habet integer loc⁹,* mortuos eccleſiæ pœnitentes aſſerant, & ſepeliant.

β ¶ Die autem Dominico.] *Pro his vſque ad vocem,* catholicus, *in can 64. hæc leguntur,* Qui Dominico die ſtudioſe ieiunat, nõ credatur catholicus.

Vnde in octaua h ſynodo legitur.

¶ Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. C. VII.

PRo qualitate delicti temp⁹ pœnitentiæ impendatur.

¶ *Videri poteſt ſumptum ex regulis breuioribus B. Baſilij, c. 106. quod notatum alibi eſt euenire in iis capitibus, quæ ex octaua ſynodo citantur.*

Item. 9

¶ Tempus, & modus pœnitẽdi delinquentibus, præſidentium imponatur iudicio. C. VIII

HOc ſit in iudicio poſitũ eorum, qui præſunt, vel quanto i tempore, vel quali modo pœnitere debeant, qui delinquunt: quia ætas k, & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ.

¶ *Caput hoc habetur in libello Beati baſilij de inſtitutis monachorum, Rufino interprete. cap 90. ibi enim vltima interrogatio eſt hæc,* Qualibus correptionibus vti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquunt? *Reſponſio.* Hoc ſit in iudicio poſitum eorum, qui præſunt, vel quanto, &c. *Itaq; ex interrogatione, & reſponſione, cõfectũ eſt hoc caput ſicut & duo ſequẽtia, quæ apud eundẽ Rufinũ legũtur.*

3 *Quo affectu pœnitentem ſuſcipere, & impœnitentem abiicere debeamus, ex eadem ſynodo euidenter oſtenditur, cum dicitur.*

¶ Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus ſuſcipere. C. IX.

10 POEnitentem ex corde ita oportet ſuſcipi, ſicut Domin⁹ oſtendit, cũ dicit, quia† cõuocauit amicos ſuos, & vicinos, dicens, cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.

¶ *Burchard⁹ & Iuo citãt ex dictis Baſilij epiſcopi, & in regulis illi⁹ breuiorib⁹ nũ. 8 eſt ſentẽtia huius capitis: quod tamẽ acceptũ videt̃ ex c. 24. eiuſdẽ libelli de inſtitutis monachorũ. Vbi ſecũda interrogatio ſic habet.* Pœnitentes ex corde quomodo debẽt ſuſcipi pater? *Reſponſio.* Sicut Dominus oſtendit, cum dicit, qui cõuocauit, &c.

Item.

¶ Pœnitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant. C. X.

AFfectum l illum in ſe recipiat pœnitens, quem gerebat ille qui dixit [Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum.] ſed & ea, quæ ſcripta ſunt in ſexto pſalmo, atque in quam plurimis aliis: ſed & illa, quæ Apoſtolus dixit ad eos, qui ſecundum Deum contriſtati ſunt. [Quantam, inquit, operatum eſt hoc ipſum m in vobis ſolicitudinem n, ſed excuſationẽ, ſed indignationem, ſed æmulationem, ſed vindictã. In omnib⁹ exhibuiſtis vos caſtos α eſſe negotio.] Sed & in his ipſis, in quibus deliquit o, agens multa contraria p: ſicut & Zachæus fecit.

¶ *Sẽtẽtia hui⁹ capitis eſt in regulis breuiorib⁹ nu. 5. Acceptũ tamẽ videtur ex c. 19. eiuſdem comemorati libelli: in quo hæc eſt interrogatio.* Quomodo qui debet pœnitere in vnoquoque delicto? *Reſponſio.* Affectum illum in ſe recipiens, quem gerebat ille qui dixit, iniquitatem, &c.

α ¶ Caſtos.] *Antea legebatur,* cautos. *Emẽdatũ eſt ex libello Rufini: in vulgata eſt,* incontaminatos. *græce* ἁγνοὺς.

Item.

¶ Impœnitentes tanquam ethnici habeantur. C. XI.

11 ERga eum qui peccata ſua non punit, tales eſſe debemus, ſicut Dominus præcepit dicens, [ſit tibi, ſicut ethnic⁹ & publicanus:] & ſicut Apoſtolus docuit dicens, [ſubtrahite q vos ab omni fratre ambulãte inordinate, & non ſecundũ traditionem, quam tradidimus vobis.]

¶ *Hoc etiã habetur in regulis breuiorib⁹ nũ. 7. In eodẽ vero libello c. 24. vltima interrogatio eſt hæc,* Erga eũ, qui non pœnitet pro peccato, qualiter eſſe debemus pater? *Reſpõſio* Sicut præcepit Dominus, dicens, ſit tibi, &c, *Apud Burchardum, & Iuonẽ, qui hoc citãt ex dictis Auguſtini, initiũ ſic habet.* Erga eum, qui pro peccato commiſſo non pœnitet, tales &c. *quod magis cõuenit cũ prædicta interogatione, quàm quomodo eſt apud Gratianum.*

Item Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti homil. 43. ad c. 23. Matthæi.]

¶ Melius eſt errare in miſericordia remittendi, quàm in ſeueritate vleiſcendi. C. XII.

ALligãt autẽ onera grauia, & ĩportabilia, &c.] Tales ſunt nunc etiam ſacerdotes, qui omnẽ iuſtitiã populo mãdant: & ipſi nec modice† ſeruãt: videlicet, nõ vt facientes† ſint iuſti: ſed vt dicẽtes appareant iuſti. Tales ſunt, & qui graue põd⁹ venientibus ad pœnitẽtiam imponũt: qui dicunt, & non faciunt: & ſic, dũ pœna præſentis pœnitentiæ fugitur, cõtemnit̃ pœna peccati futura†. Sicut enim ſi faſcẽ ſuper humeros adoleſcẽtis, quẽ nõ poteſt baiulare poſueris, neceſſe habet, vt aut faſcẽ reiiciat, aut ſub

Matth. 23.

† al. modicum
† al. faciendo, dicendo
† al. futuro

pon

a ¶ Acerdos.] ¶ Abſque perſonarum.] i. non fauore perſonæ a, ſed alias perſonæ qualitates conſiderabit, vt dixi ſ. ca. tempora

b ¶ Omni autem] ideſt, in omni anno.

c ¶ Tempore ieiunij. b] vt 50. diſt. in capite.

d ¶ Remiſſionis.] ideſt, ieiunij.

e ¶ Sepeliant.] debent enim pœnitentes ſe viliorious officiis applicare, vt de pœ. diſ. 2. in prin.

f ¶ Dominico.] ſ. 30. di. ſi quis tanquam. & c. ſi quis presbyter. 76. diſt. vtinam.

g ¶ Pœnitentes] hic non erit §. vt patet per ſequentia. Ioan.

h ¶ Vnde in octaua.] hic non erit vnde, ſed item.

i HOc ſit] ¶ Quanto] Sed nunquid poteſt ſacerdos totum tempus remittere? Non, vt 23. q. 4. ſi is qui prælatus c.

k ¶ Quae ætas.] ſ. ead. tempora. 33. q. 2. c. vlt in ſi. quandoque ætas non excuſat, vt 21. q. 5. ſi quis cuiuſlibet. Io.

QVO AFFECTV. Hæc eſt 3. pars quæ. in qua probat per 4. autho. quod cum dilectione & dulcedine debent ſacerdotes ſuſcipere pœnitentes, ſemper in mitiorem partem declinando. Io. de Fan. & hic ponitur quæſtio incidẽs. Archid.

CASVS. Dictum eſt ſupra, q̃ pro arbitrio ſacerdotis pœnitentia eſt iniungenda. Nunc vero docet Grat. quo affectu pœnitentes ſuſcipere debeamus, & impœnitentes abiicere.

POenitentem] CASVS. Probatur in hoc c. quod pœnitens debet recipi affectuoſe ab eccleſia: q̃d probatur auctoritate Domini dicentis: Congratulamini, &c.

AFfectum.] CASVS. In hoc ca. docet 8. ſynodus, quòd tantum affectum debent in ſe recipere pœnitentes, quantum habuit Dauid, & prælati, & alij Chriſtiani: & tantum debent habere affectum in recipiendo vel reiiciendo peccatores, quantum oſtendit Apoſtolus habuiſſe aduerſus Catholicos in abiiciendo vel recipiendo Corinthium fornicatorem, qui ſua nouerca publice abutebatur. *Sed excuſationem*, ſupple non ſolum ſolicitudinem, ſed etiam excuſationem, & indignationem. & ita in aliis. *Aemulationem* virtutum. *Sed ipſis*, factis vel actibus in quibus deliquit.

l ¶ Affectum.] " hoc vult dicere, quòd tantum debemus habere affectum in eiiciendo & in recipiendo peccatores, ſicut Apoſtolus habuit cum excommunicauit, & poſtea recepit Corinthium, qui publice tenebat nouercam ſuam.

m ¶ Operatum eſt hoc ipſum.] ſcilicet contriſtari ſecundum Deum.

n ¶ Solicitudinem.] de futuris peccatis.

o ¶ Deliquit.] aliquis. ſed excuſationem habet de præteritis peccatis.

p ¶ Multa contraria.] Pœnitens enim contraria debet facere illis pro quibus pœnitet: " quia contraria contrariis curantur, vt de pœ. di. 2. ſi quis ſemel. Ioannes.

ERga eum] CASVS. Dicitur in hoc c. quod impœnitentem debemus abiicere, & non ei communicare. Et hoc probatur duabus auctoritatibus Chriſti & Pauli.

q ¶ Subtrahite.] a ſocietate eius ex quo eſt excommunicatus. Vel dic ſcilicet opere, nõ pietate. 23. q. 4. recedite. ſecundũ Io. de F.

ALligant.] CASVS. Quidam erant ſacerdotes, qui nimis grauem pœnitentiam imponebant delinquentibus: quam ad inſtar grauis ponderis velut aſcis abiicere oportebat. ſicut adoleſcens portans põdus graue reiicit illud, ne ſub nimio pondere confringat. Sed tales ſacerdotes Ioannes Chryſo. reprehendit dicens, melius eſt imponere minorem pœnitentiam quã maiorem: quia vos pater familias, i. Deus, benignus eſt ad miſerẽdũ,

a q̃a ſi reſpicit an ſit amic⁹ vel ñ.
2 Bur. l. 19 c. 35. & 38. Iuo p 15 ca. 6. 7. 13. & 12.
† al. perſonæ
a Tex eſt in ſimili in §. his accuſare C. de ac. & §. hinc nobis in auth. de mona. col. j.
3 ibid. c. 75.
4 C. 80.
5 C. 82.
6 C. 81.
7 C. 64.
8 C. 79
b id eſt, per ſingulos annos in quadrageſima, ſecũdum I. d. F.
c Ad idẽ de pœ. di 1. mẽſura & ca. ſi peccatũ 90. di alien⁹. ſ. c. tẽpore ac. 15 q 7 hi. q. ſecũdum L.
9 Smaragd⁹ in regulis B. Bened. c. 24.
10 Bur. l. 19. cap 39. Iuo p. 15. c 35
Luc. 15
† al. quod ſori.

" Peccatores ſunt cauẽdi & recipiẽdi.
Pſal 118.
2. Cor. 7.
" Contraria contrariis curantur.
11 Bur. l. 19. cap. 64. Iuo p. 15. c 78.
Matth. 18.
2. Theſ. 3.

ſacerdos eius vicarius auſterus eſſe non dẽt.

¶ Miſericordia eſt pſeréda rigori.

a ¶ *Melius eſt.*] arg. q iudex potius ſeruabit miſericordiam q̃ rigorẽ 50. diſ. põderet. i fi. & 86. di. nõ ſatis. 11. q. 3. nemo pericorũ. ext. de ſor. c. 2. qſiq; tñ potiꝰ ſeruatur rigor q̃ miſericordia, ſ. vbi nõ eſt ſpes correctionis, vt 23. q. 4. eſt iniuſta.

† al. dare

b ¶ *Tenax.*] hæc eſt rõ, quare iudex pt augere onꝰ legis. ſed illud non pt diminuere, vt ff. de re iu. ſi ſe nõ. §. ſi qs. ſimiliter generalia verba, q̃ princeps ponit in ſuis priuilegiis, tu nõ debes ſtricte & tenaciter interptari, vt ext. de deci. ad audiẽtiã. & 16. q. 1. frater. extr. de do. cũ dilecti.

NOn licet.] hæc eſt 4. pars q. in qua reuertitur ad 5. q. & pbat per 4. c. q nõ debemus ſeruare auguria, nec alia ſuperſtitioſa. Io. de Fant. & iſta c. nihil faciunt ad iſtam quæſt. L.

1 Pol. l. 6. tit. 2. Bur. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 22.

Casvs. Ab iſto loco vſq; ad finẽ cauſæ repetit G. q̃dã c. q̃ ſuperius pternuſerat ſup diuinationib. & ſuperſtitionibus qbuſdã: in qb. omnib. Chriſtiani reprehẽdũtur, qui ad inſtar paganorũ dies obſeruabãt & annos, & alias multas ſuperſtitiones: & iõ per vos legatis, qa in ſcholis legi nõ cõſueuerũt. Si aũt aliquis ex ſua diligentia caſus voluerit formare, facile poterit: quia tales ſi clerici ſunt, deponantur, & laici anathematizentur. In illo c. nõ obſeruetis. & in c. ſeq. repetit q̃ dicta fuerãt ſ. e. q. 5. non licet. & c. ſortes. & ẽt addit quædã alia, q̃ facile p te videbis. *Pyctaciolas*, i. breues in chartula ſcriptos. *in grandinariis*, quæ grãdo poſſit mouere p magicas artes.

2 Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 14. Iuo p. 11. c. 43.

c ¶ *Non licet.*] ab hoc loco vſq; ad finẽ repetit quædã c. q quæ omi ſerat, in 5. q. in quibus omnib. reprehẽdũtur Chriſtiani, q ad inſtar paganorũ dies obſeruant & annos, & alias friuolas ſuperſtitiões.

¶ dies & annon ſunt obſeruandi.

d ¶ *Domos.*] cũ hoc ſit iõ quia creditur aliqd ſalutis inde recipere.

3 in Turonenſ. 3. c. 41. & in adiect. cap. c. 24.

e *Si quis.*] hic repetit magiſter ea quæ tradidit obliuioni, in 5. quæſtione.

4 Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 40. Iuo p. 11. c. 65.

NOn obſeruetis.] ¶ *Aegyptiac.*] quos Aegyptij inuenerũt, vt q aliqd opus die tali inchoaret, malũ hẽret exitũ. tñ ex antiquitate eccleſia ſignat hos dies in calẽdariis ſuis, vbi reprobãtur 37. diſ. legimus.

pondere confringatur, ſic & homini, cui graue pondus pœnitẽtiæ imponis, neceſſe eſt, vt aut pœnitentiam tuam reiiciat, aut ſuſcipiens, dũ ſufferre nõ poteſt, ſcandalizatꝰ amplius peccet. Deinde, etſi erramus modicam pœnitentiam imponentes: nonne melius eſt [a] propter miſericordiam rationem reddere †, quam propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax [b]. Si Deus benignus eſt, vt quid ſacerdos eius auſterus? Vis [a] apparere ſanctus? circa vitam tuam eſto auſterus, circa alienam benignus.

a ¶ Vis apparere.] *Locupletatus eſt hic locus ex indicata homiliæ: cum antea legeretur*, vt quid ſacerdos eius auſterus vult apparere.

Item Martinus Bracharenſis, c. 74.

¶ Calendarum obſeruationes agere non licet. C. XIII.

1 NOn licet [c] iniquas obſeruationes agere Calendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos [d]: omnis enim hæc obſeruatio paganiſmi eſt.

Vnde Zacharias Papa, in concilio Romano, cap. 9.

¶ Anathema ſit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obſeruat. C. XIIII.

2 SI quis [e] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, vel [a] aliquid plus noui facere propter nouum annũ, aut menſas cum dapibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos, & plateas cãtiões, & choros ducere præſumpſerit, quod magna iniquitas eſt corã Deo, anathema ſit.

¶ *Hoc eſt cap. 9. in concilio Romæ à Zacharia habito, quod aſſeruatur in Vaticana bibliotheca: & inde nõnulla ſunt emẽdata, & addita. De hac autem ſuperſtitione Bonifacius legatus Germaniæ epiſt. 2. quæ eſt in tomo. cõciliorum ad ipſum Zachariã multa ſcribit: cui Zacharias vlt. epiſtola reſpondens mentionem huius concilij videtur facere his verbis.* Et quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos iuſſit diuina clementia (quamouis immeriti exiſtamus) Apoſtoli vicẽ gerere, illico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui ſexta ſynodo adſcribuntur, cap. 62. Et multa in huiuſmodi ſuperſtitionem ſcribit Tertullianus, in libro de Idololatria, & alij graues auctores.*

a ¶ Vel aliquid plus noui facere propter nouũ annum. *Hæc non ſunt in codice iſtius concilij Vaticano.*

Item Auguſtinus. [3]

¶ Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præſtant. C. XV.

4 ADmoneant ſacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes, incantationeſq; quibuſlibet infirmitatibꝰ hominum nihil remedij poſſe conferre: non animalibus languentibus, claudicantibuſve, vel etiam moribũdis quidquam mederi: non [a] ligaturas oſſium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodeſſe: ſed hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et ſi quis hæc [β] exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶ *Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Auguſtini, apud quem ſimilia reperiuntur in locis allatis 5. ea. quæſt. 5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter vltimam clauſulam leguntur in concilio Turonenſi 3. c. 42. & in adiectis capitularibus, c. 24.*

a ¶ Non ligaturas.] *Hinc vſque ad verſ.* prodeſſe. *ſunt addita ex concilio, & capitularibus.*

β ¶ Et ſi quis hæc.] *Poſtrema hæc tota clauſula non legitur in concilio, neque in capitularibus, ſed apud Burchardum & Iuonem.*

Item Auguſtinus.

¶ *In pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt tantum.* Item, *& in Polycarpo etiam refertur ſine auctoris nomine.*

¶ Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non ſunt obſeruandæ. C. XVI.

5 NOn obſeruetis dies, qui dicũtur Aegyptiaci [f], aut Calẽdas Ianuarij: in quibus cãtilenę quædam, & commeſſationes, & adinuicem dona donantur, quaſi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos menſes, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, ſoliſq; curſum: quia, qui has, & quaſcũque diuinationes, aut fata, aut auguria obſeruat, aut attẽdit, aut conſentit obſeruantibus, inutiliter, & ſine cauſa, magis ad ſui damnationem, quàm ad ſalutem tẽdit: ſiue qui per quoſdam numeros litterarũ, & Lunæ, & per Pythagoricam necromantiam ægrotantium vitam, vel mortẽ, vel proſpera, vel aduerſa futura inquirũt, ſiue qui attendũt ſomnialia ſcripta, & falſo Danielis nomine intitulata, & ſortes, quæ dicũtur ſanctorum Apoſtolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate ſcripta ſuper homines, vel animalia ponunt, præter ſymbolũ, & orationem Dominicam, aut magicis falſitatibus in † grãdinariis tempeſtatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut ſuis domibus introducunt, vt interrogent, ſciant ſe fidem Chriſtianam, & baptiſmum præuaricaſſe, & vt paganum, & apoſtatam, id eſt, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternũ incurriſſe: niſi eccleſiaſtica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apoſtolus [Siue mãducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo viuimus, mouemur, & ſumus.]

5 Pol. l. 6. tit. 22.

† al. &

1. Cor. 10. Act. 17.

De temporum quoque obſeruationibus ſcribit Auguſtinus in Enchiridion [a], cap. 79.

a ¶ Enchiridio.] *Expunctæ ſunt voces, quæ ſequebãtur*, id eſt, manuali libro. *Abſunt enim à vetuſtioribus.*

¶ Graue peccatũ eſt dies obſeruare, vel menſes, & annos. C. XVII.

6 QVis æſtimaret, quàm magnum peccatum ſit dies obſeruare, & menſes, & annos, & tẽpora (ſicut obſeruant, qui certis diebus, ſiue mẽſibus, ſiue annis volunt, & nolunt aliquid inchoare, eo q, ſecundum vanas doctrinas hominum fauſta, vel infauſta exiſtiment tempora,) niſi huius mali magnitudinem ex timore Apoſtoli pẽſaremꝰ? qui talibus ait [Timeo, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.] *Itẽ ſuper epiſtolã ad Gal. ad c. 4.* ¶ [7] Intelligat [a] lector ad tantũ periculũ animæ pertinere ſuperſtitioſas tẽporum obſeruationes, vt huic loco ſubiecerit Apoſtolus,] Timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.] Quod cũ tanta celebritate, atq; auctoritate per orbẽ terrarũ in eccleſiis legatur: plena ſunt tñ cõuenticula noſtra hominibus, qui tẽpora rerũ agẽdarũ à mathematicis accipiũt. Iã vero, ne aliquid inchoetur, aut ędificiorũ aut huiuſmodi quorũlibet operũ diebus, quos Aegyptiacos vocant, ſæpe etiam nos mouere non dubitãt.

6 Beda Gal. 4. Iuo p. 11. c. 19. Ran. l. 8. cap. 80.

Gal. 4.

7 Beda ibid. Iuo p. 11. c. 15.

a ¶ Intelligat.] B. *Auguſtinus explanans ea verba Apoſtoli ad Galat. 4.*

Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos: *ipſa tam ad gẽtiles, quam ad Iudæos, referri poſſe demonſtrat, tuncque ſubiungit,* Ergo eligat lector, vtram volet ſententiã, dummodo intelligat ad tantum, &c.

Item Hieronymus.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, ſed Polycarpus auctorem nõ nominat.*

¶ Sine incantatione, herbas vel petras licet habere. C. XVIII.

1 pol. l. 6. tit. 12. Bur. l. 10. cap 50. Iuo p. 11. ca. 75.

1 DAemonium ſubſtinenti licet petras, vel herbas habere ſine incantatione.

CAVSA XXVII.

QVidam votum caſtitatis habens deſponſauit ſibi vxorem: *illa priori conditioni renuntians, tranſtulit ſe ad alium, & nupſit illi: ille, cui prius deſponſata fuerat, repetit eam.*

QVidam autem.] CASVS. Gratianus primo tractauit de officiis clericorum, Secundo, de cauſis & negotiis corũ. Tertio, transfert ſe ad ſacramenta. Sed quia matrimonium ceteris ſacramentis eſt tempore antiquius & vſu communius, ideo de illo præmittit. Vnde videndum eſt quid ſit matrimonium, vnde dicatur, quib. verbis inſtituatur, & quę ſint eius impedimẽta, quę vt melius tibi pateant, vide bis in ſumma huius cauſæ. & tractat hic de illo impedimento, quod eſt votum. Annectit etiam de interdicto eccleſiæ, & de quibuſdam aliis, quæ vt omnia plenius pateant, præmittit thema, duas inde eliciẽs quæſtiones.

a ¶ *Quidam votum caſtitatis.*] Tractato de negotiis & miniſteriis eccleſiaſticis, adiungit de ſacramẽtis. Primo, de matrimonio, licet alia ſint digniora, & magis neceſſaria: & hoc ideo, cum matrimoniũ magnum ſit in Chriſto & eccleſia ſacramentum, & tempore antiquius eſt, & vſu cõmunius. | Antiquius, quia ante peccatum inſtitutum eſt: communius, quia cum ſacramenta omnia ſint in eccleſia Dei, hoc tamen apud gentes omnes eſt: ſanctitas autem eius non eſt niſi in monte ſancto eius, id eſt, vbi eccleſia ædificata eſt. Et quia de matrimonio ſæpe quæritur in iudicio, ideo aſſignando multiplicia eius impedimenta tractaturus de eo, continuat x. cauſas. Ad eius ergo euidentiam, prælibandum eſt quid ſit matrimonium, & vnde dicatur, & vbi, & quando, & quibus verbis fuerit inſtitutũ, & quæ ſint cauſæ matrimonij, vel quæ & quot ſunt eius bona, q vel quot eius impedimẽta. Quid ſit matrimonium habes j. e. q. 2. §. 1. vbi explicabimus ſingula poſita in deſcriptione. | Dicitur autem matrimonium quaſi matris munium, i. officium. Sed quare potius dicitur à matre, quàm à patre, qui auctor eſt generationis, vt diceretur patrimoniũ? Reſpon. quia plura onera matrimonij ſubit & tolerat mulier: eſt enim in conceptu grauida, in partu doloroſa, in lactando laborioſa. extra de conuer. in fi. c. 2. Fuit autem inſtitutum in paradiſo. 32. q. 2. §. his ita. & ante peccatum. de pœ. diſt. 2. §. Romanos. ver. Adam. cauſa ſobolis procreandæ. vt repararetur lapſus Angelorum. de conſe. di. 1. hi duo. Et fuit inſtitutum his verbis, hoc nũc os, &c. Alij dicunt quòd aliis verbis, ſcilicet his: Creſcite & multiplicamini. ſed credo, quòd illis verbis vſus eſt Dominus tantum: vt præciperet carnalem commiſtionem: ſicut patet ex eo quòd etiam poſt diluuium eiſdẽ verbis vſus eſt Dominus ad Noe. & filios eius iampridem vxoratos. Fuit etiam matrimonium ſecũdo inſtitutum poſt peccatum ad remedium, vt vitaretur fornicatio, vt 32. q. 2. §. his ita. | Cauſæ autem matrimonij quædam ſunt per quas contrahitur matrimonium, vt ſponſalia & conſenſus. quædam propter quas: & ex his quædam ſunt principales, vt vitatio fornicationis, ſuſceptio ſobolis: Aliæ ſecundariæ, quæ ſunt multæ, vt pulchritudo feminæ, diuitiæ, amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. Bona matrimonij ſunt tria, fides, proles, ſacramentum. j. ead q. 2. omne. | Impedimenta matrimonij ſunt 16. ſcilicet votum, ordo, habitus diſpar cultus, error perſonæ, error conditionis, cognatio, ligatio, publicæ honeſtatis iuſtitia, enormitas delicti, impoſſibilitas coeundi, tempus feriarum, interdictum eccleſiæ, coactio, ætas, furor. Ioannes. Veruntamen quædam ex his impediunt contrahendum, ſed non contractum dirimunt, vt j. dicetur. Impedimenta prædicta in his verſibus ſunt collecta.

Votum, conditio, violentia, ſpiritualis
Proximitas, error, diſsimiliſq; fides.
Culpa, dies vetitus, honor, ordo, ligatio, ſanguis.
Quæ ſit & affinis, quique coire nequit.
Additur his ætas, habitum coniunge furori.
His interdictum ſubditur eccleſiæ.
Has (ſi canonico tu conſentire rigori.)
Te de iure vetant iura ſubire thori.

Habitus impedit, ſed non dirimit, extra qui cle. vel vo. conſuluit. B. contra: quia nec impedit ſecũdum eum. ſimiliter ætas impedit matrimonium & furor carens interuallo. 43. q. 7. neque.

¶ matrimonium eſt antiquius & cõmunius aliis ſacramentis.

¶ Matrimonium vnde dicitur.

¶ Matrimonium vbi & per quę verba ſunt inſtitutum.

¶ Matrimonij contrahẽdi cauſæ multiplices.

¶ Matrimonij bona.

¶ Matrimonij impedimenta.

QVòd vouentes.] Hæc quæſt. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat magiſter, per 34. auctoritates ſanctorum patrum, quòd vouentes ſolenniter non poſſunt contrahere, & ſi contraxerint, non tenet matrimonium, & debent puniri. Secunda ibi, *Auguſtinus*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur j. q. qua quæritur an teneat matrimonium à vouente contractum. & q non teneat, probat vſq; ad §. *his omnibus auctoritatibus*, poſtea probat contrarium vſque ad vltimũ. §. quam contrarietatem bene ſoluit. ſ. 27. diſt. §. vlt. & intellige prima ca. de voto ſolenni, alia de ſimplici. Alij dicunt, quòd prima cap. intelliguntur de voto de præſenti, alia de futuro.

d ¶ *Infirmitatis.*] i. contra infirmitatem, incontinentiæ conceſſum: ita tamē & olim erat, ſed non erat legis obſequium.

† al. nubatur a 5 diſt. 27. c. vouētib. & 27. q. 1. c cap.

e ¶ *In quibuſdam.*] vt in de in ſenibus eſt humanitatis ſolatium, & contrahitur vt eis ſeruiatur in ſuis neceſſitatib. 31. diſt. omnino. & eſt arg. hic quo ſenes, qui tam ara gere non poſſunt, contrahunt: ergo & ſpado & frigidus poteſt matrimonium contrahere. arg. 33. q. 5. quod Deo. nam & poſthumum inſtituit ſpado, vt ff. de liber. & poſthum. ſed eſt quæſitum. §. ſpadonem. ſed non eſt verum. quia non poteſt contrahi matrimonium niſi ibi ſint tria bona matrimonij, vel te, vel ſpe. j. ead. qu. 2. omne. de ſene non eſt ſimile. nemo enim eſt adeo ſenex quin aliquando calere poſſit natura vel artificio, quod non eſt in frigido, vel in puero, vel ſpadone: & ideo ſenex habilis eſt ad contrahendum. Sufficit enim quòd prolem nō vitat. 32. q. 2. ſolet. ſic enim generare dicitur. ex quo non vitat prolem, & aptus eſt ad coeundum. [b] Vel dic humani ſolatij, &c. id eſt. cōtrahitur cauſa prolis, quæ patris ſolatium eſt. & hoc vult littera ſequens, filiorum, &c. Vel dic, vt dixi 32. q. 7. hi qui.

1. Tim. 5.

§ Hi tamo- niū ratiā ſe niens cōtra hi, ſed non à ſpadonibus aut frigidis

¶ Senes calere ſcetere pōt.

b Arg. cōtra cap. de frig. & ma'e. c. & dic, vt ibi no. de hec.

f ¶ *Promiſcuum.*] id eſt indifferenter & indiſtincte commiſcere, ſcilicet canino more. Canes enim indifferenter & indiſtincte commiſcentur.

g ¶ *Affectus.*] ſcilicet prolis procreandæ ad cultum Dei. 32. quę. 1. non ſolū.

h ¶ *Et ipſum.*] ſcilicet affectum.

i ¶ *Cæleſtia.*] nam cæleſte eſt in carne viuere, & opera carnis nō facere: quia virginitas replet paradiſum. 23. qu. 1. nuptiæ. & ibi, neque nubent, neque nubentur. ſuper qua auctoritate dicunt theologi qd vita Angelica viuent.

¶ virginitatis laudes.

k ¶ *Cogitans.*] id eſt, præfert continentiam bono coniugali.

l ¶ *Deliberet*, an ſit vouendum.

m ¶ *Detur occaſio.*] in non vouentibus.

n ¶ *Subtrahatur.*] in vouentibus. immo filij accedite ad ſeruitutem Dei. & præparate vos ad tentationem. de pœ. diſt. 2. ſi enim. ext. de renunciatio. in prin.

o ¶ *Sed etiam.*] hinc enim emergunt duæ opiniones. Auguſtin. dicit quod contrahere, actus, ſcilicet contrahendi, non eſt malus: & hoc

q ¶ *Fraus.*] id eſt, deceptio.

r ¶ *Suſceptio.*] id eſt, ſuſceptum matrimonium [d]: ſed tamen primam fidem irritam fecerunt. Item nota. quod Apoſtolus hic locutus eſt de his qui vouerunt per verba de præſenti. & Auguſtin. hic de talibus locutus eſt. Et hoc probat illa littera, ſi viro ſuo viuo. & vbi dicit, cui viuente marito nubit. Nam ſi nubit, ergo Chriſto vouet: & ideo intelligimus hoc capitul. de voto præſenti. Hugo. contra: & ſecundum eum ſuperficialiter inducitur auctoritas illa Apoſtoli quòd poterant contrahere. & dicit B. quòd votum in ſui natura conſideratum non impedit circumſcripta omni ſolennitate: ſed eccleſia potius, vel poſt inuenit huiuſmodi ſolennitates. & conſtituit vt impedirent. numquid ergo monachi antequam eccleſia inſtitueret poterant contrahere? Dic quòd tunc monachi non erant, cum monachus eſſe non poſſit quin aliqua ſolennitas obſeruetur, ſed poſito quòd fuerint, poterant contrahere [*]. Io.

s ¶ *Bono inferiore.*] id eſt, coniugio.

t ¶ *Bono ſuperiore.*] ſ. continentia. duo enim ſunt bona, vnum ſuperius, vt continentia, & bonum inferius, vt matrimonium.

u ¶ *Proinde.*] hic ponit Aug. quid eos inducebat ad dicēdum q nubentes poſt votiſſ ſimplex erant ſeparandi, & durat vſque ad id, qui hoc dicunt. vbi ponit ſuam primam improbationem, ſecundam autem ibi. *Deinde*. Tertiam ibi, *Fit autem, &c.*

x ¶ *Cum enim.*] Salua ſua pace Auguſtin. non bene opponit iſtis. hoc non eſt ſimile de carnali matrimonio & ſpirituali. Non enim de ſpirituali matrimonio ad carnale eſt regreſſus, ſed bene de carnali ad ſpirituale progreditur: [§] & ita dormitauit hic Auguſtin. Vel dicebant forte illi omnimodam eſſe ſimilitudinem inter hoc & illud.

c Non ergo q nuptię peccauit. ſcilicet dic eo quod ſic nupſerit, ſ. contra votū & eſt ſi. ac cōſc. diſt. 2. ſicut Iudas. &c.

q Vouentes contrahēdo & cōtrahere volendo peccant. 3 5. d ſi. 27. quidam.

† al. non nubunt.

‖ opus duplex fuit in Chriſti paſſione.

Matt. 10. Rom. 6.

d Hæc fuit expoſ. io. G. & L. ſed Io. de han expoſ. ipſum ſuſceptū nā matrimoniū manet, & nō damnatur. Arc.

* Non proprie monachi, ſecundū quē votū nō emittentes, inſtitutionis tantū cauſa monachis ſe adiungebant.

§ Auguſtin. quandoque dormitat.

a ¶ Melio

ſenſu continentiam femina Chriſto voueat, iam ſecundum iſtorũ rationem nulla hoc facere debet, ne ipſum Chriſtum (quod ſentire nefas eſt) adulterum faciat, cui viuente viro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris ſint [a] meriti, quam ſecundæ, abſit, vt ſanctarũ viduarum iſte ſit ſenſus, vt Chriſtus eis videatur quaſi ſecundus maritus. Ipſum enim habebât & antea (quando viris ſuis fideliter ſubditæ ſeruiebat) nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter virum, cui eccleſia ipſa, cuius membra ſunt, coniunx eſt: quæ fidei, ſpei, & charitatis integritate non in ſolis virginibus ſacris, ſed etiam viduis, & cõiugatis fidelibus tota virgo [b] eſt. Vniuerſæ quippe eccleſiæ, cuius illæ membra ſunt, Apoſtolus dicit, [Aptaui vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto.] Nouit autem ille virginem coniugem ſine corruptione fœtare, quem in ipſa etiam carne potuit mater ſine corruptione ꝑpetrare. ¶ Fit autem per hanc minus cõſideratam opinionem, qua putant lapſarum à ſancto propoſito feminarum, ſi nupſerint, non eſſe coniugia, non paruum malum, vt a maritis ſeparẽt vxores [c], quaſi adulteræ ſint, non vxores: & cum volunt illas ſe paratas reddere continentiæ, faciũt maritos earum adulteros veros, cum ſuis vxoribus viuis alterã duxerint. ¶ Quapropter non poſſum quidem dicere a propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, feminas, adulteria [d] eſſe non coniugia: ſed plane [e] non dubitauerim dicere lapſus, & ruinas à caſtitate ſanctiore, quæ vouetur Deo, adulteriis eſſe peiores. Si enim (quod nullo mudo dubitandum eſt) ad offenſionem Chriſti pertinet cũ membrum eius fidem non ſeruat marito, quanto, grauius [f] offenditur, cum illi ipſi nõ ſeruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui † non exegerat offerendum? Cum enim quiſque non reddit quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vouit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vouendi neceſſitatem.

a ¶ nubunt.] *In aliquot vetuſtis, & originali legitur,* non nubunt: *& vtraque lectio videtur ferri poſſe. Multa vero alia ex ipſo B. Auguſtino ſunt emendata.*

Item Gelaſius in epiſtola ad epiſcopos Lucaniæ, & Bruttiorum. c. 23.

¶ De viduis, quæ primam fidem irritam fecerunt. C. XLII.

2 DE viduis [g] ſub nulla [h] benedictione velãdis ſuperius late, ſufficienterque prædiximus. ¶ Quæ, ſi propria voluntate profeſſam priſtini cõiugij caſtitatẽ [i] mutabili mẽte calcauerint, periculi [k] earũ intererit, qualiter Deum debeât ſatisfactione placare: quia iuxta Apoſtolum, primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim ſi ſe forſitan continere non poterât, ſecũdum Apoſtolum nubere nullatenus vetabâtur [l], ſic habita ſe cum deliberatione, promiſſam Deo pudicitiæ fidẽ debent cuſtodire. Nos autem nullum talibꝰ laqueum [m] debemus iniicere, ſed ſolum adhortationes præmij ſempiterni, pœnasq; proponere diuini iudicij: vt & noſtra [n] ſit abſoluta conſciẽtia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. ¶ Cauendum eſt quippe, quod de earũ moribus, actibusque beatus Paulus Apoſtolus teſtatur. Quod plenius exponere prætermimus [o], ne ſexus inſtabilis non tam detineri, quam admoneri videatur.

Item Theodorus.

¶ De eodem. C. XLIII.

iiij SI quis votum [p] virginitatis habens, &c.

---

a ¶ *Melioris ſint.*] id eſt, ſignum melioris meriti, quia ſecundæ nuptiæ iudicium ſunt incontinentiæ, vt 31. q. 1. de his & c. hac ratione.

b ¶ *Virgo.*] quia ſine macula & ruga peccati, vt 32. q. 4. recurrat. 31. diſt. quamuis.

c ¶ *Vxores.*] hic habes quod votum ſimplex non dirimit ex ſui natura, eadem ratione nec ſolenne, cum idẽ ſint: ‖ quia ſolẽnitates non ſunt de ſubſtantia, & verum eſt: ſed conſtitutio eccleſiæ dirimit matrimoniũ: religio tamen dirimit matrimonium, vt extra de conuer. coniug. ex publico. ¶ Sed numquid ſimpliciter vouẽs qui cõtrahit, tenetur continere mortua vxore? Videturquod nõ, quia obligatio extincta nõ reuiuiſcit, vt de cõſe. diſt. 4. quęr. s. ff. de ſol. qui res. §. aream. Sed cõtrarium eſt verum, quia non tollitur per matrimonium niſi voti executio. ext. de cõuer. coniug. quidam. nam vouit ille quantũ in ſe fuit, ideo poſtea compellitur continere: quod non fieret ſi omnino eſſet abſolutus à voto. ſi tamen contraxerit, tenet matrimonium, vt not. in illa decre. quidam.

‖ Solennitas non eſt de ſubſtãtia matrimonij. Beda 1. Cor. 7.

¶ Vouẽs ſimpliciter qui cõtraxit, an mortua vxore cõtinere teneatur.

2. Cor. 11.

d ¶ *Adulteria.*] i. adulteros eſſe, non coniuges. & eſt emphaſis [a]. ſicut illud, Dauus eſt ipſum ſcelus.

a Impropriẽtatẽ locutionis not. ſ. e 24. q. 1. pudẽda. in princ. vbi de hoc.

e ¶ *Sed plane.*] ab hinc tractat de voto ſolenni ſecundũ quoſdam: ſed verius per totum c. de voto priuato agitur.

f ¶ *Grauius.*] s. 17. q. 4. ſunt qui.

DE *viduis.*] CAſus. Hoc c. ſecundum Hug. poſſet meliꝰ legi de voto ſolenni, quam de ſimplici. Sed vt faciat ad ꝓpoſitum G. legas de ſimplici. Diuiditur ergo hoc c. in tres part. In 1. par. dicitur, quod viduæ velo conſecrationis velari non debent. In 2. par. dicitur, ꝙ ſi viduę poſt votum ſimplex nubant, peccant, & pœnitentiam agere debent: tamen matrimonium ſeparari non debet, ne talibus fornicationis laqueum iniiciamus, ſed hortari eas ad pœnitentiam debemus. In tertia parte dicitur, quod ita debemus eas hortari ad pœnitentiam, ne nimis earum conſcientiam terreamus. Secunda pars incipit ibi, *Quæ ſi propria.* Tertia ibi, *Cauendum.*

2 s. eo. meliore.

g ¶ *De viduis.*] videtur hoc c. intelligendum de voto ſolenni. ar. s. c. ſi quis ſacro. vbi fit mentio de conſtitutionibus Gelaſij ſiue Pelagij, & hæc eſt Gelaſij. ſecundum hoc non facit ad propoſitum G. intelligas ergo de voto ſimplici. & ibi facit mentionem de aliis conſtitutionibus Gelaſij, non de iſta.

h ¶ *Sub nulla.*] ‖ quia vidua non conſecratur, nec benedicitur in ſua velatione, ſed tantum, virgines, vt 21. q. 1. deuotis. ſed accipiunt velum de altari. vt s. c. viduæ.

‖ Vidua non benedicitur.

i ¶ *Caſtitatem.*] vidualem, ſcilicet poſt priſtinum coniugium aſſumptam. fides enim ſeruanda eſt priori coniugio 34. diſt. fraternitatis. & C. de ſecun. nup. l. 3.

k ¶ *Periculi.*] id eſt, propter periculum earum vitandum poterit deliberare, quali. &c.

l ¶ *Vetabantur.*] arg. quòd peccatum timore maiori lapſus fieri non vetatur. 32. q. 2. ſolet. 13. diſt. nerui.

m ¶ *Laqueum.*] eos ſeparando, vel eos præciſe prohibendo ne contrahant: vouens enim ſimpliciter verbis tantum commonitoriis [b] diſſuadendus eſt à matrimonio, non per excommunicationem, vt extra qui cle. vel vo. veniens. & de ſpon. requiſiuit. arg 22. q. 1. prædicandum. ſed illud de peccato iam commiſſo. ‖ Item arg. ex hoc c. quòd non pro quolibet mortali excommunicandus eſt aliquis antequam committatur. quia pro factione huius voti antequam frangatur nõ eſt excõmunicandus: quia nondum obligatus eſt, nec poſt propter bonum matrimonij: tamen quandoque indicitur pœnitentia volenti peccare, vt extr. de ſpon. de illis. Ioan.

b Et ſubintellige comminationis, vt patet ibi, ſed ſolũ &c. 17. q. 4. nos nouimus. ſecũdũ. Hug.

† al. quod.

‖ Excõicatio non eſt ꝓ quolibet mortali peccato ferẽda.

m ¶ *Laqueum.*] ſi ſimpliciter vouerunt, permittendi ſunt contrahere, vt maius malum vitetur. extra qui cle. vel vouen. veniens.

n ¶ *Vt & noſtra.*] arg. quòd ex quo prelatus functus eſt officio admonendo, increpando & corripiendo, nõ deberet ei imputari ſi ille non emendetur. argu. 47. diſt. quod ad nos.

a Pol l 4. tit. 34. Burc. l. 8. c 34. Iuo p. 7. c. 33.

o ¶ *Prætermus.*] & ideo aliqua prætermittuntur exponi, ne terror incutiatur, ſicut dicit Beda de pœ. diſ. 4. reuertar.

1. Tim. 5.

p SI quis votum.] ‖ Sed numquid ſimpliciter vouẽs poteſt contrahere cum alia, quæ ſimpliciter vouit? Non videtur quod teneat matrimoniũ, cum neuter poſſit debitum exigere. pone eos vouiſſe qđ nunquam exigerent. dico quod bene tenet matrimonium: quia vterque poteſt reddere. Sed quomodo, cum reliquis non exigat? Reſp. vterque enim ‖ ſciat alterum indulgere, nec poſſe exigere, reliquo debet commiſceri, & vterque reddere dicetur. Sed quid ſi quis vouit quod numquã redderet debitum, ſi vxorem contingeret eũ ducere? ſi poſt ducat, non tenetur votum tale ſeruare: quia præceptum eſt Apoſtoli de debito reddẽdo vxori, vt 33. q. 4. §. Apoſtolus. ‖ Sed quid ſi aliquis iurauit quod nunquam cognoſceret aliquam mulierem? ſi poſtea duxerit vxorem, bene tenet matrimonium. numquid ergo peccat cognoſcendo cum iurauerit non cognoſcere? Dicunt quidam quòd prima vice peccat, ſed poſtea non: & iidem dicunt quod poſt votum ſimplex prima vice cognoſcens vxorem peccat: quia ſi ſemper peccaret cognoſcendo, tale matrimonium illicitum eſſet: ſed hoc nihil eſt, ſed dico quod non peccat cognoſcendo, licet contra iuramentũ faciat: ſed tunc peccat quando fidem frangit Deo. Vel dic, quod talis permittat ſe cognoſci, & nõ cognoſcat, & ſic ſaluabit iuramentum: cum potius videatur pati quam agere. Iterum quæro: cum iuramentum ſit de iure naturali, ſicut & votum: quia ſicut Dominus præcepit, Vouete & reddite: ita præcepit, Reddas Domino iuramenta tua. ‖ quare votum diſſoluit matrimonium, & non iuramentum? Ad hoc dico, quòd iuramẽtum nõ eſt præſtandum niſi ſubſit neceſſitas, vt 22. q. 1. ita vnde qui tale iuramentum facit, temerarie iurat: vnde fortius eſt vinculum voti quam iuramentum, ſecundum nos tamẽ non eſt quæſtio: quia votum de ſuiꝰ natura nõ obligat: ſed cõſtitutio circa votum emiſſa.

‖ Vouentes ſimpliciter an poſſint adinuicem contrahere.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

3 s. diſt. 27. c. ſi vir.

‖ Iurans nũquã mulierem cognoſcere, an poſſit poſtea matrimoniũ cõtrahere.

‖ Matrimoniũ ſoluitur voto, ſed nõ iuramento.

* imo obligat, licet votũ ſimplex non dirimat contractum. Vide B. Th. in 4 di 38. q. 1 ar. 3. q. 2. 3.

QVOD

QVOD AVTEM. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit G. vt ſciamus quorum vouentium matrimonia diſſoluantur recurrendum eſt ad §. ſ. 37. di. §. vlti. In ſecunda parte determinat ca. illud, quæ Chriſto. vbi dicitur quòd non admittitur ad pœnitentiam Deo deuota quæ alij nupſerit, niſi vir cui ſe iunxerat, defunctus ſit: quod ſic intelligit G. dicens quòd tunc vir dicitur ei defunctus, cum ab eius concupiſcentia mentem ſuam & corpus ex toto alienauerit, & quacumque hora hoc fecerit, ad pœnitentiam admittetur. Nec hoc eſt contrarium Domino dicenti per prophetam Ezechielem, In quacumque hora, &c. *In vtroque caſu.* capituli Innocentij, vel in vtroque caſu cõtra ius Innocentij illius c. ſ. e. deuotam.

1 ſ. ca. ſi vir.
2 ſ. ead quæ Chriſto.

a ¶ *Oſtenditur.*] ſ. 37. diſt. §. vlt.

b ¶ *Illud.*] ſ. e. q. c. quæ Chriſto.

3 ſ. ead. quæ Chriſto.

c ¶ *Poteſt.*] digne tũc q̃s reconciliatur Deo, cũ pœnitet de omni peccato. de pœ. diſ. 5. fratres. minus digne cum pœnitet de quibuſdam, de pœn. diſt. 3 placuit.

d ¶ *Derelicta.*] G. ſoluit hic ſecũdam partem illius c. quę Chriſto. & male. non enim innuitur à contrario ſenſu quòd illum poſſet habere virum cui adultero fidem dedit viuente viro a. extra de eo, qui duxit in matri. cum haberet. ſolue ergo ſecundã partem prout G. ſoluit primam partem.

4 Ex gl. ord Gal. 6.
a Hoc dictũ hodie intellige vt legi. & no. ext. d eo q dux. in mat. c. vlt.
Gen. 4.

e ¶ *In vtraque.*] caſu, ſ. Innocentij.

f ¶ *Eſſet contrarium.*] Innocentius.

Rom. 6.

g ¶ *Deuota.*] ſ. ea. q. c. deuotam.

Ezech. 33.

SEquitur.] Hæc quæ. diuiditur in quinque partes. In prima intendit probare quòd ſponſa ſit vxor: quæ tamen non eſt niſi ſpe futurorum, & non re præſentium. Secunda ibi, *His omnibus.* Tertia ibi, *Apparet.* Quarta ibi, *Sed aliud.* Quinta ibi, *Quod autem.* Ioan. de Fan.

Quòd autem vouentes præmiſſis auctoritatibus iubentur ab inuicem diſcedere, quorum vero coniugia auctoritatibus Auguſtini, & Theodori ſoluenda non ſunt, in capitulo de ordinatione clericorum [1] *euidenter oſtenditur* [a]. *Illud* [b] *autem Innocentij,* [2] *quo virgines ſacræ publice nubentes illo viuente, cui ſe coniunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam, non ita intelligendum eſt, vt aliquo tempore excludantur a pœnitentia, quæ digne pœnitentiam agere voluerint: ſed prohibentur admitti ad pœnitentiam, quæ ab inceſta copula diſcedere noluerint. Poſt propoſitum namque ſacræ religionis non poteſt* [c] *Deo per pœnitentiam reconciliari, quæ ad habitum ſuæ profeſsionis redire neglexerit. Tunc enim ille, cui ſe iunxerat, ei d functus erit, cum ab illius illicitis amplexibus hæc penitus receſſerit: vt iſte ſit ſenſus capituli.* [[3] *Quæ Chriſto ſpiritualiter nubunt, ſi poſtea publice nupſerint, non eas admittendas eſſe ad pœnitentiam cenſemus, niſi hi quibus ſe iunxerant, de mundo receſſerint*] *eis, ſubaudiendum eſt, nubentibus. Tunc enim viri de mundo recedunt, tunc defunguntur, cum ab eorum concupiſcentia ipſæ penitus ſe alienauerint: ſicut mundus ei dicitur mortuus, quem ſuis illecebris non adſtringit. & ille perhibetur mortuus mundo, qui nihil in mundo mundi concupiſcit. Hoc autem ſic intelligendum eſſe ex ſubſequenti exemplo idem Innocentius oſtendit dicens.* [[4] *Quæcumque viro viuente alteri nupſerit, adultera habeatur: nec ei agendæ pœnitentiæ locus concedatur, niſi vnus ex his fuerit defunctus.*] *Hoc de relicta* [d] *intelligendum eſt quæ, ſi viuente viro ſuo alteri nubit, adultera eſt: nec ad pœnitentiam admittitur, niſi vel primus reuertatur in puluerem, de quo ſumptus eſt, vel ſecundus ab eius copula ceſſando ei moriatur. vt dictum eſt ſupra. Quia ergo Chriſtus, cui ſpiritualiter nubunt, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, reſtat, vt ille, cui ſecundo nubunt, ei moriatur. In vtraque* [e] *autem, niſi ſic intelligeretur, eſſet* [f] *contrarius Domino dicenti per prophetam:* [*In quacumque hora peccator conuerſus fuerit, &c.*] *& cunctis interpretibus diuinæ legis inueniretur aduerſus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo deuota* [g] [5]*, quæ maritum acceperit, prohibetur ad pœnitentiam admitti: niſi vel vterque continentiam profeſſus fuerit, vel ille, cui ſe iunxerat, de hoc mundo deceſſerit.*

QVÆSTIO II.

1. P. SEquitur [h] *ſecunda quæſtio, qua quæritur, an puellæ alteri deſponſatæ poſsint renuntiare priori conditioni, & transferre ſua vota ad alium.*

1 *Hic primum videndum eſt, an coniugium ſit inter eos.*

2 *Secundo, an poſſint ab inuicem diſcedere.*

[a] *Eos autem coniuges eſſe: & ex definitione coniugij, & auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptiæ, ſiue matrimonium, viri* [i] *mulieriſque coniunctio* [k] *indiuiduam* [l] *vitæ conſuetudinem retinens* [m]. *Inter hos autem fuit coniunctio, quæ indiuiduam vitæ conſuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos conſenſus, qui eſt efficiens* [n] *cauſa matrimonij, iuxta illud Iſidori* [7 *Conſenſus facit matrimonium.*] *Item Ioannes Chriſoſtomus* [o] *id eſt auctor operis imperfecti homilia 32. in Matthæum.*]

C. I.

9 MAtrimonium quidem nõ facit coitus [o], ſed voluntas [p]: & ideo non ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis [q]. Ideo qui dimittit coniugem ſuam, & aliam nõ accipit, adhuc maritus eſt. Nam etſi iam corpore ſeparatus eſt, tamen adhuc voluntate [r] coniunctus eſt. Cum ergo aliam acceperit, tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, ſed qui alteram ducit.

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 3.

rum nuptiarum. ff. de ſpon. l. 1. Et hanc quæſtionem tractat G. vſque ad §. ſed concedatur. ibi de ſecunda quæſtione dicitur.

i ¶ *Viri.*] quia in pari ſexu non poteſt eſſe matrimonium, eſt enim matrimonium quiddam habens ſuum modum exiſtendi per ſe, & ſunt duæ correlationes, & ita plura.

k ¶ *Coniunctio.*] animorum. infra eo. cum initiatur. & j. ea. multum.

5 ſ. e. deuotam.

l ¶ *Indiuiduam.*] quo ad propoſitum. perpetuo enim debet contrahi matrimonium. 31. quæſtio. 2. ſolet. dicit lex, quod dotis cauſa perpetua eſt: quia eo voto datur, vt ſemper apud maritum ſit. ff. de iur. do. l. 1.

m ¶ *Retinens.*] ſupple diuini & humani iuris communicatio. ff. de rit. nupt. l. 1. eiuſdem enim religionis debent eſſe. C. de Iudæis. ne quis. 28. quæſtio. 1. caue. ‖ Sed obiicitur de matrimonio, quod eſt apud infideles, ſi alter non vult ſine cõtumelia creatoris habitare cum fideli, diſſoluitur matrimonium. non ergo eſt indiuidua coniunctio. Sed dic quod tunc lex diſſoluit, nõ homo, vt 33. quæſtio. ſecunda. quos Deus. quia tunc contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij, vt extra de diuor. gaudemus.

‖ Matrimonium infidelium bene diſſoluitur.
6 ſent. 4. diſ. 27. Iuo p 8. c. 1. Pan. l. 6. c. 1.
7 j. e. c. coniuges.
8 j. c. omnes

n ¶ *Efficiens cauſa.*] j. 29. q. 2. ſi quis ancillam.

9 Sent. 4 diſtin. 27. Iuo p. 8. c. 23 3.

o MAtrimoniũ.] ¶ *Coitus.*] niſi cum ſponſalia contracta ſunt ſub conditione: tunc enim per coitum receditur à conditione, vt extra de condi. appo. de illis.

p ¶ *Sed voluntas.*] id eſt, voluntarius conſenſus: verbis tamen legitimis expreſſus. ‖ requiritur enim quòd conſenſus ſit voluntarius, & non coactus. extra de ſponſa. cum locum. verba enim requiruntur quantum ad eccleſiam b, vt extra de ſponſalib. tuæ.

‖ conſenſus matrimonij an ſit voluntarius.
b Ad hoc leg. & no 43. di. ſit rector. & ibi plene dixi.

q ¶ *Sed voluntatis.*] vtriuſque interuenientis, quod ſit quando maritus & vxor ſe abſoluerunt ab exactione reddendi debiti cauſa continentiæ. j. c. Agathoſa. & in Auth. vt li. ma. & auię. §. ſi vero ex conſenſu. col. 4.

r ¶ *Voluntate.*] hoc vult dicere, quod non ſufficit corpore receſſiſſe, ſi mente non receſſerint, vt ff. de acqu. poſſ. l. 3. §. in amittenda. ff. de capti. & poſtli. nihil intereſt. & ff. de ædi. ſi. edi. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ‖ Hoc autem ſcias, quod licet dominus aliquis nolit eſſe dominus rei alicuius, non ideo perdit dominium. ſecus eſt in in poſſeſsione, vt ff. de acq. poſſ. ſi quis vi. §. 1.

‖ Dominiũ non ita faci le perditur vt poſſeſſio.

CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur an puellæ deſponſatæ vni, liceat eo dimiſſo alteri nubere. huic quæſtioni (vt facilius explicetur) aliam quæſtionem incidentem ſubiungit talem, ſcilicet vtrum inter ſponſum & ſponſam ſit matrimonium, & illam primo ſoluit, allegans pro vtraque parte, qua ſoluta facile ſoluitur illa, quæ hic principaliter proponitur, & ſoluit eam, infra ead. §. iuxta. Probat ergo G. quadrupliciter, quod inter ſponſum & ſponſam eſt matrimonium. Primo, per deſcriptionem matrimonij. Secundo, auctoritate Iſidori dicentis, quod conſenſus facit matrimonium. Tertio, auctoritate Ioan. Chryſoſtom. Quarto auctoritate Nicolai, qui dicit ſolum conſenſum ſufficere ad matrimonium.

h ¶ *Sequitur.*] hic depingitur ſecunda quæſtio. an ſcilicet deſponſata vni, eo dimiſſo poſsit alij nubere. Cui quæſtioni (vt facilius explicetur) ſubiungit G. aliam quæſtionem incidentem, ſcilicet vtrum inter ſponſum & ſponſam ſit coniugium, & allegat ad vtramque partem huius incidentis quæ. eam ſoluit dupliciter. infra ead. §. iuxta, ſcilicet ‖ quod inter ſponſum & ſponſam eſt matrimonium initiatum, id eſt, non conſummatum. vel inter ſponſum & ſponſam dicitur eſſe matrimonium non re præſentium, ſed ſpe futurorum. Sed his relictis certum eſt, quòd inter ſponſum & ſponſam non eſt matrimonium propriè ſumptis vocabulis. ‖ Sponſus enim à ſponſalibus dicitur, & ſponſalia ſunt conuentio & repromiſsio futurarum nuptiarum. ff. de ſpon. l. 1.

‖ Matrimonium quomodo ſit inter ſponſum & ſponſam.
‖ Sponſalium diffinitio.

CVM ERGO. CASVS. Infert G. ex ſupradictis, quod inter ſpõſum & ſponſam eſt matrimonium quia conſenſus inter eos matrimonium facit. Poſtea quærit quis conſenſus matrimonium facit, an conſenſus cohabitationis, an carnalis copulę, an vterque. ſi conſenſus cohabitationis matrimonium facit, tunc frater cum ſorore matrimonium faceret, quod falſum eſt. Item nec carnalis copulæ conſenſus, quia ſecundum hoc inter Mariam & Ioſeph non fuiſſet matrimonium: quia illa propoſuerat cõtinere. & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, quòd Maria non fuit rea voti virginalis, & excuſat eam quia propoſuerat votum virginitatis ſub tacita conditione, niſi Deus aliter reuelaret. votum tamen illud ore non expreſsit, deinde diuina reuelatione in carnalem copulam cõſenſit: & exinde ſalua virginitate votum corde conceptum cum viro penitus expreſsit, & ſeruauit expreſſum. In tertia parte determinat

nat dicens quod vterque conſenſus ſimul cohabitandi, & indiuiduã vitæ, &c. faciunt matrimonium. ſed hoc vltimum eſt allegatio. Secunda pars incipit ibi, *Si ergo*. Tertia ibi, *Conſenſus ergo. Poſt ea*, id eſt, poſtquam. *Ex corde*, ſcilicet, votum inter iſtos in themate poſitos, & quòd ipſi ſint coniuges, probat per ſequentia.

C. II.

1 SVfficiat ſecundum leges ſolus [a] eorum conſenſus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.

¶ *Emendatum eſt caput hoc ex ipſis Nicolai reſponſis.*

Cum ergo inter iſtos conſenſus interceſſerit, qui ſolus matrimonium facit, patet hos coniuges fuiſſe. Sed quæritur, quis conſenſus facit matrimonium, an conſenſus cohabitationis, an carnalis copulæ, an vterque. Si cohabitationis conſenſus matrimonium facit, nunc frater cum ſorore matrimonium poteſt contrahere. ſi carnalis copulæ, inter Mariam & Ioſeph non fuit coniugium. Vouerat enim Maria ſe virginem perſeueraturam. Vnde ait Angelo [Quomodo [b] *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?] id eſt, me non cognituram propoſui. Neque enim quia tunc virum non cognoſcebat, neceſſe erat inquiri, quomodo poſſet filium habere: ſed quia nunquam ſe cogni turam propoſuerat. ¶ Si ergo contra ſuum propoſitum poſtea conſenſit in carnalem copulam, rea facta eſt voti virginalis* [c] *mente, & ſi non opere † violati. Quod de ea ſentire nefas eſt: ſicut Aug. ait.*

C. III.

2 BEata Maria propoſuit ſe ſeruaturam votũ virginitatis in corde: ſed ipſum votũ virginitatis non expreſſit ore [d]. Subiecit ſe diuinæ diſpoſitioni, dum propoſuit ſe perſeueraturam virginem, niſi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem ſuam diuinæ diſpoſitioni, conſenſit [e] in carnalem copulam, non illam appetendo [f], ſed diuinæ inſpirationi in vtroque obediendo. Poſtea vero filiũ genuit: & quod corde conceperat, ſimul cum viro labiis expreſſit, & vterque in virginitate permanſit. ¶ Conſenſus [g] ergo cohabitandi, & indiuiduam vitæ conſuetudinem retinendi interueniens, eos coniuges fecit. Indiuidua vero vitæ conſuetudo eſt talem ſe in omnibus exhibere viro, qualis ipſa ſibi eſt, & è conuerſo. Ad indiuiduam itaque conſuetudinem pertinet, abſque legitimi conſenſu viri & orationi aliquando non poſſe vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iſte conſenſus fuit inter eos, patet eos coniuges fuiſſe.

¶ *Caput hoc in vetuſtis exemplaribus continuum eſt ſuperiori: & videtur à collectore ex variis locis B. Auguſtini, potiſſimum ex libello de virginitate confectum.*

Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti, hom. 32. in Matth.]

PALEA. C. IIII.

4 OMnis res per quaſcũque cauſas naſcitur, per eaſdẽ † diſſoluitur. Matrimonium enim non facit coitus, ſed voluntas: & ideo nõ ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis. Ideo, qui dimittit cõiugem ſuam, & aliam non accipit, adhuc maritus eſt. Nam etſi corpore iam ſeparatus eſt, tamen adhuc voluntate coniunctus eſt. Cum ergo aliam acceperit, tunc plane dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, ſed qui alteram ducit.

¶ *Palea hæc eſt in multis vetuſtis codicibus. Initium vero vſque ad ver. Matrimonium, eſt regula prima de regulis iuris: quæ eſt in Decretalibus. Verba autem homiliæ trigeſimæ ſecundæ ſunt hæc: omnis res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem abſoluitur. Matrimonium, &c.*

Item auctoritate probantur eſſe coniuges. Ait enim Ambroſius in libro de inſtitutione virginis, c. 6.

¶ Coniugalis pactio, non virginitatis defloratio coniugium facit. C. V.

5 CVm initiatur [h] coniugiũ, tunc coniugij nomen aſciſcitur. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium, ſed pactio [i] coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium eſt: non cum viri † [k] admiſtione cognoſcitur.

Item Iſidorus Etymologiarum libro nono, c. 7.

¶ A prima fide deſponſationis cõiuges verius appellantur. C. VI.

6 COniuges verius [l] appellantur à prima [m] deſponſationis fide quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus.

a ¶ SVfficiat.] ¶ Sol⁹.] Verba enim tantum neceſſaria ſunt ad probationem. ext. de ſpon. tuæ. & exponunt quidam, ſecundum leges, id eſt, ſecũdum canones. Sed vbi ſunt iſti canones? immo potius videtur contrarium per canones. j. 32. qu. 2. c. vlt. & pen. Sed dic quòd illi canones ſunt 29. q. 2. ſi quis. extra de coniug. ſer. cap. 1. extra de rapt. cum cauſam. Vel dic ſecũdum ll. prout ſonat littera. ‖ Sed hæc dictio, ſolus, non excludit conſenſum parentum: immo tantum aliàs ſolennitates, quæ fiunt circa matrimonium. quaſi dicat ſolus eorũ conſenſus eſt cauſa effectiua matrimonij, & ideo non ſunt contrariæ leges illæ. C. de nup. nec filium. ff. de ritu nup. nuptiæ. quæ dicunt quòd in matrimonio requiritur cõſenſus parentum. Sed dic quod requiritur ex honeſtate, non ex neceſſitate. 30. q. 5. noſtrates. [a].

b ¶ Quomodo.] Licet hoc interrogaret, nõ tamen dubitauit de verbis angeli: ſed dubitauit quomodo illud poſſet fieri, vt ſint duæ partes, quo & modo, de modo enim dubitauit: non de facto.

c ¶ Voti virginalis.] ‖ ſic ergo patet quòd Maria non vouerat cõtinentiam: ſed propoſuerat vouere, & virginitatem conſeruare, niſi Deus aliter reuelaret, vel lex prohiberet, vel parentes cogerent: & inde eſt quod licite potuit cõtrahere matrimoniũ Deo reuelante, ſi vouerat etiam ſolenniter: quia votum fuit ſub conditione. immo quantumcumque abſolutum ſit votum, ſemper intelligitur excepta auctoritas maioris, vt extra de iureiuran. venientes. ſimiliter hoc ſubintelligitur, ſi res in eodem ſtatu permaneret. 22. q. 2. ne quis. & ff. de ſolutio. l. cum quis. & hoc ſi tibi ſeruatur fides. extr. de iureiur. peruenit. & hoc ſi numerauit pecuniam, vt C. de non num. pe. indubitati, & honeſtæ & poſſibiles, vt ext. de iureiu. quemadmodum. & aliàs poſui 32. qu. vlt. c. vno.

d ¶ Ore.] Expreſſio enim oris in voto multum operatur, vt extr. de vo. & vo. redem litteraturam. arg. j. ead. duobus. in fi. arg. de pœn. diſt. 1. magna. in prin. videtur tamen quòd quo ad Deum non ſit neceſſaria oris conceſſio 22. qu. 5. humanæ. & cap. cauete. & 24 qu. 5. ſi quid. ‖ ſed tamen ſecus eſt in voto tacito quàm expreſſo. nam dicit lex, quod ſi legaui tibi decem ſi volueris, tale legatum non tranſmittes ad heredes, niſi primo expreſſeris te voluiſſe: ſecus vero eſt ſi legauero tibi x. pure: quia illud tranſmittes. ff. de leg. 1. ſi ita legatum ſit. §. illi ſi volet. immo nec votum dicitur conditionale vbi conditio ſubintelligitur, vt ff. de condi. & demon. conditiones quæ. Ioan.

e ¶ Conſenſit.] j. e. priuſquam.

f ¶ Appetendo.] argu. quòd aliquis conſentit in aliquid: non tamen vult illud fieri. ‖ quæſt. 1. audacter. Vel dic ſicut in glo. ſic ergo patet.

g ¶ Conſenſus.] id eſt, maritalis affectus.

CVm initiatur.] Casvs. Probat in hoc ca. Amb. quod ſi matrimoniali conſenſu mulier cum viro iungatur, matrimonium eſt inter eos, etſi carnalis commiſtio non interuenerit, vel defloratio virginitatis. Sequens cap. planum eſt.

h ¶ Cum initiatur.] id eſt, incipit & exiſtit. Ex hoc ſumpſit G. ſuam diſt. ſcilicet matrimonium aliud initiatum: aliud conſummatum, vt j. ea. §. iuxta. Sed tu dic quod hoc refertur ad actus qui conſiderantur circa matrimoniũ. nam primo conſentit, poſt ea cognoſcit. Vel initiatur quo ad ſignificationẽ, vt dicemus. j. e. quia propter. non quo ad ſui eſſentiam: ‖ cum matrimonium ſacratiſſima res ſit. & quàm cito eſt perfectum & conſummatum quo ad ſui eſſentiam, nec recipit ſectionem nec interſtitia temporum.

i ¶ Pactio.] id eſt, conſenſus de præſenti.

k ¶ Non cum viri.] ar. cõtra extra de eo qui dux. in matri. ſignificauit. nam ibi dicitur, quod copula carnalis facit matrimonium: ſed illud referas ad præſumptionem. ff. de do. inter vi. & vx. cum hic. §. ſi mulier. ff. de rit. nup. l. 4.

l ¶ COniuges verius.] Comparatiuus propoſitiuo. vel verius, id eſt, ſanctius & honeſtius quã à coitu. ſicut inter Mariam & Ioſeph. argu. 33. q. quod Deo.

m ¶ Prima.] dicit H. quòd vna fides, qua vir vxori & econuerſo debet mutuã ſeruitutem, & etiam caſtitatem. ſecundum hoc expone prima fide, id eſt, primo à fide deſponſationis. ‖ alij dicunt quòd duæ ſunt fides. Prima eſt qua ei debet caſtitatem. arg. 38. q. 1. caue. Secunda qua mutuam ſeruitutem ei debet: ſed hoc eſt non niſi poſt duos menſes. extra de conuerſ. coniugat. ex publico. & ſecundum priorem expoſitionem ex prima vtrumque debet, vt prædixi. vnde ſecundum eos primus coitus neque eſt gratuitus. nam ſtatim poſt conſenſum mutuum de præſenti tenetur reddere debitum petenti. habet tamen alter exceptionem vſque ad duos menſes, per prædictam decre. niſi dicatur aliud ſpeciale de duobus diebus vel vno. 30. q. 5. ſponſus. j. ea. inſtitutum. hoc tamen eſt certum, quòd poſt primum coitum ſtatim iure ſeruitutis petitur coitus quandocumque placuerit. Ioan.

2 Sent. ibid.

‖ Cõſenſus parentũ an ſit in matrimonio requirendus.

Luc. 1.

† al. corpore

a Ad hoc 32. q. 2. cap. vlt. ibi videas.

2 Sent. 4 diſt. 30.

‖ Maria nõ vouerat abſolute.

3 Hactenus magiſter.

‖ votum quidem eſt expreſſum, quoddam tacitum.

4 Iuo p. 8 c. 233. ſ. c. matrimonium. ext. de reg. iur. cap. 1.

† al. ipſas] orig.

‖ Matrimoniũ eſt res ſacratiſſima

5 Sent. 4. diſ. 27. Ant. l. 10. c. 1. Iuo p. 8, c. 2. j. e q. Pan. l. 6 c 14. Pol. l. 6. tit. 4.

† al. viri] orig.

6 Sent. ibid. Iuo p. 8. c. 3. Pan. l. 6. 15.

‖ Fides inter cõiuges eſt duplex.

b Ad hoc ſ. quod not. j. 36. q. 1. c. 2. in fi.

COniunx.] C A S V S. Dicitur in hoc c. quod Maria habuit verũ nomen coniugis, & non mendax: quam Ioſeph nõ cognouerat, nec fuerat cogniturus: qui fuit pater Chriſti, & maritus matris eius: ſed vtrumque fuit mente, & non carne. *Vocatur.* beata virgo. *Non cognouerat*, Ioſeph.

a ¶ *Vocatur.*] ſup. 33. diſt. c. vlt.

b ¶ *Fidele.*] i. ex fide: non tamen vſu carnis conſiſtebat.

PALEA. C. VII.

QVòd conditio interpoſita non valeat, ex cõcilio Africano probatur.

¶ *Palea hæc abeſt ab omnibus collatis exẽplaribus, duobus exceptis: in quorum altero emẽdatiore ponitur tamquam ſumma ſequentis capitis. In neutro autẽ ad finem capitis præcedentis erant verba illa*, Item ex concilio Africano, *& ideo ſublata ſunt.*

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

1 QVicũque ſub conditionis nomine aliquam deſponſauerit, & eam poſtea relinquere voluerit: dicimus, quòd conditio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

¶ *Hæc palea etiam in Decretalibus ti. de cõditio. appoſi. c. quicumque. & in collectione in quinquaginta partes diuiſa (quæ in tomo cõciliorum eſt poſt decreta Alexandri tertij) p. 6. c. 5. citatur in concilio Africano. Sed in eo, quod extat, non habetur.*

Item Auguſtinus de nuptiis, & concupiſcẽtia libro 1. c. 11.

¶ *Sic eſt reſtitutum ex Iuone: cum antea citaretur liber de bono coniugali.*

¶ De eodem. C. IX.

2 COniũx vocatur [a] a† prima fide deſponſationis: quam cõcubitu nõ cognouerat Ioſeph, nec fuerat cogniturus: nec perierat†, nec mendax manſerat cõiugis appellatio: vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis cõmiſtio. & ĩ. ¶ Propter quod fidele [b] cõiugium parentes Chriſti vocari ambo meruerunt, non ſolum illa mater, verumetiam ille pater ei° ſicut cõiunx matris eius, vtrumque mente, non carne.

Item in eodem libro, & capite.

¶ Triplex bonum coniugij fuit in parentibus Chriſti. C. X.

3 OMne [c] itaque nuptiarum bonum impletum eſt illis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramentum [d]: Prolẽ cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium [e]: ſolus ibi nuptialis cõcubitus non fuit: quia in carne peccati fieri nõ poterat [f] ſine illa pudẽda carnis concupiſcentia, quæ accidit ex peccato: ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato.

Item in Deuteronomio præcepit Dominus Moyſi dicens. [*Si quis ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriatur [g]: quia vxorẽ alterius violauit.*] ¶ *Item in legibus principũ ſponſa iubetur lugere [h] mortem ſponſi, tanquam viri ſui.*

Item in canõnibus inuenitur.

OMne itaque.] C A S V S. Dicitur hic quod in nuptiis Mariæ & Ioſeph fuit omne bonum nuptiarũ, ſ. proles, fides, & ſacramẽtũ. Proles, ſ. Chriſtus. Fides caſtitatis. Itẽ ſacramentũ, quia inter eos fuit inſeparabilis cõiunctio animorũ: & inter eos nullum diuortium interuenit: ſolum carnale cõmercium defuit inter eos: quod ſine peccato fieri nõ poterat: ſine quo ipſũ decuit naſci, qui ſine peccato erat futurus. Seq. cap. patet: quod poteſt intelligi non ſolum de ſponſa de præſenti, ſed etiam de ſpõſa de futuro: & tũc interuenit publicæ honeſtatis iuſtitia.

1 Extr. de cõd. app. cap. quicumque.

2 Sent. ibid. Iuo p. 8. cap. 14. Pan. l. 6 c. 10.

† al. ex

† al. perierat

c ¶ *Omne.*] Gãdulph⁹ dixit duo eſſe tantum bona matrimonij, ſ. fidem & prolẽ. ſed ipſum ſacramentum nõ eſſe bonum matrimonij, niſi intrãſitiue intelligatur, id eſt, bonum quod eſt matrimonium: quia ſacramentum matrimonij (vt dicit) nihil aliud eſt quam ipſum matrimonium. | Sed dic quod ſacramentum matrimonij dicitur hic inſeparabilis cõiunctio animorum: vel etiam mutua ſeruitus: quorum vtrũque eſt bonũ matrimonij. ſine his autem bonis matrimonium contrahi nõ poteſt: poſtea vero ſine his eſſe poteſt.

| Matrimonij bona vtrum tria quidquid dicat Gandulphus.

3 ſent. 3. diſt. 3 c. Iuo p. 8 c. 15 Pan. l. 6. c 30. ibid. cap. 13.

d ¶ *Sacramentum.*] i. inſeparabilitas. || ad tempus enim nõ poteſt cõtrahi matrimonium: vt 32. q. 2. ſolet. ſicut nec filium adoptare ad tempus poſſum. ff. de adopt. l. ſi quis. Ioan.

|| Matrimoniũ ad tps nõ contrahitur.

e ¶ *Nullũ diuortium.*] immo inſeparabilis coniunctio animorũ. ĩ c. §. ecce. contra ibi dicitur, inter Mariam & Ioſeph fuit diuortium. ſed ibi improprie fuit diuortium. ſ. corporalis ſeparatio cauſa honeſtatis tantum facta: ‖ proprie autem diuortium eſt ſeparatio corporalis, quæ cauſa delicti fit.

Deut. 22.

‖ Diuortiũ quid proprie ſignificat.

f ¶ *Non poterat.*] hic colligitur quod pogius non poteſt eſſe cum vxore ſine peccato. argum. 33. q. 4. vir cum propria. Arg. contra 13. diſt. nerui. De hoc dicemus 33. qu. 4. vir cum propria.

g ¶ *Moriatur.*] 34. q. 2. non ſatis.

¶ Frater ſponſam fratris poſt eius mortem ducere non poteſt. C. XI.

4 SI quis [i] deſponſauerit ſibi aliquã, & præueniente mortis articulo eam cognoſcere non potuerit, frater eius non poteſt eam ducere in vxorem.

Item Gregorius Mauritio Imperatori ob quemdam comitem qui nepotis ſui mortui deſponſatam duxit vxorem.

C. XII.

5 QVi deſponſatam puellam proximi ſui acceperit in coniugium, anathema ſit ipſe, & omnes cõſentiẽtes ei: quia ſecũdum legẽ Dei mori decernitur. ¶ Nam diuinæ legis eſt mos ſpõſas appellare coniuges, vt in Euãgelio, [Accipe Mariam coniugẽ tuã.] Et illud in Deuteronomio [Si quis cuiuſlibet hominis deſponſatam puellã in agro, vel in quolibet loco oppreſſerit, vel abduxerit in domum ſuam, moriatur [k]: quia vxorẽ proximi ſui violauit:] nõ quod iam vxor erat [l], ſed quod à parentibus vxor fieri debebat. & ĩ ¶ 6 Sicut nulli Chriſtiano licet de ſua conſanguinitate, vel quã cognatus ſuus habuit, in matrimonium aſſumere, ita & de cõſanguinitate vxoris ſuæ.

¶ *Apud Anſelmũ ante hoc caput eſt hic titulus rubris litteris deſcriptus,* Capitula beati Gregorij doctoris de linea cõſanguinitatis edita. *Poſtea vero eſt hic alius titulus nigris litteris deſcriptus,* Mauritio Imperatori ob delatum quẽdam comitem, qui nepotis ſui mortui deſpõſatam virginem duxit vxorem. *Deinde ſequitur.* Qui deſponſatam. &c.

Item Hieronymus.

¶ Vxore mortua licet viro aliam ducere, ſed non repudiatam, vel deſponſatam. C. XIII.

7 ADditur [m] aliud quartum cõiugium legitimum. Dũ mortua fuerit vxor cuiuſlibet, licet illi accipere aliam ſed non repudiatã, nec deſponſatam viro, ſed liberã, ſimiliter debet & mulier. Vnde & Paulus ait [Mulier, quæ ſub viro eſt, ligata eſt ſub lege viri quamdiu viuit vir eius.] Viro igitur viuẽte vocatur adultera, ſi iũcta fuerit alij viro, Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: ita vt non ſit adultera, ſi coniuncta fuerit cum altero viro [n].

¶ *Ab Iuone ante hoc caput refertur caput.* tria. ĩ. 36. q. 2. *Neutrum tamen apud beatum Hieronymum eſt inuentum.*

h ¶ *Lugere.*] i. intra tempus luctus non contrahere, & inſignia luct⁹ deferre. | Et eſt multiplex cauſa quare prohibetur contrahere intra tempus luctus: ne fiat perturbatio ſanguinis, propter incertitudinem: quia neſciretur cui partus illo tempore editus aſcriberetur. argum. ff. de his qui not. infa. liberorum. & C. de repu. conſenſu. Altera eſt maritalis reuerentia. argum. C. de ſecun. nup. l. 2. Tertia eſt, ne qua cauſa mali gnæ ſuſpicionis præſtetur ſecundo viro. in auth. de reſt. & ea quæ parit. §. vlti. collat. 4. tempus autem luctus eſt 12. menſium. C. de ſecund. nup. l. 2. hodie diminutus eſt ſemiannis: iſte. non enim cõpelluntur triſtem habitum deferre. C. de his qui not. infa. decreto.

| mulier intra tps luct⁹ certis ex cauſis contrahere phibetur.

4 ĩ. c. ſi quis.

i SI quis.] Hoc c. intelligitur de ſpõſa de præſenti: aliter non faceret ad propoſitum: quia ſponſa de futuro non eſt vxor. quod tamen ſequitur quòd nõ poſſit duci à fratre, obtinet etiam in ſponſa de futuro: dum tamẽ poſt 7. an. facta ſit deſponſatio: aliàs ſecus. ext. de deſpon. impub. litteras. & c. acceſſit. & hoc caſu eſt impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitia a, nõ affinitatis: quia illa non eſt niſi interueniat carnalis copula. ĩ. ea. c. lex diuina.

5 ſent. 4. diſt. 27. Anſ. l. 12. c. 93. Pol. l. 6. tit. 4.

Leuit. 20.

Matth. 1.

Deut. 22.

a quod qd ſ. impedit matrimonium & dirimit, vt patet in eo quod leg. & no. ext. qui ſi ſint leg. ref. & de deſp. impu. duo pueri.

QVi deſponſatã.] C A S V S. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quòd nullus ducat in vxorem ſponſam alterius: nec conſentiat ducenti: alioquin excommunicetur. In ſecũda parte dicitur, quòd nomine ſponſæ intelligitur vxor: quod probat Greg. primo per Euãgeliũ: ſecundo per Deuter. In 3. p. oſtendit quòd nec conſanguineam, nec affinem debet quis ducere in vxorem. Secũda pars incipit ibi, *Nam diuinæ.* Tertia ibi, Et ĩ. *Non quia*, verba ſunt Gre. *Vxor erat*, id eſt, carnaliter cognita. *A parentibus fieri*, i. coniungi & tradi ſponſo. *Vxor.* i. carnaliter cognoſcenda.

6 ĩ. 35. q. 2. nullum.

7 Iuo par. 8. c 41. Pan. l. 6. c 34.

Rom. 7.

k ¶ *Moriatur.*] 34. q. 2. non ſatis.

l ¶ *Iã vxor erat.*] i. carnaliter cognita. & ſũt verba Gregorij.

ADditur.] C A S V S. Dicitur hic quod pter tres ſpecies matrimonij poſitas ĩ. 36. q. 2. tria. cuius pars eſt hoc c. additur hæc quarta ſpecies, ſ. cum quis mortua vxore ſua vxorem accipit non repudiatam, vel deſponſatam alteri, ſed abſolutam. Idem dicitur de muliere, quæ ſi viuente viro contraheret, adultera eſſet, vt probatur auctoritate Pauli.

m ¶ *Additur.*] hoc c. continuatur illi 36. q. 2. tria. & c. nullus.

n ¶ *Cum altero viro.*] non conſanguineo prioris.

Si quis

SI quis vxorem.] Casvs. Hoc c.& ſequens per ſe patent: & poſſunt intelligi de ſponſa de præſenti, vel de ſponſa de futuro. & ſecundum hoc erit ibi publicæ honeſtatis iuſtitia. Sequens §. patet:& allegat amodo Grat.pro parte contraria.

a ¶ Deſponſauerit.] Videtur ergo quod alterum iſtorum per ſe ſufficiat ad hoc quod ſit matrimonium: & ita per arrhas probantur ſponſalia. Sed dicendũ, vel, i. et ſubarrhauerit præcedēte deſpõſatiõe. Vel dic quod alterum ſufficit: quia & ſi ſubarrhat, licet nõ cõſentiat, præſumitur pro ſponſalibus & matrimonio, donec probetur contrarium.arg.27. di. qđ interrogaſti. & 30. q. 5.noſtrates.& c.feminæ.(nec refert an verbo vel facto declaret quis voluntatem ſuã. 43.di.c. 1. fit autē hæc ſubarrhatio per immiſſionē annuli, licet non conſentiat ſemp: quia eſt ſignũ amoris. Dr de hoc 30.q.5. noſtrates.& c.feminæ.

[margin: ¶ voluntas verbo aut facto declarari poteſt.]

[margin: 2 Sent.ibid. Pol.l.6.ti. 4.]

b ¶ Subarrhauerit.] extra de præſump. illud.contra.

c ¶ Ducere.] i.carnaliter cognoſcere,

d SI quis.] ¶ Aliis.] puta frigiditate vel ex maleficio.& ita idem iuris eſt ſiue diſpenſatio interueniat de ſolo facto, ſiue de iure. & ita ſi quis deſponſauit conſanguineã ſuam vel aliquã aliam cum qua ipſe cõtrahere nõ poſſit, & ſeparetur ab ea, nullus de conſanguinitate ſua eam ducere poteſt. & ita monachus poterit impedire conſanguineos ſuos,licet frigidus natus ſit. qđ cõcedit H. & hoc ſatis pt concedi quod ſiue ſit monachus, ſiue frigidus,ſiue deuot⁹, ſiue ſectus, ‖ quod ſpõſalia illius impediũt matrimonium.arg. extr. de ſpon. ad aud ēt am^a. nam pp deſponſationem q̃ nulla eſt, notatur quis infamia.ff.de his q no inf. q t ergo. §.cum autem. ext. de biga. nuper. vnus tamen caſus excipitur, qñ intra ſeptennium facta eſt deſponſatio. ext.de deſp. imp. acceſſit.Item in alio caſu nõ impediũt ſponſalia de facto ſequens matrimonium, vt extra de eo q du.in mat. ſignificauit. Sed quę ratio eſt, quare ſponſalia, q̃ nulla ſunt impediunt matrimonium? Et poteſt dici ſufficere ita ſcriptũ eſſe: vel ideo, quia quãdoque probaretur monachus, q nõ eſſet in rei veritate,vel frigid⁹: & ita eſſēt ibi periculũ,nec eſt cõtra ext. de ſpõſ. iuuenis.nã ibi poſt ſe præmiũ tē anerit, &c.

[margin: 3 ſent.4.diſ. 26. pan.l. 6. c.114.]

[margin: 4 Leo epiſt. 90.ad Ruſti. c.4.]

[margin: ‖ ſpõſalia q ſunt nulla, impediunt mrimoniũ.]

[margin: 5 Sent. ibid. Burc l.9.c 1. Iuo p.8.cap. 74. & 119 Pann.l.6.ca. 23. Capit.l. 7.c.103.]

[margin: a Vbi vñ Iahanc ſolam approbare, tñ ſub dubio forte,ſi. ibi V n. hoc reprobat in diſtinctc.]

HIS OMNIBVS. Hæc eſt 2.pars q.i qua

[margin: † al. ſedem.]

Item Gregorius.

¶ Poſt mortem alicuius nullus de eius conſanguinitate ſponſam accipiat. C. XIIII.

ij 1 SI quis vxorem deſponſauerit^a, vel eã ſubarrhauerit^b, quamquam poſtmodum præueniente die mortis eius nequiuerit eam ducere^c in vxorem: tamen nulli de conſanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. Quòd ſi inuentum fuerit factum, ſeparetur omnino.

Item Iulius Papa.

¶ *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis, & Magiſtro. Nam in vulgatis erat,* Iulianus. *In Polycarpo autem citatur,* ex cõcilio Triburiēſi à Iulio Papa confirmato. *In quo titulo ſubeſt aliquod mendum.*

¶ De eodem. C. XV.

iij 2 SI quis deſponſauerit vxorem,vel ſubarrhauerit, & ſiue præueniente die mortis, ſiue irruentibus quibuſdã aliis^d cauſis minime eam cognouerit,neq; eius ſuperſtes frater,neq; vllus de cõſanguinitate eius eãdē ſibi tollat in vxorē vllo vmquam tēpore.

2 His omnibus auctoritatibus probantur iſti eſſe coniuges. Sed Auguſtinus teſtatur contra, dicens.

¶ Non eſt inter eos matrimonium,quos non copulat commiſtio ſexus. C. XVI.

3 NOn eſt dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium^e, cum qua commiſtio ſexus non docetur fuiſſe.

¶ *Caput hoc non eſt inuentum apud B. Auguſtinum & videtur ſumma ſequentis capitis.*

Item Leo Papa. †

¶ Illa mulier non pertinet ad matrimoniũ, cum qua non celebratur nuptiale miniſterium. C. XVII.

5 CVm ſocietas^f nuptiarum ita a principio ſit inſtituta, vt pręter commiſtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ coniunctionis Chriſti & eccleſiæ ſacramentum^g,non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cũ qua docetur non fuiſſe nuptiale^h miniſterium.

¶ *In codicibus epiſtolarum Leonis impreſſis, & manuſcriptis in epiſtola 90. al. 92. ad Ruſticum, cap.4. itemque apud Burchardum,& Iuonem longe aliter habet hic locus.* Cum ſocietas,inquit,nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit,vt præter ſexuum cõiunctionem haberet in ſe Chriſti & eccleſię ſacramentum:dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium,in qua non docetur nuptiale fuiſſe myſterium. *Verum, vt reſpondeat verbis Gratiani, qui manifeſte vtitur hoc loco deprauato, itemque Magiſtri, & gloſſę,& poſteriorum doctorum, nihil eſt in textu mutatum.*

[*Benedictus ſeruus ſeruorum Dei, Grandenſi patriarchæ ſalutem,&c.*]

PALEA. C. XVIII.

LEx diuinę cõſtitutionis Apoſtolicam cathedram † totius poſuit orbis terrarum magiſtrã, vt quidquid vbique locorum dubitatur,ab ea ratio eiuſdem requiratur. Affatus eſt autem nos ſuis litteris eiuſdē cathedrę ſeſſorem, ac percunctatus eſt quidam veſtras † nomine Ioannes pro connubio filiæ ſuæ ſuperſtitis: cuius ſoror defuncta cuidã iuueni, Stephano nomine, ſimplicibus verbis fuerat deſpõſata,& antequam ad nuptias perueniret,morte præuenta:vtrum ſcilicet cum eodem iuuene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtitis filię,nec ne.Nãq; teſtatus eſt huius rei rationem apud vos haberi ambiguã. Quam Deo docēte reddimus his verbis certiſſimam. Protoplaſtus ille radix, & origo noſtra detractã ſibi coſtam in mulierem videns formatam, prophetico ſpiritu inter alia protulit. [Propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori ſuæ: & erũt duo in carne vna.] Quibus verbis innotuit non aliter virum & mulierem poſſe fieri vnam carnem,niſi carnali copula ſibi cohæreãt.Qui ergo nequaquã miſtus eſt extraneę mulieri fœdere nuptiali,quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt vna caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim ſanguinis verbis dicitur,nõ verbis efficitur. Sed neque oſculum parit propinquitatē, quòd † nullam facit ſanguinis commiſtionem.Quoniam vero ita prorſus ſeſe habet res Ioannis iſtius, vt velit ſecundã filiam illi nuptiis copulare, cui primam iam decreuerat deſponſare, cenſura Apoſtolici^a magiſtratus mandamus hoc abſque vllius criminis vitio poſſe fieri,ſi vtriuſque^β partis ſederit voluntati. Nam cur prohibeatur,quod prohibēdum† numquam ſancta ſcriptura declarat? Sed neque mundanæ leges connumeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias non contrahunt^γ, de huiuſmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis,quod negandum nulla ratione docetis†.

¶ *Palea hæc habetur in pleriſque manuſcriptis. Eſt etiam in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis, & in altera collectione in 50.partes diuiſa(quæ eſt inſerta tomo conciliorum poſt decreta Alexandri tertij) par.6.c.27.*

a ¶ Apoſtolici.] *In tomis conciliorum eſt,* cēſura Apoſtolica. *in collectione prima Decretalium.* cenſura Apoſtolici magiſterij.

probat quòd nõ ſit vxor,ſi carnis commiſtio non interueniat. nam ſi eſſet vxor,non poſſet intrare monaſterium illo inconſulto ſponſa poteſt viro etiam contradicente, & inconſulto. & hoc probat per 9 cap.Ioan.

NOn eſt dubium.] Casvs.Cardinalis legebat hoc c.de arcta: ſed H.& Ben. intelligunt hoc cap. de qualibet matrimonialiter ducta.& quod dicitur ibi non pertinere ad matrimonium, id eſt, ad aliquod,vel quodlibet ſacramētum matrimonij, quod ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. q̃ coniunctio facta fuit in vtero virginali. Sequens c. per te videbis, quia planum eſt, & exponit illud c. nõ dubium. Sequitur poſtea q̃dam palea, quæ ſic incipit, *Lex diuinæ*.quę in ſcholis non legitur. Et §. qui poſtea ſequitur, ſcilicet, *Item Apoſtolus*, planus eſt.

[margin: † al. vir.]

e ¶ *Ad matrimonium.*] quia habet in ſe ſacramentum coniunctionis Chriſti & eccleſię, & animæ fidelis ad Deum per charitatem.j. ea.c. ſeq. extra de bigamis. debitum. Quidam intelligunt hoc c.de arcta: & exponunt non fuiſſe, id eſt, eſſe non potuiſſe propter arctationem Ioan.

[margin: Geteſa.]

f CVm ſocietas.] Sic matrimonium ſe habet ad inſtar ſocietatis. arg. extra de ſpon.præterea. ‖ poteſt ergo matrimonium cõtrahi per abſentes, ſicut & ſocietas.ff. pro ſoc. l. 4. arg.30 q. 5. nec illud. & ad inſtar ſocietatis ſe habet. extra de ſpon. præterea. Et eſt argu. quòd matrimonium non fuit inſtitutum per illa verba, Hoc nũc, &c. ſed per illa quæ ſocietatem deſignant: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem.& adhærebit, &c. & ita intelligitur illud cap. extra de do. inter vir. & vx.ſignificauit. vbi dicitur, quòd ea quæ lucrantur vir & vxor, communiter obueniunt eis. Et eſt ſimil. ff.rerum amot.l.1. vbi dicitur,quòd vxor domina eſt & ſocia rerũ ipſius viri. ſed domina dicitur, quia non poteſt agi furti, licet furtum committat.

[margin: ‖ Matrimonium inter abſentes cõtrahitur.]

[margin: † al.quia]

[margin: † al. prohibitum.]

g ¶ *Sacramentum.*] duo ſunt ſacramenta vnum Dei & animæ: aliud Chriſti & eccleſiæ. Dei & animæ, in ſponſis: Chriſti & eccleſiæ inter virum & vxorem,vt j. ca. in omni. & extra de bigam.debitum.

[margin: † al monſtratis.]

h ¶ *Nuptiale.*] miniſterium, id eſt, carnis commercium.

BB ITEM

ITEM APOSTOLVS. Palea, quæ hic ſolet eſſe, eſt contraria his quæ diximus ſ. ca. ſi quis deſponſauerit. ſed loquitur cum pater promiſerat filiam illi: ſed ille non deſponſauerat eam: & quod dicitur deſponſata, i. promiſſa ſimplicibus verbis patris, illa non conſentiente[a]. Et hoc colligitur ex eo quod dicitur circa finé, decreuerat deſponſare: vel intra ſepteunium deſponſauerat.

a Nec tacite nec expreſſe. hic vt intelligere ſun. & ut not. extra de deſp. imp. c. ad dict. vt extra l. 6. c. tit. ſi infantes. §. pro cum duo. & ſeq. 1. Cor. 7.

a ¶ Item Apoſtolus.] ab hoc loco vſque ad §. Ecce. allegat quod neuter cóiugum ſine conſenſu alterius poteſt tranſire ad religioné: exinde vſque ad §. Cum ergo Maria, probat quod vxorem ponit. Et ex his concludit ibi, quod inter ſponſum & ſponſam non eſt coniugium.

ITEM PROPOSITVM. Casvs. Adhuc probat Gratian. inter ſponſum & ſponſam nó eſſe matrimoniú. Quod ſic probat. nam vir ſine conſenſu vxoris non poteſt ingredi religionem. Et hæc eſt propoſitio, quam probat vſq; ad §. Ecce. Sed ſponſus hoc facere poteſt vt in §. Ecce. Et hæc eſt aſſumptio, quam probat vſq; ad §. Cum ergo. ibi concludit inter ſponſum & ſponſam non eſſe matrimonium.

1 ſent. 4. dif. 27. Anſ. l. 10. c. 8. Ivo p. 8. c. 129. Pa. l. 6. c. 78.

Math. 19.

SVnt qui dicunt.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte Gre. reprehendit quoſdam, qui dicebát matrimonia propter religioné poſſe diſſolui, quia lex humana hoc permittebat: ſed dicit Greg. hoc nó eſſe verum: quia etſi lex humana concedat, lex tñ diuina hoc prohibet. Quod probat duabus auctoritatib. Domini. Nam cum vir & vxor ſint vna caro, nó debet alter ad religionem tranſire, & alter in ſæculo remanere. In ij. parte dicitur, quod ſi ex conſenſu ambo eligant continere, & vitam ducere religioſam cũ maioris meriti, vel propter emendationé præteriti delicti, hoc facere poſſunt: ſicut multi Sácti fecerunt. ſine conſenſu autem vtriuſque hoc fieri non poteſt. Quod probat auctoritate Pauli ad Corinth. Secunda pars incipit ibi, Si vero.

Geneſ. 2.

† abeſt à pleriſque cod.

β ¶ Si vtriuſq; parti ſederit voluntati.] *Hæc non ſunt in collectione conciliis inſerta.*

γ ¶ Non contrahunt.] *In aliquot veteribus, & in prima collectione Decret. legitur*, nuptias contrahũ, *in altera autem collectione*, quibus inter ſe nuptias contrahere non licet.

Item Apoſtolus[a] *præcepit, vt vxor reddat debitum viro, & vir vxori, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt expeditius vacent orationi. Vnde datur intelligi quod ſine conſenſu alterius non licet alteri vacare orationi.*

¶ *Item propoſitum melioris vitæ vir ſumere non poteſt ſine conſenſu vxoris, & econuerſo.*

Vnde Gregorius ſcribit Theotiſtæ patriciæ, lib. 9. epiſt. 39.

¶ Cauſa religionis coniugia ſolui non debent. C. XIX.

1 SVnt, qui dicũt religionis cauſa coniugia debere diſſolui. Verum ſciendũ eſt: quia etſi hoc lex humana[b] cóceſſit: lex tamen diuina[c] prohibuit. Per ſe enim veritas dicit [Quod Deus cóiunxit, homo nó ſeparet.] Qui etiam ait [Non licet dimittere vxoré, excepta cauſa fornicationis.] Quis ergo huic cęleſti legis latori[d] cótradicat? Scimus, quia ſcriptú eſt, [Erunt duo in carne vna[e].] Si ergo vir & vxor vna caro ſunt, & religionis cauſa vir vxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanétem, vel etiam fortaſſe ad illicita vota† migrantem, quæ eſt iſta conuerſio[α], in qua vna eademque caro ex parte tranſit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione[f]? Si vero vtriſque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare? quando certum eſt, quod omnipotens Deus, qui minora[g], cóceſſit, maiora[h], nó prohibuit. Et quidem[β] multos ſanctorum nouimus cum ſuis coniugibus & prius continétem vitam duxiſſe, & poſtmodum ad ſanctæ eccleſię regimina migraſſe. Duobus enim modis ſancti viri etiam a licitis ſolent abſtinere: aliquádo vt merita ſibi apud Deum omnipotentem augeant: aliquando, vt anteactæ[i] vitæ culpas detergant & j. ¶ Proinde cum boni cóiuges aut meritum augere deſiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere, vt ſe ad continentiam adſtringant, & meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam, quam vir appetit, vxor non ſequitur, aut quá vxor appetit, vir recuſat, diuidi coniugium nó poteſt†: quia ſcriptum eſt [Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir: ſimiliter & vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier.]

1. Cor. 7.

† al. licet.

α ¶ Conuerſio.] *In originali eſt*, illa migratio, vel conuerſio.

β ¶ Et quidem.] *Hæc ſunt reſtituta in ſuum locum, quæ antea tranſpoſita fuerant inter verſ. licet, & verſ. ſi vero.*

Idem Leoni epiſcopo Catanenſi, libro 3. epiſt. 34.

¶ Abſque viri conſenſu monaſterio mulier deputata ad eius conſortium non prohibetur redire. C. XX.

2 MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim cóſuetudinem[k] tenuiſſe, vt ſubdiaconi ſuis licite[l] miſcerentur coniugibus. Quod ne denuo quiſquam præſumeret, à ſeruo Dei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris iſto eſt modo prohibitum[m]: vt eodem tempore hi, qui iam vxoribus fuerát copulati, vnum ex duobus eligerent, i. aut certe[n] nulla ratione miniſtrare præſumerent, aut à ſuis vxoribus abſtinerét. Et, quatum dicitur, Speciosus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit[o] officio: & vſque in obitus ſui tempus notarij[p] quidem geſſit officium & a miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſauit. Poſt cuius obitum, quia relicta eius Honorata eſt marito ſociata, à tua eam fraternitate in monaſterio cognouimus deſtinatam.

h ¶ *Maiora.*] non in hominibus, vt ſ. diſt. 50. qui ſub gradu. & eſt ſi. 16. q. 2. viſis. B.

i ¶ *Anteacta.*] & nonne hoc caſu augent ſibi merita? ſic. faciunt enim vtrúq;: ſed in ipſo nó delent culpas. Item nonne coniuges cómiſcendo augét merita ſibi? ſic[b], ſed nó tamen ita expedite[c], licet quidam dicát quòd cum commiſcétur, & cauſa reddédi debiti vel prolis, non merentur præmium, ſed minus ſupplicium: ſed hoc improbatur. j. 33. q. 5. ſi dicat. Ioan.

¶ Coniuges an commiſcendo mereatur

b Vt 33. q. 4. c. 1.

c Vt j. 33. q. 4. Chriſtiano.

MVltorum.] Casvs. Hu. hunc caſum ſic ponit, & latius & melius quam Ben. ſic dicens, Olim cóſuetudo erat in Sicilia, quod cóiugati promouebantur in ſubdiaconatú non præmiſſa continentia, & ſimul vtebantur matrimonio contracto & officio eccleſiaſtico. quod poſtea a Pelagio prędeceſſore Grego. fuit prohibitum ſub alternatióe, ſ. vt alterutro eſſent cótenti: ſ. conſortio vxoris, & ceſſarent ab officio ſubdiaconatus: vel retinerét officium ſubdiaconatus, & ceſſarét a conſortio vxoris. Propter quam cóſtitutionem Speciosus ſubdiaconus, de quo hic habetur, retento vſu coniugis dimiſit officium ſubdiaconatus: poſtea eo mortuo, relicta eius nupſit alij, quam epiſcopus ſeparauit à marito, & retruſit in monaſterium. ſcribit ergo Grego. illi epiſcopo, & præcipit vt ſi ita veritas ſe habet, eá extrahat de monaſterio, & reddat marito: quia et legitime nubere potuit.

a 31. diſt. ca. multorum. Anſel. l. 7. ca. 138. Pol. l. 4. tit. 38.

k ¶ *Conſuetudinem.*] contra 31. diſt. n. ante tempus. in princ. ſed ibi loquitur poſt prohibitionem. & dicit B. quòd Pelagius fecit tantum vná conſtitutionem ſub diſiũctione, & illam retractauit Greg. vt ibi notaui. Hu. dicit quod duas fecit, vnam puram, quæ ibi reprobatur: aliam, quam hic tangit non reprobando.

l ¶ *Licite.*] ante ſubdiaconatum dict. s: quia nec tempore Apoſtolorum in ſubdiaconatu licuit contrahere. 84. diſt. cum in præterito.

b ¶ *Humana.*] in auth. de nup. §. diſtrahuntur. coll. 4.

c ¶ *Diuina.*] ſupra diſt. 10. cap. 1.

c ¶ *Diuina.*] quæ tunc demum locum habét cum carnalis coniunctio vna caro eſt. extra de conuer. coniug. ex publico.

d ¶ *Latori.*] id eſt, Chriſto: cui nullus reſiſtere poteſt. 11. q. 3. ſecundum. 19. q. 2. duæ. Ioan.

e ¶ *Vna.*] fictione iuris vir & vxor vna caro ſunt, vel erunt duo in carne vna, id eſt, in vno carnali opere, id eſt, ad vnam carnem. vel, id eſt, ad vnam prolem procreandam. Sic & fornicarij dicuntur vna caro. j. 32. q. 4. in eo.

¶ Vir & vxor erũt duo in carne vna, qualiter capiatur.

f ¶ *In pollutione.*] arg. quòd vno intrante monaſterium poſſit alter coniugum in ſæculo remanere, dummodo in caſtitate. non enim videtur eſſe cauſa prohibitionis niſi pollutio. cauſa ergo ceſſante ceſſabit prohibitio. quod verum eſt ſi eſt ſenex, vt extra de conuer. coniug. cum ſis prædictus.

¶ Monaſterium ingrediẽte vno cóiugũ an poſſit alter in ſæculo remanere.

g ¶ *Minora.*] hoc tenet in honoribus, vt ſ. 95. diſt. illud. ſ. 24. quæſt. 1. miramur.

m ¶ *Prohibitum.*] & male: quia nec poterat præcipere quòd abſtinerent ab vxoribus, quas érant legitime adepti: nec etiam quòd abſtinerent ab officio: quia ſine culpa non poteſt quis priuari officio. & ita fuit retractatum a Gregor. 31. diſtin. c. 1. dicit tamen Hu. quòd bene: quia abſtinere ab vxoribus fuit eis indictum, ſi poſſent habere conſenſum virorum. Item dicit quòd aliàs interdictum fuit ex cauſa miniſterium, ſed ſine culpa: ſicut & beneficium interdicitur coniugatis ſine culpa, ſed non ſine cauſa. extra de cler. coniu. cap. diuerſis.

¶ Beneficiũ coniugatis interdicitur.

n ¶ *Aut certe.*] arg. quòd id quod per ſe ſimpliciter imperari non poteſt, ſed perſuaderi, vt continentia. 32. q. 1. integritas. ſubalternatiue & diſiunctiue imperari poteſt. 32. diſt. lectores. Arg. cótra. ff. de cód. inſt. quæ ſub conditione. §. ſi quis.

o ¶ *Suſpendit.*] tempore prohibitionis. & ita non fuit adſtrictus voto continentiæ vel expreſſe vel interpretatiue. Vnde eſt arg. cum & vxorem eius continentiam non vouiſſe.

p ¶ *Notarij.*] arg. contra. 20. q. 3. eos.

¶ Vxor dans viro licentiã promouẽdi vouere vr.

a ¶ *Suſpendit.*] ſecus ergo ſi ſe non ſuſpendit. ¶ vnde mulier præſumitur vouiſſe (quod concedo) eo ipſo quòd licentiam dat viro promouendi. Sed quare ſeparatur à viro ſecũdo, licet nõ vouiſſet? quia vxor clerici debet ſe cõuertere alicui religioni, vt arg. ꝫ. 28. diſ. quia ſunt. & ſic præſumebatur & dicebatur de illo. arg. cõtra. 20. q. 3. eos.

g ¶ *Horum.*] ſ. quòd nec illa mutare ſe promiſit nec conſenſit, &c.
h ¶ *Nec quondam.*] is e petitorio agebatur: & ideo excipit de fornicatione. aliàs primo reſtitueretur, ext. de reſt. ſpol. ex conqueſtione.
i ¶ *Fornicationis.*] publicæ, vt ext. de diuor. ſignificaſti. ¶ aliàs ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa reſtitueretur, niſi ipſa ſe ſpoliaſſet vagando cũ adultero. Vel verius dicas, ꝙ hic referebatur qualiter cũ ipſa non erat ſpoliata: q dicebatur quòd eius voluntate intraſſet religionem.

¶ Vxor inconſulte dimiſſa eſt reſtituenda.

Ideoque, ſi, vt fertur, eius ſe maritus ab adminiſtratione ſuſpendit [a], antedictæ mulieri non debet [b] officere, quòd ad ſecundam cõiugij copulationem migrauit: præſertim [c], ſi non tali mẽte ſubdiacono iuncta eſt, vt à carnis voluptatibus abſtineret. Si ergo ita ſe veritatem, quemadmodum edocti ſumus, habere cognoſcis, prædictam te mulierem de monaſterio per omnia conuenit relaxare, vt ad ſuum maritum ſine aliqua poſſit formidine remeare.

Idem Hadriano Panormitano notario, libro 9. epiſt. 44.

¶ Ad vxorem redire cogatur, qui ſine eius conſenſu religioſam veſtem ſuſcepit. C. XXI.

1 AGathoſa latrix præſentium queſta eſt, maritum ſuum contra voluntatem ſuam in monaſterio Vrbici abbatis eſſe conuerſum. Quod quia ad eiuſdem abbatis culpam, & inuidiam non eſt dubium pertinere. experiẽtiæ tuæ præcipimus, vt diligenti inquiſitione diſcutiat, ne forte cũ eius voluntate conuerſus ſit [d], vel ipſa [e] ſe mutare promiſerit. Et ſi hoc repererit, & illũ in monaſterio remanere prouideat, & hanc, ſicut promiſit [f], mutare compellat. Si vero nihil horum [g] eſt, nec quondam† [h] fornicationis [i] crimen (propter quod viro licet dimittere† vxorem) prædictam mulierem cõmiſiſſe cognoueris: ne illius cõuerſo vxori relictæ in ſæculo fieri poſſit perditionis occaſio: volumus, vt maritum ſuum illi, etiam ſi iam tõſuratus [k] eſt, reddere debeas [l] omni excuſatione ceſſante: quia etſi mundana [a] lex præcipit conuerſionis [m] gratia vtrolibet inuito poſſe ſolui coniugium; diuina tamen lex fieri non permittit. Nam, excepta fornicationis cauſa. vir vxorem dimittere [n] nulla ratione cõceditur: quia poſt quam copulatione cõiugij, viri atq; mulieris vnum corpus efficitur, nõ poteſt ex parte cõuerti, & ex parte in ſæculo remanere.

a ¶ *Mundana.*] *Habetur nouella 123. c. 58. vt eſt dicta ab Iulianum.*

Item ex octauo ſynodo.

¶ Sine conſenſu vxoris, religionis propoſitum vir ſumere non poteſt. C. XXII.

iiij SI quis [a] coniugatus vult conuerti ad [o] monaſterium, non eſt recipiendus, niſi prius à coniuge caſtimoniã profitente [o] fuerit abſolutus. Nã, ſi illo viuente illa per incontinentiam alteri nupſerit, proculdubio adultera erit. Nec recipitur apud Deum eius viri [p] conuerſio, cuius ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio. Tales igitur tunc ſine culpa ſequũtur Chriſtum relicto ſæculo, ſi habeant ex pari voluntate caſtitatis conſenſum.

a ¶ Si quis coniugatus.] *Hoc vſque ad verſ. Nam ſi illo habentur apud B. Baſilium in regulis fuſius diſputatis, c. 12. Burchardus quidem, Polycarpus & Iuo par. 8. c. 183. citant totum hoc caput ex dicto Baſilio. Idem vero Iuo c. 220. & auctor Pannormiæ citant epiſtolam Alexandri 2. Landulpho ſcriptam in qua hoc*

b ¶ *Non debet.*] ꝫ. 32. diſt. ſeriatim. in fi. contra: vbi dicitur ꝙ non põt alij nubere poſt mortem primi. Sed ibi incœpta erat iam cõtinentia in ſubdiacono: hic non. non enim vouit, nec expreſſe nec tacite, cũ eius maritus non fuit promotus ad ordinẽ diaconalem: & in ſubdiaconali ordine bene licebat tempore huius Gre. adhærere vxori vel contrahere: non poſtquam edidit illam cõſtitutionem. 31. d. ante triennium.

¶ Subdiaconus olim poterat coniugari.

c ¶ *Præſertim.*] i. ſi ſic iuncta eſt cum ſubdiacono, ꝙ ipſa tunc fecerit votum, ꝙ poſt mortem eius contineret perpetuo. tunc enim non fuit matrimonium cum ſecundo. hoc ſecundum H. cuius opinionem no. 32. diſt. ſeriatim. ſed ſecundum opinionem noſtram, quam not. ꝫ. ea. q. 1. c. 1. falſum eſſe patet. nam ſecundum hoc etiam ſi expreſſe voluiſſet, niſi deuoueret ſe religioni, non ſolennizat: vbi dixi, nec ſeparatur à viro ſecundo. Ioã. & quocumque modo dedit licentiam hoc intrandi religionem, ſiue ordinem ſuſcipiẽdi: non ſeparabitur ſecũdum matrimonium. Dic ergo hic præſertim, i. maxime. nã præſumptionem induceret contra eam, non tamẽ quæ ſufficeret ad ſeparationẽ. H. vtrum autem dãdo licẽtiam intelligatur ſolẽniter vouere, no 32. di. ſeriatim. & 28. di. ſi ſe cuiquã.

[a] Sent. ibid. Anſ. l. 10. ca. 19. Burc. l. 9. c. 48. Iuo p. 8. c. 186. & l. 32. diſt. ſeriatim. Iuo l. 6. X. c. 4. Po lyc. l. 6. tit. 4.

† *al. quoddam*

† *al. relinquere.*

AGathoſa.] Casvs. Maritus Agathoſæ monaſterium intrauerat: vxor eius eum repetebat, ſed ei non reddebatur: quare conqueſta eſt [illegible] e. ſcribit ergo Gre. Hadriano notario, vt cognoſcat de hac cauſa: & ſi inuenerit quòd voluntate illius intrauerit monaſterium, vel quòd ipſa monaſterium ingredi promiſerit, vel quòd ipſa fornicata fuerit, permittat illum in monaſterio remanere: & à petitione vxoris abſoluat. Si autem nihil eorum inuenerit, ipſum etiam tonſuratum ad vxorem redire compellat: quia & ſi lex humana permittat matrimonium propter religionem diſſolui: lex tamen diuina hoc prohibet, niſi cauſa fornicationis: cum poſt carnalem copulam vnum corpus ſint effecti.

d ¶ *Conuerſus ſit.*] licet recipi non debuerit niſi & vxor conuertetur ꝫ. ead. ſunt qui dicunt.

e ¶ *Vel ipſa.*] hic habes ꝙ cõſenſus vxoris ſufficit, licet ipſa expreſſe non voueat, nec intret religionem, ad hoc vt maritus poſſit intrare religionem, vt 33. q. 1. qui vxorem. & expreſſum vr extr. de conuerſ. coniu. c. veniens. & c. conſtitutus. nam dãdo licẽtiam vouere intelligitur. 32. di. ſeriatim. 28. diſt. diaconus. & c. ſi qua vidua. ſed expreſſe contra ſicit. ext. de conuer. coniu. c. 1. Quidam dicunt licentiam vxoris nõ ſufficere niſi & ipſa intret religionem. & illud c. 33. q. 5. qui vxorem. intelligunt loqui de conſilio. & quod hic dicit. ſi vero nihil horũ, dicũt quòd hæc dictio, horũ, hic demonſtrat hæc duo membra, ſ. crimen fornicationis. & hoc quòd ipſa ſe mutare promiſit. & exponunt hic, vel, pro &. Alij dicũt ꝙ ſola licẽtia ſufficit, & dando licẽtiam intelligitur vouere, & cogitur intrare religionem, niſi ſit vetula, vt ext. eo. cũ ſis prædictus. & intelligũt decr. primam prædi. de conuer. coniu. de licentia extorta. Probabiliter poteſt dici quòd ſi mulier ignara iuris dedit licentiam, non intelligitur vouiſſe, & tunc poteſt maritum repetere. ſecus ſi iuris ſciuit. Ioan.

¶ Maritus an poſſit religionem intrare ſolo cõſenſu vxoris interueniente.

f ¶ *Promiſit.*] compellẽda enim eſt ſi ſe promiſit futurã monachã. ar. 12. q. 2. quicũque ſuffragio [a]. niſi maius periculum timeatur. extr. qui cle. vel vo. veniens. Vel dic, promiſerit ſe deuouendo religioni.

[a] Melius facit 12. q. 1. ſcimus. extr. quicunq;

k ¶ *Tonſuratus.*] ſecũdũ H. poſt mortẽ vxoris tenetur redire ad monaſteriũ, nec obſt. decr. illa ext. de conuer. cõiu. quãuis licet. n. ingreſſus, vel votũ nõ teneat quãtum ad ſe, tñ monachus efficitur extinctores ſpiritus ſancti, licet. n. extingere nõ põt quo ad ſe, tñ extinctores indicantur 1. q. 1. ſuſcepit. de conſ. d. 4. quærit. vtrũ illa gl. ſed numquid. contraria huic. Io. male dixit, H. cum iterũ approbata ſit in noua cõpilatione illa decr. quidam. B.

¶ Spiritus ſanctus extingui nõ poteſt. 2. Sent. ibid. Aug. 10 ca. 22. ſu. l. 9. cap. 45 & 20. Pann. l. 6. c. 8.

l ¶ *Debeas.*] ſed numquid iſte redditus vxori poterit ab ea exigere debitũ [b], vel ei exigenti reddere? Dic ꝙ exigẽti tenetur reddere, quod cũ ſuum erat, ſ. exigere, vouere non potuiſſet [illegible] num, ſ. nõ reddere, vt 33. q. 5. noſti. ſed ab ea exigere non poterit. arg. extra de conuer. coniu. quidã intrauit. qui quãtum in ſe fuit, ſe voto adſtrinxit. ſed nunquid ea mortua poterit abbas illũ repetere: vel iſte poterit aliam ducere? Dicendum quòd abbas illũ repetere nõ poterit, quia votũ nullũ fuit, & nõ fuit monachus: non tamen aliam ducere poterit: quia quãtum in ſe fuit, ſe voto ligauit. ſi tamen duxerit de facto, tenet, & erit matrimonium inter eos, vt extr. ea. placet. H. tamen contrarium dixit: & dixit ꝙ non eſſet decr. quæ eſt extr. eo. quidam. Si autem aliquis de licẽtia vxoris ſuæ intrauit religionẽ: ſatis poteſt dici quòd mortua vxore, quæ eum repetiit, cogitur reuerti ad monaſterium: & ſi contraheret, nõ teneret matrimoniũ, vt ext. eo. c. ex parte. Io.

¶ Maritus religioſus ab vxore repetitus an poſſit debitum exigere [illegible] votum de monaſterio, & ſtatum poenitentiæ [illegible] hoc [illegible] poſſit an cara eius [illegible] Ioan. de Anc.

m ¶ *Conuerſionis.*] ante iudicium eccleſiæ neuter poteſt intrare monaſterium altero inuito, niſi cum publice fornicata [illegible]: tunc vir ea inuita poteſt intrare monaſterium, ſed non illa: ſed facta ſeparatione iudicio eccleſiæ ſecundum Hu. neuter tenetur alteri, & vterque ceſſit iuri ſuo. arg. 7. q. 1. quàm periculoſum. & ideo tunc dicit H. quòd vterque intrare poteſt reliquo inuito. Illud autem Apoſtoli, Aut maneat innupta, aut reconcilietur. quod de dimittente loquitur, intelligitur ante ſententiam eccleſiæ. Ioan. ſed auth. contradicit H. vt C. de adul. auth. ſed hodie. B.

n ¶ *Dimittere.*] arg. ꝙ alter coniugũ poteſt intrare monaſteriũ altero conſentiente etiam poſtquam ſunt vna caro effecti. ſit. ſic habes duas cauſas hic, quibus poſt carnalem copulam vir poteſt ſeparari ab vxore quantum ad reddẽdum debitum, & cohabitationẽ, ſ. fornicationem: tamen poſt ſeparationem factam ab eccleſia; antea non, vt j. 35. q. 6. multorum. & 33. q. 2. ſæculares. & votum conuerſionis tunc exigitur vt illa conſentiat, & ſimiliter conuertatur, & profiteatur, ſi eſt iuuenis. ſi vetula, ſaltem profiteatur perpetuam continentiam. extra de conuer. coniug. cum ſis prædictus.

¶ Monaſterium intrare an poſſit alter coniugũ poſt copulã altero cõſentiente.

SI quis coniugatus.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis coniugatus voluerit ad monaſterium tranſire, non poteſt hoc facere ſine licentia vxoris: quia non recipitur apud Deum viri conuerſio, cuius ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio. vnde ſi vxor poſtea nubat, adultera erit: licite ergo fieri poteſt de vtriuſque conſenſu.

o ¶ *Caſtimonia profitente.*] id eſt, tranſeunte ad religionem, ſi eſt iuuenis. aliàs ille non eſt recipiendus. extra de conuer. coniu. cum ſis prædictus.

p ¶ *Viri.*] extra de conuer. coniug. ſane. & c. coniugatus.

SI vir.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi vir & vxor cauſa religionis diuertere voluerint: hoc non debet fieri ſine licentia epiſcopi: alterutro tamen inuito hoc fieri non poteſt. Singulariter, id eſt, diuiſim: quia in eodem monaſterio eſſe nõ debent. ita ſequen. duo cap. plana ſunt.

[Cõiugũ ſeparatio ſine eccleſ. auctoritate.

1 Sent. ibid. Iuo par. 8. c. 127. Pan. l. 6. c. 74.

a ¶ Conſcientia.] hoc generaliter obtinet vt ſemper auctoritate eccleſiæ fiat ſeparatio, vt 35. q. 6. multorũ. ſ. 19. q. 2. duæ. contra ibi, ſecus in clerico. ſi tamen ſine auctoritate epiſcopi iſtud fiat, tenet, vt generaliter interpretatur conſuetudo vel in eo caſu exaudi cum volũt conſtruere monaſterium in quo ſe conuertant ſine licentia epiſcopi. argu. de conſecr. diſt. 1. nemo Ioan.

b ¶ Non ſoluitur.] niſi poſtea alter velit tacitũ habere ingreſſum alterius. argu. 33. qu. 5. mulier.

SI tu abſtines.]

c ¶ Licentiam.] id eſt, occaſionem.

d ¶ Imputabitur.] adeo quòd ſecundum Io. de Fan. non poterit dimittere eã propter talem fornicationem: quoniam qui occaſionẽ damni, &c. ſ. diſt. 50. ſtudeat. & c. ſæpe. & 1 q. 1. placuit. Et eſt arg. pro eo[a]. in auth. vt li. ma. & aui. §. quia vero plurimas. in fi. coll. 8 quod non credo ext. de diuor. ſignificaſti. licet enim det occaſionem ille, ipſa tamen debet fidem ſeruare caſtitatis. arg. ſ. c. Agathoſa. & 23. q. 5. quod Deo. niſi eam tradat alij adulterandam. extr. de eo qui cog. conſan. diſcretionem. ff. ſol. ma. cum mulier. Dic ergo hic, tuæ abſtinẽtiæ, i. abſtinenti tibi imputabitur peccatum, quod cõmittit ei debitum denegando. Ioan.

2 Sent. ibid. Iuo par. 8. c. 130 Pan l. 6. c. 79.

[Coniũ. dans cauſã dãnũ ſeciſſe vi.

a Sed argu cõtra eũ eſt expreſſum. ſ. eadẽ q. 5. ibi, adultera erit. vbi H. ponit & tenet. q̃ ſequitur in gl. ité eſt ar. ex preſſum 32. q. 5. puto. Aic

† al. deuotione.

e QVia Agatho.]

f ¶ Coniugij.] ſupra diſtinct. 40. ſicut. C. de epiſcop. & cleric. Deo nobis C. de agricol. & cenſi. cum ſcimus. lib. 11. Ioan.

idem ex B. Baſilio refertur. Et pars prior illius epiſtolæ refertur j. 33. q. 5. notificaſti.

Item ex ſynodo Eugenij Papæ ſecundi in ſynodo Romana, c. 36.

¶ Sine conſcientia epiſcopi, viro & vxori cauſa religionis diuertere non licet. C. XXIII.

1 SI vir & vxor diuertere pro ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine epiſcopi conſcientia[a] fiat, vt ab eo ſingulariter prouiſo conſtituantur loco. Nam vxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non ſoluitur[b].

Item Ioannes Chryſoſtomus homil. 1. in Pſal. 50.

¶ Antea citabatur Auguſtinus de adulterinis coniugijs: apud quem libro 8. c. 4 habetur ſententia, ſed non verba: quare reſtitutus eſt titulus ex Iuone.

¶ Sine vxoris voluntate viro continere nõ licet. C. XXIIII.

2 SI tu abſtines ſine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licẽtiam[c], & peccatum illius tuæ imputabitur[d] abſtinentię.

Item Gregorius Vrbico abbati, libro 5. epiſt. 49.

¶ Vir non eſt ſuſcipiẽdus in monaſterium, niſi vxor conuertatur. C. XXV.

QVia Agatho lator præſentium in monaſterio dilectionis tuæ conuerti deſiderat, hortamur, vt eum omni cum dulcedine, dilectioneque † ſuſcipias. *& infra.* ¶ Quem tamen ita ſuſcipiendum eſſe cognoſce, ſi & vxor illius ſimiliter conuerti voluerit. Nam dum vnum vtrorumque corpus coniugij[f] copulatione ſit factum: incongruum eſt partem conuerti, & partem in ſęculo remanere.

Item Nicolaus Papa Carolo Regi.

¶ Continentiæ vota non licet vxori ſuſcipere, niſi eandem vitam vir eius elegerit. C. XXVI.

SCripſit.] CASVS. Caſum iſtum ſic pono, Thietberga poſtulauit à Nicolao Papa vt liceret ſibi religionem intrare. quare Papa reſcripſit ei dicens, quòd hoc poteſt facere ſi vir eius Lotharius ſimiliter conuertatur, nec tunc facerent contra auctoritatem Euangelij: quia tales non ſeparat homo, ſed Deus: cum religionis intuitu ex conſenſu vtriuſque coniugis matrimonia diſſoluantur: aliter autem fieri prohibetur. B.

f ¶ Dignitate.] arg. quòd hoc ſolo quòd quis efficitur monachus, deſinit eſſe Rex, vel Imperator, vel Papa, vel Epiſcopus. argu. 7. q. 1. hoc nequaquam, &c. Et eſt arg. quòd ius regni non tranſit ad monaſterium: ſed ad ſucceſſores ſanguinis tantum, vbi per ſucceſſionẽ habetur. ſic de comitatu & ducatu. arg. tamen ſumitur hic ſophiſtice. Nam iſta non erat regina niſi quia vxor[b] regis fuit: ſicut & vxor conſulis dicitur conſularis. ff. de ſenat. feminæ. ergo eo ipſo quòd volebat exui copula maritali, ergo & dignitate regia.

a Rex deſinit eſſe rex ſi monachus efficiatur.

b Vxor Aut. Cor. tract. 8 exc. & po. reg. 2. q. 29

g ¶ Poſſe.] ſed nonne vir eius erat publicus adulter cum Gualdrada, vt 2. q. 1. ſcelus. quare ergo non etiam potuit ab eo recedere, vt ſ. c. Agathoſa: etiam ſine iudicio eccleſiæ, vt extra de diuor. ſignificaſti. Potes dicere quòd adhuc non ſuperduxerat Gualdradam. Vel ideo non potuit ab eo recedere, quia de hoc ipſo erat quæſtio, an eſſet vxor eius, vel non. Ioan.

ECCE. CASVS. Infert G. ex ſupradictis, quòd coniugati ſine conſenſu alterutrius continentiam profiteri non poſſunt. poſtea aſſumit dicens quòd ſponſi hoc facere poſſunt: & hoc probat exemplo Machatij & Alexij. Et ad hoc inducit ſequentia duo capit. quorum vltimum intellig. Benen. de ſponſa de præſenti: licet G. intellexit deſponſa de futuro.

3 SCripſit[a] nobis Thietberga regina, ſe regia dignitate[f], vel maritali copula velle exui, & ſola vita priuata eſſe contentam deſiderare. Cui nos ſcripſimus non aliter hoc fieri poſſe[g], niſi eandem vitam coniunx eius Lotharius elegerit. *& in altera epiſtola ad Lotharium regem.* ¶ Nam [β]licet ſit ſcriptum [Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet,] Deus tamen, & non homo ſeparat, quando diuini amoris intuitu ex conſenſu vtriuſque coniugis matrimonia diſſoluũtur. Aliter autem fieri mutuam ſeparationem veſtram prohibemus.

a ¶ Scripſit.] Vſque ad ver. elegerit, ſunt ex epiſtola Nicolai primi Carolo regi ſcripta: cuius initium eſt, Nunquam dolorem. & extat in codice monaſterij Dominicanorum.

β ¶ Nam licet] Hæc vſque ad finem ſunt ex epiſtola eiuſdem Nicolai ſcripta Lothario, cuius initium eſt, Auditore veniente miſſo noſtro, & extat in eodem codice.

4 Ecce[h], quòd coniugati ſine licentia † alterutrius continentiam profiteri nõ poſſunt. Sponſi vero etiam inconſultis, quas ſibi deſponſauerunt, exemplis, & auctoritatibus probantur continentiam poſſe ſeruare: Vt enim refert beatus Hieronymus, Macharius præcipuus inter Chriſti eremitas celebrato nuptiarum conuiuio cum veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex vrbe egrediens tranſmarina petijt, & eremi ſolitudinem ſibi[i] elegit.

4 Item Beatus Alexius Euphemiani clariſſimi filius ſimiliter ex nuptijs diuina gratia vocatus ſponſam deſeruit, & nudus Chriſto famulari cœpit. Quorum exemplo patet, quòd ſponſi ſponſarum ſuarum non exquiſito conſenſu continentiam valent profiteri. Probatur itidem auctoritate Euſebij Papæ dicentis.

¶ Deſponſata puella non prohibetur monaſterium eligere. C. XXVII.

6 DEſponſatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: licet tamen illi monaſterium[k] ſibi eligere.

h ¶ Ecce.] probauit quod alter coniugum altero inuito non poteſt tráſire ad religionem. nũc ponit aſſumptionem, ſ. quòd ſponſus hoc poteſt & ex eo infert, non ergo eſt coniunx. j. §. cum ergo. Ioan.

i ¶ Solitudinem ſibi.] dicũt tamen quidam, quòd vita eremitica non ſoluit matrimonium: quia eremita non eſt religioſa perſona, niſi ſpecialiter ſe deuoueat alicui religioni ſiue ordini: nã eremita habet proprium, vt 19. quæ. 3. §. econtra. ſi contrahit matrimonium, tenet, Alij dicunt quòd eſt perſona religioſa, & talis religio habet votum continentiæ annexum, ſi tamen quis in propria domo vellet religioſam vitam ducere, talis religio non diſſoluit ſpõſalia, vt extra de conuer. cõiug. ex parte. 2. Ioan.

k DEſponſatam.] ¶ Monaſterium.] Sed obiicitur, ſponſus intrat religionem, & monachi nolunt eum recipere ante legitimam probationem, cum non debeant. extr. de reg. ad Apoſtolicam. Nunquid ergo ſponſa tandiu tenetur eũ expectare, forte per annum vel per triennium, ſecundum quod eſt notus vel ignotus: & ipſa talis eſt quòd continere poteſt? Ad hoc dico quod ſi ſine licentia vxoris tranſit ad religionem, non habebit tẽpus probationis niſi duos menſes. ſi autem de eius volũtate trãſit, tenetur continere vſquequo ſit elapſum tempus probationis, & quod dicit decret. extr. de conuer. coniu. ex publico. quòd duo menſes tantum dantur aſſumenti habitum religionis, intelligas de illo qui ſine voluntate vxoris tranſit. Similiter diſtingue in clerico tranſeunte ad religionem, vt ſi de licentia epiſcopi tranſeat quod poſſit petere tempore probationis priora ſtipendia. ſecus ſi ſine licentia. Ioan. Quid iuris ſit de hoc. in quæſtionibus no.[c] B. Lauren. tamen dicit, quod ſi alter dat licentiam alteri, non intelligitur dediſſe niſi ſecundum quòd de iure debet habere, ſcilicet vſque ad duos menſes. Sed quid ſi non vult eligere monaſterium. ſed in propria domo vult habitum ſumere, vel continentiam vouere? Dicimus quòd non poteſt, vt habes extra de conuerſ. coniug. ex parte. in fi. nec ſponſus poteſt ad eccleſiam ſæcularem conuerti, vel ordinem accipere, vt extra de cler. coniug. cap. 1. ſupra ead. ſi vir. Et dicit Hug. quòd ſponſus cum dat licentiam ſponſæ, vel econuerſo intrandi monaſterium, matrimonium non ſoluitur: ſed compellendus eſt & ipſe intrare: & ſi contraxerit, duos habet viros mulier, vel vir duas vxores. Tu dic, quòd ſiue ea volente, ſiue inuita tranſeat alter non compellitur intrare monaſterium, Baz. dicit, quòd non ſoluitur, nec intrare compellitur: & ſi contraxerit, habet duas vxores. Tu dic quòd non compellitur intrare: quia cum ei dat licentiam, intelligitur dare auctoritate & iure illius canonis, ex publico. de conuer. coniugat. & diſſoluitur matrimonium, vt dicitur expreſſe in authentic. de ſanctiſſim. epiſcopis. §. ſponſalibus quoque.

3 Sent. ibid. Anſ. l. 10 ca. 21. Burc. l. 9. c. 49. Iuo p. 8. ca. 128. & 188. Pan. l. 6. c. 77.

Matth. 19.

ll Eremita an ſit perſona religioſa.

4 Sent. ibid.

† al. conſenſu

[Sponſus ſi religionẽ ingrediatur, quanto tempore expectabit ſponſa.

5 lib. 6. cap. 91.

6 Sent. ibid. Anſ. l. 10. c 6. Bur. l. 9. c. 19. Iuo p. 7. c. 40.

c q. venetia ius eſt & incipit, quidã clericus intrauit. vbi dicit Tan. quod clericus qui de licẽtia ſui prælati intrauit religionẽ vt cẽſeo poſſeſſionẽ habebit in tẽporalibus oẽs proventus ſui beneficij cui eſt clericus eccleſiæ & poſſit retinere ſi velit hodie hec quæſtio eſt expedita, vt p. ext. lib. 6. de reg. beneficiũ. dic vt ibi.

coll

colla.9. vbi dicitur quòd vinculum illud rumpitur, licet ad hoc reſponderi poſſit per c.ſ.eo.ſcripſit. nam ibi dicitur matrimoniũ diſſolui poſt carnalem copulam: quod eſt impoſſibile, niſi quo ad ſeruitutem 32. quæſt.7. tantum valet. Io. dicit tamen Imperator, quòd quidquid ligatur, ſolubile eſt. in auth. de nup. §. nuptias. coll.4.

a DEcreta.] Pone quòd ſponſus dicit ſponſæ, Intra religionem, & ego cõtinebo, núquid rumpitur matrimonium? Quidam dicunt quòd ſi continet, non rumpitur. ſed ſi contrahit rumpitur. vnde ſecundum eos non ſola religio rumpit, ſed religio cum copula. Item quid ſi iurauit vterq; quòd non intraret religionem? quæritur vtrum intrare poſſit? & videtur quòd non. 22. q.4. §. illicitum. Argu. contra 19. q. 2. duæ. dic quòd non debet intrare. ¶ & cum religio ſoluat vinculum matrimonij. videtur quòd & vinculum iuramenti, vt extra de ſpon. commiſſum. & de iureiuran. peruenit. Ioan.

a Sent ibid.

1. Cor. 7.

2 ſ. c. nõ dubium.

3 ſ c. cum ſocietas.

¶ Religio vtrum ſoluat vinculũ iuri.

b ¶ Damno.] res enim quas alter alteri dedit, reſtituentur ei, vt extra de conuer. coniug. ex publico. licet poſſit videri quòd ille per quem ſtat quòd matrimonium non conſumatur, debeat puniri, vt C. de ſpõſa. l. vlt. Sed non eſt ita. ſi tamen oſculum interuenit, non poteſt ſpõſus niſi dimidiam partem rerum ſuarũ datarum ab ipſa repetere: ſed mulier totũ repetit quod dedit. C. de don. ante nup. l. ſi à ſponſo. Ioan.

4 ſ. 32. q.7 hi qui.

5 33. q.1. requiſiuit.

a Sub. qa in ec pmittéte hoc fit: & iõ pœnã ñ meretur. C. de adul. Gracchus. & 31. q.1. hac rõe

CVM ERGO. Casvs. Infert Gratianus nunc, cum coniugati non poſſunt ſine conſenſu alterutrius continentiam profiteri: ſponſi vero hoc poſſunt: patet quòd inter ſponſum & ſponſam non eſt matrimoniũ. & ad hoc confirmandum, ſuam concluſionem inducit auctoritate: primo, Auguſt. ſecundo, Leonis, tertio, Nicolai: quarto, Gregorij, & quod dicit Nicolaus, intelligitur ſi eam cognouit.

6 ſ. 33. q.1. quod autẽ

Sent 4 diſt 34. vol. l. 6. tit.4.

Burc. l.9. ca 40.

Iuo par. 8. c. 80. & 178.

Pãnu. l. 6. c. 115.

QVòd autem.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd ſi frigidus ducat vxorem de facto, & illa poſſit probare quòd hoc verum ſit, per veram probationem ſcilicet per aſpectum corporis, vel ſeptima manu propinquorum, ſeparari debent.

† abſunt à capitulari.

Item Gregorius in regeſto, libro 6. epiſt. 27. ad Fortunatum.

¶ Deſponſata impune monaſterium poteſt eligere. C. XXVIII.

1 DEcreta [a] legalia deſponſatam, ſi conuerti voluerit, nullo omnino cenſuerunt damno [b] mulctari.

Cum ergo coniugatorum continentia, niſi ex amborum conſenſu, Deo offerri non valeat, cum vir ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed mulier, ſponſæ autem monaſterium poſſint eligere, & ſponſi non exquiſito conſenſu ſponſarum propoſitum melioris vitæ aſſumere valeant, [2] patet, quòd inter ſponſum & ſponſam coniugium non eſt. [3] Item cum ſecundum [a] Auguſtinum illa mulier no pertineat ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe commiſtio ſexus, [4] item cum ſecundum Leonem illa non pertineat ad matrimonium, cum qua non docetur fuiſſe nuptiale myſterium: apparet, quòd inter ſponſum & ſponſam coniugium non eſt. [5] Item Nicolaus Papa præcepit de his, qui ab aduerſariis excæcantur, & membris detruncantur, vt ob hanc infirmitatem coniugia talium non ſoluantur. [6] De his autem, qui cauſa frigiditatis vxoribus debitum reddere non poſſunt, ſtatuit Gregorius Papa, vt vterque eorum, ſeptima manu propinquorum tactis ſacroſanctis reliquiis iureiurando dicat, quòd numquam per commixtionem carnis coniuncti vna caro effecti fuiſſent: tunc mulier ſecundas nuptias poterit contrahere: vir autem, qui frigidæ naturæ eſt, maneat ſine ſpe coniugij.

Vnde idem [a] ſcribit Venerio Caralitano epiſcopo ita dicens.

a ¶ Secundum Auguſtinum.] *Gratianus hic repetit, quæ ſ. c. non eſt dubium. & c. cum ſocietas, ex Auguſtino, & Leone attulit valde corrupta, vt ibi notatum eſt.*

C ¶ Idem.] *Hoc idem caput ſ. 33. q. 1. citatur ex Gregorio Ioanni Rauennati epiſcopo: tẽ que a Burchardo & Iuone par. 8. ca. 178. in Pannormia autem exprimitur, Gregorius iunior. Sententia vero ipſa refertur ex Gregorio in Decretalibus tit. de frig. & ma eſt. c. laudabilem & ab Iuone eadem parte ca. 80. ex capitularibus, vbi habetur lib. 6. c. 55.*

¶ Si mulier probauerit, quòd à viro ſuo nunquam cognita fuerit ſeparetur. C. XXXIX.

6 QVòd autem [c] interrogaſti de his, qui matrimonio iuncti ſunt, & nubere [d] non poſſunt, ſi ille aliam, vel illa alium poſſit accipere: de his ita ſcriptũ eſt, [e] Vir & mulier, ſi ſe coniunxerint, & poſtea dixerit mulier de viro, quòd non poſſit coire cũ ea, ſi poteſt [per verũ † iudicium] probare [f] quòd verum ſit, accipiat alium.

f ¶ Probare.] ſ. 33. q.1. ſi quis accepit. cõtra extra de deſpon. impub. continebatur. extra de cland. deſponſ. ſi quis clam. extra de frig. & maleſic. c.1. Io his omnibus dicitur, quòd probationi viri ſtandum eſt, & etiam ſacramento viri, & in c. continebatur. ſed hoc intelligitur cum vir tacet, & probationes non habet: ¶ immo verior eſt ſolutio, quòd hoc locum habet quoties mulier quæ virgo eſt, ſe incognitam vult probare per aſpectũ corporis. hæc probatio præfertur omnib. etiam iuramento viri. extra de probatio. propoſuiſti. validior enim eſt & melius res ingeritur animo oculata fide quàm per aures. Inſt. de grad. cog. §. hactenus. & §. conſobrino. ſed ſi fuiſſet mulier potius crẽderetur viro: & ſic loquuntur iura contraria.

¶ Mulier ſi dicat ſe incognitã, & vir cõtrariũ cui' pbatio admittetur.

a ¶ Scriptum.] *Auctor gloſſæ hic ait, in Lombarda: & ſ. 33. q. 1. hoc eodem loco ait, libro capitulari Caroli, ſ. in Lombarda. Nunc habetur capitul. l. 6 c. 55. additis in extremo his verbis.* eo quòd iuxta Apoſtolum non potuit illi reddere ſuum debitum.

Ecce impoſſibilitas coeundi, ſi poſt carnalem copulam inuenta fuerit in aliquo, non ſoluit coniugium. Si vero ante carnalem copulam deprehenſa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere. Vnde apparet illos non fuiſſe coniuges: alioquí non liceret eis ab inuicem diſcedere, excepta cauſa fornicationis: & ſic diſcedentes oportet manere innuptos, aut ſibi inuicem reconciliari. ¶ Item ſi ſponſa coniunx eſſet, mortuo ſponſo remaneret vidua. Si autem vidua eſſet, vir eius ad ſacros ordines conſcendere non poſſet. Maritus enim viduæ æque, ſicut & bigamus, ſacerdos fieri prohibetur. Ex huius autem copula, nullus prohibetur à ſacris ordinibus. Vt enim ait Pelagius Papa [7 Nihil eſt (quantum ad hunc articulum attinet) quod eis obſiſtet de canonicis inſtitutis [g].] Apparet ergo hos non fuiſſe coniuges. ¶ Item ſi coniuges eſſent, diſceſſio ab inuicem eſſet diuortium. Sed horum ſeparationem negat Ambroſius eſſe diuortium, dicens de beata Maria, quam ſibi Ioſeph deſponſauerat, & in ſuam duxerat [8 Ioſeph [a] non ſuam cognouit eam. Nam ſi vir iuſtus eam cognouiſſet: numquam à ſe diſcedere paſſus eſſet: nec Dominus, qui vxorem præceperat à viro non diſcedere, niſi cauſa fornicationis, commendans eam diſcipulo auctor diuortij fuiſſet.] [i] Ecce commendatio Mariæ Ioanni, & detractio Ioſeph negatur [h] fuiſſe diuortium, quia Ioſeph non cognouerat eam. Vnde apparet eos non fuiſſe coniuges. Sicut enim beata Maria, quam ſibi Ioſeph deſponſauerat, & in ſuam duxerat, coniunx negatur fuiſſe, multo minus illa, quæ ſimpliciter ſponſa erat, coniunx eſt appellanda.

Item ex concilio Aurelianenſi [β].

a ¶ Ioſeph.] *Verba B. Ambroſij lib. 2. commẽ. ad c. 1. Lucæ (quæ propius accedunt ad hũc locum, quàm quæ habentur l. 10. ad c. 23.) ſunt hæc:* Vtique ſi conuenissent, numquam virum proprium reliquiſſet, nec vir eam iuſtus paſſus eſſet à ſe diſcedere. Quomodo autem Dominus diuortium præcepiſſet, cum ipſius ſit ſententia, quia nemo debet dimittere vxorem, excepta cauſa fornicationis?

β ¶ Aurelianẽſi.] *Hoc idem ſ. 32. q. 7. qui dormierit, videtur citari ex cõcilio Moguntino. Sed in nullo Aurelianenſi, aut Moguntino eſt inuentum: quemadmodum neque ſequentia in Triburienſi.*

¶ Sororis vxorem polluens, neutram valet habere. C. XXX.

9 QVi dormierit [k] cum duabus ſororibus, & vna ex illis antea vxor fuerit, neutram ex ipſis habeat: nec ipſi adulteri

ECCE IMPOSSIBILITAS. Casvs. Iterum concludit Grat. quòd inter ſponſum & ſponſam non eſt mãtrimonium: quod tribus rationibus confirmat. Nam ſi eſſet matrimonium inter ſponſum & ſponſam, ergo per ſolam cauſam fornicationis poſſet eam dimittere: & eius vir ſecundus à promotione repelleretur, & diſceſſio ab inuicem diceretur diuortium. at in ſponſo & ſponſa ſecus eſt. & quòd diuortium non ſit inter ſponſum & ſponſam, probat auctoritate ipſius Ambroſij.

7 ſent 4. diſ. 27. ſ. diſ. 34. c. vlt.

8 Ambr. ad c. 1. Luc. & 8 inſtit. virgi. c. 6. & 7.

g ¶ Inſtitutis.] 34. diſt. c. vlt.

h ¶ Negatur.] ¶ Reuera non eſt diuortium proprie ſumpto vocabulo: quia diuortium dicitur inter carnaliter commiſtos: repudium inter ſponſos. ff. de verb. ſig. inter ſtuprum. §. diuortium.

¶ Diuortiũ & repudiũ differunt.

i ¶ Vnde apparet.] Totum eſt allegatio.

QVi dormierit.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd ſi quis vxorem à ſe cognitam habuit, & poſtmodum ſcienter cum ſorore eius adulteretur: neutram ex ipſis habebit, id eſt, nec vxori debitum reddet, nec pòſt mortem vxoris licet ei, nec adulteræ alicui matrimonialiter copulari. Quidam tamen habent ibi. §. idem.

k ¶ Qui dormierit.] Quidam dixerũt hoc cap. intelligendum ſecundum decret. extra de diuor. ſi qua. & de ſponſa. requiſiuit. ſed illæ decret. parum faciunt. H. vero & Bar. dicunt potius eſſe ſtandum Euangelio. vnde intelligunt hoc cap. quòd exigere non poteſt, ſed reddere tenetur. vnde ſic intelligunt ſequentem litteram, non liceat propriæ vxori reddere ſibi debitum, id eſt, ipſe non poteſt petere debitum ab ea: & ita intelligunt prædictas decret. nam peccata ſuos debent tene-

9 32. q. 7. ſ. dormierit. Burc. l. 17. c. 3. Iuo p. 9. c. 69.

c ¶ Quòd autem.] de hac materia habebis 33. q.1. c.1. Ioan.

d ¶ Nubere.] id eſt, carnaliter commiſceri, vt ſ. diſt. 34. Valentino.

e ¶ Scriptum eſt.] in Lombarda. ¶ Et ita eſt argum. quòd leges induci poſſunt in cauſis matrimonialibus. nam & in accuſatione etiam clericorum inducuntur. arg. 3. q. 9. dignum.

¶ leges allegari põt in cauſis matrimonialibus.

rē auctores. C. de pœ. ſancimus. & eſt hodie expreſſum extra de eo qui cog. diſcretionem. | & maxime cum affinitas ſpiritualis maior ſit quàm carnalis, vt 30. q. 3. ita diligere. ſed propter ſpiritualem ſuperuenientem non ſeparentur 30. q. 1. ad limina. Ioan.

| Affinitas ſpiritualis eſt maior carnali.

a ¶ *In coniugio.*] ĩ. 32. q. 7. quædam. ĩ. 33. q. 2. ſi quis cõtra. ſed ibi neutra fuit vxor.

DE SPONSA. Casvs. Dictum eſt ſ. quòd illa quam vir ſororis ſuæ cognouit, contrahere non poteſt: nunc dicit ſecus eſſe in ſponſa, quæ poſt pœnitẽtiam poteſt contrahere.

QVidam deſponſauit.] Casvs. Quidam deſponſauit quandam: & eam propter frigiditatem vel aliud uitium impedimentum cognoſcere non potuit. quam frater eius poſtea corrupit, & grauidauit: & ideo ſtatutum fuit in concilio iſto vt corruptor eam non habeat, licet frater eius eam non potuit habere. mœchus tamen & mœcha poſt pœnitentiam contrahere poſſunt.

1 Bur l. 17. c. 49. Iuo p. 9. c. 100.

b ¶ *Dotauit.*] id eſt, donationem propter nuptias dedit. | nam ſecundum leges mulier dat dotem, & vir donationem, extra de do. inter vir. & vxor. nuper.

| Mulier dat dotẽ, & vir donationẽ facit.

c ¶ *Sed mœchus.*] ſi fuit ſponſa de præſenti, quod magis videtur ex eo quod dicit, non potuit ei cõmiſceri: quia ad id ſpõſus iam deuenerat, vt tentaſſet, ſed non potuit aliquo impedimento impeditus. Vel ſi fuit ſponſa de futuro, cum qua nõ committitur mœchia, id eſt, ad alterium: dic mœchus & mœcha, id eſt, fornicarius, & fornicaria: quia fornicatio mœchia dicitur: arg. 32. q. 4. meretrices. & hoc eſt quod ſequitur fornicationis, &c.

2 ſent. 4. diſt. 27. Bur. l. 17. c. 8.

| Adulterium cum ſponſa nõ committitur.

d ¶ *Licita.*] poſt mortem ſpõſi. ſi erat ſponſa de præſenti. ecce minus puniuntur iſti quàm adulteri in ſuperiori cap. ſed hoc non contingit propter coniugium, vt intelligit G. ſed quia peccauerunt minus ob publicæ honeſtatis iuſtitiam, quàm ſi eſſet iam cognita, & affinitas interueniſſet. Ioan.

3 Iuo p. 8. c. 26.

vnquam in coniugio [a] copulentur.

Id eſt, nec propriæ vxori ſibi licet reddere debitum, quam ſibi reddidit illicitam, ſororem eius cognoſcendo. Nec etiam poſt mortem vxoris licet ei, vel adultero, aliam copulari in coniugio.

De ſponſa vero contra legitur in concilio Triburienſi.

¶ De eo, qui dormiuit cum ſponſa fratris ſui. C. XXXI.

1 QVidam deſponſauit vxorem, & dotauit [b] eam, & cum ea coire non potuit: quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit, Decretum eſt, vt quamuis nupta eſſe nõ potuerit legitimo viro: Deſponſatam tamen fratri frater habere non poſſit: ſed mœchus [c], & mœcha fornicationis quidem vindictam ſubſtineant, licita [d] vero coniugia eis non negentur.

Item ex eodem.

¶ Si quis ſponſam filij ſui oppreſſerit, ſimul cum ea ſine ſpe coniugij maneat. C. XXXII.

2 SI quis ſponſam [e] filij ſui oppreſſerit, & poſtea filius eius eam duxerit, pater [f] poſtmodum non habeat vxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignorauit, aliam accipiat.

Si illa, quam vir ſororis ſuæ cognouerit [g], perpetuo copulari prohibetur: hic vero, qui ſponſam fratris ſui corrupit, peracta pœnitentia matrimonium contrahere permittitur, apparet [h] hanc non fuiſſe coniugem fratris eius. ¶ Item mulier cauſa fornicationis à viro ſuo dimiſſa, aut ei reconciliabitur, aut eo viuente innupta manebit. De ſponſa [i] vero contra inuenitur in 1. lib. capitular. c. 105. & lib. 7. c. 183. quibus locis ſic legitur.

¶ Si ſponſus raptam recipere noluerit, liceat ſibi alij nubere. C. XXXIII.

3 RAptor pœnitentia publica mulctetur. Raptæ vero, ſi eam ſponſus recipere noluerit [k], & ipſa eidẽ crimini conſentiens [l] non fuit [m], licentia nubendi alij non negetur.

Item ex concilio Toletano.

¶ In nullo Toletano concilio inuentum eſt. Sed fere eadem leguntur in concilio Rhemenſi Troſleiano, & lib. 1. capitular. c. 105. & lib. 7. c. 183. & in legibus Longobar. lib. 1. tit. de rap. mul. l. 12.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

4 STatutũ eſt à ſacro conuentu, vt ſi quis ſponſam alterius rapuerit [n], publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe coniugij maneat. Et ſi ipſa eidem crimini conſentiens [o] non fuerit, licentia nubendi alij non negetur. Quòd ſi poſt hæc coniungere ſe præſumpſerint [p], vtrique vſque [a] ad ſatisfactionẽ [q] anathematizentur.

4 ſent. 4. diſt. 27. Burc. l. 9. c. 37. Iuo p. 8. ca. 175.

a ¶ Vſque ad ſatiſfactionem.] Hæc verba non ſunt in Troſleiano, neque in capitularibus, ſunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, qui etiam citant Toletanum.

3 *Apparet ergo hanc non fuiſſe coniugem, cui viuente ſponſo, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo ſecundum Ambroſium, & reliquos patres, ſponſæ coniuges appellantur, & his omnibus argumentis coniuges non eſſe probantur? Sed ſciendum eſt [r], quòd coniugium deſponſatione initiatur, commiſtione perficitur. Vnde inter ſponſum, & ſponſam coniugium eſt, ſed initiatum, inter copulatos eſt coniugium ratum. [t]*

Vnde Ambroſius.

¶ In deſponſatione coniugium initiatur. C. XXXV.

ij 6 CVm initiatur [s] cõiugium coniugij nomen aſciſcitur, non cum puella viri † admiſtione cognoſcitur.

5 ĩ. c. cũ initiatur. & ĩ. ſi quis deſponſata. cum ſeq.

6 ĩ. e. cũ initiatur. Iuo p. 8. c. 1.

† al. viriliſ.

¶ Integer textus aſſertur ſupra ead. cum initiatur.

Ecce quòd in deſponſatione coniugium initiatur, non perficitur. Item Ambroſius in libro 1. de Patriarchis.

¶ Caput hoc non eſt inuentum apud Ambroſium, neque ſequens apud Hieronymum.

i ¶ *De ſponſa*] de futuro. nam ſi ſit de præſenti, idem eſt quòd incognita.

RAptor.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd ſi aliquis rapuit ſponſam alterius, raptor debet puniri: & ſi ſponſus eam recipere noluerit, ipſa poterit alij nubere ſi raptori in crimine non conſenſit. Idem eſt caſus ſequentis.

k ¶ *Noluerit.*] de facto, ſupple, ſi intelligas de ſponſa de præſenti: quã de iure compellitur eam recipere ſi ipſa non peccauit nec conſenſit, ſed per vim eſt paſſa. argu. 32. q. 5. reuera. ff. de adul. ſi vxor. §. ſi quis plane ne. niſi velit ſponſus religionem intrare, vt ext. de conuer. coniug. ex publicõ. & ſecũdum hoc quod dicitur in fine, quia illa poſſit nubere cum alio, intelligas poſt mortem viri ſui. ſi autem ſponſa eſt de futuro, non eſt compellendus [b]: quia libera debẽt eſſe matrimonia, vt extra de ſponſ. requiſiuit. nam propter medicam cauſam poteſt dimitti vxor de futuro. extra de iureiur. quemadmodum.

b Hoc not. 32. quæſt. 2. in ſumma.

l ¶ *Conſentiens.*] tunc enim non poſſet nubere, niſi timeretur incontinentia eius, vt extra de eo qui cogn. cõſan. c. ex litteris. in fi. 36. q. 2. ſi autem. Io.

m ¶ *Non fuerit.*] ante vel poſt. nõ enim refert quando dolus cõmittatur. argu. 1. qu. 1. eos. & ff. de calum. l. 1. §. cui autem.

STatutum eſt.]

n ¶ *Rapuerit.*] id eſt violenter corruperit. Si hoc intelligas de ſponſa de præſenti, dic alij. ſ. ſponſo, qui eſt alius à raptore. & ſecundum hoc dicit nubendi, id eſt carnaliter commiſcendi, ſi autem legas de ſponſa de futuro, dicas alij, ſ. à ſponſo & raptore. | nam cum raptore non debet contrahere in odium raptoris: ſi tamen cõtraxit, tenet matrimonium. arg. extrà de rapto. accedens. Io.

| Matrimonium cum raptore & raptæ tenet.

o ¶ *Conſentiens.*] infra 37. q. 2. ſi autem. contra. ſed hoc de rigore iuris. Ioan.

p ¶ *Præſumpſerint.*] infra 34 quæſt. 2. non ſatis. 36. quæ. 2. tria. contra: ſed ibi de rapta nondum alteri deſponſata, hic vero de rapta alteri deſponſata.

q ¶ *Vſque ad ſatiſfactionem.*] id eſt, donec pœnitentiam agant de rapina. Ioan.

SI quis.] Casvs. Deſponſauit aliquis aliquam per verba de futuro, pater eius eam poſtea oppreſſit: cum qua filius poſtea per verba de præſenti contraxit de facto. Dicitur hic quòd tam pater, quàm illa ſint ſine ſpe coniugij: filius vero aliam accipiat.

e ¶ *Sponſam.*] ſcilicet de futuro.

f ¶ *Pater.*] Quare ergo frater permittitur vxorem habere in conſimili caſu, vt ſ. in c. præcedenti? Reſp. quia pater proximior eſt filio quàm frater. nam vna perſona intelligitur eſſe cum eo [a]: vnde magis punitur. Ioan.

a de hoc 35. qu. 1. §. hac auctoritate in prin.

SI ILLA. Casvs. Infert Grat. ex ſupradictis dicens: ſi illa quam vir ſororis ſuæ, cognouit, contrahere non poteſt: qui vero ſponſam fratris ſui corrumpit, poſt pœnitentiam contrahere poteſt, apparet quòd hæc non fuit coniunx fratris eius. Item vxor poſt fornicationem poteſt viro ſuo reconciliari, & eo viuo manebit innupta: de ſponſa vero contrarium inuenitur: quod probat per ſequen. cap.

g ¶ *Cognouerunt.*] ſupra ead. qui dormierit.

h ¶ *Apparet.*] allegando dixit.

APPARET. Hæc eſt 3 pars q. in qua probat G. per 12. ca. quòd ſponſa de præſenti dicitur vxor non de præſenti, ſed ſpe futurorum: ſ. quia non eſt ibi ſignificatio, quæ eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. vnde qui ducit talem, non eſt bigamus. Io. de Fan.

Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradictis illam non fuiſſe coniugem, cui viuente ſponſo nubendi licentia cõceditur. Poſtea dicit quòd inter ſponſum & ſponſam eſt matrimonium initiatum, & non ratum: quod in deſponſatione initiatur, ſed in commiſtione perficitur. Quod probat per ſequentia quattuor capit. quæ per ſe patent.

r ¶ *Sed ſciendum.*] Ponit diſtinctionem ſuam de matrimonio initiato: & eam probat per c. quæ ſane intellecta aliud ſonant.

s CVm initiatur.] quo ad ſignificationẽ, nam quo ad eſſentiam ſtatim plenum eſt & perfectum. quia ſimplex eſt, ſicut & omne ſacramentum. Ioan.

c De hoc & leg. & no. ĩ. ea. cum initiatur.

a ¶ Quaprop

a QVapropter perficiuntur.] non quo ad ſui eſſentiam: ſed quo ad ſignificationem. non tamen ſequitur quòd ante non fuerit perfectum: quia perfectum amplius poteſt perfici. a. gl. 11. q. 3. anteceſſor. ‖ Perficitur autem matrimonium per coitum quo ad ſui ſignificationem: quia tunc vtramque habet ſignificationem: ſcilicet cōiunctionem animæ fidelis ad Deú, & Chriſti ad eccleſiam. ext. de bigam. cap. debitū. Sed quare ſeparatur matrimonium cauſa religionis poſt coniunctionem animæ fidelis ad Deum, & non poſt coniunctionem Chriſti ad eccleſiam? Ratio eſt, quia anima ſeparatur à Deo per peccatum: vnde non eſt mirum quòd poſt talem coniūctionem matrimonium ſeparatur. ſed illa cōiunctio Chriſti ad eccleſiam deſignatur per vnionem, qua vnita eſt diuinitas carni humanæ in vtero virginali. vnde quia humana caro nūquam a deitate ſeparata eſt, ideo poſt talem cōiunctionem matrimonium numquam diſſoluitur. Vel poteſt dici quòd facilius eſt quòd vna anima ſeparetur à Deo, quam tota eccleſia. immo impoſſibile eſt quòd tota eccleſia ſeparetur à Deo: quia eccleſia non poteſt nulla eſſe. 24. q. 1. pudenda. & 21. diſtin. c. Ioan.

‖ Matrimonium per quid perficitur.

1 Sent. 4. diſt. 30.

Oſea. 4.

2 Iuo par. 8. c. 101. Pann. l. 6. c. 17.

b SI quis.] ¶ Tradita.] ergo ſi non ſit tradita ſibi, & traducta, & ea vtatur, vim facit, vt C. de ra. virg. l. vna. ſed lex illa non tenet, vt j. e. lex. extra de rap. cum cauſam. Ioan.

3 ſent. 4. diſt. 27. Iuo p. 8. ca. 33. Pan. l. 6. c. 10.

QVARE. Casvs. Hic Grat. ponit quandam incidentem quæſtionem, quare, ſcilicet ſponſa non ſtatim tradatur ſponſo, & ea determinat in ſeq. ca. cuius caſus patet.

4 ſ. ead. non dubium.

c INſtitutum.] ¶ Non ſtatim.] quia niſi intra duos menſes, a ext. de conuer. coniu. ex publico, ſimiliter fideiuſſor non debet ſtatim venire cum ſacco paratus. ff. de ſolu. quod dicimus. 50. diſt. quamuis.

5 ſ. e. cum ſocietas a Vi le quod leg. & no. ſ. e. coniuges

6 ſ. e. Beata Maria

† al. comitantur coniugiū.

d ¶ Ne vilem.] Nam gratior eſt fructus, quem ſpes productior edit. Et no. quòd propter cauendam vtilitatem multa omittuntur. 16. q. 1. præcipimus. ff. de off. præſi. obſeruandum. 45. diſt. de Iudæis. 50. diſt. §. poteſt.

‖ fructus diu expectatus gratiſſim' ē

¶ Coniūctorum commiſtio matrimonium perficit. C. XXXVI.

1 IN omni matrimonio coniunctio intelligitur ſpiritualis, quam confirmat, & perficit coniūctorum commiſtio corporalis.

Item Hieronymus ſuper Abdiam Prophetam.

¶ Matrimonium ſponſali conuentione initiatur, commiſtione perficitur. C. XXXVII.

QVapropter in filiabus veſtris fornicabūtur, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.] Notandum eſt, quòd in filiabus dicit fornicationem futuram. & in coniugibus adulteria: quæ ſponſali conuentione initiantur, & commiſtione corporū perficiuntur[a].

Item Ambroſius ad Paternum, epiſt. 66.

¶ Cum deſpōſata fuerit tradita, & in vſum deducta, rectè coniunx appellatur. C. XXXVIII.

2 SI quis deſponſata ſibi, & tradita [b] vtatur, rite [a] coniugium vocatur.

a ¶ Rite.] *Apud beatum Ambroſium legitur,* vtatur, coniugium vocat, *Sicut etiam apud Iuonem. Et quæ antecedunt, ac ſequuntur, oſtendunt aliam fuiſſe ipſius mentem, atque Gratianus putauerit, & auctor Pannormiæ.*

Quare autem poſt nuptialia pacta non ſtatim tradantur ſponſæ, Auguſtinus in lib. 8. cōfeſſionum, c. 3. oſtendit, dicens.

¶ Quare ſponſæ poſt pactum non ſtatim tradantur. C. XXXIX.

3 INſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim [c] tradantur, ne vilem [d] habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam.

Iuxta hanc diſtinctionem [e] intelligenda eſt illa auctoritas Auguſtini, [4 *Non dubium eſt illam mulierem non pertinere [f] ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe commiſtio ſexus.*] 5 *Ad matrimonium, perfectum, ſubintelligendum eſt, tale videlicet, quod habeat in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum. Ita & illud Leonis Papæ intelligendum eſt.* ¶ *Sed obijcitur illud Auguſtini,* [6 *Inter Mariam & Ioſeph fuit perfectum coniugium.*] *Sed perfectum intelligitur non ex officio, ſed ex iis, quæ comitātur † officium coniugij, ex fide videlicet, prole, & ſacramento. Quæ omnia inter Chriſti parentes fuiſſe, auctoritate Auguſtini probantur. Cuncta ergo, quæ de non ſeparando coniugio inducta ſunt, de perfecto intelliguntur, quod ſponſali conuentione eſt initiatum, & officio corporalis commiſtionis eſt conſummatum. Illa vero, quibus ſeparabile coniugium oſtenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum officio ſui perfectum eſt.* ¶ *Poteſt & aliter diſtingui. ſponſæ [g] appellantur coniuges conſuetudine ſcripturæ ſpe futurorum, non effectu [h] præſentium.* 7 *Vnde Ambroſius cum dixiſſet,* [*cum initiatur coniugium*] *nō addidit, tunc res, vel effectus, ſed* [*tunc nomen coniugij aſciſcitur*] *oſtendens tales coniugij nomen habere, non rem, vel effectum. Item Auguſtinus cum de parentibus [i] 8 Domini loqueretur, ait* [*coniuges fuerunt mente, non carne, ſicut & parentes [k].*] *Ex quo datur intelligi, quòd ſicut Ioſeph pater Domini dictus eſt non effectu genituræ ſed officio, & curæ prouidendi, ſic & coniunx matris eius appellatur non coniugij effectu, ſed ſubminiſtratione neceſſariorum, & indiuiduæ † mentis affectu. Hinc Auguſtinus ait,* [9 *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*] *coniugem nominauit quia futura [l] erat vxor. Hinc & Beda ſuper Leuiticum,* [*ſi quis ſponſam alterius violauerit, &c.*] *ſponſam vxorem dixit, non quæ tūc erat, ſed quæ futura erat vxor.*] *Hinc etiam Hieronymus ſuper Matthæum in Euangelio,* [*Cum eſſet deſponſata.*]

¶ Conſuetudine ſcripturæ, ſponſæ coniuges, & ſponſi viri appellantur. C. XL.

GEnuit Ioſeph [m] virum Mariæ.] ¶ Cum virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum [n]: ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum, quòd ſponſi, viri, & ſponſæ, vocentur vxores. *& infra.* ¶ Nō ab alio inuenta eſt, niſi à Ioſeph: qui pene licentia maritali futuræ vxoris omnia nouerat. *& infra.* ¶ [Ioſeph filij Dauid, &c.] iam & ſupra diximus ſponſas vxores appellari: quod plenius liber aduerſus Heluidium [o] docet.

Item ſuper Geneſim. 10

De eodem. C. XLI.

EGreſſus itaq; Loth, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erant filias ſuas.] In ſequētibus filiæ Loth virgines eſſe dicuntur. Et ipſe ad Sodomitas

IVXTA. Casvs. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima approbat diſtinctionem poſitam ſ. ead. in §. apparet. de matrimonio initiato & perfecto, ſecundum quam, vt dicit Grat. intelligitur auctoritas. Aug. ſ. e. non eſt dubium. & c. Leonis. & c. cum ſocietas. In ſecunda parte obiicitur, quia dicit Auguſt. quòd inter Mariam & Ioſeph fuit perfectum matrimonium: & tamen carnalis copula non interuenit. Sed ſoluit Gratian. dicens quòd perfectum intelligitur, non ex officio carnis, ſed ex his bonis quæ officium coniugij comitantur. In tertia parte dat ſolutionem aliam, dicens quòd ſponſa dicitur vxor ſpe futurorum, & non re præſentium: ſecus in carnaliter cognita. Quod probat quattuor auctoritatibus, ſcilicet vna Ambroſij: duabus Aug. & vna Bedæ. Secunda pars incipit ibi, *Sed obijcitur.* Tertia ibi, *Poteſt & aliter.* Non *effectu præſentium,* id eſt, non vſu carnis. Ad probandum autem hanc vltimam diſtinctionem inducit Grat. cap. ſequentia.

e ¶ *Hanc diſtinctionem.*] de initiato & conſummato.

f ¶ *Non pertinere.*] ex his verbis Gratian. bonus intellectus haberi poteſt: ſed quòd ipſe malum habuit, patet ex illo loco: Cūcta ergo.

g ¶ *Sponſæ.*] Nec hæc ſolutio multum valet: quia eadem ratione dici poteſt quòd committat adulteriū ſpe futurorum, non re præſentium, qui cū ſponſa alicuius fornicatur: quod ridiculū eſt dicere.

h ¶ *Effectu.*] id eſt, propter fidele coniugium, vt ſ. ead. coniunx.

7 ſ. ead.

‖ Ioſeph fuit pater putatiuus Dñi.

i ¶ *De parentibus.*] Ioſeph enim putatiuus pater Domini dictus eſt.

k ¶ *Sicut & parentes.*] quo ad Ioſeph. Nam Maria carne fuit eius parens. vnde expone, parentes, id eſt, parens, plurale pro ſingulari. 2. quæſtio. 1. in primis.

8 ſ. e. cōiūx.

l ¶ *Quia futura.*] ex hoc loco habuit tam Gandulphus quàm Gratianus [b] cauſam ſui erroris, dicentes ‖ verū cōiugium non fuiſſe inter Mariam & Ioſeph: quod tamen falſum eſt, vt ſupra ead. coniunx. Et eſt hic argu. aliquem ſumere appellationem ab eo quod futurum erit, vt 23. q. 1. paratus.

† al. indiuiduæ.

9 ſ. e. cōiūx Matth. 1.

a hic ſ. e. §. in 2. ſolutione.

‖ matrimoniū verū fuit inter Mariam & Ioſeph.

Ad c. 1.

GEnuit Ioſeph.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ponūtur verba Euangeliſtæ. In ſecūda ponuntur verba Hieronymi dicentis, Cum audieris quòd Ioſeph fuerit vir Mariæ, non ſuſpiceris quòd eam cognouerit: ſed ſcias quod ſecundum conſuetudinem ſcripturarum ſponſus de præſenti ante carnalem copulam vir appellatur, & ſponſa vxor. Secunda pars incipit ibi, *Cum virum.*

m ¶ *Genuit.*] In prima parte commentatur Hieronym. ſuper illa auctoritate, Genuit Ioſeph. In ſecunda commentatur ſuper illa, Inuenta eſt, &c. In tertia commentatur ſuper illa, Ioſeph fili Dauid, &c.

10 Beda in quæſtionib. in Geneſ. ex Hier.

Gen. 19.

m ¶ *Genuit Ioſeph.*] verba ſunt Euangeliſtæ.

‖ Maria vni cum genuit e Sic dictus, qa ante eū nul' eſt natus ex ea. & dr vnigenitus, qa poſt eū null' ex ea natus eſt idem Hug. de hoc leg. & no. ext. de ver. ſign. Ioſeph. Ate.

n ¶ *Nuptiarum.*] id eſt, carnalis commiſtionis: quia carnalem copulam eius non cognouit.

o ¶ *Heluidium.*] hæreticum: qui dicebat beatam Virginem alios filios genuiſſe, eo quòd Euangelium dicit: Peperit [c] filium ſuum primogenitum. & Ioſeph de alia muliercula plures filios habuiſſe: vt ſic Chriſti parentes infamaret.

EGreſſus itaque.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Geneſis. In ſecunda verba Hieronymi probantis quòd nomine generi etiam ſpōſus filiæ intelligitur: quia filiæ Loth nondum viros cognouerunt, & tamen ſponſi earum generi appellantur: licet quidam aliter opinentur, dicentes quòd quæ viros habuerunt, perierunt in Sodomis: virgines autem exierunt cum patre. Secunda pars incipit ibi, *In ſequentibus.* Nunc, id ſuper loco Geneſis, Egreſſus eſt, &c.

a ¶ *Ecce.*] Supra 14.diſt c.1.
b ¶ *Ad ſponſos.*] tamen appellatione generi ſponſus continetur, vt 4. q. 3.§.item lege Iulia.ver.item ne liberto.

P*riuſquam.*] Casvs. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima parte ponuntur verba Euangelij. In ſecunda, oſtendit Ioannes quòd Maria ſpōſa iuxta morem antiquum habitabat cum ſpōſo ſuo, ſicut econuerſo generi Loth apud ſuas ſponſas habitauerūt. In 3. parte oſtendit quod nomine cōiugis, ſpōſa intelligitur. in 4. parte dicit, quod cum Ioſeph vellet Mariā ſuſpectā dimittere: angelus eum reconciliauit ſibi, non ad carnale commercium, ſed ad communis habitaculi conſortium. Secunda pars incip. ibi, *Non dixit.* Tertia ibi, *Noli timere.* Quarta ibi, *Sicut enim.* Sūp. c. patet. *Vxoris.* ſ. cognitæ *illi*, ſcilicet diſcipulo Ioanni.

dixit[Ecce [a] duæ filiæ meæ, quæ non cognouerunt virum,] Nunc autem dicitur habuiſſe generos. Quidam arbitrantur eas, quæ viros habuerunt, in Sodomis periiſſe: & quæ virgines erant cum patre exiiſſe. Sed hebraica veritas habet,[Egreſſus Loth locutus eſt ad ſponſos [b], qui accepturi erant filias eius.] Nec dum igitur virgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ.

¶ *In hoc cap. Gratianus retulit verba gl. ordinariæ in c.19. Gen. ex Hieronymo.*

a ¶ Sponſos.] *Sequebantur hæc*, ſuos, quod quidem magis verum eſſe videtur ex hoc quod ſequitur, qui accepturi, &c. *quæ ſunt expuncta, quia neque apud B. Hieronymum, neque in gloſſa ordinaria habentur. Ex quorum vero addita ſunt a verſ.* Necdum. *vſque in finem, quoniam inde colligitur id, quod vult Gratianus.*

Vnde datur intelligi, quòd ſcriptura ſponſos generos vocat. Item Ioannes os aureum homilia 4. ad c.1. Matth.

¶ Maria coniunx dicitur more ſcripturæ, cum ſimpliciter ſponſa eſſet.
C. XLII.

PRiuſquam [c] conuenirent.] ¶ Non dixit, prius quàm in ſpōſi adduceretur domum. Hunc quippe morem ſeruabat [d] antiquitas, vt ſponſæ in ſponſorum domibus haberentur [e]. Quod nunc quoque fieri interdum videmus. Vt enim generi Loth apud ſocerum leguntur habitaſſe cum ſponſis nondum ſibi copulatis lege coniugij, ſic habitabat etiam Maria [f] cum ſponſo. *& infra.* ¶ Neque enim eam voluit de domo expellere, ſed dimittere [g]. *& infra.* ¶ Noli timere accipere Mariam coniugē tuā.] Quo ſermone ſponſam ſimiliter indicauit: ſicut etiam eos, qui adhuc ſponſi ſunt, generos appellare ſcriptura conſueuit. Quid enim eſt[accipere?] domi profecto retinere [h]. Iam enim illam mente dimiſerat [i]. *& infra.* ¶ Sicut enim poſtea illam commēdauit Chriſtus ipſe diſcipulo: ſic & nūc Angelus copulat [k] ſpōſo, non in fœdus ſolenne coniugij, ſed in conſortium communis habitaculi.

c ¶ *Priuſquam.*] hic prius non notat ordinem. arg. ext. de ver. ſi quod dicitur. 2. 19. q. vlt. § nunc autem. Vnde non ſequitur, quod poſtea conuenerunt. Et etiam cō. or. huc arg. lex. nam lex dicit quod ſi ſeruus non fuerit cunctus priuſquā moreretur, vel mortuus eſſet, nec inde ſequitur quòd poſt cunctatu: quia hoc eſſet impoſſibile. ff. de cunction. ſi ſeruus.

d ¶ *Seruabat.*] non tamen vbicunque immo alicubi contrariū obtinebat, prout ſtatim ſubditur de generis Loth.

e ¶ *Haberentur.* [ff de rit. nup. mulierem. vñ niſi poſt puberes annos ſpōſa inueniatur in domo ſponſi, non præſumitur vxor, vt ff. de rit. nup. l. 4. Item licet poſt puberes annos ſpōſa inueniatur in domo ſponſi, tamē, niſi cōſtet de ſponſalibus, hoc ipſo quod ſecum reperitur, non præſumitur matrimonium, vt ff. de ſponſa. quæſitum. & extra de teſt. ſpol ex parte.

f ¶ *Sic etiam Maria.*] ſi muitrudo eſt per contrarium: vel ſic eo quod ſi illi & illi cohabitabant ſponſus ſine carnali commiſtione.

g ¶ *Sed dimittere.*] id eſt, ad eam non accedere.

h ¶ *Retinere.*] ergo & accipere eſt retinere. argum. 12. quæſt. 2. ſi qua de rebus.

i ¶ *Dimiſerat.*] quia ſuſpicatus de ea fuerat adulterium. 2. q. 1. ſi peccauerit.

k ¶ *Copulat.*] id eſt, reconciliat, nō deſponſat. ſed quod dicit, copulat, iam mente dimiſerat eam, & quaſi ſeparati erant quo ad mentem. Ioſeph tamen prius ei fuit coniunctus per conſenſum matrimonialem, & conſenſit in carnalem copulam. 5. ead. §. 1.

l S*I enim.*] ¶ *Vxoris.*] Arg. quòd viuente Ioſeph ſeparata eſt virgo ab eo. arg. 5 ead. §. ecce. & hoc contra Petrum manducatorem, qui dixit a quòd Ioſeph mortuus erat tempore Dominicæ paſſionis. Hic enim exprimitur cauſa quare Dominus ſeparauit eā a Ioſeph.

I*Nuenta eſt.*] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Euangeliſtæ. In ſecunda verba Origenis dicentis quod Maria fuit tantum ſponſa de præſenti. ſed ideo fuit appellata vxor, vt eius virginitas lateret diabolo: & ne parturiens non ex marito lapidaretur. Secunda pars incipit ibi, *A beato. Tibi vxor*, carnaliter cognita. *ſecundū conſuetudinem.* ſ. carnalem.

Idem hom. 5. ad idem c. 1. Matth.

¶ Dominus non commendaſſet matrem diſcipulo ſi eam Ioſeph cognouiſſet. C. XLIII.

SI enim cognouiſſet eam, & loco habuiſſet vxoris [l], quomodo illam Dominus quaſi abſque ſolatio, & nihil penitus habētem, diſcipulo commendaſſet, iubens illi, vt eam reciperet in ſuam?

Item Origenes in eodem. hom. 1. Euang.

¶ Maria vxor Ioſeph appellatur, quia ſic ab eo putabatur futura.
C. XLIIII.

3 INuenta eſt habens in vtero.] A beato Ioſeph, qui licet eā non contingeret: futuræ tamen vt putabatur, vxoris omnia nouerat. *& infra.* ¶ Si tibi vxor nominatur, ſi deſponſata [a] tibi eſſe dicitur: non tamen tibi vxor eſt, ſed Dei vnigeniti electa mater eſt. *& infra.* ¶ Dico coniugem [m] propterea, vt diabolo virginitatem eius occultem, & vt Iudæorum prauitatem excludam, atque deiiciam, & vt legis [n] inſtituta non deſtruam. In conſequentibus demonſtrabo, quod nec iſta tua coniunx, ſecundum conſuetudinem coniugij habeatur, nec iſte qui generatus, tuus filius eſſe credatur.

a ¶ Deſponſata.] *Sic eſt emendatum ex ipſa homilia. Antea legebatur.* & ſi in deſponſata ne vxor tibi eſſe dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata & addita.*

Item Gregorius in expoſitione Euangelij, hom. 26.

¶ Ad nuptias Mariæ Ioſeph nō peruenit. C. XLV.

SIc quippe diſcipulum Dominus poſt reſurrectionem ſuā dubitare permiſit, nec tamen in dubitatione deſeruit, ſicut ante natiuitatē ſuam habere Mariam ſpōſum voluit, qui tamen ad eius nuptias nō peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitās, & palpans teſtis veræ reſurrectionis, ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrimæ virginitatis.

Ex his [o] omnibus auctoritatibus apparet, ſponſas coniuges appellari ſpe futurorum non re præſentium. Quomodo ergo coniuges a prima fide deſponſationis appellantur: ſi illa, quæ aſſeritur ſponſa, coniunx eſſe negatur? ptiæ, id eſt, ad carnalem cognitionem.

m ¶ *Dico coniugem.*] in perſona angeli quaſi loquitur hoc Origenes.

n ¶ *Vt legis.*] quia ſecundum legem quæ iam ſponſa erat lapidabatur ob fornicationem. 34. q. 2. nō ſatis. ſed quæ nondum erat ſpōſa alicuius, & fornicabatur nō puniebatur morte, niſi poſtea copularetur alicui tamquam virgo: & ita lapidaretur beata virgo. quia cū iam ſponſum haberet, grauida apparebat: & ita cōſtabat vel ante vel poſt deſponſationem eam fornicatam præſumptione: & ideo fuit deſpōſata. Sed ſecundū legem Romanam ſecus eſt. nam ſi quæ fuerit fornicata antequam ſit ſponſa, non poteſt accuſari de adulterio. ſi vero poſtquam fuerit ſponſa, poteſt. ff. de adul. ſi vxor. §. ſiquis vero. Tamen dicunt quidam, quòd etiam ſimplex fornicatio morte puniebatur in Aaronites. 56. diſt. Dominus. quia maior munditia exigebatur in eis: quia de eis auctor mūdi, i. Chriſtus erat naſciturus. Et no. quod hic occultatur aliquid propter malitiā eius cui fit occultatio. quandoque occultatur aliquid propter rei excellentiam. 43. d. in mandatis. quandoque ideo quia auditores capaces non ſunt. 8. q. 1. oportet. & ibi, Multa habeo vobis dicere, quæ nō poteſtis portare modo.

S*Ic quippe.*] Casvs. Gregor. facit hic quādam collationem inter Ioſeph & Thomam Apoſtolum. vtrumque enim permiſit Deus dubitare, alterū de virginitate Mariæ, & alterum de Chriſti reſurrectione. tamen neutrum in dubitatione perſiſtere permiſit: & vtroque vius eſt pro teſte tam reſurrectionis quam virginitatis Mariæ. *Ad nuptias*

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Concludit Grat. ex præmiſſis, quòd nuncupatur ſponſa & coniunx non re præſentium, ſed ſpe futurorum: & ſuam concluſionem tribus ſimilitudinibus approbat, reſpondendo quibuſdam capitul. ſuperius allegatis. Prima ſimilitudo incipit ibi, *Sed a prima.* Secunda ibi, *Sed tale.* Tertia ibi, *Si. qui merito.* Et dicit H. quòd Grat. fere per totam hanc quæſtionem male dicit: & per vnum illum vult probare aliud falſum. Tu autem dicas quòd matrimonium eſt cum ſponſa de præſenti: ſed non conſummatum.

o ¶ *Ex his.*] fere per totum iſtum §. male dicit Grat. imo per totam hanc quæſtionem. Ioan.

Ioſeph repoſuit virginis palliū: vt uebat, & à Virgine ſeparatus fuerat. a ſcin hiſtoria Euāgel vbi tractatur de nuptiis factis in Cana Galilææ.

Gen. 19.

Matth. 1.

a Copioſius in homilia.

1 Spōſa fornicata an erat olim lapidanda.

Ioan. 19.

3 Copioſius in homilia.

1 occultare licet ex cā.

Ioan. 10.

a ¶ Sicut

Sed à prima fide deſponſationis coniunx dicitur appellari, non quòd in ipſa deſponſatione fiat coniunx, ſed quia ex fide quam ex deſponſatione ſibi inuicem debent, poſtea efficiuntur coniuges: ſicut [t] per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptiſmum per fidem remittantur, ſed quia fides eſt cauſa, quare in baptiſmo à peccatis emundamur. ¶ *Illud autem Ioannis Chryſoſtomi.* [*Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas.*] ¶ *Item illud Ambroſij* [*Non defloratio virginitatis, ſed pactio coniugalis matrimonium facit*] *ita intelligendum eſt: coitus ſine voluntate contrahendi matrimonium, & defloratio virginitatis ſine pactione coniugali non facit matrimonium, ſed præcedens voluntas contrahendi matrimonium: & coniugalis pactio facit, vt mulier in defloratione ſuæ virginitatis, vel in coitu dicatur nubere viro vel nuptias celebrare.*

¶ *Item Syricius* [b] *Papa diſceſſionem ſponſæ à ſponſo vocat coniugalem ſeparationem.* ¶ *Sed talis diſceſſio dicitur violatio coniugij non iam exiſtentis, ſed futuri, vt ex ipſa diſpenſatione ſperabatur. Sic & diabolus dicitur cecidiſſe à beatitudine* [c] *non ſolum, quam tunc habebat, ſed etiam, ad quam habendam creatus erat.* ¶ *Sic qui merito ſuæ vitæ, vel* [†] *ſcientiæ in ſacerdotem* [d], *vel epiſcopum eligitur, ſi interim electionem ſuam caſſari meruerit, dicitur amittere ſacerdotalem, vel epiſcopalem vnctionem, non quam iam acceperat* [e], *ſed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate ſponſa coniunx poteſt probari. Sed concedatur quòd ſponſa non ſit coniunx: tamen quæritur, vtrum* [f] *liceat ei renuntiare priori conditioni.*

Hoc autem prohibetur auctoritate Ancyrani concilij. cap. 11. in quo ſtatutum ſic legitur.

¶ Puellæ, deſponſatæ prioribus reddendæ ſunt, ſi eis raptæ fuerint. C. XLVI.

4 DEſpõſatas puellas, & poſt ab alijs raptas placuit erui [g], & eis reddi, quib[us] ante fuerant deſponſatæ [h], etiam ſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit.

Item Ioannes octauus [a] *Roſtanno archiepiſcopo.*

[a] ¶ Octauus.] *Sic eſt reſtitutum ex pleriſque vetuſtis, & Iuone in vulgatis erat.* Chryſoſtomus.

¶ Communione priuetur ſponſa, niſi raptorem deſerere, & ad ſponſum ſuum redire voluerit.
C. XLVII.

5 ATho præſentium lator, dũ in noſtro ſeruitio fideliter excubaret, quemdam virũ feminam ſibi deſponſatam conqueritur rapuiſſe. Et ideo fraternitas tua noſtra auctoritate ſuffulta ſuffraganeos ſuos epiſcopos præſentialiter conuocet: & ſic vnanimi ſententia, ſi ſponſam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, ſi ad priſtinum ſponſum remeare [i] noluerint, omni communione priuentur.

4 *Sed aliud eſt priori conditioni renuntiare, & de nuptiis cum alio agere: aliud eſt rapi, hoc eſt, illicite conſtuprari.*

Vnde Iſidorus Etymolog. libro 5. cap. 26. ait.

¶ Quid ſit raptus. C. XLVIII.

6 RAptus [k] eſt illicitus coitus, à corrumpendo dictus: vnde qui rapta potitur, ſtupro fruitur.

7 *Hæc autem non ab alio rapta, ſed alij deſponſata monſtratur. Raptam vero talem dici prohibet Gelaſius Papa dicens.* [8]

¶ Ibi raptus admittitur, vbi puella abducitur, de cuius ante nuptias nihil actum probatur. C. XLIX.

9 LEx illa [l] præteritorum principum ibi raptum dixit eſſe commiſſum, vbi puella, de cuius ante nuptias nihil actum fuerit videatur abducta.

5 *Quod autem in fine capituli ſubiungitur* [*etiam ſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit*] [m]: *ideo additum eſt quia raptarum aliæ ſe rapiendas exponunt, aliæ violenter abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, prioribus reddendæ ſunt. Hæc autem* [n], *vt ſupradictum eſt, non inter raptas, ſed inter alias deſponſatas connumeratur: & ideo non eſt huic auferenda, & priori reddenda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus iſta prohibetur nubere ſecundo, & iubetur redire ad priora vota.*

Ait enim Syricius Papa Hymerio epiſcopo Tarraconenſi, epiſt. 1. c. 4.

¶ Puellam alij deſponſatam alter accipere non valet. C. L.

11 DE coniugali violatione requiſiti, ſi puellã alteri deſponſatam alter in matrimonium poſſit accipere. Tale ergo connubium anathematizamus, & mo-

---

Peccata adulti an remittitur per fidem ante baptiſmum.

a ¶ *Sicut.*] Hic per vnum falſum vult aliud probare. nam quòd adulto non dimittantur peccata per fidem ante baptiſmum, nemo catholicus dicit. hoc etiam Aug. expreſſe negat. de conſec. diſt. 4. non dubito. & c. baptiſmi. verum eſt quòd non dimittuntur omnino ante baptiſmum quo ad omnem pœnam: quia non quo ad temporalem: quod ſit per baptiſmum. de conſec. diſt. 4. ſine pœnitentia. niſi fortè eſſet contritio. vt in latrone. de conſe. diſt. 4. capitu. baptiſmi vicem.

t 3. c. matrimonium.

b ¶ *Syricius.*] 3. c. q. de coniugali. & ita ſoluit quod nos obiecerat: & ſic eſt nota præcurrens.

2 3. ca. cum initiatur.

c ¶ *A beatitudine.*] habuit quidem beatitudinem, ſed non permanentem vel confirmatam, vnde dicitur non habuiſſe charitatem in cælo. 16. quæſt. 2. viſis. de pœn. diſtin. 2. principium. 19. diſtin. propter totius.

3 3. c. coniugali.

d ¶ *Sacerdotem.*] ſed hoc non niſi poſt confirmationem, vt extr. de accuſa. ſuper his. Ioan.

a Ad idẽ 23. di. quorũdã. in t. vbi de hoc. & 5. q. 6 c. quia in ſta. vbi de hoc.

e ¶ *Acceperat.*] amittit ergo quis quod nõ habet, vt C. de adm. tuto. pupillorum. argumen. contra ff. de regul. iur. non videatur, non videtur re excluſus qui rem non habuit.

† al. &

SED CONCEDATVR. CASVS. Nunc reuertitur Gratianus ad principalem quæſtionem. Sed ca. planum eſt, & intelligitur cũ ſequenti de ſponſa de præſenti.

f ¶ *Quæritur vtrum.*] huius quæſtionis nulla eſt vis. determinatur enim per id quod eſt ext. de ſponſ. duo. duobus modis. & c. licet præter ſolitum. ſed in hoc diſſentiũt doctores, an ſponſa de futuro cogatur ſtare cum ſponſo ſuo: quod videtur, vt extr. de ſponſ. ex litteris. & de conuerſ. coniuga. ſane. Item quia pro quolibet mortali peccato poſſumus cogi ad pœnitentiam, 22. q. 1. ca. vlt. [b] Sed contra extra de ſponſ. requiſiuit. & 3. c. a. q. 2. de viduis. Dicunt quidam, quòd cogi debeat à principio: ſi tamen perſeuerauerit cõtumax non eſt amplius cogenda.

Sponſa verò cogatur ſtare cũ ſpõſo.

4 Anſ. l. 10. c. 8. Bur. l. 9. c. 58. Iuo p. 8. cap. 176. Pann. l. 6. ca. 19.

b At ad hoc 33. q. 2. quẽ que. di. et ibi no. de hoc leg. & nc 6. q. 1. ſi. li qui.

5 Iuo p. 14 c. 64.

Sponſalia ſoluuntur multis cãis.

ma ſubſit cauſa. Sunt tamen caſus 7. in quibus ſponſa de futuro licite poteſt recedere à ſponſo. vnus ſi alter vult intrare religionem. & illud etiam tenet in ſponſa de præſenti, ext. de conuer. coniuga, ex publico. Secundus caſus, ſi alter recedit ad remotam regionem, nec poteſt inueniri. extr. de ſponſa. de illis. Tertius caſus, ſi alter incurrit lepram, vel aliquam deformitatem in corporis. extr. de coniug. lepro. litteras. extr. de ſponſ. quemadmodum. Quartus ſi ſuperuenit affinitas, vel ſi fornicatur ſpontanee vel coactus. ext. de iureiur. quemadmodum. 3. c. quidam deſponſauit. Quintus, ſecũdum quoſdam eſt ſi mutuo ſe abſoluerint. ext. de ſpon. præterea. Sextus, ſi contraxit cum alio per verba de præſenti: extr. de ſpon. duorum. capit. 1. & 2. ſed in hoc caſu eſt peccatum. Septimus, ſi id quod minor facit, non vult ſeruare in adulta ætate, vt ext. de deſponſa. impuber. de illis. Hi caſus & aliqui alij poſſunt his verſibus haberi:

Lepra ſuperueniens, furor, ordo, ſanguis, & abſens,
Læſaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Ac hæreſis lapſus, fideique renuſio: prorſus.
Sponſos diſſociant, & vota futura retractant.

g DIſponſatas.] ¶ *Erui.*] id eſt, auferri à raptore.

h ¶ *Deſponſatæ.*] infra 34. quæſtio. ſecunda. non latis. contra vbi præcipitur non reddi priori viro: ſed ibi conſentit raptori. & hic loquitur de ſponſ. de præſenti. Item contra C. de ſpõſa. l. prima. ibi dicitur, quòd vni deſponſata poteſt alij nubere. ſed illud eſt abrogatum.

ATho.] CASVS. Quidam nomine Acho conqueſtus eſt Papæ mulierem ſibi deſponſatam raptam fuiſſe: quare Papa reſcribit Roſtanno archiepiſcopo vt compellat raptorem eam ſibi reſtituere: alioquin conuocatis ſuis ſuffraganeis excommunicet eum & ipſam raptam, ſi ad ſuum ſponſum noluerit remeare. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad cap. de coniugali, in fine capitul. ſcilicet deſponſatas. hęc autem, de qua agitur in themate.

6 36 q. 2. raptus. Iuo p. 8 c. 26. Pan. l. 6. c. 53.

7 3 36 q. 1. lex illa.

8 in codice Theod. lib. 9. tit. 24. de rap. virg. vel vid. le. 1.

i ¶ *Remeare.*] ſi intelligas hoc de ſponſa de præſenti, planum eſt: ſi de ſponſa de futuro, dic vt in ſumma.

9 Pol. l. 6. ti. 4. Anſ. l. 10. c. 11. 3. deſponſatas.

SED ALIVD. Hęc eſt quarta pars quæſtio. in qua quæritur quid iuris ſit de raptus: & quis dicatur raptor, vel rapta, vel raptus. Ioannes de Fant.

k RAptus.] Hoc ca. inducit G. vt probet illicitum eſſe coitum in rapta: vnde per conſequẽs vult probare quòd debeat à ſecundo ſeparari, ſi eam raperet, cum illicite ei adiungatur: ita tamen, quòd ille qui ſecũdo rapuerit, non tractaſſet primo de ſponſalibus. & ad hoc inducit cap. ſequens.

10 Pol. l. 6. ti. 4. Anſ. l. 10. ca. 9. Bur. l. 9. c. 11. Iuo part. 8. c. 169. Pã. l. 6. c. 18.

l LEx illa.] Sed vbi ſit lex illa, ignoro. forte in Codice Theodoſiano potius contrarium inuenio, vt C. de rap. virg. l. 1. §. quibus. ſed illud non tenetur, vt ext. de rapto. cum cauſam.

QVOD AVTEM Hæc eſt quinta pars quæſtio. in qua dicitur, quòd ſi per verba de præſenti fuerit ſponſa, & rapta, omnibus modis viro reddenda eſt. Ioan. de Fant.

m ¶ *Conſtiterit.*] 3. c. deſponſatas.

n ¶ *Hæc autem.*] de qua agitur in themate.

DE *coniugali.* CASVS. Aliqua fuit deſpõſata alij per verba de præſenti. quærebatur verum alter poſſit eam accipere in vxorem: Et reſpondetur quòd non: & ſic contrahentes debent anathematizari: nam ſi quis violat benedictionem quam nupturæ ſacerdos imponit, ſacrilegium facit nupturæ, non quo ad matrimonium, ſed quo ad copulam carnalem. Vel nupturæ, id eſt, carnaliter cognoſcendæ.

SED

SED AVCTORITATE. Casvs. Soluit G. & male, dicens quod ſi ſponſa velata ſit & benedicta cum ſponſo, & in domum ducta, debet reddi priori, alioquin non. hoc autem facit G. reſpõdendo quibuſdam cap. contra hoc allegatis. Illud Gregor. 33. quæſtio. 1. requiſiſti.

a ¶ *Ducta.*] hoc male ſoluit. nam huiuſmodi ſolennitates nõ faciunt ad eſſentiã matrimonij 30. qu. 5. noſtrates.

b ¶ *Illud Gregorij.*] 33. q. 1. c. 1. &c.

D*Vobus.*] Casvs. Caſum huius Paleæ ſic pone. Dicitur enim hic, quòd ſi quis deſponſauerit aliquam fide pactionis, non debet aliam ducere. ſi tamen duxerit, maneat cum ſecunda: agat tamen pœnitentiam de fide mentita: Si autem contraxerit per fidem conſenſus, erit tantum matrimonium cum prima: & hoc in prima parte. In ſecunda dicitur quòd fides pactionis eſt, quando aliquis promittit alicui mulieri quod accipiet eam in vxorem ſi permiſerit rem ſecum habere. Fides conſenſus eſt cum inter ſe conſentiunt per verba de præſenti. Secunda pars incipit ibi, *Eſt autem.*

1 ¶ c. deſpõſatam.

2 ¶ 33. q. 1. requiſiſti.

Q*Vidam infidelis*] Casvs. In ſuperiori cauſa tractatum eſt de quibuſdam impedimentis matrimonij, & quod matrimonium non eſt inter religioſas perſonas, ſi de nouo contrahant: ſed ne idem putetur eſſe inter infideles, ideo magiſter ſupponit hanc 28. cauſam, in qua oſtendit matrimonium eſſe inter eos. Oſtendit etiam quid iuris ſit ſi alter infidelium conuertatur: & addit vtrum debeat dici bigamus qui ante baptiſma habuit vnam, & poſtea alteram. vt autem hæc omnia competenter agat, proponit thema, de quo tres elicit quæſtiones.

a Sub alterO ſematãre in infideli.ate; vel ſi alter de duob. cõiugib. fideli dicedat à fide, altero remanente in fide, ſecũdũ Hug. vel alter tractam mag. ſte. de duo. . . m pedimẽt . . . de voto, & de coniugiis & ſpõſalib. modo inter dit tractare de diſpari cõiugio & bigamis. autem hæc, & c. lo. de la . . .

dis omnibus ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nuptu ræ ſacerdos imponit, apud fideles, cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſſione violetur.

a ¶ Tale ergo.]*In epiſtolarum Syricij cadicibus, & in codice canonum, & apud cæteros collectores (præter Pannormiam,) & in capitular. Caroli. Baſileæ impreſſis, lib. 1. c. 1. legitur,* Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam in caſu ſit mixto anathematu, non eſt mutatum.*

Sed auctoritate hac Syricij illa prohibetur ad ſecunda vota tranſire, quæ in propriam domum eſt ducta[a]. *& cum ſponſo ſuo eſt velata, & benedicta. Talium diſceſſione violatur benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit. Verum hanc nec dum ſponſus in ſuam duxerat: nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac auctoritate huiuſmodi copula prohibetur.*

¶ [1] *Item illud Euſebij Papæ* [*Deſponſatam puellam non licet parentibus alij viro tradere,*] *ſimiliter & de huiuſmodi deſponſata intelligitur, quæ videlicet cum ſponſo eſt velata & benedicta.*

¶ [2] *Item obijcitur illud Gregorij*[b] [*Quæ propter frigiditatem a viro ſuo ſeparata eſt, & alij nupta, ſi vir eius aliam cognouerit, illa eſt detrahenda ſecundo, & reddenda primo.*] *Sed eodem modo ſoluitur: quia illa videlicet cum illo benedictionem acceperat.*

[*Auguſtinus de fide pactionis, & conſenſus.*]

¶ *Etiam in decretalibus tit. de ſponſa duor. c. 1 citatur ex Auguſtino, apud quem non eſt inuentum.*

¶ Si quis alicui mulieri conſenſus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere.

PALEA. C. II.

DVobus modis dicitur fides pactionis, & conſenſus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim reſcindi debet tantum ſacramentum. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam: & adhærebit priori.

Eſt autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui, quòd eam ducet: ſi permiſerit ei rem ſecum habere, vel etiam pro conſenſu. Fides autem conſenſus eſt, quando etiam ſi non ſtringit manum, corde tamen & ore conſentit ducere: & mutuo ſe concedunt vnus alij, & mutuo ſe ſuſcipiunt.

CAVSA XXVIII.

Q*Vidam infidelis*[c] *in coniugio poſitus ad fidem conuerſus eſt: vxor vero odio fidei Chriſtianæ ab eo diſceſſit. Ille quamdam fidelem in vxorem accepit: qua mortua clericus efficitur. Tandem vita & ſcientia merito in epiſcopum eligitur.*

1 *Hic primum quæritur, an coniugium ſit inter infideles.*

2 *Secundo, an liceat huic aliam ducere priore viuente.*

3 *Tertio, an ſit reputandus bigamus, qui ante baptiſmum habuit vnam, & poſt baptiſmum alteram.*

QVÆSTIO I.

Q*Vod autem*[d] *inter infideles coniugium nõ ſit multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus,* [*Omne, quod nõ eſt ex fide,*[e] *peccatũ eſt*] *Connubium autem infidelium non eſt ex fide: & ideo peccatum eſt. Non eſt ergo coniugium: quia nullum coniugium peccatum*[f] *eſt.*

¶ *Item Auguſtinus.* [[g] *Non eſt vera*[h] *pudicitia hominis infidelis cum coniuge ſua,*] *Vbi autem vera pudicitia eſſe non poteſt, ibi nec verum coniugium eſt.*

Item Ambroſius[g]. [[4] *Iuſſit*[h] *Eſdras dimitti vxores alienigenas, per quas itant ad Deos alienos. Non eſt enim putandum matrimoniũ, quod extra*[k] *Dei decretum eſt factum. Sed cũ cognoſcitur, eſt emendandum*[l].

¶ *Item Auguſtinus* [*Non eſt ratum*[m] *coniugium, quod ſine Deo eſt.*]

¶ *Ex his omnibus auctoritatibus probatur, coniugium non eſſe inter infideles. Sed econtra alia inueniuntur auctoritates, quibus probatur coniugium eſſe inter infideles. Qua*

c ¶ *Quidam infidelis.*] Superiori cauſa quinque notantur cauſæ, quæ prohibent matrimonium contrahere, & contractum iubent dirimere: verbi gratia votum, ordo, religionis habitus, ligatio, & publicæ honeſtatis iuſtitia. in hac vero cauſa ponuntur quæ impediunt matrimonium: verbi gratia diſpar cultus, vel diſſimilitudo fidei, vt inter fideles & infideles. & primo tractat an matrimonium ſit inter infideles, & oſtendit etiam quid iuris ſit, ſi alter de duobus coniugibus infidelibus ad fidem conuertatur.

Q*Vod autem*]Hæc quæ. diuiditur in quinque partes: in prima quarum probat multis auctoritatib. quòd matrimonium non eſt inter infideles. Secunda ibi, Si quis. Tertia ibi, Iam nunc. Quarta ibi, Contra. Quinta ibi, Ex his. Ioannes de Fan.

Casvs. Hic intitulatur prima quæſt. qua quæritur an ſit matrimonium inter infideles. Et certum eſt quòd ſic, vt infra ead. §. 1. & cap. 1. Grat. tamen pro vtraque parte allegat, & bene ſoluit infra ead. §. ex his. Ponit etiam quædam cap. in hac quæſtione, quæ ad ſecundam pertinent quæſtionem, quæ eſt an altero remanente infideli poſſit conuerſus ad fidem ſe alij copulare. & de hoc quid iuris ſit, in 2. q. tractatur. Eſt ergo caſus huius §. talis. Probat hic Gra. ſuperficialiter inter infideles non eſſe matrimonium. & hoc facit quatuor auctoritatibus, ſcilicet vna Pauli, duabus Auguſtini, & vna Ambroſij.

d ¶ *Quòd autem.*]hic intitulatur 1. quæſt. an ſcilicet matrimonium ſit inter infideles: & certum eſt quòd ſic, licet non ſit ratum, infra eadem §. primo. & capit. primo. Gratian. tamen ad vtramque partem allegat, & bene ſoluit. j. ead. §. ex his. ſed quia in hac q. quædam cap. ponuntur pertinentia ad ſecundam quæſtionem, quæ eſt, an altero remanente in infidelitate poſſit cõuerſus ad fidem alij ſe copulare, de ea videamus. ¶ Notandum ergo quòd cum vnus coniugum ad fidem conuertitur, ſi remanens in infidelitate eſt Iudæus, nullo modo fidelis debet cohabitare cum eo, niſi velit ad fidem conuerti, & ſi non vult conuerti, poteſt aliam ducere, infra eodem. Iudæi. ſed contrarium eſt hodie verum, & extr. de diuor. quanto. & cap. gaudemus. ſi autem eſt paganus, & non vult cohabitare, vel vult ſed cum blaſphemia Chriſti: vel vt eã pertrahat ad mortale peccatum: fidelis poteſt cum alio contrahere. j. eadẽ. ſi infidelis. & hos tres caſus in quibus licet ei cõtrahere cum ſecunda habes extra de diuor. quanto. & ca. ſequenti. Si autem vult infidelis cohabitare fideli, & in pace: in electione fidelis eſt an velit ei cohabitare, vel non: ſed tunc cum altero nõ poteſt eo viuente contrahere. infra eadem quæſtione. iam nunc. & cap. ſic enim.

e ¶ *Omne quod non eſt ex fide.*] id eſt, quod fit ex certa ſcientia contra fidem, eſt peccatum, de pœnit. diſtinctio. 3. §. item illud.

f ¶ *Peccatum.*] vt trigeſimaſexta, diſtinct. deinde.

g ¶ *Non eſt vera.*] id eſt, ad veritatem ducens.

¶ Matrimonium eſt inter infideles.

¶ Cõiugum infidelium ſi alter cõuertatur ad fidem, an poſſit cũ infideli habitare.

Rom. 14.

3 lib. 1. de adult. coniug. c. 18.

4 ſent. 4. diſ. 39. Ad c. 7. 1. ad Cor. & 1 bigl. ord.

IVSSIT ESDRAS. Hiſtoria. Legitur in Eſdra, quòd filij Iſrael tempore Babylonicæ captiuitatis, & poſt reuerſionem de illa duxerunt in matrimonium alienigenas contra præceptum Domini: ſed poſtea ad præceptum & ad monitionem Eſdræ dimiſerunt eas.

h ¶ *Iuſſit.*]hoc c. non facit ad propoſitum, quia non erat inter eos matrimonium, niſi de dolo facto. ſed quòd Dominus permiſerit eſſe fidelem cum vxore infideli, intelligitur cum matrimonium præceſſerat inter eos.

i ¶ *Dimitti.*]à Iudæis.

k ¶ *Extra.*]id eſt, contra.

l ¶ *Emendandum.*] argument. quòd non currit præſcriptio in matrimonio: quod verum eſt hodie, extra de conſan. & affin. non debet.

m ¶ *Ratum.*]i. inſeparabile.

EX HIS. Casvs. Infert Gratianus ex ſupradictis auctoritatibus matrimonium non eſſe inter infideles. Poſtea probat contrarium: & hoc facit inj. auctoritatibus, Euangelij, & duabus Pauli: & vna exemplo Siſinnij: vbi autem hæc incipiant, per te videbis.

a ¶ Quia

a ¶ *Quinque.*]ideſt, pater, filius: mater, filia: nurus, vel gener.
b ¶ *Duo.*]id eſt, duo ſeparabuntur à tribus qui conuertuntur ad fidem.
c ¶ *In tres.*]id eſt, contra tres: contrarij enim ſunt quando conuertuntur ad fidem.
d ¶ *In duos.*]id eſt, tres conuertuntur ad fidem, & ſeparabuntur à duobus.

Luc. 12.

e ¶ *Qui non odit.*]id eſt, qui non poſtponit amorem patris amori Dei.

Luc. 14.

f ¶ *Centuplum.*]non dicit centum vxores. ſed id quod excedit centuplum, ſcilicet vitam æternam accipiet.

Matth. 19.

g ¶ *Conſenſerit.*]ſi vero non vult habitare cũ eo, poteſt eam dimittere, & aliam ducere viuente illa. j.c. q.2. ſi infidelis.

1.Cor. 7.

h ¶ *Non dimittat.*]j.c. Iudei cõtra. Sed hic de Gentili, ibi de Iudæo: circa quem ſpecialiter aliud obſeruatur, qui habent enim Iudæi legem & prophetas quibus muniti & parati ſunt animas ſimplicium fallere. 11. q. 3. ad menſam. ſed gentiles hoc non habent. hodie tamen hoc idem videtur de vtriſque. extra de diuor. quanto.

¶ Iudæi faciliùs ſimplices animas quam Pagani. ad Tit. 2.

i ¶ *Sanctificatus.*]frequenter enim vnus ſanctificatur per alterum. j.ca. iam nunc. Et eſt argu. ad ea quæ frequentius accidũt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. 3. quæſt. 5. accuſatores vel teſtes. & 25. diſt. de Syracuſanæ.

¶ in Abdiæ hiſtoria, & vitas Clementis antiqua.

SICVT IN PASSIONE. Hiſtoria. Legitur in paſſione beati Clementis, quod Theodora vxor Siſinnij infidelis, fuit ad fidem conuerſa, cumque monaſterium ingrederetur, zelo ductus, ſecutus eſt eam, ſed poſt orationem Clementis, idem cæcus & ſurdus factus eſt: & cum dixiſſet ſeruis ſuis vt eum reducerent, ipſi non poterant eccleſiam egredi: precibus tandem Theodoræ egreſſi ſũt. Deinde beato Clemente pro ipſo in domo ſua orante viſum & auditum recepit: qui ſtatim vt Clementem vidit, eum iuſſit ligari: ſed cum ſerui eum ligare crederent, columnas & ſaxa trahebant, & tandem orationibus & prædicatione beati Clementis eſt conuerſus ad fidem. *Erunt quinque*, ſcilicet pater, mater, filius, filia, vxor filij, vel mariti filiæ. *In tres*, id eſt, contra tres, ſeparando ſe ab eis contra fidem.

1 J. diſt. 16. deinde §. ũt ghid. 8. dec. I. 4 c. 98 Iuo p. 3. ca. 301. Pann. l. 6 ca. 96.

k ¶ *De Theodora.*]vxore Siſinnij: quia ambo erant infideles: ſed poſt ea illa, conuerſa eſt ad fidem, & per eam poſtea vir conuerſus eſt.

rum prima eſt illud Euangelij quod Chriſtus ait. [*Erunt quinque*[a] *in vna domo: duo*[b] *in tres*[c], *& tres diuidentur in duos*[d].] *Deinde cum perſonas illas enumeraſſet: vxorem in virum eſſe diuidendam dixit, & econuerſo.* ¶ *Item.*] *Qui non odit*[e] *patrem, aut matrem, aut vxorem, aut fratrem propter me, non eſt me dignus.*] *Vxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.* ¶ *Item.* [*Omnis, qui reliquerit domum, aut fratrem, aut matrem, aut patrem, vel vxorem propter me, centuplum*[f] *accipiet, & c.*] *Vxorem in hoc loco infidelem ſignificat: quæ propter Chriſtum dimittitur, dum potius ipſa, quam Chriſti fides deſeritur.* ¶ *Item Apoſtolus.* [*Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſenſerit*[g] *habitare cum illo, non dimittat*[h] *illam: & ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus*[i] *eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.*] ¶ *Item ad Titum.* [*Hortare adoleſcentulas, vt diligant viros ſuos.*] *Hoc tam de fidelibus, quam de infidelibus intelligendum eſt. Infidelibus namque viris mulieres propenſius propter Deum habent obſequi, vt ſic viros ſuos Chriſto lucrari valeant.* ¶ *Sicut in paſſione beati Clementis de Theodora*[k], *& Siſinnio legitur mirabiliter contigiſſe.*

α ¶ Auguſtinus.]*Verba ipſa B. Auguſtini referuntur j.c. ſit enim. ver. nec vera.*
β ¶ Ambroſius.]*Hæc ſunt potius accepta ex gloſſa ordinaria ad locum indicatum*
γ ¶ Auguſtinus.]*Hoc non eſt inuentũ apud B. Auguſtinum. Verum apud B. Ambroſium in idem c. 7 prima ad Corinthios hæc leguntur.* Non enim ratum eſt matrimonium, quod ſine Dei deuotione eſt. *& ſimilia in gloſſ. ordin. ibidem ex B. Ambroſio.*

Item Innocentius Papa Ruſo, & Euſebio epiſcopis Macedonibus, epiſt. 22. c. 2.

¶ Bigami probantur, qui ante baptiſmum habuerunt vnam, & poſt baptiſmum alteram. C. I.

2 NVmquid[l] non erunt admittendi in hereditatis cõſortium, qui ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit vxor? erantque appellandi vel naturales, vel ſpurij, quia non eſt matrimonium legitimum (vt vobis videtur,) niſi illud, quod poſt baptiſmum aſſumitur? Ipſe Dominus cum interrogaretur à Iudæis, ſi liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit [Quod deus coniunxit, homo non ſeparet.] Ac ne de his putetur eſſe locutus, qui poſt baptiſmum vxores ſortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna & eadem ſit vxor eius, qui antea catechumenus, & poſtea ſit fidelis, filioſq; ex ea, cum eſſet cathecumenus, ſuſceperit, & poſtea alios filios cum fidelis, vtrum ſint fratres appellandi, an nõ habeant poſtea defuncto patre cum ceteris erciſcundæ hereditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? Quod cum ita ſentire, atque iudicare abſurdum eſt, quę (malum) ratio eſt hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcipit, & Deus iunxit.

Item ex decreto Eutychiani Papæ.

¶ In fidelis poteſtate ſit, poſt baptiſmum vxorem recipere, quam ante dimiſerat. C. II.

2 5 SI quis gentilis gentilem vxorem dimiſerit[m] ante baptiſmum, poſt baptiſmum[n] in poteſtate eius erit eam habere, vel non habere.

Idem.

¶ Fidelis infidelem diſcedentem ſequi non cogitur. C. III.

4 SImili modo, ſi vnus ex coniugatis baptizatus eſt & alter gentilis, & ſequi non vult, ſicut dicit Apoſtolus, infidelis ſi diſcedit, diſcedat.

Item Auguſtinus de fide, & operibus, cap. 16.

¶ Sine culpa relinquitur vxor, quæ cum fideli [illegible] C. IIII.

pars ibi, *Quæro.*
l ¶ *Numquid.*]hoc ca. eſt de verbo ad verbum, 26. diſt. de inde. & ibi exponitur. ſupra.

SI *quis gentilis.*]¶ Hæc eſt ſecunda pars q. in qua ponit magiſter tres caſus, in quibus poteſt fidelis vir contrahere viuente vxore infideli: quod probat per 6. c. ſo. de Fan. CASVS. Dicitur quòd ſi gentilis ante baptiſmum vxorem gentilem dimiſerit cauſa fornicationis, vel ſecundum conſuetudinem gentilium, vel alia iuſta cauſa: ſi poſt ea factus eſt Chriſtianus, in poteſtate ſua erit eam habere vel non habere de conſilio Apoſtoli. Sequens c. patet.

Matth. 19.

m ¶ *Dimiſerit.*] propter fornicationem quam fecit.
c ¶ Infidelitatis.] Iudæi vero difficiliores ſunt ad conuertendum, & peritiores ad ſubuertendum, quàm gentiles: quia legem habẽt & prophetas. & ideo hæc ratio potius habet locũ in eis, quàm in gentilibus. arg. 11. q. 3. ad menſam.

f pagani citius trahuntur ad fidem quam Iudæi.

¶ Niſi ad fidem Iudæus acceſſerit, ſeparetur ab vxore fideli. C. X.

IVdæi[a], qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab epiſcopo ciuitatis ipſius, vt ſi cum eis permanere cupiũt, Chriſtiani efficiãtur. Quòd ſi admoniti noluerint, ſeparẽtur: quia non poteſt infidelis in eius permanere cõiunctione, quæ iam in Chriſtianã tranſlata eſt fidẽ[b]. Filij autem, qui ex talibus nati exiſtunt, fidem, atque cõditionem matris ſequantur. Similiter & hi, qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus, & fidelib[us] viris, Chriſtianã ſequantur religionem, non Iudaicam ſuperſtitionem.

Verum hoc ideo ſtatutum eſt, ne dum fidelis ſalutem quærit infidelis, potius ipſe cum ea infidelitatis[c] perditionem inueniat.

Vnde in eodem concilio. c. 59. tam de filiis Iudæorum, quàm de ceteris ad fidem venientibus ſtatutum eſt, vt infidelium conſortia euitent.

¶ A parentum infidelium ſeparentur conſortio fideles filij, ne eorum inuoluantur erroribus. C. XI.

1 IVdæorum[d] filios, vel filias, ne parentum vltra inuoluãtur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputatos† aut monaſteriis, aut Chriſtianis viris: aut mulieribus Deum timentibus: vt ſub eorum conuerſatione cultum fidei diſcant, atque in melius inſtituti tam in moribus, quàm in fide proficiant.[e]

1 Burc. l. 4 c. 83. Iuo p. 1 c. 277. Pan. l. 1 c. 73.
† al. deputandos.

Item. c. 61.

¶ Iudęis ad fidem venientibus cum infidelis nulla ſit communio. C. XII.

2 SÆpe malorum conſortia etiam bonos corrũpunt: quãto magis eos[f] qui ad vitia proni ſunt? Nulla igitur vltra communio ſit Hebræis[g] ad fidem Chriſtianam tranſlatis, cũ his, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt: ne forte eorum participatione† ſubuertantur. Quicunque ergo ex his, qui baptizati ſunt, amodo infidelium cõſortia nõ vitauerint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis[h] cædibus deputentur.

2 Bur. l. 4 ca. 84. Iuo p. 1. c. 278. Pan. l. 1. ca. 74.
† al. participio.

Item ex ſexta ſynodo, cap. 11. 3

3 Apoſtol. can. 65.

¶ Cum Iudæis nec manducandum, nec habitandum, nec ab eis medicamentum accipiendum eſt. C. XIII.

4 NVllus[i] eorũ, qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus azima Iudæorum mãducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet, aut medicinam ab eis percipiat[k], aut cum eis in balneo lauet. Si vero quiſquam hoc fecerit, ſi clericus eſt, deponatur: ſi laicus, excommunicetur.

4 Iuo p. 13. c. 116.

Item ex concilio Agathenſi, c. 40. 5

5 Concord. Veneticum. c. 12.

¶ Clerici ſiue laici, vitent Iudæorum conuiuia, nec eos ad ſua conſortia recipiant. C. XIIII.

6 OMnes deinceps clerici, ſiue laici, Iudæorum[l] cõuiuia euitent: nec eos ad cõuiuium quiſquam accipiat: quia cũ apud Chriſtianos communibus cibis non vtantur: indignum, atque ſacrilegum eſt eorum cibos à Chriſtianis ſumi: cum ea, quę Apoſtolo permittente nos ſumimus, ab illis iudicentur immunda, ac ſic inferiores[m] incipiat eſſe Chriſtiani, quàm Iudæi: ſi nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur: illi vero à nobis oblata contemnant.

6 Iuo p. 13. c. 117.
1. Tim. 4.

5 *Ex his itaque euidenter colligitur coniugium eſſe inter infideles. Illud vero Apoſtoli*

h ¶ Publicis.] arg. quod eccleſia iudicat de iis quæ foris ſunt: quod verum eſt quãtum ad corporales pœnas. cũ enim peccant, poſſunt verberari, vel alio modo corporaliter multari de præcepto epiſcopi vel principis. arg. 17. q. 4. conſtituit. & ext. de rapt. in archiepiſcopatu. & alia etiam pœna poſſunt puniri, vt ext. de vſu. poſt miſerabilem. ſed quantum ad ſpiritualem pœnam eccleſia non iudicat de illis: quia nõ poteſt eos excommunicare: quia qui in eccleſia nõ eſt, ab eccleſia ſeparari non poteſt, vt 11. q. 3. omnis Chriſtianus.

f Eccleſia iudicat aliquã de his qui ſunt foris.

i NVllus eorum.] niſi ſit miſſus ad prædicandum eis, ext. de Iudæ. ca. quàm ſit laudabile.

k ¶ Percipiat.] emere tamen poteſt ab eis aliquis, & poſt præparet, arg. C. de Iudæ. nemo.

OMnes deinceps.] Casus. Statuitur hic, vt oẽs Chriſtiani vitent conſortia & conuiuia Iudæorum. Nam cum ipſi Chriſtianorum cibis non vtantur, indignũ eſt vt Chriſtiani eorũ cibis vtantur, ne inferiores eis efficiantur.

l ¶ Iudæorum.] ſimiliter & gentilium, cum & ipſi hodie etiam cibos diſcernant. licet enim non contineantur verbis edicti, vt 11. q. 3. ad menſam. continentur tamen ſententia, vt ff. de pet. hære. item veniunt. §. ait ſenatus. & 2. q. 8. multi. & ff. ſi qua. pau. fe. di. l. pe. ſed quare loquimur cum eis: cum nec comedamus cum eis? ſed de hoc redditur ratio, quia maior familiaritas eſt in cibo ſumẽdo, quàm in colloquio: & facilius quis decipitur inter epulas, vt 22. q. 4. vnuſquiſque.

l Familiaritas in cibo eſt maior quàm in colloquio.

m ¶ Inferiores.] vt 2. q. 7. in ſancta.

IVdæorum.] Casus. Dicitur hic, quòd filij Iudæorum ad fidẽ cõuerſi, ne à parentib. corrumpantur, debent ſeparari ab eis, & nutriri vel in monaſteriis, vel apud mulieres Chriſtianas, vt in moribus & fide proficiant.

d ¶ Iudæorum.] Quidam intelligunt hoc c. quod Iudæis auferendi ſunt paruuli eorum, & baptizandi, ſed adulti nequaquam. Sed certe ſicut nec adulti, ita nec paruuli ad fidem vi trahendi ſunt[e] immo ſecundum hoc in breui nullus eſſet Iudæus. quomodo ergo reliquiæ Iſrael ſaluæ fierent poſtea? ideo intelligo hoc de filiis iam Chriſtianis, quos forte parentes circuncidere volebant, de conſe. diſ. 4 pleriſque: & hæc littera hoc idem innuit vbi dicit, vltra, & vbi dicit, ſeparari: & ita per baptiſmum ſoluitur ius patriæ poteſtatis: nec tamen priuabuntur iſti paterna ſucceſſione. ext. de Iudæ. Iudæi.

f Iudæorum filij nõ ſunt per vim baptizandi.
e Dic vt hr 3. 45 diſt. c. ſynceta.

e ¶ Proficiant.] iuxta illud: Auge nobis fidem. de pœ. diſ. 2. dum ſanctam. ergo iam iſti baptizati erant, cum proficere debeant in gradibus dignitatis, id eſt, virtutis. vt de pœ. diſt. 2. dum ſanctam.

SAepe malorum.] Casus. Statuitur hic vt Iudæi ad fidem tranſlati non communicent cum Hebræis, ne corrumpantur ab eis: quoniam ſæpe malorum conſortia bonos corrũpũt: quod ſi fecerint, caſtigentur: & Hebræi cædibus deputentur. *Donentur*, non vt

EX HIS. Hæc eſt 5. pars q. in qua ponit magiſter diuerſas ſolutiones, quomodo intelligatur quod dicitur, omne quod non eſt ex fide, &c. probat etiam quod nullus Chriſtianus debet ducere mulierem infidelem: & diſtinguit inter matrimonia fidelium & infidelium. Ioan. de Fant.

Casus. Iſte §. diuiditur in quatuor partes. In prima concludit G. ex ſupradictis, matrimonium eſſe inter infideles. In 2. parte exponit illud Apoſtoli: Omne quod non eſt ex fide, &c. id eſt omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Vel ſic, id eſt, omne quod non fit ea mente vt valeat ad ſalutem, apud Deum inutile reputatur. In 3. parte exponit illud Aug. Non eſt vera pudicitia infidelis hominis cum coniuge ſua, id eſt, nõ eſt inter illos illa pudicitia, quæ ducat ad vitam æternam: quod probat per ſimilitudinẽ ſacramentorũ quæ tractantur ab hæreticis. In 4. parte exponit illud Ambro. dicentis: Non eſt putandum matrimonium quod extra Dei decretum factum eſt: dicẽs quòd hoc intelligitur de matrimonio contracto cum conſanguineis vel affinibus. Secunda pars incipit ibi, *Illud vero*. Tertia ibi, *Item cum dicitur*. Quarta ibi, *Item illud*.

[*Omne, quod nō eſt ex fide, peccatum eſt*] *non ita intelligendum eſt, vt quidquid fit ab infidelibus, credatur eſſe peccatum: ſed omne, quod contra conſcientiam* [a] *fit, ædificat ad gehennam. Vnde Ambroſius* [α] [*peccatum eſt, quod aliter fit, quam probatum eſt.*] ¶ *Item Auguſtinus* [β] *ſuper eumdem locum* [*Omne, quod aliter fit, quam probatum eſt, peccatum eſt: non tamen omne, quod fit cum fide* [b] *bonum eſt. Ignorantia enim, quæ eſt ex culpa, nocet.*] *Hinc etiam Apoſtolus ait* [*Beatus, qui non iudicat ſemetipſum in eo, quod probat.*] *id eſt, qui non facit damnabilem* [γ] *ſemetipſum aliter faciendo, quam probet eſſe faciendum. Vel omne, quod non eſt ex fide* [c], *dicitur eſſe peccatum, quia quidquid ex fide non fit, vt ad æternam valeat ſalutem, inutile reputatur* [d] *apud Dominum. Vnde Auguſtinus ait* [*Omnis infidelium vita peccatum eſt: nec valet eſſe bonum, quod fit abſque* [δ] *Deo* [e]. *Vbi enim deeſt agnitio æternæ, & incommutabilis veritatis: falſa virtus* [f] *eſt etiam in optimis moribus.*] ¶ *Item cum dicitur* [*non eſt vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge ſua*] *negatur pudicitia eſſe vera, quantum ad effectum, ad præmium videlicet æternæ ſalutis. Sicut enim apud hæreticos ſacramenta negantur eſſe vera, non quantum ad formam, ſed quantum* [g] *ad virtutem: ſic & virtutes negantur eſſe veræ* [h] *apud infideles, non quin veræ in eis ſint iuxta illud Hieronymi* [*virtutibus* [ε] *Romani promeruerunt imperium,*] *ſed quia effectu carent æternæ ſalutis.* ¶ *Item illud Ambroſij* [*Non eſt putandum matrimonium, quod extra Dei decretum factum eſt: ſed cum cognoſcitur, eſt emendatum*] *non oſtendit coniugium non eſſe inter infideles. Nullo enim Domini præcepto gentiles prohibentur coniungi gentilibus. Nec ergo eorum coniugium extra Dei decretum fit. Illa itaque auctoritate iubentur ſeparari ab inuicē, qui contra Dei vel eccleſiæ decretum copulati ſunt: vtpote infideles cum fidelibus, vel conſanguinei cum conſanguineis, vel affines cum affinibus. Hi omnes, ſi ſibimuicem copulati fuerint, ſeparandi ſunt. Hinc etiam idem Ambroſius in libro de Patriarchis, libro primo de Abraham, ca. 8.*

α ¶ Vnde Ambroſius.] *Referuntur verba gloſſæ ordinariæ in eum Pauli locum. Verba autem Ambroſij in eumdem locum ſunt hæc.* Rectè peccatum appellat, quod aliter fit, quam probatum eſt.

β ¶ Item Auguſtinus.] *Hæc non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum: ſed à ver.* non omne. *vſque ad ver.* nocet. *ſunt ex eadem gloſſa ordinaria ibidem.*

γ ¶ Damnabilem.] *In gloſſa interlineari ibidem hæc leguntur,* qui non facit ſe damnabilem nocendo alijs de ſuo bono.

δ ¶ Abſque Deo.] *Apud B. Auguſtinum, & in gloſa ordinaria legitur,* & nihil eſt bonum ſine ſummo bono. *Reliqua vero vt apud Gratianum.*

ε ¶ Virtutibus.] *Hæc non ſunt reperta apud B. Hieronymum. Sententia elici poteſt ex B. Auguſtino in quinto de ciuitate Dei, cap. 12. vſque ad 15.*

¶ Fideles infidelibus non ſunt coniugio copulandi.
C. XV.

4 CAue Chriſtiane gētili, aut Iudæo filiam tuam tradere [i]. Caue, inquam, gentilem, aut Iudæam, atque alienigenam, hoc eſt hæreticam, & omnem alienā [k] à fide tua vxorem acceſſas tibi. Prima [l] coniugij fides, caſtitatis gratia eſt [m]. *& infra.* ¶ Si Chriſtiana [n] ſit, non eſt ſatis: niſi ambo initiati ſitis ſacramento baptiſmatis. Simul ad orationem nocte vobis ſurgendum eſt, & coniunctis precibus obſecrandus Deus.

Item ex concilio Agathenſi, c. 67. [5]

¶ Cum hæreticis catholici non miſceant coniugia.
C. XVI.

6 NOn oportet cum hominibus † hæreticis [o] miſcere cōnubia, & vel filios, vel filias dare, ſed potius accipere: ſi tamē ſe profiteantur Chriſtianos eſſe futuros, & catholicos.

Item ex concilio Vrbanenſi †.

¶ *Eadem ſentētia quibuſdam verbis mutatis habetur in concilio Aruernenſi, c. 6. Et ſimilia ſunt in Aurelianenſi 2. c. 19.*

¶ Chriſtiana communione careat, qui Iudaicæ prauitati coniugali ſe vinculo ſociat.
C. XVII.

7 SI quis Iudaicæ prauitati cōiugali ſocietate iūgitur, ſiue Chriſtiana Iudæo, ſiue Iudæa Chriſtiano mulier carnali cōſortio miſceatur, quicumque eorum tantum nefas admiſiſſe cognoſcitur, à Chriſtiano cœtu, atque cōuiuio, & a communione eccleſiæ protinus ſegregetur.

Item illud Auguſtini, [[8] *Non eſt ratum coniugium, quod ſine Deo eſt*] *non negat coniugium eſſe inter infideles. Coniugium enim aliud eſt legitimum, & non ratum: aliud ratum, & non legitimum: aliud legitimum & ratum. Legitimum coniugium eſt, quod legali inſtitutione, vel prouinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non eſt, quia non eſt firmum, & inuiolabile* [ζ] *coniugium eorum. Dato* [p] *enim libello repudij, licet eis recedere ab inuicem, & alijs copulari lege fori, non lege poli, quam non ſequuntur. Inter fideles vero ratum coniugium eſt: quia coniugia ſemel inita inter eos, vlterius ſolui non poſſunt. Horum quædam ſunt legitima, veluti cum vxor a parentibus traditur* [q], *a ſponſo dotatur, & à ſacerdote benedicitur. Hæc talia coniugia, legitima & rata appellantur. Illorum vero coniugia, qui contemptis omnibus illis ſolennitatibus ſolo affectu aliquam ſibi in coniugem copulant, huiuſmodi coniugium non legitimum* [r] *ſed ratum tantummodo eſſe creditur.*

ζ ¶ Inuiolabile.] *Sic in omnibus vetuſtis exemplaribus, quæ collata ſunt in vulgatis legebatur,* & ideo violabile.

¶ Comedēs plus q̄ dēat mortaliter non peccat.

a ¶ *Conſcientiam.*] præcepti vel prohibitionis. Nam ſi plus comedam quàm debeam, quamuis contra conſcientiam: non pecco mortaliter. 25. diſt. §. criminis. Et dicunt quidam contra conſcientiam nō erroneam: argum. 13. diſtin. nerui. argum. op. ff. de lib. cauſa. igitur. §. 1. ſed dico q̨ nec contra conſcientiam erroneam eſt faciendum: prout eſt expreſſum ext. de ſi. per tuas.

Rom. 14.

b ¶ *Cum fide.*] id eſt, cum conſcientia.

c ¶ *Ex fide.*] id eſt, ſicut fides exigit.

d ¶ *Reputatur.*] quo ad vitam æternam. de poe. diſt. 3. ſi quis autē non habens.

e ¶ *Abſque Deo.*] id eſt, abſque fide, quæ eſt à Deo.

f ¶ *Virtus.*] ſ. diſtin. 26. deinde. cōtra ſ. 1. q. 1. ſicut vrgeri. ſ. diſt. 45. vera iuſtitia. ſ. 24. q. 1. vbi ſana.

g ¶ *Quantum*] ſ. 1. q. 1. quod quidam. de conſe. diſ. q. quamuis. ſ. diſtin. 32. §. verum. ī. 32. q. 1. cum renuntiatur. arg. 24. q. 1. vbi ſana. ī. de poe. diſt. 5. conſideret. ī. de poen. diſt. 2. §. quod autem. & diſ. 3. ille rex.

a in lib. ſent. ipſi*, & Proſperi c. 106. paulo aliter

1 ſ. e. ſ prin. & c. ſe eſt.

h ¶ *Veræ.*] non videtur dicere verum. Nam vbi deeſt fides vel charitas, nullatenus eſt virtus, prout theologus accipit virtutē. qd ergo dicitur hic, virtutibus, intellige, ſcilicet politicis, quæ ſine charitate habentur a multis. ſtrenui enim actus hominum in eis erant. arg. 23. q. 4. ſi nō ex fide. Nam & virtus pro fortitudine ponitur. ff. de aleato. quibus [a]. Aliæ vero virtutes (vt prædictum eſt) non erant in eis: quia ſi haberēt vnam, haberent omnes: arg. 33. q. 1. vbi ſana de poe. diſ. 5. c. 1.

¶ Virtus nō eſt ſine fide & charitate.

3 ſ. e. ſ prin.

a Et 23. q. 1. noli.

CAue.] CASVS. Hoc c. ſatis planum eſt. Præcipitur enim hic, ne Chriſtiana nubat gentili, Iudæo, vel hæretico, cū ambo, ſcilicet vir & vxor debeāt eſſe conſecrati baptiſmatis ſacramento, id eſt, vnctione.

i ¶ *Tradere.*] ī. prox. c. contra. Sol. ibi de pactione de futuro: hic dicit q̨ non licet accipere [b], & illi ſe miſcere.

b ſc. matrimoniū qd inter tales impeditur pp diſparem cultum. H.

k ¶ *Alienam.*] hæc clauſula, omnem alienā, non ſupponit pro hæretica vel gētili. ff. de verb. obl. doli clauſula. nam ibi dicitur q̨ clauſula generalis ſequens nō refertur ad ea de quibus ſpecialiter eſt præmiſſum. Nō eſt obijciendum de Moyſe, qui duxit Aethiopiſſam, vt 2. q. 7. §. item obijcitur. quia illud factū fuit in figura, quòd Dominus ſibi copularet eccleſiam ex gentibus. 2. q. 7. §. his itaque. Sed

4 Sent. 4. diſ. 39.

‖ Baptizat* ſola voluntate an poſſit cū Chriſtiana cōtrahere

pone quòd aliquis hæreticus numquam fuit baptizatus, voluit baptizari, ſed non habuit aquam, conſtat ei omnia peccata dimiſſa eſſe etiam originale. numquid poteſt contrahere matrimonium cum Chriſtiana? Dicit Hu. quòd non: quia ianua omnium ſacramentorū eſt baptiſmus. 32. diſt. §. verum. Similiter nec ordinem poſſet recipere forte ſi ſuperuixit, & ſe non baptizauit, videtur contemnere: & ſic habetur quaſi non fuerit Chriſtianus. Io.

l ¶ *Prima.*] quę eſt inter ſponſos & ſponſas. Io.

m ¶ *Gratia eſt.*] ī. trigeſima, quæſtione 5. feminæ.

n ¶ *Si Chriſtiana.*] id eſt, cathechizata. Et ita eſt arg. quòd catechumenus non eſt fidelis. De hoc dicam ī. 30. quæſt. prima, in princ.

5 & in Laodiceno, c. 31.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic quòd nullus per deſponſationem debet filium ſuum vel filiam tradere homini alienæ fidei ad cohabitādum: ſed potius infidelem in domum ſuā aſſumat: ſi ſe catholicum futurum promittat. Sequens cap. planum eſt, & per te videbis.

6 Burch. l. 9. c. 78. Ivo p. 8. c. 226.

† al. omnibus

o ¶ *Hæreticis.*] hæreticus non poteſt contrahere cum Chriſtiana [c]. Dicit tamen H. quòd ſi contrahit, tenet matrimonium: ſicut ſi contraheret cū excommunicato. De conditionibus, quæ opponuntur in matrimonio, not. 32. quæſt. 2. ſolet.

† al. Forbaiienſi.

c Vī not. ī. tra. ſ. c. pr. & ſi in glo. hęc clauſul. ſ pr.

SI quis.] ITEM ILLVD. CASVS. Grat. oſtendit in hoc §. Vel exponit verbū quod poſitum fuit ſ. ea. quæſt. §. 1. in fi. non eſt ratum cōiugium, quod ſine Deo eſt, faciens trimembrem diuiſionem vel diſtinctionem matrimonij, dicēs aliud eſſe legitimum & non ratum: & aliud ratum & non legitimum: & aliud legitimum & ratum: & de quolibet membro exempla ſupponit, quæ facile per te videbis.

7 Sent. ibid.

8 ſ. e. in pri.

p ¶ *Dato.*] hic non ponit exemplum bonū. Nam in veritate per dationem libelli non diſſoluebatur matrimonium, immo vera erat fornicatio, extra de diuort. gaudemus.

q ¶ *Traditur.*] infra trigeſimaſexta, quæſtione quinta, aliter.

r ¶ Non *legitimum.*] ſi enim probatum fuerit aliquod impedimentum in tali matrimonio, filij non erunt legitimi, vt extra de clandeſtin. deſponſat. cum inhibitio.

Quòd

Q*Vòd vero.*]Casvs. Hic intitulatur 2.q. in qua quid iuris ſit, ſatis patet ex iis, quæ dicta ſunt in prima quæſtione, & ex diſtinctione, quæ colligitur in quæſtione prima, & ex illo ca. ſi infidelis. quia ſi infidelis noluerit habitare cum conuerſo ad fidem, vel voluerit habitare cum contumelia nominis Chriſtiani, vel vt traheret eum ad mortale peccatũ, licite contrahit tunc cõuerſus.

a ¶ *Quòd vero.*]hic intitulatur ſecũda quæſtio, de qua ſupra diximus in prima quæſtione.

S*I quis.*]Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi gentilis conuerſus ad fidem vxorem habuit infidelem volentem ſecum habitare, ea viuẽte cum alia contrahere non poteſt. Crimina enim in baptiſmo diſſoluuntur & non matrimonia. Sequens §. patet.

b ¶ *Virginem.*] idem eſſet & ſi corruptam. ſed de facto quæſitum eſt de virgine: forte ideo, quia videbatur ꝙ matrimonium ſolueretur inter virginẽ & eum, qui accedebat ad baptiſmum: ſicut cum alter ſponſorum tranſit ad religionem monaſterij. ſed nõ eſt ita: quia cum tranſitur ad religionẽ fidei, bene poteſt quis vti matrimonio. 26. di. deinde. ſecus cũ tranſitur ad monaſterium, vt 26. q. 1. vt lex.

c ¶ *Viuente.*] & cõuerſa cum viro vel non conuerſa, ſecum tamen cohabitare volente: ſequens autem capitulum intelligitur de nolente cohabitare.

d ¶ *Coniugia.*] poteſt tamen ad religionem tranſire etiam inuita ea, cũ matrimonium non ſit ratum. extr. de diuor. quanto.

S*I infidelis*]Casvs. Dicitur hic, quòd ſi conuerſus ad fidem vxorem habuit infidelem, quæ odio Chriſtianæ fidei noluerit morari cum ipſo, licite poteſt ſe alij copulare, cõtumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij eum non ſit ſeruanda fides ei, quæ Chriſtum audire contemnit.

e ¶ *Propter Deum*] id eſt, propter fidem Dei.

f ¶ *Soluit.*]eccleſia tamen debet ſententiare. ſed quid ſi illa vxor nõ vult venire ad cauſam, cum non ſit de foro eccleſiæ? Si poteſt conſtare eccleſiæ, quòd non vult cohabitare, ſententiet. Hanc gloſſ. approbo: quia ſine iudicio eccleſiæ diſſoluitur matrimonium, vt s. q. 1. ſi infidelis.

g ¶ *Ius.*] i. vinculum a. Sed tunc demum ſolum cũ cõtrahit relictus, ar. extr. de diuor. gaudemus. in fi. immo etiam prius credo ſolutum, ſed ſi alter reuertitur ad fidem antequã alter duxerit vxorem, reſtituitur vinculum matrimonij quaſi iure poſtliminij, vt ibidem perpenditur.

h ¶ *Relinquitur.*]nihilominus & circa relinquentem Unde & relinquens contrahet ſine peccato ſi conuerſus contrahat. ‖ non enim poteſt matrimonium claudicare, cum ſint duæ relationes. vnde ſi vna eſt vxor, & reliquus eſt vir. ideo autem non tractauit hic de relinquente, quia extra eccleſiam eſt, & nihil ad nos de eo iudicare. 2 q. 1. multi. eſt tamen arg. quòd claudicet, vt hic, & extra de eo qui co. c. 1. arg. ſſ. man. poteſt. ſed vt dixi, quo ad eſſentiam non poteſt claudicare, ſed quo ad effectũ bene: quia quandoque tenetur vnus alij: ſed nõ econuerſo. Vel dic quantum ad fidelem ſoluitur, vt hic dicitur: quia adhuc poteſt debitum petere ab altero, ſed infidelis non poteſt, quia fidelis nõ eſt ſubiectus ſeruituti illius: ‖ & cũ alia ſit ſeruitus qua tenetur vir vxori, ꝗ illa qua tenetur vxor viro b: bene poteſt vna ſeruitus eſſe ſublata, & non alia. ſic ſſ. de ſer. vr. præ. ſi domus. & extra de conuer. coniu. quidam.

i ¶ *Et in matrimonium.*] id eſt, in fractione primi matrimonij. nõ dicas in ſecundum matrimonium, ſi illud contrahat poſtquam cõuerſus cum alio contraxit: vt præmiſit. arg. tamen quòd peccet cõtrahendo ſecundum. ext. de teſt. ſicut.

HIC DISTINGUENDUM. Casvs. G. bene diſtinguit in hoc §. dicens, ꝙ ſi alter coniugum fuerit conuerſus ad fidem, ſi infidelis voluerit ei cohabitare: fidelis altero viuẽte contrahere nõ poterit. Si autem infidelis noluerit cohabitare fideli: tunc fidelis infideli viuẽte poteſt contrahere. ſi autem vterque eſt conuerſus ad fidem, vel ſi ab initio vterque fuiſſet fidelis: licet alter eorũ à fide diſcedat, alter tamẽ nullo modo cõtrahere poteſt: quia ratum fuit matrimonium inter eos.

k ¶ *Atque.*]Hæc diſtinctio eſt canonica & bona: & probatur extra de diuor. quanto.

V*Trum vero*] Casvs. Hic intitulatur 3. qu. in qua quid iuris ſit, dictum eſt s. 26 diſt. & mirum ſuit quare magiſter hic eam reſticauit. Et ſcias ꝙ Hier. cõtradicit Aug. & Inn. & multis aliis ſanctis patribus: ſed ex toto ſequitur dicatur Hiero. nec valet quod hic dicitur ab eo. Sequentia c. per te videbis, quia ſimilia habuiſti. s. 26. diſt.

l ¶ *Vtrum.*]hic intitulatur qu. 3. in qua quid iuris ſit diximus. 26. diſ. vnius. nec valet quod hic dicitur à Hieronymo.

m ¶ *Acutius vero.*] ¶ *Cenſuerunt.*] s. diſt. 55. c. nullus.

QVÆSTIO II.

Q*Vòd vero* a *vxore viuente alteram ducere non poſſit* a, *teſtatur ſcriptura* B *dicens.* [*Alioquin ſi diſcedittis ab inuicem, & volentes cohabitare dimittitis, & aliis vos copulaueritis, adulteri eritis. & filij veſtri, qui poſtea naſcentur, erunt immundi. id eſt ſpurij.*]

Item ex concilio Meldenſi. c. 1.

a ¶ Non poſſit.]*In vulgati ſequebantur hæc,* qui infidelem dimiſit. *quæ in manuſcriptis exemplaribus non habentur.*

B ¶ Scriptura.]*Hæc non ſunt verba ipſa ſcripturæ, ſed in gloſſa ordinaria ex Ambroſio ad ea verba,* 1 Cor. 7. alioquin fil. j veſtri, &c. *hæc leguntur.* Si dimittitis, inuicem nolentes cohabitare, & aliis vos copulatis, adulteri eſtis: & filij veſtri ſpurij, & ideo immundi.

¶ Nõ poteſt quis poſt baptiſmum alteram ducere, viuente ea, quæ ante baptiſmum ſibi fuerit virgo copulata. C. I.

1 SI quis habuerit vxorem virginem b ante baptiſmum, viuente c illa poſt baptiſmum alteram habere non poteſt. Crimina enim in baptiſmo ſoluuntur, non coniugia d.

Gregorius autem contra teſtatur dicens.

¶ Licet fideli aliam ducere vxorem, quam Chriſtianæ fidei odio infidelis dimittit. C. II.

a ¶ Quam.]*Sic etiam in vetuſtis, ſed ſi legeretur, quem, magis videretur reſpondere verbis ipſius capitis.*

2 SI infidelis diſcedit odio Chriſtianæ fidei, diſcedat. Non eſt enim frater, aut ſoror ſubiectus ſeruituti in huiuſmodi. [Nõ eſt enim dimiſſo peccatum propter Deum e, ſi alij ſe copulauerit. Contumelia quippe creatoris ſoluit f ius g matrimonij circa eũ, qui relinquitur h. Infidelis autem diſcedens, & in Deum peccat, & in matrimonium i: nec eſt ei fides ſeruanda coniugij: quia † propterea diſcedit, ne audiret Chriſtum Deum a eſſe Chriſtianorum coniugiorum.

¶ *Hæc non ſunt inuenta apud B. Gregorium: ſed apud B. Ambroſium ad c. 7. 1. Corinthiorum eadem fere leguntur plenius, atque aptius expoſita.*

a ¶ Chriſtum Deum.] *In loco indicato eſt* ne audiret auctorem eſſe Chriſtianorum Deum coniugij.

3 *Hic diſtinguendum eſt, aliud eſſe, dimittere volentem cohabitare, atque* k *aliud, diſcedẽtem nõ ſequi. Volentẽ enim cohabitare licet quidem dimittere. ſed non ea viuente aliam ſuperducere* †: *diſcedentem vero ſequi non oportet, & ea viuente aliam ducere licet. Verum hoc non niſi de his intelligendum eſt, qui in infidelitate copulati ſunt. Ceterum, ſi ad fidem vterque conuerſus eſt vel ſi vterque fidelis matrimonio iunctus eſt, & procedente tempore alter eorum à fide diſceſſerit, & odio fidei coniugem dereliquerit, derelictus diſcedentem non comitabitur: non tamen illa viuente alteram ducere poterit: quia ratum coniugium fuerat inter eos, quod nullo modo ſolui poteſt.*

QVÆSTIO III.

V*Trum* l *vero bigamus ſit reputandus, qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum alteram, auctoritate Hieronymi patet. Ait enim ſuper iſtam epiſtolam Pauli ad Timotheum.*

¶*Sententia huius capitis habetur* s. *diſt. 26. c. vnius. ex gloſſa ordinaria prima ad Timotheum, c. 3 Beatus autem Hieronymus hanc rem & in epiſtolam ad Titum c. 1. attigit, & in epiſtola ad Oceanum copioſe tractauit.*

¶ Non eſt bigamus, qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum alteram. C. I.

4 OPortet epiſcopum vnius vxoris eſſe virum. Verum hoc poſt baptiſmum. Ceterum, ſi ante baptiſmum habuit vnam, & poſt baptiſmum habuerit aliam, non eſt reputandus bigamus: cui prorſus innouato per baptiſmum omnia vetera ſunt dimiſſa.

Auguſtinus vero contra teſtatur & Innocenti v. *Ait enim Auguſtinus ſuper epiſtolam Pauli ad Titum.*

¶*Sententia huius capitis habetur in collectaneis Bedæ, & gloſſa ordinaria ad ca. primum epiſtolæ ad Titum, vt* s. *26. diſt. c. acutius.*

¶Non debet fieri epiſcopus, qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum alteram. C. II.

5 ACutius vero intelligunt, qui nec eum ordinandum cenſuerunt m, qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum alteram. In baptiſmate enim crimina abolentur, nõ fœderatio cõiugij diſſoluitur. Sicut illa, quæ cathecumena vitiata eſt, inter virgines conſecrari non poteſt, ſic qui ante baptiſmum habuit vnam, & poſt baptiſmum alteram, non niſi bigamus eſt reputandus. Amiſit enim quiddam nõ ad vitæ meritum, ſed ad ſignaculi ſacramentum.

Marginal notes: ſic vim quia ſi dicitur, ſol uit. matrimonium, ſed ‖, ſoluit. i. matrimonij, ſecunda Ray. — † al. ſuperducere. — ‖ Matrimonium claudicare non pt. — ‖ Vir & vxor ſunt duplici ſeruitute. — b Arg. cõtra 32. q. 6. apud nos. vbi de hoc. — 4 s. d ſt. 26. vnius. — 5 s. diſt. 26. Acutius. — a s. 26 q. 1. ſi qs. Concor. Tribur. c. 6c. ca. 39 Bur. l. 9. ca. 61. Iuo p. 8. ca 197 Pann l. 6. ca. 98. — ‖ religio ſidei non impedit mrimonio vti. — a ſent. 4. diſ. 39 gl. Cor. 7 ad illud [non eſt enim frater] — † al qua. — 3 Sent. 4. diſt. 39. — a Et obligatione & ſeruitutem matrimonij: vñ

Vidimus.] Casvs. Tria ſunt imparia coniugia. vnum eſt de fide diſpari: de quo tractatum eſt in præcedenti cauſa. Aliud de diuerſitate conditionis, ſcilicet cum liber contrahit cum ancilla: vel libera cum ſeruo, de quo in hac cauſa tractatur. Tertium eſt cum vnus eſt maior, & alter minor, de quo tractatur in cauſa ſequenti. Tractat igitur magiſter in hac cauſa de errore conditionis: & quis error impediat matrimonium. Et vt hæc & alia competentius faciat, pręmittit thema, de quo duas elicit quæſtiones.

¶ Cſt. 26. q. 1. & 5. quod.

a ¶ *Cuidam mulieri nobili.*] Imparia coniugia tribus modis dicuntur. vno modo quando contrahit fidelis cum infideli: de quib. in ſuperiori cauſa audiuimus. Alio modo quando vnus liber, & alius ſeruus: de quib. in hac cauſa videbimus. Tertio modo quando vnus maior, alter minor: de quib. in ſequenti tractatur. hic de errore perſonæ, conditionis, qualitatis & fortunę, tractatur.

¶ Coniugia imparia dicuntur tribus modis.

Quod autem.] Casvs. Hic depingitur j. q. qua quæritur: an matrimoniũ ſit inter eos inter quos interuenit error perſonæ. Et certum eſt quod error perſonæ & error conditionis impediunt matrimonium: error vero fortunæ & qualitatis non impediunt. Grat. tamen in hoc §. allegat pro vtraque parte diſtinguendo quattuor errores, ſcilicet perſonę, fortunæ, conditionis, & qualitatis. Caſus huius §. eſt talis. Diuiditur enim in tres partes. In prima parte allegat Gr. pro viro, quòd ſit inter eos matrimonium: & hoc facit per diffinitionem matrimonij: & quia ex tali coniunctione conſenſus interuenit, matrimonium fuit inter eos. Sed ſtatim pro muliere reſpondet dicens, quòd ibi non affuit conſenſus, cũ error interuenerit, & ita non fuit coniunx: quod probat exẽplo illius, qui ordinatur ab eo quem putat eſſe epiſcopum cum non ſit: ſed ſtatim allegat pro viro dicens quòd non omnis error impedit conſenſum matrimonij: quia error virginitatis nõ impedit matrimoniũ. In ſecunda parte ſoluit pro muliere, diſtinguendo quattuor errores, ſcilicet perſonæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis: & dicit quòd error perſonæ & conditionis impediũt matrimonium, error vero fortunæ & qualitatis nõ. Et quòd error perſonæ impediat, probat duobus exemplis. Nam ſi aliquis vellet rem ſuam vendere Marcello, & poſtea Paulus ſimulauit ſe Marcellum, non tenet venditio cum Paulo. Similiter cum aliquis putat ſe emere aurum, & emit orichalcum, non conſentit in orichalcum. In tertia parte probat pro viro quòd error perſonæ non impedit matrimonium: quia Iacob non conſentit in Lyam: & tamen matrimoniũ fuit inter eos. Sed ſtatim reſpondet pro muliere dicẽs quòd matrimonium fuit inter Iacob & Lyam ex ſubſequenti conſenſu, & non ex præcedenti. Et quòd error perſonæ excuſet, probat tribus exẽplis, ſcilicet exemplo eius qui per ignorantiam cognouit ſororem vxoris: & exemplo diaboli, qui transformat ſe in angelum lucis, & exemplo hæretici, qui ſimulat ſe catholicum. vnde cum hic interuenerit error perſonæ, patet quòd iſta non eſt coniunx ipſius. Error vero fortunæ & qualitatis non excludit conſenſum.

a 27. q. 2. ſo primo.

a Item Innocentius Rufo & Euſebio epiſcopis Macedoniæ multis argumentis probat talem bigamum reputari. Quia ergo iſte, cuius cauſa in præſenti agitur, ante baptiſmum habuit vnam, & poſt baptiſmum alteram, bigamus iudicatur: & licet vitæ merito, & induſtria ſcientiæ polleat, tamen in epiſcopum ordinari non poteſt.

CAVSA XXIX.

Cvidam mulieri nobili a nunciatum eſt, quòd a filio cuiuſdam nobilis petebatur in coniugem: præbuit illa aſſenſum. Alius vero quidam ignobilis, atque ſeruilis conditionis, nomine illius, ſeipſum obtulit. atque eam in coniugem accepit. Ille, qui prius ſibi placuerat, tandem venit, eamque ſibi in coniugem petit. Illa ſe deluſam conqueritur, & ad prioris copulam aſpirat.

1 Hic primum quæritur, an ſit coniugium inter eos.

2 Secundo, ſi prius putabat hunc eſſe liberum, & poſtea deprehendat eum eſſe ſeruum, an liceat ei ſtatim ab illo diſcedere.

QVÆSTIO I.

Qvòd autem b coniugium ſit inter eos, probatur hoc modo. Coniugium ſiue matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. ¶ Item. Conſenſus c vtriuſque matrimonium facit. Quia ergo iſti coniuncti ſunt, vt indiuiduam vitæ conſuetudinem conſeruarent: quia vterque conſenſit in alterum, coniuges ſunt appellandi. His ita reſpondetur. Conſenſus eſt duorum, vel plurium ſenſus in idem. Qui autem errat non ſentit, non ergo conſentit, id eſt, ſimul cum aliis ſentit. Hæc autem errauit d: non ergo conſenſit e, non itaque coniunx eſt appellanda: quia non fuit ibi conſenſus vtriuſque: ſine quo nullum matrimonium eſſe poteſt. Sicut enim qui ordinatur, ab eo, quem putat eſſe epiſcopum, & adhuc eſt laicus, errat, nec vocatur ordinatus, immo ab epiſcopo adhuc eſt ordinandus f, ſic iſta errans nulli eſt copulata coniugio: immo adhuc eſt copulanda. ¶ Ad hæc. non omnis error conſenſum euacuat. Qui enim accipit in vxorem corruptam, quam putat virginem, vel qui accipit meretricem, quam putat eſſe caſtam, vterque errat: quia ille corruptam exiſtimat virginem, & ille meretricem reputat caſtam. Numquid ergo dicendi ſunt non conſenſiſſe in eas? aut dabitur vtrique facultas dimittendi vtramque, & ducendi aliam g? Verum eſt quòd non omnis error conſenſum excludit: ſed error alius eſt perſonæ h, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error perſonæ eſt, quando hic putatur i eſſe Virgilius, & ipſe eſt Plato. Error fortunæ, quando hic putatur eſſe diues, qui eſt pauper: vel econuerſo. Error conditionis quando putatur eſſe liber qui ſeruus eſt. Error qualitatis, quando putatur eſſe bonus, qui malus eſt. Error fortunæ, & qualitatis coniugij conſenſum non excludit. Error vero perſonæ, & conditionis, coniugij conſenſum non admittit.

b ¶ *Quod autem.*] Hic depingitur 1. q. an ſ. matrimonium contrahatur inter eos inter quos interuenit error perſonæ: hoc eſt dicere, an error perſonæ impediat a matrimonium contrahendũ, & dirimat iam contractum. G. allegat pro & contra: diſtinguendo quattuor errores, fortunæ, qualitatis, perſonæ, & conditionis, duo vltimi dirimunt matrimonium, non ex ſua natura, ſed ex conſtitutione eccleſiæ. Nam ſimiliter & papa poſſet conſtituere quòd error qualitatis impediret, & quòd nullus error impediret, & quòd eſſet matrimonium vbi eſſet error perſonæ: ſicut & tenet pignus, licet ibi ſit error. ff. de pigno. act. l. 1. vnde ex natura non habet error perſonæ quòd impediat. ar. tamen eſt contra. j. de Iacob & Lya: quia nondum eccleſia conſtituerat, & tamen tunc impediebat. Et eſt etiam argum. contra: quia error impedit emptionem, vt ff. de contrahen. emptione, quid tamen. Et not. quòd ſecundum H. & L. numquam erratur in perſona, niſi prius habita notitia aliqua de eo cuius nomine alius ſe repræſentet: vnde ſi aliquis offert ſe ſub nomine regis Franciæ alicui puellæ: ſi ipſa nihil vnquam audiuit de rege Francię, nec aliquam notitiam habet de eo per famã, vel alio modo, & putat hunc eſſe regem Franciæ, non errat in perſona, ſed in fortuna, vel qualitate vel nomine. Sed aliqua conſentit in aliquem viſum vel non viſum, tamen aliquo modo ſibi cognitum, ſcilicet fama vel alio modo: ſi poſtea per errorem accipiat alium etiã ſi ab eo fuerit cognita, reddetur primo: ſi tamen ille in eã conſenſerit per nuntium, vel alio modo. ſi vero nullo modo fuerit ſibi cognitus, quamuis per errorem accipiat alium, numquã reddetur primo: quia inter eam & primum non fuit matrimonium. nam in penitus incognitum nec amorem nec conſenſum dirigere poſſumus b. Vnde Auguſt. Nõ eos diligere poſſumus, qui nobis per famam vel alio modo cogniti ſunt: incognitos autem diligere nequimus. ſed certe licet hoc poſſit concedi, quòd non ſit reſtituenda priori, nõ tamẽ dico quòd debeat ſtare cum ſecundo, cum ibi ſit error. Nã errare eſt aliud pro alio putare, vt 22. qu. 2. in quibus. & 38. diſtin. quamuis. Item eadem ratione qui emit auri chalcum pro auro, conſentit in aurum: quod falſum eſt, vt ff. de contrahenda emptione, alioquin. & l. quid. reſpond. nam licet non erret circa illum cuius nulla notitiam habuit, errat tamen circa præſentem c. H. tamen & L. dicunt, quòd ſit matrimonium cum iſta. ſed hoc non credo: cum ibi ſit error. ergo non eſt ibi conſenſus: quia nihil eſt tam contrarium conſenſui quam error, vt ff. de iudic. lege, ſecunda.

¶ Matrimonium virum errore impediatur.

a Arg. dat ille conſanguinibus de bet.

¶ Error perſonæ nõ ſæpe committitur.

b Arg. contra ff. de cõtrah. empt. cum ab eo. §. maiſam. ¶ Sent. diſt. 19.

c Sub. circa quem error attenditur: quod dic vt no j &c. in ſi.

c ¶ *Item conſenſus.*] vt trigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda, ſufficiat. Intelligitur autem conſentire niſi expreſſe diſſentiat, vt ff. ſolu. matri. lege, ſecunda. §. voluntatem. & extra de ſponſ. ſicut ex litteris. & extra de iis quæ fiunt à præl. capit. 2. ff. de ſponſ. lege, ſed quæ patris.

d ¶ *Errauit.*] id eſt alium pro alio putauit: hoc eſt errare. vigeſimaſecunda, quæſtione 2. in quibus. Vel pro vero falſum putare. 38. diſtin. quamuis.

e ¶ *Conſenſit.*] nihil eſt contrarium conſenſui quàm error. vt ff. de contrahenda emptione, alioquin. ff. de iuriſdict. omn. iudi. ſi per errorem.

¶ Error eſt contrarius conſenſus.

f ¶ *Ordinandus.*] vt 68. diſt. presbyteri.

g ¶ *Aliam.*] quaſi dicat non. Nam ille error venditionem impedit, licet error ſexus impediat. ff. de contrahen. emp. alioquin. §. 1. tamen dicit lex, quod ſoluitur emptio per actionem ex empto. ff. de act. emp. ex empto. §. ſi quis virginem.

h ¶ *Perſona.*] perſona eſt ſecundum B. rationabilis creatura indiuidua eſſentia.

i ¶ *Putatur.*] dicit R. quòd in hac littera non debet eſſe ipſe, ſed hic. & hæc vox, hic, non eſt pronomen, ſed aduerbium: vt ſit ſenſus: Error perſonæ eſt quando putatur eſſe Virgilius hic, id eſt, in hoc loco, & ibi eſt Plato. Nam impoſſibile eſt vt putes Virgilium eſſe Platonem. de dicto patet. de re ſimiliter patet: quia impoſſibile eſt quod quis putet de Virgilio quòd ſit Plato: nec econuerſo. quod verum eſt ſecundum opini. illorum qui concedunt quòd iſtum eſſe Virgilium, eſt Platonem eſſe Virgilium. Alij vero concedunt quòd iſte putet illum eſſe Platonem: non tamen putat Virgilium eſſe Platonem, & hoc per accidens, quod innuit proprium nomen inter quos eſt H. hanc opinionem ſecutus eſt hic Grat. ſecundum hoc planum eſt quod dicit, aliquando hic putatur, &c. & quòd pingui intellectu errantis putetur de aliquo quòd ſit alius habes 26. quæſt. 5. nec mirum. vbi dicit Auguſt. quòd hunc puto eſſe hominem demonſtrato dæmone. ff. de exceptione rei iudic. & an eadem. arg. ff. de furt. ſi is qui. §. ſi tu mihi. & de iu. iu. cum qui. §. ſi iniuriam. vbi dicit iuriſperitus

¶ Virgilium putare eſſe Platonẽ, eſt impoſſibile.

Si quis enim paciſceretur ſe venditurum [a] *agrum Marcello. & poſtea veniret Paulus dicens ſe eſſe Marcellum, & emeret* [b] *agrum ab illo. numquid cum Paulo conuenit iſte de pretio, aut dicendus eſt agrum ſibi vendidiſſe? Item ſi quis promitteret ſe venditurum mihi aurum, & pro auro offerret mihi orichalcum* [c], *& ita me deciperet, numquid diceret conſenſiſſe in orichalcum? Numquam volui emere orichalcum: nec ergo aliquando in illud conſenſi, quia conſenſus non eſt niſi voluntatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit conſenſum, ſic & in coniugio error perſonæ. Non enim conſenſit in hūc, ſed in eum, quem putabat* [d] *eſſe. Sed obijcitur. Iacob non conſenſerat in Liam, ſed in Rachel: ſeptem ſiquidem annis pro Rachel ſeruierat. Cum ergo eo ignorante Lia eſſet ſibi ſuppoſita, non fuit coniugium inter eos, ſi error perſonæ conſenſum excludit: quia vt dictum eſt, non in eam conſenſerat, ſed in Rachel. His ita reſpondetur. Conſenſus alius eſt præcedens, alius ſubſequens. Præcedit conſenſus, quando ante carnalem copulam in indiuiduam vitæ conſuetudinem vterque conſentit: ſubſequitur, quando poſt concubinalem, ſiue fornicarium coitum conſentiunt in idem. Iacob ergo & Lyam non fecit coniuges præcedens conſenſus, ſed ſubſequens* [e]*: nec tamen ex primo concubitu fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxorio affectu ſibi debitum perſoluerit, putans lege primogenitarum* [f], *& paternis imperiis ſe ſibi iure copulatam. Quòd autem error perſonæ nonnullos excuſet, auctoritate illa probatur* [a], *qua ſoror vxoris, vtroque inſcio* [g], *ſorore videlicet & marito, in lectum eius iuiſſe, & à viro ſuæ ſororis cognita perhibetur: quæ cum ſine ſpe coniugij perpetuo manere cenſeatur, ille tamē, qui cognouit eam per ignorantiam, excuſatur. Aliter etiam hoc probatur. Diabolus nonnumquam ſe in angelum lucis transformat* [h]*: nec eſt periculoſus error, ſi tunc creditur eſſe bonus, cum ſe bonum ſimulat. Si ergo tunc ab aliquo ſimplici quæreret, an ſuæ beatitudinis vellet eſſe particeps, & ille reſponderet, ſe in eius conſortium* [i] *velle tranſire: numquid dicendus eſt conſenſiſſe in conſortium diabolicæ damnationis, an non potius in participationem æternæ claritatis? Item. ſi quis hæreticorum, nomine Auguſtini, vel Ambroſij, vel Hieronymi, alicui catholicorum ſeipſum offert, atque ad ſuæ fidei eum imitationem prouocaret ſi ille præberet aſſenſum, in cuius fidei ſententiam diceretur conſenſiſſe? † ? non in hæreticorum ſectam, ſed in integritatem catholicæ fidei, quam ille hæreticus ſe mentiebatur habere. Quia ergo hæc perſona decepta errore non in hunc, ſed in eū, quem iſte ſe mentiebatur eſſe, conſenſit, patet, quòd eius coniunx nō fuerit.* ¶ *Error fortunæ, & qualitatis non excludit conſenſum: veluti, ſi quis conſentiret in prælaturam alicuius eccleſiæ, quam putaret eſſe diuitem, & illa eſſet minus copioſa, quamuis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen poſſet renuntiare prælaturæ acceptæ. Similiter, quæ nubit pauperi, putans illum eſſe diuitem, non poteſt renuntiare priori conditioni, quamuis errauerit. Error qualitatis non excludit ſimiliter conſenſum: vt pote ſi quis emerit agrum, vel vineam, quam putabat eſſe vberrimam, quamuis iſte erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, nō poteſt tamen venditionem reſcindere* [k]. *Similiter, qui ducit in vxorem meretricem, vel corruptam, quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere, & aliam ducere.*

Gen. 29.

a j.34.q.1. & 2.c. in lectum.

2.Cor. 11.

QVÆSTIO II.

1. P.

Secunda [l] *quæſtio propoſita eſt de conditione, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, ſi poſtea illum inuenerit ſeruum. Quòd vero mulieri non liceat à ſeruo diſcedere, multis rationibus videtur poſſe probari. In Chriſto enim Ieſu nec eſt Iudæus, nec Græcus, nec ſeruum* [m], *neque liber: ergo nec in coniugio Chriſtianorum. Eadem enim lege in fide Chriſti vterque regitur. Indifferenter enim ab Apoſtolo dicitur omnibus. [Qui vult nubere, nubat in Domino.] Et iterum [mulier nubat cui vult: tantum in Domino] Non præcipitur, vt ingenua nubat ingenuo, ancilla ſeruo: ſed qualibet earum, cui vult, nubat, dummodo in Domino.*

1.Cor.7.

Item Iulius Papa. c. 4.

¶Licet ſeruo matrimonia contrahere. C. I.

2 OMnibus nobis vnus eſt pater in cœlis, & vnuſquiſq;

a Bur l.9.c.18. Iuo p 8. c.156. Pan. l 6.c.38.

---

ritus quòd hunc puto Lucium, demonſtrato Seio. Sed quæro circa quam perſonam dicis hunc errorem fore? Dico quòd circa præſentem, quando, ſcilicet contrahit cum vno, & credit ſe contrahere cū alio: vnde dico quòd circa abſentem perſonam non errat. nam dico quòd ſi primo iam ille conſentit in iſtam, & iſta modo conſentit in illum, quòd eſt matrimonium. Sed quæritur, ſi ille eſt mortuus in quem conſentit: & alius pręſentatur ſibi, an talis error impediat matrimonium, ſic, quia licet ille non ſit in rerū natura, non minus tamen eſt ibi error perſonæ. Item ſi aliquis habeat tres filios: & aliqua conſentiat in maiorem filium: poſtea præſentetur minor, non tenet matrimonium cū eo.

a ¶ *Venditurum.*] id eſt, venditum ſe traditurum.

b ¶ *Emeret.*] i. quaſi à ſe emptum per traditionem acciperet. ideo autem ſic exponunt doctores, || quia ſi duobus venderet, & ſecundo traderet, ſecūdus eſſet potior, vt C. de rei ven. quoties. ff. de rei vend. ſi à Titio. ſed G. intellexit literam iſtā ſic. quando, ſcilicet ſecundo non eſſet venditurus ſi eum cognoſceret. vnde cum erraret in perſona, quæ ſecūdo offerebat pretiū, non contrahebat cum ea. ff. de fur. ſi quis vxori. §. cum Titio. ff. de cōtrahenda emptione, cum ſeruo. nec errans dominium transfert ff. de acq. rer. dom. §. procurator. & ſic plana eſt littera & l. ſi à Titio. & illa l. quoties. intelliguntur cū ſciēter cum duobus contraxit. doctores tamen exponunt (vt dixi) emeret, id eſt emptū acciperet. & hoc propter illud quod ſequitur: numquid cum Paulo, &c.

|| Vendens duobus ſucceſſiue, & tradens poſterior, ipſum efficit potiorem.

c ¶ *Orichalcum.*] voluit dicere Marcellus quòd eſſet emptio & venditio, quia in corpus conſenſum fuit, licet fuerit erratum in materia, id eſt, in ſubſtātialium qualitat. Sed Vlpianus eum correxit, dicens non eſſe vēditionem vbi erratum eſt in materia. ff. de contrahen. emp. in venditionibus. pignus tamen tenet, ſi quis obliget æs pro auro. vt ff. de pig. act. l. 1.

|| Venditio non eſt ubi in materia erratur.

d ¶ *Putabat.*] ſi quis autem errat in proprio nomine, dum tamen certum ſit de quo conſentiat: hoc non officit. ff. de teſtam. ſi in nomine. ſecus autem in appellatiuo. ff. de hær. inſti. non ideo minus. ff. de leg. 1. l. 4.

e ¶ *Subſequens.*] j. 30. q. 5. §. ſed obiicitur.

f ¶ *Progenitarum.*] conſuetudo erat maiorem primo nuptui tradere. 7. q. 1. quàm periculoſum.

g ¶ *Inſcio.*] Infra, trigeſimaquarta, quæſtione prima, & ſecunda. in lectum.

h ¶ *Transformat.*] ſ. 26. q. 5. epiſcopi.

i ¶ *Conſortium.*] hoc verum eſt quòd iſte non peccat cum ita ſimpliciter in genere dicit ſe velle eſſe participem ſuæ beatitudinis: ſecus ſi ad ſpecialia deſcenderet: non tamen ob hoc excuſatur Saul, || qui adorabat dæmonem, quem credebat eſſe Samuelem. 26. qu. 1. nec mirum. hoc ideo quia interceſſit culpa ſua: vel ibi idololatriam adorauit.

|| Saul adorauit dæmonem.

|| Venditio tripliciter reſcinditur.

k ¶ *Reſcindere.*] || vt C. de reſcindend. vendit. quiſquis. niſi eſſet deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, vt extra de emptione & vēditione, cum dilecti. Vel niſi haberet peſtiferas herbas, vt C. de edi. act. ſi prædium. Vel niſi dediſſet dolus cauſam contractui [a], vt ff. de dolo. l. & eleganter.

a De hoc plene no in præd. decr. cum dilecti.

SEcunda quæſtio.] Hæc quæſt. diuiditur in quattuor partes. In prima probat per tres auctoritates, quòd ſi quis ſcienter conſentit in ancillam, tenet matrimonium. Secunda ibi, *His ita.* Tertia ibi, *Si vero.* Quarta ibi, *Queritur etiam*, Io. de Fant.

Casvs. Hic proponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur an mulier poſſit dimittere illum, quem putabat liberum eſſe cū ſit ſeruus. Et certum eſt ꝙ ſic: ſecus ſi ſciebat eſſe ſeruum, vt j. ead. ſi quis ingenuus. Allegat tamen Grat. pro vtraque parte, vnde probat in iſto §. tribus auctoritatib. Pauli, quòd eum dimittere non poteſt: *nec Iudæus*, ſupple repellendus eſt a ſacramentis eccleſiaſticis.

l ¶ *Secūda.*] Hic quæritur an ſeruili conditione reperta libera poſſit recedere? & quidem ſic, ſi ignorauit eum eſſe ſeruū quando contraxit cum eo, vt j. ead. ſi quis ingenuus. Et no. Hu. quòd non omnis error conditionis impedit matrimonium: ſed tantum error ſeruilis cōditionis: nec etiā ſemper talis error impedit: || Vnde ſi libera vult contrahere cum ſeruo, & contrahit cū libero, non dirimitur matrimonium: licet ibi ſit error conditionis: quia non intelligitur talis decepta, quæ cum meliori contrahit quàm credebat. Similiter dic quòd ſi ſeruus credit contrahere cum libera, & contrahit cum ancilla, nō dirimitur matrimonium: quia conſentit in hominem ſuę conditionis: & quia neuter poteſt aliquid alij obiicere: & ita propter errorem ſeruus nūquam dirimitur matrimonium: ſed certe pari ratione videtur quod ſi aliqua credit contrahere cum vno, & cōtrahit cum alio, qui eſt ditior & melior, quod matrimonium teneat: quia non videtur decepta. Alij autem dicunt quòd ſiue erret in meliori, ſiue in deteriori conditione, ſemper dirimitur matrimonium. Tertij dicūt quòd ſi interueniat error in diſpari conditione, dirimitur matrimonium [b]. ſed ſi in pari, non dirimitur. vnde ſi libera vult contrahere cum libero, & contrahit cum ſeruo: vel ſi ſeruus vult contrahere cū ſerua, & contrahit cum libera, non tenet matrimonium: ſed ſi liber vult contrahere cum ſerua, & cōtrahit cum libera: vel ſi ancilla vult contrahere cum libero, & contrahit cum ſeruo, tenet matrimoniū: quia vtrobique eſt paritas. Io. & hæc opinio bona mihi videtur. B. Dubitari atem conſueuit ſi libera contrahit per errorem cum homine aſcriptitiæ conditionis, an teneat matrimonium? H. dicit ꝙ teneat: lex tamen contradicit in auth. de nup. §. aſcriptitio. coll. 4. & C. de ſenatuſc. Clau. l. vna.

|| Libera ignoranter cum ſeruo contraxit, an ab eo recedere poſſit.

|| Errans in meliori conditione an poſſit matrimonium dimittere.

b At. ad hoc inſtitute act. § pretea. ff. c v uf. hactenus in fi. & l. ſed ff. que in di add ſi venditor §. ſed ſi neuter. ff de hi de iuſſ. l 4. in fi.

m ¶ *Nec ſeruus.*] || à ſacramentis enim eccleſiaſticis non eſt amouendus: vt ext. de coniug. ſeruo. dignum. Vel ab illis quæ ſunt iuris naturalis, vt à voto, vt in auth. de mona. §. hinc autem. coll. 1. vbi Iuſtinianus inducit hæc eadem verba Apoſtoli ad probandum quòd ſeruus poſſit eſſe monachus: ſed quantum ad ius ciuile ſeruus non habetur pro homine, vt ff. de regulis iuris, quod attinet ad ius ciuile, &c.

|| Seruus ab eccleſiæ ſacramentis non eſt amouendus.

OMnibus nobis.] Casvs. Cum apud Deum non ſit acceptio perſonarum, ſed vnus ſit pater omnibus, & vna lex: ſicut ingenuus, dimitti non poteſt, ita ſeruus ſcienter ſemel coniugio copulatus dimitti non poteſt. Seq. §. patet.

diues & pauper, liber & ſeruus, æqualiter pro ſe, & pro animab⁹ eorum rationẽ reddituri† ſunt [a]. Quapropter omnes, cuiuſcumque conditionis ſint, vnam legẽ [b] (quantum ad Deum) habere non dubitamus. Si autẽ [a] omnes vnam legem habent, ergo ſicut ingenuus [c] dimitti non poteſt, ſic nec ſeruus ſemel coniugio copulatus vlterius dimitti poterit.

¶ Caput hoc apud Burchardum & Iuonem ſequitur poſt vltima verba capitis. ſi quis ancillam ꝗ. eadem.

a ¶ Si autem omnes.] *Hæc vſque ad finem habentur quidem in Pannormia, ſed non apud Burchardum & Iuonem, videnturque ipſius collectoris.*

Item Zacharias Papa [1].

¶ Ancillam in matrimonio ſuſceptam viro dimittere non licet.
C. II.

j2 SI quis liber ancillam in matrimonium [d] acceperit, non habet licẽtiam dimittere eam ſi conſenſu amborũ coniuncti ſunt excepta [a] cauſa fornicationis: ſed vna [e] lex deinceps erit per omnia & viro & feminæ.

a ¶ Excepta.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in capitularibus, neque apud Iuonem, qui illa citat. Magiſter vero ſententiarum habet, niſi* ob fornicationem.

Item Iulius Papa.

¶ Inter patronum, & libertam conſtat eſſe matrimonium legitimum. C. III.

ij3 SI quis ancillam ſuam libertate donauerit, & in matrimoniũ ſibi ſociauerit, dubitatur [f] † apud quoſdam, vtrum huiuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe videantur, an non. Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes, talia cõnubia legitima eſſe cẽſemus †. Si enĩ ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus [g] contrarium in tali copulatione fieri poteſt, quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimemus†?

2 *His ita reſpondetur. Non negatur ingenuam poſſe nubere ſeruo: ſed dicitur, quòd ſi neſcitur eſſe ſeruilis conditionis, libere poteſt dimitti, cum ſeruitus eius fuerit deprehenſa. Illud autem Apoſtoli & Iulij Papæ intelligendum eſt de his, quarum conditio vtrique nota eſt. Huius autem conditio mulieri incognita erat: non ergo præmiſſis auctoritatibus cogitur manere cum illo: ſed liberum illi eſſe oſtenditur vel manere, vel diſcedere.*

Vnde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit rex Pipinus, ſtatutum eſt. c. 6.

¶ De eo, qui ancillam duxit in vxorem, quam putabat eſſe liberam.
C. IIII.

4 SI quis ingenuus homo vxorem ancillã alterius acceperit, & exiſtimat, quòd ingenua ſit, ſi ipſa femina fuerit poſtea in ſeruitute detecta [a], ſi eam a ſeruitute redimere poteſt, faciat [h]: ſi nõ poteſt [i], ſi voluerit, aliã accipiat. Si autem ancillam eam ſcierat, [k] & collaudauerat, prout, [β] legitimam eam habeat [l]. Similiter & mulier ingenua de ſeruo alterius facere debet.

¶ Scriptũ eſt nomine totius vniuerſitatis Louanienſis ad S.D.N. Gregorium xiij. extare in bibliotheca S. Trudonis librũ manuſcriptũ ſub hoc titulo, Excerpta decretorũ, in quo inter alia capitula iſtius concilij apud Vermeriam, habentur hoc & ſequens caput.

a ¶ Detecta.] *Apud Magiſtrum legitur*, in ſeruitutem detecta. *apud Burchardum vero*, in ſeruitio, *quod verbum hac eadem ratione habetur libro tertio capitularium, c. 28.*

β ¶ Prout.] *In aliquot ve[illegible] codicibus eſt*, poſt vt, *itemque*, poſt vt, *quemadmodum*, *& apud Burchardum & Iuonem.*

Item ex eodem. c. 8. [5]

¶ Non licet mulieri dimittere, quem ſciens ſeruum accepit in virum. C. V.

6 SI femina ingenua acceperit ſeruum, ſciens quòd ſeruus eſſet, habeat eum: quia [a] omnes vnum patrem habemus in cœlis. Vna lex erit viro & feminæ.

a ¶ Quia omnes vnũ patrem. h. in c.] *Verba hæc non ſunt in capitularibus, neque apud Iuonem p. 8. c. 52. vbi ipſa citat capitularia. Sunt tamen apud eundem c. 165. vbi refert ex concilio apud Vermeriam, quemadmodum nunc* Gratianus.

Item Gregorius libro ſexto, epiſtola prima, ſeu capit. 165. ad Fortunatum epiſcopum.

¶ Seruitutis occaſione dimitti non valet, quæ poſt controuerſiam ſtatus ſe in libertatem aſſeruerit. C. VI.

CVius rei cauſa cũ matre ſua huc compulſa anno præteri-

a ¶ Reddituri ſunt.] Arg. quod ſeruus non tenetur obedire Domino in atrocibus. 11. q. 3. non ſemper.

b ¶ Legem.] nõ quo ad promotionem. Irregularis enim efficitur qui cum ſerua contrahit: arg. 34. diſ. ſi quis viduam. ſed ſequuntur vnam legem habito reſpectu ad ius naturale. nam de iure naturali quilibet cum qualibet poſſet contrahere. & ita ſeruus cum libera, niſi obſtaret conſtitutio eccleſiæ.

c ¶ Ingenuus.] Argum. à toto in quantitate ab vniuerſali ad ſingularem. ſimile. 19. diſtinctione. ſi Romanorum.

d SI quis.] ¶ In matrimonium.] || poteſt ergo matrimonium eſſe inter ſeruũ & liberã: quod eſt cõtra legẽ. C. de inceſt. nupt. l. 3. ſed abrogata eſt quo ad hoc vbi ſcienter contrahitur.

e ¶ Sed vna.] quantum ad hoc.

SI quis ancillam.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis manumittit ancillam ſuam, & eam ducat in vxorem, ratum erit matrimonium inter eos, cũ ex conſenſu matrimonium perficiatur. Sequens §. patet per ſe.

f ¶ Dubitatur.] per legem illam forte. C. de inceſt. nup. humilem. vbi dicitur quòd non poteſt eſſe matrimoniũ inter clarum virum & abiectam mulierem, nec inter ſenatorem & libertam.

g ¶ Et legibus.] Et ita leges ſi contradicerent, dum tamen illis legibus canõ non obuiet, non tenet matrimonium: nam quòd leges habeant locum in matrimonio, videtur, licet H. contradicat [a] argument. trigeſimaquinta, quæſtione quinta, ad ſedem. ſupra vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda, quod autem. & c. lex diuinæ. in fin. vnde dicunt quidam quòd cum hic lex dicat non eſſe matrimonium cum ancilla, vt C. de inceſt. nupt. lege, tertia. & canon non excipiat niſi cum ſcienter ducit, quòd vbi etiam cum libera contrahit ſeruus credens ſe contrahere cum ſerua, nõ teneat matrimonium.

HIS ITA. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua dicitur quòd ſi credebat vir aliquam liberam, & erat ancilla, poterit ab ea ſeparari: & hoc probat per tria capit. Ioan. de Fant.

SI quis ingenuus.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi ingenuus ancillã alterius ignorans ducat in vxorem: ſi voluerit eam redimere, facere poteſt, alioquin dimittat eam. ſi vero ſcienter cum ea contraxit, eam dimittere non poteſt. Sequens cap. patet.

h ¶ Faciat.] Sed pone quòd liber ignoranter contraxit cum ſerua: poſtea Dominus manumittit eam, & ipſe cognoſcit eam poſt eius manumiſſionem, poſt comperit eam fuiſſe ancillam tempore contracti matrimonij. quæritur an poſſit eam dimittere? Et dicimus quòd ſic: quia conſenſus ille ab initio nullus fuit. ſed ſi Dominus eius tũc temporis ſciebat contrahi matrimonium, & tacuit, tunc tenet matrimonium: quia eo ipſo intelligitur ei dediſſe libertatem, in authent. de nupt. §. ſi vero ab initio. collatione quarta. & in authent. vt liberti de cetero. §. ſi quis. collatione ſexta. || Sed pone quòd libera cõtraxit cum eo quem credebat liberum: ſed poſtea comperta cõditione ſeruitutis, nihilominus vult ſtare ſecum: ſed ille recuſat. Dicunt quidam hoc matrimonium eſſe ex vna parte, & nõ ex altera, vt extra de eo qui duxit in matrimoniũ ca. 1. Sed dico [b], quòd quantum ad neutrum eſt matrimonium. vnde neuter cogitur ſtare cum altero quantum ad vinculũ matrimonij: ſed ratione fidei promiſſæ bene tenetur ei. Idem poteſt dici cum maior contrahit cum minore, quòd quantum ad neutrum eſt matrimonium: & quantum ad vinculum matrimonij æque poteſt maior recedere à minore, ſicut minor à maiore: ſed non eſt ita quantum ad fidem promiſſam.

h ¶ Faciat.] conſilium eſt, non præceptum.

i ¶ Si non poteſt.] id eſt, ſi non voluerit, vt ſit quaſi expoſitio litera ſequens. Sed nec Dominus cogitur eam vendere. argum. 1. q. 1. eos.

k ¶ Scierat.] non videtur celata quæ ſciuit nec debuit certiorari quæ non ignorauit, vt ff. de actione empti. & vendit. lege, prima.

l ¶ Habeat.] Dicit tamen lex, quòd ſi filia ſenatoris contrahat cum liberto, non tenet matrimonium, vt ff. de ſenat. filiam. ſed illud ſecundum leges non tenet: ſed ſecundum canones tenet: quia matrimonia iure poli reguntur, ſecunda, quæſtione tertia. §. hinc colligitur.

CVius rei cauſa.] CASVS. Vxor cuiuſdam clerici cum matrẽ ſua accedẽs ad Apoſtolicam ſedem conqueſta eſt ſe eſſe etiam expulſam à viro prætextu ſeruitutis: cui epiſcopus loci promiſit quòd viro eam reſtitueret ſi ſe liberam eſſe probaret. Vnde Gregorius illi epiſcopo ſcribit mandando ei vt illam viro ſuo reſtituat: quia ipſa ſuam libertatem bene probauit: quod ſi non fecerit, non dimittet incorrectum.

† al. datura.

|| Matrimonium poteſt eſſe inter ſeruum & liberam.

1 Cap. l. 6. c. 94.

2 Sentent. 4. diſt. 16. Iuo p. 8. ca. 53.

|| Leges an habeant locum in matrimonio.

a At ad hoc 20 diſt. quoniam vbi de hoc. & 86. diſt. cum. ac verum. vbi de hoc in glo. vlt.

3 Pol. l. 6. tit. 4. Burc. l. 9. ca. 18. Iuo part. 8. c. 150. Pann. l. 6. c. 17.

† al. ſubintrabatur.

† al. cenſeamus.

† al. exiſtimauerimus.

|| Ancillam ignoranter ductam etiã poſt manumiſſionem poteſt liber dimittere.

|| Matrimonium inter liberam & ſeruum contractum poteſt etiam à ſeruo diſſolui.

4 4. Sent. di. 36. Burc. l. 9. c. 26. Iuo p. 8. c. 164. Pã. l. 6. ca. 41. & 111.

b Hęc fuit ſnĩa L. qui ita not. ſ. ca. prox.

5 Et cap. l. 5. c. 18.

6 4. ſent. ibi. Bur. l. 9. cap. 27. Iuo par. 8. c. 52. & 165. Pann. l. 6. ca. 42.

a ¶ Remo

to præſentium venerit latrix, fraternitas tua cautius† nouit: quia† ſcilicet maritus ſuus veſter clericº ob hoc, quòd de ſeruili fuerat cõditione pulſata à ſuo noſcitur eam remouiſſe [a] cõſortio, voſque hic poſitos aſſerunt promiſiſſe, vt ſi probare [b] ſe liberam, adiuuante Domino, valuiſſet, ſuo eã vos coniugio reformaretis. Fraternitas igitur veſtra cognoſcat, q̃ reuelãte Deo libertatis auctore, approbata [c] ſit libera: nullaque in ea macula ſeruilis inuenta eſt. His ergo cognitis, ſine mora aliqua ſuo per vos eam volumus marito [d] reſtitui. nec vlterius idem vir eius argumenta ſibi occaſionis † exquirat, quibus eam poſſit abiicere. Nam ſi à vobis (quod non credimus) minime fuerit adimpletum, eamque recipere forte diſtulerit, nos illud cognoſcatis cũ diſtricta vindicta correcturos.

Cum dicitur [' ſciens illum ſeruum,] datur intelligi, quòd ſi neſciret illum ſeruum eſſe non cogitur cum eo manere. Quia ergo hæc & perſonæ, & conditionis dolum paſſa eſt, non cogitur adhærere ei, cuius fraude decepta eſt. ſi vero liberum acceperit, & ille, vt cauſam præſtet diſsidij, ſe alienum ſeruum fecerit, nec ille vxorem dimittere, nec illa vinculum coniugij in ſeruitutem redigi poterit.

Vnde in Triburienſi concilio.

¶ Occaſione conditionis doloſæ mutatæ vir non diſcedat ab ea, quam libertatis tempore acceperit.
C. VII.

2 PErlatum eſt ad ſanctam ſynodum, quòd quidã ingenuus ingenuam accepit vxorem, & poſt filiorum procreationẽ occaſione diuortij [e] cuiuſdã ſeruum ſe fecit. vtrũ neceſſario mulierem tenere debeat: & ſi tenuerit, vtrũ illa quoque ſecundum ſæcularẽ [f] legẽ ſeruituti ſubiici debeat, quæſitum [a] eſt. Iudicatum eſt vxorem minime debere dimitti [g], non tamen ob Chriſti legem mulierem in ſeruitutem redigi: dum ille nõ ex conſenſu coniugis ſe ſeruum fecerit, quem liberum ipſa maritum acceperat.

a ¶ Quæſitum eſt.] *Hæc duæ voces abſunt à ceteris collectoribus præter Magiſtrum. Lex vero ſæcularis, cuius hic mentio fit, eſt inter leges Longobardorum, vt in gloſſa dicitur.*

Quæritur etiam, ſi ſeruus vnius, alterius ancillam acceperit, an ſit cõiugium inter eos. De his ita ſtatutum eſt in concilio Cabilonenſi 2. c. 30. [3]

¶ Legitima ſeruorum coniugia ſua auctoritate domini non dirimant.
C. VIII.

4 DIctum eſt nobis, quòd quidam legitima ſeruorũ coniugia † poteſtatiua quadam præſumptione dirimant, non attendentes illud Euãgelicum. [Quod Deus coniunxit, homo nõ ſeparet,] Vnde nobis viſum eſt, vt coniugia ſeruorum non dirimantur, etiam ſi diuerſos dominos habeant [h], ſed in vno coniugio permanentes dominis ſeruiant ſuis. Et hoc in illis obſeruandum eſt, vbi legalis cõiunctio [i] fuit, & per voluntatem [k] dominorum.

CAVSA XXX.

QVidam populorum frequentia impeditus filium ſuum de baptiſmate ſuſcepit, dum crederet ſe alienum ſuſcipere: vxor autem eius, dum callide vellet ſuſcipere proprium, ſuſcepit alienum: quem vir adoptauit ſibi in filium. & ex vxore ſibi filia naſcitur, quam filio ſuo adoptiuo, ſpirituali vxoris, dum vterque eſſet incunabulis tradidit. Poſt triennium vxor

---

a ¶ Remouiſſe.] Numquid ergo ſine iudicio eccleſiæ poteſt liber dimittere ancillam, quam credebat liberam? Videtur hic quòd ſic, & 32. q. 2. ancillam. Nam retinendo eam, ſibi fecit præiudicium, vt ext. de coniug. ſer propoſuit. ſecus tamen videtur, vt 33. q. 2. ſæculares. 35. q. 6 multorum. nam ſi cauſa ſeparationis ſit manifeſta: tamen ſine iudicio eccleſiæ nõ debet dimitti, vt ext. de diuor. porro. Nam pendente accuſatione alter alteri tenetur reddere debitum, vt ext. vt lit. pend. laudabilem. & hoc poteſt admitti. vnde ſi petita fuiſſet hæc reſtitutio, audiri debuiſſet, & pendente cauſa non negabit ei alimenta. vt ff. de lib. ag. ſi neget. ſpõte tamen non debet ei commiſceri, ne fiat ei præiudicium. ext. de coniu. ſer. propoſuit. ſed ad mandatum eccleſiæ poteſt. ff. de app. cum ex cauſa.

b ¶ Probare.] ſed quare probat illa ſe liberam, ſcum actori ſemper incumbat probatio, vt 6. qu. vlt. actor. maxime cum ipſa fuerit in poſſeſſione libertatis? Sed dic quòd ſponte aſſumpſit hoc onus [a], vnde mos ei gerendus erat, vt ff. de prob. circa.

c ¶ Approbata.] i. à iudice pronuntiata. Et no. q̃ ſi iudex pronuntiaret eam liberam & ingenuam, talis ſententia omnibus præiudicat. ff. de ſta. hom. ingenuum. Si autem pronuntiaret non eſſe ſeruam petenti, illi ſoli nocet ſententia. ff. de lib. cau l. diui.

d ¶ Marito.] Arg. quòd qui in initio litis reſtitutionem non petiit poſtea petere nõ poſſit. 3. q. 6. §. exceptio. ſed hoc verum eſt, cũ in modum exceptionis obiicitur reſtitutio: ſed ſi directe in modum actionis, poſſet vſque ad ſententiam: vt ext. de cauſ. poſſeſſ. paſtoralis.

CVM DICITVR. CASVS. Iſte §. reſpicit illud cap. ſi femina. & ex eo infert q̃ ſi neſcierit eum ſeruum eſſe, nõ cogitur cum eo remanere. Poſtea ponit Grat. quandam incidentem quæſtionem, quæ incipit ibi, Si vero. & ad eam ſoluendam inducit c. ſequens.

PErlatum.] CASVS. Quidam ingenuus ingenuam habens vxorẽ, ſe fecit ſeruum cuiuſdam, vt hac occaſione diuerteret ab vxore, quare quæſitum fuit in concilio Triburienſi vtrum illam tenere debeat: & ſi tenuerit, vtrum illa redigatur in ſeruitutem, & reſpondetur in concilio, quòd propter hoc nõ poteſt ab ea diuertere, nec illa ancilla efficitur. Sequens §. patet.

e ¶ Diuortij.] ſed vnde haberet iſte occaſionem diuortij propter hoc? Certe per legem, quæ dicit quòd ſeruitus ſuperueniens dirimit matrimonium. ff. de diuor. l. 1. & in auth. de nup. §. ſi vero. coll. 4. Sed qualiter potuit iſte ſe vendere, cum ex hoc ſequatur quòd idem ſit qui vendidit, & quod venditur: quod eſt contra illud. ff. de rerum permutatione. l. prima. maxime cum quinque exigantur vt venditio liberi hominis teneat, ſcilicet vt patiatur ſe venundari ad pretium participandum, & vt in veritate participet, & vt non ſit ignarus ſuæ conditionis, & vt emptor ignoret eius cõditionem: & vt ſit maior 25. annis. ff. qui. ad lib. procla. non li. l. prima, & ſecunda. Item quæritur vtrum iſte qui ſe vendit, poſſit repeti ab vxore, quæ ius habet in eo, & in cuius opprobrium redundat huiuſmodi ſeruitus. argumentum quòd ſic. ff. de liber. cauſ. lege prima, ſecunda, & tertia, quod concedit H. maxime cum ipſa fuerit abſens: nec poterat proclamaſſe. argumentum ff. mand. ſi præcedente. §. Lucius. & hoc concedo cum vir non habeat copiam ſui corporis: ſed mulier. & eſt argumentum ad hoc trigeſimatertia, quæſt. quinta. quod Deo.

f ¶ Secundum ſæcularem.] non Romanam. nam ſecundum eam ob ſeruilem conditionem viri non mutatur conditio vxoris, ſed ſecundum legem Lombardam, ſecundum quam non illa vxor vel filij rediguntur in ſeruitutem, ſed ſecunda cum filiis vt in Lõbarda de iis qui ſe in ſer. alteri. ſub. lege, penultima. & vlti. In his enim legibus dicitur q̃ vxor quam tunc habebat, vel filij non rediguntur in ſeruitutem, ſed ſecunda cum filiis. ſed ſi illa defuncta alia ei nubat libera, & ipſa & filij eius rediguntur in ſeruitutem. Vel facit hic mentionem de ſenatuſcõſulto Claudiane ſecũdum quod ſi libera ibat in amplexus ſerui, ſerua efficiebatur. ſed ſublatum eſt hoc. C. de ſenatuſcon. Clau. lege, prima.

g ¶ Dimitti.] argum. licet aliquid deueniat ad id à quo incipere non potuit, non tamen propter hoc irritatur [b]. ſupra diſtinctione quinquageſimaquinta. præcepta. infra proxim. quæſt. 1. ad limina.

DIctum eſt nobis.] CASVS. Quidam propter poteſtatem quam habebant, præſumebant dirimere matrimonia inter ſeruos contracta: & ideo ſtatuit Cabilonẽſe conci. vt matrimonia ſeruorum non dirimãtur etiam ſi diuerſos habeãt dominos, ſed in coniugio permanentes dominis ſuis ſeruiant. Idem erit obſeruandũ & ſi de voluntate dominorum ſerui fuerint coniuncti.

h ¶ Habeant.] ſed quid ſi domini ſint in diuerſis prouinciis? Credo alterum compellendum vt vendat reliquo: vel ſi neuter emere vult, redimat eccleſia. [1] Non enim debent vxores a viris ſeparari, vt trigeſimatertia, quæſtione ſecunda, quos Deus coniunxit. & C. comm. vtriuſque iud. poſſeſſionum. & argumentum ff. de ædilitio. edict. l. plerique. Nam peccarent domini eos ſeparando: & ita ſaltem indirecte ſunt compellendi relaxare eos, vt extra de iudic. nouit. ſi non eſt qui emat: & potius ſequitur vxor virum quàm econuerſo. decimatertia, quæſtione ſecunda, vnaquæque. Vel diſtingue, ancilla nubat volente domino, vel non, vt dixi decimatertia, quæſt. 2. vnaquæque.

i ¶ Legalis coniunctio.] id eſt, legitima, id eſt communis conſenſus.

k ¶ Voluntatem.] maxime, quia etiam eis inuitis poteſt contrahi matrimonium, vt ext. de ſer. c. 1. Ioan.

QVidam.] CASVS. Expeditis impedimentis matrimonij in præcedentibus cauſis, annectit Grat. hanc 30. cauſam, in qua tractat de aliis impedimentis, ſcilicet de cognatione ſpirituali, & legali, & impotentia coeundi. Apponit etiam incidenter de clandeſtinis nuptiis & ſolennibus, vt autem hæc & alia faciat competentius, præmittit thema: de quo quinque elicit quæſtiones.

‖ Liber qui ignoranter, cum ancilla contraxit, an ſine iudicio eccleſiæ illam dimittere poſſit.

† al. acutius.
† quam quia.
orig. & al. o vetuſtorum ducto

† al. aliqua occaſione.

‖ Probatio incumbit actori.

1] ea. ſi femina Sent. ibidem.

a Si ſubſiſtetur § 4. diſt. ſequens. Alij dicũt, q̃ eo ipſo ſe liberã probat, q̃ ei probatũ cõtrarium nõ eſt. ſed actor deficit in probatione ad hoc facit litera cap. vbi dicit, nullaque in ea macula, &c. iſti vero faciunt in eo quod de litera inuẽta eſt. At.

2 Sent. 4 dt. 36 Burc. l. 9. c. 75. Iuo p. 8. c. 211. Pã. l. 6. c. 99.

3 Et in cap. adiect. c. 15.

4 Sen. ibi. 8. Bur. l. 9 c. 29 Iuo p. 16. c. 135. & p. 7. c. 167. Pann. l. 6 c. 40.

† al. matrimonia.

Matt. 19.

b De hoc hic pro & cõtra ff. de verbo. ob. ex iſtimo & l. plurib.

1 Vxores à viris propter non ſeparantur.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes, in prima quarum probat per duo ca. quòd ſi vir accipit filium ſuum de ſacro fonte, quòd ſeparabitur ab vxore: ſed hoc non tenet ĵ e. c. dictum. ext. de cog. ſpi. c. 1. Secũda ibi, Econtra. Tertia ibi, Filia. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur vtrum vir, qui ſuſcipit proprium filium de ſacro fonte, poſſit reddere debitum vxori ſuæ. & certum eſt ꝙ ſic, vt ĵ. ea. dictom. & c. ſeq. Idem dixit Ale. ext. de cog. ſpi. ſi vir. G. allegat pro vtraque parte: & primo ponit duo c. quę vel ſunt abrogata, vel intelligũtur de ſeparatiõe, quæ fit ad tempus propter pœnitẽtiam peragendã. Caſus autem ſ patet.

a ¶ Quod autem.] hic depingitur 1. q. an ſcilicet qui ſuſcipit proprium filium de ſacro fonte, poſſit poſtea cõmiſceri carnaliter ſuæ vxori, cui per tale factum cõpater factus eſt? Et dicunt quidam ꝙ ſic: licet canones varie loquãtur de eo. In primo & in ſecundo c. dicitur, ꝙ debeat ab ea ſeparari. In quinq; autẽ capitulis ſequentibus dicitur contrarium, ꝙ nõ debeat ab ea ſeparari. Sed contrarietas hæc ſoluitur ext. de cog. ſpir. ſi vir vel mulier, vbi dicit Alexander, ꝙ ſiue vir ſiue mulier ex malitia ſiue ex ignorantia ſuſceperit filium ſuum de ſacro fonte, non ideo à viro ſeparanda eſt, niſi ad ſeruandam continentiam poſſit induci. Idem dicit ĵ. e. de eo. Capitula ergo quæ dicunt, ꝙ tales ſunt ſeparandi, nõ tenent: quia ſunt cõtra Euangelium, quod dicit, ob ſolam cauſam fornicationis debere fieri ſeparationem. 33. quæ. 2. quod Deus. vel quod dicitur in eis, quòd debeant ſeparari intelligas tamdiu quouſque pœnituerint. Vel dic quòd debent ſeparari ſub ea conditione, ſi poſſunt induci ad continentiam [a], vt ext. de cog. ſpi. c. 1.

moritur, & compater eius relictam compatris vxoris ſuæ vir clam ſibi deſponſauit: aliquantulum temporis effluxit, & alius eam publice duxit in vxorem.

1 *Quæritur primum, an vxori ſuæ debitum reddere valeat, qui proprium filium de ſacro baptiſmate ſuſcepit.*

2 *Secundo, an ſponſalia contrahantur inter infantes.*

3 *Tertio, an ſpirituales, vel adoptiui filij naturalibus copulari valeant.*

4 *Quarto, an vxorem compatris vxoris ſuæ alicui ducere liceat.*

5 *Quinto, an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet.*

QVÆSTIO I.

QVod autem [a] proprium filium in ſpiritualem ſibi transferens, vxoris ſuæ debitum reddere non valeat: ratione, & auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate permittitur [b], vt quis commatri ſuæ carnaliter copuletur. Hic autem vxorem ſuam ſibi commatrem effecit: non ergo illi vlterius carnaliter copulari poterit. Hinc Deuſdedit ſancta Romanæ eccleſiæ epiſcopus ſcribit Gordiano Hiſpalenſis [α] eccleſiæ epiſcopo, & fratri chariſſimo.

α ¶ Hiſpalenſis.] *In fragmento huius epiſtolæ quod eſt in tomis conciliorum, legitur* Hiſpaniarum, *apud Anſelmum vero, ac Burchardum,* Hiſpanienſis.

¶ Separentur viri ab vxoribus, qui aliquo caſu natos proprios coram epiſcopo tenent. C. I.

1 PEruenit ad nos Diaconus veſter ſanctitatis veſtrę epiſtolam deferens, quòd quidam viri, & mulieres præterito ſabbato paſchali die prę magno populorum incurſu neſcientes proprios filios ſuſcepiſſent ex lauacro [c] ſancto. Cupis ergo ſcire, ſi pro tali accidẽti ratione debeant viri, ac mulieres ad proprium vſum [d] redire, an non. Nos vero mœſti ex hac re inquiſiuimus priorum patrũ noſtrorum dicta. Inuenimus autem in archiuis [e] huius Apoſtolicæ ſedis iam talia contigiſſe in eccleſiis Iſauricæ, Epheſiorũ, ſimulque Hieroſolymę, aliarumque ciuitatum [α]. Epiſcopis etiã earum ciuitatũ ab hac Apoſtolica ſede volentibus ſcire, vtrum viri, ac mulieres redirent ad proprium torũ, beatæ memoriæ [f] ſanctiſſimi patres, Iulius, Innocẽtius, & Cæleſtinus cum epiſcoporũ plurimorum, & ſacerdotum conſenſu † in eccleſia Apoſtolorũ principis ꝓhibentes talia perſcripſerunt, & cõfirmauerunt. vt nullo modo ſe in coniugio reciperent mulieres, ac viri, quicumque † aliqua ratione ſuſceperint natos ꝓprios, ſed ſepararent ſe, ne ſuadente diabolo tale vitiũ inoleſcat. Scitis, quia quomodo ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, ita ſunt ſeptẽ dona baptiſmi [g] à primo [β] pabulo [h] ſacrati ſalis, & ingreſſu eccleſiæ vſque ad confirmationem ſancti ſpiritus per chriſma. Ab hoc ergo primo ſpiritus ſancti dono vſque ad ſeptimum nullus Chriſtianus ſuam commatrem in coniugium ſuſcipere debet. Et qui præſumpſerit, tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam digne egerit.

α ¶ Ciuitatum.] *Varie hic locus legitur in vetuſtis codicibus, & apud collectores: aptatum autem præcipue ex Anſelmo eſt.*

β ¶ A primo.] *Idem factum eſt in hoc loco ex eodem Anſelmo. Burchardo, & fragmento epiſtolæ: multa etiam leguntur apud Petrum Damianum in inuectione in epiſcopum monachos ad ſeculum reuocantem.*

[Maritus proprium filium de fonte ſuſcipiens nõ ob hoc eſt ab vxore ſeparandus.

a Sen. 4. diſt. 42. Poly. l. 6. t. 4. Anſ. l. 10. c. 29. Burch. 17. c. 44. Ivo p. 1. ca. 305. Pan. l. 6. cap. 127.

a Et mire al[...]ter ſ[...]nica[...]tur, &c ĵ eo. cap. nolle in [...] &c. in ſ.

b ¶ Permittitur.] hoc male dicit. innuit enim quòd non poſſit contrahere niſi inueniatur conceſſum. ſed contrarium verum eſt. ĵ. e. q. 4. qui ſpiritualem. ext. de ſpon. cum apud.

PEruenit] CASVS. Hoc ca. intelligo cum H. de matrimonio iam contracto. Eſt ergo talis caſus. Quidam viri & vxores ex incurſu populorum neſcientes proprios filios de ſacro fonte ſuſceperunt. vnde quęſitum fuit ab Apoſtolico vtrum tales debeant poſtea ſe in coniugio, id eſt, in carnali commiſtione recipere? Qui reſpõdet dicẽs quòd ipſe inuenit in articulis ſedis Apoſtolicæ, quòd in quibuſdam locis talia contigerunt. vnde quibuſdam epiſcopis volentibus ſcire ſuper hoc veritatem, reſponſum fuit à ſanctis patribus, vt tales de cetero ad carnale commercium ſe non recipiant. Nam à primo pabulo ſalis vſque ad confirmationem nullus debet commatri ſuæ carnaliter commiſceri. Ego Barth. Brix. hunc caſum ſic pono, qualitercunq; fuerit poſitus a Beneuẽ. & littera ad hoc adaptatur.

c ¶ Ex lauacro.] Dicunt quidam, quòd ſi ſuſcipio filium Iudæi de ſacro fonte, inter me & ipſum non contrahitur compaternitas: quia ſ nihil ad conſtitutionẽ eccleſiæ de iis qui foris ſunt. 2. q. 1. multi. vnde ſi Iudæa poſtea conuertatur ad fidem, poſſum cum ea contrahere: quia non reuiuiſcit, quod nihil fuit. Dicunt tamen quòd ſi ita eſſet ſecundum legem Moſaicam, quòd contraheretur inter eos compaternitas per circumciſionem ſicut nunc per baptiſma contrahitur. Inter ſuſceptum autem & ſuſcipientem in iis quæ præcedunt baptiſmum, contrahitur vinculum compaternitatis: & licet adhuc non ſit in fide vel in veritate ante baptiſmum, vt 28. q. 1. caue, deſtinatione tamen quadam fidelis reputatur. ext. de bap. maiores. verſ. quamuis. H. tamen & R. dicunt quòd inter me & Iudæam, cuius filium de ſacro fonte ſuſcipio, cõtrahitur compaternitas [b]. vnde non poſſum poſtea cũ illa ad fidem conuerſa contrahere. Item dicit H. quòd bene contrahitur compaternitas inter me & patrẽ ſuſcepti de ſacro fonte, licet ſit hæreticus, ſi aliquãdo fuerit baptizatus.

d ¶ Vſum.] loquitur de coniunctis ante compaternitatem, & non de coniunctis poſt. prout quidam mentiuntur.

e ¶ In archiuis.] ab archa dictum eſt archiuum: vbi ſ. reponuntur libri: & per tales libros fides, vt ext. de præſc. ad audientiam.

f ¶ Memoriæ.] hic incipit reſpondere.

g ¶ Septem dona baptiſmi.] primum ſalis collatio, vt ĵ. de conſ. diſt. 4. ex huc. Secundũ aurium & narium linitio cum ſputo. Tertium eſt in pectore & in fronte crucis facta ſignatio, vt ea. diſt. poſtea ſignatur. Quartũ eſt olei ſancti vnctio, vt ea. diſt. deinde a ſacerdote. Quintum baptiſmi ablutio, vt ea. diſt. venit. Sextum in vertice [c] chriſmatis perũctio, vt e. diſt. poſtquam. Septimum eiuſdem in fronte facta ſignatio, vt ea. diſt. preſbyteri.

h ¶ Pabulo.] hic videtur quòd ex omnibus quæ præcedunt baptiſmum, contrahatur compaternitas, vt ĵ. q. 4. ſi quis vnus ex. ĵ. de conſe. diſt. 4. in catechiſmo. nam & Chriſtiana dicitur poſtquã catechizata eſt, vt 28. q. 1. caue. Sed contra [...] mens dicit ꝙ ea [...] quæ præcedunt baptiſmum, vix impediunt matrimonium contrahendum, & non dirimunt contractum, vt ext. de cog. ſpi. contracto. Item baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſt. ſ. vt rum. cũ ergo ianua nõ ſit aperta nullum ſacramentũ poteſt ingredi. Item propter catechiſmũ nõ fit aliquis aptus contrahere matrimoniũ, vt vigeſimaoctaua, quæſtione prima, caue. Item ſi decederet ſine baptiſmo, non prodeſſet ei catechiſmus quia perpetuo eſſet damnatus, vt infra de conſecratione diſtinctione quarta, firmiſſime. & c. nulla. ergo patet, quòd adhuc eſt membrum diaboli: non ergo poteſt eſſe filius ſpiritualis. H. H. dicit quòd in quolibet iſtorum contrahitur compaternitas: & dicit quòd ante baptiſmum nondum eſt homo ſpiritualis: eſt tamẽ filius ſpiritualis. & dicitur ſpiritualis ad differentiam carnalis vel adoptiui filij. Si hoc vis dicere, tunc dicas quòd in illã decret. contracto. filius ille non erat filius viri, ſed tantum mulieris, & ſic plana eſt. Vel dic quòd licet contrahatur compaternitas, non tamen talis compaternitas ſufficiens eſt ad diuimendum. Alij dicunt quòd tantum in baptiſmo & confirmatione contrahitur compaternitas. Sed quæro quod donum contrahatur per iſta quæ præcedunt baptiſmum, vt ſine ſpe damnatus ſit etiam infans, qui moritur ante baptiſmum, vt infra de conſecratione diſtinctione quarta, firmiſſime. & cap. nullã? Dicunt quidam quòd proſunt ad minorem pœnam ſed hoc non videtur, quia leuiſſima eſt pœna paruulorum, vt infra de conſecration. diſtinctione quarta, c. [...] ergo videtur quòd non poſſit eſſe leuior. Alij dicunt quòd hæc dona proſunt viuentibus, ſed non morientibus. fortiores enim ſunt ad reſiſtendum diabolo, vt ĵ. de conſecra. diſtinct. 4. poſtea. & cap. ex hinc.

[Compaternitas an contrahatur [...] filium Iudæi de fonte ſacro ſuſcipiat.

b Sed licet ſit contrahatur, non tñ matrimonium poſt talẽ cognationẽ cõtractũ ſeparatur. ext. de cogn. ſpi. per catechiſmũ. in ſ. 1. Concord. tex. in ſ. in l. ſ. ſed quia C. de iu. del. & in l. [...] de cad. tol.

[Archiuum.

† al. conuenta.

[Baptiſmi ſeptem ſunt dona.

† al. qui quocunque ratione.

c Vertex proprie eſt illa pars capitis in qua capilli coniunguntur, & ſ qua ceſaries vertitur ſecundum Papi.

[Compaternitas vtrum contrahatur ex his, quæ baptiſmum præcedunt.

[Dona quæ conſtituunt catechiſmũ, ad quid proſunt.

Sed

Sed ex hoc ſequitur, ꝙ omnes paruuli æqualem pœnam patientur: quod vix eſt credibile. Si quæras an hæc dona ſint ſacramētum, vel non: Dico ꝙ non: quia omne ſacramentum confert ſalutem, vt ē. 1. q. 1. multi. ſed ſi appelles ſacramentum, id eſt, ſignum futuræ gratiæ, tunc concedo eſſe ſacramentum. petitio, ibi nulla eſt mora, vt ff. de verb. ob. ſi pupillus. Sed nonne videtur contrarium 32. q. 1. dixit. vbi dicitur, ꝙ Dominus ſolam cauſam fornicationis excepit, quare vxor poſſit negare debitum viro, vel econuerſo? Sed illud ſane intelligas, ꝙ ob ſolā fornicationis cauſam pōt eam expellere de domo ſua, & ab omni cura dimittere: dū tamen illud intelligas prout no. 24. q. 1. idololatria, ſed plures ſunt cauſæ propter quas non cogitur reddere debitum viro: ſed in illis caſibus non poteſt eā à ſe abiicere, licet poſſit ei debitū denegare. Itē ſi vterque leuauit filium ſuum de ſacro fōte neuter hēt ius petendi: & licet neutri ſubueniatur petitionis iure: vtrique tamē ſubuenitur iure replicationis. ſic extr. de diuort. ſignificaſti. & bonū ſimile eſt ext. de exce. cū eccleſiaſticæ. ‖ Sed qd ſi promiſerūt perpetuam continētiam, & alter poſt modū fornicatur: nunquid poteſt tunc reliquus petere debitū? Videtur ꝙ poſſit etiā ſi ambo fornicati eſſent, & ſi iurauit non repetere eam, vt ext. de iureiu. cū ar. cōtra 33. q. 5. quod Deo. Reſpon. ꝙ non poteſt petere: ſed eccleſia coget reliquum reddere debitum, vt ext. de diuor. ex litteris.

Sacramentū omne ſalutē cōfert.

S *I quis.*] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis tenuerit ad confirmationē filiam vxoris ſuæ, quam de alio viro habuit, debent ſeparari, & de cetero non contrahant. Quidam tamen intelligūt hæc duo c. de matrimonio contrahendo. & dicunt ꝙ in hoc 2. tenuit filium concubinæ ad confirmationē: & in filio concubinæ poſuit Beneuē. hunc caſum: qui mihi non placuit, nunc placet. B. ECONTRA. Hæc eſt 2. pars q. in qua ꝓbat per 5. c. quòd matrimonium contractū legitime non ſoluitur per compaternitatē ſuperuenientem. Io. de Fant.

1 Et ca. l. 5. c. 5. Et l. Moguū. 1 c. 35.

2 Sent. ibid. Bur. l. 17. ca. 2. Iuo pa. 1. c. 301. & p. 9. cap. 80. Pann. l. 6. ca. 125.

† al. Salomonio

N *Oſſe.*] CASVS. Quædam mulieres leuabant filios virorum ſuorum de ſacro fonte, quos ex aliis mulieribus habuerunt: hoc autem faciebāt in fraudem, vt ſepararētur à viris: vel propter odium virorū, vel propter fragilitatem incontinentiæ, volentes aliis conmiſceri. quare quæſitū fuit à Nicolao quid de hoc eſſet faciēdū. qui reſpondet dicēs, ꝙ tales ſeparari non debent. immo vxor debet reddere debitum viro: ne prætextu pietatis videatur impietatem operari. Et ꝙ viro debeat reddere debitum, probatur tribus auctoritatibus Apoſtoli. *Infirmitatem*, id eſt, fragilitatem incontinentiæ.

3 Sen. 4. diſ. 42. Iuo p. 1. c. 136. Pan. l. 6. c. 124. diſ. 28. ſi qs docuerit. & di. 31. quſque

2. Cor. 9.

a ¶ *Ex alia.*] idem & ſi eſſet ex illa. j. c. de eo. b ¶ *Copulari.*] i. carnaliter commiſceri. ſ. di. 31. aliter arg. ꝙ nunquam malum eſt faciendum propter bonum, quod inde ſequitur. ſ. 1. q. 1. non eſt putanda. ſ. 14. q. 5. forte. j. 32. q. 4. ſic non ſunt. j. 33. q. 5. ſi ducat. c ¶ *Fraudare.*] i. ſubtrahere debitū quod inuicem debetis vobis: niſi ex conſenſu: quod forte facitis vt expeditius vacetis orationi. 33. q. 4. Chriſtiano. d ¶ *Non fraudentur.*] ‖ ille tamen qui leuat filium ſuum de ſacro fonte, perdit ius exigendi. ſicut ille qui fornicatur cum altera. Sed nunquid ſi talis petit debitum, debet vxor ei reddere? Dicit Hug. ꝙ ſic, licet ille peccet petendo. & eſt arg. pro ipſo 33. q. 5. manifeſtum. ext. de iureiur. debitores. Idem dicit de illis qui vouerunt ad tempus. ſed ſi perpetuo vouiſſent, ſecus eſſet, vt 33. q. 5. quod Deo. Tu dicas quòd ſtatim ipſo facto perditum eſt ius exigēdi. licet per ſententiam eccleſiæ non ſit ablatum ius: & cum non habeat alter ius petendi, nec reliqu' dare tenetur vel ſoluere: quia vbi nulla eſt

4 Sent. ibid. Bur. l. 17. ca. 25. Iuo p. 9. c. 81. Pan. l. 7. c. 65.

‖ Filium de ſacro fonte leuans, & multi alij perdūt ius debiti exigendi. a Iſta fuit ſnīa B. Iſi. & Mel. Alij cōtra, quia in hoc caſu nō eſt prohibitum. quòd non exigat. & ideo non eſt ꝓhibendus exigere quamuis illandem fecerit. Arc.

Item ex concilio apud Vermerias, c. 3.

¶ Ab vxore ſeparetur, qui filiaſtrum ſuū coram epiſcopo tenuit. C. II.

2 SI quis filiaſtrum, vel filiaſtrā ſuam ante epiſcopum tenuerit ad confirmationem, ſeparetur ab vxore ſua, & nunquam aliam accipiat.

¶ *Burchardus & Iuo parte nona, c. 80. citant ex concilio apud Vermerias, & ab vniuerſitate Louanienſi ſcriptum fuit in exceptis decretorum bibliothecæ B. Teudonis citari ex eodem concilio. Idem autem Iuo par. 1. c. 301. & magiſter ſententiarum citant ex capitularibus, vbi extat. l. 5. c. 5.*

2 *Econtra vero ſcribit Nicolaus Solonitano † epiſcopo dicens.*

¶ Non ſeparetur à viro, quæ filiaſtrum ſuum de ſacro fonte leuauit. C. III.

3 NOſſe deſideras, vtrum mulier, quæ viri filiū ex alia[a] femina genitum de ſacro fonte leuauerit, poſtmodum poſſit cum eodē viro copulari[b]. Quos ideo iungi poſſe decernimus, quia ſecundum ſacros canones, niſi amborum conſenſu, nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere cōiugem. Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habēs odio virum, vel infirmitatem eius non conſiderans, quaſi cauſa pietatis operatur impietatem: máxime cum Apoſtolus præcipiat [Nolite, inquiens, fraudare[c] inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipſū, ne tētet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.] Ergo ſi non ex cōſenſu vtriuſque coniugis hoc factum eſſe probatur, non fraudentur[d] inuicem, ſed reuertātur in idipſum: præſertim cū dicat Apoſtolus [Vxor ſui corporis poteſtatē non habet, ſed vir: & vir poteſtatē ſui corporis non habet ſed mulier.]

Item ex concilio Cabilonenſi 2. c. 31.

¶ Non ſeparetur à viro, ſed pœnitentiam agat, quæ filium ſuum coram epiſcopo fraudulenter tenuit. C. IIII.

4 DIctum eſt nobis quaſdam feminas deſidioſe, quaſdā vero fraudulenter, vt à viris ſuis ſeparentur, proprios filios coram epiſcopis ad confirmandum tenuiſſe. Vnde nos dignum duximus, vt ſi qua mulier filium ſuum deſidia, aut fraude aliqua coram epiſcopo tenuerit ad confirmandū, propter fallaciam[e] ſuam, aut propter fraudem, quamdiu viuet agat pœnitentiam[f]: à viro tamē ſuo non ſeparetur.

Idem ex concilio Moguntinenſi, c. 10. in clauſtro ſancti Albani habito.

¶ Separentur, & graui pœnitentia plectantur, qui filiolam ſuam, vel ſpiritualem matrem inducunt in vxorem. C. V.

5 DE eo, quod interrogaſtis, ſi aliquis filiolam ſuam in vxorem duxit, & de eo, qui cū commatre ſpirituali concubuit, & de eo, qui filium ſuum baptizauit, & vxor † eius eum de fonte ſuſcepit, hac cauſa, vt diſſidium † coniugij fieret, ſi poſtea in tali copulatione poſſint permanere: de talibus ſic reſpondēdum eſt. Si filiolam, aut commatrem ſuam aliquis in coniugium duxerit, ſeparandos eſſe iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi, vnus, aut ambo, ex induſtria fecerint, vt filium ſuū de fonte ſuſciperēt, ſi innupti permanere voluerint, bonum eſt: ſin autē, grauis pœnitentia inſidiatori iniungatur, & ſimul maneant: & ſi præuaricator coniugij ſuperuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur: & ſine ſpe[g] coniugij maneat.

Item Nicolaus Papa Rudulpho Bituricenſi epiſcopo.

¶ Non ſeparentur ab vxoribus, qui filiaſtros ſuos coram epiſcopo tenent. C. VI.

6 DE his, qui filiaſtros ſuos ad confirmationem coram epiſcopis tenēt, id eſt, qui filios vxoris ſuæ de viro priori, dum chriſmantur ab epiſcopis, ſuper ſe ſuſtinent, ſi inſciētia †, ſicut aſſeris, fiat, licet ſit peccatum nō tamen vſque ad ſeparationem coniugij puniendum eſt: lugeant tamen & digna pœnitentia hoc diluentes Domino dicant, Delicta ignorantiæ noſtræ ne memineris.

Item Ioannes Papa VIII. Anſelmus Lemonicinæ eccleſiæ epiſcopo.

¶ Non ſeparetur ab vxore, qui neceſſitatis cauſa filium ſuum baptizauit. C. VII.

7 AD limina beatorum Petri & Pauli apoſtolorū princi

5 Sent. Ibid. Burc. l. 17. c. 24. Iuo p. 9. ca. 82. Pann. l. 7. c. 66.

‖ Continentia per coniuges promiſſa ſi alter fornicetur, an poſſit reliquus ab eo debitum petere.

† al. talis vxor

† al. diſcidium.

D *Ictum eſt.*] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi qua vxor vel ex deſidia vel ex fraude vt à viro ſeparetur, cōmunē filium ad confirmationē tenuerit, quādiu viuit, pœnitētiā agat. & pp hoc non ſeparetur à viro. e ¶ *Fallaciam.*] arg. ꝙ dolo' nemini debēt patrocinari, vt 15. q. 6. c. 1. & 20. q. 3. cōſtituit. ff. de dolo. nec ex dolo. f ¶ *Pœnitentiam.*] i. in ſempiternum, i. ſemper doleat ſe feciſſe hoc. ſic 50. diſt. clerico.

6 Iuo p. 1. c. 104. Pann. l. 6. c. 126.

D *E eo.*] CASVS. Aliqui ducebāt filias ſuas ſpirituales vel commatres in vxores: alij ſuſcipiebant proprios filios de ſacro fonte cauſa diuortij. & ideo ſtatutū fuit in concilio Mogūt. vt qui contrahunt cum filia ſpirituali, vel cōmatre, ſeparentur, & graui pœnitētiæ ſubdātur. Si autem vnus aut ambo filium ſuū ex induſtria de ſacro fonte ſuſceperint: ſi voluerint continere, bonum eſt, alioquin ſimul permaneant. & grauis pœnitentia inſidiatori imponatur: & ſi ſuperuixerit, de cætero nō contrahat.

† al. ſi neſcientia vt aſſerit ſit.

Pſal. 14.

7 Sent. ibid. Pol. l. 6. c. 4. Anſ. l. 10. c. 42. Iuo p. 1. c. 300.

g ¶ *Sine ſpe.*] 27. q. 1. hi qui.

D *E his qui.*] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi aliquis ignoranter filiaſtram ſuam ad chriſma tenuerit, propter hoc non debet ab vxore ſeparari: ſed debet lugere dicendo: Delicta ignorantiæ meæ ne memineris.

A *D limina.*] CASVS. Quidam nomine Stephanus proprium filium in mortis articulo conſtitutum in abſentia presbyteri baptiza

pum hic præſens homo, nomine Stephanus orationis cauſa veniēs, noſtro præſulatui ſuggerendo innotuit [a], quòd filium ſuum in extremo vitæ poſitū, nec dum baptiſmatis vnda lotum, abſentia ſcilicet ſacerdotum, neceſſitate cogēte [b] baptizaſſet, cumque ipſe propriis manibus retinendo ſuſcepiſſet, atq; pro huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reuerētia tua, quaſi rectitudinis zelo flagrans, præfatum hominem a ſua coniuge iudicauerit ſeparādum. Quod fieri nullatenus debet, dicente [c] ſcriptura à Domino iunctam eſſe viro vxorem, & [Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.] Vnde & Dominus in Euangelio nō dimittere poſſe vxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis, apertiſſime iubet. Quapropter & nos tantæ auctoritatis iuſſione p̄cipue freti, dicimus omittendum [a] eſſe, & inculpabile iudicandum, quod neceſſitas [d] intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem †, ſi neceſſe fuerit facere, libere conceditur. Vnde ſi ſupradictus genitor filium ſuum copore morientem aſpiciens, ne animam perpetuamorte pereuntem dimitteret, ſacri vnda baptiſmatis lauit, vt eum de poteſtate auctoris mortis, & tenebrarū eriperet, & in regnum Chriſti iam regnaturū † ſine dubitatione tranſmitteret, bene feciſſe laudatur: & idcirco ſuæ vxori ſibi iam legitime ſociatę impune, quādiu vixerit [e], iudicamus manere coniunctum: nec ob hoc cōtra præfatas auctoritates [f] diuinas aliquatenus ſeparari debere †.

¶ Epiſtola Ioannis octaui, ex qua ſumptum eſt hoc caput, extat in bibliotheca Vaticana, ſcripta Anſelmo Lemouicum eccleſiæ epiſcopo, & in concilio Ticinenſi tempore eiuſdem Ioānis cum legatis ipſius, & magna parte epiſcoporū Italiæ, & Galliæ habito in ſubſcriptionibus eſt, Anſelmus Lemouicenſis eccleſiæ eps. *Itaque emendatum eſt* Lemouicinæ: *cum antea legeretur,* Lemoſinæ.

[a] ¶ Omittendum.] *Sic emēdatum eſt ex aliquot vetuſtis, epiſtola ipſa, & Iuone. ij. etiam* 34. q. 1. *&* 2. c. 1. *Leo eiſdem verbis vtitur*, omittendum eſt, & inculpabile iudicādum, *quem imitari videtur Ioānes voluiſſe. In vulgatis erat,* dimittendam non eſſe.

3 ' *Filia dicitur ſpiritualis non ſolum eius, qui accipit, ſed etiam eius, qui trina merſionis vocabulo eam ſacro baptiſmate tingit. Dicitur etiam ſpiritualis filia ſacerdotis, quæ ei peccata ſua confitetur. Harum omnium flagitioſa coniunctio eſt. & eadem pœna plectenda.*

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Par pœnitentia ei indicitur, qui ſpiritualem filiam, & pœnitentialem ſuam violare monſtratur.

C. VIII.

2 Omnes [g], quos in pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filij, vt ipſi [h], quos vel nobis ſuſcipiētibus, vel trinæ merſionis vocabulo mergentib⁹, vnda ſacri baptiſmatis regenerauit. Silueſter quoque docens admonet vnumquemque ſacerdotem, vt nullus cauſa fornicationis ad ſuam pœnitentiam accedat: quia ſcriptum eſt [Omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti.] Quapropter hoc ſcel⁹ ſi quis perpetrauerit, nō ſolum dignitatis honorem amittat, verumetiā vſq; ad exitum vitæ ſuæ iugi pœnitentiæ [i] ſe ſubdat.

Item Caleſtinus.

¶ De eodem. C. IX.

ij' Si quis ſacerdos cū filia ſpirituali fornicat⁹ fuerit, ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe. Idcirco femina, ſi laica eſt, omnia derelinquat [k], & res ſuas pauperibus tradat, & conuerſa [l] in monaſterio Deo vſque ad mortem ſeruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando [m] duodecim † annis pœniteat: poſtea vero ad monaſteriū vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruiat.

Item.†

¶ De eodem. C. X.

4 Non debet epiſcopus, aut preſbyter cōmiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua fuerint cōfeſſæ peccata. Si forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, epiſcopus quindecim annos, presbyter duodecim [n], & deponatur: ſi tamen in conſcientiam [o] populi deuenerit.

His itaque auctoritatibus apparet quòd ſiue proprium ſiue tantummodo viri filium mulier de ſacro fonte ſuſceperit, non ideo à viro ſuo eſt ſeparanda. Quod & de viro ſimiliter oportet intelligi.

---

ptizauit: propter quod epiſcopus loci eum à ſua vxore ſeparandum iudicauit. & cum hoc per dictum Stephanum Papæ ſignificaretur, Papa ſcribit illi epiſcopo commendando eundem Stephanum de hoc quod fecit: & dicit q̧ propter hoc ſeparari ab vxore nō debet: quia niſi cauſa fornicationis ſeparari non debet, dicente ſcriptura: quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Sequens §. patet, in quo oſtēditur quot modis filia ſpiritualis dicatur, & ad hoc inducit ſequens c.

a ¶ Innotuit.] id eſt, notificauit.

b ¶ Cogente.] idem eſſet abſque neceſſitate: ſed tunc ei pœnitentia imponenda eſſet, & vrgētiſsima neceſsitas excuſat. de cōſec. diſt. 1. ſicut. nō tamen pater filium in neceſsitate confirmabit: quia illud epiſcopale eſt. de conſ. diſ. 5. manus.

c ¶ Dicente.] ſ. diſt. 26. deinde.

d ¶ Neceſſitas.] ſic j. de conſec. diſt. 1. ſicut. j. 34. q. 1. c. 1.

e ¶ Vixerit.] non ergo quod prius legitime factum eſt, propter ſupernenientem cauſam infringi debet, etiam quamuis res deuenires ad eum ſtatum, à quo incipere non potuit, vt ſ. 55. diſt. præcepta [a].

f ¶ Auctoritates.] ſcilicet, quod Deus coniunxit homo non ſeparet. & ibi dicitur vxorem non eſſe dimittēdam niſi cauſa fornicationis. 33. q. 1. cap. quos D. us.

FILIA. Hæc eſt tertia pars q. in qua dicitur quod in ſequentibus capitulis cōtinetur. Io. de Fant.

Omnes.] Casvs. Docet Symmachus in hoc ca. q̧ qui recipit pœnitentiam a ſacerdote: ita eſt filius eius ſpiritualis, ſicut ille quem immergit, vel ſicut ille quem ſuſcipit de ſacro fonte. vnde ſicut Silueſter docet nullus fornicationis cauſa accedat ad ſuam filiā pœnitētialem: quod qui fecerit deponetur, & perpetuæ pœnitentię ſubiacebit.

g ¶ Omnes.] hæc tria ca. non inducit Grat. niſi vt oſtendat quot modis dicatur filia ſpiritualis.

h ¶ Vt & ipſi.] nec notat omnimodam ſimilitudinem, niſi quo ad ipſum ſacerdote, qui ſuſcipit in pœnitentiam. filius enim eius bene pōt ducere quā pater receperat ad pœnitentiam. non tamen quam immerſit in baptiſmo. multa enim attenduntur in baptiſmo, quæ non attenduntur in pœnitentia. Si enim te ſuſcipio ad pœnitentiā non ideo parentes tui mihi compatres ſunt. & per baptiſmum plena fit remiſſio peccatorum, non autem per pœnitentiam. [l] Si ergo laicus audiat in neceſſitate peccata alicuius mulieris, nō poteſt poſtea cū ea contrahere. arg. hic. ſi tamen cōtrahit, forte tenet matrimonium. videtur enim tantum hoc ſacerdoti prohiberi [b]: cum eius tantū ſit officium audire peccata confitētium. Sed nūquid ſacerdos orientalis audiet peccata vxoris ſuæ? Nō: quia nec ipſa ei libere confitetur ſi commiſit adulterium. Sed obiicio: tu dicis hic quòd in baptizādo contrahitur compaternitas. ſed monachi ex officio quandoque debent baptizare: & tamen non poſſunt fieri cōpatres, vt 18. q. 2. peruenit? Reſp. poſſunt eſſe cōpatres baptizando, & nō leuando. 16. q. 1. placuit.

i ¶ Iugi pœnitētia.] Intentio: quia continua delictorum memoria multum operatur. de pœ. diſt. 3. Iudas.

Si quis ſacerdos.] Casvs. Dicitur hic, q̧ ſi ſacerdos cum filia ſpirituali fuerit fornicatus, mulier ſi laica eſt, pauperib. omnia bona ſua diſtribuat, & in monaſterio cōuerſa toto tempore vitæ ſuæ ſeruiat. ſacerdos vero depoſitus xv. ann. peregrinando pœniteat. poſtea in monaſterio toto tēpore ſuo deſeruiat. Sequēs §. patet. Si inconſcientiā, quia nō tantum punietur ſi ad notitiam populi nō deueniſſet. Sequēs §. etiam patet.

k ¶ Derelinquat.] nam proſcribitur quis reb. ſuis ratiōe delicti. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. 6. q. 1. §. verum. & ita eſt præceptum.

l ¶ Conuerſa.] hoc ſimiliter præcepti eſt: non tamen erit monacha: quia illud voluntatis eſt. ſed tenebitur ibi ratione delicti. 20. q. 1. ſicut. licet quidam iſta velint intelligere de conſilio.

m ¶ Peregrinando.] & ita ſacerdos poteſt agere publicam pœnitentiam. de pœ. diſ. 6. ſacerdos. quod concedo de depoſito ſine ſpe reſtitutionis, ſ. q̧ publicam & ſolemnē agere poſſit, vt dixi. 50. diſt. confirmādum licet alij dicāt contra.

Non debet.]

n ¶ Duodecim.] Magis enim peccat ſacerdos cognoſcendo filiam ſpiritualem, q̄ vxorē alterius: quia p̄ hac imponitur pœnitentia xij. an. p̄ illa x. vt 82. di. presbyter.

o ¶ Inconſcientiā.] Non eſt ergo qs deponendus niſi p̄ publico crimine qđ in notitiā populi deuenerit. 50. diſ. ſacerdotes. & c. ſeq.

Sponſa

Prouerb 19.

iuxta 70.

Matt. 19.

a Et ſ. 29. q. 2. periatum. vbi de hoc.

† al. ſanctio nem.

† al. regenerantur.

† al. debuiſſe.

1 Sent. ibid.

2 Compater nitas an cō. trahatur per ſacramentū pœnitentiæ.

|| Laicus ſi in neceſſitate peccata mulieris audiuit, an eſt ea poſtea cōtrahere poſſit.

Ar. ad hoc j. c. non debet. vbi tantum ſit mentio de epō & ſacerdote: & hoc teneas prout not. extr. de co. ſpi. c. vlt.

2 Sent. ibid.

3 Pol. l. 4. tit. 39.

† al. quindecim.

|| Pœnitētia publica vtrū per ſacerdotem agi poſſit.

† al. idem.

4 Poly. ibid.

c Et qs dubitat ſcelera tius eſſe cōmiſſum, &c. vt 24. q. 1. nō aſſeramus.

SPonſalia]C A SVS. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur, vtrum ſponſalia contrahantur inter infãtes, i. ante ſeptennium& certum eſt ꝙ non:quia conſenſus inter eos interuenire non poteſt, vt j.e.c. vno. & quia conſenſus inter infantes interuenire nõ poteſt, patet quòd inter eos nõ contrahantur ſponſalia.

QVÆSTIO. II.

SPonſalia a ante ſeptenniũ contrahi non poſſunt. Solo enim conſenſu contrahuntur, qui interuenire non poteſt, niſi ab vtraque a parte id intelligatur, quod inter eos agitur. Probatur ergo ſponſalia non poſſe contrahi inter pueros, quorum ætatis infirmitas conſenſum non admittit. Teſtatur hoc idem Nicolaus Papa dicens.

a ¶ Vtraque.] Sic eſt emendatum ex pleriſque vetuſtis, cum antea legeretur, alterutra. vtriuſque enim conſenſus neceſſarius eſt.

¶ Ante tempus contentiendi, coniugium contrahi non poteſt. C. I.

1 VBi non eſt b conſenſus vtriuſque, non eſt coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & econuerſo, nihil c faciunt niſi vterque puerorum, poſtquam venerit ad annos diſcretionis, conſentiat a d, etiam ſi pater, & mater hoc voluerint, & fecerint.

¶ In Decretalibus tit. de deſponſatione impu. c. habetur initium huius capitis: & adiciuntur alia ex eo Nicolai reſcripto.

a ¶ Conſentiat.] In vulgatis codicibus ſequitur, nec eſt coniugium, niſi ſit conſenſus vtriuſque: quæ verba abſunt a pleriſque manuſcriptis.

a ¶ Sponſalia.] ſ. hæc eſt 2. q. vtrum, ſ. inter infantes contrahi poſſint ſponſalia. Et quidam dicunt ꝙ non. j. e.c. 1. cum enim infantia duret vſque ad ſeptennium. C. de iure deli. l. ſi infanti. & ætas illa neſciat quid videat, vt C. de fal. mo. l. 1. & cum infantes adhuc conſentire non poſſint, ſponſalia non contrahunt: quæ ſine conſenſu contrahi nõ poſſunt. ext. de deſp. imp. acceſſit. ff. de ſpõſa. in ſponſalibus. niſi proximi ſint ſeptennio, ita ꝙ ſint capaces intelligentiæ. ‖ Ad matrimonium autẽ contrahendum tria exiguntur, conſenſus, & ꝙ ſit pubes, & ad coeundum potens. arg. 33. q. 1. c. 1. nã non poteſt videri nupta quæ virum pati nõ poteſt. ff. quan. di. le. ced. l. vl. ſi tamen & ante ætatem illam coire poſſunt, teneret matrimonium. arg. prædictæ l. & extr. de deſp. imp. puberes. & c. de illis.

‖ Sponſalia an inter infantes contrahi poſſint.

a Ext. de deſp. imp. c. 2.

a an l. 6. ca. 212.

‖ Matrimonio tria ſũt neceſſaria.

VBi non eſt.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ vbi conſenſus non eſt, nec matrimonium poteſt eſſe, nec ſpõſalia. vnde qui pueris dant puellas in cunabulis, nihil agunt, etiam ſi parentes hoc velint: niſi ratihabitione puerorũ hoc confirmetur cum ad annos diſcretionis peruenerint.

a ¶ Sent. 4. diſt. 42.

b ¶ Vbi non eſt.] hoc c. de matrimonio, & de ſponſalibus intelligi poteſt. ſecundum quod de ſponſalibus, dic coniugium, id eſt, promiſſio futuri coniugij, j. ea. q. 5. noſtrates.

c ¶ Nihil.] ſed pone quòd parentes iurauerunt quòd filios & filias dent nuptui ad inuicem: numquid potuerunt ſe obligare ad alienũ factum a, cum alienum factum poſſit nemo promittere? Item numquid ſint periurij ſi filij non contrahũt? Reſp. in matrimonio ſpeciale eſt ꝙ alienum factum poteſt promitti: nec ſunt rei periurij, licet filij non contrahant, dummodo parentes dent operam quã poſſunt, vt j. 31. q. 3. ſi qui parentes. Vel poteſt dici, quod intelliguntur promiſiſſe quod darent operam vt fieret, vt ff. de verb. ob. quoties. & in l. illa inter ſtipulationẽ b. Item hic eſt ſpeciale quòd alteri poſſumus paciſci, vt ext. qui cle. vel vo. veniens. Item ſi parentes apponunt pœnam contractus ſponſalium, peti non poteſt pœna: quia matrimonia non poſſunt adſtringi vinculo pœnæ, vt ff. de ver. ob. l. Titia. Dubitari conſueuit. Ecce aliqui contraxerunt ſponſalia de futuro, volunt ſe mutuo conſenſu abſoluere, quæritur an poſſint? H. dicit quòd non. eſt arg 31. q. vlt. c. vnico. Alij dicunt ꝙ etiam ſi iurauerunt, poſſunt ſe abſoluere, vt ext. de ſpon. præterea. ſed Hug. dicit Alexãdrum ibi magiſtraliter potius quàm Papaliter reſpõdiſſe.

d ¶ Conſentiat.] argu. quòd ſequens ratihabitio confirmat prius factum inualidum. ext. de iur. pa. cura paſtoralis. 16. q. 1. quoniam quid quid c. Sed eſto quòd aliqui ante vij. annum contrahant ſponſalia: poſt ſeptennium non contradicunt, nec etiam expreſſe conſentiũt: numquid ſunt ſponſalia confirmata? Vel pone quòd aliqui ante puberes annos contraxerunt ſponſalia: poſt pubertatem non contradicunt, nec etiam expreſſe conſentiunt, numquid ſunt ſponſalia confirmata per talem taciturnitatem? videtur quòd adhuc inquirendum ſit ab eis an perdurent in priori conſenſu. 20. q. 1. illud & 28. diſt. de his. Econtra videtur ſufficere, quòd non contradicant, vt extra de deſpon. imp. de illis. & c. litteras. & c. acceſſit. Dico quòd ſi ſimul habitãt, & non contradicunt poſt ætatem legitimam, matrimonium eſt confirmatum, vt ff. de rit. nupt. minorem. ſecus ſi ſeorſum habitant. ext. de deſp. impub. atteſtationes.

a Adde ad hãc q. C) in l. multũ. C. ſi quis alte. vel ſibi.

b de hoc no. ext. de ſpon. ex litteris. 1. & c. ſicut. in pri. Arc.

c Adde ad hoc tex. in l. 1. ff. de ſer. & in l. obligari. §. inter. ff. d aut tut.

QVÆSTIO. III.

1\. ps

QVòd a autem b ſpirituales, vel adoptiui filij naturalibus copulari non poſſint, Nicolaus Papa reſpondens ad conſulta Bulgarorum, c. 2. teſtatur ita dicens.

¶ Qui de ſacro fonte ſuſcipitur, filius eſt eius, à quo ſuſcipitur C. I.

3 ITa diligere debet homo eam, qui ſe ſuſcipit de ſacro fonte, ſicut patrem. *Item.* ¶ Eſt inter fratres & filios ſpirituales gratuita, & ſancta communio, quæ non eſt dicenda conſanguinitas, ſed potius habenda ſpiritualis proximitas. Vnde inter eos f non arbitramur poſſe fieri quodlibet legale coniugiũ: quãdoquidem g nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filij ſunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. *Item.* ¶ Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio iungit, quanto potius à carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per celeſte ſacramẽtum regeneratio ſancti ſpiritus vincit? Longe igitur cõgruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quẽ gratia diuina potius, quàm quem humana voluntas, vt filius patris mei, vel frater meus eſſet, elegit: prudentiuſque ab alterna corporis commiſtione ſecernimur.

Item Zacharias epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei reuerendiſſimo Theodoro epiſcopo eccleſiæ Ticinenſis.

¶ Filia ſpiritualis carnali filio nullo modo nubere poteſt. C. II

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima quarum probat per tria cap. quòd filij naturales non poſſunt contrahere cum filiis ſpiritualibus. Secunda ibi, *Filij vero*, Tertia ibi, *Si quis vero*. Ioan de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 3. q. qua quæritur, vtrum ſpirituales filij vel adoptiui poſſunt naturalibus copulari: & certum eſt quòd non, cum ſint fratres, vt j. c. 1. Quid autem inter ſit, de hoc plenius in ſumma huius quæſtionis notatur.

e ¶ Quod autem.] Ad intelligentiam huius quæſtionis no. ꝙ triplex eſt cognatio, ſcilicet carnalis, de qua agitur j. 35. cau. per totam, legalis, & ſpiritualis: de quibus hic agitur. Cognatio ſpiritualis contrahitur per ſeptem bona baptiſmi, ſecũdum quod dixi s. ea. q. 1. c. 1. & talis cognatio diuiditur in paternitatem & filiationem, & fraternitatem & ſororitatem: ſed non procedit vlterius, ſ. ad nepotes: quia aliquis fit pater & filius, vel frater, vel ſoror ſpiritualis: ſed nullus fit nepos ſpiritualis. Spiritualis itaque filia nõ poteſt copulari filio carnali: cum illi ſint inter ſe ſpirituales fratres, vt hic in c. 1. Legalis cognatio eſt quæ fit per arrogationem vel per adoptionem. Dicitur autem arrogare illũ, qui ſui iuris eſt, & per arrogationem tranſit in noſtram poteſtatẽ. Adoptare dicitur illum, qui eſt in alterius poteſtate, & non tranſit in noſtram poteſtatem. ‖ Et fit arrogatio auctoritate principis: adoptio autem per quemlibet magiſtratum, vt inſt. de adop. §. 2. & 3. Filij autem naturales non poſſunt copulari filiis adoptiuis, vt j. c. 1. Sed de filiis ſpiritualibus non eſt prohibitum quin poſſunt copulari filius adoptiuis. Sed hoc ſcias ꝙ inter collaterales, vt inter fratrem naturalem & ſororem adoptiuã non impeditur matrimonium, niſi quãdiu durat adoptio, vt ext. de cog. le. ſi quad. ſed inter aſcendentes & deſcendentes perpetuo impeditur matrimonium, licet ſoluatur adoptio, vt ff. de rit. nup. quin etiam. Item poteſt dici quòd filius qui adoptatus, non dico arrogatur, poſſit copulari filiæ naturali: cũ adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, in inſti. de adop. §. 2. Item poteſt dici, quòd filius illegitimus poteſt copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus nõ eſt in poteſtate patris, vt inſt. de nup. §. vlt. licet illegitimus nõ poſſit copulari filiæ ſpirituali. Alij dicunt quòd nec arrogatus nec adoptatus poteſt copulari naturalibus: quia licet adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis: acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ diſſoluuntur per emancipationem, vt C. de adop. l. pen. §. pen.

a Sent. ibid. Iuo par. 2. c. 135. & p. 9. c. 34. Pã. 6. cap. 123. Iuo ſerm. 1. de reb. eccleſ.

‖ Cognatio eſt triplex.

‖ Adoptio & arrogatio differunt.

d Vbi plene de hac materia huius gl.

ITa diligere.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur quòd ita debemus diligere patrem ſpiritualem ſicut carnalem. In 2. parte dicitur, quòd filij carnales nõ poſſunt contrahere cũ filiis ſpiritualib. cũ ſint fratres adinuicem. Nã cum filius adoptiuus non poſſit cõtrahere cum filia naturali, quos adoptio fecit fratres: multo minus cõtrahere poterunt quos diuina gratia fratres coniũxit. In 3 parte dicitur, ꝙ magis teneor diligere fratrẽ vel ſororẽ ſpiritualẽ, quàm carnalẽ. & potiꝰ debet ſpũalis frater appellari frater ꝙ carnalis. Secũda pars incipit ibi. *Item eſt.* Tertia ibi, *Longe inquit.* verbũ eſt Gra. *Inter fratres*, i. filios naturales, q. ſunt fratres ſpũales.

f ¶ Vnde inter eos.] hoc vltra filium non protenditur. nepos enim meus & frater cum filia mea ſpirituali bene contrahũt. arg. Inſti. de nup. §. eius vero mulieris. & quia nuſquam prohibentur.

g ¶ Quandoquidem.] hæc nõ eſt bona ratio: quia leges permittunt, &c. quandoque enim leges prohibent matrimonium, nec tamen canones, vt inter tutorem & pupillam, & inter ſenatorem & libertam. ff. de ſponſ. l. tutor. & leges prohibent acolythos vxores ducere: non tamen canones. 15. q. 3. §. cum autem.

Pitacium

PItacium.]C a s v s. Quidam epiſcopus quæſiuit à ſummo Pōtifice, vtrum filius carnalis alicuius poſſit copulari filiæ ſpirituali eiuſdem. Et reſpondet quòd non. & hoc probat auctoritate Domini præcipientis Moyſi, Turpitudinem patris, &c. Et quicumque auctor fuerit tantæ præſumptionis, ſeparetur ab vxore, & pœnitentiæ ſubiciatur, vt anima eius acquiratur Christo. *Pitacium*, id eſt, charta vel ſcriptura continens petitionem alicuius: à pingendo vel à petendo dictum. & ſupple ibi, *Accepimus*. Hu. tamen dicit quòd non debet ibi eſſe *quod*. & ſecundum hoc ſine ſupplemento plana eſt littera. *Cauendi*, i. prohibendi.

a Pol. l. 5. 11. 4. Anſ. l. 10. c. 27. Iuo p. 1. cap. 307. Pano l. 6. c. 128.

† fonte.

‖ Pitacium quid ſit.

a ¶ *Pitacium.*] ‖ à petendo. & dicitur charta vel ſcriptura continens petitionem alicuius.

Leuit. 18.

‖ Papa verū poſſit in primo vel ſecūdo gradu diſpenſare.

b ¶ *Sororis.*] ‖ arg. q in primo vel in ſecundo gradu dominus Papa etiam ſi velit non poſſit diſpenſare: quia à naturali iure habuit initium. & in veteri teſtamento fuit prohibitum, ne quis ſororem in vxorem acciperet: quia licet de filia ſorore dixit tamen ſub appellatione ſororis continetur neptis. ar. 22. q. 2. quæritur cur patriarcha. In tertio gradu non fuit prohibitum: quia in eo diſpenſauit Greg. vt 33. q. 3. quędam. Alij intelligūt quòd fuerit prohibitio facta tā tum de primo gradu: quia in ſecundo gradu (vt dicunt) côiunguntur: ſed in Leuitico expreſſe inuenitur prohibitus ſecundus gradus in conſanguinitate & affinitate primi generis, vbi dicitur: Turpitudinem ſororis tuæ & filiæ eius non reuelabis. filiam filiæ eius non ſumas: quia vna caro ſunt. Turpitudinē filiæ tuæ vel neptis ex filia nō reuelabis. Sed obuiat extra. de diuor. gaudemus. vbi dicitur, q ſi pagani contraxerunt in ſecūdo gradu, poſt conuerſionē non ſunt ſeparandi. Sed dic q in Leuitico prohibetur ſecundus gradus in deſcendentib. non in collateralibus. vnde in ſecundo collaterali bene poteſt Papa diſpenſare. videtur tamē q ſit ei prohibitum. 22. qu. 2. quæritur. ſed ibi eſt ar. contra. quia ipſe duxerat eam. ſed adhuc obſtat ext. de reſt. ſpol. litteras. vbi dicitur, quòd Papa non poteſt diſpenſare in ſecundo gradu. Sed dic q non poteſt ita de facili.

† al. æternæ damnatione animas eorū.

a Poly. ibid. Anſel. l. 10. c. 28.

1 PItacium [a] nobis tua venerāda fraternitas obtulit, per quod ſciſcitari curaſti, ſi liceat filio, cuius pater alterius filiam ex ſacro baptiſmate † ſuſceperit, ſuſceptam, id eſt, ſpiritualē eius patris filiam (quod dici crudele eſt) in matrimonio accipere: quod apud te enormiter aſſeruiſti côtigiſſe. ¶ Sed bene tua ſancta fraternitas côpertum habet, quòd Dominus pręceperit per Moyſem dicens [Turpitudinem [a] patris tui, vel matris, vel ſororis [b] non reuelabis: turpitudo enim tua eſt Cū [β] ergo à propria conſanguinitate iubemur abſtinere, multo magis [c] à ſpirituali noſtri patris filia, omni excuſatione, aut argumento ſepoſito, ſub nimia diſtrictione nos cauere conuenit: ne in iram diuini examinis incidat, ſi quis tali facinore miſtus, minime reſtrinxerit fræna luxuriæ. Vnde, & omnes [γ] omnino cauendi ſunt à tali ſceleris cōmiſtione, ne in perpetuum pereāt: ſed hunc, qui huius pernicioſę temeritatis auctor, animæ ſuæ ſalutem deſpiciēs, impiiſſimo ſe miſcuit matrimonio, per omnia tua fraternitas ſtudeat ſeparare, & pœnitētię dignę ſubmittere: quatenus ab æterna eruam † damnatione animam eius lucreris.

α ¶ Turpitudinem.] *In decretis Zachariæ (quæ ſunt in vetuſto codice) & apud Anſelmum, & Iuonem habentur omnia vt in capit. 18 Leuitici.*

β ¶ Cum ergo.] *In eiſdem decretis ſic legitur,* Turpitudinem enim non reuelare dicitur dum à propria conſanguinitate præcipimur abſtinere. Multo magis, &c.

γ ¶ Vnde & omnes.] *Apud Anſelmum eſt.* Vnde & omnes omnino cauendæ ſunt talis ſceleris commiſtiones.

Item Zacharias, & Deuſdedit.

¶ Filio ſuo filiam, quam de ſacro fonte ſuſcepit, nullus tradere audeat.

C. III.

2 NOn oportet filiam, quam de ſacro fonte ſuſceperit, aliquando filio ſuo in matrimonium tradere: quia in diuina [c] ſententia germani eſſe inueniuntur, Si quis tali facinore commiſtus minime reſtrinxerit fræna luxuriæ, ab eccleſia catholica abominabitur. Sed ſi conuerſus fuerit, poſt ſeparationem ſeptem annis pœnitentiam gerat. Conſciis ſimul cum auctore † ſit iſta conditio: id eſt ſimul cum cooperatoribus, & conſentientibus pœniteat.

† al. actore.

2 *Filij [e] vero, ſiue ante compaternitatem, ſiue poſt nati fuerint, licite coniungi poſſunt.*

Vnde Vrbanus [f] ſcribit Vitali presbytero Brixienſi dicens.

¶ Filij, vel filiæ ante, vel poſt compaternitatem genitæ legitimæ coniungi poſſunt. C. IIII.

3 SVper quibus cōſulit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex ſententia reſpondendum: vt & baptiſmus ſit, ſi inſtante neceſſitate femina [g] puerum in nomine Trinitatis baptizauerit, & quòd ſpiritualium parentum filij, vel filiæ, ante, vel poſt compaternitatem geniti poſſunt legitime coniungi præter illam perſonam, per quam compatres ſunt effecti.

3 Sent 4. di. 42.

Paſchalis vero ſecundus poſt compaternitatem genitos copulari prohibens ſcribit Rhegino epiſcopo.

¶ Qui ex compatre, vel commatre poſt ſuſceptos filios de fonte nati fuerint, coniungi non poſſunt. C. V.

4 POſt ſuſceptū [h] vero de fonte filiū, vel filiam ſpiritualem, qui ex compatre, vel commatre nati fuerint, matrimonio coniungi non poſſunt: quia leges ſeculi non emancipatos [i] adoptiuis prohibent copulari.

4 Sent 4. di. 42. Poly. l. 6. tit. 6. Anſel. l. 10. c. 34.

¶ *Anſelmus libro 10. c. 34. refert fere integrā hanc epiſtolam, itemque Polycarpus, cuius initium eſt in c. poſt vxoris. infra ea. q. 4 & continenter poſt illud ſequitur hoc caput, & deinceps c. porro duorum. infra 32. q. 2. & 3. Ipſius vero epiſtolæ auctorem & ipſi citant Paſchalem ſecundum.*

mili pœnitentiæ ſubiacebunt. *Aliquando*, i. aliquo tempore. *Diuina ſententia*, i. eccleſiaſtica conſtitutione. Sequēs §. patet: quia certum eſt quòd omnes contrahere poſſunt, excepta illa perſona, per quam compaternitas vel fraternitas ſpiritualis contrahitur. & ad hoc inducit ſequens c.

d ¶ *In diuina.*] i. eccleſiaſtica conſtitutione. arg. 3. q. 1. quia.

F I L I I. Hęc eſt 2. pars q. ſecundum Io. de F.

e ¶ *Filij.*] præter iſtum per quem compaternitas eſt côtracta, vel fraternitas ſpiritualis.

f ¶ *Vnde Vrbanus.*] iſtū præceſſit Paſchalis. argum. 1. q. 3. ſaluator. & ext. de ſpon. duorum. licet præter ſolitum. quod eſt verū de primo. ſed ſequens c. attribuitur Paſchali ſecundo, qui ſecundum chronicam ſucceſſit Vrbano.

SVper quibus.]C a s v s. Vitalis preſbyter quæſiuit ab Vrbano, vtrum pater vel mater poſſit dare baptiſma in neceſſitate filio ſuo: & vtrum filij duorum patrinorum ſimul valeant copulari. Ad primam quæſtionem reſpôdet dicens, q baptizatus eſt quem pater vel mater tempore neceſſitatis in nomine Trinitatis baptizat. Ad ſecundam reſpondet q filij duorum patrinorum poſſunt copulari, excepta illa perſona, qua mediante côpaternitas eſt contracta. Sequens §. patet.

g ¶ *Femina.*] ij. de conſec. diſt. 4. mulier. côtra. ſed hoc in neceſſitate intelligitur.

POſt ſuſceptum.] Casvs. Secūdum Grat. & Alexandrum caſus huius c. ſic poni debet. Dicitur in hoc ca. q filij nati ex duobus côpatribus, ſimul copulari nō poſſunt: quia etiam adoptiuis exiſtentibus in poteſtate copulari nō poſſunt. Vnde dixit Alexander huic c. derogatum per præcedens c. Vrbani. H. autem intelligit hoc ca. ſecundum præcedēs, ſcilicet quòd filij duorum compatrum poſſunt copulari adinuicem, præterquam illæ perſonæ per quas compaternitas eſt contracta: & ſic ſecundum H. hoc c. non eſt abrogatum. Idem intelligit de tenente & mergente: tamen bene poſſunt contrahere cum ſororibus vel fratribus ſuſcepti vel ſuſceptæ. Sequens. §. patet.

h ¶ *Poſt ſuſceptum.*] ſi intelligimus c. hoc prout Alexander innuit extra de cog. ſpi. c. 1. vt ſ. derogetur ei per præcedens c. legas litteram prout iacet. vel ſi vis potes addere in littera, non poſſunt coniungi: ſupple filiis ſpiritualibus. & ſic non eſt correctum. Et male intellexit Alex. hoc c. nam dicit ca. Vrbani eſſe poſterius: & ita derogaret alij c. Paſchalis: cum tamen Vrbanus paſchalem præceſſerit. Sed dici poteſt q hæc littera eſt mendoſa vbi dicit, Paſchalis ſecundus. nā debet dici ibi, Paſchalis primus. nam primus Paſchalis præceſsit Vrbanum ſecundum. vnde nihil eſt in littera ſupplendum: & eſt hoc abrogatum, & intelligitur prout ſonat: & huic iuri antiquo innuitur illa conſuetudo, ext. de cog. ſpir. ſuper eo.

i ¶ *Non emancipatos.*] nam filius emancipatus bene poteſt copulari filiæ adoptiuæ. ff. de rit. nup. per adoptionem. vel emancipatæ, ſ. adoptiuus copulari poteſt.

‖ Pater carnalis an ſp̄s ſit diligendus, quàm ſpiritualis.

a Ar. ad hoc 86. diſt. non ſatis in fi. & hic videas, quod not. 30. diſtin. c. 1. & 2. diſt quic ſeam. &c.

c ¶ *Multo magis.*] i. multo ſanctius: quia religioſiores ſunt copulæ mentium quām corporum, arg. 27. qu. 2. coniuges. 33. q. 5. q Deo. ‖ Et eſt ar. q pater ſpiritualis eſt magis diligendus quam carnalis. 2. q. 7. qualis ſententia. ſed ſuperiori capitulo dicitur q æque: ſed iſtud nō remouet quin plus. cui ergo potius teneor ſubuenire in neceſsitate carnali, in beneficiorum temporalium exhibitione? nam de carnali eſt dictum, Honora patrem. 86. diſt. non ſatis. in exhibitione [a] autem reuerentiæ plus deferendum eſt ſpirituali. 30. diſt. c. 1. Io. non credo, nec c. contradicit. B.

NOn oportet.]C a s v s. Dicitur hic, q nullus pater debet tradere filiam ſuā ſpiritualē nuptui filio ſuo carnali. germani enim ſunt, i. fratres. & ſi coniuncti noluerint ſeparari, excommunicentur. Separati vero ſeptem annis pœniteant. Conſentientes vero ſi-

Per

[Idem ex libro. 23. digeſtorum, tit. de ritu nuptiarum perpenditur, in quo ita legitur.

PALEA. C. VI.

PEr adoptionē quæſita fraternitas euſque impedit nuptias, donec manet adoptio: ideo que eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere. Æque, & ſi me emancipato, illam in poteſtate retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, ſuadetur, vt filiam emancipet. Similiter ſuadetur ei, qui velit nurum adoptare vt emancipet filium.

¶ Hæc Palea habetur in aliquot vetuſtis, à quibus cetera abeſſe ſolent, & non diſtinguitur à ſuperiore capite.

3 *Si quis vero aliquo fortuito caſu filiam ſuæ commatris vxorem acceperit, non cogitur eam dimittere,*

Vnde in Triburienſi conc. legitur, c. 48.

¶ Non cogitur quis dimittere filiam ſuæ commatris, quam duxit in coniugium. C. VII.

2 ILlud etiam nec canonica inſtitutione difinimus [a], nec interdictione aliqua refutamus: ſed propter eos, qui diuerſe de eo ſētiunt, hoc loco aliquid cōmemoramus. Si quis ſuę ſpiritualis commatris filiam [b] fortuito [c], & ita cōtingēte rerum caſu in cōiugium duxerit, conſilio maturiori ſeruato eam habeat, atque honeſte legitimo coniugio operam det.

QVÆSTIO. IIII.

1. RElictam [d] *vero compatris vxoris ſuæ nullus in coniugem ducere poteſt.*

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Conſtantienſi epiſcopo Salomoni.

¶ Duas commatres alicui habere non licet. C. I.

3 SCiſcitatur à nobis ſanctitas veſtra, ſi aliquis homo duas commatres habere valeat vnam poſt alteram. In quo meminiſſe debēt ſcriptum eſſe [erunt duo in carne vna.] Itaque cum conſtet, quia vir & mulier vna caro per connubium [e] efficiuntur, reſtat nimirum virum compatrem conſtitui illi mulieri, cuius matrimonio aſſumpta vxor commater eſſe videbatur: & idcirco liquet, virum illi feminæ non poſſe iungi in copula, quæ commater eius erat, cum qua idest fuerat vna caro effectus.

Item ex conſilio Calcedonenſi.

¶ Octo annis pœniteat, qui duabus commatribus commiſcetur. C. II.

SI pater & filius, aut duo fratres cum vna muliere, aut ſi cum matre, & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, ſecundum antiquam, & humaniorum definitionē octo annis [f] pœniteat.

¶ In concilio Chalcedonenſi huiuſmodi extat tractatum, aut definitum. Ex eo tamen refertur etiam in fragmento pœnitentialis incerti auctoris: eodemque modo citatur infra c. poſt vxoris.

Item Innocentius Exuperio Toloſano epiſcopo.

¶ Nullus duabus commatribus commiſceatur. C. III.

4 SI quis ex [a] vno coniugio [g] filium, aut filiā alterius de ſacro fonte ſuſceperit, aut ad chriſma tenuerit, vel Chriſtianitatis [h] miniſteriū † dederit, ambo & vir, & vxor compatres [i] exiſtunt parentibus infantis: quia vir & mulier caro [k] vna effecti ſunt.

¶ a Ex vno.] In pleriſque vetuſtis exemplaribus, & eadem collectione decretorum incerti auctoris, legitur, ſi quis vnus ex coniugio. In epiſtola vero Innocētij Exuperio Toloſano epiſcopo ſcripta, hoc non habetur.

[4 Pol. l. 4. t. 6. 1] [† al. myſterium]

PEr adoptionem.] CASVS. Dicitur in hac lege quòd durante adoptione, adoptiuus filius & naturalis in eiuſdem poteſtate exiſtentes contrahere non poſſunt, ſed ſi alteruter emancipetur, contrahere poſſunt.

SI QVIS VERO. Hæc eſt 3. pars q. ſecundum Io. de Fan. CASVS. Dicitur hic, quòd non ſolum filius poteſt ducere in vxorem ſororē ſuſceptę à patre: ſed etiam ipſe pater. & ſi acceperit, ſeparari nō debet. & ad hoc inducit ſequēs c. [a Tit. a. l. 17.]

ILlud etiam.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi aliquis fortuito caſu duxerit in vxorem filiam commatris ſuæ quæ non eſt ſua filia ſpiritualis, non debet ab ea ſeparari: ſed ſub honeſto coniugio eam retinebit.

a ¶ Definimus.] immo poſtea definit. & ita in re dubia certa fertur ſententia, vbi de iure dubitatur [a].

[a de hoc not. 3 t. diſt. habuiſſe. in fi.]

b ¶ Filiam.] ſcilicet commatris poſſe ducere in vxorem.

b ¶ Filiam.] hic vides quòd pater ſpiritualis poteſt copulari ſorori filiæ ſpiritualis. ſimiliter & filiæ poteſt: quia talis cognatio non extenditur [b]. ſimiliter dico quòd pater poteſt ſumere filiam ſpiritualem filij carnalis. licet enim cognatio ſpiritualis deſcendat de patre ad filios: non tamen de filio ad patrem.

[¶ Pr ſpūalis licite copulatur ſorori filiæ ſpūalis] [a Sent ibid. Bur. l. 17. c. 46. Iuo p. 9. c. 97.] [b Sed quare non extēditur? dic, quòd hoc ideo eſt quia filia ſpiritualis filij mei carnalis nec eſt filia mea carnalis nec ſpūalis, quia cognatio ſpūalis vltra paternitatem vel filiationē nō extēditur, vt dī. ſ. e. l. ſum. filia aūt ſpūalis pūs mei ſoror mea eſt vt ſ. e. c. 1. & cū ea cōtrahere nō poſſum, vt ibi dicitur. Arc.]

c ¶ Fortuito.] idem ſi ex propoſito. arg. ſ. q. 1. dictum.

RElictā vero.] Hæc q. diuiditur in tres partes. in prima quarū dicitur, quòd ſucceſſiue poteſt quis habere duas commatres vxores: in duobus tātum caſibus, ſcilicet ſi fuerint commatres ante matrimonium: vel ſi filium meæ vxoris accepit ab alio viro, alias non ſecunda ibi, E contrario. Tertia ibi, Notandum. Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 4. quæſt, qua queritur an quis poſſit accipere in vxorem relictam compatris vxoris ſuæ, i. an aliquis poſſit habere duas commatres diuerſis temporibus in vxores. In tribus primis c. & in vlt. dicitur quòd nō: in medijs quòd ſic. ſed Grat. diſtinguit j. ca. §. notandum. ita dicens. ſi vxor mea ſuſceperit filium Bertæ de ſacro fonte: ſi poſtea meam vxorem cognouero, Berta tunc efficitur commater mea: & tunc cum ea contrahere nō potero: quod non placet Hu. & ideo ſic diſtinguit, ſ. an compaternitas vel commaternitas præcedat carnalem copulam, an ſequatur. Si præcedit, tunc licite poteſt quis habere duas commatres. Si autem ſequatur aut vterque coniugū, vel alter ſuſcepit filium alterius: aut filius eorum communis ſuſcipitur ab illo: aut filius alterius eorum tantum ſuſcipitur. in primo & ſecundo caſu non poteſt quis habere duas commatres: in tertio ſic. De hoc plenius dicitur in ſumma huius q. & in ſumma H.

[3 Sent. ibid. Iuo par. 1. c. 137. & p. 9. c. 35. Pan. l. 7. c. 63.]

d ¶ Relictam.] Hæc eſt 4. q. an quis poſſit accipere in vxorem relictā compatris ſuæ vxoris: & licet ſub hac forma verborum hæc quæſtio proponatur hic duntaxat. tamen videtur hic poni quæſtio, an ſcilicet aliquis diuerſis temporibus poſſit contrahere cum duabus commatribus. In tribus primis capitulis, & in vltimo dicitur quòd non: in medijs quod ſic. G. hoc modo ſoluit quæſtionem hanc j. ca. §. notandum. quòd ſi vxor mea ſuſcipit Bertæ filium de ſacro fonte: ſi poſt vxorem meam carnaliter cognoſco, tunc Berta efficitur mihi commater: & numquam eam ducere potero, vt j. ca. 1. & vlt. ſi vero vxorem non cognouero, tunc Berta non efficitur mihi commater: & mortua vxore mea potero eum ducere: & ita habeo duas cōmatres diuerſis temporib. vt c. medijs. Sed hæc ſolutio ind. quia eſt relatu, & ideo non legamus c. ſecundum eam. Cancellata ergo ea opinione. & R. & Io. qui diſtinxerunt inter directam & indirectam cōpaternitatem, cum non ſit authentica: dico referre an cōpaternitas vel commaternitas præcedat carnalem copulā, an ſequatur. ſi præcedebat, licite pōt quis habere duas commatres: quia per vnionē carnis ſequentem nō pertrāſitur ad vnionem ſpiritus præcedentem, vt j. c. poſt vxoris. Si autē ſequatur: aut alter coniugū vel vterque ſuſcipit filiū alterius: aut filius eorum cōmunis ſuſcipitur ab alio: aut filius alterius corū tantum ſuſcipitur, in primo & ſecūdo caſu nō poteſt quis habere duas cōmatres: in tertio poteſt: quia licet efficiatur aliquis compater vxoris meæ, nō tamen eſt mihi compater, niſi filius eius ſit & meus, qui leuatur de ſacro fonte. Vnde breuiter teneas, quòd ſi compaternitas ſequatur carnalem copulā, in nullo caſu poteſt aliquis habere duas cōmatres, vel aliqua duos compatres. niſi hoc ſolo caſu quando filius tantū alterius ſuſcipitur de ſacro fonte.

[¶ Matrimonium virū poſſit ſucceſſiue contrahi cum duabus cōmatribus.] [Gen. 2.]

SCiſcitatur.] CASVS. Caſum hunc ſic pone. Martini vxor ſuſcepit filium Bertæ de ſacro fonte poſtquam vna caro fuerat effecta cum Martino: quæſitum fuit, vtrum Martinus poſt mortē vxoris poſſit ducere Bertam in vxorem? & reſpondetur quòd non: quia Berta eſt eius cōmater, cum vxoris eius fuerat commater, cum qua iam vna caro fuerat effectus. Sequentia duo c. patēt. e contra: ſed non ſunt contraria. quia in alio caſu intelliguntur, vt dicit H.

e ¶ Per connubium.] i. per carnalem copulam, vt 27. q. 2. Agathoſa.

f SI pater.] ¶ Octo annis.] ſeptennis pœnitentia inducitur pro quolibet peccato mortali, vt 33. q. 2. hoc ipsū. niſi aliud ſuadeat criminis enormitas, vel dignitas pſonę, vt 33. q. 2. hoc ipsū. §. hoc autē.

g SI quis.] ¶ Ex vno coniugio.] id eſt, ex coniugibus.

h ¶ Chriſtianitatis miniſterium dederit.] immergēndo. ſ. 1. quæ. 1. quod quidam. Alij exponunt, dederit chriſtianitatis miniſterium, i. tenuerit ad catechiſmum, vt de conſe. diſt. 4. in catechiſmo.

i ¶ Compatres.] expreſſe hic colligitur, cum alter coniugum ſuſcipit filium alicuius: ſtatim ambo coniuges efficiuntur compatres illius. ergo nihil refert an poſt carnaliter commiſceretur, vel non, prout voluit dicere G. & Ioan. j. ca. §. notandum.

[¶ compaternitas viri porrigitur ad vxorem.]

k ¶ Caro.] ergo per ſpōſam de præſenti nō acquiritur compaternitas, cū canō hoc ponat pro ratione, quia ſunt vna caro effecti. Itē ſi hæc eſt cauſa quare cōtrahatur compaternitas, quia vna caro eſt effectus cū ead. ergo per coitū fornicariū contrahitur cōpaternitas: quia qui adhæret meretrici. vnū corpus efficitur. cum ea, vt 32. q. 4. in co. ſtā & affinitas acquiritur per coitum fornicarium, vt 35. q. 3. de inceſtis. & c. ſi. e. eam. ext. de eo qui co. conſan. diſcretionē. Quidam tamen refugiunt dicere, quòd per fornicatorum coitum contrahatur compaternitas: cum compaternitas ſit vinculum ſpirituale.

[¶ compaternitas an per fornicatorum coitum contrahatur.]

ECOM

ECONTRARIO. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua ponuntur duo caſus, in quibus quis poteſt habere duas commatres. Ioannes de Fant.

a ¶ *E contrario.*] ſed non ſunt contraria, quia in alio caſu intelliguntur, vt dicit H.

Q*Vi ſpiritualem habet.*] CASVS. Hæc duo c. vt dicit H. in eodem caſu loquūtur. Sed in primo caſu dicitur, quòd aliqua poteſt habere duos compatres: quorum ſecundus ſuſcepit filium primi de alia vxore. In ſecundo dicitur, quòd quis poteſt habere duas commatres, quarum ſecūda ſuſcepit filium primæ ex alio viro. Et dicit Hu. quòd poſſunt intelligi tam de paternitate, quæ præceſſit matrimoniū ſiue carnalem copulā, quàm de illa quæ ſequitur: & filius tantum vnius coniugum ſuſcipitur. Eſt ergo caſus primi c. talis. Martinus & Berta ſunt coniuges. & Martinus ex alia vxore vel concubina habet filium, quem Ioānes de ſacro fonte ſuſcepit. & ſic efficitur compater Martini dicitur hic quòd mortuo Martino Ioannes licite ducit Bertam in vxorem: niſi aliud impediat: & ſic illa habebit duos compatres.

b ¶ *Qui ſpiritualem.*] ſic incipe conſtructionem. liceat ei qui ſpiritualem habet, &c. Sed obijcitur: ſi vxor mea leuauit filium alicuius de ſacro fonte: mihi, acquiritur compaternitas per eam, vt ſ. prox. c. quæritur. ſi aliquis leuat filium eiuſdem de ſacro fonte, quem habet ex alio viro, an mihi per eam acquiratur compaternitas. Ad hoc reſpondet Cardinalis. quòd coniuges ſibi communicant actiones, ſed non paſſiones: quia enim vnus coniugum agit, reliquus intelligitur agere, cum ſint vna caro. Sed per hoc nō aſſignatur ratio diuerſitatis, qua quęritur quare actiones communicant, & non paſſiones. dicas ergo quòd cum ego nullo modo ſim pater huius pueri, nec carnalis, nec adoptiuus, nec ſpiritualis, non poſſum dici compater ſuus. quòd non ſim pater ſpiritualis, patet: quia filia mea licite copulatur ei. Itē filius meus & ille puer non ſunt fratres ſpirituales: ergo ego non ſum pater ſpiritualis ipſius. Io. de Fant.

1 Sent. ibid. Pol. l. 6. ti. 6. Burc. l. 17. c. 45. Iuo p. 9. c. 96. Pann. l. 7. c. 67.

† *al. ſuſcepit.*

2 Sent. ibid. Polyc. ibid. Anſel. l. 10. c. 34.

† *al. vnitionē*

Actiones, ſed non paſſiones communicantur inter coniuges.

2 *E contrario 2 inuenitur in concilio Triburienſi. c. 47.*

¶ Vxorem compatris ducere poteſt, cuius ipſa commater non fuerat.
C. IIII.

1 QVi ſpiritualem[b] habet cōpatrem cuius filium de lauacro ſacri fontis accepit†, & ei[9] vxor commater non eſt, liceat ei defuncto compatre ſuo, eius viduam ducere in vxorē: ſi nullam habet cōſanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Numquid nō poſſunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla generatio ſecernit ſpiritualis?

Item in epiſtola Paſchalis Papæ ſecundi ad Rheginum epiſcopum.

¶ De eodem. C. V.

2 POſt vxoris obitū cum cōmatre vxoris viri ſuperſtitis coniugio cōpulari, nulla videtur auctoritas vel ratio prohibere. Neque[c] enim cognationi carnis cognatio[d] ſpiritus cōparatur[e]: neque per vnionē† [f] carnis ad vnionem ſpiritus pertranſitur.

3 *Notandum vero eſt, quòd aliud eſt, commatrem[h] alicuius cognoſcere, atque aliud, derelictam ab aliquo commatrem alicuius fieri. Auctoritas illa Nicolai Papæ, & Chalchedonenſis ſynodi illum prohibet commatris ſuæ vxoris matrimonio copulari, qui vxori ſuæ de litum reddidit, poſtquam illius commater exiſtit. Illa vero auctoritas Triburienſis[i] concilij illos permittit matrimonio copulari, cuius vxor, poſtquàm a viro ſuo derelinquitur, illius comater efficitur: nec poſt compaternitatem à viro ſuo cognoſcitur. Quæritur autem, an vxor cum marito in baptiſmate ſimul debeat ſuſcipere puerum.*

De his ita ſcribit Vrbanus II. Vitali presbytero[a] *Brixiæ.*

a ¶ Presbytero.] *Antea legebatur, epiſcopo. Emendatum eſt ex omnibus vetuſtis, quæ collata ſunt. Et eadem citatio eſt 3. hac eadem cauſa, q. 3. ſuper quibus.*

¶ Vxor ſimul cum viro filium alicuius in baptiſmate non ſuſcipiat.
C. VI.

3 QVòd autem vxor, cū marito in baptiſmate ſimul nō debeat ſuſcipere puerum, nulla auctoritate reperitur[k] prohibitum. Sed vt puritas ſpiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia[l] conſeruetur immunis, dignum eſſe decernimus, vt vterique inſimul ad hoc aſpirare minime præſumant. Quia vero piaculare flagitium commiſit, qui duabus commatribus, velut duabus ſororibus, nupſit, magna iuxta modū culpæ pœnitentia ſibi debet iniungi.

Illud vero Triburienſis concilij [*Qui ſpiritualem habet compatrem, &c.*] *ante hanc*[m] *prohibitionem dictum intelligitur: vel vxor*[n] *commater accipiatur non ex eodem filio cum viro, ſed ex alio.*

QVÆSTIO V.

1 ps

QVòd autem[o] clandeſtina coniugia fieri non debeant, Euariſtus Papa teſtatur, ſcribens epiſcopis Africæ epiſtola 1.[4]

poſt cognoſcat, vel non, vt ȷ. §. ſeq.

g ¶ *Ad vnionem.*] præcedentem matrimonium ſiue carnalem copulā, aliter bene pertranſiretur: niſi cū filius alterius tātum ſuſcipitur.

NOTANDVM VERO. Hæc eſt 3. pars q. ſecundum Io. de Fan. CASVS. Nunc Grat. ſoluit prædictā contrarietatem, & male ſecundū H. dicit enim quòd ſi vxor mea efficitur cōmater alterius: ſi vxorem meam poſtea cognouero, ea mortua non potero contrahere cum commatre ipſius: ſecus autē ſi eam non cognouero. Sequens §. patet, in quo facit quandam incidentem quæſtionem, quam determinat per c. ſequens.

h ¶ *Commatrem.*] vxorem ſuam tam factam commatrem alicuius, i. poſtquàm eſt effecta cōmater alicuius feminæ. quo caſu nō poteſt ducere aliam feminā vxore mortua, ſecundum Grat.

i ¶ *Triburienſis concilij.*] melius diceret Paſchalis, tamen idem eſt caſus.

QVod autem.] Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1. quæritur an vxor ſimul cum marito debeat ſuſcipere puerum de ſacro fonte, & reſp. quòd non. In 2. parte prohibetur ne quis contrahat cum duabus commatribus vel ſororibus: quia piaculare flagitium eſt, & damnoſum.

k ¶ *Reperitur.*] ȷ. de cōſec. diſt. 4. non plures. Cōtra tamen Leo Papa quē conſtat ipſius Vrbani prædeceſſorē fuiſſe, ſtatuit non debere ad ſuſcipiendum puerum de baptiſmo plures accedere, quō dicit hic, nulla auctoritate inuenitur prohibitū? Sed licet hoc ſancitum fuerat, nondum tamen in manus legētium venerat. Vel forte vir & vxor non reputātur plures, cum vna caro eſſe probantur. ſ. ea. c. ſi quis[a].

l ¶ *Et infamia.*] de facto. Crederent enim ſtulti aliquam proximitatē inter eos contrahi, ſi ſimul ſuſciperent. Sed etiam ſuperfluum eſſet vt vterque ſuſciperet, cum ex ſuſceptione alterius vterque compater efficiatur. de conſuetudine eſt tamen in quibuſdam locis, quòd vterque ſimul ſuſcipit.

ILLVD VERO. CASVS. Finis præmiſſi c. videtur cōtradicere illi c. qui ſpiritualem. ſicut & duo prima c. & ideo G. alio modo vult ſoluere prædictam contrarietatem, dicens quòd illud quod dictū fuit in illo c. qui ſpiritualem. dictum fuit ante prohibitionē in præmiſſo c. factam: vel ibi vxor accipitur pro commatre: nec ex eodem filio cum viro, ſed ex alio. Et hoc vltimum tenet Hug. & alij doctores.

m ¶ *Ante hanc.*] præcedentem Vrbanum: quæ contraria eſt ei quo ad finem. ſ. ead. proxi.

n ¶ *Vel vxor.*] melius dixiſſet, vel vir compater efficiatur non ex eodē filio cum vxore, ſed ex alio. ſed variat ſexum, quia ponit in feminino genere eundem caſum, quem poſuit in maſculino in c. qui ſpiritualem. vbi eadem permittitur habere duos compatres.

QVod autem.] Hæc quæ. diuiditur in 4. partes: in prima quarum probatur, quòd matrimonia clandeſtina non debent fieri: ſed legitima, & per ſacerdotem: aliàs niſi conſenſus concurrat legitimus, non valet quod actum eſt. Secunda ibi, *Sed quæritur.* Tertia ibi, *Nec illud.* Quarta ibi, *Sed obijcitur.* Ioan. de Fant.

CASVS. In themate fuit propoſita quæſtio an clandeſtina deſponſatio præiudicet manifeſtæ. Et eſt dicendum quòd præiudicat ſi de ea conſtet. non enim deficit ius, ſed probatio. Clandeſtina tamen matrimonia fieri non debent: quia probari non poſſunt. vnde quo ad eccleſiam manifeſta præiudicant clandeſtinis.

o ¶ *Quod autem.*] Hic depingitur quinta quæſtio. & erat in themate in quinto

1 Sent. ibid.

4 in cap. Ca rolil. lib. 7. c. 463

a Vel hoc vt not. extr. de eo. ſp. c. vlt.

b ¶ *Qui ſpiritualem.* duo hæc c. in eodem caſu loquuntur: ſed in primo caſu dicitur quòd aliqua poteſt habere duos compatres, quorū ſecundus ſuſcipit filium primi de alia vxore. in ſecundo dicitur, quòd quis poteſt habere duas commatres quando ſecunda ſuſcipit primæ filium de alio viro.

POſt vxoris obitum.] CASVS. Sicut in pręcedenti c. dicitur, quòd aliqua poteſt habere duos compatres: ſic & in hoc c. dicitur: quòd aliquis poteſt habere duas commatres. Et eſt caſus talis. Martinus habet Bertam in vxorem. Illa habet ex alio filium quem Maria ſuſcepit de ſacro fonte: & ſic efficitur commater Bertæ, & non Martini: quam Mariam Martinus licite poteſt ducere in vxorem mortua Berta: & ſic habebit duas commatres. Sic enim intellexit Hugo, & poſuit hos duos caſus apertius quam Beſi.

c ¶ *Neque.*] crederet aliquis quòd cognatio ſpiritualis acquireretur marito per vxorem ſuam, ſicut & cognatio carnalis: quòd ſicut omnes conſanguinei vxoris ea mediante efficiuntur viro affines, ita compatres & commatres vxoris efficerentur marito per eam compatres & commatres hoc negat hic.

d ¶ *Cognatio.*] ſ. ſpiritualis.

e ¶ *Comparatur.*] i. aſſimilatur in hoc quòd per vxorem acquiritur. & hoc melius exprimit ſtatim, neque enim, &c.

f ¶ *Per vnionem.*] ſecūdum hoc reprobatur intellectus G. vtrum quis

in quinto loco quæſitũ, an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet. Et quidem præiudicaret, ſi conſtaret de ea. ext. de clandeſt. deſp. quod nobis. ſed quia eccleſiæ non conſtat de ea, ei præiudicat manifeſta probatio. ergo deficit hoc caſu non ius, ſed probatio[a]. ſi. de teſta. tut. duo ſunt Titij. quia eccleſia de occultis non iudicat. 32. diſtin. erubeſcant. ſed hæc queſt. facilis erat: & ideo noluit eã ponere, ſed ponit aliam, ſc. vtrum clandeſtina matrimonia debeant fieri: dicunt quidam ꝙ non: ſi tamen fiant, tenent.|| Et ſunt clandeſtina quæ ſine præſentia teſtium, & traductione & alijs ſolẽnitatibus contrahuntur: ſed cum huiuſmodi ſolennitates non ſint de ſubſtantia matrimonij, ſed ſufficiat ſolus conſenſus: quare prohibentur hic cõtrahi? Reſp. duplici ratione: ne ſub ſpecie matrimonij fiat fornicatio: vel ne matrimonialiter coniuncti ſeparentur. Sæpe enim matrimonio occulte contracto, alter mutaret propoſitum, & dimitteret reliquũ probationibus deſtitutum, vt j. ea. §. his.

a Vt 12. q. 5. Chriſtiana. ff. de teſt. tut. duo ſũt. 3 ſent. 4. diſ. 28. Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 2. Iuo p. 8 c. 4. Pan. l. 6 c. 31.

|| Matrimonia clandeſtina quæ ſint, & vtrũ teneant.

A *Liter legitimum*]CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ tunc eſt ſolenne coniugium cum puella à curatione vel a parentibus diſpenſatur & dotatur: à presbytero benedicitur, & cuſtoditur à paranymphis, & ducta ad domum viri, cum eo biduo vel triduo caſtitatem ſeruat. Vbi vero hoc non fit, ſed clam ducitur vxor: potius præſumitur ſtuprum, vel contubernium, vel adulterium, quàm legitimum coniugium. Sequens c. planum eſt.

a ¶ *Petatur.*] ne appetentiæ procationis æſtimetur auctor, ſi ipſa, & c. 12. q. 2. c. honorantur.

b ¶ *Precibus.*] extra de clan. deſp. cum inhibitio.

c ¶ *Contubernia.*] hic canõ præſumit in deteriorem partem. || nam [v]bi periculum vertitur, in tutiorem partem interpretandum eſt: vt extr. de homic. ad audientiam. & 5. diſt. 5. ad eius. quandoque tamen præſumit canon pro matrimonio, vt 33. q. 1. ſi quis acceperit.|| Sed nonne in matrimonio ſufficit probare quòd aliquis eam receperit eo prætextu, vt eam perpetuo haberet, licet aliud non ſit dictum? vt 32. q. 2. ſolet. & in liberæ mulieris coniunctione potius præſumitur matrimonium quam concubinatus, vt ff. de rit. nup. in liberæ. nam cum quis non proteſtatur ſe velle habere aliquam vt cõcubinam: dummodo honeſta ſit mulier, habebit eam vt legitimam, vt ff. de concu. in concubinam[b]. Sol. canon conſiderat periculum animæ, ext. de iureiur. cum contingat. ext. de ſponſa. iuuenis. & ideo potius iudicat eſſe fornicationem quam matrimonium. lex tamen ſtrictius conſiderat matrimonium quã canon. nam ſi aliquis iurauit ꝙ vellet aliquam perpetuo retinere ſecum, niſi dicat quòd velit eam retinere in vxorem legitimam, non erit matrimonium. in auth. qui. mo. na. effi. le. §. pe. coll. 6. j. ea. ſi quis diuinis. ſecus ſecundum canones, vt 22. q. 2. ſolet. In hoc autem concordo leges canonibus, ꝙ inter impares perſonas non præſumo eſſe matrimonium niſi dotalia inſtrumenta interueniant. C. de nup. imperialis. §. immo. Item illud conſidero circa pares & impares, an maritalis affectio præceſſerit, comparatis perſonis, & vitæ coniunctione conſiderata, vt ff. de don. donationes. Item & famam loci conſidero, vt extr. de præſupt. illud. Item quòd ſimul receperint ſacramenta, vt 28. q. 1. caue. Item ꝙ dos requiratur in omni matrimonio, vt hic dicitur, potes intelligere in ſublimioribus perſonis. nam ibi & dos & aliæ ſolennitates matrimonij requiruntur: in mediocribus autem perſonis ſecundum leges non ſufficiunt teſtes, niſi ſcriptura adſit, in infirmis ſufficiunt teſtes, vt in auth. qui. mod. nat. eff. leg. §. hoc ergo. coll. 6.

|| Tutiorem in partẽ interpretandũ eſt. vbi periculum verſatur

|| Matrimoniũ vtrũ inter aliquos ꝓſum poſſit

b Dic vt no. ext. de præſump. illud.

¶ Clandeſtina coniugia fieri non debent. C. I.

1 A Liter legitimum[a] non ſit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam feminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, vxor petatur[a], & a parẽtibus, & propinquioribus ſponſetur, & legib[9] dotetur[β], & ſuo tẽpore ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus[b], & oblationib[9] à ſacerdote benedicatur, & a paranymphis, vt conſuetudo docet, cuſtodita, & ſociata, a proximis congruo tempore petita legibus detur, ac ſolẽniter accipiatur: & biduo, vel triduo orationibus vacẽt, & caſtitatem cuſtodiãt. *Item.* ¶ Ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia: aliter vero præſumpta, non cõiugia ſed adulteria, vel cõtubernia[c] vel ſtupra, aut fornicationes potius, quã legitima[d] coniugia eſſe non dubitate, niſi volũtas propria ſuffragauerit, & vota ſuccurrerint legitima.

a Poly ibid. Bur. l. 9. c. 3. Iuo p. 8. ca. 14. Pan. l. 6. cap. 5.

a ¶ Legitimum.] *In epiſtola ipſa interiiciuntur hæc*, ſicut à patribus accepimus, & à ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus traditum inuenimus.

β ¶ Detur.] *Antea legebatur*, à legibus dotetur, *quod iam ſuperius dictum erat. Emendatum eſt ex vetuſtis editionibus conciliorum, capitularibus, Anſelmo, & Iuone.*

Item ex decretis Hormiſdæ Papæ. c. 6.

¶ Nuptias occultas celebrare non licet. C. II.

2 N Vllus[e] fidelis cuiuſcũque conditionis ſit occulte nuptias faciat: ſed benedictione accepta à ſacerdote, publice nubat in Domino.

¶ *Apud Burchardum, Iuonem, Polycarpum, & in collectione, quæ eſt tomo tertio conciliorum poſt decreta Alexandri tertij, par. 49 c. 10. citatur ſimiliter Hormiſdæ. Verum in ſecunda collectione decretalium, tit. de clandeſt. deſp. citatur ex Alexandro tertio, qui primus auctor huius capitis eſſe nõ poteſt, quippe qui poſterior fuit Gratiano.*

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, cap. 3.

¶ Nuptiæ publice celebrari debent. C. III.

3 N Oſtrates tam mares, quàm feminæ non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compoſitam, quando nuptialia fœdere contrahunt in capitibus deferunt: ſed poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa, [4] fœdera quoque † conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrãtur: & poſtquã arrhis ſponſam ſibi ſpõſus per digitum fidei annulo[f] inſignitum deſponderit, dotemque vtrique placitam ſponſus ei cum ſcripto pactum hoc continente coram inuitatis[g] ab vtraque parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore[h], ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præſumatur) ambo ad nuptialia fœdera ꝑducuntur: & primum quidem in eccleſia Domini cum oblationibus, quas offerre[i] debet Deo per ſacerdotis manum, ſtatuũtur: ſicque demũ benedictionem, & velamen cæleſte[k] ſuſcipiunt. *Item.* ¶ Hæc ſũt præter alia quæ ad memoriam non occurrunt, pacta cõiugiorum ſolennia. Peccatum autem eſſe, ſi hæc cuncta[l] in nuptiali fœdere non interueniant[m], nõ dicimus, quemadmodum Græcos vos aſtruere dicitis.

Item Leo Papa.

¶ In contrahendo coniugio iſta ſunt obſeruanda. C. IIII.

5 Q Valis debeat vxor eſſe, quę habẽda eſt ſecũdũ legẽ[n],

d ¶ *Legitima.*] non præiudicaretur alij matrimonio per eorum confeſſionem. extr. de eo qui cog. conſang. ſuper eo.

e N *Vllus.*] cauſam huius prohibitionis habes j. ead. §. his ita.

N *Oſtrates.*] CASVS. Bulgari ad fidem conuerſi quærebant qualiter matrimonia contrahere deberent. Et reſp. Nicolaus ꝙ noſtrates, i. Romani nullã ligaturam ex aliquo metallo deferũt in capitib. cum nuptialia fœdera contrahunt. ſed poſt ſponſalia de futuro, per verba conſentiunt de præſenti de licentia eorum, in quorũ ſunt poteſtate, & poſtquã ſponſus ſponſam annulo ſubarrhauit, & donationem ei propter nuptias conſtituit: ambo ad carnalia commertia perducuntur. primo tamen debẽt in eccleſia benedici & ſuſcipere cęleſte velamen: alia etiam ſunt, quæ in ſponſalibus fiunt, ſed nunc ad memoriam non occurrunt. ſed & ſi hæc in nuptiis non interuenerint, nõ erit peccatum. Verba c. ſi exponas. *Poſtquam ſponſalia fœdera*, i. promiſſio de futuro, *fœdera, quoque*, i. cõſenſus de præſenti. *Dotem*, i. donationem propter nuptias. *Ad nuptialia fœdera*, i. ad carnale commercium: vel conuiuia nuptialia. *Celeſte*, id eſt, myſticũ. vel cæleſte, i. eccleſiaſticum, vel eccleſiaſtica inſtitutione inuentum.

3 Iuo p. 8 c. 6. Pan. l. 6. c. 9.

4 Concord. tex. in l. oratio & l. omnino ff. de ſpon. & l. nõ ſunt. & ibi Cy. C. de bo. quæ. lib. † al. quoque

f ¶ *Annulo.*] annulus ſignificat mutuum amorem & fidem coniugalem eſſe ſeruandam[c], vt j. c. feminæ.

|| Annulus nuptæ quid notat.

g ¶ *Inuitatis.*] al. ꝙ teſtes in matrimonio ſunt rogati: ſicut in diuortio, vt ff. de diuor. nullum. quod nõ credo.

h ¶ *Apto tempore.*] i. cum erant in adulta ætate, & non in Quadrageſima ducet eam: || licet in Quadrageſima contrahere poſſit. extr. de ma. con. contra interdict. eccle. ex litteris. in parte deciſ. Ioan.

i ¶ *Offerre.*] ſecundum conſuetudinem regionis.

k ¶ *Velamen celeſte.*] quia quoddam cæleſte vel ſpirituale ſignificat, j. ead. feminæ.

l ¶ *Hæc cuncta.*] id eſt, ſingula. 80. diſt. ſingula.

m ¶ *Non interueniant.*] huiuſmodi enim ſolennitates non exiguntur neceſſario. nam ſi omittantur leuia vel modica, non nocentur, vt ff. de vent. inſpi. l. 1. in fi. dos ergo poteſt ommytti. quia licet dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, || matrimonium tamen ſine dote eſſe poteſt[d]. vt j. c. ſi quis diuinis. Sed contra 3. q. 4. conſanguineorũ. ſed illud intelligitur in eodem caſu cum illo c. aliter, ſcilicet de occulte contrahentibus[e]. vnde cum præſumantur adulteri, repelluntur. H. tamen dicit peccatum eſſe, ſi huiuſmodi omittantur ſolennitates, ſi adhiberi poſſunt.

Q *Valis debeat.*] CASVS. Hic oſtenditur qualis debet eſſe vxor illius qui ſperat decetero promoueri. & qualiter debet duci. & dicitur quòd debet eſſe virgo caſta, &c. quæ non eſt ſeparanda niſi ex conſenſu vacaret orationi, vel niſi fuerit fornicata. nec tamen illa viuente altera duci poteſt quia adulterium committeretur, quod ſi fecerit, debet recipi ad pœnitentiam per ſcripturam. Quæ autem ſequuntur vſque ad c. feminæ, plana ſunt, & per te videbis.

n ¶ *Legem.*] promotionis.

5 Pol. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 3. Aur. l. 9. cap. 1. Iuo part. 8. cap. 140. Pã. l. 6. c. 36.

c Vide quod not. 27 q. 2. ſi quis vxorem. in pr.

|| Contrahe licet in Quadrageſima.

|| Matrimoniũ põt eſſe ſine dote.

d Concord. tex. in l. C. de don. int. vir. & vxo

e idem not. ext. qui filij ſint legi. & idem not. hic H.

2 ¶ Deſpon

a ¶ *Deſponſata.*]hoc eſt contra illos, qui dicunt, ꝙ ſi aliquam fornicariam deſloraui, & eam poſtmodum ducam in vxorem, non tñ ellor à promotione quaſi corruptam duxerim: argu. 28. diſt. quia ſunt. 34. diſt. curandum. 77. diſt. quicumque. 34 diſt. præcipimus. Arg. contra. 34. diſt. Valentino. Sed certe & hoc caſu in virginitate videtur iſta deſpõſata, omnia enim quæ pceſſerũt, legitimationẽ perſequẽs matrimonium: extrꝗ ſi. ſint le. tanta.

† *al. tradita ſponſo.*

b ¶ *Per ſcripturam.*]]. de pœ. di. 1. quem pœnitet. cõtra. ſed ibi ꝓhibetur abſens p ſcripturam confiteri: vel ꝙ pœnitentiam accipere debeat. hic autẽ permittitur mulieri ſimplici, dum tamen præſens ſit, in ſcripto peccato offerre, vt 2. q. 8. §. ſed Calixtus.

1. Cor. 6.

c ¶ *Sponſus.*]¶*Pro reuerentia.*] Ergo non erit peccatum ſi aliter fiat.

d ¶ *Nullum.*]¶*Iuxta poſsibilitatẽ.*] id eſt, ſecundum facultatem, & viri nobilitatem, vt ff. de iur. do. quæro. ff. de reli. ſi quis ſepulchrum. §. vltimo.

e ¶ *Dos.*]ex hoc dicũt quidam, quòd ſemper aliquid dandum in dotem: & ſi nimia paupertas cogat, ſaltem dabis vnum denarium: quod nõ concedo. & hoc eſt conſilium.

1. 3. diſt. 13. c. ſi. Pol. ibid. Bur. l. 9. c. 5. Iuo p. 8. ca. 143. Pã. l. 6. c. 10.

SED QVAERITVR. Hæc eſt 2. pars quæſtio. in qua quæritur, vt j. e. ſequitur. ſecundum Io. de Fan.

Feminæ.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur, quòd feminæ ideo velantur cũ maritantur, vt oſtendatur quòd ſemper debent eſſe ſubditæ viris ſuis. In ſecũda parte dicitur, quòd ideo in vitta inſimul colligantur, ad oſtendendum, quòd fidem cõiugalem debent ſemper adinuicem obſeruare. In tertia parte oſtenditur quid candor & rubor in vitta ſignificent. In quarta quid annulus ſignificet. & quare in quarto digito inſeratur. Secunda pars ibi, *Item quod nubentes.* Tertia ibi, *At vero.* Quarta ibi, *Item quod in primis.* Eodem pignore, id eſt, ſigno. Sequens ca. patet.

a Hĩ in cap. lib. 6. c. 131.

β Bur. l. 9. ca. 6. Iuo p. 8. c. 144. Pan. l. 6. 6. 6.

f ¶ *Subditas.*]]. 33. q. 5. cum caput. & ca. mulierem.

4 Iuo par. 8. c. 7. & 8. Pan. l. 7. c. 8.

† al. ſubiectas.

‖ Annuli dãtio facit pſu- m pro matrimonio.

a Vt R. & B.

g ¶ *Annulus.*]] dicit Il. quòd per traditionem annuli à ſponſo vel donationem arrharum præſumitur pro matrimonio: arg. ext. de præſum. illud. & hoc etiam videtur per orationes Greg. quæ dicuntur in benedictionibus, vbi dicit, Benedic Domine has arrhas. & arg. 27. quæ. 2. ſi quis vxorem. Alij a dicunt ſponſalia tantum præſumi, niſi detur annullus a ſacerdote. arg. 3. ca. noſtrates. vel niſi ſit de conſuetudine loci quòd annulus detur in matrimonio. & eſt ſi. quod dicit lex in archa, quod nõ facit emptionem, ſed eſt eius ſignum. inſti. de empt. & ven. in prin.

virgo caſta, & deſponſata a in virginitate, & dotata legitime, & à parentibus tradita† & à ſponſo, & a paranymphis accipienda: & ita ſecundum legem, & Euangelium publicis nuptiis in coniugium liquide ſumenda, & omnibus diebus vitæ (niſi ex conſenſu, & cauſa vacandi Deo) nunquam propter hominem ſeparãda, & ſi fornicata fuerit ᵃ dimittenda, ſed illa viuente altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei nõ poſſidebunt, & pœnitẽtia illius ᵝ per ſcripturam ᵇ recipienda.

¶ *Burchardus etiam, Anſelmus, Iuo, & Pannormia citant ex Leone. Sed fere idem in cõcilio Rhemenſi Trosleiano. c. 8. & lib. 7. capitular. c. 279. refertur ex B. Auguſtino. & j. 36. q. 2. c. tria. (quod citatur ex B. Hieronymo) in illa verba. & reliqua, quæ ſequuntur in prædictis, videntur inducari quæ in hoc capite continentur.*

a ¶ Fuerit.]*In concilio Troſleiano, & capitularibus ſequitur.* & vir eius voluerit.

β ¶ Illius.]*In iiſdem legitur*, & pœnitentia illi recipienda.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 13.

¶ Quomodo ſponſus, & ſponſa ad benedictionem accedant. C. V.

1 Sponſus & ſponſa cum benedicẽdi ſunt a ſacerdote, à parentibus ſuis, vel à paranymphis offerantur ᵃ, qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia ᶜ ipſius benedictionis in virginitate permaneant.

a ¶ Offerantur.]*Sequebatur, in eccleſia ſacerdoti, quæ abſunt a conciliorum editionibus, & codicibus manuſcriptis, Burcharde, & Iuone, nec habetur 5 diſt. 23. c. ſi. vbi hoc idem affertur.*

Item ex concilio Arelatenſi, c. 6. [2]

¶ Sine publicis nuptiis nullus ducat vxorem. C. VI.

3 Nullum ſine dote fiat cõiugium: iuxta poſſibilitatẽ ᵈ fiat dos ᵉ: nec ſine publicis nuptiis quiſquam nubere, vel vxorẽ ducere præſumat.

His omnibus auctoritatibus occultæ nuptiæ prohibentur: atque ideo cum contra auctoritatem ſunt nuptiæ, pro infectis haberi debent.

Sed quæritur, quid ſibi velint illæ ſolennitates velaminis, & annuli, quæ in coniugiis obſeruantur. De his ita ſcribit Iſidorus 2. lib. de officiis, c. 19.

¶ Quare feminæ velantur, dum maritantur. C. VII.

4 Feminæ dum maritantur, ideo velantur, vt nouerint ſe ſemper maritis ſuis ſubditas† ᶠ eſſe, & humiles. ¶Item, quòd nubentes poſt benedictionem vitta ᵃ inuicem, quaſi vno vinculo copulãtur, videlicet ideo fit, ne cõpagem cõiugalis vnitatis dirumpãt. ¶ At vero, quòd eadem vitta cãdido, purpureoque colore permiſcetur, candor quippe ad mũditiam vitæ, purpura ad ſanguinis poſteritatẽ adhibetur: vt hoc ſigno & continentiæ ᵝ lex tenenda ab vtriſque ad tempus admoneatur, & poſt hæc reddendũ debitum non negetur. ¶Item quòd in primis negotiis annulus ᵍ à ſpõſo ſponſæ datur, fit hoc nimirum vel propter mutuæ fidei ſignum, vel propter id magis, vt eodẽ pignore eorũ corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idem inſeritur, quòd in eo vena quędã, vt fertur, ſanguinis ad cor vſque perueniat.

a ¶ Vitta.] *In editione Iſidori Colonienſi legitur*, vitæ vno inuicem vinculo copulãtur, videlicet, ne compagem, &c. *In Vaticano autem codice*, poſt benedictionem à Leuita vno inuicem, &c.

β ¶ Continentiæ lex.]*Sic emendatum eſt ex originali impreſſo & manuſcripto. Antea enim legebatur*, vt hoc ſigno & continẽtia, & lex continendi ab vtriſque ad tempus admoneantur.

Item Ambroſius in libro de Patriarchis. [5]

¶ Nuptiæ dicũtur ab obnubendo, eo quod caput ſuum obnubere ſoleant. C. VIII.

3 Nec illud otioſum, quòd cum veniret Rebecca, vidit Iſaac ambulantem: & cum interrogaſſet, quis eſſet, cognito, ꝙ ipſe eſſet, cui duceretur vxor ʰ, deſcendit, & caput ſuum obnubere cœpit: docens verecundiam nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia ſe puellæ obnuberent.

4 *Sed obiicitur præmiſsis. Multa ſunt, quæ prohibentur, quæ ſi fiant, ex poſt facto conualeſcunt. Prohibentur vouentes matrimonia contrahere: quæ tamen ſi contraxerint, inuiolata permanere oportet. Sic & clandeſtina cõiugia contra leges quidem fiunt, tamen contracta diſſolui non poſſunt: quia ex legitimo voto ſubſequente corroborantur. Vnde Euariſtus cum dixiſſet* [7 *aliter præſumpta non ſunt coniugia, ſed adulteria*] *addidit* [*niſi voluntas propria ſuffragauerit, & vita ſuccurrerit legitima.*]

Hinc etiam in nouellis [1 8].

NEc illud.] hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua probat magiſter, quòd verecundiam debent prætendere mulieres cum nubũt. Ioan. de Fan.

h ¶ Vxor.]iam ergo erat vxor, & deſponſata. arg. 32. q. 2. §. cum ergo. Et eſt argum. quòd matrimonium poteſt contrahi inter abſentes, qui numquam ſe viderunt: quod verum eſt ſi fama vel aliquo alio modo ſe nouerũt: & in ignotos ex toto conſentire non poſſumus: ſed in eos qui non ſunt penitus ignoti, poſſumus conſentire, vt 64. diſtin. cap. 1. & 2. & diſtinct. 65. c. 2. & 3. Quod inter abſentes matrimoniũ contrahatur ᵇ, eſt argumẽ. extra qui cleric. vel vouen. veniens. ff. de ritu nupt. mulierem. ff. de ſpon. ſufficit. & dicit lex, ꝙ omnes cõtractus qui conſenſu contrahuntur, inter abſentes celebrantur. ff. de contrahen. empt. l. 1. §. eſt autem. dum tamen hoc agatur. non enim dico quòd ſolus conſenſus facit matrimonium, niſi hoc ſit actũ inter conſentientes, argu. 27. qu. 2. ſufficiat. & dicit lex, quòd inſpiciendum ſit quid agatur. ff. de act. & oblig. obligationum. Argumẽ. contra extra de ſpon. duo. duobus. ibi corde & ore, & ſi non ſtringit, &c. Sed dic quòd ore dicuntur conſentire, cum procuratores eorum nomine conſentiunt. Sed quid dices ſi aliquis conſenſum ſuum exprimat alicui feminæ per litteras, & ante receptas ab illa iſte pœniteat? Hug. dicit non eſſe matrimoniũ, licet illa conſentiat: quia requiritur quòd duret voluntas prioris. Nam requiritur ibi mutuus conſenſus. ſecus tamen eſt in aliis mandatis. nam licet reuocetur mandatum altero ignorãte, tamen contractus tenet, vt ff. mand. ſi mandaſſem. Argumẽ. tamen eſt contra. ff. de d uor. ſi pœnituit. Item ſecus eſt in electione, vt ext. de elec. cum inter.

‖ *Matrimonium inter abſentes cõtrahi poteſt.*

b Hoc hĩ ex tra de con- uerſ. coniu. ex parte.

5 lib. 1. de Abraham c. 9.

6 Iſid. lib. 8 offi. 1 c. 19. Gen. 24.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua probat, quòd clandeſtinũ matrimoniũ tenet ſi probari poteſt. nam ſine vera probatione nullus debet condemnari. & hoc probat per vnam legem, & per 4. c. Io. de Fant.

7 3 e aliter. 8 Iul antec. cõſti 74 c 4

CASVS. Supra dictũ eſt in §. his omnibus. quòd clandeſtina coniugia pro infectis haberi debẽt. nunc allegat G. pro contraria parte, dicens quòd multa fieri non debent. facta tamen non rumpuntur, vt matrimonia ſimpliciter vouentium: ſic etiam clandeſtina coniugia fieri non debent: facta tamen tenent. & ad hoc inducit legem ſeq.

i ¶ *In nouellis.*]in authent. quib. mod. nat. effic. legiti. §. penultimo. collat. 6.

Si quis

¶ Matrimoniũ an contrahã, ſi dicam, iuro q te pro vxore habebo.

a Sent. 4. diſ. 28. Iuo p. 8. c. 44 & p. 16. c. 142. Pann. l. 6. c. 7.

Si quis diuinis.] Casvs. Dicitur in hac l. quòd ſi quis iuramento interpoſito promiſit ſe habiturum de cetero aliquam in vxorem, matrimonialiter conſentiendo in ipſam: legitima erit vxor, etſi nulla dos vel ſcriptura interueniat.

a ¶ *Habiturum.*] ‖Sed nunquid per hæc verba futuri temporis, iuro q habebo te pro legitima vxore: contrahitur matrimonium? non videtur, cum hæc verba hic poſita futuri temporis ſint, vt extr. de cõ. ap. ca. vlt. & extra de ſponſa. de illis. lex tamen iſta dicit quòd ſic, & eſt verum: quia hoc verbum habebo, reſpectum habet ad præſens tempus [b]. aliud eſſet ſi diceretur, iuro, quòd ducam te in vxorem, &c. & q illa verba ad præſens tempus referantur, probatur ext. de matrimo. contra. contra interdi. ec. ex litteris. Vel habiturum, id eſt habitam me retenturum. B.

b Et ſic licet ſit futuri temporis, tñ trahitur ad præſens, & ideo vel ext. de ſponſ. ex parte. quæ bene cum hac l concord. arg. ff de ver. ‖ ſi qui ſtipulatus. ff. ad Tertul. ſilij. Io de Fan.

Epiſt. 2.

HIS ITA RESPONDETVR. Casvs. Reſpondet modo G. dicẽs quòd clandeſtina matrimonia non negantur eſſe matrimonia, nec iubentur diſſolui, ſi probari poſſunt. ſed ideo fieri prohibentur, quia mutata voluntate vnius eorum matrimonium probare non poterit, cum iudex incertam ſententiam ferre non debeat: quod probat auctoritate Sixti. & ad hoc inducit ſequentia cap. quorum proxim. patet. *Quouſque*, id eſt, æternaliter: q numquam iudicamus: & ponitur improprie.

Epiſt. 1. *ca.* 2.

2. *Cor.* 4.

b ¶ *Confeſſione.*] ſecce aperte dicit G. q confeſſioni & ſacramento coniunctorum occulte debeat credere eccleſia, cum aliter probari non poteſt eos contraxiſſe: quod intelligo cum confitentur pro matrimonio, tunc eorum confeſſioni ſtatur. niſi præiudicetur primo vel ſecundo matrimonio, vt extra de eo qui cog. conſang. ſuper eo. tunc enim non ſeparatur ſecundum matrimonium ob hoc: licet videatur contra, extra de rapt. cum cauſam. nam ibi dicitur credendum eſſe confeſſioni mulieris, quæ erat in monaſterio. Sed dicas q illud, vel, ibi ponitur pro &, & ſecundum hoc idem eſt in matrimonio carnali & ſpirituali. arg. contra. extra de reg. & tran. ad relig. vidua. cur enim inferior erit lex diuina, vt 12. q. 2. cum deuotiſſimam. Vel dic aliud eſſe in matrimonio ſpirituali. Cum autem agitur ad matrimonium diſſoluendum, non: quia dicunt nullum eſſe propter conſanguinitatem, vel aliud impedimentum: non creditur eorum confeſſioni, etiam cum ſacramento, niſi aliud adminiculum interuenerit. 35. q. 6. ſi duo. ꝫ. 33. q. 1. requiſiſti. Si autem agitur ad ſeparationem mutuæ ſeruitutis, crederetur tunc confeſſioni alterius. extra de diuor. ex litteris. vnde in matrimonio non ſemper creditur aliquib. contra ſe. ‖ Item pone q ſtabam cõtra matrimonium & dicebam me habere aliam vxorem, non probaui me habere: numquid iſta defuncta poſſum ſtatim cõtrahere? videtur quòd non: quia ſui confeſſus contra me. Vel pone quòd dicebam aliquam eſſe vxorem meam: non probaui, numquid poſſum cum alia contrahere? videtur quòd non. eadem ratione: q cuilibet creditur contra ſe. 14. q. 2. §. 1. Sed dic quòd poſſum. arg. ff. de ac. poſſeſ. naturaliter. §. vlt. extra de cau. poſſ. & prop. paſtoralis. nam ibi habes quòd ſi egi rei ven. poſſum agere interdicto vti poſ. licet ſint contraria. nam per primum contendo non me poſſidere: per ſecundum dico me poſſidere. ‖ bene enim poteſt quis agendo proponere contraria, vel excipiendo: & talis caſus eſt expreſſus extra de deſp. imp. atteſtationes. ſed non aſſerendo, vt no. 13. q. 1. in fi. talibus tamen qui ſic iurant, non debet dari licentia contrahendi. cum per ſententiam ſeparentur: ſed ſuæ ſunt conſcientiæ relinquendi, vt extra de iureiur. mulieri.

¶ Teſtimonia coniunctorum an faciant fidem in cauſa matrimoniali.

¶ Quæſtio duplex circa matrimonium.

¶ Contraria poſſunt proponi agendo vel excipiendo.

c ¶ *Confeſſione*] 33. q. 1. ſi quis. contra, ſed ibi de carnali commiſſione: hic de ſponſalibus agitur.

C. IX.

1 SI quis diuinis tactis ſcripturis iurauerit mulieri legitimam ſe eam vxorem habiturũ [a], vel ſi in oratorio tale ſacramentũ dederit: ſit illa legitima vxor [a], quamuis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit.

a ¶ Vxor.] *Apud Iulianum anteceſſorem, ex quo videtur ſumptum hoc capitulum, ſequitur, ſi tamen ei coniuncta fuerit.*

His ita reſpondetur. Coniugia, quæ clam contrahuntur, non negantur eſſe coniugia, nec iubentur diſſolui, ſi vtriuſque confeſſione [b] probari poterunt: verum tamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confeſſione [c] fides iudici fieri nõ poteſt. Vnde publice, cum alterius vota in alteram partem ſe tranſtulerint, pro priori coniugio, quod iudici incertum eſt, ſententia ferri non poterit. Incerta enim (vt Sixtus Papa ſcribit epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis) nemo Pontificum iudicare præſumat: & quamuis vera ſint, tamen credenda [d] nõ ſunt, niſi, quæ certis indiciis comprobantur, niſi, quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor Papa ſcribit Theophilo epiſcopo. [Incerta chariſſime, nullatenus iudicemus, quouſque [e] veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quamuis enim vera ſint, non tamen credẽda ſunt, niſi quæ manifeſtis indiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur.]

Item Euariſtus Papa, epiſt. 2. omnibus epiſcopis.

¶ Ante iuſtam probationem nullus eſt iudicandus, aut damnandus.

C. X.

2 NVllum [f] ante veram, iuſtamque probationem iudicare, aut damnare debemus, te ſte Apoſtolo, qui ait [Tu qui es, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat, aut cadit] Mala itaque audita nullum moueant, nec paſſim dicta abſque certa ꝓbatione quiſquam vmquam credat: ſed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat.

Rom. 14.

Item Eleutherius Papa, epiſtola ad Galliæ prouincias.

¶ Non ſunt aliqua iudicanda prius, quàm certis demonſtrentur indiciis.

C. XI.

IVdicantem oportet cuncta [g] rimari, & ordinem [h] rerum plena [i] inquiſitione diſcutere. interrogandi [k], reſpondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata [a] [l] ſit pleniter: nec litigantibus iudex prius velit ſua ſentẽtia obuiare, niſi quando ipſi iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quouſq; ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat [m], quod annecti conueniat.

a ¶ Illuminata. *In locis indicatis legitur, limitata. in pleriſque autem vetuſtis Gratiani exemplaribus, luminata.*

d ¶ *Credenda.*] arg. ex his auctoritatibus & ſequentibus cap. ‖ quòd iudex non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata debet iudicare [c]. infra de conſecrat. diſt. 5. c. vlt. ꝫ. 15. q. 5. presbyter. ꝫ. 2. q. 5. Deus omnipotens. ꝫ. 3. q. 7. iudicet. 11. q. 3. eorum. & c. quamuis. & c. graue. & c. ſummopere. arg. 11. q. 3. tunc vera. & c. plerumque. contra. argu. 24. q. 3. Deus quando. contra.

e ¶ *Quouſque.*] id eſt, æternaliter, quaſi dicat, numquam iudicamus. & ponitur improprie, ſicut ibi, Donec ponam inimicos, &c. ibi, Sede à dextris meis donec ponam, id eſt, ſede æternaliter.

NVllum ante.] Casvs. Dicitur hic, quod non debemus ferre ſententiam ante veram & iuſtam probationem. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicẽtis, Tu qui es, &c. Mala enim audita nõ debent aliquem mouere vt præcipitet ſententiã ſuã. *Alienum*, id eſt, ab alio iudicandum.

f ¶ *Nullum.*] ꝫ. 2. q. 1. Deus omnipotens. ꝫ. diſt. 86. ſi quid. ꝫ. 11. q. 3. eorum. & c. in cunctis.

IVdicantem.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd iudex debet omnia diligenter inquirere, & ordinem negotij plena inquiſitione ab vtraque parte inquirere. & tunc debet ad ſententiam venire, cum nihil fuerit prætermiſſum: *Actio*, id eſt, negotium. Sequentem autem §. per te videbis.

g ¶ *Cuncta.*] videtur ergo, quòd à teſte poſſit inquirere an talis ſit vt poſſit teſtari, vt 2. q. 7. quærendum [d]. non tamen in omnibus erit ita curioſus, quia quædam licet ſciamus, diſſimulare debemus, vt ff. de noua. de li. in fi. & 22. q. 2. c. vtilem.

h ¶ *Et ordinem.*] & circunſtantias omnes, extra de teſtib. cum cauſam. & eſt ſi. C. de iud. iudices. & in auth. iubemus. 2. q. 1. in primis. & 23. q. 8. occidit Phinees.

i ¶ *Plena.*] in petitorio, ſed in poſſeſſorio ſufficit ſummatim tangere negotium. ff. ad exhib. l. 3 § ſciendum. de re iud. a diuo. & extra vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. in fi.

k ¶ *Interrogandi.*] hic vides quod pars à parte, & iudex à partibus poteſt facere interrogationes: vt hic, & extra de do. & cont. prout. & ff. de interro. act. ſi ſine. & extra de conceſ. præb. & eccl. non vac. poſt electionem. Similiter aduocati poſſunt interrogare, ff. de adult. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. Cauſarum enim merita, partium aſſertione panduntur, vt extra de in integr. reſt. tum ex litteris. C. ſi per vim, vel alio mod. l. 2. ſed in hoc differt interrogatio iudicis ab interrogatione partis: quia ſi partes adinuicem interrogant, oportet quòd pars interrogans prius ponat aliquid: ne calumnioſe videatur interrogare, ſed aliud eſt cum iudex interrogat.

l ¶ *Illuminata ſit pleniter.*] nam fructus diuinus eſt ſæpius iuſtitiã recenſeri. 35. q. 9. graue.

m ¶ *Remaneat.*] ergo etiam poſt apertas atteſtationes poteſt fieri interrogatio: quia vbicumque æquitas mouet iudicem, poteſt interrogare, vt ff. de inter. act. vbicumque. Sed an omnia prætermiſſa poſſit iudex ſupplere, dubitari conſueuit. ‖ Certum eſt quòd defectum aduocatorum poteſt iudex ſupplere circa ius, vt C. vt quæ deſunt aduo. l. vnica. & extra de poſtul. præl. bonæ memoriæ. vbi dicit, nos pro ipſo curauimus allegare. ſed videtur quòd etiam de facto poſſit ſupplere, vt extra de conſue. cum dilectus. & de app. conſtitutis. in fi. ff. de pet. her. l. vlt. nam ſi aduerſarius non eſt præſens, poteſt iudex ſupplere eius abſentiam, vt C. de ap. l. vlt. C. de temp. ap. l. 2. §. vlt. & iudex contra naturam actionis poteſt ferre ſententiam, vt ff. de redhib. act. bouem. §. aliquando. & extra de conceſſ. præb. & eccl. non vac. ex parte [e]. Ad hoc dico [f] quòd iudex non poteſt ſupplere de facto, niſi aliquid in præſentia ſui actum ſit, vt quia aliquem citauerit, vel quòd inſtrumentum quoddam coram ipſo lectum

a ¶ Iudex ſecundum allegata iudicet.

b Adde ad hanc q. not. in l. illicitas. §. veritas ff. de of. pręſo. Spe. tit. de ſen. prol. §. qualiter. res. item debent. ꝫ. 2. q. 5. Deus omnipotens. Anſ. l. 3. cap. 67.

c Et in decr. Iul. 3. c. p. 31. & in ca. Hadriani. c. 16. & in ca. l. 5. c. 246. Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. ca. 316. & 317. Pann. l. 4. ca. 119. & 104.

b Adde ſi teſtis ſit criminoſus. an teneatur reſpondere interrogat[e], glo. in l. qui iuraſſe § ſi p̃ff de iure iur. Bar. l ſi duo prons. ff e.

¶ interrogationes. quibus poſſunt fieri.

¶ iudex de quo poteſt ſupplere.

e per iſtam dec. ex parte. non probatur id ad quod probandum inducitur. per Ioan. nam ibi q. quoad partes determinata erat vbi & caret dẽnt tobore firmitas. & ſed ibi Papa voluit gratiam facere illis ſic receptis extra iudicium ex officio. & ibi inducit rationes quæ ipſum mouet. quia talia facienda. non ſunt ſine can. arg. ff. de tranſa cum hi. §. vlt. ext. de conc. præb. cum noſtris ext. de ac. cum dilectis ſecundum Hug.

f Iſtam glo. tet Bart. in l. C. de dil. quem ſequi

tur Alex. de lectum ſit, vel quòd tempora appellationis lapſa ſint: vt C. de tem. ap. l. 2. §. vlt. ſimiliter dico quòd in his quæ ſpectant ad ſubſtantiam electionis, poteſt iudex ſupplere, vt 47. diſt. de Petro. ſi tamen altera pars negaret, non ſtatur verbo iudicis, niſi quatenus probauerit legitimis documentis, vt extra de probat. quoniam contra. B.

Imp per iſtã gl. in l. dubitandũ. col 4. C. vt quæ deſ. ad idem tenet In. in c. veniens. de ac. ui.

Ex præmiſsis manifeſte colligitur, quòd pro incertis a certis [a] recedendum non eſt: nec in re dubia certa danda eſt ſententia. Cum autem fides dubia ret, niſi teſtium approbatione, vel legitima confeſſione iudici fieri nõ valet, teſtes autem auctoritate Calixti Papæ de alijs cauſis, vel negotijs teſtimonium dicere nõ valeant, niſi de his, quæ ſub eorum præſentia facta noſcuntur: apparet clandeſtina coniugia ideo eſſe prohibita, quia cum alter eorum coniugalem affectum ſe ad alterum habuiſſe negare voluerit, legitimis probationibus conuinci non poterit: quibus deficientibus, iudicis ſententia rite abſolutus, reatum adulterij vterque incurrit, dum vtroque eorum viuente alijs ſe copulauerint.

CAVSA XXXI.

Vxorem [b] cuiuſdam alius conſtuprauit: eo mortuo adulter adulteram ſibi in vxorem accepit, filiam ex ea ſuſceptam cuidam in coniugem ſe daturum iurauit: illa aſſenſum non præbuit, deinde pater alij eam tradidit: à primo repoſcitur.

1 *Quæritur, an poſſit duci in coniugium, quæ prius eſt polluta per adulterium.*

2 *Secundo, an filia inuita ſit tradenda alicui.*

3 *Tertio, an poſt patris ſponſionem illa poſſit nubere alij.*

QVÆSTIO I.

1\. p. *Adulterio [c] polluta prohibetur duci in coniugium auctoritate Leonis Papæ, qua dicitur.*

¶ Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium.

C. I.

3 NVllus [d] ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.

Sed Auguſtinus econtra teſtatur, ſcribens ad Valerium de nuptijs, & concupiſcentia, lib. 1. cap. 10.

¶ Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius polluit adulterio. C. II.

4 DEnique mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri [a] [e] poteſt coniugium, cum quo præceſſit adulterium.

Item in libro de bono coniugali, c. 14.

¶ Poſſe ſane fieri nuptias ex perſonis male coniunctis, honeſto [f] placito poſtea conſequente, manifeſtum eſt.

a ¶ Fieri poteſt coniugium.] *In editionibus operum B. Auguſtini, & vno Vaticano codice, vnoque item Gratiani exemplari legitur,* fieri verum connubium non poteſt. *In duobus vero Vaticanis recentioribus eiuſdem libri abeſt negatio.*

Hæc vltima auctoritas Aug. de concubinis loquitur, perhibens concubinas poſſe tranſire ad honeſtum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Auguſtini loquitur de repudiata: quã, dum viuente viro ſuo quicumque ducit in coniugium, committit adul. crimen: cuius adulterij aliquam habet veniam, dum eius copula creditur [g] eſſe licita [h]. ¶ Illud vero Leonis Papæ de ea intelligendum eſt quæ à viro ſuo nõ erat repudiata: cuius viuebat vir reddens ei coniugale debitum.

Vnde in concilio apud Althæum habito præſente Conrado rege ſtatutum eſt. c. 6.

¶ Nullus ducat in coniugium, quam polluit prius per adulterium.

C. III.

5 ILlud vero communi decreto ſecundum canonum inſtituta definimus, & præiudicamus [i], vt ſi quis cum vxore alterius eo viuente fornicatus fuerit, moriẽte marito, ſynodali iudicio aditus ei claudatur [k] illicitus, ne vlterius ei cõiũgatur matrimonio, quam prius polluit adulterio†. Nolum[9] enim, nec Chriſtianæ religioni conuenit [l], vt vllus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

Hic [m] ſubaudiẽdum eſt, niſi prius peracta [n] pœnitentia [o], & ſi nihil in mortem viri machinatus fuerit: vel ſi viuente [p] viro fidem adulteræ non dedit ſe ſumpturum eam ſibi in coniugem, ſi viro eius ſuperuiueret.

Vnde in concilio Triburienſi legitur.

¶ Poſt mortem viri non poteſt adulteram in coniugium ducere, qui viro viuente iuramentum ſibi futurarum nuptiarum præbuit.

C. IIII.

† In Tribur. c. 51. Burc. l. 9. c. 74. Iuo p. 8. c. 211. Pan. l. 7. c. 10.

a ¶ A certis.] tene certum, & dimitte incertum, vt de pœ. diſt. 7. c. 3. in fi. nam in incertis locus eſt cõiecturis, vt extra de homi. ad audientiam. & ff. de ver. ob. continuus. §. 1. ff. de rit. nup. adoptiuus. §. ſemiles. Io.

13. q. 9. teſtes.

Xorẽ cuiuſdam.] CASVS. In præcedẽti cauſa tractatũ eſt de quibuſdam impedimentis matrimonij. Ideo nunc G. annectit hãc cauſam 31. in qua tractat de alijs impedimentis matrimonij. ſcilicet, verum aliquis poſſit ducere in vxorẽ quam polluit per adulterium. Addit in hac cauſa alia impedimenta, ſcilicet violentiam, & enormitatem delicti. adiungit & de fide ſponſalium non frangenda. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema de quo tres elicit quæſtiones.

a Vide conſt. nouã ſyno. Trident. ſeſ. 24. in decr. de refor. matrim. c. 1.

b ¶ Vxorem cuiuſdã.] in hac cauſa addit G. duo alia impedimenta matrimonij, ſcilicet enormitatem criminis, de qua tractat in 1. q. & coactionem, de qua tractat in ſecunda. Adiungit etiam in 3. quæſtio. de fide ſponſalium non frangenda. vt autem hæc, &c. not. quòd licet enormitas delicti impediat matrimonium contrahendum, non impedit tamen niſi in his caſibus ſcilicet, cum quis commiſit inceſtum. 32. q. 7. ſi quis viduam. & cum quis interfecit vxorem. 33. q. 2. admonere. & in alijs caſibus notatis. 27. q. 1. hi qui. de alijs non reperitur expreſſum quòd impediant, niſi quis velit dicere de ſolenniter pœnitente de quocumque crimine quod impediat, vt 33. q. 2. de his. quod non admitto. illud tamen non eſt verum, quòd nullum crimen dirimit iam contractum, niſi in duobus caſibus ſequentibus. vbi non tantum crimen quantum conſtitutio eccleſiæ dirimit.

¶ Matrimoniũ verũ impediatur ob delicti enormitatem.

3 Sent. 4. di. 35.

4 Sent. ibid. Iuo p. 8. c. 10. Pa. l. 6. c. 45.

ADulterio.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per ſex canones, quòd nullus ducat in matrimonium quã polluit per adulterium. Secunda ibi, *Sed obijcitur.* Tertia ibi. *Verum.* Ioan.

CASVS. Hic intitulatur 1. q. qua quæritur an aliquis poſſit ducere in vxorem quam polluit per adulterium. Et certum eſt quòd ſic: niſi in tribus caſibus, ſcilicet ſi machinatus eſt in mortem viri: vel niſi viuente viro contraxit cum ea de facto: vel eo viuente dedit ei fidem de contrahendo cum ea, vt j. ea. relatum. & c. ſeq. & extra eo. cum haberet. G. tamen pro vtraque parte allegat: poſtea ſoluit, & male. j. ea. §. hæc vltima. ſed verã ſolutionem ponit, in §. hic ſubaudiẽdum. omnia aũt plana ſunt vſq; ad c. illud vero. Et quod dr̃ j. in vlt. c. illicite. intellige ſiue per fornicationem, ſiue per adulterium.

¶ Adulterio polluta, an poſſit à ſuo corruptore duci.

c ¶ Adulterio.] Hic depingitur 1. q. ſcilicet an poſſit aliquis in vxorem ducere quam polluit per adulterium. & videtur quòd ſic, vt j. ead. denique. Niſi in tribus caſibus: puta ſi viuente marito dederit ei fidem quòd ſi maritus præmoreretur, eam duceret. Vel ſi alter in mortẽ mariti cum effectu machinatus eſt, vt j. ea. relatum [a]. & extra de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. ſignificaſti. Et in tertio quando publice eam duxit. ext. e. cum haberet. Inn. tamen tantum duos caſus excipit. ext. eo. tit. veniens. & poteſt dici, quòd tertius continetur ſub primis: quia qui publice contrahit cũ aliqua, fidem dat ei, quòd eam vellet perpetuo habere. Magiſter tamẽ allegat ad vtrãque partem, & poſt diſtinguit, & male. j. ead. §. hæc vltima auctoritas. vltimo ponit veram ſolutionem in §. hic ſubaudiendum. Car. vult diſtinguere inter publicum adulterium, & tunc non poſſit ducere eam: & priuatum vel occultum, vt tũc poſſit. ſed hoc non probauit. ar. pro hoc 30. q. 1. c. 6. Io. hodie autem ſi quis vxore viuente alij fidem dederit, vel cum ea contraxerit de facto: ſi nec ante, nec poſt cognouerit eam, poſt mortem vxoris contrahere poteſt cum ea, vt extra de eo, qui dux. in matr. c. vlt. H.

a Et c. ſi quis viuente.

d NVllus.] hęc verba latius patẽt quàm eorum ſententia. deberet enim potius dici econuerſo, ſ. quilibet ducat niſi in trib. caſibus tantum exceptis. reſtringuntur enim hæc verba ad duos caſus vel tres tantum. ar. ff. qui pe. tu. credẽdum. ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. notauimus. Io.

e DEnique.] ¶ Fieri.] Iuſſi aliquis illorum caſuum interueniat, quos dixi in ſumma.

† Concord. tex. II. Claudius. & ibi Barto. ff de his quib. vt ind.

f ¶ Honeſto placito.] i. maritali affectu.

g ¶ Creditur.] ignorantia iuris vel facti craſſa. ff de iu. & fact. ign. nec ſupina. 1. q. 4. §. ſi.

h ¶ Licita.] & tũc poteſt eam retinere primo viro mortuo. & hoc falſum eſt.

ILlud vero.] CASVS. Statutum fuit in hoc ca. vt ſi quis cum vxore alterius fuerit fornicatus marito mortuo, aditus ei claudatur illicitus: quoniam non poterit matrimonialiter copulari cum ea quam prius polluit per adulterium. *Præiudicamus*, i. præ alijs iudicamus, quaſi firmiter ſtatuimus. Seq §. patet.

i ¶ *Et præiudicamus.*] i. præ alijs iudicamus.

k ¶ *Claudatur.* Arg. quòd ſi iuraui de cetero non cognoſcere concubinam meam: ſi poſtea cum ea contraham, & cognoſcam non ſum periurus: quia per iuramentum illicitus aditus tantum mihi clauditur: quia non intellexi niſi de illicito. arg. 22. q. 5. humanæ. & nota vt etiam plura arg 11. q. 3. quod prædeceſſor.

¶ Iurans de cetero non cognoſcere cõcubinã, ſi cõ illa cõtrahit periurũ nõ incurrit.

l ¶ *Conuenit.*] in duobus caſibus tantum. vel nec conuenit, i. non eſt honeſtum.

m ¶ *Hic.*] i. in hoc loco, in c. 1. huius q.

n ¶ *Peracta.*] quantum ad primum c. & ad ſi. prox. ſuperioris c. quod dic peracta, ſupple vel incepta. ar. ext. de eo qui cog. con. veniens.

o ¶ *Pœnitentia.*] hoc quantum ad illud c. denique.

p ¶ *Viuente.*] in his duobus caſib. etiam ſi mortuo viro eam accepit, eſt ab ea auctoritate Apoſtolica ſeparãdus: quia hæc prohibitio perpetua eſt. ext. de eo qui du. in mã. ſignificauit nobis. & ca. cũ haberet.

Relatum

RElatum.]Casvs. Quidam vxorem alterius eo viuente corrupit:& ei fidem dedit,quòd poſt mortem legitimi viri ſi ſuperuiueret,eam duceret in vxorem,qui poſt mortem mariti eam duxit in vxorem.quod cum relatum fuiſſet in Triburien.concilio, ſtatuit concilium non eſſe matrimonium inter eos.

a ¶ *Violaſſe.*] quid ſi non violauit, ſed dedit fidem quòd remanebit cum ea? dicit Hug. quòd de ea re non vacante non debuit promiſſionem recipere vel dare: vnde non poteſt cum ea remanere.arg.2.q.1.in primis.ibi, *ad Malachitanam.* Alij dicunt contra quòd canones nõ videntur loqui niſi de adulteris. Opi. H.corrigitur extr. ea. cap,vlt.

a Sen 4.diſ 35 Burc l.9. c.66.Iuo 8.c.201. Pã. l.7.c.9.

b ¶*Viuente.*] & ita ei viuente viro fidẽ dedit. vnde non debet cum ea remanere. ar. 2.q.1.in primis.ibi, *ad Malachitanam.*

a in Meld.c. 69.

c ¶*Dediſſe.*]multo fortius ſi eam duxit viro viuente, ſeparandi ſunt. extra de eo qui dux.ca.ex litterarum. & c.cum haberet.

3 Burc l.9 c. 65. Iuo p.8. c 201.Pann. l.7.c.11.

d ¶ *Et anathematizamus.*] id eſt, ſeparamus, ſic exponitur 2. q.1.in primis.ibi, *ſi ad Malachitanam.* 37. q. 2.de coniugali.

† al. ſubingatur.

SI *quis viuente.*] Casvs. Quidam vxorem alterius eo viuente cognouit. viro poſtea defuncto duxit eam in vxorem. Dicitur hic vt pœnitentiam agat, & retineat, niſi illa vel ille illum occidiſſe notetur, vel niſi conſanguinitas,vel alia iuſta cauſa interuenerit. *Regula*, vtendi contracto matrimonio. *Actio criminalis*, i. affinitas contracta per crimen.

e ¶ *In proximo.*] factũ recitat. maior tamen eſt contra eum præſumptio ob hoc.

f ¶ *Regula.*] Contrahendi ſcilicet matrimonium, vt contrahatur cũ illa. & quod dicit ſi expedierit, hoc iõ dicit ſi timeatur lapſus iuuenilis incontinentiæ, vt 33. q.2.in adoleſcentia.&. prox.cau.q.6. qui cõtra. ſed illud ex rigore,iſtud ex miſericordiæ diſpenſatione.vel hic de contracto, ibi de contrahendo matrimonio.vel hic de ſimplici, ibi vero de inceſtuoſo adulterio,quòd eſt grauius,32. q.7.§.ſed illud.

4 ext. de diuor. c.1.Bur. l.6.c.41. Iuo p.10. c.169.

1 RElatum eſt auribus ſanctorum ſacerdotũ, quemdam alterius vxorem ſtupro violaſſe [a], & inſuper mœchæ viuente [b] viro ſuo, iuramentum dediſſe [c], vt poſt legitimi mariti mortem, ſi ſuperuixiſſet, duceret vxorem: quod & factum eſt. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus [d].

¶ *Huius cap. ſententia quidem eſt in canone 40.concilij Triburienſi.,quod extat.Sed cum Burchardus hoc citet ex c.3. videtur alterius eſſe,quod deſideratur.*

Item in eodem [2].

¶Poſt peractam pœnitentiam poterit viduam in coniugem ducere, quam viuo viuente per adulterium polluit.

C. V.

3 SI quis viuente marito coniugem illius adulteraſſe accuſatur,& eo in proximo [e] defuncto eandem ſumpſiſſe dinoſcitur: omnimodis publicæ pœnitentiæ ſubiiciatur †. De quo etiam poſt pœnitentiam præfatam„ ſi expedierit,ſeruabitur regula [f]:niſi forte vir,aut mulier virum,qui mortuus fuerat, occidiſſe [g] notetur, aut propinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod ſi probatum fuerit,ſine vlla ſpe coniugij maneant perpetuo [h] cum pœnitentia.

¶ *Burchardus & Iuo citant ex concilio Meldenſi,c.69.vbi habetur.* In Decretalibus vero *tit.de eo qui dux.in vx.quam pol.per adul.c. cum haberet.Clemens iij. hoc ipſum citat ex concilio Triburienſi, vt* Gratianus*, & Panormia.*

„¶Præfatam.]*In Meldenſi legitur,* præfata, *vt indicetur regula tam ibi tradita, c. 65. & citatur infra 36.q.2. ſi autem.*

[*Item ex concilio apud Vermerias.*]

PALEA. C. VI.

14 SI qua mulier in mortem mariti ſui cum aliis conſiliata ſit,& ipſe vir aliquem illorum ſe defendendo occiderit,ſi probare poteſt ille vir eam ream eſſe cõſilij,poteſt(vt nobis videtur)ipſam vxorem dimittere, * ſi voluerit, aliam ducere. Ipſa autem inſidiatrix pœnitentiæ ſubiecta abſque ſpe coniugij maneat.

¶*Hæc palea eſt in multis vetuſtis exemplaribus,in quibus paleæ eſſe non ſolent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias etiam in exceptis decretorum monaſterij B. Trudonis, & apud* Burchardum*, & Iuonem: quamuis in decret.tit.de diuor.c.1. corrupte in vulgatis codicibus ſit,* Ex concilio apud Vormaciam. *Antea quidem in titulo huius paleæ legebatur,* ex concilio Eliberitano apud Vermerias. *Inducta vero eſt dictio,* Eliberitano. *quæ ſpectat ad ſequens cap. Palearum enim interpoſitio ſæpenumero in titulis occaſionem huiuſmodi erroribus dedit.*

¶Et ſi voluerit aliam ducere.] *Abſunt hæc ab Iuone.In Decretalibus autem legitur,* poteſt ipſe poſt mortem vxoris,ſi voluerit,aliam ducere.

Item ex concilio Eliberitano, c.72.

¶Poſt pœnitentiam reconcilietur ad communionem vidua,quæ mœchum ſuum in virum accepit.

C. VII.

ij SI qua fuerit [i] vidua mœchata,& poſtea eundem habuerit maritum, poſt quinquennij [k] tempus acta legitima pœnitentia placuit eam ad communionem„ reconciliari.

„ ¶Ad communionem.] *In variis exemplaribus huius concilij tam impreſſis,quam manuſcriptis legitur,* communione reconciliari.

2 *Sed obijcitur.David* [l] *cum Bethſabee adulterium commiſit, & mortem Vriæ machinatus eſt: & tamen eamdem Bethſabee poſtea duxit in vxorem. Sed in veteri* [m] *teſtamento multa permittebantur propter infirmitatem, quæ in Euangelij perfectione eliminata ſunt: ſicut permittebatur* [n] *quibuſlibet dare libellum repudij, ne per odium funderetur ſanguis innoxius. Quod poſtea in Euangelio Dominus prohibuit. dicens vxorem a viro non eſſe dimittendam, niſi cauſa fornicationis. Quædam permittebantur cauſa infirmitatis, & ſacramenti futurorum: ſicut Dominus permiſit filiis Iſrael offerre animalia ſibi in ſacrificium,quæ in Aegypto conſueuerant immolare dæmonibus, malens* [o] *ea ſibi offerri, quàm idolis:& vt eſſent illis ſacramenta futurorum. Sic & Bethſabee permiſſa eſt duci in vxorem, non magis cauſa ſuæ infirmitatis* [p]*, quàm ſignificatione* [q] *futurorum. Sed eſt alia ratio, quæ vxor defuncti huic nubere non poſſit. Generaliter enim prohibentur viri & mulieres frequenter matrimonia contrahere.*

Vnde in conuiuio ſecundarum nuptiarum presbyteri intereſſe non debent: ſicut in Neocæſarienſi concilio, c.3.& 7 legitur.

g ¶ *Occidiſſe.*]Hoc ipſo vt coniungerentur. aliud ſi caſu: quia forte inimici ſunt:vel. ex alia cauſa:tũc ducere poterit vxorem eius. ext. de conuerſ.infid.laudabilem.§.ad hoc.vbi etiam arguitur, quòd ſi ante baptiſmum machinatus ſit,poſt baptiſmum cum vxore defuncti non contrahat: ‖& ita huiuſmodi peccata non delentur in baptiſmo.Et not.quòd dicit occidiſſe. vnde niſi machinatus fuerit cum effectu,nõ impeditur [a]:puta ſi voluerit dare venenum, & non dederit. ſed nec impeditur qui mortem viri ratam habet: dum tamen non præcepit: licet aliás in maleficiis retrotrahatur ratihabitio.ff.de vi & vi arm.idem.§.cum procurator.27.q.1.c.1.

‖ peccata q. dĩ in baptiſmo non ita delentur, vt nõ relinquãt aliquid impedimenti.
a Hæc ſentẽtia approbatur ext. de eo qui du. in ma c.3 in glo 2.

h ¶ *Perpetuo.*]niſi ſit iuuenis,vt 33.q.2. in adoleſcentia.& c.antiqui. & c.interfectores.33 q.6.ſi duo.

SI *qua fuerit.*] Casvs. Quædam viuente marito adulterata eſt cum quodam,quem mortuo marito in virum accepit. Dicitur in hoc cap.quòd debet agere pœnitentiam per quinquennium, & poſtea debet ad communionem admitti.

i *Si qua.*] aliàs eſt §. Reſpicit hic §. præcedentem. hic eſt ſubaudiendum,vbi tria dixit. & ad ea tria introducit capitula.

k ¶*Poſt quinquennij.*] ſed nonne pro adulterio vij.annis debet pœnitere?Sic [b], ſed ſunt arbitrariæ pœnitentiæ.

b Vt 33.q.2. hoc ipſum.

SED OBIICITVR.Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua quæritur vtrũ ſit peccatum contrahere ſecundas nuptias. & eſt dicendum quòd non: licet littera videatur aliter ſonare. ſed eſt exhortatio caſtitatis: non autem reprobatio nuptiarum. Ioan. de Fant.

Casvs. Dictum eſt ſupra in cap. ſi quis. quòd aliquis poteſt ducere in vxorem quam prius polluit per adulterium: niſi vir vel mulier virum qui mortuus eſt, occidiſſe notetur. Sed obiicit Grat. dicens, quòd Dauid machinatus eſt in mortem Vriæ,& Bethſabee vxorem eius cum qua prius adulteratus fuerit, in vxorem accepit.Sed ſtatim reſpondet dicens, quòd multa permittebantur in veteri teſtamẽto cauſa infirmitatis, quæ hodie non permittuntur: ſicut libellus repudij olim permittebatur, qui hodie prohibetur. quædam eñ permiſit Dominus cauſa infirmitatis, & ſacramenti futurorũ, ſicut permiſit filiis Iſrael offerre animalia: ſic & Bethſabee cauſa infirmitatis & ſignificatione futurorum permiſſa eſt taliter duci. Eſt etiam alia ratio quare ſic corrupta duci nõ poſſit: quia viri & mulieres frequenter contrahere prohibentur. Vnde etiam ſacerdotes ſecundis nuptiis intereſſe nõ debent. Ad quod inducit ſequens cap.

2. Reg.11.
Deut. 24.
Matth.19.
Leuit.9.

l ¶ *Dauid.*] hanc hiſtoriam habes 50.diſ. §.econtra.

m ¶ *In veteri.*] ‖ planius dixiſſet, quòd ideo fuit matrimonium inter Dauid, & Bethſabee, quia eccleſia nondum prohibuerat.argum.32.quæſt.4.obiiciuntur.& c.dixit.

‖ Matrimoniũ fuit inter Dauid & Bethſabee.

n ¶*Permittebatur.*]no.hanc permiſſionem comparatiuam eſſe.erat enim vtrumque malum:ſed vnum minus,quod permiſit, ne maius committeretur,ſcilicet homicidium.ſi.j.33.q.2.ſi quod verius.

o ¶ *Malens.*] 22.q.1.conſidera.

p ¶ *Infirmitatis.*] quia non fuit peccatum Dauid ſuæ improbitatis æſtus,ſed vmbra myſterij.de pœn.diſt.3.illud.

q ¶*Significatione.*] vt de pœn.diſt.3.illud. ‖Dauid enim interpretatur manu fortis,id eſt,Chriſtus, qui fortiter debellauit aereas poteſtates. Vrias,lux mea Deus. & ſignificat diabolum, qui transfert ſe in angelum lucis: & etiam lucidus creatus fuit, quem etiam Deus ſuperauit. j. de pœnit. diſt. 2.principium.26.q.5.nec.Bethſabee interpretatur puteus vij.& ſignificat eccleſiam gentilium:quæ hauſit dona ſeptiformis gratiæ,& Chriſto copulata eſt,vt 32. quæſt. 3.§.his ita.id eſt,cum prius adhæreret Vriæ, id eſt diabolo per cultum idololatriæ.

‖ Dauid, Vrias, & Bethſabee qualiter interpretantur.

DE his qui.] Casvs. H. intellexit hæc cap. de his, qui ſimul habent plures vxores, vel de his, quæ plures habent viros, de quibus dicitur quòd pœnitere debent: nec debet ſacerdos talibus nuptiis intereſſe. Quidam etiam hoc c. intelligunt de his qui contrahunt ſecundas nuptias cauſa ſaturandæ libidinis. Alij dicunt, quòd hoc dictum eſt ad terrorem. Sed potes dicere, quòd cum dicitur, frequenter: intelligitur de illis qui ardore libidinis contrahunt: cum dicitur, nubunt, intelligitur de illis qui primis viuentibus contrahunt.

1 4. ſen diſt. 42. Bur. l. 9. c. 21. Iuo p. 8. c. 160.

a ¶ *Ducunt.*] plures ſimul, hodie ſcilicet vnam cras aliam viuente prima. de talibus ſecundis nuptiis intellige hoc capitulum.

2 C. 7. eiuſdē. Bur. l. 2. c. 133. Iuo par. 8. c. 48. Pan. l. 6. c. 67. Mart. Brac. in græc ſynod. c. 38.

b ¶ *Tempus.*] ſcilicet pœnitentiæ.

c ¶ *Debere.*] id eſt, debet deponi, ſi prior vxor viuat. 11. quæſt. 3. Teugualdum. & etiam intelligas intereſſe per conſenſum, vel etiam vt benediceret nuptias: quod non debet, vt extr. de ſec. nupt. c. 1.

HAc ratione & Apoſtoli.] Casvs. Beneuen. ſic ponit hunc caſum. hic fit mentio de duplici permiſſione. Vna Moyſi, qua permittebatur vxori dare libellum repudij, & aliam ducere. alia Apoſtoli: qua mortua prima permittitur ducere ſecundam, quæ in hoc ſunt ſimiles: quia vtraque excuſari poteſt à pœna corporali. *Diſsimiles.* quia Apoſtolica excuſat à peccato, Moſaica non: nec etiā Moyſes illud præcepit, ſed volens permiſit. Hug. etiam eundē caſum innuit hac ratione, quia Moyſes illud permiſit. *Fornicatio,* id eſt, diuiſio carnis.

† *permiſerunt* 1. Cor. 7.

d ¶ *Hac ratione.*] id eſt, ſimili ratione. ſicut Moyſes permiſit dare libellum repudij, vt vitaretur homicidium: ſic Apoſtolus permiſit ſecundas nuptias, vt vitaretur fornicatio 42. q. 2. §. his ita.

Deut. 24. Matth. 16. ‖ Libellus repudij quare fuit permiſſus.

e ¶ *Fornicatio.*] cum ea quam permiſit Moyſes poſt repudiatam aſſumi [a]. 33. q. 2. ſi quod verius.

a Ad hoc 32. q. 7. c. 1. & 2. & ext. de diuor. gaudemus & cap. quando.

f ¶ *Licenter.*] quia pœnam temporalem non patiebantur.

g ¶ *Quia.*] reſpicit hoc alium locum Matthæi, illud ſcilicet, quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. quo audito dixerunt Phariſæi: quid ergo mandauit Moyſes dare libellum repudij, & dimittere? & dixit illis: quoniam ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: quaſi dicat, non præcepit, cum ſit malum. non enim cum ſit malum, ſine vitio eſt quod ignoſcitur, non præcipitur. 13. diſt. nerui.

h ¶ *Præcipimus.*] id eſt, permittimus. ſic ponitur 55. diſtinct. qui patrem [b]. 50. domino ſancto.

b Si. 26. diſt. q. ſine. Hu. diſt. 4. c. denique.

QVomodo virginibus.] Casvs. In hoc c. redarguit Hier. eos, qui ſimul plures habent vxores: & eas quæ ſimul plures habent maritos. Primo exemplo Samaritanæ à Domino reprehenſæ. Secundo ratione inſtitutionis matrimonij. Tertio exemplo Lamech inde puniti grauiter. Quarto, argumento à minori, dupliciter inferens ex ſimplici bigamia ad talem. In fine reprehendit quoſdam qui dicebant, quòd viduis non erat conceſſum ſecundum matrimonium niſi in caſu. Plurimas ſimul vxores viduas, de facto. Et hunc caſum innuit. H. & bene. immo expreſſe ſic ponunt, vt per te videbis.

¶ Fides, & conuerſatio pœnitentiam breuiat eorum, qui frequenter ducunt vxores.

C. VIII.

1 DE his, qui frequenter vxores ducunt [a], & de his, quæ ſæpius nubūt, tempus [b] quidem pœnitentiæ his manifeſtum conſtitutum eſt: ſed conuerſatio, & fides eorum tempus abbreuiat.

¶ 2 Presbyterum vero conuiuio [a] ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere [c]: maxime [b] cum præcipiatur ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere: quis erit presbyter, qui propter conuiuium illis conſentiat nuptiis.

a ¶ Conuiuio.] *In vulgatis erat*, connubio. *Emendatum eſt ex vetuſtis, & originali ipſo. Græce eſt*, μὴ ἑστιᾶσθαι.

b ¶ Maxime cum. *Hic græce ſic habet*, [Greek text illegible]: *id eſt.* Nam pœnitentiam petente bigamo, quis erit presbyter, qui hoc ipſo, quòd intereſt conuiuio, nuptiis conſentit?

Item Ioannes Chryſoſtomus. [*id eſt auctor operis imperfecti, in Matth. homil. 32.*]

¶ Secundum veritatis rationem fornicari conuincitur, qui ſecundam duxit vxorem.

C. IX.

HAc ratione [d] & Apoſtoli præceperunt † ſecundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam ſecundam quidem accipere ſecundum præceptum Apoſtoli eſt, ſecundum veritatis autem rationem, vere [a] fornicatio [e] eſt. Sed dum permittente Deo publice, & licēter [f] committitur, fit honeſta fornicatio. Propterea bene dixit, quia [g] Moyſes hoc permiſit, non præcepit. Aliud eſt enim præcipere, aliud permittere. Quod [b] enim permittimus, nolentes præcipimus [h]: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus.

a ¶ Vere fornicatio.] *Longe cautius loquitur verus Ioannes Chryſoſtomus cum alibi, tum potiſsimum in epiſto. ad viduam iuniorem de non iterando coniugio: quæ nuper Romæ eſt impreſſa: negatque perſpicue ſecundum matrimonium fornicationem eſſe.*

b ¶ Quod enim permittimus.] *Sic eſt in gloſſa ordinaria ad cap. 5. Matthæi, in verſicul.* libellum repudij. *Sed in homilia citata hoc modo,* Quod enim præcipimus, ſemper placet: quod autem permittimus, nolentes præcipimus †.

† al. permittimus.

Item Hieronymus contra Iouinianum, libro primo.

¶ Vt vitetur periculum fornicationis, ſecunda matrimonia conceduntur.

C. X.

QVomodo virginibus [i] ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excuſabile facit, quod per ſe [k] non appetitur: ita ob eādem fornicationem vitandam concedit viduis ſecunda matrimonia. Melius eſt enim licet alterum & tertium, vnum virum noſſe, quam plurimos: id eſt, tolerabilius eſt vni homini proſtituram eſſe, quam multis. Siquidem & illa in Euangelio Ioannis Samaritana ſextum ſe maritum habere dicens [l] arguitur à Domino, quòd non ſit vir eius [m]. vbi enim numerus [n] maritorum eſt, ibi vir, qui proprie vnus eſt, eſſe deſiit. Vna coſta a principio in vnam vxorem verſa eſt. [& erunt, inquit, duo in carnem vnā] non tres [o], neque quattuor: alioqui iam non duo, ſed plures. Primus [p] Lamech ſanguinarius, & [q] homicida vnam carnem in duas diuiſit vxores, fratricidium, & bigamiam eadem cataclyſmi [...]

Ioan. 4. ‖ Mulier in plures ſimul cōſentiens, nihil agit. Gen. 2. Gen. 19.

i ¶ *Quomodo virginibus.*] Casvs. Hier. in hoc c. redarguit eos qui ſimul plures habent vxores. Primo exemplo Samaritanę à Domino reprehenſæ. Secundo ratione inſtitutionis coniugij. Tertio exemplo Lamech inde grauiter puniti. Quarto vtendo argumento à minori de Lamech non vero bigamo ad verum bigamum. In fi. reprehendit quoſdam qui dicebant ſecunda matrimonia non eſſe cōceſſa viduis niſi in caſu.

‖ vxores plures ſimul habere non licet.

k ¶ *Per ſe.*] Matrimonium enim propter ſe non appetitur: quia non ducit ad vitam [a]: ſed tamen eſt appetendum cauſa vitandæ fornicationis & propter prolem. infra proxi. cauſa. q. 2. §. his ita.

a *id eſt, non primo intenditur ad vitandum.*

l ¶ *Dicens.*] immo dixit ſe non habere virum in Euangelio. ſed Hierony. reſpexit hic non quod in ore protulit mulier: ſed quod in mente habuit. bene enim gerebat in corde ſe virum habere. vnde Dominus ſecundum opinionem eius dixit, Vade, voca virum tuum, quaſi dicat, quē putas tuum. & illa quaſi conſentiendo ſic ſe ſentire, dixit: video quia propheta es tu. & ſic eſt arg. quòd qui dicit aliud quam vox ſignificat, potius dicit id quod intendit dicere, quam id quod vox ſignificat, quod eſt cōtra illud 22. q. 2. ſi autem ff. de reb. dub. in ambiguo.

m ¶ *Vir eius.*] quia illum & alios ſimul habuit: quod non licebat Iudæis, vt extra de diuor. gaudemus.

n ¶ *Vbi enim numerus.*] Argu. quòd ſi qua in plures conſentire velit in ſimul, nihil agit: vt ſi dicat, conſentio in vos, niſi forte alter eſſet conſanguineus: tunc forte teneret matrimonium cum reliquo. Vel dic vbi numerus, ſ. ex quo aliquis bigamus eſt, ibi vir qui proprie vnus eſt, id eſt Chriſtus, eſſe deſiſtit: & quia in eo deficit ſacramentum Chriſti & eccleſiæ, & hoc conſonat expoſitioni prox. c.

o ¶ *Tres.*] Arg. quòd minor numerus quandoque excludit [c] maiorē, quandoque minorem, vt extra de teſti. licet. in fi. [d]

c Cōtra ſ6. 15 diſt. [...] gloſ. alibi.

d [...] maior numerus nō excludit minorē [...]

PRIMVS LAMECH. Hiſtoria legitur in Geneſi, quòd cum Cain per inuidiam interfeciſſet fratrem ſuum Abel, maledixit ei Dominus. vnde dixit Cain, Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. omnis ergo qui inuenerit me, occidat me. & Dominus ad Cain, Non ita fiet: ſed qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. cumque terram vt profugus habitaſſet: Lamech, qui ab eo ſextus deſcendit, duas habebat vxores Addam & Selliam: dum venationem exerceret, & oculi eius caligarent: iudicio pueri qui eum ducebat, ſagittam dirigens Cain occidit inter fruteta latentem, quem feram eſſe exiſtimabat: quo comperto occidit adoleſcentem, qui eum ducebat, & dixit eis: Audite vxores Lamech, quia occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentem per liuorem meum. ſeptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech ſeptuagies ſepties. Sequens §. patet. & dicit hic quòd Gratianus intellexit præcedens c. de ſecundis nuptiis licitis, ſicut & præcedentia duo ca. ſed Hugo. tenuit contrarium.

p ¶ *Primus.*] Hæc dictio, primus, non conſtruitur cum hac dictione ſanguinarius: quia Lamech non fuit primus homicida, ſed Cain: ſed conſtruitur cum hac dictione, diuiſit.

q ¶ *Atque.*] pro id eſt.

Cataclyſmus eſt diluuium.

a ¶ *Cataclyſmi.*] id eſt, diluuij. à cata, quod eſt circum, & clyſma, quod eſt diffuſio: quaſi circumquaque diffuſio.

b ¶ *Deleuit.*] i. puniuit. 𝔷. 24. q. 3. an non contra. ſed hic narratur res prout geſta eſt: ibi myſterium. nam peccatũ Lamech deſignat peccatum humani generis: quod diluit ſalutifer aduentus Chriſti.

tertiam ducere non licet, vt in auth. quomodo oport. epiſc. §. ſi autem. coll. 1. ſed illa correcta ſunt: & ſic per hanc dictionem, nuptiæ, non tantum primæ, ſed etiam vlteriores nuptiæ deſignantur. Et ſic eſt arg. contra. ff. de ver. ſig. boues. §. 1. & ff. de leg. 3. fideicommiſſ. §. ſi quis decem.

mi[a] deleuit[b] pœna: de altero[c] ſepties[d], de altero[e] ſeptuagies ſepties[f] vindicatum eſt. Quantũ diſtat in numero[g], tantum & in crimine. Quàm ſancta[h] ſit bigamia, hinc oſtenditur, quòd bigamus in clericũ eligi non poteſt: & ideo Apoſtolus ad Timotheũ [Vidua, inquit, eligatur[i] non minor ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.] Hoc omne præceptum de his eſt viduis, quæ eccleſiæ paſcuntur eleemoſynis: & idcirco ætas præſcribitur, vt illæ tantum accipiant pauperum[k] cibos, quæ iam laborare non poſſunt. Simulque conſidera, quòd, quæ duos habuit viros, etiam ſi anus eſt, & decrepita, & egens, eccleſiæ ſtipes non meretur accipere[l]. ſi autem panis illi tollitur eleemoſynæ, quanto magis ille panis, qui de cœlo deſcendit, quem qui indigne comederit, reus erit violati corporis, & ſanguinis Chriſti? Quamquam[m] hęc teſtimonia, quæ ſupra poſui, in quibus[n] viduis conceditur, vt, ſi velint, denuo nubant, quidam interpretantur ſuper his viduis, quas amiſſis maritis ſic inuenerit fides Chriſti.

1. *Tim.* 5.

1. *Cor.* 11.

3 *Verum*[o] *hoc enim in exhortationem vidualis continentiæ, non in condemnationem ſecundarum, & deinceps nuptiarum putamus dixiſſe: quas multorum auctoritatibus conſtat licitas eſſe, vt ex verbis eiuſdem datur intelligi.*

Ait enim ad Pammachium in Apologetico contra Iouinianum.

¶Nec duæ, nec tres, nec deinceps nuptiæ ſunt condemnandæ.

C. XI.

1 Aperiant quæſo, aures obtrectatores[p] mei, & videant me ſecundas, & tertias nuptias conceſſiſſe in Domino. Qui ſecũdas, & tertias non damnaui, primum potui dãnare matrimonium? *Idem ibidem.* ¶Non damno bigamos, immo nec trigamos[q], & ſi dici poteſt, octogamos. *Idem ibidem.* ¶ Ego etiam nunc libera voce proclamo, non damnari in eccleſia bigamiam, immo nec trigamiam: & ita licere quinto, & ſexto, & vltra, quomodo & ſecundo marito nubere.

Item Auguſtinus, lib. 2. contra aduerſarium legum, & prophetarum, cap. 11.

¶Secunda coniugia, ſicut & prima, licita eſſe probantur.

C. XII.

2 Deus maſculum, & feminam propagandi generis cauſa nuptiali caſtitate[r] coniunxit: & ſecundas nuptias, quæ in vtroque[a] teſtamento permittuntur[s], licitas eſſe monſtrauit.

a ¶ Vtroque.] *In originali eſt*, nouo quoque, *cuius veræ lectionis ſunt veſtigia in aliquot Gratiani exemplaribus. Habent enim*, vno quoque. *Ac certe de vetere teſtamento nulla erat dubitatio. Sed non eſt mutatum, quoniam auctor gloſſæ videtur legiſſe*, vtroque.

Idem ſuper primam epiſtolam ad Corinthios.[3]

¶De eodem. C. XIII.

4 Qvòd ſi dormierit[t] vir eius.] Non dicit, primus, vel ſecundus, vel quotus: nec nobis definiendum eſt[u], quod non definit Apoſtolus. Vnde nec vllas debeo damnare nuptias, nec eis verecundiam numeroſitatis auferre[a]. Dominus autem ſeptẽuiram non damnauit †[x], nec dicit in reſurrectione[y] non poſſe eſſe, ſed tantum [Neque nubent, neque nubentur.] Vnde nec contra humanæ verecundiæ ſenſum audeo dicere, vt quoties voluerint, nubant: nec ex corde meo[z] quoſlibet nuptias cõdẽnare. Quod dicitur vniuiræ, hoc & omni viduæ [Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit.

¶ Gratianus retulit verba gloſſæ ordinariæ, ad cap. 7. primæ ad Corinth ex Auguſtino, in libro de bono viduitatis, c. 12.

a ¶ Auferre.] *Antea erat*, inferre. *Emendatum eſt ex gloſſa, & B. Auguſtino, cuius verba referunt cæteri collectores.*

† *alias damnat*

Matth. 22.

1. *Cor.* 7.

c ¶ *De altero.*] id eſt, de peccato alterius, ſcilicet Cain.

d ¶ *Septies.*] quia vindicta ſumpta eſt de eo vſque ad Lamech ſeptimum ad Adam, ſextum ad Cain, vel quia punitus in ſeptẽ generationibus ſuis, quæ in diluuio perierunt.

e ¶ *De altero.*] id eſt, de peccato alterius: ſcilicet Lamech.

f ¶ *Septuagies ſepties.*] quia Lamech in lxxvij. animabus fuit punitus quæ proceſſerũt de lumbis eius. Vel dic ſepties, i. perfecte ſeptuagies ſepties, i. perfectius: iuxta illud: O *terque quaterque beati*, i. perfecte beati. Videtur ergo quòd magis peccauit Lamech quam Cain: quia magis punitus eſt: & quod peccatum Lamech grauius fuit vindicatum, quia plura commiſit, duo, ſcilicet homicidium, & adulterium. Cain, fratricidium tantum.

Lamech punitio.

Lamech plus peccauit quam Cain.

g ¶ *In numero.*] pœnarũ, id eſt, maioritate.

h ¶ *Quàm ſancta.*] ironice hoc dicit. & loquitur de altera bigamia, de vera ſcilicet.

i ¶ *Eligatur.*] non intelligas quod debeat talis eligi in abbatiſſam. nam illa erit virgo lx. an. vt 20. q. 1. iuuenculas[a]. ſed vt paſcatur ab eccleſia.

a Et facit Sid. viduę & c. ſeq. Io. de Fan. & idem tenet hic L.

k ¶ *Pauperum.*] 81. diſ. c. viduæ. & c. ſeq.

l ¶ *Non meretur accipere.*] non dicit non accipiat: nec dicit vt non detur: ſed nõ meretur accipere: quia nõ datur ratione meriti: ſed datur miſericorditer ratione obſequij.

m ¶ *Quamquam.*] hoc reſpicit principium cap. vbi conceditur viduis ſecunda matrimonia cõtrahere. Dicebãt enim quidam, quòd illæ viduę tantum poterant contrahere, quas mortuis maritis infidelibus fides iam viduas inueniebat, quæ ſcilicet iam factæ viduæ conuertebantur.

1 Sen. 4. diſt. 42. Iuo p. 8. c. 170. Pan. l. 6. cap. 6. ſ viduæ põt indiſtincte contrahere.

n ¶ *In quibus.*] ſcilicet teſtimoniis.

VERVM. Hæc eſt 3. pars quæſt. in qua probat quòd non ſit peccatum contrahere ſecundas nuptias, & deinceps Ioan. de Fant.

o ¶ *Verum.*] magiſter hoc ca. intelligit de ſecundis nuptiis licitis[b]. ſed competentius intelligitur de illicitis. alter exemplum de Lamech non congrueret. quare tam aſpera proponeret Hieronymus, cum auctoritate Apoſtoli licita ſint, non video.

b idẽ intelligebat Ioan. ſed L. & Io. de Fan. tenent, quod ſequitur.

APeriant.] CASVS. Quidam æmuli Hieronymum reprehendebant dicentes eum damnare nuptias, & maxime ſecundas. Quibus Hieronymus reſpondet dicens: ſi nuptias, maxime ſecundas concedo, qualiter damno matrimonium, vel primas nuptias? vnde libera voce proclamo, quòd nec etiam octauas nuptias condemno. Seq. cap. patet.

p ¶ *Obtrectatores.*] quia dicunt me damnare matrimonia.

q ¶ *Trigamos.*] vt in Bro. lib. 9. ne quiſquam. contra. ibi dicitur, quòd

r DEum.] ¶ *Nuptiali caſtitate.*] Ergo caſtitas eſt inter coniugatos, quæ ſancta dicitur. 30. diſt. §. hæc ſcripſimus. poteſt ergo eorum concubitus dici caſtitas. arg. 𝔷. 31. diſt. Nicæna.

Caſtitas eſt inter cõiugatos.

s ¶ *Permittuntur.*] ſi ergo in vet. teſtamento permittuntur, quomodo dicitur Apoſtolus permiſiſſe? Dic, permiſit, id eſt, permiſſum eſſe oſtendit, redigendo in ſcriptis propter quoſdam, qui dicebant ad vxorem non accedẽdum cauſa incontinentiæ.[c]

2 Sent. ibid Iuo par. 8 c. 86. vſque ad l. 6 ca. 22. & 62.

QVòd ſi dormierit.] CASVS. In hoc cap. primo ponuntur verba Apoſtoli. Secundo, verba Auguſti. exponentis verba Apoſtoli. Vndę cum Apoſtolus non definiat de primo matrimonio, ſecundo vel tertio: Auguſti. nullas vult nuptias condemnare, exemplo Domini, qui ſeptẽuiram, non damnauit. ſed licet ſecundo contrahentes non damnentur: beatiores tamen erunt, quæ in caſtitate permanſerint.

c Similiter not. ĩ prox. cauſa q. 2. in prin.

3 Gl. ord. ad c. 7. eius epiſtolæ.

4 Sent. ibid. Iuo par. 8 c. 268. Poly 6. tit. 4. Pann. l. 6. cap 59.

1. *Cor.* 7.

t ¶ *Quòd ſi dormierit.*] Verba Apoſtoli.

u ¶ *Nec nobis definiendum eſt.*] hic argu. quòd non licet alicui definire, vel determinare, vel excipere quod canon non excipit, vel definit, vel determinat. argu. 19. diſt. ſi Romanorum. 𝔷. 27. q. 1. lex humanæ. 23. q. 5. ſi non licet. & 19. q. 1. ſunt nonnulli. & 2. q. 5. conſuluiſti. & 28. q. 1. idololatria. & 55. diſt. ſi Euangelica. & 𝔷. 1. q. 3. ſaluator. & 𝔷. 22. q. 5. hoc videtur. Sed contra arg. ff. de teſti. l. quæſitum. j. de conſec. diſt. 2. liquido. & intelligo, non licet iniuſte & male contra rationem, & contra canonem. 33. q. 2. quos Deus.

Canone nõ definiente, definire nõ licet.

x ¶ *Non damnauit.*] cum quæreretur ab eo cui deberet coniungi. Et eſt arg. quod interrogando aliquis quid ponat, vt ff. de ver. ob. l. 1 § ſi quis ita. 𝔷. eo. quomodo. ibi, *dicens, &c.* ſed excipiendo non, vt ff. de exce. non videtur. arg. contra. 22. q. 2. quæritur.

Interrogãs ponit.

y ¶ *In reſurrectione.*] Sadducæi negantes reſurrectionem futuram contra opinionem Phariſæorum qui eam credebant, id eſt homines futuros in eodem ſtatu. dicebant ſcilicet quòd debebant commiſceri ſicut nunc faciunt, & quemlibet recepturũ vxorem quam hic habuerat, vt Phariſæos confunderent, talem eis quæſtionem fecerunt. Ecce aliqua habuit hic octo viros, cuius illorum erit vxor in iudicio? quam quæſtionem ſoluere non potuerunt: quam cũ poſtea Sadducæi proponerent Ieſu, reſpondit: erratis neſcientes ſcripturas: quia in reſurrectione neque nubent, neque nubentur: ſed erunt ſicut angeli Dei.

Reſurrectio negabatur à Sadducæis.

z ¶ *Nec ex corde meo.*] id eſt præter diuinæ ſcripturæ auctoritatem quilibet enim debet probare quod dicit. non ex ſuo ſenſu moueri. 37. diſt. relatum.

QVod autem.] C a s v s. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur, an aliqua nubere ſit cogenda: & præciſe dicendum eſt quòd non, vt in ſequentibus cap. probatur: niſi forte fecerit ſibi præiudicium per ſponſalia de futuro ſponte contracta: tunc enim prius eſt admonenda, & poſtea aliquantulum cogenda, vt dicit Hug.

latum ab aduerſario.
h ¶ *Iordane.*] argu. ei qui coactionem eſt paſſus, probationem competere.
i ¶ *Prædicta.*] Raynaldus licet confeſſus fuerit in iure eam ſuam eſſe vxorem: nec probare potuit. non enim ſolui poteſt matrimonium ex vna parte, vt extra de deſponſat. impub. atteſtationes. de hoc 30. quæſt. 5. §. ſed obiicitur.

QVÆSTIO II.

QVòd autem [a] *aliqua non ſit cogenda nubere alicui, Ambroſius teſtatur ſuper epiſto. 1. ad Corinth.* [*Nubat, cui vult: tantum in Domino.*] *id eſt, quem ſibi aptum putauerit, illi nubat: quia inuitæ nuptiæ ſolent malos prouentus habere.* [*Tantum autem in Domino. Hoc eſt, vt ſine ſuſpicione turpitudinis, nubat, & viro ſuæ religionis nubat.*

Item Iudicium Vrbani Papæ.

¶Iuramento patris non cogitur puella nubere, cui numquam aſſenſum adhibuit. C. I.

2 SI verum eſſe cōſtiterit, quod nobis legati Iordanis† principis retulerūt, ſcilicet, quod ipſe coactus [b], & dolens filiam ſuam infantulam [c] nolentem, flentem, & pro viribus retinentem, nō aſſentientibus, ſed valde dolētibus matre, & parētela, Raynaldo Rodelli† filio deſpōſauerit, quoniam canonum, & legum auctoritas talia ſponſalia (vt infra oſtenditur) non approbat, ne ignorātibus leges, & canones, nimis durū, quod dicimus, videatur, ita ſententiam temperamus [d], vt ſi princeps cū filiæ, matris, & parentelæ aſſenſu id, quòd cœptū eſt, perficere voluerit [e], concedamus. Sin autem, legatus noſter vtraſque partes audiat: & ſi nihil fuerit ex parte ſupradicti Raynaldi amplius, quod impediat [f], ab ipſo [g] Iordane [h] ſacramentum, quòd ita conſtent hæc, vt dicta ſunt, accipiat: & nos canonum, ac legū ſcita ſequētes, deinceps non prohibemus, quin alij viro, ſi voluerit, prædicta [i] filia eius nubat: tantum in Domino.

[*Econtra Hormiſda Papa ſcribit Euſebio epiſcopo.*]

PALEA. C. II.

3 TVa ſanctitas nos requiſiuit, frater venerande, de filio adulto, quē pater matrimonium contrahere vult, ſi ſine voluntate filij adulti facere poteſt. Ad quod dicimus, ſi aliquo modo non cōſentit filius, fieri non poſſe. Poteſt autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum diſcerni poteſt pater eum, cui vult, in matrimonium tradere: & poſtquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino obſeruare, & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus, ſancitū à nobis tenendū mandamus.

¶ *Palea hæc in Decretalibus eſt c. primum. 11. de deſp. imp. & in vulgatis quidem citatur ex Honorio: ſed in prima Decretalium collectione, ex Hormiſda, vt hic.*

Item Vrbanus ſecundus Sanctio [a] *regi Aragonum.*

a ¶ Sanctio.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis exemplaribus, Panormia, & hiſtoriis regum Aragonum. Nam antea erat, Sacratio.*

¶Quorum vnum futurum eſt corpus, vnus debet eſſe & animus: atque ideo nulla eſt inuita copulanda alicui.

C. III.

4 DE neptis tuæ coniugio, quā te cuidam militi daturum neceſſitatis [k] inſtante articulo ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc æquitate dictante decernimus, vt ſi illa virum illum omnino, vt dicitur, renuit, & in eadem volūtatis auctoritate perſiſtit [l], vt viro illi prorſus ſe deneget nupturam, nequaquam eam inuitam, & renitentem eiuſdem viri cogas coniugio ſociari. Quorum enim vnum corpus eſt, vnus debet eſſe & animus: ne forte virgo, cum fuerit alicui inuita copulata, cōtra Domini, Apoſtolique præceptum, aut reatum diſſidij [m], aut crimen fornicationis incurrat. Cuius videlicet peccati malū in eum redundare [n] conſtat, qui eam coniunxit inuitam. Quod pari tenore de viro etiam eſt ſentiendum.

Item Nicolaus Rodoaldo Portuenſi, & Ioāni Ficolenſi epiſcopis.

¶Non licet deſerere viro, quam præmiſſis dotibus, & publica atteſtatione duxit vxorem.

C. IIII.

5 LOtharius rex (in commonitorio [a] [o]) profitetur, Gual-

[Nubere nō eſt aliqua cogenda. 1 C. 19. ad c. 7. Iuo p. 8. c. 19.]

a ¶ *Quod autem.*] hic quæritur an aliqua ſit cogenda nubere: & reſp. eſt quod non: quia in matrimonio animus debet gaudere plena libertate, vt ex. tra de ſpon. cum locum. immo etiam licet culpa alicuius præceſſerit metū, tamen ille metus excuſat eum à matrimonio, vt extra c. veniens. ſi autē quis deſponſauit aliquam, bene eſt cogendus, vt ducat eam, vt ext. de ſpon. ex litteris. in caſu tamen ſub alternatione cogetur: ſ. vt vel ducat eam, vel intret religionem, vt ext. de conuer. coniu. ex publico. non obſt. quod legitur extr. de ſponſ. requiſiuit. vbi dicitur, potius eſt monenda quàm cogenda: expone, potius. i. prius. De hoc plene no. 27. q. 2. § ſed concedatur.

2 Sent. 4. diſ. 29. Iuo p. 8. c. 23. Pan. l. 6. c. 108.

† al. Iordani.

† al. Ridoli.

SI verum.] Casvs. Hu. ſic ponit hūc caſum. Raynaldus petebat filiam Iordani tanquam ſibi deſponſatam. Iordanus vero denegabat illā ei, allegās coactionem, & dicēs ſe coactum deſponſaſſe illā ei inuitā & renitētem. Mandat ergo Vrbanus, quod ſi Iordanus & filia volunt cōſentire, ſaltem nunc perficiatur matrimonium. Si nolūt, legatus ſuus audiat cauſam inter eos: & ſi Iordanus probauerit exceptionem probationis, & Raynaldus nihil replicauerit vñ elidatur exceptio Iordani, abſoluatur filia Iordani, & habeat licentiam nubendi cui vult. Plenius [a] & melius ponit caſum H. quàm Beneuent. Sed tamen Beneuē. in fi. caſus ſui addidit, delato iureiurando ipſi Iordano: quod H prætermiſit.

1 Extra de deſp. im. c. 1.

b ¶ *Coactus.*] hoc non releuat eum, ſi filia conſenſiſſet.
c ¶ *Infantulam.*] hoc ſufficeret vt nihil actum videretur, ſi illa eſſet infantula, id eſt intra ſeptennium. ſed hac de cauſa Papa non procedit, immo credo quòd ponatur infantula, pro puella.
d ¶ *Temperamus.*] hoc ideo dicit, quia ille raptor erat: & ideo de iure eam habere non poterat [a]. arg. 36. q. 2. placuit. hunc rigorem temperat hic Papa.
e ¶ *Voluerit.*] arg. quod de iure factum non eſt, per ſequentem conſenſum poſſe legitimari & confirmari. & eſt arg. quòd ratihabitio retrotrahitur, & confirmat quod prius illegitime factum erat. arg. 16. q. 1. c. vlt.
f ¶ *Quod impediat.*] intentionem Iordanis, vt ſi probaret eos poſtea conſenſiſſe, patrem ſcilicet, & filiam.
g ¶ *Ab ipſo.*] arg. quòd teſtes de domo prodeuntes recipiuntur. ſed hoc fit in matrimonio. 35. q. 6. videtur. palea eſt.
g ¶ *Ab ipſo.*] id eſt, ex parte eius [b]. debet enim per teſtes probare exceptionem ſuam ſuper coactione, vt ff. quod met. cau. non eſt veriſimile. non autem ſtaretur eius ſacramento tantum, niſi ei eſſet delatum ab aduerſario.

a Sub. poterat ergo Papa præcipere vt amplius in hoc facto non procederet. ſed hūc rigorē, &c. vt ſequitur. Hug.

b Arg. cōtra ext. de teſt. in litteris. quod dic vt no. 24. q. 2. in ſumma. in fi.

DE neptis.] C a s v s. Quidam ſignificauit domino Papæ, quòd neceſſitate coactus neptem ſuam cuidā deſponſauit. vnde Dominus Papa ſcribit dicens, quòd ſi neceſſitate coactus hoc fecit, nec ipſa vult vllo modo conſentire, inuita ſibi copulari non debet. Nam eorum vnus debet eſſe conſenſus, quorum vnum corpus efficitur: & qui eam inuitam copulauerit, tenetur ex fornicatione, ſi qua poſtea ſequeretur: vel ex diſſidio vel adulterio, quod inde poſtea fuerit ſubſecutum.

4 Iuo p. 8. c. 24. Pan. l. 6. c. 109.

k ¶ *Neceſſitatis.*] quia forte neceſſarium erat ei militis auxiliū. vel forte intulit ei metum.
l ¶ *Perſiſtit.*] quod præſumitur, niſi quis alleget de mutata voluntate, & probet. ff. de iu. fiſc. Statius florus. & ff. de probatio. cum qui.
m ¶ *Diſſidij.*] i. odij.
n ¶ *Redundare.*] nota regulam: qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, vt ext. de hom. de cetero [b]. 27. qu. 2. ſi tu. & 23. q. 4. eſt iniuſta.

[Damni dās cauſam, dānum dediſſe videtur.]

c Et c. ti. preſbyterum. & plene extra de teſta. ſicut.

LOtharius rex.] c a s v s. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd Lotharius Thiebergam vxorem legitimā expulit, & Gualdradam ſuperduxit: & eam loco vxoris habebat. Poſtea cum de hoc redargueretur à Papa, miſit excuſatoriam epiſtolā, aſſerens mendaciter ſe prius legitime & ſolenniter accepiſſe Gualdradam: ſed poſtea metu Huberti duxit Thiebergam. Papa ergo delegat cauſam iſtam, & inſtruxit eos qualiter procedere debeant, ſcilicet vt adiudicent ei Gualdradam ſi poteſt probare exceptionem ſuam contra Thiebergam, ſcilicet quòd primo acceperit Gualdradam. ſi autem hoc non probauerit, adiudicent ei Thiebergam: quam etiam per confeſſionem Lotharij conſtat illius coniugem eſſe. In ſecunda parte inſtituit eos quòd Thieberga ſignificauerat Papæ quòd Lotharius eam cogebat vt cōfiteretur ſe adulterium commiſiſſe, vel aliquid aliud vnde poſſet dimitti, vel aliàs puniri. & propter hoc ad ſedem Apoſtolicam appellauit. Dicit ergo quòd ſi fuerit Thiebergæ obiectum quòd contra ſe aliquid ſit confeſſa in iure, & illa allegat violentiam & coactionem, & probauerit, vel proteſtata fuerit primos iudices fuiſſe ſuſpectos & inimicos ſibi ex integro & de toto negotio cognoſcāt. *Filia Boſonis*, id eſt, Thieberga. Secunda pars ib., *Præterea vos*. Sequ. §. patet.

5 Iuo p. 8. c. 334.

o ¶ *In commonitorio.*] i. in epiſtola vel ſcriptura, qua nos commonuit de facto ſuo.

a ¶ Secun

dradam ſe à patre accepiſſe, & ſororem poſtmodum admiſiſſe Huberti. Vbi primum diligenti inueſtigatione inquirite: & ſi eumdē glorioſum regē prędictam Gualdradam pręmiſſis dotibus, coram teſtibus ſecundum legem [a], & ritum, quo nuptiæ celebrari ſolēt, per omnia inueneritis accepiſſe, & publica manifeſtatione eadem Gualdrada in matrimoniū ipſius admiſſa eſt: reſtat, vt perſcrutemini [b], cur illa repudiata ſit, vel filia [c] Boſonis admiſſa. Sed quia idem glorioſus rex metu Thiebergam admiſiſſe ſe dicit, metu vnius hominis tantus rex non debuit contra diuinū præceptum in immane præcipitium mergi. In hoc certe ſe magis reprehenſibilem [d] oſtendit, in quo amorem Dei, amori mundi poſtpoſuit: cum [β] nec etiam occiſores corporis ſint timendi [e], contra iuſtitiam hominem impellentes. Nihil itaque vobis aliud præcipimus, manifeſtatione ſua eodem rege cōuicto [f], niſi vt ſecundum canonicam auctoritatem noſtra vice freti cauſam illius definiatis. Si vero minime probatū fuerit Gualdradam fuiſſe vxorem legitimam, neque nuptiis ſecundum morem celebratis, per benedictionem [g] ſcilicet ſacerdotis, filio noſtro Lothario extitiſſe coniunctam, ſuggerite, illi, vt non moleſte ferat legitimam ſibi (ſi ipſa innocens [h] apparuerit) recōciliari vxorē. *& infra.*

¶ Præterea vos ſcire volo: quia præfata Thieberga Apoſtolicam ſedem bis, & ter appellauit [i]: & ſe à præfato glorioſo rege queſta eſt iniuſte fuiſſe deiectam, & vi coactam falſum contra ſe compoſuiſſe piaculum. Nam eo tempore ad Apoſtolicam ſedem libellum appellationis ſuæ miſit: in quo non quidem adhuc confeſſam, ſed vt contra ſe falſum diceret crimen, cogi ſeſe innotuit [k]. inſuper ſubiungens. [Quòd ſi amplius compulſa fuero, ſcitote non veritate, ſed timore mortis, & euadendi ſtudio (quia aliter nō poſſum) quod voluerint, dicam. Vos tamen memores eſtote mei hæc vobis inſinuantis.] Vnde vobis præcipimus, vt cum eadē Thieberga ad condictam ſynodum, ſicut ſtatuimus, aduenerit, cauſam eius diligenti examinatione tractetis: & ſi ei obiicitur, quòd illa ſe crimen aliquod admiſiſſe confeſſa fuiſſet, & econtra illa violentiam [l] ſe pertuliſſe proclamauerit, vel ſi inimicos iudices illos ſibi fuiſſe teſtata fuerit, tunc illud renouetis [m] iudicium ſecundum æquitatis normam, vt iniuſtitiæ mole non opprimatur.

α ¶ In commonitorio.] *Hæc verba videntur accipienda quaſi pro titulo, & ſeiuncta à ceteris: vt indicetur caput hoc ſumptum eſſe ex commonitorio, quod* Nicolaus *legatis ſuis Rodoaldo Portuenſi, & Ioanni Ficolenſi epiſcopis dederit. Nam totius capituli verba ſunt ipſius Nicolai legatos monentis, quomodo ſe in ea cauſa gerere debeant. Datum vero ab eo fuiſſe commonitorium his ipſis legatis Nicolaus in epiſtola ad epiſcopos in Conuictum congregatos in appendice bibliotheca SS. patrum teſtatur his verbis:* Porro, quid de Lotharij vxoribus cenſuerimus (quoniam & de hoc, noſtro ſcripſiſtis præſulatui) in epiſtolarum noſtrarū, quas per fratres & coepiſcopos noſtros Rodoaldum, & Ioannem in Galliam miſimus, poteritis exemplaribus reperire. Quæ videlicet exemplaria vnà cum commonitorio, quod prætatis fratribus noſtris pro hac eadem cauſa ad Lotharium regem miſſis dedimus, per fratrem, & coepiſcopum noſtrum Odonem veſtræ ſanctitati tranſmiſimus.

β ¶ Cum nec etiam.] *Hæc verba non ſunt hoc loco apud Iuonem: ſed paulo ſuperius poſt illa verba,* admiſiſſe ſe dicit, *multa interijciuntur. in quibus & hæc continentur, licet alio ordine. Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

His auctoritatibus euidenter oſtenditur, quòd niſi libera voluntate, nulla eſt copulanda alicui.

QVÆSTIO III.

QVod autem [n] poſt parentum ſponſionem alii nubere non valeant, auctoritate Eliberitani concilij, cap. 54. monſtratur: qua dicitur.

¶ De parentibus, qui fidem frangunt ſponſaliorum. C. I.

1 SI qui parentes [o] fidem fregerint [p] ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à communione. Si tamen iidem ſponſus, vel ſponſa in illo graui crimine non [*] fuerint [q] deprehenſi [r], (1 Ino p. 8. c. 46.)

---

a ¶ *Secundum legem.*] ‖ tenetur ergo probare etiam ſolennitates cōtra regulam communem, qua dicitur, ſemper præſumūtur omnia ſolenniter acta, vt inſt. de fideiuſ. §. vlt. ext. de ſen. & re iud. ſicut. ſic cum aliquis dicit ſe emiſſe à pupillo, probabit quod tutore auctore emerit, vt ff. de pub. ac. quæcumque. §. vlt. nam ex quo allegabat ſe primo duxiſſe Gualdradā: quomodo hoc probaret niſi publice eam duxiſſet: cū clandeſtina matrimonia non poſſint probari. 30 q. 5. §. ſed obiicitur? credo quod ideo grauabatur, quia infinitæ præſumptiones erant contra ipſum: quod ſuffeciſſet.

(‖ ſolennitas actus quandoque probanda eſt.)

b ¶ *Perſcrutemini.*] hic in notorio admittitur probatio in contrarium. arg. extra de elect. bonæ.

c ¶ *Filia.*] Thieberga, ſcilicet quæ filia erat Boſonis, & priuigna Engeltrudæ, vt 3. q. 4. cap. vlt. & 11. q. 3. Teugualdum.

d ¶ *Reprehenſibilem.*] ‖ Arg. quòd qui turpitudinem ſuam allegat, non eſt audiendus. C. de reuoc. don. cum profitearis. & C. de tranſa. tranſactione finita. extra de do. inter [a]. Item eſt hic argum. quod propter paruitatem perſonæ non præſumitur metus illatus: ſic aliàs propter publicum locum non præſumitur quis metum paſſus in vrbe, vt ff. qd me. cau. non eſt.

(‖ Turpitudinē allegans audiri non debet.)

(a Et extr. de teſt. ex tenore. & de præſum. tertio & de conc. præb. ex tenore.)

e ¶ *Timendi.*] quia potius omnia mala debemus tolerare, quàm malo conſentire, vt 32. q. 5. ita ne.

f ¶ *Conuicto.*] ‖ videtur ergo quòd cōfeſſio, quam fecit quis in inſtrumento, præiudicet ei, vt extra de præſum. illud. & extr. de tranſa. quanto. ar. contra. C. de probat. non epiſtolis. Item argum. quòd confeſſio extra ius facta præiudicet, vt de excel. prælat. quàm ſit graue. ſed dic quòd perſtitit in hac cōfeſſione etiam cum ventum fuit ad iudicium. & ideo ſibi præiudicauit.

(‖ Confeſſio facta inſtrumento an præiudicet.)

g ¶ *Per benedictionē.*] arg. quòd ſi quis publice aliquam duxerit, & dicat ſe prius duxiſſe aliam: teneatur probare quod cum omni ſolennitate dotis & benedictionis eam duxerit.

h ¶ *Innocēs.*] maxime: nam ſi ipſa fornicata fuiſſet. hoc tamē non poſſet ei obiicere Lotharius: cum & ipſe eſſet notarius adulter [b]. 2. q. 1. ſcelus. extr. de diuor. gaudemus. & c. ſignificaſti. Vel dic cum H. quòd hic parcitur regis verecundiæ.

(b imo videtur quod poterit. ſec. l. ſi qua illuſtris. C. ad orfi. & l aut. quo op. ep. §. oportet. coll. 2.)

i ¶ *Appellauit.*] ‖ arg. quòd ter poteſt appellari in eodem negotio. ſic ext. de ap. directæ. 2. q. 6. omnis oppreſſus. licet arg. contra. 2. q. 6. ſi quis in quacunque. Sed poteſt dici quòd pluries appellauit, id eſt pluries vocem appellationis emiſit, vt extra de teſti. cum tu fili.

(‖ Appellare tertio licet.)

k ¶ *Innotuit.*] no. ‖ quòd per præcedentem proteſtationem probatur ſequens metus, vt ext. quod met. cau. perlatum. ſed non per ſequentem, vt C. eod. l. metum. tamen etſi non fuiſſet proteſtata, nihilominus admitteretur ad probandum metum, vt 15. q. 6. c. 1.

(‖ Metus probatur per proteſtationem præcedentē.)

l ¶ *Violentiam.*] arg. quòd confeſſio facta metu vel vi, nulli pręiudicat. 22. q. 4. inter cetera. ſ. 15. q. 6. c. 1. ſ. di. 50. presbyteros. 1. q. 1. conſtat. 20. q. 3. præſens. ſ. 7. q. 1. omnes qui. arg. 11. q. 3. quiſquis.

m ¶ *Renouetis.*] arg. quod idem eſt iudicium appellationis, & cauſæ principalis. argu. 2. q. 6. omnis oppreſſus. contra. 2. q. 6. ſi quis epiſcopus. ar. contra. 6. q. 4. Oſius contra.

QVod autem.] CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, qua quæritur, an filij poſt ſponſionem parentum poſſint cum aliis contrahere. Et dicendum eſt, quod ſi filij ſpōſalibus conſenſiſſent poſt ſeptennium, valent & tenent: nec ab eis recedere debent, vt 27. q. 2. deſponſatam. ſi tamen cōtraxerint per verba de præſenti cū aliis, matrimonium tenebit cum illis, vt 27. q. 2. §. ſed aliud.

n ¶ *Quod autem.*] hic intitulatur 3. q. ‖ an ſcilicet filij poſt ſponſionē paternam poſſint cum aliis contrahere. & quidē ſi ſponſalibus conſenſiſſent filij poſt ſeptennium, non licet aliis nubere. 27. q. 2. per totum. ſi tamen nupſerint, tenet matrimonium. extra de ſpon. du. duobus. Si vero filij non conſenſerint, vel ſunt intra ſeptēnium, non hñt neceſſario ſponſalibus ſtare: nec illa ſponſalia tenent. 30. q. 2. c. vnico. conſulitur tamen filiis, vt ſtent illis ſpōſalibus, ext. de deſp. imp. tua. aliàs non obligat filium ſponſio paterna. ff. de ver. obl. ſtipulatio iſta.

(‖ filij vtrum poſt paretū ſponſionem poſſint cum aliis contrahere.)

SI qui parentes.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi parentes cōtraxerint ſponſalia filiorum iuramento interpoſito, & fidē fallant, per triennium à communione priuentur. ſi vero filij non volunt contrahere, excuſati erunt parentes, licet filiis contradicant. ſi autem parentibus conſentiant in crimine, pœna ſuperiori puniētur. *Excuſati*, quo ad eccleſiam, & non quo ad Deum. Seq. §. patet, *illorum*, ſcilicet filiorum parentum.

o ¶ *Si qui parentes.*] pro nuptiis filiorum fidem præſtantes, & de conſenſu filiorum.

p ¶ *Fregerint.*] non copulando eos ſicut iurauerunt de conſenſu filiorum.

q ¶ *Non fuerint.*] quia copulari volunt inter ſe [c], & non obſtāte voluntate parentum.

(c Licet parētes noluerint, quia iurauerunt. Hug.)

r ¶ *Deprehenſi.*] videtur hic, quòd ſi ambo parētes vellent ſe abſoluere, nō poſſent: quod concedit H. ſed ob. ext. de ſpon. præterea. H. dicit Alexandrum ibi non Papaliter ſed magiſtraliter reſpondiſſe.

Tu potes reſoluere plurale in ſingulare. Ille enim punitur per quem ſtat quòd non conſummatur matrimonium, vt ext. de ſponſ. duo. duobus.

a ¶ *Excuſati.*] quo ad pœnam eccleſiæ, non quo ad reatum, ex quo enim operam dederunt ne filij copularentur, peccauerunt mortaliter. arg. de pœn. diſt. 5. ſi cui. & vere excuſati debent eſſe quo ad pœnam, ex quo factum eorũ per alios repræſentatur; quia ſi teneor aliquid facere, & alter id faciat etiam ſine mandato meo, hoc mihi prodeſt, vt ff. de verb. ob. l. cum ſeruus. Nam ſi mihi das pecuniam vt ſeruum manumittam, & alius eum manumittat, hoc ſufficit mihi, vt ibi[a].

a Si ſic ſoluis creditori meo, incunctanter me liberas ff de ne. ge. ſoluendi.

b ¶ *Conſentiendo.*] dicunt autem quidam, quòd parentes poſſunt ſoluere ſponſalia filiorum: ſicut poſſunt etiam ſacramentum. s. 22. q. 5. pueri. quod nego: quia ætas præfixa eſt intra quam nõ poteſt puer iurare.

c ¶ *Ecce.*] immo & ſi ſine eorum conſenſu contrahunt, dare debent operam parentes. extra de deſponſ. impub. cap. 1.

excuſati[a] erunt parentes, Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo[b], ſuperior ſententia ſeruetur.

a ¶ Non fuerint.] *In originali legitur ſine negatione, itemque apud Iuonem, a quo præterea abeſt dictio, illi, ſicque habet*, in graui crimine fuerint deprehenſi.

Ecce[c] *quòd non licet parentibus ſponſalia filiorum ſuorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum eſt, quæ illorum conſenſu contrahuntur.*

CAVSA XXXII.

Q[*V*]*idam vir*[d] *cum non haberet vxorem, quandam meretricem ſibi coniugio copulauit, quæ erat ſterilis, neptis ingenui, filia originarij*[e]*: quam cum pater alij vellet tradere, huic anus eam copulauit, cauſa ſolius incontinentiæ. Deinde hic pœnitentia ductus, ex ancilla propria filios ſibi quærere cœpit. Poſtea de adulterio conuictus, & punitus quendam rogauit, vt vxorem opprimeret ſuam, vt ſic eam dimittere poſſet: quo facto quandam infidelem ſibi copulauit, ea tamen conditione, vt ad Chriſtianam religionem tranſiret.*

1 *Hic primum quæritur, an meretrix licite ducatur in vxorem.*

2 *Secundo, an ea, quæ cauſa incontinentiæ ducitur ſit coniunx appellanda.*

3 *Tertio, cuius arbitrium aliqua ſequatur, an liberi, aui, an originarij patris.*

4 *Quarto, ſi viuente vxore liceat alicui filios ex ancilla quærere.*

5 *Quinto, ſi ea, quæ vim patitur, pudicitiam amittere comprobetur.*

6 *Sexto, ſi adulter adulteram poſſit dimittere.*

7 *Septimo, ſi viuente dimiſſa, aliam poſſit accipere.*

8 *Octauo, ſi infidelem ſub præmiſſa conditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere.*

Q[*V*]*idam vir.*] Casvs. In præcedenti cauſa tractatum eſt qualiter ſibi aliquis copulare illam in matrimonium poſſit vel non poſſit, quam prius polluit per adulterium. Sed quia meretrix parum diſtat ab adultera: ideo Gratia. ſubnectit hanc cauſam 32. incontinenti, in qua oſtendit verum meretrix poſſit duci vel nõ duci in matrimoniũ: & qualiter adultera poſt pœnitentiam viro valeat reconciliari. Adiungit etiam de duplici inſtitutione matrimonij: & de his qui vel quæ aborſum procurant. Vt autem hoc & alia faciat competentius, præmittit thema de quo octo elicit quæſtiones. Caſus autem thematis patet.

d ¶ *Quidam vir.*] oſtenſum eſt quando & quis ducere poſſit eam quam per adulterium polluit, in hac cauſa vult oſtendere verũ meretricem quis debeat ducere: & ſi ducta fuerit an ſit vxor appellanda. adiungit etiam de duplici inſtitutione matrimonij, & de his quę aborſum procurant. Vt autem hæc & alia, &c.[b]

b Vel ſic. expedit ſe à impedimentis, l. adulterij & violentię: ſupponit de impedimẽto liertatis, vt autẽ, &c. ſecundum Ioan. de Fan.

e ¶ *Originarij.*] id eſt, ‖ſerui, vt patebit in ſequentib. tamen originarios nõ dico ſeruos nec adſcriptitios. Ioan.

‖ originarij qui dicũtur.

Q[*V*]*od an ẽ*] Hęc q. diuiditur in 4. partes. In prima probat per quattuor auctoritates ſanctorum patrũ, quòd nullus debet ducere meretricem antequam pœniteat: quia etiam vxorem adulteram tenere non debet: quia patronus eſſet turpitudinis. Secunda ibi, *Subauditur.* Tertia ibi, *Econtra vero.* Quarta ibi, *Cum ergo.* Ioan. de Fant.

Casvs. Hic intitulatur 1. q. qua quæritur an aliquis poſſit ducere meretricem. Et dicendũ eſt ꝙ ſic, ſi ſpes eſt de correctione: tamen ſiue ſpes ſit de correctione, ſiue non, tenet matrimonium, vt j. c. ſi quis. G. tamen pro vtraque parte allegat. Caſus §. cum ſeq. c. patet.

f ¶ *Quod autem.*] Hic depingitur 1. q. ‖ an ſcilicet quis ducere poſſit meretricem: & eſt dicẽdum ꝙ ſic, ſi ſpes habetur de eius correctione, vt j. c. vlt. & extr. de eo qui du. in ma. ſignificaſti. immo meretur qui eam ducit. extr. de ſpon. inter opera. ſed ſi non habetur ſpes de ea, forte non licite ducitur: tenet tamen matrimonium cum ea. j. ea. q. ſi quis vxorem. allegat tamen prius magiſter ꝙ duci non poſſit: quia ex quo iam ducta eſt, dimittenda eſt ſi fornicetur, vt j. e. c. 1. & 3. ergo à maiori nõ eſt de nouo ducenda. hoc arg. habes ext. de iureiu. quemadmodum. potius eſt arg. à deſtructione conſequentis.

‖ Meretrix poteſt duci.

g ¶ *Sicut.*] ¶ *Patronus.*] hoc intelligo cum ipſa nõ vult agere pœnitentiam, vt ext. de adul. ſi vir. Item hoc intellige cum notorium eſt vxoris adulterium: nec iam ignorantiam ſuam obumbrare poteſt maritus. C. de adulter. ſine metu. argum. ff. de adulter. mariti. j. 34. quæſtio. 2. ego. palea eſt. tunc enim leno præſumitur, & de lenocinio accuſatur. j. c. crimen, non tamen tenetur hoc caſu dimittere eam, ſed denuntiare debet eius crimen ad pœnitentiam. ſiue occultum ſit ſiue notorium eius crimen, dũ tamen probare poſſit. Et nota quòd in omnibus iſtis ca. non dicitur quòd eam debeat expellere, vel debitum denegare: ſed ſicut dixi, denuntiabit eccleſiæ crimen eius, & aget ad hoc vt illa pœniteat: vel agat ſi vult ad ſeparationem tori. Nũquid ergo ante ſententiam eccleſiæ, tenetur ei reddere debitum? H. dicit quòd ſic: quia numquam factum ipſum (vt dixit) ſed ſententia priuat aliquem iure petẽdi debitum. Et eſt argum. pro eo. extra vt lit. pen. laudabilem. 2. qu. 4. nonne. 15. quęſtio. vlt. cap. vlt. 33. quæſt. 2. ſæculares. 35. quæſt. 6. multorum. & ſatis hoc ꝓbabile videtur: quia non debet facere præiudicium marito, ſi requiſitus cognoſcat talem vxorem, vt poſtea non poſſit ipſam accuſare: quia tunc potius cognoſcitur ab vxore, quàm cognoſcat vxorem. Alij contrarium dicunt. Ego conſulo quòd nõ reddat niſi ad mandatum eccleſiæ, ne videatur approbare mores eius, vt ff. de adulter. ſi vxor. in ſi. Hoc autem certum eſt, quòd expellere eam non debeat à ſe, etiam ſi notorium ſit eius crimen, vt ext. de diuor. porro. niſi publice moraretur cum adultero, vel niſi ipſa conuicta ſit per ſententiam: vel confeſſa ſit crimen in iudicio, vt j. ea. de Benedicto. & extr. de adul. intelleximus. & ext. de diuort. ſignificaſti. quod autem in hoc c. dicitur, videtur eſſe correctum, vt C. de adult. auth. ſed hodie. vbi dicitur quòd damnatam de & c. ſeq. ſed illud cũ ſpes eſt de correctione eius. j. c. c. vlt.

‖ Maritus an poſſit vxorẽ criminoſam relinquere, vel an debeat eam accuſare.

QVÆSTIO I.

ps. Q[*V*]*òd autem*[f] *meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus, & rationibus probatur. Illa enim quæ adulterij rea conuincitur, niſi poſt peractam pœnitentiam, in coniugij conſortio retineri non debet. Vnde Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti homilia 32. aut ſuper Matth. cap. 19.]*

¶ Patronus turpitudinis eſt, qui vxorem ſuam adulteram dimittere noluerit. C. I.

1 S[*g*]Icut crudelis eſt, & iniquus, qui caſtam dimittit, ſic fatuus eſt, & iniuſtus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis eius eſt, qui crimen celat[h] vxoris.

1 Sen. 4. diſt. 33. Iuo p 8. c. 233. Pan. l. 7. c. 8.

Item Hieronymus in comm. ad cap. 19. Matthei.

¶ Cauſa fornicationis vir dimittat vxorem, non tamen alteram ducat. C. II.

2 DIxit Dominus in Euangelio [Quicumque dimiſerit[i] vxorem, niſi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit mœchatur.] Sola fornicatio eſt, quæ vxoris vincat[k] affectum: immo, cum illa vnam carnem in aliam diuiſerit, & ſe fornicatione ſeparauerit à marito, non debet teneri, ne virum quoque ſub maledicto faciat, dicente ſcriptura. [Qui adulteram tenet, ſtultus, & impius eſt.] 3 Vbicumque eſt igitur fornicatio, vel † fornicationis ſuſpicio[l], libere vxor dimittitur. Et quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret, ſic priorem dimittere iu-

2 Iſid. de eccleſ. off. l. 2. c. 19. ſen. ibi. Iuo p. 8. cap. 43. Pan. l. 7. c. 7.

Matth. 19.

Prouerb. 18.

3 Gl ord. ad eundem locum Matt. In conc Foro iulienſi, A. 10.

† al. &

h ¶ *Qui crimen celat.*] hoc verbum vitium notat, aliud eſt celare: aliud non indicare[c]. ff. de fur. qui vas. §. 1.

c Vt j. ea c. prox. & c. ſi quis.

D[*ixit Dominus.*] Casvs. Probat Hieronymus in hoc c. auctoritate Euangelica, quòd vir non debet dimittere vxorem ſuam niſi cauſa fornicationis. ſed probata fornicatione per teſtes, vel violenta præſumptione, eam dimittere poteſt: ne virum maledicto ſupponat. ſed quia vir falſam cauſam prætendere poſſet: ideo ſtatutum fuit, vt ſi pro vera cauſa dimittatur, tamen viua ea, alia nõ ſuperducatur.

i ¶ *Dimiſerit.*] quod ſupple non licet.

k ¶ *Vincat.*] i. liget & impediat affectum, vt vxor etiã ſi velit de iure non poſſit exigere debitum à viro, idem eſt de viro. Vel vincit affectum vxoris, i. ſuperat & remouet affectum, qui debetur vxori, & ſunt hæc verba ſumpta ex l. C. de repu. l. 1.

l ¶ *Suſpicio.*] hic videntur excipi duæ cauſæ dimittendi vxorem: in Euangelio tantũ excipitur vna: ‖ ſed quod hic dicit, vel ſuſpicio fornic. &c. non eſt cauſa dimittendi: ſed eſt modus probandi cauſam dimittendi: quia per ſuſpicionem probatur fornicatio, adeo ꝙ vxor dimittitur

‖ fornicationis ſuſpicio an ſufficiat ad vxorem dimittẽdam.

dimittitur propter ſuſpitionem fornicationis, vt hic, & in auth, vt li. ma. & auxæ. §. pe. col. 8. vnde pro eodem reputatur fornicatio, & fornicationis ſuſcipio: nã probata ſuſpicione, probata eſt fornicatio. quid enim ſi tumeat venter incognitæ à viro ſuo, nonne certa erit fornicabis ſuſpicio? 2. q. 1. ſi peccauerit[a]. Vel ſi vir aliquot annis permanſerit in expeditione, & rediens inueniat puerum anniculum. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ſi filium? Gan. dixit Hierony. male excepiſſe hic duas cauſas dimiſſionis. Sed huic capi. obſtat 2. qu. 1. multi. & q. 2. in ſcripturis. & 6. q. 1. oues. in quibus dicitur, quod omnis ſuſpicio potius eſt repellenda quàm probanda. Sed diſtingue triplicem ſuſpicionẽ, probabilem, temerariam, & violentam, vt dixi 2. q. 1. cap. 1. hic ergo de violenta ſuſpicione loquitur. Sed quæro ſi contra mulierem pbata ſit violẽta ſuſpicio: an ipſa admittatur quod probet in contrarium? Arg. quod ſic. 35. qu. 3. extraordinaria. vbi contra violẽtiſſimam probationem admittitur probatio, immo etiam ſimplex iuramentum. Reſp. quod bene admittitur probatio per teſtes, ſed non per ſimplex iuramentum, vt ſ 27. q. 1. nec aliqua argumen. 22. quæſt. 5. hoc videtur.

a Adde de modo p: obádi adulteriũ p gl. & Bar. l. 1. §. ſi. & in l. q̃ aït. & l. capite quto §. 1. ff. de adult ſuſpicio triplex.

1 Iuo p 8. cap 41.

† al. adulteram

2 Adde q̃ ſi pœna mulieris cõmittẽtis adulterĩũ. not. i l. mẽ Alexandrũ & i aut. ſed hodie C. de adul.

betur[a] vxorem, vt ſecundam prima viuente non habeat.

Item in epiſtola Pauli ad Corinthios 1. c. 6. [in gloſſa ordinaria.]

¶ Sola viri fornicatio vxorem maculat. C. III.

1 IN coniugio quis poſitus quæcumque peccata fecerit, non propriam infuſcant coniugem: ſed fornicatio vxorem coninquinat: vt iam non ſit viro ſuo licita[b], ſed quaſi adultera.

Item Ioannes Chryſoſtomus.

¶ Qui vxorem ſuam dimittere adulteram noluerit, duobus annis pœniteat ſi ei debitum reddiderit. C. IIII.

1 SI quis[c] vxorem ſuam inuenerit adulteram†[d] [2], & poſtea deinceps placuerit habere eam ĩ matrimonio, duobus annis pœniteat, ideo quia cum adultera commiſtus ſit, quę adhuc crimine ſuo non eſt purgata: aut abſtineat[e] ſe à matrimonio eius, donec expleatur[f] ſatisfactio criminis pœnitentiæ ſuæ: ideo, quia poſt ſatisfactionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Similiter, ſi virum ſuum vxor inuenerit adulterum, non ad imparia[g] iudicatur.

¶ Caput hoc non eſt inuentum apud B. Ioannem Chryſoſtomum. Et videtur canon alicuius cõcily aut pœnitentialis. Simile quiddam habetur in concilio Nannetenſi. c. 12.

2 *Subauditur[h], niſi ab adulterio mulier recedere voluerit: quo caſu vxorem ſuam vir recipere poteſt, nullum periculum ei illaturus.*

Vnde Pelagius Papa Melleo † ſubdiacono.

† al. Maleo

a ¶ *Iubetur.*]hoc verbum, iubetur, non reſpicit quod præcedit: ſed quod ſequitur.

IN *coniugio.*] CASVS. Dicitur hic, quòd quæcumque peccata vir fecerit præter fornicationem, vxor propter hoc non coinquinatur ſed ex fornicatione viri coinquinatur vxor, vt viro ſuo reddatur adultera. Idem de vxore adulterante intelligas vt vir per ipſius fornicationem reddatur immundus. *Adultera*, ideſt, immunda ſibi, ideſt, vt iam non ſit viro licitum ab ea debitum exigere: nam vt ait Apoſtolus, cũ cetera peccata extra corpus ſint, in fornicatione & anima polluuntur.

b ¶ *Licita.*]donec vir egerit pœnitentiam. Et ſic patet, quod ſi alter coniugum adulteratur, reliquus perdit ius exigendi, ſed ſecundum H. delinquens tenetur alteri reddere debitum, vt not. ſupra eadem, capitul. primo. Sed obiicio tibi qui dicis quòd fornicanti non tenetur alter reddere debitum, mulier quæ fornicatur, perdit ius petendi debitum. ſimiliter vir non habet ius petendi debitum in tali muliere. delinquit ergo cognoſcendo eam, vt hic dicitur, & j. ca. prox. ſi ergo mulier petat debitum à viro, & vir excipit contra eam quia perdidit debitum: ipſa poteſt replicare, quòd & ipſe ſimiliter perdidit debitum. extr. de diuor. ſignificaſti. vnde videtur, quòd cum effectu poſſit mulier petere debitum. ſed nõ eſt ita: quia ſi mulier triplicauit, vir poteſt quadruplicare, & dicere, ego ex tua culpa perdidi.

‖ Vxore adulterante an pdat vir ius exigendi debitum.

SI *quis vxorem.* [CASVS. Dicitur hic quòd ſi quis deprehendit vxorem ſuam in adulterio, & eam ſtatim antequam pœniteat retineat ad vſum carnalem: quia ſe adulteræ nondum purgatæ immiſcuit, duobus annis cõtinuis pœnitere debet: & ab ea abſtineat, donec pœnitentia criminis expleatur. vltra autem non debet abſtinere: quia poſt peractam pœnitentiam non eſt adultera dicenda. vir autem & vxor in talibus non ad imparia iudicantur.

c ¶ *Si quis.*]hoc capitu. intelligit H. cum adulterium vxoris eſt notorium, vel etiam publicum[b] per ſententiam, vel quia in iure confeſſa eſt, & ita condemnata, nec tamen deſiſtit adulterari, & vir ei commiſceatur incorrigibili. Rectè igitur intelligatur cum crimen eſt ita manifeſtum, quòd prætextu ignorantiæ, &c. vt dixi ſupra cap. 1.

b Vt ga publice moratur cũ adultero Hug.

d ¶ *Adulteram.*]nec ab adulterio deſiſtentem.

e ¶ *Aut abſtineat.*]in ſequenti c. ſi quis vxorem. eſt, &, ſed legas aut, pro &, & erit vna pœna. vel ibi lege &, pro aut, & erunt duæ pœnæ ſub alternatione, vt aut pœniteat duobus annis, aut non exigat debitum ab eo donec peregerit pœnitentiam.

¶ Poſt pœnitentiam adulterij vxorem vir poteſt recipere. C. V.

3 DE Benedicto quoque quẽ vxorem alienam indicaſti facinoroſo ſubſtuliſſe ſpiritu, & ĩ ſuum hactenus præſumere detinere conſortium: ſi hoc rerum veritas habet, iubemus experientię tuæ, vt eum cum ipſa quoque adultera diſtricte mactare[i] nõ differas, & caluatos[k] ab inuicem ſeparate, & illum quidem ad Luciũ defenſorem in Apuliæ prouinciæ patrimonium ſine dilatione fac migrare: illam vero, ſi quidem maritus ſuus ſine dolo aliquo forte accipere voluerit, tua ordinatione ſub cautela[l] recipiat, nullum ei nihil duntaxat de cetero ſimile committenti periculum illaturus. Si vero omnino eam recipere[m] noluerit, in alium[n] quemdã locum in quo ei non liceat male viuere, prouida eam diſpenſatione † conſtitue.

Item ex penitentiali Theodori.

¶ Qui adulteræ debitum reddit, tribus annis pœniteat. C. VI.

ij 4 SI quis vxorem ſuam ſcit adulteram, & non vult dimittere eam, ſed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat: & quamdiu[o] pœnitet, abſtineat ſe ab illa.

o ¶ *Et quamdiu pœnitet.*]*In pleriſque vetuſtis eſt, & quamdiu illa pœnitet.*

Item Auguſtinus ad Pollentium de adulterinis coniugiis. lib. 2. c. 6.

f ¶ *Expleatur.*]vel ſaltem inchoetur: nam ſi voluerit eam ſibi reconciliare etiam intra tempus pœnitentiæ ab ea poteſt exigere debitum, vt ext. de diuor. ſignificaſti. & de fur. ex litteris. in fin. extra de eo qui cog. conſang. cap. veniens.

g ¶ *Ad imparia.*] hoc quo ab debitum[c] nõ exigendum donec alter peniteat. ſimiliter non ad imparia iudicantur quo ad debitum reddendum, quo ad diuortium: quo ad accuſationem. j. e. q. 5 præcepit. & c. Chriſtiana.

SVBAVDITVR. Hæc eſt 2. pars qu. in qua probat per 8. ca. quod meritorium eſt viro eam, ſcilicet meretricem, poſt pœnitentiam retinere. Io. de Fan.

CASVS. Iſte §. reſpicit illud quod dictum eſt ſ. in ca. dixit. vbi dicitur, quòd non debet tenere, & iubetur dimittere. Dicit nunc G. intelligendum eſſe niſi illa velit ab adulterio recedere: quo caſu vir poteſt eã retinere nullum periculum ei illaturus. ad quod inducit ſeq. ca.

h ¶ *Subauditur.*]reſpicit hoc quod dicit in ca. ſicut. vbi dixit qui retinet.

DE *Benedicto.*] CASVS. Significatum fuit Pelagio quod Benedictus vxorem alienam illicite detinebat. quare præcipit ſubdiacono ſuo vt illos punire non differat, caluatos ab inuicem ſeparando, & illum migrare, id eſt, mittere debeat ad Apuliæ defenſorem. illam vero, ſi maritus eam recipere voluerit, ſub cautela eam recipiat, ſcilicet præſtita cautione quòd eam non lædat etiam crimen huiuſmodi non committentem. ſi vero maritus eam recipere noluerit, mandat Papa vt in monaſterium detrudatur. *Caluatos*, id eſt, tonſuratos, & dehoneſtatos. Sequens c. patet.

i ¶ *Mactare*]ideſt, punire.

k ¶ *Et caluatos.*]pannis abſciſſis, ideſt, dehoneſtatos, & tonſuratos: ſicut mos eſt in quibuſdam locis: quia veſtes & capilli inciduntur eis in ignominiam ante & retro.

l ¶ *Sub cautela*]: cum non dicatur hic quæ cautio præſtari debeat à viro, videtur quòd nuda ſufficiat: cum talis cautio firmiſſima dicatur, vt j. de conſe. diſt. 4 primum. argum. ad idem ſ. 17. quæſt. 2. ſi quis incognitus. nomen enim cautionis per ſe poſitum, nudam promiſſionem deſignat. C. de verbor. ſign. ſancimus. Sol. ſi mulier nihil allegat de ſuſpicione viri, dico ſufficere nudam promiſſionem ſi autem dixit cum eſſe ſuſpectum, oportet vt idonea cautio ei præſtetur, ſcilicet, fideiuſſores vel pignora, vel etiam iuramentum, ſi forte illud magis timet vir, vt 17. quæſtio. 4. metuentes. ſi vero tanta ſit ſæuitia viri vt nulla cautio videatur ſufficere: tunc non eſt ei reddenda, ſed alicui honeſtæ matronæ committenda, vt extra de reſt. ſpo. ex traſmiſſa[d]. extra eod. tit. litteras. in fin. quia ſatiſdatio maleuolum propoſitum non mutat, vt inſtitu. de ſuſpect. tut §. vlt.

m ¶ *Recipere.*]non enim erit compellendus eam recipere cum alij adhæſerit. ext. de diuor. ſignificaſti. & poteſt monaſterium ingredi ea viuente, vt 17. q. 2. Agathoſa.

n ¶ *In alium.*]pœna adulterij etiam ſecundum leges commutata eſt in intruſionem monaſterij. C. de adult. auth ſed hodie.

SI *quis vxorem &c.*]

3 Anſ. l. 11. cap. 94.

c Vt 33. qu. 5. §. ex pmiſſis ibi vide as.

† al. diſpoſitione

4 Anſ. ibid. al c. 83.

‖ Vxor à viro ſeparata ſub qua cautione eſt ei reſtituenda.

‖ Cautionis nomen p ſe poſitũ, nudã pmiſſionẽ deſignat.

d Vbi d hoc & ext d pœ. c. vlt. i gl. 2. & ext vt lit. ſi cõt. qũ. §. in alus. i gl. ex eo, &c.

Quod

QVod autem.] Casus. Pollentius dicebat durum ſibi videri ſi poſt baptiſma vel pœnitentiam adulter vel adultera reconciliatur. Aug. autem probat quòd non debet durum ſibi videri. nam quamuis in veteri teſtamento adulterium nullo ſacrificio purgaretur, tamen Dauid noui teſtamenti præfigurator vxorem ſuam alij male traditam, ſi[ne] [...] reconciliauit benigne. Christus etiam adulteram pœnitentiá non condemnauit ſine mundatione: idest, ſine exteriori ſacrificio legali, ſed ſola pœnitentia.

1 Sent 4. lib. 3. Pol. l. 6. tit. 4.

2 Iuo p 8. c. 242 Pann. l. 8. c. 35.

a ¶ *Si fides.*] i. crudelitas, ſ. vt credātus peccata per pœnitētiam deleri: vel fides, i. certitudo & ſpes correctionis continentiæ eius.

b ¶ *Mundabātur.*] quo ad pœnam temporalem: immo ſola venia illa mittebātur per cæremonialia. de poen. diſt. 6. c. 1.

c ¶ *Sine mundatione legali.*] ſed ſola pœnitentia.

1. Reg. 18.

d ¶ *Quamuis Dauid.*] Hiſtoria legitur in 1. Regum, quod Saul dixit ad Dauid: Quicūque mihi cētum præputia Philiſtinorū portabit, habebit filiam meam. Dauid autem ducentos Philiſtæos occidit, & eorum præputia pſentauit Sauli: & ſic filiam ſuam Michol accepit in vxorem: proceſſu autem temporis fugit Dauid á facie Saulis: & tunc vxorem Dauid dedit Phalthi filio Lais. Deinde mortuo Saule cū filius ſuus Hisboſeth redargueret Abner principem militiæ de concubina patris ſui, indignatus eſt cum eo: vnde Abner reconciliatus eſt cum Dauid, & Michol vxorem ſuam ſibi redaxit: & ſecutus eſt eam Phalthi vir ſuus plorans vſque Bahurim. non enim cognouerat illam, eo quod illa diligens Dauid ſemper triſtis extiterat.

† al. contaminatione.] or. Io. 8.

¶ Adulterio purgato per pœnitētiam poteſt fieri reconciliatio coniugij.

C. VII.

1 QVod autem tibi durū videtur, vt poſt adulterium reconcilietur coniugi coniunx, ſi fides [a] adſit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptiſmate ablutos, vel pœnitentia credimus eſſe ſanatos? Hæc crimina in veteri Dei lege nullis ſacrificiis mundabantur [b], quæ in lege noui teſtamenti, ſine mundatione legali [c] mundantur: & ideo tunc omnino prohibitum erat ab alio contaminatam viro recipere vxorem: quamuis Dauid [d] Saulis filiam [e], quam pater eiuſdem mulieris ab eo ſeparatam dederat alteri, tamquam noui teſtamenti pręfigurator [f] ſine cunctatione † receperit. Nunc autem, poſtquam Chriſtus ait adulteræ, [nec ego te condemnabo: vade, deinceps noli peccare,] quis non intelligat debere maritum ignoſcere, quod videt ignouiſſe Dominum amborū? nec iā ſe debere adulteram dicere, cui⁹ pœnitētis [g] crimen diuina credit miſeratione deletum.

a ¶ Quæ in lege.] *Apud B. Auguſtinum legitur, quę noui teſtamenti, in ſanguine Chriſti ſine dubitatione mundatur. Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Idem eodem lib. c. 8.

¶ De eodem. C. VIII.

3 NOn erit turpis, neque difficilis etiá poſt perpetrata, atque purgata adulteria reconciliatio coniugum, vbi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorū: non vt poſt viri diuortium adultera reuocetur, ſed vt poſt Chriſti cōſortium adultera [h] non vocetur.

Item Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 4.

¶ Cum fornicationis vitium excluditur, caſtitatis virtus adſciſcitur. C. IX.

CVm renūtiatur [i] improbitati, ſtatim adſciſcitur virtus. Egreſſus enim malitię, virtutis operatur ingreſſum: eodemque ſtudio: quo crimē excluditur, innocentia copulatur.

Item Gregorius ho. 29. Euang.

¶ Non h[a]betur fallax apud Deum, qui ad veritatem pœnitendo reuertitur. C. X.

APud miſericordem namq; iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur [k], etiam poſtquam mentitur: quia omnipotēs Deus dum libenter noſtram pœnitentiam ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio, hoc quod errauimus, abſcondit.

4 *Quòd ſi in adulterio perſeuerare elegerit, patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, niſi eam adulterij ream facere voluerit. Vnde in nouo li. Codic. de adult. & ſtupro Impp. Seuerus. & Antoninus.*

[5 ¶ *Crimen lenocinij contrahunt, qui deprehenſam in adulterio vxorem [l] in matrimonio retinuerunt, non qui ſuſpectam habuerint adulteram.*] ¶ *Hoc in mulieribus non obtinet. Non enim eis permittitur maritos ſuos adulterij reos facere. Vnde in libro eodem, & tit. eodem ijdem Imperatores* [6 ¶ *Publico iudicio non habere mulieres adulterij accuſationem [m], quamuis de matrimonio ſuo violato queri velint, lex Iulia declarat: quæ cum maſculis iure mariti accuſandi facultatem de-*

e ¶ *Saulis filiam.*] ſ. Michol.

f ¶ *Præfigurator.*] præfigurauit quod mulier poſt pœnitentiam debeat viro reconciliari. 32. q. 1. §. ſed obi citur.

g ¶ *Pœnitentis.*] videtur ergo quòd non poſſit mulier de adulterio accuſari poſt pœnitentiam, quod falſum eſt. j. 33. q. 1. admonere. ſed poſt baptiſmum non, vt videtur: quia ibi plenior fit remiſſio quo ad omnem pœnam etiam temporalem. arg. de conſec. diſt. 4. ſine pœnitentia. Arg. contra, extr. de diuo. gaudemus. ? Sed dic quod licet excipi poſſit de adulterio primo commiſſo poſt baptiſmum, non tamen accuſari: quia exceptio [eſt] fauorabilis: accuſatio eſt odioſa. 2. q. 7 accuſatio.

¶ Adultera e[ti]ā poſt pœnitentiā accuſari pōt.

NOn erit. [Casus. Dicitur in hoc c. quod non eſt turpis reconciliatio adulteri vel adulteræ, cum adulterium eſt per pœnitentiá purgatum: quia iam per Chriſtum facta eſt remiſſio peccatorum: nec dicitur vt adultera in malitia perſeuerans reuocetur: ſed quod poſt pœnitentiam non debet adultera reputari.

h ¶ *Adultera.*] manens.

CVm renuntiatur.] Casus. Quæſitum fuit ab Amb. quādo dicatur fieri bonus qui à peccato recedit. Et reſpōdit quòd ſtatim, & ſine aliquo interuallo: quia ex quo peccatum excluditur, virtus ſtatim ingreditur.

i ¶ *Cum renuntiatur.*] ſi enim per ianuam peccati intrat diabolus, ſtatim Chriſtus recedit. de pœn. diſt. 2. ſi enim inquit. Et argue quòd infuſionem gratię præcedit remiſſio peccatorum naturaliter. id eſt, intellectu, ſed tamen tempore ſimul ſunt. ? ſic ergo prius deſinit quis eſſe vitioſus, quàm incipiat eſſe virtuoſus. 23. quæſt. 4. quod facit. bonus enim & malus ſimul aliquis eſſe non poteſt. de pœ. diſt. 2. §. ſi autem. argu. ff. de heret. inſti. quoties. §. ſi quis ita dixerit. Item nec poteſt quis eſſe in medio ſtatu: quia omnis qui non diligit, odit,

¶ Bonus & malus quis ſimul eſſe non poteſt.

vt de pœ. diſtin. 2. §. quicumque ab illa originali. in fi. Sed obiicitur, nonne peccatum dimittitur pœnitenti? quod ſi eſt ita, cum haben ti peccatum dimittatur peccatum: ergo pœnitens eſt peccator. & ita videtur quòd virtus & vitium ſimul ſint, vel aliquo tempore intermedio ſit quis ſine adulterio: quod ſtare non poteſt. Lau. Ego dico omnes quæſtiones tales eſſe duplices: iſti infunditur gratia, iſti dimittuntur peccata, eſt enim i[n]fuſio compoſita & ſimplex: ſicut hæc eſt duplex: lupus egreditur ſyluá. ſi enim intelligatur de compoſita egreſſione: vtraq; iſtarum eſt vera, lup⁹ egreditur ſyluam: lupus eſt in ſylua. ſecus ſi de ſimplici egreſſione. ſimiliter vtraque iſtarum eſt vera: iſti infunditur gratia: iſti remittitur peccatum. ſimiliter hic diſtinguendum eſt: hæc res præſcribitur ante 30. an. hæc res nō præſcribitur ante 30. ann.

APud miſericordem.] Casus. Dicitur i hoc c. quòd apud Deum bonus habetur & non fallax qui peccatum pœnitendo mittit. ipſe enim poſt pœnitētiam peccata quę commiſimus, abſcondit & dimittit, noſtram pœnitentiā ſuſcipiendo libenter. Sequens. §. patet.

k ¶ *Reuertitur.*] ſi ergo iuraui me ad diem certum ſoluturum pecuniam: licet poſt ſol uam, non peiero: quia iam ad veritatem redeo: ſicut ſi ſub pœna promiſi aliquid, nec ſolui pœna commiſſa eſt: ſi tamen poſt ſoluo, liberor à pœna. ff. de arbit. l. vlt. quando pœna committatur, vel quādo purgetur, no. in diſtinct. domini mei[a] Hu. Item eſt hic arg. quod aliquis poteſt mutare, confeſſionem ſuam, maxime incontinenti, vt extra de teſti. cogen. præterea. vel antequam ſit ſcripta. extra de cenſi. olim. dummodo non fiat calumnioſe, vt ff. de inter. act. de ætate. §. vltim. Argu. contra, extra de conceſſ. præben. & eccl. non va. poſt electionem. & extra vt eccle. bene. vt noſtrum. & 4. quæ. 3. item qui falſo.

4 Sent. ibid. ¶ iurans ſoluere certo tempore, ſi poſt ſoluat, non eſt periurus.

5 tit 9. ad l. Iul. de. adul. & ſtup. l. 2.

6 ibid. l. 2.

a de hoc no. ff. ſi q[ui]s cau. l. & ſi poſt. in glo. ipſo iure.

CRIMEN LENOCINII. Casus. Dicitur in hac l. quod leno eſt qui vxorem publice in adulterio deprehenſam detinet: ſecus autem eſt, ſi ſuſpectam de adulterio detinet.

l ¶ *Vxorem.*] non tamen pœnam adulterij ſubſtinet qui matrimoniū ſuum contemnit, & vxorem delinquere patitur. & contaminatione non indignatur, vt ff. de adul. l. 2. §. lenocinij. Crimen autem lenocinij pluribus modis committitur, committit lenocinium qui quæſtuaria mancipia habet. quia non eſt hoc minus quam proprio corpore quæſtum facere, vt ff. de rit. nup. l. palá. §. lenocinium. Item eſt etiam leno qui ſcienter ducit damnatam adulteram, vel qui reconciliat ſibi adulteram, vt C. de adult. l. caſtitati. vel qui ſcienter tenet adulteram, vt hic, vel qui recipit pecuniá pro adulterio vxoris ſuæ, vt ff. de adul. l. 2. §. lenocinij.

¶ Lenociniū multipliciter cōmittitur.

HOC IN MVLIERIBVS. Casus. Per quædam capit. ſupradicta permiſſum eſt viris accuſare vxores de adulterio. Nunc dicit Gratian. quod mulieribus hoc non permittitur vt viros ſuos de adulterio accuſent: quod probat per legem ſequentem. Vel expone hoc, ſcilicet propter quod non dicantur lenæ, ſi viros adulteros detinent.

PVBLICO. Casus. Dicitur in hac lege, quòd ſi mulier ad pœnam capitalem virū ſuum voluerit accuſare de adulterio, quod non admittitur: licet de toro violato conqueri velit: quamuis vir iure mariti contra eam admittatur.

m ¶ *Accuſationem.*] ſed non vſquequaque negatur mulierē poſſe virum accuſare [b], ſed dicitur non æquo modo cū viro accuſationē de adulterio poſſe pponere. vt̄ recte ſubditur. Nō idē priuilegiū, &c.

b Adde quod mulier ad effectum pœnæ imponendæ viro ad ſeparationē tori poteſt maritū accuſare. no. Cy. in l. 1. de adu. Spe. e. ti ver. ſed nūquid.

vir enim

vir enim iure mariti, ſ. ſine inſcriptione, ſine metu calumniæ, intra lx. dies vtiles mulierem de adulterio accuſat, vt 4. q. 4. §. aliquando. quod non facit mulier. aliàs vir & mulier ad paria iudicantur, vt ī. e. q. 5. præcepit &c. Chriſtiana. & ī. e. q. c. ſi quis vxorem. ſed poſt lx. dies non poteſt eam niſi iure communi accuſare: niſi abſens ſit propter rem publicam: quia tunc admittitur, & reſtituitur ad illos lx. dies. Et eſt iſte caſus ſpecialis, in quo maiores reſtituuntur, & non minores. ff. ex qui. cau. ma. ſi qua mi litia. ff. de adul. miles. §. quidā. & ff. de mino. auxiliū. Sed quod hic dicitur, nō videtur tenere ſecundū iura noſtra. nam ſicut maritus vxorem: ſic vxor maritum licite accuſat, & inſcribit contra eum, & obligat ſe ad pœnā talionis. & hoc quando coram ſeculari iudice agit. ſed ſi agit coram eccleſiaſtico ñ inſcribit, vt extr. de proc. tuę. & lex idē videtur dicere §. quia vero. & in auth. vt li. ma. & auiæ. §. cauſas. col. 8. Miror tamē quare dicat Inn. ꝙ coram ſæculari iudice ſit inſcribendum: cum hodie pœna ſæcularis cōmutata ſit in eccleſiaſticam pœnā, vt C. de adul. auth. ſed hodie. vnde etiam ſecūdū leges dico qđ vxor poſſit accuſare virū, cum tantum eccleſiaſtica ſit pœna adulterij: ſed dic quod ideo & hodie tenetur vir inſcribere, quia ingreſſus i monaſterium morti æquiparatur[a]. Vel dic ꝙ licet cōmutata ſit pœna adulterij quantum ad mulierem: nō tamen quātum ad virū. Sed eſto quod vir accuſet mulierem, & ſuccumbat[b]: ex quo vir obligauit ſe ad pœnam talionis, & non probat: ergo & vir cō demnabitur ſicut mulier condemnaretur ſi eſſet conuicta. ſed mulier conuicta detrudetur in monaſterium: ergo & vir. & ſic aliquis cogitur recedere ab vxore ſua abſque cauſa fornicationis, ſecundū hoc quicumque vult ſeparari ab vxore ſua, accuſabit eam, vt cum ſuccubuerit, poſſit recedere ab ea: & ſic alia via eſt cōſecutus quod deſiderauit: quod eſt contra id 33. q. 5. hæc imago. extr. de proc. tuæ. Reſp. bene concedo quod eodem modo condemnatur vir quo mulier. Mulier enim non cogitur intrare religionem niſi viro placuerit, ſic nec vir condemnatus cogitur intrare religionē niſi mulieri placuerit. Vel intellige quod dicit decret. quod debet inſcribere, verum eſt quantum ad hoc vt lucretur donationem propter nuptias vel dotem.

Accuſare ſe pñt mutuo vir & vxor de adulterio.

1 Iuo p. 8. c. 77. Pannor. l. 6. c 29.

† al. malo] Iuo.

† al. decernuntur

a Vt not 16 q. 3. placuit. & C. de epi. & cler. Deo nobis. Arc.

b Adde qualiter puniatur ſuccumbēs i accuſatiōe adulterij, no gl. & Bar. i l. quis. ver. gladio. C de adult.

tuliſſe non idem[a] feminis priuilegium[b] detulit.] ¶ *Si ergo, vt ex his colligitur auctoritatibus, adulteram retinere nulli permittitur, multo minus in coniugium duci licebit, cuius pudicitiæ nulla ſpes habetur. Debet enim inter coniuges ſeruari fides, & ſacramentum quæ cum defuerint, nō coniuges, ſed adulteri appellātur.*

Vnde Auguſtinus ſcribit contra Iulianum lib. 1.

¶ Veritas nuptiarum non conſiſtit in commiſtione maris & feminæ. C. XI.

1 NOn enim in ſola, vt deliras, cōmiſtione maris & feminæ nuptiarum veritas eſt: quamuis ſine illa commiſtione nuptiæ filios procreare non poſſint. Sed alia ſunt ad nuptias propriè pertinentia, quibus ab adulteriis nuptiæ diſcernuntur: ſicuti eſt tori coniugalis fides, & cura ordinate filios procreandi, & (quæ maxima eſt differentia) bonus vſus mali[c], hoc eſt bonus vſus concupiſcentiæ carnis, quo bono † adulteri male vtuntur.

¶ *In Pannormia citatur eodem modo: itemque apud Iuonem niſi quod habet*, libro ſecundo. *Sententia quidem ſæpe habetur apud B. Auguſtinum, & contra Iulianum nuptias diffinientem corporum commiſtionum diſputat potiſſimum lib. 5 c. vlt.*

Hæc ſunt bona, quibus commēdāntur nuptiæ, & ab illicito vſu diſcernuntur †.

3 *Econtra vero Ambroſius[a] improbare nuptias videtur dicens.*

a ¶ Ambroſius.] *Sic etiam in manuſcriptis. Sed apud ipſum non eſt inuentum. Habetur apud B. Hieronymū, lib. 1. contra Iouinianū.*

¶ Primæ vel ſecundæ nuptiæ hac auctoritate improbari videntur. C. XII.

a ¶ *Non idem.*] id eſt, iure mariti. Vel non idem, id eſt, nullum priuilegium apud ſæcularem iudicem.

b ¶ *Priuilegium.*] quidam domini dicunt, quòd etiam vxor virum accuſare poteſt de adulterio[c], ſed non cū priuilegio: quia tenebitur ad talionem: & hoc innuit hic. Alij dicunt quod non poteſt, vt Io. & intelligunt auth. illas per quas dicunt veteres leges eſſe abrogatas in auth. vt fratrum filij. §. vlt. col. 9. & in auth. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero. & §. cauſas. col. 8. in quibus videtur, quòd æque vxor. virum ſicut vir vxorem poteſt accuſare per illam legem C. de repu. conſenſu. vt cum agit ad ſeparationem tori, vt lucretur donationem propter nuptias: non tamen vt vir in corpore puniatur: & ad hoc tantum agitur ſecundum canones.

c Dic ꝙ ſic ad effectum pœnæ imponendæ viro ad ſeparationē tori nō pœnę legalis. cōtor. not. p Cy. l. 1. C de adult.

SI ERGO. CASVS. infert Gratian. ex ſupra dictis, quòd ſi nullus debet adulteram retinere: multo minus in coniugem debet duci, ſi ſpes correctionis non habetur de ipſa, cum inter coniuges fides & ſacramentum debeant obſeruari. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

NOn enim.] CASVS. Iulianus dicebat, quod non erat verum & perfectum matrimonium ſine commiſtione carnali. in qua opinione videtur fuiſſe Gratianus, & quidam alij: contra quos loquitur Auguſtinus dicens quod veritatis matrimonij potius conſiſtit in fide, prole, & ſacramento, quam in carnis commiſtione. Sic videtur mihi B. iſte caſus ponendus. De ſacramento tāgit ibi obſcure vbi dicit: *Bonus vſus mali*, Hug. etiam ſic ponit hunc caſum. Sequens §. patet.

NVptiæ terram replent, virginitas[d] paradiſum, Sed & hoc intuendum eſt duntaxat iuxta hebraicem varitatem, quòd cū ſcriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & ſexto, die expletis operibus ſingulorum dixerit [& vidit Deus quia bonum eſt.] in ſecundo die hoc omnino ſubtraxit: nobis intelligētiam de relinquens non eſſe bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde[e] & in arca Noe omnia animalia quæcūque bina ingrediuntur, immunda[f] ſunt: impar numerus eſt mundus[g]. Quamquam in duplici numero oſtendatur, & aliud ſacramentum[h]: quod nec in beſtiis quidem, & immūdis auibus bigamia comprobata[i] ſit. bina enim ingrediūtur immūda, & ſeptena, quæ munda ſunt: vt haberet[k] Noe poſt diluuium, quod de impari numero ſtatim Deo poſſet offerre.

Gen. 7.

Verum hoc ad exhortationem, non ad neceſſitatem obſeruandæ virginitatis refertur.

Vnde Ambroſius ait in libro exhortationis ad Virgines.

¶ Virginitas ex conſilio ſuadetur, non imperio præcipitur. C. XIII.

2 INtegritas corporis expetenda à vobis eſt: quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt[l] enim virgi

2 Iuo p. 7. c. 120.

c ¶ *Vſus mali.*] id eſt, pruritus concupiſcentiæ. Et nota, quòd ſunt quattuor ſpecies vſus. Eſt bonus vſus boni, vt integritas quæ Deo vouetur. Eſt & malus vſus boni: cum quis continet propter inanem gloriam: & bonus vſus mali, cum concupiſcentia arctatur circa matrimonium. Eſt & malus vſus mali, cum quis vagatur ad meretrices, vt ea. q. 4. meretrices.

Vſus quattuor ſpēs.

Ecc. l. 39.

ECONTRA VERO. Hæc eſt tertia pars qu. in qua laudat & præfert virginitatem matrimonio: non tamen improbantur nuptiæ. ita intelligas ſequentia capi. Ioan. de Fan.

NVptiæ terrā implent.] CASVS. Ambroſius tria ī hoc c. inducit ad diſſuaſionem bigamiæ. Primum quia hoc facit virginitas in cælis, quod matrimonium in terris. Secundum, quia ſicut opus ſecundæ diei non meruit benedictionem: ita nec ſecundæ nuptiæ. Tertium, quia nec in beſtiis approbata eſt bigamia: cum tantum immunda animalia ſub binario. ingreſſa ſint in arcam. Sic Beneuen. poſuit hūc caſum. Et quod dicitur ibi, *Aliud ſacramentum*, id eſt, alia ſignificatio. *Hoc.* ſcilicet, quia nec, &c.

d ¶ *Virginitas.*] non ideo hoc dicit, vt ſolæ virgines habeant paradiſum: ſed quia facilius. argum. ī. prox. cauſa quæſtio. 5. qui ſcit. Vel quia virginitas eſt ſoror Angelorum, vbi omnes erunt virgines, vel continentes: neque nubent, neque nubentur, vt 31. quæſt. 1. quod ſi.

Virginitas ſoror eſt angelorum.

e ¶ *Vnde.*] ſcilicet ad oſtendendum, quòd binarius numerus non bonam habet ſignificationem: ſed ſignum diuiſionis & reprobationis.

f ¶ *Immunda ſunt.*] immūda vocauit Moyſes in lege animalia, quæ non ruminabant, vt porci: & quæ non habebant vngulas, fiſſas, vt equi: & in natantibus, quæ non habebant ſquammas: & generaliter quæ lex comedi prohibuit.

Animalia immunda, quæ dicebantur eſſe.

g ¶ *Impar numerus eſt mundus.*] id eſt, ſub impari numero ingrediuntur munda in arcam.

h ¶ *Et aliud ſacramentum.*] ab illo ſcilicet, quod, &c.

i ¶ *Comprobata.*] ſenſus eſt, Adeo reprobatur bigamia, quod nec etiam in beſtiis immundis inueniebatur cum qua bigamia contrahi poſſet ſi alter compariū moreretur.

k ¶ *Vt haberet.*] reddit rationem quare munda ſunt ingreſſa ſub impari numero, vt ex illis poſſet aliquid offerre. vbi enim paritas eſſet, ibi non poterat diuidere maſculum a femina.

Munda animalia cur ingreſſa ſint arcā in pari numero.

VERVM HOC. CASVS. Quia Ambro. videbatur dicere quædam, quæ videbantur improbare nuptias: ideo Grat. dicit quo caſu intelligātur, ſcilicet de conſilio: ad quod inducit ſequens cap. cuius caſus patet.

l INtegritas.] ¶ *Sola eſt.*] hæc dictio, ſola, determinat hoc verbum ſuaderi, id eſt, ſolum modo ſuaderi poteſt: (imperatur enim fides, ſpes, charitas, humilitas) niſi aliquis feciſſet ſibi præiudicium vel vouendo, vel ſumendo ſacrum ordinem. vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda. vt lex. § quandoque etiam imperatur continentia ratione delicti, vt in pœnitentibus, vxoricidis, & inceſtuoſis, vt dixi ī. cauſa proxim. quæſtione prima. in princip. & cap. ſicut.

Cōtinētia ratione delicti quandoque imperatur.

a ¶ Voti

nitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari nõ poteſt: res magis voti [a], quã præcepti.

4 *Cum ergo in meretrice, vt diximus nulla ſpes fidei, nulla ſit certitudo pudicitiæ, patet, quòd non eſt in coniugium ducenda. ſed obiicitur Rhaab Hiericuntina, quamuis eſſet meretrix, tamen principi de tribu Iuda eſt copulata coniugio. de qua Chriſtus poſtea naſci dignatus eſt. Oſee quoque duodecim prophetarum primus* [b]*, ex præcepto Domini, coro ordei* [c] *meretricem emit, quam ſibi in coniugio ſociauit. Sed aliud eſt, meretricem ducere, vel adulteram retinere, quam tua conſuetudine caſtitate & pudicitia exornes: atque aliud, aliquam earum habere, quam nullo pacto a luxu carnis ſuæ reuocare valeas. Hoc enim penitus prohibetur: illud laudabiliter fa[c]tum legitur †.*

Vnde Hieronymus ſuper Oſee lib. 1. ad c. 1.

¶ Non eſt peccatum meretricem ducere vxorem. C. XIIII.

1 NOn eſt culpãdus Oſee propheta (interim vt ſequamur hiſtoriam,) ſi meretricem, quam duxit, ad pudicitiam conuerterit: ſed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipſe polluitur, ſi ſocietur [d] malo: ſed qui malus eſt, in bonum vertitur, ſi boni exẽpla ſectetur [e]. Ex quo intelligimus, non prophetam perdidiſſe pudicitiam fornicariç copulatum, ſed fornicariam aſſumpſiſſe pudicitiam, quam antea nõ habebat.

QVÆSTIO II.

1 Q*Vòd antẽ non ſit vxor quæ ſola cauſa incõtinentiæ ducitur, hinc videtur probari poſſe: quia coniugiũ propagationis, nõ explendæ libidinis cauſa a Deo inſtitutum eſt. Hæc namque fuit benedictio* [f] *coniugis* [*creſcite & multiplicamini.*]

Vnde Ambroſius ſuper Lucam, libro 1. ad cap. 1.

¶ Partus feminarum eſt eis ſola cauſa nubendi. C. I.

2 PVdor [g] eſt feminis nuptiarũ præmia non habere, quibus hæc ſola [h] cauſa eſt nubendi, *Idem lib 2. in prin.* ¶ Dum † cõiugij præmium, & gratia [i] nuptiarum, partus ſit feminatum, non mediocris quoque cauſa eſt, vt virginitas Mariæ falleret [k] principem mundi [l].

Qui ergo non cauſa procreandæ ſobolis, ſed explendæ libidinis ſibi inuicem copulantur, non tam coniuges, quàm fornicarij videntur.

Hinc etiam Hieronymus ad cap. 5. epiſtola ad Epheſios.

¶ Non coniuges, ſed adulteri vocãtur, qui non ſecundum præcepta Chriſti coniunguntur. C. II.

3 SIcut non omnis [m] congregatio hæreticorum, Chriſti eccleſia dici poteſt, nec caput eorũ Chriſtus: ſic non omne matrimonium [n] quo † non viro ſuo ſecundum præcepta Chriſti vxor iũgitur, rite coniugium appellari poteſt ſed magis adulterum [o].

2 *His ita reſpondetur. Prima inſtitutio*

---

a ¶ *Voti.*] Arg. quod monachi vel canonici non poſſunt inuiti compelli ad diſtrictiorem vitam: quia ea res eſt magis voti quam præcepti, & magis liberæ voluntatis quam coactionis. arg. diſt. 74. ca. 2. & 20. q. 3. præſens.

¶ Monachi an poſſint ad vitã ſtrictiorem cõpelli.

CVM ERGO. Hæc eſt 4. pars q. in qua ſoluit magiſter & dicit, quòd ſi deſinit meretricari, poteſt duci vxor aliàs non. Io. de Fan.

CASVS. Infert Grat. ex ſupradictis, quod meretrix non eſt in coniugium ducenda, cum nulla ſpes correctiõis ſit in ipſa. Sed ſtatim obiicit de Rhaab meretrice, quæ fuit coniugio copulata: de qua etiam per ſucceſſionẽ Chriſtus naſci dignatus eſt: & de Oſee, qui meretricem emit, quã ſibi matrimonio copulauit. Sed Gratianus ſoluit, dicens aliud eſſe meretricẽ ducere, vel adulteram retinere. aliud eſt aliquã earum habere, quæ non poteſt à luxoria refrænari. Primum licet, ſecundum autem non. & ad hoc inducit ſeq. capitulum.

Ioſue. 2. & 6.

Oſea 1. & 3.

† al. intelligitur.

RHAAB. Hiſtoria. Vt legitur in libro Ioſue, Rhaab recepit exploratores Iſrael in domum ſuam: & cũ quçrerentur ad mortem, abſcõdit eos: & deinde dimiſit per funem de feneſtra dom[us] ſuæ, quæ muro ciuitatis inhærebat, poſtea cum ciuitas capta eſſet, ſaluata eſt dom[us] Rhaab, & Salomõ dux ex tribu Iuda duxit eam in xorem.

1 Iuo p. 8 c. 38. Pan. l. 6. c. 37.

OSEAS. Hiſtoria. Legitur in Oſee quod dixit Dominus ad eum: Vade & ſume tibi vxorem fornicariã: & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. & abiit, & accepit Gomar filiam de Balzim: quæ concepit & peperit filium. Et iterum dixit Dominus ad eum: Vade dilige mulierem dilectam amico & adulteram ſicut diligit Dominus filios Iſrael, & diligunt vinacia vuarum, & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos. & dixit Oſee. Eã emi mihi quindecim argenteis, & coro ordei *, & dimidio coro tritici. & dixit ad eam, in diebus multis expectabis me: non fornicaberis, & non eris cum viro.

* Al. hordei.

b ¶ *Primus.*] non ratione temporis, ſed ordinis. liber enim primus ponitur inter 12. prophetas.

c ¶ *Coro ordei.*] & 15. argenteis, & dimidio coro tritici. Ioan.

NOn eſt culpandus.] CASVS. Excuſat Hie. in hoc c. Oſee contrahentem cum meretrice, dicens eum propter hoc non eſſe culpandum, ſed potius laudandum: quia malam conuertit in bonã: nec corruptus eſt ex ſocietate fornicariæ, ſed fornicaria pudicitiam aſſumpſit.

d ¶ *Societur.*] ſocietas enim inter bonum & malũ contrahi poteſt vt ex ſocietate boni malus ædificetur: ſicut emptio veneni valet ſi tale ſit quod adiectione alterius materiæ vſui eſſe poteſt. ff. de contrah. emp. quod ſæpe. §. veneni.

¶ Societas inter bonũ & malũ cõtrahi poteſt.

e ¶ *Sectetur.*] arg. quòd malum additum bono non corrumpit illud, ſed potius ſumit naturam boni. arg. j. e. q. 2. quidquid. & ext. de conſec. eccl. quod in dubiis.

Q*Vod autem.*] Hæc q. diuiditur in 7. parteſ: in prima quarum videtur probare ſuperficialiter quod cauſa incontinentiæ inducta non eſt vxor. quia honor eſt mulierum filios procreare. Secunda ibi, *His ita.* Tertia ibi, *Non autem.* Quarta ibi, *Sed econtrario.* Quinta ibi, *De his.* Sexta ibi, *Cum ergo qui aliquã.* Septima ibi, *Cum ergo dicitur.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, qua quæritur an ſit cõiũx dicenda quæ cauſa incontinentiæ ducitur. Et certum eſt, quòd non, ſecundum primam inſtitutionem matrimonij: quæ fuit facta cauſa multiplicandi generis humani. Sed ſecundum inſtitutionem ſecundam matrimonij factam cauſa fornicationis vitandæ eſt matrimonium, vt j. e. §. his ita. Ille autem §. per ſe patet.

QVOD AVTEM. Hic depingitur ſecunda quæſtio, an ſit illa coniunx, quæ cauſa incontinentiæ ducitur: Et quidem eſt, non ſecundum primam inſtitutionem matrimonij factã cauſa prolis tantum, & gratia multiplicandi generis humani, ſed ſecundum ſecundam inſtitutionem factam poſt peccatum vitandæ fornicationis cauſa. & vtraque inſtitutio facta eſt in paradiſo. Prima añ peccatum: ſecunda poſt. Attribuitur tamẽ ſecunda Apoſtolo, non quia ipſam fecit: ſed quia ipſam eſſe factã oſtendit: & ne in poſterũ ab hæreticis in dubium reuocetur, in ſcriptis redegit [b]: ſicut etiam Hier. ſecundas nuptias conceſſit. j. 31. q. 1. aperiant.

¶ Coniux non eſt quæ cauſa incontinentiæ ducitur.

b de hac materia not. j. prox. cau. q. 1. Deus ſæculum.

f ¶ *Benedictio.*] & fuit facta in paradiſo, 26. diſt. deinde. tunc fuit præceptum, vt ibi dicitur ‖ eodem modo præceptum fuit cum dicebatur, Maledict[us], qui non reliquerit ſemen ſuper terram: hodie tamen eſt conſilium, niſi quoad reddendum debitum. 33. q. 4. Apoſtolus.

2 Iuo p. 8. c. 75. & 76. Pan. l. 6. cap. 24. & 25.

† al. tamen

‖ Matrimoniũ quãdoque fuit de præcepto.

P*Vdor eſt feminis.*] CASVS. Beneuen. ſic ponit hunc caſum. Cum prima inſtitutio nuptiarũ fuerit cauſa prolis habẽdæ, quodammodo pudor cõiugatæ reputatur filios non habere. vnde non fuit mirum ſi diabolus credebat Mariam eſſe corruptam, cum videret eam prolem habentem, quæ eſt præmium nuptiarum. *Sola.* i. præcipua. *Eſt.* i. eſſe debet.

3 Iuo p. 8. c. 277.

g ¶ *Pudor.*] ſi tamen per eas nõ ſtaret quominus habeant, non eſt eis dedebeant pudere. ff. de reg. iur. in omnibus.

† *al. quod non viro ſuo ſecundum præcepta Chriſti coniungitur.*

Gen. 2.

h ¶ *Sola.*] i. præcipua. 8. diſt. ſi ſolus.

i ¶ *Et gratia.*] vnde dicit lex, quia magnum præmium eſt mulieribus concipere. & conceptum tueri. ff. de ædil. edict. quæritur. §. ſi mulier.

k ¶ *Falleret.*] ex hoc autem fuit deceptus diabolus, qui cum videret Mariam habere filium, credebat eam mulierem eſſe. Alia ratio redditur 17. quæſt. 2. inuenta. ‖ Hic patet quòd multa latent diabolum, & quotidie diſcit per temporum incrementa, vt 26. quæſtio. 3. ſciendum.

‖ diabolum multa latẽt & quotidie diſcit.

l ¶ *Principem mundi.*] id eſt, mundanorum, id eſt, malorum. nec per hoc attribuitur ei ſuper homines aliquis principatus, ſed dicitur princeps eorum, id eſt, primo peccans, vel maior peccans. ‖ Vel ad deriſionem dicitur princeps talium: ſicut dicitur rex ſchacorum, vel cardinalis Rauennas: non tamen ſimpliciter eſt rex, vel cardinalis. argum. ff. de verbor. ſign. Pauius. quidam tamen hæretici garriunt eum principem mundi, quia fecit omnia infra lunarem globum. Ioan.

‖ Diabolus dicitur mũdi princeps.

QVI ERGO. CASVS. Hic infert Gratianus ex ſupradicto ca. quòd qui cauſa explendæ libidinis, & non cauſa ſobolis copulantur, potius dicendi ſunt fornicarij quàm coniuges. Et ad hoc inducit ſeq. c.

m ¶ *Non omnis.*] i. omnis non ſimile eſt ibi, Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

n ¶ *Matrimonium.* i. coniunctio.

o ¶ *Adulterium.*] i. fornicaria coniunctio.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua dicitur, quòd matrimonium bis fuit inſtitutum ſiue permiſſum. Primo in paradiſo propter ſobolem tantum. Secundo extra paradiſum propter ſobolem, & propter infirmitatem carnis vitãdam, quia bonum matrimonij tripertitum eſt: ſ. fides, proles, & ſacramentum. Ioan. de Fan.

CASVS. In hoc §. duas diſtinguit inſtitutiones matrimonij. Vnam quæ fuit ante peccatum, & cauſa ſobolis procreandæ. Et aliam quç data fuit poſt peccatum: & facta fuit cauſa fornicationis vitandæ, quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis, Propter fornicationem

tionem,&c Vnde qui ſic coniuncti ſunt, continere non poſſunt niſi de commuui conſenſu, quod probatur ſimiliter auctoritate Apoſtoli. Vnde qui propter fornicationem vitandam coniuncti ſunt, debent coniuges appellari. Et ad hoc probandum inducit ſeq. c. *Excipitur*, id eſt, excluditur a fornicatione.

vtendo calidis, vt pluriès eam cognoſcere poſſit, tunc ſecundum Hu. peccat mortaliter, vt in contrario c. origo. minus tamen punitur propter bonum matrimonij, vt ĵ q.7. adulterij. Alij dicunt quò l etiam in hoc caſu tantum veniale peccatum eſt. argu. hic & ĵ. qu.7. adulterij. & ſic vbi reperitur quòd mortaliter peccet, dic: id eſt, ad modum adulteri agit. Vel dicitur ad exhortationem continẽtiæ. ſ. 32. q.1. §. verum. Vel intelligitur quando eam cognoſcit cõtra naturam: quia tũc ſecundũ omnes mortaliter peccat, & grauius cum vxore quã cum alia. ĵ. q.7. adulterij. Io.

coniugij in paradiſo facta[a] eſt, vt eſſet immaculatus torus, & honorabiles nuptiæ: ex quibus ſine ardore conciperent, ſine dolore parerent.[b] Secunda propter illicitum motum eliminandum extra paradiſum facta eſt[c][d]: vt infirmitas prona in ruinam turpitudinis, honeſtate exciperetur coniugij[e]. Vnde Apoſtolus ſcribens ad Corinthios ait [Propter fornicationem vnuſquiſque[f] ſuam vxorem, & vnaquæque virum ſuum habeat.] Ex hac itaque cauſa fit, vt coniugati ſe ſibi inuicem debeant, nec ſe ſibi negare poſſint. Vnde 3 *Apoſtolus [Nolite[g] fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu, & ad tempus, vt expeditius vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne forte tentet vos Satanas. Hoc autem dico propter incontinentiam veſtram.] Qui ergo propter incontinentiam in naturalem redire vſum[h] monentur, patet, quod non propter filiorum procreationem tantum miſceri iubentur. Non tamen ideo nuptiæ malæ iudicantur. Quod enim præter intentionem generandi fit, non eſt nuptiarum malum: ſed eſt veniale[i] propter nuptiarum bonum, quod[k] eſt tripartitum[l], fides videlicet, proles, & ſacramentum.*

Vnde Auguſtinus de bono coniugali, c.6.

¶ Immoderatus vſus coniugatorum non eſt nuptiarum malum, ſed eſt veniale propter nuptiarum bonum. C. III.

2 QVidquid inter ſe coniugati immodeſtum, inuerecundum, ſordidum ve gerunt, vitium eſt hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipſa quoque immoderatiore exactione[m] debiti carnalis, quam eis non ſecundum imperium præcipit, ſed ſecundũ veniam concedit Apoſtolus, vt etiam præter cauſam procreandi ſibi miſceantur, etſi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamẽ ab adulterio[n], ſeu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur: ſed propter nuptias agnoſcitur. Debent ergo ſibi coniugati, non ſolum ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa (quæ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas) verũetiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodammodo ſeruitutem: vt, etſi alteri eorum perpetua cõtinentia placeat, niſi ex alterius conſenſu non poſſit.

3 *Non autem datur præſentia ſancti ſpiritus tempore, quo coniugales actus geruntur. Vnde Hieronymus ſuper Matthæum.*

¶ Caput hoc habetur apud Origenem homilia 6 in Numeros: & ex ipſo citatur in gloſſa ordinaria Numer. 11.

¶ Non datur præſentia ſancti ſpiritus tempore, quo coniugales actus geruntur. C. IIII.

4 COnnubia legitima carent quidem peccato. non tamen tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præſentia[o] ſãcti ſpiritus datur: etiam ſi propheta eſſe videatur, qui officio generationis obſequitur. Sed & alia plura[p] ſunt, in quibus ſufficit ſola[q] vis humana: & neque res indiget, neque decet adeſſe præſentiam ſancti ſpiritus.

Sicut ergo talis concubitus non eſt fornicarius ſed propter bonum coniugij licitus, ſic etiam coniunctio illa, de qua quæritur[r], non eſt fornicaria, ſed propter bonum coniugij licita.

Item ſicut Auguſtinus ait in lib. de bono coniugali, c.14.

C. V.

5 COncubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiamſi cauſa filiorum concumbant, iuſtum faciunt concubinatum ſuum.

4 Sic econtrario datur intelligi de iis, qui coniugali affectu ſibi copulantur: quòd etiam ſi non cauſa procreandorum filiorum, ſed explendæ libidinis conueniunt, non ideo fornicarij ſed coniuges appellantur.

Probatur hoc idem auctoritate Auguſtini in libro de bono coniugali, c.5.

a ¶ *Facta.*] ſolo conſenſu, vt & nunc & inſtituit Dominus matrimoniũ ex eo quòd mulierem fecit, dicendo illi, quòd vxor Adæ eſſet futura.

Heb.13

3 Sent.4. diſt.26.

b ¶ *Sine ardore.*] nisi enim homo peccaſſet, ita ſine ardore & pruritu eſſet genitalium cõiunctio, ſicut eſt aliorum membrorũ: veluti ſi applices digitum digito: vel manum cum manu: vel ſi eſſet pruritus, non tamen eſſet peccatum. ſicut non eſſet peccatum manum ſcabioſam mittere ad ignem.

¶ Adam ſi non peccaſſet nulla in coitu voluptas eſſet.

1.Cor.7

ibid.

c ¶ *Eliminandum.*] id eſt, coercendum.

d ¶ *Facta eſt.*] id eſt, oſtenſa facta eſt. al. as in paradiſo etiam ſecundo facta eſt. ſed quæro per quæ verba, vel quando?

e ¶ *Coniugij.*] ſed hodie ſacerdos diacon⁹ magis punitur ſi contrahat quam ſi fornicetur, vt diſt. 28. presbyterum.

f ¶ *Vnuſquiſque.*] qui per votum ſibi non præiudicabit. 27. qu.1. vt lex.

2 Ivo p.8.c. 234.

g ¶ *Nolite.*] ſ. 30. qu.2. noſſe.

h ¶ *Vſum.*] id eſt, carnalem vſum.

i ¶ *Veniale.*] id eſt, dignum venia, id eſt, ad mortem non imputabile. ſ. diſt. 13. nerui. ĵ. eadem q.4. in eo. contra ſ. diſt. 25. §. alias. Arg. contra ĵ. 33. qu.4. vir. dic vt not. ĵ. cap. prox.

1.Cor.7.

k ¶ *Quod.*] ſiplex eſt relatio.

l ¶ *Tripertitum.*] id eſt bonum nuptiale eſt triplex: id eſt, coniunctorum nuptiis bonũ eſt triplex.

3 Pan. l.6.c. 26.

QVidquid.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dicit Augu. quòd quidquid inter ſe cauſa explendæ libidinis faciunt coniugati, non eſt culpa nuptiarum, ſed hominum. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi quis vxorem ſuam cognouerit etiam nimis frequenter cauſa fornicationis, vel forte cauſa libidinis ſaturandæ, defenditur tamen à fornicatione propter bonum nuptiarum. In tertia parte dicitur, quòd coniugati debent adinuicem ſibi reddere debitum non tantum cauſa prolis habendæ: ſed etiam cauſa fornicationis vitandæ. Secunda pars incipit ibi, *Iam in ipſa.* Tertia ibi, *Debent ergo.* quod autem dicitur ibi, *neque illud*, ſcilicet coitus incontinentiæ, vel forte libidinis ſaturandæ Sequens §. patet.

m ¶ *Exactione.*] cauſa incontinentiæ, non cauſa libidinis explendæ.

n ¶ *Ab adulterio.*] ĵ. ca. quæſt.4 origo. contra ĵ. ead. qu.4. liberorum. contra. Vt hoc cap. & eius contraria melius intelligas, ¶ nota, quod quattuor de cauſis commiſcetur quis vxori. Cauſa prolis. Item cauſa reddendi debitum. his caſibus non peccat, immo meretur. 13 diſ. nerui. & 33. quæſt.5. ſi dicat. Item cauſa incontinentiæ, cum, ſcilicet eſt præuentus à voluptate: tunc eſt veniale peccatum, vt hic & 33. qu.4 vir cum propria. Quidam tamen dicunt hoc caſu nullum eſſe peccatum propter auctoritatem Apoſtoli. Vnuſquiſque habeat ſuam, &c. vt ſ §. prox. Cognoſcitur etiam vxor cauſa explendæ voluptatis, ſcilicet cum quis præuenit voluptatem vel cogitatione, vel

¶ Vir cur miſceatur vxori cauſæ iiij.

NON AVTEM. Hæc eſt 3. pars q. in qua dicitur quòd virtus ſancti ſpiritus nõ eſt ibi, quando coniugalis actus agitur. & dicas quod duobus modis datur ſpiritus ſãctus, ſcilicet ad bene viuendum. tunc non recedit in coniugali actu: quia meritorius eſt. 33. q.1. c.1. datur etiam ad virtutes faciendas. tunc recedit. hoc habes de pœn. diſt.2. ca. 3.4. & 5. Io. de Fan.

4 Sent 4. diſt. 30.

COnnubia.] CASVS. dicitur hic, qd licet cõnubia peccato careant, tamen tempore carnalis commiſtionis non abeſt ſpiritus ſancti gratia. Sũt etiam plura huiuſmodi opera, in quibus non abeſt præſentia ſpiritus ſancti: nec etiam indigent.

o ¶ *Præſentia.*] Adeſt tamen gratia ſpiritus ſancti quo ad illa, ſine quibus gratia ſpiritus ſancti haberi non poteſt: cum etiam quis mereatur quandoque in tali actu. ĵ 33. qu.5. ſi dicat. Sed abeſt cũ quis cognoſcit vxorem quo ad operationem, ſcilicet quo ad miracula facienda, & vim prophetandi. manet enim i bonis gratia ſpiritus ſancti quo ad quædam, & recedit quo ad quædam, vt legitur de pœ. diſt. 2. quærendum. & cap. poteſt diſcurſus. Vel dic non dari præſentiam ſpiritus ſancti quo ad omnia. quia ibi eſt quidam ſtupor, & homo totus carneus efficitur. Vel ideo illi prurituì non datur, quia eſt veniale peccatum. ¶ Dicit tamen P. manducato, coitum coniugalem bene exerceri poſſe ſine peccato[a], quod concedo quandoque. Ioan.

5 Pol. l.6 c. 4. Ivo p.8 c. 10 Pan. l. 6. c.45.

¶ coitus carnalis hoc pacto exerceri poteſt.

a Si. contra 27. qu.2. oe.

p ¶ *Sed & alia plura.*] vt ſunt actus indifferentes, vt comedere, mouere digitum, & huiuſmodi.

q ¶ *Sola.*] non excludit Deum quin abſit: ſed virtutes quantum ad operationem: quia illa hora totus carneus efficitur.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Gratian. ex illo c. quidquid. & dicit quòd ſicut coitus qui fit cauſa incontinentiæ, non eſt fornicarius, ſic coniunctio vxoris, quæ fit cauſa filiorum, non eſt fornicatio. Poſtea dicit, quòd concubinatus, qui fit etiam cauſa filiorum, non eſt licitus, quod probat auctoritate Auguſtini, de qua dicitur in themate.

r ¶ *De qua quæritur.*] in themate.

COncubinæ.] SIC ECONTRARIO. Hæc eſt 4 pars qu. in qua quæritur an ſit vxor quæ ducitur ad tempus, vel ſub conditione vt prolem euitet. & dicitur quod non. Io. de Fan.

CASVS. Infert Grat. ex auctoritate Auguſtini, dicens, ergo ſi coniugium fiat cauſa incontinentiæ, & non concubinatus, licitum erit: quod patet per ſequentia c.

Solet

SOlet quæri.] C a s v s. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum debeat dici matrimonium inter eos, qui cauſa incontinentiæ contrahunt. Et reſpondet Aug. quòd ſic, dummodo ſic conueniant vt perpetuo debeant ſimul eſſe: & non vitent prolem. Sed ſi conueniant vt ad tempus ſint ſimul, vel vt vitent prolem, non eſt coniugium inter eos. Nam non debet vxor dici, cũ qua aliquis ita contrahit donec inueniat magis dignam. & hunc caſum approbat H. in ſumma ſua, excepto eo, ꝙ non dixit de quæſtione facta ab Augu. *Vtrumque*, i. ad mortem velle perſiſtere, & velle non euitare prolem.

v Poly. ibid. Iuo p. 8. cap. 65. Pan. l. 6. cap. 27.

† al. propter incontinentiã] orig.

a ¶ *Sed pro incontinentia.*] i. propter incontinentiam vitandum.

b ¶ *Ea fide.*] dum tamẽ hoc agãt vt matrimonium contrahant.

c ¶ *Si vſque ad mortem.*] matrimonium enim nõ põt ad tempus contrahi: ‖ ſicut nec lex nouit filium temporalem, vt ff. de adopt. ſi qs. nec heres quis ad tempus inſtituitur. inſt. de her. inſt. §. heres. Quid ſi aliqui aliàs contracturi credunt hoc licere vt ad tempus contrahant, cum ius ignorent, & contrahunt? Dicit H. tenere matrimoniũ.

‖ Filius temporalis eſt à lege incognitus.

a Pan. l. 6. c. 44.

d ¶ *Vitauerint.*] modi vitandi notãtur. ff. de viſu & ha. ſed neque. & l. & ſi forte.

e ¶ *Nolint.*] i. velint nõ naſci. Habes ergo hic ꝙ vitatio prolis vel propoſitum necandi filios impedit matrimonium. & in c. prox. Si autem alia cõditio inhoneſta poneretur in matrimonio, vt cõtraho tecum ſi tu interfeceris patrem, vel aliquid iniquius feceris: an talis impediat matrimonium dubitari conſueuit.‖ De hoc notabis quod conditio quædam eſt honeſta: quædam inhoneſta ſiue impoſſibilis [a]. Eſt autem honeſta duplex: & eſt duplex inhoneſta quædam enim conditio eſt de natura matrimonij: quædam non. Si ergo conditio honeſta quæ non eſt de natura matrimonij, apponatur matrimonio, tenet matrimonium, vt ſi dicatur, contraho tecum ſi dederis mihi centum: hæc conditio honeſta eſt, & nõ eſt de ſubſtantia matrimonij: & tenet matrimonium cum illa conditione, & ſine ea, vt ext. de cond. app. de illis. Eſt alia honeſta conditio, quæ adhæret naturæ matrimonij: vt cum Chriſtianus dicit Iudææ: contraho tecum ſi volueris Chriſtiana fieri. talis conditio eſt de natura matrimonij: & ſi illa non apponeretur, non teneret matrimonium, vt 28. q. 1. non oportet. Similiter inhoneſta duplex eſt: ſi. n. apponitur inhoneſta conditio, quæ eſt contra naturam matrimonij, matrimonium non tenet: vt ſi hoc modo dicatur, contraho tecum vſque ad tres annos. vel ſic, contraho tecum, ſi procuraueris venena ſterilitatis. matrimonia enim vel ſponſalia ſic contracta non tenent: vt hic, & c. ſeq. Eſt & alia inhoneſta cõditio, quæ non eſt contra naturam matrimonij, vt ſi dicatur hoc modo, tecum contraho ſi furtum vel homicidium feceris: hæc conditio non repugnat naturæ matrimonij: & conditio talis ſi apponatur, frangenda eſt, & tenet matrimonium, vt ext. de cond. app. c. 1. Sed contra hanc diſtinctionem eſt quod legitur 28. qu. 1. idololatria. ibi enim videtur quòd omnes turpes conditiones etiam ſoluant matrimonium. ſed qualiter hoc ſit intelligendum, ibi notauimus. Item contra eſt 10. q. 1. c. 1. & 2. vbi tenet contractus, licet apponatur conditio, quæ eſt contra naturam contractus. Similiter obſtat 28. diſt. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat ſe velle habere vxorem. Similiter tenet cõuerſio, ſi ſub hac forma fiat vt poſſit retineri proprium, vt extr. qui cle. vel vo. inſinuante. In contractib. autem impoſſibiles conditiones appoſitæ vitiant contractum, vt inſt. de inut. ſtipulatio. §. impoſſibilis. ff. de act. & obl. non ſolum. In vltimis voluntatib. pro non adiectis habentur, vt C. de inſt. & ſubſt. reprehendenda. De cond. ap. in matrimonio, plene habes ext. de cond. ap. c. vlt.

‖ Sent. 4. diſtin. 31. Iuo p. 10. c. 55.

‖ Conditiones in matrimonis appoſitæ ſunt in multiplici differẽtia.

a Ex. de cõdi. ap. ca. vlt. & intellige impoſſibiles de iure, vel ſecundũ naturam. ff. de cond. inſt. l. 1. & l. filius ſecus ſi impoſſibilis ſit propter difficultatẽ præſtandi, vt ſi mihi domũ puteã dederis. ff de ſta. li. cũ heres. §. 1. quia tũc valet matrimonium, vt ibi. idem ſi propter perplexitatẽ eſt impoſſibilis quia ex tũc vitiat cõtractum. ff. de cond. inſt. ſi Titius. ſed ſecũdũ Vin. ibi cõtra naturã & ſubſtantiam eſt &c.

¶ Coniuges ſunt qui cauſa ſolius incontinentiæ ſibimet inuicem copulantur. C. VI.

1 SOlet quæri, cum maſculus & femina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, ſibimet non filiorum procreandorum, ſed pro† incontinentia [a], ſolius concubitus cauſa copulantur, ea fide [b] media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, vtrum nuptiæ ſint vocandæ. Et poteſt quidẽ fortaſſe non abſurde hoc appellari connubium, ſi vſque [c] ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit: & prolis generationẽ, quamuis non ea cauſa coniuncti ſint, non tamẽ vitauerint [d], vt vel nolint [e] ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne naſcãtur. Ceterum, ſi vel vtrumq; [f] vel vnum horum deſit, non inuenio, quemadmodum has nuptias appellare poſſimus. Etenim ſi aliquam ſibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus, vel facultatibus ſuis inueniat, quam comparẽ ducat, animo ipſo adulter eſt: nec cum illa, quam cupit inuenire, ſed cũ iſta [g], cum qua ſic cubat, vt cum ea non habeat maritale conſortium.

Idem de nuptiis, & concupiſcentia, lib. 1. cap. 15.

¶ Fornicarij ſunt, non coniuges, qui ſterilitatis venena procurant. C. VII.

3 ALiquando euſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiã ſterilitatis venena procuret: & ſi nihil valuerit [h], cõceptos fœtus aliquo† modo intra viſcera extinguat, ac fundat [4], volendo ſuam prolẽ prius interire [i], quam viuere: aut, ſi in vtero iam viuebat, occidi antequam naſcatur. Prorſus, ſi ambo [k] tales ſunt, coniuges [l] non ſunt: &, ſi ab initio [m] tales fuerunt, non ſibi per cõnubium, ſed per ſtuprum potius cõuenerunt. Si autem non ambo ſunt tales, audeo dicere, aut illa eſt quodam modo meretrix [n] mariti, aut ille adulter [o] vxoris.

† aliquando] orig.

4 Adde ad iſtud c. & ſequẽs, qualiter tales puniãtur. not. Barto. in l. diuus. ff. de var. & extra. or. cri. in gl. in l. ne care. in gl. 1. ff. de lu. agn.

5 *De his, qui abortum procurant, quæritur, an iudicentur homicidæ, vel non, Auguſtinus in lib. quæſtionum Exodi, qu. 80. ait.*

¶ Non eſt homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori ſit infuſa. C. VIII.

5 QVòd vero non formatum puerperium [a] noluit ad homicidiũ pertinere, profecto nec hominẽ deputauit, quod tale in vtero geritur. Hic de anima quæſtio ſolet agitari [p], vtrum, quod formatum non eſt, nec animatũ [q] quidẽ poſſit intelligi: & ideo non ſit homicidiũ: quia nec exanimatum dici poteſt, ſi adhuc animã [r] nõ habebat. *Item.* ¶ [a] Si ergo illud informe puerperium iam quidẽ fuerit, ſed adhuc quodammodo informiter animatum (quoniam magna de anima quæſtio non eſt præcipitãda indiſcuſſa temeritate

5 Sent. ibid. Iuo p. 10. c. 56. Pan. l. 8. c. 12.

f ¶ *Vtrumque.*] ſ. qui volunt vſque ad mortem commanere, & qui volunt non euitare prolem.

g ¶ *Sed cum iſta.*] ſupple eſt adulter.

ALiquando.] C a s v s. Coniugati quidam operantur ne fœtus concipiatur, aut vt fœtus conceptus fundatur, aut formatus extinguatur. dicitur hic quod ſi ab initio in contrahendo matrimonio talem intentionem habuerũt, nõ eſt matrimonium inter eos. ſi autem ex poſtfacto tales facti ſunt: licet ſint coniuges, tamen ſunt adulteri reputandi: quia more adulterorum ſe habent, vbi alter ex poſtfacto eſt i hac culpa, aut ipſe ſe habet ad modũ adulteri: aut ipſa ad modum meretricis: & tamen matrimoniũ eſt inter eos. Seq. §. patet.

h ¶ *Si nihil valuerit.*] procuratio ſterilitatis.

i ¶ *Interire.*] interit ergo quod nondum eſt. ar. ff. vſufru. quemadmodum cap. l. omnes. §. 1.

k ¶ *Si ambo.*] i. ſi ab initio legitime contraxerunt: ſed ad hoc poſt deuenerunt.

l ¶ *Coniuges non ſunt.*] i. iura coniugij non obſeruant.

m ¶ *Et ſi ab initio.*] no. ꝙ non ſunt coniuges qui eo animo coniuncti ſunt vt prolis generationem impediant: & ꝙ in vno opere vnus peccat, alter non: ‖ & ꝙ matrimonium aliquando ex vna parte tantum tenet. ar. ĩ. ca. q. 5. propoſito. & ext. de eo qui dux. in matri. c. 1. ſed hoc falſum eſt.

‖ Matrimoniũ quandoque ex vna parte tantũ tenet. 6. ibidem.

n ¶ *Meretrix.*] i. digna pœna, qua aliqua meretrix eſt digna.

o ¶ *Adulter.*] i. dignus pœna, qua aliquis adulter eſt dignus.

DE HIS. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur an ſit homicida qui percutit mulierem, & facit abortum. & dic quòd non. niſi eſſet viuificatus. & hoc probat per tres canones. Io. de Fan.

QVod vero.] Casvs. Quæſitum fuit ab Aug. an committat homicidium qui puerperium nondum formatum effundit. & reſpondet Augu. dicens quòd homicidium non committit, quia non poteſt exanimatum dici vel exanimari quod numquam animam habuit. nec eſt in hoc præcipitanda ſententia, vt hæretici faciunt. Sed ideo lex noluit eſſe homicidium: quia anima non poteſt eſſe viua in eo corpore quod ſenſu caret.

p ¶ *Agitari.*] ab hæreticis præſertim, ſ. verum quidquid, &c.

q ¶ *Nec animatum.*] Et hoc quidem verum eſt, quia antequam lineamenta corporis [b] habeat, non infunditur anima, vt ĩ. cap. proxi. Quidam tamen hæretici dicunt animam creari ex traduce, id eſt, ex præiacenti materia, id eſt, ex anima generantis, & naſci cum corpore, ſicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiuntur animas creatas eſſe in principio mundi in comparibus ſtellis, & infundi corporibus: poſt reſolutionem vero redire ad proprias ſtellas, ſi bene vixerint. ‖ Fides noſtra eſt quòd quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundẽdo creat, & creando infundit.

b Hic vide quòd leg. & not. ĩ. 5. diſt. §. 1.

‖ Anima noſtra vnde procedit.

A d d i t i o. Aliter videtur notari ĩ. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. in gl. exercendo, &c.

r ¶ *Si adhuc animam.*] ſimiliter non dicitur deſeri charitas, quę numquam fuit: vt ĩ. de pœ. diſt. 2. in ſi. ‖ & rei quæ non eſt priuilegium dari non poteſt, vt ext. de eccl. ædifi. ad audientiam. & matrimonium quod non eſt, accuſari non poteſt, vt extr. de deſpon. imp. ad diſſoluendum. & id quod non eſt, rumpi non poteſt. ff. de iniu. rup. & ir. teſt. nam & ſi. Sed contra, id quod non eſt, poteſt deſinere eſſe, vt ff. de vſuf. quemadmodum. ca. l. 2. §. 1. & res quæ non eſt, poteſt habere priuilegium. extra de conſue. cum olim. & mittitur in poſſeſſionem quæ non eſt, is qui non eſt natus, vt ff. de inof. teſt. poſthumus. & ædifi

‖ Priuilegiũ dari nõ poteſt rei quæ non eſt.

& ædificio quod nondum eſt, poteſt imponi ſeruitus, vt ff. de ſeru. vrb. præ ſi ſeruitus. §. vl. Ioan. Tu dicas quod rei quæ non eſt, poteſt imponi ſeruitus: non quod ſtatim ſit ſeruitus, ſed erit re exiſtente in rerum natura. 27. q. 2. §. ex his omnibus. Idem poteſt dici de priuilegio: quia tunc vere competit, cum res extabit. H.

a ¶ *Ad homicidium.*] dic vt s. 2. q. 5. conſuluiſti.

x Adde not. in l. Cicero. ff. de pœ. & l. ſacrilegij ff de vat. & extr. crim.

MOyſes.] CASVS. Hoc c. vt dicũt Beneuen. & H. debet præmitti. c. præcedenti: quia ſic eſt in legibus humanis: & Hug. hunc caſum ſic ponit dicens. Hic ſimiliter loquitur Aug. contra eoſdem hęreticos dicentes ꝙ anima naſcitur ex ſemine, & infunditur corpori ſtatim cum corpus ſeminatur. Probat ergo Aug. auctoritate Moyſi, & exemplo Domini in factura Adæ, ꝙ corp⁹ ante recipit formam & diſtinctionẽ membrorum, quàm anima infundatur.

2 Iuo p. 10. c. 57. Pan. l. 8. c. 13.

Exod. 21.

CASVS. H. breuis eſt, & bonus, Bene. vero hunc caſum ſic ponit dicens. Erant quidam hęretici dicentes omnes animas ab initio creatas ſimul, & compoſitas in comparib. ſtellis: & quotidie infundi nouis corporib. deinde ad compares ſtellas rẽuerſuras. Alij autẽ dixerunt animas creari ex traduce, & ſimul infundi corpori cum ſemine. Contra quos inuehitur hic Aug. quia primo formatur corpus ex traduce carnis, & deindẽ anima iſfunditur. Sed hoc primo probat p Moyſem, ſecundo per facturam Adæ: tertio per ſimilitudinem ædificij. *Ex traduce.* i. ex ſemine. *Simul cum corpore,* i. ſimul cum ipſo ſemine corporis anima creatur, & infunditur antequam corpus humanum ſit formatum. Hæc dicebãt ibi hæretici. Seq. c. patet.

3 Sent. ibid.

† al. de

† al. prima

† *informabatur*] vera lectio.

† abeſt ab origin.

ſententiæ) ideo lex noluit ad homicidium [a] pertinere, quia nondum dici poteſt anima viua in eo corpore, quod ſenſu caret.

a ¶ Puerperium.] *In vulgatis ſequebatur,* Moyſes, vel lex, *quæ abſunt a pleriſque veruſtis, & originali. Alia etiam nonnulla ex iiſdem ſunt emendata.*

Item in libro quæſtionum veterũ & noui teſtamenti. 23.

¶ De eodem. C. IX.

2 MOyſes tradidit. [Si quis percuſſerit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit, ſi formatũ fuerit, det animam [b] pro anima: ſi autem informatum fuerit, mulctetur pecunia,] vt probaret non eſſe animam ante formã. Itaque ſi iam formato corpori datur, non in conceptu corporis naſcitur [c] cum ſemine deriuata. | Nã ſi cum ſemine & anima exiſtit ex † anima, multæ animæ quotidie pereunt [d], cum ſemen fluxu quodam non proficit natiuitati [e]: ſed ſi propius † reſpiciamus, videbimus quid ſequi debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum eſt, vt ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiſcere, & ſic formare corp⁹. Sed ratione infirmabatur † [f]: quia primum oportebat domum compaginari, & ſic habitatorem induci. Anima certe, quia ſpirit⁹ eſt, in ſicco [g] habitare non poteſt, ideo in ſãguine fertᷣ habitare † [h]. Cũ ergo corporis lineamenta cõpacta non fuerint, vbi erit anima?

Item Hyeronimus ad Algaſiam. q. 4.

¶ De eodem. C. X.

| Animatũ & ſi animatum interficiens quãter punitur.

a id eſt, ex ſemine ſimul cũ corpore, i. ſimul cum ipſo ſemine corporis anima creatur & infunditur ante q̃ corp⁹ humanum ſit formatum. |

| Normãni bibãt fortiter, ne eorũ anima in ſicco habitet.

| peccata ſolius voluntatis ſola deleri non poſsũt.

b ¶ *Det animam.*] | ſimiliter dicit lex, quòd ſi aliquis interficit animatum, capite puniri debet. ſi vero non animatum, diſtinguitur: quia ſi eſt nobilis, parte bonorum amiſſa relegatur. ſi eſt inobilis, damnatur in metallum. ff. de pœ. ſi quis aliqid. §. qui abortionis.

c ¶ *Naſcitur.*] vt illi dicunt qui dicunt animam naſci ex traduce [a].

d ¶ *Pereunt.*] quod eſt inconueniens.

e ¶ *Natiuitati.*] forte vitio matricis.

f ¶ *Ratione infirmabatur.*] id eſt, deſtituebatur, vnde non videbatur, rationabile quo ad opinionem hominum.

g ¶ *In ſicco.*] ideſt, in corpore rudi & informi. | Et eſt arg. pro Normannis, & Anglicis, & Polonis, vt poſſint fortiter bib--e, ne anima habitet in ſicco.

h ¶ *Habitare.*] ſcilicet quòd ex eis vnum efficiatur, vel per vegetationem: aliàs tam boni quàm mali Angeli habitant in ſiccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, & in auibus, in quibus ipſi dæmones dant reſponſum, vt 26. q. 5. nec mirum. vt dicitur de Saule qui adorauit diabolum.

i SIcuti.] Per hoc c. dicitur Bar. | peccata ſola voluntate commiſſa ſola voluntate debere deleri. nam omnis res, &c. ext. de reg. iur. omnis. Alij dicunt eſſe neceſſariam exteriorem pœnitentiam ex quo voluntas egreſſa eſt ſuos fines.

k ¶ *Senſus.*] ideſt, voluntas vel cogitatio.

l ¶ *Ratione conceptus.*] id eſt, cogitatio bona mente cõcepta cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione cõcepta in ratione vel intentione, id eſt, in anima, quæ perit.

m ¶ *Ad hoſte.*] id eſt, à ſuggeſtione diaboli: quia ſuggeſtio eius non habet effectum circa hominem, cum neſciat mentem hominis, vt 26. quæſt. 3. ſciendum.

CVM ERGO. Hæc eſt 6. pars qu. in qua quæritur, verum peccat concubinarius dimittendo concubinam, & adhærendo vxori, ſiue in habendo vxorem, vel qui ei dat filiam ſuam: dicitur quòd non. Ioan. de Fan.

4 SIcuti [i] ſemina paulatim formantur in vteris, & tamdiu non reputatur homo †, donec elementa confecta † ſuas imagines, membraq; ſuſcipiant, ita ſenſus [k] ratione conceptus [l], niſi in opera proruperit, adhuc in ventre retinetur, & cito perit ab hoſte [m].

a ¶ Ab hoſte.] *Originale & Iuo,* & cito abortio perit: *quo abortij vocabulo & alibi, & in eadem quæſtione vſus eſt* B. Hieronymus, aduerſarij aduentus, inquit, ea, quæ concepta ſunt facit perire abportio. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

6 *Cum ergo* [n], *qui aliquam ſibi ad tempus adhibet, cum ea adulter eſſe dicitur, nec ab ea diſcedens, nec filiam ſuam illi* [o] *tradens peccat.*

Vnde Leo Papa ad Ruſticum Narbonẽſem epiſcopum, epiſt. 90. al. 92. cap. 5. & 6.

¶ Profectus eſt honeſtatis fornicariam abiicere, & vxorem legitimam accipere. C. XI.

ANcillam à toro abiicere [p] & vxorem [q] certæ ingenuitatis accipere: non duplicatio coniugij, ſed profect⁹ eſt honeſtatis. Culpanda eſt ſane talium negligentia, ſed non penitus deſperanda, vt crebris cohortationibus [r] incitati quod neceſſario [s] expetierunt, fideliter [t] exequantur. | Nemo [u] enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtituitur: quia nonnumquam, quod diffidentia ætatis [x] differtur [y], conſilio maturiore perficitur.

Item ibidem, c. 4. [6]

¶ Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. C. XII.

7 NOn omnis mulier iuncta viro, vxor eſt viri, quia nec omnis filius [z] eſt heres patris. [a] Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos [b] ſunt legitima, & inter

CASVS. Iſte §. reſpicit finem illius cap. ſolet quæri. & ex eo infert quod ſi quis ſeparat ſe à tali, cum qua contraxit ad tempus, non peccat, nec alius tradens filiam ſuam illi adultero peccat, & ad hoc inducit ſeq. c.

4 Sent. bid. Iuo p. 2. cap. 58. Pan. l. 8. c. 14.

† al. homicidium

† al. confuſa] orig.

n ¶ *Cum ergo.*] reſpicit finem c. ſolet quæri, &c.

o ¶ *Illi.*] cum ei non eſt carnaliter commiſtus, nec ibi ſumatur. Argum. contra extra de ſponſa. ad audientiam.

ANcillam.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ſi quis vult dimittere concubinam, & aliam ducere in vxorem, propter hoc non eſt bigamus, nec peccat: immo admonendus eſt vt hoc faciat: quia eius negligentia non eſt deſperanda, cum de nomine deſperandum ſit, donec eſt in hoc mortali corpore. *Ancillam,* non matrimonialiter copulatam.

p ¶ *Abiicere.*] cum ergo canon iubeat abiici illam, que non eſt vxor, numquid ſua auctoritate ſtatim poteſt ab ea recedere? Reſpon. non [d]. 35. q. 6. multorum. 33. q. 2. ſeculares.

5 de pœ. diſt. 7. c. nemo.

b Arg. cõtra 29. q. 1. c. cuius rei. vbi de hoc.

q ¶ *Vxorem.*] ſcilicet qui dimittit concubinam.

r ¶ *Crebris cohortationibus.*] vt dimittatur concubina.

s ¶ *Quod neceſſario*] ſ. propter neceſſitatem carnalis infirmitatis, id eſt, cauſa incontinẽtiæ vel quia continere forte non poterat: vel ne plures alias cognoſceret.

6 in Tributienſ. conc. c. 38. & 39.

7 Poli 6 ca. 1. Iuo part. 8. cap 119. Pann. l 6 ca. 35.

t ¶ *Fideliter.*] ſcilicet cum honeſtate coniugij.

v ¶ *Nemo.*] de pœ. diſt 7. nemo. C. de fideic. li. deberi. j. e. q. 4. recurrat. in fi. s. 24. q. 3. illud. & comparatur.

x ¶ *Aetatis.*] j. prox. q. 2. antiqui. & c. in adoleſcentia. s. 50. diſt. ponderet. & c. de eo. s. 30. q. 3. illud.

y ¶ *Differtur.*] ſicut pœnitentia quandoque differtur ad tempus, donec deferueſcat culpa luxuriæ. de pœ. di. 1. ſunt qui arbitrantur. | & dum eſt in peccato, non debet agere pœnitentiam. de pœ. diſt. 3. in ſalicibus. ſed illud intelligitur tantum de ſolenni pœnitentia: alias aperte contradiceret. de pœ. diſt. 5. falſas. quia peccator bene agit pro crimine pœnitentiam, vt notaui 14 qu. 6. in ſumma. & extra de pœ. & re. quod quidam. j. de pœ. diſt. 3 nihil prodeſt.

| pœnitentia an poſſit agi in pctõ.

NOn omnis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd non omnis mulier viro coniuncta, eſt vxor. ſicut nec omnis filius eſt heres: ſed illa eſt vxor, quæ eſt viro legitime copulata: nam aliud eſt concubina & aliud vxor. In ſecunda parte dicitur, quòd bene poteſt exemplo Abrahæ concubina dimitti, & legitima ſuperduci. In tertia dicitur quòd mulieres iunctæ matrimonialiter viris de conſenſu parentum, carent culpa ſi mulieres, quas illi viri prius habebant, non erant vxores. Secunda pars ibi, *Propter quod.* Tertia ibi, *Paterno arbitrio.*

z ¶ *Filius.*] j. e. q. 4. dicat contra. ſed hic filius ſecundum generalem. ibi ſecundum ſpecialem ſignificationem accipitur.

a ¶ *Patris.*] pater eſt quem nuptiæ demonſtrant. ff. de ius vocan. quia ſemper.

b ¶ *Ingenuos.*] Arg. quòd non ſit legitimum matrimonium inter puberem & impuberem, nec inter ſeruos plenarie.

a ¶ Et

coæquales† [a], multo pri⁹ hoc ipſum Domino conſtituente [b], quã initium Romani iuris exiſteret. Itaque aliud eſt vxor, aliud cõcubina, ſicut aliud ancilla, aliud libera. ¶ Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtãdum harum perſonarum diſcretionem teſtimonium ponit ex Geneſi, vbi dicitur Abrahæ [Eiice ancillam, & filium eius: non enim erit heres filius ancillę cũ filio meo Iſaac.] *& infra.* ¶ Igitur cuiuſlibet [a] loci clericus, ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendũ eſt, quaſi coniugato eam dederit, niſi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honeſtata videatur. ¶ Paterno arbitrio viris iũctæ carẽt culpa, ſi mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt: quia aliud eſt vxor †, aliud concubina.

a ¶ Cuiuſlibet loci clericus.] *Sic quidam in epiſtolarum editionibus: ſed in codice canonum, c. 18. & apud iudicatos collectores legitur*, cuiuſlibet loci laicus, *In concilio vero Triburienſi, vbi hoc refertur*, ſi quis filiam ſuam. &c.

7 *Cum ergo dicitur [paterno arbitrio iuncta viris] datur intelligi, quòd paternus conſenſus deſideratur ĩ nuptiis, nec ſine eo legitima [c] nuptiæ habeantur, iuxta illud [d] Euariſti Papæ [Aliter non fit legitimum coniungium, niſi à parentibus tradatur.* β

β ¶ Tradatur.] *Poſt hoc verbum in duobus vetuſtis codicibus citantur ex codice Iuſtiniani lib. 5. tit. de nuptiis. le. 11. nec filium, & le. 20. in cõiunctione. ex digeſtis. tit. de ritu. nup. le. 2. nuptiæ conſiſtere. & ex inſt. tit. de nuptiis. principium vſque ad vere præcedere debeat.*

Item Ambroſius in libro de Patriarchis [id eſt, lib. 1. de Abraham, c. vlt.

C. XIII.

HOnorantur [e] parẽtes Rebeccæ muneribus [f], conſulitur puella [g] non de ſponſalibus [h] (illa enim iudicium expectat† parentum: non eſt enim virginalis pudoris [i] eligere maritum) ſed iam deſponſata [k] viro de profectionis cõſulitur die: nec immerito dilationem non attulit. Iure etenim properare debuit ad maritũ. Vnde illud Euripideum, quod mirãtur plerique, vnde tranſlatum ſit, manifeſtum eſt. Ait enim in perſona mulieris, quæ tamen maritũ volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: [1]

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει· κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

hoc eſt [ſponſaliorũ meorum pater [l] me⁹ curã ſubibit, Hoc enim non eſt meum.] Ergo, quod ipſi philoſophi mirati ſũt, ſeruare virgines [m]? Mulier [3] etiã, ſi qua amiſſo cito marito adoleſcentula laqueum infirmitatis ſuæ timet incidere, ſi vult, nubat tantũ in Domino: vt electionem mariti parẽtibus deferat: ne appetentiæ procacioris exiſtimetur auctor, ſi ipſa de nuptiis ſuis electionem ſibi vendicet. Expetita enim magis debet videri à viro, quàm virum ipſa expetiſſe. Verecundiam prętermittat, antequàm nubat, quò ipſum cõiugium plus commendet verecundia.

Item in libro Numerorum, c. 30.

C. XIIII.

MVlier [n]: ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo [o] patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognouerit pater votum, quod pollicita eſt, & iuramentum, quo obligaui [p] animam ſuã, & tacuerit, nõ [*] rea erit, ſed quidquid pollicita eſt, & iurauit, opere [q] complebit. Sin autẽ ſtatim [r] vt audierit, contradixerit pater, & vota,

a ¶ Et inter coæquales.] i. inter adultos. ext. de deſpon. impu. de illis.

b ¶ Conſtituente.] in paradiſo, cum fecit Adam & Euam in adulta ætate: & eos matrimonialiter coniunxit. de pœn. diſt. 2. §. Romanos. ver. Adam. Vel conſtituit quòd non omnis filius ſit heres, ibi, *Eiice Ancillam*, &c. Sed contra ʒ. e. q. 4. recurrat. vbi dicitur ꝙ non obfuit, &c. ‖ & ita filij Iacob obtinuerunt hæreditatem cum aliis genitis ex ancilla. Dicunt quidam ꝙ poſtea Iacob contraxit cum ancilla, & ita legitimauit filios. Sed contra ext. qui fi. ſint leg. tãta. quia eo tẽpore ſuſcepti ſunt quãdo mater eſſe vxor non potuit. ſed dic ꝙ ſufficit ꝙ credebatur ꝙ tunc poſſet eſſe vxor, vt ʒ. e. q. 4. obiiciuntur.

CVM ERGO. Hæc eſt 7. pars q. in qua intendit probare magiſter, quòd verecundæ debent eſſe mulieres: & magis debent rogari à viris, quam rogare. Io. de Fan.

CASVS. Infert Grat. ex fine præcedẽtis c. à contrario ſenſu, ꝙ paternus conſenſus eſt in nuptiis requirendus. Quod probat auctoritate Euariſti. Et ad hoc inducit ſeq. ca.

c ¶ Legitima.] communem ſolẽnitatem legalem habẽtes. ext. de deſpon. impu. tuæ.

d ¶ Illud.] ʒ. 30. q. 5. aliter.

HOnorãtur.] CASVS. Probat Ambro. in hoc c. ꝙ mulieres nubere debent arbitrio parentũ. Quod probatur exẽplo Rebeccæ, quæ in nuptiis parentib. acquieuit: & & exemplo Hermionis apud Euripidem, quòd non ſolum ſeruandum eſt in virginibus, ſed etiam in aliis appetentibus viros.

e ¶ Honorantur.] ‖ ergo pro matrimonio contrahendo poteſt exigi pecunia, nec erit ſimonia, licet matrimonium ſit maximum ſacramentum. nã talis datio potius dicitur honor quàm pretium, vt hic dicitur, ſic 16. q. 1. decimę. & eſt ſi. ff. mand. ſi remunerandi. Si quæras quare in hoc ſacramento potius interueniat pecunia quàm in aliis: dicunt quidam quòd propter onera matrimonij. Sed certe eadẽ ratione pro ingreſſu monaſterij poteſt recipi pecunia propter onera, quæ ſuſtinet monaſterium. 16. q. 6. de lapſis. Sed hæc eſt ratio, quia in hoc ſacramento non cõfertur gratia * ſpiritus ſancti ſicut in aliis: vt 1. q. 1. multi. circa medium. & c. ſunt. & c. quidquid inuiſibilis. tamen multa fuerunt prohibita in veteri lege in quib. non conferebatur nec adhuc hodie confertur gratia: ſicut emptio ſepulturæ, vt 13. qu. 2. poſtquam. Grat. tamen dicit quòd pro matrimonio non poſſet dari pecunia.

f ¶ Muneribus.] datis à ſeruo Abrahæ Eliezer patri Rebeccæ, qui dicebatur Batuel [a].

g ¶ Conſulitur puella.] de die profectionis. Hiſtoria Legitur in Geneſis, ꝙ Eliezer ſeruus Abrahæ de mandato domini ſui iuit in Moſopotamiam pro accipienda vxore filio ſuo Iſaac de domo Batuelis. qui cum veniſſet ad domum Batuelis patris Rebeccæ, dedit munera Rebeccæ & parentib. & fratrib. ſuis: qui expoſita voluntate domini ſui cum poſtea vellet redire, & illi rogarent eum vt aliquot diebus adhuc maneret puella cum eis: ipſe dixit, Nolite me detinere: quia direxit dominus viam meam. & dixerunt, vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius. & cum fuiſſet vocata, quæſiuerunt ab ea: Vis ire cum homine iſto? quæ ait, Vadam. & ſic dimiſerunt eam & nutricem eius, & ſeruum Abrahæ. Cum autem Iſaac egrederetur ad meditandum in agro, quæſiuit Rebecca quis eſſet & tunc reſpondit Eliezer: Dominus meus eſt, cui ducta ei in vxorẽ: & ipſa ſtatim deſcendit: & tollens theriſtum cooperuit caput ſuum: deinde accepit eam in domum ſuam.

h ¶ Non de ſponſalibus.] innuit hæc littera ꝙ conſenſus puellæ non eſt regendus in ſponſalib. quod tamen ſecus eſt, vt 30. q. 2. c. vnico. ff. de ſpon. ſponſalia. immo & de ſpõſalib. fuit cõſulta, vbi dicitur ei, Vis ire cum iſto homine? Dic ergo non de ſpõſalib. tantum: ſed etiam de profectione. hoc tene, ꝙ ſi non cõtradicit, cõſentire intelligitur, vt hic patet [b]. Nec poteſt contradicere, niſi cum pater indignum eligit. ff. de ſpon. ſed quæ patris.

i ¶ Pudoris.] ar. ‖ Matrimonium poſſe cõtrahi inter abſentes per procuratorem. ar. 30. q. 5. nec illud.

k ¶ Deſponſata.] arg. ꝙ parentib. puellæ dari poteſt pecunia vt cõſentiant matrimonio interueniente pecunia: quia ibi non confertur [*] gratia.

l ¶ Pater.] cultus enim verecundiæ, &c. C. de nup. in copulatione.

m ¶ Virgines.] conſiliũ eſt. arg. ext. de deſpõ. impu. tuæ.

MVlier.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi mulier doli capax votum iuramento firmatum emiſerit intra ſpatium 12. an. ſi patre tacente votum adimplet, nõ erit rea ſi ipſa compleuerit quod iurauit. ſi autem pater contradixerit, nõ erit obnoxia ſi non adimpleuerit quod promiſit. Dicit tamen Hu. ꝙ poſt adultam ætatem tenebitur adimplere: licet alij contradicãt. Idem dicit de eo qui fecit ſimplex votum, & poſtea contraxit, ꝙ mortua vxore tenetur adimplere. Et in ſimilib. caſib. idẽ dicit.

n ¶ Mulier.] i. impubes, alibi ſumitur ‖ pro virgine in Euangelio, Mulier ecce filius tuus. ff. de ver. ſig. mulieris. ff. de leg. 2. ſeruus. alibi pro corrupta. ff. de contrah. emp. alioquin. §. 1. Et no. ꝙ H. dicit, ꝙ ſi impubes emittit votum vel ſacramentum, & eſt doli capax, pater numquam poteſt reuocare, ‖ qa cũ poſſit ſe obligare diabolo, poteſt & Deo. ext. de deli. pue. pueris. & legit ſic. hoc c. mulier. i. impubes non doli capax.

o ¶ In domo.] idem eſt ſi extra domum, quia eſt emancipata, dum tamen minor ſit: arg. C. de nup. viduæ.

p ¶ Obligauit.] i. fecit ad modum obligantium. Alij dicunt, quòd ſiue doli ſit capax ſiue non: duntamen ſit intra annum 14. in viro, vel 12. in puella, ſemper pater reuocat iuramentum eius, vt hic, & ʒ. 20. q. 2. puella. Alij tenent mediam viam. nam doli capax ante legitimã ætatem obligatur in omni voto, niſi in voto monachationis. 20. q. 1. illud. & tamen licet obligetur, pater poteſt reuocare ex conceſſione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace, & vere obligato. De hac materia not. 20. q. 1. in ſum.

q ¶ Opere complebit.] ergo rea erit ſi non compleuerit: & ita contrahere poteſt impubes: quod concedo. arg. huius cap. contra. 20. q. 1. cap. 1. [c]

r ¶ Statim.] ʒ. 20. qu. 2. c. 2. contra H. ſoluit, quia ideo datur ibi maius ſpatium, quia per tale iuramentum eximitur à patris poteſtate: hic autem loquitur de alio iuramẽto ſiue voto, quod licet adimpleat, adhuc tamen manet in patris poteſtate: & ibi maius ſpatium datur quam hic. hic enim loquitur de voto abſtinentiæ: lex autem dicit quòd

‖ filij Iacob ex ancilla geniti cum aliis ei ſucceſſerunt.

† al. æquales] origi.

Gal. 4.

Gen. 21.

† al. nupta

1 ʒ. 3. q. 5. c. 2.

‖ pecuniæ interuẽtus nõ vitiat matrimonium.

† al. ſpectat.

* imo cõfertur. vide ʒ. diſ. 25. c. his igitur verſ. ꝓ bñficiis.

a Argum. ad hoc ext. qui mat. ac. poſ. ſignificante. vbi de hoc. & no. 23 di. his igitur. in glo. 1.

‖ Ad idem 43. diſt c. 1.

1 Hermione in Andromacha Euripidis.

‖ Matrimoniũ per procuratorem contrahi poteſt.

3 vol. 1. c. tit. 4.

* vide ʒ. hoc c. lc. ver. honorantur.

‖ Mulier ſumitur diuerſimode.

‖ iuramentum filij an poſſit à patre reuocari.

c Vide quod leg. & not. 30. quæ. 1. in prin. & c. 1.

cit quòd cum filius eſt in poteſtate, non obligatur aliquo voto. ff. de polli.l.2.ſed derogatum eſt ei.

a ¶ *Pater.*] ‖ſoluitur autem patria poteſtas adueniente adulta ætate quo ad matrimonium carnale ſiue ſpirituale, & quo ad iuramentum.20.q.2.puell.22.q.4.tribus.

‖ Patria poteſtas ſoluitur adueniēte adulta ętate quo ad matrimonium, & iuramentum

& iuraměta eius irrita erunt nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quòd contradixerit pater [a].

a ¶Non rea erit.] *In originali legitur*, voti rea erit: quidquid pollicita, &c. *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Auguſt.quaſt.57. ſuper Numeros.[1]

¶*Antea legebatur*, Item Auguſtinus. *Sublata eſt dictio*, Item, *quæ abeſt à plerisque vetuſtis. Nam verba B. Auguſtini, ſeu gloſſæ ordinariæ, quæ hic referuntur, ſunt explanatio loci Numerorum antea citati. In iiſdem autem vetuſtis omnia hæc capita, quibus non eſt appoſita rubrica, vno capite reprehenduntur.*

C. XV.

MErito hic quæritur etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam Virgines in ſcriptura ſolent appellari: & videtur etiam apoſtolus de patre loqui, cum dicit [ſeruet virginem ſuam] & [det nuptui† virginem ſuam.]

Econtra in concilio Toletan.3.c.10.

¶ Viduæ, & virgines propria voluntate ſibi maritos eligant.

C. XVI.

2 HOc ſanctum affirmat concilium, vt viduæ, quibus placuerit, teneant caſtitatem [a]. Quòd ſi prius, quàm profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate voluerint, habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: nec extra voluntatem parentum [b], vel ſuam cogantur maritos accipere. Si quis vero propoſitũ caſtitatis viduę [c], vel virginis impedierit, à ſancta communione, & à liminibus eccleſiæ habeatur extraneus.

a ¶Caſtitatem.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent vt apud Gratianum: ſed poſt verbum illud, adduntur hæc*, & nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur. Quòd ſi, &c. *In recentioribus vero editionibus, & apud ceteros collectores variat aliquantulum ſtructura verborum, ſed eadem ſententia.*

Præmiſſis auctoritatibus euidenter aſſeritur, quòd quamuis aliqui non filiorum procreandorum, ſed incontinentiæ cauſa conueniant, tamen coniuges appellantur.

MErito.] Casvs. Probat Augu. in hoc cap. quòd in voto & in matrimonio volũtas patris eſt attendenda, & quòd virgines mulieres appellantur. Hic, ſ. præmiſſa auctoritate. *Mulier ſeruet*, ſ. patri. Sed in ſeq.cap. probat contrarium.

a glo.ord ad c. 30. Num.

HOc ſanctum.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd vidua eligere debet arbitrio ſuo vtrum velit continere, vel nubere. Idē etiam ſtatuitur de virginibus. Si quis autem propoſitũ caſtitatis viduæ vel virginis voluerit impedire, excommunicetur. Sequens §. patet.

b ¶ *Parentum.*] ‖ ſecundum canones licet filiæ præter voluntatem parentum nubere. Vnde nec eſt neceſſaria patris voluntas quantum ad hoc, quin teneat matrimonium, licet non adſit voluntas eius: aliàs bene dico requirendum eius conſenſum: maxime ſi eſt minor. vnde corrigitur illud inſtit.de nup. in prin. Numquid ergo pater eam dotare tenetur? Sic arg. [a] ff.de ri.nup. qui liberos. & ponitur hic vel, pro &.

‖ filia nubere poteſt ſine parētum voluntate.

1.Cor.7.

† al nuptum.

a Bur.l.8.c.44 Iuo p.7.c.61.& p.8.ca.18.& 19.

a Sic arguit idē Arc hic Panor. conſil.12.l.1.

b ¶ *Parentum.*] Bene dicit. quandoq; enim inueniũtur mulieres contra ſua commoda laborare. C. de ſponſ. ſi pater. hoc tamē ad honeſtatem referas. ext. de deſp.imp.tuæ.

c ¶ *Viduæ.*] 20.q.2.c.1. & 2.contra. ſed ibi de minoribus 14.an.agitur: & hic de nubilib. De hoc habetur 31. q. 3.in ſumma.

DE tertia vero quæſtione.] Casvs. Hic ponitur 3. q. qua quæritur an puella in matrimonio contrahendo debeat ſequi arbitrium patris ſerui, an aui liberi. Et quidem aui: quia ſeruus non habet liberum arbitrium ad ea quæ liber homo facere poteſt: ſed nec etiam aui, niſi de honeſtate.

d ¶*De tertia.*] hic depingitur 3.q. an ſcilicet puella in matrimonio contrahendo debeat ſequi arbitrium patris ſerui, an liberi aui. & quidem aui: quia ſeruus non habet liberum arbitrium de ea, quæ liber homo facere poteſt: ſed nec aui, niſi de honeſtate.

PAtrem puellæ.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd vbi puella habet patrem ſeruum, & auum ingenuum: non patris ſed aui arbitriũ ſequatur in nuptiis: cum pater non habeat liberum arbitrium. Sequens §. patet.

e ¶ *Aui magis.*] ſponſa enim eſt ab illis petenda qui poteſtatem habent ſuper illam. 30. q.5.c.1. ſed pater non habet, cum ipſe ſit in poteſtate alterius, vt ff. de adul. ſic eueniet.

f ¶ *Neptis.*] ‖ ſi hæc concepta eſt patre in ſeruitute manente, non eſt in poteſtate aui: arg. inſt. qui. mo. ius pa. pot. ſol. §. vlt. nã per patrem acquiritur auo poteſtas in neptibus. Sed ſi iſte liber erat quando eas ſuſcepit: ſed poſtmodũ factus eſt ſeruus: tunc filij remanent in poteſtate aui ſui. inſt. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. admonendi. & in hoc caſu oportet intelligi quod hic dicitur. Vel dic quòd vbi auus eſt liber ſiue nepos ſit in eius poteſtate ſiue non, requiri debet eius conſenſus vbi pater ſeruus eſt: & hoc de honeſtate. in poteſtate auitem aui materni nullus eſt. inſt. de pat. po. in fi. hic ergo de auo paterno dicitur. ‖ Sed numquid originarius filium habet in poteſtate? Non, cum ipſe ſit in poteſtate alterius. C. de agr. & cenſ. ne diutius. lib. 11. & qui in poteſtate alterius eſt, alium in poteſtate habere non poteſt. ff. de adulter. ſic eueniet. & ſic potes de originario hoc intelligere ſicut G. poſuit in themate. Vel intellige de ſeruo.

‖ puella nata patre ſeruo, & auo libero, cuius conſenſum requirere debeat.

‖ Originarius filium non hēt in ptate.

QVÆSTIO III.

DE tertia [d] vero quæſtione Pelagius deſinit ſcribens Potentio defenſori.

¶ Arbitrium liberi aui, non originarij patris puellam in nuptiis ſequi oportet.

C. I.

3 PAtrem puellæ, eccleſiæ noſtræ famulum, auum vero eius liberis ortum conſtat eſſe natalibus: & ideo aui magis [e] electionē de coniunctione neptis [f], quam patris eius, cuius nullo modo liberũ poteſt eſſe arbitrium [g], decernimus attendi.

Quia ergo electione aui, huic illa nupſiſſe probatur, hanc conſtat legitime ſibi copulatam.

QVÆSTIO IIII.

1. ps QVòd autem [h] ex ancilla propter vxoris ſterilitatem filios quærere alicui liceat, exemplo probatur Abrahæ, qui propter ſterilitatē vxoris ſuæ Saræ ingreſſus eſt [i] ad Agar Aegyptiam, vt ex ea filios acciperet. Item Iacob, cum ex Rachele filios habere non poſſet, ex ancilla eius filios ſibi ſuſcitauit: nec ſolum propter ſterilitatem, verumetiã propter fœcunditatem ceſſantem legitur intraſſe ad ancillam Liæ [k], & ex ea genuiſſe filios [l]. Ex quibus omnibus colligitur, propter ſterilitatem vxoris ſiue ex ancilla [m], ſiue ex qualibet alia licite filios quæri: alioquin adulterij macula Abraham & Iacob notabuntur. Sed ſicut poſt mortem Saræ Abraham Ceturam [n] duxit vxorem, ne ſecundum Auguſtinum Chriſtiani [a] putarent eſſe peccatum poſt mortem vxoris aliam ducere, ſic videtur viuente vxore ſua filios ex ancilla ſuſcepiſſe, ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimen.

Gen.16.

Gen. 30.

Gen. 25. J. ſeq. c.

Illud autem Auguſtini dicitur contra aduerſarium legum, & prophetarum. li.2.c.9.

a ¶Chriſtiani.] *In cap. ſequenti Auguſtinus ait*, ne putarent hæretici.

g ¶*Arbitrium.*] argu. quòd nec ſeruus ſuo arbitrio poſſit ducere vxorem. [b] Qualiter enim in ſe liberum arbitrium habebit, & non in ſua ſobole? ergo ſicut per illud extra de coniu.ſeru. c.1. hodie liberum habēt arbitrium contrahendi matrimonium: ita liberum habebit filium tradendi. Qualiter enim in ſe habebit liberum arbitriũ, & non in ſua ſobole? Sed hic non habet liberum arbitriũ: quia filia non erat in poteſtate eius, ſed liberi aui. Vel dic, quòd nec ſeruus habet liberum arbitrium contrahendi ſine voluntate domini: ſi tamen contraxerit, tenet, vt 29. q.2.c.fin. & 30. q. 5. §. ſed obiicitur.

b Dic cum ſeruus habet liberum arbitrium contrahendi matrimonium, vt 29. q. 2. ſi quis liber ita liberum hēt in filia maritãda: qualiter enim, &c. ſecundũ Hug.

1 Iuo p.8.c.27.

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in ſex partes. In prima quæritur, vtrũ teneatur quis propter ſterilitatē vxoris quęrere filios ex ancilla, ſicut fecit Abraham & Iacob: & dicēdum eſt quòd non, quia omnia in figura contingebant illis. Secũda ibi, *Hæ ita.* Tertia ibi, *Origo.* Quarta ibi, *Sicut ſatum.* Quinta ibi, *Ecce quod nullo.* Sexta ibi, *Quare autem.* Io. de Fant. Casvs. Hic ponitur 4. q. qua quæritur an liceat aliqui viuente vxore quærere filios ex ancilla. & indiſtincte dicit quòd non, vel propter ſterilitatem vxoris, vel ex quacumque alia cauſa. Et quod de Abraham & de aliis dicitur, non obuiat: quia excuſati ſunt auctoritate ſpiritus ſancti. Probat ergo G. in hoc c. ſuperficialiter, quòd licet coniugato ex ancilla prolem quærere exemplo Abrahæ & Iacob, & ſuperficialiter ſoluit in fi.

h ¶*Quòd autem.*] hæc 4.q. nihil habet quæſtionis: quia non licet ex quacumque cauſã viuente vxore ex alia filios procreare. & quod de Abraham & de aliis dicitur, non obuiat: quia auctoritate ſpiritus ſancti excuſati ſunt. extra de diuer. gaudemus. 14.q.5. dixit.

i ¶*Ingreſſus eſt.*] Hiſtoria. Legitur in Gen. quòd dixit Sara ad Abraham, Ecce concluſit me Dominus ne pariam: ingredere ergo ad ancillam meam Agar, ſi forte ex illa ſuſcipiam filios, quod & factum eſt: & ſuſcepit ex ea Iſmahelem.

k ¶*Ad ancillam Liæ.*] ſcilicet Zelpham. Hiſtoria legitur ſimiliter in Gen. quòd Lia ſentiens quòd parere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam ſuppoſuit viro ſuo Iacob: qui genuit ex ea duos filios, ſcilicet Gad, & Aſer.

l ¶*Filios.*] Iſmaelem, & alios filios, ſ. Dan, & Neptalim.

m ¶*Ex ancilla.*] ſcilicet Balã. Hiſtoria. Legitur in Gen. quòd Rachel inuidens ſorori fœcundæ, ait ad Iacob: Da mihi liberos, alioquin moriar, qui ait: Numquid ego ſum Deus? & illa. ſi non de me, ſaltem de ancilla. & ſuppoſuit Balam ex qua genuit duos filios, ſcilicet Dan & Neptalim.

n ¶*Ceturam.*] quæ fuit binomia, quæ alio modo vocabatur Agar, matrem Iſmahelis. Arg. contra: quia eo tempore quo ille fuit conceptus

¶Quomodo Abraham excuſetur à crimine fornicationis. C. I.

1 Iſte Abrahæ etiam vſque ad decrepitam ſenectutem fornicationis obiicit crimen: profectò quia & poſt mortẽ Saræ alteram duxit. Vbi etſi nullum intelligeretur, rei abditæ ſacramentum [a], propter† hoc ſolum id facere debuit Abraham, ne putarent hæretici [b] aduerſus Apoſtolum (quibus etiam Tertullianus adſtipulator [2] [c] exiſtit) poſt vxoris mortem crimen eſſe ducere vxorem.

Sacramentum huius rei eſt, quòd per bonos mali & boni erant in fide generandi. & per malos boni & mali erant ad fidem acceſſuri. Vnde Auguſtinus ait ſuper Ioannem, tractatu 11.

¶Sicut bonorum miniſterio boni & mali, ita miniſterio malorum boni, & mali in fide generantur. C. II.

Recurrat nũc animus veſter ad Abraham, Iſaac, & Iacob. in iſtis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus liberarum. Inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni [d] ſignificat. [Eiice ancillam, inquit, & filium eius.] *& infra.* ¶ [3] Inuenimus rẽ miram in iſtis generationibus liberarum, & ancillarum: quattuor [e] ſcilicet genera hominum, in quibus completur figura totius populi futuri Chriſtiani, vt non ſit mirũ, quod in illis tribus dictum eſt [Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.] In omnib[us] enim Chriſtianis (fratres intendite) aut per malos naſcuntur boni, aut per bonos naſcũtur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius iſtis quattuor [f] generibus non poteſtis inuenire. *& infra.* ¶Inueni† ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt ſemen ſuum: & cõſequenter regnum cum fratribus tenuerunt [g]. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis, qui nati ſunt de ancillis, quo minus tenerent regnum, & terram repromiſſionis cum fratribus, ex æquo acciperent, non illis obfuerunt natales ancillarum, ſed præualuit ſemen paternum: ſic quicunque per malos [h] baptizantur, tãquam de ancillis videntur nati: ſed tamen, quia ex ſemine verbi Dei, quod figuratur in Iacob, non cõtriſtẽtur, ſimul hereditatẽ cum fratribus poſſidebũt. ſecur[us] ergo ſit, qui de ſemine bono naſcitur: tantum nõ imitetur ancillã. Si de ancilla naſcitur, ancillam malam ſuperbientem nõ imitetur. Vnde enim filij Iacob de ancillis nati poſſederũt terrã promiſſionis cũ fratribus, Iſmael autem de ancilla nat[us] expulſus [i] eſt de hereditate? Vnde? niſi quia ille ſuperbus erat, illi humiles? Erexit ille ceruicẽ, & voluit ſeducere [k] fratrẽ ſuum ludens cum illo. Magnum ibi ſacramentum [l]. Ludebãt ſimul Iſmael & Iſaac: vidit illos Sara ludẽtes, & ait Abrahæ [Eiice ancillã, & filiũ eius: non enim heres erit filius ancillę cum filio meo Iſaac.] Et cum contriſtatus eſſet Abrahã, confirmauit ei à Domino Angelus dictũ vxoris eius. [4] Quæ[a] autẽ peperit [m] Abel, & Enoc, & Noe, & Abraham: ipſa peperit Moyſem, & prophetas tempore poſteriores ante aduẽtum Domini: & q̃ iſtos ipſa & Apoſtolos, & martyres noſtros, & omnes bonos Chriſtianos. Omnes enim diuerſis quidẽ temporibus nati apparuerunt: ſed ſocietate [n] vnius populi cõtinẽtur, & eiuſdẽ ciuitatis [o] ciues, labores huius peregrinationis experti ſunt, & quidã eorũ nunc experiuntur, & vſq; in finẽ ceteri experientur. Item quæ peperit Cain, & Chan, & Iſmaelem, & Eſau, eadem ipſa peperit & Dathã, & alios in eodẽ populo ſimiles: & quæ iſtos, eadẽ ipſa & Iudã pſeudo apoſtolũ, & Simon magũ, & ceteros vſq; ad hæc tẽpora pſeudochriſtianos, in affectione animali [p] pertinaciter obduratos, ſiue in vnitate permiſti ſint, ſiue aperta præciſione diſſentiant. ¶Sed cũ tales [q] à ſpiritalibus euangelizantur, & ſacramentis imbuũtur, tamquam per ſeipſam Rebecca eos parit, ſicut Eſau: cum autem per illos, qui nõ caſte annunciãt Euangelium, tales in Dei populo generãtur, Sara quidem, ſed per Agar. Item boni ſpiritales [r], quando [a] euãgelizantibus, vel baptizãtibus carnalib[us] generantur: Lia quidem, vel Rachel iure cõiugali eos: ſed per ancillarem vterum parit. Cum vero per ſpiritales in Euangelio generantur boni fideles, qui vel vadunt [s] in ſpiritalẽ affectũ pietatis, vel eo tendere nõ deſiſtunt [t],

---

Marginal notes: 1 In eo part. 8. c. 169. Paan. l. ex. 60. — † al. vel propter. — 1. Cor. 7. — 2 Lib. de Monogamia. — Gen. 21. — 3 Coptoſius in orig. — Exod. 3. — † al. inuenim[us]. — a id eſt, in hac ſer e. Hug. — ‖ Hominum duo ſunt genera. — b De hoc require quod not. s. e q. 2. non omnis. in gl. in paradiſo. — ‖ Hæretici poſſunt acquirere eccleſiæ. — Gen. 21. — 4 Aug. l. 1. de bapt. contra Donat. c. 16. — Oſea. 2. — Act. 13. — ‖ Eccleſia eſt mater noſtra. — Gen. 25. — Gen. 16. — e id eſt, carnalia ſapientes. vnde animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus ſancti. H.

---

ceptus, non potuit eſſe legitimus, ergo ex poſtfacto non potuit legitimari, vt extra qui fi. ſint leg. tanta. & ff. ſta. hom. Paulus.

Iſte.] Casvs. Tertullianus hæreticus ſecundas nuptias accuſans damnabat Abraham, quia poſt mortem Saræ Cethuram duxit vxorem. vbi & ſi nullum ſacramentum intelligeretur, tamen vir iuſtus ideo hoc facere debuit, ne cenſeretur hoc eſſe peccatum. Iſte, ſ. Tertullianus. *Adſtipulator*, id eſt, adiutor. Seq. §. patet.

a ¶*Sacramentum.*] quia eſt à viro ſancto factum, ſanctum præſumitur, vt 9. q. 3. Lugdunen. & 7. q. 1. omnis.

b ¶*Hæretici.*] ſ. Tertullianus, qui condemnabat ſecũdas nuptias: qui nec legẽ nec prophetas recipiebat. & quæ fuerit eius hæreſis, habes 24. quæſt. 3. quidam. verſ. Tertullianiſtæ.

c ¶ *Adſtipulator.*] id eſt, adiutor. 11. q. 3. antecessor.

Recurrat.] Casvs. Beneu. ſic ponit hunc caſum. In hoc cap. diſtinguit Auguſtinus quattuor generationes carnales, quæ fiunt in tribus patriarchis, ſcilicet quia boni generant bonos: & mali malos: & boni malos: & mali bonos: quæ habent ſignificare quattuor generationes ſpirituales, quæ ſimiliter fiunt in eccleſia, & ante legem, & ſub lege, & in tempore gratiæ. quæ diuerſis temporibus generat bonos & malos. Sed mali ſiue aperte foris ſint, ſiue intus eſſe videantur, numquam tamen ad illam eccleſiam pertinebũt, quæ eſt ſine macula & ruga. H. vero poſt diſtinctionem iſtorum modorum dicit: diſtincturus ergo Auguſti. has. & illas generationes, ſeruat hunc ordinem. Primo inuitat ad conſiderandũ generationes carnales trium patriarcharum. & ſupponit quid ſignificent. & hoc facit vſque ibi, *Inueni*, *&c.* Exinde oſtendit qualiter ancillæ & vxores pepererunt bonos & malos ante legem, & ſub lege, & in tempore gratiæ: vſque ibi, *Sed cum tales.* Exinde diſtinguit quattuor modos generandi ſpiritualiter. & ſic poſſes ponere caſum ſecundum Hug.

d ¶ *Ancilla nihil boni ſignificat.*] hic [a] alibi enim bonum ſignificat, vt ibi, *Ecce ancilla Domini, &c.*

e ¶ *Quattuor.*] ‖ id eſt, quattuor modi generandi homines in fide, aliàs enim duo tantum ſunt genera hominum, 12. quæſt. 1. duo. & quo ad conditionem. nam aut ſunt ſerui, aut liberi. ff. de ſta. homin. in ſumma.

f ¶ *Quattuor.*] i. iſtis quattuor modis generandi in fide.

g ¶ *Tenuerunt.*] ſ. e. dicat. cõtra. ſed hic illegitimi in figura ſucceſſerunt. ſignificatur enim quòd etiam ſi illegitimi parentum vitia non ſequãtur, perpetuam hereditatem habebunt 56. diſ. naſci. Vel legitimi illi erãt: quia fas erat illis tunc filios ex ancillis ſuſcipere. ſ. ca. quæſt. 7. tãtum valet. immo potius dicebantur filij vxoris legitimi, quàm ancillæ, vt 56. diſt. nec. Iſmael. [b]

h ¶ *Per malos.*] argu. ‖ quòd acquiritur eccleſiæ vel alij religioſo loco per hæreticos arg. 16. quæſt. 6. ſi epiſcopum.

i ¶ *Expulſus.*] non quia ſecundum carnem natus eſt: ſed quia fratrem perſequebatur, vt 56. diſt. Iſmael. nam qui ſecũdum carnem erat, perſequebatur eum qui ſecundũ ſpiritum, vt s. 23. q. 4. qui ſecundum.

k ¶ *Seducere.*] Iſmael enim faciebat luteas imagines, & cogebat eum eas adorare, contra illud, Adorabis Deum, &c. 22. q. 1. cõſidera.

l ¶*Sacramentum.*] Sacramẽtum erat illud, ſecundum quod ſemper carnalis ſpiritualem perſequitur. 23. q. 4. qui ſecundum.

m ¶*Peperit.*] patres veteris teſtamenti, peperit eccleſia per dilectionem, noui per ſacramenta, s. 12. q. 2. qui abſtulerit.

n ¶ *Societate.*] mater noſtra eſt eccleſia, quæ nos in baptiſmate regenerauit. nam in vna fide ad vnum præmiũ tendunt. Sed numquid eadem eſt eccleſia quæ fuit in veteri teſtamẽto? Poteſt dici quòd non iuxta illud: Vocabo plebem meam. Et alibi: Ecce conuertimur ad gentes. & ſecundum hoc dicatur quòd illud relatiuum, quæ quod præcedit quæ peperit, &c. ſimplicem facit relationem. Alij dicunt eandem eſſe argumen. de conſecrat. diſtinct. 4. ſicut. 7. quæſt. 1. denique. ff. de iudic. proponebatur. & 16. diſt. habeo.

o ¶*Ciuitatis.*] Hieruſalem cœleſtis.

p ¶*Animali.*] id eſt, beſtiali. [e]

q ¶*Sed cum tales.*] i. mali hic generantur per bonos mali.

r ¶ *Spiritales.*] & ſic per bonos boni.

s ¶ *Vadunt.*] ſ. cum regenerantur.

t ¶*Deſiſtunt* i. ſ. cum catechizantur.

a ¶ *Quia non poſſunt.*] ſicut pueri.
b ¶ *In nouam.*] j. de conſec. diſt. 4. ſicut.
c ¶ *Naſcuntur.*] i. charitatem & fidem habent.[a]
d ¶ *Intus.*] q. d. mali ſunt ſiue in eccleſia videantur boni, ſiue mali: ſiue ab eccleſia tolerantur, ſiue ab eccleſia ſeparati ſint.

vel ideo non faciunt, quia non poſſunt [a], ſicut ex vtero Saræ Iſaac, vel Rebeccæ Iacob in nouam [b] vitam, & nouum teſtamentum naſcuntur [c]. Itaque ſiue intus [d] verſari videantur, ſiue aperte foris ſint, quod caro eſt, caro eſt: ſiue in area [e] in ſua ſterilitate perſeueret, ſiue occaſione tentationis, tanquam vento extra tollatur, quod palea [f] eſt, palea: & ſemper ab illius eccleſiæ, quæ eſt ſine macula [g] & ruga, vnitate diuiſus eſt, etiam qui congregationi ſanctorum in carnali obduratione miſcetur. De nullo tamen deſperãdum eſt [h], ſiue qui intus talis apparet, ſiue qui foris manifeſtius aduerſatur.

¶*Caput hoc confectum eſt partim ex tractatu 11. in Ioannem, partim ex libro primo de baptiſmo contra Donatiſtas c. 16 & 17. atque inde nonnulla ſunt addita, & multa emendata.*

a ¶ Quæ autem.] *Hæc apud B. Auguſtinum ſequuntur poſt verſ. omnes ſcribentur. in ca. ſicut in ſacramentis. de conſec. diſt. 4.*
c ¶ Aliquando Euangelizantibus.] *Sic emendatum eſt ex pleriſque vetuſtis, & originali, & Eugyppo, tomo 2. par. 216. Antea legebatur,* quando Euangelizantur, & ſacramẽtis, vel baptiſmatibus carnalibus generantur.
y ¶ Vel vadunt.] *apud B. Auguſtinum, & Eugyppum legitur,* vel euadunt in ſpiritalis ætatis affectum.

2 [2] *His ita reſpondetur. Pro varietate temporum varia inuenitur diſpenſatio conditoris. Promiſſum erat Abrahæ, quòd in ſemine eius benedicerentur omnes gentes: promiſerat quoque ſe daturum ſemini eius terram peregrinationis [i] ſuæ. Cum ergo cæteris in idololatria relictis, Abraham, & filios eius in peculiarem [k] populum ſibi Dominus elegiſſet, riſtè multarum fœcunditate mulierum populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in ſucceſſione ſanguinis erat ſucceſſio fidei. Vnde in lege dicebatur.* [*Maledicta* [a] [l] *ſterilis, quæ non reliquerit ſemen ſuum ſuper terram.*] *Hinc etiam ſacerdotibus coniugia decreta ſunt: quia in ſucceſſione familiæ, ſucceſſio conſtabat* [m] *officij. Quia vero per incarnationem Chriſti, gratia fides vbique dilatata eſt, nec iam dicitur* [*Dic domui Iuda, & domui Iſraël*] *ſed* [*Euntes docete omnes gentes*] *&* [*In omni gente quicumque timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*] *nec electio muneris* [n] *quæritur* [o] *in ſucceſſione generis, ſed in perfectione vitæ. & ſinceritate ſcientiæ & virginitas fœcunditati præfertur. & ſacerdotib. continentiæ caſtitas imperatur* [p]. *Non ergo Abraham* [q], *aut Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæſierit: nec illorum* [r] *exemplo, præter coniugale debitũ, fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere: cum illorum coniugia noſtrorum æquentur, vel præferantur virginitati: & immoderatus* [s] *vſus coniugij noſtri temporis, turpitudinem fere* [t] *imitetur fornicationis illius temporis.*

Vnde Ambroſius ſcribit in libro de Patriarchis lib. 1. de Abraham. c. 4.

a ¶ Maledicta.] *Verba hæc non ſunt inuenta in ſacra ſcriptura: quãuis inde a multis ſanctis, & antiquis doctoribus citentur. Deuteronomij 7. hæc habentur,* non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus tam in hominibus, quàm in gregibus tuis.

¶Abraham non eſt reus adulterij, qui viuente vxore filios ex ancilla ſuſcepit.
C. III.

3 Dixit Sara [u] ad Abrahã: Ecce concluſit me Dominus, vt non pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex illa.] Et ita factum eſt. Sed conſideremus primum, quia Abraham ante legem Moyſi, & ante Euãgelium fuit, nondum interdictum [x] adulterium videbatur. Pœna [y] criminis ex tempore [z] legis eſt, quæ crimen inhibuit. Nec ante legẽ [a] vlla rei damnatio eſt, ſed ex lege. Non ergo in legem [b] commiſit Abraham, ſed legem præuenit. Deus in paradiſo coniugium† laudauerat [c], non adulterium damnauerat [d]. *& infra.* ¶ Habes primam† Abrahæ defenſionem. Secunda illa eſt, quòd non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem poſthabuit [e] torum: ſed ſtudio quærendæ poſteritatis, & propagandæ ſobolis. Adhuc poſt diluuium raritas erat generis humani: erat etiam religionis, ne quis non reddidiſſe debitũ videretur naturæ. Denique & Loth ſancti filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris [f] gratia priuatam culpam prætexuit [g].

Idem in eodem libro, & cap.

¶ Quod præter legitimam vxorem committitur, adulterij crimine damnatur. C. IIII.

---

a Sub. hominem innouantem.

¶ Eccleſia præſens dicitur area.

b Ad hoc 23. q. 7. c. 1. in fi.

e ibid. c. 17.

Epheſ. 5.

e ¶ *Area.*] [β] Area dicitur præſens eccleſia. in qua mali permiſti ſunt bonis [b]: ſicut in area palea granis. H.
f ¶ *Palea eſt.*] ergo ſiue intus ſiue extra quod palea eſt, palea eſt, &c. ſicut vſura non deſinit eſſe vſura, licet in ſortem conuertatur. C. de vſu. l. vlt.
g ¶ *Sine macula.*] ſ. di. 21. quamuis. ſ. 27. qu. 2. nuptiarum. §. 1. & dic, ſine macula, id eſt, ſine mortali peccato. 24. q. 1. omnibus.
h ¶ *Deſperandum eſt.*] ſ. ea. qu. 2. ancillam. ſ. 24. q. 3. corripiantur.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc eſt 2. pars quæ. in qua excuſatur Abraham, quia præuenit legem, & quia erat præceptum vt relinqueret ſemen ſuper terram, ſicut olim faciebant ſacerdotes. Ioan. de Deo. & dic quòd ſane loquebatur magiſter, & bene ſoluit ſecundum. H.

CASVS. Soluit Grat. dicens, quòd non eſt trahendum ad conſequentiam factum Abrahæ & Iacob: quia tunc factum fuit hoc quia in ſucceſſione ſanguinis erat ſucceſſio fidei & officij. Nũc autem ſecus eſt: quia electio ſacerdotij nõ quæritur in ſucceſſione generis, ſed in perfectione vitæ, & ſinceritate ſcientiæ. vnde Abraham & Iacob non deliquerunt.

2 Sent. 4. diſt. 33. Gen. 12. & 14.

i ¶ *Peregrinationis.*] in qua ſcilicet ipſe Abraham fuit peregrinatus: ∥ nam vita hominis ſuper terram eſt peregrinatio: in qua ipſe Dominus apparuit vt peregrinus. 1. q. 1. §. opponitur. ver. quod vt plane.

∥ vita hominis eſt peregrinatio.

k ¶ *In peculiarem.*] i. proprium. arg. ff. ad Treb. cogi. 1. reſp. & diſt. 54. ex antiquis.
l ¶ *Maledicta.*] id eſt, ignominioſa, & obſcuræ famæ apud homines habita eſt. & eſt maledictum opprobij, vt hic: & eſt culpæ, vt 2. qu. 7. Paulus. & eſt maledictum pœnæ vnde maledictus homo qui pependit in ligno. de pœnit. diſt. 2. ſi vero. ver. tamquam.

∥ Maledictũ dicitur multipliciter.

Matth. 28. Act. 10.

m ¶ *Conſtabat.*] ſ. 82. diſt. plurimos. & ſ. diſt. 31. tenere.
n ¶ *Muneris.*] id eſt, officij ſacerdotalis.
o ¶ *Quæritur.*] arg. quod ceſſante cauſa ceſſabit effectus. 61. diſt. §. his omnibus.
p ¶ *Imperatur.*] poſt ordinem, qui votum continentiæ habet annexum. argum. diſt. 27. diaconus. ſ. diſt. 84. cum in præterito. alioquin contradicit Ambroſius. ſ. ea. q. 1. integritas.
q ¶ *Non ergo Abraham.*] ad hoc inducit c. ſequens. & c. obiiciuntur.
r ¶ *Nec illorum.*] ad hoc inducit c. nemo. & c. dicat.
s ¶ *Et immoderatus vſus.*] ad hoc inducit c. origo.
t ¶ *Fere.*] optime tempera: quia nemo imitatur.

Dixit Sara.] CASVS. Ben. & H. hunc caſum ſic ponunt. Ambr. intendit Abraham excuſare de eo quòd rogante vxore mixtus eſt ancillæ: & excuſat eum tripliciter. Primo quia legem præuenit, quæ adulterium punit. Secundo quia non voluntate luxuriæ, vel captus pulchritudine ancillæ, ſed amore ſobolis ei mixtus eſt. Tertio quia charitas hominũ hoc eſt perſuaſit: ſicut accidit poſt diluuium in filiabus Loth.

u ¶ *Dixit Sara.*] Geneſ. 16.
x ¶ *Interdictum.*] in aliquo præcepto, vel interdictũ per aliquam legem ſuper hoc ſpecialiter latam: erat tamen quodammodo interdictum in paradiſo, cum Dominus ait: Erunt duo in carne vna. & etiam in lege naturali, quia cuicunque naturaliter inſitum erat, quod tibi non vis, &c.

3 Sent ibid. Gen. 16.

x ¶ *Interdictum.*] expreſſe, ſed tacite cum dixit Dominus: Erunt duo in carne vna, vt 31. q. 1. quomodo.
y ¶ *Pœna.*] bene dicit pœna ex tempore. nã culpa ante legem fuit in Cain & Lamech. Et no. quòd hæ omnes excuſationes & ſufficiẽtes ſunt: ſed illa eſt ſola, extra de diuort. gaudemus. & dic pœna criminis, id eſt, legis temeratę eſt.
z ¶ *Ex tempore.*] legis ſcriptæ: aliàs nec Lamech, nec Cain puniri debuit, cum illi ante legem ſcriptã peccauerunt: ſed non erat adhuc pœna ſtatuta contra eorum peccatum.

† al. licet coniugium laudauerit.
† al. vnam.

a ¶ *Ante legem.*] ſcriptam: non autem naturalem.
b ¶ *In legem.*] Quæ enim præueniũt conſtitutionem, non ſunt poſtea irritanda, vt ſ. diſt. 82. propoſuiſti. j. ea. obiiciuntur. & extra de conſt. c. vlt. C. de teſt. iubemus. 31. diſtinct. ante.

∥ conſtitutionem præuenientia non ſunt irritanda.

c ¶ *Laudauerat.*] cum dixit, creſcite, & multiplicamini.
d ¶ *Damnare.*] expreſſe. & eſt argum. quòd licet vnum contrariorum commendetur, non ideo reliquum vituperatur. 8. q. 1. ſciendum.
e ¶ *Poſthabuit.*] id eſt, poſtpoſuit.

∥ intẽtio bona maiũ factũ excuſat.

f ¶ *Muneris.*] id eſt, officij, quo publice ſeruire humano genere videbatur.
g ¶ *Prætexuit.*] id eſt, diminuit & extenuauit: non autem extinxit, vt diſtinct. 35. ſexto die. ∥ Et eſt argum. quòd malum factum excuſatur per bonam intentionem [e]: & obſtetrices licet peccauerunt mentiendo, propter bonam tamen intentionem remuneratæ ſunt. 22 quæſt. 2. ſi quælibet. & ita in eodem facto quis meretur & demeretur: quod eſt contra illud. ff. de negot. geſt. ſiue. & 16. quæſt. 1. legi. argum. quòd excuſatur malum ſi bono zelo fit propter bonum. argum. 30. quæſt. 1. ad limina.

e item arg. quòd malum in parte excuſatur propter publicam vtilit. arg. ff. de noc op. nun. de pupillo. §. ſi quis ipſos.

NEmo ſibi.] CASVS. H. ſic ponit hunc caſum. Erant quidam cōiugati qui præter vxores volebant habere cōcubinas ſolutas: & dicebant q̧ hoc non licet feminis. ſ. habere alios præter maritos: ſed viris licet habere præter vxores alias ſolutas. & ad hoc allegabant auctoritatem legis humanæ, quæ hoc permittit viris, & non vxoribus & maritale priuilegium. ſ. quia vir eſt caput mulieris, & maior in matrimonio, & exemplum ſine auctoritates patriarcharum qui præter vxores immiſcebātur ancillis. Iſta ergo tria quibus viri ſe volebant excuſare ab adulterio, in hoc c. remouet Ambr. & primo auctoritatem legis humanæ. Secundo loco priuilegium maritale. Tertio exemplum & auctoritatem patriarcharū. Et probat quòd coniugatus ſemper adulteratur ſi cognoſcit aliquā præter vxorem: plus tamen peccat & grauius eſt adulterium ſi accedit ad coniugatam quàm ſi ad ſolutam: quia tunc committitur adulterium ex vtraque parte. H. hunc caſum plenius & melius poſuit quàm Beneu. vnum tamen verbum dixit Beñ. quod H. non dixit: ibi, grauius eſt adulterium cum coniugata, vt apparet exemplo Abimelech. *Peccare eum*, ſupple cognoſcimus.

a ¶ *De legibus.*] quę dicūt quòd adulterium nō committitur cum ſoluta, ſed cū nupta. ff. de adult. inter. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt concubinatum, vt ff. de concu. l. 1. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt fornicari militibus. vt C. de donat. inter vi. & vx. l. 2.

b ¶ *Stuprum.*] ſ. Stuprum committitur in virgine, vidua, vel puero, vel etiam in ſoluta muliere quæ non habetur loco vxoris. vel concubinæ vt ff. de adult. ſtuprum. ſecus ſecundum canones*, vt 36. q. 1. lex illa. §. 1.

c ¶ *Adulterium.*] coniugatorum.

d ¶ *Ab vxore.*] ſic j. ea. q. 6. per totum. & ff. de adul. ſi vxor. Hic not. ſimplicem fornicationem eſſe canonicum crimen, id eſt, per canones & non per leges eſſe crimen.

e ¶ *Tibi ius.*] ius dicitur quod ex indulgentia vel ex diſpenſatione Apoſtoli habetur, vt vnuſquiſque habeat, &c. vt 5̄. q. 1. §. his ita. ſicut dicitur ius patronatus quod ex gratia tantum habetur, vt 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum. ſic etiam ex neceſſitate habet fieri quod ex diſpenſatione fit, vt 50. diſt. Domino ſancto. & 35. q. 4 conſanguinitas.

f ¶ *Tolerabilior.*] q. d. maius peccatū eſt manifeſte peccare quam occulte. ſic eſt cōtra. 11 q. 1. certe ego. ſ. 11. q. 3. præcipue. Sed dic q̧ occulte peccans magis dicitur peccare. i. periculoſius: quia neminem habet corrigentem. Item malum eſt cadere à propoſito, ſed peius ſimulare propoſitum. Item manifeſte peccans alio modo dicitur magis peccare, quia tueri ſe vult rationibus & auctoritatibus, vt in hoc c. volebat. Item quantum ad hoc pluribus præbet exemplum peccandi vt 11. q. 3 præcipue. Item alia conſideratione qui clam peccat, plus peccat, quia videtur ſcienter peccare. ſed qui palam peccat, minus peccat, quia præſumitur errare, vt ff. de rit. nup. l. vlt.

g ¶ *Sed omne.*] quod committit in non ſua coniuge, adulterium eſt.

h ¶ *Locus iſte.*] in Geneſi, ſcilicet vbi dicitur, qualiter Abraham dum eſſet in peregrinatione, rogauit Saram, vt diceret ſe eſſe ſororem ſuam. 22. q. 2. quæritur.

i ¶ *Abimelech.*] non eſt huic contra. 22. quæſt. 2. quæritur. vbi dicitur, vt pudicitiam eius ſeruare poſſet apud Pharaonem. & hic dicitur Abimelech: quia vterque in ipſum peccauit, vel ipſum vterque timuit ab initio.

k ¶ *Quia puro.*] volebat enim eam vxorem habere: nec intendebat alicui iniuriam facere, & ideo excuſandus erat.

l ¶ *Sacramenti cœleſtis.*] i. eccleſiæ.

1 NEmo blandiatur ſibi de legibus [a] hominum. Omne ſtuprum [b] adulterium [c] eſt [1]: nec viro licet, quod mulieri nō licet. Eadem à viro quæ ab vxore [d] debetur † caſtimonia. Quidquid in ea †, quæ non ſit legitima vxor, commiſſum fuerit, adulterij crimine dānatur. *& in eodem libro. c. 7.* ¶ Nulli licet ſcire mulierem præter vxorem: ideo coniugij tibi datus eſt ius [e], ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. *& poſt pauca.* ¶ Tolerabilior [f] eſt, ſi lateat culpa, quàm ſi culpæ vſurpetur auctoritas. Nec hoc ſolum eſt adulterium, cum aliena peccare coniuge, ſed omne [g], q̧ non habet poteſtatem coniugij. Tamen locus iſte [h] docet grauius crimen eſſe, vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxoris pudor ſoluitur. Ideoq; cum prætenderet Abimelech [i], quòd vxorē alienam eſſe ignorauerit, quam ſororem eſſe vir ipſe ſuam dixerit, reſpōdit ei Domin⁹ [Et † ego cognoui, quoniam puro [k] corde feciſti hoc, & peperci tibi, vt non peccares in me: propter hoc non ſum paſſus te tangere eam.] Cognoſcimus velut preſulem, cuſtodemque coniugij eſſe Deum, qui non patiatur alienum torum pollui: & ſi quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem violet, & gratiam ſoluat. Et ideo, quia in Deum peccat, ſacramenti cœleſtis [l] amittit conſortium.

1 Pol. l. 6. tit. 8.

a Concord. tex. in l. inter liberos.

§ Iulia. alias eſt l. Iulian⁹. ff. de adult. not. in l. inter ſtuprum ff. de ver. ſig.

† al. exigitur

† al. cum] ori.

Gen. 20.

† al. Ecce] ori.

¶ Stuprum in multis perſonis cōmittitur.

* Sed contra de pœ. di. 1. qui pueto. quæ eſt lex. canonizata.

¶ Fornicatio eſt crimen canonicum.

¶ Crimina facta palam ſunt occultis grauiora.

ORigo quidem.] Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua probat, quòd ratione debet homo diligere vxorem, non tanquam adulter. Io. de Fan.

Item Hiero. contra Iouinianum lib. 1.

¶ Nihil eſt fœdius, quam vxorem amare, quaſi adulteram. C. V.

3 ORigo [m] quidē amoris honeſta erat: ſed magnitudo [n] deformis. ¶ Nihil autem intereſt, quam ex honeſta [o] cauſa quis inſaniat. Vnde & Xiſtus in ſententiis [Adulter [p] eſt, inquit, in ſuam vxorem amator [q] ardētior.] In aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens vir iudicio [r] debet amare coniugem, non affectu. [s] Regit impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitū. Nihil eſt fœdius, quàm vxorem amare, quaſi adulteram. ¶ Certe, qui dicunt ſe cauſa reip. & generis humani vxoribus iungi, & filios † procreare, imitentur ſaltem pecudes [t]: & poſtquā vēter vxoris intumuerit, non perdant [u] filios, nec amatores ſe vxoribus exhibeant, ſed maritos.

Idem libro ſecundo.

¶ Virginalis caſtitas non præfertur coniugio Abrahæ. C. VI.

5 QVis ignorat [x] ſub altra [y] diſpenſatione Dei omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti, cuius nunc ſunt Chriſtiani? Quomodo ante Abrahā placuit in cōiugio, ſic nunc virgines placent in perpetua caſtitate. Seruiuit ille legi [z], & tempori ſuo: ſeruiamus & nos Euangelio, & tempori noſtro [a], in quos fines ſæculorum [b] decurrerunt.

Item Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum, c. 47. & 48.

CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima oſtendit Hier. quòd origo matrimonij & conſtitutio fuit & eſt honeſta: ſed abuſio turpis eſt. In 2. parte dicit, q̧ cum diſcretione ſunt vxores diligēdæ. In tertia parte oſtendit quod qui accedunt ad vxores cauſa ſobolis procreandæ, ſaltem pecudes in hoc imitentur, ſcilicet, vt ad eas prægnantes non accedāt. ° Secunda pars incipit ibi, *Nihil autem.* Tertia ibi, *Certe qui dicunt.*

m ¶ *Origo.*] ſcilicet ſpes prolis vel etiam vitatio fornicationis, quæ eſt nuptiarum cauſa, vt 5̄. qu. 2. §. his ita.

n ¶ *Sed magnitudo.*] ſ. immoderata exactio præ nimio ardore libidinis.

o ¶ *Honeſta.* nihil enim eſt adeo licitum, vt non poſſit pernicies irrogari. 23. quæ. 5. de occidendis. in fi. Item vſus rei non condemnatur, ſed libido, vt 41. diſt. quiſquis. & ſic vides quòd quandoque peccatur in re honeſta, vt 14. diſtin. quod ait.

p ¶ *Adulter.*] j. ea. q. 2. quidquid. contra. Sol. hic adulter talis dicitur non reatu criminis illius capitalis, ſed ſimilitudine adulterinæ libidinis. ſicut enim adulter in adulteram ardet: ita iſte in propriam. & quòd non peccet mortaliter, patet in fine. nam ibi diſſuadetur ad qđ euitandum non tenetur. & hoc modo. j. ead. q. 7. adulterij. Sic ergo propter ſimilitudinem dicitur adulter. Nec eſt hoc mirum: nam ſimilitudine facti aliquid ſæpe dicitur heri. 11. qu. 3. excellentiſſimus. 12. q. 2. fraternitas.

q ¶ *Amator.*] vehemens amator dicitur qui tantum vxorem diligit, vt apud ſe diſponat, quòd ſi ipſa eſſet forte vxor alterius, nō minus carnaliter ſe cum ea commiſceret.

r ¶ *Iudicio.*] cum iudicio & diſcretione commiſceri vxori ſuæ debet.

s ¶ *Affectu.*] explendæ libidinis.

t ¶ *Pecudes.*] pecudes enim poſt conceptum non coeunt, vt j. eadem quæſt. 7. non ſolum. nec mulier faciat copiam ſui corporis à conceptione vſque ad purgationem, vt ſupra diſtin. 5. ad eius. & 33. q. 4 ſi cauſa.

u ¶ *Non perdant.*] perit enim partus ex frequenti concuſſione.

QVis ignoret.] CASVS. Oſtendit Hiero. in hoc c. quòd ita Abraham Deo ſeruiuit in vinculo coniugali, ſicut virgines nunc Deo ſeruiunt in caſtitate: ſeruiuit enim ille legi iuxta tempus ſuum: & nos ſeruiamus legi iuxta tempus noſtrum. *Sub altera*, id eſt, coniugali.

x ¶ *Quis ignorat.*] hoc c. habes de verbo ad verbum de pœn. diſt. 2. ſi enim. ver. memento. & ver. Paulus.

y ¶ *Sub altera.*] i. ſub coniugali, quæ eſt altera à caſtitate. Alia littera habet alta. nam profunda ſunt iudicia eius. [c]

z ¶ *Legi.*] naturali vel conſuetudinariæ: vel, id eſt, diſpoſitioni diuinæ.

a ¶ *Tempori noſtro.*] arg. q̧ ſi primo currebat fortior moneta, & modo currit vilior de mandato principis: liberatur ſoluendo viliorem. [d] ar. ff. de contrah. empt. Imperatores. Arg. contra. extra de cen. olim. in fi. ff. ſi cer. pet. cum quid. extra de iureiu. quanto.

b ¶ *Fines ſæculorum.*] i. ſæcularium deſideriorum: vel ætas vltima, de qua habes 31. q. 4 c. vnico.

3 Sent. 4. diſt. 31.

4 Idem l. c. l. c. 48. Ezech.

† al. liberis tollere.] orig.

b Vt j. c. hoc torum.

5 Sent. 4. diſt. 33.

1. Cor. 10.

¶ Vir non ſit vxoris ardens amator

¶ Mulier poſt conceptum debet continere.

c Vt 23. q. 4. de Tyri. & ſecundum L. ſed melior littera eſt altera, quod oſtenditur quia olim ſub coniugali, nunc ſub virginali. & ita altera fuit diſpenſatio, altera iſta, ſecundū Hug.

d de iſta materia vide late per Bart. & Ale. de Im. in l. quod te. col. 3. & 4. ff ſi cer. pet.

Obiiciunt

OBiiciuntur.] Casvs. Aug. in hoc c. excuſat Iacob dupliciter de eo quod habuit iiij. vxores. primo quia tunc mos erat. ſecundo quia non ex ardore, ſed ad prolem procreandam hoc fecit: ſicut Apoſtoli in multitudine filiorum delectabantur ex charitate, & non ex amore humanæ laudis.

a ¶ Mos.] ſcilicet diuinus, & à Deo inſpiratus. ext. de diuor. gaudemus. & ponitur hic quando pro quia.

b ¶ Crimen non erat.] arg. quod conſuetudo à crimine excuſat aliquando. arg. 5. diſt. 4. denique. & extra de temp. ordi. ſane. Arg. contra, extra de ſim. non ſatis. & 1. quæſt. 3. c. vlt.

c ¶ Non auiditate.] ſi enim auiditate conſequendæ laudis, tunc peccarent. 22. quæſt. 2. primum.

Sicut ſatius.] hæc eſt 4. pars quæſt. in qua dicitur, quòd melius eſt mori ſine filiis, quàm eos quærere de damnato coitu. Ioan. de Fant.

Casvs. Aug. admonet in hoc ca. vt quis non habeat concubinam, ſed vxorem: quia ſicut eſt melius ſame mori, quàm idolothytis veſci. ſic meliꝰ eſt mori ſine liberis quàm ex illicito coitu filios quærere. Verùmtamen ſi filij ex illicito coitu quæſiti fuerint, ſi parentum vitia non imitentur, honeſti & boni erunt quo ad Deum.

d ¶ Fame.] ſed nonne propter neceſſitatem famis licitum eſt comedere idolothytũ, cum neceſſitas non habeat legem, vt j. de conſ. diſt. 1. ſicut. [a] & propter neceſſitatem famis licitum eſt auferre aliena, vt de conſe. diſt. 5. diſcipulos. & etiam furari, vt extr. de fur. ſi quis. & homicidium committere, vt extr. de homi. ca. 2. & carnes comedere in Quadrageſima. arg. de conſ. di. 4. carnem. & ext. de obſeru. ieiun. conſilium? Reſp. ſic: dummodo non fiat ad veneratio nem idoli. nulla tamen neceſſitas excuſat à fornicatione, vt ff. de rit. nupt. palam. §. non eſt ignoſcendum.

e ¶ Vndecumque.] q. d. & ſi quærantur ex illicito coitu.

f ¶ Et ſalui erũt.] arg. contra ext. de h. preſbyt. per totum.

1 Sent. 4. diſt. 33.

2 Senten. 4. diſt. 33. in fi.

3 5. diſt. 56. vndecũque

a Sub. & neceſſitas eſt contraria voluntati. ff. quod met. cau. l. j. & nullum eſt peccatorum niſi volũtarium. 15. q. 1. §. j. & c. illa.

4 Concord. tex. au. tm. in l. accuſat. ff. de accuſ. & inſti. de rer. diuiſ. § communi.

5 Iuo pet. 8. c. 10.

Gen. 21.

Gal. 4.

a ¶ Auguſtinus.] *Repoſitum eſt ex omnibus vetuſtis, cũ in vulgatis legeretur*, Ambroſiꝰ.

¶ Patriarchæ non concupiſcentia explendæ libidinis. ſed cauſa numeroſæ prolis plures habebant vxores.

C. VII.

[1] OBiiciuntur Iacob quattuor vxores: quod, quando mos [a] erat, crimen non erat [b]. Sicut [a] patriarchæ coniugibus excipientibus ſemen ſuum miſcebãtur, non concupiſcentia percipiendæ voluptatis, ſed prouidentia propagandæ ſucceſſionis: ſic Apoſtoli auditoribus admirantibus doctrinam ſuam condelectabãtur, non auiditate [c] conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminãdæ veritatis.

a ¶ Sicut patriarchæ.] *Apud B. Auguſtinum diuerſus eſt verborum ordo.* Sicut Apoſtoli, inquit, auditoribus admirantibus doctrinam ſuam condelectabantur non auiditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis, ita patriarchæ, &c.

Item Auguſtin. de bono coniugali. c. 16.

¶ Satius eſt abſque liberis deſungi, quam ex illicito concubitu ſtirpem quærere. C. VIII.

4 [2] SIcut ſatius eſt mori fame [d], quàm idolothytis veſci: ita ſatius eſt defungi ſine liberis, quã ex illicito coitu ſtirpem quęrere. [3] Vndecumque [e] autem naſcãtur homines, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum recte colant, honeſti, & ſalui erunt [f]. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura eſt [4]: & eo male vtentibus male erit, non ipſum aliquando malum erit.

Item Ambroſius in ſermone de ſancto Ioanne, qui ſic incipit [Diximus ſuperiore Dominica.] num. 65.

¶ Ex ancilla filij non ſunt quærendi. C. IX.

[5] DIcat aliquis, vxorem non habeo, ideo ancillam mihi ſociaui. Audi quid dicat ſcriptura ad Abraham, [Eiice ancillam, & filium eius:] non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius heres non eſt, ergo nec filius eſt. Cur autem quæritur tale coniugium, de quo ſuſceptus filius nec ſucceſſionis [g] poſſit heres eſſe, nec ſanguinis [h]? Nec enim habere poteſt hereditatis conſortium, qui non habet originis priuilegium. Cur, inquã, quæritur tale contubernium, de quo nati, non filij ſint matrimonij, ſed teſtes ſint adulterij? Cur autem huiuſmodi ſuſcipiũtur adulterini, qui patri pudori ſint, non honori? Dicit ſcriptura, [Adulterorum filij [a] in conſummatione erunt: & ab iniquo toro ſemen exterminabitur.] Mulier igitur tua, ſi talibus moribus prædita eſt, vt mereatur conſortium, mereatur & nomen [i] vxoris. Præſta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris, ne tu adulter ſis potius, quam maritus.

a ¶ Filij.] *Repoſita ſunt reliqua verba ſcripturæ ex B. Ambroſio, pro quib. in vetuſtis eſt, &c. in vulgatis autem*, abominatio ſunt Deo.

Item Auguſtinus ad Claudium contra Iulianum. c. 8.

¶ Adulteria non ſunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

[6] SIc non ſunt facienda adulteria [k] etiam voluntate generandi regenerandos: quemadmodum nec furta facienda ſunt etiam voluntate paſcendi pauperes [l] ſanctos: quod tamen faciẽdum eſt non perpetrando furta, ſed bene vtendo mammona [m] iniquitatis. [n]

5 *Ecce. quòd nullo modo licet alicui viuente vxore ſua, vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere, qui etiam ſuſcepti, filiorum nomine iudicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in ſacra ſcriptura prohibetur.*

Vnde Auguſtinus in quæſtionibus Deuteronomij, quæſt. 37. ad c. 23.

¶ Illicitus concubitus, & omnis non legitimus vſus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C. XI.

[7] MEretrices eſſe, & ad meretrices accedere ꝓhibet [o] Dominus: quarum [p] publice venalis eſt turpitudo. In decalogo autem mœchiæ nomine non videtur hoc aperte ꝓhibuiſſe: quoniam mœchia non niſi adulteriũ intelligi ſolet. *Idem ſuper Exodum, quæſt. 71.* ¶ [8] Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in ſcripturis. Sed vtrum etiam omnis fornicatio mœchia dici poſſit in eiſdem ſcripturis, non mihi interim occurrit locutionis [q] exẽplum: ſed ſi non omnis fornicatio etiã mœchia dici poteſt, vbi ſit in decalo-

ginem, vt ff. ad munic. l. 1. matrem ſequitur, quo ad conditionem, vt C. de rei ven. partum.

i ¶ Et nomen.] arg. ad præſumptionem matrimonij clãdeſtini ex appellatione vxoris: quod eo ipſo quod nominatur vxor, eſt habenda pro vxore, vt extr. de præſum. illud. C. de nup. ſi vicinis. Arg. contra. C. de li. cauſ. l. pe. Arg. 5. 93. diſt. Dominus. 23. q. 1. paratus. j. de cõie. diſ. 4. ſi eos. ff. de proba. l. vlt. §. vlt. 5. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. 27. q. 2. inuenta. ¶ Et quod dicit, & nomen, dic & pro id eſt, nã eo ipſo quod quis permittit ancillam ſuam contrahere matrimoniũ, rapitur in libertatem. C. de lat. lib. tol. auth. ad hæc. ſed & concubina rapitur in libertatem morte domini: ſimiliter & filij eius, ſi dominus nihil de eis diſpoſuit. C. commu. de manu. l. vlt.

k ¶ Sic.] ¶ Adulteria.] 5. ca. q. 2. §. ſicut ergo.

l ¶ Pauperes.] 5. 14. q. 5. fortes. 5. 30. q. 1. noſte. 5. 22. q. 2. is autem. 5. 1. q. 2. non eſt putanda.

m ¶ Mammona.] id eſt, pecunia, quam quis per iniquitatem, i. per ſolicitudinem acquiſiuit. 23. quæſt. 5. §. ſed hoc multipliciter.

n ¶ Iniquitatis.] i. inæqualitatis. Aequum enim eſt tibi neceſſaria retinere, & ſuperflua pauperibus erogare. & hæc eſt iniquitas, ſi contra fiat.

ECCE QVOD NVLLO. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur, an ſimplex fornicatio ſit prohibita in decalogo? & eſt dicendum quod ſic. Io. de Fant.

MEretrices.] Casvs.] Hug. ſic ponit hunc caſum. In hoc c. oſtendit Aug. quod ſimplex fornicatio fuit prohibita à Domino in Deutero. fuit etiam prohibita in decalogo, vbi dictum eſt: Non mœchaberis. licet ibi ſolum adulterium videatur prohibitũ: ſed ſicut in prohibitione furti nomine patris totum intelligitur eſſe prohibitum, ſcilicet omnis vſurpatio illicita rei alienæ: ita in prohibitione mœchię, nomine partis intelligitur totum eſſe prohibitum: ſcilicet omnis illicitus coitus. Beneuent. vero ſic incipit caſum ſuper illo verbo in Deuteron. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, neque ſcortator de filiis Iſrael. Probat Auguſt. quòd ſimplex fornicatio fuit prohibita à Domino in decalogo: vbi dictum eſt, Non mœchaberis. Nam ſicut in prohibitione furti nomine partis, & cetera omnia dicit poſtea vt Hug. A patre, ſed interpretatione prohibuit.

a ancilla cõtrahere permiſſa eripitur in libertatem.

Sap. 3.

Mammona iniquitatis quid ſit.

c 105. vani. l. 7. c. 20.

7 Iuo p. 8. c. 321.

8 Iuo p. 8 c. 279.

DIcat aliquis.] Casvs. Aliqui non habentes vxores dicebãt ſibi licere cõcubinas habere. Ambr. autem probat hoc eſſe falſum, cum dictum ſit Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius. non enim quærendi ſunt filij, qui non poſſunt ſuccedere, & qui potius ſunt oneri quàm honori. Debet igitur quis habere vxorem, vt & crimen euitet, & vt filios habeat, qui poſſint eſſe heredes. Sequens cap. cum §. patet.

g ¶ Nec ſucceſſiones.] niſi in vnica. C. de na. lib. auth. licet.

h ¶ Nec ſanguinis.] i. honoris. Filius enim ſequitur priuilegium patris in tribubus: quo ad honores & dignitates, & quo ad curialem cõditionem, vt C. de decu. cos. & l. exemplo. & l. nullus. & quo ad ori-

Filius in tribus patrem ſequitur.

o ¶ Prohibet.] cum dicit, Non mœchaberis. Et in Deuter. vbi dicitur: Non erit meretrix de filiabus Iſrael.

p ¶ Quarum.] alibi, meretrix eſt, quæ multorum libidini patet, vt 5. diſt. 34. vidua. hoc etiam lex dicit. ff. de rit. nup. palam.

q ¶ Locutionis.] expreſſe.

meretricis diffinitio.

go ꝓhibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui vxores non habent, cum feminis, quæ maritos non habent, vtrum inueniri poſſit, ignoro. ¹ Sed ſi furti nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ (non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit ᵃ, ſed vtique à parte ᵇ totum intelligi voluit, quidquid illicite rerũ proximi aufertur) profecto & nomine mœchię omnis ᶜ illicitus ᵈ concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi.

Item Hieronymus in cap. 5. epiſtola ad Gal. ad ver. [*Manifeſta autem.*]

¶Extraordinaria voluntas, & inuerecunda opera nuptiarum luxuria, & immunditia appellantur. C. XII.

IN eo fornicator ᵉ maioris ᶠ eſt criminis, quia tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis, [erũt ᵍ quippe duo in carne vna.] Qui non eſt fidelis, nec credit in Chriſto, ſua membra facit membra meretricis, q credit, & fornicatur, Chriſti membra facit membra meretricis. E contrario ʰ infidelis in fornicatione ſua vtrũ violet, an ędificet ⁱ templum idolo, neſcio ᵏ. Per vitia quippe luxuriæ vel maxime dæmones coluntur. Hoc vnum ſcio, q̃ qui poſt fidẽ Chriſti fornicatur, violat tẽplum Dei. Secundũ opus ˡ carnis, immũditia ᵐ nuncupatur: & eam comes luxuria ſequitur. Quomodo enim in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpiſſimum ⁿ eſt, ne & dicenti os, & aures audientiũ pollueretur ᵒ, generaliter ſcriptura cõplexa eſt dicens [Verecundos, vel reuerentes facite filios Iſrael ab omni immunditia,] ſic in hoc loco ceteras extraordinarias voluptates, ipſarum quoque opera nuptiarum, ſi non verecunde, & cum honeſtate quaſi ſub oculis Dei fiant, vt tantum liberis ſeruiatur, immunditiam ᵖ, & luxuriam nominauit.

ᵃ ¶ Luxuriæ.] *Al eſt vox iſta à pleriſque vetuſtis, & originali.*

Item Greg. in moral. lib. 12. c. 12.

¶Immoderatus vſus mulierũ Salomonem ad idololatriam traxit. C. XIII.

SAlomõ quippe immoderato vſu, atq; aſſiduitate mulierũ ad hoc vſque perductus eſt, vt tẽplum idolis ᑫ fabricaret: & qui prius Deo templum conſtruxerat, aſſiduitate libidinis etiam perfidiæ ſubſtratus idolis conſtruere templa non timuit.

Item Hieronymus in c. 5. epiſt. ad Epheſios, ad verſ. [*viri diligite.*]

¶ Liberorum procreatio in matrimonio laudatur, meretricia voluptas etiam in vxore damnatur. C. XIIII.

LIberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera conceſſa ſunt: voluptates autem, quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ. ʳ

Quare autem tales non dicantur filij vel quẽ ſuorum parentum ſequantur. qui ex libero & ancilla naſcuntur Iſidorus Etymologiarum lib. 9. c. 5. determinat.

¶ Qui ſint liberi, & quorum conditionem ſequantur. C. XV.

ˢLiberi ˢ dicti, qui † ex libero ſunt matrimonio orti. Nã ſi filij ex libero & ancilla, ſeruilis conditionis ⁱ ſunt. Semper enim qui naſcitur, deteriorem ᵃ ᵗ partem ſumit. Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filij, quos ſola natura genuit, non honeſtas coniugij. & ĩ. ¶ Hi vero †, qui non ſunt de legitimo matrimonio, matrem ᵘ potius, quam patrem ſequuntur.

ᵃ ¶ Deteriorem partem.] *In codicibus Iſidori etiam manuſcriptis legitur,* deteriorem parentis ſtatum ſumit.

ᵃ ¶ *Prohibuit.*] arg. quòd idem iuris eſt in parte & in toto, vt 14 q. 5. pœnale. Item arg. quòd prohibito minori, id quod maius eſt intelligitur prohibitum ᵃ. arg. 44. diſt. nulli clerico ᵇ. ſimiliter conceſſo maiori conceſſum videtur & minus. 16. q. 2. viſis. ᶜ

ᵇ ¶ *A parte.*] pars enim eſt furtum: illicita vſurpatio rei alienæ eſt totum. omne namque furtum eſt illicita vſurpatio rei alienæ: & non conuertitur. Hug. ſed hæc glo. non valet: ſed expo. vt dicit 14 q. 5. pœnale.

ᶜ ¶ *Omnis.*] licet non prohibuerit rapinam verbis legis, prohibuit tamen ſententia legis, quæ magis attendenda eſt. extr. de verb. ſign. propterea. ſ. 1. q. 1. Marchion.

ᵈ ¶ *Illicitus.*] Hic videtur ſurgere quædã inextricabilis contrarietas. ¹ nam in Deuteronom. licitum erat habere concubinam, & dare ei pretiũ ſuæ pudicitiæ, & eam dimittere: ſed in Decalogo ſecundum interpretationem Auguſt. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hugo. q̃ non ſunt contraria. nam aliud eſt permiſſio, de qua in Deuter. & aliud eſt præceptum, de quo in Decalogo. ſed hæc ſolutio nulla videtur, quia circa idem non poſſunt habere locũ permiſſio & præceptum, ſiue prohibitio. ideo dicit q̃ illud intelligitur de comparatiua permiſſione. ſi ĩ. 33. q. 2. ſi quod verius. nam in veritate illud ſemper fuit peccatum. extra de diuor. gaudemus.

IN *eo.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima oſtendit Hierony. q̃ in eodem genere fornicationis plus peccat fidelis quàm infidelis: quia fidelis de membro Chriſti facit mẽbrum meretricis. In ſecunda parte probat q̃ nomine immunditiæ Apoſtolus diſſuaſit omnes extraordinarias voluptates etiam cum vxore propria. Secunda incipit ibi, *Secundum opus.* In *eo*, id eſt, propter hoc. *Quomodo*, id eſt, ſicut. *In hoc loco*, ſcilicet Apoſtoli.

ᵉ ¶ *Fornicator.*] melius eſt viam veritatis non agnoſcere, &c. de pœnit. diſt. 4. ſi refugientes.

ᶠ ¶ *Maioris.*] quia fidelis in hoc magis peccat, quia membra Chriſti facit membra meretricis. ſed infidelis ſua, non Chriſti membra, facit membris meretricis.

ᵍ ¶ *Erunt.*] i. conuenient in vno carnali opere. & per hoc dicit Hu. affinitatem contrahi per illegitimum coitum, vt no. 30. q. 4 ſi quis.

ʰ ¶ *E contrario.*] id eſt, ſed vel, id eſt, conuerſo caſu.

ⁱ ¶ *Aedificet.*] tamen per fornicationem magis ædificatur diabolo templum quàm violetur.

ᵏ ¶ *Neſcio.*] hoc non definit: ponit tamen perſuaſionem ſuam cum dicit, per vitia, &c. vel dic, neſcio, id eſt, non definio, cum ſit manifeſtum: quia infidelis non violat templum Dei, cum ipſe non ſit templum Dei: ſed ædificat templum diabolo.

ˡ ¶ *Secundum opus.*] ordine ſcilicet enumerandi. ſic enim ait Apoſtolus: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio & immunditia, luxuria. &c. De his 25. diſt. §. criminis. ver. de quibus.

ᵐ ¶ *Immunditia.*] ¹ quæ attenditur ſecũdum omnem vſum illicitum membrorum. luxuria attenditur in cibo & potu cũ vtitur delicatis & calidis, vt aptior ſit ad immunditiam. 35. diſt. eccleſiæ principes.

ⁿ ¶ *Etiam turpiſſimum.*] & ita quædam omittenda ſunt propter turpitudinem, vt 1. qu. 4. §. item peccato. & Imperator dicit de ea quæ nubit intra tempus luctus, quomodo ei dicamus erubeſcimus. in auth. de reſt. & ea quæ parit. §. vnum ſi quidem. coll. 4.

ᵒ ¶ *Pollueretur.*] nam dicit Imperator q̃ propter iſta crimina inducuntur fames & peſtilẽtiæ, & terræmotus, vt in auth. vt non luxur. contra nat. §. ſi enim. col. 6.

ᵖ ¶ *Immunditiam.*] ¹ ar. opera nuptiarum, quę non ſunt cauſa liberorum, mortalia eſſe: quia luxuria & immũditia nominantur, vt ĩ. ca. liberorũ. ſed hoc dicitur non quo ad reatum mortalis vitij, ſed quo ad ſpeciẽ facti. ſpeciẽ enim & ſimilitudinẽ luxuriæ & immunditiæ prætendunt & habent deſignare, vt not. ſ. e. ca. origo.

SAlomon quippe.] CASVS. Probat Greg. q̃ ex nimia aſſiduitate mulierum de facili quis ducitur ad idololatriã. Salomonis exẽplo: q cũ Deo prius cõſtruxerat tẽplum, poſtea amore libidinis idolis tẽpla cõſtruxit. Seq. ca. cum § ſeq. patet.

ᑫ ¶ *Idolis.*] idolo ſ. Aſtaroth Sydoniorum, & idolo Chamos Moabitarũ, & idolo Moloch Amonitarum. poſt tamen egit pœnitentiam ſecundum quoſdam. de pœ. diſt. 2. ſi enim. ver. Salomon.

ʳ LIberorum.] ¶ *Damnatæ.*] cũ vxore commiſſæ voluptates puniendæ ſunt. Et ita eſt argum. pro Hug. qui dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem cauſa libidinis. Tu dic contra. & damnatæ dicit, id eſt, puniendę propter veniale, & eſt ſimile 4. diſt. denique. 6. diſt. teſtamentum.

QVARE AVTEM. Hæc eſt 6 pars quę. in qua dicitur quòd filius ſequitur matrem, maxime illegitimus. Io. de Fan.

LIberi.] CASVS. Primo oſtendit Iſidor. qui liberi dicantur legitimi. Secundo quòd proles ſemper imitatur conditionem matris. Tertio addit qui appellentur filij naturales. *Deteriorem.* hoc dicit ſecundum conſuetudinem quarundã terrarum. Vel, *deteriorem*, id eſt, inferiorem & debiliorem, ſcilicet, matrem.

ˢ ¶ *Liberi.*] ¹ quattuor ſunt genera filiorum naturales tantum, vt cõcubinarum. naturales & legitimi, vt vxoris. legitimi tantum, vt adoptiui. ſpurij ᶜ vt ſacratarum virginum, & cõſanguinearum. 1. q. 1. c. tali.

ᵗ ¶ *Deteriorem partem ſumit.*] hoc verum eſt ſecundum legem Longobardorum & Theutonicorum. nam ſecundum legem Romanorũ ſecus. C. de rei vend. partum. ff. de ſta. ho. lex naturæ. & de ver. ſig. etiam. & ſufficit ſi per momentum fuit in libero ventre. ff. eo. ti. l. & ſeruorum. §. ingenui. Vel dic verius deteriorem, id eſt: debiliorem: quia femineus ſexus debilior eſt quo ad honores: tamen circa inſignia proles patrem ſequitur, vt dixi ſ. eo. dicat.

ᵗ ¶ *Deteriorem.*] ſ. 28. q. 1. Iudæi. contra ſ. 15. q. vlt. cum multæ. contra. ſed hoc in ceteris generaliter: ſed fallit in iſtis duobus caſibus Iudæorum filiis & clericorum.

ᵘ ¶ *Matrem.*] quantum ad conditionem, & quantum ad originem. ff. ad munic. l. 1. & quòd impugnat teſtamentum matris, vt ff. de inoff. teſt. ſi ſuſpecta. §. 1.

---

a Ad hoc 24 q. 1. miramur. vbi de hoc.

b Adde de hoc inſti. de interdi. §. fi. & not in l. j. C. ſi ſer. ex. ve.

1 ſ. 14. q. 5. pœnale. ĩ. furti.

c Adde hoc ex. de deci. ex parte. 7. q. 1. ſua: qui.

¶ Concubinã an licuerit olim habere.

1. Cor. 6.

Leuit. 15.

¶ Luxuria & immũditia differunt.

¶ Nuptiarũ opera non ſunt mortalia.

d hd quia an pœnituerit incertum eſt, lj quædam ſcripturæ apocriphæ hoc teſtentur, ſecũdum Hug. ¹ à ſuo p. 8. c. 17.

† al, quia.

ⁱ Concord. tex. in § Hee ui autẽ aut naſcuntur. cum glo. inſtit. de iure perſ.

† Vnde & ij qui.] orig.

¶ Filij ſunt quadruplices

c De iſtis habes ff de ſta. ho. § vulgo, & dicuntur ſpurij quaſi de ſpuma riualium nati

Q*Vód autem.*] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In quarum prima probatur, quòd non perditur caſtitas animæ vel corporis vbi animus non conſentit. Secunda ibi, *Si Paulus.* Tertia ibi, *Nec ſolo.* Quarta ibi, *Quæ timuit.* Quinta ibi, *Cum ergo.* Sexta ibi, *Præceptum.* Septima ibi, *Sed quæritur.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an pudicitia per violentiam auferatur? Dicitur quòd duplex eſt pudicitia. ſ. corporis, & animi. Pudicitia corporis, quæ carnis integritas dicitur, per violentiam aufertur, de qua habetur j. ea. q. ille. Pudicitia animi, cum ſit virtus, nõ aufertur per vim, quia animo vis non infertur, vt j. ead. q. ita ne. probat igitur Gratia. in hoc §. quòd pudicitia per violentiam non eripitur, primo cum ſit virtus animi, non corporis: & animo vis non infertur, ſed corpori ſecũdo exemplo beatæ Luciæ.

1 In martyrio B. Luciæ.

Tal. iuſſus ſacrificem.

† al. non attendit, quia & deridet.

QVÆSTIO V.

1 Q*Vód autem*[a] *pudicitia violenter eripi non poſſit, multorum auctoritatibus probatur. Eſt enim virtus animi, quæ violentiam non ſentit. Corpori namque vis*[b] *infertur, non animo. Vnde, quamuis corpus violenter corrumpatur, ſi pudicitia mentis ſeruetur illæſa, tamen caſtitas duplicatur*[c]. *Sicut B. Lucia fertur dixiſſe Paſchaſio* [*Si inuitam me feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronã.*] *Non enim inquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis. Nam ſi in manu mea thura poſueris, & per manum meam ſacrificia*† *feceris, Deus*† *hæc attendit, & deridet. De ſenſibus enim & voluntatibus iudicat Deus.*]

Hinc Ambroſius ſcribit in libro ſecundo de Virginibus.

¶ Melior eſt virginitas mentis, quàm carnis. C. I.

2 TOlerabilius[d] eſt mentem virginem, quàm carnem habere. Vtrũque bonum, ſi liceat[e]: ſi non liceat, ſaltem nõ homini[f] caſtæ[a], ſed Deo[g] ſimus. *& infra.* ¶ Virgo proſtitui[h] poteſt: adulterari[i] nõ poteſt. Vbicumque Dei virgo eſt, templũ Dei eſt: nec lupanaria[k] infamãt caſtitatem: ſed caſtitas, etiã loci abolet infamiã.

a ¶ *Caſtæ.*] *Antea legebatur*, caſti. *ſed B. Ambroſius ibi inducit Theodoram loquentem.*

Idem ad virginem lapſam. c. 4.

¶ Mente incorrupta, caro non corrumpitur. C. II.

3 REuera non poteſt caro[l] corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta.

Item Auguſtinus de ciuitate Dei, libro primo. c. 18.

¶ Aliena libido neminem polluit. C. III.

4 ITa[a], ne aliquem polluat[m] aliena libido, metuitur? Non polluit, ſi aliena erit: ſi autem polluet, aliena non erit. Sed cum pudicitia virtus ſit animi, comitemque[n] habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quã malo conſentire decernat[o], nullus autem magnanimus, & pudicus in poteſtate[p] habeat, quid de ſua carne fiat: ſed tantum quid annuat mente, vel renuat, quis tandem ſana mente putauerit[q] ſe perdere pudicitiam, ſi forte in apprehenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non ſua.

a ¶ *Ita, ne.*] *Apud B. Auguſtinum legitur*, At enim, ne vel aliena polluat.

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

5 PRopoſito animi permanente, per quod etiam corpus ſanctificari[r] meruit, nec ipſi corpori aufert[s] ſanctitatem[t] violentia libidinis alienæ, quam ſeruat perſeuerantia continentiæ ſuæ. An vero, ſi aliqua femina mente corrupta, violatoque propoſito, quod Deo vouerat, pergat[u] vitianda ad deceptorem ſuum, adhuc eam pergentem ſanctam vel corpore dicimus, ea ſanctitate animi, per quam corpus ſanctificabatur, amiſſa, atque deſtructa? Abſit hic error, & hinc potius admoneamur, ita non[a] amitti corporis ſanctitatem manente animi ſanctitate, etiam corpore oppreſſo, ſicut amittitur corporis ſanctitas violata animi ſanctitate. *Idem.* c. 19. ¶ Lucretiam certe matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitiæ magnis efferũt laudibus. Huius corpore cum violenter oppreſſo Tarquinij Regis filius libidinoſe potitus eſſet, illa ſcelus improbiſſimi iuuenis

5 Iuo ibid.

a ¶ *Quòd autem.*] Hic intitulatur 5. q. ſcilicet an ſit pudicitia per violentiam auferatur. Et dic quòd duplex eſt pudicitia: animi, & corporis. Corporis pudicitia quæ integritas dicitur, bene admittitur per violẽtiam: de qua dicitur j. ea. ille. & 27. q. 1. nuptiarum. Pudicitia autem animi cum virtus ſit non aufertur per vim: quia animo non infertur vis, vt j. ea. ita ne. Et no. quòd hæc eadem virtus eſt in virginibus, in coniugatis, & in viduis: ſed in virginib. appellatur virginitas: & in coniugatis pudicitia. 27. q. 1. nuptiarum. & in continentibus caſtitas 30. diſt. hæc ſcripſimus.

Pudicitia an poſſit per violentiam auferri.

2 Senten. 4. diſt. 33 Iuo p. 7. c. 137.

3 Sent ibid. Iuo part 7. c. 138.

4 Iuo p 7. c. 139.

b ¶ *Vis.*] abſoluta quæ non poteſt animo inferri: ſed conditionalis poteſt, vt 5. 23. q. 6. vides. Vel dic non poteſt inferri animo vis: verum eſt non conſentienti.

c ¶ *Duplicatur.*] Arg. violenter corruptam non amittere virginum præmium, ſed recipere duplicatum: non tamen quo ad aureolam. conſequitur ergo maius præmium, ſed non tale: quia non coronatur, nec fulgorem virginis habebit.

T*Olerabilius.*] CASVS. Oſtendit Ambr. in hoc c. quòd potior eſt integritas mentis quàm carnis: quamuis vtraque ſit bona. Prima enim violenter auferri non poteſt: ſecunda poteſt. Nec lupanaria infamant caſtitatem: ſed caſtitas abolet loci infamiam. Et quod dicitur ibi, *proſtitui poteſt*, per vim, ſed *adulterari non poteſt*, ita quòd ſit rea adulterij, niſi conſentiat. Seq. c. patet.

d ¶ *Tolerabilius.*] id eſt, ſanctius.

e ¶ *Si liceat.*] id eſt, ſi poteſt.

f ¶ *Non homini.*] in corpore.

g ¶ *Sed Deo.*] in mente.

h ¶ *Virgo enim proſtitui.*] id eſt, in corpore per vim corrumpi.

i ¶ *Adulterari.*] quia adulterium tantum dolo committitur, vt 34. q. 2. in lectum. & ff. de adul. l. pen.

Locus non ſanctificat hominem.

k ¶ *Nec lupanaria.*] homo enim ſanctificat locum, non locus hominem, vt 40. diſt. non loca. & ca. multi. tamen ex loco quandoque præſumitur contra aliquem, vt 18. q. 2. diffinimus. & etiam pro aliquo, vt 56. diſt. c. 1. ipſe ergo locus per ſe non eſt infamis: nec etiam domus lupanaris eſt infamis, vt ff. de pet. her. ancillarum. vitari tamen debet turpis locus, vt 81. diſt. in omnibus. & iudex ipſum vitare debet, vt ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter.

l R*Euera.*] ¶ *Caro.*] id eſt, eius corruptio ad reatum imputari non debet, vel ad damnationem æternam: vel corruptionis non debet rea effici, obeſt tamen quo ad aureolam: & quia nõ conſecrabitur inter virgines, vt j. ea. ille.

I*Ta, ne.*] CASVS. Oſtendit Aug. in hoc cap. quòd cum pudicitia ſit virtus animi, inuito auferri non poteſt. Vnde cum comitem habeat fortitudinem, etiam pro morte non debet malo conſentire. Nullus enim in ſua poteſtate habet quod de carne ſua fiat: ſed in mente poteſt pudicitiam quis ſeruare. *Metuitur*? interrogatiue, quaſi non debet metui.

m ¶ *Polluat.*] & polluet per conſenſum de pœ. diſt. 5. c. fi.

n ¶ *Comitemque.*] nam qui habet vnam virtutem, habet omnes.

o ¶ *Conſentire.*] ſi. 31. q. 1. Lotharius. non enim prætextu paupertatis, &c. de ritu nup. palam. §. non eſt ignoſcendum.

p ¶ *In poteſtate.*] Nam dicit lex, qua cura vel diligentia conſequi poſſumus, ne quis nobis iniuriam vel damnum det, vt ff. cómo. ad eos. & de admi. re. ad ciu. per l. 2. §. ſi eo. & dicit lex, quòd cuſtodia parum poteſt aduerſus vim. ff. de act. emp. & ven. ſi ea res.

q ¶ *Putauerit.*] Arg. quòd non debet dici quis perpetraſſe quod nolens fecit, vel paſſus fuit: nec debent imputari quæ per coactionem abſolutam fiunt, arg. j. diſtin. 50. presbyteros. 15. q. 6. c. 1. arg. econtra. 31. q. 2. Lotharius.

P*Ropoſito.*] CASVS. Oſtendit Aug. in hoc c. quòd ſicut virgo, quæ propoſuit ſe leccatori ſuo ſupponere, mente eſt corrupta, ſed integra corpore: ſic quæ inuita patitur violentiam hoſtis, eſt integra mente, etſi corpore corrumpatur, quod probat exẽplo Lucretiæ.

r ¶ *Sanctificari.*] in futuro, cum ſua ſtola induetur.

s ¶ *Non aufert.*] & ita habet corpus virtutẽ. Sed contra. j. ead. de pudicitia. quia virtus tantum in animo eſt. ſed ideo dicitur corpus habere: quia futurum eſt habere poſt reſurrectionem.

t ¶ *Sanctitatem.*] hæc tamen quæ mente corrupta eſt, poſt pœnitentiam poteſt ordinari: quia quo ad legem promotionis virgo eſt. j. ead ſinge.

u ¶ *Pergat.*] No. quòd ſola itineris arreptio facit aliquam corruptã: ſicut itineris arreptio habetur pro appellatione. ext. de app. meminimus. ſic qui pergit de vna militia ad aliam, iure ſecundæ militiæ cenſetur. ff. de bo. poſſ. ex teſtam. mil. l. 1.[a]

a Appellat, qui ad ſuperiorem iter arripit. a de hoc no. exer. de priuil. c pen.

LVCRETIAM CASVS. Cum Romani obſiderent Ardeam, orta eſt contentio inter Collatinum & Tarquinium filium Tarquinij regis de caſtitate ſuarum vxorum. Tunc Tarquinius fecit fieri litteras falſas ex parte Collatini ad vxorem eius: in quibus continebatur, Hũc recipe tanquam meipſum. & eas ſigillare fecit ſigillo Collatini. & cum eis ſero venit ad domum Lucretiæ, quæ viſis litteris honeſte ſuſcepit eum. Tarquinius autem in nocte acceſſit ad lectum eius cum quodam Mauro: & dixit quòd niſi permitteret eum facere quod vellet, ibi interficeret illum Maurum, & diceret ſe deprehendiſſe illum cum illa. Tunc illa timens tantam infamiam, cum valde caſta haberetur, ſuppoſuit ſe illi. Ille autem mane reuertens ad caſtra, publice de facto ſe cœpit iactare. Illa vero abſcondito cultello in manica venit ad caſtra & in publico manifeſtauit ſeriem facti: & cœpit multum hortari ad vindictam maritum & Brutum auunculum ſuum: & extracto cultello ſeipſam interfecit: pro quo Tarquinius rex & filius eius expulſi ſunt de ciuitate.

a ¶*Propinquo.*] id eſt, auunculo.

b ¶*Adultera.*] videtur q Aug. male induxit exemplum Lucretiæ: quam in veritate ſecundum canones adulterium commiſit, ſiue directa, ſiue indirecta fuerit voluntas: licet ſecundum leges non committatur niſi dolo. ff. de adult. l. pe. ſed Aug. induxit exemplum hoc quaſi à minori. q. d. ex quo ea quę conditionaliter fuit coacta, excuſatur ſecundum legé ab adulterio: multo magis ea quæ abſolute ſecundum canones. 1. q. 1. conſtat. 40. diſt. presbyteros.

¶ Lucretia adulterium commiſit.

† al. commiſſi ſceleris.

c ¶*Vnus admiſit.*] immo & ipſa, niſi abſolute fuerit coacta. ar. 5. ea. ita ne. ſed hoc ió dicit, quia nó tenetur hoc caſu ad pœnā legis a: quia ſine dolo adulterium non committatur. ff. de adul. l. pe. aliàs potius debuit mori quàm conſentire.]. e. §. cū ergo. Vides ergo q adulteriū pt eſſe ex parte vnius tantū. ſimiliter ſimonia poteſt eſſe ex parte vnius tantū, & non alterius: ſicut in Giezi & Naamā. vt 1. q. 1. qui ſtudet. & q. 3. quæſitum. & ſimiliter ſocietas, vt ff. pro ſoc. l. act. onc. §. diximus. & ſpōſalia, extr. de deſp. imp. de illis. & matrimonium, vt extra de eo qui du. in mat. quā pol. per adul. c. 1. & 5. ead. q. 2. aliquando.[b]

a Vnde expone quod dicit adulterium, i. præmium adulterij.

¶ Adulteriū & ſimonia pōt eſſe ex parte vnius.

¶ Ad idem 18 q. 1. ſi infidelis.

N*On fidelibus.*] C A S V S. In hoc ca. & in omnibus ſequentibus probatur, q caſtitas animi non amittitur, licet corpus per violentiam corrumpatur: cū nullum peccatum committatur niſi voluntate. *Eorum,* i. hoſtium. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſq; ibi, *Ad dominum.*

d D*E pudicitia quis dubitauit.*] Collige de modo probationis omnem virtutem eſſe in animo.

e ¶*Virtus eſt*] eſt aūt virtus habitus mentis bene conſtitutæ, &c. vt de pœ. di. 3. ille rex tantus. ob hoc etiam virtutes velamēta animæ dicuntur. de pœ. diſt. 2. c. ſapiens.

f ¶*Eripi poteſt.*] quid ſi culpa ſua in hanc violentiam incidiſſet: puta denunciauit ei maritus vt fugeret, ne vi oſtium opprimeretur, illa autem fugere noluit: & ſic oppreſſa eſt, an dimitti poſſit à viro? Sic videtur, quia quidquid ex culpa ſua, &c. 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 50. diſt. ſtudeat. præſumitur enim ſe rapinæ obtuliſſe. 13. q. 4. diſplicet. ff. quod metus cauſ. ſi mulier. Argu. contra. extr. de ſpon. veniens. 27. q. 2. deſponſata. ff. de reg. iur. nullum crimen. 15. q. 6. c. 1. nec imputandum

1 Iuo p. 7. c. 130. & p. 10. c. 101.

¶ Virtutis definitio.

2 Iuo p. 7. c. 141.

3 15. q. 1. ſi ſtatus. § né in perſecutione.

4 Idem Beda in quæſt. ſuper Gen. 10.

150 Iuo p. 8. c. 11.

marito Collatino, & propinquo[a] Bruto viris clariſſimis, & fortiſſimis indicauit, eoſq; ad vindictam cōſtrinxit. Deinde fœdi in ſe commiſſi † ægra, atq; impatiens ſe peremit. Quid dicemus, adultera[b] hęc an caſta iudicāda eſt? Quis in hac cōtrouerſia iudex laborandū putauerit? Egregie quidā ex hoc, veraciterq; declarans ait, [Mirabile dictu: duo fuerunt: & adulterium vnus admiſit[c].] ſplendide, atque veriſſime. Intuens enim in duorum corporum commiſtione vnius inquinatiſſimā cupiditaté, alterius caſtiſsimā voluntatem, & nō quid coniunctione membrorū, ſed quid animorū diuerſitate ageretur, attendens [duo, inquit, fuerūt, & vnus adulteriū admiſit,]

a ¶Ita non amitti.] *Locupletatus eſt ex originali hic locus, qui etiam apud Iuonem erat paulo contractior.*

Idem in eodem libro. c. 27.

C. V.

NOn[a] fidelibus Chriſti ſit tædio veſtra vita, ſi ludibrio fuit hoſtibus caſtitas veſtra. Habetis magnā, veramq; cōſolationē, ſi fidam conſcientiā retinetis, non conſenſiſſe peccatis eorum, qui in vos peccare permiſſi ſunt. *Idē in libro de duabus animabus, c. 10*

¶ Non niſi voluntate peccatur.

a ¶Non fidelibus.] *In originali legitur,* Non itaque vobis, o fideles Chriſti, *ſed quoniam erat initium capitis, non eſt mutatum. Reliqua vero ſunt reſtituta & aucta.*

Idem in lib. 1. de libero arbitrio. c. 5.

¶ De eodem. C. VI.

[1] DE pudicitia quis dubitauerit[d], quin ea ſit in animo conſtituta, quandoquidem virtus eſt[e]? Vnde à violento ſtupratore eripi[f] nec ipſa pōt. *Itē Hieronymus*[a] *ſuper epiſt. ad Romam lib. 1.* ¶[2] Non poteſt fieri, vt niſi quis mœchetur prius in corde, mœchari poſſit in corpore. *Idem ſuper Lucā*[β] *in libro. 2.* ¶[3] Finge in perſecutione aliquā virginem proſtitutam: hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo ſuſcipitur: in lege quaſi corrupta repudiatur. *Idē in libro hebraicarū quæſt. in Gen. ad c. 12.* ¶[4] Corpus mulieris nō vis maculat, ſed volūtas. *Itē Auguſtinus in libro de ſancta virginitate, c. 8.* ¶ Sicut nemo impudice vtitur corpore, niſi ſpiritu prius concepta nequitia, ita nemo pudicitiam ſeruat in corpore, niſi ſpiritu prius inſita caſtitate.

a ¶Item Hieronymus.] *Apud B. Hieron. nihil tale eſt inuentum. Sed apud Orig. lib. 2. ad c.*

eſt ei q credula non fuit. ff. quod cum fal. tu. l. 2. & 50. diſt. ſi quis prępoſtera. Itē & ſi peccauerit non credendo viro ſuo: non tamen quātum adulterium meretur. 15. qu. 1. inebriabunt. lo. Quid iuris ſit de hoc, in quæſtionibus plene notaui. B.

A*D Deum.* C A S V S. Dicitur in hoc c. q Deus inuocantibus eū conſueuit adeſſe, qui non permittit aliquā mulierem violari, aut ſi permittit, non tamen ſinit eam culpa aliqua maculari ſi nō conſentit: tantum enim valet integritas mētis, vt & ſi corpus corrumpatur, tamen in ea dicatur pudicitia ſeruata. *Nec commiſit,* per conſenſum volendo. vel, *nec commiſit,* id eſt appetiit, *nec permiſit,* reſiſtendo. Sequens cap. patet.

g ¶*Permittet.*] ſic non permiſit Abimelech. 5. prox. q. nemo.

h ¶*Defendit.*] id eſt, non imputatur ad crimen corruptio carnis. 15. q. 1. c. 1.

a *epiſt. ad Romanos hæc leguntur*: Neque enim fieri poteſt, vt ſi ante quis nō mœchatur in corde, mœchari poſſit in corpore.

β ¶Idem ſuper Lucam.] *Hæc habentur in commentariis B. Hieronymi in Matthæum l. 1. ca. 11. & inde eſt emendatum. In Lucam enim nihil extat B. Hieronymi.*

Item Victoriano epiſtola 122.

¶ In corpore pudicitia violari non poteſt, ſi mens inuiolata ſeruetur. C. VII.

[5] AD Deum ingemiſcētibus omnino ſuis aderit, q ſuis adeſſe conſueuit: & aut nihil in earum caſtiſſimis membris libidine hoſtili perpetrari permittet[g], aut ſi permittit, cum earum animus nulla conſenſionis turpitudine maculatur, etiam carnem ſuā defendit[h] à crimine: & quidquid in ea nec commiſit, nec permiſit libido patientis, ſolius erit culpa facientis: omniſque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, ſed pro paſſionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas caſtitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore poſſit pudicitia violari, cuius mēbra potuerint ſuperari.

5 Anſ. l. 10. c. 54.

Item Iſidorus in ſynonymis, lib. 2.[6]

¶ Caro non peccat, ſi à contagione fuerit anima munda. C. VIII.

[7] NOn poteſt corpus corrūpi, niſi prius animus fuerit corruptus. Munda à contagione anima † caro non peccat.[i]

Item Auguſtinus Honorato epiſcopo, epiſtola 180.

¶ Non eripitur pudicitia carnis, ſi mente ſeruatur. C. IX.

[8] MAgis timeamus ne ſenſu interiore corrupto pereat caſtitas fidei, quam ne feminæ violenter conſtuprētur in carne: quia violentia non violatur pudicitia, ſi mente ſeruatur: quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis ſua turpiter carne non vtitur, ſed ſine conſenſione tolerat quod alius operatur.

Item Ioannes Chryſoſtomus [*id eſt auctor operis imperfecti ſuper Matthæum. homil. 32. ad c. 19.*]

¶ Nec peccatum, nec iuſtitia ex opere ſine voluntate perficitur. C. X.

SIcut enim[k] peccatum ſine voluntate opus non facit, ita & iuſtitia ex opere non conſummatur, niſi & voluntas affuerit. Multi enim corpore quidem caſtitati ſtudent: adulterium autem voluntate[l] committunt. Niſi enim ex voluntate ſola, fornicatio conſummaretur, numquam Dominus diceret. [Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde

i N*On poteſt.*] ¶ *Nō peccat.*] ita tūc homo peccat cum mens per delectationem ſubiugatur. de pœn. diſt. 2. hoc ſecundum. & eſt arg. 32. q. 5. ſi quis coactus. cōtra. Sed ibi de conditionali coactione, hic de abſoluta.

M*Agis timeamus.*] C A S V S. Dicitur hic, magis timendum eſt ne amittamus caſtitatem animi quàm corporis. Nam pudicitia mentis non amittitur violentia corporali: quæ etiam dicitur in carne ſeruari niſi voluntate conſentiat. Hunc credo intellectum literæ: licet Beneuent. aliquantulum in fine variauerit dicens: Oſtenditur hic quòd violentia corporalis, non violatur pudicitia mentis: ſicut nec voluntate nuda perditur integritas corporalis.

6 Cap. 1 id eſt ante cap. de caſtitate. in recēt. impreſſ.

7 Sent. 4. di. 31. Iuo p. 7. c. 142.

† al. animi.

8 Pol. l. 4. tit. 25. Anſ. l. 10. c. 51.

S*Icut enim peccatum.*] C A S V S. Dicitur hic quòd ſicuti non niſi voluntate peccatur: ita quis non niſi ſponte meretur. Nam multi corpore caſti ſunt, & tamen adulteriū committunt. quod probatur auctoritate Domini. Frequenter enim accidit vt ſola voluntate quis peccet: ſed tunc glorioſum eſt ſi tentationi ſponte reſiſtit.

k ¶ *Sicut enim.*] ſola voluntatis forma mouet opus. decima, quæſtione ſecunda. hoc ius.

l ¶ *Voluntate.*] ſ. directa vel indirecta, ar. ſit contra. ſupra diſtinction. quinquageſima. ſi quis voluptate.

¶ Continentia eſt duplex.

Matth. 5.

a ¶Debi

a ¶ *Debilati.*] ſenio, vel ſectione, vel naturali frigiditate. hoc dicit litera, quia voluntaria continentia eſt bona non neceſſaria. 33. q. 5. qui ſcit. in fi.

SI *Paulus.*] Hæc eſt 2. pars q. in qua dicitur, q nullus debet ſuperbire de caſtitate: quia cito pditur, & reparatur difficile, vel nunquam. Io. de Fan.

Casvs. Hic inuehit Hier. cõtra Euſtochiũ quæ de ſua virginitate ſe nimium extollebat. & pbat q inde ſe iactare non debet, cũ quia cadere pt: tũ q ſola virginitas carnis non ſaluat. Et q cadere poſſit, pbat exẽplo Pauli, quamuis caſtus eſſet tamen tentabatur, & cadeſ timebat. & hoc in prima part. In ſecunda par. terret eam per impoſſibilitatem reſtitutionis poſt lapſum. In tertia par. idem oſtendit auctoritate Dñi, & auctoritate Eſaiæ ad litterã loquẽtis de Babyloniis, quod myſtice referri poteſt ad animam fidelem, quæ cecidit p peccatum. Secunda pars incipit ibi, *Caue quæſo.* Tertia pars ibi, *Timeamus illam.* Et ſcias q eodem modo poſuit hũc caſum H. & B. eo excepto q B. addit ibi auctoritatẽ, & videre poteritis, ſi verum vobis dico. Litteræ autem expoſitio in apparatu plene notatur, & ideo expoſitione ſuperſedeo..

[Margin: † al. corpore — † al. debilitatis — b act. 9. & 13 & Rom. 1. — 1. Cor. 9. — Rom. 7. — 2. Cor. 11. — Rom. 7. — Amos. 5. — a ſc. gratia prædicandi — Amos. 8.]

ſuo.] Ergo voluntas ſine opere † frequẽter peccat. Illa eſt glorioſa continentia, non quam tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitati[a] † corporis, ſed quam complectitur voluntas ſancti propoſiti.

Item Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.

¶ Virginitas carnis non ſeruatur mente corrupta. C. XI.

21 SI Paulus Apoſtolus vas[b] electionis, & ſeparatus in Euãgeliũ Chriſti, ob carnis aculeos[c], & incentiua vitiorũ reprimit corpus ſuum, & ſeruituti ſubiicit; ne alijs prædicans, ipſe reprobus inueniatur: & tamen videt aliam[d] legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuum ſe in legem[e] duci peccati: ſi poſt nuditatem, ieiunia, famem, carceres, flagella, ſupplicia, in ſemetipſum[f] reuerſus exclamat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tute[g] putas[h] ſecuram eſſe debere? ¶ Caue, quæſo, ne quãdo de te dicat De⁹ [Virgo Iſrael cecidit, & nõ eſt, qui ſuſcitet eam.] Audẽter loquar: cũ omnia poſſit Deus, ſuſcitare[i] virginẽ non poteſt poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœna: ſed nõ vult coronare corruptã. ¶ Timeamus illam ¶ prophetiam, ne in nobis etiam cõpleatur, [virgines bonæ deficiẽt.] Obſerua quid dicat, [virgines bonę deficiẽt:] quia ſunt & virgines malæ[k]. [Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.] Perit ergo & mente virginitas. Iſtæ ſunt virgines malæ, virgines carne, nõ ſpiritu: virgines ſtultæ, quæ oleum[l] non habentes excluduntur a ſpõſo. Si autem & illæ, quæ virgines ſunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non ſoluantur, quid fiet illis, quæ proſtituerunt mẽbra Chriſti, & mutauerunt tẽplum ſancti ſpiritis in lupanar? Illico audierit [Deſcende[m], ſede[n] in terra virgo[o] filia Babylonis: ſede in terra: non eſt filiæ Chaldæorum[p] thronus† [q]: non vocaberis vltra mollis, & delicata[r]: Accipe molam[s], mole farinã[t], diſcooperi[u] velamẽ tuum: denuda[x] crura: tranſi flumina[y], reuelabitur ignominia tua. apparebũt opprobria[z] tua.] Et hoc poſt thalamos[a] filij Dei, poſt oſcula fratruelis, & ſpõſi: illa de qua quondam ſermo propheticus cõcinebat: [Aſtitit regina[b] a dextris tuis in veſtitu deaurato[c] circumdata varietate nudabitur[d] & poſteriora[e] eius ponentur[f] in faciem ipſius. Sedebit ad aquas[g] ſolitudinis, & poſito[h] vaſe[i], diuaricabit[k] pedes ſuos omni tranſeunti[l], & vſque ad verticem polluetur. Rectius fuerat hominum ſubiiſſe coniugium, ambulaſſe per plana, quã ad altiora[m]

[Margin: Matth. 5. — Matth. 25. — Eſa. 47. — Pſal. 44. — Ezech. 16 — Eſa. 4. — † al. ſ linum] or g. — Cant. 1.]

b ¶ *Vas.*] i. electus ad prædicandum. & dicitur vas, quia plenior[a] fuit alijs, vt 23 q. 7. c. 1.

c ¶ *Aculeos.*] i. motus primos, de quib. timebat cadere in ſecundos. & qui ſurgunt in nobis & ſine nobis. de pœn. diſt. 2. inter hæc ſciendum.

d ¶ *Aliam.*] i. ſenſualitatẽ ſiue concupiſcentiam, † quæ dicitur lex, quia ligat & trahit ad peccatum. vnde dicit alibi, Ago quod nolo.

[Margin: † Senſualitas eſt lex.]

e ¶ *In legem duci peccati.*] ideſt, in peccatum: quia ligat hominem.

f ¶ *In ſemetipſum reuerſus.*] i. propriam fragilitatem conſiderans.

g ¶ *Tute.*] i. † quòd non licet maiori, nec minori, vt 8. q. 1. ſi ergo. & 11. q. 1. magnum. & quod negatur maioribus multo potius minoribus. C. de reuo. do. his ſolis. in fi. & quod maioribus. dignitatib. cõ eſt conceſſum, hoc ſibi non audeant vendicare minores, vt C. de decu. l. vlt. lib. 10.

[Margin: † Minores non poſſunt quod maioribus eſt denegatum]

h ¶ *Putas.*] argu. quòd Paulus fuit virgo, cum ſit comparatio inter eum & Euſtochium, quæ ſunt virgo.

i ¶ *Suſcitare.*] † Idem dicit lex, quòd virginitas reſtitui non poteſt. C. de ra. vir. in prin. Sed nonne exoculato poteſt reſtituere viſum? quare ergo non virginitatem? Quidam ſic intelligunt, id eſt, quòd Deus non poteſt facere quin fuerit corrupta, quia factum non poteſt non eſſe factum, vt ff. de cap. in bello. §. factæ ſed ſecũdum hoc idem eſſet in cœco. Reſp. quod hic dicitur, non refertur ad carnis corruptæ reſtaurationem. ſed ad virginalis palmæ retributionem. & dic non poteſt, id eſt, non congruit eius potentiæ, vt aureola coronet corruptos. hoc enim eſſet contra iuſtitiam, & ideo illud non poteſt, vt ar. de pœ. diſt. 1. §. charitas.

[Margin: † virginitatem Deus reſtituere non poteſt.]

k ¶ *Malæ.*] arg. ff. de dolo. l. 1. nam ideo dixit prætor dolus malus, quia eſt & bonus.

l ¶ *Quæ oleum.*] ideſt, pinguedinem bonorum operum. vel ideſt, pietatem. 45. diſt. diſciplina.

m ¶ *Deſcende.*] † verba ſunt Eſaiæ prædicentis ad litteram futuram Babyloniorum captiuitatem per Darium & Cyrum regem Medorũ & Perſarum. & exequitur ſecũdum hoc propheta ad litteram quaſdam miſerias, quas pauperculæ mulieres ſolent ſuſtinere: & verba imperatiua reſoluenda ſunt in verba futuri temporis.

[Margin: † Babylonij per quos reges fuerũt in captiuitate.]

m ¶ *Deſcende.*] ideſt, deſcendes.

n ¶ *Sede.*] i. ſedebis. quod ideo dixit propheta propter nimiam futurorum certitudinem. † Et eſt arg. q verbum præſentis temporis ponitur pro verbo futuri. ſic exponitur, traditur, i. traditurus eſt ff. de pub. l. 1. & eſt ar. ff. de ver. ſi. verbis. ſicut econtraro verbũ futuri loco præſentis, vt ſ. 21 di. in nouo. 50. di. ponderet. & exponitur à Hieron. hæc littera moraliter circa fidelem animam quæ præuaricata eſt per peccatum. & hoc duobus modis, vel imitando ad pœnitentiam, & tunc proprie tenentur verba. Deſcende, i. humilia te per pœnitẽtiam, Sede in terra, id eſt, in cinere & cilicio.

[Margin: † verbũ vni⁹ tẽpis ſæpe p alio põitur.]

o ¶ *Virgo.*] i. ſterilis. Vel virgo pri⁹ filia Babylonis, ideſt, filia cõfuſionis: quia mens tota facta confuſa eſt. de pœn. diſt. 3. §. item ait.

p ¶ *Chaldæorũ.*] Chaldæi† græce feroces intelliguntur, valde enim feroces ſunt qui proprias voluntates ſequentes non motib. ſuis parcere ſciunt. Et eſt Chaldæa regio, vbi Babylonia ciuitas eſt in ea ſita.

[Margin: † & dic Chaldæorũ, i. dæmonũ. q. d. ſimul non poteſt quis eſſe fili⁹ Dei & diaboli, nec ſimul habere virtutes & vitia. ſ. eo. q. c. cum renũciatur. & loquitur p ſimilitudinẽ, quia Chaldæi, &c.]

q ¶ *Thronus.*] i. dignitas regalis auferetur ei. Vel thronus, id eſt remuneratio æternæ vitæ.

r ¶ *Non vocaberis vltra mollis & delicata.*] ideſt, amodo non viues in deliciis quo ad virtutes, ſupple niſi pœnitueris.

s ¶ *Accipe molam.*] timoris per contritionem.

t ¶ *Mole farinam.*] examina peccata tua, & malas cogitationes.

t ¶ *Mole farinam.*] vel pro paupertate, vel aliter.

v ¶ *Diſcooperi.*] i. confitere peccata tua.

x ¶ *Denuda.*] per confeſſionem.

y ¶ *Tranſi flumina.*] id eſt, diſere caduca & fluentia. ſupple, quòd niſi hoc feceris, reuelabitur, &c.

ſ peccatum cõtra naturã peſtilentias inducit

6 Iuo p. 9. c. 106.

VSus naturalis.] Roma. CASVS. Dicitur hic quòd vſus naturalis, & non naturalis. quandoque naturalis eſt licitus vt in coniugio: quandoque illicitus, vt in adulterio. innaturalis ſemper eſt illicitus, & damnabilior adulterio & fornicatione vſu naturali facta.

q ¶ *Arguebat.*] in epiſtola ad Romanos.

r ¶ [*Damnabiliores.*] quod verum eſt, vt ĩ. ea. adulterij.

NOn ſolum.] Hæc eſt 3. pars q. in qua Iſidorus deteſtatur crimen adulterij. Ioan. de Fan.

CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. oſtendit Iſidorus quæ ſit fornicatio carnalis. In 2. aſſignat triplicem ſpiritualẽ fornicationem, quarum

quarum vna conſiſtit in idololatria, alia in vſu mulieris per concupiſcentiam, alia omnis immunda pollutio. In 3. p. omnem fornicationem præ ceteris vitiis deteſtatur. nam qui quotidie & indiſcrete fornicantur, ſunt pecudibus comparandi. *Quædam*, ſ. feminæ.

a ¶ *Peccatum.*] i. peccati reatus: quia actuale peccatũ tranſit actu, ſed remanet reatu originale ecõuerſo. de cõſe. diſt. 4. non ex quo.

b ¶ *Adhuc.*] j. de conſ. diſt. 2. quotidie.

c ¶ *Delectetur.*] ſ. diſt. 49. hinc etenim. verſ. ponderoſus.

d ¶ *Teneat.*] ſ. vt delectetur. nam tunc peccat mortaliter. ar. diſt. 81. valet. nã ſi ad hoc teneat vt doleat, nullum tale remedium ſicut cõtinuata memoria. de pœ. di. 3. Iudas.

e ¶ *Seruitus.*] ſ. ideo omnis, &c.

f ¶ *A Deo.*] vt patet de Salomone, ſ. e. q. 4. Salomon.

g ¶ *Septem vitia.*] ſ. ſuperbia, inuidia, ira, auaritia, accidia ſiue triſtitia, gula, luxuria, pro qua ponitur hic fornicatio. Hæc ſunt cardinalia. Alia ſunt quaſi ramuſculi. de quibus habes 25. diſtin. §. criminis.

h ¶ *Fornicationis.*] incestuoſæ. L.

i ¶ *Maximum.*] ſ. commune: vel maximum, quia habet ſub ſe multas ſpecies. 28. q. 1. idololatria.

Quid in omnibus.] Casvs. Oſtendit Clemens in hoc c. eſſe graue crimẽ adulteriũ, cum ſecundum locum in pœnis obtineat. Et ꝙ ſit graue crimen, probat per comparationem idololatriæ, quæ obtinet primum locum in prima tabula. Quem, ſc. locum primum, & ſimplex relatio. Et *grauius*, hyperbolica locutio eſt.

k ¶ *Grauius.*] hoc dicit ad deteſtationem criminis. & eſt ſimilis modus loquendi ſ. e. q. 6. nihil iniquius. Multa enim crimina ſunt grauiora adulterio [a], vt homicidium, vt j. prox. q. 2. ſi quod. & inceſt[u]. ſ. e. ca. adulterij. & ſacrilegium, vt 17. q. 4. ſicut. & fractio voti continentiæ. vt 27. qu. 1. nuptiarum, & generaliter vbicumque grauior pœna imponitur, vt 24. q. 1. non afferam[a]. Vel dicitur maximum: quia maxima pœna punitur, i. morte. extr. de fur. c. 1. & 2.

l ¶ *In pœnis.*] i. in prohibitionibus ſecundæ tabulæ Moyſi. In prima tabula continentur hæc tria præcepta. Non habebis deos alienos coram me, vel Non facies tibi ſculptile. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Memento ſanctificare diem ſabbati. In ſecunda continentur ſeptem, Honora patrem & matrem, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium, non cõcupiſces rem proximi tui. ſiue domum vel agrum, nec ſeruum, nec ancillam, nec vniuerſa quæ illius ſunt. Ergo error fidei prohibetur in prohibitione primæ tabulæ. Adulterium in tertio mandato ſecundæ tabulæ, hoc eſt in ſecunda prohibitione.

m ¶ *Primum.*] i. in prima tabula.

His avctoritatibvs. Casvs. Infert Grat. ex ſupradictis, ꝙ qui vxorem cauſa fornicationis dimittit, aliam ducere non poteſt ea viuente. Poſtea reſpondet magiſter allegando dicens quòd hæ auctoritates intelliguntur de his quorum continentia non impeditur propter infirmitatem vxoris, vel qui dederunt cauſam diſſidij vt haberent alias. Hu. intelligit de infirmitate vxorum quæ bene ſanæ erant, & poterant reddere debitum: quia ſi non eſſent ſanæ, poſſent contrahere cum aliis illis viuentibus. Et ad hoc inducit ſeq. c.

HIS ITA. Hæc eſt 4. pars q. in qua ponit duo c. quæ de arcta loquũtur, & ideo non ſunt contraria iuri. Ioã. de Fan.

Vxor à viro non diſcedat.] Casvs. Hoc c. abrogatũ eſt, vel fuit à falſatoribus inſertum. Alij dicunt ꝙ iſte non fuit magnus Ambr. Vel poteſt intelligi, quod viro licet aliam vxorem ducere adultera præmortua. Caſus autem c. facilis eſt. Caſus ſimiliter ſequentis cap. planus eſt, & per te videbis: & quod in eo continetur, conceſſit Greg. minor Anglicis præter ius commune. Alij intelligunt capit. hoc de permiſſione comparatiua, alij de arcta.

n Qvod propoſuiſti.] ¶ *Infirmitate.*] id eſt, arcta. ſupra quæſtio. 5. puto.

o ¶ *Nubat.*] hoc Anglicis conceſſum eſt, vt dicit Gregor. quia noui erant in fide, vt infra eadem. §. quamuis. ſed male, quia iſte non fuit Gregor. magnus, nec ſcribit Auguſtin. Anglorum epiſcopo, cui illa conceſſio facta eſt. 35. quæſtio. 3. quædam lex. Vel intellige quòd loquitur de ſponſa [b] & ſecundum hoc illud eſt conſilium, non enim opem ſubtrahit. Vel intellige de dote ei reſtituenda. extr. de donat. inter virum & vxorem. ca. 1. & 2. Vel loquitur de arcta, & illud erit conſilium, non enim opem, &c. Sed contra hoc obiicitur extra de frigidis & malefi. cõſultationi. nam ibi dicit quòd non inuenitur aliquis canon de arcta: ſed certe bene inuenitur, ſed non expreſſe. Vel intellige de iuuene qui continere non poteſt, cui permittitur contrahere cum vna permiſſiua comparatione ne ad plures accedat, ſimile j. pro. q. 2. ſi quod. Vel dic hoc abrogatum eſſe, vt dixit. [c]

p ¶ *Opem.*] i. dotem reddat.

q ¶ *Culpa.*] argu. quòd probato adulterio ſtatim vir poteſt dimittere vxorem ſuam: & dotem lucratur. extr. de don. inter vir. & vxor. plerumque.

SED ILLVD. Hæc eſt 5. pars q. in qua laborat magiſter pro ſolutione c. & dicit quòd inceſtuoſi tãtum poſt mortem vxoris poſſunt contrahere: & hoc probat per 6. c. quæ ſunt reſtringenda ad ius cõmune. Io. de Fan.

Casvs. Soluit modo Grat. & dicit quòd c. Greg. eſt abrogatum. c. vero Ambro. aut eſt à falſatoribus inſertum, aut intelligitur de inceſtuoſa fornicatione: ita quòd hoc nomen, vir, ſit nomen innocentis, hoc nomen, mulier, ſit nomen peccantis: ſed tamen peccante ſuperſtite alter contrahere non poteſt, ſed mortuo ſic. delinquens autem ſi ſuperſtes extiterit, perpetuo continebit. Et ad hoc inducit ſequentia c.

r ¶ *Aduerſum.*] nonne Leo quartus dicta Grego. minoris ſine exceptione mandauit tenenda? vt 20. diſt. ca. 1. ſed illud in aliis in quibus bene

---

tione peccatum [a] regnat in homine: ſed, ſi adhuc [b] delectetur [c], atque animum teneat [d], proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulteriũ: fornicatio animæ idolorum eſt ſeruitus [e]. Eſt autẽ & ſpiritalis fornicatio: de qua † Dominus ait. [Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.] omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamuis quiſque diuerſa turpitudinis voluptate proſtituatur. Ex delectatione enim fornicãdi varia gignuntur flagitia, quibus & regnum Dei clauditur, & homo à Deo [f] ſeparatur. ¶ Inter cetera ſeptem vitia [g], vitium† fornicationis [h] maximum [i] ſcelus eſt: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Chriſti facit membrum meritricis. Sunt [a] autẽ quędam, quæ ſicut animalia abſque vlla diſcretione, indeſinenter libidini ſeruiunt: quas ego nec mutis pecoribus comparauerim: Pecora enim cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam ſui.

a ¶ Sunt autem.] *Hæc nõ ſunt inuenta apud Iſidorum: ſed apud Origenem hom. 5. ad c. 19. Gen. & ſimilia apud B. Hyeronimum in ca. 5. epiſtolæ ad Epheſios.*

Item ex epiſtola prima Clementis ad Iacobum.

¶ Adulterium ſecundum in pœnis obtinet locum. C. XVI.

1 Qvid in omnibus peccatis adulterio grauius [k]. Secũdum namque in pœnis [l] obtinet locum: quoniam quidẽ primũ [m] illi habent, qui aberrant [i] à Deo, etiam ſi ſobrie vixerint.

¶ *Locum hunc ex epiſtola Clemẽtis citat Nicolaus primus in epiſtola omnibus archiepiſcopis, & epiſcopis in regno Lotharij, quæ incipit,* Optaremus: *& extat Romæ in bibliotheca monaſterij Dominicanorum.*

His auctoritatibus euidentiſſime monſtratur, quòd quicumque cauſa fornicationis vxorem ſuam dimiſerit, aliam illa viuente ducere non poterit: & ſi duxerit, reus adulterij erit.

¶ His ita reſpondetur. Hæ auctoritates de iis loquuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non impedit. vel de his, qui præſtantes cauſam diſſidij, aliorum coniunctione ſe reddiderint indignos.

Vnde Ambroſius ſuper primam epiſtolam Pauli ad Corinthios, ad c. 7.

C. XVII.

2 Vxor à viro non diſcedat, niſi cauſa fornicationis: ꝙ ſi diſceſſerit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro ſuo, & vir ſimiliter non dimittat vxorem.] Ideo non ſubdit de viro, quod de vxore præmiſit: quia viro licet ducere aliam.

¶ *In eo Ambroſij loco pluribus verbis hæc reexponitur: ſed contrarium ſententiam aſſerit B. Ambroſius lib. 1. de Abraham. cap. 4. & 7. quod refertur ſ. e. q. 4. nemo. & in comment. ad ca. 16. Lucæ toto c. 1. libri octaui, cuius pars refertur j. 33. q. 2. c. an, quod.*

Item Gregorius tertius Bonifacio epiſcopo. epiſt. 4.

¶ Licet ducere aliam viro, cui ſua ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet. C. XVIII.

4 Qvod propoſuiſti, ſi mulier infirmitate [n] correpta nõ valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis: bonum eſſet, ſi ſic permaneret, vt abſtinentiæ vacaret: ſed quia hoc magnorum eſt, ille, qui ſe non poterit cõtinere, nubat [o] magis: non tamen ſubſidij opem [p] ſubtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, nõ deteſtabilis culpa [q] excludit.

¶ *Epiſtola, ex qua caput illum hoc acceptum eſt, impreſſa extat tomo 3. conciliorum, & manuſcripta in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. & quæ citantur j. 33. q. 1. c. quod autem. & c. ſequenti, videntur eſſe huius Gregorij tertij.*

5 § *Sed illud Ambroſij à falſatoribus dicitur inſertum. Illud Gregorij ſacris canonibus, immo Euangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ penitus inuenitur aduerſum [r]. Quidam vero ſententiam Ambroſij ſeruare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, vt ob quamlibet for-*

---

† ſecundum quod Matth. 5.

Peccata cardinalia ſunt ſeptem.

† al. fornicationis maximum eſt ſceleris.

1 Sent. 4. diſ. 38. Iuo p. 8. c. 99. Pann. l. 7. c. 21.

a Text. eſt ſi in l. proponebatur. ff de iud. & in l. hereditatum. ff. ad l. falc.

β Adulterio multa ſunt grauiora.

a iſta gloſ. ſequitur Azo. de Im. in l. tranſigere C. de tranſa. vbi ponit rationem quare in adulterio tranſigi non poteſt. quę talis eſt ſecundum Bar. in d. l. tranſigere. ex parte rei ſequentia criminis arg. l. qui ſcã. in fi. ff. de pœ.

3 Sent. 4. diſ. 35. 1. Cor. 7. Glo. ord. ad eum locum.

4 Iuo. p. 8. c. 78. Pan. l. 6. c. 112.

b ſc. de præſenti: ſed hoc ſtare non poteſt, quia niſi ſponſa tranſeat ad religionẽ, non poteſt ſponſus ea viua contrahere, ſecundũ H.

5 Sent. 4. diſtin. 35. Glo. ord. 1. Cor. 7.

c Hic vide quod not. ſ. e q. 5. c. puto in glo. & Arc.

bene dixit.arg.1.q.1 filium.
a ¶*Publice.*]hic allu.hic G.diſtinctioni Alex.ext.de diuor.ſi qua.& c. porro,quæ tamen abolita a eſt,ext.de eo qui cog.conſang. vxo.ſuæ, diſcretionem.nec ponitur in noua compilatione.

a iſta ſunt verba Laur. qui italoquitur quia præcedens decre. non ſunt poſita etiam in antiquis cōpilatione. Arc.

Q*Vedam.*] C A S V S. Dicitur hic quòd ſi frater cognouerit vxorem fratris ſui ſcienter, ipſi adulteri perpetuo continebunt,ſed frater innocens ſua mortua aliam accipere poterit.

nicationem vir licite dimittat vxorem.& viuente dimiſſa aliam ducat: ſed de inceſtuoſa tantum fornicatione intelligi: cum vxor vide licet alicuius,patri & filio, fratri & auunculo viri ſui,vel alicui ſimilium ſe conſtuprandam publice a tradiderit.Hac autem, quia viro ſuo ſe illicitam reddidit in perpetuum,dum per copulam conſanguinitatis in primum,vel ſecundum,vel tertium gradum tranſinit affinitas† dimittitur, & ea viuente ſuperducitur alia. Hic ſi quis contendat non magis viro, quam mulieri licitum eſſe, ſi vir alicuius eodem modo fornicetur, ſciat virum ab Ambroſio appellatum non ſexu, ſed animi virtute: mulierem quoque nominatam ſentiat non ſexu corporis ſed mollitia mētis.Sed quia nulla auctoritate permittitur, vt vxore viuente alia ſuperducatur, intelligitur illud Ambroſij in ſupradicto genere fornicationis:non tamen, quòd viuente dimiſſa,aliam ducere poſſit: ſed poſt mortem fornicarij, vel fornicariæ(quorum vterque,vt ſupradictum eſt,a corruptione luxuriæ mulier appellatur.) ille,qui a fornicatione mundus eſt,vir vel mulier aliis copulari poſſunt:adulteri autem, ſi ſuperuixerint, nullo modo aliis copulari poterunt.

Sic & illud intelligitur, quod in capitulo cuiuſdam concilij legitur.

¶ Licitum coniugium non negetur illi cuius vxor cum ſuo fratre dormierit. C. XIX.

QVædam cum fratre viri ſui dormiuit b:decretū eſt, vt adulteri numquam coniugio copulentur: illi vero c, cuius vxor ſtuprata eſt licita coniugia non negentur.

¶ *Simile legitur lib.5.capitularium.c.19.*

Sic & illud Moguntinenſis concilij intelligitur 1.

¶Diſiungantur,& numquam coniugio copulentur,qui quodlibet infra ſubiectorum admiſerint. C. XX.

2 SI quis viduam vxorem duxerit,& poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu cum duab9 ſororibus d, aut ſi qua cum duobus e fratribus, ſeu cū patre & filio,ſi quis relictam fratris, ſi quis neptem,aut nouercam,aut nurū, aut cōſobrinā f, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam g pollucrit,eos h diſiungi,& vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.

¶ *Senſus huius capitis eſt in concilio primo Moguntino.c.56.& 2.ſub Rabano.c.29.& li. 5.capitul. ca. 101.vbi etiam pleraque eadem verba habentur.*

b ¶*Dormiuit.*]j. 35. q. 2.ſi quis cum. ſ. 27. q. 2.qui dormierit.
c ¶*Illi vero.*]Omnia iſta c.vſque ad §. quāuis.exaudi per c.hi vero quod eſt gloſſa omnium, quæ omnia inducuntur ad probandum, q inceſtuoſi nō poſſunt matrimoniū contrahere.

† al.affinitatis.

S*I quis viduam.*]C A S V S. Dicitur hic q ſi quis adulteratur cū affini vel conſanguinea, perpetua continentia ei debet indici. Seq.c. planum eſt, & habuiſti ſ.26.q.2. q dormierit. & ibi inuenies expoſitionem.
d ¶*Sororibus.*]quarum vna erat vxor ſua, & ſic non eſt contra. infra,prox.cauſa. q. 2. ſi quis cum duabus.
e ¶ *Duobus.*] quorum vnus erat maritus, & ſic non eſt contra. j. prox.cauſa.q.2.ſi quis cum.
f ¶*Conſobrinam.*]i.filiam materteræ. Vel dic, aut,pro id eſt, filiam auunculi.ſ. e. q. 1.de Benedicto.
g ¶ *Priuignam.*]propriam.ſed de hac præmiſerat. Vel intellige priuignam auunculi de alio progenitam, vel de ſecundis nuptiis,vt 35.q. vlt. frater nitatis.
h ¶*Eos.*] ſc.adulteros, vt j.c.§. quamuis. vel viros.vel vxores.
i Q*Vi dormierit.*] ſ. 27.q.2.qui dormierit.
k ¶ *Neutram.*] quia ipſe debitum non exiget ab ea,& ita nō habet eam, habetur tamen ab ea: quia ipſa petēte tenetur ei reddere debitum. & ita non habet,ſed habetur b, nec diſtinguo an fuerit occultus inceſtus,an manifeſtus, vt ext. de eo qui cog. cōſan.vxo.ſuæ diſcretionem.De hoc notaui 27.q 2. qui dormierit.
l ¶*In coniugio.*]33. q.2. ſi quis cum duabus. cōtra.ſed ibi ſoluitur.
m ¶*Copulentur.*] etiā aliis: quia aliter non eſſet quæſtio.

1 5. cap. c. 101.
b vir quandoque habetur ab vxore,& non habet eam.
2 Burc.l.17. c.9.Iuo p 9. c.c 71.& 77. Pan.l.6.cap. 122.
b Tali inceſtuoſo, & adultero vxor non debet debitum reddere,immo poteſt ſe auctoritate Domini denegare. 32. q. 1. dixit.ni ſi & ipſa a talı primo debitum exigat: quia poſtea videtur facta reconciliatio tacita, vnde decreto non habet quod obiicere poſſit, vt ext. de adult. ſi vir. ext.de cōm. ſer. propoſuit & c. vlt. ext. de eo qui du. in mat. veniēs. Arc.

H*I vero.*]C A S V S.Dicitur hic,quòd ſi quis vxorem ſuam in adulterio inuenerit,& eam propter hoc dimiſerit: donec ambo viuunt,contrahere non poterunt:ſed vir poſt mortem vxoris aliam ducere poteſt illa ſi ſuperſtes fuerit,ſub perpetua pœnitentia continebit. Vel dic,nec eum nec eam,id eſt,adulterum & adulteram.ſed prior expoſitio verior videtur eſſe,id eſt,maritum & adulteram.

n ¶ *In adulterio.*] ſcilicet inceſtuoſo. nam quòd alij adulteri contrahere poſſunt, habes 31.q. 1.c.2.
o ¶*Deprehendunt.*] & nolunt eas de cetero habere in coniugio.
p ¶*Viuunt.*] per hoc determinantur omnia hæc c. poſt mortem enim adulterantis licet alij contrahere,ante non.

Item 1.

¶ Sororem vxoris polluens neutram habere valet. C. XXI.

4 QVi dormierit i cum duabus ſororib9,& vna ex illis antea vxor fuerit, neutram k ex ipſis habeat:nec ipſi adulteri vmquam in coniugio l copulētur m.

Item illud Gregorij.

¶Cauſa adulterij vxorem relinquens continentiam ſeruet. C. XXII.

5 HI † vero, qui vxores ſuas in adulterio n deprehendūt o, non licebit nec eum, nec eam, aliam vxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt p. Si autem adultera mortua fuerit, vir eius,ſi vult, nubat, tantum in Domino:adultera q vero nunquā etiam ſi mortuus fuerit vir eius: omnibus tamen diebus vitæ ſuæ acerrimæ pœnitentiæ r lamenta perſoluat.

Item ex decreto Zachariæ Papæ.

¶ Neutram habeat, qui ſororem vxoris polluit. C. XXIII.

6 COncubuiſti cum ſorore vxoris tuę?ſi feciſti,neutram habeas s: & ſi illa, quæ vxor tua fuerit,conſcia t ſceleris non fuit, ſi ſe continere u nō vult,nubat x in Domino cui velit. Tu autē & adultera ſine ſpe coniugij permaneatis:& quandiu vixeritis, iuxta præceptum ſacerdotis pœnitentiam agite.

Item ex concilio Triburienſi.

¶Cum nouerca,vel filiaſtra,vel ſorore ſuæ vxoris dormiens,ad coniugium peruenire non poterit:viris tamen earum legitima non negātur coniugia. C. XXIIII.

7 SI quis cum nouerca ſua dormierit, neuter ad cōiugium poteſt peruenire:ſed vir y eius poteſt,ſi vult,aliā accipere, ſi ſe cōtinere non poteſt. Similiter z ſi quis cum filiaſtra ſua,vel cum ſorore vxoris ſuæ dormierit,obſeruandum eſt.

Quamuis illud,quod in fine Moguntinenſis a concilij ponitur, a nonnullis non de legitime coniunctis, ſed de fornicariis dictum intelligatur:videlicet vt fornicarij diſcedant ab

q ¶*Adultera.*] ſ.prox. q.1.ſi quis.contra.ſ.c. q. Apoſtolus. contra. Ex c.illo colligitur q mortuo viro fornicatore,adultera poſſit alteri nubere:ſed qualiter hoc ſoluetur.ſ. determinatum eſt 32. q. 1.ſi quis.
r ¶*Pœnitentia.*]interioris,quę dicitur cōtinua memoria. de pœ.diſt.3.Iudas.

C*Oncubuiſti.*]C A S V S. Dicitur hic q ſi quis cōcubuit cū ſorore vxoris ſuæ,neutri debet de cetero cō miſceri. vxor vero ſi cōſcia ſceleris nō fuerit, & continere non poteſt, poſt mortem eius nubat cui vult.adulter vero & adultera ſine ſpe coniugij permanebunt in pœnitentia.
s ¶ *Neutram habeas.*] haberis tamen ab ea, vt notaui ſ.e.qui dormierit.
t ¶*Conſcia.*] tanquam lena:quia procurat vt adulteretur.ſ.ead.qu. 1.cap.1.
v¶*Si ſe continere.*]Vel ſi manifeſtum eſt viri adulteriū,& eum non corrigit. Et eſt arg. ad quæſtionem de medico,qui cognouit vxorem patientis ex diſſolutione viri,vel diſſimulatione viri vel perſuaſione c.

A D D I T I O. Scilicet q poſt mortem mariti poſſit contrahere medicus.I.de Fan. Et dic quod ſi vir perſuaſit, non pōt ei obiicere: quia obſtat ei exceptio, mulier tñ male fecit ſecundū B. Brix. Quod dic vt plene diſputauit in ſua quæſtiōe dominicali, quæ incipit, Cum quidam grauiter ægrotaret, &c.vbi ſoluit.
x ¶*Nubat.*] poſt mortem mariti.vel eo viuente ſi erat tantum ſponſa de futuro.ext. de iureiu.quemadmodum.

S*I quis cum nouerca.*] C A S V S. Dicitur hic, q ſi quis cum nouerca ſua adulteratur,tam ille quàm illa perpetuo cōtineant vir vero vxore ſua mortua aliā accipiat. Idem in ſimilibus.
y ¶*Sed vir.*]poſt mortem vxoris.ſ.ea. hi vero qui.

3 in cōc. Vormac c.63.
4 Sent.4.diſ. 34.Bur l.17. c.3.Iuo p.9. c.69.
5 Sent.4.diſ. 34.Poly.l.6. tit. 4.
† al.His.
6 Sent. ibid. Burc.l.19. c. 5.fol. 273.
c Adde ad hanc gl not. in l.2.§ h publi ff de adul.glo.in l. cum mulier ff.ſolut.mat.
7 Ex cōc. apud Vermerias. Burch. l 17.c.11.

z ¶*Similiter.*]ſed contra j.prox.q. 2. ſi quis cum duabus. ſed hic rigor,ibi miſericordia.vel hic vna erat vxor:ibi non.

QVAMVIS.C A S V S.In hoc §.G.primo determinat finem illius c. ſi quis vidua.Secundo determinat illud c.quod propoſuiſti.& vtrūque male,ſecundum Beſi.& H.Caſus autem §.ſatis patet, & per te videbis:quia inuenit G.aliam ſolutionem ad illud cap. quod propoſuiſti.
a ¶*Moguntinenſis.*] ſ.ea.q.ſi quis viduam.

a Concor.gl. in l. recuſa ri. & not. in l. Clodius.ff. de acq. poſ.

a ¶ *Illud vero.*] quan loque bonus dormitat Homerus a. Vagatur Grat. pro ſolutione illius c. ſ. ca. quod propoſuiſti. & cum non inueniat, ſomniando attribuit S. Greg. minori, quod egregius doctor S Gre. maior ſcribit Aug. 35. quæſt. 5. quædam lex. ſed hic caſus reprobatus eſt ſupra.

tres obtinuerit aliter. Ben.

h ¶ *Sociale.*] i. matrimonium, quod duos ſociat. Et eſt ar. quòd cauſa ceſſante non ceſſat cõſtitutio, vt ſ. e. q. 1. dicit. ſ. 61. diſt. §. his omnibus. contra. Sol. hoc & illud non tangunt ſe. nam ibi cauſa appellatur pro qua excludenda aliquid conſtituitur, vt ibi. ff. de poſtu. l. 1. §. ſexum. hic vero appellatur pro qua habenda matrimonium cõtrahitur.

b ¶ *Inane.*] non eſt inane, ſed tolerabilius vt quis infirmitate carnis ad vnam quàm ad plures diuertat: quòd ibi permittitur. arg. ſ. px. cauſa. q. 2. ſi quod verius eſt.

c ¶ *Si vxorem.*] ſ. e. q. 5. ſi vxorem.

b ſ. e. q. 5. ſi vxorem.

H*i qui.*] Hæc eſt 6. pars q. in qua dicitur, quòd furioſi non poſſunt contrahere. ſed ſi ante furiam cõtraxerũt, tenet matrimonium. Io. de Fant.

Casvs. Dicitur hic quòd ſi duo ſani matrimonium contrahunt, & cõſentiant, pro nulla infirmitate ſuperueniente debent ſeparari. Sequens c. patet cũ ſequenti §. & ad probandam quod dicitur in §. inducit ſequens c.

c L. 2 ſentẽ. Pauli tit. 19 in interpretatione l. 4. in C. Theo. Sent. 4. diſt. 34. An. l. 10. cap. 27. Burc. l. 9. ca. 13. Pol. l. 6. tit 4. Iuo part. 8 c. 16. Pann. l. 6. c. 91.

d ¶ *Non poſſunt.*] ar. ſi res peruenit ad eum ſtatum, &c. ar. ff. de iti. actuq. pri. l. 1. quod enim recte actum eſt, corripi non poteſt, &c.[b]

e ¶ *Aut membris.*] hic idem repetitur.

f ¶ *Exſecti.*] de iſtis caſtratis quidã ſunt caſtrati, quidã caſte nati, i. frigidi, | & iſti nõ poſſunt contrahere. ſ. prox. q. 1. ſi vero. Alij caſtrati, ſ. ſpadones bene poſſunt. ar. 27. q. 1. nuptiarum. ſ. proxi. q. 5. quod Deo. ff. de iure do. ſi ſerua. §. ſi ſpadoni. Alij dicunt melius, quia nec iſti poſſunt contrahere, cum cognoſcere vxorem nõ poſſunt, & exiguntur in matrimonio tria bona re vel ſpe. 27. q. 2. omne. Vel dicas quòd ſi habet virgam arrectã, ſiue reſoluat ſperma ſiue non, quòd ſit ibi matrimoniũ. nam talis ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit viro ſiue reſoluat ſiue non: nec requiritur, quòd ſemper in matrimonio ſit filiorum procreatio: quia ſufficit quòd non vitet prolem, vt ſ. e. q. 2. ſolet.

b Quod leg. & not. ſ. 1. q. 7. ſi quis om nem in pr. ſi caſtrati an poſſint matrimonium contrahere.

5 Paul ibid. Sent ibid. Polyc. ibid. An. l. 10. ca. 28. Burc. l. 9. c. 30. Iuo p. 8. c. 168. Pan. l. 6. cap. 91.

4 Iuo p 8. c. 254. Pan. l. 6 cap 28. & 295.

g N*Eque furioſus neque furioſa.*] quia non poſſunt cõſentire. arg. 15. q. 1. aliquos. poſſunt tamen ſi habeant dilucida interualla, vt ext. de ſpõſa. dilectus. arg. 7. q. 1. quamuis. alias non valet. 27. q. 2. ſufficiat. 17. q. 2 Gonſaldus.

f Furioſus conſenſu ca ret.

inuicem, & ſine ſpe coniugij permaneant. Illud vero a Gregorij ad Bonifacium. Anglicis a pro tẽpore permiſſum eſt: quibus B. Gregorius in quarta, & quinta generatione coniugia contrahi permiſit: alias autem inane[b] eſſet, cum Auguſtinus dicat in libro de ſermone Domini in monte [Si vxorem[c] quis habeat, ſterilem, &c.

Item Nicolaus ad Carolum Moguntinenſem epiſcopum.

a ¶ Anglicis.] *Vere hic auctor gloſſæ animaduertit, Gratianum, quod Gregorius tertius ſcripſit ad Bonifacium legatum Germaniæ pro cauſis Germanorum, retuliſſe ad ea, quæ multo ante B. Gregorius primus ſcripſerat ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, diſpẽſando cum Anglis ad fidem nuper conuerſis ſuper gradibus conſanguinitatis, & affinitatis. & habetur infra 35. q. 2. & 3. c. quædam lex. & q. 5. c. ad ſedem.*

¶ Ob infirmitatem, vel damna corporis, coniugia ſolui non licet. C. XXV.

6 HI, qui matrimonium ſani cõtraxerint, & vni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hãc infirmitatẽ coniugia talium ſolui non poſſunt[d]. Similiter ſentiendum de his, qui ab aduerſariis excæcantur, aut membris[e] trũcantur, aut a Barbaris exſecti[f] fuerint.

Item Fabianus Papa.

¶ Furioſus, & furioſa matrimonium contrahere non poſſunt. C. XXVI.

7 NEque furioſus, neq; furioſa[g] matrimonium contrahere poſſunt: ſed ſi contractum fuerit, non ſeparentur.

7 Vt ergo ex præmiſſis colligitur, non licet huic, dimiſſa vxore, aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam vinculum coniugale, quod nec ipſa ſeparatione diſſoluitur.

Vnde Auguſtinus ait in libro de bono coniugali. c. 7.

¶ Sterilem vxorem dimittere, & cauſa fœcunditatis aliam ducere alicui non licet. C. XXVII.

4 TAntum valet illud ſociale[h] vinculum coniugum, vt cũ cauſa procreandi colligẽtur, nec ipſa cauſa procreandi ſoluatur. Poſſet[i] enim homo dimittere ſterilem vxorem, & aliam[k] ducere, de qua filios habeat: & tamẽ non licet. *Item* c. 15. ¶ Manet vinculum nuptiarum, etſi proles, cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur: ita, vt iam ſcientibus coniugibus nõ ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen vel ipſa cauſa filiorum, atq; aliis copulare non liceat. Quod ſi fecerint, cum eis, quibus ſe copulauerint, adulterium committunt: ipſi autem coniuges manẽt. Plane vxoris voluntate adhibere aliam, vnde communes filij naſcãtur vnius cõmiſtione, ac ſemine, alterius[l] autẽ iure, ac poteſtate, apud antiquos[m] patres fas erat. Vtrum & nunc fas ſit, temere † [n] non dixerim.

Idem libro primo de nuptiis, & concupiſcentia. c. 10.

¶ De eodem. C. XXVIII.

5 VSque adeo manent inter viuentes ſemel inita iura nuptiarum, vt potius ſint inter ſe coniuges, qui ab alterutro ſeparati ſunt, quam cũ his, quibus aliis adheſerunt. *& paulo* a *poſt.* ¶ Manet inter viuentes quoddam vinculum coniugale: quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſſit auferre: manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis: ſicut apoſtata anima velut de coniugio Chriſti recedẽs, etiam fide perdita ſacramẽtum[o] fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti, ſi amiſiſſet abſcedens. Habet[p] autem hoc, qui receſſit, ad cumulum ſupplicij, non ad meritum præmij.

a ¶ Et paulo poſt.] *Apud B. Auguſtinum hic interſeritur. c. denique. ſ. 31. q. 1. Addita vero nonnulla ſunt, & emendata in hoc capite ex ipſo originali, quemadmodum & in præcedenti.*

QVÆSTIO VIII.

C*Vm itaque* a *probatum ſit, quòd hic vxorem ſuam dimittere, & aliam ducere non poteſt, quæritur, ſi liceat ei hac cõditione peccare, vt infidelem ad fidem adducat. Quod non poſſe fieri Auguſtinus affirmat in lib. primo de adulterinis coniugiis, c. 24. ita dicens.*

¶ Non debet aliquis à continentiæ voto recedere, etiam ſi infidelis Chriſtianam ſe fieri polliceatur. C. I.

6 NOn ſolum mœchandum non eſt, (quod facit non quidam.[r], ſed omnis, qui dimittit ſuam fidelem dimittit, & paganam ſuper ducit hac conditione vt baptizetur, manifeſtum eſt eum mœchari. Nã & ſi ſolutus eſſet ab vxore, & votum emiſiſſet, ſub ea conditione, ſibi cõtrahere non liceret, cum votum debeat adimplere: ſed ſi abſolutus fuiſſet, hoc ei ante votum facere licebat: ſed votum factum nulla conditione rũpetur, cum ſine conditione fuerit emiſſum.

i ¶ *Poſſet.*] de facto[c].

k ¶ *Aliam.*] ſ. diſt. 56. Iſmael.

c Sim. 3. q. 6. hæc quippe. ver. nam eſt, &c.

l ¶ *Alterius.*] ſ. vxoris.

m ¶ *Apud antiquos.*] ſ. ca. q. 4. dixit.

n ¶ *Temere non dixerim.*] meliꝰ eſt pie dubitare, quam temere diffinire. Dic, temere non dixerim, i. nullo modo dicam: quia temerarium eſſet dicere, & ſic ſentire.

† al. non temere dixerim.

V*Sque adeo.*] Casvs. Dicitur hic quòd manet character matrimonij, & vinculum coniugale etiam ſi diuortium interueniat, ſicut manet character baptiſmatis etſi apoſtatando à charitate recedat.

5 Sent. 4. di. 31. Iuo. 3. 8. c. 12 Pann. l. 6. c. 74.

o ¶ *Sacramentum.*] i. characterem.

p ¶ *Habet autem hoc.*] ſ. 1. q. 1. quod quidam. ſ. 12. q. 1. ſcimus[d].

d De hoc 23. q. 4. quid faciet. Arc.

C*Vm itaque.*] Casvs. Hic proponitur 8. q. qua quæritur an liceat ducere infidelem ſub ea conditione vt conuertatur: & certũ eſt quòd nõ, propter imparem cultum, vt ſ. 28. q. 2. de cimç. ſed ſponſalia, vt dicit H. ea conditione contrahi poſſunt, vt 28. q. 1. non oportet. Idem etiam poſſet dici in matrimonio, licet Hug. contradicat. Sed quia hæc quæſtio determinata erat, ideo ponit aliam quęſtionem, ſ. an liceat alicui peccare vt infidelem ad fidem conuertat: & dicẽdum eſt quòd non, vt in ſequ. cap.

q ¶ *Cum itaque.*] ſ. Hęc fuit 8. quæſtio, an liceat ducere vxorem infidelem ſub ea conditione vt conuertatur? Et certũ eſt quòd pure non poteſt contrahere cum ea, vt 28. q. 1. c. cauc. & c. nõ oportet. ſed omittit magiſter quæſtionem illã, quam poſuit ſuperius in themate: quia determinata erat ſ. 28. q. 1. non oportet. & ponit aliam, quæ ſimiliter determinata eſt 14 diſt. quod ait.

f Mulier infidelis an poſſit duci ſub ea conditione vt conuertatur.

N*On ſolum.*] Casvs. Dicitur hic, quòd ſi fidelis vxorẽ

6 Iuo p. 8. q. 73.

VT ERGO. Hæc eſt 7. pars q. in qua redit ad propoſitum principale, ſ. ad oſtendendum quòd altero viuente non poteſt alter contrahere. Ioan. de Fant.

T*Antum valet.*] Casvs. Dicitur hic, quòd tã forte eſt vinculum matrimonij, vt quamuis cauſa prolis contrahatur, tamen pro ſterilitate non ſeparatur: immo ſi aliam cauſa prolis ſuperduxerit, adulteriũ erit, etſi vera vxor cõſentiat: quamuis apud antiquos pa-

r ¶ *Quidam faciunt.*] cognoſcendo aliam, non dimiſſa ſua.

a ¶ Ducit

a ¶ *Ducit alteram.*] mœchatur.
b ¶ *Compenſatione.*] arg. quod in illicitis compenſatio non debet admitti, vt 32. q. 5. ſi dicat. 1. q. 1. non eſt putanda. 22. q. 1. primum. & c. ne quis. & c. faciat. ſ. diſt. 40. & c. euangelica. 14. diſt. quod ait.
c ¶ *Quia promiſit.*] hic collige quod licet interdum ſub conditione cõtrahere, vt ſ. 28. q. 1. non oportet.

vxorem ſuam, & ducit alterã [a], & ſi propterea duxerit, vt faciat Chriſtianam:) ſed etiã quiſquis non alligatus vxori continẽtiam Deo vouerit, nullo modo debet iſta compenſatione [b] peccare, vt ideo credat vxorem ſibi eſſe ducendam, quia ꝓmiſit [c], quæ nuptias eius appetit, futuram ſe eſſe Chriſtianam. Quod enim cuiquam, antequam vouiſſet, licebat, cum id ſe numquam facturum vouerit, non licebit: ſi tamẽ id vouerit, quod vouendum fuit, ſicuti eſt perpetua virginitas, vel [a] poſt experta connubia ſolutis à vinculo coniugali, vidualis caſtitas, ſeu ex conſenſu vouẽtibus†, & carnalia debita ſibi inuicẽ relaxantibus fidelibus, caſtiſque coniugibus (quod alterum ſine altera, vel alteram ſine altero vouere fas non eſt) iugis continentia. Hæc ergo, & ſi qua alia ſunt, quæ rectiſſime vouentur, cum homines vouerint, nulla conditione [d] rumpenda ſunt, quæ ſine vlla cõditione [e] vouerunt.

a ¶ Vel poſt.] *Hic locus in vulgatis B. Auguſtini codicibus, & etiam apud Iuonem vſque ad ver. Hæc ergo. paulo aliter habet.*

CAVSA XXXIII.

Q Vidam [f] vir maleficiis impeditus, vxori ſuæ debitũ reddere non poterat. Alius interim clanculo eam corrupit à viro ſuo ſeparata, corruptori ſuo publice nubit: crimen, quod admiſerat, corde tantum Deo confitetur: redditur huic facultas cognoſcendi eam: repetit vxorem ſuam: qua recepta, vt expeditius orationi vacaret, & ad carnes agni [g] purius† accederet, continentiam ſe ſeruaturum promiſit: vxor vero conſenſum non adhibuit.

1 *Hic primum quæritur, an propter impoſſibilitatem coeundi, à viro ſuo aliqua ſit ſeparanda.*
2 *Secundo, an poſt ſeparationem ei nubere valeat, cum quo prius fornicata eſt.*
3 *Tertio, ſi ſola confeſſione [h] cordis crimen poſſit deleri.*
4 *Quarto, ſi tempore orationis quis valeat reddere coniugij debitum.*
5 *Quinto, an vir ſine conſenſu vxoris continentiam vouere poſſit, vel ſi minis, vel terroribus licentiam vouendi ab ea extorquere valeat.*

QVÆSTIO I.

Q Vòd autem [i] propter impoſſibilitatem reddendi debitum mulier à viro ſuo ſeparari non poſſit, auctoritate Euangelica, & Apoſtolica [k] probatur. Sic enim Chriſtus ait in Euangelio. [Nulli licet dimittere vxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis.] vel qua [l] alter eorum, ſicut Auguſtinus exponit, fornicatus fuerit, vel ad quam alter alterum pertrahere voluerit. ¶ Item Apoſtolus [Mulier, quanto tempore viuit vir eius, alligata eſt legi ipſius.] non legi [m] ſibi reddendi debitum: ſed non transferendi ſe ad alium. ¶ Item [ ] [ ], qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere, niſi cauſa fornicationis.] Euangelica itaque, & Apoſtolica auctoritate prohibetur mulier à viro ſuo diſcedere, niſi ob cauſam illam cunctis notiſſimam: qua interueniente ſi diſceſſerit, oportet eam manere innuptam, aut reconciliari viro ſuo. Vnde datur intelligi, quod impoſſibilitas reddendi debitum non facit coniugij diſſidium. His ita reſpondetur. Coniugium confirmatur officio, vt [a] ſupra probatum eſt: poſtquam vero officio [o] confirmatum fuerit, niſi cauſa fornicationis, non licet viro vxorem dimittere, vel vxori à viro diſcedere. Verum, antequam confirmetur, impoſſibilitas officij ſoluit vinculum coniugij. Vnde ſcribit Gregorius Ioanni [b] Rauennati epiſcopo.

a ¶ Vt ſupra.] *Videtur indicari c. non dubiũ. & c. cum ſocietas. ſ. 27. q. 1. de qua re ibi notatum eſt.*
b ¶ Ioanni.] *Repetenda ſunt, quæ ſunt notata in hoc idem caput ſ. 28. q. 2.*

¶ Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoſcere non poterit. C. I.

Q Vod autẽ interrogaſti de his, qui matrimonio iũcti

d ¶ *Conditione.*] ex hoc videtur quod numquam ſubintelliguntur conditiones in iuramento. quod falſum eſt, vt notaui ſupra vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda § ſecundo. quia generales intelliguntur, & ſi non ſpeciales, vt ſi Deus voluerit, ſi vixero, ſi potero [a]. ſed ſpeciales non intelliguntur niſi exprimantur, vt ſi hoc feceris, vt C. de cond. ob turpem cauſam, ſi repetendi. ff. de verbor. oblig. quidquid. niſi vbi lex permiſit aliquid tacite agi inter cõtrahentes: tunc enim illud pro expreſſo habetur, vt ff. ſi certum petatur, cum quid. ff. de verb. oblig. triticum. quandoque lex ipſa ſpeciales conditiones ſubintelligit, vt in ſtipulatione dotis ſubintelligitur hæc, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ, vt ff. de iure do. ſtipulationẽ. & hoc ſi non immoderatum quid præcipitur, vt ff. de oper. libert. ſi libertus. extra de iureiurand. Quintauallis.
e ¶ *Conditione.*] not. argum. à contrario ſenſu. ſubaudiuntur & aliæ conditiones, vt dixi vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda. §. primo.
f ¶ *Quidam vir.*] Q Vidã vir.] CASVS. Poſt matrimonij impedimenta expedicta ſuperius, ſupponit Gratianus cauſam trigeſimamtertiam, in qua tractat de impotentia coeundi, & de enormitate delicti, & de tempore feriarum: & alia quædã annectit. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo quinque elicit quæſtiones.
f ¶ *Quidam vir*] Tractauit Gratianus ſupra de impedimento matrimonij, quod procedit ex animo, & etiam de eo quod procedit tam ex animo quam ex corpore coniunctim: nunc tractat in cauſa iſta de eo quod procedit tantum ex corpore. tractat etiam de quibuſdam aliis impedimentis, vt de frig. & malef. c. 1. & 3. & de enormitate delicti, vt j. quæſtione ſecunda, de his. & ſequentibus, & de tempore feriarum, vt j. q. 4. per totum.
g ¶ *Agni.*] id eſt Chriſti, de quo dicitur ecce agnus Dei. de conſe. di. 4. nemo.
h ¶ *Confeſſione.*] id eſt, contritione.
Q Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur quod frigiditas ſeparat matrimonium. Secunda ibi, *Hoc autem.* Tertia ibi, *Ecce quòd impoſſibilitas.* Ioan. de Fant.
CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, in qua quæritur, an impoſſibilitas coeundi ſeparet matrimonium. Et diſtingue quòd eſt triplex impoſſibilitas. Vna quæ procedit ex animo, vt in furioſo, vt ſ. prox. quæſt. 7. neque furioſus. Alia quæ procedit ex corpore, vt in maleficiato & frigido, vt j. ea. c. 1. 2. & 3. Tertia prouenit ex vtroque, vt in puero: quæcumque autem impoſſibilitas ſit, non impedit matrimonium contractum & conſummatum: ſed bene contrahendum, vt j. eo. §. & c. ſequentibus. In puero autem non impedit contrahendũ, vt 31. quæſt. 2. ſi verum. Probat ergo in hoc §. auctoritate Euangelica & apoſtolica, quod impoſſibilitas non dirimit matrimoniũ, cũ ſola fornicatio dirimat. Poſtea ſoluit dicens, quod impoſſibilitas dirimit matrimoniũ non conſummatum, ſed conſummandum: & ad hoc inducit ſequentia c.

i ¶ *Quod autem.*] Hic deponitur 1. q. an ſcilicet impoſſibilitas coeundi ſeparet matrimonium. Et nota quod eſt triplex impoſſibilitas, impoſſibilitas ex animo, vt in furioſo. ſ. prox. quæſt. 7. neque furioſus. Alia quæ procedit ex corpore, vt in frigido & maleficiato [b]. j. ea. c. 1. 2. & 3. Tertia prouenit ex vtroque, vt in puero, vt 30. q. 2. vbi. Vel ſic diſtinguas. alia eſt naturalis impotẽtia, vt frigiditas: alia accidẽtalis, vt maleficium. & quæcunque ſit impotentia, ſi matrimoniũ præceſſit illam, ita quòd ſe effecti ſunt vna caro: propter nullam cauſam ſuperuenientem poſſunt ſeparari, vt ſ. prox. q. 7. hi qui matrimoniũ. niſi propter fornicationem, vt ſ. prox. q. 1. dixit. vbi vero impedimentum præceſſit matrimonium, refert verũ ſit perpetuum, quia tũc ſeparari poſſunt. arg. j. ea. ſi per ſortiarias. ſi temporale, nequaquam. Et no. quòd licet iura emanauerint diuerſa ſuper hoc ſcilicet vſque adquod tempus deberent manere ſimul ad hoc vt maleficium videatur perpetuum, vt ex. de frig. & malef. c. 1. & C. de repud. in cauſis. tamen per Cæ eſtinum tẽpus determinatum eſt triennium [c], vt in eodem titulo, laudabilem. Et idem dicit authen. de nup. §. per occaſionem. in collatione quarta. tamen exaudi cũ ante triennium non poteſt conſtare de impedimento naturali, vt colligitur in prædicta decretal. laudabilem. & hoc dico tam in frigido quàm in maleficiato. & hoc triennium currit à tempore quo tentauerunt coire, vt cõlligitur in authent. prædic. vbi autem dubitatur an præceſſerit maleficium, an ſecutum ſit, præſumendum eſt quòd ſecutum ſit poſt matrimonium, argumen. C. de ædil. edict. lege, tertia. & hoc fauore matrimonij. trigeſimaquinta, quæſt. 6. videtur. palea eſt.
k ¶ *Et apoſtolica.*] Sophiſtice inducit Gratianus omnia iſta: quia de conſummato matrimonio intelliguntur.
l ¶ *Qua.*] ſcilicet corporali.
m ¶ *Non legi.*] tantum.
n ¶ *Officio.*] carnis. vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda, §. ecce.
o ¶ *Officio.*] id eſt, carnali commiſtione.
Q Vòd autem.] CASVS. Dicitur hic quòd ſi mulier conqueratur de frigiditate viri, & hoc probat per aſpectum corporis vel legitimos teſtes, poteſt accipere alium: ille vero contrahere non poteſt: & ſi contraxerit, ſeparari iubetur. *Nubere*, id eſt, commiſceri.

Margin notes: ¶ conditiones aliquæ ſunt in iuramentis. — a Not. hic quòd ſi quis fecit 10 votum de carnibus non edendis & infirmatur: ita quod dicitur à medicis, quòd eſt in periculo niſi veſcatur carnibus, & quòd aliter euadere nõ poteſt, de præcepto maioris poteſt comedere carnes, quia caſus eſt neceſſitatis. & in huiuſmodi voto tacita in eſt conditio ſ niſi neceſſitas cogeret, vel præcep tum maioris adeſſet. Arc. — † al. viacetibus. — † al. purus. — ¶ impoſſibilitas coeundi eſt triplex. — b No. ext. de frig. & mal. c. 1. in fi. Matth. 19. Rom. 7. 1. Cor. 7. — c Dic quòd hoc triennium debet eſſe continuum, ext. de frig. & mal. litteras. Sed quid ſi vir vadat ad S. Petrum, & ſtat, et tempus ſuũ quid tempus computatur in iſto triennio? ſecundum Gul. Naz. quòd non, arg. ext. de conc. præb. quia duo ſi ... adhuc ſimul cohabitabunt per tãtum tempus h. a. q. 7. ... ad hoc ext. ... de eo qui ... dect. literæ. cum ex iſta ca. ... ext. de offi. del. conſulta tionib. Arc. ſ. 27. q. 1. quod autẽ. Sent. 4. diſt. 34. here! 9. c. 40. Iuo p. 8. c. 118.

a ¶*Nubere non poſſunt.*] i. ſibi reddere debitum, propter naturalem frigiditatem.
b ¶*Scriptum eſt.*] primo libro, ca. Caroli. ſcilicet 12. in Lombarda.
c ¶*Probare.*] a. g. quòd mulieri quandoque defertur probatio, cum de commixtione carnis controuerſia eſt, ar. s. 27. q. 1. nec aliqua. Sed contra. j. e. ſi quis acceperit. ſed illud ſolutum eſt. 27. q. 2. quod autem.

d ¶*Per iſtum.*] s. 2. q. 5. conſuluiſti. contra: ſed hic appellat verũ iudicium, non cãdentis ferri, vel feruentis aquæ, vel huiuſmodi: ſed legitimorum teſtium.

b Pann. l. 6. c. 115. Anſ. l. 10. c. 26. Capi. n. c. 55. Iuop. 8. c. 80

e ¶*Iudicium.*] per aſpectum corporis ſi virgo eſt, quia aliud eſt in corrupta, vt j. cap. prox. & quid iuris ſit notaui s. 27. q. 2. quod autem. melius enim perpenditur oculis aliquid. inſtit. de gra. cog. §. hactenus. quæ tamen inſpiciunt, debent eſſe peritæ. ff. de ven. inſpi. l. 1. quia viſus ſępe fallitur. & 27. q. 1. nec aliqua.

2 Sent. ibid Pol. l. 6. ti. 4. Anſ. l. 10. c. 25 Burc. l. 9. c. 4... uo p. 8. c. 181. Pan. l. 6. c. 116. ex Greg. 2.

R*Equiſiſti.*] C a s v s. Bene. ſic ponit caſum hũc dicens. Si vir & mulier in matrimonio copulantur, & vir frigidus petat diuortium, dicatur ei, ſi hanc non poteſt habere vt vxoré, habeat eam vt ſororé. ſi enim hanc præ frigiditate cognoſcere non poteſt, eadem ratione nec aliam. Si vero mulier diuortium petat, & vir conſentit, vterque ſeptima manu frigiditatem probet naturalem, & deinde vxor alium accipiat. ſi autem aliam vir acceperit, & appareat eos eam periurio decepiſſe: vnde peracta pœnitentia de periurio eorũ matrimonium redintegretur. Licet littera videatur obſcura, tamen iſte caſus ſatis ex littera elicitur. *Innupti*, preceptũ eſt quantũ ad virũ, & conſilium quantũ ad mulieré. ſimile eſt 28. di. presbyterũ. Seq. §. patet. Et ad hoc probandũ ꝙ dicitur in §. inducit. c. ſeq.

† al. ratione.

ſunt, & nubere nõ poſſunt [a], ſi ille aliam, vel illa alium ducere poſſit? De quib⁹ ſcriptum eſt [b] [Vir & mulier, ſi ſe coniunxerint, & poſtea dixerit mulier de viro, quòd non poſſit coire cum ea, ſi poteſt probare [c] per iſtum [d] iudicium [e], quod verum ſit, accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit, ſeparentur.

Item ex epiſtola eiuſdem.

C. II.

[2] REquiſiſti de his, qui ob cauſam frigidæ naturæ dicunt ſe non poſſe inuicem operam carni dantes commiſceri. Iſte vero ſi non poteſt ea vti pro vxore [f], habeat eam quaſi ſororem. Quòd ſi retinaculum coniugale voluerint reſcindere, maneant vtrique innupti [g]. Nam ſi huic non potuit concordare naturaliter [h], quomodo alteri conueniet? Si igitur vir alia vult vxorem accipere, manifeſta patet [i] ratio †, quia ſuggerente diabolo odij fomité, exoſam eam habuit, & idcirco [k] eam dimittere mendacij falſitate molitur. Quòd ſi mulier cauſatur, & dicit, Volo eſſe mater, & filios procreare, & vterque eorum ſeptima [l] manu propinquorũ tactis ſacroſanctis reliquiis iureiurando dicat, vt nũquam per commiſtionem carnis coniuncti vna caro effecti fuiſſent [m], tũc videtur mulierem ſecundas nuptias contrahere poſſe. Humanum [n] dico ꝓpter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigidæ naturæ eſt maneat ſine coniuge. Quod ſi & ille aliam copulam acceperit [o]: tunc hi, qui iurauerint [p], periurij [q] crimine rei teneantur, & pœnitentia peracta priora [r] cogantur recipere connubia.

[3] Hoc autem ſeruari præcipitur, cum vterque idem fatetur. Ceterum ſi vir aſſeruerit ſe reddidiſſe debitum vxori, & illa diffitetur, cui potius fides habenda ſit, merito quæritur.

De his in concilio apud Compendium habito ita ſtatutum eſt.

¶ In veritate viri conſiſtat, ſi mulier negat ſe cognitam ab eo.

C. III.

[4] SI quis accepit vxorem, & habuit eam aliquo tempore [s], & ipſa femina dicit, quòd nunquam coiſſet cum ea, & ille vir dicit, quòd ſic fecit, in veritate viri conſiſtat: quia vir caput eſt mulieris.

Ecce, quòd impoſſibilitas reddendi debitum, vinculum ſoluit coniugij. Sed hoc de naturali impoſſibilitate ſtatutum eſt. Hæc autem maleficij impedimento, non frigiditate naturali debitum coniugale prohibente, à viro ſuo ſeparata eſt. Vnde quæritur, ſi liceat ei etiam in hoc caſu à viro ſuo diſcedere, & alij ſe copulare.

De his ita ſcribit Hincmarus Rhemenſis archiepiſcopus.

Rom. 4.

m ¶*Fuiſſent.*] & quòd operam dederunt: aliàs non ſufficeret, vt hic in princ. pro c. notatus. [*sic*] poſſunt. Item eis ſolis crederetur, ſi de hoc fama eſſet. argum. 35. q. 6. ſi duo.

n ¶*Humanum.*] ea humanitate qua Apoſtolus permiſerit ſecundas nuptias 31. q. 1. hac ratione.

o ¶ *Acceperit.*] pone ꝙ mulier dixit eum impotentem ad reddendum debitũ, non ꝓponendo cauſam impotentiæ coeundi [b], & hoc probauit, & lata eſt ſententia, numquid ſi cõtraxit, reſtituentur poſtea priora connubia? Nõ: quia totum ius ſuum videtur in iudicium deduxiſſe. vnde idem eſſet ac ſi per frigiditatem & maleficium ſeparatẽtur. arg. extra. de cauſ. poſ. & prop. cum ſuper electione. C. de ann. excep. l. vlt. ſecus tamen eſt in perſonali actione. ff. de excep. rei iud. & an eadem. §. actiones.

b Quam proponere non cogitur. arg. ext. de iud. dilecti. & not. 8. diſtin. quæcumque. ſit de cauſa impotentiæ ſufficit, dum tamen perpetua ſit. ex. de fri. quòd ſedem ſecũdum Hoſt. qui ita not. c. tit. licet quæ dec facit pro primo dicto h⁹ glo. vt patet in ſi. j. reſp. ibi, patet ꝙ talis petitio ſit admiſſa. Arc

p ¶*Hi qui iurauerunt.*] i. vir & vxor, non conſanguinei teſtes, qui ſecum iurauerunt: illi enim non iurauerunt ſic eſſe verum, ſed credere ſic eſſe verum ſicut illi, ſcilicet vir & vxor dicebant. arg. 35. quæſti. 6. de parentela. & extra de teſtib. quoties.

3 Sent. 4. diſt. 34.
4 Sent ibid. Bur. l. 9. c. 42. Iuo part. 8. c. 180. Pann. l. 6. c. 119.

q ¶*Periurij.*] & ita vterque fuit in culpa, aliàs quod in fin. dicetur, iniquum eſſet.

r ¶*Priora.*] & hoc cum vterque contraxit, aliàs exciperetur contra adulterantem de adulterio. extra de diuort. ſignificaſti. Vel hoc innocẽs excipere non vult. argument. 28. quæſtio. 1. idololatria.

S*I quis acceperit.*] C a s v s. Dicitur hic, ꝙ ſi vxor dicat, quòd vir cognoſcere eam non poteſt, & vir contrarium aſſerit, aſſertioni viri ſtandum eſt, cum vir caput ſit mulieris. niſi ab aduerſa parte contrarium probaretur. Sequens §. patet. *Hæc*, ideſt, de qua fit mentio in themate.

f ¶*Pro vxore.*] conſilium eſt, vt ext. ea. accepiſti.

g ¶*Innupti.*] præceptum eſt quantum ad virum, quantum ad illam conſilium. & ita verbum ſemel poſitum tenetur æquiuoce. 28. diſt. presbyterum. & ibi Ouidius:

Demophon ventis & verba & vela dediſti.

h ¶*Naturaliter.*] i. naturali frigiditate impediente. Et eſt arg. ꝙ frigiditas eſt perpetuum impedimentum. arg. j. e. q. 5. qui ſitit. s. prox. q. 5. ſicut. ‖licet quidam dicant, quòd nullum impedimentum eſt perpetuum. nullus enim eſt ita frigidus (vt dicunt) quin ope medicorũ ei poſſit ſubueniri. quod non credo, cum frigiditas, quæ eſt naturalis proprietas, per accidentia non immutetur. ext. de celeb. miſſ. cũ Marthæ. §. quæſiuiſti. Similiter quidam dicũt, ꝙ nullum maleficium eſt perpetuum quin ſaltem per ipſum auctorem poſſit ſanari.

‖ Frigiditas quandoque mutari non poteſt.

i ¶*Patet.*] not. ꝙ ſequentia probantur per præcedentia j. 34. q. c. 1. in fine. 54. diſt. fraternitatem. & C. de adul. ſi pu. Item hic ex poſt facto patet tetro fuiſſe matrimonium, vt ext. de frig. & malef. fraternitatis. & hoc eſt notabile, ꝙ eo ipſo quòd alius vel alia ſuperinducitur, præſumitur hoc ex odio fieri. ‖ & eſt præſumptio iuris, cõtra quam non admittitur probatio, immo ſtatim ius pronũtiat eſſe puniendum. arg. ad hoc j. ea. q. 2. ſeculares.

‖ probatio non admittitur contra iuris præſumptionem.

k ¶*Idcirco.*] quaſi dicat ſi vir petat diuortium vt pater fiat, non audiretur: ſi autem petat vt exoneretur oneribus matrimonij, audiretur. ſi mulier petat vt fiat mater, audiretur. non dico virum quo ad hoc audiendum ſi ſe frigidum ſciret [a] cum contraxit, ext. de eo qui dux. cap. 1.

a Ad hoc C. de ſpon. l. vlt. in fi. & vide quod not. j. cap. prox. Arc.

l ¶*Septima manu.*] hoc intellige cum hæc non erat virgo: quia ſi eſſet virgo, tunc ſufficeret verum iudicium per obſtetrices, vt c. pręcedenti, cum ſacramento tamen vtriuſque. j. 35. q. 3. extraordinaria. Et not. quòd ſufficerent in caſibus huius c. duo, ſi ſeptem haberi nõ

s ¶ *Tempore.*] ‖plus quàm per duos menſes. quia enim ſtatim non proclamauit virum eſſe impotentem, poſtea nõ creditur ei, ſed viro qui contrarium dicit, vt ext. de frigid. & malef. c. 1. nam etiam ex tempore præſumitur aliquam non eſſe coactam, vt extr. de deſp. ad id. 1. q. 1. conſtat. Item vel ideo potius creditur viro quàm vxori. quia vix aliquis inuenitur impotens ad coeundum, vt 50. diſt. quia tua. hanc credo eſſe cauſam quare viro creditur in hoc caſu. Sed Petrus Hiſpanus alias aſſignauit rationes: quia vir ſtat pro matrimonio, quod fauorabile eſt. Item quia fuit ſola cum ſolo, creditur cognita ab ipſo, vt 31. q. 1. dixit. 27. q. 1. nec aliqua. iuxta illud Ouidij:

‖ vxorij virum impotentem allegantı virum ſit credẽdo.

A iuuene & cupido credatur & reddita virgo?

Et hoc poteſt intelligi de illa quę prius fuit corrupta, ſed ſi fuit virgo quando iuncta fuit ei, potius crederetur probationi ſuæ, quam facit per aſpectum corporis, vt s. ead. ca. 1. ext. de prob. propoſuiſti. tamen niſi mulieres eſſent peritiſſimæ, potius eſſet credendum viri ſacramento: quia res illa occulta eſt, & non peruia viſui, & oculus pleruͤque fallitur, vt 27. q. 1. nec aliqua. & in talibus ſępe ſacramento vnius ſtatur, vt dum quæſtio eſt de ſumptibus factis, vt C. de iud. ſancimus. 2. q. 1. in primis. Vel dum eſt quæſtio de damno dato, ſacramento vnius creditur. C. vnde vi. ſi quando. hęc autem quę dixi, vera ſunt quando vnus fatetur, & alter negat: ſed ſi vterque fateretur quòd non interceſſit commiſtio, tunc expectabitur per triennium, ſi antea non poteſt conſtare, vt extr. de fri. & male. laudabilem. ‖ Sed quid ſi mulier ſciebat virum eſſe frigidum ab initio? ſatis videtur ꝙ tunc non poſſit petere ſeparationem. arg. ext. de frig. & male. c. 1. & C. de ſpon. l. vlt. vbi dicitur quod imputet ſibi ſi ſcienter coniuncta ſit turpi perſonæ, vel impotenti coire: & quia ſero accuſat more, quos ducendo eam in matrimonio comprobauit, vt ff. de adulter. ſi

‖ Mulier, quę ſciẽter cum frigido contraxit, an ſeparationem petere poſſit.

vxor

vxor. in fin. de viro autem potius videtur ꝙ ille non poſſit recedere à muliere ſi ipſa vult cohabitare ei, cum ipſe ſciuerit ſe frigidũ. arg. ext. de eo qui dux. in mat. c. 1.

a S[per ſortiarias.] Casvs. Dicitur hic, quòd ſi maleficiatus ducit aliquam in vxorem, & ei commiſceri non poteſt, ſtudere debet vt pœnitentia & exorciſmis ſanetur, exemplo domus Abimelech. & ſi ſanari nõ poterit, ſeparari valebunt. & ſi alijs poſtea fuerint copulati, non ſeparabuntur reſtituta vtrique potentia coeundi. Sequens §. patet. Nec dicitur hic contrarium c. Gregorij: quia ibi loquitur in frigido, hic in maleficiato.

1 Sent. ibi Iuo par. 8. c. 194. Pano. l. 6. c. 117.

b ¶ *Atque maleficas.*] ſ. 23. q. 4. de Tyriis.

c ¶ *Abimelech.*] regem Gerans, vt 32. quæ. 4. nemo.

d ¶ *Separari.*] niſi ipſa vxor dicatur procuraſſe maleficium, cũ ſua culpa ad hoc deuenerit. 55. diſ. ſi Euangelica. ff. quod met. cau. ſi mulier. 15. qu. 1. ſi quis inſaniens.

† al. *munimenta*.

e ¶ *Concumbendi.*] cũ alijs, non cum prioribus. tunc enim non eſſet perpetuum maleficium.

f ¶ *Nequibunt.*] hic potius ignarus dicendus eſt, quàm gnarus. nam dixit Card. ꝙ iſte finis non tenet, quia vt dixit: ‖ nullum maleficium eſt perpetuum quin ſaltẽ per ipſum auctorem tolli poteſt. Alij dicunt contra, vt ſ. c. requiſiſti. Vel intellige poſt triẽnium.

‖ Maleficiũ nullum ſecundum aliquos eſt perpetuum.

¶ Quid de his, qui maleficiis impediti, coire non poſſunt.

C. IIII.

[1] SI per ſortiarias [a], atque maleficas [a] [b], occulto, ſed nũquam iniuſto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non ſequitur, hortandi ſunt, quibus iſta eueniunt, vt corde cõtrito, & ſpiritu humiliato, Deo, & ſacerdoti de omnibus peccatis ſuis puram confeſſionem faciũt, & profuſis lacrymis, & largioribus eleemoſynis, & orationibus, atque ieiuniis Domino ſatisfaciãt, & per exorciſmos, ac cetera eccleſiaſticæ medicinæ muniа†, miniſtri eccleſiæ. tales, quantum Dominus annuerit, qui Abimelech [c], ac domum eius Abrahę orationibus ſanauit, ſanare procurent. Quòd ſi forte ſanari nó potuerint, ſeparari [d] valebunt: ſed, poſtquam alias nuptias expetierint illis in carne viuentibus, quibus iuncti fuerãt, prioribus, quos reliquerant, etiam ſi poſſibilitas concumbẽdi [e] eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt [f].

a ¶ Maleficas.] *In vulgatis ſequebatur, artes, quæ vox abeſt a pleriſque vetuſtis codicibus, ac ceteris collectoribus.*

Sed in hoc videtur contrarius præmiſſo capitulo Gregorij. Ibi enim poſt poſſibilitatem redditam iubetur ſeparari ab eo, cui ſecundo nupſerat, & redire ad primum. Hic autem viuente eo, cui ſecundo copulata fuerat primo reconciliari non poterit.

Q[Vod autem.] Hæc q. diuiditur in 10. partes. In quarum prima probat per 3. ca. ꝙ ſi quis dimittat vxorem ſine iudicio eccleſiæ, cogendus eſt ad illam redire. Secunda ibi, *Sine de coniugij*. Tertia ibi, *In hoc capitulo*. Quarta ibi, *In præmiſſis*. Quinta ibi, *Nunc autem*. Sexta ibi, *De pœnitentibus*. Septima ibi, *Latorem*. Octaua ibi, *Si quis*. Nona ibi, *Quos*. Decima ibi, *Antiqui*. Ioan. de Fant.

QVÆSTIO II.

1. p. Q*Vod autem ei, cum quo prius fornicata fuerat poſt ſeparationem nubere poſſit, ſuperius* [g] *probatum eſt. Mortuus eſt enim ſibi vir eius. Ex quo, iudicio eccleſiæ ab eo ſeparata, ab eius lege ſoluta eſt. Vnde iuxta Apoſtolum nubat, cui vult, tantum in Domino.* ¶ *Sed quæritur* [h], *ſi ſine eccleſiaſtico iudicio, nulla cauſa diſſidij rationabiliter probata ab ea diſceſſiſſet, an eſſet cogendus redire ad eam. de hoc ita ſtatutum eſt in concilio Carthaginenſi, cui interfuit Auguſtinus. c. 30†.*

1. Cor. 7.

† al. 25.

¶ *Etiam in codicibus manuſcriptis, & apud Iuonem par. 8. c. 328. citatur ex concilio Carthaginenſi, in quo nullo inuentum eſt, ſed in Agathenſi. c. 25. (ex quo citat Iuo eadem parte octaua. c. 231.) & c. 7. c. 305.*

Casvs. Hic intitulatur 2. quæſtio. ſ. an aliquis contrahere poſſit cum illa, quam polluit per adulterium. Sed quia hæc quæſtio fuit determinata ſ. 31. q. 1. ideo magiſter annectit aliam incidentem quæſtionem. ſ. an vir ſit reſtituendus vxori à qua propria auctoritate receſſit, vel è cõuerſo? Et certum eſt quòd ſic, niſi in caſibus notatis in ſumma huius quæſtionis & ext. de reſt. ſpol. litteras. Iſte §. patet.

g ¶ *Superius.*] ſ. 31. q. 1. in prin.

h ¶ *Sed quæritur.*] quia 1. quæ. non habebat dubitationem, ideo ponit aliam incidentem, quæ ſimiliter quæſtionem non habet: quia ſemper eſt reſtituenda, ‖ niſi in tribus caſibus. Si publice ſit adulterata. Vel niſi timeatur de viri ſæuitia. j. ea. ſiue. & ext. de diuor. ſignificaſti. vel niſi dicantur conſanguinei in gradu indiſpenſabili, & incontinenti probetur exceptio. ext. de reſt. ſpol. litteras. & tamen in eodem caſu ſit reſtitutio quo ad omnia: niſi quo ad carnale commercium, vt ibi dicitur in fi. Quartus caſus poteſt eſſe quãdo vxor propria voluntate recedit à viro [a], vt 27. q. 2. Agathoſa. Vel cum vir de licentia vxoris recedit ab ipſa, vt ibidem.

‖ Vxor quæ à viro diſceſſit, in tribus caſib. ſibi non reſtituitur.

a Sub nec petit ſe reſtitui quoddie vt not. ex. de adul intelleximus. Atc.

S[Aeculares.] Casvs. Quidã erant cõiugati, qui nullam cauſam rationabilem prætendentes, vxores ſuas ſine iudicio eccleſiaſtico dimittebant, & ideo in concilio Carthagiñ. fuit ſtatutum vt nullus coniugatus dimittat vxorem ſuam, niſi diſſidij probata fuerit apud epiſcopũ: ꝙ ſi quis contra fecerit, communione priuetur. *Aliena coniugia*, i. alias vxores. ſi autem *vxores ſuas*. vſque ibi pendet cõſtructio.

i ¶ *Probabiliter.*] nota quare dicit, probabiliter. hoc enim forte dicit, quia ꝓpter fornicationis ſuſpicionẽ probatam eccleſiæ licebit ei vxorem dimittere, vt ſ. 32. q. 1. c. dixit.

k ¶ *Comprouinciales.*] diſtributiue, ſc. ille apud ſuum, & ille apud ſuum. non enim propter tales cauſas ipſi prouinciales conuocantur. Vel melius, hoc olim obtinuit: qa cauſa matrimonij tractabatur apud epiſcopos prouinciæ. 35. q. 6. multorum. Hodie etiam archipresbyter cauſam huiuſmodi tractare poteſt. argu. ext. de conſan. & affi. ca. 1. ‖ Sed certe & hodie ad epiſcopalem iuriſdictionem cognitio matrimonialis cauſæ ſpectat. Vnde nec abbates nec alij poſſunt de matrimonio cognoſcere: niſi ex cõceſſione vel alia cauſa legitima id habeant, vt ext. de exceſ. præl. accidentibus. Præſcribi enim poteſt talis iuriſdictio, vt extr. de præſ. auditis. in fi.

2 Iuo p. 8. c. 231. & 328. Pann. l. 6. ca. 106.

‖ Matrimonialis cauſa ad epiſcopum pertinet.

¶ Non licet alicui vxorem dimittere, niſi cauſa diſſidij primum eccleſiæ probetur. C. I.

[2] SÆculares, qui coniugale cõſortiũ nulla [a] grauiori culpa dimittunt, vel etiam dimiſerunt, & nullas cauſas diſſidij probabiliter [h] proponentes, propterea ſua matrimonia dimittũt, vt aut illicita, aut aliena prçſumant, ſi antequam apud epiſcopos cõprouinciales [k] diſſidij cauſas dixerint, & priuſquam in iudicio damnẽtur, vxores ſuas abiecerint, à communione ſanctæ eccleſiæ, & populi cœtu, pro eo quòd fidem, & coniugia maculant, excludantur.

a ¶ Nulla.] *In recentioribus conciliorum editionibus in concilio Agathenſi legitur*, ſine grauiori. *in capitularibus*, abſque grauiori, *ſed in antiquis editionibus Pariſienſibus conciliorum & duobus codicibus Vaticanis*, conſortium grauiori.

Item Ambroſius ſuper Lucam ad c. 16.

¶ Lex diuina prohibet virum vxorem dimittere, niſi cauſa fornicationis.

C. II.

AN, quod in ſubditos [l] nefas eſt, in comparẽ [m] fas eſt? dimittis ergo vxorem quaſi [a] iure, ſine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed diuina prohibet [n]. Qui hominibus obſequeris, Deum verere: audi legem Domini, cui obſequuntur etiam, qui leges ferunt. [Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.]

a ¶ Quaſi iure.] *Sic etiam in vulgatis B. Ambroſij codicibus. In tribus Gratiani manuſcriptis eſt*, quam ſcis viuere ſine crimine.

A[N quod.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſi non licet alicui dimittere ſubditos ſuos ſine cauſa ꝓbabili, multo minus licet viro vxorem ſuam dimittere ſine cauſa. Nam etſi lex humana non permittat: lex tamen diuina hoc prohibet, cui obſequitur lex humana.

Matth. 19.

l ¶ *In ſubditos.*] ſ. renũtiare epiſcopatui. ext. de renun. niſi. & extr. de reg. licet. Vel ſicut ſubditi non poſſunt deſerere [b] prælatum. 11. q. 1. inolita. Vel ſicut prælatus non poteſt ſine cauſa punire ſubditos. 86. di. ſi qs [c].

m ¶ *Incomparem.*] ſ. vt vir dimittat vxorem ſine cauſa, vel condemnet præter ordinem iudiciarium. Ioan.

n ¶ *Sed prohibet.*] ſ. 17. q. 2. ſunt. in aut. vt li. mõ. & aut. x. §. cauſas. Lex enim humana admittit diuortium in alijs caſibus præter fornicationem, vt C. de repu. conſenſu.

3 in præfatione lud. in volumen. 6 ethio.

b 8. q. 4. non ne. Arch.

† al. de

c 2. q. 1. nemo ſ. 10. q. 3. nullum.

Item Nicolaus Papa Carolo Regi.

¶ Abſque cauſæ cognitione à viro ſuo dimiſſa, ad omnia reſtituatur.

C. III.

[3] HIſtoria eccleſiaſtica ab Euſebio Cæſarienſi epiſcopo confecta, de muliere quadã, quæ pro† caſtitate à marito accuſabatur, ait. Præceptum eſt ab imperatore lege lata, vt primo [o] ꝑmitte-

H[iſtoria.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſi vxor à viro ſpoliata ab eodem de adulterio accuſatur, pręceptum eſt ab Imperatore vt primo reſtituatur, quàm reſpondeat obiectis, quod ſi hoc obtinet in ſæcularibus, magis debet hoc in eccleſiaſticis obtinere.

o ¶ *Vt primo.*] ex quo ergo mulieri primo reſtituũtur res ſuæ, multo potius vir eſt ei reſtituendus. & ſic facit ad propoſitum G. Alij ponũt caſum ſic. Quærebatur an mulieri accuſatæ de adulterio dãdæ ſint induciæ [d]? Reſp. ꝙ ſic, ſed hoc non videtur poſſe ſtare: quia

d ſc. præparatoriæ. Io. de Fan. qui hic approbat iſtam caſus poſitionem, & quidam alij: vt dicitur in glo. ſeq.

in crimine adulterij nulla datur d lati, vt ff. de adul. in crimine. ſed poteſt dici quòd hoc verum eſt cum agitur crim naliter.
a ¶*Rem familiarem.*] & hoc intelligunt quidam de præparatoriis induciis, alij de reſtitutoriis.
b ¶*Hoc.*] ſcilicet reſtitutionem fieri.

retur ei rem familiarem [a] libere diutius ordinare, tunc demũ reſponderet obiectis. ' Hoc [b] omnes [c] leges tã eccleſiaſticæ, quàm vulgares, publicæque præcipiũt.] ¶ Si autem de mulieribus, & ſæcularibus viris hæc conſtituta ſunt, multo magis eccleſiaſticis hominibus, & ſacerdotibus ſunt conceſſa.

¶ *Huius mulieris meminit Iuſtinus in primo Apologetico pro Chriſtianis, & Euſebius eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. c. 16. Verba quidem huius capitis in epiſtolis Nicolai impreſſis, aut manuſcriptis non ſunt inuenta: ſed habentur fere eadem in præfatione Iſidori in ſuam canonum collectionem. Præſtat tamẽ Iuſtinum, & Euſebium adire. Fortaſſe autem in hoc caput tranſlatus eſt titulus ex ſequenti.*

Item Nicolaus Papa in epiſt. Carolo Regi.

¶Niſi poſt reſtitutionem, neque de coniugij fœdere, neque de adulterij crimine inter virum & vxorem iudicium eſt agitandum. C. IIII.

2 [1] SIue [d] de coniugij fœdere, ſiue de adulterij crimine iudicium agitandũ ſit, nulla ratio† patitur Thietbergam cũ Lothario poſſe inire conflictum, vel leuiſſimum cõtrouerſię ſubire certamẽ: niſi prius ad tempus fuerit reddita [e] ſuę poteſtati, & conſanguineis propriis libere ſociata. Itaque † etiam locus [f] prouidendus eſt, in quo nulla ſit vis multitudinis formidanda, & non ſit difficile [g] teſtes producere, vel ceteras perſonas [h], quæ tam à ſanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiuſmodi controuerſiis requiruntur.

¶ *Epiſtola ex qua acceptum eſt hoc caput, habetur Romæ in codice monaſterij Dominicanorum, & ex ea aliqua ſunt addita, & emendata.*

3 *In hoc capite [i] quamuis videatur cauſa expoſita [k], quare ſua auctoritate non licet alicui vxorem dimittere, qua ceſſante, ipſa quoque prohibitio ceſſare videtur: tamen quia ipſa ſeparatio pœna eſt, & pœna nulli eſt inferenda, niſi per iudicem: generaliter hoc intelligendum eſt, vt ſiue ob cauſam præmiſſam, ſiue nulla cauſa exiſtente, nõ liceat alicui ſua auctoritate vxorem dimittere. Quod etiam de pœna homicidij, vel qualibet [l] alia intelligendum eſt.*

c ¶ *Omnes leges.*] de hac materia loquẽtes.
SIue de coniugij.] hæc eſt 2. pars q. in qua probat, ꝙ ſi fœmina in iudicio contendat cum marito, reddenda eſt ſuæ libertati. Io. de Fant.

[1] ibid. inferius.

C a s v s. Dicitur hic ꝙ ſiue cauſa Thietbergæ ſuper fœdere matrimonij agitetur, ſiue à Lothario accuſaretur de adulterio, primo Thietberga ſuæ poteſtati & ſuis cõſanguineis eſt reſtituenda, & locus ſecurus eſt aſſignandus, vbi teſtes poſſint ſine difficultate produci, & cã ſine formidine ventilari. *In hoc capite quãuis videatur cauſa expoſita.* ẽ. ca. ſæculares. vbi dicit, *aut illicita.* &c. Caſum. §. per te videre poteris.

d ¶*Siue.*] Hug. videtur ꝙ hoc c. faciat cõtra propoſitum Gratiani, qui intendit probare ꝙ vxor debeat reſtitui: at hæc nõ reſtituitur viro, ſed eius poteſtati ſubtrahitur, & conſanguineis ſociatur. Ref. in hoc facit, quia iſta ſpoliata erat quadam libertate, quia compulſa fuerat contra ſe confiteri. 31. qu. 2. Lotharius. Vel in hoc facit ad ꝓpoſitum: quia ponit quandam exceptionem, quando non debet fieri reſtitutio, ſcilicet cum timetur de ſæuitia viri.

[2] Poll. 6. tit. 4. Burc. l. 9. ca. 52. Iuo par. 8. c. 116 Regino l. 2. Chronographiæ.
† al. ratione patet.
† al. interque. Iong.

e ¶*Reddita.*] hic habes ꝙ quam cito accuſatur matrimonium, poteſt vxor petere vt detur libertati ſuæ: nec cogatur aliquid cõfiteri cõtra ſe. Sed hoc poteſt intelligi cum tanta eſt ſæuitia viri, ꝙ nulla poteſt ei ſufficere cautio, vt ext. de reſt. ſpol. litteris. in fi. de hoc notaui 31. q. 1. de Benedicto.

§ Matrimonio accuſato põt vxor petere vt detur libertati ſuæ.

f ¶*Etiam locus.*] argu. ꝙ iudex etiam tenetur de loco iudicij ꝓuidere partibus, vt in eo loco debeat de cauſa cognoſcere, vbi partes libere & ſecure valent conuenire. ẽ. 3. q. 9. hortamur. ẽ. 14. q. 1. pudenda. ff. de reb. dub. vbi ẽ. 2. q. 2. c. vlt. quod ſi non fecerit, licite appellatur. ext. de app. ex parte [b].

b in iſta decre. not. Inquòd iſta eſt appellatio, eo ipſo quòd locus non tutus aſſignatur. & ſi non petat locum ſecurum debet tamen iudex eum ſibi offerre. A.

g ¶*Sit difficile.*] ſimile ff. qui ſatiſdar. cogant. ſi fideiuſſor. §. 1. quia cum difficile eſt alicui ſatiſdare in vna ciuitate, mittitur in aliam, vt ibi.
h ¶*Perſonas.*] id eſt, aduocatos.
IN HOC CAP. Hæc eſt 3. pars q. in qua quæritur qualiter puniuntur vxoricidæ Ioan. de Fant.
i ¶*In hoc capite.*] ẽ. ca. ſæculares.
k ¶*Expoſita.*] ibi, Nulla grauiore culpa.
l ¶*Vel qualibet.*] nam leuem vir imponit, vt notaui 7. quæſt. 1. ſicut alterius.
INterfectores.] C a s v s. Dicitur hic, quòd ſi vir vxorem ſine iudicis auctoritate occiderit, & maxime innocẽtem, pro homicidio pœniteat, numquam matrimonium contrahat, niſi iuxta indulgẽtiam beati Leonis fuerit adoleſcens. Et not. quòd vacat hic argu. à contrario ſenſu, vnde ſupple ibi vbi dicit, *cum non addit*, maxime. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad c. admonere.
m ¶*Adulterarum.*] maxime, quia nec tunc licet: vt infra capit. proximo.
n ¶*Huiuſmodi.*] hoc dicit ideo quia ſecundum leges ex cauſis pluribus ſeparatur matrimonium.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Rodulpho Biturenſi archiepiſcopo.

¶ Coniugia penitus interdicantur his, qui ſuas coniuges occidunt. C. V.

[1] INterfectores ſuarum coniugum ſine iudicio cum nõ addis, adulterarum [m], vel aliquid huiuſmodi [n], quid aliud habendi ſunt, quàm homicidę, ac per hoc ad pœnitentiam redigendi? Quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adoleſcentibus [o] de quibus eſt beati Leonis Papæ. xxv. [a] regula Decretalium, immo indulgentia [p] obſeruanda.

a ¶*Xxv.*] *Ita eodem numero habetur in codice canonum inter decreta ſeu regulas Leonis.*

In hoc capite videtur Nicolaus permittere maritis, cauſa adulterij vel alterius huiuſmodi criminis vxores ſuas interficere. Sed eccleſiaſtica diſciplina ſpirituali gladio, non materiali criminoſos ferire iubet: illo videlicet gladio, quo Petrus iubetur mactare, & manducare. De quo etiam Chriſtus ait in Euangelio [Non veni pacem mittere [q] in terram, ſed gladium [r].]

Hinc idẽ Nicolaus ſcribit Albino archiepiſ.

¶Non licet alicui vxorem ſuam adulteram occidere. C. VI.

[5] INter hæc ſanctitas veſtra addere ſtuduit, ſi cui vxor adulterium perpetrauerit, vtrũ marito illius liceat [s] ſecundum mũdanam legem eam interficere. Sed ſancta Dei Eccleſia mundanis nũquam conſtringitur legibus: gladium [t] nõ habet, niſi ſpiritualem: non occidit, ſed viuificat.

Item Pius Papa.

¶Pœnitentia eius, qui propriam abſque cauſa peremit vxorem. C. VII.

[6] QVicumque propriam vxorem abſque lege, vel † ſine cauſa, & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit vxorem, armis [u] depoſitis publicam agat [x] pœnitentiam: & ſi contumax fuerit, & epiſcopo ſuo inobediens extiterit, anathematizetur,

o ¶ *Adoleſcentibus.*] i. eadem, in adoleſcentia.
A d d i t i o. vbi eſt iſta indulgentia Leonis, de qua hic dicitur.
p ¶*Indulgentia.*] vide tur ergo quòd indulgentia non eſt regula, & quòd nulla diſpenſatio ſit ius: quod M. & H. concedunt. argum. 1. q. 7. exigunt. & ca. ſi quis omnem. & notaui 5. diſt. de his. Alij vero dicũt, quòd omnis indulgẽtia eſt ius. ſed tale, quo ſuperior vti poteſt, & inferior non poteſt petere. ergo hoc dicendo retulit ſe ad cauſam conſtitutionis & originem: nam per indulgentiam fuit hoc ſtatutum, licet modo ſit ius.

† indulgentia an ſit ius
[3] Sent. 4. diſt. 38 Iuo p. 8. c. 125. Pann. l. 7. c. 15.
[4] infra c. in adoleſcẽtia. Sent. ibid.

q ¶ *Pacem mittere.*] i. confœderare cum vitiis homines. Vel mittere pacem inter homines & vitia.
r ¶*Sed gladium.*] i. diſcordiam & ſeparationem à malis, i. charitatem, quæ ſeparat vitia.

Act. 10. Matth. 10

s INter hæc.] ¶ *Liceat.*] hoc licet ſecundum legem Lombardam: ſed non ſecundum Romanam. Pater tamen eam poteſt occidere in ipſo actu, ſed nõ maritus, & ſi pater vtrumque interficiat vno ictu. ff. ad leg. Iul. de adult. l. nec in ea. & l. ſequenti. ignoſcitur tamen marito ſi vxorem in adulterio deprehenſam occiderit, quo ad pœnæ mitigationem. C. ad leg. Iul. de adul. Gracchus. Et not. ꝙ licet lex antiqua permittat viro occidere adulterum deprehenſum cum adultera in domo ſua, non tamen in domo ſoceri, vt ff. de adult. marito. Nouo iure tamen vbicũque fere poteſt occidere eum poſt tres denuntiationes factas, vt in auth. vt lic. mat. & auiæ. §. pen. & vlt. collat. 8. Nec illud etiam corrigitur per auth. quæ eſt collat. 9. vt nul. iud. §. ſi quando, quia in alio caſu loquitur. Item licet patri ſimiliter detur ſecundum legem licentia occidendi, vt ff. de adulter. nec in ead. ſi tamen interficiat, non excuſatur à culpa vel à peccato, licet à pœna ciuili excuſetur. in criminibus enim dico ſpecialem conceſſionem canonis neceſſariam quo ad culpæ immunitatem. vnde cum dicatur, Non occides. 23. quæſt. 5. ſi non licet. nec ſpecialiter iſti excipiuntur a canone, ergo occidendo peccant: immo viro hoc interdicitur: vt infra ea. cap. admonere. vnde non excuſatur auctoritate iuris ciuilis, ſed & dotem amittit vir, quam lucrifaceret alias. Solus enim iudex excipitur à canone, vt occidat. 23. quæſtio. 5. cum homo. & capit. ſi homicidium.

[5] Sent. ibid. Poly l. 9. tit. 10. Iuo p. 8. cap. 124. & 13 Pan. l. 7. c. 13.
§ Pater filiã, ſed non, maritus vxorem turpiter edeuntem poteſt occidere.
[6] Sent ibid. Burc. l. 6. ca. 17. Iuo p. 50. c. 166. Anſ. l. 10. c. 49. Simile 5. cap. c. 49.
† al. &

t ¶ *Gladium.*] quo ad executionem. Hoc ideo dico, quia Imperator habet illud a Papa. ext. de elect. venerabilem.
v QVicumque.] *Armis.*] i. de pœ. diſt. 5. falſas.
x ¶*Agat.*] argument. quem poſſe compelli ad pœnitentiam, ſed hoc in publicis & enormibus. argument. quæſtione. 1. capitu. vltim.

§ Pœnitentiam facere compellitur quis.

a ¶Sen

quouſque conſentiat. Eadem lex erit illi, qui ſeniorem [a] ſuum interfecerit.

Item Stephanus Papa V. Haſtulpho.

¶Pœnitentia Haſtulphi, qui vxorem ſuam interfecit. C. VIII.

Admonere te cũ lacrymis, & multo gemitu cordis cu ramus, fili Haſtulphe: ſed non filius debes dici [b], qui tã crudeliter infelix homicidium perpetraſti. Nam occidiſti vxorem tuam, parté [c] corporis tui, legitimo matrimonio tibi ſociatã, ſine cauſa mortis, non tibi reſiſtentem [d], non inſidiantem [e] quoquo modo vitæ tuæ. Non inueniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem: ſed concitatus à diabolo, impio furore inflammatus, latronum more atrocius eam gladio tuo, crudelior omni beſtia, interemiſti: & nunc poſt mortem eius addis iniquitatem ſuper iniquitatem filiorũ tuorũ improbe prędo [f]. Qui matri nõ peperciſti, & filios tuos orphanos feciſti, inducere ſuper eam vis mortis cauſam poſt mortem: [g] per vnum homicidã, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam. Quoniã nec Euangelium, nec vlla diuina humanaq; lex vnius teſtimonio etiã idoneo quépiam condẽnat, vel iuſtificat: [h] quanto magis per iſtum flagitioſiſſimum, & ſceleſtum nec illa viua debuit condemnari, nec [*] a te poſt eius mortem accuſari? Prius cauſa criminis ſubtiliter erat inueſtigãda: & tunc, ſi ita fuiſſet inuẽta, ſecundum legis tramitem debuit accipere vltionis vindictam. Nam ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut ille adulter mẽtitus eſt, poſt ſeptem annos pœnitentia [i] peracta dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes: occidere tamen eam nullatenus debuiſti. Nõ enim vult Deus mortem peccatoris, ſed vt cõuertatur ad pœnitentiam, & viuat [*]. Idcirco placeat tibi conſiliũ noſtrum, & hoc fac, q̃ melius tibi, leuiuſq; videri poteſt: miſerere animę tuę, vt non ſis tu tibimet ipſi homicida. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum [†] ſæculum, quod te traxit ad tam immaniſſimum peccati facinus: ingredere monaſterium [k], humiliare ſub manu abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus obſerua cuncta ſimplici [†] animo, quę tibi fuerint imperata: ſi forte [l] ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priuſquam crucieris perpetuis flammis. Hoc leuius, & melius tibi eſſe certiſſime ſcias. Sin autem publicã pœnitentiã, permanẽs in domo tua, vel in hoc mũdo vis agere (quod peius tibi & durius, & grauius [m] eſſe non dubito), ita vt agere debes, exhortamur, omnib⁹ diebus quibus pœnitere debes, vinum & ſicerã [n] nõ bibas, carnẽ [o] nullo vmquam tempore comedas, præterquam in Paſcha, & in die Natalis Dñi: in pane, & aqua, & ſale pœnitẽtiã age, in ieiuniis, & vigiliis, & orationib⁹, & eleemoſynis omni tempore perſeuera: armis numquã cingere [p], nec in quolibet loco litigare [q] pręſumas. Vxoré nũquã ducere [r], concubinã non habere, nec adulteriũ cõmittere audeas: in balneo nũquam laueris [s], in conuiuiis lætantium nũquam te miſceas, in eccleſia ſegregatus ab aliis Chriſtianis poſt oſtiũ, & poſtes humiliter te repone, ingredientium, & egrediẽtium ſuppliciter orationibus commenda te, communione corporis & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignũ te exiſtimes [t]: in vl-

a ¶*Seniorem.*] id eſt epiſcopum vel alium prælatum, vel dominum ſuum. arg. 3. q. 4. c. 4. 25. q. 2. ita nos

Admonere.] Casvs. Hu. ſic ponit hunc caſum. Iſte Haſtulphus vxorem ſuam interfecit, & poſt mortem eius eam de adulterio accuſabat: volens filios, quos ex illa habuerat oſtendere eſſe adulterinos, & ita indignos ſucceſſione paterna: & ad hanc excuſationem inducebat vnũ ſolum teſtem homicidam & adulterum. Primo ergo Papa redarguit eum de morte vxoris. Poſtea notat eum de tribus, ſc. quia poſt mortem eius illam accuſabat, quia per vnicum teſtem, & eũ reprobũ, & criminoſum. Poſtea oſtendit ei quam pœnitentiam debeat agere, & ponit in eius optione an in monaſterio vel extra velit agere pœnitentiam. *Prędo*, i. ſpoliator: quia ſpoliaſti eos matre.

b ¶*Dici.*] ar. quem priuari nomine ratione criminis. iuxta illud: Si te priueris, nec nomen habere mereris. arg. 13. q. 1. poſtquam. 2. q. 7. §. quibus ergo. 2. q. 1. ſcelus. & C. de fer. à nullo. Arg. contra. de pœ. diſt. 4. ſi ex bono. nam filij Dei dicuntur qui nõ erant in eccleſia.

c ¶*Partem.*] ſimile ſ. 31. q. 2. de nuptiis. & 27. q. 2. Agathoſa. & eſt arg. q̃ qui excipit alimenta ſibi, videtur excipere vxori [a], cũ ambo ſint vnum corpus, & etiam filiis & ſeruientibus. arg. 50. diſ. ſtudeat. & ff. de vſu & hab. l. 2.

d ¶*Reſiſtentem.*] ſupple maxime: quia ſi etiam reſiſteret vel inſidiaretur, nõ ideo deberet eã interficere.

e ¶ *Non inſidiantem.*] non eſt hic argumentandum à contrario ſenſu propter capitulum 32. q. 5. quidquid.

f ¶*Prędo.*] non q̃ eos priuare poſſe. [‖] licet enim vxor propter adulterium interficiatur, dos tamẽ ad eius filios deuoluitur: in auth. vt li. ma. & auiæ. §. ſi de adulterio. ſed quia eos ſolatione & protectione materna priuare conaris, ‖ licet enim regulariter lucrifaciat dotem ob adulterium vxoris, ext. de don. inter vir. & vx. c. plerumque. hoc tamen caſu non lucrifacit, cum eam interficit, etiam ſi pactũ fecit, de ea lucranda prius. ff. ſol. ma. ſi ab hoſtibus. §. 1.

g ¶*Poſt mortem.*] cum crimina extinguantur morte. 23. diſt. quorumdam. C. ſi reus vel accu. l. 1. niſi ratione bonorum quis agere velit. C. e. l. vlt. C. ſi pend. app. mors interue. l. 2. ff. de rei ven. vtique.

h ¶*Vel iuſtificat.*] vnde non tenet 11. q. 1. quicumque. creditur tamen vni tamquam recitatori, vel tãquam ſocio, vt 8. q. 3. talia. 86. di. tãta.

i ¶*Pœnitentia.*] arg. q̃ poſt peractam pœnitentiam & crimen purgatum poteſt quis accuſari de crimine illo, vt 15. qu. 5. presbyter. & 25. ſchiſ. fraternitatis [b]. nã perferens memorandi criminis labẽ, &c. di. 61. nõ negamus. & 1. q. 7. ſi quis omnem. nam per pœnitentiam non deſinit quis eſſe nocens. ff. de ædi. edi. quis ſit fugitiuus. immo etiam poſt baptiſma poteſt de hoc accuſari, vt extra de diuor. gaudemus. in fi. Ar. contra. 23. q. 4. ſi illic. & 32. q. 1. quod autem. in fi. [c] & c. non erit. & c. apud. & 50. diſt. ferrum. & ext. de accu. de his. ff. de ædil. edi. quod ita. De hoc dixi 6. q. 1. qui crimen. & c. illi qui. Sed nonne præiudicat ſibi maritus tacendo per ſeptennium: ‖cum vltra quinquennium non audiatur accuſatio adulterij, vt C. de adult. adulter. Sed illud obtinet quo ad pœnam legalem, nõ quo ad petendum diuortium, ext. de proc. tuæ. Numquid ergo in infinitum poteſt eam accuſare? Dicunt quidam, q̃ non, vltra viginti annos, vt C. de fal. querelam. Hugo dicit q̃ vſque ad milleſimum, & quandocumque claruerint crimina, vt 81. diſ. quicumque. & diſ. 8. qui contempta. 24. q. 3. ecce. Et q̃ dicit, pœnitentia peracta, ſed ante latam tamen ſententiam. ſ. prox. q. 5. c. Chriſtiana.

k ¶ *Monaſterium.*] ex hoc loco videtur, q̃ quantumcumque pœnitentiam quis teneatur finire, ſi intret religionem, ad illam non teneatur: ‖ quia religio ſoluit vinculum iuramenti, vt extr. de iureiu. peruenit. Item ſoluit votum, vt extr. de vo. & vo. redemp. ſcripturæ. Item ſoluit vinculum obediẽtiæ, 19. q. 2. duæ. Licet ergo à Papa ſit alicui iniunctum in pœnitentiam vt eat Romam, vel aliquid huiuſmodi faciat, & intret religionem, non dicitur tranſgreſſor. ille enim dicitur traſgredi, qui deſerit maius pro minori, vt 20. q. 3. propoſitum. & 17. q. 1. qui bona. arg. ad idem. ĩ. de pæ. di. 1. §. his auctoritatibus. & hoc Hug. concedit. Alij dicunt q̃ tenetur adimplere quod promiſit, & qđ iniunctum eſt ei pœnitentia: niſi abbas diſpenſet ſecum. 18. q. 2. c. nullam.

l ¶*Si forte.*] non ponitur dubitatiue, immo nota eſt aſſertionis. & eſt penitus ſi. de pæn. diſt. 1. quamobrem.

m ¶*Et grauius.*] viſum enim fuit maioris pœnæ conuerſari inter homines, & hominũ carere ſuffragiis, quã procul ab hominibus ſolatium hominum non ſentire. C. de apoſta. hi qui.

n ¶*Siceram.*] ‖ per ſiceram intellige omnem potum qui inebriat [d], vt 35. diſt. in palea. vinolentum.

o ¶*Carnem.*] ſed numquid oua, cum ouum ſit caro liquida? vel lac, cum lac nõ ſit niſi ſanguis colore mutato? Dicimus quòd non. & hoc vult littera illa quæ ſequitur, in pane & aqua: ſed tamẽ poteſt intelligi quòd hoc debeat facere in certis diebus, vt legitimis feriis. ‖Sed numquid de lardo vetetur? numquid nomine carnis eſt prohibitum? Videtur quòd non. arg. 82. diſt. presbyter. ibi enim ſagimen permittitur, quando oua permittuntur [e].

p ¶*Numquam cingere.*] niſi conſilio epiſcopi pro iuſtitia defendenda. Et eſt ſi. ĩ. de pæn. diſt. 5. falſas.

q ¶*Litigare.*] hoc ideo dicit, quia apud ſæculare tribunal non debet ſuam querimoniam diſceptando proponere quiſquam publice pœnitens, ſed eccleſiaſticum iudicium debet adire. ſ. 11. q. 1. aliud. ſupple ergo hic, niſi in propria cauſa, & coram eccleſiaſticis.

r ¶*Numquam ducere.*] ſi tamen duxerit, tenet matrimonium. arg. ſ. ea. quicumque. Alij dicunt contra, vt not. ĩ. ea. §. de pœnitentibus.

s ¶*Numquam laueris.*] niſi de neceſſitate, de conſec. diſt. 3. peruenit.

t ¶*Exiſtimes.*] ‖ergo videtur quòd magis peccat qui vxorem interficit, quàm qui matrem: quia maior pœnitentia imponitur hic vxoricidæ, quàm matricidæ in illo c. latorem. quod eſt ĩ. e. q. & ſic maius eſt crimen. arg. 24. q. 1. non afferamus. quod concedit Hug. nam dicit

Burch. l. 6. c. 40. lib. p. 8. c. 126. Pã. l. 7. c. 16.

a De vxore prius habita credit H. hoc eſſe verum, ſed de poſtea ducta non videtur eſſe verũ, ſcd'm H. & Ion. alimit. hũc tex. per l. ſi decurio. ... de fal. & per l. Theopompus ff. de doc. præl.

‖ adultera licet interficiatur, dos tamen ad eius filios deuoluitur.

‖ Vxor adultera perdit dotem.

b Concor. cum hac gl. 3. & quo ibi not. ... ac ... gl. in c. cum dilecta. de ele.

c Vbi de hoc & 26. q. quicunque.

‖ Accuſatio adulterij poſt quinquennium nõ auditur.

Ezech. 33.

† Tex. eſt ſi. in auth. vt non lux. cõtra nat. in prin. col. 1. & in l. imperialis. C. de nup.

† al. malignũ.

‖ Religio multa ſoluit.

† al. ſupplici.

‖ Sicera.

d Sub. præter vinum. Sed numquid ... lac ... aquam, aut ... comedere? ... H. credo quod ... quia ... non inebriant. ...

‖ Lardum ... comprehenditur nomine carnis.

e Concord. text. in l. tepetua. ... Barc. C. de ... lib. ...

‖ Vxorem occidere grauius eſt quàm matrem.

cit, ꝙ magis peccat qui ſeipſum interficit, quam qui alium[a]. 23. q. 5. ſi non licet. vnde magis peccat, qui partem corporis ſui interficit quam qui matrem. Probat hoc etiam per illam auctoritatem. Propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori ſuæ. ext. de biga. debitum. alij dicunt ꝙ magis peccat qui matrem interficit, quā qui vxorem: ſed quia homines proniores ſunt ad interficiendum vxores. ideo ob hoc magis puniūtur, vt ſic retrahantur à tali facinore. Vnde non valet hæc argumentatio: grauius puniuntur, ergo grauius peccāt. Et eſt ſimile in fornicatione notoria. licet enim multa crimina ſint grauiora: tamen quia facilius & fœdius delinquitur in hoc crimine quam in aliis, ideo durior pœna in eo ſtatuitur. ar. 32. diſt. §. verum.

a Hæc ratio etiam eſt in matre vt patet 15. qu. 3 §. hac auctoritate. & C. de in p. & al. ſubſt. l. vlt. in ſi. Arc.

† al. impētrū.

timo tamen exitus vitæ tuę die, ſi merueris, pro viatico, ſi ſit, qui tribuat, tantummodo venialiter[a] vt accipias, tibi cōcedimus. Sunt & alia multa, quæ tibi nimis durius, & ſatis acrius erant iuxta magnū pondus peccati infelix adiicienda. Sed ſi hęc omnia, quę tibi miſericorditer ſupra dicta ſunt, perfecto corde Domino auxiliante, feceris, & cuſtodieris: cōfidimus de immenſa Dei clemētia remiſſionem habiturū te tuorum peccatorum, & ſecundum dictū† iuſti, bonique paſtoris reſoluet te ſācta eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipſius gratiā, qui eam ſuo ſanguine acquiſiuit, ſolutus ſis in cœlis. Sin autem aliter feceris, & ſanctæ matris eccleſiæ tam ſalubrem admonitionem deſpexeris, ipſe tibi ſis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, pmanebis, & ſanguis[b] tuus ſuper caput tuum: nos alieni[c] à conſortio tuo pro aliorum filiorum Dei ſalute, ipſo opitulante, omni ſolicitudine nitimur deſudare, & Domini miſericordiam attentius quotidie implorare.

a ¶ *Venialiter.*] arg. ꝙ eccleſia poteſt corpus & ſanguinem Domini quibuſdam etiam in fine prohibere. ar. 27. q. 1. impudicas. ar. diſ. 50. pœnitētes. cōtra. ſ. 26. q. 6. de his. cōtra. ſ. 2. q. 3. ſi quis epiſcopum aut presbyterum ſ. 13. q. vlt. quęſitū eſt. ibi, ſecundum præcepta canonum. Ad hoc dic ꝙ quādoque illud quod iure communi competit, dicitur concedi reſpectu miſericordiæ & pietatis. arg. ſ. 11. q. 3. quoniam. ff. de vulg. ſi extraneo. & in ceteris cap. hic ſignatis. nam vniuerſæ viæ Domini. miſericordia & veritas. Ioan.

Oſee. 4. *Matth. 19.*

b ¶ *Sanguis.*] i. peccatum. Vnde illud. Sanguis ſanguinem tetigit, id eſt, peccatum. 44. diſt. Epheſiis. Io.

c ¶ *Alieni.*] Arg. ꝙ non imputatur prælato ſubditorum malitia, ex quo per eum non ſtat quominus corrigantur. ag. 7. q. 1. §. cū autem. ſ. diſt. 44. Epheſiis. ſ. 47. diſt. c. vlt.

a ¶ Nec à te.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, nec tu poteris poſt mortem eius excuſari.

Item Auguſtinus de adulterinis coniugiis, lib. 2. c. 15.

¶ Potius vxore viuente aliam ducat quis, quam humanum ſanguinem fundat. C. IX.

242 Pann. l. 7. c. 17.

SI (quod verius dicitur) non licet[d] homini Chriſtiano adulteram coniugē occidere, ſed tantum dimittere, quis eſt tam demens, qui dicat ei, fac, quod non licet[e], vt liceat tibi, quod non licet[f]? Cum enim vtrumque ſecūdum legem Chriſti illicitū ſit, ſiue adulteram occidere, ſiue illa viuente alteram ducere, ab vtroque abſtinendum eſt, non illicitum pro illicito faciēdum. Si enim facturus eſt, quod non licet, iam faciat adulterium[g], & nō faciat homicidium, vt viuente vxore ſua, alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat. Quod ſi eſt vtrumque nefarium non debet alterum pro altero perpetrare, ſed vtrumque vitare.

SI, quod verius dicitur.] CASVS. Beneuen. ſic breuiter ponit hunc caſum. Non licet viro vxorem adulteram occidere, nec etiam ita dimittere quòd aliam viua ea ſuperducat: ſed ſi alterum preciſe vult facere, potius ſua viua aliam ducat, quàm ſuam occidat. Sequens §. patet, & ad id quod in fine §. dicitur, inducit c. ſequens.

d ¶ Non licet.] nam dicit lex ꝙ vnum delictum propter aliud non minuit pœnam, vt ff. de pri. delit. l. 2. & eſt arg. quòd in delictis compenſatio non admittitur. arg 14. diſt. c. 1.

e ¶ *Quod non licet.*] ſcilicet occidere vxorem ſuam.

f ¶ *Quod non licet.*] ſcilicet aliam ducere ea viuente.

g ¶ *Adulterium.*] ſic ergo permittitur minus malum vt euitetur maius[b]. ſ. 26. q. 2. ſi qui. ſ. 22. q. 1. c. vlt. ſ. diſ. 84. presbyter. ſ. prox. quæ. 7. quid in omnibus contra. [Sol. grauius eſt homicidium quàm adulterium. ſed ibi[c] expone grauius. i. generalius 50. diſtin. quia tua. Vel turpius ratione inquinationis 32. q. 1. in coniugio. & non eſt conſilium vel præceptum quod hic dicitur: ſed eſt comparatiua permiſſio, quæ non excuſat à peccato.

b Sic 32. q. 1. c. cōſidera.

c Homicid. grauius eſt adulterio. ſ. ſe. in præced. ca. quid.

ADDITIO. Quod dic vt plene no. 3. diſt. c. vlt. in prin.

IN PRAEMISSIS. Hæc eſt 4 pars q. in qua dicitur quod in ſeq. c. continetur. Ioan. de Fant.

h ¶ *In præmiſſis.*] ſic intellige 31. q. 1. hac ratione.

4 In præmiſſis[h] auctoritatibus quique prohibentur adulteras coniuges ſuas occidere: ſed permittitur poſt ſeptem annorum pœnitētiam eis illas dimittere. Si autem illas interfecerint, iubetur ſine ſpe coniugij perpetuo manere: niſi forte propter lapſum iuuenilis incontinentiæ ad matrimonia contrahenda eis miſericordia impendatur[i]. Clericis autem conceditur ſi vxores eorum peccauerint, ſine mortis acerbitate habere eas in cuſtodia, & ad ieiunia eas cogere: non tamen vſque ad necem affligere.

Vnde in Toletano concilio primo, cap. 7. legitur.

¶ Clerici, ſi vxores eorum peccauerint, præter necem eas domi cuſtodiant, & ad ſalutaria eas cogant ieiunia. C. X.

2 Iuo p. 8. c. 283.

PLacuit, vt ſi quorumcunque clericorum vxores peccauerint, ne forte licentiam[k] peccādi plus habeant: accipiant mariti earum hanc poteſtatem[l] præter necem cuſtodiendi ac ligandi in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria, non mortifera eas cogentes: ita, vt inuicē[m] ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſeruitia[n] forte non habeant. Cum vxoribus aūt ipſis, quæ peccauerint, non cibum[o] ſumant, niſi forte ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.

i ¶ *Impendatur.*] ſ. ea, interfectores.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic quòd ſi vxores clericorum peccauerint, eas non occidant, ſed eas cuſtodiant, ne decetero habeant licentiam peccandi, macerando eas verberibus & fame: ſed non vſque ad mortem: cum eis autem non comedant: niſi prius vere pœniteāt. ſequens §. patet, ad quem inducit ſeq. c.

k ¶ *Licentiam.*] i. impunitatem. Simile 45. diſt. cum ſyncera.

l ¶ *Poteſtatem.*] Nam ſi eam etiam male verberauerit, niſi pro cauſis in lege expreſſis, punitur in pecunia: quia dabit ei tertiam partem donationis, quam dedit propter nuptias, vt in authen. vt liceat mat. & auiæ. §. ſi quis autem. collat. 8. ſi autem quis non dedit dona propter nuptias, punitur in quarta parte totius ſuæ ſubſtantiæ, ſi eius ſubſtantia non excedit ccc. aureos: ſi excedit, dabit c. aureos. C. de repu. l. vlt. Item nō dico quòd ipſemet debeant eis pœnitentiam iniungere[d], ſed compellere vt accipiant ab aliis. Sed nūquid laicus idem poteſt de vxore ſua? Dico quod nō. quia non inuenio expreſſum, caſtigare tamen poteſt eam, vt notaui ſupra ſeptima, quæſtione prima. ſicut alterius. Sed quare dicit quòd pauperes clerici ſeruiant ſibi? Dic quòd reſpondet tacitę obiectioni. quaſi dicat, & ſi mulieres ligatæ non poſſunt eis ſeruire: pauperes clerici, qui non poſſunt alios ſeruientes habere, ſeruiant ſibi vice mutua. Item ſecundum Hug. non poterunt illas reconciliare ſibi, niſi nollēt promoueri. argum. 33. diſtinct. ſi cuius. Alij autem dicunt illum non impediri cuius vxor cognoſcitur ab alio, ſi ipſe non conſentiat eius adulterio. vnde bene poſſunt eas reconciliare etiam quo ad carnis commercium: nec eis in aliquo præiudicatur. quod tamen intelligas ſecundum quod dixi ſupra trigeſima-quarta diſtinctione. ſi cuius.

d Super hoc videas quod not. 1. c. q. 1. omnes ingl. non not. &c. Arc.

n Vxores clericorum ſi peccent, quid iuris.

m ¶ *Ita vt inuicem.*] argument. vndecima, quæſtione prima. dilectiſſimis. argument. 11. quæſt. 1. ſicut enim. argument. diſtinct. 90. præcipimus.

n ¶ *Si ſeruitia.*] i. ſeruientes.

o ¶ *Cibum.*] & eſt hoc propter enormitatem delicti: tamen ipſam excommunicatam non debet vitare[e]. 11. qu. 3. quoniam multos. quod te falſum eſt.

e idem ſentit hic Lau. cuius ſunt iſta gloſ. de hoc not. 17. q. 1. de filia. Arc.

NVNC AVTEM. Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua dicitur quòd hic & in ſequenti capitul. continetur. Ioannes de Fantu.

5 Nunc autem quæritur, quare ſacris canonibus ſit inſtitutum, vt poſt ſeptem annos, pœnitentes in priſtinum ſtatum reuocentur.

De his ita ſcribit Iſidorus ad Maſſonem† Epiſcopum in præfatione ad librum de ſummo bono.

† al. Maſſanū.

¶ Quare ſit inſtitutum poſt ſeptem annos in priſtinum ſtatum pœnitentes redire. C. XI.

3 Rab. l. pœn. c. 3. Poly. l. 4. tit. 30. Anſ. l. 8. c. 37. Iuo p. 6. c. 398. & p. 15. c. 91.

HOc ipſum, quod canonum cenſura poſt ſeptem annos remeare pœnitentē in priſtinum

HOc ipſum.] CASVS. Quòd peccator poſt ſeptennem pœnitentiam ad priſtinum ſtatum reſtituitur, hoc non ex carnali arbitrio, ſed ex diuina ſententia ſancti Patres ſanxerunt: quod probatur exemplo ſororis Aaron: quæ propter murmurationem, quam fecit aduerſus Moyſem, eiecta fuit extra caſtra ſeptem dieb. vt mundaretur, per quod notatur ꝙ vij. annis debet aliquis penitere antequam in ſtatum priſtinum reuertatur. In 2. parte dicitur, ꝙ cum in geſtis

concilio

ſtatum præcipit [a], &c. *vt in [α] tractatu ordinandorum de lapſis*, non hoc ex electione proprij arbitrij, ſancti Patres, ſed potius ex ſententia diuini iudicij ſanxerunt. Nam legitur [b], quòd Maria ſoror Aaron prophetiſſa, dum † detractionis † aduerſus Moyſem incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ perfuſa eſt. cumque peteret Moyſes, vt emundaretur, præcepit eam Deus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emũdationem rurſus eam in caſtra admitti. Maria ergo ſoror Aaron, caro intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbię dedita, ſordidiſſimis cogitationũ † maculatur cõtagiis, extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt, extra collegium ſanctę eccleſię ſeptem annis proiicitur, vt poſt emendationem vitiorum loci, vel priſtinę dignitatis recipiat meritum. *& poſt pauca.* ¶ In fine [β] autẽ epiſtolæ hoc adiiciendum putaui, vt quotieſcumque in geſtis conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius ſententia magis teneatur, cuius antiquior [c] aut potior extat auctoritas.

Num. 12.

α ¶ *Vt in tractatu ordinandorum de lapſis*] *Abſunt hæc à pleriſque vetuſtis, ſed non ſunt expuncta, quia ſic ſolet citare Gratianus, vt indicatur cap. presbyter. ſ. diſt. 82.*

β ¶ In fine autem.] *Hæc vſque ad finem abſunt ab vno antiquo Gratiani exemplari.*

Hoc autem quamquam de ſacerdotibus videatur ſpecialiter dictum: generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi. Ad imitationem namque illius Dominicæ ſententiæ Dauid de adulterio [d], & homicidio reprehenſus vnius hebdomadæ ieiunium in ſatisfactionem admiſſi ſceleris Deo legitur obtuliſſe. Hinc etiam eccleſiaſtica conſuetudine eſt vſurpatum [e], vt maiorum [f] criminum pœnitentia ſeptem annorum ſpatio concludatur, niſi vel officij excellentia [g], vel criminum magnitudo vulgarem conſuetudinem excedens (veluti, dum contra naturam humanæ ſocietatis parentibus, vel liberis, vel aliis cuiuſmodi perſonis impudice adhæremus: vel dum relicto naturali vſu contra naturam more ſodomitico fornicamur. vel vſque ad coitum brutorum animalium prolabimur.) præmiſſum ſpatium tranſcendere cogat. 6. ¶ De pœnitentibus [h] quoque quæritur, an eis generaliter poſt pœnitentiam peractam coniugia concedantur. Generaliter enim canonica auctoritate prohibentur pœnitentes ad ſecularem militiam redire, vel matrimonia contrahere.

2 Reg. 12.

Vnde Syricius Papa, epiſt. 1. ad Himerium epiſcopum, c. 5.

¶ Pœnitentes matrimonia contrahere prohibentur. C. XII.

2 DE his vero non incongrue dilectio tua Apoſtolicam ſedem credidit cõſulendam, qui acta pœnitentia, tanquam canes, ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes & militiæ [i] cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filij prodiderunt [k]. De quibus quia iam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum vt ſola intra eccleſiam fidelibus oratione iungantur [l], ſacris myſteriorum celebritatibus (quamuis nõ mereantur) interſint, à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur: vt hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubuenire: quam formam

a Burc. l. 19. c. 57. Iuo p. 15. c. 71.

conciliorum diuerſa inueniatur ſententia vel opinio: illius ſententiæ teneatur, cuius antiquior & potior extat auctoritas. Secunda pars incipit ibi, *In fine autem epiſtolæ.*

a ¶ *Præcepit.*] i. permiſit poſt ſeptem annos. ſ. diſt. 82. presbyter. contra, ſed varietas canonum eſt in pœnis infligendis, || & pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, vt 26. q. 7. tempora. & in his minor pœnitẽtia eſt amplectenda. ff. de arbit. diem proferre. §. ſi plures. & l. non diſtinguemus. in princ. & diſt. 50. eos vero.

|| Pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.

b ¶ *Nam legitur.*] licet olim peccatum murmurationis non mulctaretur morte: hodie tamen repellit (vt dicit H.) à promotione. arg. 90. di. alienus. quia nec omnia nec ſo..., &c. vt notauit 54. diſt. multos. H. ſic inſertur vna ratio, quare ſeptennis pœnitentia imponatur: quia Maria, &c. Theologi aliter aſſignant, vt ſicut propter peccatum ſeptiformis ſpiritus ſancti gratiam amiſit, || ita per pœnitentiam ſeptenniem eam recuperet.

† al. cum

† al. obtrectationis

† al. corruptionum

|| pœnitentia ſeptẽnis eſt pro mortali imponenda.

c ¶ *Cuius antiquior*] ſim. ſ. 50. diſt. domino ſancto. in hac. vbi de hoc dixi.

1 ſ. diſt. 50 dño ſancto.

HOC AVTEM QVAMQVAM. Casvs. Dicit G. quòd licet videatur dictum, quòd ſacerdotes ſpecialiter debeant facere ſeptennem pœnitentiam: hoc tamen generaliter ad omnes extenditur, & probatur exemplo Dauid, qui ad imitationem Dominicæ ſententiæ de adulterio & homicidio ſeptẽ diebus pœnituit. vnde poſtea eccleſia habuit in vſu, vt pro mortali peccato ſeptennis pœnitẽtia fieret: niſi enormitas delicti, vel dignitas officij maiorẽ neceſſario requireret: autem quòd generaliter pœnitẽtes matrimonia cõtrahere prohibentur, & ad hoc inducit ſeq. c. Dominicæ ſententiæ, de Maria, l. vt ſ. c. proximo.

d ¶ *Dauid de adulterio.*] Legitur in libro Regum 2. c. 12. quòd Nathã propheta cum redargueret Dauid de adulterio & homicidio, deſcendit de ſolio, & grauiter eſt contritus: & dixit Nathan: tranſtulit Dominus peccatum tuum: verum tamen filius qui natus eſt tibi, morte morietur. percuſſit ergo Dominus paruulum vſque ad vitæ deſperationem: & pro paruulo ieiunauit Dauid, & noluit cõſolari. Accidit autem die ſeptimo vt moreretur infans: & videns Dauid ſeruos viulantes, intellexit quòd mortuus eſſet: qui lota facie, & mutata veſte: intrauit domum Domini, & adorauit: & exhilaratus rediit in domum ſuam.

e ¶ *Vſurpatum.*] id eſt, vſu habitum.

f ¶ *Vt maiorum.*] ſ. 22. q. 1. prædicandum.

g ¶ *Excellentia.*] vt ſ. 82. diſt. presbyter. & 22. q. 1. deuotam. ſ. 24. q. 1. ſi quis dederit, tamẽ omnia iſta ſunt in arbitrio ſacerdotis 27. q. 7. tempora. Vnde canones non ponunt menſuram pœnitentiæ: ſed omnia hæc arbitrio ſacerdotis relinquuntur, & ſ. de pœn. diſt. 1. menſuram.

|| pœnitẽtiæ menſura per canones non ponitur

DE POENITENTIBVS. Hæc eſt 6. pars q. in qua quæritur, vtrum pœnitentes ſollenniter poſſint contrahere? Et dico quòd non debent, niſi eſt iuuenes: ſi tamen contrahunt, tenet matrimonium. Ioan. de Fan.

|| Pœnitens ſolẽniter an poſſit poſt ea matrimonium contrahere.

h ¶ *De pœnitentibus.*] hic mouet magiſter quandam incidẽtem quæſtionem, an poſt ſolennem pœnitentiam poſſit cõtrahi matrimonium? Et tres ſunt opiniones de ſolenniter pœnitentibus. Quidam dicunt, quòd nullus ſolenniter pœnitens poteſt contrahere niſi ex diſpenſatione ſ. ea. antiqui. quia intelligitur vouiſſe: & ſic intelligũt c. ſ. ea. de his. pœnitens enim ſemper viuit ſub regula eccleſiaſtica, vt de pæ. diſ. 5. contrarium. Hu. vero dicit, quòd quilibet pœnitẽs poteſt contrahere, niſi tantum in tribus caſib. puta pro vxoricido, vel niſi iniũctum hoc ſit ei nomine pœnitentiæ, vel pro raptu ſponſæ alterius, vel pro inceſtu. Adhuc tamẽ excipit adoleſcẽtes, qui (vt dicit) de iure communi poſſunt contrahere. Ideo autẽ in tribus his caſibus prohibetur: quia in his contaminatur matrimonium. Alij tamen ponunt quinque caſus, in quibus poſt ſolennem pœnitẽtiam non licet cõtrahere. Vnus eſt per inceſtũ, vt 32. q. 7. ſi quis viduam. Itẽ pro vxoricidio, ſ. e. interfectores. Item pro raptu ſponſę alterius. 27. qu. 2. ſtatutum. nec contradicit 36. q. 2. tria. nam ibi illa non erat ſponſa. Item pro concubitu cum moniali. 27. quæ. 1. vt lex. Item pro homicidio presbyteri, vt ext. de pœn. & re. qui presbyterũ. Item pro eo quòd doloſe ſuſcepit filiũ de ſacro fonte 30. q. 1. de eo. Et dicunt quidam, quòd ſi iſti contrahant, non tenet matrimonium arg. ſ. ea. interfectores. Si tamen tales ſint, qui non poſſunt continere, de licentia epiſcopi poſſunt contrahere, & conſenſus epiſcopi facit matrimonium talium tenere, vt ſ. e. c. vlt. Alij dicunt matrimonium talium tenere, licet prohibeantur cõtrahere: niſi apponatur in conſtitutione, quòd ſi contraxerint, ſeparentur [a]. quod credo verum. ad hoc facit extra de præſ. c. dilecto.

a Ad hoc facit expreſſe ... de deſp. impub. ... ſoluend. in h. A. c.

DE his.] Casvs. Quidam poſt acceptam ſolennem pœnitentiam ad militiam redeunt ſæcularẽ. Alij viuunt incontinenter, vt per filios male genitos apparet: de quibus ita ſtatuitur: vt quamuis non poſſint iterum ſolenniter pœnitere, tamen eccleſias intrant, & admittuntur ad ſacramentum, ſed non ad communionem niſi in fine vitæ. Quod autem de viris dicitur, eſt de mulieribus ſimiliter intelligendum. *Improfeſſam*, id eſt, male profeſſam.

DE HIS Hoc c. poteſt intelligi de pœnitente ſolenniter pro antiquo prædictorum criminum, & tunc dic *improfeſſam*. i. continentiam male profeſſam, i. non ſeruatam. Et quod poſtea dicit, *non habent ſuffugium pœnitendi*, verum eſt quòd ſolennis pœnitentia non iteratur. 50 diſt. §. poteſt. licet G innuat contrarium ſ. de pæ. di. 3. § ex perſona. Poteſt etiam hoc c. intelligi de his qui votum emiſerũt, & poſt cõtraxerunt, nec tenuit matrimonium: & tunc dicit, improfeſſam, id eſt, male profeſſam, Et dic quòd non habent ſuffugiũ pœnitendi, i. cõtra profeſſionem ſuam veniendi. omnia alia plana ſunt.

i ¶ *Et militiæ*] Sed numquid ita generaliter verum eſt, quòd ſolenniter pœnitens non debeat redire ad cingulum militiæ? Dicunt quidam hoc eſſe conſilij non autem præcepti. & ita intelligunt de pæ. diſt. 5. falſas. Hoc alij intelligunt in eo caſu tantum, cum eis hoc iniungitur in pœnitentia. Alij dicunt iſtud tantum eſſe intelligẽdum quando agit pœnitentiam ſolennem pro crimine in militia commiſſo, & hoc innuit illud c. falſam.

|| Pœnitens ſolẽniter an poſſit ad honeſte ...

k ¶ *Prodiderunt.*] ſimile 82. diſt. propoſuiſti. ſ. di. 28. priuſquam. C. de epiſc. aud. nemo,

|| Hic aduerte quod nota. 50 diſt. ſi quis poſt.

l ¶ *Iungantur.*] de pæ. diſt. 5. ſi qui vero.

a ¶ Et circ

a ¶ *Et circa mulieres.*]arg. ꝙ ſolennis pœnitentia ita iniungitur fœminis ſicut & viris.arg.5~.diſt.pœnitentes.j.e.c.antiqui.&q.5.ſ œ. pitentiam.ſ.27.q.1.virginibus.& c.ſi quis facto.j.e.c.1.

SED QVIA. CASVS. Iſte §.reſpicit ſuperiorem §.vel c.proximum ſequens.Dicitur ergo hic,ꝙ quidam timebant ne ſi ſolenniter pœniterent, diſſolueretur coniugium,vel ne amplius poſſent contrahere cum eſſent adoleſcentes, & ſic non pœnitebant: & ideo ſtatutum fuit vt poſſint vti matrimonio contracto,& cum alijs de nouo contrahere. & ad hoc inducit ſeq.c.

b ¶*Contrahere.*]quantum ad hoc vt vtatur matrimonio iam contracto,non eſt permiſſio,licet forte ita intellexerit Gra.Io.

A*udiuimus.*]CASVS. Quidam ſtulti erant in falſa opinione, vt ſi pœnitẽtiam agerent, oporteret eos vxores habitas relinquere.Præcipit ergo Leo, vt pœnitentiam agant, & vxores relinquere nó teneantur.

c ¶ *Audiuimus.*]ſi hoc c.intelligas de priuata pœnitentia, planũ eſt, ſi de publica, tunc loquitur de matrimonio iam contracto.

I*N adoleſcentia.*]CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis adoleſcens pro aliquo periculo imminente ſolẽnem egerit pœnitentiam, & poſtea propter lapſum carnis vxorem duxerit, nec ipſum condẽnamus, nec regulã ſic faciendi in alijs conſtituimus.

d ¶*In adoleſcẽtia.*]hoc c.dupliciter pt intelligi.Primo de eo ſolùto, qui egit ſolennẽ pœnitentiam pro aliquo dictorum criminum, poſt contrahit, & ſecundum hoc facit Grat. mentionem de hoc ſ.ead.interfectores.nec fit mentio de hoc j.e.antiqui.ſed de alia conſtitutione Leonis, quam non habemus,cum illud antiqui, de cõiuncto in matrimonio intelligatur,qui tale quid committit propter quod egit ſolennem pœnitentiã pro aliquo prædictorum criminum, de quo ibi dicitur, ꝙ debet vti vxore ſua quouſque poſſit ſeruare continentiam. Vel poteſt intelligi de iã coniuncto,& ſecundum hoc fit de hoc mentio. j.ea.antiqui.ſed de qua fit mentio ſ.ea.interfectores.iterum neſcimus.Secundus caſus repugnat illi litteræ, copulam vxoris elegit:ſed expone ibi, i. exegerit carnale debitum.poſſet tamen intelligi illud ca.antiqui.& illud,interfectores.ꝙ facerent ambo mentionem de hoc c.in adoleſcentia.ita ſ. ꝙ illud,antiqui.intelligatur de cõiungenda.& ſecũdũ hoc littera poſita in c.antiqui.ita debet exponi, coniugatus,i.coniungendus redeat ad priſtinum coniugium,i.contrahat cõiugium, quod antea contrahere potuiſſet iure,ſi non peccaſſet,ſed nunc ex diſpenſatione.Io.de Fan.

e ¶*In adoleſcentia.*]arg. ꝙ ratione ætatis facilius diſpenſatur, 50.diſt. pœnitentes.35.q.6.ſi duo.

c ¶ *Metu mortis.*]cum volebat eſſe in bello.non intellige pro infirmitate.arg.26.q.7.c.1.

f ¶ *Pœnitentiam.*]i.non expleantur ſeptem anni,computato primo ex quo pœnitens cœpit agere pœnitentiam.

& circa mulieres [a], quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt,ſeruandum eſſe cenſemus.

Sed quia timore ſoluendi coniugij,nonnulli ad pœnitentiam accedere differunt, vel propter lapſum adoleſcentiæ, quem formidant,pœnitentiæ remedium ſuſcipere negligunt. ideo auctoritate canonica permittitur eis vel contracta matrimonia retinere, vel alia contrahere[b].

Vnde Leo Papa Galerio epiſcopo Tripolitano ſcribit.

¶ Ex indulgentia coniugia poſt pœnitentiam legitimam non negentur.

C. XIII.

AVdiuimus [c] à quibuſdam,ꝙ in veſtris diœceſibus,ac finibus Chriſtianorum cœtus leui occaſione ſe ſubtrahunt pœnitẽtiæ iugo,dicentes,quia ſi pœnitentiã agimus, coniugij debemus relinquere copulam: in quo errant, & de veritatis calle diſcedunt: quia pro omnibus illicitis pœnitentiã vnuſquiſque Chriſti nominis cultor ſuſtinere, ac peragere ſummopere debet, dicente Domino [Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.] Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum pœnitẽtiam ſuſtinenti ſoluere licet.*& infra.*

¶Sacris eos vos expedit eloquiis edocere, vt ab erroris eripiantur caligine[1],&licitis copulationibus iuncti,de omnibus illicitis pœnitentiam agere procurent.

Item Leo Papa ad Ruſticum,epiſtola 90.al. 92.c.11.

¶ Propter lapſum iuuenilis incontinentiæ non negentur pœnitentibus licita coniugia. C. XIIII.

IN adoleſcentia [d] conſtitutus,ſi vrgente aut metu mortis [e], aut captiuitatis periculo pœnitentiam [f] geſſit, & poſtea timens lapſum incontinentiæ iuuenilis,copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter coniugem, nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam [g] conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus [h].

Item Nicolaus Papa Rhotaldo † epiſcopo ſanctæ eccleſiæ Argentoratenſis.

¶ Hæc pœnitentia eſt imponenda ei, qui matrem occiderit. C. XV.

7 [i] LAtorem præſentium matricidã eſſe cognouimus. Cui ꝑcipimus, vt ſub pœnitentiæ iugo permaneat:ita vt per annum integrum eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores baſilicæ orans,& deprecans Deum perſeueret,qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in eccleſiam licentiam habeat:tamen inter audientes ſtet, ſed nondũ communicet. Completis autem trium annorũ curriculis ſacræ communionis ei gratia concedatur:oblationes vero nõ offerat,niſi [l] prius aliorum ſeptem annorũ curricula expleãtur. ¶ His autem omnibus annis, atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præſumat, exceptis feſtis diebus,atq; Dominicis, & a Paſcha vſque ad Pentecoſten. Et quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur,ſed pedibus proficiſcatur,arma [k] non ſumat,niſi contra paganos: ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vſque ad veſperam [l]. A propria quidem, ac legitima coniuge non ſeparetur, ne in fornicationis voraginem corruat, quod ne fiat,optamus.[3] Si autem ante annorum triũ curſum finis vitæ illius appropinquauerit,corporis& ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps fiat:ſin autem,vt ſupra ſtatuimus, efficiatur:tamen, ſi illius conuerſionem [m] † & lacrymarum fontem in omnib' videritis floridis actionibus.& optimis operibus pullulare, humanius circa eum veſtra ſolicitudo peruigil appareat, mitiſque omnibus demonſtretur.

¶ *Pœnitentia parricidarum,quæ hic præcipitur,habetur in concilio Vuormacienſi,c.30.*

Item†.

¶ Poſt dignam pœnitentiam adoleſcentibus permittuntur licita coniugia.

C. XVI.

8 [4] SI quis cum duabus fuerit ſororibus fornicatus, aut cũ his perſonis, de quibus ſancta

f ¶ *Pœnitentiam.*]arg. contra.ſ.50.diſt. pœnitentes.ibi enim dicitur,ꝙ ſolennis pœnitentia non de facili iuuenibus imponenda eſt.non eſt contra, quia illud bene concedo.Io.

g ¶*Regulam.*]finis huius c.facit pro his qui dicunt ꝙ nec etiam iuuenis cõtrahere poteſt.arg. ſ. ea.interfectores. H.vero Lau.& Mar.qui dicunt ꝙ iuuenis de iure communi poteſt contrahere, exponunt, litteram, non regulam conſtituimus i. nõ dicimus aliquid quod exteris commune ante hoc, immo contra ius cõmune:quia de iure cõmuni nec adoleſcens poterat cõtrahere ante hoc[a].

h ¶*Aeſtimamus.*]conſtituendo,ſc. ꝙ modo tolerabilius eſt,quam eius contrarium, conſtituendo contra ius commune.

L*Atorem præſentium.*] Hæc eſt 7. pars q. in qua dicitur qualiter puniatur matricida.Io.de Fan.

CASVS. Iſte matrem interfecerat: nunc Papa in hoc ca.imponit ei pœnitentiam. Dei oſtendit quam pœnitentia epiſcopus ſuus debeat ei imponere, Sequentia duo c.plana ſunt, quæ dicunt, ꝙ poſt pœnitentiam de fornicatione poteſt aliquis contrahere, vel vti matrimonio iam contracto. Sequens §. patet,ad quẽ inducit ſequens c.

i ¶ *Niſi prius.*]ar.conceſſo maiori non debet minus.arg 50.diſt.ca, placuit.arg.17.q.4.minor.& ext. de tornea. c.1.Ar. contra 95.diſt. illud. & qui indignus eſt minore,& maiori. ff. de pena.qui indign' eſt. & cui interdicitur pomer um ciuitatis, & ipſa ciuitas. ff. de fer.exportan.cui.

k ¶*Arma.*]amittit ergo feudum, cum non omnino iuuare non poſſit, & ibi hoc imputet: quia ex culpa ſua hoc damnum incurrit.15.q.3.ſane.arg.17. q.4.ff.vxor. de reg.iu. quod quis ex culpa. | & hoc eſt verum, niſi tale ſit feudum,in quo per alium ſeruire poſſit tunc enim ſeruiat per ſubſtitutum. C.de epiſc.& cle.quiſquis.& 94.diſt.valde.

l ¶*Ad veſperam.*]j.de conſe.diſt.1.ſolen.Io.

m ¶ *Conuerſionem.*] ꝓ poteſt ergo epiſcopus cauſa cognita relaxare de pœnitentia,quam Papa impoſuit[b]. eadem ratione & clericus de ea quã eps impoſuit. ſed dic ꝙ Papa licẽtiam dedit de hoc,Item nũ quid ille cui Papa pœnitentiam impoſuit, poteſt ingredi monaſterium? ſic ar.ſ.ea.admonere.& de pœ.diſt.5.ſi quis.

S*I quis cum duobus.*]Hæc eſt 8.pars q.in qua probat quòd omnes inceſtuoſi & homicidæ ſi contrahant,tenet.Io.de Fan.

Matth.3.

1 Caligo dicitur vm ra, nebula de ipſiſtu ine aeris facta, quod dicta quod maxime ae rs calore gignatur. inde cabgare, i. obſcurate, & caligino ſus.ran.

† al.Rodulpho

2 Pœnitentia ſolennis non de facili iuuenibus imponitur. i. vol l.6 ti. 10.anſ.l.,11. c.51.Burc. l. 6.c. 46. Iuo p.10,c.137.

a Et hoc etiam dicit H. & Ioan. de Fan.

3 Vide Rhenatũ ad ho. I ett opeꝛum.

† al. conuerſationem.

¶ Pomerio interdicto interdicitur ciuitas.

† ... idem 4 in concil. Vuormac c. 11 idem habe ut.

5 Pœnitentiam a Papa impoſitam poteſt epiſcopus ex cã relaxare b Vide 50.diſt. accedens. vbi de hoc & 36 q.7. ipa. ibi Videas. Arc,

a¶Pœn

ſcriptura prohibet, ſi dignã egerit pœnitẽtiam[a] & caſtitatis non valuerit cõtinẽtiam ſubſtinere, liceat ei legitimam in coniugio vxorẽ[b] accipere: ſimiliter & mulieri, quæ tali fuerit ſcelere lapſa, vt fornicationis non perducatur ad chaos[1]: ſed hoc de laicis viris, ac mulieribus, ſolummodo ſtatuimus.

¶ Iuo citat hoc, quemadmodum & ſequens, ex Nicolao ad ... archiepiſcopum, & eius ſuffraganeos. Idem vero habetur in concilio Vuormacienſi, c. 33. niſi, quod pro illis verbis, lapſa, vt fornicationis non perducatur ad chaos, in eo legitur, lapſa fornicationis, liceat.

Item[2].

¶ Puniatur, qui hæc crimina committit, non tamen legitimam dimittat vxorem. C. XVII.

3 SI quis cum matre[a] fornicatus fuerit ſpirituali, anathematis, vt ſcitis percutitur[c] ictibus. Similiter[d] autem & illum percutere promulgamus, qui cũ ea, quam de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum illa, quam ante epiſcopum tenuerit, cum ſacro chriſmate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit ſcelus. legitimam tamen ſi habuit, non dimittat vxorem. 9 Quos[β] enim[e] Deus coniũxit, iudex ſua auctoritate ſeparare non debet.

a ¶ Cum matre.] *Sic in Pannormia, & apud Iuonem par 9. c. 36. ſed apud eundem par. 1. c. 138. legitur.* ſi quis cum cõmatre. *ſicut etiam in concilio Vuormacienſi.*

β ¶ Quos enim.] *Hæc non ſunt in Vuormacienſi, neque apud Iuonem, ſed fere eadem in Pannormia.*

Quamquam Iſidorus hoc aliter[f] *intelligat dicens.*

¶ Non homo ſeparat, quos pœna condemnat. C. XVIII.

QVos Deus coniunxit homo, non ſeparet.] Quæris quomodo? ſubaudi violẽter, ſine lege, abſque ratione[g], quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Non enim[h] homo ſeparat, quos pœna condemnat, quos reatus accuſat, quos maleficiũ coarctat.

Verum hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices ſeculi pro ſuis ſceleribus, legum ſeueritate percellũt, quos vel morte puniunt, vel deportari iubent.

¶ De eodem. XIX.

10[4] ANtiqui[i] & ſanctiſſimi eſt patris ſententia[k] Papæ Leonis, vt is, qui in ætatis adoleſcentia poſitus, dum mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium: ſi cõiugatus forte † fuerit incontinens, ne poſtea adulterij lapſum incurrat, redeat ad priſtinum coniugium quouſque, ollit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum: quod nos ſicut de viris, ita de feminis æquo modo cẽſemus. Non quidem hoc generaliter[l], & canonice eſt præceptũ: ſed conſtat a nobis pro humana fragilitate indultum[m]. Ea dumtaxat ratione, vt ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quam ex conſenſu ad continentiam vnus[a] eorum[n] fuerit regreſſus, ſuperſtiti[o] nõ liceat denuo ad vxoris tranſire[q] amplexus. Si autem illius vita extiterit ſuperſtes, qui non accepit abſolutionem †[p] pœnitentis nubat, ſi ſe continere nõ poteſt, & alterius † conſortio fruatur vxoris. Quod de vtroque ſexu quomodo a nobis manifeſtum eſt eſſe decretũ: ita videlicet[r], vt in omnibus ſacerdotis expectetur ordinatio[s]: vt iuxta quod ætatem aptam perſpexerit, pœnitentiæ abſolutionis, vel diſtrictionis tribuat legẽ.

a ¶ Vnus eorum.] *In antiquis conſiliorum editionibus eſt,* eorum, vnde: *in vno Vaticano codice,* alter eorumdem: *in codice Lucenſi regio,* ad continentiam eorum fuerit. *in poſterioribus autem Colonienſibus editionibus,* alter ad continẽtiam eat, vnde fuerit regreſſus. *Itaque in tanta varietate retenta eſt vulgata lectio Gratiani, quæ eſt in manuſcriptis quoque ipſius exemplaribus.*

TRACTATVS DE POENITENTIA. QVÆSTIO III.

HIs breuiter decurſis, in quibus extra negotij finem aliquantulum[1] euagati ſumus, ad propoſitæ cauſæ tertiam quæſtionem pertractandam, qua quæritur,

---

a ¶ Pœnitentiam.] Hæc eſt opinio quorumdam: quod quilibet inceſtus (niſi in adoleſcente) impedit matrimonium. 34. q. 2. c. pen. Poteſt tamen epiſcopus dare licentiam inceſtuoſo vt contrahat diſpenſatiue. alias contrahendo nihil agit, verum tamen videat epiſcopus cũ quo diſpenſet: quia cum eo tantum debet diſpenſare, qui continere nõ poteſt. Sed qualiter hoc conſtabit epiſcopo? per famam vicinorũ. ext. qui cler. vel vou. ſignificauit.

b ¶ Vxorem.] 5. 27. q. 2. qui dormierit. cõtra. 5. prox. c. 7. concubuiſti. contra. ſol. hic ignorans, ibi ſciẽs fuit. Vel hic loquitur de illis quarũ neutra fuit vxor vel ſponſa. H. g. ſed hæc ſol. improbatur per Hug. 35. q. 3. ſi quis cum matre. quod dicit de ſimplici fornicatione intelligitur: quod patet 34. q. 2. §. de ſimpliciter. Vel hic de diſpenſatione eccleſiæ, vel lenitate miſericordiæ: ibi de rigore.

c ¶ Si quis.] ¶ Percutitur.] niſi admonitus pœnitet. 11. q. 3. certum.

d ¶ Similiter.] 30. q. 1. omnis. &. 50. diſt. ponderet.

QVOS ENIM. Hæc eſt 9. pars. q. ſecundum Ioan. de Fan.

e ¶ Quos enim.] Gratianus non intelligẽs c. ſequens, deceptus eſt arg. illius c. 34. q. 2. ſi quis neceſſitate. & C. de repu. l. 1. ſubuertit hoc c. & §. ſequẽs. ac ſi eſſet alia cauſa propter quã quis ab vxore valeat ſeparari, præter fornicationẽ, vt deportatio.

f ¶ Hoc aliter.] non eſt verum quod aliter: ſed hoc dicit vt inducat ſen. c.

QVos Deus.] CASVS. Dicitur hic, quòd homo ſine ratione ſeparare non poteſt quos Deus cõiunxit: vbi vero lex occidit, non ſeparat homo, ſed lex. Sequens §. planus eſt.

g ¶ Abſque ratione.] per hoc c. ſolue generale illud 31. q. 1. quod ſi dormierit. & 2. q. 5. conſuluiſti.

h ¶ Non enim homo ſeparat.] ſed lex. Simile 33. q. 5. ſi homicidium. immo & per maleficium corpus viri efficitur principis. arg. ff. de cap. dimi. per totum

ANtiqui.] Hæc eſt decima pars quæſtiõis, in qua Gratianus redit ad pœnitentes. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis coniugatus ſolenniter egerit pœnitentiam, ſi continere non poteſt, ad coniugium priſtinum reuertatur, donec erit in ætate, in qua poterit melius continere. Idem dicendum eſt de pœnitente vxore: quod quidem ex indulgentia eſt ſtatutum: & ſi pœnitens ſuperuixerit, non contraheret: alius vero ſic.

i ¶ Antiqui.] ſi intelligas hoc c. de matrimonio contracto, tunc habes hic arg. pro illis qui dicunt, quòd ſolenniter pœnitens intelligitur vouere. Si intelligas de matrimonio contrahendo, tunc expone, redeat ad priſtinum coniugium, id eſt, quod contraxit poſt pœnitentiam, à quo per ſuggeſtionem aliquorum receſſerat. ‖ Item habes hic quòd quandoque diſpenſatur in matrimonio, non tamen in ſecundo: ſicut diſpenſatur in vno ordine, nõ tamen in ſecundo, vt 21. diſt. nos conſuetudinem.

k ¶ Sententia.] id eſt conſtitutio. Sed vbi ſit, dixi ſ. cap. in adoleſcentia.

l ¶ Generaliter.] id eſt, non quòd ante hoc eſſet ius commune, prout dixi in c. in adoleſcentia.

m ¶ Indultum.] à Leone Papa.

n ¶ Vnus eorum.] pœnitens ſcilicet.

o ¶ Superſtiti.] id eſt, pœnitenti.

p ¶ Tranſire.] argumentum quòd ſublato impedimento id debet fieri quod eo impediebatur ne fieret[a].

q ¶ Abſolutionem.] id eſt, pœnitentiam, per quam habet abſolutionem, id eſt, quia non peccauerit.

ADDITIO. Nec id fecit propter hoc quod debeat talem pœnitentiam recipere. Archid.

r ¶ Ita videlicet.] id eſt, in adoleſcentibus.

s ¶ Ordinatio.] not. quod ordinatio iſta attenditur circa hoc vtrum adoleſcẽtibus debeat indici pœnitentia ſolennis, non vtrum debeant contrahere: quia de iure communi poſſunt, vt ſupra eadem, in adoleſcentia.

HIs breuiter.] CASVS. Poſt incidentes quæſtiones proponit hic magiſter tertiam quæſtionem, in qua quæritur an ſola cordis contritione abſque operis ſatisfactione, & oris confeſſione dimittatur peccatum? & hanc quæſtionem inſolito more pertractat: occaſione cuius tractatum de pœnitentia prolixum interſerit: quem in ſeptem diſtinctiones diuidendo diſpoſuit. Allegat autem G. in hac quæſtione vel diſtinctione prima, alternatim pro vtraque parte, & tamdem ipſam inſolutam dimittit, vt arbitrio prouidi lectoris terminetur. In hac igitur diſtinctione tractatur, an ſola cordis cõtritione dimittantur peccata. Et poteſt dici quòd ſic, Dei gratia interueniente: neceſſaria tamen eſt poſtea oris confeſſio, & operis ſatisfactio, ſi fieri poſſit. alioquin peccat mortaliter ex contemptu qui hoc non facit. In ſecunda quæritur, an charitas ſemel habita poſſit amitti, vel non. In tertia tractatur vtrum pœnitentia ſit iteranda. In quarta, an peccata dimiſſa redeant. In quinta, quæ ſint conſideranda circa pœnitentiam imponendam. In ſexta tractatur cui facienda ſit confeſſio. In ſeptima, an pœnitentia timore mortis accepta ſit vtilis. Primo ergo probat, quòd ſola contritione peccata dimittantur. Et hoc inducit ſequens capit.

¶ Aliquantum.] quia formauit quaſdam incidentes quæſtio. & ſoluit.

‖ inceſtuoſus an poſſit matrimonium contrahere.

1 Chaos eſt cõfuſio rerum. Chaos Græci dicunt materiam cæli & terræ cõfuſam ſecundũ Pap.

† al. idem

a in eod. cõcil. c. 34.

2 Iuo p. 1. c. 138. & p. 9. c. 36 Pan. l. 7 c. 64.

Matth. 19.

‖ deſpẽſatur quãq; in vno matrimonio, & nõ in ſecdo.

4 ſ. c. in adoleſcentia.

† al. eſt forte

a Ar. ad hoc 16. q. 7. quicumque. vbi dixit de hoc

† al. benedictionem

† al. alterius

Verum.

DISTINCTIO I.

Vtrum a [a] ſola cordis contritione, & ſecreta [b] ſatiſfactione, abſque oris confeſſione quiſque poſſit Deo ſatiſfacere, videamus. Sunt enim [c] qui dicunt, quemlibet criminis veniam ſine confeſſione facta eccleſiæ, & ſacerdotali iudicio poſſe promereri, iuxta illud Ambroſij ſuper Lucam ad cap. 22.

¶ *Gratianus ad explicandā hanc tertiā quæſtionem multa attulit. Quam per longam tractationē, qui eum ſequuti ſunt, in ſeptem diſtinctiones diuiſerunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla eſt diſtinctionum ſeparatio: in aliquibus vero in margine tantum eſt,* Diſtinctio prima, ſecunda, &c.

a ¶ Vtrum ſolā.] *Hæc coniungenda ſunt cum ſuperioribus, quemadmodum in peruetuſtis ſunt coniuncta: ab illis enim pendent.*

C. I.

[1] PEtrus doluit, & fleuit: quia errauit [d], vt homo. Nō inuenio, quid dixerit [e]: inuenio, quod fleuerit: lacrymas eius lego: ſatiſfactionem [f] non lego [g].

Item.

a ¶ Item.] *Sequebatur,* Ioannes Chryſoſtomus, *apud quem ipſa omnino verba non ſunt inuenta. Sed apud B. Ambroſium poſt vltima verba capitis præcedentis ſequitur.* Sed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lauent lacrymæ delictum, &c. *Nec multo aliter in ſermone 46. de Petri pœnitentia. & Ambroſium citat Magiſter ſententiarum.*

C. II.

[2] LAcrymæ [h] lauent delictum, quod [i] voce pudor eſt confiteri [k].

Item Propheta.

C. III.

SAcrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum [l], & humiliatū Deus non deſpicies [m].

Item.

C. IIII.

DIxi, confitebor [n] aduerſum me iniuſtitiā meam Domine: & tu remiſiſti impietatem [o] peccati mei.

Quod Auguſtinus exponens ait [3].

VTrum.] Hæc diſt. poteſt diuidi in 9. partes. Quarum prima ſubdiuiditur in 7. partes. In prima probat, quòd in ſola cordis contritione dimittuntur peccata, & hoc ſecundùm Io. de Fan. Et probat per 5. c. vſque ad c. ſeq. *Si quis non dicam.* vbi incipit ſecunda pars huius primæ partis. Tertia primæ partis ibi, *Contra.* Quarta primæ partis ibi, *Aut facta.* Quinta primæ partis ibi, *Cogitatio.* Sexta primæ partis ibi, *Ex concilio.* Septima primæ partis ibi, *Hoc idem.* Io. de F.

a ¶ *Vtrum.*] quia mentionem fecerat Grat. de pœnitentia. ſ. e. q. 2. admonere. ideo hic tractat de ea. Vel ita: cum matrimonium ſit principaliter ſacramentum laicorum, licet in minoribus ordinibus licite contrahatur [a]: quia tamē laicis ſolennis pœnitētia debet imponi, vt 50. diſt. confirmādum. ideo hic tractatum inſerit de ea poſt tractatum matrimonij, cum & ipſa ſit ſacramentum. Nam in veteri teſtamento incepit etiā ab Adam, vt ĵ. ea. ſerpens. Videndum eſt ergo quid ſit ipſa, & vnde dicatur, & quid ſit ſatiſfactio: quæ attendantur in ea: quæ ſint neceſſaria: & de modo agendi in iſto tractatu. Et quid ſit ipſa habes ĵ. diſt. 3. pœnitētia. Dicitur enim pœnitentia à pœnitendo. ĵ. e. diſt. tres ſunt actus. & ĵ. diſt. 3. in tantum. Quid ſit ſatiſfactio, habes. ĵ. e. diſt. 3. ſatiſfactio. ‡ Attenduntur autem in ea ſeptem. Perſona ſiue dignitas. ſ. 41. diſt. non cogantur. Cauſa, vt 23. qu. 5. excommunicatorum [b]. Item locus, tempus, qualitas, & quantitas. ĵ. e. diſt. 5. conſideret. Item euentus, vt 15. q. 1. illa. In pœnitētia tria ſunt neceſſaria, ſcilicet cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatiſfactio. ĵ. diſt. 3. perfecta. ‖ ſed tamen cum facultas non ſuppetit, ſufficit cordis contritio. argu. 45. diſt. duæ. Modus agendi talis eſt. In 1. diſt tractatur, an ſola cordis contritio deleat peccatum, vel confeſſio poſt contritionem. Baz. dixit quòd ſola cordis contritio non deleat peccatum vbi copia ſacerdotis habeatur. arg. ĵ. e. c. vlt. & in hoc videtur Grat. declinare inducendo c. illud vltimum. licet in præcedenti. §. dicat hoc eſſe lectoris arbitrio relinquendum. Sed quidquid dicat Baz. dic quòd nec cordis contritione, nec oris confeſſione peccata dimittuntur: ſed tātum gratia Dei*. de cōſec. di. 4. nemo tollit. ſed ipſa cordis contritio ſignum eſt peccata eſſe dimiſſa: ſicut exterior ſatiſfactio eſt ſignū cordis contritionis. gratia enim præcedit contritionem. arg. ĵ. e. non poteſt quis. contritio remiſſionem. vnde rēmiſſio eſt attribuenda gratiæ, quæ eſt cauſa cauſæ. Alij dicunt peccata per contritionem dimitti quo ad culpam, non quo ad pœnam, vt in gl. ſeq. vtique. Tertij dicunt conditionalem fieri remiſſionem per cordis contritionem. In 2. diſt. tractat an charitas ſemel habita poſſit amitti. In tertia an pœnitentia reiterari poſſit. In quarta, an peccata ſemel dimiſſa redeant. In quinta, quis modus debeat obſeruari in imponenda ea & accipienda. In ſexta, cui quis debeat confiteri. In ſeptima, an pœnitentia timore mortis accepta ſit fructuoſa. Ideo autem in ſeptem diſtinctiones hunc tractatum diuiſit: quia ſeptenarius numerus perfectus eſt. ar. 32. q. 1. nuptiæ. in fi.

b ¶ *Secreta.*] vtique ſola cordis contritione deletur peccatum, vt ĵ. e. magna. ſed pœna debetur, vt 50. diſ. ſi quis præpoſtera. Et hoc verum eſt ſi confeſſio non contemnatur, cū adhiberi poteſt: aliàs primum peccatum imputatur. ĵ. e. diſ. agite. immo contritus non eſt ſi confiteri contemnit, vt 32. q. 1. c. vlt. de conſ. di. 4. nōn dubito*.

c ¶ *Sunt enim.*] alij autem negant. Dicunt enim quòd ſicut tribus modis Deum offendimus, ſ. corde, ore, & opere: ita tribus modis ei ſatiſfaciendum eſt. ĵ. diſt. 3 perfecta. Vnde dicunt tria hæc eſſe neceſſaria, cordis contritionem, oris confeſſionem, & operis ſatiſfactionem. Auctoritates autem quæ dicunt peccatum dimitti ſola cordis cōtritione, aſſerunt ipſi intelligendas eſſe cum articulus neceſſitatis excludit oris confeſſionem, ſ. cum aliquis conteritur, & morte præuenitur, vel aliquo alio iuſto impedimento hoc facere impeditur [c]. Alij dicunt, inter quos eſt P. manducator, conditionalem fieri remiſſionem per cordis contritionem. ĵ. diſt. 3. ſane cauendum. H. dicit ſola cordis contritione peccatum dimitti adulto cuilibet. ĵ. e. magna. ſi vero conteritur, & proponit ab aliis abſtinere, & illud confiteri, & de illo ſatiſfacere ſecundum iudicium eccleſiæ, etſi nunquam ſequatur oris confeſſio [d], vel operis ſatiſfactio: peccatum tamen tam dimiſſum non redit, ſed peccat mortaliter, ſi poteſt iuxta præceptū eccleſiæ confiteri. & opere ſatiſfacere, & non ſatiſfacit. ar. ĵ. de cōſec. diſt. 4. non dubito. Auctoritates quæ dicunt ſine confeſſione & operis ſatiſfactione peccatum non dimitti, intelliguntur * de interiori confeſſione: quæ eſt recognitio peccati vel propoſitum confitendi, vel gratia qua ſic homo diſponitur vt recognoſcat peccatū ſuum, & velit confiteri ſi locus & tempus affuerit, & de interiori ſatiſfactione, quæ eſt interior dolor & amaritudo animæ: de qua habes ĵ. diſt. 3. ſatiſfactio. & ĵ. e. §. his auctoritatibus. Hic autem agitur de exteriori: quia ipſa neceſſaria eſt, ſi adhiberi poteſt. Sed ad quid, cum iam peccatum ſit dimiſſum per cōtritionem præter confeſſionem? Sol. hæc fit ad humilitatem & iuſtitiam exercēdam. ĵ. di. 3. productior. & vt ſatiſfaciat eccleſiæ quam læſit [e]: & vt ipſe & alij reddantur cautiores*. Si tamen ſubtiliter intueamur, gratiæ Dei non contritioni eſt attribuenda remiſſio peccatorum, vt dixi in prin. & not. ĵ. ea. cap. dixi confitebor. & in prima parte allegat Grat. vſque ad §. alij contra.

PEtrus doluit.] Casvs. Probatur in hoc c. exemplo Petri, quòd ſola cordis contritione peccata dimittuntur, cui peccata dimiſſa fuerunt: & tamē de eius ſatiſfactione non inuenitur.

d ¶ *Quia errauit.*] nam ideo quia homo facile corruit. ĵ. diſtinct. 3. ille rex.

e ¶ *Quid dixerit.*] & forte confeſſus eſt: vel cui confiteretur non inuenitur, cum omnes à fide receſſiſſent. Vel forte tunc non erat facta inſtitutio confeſſionis, quæ modo eſt. Aliam rationem aſſignat Grat. ĵ. ea. §. his auctoritatibus.

f ¶ *Satiſfactionem.*] exteriorem: aliàs contra ſ. 50. di. vt conſtitueretur.

g ¶ *Non lego.*] & ita intelligitur omiſſum quòd nō inuenitur expreſſum. 24. q. 1. legatur. ff. de verb. ob. quidquid. Ar. cōntra de conſ. diſt. 4. quando à Hieroſolymis.

LAcrymæ.] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd lacrymæ, ſcilicet interiores, lauant delictum: quia pudor eſt confiteri, vnde & ſi propter pudorem nolit quis confiteri. ſolæ lacrymæ delent peccata. *Quod*, id eſt, quia. Vel quod pudor eſt confiteri. Sequens capi. patet.

h ¶ *Lacrymæ.*] interiores, i. in quo habet tantam erubeſcētiam, vt ad lacrymas veniat occulte etiam non coram ſacerdote.

i ¶ *Quod.*] i. quia. ĵ. ea. quem pœnitet. quia pars eſt pœnitentiæ erubeſcentia, vel ibi, vt ad litteram.

k ¶ *Confiteri.*] in publico, cum ſit occultum: vel quia cum pudore & verecundia confitetur quis. quod ſemper debet fieri: quia pars eſt pœnitentiæ erubeſcentia, vt ĵ ea. quem pœnitet.

SAcrificium.] l ¶ *Contritum.*] non eſt contritum ſi confiteri contēnit, 33. quæſt. 1. capit. vltim. infra de conſecratione diſtinctione 4. non dubito.

m ¶ *Non deſpicies.*] i. acceptabis: ſicut ſacri non cenſent canones, i. prohibent. 2. q. 5. conſuluiſti.

DIxi confitebor.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba prophetæ. In ſecunda parte ponuntur verba Aug. exponētis verba prophetæ. Dicit enim quòd magna eſt Dei miſericordia, quæ ad ſolam promiſſionem & contritionem peccata dimittit: cum voluntas & propoſitum pro opere reputentur. *Dixi*, i. apud me deliberaui, & in corde propoſui ipſum dicere. Dicere enim eſt deliberare, proponere, vel promittere, volūtatem confitendi habere. *Votum*, id eſt, propoſitum & voluntas. Et not. quòd quidam ibi habent principium c. Magiſter autem Hu. non facit ibi principium c. Scias etiam, quòd in multis locis ſunt c. tamen propter breuitatem eorum ſub aliis c. comprehenduntur: ſicut in ſuperiori c. ſacrificium.

n ¶ *Dixi confitebor.*] venia enim non conceditur niſi pœnitenti, 24. q. 2. legatur. ſicut iuramentum non remittitur niſi iurare volenti. ff. de iureiu. remittit. nec ei imputatur licet contrarium acciderit. ff. de ann. leg. Mæuia. arg. 43. diſt. Epheſiis.

o ¶ *Impietatem.*] hoc exponit Grat. ĵ. eo. §. ſimiliter.

a Vt 32. diſ. erubeſcant &c. ſeriatim

a Sent. 4. diſ. 17.

Luc. 22.

‖ Pœnitentiæ tractat* 7. diſtinctiones continet.

b Et ext. e. eit. ſignificatur.

‡ Pœnitentia circa multa eſt attendenda.

‖ Peccata vtrum deleantur ſola contritione.

* id eſt, ſolus De* peccata dimittit: ſed per meritū Chriſti, & miniſterium ſacerdotis, atque in pœnitente requirit contritionē (aut ſaltem attritionem, quæ deinde virtute clauium fit contritio) confeſſionem & ſatiſfactionem Deum autē dimittit peccata, ſimul etiam infundit gratiam & iuſtitiam, qua formaliter ſit iuſtus.

c hc. Tri ſe. 6 per totā. quare contritio & ſatiſfactio, ſicut & conſeſſio non tantum ſunt ſigna, ſed etiam partes huius ſacramenti pœnitentiæ. Vide omnino S. Th. 4. diſt. 17 q. 2 art. 5. & q. 3. art. 2. & 3. p qu. 9 ar. 2. & 3.

* Et adde, quòd in vera contritione includitur propoſitum confitendi.

‡ Contritio ſola an tollat peccatū.

c Arg. ext. de ſent. exc. à nobis 2.

d De qua ſatis not ĵ. di. 5. in ſumma ibi omnino videas.

* imo intelliguntur proprie confeſſione etiam exteriori, itemque ſatiſfactione, quamuis interdum De* largiatur gratiā ſuam ante iſta, dum modo adſit propoſitum confitendi & ſatiſfaciendi. Vide S. Th. 4. diſt. 17. q. 3 arg 1. qu. 1 ad primū.

a Sent. ibid.

Pſal. 50.

c Arg. ext. de ſent. exc. cum deſideres in fi.

Pſal 31.

* Adde multo tutius hominem ſibi poſſe perſuadere poſt cōfeſſionem ſe eſſe contritum, & in ipſa confeſſione, & abſolutione collatam ſibi eſſe gratiam, quam antea. Nam ſæpe virtute clauium ex attrito fit contritus. Vide S. Th. 4. diſt. 17 quæſt 3. art 1. quæſt. 1 ad 3.

3 Gl. ord in eum locum ex Augu. & Caſſiodoro.

a MAgna.] ¶ *Promiſſionem.*] id eſt, voluntatem confitendi: ſi go.

* imo remiſſio eſt effectus cõtritionis. S. Tho. 4 diſt. 17 ar 5.q.1.

b ¶ *Dimiſerit.*] remiſſio peccatorum præcedit* cordis cõtritionem. Non enim poteſt quiſquam vere confiteri* niſi habeat prius fidem per dilectionem cooperantẽ. Dicitur ergo peccata dimitti per cõtritionem, hoc eſt per id quod facit cordis contritionem, id eſt per charitatem. ‖ Et nota q hæc omnia ſimul ſunt tempore, iuſtificatio, contritio, dilectio, remiſſio. ſed quedam tamen ex his naturaliter procedunt, & priora ſunt natura. neceſſe enim habeo intelligere q prius quis habeat gratiam quã conteratur. Præcedit ergo gratia*, ſequitur dilectio: quoniam qui gratiã habet diligit. ĩ.e. omnis qui non. Sequitur contritio, qui enim diligit, conteritur, ſequitur remiſſio, qui enim conteritur, ei remittitur. Ioan.

1 3.17.q.1.§ bõa vero. magna pietas.

* Etiã cũ ſola attritiõe vere quis, & vtiliter confiteatur.

2 Sent ibid.

‖ contritio, dilectio, iuſtificatio, & remiſſio ſimul ſunt.

* Quo iſta ſe vicißim in diuerſo gñe cauſę & pcedãt, & ſequãtur, Vide S. Th. 1.2 q 11. ar. 8 & Sotũ de natura & gratia. l. 2 à c. 12. vſque in fin.

c ¶ *Ipſum.*] i. quòd vult confiteri.

d ¶ *Pronuntiare.*] ſ. 17. q. 2. nos. Votum enim pro opere reputatur, vt hic, & ĩ. diſtin. 6. in prin. & ĩ. quæ. 5. quod Deo. ' hoc tamen nõ eſt ſimpliciter verum. nam in quibuſdam caſibus etiam in bono plus eſt ad factũ peruenire, vt in baptiſmo. ĩ. de conſecr. diſt. 4. ſine pœnitentia. nã ibi plus valet baptiſmus quàm cordis cõtritio. Item in Euchariſtia: quia per aſſumptionem Euchariſtiæ delentur venialia: qđ non fit per voluntatem accidientis. ĩ. de conſec. diſ. 2. iteratur. Item in confeſſione ipſi ſacerdoti facienda, cum erubeſcentia ipſa in præſentia ſacerdotis pars ſit pœnitentiæ. ĩ. ead. quem pœnitet. Item in martyrio. arg. ĩ. diſt. 7. nullus Dic vt not. gl. illa, hoc tantum. quæ ſtatim ſequitur.

3 ti. 5 & cod Th. l. 9. ti. 25 l. 1 56 q. 1. ſi qs nõ dicã.

4 Tripertitę hiſt l. 7. c. 4 Pol. l. 4ti. 35

† al. feriatur

‖ volũtas ẽt in bonis nõ reputatur pro facto.

¶ Idem vero quicumque] orig.

C. V.

1 MAgna pietas Dei, vt ad ſolam promiſſionem [a] peccata dimiſerit [b]. Nundum pronũtiat ore: & tamẽ Deus iam audit in corde: quia ipſum [c] dicere, quaſi quoddam pronuntiare [d] eſt. [2] Votum enim pro opere [e] reputatur [f].

¶ *Initium vſque ad verſ. Nondum, eſt Caſiodori, quem citant gloſſa ordinaria, & magiſter. Quæ vero ſequuntur, magnam partem ſunt ex B. Auguſtino.*

Cod. 1. lib. de epiſc. & cler. Imperator Iouianus.

C. VI.

2 [4] SI quis [g] non dicam rapere, ſed attentare [h] tantummodo iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur †.

Item lib. 2. tit. de poſtulando Impp. Leo, & Anthemius Nicoſtrato Præfecto prætorio.

C. VII.

NEmo vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouintiali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum conſortium: niſi ſacroſantis catholicæ [i] religionis fuerit imbutus myſteriis. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadã machinatione factum, vel attentatum fuerit, officium [k] quidem ſublimitatis tuæ, centum librarum auri iacturam pro condemnatione ſubſtineat.

Iidem A A. ibidem continentur.

C. VIII.

QVicumque† auſus fuerit cõtra prouidum noſtræ ſerenitatis decretũ, officium aduocationis per ſubreptionẽ arripere, & prohibitum patrocinium præſtiterit, ab aduocationis officio remotus, ſtylum proſcriptionis, atq; perpetui exilij ſpecialiter ſubſtinebit: ſcituris etiam prouinciarum rectoribus, quòd is ſub cui⁹ adminiſtratione aliquid huiuſmodi fuerit attentatum, partis [l] bonorum dimidiæ proſcriptionem, & pœnam exilij [m] per quinquennium ſubſtinebit.

Item lib. 9. C. tit. ad legem Iuliam maieſtatis, le. 5.

C. IX.

5 QVi ſquis [n] cum militibus, &c. cogitauerit (eadem enim ſeueritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt [o]) ipſe quidem, &c.

Item ad legem Corneliam de Sicariis, [[6] Si quis cum telo [p] ambulauerit [q] hominis necandi cauſa, ſicut is, qui hominem occiderit vel cuius dolo malo factum erit commiſſum, lege Cornelia de ſicariis pœna [r] coercetur [7].] Imppp. Valentin. Valens, & Gratianus [8].

C. X.

ij SI quis necandi infantis piaculũ aggreſſus, aggreſſa ve ſit, ſciat ſe capitali ſupplicio eſſe puniendum.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, Theodoſius, & Archadius. [9]

C. XI.

SI forte mulier marito mortis paraſſe inſidias, vel quolibet alio genere voluntatem occidẽdi habuiſſe inueniatur, vel ſi forte maritus eodẽ modo inſectetur vxorẽ, in eadẽ quæſtione ab omni

g ¶ *Si quis.*] per hanc legem, & ſequentes probat à ſimili per contrarium, peccata ſola voluntate contraria deleri, & votum pro opere reputari. nam ſicut in bono remuneratur ſola voluntas: ita in malo damnatur quis pro ſola voluntate, vel voto. & ſic inducuntur hæ leges.

h ¶ *Sed attentare.*] attentatio non fit ſine actu. ĩ. ead. ſi quis tam maſculum. vnde hę leges & ſequentes ſunt argumenta etiam pro contraria parte, & opinione.

NEmo.] CASVS. In hac lege loquitur imperator pręfecto prætorio, & ſtatuit, vt nullus in foro ſuo vel alterius iudicis officium aduocationis exerceat, niſi fuerit baptizatus. ſi autem contra hoc factum fuerit vel attentatum officiales Præfecti prætorio, qui debuerunt hoc prouidere, in cẽtum libris auri puniantur: ille vero qui contra fecerit, ab officio aduocationis remotus, omnibus bonis ſuis proſcribetur, & in exilium mittetur perpetuum. Rector vero prouinciæ ſub cuius adminiſtratione hoc fuerit attẽtatum, medietatem ſuorum bonorum amittet, & erit in exilio per quinquẽnium. *Togatorum*, id eſt, aduocatorũ. *Stylum*, id eſt, ſententiam. Tres autem ſequentes leges planæ ſunt, & eas per te videbis.

5 ĩ. 6. q. 1. ſi quis.

6 Eod lib. 9 tit. 16. le. 7.

7 Concord. tex. in l. q. ĩ multa. C. ad le Iul. de vi pu. & ĩ l 1 §. diu*. ff. d. tit.

8 ibid. continentes.

i ¶ *Catholicæ.*] ſimile eſt quod dicit concilium Carthaginenſe. quòd ſi quis appellat ad iudicem non catholicum, debet excommunicari. 2. qu. 6. catholicus. Sed quare hoc infidelibus prohibetur, cum & Iudæi pro ſe poſtulare poſſint arg. 17. q. 4. Iudas. & ext. de iudæ. Iudęi? Reſp. q non prohibetur hic alicui pro ſe poſtulare. ‖ ſed dicitur q infideles non poſſunt poſtulare vt gerant hoc officium, ſcilicet pro aliis quaſi ex officio publico: ne facultas lædendi Chriſtianos, &c. 17. q. 4. conſtituit. Vel quia ſunt infames infamia canonica, vt 6. q. 1. omnes.

9 ibid.

‖ infideles poſtulare nõ poſſunt.

ADDITIO. Sub. & infamis poſtulare non debet. 3. q. 7. §. tria.

e ¶ *Pro opere.*] vbi deeſt tempus operandi: ita remuneratur quis pro ſola voluntate ſicut pro opere. & idem eſt in contritione, cum deeſt tempus confitendi. Et ad hoc, ſcilicet vt ſola voluntas & contritio ſufficiat ſine confeſſione oris, intendit probare per leges ſequentes, in quibus oſtenditur, q ſola voluntas ſufficit ad damnationem. & eſt ſimile per contrarium.

‖ Votum an p opere ſit reputandũ.

f ¶ *Reputatur.*] hoc tantum in bonis [a], licet arg. cõtra ĩ. ead. diſt. ſi cui. & vbi facultas deeſt. [ĩ. ea.] §. ſimiliter. aliàs plus facit qui operatur. fallit tamen hoc in voto confitendi: quia nõ ita cito abſoluitur ſicut abſolueretur à ſacerdote. ĩ. ea. quem pœnitet. in ſi. in voto virginitatis quo ad aureolam. arg. 32. q. 5. ſi Paulus. Item in caſu, ſcilicet in cautione iudicio ſiſti. extra. de eo qui mit. in poſ. c. 1. Item fallit in malis*: quia aliud in via, aliud in inuio. Arg. contra. ĩ. ea. ſi cui. Et in aliis operibus, quæ voluntatem promouent, vt ſunt martyrium, & prædicatio. Item hoc intelligas in præſentibus, non in præteritis. ſi enim volo me bona feciſſe: non tamen perinde eſt ac ſi feciſſem. Item nec in futuris: nam ſi propono poſt annum me iturum Hieruſalem, non perinde eſt ac ſi modo irem. Item in hoc mundo, non in futuro. arg. 13. q. 2. in præſenti. de conſec. diſt. 1. hic ergo. Et eſt argu. pro aduocatis, non enim demitur præmium vel ſalarium aduocare volenti, nec valenti, vt ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. pan. argu. 47. diſt. quod ad nos. Argum. cõtra prædicata ext. de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſer. c. 1. ff. loc. ex conducto. §. ſed & ſi. Item ſi. diſt. 86. non ſatis. Et eſt ſimile huic: quia ſufficit q ſeruus bona fide rationes reddat, etſi non ad plenum. ff. de cond. & idem. quamuis.

a Arg. 45. diſtinct. duæ.

* idẽ indiciũ eſt in bonis ad meritũ & in malis ad demeritũ. Vide ſe. c in gl. verſ. 6 quis.

SI quis non dicam.] Hæc eſt ſecunda pars huius primæ partis: in qua facit Gratianus prout dicitur in gl. per hanc. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hac lege: Non ſolum qui rapuit ſacras virgines: ſed etiam qui rapere attentauit, capitis ſententia feriatur.

k ¶ *Officium.*] id eſt, officialis. Sed quare pro peccato iudicis punitur officialis? Quia ſibi noluit repugnare, & reſiſtere. arg. C. de app. quoniam. arg. C. de ma. ſa ſcri. l. vna. lib. 12. argu. 74. diſt. honoratus. à contrario.

QVicumque.] ¶ *Partis.*] ff. de inter. & rel. relegaturum. §. ad tempus, contra. Nam ibi dicitur, q qui relegantur, non amittunt partem bonorum. ſed hæc c. l. Corn. corrigit illã, vel hoc eſt ſpãle.

m ¶ *Exilij.*] improprie. Nam exilium proprie perpetuum eſt, arg. ff. de pu. iu. l. 2. dicitur tñ tripliciter exilium. ff. de inter. d. & rel. exiliũ.

n QVi ſquis.] ĩ. 6. q. 1. §. verum.

o ¶ *Voluerunt.*] hoc caſu alias ſecus. ĩ. ea. cogitationis. Vel hoc cum voluntas ſuis finibus non eſt contenta, procedens ad actum exteriorem. hæc lex Iulia punit voluntatem: Cornelia etiam conſiderat eam. ff. ad leg. Corn. l. diuus.

p ¶ *Si quis cum telo.*] telum eſt generale nomen cuiuſlibet rei, quę nocere poteſt. arg. inſt. de pub. iu. §. item lex Cornelia.

‖ Telũ quid cõprehẽdit.

q ¶ *Ambulauerit.*] & ita voluntas pro facto reputatur in delictis, vt 5. diſt. 51. ſi quis poſt acceptum. ext. de cle. pug. in duel. c. 1. & 2. & ff. ad leg. Corn. de ſic. l. diuus.

r ¶ *Pœna.*] ſ. vltimo ſupplicio. ff. ad le. Corn. de ſi ca. l. 1. [Et dicitur ſica, quaſi ſeca. à ſecando: & eſt cultellus ferreus [b]: inde ſicarius qui cultellum huiuſmodi portat ad interficiendum.

‖ Sica quid ſignat.

b Concod. tex. in §. item lex Corne. de ſic. cũ gl. inſt. d pu. iu.

SI forte.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd ſi vxor accuſatur, q voluerit maritum occidere, vel econuerſo. ſerui vtriuſque vel familia certificabuntur contra eos aliquo indicio præcedente.

a ¶ Familia

a ¶ *Familia.*] quæ inſidias non præſenſit, & ideo Dominum periclitantem non adiuuit. aliâs vltimo ſupplicio debet puniri. C. ad Syl. l. vlt. Vel exaudi hoc de ſeruis tunc temporis ſuſitemis. ff. ad Sylla. l. ſi quis ingrati.

b ¶ *Domi.*] i. quando hæc admiſſa ſunt. nam iſtos veriſimile eſt ſcire factum. §. 16. diſt. quod dicitis. ex. de præſum. quanto.

c ¶ *Defenſione.*] ſ. exceptione. non enim poterit excipi, quia hic ſeruus vel ancilla, vt 12. q. 2. §. in patronos. Itē propter hāc cauſam licitum eſt dare viro libellum repudij vxori. C. de rep. l. cōſenſu.

familia [a] non ſolum mariti, ſed etiam vxoris ſuæ (quæ tamen tunc temporis domi [b] fuerit) quærendum eſt, ſine cuiuſquam defenſione [c].

Item ff. tt. de iniur. l. ſed eſt quæſtionis.

C. XII.

iij SI quis tam feminam, quàm maſculum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos, impudicos facere attētauerit [d], iniuriarum tenebitur [e]. Sed & ſi ſerui pudicitia attenta fuerit, iniuriarum † locum habet. Attētari pudicitia dicitur, cum id agitur [f], vt ex pudico impudicus fiat. ¶ Non ſolum is iniuriarū tenetur, qui fecit iniuriam, hoc eſt, qui percuſſit, verum ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit [g], vt cui mala pugno percuteretur.

Item lege, Apud Labeonem.

C. XIII.

iiij SI quis pulſatus quidem nō eſt, verum manus aduerſus eum leuatæ, & ſæpe territus eſt, quaſi vapulaturus [h], non tamen percuſſit, vtili iniuriarum actione tenetur.

3 *Contra titulo de pœnis.*

C. XIIII.

COgitationis pœnam nemo patiatur † [k].

Itē titulo de extraordinariis criminibus.

C. XV.

SOlicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem tamen pernicioſę libidinis extra ordinem [l] puniuntur. & j. ¶ Qui puero ſtuprum) abducto ab eo, vel corrupto comite) perſuaſerit, aut mulierem, puellamue interpellauerit, quidue impudicitiæ gratia fecerit, domum [n] [m] præbuerit, pretiumue, quo is perſuadeat, dederit, perfecto flagitio, punitur capite, imperfecto [n], in inſulam deportatur. Corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur.

n ¶ *Domum*] *Sic etiam in ſententiis Pauli, lib. 5. titu. 4. verſ. qui puero: ſed in Pandectis Florentinis leg. tur, donum.*

Item titulo de furtis.

C. XVI.

VVlgatis eſt quæſtio, an is, qui ex aceruo frumenti modiū ſubſtulit, totius rei furtum faciat, an vero eius tantum, quod abſtulit. Ofilius totius aceruī furem eſſe putat. Nam & qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebati [o],) totū [o] eū videtur tetigiſſe. Proinde & qui dolium aperuit, & inde parum vini abſtulit, non tantum eius, quod abſtulit, verum totius † [p] furtum videtur feciſſe. Sed verum eſt [q] in tantum eos furti actione teneri, quantum abſtulerunt. Nam & ſi quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res, quæ in eo erant, contrectauerit [r], atque ita diſceſſerit, deinde reuerſus vnam ex his abſtulerit, & antequam

Libr. 47. ff. tit. 10. l. 9.

† *al. iniuriarum actio.*

2 *ibid. l. 10. ibid. l. 15.*

3 *ibid. l. 15.*

4 *Lib. 48. ff. tit. 19. l. 18.*

† *al. patiatur.*

5 *lib. 47. tit. 11.*

6 *Lib. 47. ff. tit. 2. l. 21.*

† *totius videtur fur eſſe.*] *orig.*

SI *quis tam feminam.*] CASVS. Dicitur in hac l. q ſi quis attētauerit facere impudicos maſculos vel feminas: ſiue ſint ingenui vel alterius cōditionis: iniuriarum tenetur. Similiter iniuriarum tenetur qui alium percutit vel facit vt percutiatur. Ma. l. i. maxilla. Caſus autem ſequentis legis patet.

d ¶ *Attentauerit.*] punitur quandoque ſola attentatio, vt hic, & 36. q. 2. ſi quis non dicam. Solus conatus, vt 14. q. 4. quoniā multi. Sola volūtas, vt 17. q. 1. nuptiarum. Sola expectatio mercedis. 14. q. 3. ſi fœnerauerit. Sola cogitatio. 6. q. 1. ſi quis. Sola intentio, vt §. e. ſi quis cum telo. Sola aggreſſio, vt § e. c. ſi quis necandi. Solus auſus, vt j. ea. c. ſi quis pulſatur. Sola ſolicitatio, vt j. e. c. ſolicitatores alienarum.

a Ac de an & qn ſola attentatio puniatur, not. glo. in l. ſi quis. C. a ſic. Iul ma & in l. ſi quis non dicam. cum glo. C. de epi. & cle.

e ¶ *Tenebitur.*] ſed etiam tenentur ſerui corrupti. ff. de ſer. corrup. l. 1. §. vl. C. de fur. ſi quis ſeruo.

f ¶ *Agitur.*] ergo actus exigitur vt voluntas puniatur: aliâs qualiter probaretur de voluntate?

g ¶ *Curauit.*] ar. ext. de ſent. exc. mulieres.

h SI *quis pulſatus.*] ¶ *Vapulaturus.*] Hic argui poteſt inſecutorem clerici in canonē incidere, licet non percuſſerit. arg. §. e. q. quiſquis. j. e. omnis. & c. ſi propterea. & c. ſi cui. ſed q non incidit. arg. j. ea. c. hæc autem verba. Arg. contra ext. de ſen. exc. nuper. & ea. cum deſideres. in parte deciſa. Sed quid de eo qui manum mittit in veſte clerici, vel in rem ab eo detentam? Videtur q incidat in canonem. arg. 2. q. 2. c. plerumque. §. item obiicitur. de Dauid qui præcidit oram chlamydis Saulis. Item de Oza qui manum adhibens ad arcam percuſſus eſt. arg. 17. qu. 4. ſi quis contumax. quia res eccleſiæ cohærens, eius gaudet priuilegio, vt ea. q. quiſquis. ver. auferendo. & ff. de iniur. ſed eſt quæſtionis.

¶ Clerici inſecutor an incidat in canonem.

CONTRA. Hæc eſt 3. pars primæ partis, in qua probat lege ciuili, quòd voluntas ſine effectu non punitur. Io. de Fau.

CASVS. Probatum eſt, §. q quis pro ſola voluntate punitur. nunc probat Gratianus contrarium, & ad hoc probandum ſubdit quaſdam leges: quarum prima patet.

i ¶ *Contra.*] prædictis legibus oſtenditur, quòd quis punitur pro ſola voluntate, modo probat contrarium, ſcilicet q pro ſola voluntate non punitur quis.

k COgitationis.] ¶ *Patitur.*] ab homine, ſed à Deo bene. j. ea. omnis. Cogitationem enim, ſi ad conſenſum peruenit, mortalem & puniendam eſſe omnino fatendum eſt. ſi enim in corde cōſentitur libidini, mors interuenit. j. diſt. 2. ſicut tribus. & in palea. §. diſt. 6. teſtamentum. §. ſed pēſandum. ſunt etiam caſus ſpeciales vbi voluntas punitur. nam ſola voluntate incidit quis in hæreſim. argu. ext. de hær. ad abolendam. nam eo ipſo q quis credit hæreticis, incidit in excommunicationem, vt ext. de hær. excommunicamus. §. credentes. ver. receptatores. & ſic non ſunt contra §. diſt. 19. nulli. & c. Anaſtaſius. aliâs autem homo nō punit maleficia niſi cognita, niſi inueniet ſpecialiter: imo canon & lex bene punit volūtatis peccatum, vnde & repellitur a promotione ponderoſus, i. quimente peccat, nec ad actum procedit. §. 49. diſt. c. hinc etenim. ver. ponderoſus.

¶ Cogitatio ad conſenſum perueniens eſt mortalis.

SOlicitatores.] CASVS. Dicitur in hac l. q ſi quis ſolicitat vel interpellat vxorem alterius vt ſecū coeat, vel vt ei nubat, etſi nō ſequatur effectus, tamen punitur, & hoc eſt quod dicit, *nuptiarum*, id eſt, ſolicitat eas vt ſecum coeant. *matrimoniorum*, i. ſolicitat alienas vxores vt ſaltē de facto ſecum contrahant.

l ¶ *Extra ordinem.*] & ita non tantum quam tum ſi effectus eſſet ſecutus. ſed in hoc facit lex iſta pro Gratiano: quia ſicut pro voluntate aliter punitur quam pro ipſo facto, ita & cordis contritio aliter delet peccata q̄ exterior ſatisfactio. aliter iſta lex eſſet cōtra Gratianum, & inale eam induceret.

QVI PVERO. CASVS. Dicitur in hac lege, q qui maſculum vel feminam ad ſtuprum interpellauerit, & qui vt hoc fiat operam dederit, ſc. domū præbendo, vel dando pretium cauſa perſuadendi: hoc vel aliud faciendo, ſi effectus fuerit ſecutus, capite punietur. ſi autem nō fuerit ſecutus, in inſulam deportabitur. *Abducto.* i. remoto. *Interpellauerit*, de ſtupro.

m ¶ *Domum.*] ff. de adul. qui domum.

n ¶ *Imperfecto.*] & ita non ſic punitur affectus, vt effectus, licet ar. ſit contra. j. e. pœnæ. & ca. aut facta. in ſed in remuneratione ſecus eſt. æque enim remunerātur affectus vt effectus. §. ead. magna & ita aliud eſt in via. aliud in inuio. §. 31. q. vlt. c. vlt.

¶ Affectus & effectus nō æqualiter puniuntur.

VVlgaris.] CASVS. In hac l. proponitur quæſtio talis: Vtrum quis faciat furtum totius aceruī frumenti, ſi modium vel partem aliquam de aceruo furatur. Et reſp. q ſecundum ſententiam Ofilij & Trebatij, totius aceruī furtum facit: ſed tamen non tenetur actione furti, niſi de eo quod abſtulit. Nā & ſi quis armarium quod aſportare non poterat, aperuit: & res quæ erant in eo contrectauerit, & portādo vnam fuerit deprehenſus antequam ad locum deſtinatum perueniret, eiuſdem rei fur dicitur manifeſtus & non manifeſtus. Idem in eo qui ſegetem ſecat, & partem ſecum portat, cum qua fuerit deprehenſus.

o ¶ *Totum.*] arg. iniuriam factam clerico vel canonico redundare in collegium. ar. 12. q. 2. c. epiſcopus. §. qui manumittitur. hoc verū eſt, ſi officium collegij exercebat. 2. q. 7. accuſatio. in fi. Item ſi aqua infundatur ſuper caput baptizati, baptizatus eſt. ff. de relig. l. cum diuerſis. Item arg. q baptizatus reputatur cui quantalibet pars aquæ infunditur. ar. de conſ. diſt. 4. nec quemquam. ar. contra de cōſ. diſt. 4. c. prima. vbi dicit de toto corpore. arg. pro prima parte: quia ſi ingredior partem fundi vel prædij, totius nanciſcor poſſeſſionem. ff. de acq. poſ. poſſideri. §. quod autem.

p ¶ *Totius furtum.*] ſtricta ratione ſecundum rigorem, ſecus de æquitate, vt eo. ti. & ea. l. in fi. §. ſed ſi de naui. Vel hoc vbi totum tollere potuit, ſecus vbi totum auferre nō poſſet, vt in prædicto §. Sed cōtra hāc ſol. eſt. ff. de fur. l. 1. § vbi dicitur q ſola cogitatio furti faciēdi non facit furem, ſed & hic actus interuenit. ſed illud eſt cōtra quod hic ſequitur de armario. Sed diſtingui poteſt quo animo fuit contrectatio, vt j. in gl. animo.

¶ Furtum nō fit ſola cogitatione.

q ¶ *Sed verum eſt.*] licet totius rei furtum cōmiſerit: tamē verum eſt in tantum teneri, in quantum abſtulit, &c. Sæpe enim furtum committitur, non tamen furti actio naſcitur. ff. rer. amo. l. 1. ar. C. de nox. l. 2. ſicut econuerſo agetur furti quandoque, licet furtum non committatur. ff. de vſu. ſequitur. §. ſi rem pign. C. de fur. ſi quis ſeruo.

¶ Furtum ſæpe committitur, & tamen furti actio non naſcitur.

r ¶ *Contrectauerit.*] animo furandi, ſecus ſi animo tentandi quā rem poſſet tutius & leuius ferre. eo enim caſu nonfecit furtum, niſi eius partis quam abſtulit, vt ea. leg. §. ſed ſi de naui.

s ¶ Quo

ſe reciperet, quo deſtinauerat [a], deprehēſus fuerit eiuſdem rei & manifeſtus, & nec manifeſt⁹ [b] fur fuerit. Sed & ſi quis ſegetē [c] ante[a] lucem ſecat, & contrectat [d], eius quod ſecat, & nec manifeſtus [e] fur eſt.

[a] ¶ *Ante lucem.*] *In Pandectis Florentinis legitur, ſed & qui ſegetem luce ſecat.*

Item lib. 2. tit. Quod quiſquis iuris, le. 1.

C. XVII.

HÆc autem verba [Quod ſtatuerit [f], q iuriſdictioni præeſt.] cum effectu accipimus [g], nō verbotenus: & ideo, ſi cum vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec effectum decretum habuit, ceſſat edictum. Nam [Statuit] verbum rem perfectam ſignificat, & conſummatam iniuriam, non cœptam.

C. XVIII.

Si ergo viuit[m], *& diligit: ſi diligit, dilectio in corde eſt: dilectio autem in malo non eſt. Eſt enim proprius fons bonorum, in quo non communicat alienus*[n]. *Ergo bonus eſt iſte factus per gratiam ante confeſſionem peccati: non itaque malus eſt: bonus enim & malus aliquis ſimul eſſe non poteſt. Quòd ſi malus non eſt, membrum diaboli non eſſe probatur: nec ergo dignus eſt gehenna, quæ diabolo, & membris eius ſolummodo debetur: ſicut æterna beatitudo ſolummodo membris Chriſti paratur. Non ergo in confeſſione peccatum remittitur, quod iam remiſſum eſſe probatur.*

Fit itaque confeſſio ad oſtenſionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ: & ſicut circuncifio data eſt Abrahæ in ſignum iuſtitiæ, non in cauſam iuſtificationis. ſic confeſſio ſacerdoti offertur in ſignum veniæ acceptæ, non in cauſam remiſſionis accipiendæ.

2 ¶ *Alij e contrario teſtantur*[o], *dicentes ſine confeſſione*[p] *oris, & ſatisfactione operis neminem à peccato poſſe mundari, ſi tempus ſatiſfaciendi habuerit. Vnde Dominus per prophetam ait*[q] *(Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris*[r].*) Item Ambroſius in lib. de paradiſo, c. 14.*

C. XXXVIII.

[1] NOn poteſt quiſquam iuſtificari à peccato, niſi ante fuerit peccatum confeſſus[s].

Idem in ſermone 1. Quadrageſimæ.

C. XXXIX.

[2] ECce nunc tempus acceptabile adeſt, in quo confeſſio à morte animam liberat: confeſſio aperit paradiſum: confeſſio ſpem ſaluandi tribuit. Vnde ſcriptura dicit, [Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris.] His verbis oſtenditur, quia non meretur iuſtificari, qui in vita ſua peccata non vult confiteri. Illa ergo confeſſio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. ¶ Pœnitentia vera[t] eſt dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quiſque commiſit. Pœnitẽtia eſt & mala præterita plangere[u], & plangenda iterum non committere.

Item Ioannes os aureum in hom. de pœnitentia, quæ incipit ([3] *Prouida mente.)*

C. XL.

[4] PErfecta[x] pœnitẽtia cogit[y] peccatorem omnia libenter ſufferre. *& infra.* ¶ In corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota[z] humilitas[a]: hæc eſt fructifera[b] pœnitentia.

Idem[5].

2. Cor. 6. — Ioan. 3. — Ioan. 8. — Matth. 6. — Coloſ. 1.

e ¶ *Dominus ait.*] in Euangelio Ioannis.
f ¶ *Abrahæ.*] ĩ. 22. q. 2. quæritur. §. item opponitur.
g ¶ *Duobus.*] exigentibus contraria.
g ¶ *Duobus.*] diuerſis, puta in eo quòd ſunt diuerſi. alias ſecus. ff. de oper. lib. duorum.
h QVi natus.] ¶ Ex Deo.] Cooperante per gratiam vel per baptiſmum.
i ¶ *Peccat.*] coniunctim intellige dum moratur in ſanctitate percepta & regeneratione Dei. Quod ſic debeat intelligi, habetur ĩ. diſ. 2. §. item ſecundum. & c. ſi enim inquit.
k ¶ *Diaboli.*] ‖ & ita ex virtute vel peccato nomen amittimus, ſicut & lex dicit quòd adoptatus à ſenatore in filium, filius ſenatoris dicitur. ff. de ſenat. ſenatoris filius. & nupta clariſſimo quandiu non nubit alij inferioris ordinis, clariſſima dicitur, vt ff. de ſenat. fœmina.

‖ Nomen amittitur ex virtute vel peccato.

l ¶ *Solo.*] magnum autem peccatum eſt nõ agere pœnitentiam, & ſuo ſibi complacere delicto. ĩ. diſ. ead. ſuper tribus.
m OMnis viuit.] per gratiam.
n ¶ *Alienus.*] à charitate præciſus, ſcilicet ad mortem. ĩ. ead. in actione. extra de regul. & tranſeun. ad relig. licet. in ſi.

ALII E CONTRARIO. Hæc eſt 3. pars diſ. in qua probat magiſter, quòd ſi poteſt confiteri quis & non vult, non ſaluatur. quod eſt verũ. Et ſubdiuiditur hæc pars, in 6. partes. Secunda ibi, *Et venit.* Tertia ibi, *Nemo poteſt.* Quarta ibi, *Poteſt fieri.* Quinta ibi, *Quantumlibet.* Sexta ibi, *Nonnulli.* Ioan. de Fant.
CASVS. Allegat nunc Grat. pro alia parte, ſcilicet quòd adulto & diſcreto peccatum non dimittatur ſine oris confeſſione, & operis ſatisfactione, & ad hoc inducit multas auctoritates vſque ad §. illum, *his auctoritatibus.* quæ quandoque modicum, quandoque nihil faciunt ad propoſitum, ſicut tu ipſe videbis, ſicut etiam ſuperius fecit. Sequentia autem c. plana ſunt. ſ. dic tu. & non poteſt.
o ¶ *Alij e contrario teſtantur.*] ab hoc loco vſque ad §. his auctoritatibus. pro alia parte allegat, quòd ſcilicet adulto peccatum nõ dimittitur ſine oris confeſſione. quod tamen falſum eſt *. ‖ bene tamen dicimus quòd licet cordis contritione dimittatur peccatum, confeſſio tamen mundat, & ſatisfactio mundat, & ſic magis ac magis mundatur homo, ſicut magis ac magis innouatur homo. ĩ. de confec. diſ. 4. non ex quo. Auctoritates hic inductæ parum vrgent ſi diligenter exponantur.
p ¶ *Sine confeſſione.*] id eſt, ea contempta, vt primam opinionem defendas, iuxta verbum illud dominicum: Vade, & amplius noli peccare. ĩ. diſ. 3. ſi Apoſtolus.
q ¶ *Per prophetam ait.*] dic, ‖ duplex eſt contritio & confeſſio. ſcilicet interior & exterior. de interiori, ſcilicet, quæ fit Deo, dicitur quòd ſine confeſſione [a] non dimittuntur peccata. Vel dic, id eſt, propoſitum habes dicendi ore.

* Imo veriſſimum ſine confeſſione in voto non dimitt. peccatum.
‖ Confeſſio & ſatisfactio mundant
‖ Confeſſio eſt duplex.
a De confeſſione dc 10.

s NOn poteſt.] ¶ Confeſſus.] Deo, vt ĩ. ead. ſufficit. confeſſio oris fit ſacerdoti, cordis fit Deo. ĩ. e. quamuis. proximo. 11. q. 3. exiſtimant.
ECce nunc.] CASVS. Oſtendit Ambr. in hoc c. quòd cõfeſſio liberat hominem à peccato: quia ſine ea nemo poteſt ſaluari, & ad hoc probandum inducit auctoritatem prophetæ, & hoc in prima parte. In ſecũda parte ponit duas diſtinctiones pœnitentiæ, per quas probat quòd actus exterior eſt neceſſarius ad pœnitentiam. Secunda pars incipit ibi, *Pœnitentia vera.* Sed certe prima diffinitio magis probat primam opinionem quàm ſecundam. Sequentia autem quattuor capi. plana ſunt, ſ. perfecta. non poteſt. nullus neminem.
t ¶ *Vera eſt.*] ergo ſufficiens melius probat auctoritas hæc primã opinion. quàm ſecundam.
u ¶ *Plangere.*] non eſt hæc deſcriptio, quia hoc habuit Iudas ex timore ſeruili: ſed eſt qualiſcumque aſſignatio.
x PErfecta.] Hoc ca. habes ĩ. diſt. 3. circa principium.
y ¶ *Cogit.*] ‖ hoc intellige quantum ad ſenſualitatem, quæ ſemper rationi repugnat. vnde Apoſtolus: caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & econuerſo, Gal. 5.
z ¶ *Tota.*] i. omnis eius gradus.
a ¶ *Humilitas.*] ne ſuperbia efferatur, vt phariſæus. Videtur approbare eorum ſententiam, qui dicunt quòd remiſſio præponenda eſt iuſtificationi. ſed hæc dicta ſunt de gratia iuſtificante. vel gratiam, i. gratiæ augmentum, vt non intelligas de gratia iuſtificante. vel non poteſt innoteſcere gratiæ acceptio. nam res tunc fieri dicitur quando innoteſcit. Vel hoc dicto, purgatus, ponitur in vim nominis, non participij: omnia enim hæc ſimul ſunt tempore.
b ¶ *Fructifera.*] not. ‖ quòd in peccato mortali tria attenduntur, impudentia, delectatio, & perpetratio. contra hæc tria triplice remedio opus eſt: contra impudentiam confeſſio, in qua eſt verecundia. infra ead. quem pœnitet. delectationi opponitur amaritudo contritionis: perpetrationi opponitur operis ſatisfactio. ĩ. diſtinctio. 2. capitu. 2. Sed numquid de venialibus tenetur quis confiteri? videtur quòd non, quia res pene contra naturam eſt, &c. vt 25. diſt. §. criminis. ‖ Dico quòd de venialibus maioribus tenetur quis confiteri, de quibus dicit auctoritas, Vitaſti grandia, caue ne obruaris arena. infra ea. tres ſunt. ſed eſt generalis confeſſio & ſpecialis: ſpeciali indigent mortalia. vnde Pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum, id eſt, conſcientiam meam emundabo diſcurrens per ſingulas noctes, i. per ſingula mortalia, de ſingulis, ſcilicet confitendo & ſatiſfaciendo ſigillatim non confuſe. in generali vero ſufficit confiteri venialia, vt fit in Miſſa, cum dicit ſacerdos, confiteor Deo, &c. Illud non credo [c] quòd exiſtenti in mortali peccato dimittuntur venialia. ĩ. diſt. 3. de quotidianis.

Chryſ. Confeſſio eſt ſalus animarũ, reſtauratrix virtutum, diſſipatrix vitiorum, expurgatrix dæmonũ, quid plura? obſtruit os inferni, portas aperit paradiſi.
Gen. 17.
* imo Grat. hoc inducit vt oſtendat neque apud Deũ iuſtificari ſine oris confeſſione.
Eſa. 43.
1 De iſta hr̃ in Pſ. Confitemini Domino, quoniam bonus.
1 Sent. 4. diſ. 17.
2 manuſcripto eiuſ in tuum,
Ecce nunc tẽpus adeſt. Sẽt. ibid.
Eſa. 43.
‖ Senſualitas rationi repugnat.
3 infra de pœn. diſt. 3. c. 1.
4 infra diſt. 3. perfecta. Sent. 4. diſt. 17.
5 infra de conſ. diſtin 4. nõ poteſt
‖ Mortali in peccato tria attenduntur.
‖ Confeſſio an debeat fieri de venialibus.
c idem L. & Petr.

a NOn poteſt quis.] j. de conſecr. diſ. 4. non poteſt.
b Sordes.] j. de pę. di. 3. §. his auctoritatibus. & c. ſunt plures.
c Confeſſionem.] interiorem, id eſt, cordis dolorem, & amaritudinem quo ad adultos.
d Baptiſmi.] quo ad infantes, vel per baptiſmum primo, ſecundo per pœnitētiam, quæ eſt ſecunda tabula. j. ead. quamobrem.
e NVllus.] Veniam.] quantum ad eccleſiam.
f Pœnam.] non videtur hoc eſſe verū, nec de interiori pœnitentia, nec de exteriori. nam ſi de interiori quæ peccata delevit, ergo & charitas affuit: alioquin non delentur peccata niſi per charitatem: tanta ergo eſt hæc pœna ex quo charitas adeſt, quāta eſſet maior quę excogitari poſſet, & hic dicit qualemcumque: ſed nec de exteriori: quia quādoque ſine omni pœna exteriori dimittitur peccatum, iuxta illud: Vade, & amplius noli peccare. j. di. 3. ſi Apoſtolus. ſed tū exaudi hoc de interiori. qd ergo dicit, etſi longe minorem, dic quo ad acerbitatem, ſcilicet pœnæ. nam pœna interior, & ſi tanta ſit, non tamen ita acerbe aſſligit, & ita non eſt contra. j. di. 3. productior. quia illud de exteriori, vel illud de peccato originali, vt ibi dicam. Item contra 5 47. diſt. omnes. vbi eſt verbum Apoſtoli: Sicut exhibuiſtis membra veſtra, &c. hic autē dicitur, quòd non ſic: ſed ſufficit qualitercumque. Sol. non attenditur ibi paritas ſecundum radices motuum, ſed ſecundum modum pœnitendi: q. d. ſi manibus peccauimus, extēdamus eas ad bona opera. ſi lingua, loquamur bonum: & ita de aliis membris, vt in quibus plus Deum offendimus, plus in illis pœniteamus. vnde legitur quòd ranæ interemerunt reliquias Pharaonis, hoc eſt vaniloquia. non autem poſſet attendi ſecundum radices motuum.

† al. vita] al. Dei accipere.

‖ Peccata ſi nec charitate non delentur. 1 Sent. ibid. Pol. l. 6. tit. 10. Anſel. l. 11. c. 142.

† Atque ita impertitur largitas.] orig.

a Polyc. ibid.
† Nec quem quam.] orig.
a idem L. & Pet. & Hug vnde dic pœnam interiorem ſc. cor. ſis amaritudinem & dolorem, & compunctionem ſine qua, ſc. pœna interiori peccatum non dimittitur, ſecundū H.
3 Sent. ibid. Polyc. ibid.

Matth. 16.

a Iob 31. a. pu. l. 70. ex. præſſius.

C. XLI.

NOn poteſt quis [a] gratiam doni† cœleſtis accipere: niſi prius purgatus fuerit ab omni ſordeb peccati per pœnitentiæ confeſſionem [c], per donum baptiſmi [d] ſalutaris.

Item Auguſtinus in libro de continentia. cap. 16.

C. XLII.

NVllus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam [e], niſi qualemcumque, & ſi lōge minorem, quam debeat, ſoluerit pœnā [f]. Ita† enim impertitur à Deo largitas [g] miſericordiæ, vt non relinquatur ēt iuſtitia [h] diſciplinæ.

Idem Vincentio. epiſt. 38.

C. XLIII.

NEminem† [i] putes ab errore ad veritatem, vel à quocumque ſeu magno, ſeu paruo peccato ad correctionē ſine pœnitentia poſſe tranſire [k].

Idem in libro 50. homil. homil. 40. de pœnitentia.

C. XLIIII.

AGite [l] pęnitentiam, qualis agitur in eccleſia, vt oret pro vobis eccleſia. Nemo dicat ſibi, occulte ago, apud Deum ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcit, quia in corde [m] ago: Ergo ſine cauſa dictum eſt (Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo.) Ergo ſine cauſa claues [n] datæ ſunt eccleſiæ Dei, fruſtramus Euāgeliū [o] Dei: fruſtram[p] verba Chriſti? promittimus vobis [p] quod ille negat, nonne vos decipimus? Iob dicit ([a] Si erubui in cōſpectu populi confiteri pctā [q] mea.) Atq; [a] ideo ſi non potuiſtis habere, vel noluiſtis pudicitiam cōiugalem, ſeu continentiam, & deuiaſtis à propoſito, vel vinculo coniugali, vel deuotione continentiæ, ſit in vobis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Apertius dico. Nemo dicat, non intellexi. Qui poſt vxores veſtras illicito vos concubitu maculaſtis, ſi præter vxores [r] veſtras cum aliqua concubuiſtis, agite pœnitentiam, &c.

a Atque ideo.] *Addita ſunt iſta duæ voces a collecto e, quoniam mutatis ab ipſo eſt ordo verborum B. Auguſtini Nam apud B. Auguſtinum hæc, quæ hic ſequuntur, antecedunt ea, quæ ſupra ſunt poſita.*

Item Hieronymus ſuper Exodum.

Hic etiam, vt ſæpe alibi obſeruatum eſt, homil. 11. Origenis ad cap. 18. Exodi ſub nomine B. Hieronymi citatur.

C. XLV.

ET venit [s], inquit, Aaron, & omnes presbyteri de Iſrael, manducare panem cum ſocero Moyſi in cōſpectu [t] Dei.) Omnia ergo, quæ faciunt ſancti, in conſpectu Dei faciunt: peccatores† autem à cōſpectu Dei fugiunt [u]. Denique ſcriptū eſt, quia Adam, poſtquam peccauit, fugit à conſpectu Dei, & interrogatus reſpondit (Audiui vocem tuam, & abſcondi [x] me, quia erā nudus [y].) Sed & Cain poſtquam pro parricidio condemnatus eſt à Deo (exiit, inquit, à facie Dei, & habitauit in terra Naim.) Exit ergo à facie Dei, qui indignus eſt Dei cōſpectu. Sancti autem manducāt, & bibunt in conſpectu Dei, & omnia, quæ agunt, in conſpectu eius agunt. Ego amplius [z] adhuc locum præſentem diſcutiens vi-

l Agite.] alloquitur contemnentes & negligentes confiteri & ſatisfacere ſecundum pręceptum eccleſiæ. vt intelligatur de exteriori pænitētia, inferenda eſt hæc auctoritas, & quædam ſequētes. Vel hæc auctoritas intelligitur de interiori pœnitentia & ſatisfactione, ſicut magiſter dicit j. ead. his auctoritatibus.
m In corde.] ſupple & ideo non indigent ſacerdotali iudicio, & ſic bene ſequitur, ergo ſine cauſa. ſi. extra de ſen. exc. à nobis. 2.
n Claues.] ſi enim ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentia ageretur, fruſtra ſacerdotibus claues eſſent commiſſæ.
o Euangelium.] eſt ergo præceptum Euangelij, pœnitentiā agite. & Salomon, qui abſcondit ſcelera vel peccata ſua, non videbit lumen in æternū. & Iacobus, confitemini alterutrum, &c.
p Vobis.] inutiliter. ſic ff. ſi cer. pet. certi. §. qm igitur. in fi. §.
q Peccata.] apoſiopeſis, i. defectus orationis præ indignatione, vel alio ſimili.
ADDITIO. Quaſi ſic vel ſic contingat mihi, ſi erubui confiteri, vt hoc & hoc faciat mihi Deus, ſecundum H. & Laur.
r Præter vxores.] tres enim tantum ſunt ſtatus ſaluandorum, coniugatorum, continentium, & virginum, vt ext. de ſum. tri. firmiter. 3. 12. q. 2. in præſenti. 13. diſt. nerui [b].

ET venit.] Hæc eſt 2. pars ſecundæ partis, in qua probatur, quòd qui ſtatim confitetur, non videtur cecidiſſe: quia ſem per eſt in conſpectu Dei. & hoc probat per 6. c. Ioan. de Fan.

* Confeſſio eſt præceptum.
Exod. 18.
† peccatores fugiunt.] orig.
Gen. 3.
‖ Status ſaluandorum eſt triplex.
Gen. 4.
b Et fuit hęc viſio Ezech. propheræ, qui vidit iij. viros ſaluandos, ſ. Abraham, per quem figurantur continentes: Daniel, per quē virgines: Iob, per quē coniugati.

g Largitas.] quia in infinitum magis extenditur bonitas quàm iniquitas: cum enim charitas creſcit, non habet obicem, ſed in infinitum creſcere poteſt. Nam ratio naturalis eſt illi conſona, quæ eſt contraria iniquitati. vnde iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit in perfectum diem. j. diſt. 2. non reuertebantur. ſed iniquitas habet obicem, ſcilicet ſuperiorem partem rationis, quæ ſemper remurmurat male agenti, & etiam offenſio creatoris. 5. diſ. 6. ſed penſandum.
h Non relinquatur etiam iuſtitia.] ita eſt miſericors Deus, quòd etiam iuſtus: quia nullum peccatum præterit impunitum. q. d. licet ſit ita miſericors, non tamen ita eſt de eius miſericordia confidendum, vt euaneſcamus per ſpem: immo miſericordiam & iudicium cātabo tibi Domine. territi ergo iuſtitia confidamus de miſericordia. confiſi de miſericordia timeamus de iuſtitia. miſericors eſt quia quemlibet punit circa demeritum, & remunerat vltra meritum iuſtos: quia nullum peccatum præterit impunitum. 22. q. vlt. quoties.
i NEminem.] Magno.] ſi de venialibus hoc intelligas, ponitur pœnitentia pro pœnitudine. arg. j. de confeſ. diſ. 2. iteratur. arg. j. ead. tres.
k Tranſire.] vt magis iuſtificemini. j. de conſecra. diſ. 4 omnes qui iam. 5. 23. q. 4 quid faciet & q. 7. quemadmodum.

‖ Charitas in infinitum creſcere poteſt.

‖ Deus eſt non ſolum miſericors, ſed etiam iuſtus.

AGite pœnitentiam.] CASVS. Quidam erant qui contemnebant confiteri vel ſatisfacere de peccatis ſecundum præceptum eccleſiæ, dicentes ſibi ſufficere ſi occulte pœnitentiam agāt: quibus præcipit Augu. vt pœnitentiam in conſpectu eccleſiæ agant, cui non ſine cauſa datæ ſunt claues ligandi & ſoluendi: & quòd hoc facere debeant, probat auctoritate Iob.

CASVS. Probat Hieronym. in hoc c. quòd in conſpectu eccleſiæ debet quis facere pœnitentiam, & hoc facit exemplo presbyterorum Iſrael, qui cum ſocero Moyſi in conſpectu eccleſiæ comederunt. mali vero à cōſpectu eccleſiæ & Dei fugiunt: quod probatur exemplo Adam, & exemplo Cain. boni autem omnia in conſpectu Dei & eccleſiæ faciunt. Inquit, ſcilicet Moyſes: & tangit id quod legitur in Exodo, ſcilicet cum Ietro ſocer Moyſi veniſſet ad eum in deſertum, venit Aaron, & omnes ſeniores vt comederent panem cum eo coram Domino.
s Et venit.] illud tangitur quod legitur in Exodo. ſ. cum Ietro ſocer Moyſi veniſſet ad eum in deſertum, venerunt Aaron & ſeniores omnes Iſrael vt comederent panem cum eo. Ietro pater fuit Aethiopiſſæ vxoris Moyſi. 2. q 7. plerumque. §. item obiicitur.
t In conſpectu.] quia ſtatim pœnitent cum forte malum faciunt.
u Fugiunt.] quia pœnitere contemnunt, vt dicitur infra.
x Abſcondi.] ſed fruſtra: quia ſi aſcendero in cœlum, tu illic es. vnde ſuper illo verſu poſuit Anſelmus hos verſus:

Quo fugis Encelade? quaſcumque acceſſeris oras.
Sub love ſemper eris: vene ſac ſi viuere quæris. j. diſ. 2. §. vlt.

y Nudus.] non ſolum amictu corporis, ſed etiam mentis: quia etiam prius nudus erat veſte. j. diſ. 1. vt cognouerunt. ſed erat hic nudus virtutibus. j. diſ. 2. c. non eſt. § Romanos. nec tamen erubeſcebat Adam: ſicut & pueri quamdiu non peccant, non erubeſcunt ire nudi, ſed poſtquam pruritum ſenſerint in membris illis, naturaliter ſtatim erubeſcunt ire nudi.
z Ego amplius.] modus loquendi eſt iſte Hierony vt 8. q. 1. licet. & eſt arg. pro veritate ſæpius examinanda, vt 35. q 9. graue.

‖ Adam ante peccatum erat nudus.

a ¶*Pleniorem.*]ſenſus eſt, peccat coram Deo qui tanquam Dei præſentiam erubeſcens continuo pœnitet. ‖ non enim diuertit qui in breui reuertitur: & à conſpectu Dei diſcedit qui pœnitere contemnit, arg. ī. ead. diſ. diuortium.

‖ Reuertens in breui nõ diuertit.

b ¶*In conſpectu.*] ſupra 17. quæſ. 1. qui bona.

quod cauſam veniæ habet annexam, vt quod fit per ignorantiam vel impotentiam, quod eſt peccare in patrem & filium. Vnde Apoſtolus. Veniam merui: quia ignorans fe. ci. ī. 8. diſt. conſuetudo. ſed ei qui peccat in ſpiritum ſanctum, quod fit per malitiam, non remittitur. 25. diſt. qualis. 8. diſt. conſuetudo. j. e. poteſt.

c ¶*Soli.*]Regum enim delicta ſolum Deum habent vltorem. nam aliũ nõ timẽt. j. diſ. 3. totam. hic tamen alia videtur expoſitio.

d ¶*Plus habet.*] quàm ille qui à conſpectu Dei fugit, & malum agit non coram Deo.

Pſal. 50.

e ¶*Neſcit.*]i. contemnit. 21. 15. q. 1. hac conſona. redibit tamen ſi prædeſtinatus eſt. j. diſ. 2. ca. ſuper tribus. §. hæc itaque. & cap. quicumque. verſi. firmum.

S*Ed & continuo.*] CASVS. Probat Aug. hoc exemplo Iudaici populi, quòd ſi peccator vult pœnitere, & peccatũ corrigere, Deus qui pro peccato fuerat iratus, reuocat iram, & indulgẽtiam præſtat. & ad hoc inducit auctoritatem Oſee prophetæ contra Hieruſalẽ. Sed certe in hoc cap. non bene colligitur, vtrũ de interiori ſatisfactione loquatur.

Oſee 11. ſecundum. 70.

f ¶*Seboim.*] ‖ ſex fuerũt ciuitates quas deſtruxit Dominus iuxta Iordanem, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboin, Segor, Aleale, quæ eſt Bale, vnde effectus eſt lacus Aſphalti, qui dicitur mare mortuum, & aqua illa nec eſt nauigabilis, nec potabilis, ibi ferrum natat, pluma mergitur. ibi ſunt poma pulcherrima exterius, interius autem plena fauilla & cinere: his verbis deſcribitur luxuria. 35. diſ. luxurioſa.

‖ Ciuitates vj. deſtruxit Dñs iuxta Iordanem.

† al. furore.

g ¶*Ex vicinia.*] ff. de contrah. empt. quod ſæpe. §. vlt. arg. ex viciniitate contrahi vitium. 44. di. c. cum autem. arg. contra. ‖ quia lupanaria non infamant caſtitatem. 32. q. 5. tolerabilius. & eſt arg. ad quæſtionem de duobus fratribus domum communem habentibus. vnus habet partem inferiorem, alius ſuperiorem, an vno peccante tota domus diruenda ſit. hoc autem capit. non multum facit ad propoſitum: quia nec de interiori nec de exteriori pœnitentia tractat.

a Sent ibid *Gen. 3.*

† Iam. bilis] orig.

‖ lupanaria caſtitatem non infamant.

deo: quia qui pleniorem [a] ſcientiam Dei accipiunt, & plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis, iſti etiam ſi malum faciunt, coram Deo faciunt, & in conſpectu [b] eius faciunt; ſicut ille, qui dixit (Tibi ſoli [c] peccaui, & malum coram te feci.) Quid ergo plus habet [d], qui malum coram Deo facit? Illud perfecto, quod continuo pœnitet, & dicit, Peccaui. Qui autem diſcedit à conſpectu Dei, neſcit [e] conuerti, & peccatum pœnitendo purgare. Hoc ergo intereſt malũ coram Deo facere, & à Dei conſpectu diſceſſiſſe peccantem.

Item Ambroſ. lib. 1. de pœnitentia. c. 4.

C. XLVI.

SEd continuo, qui dixerat [Sicut Adama faciam te, & ſicut Seboim [f], quæ duę vrbes ex vicinia [g] Sodomorum parilis excidij traxere conſortium, [conuerſum eſt, inquit, cor meum: in eo ipſo conturbata eſt pœnitentia mea: non faciam ſecundum iracũdiam furoris mei.] Nonne apparet, quod ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Ieſus, vt indignationis ſuæ nos terrore † conuertat? Indignatio ergo eius non vltionis executio, ſed magis abſolutionis operatio eſt.

¶*Caput hoc antea citabatur ex B. Auguſtino, reſtitutum eſt B. Ambroſio, & ex ipſo loco ſcripturæ emendatum. Sequitur enim lectionem 70.*

Idem Ambroſius in lib. de paradiſo. c. 14.

C. XLVII.

SErpens [h] decepit me, & manducaui.) ¶Venialis † [i] culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum. Ideo nõ deſperata [k] mulier, quę non reticuit Deo, ſed magis confeſſa [l] peccatum eſt, quã medicinalis † [m] ſecuta ſententia eſt [n]. Bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur. Denique Cain, quia voluit crimen negare, indignus [o] iudicatus eſt, qui puniretur [p] in peccato: ſed remiſſus eſt ſine præſcriptione † [q] pœnæ, fortaſſe non tam reus † maiore crimine parricidij (illud enim commiſit in fratrem) quàm ſacrilegij: quòd Deo [r] credidit mentiendũ, dicẽs, (Neſcio: numquid ego cuſtos fratris mei ſum?) Et ideo accuſatori diabolo eius accuſatio reſeruata eſt, vt cum eius angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari. *& lib. 1. de pœnit. cap. 1.* Nam paſtor [s] ille Euangelicus lapſam ouem vexiſſe legitur, non abiecisse: & Salomon ait, (Noli eſſe nimium iuſtus [t]) Debet enim iuſtitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum ſe tibi curandum præbeat, quem faſtidio habeas †? qui contemptui ſe, non compaſſioni medico ſuo putet futurum?

Luc. 15.

Eccl. 7.

† al. dedas.

Idem Ambroſius eodem libro 1. de pœnitentia. c. 11.

C. XLVIII.

LIbenter [u] ignoſco, prompte indulgeo, miſericordiã malo, quàm ſacrificium: quia per ſacrificium iuſtus commendatur [x]. per miſericordiã peccator redimitur. (Non veni vocare iuſtos [y], ſed peccatores [z].) In lege [a] ſacrificium: in Euangelio miſericordia eſt: lex per Moyſem [b] data eſt: per me gratia.

Oſea. 6.

Matth. 9.

Ioan. 1.

Item Leo epiſcopus Theodoro Foroiulienſi epiſcopo. epiſt. 89. al. 91.

k ¶ *Non deſperata.*] nõ enim deſperare debemus, ‖ immo debemus molſi inter duas molas, ſc. ſpei & timoris. vnde dictum eſt: noli pignorare ſuperiorem molam nec inferiorẽ. Ille ſuperiorem pignorat, qui non timet, ‖ inferiorem, qui ita timet, quòd in deſperationem cadit, ſicut Cain. 90. diſtinct. neque.

‖ Molſi debemus inter duas molas † molicabiles.

Gen. 4.

† præſcripto] orig.

† abeſt ab orig.

l ¶*Confeſſa.*] ‖ fuit ergo Eua confeſſa, & etiam Adam ſimiliter. j. ead. diſt. ſicut primi. & cõfeſſa eſt cum dixit, manducaui. Dicitur tamen in hiſtoriis P. manducatoris in illo capitu. tunc fecerunt. quòd Eua non pœnituit, immo peccatum retorſit in ſerpentem, & ſerpentis auctorem. ſed ideo dicit P. manducator eam non fuiſſe confeſſam: quia non pure confeſſa eſt. dixit enim, Serpens decepit me. confeſſa eſt tamen cum dixit, & manducaui.

‖ Adam & Eua confeſſi ſunt.

m ¶ *Medicinalis.*] ſ. confeſſio.

n ¶ *Secuta ſententia eſt.*] cum ei dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos paries in dolore, &c.

o ¶ *Indignus.*] propter vtilitatem ſuam: ſicut de ea quæ miniſtrat in caupona dicit lex, quod non poteſt accuſari de adulterio propter ſui vilitatem. C. de adult. qui adulterium. & eſt ſenſus huius literæ, licet hic punitus fuerit, tamen eius pœna temporalis non fuit, ſed æterna, quæ hic incipit. argumẽ. j. diſt. 3 ſunt plures. §. auctoritas.

p ¶ *Puniretur.*] temporaliter certa pœna, quæ imponitur pro fratricidio.

q ¶*Sine præſcriptione.*] i. ſine certa pœna ſibi præſcripta & præfixa.

r ¶ *Quòd Deo.*] arg. quòd ſacrilegium committit qui Papæ mẽtitur. ipſe enim obtinet vicẽ Dei viuentis in terra. j. diſt. 3. inter hæc hirc. augetur hoc ſacrilegium ex perſona in quam committitur. ī. eadẽ. aut facta. circa princ.

‖ Papæ mentiens, ſacrilegus.

s ¶*Paſtor.*] ſed qui cum hominibus flagellari vult recipiendus eſt, & non abiiciendus. nam paſtor, &c.

t ¶*Nimium iuſtus.*] & alibi, Qui multum emungit, elicit ſanguinem, vt ī. diſt. 4 denique.

SErpens.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Euæ ſe excuſantis. In ſecunda parte ponuntur verba Ambroſij ſuper locum illum. Dicit enim, quòd qui non vult pro peccato puniri, agat pœnitentiam in hoc ſæculo: quod quia Eua fecit, ſalutem obtinuit. Cain autem quia nõ doluit, reſeruatum eſt eius peccatum æternaliter puniendum. Secunda pars ibi, *Venialis. Nam paſtor*, quaſi diceret, vere pœnitens eſt recipiendus, & non abiiciendus. *Nam paſtor*, &c. & loquitur de exemplo: quia de eo fit ſermo in Euangelio.

h ¶*Serpens.*] CASVS. ‖ Qui non vult in futuro puniri pro peccato, agat hic pœnitentiam, & confiteatur: quod quia fecit Eua, ſalutem obtinuit. Cain autem quia noluit, reſeruatum eſt eius peccatum æternaliter puniendum.

‖ Punietur in futuro qui hic non pœnitet pro peccato.

i ¶ *Venialis.*] ſed quomodo eſt venialis culpa Euæ, qua totus mundus ligatur. 5. diſ. ad eius. Dic quo ad vitam æternam, non temporalem. veniale ergo eſt peccatum quod ſequitur confeſſio, vt hic. Veniale etiam dicitur, quod in veteri lege morte non puniebatur, ſed per cæremonias purgabatur, nec aliam pœnitentiam eis lex imponebat, vt j. diſ. 6. c. 1. ver. nam venialia. Item dicitur veniale

‖ Peccatum veniale dicitur multifariam.

LIbenter.] CASVS. Ambroſius in hoc c. introducit verba Domini ignoſcentis pœnitenti & recognoſcenti peccatum ſuum. magis enim vult miſericordiam quam ſacrificium veteris teſtamẽti, cum per ſacrificium iuſtus cõmendetur, per miſericordiam peccator à pœna redimatur. Quod autem dicit *commendatur*, i. commendabilis apparet. *Miſericordia*, i. opera miſericordiæ. *Lex*, i. vindicta. *Per me*, ſ. Chriſtum.

u ¶*Libenter.*] in perſona Chriſti loquitur.

x ¶ *Commendatur.*] i. commendabilis redditur [a]. non autem per ſacrificium iuſtus fit aliquis.

a Dic clarius, quod hic dicit litera, ideo eſt, quia ex ſacrificio ſiue ex aliis operibus legis non iuſtificabatur, ſed iuſtus exiſtens ex eis commendabilis reddatur Petr.

y ¶*Iuſtos.*] i. qui ſe putant iuſtos, & confiteri nolunt.

z ¶*Sed peccatores.*] i. peccata ſua recognoſcentes.

a ¶*In lege.*] 12. q. 2. gloriæ epiſcopi.

b ¶*Per Moyſem.*] tanquam per miniſtrum.

MVltiplex.] Casvs. H. ſic ponit hunc caſum. In hoc c. dicitur, ꝙ Deus ſubuenit peccatoribus per baptiſmum, & per pœnitentiam, quam quis debet accipere ab eccleſia. hanc enim poteſtatem dedit Chriſtus prælatis eccleſiæ, vt pœnitentibus congruam ſatisfactionem iniungant. Si vero aliquis ſine baptiſmo, vel ſine pœnitentia deceſſerit, remiſſionem peccatorum, quam hic non habuit, in alia vita non conſequetur. In fine vero vitæ petentibus pœnitētiam & reconciliationem, neutrum denegetur. ſi tamen ſunt hæretici, ſchiſmatici, vel excommunicati, recipiātur per ſcripturam & per iuramentum: ſi vero ex toto vocem amittant & intellectum: neutrum denegetur ſi per aſtantes conſtiterit illos ſic petiiſſe.

3 Sent. 4. diſ. 17. Anſ. l. 1 1. c. 13.

C. XLIX.

MVltiplex [a] miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolū per baptiſmi [b] gratiā, ſed etiā per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternę: vt qui regenerationis donum violaſſent, proprio [c] ſe iudicio condemnantes, ad remiſſionem criminum peruenirent: ſic diuinæ bonitatis præſidiis ordinatis, vt indulgētia Dei, niſi ſupplicationibus [d] ſacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominū homo Ieſus Chriſtus hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus pœnitētiæ ſatisfactionem† darent, & eadem† ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent [e]. *& poſt pauca.* ¶ Si autem aliquis eorum [f], pro quibus Domino ſupplicamus, quocumq; interceptus obſtaculo à munere indulgentiæ præſentis exceſſerit†, & priuſquā ad conſtituta remedia perueniat, temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne non poterit. *& poſt pauca.* ¶ [2] His autem [h], qui in tempore neceſſitatis, & in periculi vrgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant: nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda [i]: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire: apud quē nullas patitur venię [k] moras conuerſio. *& infra.* ¶ Ita † ergo talium neceſſitati auxiliandum eſt, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam etiam amiſſo vocis officio per indicia† [l] integri ſenſus quęrere comprobentur. Quòd ſi ægritudine aliqua ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poſcebant, ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia [m] eis fidelium [n] circūſtantium prodeſſe debebūt, vt ſimul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium conſequantur. Seruata tamen regula [o] canonum paternorum circa eorū perſonas, qui in Deum à fide diſcedendo peccauerunt.

¶ Caput hoc, vt eſt apud Gratianum, magis conuenit cum originali impreſſo inter opera B. Leonis, quàm in tomis conciliorum.

Item Ambroſius lib. 1. de pœnitent. c. 1.

C. L.

[3] NEmo [p] poteſt bene agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam [q]. Sed negant [r] his oportere reddi communionē, qui præuaricatione [s] lapſi ſunt. *& infra.* ¶ Deus autem nullum crimen excepit [t], qui peccata [u] donauit omnia.

Item Ambroſius lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.

C. LI.

[3] VErbum [x] Dei dimittit peccata: ſacerdos eſt iudex [y]. Sacerdos quidē ſuum officium [z] exhibet [a], & nullius poteſtatis [b]. iura exercet. *& lib. 1. de pœnitent. cap. 2.* ¶ Dominus par ius ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, qui vtrumque pari [c] conditione permiſit. Ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi [d] habet. *& infra.* ¶ Certum eſt, quòd eccleſiæ vtrumque licet, hæreſi vtrumque non licet. Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus. Recte igitur eccleſia vendicat, quæ veros ſacerdotes habet: hæreſis vendicare non poteſt, quæ ſacerdotes Dei non habet.

¶ Confectum eſt caput hoc ex B. Ambroſij verbis, collectoris tamen arbitratu diſpoſitis.

Item in eodem 1. lib. de pœnit. c. 3.

a ¶ *Multiplex.*] id eſt, multipliciter ſubueniens: aliàs natura ſimplex [a] eſt.

a Vt Ioan. c. 2. Hug.

b ¶ *Per baptiſmi gratiam.*] pueris. ‖ nam quòd baptiſmus dicitur prima tabula, ad pueros refertur, qui pœnitere nō poſſunt. adultis enim, niſi pœniteant, baptiſmus tabula non eſt. j. ea. ſecunda.

‖ Baptiſmus eſt prima tabula.

† al. actionem

† al. eoſdem.

c ¶ *Proprio.*] ‖ non ꝙ ipſimet ſibi ipſis iniungant pœnitentiā: quia ſi ita intelligatur, pro nihilo eſſent ſacerdotib. datæ claues eccleſiæ, vt ſ. ea. diſ. cap. omnis. §. alij ecōtra. & c. agite. ſed quòd proprio motu cōfiteatur ſacerdoti, vt ſ. ea. c. non poteſt. & c. ecce nunc. & ca. porro. & c. facilius.

‖ Pœnitentiam ſibimet nullus poteſt iniungere.

† al. exciderit

2 ſ. 26. q. 1. his qui.

Additio. Aliàs non eſt c. per ſe, ſed ſub c. præcedē. porro. Arc.

d ¶ *Supplicationibus.*] ſi contemnatur oris confeſſio: aliàs ſecus. j. de conſec. diſ. 4. baptiſmi vicem. vel niſi inuiſibili ‖ adminiſtratione. j. ea. c. vlt. in fi.

e ¶ *Admitterent.*] aliter pro nihilo eſſent datæ claues eccleſiæ ſacerdotibus, vt ſ. ea. diſ. c. omnis. §. alij cōtra. & c. agite.

† *Verum, vt de eis etiam talium*) orig.

f ¶ *Eorum.*] ſcilicet im pœnitentiam. ‖ pro omnibus enim viuis orat eccleſia, neſciens quis ad numerū prædeſtinatorum pertineat, vt ſ. 24. quæſ. 3. corripiantur. 23. quæſ. 1. non exiſtimemus.

‖ Eccleſia ignorat quis ad prædeſtinationem pertineat.

† al. indicium

g ¶ *Non poterit.* ſ. 25. diſ. qualis. contra. Solut. hic de mortali, ibi de veniali. ſed niſi ſigna pœnitentiæ, &c. extra de ſent. excom. à nobis. quod dic vt not. 26. q. 6. ſi aliquis.

h ¶ *His autem.*] ſ. 26. q. 6. his qui.

i ¶ *Deneganda.*] ita ꝙ nec appellatio valet. extra de app. qua fronte.

k ¶ *Veniæ.*] ſcriptum eſt enim, ſpiritus ſancti gratia tarda neſcit habere molimina. arg. 26. q. 6. agnouimus.

l ¶ *Per indicia.*] arg. ff. de leg. 3. nutu. ff. de noua. delegare.

m ¶ *Teſtimonia.*] ſ. 26. quæſ. 6. qui recedunt. j. de conſecr. diſt. 4. ægrotantes.

n ¶ *Fidelium.*] maxime, quia etiam infidelis teſtimonium pro catholico dare poteſt, ſ. 2. q. 7. ſi hæreticus.

o ¶ *Regula.*] extra de hæretic. ſicut. ſ. 1. q. 7. quoties. & c. conuenientibus. & c. ſaluberrimum.

NEmo poteſt bene.] Hæc eſt 3. pars huius ſecundæ partis diſtinct. in qua probat, quòd ſolus Deus dimittit peccata. ſed ſacerdos eſt miniſter & de omni peccato. Ioan. de Fant.

Casvs. Dicitur hic quòd nulli datur indulgentia, niſi qui eam ſperauerit & petierit. Quidam tamen hæretici dicunt quòd lapſis in præuaricationem eſt communio deneganda: ſed malę, cum Deus omnia mala pœnitenti dimittat, & nullum excipiat.

p ¶ *Nemo.*] adhuc probat quòd oris confeſſio & operis ſatisfactio neceſſaria eſt: ‖ cū ſolis ſacerdotibus ſit tradita poteſtas ligandi & ſoluendi. 11. q. 3. abſit. oſtendit etiam, quòd omni petenti datur venia.

‖ poteſtas ligandi & ſoluendi ſolis eſt ſacerdotibus tradita.

q ¶ *Indulgentiam.*] quæ obtineri non poteſt niſi ſupplicationibus ſacerdotum, vt ſ. cap. proximo.

r ¶ *Sed negant.*] quidam hæretici, vt Nouatiani. j. diſtinct. 3. c. Naum. §. item quòd. & c. adhuc inſtat. 24. q. 3. quidam. verſ. Nouatiani.

s ¶ *Præuaricatione.*] i. per præuaricationem apoſtaſiæ, vel poſt primam pœnitentiam.

t ¶ *Excepit.*] cum dixit, In quacumque hora conuerſus fuerit peccator, &c.

u ¶ *Peccata.*] arg. contra. j. ead. c. importuna. §. quod autem. ſed ibi ſoluitur. & intellige hoc de finali impœnitentia.

VErbum Dei.] Casvs. Oſtenditur in hoc ca. quòd oris confeſſio & operis ſatisfactio ſit neceſſaria ad remiſſionem peccatorū: cum ſolis ſacerdotibus eccleſiæ ſit data poteſtas ligandi & ſoluendi tanquam miniſtris Dei. *Verbum*, id eſt, filius Dei. *Nullius poteſtatis*, id eſt nulla ſua poteſtate peccata dimittit.

3 Sent. 4. diſ. 18. 23. q. 5. remittuntur idem l. 3. de ſpiritu ſancto, c. 19.

x ¶ *Verbum.* id eſt, filius Dei, ‖ qui dicitur verbum: quia ſicut per verbum manifeſtatur volūtas alicuius: ita per filium voluntas patris. arg. 22. quæſt. 2. is autem. Vel verbū, id eſt, prædicatio, quæ quandoque eſt cauſa contritionis. & ita p conſequentiam remiſſionis. Et nota quòd licet dicat, verbū: non tamen propter hoc excluditur ſpiritus ſanctus, per quem etiam dicuntur peccata dimitti. 1. quæſ. 1. remiſſionem. nec pater, quia inſeparabilia ſunt opera Trinitatis. de conſec. diſ. 3. omnes. 28. q. 1. ſic enim. quandoque etiam eccleſiæ charitas dicitur dimittere peccata, vt de conſec. diſ. 4. eccleſiæ charitas.

‖ Filius Dei quare dicatur verbum.

y ¶ *Iudex.*] id eſt, miniſter. miniſterio enim, non auctoritate habet dimittere. de conſec. diſ. 4. aliud.

z ¶ *Officium.*] ſ. 23. q. 5. remittuntur. ſ. 11. q. 3. quomodo. & c. audi. officium. id eſt, orationem. 1. q. 1. remiſſionem.

a ¶ *Exhibet.*] in moderanda ſatisfactione. j. ead. menſuram.

b ¶ *Poteſtatis.*] id eſt, nulla ſua poteſtate.

c ¶ *Pari.*] illa, ſcilicet ſi diligis me, paſce, &c. & extra de election. ſignificaſti.

d ¶ *Nec ligandi.*] ff. de reg. iur. nemo. qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt. 21. diſtinct. inferior. ff. de re iudic. qui condemnare. habes tamen quatuor exceptiones [b]. j. de conſec. diſ. 4. factum. extra de ſenten. excom. tua. C. vbi ſenat. quoties. §. adeo. C. de offic. proconſul. l. 2.

b Ad huius declarōem videas quod not. 21. diſt. inferior. in glo. 1.

POteſt fieri.] Hæc eſt 4. pars huius 2. partis diſt. in qua quæritur quid fiat de illis qui Deum in corde confitentur, & ore negant in pœna, & dicitur quòd non perdunt meritum. Ioan. de Faut.

CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur: quòd licet aliquis bonus inter ſupplicia neget Deum ſermone, ſed corde confiteatur: tamen ei pœnitentiam confitenti vel pænitẽti venia nõ negatur. Quod ꝓbat Ambr. quadam ſimilitudine. In 2. parte dicitur, ꝙ qui recedit ab vnitate eccleſiæ, & cẽſet claues eccleſiæ nõ habere ius ligandi & ſoluendi, ipſe veniam de ſuis peccatis non conſequetur. In 3. parte dicitur, ꝙ quando poteſtas datur diabolo vt iuſtum affligat, in eo plus ipſe diabolus affligitur. In 4. parte dr, ꝙ licet Chriſtus ſemel paſſus ſit pro nobis, quotidie tamẽ immolatur in eccleſia cum corpus & ſanguinẽ eius ſumimus. Secunda pars ibi, *Et infra.* Tertia ibi, *Et paulo poſt.* Quarta ibi, *Sicut Semel. Aliquos,* id eſt, hæreticos. *Dicis,* o Deus. *Debeant,* ſcilicet ſacerdotes.

Poſte l. 6. ep. 1 c.

Pſal. 76.

a ¶ *Poteſt fieri.*] CASVS. Primo dicitur, ꝙ licet aliquis bonus inter ſupplicia neget Deũ, tamen non minus coronatur à Deo: & hoc probat quadam ſimilitudine. Secundo dicitur, quòd qui recedit ab vnitate eccleſiæ, dicens claues eccleſiæ non habere ius ligandi vel ſoluendi, ipſe veniam de peccatis ſuis non conſequetur. Tertio dicitur, ꝙ quandoque poteſtas datur diabolo vt iuſtum affligat: & in eo plus ipſe affligitur. Quarto dicitur, ꝙ licet Chriſtus ſemel ſit paſſus pro nobis, quotidie tamen immolatur in eccleſia, cum corpus & ſanguinem eius ſumimus. Quinto dicitur, quòd omni pœnitenti & pœnitentiam agenti dimittitur peccatum.

Ioan. 13.

C. LII.

4 POteſt fieri [a], vt aliquis victus ſuppliciis ſermone neget [b], & corde adoret [c]. Núquid eadẽ cauſa eſt eius, qui ſponte neget, & eius, quem tormenta inclinauerint ad ſacrilegium, non volũtas? Quàm indignum [d] autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deum non valere [e] aſſeratur? Nã ſæpe in hoc athletarum ſæculari certamine, etiam victos, quorũ fuerint certamina probata, vulgus [f] hominum cum victoribus coronare conſueuit: maxime quos viderit, aut forte, dolo, aut fraude excluſos victoria. Chriſtus ergo athletas ſuos, quos viderit grauibus pauliſper ceſſiſſe ſuppliciis, ſine venia patietur [g] manere? Numquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam quos proiicit, non in æternum proiicit? *& infra cap. 6.* ¶ Dicis Petro excuſanti, ne eius pedes [h] lauares. [Niſi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum.] Quod ergo iſti poſſunt cõſortium tecum habere, qui claues regni non ſuſcipiunt, negantes, quod dimittere peccata debeãt? Quod [i] recte quidem fatentur de ſe. Non enim habent Petri [k] hereditatem, qui Petri ſedem [*] [l] non habent, quam impia [m] diuiſione diſcerpunt, *& c. 13.* ¶ Ægritudo carnis peccatum repellit: luxuria autem carnis, culpã adolet. Illuditur ergo diabolus, vt ſe ipſe morſu ſuo vulneret, & cõtra ſe armet, quem debilitandum [n] putauit. *& j.* ¶ Quod nocet corpori, iuuat ſpiritum. *& lib. 2. c. 3.* ¶ Sicut ſemel ꝓ omnibus [o] immolatus eſt Chriſtus, ita quotieſcumque peccata donantur, corporis [p] eius ſacramentum ſumimus, vt per ſanguinem eius fiat peccatorum remiſſio. Ergo euidentiſſime Domini prædicatione mandatũ eſt etiam grauiſſimi criminis reis, ſi ex toto corde, & manifeſta [q] confeſſione peccati pœnitentiam agant†, ſacramenti [r] cœleſtis gratiam refundendam.

† al. gerunt.

*¶ Sedem.] *Apud B. Ambroſium legitur, fidẽ: quod ob gloſſam non eſt mutatum: ſed multa alia ſunt emendata.*

Item lib. 2. de pœnitentia, c. 7.

C. LIII.

5 QVantuſlibet [s] ergo mortui [t] fœtor ſit, aboletur omnis, vbi ſacrum redoleuerit [u] vnguentum: & ſurgit defunctus: & ſolui [*] iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato [x] eſt: tollitur velamen [y] de facie eius, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus eſt, reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubeſcat [z], cui peccatũ [a] dimiſſum eſt. In tanta vero Domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo cũ oporteret vniuerſos lætari, commouebantur impij, & aduerſus Chriſtum concilium congregabant, Lazarũ [b] quoq; interficere volebant [c].

o ¶ *Pro omnibus.*] quo ad ſufficientiam, non quo ad efficaciam: quia non niſi pro ſaluandis, j. de conſe. di. 2. ſemel. & c. iteratur. [a]

a 8. q. 1. in ſcripturis. Hug.

p ¶ *Corporis.*] H. conuertit hanc litteram ſic, i. quotieſſumimus ſacrũ corpus, nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic, vt j. ea. gl. vlt. quandoque enim interius conterimur [b], ore cordis corpus Chriſti ſumimus [c] j. de conſ. diſt. 2. quid ſit ſanguis. in princ. ſed peccata abſoluta ſine confeſſione & contritione non dimittuntur. j. ca. diſtin. tres. vnde cum dimittuntur. corpus Chriſti ſumitur.

b] Al. confiteatur.

c Spũ alter per fidem. ver.

q ¶ *Manifeſta.*] in hoc facit c. ad propoſitũ.

r ¶ *Sacramenti.*] i. eccleſiaſticæ vnitatis. vt 32. q. 4. nemo. in fi. de qua quilibet vere pœnitens efficitur, vt j. diſt. 6. qui vult. verſ. laboret. vel ſacramenti, corporis & ſanguinis Chriſti: ꝗa ex quo quis vere pœnitet, ex tunc digne poteſt ſuſcipere corpus & ſanguinem Chriſti: & ſic cauſam hoc eſt rectus ordo in ſuperiori littera: & eſt ſenſus, ſumimus digne, id eſt, poſſumus ſumere digne.

† pœnitens vere, poteſt digne Chriſti corpus ſumere.

Q*Vantuſlibet.*] Hæc eſt 5. pars huius 2. partis diſt. in qua dr, quòd quãtumcumque ſit peccatum magnum, tamen deletur à gratia. Io. de F.

s ¶ *Quantuſlibet.*] CASVS. Inuehitur Ambr. contra prædictos hæreticos, dicens, ꝙ illi qui dñt aliquem iterũ pœnitere non poſſe, volunt eos q per contritioẽ ſuſcitati ſunt, iterum interficere: ſicut Iudæi voluerunt interficere Lazarum à Dño reſuſcitatum.

t ¶ *Mortui.*] tangit de Lazaro, & de ſorore Martha, quę dixit Domino præcipienti ſibi tolle lapidem: Domine iam fœtet.

ADDITIO. No. eſt, ꝙ Lazarus fætidus ſignificauit quemlibet peccatorem ſe & alios ſuo exemplo corrumpentem qui in Bethania: (quæ interpretatur domus obedientiæ, & quæ ſignificat eccleſiam) ſuſcitatur à Chriſto. Fractio alabaſtri ſignificat fractionem corporis Chriſti in cruce per paſſionem, cuius odor totam domum, i. vniuerſalem eccleſiam implens, mortuos viuificat: quia fama paſſionis eius per totum orbem diffuſa, peccatores credentes iuſtificat. Pet.

Ioan. 11.

¶ Alabaſtri fractio quid ſignificat.

b ¶ *Neget.*] & ita peccat mortaliter: quia nulla conditione debet ad hoc adduci, vt 22. q. 2. primum. & 11. q. 3. nolite. 32. q. 5. c. ita ne. vnde in epiſ. ad Rom. peccatum fuit Petro ore denegare, cum corde adoret. 50. diſ. fidelior.

c ¶ *Adoret.*] id eſt credat & diligat vt prius. licet enim non habeat charitatem, reputat tamen eum domum ſuum.

d ¶ *Indignum.*] ſ. diſ. 50. presbyteros.

e ¶ *Non valere.*] non tamen valet quo ad vitam æternam, niſi fiat cum charitate. ſi enim tradidero corpus meum ita vt ardeam, &c. vt 1. q. 1. vide. Vel loquitur de eo qui poſtea pænitet. argu. j. diſ. 3. ſepties. Et ita eſt arg hic, ꝙ Deus remunerat opera mortificata per peccatum. j. diſ. 2. §. hæc itaque. & c. non eſt tam iniuſtus.

¶ Opa mortificata, vtrũ remunerentur à Deo.

f ¶ *Vulgus.*] j. diſ. 3. ille rex. ver. ſanct. & eſt pars cap. eiuſdem, ſcilicet Ambroſij.

g ¶ *Patietur.*] quaſi dicat non, ſi poſtea pænituerint. Vel dic ſine venia, id eſt, pœnæ alleuiamento. j. diſ. 3. prium. per hoc datur intelligi, quòd pœnitenti peccata dimittuntur.

h ¶ *Pedes.*] id eſt, affectus inferiores, ſcilicet venialia.

i ¶ *Quod.*] ſcilicet, quòd claues non habent.

k ¶ *Petri hereditatem.*] id eſt, innocentiam, vt ſ. diſ. 40. non nos, Vel Petri hereditatem, id eſt, poteſtatem dimittendi peccata.

l ¶ *Sedem.*] id eſt, eccleſiam. a qua ſunt alieni per ſchiſma.

m ¶ *Impia.*] 93. diſ. qui cathedram.

n ¶ *Debilitandum.*] per infirmitatem, vel aliud incommodum, ſæpe enim diabolus nititur vt homo patiatur ægritudinem vel afflictionem, vt ſic iraſcatur, & Deum offendat. ſed ſæpe per talia recognoſcit peccatum ſuum, & compungitur, & armatur contra diabolum: vt Iob, & ſic diabolus illuditur. fortior enim reſurgit poſt lapſum, vt 50. diſ. ferrum. & c. fidelior.

¶ Infirmitas ſæpe nos armat contra diabolum.

u ¶ *Redoleuerit vnguentum.*] id eſt, virtutes & bona opera, vel Chriſti miraculum, vel gratia eſt illud vnguentum, de quo dicit Euangelium quòd fracto alabaſtro, id eſt, Chriſto lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum, id eſt, vniuerſalem eccleſiam. de quo vnguento dicitur: ſicut vnguentum in capite, &c. in barbam, &c. proxima barba in quam deſcendit, fuerunt Apoſtoli, & ab eis deſcendit in barbam Aaron, id eſt, in epiſcopos, & alios prælatos. *Vel vnguentum,* id eſt, pœnitentia fructifera. Illud vnguentum conficitur tribus modis, ſcilicet, contritione cordis: confeſſione oris: & ſatiſfactione operis.

x ¶ *In peccato.*] i. in pœna peccati, ſ. ſatiſfactione. non enim Lazarus reſuſcitatus fuit in peccato. Dic ergo in peccato eſt quo ad eccleſiã: licet de eo iam contritus ſit quo ad Deum.

y ¶ *Velamen.*] quod impediebat eum ne videri poſſet: vnde Eſaias, Oppoſuiſti nubem ne tranſeat oratio.

z ¶ *Erubeſcat.*] ar. per pœnitentiam deleri infamiam. ar. contra. 2. qu. 3. c. Euthemium. §. hinc. & quòd peccata ſanctorum non reuelabũtur in die iudicij. ar. j. e. §. non itaque.

a ¶ *Cui peccatum.*] quòd confitetur tribus modis: oris confeſſione, cordis contritione, & operis ſatiſfactione.

¶ Pœnitentia in tribus continetur.

b ¶ *Lazarum.*] iſte fuit primus proditor inferni: & ideo diabolus ſuggerebat Iudæis vt ipſum interficerent.

c ¶ *Volebant.*] ſtulta voluntas erat, quaſi non poſſet ſuſcitare occiſum, qui ſuſcitauit defunctum.

a ¶ Eorum

a ¶ *Eorum.*]ideſt, impiorum, ſcilicet Iudæorum.
b ¶ *Succeſſores.*]id eſt, imitatores: vt 1.q.1. cito turpem.
c ¶ *Itaque.*] de conſec. diſt. 4. quæris.
d ¶ *Non reuocat.*]ſupra 22. quæſt. 2. c. ſi quælibet. §. quãdoque. ſupra 16. q. 1. viſus.
e ¶ *Amplificat.*] quia dimittit peccatum, & poſt ſeipſum confert vt 50. di. pœnitentes. de conſ. diſt. 4. nemo.
f ¶ *Ad cœnam.*]ipſe Lazarus, ſ. vbi & ipſa Martha miniſtrabat, quando fuit inuitata à Simone leproſo.

Is poteſtatis ſuæ.] Casvs. Adhuc proſequitur Ambroſius de hæreticis, qui per Iudæos deſignantur. Et hunc caſum ſic ponit Laurentius. Loquitur Ambroſius hic cõtra Iudæos, qui dicebant Chriſtum in Beelzebub nomine eiicere dæmonia: quibus Dominus dixit q peccat in filium vel in patrem remittitur ei :|| qui vero peccat in ſpiritum ſanctum, non remittitur ei, neque hic, neque in futuro. Iſti ergo Iudæi ſeparabant cæleſtem poteſtatẽ ab eccleſia, qui eum in Beelzebub dicebant eiicere dæmonia: quibus Dominus loquens (vt prædixi) complexus eſt omnes hæreticos tam illius temporis, quàm futuros. *Quia omne.* ſ. ſeparare poteſtatem ab eccleſia, eſt omne id eſt magnum & grauiſſimum peccatum. Vel hoc ideo dicit, quia q in hoc delinquit, factus eſt omnium reus.

† al. celebrata.

|| peccatũ in ſpiritum ſanctum eſt irremiſſibile.

z Ad ſ. lit. c. 371.

g ¶ *In poteſtatis.*] adhuc proſequitur Ambroſius de hæreticis per prædictos Iudeos deſignatis.
h ¶ *Poteſtatem.*]ſc. dimittendi peccata, ſoluendi & ligandi.
i ¶ *Hæreticos.*] per Iudæos, qui ſuſcitationem Lazari non credebant.
k ¶ *Negat.*]dicẽs, Vos in peccato veſtro moriemini. & hoc ſi perſiſtant in hæreſi: quia cõuerſis præſto eſt indulgentia. 26. quæ. 6. ſi presbyter.

¶ al. egiſſet

l ¶ *Omne peccatum.*]i. magnum peccatum. Vel ideo hoc dicit q qui in hoc vno delinquit, factus eſt omniũ reus. j. diſt. 5. fratres.
Additio. j. diſt. 5. c. ſi. ext. de reg. iur. defleat. Arch.
m ¶ *Qui veſtram.*]47. diſt. ca. ſicut. §. neceſſe. & tibi, Conueniet nulli qui ſecum deſſidet ipſe. ar. ff. de ædil. edi. cum autem. §. excipitur. & alibi, Qui ſibi non parcit, mihi vel tibi quomodo parcet? Alia littera habet noſtram, ideſt. à nobis accipere. 23. q. 5. ſi non licet.
n ¶ *Pœnitentiam.*]non ergo licet accipere pœnitentiam ab hæretico, ſicut nec Euchariſtiam, vt 24. q. 1. ca. vlt. ſed baptiſmum bene in neceſſitate, vt 24. q. 1. ſi quem.
o ¶ *Arbitror.*]ideſt, certus ſum. nam quantuſlibet ſit fœtor, aboletur per pœnitentiam, vt ſ. c. quantuſlibet.
p ¶ *Iudas.*]j. diſt. 6. qui vult. in prin.
q ¶ *Geſſiſſet.*]ſed iuit ipſe ad dimiſos. j. diſt. 3. iudas.
r ¶ *Emendationibus.*]ergo non ſufficit ſola cordis contritio. & ita facit ad propoſitum Gratiani.
s ¶ *Et tegere.*]j. diſt. 3. ille rex.

Nonne merito eorum [a] ſucceſſores [b] vos fore cognoſcitis, quorũ duritiæ heredes eſtis? Nã & vos indignamini, & contra eccleſiam cõgregatis concilium, quia videtis mortuos in eccleſia reuiuiſcere, & peccatorum indulta venia reſuſcitari. Itaque [c] (quod in vobis eſt) per inuidiam rurſus vultis interficere ſuſcitatos. Sed Ieſus non reuocat [d] beneficia, immo cumulo ſuæ liberalitatis amplificat [e], reuiſit ſolicite ſuſcitatum, & celebrata † reſurrectionis gratia lętus ad cœnam [f] venit, quam ei ſua præparauit eccleſia: in qua ille, qui fuerat mortuus, vnus inter diſcumbentes cum Chriſto inuenitur.

a ¶ Solui iubentur.]*In originali impreſſo legitur*, & ſoluere iubentur eius vincula, quę adhuc in peccato ſunt, tollere velamẽ, &c. *Alia vero ex eodem ſunt emendata, & addita nonnulla.*

Item ibidem c. 4.

C. LIIII.

IIs poteſtatis [g] ſuæ gratiam [h] negat, (quæ in remiſſionem peccatorum eſt) qui cęleſtem eius poteſtatem [h] diabolico [a] fultam ſuffragio vendicarét. Eoſque aſſerit diabolico vti ſpiritu, q ſepararét eccleſiam Dei, vt omnium temporum hæreticos [i], & ſchiſmaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat [k]: quia omne peccatum circa ſingulos eſt, ac vniuerſos. [β] *& infra c. 5.* ¶ Quid mirum, ſi ſalutem negatis alijs, qui veſtram [m] recuſatis? licet [γ] & illi nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitẽtiam [n] petunt. Arbitror [o] enim quòd etiam Iudas [p] potuiſſet tanta Dei miſeratione non excludi à venia, ſi pœnitentiam nõ apud Iudæos, ſed apud Chriſtum geſſiſſet † [q] *& paulo poſt.* ¶ Qui agit pœnitentiam, non ſolum diluere lacrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendatioribus [r] factis operire, & tegere [s] delicta ſuperiora, vt nõ imputetur ei peccatum.

NOnnulli.] hæc eſt 6. pars ſecundæ partis huius diſt. in qua reprehendit eos, qui paruas pœnitentias poſtulant à ſacerdote propter faſtidium benefaciendi. Ioan de Fan.
Casvs. Quidam poſtulabant pœnitentiam à ſacerdotib. vt ſtatim in priſtinum ſtatum reuertantur. hi potius obligant ſacerdotes quã ſe abſoluunt: quib. ſacerdotib. dictum eſt, nolite dare, &c.

α ¶ Diabolico] *Addita hic ſunt nonnulla ex B. Ambroſio, quæ deeſſe videbantur. Antea enim legebatur*, qui cæleſtem poteſtatem diabolico ſpiritu ſeparant ab eccleſia Dei, vt omnium, &c.
β ¶ Ac vniuerſos.]*In originali eſt*, hoc in vniuerſos. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*
γ ¶ Licet & illi]*In aliquot vetuſtis codicibus, & originali legitur*, licet illi nihil deferant. *Sed auctor gloſſæ videtur habuiſſe vt in vulgatis Gratiani.*

Idem in eodem 2. c. 9.

C. LV.

6 **N**Onnulli ideo poſcunt pœnitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem velint. Hi non tam ſe ſoluere cupiũt, quàm ſacerdotem ligare [t]. Suam enim conſcientiam non exuunt, ſacerdotis induunt: cui † præceptum eſt, (Nolite [u] ſanctum dare canibus [x], neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos, [y] hoc eſt, immundis ſpiritibus † ſacræ communionis non impendenda conſortia [z].

† abeſt ab orig.

Matth. 7.

† impuritatibus.

Idem ibidem.

C. LVI.

SVnt, qui arbitrentur hoc eſſe pœnitentiam, ſi abſtineant à ſacramentis cæleſtibus. Hi ſæuiores in ſe iudices ſunt, qui pœnam præſcribunt ſibi, declinant remedium [a], quos vel pœnam ſuam conueniebat delere. quia cæleſti fraudarentur gratia. *& c. 10.* ¶ Facilius [b] autem inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quam qui congrue [c] egerint pœnitentiam, vbi acquirendæ [d] ambitio dignitatis [e], vbi vini effuſio [f] vbi ipſius copulæ coniugalis vſus [g]? Renuntiandum ſæculo [h] eſt, ſomno ipſi minus indulgendum, quàm natura poſtulat [i], interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus, viuendum ita, vt in tali [k] vita huic moriatur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur. *& infra c. 11.* ¶ Nemo in peccatis † [l] poſitus arrogare ſibi debet auctoritatem ...

† al. peccato

t ¶ *Ligare.*]in ſe onus pœnitentiæ ſuſcipiendo: quod poteſt & debet quandoque ſacerdos. j. diſt. 6. c. 1. Vel indiſcrete ſoluendo. ar. 50. diſt. ſi quis præpoſtera.
v ¶ *Nolite.*] ſ. 11. qu. 3. nolite.
x ¶ *Canibus.*]prius. iã enim poſt pœnitentiam canes non ſunt, & intellige canibus, ideſt, manifeſtis. nam de occultis ſecus. de conſe. diſt. 2. non prohibeat.
y ¶ *Ante porcos.*]ideſt, peccatum ſordidatos.
z ¶ *Conſortia.*] quia ſumma & ima ſociãtur, &c. de conſe. di. 2. quid ſi ſanguis. & 43. diſt. in mandatis.

SVnt qui.] Casvs. Quidam erãt qui nolebãt accipere pœnitentiam à ſacerdotibus, nec de peccatis ſuis ſatisfacere & dolere: putantes ſibi ſufficere, ſi propria auctoritate à ſacramentis abſtineant. quos Amb. in hoc c. reprehendit, hortans eos multipliciter vt doleant & ſatisfaciãt de ſuis delictis. quod probatur exẽplo Moyſi. *Parſcribunt*, i. imponunt & pręfigunt ſibi pœnitentiam talem ſcriptam in Gen.
a ¶ *Si remedium.*]i. pœnitentiam, per quam conſequuntur remedium, vel communionem. de conſe. diſt 2. ſi quis intrat eccleſiam. & j. e. qui ſanctus.
b ¶ *Facilius.*]j. e. diſ. 3. c. 1. hæc de charitate. & c. reperiuntur.
c ¶ *Congrue.*]& ita eſt arg. quòd facilius de nouo aliquid acquiritur quam recuperetur amiſſum, vt j. diſt. 3. reperiuntur. & dicit Boethius. Facilius eſt ad virtutem erigere nouos, quam reuocare veteres vel prateritos.
d ¶ *Acquirendæ.*] in hac vita ſupple. & tunc congrue, ſequitur, vbi, &c. vel dic vbi, ideſt, in pœnitentia debent ceſſare quæ ſequuntur. Vel ſic ordina litteram. nuntiandum eſt ſæculo, vbi acquirendum eſt.
e ¶ *Ambitio dignitatis.*]quæ reprobatur 8. q. 1. ſcripturis.
f ¶ *Vini effuſio.*]quæ reprobatur ſ. 35. diſt. c. 1.
g ¶ *Copula coniugalis vſus.*]qui quandoque minus licitus eſt 32. q. 4. origo.
h ¶ *Sæculo.*]quo ad ambitionem dignitatis. 40. diſt. multi.
i ¶ *Natura poſtulat.*]arg. || contra illos qui dormiunt in ſcholis: & ita debemus propriam naturam expugnaré, licet contraria ſit medicina. j. de conſe. diſt. 5. contraria.

|| dormiendum nõ eſt in ſcholis.

k ¶ *In tali*]quia maioris eſt pœnæ inter homines viuere, &c. C. de apoſta. hi qui ſanctum.
l ¶ *In peccatis.*] mortalibus: quia cum veniali non prohibetur. de conſec. diſt. 2. quotidie.

a ¶ Quis

ritatem, aut vſurpationem ſacramentorũ: quia ſcriptum eſt (Peccaſti? quieſce [a].) *& paulo poſt.* ¶ Dicimus† [b] ergo & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore, quo culpæ deferueſcat [c] luxuria, & in captiuitate peccati poſitos, reuerentiores [d] nos non vſurpatores eſſe debere. Nam ſi Moyſi propius accedere geſtienti, vt cognitionem myſterij [e] cæleſtis hauriret, dicitur (Solue [f] calceamentũ pedum tuorum,) quanto magis nos animæ noſtræ pedes [g] exuere vinculis corporalibus, & greſſus omnes mundi iſtius nexu debeamus abſoluere [h]? *& paulo ſuperius.* ¶ Nihil eſt, quod tam ſummo dolori ſit, quàm ſi vnuſquiſque poſitus ſub captiuitate peccati recordatur, vnde lapſus [i] ſit, atque vnde [k] deciderit, & quod ad corporea† atque terrena ab illa ſpecioſa, & pulchra diuinæ cognitionis intentione deflexerit.

a ¶ Vbi acquirendæ.] *Locus integer B. Ambroſij hic eſt.* An quiſquam illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi vini effuſio, vbi ipſius copulæ coniugalis vſus? *Sed glo. in ver.* acquirendæ, *obſtitit, ne his emendaretur. Multa autem alia ſunt emendata.*

β ¶ Vt in tali vita.] *In originali eſt,* vt vitali huic moriatur vſui. *Sed gloſſa obſtitit, ne mutaretur.*

Item Cyprianus epiſcopus, lib. 4. epiſto. 2. ad Antonianum.

C. LVII.

MIror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe, vt dandam nõ putent lapſis pœnitentiã, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, cum ſcriptum ſit (Memento, vnde cecideris, & age pœnitentiam. & fac priora [l] opera.) Quod vtique ei dicitur, quem conſtat cecidiſſe, & quem Dominus hortatur per opera rurſus exurgere: quia ſcriptum eſt (Eleemoſyna [m] à morte liberat:) & non vtique ab illa morte, quam ſemel [n] Chriſti ſanguis extinxit, & à qua nos ſalutaris baptiſmi, & redemptoris noſtri gratia liberauit: ſed ab ea [o], quæ per delicta poſtmodum ſerpit.

Item Hieronymus Damaſo.

C. LVIII.

IMportuna in Euãgelio mulier tandem meruit audiri: & clauſo cũ ſeris† [p] oſtio [q], media licet nocte [r], ab amico panes [s] amicus accepit: Deus ipſe, qui nullis contra ſe viribus ſuperari poteſt, publicani precibus [t] vincitur [u]. Niniue ciuitas, q̃ peccato periit [x], fletibus ſtetit [y]. Quorſum iſta tã longo repetita principio? videlicet vt paruum magnus aſpicias, vt diues paſtor morbidam non contemnas ouem. Chriſtus in paradiſum de cruce latronem intulit: & ne quis aliquando ſerã conuerſionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium [z]. Chriſtus, inquam, prodigum filiũ reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remanſerat, humeris boni paſtoris aduehitur. ¶ Vbi [a] vero peccator intelligens vulnus ſuum tradidit medico ſe curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis [a].

a ¶ Vbi vero.] *Hæc vſque ad finem non ſunt inuenta apud B. Hieronymum.*

3 *Quòd autem omni peccanti, auctoritate Ambroſij [b] venia promittitur, falſum videtur. Quibuſdam enim venia denegatur [c] aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij. Vnde Ioannes in epiſtola ſua [Eſt peccatum [d] ad mortem: quis† orabit pro eo?] Alibi [e] quoque legitur [Quis medebitur incantatori vulnerato à ſerpente?]*

a ¶ *Quieſce.*] i. abſtine à ſacramentis arg. contra promouendos, qui poſt baptiſmum peccauerunt. 25. diſt. primum.

b ¶ *Dicimus.*] hic agit de tempore agendæ pœnitentiæ, quaſi dicat, ſi in iuuentute non pœnitemus: ſaltem in ſenectute pœniteamus.

¶ pœnitendi tempus.

c ¶ *Deferueſcat.*] alias deferuescat. j. diſtin. 3. in ſaicibus.

Eccl. 21. Gene. 4. ſecundum 70. † Dicimus] ong

Additio. Quod nota. 22. q. 2. ancillam. in fin.

d ¶ *Reuerentiores.*] i. propter reuerentiam abſtinere ab Euchariſtiæ perceptione.

e ¶ *Myſterij.*] ſci. quare rubus ardens nõ comburebatur in montem Oreb. Rubus eſt virgo Maria, ignis ardens in rubo nec comburens eſt ſpiritus ſanctus in beata Maria: qui deſcẽdens in eam non violauit eam. & ſecundum hoc quod ſequitur, ſolue calciamenta, &c. ſi intelligitur calciamentum quod fit de mortuis animalibus, eſt prauus intellectus Phariſæorũ dicentium: ſi peperit, ergo cum viro concubuit. dicitur ergo Moyſi, i. cuilibet Chriſtiano: ſolue calciamenta, &c. i. exue talem intellectũ. ſallit in beata Maria quæ virgo ante partum & poſt partum Chriſtum peperit.

¶ Rubus ardens qui nõ comburebatur, quid repræſẽtabat. Exod 3. Act. 12.

† al. corporea atque terrena

f ¶ *Solue.*] i. opera mortua de affectib. tuis: quia nullus digne cõſpicere vel Deum videre poteſt, niſi cuncta terrena & mortalia vitia deponat. vnde talis veterum conſuetudo erat, vt ſi ſpõſus ſponſam repudiaret, in ſignum repudij diſcalceari iubebatur. de hoc dicitur 8. qu. 1. olim. & ideo Moyſes diſcalceiari iubetur, ne ad eccleſiam, quæ in rubo ſignificatur, quaſi ſponſus accedat non calceatus. hoc. n. ſeruandum eſt i Chriſto, qui verus eſt ſponſus: de quo Ioannes ait, Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius, &c. de conſe. diſt. 4. per aquã.

¶ De⁹ à quo videri poteſt.

¶ Conſuetudo veterum in ſignum repudij.

Apoc. 2.

g ¶ *Pedes.*] i. affectiões. Vnde Aug. ſuper illum locum, In laqueo illo quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum: dicitur pes animæ amor: & ſi eſt ad bonum, dicitur charitas: ſi ad malum, dicitur cupiditas.

¶ pedes pro affectionib⁹ accipiũtur.

h ¶ *Abſoluere.*] antequam ad ſacramenta accedat.

i ¶ *Lapſus.*] hoc idem dicit Boethius. Infeliciſſimum genus infortunij eſt fuiſſe felicem.

k ¶ *Vnde.*] i. à quo ſtatu. 50. diſt. quia ſanctitas.

MIror.] Casvs. Quidam ſtulti ſacerdotes erant in eccleſia: qui cum viderent quoſdam peccatores non recte pœnitere, nec veniam recipere: alios ad pœnitentiam recipere nolebant: quos hic redarguit Cyprianus: & quod eos recipere debeant, probat auctoritate Io. in Apoc. & auctoritate Tobiæ.

l ¶ *Priora.*] 50. diſt. domino ſancto.

m ¶ *Eleemoſyna.*] ſcilicet interior, vt infra diſtinct. 3. capit. incaſſum. §. ſed verba. Vel exterior liberat à morte, id eſt, à peccato occaſionaliter: quia citius illuſtratur. infra eadem medicina. quia ſicut ſeta filum introducit: ita timor ſeruilis charitatem, &c. j. diſtinctio. 3. qui vult.

n ¶ *Semel.*] hinc collige peccata non redire. j. diſt. 4. cap. in domo. §. item ſecundum. & 23. q. 4. ſi illic.

o ¶ *Ab ea.*] id eſt, à morte actualium peccatorum. de conſec. diſt. 4 c. 1. & 2.

IMportuna.] Casvs. Probat Hiero. in hoc c. quod peccatoribus & pœnitentibus venia tribuitur, & quòd ſemper eſt pœnitentia faciẽda, licet quis ſit in mortali peccato, vt veniam impetret: quod probatur exẽplo mulieris Chananææ, quæ per ſuam importunitatem vel inſtantiam meruit à Domino exaudiri: & exemplo amici, qui ab amico tres panes impetrauit: & latronis qui in cruce meruit veniam: & quibuſdam aliis exemplis, quæ in littera facile videbis. *Periit.* id eſt, perire meruit: vel digna fuit perire, vel peritura eſſe credebatur. *Martyrium.* non in veritate fuit martyrium: ſed ſimilitudine facti.

Tob. 4.

IMPORTVNA. Casvs. Probat in hoc c. quòd inſtanter bona facienda ſunt, licet quis ſit in mortali peccato, vt impetret veniã, ſicut Chananæa, & ſicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit: latro etiam meruit veniam: & aliis exemplis vtitur.

¶ Bona inſtanter ſunt facienda. Luc. 18. & 11.

p ¶ *Cum ſeris.*] id eſt, taciturnitate prædicatorum.

† ſeris.] i. ti. Luc. 18. Iona. 3.

q ¶ *Oſtio.*] i. intelligentia ſcripturarum.

r ¶ *Nocte.*] id eſt, in profundo vitiorum poſitus.

Luc 23.

s ¶ *Panes.*] i. fidem ſanctæ Trinitatis.

t ¶ *Precibus.*] illis ſ. Deus propitius eſto mihi peccatori.

u ¶ *Vincitur.*] quia regnum cælorum vim patitur. 1. quæſt. 3. Saluator.

Luc. 15. Matth. 18.

x ¶ *Periit.*] i. perire meruit. ſimilis expoſitio 24. q. 3. ſi quis non recto.

y ¶ *Stetit.*] i. non periit.

z ¶ *Martyrium.*] non in reiveritate fuit martyrium, ſed propter ſimilitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna conuerſa in martyriũ: quia per fidem & patientiam: quam tunc habuit, dignus fuit æterno præmio, ſcilicet vt intraret ſtatim ad vitam, ſicut & illi qui patiuntur martyrium, vt j. de conſ. diſt. 4. baptiſmi vicem. contra ibi enim dicitur, quòd latro non pro nomine Chriſti crucifixus eſt: ſed pro meritis facinorum ſuorum: & pœna non facit martyrem, ſed cauſa, vt dicit Aug. quare martyrium non fuit: quod & verum eſt. eius ergo pœna martyrium dicitur ratione æterni præmij, quòd quaſi martyr recepit confitendo, vel ratione confeſſionis quam in patibulo habuit, ſicut enim martyr, ſic latro inter pœnas Chriſtum confiteri non timuit.

¶ Latro bonus an fuerit martyr.

1. Io. 5. † non pro eodico, vt roget quis. Ieſu. Eccl. 12.

a ¶ *Lenitatis.*] arg. iudicem potius debere ſequi miſericordiam quàm rigorem. 24. q. 2. legatur. ſ. diſt. 45. licet plerumque. ſ. 2. q. 5. quanto. ſ. diſt. 86. odio.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 3. pars diſt. in qua probat, quod omnia Deus dimittit pœnitenti, qui autem moritur impœnitens, ille peccat in ſpiritum ſanctum: cui numquam dimittetur. Io. de Fan.

Casvs. Probatum eſt ſ. auctoritate Ambr. quod pœnitenti venia tribuitur. ſed contra obiicit Gratia. vt contrarietatem illam poſtea ſoluat. Seq. c. ſi ſacerdos, planum eſt.

b ¶ *Auctoritate Ambroſij.*] ſ. e. nemo poteſt. ſ. e. importuna.

c ¶ *Denegatur.*] i. videtur denegari.

d ¶ *Eſt peccatum.*] aliter hic exponit magiſter iſtam auctoritatem q̃ exponatur j. c. §. poteſt. & exaudi auctoritatem iſtam de peccato in ſpiritum ſanctum, vt exponit Auguſtinus. j. e. §. poteſt.

e ¶ *Alibi.*] in libro leſu filij Syrach.

a ¶ Si ſacer

a S *I ſacerdos*]in libro regum.

SED HVIVSMODI. Casvs. Gratianus ſoluit prædictam cõtrarietatem dicens quòd huiuſmodi interrogationes, ſi ſacerdos peccauerit, &c. inferunt difficultatem & varietatem: quòd difficile ſit vt aliqua ſingularis perſona oret pro ipſo: & ad hoc probandum quaſdam auctoritates inducit.

b ¶ *Non ſemper.*]ſ. 32. q. 7. quid in omnibus. ff. commo. l. ad nos. ff. locati. l. ſed & de dam no.

c ¶ *Difficultatem.*]hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercesſorem ſpiritualem.

d ¶ *Deus quis.*] quia imago, & etiam quælibet fidelis anima. j. diſt. prox. illa anima. ſed & homo habet ſimilitudinem Dei. j. 33. qu. 5. hæc imago. ſ triplex eſt igitur imago ſiue ſimilitudo identitatis, ſecundum quã tantum filius Dei eſt imago patris imitationis. ſecundum quã dicitur quòd magna nauis eſt imago alicuius domus, & diſcipulus magiſtri ſimilitudinis expreſſæ, vt ſigillum in cera depingitur.

e ¶ *Rogaſſe.*] pro peccatis Hieruſalem, ſ vnde in libro Machabæorum legitur, quod Iudas Machabæus cũ deberet pugnare cũ ſuis paucis contra Nicanorem, qui erat cum multis, ad confortationem ſuorum retulit ſomniũ quod in præcedenti nocte viderat in hunc modum. Viderat Oniam ſacerdotem manus ad cælum protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & poſtea apparuiſſe alium virum ætate & gloria mirabilem circa illum Oniam, & dixiſſe: Hic eſt amator populi Iſrael, hic eſt qui multum orat pro populo & pro ciuitate ſancta.

f ¶ *Hieremiam*]Dei prophetam. extendiſſe autem Hieremiã dexteram, & dediſſe Iudæ gladium aureum, dicentem, accipe ſanctum gladium munus miſſum à Deo, quo deiicies aduerſarios populi mei Iſrael. qua viſione confortati qui erant cum Iuda, impetum fecerunt in hoſtes & Nicanorem interfecerunt & 30. millia de ſuis.

POTEST. Casvs. Ponit Grat. aliam ſolutionem: & ad auctoritatem Io. vt intelligatur de eo qui peccat in ſpiritum ſanctum, & contra fidem, pro quo non eſt orandum poſt mortem, ſi vſque ad mortem in tali crimine perſeuerauerit. & ad hoc probandum inducit cap. ſequens. *Non dico.* id eſt, non præcipio. *Dico,* id eſt præcipio.

g ¶ *Pro illo.*]quia non ſequitur quòd in carne non promeruit. ſ. ea. multiplex. §. 1. Dico vt pro eo non roget quis poſt mortem: & ita exaudi pro peccato in ſpiritum ſanctum: quod eſt finalis impœnitentia, vt hic innuit Auguſtinus: quo caſu exaudi. ſ. 13. quæſtio ſecunda pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de ſpecialibus orationibus.

h ¶ *Poſſunt.*]arg. quod non eſt diffinitum, poſſe diffiniri 22. quæſt. 5. hoc videtur. arg. contra 32. qu. 1. quòd ſi dormierit. 12. quæſt. 5. con ſuluiſti.

i ¶ *Ad mortem.*] vnde alibi Auguſt. ſ Tanta labes eſt illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ ſubire non poſſit: quod quidem committit quiſquis ex ſola inuidia vnitatem eccleſiaſticam impugnat, & diabolo ſcienter attribuit opera ſpiritus ſancti. vnde nec Chriſtus in paſſione pro talibus orauit, ſed pro eis qui ignoranter crucifigebant eum, dicens, Pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciunt.

k ¶ *Remittendam.*]ſPeccatum in ſpiritum ſanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale, quia qui vnam perſonam offendit & aliam: ſpecialius vero peccatum eſt quod ex odio vel ex malignitate procedit: nam ſpiritus ſanctus eſt amor & benignitas. ſecundum alios peccatum in ſpiritum ſanctum eſt obſtinatio mentis. Eſt autem obſtinatio mentis in peccato abdurata pertinacia quam impœnitentia finalis comitatur, prouenit autem huiuſmodi obſtinatio interdum ex deſperatione: puta cum quis credit ſuorum delictorum magnitudinem diuinam miſericordiam exceſſiſſe, & ob hoc de vitiis aſcendit ad vitia, iuxta illud quod ait Cain: maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear, vt j. §. denique. Intendum ex præſumptione: puta cum quis ſecurus delinquit, tanquam Deus pro temporali flagitio non ſit æternum ſupplicium daturus. in quo peccati genere refert Hiero. ſe Origenem deprehẽdiſſe, qui poſt mortem anathematizatus eſt, vt 24. q. 2. cap. vlt. ver. item ſi ad tempora. Vel putans in articulo mortis ſufficienter pœnitere vt latro: de quibus Apoſtolus: Maledictus homo qui peccat in ſpe. Item in ſpiritum ſanctum peccatum eſt ſecundum alios fraternæ gratiæ inuidia: puta ſi de gratia à Deo fratri collata tu videas, ne tibi præferatur. argu. ſ. 8. diſt. qui contempta. Item ſecundum alios peccare in ſpiritum ſanctum eſt blaſphemia in perſonam ſpiritus ſancti. de talibus habetur de conſecr. diſt. 4. hi vero hæretici. Item ſecundum alios peccatum in ſpiritum ſanctum eſt finalis impœnitentia: peccatum, ſcilicet quod durat vſque ad mortem, vt, vſque, incluſiuum ſit, quod hic Augu. potius velle videtur j. diſtin. 3. inter hæc hircum. Sed ſolet quæri, verum finalis impœnitentia poſſit deſinere eſſe? Reſp. Iſte terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. ſ Ineſt enim alicui impœnitentia finalis quando non habet propoſitum pœnitendi: hoc poteſt deſinere eſſe: quia hoc propoſitum poteſt habere in hoc inſtanti, & cras non. Item eſt etiam finalis impœnitentia quædam qualitas, quæ ineſt alicui ex eo quòd numquam pœnitebit: iſta non poteſt deſinere eſſe ſubiecto exiſtente: quæ ſi ponatur, oportet dici quod numquam eam habuit.

Item.

C. LIX.

SI ſacerdos [a] peccauerit, quis orabit pro eo?

¶ *Primo Regnorum libro, c. 2. legitur,* Si peccauerit vir in virũ, placari ei poteſt Deus. Si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? *& ſic affertur à B. Ambroſio li. 1. de pœnitentia, c. 8 & aliis patribus. B. tamẽ Gregorius in c. 2. primi regum ca. 3. ex hac ipſa vulgata lectione elicit ſententiam, quam nunc affert Gratianus, vt notatum eſt ſ. diſt. 50. c. alienum.*

Sed huiuſmodi interrogationes non ſemper [b] negationem inferunt, ſed potius difficultatem [c], vel raritatem notant, vt eſt illud Euangelij [Quis, putas, eſt fidelis ſeruus, & prudens, &c.] Hinc etiam Ambroſius (Deus, quis [d] ſimilis tibi? non vtique nullus: quia imago patris filius eſt.)Similiter igitur accipiendum] quis orabit pro eo?] hoc eſt, ſingularis vita aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum.] & infra [Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legiſſet Moyſem rogaſſe [e], & impetraſſe, vbi erat præuaricatio voluntaria? qui ſciret etiam Hieremiam [f] rogaſſe?] Poteſt etiam ſecundum Auguſtinum aliter intelligi illud Ioannis (Eſt peccatum ad mortem, &c.) vt nulla ſit eius, & ſuperiorum contrarietas. Ait enim.] Eſt peccatum ad mortem, non pro illo [g] dico, vt roget quis.) De quo peccato, quoniam non expreſſum eſt, poſſunt [h] multa, & diuerſa ſentiri. Ego autem dico id eſſe peccatum, fidem quæ per dilectionem operatur, deſerere vſque ad mortem. [i]] Hæc eſt etiam blaſphemia in ſpiritum ſanctum, quam neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittendam [k] Dominus in Euangelio aſſerit. Siue autem delectatione peccati ſiue deſperatione venia, vſque ad mortem quis in peccato perſeueret, iuſtum eſt, vt ſine fine puniatur, qui ſine fine peccauerit.

Vnde Gregorius Papa, libro 4. dial. cap. 43.

C. LX.

4 VOluiſſent iniqui, ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui numquam [l] deſinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant ſupplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.

4 *Ex his [m] itaque apparet, quòd ſine confeſſione oris, & ſatisfactione operis, peccatum non remittitur. Nam ſi neceſſe eſt, vt iniquitates noſtras dicamus, vt poſtea iuſtificemur, ſi nemo [n] poteſt iuſtificari à peccato, niſi antea confeſſus fuerit peccatum, ſi confeſſio paradiſum [o] aperit, veniam acquirit, ſi illa ſolum confeſſio vtilis eſt, quæ fit cum pœnitentia, in quo notatur aliud eſſe confeſſio, aliud pœnitentia, ſi ue interior, ſiue exterior accipiatur, ſi ille, qui promittit veniam occulte apud Deum, nõ apud eccleſiam pœnitentiam agenti fruſtratur [p] Euangelium, & claues datas eccleſiæ promittit etiam, quod Deus negat delinquẽti, ſi nemo poteſt conſequi [q] veniam, niſi quãtulamcumque, etſi minorem quàm debeat, peccati ſoluerit pœnam, ſi ſolis [r] ſacerdotibus ligandi [s] ſoluendique poteſtas [t] à Deo tradita eſt, ſi nullus veniam accipit, niſi eccleſia ſupplicationibus [v]*

4 Aug. Ltr. c. 154.

¶ al. fruſtra

VOluiſſent.]Casvs. Dicitur in hoc c. quod mali vellent ſemper viuere, vt ſemper in peccato manerent. vnde ad magnã pertinet iuſtitiam iudicantis vt perpetuo ſint in ſuppliciis, qui in hac vita ſemper voluit eſſe in peccato.

l ¶ *Numquam.*]aſſidue enim peccantium non miſeretur Deus, vt ſupra 93. diſtinct. diaconi. & venia impœnitenti, &c. 24. quæſtio. 2. legatur. & ideo ſemper obnoxij pœnæ perſiſtent, vt j. diſtinctio. 7. in fine.

EX HIS. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua probat per 36. aucto. quod ſi quis non confitetur, non ſaluatur: ſi petit, ſufficit confeſſio quæ ſit primo Deo, deinde ſacerdoti qui loco Dei iudicat. Ioan. de Fan.

Casvs. Concludit Gra. ex præallegatis eorum ſententiam in vnum perſtringens, quod peccatum non dimittitur ſine oris confeſſione, & operis ſatisfactione. Poſtea per multas probationes & multa argumẽta nititur idem probare, incipiens à peccato primi hominis, quòd non niſi confeſſione eſt dimiſſum: & probatio Grat. protenditur vſque ad illum §. his auctoritatibus. Et non facit §. niſi. vſque ad §. illum, ex his omnibus. Quidam tamen faciunt ſibi duo c. ſcilicet. *Puteus,* & *introite.* vnde ſecundum quod habent in libris ſuis, poſtea ponunt in gl. Sed certe nõ videtur quòd ibi debeant eſſe c. etiam ſecundum Gra. & ſi aliquod eſt ibi, caſus eſt planus. Idem etiam voluit Benedictus.

m ¶ *Ex his itaque.*] infert ex præmiſſis auctoritatibus: vſque ad §. denique.

n ¶ *Si nemo.*]ſ. e. diſt. nemo poteſt.

o ¶ *Paradiſum.*]ſ. e. diſt. ecce nunc tempus.

p ¶ *Fruſtratur.*]ſ. e. diſt. agite.

q ¶ *Conſequi.*]ſ. e. diſt. nullus.

r ¶ *Si ſolis*]ſ. e. diſt. verbum.

s ¶ *Ligandi.*]id eſt, imponendi ſatisfactionem vel relaxandi.

t ¶ *Poteſtas.*]no. ſolis ſacerdotibus poteſtatem ligandi traditam.

v ¶ *Supplicationibus.*] ſupra e. diſt. multiplex.

a ¶ *Denique*

Left margin notes:

ſ imago eſt triplex. Matt. 24.

1 Lib. 1 de pœn. c. 2.

pſal. 82

2 ibid. c. 9. Exod. 32.

2 Mach. ca. vlt.

3 de cor. rept. & grã. cap. 12. 1. Ioan. 5.

ſ Iudæ Machabæi ſomnium.

ſ Eccleſiaſticam vnitatẽ impugnare grauiſſimũ eſt.

ſ Peccatũ in ſpiritum ſanctũ quid ſit, & quot ſunt eius ſpecies.

Right margin notes:

Matth. 26.

ſ impœnitentia finalis capitur duob. mod.

a ſ. dicta bñ cõprehẽdas & dic q. ſex modis ſpũ ſanctũ peccatur: duob. mod. erga deum. præſumptiõe, vt Origen. deſperatiõe, vt Iudas. j. e diſt. 1. ſcelerator. duob. erga proximum, Odio fraternæ cognitiõis & impugnationis agnitæ veritatis. 1. q. 3. noli te timere. Duob. erga ſe ipſũ ſine impœnitẽtia & pœnitere pœnituiſſe. 17. q. 4. ſunt q. & adde q. de hoc & nor. j. di. 2. ſciendum. Arg.

ipſam impetrare contendat: Concluditur ergo, quòd nullus ante confeſſionem oris, & ſatiſfactionem operis, peccati abolet culpam. Denique[a], vt perſpicue appareat neminem ſine confeſſione à peccato mundari, ab ipſius humani generis principio ſumamus exordium. Peccato tranſgreſſionis primi parentes corrupti, à Domino ſunt requiſiti de culpa, vt peccatum, quod tranſgrediendo commiſerant, confitendo delerent. Serpens[b] autem de culpa requiſitus non eſt, quia per confeſſionem[c] non reuocabatur[d] ad vitam. Cain quoque, cum primæ præuaricationi fratricidium addidiſſet, ſimiliter à Domino de culpa requiſitus eſt, dum ei dicitur. [Vbi eſt Abel frater tuus?] Sed quia ſuperbus peccatum ſuum confiteri noluit potius mendaciter negando Deum fallere conatus eſt dicens. [Numquid cuſtos fratris mei ſum ego?] indignus veniæ iudicatus eſt. Vnde in deſperationis profundum merſus eſt, dum ait [Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear,] vagus, & profugus exiit à facie Domini, ſignificans eos, qui peccata ſua confiteri diſſimulant, reſpectu diuinæ miſerationis indignos haberi. Reges[e] quoque, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non niſi eodem orante ſanari meruerunt. In quo figuratur, quòd paſſiones[f] morum non ſanantur, niſi orationibus[g] eccleſiæ. Moyſi quoque præcepit[h] Dominus, vt lepra[i] ſiue in cute, ſiue in domo[k], ſiue in veſte, ſiue in crine appareret, ſacerdoti oſtenderetur, & iuxta eius arbitrium ſeparata[l], eius iudicio contaminaretur[m], vel mundaretur. Saul quoque cum à ſpiritu maligno vexaretur, non poterat ad ſanæ mentis officium redire, niſi prius Dauid pſalterium arriperet, & coram eo pſalleret, & ita ab eius vexatione ceſſaret diabolus. In quo myſtice oſtenditur, quòd quicumque diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non valet, niſi Dauid, id eſt, eccleſia, pſalterium accipiat, & coram eo pſallat, id eſt ſpiritualis gratiæ eum participem faciat, & ſalubriter admonendo, & pie pro eo orando, & exemplo boni operis ſibi prælucendo, diabolum ab inuiſibili eius vexatione compeſcat. Dauid quoque cum adulterium commiſiſſet, & homicidium, non ante audiuit à propheta[n] [Tranſtulit à te peccatum tuum Dominus,] quam ipſum peccatum confiteretur. Prius enim prophetæ peccatum redarguenti confeſſus eſt, & poſtea audiuit [Tranſtulit Dominus peccatum tuum à te.] Achab[o] quoque cum de innocentis[p] ſanguinis effuſione ſententiam comminantis Dei audiret, induit ſeipſum cilicio, ſatiſfaciens Deo per pœnitentiam. Vnde Dominus ad Heliam ait. [Quoniam Achab reueritus eſt faciem meam, non inducam malum in diebus eius.] Niniuitæ cum audirent [Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur,] ex edicto regis & principum, pœnitentiam egerunt, dicentes [Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat[q] poſt ſe benedictionem?] Hac humilitate ſatiſfactionis† imminentem ſubuerſionem euadere meruerunt. Quorum exemplis euidenter oſtenditur, quòd nullus à Deo conſequatur veniam, niſi primum ſatiſfecerit ſibi per pœnitentiam. Nabuchodonoſor quoque propter ſuperbiam ſuam à rationabili† mente in beſtialem[r] animum commutatus eſt, atque à regno ſuo profugus recedens non ante regnum recepit, quam conuerſus Deum prædicauit. Denique plebs Iſraelitica ob culpam ſuæ tranſgreſſionis captiuitati tradita non ante liberari meruit, quam ſua peccata confitens, Danielis, & aliorum ſanctorum precibus veniam accepit. In Euangelio[s] quoque venientes ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo baptiſmo pœnitentiæ[t], primum confitebantur peccata ſua: oſtendentes, quòd quiſque debet peccata ſua damnanda confiteri, & innouationem melioris vitæ promittere, ſi regenerationis deſiderat gratiam accipere. Chriſtus quoque alios legitur ſuſcitaſſe à mortuis, alios à lepra mundaſſe, alios illuminaſſe, aliorum membra paralyſi diſſoluta conſolidaſſe: omnium tamen ſanitatem petitio propria vocis, vel amicorum[v] legitur præceſſiſſe. Luca enim referente didicimus, quòd pro ſocru Petri prius rogatus eſt, quam eam ſanitati redderet. Leproſus vero ille, quem Dominus deſcendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum [Domine ſi vis, potes me mundare,] quem poſtea tangendo mundauit. ¶ Cæcus quoque dum clamaret ad eum [Miſerere mei fili Dauid] interrogauit eum Ieſus [quid vis, vt faciam tibi?] ait [Rabboni[x], vt videam lumen.] Tres quoque mortuos[y] audiuit, quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum[z] quoque diſcipulo nunciante audiuit: ſed quia defuerunt viui, qui pro eo precarentur, reſuſcitari non meruit. ¶ Quibus nimirum exemplis euidentiſſime datur intelligi, quòd ille, quem grauioris culpæ macula inficit, niſi confeſſione proprij oris, vel eccleſiæ interceſſione ſuffragante, ſanari non poterit. Hinc pœnitens[a] ille, qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, poſtea correptus dicebat, [Quoniam tacui[b]: inueterauerunt oſſa[c] mea, dum clamarem[d] tota die.] Hinc Chriſtus ex perſona membrorum ait. [Non

Gen. 3. Gen. 4. Gen. 12. & 26. Leui. 13. & 14. 1. Reg. 16. 2. Reg. 12. 3. Reg. 21. Ionæ. 3. Dan. 4. Dan. 9. Ioan. 1. ibid. Luc. 17. Luc. 4. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. Matth. 9. Marc. 2. ibidem. Marc. 10. Luc. 18. Matth. 5. Luc. 7. Ioan. 11. Pſal. 31.

† al. & ſatiſfactione.

† al. rationali.

a ¶ *Denique.*] ab iſto loco vſque ad capit. quamobrem. probat 22. auctoritatibus, ſcilicet peccata non dimitti ſine oris confeſſione. auctoritates veteris teſtamenti inducit vſque ad §. in Euangelio. Ab illo §. in Euangelio. vſque ad §. ex his. inducit auctoritates noui teſtamenti, & poſt ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ auctoritates intelliguntur cum quis confiteri contemnit.

b ¶ *Serpens.*] i. diabolus, qui ſerpente vtebatur tamquam organo vel intellige ad litteram.

c ¶ *Confeſſionem.*] & quia in ſeipſo inuenit originem peccati.

d ¶ *Non reuocabatur.*] quia irreuocabile fuit peccatum eius, & impoſſibile eſt eum reuocare ad pœnitentiam, vt j. diſt. oct. 2. §. quod autem reprobi. verſi. impoſſibile. hominis autem peccatum fuit remediabile, & hoc duabus de cauſis: quia totum genus humanum perierat de peccato Adæ, ſed non tota angelica natura peccato diaboli. Item homo incitatorē habuit ad malum: quod non habuit Angelus: & ideo per alium iſte non debuit iuuari, ſicut nec ille per ſe potuit ſurgere, & ideo peccatum diaboli fuit irremediabile, & non peccatum hominis.

|| peccatum diaboli fuit irremediabile, ſed hominis remediabile.

e ¶ *Reges.*] Pharao[a] rex Aegypti, de quo habetur ſ. 32. quæſt. 2. c. vtilem. § ecce quæ. & Abimelech[b] rex Geraræ, de quo habetur 32. quæſtio. quarta. nemo ſibi. & ſ. 33. quæſt. 1. ſi per ſortiarias.

a Gen. 12. b Gen. 20.

f ¶ *Paſſiones.*] i. delicta. 14. q. 1. illi.

g ¶ *Orationibus.*] ſupra 33. quæſt. 1. ſi per ſortiarias.

h ¶ *Præcepit.*] in Leuitico.

i ¶ *Vt lepra.*] id eſt, aliqua macula. || Sūt autem quattuor genera lepræ: in cute, in capillis, in domo, in veſte. In capillis lepra dicitur alopecia. fluentibus ſane capillis, ſi in caluitio vel in alia parte capitis albus vel ruffus color inuentus fuerit, plaga lepræ eſt. In cute lepra cognoſcitur, ſi in ea fuerit alba, id eſt, pallida albedo, vel poſtulæ, & huiuſmodi lepræ veſtis erat macula alba vel ruſſa. Similiter in domo dicebatur lepra talis macula, & macula in pariete pallore vel rubore deformis. & omnia iſta iudicabantur arbitrio ſacerdotis. ſi enim in homine lepra non erat perſpicua: recludebat eum ſacerdos in domo ſua ſeptem diebus: quibus expletis ſi non creuerat lepra, iterum recludebat eum aliis ſeptem diebus. quòd ſi nec tunc creuerat, mundum eum iudicabat: quia ſi ſcabies erat, lauabat homo veſtimenta ſua, & mundus erat. Cum vero perſpicua erat lepra, ſeparabatur, id eſt, iudicabatur immundus ad arbitrium ſacerdotis, & habebat homo veſtimenta ſua diſſuta‡, id eſt, facilia ad induendum vel exuendum, vt ſic cognoſceretur: & caput raſum[c], vt poſſet cognoſci: & abſque veſte contectum, ne fœtorem loquendo diffunderet. & habitabat ſolus extra caſtra, ita vt à mortuo nihil differre videretur. Item ſi lepra veſtis erat perſpicua, comburebatur veſtis: ſi dubia, recludebatur ſeptem diebus. ſi creuerat macula, adiudicabatur lepra: ſi non creuerat, abluebatur veſtis, & recludebatur aliis vij. diebus: poſt quos ſi ſacerdos inueniebat creuiſſe lepram, rumpebat eam. Similiter oſtium domus leproſæ claudebatur vij. diebus: poſt quos ſi ſacerdos inueniſſet creuiſſe lepram, iubebat erui lapides leproſos, & proiici extra ciuitatem, & domum radi intus per circuitum, & puluerem raſuræ ſpargi extra ciuitatem in loco immundo, & alios lapides ſubſtitui in domo: & luto alio liniri domum. quod ſi iterum redierit macula, & perſeuerans lepra eſt, deſtruebatur domus, & ligna, & lapides, & puluis extra ciuitatem proiiciebantur in locum immundum.

|| lepræ genera ſunt iiij.

‡ Al. nudum

k ¶ *In domo.*] non dicit hic de veſte, & de domo, quod ei ad litteram poſſit lepra ineſſe: ſed ſi domus, vel veſtis offerretur ab aliquo in miniſterium deputanda, antea ſacerdoti offerebatur. & ſi aliqua inerat macula, qua à miniſterio impediretur, ſacerdotis iudicio relinquebatur.

l ¶ *Separata.*] quo ad officium vel miniſterium.

m ¶ *Contaminaretur.*] domus, vel veſtis, vel cutis, id eſt, contaminata, vel immunda iudicaretur.

n ¶ *A propheta.*] ſ. Nathan.

o ¶ *Achab.*] infra ead. diſtinct. 3. §. ecce Achab.

Additio. Et 50. diſtinct. c. ſi poſt. §. econtra.

p ¶ *Innocentis.*] ſ. Nabuthæ.

q ¶ *Et relinquat.*] ſcilicet nobis qui eum ſequimur, vel poſt comminationem à ſe datam.

r ¶ *In beſtialem.*] ſupra decimaſeptima, quæſtione quarta. miror.

r ſ. 17. q. 4. miror.

s ¶ *In Euangelio.*] hic transfert ſe ad auctoritates noui teſtamenti.

t ¶ *Pœnitentiæ.*] non remiſſionis: nam venientibus ad illud requirebatur pœnitentia: non autem in noſtro baptiſmate, quod remiſſionis eſt, vt j. de conſec. diſtin. 4. ſine pœnitentia.

v ¶ *Vel amicorum.*] hoc enim Deus amat, vt multi rogent. j. eadem fleat.

x ¶ *Rabboni.*] i. magiſter.

y ¶ *Mortuos.*] ſcilicet, filium[d] archiſynagogi, filium viduæ, & Lazarum.

d Hoc Chriſtus ſuſcitauit in domo, ; in cogitu ne ſecundū H. infra c. §. econtra.

z ¶ *Quartum.*] vnde hoc Gratianus habuit, ignoramus: niſi dicatur hoc de Matthæo intelligi: cui cum Dominus diceret: Sequere me, reſpondit Domino: Pater meus mortuus eſt, volo eum ſepelire. & tunc Dominus ait, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

a ¶ *Pœnitens.*] Dauid, vt j. diſt. 3. ille rex.

b ¶ *Tacui.*] peccata.

c ¶ *Oſſa.*] virtutes, quibus anima ſuſtentatur, vt oſſibus corpus.

d ¶ *Dum clamarem.*] iactando me de meritis meis.

a ¶ Non

a ¶ *Non claudet.*]id eſt, non conſtringet te finaliter.
b ¶ *Non clauſerit os.*]non confitando.
c ¶ *In profundo.*]vitiorum. vnde peccator cum^a^ venerit in profundum vitiorum, contemnit.

a 17. diſt. nec licuit. ext. d iud. cũ non ab homine Arc.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Infert Gratiam ex ſupradictis quòd ſine confeſſione nullus veniam meretur, & ad hoc inducit ſequentes auctoritates. Sequentia tria capit. plana ſunt, ſcilicet *Sufficit &*, *non ſufficit. & cap. nouit.* Illud autem c. quod poſtea ſequitur, ſcilicet *aliud.* poſitum eſt ſ. 11. quæſt. 1. & ibi caſum inuenies. Ben. tamen ſic breuiter ponit hic caſum. Dicitur hic quod abſtinere debet a multis, qui vnum illicitum committit: & ita probatur, quòd ſatisfacere tenetur.

Pſal 68. g gl. inter l. & ordin. ibi ex Au. Sent. 4. diſt. 17. Pſal. 129.

abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Quod Auguſtinus exponit dicens. Puteus eſt humanæ iniquitatis profunditas, in quem ſi cecideris, non claudet^a^ *ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris* ^b^*os tuum: confitere ergo, & dic De profundis clamaui, ad te Domine & euades. Claudet ſuper illum Dominus, qui in profundo*^c^ *contemnit, à quo mortuo, velut ab eo, qui non ſit, perit confeſſio.* [*Hinc idem propheta ait* [*Introite portas eius in confeſſione.*] *Oſtendens ad portas miſericordiæ non niſi per confeſſionem peccati aliquem poſſe pertingere.* ¶ *Hinc etiam beatus Ioannes Baptiſta, & Saluator noſter exordium prædicationis ſuæ à pœnitentia ſumpſerunt, dicentes* [*Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum:*] *oſtendentes ad regna cælorum neminem poſſe pertingere, niſi primum per pœnitentiam Deo curauerit ſatisfacere. Hinc etiam in actibus Apoſtolorum legitur, quod credentes veniebant ad Apoſtolos, annuntiantes actus ſuos. Ex his omnibus facile monſtratur, ſine confeſſione nullam veniam poſſe promereri.*

Prouerb. 19 Eccl. 17. Pſal. 99. Matth 3. Act. 19.

Hic etiam Leo Papa ait epiſtol. 78. al. 80. ad epiſcopos Campaniæ.

C. LXI.

2 SVfficit pœnitenti† illa cõfeſſio, quæ primum Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitẽtium precator accedit.

Item ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſtola 90. al. 92. c. 7.

C. LXII.

3 POenitentia, quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, non negetur ^d^, vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata ^e^ perueniat.

Item Augu. in ſermone de pœnitentia. al. lib. de pœnitentia medicina.

C. LXIII.

4 NOn ſufficit ^f^ mores in melius commutare, & à præteritis† malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ ^g^ dolorem, per humilitatis gemitum, cooperantibus eleemoſynis, & ieiuniis^a^.

a ¶ *Et ieiuniis.*]*Hoc non eſt apud B. Auguſtinum, neque Bedam, neque magiſtrum ſententiarum, neque Policarpum.*

Item Ambroſi. in c. 1. Luca.

C. LXIIII.

NOuit Dominus mutare ſententiam ^h^, ſi tu noueris emẽdare delictum.

Item Leo Papa, epiſt. 90. al. 92. ad Ruſticum, cap. 8.

C. LXV.

5 ALiud ^i^ quidem eſt debita iuſte † repoſcere ^k^: aliud propria ^l^, perfectionis amore cõtemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem oportet à multis etiam licitis abſtinere, dicente Apoſtolo (Omnia mihi licẽt ^m^, ſed non omnia expediunt ^n^) Vnde ſi quis pœnitens habet cauſam, quã negligere forte non debeat, melius expetit eccleſiaſticum, quam forenſe iudicium.

Item Hieronymus, in c. 1. Ioelis.

C. LXVI.

6 QVi ſanctus ſacerdos eſt, & comedit † in Paſcha ^o^ Domini, accingatur baltheo caſtitatis, & audiat cum Apoſtolis (Sint lumbi veſtri pęrcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris) Qui autem peccator ^p^ eſt, & quem remordet ^q^ propria conſcientia, cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur eccleſiam ^r^, de qua propter peccata fuerat egreſſus, & cubet, vel dormiat in ſacco: vt pręteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ auſteritate compenſet.

Idem in Amos prophetam, ad c. 9.

C. LXVII.

SIagamus ^s^ pœnitentiam, ipſum quoque ſuæ pœnitebit ſententiæ. Rurſum ^t^ iuxta eumdem ^u^ Hieremiam^a^ promittit proſpera. Si neglig ẽtia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſpõſionis ſuę, promiſſaque mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, & Hieruſalem habere poſſumus, quorum alij de imminentibus ſuppliciis liberati ſunt: alij, quæ patribus promiſſa fuerant, perdiderunt.

a ¶ Hieremiam.]*Sic eſt emendatum ex ipſis commentariis B. Hieronimi, & vno vetuſto exemplari Gratiani. Nam in ceteris eſt quemadmodum in vulgatis, iuxta eumdem Hieronymum promittit proſpera, ſi pœnitentiã egerimus. Quod ſi negligentia, &c.*

d ¶ POenitentia.] ¶ Non negetur.] nam quod diffidentia ætatis, &c. 32. q. 2. ancillam. & j. ea. diſt. 7. nemo
e ¶ Vulnerata.] delictis.
f NOn ſufficit.] quo ad famam exteriorem. ſufficit enim quo ad Deum^a^, dummodo non condemnat.
g ¶ Per pœnitentiæ.] infra e. diſt. ſi peccatum Dauid.
h NOuit ¶ Sententiam.] comminationis, vt 22. q. 4. incommutabilis. & in hoc ſimilis eſt prætori quoad interlocutoriam. ff. de re iu. quod iuſſit.
i ALiud.] ſ. 11. q. 1. aliud.
k ¶ Repoſcere.] ſupra 14. quæſt. 1. quod debetur.
l ¶ Propria.] ff. de min. ſi iudex.
m ¶ Licent.] hoc expoſui ſupra 11. quæſt. 1. aliud.
n ¶ Expediunt.] vt debitum repetere, vt ſ. 14. q. 1. quod debetur. ſed non expedit cũ ſcandalo. Item temporalia accipere. 1. qu. 1. iudices. Item omnibus cibis indifferenter vti licet. 11. q. 4. ad menſam. ſed non expedit. 28. qu. 1. omnis. Item vxorem gentilem derelinquere licet. 28. quæſtio. 1. iam nunc. ſed nec expedit. vt ea. quæſt. 1. ſic enim.

QVi ſanctus.]Casvs. Dicitur in hoc cap. quod ſacerdos qui bonus eſt & digne vult accipere corpus Chriſti, debet in caſtitate permanere. peccator autem, quem conſciẽtia propria remordet, pœnitere debet & ingredi eccleſiam, de qua fuerat propter peccatum egreſſus. *Lucernæ ardentes*, id eſt opera noſtra ſint ardentia charitate, & aliis lucentia per exemplum.
o ¶ *In Paſcha.*]id eſt, in trãſitu de vitiis ad virtutes: quia paſcha tranſitus interpretatur. de conſe. diſt. 4. per aquam.
p ¶ *Peccator.*] ex hoc videtur quòd conſtitutus in mortali poſſit

a Vide cõci. Trid. ſeſ. 14. c 8 & cã. 13
ſj e. c quis. Pol l 6. c. 10 Iuo p. 16. c. 167
† al. eum] orig.
g Burch. l. 9. c. 123. Iuo p. 15. c. 133.
¶ Expediũt non omnia
a Beda 2. Co rin c. 12. Sent 4 diſt 16. Poly. l. 7. tit. 20.
† al. factis
¶ Peccati cõſcius an poſſit propria auctoritate à cõione abſtinere.

auctoritate ſua à communione ſacramentorum abſtinere, iuxta illud, Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quæ menſtrua patitur, ſi ex reuerentia abſtinet. ſ. 5. diſt. ad eius. & arg. j. de conſecr. diſt. 2. quotidie. ſed contra ſ. ead. diſt. ſunt qui arbitrantur. & in cap. facilius. & j. ead. in actione. In contrariis iſtis dicitur quòd nemo auctoritate ſua, ſed ſacerdotis debet abſtinere à communione altaris. Sol. abſtinet quis peccati cõſcius aliquando propter reuerentiã: quod commẽdatur, vt hic, & in ſimilibus. Aliquando propter ſatiſfactionem delicti putans talem abſtinentiam prodeſſe etiam non iniuncta ei aliqua pœnitentia à ſacerdote: quod inhibetur in contrariis. Sed & in illo caſu vbi ob reuerentiam abſtinetur propter criminis conſcientiam, diſtinguo vt ſi ſcandalum ex eius abſtinentia oritur, compelli poteſt à prælato ſuo ad ſumendum Euchariſtiam, vel petendum: arg. j. de conſecr. diſt. 2 ſi quis intrat, & ca. ſæculares. ſi vero non eſt ſcandalum, bene facit abſtinendo. j. de conſe. diſtin. 2. quotidie. hodie tamen videtur tolli iſta diſt. vt ext. de pœn. & remiſ. omnis.
q ¶ Remordet.] ſecundum quod notaui. ſ. 16. q. 1. monachi.
r ¶ Eccleſiam.] id eſt, vnitatem eccleſię per fidem & charitatem: nec enim intelligi poteſt de ingreſſu corporalis eccleſiæ. ¶ Nemo namque pro peccato aliquo abſtinendus eſt ab ingreſſu eccleſiæ: niſi ſit excommunicatus vel interdictus ex iuſta cauſa. ſ. e. q. 4. vir cum propria. 11. q. 3. excommunicatos.

SIagamus.] Casvs. Dicit Hieron. in hoc capit. quòd ſicut Deus propter pœnitentiam reuocat ſententiam in contumaces latam: ita propter negligentiam pœnitendi, bona reuocat quæ promiſit. & hoc probat exemplis, ſcilicet Hieruſalem & Samariæ, ex quibus ciuitatibus quidam fuerunt à ſuppliciis liberati: alij vero bona quæ fecerunt perdiderũt. *Rurſum.* Verba ſunt Gratian. vſque ibi, *Promittit. Quorum.* ſcilicet habitatorum.
s ¶ *Si agamus*]Casvs. Dicit Hieronymus, quòd ſicut Deus propter pœnitentiam reuocat ſententiam etiam contra contumaces latam: ita propter pœnitendi negligentiam bona reuocat, quæ promiſit. & hoc probat exemplis Hieruſalem, & Samariæ, Nabuchodonoſor, & Ezechiæ.
t ¶ *Rurſum*]verba Gratiani.
v ¶ *Eumdem.*]ſcilicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

i 11. q. 1. aliud. Anſel. l 11. c. 141. † al. iuſta.
1. Cor. 6.
6 Sent. 4. diſt. 17. † al. comedit Paſcha] ori.
Malach 3. Luc. 12.
¶ Eccleſiæ ingreſſus quibus eſt interdicẽdus.
Hierem. 17.

Quam

Idem ſuper Danielem. ad c. 4.

C. LXVIII.

QVamobrem [a] rex conſilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis [b] redime [c], & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan [d] ignoſcet Deus delictis tuis. ¶ Si prædixit ſententiam Dei, q̃ mutari non poteſt [e], quomodo hortatur ad eleemoſynas, & miſericordias pauperum, vt Dei ſententia commutetur? Quod facile ſoluitur Ezechię regis exemplo (quẽ Eſaias dixerat eſſe moriturũ [f]) & Niniuitarum, quibus dictum eſt [adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.] Et tamẽ ad preces Ezechiæ, & Niniuæ, Dei ſententia commutata [*] eſt [g], nõ vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruere indulgentiam. Alioquin [h] & in reuerentiã† [i] loquitur Deus ſe mala minari ſuper gentem, & ſi bona fecerit, minas clementia commutare. Rurſum bona agenti ſe aſſerit [k] polliceri: & ſi male fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſententiam, nõ in homines, ſed in opera, quæ mutata ſunt. Neque enim Deus hominibus, ſed vitiis [l] iraſcitur: quæ cum in homine non fuerint, nequaquã punit quod mutatum eſt. Dicamus & aliter. Fecit quidẽ Nabuchodonoſor iuxta Danielis cõſilium miſericordias in pauperes: & idcirco vſque ad menſem duodecimum [m] in eum eſt dilata ſententia. Sed quia poſtea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit, [Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei?] bonũ miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ. [forſitan [n] ignoſcet Deus delictis tuis.] Dum beatus Daniel præſcius futurorũ de ſententia Dei dubitet [o], rem temerariã faciunt, qui audacter [p] peccatoribus indulgentiam pollicẽtur. Et tamen ſciendum, quòd ſi Nabuchodonoſor bona opera faciẽti venia repromittitur, multo magis aliis promittitur, qui leuiora peccata commiſerunt.

[*] ¶ Commutata eſt.] *Quæ ſequuntur, vt etiã multa alia, emendata, & locupletata ſunt ex originali, præter verbum,* reuerentiam, (*quod eſſe debet,* Hieremia,) *idque ob gloſſam.*

Idem.

C. LXIX.

[1] VIde [q] benignum Dominum miſericordiam cum ſeueritate miſcentem [r], & ipſius pœnæ modum iuſta, & clementi liberatione [*] penſantem. Non in perpetuũ tradidit pœnæ delinquentes, ſed [quantos, inquit, tempore ſeruierunt Baalim, tanto ſeruiant Chuſarſaton † [s] hoc eſt octo annis. Diſce & hoc ô tu auditor, quiſquis ille es, qui tibi conſcius es alicuius erroris: & quanto tempore erraſſe te noſti, quanto tempore deliquiſti, tãto [t] nihilominus [u] tempore humilia teipſum Deo, & ſatisfacito ei in cõfeſſione pœnitentiæ: non expectes, vt humiliet te Cuſarſaton, & inuito neceſſitas extorqueat pœnitẽtiam: ſed ipſe præueni tortoris iſtius duritiam†: quia ſi te ipſe emendaueris, ſi te ipſe correxeris, pius eſt Deus, & miſericors, qui vindictã temperet ab eo, qui illam pœnitendo [x] præuenit. Sed illud cõſideremus, quia donec ſeruierunt Chuſarſaton ij, qui tradit fuerant pro delictis ſuis, & non clamauerunt ad Dominum, nemo ſuſcitatus eſt, qui ſaluare eos poſſet. Cũ vero clamauerunt ad Dominum, tunc ſuſcitauit [y] Dominus Saluatorem Iſrael, & ſaluauit eos.

[*] ¶ Liberatione.] *Antea legebatur,* deliberatione, *Emendatum eſt ex homilia Origenis, quemadmodum & alia nonnulla.*

[1] Orig. hom. 3. ad c. 3. Iudicũ, & ibi gl. ord.

† al. Chuſan raſathaim.

† al. manus.

QVamobrem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. ponuntur verba Danielis interpretantis viſionem Nabuchodonoſor, & dicentis ſibi: placeat tibi conſilium meum: peccata tua eleemoſynis redime, &c. In 2. ponuntur verba Hieronymi dicentis inutile videri conſilium prophetæ. Ex quo enim prædixit ſententiam in viſione regis: quid valet conſilium eius, cũ ſententia Dei mutari non poſſit? Qui reſpon. dicens ꝙ ſępe ſententiam comminationis reuocat Deus: ſicut apparet exẽplo Ezechiæ regis, & Niniue ciuitatis. & licet rex admiſerit conſiliũ prophetæ, & ſentẽtia dilata fuerit: tamen fuit poſtea inflicta: qa locutus fuit ſuperbiã, dicẽs, Nonne hæc eſt Babylon magna, &c. Secunda pars ibi, *Si prædixit.* Et *Niniuitarum*, hoc eſt in Iona propheta. *Irreuerentiam*, i. male, & contra reuerentiam & æquitatem. Quæ autẽ fuerit viſio dicitur in apparatu, & in hiſtoriis dicetur.

4. Reg. 20. Eſa. 38. Iona. 3.

a ¶ *Quamobrem.*] illud tangit, ‖ quod Nabuchodonoſor vidit in ſomnio arborẽ in medio terræ pertingentem vſque ad cælũ, & ſub ea habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis volucres, & ex ea veſcebatur omnis caro: & ecce vigil & ſanctus de cælo deſcẽdit, & ait, ſuccidite arborẽ, & ramos & fructus eius, & fugient ex ea beſtiæ & volucres: ſed germen eius in terram ſinite: & cũ feris ſit pars eius, & ab humano cõmutetur cor eius: & ſeptẽ tempora cõmutentur ſuper eam: quod ſomnium Daniel interpretatus eſt, & ait: Tu es rex arbor ea quæ inualuiſti, & poteſtas tua in terminis terræ, & audiuiſti peruig'em altiſſimi ſententiam ſuper te: & ab hominib. eiicient te, & cum feris erit habitatio tua: fenũ vt bos comedes. 7. tempora, i. 7. anni mutabuntur ſuper te, & relinquetur tibi ſemen vel germen radicis: quia regnũ tuũ reſtituetur tibi quamobrem audi cõſilium meum, Peccata tua eleemoſynis redime: forſan ignoſcet tibi Deus. Poſt annum autem deambulabat rex in aula ſua, & ſuperbe loquebatur dicens, Nonne eſt hęc Babylon, quã ego ædificaui in robore regni, & in gloria decoris mei? Adhuc erat ſermo in ore eius, & ecce vox de cælo dicens, tibi dicitur Nabuchodonoſor: regnum tuum tranſit a te, & cum feris habitabis ſeptem tẽporibus donec ſcias quod dominetur altiſſimus vniuerſis regnis hominum. & ſtatim ex hominibus abiectus eſt, & vt bos fenum comedit, & rore cæli caput eius infectum eſt, &c. donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi vngues auium.

‖ Nabuchodonoſor vidit ſomniũ.

† Hieremia.] orig. vera lectio.

Hier. 17.

Dan. 4.

b ¶ *Eleemoſynis.*] ‖ eleemoſynæ namque à morte liberant peccatorẽ, qui per delicta ſubruerat, vt j. e. diſt. medicina. ſ. e. diſt. miror.

‖ Eleemoſynæ liberat à morte.

c ¶ *Redime.*] iſtud redime, ponitur priuatiue: quia proprie nõ eſt hęc redemptio. ſi. ff. commo. ſi vt. §. vlt. ff. de l. comm. l. fundo. ff. quod vi aut clam. ſi vitem. §. 2.

d ¶ *Forſitan.*] ſ. diſt. 86. non ſatis. dubitanter dixit: quia deeſſe poteſt contritiõ cordis. arg. ſ. e. q. 2. admonere. & non valent eleemoſynæ, niſi ex bono fonte, &c. vt 86. diſt. nõ ſatis. Vel ideo ſub dubietate poſuit, ne ſecuritas negligentiam, & negligentia offenſam præſtaret, vt j. ead. prædixerat. Vel ponitur forſitan, aſſertiue, vt in Euangelio forſitan & patrem meum cognouiſſetis, &c. j. diſtin. 4. ne forte. ff. de rei vend. item ſi. §. 1.

e ¶ *Non poteſt.*] i. non contingit hoc, ſecundum eos contra quos hic loquitur.

f ¶ *Moriturum.*] propter peccatum q̃d commiſit quando ſuperbiuit de victoria, quam habuit de inimicis, eam ſibi attribuens.

g ¶ *Commutata eſt.*] ſi per iudicij veritatem, ſed eorum mutatione, qui conuerſi per pœnitentiam meruerunt liberari.

h ¶ *Alioquin.*] i. niſi p̃ſtaret indulgentiam agẽti bona, cur inferret mala agenti mala: & hoc ſequitur. æquũ eſt enim vt ſicut male agentib. infert mala: ſic bene agentib. parcat, & conferat bona.

i ¶ *In reuerentiam.*] i. contra æquitatem reuerendam. vel ad hoc vt omnes eidem reuereamur tantum.

k ¶ *Aſſerit.*] Dominus loquens Hieremiæ. & ſunt verba Hiero. ſuper Danielem.

l ¶ *Vitiis.*] ſ. diſtin. 68. odio.

m ¶ *Ad menſem xij.*] vſque ad annum peccata eleemoſynis redemit. poſt ſuperbiuit.

n ¶ *Forſitan.*] verba Danielis.

o ¶ *Dubitet.*] i. proponat ſecundum formã dubietatis. Vel dic vt ſ. in prin.

p ¶ *Audacter.*] ſ. 8. q. 1. ſi ergo. 32. q. 5. ſi Paulus. hoc aduerbiũ determinat verbum vel participium. argu. ad hoc 93. diſt. diaconi.

VIde benignum.] CASVS. Filij Iſrael ſeruierunt 8. annis regi Meſopotamiæ, & poſtea liberati ſunt ab Othoniele. Dicitur hic ꝙ in illo facto ſignificatur, q̃d quanto tempore aliquis ſtetit in peccatis ſeruiendo diabolo, tãto tempore debet eſſe in pœnitentia ſeruiẽdo Deo. In fine dicitur quod ſicut illi nõ fuerunt liberati niſi ad inſtantiam precũ: ita non liberantur aliqui niſi per preces.

q ¶ *Vide.*] ô tu auditor.

r ¶ *Miſcentem.*] ſ. diſt. 45. diſciplina.

s ¶ *Chuſarſaton.*] ‖ quæ humiliatio eorũ interpretatur in libro Iudicum. hic eſt diabolus, cui humiliandæ & affligẽdæ tradũtur animę, quæ Chriſti humilitate contempta in ſuperbiam ſe extollunt. Chuſarſaton iſte fuit rex Syriæ & Meſopotamiæ: cui ſeruiuit Iſrael 8. an. eo quòd præuaricatus eſt in præceptis Domini ſeruiendo idolis mortuo Ioſue: quem liberauit Othoniel frater Caleph, in quo erat ſpiritus Domini, poſtquam populus clamauit ad Dominum tradito Chuſarſaton in manus Othonielis in pugna quando pugnauit contra eum, vt legitur in lib. Iudicum 2. & 3.

‖ Chuſarſaton quid repreſentat.

t ¶ *Tanto.*] ſ. ſaltem, & non plus. 47. diſt. omnes.

v ¶ *Nihilominus.*] j. di. 3. productior. contra. ſed ibi de peccato primi parentis tantum. Vel de pœna interiori: hic autem de exteriori.

x ¶ *Pœnitendo.*] ſ. e. diſt. voluiſſent. §. ex his. ver. quartum quoque.

y ¶ *Suſcitauit.*] ‖ Othonielem, id eſt, filium Senem fratrem Caleph. minorem

‖ Othoniel fuit filius Senem.

minorum[a] cui Caleph. Axam filiam ſuam dederat in vxorem, pro eo q̃ dederat ei ciuitatem Cariathſepher, i. ciuitatem litterarum. hic ergo Othoniel quaſi ſaluator filiis Iſrael eſt miſſus, cũ ſuper eos eſt dux cõſtitutus à Domino. interpretatur autem Othoniel tempus mihi Dei[b], hoc eſt a quo militiæ cæleſtis Angelus, qui ſibi tempus à Deo diſpenſatum accipiens, mittitur in adiutorium eorum, qui hereditatem capiunt ſalutis. H.

a ¶ quo fuit ſpũs Dñi, & iudicauit Iſrael, de quo hr̃ Iudicũ 3. b ita etiam ponit Hug. & Laur.

E *Ccleſia Chriſti.*] C ASVS. Dicitur hic q̃ peccator nõ eſt in eccleſia, quæ nõ habet maculam neq; rugã ſicut olim habuit, qui vero vult eſſe in eccleſia, vadat ad medicum vt purgetur à macula, & fiat de eccleſia, quæ eſt corpus eius.

a ¶ *Maculam.*] hæreſis, vel mortalis peccati. ſ. diſt. 21. quamuis. ſ. prox. cauſa. qu. 4. recurrat.

b ¶ *Rugam.*] ſ. ſchiſmatis, vel venialis peccati.

Luc. 5.

c ¶ *De eccleſia.*] ſ. 23. q. 4. forte. contra & ca. hæc autem vita. contra. Sol. Eccleſia quandoque large ſumitur, vt granum & paleam cõplectatur. vt eſt in contrariis ſ. 32. q. 4. recurrat. Vel dic aliud eſſe de eccleſia, quod hic negatur de malis, aliud eſſe in eccleſia, quod in cõtrariis conceditur. Vel diſtingue. ¶ nam ſunt quidã in eccleſia nomine & re vt boni catholici, vt hic: quidam nec nomine nec re, vt pœnit. ſ. 23. c. 4. ſi quis à catholica. quidem nomine tantum, vt in contrariis: quidam re tantum, vt de conſe. diſt. 4. non dubito.

¶ Eccleſia 4. genera hominum continet.

d ¶ *Et maculam.*] vnde propheta. In peccatis dimiſi matrẽ veſtrã, vt ĩ. 35. q. 1. c. vlt.

1 Sent. 4. diſt. 15.

S *Vper tribus.*] C ASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. ponuntur verba Amos prophetæ comminantis populo Damaſci & 3 Azaheli regi eius: qui x. trib. grauiter afflixerat. q. d. ſi Azahel & populus Damaſci ſemel vel bis tantummodo populum meum eſſet perſecutus, forſitan parcerem illi: ſed quia diu expectaui eum ad pœnitentiam vt conuerſus reciperet ſanitatem, & ipſe abuſus patientia mea tertio & quarto afflixit: cogor mutare ſententiam vt plagis corripiam eum. In ſecunda parte exponit verba prophetæ moraliter, & ſic intendit probare quòd Deus non dat veniam niſi pœnitenti. Secunda pars ibi, *Iuxta.* Sequens c. patet. Et nota quòd prima tabula dicitur baptiſmus, ſecunda pœnitentia. Sequens c. etiam patet.

¶ Azahel fuit Rex Damaſci.

e ¶ *Super tribus.*] Verba hæc ſunt Amos prophetæ cõminantis Azaheli regi Damaſci, qui decẽ trib. grauiter afflixerat. q. d. ſi Azahel ſemel & bis tãtummodo populum meum eſſet pſecutus, forſitã parcerem illi: ſed qa diu expectaui eum ad pœnitentiã vt cõuerſus reciperet ſanitatẽ, & ecõtra ipſe abuſus patiẽtia mea tertio & quarto afflixit, cogor mutare ſententiam vt plagis corrigam delinquentẽ.

f ¶ *Non conuertam eum.*] non expectabo eum vt cõuertatur, ſed plagis corripiam eum. Vel lege interrogatiue: non conuertam eum? id eſt, nonne conuertam eum ab inſania ſua flagellando ipſum?

g ¶ *Iuxta.*] verba Hieronimi.

h ¶ *Tropologiam.*] id eſt, moralitatem. De hoc quære ſ. di. 37. viuo.

¶ Tropologia eſt moralitas.

i ¶ *Delicto.*] q. d. qui in tribus prioribus peccata, ſi pœnitet, conuertit Dominus ad eum vultum clementiæ ſuæ. ſi vero non pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ ſuæ.

k S *Ecunda.*] ¶ *Tabula.*] procellarum huius mũdi: quia nauigamus tendentes ad patriam, & incurrimus naufragium ex peccato primi hominis, quo ſumus morti addicti. ¶ Prima tabula eſt baptiſmus, vbi purgatur vetus homo, & induitur nouus. 26. di. deinde. Secunda tabula eſt pœnitentia, qua poſt baptiſmum reſurgimus. poſt baptiſmum enim lapſi per pœnitentiam reuocari valẽt, ſed nõ per baptiſmum. H. ad litteram. Prima tabula eſt nauis. Secunda tabula eſt ſcapha, qua in naufragio periculum vitatur.

¶ tabula qua nauigam[9] in hoc ſeculo duplex.

β ¶ *Quanto.*] *Hæc pars videtur potius ſumpta ex gloſſa ordinaria, quàm ex ipſo Origene.*

Item Hieronymus in cap. 5. epiſtolæ ad Epheſios.

C. LXX.

E Ccleſia Chriſti glorioſa eſt, non habens maculam[a] neq; rugam[b], aut aliquid iſtiuſmodi. Qui ergo peccator eſt, & aliqua ſorde maculatus, de eccl'a[c] Chriſti non poteſt appellari, nec Chriſto ſubiectus dici. Poſſibile autẽ eſt, vt quomodo eccleſia, q̃ prius rugam habuit, & maculam[a d], in iuuentute eſt, ita & peccator curratad medicum, quia non habẽt opus ſani medico, ſed male habẽtes, vt curentur vulnera ipſorum, & fiant de eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti.

a ¶ Et maculam.] *Reſtitutus eſt locus ex originali. Antea legebatur*, & maculam, & immunditiam, & poſtea reſtituta eſt.

Idem in c. 1. Amos.

C. LXXI.

S Vper tribus[e] ſceleribus Damaſci, & ſuper quattuor non conuertam[f] eum.] Iuxta[g] tropologiam[h] hoc poſſum[9] dicere. Primum peccatũ eſt cogitaſſe, quæ mala ſunt. Secũdum, cogitationib[9] acquieuiſſe peruerſis. Tertiũ, quod mente decreueris, opere compleuiſſe. Quartum poſt peccatum non agere pœnitẽtiam, & in ſuo ſibi complacere delicto[i].

Idem epiſtol. 65. ad Pammachium, & Oceanum.

C. LXXII.

S Ecunda poſt naufragium tabula[k] eſt, culpã ſimpliciter cõfiteri. Imitati eſtis errantẽ: imitamini & correctũ. Errauimus iuuenes, emẽdemur ſenes: iũgam[9] gemitus, lacrymas copulemus.

Idem.

¶ *Caput hoc eſt in commentariis ad c. 3. lamentationum Hieremiæ, qui non ſunt B. Hieronymi, ſed Rabani.*

C. LXXIII.

Q Via diuinitatis natura clemens eſt, & pia, magiſq; ad indulgentiam, quàm ad vindictã prona, quia nõ vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, ſi quis poſt lapſum peccatorum ad verã pœnitentiam ſe conuertit, cito a miſericorde iudice veniam impetrabit.

Idem in c. 12. Oſee.

¶ *Antea citabatur ex eodem in Malachiam.*

C. LXXIIII.

N E forte peccati memores tardi[9] reuertãtur,] Adhuc, inquit, ſedere vos faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis:[l]] vt quod facit baptiſma[m], hoc faciat pœnitentia, & habitẽt in tabernaculis Saluatoris, hoc eſt, in eccleſiis.

Idem in c. 9. Danielis.

C. LXXV.

P Rædixerat Hieremia[n] ſeptuaginta annos deſolationis templi: poſt quos ruſus veniret populus in Iudæam, & ædificaretur tẽplum, & Hieruſalem. Quæ res Danielem non facit negligentem, ſed magis prouocat ad rogandum, vt quod Deus per ſuam promiſit clementiam, per horum † impleat preces[o], ne negligentia ſuperbiam, & ſuperbia pariant offenſam. Denique[p] in Geneſi legimus[q] centum virginti annos pœnitentiæ conſtitutos ante diluuium: qui, quia tanto tempore, hoc eſt centum annis noluerunt agere pœnitentiam, ad hoc vt petere poſſit quis iure ſuo diſpenſationem acta pœnitentia, vt ext. de vo. c. 1. in ff. & ĩ. diſt. 6. c. 1.

N *E forte.*] C ASVS. Hiero. exponẽs verba Oſee prophetæ ſuper Malach. dicit quod ſicut Iudęis promiſſum fuit vt iterarent in tabernaculis ſuis poſt pœnitentiam in dieb[9] feſtiuitatis ſuæ, quam faciebãt ſingulis annis in memoriã quadraginta annorũ, in quib. fuerunt in tabernaculis eorum in deſerto, ita omnibus peccatorib. promittitur, quod poſt pœnitentiam redibunt ad eccleſiam, vt quod olim fecit baptiſmus, tunc faciat pœnitentia.

Eze. 18. & 33.

l ¶ *Feſtiuitatis.*] ſ. ſcenophegiæ: in qua Iudæi ſingulis annis habitabant ſub vmbraculis in memoriã quadraginta annorũ quibus in deſerto fuerũt ſub tabernaculis: quaſi dicat ad litteram: ſicut enim olim vos de Aegypto liberaui, & habitaſtis in tabernaculis, ſic & nunc educam vos de imminente captiuitate peccatorum, ſi ad me reuerti volueritis.

¶ Scenophegiæ feſtiuitas q̃ erat.

Hie. 29. & 5.

ADDITIO. Per exitum de Aegypto ſignificabatur baptiſmus ſiue baptiſmi redemptio, per iſtam liberationẽ effectus pœnitentiæ. Petr.

m ¶ *Quod facit baptiſma.*] non tamen quod cumque, vt ĩ. de conſe. di. 4. ſine pœnitentia. ¶ vnde ſemper iſta duo quamuis interdũ ẽtam generale ponatur, excepta intelligũ tur. ext. de ſponſ. non eſt verbis. Itẽ hoc facit pœnitentia quod baptiſmus quo ad vitam æternam, nõ quo

† al. horum

Gen. 6.

¶ Baptiſmus & pœnitentia tempore ...

P *Rædixerat.*] C ASVS. Hoc c. inducitur ad probandum, quod licet alicui venia promittatur, illam tamen debet cum inſtantia implorare, ne propter deſidiam promiſſa venia retractetur. vnde licet Dominus per Hieremiam promiſerit quòd filios Iſrael poſt lxx. annos deſolationis tẽpli reduceret in Hieruſalem: Daniel tamen non fuit negligens in rogãdo hanc: ne negligentiam offenſam pariat. vnde legitur in Geneſi, quod mundus ante cxx. annos non deſtruet: ſed quia homines negligentes fuerunt circa pœnitentiã, ideo poſt centum annos mundus finitus eſt.

n ¶ *Hieremias.*] in epiſtola, quam direxerat ad transmigrationẽ Babilonis dicens Cum impleti cœperint lxx. anni, viſitabo & reducam vos ad locum iſtum.

o ¶ *Preces.*] ſ. 23. q. 4. obtineri.

q ¶ *Denique.*] alia ratione probat, quòd ab oratione non eſt ceſſandum: quia ſi Deus videt homines negligentes, mutat quod prius promiſerat.

¶ Oratio ſit aſſidua.

q ¶ *Geneſi legimus.*] vbi dicitur, non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, id eſt, fragilis: eruntque dies eius cxx. anni. q. d. ſpiritus meus, id eſt, indignatio mea, & ira mea non remanebit in homine in æternum. id eſt, non erit æterna, quia non reſeruabo hominem in æternis cruciatibus, ſed ipſum hic puniam temporaliter, ſcilicet diluuio. hoc dicit propter illos, qui in diluuio ſaluati ſunt, & conuerſi ad Deum.

¶ Hominis dies ſunt cxx. anni. c. 5 c. ſed & continuò.

a ¶ *Ante*

nequaquã, expectat, vt & viginti alij compleãtur: ſed infert ante [a], quod poſtea [b] fuerat cõminat[9] [c]. Vnde & ad Hieremiam dicitur ob duritiam cordis populi Iudæorum. [Nec ores pro populo hoc, quia non audiã te.] Et ad Samuel [vſquequo luges ſuper Saul? & ego abieci [d] eũ.] In cinere igitur, & ſacco poſtulat impleri, quod promiſerat Deus: non quo eſſet incredulus futurorum, ſed ne ſecuritas negligẽtiam, & negligentia pareret offenſam.

Hier.7.
1.Reg.16.

Item Ambroſius in ſermone in Dominica de Abraham.

¶ Operibus miſericordiæ Deum non emimus, ſed nos metipſos redimimus.

C. LXXVI.

MEdicina miſericordiæ tollit peccata [e] magna.] Habem[9] etiam plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimamus: pecuniã, habes, redime [f] peccatum tuum. Non venialis eſt Dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venundatus [g] es redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. ¶Eleemoſyna, inquit à peccato liberat. Crimina ergo eleemoſynis [h] redimuntur.

Dan.9.
Eccl.10.ſecũdum 70.
Tob.12.

¶ Caput hoc habetur in libro de Helia, & ieiunio, & ibi hæc antecedunt. Etſi grauia deliquimus, magnum medicum inuenimus: magnam medicinam gratiæ eius accepim[9]. [Medicina enim tollit peccata magna.] *Abeſt autem vox* miſericordiæ, *etiam a loco Eccleſiaſt.c.10.*

Item Ioannes os aureum, hom.9.ad c.6.epiſtolæ ad Hebræos.

C. LXXVII.

MEdicamentũ [i] fortius quod maxime operatur in pœnitentia, hoc eſt. Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſſimam, ſic & in pœnitentia, dominãtior iſta herba, & potentior eſt, & vniuerſum ipſa efficit [k]. Audi enim quid dicit diuina ſcriptura. [Date eleemoſynam [l] & ecce omnia munda [m] ſunt vobis.]

¶ Græce ſic habet, τὸ γὰρ μάλιστα ἰσχυρὸν ἐργαζόμενον τὸ φάρμακον τῆς μετανοίας τοῦτ' ἐστί· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν βοηθημάτων ἐστὶ φάρμακον πολλὰς μὲν λαμβάνον βοτάνας, μίαν δὲ τὴν κυριωτάτην, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μετανοίας αὕτη ἡ βοτάνη κυριωτάτη, καὶ τὸ πᾶν αὕτη γίνεται ἄν. *id eſt*, Nam quod maxime validum reddit medicamentum pœnitentiæ, hoc eſt. Et ſicut in medicinalibus auxilijs eſt medicamẽtum, quod multas quidem herbas recipit, ſed vnam præcipuam, ac potentiſſimã: ita etiam in pœnitentia, hæc ipſa eſt potẽtior herba: ipſaq; omnino totum præſtiterit. Audi. &c.

Item Ambroſius lib.1.de pœnitentia.c.2.

C. LXXVIII.

DEus [n] definitionem† [o] non facit, qui miſericordiam [p] ſuam promiſit omnibus [q], & relaxandi [r] licẽtiam ſacerdotibus ſuis ſine [s] vlla exceptione conceſſit. Sed qui culpam exaggerauit, exaggeret [t] etiam pœnitẽtiam. Maiora enim crimina maioribus [u] abluuntur fletibus.

† al.diſtinctionem.] orig.

Idem lib.2.de pœnit.c.10.

C. LXXIX.

FLeat [x] pro te mater Eccleſia, & culpam [y] tuam lacrymis lauet. Videat te Chriſtus mœrentem, vt dicat [Beati triſtes, quia gaudebitis.] Amat, vt pro vno multi rogent [z]. Denique in Euangelio motus viduæ lacrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius reſuſcitauit.

Luc.11.
Matth.5.
Luc.7.

Idem eodem lib.2.c.11.

C. LXXX.

ADam poſt culpam ſtatim [a] de paradiſo Deus eiecit. Nõ diſtulit: ſed ſtatim ſeparauit à delitiis, vt ageret pœnitentiam, ſtatim tunicam veſtiuit pelliceam, non ſericam.

Item Auguſtinus in libr. 50. homil. homilia vltima, c.3.

C. LXXXI.

ſ' TRes [b] ſunt actiones [d] pœnitentiæ, quas mecum ve-

ſ Et in lib. de pœnit. medicina, c.1.
2 Sent 4.diſ. 16.

a ¶ *Ante.*] numquid etiã iudex poteſt hoc facere poſt datas inducias? arg. quod ſic. ff. de re iud. quod iuſſit. idem etiam dices in ſententia lata ſub conditione: extra de ſen.excom. à nobis.

b ¶ *Poſtea.*] Arg. ꝙ ſi teneris mihi librum ſcribere ad certum terminum, & tantum iam de tempore eſt lapſum, quòd in reſiduo ſcribere non poſſit, ſtatim poſſum agere contra te. ar. ſ. 2. q. 6. appellantem. ff. de ver. ob. hoc iure. Arg. contra. ff. ſi quis cauſ. ſi eũ. §. 1 ff. de re. iu. nulla intelligitur. ff. de ver. ob. inſulã. vbi ſoluitur hæc contrarietas.

c ¶ *Comminatus.*] pœnam ſ. diluuij.

d ¶ *Abieci.*] quantum ad præſcientiam.

MEdicina.] CASVS. In hoc c. oſtendit Ambr. quod operib. miſericordiæ debet homo redimere peccata ſua eleemoſynas faciendo: nõ quod Deus ſit venalis: ſed ipſe venalis eſt qui ſe redimit.

e ¶ *Peccata.*] i. pœnas debitas pro peccatis. Not. in hoc c. peccata dici pœnas peccatorũ, quæ eleemoſynis redimũtur, & relaxãtur. ‖vel eleemoſynæ redimunt peccata, i. oſtẽdunt eſſe dimiſſa. Vel legitur de miſericordia, vel eleemoſynæ virtute, quæ eſt ſpiritualis medicina animæ.

‖ Eleemoſyna redimit peccata.

f ¶ *Redime.*] ſ. 41. diſt. non cogantur. arg. ſ. diſt. 82. presbyter.

g ¶ *Venundatus.*] ſ. 15. qu. 1. non eſt.

h ¶ *Eleemoſynis.*] ſ. ea. diſt. c. omnis. §. alij. & c. miror.

MEdicamẽtum.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſicut in cõfectione medicinali ex plurib. herbis cõfecta, aliqua illarum eſt dominãtior, ſic in pœnitentia facienda eleemoſyna dicitur dominari. Quod probatur auctoritate Euangelij. *Medicamentum*, i. eleemoſyna. & loquitur per ſimilitudinem. quia medicina eſt animæ.

i ¶ *Medicamentum.*] i. eleemoſyna.

k ¶ *Ipſa efficit.*] vbi deeſt opportunitas alia faciendi.

l ¶ *Date eleemoſynam.*] ſ. ordinate, ‖à vobis ipſis incipientes, vt eam vobis primum exhibeatis. j. diſt. 3. qui vult.

‖ Eleemoſynam primo nobis faciamus.

m ¶ *Munda.*] i. munde & ſine peccato poſſidebitis alia.

DEus definitionem.] CASVS. Hugo ſic ponit hunc caſum. Dicit Ambro. in hoc ca. quòd Deus quemlibet peccatorem indifferenter recipit, dummodo pœniteat, & licentiam relaxandi de pœna cuilibet pœnitenti ſacerdotibus conceſſit. ſed maiora crimina maiori pœna ſunt punienda. *Definitionem*, id eſt, diſtinctionem perſonarum.

n ¶ *Deus.*] CASVS. Deus indifferenter quemlibet peccatorem recipit ſi pœniteat, & ſacerdotibus licentiam relaxandi de pœna cõceſſit, maiora tamen peccata maiori pœna punienda ſunt.

o ¶ *Definitionem.*] i. diſtinctionem perſonarum, i. nullum vere pœnitentem à ſe excludit, vt ſ. 39. qu. 2. c. 1. §. 1. Del definitionem, i. exceptionem peccatorum.

p ¶ *Qui miſericordiam.*] i. remiſſionem peccatorum à ſe per miſericordiam conferendam.

q ¶ *Omnibus promiſit.*] vere pœnitentibus. 24. q. 2. c. legatur.

r ¶ *Et relaxandi.*] i. pœnam peccati dimittendi.

s ¶ *Sine vlla exceptione.*] id eſt, nullum excipiendo vel peccatorem vel peccatum: quia nullum peccatum eſt de quo nõ poſſit quis pœnitere, vt j. de conſ. diſt. 4. nemo.

t ¶ *Exaggeret.*] i. ſi maior fuit culpa, maior ſit dolor de culpa, vel ſatisfactio pro culpa.

v ¶ *Maioribus.*] ſ. 24. q. 1. non afferamus.

FLeat.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi crimen eſt manifeſtũ, dolere debet manifeſte & flere, vt pro te oret eccleſia: amat enim Deus vt multi rogent pro vno. Vnde quia multi rogabant pro filio viduæ, reſuſcitauit eum Deus ſicut legitur in Euangelio.

x ¶ *Fleat.*] ſ. ſi manifeſtũ fuerit crimen doleas manifeſte, & fleas vt pro te oret mater eccleſia.

y ¶ *Et culpam.*] i. pœnã culpæ, ſi qua dignus es, poſt cordis contritionem per lacrymas & orationem ex toto deleas.

z ¶ *Multi rogent.*] hoc etiam faciunt epiſcopi cum volunt ſuis nepotib. benefacere, & merito, quia perſonã Chriſti gerunt. 21. diſ. in nouo.

ADam poſt.] CASVS. Probatur in hoc c. exemplo Adæ, quòd ſtatim poſt delictum debet quis facere pœnitentiam, quia ſtatim poſt culpam Adã eiectus fuit de Paradiſo, vt ageret pœnitentiam.

a ¶ *Statim.*] arg. quòd ſententia lata ſtatim executioni mandanda ſit, vt no. ſ. 2. q. 1. ſicut. 11. q. 3. cum apud.

TRes.] Hæc eſt 5. ps diſt. in qua ponit magiſter quæ ſunt genera peccatorum. Io. de Fan.

CASVS. Dicitur in hoc c. quòd tres modi agẽdi pœnitentiam inueniuntur. Primus eſt quando adultus volens baptizari pœnitentiam agit. Secundus quando quis quotidie pœnitet de peccatis venialib. Tertius quando agitur pœnitentia de mortalibus quæ prohibentur in decalogo. Ab illo autem ver. *Eſt enim pœnitentia.* tractat de ſecundo modo Aug. dicens, quòd ſi aliquis contemnit venialia, & nõ agit pœnitentiam pro ipſis efficitur dignus morte, ſicut pro aliquo mortali peccato. & hoc probat per quamdam ſimilitudinem inductam de naui. Hug. autem ſic ponit hunc caſum. In hoc ca. oſtendit Aug. tria eſſe genera ſiue ſpecies pœnitentiæ. Vnum genus eſt ante baptiſmum de peccatis mortalibus, ſecundum eſt ante & poſt baptiſmum de peccatis mortalibus. Poſtea oſtendit, quod ſicut venialia quotidie ſubrepunt, ita quotidie ſunt deflenda per aliquam ſatisfactionem: quia ſi multa collecta fuerint ſimul, ita grauabũt ſicut vnum mortale.

b ¶ *Tres ſunt actiones.*] ‖CASVS. ‖Tres ſunt modi agendi pœnitentiam. Primus quando adultus volens baptizari agit pœnitentiam. Secundus quando aliquis quotidie pœnitet de leuibus peccatis. Tertius quando aliquis pœnitentiam agit de mortalibus, quæ prohibentur in decalogo. Ab illo autem ver. *Eſt etiam pœnitentia.* tractat de ſecundo modo. nã ſi quis contemnit venialia, propter contemptum eorum conſtituitur dignus morte æterna. & hoc probat quadam ſimilitudine.

‖ Caſum ponit
‖ Pœnitentia tribus modis agitur.

c ¶ *Actiones.*] i. tribus modis agitur pœnitentia: ſcilicet ante baptiſmũ, vt j. de conſec. diſt. 4. agunt homines. poſt baptiſmum de mor-

ta ibus

talibus peccat, & quotidie de venialibus ȷ. diſ. 3. de quotidianis.
a ¶*Vna eſt.*] quæ fit in adultis cum baptizantur, vel ante.
b ¶*Parturit.*] propriè ponitur hæc verbum, parturit. cum enim homo iam proponit & meditatur quòd baptizari velit, agere pœnitentiam incipit. ȷ quæ pœnitentia nouum hominem parturit, id eſt, in nouum hominem, id eſt, de eo vetuſto primo culpæ vetuſtatem habente facit nouum hominem, id eſt, gratiæ nouitatem habentem. de conſecr. diſtin. 4. non dubito.

¶ pœnitẽtia nouũ hominẽ parturit.

c ¶*Omnis.*] ȷ. de conſecr. diſ. 4. omnis qui.
d ¶ *Ad conſecrationem.*] id eſt, ſanctificationem vel ſatisfactionem.
e ¶*Prodeſt.*] id eſt, ſacramentum collatum in fide eorum. Vel prodeſt quia offerunt eum.
f ¶*Supplicationis.*] quia ſemper debemus ſupplicare vt ab eo liberemur.
g ¶ *Deſiderat.*] cum effectu.
h ¶*Peccatis.*] pro mortalibus.
i ¶ *Si enim noſmetipſos.*] pœnitendo, affligendo, damnando nos de peccato.
k ¶ *Iudicaremur.*] id eſt, puniremur ad pœnam.
l ¶ *Eſt etiam pœnitentia.*] Modo redit ad ſecundum articulum.
m ¶ *Quæ humana.*] ȷ. d. 3. c. in caſſum. §. ſed verbi. & c. de quotidianis.
n ¶ *Collecta.*] ſecundum illud. Et quę non proſunt ſingula, multa iuuant. proinde ergo iudicandum eſt de pluribus minutis vt de vno grandi & grauis delicto [a], cui innumera coaceruata æquantur. argum. ff. ex qui. cauſ. ma. necnon. §. ſi quis ſæpius. & ff. de pact. ſi plures. arg. contra. ff. de iur. omn. iu. l. ſi idem. C. de iu. ſancimus. § pen.
o ¶*Et opprimunt.*] illa multa venialia, id eſt, contemptus eorum & vilipenſio [b]: quod quidem peccatum eſt mortale. vel ipſum veniale peccatum eſt mortale dum placet, ve 25. diſ. §. nunc autem. verſ. hinc etiam. aliàs enim ipſa venialia in purgatorio conſumentur. & ſalui erimus quaſi per ignem, 25. diſ. qualis.
p ¶ *Propter hæc ieiunia.*] ſcilicet leuia, vel propter hæc, ſcilicet omnia.

† *al. abolitio.*
ȷ ȷ de conſ. di. 4. omnis.
a Q ſiò impropriè tamen multa venialia peccata conſtituant vnum peccatum mortale. S. T. 1. 2. q. 88. ar. 4. i corp. Gal. 5.
a Vide not. ȷ diſt 25. ca. vnum ora rium. in gloſ. in ver. criminale.
b Bed. ȷ Cor.
c r. De conſ. diſt. 4. agũt homines.
† *al pone.* Matth. 6.

SI *peccatum.*] Hæc eſt ſexta pars diſtinct. in qua dicitur quòd licet peccata per contritionem & confeſſionem tollantur, remanet tamen pœna in hac vita vel in purgatorio. ſupple niſi eſſet in ſumma contritione. de conſec. diſt. 4 per baptiſmum. Ioan de Faut.

Casus. Cum poſt pœnitentiam Dauid Dominus tranſtulit ab eo peccatum, quæritur quare poſtea pro eo peccato multas pœnas ſubſtulit. Et reſp. Gregor. quòd licet peccatum eſſet ſibi dimiſſum, tamen pœna, quam promeruit debetur, nam & ſi per baptiſmum nobis dimittitur originale peccatum, tamen poſt baptiſmum eius peccati pœnam, id eſt, pœnalitates corporis ſuſtinemus.

veſtra eruditio recognoſcit. Sunt enim viſitatæ in eccleſia, & diligenter attendentibus notæ. Vna eſt [a], quæ nouum hominem parturit [b], donec per baptiſma ſalutare omnium præteritorum fiat ablutio † peccatorum. *& paulo poſt.* ¶ Omnis [c] enim, qui iam arbiter voluntatis ſuæ conſtitutus eſt, cũ accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizãtur ſoli paruuli ſunt immunes. Nondum enim vti poſſunt libero arbitrio. Quibus tamen ad conſecrationem [d], remiſſionẽque originalis peccati prodeſt [e] eorum fides, à quibus offeruntur. *& infra. c. 4.* ¶ Altera vero pœnitentia eſt, cuius actio per totam iſtam vitã, qua in carne mortali degimus, perpetua ſupplicationis [f] humilitate ſubeunda eſt. Primo, quia vitam æternam, incorruptibilem, immortalemque nullus deſiderat [g], niſi eum vitæ huius temporalis, corruptibilis, mortaliſque pœniteat. Non enim ſic quiſque in vitam nouam per ſanctificationem baptiſmi naſcitur, vt quemadmodum deponit ibi omnia peccata præterita: ita etiam ſtatim mortalitatem ipſam carnis, corruptionemque deponat. *& infra c. 9.* ¶ Tertia actio eſt pœnitẽtiæ, quæ pro illis peccatis [h] ſubeunda eſt, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apoſtolus ait [quoniã qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.] In hac ergo pœnitentia maiorem quiſq; in ſe ſeueritatẽ debet exercere, vt a ſeipſo iudicatus, non iudicetur à Deo. ſicut idẽ Apoſtol⁹ ait [Si enĩ noſmetipſos [i] iudicaremus, à Domino non vtiq; iudicaremur [k].] *& infra.* [l] ¶ Eſt [γ] etiam pœnitentia [l], bonorum, & humilium fidelium pœna † quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes, [Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.] Neq; enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimiſſa non dubitamus in baptiſmo, ſed illa vtiq;, quę humanæ [m] fragilitati quãuis parua, tamen crebra ſubrepunt: quæ ſi collecta [n] contra nos fuerint, ita nos grauabũt & opprimẽt [o], ſicut vnũ aliquod grãde peccatũ. Quid enim intereſt ad naufragiũ, vtrũ vno grãdi fluctu nauis operiatur, & obruat', an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligẽtiam derelicta: atq; cõtempta impleat nauẽ, atq; ſubmergat? Propter hæc [p], ieiunia, eleemoſynæ & orationes inuigilant: in quibus cũ dicimus [Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus,] manifeſtamus habere nos, quod nobis dimittatur: atque in his verbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodò agere pœnitentiam non ceſſamus.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex verbis B. Auguſtini in libro 50. homil. homil. vlt. (quæ etiam habentur ferè eadem in lib. de pœnit. medic. c. 2.) & in epiſtola 108. ad Seleucianum.*

[α] ¶ Baptiſma ſalutare.] *In homilia legitur,* per baptiſmum ſalutare, *in libro autem de pœnitentiæ medicina*, quæ nouum hominẽ per baptiſmum parturit: donec ſalutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio.

[β] ¶ Et infra.] *Quæ ſequuntur, integre habentur in epiſtola ad Seleucianum, ſententia tamen, & aliqua verba leguntur etiam in eadem homilia. c. 8. & in lib. de pœnit. medicin. eodem c. 2. vbi de ſecunda actione pœnitentiæ agitur. Referuntur enim ad illam, quæ nunc ſubijciuntur.*

[γ] ¶ Eſt etiam.] *Antea legebatur,* Eſt enim. *Emendatum eſt ex loco indicato, & duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus. Longe enim diuerſa eſt hæc pœnitentia a proxime commemorata.*

Item Gregorius.

C. LXXXII.

[ſ 6 ȷ] SI peccatũ [q] Dauid tam deteſtabile Dominus tranſtulit, quid eſt, q; poſt omnia, quæ de eo dẽ peccato per prophetã ei à Domino dicta ſunt, poſtmodũ tanta tolerauit? Sed proculdubio Dominus delictum ſine vltione non deſerit. Aut enĩ ipſe hoc in ſe pœnitens punit [r]: aut hoc Deus cum homine [s] vindicans percutit. Nequaquã igitur peccato parcitur: quia nullatenus ſine vindicta laxatur [t]. Sic enim Dauid audire poſt cõfeſſionẽ meruit [Domin⁹ trãſtulit peccatũ tuum, & tamen poſt multis cruciatibus [u] afflict⁹, ac fugiens, reatũ culpæ, quã perpetrauerat, exoluit. Sic nos ſalutis vnda à culpa primi hominis abſoluimur. Sed tamen reatũ eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quoque adhuc carnaliter obimus [x]: quia delicta noſtra ſiue per nos [y] ſiue per ſemetipſum [z] reſecat etiam, cum relaxat. Ab electis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere, quas in perpetuũ non vult in eis videre †.

¶ *Caput hoc integrum quidem habetur in commentariis, qui nomine Eucherij ſunt editi, lib. 2. Reg. c. 8 ſed magnam quoque partem*

q ¶*Si peccatum.*] hic dicit peccatum: inferius, idem vocat delictum, & ita indifferenter vtitur his vocabulis Gregor. quod & in communi vſu loquendi fit. Auguſt. tamen in quæſtionibus Leuitici differentiam notat dicens: Declinare à bono eſt delictum, & peccatum facere malum. vnde apparet quòd peccatum mali eſt perpetratio: nã & opus eſt. infra diſ. 3. inter hæc hircum. delictum enim eſt boni deſertio. quid eſt aliud delictum quàm derelictum? Vel delictum appellatur propriè quod ignoranter fit: iuxta illud: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantia, &c. peccatum vero quod ſcienter.
r ¶ *Punit.*] ſupra eadem diſtinction. cap. ſi cui. §. item ſicut. & cap. porro. ȷ. eadem diſtinct. §. quæcumque.
Appoſitio. Poteſt dici, quòd peccatum ad prolationem corporis refertur: iniquitas vero ad mentis acerbitatem. præcedit iniquitas, ſequitur peccatum: ſed grauior eſt iniquitas tamquam materia. Archidiaconus.
s ¶ *Cum homine.*] id eſt, per hominem, tamquam miniſtrum, vt per hoſtem. arg. 23. q. 5. remittuntur. 15. q. 1. nec is. vel cum ipſo homine, ſed eſt cum homo punit ſe ſufficienter.
t ¶ *Laxatur.*] ȷ. ead. diſ. c. omnis. §. alij. econtra. & cap. nullus debite.
u ¶ *Cruciatibus.*] ȷ. ea. diſt §. non ſunt. & ca. quem pœnitet.
x ¶*Obimus.*] aliàs ?imus, id eſt, propter peccatum Adæ mortem carnis incurrimus, & alias pœnalitates ſuſtinemus [a].
a ¶*Obimus.*] id eſt, ne ceſſitati mortis ſubijcimur.
y ¶ *Siue per nos*] cum pœnitentiam agimus.
z ¶ *Siue per ſemetipſum.*] in baptiſmo. infra de conſecrat. diſtinctione 4. ſine pœnitentia.

pec?atum & delictum an ſint idem

ȷ Pol. l. 6. ti. 20. Aml. 1. 1. c. 5.
2. Reg. 12.
4 ibid.
a De conſe. diſt 4. non ex quo.
† *al. vindicare.*

 HII Sicut

SIcut primi.] Casvs. H. ſic ponit hunc caſum. Per primum hominem, & Dauid oſtendit Aug. quod licet per baptiſmum & pœnitentiam nobis dimittantur peccata, tamen poſtea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium. *Primi hominis*, ſcilicet Adæ, & Euæ.

cerdos potius debet conſiderare menſuram doloris quam temporis. ſed quia dolor eſt occultus quandoque ita ſtatuuntur tempora pœnitentiæ ab eo, qui vices eius gerit, cui gemitus nõ eſt abſconditus, vt peccatum puniatur ſi non eſt per dolorem ſufficienter dimiſſum ſiue punitũ, & vt ſatisfaciat eccleſiæ, quam læſit: & ideo quicumque pro occulto crimine à communione vult abſtinere, faciat hoc auctoritate ſacerdotis.

apud B. Gregorium lib 9. moralium. c. 27.

a ¶ Obimus.] *Apud B. Gregorium ſequitur,* Bene ergo dicitur deleens, quòd non parceto res delinquenti, quia, &c. *repetit enim ipſe verba illa Iob ſibi ad interpretandum propoſita. Eucherius autem habet vt Gratianus.*

Item Auguſtinus de peccatorum meritis, & remiſſ. lib. 2. c. 34.

C. LXXXIII.

SIcut primi [a] homines poſtea iuſte viuendo merito creduntur per Domini ſanguinem ab extremo iudicio liberati, non tamẽ in illa vita meruerunt ad paradiſum reuocari [b], ſic & caro peccati, etiã ſi remiſſis peccatis homo in ea iuſte vixerit, non continuo meretur eam mortẽ non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis inſinuatum eſt de Patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem propheta cum miſſus eſſet, eiq; propter peccatum, quod admiſerat, euentura mala ex iracũdia Dei comminaretur, cõfeſſione peccati veniam meruit [c], reſpondente propheta, quòd illud ei flagitium, facinuſq; remiſſum ſit: & tamen conſecuta ſunt, quæ Deus fuerat comminatus, vt ſic humiliaretur à filio [d]. Quare [α] & nunc dicitur [e], ſi Deus propter peccatum, illud fuerat cõminatus, cur dimiſſo peccato, quod erat minatus, impleuit? niſi [f] quia rectiſſime, ſi ſic dictũ fuerit, reſpõdebitur, remiſſionem illam peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur [g] æterna, ſubſecutum vero illius comminationis effectum, vt pietas hominis in illa humilitate [h] exerceretur [i], atque probaretur. Sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus homini inflixit: & poſt peccatorũ remiſſionem propter exercendam iuſtitiam non ademit [k].

α ¶ Quare & nunc.] *In originali legitur,* Quare & ſic non dicitur. *Sed ob gloſſam nõ eſt mutatum. Alia vero multa ex eodem ſunt emendata.*

Idem in homilia de pœnitentia.

¶ Doloris menſura potius, quam temporis in actione pœnitentiæ conſideranda eſt. C. LXXXIIII.

7 IN actione [l] pœnitentiæ, vbi tale [m] crimẽ commiſſum eſt, vt is, qui cõmiſit, à Chriſti etiam corpore ſeparetur, non tã conſideranda eſt menſura [n] temporis, quàm doloris. [Cor enim contritum, & humiliatũ Deus nõ ſpernit.] Verum, quia plerumq; dolor alterius cordis occultus eſt alteri [o], neq; in aliorum notitiam niſi [a] per verba [p], vel quæcunque alia ſigna procedit, cum ſit coram illo, cui dicitur [gemitus meus à te nõ eſt abſcõditus,] recte cõſtituuntur [q] ab his [r], qui eccleſiæ præſunt, tẽpora pœnitentiæ, vt ſatisfiat etiã eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata. Extra [s] eam quippe non remittuntur. Ergo [β] cum tãta eſt plaga peccati, atq; impetus morbi, vt medicamenta [t] corporis & ſanguinis Domini differẽda ſint, authoritate [u] antiſtitis debet ab altario remoueri ad agẽdam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.

a ¶ Niſi per verba.] *Ab originali abeſt dictio, niſi, ſed habita eſt ratio gloſſæ.*

β ¶ Ergo.] *Hæc non ſunt in Enchiridio, ſed in epiſt. 108. ad Ianuarium, ſub alterius perſona. Ita enim loquitur.* Alius contra, immo, inquit, ſi tanta eſt plaga peccati, &c.

Idem in eadem hom. 50. c. 11.

C. LXXXV.

IVdicet ſeipſum homo in iſtis voluntate, dum poteſt, & mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit, etiam præter voluntatẽ a Domino iudicetur. Et cũ in ſe protulerit ſeueriſſimæ [x] medicinæ † ſententiam, veniat ad antiſtites [y], per quos illi claues [z] in eccleſia miniſtrãtur, & tãquam bonus incipiens iã eſſe filius, maternorum [a] membrorũ ordine [b] cuſtodito, à præpoſitis [c] ſacrorum accipiat ſatisfactionis ſuæ modũ, vt in offerendo ſacrificio contribulati cordis deuotus, & ſupplex, id tamen agat, quod non ſolũ ipſi proſit ad recipiendã ſalutem, ſed etiam ceteris [e] ad exemplum, vt ſi peccatũ eius non ſolũ in graui eius malo, ſed etiam in tanto † [e] ſcandalo eſt aliorum, atq; hoc expedire vtilitati eccleſiæ videtur antiſtiti, in notitia [f] multorũ, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuſet, non reſiſtat, non lethali, & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. & *infra.* ¶ Multi enim corriguntur, vt Petrus: [g] multi & tolerantur, vt Iudas, &c.

a ¶ Sicut primi.] Per primos homines, & per Dauid oſtẽditur, quod licet per pœnitentiã vel baptiſmum nobis dimittãtur peccata, ‖ tamen poſtea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanẽt ad cognomen & exercitium.

‖ Mors & aliæ pœnalitates pro peccato originali ſunt inflictæ.

b ¶ Reuocari.] eodem modo quo primo fuerant: cum non ſubiacebant morti & aliis pœnalitatibus ſibi poſtea inflictis. [a]

[a] Tũc enim erat homo potens non mori, ſed poſt refutatur potens non mori ...

c ¶ Meruit.] id eſt, obtinuit, q. d. talis fuit confeſſio, cui data eſt venia. ſim. 8. diſt. conſuetudo.

d ¶ Filio.] i. per filium Abſalonem. diſt. 47. c. ſicut. §. neceſſe. gl. eſt ſi. in l. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg. 1.

2 Reg. 12.

e ¶ Et nunc dicitur.] i. obijcitur à quibuſdã hæreticis, qui dicebãt per ... in contritione quam ad vitam æternam non poſſe dimitti.

f ¶ Niſi.] q. d. ſi quæritur, niſi, i. ſed: quia rectiſſime ſi dictum fuerit. ſi quæſitum: reſp. vel eſt ibi ſic, & tunc is, niſi, i. ſed: quia rectiſſime ſic dictũ fuerit quaſi: quia rationabile eſt quod ita reſpondeatur, &c. & q, niſi, ponatur pro ſed, inuenitur 38. diſtinct. ſedulo.

g ¶ Impediretur.] non vt per hoc temporalem pœnam euitet. arg. 23. q. 5. ſi is.

h ¶ Humilitate.] impõitur ergo pœnitentia pro peccato, vt humilitas exerceatur, & ne diſciplina eccleſiæ deferatur. 23. q. 5. excommunicatorũ. & vt ſatisfiat eccleſiæ, quæ ſcandalizata eſt. j. e. iudicet. & ad cautelam. 50. diſt. presbyteros. 34. q. 2. in lectũ.

‖ pœnitentia quare pro peccato ſit impoſita.

i ¶ Exerceretur.] j. diſt. 3. §. hæc de charitate. & c. productor.

k ¶ Ademit.] arg. q̃ licet deſtruatur principale, remanet acceſſorium. argum. extra de conuer. coniu. quidã. extra de ſponſ. ad audientiam. ff. de conſt. pecun. item. §. 1. C. de præd. mi. & ſi is. ff. de min. in cauſa. 2. Arg. cõtra. ff. de re. in cauſa principalis. & C. de leg. & conſt. non dubium. C. de vſur. eos.

7 In Enchiridio, ca. 65.

Sen. 4. diſt. 20. ... 10. Aug. Li. 11. ca. 44. Iuo p. 1. ... & p. 15. c. 24.

Pſal. 59.

l ¶ In actione.] i. in agenda ſatisfactione, vt j. de conſ. diſt. 3. de pœnitentibus.

m ¶ Vbi tale.] de conſe. diſt. 3. de pœnitentibus.

n ¶ Menſura.] j. e. menſuram.

o ¶ Occultus eſt alteri.] ſ. 24. qu. 3. Deus quando.

p ¶ Per verba.] ſ. 12. qu. 2. is autem. & q. 5. humanæ. ff. de ſup. leg. l. Labeo. §. 1. & extr. de ſpond. cum apud.

q ¶ Conſtituuntur.] i. præfiguntur.

r ¶ Ab his.] ſ. 26. q. vlt. tempora.

s ¶ Extra.] ſ. 11. q. 3. illud plane.

t ¶ Medicamenta.] quia per illa augentur virtutes & confirmantur & conſeruantur.

u ¶ Auctoritate.] ſ. e. di. ſunt qui arbitrantur. & c. facilius.

Additio. Dic vt no. ſ. e. di. qui ſanctus. in gl. 1 Arch.

IVdicet.] Casvs. Oſtendit Augu. quis ordo ſit ſeruandus in accipienda pœnitentia. ‖ Primo enim debet quis confiteri. ſ. e. ſufficit. deinde ſe damnare & redarguere, & proponere in corde confiteri & ſatisfacere ad arbitrium eccleſiæ, & poſtea veniat ad ſacerdotem, & ab eo accipiat pœnitentiam: & ſi crimen eſt publicum vnde ſcandalum ortum ſit, publice recipiat, & agat pœnitentiam. *Iudicet*, i. condemnet.

x ¶ Seueriſſimæ.] vnde Sæpe tulit lapſis ſuccus amarus opem.

y ¶ Ad antiſtites.] ſ. 6. q. 3. denique. arg. ſ. 18. q. 2. abbas.

z ¶ Claues.] q. vult pœnitẽtiam accipere, veniat ad ſuum ſacerdotem, qui eum ligare poterit & abſoluere, non ad alienum, vt ext. de pœ. & rem. omnis vtriuſque.

a ¶ Maternorum.] i. filiorum eccleſiæ.

b ¶ Ordine.] de quo ordine habes j. e. q. 2. admonere. 12. q. 2. de viro. vel ordine illo quẽ expreſſi in caſu.

c ¶ A præpoſitis.] i. à ſacerdotibus qui præponuntur ſacramentis miniſtrandis.

d ¶ Ceteris.] hoc quando crimen eſt publicum, prout ſequitur.

e ¶ In tanto.] i. multo.

f ¶ In notitia.] de notoriis & enormibus peccatis intelligitur hoc ar. ſ. 26. q. 6. c. vlt.

g ¶ Multi.] ſ. 2. q. 1. multi.

5 Sen. 4. diſt. 17. Ægyp. pus tom. 1. par. 2. 25.

4 Et in l. de pœnitentiæ medic. c. 3. 5 Beda ad Epheſ. 5. Sen. 4. diſt. 17. Iuo p. 15. c. 24.

‖ Pœnitentiæ ordo.

† al. medicinæ, ſed tamen medicinæ ſententiam.

† abeſt ab orig.

6 2 q. 1. multi.

IN actione.] Hæc eſt ſeptima pars diſtinct. in qua dicitur, quòd vbi pœnitentia non ſtatuitur à canone, relinquitur arbitrio boni viri: quia Deus incipit magis menſuram laboris, id eſt, cordis quàm temporis. Ioan. de Fant.

Casvs. Iſte ſic conſueuit poni. Dicitur enim hic, q quando peccatũ ita magnum eſt, q peccator dignus eſt priuari corpore Chriſti, ſa-

Menſuram

Item Hieronymus.

¶ Mortificatio vitiorum magis, quàm abſtinentia ciborum, pœnitenti neceſſaria eſt. C. LXXXVI.

MEnſuram autem temporis in agenda pœnitentia idcirco non ſatis apertè† pręfigunt canones pro vnoquoque [a] crimine, vt de ſingulis dicant, qualiter vnumquodque emẽdandum ſit, ſed magis in arbitrio [b] ſacerdotis [c] intelligentis relinquendum ſtatuunt: quia apud Deum non tam valet menſura tẽporis, quam doloris [d], nec abſtinentia [e] tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod ipſa tempora pœnitentiæ pro fide, & conuerſatione [f] pœnitentium abbreuianda pręcipiunt, & pro negligentia [g] protelanda. Extant tamen pro quibuſdam culpis [h] pœnitentiæ modi impoſiti, iuxta quos ceteræ perpendendæ ſunt culpæ, cum ſit facile per eoſdem modos vindictam, & cenſuram canonum æſtimare.

¶*Caput hoc, quod Barchardus etiam, & Iuo citant ex dictis B. Hieronymi, beatus Rhenanus in ſuis adnotationibus in Tertullianum teſtatur ſe legiſſe in antiquo pœnitentiali. Et ex eo, ac ceteris collectoribus nonnulla ſunt emendata, & poſtrema clauſula etiam aucta. Sententia autem habetur etiam 7. cap. c. 21. & in epiſtola Baſilij ad Amphilochium. c. 2. & in ſynodo Metenſi anni 859. cap. 10.*

Item Ioannes Chryſoſtomus: [id eſt auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia 40.]

C. LXXXVII.

QVis aliquando vidit clericum cito pœnitentiam agentem? Sed etſi deprehenſus [i] humiliauerit [k] ſe, non ideo dolet, quia peccauit: ſed confunditur, quia perdidit gloriam [l] ſuam.

§ [1] *His auctoritatibus aſſeritur neminem ſine pœnitentia, & confeſſione propriæ vocis à peccatis poſſe mundari. Vnde præmiſſæ auctoritates, quibus videbatur probari, ſola contritione cordis veniam præſtari, aliter interpretandæ ſunt, quàm ab eis exponantur. Negationem namque Petri ſecuta eſt ſatisfactio lacrymarum, & trina confeſſio Dominicæ dilectionis, quæ penitus deleuit peccatum trinæ negationis [m]. Non ergo neceſſaria ſibi erat certa ſatisfactio peccati: cuius totum vitæ tempus [n], obedientiæ impendebatur ſui conditoris. Imitabatur enim illud propheticum [Declina à malo, & fac bonum.] & illud Eſaiæ [Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, &c.] Amplius horum nihil à peccatore exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis [o] Papæ ſatisfactio pœnitentiæ negatur eſſe neceſſaria cuilibet delinquenti, ſed ei [p] tantum, qui beatum Petrum imitatus, huic ſæculo penitus abrenunciat, & cunctorum vitiorum fomitem in ſe funditus mortificat. Item illud Ioannis a† Chryſoſtomi [[3] Lauent lacrymæ delictum [q], quod pudor eſt voce confiteri.] & illud aliud, quòd ſcribitur in epiſtola ad Hebræos [Non tibi [r] dico, vt te [s] prodas in publicum, neque vt te apud alios accuſes [t]: ſed obedire te volo prophetæ dicenti, reuela [u] Domino viam [x] tuam. Ante Deum ergo tua confitere [y] peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua [z], ſed conſcientiæ tuæ memoria: & tunc demum ſpera miſericordiam te poſſe conſequi: ſi habueris in mente peccata [a] tua continuè [b], malum numquam aduerſus proximum tuum in corde retinebis.] non ita intelligendum eſt, vt ſine confeſſione oris peccata dicantur dimitti, ſed ſine publica ſatisfactione. Secreta nãque peccata ſecreta [c] confeſſione, & occulta ſatisfactione purgantur [d]: nec eſt*

MEnſuram.] CASVS. Hug. ſic ponit hunc caſum. Hic Hierony. reddit cauſam quare in vnoquoque crimine non eſt determinatum tempus pœnitentiæ: quia apud Deum non tantum valet menſura temporis quantum doloris. & ideo relinquitur arbitrio ſacerdotis, qui prout viderit expedire aſſignet tempus breue vel prolixum: ſed ne ignoret ſacerdos modum imponendi pænitentiam, in quibuſdam criminibus modi & tempora pœnitentiæ ſunt determinata. Sequens autem cap. ſcilicet, quis aliquando planum eſt.

1 Alcuinus de eccl. offi cijs cap. de capite ieiunij. Sent. 4. diſt. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Anſ. l. 11. ca. 145. Burc. l. 19. c. 31. Iuo p. 15. c. 149.

† al. attente

a ¶[*Pro vnoquoque.*] id eſt, pro genere cuiuſlibet criminis.

b ¶[*In arbitrio.*] id eſt, in arbitrio ſacerdotis eſt relictum ſtatuere tempus pœnitentiæ. arg. ff. de iu. deli. l. 1. ſ. 26. q. vlt. c. tempora.

c ¶[*Sacerdotis.*] hoc tamen cum pœna non eſt expreſſa: quia cum pœna eſt expreſſa, illam debet opponere. arg. extra de off. iud. dele. de cauſis. j. diſt. 5. falſas. ex cauſa tamen aggrauare poteſt, & mitigare. arg. 50. diſ. de his. Quid ſi inique arbitratus eſt, & minorem pœnam imponat quam debeat? ſi eſt ordinarius eius iudex ſiue ſacerdos curatus, & diſpenſandi animo hoc facit, ſufficit illa licet modica ad delendum peccatum. ſi per errorem, & ab iſto pœnitente credebatur peritus, ſ. ſufficit illa minor pœnitentia ad delendum peccatum, & omnem pænam alterius vitæ, dummodo pænitens qui eam recipit, maiorem ſuſcipere paratus eſſet ſi ſibi imponeretur, argu. j. ead. diſ. quem pœnitet. verſi. ſæpe. ſi autem credebat eum imperitum, in culpa eſt, nec releuabitur hac ſola pœnitentia. idem iuris eſt ſi ad alium iuit, non ad ſuum iudicem. cum ſuus ſacerdos eſſet peritus: quia eo caſu in culpa fuit: ſi autem ſuus ſacerdos non erat peritus, & ideo iuit ad alium, quia hoc ſibi licet. infra diſ. 6. placuit. & ille male eſt arbitratus, dic vt dixi in ordinario.

‖ pænitentia minor an liberet pænitẽtem.

d ¶[*Doloris.*] Vnde & tantam contritionem poſſet ſacerdos perpendere in homine, quòd nullam ſatisfactionem exteriorem ei imponeret.

e ¶[*Abſtinentia.*] j. de conſe. diſ. 5. ieiunium. ſ. diſ. 86. quid prodeſt.

f ¶[*Conuerſatione.*] ſ. 11. q. 3. plerumque.

g ¶[*Negligentia.*] ſ. 50. diſ. de his clericis ſ. 16. q. 7. ſacerdos.

h ¶[*Culpis.*] vt in fornicatione ſacerdotis cum filia ſpirituali. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. ſ. 82. diſ. presbyter. & in multis alijs.

i QVis aliquando.] ¶[*Deprehenſus.*] in aliquo peccato.

k ¶[*Humiliauerit.*] id eſt, humiliatus apparuerit.

l ¶[*Gloriam.*] id eſt, laudem & famam, qua ab hominibus laudabatur: quia credebatur eſſe bonus. & ita habes ex hoc cap. quòd clerici deteriores ſunt laicis. 8. q. 1. qualis. ‖ ſic & monachi deficientes omnibus ſunt deteriores. 47. diſ. quantumlibet. & j. 24. quæſ. 3. transferunt. vnde etiam dicitur, à ſanctuario meo incipite, vt ſ. 50. diſ. & purgabit. & hoc deſtruit eccleſiam vehementer, vt 8. quæſ. 1. qualis.

‖ Monacho malo nil deterius.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt octaua pars diſ. quæ diuiditur in tres partes. In prima recapitulat canones in prima parte poſitos, & poſitis ipſorum canonum principijs, dicitur qualiter ſunt intelligendi. Secunda ibi, *Econtra auctoritas.* Tertia ibi, *Econtra ea.* Ioan. de Fant.

CASVS. Ex præallegatis auctoritatibus ab illo. §. *Alij econtra.* cõcludit G. peccata non dimitti ſine oris confeſſione & operis ſatisfactione, & incipit reſpõdere auctoritatibus primo inductis pro alia parte ſcilicet quæ aſſerit peccata in ſola cordis contritione dimitti, ſoluendo eas quandoque bene, quandoque male, vt dicit Hug. poſtea in §. *Econtra ea.* defendit ſententiam illam, quòd ſola confeſſione peccata delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando. & ſcias quòd vnus debet eſſe §. vſque ad §. *Econtra.* Hanc tamen auctoritatem *Non tibi dico,* de nouo inducit vt eam ſoluat, quia videbatur facere pro alia parte, ad cuius ſolutionem inducit auctoritatem Ioannis Chryſoſto. & caſus duarum illarum auctoritatum plani ſunt: quidam tamen habent capitula in principijs omniũ auctoritatum: quod eſſe non debet. ſed ſi velles facere capitula in illis duabus nouis auctoritatibus. facies §. ibi, *Non ita.* ſimiliter, & illud.

1 Sent. 4. diſt. 17.

Luc. 22.

HIS AVCTORITATIBVS. Hic concludit, quòd non ſola cõtritione cordis peccata dimittuntur, & reſpondet auctoritatibus inductis pro alia parte, quæ aſſerit ſcilicet peccata ſola contritione cordis dimitti poſſe. poſt in §. *econtra ea.* defendit ſentẽtiam illam quòd ſola confeſſione delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando.

Pſal. 36. Eſa. 55.

† Ambr. ſ. e. cap. lauent. Sent. 4. diſt. 17.

3 Io. Chryſ. homil. 31 in epiſtol. ad Hebræos.

Pſal. 36.

m ¶[*Negationis.*] vnde quidam dicunt, quòd negando ter peccauit, triplex amor expiauit, & trina confeſſio. 6. q. 1. imitare.

n ¶[*Totum vitæ tempus.*] eſt hic argu. ‖ q; intranti monaſterium non eſt imponenda pænitentia de peccato ante commiſſo: qa nec Aſtulpho imponitur ſi intrat monaſterium. arg. ſ. q. 2. admonere. & hoc propter continuationem pœnitentiæ & exercitij, quæ in monachis exiguntur. argu. 16. q. 1. vos. extra de ſen. exc. cum illorum. & arg. opti. extra. de vo. & voc. redemp. ſcripturæ.

‖ Monaſterium intranti an ſit pænitentia imponenda.

o ¶[*Leonis.*] ſ. e. diſ. c. voluiſſent. §. ex his omnibus. & c. ſufficit. Magnum ſaltum fecit hic G. quia cum deberet inferre auctoritatem Ambroſij de Petro propoſitam, illa, ſcilicet Petrus. ſ. ead. diſt. circa prin. infert auctoritatem Leonis, quam induxit. ſ. e. §. ex his omnibus. & pro alia parte.

p ¶[*Sed ei.*] non dicit verum quia non negat, & eſſet neceſſaria pœnitenti exterior ſatisfactio, ſi ibi adſit facultas, ſed dicit ſufficit confeſſio, quæ ſit Deo & ſacerdoti ſi adeſt facultas.

q ¶[*Delictum.*] non videtur congrua hæc ſolutio, contrarium magis innuitur, j. ead. diſ. §. vlt. H.

ADDITIO. Alias ſimilem ſecundum Lau. ſed Hug. in ſua gl. ponit idem, &c.

r ¶[*Non tibi*] nunc primo inducit hanc auctoritatem, quæ videtur facere pro alia parte, vt eam ſoluit.

s ¶[*Vt te.*] id eſt, tuum peccatum ſecretum. [a]

t ¶[*Accuſes.*] aliàs accuſes te de illo crimine.

v ¶[*Reuela.*] lingua cordis, & non carnis. vnde ſub dit ante, &c.

x ¶[*Viam.*] id eſt, peccatum.

y ¶[*Confitere.*] ſacerdoti. Vel in memoria ſemper habeas ea poſtquam cofeſſus es ſacerdoti. In memoria dico quo ad flendum, non quo ad agendum vel delectandum. vnde ſubdit, apud. &c.

z ¶[*Non lingua.*] tantum. Vel non lingua ſecundum aliam expoſitionem, ſcilicet vt intelligatur de peccatis iam confeſſis ſacerdoti.

a ¶[*Peccata.*] ea ſcilicet cum dolore pœnitentiæ commemorando.

b ¶[*Continue.*] ſ. diſ. 81. valet. contra. [b]

c ¶[*Secreta.*] ſ. 2. q. 1. ſi peccauerit. ſ. 15. q. 3. de crimine.

d ¶[*Purgantur.*] duplicem innuit ſolutionem, primam ſcilicet de occulto crimine, quod ſufficit confiteri ſoli Deo per ſacerdotem, nec in publico neceſſe eſt illud confiteri. & hanc ponit ibi, ſecreta, &c.

a Secus ſi crimen eſt publicum, & manifeſtũ 15 perſona ſit incerta. 5. q. 1. c. 2. & illud vt punitur infamans, & aliter ab infamia facti purgetur, vt ibi no. Hug.

b ibi loquitur de memoria ad delectan dum quæ memoria eſt improbabilis. 15. q. 1 mulier. hic loquitur, de memoria ad flendum, & hæc eſt laudabilis. de hac eſt, ſ. diſ. 3. In ias. ſecundum Hu. & re.

neceſſe, vt quæ ſemel ſacerdoti confeſſi fuerimus, denuo [a] confiteamur, ſed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Ioannes Chryſoſtomus ait. [[1] *Nunc autem ſi recorderis* [b] *peccatorum tuorum, & frequenter ea in conſpectu Dei pronunties, & pro eis clementiam eius depreceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiſcaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis, & nolens, quando in toto mundo publicabuntur, & in conſpectu proferentur omnium tam amicorum tuorum, quàm inimicorum, & ſanctorum Angelorum, cæleſtiumque virtutum. Non enim ad Dauid ſolum dicebat* [c]*. Quæ tu ſecreto feciſti, ego cunctis manifeſtabo, ſed etiam ad omnes* [d] *nos hoc dicitur.*] [2] *Similiter* [e] *& illud Proſperi intelligitur.* [*Qui crimen* [f] *ſuum vltro cognoſcunt, & aut illud propriis confeſſionibus produnt, aut neſcientibus aliis, quales occulti ſunt, &c.*] [*aliis neſcientibus*] *id eſt, occulta confeſſione illis peccatum ſuum confitentibus, non publice illud manifeſtantibus. Item illud prophetæ* [*Dixi confitebor, & tu remiſiſti*] *id eſt, remiſſibilem* [g] *iudicaſti* † [*impietatem peccati mei.*] *Ita & illud Auguſtini intelligitur.* [[3] *Magna pietas Dei, vt ad ſolam promiſſionem peccata dimiſerit,*] *id eſt, remiſſibilia iudicauerit* †. *Item ibidem.* [*Votum pro opere reputatur, cum deeſt facultas operis.*] *Vnde votum confeſſionis reputatur pro opere vocis, cum deeſt facultas confeſſionis. Item* [[4] *voluntas remuneratur non opus*] *ita intelligitur, voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud* [[5] *In quacumque hora peccator conuerſus fuerit. &c.*] *conuerti dicitur, qui omnino vertitur: omnino vertitur, cuius opus vox, & cogitatio ita mortificationi deſudat peccati, ſicut prius ſeruierat iniquitati. Ita intelligitur & illud* [[6] *conuertimini ad me, &c.*] *Item* [*ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta*] *eis dicitur, qui nulla interiori ſatisfactione præcedente, ſed ſola exteriori ſe Deum poſſe placare confidunt.* [7] *Item cuncta* [h] *quæ de leproſis mundatis, vel de Lazaro reſuſcitato inducuntur, ad contritionem cordis non ad veniam remiſſionis* [i] *referenda ſunt. Obſtinatio enim animi, & confeſſionis contemptus, quædam mors eſt impietatis, & lepra ſuperbiæ, a qua quiſque reuiuiſcit, dum ſibi per gratiam dolor delicti, & votum confeſſionis inſpiratur. Ad hunc etiam articulum* [k] *pertinent ea, quæ de viuentibus, vel in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habentibus, vel de habitaculis* † *ſpiritus ſancti facti dicta ſunt: vt hæc omnia quiſque dicatur aſſecutus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria* [l] *peccati remiſſione, quam nondum inuenit. Sicut enim in baptiſmo remittitur peccatum, & tamen eius pœna reſeruatur, ſic per contritionem cordis quiſque a Deo reſuſcitari dicitur: licet adhuc reatu* [m] *peccati teneatur. Non ergo præmiſſis auctoritatibus, vel argumentis, ſine confeſſione oris: & ſatisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari.*

2 [8] *Econtra* [n] *auctoritas* [o] *illa Ioannis Chryſoſtomi, & Proſperi* [p] *contra mentem auctoris extorta* [q] *videtur. Non enim dicitur* [*non dico tibi, vt te publice accuſes*] *ſed* [*non dico tibi, vt apud alios te accuſes.*] *Sic & Proſper non ait* [*omnibus*] *ſed ſimpliciter* [*aliis neſcientibus.*] *Vnde euidentiſſimè datur intelligi, quòd ſine confeſſione oris peccata poſſunt deleri. Ea vero, quæ ad exhortationem pœnitentiæ* [r]*, & confeſſionis dicta ſunt, non huic ſententiæ contraire videntur. Vel enim ſunt verba exhortationis, non iuſſionis, ſicut illud* [*Confitemini* [s] *alterutrum peccata veſtra, &c.*] *vel ſi quæ iubendo ſunt dicta, non ad oris confeſſionem: ſed cordis, non ad exteriorem ſatisfactionem, ſed interiorem referenda ſunt. Eſt enim pœnitentia alia interior, alia exterior. Interior pœnitentia eſt illa, de qua Auguſtinus ait* [[9] *Omnis* [t]*, qui ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, non poteſt inchoare nouam vitam, niſi pœniteat eum veteris vitæ.*

¶ *Item de eadem Petrus in actibus Apoſtolorum legitur dixiſſe* [*Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum.*] *Quod de interiori pœnitentia, non exteriori dictum accipitur. De exteriori vero pœnitentia Ambroſius ait ſuper epiſtolam ad Romanos* [[10] *Gratia* [v] *Dei in baptiſmate non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod, ſed ſolum contritionem* † *cordis, & omnia gratis condonat.*]

¶ *Quæcumque* [x] *ergo de pœnitentia iubendo dicta ſunt, non ad exteriorem, vt diximus, ſed interiorem referenda ſunt ſine qua nullus vnquam Deo reconciliari poterit.*

¶ [11] *Illud autem Auguſtini* [y]*, quo quiſque negatur veniam poſſe conſequi, niſi prius quantulamcumque peccati ſoluerit pœnam* [z]*, non huic ſententiæ inuenitur aduerſum. Nullus enim aſſeritur à peccato mundari, niſi peccati paſſus fuerit pœnam. Sed aliud eſt, peccatum ſacerdoti confiteri, & eius arbitrio de peccato ſatisfacere: atque aliud, Deo corde confiteri, & ſecreta ſatisfactione peccatum in ſeipſo punire* [a]*. Eſt enim pœnitentia (vt ait Auguſtinus* [12]*) dolor cordis, quo quiſque in ſe punit, quod deliquit. De hac iterum ſatisfactione idem ait in Pſalmum quinquageſimum, exponens* [[13] *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.*] *Tu ne punias, quia ego punio: ignoſce quia ego agnoſco. & infra.* [*Sic Deus miſericordiam dat, vt ſeruet veritatem, vt non peccata* [b] *eius ſint impunita, cui ignoſcit enim ſeipſum punienti. Miſericordia eſt, quòd homo liberatur, veritas, quòd peccatum punitur.*] *Idem in Pſalmum octuageſimum quartum.* [*Veritas de terra orta eſt.*] [c] *id eſt, confeſſio ab homine, vt ſe accuſet: & ſic iuſtitia de cœlo proſpexit, vt publicanus confitens rediit iuſtificatus: iuſtitia de cœlo proſpexit: quaſi Deus dicat, parcamus huic, quia non parcit: ignoſcamus, quia agnoſcit* [d]*.*] *& infra.* [*De cœlo ergo iuſtitia proſpexit, id eſt a Deo data eſt iuſtificatio confitenti.*]

¶ *Hæc ergo ſecreta ſatisfactio leuium ſiue occultorum criminum Deo offerenda eſt: nec ſine pœna relaxari probantur, quæ ſic expiari creduntur. Ea vero, quæ de publica ſatisfactione, vel oris confeſſione dicuntur, in publicis, & manifeſtis criminibus intelligenda ſunt. Peccata namque Nabuchodonoſor, quæ propheta miſericordiis, & eleemoſynis redimi ſuaſit, peccata quoque Niniuitarum, quæ publica* [e] *ſatisfactione expiata ſunt, cunctis nota erant. Et publica noxa (vt Auguſtinus teſtatur* [14]*) pu-*

ſecundum quòd intelligitur de crimine iam confeſſo ſacerdoti: quia illud ſoli Deo confiteri ſemper debemus, non voce, ſed corde, & hanc ponit ibi, nec neceſſe eſt, & cætera.

[1] in c. 13. homil. Sent. 4. diſt. 17.

a ¶ *Denuo confiteamur.*] in quibuſdam tamen caſibus tenetur plures illud idem confiteri, ſcilicet propter imperitiam ſacerdotum: quia ſi ſacerdos meus imperitus eſt, teneor cōfeſſionem ſibi factam alij diſcretiori propagare. j. diſt. 6. c. 1. & c. placuit. Item pro contemptu ſatisfactionis. arg. j. diſt. 3. ſi Apoſtolus. Item pro eporturtate denti, vt ſi ſacerdos audito crimine remittat eum ad ſuperiorem, vt iterum crimine expoſito pœnitentiam ſibi imponat. argu. extra de pœnit. & remiſſ. c. ſignificauit. argum. ſ. ea. quæ latorem. Quartum etiam aſſignamus, qui tamen non eſt expeditus, puta pro diminutione confeſſionis, vt cum quis plura habet mortalia, & vnum confiteretur. argum. j. diſt. 3. ſunt plures.

¶ Confeſſio eiuſdem peccati quandoque iteratur.

[c] Reg. 11.

[2] ſ. e. facil.

[1] Pſal. 31. ſ. c. dixi.

† al. iudicaſti.

[3] ſ. c. magna

† al. indicaue rit.

[4] ſ. c. bene.

[5] ſ. c. facil. Ezech. 33.

b ¶ *Si recorderis.*] ſ. diſtinct. 71. valet. contra. j. diſtinct. 3. §. hoc autem quis. & c. Iudas.

[6] ſ. ea. conuertimini.

[7] ſ. ſcindite.

c ¶ *Dicebat.*] per Nathan in libro Regum.

d ¶ *Ad omnes.*] arg. 63. diſt. miramur. verſic. vbi eſt.

[8] ibid.

e ¶ *Similiter.*] ſcilicet ſine publica ſatisfactione, & publica confeſſione.

f ¶ *Qui crimen.*] ſ. ea. diſ. facilius.

g ¶ *Remiſſibilem.*] non bene ſoluit, hoc enim erat & ante. Vel hoc dicit propter ſequentem ſatisfactionem, poterat enim eſſe quod contemneret ſatisfacere, & tunc non remitteretur.

Et nota quòd omnes auctoritates quas hic repetit Gra. poſitæ ſunt ſ. ab illo §. hoc idē vſque ad §. alij econtra.

† al. habitaculum.

h ¶ *Cuncta.*] ſ. ead. §. hoc idem.

i ¶ *Remiſſionis.*] pœnæ temporalis, aliàs falſum diceret.

k ¶ *Articulum.*] id eſt, intellectum.

l ¶ *Plenaria.*] quantum ad pœnam temporalem.

Additio. Aliàs non dicit verum, ſecundum H.

[8] ſ. in hoc c. pact. Grat. ex homil. 31 ad Heb. ſ. c. facilius.

m ¶ *Reatu.*] pœna ſcilicet temporalis debita pro reatu.

Econtra. Hæc eſt ſecunda pars octauæ partis diſtinct. ſecundum Ioannem de Fantu.

Casus. Allegat nunc Gratian. pro alia parte, ſcilicet quòd cordis contritione dimittuntur peccata, reſpondendo quibuſdam ſuperius allegatis, quòd ad confirmandam ſuam allegationem inducit tres auctoritates, duas directo. Hu. tamen facit ibi capit. *omnis qui ſuæ.* ſed tamen eſt in capitu. ſupra ead. tres. & ibi ſimiliter gratia Dei. ſed certe mihi videtur quòd totus ſit vnus §. vſque ad §. *quæcumque.* quem ſtatim ponam.

Ia. c. 5.

ibid.

n ¶ *Econtra.*] hic incipit iterum defendere ſententiam illam, quæ dicit ſola cordis contritione peccata remitti.

[9] ſ. c. tres §. omis. & j. de conſ. diſt. 4. c. omnis.

o ¶ *Auctoritas.*] ſup. eadem. §. his auctoritatibus. verſic. non tibi dico. & verſi. nunc autem.

Act. 2.

p ¶ *Proſperi.*] ſup. e. facilius.

q ¶ *Extorta.*] i. extorte expoſita.

r ¶ *Exhortationem.*] aliam reſponſionem ponit j. vel ſi qua iubendo. tertiam. j. ead. §. hæc ergo.

[10] Ad c. 11. j. de conſ. di. 4. ſine pœnitentia Sent. 4. diſt. 4.

† al. ex corde profeſſionem.

s ¶ *Confitemini.*] ſupra diſtinct. 25. c. vnum. §. criminis. contra. ſed hic minus bene dicit [b] G. quod corrigit infra ea. §. econtra ea quæ. [c]

[11] ſ. nullus debitæ.

b Ad hoc j. e diſt. c. vlt. ver. ſed tamen.

t ¶ *Omnis.*] ſup. ea. tres actiones.

v ¶ *Gratias Dei.*] inf. de conſe. diſt. 4. ſine pœnitentia.

c dicit H. quòd non eſt curandū de his quæ G. hic dicta guit: ſed videas quod not. j. e. diſt. 5 in ſumma.

Quæcumque. Casus. Infert ergo Gratia. & dicit quòd quæ de pœnitentia facienda dicta ſunt, ad interiorem pœnitentiam, & non ad exteriorem ſunt referēda. poſtea exponit quandam auctoritatem Auguſt. quę contraria videbatur, & ad hanc ſuam expoſitionem Aug. inducit [illegible]es auctoritates.

Arg.

[12] in lib. de vera & falſa pœnit. ca. 8. j. diſt. 3. pœnitentia.

[13] Sumpta ſententia nō verba.

x ¶ *Quæcumque.*] allegando dicit. [d]

d Vnde dicit Hu. quòd non eſt verum quoddicit. quęcumque ſed aliqua.

y ¶ *Auguſtini.*] ſup. ead. diſt. c. omnis. §. alij. & c. nullus.

z ¶ *Pœnam*] ſaltem interiorem, ſcilicet cordis contritionem & dolorem.

Luc. 18.

a ¶ *Punire.*] j. ead. diſt. 3. §. hæc de charitate. c. pœnitentia eſt.

b ¶ *Peccata.*] ſupr. ead. diſtinctio. ſi peccatum Dauid. ſup. c. diſt. nullus debita.

c ¶ *Orta eſt.*] al' ás, veritas de terra orta eſt, i. Chriſtus de Maria. 35. quæſtio. 10. fraternitatis.

Dan. 4.

d ¶ *Agnoſcit.*] peccatū ſuum.

Hæc ergo ſecreta. Casus. Infert nunc Gra. quòd pro leuibus peccatis vel occultis ſecreta eſt Deo ſatisfactio facienda: pro manifeſtis vero peccatis publica. Quod probatur exemplo Nabuchodonoſor, & Niniuitarum, & auctoritate Auguſtini.

Iona. 3.

[14] Sent. 4. diſt. 17. Beda ad c. 3. Lucæ ex Aug. & ad cap. 5. Marc. & ibi glo. ord.

e ¶ *Publica.*] ſup. 32. q. 4. nemo. ſup. 2. q. 1. ſi peccauerit.

a ¶*Publico.*] id eſt, ſi tempus confeſſionis & ſatisfactionis habuit.

ECONTRA. Hæc eſt tertia pars octauæ partis diſtin. ſecundum Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc pro alia parte allegat G. ſcilicet quòd confeſſio oris eſt neceſſaria, dicens quòd ſupradicta partim pondere carent, & partim non: nam occulta peccata ſecreta ſatisfactione purgantur: publica vero manifeſta pœnitentia purgantur, nullum tamen graue delictum, ſi facultas affuerit confitendi, ſine confeſſione purgatur, quod probat tribus auctoritatibus, ſcilicet Leonis, Auguſtini, & Ambroſij, & vno exemplo Domini: & ad hoc inducit G. auctoritatem Leuitici. & licet ſit de §. iſto: tamen hunc caſum ſic ponas.

b ¶*Econtra.*] Hic ponit G. veram ſolutionem, ſcilicet quòd neceſſaria eſt oris confeſſio vbi facultas eſt confitendi, & quod pœnitẽtia debeat agi auctoritate ſacerdotis, & ad hoc probandum inducit factum Domini quando ſuſcitauit filium Archiſynagogi.

1 ỹ. e. multiplex.

Confeſſio oris neceſſaria eſt.

2 ỹ. c. agite.

3 ỹ. e. verbũ.

c ¶*Leonis.*] ỹ. eadem. diſ. §. alij. & c. multiplex.

d ¶*Quod neſcit.*] arg. ff. de acquiren. poſſ. l. poſſiden. §. Neratius. ff. de contrahen. emp. in l. fundi. & eod. tit. in l. qui fundum. §. fundi.

Matth. 9.

e ¶*Quomodo.*] ỹ. ead. diſ. §. alij. c. agite.

f ¶*Item quomodo.*] ſupra ea. diſtinct. §. alij. & c. agite. & cap. verbum.

† al. vita.

g ¶*Proſperum.*] ſupra ead. diſ. §. item ſicut. & c. facilius.

h ¶*Non ſunt hæc.*] quę pro parte contraria dicta ſunt, ſcilicet quòd ſine confeſſione oris peccata grauia dimittantur.

Ex Leuit. 27.

† al. vouerit vel conſecrauerit.

i ¶*Archiſynagogi*] ſcilicet principalis laici.

k ¶*Suſcitauit.*] j. ead. quem pœnitet. in ſi.

l ¶ *Secreta.*] arg. eſſe ſecreta quæ fiunt ſub præſentia quinque hominum.

QVI DOMVM SVAM. CASVS. Caſum hunc ſic breuiter pone. Primo ponit G. verba Leuitici, etſi non per omnia. Secundo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tamen eorum quæ hic dicuntur, nota quòd ad litteram ita erat veteri teſtamento, quòd ſi quis offerebat domum ſuam, vel agrum, vel vineam, vel aliquid aliud tabernaculo, & poſtea pœnitebat, ſi volebat rem recuperare, addita quinta parte æſtimationis totius rei pretium perſoluebat tabernaculo, & rem recuperabat. & facienda erat hæc ſolutio ad ſiclum ſanctuarij, qui maioris ponderis erat quàm ſiclus vulgaris: poſtquam autem conuenerat de pretio inter ſacerdotem, & eum qui debebat redimere rem, retinebat emptor agrum vſque ad annum iubilæum, quem tunc reſtituebat

4 Lu. 13. B. Greg. in homil. 10. in Euangelia.

blico [a] eget remedio. ¶ *Præmiſſis itaque auctoritatibus pro manifeſtis criminibus manifeſta probatur offerenda ſatisfactio, & oris confeſſio. Latentia vero peccata non probantur ſacerdoti neceſſario confitenda, & eius arbitrio expianda.*

3 *Econtra [b] ea, quæ in aſſertione huius ſententiæ dicta ſunt, partim veritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim cordis, nullum peccatum poſſe dimitti, occulta vero peccata ſecreta ſatisfactione, publica quoque manifeſta pœnitentia expiari debere firmiſſima conſtat ratione ſubnixum. Porro ſine confeſſione oris, ſi facultas confitendi non fuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati penitus probatur aduerſum. Quomodo enim ſecundum auctoritatem Leonis [c] [1] Papæ ſine ſupplicationibus ſacerdotum indulgentia nequit obtineri, ſi ſine oris confeſſione à peccato poſſumus emundari? Quis enim ſupplicabit pro peccato, quod neſcit [d]?* ¶ [2] *Item, quomodo [e] ſecundum Auguſtinum fruſtra claues eccleſiæ, qui ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentiam agit, ſi ſine oris confeſſione, criminis indulgentiam impetrat [g]?* ¶ *Item [3]. Quomodo [f] ſecundum Ambroſium ius ligandi & ſoluendi ſolis ſacerdotibus à Domino creditur eſſe permiſſum, ſi quiſque ſuo arbitrio ſeipſum peccando ligat, vel ſecreta pœnitentia, ſecundum Proſperum [g] in ſeipſum ſententiam profert excommunicationis, atque poſt ſatisfactionem, abſque ſacerdotali iudicio ſeipſum Deo, vel altari eius reconciliat?*

¶ *Non ſunt hæc [h] præmiſſis auctoritatibus conſentanea: ſed multorum exemplis probantur aduerſa. Filiam namque Archiſynagogi [i] turbis eiectis Dominus ſuſcitauit [k]: non tamen, niſi præſentibus patre & matre puellæ, Petro quoque, Iacobo, & Ioanne, vita † reddita eſt. In quo moraliter inſtruimur, vt ſecreta [l] peccata, quæ per mortem puellæ intelliguntur, non niſi ſupplicationibus eccleſiæ, quæ per patrem & matrem puellæ deſignantur, & ſacerdotum miniſterio, qui per Petrum, & ceteros intelliguntur, à Domino exiſtimentur dimitti.* ¶ *Item in Leuitico [4], Qui domum ſuam, vel agrum Domino vouerit †, vel conſecrauerit, non poteſt eum [m] redimere, niſi ſiclo [n] ſanctuarij, ſacerdote quoque (non ipſo) ſupputante [o] annorum numerum vſque ad iubileum. In quo ſimiliter docemur, quòd quicumque domum conſcientiæ, vel agrum conuerſationis per pœnitentiam Domino offerre, atque pretio bonorum operum de vana vita ſua conuerſatione ſeipſum redimere voluerit, non poteſt hoc facere, niſi ſiclo ſanctuarij, id eſt, operibus pœnitentiæ, ſacra ſcriptura præfixis [4]. Vnde venientibus ad ſe turbis beatus Ioannes non ait ſimpliciter, facite pœnitentiam, vel fructus pœnitentiæ, ſed addit [dignos:] vt pro qualitate videlicet peccatorum, qualitas offeratur bonorum operum. Non enim par debet eſſe fructus [p] boni operis, eius, qui nihil, vel parum deliquit, atque eius, qui grandia commiſit. Ille tanquam nullius criminis ſibi conſcius vſum ſibi in rebus licitis præbet: hunc tanquam multis grauatum, etiam à licitis [q] temperare oportet. In iubileo plena remiſſio præſtabatur. Vnde per eum perfecta peccati remiſſio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorum vſque ad iubileum ſupputat, cum eius arbitrio pœnitentiæ tempora definiuntur, quibus quiſque plenam peccati remiſſionem inueniat [r]. Non enim (ſicut Heſichius ait ſuper eundem locum) ſtatim poſt definitam pœnitentiam quiſque à peccato [r] plene mundatur [s].* ¶ *Cum ergo, vt ex præmiſſis colligitur, tempora pœnitentiæ arbitrio ſacerdotis definiantur, euidentiſſime apparet ſine confeſſione [t] propriæ vocis peccata non dimitti. Quis enim tempora pœnitentiæ alicui præfiget, niſi primum peccata ſua ſibi manifeſtare curauerit.* ¶ [5] *Item. Taciturnitas [u] peccati ex ſuperbia naſcitur cordis. Ideo enim peccatum ſuum quiſque celare deſiderat, ne iniquitas ſua aliis manifeſta fiat, ne talis reputetur apud homines foris, qualem ſe iamdudum exhibuit diuino conſpectui. Quod ex fonte ſuperbiæ naſci nulli dubium eſt: ſpecies etenim ſuperbiæ eſt ſe velle videri iuſtum, qui peccator eſt, atque hypocrita conuincitur, qui ad imitationem primorum parentum tergiuerſatione verborum peccata ſua leuigare contendit: vel ſicut Cain, peccatum ſuum reticendo penitus ſupprimere quærit. Vbi autem [x] ſuperbia regnat, vel hypocriſis, humilitas locum habere non poteſt. Sine humilitate vero alicui veniam ſperare non licet. Nec ergo, vbi eſt taciturnitas confeſſionis, venia eſt ſperanda criminis. Probatur hoc idem auctoritate Auguſtini, qui in libro de vera, & falſa pœnitentia, cap. 10. ait.*

α ¶Ioannis Chryſoſtomi.] *Supra eadem, c. lacrymæ. notatum eſt hæc eſſe verba S. Ambroſij, quem citat magiſter ſententiarum.*

β ¶Non linguæ.] *Græce eſt*, ἱκετηρίαν εἰ καὶ μὴ τῇ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ *id eſt*, preces fundens, ſi minus lingua, at ſaltem memoria.

γ ¶ Et frequenter.] συνεχῶς αὐτὰς προσφέρῃς τῷ θεῷ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ *id eſt*, aſſidue illa offeras Deo, & pro ipſis depreceris.

δ ¶ Vnde euidentiſſime.] *Loquitur ex perſona aduerſam partem ſuſtinentis. Vere enim ex illis auctoritatibus nõ hoc colligitur. Qui enim ſacerdoti tanquam Deo confitetur, is minime dicitur ſe apud alios accuſare, ſed potius neſcientibus aliis ſeipſum punire. At manifeſto Chryſoſtomus dicit id, quod nunc negatur dicere*, non dico, inquit, tibi, publica teipſum, neque apud alios te accuſa. *Hoc enim ſecundum membrum valet idem, ac primum. vt apud alios ſe accuſare, ſit idem, quod ſeipſum publicare. Quare paulo poſt Gratianus ipſe hæc, quæ nunc aſſeruntur, refellit.* Econtra ea, quæ in aſſertione, &c.

plene. Ille itaque qui non poterat rem redimere niſi ſiclo ſanctuarij, ſignificat peccatorem, qui ſe non poteſt redimere à peccato niſi operibus pœnitentiæ à ſancta ſcriptura ſtatutis. Alia etiam moraliter exponuntur, ſicut videbis in littera. *Omnia autem*, ſunt verba Gratiani vſque ad c. quem pœnitet. *Iubilæus*, id eſt quinquageſimus. & dicitur iubilæus annus remiſſionis: quia eo anno debita remittebantur, & ſerui efficiebantur liberi, & omnia reuertebantur ad ſtatum priſtinum.

m ¶*Eam.*] ſupra 17. q. 4 ſunt.

Leuit. 25.

n ¶ *Niſi ſiclo.*] ſiclus continet xx. obolos. argu. 1. quæſt. 1. iudices. verſus:

Tres ſiclos obolus, obolos tres drachma, ſed octo

Vnica fert drachmas, duodena dat vncia libram.

Siculus habet ſeptem drachmas obolo minus vno.

5 in lib. ad c. 15. Leuit. & ibi in gloſ. ord. habetur ſententia.

6 Gen. 4. diſt. 17.

o ¶ *Supputante.*] id eſt, computante à tempore, ſcilicet redemptionis, cum quis redimebat ſecundum quòd annus iubilæus vicinus vel remotus erat, iuxta computationem ſacerdotis magis vel minus perſoluebat iuxta modum illum, vt ſi ager recipiebat ſementem triginta modiorum, ſacerdos petere deberet quinquaginta ſiclos. Vel addebatur quinta pars pretij, vt dixi.

Gen. 4.

p ¶ *Fructus.*] id eſt, pœnitentia: quia non tanta imponenda eſt ei, quanta magis peccanti.

q ¶ *Licitis.*] ſupra 11. quæſt. 1. aliud. ſupra ea. §. ex his omnibus. & c. aliud.

r ¶*Peccato.*] hic colligitur, quòd toto tempore pœnitentiæ remittitur peccatum. argum. infra eadem, quem pœnitet. ſicut ex toto tempore obſtructum eſt, &c. ff. de minoribus. lege, tertia. §. primo. quod verum eſt quo ad pœnam. quo ad culpam reprimitur in primo momento contritionis.

r ¶ *Peccato.*] id eſt, à pœna peccati.

s ¶ *Mundatur.*] quo ad exteriorem pœnam, ſcilicet temporalem, vt ſupra eadem diſtinctione. c. ſi peccatum. & ſupra diſtinction. c. ſicut & primi.

t ¶ *Confeſſione.*] vnde Boethius in libro de conſolatione: Si opera medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum.

v ¶ *Item taciturnitas.*] hæc argumentatio de taciturnitate non iuuat Gratianum. nam cum peccator cui iam peccatum eſt dimiſſum tacet & contemnit confiteri, hoc eſt iam aliud peccatum quàm primum.[a]

x ¶ *Vbi autem.*] ſupra vigeſima ſecunda, quæſtion. ſecunda. cum humilitatis.

t Peccatum quo tempore pœnitentiæ remittitur

a Hoc vult g o. dicere. Verum eſt quòd in contritione cordis ante oris confeſſionẽ peccatum dimittitur, debet tamen pœnitens habere voluntatem confitendi eccleſiæ, ſi tps & facultas affuerit: alioquin nõ eſt vere pœnitens, & non dimittitur ei peccatum. Si vero dimiſſo peccato in cor. is contritione & habita voluntate eccleſiæ confitẽdi, poſtea mutet voluntatem, & nolit peccatum confiteri, iam eſt reus nõ peccati iam dimiſſi, peccati quod dimittit nolendo & contemnendo confiteri: quod eſt aliud à peccato iam dimiſſo. Hu.

QVem pœnitet.] Caſus. Hoc cap. diuiditur in quattuor partes. Primo dicit quòd quilibet per ſeipſum debet confiteri ſacerdoti, & non per nuntium, vel epiſtolam, vt ita maiori afficiatur verecundia, quæ partem pœnitentiæ releuat. Secundo dicit quòd qui vult confiteri, diſcretum debet eligere ſacerdotem cui confiteatur, qui ſciat ligare & ſoluere. Tertio quòd qui copiam ſacerdotis nõ habet, confiteatur proximo, & ex deſiderio ſacerdotis veniam conſequetur. Quarto dicit quòd ſi peccatum occultum [illegible], ſufficit referri in notitiam ſacerdotis. Si publicum eſt, eius confeſſio debet fieri publice in conſpectu eccleſiæ, vt eius precibus adiuuetur. Secunda pars ibi, *quare qui confiteri*. Tertia ibi, *Tanta itaque*. Quarta ibi, *Si peccatum*. *Ora*, id eſt, peccata ore ad os mundantis. fortè de leproſis loquitur, quibus præcepit Dominus vt ſe ſacerdotibus demonſtrarent.

§ ſent. 4. diſt. 17.

† al. mundatis.

Luc. 17.

Leuit. 6.

a ¶ *Omnino.*] id eſt, perfectè conteratur de omnibus, id eſt, de omni peccato, & eius varietate. ȷ. diſtinct. 5. conſideret. & diſt. 6. qui vult.

b ¶ *Oſtendat.*] per exteriora enim præſumitur de interioribus, vt hic, & ſupra diſt. 50. ſi quis diaconus.

c ¶ *Per nuntium.*] & ita non poteſt hic per alium quod per ſe poteſt. ff. de ſolutionib. inter artifices. & extra de cler. non reſid. quia nonnulli.

d ¶ *Per ſcriptum.*] ſupra 30. quæſt. 5. qualis contra. ſed ibi non dicitur quòd ita accipiatur, ſed quòd accepta in ſcripturis redigatur, ne detur obliuioni.

a Qui ſignificat animũ pœnitentẽ. ȷ. e. diſt. 3. inter hæc hit eum. Arc.

e ¶ *Munus.*] ſcilicet hircum [a], id eſt pœnitentiam deſignatam per hircum.

† al. quos miſerorum.

f ¶ Ex *miſericordia.*] id eſt, miſericordiam repromittens.

g ¶ *Hoc præcepit.*] myſtice, vbi dixit: Vade, & oſtende te ſacerdotibus.

h ¶ *Timore.*] id eſt, propter timorem ſeruilem.

i ¶ *Offenſi.*] ſcilicet Dei, quem peccando offenderat.

k ¶ *Veniale.*] ſupra eadem diſt. §. aliȷ. & ca. ſerpens. *Veniale*, id eſt, dignum venia. *Vel fit*, id eſt, oſtenditur per confeſſionem eſſe veniale. vel fit veniale ſecũdum aliam litteram, id eſt, ad vitam non impendens.

l ¶ *Purgatur.*] id eſt, purgari non videtur propter pœnam exteriorem exterioris ſatiſfactionis quæ adhuc reſtat. ȷ. ead. diſtinct. ſi peccatum Dauid. ȷ. ea. diſtinct. vltim. §. vltimo.

¶ Quoniam iniquitatem.] *Hic, & in aliis duobus ſequentibus locis, non refert ipſa omnino verba beati Auguſtini, ſed ſententiam.*

¶ Leuitico.] *Itidem & hoc loco refertur ſententia Leuit. in cap. 27. non ipſa verba, idemque paulo poſt fit de Heſychio.*

C. LXXXVIII.

QVem pœnitet omnino [a], pœniteat, & dolorem lacrymis oſtendat [b]: repræſentet vitam ſuam Deo per ſacerdotẽ, præueniat iudicium Dei per confeſſionem. Præcepit enim Dominus mundandis†, vt oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda peccata, non per nuntium [c], non per ſcriptum [d] manifeſtanda. Dixit enim [Ora mõſtrate] & [Omnes] non vnus pro omnibus: non alium ſtatuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus [e] à Moyſe ſtatutum: ſed qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis. Ex miſericordia [f] enim hoc præcepit [g] Dominus, vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim quod per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcẽtiam vincit timore [h] offenſi [h], fit venia criminis. Fit enim per confeſſionem veniale [k], quod criminale erat in operatione: & ſi non ſtatim purgatur [l], fit tamen vitale [a m], quod commiſerat mortale. Multum enim ſatiſfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum [r] quæ commiſit, nuntio Dei denegauit. Deus enim miſericors †, & iuſtus eſt: ſicut conſeruat miſericordiam in iuſtitia, ita & iuſtitiam in miſericordia. Opus enim eſt miſericordiæ, peccanti [n] peccata dimittere: ſed oportet, vt iuſtus miſereatur [o] iuſte. Oportet enim, vt non ſolum, quid [p], ſed in quo [q] doleat [r], conſideret [s], ſi dignus eſt, non dico iuſtitia [t], ſed miſericordia [u]. Iuſtitia enim ſola damnat: ſed dignus miſericordia eſt, qui ſpirituali labore [x] petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubeſcentiam, & quoniam verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia. Vnde patet, quòd quanto pluribus [y] confitebitur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius [z] conſequetur miſericordiam remiſſionis. Ipſi enim ſacerdotes plus iã poſſunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus [a] enim remittunt, remittit Dominus. Lazarum enim † de monumento iam ſuſcitatum obtulit Dominus diſcipulis ſoluendum, per hoc oſtendẽs poteſtatem ſoluendi conceſſam ſacerdotibus. Dixit enim, [Quodcumque ſolueritis ſuper terrã [b], ſoluetur & in cœlis,] hoc eſt, ego Deus, & omnes ordines cœleſtis militiæ, & omnes ſancti in gloria mea laudant vobiſcum, & confirmant [c], quos ligatis [d], & ſoluitis [e]. Non dixit, quos putatis ligare, aut ſoluere, ſed in quos exercetis opus iuſtitiæ [f], aut miſericordiæ [g]. Alia autem opera veſtra [h] in peccatores nõ agnoſco [i]. Quare, qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientẽ [i] ligare & ſoluere: ne, cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. Tanta itaque vis confeſſionis eſt, vt ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim cõtingit, quòd pœnitens non poteſt cõfiteri coram ſacerdote: quem deſiderãti [k] nec locus [l], nec tempus offert. Et ſi ille [m] cui confitebitur, poteſtatem ſoluendi non habet: fit tamen dignus venia ex ſacerdotis deſiderio [n], qui ſocio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim ſunt leproſi, dum irent oſtendere ora ſacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor reſpicere, dum ex neceſſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt ſani, & læti: ſed dum quærunt, antequam ad eos perueniat, moriuntur. Sed Dei miſericordia eſt vbique, qui & iuſtis [g] nouit parcere, & ſi non tam cito [o], ſicut ſi ſoluerentur [p] à ſacerdote. Qui ergo confitetur, omnino ſacerdoti meliori, quàm poteſt confiteatur: & ſi peccatum occultum eſt, ſufficiat referri in notitiam ſacerdotis, quod Deo.

m ¶ *Vitale.*] i. eius pœnitentia confert, & impetrat vitam.

n ¶ *Peccanti.*] ſcilicet diſcrete: & hoc eſt quod ſequitur, ſed oportet, &c.

o ¶ *Miſereatur.*] ſ. puniendo peccatum.

p ¶ *Quid.*] i. propter quid, ſ. propter quod peccatum.

q ¶ *Sed in quo.*] ſ. dolorem patiatur, ſ. in pœna.

r ¶ *Doleat.*] ſ. pœnitẽs.

s ¶ *Conſideret.*] ſacerdos.

t ¶ *Iuſtitia.*] ſi enim ſola iuſtitia reſpiciatur, nullus ſaluatur, vel cõſequitur veniam criminis.

u ¶ *Sed miſericordia.*] ſ. vt non puniatur æternaliter.

x ¶ *Labore.*] nihil enim carius emitur, quam quod precibus impetratur, vt dicit Seneca. arg. ad hoc. 8. quæ. 2. illud [b].

y ¶ *Pluribus.*] arg. ȷ. diſt. 6. placuit. arg. contra. ſupra diſtinctio. ead. §. ex his. ſub illo §. non ita.

z ¶ *Facilius.*] quia tot ſacerdotes obligat ad orandum pro ſe, quot ſacerdotibus confitetur, vt infra ea. quamuis.

a ¶ *Quibus.*] argu. pro remiſſionibus, quæ fiunt ad poteſtates, & ad alia [c].

b ¶ *Super terram.*] i. in eccleſia: quia extra eccleſiam nulla vera ſolutio vel ligatio fieri poteſt. ſupra 1. quæſtio. 1. remiſſionem. 24. quæſt. 1. cap. quicumque.

c ¶ *Et confirmant.*] eos iuſte ligatos eſſe.

d ¶ *Quos ligatis.*] iuſte & miſericorditer pœnis pro peccatis impoſitis, & eos iuſtos eſſe ſolutos.

e ¶ *Soluitis.*] iuſte & miſericorditer à pœnis.

f ¶ *Iuſtitiæ.*] iuſta pœna ligandi.

g ¶ *Aut miſericordiæ.*] aliquid de pœna relaxando vel aliquem communioni ſacramentorũ reconciliando.

h ¶ *Opera veſtra.*] ſ. quæ dimittatis per vos peccata.

i ¶ *Scientem.*] ſi enim in eius parochia non eſt diſcretus ſacerdos, eius qui præeſt conſenſu talem adeat [d], vt infra diſtinct. 6. placuit. & extra de pœnitent. & remiſſion. omnis.

k ¶ *Quem deſideranti.*] alias, quem deſiderat.

l ¶ *Locus.*] ff. de exerc. l. 1. in prin.

m ¶ *Et ſi ille.*] ȷ. de con. diſt. 4. ca. factum eſt. in princ.

n ¶ *Et ſacerdotis deſiderio.*] ȷ. ead. quæſtione quinta, quod Deo.

o ¶ *Et ſi non tam cito.*] ȷ. diſt. 50. ſi quis diaconus.

p ¶ *Soluerentur.*] ab eo, quo ad pœnam temporalem.

a ſent. 4. diſt. 18.

† al. quem.

Ioan. 21.

b Et hic labor fit per contritionem.

§ Confiteri pluribus vtile eſt.

a ȷ. diſtin. 6. qui vult. Sent. 4. diſt. 17.

c De quib. leg. & not. ext. de pœn. quod autẽ. Arc.

d Dic vt dixi ȷ. e. iudicet. Arc.

re in notitiam ſacerdotis [a], vt gratia ſit oblatio muneris. Nam in reſuſcitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat ſepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nondum extra domum in notitiam deportata. Intus reſuſcitauit, quam intus inuenit, relictis ſolis Petro, & Ioanne, & Iacobo, & patre, & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur ſacerdotes eccleſiæ. Quos autem extra inuenit, animaduertendum eſt, quomodo ſuſcitauit [b]. Flebat enim turba poſt filium viduæ. Fleuit Martha, & Maria ſupplicantes † pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat ſecuta, lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, ſed eccleſiæ ſufficere [c] meritum [d].

α ¶ Vitale.] In originali eſt, veniale. ſed aderat gloſſa.

β ¶ Et iuſtis.] Si conſideretur tota orationis ſeries, videtur legendum, & iſtis. verumtamē omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.

Item Leo Papa epiſt. 78. al. 80.

¶ Sufficit illa confeſſio, quæ primum Deo, deinde ſacerdoti offertur.

C. LXXXIX.

9 QVamuis plenitudo [e] fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur: tamen, quia non omnium [f] huiuſmodi ſunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poſcunt, non timeāt publicare, remoueatur tam improbabilis [g] conſuetudo: ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur: dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, pro quibus [h] poſſunt legū cōſtitutiōe percelli [i]. Sufficit [k] enim illa confeſſio, quæ primum Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.

Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis vtraque ſententia ſatisfactionis, & confeſſionis [l] innitatur, in medium breuiter [m] expoſuimus. Cui autem harum potius adhærendum ſit lectoris [α] iudicio reſeruatur. Vtraque [n] enim fautores habet ſapientes, & religioſos viros.

Vnde Theodorus Cantuarienſis archiepiſcopus ait in pœnitentiali ſuo.

α ¶ Lectoris iudicio.] *Certiſſimum eſt, & pro certiſſimo habendum peccati mortalis neceſſarium eſſe confeſſionem ſacramentalem eo modo, ac tempore adhibitam, quo in concilio Tridentino poſt alia concilia eſt conſtitutum.*

C. XC.

QVidam Deo ſolummodo confiteri debere peccata dicunt, vt Græci [α]. Quidam vero ſacerdotibus confitenda eſſe percenſent, vt tota fere ſancta eccleſia [o]. Quod vtrumque [p] non ſine magno fructu intra ſanctam fit eccleſiam: ita dumtaxat, vt Deo, qui remiſſor eſt peccatorum, peccata noſtra confiteamur, & hoc perfectorum [q] eſt, vt cum Dauid dicamus [Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiā meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietātem peccati mei.] Sed † tamē [β] Apoſtoli inſtitutio nobis ſequenda eſt, vt confiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro inuicem, vt ſaluemur. Confeſſio itaque, quæ ſoli Deo fit, quod eſt iuſtorum, purgat peccata. Ea vero, quæ ſacerdoti fit, docet [r], qualiter ipſa purgētur peccata. Deus namque ſalutis, & ſanctitatis † auctor, & largitor, plerumque hanc præbet ſuæ [γ] pœnitentiæ medicinam inuiſibili adminiſtratione [s], plerumque medicorum [t] operatione.

¶ Burchardus etiam, & Iuo caput hoc citant ex pœnitentiali Theodori. In capitularibus adiectis, cap. hæc leguntur, Quidam Deo ſolummodo confiteri debere dicunt peccata: quidam vero ſacerdotibus confitenda eſſe percenſent. Quod vtrumque non ſine magno fructu intra ſanctam fit eccleſiam: ita dumtaxat, vt & Deo, à quo eſt remiſſio peccatorum, confiteamur peccata noſtra, & cum Dauid dicamus, [Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi: dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei:] & ſecundum Apoſtoli inſtitutionem confiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro inuicem, vt ſaluemur. Confeſſio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea vero, quæ ſacerdoti fit, docet qualiter ipſa purgantur peccata. Deus namque ſalutis, & ſanitatis auctor, & largitor eſt plerumque medicorum operatione. *In concilio Cabilonenſi ſecundo, cap. 33. eadem fere habentur, addita ad initium voce,* quia, *& nonnullis aliis in extrema clauſula, quæ notabuntur.*

α ¶ Vt Græci.] *Hæc verba, itemque illa,* vt tota fere ſancta eccleſia, *& illa,* & hoc perfectorum eſt, *& illa,* Quod eſt iuſtorum, *abſunt quemadmodum à capitulari, ita etiam à concilio.*

β ¶ Sed tamen Apoſtoli.] *In capitulari, & concilio, pendet adhuc oratio, & præter illa membra,* vt & Deo, &c *redditur nunc alterum membrum his verbis,* & ſecundum Apoſtoli inſtitutionem, &c.

γ ¶ Suæ pœnitentiæ medicinam.] *In concilio, atque apud Burchardum, & Iuonem legitur,* ſuæ potentiæ. *A capitulari autem (prout ex ipſius lectione animaduerti poteſt) totum illud primum abeſt periodi membrum.*

Luc. 18.

a ¶ Sacerdotis.] Deus quem non fallit peccati qualitas, nec peccantis affectus, vt 24. q. 3. Deus quando veram de pœnitēte promit ſententiam. ſed presbyter qui mentem alterius non poteſt videre, talia confitentis verba indicat, qualia foris ſonant. Vnde indignum abſoluit frequenter, vt 24. c. 3. Deus. & 22. q. 5. humanæ. alioquin verū non eſſet quod hic dicitur: cū apud Deum nullas patiatur veniæ moras peccatoris cōuerſio, vt 26. q. 6. his qui tempore. ſ. e. diſt. multiplex. Vel hoc ad temporalem pœnam referatur. ‖licet enim peccatum dimittatur ne homo ab accipienda vita æterna impediatur, vt ſ. ead. ſicut primi. non tamen ſi peccato parcitur pœna remittitur: quia nullatenus ſine vindicta relaxatur, ſicut patet in Dauid, vt ſ. ea. diſt. ſi peccatum.

Luc. 7. Ioan. 11.

† ſupplicantes] orig.

‖ Peccatum quare dimittitur.

b ¶ Suſcitauit.] quid ſignificēt iſti tres mortui. habes j. diſt. 2. ſuper tribus.

c ¶ Sufficere.] ad celeriorem & plenam pœnæ temporalis abſolutionem, vt ſ. di. e. multiplex. & c. ſufficiat. & c. fleat. & j. di. 1. conſideret. in fin. 13. q. 2. tempus.

1 ſen 4. diſt. 17.

d ¶ Meritum.] id eſt, auctoritatem, quam vocat meritum: quia de merito charitatis ſuæ habet auctoritatem ligandi & ſoluendi. arg. 40. diſt. c. 1.

QVamuis plenitudo.] Hæc eſt noua pars diſtinct. ſecundum Ioannem de Fant.

CASVS. Conſuetudo erat alicubi, quòd pœnitentes accipiendo pœnitentiam de occultis peccatis, cogebantur ea ſacerdotibus publice confiteri, ita quòd populus audiret: quam conſuetudinē remouet Leo: quia plures propter hoc à pœnitentia reuocabantur. Vnde dicit, confeſſio ſufficit quæ primum fit Deo, & poſtea ſacerdoti. tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari.

2 ſ. e. ſufficit

e ¶ Plenitudo.] id eſt, perfectio in fide.

f ¶ Quia non omnium.] hæc negatio & ſequens æquipollent affirmationi. ff. de verb. ſign. duobus.[a]

a q. d. imo multorum talia ſunt quòd ea timent publicare.

g ¶ Improbabilis.] ſecundum quam occul[ta] peccata in publico confitebantur compulſi ad hoc multi propter quod pœnitentiam declinabant.

h ¶ Pro quibus.] accuſantibus, ſcilicet inimicis. ‖ non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis. arg. 33. q. 2. admonere.

‖ Pœnitentia non tollit pœnam ciuilem.

i ¶ Percelli.] ſi aliæ probationes ſunt, quæ ſufficiant cum huiuſmodi confeſſione. & eſt huic ſimile 22. q. 5. hoc videtur.

3 In cap. adiect. c. 58. & ſa Cabil. co. 1. c. 33. Bur. l. 19. ca. 145. Iuo p. 15. ca. 155.

k ¶ Sufficit.] ſ. diſt. ea. §. ex his omnibus. & c. ſufficit.

l ¶ Confeſſionis.] an ſcilicet ſit neceſſaria vel non.

m ¶ Breuiter.] immo prolixe. Vel ideo dicit breuiter reſpectu multarum auctoritatum, quæ de hac materia loquuntur.

Pſ. 31.

n ¶ Vtraque.] hoc idem probabit Grat. per ſequens cap.

QVidam Deo.] CASVS. Quidam dicebant ſufficere confiteri peccata ſoli Deo. Alij, vt fere tota eccleſia, dicunt quòd peccata ſunt ſacerdotibus cōfitenda. & licet vtrūque ſit fructuoſum: tamen ſequenda eſt conſtitutio Iacobi Apoſtoli, vt confiteamur alterutrum peccata noſtra. & licet illa confeſſio quæ fit ſoli Deo, ſit iuſtorum, per quā peccata purgantur: per illam tamen, quæ fit ſacerdoti, docetur qualiter ipſa peccata purgari debeant.

† Et ſecundum Apoſtoli inſtitutionem confiteamur. Iac. 5.

† al. ſanitatis.

o ¶ Tota fere ſancta eccleſia.] & ideo ei adhærendum eſt: quia pluribus comprobatur. argum. 18. diſt. in canonicis.

p ¶ Quod vtrumque.] ſcilicet confiteri Deo & ſacerdoti.

q ¶ Perfectorum.] qui non habent niſi venialia: vnde non indigent oris confeſſione ſpeciali.

q ¶ Perfectorum.] ſ. ca. diſtinct. §. his auctoritatibus.

r ¶ Docet.] id eſt * hoc eſt ſignum ſacerdot. pro peccata dimittantur confitenti per contritionem, argu. ſupra ead. diſt. §. hoc idem, & ca. omnis qui non diligit. ſicut cordis contritio eſt ſignum peccatori, quòd gratia Dei dimiſit ei peccata: quia nemo, &c. vt de conſec. diſt. 4. nemo.

* mo docet omnium purgādi modum eſſe per ſacerdotis abſolutionem. Deus enim vt continuo ſubiungitur, ſanitatem largitur plerūque medicorum operatione. Operatione, id eſt, non oſtenſione.

s ¶ Adminiſtratione.] id eſt, ſola cōtritione.

t ¶ Medicorum.] id eſt, ſacerdotum.

Q Via vere de.]Hæc diſtin diuiditur in ſex partes. In prima quærum probat (tamen ſuperficialiter) q̧ pœnitentia ſemel habita non inquinatur, & charitas ſemel habita non amittitur, & de perfecta intelligitur. Secunda ibi, *Ex præmiſſis*. Tertia ibi, *Hæc quæ*. Quarta ibi, *Eligat*. Quinta ibi, *Illud autem*. Sexta ibi, *Charitas ergo*. Io. de Fant.

Casvs. Hic ponitur 2. diſt. in qua tractatur, an charitas ſemel habita poſſit amitti: & certum eſt q̧ ſic, vt j. ead. §. non eſt mirum, niſi forte ſit in aliquo confirmata per gratiam, vt fuit in beata Virgine, & ſicut poteſt amitti charitas, ita amiſſa poteſt recuperari, cum de nemine ſit deſperandum dum eſt in hoc corpore conſtitutus, vt j. ea. di. 7. nemo. nec poteſt amitti charitas, niſi per mortale peccatum, nec recuperari niſi à Deo gratis, cum omnis virtus ſit opus ſolius Dei. Et quia hæc quæſtio videtur tangere quæſtionem quę tractatur in 3. diſtin. ſ. an pœnitentia ſit iteranda vel non, ideo Gra. breuiter tãgit quæſtionem illam. & inde ſumpta materia incipit ibi latenter propoſitam quæſtionem de charitate tractare. vt autē ad hæc tractãda competentius Grat. accedat, breui vtitur tranſitu dicens: *Quia vero, &c.* Intendit enim probare quòd pœnitentia iterari non poteſt: quia ſi iteratur, prima non fuit vtilis, nec pœnitentia dici debet: ad quod inducit ſequens cap.

Io. 8. & 15.

DISTINCT. II.

1. ps

Q *Via vero de pœnitẽtia*[a] *ſemel cœpit haberi ſermo, aliquantulum altius repetendum videtur, diuerſorum ſententias certis auctoritatibus munitas in medium proponentes*[b]. *Alij dicunt pœnitentiam ſemel tantum eſſe vtilem. Vnica eſt enim, nec reiterari poteſt. Si vero reiteratur, præcedens pœnitentia*[c] *non fuit. Et ſi de ſententia iudicis*[d] *eius*[e], *merito*[f] *peccata videntur eſſe remiſſa: apud tamen eum præſentiam, cui omnia futura præſentia ſunt, numquam*[g] *habentur remiſſa: quia non eſt ſeruata illa ſententia veri ſacerdotis* [*Vade, & amplius noli peccare*[h].] *Item.* [*Ecce ſanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.*]

Item ex octaua ſynodo.

¶*Habetur in libro de inſtitutis monachorum interprete Ruffino. c. 22. ex Baſilio in regulis breuioribus numero 289.*

¶Primam vitij cauſam non penitus extinguit, qui in illam poſtea recidit. C. I.

SI quis ſemel notatus[i] fuerit inuidiæ, vel contentionis vitio[k], & rurſus in hoc ipſum inciderit, ſciat ſe primam[l] illam cauſam, de qua ſuperius diximus, ex qua inuidia, vel contentio naſcitur, in interioribus medullis habere reconditam[m]. Oportet ergo eum per contraria, atque aduerſa curari, id eſt, per humilitatis exercitium. Exercitia vero humilitatis ſunt, ſi ſe vilioribus officiis ſubdat, & miniſteriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curari[n] poterit, vt conſuetudine † humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum. Atque in ſingulis huiuſmodi vitiis cura ſimilis adhibeatur.

[1] *Item ſine charitate nulli adulto*[o] *peccatum remittitur. Non autem habet charitatem qui aliquando*[p] *peccaturus eſt criminaliter.*

Vnde Auguſtinus ad Iulianum comitem.

C. II.

j [1] CHaritas, quæ[q] deſeri poteſt, numquam vera[r] fuit.

¶*In antiquis editionibus epiſtolarum B. Auguſtini erat epiſtola 111. ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc eſt in tomo 4 ſub titulo de ſalutaribus documentis ad quemdam comitem, c. 7. Apud Hieronymum vero in epiſtola ad Ruffinum ſimile quiddam legitur: Amicitia, inquit, quæ deſinere poteſt, vera numquam.*

Idem ſuper epiſtolam primam Ioannis tractatu 8.

C. III.

[3] RAdicata[s] eſt charitas? ſecurus[t] eſto, nihil mali procedere poteſt.

Item Gregorius lib. 10. Mor. c. 22.

C. IIII.

[4] VAlida[u] eſt, vt mors, dilectio[x].] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam ſemel cœperit[y] à delectatione † mundi funditus occidit[z].

Item Proſper in libro 3. de vita contemplatiua c. 13.[5]

C. V.

ij CHaritas[a] eſt, vt mihi vi-

ITEM SINE.

Casvs. Hic accedit Grat. ad propoſitam quæſtionem, & per multas auctoritates oſtendit, quòd charitas amitti non poteſt: quia ſi videatur amitti non fuit vera charitas. Caſus §. patet. & tria ſequentia cap. ſimiliter patent, ſcilicet, *Charitas radicata. Valida*: verba ſunt Salomonis in Canticis: quæ exponit Gre. in moralibus, dicens: *Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, &c.* vnde in illo c. *Valida*. poſſes breuiter ponere caſum. primo ponuntur verba Salomonis. Secundo verba Gregorij exponentis verba illa. *Dilectiò*, i. charitas.

† al. habitum humilitatis depim.

1 ſent. 3. diſ. 30.

2 ſent. 3. diſ. 31.

o ¶ *Adulto.*]j. de conſec. diſt. 4. quomodo, & c. ſolet. j. ea. diſt. ca. fugerat. & ca. non eſt. §. Romanos. & capit. tolle.

p ¶ *Aliquando.*]hoc allegando dicit, vt auctoritatem inducat.

3 Sent. ibid.

C *Haritas.*]Casvs. H. ſic ponit hũc caſum. In hoc c. Proſper multis modis commendat charitatem. Secundo oſtendit, quòd qui habet charitatem, facile peccatis reſiſtit, & bonis omnibus abundat, mundana contemnit, difficilia perficit. Subdit etiam quid ſit Deum diligere, & quid ſit peruertere ordinem diligendi. Tertio oſtendit ad quid corpus noſtrum ſit diligendum. Quarto qualiter intelligatur, diliges proximum tuum, &c. & qui ſunt qui diligunt Deum plus quam ſe. Et nota quòd ſecundum Hugonem, omnia verba ſunt Proſperi. vſque ibi, *Item Beda*. licet non ita continue in libro ſuo contineantur: & hæc dictio, *Item*, quæ ſæpe interponitur, eſt verbum Gratian. & ſecundum Hugonem, totum eſt vnum capitulum: quod credo verum. Laurentius etiam ſentit cum Hugone. Quidam tamen ibi faciunt vnum capitulum, *Ergo ſi charitatem*. Aliud ibi, *Corpus*. Aliud ibi, *Proximos*. Aliud ibi, *Proinde*. ſecundum Bene.

4 Sent. ibid Cant. 8.

† al. dictum

5 Et apud B. Aug. in lib. de laudibus charitatis.

a ¶ *De pœnitentia.*] hic intitulatur 2. diſt. in qua illa quæſt. tractatur, ‖ an charitas ſemel habita poſſit amitti, & eſt certum quòd poteſt in via peregrinationis amitti, quantũcumque ſit perfecta, vt j. e. §. non eſt mirum. quod probat auctoritatibus, & exemplis: in patria autem vbi perfectiſſime iam habetur, non amittitur. j. e. charitas. Hanc quæſt. tractat hic Gr. occaſione alterius, quã hic ipſe in initio prælibauit. ſed in 3 diſ. eam proſequitur. an, ſcilicet pœnitentia reiterari poſſit. procedit ergo Grat. in hac diſ. hoc modo. Primo probat quòd pœnitentia non poſſit reiterari, vſque ad §. item ſine charitate. vbi latenter ingreditur materiam huius diſ. & probat charitatem ſemel habitam amitti non poſſe, vſque ad §. hæc quæ de charitate. vbi incipit auctoritatibus allegatis reſpondere, aſſerens illas de charitate perfecta eſſe intelligendas. & inde ſumpta occaſione gradus in charitate eſſe probat, vſque ad §. non eſt mirum. vbi latenter aduerſam partem aſſumit: & quòd charitas amitti poſſit, exemplis & auctoritatibus oſtendit vſque ad §. euidenter. vbi oſtendit hoc verum eſſe non ſolum de charitatis opere, ſed etiam de ipſa charitate, & hoc vſque in fi. diſ. proſequitur.

‖ Charitas ſemel habita etiã poteſt amitti.

b ¶*Proponentes.*] abſolutus nominatus eſt.

c ¶*Pœnitentia.*] quæ valeat ad vitam.

d ¶*Iudicis.*] qui pœnitentiam impoſuit.

e ¶*Eius.*] Dei vel ſacerdotis.

f ¶*Merito.*] id eſt, ſecundum iuſtitiam. j. diſ. 4. §. eorum.

g ¶*Numquam.*] allegando dicit.

h ¶*Noli peccare.*] id eſt, eſſe in propoſito peccandi, tamen aliter inducit allegando.

S *I quis ſemel.*] Casvs. Dicitur hic quòd ſi quis ſemel fuit in crimine inuidiæ vel contentionis, ſi poſtea in illud inciderit: prima cauſa ex qua inuidia vel contentio naſcitur, in eo remanſit, quã oportet per contraria & aduerſa curari: per exercitium, ſcilicet humilitatis. *Notatus*, id eſt, reprehenſus & redargutus: *Primam cauſam*, id eſt, vitium Adæ.

i ¶*Notatus.*] id eſt, deprehenſus,

k ¶*Vitio.*] vel alio quocumque.

l ¶*Primam cauſam.*] primam vitij cauſam in ſe penitus non extirpat, qui in idem poſtea recidit.

m ¶ *Reconditam.*] non ideo hoc dicit quòd ſemper ita ſit, ſed quòd ita fuerit, eſt præſumptio, inuidia, vel contentio iterata.

n ¶ *Curari.*]j. 26. q. 7. adſ ctum. extra de depoſit. grauius. j. de conſe. diſt. 5. legimus.

q ¶ *Quæ deſeri poteſt.*]i. quam contingit deſeri, vel de facili.

r ¶ *Vera.*]i. perſeuerans finalis. Vel vera ad vitam ducens, i. ad æternã beatitudinem.

s R *Adicata.*]i. perfecta.

t ¶ *Securus.*]ſpei perſeuerantia, non rei præſentia: quia quilibet etiam imperfectus timere debet ne charitatem amittat. 32. quæſt. 5. ſi Paulus.

u V *Alida.*]verba Salomonis in Canticis.

x *Dilectio.*]i. charitas perfecta.

y ¶ *Cœperit.*]i. contingit, vel conuenit, intellige de facili.

z ¶ *Occidit.*]i. remouet à delectatione, ſicut mors remouet ab omni actu terreno. Dicit lex, Mors omnia ſoluit, in auth. de nup. §. deinceps, coll. 4.

C *Haritas.*] Casvs. In hoc c. primo commendat Proſper charitatem ex eius effectibus: & ſunt verba Proſperi vſque ad illud c. *item Beda.*[a] ‖ Secundo oſtendit quòd qui charitatem habet, facile peccatis reſiſtit: bonis omnibus abundat: & mundana contemnit: difficilia facile perficit. ſubdit etiam quid ſit Deum diligere, & quid peruertere ordinem dilectionis. Tertio oſtendit ad quid corpus noſtrum ſit diligendum. Quarto oſtendit qualiter ſit intelligendum, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum, & qui ſunt qui diligũt Deum plus quàm ſe.

a Sub licet non ita continue contineantur in lib ſuo item quod ſæpe interponitur eſt verbum Grat. ſecundum Hu.

‖ Charitatē habẽs multa poteſt.

a ¶ *Charitas eſt.*] id eſt, ex charitate procedit recta voluntas[b]. & eſt dictum per cauſam, vt illud 36. quæſt. ſecunda, tria, vt exponatur charitas

b id eſt bonus motus qui dicitur voluntas: & charitas eſt eam, & facit vt voluntas ſit bona, i. vitæ æternæ meritoria: Vnde ita dicitur cauſa meritorum bonorum, ſecũdum Hu.

detur, recta [a] voluntas, ab omnibus terrenis [b], ac præſentibus, prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter [c] & vnita, igne quodam ſancti ſpiritus, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa, inquinamenti [d] omnis extranea corruptionis † neſcia, nulli vitio mutabilitatis [e] obnoxia ſupra oĩa, quæ carnaliter diligũtur, excelſa, affectionum [f] omnium potētiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma. [g] actionum bonarũ, ſalus morum [h], finis [i] cæleſtium præceptorum, mors criminũ, vita virtutum [k], virtus pugnantium [l], palma victorum, anima † ſanctorum mētium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum [1]: ſine qua nullus Deo placuit [1], cũ qua [m] aliquis peccare [n], nec potuit [o], nec poterit [2]: fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa ĩ martyrib⁹, operoſa [p] in omnibus omnino fidelibus, ex qua quidquid eſt boni operis, viuit. *Item infra.* ¶ Hęc eſt charitas vera, germana [q], perfecta, quam excellentiorem [r] viam [s] nominat [t] ſanctus Apoſtol⁹: & vere ipſa eſt via, quæ ducit per ſe ambulantes ad patriã: quia ſicut ſine via peruenit nullus, quò tendit, ita ſine charitate, quæ dicta eſt via, non ambulare poſsũt homines, ſed errare. *Item ibidem c. 15.* ¶ Ergo ſi charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, facile peccato reſiſtimus, bonis omnibus † abundamus, ſæculi blandimēta contēnimus, & omnia quæ difficilia [v] ſunt humanæ fragilitati, vel aſpera etiam, cũ delectatione † perficimus: ſi tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo eſt, ex toto corde, & tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus [x] diligit Deum quem ſi ex toto corde diligamus, nihil erit ĩ nobis, vnde peccati deſideriis ſeruiamus. Et quid eſt diligire Deũ, niſi illi copulari † animo, concipere fruendæ viſionis eius affectum, peccati odium, mundi faſtidium [y], diligere etiam proximum, quem in ſe [z] cenſuit diligēdum, in ipſo amore ſeruare legitimum modũ, nec peruerterte dilectionis ordinem cōſtitutũ? Ordinē dilectionis illi peruertũt, nec modum diligēdi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnēdus eſt, diligunt [a] aut corpora ſua minus diligenda [b], plus diligũt, aut proximum non ſicut ſeipſos, aut Deum plus, quã ſeipſos forte nō diligũt. *Item infra.* ¶ Corp⁹ noſtrũ, qa pars [c] noſtri eſt, ad hoc nobis diligendum eſt vt ſaluti eius, ac fragilitati naturaliter [d] conſulamus, & agamus, quatenus ſpiritui [e] ordinate ſubiectũ [f], ad æternam ſalutem accepta immortalitate, & ĩcorruptione perueniat. *Item infra.* ¶ Proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas vtilitates [g] noſtras nō propter ſperata beneficia, vel accepta, nō propter affinitates, vel cōſanguinitates, ſed propter hoc tãtum, quòd ſunt naturæ noſtræ participes, diligamus. *Item infra.* ¶ Nō illi tantum proximi noſtri credēdi ſunt, quos nobis gradus ſanguinis iungit: ſed proximi noſtri credēdi ſũt omnes homines naturæ [h] noſtrę, ſicut dixi, participes [i]. *Item infra.* ¶ Proinde, ſicut † nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam [k] vitam conſequēdam, ſicut nobis, ſaluti eorum conſulimus: quando nos in eorũ peccatis, ac periculis [l] cogitamus: & ſicut nobis ſubueniri optam⁹: ita eis pro viribus ſubuenimus, aut, ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniēdi tenemus. Qua propter hęc eſt ꝓximi tota dilectio, vt bonũ, quod tibi conferri vis, velis & ꝓximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & ꝓximo. Illi vero plus quàm ſe, diligũt Deum, qui pro eius amore ſuæ ad tēpus ſaluti non parcunt, ſeipſos tribulationibus, ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, patriç ſuæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filiis ſuis renuntiare parati ſunt, & vt totum dicam, ipſam corporis mortem non ſolum non refugiunt, ſed etiam libenter excipiunt, ambiētes à corporis ſui vita magis, quam à Deo vita [m] vitę ſuę diſcedere.

¶ Caput hoc confectum eſt ex verbis Proſperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus Charitatis inter opera B. Auguſtini tomo 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quædam, & etiam addita nonnulla ſunt ex ipſo B. Proſpero. Sed operæ pretium fuerit integrum locũ apud ipſum legere copioſe enim, & ornatiſſime explicatur.

a ¶ Hæc eſt proximi.] Ita legitur non modo in originali, ſed etiam in vetuſtioribus Gratiani codicibus in vulgatis erat. Quapropter chariſſime tota dilectione ſatage, vt bonum, &c.

Item Beda ſuper Ioannem, ad c. 1.

charitas eſt, i. facit: alioquin non eſt verũ: cum charitas ſit habitus mētis, q voluntas non eſt, vel motus voluntatis. ſimiliter intelligitur illud Augu. *Charitatem voco motum animi.* dicitur ergo charitas voluntas vel motus, qa vt j. dicitur, eſt cã meritorũ bonorũ ſicut & iniquitas cum ſit habitus mentis iniuſtę, dicitur peccatum: qa ex ea eſt, vt j. diſtin. 3. ille rex.

a ¶ *Recta.*] i. rectam vitam, & dignã faciens voluntatem.

b ¶ *Terrenis.*] ſecus eſt de charitate imperfecta, quã habēs poteſt curare temporalia. ar. 11. q. 1. habebat.

c ¶ *Inſeparabiliter.*] immo de facili ſeparatur.

d ¶ *Inquinamenti.*] ſcilicet mortalis.

e ¶ *Vitio mutabilitatis.*] i. mutabilitati in vitium.

f ¶ *Affectionum.*] i. bonarum voluntatum.

g ¶ *Summa.*] i. pfecta.

h ¶ *Salus morum.*] i. ſalutiferos faciens mores.

i ¶ *Finis.*] i. conſummatio, vel quia pręcepta finaliter docet vt habeantur.

k ¶ *Vita virtutum.*] j. e. diſ. §. item proinde.

l ¶ *Pugnantium*] cum vitiis.

m ¶ *Cum qua.*] id eſt, in ea perſeuerando.

n ¶ *Peccare.*] mortaliter.

o ¶ *Potuit.*] ecce verbũ in quo facit ad ꝓpoſitum Gratiani.

p ¶ *Operoſa.*] i. effectiua bonorum operũ.

q ¶ *Germana.*] i. germanos & cōcordes faciens. Vel germana, i. cōiũcta & ĩſeparabiliter adhærens. Salomon. ‖ Dixi ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam vocaui animam meam.

r ¶ *Excellentiorem.*] alíis donis.

s ¶ *Viam.*] eundi ad Deum.

t ¶ *Nominat.*] in prima epiſtola ad Corinthios 12. c.

v ¶ *Quæ difficilia.*] ad ſalutem animæ pertinentia.

x ¶ *Ex qua minus.*] i. ex qua Dei dilectionem poſtponit facilius. ‖ ſicut plures proniores ſunt offendere Deum fornicando, q̄ furando. argu. 50. diſt. quia ſanctitas tua. in fine.

y ¶ *Faſtidium.*] repete, concipere.

z ¶ *Quem in ſe.*] ſ. diligendo, i. ad ſui ſimilitudinem. vbi dictum eſt: dilige proximum tuum ſicut teipſum. Vel in ſe, i. Deo, ſc. ad eius ſimilitudinem: vbi dictum eſt, ſecundum autem ſimile eſt huic.

a ¶ *Diligunt.*] plus iuſto.

b ¶ *Diligenda.*] quàm animam. argu. 22. q. 5. ſi quis coactus.

c ¶ *Quia pars.*] alia eſt pars, quæ homo eſt interior: vt de conſe. diſt. 4. non ex quo. ‖ non ergo corpus eſt homo: quod Eluidinēſes ſomniant: quia nihil eſt, id quod ſui ipſius ſit pars. arg. ff. de euic. ſi dictum. §. 1. & peccant qui ponunt corpus genus animalis.

d ¶ *Naturaliter.*] j. de conſe. diſt. 5. non mediocriter. in fine.

e ¶ *Spiritui.*] vt ad vſus exercendæ virtutis habeatur, vt ſ. 44. diſt. conuiuia.

f ¶ *Subiectum.*] ‖ debemus enim adhibere iumento noſtro ſaccum, paleam, & flagellum. ſaccum ideſt, opera pœnitentiæ, & alia bona opera. paleam, i. neceſſaria ad vitæ ſubſtētationem. flagellum, vt caſtigemus, ſi exceſſerit, ac ſi ea pateremur.

g ¶ *Vtilitates noſtras.*] tunc enim non ipſos, ſed noſmet tãtum diligimus. vnde Tullius in lib. de vera amicitia. Suis quippe incommodis grauiter angi [a] non eſt amici, ſed ſeipſum amantis. ADDITIO. Et Seneca. Non eſt beneficium quod conuertitur in quæſtum. Per.

h ¶ *Naturæ*]. ſ. diſt. 86. non ſatis.

i ¶ *Participes*]. ergo Iudæi & ſaraceni proximi noſtri ſunt, & diligēdi à nobis vt nos, & verum eſt, verumtamen omnia opera dilectionis impendere debemus ſecundum vniuſcuiuſque conditionem. 86. diſt. paſce.

k ¶ *Et æternã vitam.*] ‖ hic aduerte quid ſit proximum ſicut ſeipſum diligere, ſcilicet ſalutem animæ ſuæ, & ea quæ ad ſalutem animæ pertinēt, ei optare, quæ tibi optas. non obſtante ergo hoc præcepto poſſumus delinquentib. pœnas corporales optare & procurare, dũ modo hoc fiat ſecundum quod iura permittunt.

l ¶ *Periculis.*] ſcilicet, animæ, & corporis, vt eos liberemus.

m ¶ *A Deo vita.*] id eſt, q eſt vita animæ ſuæ, qua ipſe viuit, vt ſ. di. 1. §. hoc idem. ver. reſuſcitatus. 24. q. 1. vbi ſana.

Marginalia: † al. corrumpi — † al. arma — Aug. — 1 ibid. j. — 2 ibid. ſ. — 3 ibid. j. — 1. Cor. 13. — † al. operibus aliquot Gra. manu ſcrip. — † al. dilectionum — ‖ Sapientiæ ſoror mea — † occupare animum] orig. — ‖ fornicãtur aliq citius q̄ furentur. — ‖ corpus nō eſt homo. — ‖ iumento noſtro adhibeamus ſaccum, paleã, & flagellũ. — † al. ſecundũ — a i. affligi. — ‖ Saraceni & Iudæi ſunt à nobis diligendi. — ‖ Diligere proximum ſicut ſeipſm, quid ſit.

QVærendum.]CASVS. Bene. ſic ponit hunc caſum. Quidam re putabant magnum ſignum q́ Chriſtus credatur Dei filius, q́ in baptiſmo Chriſti ſpiritus ſanctus ſtetit ſuper Chriſtum. ſed non eſt magnum, cum ſemper in Domino manſit ſpiritus ſanctus. & ſpiritus ſanctus partim cũ ſanctis eſt, vt eos cuſtodiat in operib. pietatis, partim quoq; recedat ab eis quantũ ad gratiam prophetādi, & miracula operādi. Hug. verò ſic videtur ponere hunc caſum. Legitur de Ioanne, q́ Ioānes Baptiſta vidit ſpiritũ ſanctum quaſi colũbā deſcendentem & manentem ſuper Ieſum baptizatũ. qđ deſcendit ſuper eum: ſignum fuit, ne vox illa, hic eſt filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioānē eſſe facta, ſed ad eũ: quòd autem redit ſuper eũ, ſpeciale fuit ſignũ filij Dei, quo, ſ. ipſe diſcerneretur ab aliis ſanctis. Quærit ergo hic Beda, quomodo fuit ſignũ cognoſcēdi filij Dei, q́ ſpiritus manſit ſuper eum, cum maneat & ī aliis ſanctis? & reſpo. q́ alio modo manet in Chriſto. nam in Chriſto manet ſemper quo ad omnia. in ſanctis autem nō quo ad oīa: q́a ad tempus recedit ab eis quo ad operandũ, etſi quo ad iuſtitiam ſemper manet in eis. Seq. c. ſ. charitas. patet. Et ſeq. ca. etiā patet, in quo exponit Aug. quid ſit vnctio inuiſibilis. Solis, i. tribulationis. doloris, ſiue laboris.

3 Sent. 3. di. 31. lo. 1.

† al. recedat.

† abſunt ab orig.

† al poſſint habere virtutē] orig.

† abſunt ab orig.

§ Columba deſcēdit ſuper Ieſum dum baptizaretur, & mā-ſit ſuper ipſum.

2 Sent. 3. dist. 31.

3 Sent. ibid.

C. VI.

1 QVærendum [a] eſt interea, quomodo ſpeciale filium Dei agnoſcendi ſignum fuerit, q́ ſuper eum deſcenderit, & manſerit ſpiritus. & j. ¶ Quid magni eſt filio Dei, quòd in ipſo manere ſpiritus aſtruatur? Notandũ ergo, q́ ſemper in Domino māſerit ſpiritus ſanctus: in ſanctis autem hominibus, quādiu mortale corpus geſtauerint, partim maneat in æternũ, partim rediturus ſecedat†. Manet [b] quippe apud eos, vt bonis inſiſtant actibus voluntariam paupertatem diligant, māſuetudinem ſequantur, pro æternorum deſiderio lugeant, eſuriant & ſitiant iuſtitiam, miſericordiam, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectātur, ſed & pro obſeruatione iuſtitiæ perſecutionem pati non vereantur, eleemoſynis, orationib⁹, ieiuniis, ceteriſq; fructib⁹ ſpiritus inſiſtere deſiderent. Recedit autem ad tempus, ne ſemper infirmos curandi, [mortuos † ſuſcitandi] dæmones eiiciendi, vel etiam prophetandi habeant† facultatem. Manet ſemper, [vt † poſſint habere virtutes, &] vt mirabiliter ipſi viuant. Venit ad tempus, vt etiam aliis per miraculorum ſigna, quales ſint intus, effulgeant.

Item Apoſtolus. 1. Cor. 13.

C. VII.

iij 2 CHaritas [c] nunquam excidit.

Item Auguſtinus ſuper epiſtolam primam Ioannis, tractatu 3.

C. VIII.

3 VNctio [d] inuiſibilis ſpiritus ſanctus eſt: vnctio inuiſibilis charitas eſt: quæ in quocumq; fuerit, tanquam radix illi erit: quæ quamuis ardente [e] ſole, areſcere nō poteſt, nutritur calore ſolis [f], non areſcit.

a ¶ Vnctio inuiſibilis charitas eſt.] *Hinc vſque ad finem eodem modo ſe habent apud Magiſtrum, atque apud Gratianũ. Sed apud B. Auguſtinum aliter.* Vnctio inuiſibilis, inquit, charitas illa eſt quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit: quamuis ardente ſole areſcere nō poteſt. Omne, quod radicatum eſt, nutritur calore ſolis, non areſcit. *Ita non negat charitatem poſſe areſcere, ſed quod in charitate radicatum eſt.*

Item Greg. ſuper Ezechielem ho. 3.

C. IX.

PEnnata [g] animalia, videlicet prædicatores ſancti, cũ incedunt, minime reuertũtur: quia ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia pertranſeunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectātur *& paulo poſt.* [Nemo mittēs manum in aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.] Manũ quippe in aratrũ mittere, eſt quaſi per quendam compunctionis vomerem ad proferendos fructus terram ſui cordis aperire. Sed retro poſt aratrum aſpicit, qui poſt exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ reliquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per prophetam [h] dicitur [Non reuertebantur, cum incederent. [i]] *& paulo poſt.* Vnde Paulus [k] [Vnum vero [l], quæ retro [m] ſunt, oblitus, in ea [n], quæ ſunt anteriora†, extendens me, ſequor ad palmam ſupernæ vocationis.] In anteriora [n] etenim extentus, eorum quæ retro ſunt, oblitus fuerat, q́a temporalia deſpiciens, ſola quæ ſunt æterna, quærebat.

Luc. 9.

Philip. 3.

Ezech. 9.

† al. ante.

Item in eundem homilia quinta.

C. X.

NOn reuertebantur, cũ incederent†], quia electi quique ſic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant [p]. [Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.] Et, ſicut per Salomonem dicitur [Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem.] In eorum namque animis bonum deſiderium, atque intellectus lucis intimæ iā pars diei eſt: ſed, quia vſque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quādo ad cæleſtia regna perducti, in ea luce, quam deſiderāt, iam minus [q] aliquid non habebunt.

† al. ambularent.

Ezech. 1.

Matth. 10.

Prouerb. 4.

Idem ibidem.

C. XI.

4 POteſt diſcurſus [r], atque mobilitas ſpiritus ſic † intelli... omnium.

4 Sent. 3. di. 31.

† requiſitione alternis conſiderationis.] orig.

Gloss:

¶ Solis.] i. laboris & tribulationis, iuxta illud: In ſole, i. in labore poſuit Dominus tabernaculum ſuum. Tribulatio. n. ſecundum Apoſtolum patientiam operatur: ſed q́ tribulatio patientiam non tollit, hoc facit charitas.

§ ſol pro labore ponitur.

PEnnata animalia.] CASVS. Tangitur hic illud Ezechielis, q́ vidit quattuor animalia pennata: de quib. hic dicitur ñ reuertebantur cũ incederent: ſed vnumquodq; ante faciem ſuam gradiebatur. Hanc auctoritatem exponens Greg. dicit, q́ per hæc animalia intelliguntur prædicatores, qui contemplantes cœleſtia nunquam reflectuntur ad terrena. Et hanc ſuam expoſitionem probat auctoritate Domini & auctoritate Pauli.

g ¶ Pennata.] Tāgit illud Ezechielis, ſ. q́ vidit quattuor animalia pennata, de quib. hic dicitur, non reuertebantur cum incederent: ſed vnũquodque ante faciem ſuam gradiebatur.

h ¶ Per prophetam.] Ezechielem.

i ¶ Incederent.] ita ſancti iſti dici poſſunt habere feratum naturā, &c. ſicut aues quę volant, & non reuolant, inſt. de rer. diſt. §. pauonum.

k ¶ Vnde Paulus.] in epiſtol. ad Philippenſes.

l ¶ Vnum vero.] q. d. non comprehendi. vnum autem de me vobis aſſero, quòd ego oblitus ſum quæ. &c.

m ¶ Quæ retro.] i. terrena, quæ reliqui.

n ¶ In ea.] ſ. æterna cæleſtia.

o ¶ Anteriora.] ante nos ſunt æterna, poſt nos ſunt temporalia.

NOn reuertebantur.] CASVS. Gregor. hic exponit eamdem auctoritatem, de qua dicitur in præcedenti cap. & ſuam expoſitionem confirmat auctoritate Salomonis.

p ¶ Redeant.] finaliter ſaltem.

q ¶ Iam minus.] i. inſufficiens. erit enim tunc Deus omnia in omnibus, id eſt, ſufficientia

POteſt diſcurſus.] CASVS. Tangitur hic illud Ezechielis, quòd iuxta quattuor animalia, quæ vidit, erant quattuor rotæ, in quibus erat ſpiritus vitæ, & quocumque ibat ſpiritus, ſequebantur & rotæ, & cum ſtabat, ſtabant rotæ. Hoc autem myſtice exponit Gre. in homilia ſua dicens, quòd per rotas virtutes intelliguntur, quarum quædam ſemper ſunt in ſanctis; & quædam aliquando recedunt, & ponit quædam quæ impropriæ ſunt virtutes. Seq. c. ſcilicet ficta. patet.

r ¶ Poteſt diſcurſus.] tangit illud Ezechielis, quia iuxta quattuor anima

Gloss (lower left):

¶ quo ad omnia: in ſanctis autem non quo ad omnia, quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel ſi quo ad iuſtitiam remaneat in eis, non tamen ſemper quo ad operandum: puta ad prophetizandum, vel faciendum miracula, vt in Helia, & Heliſæo.

a ¶ Quærendum.] ſuper Ioannē legitur in Ioāne, q́ Ioannes Baptiſtæ vidit ſpiritum ſanctũ quaſi columbā deſcendētem & manentem ſuper Ieſum baptizatum. q́ deſcendit ſuper eum, ſignũ fuit, ne vox illa, hic eſt filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem eſſe facta, ſed ad eum. Signũ fuit Ioanni ipſum cognoſcendi, i. quoddam de ipſo qđ ante neſciebat, ſ. an poteſtatem baptiſmi ſibi ſoli retenturus eſſet: quòd autē manſit ſuper eum, ſpeciale fuit ſignum filij Dei, ſ. quo ille diſcerneretur ab aliis. quærit ergo hic Beda, quomodo fuit ſignũ cognoſcēdi filij Dei, ſc. q́ ſpiritus ſanctus māſit ſuper eum, &c. cum maneat & in aliis ſanctis. Sed reſp. q́ alio modo manet in Chriſto: quia ſuper eũ ſemper eſt quo ad omnia: in ſanctis autem non quo ad omnia, quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum.

b ¶ Manet.] No hic expoſitionem illius decr. 32. q. 2. connubia. quia in opere coniugali ad eſt præſentia ſpiritus ſancti quo ad meritũ, vt j. c. q. 1. ſi dicat. non quo ad miraculum faciendum, vt j. c. q. poteſt.

c CHaritas nunquam excidit.] ſ. in hac vita. in futuro enim fides conuertetur in ſcientiam: ſpes in rem: charitas autem augebitur. vnde propheta: viuit Dominus, cuius ignis in Sion, i. in eccleſia militante: & caminus in Hieruſalem, i. in ardentiſſima charitate. j. diſt. 3. c. ſunt plures. §. authoritas. & c. ignis.

d VNctio.] ¶ Charitas eſt.] i. vocatur.

e Ardente.] i. a tribulatione feruente.

animalia, quæ vidit, erant quattuor rotæ, in quibus erat ſpiritus vitæ. & quocumque ibat ſpiritus, ſequebantur rotæ, cum ſtabat, ſtabant, & rotæ. & ita quandoque ſtabant, quandoque mouebantur rotæ hoc autem miſtice exponit Greg.
a ¶ *Caſtitas.*] quæ ſola cum fiducia poteſt Deo animas præſentare. auth. de lenonibus. §. ſancimus. col. 1.

re. ad quod probandum inducit tres auctoritates Domini. Et nota, quòd ab illo loco *Reprobus*, videntur verba Auguſt. vt dicit Hug.
k ¶ *Charitas eſt aqua.*] quia ad modum aquæ lauat, & delet peccata.
l ¶ *In æternum.*] id eſt, in patria. [in via autem beatus eſt qui ſitit iuſtitiam, vt ſ. c. quærendum.

gi. In ſanctorum quippe cordib⁹ iuxta quaſdam virtutes ſemper permanet: iuxta quaſdam vero receſſurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, ſpe, atque charitate, & in bonis aliis, ſine quibus ad cæleſtem patriam non poteſt veniri (ſicut eſt humilitas, caſtitas [a], iuſtitia, atque miſericordia) perfectorum corda non deſerit. In propheticę vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis ſuis aliquando adeſt, aliquádo ſe ſubtrahit. *& paulo poſt.* ¶ In his itaque virtutibus, ſine quibus ad vitam minime peruenitur, ſpiritus ſanct⁹ in electorum ſuorum cordib⁹ permanet, vnde [a] recte ſtabilis dicitur. In his vero per quas ſanctitatis virtus oſtenditur, aliquando miſericorditer præſto eſt, aliquando miſericorditer [b] recedit.

a ¶ Vnde recte ſtabilis dicitur] *Hæc ex paulo ſuperiore B. Gregorij diſputatione aliis verbis huc ſunt à collectore tranſlata.*

Vnde Ambroſius ſuper epiſtolam 2. ad Corinthios, ad c. 6.

C. XII

FIcta [c] charitas eſt, quæ deſerit in aduerſitate.

¶ *Referuntur verba gloſſæ ordinariæ: nam B. Ambroſij ſunt hæc,* Simulata charitas in his eſt, qui in neceſſitate deſerunt fratres.

2 *Ex premiſſis [d] itaque apparet, quòd charitas ſemel habita, vlterius non amittitur [e]. Qui enim charitatem ſemel habuerit, criminaliter vlterius peccare non poterit [f]: vt ad gratiam [g], non ad naturam impoſſibilitas referatur. Quòd autem charitatem habens, criminaliter peccare non poſſit, teſtatur Auguſtinus in libro 50. homiliarum, homilia octaua dicens.*

C. XIII.

QVia radix omnium malorum [g] eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt [h], niſi vna penitus † euulſa fuerit, alia plantari non poterit. Sine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit euellere.

Cum ergo [i], qui criminaliter peccat, charitatem nunquam habuiſſe probatur, euidenter colligitur, pænitentiam non agere, qui quandoque criminaliter peccat †.

Vnde Auguſtinus.

C. XIIII.

CHaritas eſt aqua [k] de qua Dominus ait in Euangelio [Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum [l].

¶ *Hæc ſententia non eſt inuenta apud B. Auguſtinum, licet in pſalmũ 103. ad verſi. Qui tegis aquis. charitatem velit aquis ſignificari: quemadmodum & Proſper, & gloſſa ordinaria, & interlinearis ad eundem locum.*

Reprobus ergo, cum in æternis mancipatus [m] incendiis in æternum ſitiat, quomodo habet aquam viuam, aut quomodo potabit aquã ſalientem in vitam æternam, qui quaſi plumbeus [n] demerſus in ima, pœnas luit damnationis æternæ? Item. Sine [o] charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remiſſionem? quæ ſi non ſunt dimiſſa, quomodo non omnia prorſus ad pœnam exigenda ſunt? Item dominus [Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam] Qui ergo non habet vitam æternam, in Chriſtum non credit [p]. In Chriſtum vero credit, qui charitatem habet. In chriſtum quippe credere eſt, amando in ipſum tendere. Hæc eſt [q] fides [r], vt definit Apoſtolus, quæ per dilectionem operatur: huic [s] duntaxat remiſſio delictorum promittitur. Quòd ſi charitas à fide Chriſtianorum ſeiungi nequit, cui ſcilicet ſoli venia promittitur, quomodo qui charitatem non habuerit, fidem Chriſtianorum habuit, id eſt, in Chriſtum credidit? quomodo ergo veniam delictorum accepit? quam ſi non accepit, quomodo non omnia prorſus opera æternis ſunt ferienda ſuppliciis? Item dominus, [Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Qui ergo non viuit in æternum, non manducauit viuum: ſed qui non manducauit eum, non credidit. [t] Hoc eſt enim manducare panem viuum, quod credere in Chriſtum, id eſt, amando tendere in ipſum. Cum ergo reprobus in eum non credidit, quem non manducauit, & ita fidem Chriſtianorum (qua ſola [u] peccata relaxantur) non habuerit, quomodo, ſi viuit Dominus, cui omne iudicium dedit pater, iudicium perpetuæ damnationis effugiet omnium non ſolum actualium, ſed etiam originalium?

3 4 *Hæc, quæ de charitate [x] dicuntur, de perfecta intelligi poſſunt, quæ ſemel habita nunquam amittitur. Exordia vero charitatis enutriuntur, vt creſcant, & conculcantur, vt deficiant. Nemo enim repente, quæ ſine charitate nulla eſt, à minimis quiſque inchoat, vt ad magna perueniat. Sunt itaque*

b ¶ *Miſericorditer.*] ne inde ſuperbiat homo. 6. quæſt. 1. c. imitare. & capit. ſunt plurimi.

c ¶ F*icta.*] id eſt, non finalis.

EX PRAEMISSIS. Hæc eſt ſecunda pars diſtinctio. in qua magiſter vult probare, quòd charitas ſemel habita nunquam excidit ſed quo ad gratiam refertur, non quo ad naturam, id eſt habendo gratiam peccare non poteſt. Ioan. de Fan.

Casvs. Cócludit Gratianus ex præmiſſis, quòd charitas ſemel habita amitti nó poteſt: quia qui charitatem habet, amplius peccare mortaliter non poteſt. & ad hoc inducit ſequens cap. Sed quod dicitur, amplius peccare mortaliter non poteſt, falſum eſt, niſi coniunctim intelligatur, quod non poſſit ſimul charitaté habere & peccare. ſequens capitu. ſcilicet quia radix. patet.

d ¶ *Ex præmiſſis.*] infert charitatem ſemel habitam non amitti, & adiicit quòd qui charitatem ſemel habuit, de cetero non peccabit: & ex hoc concludit falſo, quòd pœnitétiam qui poſt modum eſt peccaturus nó agit. & ad hoc inducit argumenta vſque ad §. hæc quæ de charitate.

Sen. 3. di. 31

e ¶ *Non poterit.*] coniunctim intellige. nó enim poteſt ſimul charitatem habere & peccare. ſupra diſt. 1. omnis qui non diligit.

f ¶ *Vt ad gratiam.*] ſcilicet virtutem ipſam, quam dum quis habet, non peccat, nec peccare poteſt, vt coniunctim intelligatur.

1. Tim. 6.

† al. radicitus

g ¶ QVia radix omnium malorum.] quo ad genera ſingulorum: non quo ad ſingula generum, id eſt, non eſt malum alicuius generis, ſcilicet quod inde procedere non poſſit. & eſt non poſſit. & eſt ſimile 35. diſt. ante omnia. 47. diſt. bonorum.

h ¶ *Non poſſunt.*] ſ. 32. q. 1. cum renunciantur.

CVM ERGO. Casvs. Infert ex ſupradictis, quòd qui mortaliter peccauit, numquam habuit charitatem: nec pœnitentiam egit qui mortaliter peccauit. Quod auctoritate Aug. probat, vel probare intendit. Et ſcias quòd ex falſo ipſe concludit falſum.

i ¶ *Cum ergo.*] ex falſo falſum concludit.

CHaritas eſt aqua.] Casvs. Probat Aug. in hoc c. quòd qui charitatem habet, non ſitiet in æternum: ſine qua nullus habebit vitam æternam: nec poterit pœnitere, nec contritionem habe

† Iuſtitiam ſitiens beatus eſt.

† al. peccauit

m ¶ *Mancipatus.*] id eſt, deſtinatus.

n ¶ *Plumbeus.*] pondere peccatorum.

o ¶ *Item ſine.*] omnia hæc ſunt verba Aug. vt dicunt quidam vſque ad §. hæc quæ de charitate. Alij dicunt eſſe §. ab illo loco, Reprobus autem.

Io. 4. Vt Hug. & B. Bria.

p ¶ *Non credit.*] à deſtructione conſequentis infert.

q ¶ *Hæc eſt.*] infra de conſec. diſt. 2. vt quid

r ¶ *Fides.*] informata charitate.

s ¶ *Huic.*] ſupra 24. q. 1. capit. ſi Petrus. contra, ſed nec hic vel ibi excluduntur aliæ virtutes.

t ¶ *Credere.*] *Credo Deo, credaſque Deum: plus credo valere, Si credas in eum, quam quòd ei, vel eum.*

Additio. Hoc ideo quia credere Deo, eſt credere verum eſſe quod dicit Deus. Credere Deum eſt credere Deum eſſe. hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deum eſt amando credere in ipſum. Pet.

Io. 6.

Aug. tract. 29. in ioan. & de cognitione veræ vitæ, c. 37.

Gal 5.

v ¶ *Qua ſola.*] ſupra 24. q. 1. ſi Petrus.

HAEC QVAE DE CHARITATE. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua probat magiſter, quòd ea quæ dicta ſunt de charitate, de perfecta intelligũtur: quia ſunt gradus in charitate: ſicut in virtutibus eſt gradus & perficiens, & incipiens, & perfecta. quod intelligitur quãtum ad remiſſionem & intenſionem, cum ſit ſimplex & cótinua, dum enim ſumus in via, poſſumus habere charitatem ad tempus, & perdere eam: & hoc probat per 27. auctoritates ſanctorum patrum, & per multas rationes ſub diuerſis §. contentas. Ioan. de Fan.

Ioan. 6.

3 De conſe. diſt. 2. ca. vt quid & cap. credere.

Casvs. Soluit nunc Gratianus præmiſſas auctoritates, & dicit eas eſſe intelligendas de perfecta charitate: id eſt, quæ ducit hominem ad perfectionem vitæ, ſ. quę eſt finalis, & cum qua homo decedit. illa nunquam amittitur. & inde ſumpta occaſione oſtendit gradus eſſe in virtutibus, ſcilicet ſpirituales aſcenſus de virtute in virtutem, & etiam in eadem virtute. nã quanto quis proficit plus aſcendit. Et ad hoc probandum inducit ſequentia c.

4 Sen. 3. di. 31

x ¶ *Hæc quæ de charitate.*] Præmiſſas auctoritates ſoluit, & dicit intelligendas eſſe de perfecta charitate, & inde ſumpta occaſione gradus in virtutibus eſſe oſtendit: vſque ad § econtrario. [Et nota quòd perfecta dicitur charitas quo ad ſufficientiam: & hæc quælibet & quantalibet ſufficit ad vitam æternam habendam. argumen. infra diſtinctio. proxim. talis. Et eſt perfecta quo ad ef-

† Charitas perfecta multa facit.

fectum

ſectum, vt ſ. faciat hominem paratum mori pro Chriſto. ſup. e. charitas. ij. e. ſi quis tantam. Et dicitur perfecta quo ad perſeuerantiam finalem, de qua agitur. ſup. e. vnctio. & charitas.

dit gradus eius. & dum exponeret, introducit auctoritatem Dauid: Deus in gradibus eius dignoſcetur, cum ſuſcipiet eam. Im principio ergo capituli ponit expoſitionem illius verſus. Deus in gradibus, &c. Secundo probat quòd in virtutibus gradus inueniuntur per auctoritatem Iob dicentis: Per ſingulos gradus, &c. & Dauid

a ¶ *Sunt itaque gradus.*] omnis virtus intenditur & remittitur, & ideo gradus meriti in ea diſtinguuntur, ſed quia virtus eſt medium duorum vitiorum, vt dicit Ariſtoteles, & Horatius: Virtus eſt medium vitiorum vtrinque redactum, vt in puncto medio, qui eſt inter duo vitia cõtraria: videtur quòd ſumma virtus ibiconſtituta ſit, qui ergo illud medium ſeruaret, ſumme virtuoſus haberi deberet. ‖ ſed in omnibus medium ſeruare vltra hominem eſt, ideoque ſumme virtuoſus nemo dicẽdus eſt. Ex præmiſſis ſequitur, quòd virtus in aſcendendo non in infinitum protenditur: cum vltra medium intentio [a] non progreditur: ſed quia etiam extremorum vitiorum non ſunt termini: videtur quòd medium eorum nihil ſit puta prodigalitas in infinitum protendi poteſt. ſimiliter & ſibi contraria auaritia. quare videturquòd inter iſta duo nihil ſit medium determinatum. præterea ex quo gradus ſunt in virtute, videtur quòd latitudinem habeant, & quòd poſſint decreſcere. ſed tamen quòd in infinitum poſſint decreſcere, non videtur. nam ſic haberetur quòd virtus aliquis ita parua eſſet, quòd minorea inueniri non poſſit. Præterea illud ſciendum eſt, quòd licet ita ſit de omnibus aliis virtutibus, quòd quælibet inter duo vitia contraria ſit conſtituta. hoc tamen in charitate (quæ forma eſt aliarum virtutum) non hebet locum: quia ei vnum ſolum vitium ſcilicet odiũ opponitur. ſup. diſt. 1. omnis qui non diligit. Vnde accidit, quòd in infinitum poſſit intendi in via. in patria autem puto quòd maior charitas eſſe non poſſit quam ſit ſupremi ordinis Angelorum.

[Margin: ‖ virtus quælibet intenditur & remittitur. — Pſal. 47. — ‖ Medium ſeruare difficile eſt. — † al. profecerit. — Iob. 31. — a Al. inteſio — Pſal. 83. — † al. augetur. — 1 Sent. 3. di. 31. — Luc. 17. — Marc. 9. — † al. ergo.]

b ¶ *Inter virtutem.*] improprie dicitur gradus eſſe inter vnam virtutem & aliam: cũ in eadem linea intentionis non diſponantur, ſed ſic ideo dicitur, quia vna virtus alia intenſior inuenitur.

[Margin: Marc. 4.]

C *Vm ſanctam.*] CASVS. Iſte ſic conſueuit poni. Gregorius exponit illud verbum Ezechielis, Et venit vir ad portam, quæ reſpiciebat ad orientem, & aſcen-

gradus [a] *non ſolum inter virtutem* [b] *& virtutem. ſed & in eadem virtute.*

Vnde Gregorius ſuper Ezechielem hom. 15. ſcribit dicens.

C. XV.

CVm ſanctam eccleſiam Dominus ſuſcipit, in gradibus eius dignoſcitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim ſancta eccleſia aſcẽdendo proficit† [c], tantũ Deus hominibus ex eius virtutibus innoteſcit. Dehis quoque gradibus beatus Iob loquitur dicens, [per ſingulos gradus meos pronuntiabo illum,] omnipotentemquippe Dominũ p ſingulos gradus ſuos ꝓnuntiat, qui per incrementa virtutum, quæ cepit, ei ſemper laudem ſuæ pietatis [d] reddit. Si quidam gradus in cordis aſcenſione non eſſent, pſalmiſta non diceret [ambulabunt de virtute in virtutem.] Nec mirum, ſi de virtute in virtutẽ gradus ſunt: quando vnaquæque virtus [e] quaſi quibuſdam gradibus agitur†, & ſic per incrementa meritorum ad ſumma perducitur.' Aliud namque ſunt virtutis exordia, aliud ꝓfectus, aliud perfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionem ſuam nõ quibuſdã gradib⁹ duceretur, ſancti Apoſtoli minime dixiſſent. [Adauge nobis fidem.] Et quidam [f] venit ad Ieſum, qui curari voluit filium ſuum: ſed requiſitus, an crederet, reſpondit, [Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Pẽſate, rogo†, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem ‖ dicebat? Si vero incredulitatẽ habere ſe nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inſpirationem gratię, meritorum ſuorum gradibus fides creſcit, vno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat, ſimul & credebat & incredulus erat. Hos nimirũ gradus Dominus ſub meſſis nomine deſcribit [h] dicẽs. [Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi iaciat homo ſemen in terram, & dormiat, & exurgat nocte, ac die, & ſemen germinet, & creſcat, dũ neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumẽtum in ſpica: & cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt tempus meſſis [i].] Semẽ homo iactat in terrã, cum cordi ſuo bonam intentionem inſerit: & poſtquã ſemẽ iactauerit, dormit: quia iam in ſpe boni operis quieſcit. Nocte vero exurgit, ac die, quia inter† aduerſa [k], & proſpera proficit: & ſemen germinat, & creſcit, dum neſcit ille: quia, dum adhuc metiri incrementa ſua non valet, ſemel concepta virtus ad perfectum ducitur: & vltro terra fructificat, quia præueniente ſe gratia mens hominis ſpontanee ad profectum boni operis aſſurgit. Sed hæc eadem terra primum herbã, deinde ſpicam, deinde plenũ frumentum producit in ſpica. Herbã quippe producere, eſt inchoationis bonæ adhuc teneritudinẽ habere. Ad ſpicam vero herba [l] peruenit, cũ ſe virtus animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumentum in ſpica fructificat, quando iam in tantum virtus proficit, vt eſſe robuſti, & perfecti operis poſſit. Sed cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem: quoniam adeſt tempus meſſis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcẽ mittit, & meſſem ſuam deſecat: quia cum vnumquemque ad opera perfecta produxerit, ei⁹ temporalem vitam per emiſſam ſentẽtiam incidit, vt granũ ſuum ad cœleſtia horrea perducat. Cũ igitur deſideria bona cõcipimus, ſemen in terram mittimus. Cum vero operari recta incipimus, herba ſumus. Cum autem ad profectum boni operis creſcimus, ad ſpicã peruenimus: cum quæ in eiuſdẽ operationis perfectione ſolidamur, iam plenum frumentum in ſpica proferimus.

Herba etenim Petrus fuerat, qui paſſionis tempore per amorẽ Dominum ſequens, hunc cõfiteri ante ancillæ vocẽ timebat. Erat enim iam viriditas in mente: quia credebat omnium redẽptorem: ſed valde adhuc flexibilis, pede conculcabatur [m] timoris. Iam in ſpicam ſurrexerat, quando eum, quem moriturum cõfiteri timuerat, nuntiante Angelo in Galilæa viuẽtem videbat. Sed ad plenum granum in ſpica peruenerat, quãdo veniente deſuper ſpiritu, & ſuam mentem in illius amore roborante ita ſolidatus eſt, vt viros perſequentium cęſus deſpice

dicentis: Et ambulabunt: de virtute in virtutem, &c. & per illud Apoſtolorum: Auge nobis fidem, &c. & per ſimilitudinem Euangelij de ſemente primo producente herbam, & deinde ſpicam, & poſtea granum. Semen eſt cogitatio, quæ herbam producit cum incipit operari. cum autem conſummatur, ſpicam facit. cum autem perſeuerat, frumentum mittit in ſpicam. & ea dem ſimilitudo adaptatur in perſona Petri. Tertio & vltimo exponit illud verbum Ezechielis, Et venit vir, &c.

[Margin: † al. in.]

c ¶ *Proficit.*] intenſione virtutum.

d ¶ *Pietatis.*] & tanto largiora munera De⁹ tribuit, quanto per ea religionis ſuæ dignitatem viderit ampliari. argument. vigeſimatertia, quæſtio. 4. ſicut excellentiam. §. 1. & dic laudem ſuæ pietatis, id eſt, laudat Deum de ſua pietate [b].

e ¶ *Virtus.*] & vitium. infra eadẽ. §. econtrario. & §. non eſt mirum.

[Margin: b id eſt quia per ſuam miſericordiam fecit eam creſcere, ſecũdũm Hu.]

f ¶ *Et quidam.*] vt habetur in Euang. Matthæi.

g ¶ *Incredulitatem.*] id eſt, modicam credulitatem, ‖ quia qui incipit credere, parum credit. argument. de conſe. diſt. 4. quia paſſus. & ca. prima. & ita hæc præpoſitio in, diminuit hic, non priuat.

[Margin: ‖ Credit parum qui incipit credere.]

h ¶ *Deſcribit.*] in Euãgelio.

i ¶ *Meſſis.*] huculque fuerunt verba Euangeliſtæ.

k ¶ *Inter aduerſa.*] aliud in aduerſis & proſperis: quia in aduerſitate creſcit. ſup. e. vnctio.

l ¶ *Herba.*] ſi herba fuit, ergo charitatem habuit: ſed quando negauit, mortaliter peccauit: ergo charitatem non habuit: ergo nec herba fuit. ſed hoc debet referri ad tempus ante negationem. & ita diſtribuite tempora, &c. vt ſecunda, quæſtio. prima. peccauerit. Vnde verſus:

[Margin: ‖ Petrus quã do peccauit, herba non fuit. — Act. 5.]

Petro peccante tunc non ſunt herba ſed ante.

m ¶ *Conculcabatur.*] cum Chriſtum negauit.

a ¶ *Vir ergo.*] de Ezechiele tractũ eſt, & ſunt adhuc verba Greg. ab il lo loco. cũ ſanctã. &c. In Ezechiele eſt ita: & venit vir ſanct⁹ ad por tam, quæ reſpiciebat ad viam orientalem, & aſcẽdit per gradus e- ius. Expone, vir, i. Chriſtus, ſtat in porta. ¶ quia per eã in quã per portam ad patrem ingredimur, & ſine quo in ciuitatem intrare nõ poſſumus. Itẽ qui in porta eſt, partim int⁹ e, & partim extra: par tim videtur, & parti abſcõditur, ita & Chri ſtus per humanitatẽ eſt viſibilis: per diuini tatem inuiſibilis. Vel vir, i. homo venit ad portam, i. Chriſtum, qui dicitur oſtium. ſ. 1. q. 1. ordinationes.

o ¶ *Viuere.*] Chriſtus eſt mihi viuere, i. cauſa quare velim viuere. Ad hoc enim viuo, vt ipſum magnificem, & ipſum mori eſt mihi lu crum: quia per mortem eius liberor à miſeria, & tranſeo ad felicita tem. Vel Chriſtus eſt mihi viuere, i. vita hic & in futuro. hic per fi- dem & ſpem, & in futuro per ſpem. & mori pro Chriſto eſt mihi lu crum: quia deponam corpus mortale, & re ſumam immortale.

¶ cœli portã qui eſt Chri ſtus ingre- dimur.

† al. in

b ¶ *Ad portam.*] i. ad ſa cram ſcripturam vel fidem: per quarum v- tramque ⁿ intratur ad patriam.

a ſc. ſacram ſcripturam & fidem.

c ¶ *Perducit.*] illa mẽ- bra ſua, ſ. fideles.

Q *Vi vult.*] CASVS. Dicitur hic, quod ſi aliquis habet voluntatem faciendi præcepta Dei, ſed im pedimento aliquo de tentus ea non facit: modicã habet chari- tatem, cũ nõdum poſ ſit omnia ſubſtinere pro Chriſto, cũ autẽ po terit facere præcepta Dei, & omnia ſubſti- nere pro Chriſto, tũc habet perfectã chari- tatem: quod probatur auctoritate Domini, & exemplo Petri.

d ¶ *Qui vult.*] CASVS. [Si quis habet volun tatem ſubſtinẽdi om- nia pro Chriſto: & tñ ſi immineret ei peri- culum in rei veritate, non ſuſtineret, reuera iſte habet charitatẽ, li cet modicã: quæ poſt ea augetur qñ cum ef fectu paratus eſt om- nia ſubſtinere, quod probat exẽplo Petri.

¶ Charitatẽ habet, q. p Chriſto ſub ſtinere pa- ratus eſt.

† al. manda tum

d ¶ *Qui vult.*] quodã motu bono, ſ. affectio nis: non effectionis. & ſic non eſt contra. ſ. diſt. 1. votum.

Io. 15.

e ¶ *Mandata.*] i. ardua difficilia, vt ponere a- nimam pro Chriſto vel fratribus. vt hic in fi. c. habetur.

1. Ioan. 4.

f ¶ *Non poteſt.*] ſ. impe diente carnalitate.

g ¶ *Poterit.*] ſcilicet fa cere mandata Dei.

h ¶ *Charitatem.*] i. op⁹ vel ſignum charitatis maioris.

† al. Domi- ne

i ¶ *Petrus.*] 50. diſt. fide lior.

Io. 13.

Sen. 3. di. 29

k ¶ *Dicebat.*] Domine animã meam pro te ponam, licet hoc fa- cere non poſſet.

SI QVIS. CASVS. Dici tur hic, q ſi quis para tus ſit pro fratrib. mo ri, pfecta charitas eſt in eo. ſed non ſtatim cum naſcitur eſt per- fecta. nam primo na- ſcitur: nata nutritur: nutrita roboratur, & perficitur, Sequen. tria c. plana ſunt: ſcilicet, *ſicut charitas. ſi ſermo.*

† al. perfe- ctionem

Philip. 1.

ret, & redemptorem ſuum libere inter flagella prædicaret. Nullus itaq;, qui ad bonum propoſitũ ad huc in mentis teneritudine eſſe conſpicitur, deſpiciatur: quia fru mẽtum Dei ab† herba incipit, vt granũ fiat. Vir ᵃ ergo veſtit⁹ lineis venit ad portã ᵇ: quia Dominus, ac redemptor noſter mẽbris ſuis intrãtibus perduit ᶜ ᴮ ead ſe: & a- ſcendit per gradus eius: quia no- bis proficientibus, eo nobis am- plius exaltatur, quãto altius, & in cõprehenſibilis eſſe cognoſcitur. In virtute quippe noſtrarũ men- tium ipſe aſcendere dicitur: quia tanto ipſe ſublimior nobis oſten ditur, quantum noſter animus à rebus infimis ſeparatur.

ᵃ ¶ Cum autem ad profectum boni operis creſcimus, ad ſpicam peruenimus.] *Hæc de ſiderantur in originali.*

C ¶ Perducit.] *In pleriſque vetuſtis. & apud B. Gregorium legitur, perducitur: ſed ob gloſ ſam non eſt emendatum.*

Item Auguſtinus ait in libro de gratia, & libero arbitrio, c. 17.

C. XVI.

QVi vult ᵈ facere Dei manda ta† ᵉ, & non poteſt ᶠ, iam quidem habet voluntatem bonã ſed adhuc paruam, & inualidam. Poterit ᵍ autem, cum magnã ha- buerit, & robuſtam. Quãdo enim martyres magna illa mãdata fece runt, magna vtiq; volũtate, id eſt, magna charitate fecerũt, de qua charitate ipſe Domin⁹ ait [Maio- rem hac charitatem ʰ nemo, &c.] *& paulo poſt.* ¶ Ipſam charitatẽ Apo ſtolus Petrus ⁱ nondum habuit, quãdo timore Dominum ter ne gauit. Timor enim non eſt in cha ritate, ſicut ait Ioannes Euangeli- ſta in epiſtola ſua, ſed pfecta cha- ritas foras mittit timorem. Et ta- mẽ, quãuis parua, & impfecta, nõ deerat, quãdo dicebat ᵏ [Domi- ne† animam meam pro te ponã.]

Idem ſuper primam epiſtolam Ioannis, tra- ctatu quinto. Si quis tantam habue- rit charitatem, vt paratus ſit pro- fratribus etiam mori, perfecta eſt in illo charitas: ſed nũquid mox, vt naſcitur ˡ, iam prorſus perfe- cta eſt? vt perficiatur, naſcitur: cũ fuerit nata nutritur: cũ fuerit nu- trita, roboratur: cum fuerit robo- rata, perficitur: cũ ad perfectũ† ᵐ venerit, quid dicit ⁿ?] Mihi viue- re ᵒ Chriſtus eſt, & mori lucrum. Optabam ᵃ diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis optimum, manere in carne neceſſariũ pro- pter vos.] Propter eos volebat vi- uere, pro quib⁹ parat⁹ erat mori.

ᵃ ¶ Optabat.] *Hinc vſque ad finem ſunt ad dita ex B. Auguſtino: quoniam faciunt ad ſen tentiæ integritatem.*

Idem in eandem, tractatu nono.

C. XVII.

1 SIcut ſeta ᵖ introducit linum, ita timor introducit charita tem: creſcit charitas, minuitur ti- mor, & econuerſo. ᑫ

¶ *Verba B. Auguſtini ſunt hæc.* Sicut videm⁹ per ſetam introduci linum, quãdo aliquid ſuitur, ſeta primum intrat, ſed niſi exeat, non ſuccedit linum: ſic timor primo occu- pat mentem: nõ autem ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charita tem, *& paulo ſuperius.* Maior charitas, mi- nor timor: minor charitas, maior timor. *Ex his confectum eſt hoc caput.*

Item tractatu quinto in eandem.

C. XVIII.

2 FOrte nata eſt in te charitas ſed nõdum perfecta eſt, no li deſperare, nutri eam, ne offoce tur.

Idem ad Hieronymum, epiſt. 29.

C. XIX.

3 CHaritas in quibuſdam eſt perfecta, in quibuſdam eſt imperfecta; perfectiſſima ʳ autem in hac vita haberi non poteſt.

¶ *Caput hoc eſt ſumma quædam verborum Auguſtini in loco indicato.*

Idem in lib. 50. homiliarum, homilia non a.

C. XX.

4 SI ſermo meus ˢ inuenit in cordibus veſtris aliquã ſcin tillam gratuiti amoris Dei, ipſam nutrite: ad hanc augendã vos ad- uocate. *& paulo poſt.* ¶ Flete ᵃ ᵗ, nu- trite in vobis: ipſa cum creuerit, & flammã digniſſimam fecerit, cupiditatum carnalium ligna cõ ſumet.

ᵃ ¶ Flete.] *Non eſt emendatum ob gloſſam: nam in multis vetuſtis codicibus eſt, flate, & in originali legitur,* Hac ſcintillam boni a- moris, de qua dominus dicit, [Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ar- deat?] flate in vobis nutrite, &c.

Econtrario ᵘ *etiam gradus in virtute eſſe probantur: quia & ipſius peccati gradus eui- denter apparent. Sicut enim nemo repente fit ſummus, ita nemo* ˣ *repente fit turpiſſimus.*

Hinc etiam Auguſtinus ait in libr. 1. de ſer mone Domini in monte, c. 23.

C. XXI.

5 SIcut tribus gradibus ad pec- catũ ʸ peruenitur, ſuggeſtio ne ᶻ, delectatione, cõſenſione, ita in facto, & in conſuetudine: nam primo in corde conſentit pecca- to, poſtea procedit ad peccatum, tertio perſeuerat in peccato. Seq. c. ſcilicet *ſciendum.* planum eſt.

¶ Chriſt⁹ eſt mihi viue- re, & mori, & c. quid ſi- bi vult.

p SIcut ſeta.] ſicut enim ſeta intro ducit filium nec cum eo remanet: ita ‖ ti- mor charitatem: cum ea tamen eſſe non po teſt. ar. 23. q. 6. c. iã ve- ro §. ex his. & ſ. diſt. 7. nullus. hoc de ſeruili. ¶ Eſt & alius initialis. qui partim reſpicit præmium meriti: par- tim pœnam ſupplicij: de tali dicitur q auge tur charitas, & minui tur timor. ſ. c. prox. vſ que dum fiat perfecta charitas, quæ foras mittit timorem om- nem. arg. 23. q. 6. ſch. ſ- matici.

¶ timor cha ritatem in- troducit.

¶ timor ini tialis q̃s eſt

1 Sent. 3. di. 34.

q ¶ *Et econuerſo.*] arg. q charitas decreſce- re poſſit: nõ ergo aut proficit, aut deficit. Tu dic, quòd charitas creſcit & decreſcit quantum ad intẽſio nem: alias non.

r CHaritas.] ¶ Per fectiſſima.] i. qua perfectior nõ poſ ſit haberi. Vnde dicit auctoritas ᵇ ſuper epi ſtolam ad Epheſios; Nemo tam perfectus quin poſſit creſcere.

2 Tranſpoſi tis aliquib⁹ verbis.

† al. ſuffoce- tur

b Al. Augu ſtinus.

s SI ſermo meus.] i. prædicatio mea.

3 Sent 3. diſt. 36.

t ¶ *Flete.*] mortalia peccata. arg. ſ. diſt. 3. inter hæc hitcum.

ECONTRARIO. CA- SVS. Per multas au- ctoritates oſtẽdit gra dus eſſe in virtute: adhuc idem oſten- dit per ſuum contra- rium, ſcilicet per pec catum. in peccato e- nim gradus inueniun tur. Nam ſicut nemo repente fit bonus, ita etiam nemo repente fit malus.

4 Sẽt. ibidẽ.

v ¶ *Econtrario.*] id eſt, per ſuum cõtrarium, ſcilicet peccatum & vitium, quod virtuti eſt contrarium. argu. 8. quæſtione 1. ſciendum.

x ¶ *Ita nemo.*] vnde Iuuenalis: *Nemo re- pente fuit turpiſſi- mus. accipient te Pau latim, qui longa do- mi redimicula ᵈ ſu- munt.*

c id eſt, ple nus vitiis.

d id eſt, or- namenta.

SIcut tribus.] CA- SVS. Dicitur hic, quòd ſicut tribus mo dis ad peccatum per- uenitur, ſcilicet ſug- geſtione diabolica, delectatione, & con- ſenſu ita ipſius pecca ti tres ſunt differen- tiæ, ſcilicet in corde,

5 Sent. 4. di. 16.

l ¶ *Naſcitur.*] ſic etiam gradus notantur in conuerſione Pauli. nam proſtratus fuit vt cœcaretur, &c. 23. q. 4. diſplicet.

m ¶ *Ad perfectum.*] id eſt, ad perfectionem a Deo datam.

n ¶ *Quid dicit.*] tu quicunque habes talem perfectionem.

y ¶ *Ad peccatum.*] id eſt, actum exteriorem.

z ¶ *Suggeſtione.*] ſ. diſt. 6. teſtamentum. in fi. palea.

a ¶*Tamquã.*] mens mala, mors intus: malus actus, mors foris. verſus:
Tumba, puella puer Lazarus iſta notant.
Hanc verbo: hunc motu: lacrymando ſuſcitat illum
Chriſtus, & in modico naſcitur ager homo.
Ad hoc ȝ. e. diſt. 1. §. ex his. ver. tres quoque. & §. non ſunt. & c. quem pœnitet.

Chriſtus tres ſuſcitauit.

ſæpe amittitur & reparatur. quod dicit verum eſſe in perfecta, & ad hoc inducit ſequentia c. ſed verum eſt quòd quantumcũque ſit perfecta charitas in aliquo, dum eſt in hac vita, poteſt illam amittere: niſi eſſet per gratiam confirmata, vt fuit in beata Virgine.
k ¶*Hac itaque.*] ex illo c. ȝ. e. diſt. cum ſanctam. infert magiſter, & redit ad propoſitũ principale: & probat ad huc charitatem ſemel habitam amitti poſſe, maxime exemplo Adæ, Moyſi, & Aaron.[a]

Sciendum quippe.]
b ¶*Tribus modis.*] Aliter aſſignantur iſti tres modi in lege: quia delinquitur propoſito, impetu, caſu. ff. de pœn. reſpiciendum. §. delinquunt.
c ¶*Ignorantia.*] ſup. 32. q. 8. quemadmodũ. 23. qu. 1. ſi quis dederit. 8. diſt. conſuetudo. 32. q. 4. nemo.
d ¶*Infirmitate.*] ſup. 25. di. c. vnum. §. criminis. ſup. 15. q. 1. §. 1.
e ¶*Et grauius.*] hoc intelligas p accumulationem. ſic magis peccat quis ex infirmitate q̃ ex ignorantia: & ſic non eſt contra quod dicit auctoritas. ‖ Grauius peccat qui peccat in filium, quã qui peccat in patrem. at conſtat eum qui peccat per infirmitatem, peccare per impotentiam: & ita peccat in patrẽ, cui attribuitur potentia, qui autẽ peccat per ignorantiam, peccat in filiũ, cui attribuitur ſapiẽtia: ſed quod hic dicitur, non eſt referendũ ad peccata, q̃ committuntur in patrem, & filium, & ſpiritũ ſanctum: ſed ſic debet intelligi: aliquis infirmus eſt incontinens, & licet ſciat in fornicatione eſſe mortale peccatũ: tñ fornicatur tanquam excuſetur propter ſuæ incõtinentiæ infirmitatem: talis plus peccat qui ex certa ſcientia, quã q ex ignorãtia, qui, ſc. ignorat fornicationẽ mortale peccatum eſſe. alleuiat enim ignorantia, etiã ſi non omnino. Item cõtrarium eſt huic loco qđ dicit Ambroſius. Grauiter peccas q promittis tibi impunitatem. Grauius quia contemnis, Grauiſſime quia ignoras. Sed illud dicitur ad terrorem. Vel dic grauiſſime, i. periculoſiſſime. ſic deterius, i. periculoſius, 45. di. vera. quia pœnitentia ſpecialis non agitur de peccato quod ignoratur. & ita hoc dicit propter difficultatem pœnitendi‹ar›. ȷ. diſt. 3. iudas. ver. magnum.

Matth. 9. Luc. 7.

‖ peccata in patrem & in filium.

1. Cor. 10.

ipſius peccati tres ſunt differẽtiæ, in corde, in facto, in conſuetudine: tãquam [a] tres mortes: vna quaſi in domo, i. cum in corde conſentitur libidini: altera, quaſi iam ꝓlata extra portam, cum in factum procedit aſſenſio: tertia, cum vi conſuetudinis malæ, tamquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulturo iã putens. Quę tria genera mortuorum Dominũ reſuſcitaſſe, quiſquis Euãgelium legit, agnoſcit.

Item Gregorius lib. 15. Moral. c. 16.

C. XXII.

SCiendũ quippe eſt, quòd peccatum tribus modis [b] committitur. Nam aut ignorantia [c], aut infirmitate [d], aut ſtudio perpetratur: & grauius [e] quidem infirmitate, quam ignorantia: ſed multo grauius ſtudio, quàm infirmitate peccatur.

Idem lib. 21. Moral. c. 3.

C. XXIII.

INter hæc ſciẽdum eſt, aliud eſſe, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud vero, cũ per conſenſum delectationis obligatur. Plerumque enim cognitione praua pulſatur, ſed renititur. Plerumque autem cum peruerſum quid concipit, hoc intra ſemetipſum etiam per deſideriũ voluit. Et nimirũ mentem nequaquã cogitatio immũda inquinat [f], cum pulſat, ſed cum hãc ſibi per delectationem ſubiugat. Hinc etenim ꝑdicator [g] egregrius dicit [tentatio vos non apprehendat, niſi humana.] Humana quippe tentatio eſt, qua plerumque in cogitatiõe tangimur etiam nolentes [f], quia, vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtiq; in nobiſmetipſis ex humanitatis corruptibilis põdere habemus. Iam vero dæmoniaca eſt, & non humana [i] tẽtatio, cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas ſuggerit, per conſenſum ſe animus adſtringit.

Item Hieronymus ad c. 1. Amos.

C. XXIIII.

SVper tribus ſceleribus Damaſci, &c. vt ſupra.

Non eſt mirum, ſi in virtute gradus eſſe dicuntur: quando quidem & peccati gradus ita euidenter monſtrantur. ¶ Hac itaque [k] charitas, quæ in Petro ante negationem herba fuit, & in ſingulis naſcitur, antequam roboretur, ante ſui perfectionẽ amittitur [l]. & reparatur, Vnde Auguſtinus in libro de correptione, & gratia, c. 7. [Quicumque ab illa originali [m] damnatione, iſta diuina gratiæ largitate diſcreti ſunt, non eſt dubium, quòd & procuratur [n] eis audiendum Euangeliũ: & cum audiunt, & in fide, quæ per dilectionem operatur, vſque in finẽ perſeuerant & ſi quando exorbitant, correpti emendantur: & quidam eorum & ſi ab hominibus non corripiũtur, in viam, quam reliquerant, redeunt.[o]

Idem ibidem.

C. XXV.

FIrmum [p] Dei fundamentũ ſtat immobile [r], habens ſignaculum [s] hoc [Scit [t] †Domin⁹, qui ſunt eius.] Horum fides, quæ per dilectionẽ operatur profecto aut omnino nõ deficit, aut, ſi qui ſunt quorum deficit [u], reparatur, ante quam vita iſta finiatur: & deleta, quæ inter currerat, iniquitate, in finem perſeuerantia deputatur.

a ¶ Immobile.] *Ab eſt ab orignali, ſed non eſt expuncta ob gloſſam.*

Idem in eodem lib. c. 9.

C. XXVI.

NVllus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam.

Item ibidem.

C. XXVII.

TAlibus [x] Deus diligentibus eũ omnia cooperatur in bonum: vſque adeo prorſus omnia, vt etiam, ſi qui eorum deuiant, & exorbitant: etiam hoc ipſum [y] eis faciat proficere in bonum [z].

l ¶*Amittitur.*] immo & quantumcumque perfecta ſit in hac vita amitti poteſt: ‖ niſi eſſet per gratiam cõfirmata, vt fuit in beata Virgine. 25. diſt. ca. vnũ orarium. §. nomine autem.

QVICVMQVE. Casvs. dicitur hic, q poſtquam per baptiſmum aliq ab originali peccato fuerunt liberati, ſtatim proponitur eis Euangelium, & cum audiunt credunt: & ſi quandoque exorbitant, correpti ab hominibus, vel per ſe redeunt.
m ¶*Originali.*] i. quam ab origine trahit homo: & cum qua naſcitur.
n ¶*Procuratur.*] i. ad vtilitatem eorum legitur & exponitur.
o ¶*Redeunt.*] operante gratia.
Additio. 22. q. 4. ſicut non eſt. Hug.

a Quoniam ſecundum Apoſtolum omnes naſcimur filij iræ de conſ. diſt. 4. firmiſſime. Petr. diſt. 1. de Pœni. ca. ſu. Per tribus. ‖ Charitas in Maria fuit per gratiam confirmata.

2. Tim. 2.

† al. cognouit [illegible] orig.

FIrmum.] Casvs. Dicitur hic quòd firmum fundamẽtum Dei finaliter ſtat: quod omnino non deficit. ſed quãdo deficit, dũ homo eſt in hac vita, reparatur. Sequens c. ſcilicet *talibus.* planũ eſt.
p ¶ *Firmum.*] i. immobile eſt: licet poſſibile ſit eum qui prædeſtinatus eſt, non fuiſſe prædeſtinatum [b] verba ſunt Apoſtoli in epiſtola ſecunda ad Timotheum, c. 2.
q ¶ *Fundamentum.*] i. prædeſtinatio.
r ¶ *Immobile.*] id eſt. illi quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit, perſeuerant firmi. qui autem periit, non erat finaliter de fundamento, id eſt, de prædeſtinatis. infra diſtinctio. quarta. capitul. ſi ex bono. verſiculo, quid aliud.

a ȷ. diſt. 4. ſi ex bono.
b Al. imponeretur neceſſitas prædeſtinationi diuinæ, quod eſt falſum: quia omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, vt Pſal. dicit.

Rom. 8.

INter hæc.] Casvs. Bene, hunc caſum ſic ponit. Dicitur hic, quòd duplex eſt tentatio, humana, ſcilicet & diabolica. Humana eſt quando aliquis ex carnis corruptione incitatur ad peccandum. Diabolica quando ex tali ſuggeſtione delectationem conſequitur, vel conſentit. Vnde dicit Apoſtolus: tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Sequens capitulum, ſc. *Super.* habuiſti ſup. ſimiliter ſequẽs. §. *non eſt mirum.* patet.
f ¶*Inquinat.*] per mortale peccatum.
g ¶*Prædicator.*] Paulus in prima epiſtola ad Corinthios.
h ¶ *Nolentes.*] vnde & Apoſtolus, ‖ Ago quod nolo: quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, vt ſupra eadem diſtincti. 1. c. ſuper tribus.
i ¶*Humana.*] niſi de his ſine quibus vita iſta eſſe non poteſt: ſ. venialibus. 25. diſt. qualis.

‖ Motus primi non ſunt in noſtra poteſtate.

SVper.] HAEC ITAQVE. Casvs. Concludit Grat. hic principale propoſitum, ſc. quòd charitas ſemel habita poteſt amitti: cum

s ¶*Signaculum.*] i. hoc habens menti impreſſum in ſignum amicis & inimicis. amicis vt accedãt: inimicis vt territi fugiant. hoc ſ. ſic, &c. etiam dum ſunt mali.
t ¶*Scit.*] i. amat & defendit prædeſtinatos ſuos etiam dum mali ſunt: & poſtquam eos continue munit, apparet hoſtibus & amicis. quòd ipſi ſunt ſignacula Dei. Vel ſignaculum, i. diſcretionem inter prædeſtinatos & non prædeſtinatos. Hoc ſcilicet quod ſequitur ſcit, &c. ‖ habent enim prædeſtinati etiam dum ſunt mali quendam characterem, quo diſtinguuntur à damnandis. vnde, ex tribu Iuda duodecim millia ſignati.
v ¶ *Quorum vita defici.*] infra diſtin. 4. c. peccatum. §. verum. ca. ſi ex bono.
x ¶ *Talibus.*] Deum diligentibus. In epiſtola ad Romanos.
y ¶*Hoc ipſum.*] ſ. deuiare.
z ¶ *Proficere in bonum.*] occaſionaliter: quia fortiores reſurgunt. arg. diſt. 13. nerui. 63. diſt. ca. quia ſancta. §. verum. in fi. & diſtinct. 50 conſiderandum. & cap. fidelior. 6. quæ. 1. imitare. Vel deuiare, id eſt,

‖ prædeſtinati quodam ſigno diſtinguuntur à damnandis.

pœnam

pœnam quam ſubeunt pro deuiatione, facit eis proficere:quia cũ pœna affliguntur, ſe recognoſcentes humiliátur,id eſt,humiliores fiunt.ſ.diſt.prox.c.poteſt fieri[a].ver.illuditur.

a Nam ſicut dicit Greg. oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Petr.

Circunciſio.Casvs Ben.ſic exponit hunc caſum. Non videtur hoc facere ad propoſitum Gra.ſed tamen poteſt adaptari,q.d.Apoſtolus,ſi non ſit aliquis circunciſus, nó impeditur quo minus poſſet reparare p pœnitentiam charitatem,quam amiſit peccádo, ſi ſeruet fidem, quæ per dilectionem operatur. Sequens capitulum.& §. Romanos.patent.

i Nõ eſſe ex gloſſ.aliqua ſunt Gratiani verba.

Charitas p pœnitẽtiã recuperatur.

a ¶ *Aliquid.*]quo ad ſalutem,quia non recipitur aliquis quia circũciſus, nec reiicitur aliquis quia præputiatus, quoniam indifferentes ſunt. nec hoc ca.facit ad propoſitũ. ſed ſic poteſt adaptari.ſiue qui circunciſus ſit, ſiue non, poterit per pœnitẽtiam recuperare charitatem,quam amiſit peccando. Vel non eſt aliquid.id eſt, non proficit ad ſalutem ſine operibus.[b]

b Sed i Apoſtolo ſuper iſta verba dicit gl. æquatur ꝑputio circũciſio his enim qui in Chriſto volunt viuere, virtutes appetẽdæ sũt & vitia fugienda media vero q inter vitia & virtutes ſunt nec fugienda ſunt nec appetẽda,vt eſt circumciſio & ꝑputiũ, q nihil valẽt in Chriſto, Petr.

Item Apoſtolus ad Galatas 5.

C. XXVIII.

CIrcunciſio nõ eſt aliquid[a], neque præputium:ſed fides, quę per dilectionem operatur.] Et hoc olim in vobis,quia currebatis bene per opera fidei ex dilectione.

Item ad Hebræos c.6.

C. XXIX.

NOn eſt tam iniuſtus[b] De⁹, vt obliuiſcatur operis veſtri,&c.]

Operis, quo omnia ſua fecerant communia[c], & hoc ex dilectione[d], & hoc ad gloriam[e] Dei.Ecce triplex[f] bonum.quaſi diceret, olim[g] multa operati[h], eſtis,pro quibus[i] ſi pœnitentis de malis, benefaciet[k] vobis Deus. Romanos quoque,& Galatas dum Apoſtolus redargueret,merito fidei probat aſſecutos remiſſionem peccatorum,& ſanctificationem in ſpiritu ſancto. & iuſtitiam bonæ operationis: quæ omnia aut ſine charitate numquam vere fuerunt in eis:aut veram charitatem habuerunt:a qua poſtea lapſi ſunt, qui de operibus[l] legis gloriabantur.

Item de quolibet adulto Aug ait.

C. XXX.

TOlle charitatem: odium tenet[m].*Item.* Omnis, qui non diligit,odit.*Item in Euangelio.*[Nemo poteſt duobus dominis ſeruire[n]: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, alterumque contemnet.]

Adam[o] vero cum in virili ætate à Domino creatus ſit, antequam à diabolo tentaretur,dum de latere eius vxor formabatur.dum in ecſtaſi[p] raptus angelicæ curiæ intererat[q] dum euigilans futura Chriſti & Eccleſiæ ſacramẽta vaticinabatur[r] aut charitatem, aut odium habebat[s].Si autem odium habebat, nõ fuit diabolus auctor noſtri peccati.Item.Si ſine charitate[t] à Deo creatus eſt,eius ſimilitudinem in creatione ſui nequaquam accepit[u].

b ¶ *Non eſt tam iniuſtus.*] ſ̃ e.di. §.opponitur.ver.non eſt iniuſtus.

c ¶ *Fecerant communia.*]ecce opus.

d ¶ *Ex dilectione.*]quę informat actum ſiue actionem. Ecce alacritas.

Io.3. Luc.16 & Matth.6.

e ¶ *Ad gloriam.*]Ecce recta & pura intentio.

f ¶ *Triplex.*]quod commendatur in eis:ſcilicet opus,& alacritas, & recta intentio.

g ¶ *Olim.*]quaſi dicat, non nunc.ita facit ad propoſitum.

h ¶ *Operati.*]id eſt, faciendo, proficiendo.

i ¶ *Pro quibus.*]·pro quorum ſimilibus.

Gen.2.

k ¶ *Benefaciet.*] æternaliter remunerando vel temporaliter, abũdantius quàm ſi non pœnituerit. ſicut enim prima bona per ſequentia mala mortua & irrita facta fuerunt:ita ipſa eadem per pœnitentiam & alia bona ſequentia reuiuiſcant, vel quo ad vitam æternam,vel quo ad temporale, præmium, vel ad minus ſupplicium ſubeundum,ſ̃.e.diſt 3.ver.nihil. vbi de hoc.

¶ Bona prima p ſequẽ. mala mortificantur.

l ¶ *Qui de operibus.*]quia tempore gratiæ ſeruare volebant præcepta legalia:quod non licet,extra de conſti.tranſlato.Item,de quolibet.

Casvs.Ab iſto loco vſque ad ca.quomodo. videtur eſſe.§.Gratiani ſecundum Bene.quod verum credo, ſicut per verba inferius poſita apparebit. Quidam tamen faciunt ibi caſum,*Omnis*,& ibi, *Nemo*.Alij ponunt totum ſub illo §.*Romanus*. Probat ergo Gratianus in hoc §. per magnam circumlocutionem, quòd Adã charitatem habuit,quam amiſit.Et ad hoc inducit ſequentia capitula.

¶ Charitas & odiũ sũt immediata contraria.

m TOlle.]¶ *Tenet.*] quia charitas & odium immediata contraria ſunt circa ſuum ſuſceptibile.arg.ſ̃.dix.1. omnis qui non diligit,&c. Et eſt ar.diabolum ante ruinam charitatẽ habuiſſe:quia ſi non haberet charitatem, odium teneret.expone, odium tenet, id eſt,per peccatum Deo fit odibilis.

n ¶ *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.*]Arg.contra.ff.de ope.liber l.pen.c

e vbi loquitur qñ nõ ſunt cõtrarij: ſecus ſi cõtrarij eſſent,vt hic.Arc.

o ¶ *Adam vero*]verba ſunt Gra.vſque ad illud c.quomodo.

p ¶ *In ecſtaſi.*]ſcilicet prophetiæ.

q ¶ *Intererat.*]id eſt,facta erat ei reuelatio,& data ſcientia, quam Angeli habent,& illi qui ſunt in cæleſti curia.

r ¶ *Vaticinabatur.*]dicens,hoc nunc eo ex oſſibus, &c. vnde Apoſtolus:Sacramentum magnum hoc eſt in Chriſto & eccleſia.extra de biga.debitum.

s ¶ *Habebat.*]ſed non ſtatim in ſui creatione.

t ¶ *Item ſi ſine charitate.*] video G. nitentem aſſerere, quòd Adam habuit ex creatione duplicem virtutem. Celebrior autem eſt ſententia, ſ quòd Adam duplicem habuit ſtatum ante peccatum, in creatione, ſola naturalia accepit, quibus proficere vel mereri non poterat:poſt creationem addita ſunt ei gratuita. Vnde dicit Auguſt. habuit Adam vnde poſſet ſtare, ſed non vnde poſſet proficere. & hoc in primo ſtatu. Dicit autem Auguſt. Et illud habuit primus homo, poſſe quod vellet: ſed nõ habuit velle quod poſſet: quia & ſi habuiſſet, non peccaſſet. Habuit ergo poſſe quod vellet bonum, id eſt, virtutes in ſecundo ſtatu quãdo cecidit: vnde dicitur ſpoliatus gratuitis, & vulneratus etiam in naturalibus. Habuit ergo in primo ſtatu innocentiam ſicut puer: ſed charitatem non: vnde non erat bonus, & ita habuit quo ſtare poſſet, ſed non vnde mereretur, cum charitatem non haberet, ſine qua nemo proficit nec mouetur ad merendum: ſed in ſecundo ſtatu habuit charitatem ſecundum quam hæc dicta intelliguntur.[d]

ſ Adã ante peccatũ habuit duplicem ſtatum

Coloſ.3.

Luc.15.

Item ſi ſine charitate creatus eſt,iuſtus,& innocens a Deo factus non eſt:creatura namque rationis capax, & liberi arbitrij, iuſtitiæ,& innocentiæ ſine charitate particeps eſſe non poteſt.colligitur ergo, quòd Adam antequam peccaret,charitatem habuit,ſine qua iuſtus,& innocens eſſe non potuit.

Vnde Auguſtinus in Geneſim ad litteram. lib.6.c.24.

C. XXXI.

QVomodo renouari dicimur, ſi nõ hoc recepimus. quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur?Hoc plane recipimus: quia iuſtitiam, ex qua in peccatum laps⁹ eſt, *& paulo poſt.c.7.* ¶ Expoliantes[x] vos veterem[y] hominem cũ actibus ſuis, induite[z] nouum[a], qui renouatur[b] in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius[c], qui creauit eum[d]. Hanc imaginem in ſpiritu mortis impreſſam perdidit Adam per peccatum.*& poſt pauca.* ¶ Stola[e] illa prima,iuſtitia eſt,vnde lapſus eſt Adam.

¶ In hoc & in ſequenti capitulo additæ ſunt nonnulla ex originali, in quo tamen longe copioſius,& clarius hæ ſententiæ exponũtur.

Idem homilia.11.

a in edicione ad Cathecumenos verbis hincinde collectis d idem per omnia. Pet.

C. XXXII.

PRinceps vitiorum omnium, dum vidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, charitate circundatum †, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit,inſuper & peremit[f] Namque cum homini abſtuliſſet pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatem, dominio ſuo eum obſtrinxit.*& paulo poſt.*

† al. ſplendidum

v ¶ *Accepit.*] ſed non ſtatim in ſua creatione.

QVomodo renouari.]Casvs. Dicitur quòd non poteſt homo renouari vel reuocari de vetuſtate peccati ad nouitatem, in qua fuit primus homo, niſi recipiat iuſtitiam, quam perdidit primus homo, & induat nouum hominem, ſecundum quòd dicit Apoſtolus, *Imaginem.* imaginem Dei appellat virtutes, quibus homo Deum imitatur. *Stola.* Alludit hiſtoriæ de prodigo filio: cui ſcilicet pater iuſſit dari primam ſtolam, ſcilicet veſtem charitatis & iuſtitiæ, quam per peccatum amiſerat, quæ hiſtoria habetur ſupra trigeſimaſeptima diſtinctio. capit. legimus. §. hinc etiam. Sequentia tria capit.plana ſunt,ſcilicet,*princeps.quando.primus.Confabulator.* quia fruebatur colloquio angelorum.

x ¶ *Expoliantes.*]hoc habetur in epiſtola ad Coloſſenſes.

y ¶ *Veterem.*]id eſt,habitum peccatorum,& vſum,&c.cum actibus ſuis,id eſt,vbi nec habitus nec actus peccatorum aliquando adſit. homo enim vetus nihil aliud eſt quàm vetus vita,quæ eſt in peccato,quod contraximus ab Adam.

z ¶ *Induite.*[ſcilicet habitum virtutis.

a ¶ *Nouum.*]hominem.id eſt,rationabilem mentem.

b ¶ *Qui renouatur.*] id eſt, magis & magis creſcit, & acquirit cognitionem Dei: & illa renouatio fit ſecundum imaginem eius.

c ¶ *Eius.*]id eſt, imaginem eius in ratione, quæ eſt imago Dei vnde Eſaias,Non credetis niſi intellexeritis in ſpiritu.

d ¶ *Qui creauit eum.*] ſcilicet nouum hominem in agnitionem ſui ad hoc vt ipſum Deum agnoſceret.

e ¶ *Stola.*]alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio. 37.diſt.c. legimus.§. hinc etiam.

f PRinceps vitiorum.]¶ *Peremit.*]id eſt, neceſſitate moriendi adſtrinxit.

a ¶Cha

a ¶ *Charitate.*]ſ. 16. q. 2. viſis contra,

b ¶ Q*Vando.*]¶ *So-lus.*]argu. pro ſolitario 16. 32. qu. 1. nuper 7 qu. 1. illud. contra. ſ. 81. diſtin. in omnibus. contra extra de ſtatu monach. capit. 2. contra extr. de off. deleg. prudentiam. contra. Sol. per c. 28. qu. 1. ſæpe.

c ¶ P*rimus.*] ¶ *Confabulator.*]i. per cōtemplationem de illo cogitando.ª

a Vel dic, Confabulator, i. angelorum: quia cum eis colloquebatur.

I*Lla anima.*] CASVS. Dicitur hic quòd illa anima depicta eſt, quæ habet gratiam renitentē ſplendore pietatis, & quæ in ſe habet effigiem diuinæ †operationis, & imaginem paternæ ſubſtantiæ. ſed hæc omnia per quæ deſignantur virtutes, amiſit Adam poſtquam lapſus fuit. Sequentia tria c. patent, ſ. *ſimilem ſapiēs, vt cognouerunt.* *Nudi*, veſtibus corporalibus.

d ¶ *Illa anima.*] hæc verba ſunt Apoſtoli in epiſtola ad Hebreos.

e ¶ *Elucet.*] per imitationem.

f ¶ *Imaginem.*]i. imitationem.

† abſunt ab orig. nali.

g S*Apiens.*] Hæc ſunt, ſcilicet virtutes.

h ¶ *Qua nemo.*]ſ. 32. q. 5. de pudicitia.

i ¶ *Nudus.*]à virtutibus.

k S*Ed nec Adam primus.*]aliàs, prius eſt, id eſt, in primo ſtatu ſuo.

V*T cognouerunt.*] OPPONITVR. CASVS. Sicut Gratianus opponit ad id quod dictum eſt ſ. in pr. in illo §. *Item ſine charitate.* vbi dicitur, quòd non habet charitatē qui poſtea peccaturus eſt criminaliter, quod oſtendit eſſe falſum exemplo Adæ, Moyſi & Aaron, & Dauid, qui habuerunt charitatem, ſicut in littera probatur: tamen poſtea amiſſa charitate peccauerunt mortaliter: ita ponitur caſus iſte, licet videatur valde prolixus. Vel poteſt dici, quòd opponitur contra hoc, quòd charitas ſemel habita deſeri non poteſt. *Si ſic permanſiſſet*, ſcilicet Adam, quod poſtea dicit. *De cuius ſpiritu*, ſcilicet ſcientia & gratia faciendo eos prudentes. *Ad aquas contradictionis*: quia etiam electi deſperauerunt de potentia Dei, quaſi contradicentes promittenti. Et ad hoc inducit ſequentia capitula.

Iob. 27.

¶ Adam amiſſa temperantia intēperās effectus eſt: perdita charitate ª malus inuentus eſt.

Item Ambroſius libro 6. epiſt. 41. ad Sabinum.

C. XXXIII.

QVando Adam ſolus ᵇ erat, non eſt præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo.

Item ad eundem eo. lib. epiſt. 42.

C. XXXIIII.

PRimus homo erat opus Dei recens, confabulator ᶜ aſſiduus, ciuis ſanctorum, complantatus ª virtutibus.

ª ¶ Complantatus.]*In vulgatis erat*, angelorum complātatus, *quæ vox abeſt à multis manuſcriptis, & ab originali.*

Idem in Hexaemeron, lib. 6. c. 7.

C. XXXV.

ILla anima ᵈ à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſplēdoremque pietatis. Illa anima bene picta eſt, in qua elucet ᵉ diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtātiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretioſa eſt. Secundum hanc imaginem ᶠ Adam ante peccatum [depictus† fuit:] ſed vbi lapſus eſt, depoſuit imaginem cæleſtis: ſumpſit terreſtris effigiem.

Idem de fuga ſæculi, c. 4.

C. XXXVI.

SImilem Dei eſſe, eſt habere iuſtitiam, habere ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum.

Idem libro ſecundo de Iacob, & vita beata. c. 5.

C. XXXVII.

SApiens ᵍ nunquam inanis eſt, ſemper in ſe habens amictum prudentiæ, qui poteſt dicere [iuſtitiam induebam, & veſtiebam iudicium.] ſicut dixit Iob. Namque hæc mētis ſunt interna velamina: quæ nemo ʰ alius poteſt auferre, niſi cum aliquem ſua culpa deſpoliat. Denique ſic deſpoliatus Adam nudus ⁱ inuentus eſt.

Idem in lib. de Iſaac, & anima. c. 5.

C. XXXVIII.

SEd nec Adam primus ª ᵏ nudus erat, quando eū innocentia veſtiebat.

ª ¶ Primus,] *in originali eſt*, primo. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum. Vox autem*, homo, *quæ in vulgatis ſequebatur, abeſt etiā à multis manuſcriptis.*

Idem in libro de paradiſo, c. 13.

C. XXXIX.

VT † cognouerunt, quòd nudi eſſent.] Et ante quidem nudi erant: ſed non ſine virtutum integumentis.

† *Fr*] orig. Gen. 3.

Opponitur ˡ *etiam illud, quod omnis clamat* ᵐ *auctoritas: ſi ſic permanſiſſet, vt erat ante peccatum, eſſet tranſlatus in gloriam, quam habituri ſunt ſancti: ſed nemo adultus ſine charitate intrat: charitatem ergo habebat.*

¶ *Item opponitur de Moyſe, cuius fidem Apoſtolus in epiſtola ſua ad Hebræos commendans, dignis præconiis eius merita prædicauit: dum ſe negauit eſſe filium filiæ Pharaonis* ⁿ, *malens affligi cum fratribus, quam perfrui iucunditate temporalis palatij: dum fratri compatiens, Aegyptium ſabulo obruit: dum veritus animoſitatem regis, Aegyptum reliquit* ᵒ: *dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempſit, atque in virtute ſignorum populum de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus ſunt efferenda. ſi tunc charitas in eo non erat, cum non habeat aliquid viriditatis in ſe ramus boni operis, niſi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat, cui Dominus facie ad faciem loquebatur, ſicut homo ſolet loqui cum amico ſuo? Quomodo charitatem non habebat, qui pro populo ſupplicans dicebat [aut dimitte eis noxam hanc aut me dele de libro* ᵖ *tuo?] An non proximum diligebat, qui pro populo ſe obiiciens, illum ab interitu liberauit? An non diligebat Deum, qui pro eo in vituli cultores deſæuiens, ipſius vituli caput in puluerem comminuit, atque vt in ſeceſſum proiiceretur, aqua mixtum Iſraelitis bibendum dedit, nōnnullos ex eius cultoribus gladio ferire præcipiens, vt populum, cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat, de cuius ſpiritu Dominus accepit, & ſuper ſeptuaginta* ᑫ *ſeniores* ʳ *Iſrael præpoſuit? Qui tamen ad aquas contradictionis de Dei potentia, ſiue de eius benignitate dubitans, cum cetera, certa fide promiſiſſet, producturus aquam de petra, diffidenter increpuit dicens. [Nunquid de petra hac potero vobis educere aquam?] Quod nulli leue videatur* ˢ, *cum in pœnam delicti eius, ſibi, & Aaron à Domino dictum ſit. [Quia non exaudiſtis vocem meam, vt glorificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis populum hunc in terram, quam dedi eis.] An charitatem non habebat Aaron, quando fratri coadiutor* ᵗ *datus eſt, vt eſſet os eius* ᵘ *ad populum, vt per eum ſigna fierent in Aegypto? Qui tamen in cultura vituli poſtea conſenſum* ˣ, *populo adhibuit. An charitatem non habebat, quando ex omni multitudine filiorum Iſrael ſolus à Domino electus* ʸ *eſt, vt pontificatu ante eum fungeretur? Si charitatem non habebat, bonus non erat: Si autem bonus non erat, cur præ ceteris à Domino in pontificem electus eſt? An charitatem non habebat, quando pro populo cum thuribulo incendio ſe oppoſuit* ᶻ, *& iram Dei placauit? Et tamen, vt præmiſſum eſt, ad aquas contradictionis iram Domini aduerſum ſe poſtea prouocauit. Numquid etiam Dauid charitatem non habuit, ſuper quem ſpiritus Domini à die vnctionis directus eſt? An forte dicetur eſſe directus ſuper eum, vt ex tunc gratiam prophetandi* ª *haberet, non vt ex eo gratiam diuinæ dilectionis acciperet? Quod abſurdum plane videtur de eo ſentire, de quo Dominus ait [Inueni hominem ſecundum cor meum.] Quomodo etiam charitatem non habebat, qui quærenti animam ſuam pepercit? qui oram chlamydis eius præcidit* ᵇ, *poſtea cor ſuum grauiter percuſſit clamans [Quem perſequeris rex Iſrael, canem mortuum, & culicem vnum?] Quomodo charitatem non habebat, qui mortem inimici ſui tam grauiſſime tulit? Quomodo charitatem non habebat, qui aquam de ciſterna Bethleem ſuorum periculo ſibi oblatam non bibit* ᶜ, *ſed coram Do-*

Heb. 11. Exod. 2. † Moyſen filia Pharaonis in filium adoptauit. B. Greg. homil. 27. Exod. 33. Exod. 32. Num. 16. Exod. 33. Num. 11. Num. 20. Exod. 4. ‖ Saul prophetauit. Num. 23. Num. 16. 1. Reg. 16. Act. 13. 1. Reg. 24. 2. Reg. 1.

tula.

l ¶ *Opponitur.*]contra id, ſ. quòd charitas ſemel habita deſeri non poteſt.

m ¶ *Omnis clamat.*] id eſt, nulla negat. nam clamare dicitur ex quo non contradicit. argu. ff. de vſufruct. ac. l. 1. §. vlt. vel omnis qui loquitur de hac materia. ſi. 1. diſt. omnes leges. aliàs 2. q. 2. omnes leges.

n ¶ *Filiæ Pharaonis.*]ſcilicet Termoth, quæ Moyſen de fiſcella ſcirpea, in qua mater illum expoſuerat ſuſcipiens, eum nutriri fecit, ‖ & tandem eum adoptauit in filium, vt in apologo inuenitur.

o ¶ *Reliquit.*]& fugiēs per deſertum in terram Madiam, duxit filiam Ietro: ex qua ſuſcepit duos filios.

p ¶ *De libro.*] ſcilicet vitæ præſentis. Vel dic vt ſ. 45. diſtinct. diſciplina.

q ¶ *Septuaginta.*]ſ. 84. diſt. porro.

r ¶ *Seniores.*] faciendo eos prudentes & peritos ad ſimilitudinem Moyſi, non autem de ſpiritu ei⁹ aliquid ſubtrahendo, vt ſcirēt regere populum, cum Moyſes iam ſolus non ſufficeret.

s ¶ *Videatur.*]ſ. hoc peccatum. 33. qu. 4. §. cum ſuperna.

t ¶ *Coadiutor.*] cum Moyſes eſſet aliquantulum impeditæ linguæ.

v ¶ *Os eius.*]loquendo pro Moyſe.

x ¶ *Conſenſum.*]ſ. 50. diſt. ca. ſi poſt. §. econtra.

y ¶ *Electus.*]ſ. 95. diſtin. eſto.

z ¶ *Oppoſuit.*]ſuccenſo Chore cum familia ſua. 7. q. 1. denique.

a ¶ *Prophetandi.*] non eſt ſufficiens probatio quòd charitatem ideo habuerit. nam & Saul prophetauit, vt ſ. 1. q. 1. prophetauit.

b ¶ *Præcidit.*]ſ. 2. q. 7. c. plerumque. §. de his.

c ¶ *Non bibit.*]ſ. diſt. 41. deliciæ.

a ¶ Et

a ¶*Et vilior.*] id eſt, humilior.

b ¶*Iudica me.*] ſecundum iuſtitiam: ergo ſciebat ſe charitatem habere: & bene poteſt ex reuelatione: aliter non crederem, vnde Apoſtolus: Nihil mihi conſcius ſum, &c. j. diſ. 3. §. adhuc. ver. non enim.

‡ Charitatē ſe habere an poſſit aliquis cognoſcere.

c ¶*Bethſabeæ.*] s. diſ. 50. c. ſi poſt. §. econtra.

d ¶*A propheta.*] ſcilicet Nathan.

2. Reg. 23.

FVGERAT SANCTVS. CASVS. Primo ponuntur verba Ambroſij, quæ probant, quòd Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Poſtea dicit Gratianus, quòd Dauid charitatem habebat, & poſtea peccauit in dinumeratione populi. Poſtea dicit, quòd ſecūdum illam ſententiam, quæ dicit, quòd charitas non poteſt amitti, & quòd nunquam habuit charitatem qui criminaliter peccat: veram remiſſionē peccatorum in baptiſmo non fuit cōſecutus, qui poſtea criminaliter peccauit: ſiue fuerit adultus, ſiue infans, qui ad baptiſma acceſſit. Et licet huic ſententiæ Iouiniani videatur alludere quod legitur in epiſtola Ioannis: Qui natus, &c. ſententia tamen illa eſt veritati aduerſa, vt oſtendit Hieronymus in ſequenti cap. Et not. quòd ſecundum H. ibi incipiunt verba Gratiani, *Cui ſine charitate.* *Generatio*, id eſt, gratia. *Quantum*, id eſt, quantumcumque. Hiſtoria autem Dauid habetur s. 1. q. 4. eccleſia. §. item Dauid.

Pſal. 7. Pſal. 35. Pſal. 25. 2. Reg. 11. Pſal. 50. 2. Reg. 12. Pſal. 50.

‡ Mutatis verbis, ſed incolumi ſententia.

e ¶*Populi.*] s. 24. qu. 1. non aſſeramus.

f ¶*Pœna.*] s. 1. q. 4. §. item Dauid.

2. ſent. 3. di. 30. 2. Reg. 24. & Paralip. 21.

g ¶*Sententiam.*] id eſt, opinionem, quæ aſſerit, quòd qui peccaturus eſt, numquam habuit charitatem, vt in principio huius diſtinct.

h ¶*Renatus.*] hoc bene ſoluit magiſter, in fine.

i ¶*Sed generatio.*] id eſt, Deus regenerans.

SI enim inquit.] CASVS. Hoc eſt c. Hiero. ſcribentis contra Iouinianum hæreticum: & protenditur vſque ad §. ſequentem. *Euidenter.* Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad inconuenientia: & oſtendendo quòd verba Ioannis intelligenda ſunt per comparationem. Hug. igitur caſum iſtius c. ſic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima oſtendit Hier. quòd illa auctoritas Ioannis, Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: non ita intelligenda eſt, quòd poſtquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non poſſit. ſi enim ſic intelligeretur, iam cōtradiceret ſibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis, Si dixerimus quòd peccatum nō habemus, ipſi nos ſeducimus. Eſt ergo ſic intelligenda illa auctoritas. *Qui natus eſt ex Deo.* i. qui recipit gratiam Dei, non peccat, donec perſeuerat in ea. In 2. parte procedit circa eadem verba Ioannis, & auctoritate Iob & Pauli, & exemplo Petri probat, quòd quilibet poteſt peccare, & inducit etiam auctoritatē Iacobi, per quā probat, quòd boni poſſunt peccare. In 3. parte illud idem oſtendit exemplo Dauid, Salomonis, & Ieſu filij Ioſedech, & quorundam aliorum, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem, quod etiam in angelis cōtingit. Secunda pars ibi. *Et beatus Iob.* Tertia ibi. *Dauid electus.* *Hic*, ſ. Ioānes. *Aduerſarius*, ſ. Iouinianus. *Nihil*, ſ. peccati. *Peccatum fecit*, i. noſtram pro peccato, vel ſimilitudinem peccati: quia ſimilis fuit peccatoribus. *Soluit*, ſ. Paulus. *Reuera*, verba Hierony. *Non eſt volentis.* ſ. ipſum currere. *Ad calcem.* i. finem vel perfectionem. *Nouam imperitiæ factionem*, i. nouam & pernicioſam adinuentionem. ſimiliter verba ſunt Hieronimi. *In lumbis*, quantum ad viros. *Super vmbilicum*, quantum ad mulieres. *Partitionem*, id eſt, diſputationem, quam cum Iouiniano habebat.

mino libauit? Quomodo charitatem non habebat, qui irriſus a Michol filia Saul, eo quòd ante arcam Domini citharam, & pſalterium percutiens ſaltaſſet, ait [*Ludam, & vilior*[a] *ſiam in oculis meis.*] *Si charitatem non habebat, qua conſcientia ſecurus imprecabatur ſibi ipſi dicens* [*Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?*] *Si charitatem non habebat, qua temeritate iuſte ſe iudicari rogabat, dicens* [*Iudica*[b] *me Deus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me?*] *Idem* [*Iudica me Domine quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum?*] *& tamen poſt tot, & innumera alia diuinæ, & ſupernæ dilectionis indicia, quàm grauiter deliquerit, nullus ignorat qui bethſabeæ*[c] *adulterium, & Vriæ homicidium audiuit. Cuius pœnitentiam ſi ſine charitate Domino obtulit, veram cordis contritionem non habuit. Quomodo ergo ſacrificium cordis contriti, & ſpiritus contribulati Domino promittere audebat dicens?* [*Si voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c.*] *Denique cum falſæ pœnitentiæ nulla a Deo promittatur remiſſio, quomodo a propheta*[d] *audire meruit,* [*Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum.*] *ſi veram cordis contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet eum tunc charitatem habuiſſe, & ex charitate ſacrificium cordis contriti, & ſpiritus contribulati Domino obtuliſſe: alioqui temerarie poſtulaſſet* [*Auerte faciem tuam a peccatis meis.*] *& cetera, quæ in eodem pſalmo continentur, niſi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocaſſet. De quo etiam ſanctus Ambroſius in libro de Iſaac, & anima. c. 3. ſcribit dicēs.* [‡ *Fugerat ſanctus Dauid odia Saul regis, non relinquens terras, ſed declinans cōtagia regis iniuſti, & ſuperbi: quia mens eius adhærebat Deo,*] *cui ſine charitate nullus adultus adhærere poteſt. Et tamen, quàm grauiter in populi*[e] *dinumeratione poſtea deliquerit, ipſius delicti pœna*[f] *indicauit. Item ſecundum hanc ſententiam*[g], *qui criminaliter deliquerit, veram peccatorum remiſſionem in baptiſmo cōſecutus non eſt, ſiue in annis infantiæ, ſiue adultus ad baptiſmum acceſſit: quia Dei amorem non habuit, ſine quo nemo vnquam inuenit gratiam, atque ita ſecundum hæreſim Iouiniani, ſi vere ex aqua, & ſpiritu ſancto quis renatus*[h] *fuerit, vlterius criminaliter peccare non poteſt vel ſi criminaliter peccat, aqua tantū, non ſpiritu probatur eſſe renatus. Cui ſententiæ illud epiſtolæ Ioannis conſentire videtur* [*Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius manet in eo: & non poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt. In hoc enim manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli.*] *Et in fine epiſtolæ* [*Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio*[i] *Dei conſeruat eum: & malignus non tangit eum.*] *Verum hæc auctoritas Apoſtoli, quantum illi ſententiæ fauet, atque illa ſecta erroris quantum veritati ſit aduerſa, Hieronymus oſtendit ſcribens contra Iouinianum, lib. 2. in principio.*

¶ *Si enim.*] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconuenicns, tandē oſtenſurus qualiter verba Ioannis ſunt intelligenda per compoſitionem. H.

1. Io. 3.

CASVS. Primo oſtendit Hieronym⁹, quòd illa auctoritas Ioannis: Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, non ita intelligenda eſt, quòd poſtquam aliquis recepit gratiā, & habuit charitatem, peccare non poſſit. ſi enim ſic intelligeretur, ergo contradiceret ſibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis: ſi diximus, quòd peccatum nō habemus, ipſi nos ſeducimus. Intelligenda eſt ergo ſic illa auctoritas qui natus eſt ex Deo, i. qui recepit gratiam Dei, non peccat. ſ. donec perſeuerat in ea. Secūdo procedit circa ea verba Ioannis, & auctoritatem Ioannis & Pauli probantiū, quòd quilibet peccare poteſt. inducit etiam auctoritatem Iacobi, & probat etiam quod boni peccare poſſint. Vltimo eſt idem illud idē exemplo Dauid, Salomonis, & Ieſu filij Ioſedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem: quod etiam in Angelis contingit.

C. XL.

‡ SI enim, inquit, omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat, & à diabolo tentari non poteſt, quomodo præcipit, vt caueant, ne tententur? dicēs [Filioli cuſtodite vos a ſimulachris.] & in eadē rurſus epiſtola [Si dixerimus, quia peccatum[k] non habemus, ipſi nos ſeducim⁹, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis, & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacem[l] facimus eum, & verbum eius[m] nō eſt in nobis.] Exiſtimo, quòd Ioannes baptizatus[n] ad baptizatos ſcripſerit, & quòd omne peccatum à diabolo[o] ſit. Ille peccatorē ſe confitetur, & ſperat remiſſionem, poſt baptiſma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit [Ne tāgas me, quoniā mundus ſum.] Quid ergo? Contraria ſibi Apoſtol⁹ loquitur? minime[p]. In eodē quippe loco, cur, hoc dixerit, ſtatim ediſſerit [Filioli mei hæc ſcribo vobis, vt non peccetis[q]: ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum ‡: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autē tātum, ſed etiam pro totius mundi[r]. Et

‡ Omiſſis aliquot. verbis.

1. Ioan. 5.

1. Ioan. 1.

k ¶*Peccatum.*] ſaltem veniale & alibi. Cum omnia feceritis: dicite: quia inutiles ſerui ſum⁹. & Greg. Væ iuſto ſi remota miſericordia à Deo iudicetur. ar. s. di. 1. quē pænitet.

‡ ſerui inutiles ſumus.

1. Ioan. 2.

l ¶*Mendacem.*] ipſe enim dixit omnem hominem peccatorem, cum dixit per prophetā, Omnis homo mēdax. & Paulus in epiſtola ad Romanos. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax.

‡ Adde Alb. de Roſ. in l. 1. C. de offic. in q. an officiarius ... dici ... tum & ... ſtionum: vbi oſtendit ſaluatorē noſtrum ſæpius vſum fuiſſe officio aduocatis.

m ¶*Verbum eius.*] ſ. Chriſti, qui veritas eſt, vt j. eo. c. ver. qui dicit.

n ¶*Baptizatus.*] ſimiliter & de alijs Apoſtolis dicendum, quòd fuerunt baptizati. arg. de conſec. diſ. 4. c. quando. & c. ſi eos.

o ¶*A diabolo.*] ſaltem per imitationem, nō per ſuggeſtionem: ‡ quòd ipſe ſcilicet ſit auctor omnis peccati mortalis, cum multa interius eo ignorante committantur mortalia. vnde Aug. diabolus non eſt immiſſor malarum cogitationum, ſed incenſor. 26. q. 4. c. vlt. Vel dicitur hoc habito reſpectu ad initium primi peccati, quod eo ſuggerente factum eſt, & vnde omne peccatum propagatum eſt. hoc niſi ſic exponeres, contradiceret illud Pſalmiſtæ: Ab occultis meis, &c. Et illud: Incenſa igni & ſuffoſſa, &c. j. eo. c. ver. quanquam.

‡ Eccleſia pro infidelibus orat.

‡ diabolus an ſit auctor omnis peccati.

p ¶*Minime.*] quoniam in diuina pagina contrarietas vera non inuenitur. 23. q. 5. quid ergo. 28. q. 1. ſic enim. s. ea. diſ. 1. pernicioſe.

q ¶*Non peccetis.*] dicendo, ſcilicet non peccauimus.

AMBITIO. Quaſi dicat ne malam ſecuritatem aſſumatis dicēdo, vos eſſe ſine peccato, ſecundum Hug.

r ¶*Totius mundi.*] etiam infidelium: quia eccleſia bene orat pro infidelibus. argument. ſupra eadem diſtinctione, in cap. charitas eſt. verſic. item proximos. non tamen pro iam mortuis. 13. quæſt. 2. non exiſtimemus.

in hoc ſcim[o], quòd cognouim[o a] eum, ſi mãdata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbũ eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.] Propterea, inquit, ſcribo vobis filioli mei, omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat, vt nõ peccetis [b]: & tandiu ſciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis [c]: immo [d], qui in generatione Domini perſeuerãt, peccare nõ poſſunt [e]. Quę enim communicatio luci, & tenebris? Chriſto, & Belial? Quomodo dies, & nox miſceri nõ quęunt? ſic nec iuſtitia, & iniquitas, peccatum, & bona opera, Chriſtus, & Antichriſtus. Si ſuſceperimus Chriſtum in hoſpitio noſtri pectoris, illico fugamus diabolũ. Si peccauerimus, & per peccati ianuam [f] ingreſſus fuerit diabolus, protinus Chriſtus recedit: vnde & Dauid [g] poſt peccatũ [Redde mihi, ait, lætitiam ſalutaris tui] ſcilicet quam peccãdo amiſerat. [Qui dicit ſe noſſ. Deum, & mãdata eius non cuſtodit, mẽdax [h] eſt & in eo veritas non eſt.] Chriſtus veritas appellatur [Ego ſum, inquit, via [i], & veritas [k], & † vita. [l]] Fruſtra nobis in eo plaudimus, cuius mãdata non facimus. (Sciẽti bonum, & non facienti illud, peccatum [m] eſt. Quomodo corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ſic [n] & fides ſine operibus mortua eſt.) Nec grande putemus vnum Deum noſſe [o], cũ & dæmones [p] credant [q], & contremiſcant. (Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.) 4 ¶ Eligat aduerſarius è duobus, quod vult: optionem enim damus: manet in Chriſto, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, vt Chriſtus. Si autẽ [r] temerarium eſt ſimilitudinem virtutum Domini polliceri, non manet in Chriſto, quia non ingreditur, vt Chriſtus. Ille peccatum nõ fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, & tãquam agnus coram tondente, ſic non aperuit os ſuum: ad quem venit princeps mundi iſtius, & inuenit in eo nihil: qui cum peccatum non feciſſet, pro nobis peccatum [s], eum fecit Deus. Nos autem iuxta epiſtolam [t] Iacobi multa peccamus omnes: & nemo mundus a peccatis, nec infans † [u], ſi vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis confidet mundum ſe eſſe à peccatis? tenemurque rei in ſimilitudinem præuaricatiõis Adæ. Vnde & Dauid (Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis concepit me mater mea. Et beatus Iob (Si fuero iuſt[o], [x], os meum impia [y] loquetur: & ſi ſine crimine [z], prauus inueniar: & ſi pur ficatus in niue, & lotus mundis manibus, ſatis me ſorde tinxiſti [a], & execratum eſt me veſtimentum [b] meum. Verum, ne penitus deſperemus, arbitrantes nos poſt peccata baptiſmi non poſſe ſaluari, ſtatim hoc ipſum temperat. (Et ſi quis peccauerit [c], aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.) Hoc ad credentes poſt baptiſma loquitur: & aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit ſi quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem, Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, ne eos diceres non plena fide baptiſma conſecutos: ſed (aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris,) & non ſolum pro Ioannis, illorumque peccatis, ſed etiam (pro totius mundi.) In toto autem mundo & Apoſtoli ſunt, omneſque [d] credentes. Ex quibus liquido comprobatur poſt baptiſma poſſe peccari. Fruſtra enim habemus aduocatum Ieſum Chriſtum, ſi peccari non poteſt. Petrus apoſtolus, ad quem dictum fuerat (Qui lotus eſt, non neceſſe habet, vt iterum lauet.) & (Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam) ab ancilla perterritus negat. Et ipſe Dominus (Simon, Simon, ecce, inquit, ſatanas poſtulauit vos, vt cribraret [e] ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, ne deficeret [f] fides tua.) *& infra.* ¶ Si non peccamus poſt baptiſma, cur nobis poſcimus peccata dimitti, quæ in baptiſmate iam ſunt dimiſſa? Quid oramus, ne intremus in tentationem, & vt liberemur à malo, ſi diabolus tentare non poteſt iam bapti-

a ¶ *Cognouimus.*] i. dileximus.

b ¶ *Non peccetis.*] mortaliter. aliàs contrarium eſſet ei quod dixi j. ſi dixerimus quia peccatum, &c.

c ¶ *Peccaueritis.*] hactenus ſunt verba Ioannis: quæ ſequuntur, ſunt verba Hieronymi.

d ¶ *Immo.*] hic aperit Hieronymus qualiter verba ſiue dicta Ioannis ſunt intelligenda per compoſitionem, ſ. vt quis dum moratur in ſanctitate percepta & generatione Dei, quòd peccet mortaliter, eſt impoſſibile.

e ¶ *Non poſſunt.*] coniunctim intellige, ſcilicet permanentes in charitate. 33. q. 1. cum renunciatur. ſ. diſt. 50. conſiderandum. — 2. Cor. 6.

f ¶ *Ianuam.*] dicit Auguſt. quòd illæ duæ ſunt portæ, quibus intrat diabolus. ſ. cupiditas, & timor. per eaſdem ecõtrario intrat De⁹. illi ſunt aperiendæ, illi claudendæ. j. diſt. 7. c. 2. & 3. — ‖ Diabolus intrat in homines per duas portas

g ¶ *Vnde Dauid.*] iſtud non continuatur proximo, ſed ſuperiori, ſi ſuſceperimus, &c. — Pſal. 50.

h ¶ *Mendax.*] ſaltẽ opere. 11. q. 3. exiſtimant. 22. q. 5. cauete. — 1. Ioan. 2.

i ¶ *Via.*] in exemplo via non errans.

Additio. Vel dic via, per quã itur. Hug.

k ¶ *Veritas.*] in promiſſo veritas non fallens [a]. — Ioan. 14. — † abſunt à 8. Hieron.

l ¶ *Vita.*] in premio vita non moriens. — a Vel dic veritas ad quã itur Hug. vel dic via, imitantibus me: veritas diligentibus me: vita uſque in finẽ perſeuerantibus in me, ſecundum H.

m ¶ *Peccatum eſt.*] magis quàm ſi neſciret, non ideo tamen excuſaretur. 23. qu. 4. ca vindicta. — diabolus bonum operatur.

n ¶ *Sic & fides.*] ſ. 1. q. 1. ſeitur. & c. ſicut vrgeri.

o ¶ *Noſſe.*] ſ. 24. q. 1. dicimus.

p ¶ *Dæmones.*] cũ credere bonum ſit opus. & collige contra multorum opiniõnẽ diabolum bonum operari. Vnde in epiſtola ad Corinthios ibi, *Alij diſcretio ſpirituum.* vbi dicitur quòd & diabolus agit bona ſeductorie. ſ. 1. diſ. poteſt. — Iac. 4. — Luc. 2. — Ioan. ibid.

q ¶ *Credant.*] fide: ſed quia non diligunt, fide illa non merentur. — 1. Petr. 2.

ELIGAT. Hæc eſt 4. pars diſt. in qua probat per ſex auctoritates, quòd nullus eſt ſine peccato, nec infans vnius diei. & hoc probat primo per Iacobum. Secundo per Dauid. Tertio per Iob. Quarto per Ioannem. Quinto per Petrum. Sexto per Paulum. Ioannes de Fant. — Ioan. 14. — 2. Cor. 5.

r ¶ *Si autem.*] ſupple nõ manet. — Iac. 5.

Additio. Hæc gl. procedit ſine hoc ſubaudito. non habet locum ſi hoc eſt in textu. — † abeſt ab orig. — Iob 14. ex 70.

s ¶ *Peccatum.*] id eſt, hoſtiam pro peccato. nam antiqui peccata dicebãt ſacrificia pro peccatis. Vel peccatum, id eſt, Chriſtum habentem ſimilitudinem carnis peccati, id eſt, mortalem, & ſimilẽ carnali peccatrici. Vel peccatum, id eſt, peccatorum puniri pœna. — Prouerb. 20. — Rom. 5. — Pſal. 50. — Iob 9. ex 70. quibuſdam omiſſis.

s ¶ *Peccatum.*] aliàs peccatũ fecit ſe. De⁹, id eſt, peccati pœnam pertulit. Vnde illud: Peccata noſtra ipſe portauit.

t ¶ *Epiſtolam.*] in tertio cap.

v ¶ *Nec infans.*] infra ead. diſt. 3. c. adhuc inſtant. — Ioan. ibid.

x ¶ *Si fuero iuſtus.*] id eſt, ſi dixero me eſſe iuſtum, id eſt, ſine peccato.

y ¶ *Impia.*] vt enim dicit ſcriptura, perfect⁹ eſt vir, qui lingua non offendit.

Additio. Ideo lingua circumcidenda eſt: quia dicit Salomon in prouer. In manibus linguæ vita & mors. vnde eſt circumcidenda per cultellum diſcretionis. Ar.

z ¶ *Et ſi ſine crimine.*] id eſt, ſi dixero me ſine crimine, &c.

a ¶ *Tinxiſti.*] i. tingi permiſiſti, permittendo me hoc dicere, ó tu Deus.

b ¶ *Veſtimentum.*] id eſt, corpus: quod ideo dicitur veſtimentum: quia veſtit animam. 35. diſtinctione. capitul. 6. — ‖ Corpus eſt animæ veſtimentum

c ¶ *Peccauerit.*] non excludendo ſe, ſed ſe eis connumerat, & hoc eſt quod ſequitur: ſed aduocatum habemus, &c.

d ¶ *Omneſque.*] ſupra diſtinct. 19. à Romanorum.

e ¶ *Vt cribraret.*] id eſt, vt diuerſis pœnis affligeret, vt eſſetis palea, id eſt, mali. ſed cribrati eſtis ſicut triticum, id eſt, purgati ſicut in area recedit palea, & remanet triticũ. vnde illud vt conſecutiuum eſt hic. ſimi. q. 1. benedictio. & cap. ſeq. B. — Ioan. 13. — Matth. 16. — Luc. 22.

f ¶ *Deficeret.*] ‖ ſcilicet finaliter. Vel loquitur ad Petrum in perſona eccleſiæ, quæ tota non poteſt deficere. ‖ vel non dicitur Petrus cecidiſſe: quia ſtatim ſurrexit: argu. extra de verborum ſignificatione, nam & ego. — ‖ Eccleſia tota deficere non poteſt. — Matth. 16. — ‖ Petrus nõ dicitur cecidiſſe qui ſtatim ſurrexit.

a ¶ Aliud

a ¶*Aliud.*] inconueniens eſt. & hoc probat ſtatim.
b ¶*Pertinet.*] hoc dicebant hæretici.
c ¶*Illuminati.*] per baptiſmum, & fidem.
d ¶*Et guſtauerunt.*] i. remiſſionem peccatorum quaſi guſtum ſuauem perceperunt in baptiſmo.

zatos? Aliud[a] autem eſt, ſi ad catechumenos hæc oratio ptinet[b], & nõ conuenit fidelibus, & Chriſtianis. Paulus electionis vas caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ne aliis prædicãs, ipſe reprobus inueniatur. *& infra.* ¶ Ad Hebræos quoque ſcribẽs ait. (Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati[c], & guſtauerũt[d] donum cęleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti[e], guſtauerunt que nihilominus bonum Dei verbum[f] virtuteſque[g] ſæculi futuri, & prolapſi[h] ſunt, renouari[i] iterum[k] ad pœnitentiam[l], rurſus crucifigẽtes ſibimetipſis[m] filium Dei, & oſtentui habentes.) Certe eos, qui illuminati ſunt, & guſtauerunt Dei donũ cæleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtaueruntque bonum Dei verbum, negare non poſſumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non poſſunt, quomodo nũc Apoſtolus dicit, (Et prolapſi ſunt?) Verum ne Mõtanus, & Nouatus hic rideant[n], qui cõtendunt nõ poſſe renouari per pœnitẽtiam eos, qui crucifixerunt ſibimet filium Dei, & oſtentui habuerãt conſequẽter hunc errorem ſoluit, & ait (Confidimus autem de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſalutis, tametſi ita loquimur[o]. Non enim iniuſtus[p] eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectiõis, quam oſtendiſtis[q] in nomine ipſius[r], qui miniſtraſtis[s] ſanctis ſuis, & nũc miniſtratis.) Et re vera grãdis iniuſtitia Dei, ſi tantum pctã puniret, & bona opera non ſuſciperet. Ita locutus ſum, inquit Apoſtolus, vt vos à peccatis retraherem, & deſperationis[t] metu facerem cautiores. Ceterum confido de vobis, dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſalutis. Neque enim iuſtitiæ[u] Dei eſt, vt obliuiſcatur bonorum operum, & miniſterij, quod propter nomẽ eius exhibuiſtis, & exhibetis[x] in ſanctos, & tãtum meminerit peccatorũ. *& paulo poſt.* ¶ Liberi arbitrij nos cõdidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioqn, vbi neceſſitas[y] eſt, nec dãnatio, nec[z] corona eſt: Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus (non eſt enim volentis, neque currẽtis, ſed miſerentis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem[a]) ſic in malis, atq; peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua[b], & perfectio diaboli. Cũ viderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnũ, ligna, ſtipulã[c], tunc ſupponit incendium[d]. Ædificemus ergo aurum, argentum, lapides pretioſos: & tẽtare nõ audebit. Quãquam & in hoc nõ ſit certa, & ſecura[e] poſſeſſio: Sedet quippe Leo in inſidiis, & in occultis[f], vt interficiat innocentem: & vaſa figuli probat fornax, homines autẽ iuſtos tẽtatio tribulationis. Et in alio loco ſcribitur (Fili accedẽs[g] ad ſeruitutem Dei, præpara te ad tẽtationem.) Rurſus idem[h] Iacobus loquitur. Eſtote factores verbi, & nõ auditores tantũ. Si quis auditor eſt verbi, & non factor, iſte ſimilis eſt viro, q conſiderat[i] vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: cõſiderauit illum, & ſtatim recedens, oblitus eſt qualis ſit.) Fruſtra monuit, vt iungerẽt opera fidei, ſi poſt baptiſma peccare non poterant.) Qui totam legem, inquit, ſeruauerit, & peccauerit in vno, factus eſt omnium reus[k].) Quis noſtrum abſque peccato[l]? concluſit Deus omnia[m] ſub delicto, vt omnibus miſereatur. Petrus quoque (Nouit, inquit Dominus pios de tẽtatione[n] eruere.) Et de falſis doctoribus (Hi ſunt[o] fontes[p] ſine aqua, & nebulæ[q] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarũ reſeruatur. Superbia† [r] enim vanitatis loquentes pelliciũt[s] in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerãt[t], & ad errorem reuerſi ſunt.) Nonne tibi videtur pinxiſſe[u] ſermo Apoſtolicus nouam imperitiæ factionem[x]. Aperiunt enim quaſi fontes ſcientiæ, qui cum aquam ſciẽ-

1.Cor.9. — Heb.6.

z De montani ſectatoribus, vide eundem in epiſt. ad Marcellam.

¶ Baptiſmus Paſſionem Chriſti ſignificat.

¶ Mors Chriſti ſufficit ad omnia peccata delenda.

e ¶*Spiritus ſancti.*] i. diuerſorum bonorum ſpiritus ſancti, de quibus exponitur 30.q.1. pertuenit.
f ¶*Verbum.*] i. Euangelicam doctrinam.
g ¶*Virtuteſque.*] i. immortalitatem & impaſſibilitatẽ futuram iam ſpe guſtauerunt.
h ¶*Et prolapſi.*] grauiter peccando.
i ¶*Renouari.*] per baptiſmum, nõ per pœnitentiam: negat iteratione baptiſmi, ſed non negat pœnitentiam, quia impoſſibile eſt, natos ad pœnitẽtiam, qui ſemel hoc acceperut, rurſus renouari, i. baptizari. renouari enim eſt nouũ fieri, nouum autem facere lauare eſt ext. de re iur. c. omnis res.
k ¶*Iterum.*] renouari ad recuperandum iuſtitiam. & eos dico ſi baptizentur.
l ¶*Ad pœnitentiam.*] i. nomine pœnitentiæ: q. d. non poteſt quis rebaptizari vt ſic verã agat pœnitentiam: & ſi fecerit, rurſus crucifiget Chriſtũ quantum in ipſo eſt. baptiſmus enim Chriſti paſſionem ſignificat j. de conſe. diſ. 4. proprie. Vel ideo dicit rurſus crucifigentes Chriſtum: quia ſicut impoſſibile eſt, ꝙ rurſus crucifigatur, ita impoſſibile eſt ꝙ rurſus baptizetur in pœnitentia. Vel dic. vt in gl. quantum, &c.
m ¶*Sibimetipſis.*] i. quantum ad ſeipſos. quia mors Chriſti vnũ baptiſma conſecrauit, quod ſufficit ad omnia peccata delenda, ſicut & illa mors ſufficit ad omnia peccata tollenda. qui vero iterat baptiſmum quaſi illa mors vna & vnũ ex ea non ſufficiat, iterat baptiſma, & mortem Chriſti quantum in ſe eſt, vel iterãdam inſinuat, vt ex ea iterata fiat remiſſio peccati: quod eſt impoſſibile. ſicut enim impoſſibile eſt iterum Chriſtum crucifigi, ita & ſecundo per baptiſmum aliquem mori peccatis.
n ¶*Rideant.*] i. irrideant nos.
o ¶*Loquimur.*] dure, ſ. terrendo & increpando, quaſi dicat, non diximus hoc putando vos eſſe tales, ſcilicet ſpinis plenos: ſed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
p ¶*Iniuſtus.*] quaſi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati eſtis, pro quibus ſi pœnitueritis de malis, benefaciet vobis Deus. & hoc eſt, non eſt, &c. vt ſ. ea. diſ. §. hoc itaque. c. non eſt.
q ¶*Oſtendiſtis.*] id eſt, ex quo primo bona feciſtis opera.
r ¶*Ipſius.*] id eſt, ad honorem Dei, & recte dixit, operis: quia miniſtraſtis, &c. Hug.
s ¶*Miniſtraſtis.*] hic ar. ꝙ de bonis loquitur poſt peccatũ exhibitis.

t ¶*Deſperationis.*] quaſi dicat, nolo vos deſperare de venia: ſed ita locutus ſum, vt metu deſperationis (qui plerumque retrahit à peccato) vos facerem cautiores.
v ¶*Iuſtitiæ.*] quia non eſt tam crudelis Deus, &c. ſ. ea. diſ. non eſt.
x ¶*Exhibetis.*] hic ar. ꝙ loquitur de bonis exhibitis poſt peccatum.
y ¶*Neceſſitas.*] arg. ꝙ ſpado non meretur continendo, nec pauper parce viuendo, cũ ex neceſſitate hoc faciat. 33. q. 5. tunc ſaluabitur ſ. 23. q. 4. Nabuchodonoſor.
z ¶*Nec corona.*] ſi Deus ad partem nos tãtum cogeret vnã: Tunc nihil afferret gratia vel meritum. 23. q. 6. §. vlt. verſus principium.
a ¶*Ad calcem.*] i. præmium bonorum operum, vel ad vitã æternam. Vel calcem. i. finẽ. quia extrema pars hominis eſt calx.
b ¶*Incentiua.*] i. ſeminaria. arg. 15. q. 1. non eſt. quia de corde procedũt malæ cogitationes, quas diabolus ad conſenſum & opus perducit, vt ſ. c. inter hæc ſciendum. & c. ſicut.
c ¶*Fœnum, ligna, ſtipulam.*] venialia. ſ. leuia, grauia, grauiſſima, vt 25. diſ. c. vnum. §. criminis.
d ¶*Incendium.*] delectationis cõſenſus & operis.
e ¶*Secura.*] non enim eſt quis ita perfectus quin cadere poſſit, & hoc etiam oſtendit dicens. Sedet, &c.
f ¶*In occultis.*] i. in ambiguis. vnde non facile intelligitur quid ſit appetẽdum, vel quid non.
g ¶*Fili accedens.*] ext. de renunciatione.
h ¶*Idem.*] i. eamdem ſententiam, non idem nominatiue, ſ. ꝙ poſt baptiſmũ poſſit quis peccare, vel quòd nõ poſſit.
i ¶*Cõſiderat vultum.*] non rem, ſed vmbram ſolam videns.
k ¶*Reus.*] hoc exponitur. j. d. ſim. 5. c. conſideret.
l ¶*Sine peccato.*] ſaltẽ originali.
m ¶*Omnia.*] id eſt, omnes homines.
n ¶*De tentatione.*] nõ ꝙ non tententur, ſed ne tentationi ſuccumbant. vel ſi ſuccumbant, eos liberat & releuat.
o ¶*Hi ſunt.*] falſi doctores.
p ¶*Fontes.*] non lauantes, ſed coinquinantes. ſ. 2. q. 7. ſecuti ſũt.
q ¶*Et nebulæ.*] dæmonum. & dicuntur nebulæ: quaſi alios obſcurantes. 37. diſ. §. vlt.
r ¶*Superbia.*] id eſt, ſuperba vanitate loquentes.
s ¶*Pelliciunt.*] i. alliciunt & decipiunt. Vnde Auguſtinus ſuper epiſtolam ſecundam Petri. Pellices dicuntur meretrices, à pollutione, vel a pellis formoſitate, quia incautos alliciunt, & decipiũnt. Pelliciunt ergo hæretici animas inſtabiles variorum dogmatum erroneis ſectis. quaſi conſtuprantes luxibus ſubdendo.
t ¶*Effugerant.*] id eſt, receſſerant à peccato per pœnitentiam.
v ¶*Pinxiſſe.*] i. diſtinxiſſe vel denotaſſe vel deſcripſiſſe.
x ¶*Factionem.*] id eſt, nouam hæreticam inuentionem.

¶ Metus deſperationis plerũque retrahit à peccato.

¶ Pauper parce viuendo nõ meretur.

Rom.9.

¶ calx quaſi teres ſumitur.

1.Cor.3. — Pſal.9. — Eccl.28. — Eccl.2. — Iac.1. — Iac.2. — Ioan.8. — Rom.11. — 2.Petr.2. — Petr. ibid.

† al Superbia] orig.

¶ Pellices vnde dicantur.

riæ? qui cum aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, velut nubes propheticę, ad quas [a] perueniat veritas Dei, & turbinibus [b] exagitantur dæmonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum ſermo ſuperbia eſt (immundus [c] eſt autem apud Deũ omnis, qui exaltat cor ſuum:) vt qui paululum [d] refugerant à peccatis, ad ſuum reuertantur errorem, & ſuadent in luxuria ciborum, carniſq; delitias. Quis enim non libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes, & prudentes, prauos vocant [e]: eos vero, qui dulces ſunt in ſermonibus, plus audiunt. Ioannes Apoſtolus, immo in Ioanne Saluator ſcribens [f] Angelo Epheſi eccleſiæ [Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. & quia ſubſtinuiſti propter nomen meum, & nõ defeciſti [g]: ſed habeo [h] aduerſum te, q charitatẽ tuã primam reliquiſti. Memor [i] eſto, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima [k] opera fac. Sin autem, veniam tibi [l], & mouebo candelabrum [m] tuum de loco, niſi pœnitentiam egeris.] Similiter & ceteras eccleſias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiciam, ad pœnitentiam prouocat: & niſi reuertãtur ad opera priſtina, cõminatur: & in Sardis paucos habere ſe dicit, qui non coinquinauerunt [n] veſtimenta ſua, & ambulaturi [o] ſunt cum eo in albis, quia digni ſunt. Cui autem [p] dicit [Memento, vnde cecideris,] & [Ecce miſſur⁹ eſt diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini.] & (Scio, vbi [q] habitas, vbi ſedes eſt ſatanæ,) & (In mente habe, qualiter acceperis, & audieris,) & (Serua, & pœnitentiam age,) & reliqua? vtique ei dicit, qui credidit, & baptizatus eſt, & ſtans quondam, corruit per delictum. Pauliſper de veteri teſtamento exempla diſtuleram: quia ſolent [r], vbicumque contra eos [s] facit, dicere (Lex, & prophetæ vſque ad Ioannem [t].) Ceterum quis ignorat ſub alia † diſpenſatione Dei omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti, cuius nunc Chriſtiani ſunt? Quomodo ante Abraham [u] placuit in coniugio, ſic nunc virgines placent in perpetua caſtitate: Seruiuit ille legi, & tempori ſuo: ſeruiamus & nos Euangelio, & tempori noſtro, in quos fines ſæculorum decurrerunt. Dauid electus ſecundum cor Domini, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam pſalmo dixerat (Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans non infirmabor. Proba me Domine, & tẽta me: vre renes meos, & cor meum,) poſtea tentatur à diabolo, & poſt peccatũ pœnitens loquitur [Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.] Magnum peccatũ magna deleri vult miſericordia. Salomon amabilis Domini, & cui bis [x] Deus fuerat reuelatus, quia amator [y] mulierum fuit, à Dei amore diſceſſit: Manaſſem [z] impiiſſimum regem poſt captiuitatem Babylonicam in priſtinam dignitatem liber [a] dierum reſtitutum refert. Et Ioſias vir ſanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [b] rege [c] confoditur. Ieſus quoque filius [d] Ioſedech ſacerdos magnus, quamquam in typo præceſſerit Saluatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenam ſibi ex gentibus eccleſiam copulauit, tamen ſecundum litteram poſt ſacerdotium ſordidatus inducitur, & ſtat diabolus [e] à dextris eius: & candida illi veſtimenta deinceps redduntur. Superfluum eſt de Moyſe, & Aaron ſcribere, quòd ad aquam contradictionis offenderint Deum, & terram repromiſſionis non intrauerint: cum beatus Iob angelos [f] quoque, & omnem creaturam peccare poſſe cõmemoret, dicens [Quid enim? Numquid homo coram Deo [g] mundus eſt, aut in operibus ſuis ſine macula vir?] ſi cõtra ſeruos [h] ſuos non credit, & aduerſum Angelos ſuos prauũ quid repperit, quanto [i] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [k] & nos ex eodem luto ſum⁹. Tentatio [l] eſt vita hominis ſuper terram. Et cecidit lucifer, qui mittebat [m] ad vniuerſas nationes: & ille, qui in paradiſo delitiarum inter [n] duodecim nutritus eſt lapides, vulneratus à morte † Domini [o], ad inferna [p] deſcendit. Vnde & Saluator in Euangelio [Videbam, inquit, ſatanam, quaſi fulgur de cælo cadentem.] Si altiſſima illa ſublimitas [q] cecidit, quis cadere non poſſit? Si in cælo ruinæ, quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit lucifer, immo poſt caſum coluber antiquus, virtus eius in lumbis [r] eius, & poteſtas ſuper vmbilicum [s] ventris.

a ¶ *Ad quas.*] id eſt, quaſi ad eas.
b ¶ *Et turbinibus.*] ſ. 2. q. 7. ſecuti.
c ¶ *Immundus.*] interpoſitio eſt, & debet ſubiungi, ideo grandia loquuntur, vt qui, &c.
d ¶ *Paululum.*] cauſam reddidit quare dixit, loquuntur grandia.
e ¶ *Vocant.*] illi qui iſtorũ doctrinas recipiũt.
f ¶ *Scribens Angelo.*] id eſt, prælato.
g ¶ *Defeciſti.*] [illegible] aliàs contra eſt quod ſequitur, q charitatem, &c.
h ¶ *Sed habeo.*] hoc corrigendo dicit.
i ¶ *Memor.*] ſ. diſt. 50. domino ſancto.
k ¶ *Et prima.*] i. ſimilia primis.
l ¶ *Veniam tibi.*] i. ad detrimentum tuum.
m ¶ *Candelabrum.*] i. cathedram, vel ſedẽ, vel dignitatem.
n ¶ *Qui non coinquinauerunt.*] i. qui nõ peccauerunt.
o ¶ *Ambulaturi.*] reſume, pauci ſunt, q, &c.
p ¶ *Cui autem.*] ſuſpẽditur conſtructio vſque illuc, vtique.
q ¶ *Et ſcio vbi.*] ſcilicet in peccatis.
r ¶ *Quia ſolent.*] falſi doctores hæretici.
s ¶ *Contra eos.*] ſc. falſos doctores.
t ¶ *Vſque ad Ioannem.*] q. d. poſt Ioannem nõ habent locũ, ſed mentiuntur: quia illud verum eſt in cæremonialibus.
v ¶ *Abraham.*] ecce alia diſpenſatio olim: alia nunc: quia licet alia [illegible] diſpenſatio nũc, & alia olim: tamen quantũ ad merita hominum bona vel mala, & quantum ad poſſe peccare poſt charitatem idem fuit olim quod nunc. & ideo exempla veteris teſta. rectè inducere poſſũ.
x ¶ *Bis.*] ſ. prima vice in Gabaon quando ſacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donũ ſcientiæ, vt habetur in lib. Regum [a] alia vice non legitur reuelatus ei ſpecialiter, niſi quando compoſuit cantica canticorum. 36. di. c. qui eccleſiaſticis. §. ecce.
y ¶ *Quia amator.*] ſ. 32. q. 4. [illegible]
z ¶ *Manaſſem.*] ſ. 1. q. 7. ſi quis omnẽ. iſte fuit filius Ezechiæ.
a ¶ *Liber dierum.*] ſ. Paralipomenon: in quo agitur de cõputatione dierum, & annorum regum Iſrael.
b ¶ *Ab Aegyptio.*] ſ. Pharaone. Cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggreſſus eſt regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. deſcendit ergo rex Ioſias Iudeæ in occurſum eius, prohibens ne tranſitum faceret per Iudæam, & miſit Pharao ad eum dicens: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduerſum te venio, ad Euphratem propero. miſit me Deus ad Medos ſine me, ne Deus qui mecum eſt, interficiat te. non acquieuit Ioſias, ſed cum rege Adremon componebat acies ſuas, vt dimicaret aduerſus Pharaonem. & forſitan dum tranſiret à curru in currum, qui ſequebatur eum more regio, occiſus eſt à ſagittariis in campis Maggedo.
c ¶ *Rege.*] i. Pharaone.
d ¶ *Filius Ioſedech.*] ſup. diſt. 50. Ieſus.
e ¶ *Diabolus.*] i. vxor ſua.
f ¶ *Angelos.*] quo ad naturam eorum, niſi eſſent confirmati per gratiam. vnde Plato in Timęo. Dij deorum, quorum opifex pater que ego, natura quidem diſſolubiles, me autem ſic volente indiſſolubiles.
g ¶ *Coram* [illegible].] id eſt, [illegible] Domini. H.
h ¶ *Si contra ſeruos.*] ſ. Moyſen & Aaron, de quibus præmiſit. H.
i ¶ *Quanto.*] ſup. 8. q. 1. ſi ergo.
k ¶ *De quibus.*] i. de numero quorum [b].
l ¶ *Tentatio eſt vita hominis.*] i. dum viuit homo tentatur.
m ¶ *Qui mittebat.*] i. miſſurus erat minores Angelos ſi ſtetiſſent ſicut modo faciunt Angeli boni. H.
n ¶ *Inter duodecim.*] iuxta illud: Omnis lapis pretioſus operimentum tuum. ſ. ca. principium. ibi tamen non habetur niſi de nouẽ lapidibus.
o ¶ *A morte Domini.*] i. per mortem Domini [c] qui diabolo mundi poteſtatem ademit. vel, *amore Dei*, quem amiſit.
p ¶ *Ad inferna.*] ‖ hic dicitur q morte Chriſti diabolus eſt religatus in inferno, & erit ibi ligatus vſque ad tempus Antichriſti, & tũc ſoluebatur, non à pœnis, ſed a vinculis, vt exerceat vires ſuas in malos.
q ¶ *Sublimitas.*] i. Lucifer.
r ¶ *In lumbis eius.*] quo ad tentationem virorum, in quibus (vt dicitur) ‖ ſedẽs luxuriæ eſt in lumbis.
s ¶ *Vmbilicum.*] quo ad tentationem feminarum

Eſa. 22.
1. Cor. 15.
Apoc. 2.
‖ Candelabrum quaſi [illegible] lumitur.
Apoc. 3.
x Salomoni bis fuit De⁹ reuelatus.
a L. 3. c. 4.
Matth. 11.
† al. altera.
1 ſ. 12. q. 4. quis ignorat
Rom. 4.
1. Cor. 10.
‖ Pharao, regem Medorum oppugnauit.

Pſal. 25.
Pſal. 50.
3. Reg. 11.
2. Paral. 33.
a ſ. diſt. 50. Ieſus.
Zach. 3.
Pſal. 108.
Num. 20.
b Sub. præſtum quod repetit aduerſus habitantes, &c. ſecundùm H.
Iob 15. & 4.
Iob. 7.
Eſa. 14.
c Gl. eſt ſim. in l. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg.
‖ Diabolus morte Chriſti eſt in inferno religatus.
† al. amore.
Luc. 10.
Eſa. 14.
Ezech. 28.
‖ Luxuriæ ſedes vbi eſt.

narum, in quarum vmbilico dicitur eſſe ſedes luxuriæ. Vnde Auguſt. ſuper eumdem locum, ſemen coitus viris ineſſe lumbis, fœminis in vmbilico perhibetur: quia ergo diabolus vtrique ſexui per luxuriam dominatur, ad viros loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam ſub ſpecie feminæ petulantiam Iudæi increpans ait: *In die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus.*

a ¶ *Obumbrantur.*] per ipſum.

b ¶ *Arbores magnæ.*] i. qui magni videntur, vt ſunt hypocrytæ.

e Prope finē ij. libri.

c ¶ *Iuxta iuncum.*] id eſt, hypocritas, ‖ qui merito deſignantur per iſta, cum exterius aliquid videantur, & interius ſint vani, vt illa. Per iuncum enim, qui eſt ſine nodo exterius, interius autem ſubſtantia caret, hypocritæ deſignantur. Per calamum exterius ſplendentem & fragilem, ſed interius vacuum, deſignantur ſæculares mundanæ gloriæ dediti, & eius ſplendori, quæ cito tráſeunt. Per caricem creſcentem in locis paluſtribus, & per manum tangentis vulnerantem curioſitas têporalium deſignatur, quæ in affluentia nutritur, & creſcit, & animum pungit.

‖ hypocritæ ſunt iuncis ſimiles.

d ¶ *Quæ in aquis ſunt.*] i. in fluxu rerum labentium.

e ¶ *Nuptiarum.*] ſaturandæ cauſa libidinis contractarum: ſecus ſi cauſa prolis. 33. q. 4. vir cum propria.

f ¶ Ex *præcepto* Dei.] i. ſecundum præceptum, i. auctoritatem diuinæ ſcripturæ. Alij corrigunt hoc, & dicunt excepto Deo, & bene.

2. Cor. 5.

g ¶ *Stantium.*] i. ſtantes timeât, ne ſcilicet ſimili cadant ruina.

h ¶ *Metus ſit.*] i. debeat eſſe.

EVIDENTER. Casvs. ‖ Concludit Gratianus ex præallegatis, charitatem ſemel habitam amitti poſſe, cum quis poſtea criminaliter delinquit. quod non ſolum de operibus charitatis, ſed etiam de ipſa charitate verum eſſe oſtendit: quod probat exemplo Adæ, Moyſi, & Dauid. adiiciens hoc poſſe contingere, non ſolú circa prædeſtinatos, ſed etiam circa præſcitos. ad quod inducit ſequentia capitula.

‖ Charitas ſemel habita pt amitti.

Rom. 8.

i ¶ *Euidenter.*] ex prolixe allegatis concludit Grat. charitatem ſemel habitam amitti poſſe. quod non ſolum de operibus charitatis, ſed de ipſa charitate verum oſtendit eſſe, adiiciens hoc non ſolum circa prædeſtinatos, ſed etiam circa præſcitos poſſe contingere. ad quod auctoritatem inducit vſque ad illum locum. itê illud Euangelij, vbi in contrarium auctoritates inducit duas, videlicet ꝙ reprobi non habent charitatem, ſed eas de hypocritis intelligendas eſſe probat auctoritate Gregorij.

Obumbrantur [a] in eo arbores [b] magnæ, & dormit iuxta iűcum [c], & calamum, & caricem. Ipſe eſt rex omnium, quę in aquis ſunt [d], vbi ſcilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarũ [e]. *& infra.* ¶ [1] Tranſiuimus ad ſecundam partitionẽ, in qua negat eos, qui tota fide baptiſma conſecuti ſunt deinde poſſe peccare, & docuimus, quòd excepto Deo [f], omnis creatura ſub vitio ſit: nõ quòd vniuerſi peccauerint, ſed quòd peccare poſſint, & ſimilium ruina, ſtantium [g] metus ſit [h].

¶ Vt ea, quæ ad initium huius lõgi capitis ſpectant, melius intelligantur, neceſſe eſt antecedentia apud B. Hieronymum legere: in quibus obiectio ex verbis ſancti Ioannis deducta exprimitur. Omninoque in toto hoc capite ſæpe ad originale recurrendum eſt, quamquam ex eo multa ſunt emendata, & nonnulla, quæ magis neceſſaria videbantur, addita.

Euidenter [i] itaque ex præmiſſis apparet. nonnullos charitatem habere, quam poſtea criminaliter delinquendo amittunt. Quòd ſi quis contendat non de virtute, ſed de virtutis opere debere intelligi: deliberet, quid reſpondeat de innocentia Adæ: de iuſtitia Moyſi, Dauid, & cæterorum, qui plena fide ad baptiſma accedentes licet poſtea prolapſuri ſunt, tamen cæleſtia dona deguſtant, & ſpiritus ſancti ſiunt participes. vt non ſolum ante humanos, verum etiam ante Dei oculos ex aqua & ſpiritu ſancto inueniantur renati: qui ſi charitatem Dei non haberent, aqua tantum regenerarentur, non ſpiritu. Opera enim, ſeu ſacramentorum participatio, niſi ex charitate procedant, apud Deum nec iuſtitiam, nec innocentiam præſtant. Si enim (inquit Apoſtolus) habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, & ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt [k]. ¶ Sed quia de prædeſtinatis ad vitam à nonnullis conceditur, quòd charitatem amittant, & amiſſam recuperent. de reprobis etiam videndum eſt, an ipſi charitatem habeant, qua amiſſa poſtea damnentur.

De his ita ſcribit Auguſt. in libro de correptione & gratia. cap. 9.

C. XLI.

APoſtolus ſciens nõnullos diligere Deum, & in eo bono vſque in finem non permanere, mox addidit [l] [his, qui ſecũdum propoſitum vocati ſunt, &c.] *Idem in eodem libro c. 6.* ¶ An adhuc & iſte nolens corripi, poterit dicere, Quid ego feci, qui [a] non accepi [m]? quem cõſtat accepiſſe, & ſua culpa, quod acceperat, amiſiſſe. Poſſum, inquit, poſſum omnino, quãdo me arguis †, quòd ex bona vita in malam mea voluntate relapſus ſum, dicere adhuc, quid ego feci, qui nõ accepi? Accepi enĩ fidem, quæ per dilectionem operatur, ſed in illa vſque in finem perſeuerantiam nõ accepi. *In eodem c. 9.* ¶ [2] In bono illos volebat procul dubio permanere: erant vtique in bono, ſed in eo nõ permãſerunt. *In eodem c. 13.* ¶ Propter huius vtilitatem ſecreti [n] credẽdũ eſt quoſdam de filiis perditionis, non accepto dono perſeuerandi vſque in finem, in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere viuere, & aliquandiu fideliter, & iuſte viuere, & poſtea cadere, &c.

a ¶ Qui non accepi.] Reſtitutus eſt hic locus ex originali. nam antea valde erat deprauatus. Ac tamen, quoniam hæ ſententiæ valde mutilatæ referuntur, operæpretium fuerit ad fontem adire.

Multa ſimilia [o] de reprobis in Euangelio [p] etiam. [Qui perſeuerauerit vſque in finem, &c.] In eodem. [terum homo iſte incipit, &c.] Idem Auguſtinus in eodem libro de correp. & gratia.

C. XLII.

[4] MIrandum eſt, quare Deus quibuſdam filis perditionis det fidem operantem per dilectionem, nec det in ea perſeuerantiam.

Item illud [q] Euangelij [Non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.]

Item Gregorius lib. 8. Moralium c. 35. [5]

C. XLIII.

MVlti [r] bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt.

Non autem bene incipit, qui numquam ex charitate operatur. Quòd ſi ex charitate aliquando aliquid agit, & charitatem aliquãdo in ipſo neceſſe eſt eſſe. §. ¶ [6] Illud autem Gregorij [qui ſeduci [s] quandocunque non reuerſuri poſſunt, &c.] non de omnibus generaliter reprobis, ſed de hypocritis ſpecialiter intelligendum eſt. Quod ex verbis eiuſdem euidenter datur intelligi. Cum enim quæſtionem propoſuiſſet, cur miſericors Deus iſta fieri permittat, vt Leuiathan [t] ſeu nunc per ſuggeſtiones callidas, ſiue tunc per damnatum illum quem replet [u], hominem, vel Solis ſibi radios, id eſt, doctos quoſque, ſapienteſque ſubijciat, vel aurum [x] hoc, hoc eſt, vires ſanctita-

k ¶ *Prodeſt.*] ad regnũ cælorũ obtinendũ, vt di. 3. §. pe. & c. ſi qs autẽ.

A *Poſtolus.*] Casvs. Probat Aug. in hoc ca. per multas auctoritates ꝙ multi qui modo habent charitatem, futuri ſut mali finaliter. *Idem in eodem.*, verbum eſt Gratiani ſæpe inſertum. ſequens c. ſ. multi, planum eſt.

† al. arguis.

l ¶ *Mox addidit.*] in epiſtola ad Romanos: vbi dicitur, Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, iis qui ſecũdum propoſitum vocati ſunt ſancti. ſ. e. talib⁹.

l ¶ *Mox addidit.*] i. poſt quam dixerat, ſcimus quoniam diligẽtibus Deum, &c.

2 j. diſt. 4 c. ſi bono. § cũ ergo.

m ¶ *Non accepi.*] perſeuerantiam in charitate & in bonis operib.

n ¶ *Propter ſecreti.*] i. propter ſecretã [a] hanc diſpoſitionẽ Dei, quæ vtilis eſt. alias enim eſt hic vtilitatem.

a Quare per oae . erſeue tantam quibuſdam in bono & quibuſdam non. hoc.n ignoratur. j. diſ. 4. §. verum. & c. ſi ex o no. ſecundũ Hu.

o ¶ *Similia.*] dicit in eodem idem Auguſt.

p ¶ *In Euangelio.*] ſupple ſumit idem Auguſtinus iſta exẽpla.

q ¶ MIrandum.] ¶ *Item illud Euangelij.*] non qui incipit, quia hæc auctoritas Euangelij & ſequens Gregorij vidẽtur innuere ꝙ reprobi futuri charitatem non habeant, eas ponit G. & poſtea ſoluit.

Matth. 10.

3 Hæc non ſunt inuenta.

r ¶ MVlti.] his dici poteſt: [*Cœpiſti melius quàm deſinis, vltima primis.*

Verſus.

Cedunt diſſimiles hic vir, & ille puer.

NON AVTEM. Casvs. infert Gratianus ex ſupradicto ca. ꝙ qui non bene incœpit, charitatem habere non potuit. Poſtea dicit ꝙ illud quod poſtea ſequitur in auctoritate Greg. ſc. qui ſeduci, &c. non eſt intelligendum generaliter de omnibus reprobis, ſed ſpecialiter de hypocritis: qd ex verbis eiuſdem Greg. intelligitur.

4 Summatim collecta ſententia.

5 Potius gl. ord. 2. Paral. ca 9 in extremo.

ILLVD AVTEM. Hæc eſt 5 pars diſt. in qua magiſter loquitur de hypocritis, qui aurum videntur coram populo, ſed corã Deo ſtercus, & hoc probat G. per c. ſeq. l. de Fan.

6 infra e ca. p. ox.

s ¶ *Qui ſeduci.*] hæc eſt tota præcurrens Gratiani. vult. n. determinare capitulũ Gregorij: quod ſtatim ſequitur. j. ea. ; citius ad hoc.

Iob. 41.

t ¶ *Vt Leuiathan.*] q. d. ſiue per propriã ſuggeſtionem, ſiue per malum hominem, & damnatum quem diabolus repleuit malitia, ſiue per ſuggeſtionis miniſtrum.

v ¶ *Replet.*] triſtitia.

x ¶ *Aurum.*] pro ſapientia ponitur aurum. j. ea. diſ. principium. & ita aliter quàm hic ſumitur.

† Aurũ pro ſapientia ponitur.

tis claritate fulgentes, quaſi lutum ſibi, vitiis coinquinando, ſubſternat, mox in eiuſdē quæſtionis ſolutione ſuppoſuit dicens[l].

C. XLIIII.

Citius[a] ad hoc reſpōdemus: quia aurum, quod prauis eius perſuaſionibus quaſi lutū ſterni potuerit, aurum ante Dei oculos nunquam fuit. Qui enim ſeduci quandoque non reuerſuri poſſunt, quaſi habitam ſanctitatem ante oculos hominum videntur amittere [b]: ſed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe nāque homo multis occulte peccatis inuoluitur: & in vna aliqua virtute magnus videtur: quæ ipſa quoque virtus [c] inaneſcens deficit: quia dum innoteſcit [d] hominibus, proculdubio laudatur eiuſq; laus inhianter appetitur [e]: vnde fit, vt & ipſa virtus ante [f] Dei oculos virtus non ſit: dum abſcondit, quod diſplicet, prodit, quod placet. Quę itaque eſſe merita apud Deum poſſunt: quando & mala occulta ſunt, & bona publica? Plerumque enim, ſicut diximus, latet ſupbia, & caſtitas innoteſcit. Atque ideo oſtenſa diu charitas circa vitæ finem perditur: quia cooperta ſuperbia vſque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemoſynis vacat: propria diſtribuit: ſed tamē multis iniuſtitiis ſeruit, vel fortaſſe linguam in derractionibus† exercet: & fit plerumque, vt is, q miſericors fuerat, iuxta vitæ ſuæ terminū rapacitatis, & crudelitatis ſtimulis inardeſcat. Quod valde iuſto iudicio agitur, vt perdat ante [g] homines, vnde hominibus placuit [h], qui hoc, vnde Deo diſplicuit, corrigere numquam curauit. Alius patiētię ſtudet: ſed dum inuidere aliis, & ſeruare in corde malitiā nō cauet, fit quandoque impatiens, quia diu latuit dolés. Hi itaque & per aliquid [i], aurum ſunt, & per aliquid lutum ſunt. Atque hoc aurum, quaſi lutum, ſternitur, quando occultis peccatis exigentibus etiam virtus, quę publice claruerat, diſſipatur. Sed operæpretiū [k] credimus, ſi in his virtutē ſuperni ordinis [l], ſubtilius perpendamus. 3 Sæpe enim omnipotens Deus occulta quorumdam mala diu† tolerat, vt aperta eorum bona electorū ſuorum vſibus profutura diſpenſet. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deſerentes, non perſeueraturi anguſtum iter arripiunt: ſed ad quærendam anguſtam [m] viam exēplo [n] ſuo eos, qui perſeueraturi ſunt, accendūt. Vnde plerumque contingit, vt ipſum hoc, quod bene videntur viuere, non ſibi, ſed ſolis potius electis viuāt: dum exemplis ſuis ad bene viuendi ſtudia perſeueraturos alios nō perſeueraturi prouocant. Sæpe enim quoſdam videmus viam ingredi, ad locum propoſitum feſtinare, quos alij, quia euntes cōſpiciunt, ſequuntur, eū demque locum pariter petūt: ſed fit plerumque, vt irruente aliquo implicationis articulo [o] poſt ſe redeant, qui præibāt, & hi ad locum perueniant, qui ſequebantur. Ita nimirum ſunt, qui non perſeueraturi, viam ſanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoant, vt eis, qui peruenturi ſunt, viam, qua gradiantur, oſtendant: quorum etiam caſus vtilitate non modica electorū prouectibus† ſeruit: quia illorum lapſum [p] dum cōſpiciunt, de ſuo ſtatu contremiſcunt: & ruina, quę illos damnat, iſtos humiliat. Diſcunt enim in superni adiutoris protectione confidere, cum pleroſque cōſpiciunt de ſuis viribus præſumentes† cecidiſſe. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quaſi planū iter electis ſequentibus monſtrant. Quando vero in lapſum nequitię corruunt, electis poſt ſe pergentibus quaſi cauendam ſuperbiæ foueam oſtēdunt.

4 *Quòd vero*[q] *reprobi negantur*[r] *comedere panem, qui de cælo deſcendit, vel bibere aquam viuam, non ſic accipiendum eſt, vt à charitate penitus credantur alieni, ſed vt in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud eſt enim bibere, vel manducare, atque aliud deguſtare. Vnde in Euangelio*[s] *de Chriſto legitur* [*Et cum guſtaſſet, noluit bibere.*] *Bibit ergo aquam viuam, & manducat panem, qui de cælo deſcendit, qui in charitate radicem figit: deguſtat, qui ea aliquatenus communicat, à qua poſtea delinquendo recedit. De quibus Apoſtolus dicit* [*Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, & guſtauerunt donum cæleſte*[t] *& poſthac omnia prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam*[v].] *Hinc etiam diabolus in veritate*[x] *ſteiſſe, non in ea creatus eſſe negatur. Fuit enim in veritate conditus: ſed dum de ſe ſuperbiendo præſumpſit, alienus ab ea factus eſt. In veritate*[y] *autem quomodo eſſe creatus perhibetur, ſi ſine dilectione ſui conditoris creatus eſſe probatur? Aut quomodo bonus à Deo conditus aſſeritur, ſi nihil diuinæ dilectionis in ſui conditione acceperit? Quomodo ante ſuperbiæ motum ſine vitio extitit, ſi conditorem ſuum nullatenus dilexit. Aut quomodo par, ſine excellentior ceteris creatus dicitur, ſi nonnullis eorum in amore Dei conditis, hic ab eius dilectione vacuus factus eſt? Vnde autem hæc differentia*[z] *inter bonos, & malos angelos proceſſit? Si ex creante, iniuſtus videtur Deus, qui ante peccatum infert pœnam*[a], *vel qui hoc punit, quod creando*[b] *infudit. Si autem non ex creante, cum non ex tradu-*

a ¶ *Citius.*] Casvs. exponit Grego. in canone iſto illa verba Iob ſuper illo, ſub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum. Primo ergo dicit, q per aurum deſignentur hypocrytę q quaſi deaurati ſunt, cum in ſuperficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit quòd huiuſmodi hypocriſis detegitur in hac vita, quandoque ante finem, quandoq; in fine, quandoque numquam: & cum detegitur, tunc aurum quaſi lutum ſternitur. Vltimo dicit quam vtilitatem conſequantur prædeſtinati ſine huiuſmodi hypocritæ faciant bona, ſiue publice cadant in peccatum. nam per bonam operationem inuitāt perſeueraturos ad bonum operandum, per caſum reddunt bonos cautiores. *Ipſa quoque virtus.* i. opus virtutis. & ita fere per totum.

b ¶ *Amittere.*] hæc de hypocritis intelligenda ſunt, qui videntur deaurati & fulgidi, & habere virtutes in ſuperficie, cum nec ſunt nec habent: & qui caret vna, caret omnib. diſ. 5. c. ſi. de pœ. diſ. 5. confideret.

c ¶ *Ipſa quoque virtus.*] i. opus virtutis & ita fere per totum.

d ¶ *Innoteſcit.*] i. virtus videtur.

e ¶ *Appetitur.*] ab aliis.

f ¶ *Virtus ante.*] putatiua.

g ¶ *Etiam ante homines.*] id eſt, in conſpectu hominum.

h ¶ *Curauit.*] 3. ea. diſ. ver. item. §. pe. ſecundum Auguſtinum.

i ¶ *Per aliquid.*] i. quātum ad aliquid, ſc. ad bona opera[a].

k ¶ *Operæpretium.*] i. vtile credimus, ſi aperiamus quomodo de iſtis diſponit ad vtilitatem aliorum, & hoc eſt. ſæpe enim, &c.

l ¶ *Ordinis.*] i. intellectus tropologici.

m ¶ *Anguſtam.*] [a]rcta enim eſt via, quæ ducit ad vitam. Vnde Virgilius:

Facilis deſcenſus Auerni[b].
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor eſt:
Pauci quos æquus amauit Iupiter: aut ardens euexit ad æthera virtus,
Diis geniti potuere. 12. q. 1. omnis ætas.

n ¶ *Exemplo.*] hi ſunt qui ad ſempiternam vitam proximos mendacio ſuo opitulante deducunt, vt 22. q. 2. primum. Ex hoc ergo collige ex quo ſenſu illud accipiatur.

o ¶ *Articulo.*] i. impedimento.

p ¶ *Lapſum.*]
Felix quem faciunt aliena pericula cautum. 3. 27. q. 1. ca. 1. j. de conſe. diſt. 4. hi duo. & dicit Seneca:
Ruina præcedentium ſolet eſſe doctrina ſequentium. Facit ad hoc 3. e. ſi enim. in fi.

QVOD VERO. Casvs. dictum eſt ſup. §. cum ergo. in c. charitas. quòd reprobi nō comedunt panem, qui de cælo deſcendit, neque bibunt aquam viuam. Nunc Gratianus determinat illud, & dicit q non eſt ita intelligendum, q reprobi ſint penitus alieni à charitate: ſed nō ſunt radicati in charitate. Nam ille dicitur comedere & bibere, qui radicem habet in charitate. Ille deguſtat, q ab ea delinquendo recedit: ad quod inducit auctoritatem Apoſtoli, ſicut diabolus dicitur receſſiſſe à charitate: & ſic nacta occaſione probat per multas rationes, q diabolus creatus fuit in charitate: ſed in ea non perſeuerauit. ad quod inducit auctoritatem Greg. *negatur*, ab Auguſtino.

q ¶ *Quod vere.*] ſoluit Gratianus auctoritatem inductam 3. e. diſt. §. cum ergo. ca. charitas. ad hoc quòd charitas amitti nō poſſit. & hac occaſione diabolū in charitate creatum eſſe oſtendit, & de Luciferi excellentia multa ſubiungit.

r ¶ *Negantur.*] ſup. ea. c. quia radix. §. cum ergo. & §. ego ſum. & c. charitas.

s ¶ *Vnde in Euangelio.*] Matthæi 27.

t ¶ *Donum cæleſte.*] i. doctrinam Euangelicam.

v ¶ *Ad pœnitentiam.*] per baptiſmum. hoc eſt expoſitum. ſup. eo. ſi enim.

x ¶ *In veritate.*] ſupra 15. quæſt. 1. viſis. contra.

y ¶ *In veritate.*] id eſt, in charitate [c], & hoc dicit allegando.

z ¶ *Differentia.*] quòd alij ſunt boni & alij ſunt mali.

a ¶ *Pœnam.*] æternam: quod nunquam facit. argu. ſup. 11. qu. 3. illud plane.

b ¶ *Quod creando.*] Nō enim debet punire quod ipſe approbauit, vt 23. qu. 4. Nabuchodonoſor. ff. ad le. Iul. de adulter. ſi vxor. in fine.

a ¶ Ex

Marginalia: a Lib. 14. moralium. c. 9. & 10. ad ca. 41. Iob. 2. 3. in verbis Gratiani. — [l] Hypocritæ videntur deaurati. — † detractationibus.] orig. — a id eſt, præſunt de genere bonorum. Petr. — [a] Via paradiſi eſt arcta. — b id eſt, in ferni, ab eo, quod eſt ſine, & vetere. Arc. — 3 c. 10. — † abeſt ab orig. — † al. profectibus. — † abeſt ab orig. — 4 3. e. charitas eſt aqua — Matth. 27. — Heb. 9. — Io. 8. — c ſcilicet, informata, vel in veritate gratuitorū, in qua creatus eſt ſicut omnes angeli, ſecūdum Hug.

ce [a]: reſtat vt ex propriæ libertatis arbitrio vitium ſuperbiæ in euangelicam naturam proceſſerit. Bona ergo condita eſt, quæ ſuo vitio [b] à bono in malum commutata eſt. Sed quomodo bona eſſe potuit, ſi dilectione penitus caruit? Neque enim angelus nobis ſimilis [c] factus eſt, quos vſque ad certum temporis ætatis infirmitas grauat: vt neque virtus, neque vitium, vllum locum in nobis obtineat. [1] Accepit ergo dilectionem in ſui creatione, ſicut & ceteri, de quibus dicitur [Angelicæ virtutes, quæ in Dei amore perſtiterunt] Non ait, quæ diligere Deum cœperunt, ſed [quæ in eius amore perſtiterunt] quæ ex creatione diligere cœperant, vt principium diuinæ dilectionis omnibus credatur eſſe commune: perſeuerantia vero eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, vt confirmati vlterius cadere non poſſent, & hoc de ſe certiſſime ſcirent. Vnde bene apud Moyſem [d] prius cœlum, deinde firmamentum factum eſſe dicitur, quia nimirum angelica natura prius æqualiter ſubtilis in ſuperioribus eſt condita: poſtea in perſiſtentibus in amore ſui conditoris mirabiliter confirmata. [2] Hinc etiam Gregorius in moralibus, multa de perfectione angelicæ creationis replicans, charitate negat repletum, nō ea penitus vacuum [e] aſſerit, quia, ſi penitus caruiſſet, numquam ea quæ de eius excellentia dicuntur, conuenienter de eo intelligi poſſent.

C. XLV.

PRincipium [f] enim *(inquit beatus Gregorius.)* viarum [g] Dei Beemoth [h] dicitur: quia nimirum, cum cuncta creans ageret, hunc primum [i] condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conſpicit propheta, cum dicit, [Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei: abietes non adęquauerunt ſummitatem eius: platani non fuerunt æquales † frondibus illius. omne lignum† paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius: quoniam ſpecioſum fecit eum in multis, condenſiſque frondibus.] Qui namque [k] accipi in cedris, & abietibus, & platanis poſſunt: niſi illa virtutum cæleſtium proceræ celſitudinis agmina in ęternæ lætitiæ viriditate plantata? Quæ quamuis excelſa ſunt condita: huic tamē nec prælata ſunt, nec æquata, qui ſpecioſus factus in multis, condenſiſque frondibus eſſe dicitur: quia prælatum ceteris legionibus tanta illum ſpecies pulchriorem reddidit, quanta ei † ſuppoſita angelorum multitudo decorauit. Iſte arbor in paradiſo Dei tot, quaſi condenſas frondes habuit [l], quot ſub ſe poſitas ſupernorum ſpirituum legiones attendit. Qui idcirco peccans, ſine venia [m] damnatus eſt: quia magnus ſine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rurſum per eumdem prophetam dicitur, [Tu ſignaculum [n] ſimilitudinis Dei, plenus [o] ſapientia, & perfectus decore in delitiis paradiſi Dei fuiſti.] Multa enim de eius magnitudine locuturus primo verbo [p] cuncta complexus eſt. Quid namque boni non habuit, qui† ſignaculum Dei ſimilitudinis fuit? De ſigillo quippe annuli talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur, qualis in ſigillo eodem eſſentialiter habetur. Et licet homo ad ſimilitudinē Dei creatus ſit, angelo tamen quaſi maius aliquid tribuens, non enim ad ſimilitudinem Dei conditum, ſed ipſum ſignaculum Dei ſimilitudinis dicit: vt quo [q] ſubtilior† eſt in natura, [r] in illo ſimilitudo [s] Dei plenius credatur expreſſa. 3 Hinc eſt, quòd primatus eius potentiam adhuc inſinuans idem propheta [t] ſubiungit [Omnis lapis [u] pretioſus [x] operimentum [y] tuum, ſardius [z], & topazius, & iaſpis, chryſolitus, onyx, & berillus, ſaphirus, & carbunculus, & ſmaragdus.] Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum nouem ſunt ordines angelorum. Nam cum per ipſa ſacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, poteſtates, Cherubim, & Seraphim aperta narratione memorantur: quantæ ſint ſupernorum ciuium diſtinctiones [a] oſtenditur: quibus tamen Beemoth iſte opertus fuiſſe deſcribitur: quia eos, quaſi veſtem ad ornamentum ſuum habuit: quorum dum claritatem tranſcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc deſcriptione ſubiungit [Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, pręparata ſunt.] Aurum opus decoris eius extitit: quia ſapientiæ claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina vero idcirco in lapidibus fiunt, vt vinculati auro [b] in ornamenti compoſitione iungantur, & nequaquam à ſe diſſideant. quos interfuſum aurum repletis foraminibus ligat.

a ¶*Ex traduce.*] quia angeli non fuerunt ex traduce, id eſt, ex preiacente materia, ſicut nec anima. 3. 32. q. 2. Moyſes.

b ¶*Suo vitio.*] Sed vnde fuit primus motus angeli ad malum? Dic quòd ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio non fuit malum. vnde ergo prouenit malum? Dicas quòd in libero arbitrio fuit quædam libertas, & ex illa libertate cecidit in malum. hæc eſt difficillima quæſtio.

c ¶*Similis.*] cum Angelus ſtatim fuit poſt creationem capax rationis, ſed homo non, donec ſit adultus.

d ¶*Moyſem.*] in Geneſi circa principium.

e ¶*Vacuum.*] 3. 16. q. 2. viſis. contra. vbi dicit quòd charitatem nequiuit habere in cælo. ſed forte dicitur non habuiſſe, quia non perſeuerauit: quia non dicitur factum niſi duret factum, vt 3. ea. diſt. 1. cogitatio. & 50. diſ. diuortium. Sed forte numquam habuit charitatem, vt dicitur in contrario. Vnde magiſter hoc dicit allegando, & ſecundùm hoc omnia contraria intelliguntur non de charitate quam non habuit, ſed quam non habiturus eſſet ſi ſteriſſet.

PRincipium.] CASVS. Hoc cap. eſt Greg. vſque ad ſequ. §. charitas. Sed interponit ſæpe verba Iob vel Ezechiel. vt ea exponat. intendit ergo Greg. in hoc ca. multum cōmendare Luciferum, oſtendendo eius perfectionem, dignitatem & excellētiam, quam in charitate & in aliis gratuitis donis & naturalibus habuit ante lapſum: & hoc facit inducendo auctoritatem ex verbis Iob & Ezechielis. Inquit, verbum eſt Gratia. & primo exponit verba Iob. ipſe enim eſt principium viarum Dei, &c. *Propheta.* ſcilicet Ezechiel. *Qui namque.* verba ſunt Greg. *Aurum.* verba Grego. *In munere.* id eſt, in adiumento Dei. *Inſinuat*, ſcilicet, Iob.

f ¶*Principium.*] i. præcipuum opus inter prima opera Dei, vel primus & dignior inter alios angelos, quorum miniſterio, paratur, & patet via ad Deum.

g ¶*Viarum.*] id eſt, operum. ſicut enim in vita continetur veſtigium itinerantis, ſic in qualibet creatura eſt via, qua quis ducitur ad intelligendam potentiam Dei.

h ¶*Beemoth.*] id eſt, diabolus. || Beemoth interpretatur animal immundum. quia diabolus propter ſuperbiam à cæleſti beatitudine tamquam immundum animal alienus factus eſt. [b]

i. ¶*Primum.*] id eſt, præcipuum. non enim prius creauit hunc quàm alios, aliàs in Salomone contra, ibi, Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.

k ¶*Qui namque.*] Verba Greg. exponentis prædictam auctoritatem Ezechielis.

l ¶*Habuit.*] Lucifer.

m ¶*Venia.*] || Cum enim plus poteſtatis & pulchritudinis ei commiſſum fuerat, ideo magis diligi præſumebatur. argu. 3. 2. q. 5. quanto. & j. diſt. 3. c. quamuis. §. quod autem. & cap. ſepties. ideoque tanto magis obſequi tenebatur, & plus puniri debuit, cum non fuerit obſecutus. arg. C. de cond. & proc. conductores. in fin. lib. 11. & grauiora facit delicta, &c. vt 11. q. 3. præcipue. 40. diſt. homo chriſtianus. j. e. diſ. 5. conſideret. 3. e. diſt. 1. §. ex his itaque. 3. 23. q. 4. qui peccat.

n ¶*Tu ſignaculum.*] dicitur ſignaculum propter virtutes expreſſas, quas recepit à Domino.

o ¶*Plenus.*] id eſt, plenam ſcientiam habens, & perfectionem decoris & charitatis.

p ¶*Primo verbo.*] hoc ſcilicet ſignaculum.

q ¶*Quò.*] i. inquantum ſubtilior eſt natura, id eſt diuinæ naturæ capacior ratione & intellectu.

r ¶*Eò.*] id eſt, in tantum.

s ¶*Similitudo Dei.*] id eſt, gratia & dilectio quæ erat Deo ſimilis in illum.

t ¶*Propheta.*] ſcilicet Ezechiel.

v ¶*Omnis lapis.*] id eſt, omnis alius angelus.

x ¶*Pretioſus.*] id eſt, pulcher decore virtutum ſuæ.

y ¶ *Operimentum tuum.*] id eſt, inferior eo, ſicut veſtimentum eſt inferius & indignius ſe induente, vel ornabat eum ſicut veſtimentum ornat aliquem.

z ¶*Sardius.*] hos etiam lapides enumerat lex. ff. de publ. & vectig. interdum. §. ſpecies. Qualiter autem hi lapides veniant in contributione, dicit lex ad legem Rho. l. 2. §. cum in eadem.

a ¶ *Diſtinctiones.*] 3. diſ 89. ad hoc.

b ¶ *Auro.*] vnde dicit lex, quòd ſi auro gemma iungatur, non cedit auro, ſed econuerſo aurum cedit gemmæ. ff. de aur. & argent. legat. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus.

|| Angeli nō fuerunt ex traduce.

|| Malum vnde prouenit.

a Poteſt dici quòd ex deordinatione appetitus in diuinam aſſimilationem vltra terminum ſuæ naturæ à Deo ſibi ſtatutū, & ex tali deordinatione ſecum fuit auerſio à Deo, & ſic peccatum & ad hoc facit glo ſuper illud Quis ſimilis erit tibi? vbi dicitur, qui per ſe vult eſſe vt Deus, per ſe vult eſſe ſimilis Deo. Arc.

2 B. Greg. 27. mor cap. 25. & gl. ord. in ca. 1. Geneſ. ad. ea verba Fiat firmamētum ex Greg.

2 Greg. lib. 32. Moral. c. 24. al. 18.

Iob. 40.

Eſa. 2. *&* 14. *Ezech.* 31.

† *al. æqua.*
† *al. lignum pretioſum.*

† *al. &.*

|| Beemoth qualiter interpretatur

b Vel pro … creauit … effectu … hoīs quo peccat … non hoīes. ſed … Arc.

|| Deus præſumitur plus diligere … quibus plus perfectionis tribuit

3 Ezechiel …

† *al. ſublimior*

3 e. lib. moral. ſeq. … de num. 34. in Euang.

Huius ergo lapidis in die conditionis ſuæ foramina præparata ſunt: quia videlicet capax charitatis eſt conditus: quaſi repleri voluiſſet, ſtantibus angelis tanquam poſitis in regis ornamento lapidibus potuiſſet inhęrere. Si enim charitatis auro ſeſe penetrabilem præbuiſſet, ſanctis angelis ſociatus in ornamento, vt diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iſte foramina: ſed ſuperbiæ† [a] vitio [b], charitatis [c] auro non ſunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant: idcirco iſte cecidit: quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contempſit. Nunc autem ceteri lapides [d], qui huic ſimiliter fuerant perforati, penetranti ſe inuicem charitate ligati ſunt: atque hoc in munere, iſto cadente, meruerunt, vt nequaquam iam de ornamento regio cadendo ſoluantur. Huius principatus celſitudinem adhuc idem propheta intuens adiungit. ['Tu cherub extenſus †, & protegens in monte ſancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulaſti.] Cherub quippe plenitudo ſciētiæ interpretatur, & idcirco iſte Cherub dicitur, quia tranſcendiſſe cūctos ſcientia non dubitatur, qui in medio ignitorum lapidū perfectus ambulauit: quia inter angelorum corda charitatis igne ſuccēſa clarus gloria conditionis extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus: & quia comparatione claritatis ſuæ ceterorum claritatem obumbraſſe creditur: ipſe extentus, & protegens fuiſſe reperitur. Reliquos enim quaſi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore tranſcēdit.' Quod ergo illic [e] ſpecioſus in multis frondib⁹, quod illic ſignaculum ſimilitudinis, quod illic cherub, quod illic protegēs dicitur, hoc hic voce [f] Dominica Beemoth iſte viarum Dei principium vocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quæ amiſit, inſinuat [g]: vt territo homini oſtendat, quid ipſe, ſi ſuperbiat, de elationis ſuæ culpa paſſurus ſit: ſi feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit. Conſideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur, ſi & prælatus angelis angelus in cælo †, de cælo in terram proſternitur.

6 *Charitas autem [h] quæ in aduerſitate deſeritur, ficta [i], id eſt, fictilis & fragilis eſſe perhibetur: ſicut fides, ex qua charitas procedit ficta, id eſt, fragilis apud Apoſtolum eſſe negatur. Similiter charitas, quæ in aduerſitate deſeri poteſt, dicitur vera numquam fuiſſe.* [3] *Sicut enim Hieronymus contra Iouinianum ſcribit*] [4] *Omnis creatura ſub vitio eſt, non quòd omnis peccauerit, ſed quia nulla eſt quæ peccare poſſit.] Poſſe autem* [k] *peccare, vt Auguſtinus ait, non eſt aliquid poſſe, immo aliquid non poſſe. Vnde ille ſolus vocatur omnipotens qui hoc non poteſt, quia omnia poteſt, quæ poſſe eſt aliquid poſſe. Sicut ergo eius comparatione, qui mutabilitatem neſcit, omnis creatura vitioſa dicitur quia mutabilitatis eſt capax, iuxta illud non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.] & [aſtra* [l] *non ſunt munda in conſpectu eius:] ſic comparatione eius creatura, quæ mutationem non recipit, omnis creatura quæ permutatur, non vera, ſed vana eſſe probatur. Vnde omnis homo mendax dicitur, & vanitati ſimilis factus. Hinc etiam* [m] *Eccleſiaſtes: Cuncta, quæ ſub ſole ſunt, id eſt, quæ tēporum viciſſitudinem recipiunt, non tantum modo vanitas, quæ omni creaturæ ratione mutabilitatis ineſt, ſed etiam vanitas vanitatum, varietate permutationis, quam recipiunt, eſſe dicuntur. Sic ergo comparatione diuinæ charitatis nulla virtus vera probatur: aut comparatione eius, quæ non deſeritur, illa quæ amittitur, vera eſſe negatur. Sicut autem omnis creatura ſuo modo bona, & vera eſſe dicitur: ſic & charitas, quæ deſeritur, ſuo modo & vera eſſe monſtratur: alioquin à nullo deſeretur, ſi nullo modo in eo eſſet. Quod enim nullo modo vere eſt, nullo modo deſeri poteſt. Quòd ſi aliquo modo vere deſeritur, & aliquo modo vere eſſe oportet.*

DISTINCTIO III.

1. *HAec de charitate* [n] *breuiter ſcripſimus propter eos qui pœnitentiā negant reiterari poſſe, aſſerentes, quòd ſicut charitas ſemel habita numquam amittitur: ita pœnitentia ſemel vere celebrata, nulla ſequenti culpa maculatur: ſi vero criminalis culpa illam aliquando ſequitur, vera pœnitentia* [o] *non fuit, nec veniam*

a ¶*Superbiæ.*] || not. per canonem iſtum ius incepiſſe ex ruina angelorum, bonum enim & æquum fuit, vt propter ſuperbiam Lucifer puniretur.

b ¶*Vitio.*] id eſt per vitium ſuperbiæ non ſunt repleta.

c ¶*Charitatis.*] arg. quòd ¦ diabolus charitatem [a] non habuit, vt 16. q. 2. viſis. Sed cum eſſet rationis capax innocentiæ particeps ſine charitate eſſe non potuit. arg. ſ. ca. diſ. cap. ſi quis ſemel. §. item ſine charitate. quod ergo charitate repletus negatur, cōparatione ſtantium & confirmatorum dicitur, vel ad perfectionem & perſeuerantiam refertur.

d ¶*Lapides.*] id eſt, ordines Angelorum.

e ¶*Illic.*] in propheta Ezechiele, & in Iob.

f ¶*Voce Dominica*] id eſt, voce Domini loquentis ſibi Iob.

g ¶*Inſinuat.*] Iob vel propheta.

CHARITAS AVTEM. Hæc eſt ſexta pars diſt. in qua concludit magiſter & probat multis modis, quòd illa charitas, quæ deſeritur, dicitur fragilis, quia non durauit: tamen vera fuit, aliàs nullo modo poſſet dici, ſi nulla fuiſſet. Io. de Fan.

CASVS. ſ. in præced. c. & in aliis auctoritatibus probatum eſt quòd charitas habetur, licet poſtea deſeratur. Nunc Grat. exponit quandam auctoritatem Augu. quæ eſt ſ. in princ. diſt. ſc. charitas, quæ deſeri poteſt, &c. Et Pauli, ſ. charitas numquam excidit: quia videntur contradicere ei quod dictum eſt ſ. & quod dicitur ibi, charitas, quæ deſeri poteſt, ficta eſt & non vera, i. non eſt vera reſpectu charitatis diuinæ, vel reſpectu eius, quæ deſeri non poteſt: vera tamen eſt. vnde in fi. concludit veram charitatem deſeri poſſe.

h ¶*Charitas autem.*] ſoluit auctoritatem Apoſtoli allegat. ſ. in prin. diſt. duob. mod. quia dicitur primo charitas, quæ deſeritur.

i ¶*Ficta.*] i. fragilis & nō vera reſpectu permanentis. Vel non vera, reſpectu charitatis diuinæ. ad quod ſimilia quædam inducit. In fi. concludit veram charitatem deſeri poſſe.

k ¶*Poſſe autem.*] || ex quo enim reſiſtere vitiis eſt verum poſſe, ergo non reſiſtere eſt non poſſe, ſed non reſiſtere eſt peccare, & ita poſſe peccare, eſt non poſſe reſiſtere: & ita eſt arg. a contrariis. arg. 32. q. 4. ſicut ſatus eſt. & q. 5. ſicut enim.

l ¶*Et aſtra.*] id eſt, angeli

m ¶*Hinc etiam Eccleſiaſtes.*] in Salomone.

HAec de charitate.] Hæc diſ. diuiditur in 12. partes, in quarum prima probat per 12. auctoritates, quòd qui ſemel pœnitentiam ageret, non peccaret. ſed intelligitur de perfecta per locum à deſtructione. Secunda ibi, *Sed verba.* Tertia ibi, Ex *perſona.* Quarta ibi, *Hac auctoritate.* Quinta ibi, *Quod autem.* Sexta ibi, *Ecce cuius.* Septima ibi, *Item quòd.* Octaua ibi, *Sine autem.* Nona ibi, *His auctoritatibus.* Decima ibi, *Auctoritas.* Vndecima ibi, *Quamquam.* Duodecima ibi, *Pœnitentia ergo.* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3. diſt. in qua quæritur an pœnitentia ſit iteranda, & inducit Gra. ſuper hoc opiniones varias, & diſcordantes auctoritates. & dicendum eſt quòd ſolennis ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum non eſt iteranda. j. e. §. ex perſona. publica vero vel priuata ſic: ſed pro diuerſis delictis forte poſſet ſolennis pœnitentia iterari, vt j. ead. quamuis. & continuat Gra. in hoc §. dicta dicendis. Caſum autem huius §. cum ſeq. c. ſci. pœnitentia. per te videbis.

n ¶*Hæc de charitate.*] continuat ſeipſum G. In 2. enim diſtin. hanc quę. quam hic tractat, prælibauit: ſed huius gratia aliam præmiſit, an, ſ. charitas ſemel habita amitti poſſit. quam in præced. diſt. tractauit: nunc autem ad propoſitum ſuum reuertitur, & dicit, *Hæc quæ,* &c. Hic incipit 3. diſtin. in qua tractatur an pœnitentia ſit iteranda, an non. & quòd ſit iteranda, multis auctoritatibus & exemplis probatur. || dicimus ergo quod iteranda eſt, i. iterum puniēdus eſt ſi denuo peccet. j. c. ſepties. vbi autem dicitur quòd pœnitentia non eſt iterāda, dicimus quòd de ſolenni eſt intelligendum: quæ cum ſit ſacramentum * non debet iterari. argu. 1. q. 1. quod quidam. ſecundùm conſuetudinem maxime quarundam eccleſiarum, & hoc ſuper eodem crimine. ſuper diuerſis autem credit Grat. ſolennem iterari poſſe. arg. j. ea. diſt. quamuis. hanc q. ſic tractat Grat. primo ponit opinionem illorum, qui dicunt quòd pœnitentia eſt non iteranda, quia eam nō ſequitur mortale peccatum. ſi enim eam ſequitur mortale peccatum, illa pœnitentia vera non fuit, nec veniam obtinuit. & ad hoc multas auctoritates inducit vſque ad §. ſed verba. & incipit ibi ſoluere prædictas auctoritates. poſtea ab illo §. quòd autem probat auctoritatibus, & exemplis, quòd pœnitentia ſæpe iteratur. poſt inſerit quæ ſit vera, & quæ ſit falſa pœnitentia, qua occaſione ſubiungit an pœnitentia ſit danda negāda ei qui vult agere pœnitentiam de vno peccato, & remanere in aliis.

o ¶*Vera pœnitentia.*] hoc falſum eſt, quia ſi ex charitate pęnituit, vera fuit, & ſaluaretur ſi tunc decederet dum ſic pœnitebat: auctoritates autem, quæ in contrarium inducuntur, non aduerſa tempora ſed ad idem ſunt referenda, vt j. ead. c. incaſſum. §. ſed verba. vt, ſ. eo tēpore quo pœnitet, habeat propoſitū non committēdi de cætero.

|| ius vnde in cepit.

| diabolus non habuerit charitatem. ¦ a De hoc le. & not. ſ. §. proxi. in fi. & 47. q. 1. §. e his omnis b * ibi videas

† al. per ſuperbiæ vitium.

1 Varias variè à vulgata lectione variantes verſiones in græca. † al. extentus ibid.

Ezech. 28. ſeq.

|| Vltiis reſiſtere eſt verum poſſe.

† in cælo proſternatur. Ioc.

3 ſ. c. ſi enim 4 Sent. 1. di. 4 a. c.

5 Libr. 15 & Trin. ca. 15. & de ſymbolo fidei. c. 1.

Pſal. 142. Iob. 15.

|| Pœnitentia eſt iteranda.

Pſ. 115. & 143. Eccl. 1.

1. pſ.

* Solennitas nō eſt de eſſentia ſacri, neque iterari eſt contra rōnem ſacri, ſed tamen repugnat illis ſacramentis, quæ imprimunt characterem.

a ¶ *Pœnitentia eſt.*] id eſt, gratia, ! quæ vere pœnitenti infuſa eſt, facit enim prꝺterita plangere, & eum munit, vt caueat ne cõmittat quæ fleuit. & quod hic traditur, potius eſt effectus pœnitentiæ, quàm diffinitio.

¶ Pœnitentiæ effectus quid eſt.

b ¶ *Non committere.*] id eſt, non committendi propoſitum habere.

R *Eperiuntur.*] CASVS. In hoc c. reprehendit Amb. quoſdam, qui ſolennem pœnitentiam ſæpius agendam putant. iſti enim ſpiritualiter fornicantur, ſeparando ſe à Chriſto. Nam ſi veram pœnitentiam agerent, numquam iterandam putarent: cum ſicut vnum eſt baptiſma, ita vna eſt pœnitentia. In fin. dicit Amb. quòd plures inuenit qui innocentiam ſeruauerũt, quã qui verã egerunt pœnitentiam. ſeq. ca. patet. Seq. autem cap. quod poſtea ſequitur ſcilicet pœnitentia, patet. ſimiliter, i quo deſcribitur quid ſit pœnitentia, quid ſit pœnitere, quid pœna.

a In ſermon. manuſcripto ſæpe citato cuius initium [Ecce nunc]

t Greg. lib. 9 epi. 39. & homil. 34. in Euang. Sent. 4 di 14 Iuo p. 15. c. j. j. ca. pœnitentiam. Et Aug. ſer. 12. ad fratres in erem. & de eccl. dogmat. c. 54.

j Sent. ibid. ſ. diſt. 50. ſi quis poſt.

c ¶ *Pœnitentiam.*] ſolennem. vel quod hic dicitur, intelligas de pœnitentia exteriori, i. ſatisfactione. nam quidam putant ſufficere ad deſtructionem peccati, ſi quoties peccant, pœnitẽtiam ſibi iniunctam ſiue ſatisfactionem agant, licet in volũtate peccandi perſiſtant. j. e. ſane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterandam.

d ¶ *Qui luxuriantur.*] id eſt, fornicantur ſpiritualiter, ſeparando ſe à Chriſto.

a ſ. diſt. 1. ſunt qui.

e ¶ *Non putarent.*] id eſt, non præſumerent illud agere vnde oporteret eos deinceps pœnitere. & ſecundum hunc intellectum ſit intelligendum eſt illud quod ſequitur: ſicut vnum baptiſma ſufficit ad deletionem peccati, ſic & vna pœnitentia. huic tamen intellectui repugnant j. gl. ſf. ſcilicet ſemper. j. e.

ſ ſt. 4 di 14

vnquam à Domino impetrauit. Quod ex deſinitione ipſius pœnitentiæ, & multorum auctoritatibus probare contendunt. Vt enim Amb. ait in quodam ſerm. Quadrageſimæ. [1]

C. I.

2 POenitentia eſt [a] & mala prꝺterita plangere, & plangenda iterum non committere [b].

Idem in lib. de vnica pœnitentia, c. 10.

C. II.

3 REperiuntur [a], qui ſæpius agendam pœnitentiam [c] putant, qui luxuriantur [d] in Chriſto. Nam ſi vere agerent pœnitẽtiam, iterandam poſtea non putarent [e]: quia ſicut vnũ baptiſma, ita [β] [f] & vnica [g] pœnitẽtia. Verũ præteriti ſemper nos debet [h] pœnitere peccati: ſed hoc delictorum [i] leuiorũ. At ego [k] facilius [l] inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui congrue [m] egerint pœnitentiam.

a ¶ Reperiũtur.] *In originali eſt*, Merito reprehenduntur, qui ſæpius agendam pœnitentiam putant: quia luxuriantur, &c. *vt ſ. diſt. 50. ſi quis poſt.*

β ¶ Ita & vnica.] *Locus hic, qui ob gloſſas incurrentes non eſt emendatus, apud B. Ambr. ſic habet*, ita vna pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum. Facilius autem inueni, &c.

Item Aug. lib. de dogmatib. eccleſiaſt. c. 54.

C. III.

4 SAtisfactio pœnitentiæ [n] eſt peccatorum cauſas [o] excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere.

Item in lib. de vera & falſa pœnitentia, c. 8.

C. IIII.

5 POenitentia eſt quædam dolentis vindicta [p], puniens [q] in ſe quod dolet commiſiſſe. *& infra c. 19.* ¶ Continue dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus [r]. Pœnitere enim eſt pœnam tenere [s]: vt ſemper puniat [t] in ſe vlciſcẽdo, quod commiſit peccando. Pœna enim proprie dicitur læſio, quæ punit, & vindicat quod quiſque cõmiſit. Ille igitur pœnã tenet, qui ſẽper punit quod cõmiſiſſe dolet. [6] *Pœnitentia itaque eſt vindicta ſemper puniens in ſe quod dolet commiſiſſe.*

In eodem libro, c. 13.

C. V.

SI Apoſtolus [v] etiã peccata [x] per baptiſmum dimiſſa [y] continue plorat [z]: nobis etiam ſuper fundamentum [a] Apoſtolorum poſitis qd præter plorare reſtat? quid niſi ſemper dolere in vita? vbi enim dolor finitur [b], deficit [c] & pœnitentia. Si autem pœnitentia [d] finitur, quid relinquitur de venia [e]? Tamdiu enim gaudeat, & ſperet de gratia [f], quãdiu ſubſtentatur à pœnitentia. Dixit enim dominus [Vade, & amplius iam noli peccare.] Nõ dixit, nec pecces, ſed, nec voluntas peccandi in te oriatur [g]. Quod quomodo ſeruabit, niſi dolor cõtinue in pœnitẽtia cuſtodiatur? Hinc ſemper doleat, & de dolore gaudeat: & de doloris pœnitentia, ſi contigerit [h], ſemper doleat: & nõ ſatis, quòd doleat ſed ex fide doleat, & non ſemper doluiſſe doleat.

f ¶ *Ita.*] ſ. diſt. 50. c. ſi quis poſt. §. poteſt. & aliter j. e. diſt. c. in tantum. §. ſiue autem. & c. in ſalicibus.

g ¶ *Vnica.*] id eſt, irreiterabilis.

h ¶ *Semper nos debet.*] id eſt, ſemper vere pœnitere. ſed de mortalibus raro contingit. Vnde addit: at ego, &c. quaſi dicat, ita de facto contingit ſæpe, ſcilicet quòd quis habet pœnitentiam de minoribus & compunctionem, ſed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) diſtinguo, vt ſcilicet pœnitentia pro leuioribus mortalibus tantum peccatis iniuncta poſſit iterari: quia non iniungitur pœnitentia ſolennis niſi pro grauiſſimis. 26. q. 6. c. vlt.

i ¶ *Delictorum.*] tamen mortalium.

k ¶ *At ego.*] ſ. diſt. 1. §. alij econtra. c. ſunt qui arbitrantur.

l ¶ *Facilius.*] mirum eſt quare hoc dicat, cum multi inueniantur in fine pœnitentes reſplenduiſſe, &c. ſ. 1. q. 7. ſi quis omnem. & pauci inueniantur ante finem ſine mortali peccato. argu. ſ. 59. diſtin. quia tua. ſed quod dicitur hic, intelligitur de integritate carnis, ſcilicet, virginitate, quaſi dicat. facilius inuenio qui ſeruet virginitatem, quam qui poſt corruptionem carnis ſeruet continentiam. Nam tunc facilius cadet, vt ſ. diſt. 1. §. alij econtra. c. ſunt qui arbitrantur. vnde & ſacramento quandoque, &c. vt 35. q. 6. ab iſto. [!] Vel hoc poteſt intelligi de pœnitentia perfectiſſima, quæ non ſolum delet peccata, ſed etiam peccandi affectionem, quam nunc habet difficilimum eſt.

¶ Pœnitẽtia pfectiſſima quæ eſt.

m ¶ *Congrue.*] nam pœnitentem oportet vitam mutare, [!] quod ſumme difficile eſt: quia dixit lex, quòd non facilis eſt mutatio vitæ, ſed cum magno labore animi fit, vt in auth. de monach. §. hinc autem. col. 1. arg. j. e. ſane cauendum.

¶ Vitæ mutatio nõ eſt facilis.

n ¶ *Satisfactio pœnitentiæ.*] j. ead. diſtinctio. §. illud autem Gregorij. verſ. ſatisfactio.

o ¶ *Cauſas.*] id eſt vitiorum radicem. non enim ſufficit ramos incidere, vt ſ. diſt. 2. ficta. §. ex præmiſſis. Vel, cauſas, id eſt, opportunitates, vel occaſiones peccandi, vt 81. diſt. valet.

¶ Peccati occaſiões ſunt fugiendæ.

p ¶ *Pœnitentia eſt.*] ¶ *Vindicta.*] hic eſt quædam aſſignatio illius pœnitentiæ, quæ dicitur operis ſatisfactio. & intelligitur de perfecta pœnitentia, vt j. ea. c. quamuis. §. hac auctoritate.

q ¶ *Puniens in ſe.*] arg. ſ expreſſum, quòd quis non poteſt ieiunare per alium: licet contrarium dixerit Hug. ſ. 82. diſt. presbyter. ſed quidquid ſit de aliis videtur quòd per filium bene poſſit quis ieiunare: quia eadem perſona cenſetur, vt 31. q. 3. §. hac auctoritate. & magis terrentur patres in filiis quàm in ſe ipſis. ff. quod me cau. l. iſti quidem. §. vlt.

¶ ieiunare p alium vir aliqs poſſit.

6 Sent. ibid.

r ¶ *Virtus.*] i. ſignificatio & interpretatio.

s ¶ *Pœnam tenere.*] alludit etymologiæ vocabuli. vnde Bernardus Clareuallis dixit ſuper illum locum Geneſ.: Pœnitet me feciſſe hominem ſuper terram: idem eſt ac ſi diceret, pœna tenebit me pro peccatis hominum, tenebit inquam me, cum venero ſuper terram.

Rom. 6.

¶ Pœnitet me feciſſe hominem, qualiter eſt ponitur.

t ¶ *Puniat.*] habitu, non actu. arg. ſ. diſt. 31. ſi laicus. Arg. contra. j. c. prox.

SI *Apoſtolus.*] CASVS. Probat Aug. in hoc c. quòd homo debet continue de peccatis pœnitere, & dolere exemplo Apoſtoli, qui peccata per baptiſmum dimiſſa continue deplorat. nam tamdiu debet homo de gratia Dei ſperare quamdiu à pœnitentia ſubſtentatur. dicente Domino: Vade, & amplius noli peccare. ſemper ergo doleat, & etiam gaudeat de dolore.

Ioan 8.

v ¶ *Si Apoſtolus.*] ſ. 32. q. 5. ſi Paulus.

x ¶ *Peccata.*] originalia.

y ¶ *Dimiſſa.*] ſi dimiſſa, quare plorat? quia non eſt facta plena innouatio. de conſ. diſt. 4. c. 2. & ideo timet cadere. & indignum eſt eum qui nundum ſtabilem a, C. de teſt. mil. l. vlt.

z ¶ *Plorat.*] arg. contra. j. de conſ. diſt. 4 ſine pœnitentia. Arg. contra ſ. diſt. 1. tres autem ſunt actiones. Sed illa non prohibet quin dolendum ſit ſuper peccatis iam dimiſſis, ſed quòd iam pro illis non eſt pœnitentia iniungenda.

a in ſuo o[illegible] gaudet eo [illegible] ſtabilis. Ar.

a ¶ *Super fundamentum.*] id eſt, fidem.

b ¶ *Finitur.*] i. deficit: quod tunc fit cum memoria peccati habetur, & de peccato non doletur.

c ¶ *Deficit.*] i. inutilis eſt, vel efficitur inutilis, i. per ipſam pœnitens ad vitam non perducitur. ex quo enim non laborat, fructum non debet percipere. 16. q. 1. generaliter.

d ¶ *Pœnitentia.*] quæ præceſſit.

e ¶ *De venia.*] i. de vitæ munditia, & ſpe æternæ beatitudinis, quam cũ venia aſſecutus fuerat, q. d. ita reus conſtituitur per conſequens peccatum, ſicut erat prius. ſic exponit Grat. j. e. §. hac auctoritate.

e ¶ *De venia.*] non tamen intelligas, quòd peccata redeant prius dimiſſa: ſed quia ita intrabit gehennam ac ſi nullum peccatum eſſet dimiſſum. hoc ſecundum quoſdam: ſecus ſecundũ alios, qui dicũt peccata iam dimiſſa redire. vt hæc traduntur j. e. §. hac auctoritate.

f ¶ *De gratia.*] factæ promiſſionis.

¶ Delicta iã dimiſſa an redeant.

g ¶ *Oriatur.*] ſed ſi præcepit, nonne ſic præcepit impoſſibile: quia quod non erat in eius poteſtate? Arg. ſ. diſt. 2. ſi ſeruo. §. econtrario. & c. ſciendum. Sed expone, voluntas in te non oriatur, id eſt, in te orta ad effectum non perducatur.

h ¶ *Si contigerit.*] 17. q. 4. ſunt qui opes. & 15. q. 8. hi qui. ſ. e. diſt. c. in tantum. §. ſiue autem. & c. in ſalicibus

a ¶ In eſt

a ¶ *In æſtiuum.*] i. in homilia, quæ æſtiuum incipit.

POenitentiam.] CASVS. Dicit hic primo Greg. quòd digne pœnitentiam agere non poſſumus, niſi modum pœnitentiæ cognoſcamus. Secundo dicit quid ſit pœnitentiam agere. Tertio dicit, quòd qui ſic pœnitentiam agit de aliquibus peccatis, vt iterum alia committat non dicitur vere pœnitere. Greg. in æſtiuum tempus, i. homilia quæ incipit, æſtiuum tempus.

1 Sic incipit homil. 34. *Aeſtiuum tē pus.*

2 Sic pœnitentia eſt.

b ¶ *Plangere.*] id eſt, plange id eſt de præteritis malis dolere. Vel ſatisfactione ſatisfacere, ſecundum præceptum eccleſiæ.

c ¶ *Non perpetrare.*] i. in nullo mortali perſeuerare, vel propoſitum perpetrandi non habere.

d ¶ *Committat.*] i. propoſitum committendi habeat.

e ¶ *Diſſimulat.*] i. non vere pœnitet.

f ¶ *Quid enim prodeſt.*] quo ad vitam æternā. j. ead. diſt. ſunt plures. Nam aliàs bene valet occaſionaliter. j. e. diſ. c. nihil. & c. pium.

† *ſi autem dicens*] orig.

2. *Petr.* 2.

SVNT QVI. CASVS. Quidam dicebant modicum tempus ſufficere ad pœnitētiam, vt poſſint poſtea ad peccata redire: qui reprehenduntur auctoritate Petri in epiſt. 2. dicentis, Canis reuerſus ad vomitum, &c. In fin. dicit quid ſit agere pœnitentiam.

† *al. flere.*] orig. ‡ *al. ſed iterum.*] orig.

g ¶ *Qui ait.*] j. e. ſepties 3. diſt 50. ij qui.

h ¶ *Virtus.*] i. effectus pœnitentiæ.

PRoductior.] CASVS. Oſtendit Gregor. per multas cauſas, quæ in ca. exprimuntur, quod productior debet eſſe pœna quā culpa, & ita cum ſemper debeat pœnitere, non iterabitur pœnitentia. Sequētia duo cap. plana ſunt, ſcilicet, perfecta, & illc.

3 Facit ad hoc Beda lib. qō. q. 10.

i ¶ *Productior.*] ſup. diſt. 90. ſi quis monachus arg. 3. e. diſt. 1. vide benignum. contra. ‡ Ibidem innuitur quòd quandiu videtur durare peccatum, durare debet[a] pœnitentia. Sed dic quòd non dicitur ibi, quòd pœnitentia non debeat eſſe productior peccato, ſed innuitur ibi, quòd ſi longa fuerit culpa, longa pœnitentia debet eſſe. non enim erit æquum vt pro vnius horæ fornicatione non maior iniungeretur ei pœnitentia. ſed quod hic dicitur, retorquatur ad interiorem pœnitentiam: quia quando cunque reduco peccatum ad memoriam, debeo inde dolere. j. e. Iudas. & hoc intellige de pœna ſiue de pœnalitate, quam ſuſtinemus pro peccato primi hominis: quia illa eſt productior. argument. ſupra diſt. 1. ſicut primi.

‡ pœnitētia ſit lōga ſi fueri[t] lōga culpa.

a Ad idem 98. d. c. omnes.

4 3. diſtin. c. perfecta.

Item Gregorius in æſtiuum[a] tempus. [*id eſt, hom. 34. Euang.*[1]]

C. VI.

[2] POenitentiā agere digne nō poſſumus, niſi modum quoque eiuſdem pœnitentiæ cognoſcamus. Pœnitentiam quippe agere, eſt & perpetrata mala plangere [b], & plangenda non perpetrare [c]. Nam qui ſic alia deplorat, vt tamen alia committat [d]: adhuc pœnitentiam agere aut diſſimulat [e] aut ignorat. Quid enim prodeſt [f], ſi peccata quis luxuriæ defleat, & tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhelat? *Idem li. 9. epi. 39. ad Theoctiſtam.* ¶ Sunt† qui dicunt pauci tēporis pœnitentiam cōtra peccatum debere ſufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire. Recte eos paſtoris primi percutit ſententia, qui ait [g] [Contigit illis illud veri prouerbij: canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.] Magna eſt enim contra peccatum virtus [h] pœnitētiæ: ſed, ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret. *& infra.* ¶ Pœnitentiam vere agere eſt, cōmiſſa plangere†, & ‡ iterum plangenda declinare.

Item Aug. tract. 124. in c. 21. Ioannis.

C. VII.

[3] PRoductior [i] eſt enim pœna, quàm culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demonſtrationem [k] debitę miſeriæ [l], vel ad emendationem [m] labilis vitæ, vel ad exercitationē [n] neceſſariæ patientiæ [o] temporaliter hominē detinet [p] pœna: etiam quem iam ad damnationem ſempiternam reum non detinet culpa *& paulo poſt.* ¶ Ira Dei [q] non eſt vt hominis, id eſt, perturbatio [r] concitati animi, ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio.

Item Ioannes os aureum in homilia de pœnitentia.

C. VIII.

[4] PErfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia [s] libēter ſufferre. *& j.* ¶ In corde eius contritio eſt, in ore eius confeſſio, in opere tota humilitas. Hæc eſt perfecta, & fructifera pœnitentia.

Item Smaragdus in expoſitione regulæ ſancti Benedicti, c. 4.

C. IX.

ILle pœnitentiam digne agit, qui, quæ commiſit, ſic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quaſi ſi quis lauet laterem crudum: quia quanto magis lauerit, tanto magis lutum facit.

Item Aug. hom. 41.

C. X.

[6] POenitentes (ſi tamen eſtis pœnitentes, & non eſtis irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo: & vos cum catena [t] paſcetis. Qua, inquis, catena? [Quæ ligaueris in terra, erunt ligata & in cælo.] Audis ligaturam, & Deo putas facere impoſturam [u]? pœnitentiam agis [x], genua figis & rides, & ſubſannas patientiam Dei? Si pœnitens es, pœnitet te: ſi non pœnitet, pænitēs non es. Si ergo pænitet, cur facis, quod male feciſti? ſi feciſſe pænitet, noli facere: ſi adhuc facis, certe non es pęnitēs.

Item Iſid. lib. 2. de ſummo bono, c. 16.

C. XI.

[7] IRriſor eſt, non pænitens, qui adhuc agit, quod pænitet: nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare [y] ſuperbus. Canis reuerſus ad vomitum eſt pœnitēs ad peccatum. Multi enim lacrymas indeſinēter fundunt, & peccare non deſinunt. Quoſdam accipere lacrymas ad pænitentiam, & affectum pœnitentiæ non habere conſtat: quia inconſtantia [z] mentis, nunc recordatione peccati lacrymas fundunt: nūc vero reuiuiſcente vſu [a] ea [b], quæ fleuerant, iterando cōmittunt. Eſaias [c] peccatoribus dicit [Lauamini [d], mundi eſtote. Lauatur itaque, & mūdus [e] eſt, qui & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur [f], & non eſt mundus,

o ¶ *Neceſſariæ patientiæ.*] ad vitam æternam.

p ¶ *Detinet.*] pœnam ad gloriam Dei manifeſtandam, vt in cæco nato. 3. diſt. 1. ex his. & ad iudicium futuræ damnationis, vt in Herode. ſup. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. & ad cautelam ſui & aliorum, vt in Paulo. & vt ſtudioſius illa vita quæratur, quæ erit ab omnibus pœnis aliena, & vt ſit fideli certandi materia, & occaſio vincendi qui non vinceret, ſi non pugnaret. ſup. diſtin. 6. c. ſed penſandum.

‡ pœna quæ te infligitur à Deo.

q ¶ *Ira Dei.*] ſup. 11. q. 3. c. epiſcopus. §. ſi ergo iniuſte.

5 Iſid. de ſum. bono, lib. 2. c. 13.

r ¶ *Perturbatio.*] ecce quid ſit ira hominis, & quid ira Dei.

s PErfecta pœnitentia.] ¶ *Omnia.*] iniuncta à ſacerdote.

POenitentes.] CASVS. In hoc ca. dicitur qui dicantur vere pænitentes, & qui non. *Si tamen eſtis pœnitentes.* cum effectu. *Cum Catena.* i. mandato eccleſiæ. *Impoſturam.* deceptionem. ſeq. tria ca. plana ſunt, irriſor. lauamini. inanis. in quibus nihil aliud dicitur, niſi qui dicantur vere pænitentes, & qui non. *Qui adhuc agit.* id eſt, habet voluntatem agendi. *Illud quod pœnitet.* id eſt, de peccato quo pænitet. *Subſannare.* id eſt, naſo torto deridere. Sequ. duo c. ſcilicet, qui admiſſa. & qui admiſſa. patent. *Admiſſa.* ſcilicet peccata. *Nec deſinunt conſiderare.* Id eſt, peccare ſimilia. Tria ſequ. c. manifeſta ſunt, ſcilicet, lauamini. baptizatur. & incaſſum.

6 ſent. 4. diſt. 15.

Matth. 16.

7 ſent. 4. diſt. 14.

t ¶ *Cum Catena.*] ſuprà diſt. 1. agite. ar. contra ſup. diſt. 1. facilius.

t ¶ *Catena.*] id eſt, in catena, id eſt, cum mādato eccleſiæ, ſ. ſecundum quòd eccleſia nos ligauit. Et eſt ſi. 1. qu. 1. iudices.

v ¶ *Facere impoſturam.*] id eſt, ei falſum imponere, quòd ſcilicet iniuſte ligaris ab ipſo. Deus enim neminem iniuſte ligat. 11. q. 3. epiſcopus. §. ſi ergo iniuſte. ‡ Impoſtor autem dicitur, qui falſum aliquid alicui imponit. ff. de ædil. edil. ob quæ vitia. §. 1.

‡ impoſtor quis dicitur.

Eſa. 1.

x ¶ *Agis.*] actu, vel voluntate.

y IRriſor.] ¶ *Subſannare.*] id eſt, naſo torto deridere.

k ¶ *Ad demonſtrationem.*] i. ad cuſtodiā humilitatis, vt in Paulo. 23. q. 4. diſplicet.

l ¶ *Miſeriæ.*] in quam venit ex peccato. 3. diſt. 5. ad eius vero. ver. ſi.

m ¶ *Ad emendationem.*] id eſt, ad purgationem delicti, vt in paralitytico.

n ¶ *Ad exercitationem.*] 3. e. diſt. 1. ſicut primi.

z ¶ *Inconſtantia.*] nota inconſtantiam reprobari. ff. de procurat. in cauſæ. ff. de offic. præ. obſeruandum. Arg. contra. ff. de col. bon. nonnumquam.

a ¶ *Vſu.*] cum præueniuntur à tentatione. j. diſt. 5. c. 1.

b ¶ *Ea.*] i. ſimilia.

c ¶ *Eſaias.*] adhuc eſt de c. Iſidori, quod ſequitur.

d ¶ *Lauamini.*] baptiſmo, vel pœnitentia.

e ¶ *Mundus.*] interius.

f ¶ *Lauatur.*] i. exterius.

f ¶ *Lauatur.*] i. illa mundicia non eſt ei ad ſalutem: quia eſt momentanea, non perſeuerans. Vel non eſt mundus ex toto, ſed ad tempus, vel in parte.

a ¶ Quæ

a ¶ *Quæ fleuerat.*] 3. 15. q. 8. ij qui.
b ¶ *Soliloquiorum.*] id eſt, pſalmorũ, qui ſunt excellentiora de Chriſto eloquia. ‖ pſalmi dicuntur ſoliloquia.
c Inanis.] i. inſufficiens ad vitam æternam obtinendã. Vel carẽs fructu illius pœnitentiæ, quam non ſequitur culpa: cuius fructus eſt vitatio gehennæ, & adeptio gloriæ.
d ¶ *Tardius.*] ar. cõtra. *Vulnus Achilleo, quod quondam fecerat hoſti: Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.* Ouidius.
e ¶ *Frequenter.*] 3. diſt. 39. diaconi ſunt. contra. Sed hoc aduerbium, vix, ſoluit contrarietatem a.
2 Sent. ibid. a Vel dic quòd aduerbium poſitũ ſ. pro c. in ſi. caſſidue, ſoluit contra nam hic dicit frequenter ſecundum P.
f Qui *deſerunt.*] peccare. Vel quia redeunt ad alia vel ad alia.
g ¶ *Ad ſordes.*] quaſi hoc inde ſequitur: & ita, vt tenetur conſecutiue, vt 1. q. 1. quiſquis. in fi.
Baptizatur.] hæc verba, quæ hic ponit Gregorius inueniuntur in libro Ieſu filij Sirach, qui dicitur Eccleſiaſticus.
h ¶ *Baptizatur.*] i. abſoluitur & mundatur. de conſecr. diſt. 4. nec quemquam.
i ¶ *A mortuo.*] i. à mortalibus peccatis. hiſtoria. Tangitur hic illud veteris teſtamenti, quòd ‖ ſi quis tangebat cadauer hominis mortui, erat immundus ſeptenis diebus: poſtea aſpergebatur die tertio aqua aſperſionis, & ſic mundabatur. ‖ Mortuum tangẽs, erat 7 diebus immundus.
2 Sent. ibid. Aug. l. 11. c. 24.
i ¶ *A mortuo.*] i. à contactu mortui. Tangitur quod fiebat in veteri teſtamento, quòd ſi quis tãgebat oſſa vel corpus mortui hominis, immundus erat ſeptẽ diebus, poſtea aſpergebatur aqua aſperſionis die tertio & ſeptimo, & ſic mundabatur, ſicut hic tangitur, & exponitur de conſec. diſtin. 4. nec quemquam.
3 Sent. ibid. Beda in 2. Petr. 2.
k ¶ In *caſſum.*] ¶ *Deſeratur.*] finaliter. arg. 3. diſt. 4. inter mittentes. §. filiis. † admiſſum orig. † al. qui &
l ¶ *Fruſtra.*] quia inde cẽs eſt prius ſoluere, &c. ext. de renunt. literas. Arg. contra C. de iis qui. vt indig. l. fi. Nam & teſtamentũ imperfectum nullum eſt, inſt. qui mod. teſtam. infir. §. pen. Eze. 2.
SED VERBA. Hæc eſt 2. pars diſt. in qua ſoluit (& bene) dicens quòd auctoritates ita ſunt intelligendæ vt tempore confeſſionis non habeant propoſitum peccandi. Ioan. de Fant.
Casvs. Inductis auctoritatibus, quæ videntur innuere quòd illa pœnitentia, quam ſequitur mortalis culpa, non fuerit vera: incipit nunc reſpondere, & illas ſoluere. Et primo ſoluit primã. Vel illud quod dicitur ibi, pœnitentiam agere dignè: dicens quòd verba diffinitionis ad idem tempus & non ad diuerſa referuntur, ſcilicet vt eo tempore quo pœnitet, non habeat propoſitum amplius peccandi. Et ad hoc inducit ſeq. cap.
m ¶ *Sed verba.*] Hic incipit ſoluere auctoritates, quæ videntur dicere illam pœnitentiam non fuiſſe veram, quam ſequitur mortalis culpa, & reſpicit hic primo illud c. pœnitentiam quippe agere. ‖ Pœnitere quis dicitur.
n ¶ *Non committat.*] id eſt, non committendi propoſitum habeat: qui ergo a malis ſic mentem reuocat, vt commiſſa plangat, & plangenda committere non velit, nec ſatisfacere negligat, vere pœnitet: licet poſtea forte caſu vel infirmitate peccet, non ex propoſito.

qui plangit quę geſſit, nec tamen deſerit, ſed poſt lacrymas ea, quę fleuerat a, repetit.

Item Auguſtinus in libro ſoliloquiorum b.

C. XII.

1 Inanis c eſt pœnitentia, quam ſequẽs culpa coinquinat. Vulnus iteratũ ſanatur tardius d: frequenter e peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata. Nihil valet veniã à malis poſcere, & mala denuo iterare. Perſiſte ergo in confeſſione: eſto in pœnitentia fortiter cõfirmatus: vitam bonam, quã accepiſti, tenere nõ deſinas: propoſitum bonæ vitæ conſerua iugiter.

¶ Caput hoc non eſt inuentum apud B. Auguſtinum. habentur tamẽ apud Iſidorum (quem citat magiſter) penè eadem in dialogo, ſiue ſynonymis, non longe ante c. de caſtitate.

Item Gregorius in paſtorali par. 3. admonitione. 31.

C. XIII.

2 Qui admiſſa plangunt, nec tamen deſerunt f, conſiderare ſolicitè ſciant quia flẽdo, inaniter ſe mundant, qui viuẽdo ſe nequiter inquinant, cum idcirco ſe lacrymis lauant, vt mũdi ad ſordes ‖ redeant.

Idem ibidem.

C. XIIII.

3 Qui admiſſa † plangit, nec tamen deſerit, penè grauiori culpæ ſe ſubiicit: quia † ipſam, quam flẽdo impetrare potuit veniam, contemnit.

Idem ibidem.

C. XV.

Lauamini, mũdi eſtote,] Poſt lauacrum enim mũdus eſſe negligit, quiſquis poſt lacrymas vitæ innocentiã non cuſtodit. Lauantur ergo, & nequaquam mũdi ſunt, qui commiſſa flere non deſinunt, ſed rurſus flenda committunt.

Idem ibidem.

C. XVI.

Baptizatur h quippe à mortuo i, qui mundatur fletibus à peccato: ſed poſt baptiſma mortuum tangit, qui culpam poſt lacrymas repetit.

Idem in moralibus lib. 1. c. vlt.

C. XVII.

In caſſum quippe bonum agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur k: quia & fruſtra l velociter currit, qui priuſquam ad metas veniat, deficit.

2 4 Sed verba m diffinitionis non ad diuerſa tempora, ſed ad idem tempus referuntur: videlicet, vt tempore, quo deflet mala, quæ commiſit, non committat n quod adhuc eum flere oporteat. Quod ex ſequentibus verbis eiuſdem auctoritatis datur intelligi, dum dicitur, [Nam qui ſic alia deplorat, vt tamẽ alia committat o, adhuc pœnitentiam agere aut diſſimulat, aut ignorat.] Hinc Auguſtinus in Enchiridio p, c. 70.

C. XVIII.

5 Sane cauendum eſt, ne quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agũt, regnum Dei non poſſidebunt, quotidie perpetranda, & eleemoſynis quotidie redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda: & per eleemoſynas de peccatis præteritis q eſt propitiandus r Deus, non ad hoc emendus s quodammodo, vt ea ſemper liceat impune cõmittere. Nemini enim debet laxamẽtum peccandi: quamuis miſerando deleat iam facta peccata, ſi nõ ſatisfactio congrua negligatur.

Idem ibidem, c. 76.

C. XIX.

6 Qui vult eleemoſynam ordinate dare, à ſeipſo t debet incipere u, & eam ſibi primũ dare. Eſt enim eleemoſyna x op᷒ miſericordiæ, veriſſimeque dictum eſt, y [Miſerere animæ tuæ pla-

o ¶ *Committat.*] opere, vel voluntate.
p ¶ *Enchiridio.*] id eſt, in libro manuali. & dicitur ab en, quod eſt in, & chir chiros, quod eſt manus, id eſt, liber manualis. ‖ Enchiridiõ eſt liber manualis. Eccl. 34.
Sane cauendum.] Casvs. Quidam erant, qui quotidie peccare mortaliter non vitabant credentes quòd per eleemoſynas poſſent ea peccata redimere. ſed errabant, cum quotidie ſit Deus rogãdus de præteritis peccatis, & non emendus, vt occaſione eleemoſynæ credat quis impune poſſe peccare. Nam nulli dat Deus licentiam peccandi, quamuis Deus deleat facta peccata, ſi ſatiſfactio congrua non negligatur. *Vt ea*, ſcilicet mala. 4 Sent. ibid. 3. ca. pœnitentia.
q ¶ *De peccatis præteritis.*] Vide quod legitur & non nonageſimaſeptima diſtinctione, cap. ver. ipſa vero. in gl. ſic intelligitur, &c. Arch.
r ¶ *Propitiandus.*] i. placandus.
s ¶ *Emendus.*] non demus ei eleemoſynas in pretium vt maneamus licite in peccatis: aliàs dicit ca. eleemoſynis peccata tua redime. 3. diſt. 1. medicina. 3. e. c. adhuc inſtant. 1. q. 7. exigunt. Remiſſio enim peccati non dat licentiam delinquendi. ‖ Peccata enim publice puniri intereſt. ext. de collu. cap. 1. Sed tamen non debemus temere ad pœnas proſilire. argum. C. de pœ. ſi operis. 5 Sent. ibid. Iuo p. 17. d. 12. ‖ Pœnã publice puniri intereſt.
Qui *vult ordinate.*] Casvs. Dicitur hic, quòd qui vult ordinate eleemoſynam dare, primo debet incipere à ſeipſo, ſcilicet vt ſe prius corrigat & pœniteat, & ſatisfaciat de peccatis ſuis: & tunc datur eleemoſyna ordinate. & hoc probatur per diffinitionem eleemoſynæ. 6 Iuo p. 17. c. 123.
t ¶ *Seipſo.*] vt ſupra. 23. quæſt. 5., ſi non licet. Eccl. 30. C. de ſer. præces. Nec tenetur aliqua actione, qui propter ſuas conſeruandas, alienas merces proiicit. ff. de præſc. verb. qui ſeruandarum. in prin.
v ¶ *Incipere.*] vt habeat cor contritum, & dimittat ei à quo læſus eſt.
x ¶ *Eleemoſyna.*] dicitur ab eli, quod eſt Deus, & moys, quod eſt aqua: quia ita extinguit peccatum ſicut aqua extinguit ignem. diſt. 45. tria. ‖ Eleemoſyna vnde dicatur.
y ¶ *Dictum eſt.*] in libro Ieſu filij Sirach, à Salomone.

z ¶ Vt Deo

a ¶ *Vt Deo placeamus.*] non ergo ſe fallant qui per largas eleemoſynas fructus vel pecuniæ ſe exiſtimant impunitatem emere: quia qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam: & qui odit animam ſuam, nō eſt ei Deus miſericors, ſed crudelis. ſi igitur vult ei dare eleemoſynam, per quam ſit munda, odiat eam ſecundum ſæculum, & diligat eam ſecundum Deum. hac eleemoſyna, quam ſibi homo primum debet, mundantur interiora: [2] ergo eleemoſyna pecuniæ, quam quis facit manens in mortali peccato, non proprie dicitur eleemoſyna: quia inordinate fit dū à ſe non incipit, & dū ſibi crudelis exiſtit, nō placet Deo. H.

[2] Eleemoſyna in peccato facta nō eſt propriè eleemoſyna.

cens Deo.] Propter hoc renaſcimur vt Deo placeamus [a].

Idem ibidem.c.71.

¶ Antea caput hoc citabatur ex Ioāne Chryſoſtomo. Reſtitutum eſt B.Auguſtino: quē citant Magiſter, & Iuo, & concilium Toletanū 4.cap.9.

C. XX.

[1] DE quotidianis, breuioribus [b] leuibuſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana [c] oratio [d] fidelium ſatisfacit [e]. Eorum eſt enim dicere [Pater noſter [f] qui es in cælis, qui iā taliter† [g] patri regenerati ſunt ex aqua, & ſpiritu ſancto. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata [h], delet & illa, à quibus vita fidelium ſcelerate etiam geſta, ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit, ſi quemadmodum veraciter dicitur, [[i] dimitte nobis debita noſtra] quoniā non deſunt quæ dimittantur, ita veraciter dicatur [ſicut & nos dimittimus debitoribns noſtris,] id eſt, ſi fiat, quod dicitur [k]: quia & ipſa eleemoſyna eſt, veniam petenti homini ignoſcere.

[1] ſē.4.di.16. Iuo p.15. ca. 129.

† patri tali] orig.

Matth.6.

* Quæ ex ſuo genere mortalia ſunt, ſed fiunt venialia ob imperfectionem actus: ea, ſi tēpis mora & deliberō accedat, redeūt ad naturam propriā, & ſunt mortalia.

Item Pius Papa, epiſt.s.

C. XXI.

[2] NIhil [l] prodeſt [m] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur.

[2] j de conſ. diſt.5. nihil prodeſt. Sent.4. diſt. 14.& 15. Pol. l. 3. tit. 25.

Ex perſona [n] huiuſcemodi pœnitentis [o] etiam illud Smaragdi intelligitur. [Ille pœnitentiam digne agit, &c.] & illud Auguſtini [3] Pœnitentes, &c.] illud Iſidori (Irriſor eſt, & non pœnitens.) & illud Eſaiæ (Lauamini & mundi eſtote.) Item & illud ſoliloquiorum [4] Inanis eſt pœnitentia, &c.) Similiter & illud Gregorij (Qui admiſſa plangunt.) & (Baptizatur à mortuo.) Illud autem Ambroſij (Reperiuntur, &c.) non ſecundū generalem, ſed ſecundum ſpecialem conſuetudinem eccleſiæ de ſolemni pœnitentia dictum intelligitur quæ apud quoſdam ſemel celebrata non iteratur.

[3] ∫.ead.

[4] ſen 4.diſt. 14.

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Macedonium, epiſt.54.

C. XXII.

[5] QVamuis [p] caute, & ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius† humillimæ pœnitentiæ ſemel in eccleſia concedatur, ne medicina vilis [q] minus vtilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo [r], quare huic homini, qui poſt primam pœnitētiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis?

[5] ∫.diſt. 50. quamuis. Sent. ibid. Iuo p.15.c. 14.

† tali.Iu.

[4] Hac auctoritate [s] & illud [t] Ambroſij determinatur [v]. & iterum [x] peccatori per primam pœnitentiam venia dari monſtratur: [*] alioquin nequaquam iterum parceret [y] Deus qui necdum pepercisset (Satisfactio [z] quoque pœnitentiæ) & (vade & amplius noli peccare) eundem cum diffinitione intellectum [a] habent. Illud [7] autem quod in libro [b] de pœnitentia dicitur, de perfecta [c] eſt intelligēdum. Sicut enim charitas alia eſt incipiens, alia eſt proficiens [d], alia eſt perfecta [e]: ſic & pœnitentia alia eſt incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati, licet nondum perfectæ, in baptiſmo datur venia peccatorum. vt quamuis poſtea grauiter aliquis ſit peccaturus, tunc tamen intelligatur eſſe renatus, non aqua tantum (ſicut Iouinianus tradidit,) ſed aqua & ſpiritu (ſicut Hieronymus contra eum ſcribit,) ſic & incipientium pœnitentiæ venia non negatur: quæ quadam ratione, perfecta poteſt dici, quia toto corde gemit, & dolet: licet & alia ratione poteſt dici imperfecta, quia non vſque in finem duratura [f]. Secundum primum modum [g] perfectionis intelligitur illud Ioannis os aureí ([8] Perfecta pœnitentia, &c.) Iuxta ſecundum modum perfectionis [h] illud Auguſtini intelligitur ([9] Pœnitentia eſt vindicta ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe.) Illud autem [i] [10] ſi pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur.) dupliciter intelligi poteſt. Si enim iuxta quorundam ſententiam peccata dimiſſa redeunt, facile eſt intelligere nihil de venia relinqui: quoniam peccata, quæ prius erant dimiſſa, iterum replicantur. Sicut enim ille qui ex iuſta ſeruitute in libertatē manumittitur, iterum vere liber eſt, quamuis ob ingratitudinem in ſeruitutem poſtea reuocetur [k], ſic & pœnitenti peccata vere remittuntur, quamuis ob ingratitudinem venia eiſdem poſtea ſit implicandus. Si autem peccata dimiſſa non redeunt, dicitur nihil relinqui de venia, quia nihil relinquitur ſibi de vita munditiæ, & ſpe æternæ beatitudinis, quam cum venia aſſecutus eſt. Sicut enim argento perfecte purgato, nihil ſui decoris relinquitur: ſi ſequenti ærugine fœdatur, non tamen prima.

[6] ∫.e.c. ſanſ factio.& ca. ſi Apoſtolus

[7] ∫ ca pœnitentia. Sent.3. diſt. 19.

[8] ∫.ead.

[9] ∫.ead.Sen. 4.diſt.14.

[10] ∫.ea. c. ſi Apoſtolus.

DE *quotidianis.*] CASVS. Dicitur hic quod leuia peccata ſine quibus vita præſens non ducitur: oratione Dominica, ſ. Pater noſter, delentur. & ſicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita noſtra: ita & nos dicamus veraciter, ſicut, &c. & hæc eſt eleemoſynæ ſpecies. Seq. c. nihil patet.

b ¶ *Breuioribus.*] ratione tēporis vocat breuia. nā ſi durant, tranſeunt in mortalia*. 25. diſt. c. vnū. §. criminis.

c ¶ *Quotidiana.*] ∫. 2. di. 1. tres ſunt actiones.

d ¶ *Oratio.*] j.c. diſt.6. qui vult.

e ¶ *Satisfacit.*] j. de cōſe. diſt.3. aquam.

f ¶ *Pater noſter.*] quia non imponitur maior pœnitentia pro veniali quàm vt dicatur, Pater noſter. vnde dicit ca. quod ſufficit perfecta cōtritio, vel cōfeſſio cordis. ∫. di. 1 c. vlt.

g ¶ *Taliter.*] quod ſint filij Dei, & ita veraciter poſſint dicere, Pater noſter: in quibus non eſt mortale aliquid.

h ¶ *Peccata delet.*] non quod peccata mortalia primo cōmiſſa ea omnino dimittat, ſed quia pœnitentiā pro mortali iniūctam releuat. Delet ergo mortalia quo ad pœnam, non quo ad eſſentiam, ſed venialia quo ad vtrumque: ſic & aqua benedicta. de conſe. diſt.3. aquam ſale conſperſam*.

* Et de cōſ. diſt. 2. cura omne. & ca. qui manducat. & c. ſ q. & c. omnia &c.

i ¶ *Dimitte.*] C. d nup. imperialis. verſ° prin.

k ¶ *Quod dicitur.*] ſ. dimittimus. arg. de conſec. diſt.2. reuera. in fi. ∫. diſt.13 pſalmiſta. & diſt 56. Dominus.

quamuis. Alij ſub illo §. patet. & aliter habet ca. illud.

n ¶ *Ex perſona huiuſcemodi.*] de qua loquitur c. nihil.

o ¶ *Pœnitentis.*] ſ. de vno, & non de alio: vel aliud cōmittentis nūc vel poſtea.

p QVamuis.] ſupra diſtin. 50. quamuis.

q ¶ *Vilis.*] i. ſi haberetur vilis: quòd contingeret ex iteratione eiuſdē. omne enim rarū, &c. 93. di. legimus.

r ¶ *Deo.*] vel Papæ.

HAC AVCTORITATE. Hæc eſt 4. pars di. in qua dicitur quòd in pœnitētia ſunt gradus ſicut in charitate, &c. Io. de Fan.

CASVS. Nunc dicit Grat. quòd ſecundum hanc auctoritatem, Quamuis. intelligi poteſt illud Ambro. ſcil. capi. *reperiuntur.* illud autem quod dicitur in libro de pœnitentia, ſc. *Pœnitentia eſt quædam*, &c. de perfecta pœnitentia intelligitur. Poſtea dicitur, quod pœnitentia alia eſt incipiens, alia proficiēs, alia perfecta. Et iuxta hanc diſtinctionē intelliguntur quædam ca. ſuperius poſita. illud autem, *ſi apoſtolus*. in fine intelligitur ſecundum quandā diſtinctionem, quam facit in littera.

s ¶ *Hac auctoritate.*] ſ. quamuis.

t ¶ *Et illud.*] ∫. e. c. reperiuntur.

v ¶ *Determinatur.*] ſc. quòd de ſolenni intelligantur.

x ¶ *Iterum.*] ſicut dictū eſt ∫. e. ca. prox. quamin fi.

y ¶ *Parceret.*] quia ſi prius homini non pepercisset, non ei iterū parcere diceretur. ar. ∫. e. di. pœnitentia eſt quædam dolentis.

z ¶ *Satisfactio.*] materialiter tenetur.

ADDITIO. Sub. ſignificatiue, i. verba iſta ſuperius poſita. P.

a ¶ *Intellectum.*] i. vt ad tempus idem referatur, non ad diuerſa.

b ¶ *In libro.*] ∫. ead. diſt. pœnitentia eſt quædam.

l NIhil.] j. de conſ. diſt.5. nihil. & c. non mediocriter. ∫. diſtin 86. quid prodeſt.

m ¶ *Prodeſt.*] ad vitam æternam. prodeſt tamē ad minus ſupplicium ſubeundum. j. e. di. ſi quis autem non habens. [l] vnde & pœnitentia non eſt deneganda ſuper vno peccato, dum quis remanet in aliis. ex. de pœ. & remiſ. quod quidam. Item ad temporalia conſequenda. 22. q. 2. ſi quilibet. Itē ad citiorē gratiæ appoſitionem. j. diſt.5. falſas.

[l] Pœnitentia ſuper vno peccato non eſt deneganda.

EX PERSONA. Hæc eſt 3 pars diſt. in qua dicitur, quòd omnes auctoritates, quæ dicunt quòd pœnitentia non ſit iteranda. de ſolenni ſunt intelligendæ. Io. de Fant.

CASVS. Soluit auctoritates ſuperius inductas Grat. & dicit quòd capitula ſuperius poſita, quę hic enumerantur. intelliguntur ſecundum proximum capitulum, ſ. nihil. c. vero reperiuntur, intelligitur ſecundum ſpecialem conſuetudinem alicuius eccleſiæ. & quod dicit ibi, *huiuſcemodi.* de qua, ſ. dictum eſt in c. prox. vel huiuſcemodi, ſ. plangentis commiſſa, & cōmittentis: vel pœnitentis de vno peccato, & non de alio. & ſecundum ſpecialem conſuetudinem intelligitur c. ſequens. cuius caſus patet, & habetur hoc ſupr. 50. diſt. quamuis.

c ¶ *De perfecta.*] pœnitentia, i. perfectorum. Vel ſufficiente ad ſalutem. Vel duratura vſque in finem.

d ¶ *Proficiens.*] i. ad ſalutem ſufficiens.

e ¶ *Perfecta.*] quia gradus ſunt in ea, vt ∫. di. 2. cū ſancta. & pcedenti §.

e ¶ *Perfecta.*] i. ad ſalutem ſufficiens.

f ¶ *Duratura.*] hic datur intelligi, quòd quædam dicitur perfecta, i. vſque ad finem duratura.

g ¶ *Primum modum.*] quòd dicitur perfecta, i. vſque ad ſalutem ſufficiens, vt cum quis toto corde dolet, & gemit.

h ¶ *Perfectionis.*] quia dicitur perfecta, i. vſque ad finem duratura.

i ¶ *Illud autem.*] ∫. e. ſi Apoſtolus.

k ¶ *Reuocetur.*] quod ex leui cauſa fieri poteſt. C. de lib. & eorū l. 2. arg. 15. q. 7. c. 1. dum tamen lege ſit comprehenſa.

ſed ſequenti ſordidatur. ſic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui, cum tamen iam non deletis, ſed adhuc expiandis coinquinetur.

Quòd autem[a] *per pœnitentiam non ſemel tantum, ſed ſæpiſſime peccata remittantur, multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum de pœnitentia.

C. XXIII.

SEpties [b] cadit† [c] iuſtus, & reſurget† [d].] Si cadit, quomodo iuſt⁹? ſi iuſtus, quomodo cadit [e]? ſed iuſti vocabulum [f] nõ amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Et nõ ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties [g] delinquẽti, ſi conuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur, [Cui plus [h] dimittitur, plus diligit.]

David quoque per pœnitentiam, adulterij ſimul & homicidij veniam impetrauit.

De cuius pœnitentia in eodem libro Hieronymus ait [z].

C. XXIIII.

TOtam pœnitẽtiam peccatoris oſtendit pſalm⁹ quinquageſimus, quando ingreſſus eſt Dauid ad Bethſabee vxorem Vriæ Ethæi, & à Natham prophetante correptus reſpondit dicens [Peccaui:] ſtatimque meruit audire [& Dominus abs te abſtulit [i] peccatum.] Adulterio enim iunxerat homicidium, & tamẽ cõuerſus [k] ad lacrymas [Miſerere, ait mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ dele iniquitatẽ meam.] Magnum enim peccatũ magna indigebat miſericordia [l]. Vnde iungit, & dicit, Multũ laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo mũda me: quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui.] Rex [m] enim erat†, alium non timebat† [n].] Et malum coram te feci, vt iuſtificeris [o] in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.] Concluſit [p] enim Deus omnia [q] ſub peccato, vt omnibus [r] miſereatur. Tãtumque profecit, vt dudũ peccator & pœnitens trãſierit in magiſtrum, & dicat [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Confeſſio enim, & pulchritudo corã eo: vt qui ſua confeſſus fuerit peccata, & dixerit (Putruerũt [s] & corruptæ ſunt cicatrices [t] meæ à facie inſipientiæ meæ,) fœditatem vulnerum in ſanitatis decorem commutet.

Item Ambroſius in Apologia David[v] *cap. 3.*

C. XXV.

ILle rex [x] tantus ac potens ne [y] exiguo quidem momento manere penes ſe delicti paſſus eſt cõſcientiam [z]: ſed præmatura confeſſione, atque immenſo dolore reddidit peccatum ſuum Domino. *& infra.* ¶ Denique Dominũ dolor intimi mouit affectus, vt Natham diceret (Quoniã pœnituit te, Dominus trãſtulit peccatum tuum.) Maturitas itaque veniæ profundam regis fuiſſe pœnitentiam declarauit: quæ tanti erroris offenſam trãſduxerit [a]. *& infra.* ¶ Sancti, qui [b] cõſummare piũ certamen geſtiũt, & currere curſum ſalutis, ſicubi forte vt homines corruunt† [c], naturæ magis

Marginalia: † al. cadet. † al. reſurget. Prouerb. 24. Math. 18. Luc. 7. 1 Sent. ibid. z in e. epiſt. ad Ruſticum. † al. eram. † timebam. orig. Rom. 11. Pſal. 73. 2. Reg. 12. Pſal. 50. † al. corruerunt.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 5. pars diſt. in qua probat per quatuor auctoritates, quòd ſemper per veram pœnitentiam dimittuntur peccata. Ioan. de Fant.

CASVS. Poſitis auctoritatibus inductis, quas inducunt qui dicunt pœnitentiam non eſſe iterandam, & quòd pœnitentia poſtquam peccatur, non obtinet veniam, incipit tractare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia iteratur, & quòd ſæpius per pœnitentiam remittantur peccata. Et ad hoc inducit ſequentia c.

a ¶ *Quòd autem.*] in ductis auctoritatibus, quas inducũt qui pœnitentiam non eſſe iterandam dicunt, & quod pœnitẽtia poſt quam peccat non obtinet veniam, incipit probare per multas auctoritates & exempla, quòd pœnitentia ſæpius iteratur, & quòd ſæpius per pœnitẽtiam remittuntur peccata.

SEpties.] CASVS. Dicitur hic, quòd iuſtus ſepties, i. multoties cadit per venialia peccata: & tamen non cadit à charitate. & ſunt verba Salomonis, quæ Hiero. exponit. Sequens §. ſcilicet Dauid. patet.

b ¶ *Septies.*] verbum Salomonis: quod exponit Hieronymus.

b ¶ *Septies.*] id, pro vniuerſitate ponitur, id eſt, omnibus modis & generibus flagitiorum & tribulationum. [Septies, id eſt, omnimodis.]

ADDITIO. Et dic quòd hæc non eſt intentio litteræ: nec propter hoc inducitur: ſed ſecundum quòd cadit in peccatum, vt ſequitur in alia glo. ſecundum Pet.

c ¶ *Cadit.*] i. affligitur

d ¶ *Reſurgit.*] i. nõ perit, ſed proficit. Vel reſurgit, id eſt, nouis operibus proficit.

e ¶ *Cadit.*] ſi intelligas hoc de caſu, qui fit poſt peccatũ mortale, exaudi quod dicit in die, ſ. vitæ ſuæ: & tunc eſt caſus à charitate. Si vero intelligas de caſu, qui fit per veniale, per quod cadit à quadam innocentia, non a charitate, tunc exaudi de die naturali.

f ¶ *Vocabulum.*] generaliter dicit lex, quòd qui poſſeſſionem vi ereptam in ipſo congreſſu recipit, in priſtinã cauſam videtur potius reuerti, quàm vi poſſidere. ff. de vi arm. qui poſſeſſionem. ar. ſ. diſt. 2. §. hæc itaque. c. firmum. [Vim faciẽs non ſemper vi poſſidet.]

g ¶ *Septuagies ſepties.*] i. quandocumque. finitum pro infinito ponitur. j. eadhuc. ver. medicorum. 16. q. 2. viſis. ver. habet enim.

h ¶ *Cui plus.*] hæc fuit reſponſio Petri, cum Dominus eum interrogauit de fœneratore, qui debitoribus debita inæqualia dimiſerat.

TOtam pœnitentiam.] CASVS. Probat in hoc c. quòd quotieſcũque quis reuertitur ad Deum pro peccatis ſuis, toties parcit ei Deus: quod probatur exemplo Dauid, & per multas auctoritates eiuſdem.

i ¶ *Abſtulit.*] quo ad culpam, non quo ad pœnam. j. c. illud. & ſ. di. 1. ſicut primi. Vel quo ad pœnam æternam, non quo ad tẽporalem. j. diſt. 4. c. intermittentes. §. filiis. H. [Deus qualiter abſtulit pecca. à Dauid.]

k ¶ *Conuerſus.*] ſ. diſt. 1. econtra.

l ¶ *Magna indigebat miſericordia.*] i. magno effectu miſericordiæ: nã miſericordia Dei æque magna eſt ſemper.

m ¶ *Rex.*] de facto. arg. diſt. 83. nemo. ext. qui fil. ſint legit. per venerabilem.

n ¶ *Alium non timebat.*] hic habes vnam expoſitionem huius auctoritatis: aliam habes ſ. diſt. 1. & venit. Vel dic, quòd alium non timebat, qui ſcilicet iuſte poſſet eum punire: cũ ipſe ſolus ſine peccato ſit. ſ. 3. q. 7. iudicet.

o ¶ *Iuſtificeris.*] quia continuo pœnituit. ſ. ea. diſt. 1. & venit.

p ¶ *Concluſit.*] id eſt concludi permiſit.

q ¶ *Omnia.*] Iudæos & Gentiles.

r ¶ *Vt omnibus.*] quo ad ſufficientiam, non quo ad efficaciam. ſ. diſt. 2. citius.

s ¶ *Putruerunt.*] cum peccato iterum conſentitur, dũ ad actum ducitur.

t ¶ *Cicatrices.*] i. plagę peccatorum per baptiſmum, prout exponitur j. diſt. 4. cap. vlt. Vel per aliud remedium ſanatæ.

v ¶ *In apologia David.*] liber excuſatorius de David[a]. [a Et dr̃ ab apo, qđ eſt re: & logos, quod eſt ſermo, quaſi ſermonis relatio vel reſponſio. Ar.]

ILle rex.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima multis modis excuſatur peccatum Dauid, Primo quia diu noluit in peccato manere. Secundo quia grauiter in corde doluit. Vnde ſtatim fuit ei dimiſſum peccatũ, Tertio quia ſi ſancti quandoque peccãt, credendum eſt eis hoc contingere potius fragilitate naturæ, quàm libidine peccandi: & ideo fortius reſurgũt, vt nõ videantur cecidiſſe. In 2. parte dicit, quòd peccatum quandoque donatur, quandoque deletur, quandoque tegitur. & de quolibet exemplum ſupponit. In 3. parte ponit differentiam inter iniquitatẽ & peccatum. peccatũ enim eſt op⁹ iniquitas qualitas mentis. vnde qui vult cauere à peccato extirpet radicem ipſam peccati, ſ. iniquitatem. Secunda pars incipit ibi, *Peccatum autem.* Tertia ibi, *Peccatum eſt.*

x ¶ *Ille rex tantus.*] CASVS. In hoc c. excuſatur multis modis peccatum Dauid, adulterij, [f] & homicidij. Primo quia diu noluit manere in peccato. Secundo quia grauiter in corde doluit: quod inde patet: quia ſtatim fuit ei dimiſſum peccatũ. Tertio quia ſi quandoque ſancti peccant: credendum eſt hoc eis contingere potius fragilitate naturæ, quàm peccandi libidine: vnde fortius reſurgunt, adeo vt non videantur cecidiſſe. In 2. parte ponit differentiã inter peccatum & iniquitatem. peccatum enim eſt opus iniquitatis: iniquitas eſt qualitas [h] mentis. vnde qui vult cauere à peccato, extirpet radicem ipſius peccati, ſcilicet iniquitatem. [f David peccatum tripliciter excuſatur.] [h Al. vitium.]

y ¶ *Ne exiguo.*] poſtquam redargutus eſt à Nathan,

z ¶ *Conſcientiam.*] argumentum, quòd nõ dicitur quis morderi peccati conſcientia, ex quo iam de eo pœnituit: vnde ſubire ſecure potuit ſacramentum. 8. qu. 3. Artaldus. licet argum. contra ſit, ſ. 25. diſt. primum. [l] Sed not. quòd conſcientia dupliciter accipitur. quandoque enim dicitur conſcientia delicti, vt ibi: quandoque dicitur morſus peccati, vt hic, & ſecundum quòd dicit Horatius: *Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.* [l Conſcientia dupliciter ſumitur.]

a ¶ *Transduxerit.*] i. deleuerit quo ad pœnam æternam: aliàs, temporaliter punitus fuit. ſ. ea. diſt. 1. ſicut primi.

b ¶ *Sancti qui.*] per hoc intendit probare, [;] quòd vtilis eſt pœnitentia. licet ſequatur offenſa quædã, ſcilicet humana ſimilitudine currentium in brauio vel agone. Nam licet in curſu labantur, ſi viriliter poſtea inſiſtant, lapſus præteritus nullatenus eis imputatur: ſic & ſpiritualis agoniſta dum currit ad brauium vocationis æternæ, licet aliquando labatur in via, ſi poſt reſurgit, lapſus non obeſt ei: quin etiam ſtimulo incitatus pudoris, ad conſummationem curſus amplius inardeſcit. 50. diſt. fidelior. [; Pœnitẽtia eſt vtilis licet ſequatur offenſa.]

c ¶ *Corruunt.*] ſ. 20. q. 3. procliuius. j. c. inter hæc. hircum. in auth. de mona. §. hinc. coll. 1.

a ¶ Cuius

fragilitate, quàm peccādi libidine, acriores ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina, vt nō ſolum nullum attuliſſe exiſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incētiua cumulaſſe[a]. Ergo ſi currentium[b] non ſoluitur[c] curſus, cū aliqui forte ceciderint, non luctantiū[d] contentio, ſed inoffenſa manent certamina: quin & plerique poſt vnū, aut alterum lapſum gratia maiore[e] vicerunt: quanto magis agonem pietatis ingreſſi non debēt vnius prolapſionis offenſione cēſeri[f], cum beatus ſit, qui ſe potuerit reparare poſt lapſum? *& infra c.4.* ¶ Quòd peccauit, conditionis[g] eſt: q; ſupplicauit, correptionis: lapſus cōmunis, ſed ſpecialis cōfeſſio. Culpam itaque incidiſſe, naturæ eſt, deleſſe†, virtutis[h]. *& infra c.13.*

¶ Peccatum aut donatur[i], aut deletur, aut tegitur. Donatur[k] per gratiam, deletur[l] per ſanguinē[m] crucis, tegitur[n] per charitatem: ſimiliter, & iniquitas[o], quæ æſtimatur habitudo mentis iniuſtæ: licet Ioannes in epiſtola eum, qui fecerit peccatum, & iniquitatem[p] feciſſe dixerit, ſicut habemus ſcriptū (Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatē facit:) peccatum eſt iniquitas[q]: quia in peccato ipſo iniquitas eſt. Tamen, vt nobis videtur, peccatum[r] eſt opus iniquitatis: iniquitas autem operatrix[t] culpæ, aut delicti. Prius eſt ergo, vt ipſa iniquitas deleatur, excidatur radix, & ſeminarium peccatorum: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuerſa iniquitatū genera tollantur. Itaque quemadmodum intrans in animam ſapientis diſciplina imprudentiam tollit, & ſcientia ignorantiam, ſic perfecta virtus iniquitatem, & remiſſio peccatorum delet[s] omne peccatum.

1.Ioan.5.

a ¶ *Peccatum eſt.*] *In originali vulgato legitur*, omne peccatum eſt iniquitas: iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti. Plus eſt ergo, *&c. ſed melior viſa eſt Gratiani lectio.*

Idem in eodem lib. c.7.

C. XXVI.

ILlud †[t] vero quàm mirabile eſt, q; Angelo ferienti plebem ſe obtulit Dauid dicens (Grex iſte[u], quid fecit? fiat manus tua in me, & in domū patris mei.) Quo facto ſtatim dignus ſacrificio iudicatus eſt, qui abſolutione exiſtimabatur indignus. Nec mirum, ſi tali ſua oblatione p populo, peccati ſui adeptus eſt veniam, cum Moyſes[x] offerendo ſe Domino pro plebis errore, etiā plebis peccata deleuerit: Texit igitur peccata ſua, an nō? Sed quis hoc neget, cum hic ipſe docuerit propheta, q; remittantur iniquitates, tegantur peccata, nō imputentur a Domino? Peccatum remiſſum ſibi eſſe docuit, ſicut ſcriptum eſt (Delictum meum cognoſco & iniuſtitiam meam non operui. Dixi, pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiā meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.) Dixit (pronuntiabo) & veniam meruit,[y] antequā pronuntiaret: quanto[z] magis, vbi de ſe pronuntiauit, dicens (iniquitatem meā ego agnoſco) remiſſum eſt ei omne peccatum? licet ſpecialiter de hoc[a] & Nathā propheta reſpondit (& Dominus tranſtulit peccatum tuum.) Ergo remiſſionem meruit iniquitatis & texit charitate, atque operuit peccata ſua, & texit operibus bonis nec imputādum eſt ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitię, ſed lapſus erroris? deinde†, quia non fuit improbitatis æſtus, ſed vmbra[b] myſterij: & tamen cōfeſſus eſt delictum ſuū, agnouit iniquitatem, vidit lauacrū, & vidit, & credidit: dilexit multum, vt nimia charitate tegere quęuis poſſet errorem.

† Quàm vero illud etiam mirabile] ori. *1.Paral.21.*

Exod.32.

Pſal.31.

Pſal. 50.

2.Reg.12.

† al. deinde. *† al. denique non fuit.*

e ¶ *Non relinquitur.*] cum enim eos ſubito ignis cœleſtis cõſumpſerit, non potuerunt purgari per hoſtiam, ‖ cum & quædam crimina eſſent, quæ nullis ſacrificiis mundabantur, vt 32. q. 1. quod autem. quale forſan & iſtud erat. Vel poteſt iſtud exponi de quolibet ſic peccante, id eſt, in peccato perſeuerante vſque in fi. Bar.

Matth. 27. Gen. 4.

‖ Crimina quædã nullis ſacrificiis mundabantur.

f ¶ *Hoſtia.*] ſecunda ſcilicet, quia ſemel tantum Chriſtum oportuit pati, nec relinquitur ſecundus baptiſmus: relinquitur autem ſecunda pœnitentia & tertia: & ſic deinceps. ‖ voluntarie enim peccantib. i. in peccato vſque in finem perſeuerantibus iam non relinquitur hoſtia pro peccato. i. non iterũ immolatur Chriſtus, qui eſt hoſtia pro peccatis. Vel ſic, i. non relinquitur locus ſecundæ hoſtiæ, ſicut in veteri lege dictum eſt ſæpius hoſtiam pro peccato immolari. Vel voluntarie peccantibus non relinquitur hoſtia pro peccatis, id eſt, non prodeſt Chriſtus qui eſt hoſtia pro peccatis. iam ſcilicet in hoc ſæculo præſenti: per quod conſtat quòd nec in futuro.

‖ peccantib. voluntarie nõ relinquitur hoſtia pro p̄ctõ, qualiter exponitur.

g ¶ *Perſeuerare.*] ſ. ead. diſ. 1. §. poteſt.

Iudas pœnituit.] Casvs. Probatur in hoc c. ꝙ mala pœnitentia nulli veniam tribuit, quod probatur exẽplo Iudæ. & Eſau, & exemplo Cain: bona vero veniam concedit, quod probatur exemplo Adæ & Eſau, qui forte pœnituit de primogenitura vendita. *Ille*, ſcilicet Iudas. *Neque pœnituit*, recte. Sed hoc H. intelligit de Eſau, qui non pœnituit recte de odio concepto contra fratrem.

a ¶*Eſau.*] de peccato forte primogenituræ venditæ. 7. quæſ. 1. quàm periculoſum.
b ¶*Magis.*] correctiuum eſt.
c ¶*Neque pœnituit.*] vterque ſcilicet.
d ¶*Aperitur.*] arg. ex ſequentibus comprehendi præcedentia. arg. 50. d. ſ. ſi quis diaconus. arg. diſ. 18. peruenit. arg. ſ. 23. q. 4 quid crudele. arg. j. 34. q. 1. cum per bellicam.
e ¶*Ex hoc peccatum.*] mendacij: quia poſt homicidium ſecutum eſt mendacium: quod magis fuit. arg. ſ. diſ. 1. §. alij econtra. c. ſerpens.
f ¶*Memoriam.*] ſ. di. 1. ca. quis aliquando. §. his auctoritatib⁹. ver. item illud. Ioã. & hoc idem ſ. diſ. 81. valet. cõtra ſoluitur ibi, memoria. ſ. ad contritionem, non ad delectationem. j. diſ. 5. c. 1.[a]

Gen. 4.
a Sub. i quo loqtur pec. c valeat qđ loquitur de mala memoria pctõ tum. &c.

etiam Eſau [a], ſed male: magis [b] autem iſte neque pœnituit [c]. Lacrymæ quippe illæ non erant pœnitentiæ, ſed animi [α] violenti, & indignationis internæ. Quod ex eius operibus aperitur [d]. *& infra.* ¶ Non igitur negemus, obſecro, peccata noſtra: neque nos impudentia duros efficiat. Sponte noſtra peccata puniamus, ne pendamus nõ ſponte ſupplicia. Audiuit Cain à Deo [Vbi eſt Abel frater tuus?] & dixit (neſcio: numquid nam cuſtos fratris mei ſum ego?) Vides, quomodo ex hoc peccatum [e] reddiderit grauius? Verum nõ ita pater eius audiens [Adam, vbi es] dixit [Audiui vocem tuam Domine, & timui, quoniam nudus ſum, & abſcondi me.] Magnũ bonum eſt, vt quis peccata ſua agnoſcat, & memoriam [f] eorum perſeueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria.

Gen. 3.

α ¶Animi violenti.] *Græce eſt* ἀλλὰ ὑπερφίας, καὶ θυμοῦ μᾶλλον καὶ ὀργῆς τὰ ἔξω, *id*, *eſt*, Sed potius contumelioſi impetus & iracundiæ: idque oſtendunt, quæ ſecuta ſunt. *Vetuſtus codex habet*, [Greek illegible], *quæ duæ voces coniunguntur etiam à B. Paulo in epiſtola ad Epheſios. c. 4. Sunt autem nonnulla in hoc cap. partim ex manuſcriptis Gratiani codicibus, partim ex ipſo originali emendata.*

Item Ambroſius in lib. 2. de pœnit. c. 11.

C. XXXVII.

[1] IN ſalicibus [g], inquit, in medio [h] eius ſuſpendimus [i] organa [k] noſtra. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?] Si enim caro menti repugnat, nec ſubdita eſt animi gubernaculo, & mentis imperio, aliena eſt terra, quæ non domatur exercitio cultoris [l]: & ideo nõ poteſt fructus charitatis, pœnitentiam [α] pacis afferre. Melius eſt ergo tũc quieſcere, cũ exercere non queas opera pœnitẽtiæ. ne in ipſa pœnitentia fiat, quod poſtea indigeat pœnitentia. Quæ ſi ſemel fuerit vſurpata [m], nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert vſum [n] poſterioris [o]. Sane & cum caro repugnat, mens ad Dominum debet eſſe intenta: & ſi opera non ſequuntur, fides non deſeratur: &, ſi impugnant vel carnis illecebræ, vel poteſtates aduerſariæ, maneat mẽs Deo dedita. Tũc enim maxime [γ] vrgemur, cũ caro cedit: & ſunt, qui vehementer incumbant [p], miſeræ animæ, quærentes omne auferre præſidium. [2] Vnde illud eſt (Exinanite [q] exinanite vſque ad fundamentum in ea [r].) Quam miſeratus Dauid ait (filia Babylonis miſera) miſera vtique: quia Babylonis filia eſt: quæ Dei filia eſſe deſinit, cui tamen medicum inuitat dicens (beatus, qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram) hoc eſt, qui infirmas, & lubricas cogitationes allidat ad Chriſtum, qui omnes irrationabiles motus ſui reuerentia, & diſcrepatione † comminuat.

1 Nonnullis verbis omiſſis.
Pſal. 136.
† al. diſcretione

α ¶Pœnitentiam pacis.] *In multis vetuſtis legitur*, pœnitentiæ & pacis. *in originali autem impreſſo*, patientiam pacis.
β ¶ Fides non deſeratur.] *In aliquot manuſcriptis eſt*, fides non deſerat: *in vetuſtioribus B. Ambroſij operum editionibus*, fides deſideret, *in recentiore Pariſienſi*, fides deſeruiat.
γ ¶ Vrgemur.] *In nonnullis vetuſtis legitur*, vrgetur, cum caro non credit.

Item Hieron. ſuper Mat. ad c. 27.

C. XXXVIII.

[3] NIhil Iudæ profuit egiſſe [α] pœnitentiam, per quam ſcelus corrigere non potuit. Si † quando frater ſic peccat in fratrem, vt emendare valeat [s], quod peccauit, poteſt ei dimitti: ſin autem permanent opera, fruſtra voce aſſumitur pœnitentia. Hoc eſt, quod in Pſalmo de eodẽ infeliciſſimo Iuda dicitur [& oratio eius fiat in peccatum:] vt non ſolum emendare nequiuerit proditionis nefas, ſed proprij homicidij ſcelus addiderit.

3 Gl. ord. & Beda ad eũdem locum Sen. 4. di. 15.
† al. Sed
Pſal. 108.

α ¶Egiſſe pœnitentiam.] *Sic in gl. ex qua videtur ſumptum caput hoc: ſed apud B. Hiero. & Magiſtrum*, ſera pœnitentia: *apud eundẽ vero Magiſtrum paulo poſt legitur deprauate*, emendare non valet.

Item Leo Papa in ſermone, qui incipit. [Inter omnia.] id eſt, tertio de paſſione Domini. [4]

C. XXXIX.

SCeleratior omnibus ô Iuda, & infelicior extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad Dominum: ſed deſperatio traxit ad laqueũ. Expectaſſes conſummationẽ criminis tui, & donec ſanguis Chriſti pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lethi ſuſpendium diſtuliſſes [t].

4 Gl. ord. ad c. 27. Matth.
¶ Iudas an mortuus ſit añ Chriſtũ.
c ſc. tẽpore.

IN ſalicibus.] CASVS. Hunc caſum ſic Beñ. ponit. Dicit Dauid. Quomodo cantabimus canticũ Domini in terra aliena? quod exponens Ambroſius ait: Terra aliena caro eſt, quæ imperio mentis non ſubiacet: ſed ſi iſta terra domari non poteſt, non debet quis accipere pœnitentiam. Nam ſi acceperit, & defecerit, ipſa erit inutilis, & aufert vſum poſterioris, & hoc eſt quod dicit, *In ſalicibus*, &c. Ego addo hoc, ꝙ licet caro repugnet, mens ſemper Deo dedita ſit, nec fides deſeratur: quia dæmones ſemper incumbunt miſeræ animæ, dicentes *exinanite*, &c. exponit verba prophetæ. *In ſalicibus*, i. hæreticis, vel valde malis. *In medio eius*, i. à medio malorum remoueamus ſecreta fidei.
g ¶*In ſalicibus.*] i. à ſalicibus: per quas deſignantur mali.
h ¶*In medio eius.*] qui ſunt in profundo vitiorum.
i ¶*Suſpendimus.*] id eſt, ſubtraximus, & diſtulimus.
k ¶*Organa.*] i. orationes noſtras, vel confeſſiones, quæ inutiles ſunt, dũ ſumus in peccatis: [l] peccatum enim comparatur ſalici, ꝓpter infructuoſitatem. 1. q. 1. ſi fuerit. & organum orationi propter dulcedinem. 45. diſ. cum beatus. 46. diſ. hoc habet. Nã quomodo cãtabimus, id eſt, opera fructuoſa faciemus?

¶ Peccatum comparatur ſalici, & organũ orõni.

l ¶*Cultoris.*] animæ.
m ¶*Vſurpata.*] i. non vere recepta, ſc. per peccati deſertionem.
n ¶*Aufert vſum.*] quia non ſolent petere tales vt eis iterum iniungatur ſatisfactio pro illis, licet inutilẽ egerint pœnitentiam: immo nec debent. arg. j. ea. c. quærat. §. illud autem. Greg. in fi. & c. pium.
o ¶*Poſterioris.*] ſcilicet ſui ipſius: quia poſtea non agitur ſecundum conſuetudinem quarumdam eccleſiarum. j. ead. §. vlt. & ſ. ead. diſ. ca. quamuis. hoc enim de ſolemni ibi intelligit H. ſed de alia intelligi[b] poteſt. nam loquitur Ambroſius de illo qui adhuc delectatur in peccato, nec proponit illud deſerere. Iſte melius faceret ſi quieſceret à cõfeſſione, & faceret bona, quæ poſſet, vt Deus illuſtraret cor eius, vt j. ea. diſt. 5. falſas. Si enim ſuperficialem talis agat pœnitentiam, potius grauabitur quam iuuabitur, vt ſ. e. quadmiſſ... ſecundum hũc intellectum procede ſi ... Melius eſt abſtinere à ſatisfactione pœnitentiæ tibi iniunctæ à ſacerdote, ſcilicet tamquã bene pœnitenti, quam exercere confitendo. ſi quæras opera pœnitentiæ tibi iniungi à ſacerdote, ſcilicet tanquam bene pœnitenti, videas ne in ipſa pœnitentia ſimulata facias, quod poſtea indigeat pœnitentia, vt 17. quæſtio. 4. ſunt qui opes.

b idẽ not. ſ. 2. q. 2. ancillam in fi. ibi videas
a ibid.

p ¶*Incumbant.*] ſ. dæmones.
q ¶*Exinanite.*] hoc eſt dictum in templi deſtructione à Syriis: & dic exinanite, id eſt, euacuate.
r ¶*Vſque ad fundamentum in ea.*] i. vſquequo aliquod ędificium virtutum non remaneat in ea vſque ad fundamentum. & ſunt verba dæmonum exortãtium ſe ad concupiſcẽtias carnis.

NIhil Iuda.] CASVS. Dicitur ꝙ Iudas non recte pœnituit, & ideo veniam non impetrauit. Qui autem ſic peccat vt valeat emendare, poteſt ei venia tribui à Domino. ſi autem in malis operibus permanet, fruſtra voce tantum aſſumitur pœnitentia, *& oratio eius fiat in peccatum*: quod de Iuda dicitur, *& oratio eius*, &c. de eo, ſcilicet Iuda. Sequ. cap. patet, & per te videbis. quod c. ſic incipit, Sceleratior.
s ¶*Valeat.*] id eſt, contingat ipſum emendare deteſtando & abominando, & Deo digne ſatisfaciendo. non enim intelligitur hæc emendatio rei ablatæ recompenſatio, vel reſtitutio delicti: ſed deteſtatio delicti, & ſatisfactio. Vel ſi peccat in fratrem, vt per illum dolorem & per illam pœnitentiam valeat emendare Deo, id eſt, corrigere & dolere.

SCeleratior.]
t ¶*Diſtuliſſes.*] hic innuitur Iudam morte præueniſſe Chriſtum, ſed innuit contra Hiero. ſuper Marcum. Cum iniquis deputatus eſt Dominus, id eſt, cum iniquis veritas deputata, iniquum reliquit, id eſt, ſiniſtrum, alterum aſſumpſit, ſcilicet dextrum, ſic faciet in die iudicij: & ſimili crimine diſſimile ſtipendium ſortiuntur. alter præcedit Petrum in paradiſo, alter præcedit [c] Iudam in inferno: & ita videtur quòd mors Chriſti mortem Iudæ præuenerit. Reſpon. magis in hoc

credend

credendum eſt Hieron. quàm Leoni. vel forte mors Iudæ ſecuta eſt mortem latronis[a]: præuenit tamẽ mortẽ Chriſti. Chriſtus.n. priuſquam latro eſt mortuus, vnde non fregerunt eius crura. Vel etiam ſi morte non præceſſit, præuenit tamen vulnus Chriſti lancea infixum, ex quo proceſſerunt ſacramenta noſtræ redemptionis: & ita mors Chriſti præceſſit. De hoc extra de bap. & eius eff. maiores. 23. diſ. qui epiſcopus.

a Dicit H. qđ eorũ ſit verius dubitatur, ſed ſatis veriſſimile eſt q̃ poſt q̃ pœnitentia duct⁹ retulit argenteos, ſtatim ex impatientia doloris & deſperõe ſalutis ſe ſuſpendit.

Naũ. 1 ex 70 † o. vindicabit.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt 9. pars diſ. in qua quæritur, ſi aliquis remanet in aliquo peccato, vtrum dicatur vere pœnitere, ſi de aliis ſeruat, & pænitet ſecũdum mandatum ſacerdotis? & eſt dicendum quòd non. ſed valet ei poſtquam ab alio peccato receſſerit. tamen allegat pro & contra. Ioann. de Fant.

CASVS. Oſtendit Gratianus per auctoritates poſitas ab illo §. *ſiue.* quæ ſit vera pœnitentia, & quæ falſa. hic latenter aliam quæſtionem ſubintrat: ſcilicet an pluribus irretiti criminibus poſſint de vno veniam obtinere ſine pœnitentia aliorum, & allegat Gra. pro vtraque parte. Eſt ergo caſus §. talis. Supradictis auctoritatibus oſtenſum eſt quæ ſit vera pœnitentia, & quæ falſa. ſed falſæ nulla indulgentia datur: vnde patet quòd ſententia illorum eſt falſa dicentium, quòd qui pluribus criminibus detinetur, poteſt de vno indulgentiam impetrare ſine alio: quod pluribus auctoritatibus probare conatur: & poſtea auctoritate Naum prophetæ dicentis: Non iudicabit Deus bis in idipſum.

His[a] auctoritatibus, quæ ſit vera, quæ falſa oſtenditur pœnitentia, & falſæ nulla indulgentia dari probatur, in quo illorum ſententia deſtruitur, qua eum, qui pluribus irretitus fuerit peccatis, aſſeritur vnius delicti pœnitentia, eiuſdem veniam conſequi à Domino ſine alterius criminis pœnitentia. Quod etiam multis auctoritatibus probare conantur. Quarum prima eſt illa Naum prophetæ [non iudicabit † Deus bis in idipſum[b].] Sed quem ſacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius perſonam in eccleſia gerit. Qui ergo a ſacerdote ſemel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato à Domino iudicabitur.

Item Gregorius ſuper Ezechielem, homilia 10.

b ſen. 4. di. 15 Amos 4.

C. XL.

PLuit Dominus ſuper vnam ciuitatem, & ſuper alteram non pluit: & eamdem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit[c]. Cum ille, qui proximum odit, ab aliis vitiis ſe corrigit[d], vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia ſunt, qui cum quædam vitia reſecant, in aliis grauiter perdurant.

¶Similis ſumma verborum B. Gregorij eſt in gloſſa ordinaria ad c. 4. Amos: non tamen eadem omnino.

Item Ambroſius in 18. octonario[e] Pſalmi 118.

e ſerm. 18. Gl. ord. Zach.

a ¶*His auctoritatibus.*] ab illo §. ſiue autem. oſtenſum eſt quæ vera, quæ falſa ſit pœnitentia. hic latenter ſubinſert aliam quæſtionem: ſcilicet an pluribus irretitus criminibus poſſit de vno obtinere veniam permanendo in aliis. Et primo probat tribus auctoritatibus, & vna ratione vnum peccatum ſine alio remitti poſſe. vſque ad §. ſed quòd. ibi allegat pro parte aduerſa quaſi quæſtionem terminando per auctoritatem Auguſt. Tertio loco determinat auctoritates inductas pro parte illa in §. auctoritas. ‖ Eſt ergo determinatio magiſtri quòd nullus poteſt conſequi veniam de vno nec quo ad culpam, nec quo ad pœnam, niſi de omnibus ſatisfaciat: quod ſic oſtenditur. Qui dolet de vno: aut ex charitate, aut non. ſi ex charitate, ergo Deum diligit. ergo qui nouit Deum diligere, diligit & odit quæ ſibi contraria ſunt, ergo quodlibet mortale odit: quod falſum eſt, ſi non ex charitate, ergo ille dolor eſt informis, cum non ſit charitate informatus, ergo non eſt opus alicuius virtutis, ergo non vitæ meritorius: ſed indifferens. Forte dices per hanc inductionem non haberi propoſitum: quia non quærebatur an retentis ceteris poſſet quis promereri vitam æternam: ſed an retentis ceteris poſſit de vno veniam mereri? Reſpondet, immo idem omnino eſt, quia ſi quis dolendo non ex charitate poſſet de vno veniam mereri, ergo eadem ratione de omnibus aliis: & ita aliquis eſt vel eſſe poteſt ſine merito mortis, & ſine merito vitæ æternæ, & ita nec bonus, nec malus: quod non eſt verum. ſic ergo probato quòd peccatum non dimittitur quo ad culpam, probatũ intelligitur quod nec dimittitur quo ad pœnam. nam ratione culpæ & pœna datur. bene tamen concedo, quòd tali pœnitenti pænitentia non eſt deneganda. extra de pœn. & remiſ. quod quidam. quæ tamen, donec pœniteat de omnibus inutilis eſt quo ad vitam æternam: ſed cum pœnitet de omnibus, efficitur vtilis, nec alia ſatisfactio ei imponetur ab eccleſia pro illo peccato.

‖ Veniã vni⁹ peccati non poteſt quis obtinere niſi de omnibus ſatisfaciat.

b ¶*Bis in idipſum.*] quaſi dicat peccatum ſufficienter punitum in hac vita, non punitur in altera, vel non bis in idipſum, hic ſcilicet per miniſtrum: quia eccleſia bis pro eodem peccato non punit. ‖ Vel potius hæc auctoritas intelligitur de his tantum, qui inter ipſa flagella commutantur in bonum, & corriguntur, & ad charitatem redeunt. profecto tales iterum non puniuntur pro his peccatis: ſed ſi quid inde remanſit, delebitur in purgatorio. j. ca. c. ſunt plures. §. auctoritas. verſ. intelligitur.

‖ Deus nõ iudicat bis in idipſũ, qualiter intelligitur.

SED QVEM. CASVS. Dictum eſt ſupra, non iudicabit Deus bis in idipſum: ſed quem ſacerdos iudicauit, qui eſt vicarius Chriſti, Deus iudicat. qui ergo à ſacerdote ſemel punitur pro peccato, non debet à Deo de hoc amplius iudicari. & ad hoc inducit duo ſeq. cap. illa tamen concluſio Grat. *Qui ergo.* falſa eſt: quia tunc tantum incipit eſſe vtilis pœnitentia vnius peccati, cum cœperit de aliis pœnitere.

C. XLI.

PRima cõſolatio eſt, quia non obliuiſcitur miſereri Deus: ſecunda per punitionem[a], vbi, etſi fides[β] deſit,[f] pœna[g] ſatisfacit, & releuat.

a ¶Punitionem.] *Antea legebatur,* compunctionem. *Emendatum eſt ex gloſſa ordinaria (cuius caput hoc eſt ſumma quædam: & magis conuenit cum ſententia B. Ambroſij: cuius tamen locum integrum præſtat accurate legere.*

β ¶Fides.] *In gloſſa additur,* id eſt, conſcientia debiti. *& ſic declarat Gratianus infra c. quærat.*

[3] Item opponitur de Hieronymo, qui ſuper Naum ſentire videtur, quòd ſi fidelis[a] adulterando interficeretur, de adulterio non amplius[h] à Deo puniretur[i]. Item. ſi illa ſatisfactio[k] non fuit quam in adulterio viuens pro homicidio obtulit, cum adulterij eum pœnituerit, vtriuſque ei pœnitentia imponenda erit: quod à ratione alienum eccleſiaſtica probatur conſuetudine, quæ pro eodem peccato (niſi reiteratum fuerit) nulli bis pœnitentiam imponit[l]. ¶ Sed quòd ei, qui crimen ſibi reſeruat, de alio venia non præſtetur[m], non ſolum præmiſſis probatur auctoritatibus Heſychij, Adamantij, Gregorij, Auguſtini, Smaragdi, Iſidori, verum etiam alia auctoritate eiuſdem Auguſt. in libro de pœnitentia.[4] Ait enim.

a ¶ Fidelis.] *Sic eſt emendatum ex aliquot*

PLuit Dominus.] CASVS. Primo ponitur verba Amos prophetæ. quæ Greg. inducit ſuper Ezechielem. Secũdo verba illa exponit Gregor. Secunda pars ibi, *Cum ille. Ciuitatem,* id eſt, animam. Seq. cap. patet. *Fides,* id eſt, conſcientia alterius. *Deſit,* id eſt, non occurrit.

c ¶*Relinquit.*] auctoritatem hanc exponit G j. ead. §. illud.

d ¶*Corrigit.*] ‖ tribus modis quis ſe corrigit à vitiis, & ea reſecat, ſcilicet cum ceſſat ab actibus eorum, ſed nõ confitetur ea. Secundo cum ceſſat ab actibus eorum, & ea deteſtatur, ita q̃ cõfitetur ea, ſed non ex charitate, nec cum charitate, cum occultet aliquod mortale peccatum: aliàs de his duobus modis intelligitur quod dicit Gregor. Tertio cum quis deteſtetur peccata & errata omnia ex charitate & deuotione, & ea confitetur, vt pro eis ſatisfaciat, de hoc ſ. ead. diſ. perfecta.

‖ Peccati q̃s releuat tripliciter.

3 ſent. 4 diſ. 15 j. ea. cap. quærat aliquis. & c. 1. gnis. ſ. 2 1 q. 1. g d ergo.

e ¶*Octonario.*] ‖ nota quòd, à *Beati immaculati,* vſque, *Ad Dominum cum tribularer,* eſt vnus Pſalm. & habet 22. diſ. & quælibet diſtinctio continet 8. verſus, & ita continet 22. octonarios. nam octo verſus faciunt vnum octonarium, & hoc eſt quod dicit in 18. octonario.

4 in libr. de vera & falſa pœnit. c. 9.

‖ Beati immaculati cõtinet 22. diſ.

f *Prima.*] ¶ *Fides deſit.*] id eſt, conſcientia peccati alicuius: deſit, id eſt, non occurrit.

g ¶*Pœna, &c.*] id eſt, per patientiam & humilitatem, quæ habetur in ipſa pœnitentia inter ipſa flagella, & peccata quæ ad memoriam non occurrunt dimittuntur. Hanc expoſitionem habes j. ead. §. illud. ver. item illud Ambroſij.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Adhuc probat Gratianus, quòd poteſt aliquis veniam impetrare de vno peccato ſine alio. nam Hieronym. ſuper Naum ſentire videtur, quòd ſi infidelis adulterando interficiatur: de adulterio pro quo ſatisfecit, non punietur. Nam ſi in adulterio manens de homicidio ſatisfecit, ſi pœniteret de adulterio, pro vtroque peccato eſt ei pœnitentia imponenda iterum ſecundum aliam opinionem: quod eſt alienum a ratione: & ſunt verba Gratiani. *Item ſi illa,* quidam dicunt quòd ſunt verba Hieronymi.

h ¶ *Non amplius.*] poteſt ergo aliquis non pœnitens de mortali, debitam pro eo euadere damnationem. Sed quo ſenſu hoc dixerat Hieronymus, ſuper eamdem locum oſtendit dicens: quærat hic aliquis, &c. vt infra eadem diſtinct. quærat. quaſi dicat potius hic oſtendit, quòd qui per temporale ſupplicium vel flagitium non corriguntur, poſtea æternaliter puniuntur, agens de deprehenſo in adulterio decollato.

i ¶*Puniretur.*] ſi vere confiteretur. arg. 23. q. 5. quid ergo.

k ¶ *Si illa.*] verba magiſtri ſunt. quidam dicunt quòd ſunt verba Hieronymi vſque ad illud, quod à ratione. & loquitur non ſecundum generalem eccleſiæ conſuetudinem, ſed particularem alicuius loci: ſed quòd ſint magiſtri, patet infra eadem, §. auctoritas. circa finem.

k ¶*Si illa ſatisfactio.*] id eſt, pœna, quæ ei inflicta pro peccato fuit.

l ¶*Imponit.*] quaſi diſpenſando.

SED QVOD. CASVS. Nunc Gratianus allegat pro alia parte, ſcilicet quòd non conceditur venia pœnitenti tantum de vno peccato. Quod probat præmiſſis auctoritatibus, ſcilicet Iſychij, & Adamantij, & aliorum, qui ſequuntur: ad quod inducit ſequens cap.

m ¶ *Non præſtetur.*] ſupra 23. quæſ. 5. quid ergo. ſupra eadem diſtinct. ille pœnitentiam. ſupra eadem, irriſor. & cap. qui admiſſa. ſupra eadem diſtinct. pœnitentiam agite. ſupra eadem diſtinction. cap. pœnitentes.

SVnt plures.] CASVS. Dicit Auguſ. quem pœnitet, omnino pœnitcat, quia Chriſtus nullum curauit, quem omnino non liberaret, quia liberauit ſurdum & mutum etiam à dæmonio: & habentem ſeptem dæmonia de omnibus liberauit, & languidum in corpore & anima liberauit. In hoc ſupponit, quòd non videtur vere pœnitere, qui non prorumpit in lacrymas, cum pro temporali damno promptus ſit ad plangendum.

a ¶ *Delectentur.*] hæc eſt falſa pœnitentia, vt j. diſ. 5. falſas.

b ¶ *Nos numquam.*] ſ. ea. diſ. §. Dauid. & ea. ille rex tantus. ſ. diſ. 1. §. alij econtra. ca. non poteſt quis.

c ¶ *Niſi de omnibus.*] ſicut nec liberatur pignus licet de parte debiti creditori ſit ſatisfactum. C. de diſt. pig. quamdiu. & dicit lex, quòd qui aliquid facere tenetur, faciendo pro parte non liberatur. ff. de verb. ob. in executione. ¶. pen. & ſententia non debet pro parte tenere, & pro parte non. ff. fam. erc. in hoc iudicio. ff. de edend. l. 1. §. penul. & arg. ad quæſtionem, an à pluribus excommunicatus diuerſis de cauſis, poſſit ab vno abſolui ſine aliis.

d ¶ *Sanari.*] & vni, non diuerſis confiteri. j. diſ. 5. c. j. circa fin. arg. ff. de arbi. item ſi vnus §. item ſi plures. & l. quid tamen. & l. Labeo.

e ¶ *Potuerat.*] ſcilicet ſanare ſeptem nó ſucceſſiue, ſed ſimul.

f ¶ *Simul eiicienda.*] ff. de ſeru. ruſt. præ. per fundum.

g ¶ *Mille.*] ſed numquid pro vnoquoque mortali peccato ſeptennis pœnitétia eſt imponenda? arg. ſ. 33. q. 2. hoc ipſum. ſecundum hoc ergo non ſufficiet vita hominis ad explendam huiuſmodi ſatisfactionem. Reſpond. ſine dubio cuilibet mortali ſeptennis pœnitentia debetur: ſed tamen quia arbitrariæ ſunt huiuſmodi pœnitentiæ, arbitrabitur, & arctabit eas iudex intra tempus congruum pœnitendi. arg. 26. q. 7. tempora pœnitudinis. & ſ. ea. diſ. menſurain.

h ¶ *Omnino.*] nota ſ. ead. diſ. c. Naum. §. item quòd. & cap. adhuc. contra. ſed non tunc: ſecus erat cum leproſus eſſet: ideo de hoc non poſſet ſanari. ſ. diſ. 2. §. fi. in fi.

i ¶ *Corpore.*] i. in anima miniſterio corporis: nullum enim peccatum eſt in corpore tantum: eſt tamen aliquod voluntatis tantum.

k ¶ *Criminoſo.*] cuius autem ei qui in vno deliquit, ſit inimicus, patet quòd talis ſit criminoſus.[b]

l ¶ *Puritatem.*] vt ſcilicet purificet, ſicut baptiſmus.

m ¶ *Declarare.*] ſecus dicit lex in iudice. C. ad l. Corn. de falſ. vbi. ff. de offic. præſid. obſeruandum. ſ. 23. q. 4. eſt iniuſta.

n ¶ *Nonnumquam.*] i. aliquando.

o ¶ *Dolorem.*] vnde Iuuenalis:

Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris. & alibi.

Minore tumultu funera planguntur nonnumquam.

p ¶ *Pœniteat.*] ſ. diſt. 1. c. quis aliquando. §. non ſunt. & c. quem pœnitet.

Margin: ſ. ſen. 4. dist. 15. — Matth. 12. — ¶ ſolutio partis non liberat dignus. — Matth. 16. — Marc. 5. — a Sub. & per hoc nos dona. Aug. Matt. 9. — ¶ Pœnitentia ſeptennis cui ſunt mortali debetur. — ¶ al. indulgentiam. — ¶ Dicit quid eſt in corpore tantum. Sub. quare nó cóinquinat venia ab ipſo Pe. nam nemo poteſt eſſe filius Dei & diaboli. ſ. e. diſ. §. hoc idé in fi. vet. Chriſtus ait.

vetuſtis, B. Hieronymo, & magiſtro. Nam antea legebatur, infidelis, quemadmodum etiam infra ead. c. quæras. & c. 43.

C. XLII.

SVnt plures, quos pœnitet peccaſſe: ſed non omnino, reſeruantes ſibi quædam, in quibus delectantur[a]: non animaduertentes Dominum ſimul ſurdum & mutum à dæmonio liberaſſe: per hoc docens nos, numquam[b], niſi[c] de omnibus ſanari[d]. Si enim vellet ex parte peccata reſeruari, habenti ſeptem dæmonia, manente vno, proficere potuerat[e] ſex expulſis. Expulit autem ſeptem, vt omnia crimina ſimul[f] eiicienda doceret. Legionem autem ab alio eiiciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatum poſſideret, oſtendens, quòd etiam ſi peccata ſint mille[g], oporteret de omnibus pœnitere. Laudatus eſt enim Dominus, quando eiecto dæmonio locutus eſt mutus. Numquam aliquem ſanauit, quem omnino[h] non liberauit. Totum enim hominé ſanauit in ſabbatho: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, innuens pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore[i]. Scio enim Deum inimicum omni criminoſo[k]. Quomodo ergo, qui crimen reſeruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei conſequeretur veniã †, ſine quo nemo vnquam inuenit gratiam. Hoſtis enim Dei eſt, dum offendit perſeueranter. Quædam enim impietas infidelitatis eſt, ab illo, qui iuſtus, & iuſtitia eſt, dimidiam ſperare veniam. Iam enim foret ſine pœnitentia inuenire gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptiſmi puritatem[l] confitentem conatur adducere. Recte enim pœnitens, quidquid ſordium poſt purificationem contraxit, oportet vt abluat, ſaltem lacrymis mentis. Sed ſatis durus eſt, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare[m], ſed ſciat culpabiliter ſe durum, qui defiet damna temporis, vel mortem amici: & dolorem peccati lacrymis non oſtendit. Non itaque eſt, vt quis excuſet ſe non habere fontem lacrymarum, qui nonnumquam[n] lacrymis oſtendit dolorem[o] temporalium. Quẽ ergo pœnitet, omnino pœniteat[p], &c.

[3] *Auctoritas illa Naum prophetæ [non iudicabit Deus bis, &c.] non indiſtincte oſtendit omnia, quæ temporaliter puniuntur, non vlterius à Deo punienda. Quamuis enim Sodomitas, Aegyptios, Iſraelitas in eremo ſuper eumdem locum dicat Hieronymus temporaliter à Deo punitos, ne in æternum punirentur, non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum eſt: alioquin cuique ſceleroſo optandum eſſet vt cælesti fulmine percuſſus, aut aquis ſubmerſus, aut à ſerpentibus vulneratus pro peccatis ſuis diuinitus interiret, vt æternos cruciatus breuis, & momẽtanea pœna terminaret. Illud etiam Apoſtoli falſum eſſet, quod de proſtratis in deſerto in epiſtola ad Hebræos ſcribens ait, [propter incredulitatem ſuam non intrauerunt in terram promiſſionis.] Vnde probatur, quòd ſicut merito ſuæ infidelitatis requiem illam amiſerunt: ita propter eamdem infidelitatem, veram requiem æternæ beatitudinis nullo modo intrauerunt. Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipſa flagella pœnitentiam egerunt: quam, & ſi breuem, & momentaneam, tamen non reſpuit Deus: ſicut & illud prophetæ [non iudicabit † Deus bis in idipſum] de his tantum intelligi oportet, quos præſentis ſupplicia in melius commutant, ſuper quos non conſurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores ſiunt: ſicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus eſt, præſentibus æterna connectunt, vt temporale ſupplicium ſit eis æternæ damnationis initium.*

Vnde Auguſtinus in cantico[4] Deuteronomy.

C. XLIII.

IGnis ſucceſus eſt, &c.] Hoc eſt, vindicta hic incipiet, & ardebit vſque ad extremam damnationem.

[5] *Hoc contra illos notandum eſt, qui dicunt [non iudicabit Deus bis in idipſum] ad omnia pertinere flagella: quia quidam hic flagellis emendantur, alij & hic, & in æternum puniuntur: ſicut Antiochus, & Herodes.* [6] *Quod autem ſuper eumdem locum de adultero fideli Hieronymus ſentire videtur, ex eiſdem verbis falſum eſſe probatur. Exemplo enim illius, qui Iſraelitas maledixerat, & qui ligna in ſabbato collegerat, oſtendit paruis peccata breuibus & tempo-*

AVCTORITAS. Hæc eſt 10. pars diſt. in qua magiſter intẽdit probare per Naum prophetam, & per Apoſtolum, & per Hiero. & per Aug. quòd ſi aliquis in hac vita fuerit ſufficienter punitus, non punitur poſt ea, dum tamen inter illa flagella conteratur: alioquin incipit hic pœna, & protenditur in infinitum. Io. de Fant.

CASVS. Soluit nunc Gr. auctoritates inductas ad probandum, quòd quis agendo pœnitentiam de vno peccato ſine alio, veniam conſequitur de illo pro quo pœnitentiam egit: & dicit quòd illæ auctoritates intelliguntur de his qui inter ipſa flagella & ſupplicia præſentia pœnitentiam egerunt, & commutantur in bonum: ſuper quos non conſurget duplex tribulatio. qui vero inter flagella duriores efficiuntur, vt Pharao, coniungunt æterna ſupplicia cum præſentibus. Ad quod inducit ſeq. c.

q ¶ *Auctoritas.*] ſoluit auctoritates inductas ad probandum quòd quis agendo pœnitentiam de vno peccato, & non de alio conſequatur veniam de vno, & non de alio.

r ¶ *Breuis.*] ſ. ead. diſt. illud. §. ecce cuius. & c. talis mihi.

s ¶ *Commutant.*] in bonum, & charitatem ad veram pœnitentiam.

t ¶ *In cantico.*] Moyſi ſcilicet, Audite cœli que loquar, &c. cuius cantici eſt verſus ille, Ignis ſucceſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.

IGnis ſucceſus.] CASVS. primo ponuntur verba Moyſi in Deutero. quæ talia ſunt: Ignis ſucceſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Secundo ponuntur verba Auguſt. exponentis verba illa, ſcilicet præſens pœna continuabitur cum æterna.

HOC CONTRA ILLOS. CASVS. Dicit nunc Gratia. quòd ſupradicta auctoritas eſt contra illos qui dicunt, Non iudicabit Deus bis in idipſum, pertinere ad omnia flagella: quia non pertinet niſi ad eos, qui inter ipſa flagella corriguntur. Poſtea reſpondet illi §. item obiicitur. de Hiero. Quidam tamen faciunt vnum §. ab illo §. auctoritas. vſque ad cap. quærat. cuius caſus facilis eſt, præterea eſt pars illius c. quod habuiſti ſ. 23. q. 5. quid ergo. cuius caſum ibi habuiſti.

Margin: 2 ſ. diſt. 1. de pœ. c. quem ergo Sen. 4. diſt. 15. ſ. ſcelerator. — Heb. 3. — Naum 1. — † al. vindicabit — 3 ſ. 23. q. 5. hoc tamen. — 4 Sententia in gloſ. ord. Deut. 32 & apud B. Gre. moral. l. 18. c. 12. — 5 Iſidor. de ſum. bono, lib. 3. c. 1. — 6 Sent. ibid.

ralibus ſupplicijs purgari: magna vero [a] *diuturnis, & æternis ſupplicijs reſeruari.*

Ait enim in 1. cap. Naum.

C. XLIIII.

[1] QVærat [b] hic aliquis, ſi fidelis deprehenſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat. Aut enim punietur, & falſum eſt hoc, quod dicitur [non vindicabit Dominus [c] bis in idipſum in tribulatione:] aut non punietur, & optandum eſt adulteris, vt in præſentiarum breui, & cita pœna fruſtrentur [d] cruciatus æternos. Ad quod reſpondebimus, Deum, vt omnium rerum, ita ſupliciorum quoque ſcire menſuras [e], & non præueniri ſententia iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc [f] pœnæ auferri poteſtatem, & magnum peccatū magnis, diuturniſque lui† [g] cruciatibus: ſi quis autē punitus ſit, vt ille in lege, qui Iſraeliticis maledixerat, & qui in ſabbato ligna collegerat, tales poſtea non puniri: quia culpa [h] leuis præſenti ſupplicio compenſata [i] ſit.

[1] *Illud autem Gregorij [Pluit Dominus ſuper vnam ciuitatem, &c.] non ad criminum veniam, ſed ad eius referendum eſt deteſtationem: vt ideo pars ciuitatis dicatur eſſe compluta: quia crimen, quod dilexerat, deteſtari incipit, non quòd eius veniam conſequatur. Criminis autem deteſtatio pluuia vocatur: quia ex fonte diuinæ gratiæ cordi noſtro inſtillatur, vt vel ſic quiſque ad veram pœnitentiam perueniat: aut eo minus à Deo puniatur, quòd diuturniore delectatione peccati maius ſibi ſupplicium accumulaſſet. Si vero ad indulgentiam criminis pluuia referatur: Euangelicæ ſententiæ contrariè videbitur. Si enim propter fraternum odium, etiam quæ dimiſſa ſunt, replicantur ad pœnam: multo magis, quæ non ſunt dimiſſa, ad vindictam reſeruari probantur. Item ſi ſecundum Auguſtinum* [4] *arbiter* [k] *ſuæ voluntatis non poteſt inchoare nouam vitam, niſi pœniteat eum veteris vitæ: quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui odij vetuſtatem non depoſuit? Ad deteſtationem ergo criminis, vt dictum eſt, non ad eius indulgentiam pluuia illa pertinere probatur. Item illud Ambroſij [*[4] *Et ſi fides* [l] *deſit, pœna ſatisfacit:] non de ea fide intelligitur, de qua dicitur [fides, ſine operibus mortua eſt:] ſed de ea, de qua Apoſtolus ait [omne, quod non eſt ex fide] id eſt, omne quod fit contra conſcientiam [peccatum eſt.] Deeſt ergo fides, cum non ſubeſt conſcientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit: eſt aliquando peccatum in homine, cuius non habet conſcientiam. Vnde Apoſtolus ait [Nibil mibi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.] Cuius ergo peccati deeſt conſcientia: illius pœna ſi patienter feratur, ſatisfacit, & releuat grauatum.* [5] *Quod autem in fine obijcitur* [m] *(ſi ſatisfactio* [n] *illa fuit, veniam impetrauit: ſi autem veniam non impetrauit, ſatisfactio non fuit: ſi autem ſatisfactio non fuit, adhuc ſibi pœna imponenda eſt) non procedit argumentatio, ſatisfactio namque eſt, dum ipſius cauſa peccati exciditur, & eius ſuggeſtionibus aditus non indulgetur: ſed eius fructus non percipitur* [o], *impeditus peccato, quod non deſeritur: percipietur autem, cum eius pœnitentia fuerit ſubſecuta: ſicut ad lauacrum fictè accedens regenerationis ſacramentum accipit, non tamen in Chriſto renaſcitur, renaſcetur autem virtute ſacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde eius receſſerit veraci pœnitentia.*

Sicut etiam Auguſtinus ſcribit in libro de pœnitentia. [6]

C. XLV.

[7] PIum eſt [p] credere, & noſtra fides expoſtulat, vt cum gratia Chriſti deſtruxerit mala priora in homine, etiam remuneret bona: &, cū deſtruxerit, quod ſuum non inuenit, amet, & diligat bonum [q], quod etiam in peccante plantauit.

¶Paulo aliter legitur in originali: ſed magiſter habet fere vt Gratianus.

Ex hoc ſenſu illud etiam Hieronymi dictum videtur ad cap. 1. Aggei.

C. XLVI.

[8] SI quando videris inter multa † mala opera peccatorum facere quempiam nonnulla, quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus Deus, vt propter mala multa, paucorū obliuiſcatur bonorum.

11 Quamquam [r] *memoria bonorum ad præſentem remunerationem poſſit referri: ſicut*

---

a ¶ *Magna vero.*] ſcilicet, quæ temporaliter non puniuntur ſufficienter.

b ¶ *Quærat.*] ſ. 23. q. 5. quid ergo.

c ¶ *Dominus bis.*] id eſt, non punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo ſufficienter eum ſemel puniuit.

d ¶ *Fruſtrentur.*] id eſt, euitent.

e ¶ *Menſuras.*] id eſt, ſcire quibus & quantis flagellis quælibet peccata ſunt punienda.

b ſ. 23. q. 5. quid ergo §. quærat. Sent. ibid.

f ¶ *Dehinc.*] id eſt, poſt hanc vitam.

g ¶ *Lui.*] id eſt, puniri.

h ¶ *Culpa leuis.*] & tamen mortalis. ‖ omnis enim culpa dicitur leuis, quæ temporaliter punitur, reſpectu illius quæ æternaliter, ſicut quælibet pœna temporalis dicitur leuis reſpectu æternæ. j. ead. diſt. 7. c. vlt.

‖ Culpa leuis eſt quæ tēporaliter punitur.

i ¶ *Compenſata.*] hic aperte innuit Hero. ‖ grauia peccata, de quibus nō agitur pœnitentia inter flagella, & hic puniri graui ſupplicio, & in futuro punienda æternaliter: leuia vero quæ hic puniuntur ſufficienter, pro leui pœna compenſationem vitæ æternæ recipere [a]: quod in bonis fieri non ambigimus: & in malis forte ita fit, ſed non credo: quia iam remitteretur peccatū quo ad pœnam conſitendo de vno, & nō de alio: quod negamus. ſ. ead. diſ. §. his auctoritatibus.

‖ Peccata grauia grauiter ſunt punienda.

† elui] orig.

Num. 15.

a Quia tēporalis pœna ſuccedit in locū æternæ quaſi in recompenſationē. Petr.

2 ſ. c. pluit. Sent. ibid.

ILLVD AVTEM. CASVS. Grat. hic reſpondet quibuſdam obiectionibus inductis pro alia parte, & dicit quòd illa auctoritas Greg. pluit, &c. intelligitur dicta de eo qui incipit deteſtari crimen, non quod de eo veniam conſequatur: alioquin ſententiæ Euāgelicæ cōtradiceret. Et quòd hoc ſit verum, probat auctoritate Auguſt. Quod autem dicitur in c. 1. conſolatio, & ſi fides, &c. pro conſcientia fides ſumitur: quod probat auctoritate Apoſtolica. Quòd autem dicitur in illo §. item obiicitur. dicit ꝙ non valet argumentatio ibi facta, ſed tunc incipiet ei eſſe fructuoſa pœnitentia de vno peccato, cum cœperit de aliis pœnitere. ad quod inducit ſeq. c. quod ſatis patet cum ſequenti §. quamquam. & ad probandum §. inducit c. ſeq. *Quorum primum*, ſ. cauendum patet.

3 ſ. diſt. 1. ſcientia ſunt.

k ¶ *Arbiter.*] j. de conſec. diſ. 4. omnis qui.

l ¶ *Et fides.*] ſ. 1. q. 1. fertur. 28. q. 1. c. omnes. §. ex his.

m ¶ *Obijcitur.*] hic patet illa fuiſſe verba magiſtri. ſ. ea. ſi illa, &c. & ſ. ead. §. item opponitur.

n ¶ *Satisfactio.*] ſ. ead. diſ. ſatisfactio.

o ¶ *Non percipitur.*] ecce plane videtur velle quòd particularis confeſſio facta, ſcilicet de vno peccato, adueniente charitate incipiat & viuere, & valere ad vitam æternam. Et quòd ſic intelligat, per exemplum patet, quod inducit de baptizato, ‖ ſecundum quod dicitur de omnibus bonis, quæ fiunt ſine charitate, quod incipiant viuere: quod tñ non credo, immo tantum illa bona, quæ fiunt cum charitate: & ſi poſtea ſunt mortificata, iterum adueniente charitate reuiuiſcunt. ſi non aduenerit charitas, idem eſt quòd de eis quæ fiunt ſine charitate: quia nec illa nec iſta valent niſi ad bonum temporale [b] vel ad illuſtrandum, vel ad incommodum vitandum, vel ad minorem pœnam ſubeundam. Ad excuſandum vero magiſtrum dicimus, quòd intellexit eam ad hoc valere, quòd vlterius ei pro illo peccato non iniungitur à ſacerdote ſatiſfactio alia, vt ſ. ead. §. item opponitur. ver. ſi illa ſatisfactio. ſicut baptizatus licet ficte. non rebaptizatur. de conſec. diſtin. 4. ſolet. quod tamen R. negat. ſed melius diſtinguitur ſic. ‖ Bona opera cum charitate facta, & poſtea mortificata per peccatum, reuiuiſcunt iterum per charitatē ad vitam æternam conſequendam: & ſic facta olim ſine charitate reuiuiſcunt, & valent tantum ad temporale præmium, vel ad minus ſupplicium ſubeundum. ad idem valēt bona facta cum charitate, & poſtea per peccatum mortificata ſi homo numquam ad charitatem redeat. ſecundum primum membrum intelliguntur illæ duæ auctoritates. j. ead. c. pium. & c. ſi quando, &c. Et intellige quod in alio tempore fecerunt bona, ſcilicet cum erant boni: in alio tempore mala, ſcilicet cum erant mali. Vel ſic dicatur, quòd eodem tempore intelliguntur illæ auctoritates iuxta ſecundum membrum [c], ſecundum quòd duplicem intellectum magiſter innuit, ſupponendo aliam ſolutionem ibi, quamquam, &c. ſecundum tertium membrum loquitur Ezechiel dicens: Si auerterit, &c. & Greg. in c. hoc nobis maxime. j. 4. diſt. §. finis. Huiuſmodi ergo bona ſine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ comitatur mortalis culpa, quam nō delet ſequens pœnitentia, ad ſenſum temporalis commodi vel minoris pœnæ proficiūt, non ad vitæ æternæ fructū, ad quem proficiunt facta cum charitate & mortificata per peccatū ſi poſtea redit ad charitatem. Hanc diſ. magiſter innuit. j. diſ. 4. §. finis. Alij dicunt quòd numquam reuiuiſcunt quo ad vitam æternam, ſicut nec mala quo ad pœnam æternam: ſecundum quos ponit hic magiſter tres opiniones. Item in hac opin. eſt G. & H.

‖ Bona in peccato facta quo ad aliqua proſunt.

b Vt j. c. cauēdū. 22. q. ſ. quælibet. Arch.

4 ſ. c. prima conſolatio.

Iac. 2.

Rom. 1.

‖ Bona mortificata reuiuiſcunt, ſed nō mortua.

Pſal. 18.

1. Cor. 4.

5 ſ. prima cō ſolatio.

6 in lib de vera & falſa pœnit. c. 14.

7 Sen. 4 diſt. 45. j. diſt. 5. c. cōſideret.

c Sed ꝙ bona opera facta cū quis non eſt in charitate: immo facit mala eodē tempore, proſunt, nō quo ad vitā æternā ſed temporale commodum, vel ad min' ſupplicium ſubeundum.

8 Sent. ibid.

† multa opera, orig.

p ¶ *Pium eſt.*] remuneret præmio æterno, & ſecundum hoc eſt aliud in bonis, aliud in malis, quæ non reuiuiſcunt. Vel de temporali bono intelligitur, vel de minori pœna in alia vita. Has tres opiniones ponit magiſter Laur.

q ¶ *Bonum.*] poſt illud bonum Laur.

ADDITIO. id eſt, in illo qui poſt id bonum peccauit, & poſtea redit ad gratiam: qui diligunt ad remiſſionem æternam. P.

QVAMQVAM. Hæc eſt 11. pars diſ. in qua dicitur, ꝙ nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum. Ioan. de Fant. & hoc probat per tres auctoritates.

r ¶ *Quamquam.*] alia ſolutio. Nota quòd in principio huius c. debet eſſe videris: aliàs vides. vbi eſt fides.

a C *Auendum.*] id eſt, vitandum.
b ¶ *Diues iſte.*] de quo hic agitur.
c ¶ *In præſenti*] tantum.
d Q *Vid ergo.*] C a s v s. Si videamus malos proſperari, & bonos aduerſitatem pati, non debemus turbari: quia non eſt vera retributio boni vel mali: nam ſæpe punitur hic innocens, & extollitur qui non metuit. ſed hic oſtenditur, quòd in futuro erunt præmia & pœnæ. quod quidam non concedunt: & præterea in bonis ſunt aliqua mala digna puniri, & in malis aliqua bona digna remunerari. Vltimo dicit quòd cum malus hic remuneratur, malo capitis ſui fit: quia in futuro punietur, nec pœna eius mitigabitur.

§ Mali hic proſperantur, & boni puniuntur in hom. 49 habetur ſententia.

Matt. 6.

Luc. 16.

e ¶ *Malignos.*] Nam vt dicit Claudianus: *Tolluntur in altum, vt lapſu grauiore ruant.*
f ¶ *Qui reſurrectionem.*] negantes, ſcilicet retributionem eorum, quæ quiſque corpore geſſit. Lau.[a]
g ¶ *Non turbemur.*] in alia vita.
h ¶ *Bonus.*] C. de vet. iu. enucl. l. 1. §. his itaque tollitur.

a Quod tamen negandum non eſt, gratis. de ſum. trinit. c. 1 Attibi.

POTEST ETIAM. Casvs. Ecce 3. ſolutio illorum capitum eſt. & c. & ſi quando. & cap. ſcilicet. vt quod ibi dicitur, referatur ad mitiorem pœnam habendam in alia vita. & ad hoc inducitur ſequens cap.

S *I quis autem.*] Casvs. Probat Augu. in hoc c. quòd ſi quis non habens charitatem aliqua bona facit, dummodo fidem non amittat, valent ei ad mitiorem pœnam ſuſtinendam, ſed non proſunt ei ad obtinendam vitam æternam: quod probatur auctoritate Apoſtoli.

i ¶ *Culpanda.*] ſ. 1. q. 1. teneamus.

§ Sept. ibid.

k ¶ *Fortaſſe.*] Nota eſt aſſertionis. ſ. 13. qu. 2. tempus. ſ. 96. diſ. neque ad Cain. ſ. 1. qu. 1. vide contra. ſed ibi de iis qui arroganter hoc faciunt: hic de iis qui in faciendo zelum Dei habent, & ſi non ſecundum ſcientiam diuinam.

l ¶ *Sine qua.*] ſ. diſt. 2. ca. vt cognouerunt. §. opponitur. c. fugerat.

Eph. 5.

POENITENTIA. Hæc eſt 12. pars diſ. in qua ſoluit magiſter & bene, ſecundum Ioan. de Fant.

C a s v s. Infert Grat. ex ſupradictis quod pœnitentia nulli perſeueranti in peccato vtilis eſt, non tamen alicui deneganda; quia tunc fructum eius percipiet, cum de aliis peccatis pœnitentiam egerit: vnde definitio pœnitentiæ, & auctoritates ſibi conſonantes, quæ negant eum facere pœnitentiam, qui in crimine perſeuerat, intelliguntur de vtili fructuoſa. Quòd autem dicitur, pœnitentia ſemel vſurpata, &c. de ſolenni pœnitentia intelligitur, quæ ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum iterari non poteſt: & de hac ſolenni intelligitur. Non eſt ſecundus locus pœnitentiæ, ſubaudi, in quibuſdam eccleſiis.
m ¶ *Vtilis eſt.*] quo ad pœnam æternam vitandam, vel quo ad vitam æternam obtinendam: ſed vtilis eſt quo ad pœnam temporalem; quia eccleſia iterum ei non imponet ſatisfactionem pro illo peccato[b], nec ille tenetur amplius confiteri. ſi tamen digne pœnituerit omnium peccatorum, debet illud peccatum confiteri eccleſiæ, ſcilicet peccatum ſimulationis, quo decepit eccleſiam. Et not. quod illud peccatum primum, de quo ſatisfecit ſine charitate, non remittitur antequam incipiat habere charitatem: tunc enim ſtatim deletur. ſupra eodem §. illud autem. verſus finem, &c.

§ Pœnitentia perſeueranti in peccato an ſit vtilis.

† abeſt ab orig.

b De hoc ſ. leg. & no. ſ. e §. illud, in fi. ibi videas & quod dicit iſta glo. de verbo ad verbum approbat rem. vſque in fin. & idē H. & L. quorum fuit iſta glo. Arch.

† al. gehennarum.] orig.

Gregorius in homilia de diuite, & Lazaro ſcribit. [1]

C. XLVII.

CAuendum [a] nobis eſt, vt ſi forte aliquid boni agimus, in præſenti ſæculo remunerationē accipiamus: ne forte dicatur nobis [receperūt mercedem ſuam.] Nam enim [b] diues iſte aliquid boni egiſſet, vnde in præſenti [c] ſæculo remunerationem accepiſſet, nequaquam Abraham ei diceret, [Recepiſti bona in vita tua.

Item Ioannes Chryſoſtomus homil. 67. ad populum Antiochenum.

C. XLVIII.

QVid ergo [d] turbamur? nemo vidēs malignos [e] proſperitatem habere, turbetur. Non eſt hic retributio malignitatis, neque virtutis: ac, ſi aliquando contingat, vt aliqua ſit retributio vel malitiæ, vel virtutis: non tamen ſecundum quòd dignum eſt, ſed ſimpliciter, veluti quidam guſtus iudicij: vt qui reſurrectionem [f] non credunt talibus doceantur. Quando itaque videmus malignum diteſcere, non ſubruamur: & quando videmus bonum mala pati, non turbemur [g]. Illic coronæ: illic ſupplicia. Eſt & alia ratio: quia nō poteſt malus in omnibus malus eſſe, ſed habet aliqua bona: neque bonus [h] in omnibus eſſe bonus, ſed habet aliqua peccata. Cum ergo proſperitatem malus habet, malo capitis ſui eſt. Cum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur.

[1] *Poteſt etiam referri in memoria bonorum ad mitiorem pœnam habendam, vt bona, quæ inter multa mala fiunt, non proficiant ad præſentis vitæ, vel futuræ premium obtinendum, ſed ad tolerabilius extremi iudicij ſupplicium ſubeundum: ſicut de fide, & ceteris, quæ ſine charitate habentur.*

Auguſtinus ſcribit in libro de patientia, cap. 26.

C. XLIX.

SI quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem ſpiritus, & vinculum pacis, quo catholica eccleſia congregata connectitur, in aliquo ſchiſmate conſtitutus, ne Chriſtum neget, patitur tribulationes, anguſtias, famem, ſitim †, nuditatem, perſecutionem, pericula, carceres, vincula, tormēta, gladium, vel flammas, vel beſtias, vel ipſam crucem, timore gehēnæ †, & ignis æterni nullo modo iſta culpāda [i] ſunt: immo vero & hæc laudanda patientia eſt: (Non enim dicere poterimus melius ei fuiſſet, vt Chriſtum negando nihil eorum pateretur, quæ paſſus eſt cōfitendo.) ſed exiſtimandum, fortaſſe [k] tolerabilius ei futurum iudicium, quàm ſi Chriſtum negando cuncta illa vitaret. Vnde & illud, quod ait Apoſtolus, [Si tradidero corpus meum, vt ardeam, charitatē autem non habuero, nihil mihi prodeſt.] nihil prodeſſe intelligitur ad regnum cœlorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius ſupplicium ſubeundum. *& ſupra, cap. 23.*

1. Cor. 13.

¶ Hæc propter charitatem dicta ſint: ſine qua [l] in nobis non poteſt eſſe vera pœnitentia †: quia in bonis charitas Dei eſt, quæ tolerat omnia.

† *patientia*] vera lectio.

12 *Pœnitentia ergo, vt ex præmiſſis apparet, nulli in peccato perſeueranti vtilis eſt* [m]*. non tamen alicui deneganda eſt. quia ſentiet fructum eius, cum alterius criminis pœnitentiam egerit. Sic itaque pœnitentiæ definitio, & cetera auctoritates ſibi conſonantes negant eum agere pœnitentiam, qui perſeuerat in crimine, vtilem videlicet ſibi, & fructuoſam.*

¶ Illud autem Ambroſij] *Pœnitentia ſemel vſurpata, nec vere celebrata, & fructum priorum aufert, & vſum ſequentis amittit.*] *de ſolenni intelligitur: quæ cum non vere celebrata fuerit, & fructum prioris, id eſt ſuipſius ſecuturam præcedentis, amittit (quia veniam quam impetrare potuit, contempſit) & vſum ſequentis aufert, ſecundum conſuetudinem quarumdam Eccleſiarum, apud quas pœnitentia ſolennitas non iteratur. De hac eadem pœnitentia illud etiam intelligitur, [non eſt ſecundus locus pœnitentiæ.]* [r]

DITINCTIO IIII.

1. ps. QVia [s] vero [n] *multorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt pœnitentiam vere celebrari, & peccata vere dimitti ei, qui aliquando in crimen recaſurus eſt: quæritur,*

Q *Via vero.*] Hæc diſt. diuiditur in 7. partes, in quarum prima probat per 7. auctoritates, quod peccata redeunt. Secunda ibi, *Eorum vero.* Tertia ibi, *Verum.* Quarta ibi, *Finis ergo.* Quinta ibi, *Qui autem.* Sexta ibi, *Verum illa.* Septima ibi, *Antiquus.* Io. de Fan.

C a s v s. Hic intitulatur 4. diſtin. in qua magiſter continuat dicta dicendis, & ponit quæſtionem an peccata dimiſſa redeant. Et ponit diuerſas opinio. nam quidam dīc, quod peccata redeunt ad eſſentiam & reatum & pœnam, ſicut bona per ſequentem gratiam reuiuiſcunt. Alij dicunt quod illa non redeūt, ſed alia eiuſdem generis. Cum enim ſimile quid committimus, redire dicuntur quadā ſimilitudine, ſicut flores redeunt in vere. Tertij dicūt peccata redire quo ad reatum tantū. Quarti dicunt peccata redire propter has tantum cauſas, ſcilicet propter odium fraternum, vt in Euangelio, Serue nequam. Vel cum pœnitet aliquem pœnituiſſe, vt arg. 17. qu. 4. ſunt qui opes. vel propter contemptum pœnitentiæ, vel propter crimen apoſtaſiæ, vt ī. c. quæcumque. Alij dicunt quòd nullo modo redeunt, vt 23. q. 4. ſi illic. 50. diſt. miror. Nec ita eſt in malis vt redeant ſicut in bonis, vt argum. de conſecr. diſtinct. 4. quamnis. & hoc credo verum. Dicuntur tamen redire: quia ita damnantur pro ſequentibus, ac ſi numquam eis dimiſſa fuiſſent. Primo igitur inducit auctoritates ad probandum, quòd dimiſſa peccata redeant, & circa hoc notat duas opiniones: poſtea quòd peccata dimiſſa non redeant. tandem G. approbat illam ſententiā quòd peccata dimiſſa redeant. *In memoriam*, de Iuda dictum eſt: In memoriam redibit iniquitas patrum eius.
n ¶ *Quia vero.*] Hic incipit 4. diſt. in qua tractatur, an peccata ſemel dimiſſa

§ ſen. 4. di. 14 ſ c. ſi talicibus.

4 ſ. diſt. 50. ſi quis poteſt. Hugo de S. Vict. libr. 2. de ſacr. par. 14. c. 4.

§ Hugo l. 2. de ſacr. p. 14. c. ſi Sent. 4. aut. 22.

] Peccata ſemel dimiſſa an redeant. ſunt opiniones.

dimiſſa iterum redeant. Et quidã ſimpliciter dicunt quod redeant, non ſolum quo ad reatum, ſed etiam quo ad eſſentiam & pœnam, & in hoc videtur declinare G. j. e. di. §. vlt. ſicut & actio ſemel perempta reſtituitur. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. ſed alio iure in ſi. Præterea ſicut bonum reuiuiſcit per gratiam ſequentem, ꝙ prius mortificatur per culpam: ita mala mortificata per gratiam reuiuiſcunt per culpam iteratam. ſ. di. px. c. primo. & ca. ſi quando. Alij dicunt quod nõ redeunt illa: ſed alia eiuſdem generis. cum. n. forte ſimile committimus, redire dicuntur quadã ſimilitudine, ſicut flores redeunt in vere. Tertij dicunt peccatũ redire tãtum propter vnum iſtorũ quatuor criminum. ſc. propter odium fraternum: vt in Euãgelio, ſerue nequam, &c. Item propter crimen apoſtaſiæ, ✱ j. e. quicſique. Item propter pœnitẽtiam pœnitentiæ. j. 17. q. 4. ſunt qui opes. Itẽ propter contemptum pænitentiæ. ſ. di. 3. ſi Apoſtolus. Alij dicunt ꝙ nullo modo redeunt, ar. 23. q. 4. ſi illic. 50. di. miror. nec eſt ita ĩ malis vt redeant ſicut in bonis. ar. de conſe. di. 4. quamuis. & hoc credo catholice dici. dicuntur tamen redire: quia remiſſionis beneficium ſequenti culpa amittimus ob ingratitudinem. ſ. di. prox. §. hac auctoritate. verſi. pe. Nam perinde priuatur quis gloria propter ſequẽs delictum. ac ſi nulla peccata eſſent dimiſſa, vt j. di. 5. fratres. Pœnitẽtia. n. duo facit, pœnam tollit, & gloriã acquirit, vt ſ. di. 1. §. alij. ecõtra. ca. ecce. Auctoritates autem quæ videntur dicere ꝙ redeant, hoc ſonant, quòd ita punitur quis pro ſequentibus ac ſi numquam ei dimiſſa fuiſſẽt. Procedit autem G. in hũc modũ. Primo inducit auctoritates quod peccata dimiſſa redeant, vſque ad §. eorum. Secundo notat circa peccati dimiſſionem aliquas opiniones eorum qui dicunt peccata redire. Tertio allegat pro aduerſa parte quòd non redeant, & ſic determinat diſtinctionem. Lau.

Matth. 18.

Pſal. 108.

1 Et Proſper ibid

† ipſe] orig.

2 Sent. 4. di. 21.

3 Sent. ibid.

an peccata dimiſſa redeant. Huius quæſtionis diuerſorum varia eſt ſententia, alijs aſſerentibus, alijs contra negantibus peccata ſemel dimiſſa vlterius replicari ad pœnam. Quod autem peccata ſemel dimiſſa redeant, multorum auctoritatibus probatur: quarum prima eſt illa prophetæ [*In memoriam redeat iniquitas patrum eius:*] *ſecunda illa Euangelij* [*Serue nequam omne debitum dimiſi* [a] *tibi.*]

Deinde in libro pſalmorum Auguſtinus ait ad pſalmum 108. [1]

C. I.

SI Iudas teneret illud, ad quod vocatus eſt, nullo modo ad eum [b] vel ſua præterita, vel parẽtum [c] iniquitas [d] pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, ſed iniquitatem [e] vetuſti generis potius elegit, rediit iniquitas patrum eius in conſpectu Domini: vt in eo etiam ipſa† puniretur: & peccatum matris eius non deleretur. *Item Rabanus.*

¶ [2] Tradidit eũ tortoribus. &c.] Conſiderandum eſt, quòd dicit (vniuerſum debitum.) quia non ſolum peccata, quæ poſt baptiſmum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam verum etiam peccata originalia [f], quæ in baptiſmo ei dimiſſa ſunt [g].

Item Gregorius lib. 4. dialog. c. 60.

C. II.

3 COnſtat ex dictis Euãgelij, ꝙ ſi hoc quod in nos delinquitur, ex corde nõ dimittimus, & illud rurſus exigitur quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum [h] fuiſſe gaudebamus,

Item Auguſtinus in homilia quintadecima de verbis Domini.

C. III.

DIxit† Dominus,) Dimitte [i]. & dimittuntur tibi:) ſi ego prior dimiſi, dimitte vel poſtea. Nam ſi non dimiſſeris, reuocabo te, & quidquid tibi dimiſeram, replicabo tibi.

Item ibidem. [4]

C. IIII.

5 QVi diuini beneficij oblit⁹ ſuas vult vindicare iniurias, non ſolum de futuris peccatis veniam non merebitur: ſed etiam preterita, quę iam ſibi dimiſſa credebat, ad vindictam ei replicabuntur [k].

Item Beda ſuper Lucam, lib. 4. c. 48.

C. V.

6 REuertar [l] in domũ meam, vnde exiui. Timẽdus eſt iſte verſiculus, non exponẽdus [m]: ne culpa, quàm in nobis extinctã credebamus, per incuriã nos vacantes [n] opprimat.

Idem ibidem.

C. VI.

7 QVęcumque† enim poſt baptiſma, ſiue prauitas hæretica, ſeu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium [o] proſternet in ima vitiorum.

Item Auguſtinus in libro quæſtionum Deuteronomij, q. 42.

C. VII.

PEccatum, quod ex Adam cõtrahitur †, tẽporaliter redditur [p]: quia omnes ꝓpter hoc moriuntur, non autem in æternum eis, qui fuerint per gratiam ſpiritualiter regenerati, in eaque permanſerint vſque in finem.

2 [8] *Eorum* [q] *vero, qui hanc ſententiam ſe-*

nitur pro ſequentibus ac ſi dimiſſum non eſſent. argumẽ. infra ee. qui recedit. & ita de alijs dic. Sed quare dicit pluraliter, originalia, cum vnum ſolum ſit originale? ponit plurale pro ſingulari. argum. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. deinde regibus. ideſt, regẽ. Vel propter diuerſos effectus, quos habet in hominibus originale: quoſdam enim, facit inuidos, quoſdam luxurioſos, quoſdam auaros, &c. Item ſicut concupiſcentia facit puerum concupiſcibilem, & adultum concupiſcentem: ſic & ſuperbia facit puerum ſuperbilem, & adultũ ſuperbientem. Vel pluraliter ponit propter varias appellationes, quas habet. dicitur enim lex mẽbrorum, ſtimulus carnis, angelus ſatanę, lãguor naturæ, fomes peccati, &c. facit ſ. diſtinctio. 6. ſed penſandum, Palea.

g ¶ *Dimiſſa ſunt.*] ſi pænitet eum ſuſcepiſſe baptiſmum vel ita punietur ſufficienter, ac ſi non eſſet baptizatus.

h ¶ *COnſtat.*] ¶ *Dimiſſum.*] hic videtur qd prius dimittat Deus peccata, quam dimittat homo peccatum. ſic ex hoc ſequitur impoſſibile, ſcilicet quod ſimul eſſet iuſtus & iniuſtus, bonus & malus. Sed dic quod tempore ſimul fit ab homine dimiſſio peccati, & à Deo remiſſio: præ[illegible]dit tamen gratia vtrumque, quæ quando vult & prout vult in homine operatur. Expone ergo ſic p. i⁹ dimiſi, ideſt, prius me dimiſſurum obtuli, quantum in me eſt: qa benefecere Deus paratus eſt. Vel ad originale peccatum refertur hoc quod ſine merito hominis à Deo remittitur. Vel ad parabolam Euangelicam de ſeruo cui dominus decem millia talenta remiſit priuſquam ille conſeruo ſuo quinquaginta.

§ peccatum originale diuerſos habet effectus in hominibus.

† *Dixit illi Deus*] orig. Luc. 6.

4 Sententia non verba.

5 Sent. ibid.

6 Sent. ibid.

7 Sent ibid.

† *al. Quecumque*

‖ Peccati dimiſſio & eiuſdem remiſſio ſimul fiunt.

† *al. trahitur*

8 B. Ambr. lib. 9. com. in epiſt. ad Rom. in illa verba (Iacob dilexi) & gl. ordin. ibidem (vt oſtenderet diuitias.

a ¶ *Dimiſi tibi.*] quoniã rogaſti me. nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego miſertus ſum tui? & iratus dominus tradidit eum tortoribus quouſque redderet vniuerſum debitum. ſic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ideſt, repetet à vobis dimiſſa. & in hoc facit ad propoſitum. Lau.

SERVE NEQVAM Hiſtoria. Legitur in Euangelio, ſerue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me. nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut ego tui miſertus ſum? & iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoſque redderet vniuerſum debitum. ſic & pater meus cæleſtis faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Omnia autem quæ ſequuntur vſque ad §. eorum. plana ſunt, ſcilicet ſi Iudas. & §. conſiderandum. & c. conſtat. dimitte. & reuertar. quæcumque. peccatum. & ea per te videre poteris. *Non autem in æternum*, ſimple, redditur.

b *SI Iudas.*] ¶ *Ad eum vel ſua.*] contrarius ſenſus facit ad propoſitum Gra.

c ¶ *Parentum.*] commiſſa à ſe, imitando parentes.

d ¶ *Iniquitas.*] ſcilicet commiſſa ab eo imitando eos. ‖ aliás iniquitas patris non reſpicit filium, niſi (vt dixi) ſit ſceleris paterni imitator. prima, quæſtione quarta. crimen & per totam legem, Laur.

‖ Patris iniquitas non reſpicit filium.

e ¶ *Sed iniquitatem.*] ideſt. auaritiam, quam primi parẽtes eius egerunt, vel originalia peccata. Lau

f ¶ *Originalia.*] peccatum originale ita dicitur reputari: quia ita pa

i *DIxit Dominus.*] ¶ *Dimitte.*] ideſt habilem te oſtende ad ſuſcipiendam gratiam.

k *QVi diuini.*] ¶ *Replicabuntur.*] expone vt ſuprà hoc eſt, ita damnabitur ac ſi non eſſent dimiſſa: & ita expone omnes has auctoritates infra de conſecrat. diſtinctio. 4. quomodo. Lau.

l *REuertar.*] hæc ſunt verba ſatanæ.

m ¶ *Non exponendus.*] 27. q. 1. de viduis.

n ¶ *Nos vacantes.*] à bonis operibus.

o *QVæcumque enim poſt baptiſma.*] ¶ *Omnium.*] etiam prius dimiſſorum.

p *PEccatum.*] *Redditur.*] ideſt, punitur.

EORVM VERO. Hæc eſt 2. pars diſt. in qua probatur ſuperficialiter, quod peccata redeunt, & ſecundum præſentem tantum iuſtitiam dimittuntur: non tamen vere, ſicut nomina diſcipulorum qui receſſerunt. Ioan. de Fan.

CASVS. Aſſignat nunc Gratianus quamdam differentiam inter eos qui dicunt peccata redire. Quidam enim eorum dicunt quòd peccata reditura dimittuntur ſecundum iuſtitiam, & non ſecundum præſcientiam: quod probant exemplo Apoſtolorum, qui retro abierunt, ſic mali cadunt à præſenti iuſtitia. *Alij* dicũt quod omnino ex toto dimittuntur, & reſpicit ille §. alium §. j. e. c. ſi ex bono. §. finis. vbi dicit: alij vero. Hęc autem differentia parum valet, ſed magiſter hoc facit vt habeat materiam tractandi de præſcientia & prædeſtinatione. Quæ autem ſequentur vſque ad ca. *Si ex bono.* plana ſunt, ſcilicet. *Si quis. Sed non. &* §. *verum.* & ad probandum quod dicitur in §. inducit c. ſequens.

q ¶ *Eorum.*] ideſt, qui dicunt peccata redire dimiſſa duas ponit G. opinio

gunntur. alij dicunt [a], quòd peccata redeuntia dimittuntur ſecundum iuſtitiam[b] ſed non ſecundum præſcientiam: ſicut nomina diſcipulorum, qui retro abierunt, erant ſcripta in libro vitæ propter iuſtitiam, cui deſeruiebant, non ſecundum præſcientiam[c], quæ in numero ſaluandorum eos non habebat. Sic à latere Dei dicuntur mille caſuri[d] & decem millia[e] à dextris eius, quos tamen diuina præſcientia numquam ſuis adnumerauerat. Hinc etiam Dominus ait Moyſi, Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ†) vt ſecundum iuſtitiã iudicis ille peccando dicatur deleri, qui ſecundum præſcientiam numquam fuerat adſcriptus. Hinc Auguſtinus in epiſtola ad Corinthios[a] [Sed non in pluribus[f] eorum bene placitum eſt Deo: etſi in aliquibus. Communia omnibus ſunt omnia ſacramenta, ſed non cõmunis gratia: ita & nunc baptiſmus eſt communis, ſed non virtus baptiſmi.]

3 [g] Verum hoc de fide accedentibus, vel de his, qui extra eccleſiam baptiZantur, intelligitur: qui ſacramenti quidem integritatem accipiunt, virtutem vero eius minime aſſequuntur. Paruulis vero, vel adultis plena fide accedentibus † omnia† peccata remittuntur, etſi aliquãdo receſſuri à bono in malum vitam ſint finituri.

Vnde Auguſtinus in libro de correptione & gratia, c. 7. & 9.

a ¶ In epiſtola ad Corinthios.] Hæc ſunt apud Bedam in com. c. 10. epiſt. 1. ad Corinthios ex B. Auguſtino in pſalmum 77. & copioſius apud illos exponuntur.

C. VIII.

SI † ex bono [h] in malum deficiente bona volũtate moriuntur [i], reſpondeant, ſi poſſunt, cur illos Deus, cum fideliter, & pie vixerent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in poteſtate [k] non habuit? an eorum mala futura neſciuit? Nempe nihil horum [l] niſi peruerſiſſime, atque inſaniſſime dicitur. Cur ergo non fecit? Reſpõdeant [m], qui nos irrident, quando in talibus rebus exclamamus [quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.] Neque enim hoc non donat [n] Deus, quibus voluerit: aut vere ſcriptura illa mentitur, quæ de morte velut immatura hominis iuſti ait, [Raptus eſt [o], ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius.] Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus? apud quem non eſt iniquitas, neque acceptio perſonarum, & in cuius poteſtate eſt, quamdiu quiſque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta eſt [p] ſuper terram? Sicut ergo [q] coguntur fateri, donum Dei eſſe, vt finiat homo vitam iſtam, antequam ex bono mutetur in malũ: cur autem aliis donetur, aliis non

Sap. 4. — Rom. 11. — Sap. 4. — Iob. 7.

---

opiniones, quę potius in verbis differunt, quam in ſenſu. quidam enim dicunt peccata dimiſſa redire, dimiſſa inquam ſecundum iuſtitiam, non ſecundum præſcientiam. Alij dicunt redire peccata dimiſſa pure, & plene, ſiue per baptiſmum, ſiue per pœnitentiam. Vt ergo iſta intelligantur, & qualiter hæ opiniones conueniant, notandum eſt, quòd prędeſtinationis, ſiue præſcientiæ, (quia & ſub nomine præſcientiæ includitur prędeſtinatio) duplex eſt effectus ſ. & in tempore iuſtificare, & æternaliter gloriam tribuere. Quãtum ad primum effectum operatur Deus, quandocũque in hac vita peccata dimittit, & hoc eſt ſecundum iuſtitiã peccata dimittere. Quo ad ſecundum effectũ, quando ſic peccata dimittit, ne finaliter peccatum redire patiatur, vt ad beatitudinẽ perducat: & hoc eſt ſecundum præſcientiam peccata dimittere. Qui ergo finaliter ad peccatum reuertitur, non ſecundum præſcientiam, ſed ſecundum iuſtitiam remiſſionem peccatorum conſecutus eſt, & hoc eſt, quod hic tangit Gr. & j. ca. §. finis. & ſic patet duas prædictas ſententias non eſſe contrarias: quia cui peccata dimittuntur ſecundum iuſtitiam, plene & pure ei dimittuntur. j. e. §. vlt. L.

¶ Præſcientię duplex eſt effectus. — Io. 6. — Pſal. 90. — Exod. 32. — † meo] orig. — 1. Cor. 10. — 3 Sen. 4. di. 4 — † al. omnino — † De iis enim dictum eſt, qui perſeuerantiam bonitatis non habent, ſcilicet ex bono, &c. orig.

a ¶ Alij dicunt.] hanc differentiam opinionum non ponit magiſter, niſi vt tractet de prædeſtinatione, non quod ſibi in aliquo contradicant. Hoc, alij, reſpicit illud alij, quod inuenitur infra. ead. §. finis.

b ¶ Iuſtitiam.] præſentem, quæ eis confertur, quibus peccata dimittuntur. H.

c ¶ Præſcientiam.] ab æterno enim præſciuit Deus talem dimiſſionẽ non valere eis ad vitam æternam, nec vſque in finem durare.

d ¶ Mille caſuri.] id eſt, pauciores, qui credunt ſe cum Domino iudicaturos.

e ¶ Et decem millia.] i. plures, qui crediderunt ſe ſeſſuros ad dexteram Dei, i. in æterna beatitudine: plures enim ſunt, qui credunt ſe ſaluãdos, quàm qui credunt ſe iudicaturos cum Domino: & ideo illi deſignantur maiori numero, iſti minori.

f ¶ Sed non in pluribus.] plures illorum non placuerunt Domino, etſi aliqui eorum. &c.

VERVM HOC. Hęc eſt tertia pars diſt. in qua probat, quod de fictè pœnitentibus intelligatur quod dictum eſt, quibus peccata nõ dimittuntur. de aliis non poteſt intelligi, quamuis poſtea ſint caſuri. Io. de Fan.

g ¶ Accedentibus.] 3. 1. q. 1. deut ficti. H.

SI ex bono.] CASVS. Continuum eſt capit. Auguſt. vſque ad §. ſequentem, Finis. & ponitur ſic caſus ſecundum Hugo. Primo Auguſtinus talem fecit quæſtionem. Ecce aliqui ſunt primo charitatem habentes. & dum in tali bonitate ſunt, non moriuntur: peccant poſtea, & ita facti mali moriuntur. Quærit ergo Auguſt. quare non rapuit eos Deus de vita hac dum boni erant, præſertim cum poſſit eorum futura mala ſcire? nec poteſt dici quòd alicui hoc non faciat, quod probat auctoritate Salomonis. vnde formauit talem quæſtionem, ſcilicet cur illum dum erat bonus rapuit Deus, & non iſtum, præſertim cum poſſet ſcire iſtum peccaturum, & non poteſt hic aliquid reſponderi, niſi quia Deus voluit illi dare perſeuerantiam finalem, & non iſti quaſi ignoretur. Poſtea oſtendit quòd iſtam perſeuerantiam dat omnibus filiis ſuis prædeſtinatis, & non aliis. Et incipit ita facere diſtinctionem vel diuiſionem, quod quidam ſunt mali, ſunt tamen filij Dei prædeſtinatione: quidam ſunt boni, & non ſunt filij Dei per gratiam Dei perſeuerantem, quaſi non ſunt filij Dei prædeſtinatione: quia non ſunt in bono permanſuri. Et circa hanc materiam vagatur Auguſti. vſque ad finem cap. aliquantulum prolixe loquens: tu tamen diligens lector tene materiam, de qua loquitur, & in dictis non confunderis,

Verba Salomonis ſunt ibi, Raptus eſt, &c. Inimicus eius, id eſt, Chriſti. Regeneraturus, ſcilicet Dominus. Beneuen. vero ſic ponit hunc caſum. Hæreticus mouet quæſtionem Auguſti. quare illa diuerſitas ſit in eccleſia, quòd quidam pie viuentes deficiunt & damnantur, quidam autem pie viuentes de hac vita rapiuntur, ne malitia mutet intellectum eorum. Et dicit Auguſti. Non poteſt reſponderi: quia Deus habet de omnibus poteſtatem, non quòd mala futura neſciat. Poteſt autem ita reſponderi, hoc ideo contingit: quia quibuſdam datur perſeuerantia, quibuſdam non. quod non de prædeſtinatis intelligendum eſt, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, ſed de illis qui cum pie viuant vocantur filij Dei, ſed poſtea impie victuri ſunt, & in eadem impietate morituri: de quibus dicit Ioannes: Ex nobis exierunt. de quorum numero fuerunt diſcipuli Chriſti, qui abierunt retro de quorum numero ſunt omnes qui recipiunt ſacramentum baptiſmi: & poſtea impie viuendo de bonis facti ſunt mali.

h ¶ Si ex bono.] caſus huius capitul. colligi videtur ex illis duobus infra de conſecra. diſtinctio. quarta cap. vltim. & 13. quæſt. tertia. quidam. verſicul. Pelagiani. ¶ nam iſti Pelagiani dicebant, quod ſine gratia Dei per liberum arbitrium quis poſſit bonum operari. & ſic obiiciebant Auguſtino, Dicis, ô Auguſtine, quod non poteſt quis cum ad adultam ætatem peruenerit, bene operari ſine gratia diuina. ſed illam nemo poteſt habere vel mereri. ergo Deo non opponente gratiam ex neceſſitate peccabunt iſti, ergo per liberum arbitrium non debet eis tale peccatum imputari. Ad quam obiectionem & conſimiles, cum Auguſtinus non reſponderet, ſed exclamaret, O altitudo diuinarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ eius: deridebant eum. ¶ His itaque præmiſſis diuiditur ca. in tres partes. In prima parte ponit Auguſtinus caſum, in quo & ipſi exclamare compelluntur propter rationis defectum: ſcilicet cur Deus bonos, quos ſcit à bono receſſuros, & in malo morituros, non prius tollit de medio quàm malitia immutentur. & quare quibuſdam perſeuerantiam dat in bono, quibuſdam non, cum apud eum non ſit iniquitas, nec perſonarum acceptio, vt extra. de iudi. nouit. In ſecunda diſtinguit inter filios Dei nuncupatione ſola, & veros filios cuius, occaſione exponit illud Ioan. Ex nobis exierunt, &c. In tertia, dicit quod perſeuerantiam in bono vſque in finem dat Deus ſolis prædeſtinatis. Et huius occaſione interſeruit quòd quidam diſcipuli Chriſti ſunt veri, quidam nuncupatiui tantum. H.

¶ Errores Pelagianorum. — ¶ Diuiſio capituli.

h ¶ Ex bono.] id eſt, ex bona voluntate, vel bonum refertur ad bonũ exterius, ſimiliter & malum ad interius in voluntate, & tunc ſubauditur, moriuntur.

i ¶ Moriuntur.] hoc eſt dicere, deficientes à bono moriuntur.

k ¶ In poteſtate.] vt impetret. H.

l ¶ Horum.] immo perſeuerantia in bono donum Dei eſt. L.

m ¶ Reſpondeant.] ſupra vigeſimatertia, quæſtione quarta. de Tyriis.

n ¶ Hoc non donat.] id eſt, donat. argumen. ff. de verbor. ſignific. duobus. donat dico ſecundum hoc, ſcilicet mori vel rapi. & eſt ſenſus huius litteræ, hoc donat quibus voluerit: aut ſcriptura mentitur. ſed hoc nefas eſt dicere, vt vigeſimatertia, quæſtione tertia. quid ergo. Lau.

o ¶ Raptus eſt.] 23. q. 4. ca vindicta. H.

p ¶ Dicta eſt.] à Iob ſup. diſt. 2. §. itam ſecundum. & ca. ſi enim inquit. quid enim. L.

q ¶ Sicut ergo.] ſuſpenditur iſtud, ſicut, vſque ad verſiculum illum,

donetur, ignorāt, ita donum Dei eſſe in bono perſeuerātiam ſecundum ſcripturas (de quibus teſtimonia multa iam poſui [a]) fateantur nobiſcum, & cur aliis detur, aliis non detur, ſine murmure aduerſus Deum dignentur ignorare [b] nobiſcum. Nec nos moueat quod filiis ſuis [c] quibuſdam Deus non dat iſtā perſeuerantiam. Abſit enim, vt ita [d] eſſet, ſi de illis prædeſtinatis eſſent, & ſecūdum propoſitum vocatis, qui vere ſūt filij promiſſionis. Nam iſti [e] cum pie viuunt, dicūtur filij Dei [f]: ſed quoniam victuri ſunt impie, & in eadē impietate morituri, nō eos dicit filios Dei [g] præſcientia Dei. Sunt enim filij Dei, qui nondum ſunt nobis [h], & ſunt iam Deo: de quibus ait Euangeliſta Ioannes [i] [quia Ieſus erat moriturus pro gēte, & non tantum pro gente, ſed etiam, vt filios Dei [k] diſperſos cōgregaret in vnū [l]:] quod vtique credendo futuri [m] erant per Euangelij prædicationem: & tamen antequam eſſet factū, iam filij Dei erant in memoriali patris ſui inconcuſſa ſtabilitate cōſcripti. Et ſunt rurſus quidam, qui filij Dei propter ſuſceptam vel tēporaliter gratiam dicuntur à nobis [n], nec ſunt tamē Deo, de quibus ait idem Ioannes [ex nobis exierūt, ſed nō erāt ex nobis: quòd ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum:] non ait, ex nobis exierunt, ſed quia non manſerūt nobiſcum, iam nō ſunt ex nobis, verum ait [ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.] hoc eſt & quando videbātur ex † nobis, nō erant ex nobis. Et tanquam ei diceretur, vnde id oſtendis? [quòd ſi fuiſſent, inquit, ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum.] Filiorum Dei vox eſt: Ioānes loquitur in filiis Dei præcipuo loco conſtitutus. Cum ergo filij Dei dicunt de his [o], qui perſeuerantiam nō habuerunt, [ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis,] & addunt (quòd ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum,) quid aliud dicunt, niſi, non erant filij, etiam quando erant in profeſſione, & nomine filiorum: non quia iuſtitiam ſimulauerūt, ſed quia in ea non permanſerūt. Neque enim ait: nam, ſi fuiſſent ex nobis, veram, non fictam iuſtitiam tenuiſſent vtique nobiſcū: ſed [ſi fuiſſent inquit, ex nobis, permāſiſſent vtique nobiſcum.] In bono illos volebat proculdubio permanere: erant itaque in bono: ſed quia in eo non permanſerunt, ideſt, non vſque in finem perſeuerauerunt [p], non erant, inquit, ex nobis, & quando erāt nobiſcum: hoc eſt, non erant ex numero filiorum, & quando erāt in fide filiorum, quoniam, qui vere filij ſunt, præſciti & prædeſtinati ſunt conformes [q] imaginis [r] filij eius, & ſecūdum propoſitum vocati ſunt, vt electi eſſent. Non enim perit filius promiſſionis, ſed filius perditionis. Fuerūt ergo [s] iſti ex multitudine vocatorū: ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filiis ſuis prædeſtinatis Deus perſeuerantiam non dedit. Haberent enim eam, ſi in eo filiorum numero [t] eſſent: & quid haberent, quod non accepiſſent, ſecundum Apoſtolicam [u], veramque ſententiam? Ac per hoc tales [x] filij, filio Chriſto dati eſſent [y], quemadmodum ad patrem dicit ipſe (vt omne, quod dediſti mihi, non pereat [z], ſed habeat vitam æternam.) Hi ergo Chriſto intelliguntur dari, qui ordinati ſunt in vitam æternam. Ipſi ſunt illi prædeſtinati, & ſecundum propoſitum vocati, quorum nullus perit: ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam ſic eſt ordinatus, & ideo Chriſto datus, vt non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et rurſus, quos dicimus inimicos eius, vel paruulos filios inimicorum eius, quoſcumque eorum ſic regeneraturus eſt, vt in ea fide, quæ per dilectionem operatur, hanc vitam finiant, iam & antequā hoc fiat, in illa prædeſtinatione ſunt filij eius, & dati ſunt Chriſto filio eius, vt nō pereāt, ſed habeant vitam æternam. Denique ipſe Saluator ſi māſeritis, inquit, in verbo meo, vere diſcipuli mei eſtis.) Numquid in his computandus eſt Iudas, qui non manſit in verbo eius? Numquid in his computādi ſunt illi, de quibus Euangelium ſic loquitur? vbi Dominus cum commendaſſet manducandam carnem ſuam, & bibendum ſanguinem ſuum, ait Euangeliſta (Hæc dixit [a] in ſinagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex diſcipulus eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurabant de hoc diſcipuli eius, dixit eis, Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendētem, vbi erat prius [b]? ſpiritus [c] eſt, qui viuificat: caro autem non prodeſt quidquam. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent credentes, & quis traditurus eſſet eum, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, niſi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.) Numquid non & iſti diſcipuli appellati ſunt, loquente Euangelio? & tamen non erant vere diſcipuli, quia non manſerunt in verbo eius, ſecundum id, quod ait [Si manſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei eſtis.] Quia ergo non habuerunt perſeuerantiam, ſicut non vere diſcipuli Chriſti, ita nec vere filij Dei fuerunt, etiam quando eſſe videbantur, & ita vocabātur. Appellamus ergo nos

& electos

Margin references: ¶ ibid. c. 9. ¶ i.e. hanc ſocietatem. — Ioan. 11. — ¶ Perſeuerantia laudatur — 1. Ioan. 2. — † alias — ¶ Bonum quodlibet deſurſū eſt. 3. de pœ. diſt. 2. Apoſtolus verſ. in bono. — 1. Cor. 4. — Io. 6. — ¶ 3. diſt. 2. de pœn. c. nullus eorum. — Io. 8. — Io. 6. — Io. 8.

a ¶ *Poſui.*] in alia parte capit. quod non eſt hic. L.
b ¶ *Ignorare.*] ff. de le. non omnium.
c ¶ *Filiis ſuis.*] per præſentem iuſtitiam.
d ¶ *Vt ita.*] ſcilicet quod non det, ideſt, ſubtrahat perſeuerantiam.
e ¶ *Nam iſti.*] quibus Deus non dat perſeuerantiam vel prædeſtinationem. Lau.
f ¶ *Filij Dei.*] ſecundum præſentem iuſtitiam.
g ¶ *Filios Dei.*] ſecundum prædeſtinationem. Lau.
h ¶ *Nobis.*] ſecundum expoſitionem & opinionem noſtram. B.
i ¶ *Ait Euangeliſta Ioannes.*] in Euangelio, ſcilicet in verbis, quæ ſequuntur. L.
k ¶ *Dei.*] prædeſtinatione.
l ¶ *In vnum.*] id eſt, vnitatem fidei. Lau.
m ¶ *Futuri.*] ideſt, filij Dei per gratiam. L.
n ¶ *A nobis.*] id eſt, inter nos. Ioan.
o ¶ *De his.*] illi ſcilicet qui non de his, id eſt, de iſtorum numero qui, &c.
p ¶ *Perſeuerauerunt.*] id eſt, vſque in finem non perſeuerauerūt. vnde Ouidius:
Sed ſcilicet vltima ſemper.
Expectanda dies homini eſt: dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.
Argue prodeſſe modicum quod deſinit eſſe.
Quod non durabit, commoda parua dabit.
Et not. aliquem non debere dici permanētem vel perſeuerantem qui vſque in finē non perſeuerauerit: licet longo tempore in operibus charitatis exiſtat, ſupra diſt. prox. in caſum. H.
q ¶ *Conformes.*] puritate vitæ modo, & poſtea beatitudine. L.
r ¶ *Imaginis filij eius,*] ideſt, filij, qui eſt imago patris vſquequaque eadem cum patre.
s ¶ *Fuerunt ergo.*] ſic ordina, ergo filiis ſuis non prædeſtinatis Deus perſeuerantiam non dedit. L.
t ¶ *Numero.*] ſecundū præſcientiam.
Additio. Ideſt prædeſtinationem: nam ſecundum præſentem iuſtitiam bene erant in numero illorum. P.
v ¶ *Apoſtolicam.*] quæ dicit, quid habes quod non accepiſti? Et Iacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectū deſurſum eſt, vnde verſus:
Ex ope celeſti fit ſi quid habetur honeſti:
Et venit à ſuperis vel agas bene, vel mediteris. Item,
Quidquid habes meritis præuentis gratia donat:
Nil Deus in nobis præter ſua dona coronat.
1. q. 1. quam pio.
x ¶ *Tales.*] ſecundum præſentem iuſtitiam.
y ¶ *Dati eſſent.*] ſi haberent perſeuerantiam.
z ¶ *Pereat.*] tempore.
a ¶ *Hæc dixit.*] verba Euāgeliſtæ vſque ibi, numquid, &c.
b ¶ *Vbi erat prius.*] apoſiopeſis: quaſi dicat tunc intelligitis quæ dico, vt de conſe. diſt. 2. prima.
c ¶ *Spiritus.*] ideſt, ſpiritualis intellectus.
FINIS

FINIS ERGO HVIVS. Hæc eſt 4 pars diſt. in qua oſtendit quid ſit ſcribi aut deleri de libro vitæ ſecundum præſentem iuſtitiam vel præſcientiam. Vel in hac agitur de præſcitis & prædeſtinatis. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicit nunc Gratianus quòd finis eiuſdem auctoritatis, ſit ex bono. vbi dicit, *appellamus ergo*, concordat ſententiæ eorum, qui dicũt peccata dimitti ſecundum præſentem iuſtitiam, & non ſecundum prædeſtinationem. Alij vero dicunt omnino peccata dimitti pœnitenti: quia ſi tunc decederet, ſaluaretur: licet poſtea recaſurus ſit in peccatum. & pro eis facit principium auctoritatis ſi ex bono, ne ergo finis principio contradicat, videndum eſt quid ſit ſcribi in libro vitæ, vel de eodem deleri ſecundum iuſtitiam vel præſcientiam. nam ſcribi ſecundum præſcientiam & prædeſtinationem eſt præordinari ad vitam æternam: quod promiſſum eſt ab æterno: quod probat auctoritate Apoſtoli. Deleri vero eſt ſecundum præſcientiam ad mortem præſciri. & hoc probat auctoritate Euangelij & Auguſtin. *proponat*, ſcilicet hæreticus. Et not. quod Gra. tantum videtur facere vnum §. ab illo §. finis. vſque ad §. qui autem dicunt. qui eſt iuxta ca. quid eſt. ſed propter prolixitatem aſſignantur à pluribus plures §. & plura cap. & ego diſtinguo vt melius intellectus litteræ capiatur.

Scribi in libro vitæ ſecundũ præſcientiam & prædeſtinatione quid ſit.

Deleri de libro vitæ quid ſit.

Sap. 4.

& electos Chriſti diſcipulos, & Dei filios: quia ſic appellãdi ſunt, quos regeneratos pie viuere cernimus, Sed tunc vere ſunt, quod appellantur, ſi manſerint in eo propter quod ſic appellantur. Si autem perſeuerantiam non habent, ideſt, in eo, quod cœperunt eſſe, non manent, non vere appellantur, quod appellantur, & non ſunt. Apud eũ enim hoc nõ ſunt, cui notum eſt, quod futuri ſunt, ideſt, ex bonis mali.

4 *Finis[a] huius auctoritatis eorum ſententiæ concordat, qui peccata dicunt remitti ſecundum iuſtitiam, & non ſecundum præſcientiã. Alij vero[b], quamuis fateantur peccata redire, tamen ſeu per baptiſma, ſeu per pœnitentiam aſſerunt omnino[c] peccata remitti, & plena fide accedentem ad lauacrum renaſci non aqua tantum, ſed etiam ſpiritu ſancto: & ſi poſtea peccaturus ſit, demum pœnitentem, etſi aliquando recaſurus ſit tamen tempore ſuæ pœnitentiæ ita perfecte expiatum affirmant, vt ſi tunc moreretur, ſalutem inueniret æternam. Quorum ſententia, eiuſdem auctoritatis principium conſentit. Cum enim quæſtionem proponat[d], quare præſcitos ad mortem, cum fideliter ac pie viuerent, non tunc de vita huius periculis Deus rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum. aut ne fictio deciperet animas eorum, cum de immatura morte prædeſtinati ſcriptura dicat [Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet animam eius:] euidenter oſtendit illos tales fuiſſe. qui ſi fatali neceſſitate huius vitæ ſubducti eſſent periculis, profecto vitam conſecuti eſſent æternam. Vt ergo finis principio conueniat, & ne ſibi ipſi contraire videatur, definiendum eſt, quid ſit ſcribi[e] in libro vitæ & de eo deleri ſecundum iuſtitiam, quid ſecundum præſcientiam. Secundum præſcientiã ſcribi, eſt ad vitam præordinari: quod ab æterno factum eſt.*

Vnde Apoſtolus in epiſtola ad Epheſios, cap. 1.

C. IX.

BEnedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit[f] nos in omni benedictione[g] ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto Ieſu: ſicut elegit[h] nos in ipſo[i] ante cõſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu[k] eius in charitate: qui prædeſtinauit[l] nos in adoptionem filiorum per Ieſum[m] Chriſtum[n], in ipſum.

Similiter ſecundum præſcientiam deleri, eſt ad mortem, non ad vitam præſciri: quod & ipſum ab æterno[o] factum eſt. Vnde Dominus in Euangelio [Qui credit in me, habet vitam æternam, qui autem nõ credit, iam iudicatus[p] eſt.] Hinc etiam Auguſtinus ait.

C. X.

NOuit Dominus, qui ſunt eius.] Ex his nemo ſeducitur[q]. Nondũ apparuit iudicium, ſed iam factum eſt.

Sententia eſt apud B. Auguſtinum, tract. 12. in Ioannem, & in 20. de ciuitate Dei, c. 7. vnde citat Beda in 2. Timo. 2. Verba autem fere eadem ſunt in gloſſa ordinaria ad eum ipſum Pauli locum.

Porro ſecundum iuſtitiam ſcribi, eſt, Deo auctore ea operari, quorum merito ſit dignus æterna ſalute. Hunc duplicem modum ſcribẽdi[r], in Euangelio Dominus aſſignauit, dicens diſcipulis. (In domo patris mei mãſiones multæ ſunt: ſi quo minus[s], dixiſſem vobis quia[t] vado parare vobis locum, & ſi abiero, & parauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis.) dicens, (in domo patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quo minus, dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum) oſtendit eos, quibus loquebatur, ſcriptos[v] in libro vitæ, prædeſtinatione. Subiiciens (ſi abiero, & parauero vobis locum, &c.) oſtendit eos adhuc eſſe ſcribendos operatione.

Hinc etiam Auguſtinus in eiuſdem loci explanatione ait.

C. XI.

IN domo patris mei manſiones multæ ſunt.) Domus Dei, templum Dei, regnum Dei, regnum cælorum, ſunt homines iuſti[x]: in quibus ſunt multæ differentiæ inter ſe: & hæ ſunt manſiones ipſius domus. Hæ autem iam paratæ ſunt in prædeſtinatione, ſicut ait

a ¶ *Finis.*] vbi dictũ eſt, quòd appellam⁹ filios Dei propter præſentẽ iuſtitiam, qui tamen non ſunt ſecundum præſcientiam.

b ¶ *Alij vero.*] hoc, alij, reſpicit illud, alij, quod poſuit ſupra ea. diſt. §. eorum. in prin. Lau.

c ¶ *Omnino.*] id eſt, fine determinatione[a] aliqua. trigeſimaprima, quæſtio. 1. quòd ſi dormierit.

a id eſt, ſecũdũ præſentẽ iuſtitiã & ſecundum præſcientiam. Petr.

d ¶ *Proponat.*] Auguſt. ſcilicet. Hug.

e ¶ *Scribi.*] quadrimembrem diuiſionem innuit G. quam in ordinatione proſequitur vſque ad locum illum. ſic itaque peccata vnumquodque membrum diffiniens, & diffinitiones ſuas auctoritate cõfirmans. Lau.

f BEnedictus.] ¶ *Qui benedixit.*] i. benedicet, i. exaltabit nos omnimodo in anima & corpore. 23. diſt. qui epiſcopus[b].

g ¶ *Benedictione.*] id eſt, exaltatione, quæ erit ſpiritualis etiam in corporibus: quia tunc etiam habebunt proprietatem ſpiritus: quia tunc erunt agilia, & cibi non egentia. hanc auctoritatem exponit. j. ead. diſt. §. ſic itaque.

b Et ideo ponitur præteritũ pro futuro: quia futura ſunt certa apud Deũ ſicut præterita apud nos. Petr.

h ¶ *Elegit.*] prædeſtinando. quaſi dicat quòd hoc gratis faciatis ſi gratis.

i ¶ *In ipſo.*] i. per ipſum ſcilicet Chriſtum ante conſtitutionem eccleſiæ verbum. H.

k ¶ *In conſpectu.*] non hominum, id eſt, intus vbi Deus videt: non extra vbi homines. 22. q. 5. humanæ. Vel in conſpectu, id eſt, in præſenti vita. B.

l ¶ *Prædeſtinauit.*] ad bona, quæ filij habituri ſunt.

m ¶ *Per Ieſum.*] hoc eſt nõ meritis noſtris, &c. ſed cooperante Chriſto[c].

n ¶ *Chriſtum.*] id eſt, ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in gloriæ laudem & gratiæ ſuæ: in qua glorificauit nos in dilecto filio ſuo, &c.

c Et hoc tangit Apoſtolus in litera, quæ non ponitur hic vbi dic ſecundũ propoſitum, &c. vt in gl. ſeq.

o ¶ *Ab æterno.*] quo ad Dei præſcientiam.

p ¶ *Iudicatus eſt.*] i. iudicari præſcitus eſt.

q NOuit.] ¶ *Seducitur.*] finaliter.

PORRO SECVNDVM IVSTITIAM. CASVS. Nunc Grat. dicit quòd ſcribi ſecundum præſentem iuſtitiam eſt ea operari, quibus ſit dignus æterna ſalute. & de hoc duplici modo, ſcilicet ſcribi ſecundum iuſtitiam, & ſecundum præſcientiam, probat auctoritate Domini. In domo patris mei, &c. quam auctoritatem Grat. exponit. & incipiunt ibi verba Grat. *dicens*, &c. *Operatione*, id eſt, ſecundum iuſtitiam. Ad probandum hoc duplicẽ modum inducit auctoritatem Aug.

2. Timot. 2.

r ¶ *Scribendi.*] in libro vitæ quod ad Dei præſcientiam, & ſecundum iuſtitiam.

Ioan. 14.

s ¶ *Si quo minus.*] id eſt, ſi aliquo modo minus, id eſt, non. q. d. ſi non eſſent ibi paratæ in prædeſtinatione, dixiſſem vobis, id eſt, nõ celaſſem vobis, immo dixiſſem quia nõ ſunt ibi. & veræ paratæ ſũt ibi in prædeſtinatione: quia vado vobis parare locum in operatione. Paratæ quidem erant manſiones in prædeſtinatione, ſed tamen adhuc parandæ ipſorum operatione. Vel ſub vna diſtinctione vt ſit probatio per impoſſibile, hoc modo. In domo patris mei mãſiones plures ſunt: & merito multæ paratæ ſũt vobis in prædeſtinatione: quia ſi non eſſent paratæ vobis in prædeſtinatione: ego dicerem vobis, vado parare eas, id eſt, vado eas vobis prędeſtinarè. hoc autem eſt impoſſibile vt incipiat aliquid prædeſtinare. Conſtat ergo manſiones alias paratas eſſe. & hoc eſt ſi non eſſent ibi, dixiſſem vobis, quia vado parare, id eſt, prædeſtinare. H.

x Tract. 68. in Io. c. 14. & ibi gl. ord.

Manſiones multæ paratæ ſunt in domo Dñi.

s ¶ *Si quo minus.*] id eſt, aliquo minus, ideſt, non quaſi dicat ſi non eſſent ibi multę manſiones, dixiſſem vobis, quia non ſunt ita: ſed quia vado parare eas in operatione, &c. Vel id eſt ſi multæ non eſſent ibi manſiones.

t ¶ *Quia.*] id eſt, vere ſunt ibi: quia vado parare eas in operatione.

v ¶ *Scriptos.*] nota hic argumen. contra exceptionem G. in illo §. 27. quæſt. 2. c. quod autem. §. ecce. quia hic ex negatione ſequitur affirmatio. Io.[d]

d Sine dubio ex negatione ſequitur negatio, nõ affirmatio: quia ibi dicitur, quòd ex quo B. Maria quàm Ioſeph deſponſauerat & in ſuã duxerat, cõ ſũt negatur ſimile: multo min⁹ illa, quæ ſimpliciter ſpõſa erat coniunx eſt appellanda. Petr.

IN *domo patris.*] CASVS. In hoc ca. Auguſt. primo ponuntur verba Domini, ſcilicet in Domo patris mei, &c. Secundo verba Augu. exponentis verba Domini: per quæ probat duplicem modum ſcribendi, ſcilicet ſecundum iuſtitiam, & ſecundum præſcientiam: ſicut in littera poterit deprehendi. hoc autem verbum, *ſi quo minus*. in apparatu exponitur.

x ¶ *Iuſti.*] 24. q. 1. omnibus.

a ¶ Præ

a ¶ *Prædeſtinauit.*]ab æterno.
b ¶ *Et vocauit.*]in memoriam per gratiæ collationem,& interiori vocatione.
c ¶ *Quæ facturus.*]ideſt,quæ ſe facturum præordinauit Lau.
d ¶ *Si quo minus.*]confirmat eſſe manſiones paratas: id eſt, quæ ſe facturum præordinauit, per argu. à cõtrario ſenſu ſumptum illius verbi, ſi quo minus. Et hoc eſt quod ſequitur.& ſi abiero: vnde ex ipſo quod abiit, manſiones illas parauit in opere, ideſt, ipſos ad præparandum excitauit. accendit enim eos ad deſiderandum ſe amplius. quanto enim amplius res deſiderata ſubtrahitur: tanto amplius deſideratur. & eo ipſo quòd ſe ſubtrahit aſpectibus eorum, meretur fides in eis augmentari. Fides enim eſt de re non viſa.& hoc eſt abiens à ſuis ad tempus, ſed non relinquens: quia cum eis eſt ſemper. ſupra diſtinctio. ſecunda. quærendum. Meritum enim ita demum eſt (vt ait Auguſtin.) ſi de ea re ſit, quàm credere ad religionem pertinet, non enim de omni re quæ videtur quod hic dicitur accipiendum eſt. Lau.

† al. paranda ſunt iis.

Eſa. 41. & 44.

a Gloſ. ibid. ¶ Res deſiderata tãto amplius cupitur quãto amplius ſubtrahitur.

a Vt 27. q. 1. inſtitutũ & deſideria oblatione creſcunt. Arc.

Rom. 1.

Apoſtolus, (qui elegit nos ante mundi conſtitutionem) prædeſtinando, parãdo † autem in operatione. Vnde (quos prædeſtinauit[a], hos & vocauit[b],) & iuſtificauit, & magnificauit. Et ſecũdũ hoc dicitur) fecit Deus, quæ futura ſunt) ideſt, quę facturus[c] eſt. *& infra.* ¶ [' Si quo minus[d]]confirmat eſſe: quia ſi non eſſent, dixiſſet, ibo, & parabo, ideſt, prædiſtinabo. Sed quia iam ibi ſunt, non eſt opus aliqua parare. Quia vero nondum ſunt in operatione, addit [& ſi abiero, & parauero.] Abiens, ſed non relinquens, parat[e]: quia ſubtrahit ſe, & latet: vt ſit fides, quæ non eſt de re viſa[f]: & inde[g] eſt meritum fidei. ¶ Ex hac viuit iuſtus, & mundatur ei cor, dum peregrinatur, & in ea[h] deſideratur[i], quod nondum habetur[k]. Et hæc eſt præparatio manſionis: quia ſic parat nos ſibi, & ſe nobis, vt maneat in nobis, & nos in eo, quantum quiſque erit particeps eius plus, vel minus pro diuerſitate meritorum: Et hæc multitudo manſionum eſt[a].

¶ Sententia quidem huius capitis eſt in tract. 68. in Ioannem: ſed ipſa verba ſunt in gloſſa ordinaria ad c. 14. Ioannis, & ex ea ſunt non nulla emendata.

a ¶ Manſionum eſt.]*Sequebatur, Item, qua ſi hic citaretur alter locus beati Auguſtini, aut gloſſa. Abeſt autem à pleriſque manuſcriptis. Nam quæ ſequuntur, videntur eſſe Gratiani.*

Secundum iuſtitiam deletur, qui gratia ſubtracta, ea operari permittitur, quibus æternam damnationem meretur. Hinc propheta[l] loquens ex perſona Chriſti ait] deleantur[m] de libro viuentium.]hoc eſt ſubtrahatur eis gratia, qua ſubtracta, & in profundum vitiorum, deinde in æternam damnationem præcipitentur: & cum iuſtis non ſcribantur.] id eſt, non apponatur eis gratia, qua fiant digni æterna ſalute. Sic itaque peccata ſecundum præſcientiam[n] remittuntur, cum ab æterno gratia præparatur, qua vocatus iuſtificetur: iuſtificatus tandem æternaliter glorificetur. Secundum iuſtitiam vero peccata remittuntur, cum vel baptiſma plena fide accipitur, vel pœnitentia toto corde celebratur: quæ remiſſio & ipſa ſecundum præſcientiam non inconuenienter fieri dicitur. Vt enim ex præmiſſa auctoritate[o] Apoſtoli datur intelligi, duæ ſunt præordinationes[p]: vna, qua quiſque præordinatur hic ad iuſtitiam, & remiſſionem peccatorum percipiendam: altera, qua aliquis prædeſtinatur ad vitam æternam in futuro obtinendam. Harum effectus ſunt præſens iuſtificatio, & futura glorificatio: quæ omnia in præmiſſa auctoritate conuenienter diſtinguuntur. Prima enim prædeſtinatio[q], qua præordinantur ad præſentem iuſtitiam, deſignatur, cum dicitur (ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, &c.) cuius effectus infra ſupponitur, (in qua gratificauit[r] nos in dilecto[s] filio ſuo, &c.) Secunda præordinatio ibi oſtenditur (qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, &c.) Eius effectus præmittitur, dum dicitur (qui benedixit nos in omni benedictione, &c.) Hæ duæ præordinationes, & earum effectus ita ſe habent, vt prima, & eius effectus natura præcedant, & lege conſequendi[t] inferantur. Si enim aliquis præordinatus eſt ad vitam, conſequenter infertur, ergo prædeſtinatus eſt ad iuſtitiam, & ſi conſequitur vitam æternam, ergo conſecutus eſt iuſtitiam: ſed non conuertitur. Vnde multi participes ſunt primæ præordinationis, & eius effectus: ad quos ſecunda, vel eius effectus minime pertinere probantur. Iuxta hanc diſtinctionem intelligenda eſt auctoritas illa Ioannis (Exierunt[v] ex nobis: ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum) [Ex nobis, inquit, exierunt] ideſt, à noſtra ſocietate receſſerunt quæ primæ præordinationis, & eius effectus nobiſcum participes erant [ſed non erant ex nobis] ideſt, ſecundæ[x] præordinationis, & eius effectus ſocietatem nobiſcum non inierant. Quod ex eo videri poteſt: quia ſi fuiſſent ex nobis, ideſt, ſi illius præordinationis nobiſcum participes eſſent, manſiſſent vtique nobiſcum ideſt à ſocietate effectus eius[y] præordinationis, quam nobiſcum contraxerant, non receſſiſſent. Si enim ad ſecundam[z] præordinationem vtrumque[a] referretur,

e ¶ *Parat.*] loquitur hic ac ſi aliquis poſſet incipere prædeſtinari. quod non eſt verum.
f ¶ *De re viſa.*] & hic innuit illud: Fides nõ habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. argument. infra de conſecratio. diſtinctione quarta. venit.
g ¶ *Et inde eſt.*] ipſe Deus ſcilicet.
h ¶ *In ea.*]ſcilicet fide.
i ¶ *Deſideratur.*]ſcilicet fides, &c. H.
k ¶ *Habetur.*] futura gloria. H.

Pſal. 68.

SECVNDVM IVSTITIAM. CASVS. Dixit G. ſupra, quid ſit deleri ſecundum præſcientiam: nunc autem dicit quid ſit deleri ſecundum iuſtitiam, ſcilicet. facere ea, quib. æternam damnationem meretur quis: ad quod inducit auctoritatem prophetæ, quæ magis facit ad probandum electionem ſecundum præſcientiam: & non reſpicit, quod proxime dictum eſt.

l ¶ *Hinc propheta.*]ad id reſpicit, quod dixit quid ſit deleri ſecundum præſcientiam, non ad proximum: cum multi ſaluandi deleantur, & ſecundum iuſtitiam præſentem operantur damnatione digna.

m ¶ *Deleantur.*]hoc verbum reſpicit deletionem ſecundum præſcientiam.

SIC ITAQVE PECCATA. CASVS. Reuertitur nunc G. ad materiam huius diſtinctionis. Nam in illo §. eorum poſuerat opinionem dicentium peccata dimitti ſecundum iuſtitiam, & non ſecundum præſcientiam. vnde oſtendit hic quid ſit peccata dimitti ſecundum iuſtitiam, & conuenieter poteſt dici etiam ſecundum prædeſtinationem. & inde ſumpta occaſione duas dicit eſſe præordinationes Dei, & earum ſimiliter duos effectus quod totum arguit ex diuerſis verbis, quæ ponuntur in auctoritate Apoſtoli, quam habuiſti ſupra, qui benedixit. Sũbiungit etiam qualiter ſe habeant iſtæ præordinationes & eius affectus. adiicit auctoritatem Ioannis, ex nobis, &c. quam dicit intelligendam ſecundum præmiſſam diſtinctionem: & hoc vſque ad §. hanc ſocietatem.

SIC ITA QVE. Reuertitur G. ad materiam huius diſtinctionis. & quia ſupra in illo §. eorum. opinionem poſuerat dicentium, quod peccata receſſuris à iuſtitia remittuntur ſecundum iuſtitiam, non ſecundum præſcientiam: hic oſtendit quid ſit peccatum dimitti ſecundum iuſtitiam: quod conuenienter poteſt dici fieri etiam ſecundum præſcientiam: & inde ſumpta occaſione duas dicit eſſe Dei præordinationes, & earum ſimiliter duos eſſe effectus: quod totum arguit ex diuerſis verbis auctoritatis Apoſtoli. Subiungit etiam qualiter lege conſequenti ſe habeant iſtæ præordinationes, & earum effectus, & adiicit auctoritatem Euangelij, ſi fuiſſent ex nobis, &c. etiam ſecundum hanc diſtinctionem eſſe intelligenda, & in quem modum obſtaret, demonſtratur. & hoc vſque ad §. hanc ſocietatem. L.

Eph. 1.

n ¶ *Secundum præſcientiam.*] præſentis iuſtificationis. L.
o ¶ *Auctoritate.*] ſupra, eadem diſtinctione, Benedictus. Laur.
p ¶ *Præordinationes.*] ideſt, plures prædeſtinationes. ‖ pluraliter dicit propter duos effectus præordinationum: quorum vnum implet Deus hic propter iuſtificationem: alterum in futurum dando beatitudinem, vna eſt enim Dei præordinatio. id eſt, Deus præordinans, Deus vnus & prædeſtinans vnus eſt: ſed eius duo ſunt effectus, ſcilicet iuſtitia vel iuſtificatio in præſenti, & æterna beatitudo in futuro.

‖ Præordinatio Dei duos habet effectus.

1. *Ioan.* 2.

q ¶ *Prima enim prædicatio.*] ideſt, primus modus prædeſtinationis. Lau.
r ¶ *Gratificauit.*]ideſt, gratos fecit. Lau.
s ¶ *In dilecto.*]id eſt, propter vel pro quia, propter delictum filium ſuum nos diligit. & illos quos diligit filius & quibus vult filius diuina bona largitur.
t ¶ *Conſequendi.*]ideſt, conſequentiæ hypotheticarum, vel cõditionalium.
v ¶ *Exierunt.*] quia non poteſt eſſe quòd nobiſcum fuiſſent quo ad ſecundam præordinationem, ſcilicet quòd eſſent præordinati ad vitam æternam, & tamen non manſiſſent[b] nobiſcum, intelligas continue. vnde ſubiungitur. immo incœpiſſent eſſe nobiſcum. H.
x ¶ *Secundæ.*]quod no. per hoc quod dicitur, fuerunt ex nobis.
y ¶ *Eius præordinationis.*] ſcilicet primæ.
z ¶ *Ad ſecundam.*]non ad primam.
a ¶ *Vtrumque.*]ſcilicet ſi fuiſſent ex nobis, & manſiſſent vtique nobiſcum: ita ſcilicet, vt antecedens referatur ad ipſam præordinationem ſecundum naturam, & conſequens ad effectum[c].

b ſc. quantũ ad effectum ſecũdæ, pordinationis, q̃ n̄ habebant, imo cepiſſent, vt ſubiungit Petr.

c Antecedens eſt, ſi fuiſſent ex nobis: conſequens eſt, manſiſſent, &c.

a ¶ Non

a ¶ *Non conuenienter.*] hoc forte ideo dicit: quia adhuc iſti non habebant eff ctum ſecundæ prædeſtinationis, ſed habituri erant: & ideo non conuenienter ſubiungeretur, manſiſſent: cum adhuc iſti ibi nõ manerent. quod innuitur ex vi locutionis. H.

non conuenienter[b] *illud inferetur* [*manſiſſent:*] *immo cœpiſſent vtique nobiſcum eſſe. Si vero ad primam, falſa eſſet propoſitio* (*ſi fuiſſent ex nobis, &c.*) *Multi enim præſentis iuſtitiæ, & ſanctitatis participes fiunt, qui tamen in ea non perſeuerant. Vnde Dominus ait in Euangelio* [*Non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*]

Matth. 10.

C. XII.

HAnc *ſocietatem*[b] *ſi quis ſolo nomine, & profeſſione, non autem rei veritate à damnandis dicat contrahi, eiuſdem auctoritatis*[c] *teſtimonio conuincitur. De his enim, qui primæ, non ſecundæ præordinationis ſunt participes, ait* † [*Nec nos moueat, quòd filiis ſuis quibuſdam Deus non dat illam perſeuerantiam. Abſit enim vt ita eſſet, ſi de illis prædeſtinatis eſſent.*] *& cetera, quæ in eadem*[d] *auctoritate ſupra continentur. Oues namque, de quibus in Euangelio Dominus ait.* [*Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili*] *& filij, de quibus Ioannes ait* [*vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum,*] *ita præſcientia erant oues & filij, vt qualitate*[e] *præſentium*[f], *non ſpecie*[α] *tantum, ſed etiam ante Dei oculos eſſent filij iræ, & perditionis æternæ. Vnde Apoſtolus non ait, videbamur eſſe, ſed* [*eramus inquit & nos natura filij iræ*] *Nec ait reputabimini ab hominibus, ſed fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*] *De ſe quoque ſcribens ad Timotheum non ait, videbar, ſed* [*fui perſecutor, & blaſphemus, & contumelioſus: nunc autem ſum miſericordiam conſecutus.*] *Omnes quoque, qui in Chriſto renaſcuntur, & qui eius ſanguine à diabolo redimuntur, prius ex Adam peccatores naſcuntur, & diabolicæ ſeruituti obnoxij. Sicut ergo illi, quamuis ſunt futuri filij Dei, tamen prius ſunt filij diaboli: ſic hi de quibus*[g] *ſermo habetur, quamuis recedendo à iuſtitia ſint futuri filij perditionis æternæ, cum tamen pie, & fideliter viuunt, vere ſunt filij Dei & iuſti, & æterna beatitudine digni.* [: *Vnde auctoritas non ait, cum viderentur pie, & fideliter viuerent.*] *Nec veraciter*[h] *à bono in malum commutarentur, qui numquam veraciter boni fuerunt. Dominus quoque, non ait per Ezechielem: ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, quam videbatur habere, ſed* [*ſua*] *ſcilicet, quam veraciter habet.*[:] *Quod autem in eadem auctoritate ſequitur* [*Non erant in numero filiorum, quando erant in profeſſione filiorum,*] *ita intelligendum eſt. Filij Dei duobus*[β] *modis*[i] *appellantur. Dicuntur filij Dei, participatione hereditatis æternæ: ſicut Ioannes ait in Euangelio* (*Quotquot crediderunt in eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*) *Et Apoſtolus in epiſtola ad Romanos* (*Expectatio*[k] *creaturæ reuelationem filiorum Dei*[l] *expectat.*) *& infra.* (*Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis*[m] *in libertatem*[n] *gloriæ filiorum Dei.*) *& infra* (*ipſi intra nos*[o] *gemimus, adoptionem*[p] *filiorum Dei expectantes.*) *Hinc etiam Auguſtinus eadem verba Apoſtoli exponens ait* (*Modo*[γ] *tantum creatura:*[q] *cum nondum filiorum forma perfecta.*) *Hoc*[r] *ergo modo non ſunt filij Dei, niſi participes æternæ*[s] *beatitudinis. In præſenti etiam dicuntur filij tribus modis, vel prædeſtinatione tantum* (*ſicut ij, de quibus Ioannes ait* [*vt filios Dei, qui diſperſi erant, &c.*]) *vel prædeſtinatione, & ſpe æternæ beatitudinis* (*ſicut illi, quibus Dominus ait* [*filioli adhuc modicum vobiſcum*[t] *ſum*]) *vel merito fidei, & præſentis iuſtitiæ, non autem prædeſtinatione claritatis æternæ: ſicut hi, de quibus Dominus ait* (*ſi dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c.*) *Hi ergo*[u], *de quibus in præſenti agitur filij ſunt merito fidei, & præſentis iuſtitiæ, non ſunt autem filij adoptionis æternæ. Qui ergo peccata dimiſſa fatentur redire, ſecundum iuſtitiam, & non ſecundum præſcientiam ea dimitti, neceſſe eſt vt confiteantur: ſicut ſaluandis peccata ſecundum iuſtitiam ad æternam damnationem imputantur, non ſecundum*[x] *præſcientiam: quia & illis à bono in malum deficientibus, ſingula replicabuntur ad ſupplicium: & his vſque in finem in bono perſeuerantibus, nulla imputabuntur ad pœnam* [*æternam.* †

Ioan. 11. Ioan. 15. Pſal. 88. Ioan. 1. Rom. 8. Ezech. 18. Ephe. 2. Ephe. 5. 1. Tim. 1. Io. 10. Io. 1.

¶ *In vetuſtis codicibus caput hoc eſt coniunctum ſuperiori. Sunt enim Gratiani verba, qui more ſuo loca aliquot citat.*

α ¶ Specie.] *Sic eſt emendatum ex codice per vetuſto. Nam antea legebatur, ſpe, quæ vox valde ſententiam turbabat.*

β ¶ Duobus modis appellantur.] *In vulgatis ſequebatur.* [vno modo appellantur in futuro, altero in præſenti, qui triplex eſt:] *quæ abſunt ab omnibus manuſcriptis, & antiquioribus etiam editionibus.*

γ ¶ Modo tantum creatura.] *In libro octuaginta trium quæſtionum, quæſt. 67. poſt alia habentur hæc.* Et ipſa itaque creatura, id eſt, & ipſa quæ nondum vocatur filiorum forma perfecta, ſed tantum vocatur creatura, liberabitur, &c. *quæ referuntur à Beda in epiſtola ad Romanos. c. 8. Sed apud gloſſam ibidem habentur eadem verba, quæ apud Gratianum.*

§ *Qui autem*[y] *dicunt, quòd peccata dimiſſa non redeunt, auctoritate Gregorij, & Proſperi ſententiam ſuam confirmare conantur.*

Ait enim Gregorius in Moralibus libro 15. cap. 22.

C. XIII.

QVid eſt, qđ dicitur (qui reddis iniquitatem[z] patrum filiis[a] ac nepotibus?) Peccatum[b] originale à patribus trahimus, & niſi per gratiam baptiſmi ſaluamur, etiam parẽtum culpam portamus, quia vnum adhuc cum illis ſumus. Reddit iniquitatem patrum filiis †, dum pro culpa paren

† in filios.

HAnc *ſocietatem.* CASVS. Oſtendit G. in hoc §. quòd damnandi veram iuſtitiam poſſunt habere donec pie viuunt, & non ſolo nomine: licet non ſint habituri vitam æternam: quod rationibus & auctoritatibus probat, & hoc vſque ad locum illum, *Qui autem.* nam ibi, aſſignat modos huius vocabuli, *filios*, & qualiter filij Dei appellentur etiam qui futuri ſunt mali, vt oſtendat qualiter peccata dimiſſa redeant. & hoc facit vſque ad §. *qui autem.* & quod dicit ibi, *ſocietatem*, id eſt, effectum prædeſtinationis. *Participes ait.* ſ. Auguſtinus ſup. e. c. ſi ex bono.

† al. Auguſtinus ait. ‡ ſ. e. ca. ſi ex bono.

b ¶ *Hanc ſocietatem.*] prædeſtinatorum vel præſcitorum, de quibus fit mentio in auctoritate Io. exierunt, & c. ſ. §. prox. & c. ſi ex bono. & c. qu. d. in ead. qualitate in qua erant futuri, apparebunt tunc in præſentia.

b ¶ *Hanc ſocietatem.*] ſcilicet quòd damnandi veram iuſtitiam habere poſſunt ſecundum præſcientiam, & non ſolo nomine cenſeri debeant, oſtendit auctoritate & rationibus vſque ad illum locum, quod autem. ibi diuerſos modos huius vocabuli, filij Dei, aſſignat, & qualiter filij Dei appellantur etiam qui futuri ſunt mali, vt oſtendat tandem ex hoc qualiter peccata dimiſſa redeant: & hoc vſque ad §. qui autem. Et hic not. quòd hic vult infringere opinionem quam ſup. e. poſuit. §. eorum quę dicit damnandos ſolo nomine iuſtos eſſe, & non ſecundũ præſcientiam.

‡ ſ. e. ſi ex bono.

c ¶ *Auctoritatis.*] quæ auctoritas poſita eſt ſ. e. ſi ex bono. L.

‡ ſ. ſi ex bono.

d ¶ *Quæ in eadem*] ſup. e. diſt. §. verum. c. ſi ex bono. H.

e ¶ *Qualitate.*] ordo, vt eſſent filij iræ, id eſt, præſcientiæ præſentis malitiæ, & peccati pręſentis: eſſent tales dico non ſpe tãtum, ſed ante Dei oculos, id eſt vt non ſolum viderentur tales, ſed etiam eſſent. H.

f ¶ *Præſentium.*] quaſi dicat, in ea qualitate, in qua erant futuri, apparebunt tunc in præſentia, vt ſup. e. notaui.

g ¶ *De quibus.*] ſ. qui præſentem habent iuſtitiam, ſed ſunt eam amiſſuri: de quibus ſ. prælibauit. §. eorum. L.

h ¶ *Veraciter.*] ar. ff. de au. & ar. le. l. ſi ita L.

i ¶ *Duobus modis.*] id eſt, ſecundum quòd ſunt in patria iam, & ſecundum quòd adhuc ſunt in præſenti vita: quod trifarie diuiditur, ſicut iam magiſter dicet. H.

k ¶ *Expectatio.*] i. creatura expectans. ſcilicet homo.

l ¶ *Reuelationem filiorum Dei.*] vel homo fidei, id eſt, fidelis: ex qua, ſcilicet apparet qualis eſt vel futurus erit. Vel in qua, ſcilicet homo dicitur hic creatura: quia hic videtur eſſe creatura tantum, ‖ ſed in alia vita apparebit qđ eſt filius Dei quod in hac quidem vita plene non apparet. H.

‖ Homo in alia vita apparebit filius Dei.

m ¶ *Corruptionis.*] id eſt, pœnalitatis, à cauſa quærendi victum & veſtitum, & alia quibus indiget noſtra mortalitas. H.

n ¶ *In libertatem gloriæ.*] i. glorioſam libertatem, quam habuerunt filij Dei. H.

o ¶ *Intra nos.*] id eſt, in anima & ratione dolemus.

p ¶ *Adoptionem.*] perfectam ſ. ex omni parte: ‖ vt ſimus filij Dei ſecundum animam & ſecundũ corpus, quantum ad gaudium animæ, & ſtolam immortalitatis in corpore. H.

‖ filij Dei erimus ſecũdũ animam & corpus.

q ¶ *Creatura.*] nulla p̄rogatiua ſuper alias creaturas prædita.

r ¶ *Hoc.*] ſicut ij, qui mali ſunt adhuc, ſ. futuri ſunt boni, quia prędeſtinati.

s ¶ *Æterna.*] ſicut qui boni ſunt, & finaliter ſunt boni p̄manſuri. L.

† abeſt à pleriſque manu.

t ¶ *Vobiſcum.*] i. adhuc modicum fidei habẽtibus. L.

v ¶ *Hi ergo.*] infert ex proxime dictis per ar. à ſimili: & reuertitur hic ad principalem materiam huius quartæ diſt.

x ¶ *Non ſecundum præſcientiam.*] & tamen ſecundum præſcientiam dimitti. ſicut dicit Gr. ſ. e. c. in domo. §. ſic itaque. verſ. quæ remiſſio. ſed hic aliter ſumit nomen pręſciẽtiæ quam ibi.

QVI AVTEM. CASVS. Hæc eſt 5. pars diſt. in qua probat magiſter, quòd peccata non redeant: quod verum eſt ſecundum Io. de F.

y ¶ *Qui autẽ.*] ab hinc vſque ad §. verũ. probat ſententiam aliã, ſ. peccata dimiſſa nõ redire: & hoc duabus auctoritatibus.

QVid *eſt.*] CASVS. primo quærit Gr. quare per Moyſen dicitur, *Qui reddis iniquitatẽ*, &c. Secundo exponit illam auctoritatem, quam dicit intelligi de originali peccato: pro quo originali peccato patris filius polluitur, ante baptiſmum, ſed poſt baptiſmum polluitur tantũ pro ſuo peccato. Seq. c. planum eſt, ſ. qui recedit. quod melius p̄bat intentionem Grat.

z ¶ *Iniquitatem.*] per hanc auctoritatem non probatur propoſitum, ſed per ſequentem optime. L.

a ¶ *Filiis.*] non poteſt intelligi niſi de originali peccato: aliàs enim contradiceret auctoritas illa, filius non portabit, &c. 1. q. 4. Iudæi.

b ¶ *Peccatum.*] ſolum.

a ¶ Hab

a ¶ *Habemus.*] vnde patet, quod originale peccatum dimiſſum nõ redit, & ita peccata dimiſſa non redeunt.

b ¶ *Qui recedit.*] *Sed non in id quod.*] ſ. 23. q. 4. ſi illic. & 50. diſtinct. c. miror. & diſt. 1. tres autem. H.

c ¶ ...*dit.*] hic expreſſe dicit iſte, quòd peccata non redeant. ſed ſi contrarium tenere volueris, expone ſic, non recidit omnino, vel eadem quantitate in qua prius erat. †

d ¶ *Nec in originali.*] contradicit ſibi, ſi ſic exponatur.

e ¶ *Qui tamen.*] ſ. ca. prox. qui recidit.

f ¶ *Ea morte.*] idest, ſimili pœna æterna.

g ¶ *Quæ.*] idest, qualis mors æterna ſi ſic exponatur, non contradicit ſibi.

FINIS HVIVS. CASVS. hic dicit H. quòd finis prox. c. vbi dicit, *ea morte*, contradicit principio vbi dicit, *ſed non illud*: ſed hæc dictio ea, facit ſimplicem relationem. Qui autem dicunt quod peccata nõ redeunt, ſic intelligunt auctoritates cõtrarias, quæ dicunt peccata redire, quod dicitur in eis fieri, qui poſt remiſſionem abutũtur gratia Dei. & hanc ſententiam dicit Grat. fauorabiliorem eſſe. ſcilicet quæ dicit peccata redire: quod adhuc probat per ſequentia, per quæ probat à contrario ſenſu, quòd peccata redeunt: quia bona præterita per peccatum moriũtur. Sequentia 5. ca. plana ſunt, ſcilicet, ſi auerterit. hoc nobis. de pertuſo. ſi refugientes. intermittentes. & caſus illorum ca. per te formabis. *De pertuſo.* verba ſunt Aggæi prophetæ: quæ Greg. expoſuit ſuper Ezechielem.

h ¶ *Principio.*] magiſter vocat principiũ vbi dixit, ſed non in id, &c. finem vero vbi dicit, qui tamen ea. & ſ. c. prox. qui recedit. ſed illud, ea, facit ſimplicem & nominalem relationem, non numeralem, ſicut ibi: mulier quæ damnauit, ſaluauit.

i ¶ *Quam pœnam.*] verum dicet ſi pro eadẽ peccato pœnam exiperet. Lau.

k ¶ *Aſſertores.*] i. illi qui dicunt quòd peccata dimiſſa nõ redeũt. L.

l ¶ *Determinat.*] Gratianus aliter intelligit in ſequenti §.

m ¶ *Extitit.*] vel potius quia ita damnabitur quis pro ſequenti peccato, ſicut damnaretur ſi prima peccata non eſſent dimiſſa, ſcilicet æternaliter, ſed non tantum punietur. Hug.

VERVM ILLA. *Hæc eſt 6. pars diſt.* in qua probat per 6. auctoritates, quòd peccata redeunt: & hoc probat ſuperficialiter: nam auctoritates bene intellectæ non faciunt pro eo. Io. de Fan.

n ¶ *Vt enim Dominus.*] ab hoc loco vſque in fin. nititur Gra. conflare arg. huiuſmodi, quod bona priora per mala ſequentia mortificata reuiuiſcunt, ſi poſtea bona fiant. ergo à ſimili cum mala per pœnitentiam mortificentur: ſi iterum quis in malum reciderit. reuiuiſcunt: & ita peccata redeunt. ſed hæc argumentatio (vt prædixi in princip. huius diſt.) non procedit. ‖ quia aliud eſt in via, aliud in inuio, i. aliud eſt in bono, aliud in malo: quia bona cõmunicãtur, nõ mala. ar. de conſe. di. 4. quæris. arg. ff. de ſer. expor. ſeruus. & probat primo vſque ad illum locum, hæc ſicut. ſecundum autem probat vſque ad illum locum, porro. exinde probat, quòd eadem ratio eſt in bonis & in malis quo ad hoc. eandem cõcludit in §. ſed his. ver. ſicut ergo bona. L.

‖ Pã̃m originale dimiſſum non redit.

† al. filiis

e Et illud verũ eſt ſed non opt. illorũ q dũt peccata dimiſſa redire non quo ad cl. tentiam, ſed quo ad reatum & pœnam. Petr.

tis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rurſum non reddit iniquitatẽ filiis †: quia cũ ab originali culpa per baptiſmũ liberamur, nõ iam parentum culpas, ſed quas ipſi committimus, habemus [a].

¶ *Verba ipſa huius cap. ſunt in gloſſa ordinaria ad ca. 34. Exodi ex Gregorio in loco indicato, ex qua gloſſa ſunt hic nonnulla emendata.*

Item in reſponſionibus Proſperi ad ſecundam obiectionem Gallorum.

C. XIIII.

QVi recedit a Chriſto & alienus à gratia finit hanc vitam, quid, niſi in perditionem cadit? ſed non in id, quod [b] remiſſum eſt, recedit [c]: nec in originali [d] peccato damnabitur: qui tamen [e] propter poſtrema [a] crimina ea morte [f] afficietur, quæ [g] ei propter illa, quæ dimiſſa ſunt, debebatur.

a ¶ Propter poſtrema crimina.] *Addita ſunt hæc ex originali: quibus ſententia valde illuſtratur.*

Finis huius auctoritatis principio [h] contraire videtur. Neque enim aliud eſt, dimiſſa peccata redire, vel in originali peccato damnari, quam pœnam peccato debitam poſt eiuſdem remiſſionem excipere. Auctoritates vero ſibi contrarias aſſertores [k] huius ſententiæ ita determinant [l]: peccata dimiſſa redire dicuntur, quia quiſquis poſt acceptam remiſſionem peccatorum ad vomitum redierit, tanto grauius punietur, quanto magis benignitate Dei abuſus, ſingulorum remiſſionis accepta ingratus extitit [m].

6 *Verum illa ſententia fauorabilior videtur: quia pluribus roboratur auctoritatibus, & euidentiori ratione firmatur. Vt enim Dominus [n] ait per Ezechielem, c. 18.*

C. XV.

1 SI auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, numquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, nõ recordabũtur [o]: in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius, quas fecit.

h SE. 4. di 15

‖ Aliud eſt in via, aliud in inuio.

o SI auerterit.] ¶ *Non recordabuntur.*] ergo idem eſt ac ſi numquam habuiſſet aliquod bonum propter quod peccatũ ſibi fuit dimiſſum. Et ita idem eſt ac ſi numquam ei peccata fuiſſent dimiſſa. & ſic omnia peccata taliter dimiſſa redeunt, & dicuntur redire per ſequens peccatum ‖ ſicut priora bona mortificata per peccata, dicuntur per pœnitentiam reuiuiſcere. L. & ita argumentatur Gra. ex his auctoritatibus à ſimili per contrarium.

p HOc nobis.] ¶ *Reuocamus.*] idest, defenſionem a pœna quo ad vitam æternam.

q ¶ *Bonorum.*] quin pro malis puniatur: mitius tamen punietur. Vel quo ad vitam æternam conſequendam non debet haberi fiducia. De hoc ſupra diſt. 3. c. quærat. §. item illud. licet quo ad minorem pœnam ſubeundam poſſit haberi fiducia. H.

r DE pertuſo.] hoc continetur in Aggæo Propheta in 1. c. Lau.

SI refugientes.]
s ¶ *Prioribus.*] Ecce verbum pro quo inducitur capitulum.

t ¶ *Melius.*] id eſt, minus malum. Lau.

v INtermittentes.] id eſt, dimittentes. quaſi non hoc tantum contenti, ſed cũ hoc habito ad vlteriora procedentes.

x ¶ *Inchoationis.*] id eſt, in quo Chriſtus inchoat eſſe in nobis per fidem, ſcilicet qui ſermo eſt de initio fidei quo rudes catechizantur, vt eſt ſymbolum & dominica oratio. 10. quæſt. 1. placuit. H.

y ¶ *Feramur.*] ſecundum intelligentiam ſcripturæ, & bonam operationem.

z ¶ *Iacientes fundamentum.*] nos inquã dico iacientes fundamentum pœnitentiæ. Quod prius dixit ſermonem incheat õis, hic appellat fundamentum: quia ad religionem Chriſtianam venientibus prius proponitur, & ſuper hoc quod perfectionis eſt, ædificatur. dicit ergo, nos dico iacientes fundamentum pœnitẽtiæ. idest, pœnitentiam quaſi lapidẽ in fundamẽto, quod eſt pœna de peccatis, vel de hoc quòd quis priora bona mortificauit per peccatum. iacientes dico, id eſt, non ſicut olim, ſcilicet non ita negligenter ſicut olim, vt ſicut prius cecidimus, ſi iterum cadamus. Vel nõ rurſus, idest, non amplius niſi modo faciamus, vt amplius iacere non ſit opus.

Item Gregorius in explanatione eiuſdem loci. [3]

C. XVI.

3 HOc nobis maxime conſiderandum eſt, quia cum mala committimus, ſine cauſa ad memoriam bona noſtra trãſacta reuocamus [q], quoniam in perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia bonorum [q] præteritorum.

Idem in homilia quarta ad cap. primum Ezechielis.

C. XVII.

DE pertuſo [r] quippe ſacculo aliunde exit, quod aliunde immittitur †. quia indiſcretæ mẽtes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non aſpiciunt, quo modo ex malo opere perdatur.

Item Petrus in epiſtola 2. c. 2.

C. XVIII.

SI refugiẽtes coinquinationes mũdi in cognitione Domini noſtri, & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſũt eis poſteriora deteriora prioribus [s]. Melius [t] enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionẽ retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditũ eſt ſancto mandato.

Paulus quoque ſcribens ad Hebræos ait, cap. 5.

C. XIX.

INtermittẽtes [u] inchoationis [x] Chriſti ſermonẽ, ad perfectionem feramur [y], non rurſus iacientes [z] fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.

Dicens opera mortua, priora bona ſignificat Apoſtolus, quæ per ſequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc, ſicut peccando fiunt irrita, ita per pœnitentiam reuiuiſcunt, & ad meritum [a] æternæ beatitudinis ſingula prodeſſe incipiunt, etiam illa quæ peccatis inueniuntur admiſſa.

3 Hom. 11. ad c. 3 Ezech
3 SE. 4. di 15

‖ Bona mortificata, per pœnitẽtiam reuiuiſcũt.

† al. mittitur

DICENS OPERA. CASVS. Iſte §. reſpicit finem præcedentis cap. & dicit Gratia. quòd per opera mortua priora bona ſignificantur, quæ ſicut peccatum moriuntur, ita per pœnitentiam reuiuiſcunt. vnde Gratianus intendit probare à ſimili per contrarium: ergo mala per peccatum redeunt. Et ad hoc inducit auctoritates ſequentes.

a ¶ *Ad meritum.*] licet magiſter ad hoc iſtud allegat, non tamen per contrarium intelligendum, vt idem ſit in malis, magiſter tamẽ ad hoc ſ. tres poſuit opiniones.

a ¶ Vnde

a ¶ *Vnde Auguſtin.*]Pium eſt. s̄.diſtinct. 3.cap.quærat.§.illud autem. c.pium eſt.
b¶*Hieronymus.*]non eſt ſupra diſtinctio.2. §.hæc itaque.& cap.non eſt.Hu.
c ¶ *Recepturos.*]ergo à ſimili intelligatur per contrarium idem eſſe in malis, quod ſecūdū horum ſententiam re uiuiſcent.

1 s̄.diſt.3.de pœ c pium
2 s̄.diſt.3. ſi quando.
3 s̄.diſt.2.nō eſt tam.

PORRO QVI. CASVS. Allegat nunc Gratian. pro illa parte, ſcilicet quòd peccata dimiſſa redeunt: & hoc probat auctoritate Ezechielis prophetæ, quæ ſatis plana eſt: per quem Dominus loquebatur. & hoc probat à contrario ſenſu.

† *al præmiſit.*
Ezech.33.
† Porro quandoque copulatiue tenetur.

d ¶ *Porro.*] †hic porro copulatiue tenetur, non aduerſatiue, & inducitur ſequens capit. ad probandum, quòd bona mortificata reuiuiſcunt. G. allegat pro alia ſententia, ſcilicet quòd peccata non redeant: vel ſi pro alia ſententia intelligatur, ſic accipiatur littera, quaſi non ſolum per auctoritatem illam, ſi auerterit, &c. peccata redeant: ſed & per auctoritatem aliam.

Exod.32.
Oſea.7.

e ¶ *Eumdem prophetam.*] i. eiuſdem prophetæ, qui prædixerat. & Ezechielem, vt s̄.§.finis.

FILIIS QVOQVE. CASVS. Adhuc probat Gratia.quòd peccata dimiſſa redeunt. Et ad hoc probandum inducit capi. ſequens: per quod intendit probare, quòd peccata dimiſſa redeunt. vnde dicit propheta: Væ eis qui receſſerunt à me per peccatū: quoniam damnabuntur, quia in me præuaricati ſunt, &c. & ſunt verba Oſee prophetæ redarguentis filios Iſrael. Et cap, Væ eis. patet.

4 ibid.

f ¶*Filiis.*]per quos omnem populum myſtice intelligas colētēm idola.

g *VAe eis , quoniam receſſerunt.*] per idololatriā vel peccatum immane.45.diſtinctio.diſciplina.

h ¶ *Vaſtabuntur.*] ab hoſtibus, & miſeri erunt.

ADDITIO. Id eſt, in captiuitatem ducentur.P.

Vnde Auguſtinus[a] ,[[1] *Pium eſt credere,&c.*] *& Hieronymus* [b] , [[2] *Non eſt iniuſtus Deus, &c.*] [3] *Apoſtolus etiam ſcribens ad Hebræos, cum fidem , & dilectionem,& bona opera eorum breuiter commemoraſſet,horum omnium mercedem , quam amiſerant peccando , poſt pœnitentiam à Domino eos recepturos* [c] *oſtendit.Porro*[d] *qui per prophetam dixit [ſi auerterit ſe iuſtus à Iuſtitia ſua]ipſe per eumdem* [e] *prophetam promiſit* † *dicens. [ſi impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt. & cuſtodierit vniuerſa præcepta mea . & fecerit iudicium,& iuſtitiam, vita viuet.& non morietur : omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt,non recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet.] Filiis*[f] *quoque Iſrael per Aſſyrios captiuandis,veteris idololatriæ peccatum Dominus per Oſee improperat : & peccatum quod Moyſe ſupplicante patribus fuerat dimiſſum , hoc in filiis reuixiſſe oſtendit dicens.*

C. XX.

VÆ eis,quoniam receſſerunt [g] à me:vaſtabuntur [h] , quia præuaricati [i] ſunt in me. Et ego redemi [k] eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia [l] :& nō clamauerunt ad me in corde ſuo:ſed vlulabant [m] in cubilibus ſuis , ſuper triticum , & vinum ruminabant [n] :& receſſerunt [o] à me,& ego erudiui [p] eos , & confortaui [q] brachia eorum,& in me cogitauerunt [r] malitiam [s] reuerſi [t] ſunt,vt eſſent abſque iugo,facti ſunt,quaſi arcus doloſus [u] : cadent [x] in gladio [y] principes eorum [z] a furore linguæ ſuæ.

7 *Antiqua* [a] *peccata parentum filiis improperat ſermo diuinus:& propterea principes eorum in gladio caſuros prædicit.Sed per eumdē prophetam contra Dominum ſe facere oſtendit dicens.* [4]

C. XXI.

NE forte dicant in cordibus ſuis omnem malitiam eorū me recordatum : nunc circumderunt eos adinuentiones ſuæ:coram facie mea factæ ſunt.

Item Hieronymus[b] *ad c.7,Oſee.*

C. XXII.

CVm ita puniantur , ne cogitēt,quòd pro veteribus peccatis patrum puniam eos : quia nunc, i. in præſenti , pro malitiis ſuis,quas inuenerunt, circundati ſunt pœna: & mala eorum , ſicut putāt, non poſſunt me latere: ſed potius ipſæ adinuentiones apertæ ſunt coram facie mea , quæ omnia clare videt.

¶*Sententia huius capituli eſt quidem in commentariis B. Hieronymi in ca.7.Oſee:ſed propria verba ſunt in gl. interlineari ibid. ad ea verba,ne forte,dicant in cordibus.*

Idem [c] *ibidem.*

C. XXIII.

HÆretici non poſſunt vetera peccata contra Deum cauſari:cum antiquis operibus addant nouam impietatem,& ſuis ligentur peccatis:&cum Deum celare ſe putant oculos eius vitare non poſſunt : quia vultus Domini ſuper facientes mala. *Pſal.33.*

¶*Et hoc etiam capitulum eſt in gloſſa ordinaria in eumdem locum ex B.Hieronymo.*

Item Gelaſius papa. [5]

5 s̄.23.q.4. ſi illic.

C. XXIIII.

DIuina clemētia dimiſſa peccata in vltionem vlterius redire [d] non patitur.

Sed his [e] *auctoritatibus docentur filij ab originali peccato expiati , non ideo puniendi, quia patres peccauerunt: ſed ideo peccata patrum in eos redire , quia eorum* [f] *culpam ſequuntur. Sic & bona, quæ peccato moriuntur , non proficient ad præmium , quia facta ſunt : ſed quia per pœnitentiam reuiuiſcunt. Tale eſt & illud Auguſtini in libro pſalmorum [* [6] *Si Iudas* [g] *teneret adoptionem , &c.] Sic & illud Gregorij in Moralibus intelligitur[* [7] *Quid eſt* [h] *,quod dicitur [reddis iniquitatem patrum in filios , &c.] Illis namque parentum iniquitas redditur , qui propterea puniuntur , quia in radice traxerunt* [i] *amaritudinem* [k] *peccati. Illis autem non redditur, in quibus merito ſuæ iniquitatis non reuiuiſcunt peccata parentis. Sicut* [l] *ergo bona, quæ peccato moriuntur . per pœnitentiam reuiuiſcunt ad præmium , ſic & mala , quæ per pœnitentiam delentur , reuiuiſcunt ad ſupplicium.*

6 s̄.c.ſi Iudas
7 s̄.c.quid eſt.

v ¶ *Doloſus.*] Deus incenderat eos contra aduerſarios , ipſi vero contra Deum nituntur , & ſagittas blaſphemiæ cōtra Deum iniciunt.
x¶*Cadent.*]principes.
y¶*In gladio.*] materiali,vel ſpirituali.H.
z ¶ *Eorum.*]qui vitulos auſi ſunt vocare Deos.

ANTIQVA.Hæc eſt ſeptima pars diſt. in qua magiſter ſoluit quæſtionem. Ioan. de Fan.

CASVS. Verba ſunt Gratiani interpretantis ſummatim verba Oſee. poſtea per eumdem prophetam vult allegare pro alia parte , ſcilicet quòd peccata dimiſſa non redeant. Et ad hoc inducit tria ſequen.ca. ſcilicet cum ita.hęretici. diuina.

a ¶ *Antiqua peccata parentum.*]ſ.quod non puniat filios pro peccatis parentum , ſed potius pro ſuis,& hoc incidenter interſerit. G.& interſerit quædā cōtra opinionem,qua illaturus eſt.

b ¶*Hieronymus.*]ſuper prædictā literam Oſee, ſcilicet , ne forte &c.L.

CVm ita.] CASVS. Verba ſunt Hieronymi exponentis prædicta verba Oſee, ne forte, &c. Dicit enim quòd Deus non punit homines pro peccatis patrum , ſed pro ſuis iniquitatib. quas quotidie faciūt. Sequentia duo ca.patent.

c ¶ *Idem*]ſuper eumdem locum.L.

d *DIuina.*] ¶Redire. s̄.1.quæ. 4. iam itaque.ſup.23.q.4. ſi illic.

SED HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Induxit Gr.s̄.ca.prox. quaſdam auctoritates quæ videntur dicere, quòd peccata dimiſſa non redeant : ſed quia ſunt contra ſuam ſententiam : ideo nunc eas ſoluit,& dicit ꝙ intelliguntur de originali peccato: de quo peccato non puniuntur.quia patres peccauerunt: ſed ideo puniuntur:quia mala eorum ſequuntur eos. In fine concludit,ꝙ ſicut bona per pœnitentiam reuiuiſcūt ad præmium:ſic mala reuiuiſcunt ad ſupplicium.Et ad hoc inducit auctoritates prophetæ:quidam faciunt ibi c.*putruerunt*.ſed H. non facit c.ab illo §.*ſed his*.vſque ad diſt.1.

i¶*Præuaricati.*]adorando vitulum,& tranſgrediendo meum præceptum,de quo dixi:Non faciatis vobis deos alienos.
k¶*Redemi eos.*]ab Aegyptiaca ſeruitute.
l¶*Mendacia.*]dicentes,Hi ſunt dij tui Iſrael.
m¶*Vlulabant.*]luxuriæ vacantes.
n¶*Ruminabant.*]id eſt,non ſicut homines comedebant:ſed quaſi iumenta.
n ¶ *Ruminabant.*] i.abundantiam rerum quam habebant ſæpius ad voluptatem quaſi ad fauces reuocabant: vt inde delectabilius paſcerentur,nihil niſi cibos & luxurias quærentes.
o¶*Receſſerunt.*]dando ſe diabolo.
p¶*Erudiui.*]per Moyſen & alios fideles.
q ¶ *Et confortaui.*] id eſt,dedi eis fortitudinem bellandi in tempore Ioſue.
r¶*In me cogitauerunt.*]qui tanta eis feci.

¶*Malitiam.*]cum non poſſent nocere cogitatione ſola,potentiam meam ad idola tranſtulerunt.H.
t ¶ *Reuerſi.*]ad id quòd fuerunt ante quam ipſos reuocarem per Abraham & Moyſen, vt abſque iugo legis & notitia Dei ferrentur in præceps.H.

e ¶*Sed his auctoritatibus,&c.*]s̄.proxime relatis ab illo §.antiqua.& illis ſuperioribus capitulis, quod eſt,qui recedit.quæ videntur dicere quòd peccata dimiſſa non redeant.L.
f ¶ *Quia eorum.*]& ſic non oſtendunt quòd peccata non redeant.L.
g¶*Si Iudas.*]s̄.in prin.huius diſt.
h¶*Quid eſt.*]s̄.e.diſt,c.hanc.§.qui autem.H.
i¶*Traxerunt.*]in ipſa origine carnis.
k¶*Amaritudinem.*]id eſt,cauſam amari peccati,vel cauſam amaram peccati.
l¶*Sicut.*]ecce qualiter induxit ſuperiores auctoritates à ſimili.L.

a¶Com

‖ Peccatum originale nō tenemur cō-fiteri.

a ¶Conceptus.] arg. ‖ quòd originale peccatum tenemur confiteri: quod non eſt verum: quia tantum commiſſa teneamur confiteri: at illud non eſt commiſſum, ſed contractum. credo tamen contritionem exigi: quæ enim notabiliter fiunt, &c. vt ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Laur.

c ¶In loco.] ſupra diſ. 1. aut facta.
d ¶Varietate] agentis: & eius cum qua agitur. ſ. diſ. 1. aut facta. quædam enim res in clericis reprehenſioni ſubiacet, quæ non in laicis, vt 31. diſ. c. 1. puta nubere.
e ¶Et quali.] extra de homic. ſicut dignum.

plicium. Unde propheta ex perſona pænitentis deplorat dicens [Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ] id eſt. plagæ per baptiſmum ſatanæ. Hinc etiam idem propheta, quamuis fide, & ſacramento circumciſionis ab originali peccato ſe mundatum cognoſceret: tamen adulterio, & homicidio, quod commiſerat, illud reuixiſſe intelligens, non ſine cauſa inter cetera ipſum confitetur, & dicit [Ecce enim in iniquitatibus conceptus a ſum, &c.]

Pſal. 37.

DISTINCT. V.

1. p. I*N* ¹ *pænitentia* ᵇ *autem, quæ peccatorem conſiderare oportet, Auguſtinus in libro de pænitentia docet, dicens.*

C. I.

ᵃ CONſideret qualitatem criminis in loco ᶜ, in tempore, in perſeuerantia, in varietate ᵈ perſonæ, & quali ᵉ hoc fecerit tentatione ᶠ, & in ipſius vitij multiplici executione. Oportet ᵍ enim pænitere fornicantem ſecúdum excellentiam ſui ſtatus ʰ, aut officij, & ſecúdum modum meretricis ⁱ, & in modo† ᵏ operis ſui, & qualiter turpitudinem ſuam peregit, ſi in loco ˡ ſacro, aut cui debuit excellentiã fidei (vt ſunt domus dominorum ᵐ & aliorũ multorum) ſi in tempore orationi cõſtituto ⁿ, aut in feſtiuitate ſanctorum, & in tempore ieiunij. Conſideret, quantũ perſeuerauerit ᵒ, defleat, quòd perſeueráter ᵖ peccauerit, & quanta ᑫ virtus fuerit in pugnatione. Sũt enim, qui non ſolum non vincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt: nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluptatem, & pertractant ſecum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent. Omnis iſta varietas confitenda eſt, & deflenda: vt cum cognouerit, quod peccatũ eſt multũ, cito inueniat Deum propitium. In cognoſcendo augmentũ peccati, inueniat ſe, cuius ætatis fuerit, cuius ſapientiæ, & ordinis, & ſtatũ omnem alterius non peccãtis ʳ. Immoretur in ſingulis iſtis, & ſentiat modum criminis, purgans lacrymis omnem qualitatẽ vitij. Defleat ˢ virtutẽ, qua interim caruit. Dolendum ᵗ eſt enim, & dolore purgandum, non ſolum, quia peccauit, ſed etiam, quòd ſe ᵘ virtute priuauit. Nam, licet ſperet ſe conſecuturũ veniam, dolere tamẽ poteſt, quia non promeruit vnde remunerari confidat. Anxietur, & doleat, quod modo effugiens de præteritis pœnam, miſer non inde expectet gloriam†, cuius omne tempus, quoniàm breuiſſimum eſt ˣ, debuit decertaſſe ad conſequendũ præmium. Defleat etiam, quoniam in vno ʸ offendẽs, factus eſt omniũ ᶻ per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deũ omnino non timuit. In hoc enim quiſq; peccator fit culpabilior, quo eſt Deo acceptior.

I*N pænitentia autem.*] Hæc diſtin. diuiditur in 4. partes. In quarum prima ponit modos pœnitentiæ. Secunda ibi, *Qualitas*. Tertia ibi, *Falſas*. Quarta ibi, *Fratres*. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 5. diſ. in qua notantur ea quæ pœnitentes debent cõſiderare. & ponũtur in principio ſequentis c. & hoc etiam verſu notantur: *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.* horum exempla colligũtur in principio c. Debet iſta conſiderare peccator, vt plus doleat: & ſacerdos debet conſiderare, vt plus vel minus puniat.

ɔ De vera & falſa pœnit. cap. 14. & 15. inter opera Aug.

a ſen. 4. di. 16

b ¶*In pænitentia.*] In hac diſ. & alijs duabus ſeq. agitur tam de illa parte pænitentiæ, quæ dicitur oris confeſſio, & operis ſatiſfactio, quàm de alijs: & ideo videndum eſt quando oris confeſſio fuerit inſtituta, vtrum neceſſaria ſit, vel tantum volũtaria, qualiter ſit faciẽda, & cui, & quando. Dicunt quidam ᵃ inſtitutam fuiſſe in paradiſo ſtatim poſt peccatum, dicente Domino ad Adam, Adam vbi es? ideo enim quæſiuit vt ipſo confitente peccatum, daretur forma alijs in poſterum confitendi. ſed quia in illa interrogatione Dominus minus expreſſe videbatur ad confitendum monuiſſe, ideo poſt exquiſiuit à Cain fratricida expreſſius, Vbi eſt Abel frater tuus? Alij dicunt quod ſub lege fuit primo inſtituta quando Ioſue præcepit Achor crimẽ ſuum confiteri, & lapidatus eſt. 45. diſ. ſed illud. Alij dicunt quod in nouo teſtamento à Iacobo dicente, Cõfitemini alterutrum peccata veſtra, &c. Sed melius ᵃ dicitur eam inſtitutam fuiſſe à quadam vniuerſalis eccleſiæ traditione potius quàm ex noui vel veteris teſtamenti auctoritate. Et traditio eccleſiæ obligatoria eſt vt præceptum. arg. 11. diſ. in his rebus. ergo neceſſaria eſt confeſſio in mortalibus apud nos, apud Græcos non: quia non emanauit apud illos traditio talis: ſicut nec conficiunt in azimis, ſed in fermẽtatis. ſ. ea. diſ. 1. c. ſi. Illud ergo Iacobi, Confitemini alterutrum peccata veſtra, fuit cõſilij primo. alioquin ligaret & Græcos, non obſtante eorum conſuetudine. Eſt autem facienda taliter quod non ſolũ de peccato, ſed de omnibus circunſtantijs. i. e. c. 1. Et eſt facienda ſacerdoti ſi adeſt, vel proximo in neceſſitate. ſ. diſ. 1 quem pœnitet. ‖ Eſt autem facienda cũ quis peccat ſtatim: quia nec per momentum, &c. vt ſ. diſ. 3. ille rex. & hoc ſi eſt manifeſtum: ſi autem eſt occultum, & contritus, non credo eum peccare ſi differt oris confeſſionem vſque ad tempus pœnitentiæ deputatum per c. omnis. ext. de pœ. & rem. Sed qui differt cum habet copiam ſacerdotis, nũquid in quolibet inſtanti peccat mortaliter? non: quia omnes moræ illi circa vnum & idem tempus ſunt. ſed augetur illud ex diuturnitate. ff. de furt. eum qui. extra de ſimon. non ſatis. & peccaret quidem mortaliter. Laur.

† *ſecundum modum*] vera lectio.

a Vt Ambr. pro hoc fac. quod not. ſ. e. di. 1. § prin. in glo. quia mentionem. in prin. Arc

*imo cõfeſſio eſt inſtituta à Dño, & eſt omnibus poſt baptiſmũ lapſis in mortale peccatum tam Græcis, quã Latinis iure diuino neceſſaria. Cõcil. Trid. ſeſſ. 14. c. 5.

‖ Confeſſio quando facienda eſt.

C*Onſideret*] CASVS. Hoc c. Aug. licet ſit prolixum: tamen facile eſt, & caſus eius breuiter poni conſueuit. A principio igitur vſque ibi, *cautus ſit*, notantur ea quæ pœnitens debet conſiderare, vt illa confiteatur, & de illis doleat. Abinde vſque ibi, *Cautus*. dicitur quod confitens non debet peccata diuidere, vt vni ſacerdoti partem confiteatur, & alij aliam partem. Deinde dicitur, quòd vere pænitens abſtinere debet à communione corporis Chriſti, & à vanitatibus ſæculi, & diligere vere pœnitentes. Sic poſuit breuiter Ben. hunc caſum, & Hug. ſimiliter paucis verbis poſuit.

f ¶*Tentatione.*] an ab ea præuentus, an eam præueniendo, vt j. ſequitur.

g ¶*Oportet.*] ideo huiuſmodi circũſtantias tenetur cõfiteri ᵇ, quæ præſumuntur augere peccatum vel minuere. ſi tamen eas ſubticuit per obliuionẽ, nõ dico eum teneri vt iterum ei confiteatur circunſtantias, niſi tales circũſtãtiæ eſſent, quòd alterius generis peccatum facerẽt, vt locus ſacer facit ſacrilegium, vt ſ. diſ. 1. aut facta. Lau.

b Not. quod quædã circũſtantiæ adhęrent ipſi peccato propriè quę iam per ſonę ipſi pec canus. quædã nec peccato nec perſonæ ipſius peccantis, vt latius patet in Arch.

h ¶*Status.*] ſ. 11. q. 3. ca. excellentiſſimus. & c. præcipue. ff. de re mil. l. ij. extra de cle. ve. c. epiſcopum. contra. ff. ad l. Cor. de ſic. l. pen. contra. ſed dic in epiſcopo eſt maior pæna ſuſpendi tribus menſibus à communione, quàm ab officio deponi. 1. q. 1. quiſquis.

i ¶*Meretricis.*] an ſcilicet fuit pulchra, vel deformis: an ſoluta, vel obnoxia viro vel voto. ar. 27. di. c. vlt. L.

k ¶ *Et in modo.*] quo ea abuſus eſt, verum ordinarie, vel extraordinarie: nam vterque damnabilis eſt. 32. q. 4. meretrices. 35. q. 3. extraordinaria.

† *gratiam.*] orig.

l ¶*Si in loco.*] ſ. 17. q. 4. quiſquis. ff. de iocea. qui ædes. H.

m ¶*Dominorum*] arg. ſ. 22. q. 5. de forma. H.

n ¶ *Conſtituto.*] ‖ quod etiam à coniugibus eſt abſtinendum. j. e. q. 4. cap. 1. & 2. & fere per totum.

‖ Abſtinendum eſt quandoque ab vxore.

o ¶*Perſeuerauerit.*] nam perſeuerantia auget delictum. 24. q. 1. ſchiſma. ff. de fur. inficiendo. §. infans. econtra mora & perſeuerantia excuſat delictum quandoque. 35. q. 8. c. 1. ff. de pœ. ſi diutino. ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. L.

p ¶*Perſeueranter.*] iteratio enim aggrauat. 25. q. 2. ita nos.

q ¶*Et quanta virtus.*] id eſt, reſiſtentia. H.

r ¶*Non peccantis.*] vt ſi minorem aliquem ſe non peccantẽ viderit.

s ¶*Defleat.*] quia abſtinere non potuit à peccato, quemadmodum & minor ſe abſtinuerit.

t ¶*Dolendum.*] CASVS. Inſtruit Aug. ‖ pænitẽtem dolere tam in interiori quàm in exteriori: pœnitentia enim interiori debet dolere de tribus, ſcilicet de malis commiſſis: & hoc oſtendit vſque illuc, *Defleat, &c.* Item & de bonis omiſſis ſcilicet virtutibus, quæ oſtenduntur omiſſæ. quoniam qui deliquit in vno, &c. & hoc ab illo loco *Defleat*, vſque ad illum, *Animaduertere*. à quo loco vſque ad illum *In his omnibus*. oſtendit quòd dolere debet de malo exemplo quod dedit proximo peccando. Ab illo autem loco, *in his omnibus, &c.* vſque ad illum locum, *qui ergo*, inſtruit pænitentem in exteriori pænitentia, quæ conſiſtit in faciendo, vt ſæculum relinquere & ſimilia. Ab illo loco, *qui ergo, &c.* vſque in finem inſtruit in interiori, quæ conſiſtit in abſtinendo. L.

‖ Pœnitentia interiori & exteriori dolendum eſt.

u ¶*Sed etiam quod ſe.*] ſ. diſ. 1. c. omnis. §. alij econtra. & ca. ſunt qui arbitrantur.

x ¶*Breuiſſimum eſt.*] ſ. 23. q. 4. ipſa pietas.

y ¶*In vno.*] ‖ ſcilicet mortali peccato, factus eſt omnium reus, ſcilicet peccatorum.

‖ Offenden in vno, factꝰ eſt omnium reus.

z ¶*Omnium reus.*] ſ. quo ad vitam æternam: ita enim pro illo damnabitur ac ſi eſſet omnibus inuolutus: licet non tantum puniatur, vt j ead. diſ. fratres. Vel qui offendit in vno, ſcilicet mortali peccato: factus eſt reus omnium virtutum, id eſt, ex eo quòd per vnum peccatum mortificat in ſe omnes virtutes. vel qui offendit in vno, ſcilicet charitate, factus eſt omnium reus, id eſt, ingratus omnium bonorum acceptorum. Laur.

Ideo enim [a] Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus eſt omniū [b]: quia omnis virtus patitur detrimentum [c] ab vno vitio. Nam ſi quis cadit in auaritiam, largitatem deſtruit, & etiam caſtitatē minorauit. Amore enim pecuniæ vel violaret caſtitatem, vel ſaltem minus amaret. Si enim propter Deum tanta adhuc caſtitas ineſt, vt nolit eam perdere: tamē ſaltem minori gaudio, minore affectu tuetur eam, vbi videt inde procedere damnū pecuniæ, ſicque & in aliis: quæ etiam ſi non [d] expellātur [e], tamen per conceptionem vnius vitij vel ſatis, vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur. Vnde omnis virtus cuicumque crimini [f] eſt deflenda, & de omnibus indulgentia eſt petenda. ¶ Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiam, q̄ exemplum [g] extitit mali in operatione ſui criminis: cui magis profuiſſet, ſi aliis fuiſſet cauta conuerſionis. Gemat itaque aliorum vitam in ſua corruptam, vel incorruptā non conſeruatam [h], & commodum proximi, quod dediſſet exemplo boni. Doleat detriſtitia, quā peccādo [i] bonis intulit, & de lætitia, quam eis non adhibuit. Et nō ſolum cogitet, quid & qualiter fecerit, ſed quam iniuſte Deum, vt diximus, peccando offenderit. Timeat illā veritatis ſententiam [non poteſtis duobus dominis ſeruire.] Timeat ergo, ne omnia bona, quæ fecit, dum in vno peccato perſeuerauerit, ex contaminatione† mali perdiderit: vt q ſeruiuit diabolo per crimen, Dei quam obtulit, amiſerit ſeruitutem. Pium [k] eſt tamen credere, vt recepta Dei gratia, quæ in eo deſtruit mala priora, etiam remuneret bona: vt cum deſtruxerit quod ſuum nō inuenit, amet, & diligat bonū quod etiam in peccante plantauit. ¶ In his† omnibus dolens aut ſæculum derelinquat, aut ſaltem illa, quę ſine admiſtione mali non ſunt adminiſtrata, vt mercatura, & militia, & alia, quæ vtētibus ſunt nociua, vt adminiſtrationes ſæcularium poteſtatū, niſi his vtatur ex obedientię [l] licētia. Ponat ſe omnino in poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis, nihil ſibi reſeruās ſui [m]: vt omnia eo iubente paratus ſit facere pro reparanda animæ vita, quæcumque faceret pro vitanda corporis morte, & hoc cum deſiderio: quia vitam recuperat infinitam, vt Deus, [n]. Cū gaudio enim debet facere immortalis futurus, quę faceret pro differenda morte moriturus [o]. Semper deprecetur Deum, certus de venia, qui omnibus modis, & ſine tædio, dubius rogaret poteſtatem terrenam. Abſtineat à multis [p] licitis: qui per libertatem arbitrij commiſit illicita. Semper offerat [q] Deo mētem, & cordis contritionem, & deinde quod poteſt de poſſeſſione: tunc quod offert, ſęcurus offerat, [Reſpexit enim Dominus ad Abel, & ad munera [r] eius.] Sed prius reſpexit ad Abel, quàm ad munera. Sumens enim mentē, quā cognouit humilem, & puram, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain vero nō reſpexit, nec ad eius munera. Mentem enim eius, quam viderat, quoniam nō cognouit † [s], eius munera non recipit. In iudicio enim cordis conſideranda eſt eleemoſyna tribuentis: nec iam conſiderandum eſt, quantum, ſed qua mente, qua affectione dat qđ poteſt. Vidua eñ duobus, quę habuit, larga [t] minutis, plus omnibus miſit. Qui ergo vult ſua peccata redimere temporalium oblatiōe, caueat, vt offerat mentem prius. ¶ Cautus ſit, ne verecūdia ductus diuidat apud ſe [u] confeſſionem [x], vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare. Quidam enim vni celant, quæ alij manifeſtanda reſeruant†, quòd eſt, ſe laudare, & ad hypochriſim tēdere, & ſemper venia carere, ad quam per fruſta putat totam peruenire. Caueat præterita, quem vera delectat pænitentia: nō prius ad Domini corpus [y] accedat, quam confortetur bona [z] conſcientia. Sed in hac ſeparatione tremendum Dei iudicium [a] cogitet [b], vbi [c] & maius, & terribilius [d] impœnitente ſeparabit in ignem. Gemat, quòd nondū audet ſumere, quem multum deſiderat cibum ſalutarem. Iſti ſunt digni [e] fructus pœnitentiæ animam captiuam elaqueantes, & in libertate ſeruantes. Cohibeat ſe præterea à ludis, & à ſpectaculis ſęculi, qui perfectam vult conſequi gratiam remiſſionis. Nam Dina [f], *ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos remanſiſſet, ab extraneo rapta re corrupta non fuiſſet. Tanto igitur magis ſibi caueat, & cohibeat ſe anima, quæ ſæpe, vel ſemel corrupta eſt & rapta: timeat iam docta experimento [g], quod ignorauit virgo: eligat, quem imitetur: non ſequatur

a ¶ *Ideo enim.*] qu o modo peccaſſet, ſi tāta bona habuiſſet? Et eſt arg. q̄ perfectus in eodē gńe delicti plus peccet, q̄ imperfect⁹. hoc tū attēdēdum eſt ſecūdū cōtēptū. 32. q. 1. cū renūtiatur. ī. diſ. 2. c. vt cognouerūt. §. itē ſecūdum hāc. & c. ſi eñ inqt. ī. 1. q. 1. mulieræ autē. 24 q. 3. Deus.
b ¶ *Reus eſt omnium.*] quo ad vitam æternā. ita. n. dānabitur ꝓ iſto ac ſi eſſet omnib⁹ inuolutus. has duas expoſitiones innuit hic, & ī. ea. diſ. 2. c. multi. §. nō autē bene. H.
c ¶ *Detrimentum.*] i. defectū, vt 32. q. 1. cum renuntiatur. vel hoc quo ad opera exteriora, non quo ad eſſentiam: quia ſi habet vnam, habet omnes. L.
d ¶ *Quæ etiam ſi non.*] quātū ad opera exteriora priorib. ſimilia.
e ¶ *Expellātur.*] reuera quo ad eſſentiam ſui.
f ¶ *Crimini.*] i. criminoſo. aliàs hēt cuiuſcunq; criminis. Et eſt ſenſus, omnis virtus, i. efficacia vel effectus cuiuſcūq; criminis eſt deflendus. q. d. omne crimē cum ſuo effectu eſt deflēdū: vñ ſeqtur, & de omnib. quaſi ſit expoſitio ꝑcedētis. H.
g ¶ *Quòd exemplum.*] ī. 45. diſ. ſed illud. H.
h ¶ *Non conſeruatā.*] i. confirmatam in malo per ſuum effectum.
i ¶ *Peccando.*] i. de peccato ſuo bonis triſtitiā proueniſſe: de qua dolendū eſt, vt cōtriſtāti proſit ad vitā. vel non eſt abſurdum ſi ꝓprie de triſtitia doleat: ‖ qa & Apoſtoli de paſſiōe Dñi doluerunt, & nos de pœnis martyrū cōtriſtamur. ff. de incen. ruin. nau. quo naufragium. ff. de le. 1. etiam ſi patris. ff. de bo. li. in ſeruiturē. ff. ad Syllan. ſi quis in graui. §. ſi cum. ff. de ver. ob. l. antep. Laur.
k ¶ *Pium.*] ī. c. di. 3. §. illud aūt. & c. piū eſt. H.
l ¶ *Ex obedientia.*] ī. 23. q. 5. miles. Hug.
m ¶ *Sui.*] id eſt, ſuorum peccatorum.
n ¶ *Vt Deus.*] eſt vita eorum infinita, vel habet vitam infinitam.
o ¶ *Moriturus.*] ‖ *Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignem,*
Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.
‖ *Vt valeas animo, quidquam tolerare negabis.*
At pretium pars hæc corpore maius habet.
Ouidius. 47. diſ. omnes. 38. diſ. omnes. 12. q. 1. præcipimus. L.
p ¶ *A multis.*] 11. q. 1. aliud. H.
q ¶ *Offerat.*] ex quo mentem obtulit. H.
r ¶ *Et ad munera.*] ī. 3. q. 7. in grauibus. H.
s ¶ *Non cognouit.*] i. nō approbauit, vt in Euāgelio. ‖ Neſcio vos, i. non approbo. H.
t ¶ *Larga.*] al. largita.
u ¶ *Apud ſe.*] ar. q̄ non debet fieri diuiſio cauſæ. ar. ī. de cōſe. diſt. 2. cōperimus. C. de iud. nulli. ī. ea. fratres.
x ¶ *Confeſſione.*] no. cōfeſſionē peccatorum non debere diuidi per plures ſacerdotes. nā qui diuidit, veniam nō conſequitur. arg. ff. de ſer. ruſt. præd. per fundum. & ī. e. fratres.
y ¶ *Corpus.*] de conſec. diſt. 2. quotidie. H.
z ¶ *Bona.*] ergo à contrario ſenſu ſi malam habuit conſcientiam ſeparabit ſe à corpore Chriſti, ad hoc continuatur quod ſequitur.
a ¶ *Iudicium.*] ſ. vlt.
b ¶ *Cogitet.*] quia ſicut pro delictis ſeparatur quis à corpore Chriſti, i. Dñi in hac vita niſi reſipiſcat: ita pro eiſdē in futuro iudicio ſeparabitur in ignem æternum. cū hœdi ſeparabuntur ab agnis, i. peccatores à iuſtis. 11. q. 3. nolite. H.
c ¶ *Vbi.*] in quo iudicio.
d ¶ *Terribilius.*] q̄ ſit ſeparatio à corpore Chriſti, ‖ quæ eſt quaſi q̄dā dānatio, vt ī. conſ. diſt. 2. quotidie.
d ¶ *Terribilius.*] iudiciū, i. damnatio.
e ¶ *Digni.*] i. præditi. H.
NAM DINA. hiſtoria. Legitur in Gen. quòd cum Iacob veniſſet in terrā Sichimitarū, Dina filia ei⁹ egreſſa eſt vt videret mulieres regionis illius: quā filius regis illius terræ adamauit, & rapuit & oppreſſit.
f ¶ *Dina.*] i. filia Iacob. illud tangitur quod legitur in Gen. c. 34. ſ. q̄ cum Iacob veniret in terram Sichimitarum, Dina filia eius egreſſa eſt, vt videret mulieres illius regionis: q̄ vidēs Sichem filius regis illius terræ adamauit, & rapuit & vi oppreſſit eam. H.
g ¶ *Experimento.*] vnde Ouidius:
‖ *Qui ſemel eſt captus, fallaci piſcis ab hamo.*
Omnibus vnca [a] cibis æra ſubeſſe putat. L.
a ¶ *Impetr*

‖ Crimina ſunt deflenda.
Matth. 6.
‖ Apoſtoli de paſſione Domini doluerunt.
† al. communicatione ‖ al. cōmunione.
† al. in omnibus.
C. 15.
‖ Verſus.
‖ Sanitatis cauſa multa toleranda ſunt.
‖ neſcio vos id eſt, non approbo.
‖ Confeſſio non eſt diuidenda.
Gen. 4.
† cognouit humilem] vera lectio.
Matth. 25.
‖ Separatio à corpore Chriſti eſt quædam damnatio.
† conſeruant] orig.
‖ Dina filia Iacob fuit à Sichem oppreſſa.
‖ Deceptus ſemel cautius ſibi cauet.
a id eſt placita: & eſt caſus accuſatiui, & numeri pluralis & adiectiuatur illi dictioni quę ſequitur æra id eſt, hamos. Arc.
* Gen. 34.

quatur, quem animus ſuus damnat. Se enim iudicat, qui fructus pœnitentiæ non habentem à ſe nõ elõgat. Laudet enim, & amet, quos digne fructificare non ignorat: quærat fructus dignos, & ſi non dignos pænitẽtiæ. Sũt enim fructus digni, virtutum fructus, qui nõ ſufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores expoſtulat, vt ſic pacetur eccleſia, vt pacata dolore, & gemitibus, mortuis impetret [a] veniam.

a ¶Et quãta virtus.] *In originali eſt,* Et quãta victus fuerit impugnationes, *Sed ob gloſſam non eſt mutatum. Multa autem alia & magni ponderis emendata ſunt (vbi per eamdem licuit) & ex ipſo originali, & ex vetuſtis Gratiani codicibus.*

β ¶Vbi & maius.] *In originali legitur,* Vbi magis terribilis ſententia peccantes ſeparabit in ignem.

Item Leo Papa epiſt. 90. al. 92. ad Ruſticum epiſcopum. c. 9.

¶Pœnitentes negotiationis lucra abiiciant. C. II.

2' QValitas lucri negotiantem [b] aut excuſat, [a] aut arguit: quia eſt & honeſtus quæſtus, & turpis. Verũtamen pœnitenti vtilius [c] eſt etiam diſpendia pati, quàm periculis negotiationis obſtringi: qa difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non interuenire [d] peccatũ.

a ¶Excuſat.] *Sic ex originali, & Polycarpo, & Iuone, & Burchardo, nam in Gratiani exemplaribus erat,* accuſat.

Idem, & idem, cap. 10.

¶Poſt pænitentiam ad militiam ſæcularem redire non licet. C. III.

3 COntrarium eſt omnino eccleſiaſticis regulis, poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam [e] ſæcularem: cum Apoſtolus dicat [Nemo militãs Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.] Vnde non eſt liber à laqueis diaboli, qui ſe militiæ mundanæ voluerit implicare.

Item ex Nicæno concilio. c. 11.

¶Decennio pœniteant, qui poſt pœnitentiam ad ſæcularem militiam redeunt. C. IIII.

SI qui [f] vero per Dei gratiam vocati, primo quidem oſtenderunt fidem ſuam depoſito militiæ cingulo, poſt hæc autem ad proprium vomitum ſunt reuerſi, vt & pecunias darent [g], & ambirent redirẽt rurſum ad militiam: iſti decem [h] annis ſint inter pęnitentes poſt primũ triennium [i], quo [k] fuerint [l] inter audiẽtes. Ab omnibus vero præcipue illud obſeruetur, vt animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. [m] Quicumque enim cum omni timore, & lacrymis perſeuerantibus, & operibus bonis conuerſionem ſuam non verbis ſolis, ſed opere, & veritate demonſtrãt, cum tempus ſtatutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare, licebit epiſcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapſum [n] & ſufficere ſibi, quòd intra eccleſiam introierint, arbitrãtur, iſti omnimodo tempora ſtatuta complebunt.

r ¶ Vir cum propria coniuge.] Casvs. In prima parte loquitur de eo qui cauſa incontinentiæ ad vxorem accedit. Tali conſulitur ab ingreſſu eccleſiæ abſtinere vſque ad veſperam. In ſecunda de eo qui cauſa prolis eam cognoſcit. ille talis ſi vult non ſolum intrare eccleſiam, ſed etiam corpus Chriſti accipere, permittitur. In tertia de eo qui cauſa libidinis explendæ: huic in iſto ca. pœnitentia non imponitur, & dicitur tamen de eo quòd grauius delinquat, quàm in primo caſu.

4 Sent. 4. diſt. 31. Pol. l. 6. ti. 7. Iuo p. 8. cap. 88.

s ¶ Intrare.] ‖ videtur ergo quòd multo fortius quis prohibendus ſit ab ingreſſu eccleſiæ pro mortali, cum hic impediatur pro veniali: & ita qui eſt in mortali, non debet eccleſiam ingredi, quod quidam admittunt. 81. diſt. cleros. in fi. & 11. quæſt. 3. nullus ſacerdotum. & de pœnit. diſt. 1. qui ſanctus ſacerdos eſt. quod non eſt verum, niſi ſit excommunicatus. 11. quæ. 3. excommunicatos. & c. cum excommunicato. vel interdictus. extra de offic. deleg. ſane. de illis conſtat. vel niſi ſint contumaces. 11. q. 3. qui iubente. vel pœnitentes. 50. diſt. in capite. & quidam ſacrilegi. 81. diſtinct. ſi qui. 5. q. 2. præſenti. & 12. q. 2. de viro. aliàs quilibet poteſt ingredi, vt de conſecr. diſtinct. 1. epiſcopus nullum. 1. quæſt. 1. qui ſtudet. vbi dicitur quòd Dominus admiſit omnes peccatores intrare eccleſiam præter ſimoniacos. potius enim frequentabit eccleſiam, qui eſt in mortali: vt Dominus eum conuertat per verba ſacerdotis, vt ſupra de pœniten. diſtinct. quinta, falſas. in fin. Quod ergo hic dicitur, dictum eſt propter reuerentiam ſacri loci, & propter corporalem viri inquinationem magis quàm propter peccatum.

‖ Eccleſiæ ingreſſus an ſit ab impio mortali prohibendus.

t ¶ Vſus.] ar. pro conſuetudine Romanæ eccleſiæ ſeruanda, & verũ eſt, cum hoc docet 11. diſt. nolite.

u ¶ Voluptate.] ‖ & ita coitus non poteſt fieri ſine peccato. hic applaudit ſibi Hugo. & ſumit opinionem, quòd numquam opus coniugale ſine peccato poteſt exerceri. vnde etiam qui debitum reddit, peccat venialiter: quia ſemper eſt ibi quidam pruritus & voluptas in emiſſione ſpermatis. & ideo Chriſtus noluit naſci ex coitu: quia non poteſt fieri ſine peccato, &c. vigeſima ſeptima, quæſtione ſecunda, omne. ad finem. videtur ergo quòd teneatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum, vt vigeſima ſeptima, quæſtione

‖ opus coniugale an poſſit ſine pctõ exerceri.

ſtione ſecunda, cap. ſi tu. & infra quæſtione proxim. cap. 1. nec poteſt reddere niſi peccet, ergo tenetur peccare: ſed hoc argumentum non valet. Inſtat ſi presbyter tenetur cantare Miſſam. nec poteſt cantare niſi habeat linguam. ergo tenetur habere linguã. & ſecundum H. peccat homo ex neceſſitate in primis not. b. & ita erit quis perplexus ſecundum H. inter veniale quod ſurgit ex primis motib. & mortale. Nã de primis motib. dicit Apoſtolus: Ago quod nolo. & ſurgunt in nobis, & ſine nobis. de pœ. di. 2. inter hæc. P. mãducator dixit contra, vt no. 13. diſt. neruis. Itẽ ex hoc ſequeretur, ꝙ bene faceret & male: quia reputatur ei ad ſanctitatem ſi reddit debitum. vt ĩ. c. q. prox. c.

fieri non poteſt [a], à ſacri loci ingreſſu abſtinẽdum eſt: quia voluptas ipſa eſſe ſine culpa nullatenꝰ poteſt. Non enĩ de adulterio, vel fornicatione, ſed de legitimo matrimonio ſuſceptꝰ fuerat, q dicebat [Ecce enim in iniquitatibus [b] cõceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. *& infra.*

¶ Oportet itaque, legitima [a] carnis copula vt cauſa prolis ſit, non voluptatis, & carnis commiſtio creãdorum liberorum ſit gratia, nõ ſatisfactio vitiorum [c]. Si quis ergo ſua coniuge, non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo liberorum creãdorum gratia, vtitur: iſte ꝓfecto de ingreſſu eccleſiæ, ſeu de ſumendo corporis Dominici, ſanguiniſq; myſterio, ſuo eſt relinquẽdus iudicio: quia à nobis prohiberi [d] non debet accipere, qui in igne [e] poſitus neſcit [f] ardere. Cum vero nõ amor procreãdę ſobolis, ſed volũtas [g] dominatur in opere cõmiſtionis, habent coniuges etiam de ſua commiſtione, quod defleant [h]. *& paulo poſt.* ¶ Tunc autem [i] vir, qui poſt admiſtionem coniugis aqua lotus fuerit, etiam ſacræ cõmmunionis miſterium valet accipere: cũ ei iuxta præfinitam ſentẽtiam eccleſiam etiam licuerit intrare.

a ¶ Legitima.] *Ita emendatum eſt ex variis codicibus B. Gregorij. Antea legebatur,* oportet itaque legitimam carnis eſſe copulam. *Multa etiam alia ſunt emendata.*

3 *Hinc etiam [k] in diebus abſtinentiæ nuptiæ celebrari prohibentur.*

Vnde in Laodicenſi concilio, c. 52. legitur.

¶ In diebus Quadrageſimæ nuptias celebrare non licet. C. VIII.

j[1] NOn oportet in Quadrageſima aut nuptias, vel quę

a ¶ *Non poteſt.*] de facili: & ideo quia dubiũ eſt aqua aſpergitur.

b ¶ *Iniquitatibus.*] i. voluptatib. iniquitas enim proprie deſignat crimen. de pœ. di. 3. §. quod autẽ. ca. ille rex. vel dic, iniquitat. b. i. originali peccato ſine fomite. || vnũ theologi colligũt ex hoc, ꝙ plura ſunt originalia huiuſmodi. & tũc dic, iniquitatib. id eſt, cum iniquitatibus.

c ¶ *Vitiorum.*] ſcilicet improprie. Argu. diſt. 31. nerui.

d ¶ *Prohiberi.*] id eſt, diſſuaderi.

e ¶ *Qui in igne.*] i. in ardore concupiſcentię, id eſt, in amplexibus vxoris igneis.

f ¶ *Neſcit.*] id eſt, neſcit cõſentire libidini vxoris ſuæ, ſed reddit debitum vxori exigẽti.

g ¶ *Sed voluntas.*] exercendæ libidinis.

h ¶ *Quod defleant.*] eſt enim coitus tũc mortale peccatum ſecundum Hug. 32. q. 4. origo. ſed ſi cauſa incontinentiæ, veniale, vt di. 15. c. qui in alium. §. aliàs autem. e. 32. qu. 2. quidquid. §. his ita. immo ſecundum nos nec hoc caſu eſt mortale. ſed veniale, & hoc indicat cum dicit ꝙ defleant.

i ¶ *Tunc autem.*] hoc reſpicit principium huius cap.

a Quod no. 31. q. 2. quid quid.

† *ſuam coniugem*] orig.

‡ originalia ſecundũ aliquos ſunt plura.

1 Iuo p. 8. c. 49.

HINC ETIAM. Hæc eſt 3. pars q. in qua ponit tempora, in quib. nuptiæ non ſunt celebrandæ. Ioan. de Fan.

k ¶ *Hinc etiam.*] || Hic agit de illo impedimento quod dicitur tempus feriarum: de quo dicunt quidam, quòd impedit contrahendum, & dirimit iam contractum: quia contrahitur contra conſtitutionem eccleſiæ. ĩ. ca. non oportet. & extra de matri. contrac. contra inter. ec. cap. 1. videtur in antiqua. Alij melius dicũt, quòd licet impediat, non tamen dirimit. argum. extra de ma. contract. contra inter. ec. c. vlt. in fi. & c. pe. & extra de temp. ord. ſane. vnde matrimonium in Quadrageſima non prohibetur contrahi, ſed prohibentur nuptialia conuiuia, & nuptiales ſolennitates, & ſolennes traductiones, & carnis commiſtio. poteſt ergo matrimonium contrahi in Quadrageſima, ſed illa tamen non debet duci: ſicut ſecundum leges mulier poteſt tempore luctus alij viro deſponſari, ſed non tamen traduci, vt ff. de his qui not. infa. ſolet. §. quæ virum. & hoc eſt expreſſum extra de fe. capellanus. argument. ad hoc. ff. de ritu nupt. ſi quis officium. Nam cum ſolo conſenſu contrahatur, cur non contrahetur hoc tempore? C. de tranſ. non minorem. & extr. de matrim. contract. contra interd. eccleſ. per totum. Io.

|| Tpꝰ feriarum vtrum impediat & dirimat matrimonium.

NOn oportet in Quadrageſima.] CASVS. Præcipitur hic ne quis traducat vxorem in Quadrageſima, vel anniuerſaria faciat in quibus conuiuia fiunt. & quòd dicitur ibi, nuptias, id eſt nuptialia conuiuia.

l ¶ *Natalitia.*] non martyrum, ſed hominum: vel ad litteram intelligas.

NOn licet.] CASVS. hic recitatur conſuetudo eccleſiæ Mediolanenſis, & quarumdam aliarum eccleſiarum, quæ nõ celebrãt

libet natalita [l] celebrare.

Item ex concilio Martini Bracharenſis, c. 48.

¶ De eodem. C. IX.

2 NOn licet in Quadrageſima [m] natalitia [n] martyrum celebrare, ſed tantum ſabbato, & Dominica pro commemoratione eorum oblationes offerri. Sed nec natalitia, nec nuptias liceat in Quadrageſima celebrare.

Item ex concilio Ilerdenſi. [3]

De eodem. C. X.

ij4 NOn oportet à Septuageſima vſque in octauas Paſchæ, & tribus hebdomadibus [o] ante feſtiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ab aduentu Domini vſque poſt Epiphaniam nuptias celebrare. Quod ſi factum fuerit, ſeparentur [p].

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 48.

¶ De eodem. C. XI.

5 NEc vxorẽ ducere, nec conuiuia facere in quadrageſimali tẽpore conuenire poſſe nullatenus arbitramur.

4 *Hæc autem ſeruanda ſunt, ſi vxor conſenſum adhibere voluerit: ceterum ſine eius conſenſu, nec cauſa orationis continentia ſeruari debet.*

Vnde Auguſtinus in libro primo de adulterinis coniugiis, c. 2.

¶ Niſi ex conſenſu communi, orationi coniuges vacare non poſſunt. C. XII.

6 APoſtolus nec ad tempus, vt vacetur orationi [q], niſi ex conſenſu [r], voluit cõiuges carnali inuicem fraudare [s] debito.

Hinc etiam in ſecundo concilio Arelatenſi, c. 22. legitur.

¶ Niſi ex conſenſu communi, coniugatis pœnitentia non detur. C. XIII.

7 POenitentiam [t] coniugatis non niſi ex cõſenſu dandã.

aliquam ſolẽnitatem i Quadrageſima, nec faciũt id quod ſequitur. vel olim obtinuit, ſed nũc non obtinet.

m ¶ *Non licet in Quadrageſima.*] hoc de honeſtate dicunt quidã. ff. de rit. nup. ſemper in coniunctionibus.

n ¶ *Natalitia.*] poteſt dici hoc eſſe abrogatum: nam hodie celebrantur bene in Quadrageſima. Vel intellige ꝙ non debẽt celebrari vt fiant ibi conuiuia, & interſint hiſtriones, & mimi qui turpia, &c. & huic intellectui conſonat qđ ſequitur. ſed tãtum in ſabbato, &c. & ĩ. ead. nec vxorem. || Natales vocantur martyrũ paſſionum dies, quia in eis naſcuntur ad vitã, & moriuntur mundo. de conſuetudine eſt in eccleſia Mediolanenſi quòd in Quadrageſima non celebrant [b]. De his natalibus habes C. đ prob. neque malea. Et Virgilius:

Meus eſt natalis Iolls, &c. Ioan.

NOn oportet.] CASVS. Hic prohibetur certis temporibus anni aliquam duci vxorem: & ſi fuerit traducta, ſeparentur ad tẽpus pro contemptu ad pœnitentiam. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad quæſtionem, *Pœnitentiam*, per quam mutua vel vtrius ſeruitus impenditur.

o ¶ *Tribus hebdomadibus.*] ſed numquid iſtę tres hebdomadę ſunt immediate ante feſtum ſancti Ioannis? ſudaudi, non. ſed cum interuallo inter eas & feſtum, vt extra. de fer. capellanus. & ponit has duas opiniones. approbat tamen quòd cum interuallo accipiendæ ſunt, & incipiunt à diebus Rogationum.

p ¶ *Separantur.*] ad tempus. extra de matri. contract. contra inter. eccle. litteræ. non eſt contra. extra eodem titul. ex litteris, in fine. quia ibi loquitur de interdicto eccleſiæ, non de tempore feriato. Vel ibi prohibetur perpetua ſeparatio, hic permittitur ad tempus.

NEc vxorem.] HAEC AVTEM. Hæc eſt 4 pars q. in qua dicitur quòd nec vir ſine conſenſu vxoris, nec econtra poteſt vacare orationibus. Ioan. de Fan.

q APoſtolus.] ¶ *Orationi.*] priuatæ, vel priuato loco, quod facere & incipere velit ſed ſolenni orationi, Miſſæ, & tempori, & officio, & canonibus, & vniuerſali eccleſiæ indicto vacare licet, & debet & poteſt, vt de conſec. diſt. 2. omnis homo. ĩ. ead. c. 2. quos. ĩ. diſt. 5. c. 3.

r ¶ *Niſi ex conſenſu.*] niſi pro ſuccurſu terræ ſanctæ. ext. de vo. & vo. r demp. ex multa. in ver. in tanta.

s ¶ *Fraudare.*] || ſed quid ſi in eccleſia velit vxor debitum exigere à viro, nũquid debet ei reddere? Gratianus dicit quòd ſic. tu cõtra [c]. ar. ff. de ſol. quod dicimus. Sed quid ſi à ſacerdote tempore canonis petatur debitum? Idem dico quòd non tenetur reddere tunc. ar. 29. diſt, ca. 1.

t POenitentiam.] publicam ſcilicet & ſolẽnem, ſcilicet per quam ius alterius læditur.

2 Bur. l. 15. c. 10. Poly. l. 5. tit. 14. Iuo p. 4. c. 43.

3 Sim. hſ in conc. Saleguſ c. 5. 4 ſ. ē. 4. di. 3 Pol. l. 6 tit 5 Bur l 9. c 4. Iuo par. 8. c. 142 Paul. 4 c. 1.

a Natales ꝙ dicuntur.

b ſe. natales martyrum, nec vxores ducunt.

5 Sent. ibid. Iuo pat. 8. c. 47. Paul. 6. c. 3.

6 ſt. 4 dl. 32 Iuo p. 8. c. 135.

7 Iuo p. 8. c. 110 & p. 15 c. 14. & 125

|| coniugale debitũ ñ eſt in eccleſia reddẽdum.

c Vbi t. c ſi pñt extra eccleſiam, ſcđm Lau. Der hoc & not. ĩ 21. di. quoniam

Quòd

QVód autem.] Hæc qu. diuiditur in 5. par. In quarum prima probat per lex auctoritate s, q vir ſine licentia vxoris, & contra, non poteſt continere, qui etiam meretur reddendo debitum. Secunda ibi, *Tunc ſaluabitur.* Tertia ibi, *Qui vxorem.* Quarta ibi, *Manifeſtum.* Q inta ibi, *Nec illud.* Io. de Fan.

QVÆSTIO V.

1\. ps.

QVód autem ſine cōſenſu [a] vxoris vir continētiam vouere nō poſſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim [b] Auguſtinus ſuper pſalmum 149. in extremo.

¶ Non poteſt vir continentiam ſeruare, niſi vxoris teneat conſenſum. C. I.

SI dicat vir, continere [a] iam volo, nolo autem, vxor, non poteſt. Quod enim tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariā [c]? ſi alij nupſerit te viuo, adultera erit. Nō vult [d] tali lucro De° compenſare tale damnum. Redde debitum, & ſi non exigis, redde. Pro ſatiſfactione, [e] perfectā Deus tibi computabit, ſi non, quod tibi debetur, exigis: ſed reddis, quod debetur vxori.

α ¶ Continere.] *Sic etiam apud Magiſtrum, ſed B. Auguſtinus, & Iuo habent,* continere iam volo, nolo iam vxorem, non poteſt. Quid, ſi tu vis, & illa non vult?

β ¶ Satiſfactione.] *In aliquot manuſcriptis, & apud B. Auguſtinum, & Magiſtrum, & Iuonem eſt,* ſanctificatione. *Sed ob gloſſam nō eſt mutatum.*

Item Alex. Papa II. Landulpho in Corſica.

¶ Non debet extorqueri mulieris conſenſus ad continentiam Deo vouendam. C. II.

NOtificaſti te morte tenus infirmatum, & peccatorū tuorum recordatione, & terrore valde paueſactum, anxie quæſiſſe monachum fieri, & à tua vxore minis [f], & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam [g] extorſiſſe, & ſic te monaſticam † veſtem ſine abbate [h] ſumpſiſſe, & monaſterium petiiſſe. poſtea vero, cum ſanus factus eſſes, tuæ vxoris reclamationibus, ciulationibus, & plāctibus, tuæq; familiæ diſperſionibus deuictus [α], vtpote pœnitens, domum remeaſſe, & poſt multos dies quorumdam ſapiētum conſilio ad iam dictæ mulieris cubile rediiſſe. Nunc autem, ſi tibi tua vxore vti liceat, noſtrum requiris conſilium. Si ita denique eſt, vt tuus nuntius narrat, non videtur nobis rationabiliter, neque ſana mente id factum: quoniam, cum omni [i] homini ad monaſticam tēdenti vitam legaliter, ſancte, & iuſte ſit peragendū, tu contra leges minaciter, & violenter à tua vxore, partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus, deuia ſecutus, nulla, vt dicitur, licentia accepta receſſiſti, & monaſterium petiſti. Non enim violentia, ſed ex pari voluntate, & cōſenſu (ſicut ſancti patres dicūt) hoc fieri debet: neque vir [β] monaſterium eligere, aut profeſſa cōtinentia habitum cum feſtinatione [k] debet mutare.

α ¶ Deuictus.] *Iuo habet,* vtpote pœnitens deuictus: *Pannormia,* vtpote penitus deuictus domum remeaſſe.

β ¶ Neque vir.] *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur:* neque vir in monaſterium recipiendus eſt, niſi vxor illius fœmineum monaſterium elegerit, aut profeſſa continentiam habitū cum feſtinatione mutauerit. *Sed mutatum non eſt: quoniam gloſſa, videtur magis conuenire lectioni Gratiani.*

Item ex concilio apud Compendium. [1]

¶ Vir poteſt abnuere vota continētiæ, quæ ſine eius conſenſu Deo vxor obtulerit. C. III.

4 MVlier, ſi ſine licentia † viri ſui velum in caput miſerit, ſi viro placuerit [l], recipiet eā iterum ad coniugium [m].

Item Aug. ad Ecditiam, epiſt. 199.

¶ Non poteſt vir continentiæ vota reſcindere, quæ eius aſſenſu mulier Deo promiſit. C. IIII.

5 QVod Deo pari conſenſu ambo voueratis perſeuerauter vſque in finem [n] reddere ambo debuiſtis. A quo ꝓpoſito ſi

a ¶ *Quòd autem ſine conſenſu.*] Hæc q. qnta negatiue ſoluitur: quia vir non poteſt continentiam vouere ſine conſenſu vxoris expreſſo vel tacito, niſi ſit ſponſa nondum cognita. extr. de conuer. coniug. ex publico. & in caſu fornicationis, vt 27. q. 2. Agathoſa.

b ¶ *Ait enim.*] ſup pſalmo Laudate Dominū quoniam bonus.

SI dicat vir.] CASVS. Oſtenditur in hoc c. q vir ſine conſenſu vxoris non pōt continere, quia diſplicet Deo continentia viri, ex qua ſequitur pſtitutio vxoris. reddat igitur qđ debet: ſic exactus. & quod ſibi debitum eſt, non exigat, & reputabitur ꝓ ſatisfactione.

c ¶ *Fornicaria.*] 27. qu. 2. ſi tu.

d ¶ *Non vult.*] 14 diſt. quod ait.

e ¶ *Pro ſatisfactione.*] quia reddere debitum meritorium eſt. j. e. ſecundum. 32. q. 2. connubia. contra. ſed ibi ſoluitur.

NOtificaſti te.] CASVS. H. ſic ponit hunc caſum. Ille Landulphus timore mortis licētiam ab vxore violēter extorſit, & ſic monaſteriū adiuit. victus clamoribus vxoris & familiæ, de monaſterio exiens ad domum propriam redijt: quæſiuit poſtea à Papa an liceret ei vti vxore ſua, cui Papa reſcribit, & reſpondet inquiſitioni eius. & non directe ſed per conſequentiam oſtendit talem conuerſionē nullam eſſe & nō tenere, ex quo facta fuit ſine ſpontaneo conſenſu vxoris. ‖ In quo datur intelligi quòd poteſt ea vti cognoſcendo, reddendo ſaltem debitum. Sequens c. patet.

f ¶ *Minis.*] arg. quòd confeſſio vel conſenſus ab aliquo contra ipſum extortus non præiudicat illi. arg. 31. q. 2. Lotharius. & 15. q. 6. auctoritatem [a].

g ¶ *Licentiam.*] Item ar. à contrario ſenſu, q non poteſt exire de monaſterio qui cum vxoris intrauit [b] licentia. Item ar. q coacta licentia vel voluntas nulla eſt: non quia hic non fuit licentia, vt in prin. dicitur: ſed quia coacta, ideo hic nulla dicitur. ſed videtur contra. 15. q. 1. merito. vbi dicitur, quòd coacta voluntas, voluntas eſt. Reſpon. ſecus eſt hic & in matrimoniis, vbi exigitur voluntas directa, vel ſpontanea, ext. de ſpon. cum locum. & in habitus aſſumptione. ext. quod met. cau. c. 1. ſecus eſt in iuramento, vbi nulla excuſat neceſſitas: quia ipſum neceſſitatis ſemper eſt. 22. q. 1. ita ergo. conſulitur tamen iſti, vt no. 15. q. 6. auctoritatem.

h ¶ *Sine abbate.*] idem ſi cum abbate.

i ¶ *Cum omni.*] arg. quòd prætermiſſis circonſtantiis alicui facto debitis non intelligitur iſtud eſſe factum. ſ. 30. qu. 5. aliter. diſt. 23. quorumdam. ſ. 17. qu. 2. Gonſaldus. arg. contra extra de reg. & tranſeun ad relig. c. ad apoſtolicam ſedem. quia tenet ibi monachatio omiſſa probatione.

k ¶ *Cum feſtinatione.*] ſed nunquid tenetur vir iſte continere poſt mortem vxoris: ſic [c], nec exigere poteſt: ad monaſterium tamen nō cogitur redire. ext. de conuer. coniug. quidam. extr. e. tit. placet. ſed contradicit ext. e. tit. ex parte. vbi compellitur redire ad monaſterium. Sed dic q vbi vxor dederat licentiam, & ipſe ſolenniter profeſſus erat. vel ibi verbum, compellas, non extenditur niſi ad verbū dimittat: quod poſt ſequitur in dicto c. ex parte. eſt conſilium. Nec obſt. ext. e. ti. conſuluit. quia ibi nō fuit reuocatus ab vxore ea viua. & quia iam in monaſterio fuerat pluſquam per annum, & quia poſt mortem vxoris fuit per aliquā tulum tempus in monaſterio. Vtrum autē vir, qui ſine licentia vxoris intrauit monaſterium, auctoritate ſua exire poſſit, dubitari poſſet. & videtur ex hoc ca. quòd poſſit. j. ca. vna.

MVlier placuerit.] in optione ergo viri ponitur ſi velit eam reuocare: ſicut in optione prælati eſt, an velit rē vacante ſede alienatam à capitulo repetere, vel pretium retinere. 12. q. 2. ſi qua de rebus. vtrum autem vir teneatur eam reuocare, vel pariter conuerti, vel continentiam vouere, dictum eſt. 27. q. 2. Agathoſa. nam ſi noluit eam reuocare, epiſcopus debet eam ſua auctoritate extrahere. arg. ext. de conuer. coniu. c. 1. nam bonus iudex debet talia corrigere. extra de of. ord. c. 1. ff. de of. præſi. præſes.

m ¶ *Coniugiū.*] ſed pone q mulier ſine licentia viri intret religionem, immo viro contradicente. poſt vir cōſenſit, ſed ipſa contradicit, nunquid poteſt ipſa exire? Videtur q nō, quia vltimus conſenſus confirmat præcedentes. ff. de ſer. ruſti. præd. per fundum. arg. contra. ff. comm. prædio. receptum. vbi dicitur quòd prior cōſenſus debet durare. Quidam dicunt quòd exire poteſt, ſed contra eos eſt extra. de eo qui dux. in ma. cap. 1. per quod dico, quòd exire non poteſt. ‖ Sed vſquequo habebit maritus licentiam reuocandi eam? Dicunt quidam quòd intra annum & diem. ar. 29. q. 2. puella. Baz. dicebat quòd intra triennium. 27. q. 2. ſi quis incognitus. Alij dicunt quòd tunc pot. ſi reuocare [d] cū primo copiam habuit, poſt non. ſ. 1. q. 1. conſtat. Ego dico quòd quādocunque poteſt, vt j. c. proximo [e].

QVód Deo pari conſenſu.] CASVS. Ecditia cum viro ſuo in domo propria perpetuæ continentiæ votum emiſit. vnde duplex inter eos emerſit diſſenſio. Prima quia ille per incontinentiam votum volebat violare. Secunda quia illa econtra tanquam ſoluta ſub veſte viduali & nigra de rebus ſuis diſponebat. De prima præcepit Ecditiæ, quòd quamuis vir peccauerit, illa tamen in voto continentiæ perſeueret. De ſecunda præcepit, quòd tam de veſte quam de rebus dotalibus ſe regat arbitrio viri. poterit enim ſaluari ſub habitu Suſannæ, et ſi non habeat habitum Annæ. Hugo. breuiter Beneuen. ſi ponit hunc caſum. Ecditia & eius vir communi conſenſu in propria domo vouerant continentiam. q poſtea ſine voluntate viri res dotales dedit eccleſiis & pauperibus & veſtem nigram monaſticam inuito viro accepit, etiam quaſi pro derelicto maritum habebat: vnde vir multum ſcandalizatus eſt. Auguſtin. autem eam de voto multum commendat, ſed de aliis redarguit.

n ¶ *In finem.*] vitæ.

‖ Maritus cō tinentiā ſine cōſenſu vxoris vouere non poteſt.

ϛ Sent. ibid. Iuo part. 9. c. 147.

ϛ Iuo p. 8. c. 50. Pann. l. 6. c. 85.

† al. Monachicam.

‖ Confeſſio contra aliquē extorta non præiudicat illi.

a Hic videas quod nota. 8. diſt qui ipſis.

‖ Maritus q inuita vxore vouit religionē, an poſt ei° mortem continere dēat.

b Ad hoc j. e mulier. ca. qđ Deo c q vxorē. vbi hoc. 27. q. 2. Agathoſa. & iſti cano nib. ſtat Hu.

‖ Licentia coacta nulla eſt

c De hoc ſt not. 27. q. 1. nuptiarum. iuxta fi. † gl. hic habet.

ϛ Capit. l. 5. c. 16.

4 Bur. l. 9. c. 47. Iuo p. 8. c. 185. & p. 9. c. 124. Et Beda 1. Cor. 7.

† conſenſu] capit.

5 Iuo p. 8. c. 130. Pann. l. 6. c. 80.

‖ Maritus vſquequo pt vxorē ſuam reuocare, q ſine eius conſenſu religionem ingreſſa eſt.

d Adde ad hoc qđ not. 7. q 1. ſi q3.

e Quidam dñt, & forte bñ, quòd non liet, quæ nō vouit qñ vir ingreſſus eſt monaſteriū. viro inuito non pt ſingredi monaſterium ſiue religionem, et ingreſſam pt educere. ar. j c. prox. quia non tenuit ingreſſus eius vt ext. e c. conſu. quidam cus ſi in ingreſſu viri vouiſſet, q tunc ingreſſus eius tenet. ſecundū Inn.

a ¶ Iuſtian

lapſus eſt ille, tu ſaltem inſtātiſſime† [a] perſeuera [b]. Quod te non exhortarer, niſi quia tibi ad hoc ipſe conſenſerat. Nam ſi nūquam tenuiſſes eius aſſenſū, numerus [c] te nulli* defendiſſet annorum. *& poſt pauca.* ¶ Non quia pariter temperabatis à commiſtione carnis, ideo tuus maritus eſſe deſtiterat, immo vero tanto ſanctius inter vos coniuges manebatis, quanto ſanctiora [d] cōcorditer placita ſeruabatis. Nihil ergo de tua veſte, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus vllis terrenis tuis ſine arbitrio eius facere debuiſti. *& infra.* ¶ Eſt quidā pro modulo perſonæ habit⁹ matronalis à viduali veſte diſtinctus, qui poteſt fidelibus cōiugatis ſalua religionis obſeruātia cōuenire. Hunc [e] te maritus ſi depo re noluit, ne te* velut viduam illo viuente iactares, puto, quia nō fuerat in hac re vſque ad diſsēſionis ſcandalum perducendus magis [f] inobedientiæ malo, quàm illius† abſtinentiæ bono. Quid eſt enim abſurdius, quàm mulierem de humili veſte viro ſuperbire, cui te potius expediret obtēperare cādidis morib⁹, quàm in nigellis veſtibus repugnare? quia, & ſi te indumētum monachę delectabat, etiam hoc gratius poſſet, marito obſeruato, exoratoque ſumi, quàm illo inconſulto, cōtemptoque præſumi. Quòd, ſi omnino non ſineret, quid tuo propoſito deperiret? Abſit, vt hinc diſpliceres Deo, quòd coniuge tuo nondum defuncto non indueteris, ſicut Anna [g], ſed ſicut Suſanna [h].

¶ Ne te.] In vulgatis erat, Ne te puta velut viduam iactare. Emendatum eſt ex aliquot vetuſtis originali, & Beda, & alijs collectoribus, itemque alia multa.

Idem in eadem epiſtola.

¶ Continentiæ meritum habet, qui pro incontinentia vxoris debitum ſibi reddere cogitur. C. V.

2 SEcundum verba [i] Apoſtolica, etiam ſi ſe vir continere voluiſſet, & tu noluiſſes, debitū tibi reddere cogeretur, & illi De⁹ imputaret [k] † ad continentiam, ſi non ſuæ ſed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. ¶ Quiſquis [l] igitur compatiēs infirmitati vxoris reddit, nō exigit debitum, aut ſi propter propriā infirmitatem ducit vxorem, plangens potius, quia ſine vxore eſſe non potuit, quàm gaudens, quia duxit, quiſquis vendit, quod nouit, quia, etſi maneret, beatum non faceret [m], quiſquis, quod emit, nouit, quia tranſiet [n], & de his non præſumit [o], & facit ex eo, quod habet miſericordiam cum non habentibus, ſecurus [p] expectat† diē nouiſſimum.

¶ Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpo, confectū eſt ex nonnullis B. Auguſtini ind caeu locis, verbis nonnullis partim omiſſis, partim mutatis, ſalua tamen ſententia.

Item in Armentarium, & Riparium, & Paulinam, epiſtola 45.

¶ Vota continentiæ ſine vxoris conſenſu reddi non poſſunt. C. VI.

3 VNa ſola cauſa eſſe poſſet, qua te id, quod vouiſti, nō ſolum non hortaremur, verum etiam prohiberem⁹ implere, ſi forte tua coniunx hoc tecū ſuſcipere animi, ſeu carnis infirmate recuſaret. Nam, & vouēda talia nō ſunt à coniugatis, niſi ex conſenſu, & volūtate communi: & ſi pręproperè factum fuerit, magis eſt corrigenda [q] temeritas, quàm perſoluenda promiſſio. Neque enim Deus exigit, ſiquis ex alieno [r] aliquid vouerit, ſed potius vſurpare vetat alienum.

Item Hieronymus libro primo aduerſus Iouinianum.

¶ Abſque ceteris operibus nec ſola virginitas ſaluat, nec cetera abſque virginitate proficiunt. C. VII.

2 TVnc ſaluabitur [s] mulier, ſi illos genuerit filios, qui

---

a ¶ *Inſtantiſſime.*] ar. quòd fides eſt ſeruanda ei qui contra fidem venit* 22. q. 4. innocens. arg. contra 25. diſt. c. 6 ext. de iureiur. peruenit. 1.

* Cū iſta gl. concordat Ange in l. g ſeruu. ff. de verb. obl. & Alex de Im. in l. cū propo nens. C. de pact.

† al. conſtantiſſime.

b ¶ *Perſeuera.*] ſed quid ſi alter fornicatur poſtea, nunquid reliquus poteſt ipſum repetere? ar. hic quòd non. ar. contra ext. de iureiur. tua. Dicunt quidam quòd auctoritate epiſcopi reſtituetur ei: vt de diuor. extra, litteris.

c ¶ *Numerus.*] ar. cōtra præſcriptionem, non enim præſcriptione temporis defenditur quod ab initio de iure communi non poteſt ſortiri effectum, vt 23. di. illud autē di. 100. contra mo. ē. §. 1. q. 1. nullus epiſcopus.

‖ præſcriptio nō defendit inualidum.

d ¶ *Sanctiora.*] ab initio tamē cum contrahunt, contrariam debent habere voluntatem ſcilicet de ſobole ſuſcipienda. 27. q. 2. omne itaque.

e ¶ *Hunc*] ex hoc videtur quòd vxor ſi poſſit facere eleemoſynam ſine licentia viri, ſed illud intelligas de rebus dotalibus. nā dominium rerū dotalium eſt penes mulierē de iure naturali, de iure ciuili eſt penes maritum. C. de rei ven. doce. & de his intelligas hoc c. Vel ſi vis intelligere de paraphernalibus conſilium eſt hic. nā cui commiſit corpus, honeſtum eſt, vt res committat. C. de pac cōnu. hac lege. & ext. de dot. poſt diuor. c. vlt. Sed quæro cum iſti votum emiſerint, quare veſtes mutare nō poſſunt? Ad hoc dicas quòd vir duplicem habet ſeruitutem in vxore, vnā quo ad debitum reddendū, aliā quo ad miniſteriū ſibi exhibendum. vnde licet vnam relaxauerit, non tamē aliam, ff. de ſerui. vrb. præb. ſi domus. & ext. de cōuer. coniug. quidam.

‖ Eleemoſyna an poſſit fieri per vxorem ſine licentia viri.

† al. illius.

‖ Vxor duplicē ſeruitutem viro debet.

f ¶ *Magis.*] q. d. cū perduxiſti eum ad ſcādalū diſſenſionis potius malum feciſti viro nō obediendo, quàm bonū feceris abſtinēdo.

g ¶ *Anna.*] i. vidua. Luc. 2.

h ¶ *Suſanna.*] idest, vxorata. Dan. 13.

SEcundum verba.] CASVS. Primo probat Aug. quòd vir ſine cōſenſu vxoris continere nō poteſt, immo tenetur ei reddere debitum, & ſi non exigat. Secundo dicit quòd ille qui nubit, quia aliter continere non poteſt tanquam non nubens & ſecurus expectat diem iudicij ſicut ille qui vendit, &c. & ſicut ille qui emit, &c. *Ad vtrumque quiſquis*, ſupple ſicut. *Non præſumit*. ſuperbiendo, & in eis ſpem ponendo. & tanguntur hic tria verba Apoſtoli dicentis: Qui habent vxores, ſint tanquam non habentes: & qui vendunt, ſint tanquam non vendentes. & qui emunt, ſint tanquam non ementes.

2 Beda ibid. & gl. ord.

i ¶ *Secundum verba.*] in quibus dicitur de debito reddendo.

k ¶ *Imputaret.*] i. quòd pro completo habetur quod per volentem agere non ſtat, ne fiat. arg. ſ. prox cauſa. q. 5. propoſito.

l ¶ *Quiſquis.*] angit illa tria verba Apoſtoli: qui habēt vxores, ſint tanquam non habentes: & qui vendunt, ſint tanquam non vendentes: & qui emunt, ſint tanquam non ementes. 3. diſtinct. lex continentiæ.

m ¶ *Non faceret.*] ſcilicet non faciendo eleemoſynam.

n ¶ *Quia tranſiet.*] idest, tranſitorium eſt.

o ¶ *Præſumit.*] ſuperbiendo cum eis.

p ¶ *Securus.*] Hæc clauſula repetitur cum qualibet præcedenti ab illo loco, quiſquis, &c.

VNa ſola.] CASVS. Quidam, ſine licentia vxoris continentiam vouerat: quærebatur vtrum teneretur eam ſeruare. Et reſpondet quòd non: quia talia fieri debent de communi conſenſu viri & vxoris. vnde talis promiſſio magis eſt corrigenda quam adimplenda.

1 Sent. 3. diſtin. 32 vol. l. 6. tit. 4.

q ¶ *Corrigenda*] ſimile ſ. 22. q. 4. definitio. Et eſt hic arg. quòd ſi alter ſine licentia alterius intret religionē, quòd ſua auctoritate poteſt exire [b].

† al. imputaret continentiam

Aug. in Pſal. 8

b De hoc not. ſ. 7. c. 4. in gl. ſi.

r ¶ *Ex alieno.*] hoc verum eſt, ſi eo animo vouit, vt auferat illi cuius eſt: aliàs licitū eſt alicui rem alienā legare: vt inſt. de leg. §. non ſolum. licet ſecus ſi ſecundum canones, vt ext. de teſt. c. filius.

ADDITIO. Secundum T. Sed Vin. & Bene. aliter videntur intelligere, vt ibi no. in gl. cum quis ſecundum Gof.

TVnc ſaluabitur.] Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat, quòd debem⁹ eſſe virgines, ſcilicet mente & corpore ſi poſſumus, alias mente, ſine qua nullus ſaluabitur. Ioan. de Fan. CASVS. In hoc ca. tria continentur c. in quibus tractatur tam de virginitate mētis quā carnis. In primo dicitur, quòd tunc ſaluabitur mulier, & ſuam virginitatem bene ſeruat, ſi ideo nubat vt filios pariat ad iuſtitiā. & vt ſaluentur. In ſecundo c. quod incipit ibi, hoc ſolum dicitur quòd ſicut ſola virginitas ſine bonis operibus non proficit, vel ſufficit ad ſalutem, ſic alia opera abſque virginitate, mentis continentia & caſtitate ſunt imperfecta. In tertio cap. quòd incipit qui ſicut. multipliciter commendat virginitatem carnis, & eam præfert bono nuptiarum quia plus amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt quod eis non fuerat imperatum: vnde dicit non expedit homini nubere, &c. Et not. quòd hoc totum conſueuit legi ſub vno ca. poſſ̄s tamen legere ſub tribus, vt facit H. *Saluabitur*. nō negat Apoſtolus quin aliàs poſſit ſaluari, ſed hoc dicit, quia ſic ſaluari meretur: & ſunt verba Hiero exponentis illud Apoſtoli ad Timotheum, ſcilicet, ſaluabitur mulier per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide, dilectione, & ſanctificatione: quod intelligitur quantum in ea eſt *Radicis*. radix filiorum eſt mater. *damnum radicis*, idest, corruptionem ſuæ carnis. ſicut ibi vbi dicit, *ſi caſtrati*, & duæ præcedentes in primo ibi, *qui virgines permanſerit*. & in ſecundo c. *abſque virginitate*, intelliguntur de virginitate mentis, quæ præcipi poteſt, & neceſſaria eſt: quia ſine ea nemo ſaluatur. Principium vero illius c. *qui ſicut*. de virginitate carnis intelligitur; quæ non poteſt pręcipi ante votum, ſed tantum perſuaderi. Sequēs c. patet.

† al. expectas

3 Sent. ibib. ſuo p. 7. cap. 134.

s ¶ *Tunc ſaluabitur.*] exponit Hieronymus illud Apoſtoli ad Timotheum: Saluabitur mulier per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide & dilectione & ſanctitate.

s ¶ *Saluabitur.*] id eſt, merebitur ſaluari.

a ¶ Virg.

a E*St ordo naturalis.*] id eſt, à natiuitate & ortu proueniens. nam femina de corpore viri eſt. & a ia ratio eſt, quæ in velamine corporis eius perpenditur, vt ĩ. e. mulier.

b ¶ *Vt ſeruiant.*] hoc adeo verum eſt, quòd patronus conſentiendo libertæ vt cõtrahat, amittit in ea operas: cum in officio viri debeat eſſe, vt ff. de oper. lib. ſicut patronus.

‖ filius q̃ſq; p̃t dici maior patre.

c ¶ *Maior.*] ‖ dignitate, ſ. filius, ſeruiat minor, ſc. patri, qui non eſt in dignitate. interdum maior ætate ſeruiat minori de præcepto domini, vt Eſau Iacob. Et quod dicit hic, nulla iuſtitia eſt, &c. verum eſt ſecundum vetus teſtamentum: ſed ſecũdum nouum: qui maior eſt, ſit ſicut miniſter, &c. 93. diſt. diaconi. ſed melior littera eſt: hæc iuſtitia eſt vt minor ſeruiat maiori.

1 Et gl. ord. Gene. 46. & Beda ad Coloſſ. 1.

2 Iuo par. 8. c. 94. Pann. l. 7. c. 43.

H*Aec imago.*] CASVS. Probat hic Auguſtinus triplici ratione, quòd vxor debet eſſe viro ſubiecta. Prima: q̃a vir ad imaginem Dei formatus eſt & non mulier. & vicarius eius eſt: quia vnius Dei habet imaginem. Secunda, quia in ſignum ſubiectionis mulier habet caput velatum, & non vir: quia imago eſt & gloria Dei. Tertia eſt, quia vir ſine metu talionis ſecundum legẽ poterat mulierem de adulterio accuſare, & non econuerſo, ſecus in aliis caſibus. *Ideoque*, id eſt, quia femina non habet hoc.

3 Iuo par. 8. c. 95. Pann. l. 7. c. 43.

Geneſ. 1. Sap. 2.

1. Cor. 11.

d ¶ *Hæc imago.*] id eſt, in hoc dicit habere ſimilitudinem Dei.

e ¶ *In homine.*] quia ſicut proceſſerunt à Deo omnia, ‖ ſic ab adam proceſſerunt omnia. hic accipit tãtum hoc nomẽ homo in maſculino genere: aliàs communis generis eſt, vt ff. de ver. ſig. hominis.

‖ omnia p̃ceſſerunt ad Adam.

f ¶ *Vt vnus.*] id eſt, imago Dei dicitur ipſe homo: q̃a ſicut aqua p̃fluxit ex latere Domini, ſic etiam Eua ex latere *Adæ.* item in hoc habet imaginem qui habet rationem, & intellectum, * ſicut Deus.

4 Et gl. ord. ad c. 22. Deut.

g ¶ *Imaginem.*] id eſt, ſimilitudinem de pœni. diſt. 2. illa anima.

5 Iuo par. 8. c. 96 Pann. l. 7. c. 45.

h ¶ *Quia imago.*] & ideo nõ debet celari.

* Ad hoc dr̃ tã de femina q̃ de viro ſecũdm Hug

i ¶ *Mulier.*] non tamẽ quælibet. quia non virgines de conſuetudine. ſed fac vim in eo quod dicit gloria, id eſt, Deus non gloriatur per ipſam ſicut per virum. nam per eã prima præuaricatio eſt inducta. ĩ. e. mulier.

6 Adde quã pœna puniatur mulier adultera not. in l. quã Alexander. & in l. caſtitati. & l. aut. ſed hodie. C. de adult.

miſſa non valeat adimplere: & hoc, vt diximus, propter conditionem ſeruitutis, qua viro in omnibus debet ſubeſſe.

Vnde Auguſtinus in libro quæſtionum Geneſis. quæſt. 153. [1]

¶ Mulieres viris ſuis debent ſubeſſe C. XII.

2 E St ordo naturalis [a] in hominibus, vt ſeruiant [b] feminæ viris, filij parentibus: quia [α] nulla iuſtitia eſt, vt maior [c] ſeruiat minori.

α ¶ *Quia nulla.*] *In Pannormia reliqua habentur vt apud Gratianum, niſi quòd corrupte in ea legitur,* maiori ſeruiat minor. *Sed in originali, à quo non longe diſcedit Iuo,* quia & illic iuſtitia eſt hæc, vt infirmior ratio ſeruiat fortiori. *ob gloſſam autem nõ eſt emendatum.*

Idem in quæſtionibus veteris, & noui teſtamenti ex vtroque mixtim, c. 106.

¶ Vir eſt caput mulieris. C. XIII.

3 H Æc imago [d] Dei eſt in homine [e] vt vnus [f] factus ſit [α] quaſi dominus, ex quo ceteri orirentur, habẽs imperium Dei, quaſi vicarius eius: quia omnis rex Dei habet imaginem: ideoq; mulier non eſt facta ad imaginem [β] Dei. Sic etenim dicit [& fecit Deus hominem: ad imaginem [g] Dei fecit illum.] Hinc eſt, vnde Apoſtol⁹, [vir quidem, ait, nõ debet velare caput ſuum, quia imago [h], & gloria Dei eſt: mulier [i] autem ideo velet, quia non eſt gloria, aut imago Dei.]

α ¶ Factus ſit.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt partim ex vetuſtis, partim ex ipſo originali, & Iuone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus legebatur,* factus ſit homo, ex quo ceteri orirentur habẽs imperium Dei, quaſi vicarius Dei, quia vnius Dei habet vir imaginem.

β ¶ Imaginem.] *ſequebatur.* & ſimilitudinẽ *quæ ſunt expuncta, quia neque apud Auguſtinum, neque in vulgata Græca, neque in Latina vetuſtiore. neque apud ceteros collectores habentur. Pulchre vero de hac re diſputat Baſilius in hunc Geneſis locum, & Origenes Periarchon. lib. 3. c. 6.*

Item libro 5. quæſtionum ſuper Deuteronomium. quæſt. 33. [4]

C. XIIII.

5 S Atis hinc apparet, quemadmodum ſubditas feminas viris, & pene famulas [k] lex eſſe voluerit vxores, quòd dicens aduerſus vxorem vir teſtimoniũ [l], vnde lapidaretur [m] [6] illa, ſi hoc verũ eſſe demonſtraretur [n], ipſe tamẽ non viciſſim lapidaretur, ſi hoc

k S*Atis hinc.*] ¶ *Et pene famulas.*] non tamen quòd immoderate verberentur. C. de repud conſenſu. & ĩ. c. q. 2. placuit.

l ¶ *Teſtimonium.*] id eſt, accuſationem.

m ¶ *Lapidaretur.*] ‖ & ita videtur quòd in veteri lege numquam vir obligabatur pœna talionis. Sed tu dic cum *H.* quòd hoc locum habebat tantum in accuſatione adulterij in primo coitu: puta cũ non inueniebat eam virginem, vel dicebat ſe non inueniſſe, & ipſa contrarium probabat per aſpectum linteaminis. in hoc caſu non puniebatur vir talionis pœna: ſed tantum centum ſiclos aureorum dabat patri puellæ.

‖ Vir verum puniebatur talione ĩ veteri lege.

n ¶ *Demonſtraretur.*] ‖ per aſpectum linteaminis ſanguinolenti. Sed nec hodie cum agit vir ad ſeparationem, ſubſtinet talionem. ſecus ſi agatur ad pœnam adulterij criminaliter. ext. de proc. c. tuæ ideo autem nõ punitur vir pœna talionis: quia iam alia via conſequeretur id quod optauit. quod eſſe non debet. ff. pro ſoc. idemque. ff. de cod. inſtit. quæ ſub conditione. §. ſi quis.

‖ Mulier i violatio p̃ quid cognoſcitur.

falſum eſſe conſtiterit: ſed tantũ modo caſtigatur [o], & damnificatur, eique perpetuo iubetur adhærere, qua carere voluerat. In aliis autẽ cauſis eũ, qui teſtimonio [p] falſo cuiquam nocuerit, quod ſi probaretur, ius † ſit occidi, eadem [α] plecti iubetur † pœna, qua fuerit, ſi verum eſſet iſte [β] plectendus.

† al. teſtis
† al. iubet

α ¶ Eadem.] *Eodem fere modo apud Iuonem, & in Pannormia. In originali vero,* eademque pœna plecti iubet.

β ¶ Iſte.] *Sic eſt emendatum ex aliquot manuſcriptis, & originali, & Iuone.*

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum, in c. 2.

C. XV.

7 C Vm caput mulieris vir ſit, caput autem viri Chriſtus, quæcumque vxor non ſubiicitur viro ſuo, hoc eſt capiti ſuo, eiuſdem criminis [q] rea eſt, cuius & vir ſi non ſubiiciatur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem Domini blaſphematur [r], vel dum cõtemnitur Dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur, vel cum Chriſti infamatur Euangelium, dum cõtra legem, fidemque naturæ ea, quæ Chriſtiana eſt, & ex Dei [s] lege ſubiecta, viro imperare deſiderat: cum etiam gentiles feminæ viris ſuis ſeruiant communi lege naturæ.

7 Iuo par. 8. c. 97. Pann. l. 7. c. 46.

Item Auguſtinus in quæſtionibus Numerorum, quæſt. 59. [8]

8 Et gl. ord. ad c. 30. Numer.

¶ Arbitrum viri mulierem ſequi oportet in omnibus. C. XVI.

9 N Oluit itaque lex mulierẽ aliquid vouere Deo aduerſus animam ſuam, vt non in [α] aliqua rerum licitarum, atque conceſſarum abſtinentia in eiſdem votis feminæ valeat auctoritas, ſed virilis. Ita, & ſi adhuc ĩnuptæ, iam conceſſerat [t] pater vota perſoluere, ſi antequam perſoluerit, nupſerit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, nõ perſoluat, & ſit omnino ſine peccato: quia mundauit eam, ſicut dicit, id eſt, mundam iudicauit. Neque hoc contra Deum [u] fieri putandũ eſt, cum ipſe Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

9 Iuo par. 8. c. 98. Pann. l. 7. c. 47

o ¶ *Caſtigatur.*] id eſt, verberatur.

p ¶ *Teſtimonio falſo.*] id eſt, accuſatione calumnioſa. hoc ideo ita expone: ‖ nam teſtis non obligatur ad talionem, ſed alio modo punitur à iudice, ſi varie reſpõdet. vt C. de teſti. nullum. *H.* tamen dicit, quòd ſic. 3. q. 9. nihilominus. maxime ſecundum veterem legem. ar. ext. de cri. fal. cap. falſus. De hoc dictum eſt 2. q. 3. in ſumma.

‖ teſtis ñ eſt talione puniendus.

C*Vm caput.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd ſicut vir peccat, ſi non ſit ſubiectus capiti ſuo, id eſt, Chriſto: ſic Dei prima ſententia contemnitur, ſi mulier capiti ſuo, id eſt, viro ſuo nõ obedierit, cum etiam gentiles feminæ viris ſuis ſubiaceant. Prima ſententia, quę habetur ĩ Geneſi vbi dicitur mulieri, ſub viri poteſtate eris, &c. poſtea Apoſtolus idẽ præcepit

q ¶ *Criminis.*] ſ. 9. q. 3. c. 1. ſ. 22. q. 5. de forma. ſ. diſt. 95 eſto. arg. eandem conditionem inferiorem ad media, quæ eſt mediorum ad extrema. 28. di. c. quia ſunt culpæ.

r ¶ *Blaſphematur.*] tractabat enim Hiero. illud verbum Apoſtoli ad Titum: ‖ Admone adoleſcentulas eſſe ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum Dei, id eſt, Euangelium. Vel verbum Dei in paradiſo quatenus viris ſubditæ eſſent.

‖ Vxores quare debent eſſe viris ſubditæ.

s ¶ *Ex Dei lege.*] qua dicit mulieres eſſe ſubditas viris: Conuerſio tua erit ad virum. & ipſe dominabitur. &c.

N*Oluit itaque.*] CASVS. Dicitur hic, quòd lex noluit vt mulier poſſit votum facere ſine viri conſenſu. & ſi fecerit ante nuptias, vir poſt nuptias poterit reuocare, nec p̃pter hoc mulier rea iudicabitur, ſi votum non ſeruat cum Deus hoc non præcipiat. Sequentia duo c. plana ſunt per ſe.

t ¶ *Conceſſerat.*] argu. quòd abbas poſſit reuocare votum monachi. quod etiam emiſit ante monachatum. arg. 20. q. 4. monacho. ‖ plus enim eſt monachus ſub abbate, quàm vxor ſub viro, vt 12. quæſt. 1. non dicatis.

‖ Monach⁹ plus ſubeſt abbati quã vxor viro.

u ¶ *Contra Deum.*] ſi ſupra 14. quæſtio. 5. dixit ſupra 22. quæſtio. 1. ſi peccatum. ſupra 13. quæſtio. 4. qui peccat. ſupra diſtinctio. 26. deinde.

a Mulier

¶ Officia virilia ſũt mulieribus interdicta.

a M*Vlierem.*] ¶ *Auctoritatem.*] ‖ virilia enim officia mulieribus ſunt adempta.3.q.7.c.infamis.§.tria.ff.ad Vel.l.2.

b ¶ *Nec docere.*] in eccleſia maſculos.ſup.diſt.23.mulier.de conſ.diſt.4 mulier.

c ¶ *Nec teſtis.*] in cauſa criminali, niſi in illis caſib.in quib.infames admittuntur, nec in teſtamento. inſt.de teſt. §. teſtes. nec contra clericos in cauſa criminali: quia nõ poteſt eſſe quod ipſi ſunt, 3.2.q.7.ipſi Apoſtoli. nec etiam contra laicos, vt not.15. qu.3. de crimine.

d ¶ *Neque fidem.*] obligatur tamen ſi doloſe fideiubeat, vt creditorem decipiat, vt ff. ad Velleia. ‖ decipiendi. Itẽ & ſi priuilegio Velleiani renuntiauerit, obligatur, & tenetur. ff.ad Velleia.l.vlt.

¶ Iuo par.8. c. 91. Pann. l.7.c.44.

e ¶ *Nec iudicare.*] niſi in caſib.vt dixi 15. q. 3. de crimine.

† al. dare.

f A*Dam.*] ¶ *Gubernatorem.*] per hoc videtur, ‖ ꝙ vir potius debet eſſe curator vxoris quam extraneus. quod negat lex. C. qui dari tuto. poſſ.l.2.

‖ Vir non poteſt eſſe curator vxoris.

¶ Lib. 5. in Gen.c.7.

¶ Iuo par.8. c. 91.Pan.l.7. c.10.

M*Vlier debet.*] Casvs. In hoc c. quinque rationes aſſignantur quibus probatur, ꝙ mulier debet velare caput ſuum, ‖ ſ. quia non eſt imago Dei, & quia ſubiecta debet eſſe viro ſuo, & quia præuaricatio eſt inducta per eam, & propter reuerentiam epiſcopi, quia vicarius eſt Chriſti. Sequentia duo c. patent.

‖ Mulier quare debeat caput velare.

g ¶ *Sed vt oſtendatur.*] non ſolũ propter hoc, ſed etiam, &c.

h ¶ *Propter reuerentiam.*] i. propter reuerentiam ſacerdotum. ar.54. di. ſi ſeruus ſciẽte. & ſicut ante iudicem dominum: ita ante vicarium eius ſacerdotem ſit ſubiecta viro. Vel propter reuerentiam ſacerdotum, id eſt, ne ſacerdotes in eius faciem intuentes inuitentur ad libidinem.

¶ Iuo par 8. c.9.Pan.l. 7. c.51.

i ¶ *Epiſcopus.*] i. quilibet ſacerdos. de pœ. di. 3. inter hæc huiuſm.

k ¶ *Originale.*] quod originẽ habuit ab ipſa quo ad homines.

N*Ec illud.*] Hęc eſt 5. pars qu. in qua oſtendit magiſter cauſam quare fuit vnum principium, vnus homo. Io. de Fan.

l ¶ *Otioſum eſt.*] i. ſine cauſa & myſterio factum.

m ¶ *Coſta.*] non de pede, ne omnino videretur famula, nec de capite videretur domina: ſed de coſta vt collateralis videretur.

‖ Eua quare de coſta Adę facta eſt.

n ¶ *Multarum.*] quo ad numerum, vel multarum quo ad genus humanum.

o ¶ *Et diſparium.*] quo ad ſexum. Vel diſparium quo ad ſpeciem. & reſpicit ad primam creationem hominis.

p Q*Vidam vir in captiuitatem ductus eſt.*] Quia in præcedenti cauſa dixerat matrimonium ſeparari propter frigiditatem, & quòd viro viuente ſeparata poſſet alij copulari, & dubitari poſſet, an idem videretur faciendum propter hoſtilem calamitatem vel captiuitatem: ideo ſubdit cauſam iſtam, in qua oſtendit quid iuris ſit ſi quis tenetur in captiuitate, & vxor eius interim nubat alij, vt autem hæc, &c. Et noc. quòd hic tractatur de illo impedimento, ‖ quod dicitur ligatio: ligatio eſt cum quis ligatur alteri vinculo matrimonij, & quodlibet impedimentum matrimonij dici poteſt ligatio ſumendo large ſiue communiter, non proprie. argument.26.qu.1.§.1.

‖ impedimentum ligationis quale.

¶ Vt nõ in aliqua.] *Sic in Pannormia. Apud Iuonem vero,* vt in aliquarũ rerum. *in gl. ordinaria,* i. in rerum. *Sed totus hic locus longe melius habet in originali.* feminam ſub patre, antequam nubat, & ſub viro nuptam voluit lex vouere ita aliquid Deo aduerſus animam ſuam, i. in aliquarum rerum licitarum, atque conceſſarum abſtinentia, vt in eiuſdem votis feminea non præualeat auctoritas, ſed virilis.

Item in libro quæſtionum veteris teſtamẽti, q.45.

¶ Nulla eſt mulieri poteſtas: ſed in omnibus, viri dominio ſubiecta eſt.

C. XVII.

[3] M Vlierem cõſtat ſubiectam dominio viri eſſe, & nullã auctoriatem [a] habere: nec docere [b] enim poteſt, nec teſtis [c] eſſe, neque fidem [d] dare † nec iudicare [e]: quanto magis non poteſt imperare?

¶ *Reſtitutum eſt hoc caput B. Auguſtino, & ex eo nonnulla addita. Nam antea citabatur ex B. Ambroſio.*

Item Ambroſius in Hexameron in tractatu diei quarta [1].

C. XVIII.

A Dam per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam. Quem vocauit ad culpã mulier, iuſtũ eſt, vt eum gubernatorẽ [a] [f] aſſumat, ne iterum feminea facilitate labatur.

a ¶ Gubernatorem.] *Antea legebatur,* vt eã in gubernationem aſſumat. *Emendatum eſt ex B. Ambroſio. Gloſſa enim optime conuenit voci,* gubernatorem.

Item ſuper primam epiſtolam ad Corinthios in c.2.

C. XIX.

[4] M Vlier debet velare caput: quia non eſt imago Dei: Sed vt oſtẽdatur [g] ſubiecta, & quia præuaricatio per illam inchoata eſt, hoc ſigni debet habere, vt in eccleſia propter reuerentiam [h] epiſcopalem non habeat caput liberum, ſed velamine tectum: nec habeat poteſtatem loquendi: quia epiſcopus [i] perſonã habet Chriſti. Quaſi ergo ante iudicẽ, ſic ante epm̃, quia vicarius Domini eſt, propter peccatũ [a] originale [k] ſubiecta debet videri.

a ¶ Propter peccatum originale.] *Apud B. Ambroſium, & Iuonem legitur,* propter reatum originalem. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum, reliqua vero ſunt emendata.*

Item in libro de Paradiſo c.10.

C. XX.

[5] N Ec illud otioſum [l], quòd nõ de eadem terra, de qua plaſmatus eſt Adam, ſed de ipſius Adæ coſta [m] facta ſit mulier: vt ſciremus vnã in viro, & muliere corporis eſſe naturam, vnum fontem generis humani. Ideo non duo à principio facti vir & mulier, neq; duo viri, neque duæ mulieres: ſed primum vir, deinde ex eo mulier. Vnam enim naturam volens hominum conſtituere Deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens, multarum [n], & diſparium [o] naturarum eripuit facultatem.

Euidentiſſime itaque apparet ita virum eſſe caput mulieris, vt nulla vota abſtinentiæ vel religioſæ conuerſationis liceat ſibi ſine eius licentia Deo offerre, etiam ſi viro permittente repromiſſa fuerit, non licet ei votum opere cõplere, cum vir voluerit reuocare permiſſum. Vota vero continentiæ ita alterius permiſſu ab altero valent offerri, quod poſt permiſſionem non valent in irritum deduci.

CAVSA XXXIIII.

Q*Vidam vir in captiuitatem ductus eſt* [p]: *poſtea vxor eius audiens illum mortuum, nupſit alii, demum ille de captiuitate rediens, repetit vxorem ſuam: illa poſterioris amore capta aſpernatur torum prioris viri.*

1 *Nunc primum quæritur, an ſit iſta rea adulterij, quæ viuente viro ſuo, alteri nupſit.*

2 *Secundo, an redeunte primo ſit cogenda recedere à ſecundo, & redire ad primum.*

QVÆSTIO I. & II.

1. p. V*Traque quæſtio* [q] *terminatur auctoritate Leonis Papæ: qui ſcribens Nicetæ Aquileienſi epiſcopo, epiſt. 77. capit.1. & ſequentibus ait* [5].

¶ Qui alij nupſerit putans virum ſuum mortuum eſſe, illo redeunte ad priorem redire cogitur. C. I.

[6] C Vm per bellicã cladem, & per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus ita quædã dicatis diuiſa eſſe coniugia, vt abductis in captiuitatem viris feminæ eorum re-

V*Traque.*] Hæc quæſt. diuiditur in ſex partes. In prima quarum probat per duos canones, ꝙ mulier non debet contrahere donec ſit certa de morte coniugis. Ioan. de Fant. Secunda ibi, *Non ſatis.* Tertia ibi, *Si autem.* Quarta ibi, *Quod autem.* Quinta ibi, *Hinc etiam.* Sexta ibi, *De ſimplicitate.* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur prima & ſecunda quæ. In ſecunda nulla eſt dubitatio. In prima quæſtione diſtinguitur: nam ſi illa, quæ nubit viro viuente & abſente, credit vel ſcit illum viuere: in veritate adulterium committit. ſi autem nec ſcit, nec credit, ſed habet iuſtam cauſam credendi contrarium per ignorantiam facti, quæ etiam peritiſſimos fallit, excuſatur. qualitercumque autem nubat, reddenda eſt primo reuertenti. vtraque autem quæſtio terminatur per capitulũ ſequens.

q ¶ *Vtraque quæſtio.*] ‖ ſi mulier [a] credit ſuum maritum mortuum, & habet iuſtam cauſam credendi, licite poteſt contrahere. ſi autẽ dubitat de morte viri & contraxit, licet non debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti. ſed ipſa non poteſt exigere, vt extr. de ſecun. nup. dominus noſter. & ita in tali caſu vir poteſt eam remouere propter adulterium cum non habuerit probabilem cauſam mortis ſuæ. ſed ſi audierit eum mortuum, licet per falſum rumorem, & tunc nupſerit, vir non poteſt eam de tali adulterio accuſare: niſi ipſa procurauerit illum rumorem, vt ff. de adulteriis. miles. §. mulier. Sed pone quòd mulier credit eum viuere & eſt mortuus, & contrahit, numquid eſt matrimonium ibi? ſic. ipſa tamen adulterij reatu tenetur, licet adulterium non committat. ‖ nam dicit lex quòd tenetur quis actione furti, licet ſubtilitate iuris furtum non committat. C. de furt. ſi quis ſeruo. minor tamen pœnitentia ac pœna ei imponitur.

‖ Mulier ſi credit maritũ mortuũ, an poſſit alij nubere?

¶ Burchardus etiam, & Iuo citant ex cõcilio apud Vermerias ca 5. ſententia vero habetur in Triburienſi. c. 44.

[a] ¶ Septem annos.] *Hæ duæ voces abſunt à Burchardo, & Iuone. Apud Burchardum tamen libro 19. ca 5. vbi ſacerdos de hoc peccato interrogat pœnitentem, & conſilium dat, hæc leguntur. ſi feciſti, eo quòd fratrem tuum crimen celaſti, ſeptem annos per legitimas ferias pœniteas. In Tribur[illegible] ſi autem, prædura arceatur pœnitentia, & condigna caſtigatione.*

De his vero, qui ignoranter coniunguntur cetera auctoritates intelligendæ ſunt.

Vnde Iulius Papa.

¶ Ex propinquitate ſui ſanguinis, vel vxoris vſque in ſeptimum gradum nullus ducat vxorem. C. VII.

[8] NVllum in vtroque [a] ſexu permittimus ex propinquitate ſui ſanguinis, vel vxoris vſque ad ſeptimum generis gradũ vxorem ducere, vel inceſti macula copulari†. Præterea quoque illud adiecimus, quoniam ſicut non licet cuiquam Chriſtiano de ſua conſanguinitate, ſic etiam nec licet de cõſanguinitate vxoris ſuæ coniugem ducere propter carnis vnitatem [b].

¶ *Caput hoc vſq; ad verſ. Præterea, Burchardus, Iuo, & Panormia (nam magiſter v. Gratianus) citant ex concilio Aurelianenſi, c. 10. At ſane in 3. Aurelianenſi impreſſo, c. 10 nulla leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua vero huius capitis pars in Pannormia (nã cetera collectores non habent) ex eodem concilio refertur: ſed a Gr. ṡ. 27. q. 2. c. qui deſponſatam. tribuitur Gregorio.*

Item ex concilio Agathenſi, c. 61. [9]

¶ Inceſtuoſi nullo ſunt digni nomine coniugij. C. VIII.

[10] DE inceſtis [c] coniunctionibus nihil prorſus veniæ reſeruamus [d], niſi cum adulterium [e] ſeparatione ſanauerint. Inceſtuoſos† vero nullo cõiugij nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtum [f] eſt. ¶ Hos [a] enim cenſemus eſſe: ſi quis relictam fratris (quæ pene prius ſoror extiterat) carnali coniunctione polluerit: ſi quis frater germanam vxorem acceperit: ſi quis nouercam duxerit: ſi quis conſobrinæ [g] ſuæ ſe ſociauerit: ſi quis relictæ, vel filiæ auunculi miſceatur, aut patrui filiæ, aut priuignæ [h] ſuæ: aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuit, concubitu [i] polluerit, aut duxerit vxorem. Quos omnes [k] & olim, & † nunc ſub hac conſtitutione inceſtos ẽſſe non dubitamus, & inter catechumenos [l] vſque ad legitimam ſatiſfactionem manere, & orare [m] præcipimus. Quod ita præſenti tempore prohibemus, vt ea, quæ ſunt hactenus con-

a ¶ Conſt

gradũ deficitur hereditas, vt ṡ. e. q. 5. ad ſedem., ſed poteſt dicere, quod minor numerus non excludit maiorẽ: non enim qui minora conceſſit, prohibuit maiora. 27. q. 2. ſunt qui dicunt. ſic 95. di. illud. 50. diſt. ſi quis diaconus. ff. de arb. dictum. §. ſi plures. arg. contra. 31. q. 1. quomodo. ff. de vul. & pu. ſubſt. ex facto. §. item quæro [a]. Vel dic quòd loquitur hic de cognatis, qui de iure prætorio ſuccedunt vſque ad vij. gradum, vt inſtitu. de ſuc. cogn. §. vlt.

COniunctiones.] CASVS. Contraxerat quidam cum cõſanguineis ſuis matrimonium: quæritur vtrum illi eſſent ad accuſationem recipiendi, & vtrũ eorum filij eſſent legitimi? Et reſp. quòd non, quia huiuſmodi matrimonia in lege & canone ſunt prohibita: & canon talium filium nõ appellat legitimos, & lex tales vocat infames.

DE propinquis.] CASVS. Titius & Titia conſanguinei erant: eis mortuis vxor Titij & maritus Titiæ voluerunt contrahere, quæritur vtrum poſſint? Et reſpondetur, ſi in quinto gradu erant, poſſunt, ſed ſi in quarto, nõ contrahãt: ſi tamẽ contraxerint, non ſeparentur. in tertio vero gradu nõ cõtrahãt aliquo modo. conſanguineas vero vxoris ſicut proprias debet quis vitare.

SI quis cum.] CASVS. Hoc c. habetur ṡ. prox. q. 2. circa finem cauſæ.

NVllum in vtroque.] CASVS. Prohibetur hic ne quis cõtrahat matrimonium cũ ſua vel vxoris ſuæ conſanguinea vſque ad ſeptimum gradũ.

a ¶ Nullum in vtroque.] loquitur c. illud in primo genere affinitatis.

b ¶ Vnitatem.] ergo tantũ per carnis commiſtionem contrahitur affinitas. ĵ. c. ſane, quod H. dicit [b]. ſed tamen prohibetur contrahere cũ aliqua conſanguinea illius, propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, vt 27. q. 2. ſi quis vxorem. Sed cõtra 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. & c. ſi teſtes. § item legi. ſed ibi gener appellatur ſponſus: non quòd reuera ſit, ſed quo ad quoddam beneficium.

DE inceſtis coniunctionibus.] CASVS. Quærebatur de his qui per inceſtũ contraxerunt: vtrum ſine ſeparatione poſſent veniam impetrare? Et reſpondetur quod non: & enumerantur perſonę cum quib. qui contrahunt, inceſtuoſi ſunt, & cum catechumenis vſq; ad ſatiſfactionem orare debẽt, non cum Chriſtianis.

c ¶ De inceſtis.] ṡ. 3. q. 4. conſanguineorum. ĵ. q. 8. c. vlt.

d ¶ Reſeruamus.] ſ. vt remaneant in ſimul.

e ¶ Cum adulterium.] i. fornicationem [c]. 32. q. 4. nemo.

f ¶ Funeſtum.] i. turpe, & indecens. ṡ. 34. diſt. presbyteri.

g ¶ Conſobrinæ.] conſobrini dicuntur quaſi conſororini. hi ſunt proprie duarum ſororum filij [d]. ſobrini vocantur conſobrinorũ filij.

h ¶ Aut priuignæ ſuæ.] patrui: & ſecundum hoc exaudi de priuigna ex ſecundis nuptiis. Vel dic, ſuæ, id eſt, propriæ.

i ¶ Concubitu.] ar. quod affinitas cõtrahitur per coitum fornicarium ſicut per legitimum, vt ĵ. c. nec.

k ¶ Quos omnes.] multi alij ſunt, qui non numerantur hic.

l ¶ Et inter catechumenos.] de hac materia dicunt quidam ſpeciale eſſe in inceſtuoſis, qui non debẽt admitti vſque ad Miſſam catechumenorum tantum: nam dicunt eos ſuſpenſos ipſo iure quantum ad hoc: ſicut ſimoniacus quilibet ſuſpẽſus eſt quo ad diuina officia. 1. q. 1. qu. ſtudet. & ca. quibuſdam. de conſe. diſt. 1. epiſcopus nullum abrogatum eſt. nam dicunt, quod Iudæus, ſarracenus, hæreticus non præciſus bene poſſunt ſtare vſq; ad Miſſam catechumenorum. ar. de conſec. di. 4 Iudæi. nec cõtradicit 11. q. 3. cum excommunicato. & 1. q. 1. non liceat: nã omnia illa intelliguntur de præciſis, i. nominatim excommunicatis, vel de illis qui ſequuntur hęreſim iam damnatam.

m ¶ Et orare.] ṡ. d. ſt. 25. c. 1. contra. ĵ. de conſe. d. 4. eos quos. contra. ſed ibi grauius fuit delictum, & ideo [e], &c.

[1] Poly. ibid. Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 9. c. 22.

§ Numerus minor non excludit maiorem.

a Sim. in cõcil. Iuno. ij.

a ibi dicitur quòd qui decedit intra annũ x. non dicitur decedere intra xiiij. Arc.

† al. quas

† al. imperator Romanorum.

[3] Sen. 4. diſt. 41.

[4] ṡ. e. c. æqualiter. Pol. 6. ti. 4. ex Iulio

[5] Fortaſſe iſta Gratiani

§ Affinitas tantum per carnis commiſtionem cõtrahitur.

[6] ṡ. 34. q. 1. & 2. ſi quis cum matre.

b Ar. contra ṡ. e. q. 1. c. 1. vbi de hoc in glo. hic eſt arg. ibi plene dici & ibi videas. pro de com. hoc facit dictum Apoſtoli dicẽtis qui adhæret meretrici vnũ corpus cũ ea efficitur. Ar.

[7] Bur. l. 17. c. 34. Iuo p. 9. c. 78.

c Gl. eſt ſi in l. inter liberos §. Iulianus. al eſt l. Iulianus. ff. ad l. Iul.

d Conſobrini qui ſunt.

§ Sic & de Iſid. in lib. 9. etymo. c. agnati.

[8] Sen. 4 di. 41. Burc. l. 7. c. 14. Iuo p. 9 c. 49. Pann. l. 7. c. 79.

† al. commaculari] ṡ. 27. q. 2. qui deſpõſatam.

§ Inceſtuoſi quantum ad aliqua ſunt ipſo iure ſuſpenſi.

[9] Et in Arel. 3. c. 2. in Epau. c. 30. in Turo. 2 cap. 21. ca. adiectis c. 100

[10] Burc. l. 7. c. 4. Iuo p. 9. c. 25. & 40.

† al. inceſtus

e Subau. eſt grauius iudica ſi 34 q. 1, non affectamus.

† al. atque ſub hac

† al. inſtituta a ¶ *Conſtituta.*] diſpenſando. & eſt argu. pro opi. Hug. quòd ſcilicet diſpēſatio eſt ius, vt not. 33. q. 2. in adoleſcentia. & c. interſectores.

a ¶ *Conſtituta.*] id eſt, antiquos canones.

b ¶ *Habebunt.*] ante inceſtum de iure communi, vel poſt ſi adoleſcentes ſunt vel etiam ſenes incontinentes ex diſpenſatione. 33. quæſt. 2. in adoleſcentia.

c *De his.*] ¶ *Vſque ad Miſſam.*] i. vſque ad ſurſum corda, vel vſque ad conſecrationem corporis Chriſti, nam tunc cathecumeni de eccleſia expellebãtur: vel vſq; ad Euangelium.

¶ Huic c. vī contra ī de cont. diſt. 1. eps nullum. Sed dic vt ibi not. §. ca. prox.

d ¶ *Nec cibum.*] hoc fit in deteſtationem criminis ſicut aliàs aliquis toleratur ab eccleſia, non tamen ei communicatur in cibo, vt de vxore clerici, vt 33. q. 2. placuit.

1 Bur. l. 7. c. 1. Iuo p. 8. cap. 29.

Nec eam. Casvs. Prohibetur hic † al. inceſta aliquis eam ducere in vxorem, quam eius conſanguineus habuerat, vel cum qua fornicatus fuerat: quia cum talibus non eſt matrimonium, ſed inceſtus.

† al. vllam

† al. oportet

e ¶ *Natura.*] reſpicit illud verbum, maculauerunt.

Extraordinaria.] Casvs. Quidam polluerat mulierē extra membrum ad hoc deputatum, & non contraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat conſtare per iuramentum: quæſitum eſt vtrum eius conſanguineus illam ducere poſſet? reſpondetur quòd poteſt.

a Iuo p. 9. c. 27.

§ Ex iſto tex. infero; affinitas per illicita copula contrahatur no. in l. nō facile. § ſciē & § nimis. ff. de gra. cogn. 4 § ca. de inceſtis.

b id eſt, circa mēbrum ad hoc a natura conceſſum. Hug.

f ¶ *Extraordinaria.*] id eſt, citra vel circa naturalia b & non intra: ita q non attigit clauſtra pudoris, ſed in circuitu palpitabat.

g ¶ *Vel.*] Id eſt, etiam.

h ¶ *Sæpius.*] quia qua ratione non impedit prima, eadem nec ſecunda nec aliqua. ſecus autē eſſet forte ſi in non naturali membro: tunc impediret propter enormitatem criminis. 32. q. 7. adulterij. & 32. quæſt. 2. c. hoc ipſum. §. hoc autem.

i ¶ *Maritalem.*] affectum. nam ſi maritalis affectus interceſſiſſet, impediret. arg. extra de ſponſ. iuuenis. non propter factum, ſed propter conſenſum. 27. quæſt. 2. ſi quis vxorem.

§ Pol. l. 6. ti. 2.

† al. reputata

k ¶ *Sacramentis.*] polluentis & pollutæ. nō enim teſtificatur pro ſe, ſed pro eo qui eam

ſtituta† a, non diſſoluamus. Sane, quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt β b ineundi melioris coniugij libertatem.

α ¶ Hos enim. *Ita eſt in Agathenſi. In Arelatenſi autem 3. c. 2. (vbi idem reperitur) & apud Iuonem hæc coniunguntur cum ſuperioribus, & legitur,* hos eſſe. *In Epaunenſi c. 30. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longe diuerſus eſt. In ſecūdo autem Turonico, c. 22. (vbi refertur caput illud concilij Epaunēſis.) ita ſcribitur.* Inceſtus vero, nec vllo coniugij nomine prædicandos, præter illos, quos dinumerare funeſtū eſt, hos eſſe cenſemus. *In capitularibus adiectis, c. 200. ſunt nonnullæ partes huius cap. ex epiſtolis Gregorij Papæ B. Bonifacio archiepiſcopo Moguntino miſſis.*

β Habebunt.] *Sic in Agathenſi & apud Iuonem. In Epaunenſi legitur,* non habebūt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunenſe, habebunt. Sic etiā* 3. q. 8. c. hæc ſalubriter *ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc ſententia exponitur.* Sed quibus illicita coniunctio interdicitur, niſi hi ſunt, quos ſanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

Item ex concilio Ilerdenſi. c. 4.

¶ Inceſtuoſi vſque ad ſatisfactionem excommunicentur. C. IX.

De his, qui inceſti† pollutione ſe maculant, placuit, vt quouſque in ipſo deteſtando, & illicito carnis contubernio perſeuerant, vſque ad Miſſam c tãtum catechumenorum in eccleſia admittantur: cum quibus etiam nec cibum d ſumere vlli† Chriſtianorū, ſicut Apoſtolus iuſſit, licebit†.

Item Greg. Papa ad Felicem Meſſanæ ciuitatis epiſcopum. lib. 12. epiſt. 31.

¶ Nullus ducat vxorem à conſanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam. C. X.

Nec eam, quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere vlli profecto licet Chriſtianorum, aut licebit†: quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. e Inceſtuoſos vero, nullo coniugij nomine deputandos à ſanctis patribus dudum ſtatutum eſſe legimus.

Natura e *videlicet ordine: ſi vero extraordinarie. non ſic.*

At enim Vrbanus Papa ij. Hugoni Gratianopolitano α *epiſcopo.*

α ¶ Gratianopolitano.] *Antea legebatur,* Vrbanus II. Gratiano Neapolitano epiſcopo. *Emendatum eſt ex Polycarpo: & huius Hugonis mentio eſt apud Segebertum anno 1084 & apud Tritemium in Guidone v. Carthuſiæ abbate.*

¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

Extraordinaria f pollutio non α, niſi in naturalibus ad miſſa, vel g ſæpius h reiterata† citra maritalem i affectum β, ſi præbitis ſacramentis k ita eſſe conſtiterit, quemadmodum nobis tuis ſignificatum eſt litteris, non videtur matrimonium impedire l quamuis ipſa ſit criminoſa, & dānabilis.

α ¶ Non niſi.] *In Polycarpo eſt,* niſi in naturalibus admiſſa.

β ¶ Affectum.] *In eadem legitur,* effectum.

Item Iulius Papa.

¶ Nullus ducat in coniugem relictam conſanguineorum vxoris α ſuæ vſque in tertiam generationem. C. XII.

α ¶ Vxoris ſuæ.] *Sic emendatum eſt ex veteri. Nam in vulgatis erat,* ſuorum.

Et hoc quoq; ſtatutum eſt, vt relictum patris vxoris ſuæ, relictam fratris vxoris ſuæ, relictam filij vxoris ſuæ nemo ſibi in matrimonium ſumat: relictam conſanguineorum vxoris ſuæ, vſque in tertiam progeniem nemo in vxorem ſumat: in quartam autem, in quintam, ſi inuenti fuerint, non ſeparentur.

Idem.

¶ A conſanguineis propriis, vel vxoris pariter cuique eſt abſtinendum. C. XIII.

Aequaliter vir coniungatur conſanguineis propriis, & conſanguineis vxoris ſuæ.

Item Iſidorus ex concilio Matienſi.

α In Panormia citatur v. his ling. autem, ex concilio Matiſconi. *Burchardus,* Matiſcēſi, *Iuo Matticeno, nulla Iſidori mētione facta. In Polycar. coniunctè ponitur cum c.* coniunctiones. 3. *ead quod quidem eſt Calixti. Extat autem in concilio Cabilonenſi 2. c. 29. & in Vuormacienſi. eſt ſecunda pars canonis 78.*

¶ In parentela propria, & coniugis eadem conſanguinitas eſt obſeruanda. C. XIIII.

Sane conſanguinitas, quæ in proprio viro obſeruāda eſt, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum cuſtodienda eſt. Quia enim conſtat eos duos eſſe in carne vna, communis illis vtraque† parentela cenſenda eſt, ſicut ſcriptum eſt [erunt duo in carne vna.]

Item Auguſtinus libro 22. contra Fauſtum. cap. 61.

¶ Nurus non eſt aliter deputanda, quam filia. C. XV.

Si vir, & vxor non iam duo, ſed vna caro ſunt, non aliter eſt nurus deputanda, quàm filia.

Item Gregorius Papa epiſcopis Galliæ. α

α ¶ *Burchardus & citat & refert vt Gratianus, Hugo, auctor Polycarpi, & Magiſter citat abſolute Gregorium. Anſelmus, & Iuo ex epiſtola B. Gregorij ad Felicem, In Panormia eſt coniuncta vtraque inſcriptio, hoc modo.* Ex epiſtola Gregorij epiſcopis Galliæ miſſa, *epiſtola 31. lib. 12. extat vero cap. hoc in capitul. lib. 6 c. 130. & in adiectis eſt prior pars cap. 200 quod in indice tribuitur Gregorio Papæ ex epiſtolis B. Bonifacio archiepiſcopo Moguntino miſſis. Ac ſane in vltima Gregorij epiſtola tomi conciliorum inſerta legitur prior pars vſque ad verſ.* Generationem.

¶ Vſque ad ſeptimam generationem progeniem ſuam vnumquemque ſeruare oportet. C. XVI.

Progeniem ſuam vnumquemque α vſque ad ſeptimam decernimus obſeruare generationem: & quamdiu ſe agnoſcāt affinitate propinquos, ad coniugalem copulā accedere denegamus: Quod, β ſi fecerint, ſeparentur.

α ¶ Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anſelmum, & Iuonem hoc loco ſunt hæc interiecta:* donec hi, qui fideliter educti ſunt, & iam ſirma radice plantati ſtant inconuulſi.

β ¶ Quod ſi fecerint ſeparentur.] *Hæc non habentur, niſi apud Burchard. Apud B. Gregorium, Anſelmum, & Iuonem: ſequuntur continuè cum ſuperioribus verba capitis ſeq. cum.* 3. *ead.*

ducere vult. l Et mirum eſt q contra tam violentam præſumptionem probatio admittitur. Et ideo eſt contra. 32. q. 1. dixit. ſed hoc fit in defectū probationum. C. de hær. l. pen. & obtinet forte hoc cum virgo erat, & volebat probare per aſpectū corporis. 27. q. 1. nec aliqua. & quod iurat eſt ex ſuperabundanti. & ad cautelam. argu. 34. q. 2. in lectum. Item auditur hic criminoſus teſtis, & turpitudinem ſuam allegans. immo non eſt teſtis, ſed interrogatur de facto ſuo. 4. q. 3. ſi teſtes. §. item ſerui.

§ Probatio admittitur contra violentam præſumptionē.

§ Sent. 4. diſt. 41.

l ¶ *Impedire.*] ‖ talis pollutio non debet impedire eum qui poſſit ducere conſanguineam illius: quia nec fecit ſanguinis commiſtionem: nec carnis vnitatem. Sed quid ſi aliquis reſeraret illas ſeras, & nondum proceſſit ad conſummationem operis: nūquid talis commiſtio carnis impedit matrimonium cum conſanguineis illius? Dic q non: quia nec eſt ibi ſanguinis commiſtio, nec carnis vnitas. §. ea. nullum, &c.

‖ Affinitas non naſcitur ſine carnis cōmiſtione.

7 §. c. de propinquis Sēt. 4. diſt. 41. Pol. l. 6. ti. 4. Bur. l. 7. c. 7. Iuo p. 9. c. 43.

Et hoc.] Casvs. Statuitur hic ne de relictis conſanguineorum vxoris vſque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto vel quinto gradu ducta non ſeparetur. Cap. æqualiter patet.

§ Hug. de S. Vict. de ſacr. l. 2. p. 11. Sēt. ibid. Bur. l. 7. c. 8. Iuo p. 9. c. 44. Pan. l. 7. c. 69.

† al. vtrunque.

Gen. 2.

Sane conſanguinitas.] Casvs. Sicut mulier debet conſanguineos proprij viri vitare: ita & vir cōſanguineas vxoris ſuæ. cum enim vna caro ſint, vtraque parentela eſt illis communis.

Progeniem ſuam.] Casvs. conſanguineam ſuam. vſque ad ſeptimum gradum debet quis vitare: & quamdiu cognoſcunt ſe eſſe affines.

9 in regeſto B. Gre. l. 12. epi. 31. ad Fel.

o Hug. ibi. Sen. 4. di. 40. Pol. l. 6. ti. 4. Bur. l. 7. c. 6. Iuo p. 9. c. 46. Pan. l. 7. c. 76.

a Habetur in ſyno. epo rū 113. in baſilica Cōſtantiniana, c. 11. & 12. Sent. ibid.

† al. ad

IN *copulatione*] CASVS. Conſanguinitatis gradus hic non definitur: ſed quouſque agnoſcuntur, obſeruari iubentur.

N*Vlli ex propinquitate.*] CASVS. Cum conſanguinea non debet quis contrahere vſque ad ſeptimum gradum: nec ſine benedictione ſacerdotis.

Q*Vædā lex.*] CASVS. Petebat Auguſt. vt permitteretur Anglicis contrahere matrimonium ſecundum ius humanum. Et reſpondet Gregor. quòd lex humana permittit commiſceri filios fratrum & ſororum: ſed non ſolet ex talibus proles bona prouenire: & ideo Chriſtiani non debēt in quarto vel quinto gradu propinquis cōiungi.

e Bur. l. 7. c. 2. Iuo p. 9. c. 39. Pan. l. 7. c. 76.

QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Felix Gregorium Anglicis ſcripſiſſe, vt liceret eis in quarto gradu cōtrahere, & quæſiuit vtrum hoc eſſet ius generale? Et reſpondet Grego. ſe illis hoc ſpecialiter conceſſiſſe quamdiu iuxta Apoſtolum eſſent in fide noui: qui de neophytis ait: Lac dedi vobis potum, non eſcam.

3 Cap. l. 6. c. 118.

4 Sent. ibid. Bur. l. 7. c. 13. Iuo p. 9. cap. 48. Pan. l. 7. c. 78.

P*Orro duorum.*] CASVS. Duobus conſobrinis mortuis, quæſitum eſt vtrum eorum vxores vni viro nubere poſſent vna poſt alteram, & reſpondetur quòd non, tum propter canonis prohibitionem, tum propter publicam honeſtatem.

Item Nicolaus Papa ij. Amalphitanæ eccleſiæ ſuffraganeis.

¶ De eodem. C. XVII.

[1] DE conſanguinitate ſua vxorem nullus ducat vſque poſt † generationem ſeptimam, vel quouſque parentela cognoſci poterit. Laicus vero vxorem ſimul & concubinam habens non communicet eccleſiæ.

Item ex concilio Vuormacienſi. c. 32.

¶ Quouſque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur, ſibi inuicem non copulantur. C. XVIII.

[2] IN copulatione fidelium, generationis numerum non definimus: ſed id ſtatuimus, vt nulli Chriſtiano liceat de propria conſanguinitate, ſeu cognatione vxorem accipere, vſque dum generatio recordatur, cognoſcitur, aut memoria retinetur.

Item ex concilio Lugdunenſi. [3]

¶ Ex propinquitate ſui ſanguinis vſque ad ſeptimum gradum nullus ducat vxorem. C. XIX.

[4] NVlli ex propinquitate ſui ſanguinis, vſque ad ſeptimum gradum vxores ducant: neque ſine benedictione ſacerdotis. Qui autem nupturi erunt, à ſacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præſumant.

¶ *Ceteri etiam collectores citant ex Lugdunenſi. In nonnullis Gratiani codicibus eſt,* Ex Lugdenſi. *&* *Bonifacius in epiſtola ad Zachariā Papā mentionem facit ſynodi Lugdunenſis habitæ a diſcipulis B. Gregorij, in qua de inceſtu actum fuerat. Simile habetur in capitul. l. 6. c. 128. In concilio etiam Rhemenſi Troſleiano. cap. 8. inter alia multa leguntur hæc:* Et alibi in canonibus præceptum, vt nemo vſque ad affinitatis lineam, & propinquitatem ſui ſanguinis cōnubia ducat: neque virginibus ſine benedictione ſacerdotis quis nubere præſumat.

Præmiſſis auctoritatibus quiſque prohibetur à coniunctione conſanguineorum vſque ad ſeptimam generationem. Sed obijcitur illud Gregorij ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum. c. 6. [5]

5 Ioan diac. vita B. Gre. l. 2. ca. 37. & 38. Beda l. 1. hiſt. c. 27.

6 Hug de S. Vict. l. 2. p. 11. c. 16. Sent. 4. diſt. 40. Iuo p. 9. ca. 65. 66. Bur. l. 7. c. 19. & 20. Pan. l. 7. c. 56 & 71. Anſ. l. 10. c. 31. Pol. l. 6. tit. 1.

¶ Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. C. XX.

[6] QVædam lex terrena in Romana rep. permittit, vt ſiue fratris, & ſororis, ſeu duorum fratrum germanorum, ſeu duarum ſororum filius, & filia miſceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere: & ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde neceſſe eſt, vt in quarta [a], vel quinta generatione fidelium licenter ſibi coniugantur. Sed idem humillimus pater Gregorius poſt multum temporis à Felice Meſſanæ Siciliæ ciuitatis præſule requiſitus, vtrū Auguſtino ſcripſerit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime ſoluerentur, inter cetera talē reſponſionem reddidit: [7] Quod ſcripſi Auguſtino Anglorum gentis epiſcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo de ſanguinis coniunctione, ipſi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat metuendo auſteriora, recederet, ſpecialiter, & nō generaliter ceteris me certiſſime ſcripſiſſe cognoſcas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas teſtis exiſtit. Nec ea intentione hæc illis ſcriptis mandaui, vt poſtquam firma radice in fide fuerint ſolidati, ſi infra propriam conſanguinitatē inuenti fuerint, non ſeparētur, aut infra affinitatis lineam, i. vſque ad ſeptimām generationem iungātur. Sed adhuc illos neophytos exiſtentes, ſæpiſſime eos prius illicita docere †, & verbis, ac exemplis inſtruere, & quæ poſt de talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apoſtolum, qui ait [Lac dedi vobis potum, non eſcam] iſta illis modo, non poſteris, vt præfixum eſt, temporibus tenenda induſſimus, ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat erueretur, ſed aliquantulum firmaretur, & vſque ad perfectionem cuſtodiretur.

7 Lib. 12. epiſt. 31.

† al. docere vitare.

1. Cor. 3.

¶ *Verba huius capitis vſque ad ver.* Sed idem. *ſunt apud B. Gregorium. Verum ſimul hæc & ſequentia ſunt apud Ioannem Diaconum, in vita B. Gregorij, lib. 2. c. 38. al. 37. Hugo, Burchardus, Iuo, & Pannormia citant, ex epiſtola* Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi ad Felicem epiſcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem B. Gregorij verba in duabus epiſtolis Alexandri ij vna, quæ refertur ab Iuone p. 9. c. 6. & in Pannormia li. 7. c. 55. & 56, altera, quæ refertur 35. q. 5. cap. ad ſedem. Multa autem in hoc capite reſtituta ſunt ex B. Gregorio, & Ioanne Diacono.*

a ¶ [In quarta.] *Apud B. Gregorium, nec multo ſecus apud Ioannem Diaconum eſt,* neceſſe eſt, vt iam tertia, vel quarta generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat. Nam ſecunda, quam diximus, à ſe omnino debet abſtinere, *& hoc modo recitatur in epiſtola. Alexandri 35. q. 5. c. ad ſedem. §. hanc computationem. In altera tamen eiuſdem Alexādri epiſtola, quæ proxima ſuperiore notatione eſt indicata, legitur,* iam quarta, vel quinta. *&. hanc lectionem ſecutus eſt ille, qui hoc loco caſum appoſuit.*

Item obijcitur illud Cabilonenſis concilij.

¶ In quinta, vel ſexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

[8] COntradicimus, vt in quarta, vel in quinta, ſextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem poſt interdictum factum fuerit inuentum, ſeparetur.

8 Hug. ibid. Sent. ibid. Bur. l. 7. c. 18. Iuo p. 9. cap. 34. Pan. l. 7. cap. 70.

¶ *Ex Cabilonenſi citant ceteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib. 5. cap. c. 99. Exceptis autem verbis illis,* vel quinta, ſextaque, *reliqua fere ead. leguntur in concilio Moguntino ſub Carolo, c. 54. & altero Moguntino ſub Rabano, c. 30. & in Vuormacienſi, in prima parte Canonis 78. Nam poſterior pars eſt, c.* ſane conſanguinitas. *ſupra allatum*

9 *Hac auctoritate, dum ſexta generatione interdicitur coniugium, in ſeptima permitti videtur. Sed gradus cognationis ſecundum quoſdam varie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in ſecundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium eſſe, cum vna caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ conſanguinitatis copulam vſque in ſeptimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu: illæ vero quæ vſque ad ſextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atque ita fit, vt eadem perſonæ ſecundum hanc diuerſitatem inueniantur in ſexto, vel ſeptimo gradu. [10]. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur. videtur eſſe contrarium illi decreto Iulij Papæ.* [11] *Sicut non licet vlli Chriſtiano de ſua conſanguinitate vxorem ducere: ſic etiam non licet de conſanguinitate vxoris ſuæ coniugem ducere propter carnis vnitatem.] Similiter etiam inuenitur contrarium illi capiti Gregorij [* [12] *Nec eam, quam ex propria conſanguinitate coniugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum eſt de duabus ſororibus, vel perſonis inter ſe affinitate coniunctis, vt ſunt vxores duorum fratrum, ſi contigerit vnam earum alicui matrimonio copulari, poſt mortem eius vir non poterit affinem ſuperſtitem in cōiugem ducere, niſi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde, qui nouercam alicuius in vxorem duxerit poſt mortem eius vxorem priuigni ducere nō poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait [* [13] *Relictam conſanguineorum vxoris ſuæ, non ait conſanguineam vxoris ſuæ, ſed relictam conſanguineorum vxoris ſuæ) vſque in quartam generationem nullus ducat in vxorem.] Paſchalis vero Papa ij. ſcribens Rhegino epiſcopo, tertium genus affinitatis aſſignat, cuius copula non vltra ſecundum gradum inuenitur prohibita. Ait enim.*

9 Sent. ibid.

10 35. ead. de propinquis.

11 35. c. nullū. § præterea.

12 35. c. nec eam.

13 ſupra eo. & hoc.

¶ Duorum conſobrinorum coniuges vni eidemque nubere non poſſunt. C. XXII.

[14] POrro duorum conſobrinorum coniuges, quāuis diuerſis temporibus, viro vni alteram poſt alterius obitum nubere, ipſa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honeſtatis iuſtitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab vxoris, ſicut à viri cōſanguineis abſtinendum eſt.

14 Pol. l. 6. tit. 4. Anſ. l. c. 34.

Illud autem Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de conſanguinitate viri.

MOde.] Hic ponitur 4. quæſtio.

COnſanguinitas.] CASVS. Interrogatus Iſidorus quare dicit conſanguinitatem in ſeptimo gradu terminari, reſpondet, conſanguinitas in perſonas ſpargitur donec finiatur, & vſque ad ſeptimum gradum obſeruatur: quia tot ætatibus diſtinguitur mũdus, quot hominis ſtatus.

1 Ed Aug. l. 15. de ci. Dei c. 16

DE gradibus.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, hic etiam legendę ſunt arbores & gloſſę earum.

SEries.] CASVS. Sex gradus, computat hic Iſidor. conſtituens filium & filiã truncum, & procedit vſque ad trinepotis filium, quem dicit eſſe ſextum gradum.

† al. generis

AD ſedem.] CASVS. Quidam gradus conſanguinitatis ſecundum leges numerabant, & dicebant conſanguinitatem terminari in ſexto gradu legali: & matrimonium contrahi licite poſt illum gradum. Hunc errorem congregato concilio reprobauit Papa: oſtendens primo diuerſitatem & diuerſitatis rationes inter legalem & canonicam computationẽ. Secundo probat conſanguinitatem protendi vltra ſextum gradum legalem: & hoc per legalem: & hoc per legem, per Gregorij auctoritatem, per arboris rationem, cuius rami vltra protẽduntur vſque in ſeptimũ gradum canonicum: vltra quem cognatio eius non protenditur: nec graduum nomina inueniuntur. Tertio oſtẽdit eos, qui tantum ſex gradus canonicos conſtituunt, in conſanguinitate & in ſententia non differre à canonica ſeptẽ graduũ computatione. in fine prohibet ſub anathemate, ne in quæſtionibus de matrimonio quis computet gradus alio modo quàm hic dicitur in hoc cap.

2 li. 9. etym. c. 5. ſenſus, ñ verba ipſa.

3 Sen. 4 diſt. 40. Bur l. 7. c. 10. Iuo p. 9. c. 46. Pan. l. 7. c. 75.

te videri, vel vxorem, vt poſt mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti ſuperſtes matrimonio copuletur. Demonſtratum eſt, vſque ad quem gradum quiſque à propria conſanguinitate, vel cognatione ſua vxorem abſtinere debeat.

QVÆSTIO IIII.

MOdo quæritur, quare vſque ad ſextum gradum conſanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita ſcribit Iſidorus Etymologiarum lib. 9. c. 6.[1]

¶ Quare vſque ad ſextum gradum conſanguinitas obſeruetur.

C. I.

[1] COnſanguinitas, dum ſe paulatim propaginum ordinibus dirimens, vſque ad vltimum gradum ſubtraxerit, & ꝓpinquitas eſſe deſierit, eam rurſus lex matrimonij vinculo repetit, & quodãmodo reuocat fugientem. Ideo autem vſque ad ſextum generationis† gradum conſanguinitas conſtituta eſt, vt ſicut ſex ætatibus mundi generatio, & hominis ſtatus finitur: ita propinquitas generis tot gradibus terminaret.

¶ Caput hoc emendatum eſt ex B. Auguſtino lib. 15. de ciuit. Dei, c. 16. vnde primo videtur ſumptum.

QVÆSTIO V.

DE gradibus vero conſanguinitatis, quomodo computandi ſint, Iſidorus ſic loquitur.[2]

¶ Quomodo dirimuntur gradus conſanguinitatis.

C. I.

[2] SEries conſanguinitatis ſex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, q. eſt frater, & ſoror, ſit ipſe trũcus: illis ſeorſum ſeiunctis, ex radice illius trũci egrediuntur iſti ramuſculi, nepos, neptis primus: pronepos, proneptis ſecundus: abnepos, abneptis tertius: atnepos, atneptis quart⁹: trinepos trineptis quintus: trinepotis fili⁹, & trinepotis filia ſext⁹.

¶ Burchardus, & Iuo, & auctor Pannormiæ, qui citant partim Iſidorum partim ex dicto Iſidori, ex hoc, & cap. cõſanguinitas. 3. q. 4. vnum caput faciunt, & habent, Series conſanguinitatis, ſeptem gradibus, &c.

Item Alexander Papa 2. omnibus epiſcopis, & clericis, necnon iudicibus per Italiam conſtitutis.

¶ Sic eſt emendatum ex Hugone, Anſelmo, & Polycarpo, qui hanc eandem epiſtolam recitant, Ab Iuone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epiſtolæ eiuſdem Alexandri eodem cum hoc argumento, ſcripta clericis Neapolitanis, ſiue, vt in Pannormia Metropolitanis. Et apud Grattanum Porro *erat coniuncta vtraque inſcriptio, hoc modo:* Neapolitanis, clericis, & omnibus epiſcopis, atque iudicibus per Italiam conſtitutis. *Ex iiſdem vero Hugone, Anſelmo, & Polycarpo multa in toto hoc capite ſunt emendata.*

¶ Quomodo ſint computandi gradus conſanguinitatis. C. II.

4 Hug. ibid. Polyc. ibid. Anſl. l. 11. ca. 92. Iuo p. 9. c. 6. Pan. l. 7. c. 55.

[4] AD ſedem Apoſtolicam perlata eſt quæſtio nouiter exorta de gradibus conſanguinitatis: quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eoſdem propinquitatis gradus contra ſacros canones, & eccleſiaſticum morem numerare nituntur, nouo, & inaudito errore affirmantes, quòd germani fratres, vel ſororis inter ſe ſint in ſecunda generatione, filij eorum, vel filiæ, in quarta: nepotes, vel neptes eorum, in ſexta. Talique modo progeniem computantes, & in huiuſmodi ſexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps viros, ac mulieres inter ſe poſſe nuptialia iura cõtrahere. Et ad huiuſmodi profanum errorem confirmandum in argumentum aſſumunt ſæculares leges, quas Iuſtinianus Imperator promulgauit de ſucceſſionibus conſanguineorum. [5] Quibus confiſi, oſtendere moliuntur, fratres in ſecundo gradu eſſe numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in ſexto. Sic ſeriem genealogiæ terminantes, numerationem ſanctorum patrum, & antiquam eccleſiæ computationem ad nos vſque perductam peruerſa quadã calliditate diſturbare nituntur. Nos vero Deo annuente hanc quæſtionem diſcutere curauimus, in ſynodo habita in Lateranenſi conſiſtorio, cõuocatis ad hoc opus epiſcopis, & clericis, atque iudicibus diuerſarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & ſacris canonibus, diſtincte inuenimus ob aliam, atque aliam cauſam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus ſiquidem ob nihil aliud ipſorũ graduum mentio facta eſt, niſi vt hæreditas, vel ſucceſſio ab vna ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, vt aperte monſtretur, vſque ad quotam generationem à conſanguineorũ ſit nuptiis abſtinendum. Ibi pręſcribitur, vt hereditas propinquis modo legitimo conferatur: hic vero, vt rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus diſtincte non numerantur gradus, niſi vſque ad ſextam: in canonibus autem vſque ad ſeptimã diſtinguuntur generationem. Hac igitur de cauſa, quia hereditates nequeũt deferri niſi de vna ad alteram perſonam: idcirco curauit ſæcularis Imperator in ſingulis perſonis ſingulos præfigere gradus. Quia vero nuptiæ ſine duabus non valẽt fieri perſonis, ideo ſacri canones duas in vno gradu conſtituere perſonas. Vtrũque tamen computationem, ſi attente, ac ſubtiliter perſpecta fuerit, idem ſenſiſſe, & eamdem eſſe in eis ſententiam, atque ad eumdem terminum cõuenire manifeſtiſſimum erit. Iuſtinianus namque vſque ad quem gradum conſanguinitas ipſa perduret, in ſuis legibus non definiuit. Canones vero vltra ſeptimã, nullam numerauere generationẽ. Sexto quippe gradu determinato, in ipſis legibus ſubintulit Imperator. [Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus. [6] Generata quippe perſona ſemper gradum adiicit.] Ecce in his breuibus verbis aperte oſtenditur, tales gradus, quales iſti computant, non tantum vſque ad ſextum, verumetiam vltra numerari debere, quippe cum vltra ſextum vlteriores gradus numerandos eſſe decernat. Vbi enim vlteriores nominat gradus, aperte indicat non ſex tantummodo eſſe gradus, ſed ſex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipſe firmauerit Imperator, & decimo etiam gradu conſanguineos ſibi inter ſe poſſe ſuccedere. Cum decimum nominat, non eſſe tantummodo ſex luce clarius confitetur. Hi

5 Inſtit. l. 3. tit. 5. & 6.

6 c. vlt. 6. Iſido. etym. 9. c. 5

ergo euigilent, & aciem mentis, ſi poſſunt intendãt, quos hactenus iſtiuſmodi perculit error. Enimuero, vbi ſecundum leges inter agnatos, vel cognatos deferrur ſucceſſio, conſanguineos eſſe non dubium eſt. Neque enim ſibi ſuccederent, niſi inter ſe parentelæ vinculo tenerentur. Succedunt autem inter ſe, teſte Iuſtiniano, in decimo gradu: conſanguinei igitur ſibi ſunt, qui ſibi ſuccedunt. Quòd, ſi in decimo gradu conſanguinei ſibi exiſtunt, non eſt terminata conſanguinitas (vt iſti fatentur) in ſexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, ſicut iſti numerãt, aut finitur conſanguinitas in ſexto gradu, aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus iſti nituntur, quæ in decimo gradu ſibi ſuccedere conſanguineos iubent. Quòd ſi nõ finitur conſanguinitas in iſto ſexto gradu, falſidici erũt iſti, qui vltra illum ſextum gradum nolunt computare conſanguinitatem. Igitur aut leges erũt falſæ, aut iſti, qui ſic finiunt generationem. Sed, vt veridicæ leges, & veraces ſint canones, dicamus hoc, quod veritas habet: ſcilicet, quòd non terminatur conſanguinitas in huiuſmodi ſexto gradu, ſed terminatur ſecundũ canones in ſeptimo gradu. Vtraque enim computatio, ſicut ſuperius diximus, vno fine concluditur. Namq; duo gradus legales vnũ gradum canonicum conſtituunt. Fratres itaque, qui ſecundum ſæculares leges dicuntur in ſecundo gradu [1], iuxta canones numerantur in primo. Filij fratrum, qui illic numerãtur in quarto, hic computantur in ſecũdo: nepotes vero, qui in ſexto ibi, iſtic numerantur in tertio: ſic deinceps, qui in legibus ſcribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atq; hoc modo de reliquis ſentiendum eſt, vt qui ſecundum canones dicuntur in ſexto, vel ſeptimo, ſecundum leges accipiantur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentiſſimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione coniungi fideles debeant, ipſas ſæculares leges in teſtimoniũ adducẽs, Auguſtino Anglorum epiſcopo ſic reſcripſit [2 Quædam terrena lex in Romana rep. permittit, vt ſiue fratris & ſororis, ſiue duorum fratrum germanorum, ſeu duarum ſororum filius & filia miſceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolẽ non poſſe ſuboleſcere. Vnde neceſſe eſt, vt iam in tertia, vel in quarta generatiõe copulatio fidelium licẽter ſibi cõiungi debeat. Nam à ſecunda, quam prædiximus, omnimodo debẽt abſtinere.] Ecce hic apperte mõſtratur filios & filias fratrum in ſecũda generatione numerari. Et, ſi fratrum filij, & filiæ numerantur in ſecunda, fieri non poteſt, vt ipſi fratres non ſint in prima. Quod ſi fratres computantur in prima, filij eorũ in ſecunda, dubium non eſt, quin eorum nepotes ſint in tertia, pronepotes in quarta, & ſic de reliquis vſq; ad ſeptimam. Sed ſunt quidam, qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, vt in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occaſionem accipiunt illicita matrimonia contrahẽdi, dicentes ſe hoc iuſte facere poſſe, quod prudentiſſimus doctor ſua ſententia diffiniuit. Iſti itaque qui ſe hoc velamento defendere nitũtur, aduertant in eiuſdem patris ſententiis, hoc non generaliter cunctis, ſed ſpecialiter Anglorum genti mãdaſſe. Nam poſtmodum à Felice Meſſanæ Siciliæ præſule requiſitus, an hoc, quod Auguſtino mãdauerat, generaliter cunctæ eccleſiæ tenendũ eſſet, apertiſſime firmauit, non aliis hoc, quàm illi genti mandaſſe: ne bonum, quod cœperant, metuendo auſteriora, deſererẽt: ſed & illis, poſtquam in fide eſſent firma radice ſolidati, & vniuerſali Eccleſiæ cenſuit ſemper eſſe tenendum, vt nullam de propria conſanguinitate, vel affinitate infra ſeptimam generationem aliquis ſibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monſtratum eſt, & ex verbis ipſius legis, & auctoritate prudentiſſimi Papę Gregorij, quid de gradibus conſanguinitatis numerandis ſentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipſos reuincat aduerſarios. Nam ſi, vt ipſi fatentur, in illo ſexto gradu conſanguinitas finiretur, omnes perſonarum ramuſculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut ſuperfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes, qui in prædictæ arboris pictura numerantur, ex vna parentela conſiſtunt, numquàm ſine diminutione conſanguinitatis à ſe poterunt ſeparari: veluti non ſine damno cuiuſque perſonæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque ſacrorum præceptio canonum, quæ iubet à propria abſtineri conſanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ diſcrepat computatione. [3] Nam in ſeptem gradibus, ſi canonice, & vſualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Vltra quos nec conſanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec ſucceſſio poteſt amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne vero in hac cõſanguinitatis computatione, aliqua de hinc valeat ambiguitas remanere, aliam, quam quidam faciunt numerationem in hac etiam diſputatione duximus finiendam†. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, ſed à filiis eorum, id eſt, patruelibus, vel conſobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quaſi quidam trũcus, ex quo ceteri ramuſculi oriuntur, exiſtunt. Sed nec iſta graduum computatio, ſi bene intellecta fuerit, ab ea, quam ſuperius expoſuimus, in ſententia poterit eſſe diuerſa. Iſti enim, qui numerandi initium ſumunt à filiis fratrum, non progrediuntur vltra ſextam generationem: ſed ſicut totius mundi ſex ætates exiſtunt, & humanæ vitę itidem ſex: ita & in conſanguitate ſex tantummodo autumant computandas eſſe generationes: quibus finitis, nouæ coniunctionis dicunt poſſe fieri initium, vt quaſi fugientem poſſint reuocare cõſanguinitatem. ¶ [4] Hæc itaque computatio, quæ incipit à fratrum filiis, & numerat vſque ad ſextam generationem, tantumdem valet, quantum ea, quę incipit à fratribus, & computat vſque† ad ſeptimam. Nec vlla in ſenſu exiſtit diuerſitas: quamuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio, ſi initium numerãdi ſumat à fratribus, ſeptima inuenitur: ſi à filiis fratrum, reperitur ſexta. Taliter igitur determinatis gradibus conſanguinitatis, Apoſtolica vos auctoritate monemus fratres, & filij, vt omnibus ſic ſeriẽ genealogiæ computandam eſſe intimetis, quemadmodum ſancti patres numerandam eſſe ſanxerunt, & antiquiſſimos ſanctæ, & vniuerſalis eccleſiæ per longa tempora olim computaſſe monſtratur. Nam, ſi quis peruerſa, & obſtinata mente à recto tramite Apoſtolicæ ſedis deuiare voluerit, & aliter, quàm nos, in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit†, primum pro ſua temeritate cæleſti pœna plectetur: poſtmodum vero gladio perpetui anathematis ſe nouerit iugulandum. Data Romæ, &c.

[1] Concord. Ale de Im in l. ſi aux frater in ſi. C de ſuc. edi.

[2] ꝫ c q. 2 & 3 ꝫ. quędã lex.

[3] ꝫ c q 2. & ꝫ c. in copulatione.

† al. diſceptandam

[4] ꝫ c q 4. c. conſanguinitas.

† al. computat ſeptemam

† al. attentauerit

Item

POrro.] Casvs. Aſſignatur hic ratio quare affinitas obſeruetur: quia vir & vxor ſunt vna caro, & ideo vxoris meæ cōſanguinei in eodem gradu ſunt affines mihi, & meorũ conſanguineorum vxores ſunt mihi affines, & affines vxoris meæ ſunt vitãdi in omni gradu vt mei conſanguinei. ꝑ aliud dicit. tanquam Antichriſtus eſt vitandus.

PRimo gradu.] Casvs. In hoc ꝶ. proſequitur Iſidorus legalem graduum computationem vſque ad ſeptimum gradum, oſtẽdens in quo gradu ſunt perſonæ.

1 Sent. 4. di. 41. Pol. ibid.

† al. filia

† al. vſque modo vtrique

Item Gregorius Papa.

¶ Quare conſanguinitas vxoris ad virum pertinere dicatur, & quomodo affinitas ſit computanda. C. III.

1 POrro de affinitate, quam dicitis parẽtelam eſſe, quæ ad virum ex parte vxoris, ſeu quę ex parte viri ad vxorem pertinet, manifeſtiſſima ratio eſt: quia, ſi ſecũdum diuinam ſententiam ego & vxor mea ſumus vna caro, profectò mihi, & illi mea, ſuaq; parẽtela ꝓpinquitas vna efficitur. Quocirca ego & ſoror vxoris meæ in vno & primo gradu erim⁹: fili⁹ † vero eius in ſecondo gradu erit à me, neptis vero tertio: idque † vtrinque in ceteris agendũ eſt ſucceſſionibus. Vxorẽ vero propinqui mei, cuiuſcunque gradus ſit, ita me oportet attẽdere, quemadmodũ ipſius quoq; gradus aliqua femina propriæ propinquitatis ſit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri ſui in cunctis cognationis gradibus conuenit obſeruari. Qui vero aliorſum ſentiunt. Antichriſti ſunt: à quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto aperti⁹ deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

¶ In Polycarpo caput hoc item, ac ſequens recitatur ex Zacharia. At ſane Gratianus in extremis verbis ſequentis capitis indicat caput hoc fuiſſe etiam Zachariæ.

Item Zacharias Papa.

¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. C. IIII.

2 Sent. 4. di. 40. Pol. ibid.

2 PArentelæ gradus taliter computamus. ſiquidẽ ego & frater meus vna generatio ſumus, primũque gradum efficimus, nulloq; gradu diſtamus. Rurſus filius meus, fratriſq; mei filius ſecunda generatio ſunt: ac gradum ſecundum faciunt, nec à ſe aliquo gradu ſeparantur, Atq; ad hunc modum ceteræ ſucceſſiones numerãdæ ſunt. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam, &c. *vt ſuperiore capite Gregorij.*

Item Alexander. Papa ſecundus.

¶ Aequiuocatio eſt, cum ſoror vxoris cognata vocatur. C. V.

3 Ex Iſid. l. 9. etim ol. l. c. ſi. Sen. 4. di. 41. Polyc. ibid.

† al. fratria

3 QVòd autẽ frater, ſororue vxoris tuæ cognati tui dicũtur, æquiuocationis iure ſit, & neceſſitate vulgaris appellationis potius, quàm vlla cauſa cognationis. Vxor enim fratris fratriſſa † potius, quã cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorũ autem fratrũ vxores vocantur ianitrices*, quaſi eamdem ianuam terentes, vel per eandem ianuam intrantes. Viri ſoror glos appellatur. Sororis autem vir non habet ſpeciale nomen, nec vxoris frater.

¶ In polycarpo etiam refertur proxime poſt c. ad ſedem. vt ad eumdem Alexandrum pertinere videatur. A verbo autem vxor, vſque ad finem habentur apud Iſidorum, lib. 9. c. ſi.

** ¶ Ianitrices.] Ita etiam legebatur in l. non facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato eſſet reſtitutus, lib. 2. diſp. cap. 23. Quamobrem nihil mirandum, ſi Iſidorus, aut alius quiſpiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa eſt, ꝗ ꝑ vtriꝗ.*

Item Iſidorus. [4]

4 Iſi. l. 9. c. 5. in ſent. Iulij Paul. li. 4. ti. 11. ꝟ gradib.

¶ Nomina graduum ſuperiorum, ſiue inferiorum, ſiue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, ſuperiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia: quibus nullæ aliæ perſonæ iunguntur. ¶ [5] Secundo gradu continentur, ſuperiori linea auus, auia, inferiori nepos, neptis: tranſuerſa frater, ſoror: quæ perſonæ duplicantur, Auus enim & auia tam ex patre, quàm ex matre accipiuntur. Quæ perſonæ ſequentibus quoque gradibus ſimiliter pro ſubſtantia earum, in quo gradu conſiſtunt, ipſo ordine, duplicantur. [6] [Iſtæ perſonæ ſecundo gradu ideo duplices appellãtur: quia duo aui ſunt paternus, & maternus.] Idem duo genera nepotum ſunt, ſiue ex filio, ſiue ex filia procreati. Frater & ſoror ex tranſuerſo veniunt, [id eſt, * aut frater patris, aut frater matris: qui aut patruus, aut auunculus nominatur:] qui & ipſi hoc ordine duplicantur.

5 Hug. de S. Vict. par. 11. lib. 2. c. 14. But. l. 7. c. 18. Iuo p. 9. c. 64. Pan. l. 7. c. 89.

6 Anianus interpres Pauli.

¶ Tertio gradu veniũt ſupra proauus, proauia, infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, ſororiſque filius, filia, patruus, amita, ideſt, patris frater & ſoror, auunculus, matertera, ideſt, frater matris & ſoror.

¶ Quarto gradu veniunt ſupra abauus, abauia, infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & ſororis nepos, neptis, frater patruelis, ſoror, patruelis, id eſt, patrui filius: filia: conſobrinus, conſobrina, id eſt, auunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, ideſt, amitæ filius filia: itemque conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcuntur: quibus accreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, aui paterni frater, & ſoror, auunculus magnus, matertera magna, id eſt, auię tam paternæ, quàm maternæ frater & ſoror.

¶ Quinto gradu veniunt, ſupra quidem atauus, atauia, infra atnepos àtneptis. Ex obliquo fratris, & ſororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ filius filia, propior conſobrinus † propior conſobrina †, ideſt, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia: his accreſcunt propatruus, proamita.

† al. ſobrinus

† al. ſobrina

¶ Hi ſunt proaui paterni frater & ſoror, proauunculus, promatertera.

¶ Hi ſunt proauiæ paternæ, maternæque frater, & ſoror, proauique materni. [[7] Hæc ſpecies nec aliis gradibus, quàm ſcripta eſt, nec aliis vocabulis declarari poteſt.]

7 Anianus interpres.

¶ Sexto gradu veniunt, ſupra tritauus, tritauia, infra trinepos trineptis. Ex obliquo fratris, & ſororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnę nepos, neptis, id eſt, proprioris ſobrini filius, filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere accreſcunt, propatrui, proamitæ, proauunculi, promateterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi ſunt abaui paterni frater, & ſoror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi ſunt abauiæ paternæ maternæque frater, & ſoror, abauique materni.

¶ [8] [Hæc quoque explanari amplius non poteſt, quã vt auctor ipſe diſſeruit.]

8 Anianus.

¶ Septimo gradu, qui ſunt cognati recta linea ſupra, infraque propriis nominibus non appellantur: ſed ex tranſuerſa linea continentur fratris, ſororiſque atnepos, atneptis, conſobrini filij, filiæque.

¶ Succeſſionis idcirco gradus ſeptem cõſtituti ſunt, quia vlterius per rerum naturam nec nomina inueniri, [9] nec vita ſuccedentibus prorogari poteſt. [10] [In his ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec ſucceſſio poteſt amplius propagari.

9 Anianus.

10 idẽ Ale. ꝟ in ius voca. cari co⁰ 3. ff. de in ius vo. & plene ꝗ ſm. in l. ſi ve 10 ꝟ. d vtro. ff. ſol. ma. & gl in ꝟ. pen. in a. d grad.

¶ Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro ſententiarum Pauli, additis non vno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraque tamen habentur etiam apud Iſidorum, lib. 9. c. 5.

** ¶ id eſt, aut frater.] Hæc vſque ad ver. Qui & ipſi, non ſunt loco indicato: ſed tantum apud collectores.*

De gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis. quot ſunt. quomodo computandi. quibus etiam appellentur nominibus. auctoritate Iſidori atque Gregorij, & Alexandri ſufficienter monſtratum eſt.

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra.

Laua dat vxores, dat tibi dextera mares.

Figura præſens arborea licet ad ſeptimum deberet gradum protendi, cum vſque ad eum ſecundum decreta ſit prohibitio coniugalis. 35.q.3.c. de affinitate. & extr. de cland. deſp. c. cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipſa coniugalis prohibitio eſt in tribus poſtremis gradibus reuocata, vt d. ca. cum inhibitio. & de conſang. & af. cap. non debet ideo vſque ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipſum graduum cognitioné quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit illã etiam vſque in gradum centeſimum, & eo amplius ſi opus ſit, deducere poterit. Quàm aptiſſime hæc imprimatur, tum cõſanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet q huiuſce cauſæ trigeſimæ quintæ canones & legit, & intelligit.



Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo prouenieus, quòd vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendẽtium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, vel vnitum, & ſanguine, quaſi ſanguinis vnitas. Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguẽs. & eſt triplex, ſcilicet graduũ deſcendentiũ, aſcendentium, & collateralium. Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

Conſanguinitas per tres regulas declaratur.

PRima regulã magiſtralis pro linea recta. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio (Petrucium eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies) vtroque computato & intermediis, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quattuor ſunt gradus: & ſic de aliis.

¶ Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum ſtipitem inter P & pronepotem propatrui, (nã illi ſunt in linea æquali:) quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

¶ Pro arbore conſanguinitatis ſecundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

¶ Prima in linea recta aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit quàm computatio Decretiſtarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

Circa

Irca lecturam Arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus. Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum, & verſuum obſcuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. Andr. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis & affinitatis ignotam, nota & habentibus notam, ex oculorũ inſpectione notiſſima fieret: antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundo an ſit authentica. Tertio ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primę queſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. probatio enim ad oculum alias vincit. inſt. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione, extr. de don. Apoſtolicæ. ver. fi. Hinc eſt quòd agrorum mentio ſubiicitur oculis. 16. q. 3. inter. de præſcri. quia indicante. C. fin. reg. l. 3. Ventris inſpectio: an mulier ſit prægnans. ff. de ven. inſp. l. 1. in prin. Locorum pudititiæ inueſtigatio, an mulier ſit uirgo. extr. de prob. propoſuiſti. an arcta. de frig. & mal. fraternitatis. vel aliter impedita. eo. tit. ex litteris: Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio. ff. de fer. l. 2. Et litteræ Papales an ſint veræ vel falſæ. de crim. fal. licet.

oculis multa ſubiiciuntur.

¶ Ad ſecundum dic, quòd arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſid. & Alexand. 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertium dic, quòd quia in decretis de cõſanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborẽ ponere. & quia in decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validũ ſatiſque famoſum, quod repetita lectio probat. C de emend. Iuſt. Cod. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

Einde ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primo quæritur quid ſit conſanguinitas. & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur quomodo arbor formetur: & quare ſic formetur, & quare ſic punctetur. & interſeremus regulas per quas cognoſcuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones.

conſanguinitatis diffinitio.

¶ Ad primum dico, quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eadem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas, à con & ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt. Et quo ad probationem coniugij non diſtinguo an tales conſanguinei ſint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod eſt expreſſum ext. de prob. per tuas.

Lineæ diffinitio. & eius multiplicitas.

¶ Linea vero eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens & numeros diſtinguens. Et eſt triplex linea, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium & collateralium, vt ſ. patebit. vt ff. de gradi. l. 1. & l. iuriſconſultus.

Gradus deſcriptio.

¶ Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuiuium: quia ſita gradimur de proximo in proximum. ff. de grad. iuriſconſultus. §. gradus.

Arboris conſanguinitatis formatio

¶ Formatur autem ſic arbor. Primo vide cellulas aſcendentium: ſecundo deſcendentium: demum collateralium. Aſcende ſuper cellulam vacuam: quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellulæ (exceptis his quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filij, & ſic de ſingulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij trũcum. Nos autem à nomine bidelli noſtri vocamus eam Petrucium. Et ſcire debes, quòd competẽter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diuiderentur directè per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, &c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia poſiti à latere dextro deſcendunt à maribus, & econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens pater mater, & vnum punctum ſupra, & vnum infra. Supra illam eſt cellula auus auia, continens duo puncta ſupra, & duo infra. Supra illam eſt cellula proauus proauia, continens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illam eſt cellula abauus abauia, habens quattuor ſupra, & quattuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua, eſt cellula habens filium & filiam, & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habẽs nepotem & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſupra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta ſupra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quod punctorum numeratio, eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum quo inſtruimus in matrimoniis, quæ licite contrahi poſſint necne: & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipue lex minor eſt canone extr. de ſec. nupt. c. vlt. & penult. Vides autem ex pũctatione prædicta, quòd in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrumque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adiicit.

Ius canonicum eſt excellentius ciuili.

Regula lineæ rectæ.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantuum diſtat abauus à Petrutio: vtroque computato & intermediis, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quattuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas: & ſic quatuor ſunt gradus. Si velis ſcire quod diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quòd iſte P. non habet totam ſuam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes: quatuor auos: octo proauos: ſedecim abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea eſt perpetua.

¶ Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffr. in ſum. de conſ. & aff. §. item quantum. quòd non, per decr. non debet. e. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 5. progeniem. & duob. c. ſeq. in quibus dicitur, quòd olim non ſolum vſque ad ſecundum gradum, ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ. extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſtit. de nupt. §. 1. ff. de rit. nupt. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

regula collateralium.

¶ Ad collaterales tanſeamus, & ad fratrem & ſororem: & cauſa breuitatis proſequendo ſolam partem mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per ſe patet, dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris fratris, filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges.

Fratris

Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecũdum canones: in quinto ſecundum leges: & ſic debet eſſe vtraque punctatio,& iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequẽter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita:ex illa frater patruelis & amitin⁹,ſoror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis etiam ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem, & habet illos patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnũ, & materteram magnam. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorumdem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo à proauo tertio, & à propiori ſobrino tertio: & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto, à propiori ſobrino quinto, & à filio ſexto, à nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filiis, ſcilicet propatruo, proauo & proauũculo. de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horũ nepos neptis, ex illa eorumdem pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu, quia P. diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe vtraque punctatio.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

¶ Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

¶ Collateralium in linea æquali quarto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe vel ſibi attinent: hoc ſecundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Secundum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione, quòd prædicti P. & pronepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones vero duæ perſonæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundũ canones, in ſecundo ſecundum leges: ſed computatio eorum ob aliud fit quàm noſtra. 35. quæſt. 5. cap. 2. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quòd in æquali linea collateralium ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis: non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda, vel iiij. diſparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradus, in ſecunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non eſt ſecundum canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primũ, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Nunc reſtat videre de collateralibus in linea inæquali de quibus traditur talis regula ſecũdum canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciẽdo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inequali, computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in deſcendentibus vſque ad lineam æqualitatis: & hoc eſt quod dicimus, quòd perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos & pronepos omnes diſtant iiij. gradu à P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateraliũ in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. vnde P. à ſtipite diſtat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradũ. Vides ex ſupradictis quòd P. nõ poteſt contrahere cũ aliqua de arbore. Diſtat enim à ſummo, ſcilicet ab auo: ab imo, ſcilicet à nepote, ab extremis collateraliũ, ab omnibus his quarto: à mediis citeriori per quod ſatis patet, quod cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremis in collateralibus: vt puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen conſanguinitas. Prohibitio enim, quæ per ius poſitiuum proceſſerat, potuit tolli: ſed naturalia ſunt immutabilia. 5. diſt. in prin.


¶ Scire debes, quòd communiter dicũt doctores, quòd abauus & proauus & auus ſunt bigami, dicentes, quòd ſi non eſſent bigami, non poſſent filii eorum cõiũgi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de aliis cellulis duplicibus, quòd perſonæ earum eſſet bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quattuor perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus. vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu, non vt eos coniuges denõtaret. Sciendum eſt etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali, & ego poſſum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiue, Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt cõtrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu, & non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.

Quæſtio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales quorum vnus eſt in quinto & alter in primo, puta filia P. & propatruus poſſint adinuicem contrahere? Dicit hoſtien. quòd non. & hoc not. extra eod. quod dilectio. & c. tua. & in ſumma huius titul. de cõſang. §. numquid. in v. & j. quod per ſua argumenta nititur probare ſic, ſcilicet pater & filius vna perſona cenſentur. C. de impub. & aliis ſubſtit. l. vltim. ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite, ſic nec cum filiis ſtipitis. benefacit prædicta decret. tua. vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex gloſſ. quam ponit s. eod. titul. cap. vltim. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc eſt veriſſimum, quod probant verba regulæ poſitæ s. eod. cap. vltim. dum dicit ibi, deſcendentium ab eodem. ſed certum eſt, quòd propatruus deſcendit à ſtipite. Præterea aut dicis quòd eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum eſt filium P. non deſcendiſſe à propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt, quòd iſti diſtant quinto. quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video. Ioan. Andr.

Mult

Multa dies, variuſque labos huiuſce parauit
Artis notitiam: qua modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de grad. cogn. non facile. §. affines.

¶ Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ c. diſcretionem. & c. penult. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſ. & aff. quod ſuper his.

¶ Regula. Quotieſcumque inter vnam perſonarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

¶ Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto poteſſem contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt nec fuit conſanguinitas.

AD Arborem Affinitatis & eius materiam tranſeamus. Et primo videndum eſt quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

Affinitatis definit.o.

¶ Eſt affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptiis:& requiritur ſecundum leges, quòd legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi.l.non facile.§. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur. & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ea.l.§. affines.

Affinitas per coitum nefarium contrahitur.

¶ Sed quod per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cogn.conſ.vxo.ſuę.c.diſcretionem.& c.tit.c.penult. Sed conſideratio legis fuit circa hereditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere.ff.de gradi.l.iuriſconſultus.in princ.& ff.de teſti.l.3.& 4.q.3.§.item in criminali.verſ.item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quòd concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona qua mediante contrahitur, 35.q.10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris. 35.q.3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶ Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine:& publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt, ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc ideo quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quòd poſſis contrahere cum illa, non obſtante quòd ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitas, non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi quòd poſſis cum tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo quòd deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu,& non obſtante quòd eſt tibi affinis in quarto pro eo quòd dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimoniũ procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoſcitur.

¶ Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum, Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis & ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis,& ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extr.de conſ.& af.c.non debet. hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. Eſt igitur videre de gradibus. Certum eſt, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & illo vſque ad iiij. gradum: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum, ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier: vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas quas tradidi, in proxima arbore: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere.

Affinitatis gradus computantur ſicut gradus conſanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quattuor cellulæ,& in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo primus gradus affinitatis,& ſic de ſingulis. Ad primum dic, hoc fuiſſe vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex conſanginitate, & quòd ab vtroque ſexu virili & feminco affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic, attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur, vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis,& frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis,& ſic de aliis. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulas continens in prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quattuor cellulas: in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta, in ſecunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quattor cellulæ: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt alię quatuor: prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à ſiniſtris, relicta relicti ſororis, quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem,& ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris,& terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quę oritur in cellula ſororis. & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

Quæſtio.

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula, vxor fratris, ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiuſdem lineę? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulã, quæ ponitur ad dorſum illius.q.d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere cum ſorore, nunquid poteſt? Olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere,& primo gradu: hodie vero poteſt. Idem ſit repetitum quo ad cellulam viri ſororis.

Regula magiſtralis gradus affinitatis, & genus manifeſtans.

¶ Ad cognoſcendum ergo gradus affininitatis & genus tam per formam arboris quàm ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralem, Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum,& inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis,& eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris & virum,& conſanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitas cauſa. Item inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum & conſanguineos viri & ipſam mulierem. extr. de conſ. & af. q̃d ſuper his. Primi generis quare dixerim, etiam ex ſuperioribus patuit,& eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. vide hoc in arbore. nam frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri in

tri in primo gradu affinitatis,& ſic vxor fratris ſorori,& ſic filia ſororis eſt filio fratris,& ipſi fratri ĩ ſecũdo gradu conſanguinitatis, maritus eius in ſecundo gradu affinitatis,& econuerſo & ſic in reliquis. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri & omnibus deſcẽdẽtibus,qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo,quia toto gradu cõſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. Qui ſunt in arbore,ideo dixi,quia ſi pronepos fratris haberet filium,ille excederet lineam æqualitatis,& ſic attinet quinto gradu ſecundum regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas notabilia declaratur. ¶ Poſt hoc notãdum eſt,illud preciſe nõ ſequitur ego & tu ſumus affines:ergo filius,quẽ procreo,eſt tibi affinis. Nam interdũ filius meus mutat genus attinentiæ,quia ego ſũ tibi affinis, & ipſe conſangineus interdũ nil attinet tibi,interdum mutat gradum,interdũ nec mutat gen⁹,nec gradum. Exemplum, ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionẽ mei,quia ſcilicet contraxi cũ conſanguinea tua,ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo,ille eſt tibi conſanguine⁹, nõ affinis. ſed ſi ego maritus cõſanguineæ tuę ex alia muliere filiũ procreo,ille nec eſt tibi cõſanguineus, nec affinis. Si vero tu conſanguineus vxoris meę filiũ procreas,hic filius nõ mutat genus attinẽtiæ,quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis. ſed ſi tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel in æquali,& eras remotior, qua tu eras in tertio,ipſa in ſecundo vel primo: tũc ipſe filius mutat gradũ qa tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis cõſanguinei in linea inæquali, ſed vxor mea erat remotior,vt quia ipſa in tertio,& tu in ſecũdo:tũc fili⁹ tuus nõ mutat gen⁹ nec gradũ, qa tu mihi affinis, & ipſe affinis: tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item nota q̃ iſtud etiã non ſequitur,ego & tu ſumus affines, & ego nõ poſſũ accipere filiam tuam,ergo nec tu meam: quia ſi habeam conſanguineam tuam in vxorem,tu bene potes contrahere cũ filia mea, quã habui ex alia muliere. quia affinitas non contrahitur inter cõſanguineos viri,& conſanguineos mulieris,ſed inter virũ & conſanguineos mulieris,& inter mulierem & cõſanguineos viri,vt dixi,& ꝓbatur extr. ð cõſ. & aff. quod ſuper his. Sed ego nõ poſſum cõtrahere cum filia tua,niſi forſan illa excederet quartum gradum, vt quia eſſet in quinto,& eſt ſimile ſecundum quod dixi ſupra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio ¶ Nunc quæritur an affinitas inter aſcendẽtes & deſcendentes habeat perpetuam prohibitionem,an extendatur tantum vſque ad quartũ gradum? Et ſi teneremus opin. Goffr. de qua dixi ſupra in arbore proxima circa medium, diceremus quòd vſque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus. quòd prohibitio ſit perpetua. *Inter aſcendentes & deſcendentes eſt ꝑpetua.* Dicit enim text. quòd ita abſtinere debemus à conſanguineis vxoris,vt à propriis. ext. de conſ. & af. cap. 1. 3.5. quæſt. 3. de propinquis. & cap. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes & deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem inſtit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quòd tales affines aſcendentes & deſcendentes habentur loco parentum & liberorum. ff. de grad. l. non facile. §. & retro. in fi. Eodẽ modo poſſet formari quęſtio de affinibus quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto ſicut in conſanguineis dixi ſupra in arbore proxima,in fi. An autem liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas, ſcilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſſint, de hoc vide not. ext. de conſ. & af. c. non debet.

Conſanguinei & affines quo iure prohibentur coniungi. ¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborẽ, an prohibitio conſanguineorum vel affinium coniungendorũ procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias, quòd olim ꝓpter neceſſitatẽ frater neceſſario habuit cõtrahere cum ſorore, & cõſanguinei cum cõſanguineis. vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotib⁹ Adæ, hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotib⁹ Noe. In Leuitico vero prohibitę fuerunt fere duodecim perſonæ, quas vide not. ext. de reſt. ſpol. litteras. & de diuorc. gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicũ ꝓhibuit cõſanguineos & affines primi generis cõiungi in ſeptimo gradu & citeriori: quæ prohibitio poſtea vſque ad quartum gradum eſt reſtricta. ext. c. nõ debet. reuocatis etiam quibuſdam aliis prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex cauſa, quæ ibi ponit̃,& extr. de teſti. c. licet ex quadã. per qđ patet qđ prohibitio pˀartĩ procedit ex iure diuino, & partĩ ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu ęqualis lineę collaterales contrahere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo. Ratio vero prohibitionis ſumitur 35. q. j. ſ. j. c. j. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherem cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, vir & frater, &c. ſed ſi alium habeo patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas protenderet: in qua vniuerſi fideles & præcipue ſtudentes continue perſeuerant per gratiam eius, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

QVÆST

N Vnc quæritur.] Hæc q. diuiditur in 7. partes: in prima qua tum probatur per tria c. q conſanguinei debent computare parentelam ad coniungendum vel ſeparandum matrimonium: & ſi defuerit parentela, vicini antiquiores. Secunda ib. Ecce. Tertia ibi, Hoc iuramentum. Quarta ibi, Ad hoc. Quinta ibi, Qui vero. Sexta ibi, Occaſione. Septima ibi, Receptum. Io. de Fan.

conteſt. ad hoc Deus. & quòd valet teſtimonium de auditu. j. e. de parentela. & quòd poſt publicationem atteſtationum teſtes poſſunt induci. extra de teſtib. ſertes. & c. licet.

f ¶ Propinqui.] hic præferuntur propinqui, & in accuſatione adulterij. C. de adul. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de lib. hom. exhib. l. 3. §. ſi. & in accuſatione de effractis & eiectis. ff. de effr. & eie. §. vero. §. cum autem.

§ Propinqui præferuntur alijs in certis caſibus.

QVÆSTIO VI.

1. N Vnc quæritur quibus accuſantibus, vel teſtificantibus, conſanguineorum connubia dirimenda ſit.

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶ Conſanguinei tantum, vel, ſi progenies defecerit, antiqui, & veraces propinquitatem in ſynodo computent. C. I.

Conſanguineorum extraneorum nullus accuſet, vel cōſanguinitatem in ſynodo computet: ſed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id eſt pater, mater, frater, ſoror, patruus, auūculus, amita matertera, & eorū procreatio. Si autē progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadē propinquitas nota ſit, epiſcopus canonice perquirat; & ſi inuēta fuerit propinquitas, ſeparentur.

[Cæleſtinus Papa decretum eccleſiæ Florentinæ miſſum.]

PALEA. C. II.

Videtur nobis, quòd ſecunda, quā contra prohibitionem eccleſiæ duxit, non ſit vxor, etiam ſi primam non haberet deſponſatam. Nā quod contra interdictum, & ordinē eccleſię factum eſt, tāquam inordinatum ratum non haberi tam diuinæ, quam humanę legis proclāmat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente, vxor non eſt, cogēdus eſt eam recipere, quam iurauit, & deſponſauit, & ex ea prolem genuit: vt iuramenti religio non vilipēdatur, & fides adinuicem promiſſa ſeruetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alij exinde occaſionem peierandi †, & alias decipiendi aſſumere nō valeant. Quòd autem parentes, fratres, & cognati vtriuſq; ſexus in teſtificationem ſuorum ad matrimoium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tā antiqua conſuetudine, quàm legib9 approbatur. Ideo enim maxime parentes, & ſi defuerint parentes, proximiores admittūtur, quoniam vnuſquiſq; ſuam genealogiam cum teſtibus, & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum ſcire laborat. Qui enim melius recipi debet, quam illi, qui melius ſciunt, & quorū eſt intereſſe, ita vt, ſi nō interfuerint, & conſenſum nō adhibuerint, ſecundum leges nō fiat matrimonium? Quod vero [illegible] pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalib. cauſis, & contractibus verum eſt: in matrimonio vero cōiungendo, & diiungendo, & ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res eſt, congrue recipiuntur †.

¶ *Hæc Palea deeſt in plerisque vetuſtis exemplaribus. Habetur extra, qui matrimonium accu. po. c. 3 ex Clemente [illegible] Cæleſtino, Florentino epiſcopo. alias eccleſiæ Florentinæ: indeque, & ex aliquot manuſcriptis eſt emendata, verbis aliquot & additis, & ſublatis.*

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuenſi epiſcopo.

¶ Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. C. III.

Notificamus tibi, vt poſtquam tres, aut duo ex propinquioribus tam defunctæ vxoris, eius, qui accuſatur, vel viuæ: hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuēſibus, quibus hæc propinquitas nota eſt, & bonæ famæ, & veracis teſtimonij ſint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo ſtudio, ſupradicto modo conſanguinitatē firmauerint, ſine omni mora coniugia diſſoluantur. Quòd ſi propinqui, aut extranei verbis tantū propinquitatem teſtantur, & iuramento probare, vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus diſſoluatur: ſed competens eis pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (ſi forte in hac re contraxerint aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia.

¶ Sui conſcientiæ relinquuntur, quorum inceſtum nullus iureiurando affirmat. C. IIII.

Si duo, vel tres viri cōſanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipſimet forte cōfeſſi

---

§ conſanguinei præferũtur extraneis quando ſuper matrimonio eſt quæſtio.
1 Sen. 4. diſt. 41. Poly l. 6. tit 4 Anſ. l. 10 cap. 60. Burc. l 7 c. 21. Iuo p. 9 cap 57. Pan l. 7. cap 84.

Caſus. Hic proponitur ſexta qu. quæ ſatis vtilis eſt: & locum habet in cauſis de facto.

a ¶ Nunc quæritur.] Hæc qu. ſexta expeditur j. e. c. 1. & 2. & ext. qui mat. ac. poſ. videtur. & ext. de ſen. & re iu. tenor. nam conſanguinei præferuntur extraneis ea ratione, quia melius poſſunt ſcire ſuam conſanguinitatem cum chartis, cum teſtibus, cum recitatione maiorum, & alijs argumentis. hoc tamen qd dicitur de conſanguineis in teſtimonijs admittendis, exauditantum cū de conſanguinitate agitur: nam ſi ſuper alio ageretur, non ſunt admittendi niſi cum eo temperamento quod dix. 3. q. 5. in prin. & hoc probatur extr. de teſti. ſuper eo. Item licet ſoli conſanguinei accuſare poſſint matrimonium: tamen quilibet poteſt denuntiare, vt ext. de cog. ſp. tua. & licet per denunciationem non agatur niſi ad pœnitentiam, vt ext. de ac. ſuper his. tamen quia in hoc caſu non poſſunt pœnitere niſi ſeparentur, iudex ab officio ſuo eos ſeparabit, ar. 24. qu. 3. ecce.

a Ext. qui ma. ac. poſ. videtur.

a Ad hoc fa. quod not. ſ. 2 q 7. ſi peccauerit frater in j gl. in ſin. Arc.

Conſanguineos.] Caſus. Dicitur hic, q matrimonium potius accuſare debēt conſanguinei, q̄ extranei, ſed vbi conſanguinei deſunt extranei audiendi ſunt: & ſi conſanguinitas probetur, matrimonium ſeparetur.

† al. peccandi

b ¶ Extraneorum.] arg. q peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in cauſa conſanguinitatis, & q propinqui ceteris perſonis præferantur, ſi cōtradixerint: quod eſt verum, vt ex. qui ma. acc. poſ. videtur.

c ¶ Nullus.] niſi deficiente parentela, vt hic in fine.

d ¶ Accuſet.] impropriè ſecundum H. arg. C. de inof. teſt. parentibus. vbi ponitur accuſare pro agere. [Et notā q cauſa matrimonialis non eſt criminalis nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in toto eccleſiaſtico ſed mixta. extra de procu. tuæ.

§ Matrimonij cauſa non eſt criminalis ſed mixta.

e ¶ Vel conſanguinitatem in ſynodo computet, &c.] hoc referas ad teſtem. Et eſt ar. quod non poteſt idem accuſator eſſe & teſtis in cauſa criminali: quod verum eſt, licet quidam conſentiant dicētes hoc ſpeciale, eſſe in matrimonio, vt idem ſit accuſator & teſtis: ſicut eſt ſpeciale, quòd non iuretur in eo de calumnia, cum ſit quæſtio ſpiritualis. ext. de iur. cal. litteris. & quòd conſanguinei admittuntur, & quòd non omnino ibi obſeruatur ordo iudiciarius, extra vt lit. non

§ Accuſator & teſtis idē eſſe non poteſt in cauſa criminali.

g ¶ Non tam.] ar. q nō ſit idoneus teſtis in hac cauſa qui non habuit notitiam conſanguineorum, quos cōputat, ſi illo tempore fuerit.

h ¶ Defecerit.] quia nō ſunt vel neſciunt, vel ſunt infantes.

3 ff. de teſti. teſtis idoneus.

i ¶ Nota ſit.] ante motam quæſtionem. extr. de cōſang. & affi. ex litteris.

b Sed quando dicitur mota quæſtio ? dicit Vin. ex quo matrimonij intentio eſt extra de of. del. conſultationib. Arg. 22. q. 5. hoc videtur Ar.

Videtur.] Hoc ca. fuit olim extra de matri. contra. contra interdict. eccl. ca. 1. ſed hic eſt Palea.

† al. Cyriaco.

Notificamus.] Caſus. Quidā mortua vxore ſua duxit aliam, quæ dicebatur primæ conſanguinea fuiſſe. dicitur hic q ſi duo vel tres de cōſanguineis viri, vel mortuæ vxoris, vel alij teſtes donū dixerint iurati conſanguinitatē, ſeparentur, ſi vero aliqui hoc dixerint ſine iuramento, ſeparatio hæc non fiet, ſed indicetur eis pœnitentia: quia infamati ſunt, & forte peccauerunt.

4 Sen. 4. diſt. 41. Iuo p. 9. c. 41. Pan. l. 7 c. 83.

k ¶ Defunctæ.] mortua enim erat vxor eius, cuius conſanguineam poſtea accepiſſe dicebatur, vel affinem.

l ¶ Bonæ famæ.] ar. quòd debent eſſe bonæ famæ teſtes in probāda conſanguinitate, vt ext. de teſti. in literis. & ext. e. ti. licet. § Sed quid ſi criminoſus teſtis vel infamis cōtradixit, numquid poſſunt admitti ibi homines ſimilis cōditionis? Videtur q ſic. 2. q. 7. ſi hæreticus. C. de inof. teſ. in arenam. Dico q nō, ſicut nec dico alias criminoſos teſtes contra criminoſum admittendos, nec enim habet ibi locum replicatio. ext. de except. à nobis.

§ Matrimonij ſeruari poſſit ad teſtimonia teſtorum diſſolui.

m ¶ Eis.] i. accuſatoribus. Teſtes enim non puniuntur ante quàm dixerint teſtimonium. ar. C. de teſti. nullum. eſt tamen ar. hic pro Hu. quòd idem poſſit eſſe accuſator & teſtis in huiuſmodi cauſa.

5 in Cod. peruetuſto ex Eugenio ij.

6 Sent. ibid. Iuo p. 9. ca. 33.

n ¶ Contraxerint.] ſed forte non bono zelo diffamauerunt matrimonium, vt C. de adul. quamuis. in fine.

c Nō eſt falſum ſecundū id quod not 4 q. c. 1. in glo ibi. & id not. Tc. in ſum idem quod dicitur hic. Arc.

Si duo.] Caſus. Quidam contraxerunt, & erat fama contra eos eſſe conſanguineos. dicitur quòd ſi hoc conſtiterit teſtium approbatione, vel eorum confeſſione, ſeparentur. ſi neutrum erit, ab epiſcopo admoneantur: & ſi negauerint, ſibi ſunt relinquendi ſi tenentes, quòd ſi aliud habent in conſcientia, in mortali peccato ſunt vſque ad ſeparationem, &c.

o ¶ Confeſſi.] ſi tamen eos conſanguineos fama publica nūtiet: quæ habetur pro vno teſte, idem eſt ſi vnus confiteatur, ſecundum Baz

Bazianus

f Cōſanguinitas ſi ꝓbatur p commune, vel fama concurrat.

a ¶ *Sicut eſt fam.c.*] nam ſine fama non ſufficeret eorum confeſſio, vt ext. de eo qui cog. conſan. vx. ſuæ. ſuper eo. licet H. dicat ſufficere ſi vterq; iuret ſeptima manu. 33. q. 1. ſi qua illiſti. ſed contra eum eſt ext. de eo qui cog. conſan. vx. ſuæ. ſuper eo. vbi di. q; rumor, &c. Sed dici poteſt q; aliud eſt vbi ſe cōſanguineos dicunt, vt hic: aliud vbi turpitudinem allegāt: vt ibi: quia nec tunc familiares teſtes admittūtur, vt ext. de teſt. in litteris. Vel facias vim in eo quod dicit, rumor, &c. quia aliud eſt quā fama.[a] Item ſi adeſt præſumptio violenta cum fama, ſufficit, vt extr. de teſt. b. præterea.

a Rumor eſt quē aliquis pars vel ciuium vnum dic. fama eſt quā tota ciuitas dicit ſiue clamat, ſecundum Hoſt.

b ¶ *A liminibus ſegregatos, &c.*] ſed dic ſegregatos quo ad ſacramenta: ſicut quilibet in mortali peccato exiſtens. 1. q. 1. ſacerdotes.

c ¶ *Atque infames.*] infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam. 6. q. 1. infames.

d ¶ *Donec.*] argu. quòd infamia per pœnitentiam aboletur.

e ¶ *Nō prohibeantur.*] ratione iuuenilis ætatis vel ipſo iure ſi ignoranter coniuncti ſunt, arg. 33. q. 2. interfectores. & ex. in adoleſcētia. & 34. q. 1. §. 1.

ECCE. Hæc eſt 2. pars huius quæſt.

g Sacramētū quadruplex eſt circa cās matrimonial.

1 Pol. l. 6 tit. 4. Anſ. l. 10 c. 74 Bur. l. 7 c. 25 Iuo p. 9 c. 61 Pan. l. 7 c. 86.

f ¶ *Ecce quibus accuſantibus.*] G. ꝑut colligi poteſt ex rubricis illis, [1] quattuor ponit genera ſacramentorum. Primo, ponit ſacramentum accuſatoris in 2. c. de parentela. Secundo, ponit ſacramentum ſynodalium teſtium, in c. epiſcopus. Tertio, teſtiū in c. de parentela illa. Quarto, ſacramētum eorum qui ſeparātur, in c. ab iſto. Dicunt tamen quidam G. deceptum fuiſſe per conſuetudinē Italiæ, quæ eſt vt accuſator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quòd accuſator iurare non debet, quia nec etiam de calumnia in huiuſmodi cauſa iuratur extr. de iur. cal. litteras. vnde vtrumque capitulum de parentela, intelligitur de ſacramento teſtium: ſed de parentela primum, loquitur de ſacramento teſtium, quod dicitur eſſe ſeparationis, quia per illud ſeparantur quorum matrimonium accuſatur. In illo autem c. epiſcopus, fit mentio de iuramento teſtium ſynodalium, quod non dicitur ſeparationis, prout dicit præcedens c. quia per tale iuramētum nulli ſeparantur, quia per illud ſe non obligant ad aliud teſtes illi ſynodales, niſi vt nuntient epiſcopo quod illicite ꝑpetratur in parochia. Vnde ex quo nuntiauerint epiſcopo, ſi voluerint quòd ſeparentur, oportet quòd iterum præſtent aliud ſacramentum, de quo habes in c. de parentela. in quo plus eſt: quia debent addere de credulitate. ſed teſtes ſynodales non iurant niſi de auditu. Nec contradicit extr. de teſt. quoties. vbi dicitur q; de ſcientia debent iurare. nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. ab iſto. ponitur ſacramentum eorum qui ſeparantur propter conſanguinitatem.

† al. propter
† al. propter
2 Bur. l. 7. c. 2. Iuo p. 9. c. Pan. l. 7 c. 87.
† al. iſtud
g Teſtes ſynodales qd iurant

g ¶ *Ab accuſatore.*] hoc falſum eſt ſecundum quoſdam, immo à teſtibus.

DE *parentela.*] Casvs. Oſtenditur hic qualiter debeant iurare qui de parentela debent teſtimonium ferre.

h ¶ *Audiſti.*] ante motam quæſtionem. extr. de conſan. & aff. ex litteris. ideo autem hic admittitur teſtimonium de auditu [b], quia difficile eſt quòd aliquis ſciat quouſque conſanguinitas protenditur. ff. de gra. cog. non facile. circa princ. licet hoc ſit correctum per illud extra de teſti. licet. & nota, quòd ſecundum quod G. inducit hoc c. habes quòd accuſator debet iurare de veritate dicēda, licet non de calumnia. & eſt argu. ad idem extr. de deſp. imp. atteſtationes. admittitur autem teſtimonium de auditu tātum vbi agitur de cōſanguinitate, aliàs per auditum non probaretur matrimonium, immo putaretur clandeſtinum.

B Add alios caſus in qb9 admittitur not do in l. ſi arbiter. ff. de prob.

fuerint, coniugia diſſoluantur. Si vero neutrum contigerit, epiſcopi eos per baptiſmum, per fidem, per iudicium Chriſti in vera obedientia obteſtentur, quatenus palam faciant, vtrum ſe (ſicut eſt fama [a]) cōſanguiñeos recognoſcāt. ſi negauerint, ſibiipſis relinquendi ſunt: ita tamen, vt ſi aliud in conſcientia habeant, ſe à liminibus [b] eccleſiæ, a corpore, & ſanguine Domini, à fidelium cōmunione nouerint ſegregatos, atque infames [c] effectos, donec [d] ab inceſti facinore deſinant. Si ſe epiſcoporum iudicio ſegregauerint, ſi iuuenes ſunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [e]

2 *Ecce, quibus accuſantibus [f], vel teſtificantibus conſanguineorum coniunctiones ſunt dirimendæ. Cuiuſmodi vero iuramentum ab accuſatore [g] ſit exigendum, ex Romano ordine [a] habetur. Eſt autem huiuſmodi.*

a ¶Ordine.] *Ceteri collectores citant non, ex ordine: ſed ex concilio Romano ſub Gregorio iij. Ex quibus collectoribus, & vetuſtis Gratiani exemplaribus nonnulla ſunt emendata in hoc, & in ſequentibus capitibus.*

¶Iuramentum accuſatoris. C. V.

1 DE parentela illa, quam dicunt eſſe inter illum N. & iſtam eius coniugem N. quidquid inde ſcis, & audiſti [h], a tuis vicinis, aut à tuis ꝓpinquis antiquioribus, q; tu per nullum ingeniū, nec propter timorē, nec propter amorem, aut per† præmium, aut per† conſanguinitatem celabis epiſcopū tuum, aut eius miſſum, cui hoc inquirere [i] iuſſerit, quandocumque [k] te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ.

¶Iuramentum teſtium. C. VI.

2 ILlud† ſacramentum [l], quod iſte iurauit de illa parentela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. cōputatur, quòd tu illud obſeruabis, inquantum ſapis, aut audiſti. Sic te Deus adiuuet.

3 *Hoc iuramentum non eſt ſeparationis [m], ſed ſynodale, inſtitutum ab Eutychiano Papa. Ait enim.*

¶Synodale iuramentorum. C. VII.

3 EPiſcopus in ſynodo reſidēs poſt congruam allocutionem [n] ſeptem ex plebe ipſius parochiæ, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros in medium debet euocare, & allatis ſanctorum pignoribus [o] vnumquemque illorum tali ſacramento conſtringat. Amodo [p] in antea quidquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodū [q] inquiſiturus es, quod contra Dei volūtatem, & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenerit, tātum vt ad tuam cognitionem quocumque modo perueniat, ſi ſcis, aut tibi fuerit indicatum ſynodalē [r] cauſam eſſe, & ad miniſterium epiſcopi pertinere, quòd tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium †, nec propter parentelam vllatenus celes epiſcopum, aut eius miſſum, cui hoc inquirere iuſſerit, quandocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ. Illud [a] [s] ſacramentum, quod iſte iurauit de ſynodali cauſa, quòd tu illud ex te ita obſeruabis, inquantum ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

a ¶Illud.] *Burchardus legit, iſtud. & ante hæc verba præponit hanc rubricam, Iuramentum ceterorum.*

4 *Ab hoc iuramento illud [t] ſumptum eſt, principio paululum deriuato. Porro de iuramento ſeparationis [t] Innocentius Papa II. ſcribit Othoni Lucenſi epiſcopo dicens.*

¶Iuramentum illorum, qui conſanguinitatem probant. C. VIII.

3 Pol. l. 6. tit. 11. Anſ. l. 4. c 152 Bur. l. 91 92. 93.

h ¶ *Aut audiſti.*] arg. teſtimonium de auditu eſſe recipiendum, vt 3. q. 9. §. de his. 14. q. 1. ſuper. & c. quamquam. 34. q. 1. non ſatis. hodie non, vt extra de teſti. licet.

i ¶*Inquirere.*] ſi. extra de teſt. ſi qui teſtium. & hic eſt intellectus.

k ¶ *Quandocumque.*] dum tamen ante teſtium publicationem. extra de teſt. fraternitatis. & c. ſeries. vel dic quòd iudex ex officio ſuo etiam poſt apertas atteſtationes poteſt requirere à teſtibus. extra de conſang. & aff. c. 1.

l ILlud *ſacramentum.*] ſecundum intellectum G. hoc iuramentum eſt teſtis, præmiſſum accuſatoris, ſed melius eſt, vt primo exprimatur forma ſub qua iurant ſequentes. H.

† al. proximum

HOC IVRAMENTVM. Hæc eſt tertia pars quæſtionis.

m ¶ *Non eſt ſeparationis.*] i. non ſit ſeparatio ad iſtud inter eos quorum matrimonium accuſatur, niſi iterum præſtetur ſacramentum ſequentis cap. quod aperte colligitur extra de teſtib. Cog. præterea.

EPiſcopus.] Casvs. Dicitur hic q; epiſcopus de qualibet parochia ſeptem viros veraces & honeſtos debet vocare vt iurēt quidquid in parochia nouerint contingere pertinens ad correctionem epiſcopi, quòd de hoc interrogati dicent veritatem epiſcopo vel eius legato.

n ¶ *Allocutionem.*] id eſt, prædicationem. 10. q. 1. placuit.

o ¶ *Pignoribus.*] id eſt, reliquiis, quibus obligatur ſicut per pignora.

p ¶ *Amodo.*] argum. quòd ſine accuſatore contra aliquem inducere teſtes poteſt epiſcopus, & pronuntiare, & [i] quod idem poſſit eſſe iudex & accuſator. ſimile 6. quæſt. 2. ſi tantum. 11. quæſt. 3. præcipue. & ſupra ead. quæſt. cap. 1. & 2. quæſt. 5 presbyter. ſimile ſupra 4. q. 4. c. 1. & 2. contra.

i Accuſator & iudex poteſt idem eſſe.

c Huic contrario ſtādū eſt, & qd pmittitur falſum eſt: nā eps non eſt accuſator & iudex i hoc caſu, ſed iuratorū accuſat. & alios introducit teſtes alios. Arch.

q ¶ *Poſtmodum.*] argum. quòd in cauſa conſanguinitatis teſtimonium poteſt ferre quis de his quæ recenter didicit. arg. contra. 3. e. in c. tribus. & arg. extra de conſan. & aff. ex litteris. ſed hic poſtmodum non intelligitur poſt motam quæſtionem, quaſi dicat ibi prohibetur: ſed poſtmodum, id eſt, de cetero, & ſic per æquiuocationem ſolue. ad hoc prox. quæſt. quod autem.

r ¶ *Synodalem.*] immo quælibet cauſa eſt ſynodalis indirecte, vt extra de iudic. nouit.

s ¶ *Illud.*] ſcilicet de parentela.

AB HOC. Hæc eſt quarta pars quæſtionis. Ioan. de Fant.

t ¶ *Separationis.*] id eſt, ad quod ſit ſeparatio teſtium.

DE *parentela illa.*] Casvs. In quadam matrimoniali cauſa fuit appellatum ad Papam. Papa cauſam delegauit Othoni epiſcopo, & quibuſdam alijs. teſtes in gradibus & in perſonarum nominibus primo diſcordauerunt, poſtea in altero conſenſerunt. iudices delegati ipſum ſuper hoc conſuluerunt. dicit Papa, quòd hic conſiderandę ſunt teſtium perſonæ, & qualiter debeant iurare, & eſſe ſine varietate. a ¶*Diuerſo.*]ergo nulli erat credendum, vt 4. q. 3. Item qui falſo. Vel loquitur hic de diuerſitate teſtiũ qui diſcordant: tenentur enim teſtes ex vtroque latere probare conſanguinitatem, vt ext. de conſan. & aff. ex lit teris. & ſingulos gradus clare diſtinguere, & propriis nominib⁹ nominare perſonas omnes, vel ſufficienti circumlocutionę. & debent vidiſſe quòd perſonæ conſtitutæ in vno prædictorum graduum, ſe pro conſanguineis habuerunt, vt ext. de teſti. licet. 2. Sed certe teſtes, qui debent probare conſanguinitatem, debẽt incipere à principio, & ſic deſcendere vſque ad perſonas illas de quibus quæritur. ſi incipiunt à duobus fratribus, & bene probant illos fuiſſe fratres, ſed de patre eorum nihil probãt, nec inde aliquid ſciunt, & alios deſcendentes, probant gradus, num quid hoc ſufficit? Dico quòd ſic: quia de ſtipite nõ inuenimus cautum, ſed tantum de lateribus, vt extra de teſt. ſeries. & ipſos fratres canon quandoque ponit pro ſtipite. 35. q. 5. c. 1.
b ¶ *Poſtmodum.*] Ponamus ergo, quòd Petrus & Berta, qui ſunt frater & ſoror contrahunt matrimoniũ: & duo teſtes bene probant Petrum eſſe filium Ioannis, ſed de Berta, nihil ſciunt. Item alij duo probant Bertã eſſe filiam Ioannis, ſed de Petro nihil ſciunt: ſeparabitur ne tale matrimonium? Dicunt omnes quòd non[a]: quia nec iſti duo probant conſanguinitatem, nec illi duo. nam aliud probant iſti, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, cæci ſunt: quia ſi probant aliquem eſſe filius alterius, illum eſſe patrem iſtius probant. ſed in caſu iſto probatum eſt iudici, quòd Ioannes eſt pater Petri: ſimiliter eſt ei probatum quòd Ioannes eſt pater Bertæ. ergo conſtat iudici quòd idem eſt pater vtriuſque: ergo eſt ſanguinitas eſt probata. & forte primi melius dicunt.
c ¶ *Quia credant.*] ſufficit quòd iurent de credulitate: nec eſt contra extra de teſtib. quoties. illud enim intelligo per hoc. & ita præſtant

¶ Teſtes cõtra teſtimonium deponẽtes quid facere.

† al præſtabunt

a Pol l. 6. ti. 4 Anſ. l. 10. c 7. 5 Burc l. 7. c 17 Iuo p. 9 c 63. Pan l 7 c. 88.

a iſta fuit ſoſa Laur. quo fuc. ex preſſe ext de teſt. c. licet. & qd no. in gl. præ ſ. & hanc ſoſam tene Ber. & Goſ. in ſũ. ext. Alc.

† al Monaſterrolo

ij DE parentela illa, vnde nos cõſulere voluiſti, pro qua etiam eſt ad noſtram audientiam appellatum, aliorum fratrum ſcripta ſuſcepimus, qui vtrique cauſam ipſam diuerſo[a] modo narrabant. Et primo quidẽ tam in gradibus, quàm in nominibus perſonarum diſcordaſſe: poſtmodum[b] vero in altero eorum computatores eiuſdem parentelæ dicuntur conueniſſe. Ceterum in huiuſmodi caſibus ſummopere conſideranda eſt qualitas perſonarũ, quæ aliquid contra quoſlibet aſtruere velint: quæ etiam iuſiurãdum præſtare debent, quòd neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur: ſed potius, quia credant[c] ita verum eſſe, & ita ſe à ſuis anteceſſoribus audiuiſſe. In quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas[d] inueniri.

5 *Qui vero ſeparantur ab inuicem, huiuſmodi iuramentum præſtabunt*†.

¶Iuramentum ſeparationis. C. IX.

ABiſto die in antea, quòd tu per nullum ingenium te ſociabis hic tuæ conſanguineæ[a] N. cum qua contra legem, & rectam Chriſtianitatem adulteriũ & inceſtum perpetraſti, nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi ſociabis, nec cũ illa ad vnam menſam manducabis, & bibes, aut ſub vno[e] tecto manebis, niſi forte in eccleſia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe, & ibi coram teſtibus idoneis pro certa neceſſitate pariter colloquamini, nec aliam coniugẽ accipies, niſi forte poſt peractam pænitẽtiam tibi licentia[f] data fuerit ab epiſcopo tuo, aut eius miſſo. Sic te Deus adiuuet[g], & iſtæ ſanctorum reliquiæ.

a ¶Conſanguineæ.] *Quæ ſequuntur vſque ad verſ. perpetraſti, addita ſunt ex Burchardo & Iuone, itemque alia nonnulla.*

6 *Occaſione vero conſanguinitatis vxorem ſuam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, niſi cauſa primum probata fuerit.*

Vnde Alexander Papa I I. Gulielmo de Monſtrolio†.

¶Niſi coram eccleſia conſanguinitate probata vxorem dimittere non licet. C. X.

iſti duo ſacramenta. Io. de Fant.
d ¶*Vel contrarietas.*]Hic reſpondet quæſtioni factæ. Io.

QVI VERO. Hæc eſt 5. pars quæſtionis.
AB *iſto die.*] ¶*Sub vno.*]i. loco ſuſpecto. nam qui male agit, &c. 18. q. 2. pernicioſam.

MVltorum relatione cognouimus, te propriam velle abiicere[h] vxorem, & adhærere alteri, prætendentem conſanguinitatis occaſionem. Vnde Apoſtolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, vt hanc, quam nunc habes vxorem, nullatenus præſumas dimittere, vel aliã ducere, donec epiſcoporum religioſorum concilium[i] cauſam iſtam examinauerit.

7 *Recepturus vero eam, quam iniuſte dimiſit, hoc modo iurabit.*

¶ Reconciliationis iuramentum. C. XI.

AB iſto die in antea iſtam coniugem tuam N. quam iniuſte dimiſeras[k], ita tenebis, ſicut per rectum maritus ſuam debet habere coniugem in dilectione, & debita diſciplina, nec eam per vllum malum ingenium à te ſeparabis, nec ea viuẽte aliam accipies. Sic te Deus adiuuet, &c.

Quòd autem vnius[l] *teſtimonio coniugia apud quoſdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit.* [*Omne*[m] *verbum ſtabit*[n] *in ore duorum, vel trium teſtium*] *Item cum in Ilerdenſi concilio, c. 20. dicatur,* [*Omnis controuerſia, quæ de eccleſiaſticis rebus ſit, ſecundum diuinam legẽ ſub duobus, vel tribus teſtibus terminetur. Domino dicente* [*non vnus ſtet contra*[a] *alium*†, *ſed in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.*]*Item cum alibi dicatur* [[a] *nullius* β *perſona quantumlibet exercitatæ teſtimonio aliquid credatur.*] *euidentiſſime apparet, vnius aſſertione coniugia non eſſe dirimenda.*

a ¶Contra alium.]*In Deuteronomio hæc adduntur,* quidquid illud peccati, & facinoris fuerit. *In Euangelio autem ſunt tantummodo ſequentia,* vt in ore duorum, &c.
β ¶Nullius perſonæ.] *In codice Theodoſiano, lib. 11. tit. 14. leguntur hæc verba.* & nunc manifeſte ſancimus, ne vnius omnino teſtis reſponſio audiatur, etiam ſi præclaro curiæ honore præfulgeat. *quorum ſimilia recitãtur ab Iuone, par. 16. c. 204. Et Grat. 3. 6. q. 2. in principio hanc eamdem fere ſententiam attulit.*

QVÆSTIO VII.

QVòd autẽ[o] *quæritur, ſi illi, qui de inceſtuoſis naſcuntur, filij reputentur, Auguſtinus in lib. quæſtionum ſuper Leuiticum, ca. ſeu q. 76. determinat, ita dicens.*

¶ Non appellantur filij, qui de inceſtuoſis naſcuntur. C. I.

f ¶ *Licentia.*]cum ſit ſenex. Si enim eſſet iuuenis, de iure communi poſſet cõtrahere, ſecundum quoſdã, vt not. 33. qu. 2. in adoleſcentia.
g ¶ *Deus adiuuet.*] ſed clericus cum ſeparatur à concubina ſua, non debet iurare, vt extr. de cohab. cler. & mu. clericos.

OCCASIONE. Hęc eſt ſexta pars quęſtionis.

M*Vltorum.*] Casvs. Iſte conſanguinitatis occaſione volebant vxorem ſuam dimittere, prohibet Papa ne dimittat, niſi prius cauſa fuerit in concilio probata.
h ¶ *Abijcere.*] propria auctoritate: quod non licet. 33. q. 2. c. 1. & 2.
i ¶ *Concilium.*]hoc ſolũ. Ve. exaudi diſtributiue. De hoc no. 33. q. 2. c. 1.

RECEPTVRVS. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis.
k AB *iſto*] ¶*Dimiſeras.*]auctoritate propria: vel per eccleſiam ſi fuit decepta.
l ¶*Quod autem vnius.*] hæc quæſtio incidenter proponitur.
m ¶*Omne verbũ.*] 3. q. 4 §. 1. & c. placuit.
n ¶*Stabit.*] niſi in caſu. de cõſ di. 4. c. placuit. & 86. diſt. tanta. & 8. q. 3. talia.

QVòd *autem.*] Casvs. Hic intitulatur ſeptima quæſtio, quæ modicam habet dubitationem.
o ¶ *Quòd autem.*] ſi parentes neſciunt impedimentum, non eſt dubium quin filij ſint legitimi, vt extra qui fil. ſint legit. cum inter. Si autem vnus ſciuit, & alter neſciuit, quidam, quòd quantum ad ſcientem non ſunt legitimi, ſed quãtum ad ignorantem ſunt. arg. 32. quæ. 5. ſolet quæri. & C. ſolut. matrimo. ſi ignorans. Sed licet Hug. & Lau. ita dixerint, tamen reprobatur eorum diſtinctio, extra ead. ex tenore. quia inconueniens eſſet, quòd aliquis eſſet partim legitimus, & partim illegitimus: ſicut nemo poteſt eſſe partim liber, & partim ſeruus. ff. de liber. cauſa. duobus. ſed ſi ambo parentes ſciunt impedimentum, tales filij non ſunt legitimi. licet eccleſia habuit illud pro matrimonio, vt extra de cland. deſp. cum inhibitio.

2 Iuo p. 9. c. 32. Pan l 7 c. 82

3 Poly. ibid. Burc. l. 9. c. 83 Iuo p. 8. c. 217. Pan l 7 c. 41.

Deut. 17.

Deut. 19. Matth. 18 † al aliquem 4 Burc. l 7 c. 17. Iuo p. 9. c. 52. Pan l 7 c. 83.

‡ filij ex matrimonio ſcito nati pñt eſſe legitimi

QVid eſt.] CASVS. Cum de inceſtu ſoleant filij naſci, quæritur quare dictum ſit in veteri lege, qui dormierit, &c. Et reſpon. quòd legitimi non ſunt, nec parentibus ſuccedunt.

a ¶ Quid eſt.] dubitando dicit, & tamen ſoluit: & interrogando reſpondetur. ſic 22. quæſt. 2. quod ait.

Leuit. 20.

Filius. non eſt qui bonus non eſt

b ¶ Sine filiis.] ſ. legitimis. Dicũtur enim non eſſe filij, qui non ſunt boni. 12. q. 2. non liceat. ar. 32. q. 4. dicat. & 40. diſ. multi. ergo verbo generali tãtum legitimi continentur, extra de iureiu. quintauallis. ff. ſte ope. lib. ſi libertus.

DE his vero, qui.] Hic depingitur viij. q. qua quæritur quo gradu poſſit diſpenſari cum conſanguineis vel affinibus. Et quidem in tertio Papa ſolus: ſed in primo & ſecundo non põt, vt dicũt: qa in Leuitico prohibitus fuit vterq; in conſanguinitate & affinitate: ſed hoc falſum eſt, vt extr. de diuor. gaudemus. vt no. 30. q. 3. Pittacium. ‖ & ſunt tria quæ inducunt hãc diſpoſitionẽ, proles, & tẽpus. j. e. c. 1. ff. de rit. nupt. q in prouincia. & reformatio pacis, vt extr. de deſp. impu. acceſſit. in parte deciſa. & hæc eſt indirecta diſpẽſatio. In hoc eñi caſu tñ vĩ diſpenſare, qꝫ poſt ſpatiũ longum non admittunt accuſatorem, niſi accuſatus ipſum ſponte admittat, vt extra qui ma. ac. poſ. per tuas.

‖ Diſpenſatio circa matrimonia inducitur pp tria. aPol. l. 6. ti. 4

DE gradibus.] CASVS. Quærebat quidam epiſcopus de conſanguineis & affinibus primi generis in matrimonio copulatis, qd eſſet faciendum? Reſp. q in quinto gradu vel vltra per ignorantiã pridẽ cõiũcti ſunt, & filios genuerunt, tolerẽtur donec Greg. & ille ſimul loquantur. coniuncti vero intra annum in quinto gradu vel ſexto, ſeparẽtur: & ne de cetero tale quid fiat, prohibeatur: ſi qui contrafecerint, cum graui pœna ſeparẽtur.

d ¶ Multa.] arg. ratione diuturnitatis poſſe fieri qđ aliàs fieri non debet. 3. diſ. 4. deniq;. & 95. di. ecce. 1. q. 1. cito. 3. 24. q. 1. ſchiſma. contra.

e ¶ Filios.] not. filiorũ ſuſceptionẽ & annorum longa curricula diſpenſationem inducere, ne matrimoniũ ſeparetur: hodie autẽ longitudo temporis non excuſat, vt extra de conſang. & af. non debet. Ioan.

f ¶ Aut fortaſſe.] ideo dubitando dicit. quia in quinto gradu non eſt diſpenſandum, niſi ex magna cauſa. Dicunt autem quidam, quòd dominus Papa in hoc cap. dat generalem formam omnibus prælatis, quòd vbi inueniunt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedunt, non ſeparent eos, nec de cauſa cognoſcunt: aliàs ſic.

g ¶ Ore ad os.] & ita permittit in ſuſpenſo.

QVid eſt [a] [Quicumque dormierit cum cognata ſua, ſine filiis [b] morietur.] cum filij ex huiuſmodi cõductionibꝰ & ante nati ſunt, hodieque naſcãtur? An hoc intelligendũ eſt lege Dei cõſtitutum, vt quicũque ex eis nati fuerint, nõ deputẽtur filij, id eſt, nullo parentibus iure ſuccedant?

a ¶ Quicumque dormierit cum cognata ſua.] *Hæc verba non ſunt hic apud B. Auguſtinum, ſed initio ipſius queſt. 76.*

QVÆSTIO VIII.

DE his [c] vero, qui ignoranter coniuncti ſunt, in quo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis ex diſpenſatione eccleſia relinquantur, Gregorius in Regeſto definit dicens.

¶ *In Polycarpo citatur ex Grego. in decretis.*

¶ Non ſeparentur, qui infra ſeptimam generationem ignoranter copulantur. C. I.

DE gradibus vero cognationum, qui infra ſeptimam generationẽ in matrimonio ſunt inuenti, ſi neſcientes fecerint, & iam multa [d] curricula annorum ſint reuoluta, ita vt filios [e] habeãt, in ſexto qui inuenti ſunt, aut fortaſſe [f] in quinto, huiuſmodi non ſeparentur, donec nos Domino permittẽte ore ad os [g] loquamur. Hoc autem dico ſecũdum indulgentiam [h], non ſecundum imperiũ. Qui vero de his duobus gradibus nouas contraxiſſe nuptias videntur, id eſt, infra anni coronam [i], modis omnibus ſeparentur. De cetero vero generalia per omnem prouinciam ſtatuta percurrentia taliter firmẽtur, vt nullus audeat deinceps tale ſcelus perpetrare: & qui fecerint, ſine retractationis miſericordia acrioribus puniti vltionibus ſeparẽtur. Hi vero, qui propinquas ſanguinis vxoris ſuæ in matrimonio ſibi ſociauerunt, ſicut iamdudum vobis ſcripſimus, qui in eodem gradu inuenti ſunt, ſeparentur: aut ſuſpendatur eorum cauſa, vſque dum nos inſimul Domino auxiliante conueniamus. *Idem.* ¶ De [a] his, qui poſt mortuas vxores, ſecundas cõtrahere nuptias voluerint, iuſte, & honeſte, & rationabiliter proſpeximus ab earũ conſanguineis vſque ad quartum [k] gradum genealogiæ abſtinere. Hoc nos ſecundum indulgẽtiam ſanctæ matris eccleſiæ mitius prælibauimus [l]. Ceterum iuxta [β] ſæcularium legum cenſuram dignis coercitionibus, grauibuſque diſciplinæ inuẽtionibus † hęc omnia mala, & illicita modis omnibꝰ reſecunda ſunt, vt in futuro deinceps tempore cuncta quieſcant.

† al. innectionibus

a ¶ De his qui.] *In Polycarpo hæc verba ſunt ex eodem Gregorio: ſed habentur coniuncte cum ea de affinitate. 3. q. 2. & 3. proxime antecedunt huic capitulo, de gradibus.*

β ¶ Iuxta ſæcularium.] *De pœna inceſtorum eſt in nouell. 12. Iuſtiniani, & in cap. l. 7. c. 32. & 435. & in adiectis, c. 124. & 127.*

Idem Felici Meſſanæ ciuitatis epiſcopo.

¶ In quarto, & quinto gradu qui coniuncti inuenti fuerint, ſeparentur. C. II.

HÆc ſalubriter præcauenda ſancimus, ne quis fidelium propinquam ſanguinis ſui, vſque quo affinitatis [m] lineamenta generis ſucceſſione cognoſcuntur, matrimonio [n] ſibi deſideret copulare: ſed [a], ſicut à maioribus noſtris definitum eſt, ita modis omnibꝰ obſeruetur: quoniam vſque ad ſeptenarium numerum parẽtælæ, nulli vmquam copulam cõtrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre, & matre cõſanguinitatis parentela deſcendunt. Qui autem, & quæ in quarto, vel in quinto gradu coniuncti inuenti fuerint, ſeparentur: quoniã ſcriptum eſt. [Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius.] & iterum [Anima, quæ fecerit quippiam ex iſtis, peribit de medio populi ſui.] Sane quibus [β] coniunctio interdicitur illicita, habebunt ineundi coniugij melioris libertatem.

a Leuit. 18.

Niſi [γ] *in eodem crimine vſque ad mortem alterius eorum cõtumaciter perſeuerauerint. Vnde in Aureliaɴenſi concilio.*

¶ *Integrum cap. Hæc ſalubriter, vt eſt apud Gratia. etiam ab Anſelmo citatur ex Gregorio. In Polycarpo autem ſequitur poſt c. Pyttacium. 3. 30. q. 3. attributum Zachariæ. In concilio Toletano 2 c. 5. quod referunt Burchardus, & Iuo, habentur cetera huius cap. verba præterea, quæ inducuntur.*

a ¶ Sed ſicut.] *Hæc vſque ad ver.* Separẽtur, *abſunt a concilio, Burchardo, & Iuone.*

β ¶ Sane quibus.] *Hæc in concilio impreſſo non habentur: quamuis apud Burchardum, & Iuonem ponantur coniuncte cum ſuperioribus. Leguntur autem in Agathẽſi, & Epaunẽſi, Turonico 2. & in capitularibus adiectis, ſed aliqua cum varietate, & eſt notatum. 3. e. q. 2. & 3. de inceſtis.*

γ ¶ Niſi in eodem.] *Hæc nuſquam ſunt inuenta, & viſa ſunt Gratiani. Quod indicat ille loquendi modus*, Vnde in Aureliaɴenſi concilio.

¶ Non ducant vxores, qui vſque ad mortem alterius in inceſtu perſeuerauerint. C. III.

Decret. ij. pars.

g ¶ Ore ad os.] ſed ſi quis recẽter cõtraxerat, vel cõtraheret cũ aliqua, qꝫ tunc ſeparẽtur. Et hoc eſt quod dixit. infra anni coronã.

h ¶ Indulgentiam.] Sed obiicio tibi, aut Papa diſpenſauit, aut non? Si diſpẽſauit ergo ſtatim fuit matrimoniũ. Quare ergo dicit, nõ ſeparentur donec nobis loquantur? Si non diſpenſauit. quõ ergo pmiſit eos eſſe in inceſtu? Item quare ſecundũ hoc ſubiungit: Hoc autẽ dico ſecundũ indulgentiam? Sol. Papa non ſtatim diſpenſauit in matrimonio, ſed diſpenſauit in hoc, qꝫ debet differri cognitio cauſæ, vel ẽt prolatio ſniæ. ‡ & iõ medio tempore alter alteri nõ debuit negare debitum: cũ adhuc non conſtaret de conſanguinitate, vt extra vt li. pen. laudabilem: Vel dic, qꝫ diſpenſauit ſub cõditione, ſi cõſtaret de præmiſſis. Vel expone, nõ ſeparẽtur quantum ad cohabitationem, ſed per hoc non dat eis licentiam commiſcendi.

ſi cõc. Tol. 2 c 9. Polyc. ibid. Anſ. l. 10 c. 39. Burc. l. 7. c. 6. Iuo p. 9. c 42.

‡ cauſa pendente ſuper mr̃imonio non eſt denegandum debitum.

i ¶ Anni coronam.] id eſt, anni circulum vel reuolutionem. Nota noua matrimonia dici q̃ non ſunt annua. ‖ Similiter mancipiũ dr̃ nouum quod nondũ ſeruiuit per annũ. ff. de pu. & vect. interdum. §. quoties. ſimiliter vinũ. ff. de vin. trit. & ol. leg. l. vetus.

‖ Mancipiũ dr̃ nouũ qđ p annũ non ſeruiuit.

DE HIS QVI MORTVA. CASVS. Mortua vxore dẽt vir ab eius cõſanguineis vſque ad quartũ gradũ abſtinere, & hoc fit ex diſpenſatione: quia de rigore iuris eſſet puniendus.

a Et habes hic arg. qñ dñr noualia q annũ excedũt. ſimiliter nec nouum feudũ. Arch.

k ¶ Ad quartum.] ſi intelligas hoc de ſecundo gñe affinitatis, tũc nulla eſt ibi diſpenſatio: nec illud qđ ſequitur, hoc nos, ſpectat ad illud genus affinitatis, ſed ad primum.

l ¶ Prælibauimus.] i. olim cõceſſimꝰ quibuſdã.

HÆc ſalubriter.] CASVS. Præcipitur hic, ne quis ſuã ducat cõſanguineã q̃diu conſanguinitas vſque ad ſeptimũ gradũ cognoſcitur: & q i quarto gradu vel qnto iũcti ſũt, ſeparẽtur, qa i veteri lege prohibetur qs ad proximã ſui ſanguinis accedere.

m ¶ Affinitatis.] conſanguinitatis ſigna vel veſtigia.

n ¶ Matrimonio.] id eſt,

ſt, vſque ad ſeptimum gradum.

INceſtuoſi.] C a s v s. Qui inceſtas nuptias contrahunt: quamdiu in crimine ſunt, excommunicati debent eſſe: & ſi alter moriatur in illa coniunctione, ſuperſtes non debet contrahere.

a ¶ *Inceſtuoſi.*] primam partem huius cap. intellige de excluſione ſacramentorum: ſecundam autem de anathemate. & tunc dicit, Non ſumat cibum ſpiritualem. De hoc dictum eſt ſupra eadem quæſt. 3. de inceſtis. 12. quæſtion. 2. indigne.

Capit. l. 7. c. 433. & in adiect. c. 125. Anſ. l. 12. c. 9. Bur. l. 7. c. 5. Iuo p. 9. c. 41.

b ¶ *Manent.*] poſt admonitionem.

c ¶ *Ad cathecumenos.*] 11. q. 3. ad menſam. cõtra. Sol. expoſitio illa quæ ſequitur, id eſt, cum Chriſtianis, &c. non refertur ad totum id quod præmiſſum eſt, ſed ad aliam partem, inter Chriſtianos non habentur. Vel non de omnibus gentibus hoc intelligendum eſt, hoc de gentibus catechumenis.

Matth. 18.

d ¶ *ſed ſoli.*] Chriſtiani.

e ¶ *Maneat.*] quid iuris in hoc caſu, no. 13. quæſt. 1. §. de pœnitentibus.

VNde quæritur.] Hæc q. diuiditur in duas partes. in quarum prima probat, quòd ſententia retractari non poteſt: & hoc pbat per duos canones. Secunda: ibi *Quod autem.* Io. de F.

Sn̄ia pro matrimonio vel cõtra ipſum lata retractari pt.

f ¶ *Vnde quæritur.*] Hic quæritur ſi ſententia quæ lata eſt pro matrimonio, vel contra illud, poſtea poſſit retractari. Et dicendum quòd ſic: quia talis ſententia nullo curſu temporis tranſit in rem iudicatam, vt extra de ſent. & re iud. conſanguinei. & c. lator. Quidam volebant diſtinguere & dicere, quòd ſi ſecunda matrimonia ſunt contracta, non poteſt retractari ſententia: ſed ſi non ſunt contracta, poſſit retractari, per illud quod eſt extra de teſtib. ſicut 33. quæſt. 1. ſi per ſortiarias. ſed id quod in alia decret. ſicut dicitur, referendum eſt ad facilitatem [a], id eſt, non ita de facili retractatur ſententia quando ſecunda matrimonia contracta ſunt. Et illud quod dico in matrimonio, dico in omnibus vbi periculum animæ vertitur, vt in baptiſmo, & ordine. Illud tamen poſſet dubitari, vtrum ſententia matrimonij ipſo iure retractetur, an per in integrum reſtitutionem? Et videtur quòd per in integrum reſtitutionem, vt extra de in integ. reſt. ex litteris. E contra videtur quòd ipſo iure, quia ibi ſententia non tranſit in rem iudicatam, vt dixi. Sed licet magiſter ſpecialiter propoſuerit quæſtionem de matrimonio, tamen generaliter proſequitur an quælibet ſententia poſſit retractari. ¶ Notandum ergo quòd varijs modis retractatur ſententia. Quandoque retractatur ſi eſt lata per ſurreptionem, vt j. ea. veniam. & extra de offic. vicar. tua. & extra de ſenten. & re iudic. cum olim. Item ſi eſt lata per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta, vt extra de probat. licet. & C. de falſ. querela. Item ſi eſt lata per falſas allegationes. ff. de iudic. præter. Item ſi interuenit falſus procurator. vt extra de procur. in noſtra. ff. de iudic. licet. Item ſi eſt lata a iudice non ſuo, vt extra de iudic. at ſi clerici. & C. ſi à non compen. iud. per totum. Item per in integrum reſtitutionem [h], vt extra de in integrum reſtitut. requiſiuit. Item per appellationem & ſupplicationem, vt C. de precib. impera. offen. authent. quæ ſupplicatio. Item retractatur ſi eſt lata ab excommunicato, vt extra de ſent. & re iud. ad probandum. Item retractatur per implorationem triſtis auxilij, vt ſi contra ſeruum fuerit lata ſententia, ille appellare non poteſt, ſed permittitur ei implorare triſte auxilium, vt ff. de appell. ſerui. Item ſi fuerit lata contra ius ſcriptum, vt ſecunda, quæſtion. 6. §. eſt autem quando. Item propter corruptionem iudicis, vt 2. quæſtio. ſexta, §. venales. ¶ Sunt autem tres modi retractandi ſententias. Quandoque retractatur ſententia, id eſt, nulla oſtenditur eſſe, ſcilicet cum eſt lata à iudice non ſuo. 2. quæſtio. 1. in primis. vel cum per falſum procuratorem lata eſt. Quandoque retractatur iudicis officio, quandoque iure actionis. Si retractatur iudicis officio, ſcilicet per beneficium reſtitutionis in integrum: tunc ſi tantum vſque ad quadriennium poteſt agi. C. de temp. in integr. reſt. l. vltima. ſi autem iure actionis, ſcilicet actionis in factum: tunc vſque ad triginta annos audietur. C. de præſcript. xxx. annor. ſicut.

† forſaſſe operum

a Vel intelligẽ vt not. j. §. his ita. in gloſ.

Sn̄a multipliter retractatur.

b Breuẽ ſn̄ia qdã tenẽt p vt tot. ma. tunc ſi con tractũ ſit ſe cũdũ matrimoniũ. ſed cum ... tate iudicis ſolutũ eſt, ita & auctoritate eiuſdẽ deſ reformari. at. ext. de reg. iur. oĩs res & ff. de reg. iur. nihil. Arc.

2. c. q. 2. c. eccleſiaſticæ.

Anſ. l. 4. c. 9.

Sn̄ia tripli ci modo retractatur.

2. Cor. 10.

g diſt. 93. diaconus.

INceſtuoſi [a], dum in ipſo deteſtando, atque nefando ſcelere manent [b], non inter fideles Chriſtianos, ſed inter gentiles, aut catechumenos [c] habeantur: id eſt, cum Chriſtianis non ſumant cibum, nec potum: ſed ſoli [d] faciant hoc: non oſculentur, nec ſalutentur ab eis. Et ſi ſuis ſacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefando ſcelere ſe ſegregare, atq; ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui ſpiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per ſe veritas ait.] Si te non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.] Et [e] ſi alter eorum morte præuentus fuerit, alter, quandiu viuit, grauiter pœniteat, & ſine ſpe coniugij maneat.

¶ *Hoc Burchardus etiam & Anſelmus citant ex Aurelianenſi: & aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianenſi 3. c. 10. ſicut etiam in Agathenſi. c. 61. ex quo videtur citare Iuo. Sed longe magis cum hoc cap. concordat c. 4. concilij Ilerdenſis relatum s. ea. q. 2. & 3. De ijs, qui inceſti. Eadem autem plane verba leguntur l. 7. c. 433. & in adiectis. c. 125. exceptis tamen ijs, quæ indicabuntur.*

e ¶ Et ſi alter eorum.] *Hæc non ſunt in capitularib. indicatis: ſed horũ loco habẽtur iſta.* Nam cum fidelibus non debent orare, neque in eccleſiam intrare: ſed ad ianuam eccleſiæ excubare, & intrantibus in eam, & exeuntibus ex ea, vultu in terram proſtrato veniam poſtulare. & , pro ſe orare non dedignentur, flagitare, & lacrymis profuſis, vultu contrito, atque humiliato ſpiritu ſemper omnibus apparere vſque ad ſatiſfactionem eccleſiæ, & proprij epiſcopi canonicam reconciliationem manere, & ad priſtinum inceſtum nunquam redire, nec ſæcularia negotia exercere, nec placitis, aut accuſationibus, & teſtimonijs intereſſe, ſed crebris ſacerdotũ precibus, manuſque Pontificis proprij impoſitionibus, & eleemoſynarum largitionibus, atque cæterorum bonorum hominum † exhibitionibus expurgari, ſanarique oportet.

a *Hac auctoritate, qui in quarto, vel in quinto gradu conſanguinitatis coniuncti inuenti fuerint, ab eccleſia ſeparari iubentur.*

QVÆSTIO IX.

1. P. *VNde quæritur [f], ſi eccleſia fraude teſtium, aut ignorantia eorum decepta aliquos ſeparauerit, qui poſt ſeparationem alia coniugia contraxerint, ſi poſtea deprehenſa fuerit calliditas, vel falſa opinio teſtium. an priora cõiugia ſint redintegranda. Quod fieri non poſſe, argumentis, & auctoritate probatur. Sententia namque niſi per appellationem intra terminum lege conſtitutum releuata fuerit, irreuocabile robur obtinebit. Hinc etiam beatus Gregorius ſcribit dicens.*

¶ Quæ rationabiliter deciſa ſunt, mutari non expedit.

C. I.

OMnibus modis [g] eccleſiaſticæ diſciplinę, vel moderationi conueniens eſt, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel deciſa, nulla in poſterum debeãt refragatione turbari.

¶ *In vulgatis Gratiani codicibus tribuebatur B. Auguſtino. Reſtitutum eſt B. Gregorio ex aliquot vetuſtis exemplaribus, & Anſelmo. At s. 25. qu. 2. c. eccleſiaſtica. hoc idem citatur ex Gregorio, apud quem legitur ijſdem pene verbis. lib. 7. indict. 2. epiſt. 60.*

Itẽ Stephanus Papa V. Paulo epiſcopo Placentino.

¶ Quæ vtiliter deciſa ſunt, à ſucceſſoribus roborentur, à temerarijs præſumpta reſecentur.

C. II.

LOci noſtri conſideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædeceſſoribus noſtris vtiliter deciſa fuerint, roborare, & quæ à temerarijs præſumpta fuerint, in promptu nihilominus vlciſci. Reũ quippe ante conſpectum diuini iudicis ſe nouerit eſſe, qui nititur vtiliter finita reſcindere, ac roborata quolibet auſu violare. Eccleſiaſtici quippe vigoris ordo confunditur, ſi aut temere illicita præſumantur, aut non cõceſſa impune tententur.

[i] Proinde ſi negligenter ea, quæ male vſurpantur, omittimus [h], ex ceſſus viam proculdubio alijs aperimus.

¶ *Sententia huius capitis, & multa etiã verba ſumpta ſunt ex B. Gregorio, lib. 7. indict. 1. epiſt. 13. & 28.*

Quia ergo ſententia hæc rationabiliter data eſt, nec per appellationem intra certum terminum releuata, apparet, quòd nequaquam priora coniugia ſunt redintegranda. His ita reſpondetur. Aliud eſt: ſententiam reſcindere, et rationabiliter deciſa turbare: atque aliud, quæ per ſubreptionem obueniunt, deprehenſa corrigere: ſuum namque errorem cuique corripere licet: atque ideo, quæ à quolibet illicite committuntur, ſiue à prædeceſſoribus admiſſa

g OMnibus modis.] ¶ *Rationabiliter.*] etiam Imperiali reſcripto [c]. C. de tranſact. cauſas. ſummo à limine iudiciorum expellentur qui volunt retractate ſententias, à quibus non eſt appellatum, vt C. ſentent. reſcin. non poſſ. l. vltim. C. vt lite penden. l. fin. niſi propter publicam vtilitatem, vt ff. de decret. ab ordin. faciend. quod ſemel. vt niſi reſtituendo. ff. de minorib. in cauſæ. §. vltimo.

c Sub. niſi ex certa ſcia princeps daret reſcriptũ dicẽdo nõ obſtãte tali ſn̄ia. arg. C. de teſtam. hoc inter liberos Arc.

d ſn̄ia à qua fueſt appellatũ, nõ eſt retractanda

LOci noſtri.] Casvs. Papa bene diffinita debet confirmare, & delicta corrigere. Peccat enim qui bene ſtatuta violat: & qui delicta non punit, peccandi viam aperit.

h ¶ *Omittimus.*] ſim. 23. q. 3. eſt iniuſta. in fine.

i ¶ *Errorem.*] nota, quòd partibus & aduocatis licet corrigere errorem ſuum quandocumque ante ſententiam, vt extra de cenſ. olim. circa medium. C. de iure & fact. ignor. error. teſtibus incontinenti licet corrigere, vt extra de teſtibus cogendis, præterea [d]. Item dominus poteſt incontinenti errorem procuratoris corrigere, vt extra de offic. iudic. deleg. cum olim. in fine, vbi errauerit in petendis iudic

d Adde arg. quõ iſ iudici recipe teſtẽ volẽtem corrigere dictũ ſuũ. no. Bar. i. l. ſi poſtulauerit. § 1. ff de adult. & in repet. ſ. de quæſt.

iudicibus ſuſpectis, vt extra de cauſ. poſ. & propr. cum olim. de hoc 35. q. 1. ſuper. & cap. apud miſericordem. Item iudex poteſt errorem ſuum corrigere in interlocutoria ſententia, vt ff. de re iu. quod iuſſit. ſed diffinitiuam ſententiam nullus poteſt corrigere: ſiue ſit ordinarius[a], ſiue delegatus, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus cauſis, vt extra de off. deleg. in litteris. C. quomodo & quan. iu. ſi vt proponis. ff. de pœn. dum fratres. niſi ſit lata contra ordinem iuris, tunc poteſt retractari ab ordinario tantum, vt C. de ac. l. 3. & 4. & etiam à delegato, vt extra de acc. qualiter & quando. ‖ Sed licet contingere non poſſit ſententiam, tamen poteſt eam moderari, vt ff. de off. præſid. illicitas. §. vlt. Similiter ſi deceptus fuit ſententiam, poteſt denegare executionẽ iudicati, vt ff. de iud. ſi prætorin ſi. Item verba ſententiæ poteſt mutare: dum tamen ſenſus idẽ remaneat, vt ff. de re iudic. actorum. Item ſupplere poteſt eadem die de fructibus[b]. ff. de re iu. Paulus. Item interpretari poteſt ſententiam ſuam ſi eſt præſes vel procurator Cæſaris, vt ff. de app. l. ab executore.

a De hoc & not. extr. de reg. iu. cum Bertholdus. in gloſſ. ſed qualiter.

a Vide 3. eũ per bellicã 34. q. 1 & 2.

‖ Sententia pt moderari

b Ad idẽ de expẽſis. Ar.

a Deuſd. p. 3. Poly. l. 4. tit. 20. Anſ. l. 6. c. 157.

inueniuntur, in melius reuocari oportet. Porro illicite vxor à viro ſuo ſeparata eſt, & illo viuente alij copulata. cum Dominus ſolius fornicationis cauſa à viro ſuo vxorem ſeparari iubeat. Sicut ergo ſi aliqua, cuius vir putaretur defunctus, alicui copularetur, & qualibet occaſione interueniente, ab eius conſortio diſcederet, quamuis iudicio eccleſiæ cogatur redire ad eum quem reliquerat: tamen, ſi poſt triennium[a] virum, qui mortuus putabatur redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur. ſic cum deprehenduntur non fuiſſe conſanguinei, qui cauſa conſanguinitatis ab inuicem ſeparati ſunt, priorũ conſortij fœdera ſunt reparanda.[b]

2 Quòd autem, quæ illicite admittuntur, vel admiſſa inueniuntur, corrigenda ſint, vel quòd ſententia etiam Romanæ ſedis in melius commutari valeat, auctoritate Hilarij Papæ, & Nicolai monſtratur.

Ait namque Hilarius epiſcopus Vrbis Romanæ ſynodo præſidens. c. 4.

¶ Corrigendum eſt, quod illicite admittitur, aut à prædeceſſoribus admiſſum inuenitur.

C. III.

Q Vod quis[c] commiſit illicite[d] aut à prædeceſſoribus ſuis inuenit admiſſum, ſi propriũ periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nullo volumus ſeueritatem vltionis exercere: ſed, qui in cauſis Dei, vel contumacia, vel aliquo† exceſſu deliquerit, aut ipſe, quod perperam fecit, abolere noluerit: in ſe, quidquid in alio non reſecauerit: inueniet. Quod vt deinceps poſſit tenacius cuſtodiri, ſi placet, ſententias, cauſas, & ſubſcriptiones proprias, omnes commodate, vt ſynodali iudicio aditus claudatur illicitis.[e]

Item Gregorius.

¶ Secundum ſuæ conditionis tenorem Apoſtolica valet mutari ſententia.

C. IIII.

3 A Poſtolicæ ſedis ſententia, tanta ſemper conſilij moderatione cõcipitur, tanta patiẽtiæ maturitate decoquitur[f], tantaq; deliberationis grauitate profertur, vt retractatione nõ egeat, nec immutari neceſſariũ ducat,

a ¶ *Triennium.*] maxime. arg. 33. q. 5. ꝙ Deo.

b ¶ *Reparanda.*] ‖ non rem iudicatam non præiudicare veritati in cauſa ſpirituali. Sed videtur contra ext. de teſti. ſicut. quia ibi dicit, quòd non videtur ſupereſſe aliquod remedium niſi quòd teſti imponatur pœnitẽtia de periurio. ſed ibi ſupple ſcilicet de facili. Vel ibi reſpicit factum, non ius. Simile not. extra de arbit. peruenit.[c]

‖ res iudicata veritati n præiudicat.

† alias aliquo

c Vel dic vt not. 3. ea. in ſumma.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat quòd ſententia retractatur, & hoc probat per v. capitula. Io. de Fant.

Q *Vod quis.*] Caſus. Qui non vult puniri, corrigat ſua & prædeceſſoris ſui delicta: & qui non correxerit, punietur, vt via peccandi claudatur.

3 Deuſd. ibi Pol. l. 4. tit. 6. Anſ. l. 2. c. 69.

c ¶ *Quod quis.*] hoc c. loquitur de illicita alienatione rerum eccleſiæ, vt ext. de re. perm. c. 2. Secus enim ſi deliquit ſententiando[d] diffinitiue. C. ſen. reſc. non pol. l. 1. ff. de re iudi. l. iudex. arg. contra factum proprium aliquem poſſe venire. arg. 12. q. 1. certe ego ſum. & extra de elect. noſtri.

d Etiã in cã ſpirituali, ſecundum H.

d ¶ *Illicite.*] ſic 55. diſ. pœnitentes, arg. contra. extra de cler. coniug. diuerſis. & extra de fil. presb. veniens. & arg. ff. de reb. eo. qui ſub tu. vel cur. l. quamuis. & extra de conceſ. præb. cum ſuper.

e ¶ *Illicitis.*] no. argum. ad quæſtionem dominicalem: ‖ iuraui quòd numquam accederem ad fornicariam meam. poſt volo cum ea contrahere, numquid poſſum? arg. hic quòd ſic, & 31. q. 1. relatum. & ea. illud. Et arg. contra extra de cauſ. poſ. c. 3. & ff. de excep. rei iud. l. & an eadem. §. actiones.

‖ fornicariã abiurans an cũ illa cõtrahere poſſit.

A *Poſtolicæ.*] Caſus. Quæritur vtrum Papæ conſtituta ſint mutanda, & reſpondetur quòd non, niſi mutationis cauſa vel conditio ſit inſerta.

f ¶ *Decoquitur.*] ‖ Hic patet ratio, quare in reſcriptis Apoſtolicis nihil debet vitij reperiri, nec aliquid reprehenſibile, vt extr. de reſcr. cum adeo. vnde vitioſa dicẽtur reſcripta ſi ſit in eis falſum latinum

‖ Reſcripta Apoſtolica nihil reprehenſibile contineant.

vt extra de reſcrip. ad audientiam. ſed in teſtamentis & priuilegijs ſecus eſt. C. de teſtam. errore. ff. de man. teſt. qui habebat. Non enim eſt veriſimile, quòd cum illæ litteræ in tot manibus decoquantur, quòd ibi ſit aliquid reprehenſibile.

g ¶ *Retractari poſſit.*] ‖ videtur ergo quòd ſententia principis poſſit retractari, ſi eſſet iniuſte lata. Et ſic eſt contra. C. de app. ne cauſas. vbi dicitur, ꝙ ſi ſententia principis ſine cauſæ cognitione fuerit lata, non poteſt retractari ab alio. nam etiam error principis facit ius inter partes, vt ff. de ſupel. leg. l. 4. in fi. ſed hic loquitur de ea retractatione, quæ fit per in integrũ reſtitutionẽ, extr. de in integ. reſt. tum ex litteris.

‖ Sententia principis an poſſit retractari.

niſi forte ſic prolata ſit, vt retractari[g] poſſit, vel immutanda ſecundum præmiſſæ tenorem conditionis[h] exiſtat.

¶ *Apud Anſelmum, & Polycarpum citatur ex epiſtola Nicolai Papæ ad Regem Carolum. Extat in codice ſæpe memorato monaſterij Dominicanorum in epiſtola Nicolai, quæ inſcribitur ad Ludouicum regem, & in altera eiuſdem ad epiſcopos omnes in regno Ludouici, quæ incipit,* Gaudemus.

Item Innocentius Papa, epiſt. 22. ad epiſcopos Macedoniæ.

¶ A prædeceſſoribus damnatos, aliorum ſupplicationibus in priſtinum ſtatum Apoſtolica reformat eccleſia.

C. V.

4 V Eniam nunc ad maximũ Photinũ[i], quaſi ad quoddam thema: & (quòd mihi anxiũ eſt, ac difficillium) maiorum meorũ reuoluam ſententias. Fuerat de illo, quoquo pacto (vt ipſi etiam commeminiſtis) aliquid vtique grauius cõſtitutum. Verum, quoniam id per rumorem[k] falſum, vt aſſeritis, ſubreptum huic ſedi, & elicitum per inſidias demonſtratis: quia res ad ſalutem rediit, veniam nos hanc intãtum vobis adnitentibus poſt cõdemnationem more Apoſtolico ſubrogamus[l]: tantiſque veſtris aſſertionibus, vobiſque tam bonis, tã charis non dare conſenſum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione (fratres chariſſimi, & ſentẽtia, ac poſtulatione epiſcopum Photinum habetote (licitum eſt enim ita cõſtituere, vt deprecamini[l]) & noſtram in melius conuerſam ſententiam, labore, vel teſtimonio veſtro compotem g[m] vobis ſuſcipere. Euſtachium vero à me ſæpiſſime comprobatum nolite[n] expectare vt diaconi gradu† expolietur.[e] Solicitos enim vos pro ſalute libenter audio[o]: contra caput, etiam ſi faciendum[p] ſit, non libenter admitto. Cui manum

h ¶ *Conditionis.*] ſi conceſſum erat ad tempus. 3. e. q. 3. quod ſcripſi. Vel illius, ſi preces veritate nitantur, ‖ ſententia autem non eſt ſub conditione ferenda. 2. q. 6. biduum. vnde hoc nõ intelligitur de ea, tenet tamen ſi feratur. extra de ſent. exc. à nobis, &c.

4 Pol. l. 4 ti. 5

‖ Sententia non eſt ſub conditione ferenda.

V *Eniam nunc ad.*] Caſus. Quidam petebant vt Papa Fotinum epiſcopum ex falſa cauſa depoſitum reſtitueret, & Euſtachium diaconum deponeret: Papa vero epiſcopum eis reſtituit, ſed diaconum non depoſuit.

i ¶ *Maximum Fotinum.*] forte binomius erat ille Fotinus. vel aliter, veniam ad Fotinum nunc quaſi ad maximum quoddam thema: quia plures qõnes ex eo ſurgunt.

‖ Te.eſt 15 [illegible] ff de pœ. & l Arian'. ff. d ac. & obl.

k ¶ *Per rumorem.*] arg. ad quæſtionem iſtam. ‖ Quid ſi aliquis propter falſum rumorem eſt electus, qui credebatur peritus? quod poſtea caſſatur eius electio[c], ſicut & caſſatur inſtitutio, vt ff. de here. inſti. ſi pater. ſed legata non caſſantur ratione falſi rumoris, vt ff. de her. inſtit. l. vlt. ‖ Item hoc ſcias. quòd ea, quæ per ſubreptionem obtinentur, etiam abſente aduerſario, retractantur, vt ext. de ſen. & re iudic. cum olim.

‖ electio im periti, q cre debatur peritus, an debeat caſſari.

c Arg. cõtra 20. q. 1 placuit. vbi de hoc.

† al. gratia

‖ idẽ apud Ni clau ad epos Galliç.

‖ obtenta p ſubreptionẽ abſente aduerſario, retractãtur.

nec aliquid valet quod per litteras ſubreptitias actum eſt, vt extr. de off. vi. tua. immo & libertas non retractatur, licet propter iniuſtam cauſam data ſit, vt inſt. quib. ex cau. ma. §. ea. ver. ſemel. tamen nulla eſt, ſi per ſubreptionem data fuerit, vt ff. de fideic. lib. cum vero. §. ſubuentum. & iudex qui aliàs non poteſt reuocare ſententiam diffinitiuam, licet iniuſtam, in hoc caſu ipſemet eam reuocat. ff. de iudic. ſi prætor.

l ¶ *Vt deprecamini.*] argu. ‖ quòd non ſit ſimonia preces pro digna perſona porrigere: & pro digno depoſito reſtituendo licite poſſunt preces offerri. arg. 1. q. 1. filium. & diſ. 54 clerico. & diſ. 54. ſi ſeruus.

‖ Preces p digno li[illegible] [illegible] non induunt.

m ¶ *Compotem.*] id eſt, officij poteſtatem habentem.

n ¶ *Nolite.*] arg. quòd Papa approbat, &c. vt 3. 24 q. 1. hæc eſt fides. 3. 17. q. 4. §. qui autem. & 93. diſ. ſi inimicus.

c Arg. cõtra 3. 23. q. 4. eſt iniuſta. vbi de hoc.

o ¶ *Audio.*] arg. opti. ad iuuandos reos criminis[f]. 3. diſ. 45. licet ſimilia. C. de aduoc. di. iud. l. reſtituendæ. & ff. de alb. ſcri. l. vlt.

p ¶ *Si faciendum.*] arg. ꝙ potius de miſericordia[g], quàm de rigore iuris delinquentes debemus corrigere: & ꝙ proniores debent eſſe prælati in abſoluendo, quàm in condemnando, vt 3. diſtin. 45. licet

‖ Miſericordia eſt rigori præferenda. g idẽ ſecũ miſericordiã ergo tẽperare debe [illegible] dum iuris rigorem.

plerumque.ꝟ.diſ. 50.ponderet.& ꝟ.23.q.4.duo.& ꝟ.26.q.7. alligant. ff.de act.& ob. Arianus.ext.de prob.ex litteris.ext.de fortil. ex tuarum.contra di.86.nõ ſatis.ꝟ.di 9.ſana.& ꝟ.10.q.7. diſpẽſationes. Io.

catum eſt,bonitas magis apparebit:ſi male,malitia in ſententia cõmiſſa punietur. Arc.

i ¶Grauius.]i.cum grauitate.

k ¶Pœnitentia.]i.poſtea non pœnitebit:quia cum deliberatione faciet.24 diſt.c.1.

SEntentiam.]Casvs. Quæritur vtrum ſnia Apoſtolicorum poſſit retractari?Et reſp. ꝙ poteſt, quando ex ſubreptione vel ex diſpẽſatione lata eſt, ſicut Paulus pter omne ius quædam fecit, & poſtea reprobauit: ſed hoc faciẽdum eſt diſcrete, & ex cauſa, ne retractentur bene diffinita.

a ¶Vel temporum.]55. diſ.priſcis.& ꝟ.1. q. 7. neceſſaria. & c. quòd pro remedio.

1 Timotheus fuit circumciſus.

b ¶Legimus.] vt circũciſionẽ Timothei, quã fecerat fieri Paulus pp ſcandalum Iudęorũ: qui natus erat ex Iudæa & gentili. poſtea mutauit hæc cum dixit: Dico ꝙ ſi circuncidimini, Chriſtus nihil vobis pderit. ar. de pœ.di.2. circuncíſio.& 28.q.1.ſic.

2 Anſel.l 1. c.75 Iuo p.5 c.19.

c ¶Non quando.] ex hoc dicunt quidã Papam reſcindere non poſſe quod ſemel bene diffinitum eſt,quin peccet. nam illud dicitur poſſe quod de iure.&c.22.q.2.faciat.

Papa bñ diffinitum reſcindere non poteſt.

GRaue.]Casvs. A ſnia qua quidam abſolutus fuit de crimine, appellatum erat ad concilium Macedoniæ. Epis videbatur durũ ſniam infirmare. reſcribit eis Papa,& dicit, quòd non oportet eos hoc timere: immo veritatẽ debent plenius inquirere,& nocẽtẽ ſi conuincitur cõdemnare.

3 Pol.l.5.ti.4 Anſ l.2.c.28

d ¶Graue.] Casvs. Epi Macedoniæ dolebant ſi aliqñ Papa retractabat ſententias eorum, vel cauſarum cognitiões. & ad hoc reſpondet Papa.

e ¶Quia veritas.]optima allegatio eſt contra iudices, qui nolũt audire aduocatos. ꝟ.30.q.vlt.iudicantẽ a. Non.n.poteſt ad veritatem perueniri, niſi reſpiciatur ad cauſã, &c.23.q.8.occidit.

Aduocati ſũt audiẽdi. a Adde gl in antiqtas.in ſi.C d vſuf. 3 diſt.50.Ioãnes Chryſoſtomus

f ¶Sæpius.] quãdoque tamen ſufficit ſummatim cognoſcere. C. vbi in rem act. l. 2. & ff.ad exhiben.l.3.§. ſciendum.

4 Burc l.2.c.233.Iuo in præfatione. Pan.in præfatione.c.32

g ¶In lucem.] arg. ꝙ iudex pôt ſæpius interrogare teſtes cum dubie aliqd dixerint, vt 30.q.vlt. iudicantẽ. extra de emp. & ven. cum cau. & ff. de interr. act. vbicumque, Nec enim aliter ad veritatẽ peruenitur niſi circunſtantiæ omnes diligenter quærantur, vt 23.q.vlt.occidit.

Teſtes ſæpius põt interrogari.

h ¶Pernicies.] id eſt, perniciofum factum. Additio. Dic clarius, pernicies,id eſt, perniciofa ſentẽtia, quaſi dicat, ſi bene iudi-

porrigitis,vobiſcum porrigo, cui porrigo,mecum porrigite.

a ¶Maximum.]Germana lectio eſt, Veniam nunc ad maximum,quaſi quoddam thema Photinum. *Sed ob gloſſam nihil eſt mutatũ.*

β ¶Compotem vobis.] *Eadem cauſa fecit, ne mutaretur. Legendum eſt enim,* compotes voti.

Item Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola ſeptima.

¶Sententia Romanæ ſedis in melius commutare licet. C. VI.

1 SEntentiam Romanæ ſedis non negamus poſſe in melius commutari,cum aut ſibi ſubreptũ aliquid fuerit , aut ipſa pro conſideratione ætatum, vel temporum a, ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatorie quiddam ordinare decreuerit: (quoniam & egregium Apoſtolũ Paulum quędam feciſſe diſpenſatorie legimus b,quæ poſtea reprobaſſe dinoſcitur)quando tamen illa Romana videlicet eccleſia diſcretiſſima conſideratione fieri delegerit,non quando c ipſa , quæ bene ſſit diffinita, retractare voluerit. a

a ¶Voluerit.)*Sic etiam in originali impreſſo: ſed Anſelmus,& Iuo habent,*tenderit.

Innocentius epiſcopis per Macedoniam conſtitutis cap. epiſt.7.

¶Cuiuſque iudicium Apoſtolicæ ſedis auctoritas retractare valet. C. VII.

3 GRaue d non oportuit videri piiſſimis mentibus veſtris cuiuſcũque retractari iudicium: quia veritas e ſæpius f exagitata, magis ſplẽdeſcit in luce g,& pernicies h reuocata in iudicium,grauius i,& ſine pœnitentia k condemnatur. Nam fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri.

Item ex libro Pontificali. 1

¶A prædeceſſoribus depoſiti, à ſucceſſoribus reſtituuntur. C. VIII.

4 GRegorius quartus, Theodoſium , quem Eugenius anteceſſor eius presbyterij honore priuauerat, eccleſiæ Signinæ conſecrauit epiſcopum. Leontius,dum eſſet presbyter,depoſitus fuit: ſed poſtea in Antiochia Patriarcha fuit. Miſenum epiſcopum à Felice Papa damnatum Gelaſius ſucceſſor eius & cõmunioni reddidit,& eccleſiæ reſtituit ſuæ.

¶ *Hæc eadem ordine tantum mutato habentur ꝟ.diſt.50.c.Ioannes Chryſoſtomus. §. Miſenum epiſcopum. Et caput hoc in plerſque vetuſtis Gratiani exemplaribus ponitur ante c.graue. ſine nomine Palea.*

C. IX.

SIcut ergo ſententia Romanæ ſedis in melius commutari valet: ſic cuiuſlibet eccleſiæ ſententia,cum per ſubreptionem data cognoſcitur,rationabiliter reuocari poteſt.

QVÆSTIO X.

DE ea vero,quæ ad ſecundas nuptias tranſit,vtrum in eadem affinitate conſanguineorum prioris viri remaneat, an ſoboles ex ſecundis nuptiis ſuſcepta conſanguineis prioris viri copulari poſſit merito quæritur.

De hac ita ſcribit Gregorius Papa Venerio Caralitano epiſcopo.

¶Affinitas in ſuperſtite non deletur. C. I.

5 FRaternitatis veſtræ ſtudioſæ ſagacitati 6 ,frater amande , quas debeo , refero grates. Quoniam quæſiſti,quæ debuiſti, iucundum me reddidiſti. Vnde placide ad inquiſita reſpondeo. Sedem Apoſtolicam conſulere decreuiſti, ſi mulier l copula nuptiali extraneo viro coniuncta cognationi eius pertineat m,ſi eo defuncto n cognatio maneat, vel ſi ſub altero o viro cognationis vocabula diſſoluantur, vel ſi ſuſceptæ p ſoboles poſſint legitime ad prioris viri cognationis tranſire copulam. Eſt enim verbum Domini validum,& forte,eſt durabile, eſt immutabile, eſt perſeuerabile, non momentaneum, non tranſitorium. Ait enim per ſe ipſa veritas,quæ Deus eſt, & verbum Dei.[Cælum, &terra trãſibunt q, verba autem mea non tranſibũt.] Antequam Deus in carne inter homines appareret,eo inſpirante dixit Adam.[Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem , & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna:] cui non contradixit Dominus. Deinde cum veritas oriretur de terra in terram,& viſibilis † r in humanitate appareret, interrogatus eſt, ſi licitum eſſet homini vxorem relinquere. Quod prohibens, fieri vetuit , niſi forte fornicatio excluderet maritalem copulam. Vnde protulit ſtatim in medium eamdem ipſam ſentẽtiam, quam ante ſæcula manens cum patre verbum inſpirauerat Adæ, ipſe confirmans ſ , quod ipſe homo primus protulit. [Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.] ſi vna caro fiunt; quomodo

DE ea.] Hic depingitur 10. q. q hẽt duo membra,ſ. verum ex ſecundis nuptiis ſoboles ſuſcepta poſſit cõſanguineis viri prioris matrimonio copulari: & vtrum affinitas deleatur in ſuperſtite. & in vtraq; videtur negatiue.j.ea.ca.1.ſed illud corripitur ext. de cõſan.& aff.non debet.

Quæſtio duplex hic ſoluitur.

ros [a], & præſumptores ſuper monumenta in campũ miniſteria† [b] portare, aut diſtribuere ſacramẽta, ſed aut in eccleſia, aut in baſilica, vbi martyrũ reliquiæ ſunt depoſitæ, ibi pro defunctis oblationes offerri. ¶ Nec liceat Chriſtianis prandia ad defunctorũ ſepulchra deferre, & ſacrificare mortuis.

Item ex concil. o Triburienſi. [2]

¶ Quomodo in eccleſia combuſta miſſa poſſit celebrari. C. XXX.

[3] C Oncedimus etiã, vt ſicubi (quod peccatis noſtris exigentibus per plurimum eſt factũ) à Normanis, & Sclauis†, ab Vngaris†, & à malis Chriſtianis, ſeu alio qualicumque modo eccleſiæ fuerint incenſæ, & combuſtæ, in capellis [c] cum tabula conſecrata miſſas interim celebrari permittimus [d], donec eccleſię ipſę reſtaurari queant. In itinere vero poſitis, ſi eccleſia defuerit, ſub dio [e], ſeu in tentoriis, ſi tabula altaris conſecrata, ceteraque ſacra miniſteria ad id officium pertinentia ibi affuerint, miſſarum ſolennia celebrari concedimus: aliter omnino interdicimus.

¶ *De hoc c. not. eſt. 3. ad c. Miſſarum ſolennia.*

Item ex concilio Epaunenſi. c. 26. & 27.

¶ *Iuo citat, vt vulgata Gratiani exemplaria, ex concilio Hipponenſi. Sed ex Burcharde, & vetuſtis Gratian. codicibus reſtitutum eſt, Epaunenſi. ex cuius 27. & 28. capitibus confectum eſt.*

¶ Chriſmate non vngantur altaria, niſi fuerint lapidea. C. XXXI.

[4] A Ltaria [f], ſi non fuerint lapidea, chriſmatis vnctione non conſecrentur [g]. Ad celebranda autem diuina officia ordinem, quem Metropolitani [h] tenẽt, cõprouinciales obſeruare debebũt.

Item ex concilio Agathenſi. c. 14.

¶ Chriſmatis vnctione, & ſacerdotali benedictione ſacrentur altaria.

C. XXXII.

[5] A Ltaria placuit non ſolum vnctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari.

Item ex concilio Aurelianenſi. c. 3.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex cõcilio Aurelianenſi. Ipſa quidem ſententia habetur in capitul. l. 5. c. 230 & li. 6. c. 101. & nouel. 58. apud Iulianum antecesſorem in extremo.*

¶ In priuatis oratoriis licet orare, ſed non miſſam celebrare. C. XXXIII.

[6] V Nicuiq; fidelium in domo ſua oratorium [i] licet habere, & ibi orare: miſſas autem ibi celebrare non licet [k].

Item ex ſexta ſynodo. c. 31.

¶ In priuatis oratoriis abſque conſenſu epiſcopi nullus miniſtrare præſumat.

C. XXXIIII.

C Lericos [l], qui miniſtrãt, vel baptizant in oratoriis, quæ intra domos ſunt, cum conſenſu epiſcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis vero hoc non obſeruauerit, deponatur.

Item ex concilio Agathenſi. c. 21.

¶ Qui extra parochias habent oratoria, his diebus ad parochias redire coguntur. C. XXXV.

[7] S I quis etiã [m] extra parochias, in quibus legitimus eſt, ordinariuſque cõuentus, oratorium [n] in agro habere voluerit, reliquis feſtiuitatib. vt ibi miſſas audiat†, propter fatigationem [o] familiæ, iuſta ordinatione permittimus. Paſcha vero, Natali Domini, Epiphania Domini, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali ſancti Ioannis Baptiſtę, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus, aut in parochiis audiant†. Clerici vero, ſi qui in feſtiuitatibus, quas ſupra diximus (niſi iubente, aut permittente epiſcopo) miſſas celebrare† voluerint, cõmunione priuentur.

Item Auguſtinus.

¶ Quibus ex cauſis loca ſanctorum mutanda ſint. C. XXXVI.

[9] [8] T Ribus ex cauſis loca ſanctorum tranſmutãda ſunt. Prima, cum neceſſitas perſecutorum loca eorum grauauerit. Secunda, cum difficultas [p] locorum fuerit. Tertia, cum malorum ſocietate grauantur.

Item ex concilio Moguntinenſi 1. c. 51.

¶ Quando alicui corpora ſanctorum de loco ad locum transferre non licet.

C. XXXVII.

[9] C Orpora ſanctorum de loco ad locum nullus transferre præſumat ſine conſilio [q] principis [r], vel epiſcoporum, ſanctæq; ſynodi licentia.

Item Hyginus Papa.

¶ In vſus laicorum non conuerti licet ligna eccleſiæ dedicatæ.

C. XXXVIII.

[10] L Igna [s] eccleſiæ dedicatæ [a] non debẽt ad aliud [t] opus iungi, niſi ad aliam eccleſiã: vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum [u] in monaſterio† fratribus: in laicorum [x] vero vſum† non debent admitti.

a ¶ *Dedicatæ.*] *Antea legebatur & in rubrica, dedicata. Emendatum eſt hoc, ſicut & alia nonnulla ex vetuſtis exemplaribus, Bur-*

T *Ribus*] Hæc eſt 9. pars diſtin. in qua loquitur magiſter de tranſlatione reliquiarum, & eccleſiarum. Ioan. de Fant.

7 Iuo p. 4. c. 9.

p ¶ *Difficultas.*] vt pro aeris intẽperie, vt 74. diſ. quorũdam malorum. [nam pp malitiã populi transfertur ſedes. 25. q. 2. ita nos. propter malitiam populi eps renuntiat dignitati. ext. de renun. niſi. ver. propter malitiam plebis. Quarta cauſa eſt quare transfertur eccleſia. f. cauſa meliorationis, vt 16. q. 7. c. antepen.

† al. remota

§ ſedes trãſfertur propter malitiã plebis.

† al. ſcenam

q C *Orpora.*] ¶ *Sine conſilio.*] ff. de reli. oſſa. in princ.

r ¶ *Principis.*] i. Papæ, [e] 18. q. 3. diffinimus. & hoc verum eſt cũ corpus traditum eſt iam perpetuæ ſepulturæ. C. de reli. l. vlt. niſi neceſſitas immineat: tũc enim ſufficit auctoritas præſidis prouinciæ. C. eo. l. 1. ſi autem. non eſt traditum perpetuæ ſepulturæ, bene poteſt trãsferri ſine auctoritate alicui[f] ad alium locum. C. e. tit. ſi necdum.

† al. facere aut tenere

e Si vero dicatur principis, 3. regis vel Imperatoris intelligitur, ſ. vbi ñ poſſet hoc eſſe ſine ſcãdalo, ſi fieret ſine cõſilio principis, & ſpẽaliter de eccleſiis quarũ ẽ patronus, ſecundũ Hug.

f Auſ. l. 5 c. 6. Burc. l. 3. c. 90. Iuo p. 3. c. 80. Pan. l. 2 c. 58.

L *Igna.*] Hæc eſt 10. pars diſt. in qua probat magiſter per 6 cap. φ ligna vetuſta eccleſiæ & alia veſtimenta & ornamenta non debent redire ad humanos vſus. l. de F.

9 Burc. l 3. c. 212 Iuop. 3. c. 175. Pan. l. 2. c. 56.

s ¶ *Ligna.*] de lignis eccleſiæ deſtructæ & omnibus vtenſilibus eccleſiæ teneretur vtendis, iſtis ſex cap. ſequent. oſtenditur.

t ¶ *Ad aliud.*] extra de rer. permu. mancipia. ff. de rei ven. quæ religioſis.

10 Poly. 3. tit. 16. Anſ. l. 5. c. 17. Bur. l. 3. c. 39. Iuo p. 3. c. 44. Pan l. 2 c 16

u ¶ *Ad profectum.*] non tamen indifferenter, ſed vel in capitulo, vel in dormitorio, vel in aliis religioſis locis: non in coquina, vel in vineis paſtinandis. [f]

† al. monaſterium

† al. opera

f id eſt, colẽdis. & hoc legi. & not. 14. q. 1. §. ad hoc. ver. cõſtituis. & c.

x ¶ *In laicorum.*] arg. quæ ſemel conſecrata ſunt non debere redire in vſus laicorum. 3. 19. q. 3. quæ ſemel. 17. q. vlt. quaſti ſunt. arg. contra. 3. diſ. 54. ex antiquis. & c. ſi ſeruus. & c. frequens.

a ALtaris palla.] Pallæ dicuntur veſtimenta altaris. i. ſindones & corporale: quæ q̃a ſunt quadrágulæ, ideo dicũtur pallæ à quoda muliebri pallio quadrãgulato, qđ palla dicitur. ita dicit H. P.

† palla quid ſit.

b ¶Velum.] pannus eſt qui pẽdet ſuper altare, vel cortina ante H. E.

NEmo.] CASVS. Beneu. ſic ponit hunc caſum. Præcipitur hic, ne mortuus in palla altaris ſepeliatur. ſi q̃s hoc fecerit, vel fieri permiſerit: diacon[o] trib. annis & ſex men ſib. p̃sbyter 10. annis, & ſex mẽſib. ſuſpẽdatur. Et addicitur qualiter, & à quibus, & vbi cortinæ & linteamina debeant lauari. Pallas, id eſt, corporalia. Menſæ, id eſt, altaris.

1 Pol. l. 3. tit. 15. Bur l. 3. c. 216. Iuop 2. c. 66. & p. 3. c. 166.

† cantara

† al. ſanctuario

c ¶Mortuum.] Laicũ. nã clerici mortui bñ induuntur veſtibus ſacris. 13. q. 2. nullus.

d ¶In menſam Domini.] i. ad menſam Dñi cõponẽdã: qđ ad ipſũ diaconum ſpectat. ar. 25. di. perlectis. & diſ. 93. diaconi. vel forte eſt illa vbi ſacerdos poſt conſecrationem manus tergit: vel forte palla cui inuoluit calicem, & abſtergit.

† tranſitus habeatur

e ¶Negligenter.] arg. negligentia vt factum puniendam. 25. quæſt. 2. nulli fas.

f ¶Anathemate.] i. ſuſpenſione[a]. non enim debet anathematizari pro tali cauſa.

a Sub. & ſeparatõe à corpore & ſanguine Chriſti, à miniſterio altaris & forte ab officio eccleſiaſtico. 3. 1. q. 1. repetiuntur Hu

† abeſt ab Orig.

g ¶Excõmunicatus.] à cõione remotus: & ita habes hic pœnam nõ admonentis prælati, nam alibi dr: Vel ſi nõ ſparſerimus, &c. 43. diſ. diſpenſatio. Item per hoc c. vt reprobari intellectus quorundam, quem hẽs in illo c. 1. q. 1. quidqd inuiſibilis. nã ibi pp negligẽtiam nõ excõicabitur presbyter niſi per quattuor menſes.

al. quinque

h ¶Et vela.] i. ornamẽta altaris, vel vela, i. cortinæ. Huic hodie derogatum eſt conſuetudine generali:

† al. commonuerit

i ¶Non foris.] i. ab aliis ſegregatũ. & eſt ſcdã veſtis ſacerdotalis.[b]

a Burr. l. 3. c. 214 Iuop 3. c. 166

b ſ. hĩ dñt. q̃ eſt ornamẽtum calicis.

k ¶Vela.] i. cortinæ, q̃ in eccleſiis extẽdũtur feſtiuis diebus, & in Quadrageſima cauſa conſignationis vel ſignificationis. Ioan.

IN ſancta.] CASVS. Hoc ca. cũ duobus ſeq. patet. hiſtoriã tñ notabis in ſeq. ca. vbi dicitur, legitur, &c.

l ¶Non ab aliis.] i. diſ. 23. ſacratas. & ca. non liceat.

m ¶Quia perit.] i. pœnã patitur, & punitur corporaliter & tẽporaliter, non aũt ſpiritualiter vel æternaliter[c]. & vno peccare, &c. 3. diſ. 4. ſed illud. De hac materia no. 1. q. 4. in prin. & ſimiliter no. ſub illo. §. item pro peccato Achor plebs Iſraelitica.

c De hoc ſatis no. 3. 1 q. 4. in ſumma

n VEſtimenta.] ¶Balthaſar.]

chardo, & Iuone, qui etiam caput hoc citant ex decreto Igini.

Item Clemens Papa, Iacobo Hieroſolymitano epiſcopo. epiſt. 2.

¶Veſtimenta ſacra, & vaſa præ vetuſtate conſumpta incendantur, & cineres in loca occulta proiiciantur. C. XXXIX.

1 ALtaris palla [a], cathedra † candelabrum, & velum [b], ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur: quia non licet ea, quę in ſacrario† fuerint, male tractari: ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoque eorum in baptiſterium inferantur: vbi nullus tranſitum† habeat: aut in pariete, aut in foſſis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

Idem ibidem.

¶Mortui non obuoluantur veſtimentis altaris. C. XL.

NEmo per ignorantiam clericus mortuum [c] credat obuoluendum, aut diaconus ſcapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, aut certe, quę diacono† data eſt in menſam Domini [d]. Qui hæc fecerit, vel leuiter, quaſi nihil, & negligẽter [e] habuerit diuina myſteria, diaconus triennio, ſexque mẽſibus à Dominico erit alienus altari graui percuſſus anathemate [f]. Quòd ſi clericũ presbyter non commonuerit, decem annis, & ſex† mẽſibus excommunicatus [g] ſit: propterea q̃ de Dominicis ſacramentis ſubiecta ſibi nõ amouerit† miniſteria: & poſtea cum grandi humilitate mereri reconcilietur eccleſiæ. [2]Pallas vero, & vela [h] ſanctuarii, ſi ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris intra ſanctuarium lauent, non eiicientes foras à ſacrario: & velamina Dominicę mẽſæ abluãt: ne forte puluis Dominici corporis male decidat.[a] Sindoné vero nõ foris [i] abluant: & erit hæc operãti peccatum. Idcirco intra ſacrariũ miniſtris pręcipimus hæc ſancta cum diligentia cuſtodire. Sane peluis noua cõparetur, & pręter hoc nil aliud tangat. Sed nec ipſa peluis velis apponatur lauandis, niſi quæ ad Dominici altaris cultũ pertinẽt. Pallæ altaris ſolæ in ea lauentur, & in alia, vela [k] ianuarum. De velis autem ianuarum cura ſit oſtiariis ex admonitione maiorum: ne quis negligens, aut ignarus, ad velũ ianuæ domus Domini manus incognitæ† tergat: ſed ſtatim coercitus diſcat omnis homo: quia ve lũ atrii dom[us] Domini ſanctũ eſt.

a ¶Decidat.] In originali eſt, decidat à ſindone foris abluta. Sed gloſſa obſtitit, ne mutaretur. Multa autem alia non minimi ponderis ſunt ex ipſo originali emendata.

Item Sixtus Papa epiſtola 2.

¶Sacra vaſa non niſi à ſacratis contrectentur hominibus. C. XLI.

3 IN ſancta hac Apoſtolica ſede ſtatutum eſt, vt ſacra vaſa non ab aliis [l], quàm à ſacratis, Domino que dicatis contrectentur hominibus. Indignum [a] enim valde eſt, vt ſacra Dominĩ vaſa, quæcũque ſint, humanis vſibus ſeruiãt, aut ab aliis, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractẽtur viris: ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo ſuo, & hi etiam, qui non peccauerint, mala patiantur, aut pereãt: quia perit [m] iuſtus ſæpiſſime pro impio.

a ¶Indignum.] Ad litã ſunt hæc vſque ad ver. vi. ſ. itemque ita nonnulla ex originali, Burchardo, & Iuone.

Item Stephanus epiſcopus familiari amico Hilario, epiſt. 1. c. 3.

¶Non niſi à ſacratis hominibus veſtimenta ſacrata ſeruentur†. C. XLII.

4 VEſtimenta eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta: quibus, aliis in vſibus non debent frui, quàm in eccleſiaſticis, & Deo dignis officiis: quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, niſi à ſacratis hominibus: ne vltio, q̃ Balthaſar [n] regẽ percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumẽtes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

Item ex concilio Aurelianenſi†.

¶Diuina miniſteria nuptiarum non præſtentur ornatibus. C. XLIII.

5 AD nuptiarum ornatum diuina miniſteria non præſtentur. ne dum improborum cõtactu, pompaque ſæcularis luxuriæ polluuntur [o], ad officia ſacri myſterii† videantur indigna.

Item ex concilio Triburienſi. c. 18.

¶In ligneis vaſculis Dominici corporis, & ſanguinis ſacramenta non ſunt celebranda. C. XLIIII.

6 VAſa, in quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, calices [p] ſunt, & pateræ: de quibus Bonifacius martyr, & eps interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramenta conficere, reſpondit: quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc è contrario lignei ſacerdotes aureis vtuntur [q] calicibus.

Hiſtoria.] Legitur in Daniele, quòd Balthaſar rex Babyloniæ fecit grande conuiuium optimatibus ſuis: cum ergo iam eſſet temulentus, præcepit vt afferentur vaſa argentea, quæ Nabuchodonoſor aſportauerat de templo, quod fuit in Hieruſalem, vt biberent in eis rex & optimates eius vxores & concubinæ: & factum eſt ita. Bibebãt autem vinum, & laudabant Deos ſuos. In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus ſcribentis contra candelabrũ in ſuperficie parietis. quod rex cõſpiciens turbatus eſt valde: & mittens conuocauit omnes ſapientes Babylonis: & nullus poterat ſcripturam legere, vel interpretationẽ eius regi indicare. Tandem vocatus Daniel dixit ſcripturam ſignificare interitũ regis, pro eo quòd contaminauerat vaſa domus Domini: & aperuit quod ſcriptum erat, Mane thecel phares. Mane, i. numerauit Deus regnũ tuum. Thecel, i. appoſitum eſt in ſtatera, & inuentum eſt minus habens. Phares, i. diuiſum eſt regnũ tuum, & datum Medis & Perſis. Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar: & Darius Medus in regnum ſucceſſit.

† Balthaſar vaſis Dñi abuſus eſt.

† al. intemeratæ

3 Pol. l. 3. ti. 9 Burch. l. 3. c. 214. Iuop. 3. c. 264. & p. 2. c. 70.

o AD nuptiarum.] ¶Polluuntur.] ar. q̃ quod ex veſte alicuius dominæ vel alterius non debet fieri caſula vel aliquis ornatus eccleſiæ.[d]

¶Caſula nõ fiat de veſte domicellæ.

† al. ſeruentur

VAſa in quibus.] Hæc eſt 11. pars diſti. in qua dicitur in quibus calicibus & corporalibus celebrare debemus. Ioann. de Fan. CASVS. Quæſitum fuit in concilio Triburien. vtrum in ligneis vaſis deberet confici corp[us] Chriſti. & dictum fuit in concilio, quòd Bonifacius Papa de hoc interrogatus reſpondit q̃ non. Cum enim ita factũ fuerit in primitiua eccleſia. Zepherinus conſtituit vt fieret conſecratio in vitreis. Vrbanus poſtea vaſa ſacra argentea fecit: & concilium ſtatuit vt nullus cõficiat in ligneis vaſis de cetero, ne honor eccleſiæ ſuo tẽpore minuatur.

4 Pol. l. 3. tit. 16. Anſ. 5. c. 26. Iuo p. 3. c. 74.

d Dic q̃ ex. iſtud n̄ ſumi tur à cõtrario lr̃æ: quia veſtis d qua loqtur ita gl. nõdũ cõceſſa fuerat eccleſiæ. quare coinquinatio nõ ſubſiſtit in hoc caſu. ſ; hoc arg. ſumitur pot[ius] ab intellectu verborum. Arc. Dan 5.

† al. Armoricenſi

5 Pol. l. 3 tit. 24. Burc l. 3. c. 108. Iuo p. 2. c. 143. Pã. l. 1. c. 163 Summatius relatum eſt.

p ¶Calices.] ſuppledebent eſſe aurei vel argentei.

q ¶Vtuntur.] ſed numquid conficiebant? vtique. nunc autem quid? & quidem fieri non debet. ſed ſi fiat vt in vaſe ligneo vel vitreo quis conficiat corpus Chriſti, nihilominus eſt verum corpus: quia in verbo conſecrantis perficitur conſecratio, non in vaſe, vt infra diſtinct. 2. verum. ver. ſi ita.

† al. myſterii

6 Burc. l. 3. c. 223. Iuo p 3. c. 82.

a ¶Zepherin

a ¶*Zepherinus* xvj.] decimus octauus computatur Lino & Cleto.
b ¶*Succreuit.*] argum. prælatum non poſſe præbendas diminuere. quod eſt verum ſine cauſa, extra de exceſ. præl. ſicut.
c ¶*Placari.*]C. vnde vi. meminerint.

V*T calix.*] Casvs. Statuitur in hoc c. vt calix cum patena fiant de auro vel argento, vel ſaltem de ſtanno. De ære autem vel aurichalco nullo modo fiant: quia ſolēt æruginem colligere, & vomitū prouocare. *Nullus etiam in ligneo vel in vitreo vaſe præſumat miſſam cātare.* d ¶ *Si non ex auro.*] cōtra. 3. 12. q. 1. aurum. ſed illud qñ pauperes morerētur fame: quo caſu vēdi poſſent. C. de ſacroſ. ec. ſancim⁹. e ¶*In ligno.*] quia lignum poroſum eſt. f ¶*Vitreo.*] quia vitrum fragile eſt: & immineret periculū effuſionis.

¶ Calix non poſſit eſſe ligneus aut vitreus.

C*Onſulto.*] Casvs. Statuitur in hoc ca. vt corporalia nō debeant fieri ſerica neq; tincta, ſed linea debent eſſe, ſicut fuit ſindon in qua corpus Chriſti in ſepulchro fuerat inuolutū. *Conſulto*, i. conſilio omnium aſtātium, q ſuper hoc ſunt conſulti. g ¶*In ſerico.*] corporali. h ¶*Sed in puro.*] vt innocens & ſine macula intelligatur. i ¶*Terreno.*] quia veram carnem mortalem & paſſibilem de corpore Virginis aſſumpſit. 23. diſ. qui epiſcopus. k ¶*Lino.*] quod tunſionib⁹ multis ad candorem deducitur. ſic & Chriſtus preſſuris multis peruenit ad gloriam: ita & boni propter preſſuras ad gloriam Domini veniūt. 1. q. 3. Saluator.

2 Anſ. l. 1. c. 91. & l. 9. c. 5 Bur. l. 3 c. 96 Iuo par. 2. c 231. Pan. l. 1. c. 161.

¶ Corporalia debēt eſſe linea certa ratione.

3 Silueſt. i epilog. cōc. Rom. Idē in pontificali. 3 Po. l. 3. 119 Anſ. l. 9. c. 2. Bur. l. 3. c. 99 Iuo par. 2. c. 114. Pan. l. 1. c. 162.

† al. Conſulto

I*Acobus frater Domini.*] Hæc eſt 12. pars diſ. in qua ponit a qbus miſſa fuit compoſita. Ioan. de Fant. Casvs. iſtius ca. per ſe patet: & tractatur in his 7. c. de celebratione miſſæ, oſtendens & à ieiunis, & qua hora, & quot in die ſunt celebrandæ.
l ¶ *Iacobus.*] ideo dicitur frater, quia valde aſſimilabatur ei: vel quia fuit filius ſororis matris Domini.
m ¶*Celebrationem.*] i. ordinem celebrandæ miſſæ ᵃ. verba enim quibus corpus Chriſti cōficitur, ab ipſo Domino ſunt tradita, vt j. diſ. prox. quia corpus & ſanguis. ſed etiam poſt alij alia addiderunt ad decorem & ſolennitatem, vt 11. diſ. eccleſiaſticarum.

Marc. 15. Luc. 23.

Gal. 1. ¶ Iacobus dicebatur frater domini.

a ſc. ſctū ad ſecretam q̃ Iacob⁹ inſtitut, & Baſilius quædā addidit, qui longe poſt eū fuit, & p Iuliani apoſtatæ. B. lud.

Zepherinus ᵃ xvj. Romanus epiſcopus patenis vitreis miſſas celebrari conſtituit. Tum deinde Vrbanus Papa omnia miniſteria ſacra fecit argētea. In hoc enim, ſicut & in reliquis cultibus magis & magis per incrementa temporum decus ſuccreuit ᵇ eccleſiarū. Noſtris enim diebus, qui ſerui paterfamilias ſumus, ne decus matris eccleſiæ imminuatur, ſed magis cumuletur, & amplificetur, ſtatuimus, vt deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat: ne vnde placari ᶜ debet inde iraſcatur Deus.

Item ex concilio Rhemenſi. c. 6.

¶ Ex qua materia calix cum patena fieri debeat. C. XLV.

¹ VT calix Domini cum patena, ſi non ex auro ᵈ, omnino ex argento fiat. *& infra.* Si quis autem tam pauper eſt, ſaltem vel ſtāneum calicem habeat. De ære, aut orichalco non fiat calix: quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo ᵉ, aut vitreo ᶠ calice præſumat miſſam cantare.

Item ex epiſtola Euſebij Papæ, & Silueſtri. ³

¶ Non in ſerico panno, ſed puro linteo ſacrificium conſecretur altaris. C. XLVI.

³ COnſulto† omniū ſtatuim⁹, vt ſacrificium altaris nō in ſerico ᵍ panno, aut tincto quiſquā celebrare præſumat: ſed in puro ʰ linteo ab epiſcopo cōſecrato, terreno ⁱ ſcilicet lino ᵏ procreato, atque contexto: ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit.

Item ex ſexta ſynodo. c. 32.

¶ A quibus fuerit tradita miſſarum celebratio. C. XLVII.

12 IAcobus ˡ frater Domini ſecundū carnē, cui primū credita eſt Hieroſolymitana eccleſia, & Baſilius Cæſarienſis epiſcopus, cuius claritas per totū orbē circūfulſit, in ᵃ ſcripturis addiderūt nobis miſſæ celebrationē ᵐ.

a ¶ In ſcripturis addiderunt.] *Græca eſt,* ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες ... *id eſt:* qui in ſcriptis tradiderunt nobis myſticum ſacrificium, hoc modo in diuina liturgia ſacrum poculum ex aqua, & vino conficiendum ediderūt. *Sed nihil mutatum eſt, tū ob gloſſam, tum quoniam collector de induſtria videtur ſummatim retuliſſe. Abeſt autem hoc caput ab aliquot vetuſtis exemplaribus.*

N*Octe ſancta.*] Hæc eſt 13. pars diſ. in qua ponit quare tres miſſæ in natali Domini cantantur. Ioan. de Fant. Casvs. Dicitur in hoc ca. quòd in natiuitate Domini miſſa debet celebrari de nocte: quia nocte illa annuntiauit eum Angelus paſtoribus. In alio autem tempore ante horam tertiam non debet miſſa celebrari: quia tali hora eſt Dominus crucifixus, & tali hora ſuper Apoſtolos deſcendit ſpiritus ſanctus.
n ¶*Nocte.*] de celebritate miſſæ 7. c. adiungit, oſtendens quomodo à ieiuniis cantandæ & audiendæ ſunt, & quot in die, & qua hora ſunt celebrandæ.
o ¶*Nocte.*] tres miſſæ in die natalis Domini celebrantur. Vna ante diem ᵇ, quæ ſignificat tempus ante legem, quando eramus in tenebris. Secunda dum dieſcit: & ſignificat tempus in lege, quando non dum plena agnitio Dei habebatur. Et tertia in die: & ſignificat tempus gratiæ, quando iam plena cognitio habebatur. Vnde verſus:
Nocte prior ſub lu ce ſequens, in luce ſuprema.
Sub Noe, ſub Dauid, ſub cruce, ſacra nota.
Additio. Dicas, quòd communiter loquendo debet miſſa dici in die, & non in nocte: quia hoc ſacramentum ad tempus gratiæ pertinet, quod per diē ſignificatur, ſecūdum illud ad Rom. 13 Nox præceſſit: dies autem appropinquauit, ſecundum Tho.
p ¶ *Gloria in excelſis Deo.*] hæc verba dicta ſunt ab Angelo: alia addidit Hilarius, vt j. ead. diſ. de Hymnis.
q ¶ *Crucifixus.*] linguis, non manibus. 3. de pœn. diſt. 1. periculoſe.

b Miſſa triplex in natiuitate Dñi & cantari ſe. circa med noctis quo tēpore Chriſtus natus eſt, ſecundùm H.

Item Teleſphorus Papa VII. à Petro in epiſtola ad omnes. c. 2. ⁴

¶ Qua hora ſunt miſſarum ſolennia celebranda. C. XLVIII.

13 ⁴ NOcte ⁿ ſancta natiuitatis Domini Saluatoris miſſas celebrent presbyteri, & hymnum angelicum in illis ſolenniter decātent: quoniam & eadem nocte ᵒ ab Angelo paſtoribus nuntiatus eſt. *& infra.* Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudātium Deum, & dicētiū, Gloria in excelſis† Deo ᵖ & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis vero temporibus miſſarū celebrationes ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifix⁹ ᵠ eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus ſanctus deſcendiſſe legitur.

4 Beda in Matt. māſ. Septēb. Cō cor. cōc. Aurel. 4. c. 14. 5 Pol. l. 3. tit. 25. Anſ. l. 7. c 174. Bur. l. 3 c. 61. Iuo p. 2. c. 7. & p. 3. c 65 Pan. l. 2. c. 40.

† al. Laudiſſimus

Item ex concilio Africano. c. 8. ⁶

¶ Non niſi à ieiunis hominibus ſacramēta celebrentur altaris. C. XLIX.

14 ⁷ SAcramēta altaris non niſi à ieiunis ʳ hominibus celebrentur, excepto ˢ vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur. Nam ſi aliquorum pomeridiano tēpore defunctorum ſiue epiſcoporum, ſiue ceterorū commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat: ſi illi, qui faciūt, iam pranſi inueniantur.

Item ex concilio Cabilonenſi.

¶ *Sic etiam citat Iuo, & Pānormia: Burchardus autem ex decreto Symerij Papæ: Polycarpus ex Euſebio. Habetur in capitulis Theodulphi Aurelianenſis epiſcopi. c. 39.*

¶ Ante miſſarum ſolennia circa horam nonam decantata, in Quadrageſima comedere non licet. C. L.

15 ⁸ SOlent plures, qui ſe ieiunare putant, in Quadrageſima, mox vt ſignū audierint ad horam nonam, comedere† . Qui nullatenus ieiunare credēdi ſunt, ta digeſtione. infra diſ. 2. tribus

S*Acramenta altaris non.*] Hæc eſt decimaquarta pars diſtin. ſecundum Ioan. de Fant. Casvs Dicitur in hoc cap. quòd miſſæ debent tantum à ieiunis celebrari, niſi in cœna Domini. Vnde ſi oportet presbyterum pranſum commendationem mortuorum facere, fine celebratione miſſę debet hoc facere.
r ¶ *A ieiunis.*] ieiuni ergo debent conficere, vt hic: & baptizare, & chriſmate in fronte, vt diſtin. 5. vt ieiuni. & ſacramentum calumniæ præſtate. 22. q. 5. honeſtum. & teſtimonium dicere, extra de teſt. placuit. & ordines conferre, & accipere. 75. diſt. quod à patribus. Sed quando dicetur quis ieiunus? Pone, quòd comedo hodie: nec dormio per diem & per noctem: numquid incipiente alio die ſum ieiunus? ... cant quidam ᶜ, quòd ieiunium eſſe celebra

Marc. 15. Act. 2.

¶ ieiuno ſto macho cōficiēdum eſt. 6 Concor. c. 29. concilij Carth. iij. 7 Anſ. l. 9. c. 3 ¶ ieiunus qui dicitur.

8 Po'y ibid. Bur. l. 5 c 11. Iuo p. 4. c. 45 Pā. l. 5. c. 184. c f. H & Ro. † al. mandu ...

c dicit dici, & iſtud verb. excepto ponit ur incluſiue: & eſt ſenſus excepto, i accepto & cōputato inter alios dies quaſi nullo die excepto. & eſt ſi. 13. q. 2. nō eſt noſtrū. 13. q. 1. Ebron. ſecu dum H. & ſic non corrigitur.

s ¶ Excepto.] ᵈ ſupra 7. quæſ. 1. nihil. contra, infra diſtinct. proxim. liquido. contra, infra diſtinct. 5. vt epiſcopi. contra. ſed derogatum eſt huic cap. per illa cap. & per contrariam conſuetudinem, argu. ſupra diſt. 4. §. leges.

S*Olent.*] Hæc eſt 15. pars ſecundum Ioan. de Fan. Casvs. Quidam erant ſe ieiunare putantes, qui in quadrageſima ſtatim audita Nona antequam diuinum officium audirent, comedebant: qui non ſunt credendi ieiunare. nam prius debent officium audire, & ſi venire non poſſunt, expectata hora veſpertina & completa oratione ſua comedant.

a ¶ *Si ante.*] || ſed nonne licitum eſt debitori ante tempus ſoluere pecuniam? plus enim ſoluit qui ante tempus ſoluit, vt inſt. de act. §. plus autem. Reſpond. verum eſt quando dies adiectus eſt fauore debitoris [a]: aliàs ſi fauore creditoris, ante tempus ſoluendo non liberatur, vt ff. de an. leg. cum qui. Ioan.

|| ſolutio an poſſit fieri ante tēpus.

a Ad hoc ff. de verb. ob. cū q §. quoties. & l. ei. q hoc. ff. de re iud. ſi totra. Arch.

IN IEIVNIIS. Hæc eſt 16. pars diſt. in qua probat quando miſſæ ſunt cantandæ. Ioan. de Fant.

Casvs. Iſte §. cum eo qui ſequitur, patet. ibi etiam eſt §. in prima quoque. ibi addidit etiā Gratianus, quòd in mane licite cantatur miſſa publica.

b ¶ *Vnde Leo.*] ſ. di. 75. quod à patribus.

c ¶ *Item Gelaſius.*] ſ. diſt. 75 ordinationes.

† abſoluere debet] orig.

d ¶ *Item Pelagius.*] ſ. di. 76. dilectionis tuæ.

Neceſſe.] Casvs. Sæpe contingebat, q multi homines miſſa priuabantur, ſi tantum vna miſſa & hora tertia celebraretur. & ideo quæſiuit Dioſcorus Alexandrinus epiſcopus à Leone, vtrum presbyter poſſit ei miſſam in mane celebrare? & reſpondet quòd ſic.

1 ſ diſt. 75.

2 ſ. diſt. 76.

e ¶ *Niſi.*] hoc niſi, reſpicit illud verbum, priuetur.

3 Burc. l. 3. c. 18. Iuo p. 2. c. 87. & p 3 c. 168.

e ¶ *Niſi qui prima.*] ſ. diſ. 2. tribus gradib. ſ ea nocte. contra. in fin. ſed illud abrogatum eſt ſ. di. 2. tribus. Vel illud de ſolenni miſſa, hoc de priuata.

f ¶ *Epiſtolam.*] in qua hoc c. continetur.

Et hoc.] Casvs. Quidam presbyter miſſā priuatā ſolebat cū tāta ſolēnitate celebrare, q populus ſolēni miſſæ intereſſe nolebat: & ideo ſtatuitur hic, q hoc fieri nō debeat: ſed omnes debent ad miſſam publicam venire presbyteri & laici.

† al. ordinationibus

g ¶ *Peculiares.*] peculiares dicuntur priuatæ [b]. ergo omnis miſſa, quæ priuata non eſt, publica dicenda eſt, ex quo publice & manifeſte fit.

b ſc. votiuæ quæ ſine pub. ca, ſ. q celebrātur ſine conuocatione populi, ſine pulſatione ſignorum, ſicut eſt miſſa p peccatis, vel ſāctæ Mariæ, vel Apoſtolorū vel huiuſmodi. ſecūdūm Hug.

h ¶ *In publico.*] id eſt, ſolenniter.

i ¶ *Sed ſacerdotes.*] Not. ſacerdotes qui per vrbem ſunt, ad ſolennem miſſam debere conuenire in maiori eccleſia. Vel potius is eſt ſenſus ca. ſcilicet vt in ciuitate & per eorum epiſcopatum hora tertia & ſacerdotes & populi conueniāt ad publicas miſſas, quas ſacerdotes eorum faciunt.

† al. Gregorius

4 Hī in cap. Theodulph. c. vlt. Po l. 3 tit. 10 Burc. l. 2. c. 74. Iuo p. 2. c. 119.

† al. per

Sufficit.] Hæc eſt 17. pars diſ. ſecundum Ioan. de Fant.

Casvs. Quærebatur quot miſſas in die poſſit presbyter celebrare. Et reſp. q vnam: q Chriſtus ſemel tantum pro nobis paſſus eſt. Vel duas ex neceſſitate: ſed non pro pecunia, vel adulatione, id eſt, gratia fauoris humani, vel laudis acquirendæ.

ſi ante [a] māducauerint, quàm veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad miſſas, & auditis miſſarum ſolennibus, & veſpertinis officiis, & largitis eleemoſynis ad cibum accedēdum eſt. Si vero aliquis neceſſitate conflictus fuerit, vt ad miſſam venire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completa oratione ſua ieiunium ſoluat†.

In ieiuniis etiam quattuor temporum circa veſpertinas horas, in ſabbatho vero ſancto circa noctis initium miſſarum ſolennia ſunt celebranda. Vnde Leo [b] *epiſcopus* [*Quod a patribus noſtris.*] *Item Gelaſius* [c] [*Ordinationes presbyterorum.*] *itē Pelagius* [d] [*Dilectionis tuæ reſcripta.*] *Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei miſſarum ſolennia non incongrue celebrantur.*

Vnde Leo Papa Dioſcoro Alexandrino epiſcopo epiſtola 79. al. 81. c. 2.

¶ Etiam prima parte diei miſſas celebrare licet. C. LI.

1 Neceſſe eſt autē, vt quædam populi pars ſua deuotione priuetur, ſi vnius tantum miſſæ, more ſeruato, ſacrificium offerre non poſſint, niſi [e] qui prima diei parte conuenerint. Studioſe ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus, vt quod noſtræ cōſuetudini ex forma paternæ traditionis inſedit, tua quoque cura nō negligat, vt p omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio noſtro Poſſidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epiſtolam [f] dedimus perferendam: qui in noſtris proceſſionibus, atque actionibus† frequenter interfuit, & toties ad nos miſſus, quid in omnibus Apoſtolicæ [a] ſedis auctoritas teneret, agnouit.

a ¶ Apoſtolicæ ſedis.] *In epiſtola ipſa legitur, quid in omnibus Apoſtolicæ auctoritatis teneremus. Sed omnes Gratiani codices, & Iuo concordant.*

Item Auguſtinus†.

¶ Miſſæ peculiares non ſunt in publico cantandæ. C. LII.

4 Et hoc attendendum eſt, vt miſſæ peculiares [g], quæ per dies ſolēnes a ſacerdotibus fiunt, non ita in publico [h] fiant, vt propter† eas populus à publicis miſſarum ſolennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abſtrahatur. *& infra.* Sed ſacerdotes [i], qui in circuitu vrbis, aut in eadē vrbe ſunt, & populus in vnum ad miſſarum publicam celebrationem conueniant [a], exceptis Deo ſacratis feminis, quibus mos eſt ad publicū non egredi, ſed clauſtris monaſterii contineri.

a ¶ Exceptis.] *Hæc vſque ad finem addita ſunt ex Theodulpho, Burchardo, & Iuone: apud quos poſſunt etiam legi alia, quæ poſt ver.* ab ſtrahatur. *à Gratiano ſunt omiſſa.*

Item Alexander ſecundus.

¶ Quot miſſas in die ſacerdoti celebrari licet. C. LIII.

17 [5] Sufficit ſacerdoti vnā miſſam in die vna celebrare: quia Chriſtus [k] ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit. Non modica res eſt vnam miſſam facere: & valde felix eſt, qui vnā digne celebrare poteſt. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alterā [l] de die, ſi neceſſe fuerit. Qui vero p pecuniis, aut adulationibus† ſæcularium vna die præſumunt plures facere miſſas, non æſtimo euadere damnationem.

Item ex concilio Toletano 4. c. 12.

¶ Ex Saluatoris, & Apoſtolorum docemur exemplo hymnos cantare. C. LIIII.

18 [6] De hymnis [m] canendis, & Saluatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum. Nam & ipſe Dominus hymnū dixiſſe perhibetur Matthæo Euangeliſta atteſtāte. [Et hymno [n] dicto exierūt in montem oliueti.] Et Paulus Apoſtolus ad Epheſios ſcribit dicēs [Implemini ſpiritu ſancto, loquētes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus.] Et quia nonnulli hymni humano ſtudio in laudem Dei, atque Apoſtolorum, & Martyrū triumphos compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos beatiſſimi doctores Hilarius, atque Ambroſius ediderūt, quos tamen quidā ſpecialiter reprobāt, pro eo, quòd de ſcripturis ſanctorum canonum, vel Apoſtolica traditione non exiſtunt: reſpuant ergo & illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem quotidie publico, priuatoq; officio in fine omnium pſalmorum dicimus [Gloria, & honor patri, & filio, & ſpiritu ſancto in ſæcula ſæculorū, Amen.] Nam & ille hymnus [o], quem nato in carne Chriſto Angeli cecinerunt [Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] & reliqua, quæ ibi ſequuntur, eccleſiaſtici doctores compoſuerunt. Ergo nec ipſi in eccleſiis canendi

k ¶ *Quia Chriſtus.*] ergo nō niſi ſemel debet celebrari: || ſed quia quotidie peccamus: ideo quotidie pro nobis Euchariſtia immolatur myſtice. ſ. diſt. 2. vtrum.

|| peccamus quotidie.

l ¶ *Et alteram.*] ergo etiam in neceſſitate non tres, ex quo dixit, alteram. ar. 31. q. 1. quomodo. ext. de cel. miſ. conſuluiſti. ergo adhuc remanet ieiun' poſt primam, cum poſſit iterū cantare aliam. ar. 7. q. 1. nihil. Quid ergo dices de vino vñ presbyter abluit digitos? non debet ſumere illud ſi aliā vult cantare. extra. de cel. miſ. ex parte. vbi euacuatur opinio, quæ dicit, quòd quidquid ſanguini Chriſti commiſcetur, ſanguis eſt. ext. de conſ. ec. quod in dubiis. Sed ibi vtrūque olim eiuſdem ſubſtantiæ & vſię, non ſic de vino miſto ſanguini. extr. de cel. miſ. cum Marthæ. ver. q ſi-uiſti.

5 Vide Valfrid. Strab. c. 21. Iuo p. 2 c. 81.

De hymnis.] Hæc eſt 18. pars in qua probat, q hymni ſunt authentici, & debēt celebrari. Io. de F.

Casvs. Quidā reprehēdebant hymnos ab Hilario & Ambroſio compoſitos, quia non erant in corpore canonum, nec erant de traditione Apoſtolorum. Sed contra illos probatur hic, q illi & alij ſunt in eccleſia canēdi. Primo exemplo Dñi, & auctoritate Apoſtoli. Secūdo qa in fine omnium pſalmorum cantatur hymnus ab hominibus cōpoſitus, ſ. Gloria patri, &c. & illi hymno, qui eſt ab angelis decantatus nato Saluatore, quædam appoſita ſunt ab hominibus. Tertio qa Paulus præcepit vt in eccleſia fiant orationes & alia.

† al. oblationibus

6 Poly. l. 3. tit. 22.

Matth. 26.

Epheſ.

m ¶ *De hymnis canendis.*] de hymnis dicendis in miſſa vel extra, tribus c. oſtenditur.

Casvs. In 1. parte probat auctoritate Dñi, & dicto Apoſtoli Pauli hymnos eſſe canēdos. Secundo reprehendūtur qdā q quoſdā hymnos nolebant recipere, qa nō pceſſerūt de ſcripturis ſacrorū canonū, vel Apoſtolica traditione. Hymn' eſt laus Dei cum cantico.

n ¶ *Et hymno.*] i. benedictione data poſt cibum: quæ hymnus hic appellatur: quem omnes clerici facere debent, vt ſ. diſt. 44 cap. vltim. §. edent pauperes, & ſaturabuntur, &c.

Lucæ 2.

Additio. Pone hymnum, qui dicitur poſt miſſam. Arc.

o ¶ *Ille hymnus.*] ſupple reſpuatur.

Additio. i. debet reſpui ſecundum eos. H. alij dicunt quòd iſtæ dictiones de hymnis, ponuntur pro accuſatiuo: vel carent verbo. Arc.

a ¶ Comp

ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarū libris non inueniuntur? Componuntur [a] miſſæ, ſiue preces, vel orationes, ſeu commendationes, ſeu manus impoſitiones, ex quibus, ſi nulla decantentur in eccleſia, vacant officia omnia eccleſiaſtica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apoſtolus dicens [Obſecro igitur primum fieri obſecrationes [b], orationes, poſtulationes [c], gratiarum actiones [d], ꝓ omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in ſublimitate ſunt.] Sicut ergo orationes [e], ita & hymnos in laudem Dei compoſitos nullus noſtrum, vlterius improbet: ſed pari modo in Gallicia, Hiſpaniaq; celebrēt, excommunicatione plectēdi, qui hymnum reiicere fuerint auſi.

Leo nonus.†

¶ In nouo teſtamento, qui hymni ab Angelis decantati inueniuntur. C. LV.

HI duo ſolūmodo hymni ab Angelis in nouo teſtamēto inueniuntur decantati, Alleluia, atq;, Gloria in excelſis Deo. Quos pariter in ſeptuageſima intermittimus: quia peccato hominis veteris à conuentu Angelicæ iubilationis expulſi in huius miſeræ vitæ Babylonem, ſuper flumina eius ſedemus, & flemus, dū recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus. Quòd nouē hebdomadib[us] alleluia intermittim[us], non incōgrue per nouem hebdomadas, nouem ordines angelorū accipimus: quorum [f] decimus [g] ordo per ſuperbiam corruens, angelicum numerū minuit, & a felicitate [h] perturbauit. Qui condolentes ſuæ diminutionis & parē [i] ruinam ſibi timentes, à perfecta laude creatoris fuere præpediti. Quorum reparationi, & conſolationi conſulens omnipotēs Deus creator primum hominem de limo terræ formauit: qui ſui generis [k] multiplicatione dāna cæleſtis patriæ reſarciret, atque angelorum gaudia ſuppleret. Qua ſpe angelicus chorus non† modicum lętatus eſt. Nec mirū, ſi ex lapſu [l] ipſius hominis fuit perturbat[us]. [m] Vnde nouem ordinum concētus in laudem Dei creatoris permanſit imperfectus: donec in Chriſto reſurgente reſurrexit [n] lapſus ille protoplaſtus. Ibi augmēto ſui collegij, & ſpe meliori angelicus exercitus gauiſus in nouum alleluia conſurrexit totus, & in eo perſtat deuotus. Quem & nos ꝓ modulo noſtro imitātes, à Septuageſima, quando lapſus protoplaſti in eccleſia recitatur, alleluia nouem hebdomadas intermittimus, ſcilicet vſque in Paſcha: vbi Chriſtus reſurgēs à mortuis triſtitiam noſtram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddit.

Item Nicolaus Papa Rodulpho archiepiſcopo Bituricenſi.

¶ In cœna Domini, Gloria in excelſis, decantetur. C. LVI.

PORRO, Gloria in excelſis Deo, ab epiſcopis [o] in cœna Domini inter miſſarum ſolennia more noſtro dicēda eſt. Pallio vero Apoſtolico [p] eadem [q] die vti eſt illis licitum, quibus eſt ab Apoſtolica ſede permiſſum.

p ¶ Apoſtolico.] *Vox iſta abeſt ab aliquot Vaticanis codicibus: Iuo tamen habet.*

Item Zacharias [ß] *Papa in ſynodo Romana. c. 13. & 14.*

ß ¶ Zacharias.] *Antea legebatur,* Macarius. *Emendatum eſt ex aliquot vetuſtis codicibus, & ceteris collectoribus. Et caput ipſum habetur in concilio manuſcripto Zachariæ.*

¶ Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum miſſarum ſolennia clericus non ingrediatur. C. LVII.

19 NVllus epiſcopus [r] preſbyter, aut diaconus ad ſolennia miſſarū celebranda præſumat [s] cū baculo [t] introire, aut velato [u] capite altario Dei aſſiſtere: quoniam & Apoſtolus prohibet viros velato capite orare in eccleſia: & qui temere præſumpſerit, communione priuetur. Cum vero ingreſſus fuerit epiſcop[us], aut preſbyter ad miſſarum ſolennia celebranda niſi paſſio [x] aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere [y], vt ab alio epiſcopo, vel preſbytero miſſarū ſolennia ſuppleantur: ſed qui initium ponit, ſuppleat vſque in finem, quia ſcriptum eſt] qui perſeuerauerit vſque in finem: hic ſaluus erit.] Si quis [z] vero præſumpſerit pręter qđ poſuimus, agere, à ſacro corpore, & ſanguine Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus.

Item ex decretis Soteris Papæ.]

PALEA. C. LVIII.

VT illud diuini oraculi ſinguli præcaueant, quo ſcribitur [væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem] ſummopere verendum nobis eſt, atque cauendum, ne horis illis, atq; temporibus, quibus Deo pſallitur, vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officiis inſiſtenti pernicioſa paſſio, vel corporis quælibet inualitudo† occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergo caſibus præcauētes, neceſſarium duximus inſtituere, vt ibi temporis, vel loci, ſiue clerici copia ſuffragatur, habeat quiſque canens Deo, atque ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem: vt, ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat.

† al. valetudo

a ¶ *Componuntur.*] à ſanctis.

b ¶ *Obſecrationes.*] i. orationes, quæ fiunt ante & iuxta cōſecrationem, vel quæ fiunt adiurando: vt, per natiuitatem tuam libera nos Domine.

c ¶ *Poſtulationes.*] i. preces: vt ibi, Vt pacem & concordiam nobis dones, te rogamus audi nos.[a] (1. Tim. 1.)

a Et ibi, Requiē æternā dōa eis Dñe & c ſcdm. L. qui ita dr. j. diſt. 2. verū.

d ¶ *Gratiarum actiones.*] vt cum dicimus, Benedicamus Dño.

e ¶ *Sicut ergo orationes*] quæ fiunt in ipſa conſecratione.

HI *duo ſolummodo.*] CASVS. quæſitū fuit à Leone, quare iſti duo hymni, ſcilicet, Gloria in excelſis, & Alleluia, non cantantur in Septuageſima? Et reſp. quia tunc primi hominis lapſus legitur in eccleſia, per cuius peccatū humanū genus eſt expulſum à conuentu angelicæ iubilationis. His aūt ix. hebdomadib. tacentur ad ſignificandum ꝙ ix. ordines angelorū ꝑ cauſum decimi ordinis ſunt ꝑpediti à laude Dei, & à felicitate turbati: ad cuius decimi reformationem Deus formauit hominē: ſed homo ſtatim cecidit. ſed poſtea Chriſto reſurgente humanū genus fuit reparatum: & tunc angelicus chorus eſt valde lætatus. (Apoc. 19. Luc. 2. Pſal. 136. Pſal. 64. Eſa. 14.)

† al. cellanus

f ¶ *Quorum.*] nomen decimi ordinis nō habemus.[b] (Apoc. 12.)

b Sub. nec habere poſſumus, cum non fuerint niſi nouem.

g ¶ *Decimus.*] non ꝙ decimus cecidit: ſed tot qui ſufficiebant ad decimum ordinē perficiendum.

h ¶ *A felicitate.*] ſignificauit ſtatū hominū perturbādū, cū poſſit & dēat timere caſum ſuū, vidēs ruinā maiorū & firmiorū, de pœ. diſ. 2. c. principium.

i ¶ *Et parem.*] de pœ. di. 2. c. principium inquit. ver. omnis lapis. (Gen. 2.)

k ¶ *Sui generis.*] qa homines loco ipſorū reſtituūtur: de quib. tot aſſumendi ſunt quot remāſerūt: iuxta illud in fi. Deuter. in cantico Moyſi. Statuit terminos populorū iuxta numerū Angelorū Dei. [f] Sed hic vī hēri ꝙ tot aſcēdent ad gloriam, quot ceciderūt, & non plures.[c]

† al. admodum lætatus

f Tot aſcendent ad gloriam quot ceciderunt.

c Dicit Iſid. in lib. offic. bonorū Angelorū numer[us] q[ui] poſt ruinā Angelorū malorū diminu[tus] eſt ex numero electorū hominum ſupplebitur, q[ui] nomer[us] ſoli Deo cognitus eſt, vt ſ. 20 c. Angelorū nomē.

l ¶ *Si ex lapſu.*] per inobedientiam, vt ſ. diſ. 34. quorumdam.

m ¶ *Perturbatus.*] more humano loquitur. arg. 24. q. 1. odi.

n ¶ *Reſurrexit.*] prolapſus de limo inferni.

POrro gloria.] CASVS. Dicitur hic quòd epi in cœna Dñi cū chriſma cōficiunt, debent dicere, Gloria in excelſis Deo: & [ea]dem die inter miſſarum ſolennia debent vti pallio ſibi Apoſtolica ſede conceſſo.

o ¶ *Ab epiſcopis.*] quia chriſma cōficiunt: nō autem à preſbyteris.

p ¶ *Apoſtolico.*] i. à ſolo Apoſtolico conceſſo.

q ¶ *Eadem die.*] inter miſſarum ſolennia, vt ſ. diſ. 100. pallium.

1 Iuo p. 5. c. 20.

NVllus epiſcopus.] Hæc eſt 19. pars diſ. ſecundū Io. de Fā. CASVS. Oſtenſum eſt ſ. quo ordine, quaue celebritate ſit miſſa cātanda. Nunc oſtenditur qua deuotione ſit dicēda. Dicitur ergo hic, ꝙ nullus epſ preſbyter vel diaconus ad celebrandum miſſam debet introire cum baculo ad altare, nec ibi ſtare capite velato: & q miſſam incipit, debet pficere, niſi impediatur graui neceſſitate: & q cōtrafecerit à Chriſti corpore ſuſpēdatur.

2 Pol. l. 3. tit. 14. Burc. l. 3. c. 150. & 251. Iuo par. 3. c. 271. & 272.

r ¶ *Nullus epiſcopus.*] qua deuotione ſit dicēda miſſa & audienda, oſtendit 13. cap. (1. Cor. 11.)

s ¶ *Præſumat.*] [ſ] mitram tn̄ & baculū dēt[d] habere epſ cum prædicat. arg. diſt. 45. diſciplina. quia tunc allegat cauſam Dei apud populum, vt d. c. diſciplina.[d] (Syn. c. 14.)

ſ Epi pdicans habeat mitram & baculum.

d Reſpicit ſeq̄d c. diſciplina iuxta ſi. & hæc ēt fuit iníalHu. prout hic ſaluus not. Arc.

t ¶ *Cum baculo.*] arg. ꝙ nō debet promoueri in preſbyterū, qui ſine baculo nō poteſt ſuſtentari in altari, vt diximus ſ. 55. diſt. ſi quis in infirmitate.

u ¶ *Aut velato capite.*] ſ. 33. q. 5. mulier. & ca. hæc imago. (Matth. 10.)

x ¶ *Paſſio.*] ſ. 7. q. 1. illud. & c. nihil.

y ¶ *Recederet.*] niſi in caſu eū videret puerū ſine baptiſmo morientē, dū eſt ēt ad altare, conſulo vt baptizet. arg. 86. diſt. paſcē.

z ¶ *Si quis.*] de hac materia not. 7. q. 1. nihil. & c. illud.

Epiſcopus

1 7 q. 1. illud. Ivo. c. Tolet. 11 c. 14. Bur. l. 3. c. 73. Iuo p. 2. c. 126. Eccl. 4.

EPiſcopus.] Hæc eſt 20. pars diſtin. in qua probat magiſter, quòd ſolus ſacerdos non debet officia celebrare. Ioan. de Fant. CASVS. Dicitur hic ꝙ eps in miſſa debet ſecum habere presbyteros ex vtroque latere & diaconos & ſubdiaconos & minores clericos ante & retro, qui debeant eum cuſtodire, & ſacrificio conſentire, & cõicare peracta conſecratione iubemus.

Item Anacletus Ieſus Chriſti ſeruus, omnibus epiſcopis, epiſtol. 1.

¶Quot teſtes epiſcopus ſacrificans ſecum habere debeat. C. LIX.

20 **E**Piſcopus Deo ſacrificans teſtes ſecum habeat, & plures, quàm alius ſacerdos: ſicut enim maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget. In ſolennioribus quippe diebus aut ſeptẽ, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi [a] eius dicuntur, & ſubdiaconos, atque reliquos miniſtros ſecum habeat: qui ſacris induti veſtimẽtis à frõte, & à tergo, & presbyteri è regione: dextra læuaque, contrito corde, & humiliato ſpiritu, ac prono ſtent vultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus: & cõſenſum eius præbeãt † ſacrificio. Peracta autem cõſecratione omnes [b] communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus.

Item Lucius Papa epiſcopis Galliæ, & Hiſpaniæ. c. 1.

¶Epiſcopi ſine religioſis teſtibus, Domini ſacramenta non conficiant. C. LX.

[1] **I**Vbemus [a] Apoſtolica auctoritate, vt ſemper teſtes vobiſcũ ſacerdotes, & Leuitas † habeatis. Et licet conſcientia [c] propria ſufficere poſſit: tamen propter maleuolos [d] iuxta Apoſtolum, etiam teſtimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris ſunt: quoniam & in hac ſancta ſede conſtitutum habemus, vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco epiſcopum non deſerant propter teſtimonium eccleſiaſticum.

a ¶Iubemus Apoſtolica.] *In epiſtola ipſa ſic legitur:* Propter tales, fratres hortamur vos ſicut in hac ſancta eccleſia conſtitutum habemus, vt ſemper, &c.

Item Soter † Papa.

¶Niſi duobus præſentibus, presbyter miſſam celebrare non præſumat. C. LXI.

[1] **H**Oc quoque ſtatutũ eſt, vt nullus presbyterorum miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus [e] præſentibus, ſibique reſpondentibus ipſe tertius [f] habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, [Dominus vobiſcum [g],] & illud in ſecretis [orate pro me,] aptiſſime conuenit, vt ipſius reſpondeatur ſalutationi.

¶*Burchardus etiam & Iuo citãt ex decretis Soteris Papæ. Et in Micrologo, ca. 1. ſcribitur fuiſſe id ab Anacleto, & Sotere ſtatutum. Similem ſententiam Burchardus lib. 3. c. 68. refert ex concilio Nannetenſi c. 30. Fere autem idem habetur in Moguntino primo. c. 43.*

Item ex canone Apoſtolorum, 10. [4]

¶Cum in oratione permanent, qui vſque ad finem miſſarum ſolennia non audierint. C. LXII.

21 **O**Mnes fideles, qui conueniunt in ſolennitatibus [a] ſacris ad eccleſiam, & ſcripturas Apoſtolorum, & Euangelium audiant [β]. Qui autem non perſeuerant [h] in oratione, vſque dum miſſa peragatur, nec ſanctã communionẽ percipiũt [i], velut inquietudines eccleſiæ commouentes cõuenit communione priuari.

a ¶In ſolennitatibus ſacris.] *In tomis conciliorum ad marginẽ priſcæ verſionis ſunt hæc eadem verba, quæ hic apud Gratian. & Burchar. & Iuon. & in Polycarpo Græce eſt abſolute τοὺς εἰσιόντας, id eſt, qui ingrediuntur, & ita in codice canonum, nimirum ex verſione Dionyſij.*

β ¶Audiant. Qui autem.] *Ita in eadem margine, & in Polycarpo. Sed Burchardus & Iuo propius ad verba Græca,* audiunt, nõ autem perſeuerant.

Item ex concilio Carthaginenſi, 4. c. 24.

¶De eodem. C. LXIII.

[6] **S**Acerdote verbũ in eccleſia faciente, qui egreſſus [k] de auditorio fuerit, excommunicetur.

Item ex concilio Agathenſi, c. 47.

¶Die Dominico miſſas ex integro ſæculares audire debent. C. LXIIII.

MIſſas die Dominico ſæcularibus totas audire † ſpeciali ordine præcipimus [l]: ita, vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat. Quod ſi fecerint, ab epiſcopo publice cõfundantur.

Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 28.

¶Populus non ante diſcedat, quàm miſſa ex integro celebretur. C. LXV.

[7] **C**Vm ad celebrandas miſſas in Dei nomine cõuenitur: Populus non ante diſcedat, quàm miſſæ ſolennitas compleatur, & vbi epiſcopus non fuerit, benedictionem [m] accipiat ſacerdotis.

Item ex concilio Carthaginenſi, 4. c. 88.

¶Excommunicetur, qui prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit. C. LXVI.

[8] **Q**Vi die ſolẽni, prætermiſſo ſolenni eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit, excommunicetur.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 84.

¶Vſque ad miſſam catechumenorum nullus eccleſiam ingredi prohibeatur. C. LXVII.

22 [9] **E**Piſcopus nullum prohibeat [n] ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue gentilem, ſiue hæreticũ, ſiue Iudæum, vſq; ad miſſam catechumenorũ.

Item Anaſtaſius epiſcopus, epiſcopis Germaniæ, & Burgundiæ, epiſt. 1. c. 1.

---

a ¶Qui oculi.] ſ. diſt. 93. diaconi.

b ¶Omnes.] quotidie. vel omnes generaliter, ter in anno, vt j. ea. diſ. 2. peracta. & c. omnis homo, &c.

IVbemus.] CASVS. Probatur hic auctoritate Apoſtoli, ꝙ quáuis ad innocentiã ſola conſcientia ſufficiat, tñ pp maleuolos dẽt eps ſecũ hẽre presbyteros teſtes & diaconos in omni loco.

c ¶Conſcientia.] argu. ꝙ ñ ſp cõſcia ſufficit: ſed fama eſt neceſſaria. argu. 12. q. 2. quatuor. & 12. q. 1. nolo. ſed verũ eſt cum quis habitat tñ cũ bonis, vel etiam cum malis, qui parati ſunt imitari.

d ¶Maleuolos.] ſ. 11. q. 3. ſanctis. cõtra. ſed illud cũ mali parati ſũt reprehẽdere, nõ imitari. 43. diſ. ſciemus.

HOc quoque ſtatutum.] CASVS. Dr in hoc c. ꝙ presbyter nõ debet cantare miſſã niſi ſint duo ibi præſentes. Nã cũ presbyter dicat, Dñs vobiſcũ: & orate pro me: apparet ꝙ plures debent miſſæ intereſſe. Quæ autẽ ſequuntur, vſq; ad c. omne. plana ſunt: & ea omnia p te faciliter formare poteris: & qd dr in illo c. miſſas. confundatur. i. grauiter corripiantur. Quod aũt dr in illo c. epiſcopus nullum. hodie non tenet, cũ non ſit participandũ cum excommunicatis.

e ¶Niſi duobus.] pluralis. n. locutio, duorũ numero eſt contenta. vt 4. q. 3. §. itẽ in criminali. verſ. vbi numerꝰ. Nũquid neceſſarium eſt, vt ſint duo clerici: aut nũquid duo laici: vel vnꝰ clericus, alter laicus, aut alter maſculus, & alter fœmina ſufficerẽt? Satis vr, ꝙ debent eſſe duo clerici. arg. cõtra qa & populus reſpõdet, amẽ, vt ſ. 38. di. ſedulo. Sed hoc reſpicit cõſuetudinem alicuius loci.

f ¶Ipſe tertius.] adeo inhærent quidã [b] verbis iſtius c. ꝙ dicũt ꝙ ipſe nõ celebraret niſi duos haberet. Alij [c] dicũt vnũ ſufficere. arg. ext. de fi. presb. ppoſuit. 7. q. 1. illud. & ext. de vi. & ho. cle. vt qſque. † immo & dicũt ꝗ miſſam ſolus cãtare põt, hoc intellige vbi cleri copia nõ ſuffragatur, aliàs ſecus. vt extra de verb. ſign. quæſiuit. & eccleſiæ loquitur presbyter. in plurali.

g ¶Dominus vobiſcum.] hoc Dñs vobiſcum, ſumptum eſt ex vete. teſt. ſic. n. legitur Booz ſalutaſſe meſſores ſuos. Illud autem, & cum ſpiritu tuo: ſumptũ eſt ex epiſtola Pauli ad Tim. Eps ẽt cũ primo ſalutat populũ, non dicit Dñs vobiſcum: ſed pax vobis: quia hæc fuit prima vox Chriſti ad diſcipulos poſt reſurrectionem. ergo vt ſe oſtẽdat vicariũ Chriſti. ideo ſic dicit. poſt vero dicit: Dñs vobiſcũ, vt ſic oſtendatur eſſe de numero aliorũ ſacerdotũ. Hic ergo habes Dñs vobiſcũ. alibi amen. 38. di. ſedulo. alibi, Deus in adiutorium. 7. q. 1. §. cũ ergo. alibi Kyrie eleiſon. Pater noſter. 11. qu. 3. cum aliquis. habes & alibi, Nunc dimittis, &c. Luc. 2. Item alibi, Benedicamus, &c. Danielis 3.

OMnes.] Hæc eſt 21. pars diſti. in qua pbat, ꝙ totã miſſam populus audire dent. Qui aũt ex contẽptu recuſauerit, excommunicabitur. Et hoc probat per 5. canones. Io. de Fan.

h ¶Non perſeuerant.] ex conſuetudine vel ſuperſtitioſe. Et eſt ſi. nã in vanũ currit qui nõ perſeuerat vſq; in finẽ curſus, vt de pœ. diſt. 3. neceſſum. & eſt ſi. ſ. 11. q 3 certum.

i ¶Percipiunt.] tempore deputato.

k **S**Acerdote.] ¶Qui egreſſus.] quaſi minus litterarum contemnens, vt ſ. 38. diſt. ſedulo.

l **M**Iſſas.] ¶Præcipimus.] ‖ hoc dico præceptum eſſe. vñ cõtra præceptũ faciũt, q dieb. dñicis nõ audiũt miſſam, niſi aliqua neceſſitas cogat: ſicut & corpus Chriſti accipitur ter in anno, j d. ſtin. 2 & ſi non frequentius.

m **C**Vm ad celebrandas.] ¶Benedictionem.] ſ. 26. q. 6. miniſtrare. cõtra. Sol. ibi ſolennis bñdictio ꝗ ante miſſæ conſummationem à ſolis pontificib. celebratur, inhibetur præsbyteris: hic aũt poſt conſecrationem cuilibet ſacerdoti populũ bñdicere permittitur. ſed & præſente epo, nec benedicere volente ſacerdos benedicet ſi celebrauit miſſam, vt not. 95. diſt. ecce.

EPiſcopus.] Hæc eſt 22. pars diſt. ſecundum Io.

n ¶Prohibeat.] ſ. 21. diſ. cleros. in fin. contra. j. diſt 4. eos. contra. 11. q. 3. excommunicatos [d]. Sed dic vt ſolu. ſ. 35. q. 3. de inceſtis. nam hic de hæretico non præciſo loquitur, ibidẽ eo qui ſequitur hæreſim iam damnatam. H. dicit hoc abrogatum [e] eſſe. vel loquitur de illis, de quorum correctione eſt ſpes aliqua, vt j. diſt. 4 Iudæi. aliud eſt ſi venirent cauſa ſub ſannandi vel deridendi.

---

a Pol. l. 4. tit. 33. Anſ. l. 6. c. 138. Burc. l. 3. c. 7. Iuo p. 3. c. 67.

‖ Conſcientia ſola non ſufficit.

† al. præbeant

b Sub. tñ & non imitari in bono.

1 Pol. l. 4. tit 33. Anſ. l. 6. c. 140.

† al. diaconos

1. Tim. 3.

† al. Anacletus

1 Poly. 4 tit. 32 Anſ lib. 7 c. 139. Burc. l. 3. c. 74. Iuo p 3. cap. 127. Pã l. 2. c. 156.

b Vt Hu.

c Vt Hug & Rab.

‖ Miſſa ã ſolo cãtari pt.

g Dominus vobiſcum vñ ſumitur.

‖ Pax vobis dr primo ab epo. Not. ꝙ 7 vicibus populus ſalutatur in miſſa, quatenus excluſis 7. vitiis capitalibus ſuſcipiant gratiam ſeptiformem, ſecũdum Inn.

4 & in conc. Antioc. c. 2. 5 Pol l. 3. tit. 16. Burc. l. 2. cap. 67. Iuo p. 6. c. 163.

6 Burch. l. 2. cap. 66. Iuo p 6. c. 162.

† al. tenere.

‖ Miſſa ĩ die Dñico eſt ĩ præcepto.

7 Burch. l. 3. cap. 29. Iuo p. 3. c. 34.

8 Iuo p. 4. c. 7

9 Bur. l. 3. c 28. Iuo p. 3. c. 33 Pan. l. 3 c. 41

d Idẽ cõtra 24. q. 3 c cle ricũ 25 diſt. prelectis. in princ 1. p. 1. non liceat.

e Ad hoc ſ. 1 p 2. non liceat clericis vbi de hoc. Idẽ not 25. diſt. c. j. Ant.

Apoſtolic

A Poſtolica.] Hæc eſt 23. pars diſ. ſecũdum Ioan. de Fan.
a ¶ Adorent.] id eſt, venerentur.
O Mnis Chriſtianus.] Hæc eſt 24. pars diſt. ſe u: d m Io. de Fan. Casvs. Probatur in hoc c. auctoritate Moyſi, & ſāctorũ patrum cõſuetudine, q Chriſtiani debent aliquid offerre in miſſa primo. n. dẽmus ad Chriſtũ cõfugere: ſed qdã præpoſtere, pri° qrũt conſilium humanum, & poſtea diuinum.

m ¶ Quintam.] quia cum vnigenitus tuus.
n ¶ Sextam.] & te ſuppliciter exorare.
o ¶ Septimam.] quia cum vnigenito filio tuo, & ſpiritu ſancto.
p ¶ Octauam.] qui ſaltem humani generis.
q ¶ Nonam.] qui corporali ieiunio vitia comprimis.

b ¶ Vacuus.] bonis operibus, vel ad literã. & eſt conſilium in dieb. priuatis ſcilicet: ſed in dieb. feſtiuis præceptũ: & ita videtur q oblationes ſint ex debito exigẽdæ. & ad eas dãdas parochiani ſunt cogẽdi. arg. 16 q. 1. ſtatuimus. ar. cõtra. 13. q. 2. duo. Sed credo q ſi ſacerdos pauper eſt, poteſt eis diuina officia ſubtrahere niſi det* ei oblationes: vt extra de ſim. cum ſit. 13. q. 2. charitatem. Additio. Bñ dr Credo, ſecũdum L. cuius fuit iſta gl. tota. & ideo ſentit H. q dr q ſi credit, q oblões, q voluntariæ vel ex deuotiõe fiũt i feſtiuis dieb. ſint debitæ: vel poſſint de iure peti: & idem ſentit frater Ray. Arc.
c ¶ In collectis.] quas ſaciebãt ſancti patres p̃ recipiẽdis paupẽrib.
d ¶ Eſt confugiendum.] orando, non tentando, & ita non eſt contra. 22. q. 2. quæritur.

Q Vando autem.] Hæc eſt 25. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.
Casvs. Dicitur hic q in oratione debet homo cogitare de Deo tñ. vñ cum presbyter dicit: Surſum corda, populus rñdet, Habemus ad Dñm. & hoc fit ad notãdum q tũc tñ de Deo debemus cogitare, & de his q ſpectãt ad ſalutem, vt diabolus excludatur.
e ¶ Cogi et.] nam hoc genus mendacij eſſet. 22. q. 5 cauete.

I Nuenimus.] Hæc eſt 26. pars diſ. ſecundum H.
Casvs iſtius c. in quo dicitur q ix. ſunt præfationes, decima tamẽ poſtea addita eſt, vt 70. di. ſanctorum. Catalogo, i. ordine eccleſiaſtico, vel numero, vel computatione.
f ¶ Inuenimus.] quot ſunt canonicæ præfationes, oſtendit.[b]
g ¶ Nonam.] addita eſt & decima. vt diſt. 70. ſanctorũ canonum, & æquum, & ſalutare.
h ¶ Vnam.] & te quidem omni tempore.
i ¶ Aliam de aſcenſione.] qui poſt reſurrectionem ſuam.
k ¶ Tertiam.] q aſcendens ſuper oẽs cælos.
l ¶ Quartam.] quia per incarnati verbi myſterium.

3 Burc. l. 3. c. 103. Iuo p. 2. c. 138. & p. 6. c. 93.

f oblationes an ſint debitæ à parochianis.

a Hoc ſane intellige, & dic vt plene not. Hug. in § in quibus. ver. 10 tertia vero quæ, &c. vbi latis not. de miſericordia huius gl. & quomodo hoc c. intelligi debet ſ. de ſolennibus feſtiuitatibus. loco tom. Arc.

2 Pol. l. 4. tit. 16 Anſ. l. 5. c. 40.

Exod. 24.[1]

b Et hoc in deo quia in cap. preced. fcã erat n e ꝗuo de præfatione cõi ſẽper premittur, ſurſum cor. la.

3 Pol. l. 3 tit. 20. Anſ l. 7. c. 113. Bur. l. 3. c. 69. Iuo p. 6. 77 vñ. p. 2. c. 138.

¶ Euangelia non ſedendo, ſed ſtando audire debemus. C. LXVIII.

23[1] A Poſtolica auctoritate mandamus, dum ſancta Euangelia in eccleſia recitantur, vt ſacerdotes, & ceteri omnes præſentes, non ſedentes, ſed venerabiliter curui [a], in conſpectu Euangelij ſtantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent. [a]

a ¶ Curui.] Sic in originali, & apud Iuonem par. 6. c. 93 ſed apud eumdem, par. 2. c. 138. & apud Burchardum vox iſta non habetur.

Item Gregorius VII. in ſynodo Roma. habita an. Dom. 1078. c. 13.

¶ Ad miſſarum ſolennia ſemper aliquid eſt offerendum. C. LXIX.

24[2] O Mnis Chriſtianus procuret ad miſſarũ ſolennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſem dixit [Non apparebis in cõſpectu meo vacuus [b].] Etenim in collectis [c] ſanctorũ patrum liquido apparet, q omnes Chriſtiani offerre aliquid Deo ex vſu ſanctorum patrũ debent. Ad ipſum [a] enim prius eſt confugiendum [d], qui noſtræ curare poſſit animæ paſſiones. Verum homines præpoſtero ordine ante ſibi opem ab hominibus accerſunt. Vbi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur diuini poſtulandam fauoris gratiam.

a ¶ Ad ipſum.] Hinc vſque ad finem capitis non habentur ibi apud Gregorium, neque apud Anſelmum, aut Polyc.

Item Cyprianus ſermone 6. de oratione Dominica.

¶ Quare [ſurſum corda] in præfatione dicitur. C. LXX.

25 Q Vando autem ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & ſæcularis abſcedat: nec quidquam tunc animus, quam id ſolum cogitet [e], quod precatur. Ideo & ſacerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrum mẽtes dicendo [ſurſum corda,] vt dum reſpondet plebs [habemus ad Dominũ] admoneatur nihil ſe aliud, quam Dñm cogitare debere. Claudatur contra aduerſariũ pectus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtẽ Dei, tempore orationis adire patiatur.

Pelagius II. Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis epiſcopus vniuerſis Germaniarum, atque Galliarum epiſcopis.

¶ Quæ præfationes in miſſa ſunt cantandæ. C. LXXI.

26[1] I Nuenimus [f] has nouem [g] præfationes in ſacro catalogo tantummodo recipiẽdas, quas longa retro vetuſtas in Romana eccleſia hactenus ſeruauit, id eſt, vnam [h] in albis Paſchalibus, aliã de Aſcẽſione [i] Domini, tertiã [k] de Pentecoſte, quartam [l] de Natali Dñi, quintã [m] de apparitione Dñi, ſextam [n] de Apoſtolis, ſeptimã [o] de ſancta Trinitate, octauã [p] de Cruce, nonam [q] de ieiunio in Quadrageſima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet, & cuſtodit ſancta Romana eccleſia: has tenendas vobis mãdamus.

Item ex concilio Cabilonenſi. 2. c. 39.

¶ In omnibus miſſarum ſolennibus pro defunctis oratio fiat. C. LXXII.

27[4] V Iſum præterea [r] nobis eſt, vt in omnibus miſſarũ ſolẽnibus pro defunctorum ſpiritibus loco cõpetenti [s] Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur [t], qua non pro viuentibus, & pro quibuſlibet neceſſitatib° Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in miſſarum ſolennibus fundantur. [5] Antiquitus igitur hunc morem ſancta tenet eccleſia, vt & in miſſarum ſolennibus, & in aliis precibus Domino ſpiritus quieſcentium cõmendet: dicẽte B. Auguſtino [nõ ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana, & catholica ſocietate laudamus. [a]. [6] Defunctorum [u] etiam tacitis nominibus [x] eorum, quos ſub generali [y] cõmemoratione [z] ſuſcepit eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut quicũq; cognati, vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre cõmuni [a].

a ¶ Laudamus.] Apud collectores ſunt nonnullæ varietates. B. Auguſtinus (a quo parum variat & concilium, & Amalarius lib. 4. c. 42.) ſic habet: quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana, & catholica ſocietate defũctis, etiam tacitis nominibus quorumque, ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia. Ceterum gloſſa fecit, ne mutaretur.

Item Innocentius epiſcopus vrbis Romæ Decentio Eugubino, epiſt. 1. c. 2.

¶ Ante preces non ſunt à ſacerdote nomina recitanda. C. LXXIII.

D E nominibus recitandis [b], antequam [c] precẽ ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, oratione ſua commendet, quàm ſuperfluũ ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis: vt cuius hoſtiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen inſinues [d]: quãuis [e]

V Iſum præterea.] Hæc eſt 27. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.
Casvs. Probatur in hoc cap. auctoritate Aug. q pro defunctis nominibus tacitis in miſſa & aliis precib. debet orari omni die, ſicut & p̃ viuentibus oratur quotidie, vt p̃ eis oret mater eccleſia, quibus deſunt preces parentum.
r ¶ Viſum præterea.] Not. q in omni miſſa memoriam & orationem eſſe faciendam pro defunctis. iſtud oſtendit duobus cap.
s ¶ Loco competenti.] i. in ſecreta miſſæ.
t ¶ Excipitur.] excipitur ſexta feria ante Paſcha: in qua ſecundum ordinem Romanũ non conficitur: ſed oblatio præcedentis ſextæ diei cũ vino ſumitur: & excipitur & ſabbatum ſequens: quia potius refertur ad Dominicam ſequentem. ȷ. diſ. 3. ſabbato.
u ¶ Defunctorum.] id eſt, pro ſpiritibus defunctorum.
x ¶ Etiam tacitis nominibus.] in ſecreta.
y ¶ Sub generali.] fit pro omnibus ſimul, & prodeſt cuilibet ac ſi ſpecialiter pro eo fieret. de conſecr. diſt. 5. non mediocriter.
z ¶ Commemoratione ſuſcepit eccleſia.] ſupple nõ ſunt prætermittẽdæ ſupplicationes.
a ¶ Pia matre communi.] i. eccleſia tota.

D E nominibus.] Casvs. Decentius eps q̃rebat à Papa vtrũ in ſecreta miſſæ illorũ nomina debeant recitari à presbytero, p̃ quib. vult ſacrificia offerre. Reſp. Papa ſuperfluum eſſe vt eius nomen recitetur pro quo hoſtia nondum eſt oblata.
b ¶ De nominibus recitandis.] populo connumerare poſſumus ergo eorũ nomina recitãdo. *ſed in Miſſa vel oratione aliqua Miſſæ vel in ſecreta ſpecialiter nomina eorũ exprimere nõ debemus.
c ¶ Antequam.] nec ante, nec poſt.
d ¶ Inſinues.] quaſi nõ ante, ſed poſt debet inſinuari Deo.
e ¶ Quamuis.] non ergo recitantur ideo q Deus addiſcat: ſed vt ſupplicantium deuotior reddatur affect°. arg. 13. q. 2. cum gratia. & c. non æſtimemus. H. nominari ergo poſſunt.

Oratio pro defunctis fiat in omni miſſa.

4 Burc. l. 3. c. 44. Iuo p. 3. c. 64.

‖ Conficere non licet in ſabbato ſancto. ſer ſabbato ſancto.

5 13. q. 2. nõ exiſtimem°.

6 in libr. de cura p̃ mor tu s agẽda. c. 4.

*Nomina aliorum non ſunt in Miſſa exprimenda.

IN *ſacramentorum.*] Hæc diſt. diuiditur in 28. partes: In quarum prima probat per 7. c. q ex pane tritici & vino vitis cum aqua conficitur corpus & ſanguis Chriſti. Secúda ibi, *Nihil.* tertia ibi, *Pacem.* Quarta ibi, *Relatum.* Quinta ibi, *Quotidie.* Sexta ibi, *Triforme.* Septima ibi, *Tribus gradib.* Octaua ib, *Qui ſcelerate.* Nona ibi, *Si per negligentiam.* Decima ibi, *Peruenit.* Vndecima ibi, *Sacerdotum.* Duodecima ibi, *Inſtitutio.* Tertiadecima ibi, *Sacrificium.* Quartadecima ibi, *Quia corpus.* Quintadecima ibi, *In quibus.* Sextadecima ibi, *Ego Berengarius.* Decimaſeptima ibi, *Semel Chriſtus.* Decimaoctaua ibi, *Liquido.* Decimanona ibi, *Panis.* Vigeſima ibi, *Panem de altari.* Vigeſimaprima ibi, *Reuera.* Vigeſimaſecunda ibi, *Iteratur.* Vigeſimatertia ibi, *In Chriſto.* Vigeſimaquarta ibi, *In calice.* Vigeſimaquinta ibi, *Sicut.* Vigeſima ſexta ibi, *Presbyter.* Vigeſimaſeptima ibi, *Qui bene.* Vigeſimaoctaua ibi, *Pro dilectione.* Io. de Fant.

illi incognitum ſit nihil.

Item Alexander vrbis Romanæ epiſcopus orthodoxus omnibus epiſt. 1. c. 4.

DISTINCTIO II.

¶ Panis, & vinum, & aqua in ſacramentis ſunt offerenda. C. I.

1. ps 1 IN ſacramentorum [a] oblationibus [b], quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offeruntur paſſio Domini miſcenda eſt: vt eius, cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio celebretur: ita vt repulſis opinionibus ſuperſtitionum panis tantum, & vinum aqua permiſtum in ſacrificium † offerantur. Non enim debet (vt a patribus accepimus, & ipſa ratio docet) in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrũq; permiſtum: quia vtrumque [c] ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur.

1 Poli. 3. ti. 6. Anſ. l. 9. c. 1. Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15. & 68.

† al. ſacrificio

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd in altaris ſacrificio debent apponi tantum panis & vinum aqua miſtum: & hoc ideo, quia de latere Chriſti fluxerunt ſanguis & aqua in paſſione ſua.

a ¶ *In ſacramentorũ.*] Hic intitulatur 2. diſt. in qua agitur de ſacramento Euchariſtiæ. Et licet baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum [a]. & neceſſarior. 22. diſ. §. verum. hoc tamen dignius eſt: & ideo tractat prius de eo, & propter ſeriem operis apertius continuandam. cum enim tractauit in præced. diſ. de celebratione miſſæ: & tota vis miſſæ conſtet in conſecratione corporis Chriſti: merito de eo ſubdit: & tractat de hoc ſacramento in hunc modum. Primo agit de forma ſacrificandi. Secundo de reuerentia ſuſcipiendi & tractandi & ſeruandi hoc ſacramentum. Tertio de triplici cõtinentia eius. De forma ſacrificandi agit vſque ad illud c. nihil. De reuerentia ſuſcipiẽdi agit etiam vſq; ad illud ca. ſacrificium. Exinde de his quæ in ſacrificio continentur. Circa quòd cõſiderandum eſt à quo, vbi, & quando fuit hoc ſacramentum inuentum, & quæ forma conficiendi illud, & quæ in eo ſunt neceſſaria, & de triplici eius continentia: & poſt ſupponemus quaſdam opiniones de confuſione ipſarum rerum. Fuit autem inſtitutum à Domino. j. e. quia corpus. & in cœna. j. ea. liquido. Et quando? poſt typicum paſcha completum, cum comedit agnum cum Apoſtolis. j. e. accipite. Formam habemus in c. j. e. accipite. Sunt autem tria neceſſaria, panis, vinũ, & aqua. j. e. in ſacramento. ‖ continentur autem tria in hoc ſacramento: forma viſibilis panis & vini: veritas corporis & ſanguinis Chriſti: & virtus ſpiritualis, i. virtus vnitatis & charitatis. i. æterna coniunctio & dilectio Chriſti ad eccleſiam. 21. diſ. §. 1. ibi, Rogaui pro te Petre, ne deficias, &c. Primũ eſt ſacramẽtum tantum, & non res ſacramenti. Secundum eſt ſacramentum, & res ſacramenti. Tertium eſt res ſacramenti tantum, & non ſacramentũ: & hoc eſt quod dicitur ext. de cel. Miſ. cum Marthæ. §. diſtinguendũ. Fit autem conuerſio rerum ſecundũ quoſdam: quia panis conuertitur in corpus, & vinum in ſanguinem: aqua in nihilum: ſed ſignificat regenerationem tantum, quæ fit per aquam. contra iſtos eſt, quia qui puram aquam ſumit, poſt non conficiet. 7. q. 1. nihil. Sed contra. j. e. relatum. ſed non fuit ibi pura aqua. Alij dicunt quòd vinum & aqua conuertuntur in ſanguinem: licet philoſophi dicant contra, quod aqua & vinum non commiſcentur per minima. i. non ita quòd inſeparabilia ſint. Alij etiam dixerunt, ſed peſſime, quòd aqua conuertebatur in aquaticos humores. Alij dicunt quòd corpus Chriſti poſt conſecrationem ſolum eſt ſacramentum & figura. j. ea. ego Berengarius. & hæc traduntur ext. de cele. Miſ. cum Marthæ. & c. in quadam. Sed opinio verior eſt, q vinum & aqua non vt duo, ſed vt vnum compactum tranſmutantur, ext. de celeb. Miſ. cum Marthæ. §. verum. & c. in quadam. De eo tamen quod dicitur quòd panis conuertitur in corpus Chriſti, variæ ſunt opiniones. Vna aſſerit quòd illa ſubſtantia, quæ fuit panis primo, poſtea eſt caro & ſanguis Chriſti. arg. j. e. panis eſt in altari. & c. quia corpus. Secunda opinio tenet quòd ſubſtantia panis & vini ibi definit eſſe, & remanẽt accidentia tantum, ſcilicet, ſapor, color, pondus, & ſimilia: & ſub illis accidentibus incipit ibi eſſe corpus Chriſti. Tertia tenet [*] quòd remanet ibi ſubſtantia panis & vini, & in eodem loco & ſub eadem ſpecie eſt corpus Chriſti. arg. j. ead. ego. quælibet tamen opinio fatetur ibi eſſe corpus Chriſti. Secunda opinio verior eſt, vt extra de ſum. tri. firmiter. §. vna.

a Vt 17. diſt. §. verũ. c. ad hoc. eſt de preſb. ſi baptizentes. Arc.

‖ Euchariſtiæ ſacrõ tria continentur.

* Et hæc falſa eſt

a ¶ *In ſacramentorum.*] de forma ſacrificandi, ſcilicet quæ debent offerri in ſacramento Euchariſtiæ. 7. c. oſtendit.

b ¶ *Oblationibus.*] i. in ipſis oblatis, quæ ſunt ſacramenta.

c ¶ *Quia vtrumque.*] hæc ratio non eſt ſufficiens [b]: ſed eſt ratio: quia Chriſtus hoc ſtatuit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. j. e. in Chriſto ſemel. Alia ratio eſt, quia aqua ſignificat redemptionem. j. eadẽ. cum omne. & ita tria ſunt ſignificatiua ibi: aqua, vinum, panis: & ita tria ſacramenta. j. ea. non oportet.

b Sed eſt q. da. adminiſtrans. B. L.

c ¶ *Quia vtrumque.*] i. vtriuſque ſacrificium vel ſignificatum. j. ea. in calice. ſcilicet ſanguis in quem conuertitur vinum & aqua. j. diſt. ea. panis eſt in altari. nomine ſanguinis dicitur quilibet humor humani corporis. hic non inuenitur, niſi large accipiatur nomen ſanguinis. vnde vinum in ſanguinem conuertitur, & aqua [*] in alios humores: ita quòd aqua dicitur profluxiſſe, id eſt, alij humores de latere Chriſti. ‖ Sed numquid vera aqua, aut humor aquæ ſimilis fluxit? ſi vera aqua, quando fuit illa creata? numquid in corpore, aut in egreſſu à corpore? ſi humor fuit ſine aqua, quod fuit ibi miraculum? Reſpon. ſecundum H. ſeparatum [c] & cum ſegregatione fluxerunt. Alij tamen dicunt, vt Meld. & Baz. quòd vera aqua: & extra corpus illius fuit illa creata: ſicut fuit cum fluxit aqua de petra educta. infra eadem reuera. Igitur quota pars debet eſſe aquæ in calice? Videtur quòd medietas. argu. ff. de vſufruct. etiam partis. ff. de contrahen. empt. domum. ſed hoc relinquo arbitrio prouidi ſacerdotis, id eſt, quamdiu dicatur quod vinum ſit, vel aqua. Dic quòd poni debet plus de vino ſemper quàm de aqua.

* Imo aqua in vinum & totũ vinũ in ſanguinem.

‖ Aqua quæ fluxit de latere Chriſti an fuerat vera aqua.

c iſta fuit ſnĩa Ho. & illa, q̃ pxime ſequitur, vñ clarius & planius diceret, & fuit vera aqua, & c. Arc.

¶ Locupletatum eſt caput hoc ex originali, & ceteris collectoribus præter Anſelmum, qui habet, vt antea Grat. habebat.

Item Cyprianus lib. 2. epiſt. 2. Cæcilio fratri ſalutem.

¶ Vinum ſine aqua. vel econuerſo in ſacramentis offerri non licet. C. II.

2 SIc in ſanctificãdo calice Domini offerri aqua ſola nõ poteſt, quomodo nec vinum ſolum poteſt. Nam ſi vinum tãtum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit [d] eſſe ſine Chriſto [e]. Quando autẽ vtrumque miſcetur, & adunatione confuſa [f] ſibi inuicem copulatur, tunc ſacramentum ſpirituale [g], & cæleſte perficitur. Sic vero calix [h] Domini non eſt aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrumque

2 Poly. ibid. Anſ. l. 9. c. 4.

SIc in ſanctificãdo.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd in ſacrificio nõ debet offerri vinum ſine aqua, nec aqua ſine vino: ſed ſimul illa duo, vt perfectum ſit ſacrificium, ſicut & corpus Chriſti non de farina ſolum, ſed de pane perfecto debet confici.

d ¶ *Incipit.* i. ſine Chriſto: quia non conficitur, maxime quantum ad ſalutem plebis. j. ea. cum omne.

e ¶ *Sine Chriſto.*] id eſt, ſine tali ſacramento quod de eius latere profluxit, ſcilicet, ſanguis [d] & aqua. vt ſ. cap. 1. & 2. & infra capi 3. Vel ſine Chriſto, id eſt, eccleſia, quæ, ſcilicet myſticum corpus Chriſti eſt, quod eſt dicere: ſanguis non prodeſt corpori Chriſti, quod eſt eccleſia, id eſt, nobis. ſ. diſt. proxim. eccleſia. non enim vinum tantum dicitur corpus Chriſti. vel ſine ſaluatione Chriſti, id eſt. Chriſtianorum: ſecundum hoc videretur, quòd Chriſtus dicatur Chriſtianus populus. ad hoc facit extra de ſacro. vnct. capi. 1. hæc oſtendit Apoſtolus in epiſtola ad Corinth. Sicut omnia membra vnum ſunt corpus: ita vnus Chriſtus ſunt, vt j. ea. diſt. cum omne. Hu. vero qui non poſſe confici ſine aqua dicit: exponit ſanguis, i. vinum, quod ſignificat ſanguinem.

f ¶ *Confuſa.*] i. permiſta.

g ¶ *Spirituale.*] ſpirituale dicitur corpus, quod nihil habuit quod ei obſtaret: ſicut Chriſtus ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos: palpabilem tamen ſe exhibuit: quod non faceret ſpiritus. vnde ſpiritus nec carnem nec oſſa habet, &c. ‖ ad cuius ſimilitudinem corpora noſtra agilia erunt, vt licet clauſa eſſent in ſolidiſſimo corpore ferreo vel marmoreo, poſſint tamen exire. Vel ideo ſpirituale, quia ibidem ſignatur noſtra redemptio. infra eadem cum omne. Vel ſpiritale, quia cæleſte efficitur: & tunc rei ſpiritualis & cæleſtis, ſcilicet coniunctionis eccleſiæ ad Chriſtum efficitur ſacramentum. vinum enim ſanguinem: aqua vero plebem ſignificat. horum autem confuſio ſalutis noſtræ eſt ſacramentum. in commiſtione enim vini & aquæ conſignatur plebis per Chriſtum facta redemptio. infr. c. cum omne.

h ¶ *Calix.*] no. diuerſitates circa illud ſacramentum inter doctores. ‖ nam dicunt quidam quòd ex vino ſine aqua non poteſt confici ſanguis Chriſti. H. dicit quòd poteſt, licet non debeat fieri. Item dicunt aquam eſſe admiſcendam in calice de honeſtate tantum [*]. verumtamen vbicumque admiſceatur, conficietur ſanguis. Item dicunt quidam quòd ex nectare vel vino cocto conficietur quidquid ei admiſceatur. Hug. tamen dicit quòd non. quod verius eſt. Item de aceto conficitur [*], ſi ex vino factum fuit: aliàs non: quia prope eadem vſia eſt. ff. de contrah. empt. in venditionibus. tamen in omnibus his miſturis tranſubſtantiatur. Item not. quòd de agreſta non poteſt confici ſanguis. infra eadem, cum omne. contra. de muſto ex vuis & racemis poteſt ex neceſſitate: de aliis non, ſ. de pomis & huiuſmodi. Sed quando dicemus quòd poſſit? quando incipit eſſe vinum. Sed quando incipit eſſe, conſulendus eſt vſus in hoc caſu. Item.

‖ Aqua an ſit de neceſſitate conſecrationis.

d Id eſt, ſanguinis Xpi effuſio, incipit id eſt, oſtẽditur eſſe ſine Xpo, i. ſine vnitate corporis Chriſti, qđ eſt eccleſia, ſecundũ Io. & Ian. & H.

‖ agilitas eſt dos corporis glorioſi.

‖ Sanguis Chriſti vtrũ poſſit ex vino ſine aqua confici.

* Admiſcetur de præcepto cõc. Trid. ſeſ. 22. c. 7.

* Nõ de aceto ppriè, ſi de vino aceſcẽte, ſ pcc cet q̃ ca. tali cõficit. S. Tho p. 3. q. 74. ar. 5. ad 3.

‖ Item circa panẽ no. ꝙ de alio pane nõ poteſt confici corpus Chriſti niſi de frumento, vt j. e. in ſacramento & ſi alia farina admiſceãtur frumento, illa non tranſubſtantiatur & i. hæc nõ eſt diuerſitas. Sed in alio eſt, quia dicit H. ꝙ non poſſumus conficere niſi de frumento, vel de pane fermentato in eccleſia occidẽtali: & ſi fiat, nihil agitur. Baz. contra ꝙ cõficiatur corp⁹ Chriſti. i. ẽ nec confici poteſt ſi farina non cum aqua, ſed cum alio liquore admiſceatur.

‖ Panis ad cõficiẽdum dẽt eſſe ex frumento.

ſibi miſceatur: quomodo nec corpus [a] Domini poteſt [b] eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi vtrumq; [c] adunatũ fuerit, & copulatum, & panis vnius compage ſolidatum.

a ¶ *Sine Chriſto.*] *Apud b. Cyprianum ſic legitur*, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto: *quæ verba referuntur etiam. j. ea. c. cum omne. Sed ob gloſſam non eſt mutatum. Multa vero alia vbi illa non obſtabat, ex ipſa epiſtola ſunt emendata, itemque in ſequenti capite.*

Idem in ead. epiſto.

C. III.

[1] SCriptura dicit [Quotieſcunque enim ederitis panem iſtum, & calicem iſtum biberitis, mortem Domini annunciabitis, quoadusque veniat.] Quotieſcũque ergo calicẽ in commemorationem Domini, & paſſionis eius offerimus, id quod conſtat Dominum feciſſe [d], faciam⁹. Sed vide † frater chariſſime, ſi quis de anteceſſoribus noſtris vel ignorãter [e] vel ſimpliciter [f] nõ hoc ſeruauit, & tenuit, quod nos Dominus facere & exẽplo, & magiſterio ſuo docuit: poteſt ſimplicitati ei⁹ de indulgentia Domini venia concedi [‡]: nobis vero non poterit ignoſci [g], qui nunc à Domino admoniti, & inſtructi ſumus, vt calicem Domini cum vino miſtum, ſecundum quod Dominus obtulit, offeramus.

Item ex concilio Martini Brachar. c. 55. [3]

¶ Præter panem, vinum, & aquam in ſacramento nihil debet offerri. C. IIII.

NOn oportet aliquid aliud ĩ ſacramento † offerri, præter panem, vinũ [h], & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur: quia, dum in cruce penderet, de corpore eius ſanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnum [i] ſunt in Chriſto Ieſu: hæc hoſtia [k] & oblatio Dei in odorem ſuauitatis.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 24. [4]

¶ De eodem. C. V.

[5] IN ſacramento † corporis, & sãguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipſe Domin⁹ tradidit [l] hoc eſt panis, & vinum aquæ miſtũ. *& infra.* ¶ Nec ampli⁹ in ſacrificiis † offeratur, quàm de vuis, & frumentis. [m]

Item ex ſexta ſynodo, c. 28.

¶ Oblationis ſacrificio vuas nemo coniungat. C. VI.

DIdicimus, ꝙ in quibuſdam eccleſiis ſacerdotes ſacrificio oblationis coniungant vuas, quæ ſecundum vſum in altari offeruntur, & ſic ſimul vtraque populo diſpenſent. Præcipimus igitur, vt nullus ſacerdos hoc vlterius faciat: ſed in remiſſionẽ peccatorum populo oblationẽ ſolã diſtribuat: & vuas ſeorsũ benedictas [n] populus, qui petierit, accipiat, et fructuum [α] gratias agat.

¶ *Eſt quaſi ſumma quædam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba ſunt, ſed eodem fere ſenſu.*

α ¶ Et fructuũ.] *Græce eſt* [Greek illegible] *id eſt*, ad reddendas gratias fructuum datori.

Item Iulius Papa epiſcopis per Aegyptum.

β ¶ Per Aegyptum.] *Apud ceteros collectores legitur*, per Aegyptũ miſſis. *Sed in micrologo c. 9. citatur ex eodem Iulio epiſcopis Aegypti. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharenſi 3. cap. 1. & ſententia ſummatim collecta in Vuormacienſi, c. 4.*

¶ De his, qui ſacrificando varie errabant. C. VII.

[6] CVm omne crimen [o], atque peccatum oblatis Deo ſacrificiis deleatur [p], quid de cetero pro delictorũ expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificij oblatione erratur [q]? Audiuimus enim quoſdam chriſmatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apoſtolicas inſtitutiones lac pro vino in diuinis ſacrificiis dedicare: alios quoque intinctam Euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere: quoſdam etiam expreſſum [*] [r] vinum in ſacramento Dominici calicis offerre: alios vero [β] pannum, lineum muſto intinctum per totum annum reſeruare, & tempore ſacrificij

---

a ¶ *Nec corpus.*] i. panis ſub cuius ſpecie iacebit corpus Chriſti, qui eſt tranſubſtantiatus in corpus Chriſti.

b ¶ *Poteſt.*] i. nõ poteſt cõfici ex farina ſola, ſ. ex ſolo pane multorũ compage conſolidato: nec aqua ſola, &c.

c ¶ *Niſi vtrumque.*] i. farina & aqua. Quid ſi ex melle vel alioliquore fuerit farina aſpla. nũquid tranſſubſtantiatur ille panis in corpore Chriſti? Non.

SCriptura dicit vt.] CASVS. Dicitur hic ꝙ vino quod offertur in ſacrificio, aquã miſcere debem⁹: ſicut Dominus fecit. ſi quis autẽ ex antiquis hoc prætermiſerit, põt ei venia concedi: nobis autem qui per ſcripturas inſtruimur, nõ ita parceretur.

d ¶ *Feciſſe.*] vide violẽtiſſimum ar. contra Græcos. veriſimile enim eſt ꝙ Dominus azymis vſus eſt propter ritum Iudæorum: & nos azymis vti debem⁹. G. tũc in domibus eorũ non erãt fermenta. veriſimile tamen videtur, ꝙ alicui doctorum eorũ reuelatum fuerit ꝙ conficerent in fermẽtatis. ar. cõtra. j. di. 3. noſſe.

e ¶ *Ignoranter.*] arg. ꝙ ignorantia iuris excuſata. 3. 24. q. 1. ſi quis dedit. 3. di. 8. conſuetudo. 31. q. 1. de his. 3. diſt. 52. ſolicitudo.

f ¶ *Vel ſimpliciter.*] ſed nonne exemplũ Domini ita potuit eos inſtruere ſicut & nos? quare ergo excuſabãtur? Sed dic ꝙ nos docuerunt patrum ſacræ ſcripturæ de ipſo Chriſto, quas forte ipſi nõ habuerunt.

ADDITIO. *Argu.* 3. 96. diſt. in ſcripturis.

g ¶ *Ignoſci.*] ar. poſt admonitionem non eſſe parcendum. 12. q. 2. indigne.

NOn oportet.] CASVS. *Hoc c. patet. In typo.* id eſt, in figura, & ſignificatione. *Hæc tria vnum ſunt*: ideſt, in vnum corpus Chriſti tranſeunt. Similiter ſequens c. patet.

h ¶ *Præter panem vinum.*] quæritur an vinum & aqua tranſeant in ſanguinem tantum? Reſpondit ſic. extra de celebra. Miſſ. cum Marthæ. §. verum. Alij dicunt quòd non: ſed vinum in ſanguinem, & aqua in aquam [*], id eſt, vitalem humorem aquaticum, ſicut enim in humano corpore quattuor humores ſunt ad inſtar quattuor elemẽtorum. extra eo. in quadam. ſic in corpore Chriſti. vnde ſic exponet hæc tria ſunt vnum in vno Chriſto, & hæc tria ſunt tria, & tantum tria: quia vinum in ſanguinem, & aqua in aquã, & panis in corpus conuertitur.

i ¶ *Vnum.*] ideſt, in vnum tranſeunt corpus Chriſti: tamen hoc in illud, & illud in aliud, & tertium in aliud conuertitur: & tamen pro vno reputatur. vt j. e. comperimus.

k ¶ *Hoſtia.*] & nihil ibi conuertitur.

l IN *ſacramento.*] ¶ *Tradidit.*] arg. quòd Dominus miſcuit aquam cum vino, ſ. ſcriptura. & nos miſcere, debemus: quia docti viri cautela, &c. 81. diſt. legitur.

m ¶ *Et frumentis.*] i. panem frumẽti: quia Chriſtus fuit granum frumenti, de pœ. di. 2. cũ ſanctam. ſed ſicut dicitur ab eis, qui experti ſunt, lolium de frumẽto naſcitur, vt diſt. 56. naſci. nũquid ſi de lolio fiat panis. ille per verba tranſubſtantiatur? non. [nunquid ſi frumento addatur piper cõuertitur in corpus Chriſti? Non, ſed reliquum tantũ. quare non ita reliquum conuertitur ſi fermentum addatur [*]? Quia ibi nihil eſt azymi, cuius poſſit fieri conſecratio: & ideo nihil conuertitur. arg. 24. q. 3. reſecandæ.

DIdicimus.] CASVS. Hu. ſic ponit hunc caſum. Hæc cõſuetudo erat apud quoſdam, quòd vuas benedicebant benedictione ſanguinis: & ſimul cũ corpore Chriſti populo diſtribuebant. quod ne de cetero fiat, præcipit ſynodus.

n ¶ *Benedictas.*] benedictione vulgari, non illa ſpeciali appropriata Euchariſtiæ. j. eod. accipite. & ſolet vua benedici in feſto ſancti Sixti.

CVm omne crimen.] CASVS. Hu. ſic ponit hunc caſum. In hoc ca. Iulius Papa quoſdã in ſacrificij oblatione errãtes reprehendit. Quidam enim lac pro vino offerebant. Alij intinctã Euchariſtiam populo diſtribuebant. Alij botrum integrũ ſacrificabãt: & poſtea exacinatũ vel expreſſum in calice dabant. Alij pannum lineum tinctum muſto per totum annum reſeruantes, tempore ſacrificij partem eius in aqua lauabant. & ſic offerebãt. Ponit ergo prius iſtos quattuor errores: poſtea per ordinem deſtruit, & remouet omnes tales errores, aſſerens in oblatione ſacrificij nihil eſſe offerendum niſi panem & vinũ & aquam. ergo non lac, nec vua ibi debet offerri. Item nec aqua ſola debet offerri, quod videntur facere illi qui prædictum pannum lauant. *Vinum expreſſum*, id eſt, botrum. vel vuam expreſſam quaſi degranatam & exacinatã in calice. Vel vinum expreſſum de botro poſt conſecrationem, vel ante conſecrationem, ſed non apponebant aquam.

o ¶ *Cum omne crimen.*] quattuor errores extirpantur in canone iſto.

p ¶ *Deleatur.*] ideſt, cum ad hoc ſacrificium offeratur, vt per ipſum peccatum deleatur. j. e. diſt. ſpecies & ſimilitudo.

q ¶ *Erratur.*] quod fit in calice.

r ¶ *Expreſſum.*] id eſt, degranatum botrum. nam ex vino expreſſo licenter hoc fieret. Vel expreſſum poſt conſecrationem, vt tunc vice ſanguinis ſumatur. ante enim liceret [b]. vt j. ead. dicitur. ſanguis enim Domini prelo crucis & ceteris inſtrumentis paſſionis de corpore eius preſſus emanauit. extra de celeb. Miſſ. cum Marthæ. ver. aliquibus.

---

1 Sent. 4. diſtinct. 10. §. ſed vineo.

Luc. 22.

1. Cor 11.

† *& viderit*] orig.

‖ Græci cõficiunt in panibus fermentatis.

2 Cõ cor l. 1 §. ſi. ff de edend. & l. ſi quis id. §. doli ff. de iu. om. iu. & l. au. de inſtr. cau & autẽ omnia in capitul. græc. ſi od. a te pa ino. ſed non ex toto. Arch.

† *al. ſanctimonio*

3 Et 3 Afric. c. 4.

5 Bur. l. 5. c. 3. & 4. Iuo p. 2 c. 13. & 14.

† *al. ſacramentis*

* Aqua vertitur ĩ vinũ, & vinum in ſanguinem, S. Th. ex In noc. iij. q. 3. q. 75. art. 8. in corp.

‖ Dñs miſcuit aquã cum vino

† *al. primitiis*

‖ Piper frumento additũ nõ tranſit in corpus.

* Imo & in fermentato conficitur. Peccaret tñ presbyter Eccleſia Latina cõficiẽs de pane fermẽtato. S. T. p. 3. q. 74. artic. 4. in cor.

6 Pol l. 3. ti. 8 Anſ l. 9. c. 53 Bure l. 5. c. 1. Iuo p. 2. c. 12 & 12. & 85. Pã l. 1 c. 147

b Hic vult dicere ꝙ ante conſecratione bñ liceret exprimere, & ſic conſecrare Arc.

a ¶ Quod

a ¶ *Quod quàm ſit Euāgelica.*] hæc omnia prædicta reſpicit: & ſic vltimũ prohibetur: ſi. n. non eſſet illicitum, hoc inter alia reprehenſibilia nõ connumeraretur, cũ omnia, quæ ſimul in ꝓhibitione ueniunt, ſimul ꝓhibita intelliguntur. ar. 7. q. 1. denique. ver. addẽdo. ff. de ve. ob. Ti. 1. & ff. de iu. & fa. ig. regula. §. vl. & vltimo loco poſtea ꝓ ſe prohibetur. Vel refertur tantum ad vltimũ: & ſic expreſſe vltimũ ꝓhibetur. Dicũt tñ quidam, ꝙ vltimũ hic non prohibetur.

b ¶ *Cum enim magiſter.*] hic extirpat primum errorem.

c ¶ *Illud vero.*] & ita extirpat errorem ſecundum.

d ¶ *Intinctam.*] vt j. ea. no. ſup. ca. presbyter. contra ibi dicitur, & ſeruari debet intincta ad opus infirmorũ: qd non reprobo: licet nõ neceſſe ſit quòd intingatur: ſed Hug. dicit illud eſſe abrogatum. (Ioan. 21)

e ¶ *Et ſeorſum.*] ſed nũquid verum eſt ꝙ ſeparatim cõſecretur corpus Chriſti, & ſeparatim ſanguis? Dicunt quidam quòd non fit tranſubſtantiatio niſi in vltima ſyllaba totius formæ ꝓlata. alij vero dicunt, vt Hu. ꝙ cum dicit, Hoc eſt corpus meum, ꝙ tranſubſtantiatur ſub illa conditione, ſ. ſi ſtatim ſubiũgat, Hic eſt ſanguis meus, aliter non. Alij dicunt incertũ eſſe in rerum natura vtrũ in continenti fit corpus Chriſti. ff. d iud. ſed & ſi. §. vl. Sed ego dico ꝙ ſi ꝑ copulatiuam duo dicuntur, tũc in prolatiõe huius vocis, Hoc eſt corpꝰ meũ, tranſubſtantiatur corpusᵛ, & in ꝓlatione conſequẽtis vocis ſiue locutionis tranſubſtãtiatur ſanguis: ſed ſi per copulatiuam tñ vnum dicatur, tũc fiet tñ in vltima littera tranſubſtantiatio. De hoc no. j. e. quia corpus.

f ¶ *Proditorem.*] cũ dixit, hic me tradet. Sed ceſſat oppoſitũ de ꝓditione: quia Dñs non prodidit eũ, nõ eſt. n. ꝓditio de futuro, ſed de præterito: nam tradet, futurũ eſt. ſi ergo propalauit, nõ ꝓdidit. Vel dicendum ꝙ hoc fecit ad inſtantiam eius, cũ etiã dixerit: tu dixiſti. Alij dicũt ꝙ in aure Ioannis dixit: qui intingit, &c. Vel dic ꝙ non prodidit: quia dixit talib. qui poterant prodeſſe, & non obeſſe. 22. q. 5. hoc vr. Ioan.

g ¶ *De expreſſo.*] hic de tertio errore, ſ. poſt cõſecrationem. Vel expreſſo, id eſt, non miſto cum aqua.

† corpus Xpi & ſãguis an cõlecte ſint ſeparatim.
† al. in ſacrificio
† al. ſinit
† al. receperunt
† al. communicat
* Ex verbotum cõſecratione ſeparatim panis tranſubſtantiatur in carnẽ, & vinum in ſanguinem, ſed vi naturalis cõcomitantiæ tranſubſtantiato pane in carnẽ totus adeſt Chriſtus: itẽque tranſubſtantiato vino in ſanguinem. Sieu 4.41.10
† Chriſtus vtrũ Iudam prodiderit.

partẽ eius aqua lauare, & ſic offerre. Quod quã ſit Euangelicæ ᵃ, & Apoſtolicæ doctrinæ cõtrarium, & cõſuetudini eccleſiaſticę aduerſum, nõ difficile ab ipſo fonte veritatis probabitur, à quo ordinata ipſa ſacramentorũ myſteria proceſſerunt. Cum enim magiſter ᵇ veritatis verũ ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commẽdaret diſcipulis, non illis lac, ſed panem tantũ & calicẽ ſub hoc ſacramento cognouimus dediſſe. Legitur enim in Euangelica veritate. [Accepit Ieſus panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis.] Ceſſet ergo lac ſacrificãdo † offerri: quia manifeſtum, & euidens Euãgelicæ veritatis exemplum illuxit, ꝙ præter panem & vinum, aliud offerri nõ licet †. Illud vero ᶜ, quod pro complemento communionis intinctam ᵈ tradũt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatũ ex Euãgelio teſtimonium recipit †, vbi Apoſtolis corpus ſuum, & ſanguinẽ commendauit. Seorſum enim panis, & ſeorſum ᵉ calicis cõmendatio memoratur. Nã intinctum panem aliis Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illo tãtum diſcipulo, quem intincta buccella magiſtri proditorem ᶠ oſtẽderet, non quæ ſacramẽti huius inſtitutionẽ ſignaret. Nam ꝙ de expreſſo ᵍ botro, id eſt, de vuarũ granis populus communicatur †, valde eſt omnino cõfuſum: ſed ſi neceſſe ſit, botrus in calice comprimatur ʰ, & aqua miſceatur: quia calix Dominicus iuxta canonumᵞ pręcepta vino & aqua permiſtus debet offerri: quia videmus in aqua populũ intelligi ⁱ, in vino vero oſtẽdi ſanguinẽ Chriſti. Ergo cum ĩ calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quẽ credit copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniũctio aquæ, & vini ſic miſcetur in calice Domini, vt miſtio illa non poſſit ſeparari. Nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti eſſe incipit ſine nobis ᵏ. Si vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Ergo, quando botrus ˡ ſolus offertur, in quo vini tantum efficiẽtia ᵐ deſignatur, ſacramẽtum noſtræ ſalutis negligitur, quod per aquam ſignificatur. Nõ enim poteſt calix Domini eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum niſi vtrumque ſibi miſceatur. Et ideo, quia iam ex hoc plurima, & multiplex maiorum manauit ſentẽtia, omnis deinceps talis error atque, præſumptio ceſſare debet: ne per uerſorũ inordinata compago ſtatũ veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps licitum ſit aliud in ſacrificiis diuinis offerre, niſi iuxta antiquorum ſententiam conciliorum panem tãtum, & calicem vino, & aqua permixtum. De cetero aliter, quam præceptũ eſt, faciens tamdiu à ſacrificãdo ceſſabit, quã diu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correctus † ad gradus ſui officium redeat, quod amiſit.

α ¶ Expreſſum vinum.] *Sic apud Iuonem, & in Pannormia, & in Brachar. conſ. In aliquot tamen vetuſtis eſt,* expreſſum botrũ, *vt paulo inferius in hoc eodem c. Sed Burchardus habet,* non expreſſum vinum.

β ¶ Alios vero pannum.] *Hæc vſque ad verſi.* Quod quã ſit *non ſunt in Bracharenſi: neque etiam illa,* ſed ſi neceſſe ſit, *vſque ad ver.* q3.

γ ¶ Iuxta canonũ.] *In Bracharenſi eſt,* iuxta quod quidam doctor ediſſerit. *Significatur autem B. Cyprianus citatus* j. ead. *in ſanctificando.*

δ ¶ Sententia.] *In Bracharenſi ſequitur,* quorum pietas in Deum religioſa ſacramentorum horum & efficiẽtias copioſe diſſeruit, & inſtitutiones veriſſime declarauit.

Item Alexander Papa quintus à Petro, epiſt. 1.

¶ Nulla oblatio corpori, & ſanguini Chriſti comparari valet. C. VIII.

2 **N**Ihil in ſacrificiis ⁿ maius ᵒ eſſe poteſt, quã corpus ᵖ & ſanguis Chriſti: nec vlla oblatio hac potior eſt: ſed hæc omnes præcellit: quæ pura conſcientia Domino offerẽda eſt, & pura mẽte ſumẽda, atq; ab omnibus venerãda: & ſicut potior eſt ceteris, ita potius excoli, & venerari debet.

Item Innocentius Papa Decentio Eugubino epiſcopo ſalutem, epiſt. 1. c. 1.

¶ Ante confecta myſteria pacem non debemus offerre. C. IX.

3 **P**Acem igitur aſſeris ante cõfecta myſteria quoſdam populis impertiri, vel ſibi inter ſe ſacerdotes tradere: cum poſt omnia (quæ aperire ᑫ non debeo) pax ſit neceſſario indicenda: per quam

h ¶ *Comprimatur.*] ar. quòd vini defæcatio non eſt neceſſaria ad cõfectionem.

i ¶ *Intelligi.*] nam legitur in Apo. Aquæ multæ, populi multi. Item aqua dicitur pœnitentia. j. diſt. 6. teſtam. Quandoque dicitur ſcriptura 32. q. 5. ſi Paulus. quandoque dicitur aqua tentatio, vt Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, &c.

[Aqua multipliciter accipitur

k ¶ *Sine nobis.*] id eſt, nobis non profuiſſe oſtẽditur: quod tamen factum eſt, ſecundum Baz. hoc enim expoſitum habes. j. e. diſt. ſicut. Ambroſio. Et quod dicit ibi, ſiue Chriſto, hic dicit, ſine nobis: quod eſt idem, ſecundum H.

l ¶ *Ergo quando botrus.*] hic videtur reſpondere quartæ ᵃ quæſtioni, vbi innuitur ꝙ ſicut ipſi qui botrum offerebant, ſolum vinum offerre videbantur: ita qui pannum intinctum lauabãt, ipſam aquã offerebant. Vnde & contra Euangelicam formam offerentes, non conficiebãt. Quid autem ſi aqua ſaporẽ vini admittat ex panno? non tamen eſt vinum: quia aliquando aliunde non eſt vino talem admittit ſaporẽ: ideoque non cõſecrabitur in ſanguinem. & quòd hæc hæreſis ſit, eſt ar. 24. q. 3. quidam. verſic. Aquarij.

a Alij dĩt ꝙ eſt adhuc reꝓbatio tertij erroris reprobatio autẽ quarti eſt j. ver. & ideo. hoc ſeq in gloſſ. ſeq. Arc.

m ¶ *Efficientia.*] i. vini materia. Dicunt quidam, quòd hic incipit reprobatio quarti erroris: quod nõ credo, ſed eſt ꝓſecutio tertij: ſed inferius reprobatur quartus, ibi & ideo.

Nihil.] Hæc eſt 2. pars diſt. ſecundum Io. de Fan.

Casvs. Hoc c. planum eſt: vbi incipit magiſter tractare de reuerentia ſacramenti ſuſcipiendi, & tractandi, & conſeruandi.

† al. correptus

n ¶ *Nihil in ſacrificiis.*] de ſuſcipiẽdi reuerentia & conſecrandi & tractandi agit vſque ad illud ca. ſacerdotũ, ſcilicet in 22. capitulis.

o ¶ *Maius.*] præter charitatem: quæ cum non ſit in ſacrificiis, plus confert quam corpus vt 1. q. 1. interrogo.

p ¶ *Quã corpus.*] i. nullũ ſacramẽtum ᵇ dignius eſt iſto quantum in ſe ipſo eſt. Quattuor enim modis vnum ſacramentum dignius eſt alio, ſ. ratione efficaciæ vt baptiſmus. de pœn. diſt. 7. nullus. Ratione ſanctitatis, vt Euchariſtia. 1. q. 1. multi. Ratione ſignificationis, vt coniugium. extr. de big. debitum. 27. diſti. acutius. Quidam tamen remouerunt iſtum modum ratione conferentis, vt confirmatio. j. diſtin 5. de his vero. & ca. ſeq. ratione vtilitatis. 1. q. interrogo.

b d hoc no. 97. di. ecce. & 1. q. 1. multi. Arc.

† facẽm vnũ eſt altare digmus quattuor modis. 2 Bur. l. 5. c. 3 Iuo p. 2. c. 15 & 68.

PAcem.] Hæc eſt 3. pars diſtin. in qua reprehenduntur qui primo dabant pacem, quàm ſumerent corpus Chriſti. Arc.

Casvs. Dicebant quidam pacem in miſſa eſſe dandã ante conſecrationem dominici ſacramenti: ſed dici Innoc. hoc non eſſe faciendum, ſed poſt conſecrationem Dominici corporis pax debet dari antequam ſacramentum illud ſumatur. Seq. c. patet: & quod ibi dicitur, olim, in primitiua eccleſia ſeruabatur.

q ¶ *Aperire.*] quæ, ſ. ſecrete aguntur in canone, Vel non debeo, i, non poſſum. Nam quædam ſunt ibi, quæ nõ poſſet humanus intellectus aperire. 1. q. 1. multi.

a ¶ Præ

a ¶ *Præbuiſſe.*] ſ. ea. diſt. 1. epiſcopus Deo. Et nota quòd per oculum conſentit quis alij, vt dixi 63. diſt. cum Hadrianus.

b ¶ *Demonſtrentur.*] non tamen in Miſſa defunctorum datur pax: quia iam non ſunt in perturbatione huius mundi ſed quieſcunt in Domino. nec inter monachos: quia mundo mortui ſunt. 2. q. 7. placuit. 16. q. 1. placuit. 2.

Pax nō datur in miſſa defunctorū nec inter monachos.

conſtet populū ad omnia, quæ in myſteriis aguntur atq; in eccleſia celebratur, præbuiſſe [a] conſenſum, ac finita eſſe, pacis cōcludētis ſignalo demonſtrentur.[b]

Item Anacletus Papa, epiſt. 1.

¶ *Tribuebatur Calixto. Reſtitutum eſt Anacleto ex aliquot vetuſtis exēplaribus, & Burchardo: cui Anacleto tribuitur etiam ſupra de conſe. diſt. 1 epiſcopus.*

¶ Eccleſiaſticis liminibus careat miniſter, qui poſt conſecrationem communicare contemnit. C. X.

PEracta cōſecratione omnes communicent [c], qui noluerint eccleſiaſticis carere liminib. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet eccleſia.

Item ex concilio Toletano 12. c. 5.

¶ Quiſque ſacerdos, quoties Miſſam celebrat, toties ſacram communionem percipiat. C. XI.

4 [a] RElatum eſt nobis quoſdā de ſacerdotibus non tot vicibus communionis ſanctæ gratiā ſumere, quot ſacrificia in vno die videntur offerre: ſed ſi in vno die plurima per ſe offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpēdant, & in ſola tātum extrema† ſacrificij oblatione communionis ſanctę gratiā ſumant: quaſi nō ſit toties illi vero & ſingulari ſacrificio participādū, quoties corporis & ſanguinis Dñi noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta conſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit [Nonne qui edūt hoſtias, participes ſunt altaris?] Certum eſt, ꝙ hi, qui ſacrificātes non edunt, rei ſunt Dominici ſacramēti. Quicumq; ergo ſacerdotum deinceps diuino altario ſacrificium oblatum[e] acceperit, & ſe à communione ſuſpēderit, ab ipſa que ſe[e] indecēter priuauit, gratia communionis anno [f] vno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificās particeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus eſt tenendum vt quotieſcunque ſacrificās corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri in altario immolat, toties [g] perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti participem ſe præbeat.

Item Gelaſius Papa Maiorico, & Ioanni epiſcopis.

¶ Corpus Chriſti ſine eius ſanguine ſacerdos non debet accipere. C. XII.

[a] COmperimus autem, quòd quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portiōe [h] à calice [i] ſacri cruoris abſtineant. Qui proculdubio (quoniā neſcio qua ſuperſtitione docētur obſtringi) aut integra [l] ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuiſio [m] vnius [n] eiuſdemque myſterij ſine grandi ſacrilegio nō poteſt prouenire.

¶ *De hoc capite notatum eſt ſupra 25. q. 2. c. ſi. Apud Anſelmum, & in Policarpo. tit. 30. (nā in nono titulo eſt caput per ſe) eſſe partem epiſtolæ, quæ ibi refertur.*

Item Aug. de eccleſiaſticis dogmatib. c. 53.

¶ Euchariſtiæ communionem qui quotidie accipit, nec reprehenditur, nec laudatur. C. XIII.

5 [a] QVotidie Euchariſtiæ cōmunionē percipere nec laudo nec vitupero [n], omnibus tamen dominicis diebus communicandum ſuadeo, & hortor: ſi tamen mens ſine affectu [o] peccandi ſit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi grauari [p] magis dico Euchariſtiæ perceptione, quàm purificari. [q] [r] Et ideo, quamuis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetere voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lacrymis, & orationibus: & confidēs de Domini miſeratione, qui peccata piæ confeſſioni donare conſueuit, accedat ad Euchariſtiam intrepidus, & ſecurus. Sed hoc de illo dico, quē capitalia, & mortalia pecca-

c ¶ *Peractis.*] ¶ *Communicent.*] p corpus & ſanguinem miniſtrāt. ‖ nam laici ter in anno tantū. ſ. e. ſæculares. Vel hoc eſt antiquum: nam hoc hodie videtur relictū arbitrio cuiuſlibet. [a] ſ. ead. quotidie. immo hodie ſemel in anno omnes debent. ext. de pœ. & remiſ. omnis.

‖ corp° Xp̄i ſaltē ſemel in anno ſuſcipiatur à laicis.

a Imo obtinet. ex tt. de pœn. c. omnis. Arc.

REl*atum.*] hæc eſt 4. pars di. in qua dicitur, quòd quoties quis celebrat toties ſumat Euchariſtiam. Ioan. de Fan.

ſſ d̄ cōſ. di. 2 oēs fideles. Bur. l. 3. c. 77

CASVS. Quidam preſbyteri plures Miſſas ī die vno celebrabāt: & in qualibet corpus & ſanguinem Chriſti conſecrabant: ſed tantum in vltima ſumebant. Hanc peſſimam conſuetudinē concilium redarguebat ſtatuēs ꝙ quoties ſumat presbyter corpus & ſanguinem Chriſti, toties illud conficiat: & qui cōtra fecerit, per annum remoueatur à communione ſacramentorum.

a Iuo p. 2. c. 84.

d ¶ *Sacrificia.*] innuitur ex hoc cap. ꝙ vno die nō poſſunt ab eo dē plura ſacrificia celebrari ī vno canone: quod falſum eſt. Sed tu dic hoc ſolum hic reprobari non toties ſumere quoties conficitur. No. hic plurima dici de duobus: quia plura [b] non licet. ſ. ea. di. 1. ſufficit. niſi ī Natiuitate. ſ. e. di. 1. nocte. inſt. de iur. perſo. in ſi.

† al. extremi

1. Cor. 10.

b ſc. ſacrificia quā duo offerri, &c.

e ¶ *Qua ſe.*] ſ. 25. q. 2. ita nos. ſ. 17. q. 4. ſ. ater. 12. q. 2. c. qui & humani.

f ¶ *Anno.*] ſ. di. 74. eps.

g ¶ *Toties.*] ſicut lex dicit in abolitione 2. q. 3. præuaricator. & tot denūtiationes debēt fieri, quot opera ædificantur. ff. de oper. no. nunc. de pupillo. §. ſi plurium.

COmperimus.] CASVS. Caſum hunc ponit ſic H. Erant quidam ſacerdotes qui ordine debito conſecrabant corpus & ſanguinem Chriſti: corpus ſumebant: ſed à ſanguine abſtinebant: de quo miratur Gela. & dicit ſe neſcire qua ſuperſtitione hoc faciebant & præcipit vt aut ambo ſacramēta ſicut conſecrant, accipiant, aut ab vtriſque ceſſent: quia in ſacrificāte vnum ſine altero accipere, ſacrilegium eſt.

h ¶ *Portione.*] i. ſpecie panis, quæ tantum ſacrum corpus ſignificat.

i ¶ *A calice.*] id eſt, a ſpecie vini, quæ ſignificat ſacrum ſanguinem.

k ¶ *Aut integra.*] id eſt, integre, ſub vtraq. enim ſpecie Chriſtus integre ſumitur. & hoc intelligo de cōficiente. nam infirmus vel ſanus in neceſſitate ſine vino corpus ſumere poteſt.

l ¶ *Quia diuiſio.*] hoc de ſpeciebus [c] ipſis exterioribus intelligitur. ‖ impoſſibile eſt enim corpus Chriſti ſine ſanguine ſumi, & viceuerſa. ſiue enim ſpeciem panis ſiue vini quis ſumat, vtrumque ſumit. & dicuntur hic duo ſacramenta, & vnum propter vnum contentum. reuera enim ſunt ibi plura ſacramenta: nam accidentia panis ſunt tantum ſacramentum corporis Chriſti: & accidencia vini ſunt tantum ſacramentum ſanguinis Chriſti: quia certe ſub ſpecie panis eſt corpus & ſanguis Chriſti: immo totus eſt Chriſtus. ſimiliter ſub ſpecie vini. non tamen eſt ibi duplex ſupmtio corporis & ſanguinis Chriſti: nec ſuperfluit hæc vel illa ſumptio, ſicut ſi comedam in vno prandio & ante potum & poſt potum: non tamen dicor bis comedere. nec ſuperflue ſumitur ſub vtraque ſpecie. Nam ſpecies panis ad carnē, & ſpecies vini ad animam refertur. cum vinum ſit ſacramentum ſanguinis, in quo eſt ſedes animæ. ideoque ſumitur ſub vtraque ſpecie, vt ſignificetur quòd vtrumque Chriſtus aſſumpſit & carnem, & animam: & ꝙ tam animæ quàm corporis participatio valeat. vnde ſi ſub vna tantum ſpecie ſumeretur, ad tuitionem alterius tantum valere ſignificaretur. Hæc tamen propoſitio non eſt concedenda. ‖ Vinum tranſubſtantiatur in corpus Chriſti: nec iſta, panis tranſubſtantiatur in ſanguinē: ſed potius panis tantum tranſubſtanciatur in carnem, & vinum tantum in ſanguinem: tamen vbicunque eſt caro, ibi eſt ſanguis. ſed caro eſt ibi per trāſubſtantiationem, & ſanguis per commiſtionem: ſicut anima eſt ibi per vnionem, non per tranſubſtātiationem.

c Ab integris, vt aut ambo accipiāt, aut abſtineāt à celebratione Miſſæ, vt neu rū cōſiciatur. Arc.

‖ corp° Xp̄i ſine ſanguine nō ſumitur, nec ſanguis ſine corpore.

‖ Vinū tranſubſtātiatur ī corp°: hæc ppoſitio cōcedēda nō eſt, nec ſtā panis tranſubſtātiatur ī ſanguinē.

ſ Microlog. c. 19. Alg. l. 2. c. 8 Poly. l. 3 tit 9. & 30. Anſel l. 6 c. 147 Iuo p 2 c. 89.

m ¶ *Vnius.*] ſic & pupillus neceſſe habet omnia negotia, quæ tutor fecerit, rata habere: vel omnia reſpuere. ff. de admi. tut. cum quæritur. Argu. 12. q. 2. quia cognouimus. ff. de procur. in cauſæ.

ADDITIO. Ad idem, C. de iur. delib. quidam. Sed argu. contra ff. de min. etiam. § 1.

4 Valfrid. de reb. ec. c. 2 .. Sent 4. di. 12 Algerus l. 1. c. .1. & 10.

QVotidie.] Hæc eſt quinta pars diſtinctionis in qua probatur per 9. cap. quòd olim antiqui patres ſæpius communicabant ſecundum diuerſos ſtatus eccleſiæ. Ioan. de Fan.

5 Pol. l. 3. tit. 16 Anſ. l. 9. c. 9. Bur. l. 5. c. 13. & 16. Iuo p. 2. c 25 & 26. Pann. l. . c. 150.

CASVS. Quærebatur ab Aug. vtrum quotidie eſſet communicandum. Auguſt. non vult præciſe reſpondere ad hoc. ſed monet omnes omni die Dominico communicare, qui nō ſunt conſcij mortalis peccati, nec habent propoſitum peccandi. verum tamen ſi vnus de duobus putat non quotidie communicandum: alter vero putat communicandum quotidie: neuter debet reprehendi. Quod probat exemplo Zachæi & Centurionis: quorum alter, id eſt, Zachæus Dominum in domo ſuſcepit. alter vero, ſcilicet Centurio dixit ſe eſſe indignum: nec tamen iſti fuerūt inter ſe diuerſi. *Non ſum dignus.* id eſt, non iudico me dignum ad hoc: ſcilicet de accipiendo corpore Chriſti quotidie vel non, quiſque faciat ſecundum quòd credit pie eſſe faciendum. Sequentia ētia c. patent.

n ¶ *Vitupero.*] hoc dicit Augu. ignorans mentes ſumentium, vtrum ſint digne, tanquam qui mentem alterius videre non poterat. 2. q. 5 conſuluiſti.

o ¶ *Mens in affectu.*] ſed quādo dicis, quòd mens eſt ſine affectu peccandi? credo quòd quando proponit firmiter abſtinere à quolibet peccato mortali. niſi ſit ergo in tali propoſito, nunquam debet accipere corpus Chriſti.

‖ corp° Xp̄i ſumere .. lens, quale ppoſitū debet habere.

p ¶ *Grauari.*] ſupra ead. diſtinct. 1. in ſancta. 13. q. 2. quibus. & c. cum grauia.

q ¶ *Purificari.*] & ita quod vni eſt ſaluiferum, alij eſt mortiferum. vt ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. ſi quis. extr. de præſc. quoniam omne. 1. q. 1. §. opponitur. ver. ipſa enim ſalus.

‖ Sacrā .. eſt ſaluti tetū, alij mortiferum

a ¶ *Quo*

a ¶ *Quotidie.*] nam facile non ſunt tribuenda, vt de pœ. di. 1. nõnulli.
b ¶ *Secundum fidem.*] i. conſcientiam. ext. de præſ. quoniam omne.
c ¶ *Litigauerunt inter ſe.*] i. fuerunt contrarij tanquam litigantes inter ſe. Ar. ꝙ quãq; ea q̃ in ſuperficie videntur cõtraria, nõ ſunt cõtraria, quia habent eundem effectum[a]. ſi. 5. 22. qu. 2. beatus. 8. q. 1. in ſcripturis. 5. 24. qu. 1. quod debetur. 5. 23. q. 5. ꝓdeſt. & q. 1. noli 5. 35. q. 5. ad ſedem. ar. diuerſarum ſententiarum neutrã reprobari. 8. q. 1. in ſcriptoris.

d SI *quotieſcumque effunditur.*] i. ſignificatur effundi.
e ¶ *Sanguis.*] i. in commemorationem effuſionis ipſius offertur. j. c. iteratur q. d. quotieſcunque fit commemoratio ſanguinis Chriſti.
f ¶ *Debeo.*] debeo ſemper præparare me habilẽ & dignum ad accipiendum, vt j. ea. non iſte.
g SI *non ſunt.*] vel fuerunt.
h ¶ *Excõmunicetur.*] i. dignus ſit excommunicari. ¶ Omne enim mortale peccatũ dignum eſt excommunicatione, vt 5. 6. q. 1. illi qui. 5. 11. q. 3. nullus ſacerdotum. 22. q. 1. c. vl. & c. in ſacris. Vel excommunicentur in ſacramentis. alias tantũ pro cõtumacia poteſt quis excommunicari. 11. q. 3. certum.
ADDITIO. Sub. tantum poteſt quis excommunicari excommunicatiõe maiori. 11. q. 3. certum. Petr. de hoc dixi 2. q. 1. nemo.
i ET *ſi non.*] ¶ *Niſi forte.*] Tunc ipſum etiam abſtinere peccatum eſt. j. c. ſi quis intrat.
k ¶ *Et natali.*] vel niſi ratione pœnitẽtiæ iniunctæ in illis diebus a communione ceſſare teneatur, vt 33. qu. 2. c. admonere. Alij dicũt tantum in Paſcha eſſe præceptum. ext. de pœ. & remiſ. omnis.
IN *cœna.*] CASVS. quidam in cœna Domini propter negligẽtiam non cõmunicabant: ſed dicit Papa ꝙ omnes debẽt communicare: niſi ſit eis interdictum propter peccatum cũ etiam pœnitentes illa die recõcilientur ad percipiendam communionem.
l ¶ *Demonſtrat.*] ſic olim: modo ſic non eſt: ſed monachi faciunt.
m ¶ *Reconcilientur.*] ſi finita pœnitentia, vt 5. 26. q. 6. ſi quis de corpore. Vel conſuetudini quarũdam eccleſiarum alludit. & ſecundum primum intellectũ illud eſt expreſſiuum veritatis, ſicut illud. Io. Quaſi vni. &c.
SI *quis intrat in eccleſiam.*] CASVS. Quidam erant praue viuentes. & ideo ſub-

ta non grauant. *Idem in epiſt. 118. c. 3.*

¶ [1] Dixerit quiſpiam non quotidie[a] accipiendam Euchariſtiam: alius affirmet quotidie: faciat vnuſquiſque, quod ſecundum fidem[b] ſuam pie credit eſſe faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & ſanguinem Domini, ſi ſalubertimum ſacramẽtum certatim honorare contẽdunt. Neque enim litigauerunt inter ſe[c], aut quiſquam eorum ſe alteri propoſuit, Zachæus & ille centurio, cũ alter eorum gaudens in domum ſuam ſuſcepit† Dominũ, alter dixit, [nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.] Ambo honorificãtes Saluatorem diuerſo, & quaſi cõtrario modo, ambo peccatis miſeri, ambo miſericordiam conſecuti. Ad hoc[a] valet, quod manna ſecundum propriam voluntatem in ore cuiuſque ſapiebat.

¶ *Caput hoc ex duobus B. Auguſtini locis confectum, & in ſummam redactum, ex iiſdem, vbi opus eſſe viſum eſt, & emendatum eſt, & auctum. Algerus autem, & Valfredus Strabo citant vſque ad ver, Idem, ex Gẽnadio Maſsilienſi presbytero, quem B. etiam Thomas quolib. 12. ar. 10. facit auctorem libri de eccleſiaſticis dogmatibus. Et Platina in vita Symmachi, & Magiſter Sent. lib. 2. diſt. 8.*
a ¶ Ad hoc valet.] *Locus integer legendus eſt in originali.*

Item Amb. li. 4. de ſacramentis, c. vlt.

¶ Qui ſemper peccat, cœleſtis ſacramenti medicinam ſemper accipiat. C. XIIII.

[2] SI quotieſcũq; effunditur[d] ſanguis[e] Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo[f] illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittãtur. Qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam.

Item Hilarius epiſcopus.

¶ Non abſtineat a corpore Domini, niſi qui excommunicari meretur. C. XV.

[3] SI non ſunt[g] tanta peccata, vt excommunicetur[h] quis, non ſe debet à medicina corporis & ſanguinis Domini ſeparare.

¶ *Ceteri etiam collectores, & Algerus citant ex Hilario. Apud B. Auguſtinum epiſtola 118. hæc habentur,* Si peccata tanta non ſunt, vt excommunicandus quiſquam homo iudicetur, non ſe debet à medicina Dominici corporis ſeparare. *nec multo aliter apud Bedam 1. Cor. 11.*

Item Fabianus Papa ait.

¶ Ter in anno quiſque fidelium communicet. C. XVI.

[5] ET ſi non frequẽtius, ſaltem in anno ter laici homines cõmunicent (niſi forte[i] quis maioribus quibuſlibet criminibus impediatur,) in Paſcha videlicet, & Pentecoſte, & Natali[k] Domini.

¶ *Apud eoſdem collectores eodem modo citatur. Verum præter vltima verba, in Paſcha*

trahebant ſe à cõmunione corporis & ſanguinis Chriſti: quare præcipitur hic vt donec agant pœnitentiam, excommunicentur: & poſt pœnitentiam recipiantur ad communionem. Seq. c. patet.
n ¶ *Et pro luxuria.*] i. ſuperſtitione ſua credens ſe non eſſe communicandum[b]: 28. q. 1. idololatria. Vel, id eſt, pro luxurioſa vita ſua, ſine qua pauci. diſt. 50. quia tua.

videlicet, &c. *habentur in concilio Turonenſi. 3. c. 50. & c. l. 2. c. 45.*

Item Soter Papa ait.[5]

¶ Etiam in cœna Domini ſacram communionem debemus accipere. C. XVII.

[6] IN cœna domini à quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur: quæ quoniam in eadẽ die ab omnibus fidelibus (exceptis iis, quibus pro grauibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit, eccleſiaſticus vſus demonſtrat:[l] cũ etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis Dominici ſacramenta reconcilientur[m].

Item ex concilio Martini Bracharenſis, ca. 83.[7]

¶ Proiiciatur ab eccleſia, qui à communione ſacramenti ſe pro luxuria ſua auertit. C. XVIII.

[8] SI quis intrat in eccleſiã Dei, & ſacras ſcripturas audit, & pro luxuria[n] ſua auertit ſe à communione ſacramenti, & in obſeruandis myſteriis declinat conſtitutam regulam diſciplinæ, illum talem proiiciendum[o] de eccleſia catholica eſſe decernimus, donec pœnitentiam[p] agat, & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ, poſſit communione[a] percepta indulgẽtiam promereri.

a ¶ Communione percepta.] *In recentioribus conciliorum editionibus legitur* [vt poſſint communionem percepta indulgentia promereri.] *Editiones vero antiquæ, & Vaticani codices habent vt Gratian. Concilij Antiocheni cap. 2. (vnde hoc videtur ſumptum) hæc ſunt verba* καὶ παρακαλέσαντα τυχεῖν ἂν δυνηθῶσι συγγνώμης, *id eſt,* & implorantes conſequi veniam poſſint.

Item ex concilio Agathenſi, c. 18.

¶ Non habeantur catholici, qui his tribus temporibus communicare deſinunt.† C. XIX.

[9] SÆculares, qui in Natali Domini, Paſcha, & Pẽtecoſte nõ communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.

In concilio Toletano 1. c. 13.

¶ Corripiantur, qui in eccleſia communicare contemnunt. C. XX.

HI, qui intrant in eccleſiam, & deprehenduntur numquam communicare[r], admoneantur. Quòd ſi nõ cõmunicant[s], ad pœnitentiam accedant. Si communicant[t], non ſemper abſtineant[a u]: ſi non fecerint, abſtineantur.[x]

a ¶ Abſtineant.] *In originali legitur,* abſtineantur, *quemadmodum in fine capitis etiã in vetuſtis Grat. Sed hoc loco interpretatio gl. magis conuenit verbo,* abſtineant.

Item ex concilio Eliberitano.

¶ Ante ſanctam communionem à propria vxore quiſque contineat. C. XXI.

[10] OMnis homo ante ſacram communionem à propria vxore abſtinere[y] debet tribus, aut

o ¶ *Proiiciendum.*] cur arguitur vnde cõmendari debet? quia pro peccatis ſuis abſtinet à corpore Chriſti. Sed non arguitur quia ſeparat ſe à ſacramento pro mortali peccato[c], ſed quia in delictis luxuriando incorrigibilis deprehenditur. de pœ. diſt. 1. qui arbitrãtur.
p ¶ *Donec pœnitentiã.*] j. e. c. hi qui.
SAEculares.] ¶ *Non credantur.*] niſi ob humilitatem, vel delicti conſcientiam abſtineant. ſed Baz. dixit ſemel in anno præceptum eſſe communicare quo ad laicos. Vel dic hoc in clericis: illud in laicis. [nam vita clericorum debet eſſe religioſior quã laicorum. 5. diſt. 4. denique.[d]
HI *qui intrant eccleſiam.*] CASVS. Quidam erant intrantes eccleſiam, & non communicabant. Dicitur hic, ꝙ tales debent admoneri vt cõmunicent. ſed ſi ceſſauerint propter mortale peccatum accedant ad pœnitẽtiam: quod ſi non fecerint, excõmunicentur. Seq. c. patet, in quo bonum datur conſilium.
r ¶ *Communicare.*] i. ſi dicunt ſe tales eſſe ꝙ non ſunt digni communicare, ſcilicet propter conſcientiam criminum.
s ¶ *Si non communicant.*] id eſt, ſi digni non ſunt.
t ¶ *Si communicant.*] i. ſi dignos ſe communione faciũt, i. ſi ſe tales dicunt quòd ſunt communione digni.
v ¶ *Abſtineant.*] i. ſi alijs temporibus, non tamen illis temporib. abſtineant, ſ. Paſcha, Pentecoſte, Natali Domini.
x ¶ *Abſtineantur.*] i. auceantur.
x ¶ *Abſtineantur.*] à cõmunione. Vel abſtineãtur, i. excommunicentur.
y OMnis homo.] ¶ *Abſtinere.*] Quantum in ſe eſt vt nõ exigat. exactus tamẽ reddere debet quolibet tempore: vt 33. q. quæ. 5. ſi dicat. non enim eſt præceptum quod hic continetur:

1. Cor. 11. & ibi gl. ord.
Eugippus.
Io. 19. Matth. 8.
† al. ſuſcepit.
¶ Mortale quolibet eſt dignum excõicatiõe.
Sap. 16.
2 Alg. l. 1. c. 21. Sen. ibid. polyc. ibid. Bur. l. 5. c. 18. Iuo p. 2. c. 18.
3 Alg. ibid. pol. 5. tit. 14. Bur. l. 5. c. 8. Iuo p. 2. c. 18. Raban. de inſti. cle. c. 31.
4 Sen. 4. diſt. 12. pol. ibid. Bur. l. 5. c. 17. Iuo p. 2. c. 27. Pan. l. 1. c. 151.
b Vel cõtemnẽs cõmonẽ. ſim 5. c. diſt. omnes fideles. Hug. ſup. Cabilo. 2 c. 47.
6 Poly. ibid. Bur. l. 5. c. 10. Iuo p. 2. c. 30.
c Sub. quod cõmitteret ii indigne ſumpſiſſet corpus Xpi.
7 in cap. ſyd. græcarum.
8 ex cõc. Antioch. c. 2.
¶ Clerici debẽt eſſe deuotiores, q̃ laici.
d vel ſit eis iniunctũ in pœnitentia.
† al. pereunt.
9 Burc. l. 5. c. 23. Iuo p. 2. cap. 53.
10 Bur. l. 5. c. 22. Iuo p. 2. c. 12. Pann. l. 5. c. 154.

vt no

vt no.33.q.4.vir cum propria. ſi.23.diſt.c.vlt.

Triforme eſt corpus.] Hæc eſt 6.pars diſt. in qua dicitur ꝙ tres par. fiunt de corpore Chriſti:& tres habet ſignificationes. H. Casvs. Oſtenditur in hoc c.q i ſignificant tres partes, quæ fiunt de ſpecie panis,& dicitur ꝙ ſignificant miſticum corpus Chriſti:quod triplex eſt. Nam pars quæ ponitur i calicé, ſignificat corp⁹ Chriſti,qđ reſurrexit. pars comeſta ſignificat corpus Domini dũ fuit in vita pręſenti. pars remanens ſignificat corpus Chriſti dum fuit in ſepulchro,

a ¶ In calicem.] quia iũctara corporis a Domini cum ſanguine, deſignat vnionem corporis cum anima.

b ¶ Ambulans.] i. deſignat corpus Domini in eo ſtatu in quo fuit ante paſſionem: vel deſignat eccleſiam ad huc militantem.

Anotatio. Sub. quæ dicitur ſpirituale corp⁹ Chriſti. j.ea.diſt. quia paſſus.

c ¶ Finem.] hodie non ſeruātur, ſed duæ partes ſiccæ comedũtur. Prima ſicca pro animabus ſanctorum ad laudẽ Dei. Altera ſicca pro illis qui ſunt in purgatorio. Tertia cũ ſanguine ꝓ illis q ſũt in peccato viuentes.

Tribus gradibus.] Hæc ẽ 7.pars di. in qua dicitur, ꝙ ſacramenta dominica tractantur à tribus ordinibus. Ioan. de Fan. Casvs. Oſtẽditur hic primo à qb. ordinib. ſacramenta conficiantur Euchariſtiæ. Secũdo dicitur ꝙ pſbyter diaconus vel ſubdiaconus curare debent vt Euchariſtia conficiatur: & ꝙ populo poſſit ſufficere: & ꝙ fragmẽta ſi qua ſuper ſint, clerici eccleſię cũ reuerentia ſumant: & poſt ſumptionem à cibis omnib. abſtineant horis in c. notatis. Tertio dicitur ꝙ fragmẽta non debent dari extraneis. qa Dauid panes propoſitionis ab Abimelech non accepit donec mundum ſe eſſe dixit.

d ¶ Tribus gradibus.] i. miniſtris trium graduum.

e ¶ Commiſſa.] tractanda.

† al. quinque aut ſeptem.

a De hoc not. ĩ c. cõperimus.

a glo ordin. 1 Cor. 11. Sent 4. diſt. Amalarius li. 15. Alcuinus fol 79 Micrologus c.17. Raban. de inſt cler. c.vlt. Alg l. j c.19 Ordo Rom. fol.5. Pan.l.j c.141

¶ Corporis Xpi partes qđ ſignant.

a Ord.Rom. fol.87 Poly. l.3 tit 14. Bur l 5.c.11. Iuo p.2.c.18 & 64. & 86. Pã.l.1.c.149

†al. immiſceri

quattuor†, aut octo dieb⁹ nec inter [a] catholicos connumeratur, qui in iſtis videlicet temporibus, Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini non communicauerit.

a ¶ Nec inter.] *Hæc vſq; ad finem abſunt hoc loco a Burchardo, & Iuone, ſuntque ſumma quadam capitis. Seculares, ſupra ead.*

Item Sergius Papa ait.

¶ Quare tres partes fiant ex corpore Chriſti. C. XXII.

Triforme eſt corp⁹ Domini. Pars oblatę [β] in calicẽ [a] miſſa, corp⁹ Chriſti, quod iam reſurrexit, mõſtrat, pars comeſta, ambulãs [b] adhuc ſuper terrã. Pars in altare vſque ad miſſæ finem remamens, corpus iacẽs in ſepulchro: quia vſq; ad finem [c] ſæculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt.

β ¶ Oblatæ.] *Antea legebatur, oblata, tamen datum eſt & hoc, & alia ex vetuſtis codicibus gloſſa ordinaria, atque ex aliis ſcriptoribus indicatu.*

Item ait Clemens Papa, epiſt. 2.

¶ A quibus ſunt contrectanda ſacramenta Dominica. C. XXIII.

7 Tribus gradibus [d] commiſſa [e] ſunt ſacramẽta [f] diuinorum ſecretorum, ideſt, presbytero, diacono, & miniſtro: qui cũ timore, & tremore clericorũ reliquias fragmẽtorũ corporis Dominici cuſtodire debent. *Item ibidem.* ¶ Tanta in altario certe holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quòd ſi remãſerint, in craſtinum non reſeruentur [g], ſed cũ timore, & tremore, clericorum diligentia conſumantur. Qui autem recidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ſtatim ad cõmunes accipiendos cibos conueniant, ne putẽt [h] ſanctæ portioni miſcere† [i] cibũ, qui per aqualiculos [k] digeſtus in ſeceſſum funditur. Si igitur mane Dominica portio editur, vſque ad ſextam ieiunent miniſtri, qui eam conſumpſerũt, &, ſi tertia, vel quarta hora acceperint ieiunent vſq; ad veſperam. Sic ſecreta ſãctificatione æterna cuſtodiẽda ſunt ſacramenta. *& infra.* ¶ Præcipimus etiam, ne vnquã extero† clerico [l] eccleſiæ, ſiue laico de fragmentis oblationum Chriſti ponatur ad menſam. Vnde ſcis tu, qui paſſim ſanctuarij† panes indignis impendis, vnde noſti, ſi à mulieribus mundi ſunt hi, quibus impẽdis? Hinc & Dauid ab Abimelech ſacerdote interrogatus, cum panem ſibi ad comedendũ poſceret, ſi mũdus eſſet à muliere, cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit.

Item Iſidorus lib.1.de ſummo bono, c.24.

¶ Inficiuntur, non mundantur ſceleroſi, qui communicare non deſinunt. C. XXIIII.

8 Qui ſcelerate viuit in eccleſia, & cõmunicare nõ deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant nil ad emundationẽ ſibi proficere, dicente propheta [Quid eſt, quòd dilectus [m] meus fecit in domo mea ſcelera multa? Nũquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas?] & Apoſtolus [Probet [n], inquit, ſe ipsũ homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

Item ex octaua ſynodo. Baſilius epiſcopus dixit.

¶ *Hoc Baſilij caput eſt ex verſione Rufini ca. 70. quibuſdam tamen omiſsis. Ex hac autem citatione, quam nũc affert Gratianus, & alias einſdem locu, vt alibi dictum eſt, videtur poſſe colligi regulas illas B. Baſilij poſt octauã ſynodũ in codice, quo Gratianus vſus eſt fuiſſe collocatas.*

¶ Damnationem, non ſalutem acquirunt qui indignè ſacramentis Chriſti communicant. C. XXV.

Timorẽ [o] docet [p] nos Apoſtolus dicens [Qui mãducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit [Fidem vero edocet nos ſermo Dñi dicens [Hoc eſt corpus [q] meum, quod pro vobis dabitur: Hoc facite in meam

lum rapitur corpus Chriſti.

k ¶ Per aqualiculos.] ideſt, per occultos meatus. Vnde Perſius: *Pinguis aqualiculus propenſo ſeſqui pede extat.*

l ¶ Clerico.] alienæ iuriſdictionis, & ſic non eſt contra, j.e. non pro hibeat. ibi de oculto, hic de manifeſto.

Qui ſcelerate.] Hæc eſt 8. pars diſtinctionis in qua probat magiſter, quòd cum magna veneratione debemus ſumere corpus Chriſti. & hoc probat per tria capit. Ioannes de Fan. Casvs. Quidã in ſcelere permanentes ſumunt corpus Domini credentes ſibi pro ficere ad ſalutem. ſed contrarium probatur hic auctoritate prophetæ & Apoſtoli, quòd hoc facere non debent: quia non ideo mundantur.

m ¶ Quod dilectus.] ironice dicit.

n ¶ Probet.] id eſt, examinet, vel purget, ideſt, purgatum ſe vel probatum reddat. octaua, quæſtione prima. in ſcripturis.

Timorem.] Casvs. Benen. ſic ponit hunc caſum. Quando ad altaris ſacramenta accedimus, timere debemus quod dicit Apoſtolus. Qui manducat & bibit, &c. & credere quod dicit Chriſtus, hoc eſt corpus meum. & cõſiderare, quòd Dei filius in tãtum ſe humiliauit, ꝙ patri obediẽs fuit pro nobis vſque ad mortem. & Deus pater vnico filio non pepercit, ſed eum pati pro nobis voluit, & ſic poteſt vnus Dei patris dilectionem habere, & corpus Chriſti accipere.

o ¶ Timorem.] ſcilicet domini.

p ¶ Docet.] hæc tria debet habere qui vult accipere corpus Chriſti, timorem ſ'ia lem, fidem, & dilectio nem.

q ¶ Corpus.] ſolet quæri quid demonſtretur per hoc pronomem, hoc, aut panis, aut corpus Chriſti. panis non, quia ille non eſt corpus Chriſti. Item nec corpus: quia non videtur quòd ante totius formæ prolationem fiat tranſubſtantiatio. [d] Ad hoc dico quòd per hanc dictionem, hoc, nihil demonſtratur. nam ipſa materialiter ponitur ibi: ſed hoc quæro qualiter per dictionem, nihil ſignificantem fiat tranſubſtantiatio. Item dominus vtebatur ſignificatiue voce illa: & nos vtimur materialiter: ergo non facimus ea quæ ipſe fecit: quod fieri debet ſupra eadem, ſcriptura. Hic oportet, quòd magis operetur fides quàm ratio differendi: quia fides non habet meritum, &c. ſ. de pœniten. diſtinctio. quarta in domo. Ad hoc dico quòd ea vis data eſt ipſis verbis, quòd ad eorum prolationem fiat tranſubſtantiatio. j. e. capit. accipere. Item ideo ſacerdos ea non profert ſignificatiue [e], quia non poſſet ea vere proferre. mentiretur enim ſi diceret: hoc eſt corpus meum. Item quid ſi quis proferret verba hæc poſt mortem Chriſti ante reſurrectionem; conficeret ne? videtur quòd non, quia corpus Chriſti tunc erat mortuum & inanimatum. ergo ſi tranſubſtantiatio tunc fieret, tunc tranſiret in corpus mortuum & inanimatum, & ſic inutiliter ſumeretur [*]. quomodo enim viuificaret, vel vitam conferret aliquod corpus mortuum? Reſp

f ¶ Sacramenta.] ideſt, corpus & ſanguis: quæ ſunt ſacramenta vnitates eccleſiæ, vt j.e. quia paſſus. corpus enim Chriſti & ſacramentum eſt res ſacramenti, vt ſ. ead. in ſumma. j. ead. hoc eſt quod dicimus.

g ¶ Reſeruentur.] j. ead. diſtinct. presbyter Euchariſtiam. contra extra de offic. archipresby. officium. contra. ſed ibi iubetur reſeruari ab opus morientium: hic prohibetur reſeruari ab opus conſecrantium.

h ¶ Putent.] ſimplices, vel ipſi presbyteri.

i ¶ Miſcere.] ſed nec ſpecies illę aliis cibis permiſcentur. non enim in ſtomachum deſcendunt: quare per ſeceſſum non emittuntur, licet enim ex ipſis aliquis reficiatur: non tamen incorporãtur: nec in ſtomachum deſcendunt: nec per ſeceſſum emittuntur. interdum enim odore recreatur [b] homo: qui tamen nec in ſtomachum, nec in ſeceſſum dirigitur. Dici poteſt [c] quòd ſpecies bene deſcendunt in ſtomachum: nam aliter quomodo euomerentur? j. ea. ſi quis per ebrietatem. vnde forte per ſudorem, emittuntur de corpore, certũ eſt quòd ſpecies quàm cito dentibus teruntur [*], tam cito in cœ-

pus Chriſti quadiu ſpẽs manẽt, q ce ſcẽdũt i ſtomachum, & nutriunt.

S. Tho.p.3. q.77.art.45. & 6 i co.p. nec ſpe tapitur i cæ lũ, vt nunq deſcẽdit. eſt eiu immobi liter in hoc ſacro.S. Th. q.7.art 9 in corp.

† excommunicatos

† al. ſacrarij

Hiere.11.

3 j diſt.4.g i minis ſ g ſcelerate.

1.Cor.11.

§ Ex Baſilij regulis breuiorib.c.172

¶ corp⁹ Xpi ſuſcipere volens, tria debet habere.

1.Cor.11. ¶ Hoc eſt.n. &c. quid demõſtrat ly.hoc. Luc.22.

d ď hoc mẽbro vid. qđ leg.& not.ſ e.cũ omne.

* i eſt.non ea perſona ſua, ſed ex pſona Xpi.

* in illo tãduo corpus Dñi eſſet ſine anima, ſi tũ diſiũctiõ à pſona vet bi ſiõ ſi ficate potuiſſet.S. T. p.3.q 76.ar. 1.ad 1.

§ Species ſacramẽtales an deſcendant in ſtomachum.

b ď hoc no. j.ea. in illo. ibi videas.

c ꝙ not. j e. ſpecies & non iſta. ibi videas.

* Manet cor

Apoſtoli Reſpo. verũ potuit Chriſti. ſeor cõliget ſe io triduo

¶ nemo potuit ante reſurrectionem conficere verum corpus Chriſti, niſi Chriſtus. ſic ergo data eſt forma vt poſt reſurrectionem hoc fieret, per illud: hoc facite in meam commemorationem. ideo enim non cantatur miſſa illo triduo: & intelligo per ſynecdochem. De hoc 75. diſt. quod à patribus.

commemorationem, & ĩ. ¶ Et Apoſtol⁹ [a] de vnigenito Dei filio [b] [humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Cum ergo anima ſi dem habet his dictis, & cõſiderat magnificentiam gloriæ ipſius, & admiratur nimietatẽ humilitatis, quomodo tãtus, ac talis obediens fuit patri vſq; ad mortem pro noſtra vita, puto [c], quia prouocari poſſit ad affectum, & dilectionem ipſius, & Dei patris, qui vnico filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit [d] illum. & ĩ. ¶ Talem ergo affectum, & fidem preparare debet in animo ſuo is, qui panẽ, & calicem Domini percipit.

Item Auguſtinus in lib. quæſtionum Numerorum, quæſt. 30.

¶ Non à quo ſed ante quem offeratur, conſiderandum eſt. C. XXVI.

ET dixit Dominus ad Moyſem, & ad Eleazarum filium Aaron ſacerdotem. Tollite thuribula ærea e medio exuſtorum: & igne alienum [e] hunc ſeminate [f] † ibi: quia ſanctificauerunt [g] thuribula peccatorum horum in [h] animabus [a] ſuis: & fac ea laminas ductiles, circumpoſitionem altari, quoniam oblata ſunt ante Dominum, & ſanctificata ſunt [i], & facta ſunt in ſignum [k] filiis Iſrael.] Sed notandum nouo modo dicta ſanctificata pœna eorũ, à quibus peccatum hoc fuerat perpetratum: quia per eos exẽplum datum eſt ceteris, quo timerent. Circumpoſitionem autẽ altari cur ex eis fieri voluit, addidit dicens, [quoniã oblata ſunt ante Dominũ, & ſanctificata facta ſunt in ſignum filiis Iſrael.] Nõ ergo in eis reprobari [l] voluit, quòd à talib⁹ [m] oblata ſunt: ſed hoc potius attẽdi, ante quem oblata ſint, id eſt, quia ante Dominum; vt plus in eis valeret nomẽ Domini, ante quem oblata ſunt, quàm peſſimum meritũ eorum, à quibus oblata ſunt.

a ¶ *Apoſtolus.*] hic probat quòd communicando dilectionẽ debemus habere. *Philip. 2.*

b ¶ *Filio.*] Chriſto.

c ¶ *Puto.*] ¶ quia tenemur hos diligere qui nos diligũt, vt extr. de geſt. cum in officiis. immo nec ſolum ſufficit diligere diligentes ſe, immo inimicos. 23. q. 3. ſex ſunt differentiæ. hiſtoriam habes 1. q. 1. ſi quis inquit. (¶ inimicis diligẽdi ſũt.)

d ¶ *Tradidit.*] quo ad ſufficientiam, non quo ad efficientiam. ſ. de pœ. diſt. 4. §. ſic itaque peccata.

ET *dixit.*] CASVS. Ad euidentiã huius c. lege primo hiſtoriam, quã habes ſ. 1. q. 1. ſuper c. qs inquit. quæ ſic incipit, Legitur in lib. Nume. quæ ſimiliter tãgitur hic. & hoc primo. Secundo exponit Aug. verba illa, & dicit quòd thuribula dicuntur ſanctificata in pœna eorũ qui peccauerunt. & oſtendit iõ Dominum præcepiſſe vt thuribula cõbuſtorũ in laminas ducerentur. & altari circũponerentur: quia Domino, quãuis ab impiis, erant oblata, & vt eſſet poſteris in exemplum, & in memoriã pœnæ illorum. *Ioan. 8. Num. 16.* († *ſemina*] purg.)

e ¶ *Ignem alienum.*] ¶ omnis ignis alien⁹ dicebatur ad ſacrificandũ præter illum quẽ cæli tus octauo die de cœlo erecti taberna uli miſſus eſt. 1. q. 1. ſicut. (¶ ignis alienus quis diceba tur. ¶ Omittuntur aliquot verba.)

f ¶ *Seminate*] i. diſpergite huc & illuc, vt in uenitis thuribula.

g ¶ *Quia ſanctificauerunt.*] i. pœnã eis illata pro peccatis fuit exemplum aliis, ne ſimilem pœnam incurrãt: & ita ſanctificauerunt ea quo ad exemplum. H. i. pœnas peccatorũ ſuorum in exẽplũ aliis ſtatuerũt ſanctificatio nis offerendo thuribula 7. q. 1. denique. G.

h ¶ *In*]. contra.

i ¶ *Sanctificata ſunt.*] contra ſ. 14. q. 5. ſcriptum. ¶ Abominabiles dicuntur victimæ impiorum: non quin bona ſit omnis creatura, & à Deo dilecta: quia ſcriptum eſt: Nihil odiſti eorum quæ feciſti [a]. ſed quantum ad offerẽtes: quia praua intentione offerunt, exemplo Cain. Quod autem dicitur: munera ab offerẽte placuerunt, &c. in eo nõ reprobant munera: ſed potius offerentium merita conſtituendo eum vita dignum. munera ergo oblata non reprobat, ſed praua opera offerẽtium. 90. diſt. neque ad Cain. (¶ Victimæ impiorum abominabiles dũt. ¶ De hoc ẽt hẽ 14. q. 2. ſane pferuntur.)

k ¶ *In ſignum.*] contra 15. quæ. 1. mulier. ſed non eſt contra. nam & hic & ibi qui deliquerunt, puniti ſunt: ſed thuribula non peccauerunt: nec cũ eis peccatum eſt ſicut cũ pecude peccat mulier. ſeruatur ergo hic vt fiat in ſignum pœnæ illatæ. ¶ & pecus occidi iubetur, ne cum eo alia peccet: præterea pecus non poſſet duci in aliam formã ſicut thuribula: imo & ſi ſubtiliter inſpicias, & thuribula deſtruuntur, cum formam amittant ar. ff. ad exhi. Iulian. ſcribit. §. ſed ſi quis. 10. q. 2. hoc ius. H. ibi, vel conflata. (¶ Pecus occidi iubetur cũ quo peccauit mulier.)

l ¶ *Reprobari.*] ſ. tantum.

m ¶ *Quòd à talibus.*] arg. quod priuilegium conceſſum ab Apoſtolico hæretico valeat: quod falſum eſt. ſ. 12. qu. 2. alienationes. contra. 32. q. 5. præceptum. contra. 7. q. 1. factus eſt arg. quòd hæreticus prælatus acquirit eccleſiæ cui præeſt [b]. Dic, vltimum verum eſt prima ſuperficialia, vel priuilegium pro ſe non valet, ſcilicet ab hæretico impetratum. (b ẽ hoc no. ext. ẽ ſchiſ. c. 1. in gl. qa dũ & ẽ cle nihil. in gl. ſ duobus, &c.)

SI *per negligentiam.*] Hæc eſt 9. pars diſtin. in qua ponit magiſter pœnitentiam corpus Chriſti vomẽtibus, & illis qui negligentia permittunt ſtillare ſanguinem. Ioannes de Fan.

a ¶ *In animabus ſuis.*] *Apud B. Auguſtinum legitur, in manibus ſuis: ſed apud Septuaginta, quos ille ſequi ſolet, eſt* ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν.

Item ex decreto [illegible] *Pij.*

¶ Pœnitẽtia eius, cuius negligẽtia de Chriſti ſanguine aliquid ſtillat. C. XXVII.

9 [n] SI per negligentiam aliquid de ſanguine [n] † Domini ſtillauerit in terram [o], lingua lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corradetur, & igne conſumetur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat [p]. Si ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteàt. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud [q] ſtilla peruenerit, quattuor diebus pœniteat. Si vſque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vſque ad quartũ, viginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis ſumatur [r], & iuxta altare recondatur.

(1 Pol. l. 3. tit. 16. Bur. l. 5. c. 47. Iuo p. 2. c. 56. Pan. l. 1. c. 156. † al. calice)

Item ex pœnitentiali Bedæ presbyteri, c. de ebrietate.

¶ Quæ pœnitentia ſit imponẽda ei, qui ſacramentum euomit. C. XXVIII.

[3] SI per ebrietatem, vel voracitatẽ, Euchariſtiam [s] euomuerit, quadraginta dieb⁹ pœniteat, [t] ſi laicus eſt, clerici, vel monachi, ſeu diaconi, & presbyteri ſeptuaginta diebus pœniteant, epiſcopi &c. †. Si pro infirmitatis cauſa euomuerint, ſeptem dieb. pœniteant.

(3 Burc. l. 5. c. 46. Iuo p. 2. c. 55. Pan. l. 1. c. 155. † al. ex.)

¶ *Apud Bedam, & collectores nonnihil varietatis eſt, potiſſimum in dierum numero, qui apud Bedam omnino diſtinctior eſt.*

Item ex concilio Rhemenſi, c. 2.

¶ Sacerdotes non niſi per ſe diuina ſacramenta miniſtrent. C. XXIX.

10 [4] PEruenit ad notitiam noſtram quòd quidam presbyteri in tantum paruipendant

(4 Burc. l. 5. c. 50. Iuo p. 2. c. 59. Pan. l. 1. c. 154.)

CASVS. In hoc ca. dicitur qualiter debeat puniri presbyter vel miniſter ſi per eorum negligentiam aliquid de ſanguine Chriſti ſtillauerit ſuper terram, vel ſuper altare. In terram, ſuper tabulam poſitam. *Lambetur.* ſcilicet ſanguis, Sequ. c. patet.

n ¶ *De ſanguine.*] i. de ſacramento ſanguinis. ¶ ſanguis enim Chriſti à corpore Chriſti ſeparari non valet: ergo nec ſtillare nec fluere poteſt. (¶ ſacramẽto cadente, an cadat corpus Chriſti.)

o ¶ *In terram.*] i. in tabulam terræ adhærentem, vt patet per c. ſequen. ſed numquid ſacramento cadente cecidit ibi corpus & ſanguis? Dic quòd ſic: & tandiu credas ibi eſſe corpus & ſanguinem quandiu apparuerint ibi accidentia. cum vero propter raſuram non apparuerint, dic ibi non eſſe. Sed nunquid humor cadit in terram? Non. Sed obiicitur, cum ſola accidentia maneant ibi: & accidentia non habent pondus, quia ſolum corpus habet põdus: qualiter ergo dicuntur accidentia cadere, cum non habent pondus? Sed dic quòd ponderoſitas adhuc manet cum accidentibus aliis: & tamen nihil eſt ibi ponderoſum. Item ſecundum Hug. & Baz. accidentia reddunt locum humidum & rubeum. ex tra de celebra. miſſa. cum Marthæ. §. præterea.

ADDITIO. In omnibus his cedit natura miraculo: & virtus ſupra conſuetudinem operatur. extra de celebrat. miſſa. cum Marthæ.

p ¶ *Pœniteat.*] hæc pœnitentia erit vt tot diebus ieiunet, & tot diebus abſtineat à ſacramentorum cõmunione, vt quadrageſimaquinta diſt. c. 2.

q ¶ *Ad aliud.*] i. linteum, ſed per temerariam ſumentis.

r ¶ *Sumatur.*] i. recipiatur in calice, & ita ſi quid turpe [c] in calicẽ cadat, non teneor accipere. H. & B.

s SI *quis per ebrietatem*] ¶ *Euchariſtiam.*] i. eſt, ſacramentum Euchariſtiæ, id eſt, corpus Chriſti: quod eſt ſpecies panis, [d] ĩ. c. non eſt iſte panis.

t ¶ *Pœniteat,*] hoc ad cautelam poſitum eſt. ſic 34. quæſtio. 1. in lectum. Vel quia non debuit ſumere cum eſſet infirmus: & ita fuit in culpa. ff. ad leg. Aquilo. idem iuris. §. mulionem. Vel quòd non debuit ſtatim comedere cibum vulgarem, vt ſ. eadẽ. tribus. aliàs infirmitas excuſat. argument. ſupra diſtinct. 5. ad eius, & diſtinct. 6. teſtamentum. ſimilis pœnitentia imponitur in alio caſu, diſtin. 30. ſi quis eorum.

(c Vt muſca vel aranea. Io. de Fan. d ita ſentit Hu. & iõ volũt iſti dicere, quòd corpus Chriſti ñ intrat ventrẽ: qđ falſũ eſt, cũ. ſpecies intret: quãdiu enim ſpecies manẽt, Chriſtus integre latet ſub eis & hoc probatur i. hoc, quia iſtud c. qđ allegat ñ eſt iſte nõ ob. qa pro ſtã. to dẽ, quòd iſte ñ eſt panis quãdiu ĩ cot pus ĩgã ñ intrat ĩ corp⁹ ſicut cibus mãrialis vt ipſum nutriat intrat tñ & eſt ibi ſub ſpecie ſacramentali: & ſic põt euomi, vt hic dĩ ſecũdũm p.)

PEruenit.] Hæc eſt 10. pars diſt. ſecundum Io. de Fan. CASVS. Quidam fatui ſacerdotes per laicos vel mulieres corpus Domini mittebant infirmis: quod prohibetur hic ne fiat: ſed ipſum

ipſimet porrigant.qui ſi contra fecerint,deponantur.

a ¶ *Et quibus.*]ſcilicet feminis.

b ¶ *Prohibetur.*]ĩ.diſt.5.ad eius:

c ¶ *Per ſemetipſum.*]vel per diaconum,ſi neceſſe eſt,vt 63.diſt. præſente.vel per laicum catholicum.24.q.1.cœpit.

SAcerdotum.] Hæc eſt 11.pars di. ſecũdum Ioan.de.Fan. Casvs. Dicitur hic, ꝙ cũ celebratur miſſa, ſacerdotes & clerici debent eſſe à laicis ſeparati, vt libere poſſint ſacra officia celebrare. Seq.c.patet.

d ¶ *Miſſa.*]ex quo per cõtrarium colligitur, ꝙ alio tẽpore poſſet ingredi presbyteriũ. 22. diſt. hoſpitiolum.

e INſtitutio miſſarũ] Hæc eſt 12. pars diſt.Io.de Fan. Oſtendit ꝙ miſſa nõ debet celebrari aliter,quam in metropolitana eccleſia [a]. Solet quæri quare inſtituta fuerũt ſacramenta eccleſiaſtica,cum abſque eiſdẽ Deus poſſet humano generi vitam æternã gratis donare?Reſp. ſ tribus de cauſis:propter humilitatem,eruditionem. & exercitationẽ.Propter humilitatem , vt dum homo ex Dei præcepto ſe rebus ſenſibil. ſeu inferiorib.reuerenter ſubijcit,ex hac obedientia apud Deum magis mereatur.2.q.6.qui ſe ſcit. Propter eruditionem.vt per id quod videtur foris in ſpecie viſibili,ad inuiſibilem veritatem,quæ intus eſt agnoſcendã,mens erudiatur.ĩ.c.qa corpus.ver.fide. Propter exercitationem: quia cum homo otioſus eſſe non debeat, proponitur ei vtilis & ſalubris exercitatio in ſacramentis, vt vanam & noxiã declinet occupationem,iuxta illud.Semp aliquid facit,&c.ĩ.diſ.numquã. Hu.& alibi , otioſitas & voluptas,&c.extr. de ren. niſi cum pridem.§.verum.

a Ad hoc ĩ. e diſt.1. alta ria &ĩ diſt. 22 de hæ.

ſ Sacramenta triplici rõe fuerunt inſtituta.

1 Concor 6. ſyn c.69. Turonẽſi 2. c.4. extr. de vi & ho. cl c.1. Anſ.l.5. c.78.

† al. exercere] al. celebrari

2 ĩ diſt.12.c. 13. Burc l 5 c.66. Iuo p 3.c.68.

† al. pſallendo, vel miniſtrando

SAcrificium.] Hæc eſt 13. pars diſt. in qua dicitur,ꝙ in corpore Chriſti ſunt tria. ſcilicet ſpecies , veritas,& figura. extr. de cele. miſſa. cum Marthæ.Ioan. de Fan. Casvs. Amodo incipit G. tractare de triplici continẽtia iſtius ſacramenti.Dicitur ergo hic quòd viſibile ſacrificium,ideſt,viſibilis forma,panis eſt,i.ſignificat inuiſibile ſacramentum,i.corpus Chriſti,quod nobis eſt inuiſibile:quia corpora glorificata non videntur ab hominibus niſi per miraculum.

3 Sen 4 diſt. 2.& 8. Lãfr. cõtra Berẽg. epiſt.166. Alg .l.1.c.4. Iuo p.2.c 8. Pã.l.5 c.130

diuina myſteria,vt laico , vel feminæ ſacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus [a] prohibetur [b],ne ſacrarium ingrediantur,nec ad altare appropĩquent,illis ſancta ſanctorum cõmittuntur. Quod quàm ſit horribile,quamque deteſtabile,omnium religioſorum animaduertit prudẽtia.Igitur interdicit per omnia ſynodus,ne talis temeraria præſumptio vlterius fiat:ſed omnimodis presbyter perſemet ipſum [c] infirmum communicet. Quod ſi aliter fecerit , gradus ſui periculo ſubiacebit.

Item Clemens Papa.

¶ *Extat caput hoc in ſynodo Eugenij ſecundi (ex quo etiam citat Anſelmus) eſtq; te in ſynodo Leonis quarti.ca 33 & in 7.lib.capitul. ca.278.*

¶Quando celebratur miſſa presbyterium laicus ingredi non præſumat.C. X X X.

11 [1] SAcerdotum , aliorumque clericorũ eccleſiis ſeruientium honores à laicorum loco diſcrete apparere conuenit. Quamobrem nulli laicorum liceat i eo loco: vbi ſacerdotes,&reliqui clerici conſiſtunt(quod presbyteriũ nũcupatur) quando miſſa [d] celebratur,conſiſtere,vt libere, ac honorifice poſſint ſacra officia exercere†.

Item ex concilio Gerundenſi,c.1.

¶ Sicut in metropolitana eccleſia,ita vbique miſſarum ſolẽnnia celebrentur.

C. XXXI.

12 [2] INſtitutio miſſarum [e] ,ſicut ĩ metropolitana eccleſia agitur,ita in Dei nomine in omnibus[α] prouinciis tam ipſius miſſæ ordo,quàm pſallendi †, vel miniſtrandi conſuetudo ſeruetur.

α ¶ Omnibus Prouinciis.] *In concilio ipſo legitur* . In Tarraconenſi prouincia. *apud Burc.vero & Iuonem,* in omnibus comprouincialibus eccleſiis.

Item Auguſtinus in libro decimo de ciuitate Dei,c.5.

¶ Quid ſit ſacrificium,quid ſacramentum. C. XXXII.

13 [3] SAcrificium [α] [f] viſibile,inuiſibile [g] eſt ſacramẽtum , id eſt,ſacrum [h] ſignum [i] .*Item alibi.*

¶ Sacramentum[β] [k] eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma.

α ¶ Sacrificium.] *In originali,& apud Lanfrancum,& Iuonem eſt.* Sacrificium ergo viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, id eſt,ſacrum ſignum eſt.*ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

β ¶Sacramentum.]*In libro.de catechizandis rudibus. ca.26.hæc leguntur.* De ſacramẽto ſane,quod accepit,cum ei bene commẽdatum fuerit,ſignacula quidem rerum diuinarũ eſſe viſibilia, ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari. *In epiſtola autem 166. hæc.* Si autem malus eſt, operatur per illũ Deus viſibilem ſacramẽti formam:ipſe autem donat inuiſibilem gratiam. *Ex quibus locis videtur colligi potuiſſe vulgata iſta ſacramenti definitio.*

Idem in libro 2. de doctrina Chriſtiana, cap.1.

¶ Quid ſit ſignum. C. XXXIII.

[4] SIgnum eſt [l] res præter ſpeciem,quam ingerit ſenſib[us], aliud aliquid ex ſe [m] faciens in cognitionem†venire.

4 Lanfr.ibi. Alg l.1. c.4. Iuo p.2.c 8. Pan.l.5.c 132

† al. cogitationem

Item Gregorius Papa in homilia Paſchali ait.

¶ *Iuo citat ex Lanfranco , apud quem habetur continẽter poſt verba Gregorij allata ex homilia Paſchali : quemadmodum & multa alia ſequentia,quæ à Gratiano ex aliis auctoribus citantur , apud eundem Lanfrancum, & Algerum extant, & interdum copioſius, quam Apud Iuonem,& Gratianum.*

¶ Poſt conſecrationem non ſubſtantia,ſed ſpecies remanet. C. X X X I I I I.

5 [5] SPecies [n] , & ſimilitudo [o] illarũ rerum vocabula [p] ſunt [q] , quæ ante fuerũt, ſcilicet panis & vini. Vnde in fine cuiuſdam miſſæ [r] oratur,& dicitur,[Perficiant in nobis,quæſumus Domine, tua ſacramenta quod continent , vt quod†nunc ſpecie gerimus,rerũ veritate capiam[us].]Poſtulat quippe ſacerdos [s] ,vt corpus Chriſti, qđ ſub ſpecie panis , & vini nunc geritur,mãifeſta viſione, ſicut re vera eſt quandoque capiatur.De qua viſione Dominus in euangelio ſecundũ Ioannẽ ait.] Qui diligit me , diligetur à patre meo, & ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum.] Quamuis non improbabiliter quidam exponunt hoc loco,carnis & ſanguinis veritatem ipſam eorumdem efficientiam,ideſt peccatorum remiſſionem.

5 Lanf.ibid. Gutmũdus l.2.Iuo p.2. c.9. Pan l.1. c.123.

1 Sab. 4 temp. Septemb.

† al. quo

Ioan.14.

Item Euſebius Emiſſenus. [6]

f ¶Sacrificium.]ſcilicet ſpecies panis & vini:quæ dicitur ſacrificiũ, quia ſacrificatur.

g ¶ *Inuiſibile.*] .ſignum inuiſibile corpus Chriſti,quod eſt ſacramẽtum eccleſiæ.1.q.1 multi.Ex rubrica apperet ſic legendam eſſe litteram,vt inter hæc duo diſtinguatur, ſcilicet corporis Chriſti.

h ¶ *Sacrum.*]ideſt,quod Deo offertur.

i ¶ *Signum.*]i.ſignum rei inuiſibilis.

k ¶ *Sacramentum eſt.*]hoc eſt diffinitio generalis.Nã corpus Chriſti nobis inuiſibile eſt ſacramentum eccleſiæ,& ita non eſt viſibilis forma.poteſt tamẽ dici,quòd ſit generalis,quia corpus viſibile eſt his ſaltem qui cum eo ſunt,etſi non nobis.Vel ordina litteram ſic. ita quòd non agatur de diffinitione:viſibilis forma eſt ſacramentũ inuiſibilis gratiæ.

SIgnum eſt.]Casvs.Intellectus huius.c.patet ex conſtructione.ſic ergo conſtrue.S.gnũ eſt res faciẽs aliq̃d aliud ex ſe in cognitionẽ venire præter ſpeciem quã ingerit ſenſib.ſ.corporis.&dr̃ ſignum ꝺ ſui natura, vel aliqua inſtitutione.

l ¶ *Signum eſt.*] . ſpecies panis & vini , eſt aliud præter id quod videtur , & aliud aliquid oſtendit & innuit:ſicut circulus vinum venale.

m ¶ *Ex ſe.*]i.forma & compoſitione. ſui nã panis fit ex granis puris:ſic intelligitur corpus Chriſti ex membris ſuis.

SPecies.] Casvs. Bene. ſic ponit hunc caſum.Illud quod dicitur in quadam oratione,Perficiant in nobis Domine , &c. exponit hoc dupliciter, vt ſic poſtulet ſacerdos vt corpus Chriſti, qui ſub ſpecie panis & vini tractatur, ſicut eſt nobis manifeſtum , ita in futuro videatur : quã viſionẽ promittit Chriſtus diligentib.ſe. Vel vt in nobis ſacramentum ſuum impleat cum effectu , ſcilicet remiſſionem peccatorum. Hæc loco,ideſt, illa ratione.

n ¶ *Species.*]hoc ad panem.

o¶ *Et ſimilitudo.*]i.forma,quo ad vinum.

p ¶ *Vocabula ſunt.*]i. vocabula vocantur illarum rerum,quæ fuerunt ante:ſcilicet panis & vini , cum iam non ſint, ſcriptura[ſ] enim ſpeciem panis panem, & ſpeciem vini vinum , & corpus Domini panem & ſãguinem , & vinum & calicem conſueuit appellare ꝑpter ſpeciẽ panis & vini , vt ibi, Probet ſe homo,& ſic de pane,&c.vt ĩ.c.qa paſſus.& ibi,Ego ſum panis viuus , &c. de pœ.diſt.2 §.cũ igitur. ver.item Dominus.

q ¶ *Sunt.*]id eſt,retinent: & ita vox interitu rei non amittit ſignificationẽ,licet res pereat.[Et hic eſt ar. contra eos qui dicunt ſubſtantiam panis & vini ibi eſſe poſt conſecrationem : quia non conuertuntur in corpus Chriſti,vt dicunt. Sed contra eos eſt ĩ. c.nos autem.& c.panis.ſed exponunt quia antea fuerunt ſola , ſed modo non ſunt ſola:quia ibi iam latet corpus Chriſti. Alij dicunt, quòd deſinit ibi eſſe panis & vinum:ſed differunt.Nam quidam dicunt ipſa mutari & conuerti in corpus Chriſti : Alij in nihilum redigi,vel in primordialem materiam reſolui. Iſtis vtriuſque obiicitur de forma, ſapore, colore , & aliis accidentibus:in quo ſubiecto ſunt?& eorum quidam dicunt, quòd in aere. Alij eſſe ſine ſubiectio miraculoſe.nam cedit natura miraculo.extre de celebra.miſſ. cum Marthæ.§.1.

ſ Conſecratione facta ſubſtãtia Panis non eſt.

6 inter opa Hierony. to 9.al.4. in ſer.de corp. & ſang. Dñi

r ¶ *Miſſa.*]eius ſcilicet, quæ celebratur in ſabato quattuor temporum Septembris.

s ¶ *Sacerdos.*]arg.quòd aliquis ante Greg.orationes fecit in miſſa. alter enim non exponeret ſeipſum,nec diceret:quamuis,&c.

Quia

¶ Viſibiles creaturæ in Chriſti corpus, & ſanguinem inuiſibiliter conuertuntur. C. XXXV.

14 QVia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis noſtris, & ſideribus illaturus, neceſſariũ [a] erat, vt die cœnæ ſacramentum [b] nobis corporis, & ſanguinis ſui conſecraret [c]: vt coleretur [d] iugiter per myſteriũ [e], quod ſemel offerebatur in pretium [f]: vt quia quotidiana, & indefeſſa [g] currebat [h] pro hominum ſalute redẽptio [i], perpetua eſſet etiam redẽptionis [k] oblatio [l], & perennis [m] victima illa viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia vere vnica, & perfecta hoſtia, fide æſtimãda, non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu. Vnde merito cœleſtis confirmat auctoritas: quia [caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.] ¶ Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quando quidem, qui auctor eſt muneris [n], ipſe etiam teſtis eſt veritatis. Nã inuiſibilis † ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſãguinis ſui verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens [Accipite, & comedite: hoc eſt enim corpus meũ:] & ſanctificatione [o] repetita. [Accipite, & bibite: hic eſt ſanguis meus.] Ergo ſicut ad nutum præcipientis Domini repẽte ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorũ, profunda fluctuum, vaſta terrarum: ita pari poteſtate in ſpiritalibus ſacramẽtis vbi [a] præcipit virtus, ſeruit effectus. Quanta itaque, & quàm celebrãda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur, attende: &, vt † tibi nouum, & impoſſibile videri non debeat, ꝙ in Chriſti ſubſtantiam terrena, & mortalia conuertũtur [p], teipſum, qui iam in Chriſto es regeneratus, interroga. Dudum alienus à vita, peregrinus à miſericordia, à ſalutis via intrinſecus mortuꝰ exulabas: ſubito initiatus Chriſti legibus & ſalutaribus myſteriis innouatus, in corpus eccleſiæ non videndo, ſed credẽdo tranſiluiſti, & de filio perditionis adoptiuus [q] Dei filius fieri occulta puritate meruiſti [r]: in menſura viſibili permanens, maior factus es teipſo inuiſibiliter, ſine quãtitatis augmẽto cum ipſe atque idẽ eſſes, multo alter † fidei proceſſibus extitiſti: in exteriori nihil additum eſt, & totum in interiori mutatũ eſt: ac ſic homo Chriſti filius effectus, & Chriſtus in hominis mente formatus eſt. Sicut ergo ſine corporali ſenſu, præterita vilitate depoſita, ſubito nouam indutus es dignitatem, & ſicut hoc †, quòd in te Deus læſa [s] curauit, infecta diluit, immaculata † [t] deterſit, non ſunt oculis, nec † ſenſibus tuis credita [u], ita cum reuerendum altare cœleſtibus cibis ſatiandus aſcendis, ſacrum Dei tui corpus, & ſanguinem fide reſpice, honora, mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maxime hauſtu interiore aſſume.

a ¶ Vbi præcepit. *Sic apud Iuonem, & in Panormia. apud Paſchaſium legitur,* vbi præcipit virtus, rei ſeruit effectus: *& fortaſſe loco dictionis, vbi, legendũ eſt,* verbi. *In vetuſtiore editione homiliæ eſt,* verbis præbet virtus: & rei ſeruit effectus. *in recentiore autem,* verbo præbetur virtus, & rei ſeruit effectꝰ. *Multa vero alia loca ſunt partim ex originali partim ex Iuone emendata.*

Item Auguſtinus.

¶ *Beda ad c. 10. primæ ad Corinthios citat ex ſermone de ſacramẽtis fidelium, feria 2. Paſchæ, neque multo aliter Iuo.*

QVia] Hæc eſt 14. pars diſt. in qua quæritur, quare Deus nobis dedit corpus & ſanguinem ſuum. & dicitur, ꝙ ideo vt eſſet in nobis naturaliter p memoriam, & apud patrẽ intercederet pro nobis. Ideo tradidit corpus ſuum ad perpetuam rei memoriam. Io. de Fan. Casvs. Ben. ſic exponit hunc caſum: quia Chriſtus in carne aſſumpta non erat manſurus nobiſcum, ſed aſcẽſurus in cœlum: ideo in die cœnæ inſtituit ſacramẽtũ Euchariſtiæ, vt ille q ſemel eſt oblatus pro noſtra redẽptione, in memoriam paſſionis ſuæ quotidie in ſacramento offeratur, in quo ſacramẽto ipſe qui cœlũ & terrã ſua poteſtate creauit verbo ſuo, ſecreta virtute panẽ & vinum & corpus ſuũ conuertit: qđ à ſenſu corporeo nõ percipitur: ſed fide & intellectu comprehenditur: ſicut ille qui p baptiſmum mutatur de malo ĩ bonũ. H. vero ſic ponit hunc caſum. Primo oſtendit quare in cœna ſacramentum altaris inſtituit, ſ. corpus ſuum, qđ ab oculis hominũ erat ablaturus in cœlum, ſemper erat manſurũ nobiſcum in ſacramẽtis ꝓpter remiſſionem peccatorum, & propter commemorationẽ noſtræ redemptionis per ipſum factæ in cruce. Secũdo cõmendat hoc ſacramẽtum, & dicit non eſſe æſtimandum ſecundum ſpeciẽ, q̃a videtur ibi eſſe modicũ panis, & modicũ vini: ſed ſecũdũ fidẽ qua credimus corpus & verũ ſanguinem Chriſti ibi eſſe. & hoc ꝓbat teſtimonio Ieſu Chriſti dicẽtis & teſtificãtis: Caro mea vere eſt cibus, &c. Itẽ, Accipite & comedite: hoc eſt corpus meum, &c. Tertio, quia ipſe panem & vinũ in corpus & ſanguinẽ ſuum conuertit ea potẽtia, qua ex nihilo creauit vniuerſa. Tertio oſtendit. ꝙ licet corporeis oculis nulla videatur in illo ſacramento facta conuerſio vel cõmutatio: tamen mẽte & fide credendum eſt ita eſſe: quod oſtendit tali ſimilitudine. Ecce iſte eſt malus, eſt paganus, eſt filius diaboli: compungitur, baptizatur, efficitur bonus & filius Dei. ecce qualiter iſte diuina potentia inuiſibiliter eſt conuerſus, & mutatus de malo in bonum, de pagano in Chriſtianum, de filio diaboli in filium Chriſti. ſed eccleſiæ extrinſecus nulla videtur facta mutatio: ſed intrinſecus facta [illegible], & ita creditur. ſic & in iſto ſacramento extrinſecus nulla videtur facta mutatio, immo videtur ibi purus panis, & purũ vinum ſicut ante. ſed pia fide debemus credere ita eſſe, ſ. ibi eſſe verum corpus & verum ſanguinem Chriſti, & reuerentiam debitam impendere Deo.

a ¶ Neceſſarium.] i. vtile & congruum: alĩàs neceſſarium ineuitabilitatis. de pœ. diſt. 2. charitas. aliàs commoditas. j. diſt. 5. ne tales.

b ¶ Sacramentum.] i. corpus & ſanguinem, quod eſt ſacramentum, & res ſacramenti.

c ¶ Conſecraret.] ſupple & inſtrueret in poſterũ ab aliis cõſecrandũ.

d ¶ Vt coleretur.] i. conſecraretur.

e ¶ Per myſterium.] i. ſub velamine panis & vini. 1. q. 1. multi.

f ¶ In pretium.] i. redemptionem noſtram.

g ¶ Et indefeſſa.] i. non remiſſa, & indeficiens.

h ¶ Currebat.] i. feſtinabat redimere nos per paſſionem [a]: iuxta illud, Exultauit vt gigas, &c.

i ¶ Redemptio.] facta per Chriſtum in cruce.

k ¶ Redemptionis.] i. fides paſſionis: per quam redempti ſumus. Vel prædicatio ſacrificij: quod erat noſtra redemptio. Io.

l ¶ Oblatio.] i. corpus & ſanguis.

8 Sen. 4. diſt. 12. Iuo p. 2. c. 8. Pan. l. 1. c. 143.

† al. fide *Rom. 6.* *1. Petr. 3.*

† *obliuiſcamur*] orig.

p ¶ *Et ſcimus.*] 22. q. 5. hoc videtur.

q ¶ *Ne obliuiſcamini.*] arg. propter memoriam multa fieri. ſ. ea. diſ. & dixit.

† *al moueri*

‖ *Clauditur hoc vaſe noſtri pia victima phaſe.*
Viua, ſalutaris, ſemel in cruce, ſemper in aris.
Quos recreat Ieſu tam ſacri corporis eſu:
A vitiis munda ſacrati ſanguinis vnda.
Hic editur Ieſus, remanet tamen integer eſus:
Res occultatur: quare? quia ſi videatur,
Forſitan horrere: & manducare timeres.
Vt ſine ſubiecto dependet in aere nubes:
Et centrum terræ pelagi ſuſtentat abyſſos:
Sic vini color & ſapor eſt, pondus quoque panis.

‖ Carmina ſingularia circa eucharistiſt. ſacrā.

Item in libro ſententiarum Proſperi. C. LII.

9 Semel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo [s], & tamē quotidie immolatur [t] in ſacramento. Quod [u] ita intelligēdum eſt: quia in manifeſtatiōe ſui corporis, in diſtinctione membrorum omnium verus Deus, & verus homo ſemel tantum in cruce pependit, offerens ſeipſum patri hoſtiam viuam, paſſibilem, mortalem, viuorum & mortuorum redemptionis efficacem: eorum

9 Beda in q. q. 5. I. Sſ ip. Al. l. 1. c. 16. & 18 Sent 4 diſt. 12. Iuo p. 2. c. 9. & 4. P. l. 1. c. 144.

r ¶ *Repreſentat.*]quia tunc legitur paſſio Domini, & plenius omnia, quæ in eius paſſione acta ſunt, ad memoriam reducuntur. Forte dicit de iis quæ fiunt in Paraſceue, & de ſalutatione crucis, vel ſecundum aliquarum eccleſiarum conſuetudinem, quæ ſolent paſſionem repreſentare & reſurrectionem.

Semel.] Casvs. Dicitur hic quòd Chriſtus ſemel immolatus in ſeipſo. i. in humana & viſibili forma, efficax & ſufficiens hoſtia fuit pro omnibus, quos redimendos eſſe prædeſtinauit. & licet tantum ſemel fuerit paſſus, tamen quotidie immolatur in ſacramēto.

s ¶ *In ſemetipſo.*]id eſt, paſſus in propria perſona in forma humana.

t ¶ *Immolatur.*]id eſt, eius immolatio repreſentatur, & fit memoria paſſionis.

u ¶ *Quod.*] ſcilicet, quod ſemel, &c.

a ¶ *Altitudo.*] § Chriſtus mortuus eſt pro omnibus quo ad ſufficientiam, non quo ad effectum. efficax enim fuit quantum ſin redimente, ſed per eos ſtetit, qui ſe indignos fecerunt. mortuus eſt ergo, vt hic dicitur, pro ſolis prædeſtinatis quo ad effectum: ſed quo ad ſufficientiam pro omnibus.[a]

§ Chriſtus ꝓ omnib. mortuus eſt.

a 8 q. 1. in ſcripturis.

b ¶ *Præſciuit.*] in bona ſignificatione. L.

IN *Chriſto.*] Casvs. Hu. ſic ponit hunc caſum. Dicit Ambr. in hoc c. ꝙ hoſtia, quæ ſemel ꝓ nobis oblata eſt in ara crucis, quotidie offertur in ſacramento. & licet in multis locis offeratur, vna eſt tamē hoſtia, & nō plures: vnum eſt ſacrificium, & non plura. ad memoriam & repræſentationem illius quod olim factū eſt, quotidie & in pluribꝰ locis iteratur ſemper idipſum immutabile.

c ¶ *Oblata.*] i. corpus Chriſti oblatum eſt in ara crucis.

d ¶ *Offerimus.*] quotidie offerendo.

e ¶ *Et vna eſt.*] i. vnius paſſionis repræſentatio, nō multarū, ſicut dicitur vna fides.[b]

f ¶ *Idipſum.*] immutabile & perpetuum. ſ. ea. diſt. c. quia corpus. vt perpetua eſſet redemptionis oblatio, quia huic aliud ſacrificium non ſuccedit, vt ſacrificiis legalibꝰ, quib. ſacrificium noui teſtam. ſucceſſit. q. d. illud non mutatur, quia idem eſt quod fuit, & ideo ipſum ſemper idipſum. B.

g ¶ *Plenus.*] quia in qualibet parte eſt totus. ſ. ea. vbi pars eſt.

h ¶ *Vnum.*] id eſt, vna forma confectum, & tamen plura ſunt ſacrificia.

i ¶ *Ille.*] vt ſ. c. quia.

k ¶ *Hoſtiam.*] § ſcilicet ſeipſum. vnde verſus:

Rex ſedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.

l ¶ *Conſumi.*] & ideo ipſum ſemper idipſum. S.

m ¶ *Hoc enim facite.*] dicūt quidam c ꝙ per hæc verba Dominus Apoſtolos ordinauit, Hoc facite. &c.

LIquido apparet.] Hæc eſt 18. pars diſt. in qua dicitur. ꝙ ideo Dominus vltimo ſuum corpus nobis commendauit, vt melius memoriæ cōmendaretur. Io. de Fā. Casvs. Quidam reprehendebant hoc. ſ. ꝙ fideles accipiūt corpus Chriſti ieiuni: quia Dominus hoc dedit diſcipulis ſuis nō ieiunis, ſed pranſis. contra hos dicitur quòd Dominus ideo fecit ad extremum, vt magis in memoria haberetur hoc ſacramentum: nec iuſſit quòd

b Chryſoſt. in eand. epiſt. hom. 17. b id eſt, de vno. [illegible]

a Alg. l. 1. c. 15. Sent. 4. diſtin. 2. Iuo p. 2. c. 6. Pā. l. 1. c. 145.

† al. exemplar

§ Chriſtus ſeipſum cōmendauit.

c Vt Pet.

Luc. 22.

ſcilicet, quos diuini concilij altitudo[a] redimendos iudicauit, præſciuit[b], prædeſtinauit, vocauit, modis, atque temporibus, quibus id fieri congruebat[a].

¶ *Et hoc Iuo ex Lanfranco citat verba B. Auguſtini & referente, & exponēte: quod facit etiam Algerus l. 1. c. 16. & 18. verba autem B. Auguſtini in epiſtola ad Bonifacium, quam Algerus etiam citat, ſunt hæc.* Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo? & tamen in ſacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed omni die populis immolatur.

a ¶ Congruebat.] *Apud Lanfrancum hæc ſequuntur, quæ reſpondent alteri membro propoſitionis B. Auguſti.* In ſacramento tamen, quod in huius rei memoriam frequentat eccleſia, caro Domini quotidie immolatur, diuiditur, comeditur, & ſanguis eius de calice, fidelium ore potatur.

Item Ambroſius in epiſtolam ad Hebræos. cap. 10.[1]

¶ Hoſtia, quæ ſemel oblata eſt, in recordationem ſuæ mortis quotidie offertur.

C. LIII.

IN Chriſto ſemel oblata[c] eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens. Quid ergo nos? nōne per ſingulos dies offerimus[d]? offerimus quidem: ſed ad recordationem mortis eius: & vna eſt[e] hoſtia, non multæ. Quomodo vna, & nō multæ? quia ſemel oblatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium exemplum† eſt illius: idipſum, & ſemper[a] idipſum[f]. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium: alioquin, quoniam in multis locis offertur, multi ſunt Chriſti? nequaquam: ſed vnus vbique eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtēs, & illic plenus[g]. Sicut[β] enim quod vbique offertur, vnum[h] eſt corpus, & non multa corpora: ita & vnum ſacrificium. Pontifex autem ille[i] eſt, qui hoſtiam[k] obtulit nos mūdantem. Ipſam vero offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata conſumi[l] non poteſt. Quod nos facimus, in commemorationem fit eius, quod factum eſt [Hoc enim facite[m], ait, in meam commemorationem.]

a ¶ Et ſemper.] *Apud B. Ambroſium, & B. Ioannem Chryſoſtomum hæc adduntur,* offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras alium, ſed ſemper eūdem ipſum: *quæ Græce in optimo exemplari manuſcripto (nam in Veronenſi deſiderantur) ſic habent,* [illegible]

β ¶ Sicut enim.] *In excuſſis B. Ambroſij nomine commentariis legitur,* ſicut enim, qui vbique offert. *Sed non eſt viſa mutanda Algeri. Iuonis, & Gratiani lectio. Græce eſt,* [illegible] *Nonnulla vero alia ſunt emendata.*

ita fieret, quia nemo mutaſſet, ſed Apoſtolis hoc determinandum reliquit. & Paulus illos redarguit, qui ſacramentum cum cibis ſumebant, & in epiſtola de hoc docuit: & alia ſe determinare promittit. vnde intelligitur eum determinaſſe hoc quod tota tenet eccleſia ſic ponit Bene.

Item Auguſtinus in libro reſponſionum ad Ianuarium, c. 6.[3]

¶ Sacramentum corporis Chriſti, non niſi ieiuni debemus accipere.

C. LIIII.

18 [c] LIquido apparet, quando primo acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nūquid tamen propterea[n] calumniandum[o] eſt vniuerſæ eccleſiæ, quòd à ieiunis ſemper accipitur. Ex hoc enim placuit ſpiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramēti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm ceteri† cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur[p]. Neque enim quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi, aut cenati fratres ad illud ſacramētum accipiendum conuenire debent aut, ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit, & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namque Saluator[q], quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere[r] cordibus, & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſionem præcepit, quod deinceps ordine ſumeretur: vt Apoſtolis, per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret[t] hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt alios cibos ſemper acciperetur? credo, quòd eum morem† nemo mutaſſet[u]. Cum vero ait Apoſtolus de hoc ſacramento loquens, Propter quod fratres, cum conuenitis ad manducandum[x], inuicem expectate, ſi quis eſurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueniatis, ſtatim ſubtexuit[a] [cetera autem, cum venero, ordinabo.] Vnde intelligi datur, quia multum[y] erat, vt in epiſtola totum illum† agendi ordinē inſinuaret[z], quem vniuerſa per orbem ſeruat eccleſia, ab ipſo ordinatum[a] eſſe, quod nulla orarum†[b] diuerſitate variatur.

a ¶ Subtexuit.] *Sequebatur in vulgatis, quæ ad eiuſdem ſacramenti ordinem pertinēt,* ſ. quomodo ieiuni, &c. *quæ a pleriſque manuſcriptis, & originali, & ceteris collectoribus abſunt.*

Item Ambroſius in libro 4. de ſacramentis, cap. 4.

¶ Ante conſecrationem eſt panis, ſed verbis Chriſti in eius corpus mutatur.

C. XV.

n ¶ *Propterea.*] non ergo omnis chriſti actio noſtra eſt lectio[d]. ſ. diſt. 4. propter. 14. q. 5. dixit.

o ¶ *Calumniandum.*] i. calumnia eſt imponēda.

p ¶ *Seruatur.*] § numquid quis conficere[e] nt pranſus? H. d. ꝙ non: licet ſecus dicat in aliis ſacramentis. B. vero dicit contra, & ego. licet fieri non debeat[e], quia vt hic colligitur, non eſt ieiunium de ſubſtantia, aliàs non cōfeciſſet[f] Dominus.

q ¶ *Namque Saluator.*] non redditur hic ratio quare poſt cœnam Chriſtus corpus ſuum dedit: ſed tantum quare poſt omnia, id eſt, vltimo loco. Si ergo quæris, quare poſt cœnam corpus ſuum & ſanguinem Chriſtus dederit? § Reſpon. ideo cœnatus Dominus cœnatis diſcipulis corpus ſuum tradidit, vt in hoc ſacramento cōſummationem omniū ſacramentorum veteris teſtamenti, & agni paſchalis, quem ante manducauerant, & cæterorum monſtraret.

r ¶ *Infigere.*] nam & pacta nouiſſima, &c. C. de pact. pacta. ar. contra. ſ. de pœ. diſtinct. 2. principium. verſi. 1. & docet Tullius in rhetoricis, validiora argumenta in principio & in fine eſſe proponenda. illud enim procedit quod nouiſſime fit. ff. de ac. poſ. ſi quis ante conduxit.

s ¶ *Digreſſurus.*] quoniam ipſe dixit, Vos omnes fugietis, & ego vadam immolari pro vobis.

t ¶ *Seruaret.*] argumēt. quod canon non determinat, nos determinare poſſumus, vt 22. quæſtion. 5. hoc videtur. 32. quæſtio. 2. quos Deus. ff. de teſtamen. quæſitum. argument. contra. 1. quæſt. 5. conſuluiſti.

u ¶ *Mutaſſet.*] quod enim Dominus iubet, bonus ſeruus non mutat. vigeſimaoctaua, quæſtion. prima, capit. ſic enim. circa princ.

x ¶ *Ad mãducandum.*] corpus Domini.

y ¶ *Multum.*] hoc multum reſpicit illud, cetera autem.

z ¶ *Inſinuaret.*] de iis ꝙ debeant ordinari.

a ¶ *Ordinatum.*] ſi. 12. diſt. illa.

b ¶ *Orarum.*] i. regionum.

d Al. inſtructio.

3 Epiſt. 118.

4 Bed. j. Co. 11. Iuo p. 2. c. 112. Pann. l. 1. c. 146. Alg. l. 1. c. 1.

§ conficere poteſt pranſus.

e Vt 7. q. 1. nihil.

f Al. conſecraſſet.

† al. exteri

§ Chriſtus quare poſt cœnā ſuum corpꝰ dedit

1. Cor. 11.

† al. moduin nemo variaſſet

† al. illū

† morum] orig.

19 ¹ PAnis eſt in altari ᵃ vſitatus ante verba ſacramentorum ᵇ: vbi acceſſit conſecratio, de pane ᶜ fit caro Chriſti. Hoc igitur adſtruamus. Quomodo poteſt, qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? conſecratione. Cõſecratio autem quibus ᵈ verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. Nam per reliqua omnia, quę dicũtur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Vbi venitur, vt conficiatur venerabile ſacramentum, iam nõ ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergo Chriſti ſermo hoc cõficit ᵉ ſacramentũ ᶠ. Quis ſermo ᵍ Chriſti? nempe is, quo ʰ facta ſunt omnia. Iuſſit Dominus, & factum eſt cælum: iuſſit Dominus, & facta eſt terra: iuſſit Dominus, & facta ſunt maria: iuſſit Dominus, & omnis creatura generata eſt. Vides ergo, quam operatorius ſit ſermo Chriſti. Si ergo tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperẽt eſſe, quæ nõ erãt, quanto magis operatorius eſt, vt ſint, quæ ᵅ erant ⁱ, & in aliud commutẽtur. ² Et ſic, quod erat panis ante conſecrationẽ, iam corpus ᵏ Chriſti eſt poſt conſecrationem: quia ſermo Chriſti creaturã mutat, & ſic ex pane fit corpus Chriſti, & vinum cum aqua in calice miſſum fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis. Sed forte dicis: ſpeciem ſanguinis non video: ſed habet ſimilitudinem ˡ. Sicut enim mortis ᵐ ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem ᵐ pretioſi ſanguinis ᵒ bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & pretium tamen redemptiõis operetur. Didiciſti ergo, quia quod accipis, corpus eſt Chriſti. *& c.5.* ¶ Vis ſcire, quia verbis cæleſtibus conſecratur? Accipe, quæ ſũt verba. Dicit ſacerdos. Fac nobis, inquit, hãc oblationẽ adſcriptã, rationabilem, acceptabilem ᵝ, quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui pridie, quam pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cælum ad te ſancte pater omnipotens ęterne Deus gratias agẽs benedixit, fregit, fractumq; Apoſtolis ſuis, & diſcipulis ſuis tradidit dicens, Accipite, & edite ex hoc omnes: hoc enim eſt corpus meũ, quod pro multis cõfringetur. Similiter & calicem, poſtquã cœnatũ eſt, pridie quam pateretur, accepit, reſpexit ad cælum ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agẽs benedixit, Apoſtolis, & diſcipulis ſuis tradidit dicẽs, Accipite, & bibite ex eo omnes: hic eſt enim ſanguis meus. Vide, omnia illa verba Euãgeliſtæ ſunt vſque ad [accipite] ſiue corpus ſiue ſanguinem. Inde verba ſunt Chriſti, accipite, bibite ex eo omnes: hic eſt enim ſanguis meus. Vide ſingula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem. Antequam conſecretur, panis eſt: vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Deniq; audi dicẽtem, Accipite, & edite ex eo omnes: hoc eſt enim corpus meũ. Et ante verba Chriſti calix eſt vini, & aquæ plenus. Vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potẽs eſt ſermo Chriſti vniuerſa ᵖ conuertere. Deinde ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quòd corpus ſuum accipiamus, & ſanguinem ſuum. Numquid debemus de eius fide, & teſtificatione dubitare?

α ¶ Vt ſint, quæ erant.] *Hæc B. Ambroſij verba, quæ Berengarius catholicis obijciebat, accurate, explanantur a Guitmundo lib. 3. & ab Algero lib. 1. c. 7. Lanfrancus autem non modo ea opinione interpretatur, ſed etiam addit in quibuſdam codicibus ſic legi.* Si igitur tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe, quæ non erant, quanto magis operatorius eſt, vt quæ erant, in aliud commutentur?

β ¶ Acceptabilem.] In *codicibus* Gratiani *erat*, rationabilem, &c. *Addita vero ſunt omnia vſque ad verſicul.* Vide. (*quod antea erat* Inde) *Multum enim videntur facere ad ea, quæ ſequuntur, intelligenda.*

Idem Ambroſ. lib.5. de ſacramentis. c.4.

¶ Non corpus, ſed animæ ſubſtantiam fulcit panis vitæ æternæ.

C. LVI.

³ NOn iſte panis eſt, qui vadit ᵠ in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. *& paulo poſt.* ¶ Iſte panis quotidianus eſt: accipe quotidie ʳ, quod quotidie tibi proſit: ſic viue, vt quotidie merearis accipere ˢ.

PAnis eſt.] Hæc eſt 19. pars diſtin. in qua probat ex quibus verbis conficiatur corpus Chriſti, & qualiter manducetur. Io. de Fan.

CASVS. Quæſitum fuit ab Ambr. quomodo de pane fit corpus Chriſti, Et reſp. ꝙ per conſecrationem fit panis Chriſti corpus. cõſecratio vero fit per verba Chriſti. ſ. hoc eſt corpus meum. hic eſt ſanguis meus. quib⁹ Chriſtus tantã vim contulit, ꝙ ad eorũ prolationem panis fit corpus Chriſti, & vinũ ſanguis: remanent tñ ſpecies panis & vini, ſub quibus latẽt & operiũtur caro & ſanguis: ne in ſumendo eſſet horror, ſi ſpecies crudæ & viuæ carnis & crudi ſanguinis appareret. ſic ponit H. caſum, excepto eo qđ ponitur in principio §. Bene. vero ſic ponit. Quæritur quomodo de pane fit corpus Chriſti? & reſpondet, verbis Chriſti. Alia quæ adducuntur, laudes ſunt & orationes: ſed ſermo Chriſti, quo omnia ſunt creata, panem, & vinum in carnem & ſanguinem conuertit: quamuis nõ appareat ibi caro vel ſanguis. Et ꝙ ſacramentũ conficiatur verbis Chriſti, probatur per verba, quæ presbyter ꝓfert in miſſæ ſecreta.

¹ Lanfr. ibid. Alg. l. 1. c. 7. & alibi. Guitm. l. 1. Sen. 4. di. 10 Iuo p. 2. c. 7.

a ¶ Panis eſt in altari.] in prima parte dicitur, ꝙ ad prolationem illius formæ, Hoc eſt corpus meum, &c. panis & vinum tranſeũt in corpus & ſanguinẽ Chriſti: & hoc ꝓpter illorũ verborũ Chriſti efficaciam. Ille. n. qui ex nihilo creauit omnia, ſatis poteſt hoc ſic, cõmutare. In 2. parte rñdet cuidã obiectioni quare non ſumitur in eadẽ forma in qua Chriſtus paſſus eſt. In tertia ponit verba illa ad q̃ fit trãſubſtãtiatio, reliqua de ſolẽnitate eſſe occulte oſtendens. In quarta probat nos in altari accipere verum corpus Chriſti, auctoritate eiuſdem.

² Hic ſummatim referuntur ſnia, verbis hinc inde collectis.

b ¶ Sacramentorum.] ‡ pluraliter dicit propter ſpecierum pluralitatem, vnum tamen eſt ſacramentum ᵃ: quia vnus ſub vtraque ſpecie eſt Chriſtus.

‡ Sacrm̃ altaris ꝑ̃c dici ſacra.

a De hoc dixi ſ̃. e. cõpetimus. ibi. ſi deas. Atth.

c ¶ De pane.] i. panis trãſit in carnẽ & corpus Chriſti, & hoc eſt per conſecrationem. ſ. ea. panis. & habetur j. ea. qui manducant.

d ¶ Quibus.] quaſi dicat, attende cuius verba ſunt, & videbis.

e ¶ Conficit.] i. tranſire facit ſubſtantiam panis & vini in verum corpus & verum ſanguinem.

f ¶ Sacramentum.] ‖ dum panis eſt, nullum eſt ibi ſacramentum, quia nihil ſignificat ſed cum incipit tranſire in corpus Chriſti, ſtatim ſpecies panis incipit ſignificare corpus Chriſti, & eſſe ſacramentum. cum autem nihil ſignificaret, tunc nõ erat ſacramentum. non tñ panis, vel ſacramentũ, vel corpus Chriſti cõſecratur, precib. ſed in ſacramentũ quod eſt corpus Chriſti, panis fit trãſubſtãtiatio.

‖ panis añ cõſecratiõem non eſt ſacramẽtum.

g ¶ Quis ſermo.] id eſt, qua vi & qua potentia hoc facit corpus Chriſti? ea ſcilicet qua creauit cuncta.

h ¶ Quo.] id eſt, qua poteſtate facit? & ita quærendo ſoluit H. hoc tamen eſt impoſſibile quòd panis ſit corpus Chriſti, ſed talia verba ad ſanum intellectum ſunt intelligenda.

i ¶ Quæ erãt.] antequã conſecrarentur, ſed eſſe deſierunt ᵇ. ſicut enim ſapor aquæ permiſtæ calici deſinit eſſe, ita ſubſtãtia panis deſinit eſſe conſecratione ſuperueniente.

ᵇ Quãtũ ad ſubſtãtiam.

k ¶ Iam corpus.] i. corpus Chriſti tranſit accedente Chriſti forma, ita vt poſt conſecrationem nõ ſit iam ibi panis, ſed verum corpus Chriſti.

l ¶ Similitudinem.] id eſt, tantum ſignificat. ADDITIO. Vel dic vt ſ̃. dum frangitur.

m ¶ Mortis.] id eſt, repreſentationis mortis ſuæ paſſionis.

n ¶ Similitudinem.] id eſt, ſpeciem ſub qua latet corpus Chriſti mortuum pro nobis, ad ſimilitudinem cuius & nos pro ipſo mori debemus ſaltem in peccatis.

o ¶ Sanguinis.] non colore, ſed repreſentatione.

p ¶ Vniuerſa.] id eſt, vinum & aquam.

q ¶ NOn iſte panis eſt qui vadit.] ‡ id eſt, non incorporatur ſicut ceteri cibi, qui in ſtomacho digeruntur. Vel non deſcendit in ſtomachum ſicut ille cibus corporalis. Vel non tranſit in ſubſtentationem corporis ſicut ille. Eſt enim cibus animæ, non corporis. vnde ſubauditur, ſed, &c. Hug. ſpecies tamen bene vadunt in corpus ᶜ. Sed numquid ibi eſt ſacramentum? Non: quia deſierit ibi eſſe ᵒ corpus Chriſti: & tamdiu eſt ibi ſacramẽtum quãdium eſt corpus Chriſti. Sed quamdiu hoc ſit, id eſt, vſque ad quem locum procedat per gulam, neſcio. Sed licet non ſit ſacramentum cum eſt in corpore, ſi tamen euomuerit illud, cum veneratione eſt ſeruandum, quia ſacramentum fuit.

‡ corp⁹ Xp̃i non digeritur vt ceteri cibi.

c d̃ hoc no ſ̃ e. diſt. c. tribus. ĩ gl. ſed nec ſpecies. ibi videas. & ea. ſi quis per ebrietatem Atc

ᵒ Vide not. ſ̃ ea. tribus gradibus.

ADDITIO. In hoc gloſſa ſupra ibi, neſcio. dicit Hug. hoc Deus nouit. ſed credit, quòd tamdiu corpus Chriſti ſit in ſumente, donec ſpecies in ore, & ſapor eius non ſentitur, quod ſit ex quo tranſglutitur, ſtatim deſinit eſſe ſacramentum: & corpus Chriſti deſinit eſſe in ſumente ſecundum Hug.

³ Sent ibid. Iuo p 2. c. 7. In ſumma redacta verba. Idẽ vero hr̃ apud B. Aug ſer. 28. de ver. Dñi.

r ¶ Quotidie.] ſ̃. ead. diſ. quotidie. & c. ſi quotieſcumque.

s ¶ Accipere.] ſi ſit ſacerdos. ſi laicus, tempore conſtituto ᵈ. vel potius myſtice ſpiritualem notat ſumptionem. Vnde glo. ibi, accipe quot

ᵈ Ext. đ pœ. & re. c. oĩs

quotidie, id eſt, quotidie te præpara habilem ad ſuſcipiendum.

CHriſtus panis eſt.] Casvs. Dicitur hic, quod Chriſtus dicitur eſſe panis, non ſolum ſecundum quod Deus eſt viuificans omnia, ſed etiam ſecundū quod eſt homo in carne aſſumpta pro nobis: per quam aſſumptionem viuitur quis Chriſto, & viuit de ſpiritu ſancto, ſicut vnum corpus de ſuo ſpiritu, vnum corpus cū illa carne, vel vnū corpus cum Chriſto.

a ¶ Secūdum carnem.] ſecundum quam eſt panis hominum.

b ¶ Carni.] Chriſti ſpirituali, id eſt eccleſiæ.

c ¶ Vnita.] per participationem in eccleſia.

QVi manducant.] Casvs. Quæritur, cum Chriſtus in ſacramento manducetur, & in partes diuidatur, quomodo dicitur viuus & integer eſſe? Et reſp. non eſt mirum ſi māducatus viuat: quia occiſus reſurrexit: & partes quæ fiūt in ſacro, non fiunt de illo: ſub illis tamen aſſumitur totus integer: ſicut remāſit tot⁹ apud patrem cum deſcēdit de cœlo in Virginem. & ideo dicitur ſacramentum, quia aliud apparet, & aliud intelligitur & ſumitur: qui autē non eſt in vnitate eccleſiæ, non prodeſt ei ſumere corp⁹ Chriſti.

d ¶ In ſacramento.] id eſt, in ſpecie panis & vini viſibili.

e ¶ Veritate.] i. vera caro & ſanguis Chriſti inuiſibiliter manducantur.

f ¶ Manducatur.] i. modo manducandi ſumitur: & ita intellige omnes tales proceſſus.

g ¶ Manducetur.] nec mirum: quia ſurrexit occiſus. ergo amplius mori non poteſt ſiue manducetur, ſiue nō.

h ¶ Partes.] ſ. ea. diſt. ego Berēgari⁹. contra.

i ¶ Sic fit.] i. ſacramentū per partes diuiditur. ſub quo totū & integrū Xpi corpus latet.

k ¶ Manducent.] quia in ſacramento.

l ¶ Partem.] totū corpus Chriſti ſub parte ſpeciei.

m ¶ Suam.] & ſub illa totum Chriſtum.

n ¶ Per partes.] glorificatū quidem corpus abſque læſionem poſt reſurrectionem pati nō poteſt 11. q. 3. ſecūdū.

o ¶ Integer.] ſi credis. Additio. Id eſt, per fidē: quia credere debes ipſum ſemp integrum manere, & non per partes diuidi. Arch.

p ¶ Videtur.] quia ſpecies panis & vini videtur.

q ¶ Panis eſt.] id eſt, ſpecies panis, & ſpecies calicis.

r ¶ Renuntiant.] id eſt, oſtendunt & probant.

s ¶ Quod autem.] id eſt, ſed.

t ¶ Poſtulat.] nominibus partium appellatur corpus & ſanguis Chriſti. Vel ipſæ ſpecies, quæ per partes diuiduntur, vocantur corpus & ſanguis Chriſti: ſed ſignificatiuo myſterio, vt ſ. ea. hoc eſt.

t ¶ Poſtulat.] id eſt, quod fideles inſtruuntur debere credere.

u ¶ Panis.] i. ſub ſpecie panis latet corpus Chriſti: & ſub ſpecie vini ſanguis per ſignificationē. nā in rei veritate, vtrūque ſub vtroque latet.

x ¶ Sacramenta.] ſ. q. 1. multi ſæcularium.

in gl. ord. ad 6. Ioan.

Ioan. 6.

a quod hoc eſt factus non panis & ſuſtentatio, & vita nra quia aſſumpſit carnem noſtram. Arc.

Beda 1. Corin. 10. & ibi gl. ord.

3 ſ. inuitat & quod māducat me. Aug. l. 1. c. 5. 7 15. & alibi Beda. in ſacram. Euchar. Sen. 4. diſt. 12.

Ino p. 2. c. 8.

h Sub. quia maius fuit: & ita iſtum quia non eſt cauſale, ſi pbō ſ maiori. vel dic quod eſt cauſale, quia ſemel eſt mortu⁹ & reſurrexit ad immortal. ergo amplius, &c. vt ſequitur in gl. ſecundum Io. de Fan.

† In gloſſ. corpus glorificatū lædi non poteſt.

† ergo videtur orig.

e ibi dicitur quod iſtud ſacramentum dicitur myſterium

Item Auguſt. in epiſtola ad Irenæum.[1]

¶ Etiam ſecundum carnem Chriſtus eſt panis viuus. C. LVII.

CHriſtus panis eſt, de quo qui manducat, viuit in æternū: de quo ipſemet dicit [& panis, quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, &c] Determinat, quomodo ſit panis, non ſolum ſecūdum verbum, quo viuūt omnia, ſed etiam ſecundum carnem[a] aſſumptam pro mundi vita. Humana enim caro, quæ erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni[b] eius mūdæ vnita[c], incorporata vnum cum illo effecta, viuit de ſpiritu eius, ſicut viuit corpus de ſuo ſpiritu. Qui vero non eſt de corpore Chriſti, nō viuit de ſpiritu Chriſti.

Idem Auguſt. ſer. 2. de verbis Apoſtoli.[2]

¶ Quomodo Chriſtus viſibiliter in ſacramentis, ſpiritualiter manducatur, & bibitur. C. LVIII.

[3] QVi manducant, & bibunt Chriſtum, vitam manducant, & bibunt. Illum māducare, eſt refici: illum bibere, eſt viuere. Quod in ſacramento[d] viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate[e] ſpiritaliter manducatur[f], & bibitur. Māducetur[g] Chriſtus: viuit manducatus, quia reſurrexit occiſus. Nec, quando māducamus, partes[h] de illo facimus. Et quidem in ſacramento ſic fit[i], & norunt fideles, quemadmodum manducēt[k] carnem Chriſti: vnuſquiſque accipit partem[l] ſuam[m]: vnde & ipſa gratia partes vocantur. Per partes[o] manducatur, & manet integer[o] totus: per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer † totus in corde tuo. Totus erat apud patrem, quando venit in Virginem, impleuit illam, nec receſſit ab illo. *& infra.* ¶ Quod videtur †[p], panis eſt[q], & calix, quod etiam oculi renuntiant[r]. Quod autem[s] fides poſtulat[t] inſtruenda, panis[u] eſt corpus Chriſti, calix, ſanguis. *& infra.* ¶ Iſta ideo dicuntur ſacramenta[x]: quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, ſpeciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet ſpiritalem. *& ſ.* ¶ [4] Qui accipit myſterium vnitatis, & non tenet vinculū pacis, nō myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe.

¶ *Sententia priorū partū huius c. eſt apud B. Auguſtinum in ſer. 3 de verbis Apoſtoli, & ſuſius quidem explicata. Cetera autem. a verſ.* Manducatur Chriſtus, *vſque ad finem ſunt apud Bedam: & pars refertur etiam ſ. ca. inuitat.*

Idem Auguſtinus ſuper Ioannem ad cap. 6. tract. 26. & 27.

¶ Quomodo ſpiritaliter corpus Chriſti ſit accipiendum. C. LIX.

[5] CRedere in Ieſum Chriſtū, hoc eſt manducare panem viuum. Qui credit[y] in eum, māducat. Inuiſibiliter ſaginatur, quia & inuiſibiliter renaſcitur[z]. [Et, qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.] Participatione enim filij (quod eſt per vnitatē corporis Chriſti & ſanguinis) homo manducans viuit, non ſumens tantum in ſacramento[a] (quod & mali faciunt) ſed vſque ad ſpiritus participationem: vt in corpore Domini tamquam membrum maneat, & ei⁹ ſpiritu vegetetur: quod eſt, dum eius mandata ſeruat. ¶ [6] Ad altare[b] Dei inuiſibile (quò nō accedit iniuſtus) ille peruenit, qui ad hoc pręſens iuſtificatus[c] accedit. Inueniet illic vitam ſuam, qui hic diſcernit[d] cauſam ſuam.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex dictu B. Auguſtini in tract. 26. & 27. in Ioanem, & in Pſal. 42. & ex Proſpero, vt ſuo locū eſt indicatum. Idem in lib. 3. de Trinitate, c. 4.*

¶ Spiritus ſanctus inuiſibiliter corpus & ſanguinem Chriſti ſanctificat. C. LX.

COrpus[e], & ſanguinē[e] Chriſti dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum rite ſumimus[f] ad ſalutem ſpiritualem in memoriam[g] pro nobis Dominicę paſſionis. Quod cum per manus[h] hominum ad illam viſibilem[i] ſpeciem perducitur, nō ſanctificatur[k] vt ſit tam magnum ſacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpiritu Dei[l]: cum hęc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

CRedere.] Casvs. Dicitur in hoc c. quod qui credit in Chriſtum, ſpiritualiter manducat eum, & viuit in æternum: nec tamen ſacramentaliter ſumit corpus Domini, ſicut faciunt mali: ſed eius participatione fit membrum Chriſti: & eius ſpiritu vegetatur: & ad Deum tendit, ad quem mali non accedunt.

y ¶ Qui credit.] diligēdo eum ſuper omnia ſperando eum ſibi dari in præmium, ponendo totam ſpem in eo, incorporat ſibi Chriſtū per fidē & dilectionem, & ſpem. de pœ. diſt. 2. charitas.

z ¶ Renaſcitur.] puta per baptiſmū, vel per Euchariſtiam, cum digne ſumit.

a ¶ In ſacramento.] i. in ſacramentali manducatione, ſed etiam in ſpirituali. nā ſicut in baptiſmo induitur Chriſtus interdū ſacramento tenus: interdū quo ad vitæ ſanctificationē[d] (primū bonorū & malorū eſt cōe, ſecundum bonorum & piorū: ſed ſecundū eſt proprium bonorū) ſic à malis māducatur Chriſt⁹ ſacramentaliter tm: à bonis vero ſacramentaliter & ſpiritualiter, & ab omnibus credētibus ſpiritualiter.

b ¶ Ad altare.] i. ad vitam æternam.

c ¶ Iuſtificatus.] ſ. c. panem.

d ¶ Diſcernit.] verum, ſ. iuſte poſſit percipere. iuſtus enim accuſator ſui ipſius[e] eſt. ar. 13. q. 2. in præſenti.

COrpus.] Casvs. Dicitur in hoc ca. quod corpus Domini quod ex pane & vino cōſecratur, in memoriā mortis Chriſti recte ſumitur ad ſalutē: quod quando ab homine cōficitur, virtus Dei inuiſibiliter operatur: perducatur panis ille. nam licet De⁹ ſit factor. & auctor panis & vini, tamen homo miniſtrat. Vel intellige de Chriſto, & dicas viſibilem olim. ſ. & nunc in cœlo. Seq. tria c. plana ſunt. *Benedictione Chriſti*, i. inſtituta à Chriſto: quod dicitur tertio c. *Pietatis*, i. ſanctæ religionis & diuinæ culturæ: & quia hoc Deus ex pietate conſtituit.

e ¶ *Corpus & ſanguinem.*] i. tranſire in corpus & ſanguinē Chriſti: quod eſt fructibus terræ acceptū, & prece myſtica cōſecratū, i. ſacramentum in corpus Chriſti tranſubſtantiatum.

f ¶ Sumimus.] ad ſalutem, ſ. ſi digne ſumamus. Additio. Aliàs ſecus. ſ. e. & ſancta.

g ¶ In memoriam.] vnde ſacerdos cum celebrat, crucem habet ante ſe.[f] & laici aliam extra.

h ¶ Per manus.] quia homo adminiſtrat quaſdam opportunitates vt fiat panis & vinum. ar. 26. q. 5. nec mirum.

i ¶ Viſibilem.] i. viſibilem oblationem & celebrationem ex multis confectam.

k ¶ Non ſanctificatur.] id eſt, non tranſubſtātiatur ſacramentum, vt fit, &c.

l ¶ Spiritu Dei.] ſed contra ſ. ea. panis. vbi dixit quod ſermo Chriſti, id eſt

corp⁹ Xpi poſſumus quotidie facile comedere.

4 ſ. e. quia paſſus.

Beda 1 Cor. 10. & 11.

Chriſtus induitur in baptiſmo.

5 ſ. e. vt quid. Aug. 5. c. 8. & 11 Sen. 4. diſt. 9. Ino p. 2. c. 4.

d Hoc tātū eſt bonorū.

ſ. c. q. 4. quo. iuſtus ſe ipſum accuſat

e Arg. 11. q. 3. cuſtodi ſ. e. diſt. panem.

6 in l. ſent. Aug al. Pro ſper. ſen. 189 & ex Aug. in pſal. 42. Alcuin. de diuer. offic. fol. 89.

f Vt quaſi Chriſtū præſentē in cruce videat. ſ. e. diſt. ſemel Chriſtus. ſecūdum Hu.

id eſt, ipſe Chriſtus conficit hoc ſacramentum. [ſed quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis, non eſt hic contrarium. non enim per vnum ſolum excluduntur omnia alia. nec per hoc excluditur vocalis ſermo. 28. q. 1. ſic enim. ver. abſit.

¶ Opa. Trinitatis ſunt indiuiſa.

a N*On omnis.*] ¶*Benedictionem.*] inſtitutam à Chriſto, quæ eſt: Accipite & comedite: hoc eſt corp' meum, Marci 4.

a Sub. ſecretam & myſticam. ſ. c. panis, & calia. Arc.

C*Ommendauit.*] b ¶ *Corpus.*] ſc. corp' ſuum, quod eſt eccleſia: vt ſit ſimplex ratio, vt ſ. ead. quia paſſus.

c ¶ *Nos ipſius corpus.*] ſpirituale, dum ſum' in eccleſia merito & nomine.

3 Bed. j. Cor. 10. ex Aug.

H*Oc pietatis eſt.*] ſ. 23. qu. 4. ipſa pietas, & ſ. e. diſt. quia paſſus.

a Beda ibid. ſ. qa paſſus.

P*Anem.*] hæc eſt 20 pars di. in qua dicitur, quòd ſpiritualiter mãducare corpus Chriſti eſt portare innocentiam ad altare. & hoc probat per ſ. c Io. de Fan.

Casvs. Debet qs corpus Chriſti digne ſumere dimiſſis prius peccatis debitoribus ſuis: nec debet ficte dimittere: quia Deum fallere non poteſt.

3 Beda ibid.

4 A lg. l. 1. c. 3

d ¶ *Mortifera.*] q. d. ſi nõ potes omnino peccata vitare, ordina ita ſaltem vt nõ ſint mortifera: ¶ nã ſine venialib. hæc vita non ducitur. de pœ. di. 3. ď quotidianis. debet enim aduerſario peccatum remittere, i. rãcorem, ſed ſatisfactionem nõ cogitur remittere. 23. q. 4. ſi illic.

¶ vita pſens ſine venialibus non ducitur.

e ¶ *Panis eſt.*] q. d. ſi lateret ſub horribili ſpecie vel nociua: ſed ſub ſpecie panis, quæ eſt amica naturæ. G.

5 Bed. j. Cor. 11. & gl. ord. ibid.

f ¶ *Quam nõ fallis.*] 24. q. 3 Deus qui. & omnium ſecretorum cognitor eſt. ſ. 32. diſt. erubeſcant.

6 Alg. l. 1. c 20. Iuo p. 2. c. 4.

g ¶ *Ipſum fallere non potes.*] vt 11. q. 3. ſecundum. arg. contra. 16. q. 1. reuertimini. diſt. 81. oportet. cõtra, ſed fallere quis poteſt quantum in ſe eſt: ſed nõ ꝙ Deo aliam opinionẽ inducat propter alicuius fallatiam, quã habet: quoniam immutabilis eſt. 22. qu. 4. incommutabilis.

† abeſt ab Ioanne.

Additio. Dic clarius. Falli dupliciter dicitur, i. in falſam opinionem induci, quod in Deũ nõ capit: vt hic, & 24 q. 3. Deus. Secundo modo dicitur falli, id eſt fraudem pati, ſecũdum quod dicitur Deus defraudari, vel nomen eius falli: vt in contrariis. Arch.

a ¶ Corpus.] *Apud B. Auguſtinum hæc antecedunt.* Nec linguam quippe eius (*de Paulo loquitur.*) nec mẽbranas, nec attramentũ, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna litterarum conſcripta pelliculis corpus Chriſti & ſanguinẽ dicimus: ſed illud tantum, quod ex fructib. terræ, &c. *præſtat que omnino locum illum integrum legere.*

Item.[1]

¶ Per benedictionem panis efficitur corpus Chriſti. C. LXI.

NOn omnis panis, ſed accipiens benedictionẽ [a] Chriſti, fit corpus Chriſti.

Idem.[2]

¶ Dupliciter corpus Chriſti intelligitur. C. LXII.

COmmendauit nobis Chriſtus in iſto ſacramento corpus [b] & ſanguinẽ ſuum: quod etiam fecit & nos ipſos. Nã & nos ipſius corpus [c] ſancti ſumus.

Idem tractatu 26. ad c. 6. Ioannis[3].

¶ Sacrificium altaris, ſacramentum eſt vnitatis. C. LXIII.

[4] HOc [a] ſacramẽtum pietatis eſt, ſignum vnitatis, vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat: habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. *& infra.* ¶ Hunc itaq; cibum & potum, ſocietatem vult intelligi corporis, & mẽbrorum ſuorum, quod eſt eccleſia in prædeſtinatis.

a ¶ Hoc ſacramentum.] *In originali eſt,* ò ſacramentum pietatis, ò ſignum vnitatis, ò vinculum charitatis. *Ex quo quidem originalis reliqua ſunt emendata, & aucta.*

Idem ibidem.[5]

¶ Spiritaliter magis, quàm corporaliter corpus Chriſti debemus accipere. C. LXIIII.

[6] PAnem [a] cæleſtem ſpiritaliter manducare, eſt innocentiam ad altare apportare. Peccata etſi ſunt quotidiana, vel † nõ ſint mortifera. [d] Antequam ad altare accedatis, attendite, quòd dicatis, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis, dimittetur tibi: ſecurus accedere, panis [e] eſt, nõ venenum. Sed vide, ſi dimittis. Nam ſi non dimittis, mentiris, & ei mẽtiris, quem non fallis [f]. Mentiri Deo potes: Deũ fallere non potes. [g]

a ¶ Panem cæleſtem.] *In originali legitur.* Panem cæleſtem ſpiritualiter mãducate: innocentiam ad altare apportate. *itemque apud indicatos collectores, ſed habita eſt ratio eius, qui caſũ ſcripſit. & Gratiani lectionẽ ſecutus eſt etiam B. Thomas in catena ad eum Ioannis locum. Reliqua vero ſunt emendata & locupletata.*

Idem in libro ſententiarum c. 339.[7]

¶ Sacramentum, non veritatem Chriſti corporis accipit, qui ab eo diſcordat. C. LXV.

[8] QVi diſcordat à Chriſto, nec manducat [h] carnem eius, nec sãguinem bibit: etiam ſi tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſuæ præſumptionis quotidie indifferenter accipiat.

Item tractatu 6. & 62. in Ioannem.[9]

¶ Sancta nocent malis, & mala proſunt bonis. C. LXVI.

[10] ET ſancta malis poſſunt obeſſe [i], bonis ſunt ad ſalutem [k], malis ad iudicium. Vnde Apoſtolus [Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit:] non quia res illa mala [l] eſt: ſed quia malus male accipit quod bonum eſt. Non enim mala erat bucella, quæ tradita eſt Iudæ à Domino. Salutẽ medicus dedit: ſed quia ille, qui indignus erat, accepit, ad perniciem ſui accepit. Et mala proſunt bonis, ſicut angel' ſatanæ profuit Paulo. Per malum enim fit bonum, cum bene accipitur [m] malum.

¶ *Quæ multo fuſius apud B. Auguſtinum explicantur tractatu 6. & 62. in Ioannem, hic in ſummam quandam ſunt collecta.*

Idem[11].

¶ Non prohibentur mali de menſa Domini manducare. C. LXVII.

[12] NOn prohibeat [n] diſpenſator [o] mãducare pingues [p] terræ in menſa Domini, ſed exactorem [q] moneat timere [r].

Idem in lib. 5. de baptiſmo, c. 8.[13]

¶ Et qui indigne accipit, corpus Chriſti accipit. C. LXVIII.

[14] SIcut Iudas, cui bucellã tradidit Dominus, nõ malum accipiendo, ſed mala accipiendo, locum in ſe diabolo præbuit, ſic indigne quiſque ſumẽs Dominicum ſacramentum, non efficit, vt quia ipſe mal' eſt, malum ſit: aut, quia non ad ſalutẽ accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & ſanguis Domini nihilominus etiam erat [s] illis, quibus dicebat Apoſtolus [qui manducat indigne iudiciũ ſibi mãducat, & bibit.]

Item Ambroſius in libro de his, qui myſteriis initiantur, c. 8. & 9.

¶ Quibus exemplis præter naturam ſubſtantia panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerti probetur. C. LXIX.

E*T ſancta.*] Casvs. Dicitur hic ꝙ bona quandoque nocent malis, vt corpus Chriſti indigne ſumentibus, quod probat auctoritate Apoſtoli, & exemplo Iudę. & econtra: mala quandoque proſunt bonis, ſicut Angelus Satanæ profuit Paulo.

i ¶ *Obeſſe.*] occaſionaliter ſancta malis obſunt, ſ. cum ſunt per abuſum ſumpta: & ſãctorum abuſio. i. præſumptio & temeritas qua quis præſumpſit indigne ſumere.

¶ ſancta malis obſunt.

† al. Proſper

7 Beda ibid. & gl. ord.

k ¶ *Salutem.*] i. illud poterat eſſe cã ſalutis, ſi digne ſuſciperetur.

l ¶ *Illa mala.*] i. digna patientia malorũ, i. aduerſorũ: vel mala peccata proſunt occaſionaliter. ar. di. 13. nerui. & di. 50. fidelior. & de pœ. diſt 2. §. hæc itaque. & c. talibus.

8 Alg l. 1. c. 21 Sent. 4. diſt. 6. Iuo p. 2. c 8.

9 Beda, & gl. ord. ibid.

m ¶ *Accipitur.*] id eſt, patienter ſubſtinetur afflictio.

10 Sent. 4. diſt. 9.

N*On prohibeat.*] Casvs. Dicitur in hoc c ꝙ ſacerdos ñ debet ꝓhibere occultos peccatores ſumere corpus Chriſti ſi petant: moneat tamen eos Deum timere, vel quod cõtineant ſumere corpus Chriſti.

1. Cor. 11. Ioan. 13. Tract. 62.

n ¶ *Non prohibeat.*] ar. ꝙ non debet iudex ſecundũ cõſcientiam iudicare: ar. 3 q 7. indicet. ar. ꝙ debet iudex admittere iuramentũ volẽtis ſe purgare de crimine cuius cõſcius eſt iudex. ſ. e. pro dilectione. contra. ſed illud de manifeſtis. ext. de tempo. ord. ad aures. arg. contra.

¶ iudex non iudicet ſcd' ſ cõſciẽtiam.

o ¶ *Diſpenſator.*] i quo caſu nõ videtur dare quod ſcit vel credit ei nocere: in aliis non: tamẽ eſt medicus eius, & ſaluti ei' debet prouidere facit quod ſuũ eſt cum eum monet ne accedat.

11 in gl. ord. in Pſal. 48. ver. Manducauerunt & adorauerũt ex Aug.

p ¶ *Pingues.*] id eſt, diuites in peccatis, ideſt, peccatores [b]: & hoc ſi occulti ſunt.

12 in gl. ord. in Pſal 48. ver. Manducauerunt & adorauerũt ex Aug.

Additio. ar. 32. di. nullꝰ. 6. q. 1. ſi omnia. 2. q 1. de manifeſta. ſecus ſi non ſunt manifeſti. ſ. e. pro dilectione. & dicit in gl. Arch.

13 Beda, 1. Cor. 11.

q ¶ *Sed exactorem.*] i. ipſe ſacerdos moneat exactorem, qui importunus exigit corpus Domini.

14 Lat. ibid. Alg l. j c. 21. Guitm l. 3. Sen. 4 diſt 9 Anſ l 9 c. 11 Iuo p. 9 c. 11 Iuo p 2. c. 9.

r ¶ *Timere.*] ſ. Deum, i. vt timeat Deum, vt propter eius timorẽ deſiſtat, & ne accipiat, ex quo indigne accipit. ſi tamen non vult deſiſtere, detur ei potius, quẽ negetur. Vel ita, ſed ipſe ſacerdos moneat pingues terræ timere exactorem. ideſt Deum, qui hoc exegit ab eis, qui tenera exactor eſt inquirendo merita ſingulorum. 1. q 4. §. econtra ego ſum Deus zelotes.

b Sub. qui in terrenis ſũt pingues, i. fortes, in cœleſtib' debiles. 47 diſt. omnes &c.

1. Cor. 11.

Q*Vi diſcordat.*] C a s v s. Dicitur hic, quòd qui malus eſt, non manducat ſpiritualiter, nec incorporatur eccleſiæ, licet quotidie ſacramentaliter ſumat corpus Chriſti.

h ¶ *Nec manducat.*] i. ſi incorporatur corpori eius, qđ eſt eccleſia, mãducãdo, i. credẽdo, licet quotidie ſumat corpus de Virgine natũ: hoc. n. & mali accipiunt, vt ſ. e. c. 1. & ſ. e. di. quid eſt. & c. credere.

Peccator Xpi non manducat q ab eo diſcordat.

S*Icut Iudas.*] Casvs. Quæritur hic vtrum mali accipiant corpus Chriſti? Et reſpondetur quòd ſic: quia Iudas quamuis malus eſſet, tamen corpus Chriſti accipit indignus: & de male accipiente dicit Apoſtolus: Qui manducat carnem meam, &c.

s ¶ *Erat.*] ſacramentaliter.

Reuera

REuera.] Hæc eſt 21. pars diſt. in qua probatur, quòd domino ſit poſſibile de pane conficere corpus Chriſti. Io. de Fan.

CASVS. Licet hoc c. ſit prolixum ſiene. tamen & H. hunc caſum breuiter ponunt. Commendat Ambr. in hoc c. multipliciter ſacramentum Euchariſtiæ oſtendendo maius & melius eſſe quàm manna quod antiquitus pluit Dominus patrib. in deſerto: maius etiam quàm aqua quę Iudæis fluxit de petra. Secundo probat dominum poſſe conuertere panem & vinum in corpus ſuum: & hoc per multa miracula: quia omnia ſunt creata in verbo eius: & ipſum corpus miraculoſe fuit natũ de virgine. & in fine inuitat nos ad credendum vt indubitãter credam[a], ſicut eſt ſcriptum de hoc ſacramento.

21 REuera mirabile eſt [a], quod manna [b] Deus pluit patribus, & quotidiano cęli paſcebantur [c] alimento. Vnde dictum eſt [panem Angelorum manducauit homo.] Sed tamen panem illum qui mãducauerunt omnes [d] in deſerto mortui ſunt [e]. Iſta autẽ eſca quã accipis, iſte panis viuus, qui de cœlo deſcendit, vitæ [f] æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat, & quicumque panem hunc manducauerit, non morietur in æternum, quia † corpus eſt Chriſti. Conſidera nunc, vtrum præſtantior ſit panis Angelorum, an caro Chriſti quę vtique corpus eſt vitæ. Manna illud de cælo [g], hoc ſuper † cælum, illud cæli, hoc Domini cælorum, illud corruptioni obnoxium [h], ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione [i], quod quicumque religioſe guſtauerit, corruptionem [k] ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit [l] in æternum. Iudæus bibit, & ſitit: tu, cum biberis, ſitire non poteris: & illud in vmbra [m], hoc in veritate. Si illud, quod miraris, vmbra eſt, quãtum iſtud eſt, cuius & vmbram miraris? Audi quia vmbra eſt, quæ apud patres facta eſt [Bibebant, inquit [n], de conſequẽte eos petra [o]. petra autem erat [p] Chriſtus. Sed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figurã facta [q] ſunt noſtri.] Cognouiſti præſtantiora: potior etenim lux, quàm vmbra, veritas, quàm figura, corpus auctoris, quã manna de cælo. Forte dicas, aliud video: quomodo tu mihi aſſeris, quòd Chriſti corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quãtis igitur vtimur exemplis † vt probemus [r] non hoc eſſe, quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit, maioremque vim eſſe benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur? Virgã tenebat Moyſes [s]: proiecit eam, & facta eſt ſerpens. Rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatã eſſe naturam & ſerpẽtis, & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarũ meatu: ſubito de fontium venis ſanguis [t] cœpit erumpere: nõ erat potus in fluuiis rurſus ad prophetæ preces cruor ceſſauit fluminum, aquarũ natura remeauit. Circumcluſus erat vndique populus Hebræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari clauſus. Virgam leuauit Moyſes: ſeparauit [u] ſe aqua, & in murorum ſpeciem congelauit [x]: atque inter vndas via pedeſtris apparuit. Iordanis retrorſum [y] conuerſus contra naturam in ſui fontis reuertitur exordium [z]. Nonne claret naturã vel maritimorũ fluctuum, vel fluuialis curſus eſſe mutatum? Sitiebat populus patrum: tetigit Moyſes [a] petram, & aqua de petra fluxit. Nunquid nõ præter naturam operata eſt gratia [b], vt aquam vomeret [c] petra, quam non habebat natura? Marath fluuius amariſſimus erat, vt ſitiens populus bibere nõ poſſet: miſit Moyſes lignum in aquam, & amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit: quam infuſa ſubito gratia temperauit [d]. Sub Hæliſæo propheta vni ex filiis prophetarũ excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim merſum eſt. rogauit Hæliſeum, qui amiſerat ferrum: miſit etiam Hæliſæus lignum in aquam, & enatauit ferrum [e]. Vtique & hoc præter naturam factũ eſſe cognoſcimus. Grauior eſt enim ferri ſpecies, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris potentiæ † eſſe Dei gratiam, quàm naturam: & adhuc tamen [f] propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod, ſi tantũ valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipſa conſecratione diuina, vbi verba ipſa Domini ſaluatoris operantur? Nam ſacramẽtum iſtud, quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. [a] Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret † [g], non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti, [quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.] Sermo igitur Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non poteſt ea, quę ſunt in id mutare, quod nõ erant?

a ¶ *Reuera mirabile eſt.*] CASVS. Dicebant quidam, mirabile eſſe, quod ita panis conuerteretur in corpus Chriſti. dicit Amb. quod reuera mirabile eſt: ſed tñ quod poſſit fieri, probat exẽplis veteris & noui teſtamenti. Ex veteri teſtamento, primo ponit exemplum de manna, quod datum eſt Iudæis. Exẽplum noui teſtamẽti ponit de incarnatione Chriſti. propterea quia ipſemet dixit: hoc eſt corpus meum, &c. Secundo, de aqua ſaliente de petra. Tercio, de virgis in ſerpentes verſis. Quarto, de apertione maris. Quinto, de Iordane conuerſo retrorſũ. Sexto, de amaritudine fluuij. Septimo, de Heliſęo, qui ferrũ natare fecit. Octauo, de Helia. Nono, quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.

b ¶ *Manna.*] i. manhu [a] quod interpretatur, quid eſt hoc? Nam cũ primo illud viderunt, dixerũt manhu, i. quid eſt hoc?

c ¶ *Paſcebantur.*] non ſolum carnaliter, verũ etiam ſpiritualiter: nõnulli tamen animales duntaxat paſcebantur corporaliter.

d ¶ *Omnes.*] i. imitatores eorum qui indigne ſumpſerunt.

e ¶ *Mortui ſunt.*] exceptis duob. ſ. Caleph. & Ioſue: vt ſ. di. 76. ieiunium. & ita propter duos nec plus nec minus: [1] quia & modicus exceſſus non attenditur. ff. de ver. ob. continuus. in princ. & paruum interuallum non obeſt. ff. de duob. re. duos. §. duo. ver. modicum. & modica res nõ inducit ſimoniam. ext. de ſimo. & ſi quæſtiones. ar. contra. ff. de ver. ſi. l. 3. quia ibi pro vno miliari, quod ſupereſt, datur dies. Io.

f ¶ *Vita.*] i. vitam, per quam æternaliter ſubſiſtemus.

g ¶ *De cælo.*] i. de aere, inſt. de rerum diui. §. fere.

h ¶ *Obnoxium.*] quia ſcaturiebat vermib. & putreſcebat, niſi quòd in opus ſabbati reſeruabatur.

i ¶ *Corruptione.*] quia nec ſanctum tuum dabis videre corruptionẽ.

k ¶ *Corruptionem.*] æternæ damnationis.

l ¶ *Diluit.*] i. remiſſionem peccatorum contulit tibi, ſi in humilitate permanſeris.

m ¶ *In vmbra.*] i. figura fuit.

n ¶ *Inquit Apoſtolus.*] in epiſtola ad Corinthios.

o ¶ *Petra.*] i. aqua, quæ fluxit de petra, quæ ad litteram eos ſequebatur. Alij dicunt quòd reuera ipſa petra. Alij dicunt quod ſoror Moyſi Maria tulit ſecum partem illius petræ, & vbicumque erat opus, petra illa percuſſa dabat aquas [b].

p ¶ *Erat.*] i. ſignificabat Chriſtum.

q ¶ *Hæc autem in figuram facta.*] Hucuſque ſunt verba Apoſtoli.

r ¶ *Vt probemus.*] plurium ſimilium inductione oſtẽdit non eſſe impoſſibile Deo panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinẽ ſuum conuertere.

s ¶ *Virgã tenebat Moyſes.*] de hoc habetur 27. qu. 5. nec mirum. in princ. & verb. hęc poteſtas.

t ¶ *Sanguis.*] hæc fuit prima plaga Aegypti. verus ſanguis erat, ſicut veri ſerpentes. quid ergo bibebãt Hebræi?

v ¶ *Separauit.*] in duodecim diuiſiones, vt quælibet trib. per ſuas turmas incederet.

x ¶ *Congelauit.*] dicunt quidam, quòd aqua ſuperior ſtetit non fluxit, ſed inferior fluxit in mare.

y ¶ *Retrorſum.*] ad fontem Xanti [c] verſa recurrit aqua.

z ¶ *Exordium.*] hoc legitur in lib. Ioſue, id eſt deſiit deſcendere, quaſi gradu recepto reuertebatur in ſuum exordium.

a ¶ *Moyſes.*] hiſtoriam habes 23. q. 4. §. his omnibus.

b ¶ *Gratia.*] diuina per lignum immiſſum.

c ¶ *Aquam vomeret.*] actualiter, vel naturaliter.

d ¶ *Temperauit.*] i. dulcorauit.

e ¶ *Et natauit ferrum.*] i. humanum genus de imo peccatorum leuauit.

f ¶ *Et adhuc tamen.*] q. d. dictum eſt & probatum, quod maioris potentiæ eſt gratia quã natura rerum. nihil tamen adhuc diximus de benedictione diuina, ſed tantũ de prophetica. Vel licet multa exempla introduxerim de prophetica benedictione, tñ adhuc poſſum inducere alia de eadẽ, & addit de Helia [d].

g ¶ *Deponeret.*] quando duo quinquagenarij combuſti ſunt, hiſtoriã habes 23. q. 4. quòd Chriſtus.

Marginal notes: Deut. 8. Pſal. 77. Deut 1. & 2. Exod 16. Sap 16. Ioan. 6. † al. & † al. ſupra 1. Cor. 10. a Manna dĩ à Man, quod ẽ bonũ: nã iudæi admirãtes dixerũt manhu, i. quid eſt hoc? quaſi quã bonũ & quã dulce, ſecundũ H. † exemplis. Probemus] orig. [1] Exceſſus modicus nõ attenditur. Exod. 4. Exod. 7. Petra quã liter ſequebatur filios Iſrael. Exod. 14. b Adde myſtice petra id eſt, Xps ſequebatur. qua vbi humanũ deficiebat ſuffragiũ, aderat diuinũ ſuffragium. Arc. Ioſue 4. Pſal. 67. Num. 20. Exod. 15. 4. Reg. 6. c. Proprium nomen eſt. † al. virtutis. a Sent. 4. diſt. 10. 4. Reg. 1. † al. deprometet. d De hoc hĩ hiſtoria 23. q. 4. quod Xps.

a ¶ Minus

a ¶ *Minus.*] dicit imperator, quòd cum nobis conſentaneum eſt vbi nulla eſt ſtipulatio interpoſita, intelligi eam exhibitam: multo fortius vbi inutilis fuit ab initio, per nos validam effici, vt C. de rei. vx. act. l. 1. circa prin.

b ¶ *Quàm mutare.*] id eſt, minus eſt mutare, quàm dare.

alteri in commemoratonem: quia quotidie peccatur ſaltem venialiter vt eius memoriam habeamus, & per hoc ſalui ſimus, vt pote quia ad preces ſacerdotum aperitur cælum, & cæleſtia iunguntur imis. & hoc probat per 11. c. Ioan. de Fan.

Casvs. Cum Chriſtus ſemel paſſus ſit, & vna paſſione mundum redemit, quæritur quare ſacramentũ Euchariſtię conficiatur quotidie. & reſpondetur, ꝙ licet in baptiſmo peccata ſint nobis dimiſſa, tamen ſępe peccamus ſaltem venialiter, remanente in nobis peccati fomite, & ideo hoc ſacramentũ iteratur, vt per ipſum peccata dimittantur, & vt mors eius ſemper à nobis habeatur in memoria.

[1] Non enim minus [a] eſt nouas rebus dare, quàm mutare [b] naturas. Sed quid † argumentis [c] vtimur? ſuis vtamur exemplis, incarnationiſque exẽplo † aſtruamus myſterij ueritatẽ. Nũquid naturæ vſus præceſſit, cum Dominus Ieſus ex Maria naſceretur? Si ordinẽ quærim⁹ [d], viro miſta femina generare conſueuerat. Liquet igitur, ꝙ præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc, quod conficimus corpus ex Virgine eſt. Quid hic quęris naturę ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus part⁹ ex Virgine? Vera vtique caro Chriſti, quę crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt. Vere ergo carnis illi⁹ ſacramẽtũ eſt. Ipſe clamat Dñs Ieſus, [Hoc eſt corpus meum.] [2] Ante benedictionem verborũ cæleſtium alia ſpecies [e] nominatur: poſt cõſecrationem corpus Chriſti ſignificatur †. Ipſe dicit ſanguinem ſuum. Ante cõſecrationẽ aliud dicitur: poſt conſecrationem ſanguis nũcupatur: & tu dicis Amen [f], hoc eſt, verum eſt. Quod os loquitur, mens interna † fateatur: quod ſermo [g] ſonat, affectus [h] ſentiat.

a ¶ Nouas rebus dare.] *Antea legebatur.* Nõ enim minus eſt dare, quàm mutare nouas naturas rebus. *Emendatum eſt ex originali. Apud Guitmundum, Lanfrancum, Algerum, Iuonem legitur,* nouas res dare, quam mutare naturas.

Item Auguſtinus in quodam ſermone de verbis Euangelij [3].

¶ Quomodo per partes Chriſtus manducatur, & integer permanet. C. LXX.

[4] INuitat † Dominus ſeruos, & præparauit eis cibũ ſeipſum. Quis audeat manducare Dominum ſuum? & tamen ait [qui manducat me, viuit propter me. Quãdo Chriſtus mãducatur, vita mãducatur [i], nec occiditur, vt manducetur, ſed mortuos viuificat [k]. Quando manducatur, reficit, ſed non deficit. Non ergo timeamus fratres manducare iſtum panem, ne forte finiamus illum; & poſtea quid manducemus, non inueniamus. [5] Mãducatur Chriſtus: viuit manducatus: quia ſurrexit [l] occiſus: nec quando mãducamus, partes de illo facimus. Et quidem in ſacramento [m] ſic fit: & norunt fideles quemadmodum [n] manducẽt carnẽ Chriſti: vnuſquiſq; accipit partem ſuam, vnde & ipſa gratia partes vocantur: [6] per partes mãducatur, & manet integer totus: per partes mãducatur in ſacramẽto, & manet integer tot⁹ in cælo: manet integer tot⁹ in corde tuo.

Item Paſchaſius in libro de corpore † & ſanguine, Chriſti c. 9.

¶ Quotidianum ſacrificium non reiteratio eſt paſſionis Chriſti, ſed commemoratio. C. LXXI.

22 [7] ITeratur [o] quotidie [p] hæc oblatio, licet Chriſt⁹ ſemel paſſus in carne per vnam eamdẽque mortis paſſionẽ ſemel ſaluauerit mundum: ex qua morte idẽ reſurgens ad vitam, mors ei vltra non dominabitur: quia profecto ſapientia Dei patris, pro multis cauſis neceſſarium hoc prouidit. Primo quidẽ, quia quotidie peccamus, ſaltẽ in peccatis, ſine quibus mortalis infirmitas viuere nõ poteſt: quia licet omnia peccata donata ſint in baptiſmo, infirmitas [q] tamen peccati adhuc in carne manet. Vnde * pſalmiſta, [Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, q ſanat omnes infirmitates tuas.] Et ideo, quia quotidie labimur [r], quotidie [s] Chriſt⁹ pro nobis myſtice immolat⁹ [t]: & paſſio Chriſti in myſterio traditur, vt qui [u] ſemel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua [x] delictorum per hæc ſacramenta corporis & ſanguinis peccata relaxet. Vnde oram⁹, dimitte nobis debita noſtra, [quia ſi dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt.] *Item infra eod. capite.* ¶ Iterat⁹ [y] hoc myſterium ob commemorationem paſſionis Chriſti, ſicut ipſe ait. [Hæc quotieſcumque feceritis, in meam commemorationẽ facitę. Quotieſcumque ergo hũc panem ſumitis, & bibitis hunc calicem, mortem Domini annũtiabitis, donec veniat.] Non vtiq; ſic eſt accipiendũ, donec mors Chriſti veniet, quia iam vltra non moritur: ſed donec ipſe Dominus ad iudicium veniat. Interdum † [z] autem ſemper mors Chriſti pro ſæculi vita poſteris nuntiãda eſt, vt diſcãt, qua charitate dilexit ſuos: qui pro eis mori dignatus eſt, cui omnes vicem debemus rependere [a] charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cum eſſemus [b] gehennæ filij, vt diligeremus eum à morte iam liberati.

* ¶ Vnde pſalmiſta.] *Hæc propheta verba, & nonnulla alia, quæ neque apud Paſchaſium, neque apud B. Thomam, qui in opuſculo de ſacramento altaris illum citat leguntur: habemus tamen eodem libro edito Rabani nomine.*

c ¶ *Sed quid argumentis.*] i. ad quid ſubaudi exterius, quaſi confirmamus, quod dixim⁹ exemplis: quæ ipſe in ſe exhibuit?

d ¶ *Quærimus.*] i. hoc corpus, in quo trãſubſtãtiatur panis prece myſtica, eſt natum de Virgine: nec Chriſtus poſt in cœna cũ diſcipulis corpus ſuũ confecit, cũ ſemel in vtero Virginali à tota trinitate perfectum eſſe non deſiit, neque deſiſſe potuit meritis Chriſti exigentibus. Argumento. Ergo nec Chriſtus corpus iſtud confecit in cœna, nec ſacerdos illud quotidie cõficit, ſi verbum teneatur proprie. non ergo ea ratione corp⁹ Chriſti dicitur cõfici tali prece, ꝙ ipſum in vtero Virginis corpus formatũ deinceps formetur: ſed quia ſubſtantia panis & vini, quæ nõ fuerat corp⁹ Chriſti vel ſanguis, ad verba Chriſti prolata fit corpus Chriſti & ſanguis: & ideo ſacerdotes dicuntur conficere corpus & ſanguinẽ Chriſti: quia eorũ miniſterio ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti. & ſubſtantia vini in ſanguinem. Pe. Arch.

e ¶ *Alia ſpecies.*] i. alterius rei ſpecies, id eſt, ſubſtantia fuit, vel aliud ſubſtantiatum.

f ¶ *Amen.*] i. verum eſt. vt diſt. 34. ſedulo.

g ¶ *Sermo.*] ſ. di 93. diaconi. ad hoc enim verba ſũt inſtituta, vt qđ quis cogitat, aliis proferat. 22. q. 2. is aut. m.

h ¶ *Affectus.*] i. fides.

INuitat Dominus.] Casvs. Dñs inuitat nos, vt eum manducemus, & ſic viuamus: ipſe enim manducatus viuit quia reſurrexit occiſ⁹: & quãuis in ſacramẽto partium fiat diuiſio ſub q̃b. Chriſtus ſumitur: integer tamẽ manet, & non diuiditur.

i ¶ *Vita manducatur.*] id eſt, Deus viuens.

k ¶ *Viuificat.*] i. digna perceptiõe viuificat, vel cooperatur ad viuificandum.

l ¶ *Quia ſurrexit.*] nõ eſt cauſale, ſed probatio eſt à maiori: nõ ex quo reſurrexit, &c.

m ¶ *Sacramento.*] ſ. e. diſt. qui manducant.

n ¶ *Quemadmodum.*] quia in ſacramento.

ITeratur.] Hæc eſt 22. pars diſt. in qua probatur, quòd iteratur hoſtia quotidie in

o ¶ *Iteratur.*] quotidie ſumimus corpus Chriſti: quia quotidie egemus, vt remittantur nobis peccata. licet enim ꝑ baptiſmũ ſublata ſunt tamẽ ꝓpter fomitem originalis peccati quotidie recidiuam⁹. Item alia ratiõe, vt poſteris noſtris notificemus mortẽ Domini, & qualiter dilexerit nos.

p ¶ *Quotidie.*] ĩ. diſt. 3. ſabbato.

q ¶ *Infirmitas.*] id eſt, origo peccati.

r ¶ *Labimur.*] ſaltem venialiter. de pœ. diſt. 2. ſi enim.

s ¶ *Quotidie.*] præterquam in die ſancto Veneris, & in ſequenti ſabbato. ĩ. diſt. 3. ſabbato.

t ¶ *Immolatur.*] Chriſti immolatio facta ꝓ nobis in ſacramento corporis & ſanguinis eius repreſentatur.

v ¶ *Vt qui.*] duæ cauſę hic notantur huius ſacramenti: deletio venialium peccatorum. & memoria paſſionis Domini.

x ¶ *Recidiua.*] id eſt, recidiua delicta, id eſt, redeũtia per iterationem.

y ¶ *Iteratur.*] ob commemorationem. ſ. ea. diſt. c. cum omne.

z ¶ *Interdum.*] id eſt, interim donec veniat Dominus ad iudiciũ.

a ¶ *Rependere.*] vnde propheta. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem, &c. extra de teſt. cum in offi. tis.

b ¶ *Cum eſſemus.*] id eſt, quamuis non dilexerit nos in eo, quòd eſſemus gehennæ filij. ſ. dilexit tamẽ nos in eo, quòd creatura. vnde dicitur: Nihil eorum odiſti quæ feciſti.

1 ſ. e. ſ. q̃bus

† al. quoad

† al. nouitate

2 ſ. ea. ante bñdictionẽ.

† al. ſignatur

† al. interna

4 Bed. 1. Cor. 10. ex eodẽ & in q. q. 15 § Verba ad qđ inſtituta fuerint.

4 Alg. 1. c. 15. Sen. 4. di. 12 Iuo p. 2. c. 8. ĩ qui manducat me.

† al. inuitauit

Ioan. 6.

5 ſ. ead. qui manducant.

6 1. q. 3. Saluator §. ſed beatus.

† al. de ſacramento altaris

7 Rab. de ſac. Eucha. c. 22. ĩ. c prox.

§ corp⁹ Xpi quotidie ſumimus.

Rom. 6.

Pſal. 102.

Matth. 6.

1. Ioan. 1.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

† interim vera lectio.

* Chriſtus qualiter nos dilexit.

Vtrum

V*Trum ſub figura*.]C A S V S. H. ſic ponit hunc caſum. In hoc c. Aug. ex verbis Chriſti probat q in ſacramento altaris eſt verum corpus & verus ſanguis Chriſti eſſentialiter ſub ſpecie panis & vini, non autem per figuram tantum, vt dixit Ber. Oſtendit etiam q virtute & potentia diuina panis & vinum tranſubſtātiantur in corpus & ſanguinē chriſti, & ſit hoc tam miniſterio mali ſacerdotis, quam boni. interſerit etiā quare quotidie immolatur corpus Chriſti. exponit etiam quędam verba, q continētur in canone miſſæ. tandem ſupponit in quib. verbis conficiatur hoc ſacramentum. H. ſic ponit hunc caſum. ego tñ hoc addo ad caſum H. vbi dicit, ſub ſpecie panis & vini. & ſup. ibi, non in ſua ſpecie, quia horribile eſſet, & irriderent nos pagani, ſi ſanguinē occiſi hominis biberemus. In fine caſus H. ſupple, ſimiliter alia quæ ſacerdos dicit vel clerus canit, laudes ſunt & orationes.

a ¶*Vtrum ſub figura*.] C A S V S. Dicit primo, q Chriſtū non voramus, ſed eum in myſterio ſumimus: eſt tamen vita, veritas, & figura. Secundo dicit, q æque conficit malus vt bonus, quia conſecratio non cōſiſtit in merito cōſecrantis. ſed in verbo creatoris. Tertio, exponit verba, q dicuntur in ſecreta miſſæ. Quarto, dicit, q pp deriſionem paganorū ſi ſumimus in vera forma corpus Chriſti. Quinto, quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur. reliqua enim ſunt de ſolennitate. ſ. e. panis.

b ¶*Magnum*.]ſ. miraculum.

c ¶*Vorari*.]ſ. e. diſt. ego Berengarius. contra. ſed ibi hyperbolice locutus eſt, & veritatem exceſſit.

d ¶*Dentibus*.]i. in figura vel forma humana.

e ¶*In myſterio*.]i. ſacramento.

f ¶*Creari*.]i. in veram carnem & ſanguinem chriſti tráſubſtantiari.

g ¶*Idem corpus*.]i. in ſacramento, ſub quo latet corpus chriſti.

h ¶*Veritas*.] i. cū panis & vinum ſacrificantur corpus & ſanguinem Domini, ibi eſt & veritas, quæ corpus eſt & figura, quę ſpecies eſt, & eſt res ſacramenti figurans, i. ſacramētum vnitatis, vt ſ. ead. quia paſſus. vnde & aliis dicitur ſacramentum ſacramentorum, vt ſ. ea. tribus. in prin.

i ¶ *Corpus Chriſti*.] i. ſub appellatione iſta, corpus Chriſti, ſpecies panis & vini, & verum corpus Chriſti continetur. ſ. e. hoc eſt. circa fin.

k *In virtute*.]ſ. e. diſt. corpus & ſanguis.

l ¶*In myſterio*.]i. ſacramento conficiendo.

m ¶*In merito*.]ſ. vt tranſubſtantiaretur.

n ¶*Hanc*.]ſubſtantiam panis & vini.

o ¶*Et tranſit*.]i. tranſire facit.

[margin: ſ Paſc.] di- Raba.] ſper Alg.] te-]

[margin: *Ioan.* 6.]

[margin: † *al.* verum *Ioan.* 6]

[margin: † *al.* verbo]

[margin: ſ ſ. e. iteratur.]

[margin: § 1. q. 1. intra catholicam Sen. 4. di 13. Pol. l. 3. c. 9. ex Paſchaſ.]

[margin: § veritas ſi gura & res ſacramenti ſunt tu alta tis facto.]

Item Auguſtinus.

¶Non ſolum ſub figura, ſed in veritate, Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum celebratur. C. LXXII.

V Trum[a] ſub figura[a], an in veritate hoc myſticum calicis ſacramētum fiat. Veritas ait [caro mea vere eſt cib⁹, & ſanguis meus vere eſt potus.] Alioqui quomodo magnum † [b] erit [Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita,] niſi vera ſit caro? Sed quia Chriſtum vorari [c] dentibus [d] fas non eſt, voluit Dominus hūc panem, & vinum in myſterio [e] vere carnem ſuam, & ſanguinem ſuum conſecratione ſpiritus ſancti potentialiter creari [f], & quotidie pro mundi vita myſtice immolari: vt ſicut de Virgine per ſpiritum ſanctum vera caro ſine coitu creatur, ita per eumdem ex ſubſtantia panis, & vini myſtice idem corpus [g] Chriſti cōſecretur. Corpus Chriſti, & veritas, & figura eſt: veritas [h], dum corpus Chriſti [i], & ſanguis virtute ſpiritus ſancti in virtute † [k] ipſius ex panis & vini ſubſtantia efficitur: figura vero eſt id, qd exterius ſentitur. Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, quia quotidie peccamus, ſaltem peccatis, ſine quibus mortalis infirmitas viuere nō poteſt. Et ideo, quia quotidie labimur, Chriſtus quoque myſtice pro nobis immolatur.[l] Intra catholicā Eccleſiam in myſterio [l] corporis Chriſti nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito[m] conſecrātis, ſed in verbo efficitur creatoris, & in virtute ſpiritus ſancti. Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaquam ad Chriſtum pertineret. Nūc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat, ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctum hanc[n] ſuam efficit carnē, & tranſit[β][o] vinum in ſanguinem. Vnde & ſacerdos [p], [iube [q] inquit [r], hęc perferri [s] per manus Angeli tui ſancti in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ.] Vt qd perferenda [t] in lucem [u] depoſcit, niſi vt intelligatur, q iſta fiant in eius ſacerdotio [x]: Hanc[γ] igitur oblationem [y] benedictam, per quam nos benedicamur: adſcriptam [z], per quam omnes in cælo adſcribamur: ratam, per quam omnes in viſceribus Chriſti eſſe cēſeamur: rationabilem, per quam à beſtiali ſenſu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipſis diſplicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus. Nihil rationabilius, vt quia nos iam ſimilitudinem [a] mortis eius in baptiſmo accepimus, ſimilitudinem quoque carnis eius ſumamus, & ſimilitudine pretioſi ſanguinis potemur: ita vt, & veritas non deſit in ſacramento, & ridiculum nullū fiat paganis, quod cruorē occiſi hominis bibamus. Si enim diſcipuli patienter [b] ferre nequiuerunt, quod Dominus dixit, [qui non manducat meam carnem, &c.] Sed dixerunt [durus eſt hic ſermo,] quomodo ergo ferrent iſta increduli? Credendum eſt, quòd in verbis [c] Chriſti ſacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtique verbo ad melius procreantur†. Reliqua omnia, quæ ſacerdos dicit, aut clerus chori cantat, nihil aliud, quàm laudes [d] & gratiarum actiones ſunt, aut certe obſecrationes [e], & fidelium petitiones. Vnde & ſacerdos dicit prius Euāgeliſtarum verba aſſumens [qui pridie, quam pateretur, &c.] Porro[δ] deinceps ſunt verba Dei, poteſtate, & omni efficientia plena [Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.] In hoc ergo creatur illud corpus.

a ¶*Vtrum ſub figura*.] *Apud Paſchaſium ex cuius loco videtur confectum hoc caput, hac habentur pro titulo quarti capitis*, verum ſub figura, an in veritate hoc myſterium vera caro, & verus ſanguis Chriſti fiat. *Caput autem ſic incipit.* Quòd in veritate corpus & ſanguis fiat conſecratione myſterij, nemo qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c. *Algerus autem, qui c.* 16. *hæc ea. fere habet, citat & ipſe Auguſtinum ex libro de ſacramento altaris, & hoc facit initium*, Veritas ait, &c.

β ¶Tranſit.] *Paſchaſius, & Polycarpus ex Paſchaſio ad Placidum habent*, transfundit ſanguinem. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶Hanc igitur.] *Apud Paſchaſium & Rabanum* (*idem enim fere opus eſt huius atque illius nomine inſcriptum*) *integra eſt oratio.* Sed obſecrans per filium patrem, per quē ad eum acceſſum habemus, Rogamus, hāc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur: adſcriptam, per quam nos omnes in cælo conſcribamur: ratam, per quam in viſceribus Chriſti cenſeamur: rationabilem, per quam à beſtiali ſenſu exuamur: acceptabilemque facere digneris †: quatenus & nos per hoc, quòd in nobis diſplicuimus, acceptabiles in eius vnico filio ſimus.

δ ¶Porro deinceps.] *Sunt hæc addita ex Paſchaſio, c. vſque ad ver. In hoc ergo, vt ſententia ipſa perciperetur.*

Item Gregorius Papa in homilia Paſchali, id eſt, 22. Euang.

¶In ſanguine agni, Chriſti ſanguis, qui vere nunc ſumitur, olim præfigurabatur. C. LXXIII.

p ¶ *Sacerdos*.] i. ad oſtendendū, quòd non in merito ſacerdotis, &c.

q ¶*Iube*.]i. fac.

r ¶ *Inquit*.]per conſecrationem. hoc continetur in ſecreta.

s ¶*Perferri*.]i. tranſubſtātiari. vel perferri, i. ſurſum offerri, i. conuerti in ſanctum altare tuum, i. corpus tuū ſuper choros Angelorum exaltatum. ‖ Sed contra videtur, q oratio hæc ſit ſupflua, qa hæc dicitur poſt verba quorū virtute conficitur [a] corpus Chriſti: & ita de eo quod iam factum eſt, ſuperflua eſt oratio. Reſpō. ſcriptura non attendit huiuſmodi anguſtias tēporis, ſed ſacerdos cum non poſſit multa ſimul proferre, ita loquitur ac ſi tēpus ſtaret, & eſſent adhuc facienda, quæ in principio ſermonis nondum erant facta. ſimile no. 31. diſt. ſexto. ver. prin. & verba non ad tempus ſuæ prolationis, ſed per cōceptionem vel per contemplationem loquētis ſunt referenda, vt ſi dicam, manus mea eſt clauſa, &c. Vel intellige [b] de ſpirituali corpore eccleſiæ, vt per hoc ſacramētum aſſocietur triumphanti eccleſiæ. vnde ſeqtur in ſecreta, vt quotquot inde ſumpſerimus, cæleſti gratia repleamur.

t ¶*Perferenda*.]i. tranſubſtantianda.

v ¶*In lucem*.] i. in lucidum corpus Chriſti.

x ¶ *In eius ſacerdotio*.] i. in eius myſterio, vel ſacramento. i. in virtute ſpiritus ſancti.

y ¶*Oblationem*.] expoſtulat ſacerdos fieri: vel ſupple vt in ſecretis, id eſt, faceſe digneris.

z ¶*Adſcriptam*.] non enim Auguſt. his vtitur verbis vt ſuis, ſed aſſumit ea de ſecretis, vt exponat, Io.

a ¶ *Similitudinem*.] vt j. diſt. 4. de trina.

b ¶ *Patienter*.] colli ge contra quoſdam, qui maiores doctores reprehendunt, cum adhuc in ſuæ nouitatis incredulitate teneantur.

c ¶*In verbis*.]ſ. ea. quia corpus. ſ. e. panis. & ſ. e. non omnis.

d ¶ *Quàm laudes*.] ſup. 11. diſtin. eccleſiaſticarum. j. diſtin. 4. non eſt aliud.

e ¶ *Obſecrationes*.] vt no. ſ. diſtin. 1. de hymnis.

[margin: ‖ Oratio q poſt conſecrationē dr ſuperflua non eſt.]

[margin: a Vt nos. ſ. e. panis. *Ioan.* 6.]

[margin: † *procreantur*]

[margin: b iſte forte eſt melior intellectus. Arc.]

[margin: ‖ Doctores reprehēden di non ſunt. † *digneris*]

[margin: Polyc.]

Quid

QVid ſit ſanguis.]CASVS. Oſtendit Gre. in hoc ca. quòd corpus Chriſti ore & corde debet ſumi. & hoc ſacramentum in memoriam mortis Chriſti ſæpe conficitur à ſacerdote per miraculum in præſentia angelorum, vt ibi ſit verum corpus Chriſti, quod in virgine ſumpſit, quod dedit Apoſtolis, quod in plurib. locis eſt totum, & quicumque de ipſo accipiunt, non minuunt, ſed integrum totum manet, quotidie comeditur & bibitur: ſed ſub alia ſpecie, quia non habemus in vſu carnem crudã comedere, & ſanguinem bibere. *Summa & ima.* ima, ſ. panis & vinum tranſire in ſumma, i. corpus Chriſti & vnũ ex viſibilib. fieri: quia viſibilia, ſ. panis & vinum tranſeunt in corpus Chriſti inuiſibile nobis.

1 Lãfr. ibid. Guitm. l. 3. Alg. l. 1. cap. 11. & 12. Exod.

2 Sẽ 4. di. 11 Iuo p. 2. c. 9. † al. ſingulorum Rom. 6.

¹QVid ſit ſanguis ᵃ agni, non iam audiendo, ſed bibẽdo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper vtrũque poſtem ᵇ ponitur, quãdo nõ ſolum ore corporis, ſed etiã ore cordis haurit̃. *Item dial. lib. 4. c. 58.* ¶ ²Hæc ſalutaris† victima ᶜ illam nobis mortẽ vnigeniti per myſterium reparat ᵈ: qui licet reſurgẽs à mortuis iam non moritur ᵅ, & mors ei vltra nõ dominabitur: tamen in ſemetipſo immortaliter, & incorruptibiliter viuẽs, pro nobis iterum in hoc myſterio moritur ᵉ. Eius quippe ibi corpus ſumitur, ei⁹ caro in populi ſalutẽ ᶠ patitur†. eius ſanguis non iam in manus ᵍ infidelium, ſed in ora fidelium, funditur. Hinc ergo penſemus, quale ſit pro nobis hoc ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſſionem vnigeniti filij ſemper imitatur ʰ. Quis enim fidelium habere dubium poſſit, in ipſa ⁱ immolationis hora ad ſacerdotis vocem ᵏ cęlos ˡ aperiri? In illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe ᵐ? ſumma† ⁿ, & ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, vnumque ᵒ ex inuiſibilibus ᵖ, atque viſibilib⁹ fieri? *Idem.* ¶ ³Vno ᵝ, inquit, eodẽque tempore, ac momento ᵠ in cælo rapitur miniſterio Angelorum corpori Chriſti conſociandum: & ante oculos ſacerdotis in altari videtur. *& infra.* ¶ ⁴Tanta eſt eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus vbique ſit panis ʳ corporis Chriſti, & vnus ſit calix ſanguinis eius. Calix ˢ enim, quem ſacerdos catholicus ᵗ ſacrificat, non eſt alius, niſi ipſe, quẽ Domin⁹ Apoſtolis tradidit: quia ſicut diuinitas verbi ᵘ Dei vna eſt, que totum implet mundũ: ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud conſecretur corpus: non ſunt tamẽ multa corpora Chriſti, neq; multi calices, ſed vnum corpus Chriſti, & vnus ſanguis cum illo, quod ſumpſit in vtero Virginis, & quod dedit Apoſtolis. Diuinitas enim verbi replet ˣ illud, quo vbiq; eſt, & coniũgit, & facit, vt ſicut ipſa vna eſt, ita coniungatur corpori Chriſti, & vnum corpus eius ſit in veritate. Vnde animaduertendum eſt: quia ſiue plus, ſiue minus quis inde perficiat, omnes ęqualiter corpus Chriſti integerrime ſumunt, & generaliter omnes, & ſpecialiter vnuſquiſq;. *Item.* ¶ Myſterium fidei dicitur †: quia ęredere debes, quod ibi ſalus noſtra cõſiſtit. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc ſacramẽtum ſalutis, vt quia nos quotidie peccam⁹, & ille iam mori non poteſt, per iſtud ſacramentum corporis ſui peccatorum remiſſionẽ conſequamur. Quotidie enim ipſe comeditur, & bibitur in veritate: ſed ĩteger, & viuus, atque immaculatus manet ᵞ: & ideo magnum, & pauendum eſt myſterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. ⁵Sed cum myſterium ʸ ſit, vnde corpus & ſanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vſu carnem crudam ᶻ comedere, & bibere sãguinem.

ᵅ ¶ Moritur.] *In originali eſt*, Sacræ oblationis immolatur. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

ᵝ ¶ Vno inquit.] *Hæc habentur apud Alcuinum in libro de diuinis officiis, ca. de celebratione miſſæ qui Gregorium citat.*

ᵞ ¶ Manet.] *Quæ poſt hoc verbum ſequuntur apud Alcuinum, ſic habent*: Myſterium eſt, quod aliud videtur, & aliud intelligitur. Quod videtur, ſpeciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet ſpiritualem. Sed cum myſterium ſit, vnde corp⁹ & ſanguis Chriſti dicitur? Conſulens omnipotens Deus infirmitati noſtræ, qui non habemus vſum comedere carnem crudã, & ſanguinem bibere, facit, vt in priſtina remaneant forma illa duo munera: & eſt in veritate corpus Chriſti, & ſanguis, ſicut ipſe dicit.

Item Ambroſius ⁵.

¶*Poſt conſecrationem licet figura panis & vini remaneat, tamen nihil eſt ibi, niſi corpus & ſanguis Chriſti.*

C. LXXIIII.

⁶OMnia quecumque ᵃ voluit Dominus, fecit in cælo, & in terra.] Et quia voluit, licet figura panis & vini hic ſit omnino nihil aliud, quã caro Chriſti, & ſanguis poſt conſecrationẽ credẽda ſunt. Vnde ipſa veritas ad diſcipulos [Hæc, inquit, caro mea eſt pro mũdi vita.] Et, vt mirabilius loquar, non alia plane, quàm quę nata eſt de Maria, & paſſa in cruce, & reſurrexit de ſepulchro. hęc inquã, ipſa eſt. Et ideo Chriſti caro eſt, quæ pro mundi vita adhuc hodie aſſertur, & cũ digne percipitur, vitam † vtique æternam in nobis operatur. ⁷Panem ᵃ quidem iſtũ, quem ſumimus in myſterio, illũ vtique intelligo panem, qui manu ſancti ſpiritus formatus eſt in vtero Virginis, & igne paſſionis decoctus in ara crucis. Panis enim Angelorum factus eſt cibus

a ¶ *Quid ſit ſanguis.*] primo dicit quod corde & ore ſumendum eſt corpus Chriſti: quia ſuper vtrũque poſtem fuit poſitus ſanguis. Secũdo dicit, quod ad vocem ſacerdotis in ipſa hora immolationis aperiuntur cęli, & adeſt chorus Angelorũ, & vniuntur cæleſtia terrenis. Tertio dicit, quòd idem corpus & ſanguis, qui datur diſcipulis conficitur in altari.

† *patitur*] recta lectio.

b ¶ *Poſtem.*] oris & cordis ᵃ.

a Vnde ſubditur, quando, &c.

c ¶ *Victima.*] id eſt, ſacrãmentum victimæ ſalutaris.

† *ſummis ima*

d ¶ *Reparat.*] id eſt, ad memoriam reducit, vel repreſentat.

3 Alcuin. de diuin. offic. Pag. 89. & 87

e ¶ *Moritur.*] i. eius mors repreſentatur. vt ſ. e. dum frangitur.

f ¶ *In populi ſalutem patitur.*] paſſio repreſentatur, vt mors facta pro ſalute populi.

4 Remig. epſ Antiſiod. in can. Miſſæ.

g ¶ *In manus infidelium.*] vt in paſſione.

h ¶ *Imitatur.*] id eſt, repreſentat.

i ¶ *In ipſa.*] ſubaudi cõtingat.

k ¶ *Ad ſacerdotis vocem.*] i. ad ſermonẽ Chriſti voce ſacerdotis enuntiatum, panis & vini ſubſtantia in carnem Chriſti ſedentis ad dexterã patris in cælis tranſubſtantiari miniſterio Angelorum: vnde ſubditur ſumma. &c.

¶ Tranſubſtãtiatio fit ad vocẽ ſacerdotis.

l ¶ *Cælos.*] id eſt, per id quod verbo ſacerdotis conſecratur, aditũ ad celeſtia fieri, vel panem vel vinum in id quod ſuper cælos eſt, tranſire.

m ¶ *Angelorum choros adeſſe.*] ſc. hominibus conſecrantib. vel digne vel indigne.

n ¶ *Summa.*] i. patrem & vinum in corpus & ſanguinẽ Chriſti tranſubſtantiari.

o ¶ *Vnumque.*] ſ. ſacrificium, ſcilicet celebrationem & immolationem altaris fieri.

p ¶ *Ex inuiſibilibus.*] id eſt, ex ipſis ſacramentis & rebus ſacramentorum. hoc eſt quod exponendo ſubdit, vno inquit, inquit, id eſt, vno & eodem momento panis tranſit in corpus Chriſti miniſterio Angelorum, & in altari videtur per ſpeciem: quaſi quod eſt eius ſpecies, videtur eo tempore, &c.

q ¶ *Momento.*] id eſt, eo tempore quo Chriſtus eſt in quolibet altari, totus in cælo eſt verus Deus & homo in præſentia Angelorum, facta commutatione in verum corp⁹ & ſanguinem.

† al. eſt

r ¶ *Panis.*] intranſitiue, id eſt, vnum corpus Chriſti vbique eſt vbi eſt conſecratum: & ſic de ſanguine.

s ¶ *Calix.*] id eſt, ſanguis qui calice continetur.

t ¶ *Catholicus.*] hinc collige ſacerdotẽ non catholicum corpus Domini ᵃ cõficere non poſſe ᵇ. ſ. e. c. prox. & 24. q. 1. ſchiſma.

ADDITIO. Et plane. hoc leg. 1. qu. 1. ſi quis inquit. verſic. conſtat. & c. ſeq. Arc.

ᵃ Nam vere cõficit, ſi cetera re quiſita adſint, licet ad ſuã damnationem.

ᵇ Arg. cõtra 15 q. vlt. c. vlt. in fi.

v ¶ *Diuinitas verbi.*] quę eſt verbum, id eſt, Chriſtus qui ſub his ſpeciebus latet: cum ipſe eſt qui mirabilia facit in oculis noſtris.

x ¶ *Replet.*] donis ſpiritualibus.

y ¶ *Sed cũ myſterium.*] id eſt, quamuis ſit myſterium vnum quod ibi latet, id eſt, Chriſtus. vel quamuis panis & vinum ſit vnius rei miſterium, quod ibi latet, id eſt, Chriſtus: tamen corpus & ſanguis dicitur propter pluralitatem ſpecierum.

z ¶ *Crudam.*] ſ. eo. forte.

5 Ex libr 4. de ſacram. c. 4. & 6.

OMnia quecumque.] CASVS. Oſtẽdit Amb. in hoc c. quòd poſt conſecrationem ſub ſpecie panis vel vini nihil aliud eſt niſi caro & sãguis Chriſti, & eſt illa caro quam de Virgine pro ſalute mundi ſuſcepit: & illud corpus ſumimus in ſacramẽto illo quod natum eſt de Virgine, quod mortuum eſt & reſurrexit, & ſedet ad dexteram Dei patris: & vnus panis eſt tantum & non duo.

6 Paſchaſ. in eo l. lib. c. 4. Raban c. 3. Pſal. 134.

Ioan. 9.

a ¶ *Omnia quecumque.*] in prima parte Ambroſius probat verum corpus & ſanguinem latere ſub illis ſpeciebus in altari. In ſecunda oſtẽdit quod ille idẽ panis qui ante cõſecrationem eſt cibus Angelorum, factus eſt cibus hominum. Tertio dicit quòd idem corpus quod natũ eſt de Virgine, quod pependit in cruce & poſitum eſt in ſepulchro, ſit in altari.

† al. vita æterna, in nobis reparatur

7 Sẽ. 4. di. 28 Petr. Chryſolog. ſerm. 67.

Pſal. 77. Ioan. 6.

a ¶ Caro

a ¶ *Caro.*] ar. quòd panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti.
b ¶ *Pro mundi.*] aſſumpta.
c ¶ *Sententiis.*] i. auctoritatibus.
d ¶ *Panis.*] i. caro Chriſti, quæ dicitur panis humanus.

QVi manducat.] CASVS. Quidam corpus Chriſti nolebãt comedere timentes de eo decere poſſit. Dicit Aug. quòd non debẽt hoc timere, quia chriſtus viuit mãducatus: quia & occiſus reſurrexit. nec partes fiunt de ipſo in ſacramento: ſed ſub eis ſumitur, integer tamen manet totus: ſicut totus deſcendit in Virginem: & totus remanſit apud patrem. Seq. duo c. plana ſunt. *ſecundũ ſe*, i. ſecũdum formam humanam,
e ¶ *Qui manducat.*] pone caſum per c. ſ. c. qui manducant.
f ¶ *Viuit.*] ſ. e. ſicut Iudas.
g ¶ *Finiamus illum.*] i. conſumamus.
h ¶ *In ſacramento.*] quia ſacramentum per partes diuiditur, ſed non ipſum corpus.
i ¶ *Quemadmodum.*] quia in ſacramento.

3 Beda. 1 Cor. 10. & ibi gl. ord.

DE *hac.*] i. ſub ſpecie ſub qua eſt, in ſacramento. *Cõmemoratione*, ſ. paſſionis & mortis eius. ſ. ea quia paſſus. *Fit*, i. tranſubſtantiatur. *Obtulit.* in forma huma. *Secundum ſe.* ſecundum ſui formam vel ſpeciem: vel in eo ſtatu in quo apparebat, cum inter nos conuerſabatur viſione corporali. Arc.

3 ſ. e. inuitat. Iuo p. 2. c. §.

k SIngulis.] ¶ *Singulis.*] q. d. ſub qualibet portione ſpeciei eſt totus per ſingulos homines. Arc.

VBi pars.] CASVS. credebant quidã ſimplices ſub maiori ſpecie panis & vini plus eſſe de corpore chriſti. hi in hoc c. reprehendũtur. nam totum corpus eſt vbi eſt aliqua eius pars: ſicut de manna æqualiter habuerunt, q inæqualiter collegerunt.

l ¶ *Vbi pars eſt.*] dicunt quidã [a] quòd qlibet pars hoſtiæ licet ipſa integre cõſecretur conuertitur tamẽ in totũ corpus, non pars in partem. nã aliàs nõ video qualiter ĩ factione ſumeretur totũ corpus ſub parte prima. ſed ſecundum hoc videtur, quòd vbi pars eſt, ibi eſt totũ. [b] & ſecundũ hoc videtur quòd pes & naſus ſunt coniuncti. qđ non credo. Ad hoc dicunt qdam. quòd ſi hæc dictio, vbi, deſignat locũ, vera eſt. nam in quocumque loco eſt vnã pars corporis Domini, eſt & alia: & ita erit in corpore glorificato. ſi vero dicas quòd vbi, i. in quacumque corporis parte eſt pes, eſt & oculus: falſa eſt.

a V. L. & B. qui dñt hoc audacter cẽ ſentiendum.
4 Orig. ho. 7 ſuper Leuit.
4 Iſych. 2. c. 4. ſup Leuit.
b Pes & naſus an ſint ĩ Euchariſtia coniuncti.

m ¶ *Corporis.*] i. ſacramenti, ſub quo latet corpus. Sed obiicio, corpus Chriſti non eſt punctabile. ſi enim eſt in puncto loci: ergo oportet vt repleat aliquantulum locum. aſſignetur ergo quantum. ſi tantum locum replet corpus, ergo minorem locum replet pars corporis. [c] propterea melius videtur dicendum quòd corpus Chriſti non circumſcribitur loco, quia non eſt tãtus locus quin in minori eſſe poſſit. & ſecundum hoc non ſequitur quòd totum & pars ſint in eodẽ loco. Io.

c corp[9] Xpi an circũſcribatur loco.

n ¶ *Eadem ratio.*] non tñ quo ad omnia: ſed quo ad hoc qđ ſequitur.

hominum: vnde ipſe ait [Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcẽdi.] & item [Panis, quẽ ego dabo, caro [a] mea eſt pro mundi [b] vita.] Ex his namque duabus ſententiis [c] aperte datur intelligi: quia panis [d] iſte & ille, nõ duo, ſed vnus panis & vna caro, proculdubio vnũ corpus efficitur: illud vere, illud ſane, quod ſumptum eſt de Virgine, quod paſſum eſt, & ſepultũ, quod ſurrexit, & in cælum aſcendit, & ſedet ad dexteram Dei patris, & quod eſt venturum iudicare viuos & mortuos.

a ¶ Panem quidem.] *Hæc vſque ad finem, quæ à Magiſtro etiã referuntur, non leguntur hoc loco apud Paſcaſium, aut Rabanum. Sed ſimile quiddam habetur apud Petrum Chryſologum ſermone 67.*

Item Auguſtinus ex ſermone de verbis Domini. [1]

¶ Quamuis quotidie mãducatur Chriſtus, integer tamen permanet viuus.
C. LXXV.

[3] QVi manducat [e] me, viuit [f] propter me.] ergo fratres timeamus mãducare panẽ iſtum, ne forte finiamus illum [g], & poſtea, quod manducemus, non inueniamus. Manducetur Chriſtus: viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in ſacramento [h] ſic fit. Et norunt fideles, quemadmodum [i] manducent carnem Chriſti. Vnuſquiſq; accipit partem ſuam: vnde & ipſa gratia partes vocãtur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cælo: manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quãdo venit in virginem: impleuit illam, nec receſſit ab illo. Veniebat in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, vt Angelos paſceret.

¶ *Hæc eadem fere habentur ſ. c. qui manducat, & c. inuitat.*

Item Hieronymus in Leuiticum. [1]

¶ Corpus & ſanguinem Chriſti ſecundum ſe nulli edere licet. C. LXXVI.

[4] DE hac quidem hoſtia, quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa vero, quam Chriſtus in ara crucis obtulit, ſecundum ſe nulli edere licet.

Item ex ſermone Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam.

¶ *Habetur in miſſali Ambroſiano in præfatione Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam† & in antiquis etiam præfationibus, in præfatione eiuſdem Dominicæ. Ex Ambroſio citant Algerus, & Iuo, quãuis Magiſter ex Hieronymo. Guitmundus ait eſſe ex præfatione, quæ per totum orbem latinum decantatur.*

† al. Theophaniam

¶ Corpus Chriſti in ſingulis portionibus ſinguli totum accipiunt. C. LXXVII.

[5] SInguli accipiunt Chriſtum Dominũ, & in ſingulis [k] portionibus totus eſt: nec per ſingulos † minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis.

5 Alg. l. 1. c. 15 Guitmund. lib. 1. col. 6. Sen. 4. di. 12.
† al ſingulas

Item Hilarius.

¶ De eodem. C. LXXVIII.

[6] VBi pars eſt [l] corporis [m], eſt & totum. Eadem ratio [n] eſt in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit, de quo dicitur [qui plus collegerat, non habuit amplius [o], neque qui minus [p] parauerat, inuenit minus.] Nõ eſt omnino quãtitas viſibilis in hoc æſtimãda [q] myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis.

Idem.

¶ *Iuo etiã citat ex Hilario. & ſ. e. c. in Chriſto in extremo, refertur vna cum verbis Hilarij: apud quem tamen non eſt inuentum, Algerus citat Auguſt. de ſacramento altaris. Idem fere habetur apud Paſchaſium, ca. 4. & ceteros, qui hoc idem argumentum tractant.*

o ¶ *Amplius.*] quàm gomor, id eſt, vnam mẽſuram.
p ¶ *Minus.*] quia recipiebat ab eo qui abundadabat.
q ¶ *Aeſtimanda.*] non eſt ſic quantitas æſtimanda, vt ſub minori quantitate minus ſit corpus chriſti, & ſub maiori maius: quia vbicumq; eſt pars, ſiue dicas pars ſpeciei. totum corpus eſt: ſiue pars corporis chriſti, i. per vel manus, totũ corpus eſt [||] non tamẽ dicendum eſt quòd omnia membra miſta ſint: & vbi caput, ibi miſti pes vel manus: ſed vbi pars, ibi totũ. quia nõ maiorem locum occupat totum quam pars, & econuerſo. cum ſit quaſi ſpirituale, quod eſt de omni corpore quod reſurrexit ad immortalitatem. H.

|| Membra in ſancta Euchariſtia nõ ſunt miſta.
6 Sim. apud Euſeb. Emi. hom. 16. & 5. de paſcha, ſeu de corpore, & ſanguine. Guitm. ibi. paſcha c. 17. Rabã. c. 43. Sen. 4. di. 13. & diſt. 12. Exod. 16.

¶ Corpus Chriſti, quod ſumitur, & figura eſt in ſpecie, & veritas in ſubſtantia.
C. LXXIX.

[7] COrpus Chriſti [r], quod ſumitur de altari, figura eſt, dum panis, & vinum extra videtur, veritas [t] autem, dum corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur.

Item ex ſymbolo [t] Epheſino [8].

¶ Carnem viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam in altari accipimus.
C. LXXX.

[9] NEceſſario igitur & hoc adiicimus. Annuntiantes enim ſecundum carnẽ mortẽ vnigeniti filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionẽ eius, & in cælos aſcenſionem pariter cõfitentes, incruentam [u] celebramus in eccleſiis ſacrificij ſeruitutem [x]. Sic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur participes ſancti corporis, & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum redemptoris effecti: nõ, vt communem [y] carnem percipientes (quod abſit) nec, vt viri ſanctificati, & verbo [z] coniun-

COrpus Chriſti.] CASVS. Dicitur quòd corpus chriſti quod ſumitur de altari, latet ſub figura. nã aliud exterius videtur, & aliud intrinſecus latet.
r ¶ *Corpus Chriſti, &c.*] [||] i. ſacrificiũ corporis chriſti: aliàs falſum eſt quod dicit.
s ¶ *Veritas.*] ſ. e. in chriſto. in ſi. & ſ. c. di. verſi.
t ¶ *Symbolo Epheſino.*] tertio ſ. vbi Neſtorius damnatus fuit, vt 15. diſt. c. 1. 2. & 3.

|| Sacrificiũ Deo offerimus ñ in forma carnis, neq; ſangu.
7 ſ. e. ſ. Chriſto. paſchaſ. c. 4. Raba c. 12. Alg. l. 1. c. 4. Iuo p. 2. c. 7

NEceſſario.] CASVS Neſtorius dicebat verbum Dei aſſumpſiſſe quendã hominẽ, & ſanctificaſſe illum, & viuiſſe ſibi illum in vnitate dignitatis, & illum hominẽ aliã eſſe pſonam à verbo Domini, & non eſſe verbũ Domini. cõtra eũ in Epheſina ſynodo, dicitur à ſanctis partib. quòd carnẽ chriſti ſumimus in ſacramento, nõ vt alicuius viri ſanctificati, ſed ꝓpriã carnẽ verbi Dei. *Seruitutẽ*, i. ſacrificiũ, in quo ſeruimus Deo.
v ¶ *Incruentam.*] i. non in ſpecie cruoris.
x ¶ *Sacrificij ſeruitutem.*] i. ſacrificium, in quo Deo ſeruimus. q. d. licet nos ſeruientes Deo offeram[9] ei ſacrificium non in forma carnis neque ſanguinis in altari, tamen eſt ibi vera caro & ſanguis chriſti,

8 Ex epiſt. Cyril. & ſynod. Alexã. ad Neſtoriũ q ꝓponitur Epheſino cõc. paſcha. in epiſto. ad Furdegard.
9 Lanfranc. Guitm. l. 3. Alg. l. 1. c. 10 Iuo p. 2. c. 4.

y ¶ *Non vt communem.*] i. quaſi in communi vſu habetur ad manducandum, nec [b] percipiens carnem alicuius viri ſanctificati. i. ſancti.
z ¶ *Et verbo.*] non per vnionẽ perſonæ, vt dicebant quidam hæretici ſed ſecundum charitatis dignitatem & iuſtitiæ. 24. q. 3. quidam. ver. Neſtoriani.

b Hic textũ reſpicit quẽ ordinat vt melius intelligatur.

Inquit

ſti ſecũdum dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationẽ, ſed vere viuificatricẽ, & ipſius verbi propriam factam.

¶ Caput hoc in nimias prope anguſtias concluſum, ſuæ integritati reſtitutum eſt potiſſimum ex originali.

Item Auguſtinus, tract. 26. ad c. 6. Ioannis.

¶ Quomodo manna, & aqua de petra fuit idem cum noſtro cibo, & potu.

C. LXXXI.

Iuo p. 2. c. 4. 1. Cor. 10.

INquit Apoſtolus [omnes a eãdem eſcam ſpiritualem mãducauerunt.] ſpiritualem vtique eãdem: nam corporalem aliã: quia illi manna, nos aliud. Et adiungit [& omnes eumdem potum ſpiritualem biberũt.] Aliud illi, aliud nos ſpecie viſibili. Quod tamen idem b eſt virtute ſpirituali c.

¶ Plenius hæc res a B. Auguſtino exponitur. Sed Iuo habet fere, vt Gratianus.

Item Hilarius de Trinitate lib. 8.

¶ Quòd veritatem Dominici corporis, & ſanguinis ſumimus. C. LXXXII.

Alg. l. 1. c. 3. Guit. mũdus Fan. L. 3. Iuo p. 2 c. 4.

23 IN Chriſto pater d, & Chriſtus in nobis vnum e in his eſſe f nos faciũt. Si vere igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſũpſit, & vere homo g ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, noſque vere ſub myſterio carnẽ corporis eius ſumimus, & per hoc, vnum erimus h, quia pater in eo eſt, & ille in nobis, quomodo voluntatis vnitas aſſeritur i, cum naturalis k per ſacramentum l proprietas perfectæ m ſacramentum ſit vnitatis: Non eſt humano n, aut ſæculi ſenſu in Dei rebus loquẽdum: neq; per violentam † o, atque impudentem p prædicationem, dictorum cæleſtium ſanitati q, alienæ atq; impiæ intelligentiæ peruerſitas eſt extorquẽda r. Quæ ſcripta ſũt, legamus, & quæ legerimus, intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali s enim in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus †, ſtulte, atque impie dicimus. Ipſe enim ait [caro mea vere eſca eſt, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui edit carnẽ meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo.] De veritate carnis, & ſanguinis nõ eſt relictus ambigendi locus. Nũc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra vere caro eſt, & vere ſanguis eſt. & hæc accepta t, atq; hauſta u id efficiũt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An ne hoc veritas non eſt? Contingat plane his verum nõ eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnẽ, & ſumus in eo, dum ſecundum hoc, quod nos ſumus, in Deo eſt. Quòd autem in eo per ſacramentum communicatæ carnis, & ſanguinis ſumus, ipſe teſtatur dicens [& hic mundus iam me nõ videt: vos autem me videbitis, quoniã ego viuo, & vos viuetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis] Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet, cur gradum x quemdam, atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit? niſi, vt cũ ille in patre per naturam y diuinitatis eſſet, nos contra z in eo a per corporalem

† al. violentiam

† al. dicimus

Ioan 6.

Ioan. 14.

INquit Apoſtolus.] CASVS. Docet Apoſtolus i epiſtola ad Cor. quod patres noſtri eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt nobiſcũ, & eundem potum ſpiritualem biberunt, ſed corporalem aliam. nã illi mannam & aquam de petra, nos carnem Chriſti & ſanguinem: ſed eumdem habuerunt intellectum ſpiritualẽ, & littera Apoſtoli exponitur hic ab Au.

a ¶ *Omnes.*] tam nos quàm patres vet. teſt. ſed diſſimiliter: quia illi in figura, nos in veritate.

b ¶ *Quod tamen idẽ.*] i. ſignificat idem hoc quod illud. ∥ illi enim biberũt aquam de petra, quæ fuit ſignum ſanguinis Chriſti.

∥ aqua de petra fuit ſignum ſanguinis Chriſti.

c ¶ *Spirituali.*] i. ſecundum ſpiritualẽ intellectum, idem manducauerũt iſti ſpiritualiter quod nos: non quòd ſub mãna lateret corpus Chriſti, vt nũc in ſpeciebus ſacramentalib. ſed quia manna illud ſignificabat.

a Beda. 1. Cor. 10.

IN *Chriſto pater.*] Hæc eſt 23. pars di. in qua extirpatur hæreticorum error dicẽtium filium non eſſe per eſſentiam vnum cum patre, ſed collectiue, nec nos eſſe vnum cum Chriſto niſi ſola voluntate. Io. de Fan.

CASVS. Beneuentanus ſic ponit hunc caſum: Ariani dicebant tres eſſe ſubſtantias in trinitate: & illud quod dixit Chriſtus in Euãgelio, Ego & pater vnum ſumus: de vnitate voluntatis intelligendum eſſe dicebãt: & exemplum inducebant. Homines dicuntur vnum eſſe in Chriſto vnitate tamen voluntatis, quia non volunt contraria Deo: ita Chriſtus dicitur vnus cum patre ſuo voluntate, quia eadem vult cum eo. Contra illos probat Hilarius primum falſum eſſe eorum ſimile. Homines enim dicuntur vnum eſſe cum Chriſto non tantum voluntate, ſed quia ſumus Deo vniti naturaliter, & hoc dupliciter, quia noſtram carnem aſſumpſit de virgine factus verus homo, & nos naturalem & propriam eius carnem ſumimus in ſacramento. Secundo oſtendit, quod alio modo dicimur nos eſſe vnum cum Chriſto, & alio modo Chriſtus vnũ cum patre: & propter hanc diuerſitatem oſtendendam dixit Apoſtolus gradatim, & quodã ordine, ego ſum in patre meo: & vos in me, & ego in vobis, vt oſtenderet Chriſtum eſſe in patre per naturam deitatis, & vnitatem ſubſtantiæ. nos vero eſſe in Chriſto per humanam naturã quam ipſe aſſumpſit, & ipſe in nobis per propriam carnem eius, quam in ſacramento ſumimus. Ponitur etiam iſte caſus in apparatu, ſed magis breuiter.

d ¶ *In Chriſto pater.*] Ariani dicebant tres eſſe ſubſtantias in Trinitate, & illud quod dicitur in Euangelio ego & pater vnum ſumus, dicebant non intelligendũ eſſe de vnitate eſſentiæ: ſed de vnione voluntatis, quaſi filius non velit contraria patri: ſicut dicitur, Nos ſumus vnum cum Chriſto, ſ. vnitate voluntatis. cõtra illos loquitur hic Hilarius, & dicit ſimilitudinẽ iſtorum falſam eſſe: & dicit, quod alio modo dicimur nos vnum cũ Chriſto, & alio modo ipſe Chriſtus eſt vnum cum patre. & illam diuerſitatem oſtẽdit per hunc ordinẽ verborum, cũ dixit, Ego ſum in patre meo, vos in me, & ego in vobis, vt oſtendatur Chriſtũ eſſe in patre ſecundum vnitatẽ ſubſtantiæ. nos vero ſumus vnũ cum Chriſto per humanam carnem, quam aſſumpſit, & ipſe in nobis vnum eſt per propriam carnẽ, quam in ſacramẽto eius ſumimus. hanc ſentẽtiam Hilarius obſcuris verbis ponit. & vt ait Hier. inclytus doctor Gallicano cothurno a extollitur, longiſque periodis inuoluitur, & à locutione ſimplicium fratrum procul eſt.

a Dicit ∥ quod cothurnus genus eſt calciamenti, quo vtebantur tragœdi recitaturi in theatro, & eſt huiuſmodi calciamẽtũ, vt vtriq; pedi conueniat & factum in modũ crepidarum.

e ¶ *Vnum.*] cum enim pater & Chriſtus vnum ſint, i. eiuſdem ſubſtãtiæ & naturæ vnitate, & nos vnum cum Chriſto per eius carnem quam accipimus, & ipſe nobiſcum vnum ſit per carnem noſtram, quam aſſumpſit, patet quod mediãte Chriſto vnum ſumus cum patre.

f ¶ *In his eſſe.*] i. cũ patre & filio. per hoc. l. quod pater eſt in Chriſto, &c.

g ¶ *Homo.*] extra de hær. cum Chriſtus.

h ¶ *Erimus.*] i. ſumus. ∥ nam quãdoque ſe habet ad preſens, vt 21. di. in nouo. & ff. de ver. ſig. verbum aliquando præteritum pro futuro, vt 50. diſt. ponderet. aliquãdo ponitur præſens pro præterito. 35. diſt. ſexto die. & hoc verbum ſit, quandoq; ſe habet ad futurum. ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. deinde. econuerſo autem ponitur præſens pro futuro. j. diſt. prox. peruenit. ibi dicit vult. id eſt, volet. Addit io. quod no. j. diſt. 4. omni tempore. 32. q. 5. ſi Paulus. in gl. verba ſunt. 54. diſt. fraternitatem. iuxta hu. Arch.

∥ ipſe vnum pro altero ipſe ponitur

i ¶ *Aſſeritur.*] ab ipſis hæreticis Ario & eius ſequacibus qui tres ſubſtantias in Trinitate aſſerunt, vt 24. q. 3. quidam. ver. Ariani.

k ¶ *Naturalis.*] id eſt, naturalis & propria caro Chriſti ſumpta.

l ¶ *Per ſacramentum.*] per ſanguinem, quem in ſacramento ſumimus, ſi &c.

m ¶ *Perfectæ.*] perfectæ dicit, ∥ quia ante vnitas naturæ etiam erat inter nos & Chriſtum per aſſumptam noſtram carnem, ſed nõ erat perfecta, nã per illam nos ſumus vniti ei, ſed non ipſe nobis. & ſic per ſacramẽtum altaris perfecta vnitas eſt inter nos & eum.

∥ vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtum.

n ¶ *Humano.*] q. d. auctoritate Domini volo probare quod intẽdo, non meo ingenio, quòd illud ſequitur curſum naturæ.

o ¶ *Per violentam.*] id eſt, per hanc tantam præuaricationẽ, quæ recte violẽtia dicitur.

p ¶ *Impudentem.*] i. circumſpectam & improuidam locutionem Arianorum, qui male interpretantur illud. vt in nobis vnum ſint ſicut tu pater in me.

q ¶ *Sanitati.*] id eſt, ſanitate. Vel legatur acquiſitiue, ſ. peruerſe ſana.

r ¶ *Extorquenda.*] hoc vult dicere, diuerſitas vel peruerſitas interpretationis extorquenda eſt a ſanctitate dictorum cæleſtium, id eſt, à ſanctis dictis cæleſtibus.

s ¶ *De naturali.*] id eſt, quod dicimus Chriſti naturam in nobis eſſe, habemus ab eo.

t ¶ *Accepta.*] à Chriſto b.

b ſcilicet in vtero virginali. H.

v ¶ *Hauſta.*] id eſt à nobis ſumpta. ſed vtrumque verum eſt. ſi enim ipſe in nobis eſt per carnem aſſumptam à ſe, eodem modo & nos in eo. Item ſi nos ſumus in eo per carnẽ communicatam, ſimiliter & ipſe eſt in nobis. vnde dicitur, quia ego viuo, ſcilicet naturaliter: quia eiuſdem ſubſtantiæ cum patre eſt, & non in eo tanquam vas vel liquor in vaſe: vt mentiuntur quidam hæretici, vt 24. vic. quidam. ver. Metangi.

x ¶ *Cur gradum.*] gradatim & ordinate dixit, ∥ ego in patre, & vos in me, ego in vobis. ſi enim voluntate tantum in vnum eſſemus, nõ oporteret dixiſſe, niſi quia ego & pater & vos vnum ſumus, ſ. per voluntatem: non feciſſe gradum dicendo ſigillatim vnumquẽque. ∥ ordo enim & diſtinctio nominum multum operatur c. & eſt ſi. ff. ſi quis cau. ſed & ſi. §. ſi quæſitum: 43. diſt. ſit rector. ext. de reſc. cum dilecta. nam & ſi ſeruus communis diſtinctis nominib. dominorum ſtipuletur pro virilibus portionibus eis acquiritur. ſi tacitis nominibus, pro ea tãtum parte qua quiſque dominus eſt. ff. de ſtip. ſer. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur.

∥ Chriſtus eſt in nobis, & nos ſumus in Chriſto.

∥ Ordo nominũ multũ operatur

c Quod not 63 diſt metropolitano. A.

y ¶ *Per naturam.*] ∥ ſicut enim ipſe eſt vnum cum patre natura diuinitatis, ita vnum eſt nobiſcum humanitatis natura.

∥ Chriſtus eſt nobiſcũ vnum.

z ¶ *Nos contra.*] id eſt, econuerſo.

a ¶ *In eo.*] ſcilicet filio ineſſemus.

a ¶ Na

eius natiuitatē [a], & ille rurſus in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederetur: ac ſic perfecta per meditatorē vnitas doceretur: cum nobis in ſe manētibus ipſe maneret in patre, & in patre manens, ipſe maneret in nobis: ita ad vnitatem patris pficeremus, cum eo qui [b] naturaliter [c] ſecundum natiuitatē [d] ineſt, nos quoque in eo [e] naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente. Quòd autem in nobis naturalis hęc vnitas ſit, ipſe ita teſtatus eſt. [Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.] Non enim [f] quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, eius tantum in ſe aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit [g]. Perfectæ autem huius vnitatis ſacramentum ſuperius iam docuerat dicens [ſicut miſit me viuens pater, & ego viuo per † patrem: & qui manducauerit meam carnem, & ipſe viuet per me [h].] Viuit ergo per patrem: & quomodo per patrem [i], viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim cōparatio ad intelligentiæ formam præſumitur, vt id, de quo agitur, ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur. Hæc ergo vitæ noſtræ cauſa eſt, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus, victuris nobis per eum ea cōditione, qua viuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter ſecūdum carnem per eum viuimus, id eſt, naturam ſuæ carnis adepti, quomodo [k] nō naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe [l] patrem habeat, cum viuat ipſe per patrem? Itē ĩ. ¶Hæc [m] autem idcirco commemorata à nobis ſunt: quia voluntatis tantum inter patrē & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo, tãquàm nobis ad filium, & per filium ad patrem obſequio tantum, ac voluntate religionis vnitis, nulla per ſacramentum carnis & ſanguinis naturalis cōmunionis proprietas indulgeretur: cum & per honorem [n] nobis datum Dei filij, & permanentem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter, & in ſeparabiliter vnitis myſterium veræ, ac naturalis vnitatis ſit prædicandum. Idē [β]. ¶Corpus Chriſti, quod ſumitur de altari, figura eſt, dum panis, & vinum extra videtur: veritas autē, dū corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur.

α ¶ Quæ ſcripta.] *Addita hæc ſunt vſque ad* ver De naturali. *ex ipſo originali, itemque alia nonnulla, quæ facere videbantur ad ſententiæ integritatem.*

β ¶ Idem.] *Antea legebatur,* id eſt. *Emendatū eſt ex vetuſtis codicibus. De hoc autem loco notatum eſt ſup. c. 1. corpus.*

Item Ambroſius in libr. 5. de ſacramentis, cap. 1.

¶ Quare in ſacrificio aqua vino miſceatur. C. LXXXIII.

24 IN calicem [o] mittitur vinū: & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, quomodo ergo Melchiſedech panem, & vinum [p] obtulit [q]? Quid ſibi vult admiſtio aquæ? Rationē accipe. *& paucis interiectis.* ¶Iuſſit Deus Moyſi, vt tãgeret petram de virga: tetigit petram, & petra vndam maximam fudit, ſicut Apoſtolus ait, [bibebant autem de conſequenti [r] ees petra: petra autem erat Chriſtus.] Non immobilis petra, quæ populum ſequebatur. Et tu bibe, vt te Chriſt⁹ ſequatur. Vide myſteriū. Moyſes, hoc eſt, propheta [s]: virga [t], hoc eſt, verbum Dei. Sacerdos verbo Dei tangit petram [v]: & fluit aqua, & bibit popul⁹ Dei. Tangit ergo ſacerdos calicem, redundat aqua in calice, ſalit [x] in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam conſecutus eſt. Didiciſti ergo hoc. Accipe [y] & aliud. *& paucis interiectis.* ¶De latere eius aqua fluxit, & ſanguis. Quare aqua? quare ſanguis? Aqua vt emundaret [z], ſanguis, vt redimeret. Quare de latere? quia vnde culpa [a], inde gratia: culpa per feminam, gratia per Dominum Ieſum Chriſtum. *Item c. 3.* ¶Audi pſalmum. Vide, quemadmodum aptus ſit cœleſtibus ſacramentis. [Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, &c. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.] Virga imperium, baculus paſſio eſt, hoc eſt, æterna diuinitas Chriſti, ſed etiam paſſio corporalis. Illa creauit, hæc redemit [b] [Paraſti in conſpectu meo menſam [c], &c. & poculum tuum inebrians [d] quā præclarum eſt.] *& ĩ.* ¶Quotieſcumque bibis, remiſſionem accipis peccatorum, & inebriaris in ſpiritu. Vnde & Apoſtolus ait [Nolite inebriari vino, ſed implemini ſpiritu ſancto.] Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur, radicatus

dans.

---

a ¶ *Natiuitatem.*] & ita quoq; ipſe in nobis, ſed cōſummatius & plenius per id quod ſequitur. Et ſic innuitur hic Chriſtum eſſe in nobis per carnem in ſacramēto communicatam, & nos in eo per carnem Virginis aſſumptam. Sed innuitur contrarium ibi, cum eo qui. vbi dicitur ꝙ eſt in nobis per carnem. ibi, ꝙ autem: ꝙ nos ſumus in eo per ſacramētum altaris communicati: ſed vtrunque poteſt eſſe verum cum hic inſit ea. caro. ſ. e. omnia.

b ¶ *Qui.*] ſ. filius p naturam aſſumptā à Chriſto in virgine, vel à nobis in ſacramento.

c ¶ *Naturaliter.*] p naturam diuinam ineſt. ‖ ſic enim intelligi debet, pater eſt i filio, & filius i patre, i. iſte eſt eiuſdem naturæ vel ſubſtantiæ cum illo, & econuerſo.

‖ pater eſt in filio, & e. qualiter intelligitur.

d ¶ *Secundum natiuitatem.*] i. de patre naſcēdo. vel ſecundum natiuitatem, i. diuinitatē, quæ eſt natiuitas.

Ioan. 6.

e ¶ *In eo.*] ſ. filio.

f ¶ *Non enim.*] hic vult dicere, ꝙ malus non fiat vnum cum Deo p aſſumptionem corporis Chriſti, licet eius, i. mali Chriſtus habeat in ſe carnem aſſumptam.

g ¶ *Sumpſerit.*] p incarnationem in Virgine.

Ioan. 6

† al. propter

h ¶ *Per me.*] hoc eſt ex patre habet viuere, q ex eo natiuitatē hēt: ‖ homo vero non habet natiuitatem à Chriſto, ſed ab homine, à quo gignitur & naſcitur, & ideo nō eſt ibi omnimoda ſimilitudo.

‖ Homo nō habet natiuitatem à Chriſto.

i ¶ *Per patrē.*] i. à patre ſecundū diuinitatem.

k ¶ *Quomodo non naturaliter.*] i. ſicut Chriſt⁹ eſt vnum cum patre.

l ¶ *In ſe.*] i. ſecundū naturam diuinam, q ſpiritus eſt, qu. d. qñ non habet naturam cū patre, vt ſit idē cū eo. & ſic vere Dei filius eſt vnum & idē cum patre vnitate ſubſtantię, non voluntatis, &c.

m ¶ *Hæc autem.*] ſ. ſuperiora. alias ſupradicta.

n ¶ *Et per honorem*] i. honorabile, ſacramentum nobis datum à Chriſto in cœna.

o IN *calicem.*] Hæc eſt 24. pars diſtin. in qua ratio redditur, quare aqua mittitur in vinum. Ioannes de Fant.

Casvs. caſus iſte ponitur ſic: Melchiſedech corp⁹ Chriſti præfigurauit quando panē & vinū obtulit, ſed aquā obtuliſſe non legitur. & ideo quæritur quare in ſacrificio aqua ponitur. Et reſp. Ambroſius duas de hoc rationes aſſignans. Vna eſt, qa aqua de petra fluxit, q̃ hoc ſacramentum ſignificauit, alia eſt quia de latere Chriſti aqua fluxit & ſanguis. & aſſignat rationem quare de latere, Poſtea ponit multas auctoritates per quas corpus Chriſti multipliciter commendat. Diuiditur. in prima parte dicit quare aquā in ſacrificiis offeramus. In ſecunda commendat ſacrificium multiplici auctoritate.

‖ ſ. corpus.

p ¶ *Et vinum.*] expreſſum autem nō eſt ꝙ obtulerit aquā. ‖ præſumimus tñ ꝙ & ſi non aquam vino miſcuiſſet, vinū tñ lymphatū obtulit: qa prohibitū erat ſacerdotib. in templo ne purum vinum biberent. vnde Apoſtolus: Nolite inebriari vino, &c. ſimiliter de Chriſto credēdū eſt [a], quia magiſter eſt abſtinentiæ. 1. q. 2. q̃ pio.

‖ Melchiſedech vinum lymphatū obtulit.

a Hoc eſt expreſſum ĩ. cā. in ſacramento.

q ¶ *Obtulit.*] ideo forte quia fatigatis, non purum vinum ſed cum aqua miſtum ſolemus offerre.

r ¶ *De conſequenti.*] i. ſatisfacienti eis petra. ‖ Vel ſicut tradunt Hebræi, aqua de petra, q̃ Moyſes bis percuſſit ſaliens vſquequaque populum per deſertū ambulantē ſecuta eſt: de petra quæ eſt Chriſtus, ſalit aqua æternæ vitæ: q̃ potamus in deſerto hui⁹ vitæ ambulātes, quia deſeritur à ſtabilitate huius mundi. ĩ. diſ. 5. ne tales. ibi, non enim manere.

‖ Aqua de petra populū p deſertū ſecuta eſt.

Gen. 14.

s ¶ *Propheta.*] i. ſacerdos. 43. diſt. ſit rector.

1. Cor. 10.

t ¶ *Virga.*] virga in manu ſacerdotis eſt verbum Dei in ore ſacerdotis. aliter exponitur. 45. diſt. diſciplina.

v ¶ *Tangit petram.*] i. pdicat Chriſtum, Vel tãgit petram, id eſt, duritiam cordis.

x ¶ *Salit.*] i. facit nos ſalire, i. tranſire.

y ¶ *Accipe.*] alia ratio quare aqua miſceatur in ſacrificio.

Additio. Sunt quattuor rationes, quare aqua miſceatur vino. Prima qa fluxit aqua de petra in ſignū Paſſionis Chriſti. ſ. ea. re uera. Et eſt ſecunda ratio, quia exiit de latere Chriſti. ſ. e. c. 1. Tertia quia Chriſtus hoc fecit. ſ. ead. ſcriptura. Quarta quia populus per aquā ſignificatur, & per miſtionē aquæ cum vino populi redemptio. ſ. c. cum omne. ſecundum H.

Ioan. 19.

Gen. 1.

z ¶ *Vt emendaret.*] ĩ. di. 4. proprie. in fi.

Pſal. 22.

a ¶ *Quia vnde culpa.*] ‖ q. d. de latere culpa, & de latere gratia: ſed non de eodem latere, verbi gratia: de latere. Adæ fuit femina, vnde culpa exiuit: de latere vero Chriſti ſanguis & aqua, vnde gratia. G.

‖ Culpa de latere, & gratia d latere.

b ¶ *Hæc redemit.*] ſ. paſſio, & fides eius.

c ¶ *Menſam.*] cōmunionem corporis tui.

d ¶ *Inebrians.*] id eſt,

Epheſ. 5.

dans obliuionem delectationum, vt ſ. diſ. 35. luxurioſa.
a ¶ *Pacificata ſunt omnia.*] in terra redempti ſunt homines. princeps enim mundi huius eiectus eſt foras, in cœlis chorus Angelorum, qui iam turbatus fuerat, per paſſionem eius & reſurrectionem ſpe futuræ reparationis in noua gaudia reſurrexit, vt ſ. eal. di. 1. hi duo.

quòd ſit ſpiritus, ſed quia agile & nullo temporalium egens inuenitur. Vel diſtinguitur inter corpus Chriſti quod eſt eccleſia, & corpus Chriſti ſumptum de Virgine, vt eccleſia dicatur corpus Chriſti ſpirituale: quia ſecundum quod eſt Deus, ei vnitur: corpus dicitur ſpiritus Dei, quia à ſpiritu ſancto eſt. 23. diſ. qui epiſcopus.

in Chriſto eſt. Et ideo præclara ebrietas, quę ſobrietatem mentis operatur. *Item c. 4.* ¶ [[1] Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrū quotidianum da nobis hodie, &c.] Sãguine Chriſti pacificata [a] ſunt omnia vel in cœlo [b], vel in terra. Sanctificatum eſt cœlum [c]: deiectus eſt diabolus, vbi † verſatur homo, quem ille decepit. *& paulo poſt.* ¶ Dixi vobis, q; ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur. Vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ poſtea ſequitur, ait [Panem noſtrum?] Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. [d]

¶ *Cap. hoc ex indicatis B. Ambroſij locis conflatum, & in ſummam redactū, ex originali emendatum eſt, & aliquot locis locupletatū.*

Idem in lib. 6. de ſacramentis. c. 1.

¶ Veram Chriſti carnem, & verum Chriſti ſanguinem manducamus, & bibimus. C. LXXXIIII.

25 [2] SIcut ver° eſt Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius [e] ex ſubſtantia patris: ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus, & verus eius ſanguis eſt potus. [a] *Item paulo poſt.* ¶ Ego ſum, inquit, panis viuus, qui de cœlo deſcendi] Sed caro non deſcendit è cœlo, hoc eſt, carnem in terris aſſumpſit ex Virgine. Quomodo ergo deſcendit panis è cœlo, & panis viuus? quia idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus conſors eſt & diuinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis [f] panem, diuinæ eius ſubſtantiæ in illo participaris † alimento.

a ¶ Eſt potus.] *Poſt hæc verba in originali ſequitur, c. forte. ſ. ead.*

Item in libro de his, qui myſteriis initiantur. cap. 9.

¶ In ſacrificio non corporalem, ſed ſpiritualem eſcam accipimus. C. LXXXV.

[3] IN illo ſacramento [g] Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti. Non ergo corporalis [h] eſca, ſed ſpiritalis eſt. Vnde & Apoſtolus de typo eius ait, q̃a patres noſtri eſcam ſpiritalem manducauerũt, & potum ſpiritalem biberunt. Corpus enim Dei, corpus eſt ſpiritale [i]: corpus Chriſti, corpus eſt diuini ſpiritus. [k]

Item in ſermone de Abel, & Cain, id eſt, in libro de incarnationis Dominicæ ſacramento. cap. 4.

¶ Carnem à Chriſto ſuſceptam, & corpus transfiguratum in altari offerimus. C. LXXXVI.

SI credas à Chriſto carnem eſſe ſuſceptam, & offeras transfigurandum † corpus in altaribus, nec diſtinguas tamen naturã verbi †, & corporis, & tibi dicitur, ſi recte offeras, non recte [l] autem diuidas, peccaſti.

Item Hieronymus ad Hedibiam. quæſt. 2.

¶ In cœna Chriſtus fuit conuiuia & conuiuium. C. LXXXVII.

[4] NEc Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus ipſe conuiuia [m] & conuiuium [n], ipſe comedens & qui comeditur [o].

Item Hieronymus ſuper Matthæum, lib. 4. ad cap. 26.

¶ In veritate ſui corporis & ſanguinis Chriſtus ſuis diſcipulis præſentauit, quod Melchiſedech ſacramentaliter obtulit. C. LXXXVIII.

[5] ACcipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum.] Poſtquam typicũ Paſcha fuerat completum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem, qui confortat cor hominis: & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum: vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem, & vinum offerens fecerat, ipſe quoq; in † veritate ſui corporis & ſanguinis repreſentaret.

Idem in libro de membris Domini, al. de his quæ Deo in ſcripturis attribuuntur.

¶ Chriſtus idem eſt ſacerdos & ſacrificium. C. LXXXIX.

SAcerdos Dei patris dictus eſt filius Dei, non ſecundũ diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem: in qua ſe pro nobis per paſſionem, & mortem ſuam acceptabile ſacrificium Deo patri obtulit, vt ipſe eſſet ſacerdos qui & ſacrificium. [p]

Item Auguſtinus lib. 50. hom. ſerm. 27. de vtilitate agendæ pœnitentiæ.

¶ nec (vt Origen. dogmatizauit) pro redemptione diaboli paſſus eſt Chriſtus: nec prõ Angelis, ſed vt eius lapſus in reſtitutiõe hominis eſſet reparatus. & ideo dicitur pro Angelis fieri dum qđ inde cecidit, ex hominib° redditur: & ideo etiam dicuntur pacificata quæ ſunt in cœlo, quia numerum Angelorum diminutum ꝑ de paſſiõis ſuę Chriſt° replet, i. homines, qui peccato deprauati erant, ſuo ſanguine redemit, & ex his ruinam Angelorum reſarcit Deus. ſ. diſ. 1. hi duo.

¶ Chriſtus ꝓ dęmonibus & angelis ñ eſt paſſus.
† Multis omiſſis.
† *ibi verſatur, vbi & illo* ... *Iotig.*

b ¶ *Vel in cœlo.*] vel, pro, &, id eſt, animæ ſanctorum quæ iam in cęlis ſunt, & ſancti, qui adhuc ſunt in terra: & tũc pacificata, i. ſaluata. Vel pacificata. i. homines Angelis reconciliati ſunt.
c ¶ *Cœlum.*] i. illi qui aſcendunt in cœlũ, ſanctificati ſunt: quib. ſuppletur ruina Angelorum in cœlis. Io.
d ¶ *Superſubſtantialem.*] & in textu Matthæi eſt, ſuperſubſtantialem, id eſt, ſuper omnem ſubſtantiam, ſcilicet creatam.

2 Alg. l. 1. c. 12. Guitm. l. 3.

SIcut verus eſt Dei.] Hæc eſt 25. pars diſ. in qua probatur per 9. ca. Chriſtum verum eſſe Deũ, & in ſacramento altaris verum corpus & ſanguinem eius. Ioan. de Fan.
Ioan. 6.
CASVS. Sicut Chriſtus eſt ver° filius Dei, non per adoptionem, ſed ex ſubſtantia eius: ita vera eſt eius caro, quã in ſacramento ſumimus. caro autem non deſcendit de cælo, ſed panis. vnde quia Ieſus particeps fuit vtriuſque: qui accepit carnẽ & corpus eius, particeps eſt deitatis ipſi°.
† *al. participes*
e ¶ *Quaſi filius.*] expreſſiuum eſt veritatis. non enim imagine naturæ veritas obumbratur. ff. de lib. & poſth. filio.
f ¶ *Et tu quia accipis.*] id eſt, corpus Chriſti accipis diuinæ ſubſtantiæ vnitum.
3 Alg. l. 1. c. 11.

IN *illo ſacramento.*] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd in ſacramento Euchariſtiæ eſt corpus Chriſti, & non corporalis eſca, ſed ſpiritualis. & ad hoc probandum inducit Ambroſius auctoritatem Apoſtoli.
1. Cor. 10.
g ¶ *In illo ſacramento.*] id eſt, ſub illa viſibili ſpecie, vel intranſitiue illud ſacramentum. ſcilicet ſub illa ſpecie. Vel illæ ſpecies etiam ſuo modo dicitur corpus Chriſti. ſ. ead ſpecies.
a. d. li. oc no. ſ. c. tribus.
h ¶ *Corporalis.*] non ergo poſſet quis ſubſtentari de Euchariſtia. arg. contra, quia etiam de odore ſatiatur quis & confortatur.
¶ corpus Xp̃i dupliciter dicitur.
i ¶ *Spiritale.*] id eſt, ſpiritum alens.
k ¶ *Diuini ſpiritus.*] idem repetit. ¶ corpus ſpirituale dicitur, non

SI *credas.*] CASVS. Dicitur quòd qui corpus Chriſti conſecrat, ſed non diſtinguit naturam hominis à natura Dei, offert quod debet, ſed non diuidit vt diuidere debet. Sequens ca. planum eſt.
l ¶ *Recte.*] quo ad litteram de Cain hoc intelligitur ſic: ¶ Recte quidem obtuliſti, ſed recte nõ diuiſiſti: quia non ſimplici corde. vnde & dicitur de frugibus terræ obtuliſſe: quia eius ſacrificium contaminatum erat terrena contagione & operatione: Iudæi quoque recte offerebant, quia Deo cæremonias offerebant: ſed non recte diuidebant, quia nouum teſtamen. intellectum à veteri littera non ſequeſtrabant. Qui igitur in altari patri filium immolat, recte immolat: ſed ſi in eadem perſona duas naturas non intelligit, non recte diuidit. Io.
¶ Oblatio Cain grata non fuit.
† *al. transfiguratum corpus in altari*
† *al. diuinitatis*
Geneſ. 4. ſecundum 70.
4 Alg. l. 1. c. 12. Iuo p. 2. c. 5.
Ioan. 6.

NEc *Moyſes.*]
m ¶ *Conuiuia.*] Iſidorus ſuper Leuiticum plane videtur velle quòd Dominus noſter ſeipſum aſſumpſit. per hoc quod dicitur: Aſſumpſit, deditque diſcipulis.
5 Paſchaſ. in eun. lẽ Matthei locum.
n ¶ *Conuiuium.*]
Rex ſedet in cœna,
turba cinctus duodena:
Se tenet in manibus:
ſe cibat ipſe cibus.
¶ Comedit ergo Chriſtus ſeipſum: ſed non quo ad effectum: quia non indigebat, ſicut de baptiſmo. infra diſtinct. o. quarta, propriè.
Math. 26. Pſal. 103.
¶ Chriſtus ſeipſum comedit.
ADDITIO. Has ego concedo, Deus comeditur: Chriſtus comeditur. Has nego, deitas comeditur: anima comeditur. quia in primis ſupponitur perſona, ſecundum Hug. & L.
† *al. veritatem ſui*
o ¶ *Et qui comeditur.*] diceret quis; quare aſſumpſit corpus ſuũ, qui non indigebat? Reſpond. vt daret aliis exemplum ſumendi: ¶ ſicut baptizatus eſt, licet non indigeret, vt daret exemplum baptizandi: vt infra diſtinct. 4. per aquam.
¶ Chriſtus quare baptizatus fuit.

ACcipite.] CASVS. Super verba illa Euangelij, Accipite, &c. dicit Hieronym. quòd poſtquam Chriſtus agni paſchalis carnes cum diſcipulis ſuis comedit, ad verum tranſiuit ſacramentum, ipſum inſtituendo. & ſicut Melchiſedech obtulit panem & vinum, qui fuit huius ſacramenti præfigurator: ita Chriſtus ſeipſum obtulit, & repreſentauit. illud quod Melchiſedech fecit. hoc etiam Dominus præfigurauit in agno Sequens cap. patet.
p ¶ SAcerdos.] ¶ *Sacrificium.*] & ita gerit officium duorum. Arg. contra. 16. q. 1. presbyteros.

Tunc eis.] Historia. Legitur in actib. Apoſt. ꝙ Iudæi ad prædicationem Petri cõpuncti dixerunt ad eum & ad alios diſcipulos: q̃d faciemus nos o viri fratres? tũc Petrus ait illis, Pœnitentiam agite, &c. & hoc eſt quod dicitur hic: tunc eis Petrus annunciauit.

Act. 2.

a ¶ Tunc eis.] cum dixerũt ei Iudæi, q̃d faciemus nos viri fratres? Ait tunc Petrus, Credite ipſum eſſe Deũ, quem crucifixiſtis a?

1 Lanfranc. Iuo p. 2. c. 9. a Vt ſ. diſt. 1. approb. in fi.

Corporeum.] Casvs. Dicitur hic ꝙ corp9 Chriſti olim ſignificatum per manna, nũc eſt res magni miraculi. ſ. corpus natum ex Virgine.

b ¶ Illud manna.] i. corpus Chriſti, quod ſignificabatur per corporeum manna. ſ. ea. re vera.

c ¶ Tãti rei miraculi.] id eſt, tantæ rei miraculoſæ, ſcilicet corporis Chriſti.

Accesserunt.] Casvs H. ſic ponit hunc caſum. In hoc c. Aug. multis modis inuitat nos ad pceptionem corporis & ſanguinis Chriſti ſacramẽtalẽ & ſpiritualẽ, commendans multipliciter hoc ſacramẽtum, & virtutem eius inſinuans. Sequentia duo c. patent.

2 Lanfranc. Guitm. l. 3. Arg. l. 2. c. 9. & 12. Iuo p. 2. c. 9.

d ¶ Manducat.] ſpiritualiter: ſed multi ſacramẽtaliter, licet nõ adorauerunt. ‖ adoramus quidem humanitatem eius quadam veneratione maiori q̃ vniuerſas creaturas: illa tamen quæ dulia eſt, non eſt latria.

‖ Chriſti humanitas magna veneratione eſt adoranda. 3 Et ſerm. 4. de S. Steph.

e ¶ Adorauerit.] ar. hic quãuis non poteſt accipere corpus Chriſti, arg. contra. ſ. ead. qui bene. ſed ſtatim deſinit eſſe.

f ¶ Non inuenimus.] quo ad myſterium.

4 Concione prima.

g ¶ Ferebatur.] alludit ad illud quod dicitur in libro Regũ: Dauid fingens b ſe demẽtem, manib9 ferebatur per luſum ciuitatis Saulis regis timore, ex quo forte poſtea dictũ eſt in legibus, ‖ ꝙ curator dandus eſt ei, qui dicit ſe demẽtem cauſa cognita, ne propter onera ciuilia huiuſmodi fingat. ff. de cur. fur. obſeruare.

b cõprehenſus eſt & ductus eſt ad regem, ipſe autem, &c. ‖ curator datur cã cognita accenſe demẽti. † Ferebat] ang.

Presbyter.] Hæc eſt 26. pars diſtin. Io. de Fant.

h ¶ Euchariſtiam.] Licet intincta dare cauſa neceſſitatis. Bro. li. 5. c. vt omnes. Sed contra. ſ. ead. cum omne. ‖ Sed ſanguinem non præcipitur ſeruare, quia opus eſſet nimia cau-

‖ Sanguis Xp̃i non eſt ſeruandus.

¶ Iudæi credentes biberunt ſanguinem, quem in cruce fuderunt.
C. XC.

Tvnc eis a Petrus annũtiauit eum colendum, quem crucifixerunt: vt eius ſanguinem biberent credentes, quem effuderunt ſitientes.

Item Ambroſius epiſt. 62. al. l. 8. epiſt. 1. ad Irenæum.

¶ Corpus, quod ex Virgine ſumptum eſt, à fidelibus accipitur.
C. XCI.

1 Corporeum illud manna b nunc eſt a tanti rei miraculi c: quia venit, quod perfectum eſt: perfectum autem, panis de cælo, corpus ex Virgine, de quo ſatis Euangelium te docet.

a ¶ Nunc eſt] *Apud B. Ambroſium ſic legitur,* Et corporeum quidem illud manna hodie pleriſque in locis inuenitur: ſed nunc non eſt tanti rei miraculi, quia venit, &c. *Verũ ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item Auguſtinus in Pſalmum 33.

¶ Verum Chriſti corpus, verumque eius ſanguinem quotid e manducamus & bib mus.
C. XCII.

2 Accesserunt ad Ieſum Iudæi, vt crucifigerent: nos ad eum accedamus, vt corpus eius & ſanguinem accipiamus. *Item infra.* ¶ Vere magnus Dominus, & magna miſericordia ei9 vere, qui nobis dedit manducare corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus eſt, & ſanguinem bibere. *Item in Pſalm. 45. ad Iudæos.* ¶ Iam & ſecuri bibite ſanguinem, quem fudiſtis. *Idem in Pſal. 85.* ¶ Ipſum ſanguinem quem per inſaniam fuderunt, per gratiam biberunt. *Item in Pſalmum 98.* ¶ 3 De carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis manducãdam ad ſalutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat d, niſi prius adorauerit. e *Item in Pſalmum 33.* ¶ [4 Dauid ferebatur g manibus ſuis.] Manibus ſuis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipſo Dauid, ſecundum litteram non inuenimus f: in Chriſto autem inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum ait: [Hoc eſt corpus meum.] Ferebatur † g enim illud corpus in manibus ſuis. *Idem ſuper Ioannem, tract. 31.* ¶ Quouſque biberent ſanguinem, quem fuderant, de ſua ſalute deſperauerunt. *Idem in Pſalmum 54.* ¶ Iudæi paſcebantur tamquam de pœna Domini. Nam & nos de cruce Domini paſcimur, quia corpus ipſius manducamus *& infra.* ¶ Habent ergo impij epulas ſuas, habent & pij ſuas. Audi epulas piorum. [Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.]

a ¶ Ferebatur.] *In Græca vox gata eſt ἐφέρετο, id eſt, collabebatur.*

Item ex concilio Vuormacienſ. 5

¶ Pro infirmitatibus Euchariſtiam preſbyter ſemper habeat paratam.
C. XCIII.

26 6 Presbyter Euchariſtiam h ſemper habeat paratam, vt quando quis infirmatus a fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur.

a ¶ Infirmatus fuerit] *Apud Burchardum & Iuonem (qui item citant concilium Vuormacienſe, c. 5) & in capitularibus, l. 1. c. 16. vbi habetur, poſt iſta verba interponuntur hæc, aut paruulus infirmus fuerit.*

Item ex concilio Arelatenſi †.

¶ Pœnitentia eius, qui non bene ſacrificium cuſtodit. C. XCIIII.

27 7 Qvi bene non cuſtodierit ſacrificiũ, & mus, vel vel aliquod aliud animal illud comederit i, quadraginta dieb9 pœniteat. Qui autẽ perdiderit illud in eccleſia, aut pars eius ceciderit & non inuenta fuerit, triginta k dies pœniteat.

Cyprianus Eucratio fratri ſalutem, lib. 1. epiſtola 10.

¶ Hiſtrionibus ſacra non committantur myſteria. C. XCV.

28 8 Pro dilectione tua, & verecundia mutua conſulendum me exiſtimaſti frater chariſſime, quid mihi videatur de hiſtrione quodam, qui apud vos cõſtitutus, in eiuſdem adhuc artis ſuæ dedecore perſeuerat, & magiſter, & doctor non erudiẽdorum, ſed perdendorum puerorum id, quod male didicit l, ceteris quoque inſinuat, an talis debeat communicare nobiſcum. Quod ego puto nec maieſtati diuinæ, nec Euangelicæ diſciplinæ congruere, vt pudor m, & honor eccleſiæ tam turpi, & infami n contagione fœdetur.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio, capit. 35. 9

¶ Poſt conuerſionem non eſt deneganda gratia communionis.
C. XCVI.

9 Scenicis, atq; hiſtrionibus, ceteriſque huiuſmodi perſonis, vel apoſtaticis cõuerſis, vel reuerſis ad Dominum gratia, vel reconciliatio non negetur.

Item ex concilio Vrbico, 11

¶ Presbyter in altari miſſam non celebret, in quo eadem die epiſcopus celebrauit. C. XCVII.

11 In altari, in quo epiſcopus miſſam cantauit, preſbyter eodem die aliam celebrare non o præſumat.

Item ex concilio Lugdunenſi.

telam in eo ſeruando ergo propter cautelam non ſeruatur, ne fundatur: quandoque tamẽ propter aliud ſeruatur. ſ. diſt. prox. ſabbato.

Matth. 5.

Qvi bene.] Hæc eſt 27. pars diſt. Io. de Fan.

5 in cap. l. 5. c. 161.

i ¶ Comederit.] ‖ nec dicendum, quòd mus ſumat corpus Domini. ſtatim enim deſinit eſſe ſacramentum, ex quo ab eo tangitur ſi tamen dicatur ꝙ ſumat, non eſt magnum inconueniens: cũ ſceleratiſſimi homines illud ſumant ſed B. non concedit, quòd ab eo ſumi poſſit c: immo ſtatim deſinit eſſe ſacramentum. ſed iterũ non poſſet conſecrari, quia non eſt ibi iam panis, immo tantum ſpecies. Sed nunquid deſinit eſſe ſacramentum, ſi tranſit ſuper illud corpus mus, vel aranea? Nõ credo quòd deſinat eſſe ſacramentum.

6 Burc. l. 5. c. 10. Iuo p. 2. c. 20. Pann. l. 1. c. 148. ‖ corp9 Xp̃i à mure non ſumitur. c Ar. ad hoc ſ. e. acceſſerunt. ver. nemo. vbi de hoc. & ſ. 3. q. 1. detrahe. ibi vid. Arc. † al. Aurelianenſi 7 Burc. l. 5. c. 51. Iuo p. 2. c. 60. Pann. l. 1. c. 157.

k ¶ Triginta dies.] ſec9 in vino. ſ. ea. ſi per negligentiam.

Pro dilectione tua.] Hæc eſt 28. pars diſt. in qua dicitur, ꝙ impœnitentibus hiſtrionibus non datur corpus Chriſti, & ſic de alijs. Io. de Fan.

Casvs. Magus quidã publice inſtruebat pueros in magica arte. quærebatur verum Euchariſtia debeat ei vel conſimilibus dari cum alijs Chriſtianis. Et reſpo. quòd non: ne honor eccleſiæ tã turpi contagione fœdetur. Sequens cap. patet.

8 Burc. l. 5. c. 25. Iuo p. 2. c. 31. & p. 11. c. 85. Pann. l. 1. c. 133.

l ¶ Quod male didicit.] culpa enim ſimilis eſt male diſcere, & docere. C. de mal. & mate. culpa. ‖ immo & huiuſmodi pueri exheredandi ſunt, ſi præter volũtatem parentum vel mimis vel arenarijs ſe ſociant, vt in authent. vt cum de appell. cognoſ. §. cauſas. collat. 8.

‖ Filius qui ſe mimis ſociat exheredari poteſt.

9 & in Afri. c. 13

m ¶ Vt pudor.] ‖ loquitur de notorio & manifeſto infami, cui nõ eſt impertinenda Euchariſtia Domini. Idẽ eſt dicendum de quolibet exiſtenti in mortali crimine notorio. 23. q. 5. placuit.

‖ Euchariſtia ſi eſt dã ad exiſtẽti in crimine notorio. 10 Burc. l. 5. cap. 36. Iuo p. 1. c. 230.

n ¶ Infami.] tales enim infames ſunt. ff. de his qui no. infam. l. 2. §. ait prætor.

11 Ex eõc. Antiſ. ſiod. c. 10.

o In altari.] ¶ Non præſumat.] Propter ſolam epiſcopi reuerentiam, niſi licẽtia epiſcopi vel neceſſitate vrgente: & hoc vbi perficit epiſcopus, alias contra. 7. q. 1. nihil.

12 Burc. l. 5. c. 226. Iuo p. 3. c. 270. Pan. l. 2. c. 55.

Prouinc

PRonunciandum.] Hæc diſtinct. diuiditur in 14. partes. In quarum prima probat per x. c. quid iuris ſit de feſtiuitatibus. Secunda ibi, *De eſu*. Tertia ibi, *Peruenit*. Quarta ibi, *Sabbato*. Quinta ibi, *Ieiunium*. Sexta ibi, *Ieiunia*. Septima ibi, *De pœnitentibus*. Octaua ibi, *Luteris*. Nona ibi, *Crucis*. Decima ibi, *Aquam*. Vndecima ibi, *Noſſe*. Duodecima ibi, *Perlatum*. Decimatertia ibi, *Sexta*. Decimaquarta ibi, *Omnes*. Ioan. de Fant.

C A S V S. Hic ponitur 3. diſt. in qua oſtẽdit G. quæ feſtiuitates ſunt celebrandæ: interſerit etiam de generalibus ieiuniis. In hoc c. igitur enumerãtur q̃ feſtiuitates ſunt p circulum anni celebrandæ. additur ẽt ꝙ ieiuniũ ex quo eſt ab eccleſia indictum, debet ab omnibus obſeruari, & quo tempore debeãt ſolenniter pœnitentes reconciliari.

a ¶ *Pronuntiandum.*] quæ feſtiuitates ſint celebrandæ, & qñ, oſtẽdit. [Et iõ inter ſacramẽta tractat de ſolennitatib. iſtis, qa ſacramentorũ loco habẽtur: qa repræſentãt paſſiones eorũ martyrũ propter quos ſiũt.

b ¶ *Ad veſperam.*] hic p̃bãs qñ incipiat dies ſecũdum canones. ſ. à veſpera, vt ext. de fer. c. 1. & 2. & ſ. 75. di. qđ à patribus. Aliud obtinet ſecundũ leges, qa ſecundũ leges incipit à media nocte[b], vt ff. de fer. more. vt no. de hoc ſuper illo c. quod à patribus. hodie quo ad iudicium protendi tur dies vſq; ad tenebras, &c. ext. de of. de leg. conſuluit. Sed tñ nõ. ꝙ inceptio iſta nõ habet locum quo ad omnia. nam ſecũdum hoc ſæpe comederemus carnes in die veneris. Vñ dic ꝙ quo ad ſolutiones faciendas, quo ad carnes comedendas, dies incipit à media nocte, & terminatur in aliã mediam noctẽ, & maxime qa hoc dicit lex, & hoc habet conſuetudo, licet quo ad ſolutiones diſtinguãnt quidã inter clericos & laicos: quod non approbo. Præterea not. ꝙ dies qñque incipit à meridie[c], & terminatur in aliũ: & hæc forte computatio eſt magis vera, cũ cõtineat ortum & occaſum ſignorũ. Item dies quandoque computatur de momento ad momentum. ff. de min. denique. § minorem. Sed quantum ad eſum carnium computatur dies à veſpera vſque ad diluculum. vt j. ead. de eſu. Ioan.

c ¶ *Theophaniæ.*] id eſt, Epiphaniæ, id eſt, apparitionis. Theos enim Deus, phanos apparitio: quãdo. ſ. ſtella apparuit, quæ duxit magos.

d ¶ *Natiuitas.*] de feſto Conceptionis nihil dicitur: quia celebrandum non eſt, ſicut in multis regionibus ſit, & maxime in Anglia. & hæc eſt ratio, quia in peccatis concepta fuit, ſicut & ceteri ſancti, excepta vnica perſona Chriſti. Similiter de annuntiatione ſanctæ Mariæ nihil dicit: cum ſit tamen celebrare feſtum. Hug.

e ¶ *Feſtiuitates.*] ſed de quibus feſtiuitatibus hoc intelligis: quia ſancti aut ſunt canonizati, aut non. B. intelligit de nõ canonizatis: quia dicit ꝙ epiſcopus cum ſuis clericis quãtum ad ſuam diœceſim poteſt ſanctum canonizare; quod non credo. extr. de reliq. & ven. ſan. c. 1. in ſi. ſed exaudio de canonizatis, qui non habent vigilias.

f ¶ *Non generaliter.*] arg. quòd particularia decreta epiſcopi poſſunt condere, & leges & canones conſtituere[d], & conſuetudines inducere ſeruandas in parochiis ſuis in ſubditos ſuos conſenſu eorumdem ſine præſentia Papæ, vel eius delegati, vt 11. diſtin. catholica. & 35. quæſt. 6. ab iſto.

1 C. de fer. l. om̃s dies. Nouc. Leo. 54. Mogun. 1. c. 36. Cap. l. 1. c. 164. & lib. 1. c. 35. Bur. l. 2. c. 77. Iuo p. 4. c. 14. tit. 7. Nomo canonis.

† Octaua Natalis Domini † al. Epiphania

‖ Feſtiuitates martyrũ hñr loco ſacramẽtorũ. ſicut no ẽt feſtũ Pentecoſtes ſacrũ appelatur. j. diſt. prox. baptizati.

‖ Dies qñ incipit † al. baſilica

b Adde Ale. de imo. in l. more. ff. de fer. & gl. in c. 2. ext. e. & per Arc. 75. diſt. c. quod à patribus. † al. epiſcopus.

c Meridies eñ dict̃ eſt quaſi medi dies i. medius dies: vel q̃a tũc merus dies eſt, i. purus. meron eñ Græce, Purum Latine ut, ſecundũ Pap. 2 Iuo p. 4. c. 12.

d Ad idẽ 3. q. 4. nullus. extr de ma. & obe c. 2. vbi de hoc ẽt le. & no. extr. de loc. & conduct. veſtra. Arc.

DISTINCTIO III.

¶ Tempora feriandi in miſſa ſunt laicis nuntianda. C. I.

1 PRonũtiandum[a] eſt laicis, vt ſciãt tempora feriandi per annum, id eſt, omnem Dominicam à veſpera vſque ad veſperam[b], ne iudaiſmo capiantur. Feriandi vero per annum iſti ſunt dies, Natalis Domini, ſancti Stephani, ſancti Ioannis Euãgeliſtæ, Innocentium, ſancti Silueſtri, octauæ † β Domini, & Theophaniæ† [c], Purificatio ſanctæ Mariæ, ſanctum Paſcha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Aſcenſio Domini, ſancti dies Pẽtecoſtes, ſancti Ioannis Baptiſtæ, Duodecim Apoſtolorũ, maxime tamen ſanctorum Petri, & Pauli, qui mundum ſua prædicatione illuminauerunt, ſancti Laurentij, Aſſumptio ſanctæ Mariæ, Natiuitas[d] ſanctæ Mariæ, Dedicatio eccleſiæ†, ſancti Michaelis Archangeli, Dedicatio cuiuſcumque oratorij, & omnium ſanctorum, & S. Martini, & illę feſtiuitates[e], quas ſinguli epiſcopi in ſuis epiſcopatibus † cum populo collaudauerint, quæ vicinis tantum circummorantibus indicendæ ſunt, non generaliter[f] omnibus. Reliquas vero feſtiuitates per annum non ſunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Indictum vero ieiunium quando fuerit denuntiatũ, ab omnibus obſeruetur.

a ¶ *Laicis.*] *Hæc vox abeſt à Vaticanis exemplaribus Burchardo, & Iuone.*

β ¶ Octauæ Domini.] *Ita in pleriſque vetuſtis exẽplaribus, & in capitularibus, & apud Iuonem, & ceteros fere veteres ſcriptores, excepto Burchardo. Ac nihilominus ipſa octaua dies ipſius Natalis ſignificatur. Cur autẽ numero multitudinis proferretur, declarat Alcuinus, in cap. de octaua Domini.*

Item ex concilio Toletano 3. c. 23.

¶ In ſanctorum ſolennitatibus, diuinis officiis, non ſaltationibus, vel cantilenis, populi debent vacare. C. II.

2 IRreligioſa conſuetudo eſt, quam vulgus per ſanctorum ſolennitates agere conſueuit. Populi, qui debent officia diuina attendere, ſaltationibus[g], & turpibus inuigilant canticis, nõ ſolum ſibi nocẽtes, ſed & religioſorum officiis perſtrepentes† [h]. Hoc etenim, vt ab omnibus † prouinciis depellatur, ſacerdotum, & iudicum à concilio ſancto curæ committitur.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 29.

¶ Ante Aſcenſionem Domini tribus diebus litaniæ celebrentur. C. III.

4 ROgationes, id eſt, litanias, ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita vt præmiſſum† triduanũ ieiunium[i] in Dominicæ Aſcenſionis ſolennitate ſoluatur. Per quod triduum ſerui, & ancillę ab opere relaxẽtur, quo magis plebs[k] vniuerſa cõueniat. Quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis vtantur.

Item ex concilio eodem, cap. 33.

¶ Epiſcopus die Dominico non deſit eccleſiæ. C. IIII.

EPiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deeſſe[l] non debet.

Item ex eodem cap. 27. 5

¶ Hos dies ciuibus in villa celebrare non licet. C. V.

6 NVlli ciuium Paſchæ, Natalis Domini, & Quadrageſimæ[a] ſolennitatem in villa[m] liceat celebrare, niſi quem infirmitas probabitur tenuiſſe.

a ¶ Et quadrageſimæ.] *Sic etiã in originali impreſſo. Sed Iuo habet*, vel quinquageſimę. *Burchardus*, vel Pentecoſtes. *& ita eſt in cõcilio Agathenſi. c. 63. & in Aruernenſi. c. 14.*

Item ex eodem Aurelianenſi. c. 26.

¶ Ante ſolennitatem Paſchæ Quadrageſima eſt celebranda. C. VI.

SAcerdotibus[n] omnibus eſt decretum, vt ante Paſchæ[o] ſolennitatem nõ Quinquageſima, ſed Quadrageſima teneatur.

Item ex concilio Martini Papæ Bracharenſis, cap. 50. 7

¶ Quinta feria vltimæ ſeptimanę Quadrageſimæ ieiunium ſolui non licet. C. VII.

NOn liceat quinta feria nouiſſimæ ſeptimanæ ieiunium[p] ſoluere, & omnem exho-

I *Rreligioſa.*] C A S V S. Quædã praua conſuetudo erat in quibuſdam locis[3], quòd populus qui attente diuina officia debebat exaudire cantilenis & ſaltationib. turpibus inſiſtebat, & ſic religioſorũ officiũ perturbabat: quare præcipitur vt ſacerdotes & iudices hoc prohibeant.

g ¶ *Saltationibus.*] ſupra ead. diſtinct. l. qui die.

h ¶ *Perſtrepẽtes.*] Hoc licet ſit mortale, non inducit depoſitionẽ, vt 5. q. 4. in loco.

ROgationes.] C A S V S. Dicitur in hoc ca. quòd per tres dies ante aſcenſum Domini litaniæ fieri debent: quo triduo debent homines ieiunare, & vti cibis quadrageſimalibus: ſerui etiam & ancillæ debent ab opere relaxari. Quæ autem ſequuntur, patent vſque ad cap. de eſu.

i ¶ *Ieiunium.*] ſ. diſtin. 76. §. non autem. contra. ‖ vbi dicitur, ꝙ inter Paſcha & Pentecoſten non ſit ieiunandum. Sed de ieiunio quod hic ſtatuitur, non præcipitur: ſed ſuadetur. nam in tẽpore illo vnaquæq; prouincia abundabat in ſenſu ſuo, vt 76. diſtinct. vtinam. & 12. diſtinct. illa.

k ¶ *Plebs.*] & ita ſerui ſunt de plebe.

EPiſcopus.]

l ¶ *Deeſſe.*] argumen. quòd epiſcopus Dominicis diebus in epiſcopali eccleſia diuinis officiis debeat intereſſe: in qua ſacerdotali more præcipitur reſidere, vt 7. quæſt. 1. perſiniit ad nos. & quòd cogendus ſit cum clericis ſuis apud eccleſiam ſuam communiter habitare, vt dixi 41. diſt. epiſcopus vilem.

m NVlli.] ¶ *In villa*] Tunc enim in maiori eccleſia conueniunt omnes, vt ſ. ead. diſt. 1. ſi quis etiam extra.

n SAcerdotibus.] id eſt, epiſcopis in concilio congregatis.

o ¶ *Paſchæ.*] contra. ſ. diſt. 4. ſtatuimus. & c. Quadrageſima Sol. ‖ hic de ieiunio generali, quod omnibus iniungitur: ibi de ſpeciali: quod clericis ſuadetur. immo ideo non eſt ſeruanda Quinquageſima: quia ſeruatur poſt Paſcha à die Paſchæ vſque ad Aſcenſionem vel Pentecoſten.

p ¶ *Ieiunium.*] quia Dominus ſurrexit de cœna, & lauit pedes diſcipulorum, & iterum redit ad cœnam: volunt quidam ad ſimilitudinem Domini etiam pedes aliis abluere, & bis[e] comedere, ſed talis conſuetudo reprobatur.

† abeſt ab orig. † omni Hiſpaniæ orig.

3 Beda d. of ſic. tom. 7

4 Albin. pa. 67. Bur. l. 13. c. 17. Iuo p. 4. c. 11. † al. poſt miſſam

5 Conc. Aruernẽſ. c. 14. Et Agathẽſ. c. 63.

6 Bur. l. 2. c. 75. & l. 19. c. ‖ facit ergo Iuo c. 4. c. 12

‖ ieiunãdũ nõ eſt inter Paſcha & Pentecoſtẽ.

‖ Eps diebus Dñicis dz cẽ in eccleſ. ſua.

7 i cap. [illegible] ſynod.

‖ ieiunium eſt duplex

e intellige ſecundum Hug. de.

norare a Quadrageſimam, ſed ſincere abſtinentes, totam Quadrageſimam peragere.

*Item ex concilio Laodicenſi. c. 50.*¹

¶ De eodem. C. VIII.

¹ NOn oportet b in Quadrageſima, quinta feria vltimæ hebdomadę ieiuniũ diſſolui, & totam Quadrageſimam inhonorari: ſed per totos hos dies ieiunare, & eſcis abſtinentiæ conuenientibus, id eſt, aridioribus vti.

Item ex concilio Agathenſi. c. 12.

¶ Exceptis diebus Dominicis in Quadrageſima non ſoluatur ieiunium. C. IX.

PLacuit c, vt omnes eccleſiæ filij, exceptis diebus Dominicis, in Quadrageſima etiã die ſabbati† d ſacerdotali e oratione a, & diſcretiõis cõmunione f ieiunét.

a ¶ Oratione.] *In concilio legitur*, ordinatione, & diſtrictionis† comminatione ieiunent: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item ex concilio Niceno. cap. 20.

¶ Nec in die Dominico, nec in diebus Pentecoſtes in oratione genua flectantur. C. X.

³ QVoniam g ſunt in die Dominica quidam ad orationem genua h flectentes, & in diebus Pentecoſtes ſtatutum eſt à ſancta ſynodo (quoniam cõſona, & conueniens per omnes eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt) vt ſtantes i ad orationem vota Domino reddamus.

Item Leo Papa iiij.

¶ Quo tempore ab eſu carnium ſit abſtinendum. C. XI.

² DE eſu carnium apud vos † vetuſtiſſima, & non improbanda traditio ſemper eſt tenenda, vt à cœnæ termino, quæ fit in principio noctis quartæ feriæ k, quæ luceſcit in quarta feria, vſq; in diluculum quintæ feriæ, & ſimiliter à cœna noctis ſextæ ferię, quæ luceſcit in ſexta feria, nõ imperite ieiunatio vſq; ab ſabbati l lucem, quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit m, vel debuerit n, protendatur.

Item Gregorius dilectiſſimis ciuibus Romæ. lib. 11. epiſt. 3. ³

¶ Nec die ſabbati feriandum, nec die Dominico lauacrum eſt prohibendum. C. XII.

³ PEruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines praua inter vos aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita vt die ſabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud, niſi Antichriſti prędicatores dixerim? qui veniens o diem ſabbatum, atque Dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe, & reſurgere ſimulat, haberi in veneratione vult p diem Dominicũ: & quia iudaizare populum compellit, vt exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbatũ q. *& paulo poſt.* ¶ Aliud quoque ad me perlatum eſt, vobis à peruerſis hominibus eſſe prædicatũ, vt dominico die nullus debeat lauari. Et quidem ſi pro luxuria, & pro voluptate qs lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro neceſſitate corporis, hoc nec die Dominico prohibemus.

Idem Innocentius Papa. epiſt. 1. ad Decentiũ cap. 4.

¶ Ob reuerentiam ſepulturæ Dominicæ ſabbato ieiunare debemus. C. XIII.

⁴ SAbbato vero ieiunãdum r eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam, ſi diem Dominicum ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti nõ ſolum in Paſcha celebramus, verumetiam per ſingulos circulos hebdomadarum, ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus: quoniam† inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtiq; conſtat Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtique non dubium eſt intãtum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari. Quę vtique forma per ſingulas tenẽda eſt hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illi ſ ſemper eſt celebranda. Quòd ſi putant ſemel, atque vno ſabbato ieiunandum, ergo & Dominica, & ſexta feria ſemel in Paſcha erit vtique celebranda.

Item Melchiades† Papa ad epiſcopos Hiſpaniarum, cap. 3.

¶ Die Dominica, & quinta feria non celebrandum ieiunium. C. XIIII.

⁵ ⁷ IEiunium Dominici diei, & quintæ t feriæ nemo celebrare debet, vt inter ieiunium Chriſtianorum, & gentilium, veraciter credẽtium, & infidelium, atque hæreticorum vera, & non falſa diſcretio habeatur.

Item ex concilio Cæſaraugustano. c. 2. ⁸

¶ De eodem. C. XV.

NE quis ieiunet die Dominica cauſa timoris a v, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis: nec Quadrageſimarum diebus ab ec-

---

a ¶ *Exhonorare.*] arg. q nihil reputatur ieiunaſſe q vnũ diem non ieiunat, C. ad ſyl. l. vlt. nihil videtur eſſe factum, & c. 7 q. 1. nihil. Additio. Item arg. q vtile per inutile vitiatur. 9. diſt. ſi ad ſacras. 25. q. 1. & ſi legibus. ſed arg. contra. 12. q. 2. ſi quis. Arch. d.

b NOn oportet.] Sed p totos. i. omnes, exceptis diebus Dñicis. 21. ſ. di. 30. ſi quis presbyter j. di. 5 Quadrageſima.

c PLacuit.] ¶ *Vt omnes.*] non comedant.

d ¶ *Sabbati.*] ſcilicet Paſchalis.

e ¶ *Sacerdotali.*] ſcilicet finita hora nona.

f ¶ *Communione.*] ſcilicet percepta. i. non debẽt comedere niſi prius celebratis miſſarum officiis & veſpertinis. ſ. ead. diſt. 1. ſolent. H.

g QVoniam.] Sunt quidam.

h ¶ *Genua.*] ſ. diſtin. 76 §. non autem. & c. ſcire.

i ¶ *Stantes.*] ſ. diſt. 30. ſi quis presbyter. ſ. 26. q. 7. ſacerdos. contra. Sol. ibi dies remiſſionis vocantur dies ieiuniorum.

DE eſu carnium.] Hæc eſt 2. pars di. ſecundum Io. de F. Casvs. Quæſitũ fuit à Leone, q ib. diebus ſit abſtinendum à carnibus. Et reſp. q in 4. & 6. feria ab initio noctis præcedentis vſq; in ſequentem diem. ſ. quartã & ſextã feriã.

k ¶ *Feria.*] de quarta feria eſt conſilium, de ſexta præceptum.

l ¶ *Sabbati.*] dici, ſ. Paſchalis. ſupple ne forte ob inſignem ſolennitatẽ videretur ieiunium tunc ſoluendũ.

m ¶ *Maluerit.*] ſed non tenetur ad hoc.

n ¶ *Vel debuerit.*] cum teneatur ad hoc ex iniunctã pænitẽtia. Et ita eſt arg. q poſſum ‖ carnes comedere in die ſabbati a: nã ponit in optione noſtra tam diu abſtinere die ſabbati, quamdiu voluerim. Sed cõtra j. ea. 1. ſed illud eſt cõſilium, & conſuetudo ita interpretatur. extra de obſer. ieiu. conſilium. §. item de illis. nec enim ſabbatum eſt inter legitima ieiunia, vt j. ea. ieiunia. Ioan.

PEruenit.] Hæc eſt 3. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant. Casvs. Quidam homines praui ſenſus prædicabant ſabbatũ cuſtodiri & obſeruari. qui in hoc c à G. reprehendũtur cum videantur prędicatores antichriſti, q diẽ ſabbatũ atq; Dñicum faciet obſeruari. Dñicũ vt ſe reſurgere ſimulet, & ſabbatũ vt ad ſe prouocet perfidiã Iudæorũ. Similiter dicebant q in die Dñico nemo ſe debet lauari. qđ verum eſt cã voluptatis: ſed cauſa neceſſitatis ẽt in die Dominico non prohibetur.

o ¶ *Qui veniens.*] ſ. Antichriſtus.

p ¶ *In veneratiõe vult.*] i. volet. nã pro nimia certitudine ‖ ponit hic præſens b pro futuro c. & no. de hoc ſ. 23. q. 1. paratus. & j. ea. diſt. 4. quando quis.

q ¶ *Sabbatum.*] ſ. di. 41. quiſquis. & ſ. diſ. 81. nõ oportet. Io.

SAbbato.] Hæc eſt 4. pars diſt. ſecundum Io. de Fant. Casvs. Dicitur in hoc ca. q ſicut in qualibet ſeptimana obſeruatur dies Dñica, & 6. feria ieiunatur: ita omni die ſabbati debemus ieiunare: quia his duobus. dieb. Apoſtoli fuerunt in timore, & ieiunaue runt. vnde etiam in illo biduo, quod eſt ante Paſcha, Euchariſtia non conficitur in eccleſia. Seq. c. patet.

r ¶ *Ieiunandum.*] ſ. 12. diſt. illa. cõtra. Sol. hoc non obtinet. vel dic vt ibi dixi d.

s ¶ *Non celebrari.*] ſacramentũ corporis & ſanguinis Dñi. ſ. diſ. 2. viſum. contra. ſ. diſt. 2. iteratur. contra. Sed ſecundũ hãc exceptionẽ, illa c. intelligũtur.

IEiunium.] Hæc eſt 5. pars di. ſecundum Io. de Fan.

t ¶ *Quintæ.*] ſ. di. 76. vtinã. cõtra. Sol. phibetur hoc fieri in contẽptum diei ‖ aliàs ſemper ieiunare non reprobarẽ. vt ibi, ſed quare potius de his dieb. quã de aliis: cũ ieiunare in contemptum diei cuiuſcumque, ſit mortale peccatum? Dic ideo quia maioris venerationis ſunt, quia in illis duob. diebus fecit Dominus quidquid inſigne fecit fere. 85. diſt. c. pen. fere dixi: quia die iouis cœlos aſcendit.

NE quis.] Casvs. Dicitur hic, q non debet aliquis die Dñica ieiunare: nec in tempore Quadrageſimali ab eccleſia abeſſe: nec ſuſpectus in fide, vel de mala vita debet in latibulis habitare: nec conuenticula facere in aliis villis: ſed ſacerdotum ſequi doctrinam & exemplum. Seq. c. patet.

v ¶ *Cauſa timoris.*] aliàs terroris, ſ. quia aliqs incutiat timorẽ alicui, niſi ieiunet tali die.

a ¶ In

---

eo q comedit integra & perfecte, & poſtea ſurgit & iterũ comedit, ſe eius ſi parũ comedit. & poſtea ad manducandũ faciendũ ſurgeret, quo facto ad menſam rediret & comeſtionẽ inceptã perficeret: nã certe talis ieiunans diceretur, ſed; Hu qui ita not. i ſum. d obſer. ieiu. §. qñ. ver. io ta. & c.

† Et in 6. Syn. c. 29.

1 Burc. l. 13 c 8. Iuo p. 4 c. 43.

† al. ſabbato

† al. diſtinctionis

2 Burc. l. 13 c. 4 Iuo p. 4. c. 18. Pann. l. 2. c. 173.

† an] Grat.

‖ carnes comedere die ſabbati verũ ſit licitum.

a Dicit Ho. hic hř quod hoc ſabbato licite carnes comeditur: ſed poſt ea aliud obtinuit in ſabbatho. ſ. ab ſtinẽ tũ eſſe à carnibus j. di 5. quia dies ſed & ieiuniũ in ſabbato fuit poſt ea conſultũ j. c. ſabbato ſecundũ H.

4 Et Nicol. Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 10.

5 Iuo p. 4. c. 6. Pann. l. 2. c. 169.

‖ præſens pro futuro quandoq; ponitur.

b Add an & quãdo id fieri poſſit regulariter not. Bar. ſ l. ſi ita ff. de au. & ar. leg. & in l. ſi. quæ res pi. obl. poſ.

c Sub. econuerſo ponitur ſ. di. pe. in Chriſto. vbi de hoc

6 Auſ i præf. c. 1 Poly. l. 3. tit. 25. Iuo p. 4 c. 28. Pã. l 2. c. 137.

† al. quod] orig.

d De hoc & not. ſ. ea. de eſu. i ſi Arc.

‖ ieiunare ſemper non reprobatur.

† al. Miltiades.

7 Euſebius Emiſ. i hom. Pẽtecoſtes. vo. ye. ibid. Iuo p 4. c. 27 Pã. l. 2. c. 176

8 conc. Gangrenſe, c. 18

a ¶In ſuſpicionibus.] ſcilicet hæreſeos.
IEiunia.]Hæc eſt ſexta pars diſt.ſecundum Ioan.de Fant.
b ¶Et ſexta.]addita ſecunda feria. 11.q.3.de illis.di. 82. presbyter.
c ¶Soluenda.] ab his qui ad hoc voto vel pœnitentia ſunt adſtricti. Vel dic quòd hoc fuit in primitiua eccleſia neceſſitatis: hodie vero conſilij.H.& G.

d ¶Saluatorem.] §. 11. q.3 abiit.
e ¶Vel cum crucifigentibus.] j.diſ.4. qui bis.
f ¶Aliud.]C. de fer. l. 3.contra. Sed dic legẽ ſuccumbere, i. vim in hoc non habere. extr. de fer.conqueſtus.ª

a Sub.! niſi ad cælum neceſſitatis referatur. B.Hiſp.

DE pœnitentibus.] Hæc eſt 7. pars diſt.ſecundum I. de F. CASVS. Dicitur hic φ pœnitentes in cœna Domini debẽt reconciliari, niſi eſſent in mortis articulo cõſtituti:quo caſu nulli debet Euchariſtia denegari. De põdere vero delictorum, i. quanta pænitentia ſit pro delicto imponenda, ſecundum deuotionem pænitẽtis debet presbyter iudicare.
g ¶ Commiſſis.] mortalib⁹. grauiora enim appellat valde enormia b leuiora minus enormia: alias eſſet contra.16 q.6.q.vlt.
h ¶Ægritudo.]quo caſu nullo tempore eſt deneganda communio,vt noc.&.eg.diſt. prox. presbyter. Sed pone φ aliqs agat pœnitentiã: nũquid in iſtis vij.annis in quolibet anno in cœna Domini debeat in eccleſiam introduci? vel ſi debet,à quo? verũ tñ ab epo, vel à ſuo presbytero? Dñt quidã φ poſt primã expulſionem vſq; ad vltimam (quarum vtraque debet fieri per epiſcopum fieri c :) presbyter ſimplex poteſt eũ quolibet anno in cœna Domini recipere in eccleſiã,& poſt octauas de eccleſia expellere. de hoc 50.di. in capite.26.q.6.c.1.§.di.1. in cœna. Item quare hoc magis fit in die Iouis quàm in alio die? iõ quia eodem die idem Dñs captus fuit, & ligatus fuit:& eius ligatio abſolutionem noſtram operata eſt. Vel põt dici, φ ideo quia ipſe eodẽ die pedes diſcipulorũ lauit.vñ 16 capit. dẽ die fit vt pedes. i. affect⁹ noſtros lauet à peccatis: iuxta illud: quam ſpecioſi pedes euãgelizantium, &c. de pœ.diſt.1.poteſt.

‚Clemẽs.l.7 cõſtit.c. 34. Smaragdus ad c.48 reg S. Benedicti & Iuo p. 4.c. 31.Pano l.4. c 179.

d De quib⁹ habes 23.di § alias & § ea diſt. à in cœna ȝ in ſyno.6. c.66. Smaragd.ibid. Iuop.4 c 13

e Quia recõciliatiõ pœnitentiũ eſt epali officij ſi ſacerdotalis.16 q 6.§. iam ſi. 50.di. quãuis. Arc. An aũt liceat cũ ſchola tib. ſtudere die feriata ſi honor ẽ Dei dic φ ſic. vt p ang & Al. de Im. in l.di aus ff d fer. iſſ ti gl.1.l oẽs.iudices. & ibi Rayn & Ang. C d feri qm alr ter ſentiant cano. vt per Arc.hic & p Io. An. & d. Ant in c. 1. ext.e.

4 Cap l y c. 67. Poly.l.6. ti.10. Bur. l. 18.c.18.Iuo p. 15.c. 40.

cleſiis fideles deſint:nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium,qui in ſuſpicionibus a perſeuerant:ſed exemplum, & præceptum cuſtodiant ſacerdotum, & ad alienas villas agendorũ conuentuum cauſa non conueniant. Ab vniuerſis epiſcopis dictũ eſt, anathema ſit, qui hæc cõmiſerit.

a ¶Timoris.]Hoc exponitur in gloſſa. Sed in concilio eſt,cauſa temporis,id eſt, quoniam dies Dominicus ſit. De qua re habetur §. diſt. 30.c.ſi quis tamquam & c ſi. Legitur etiam in Põtificali Damaſi ideo Melciadem ſanxiſſe,ne quis die Dominico,aut feria quinta ieiunaret:quia eos dies pagani, quaſi ſacrum ieiunium celebrabãt. Et apud Burchardum, lib.19.imponitur pœnitentia ei, qui die Dominica ieiunat propter abſtinentiam, & religionem.

*Item ex dictis S. Apollonij.*¹

¶Caput hoc habetur apud Palladium in vita Apollo abbatis.

¶ Quarta & ſexta feria ſunt ſeruanda ieiunia. C. XVI.

6¹ IEiunia ſane legitima, id eſt, quarta & ſexta b feria non ſunt ſoluenda c, niſi grãdis aliqua neceſſitas fuerit: quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & ſexta feria crucifixus eſt Saluator. Videbitur ergo, qui in his diebus ſine aliqua neceſſitate ſoluerit ſtatuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem d, vel cum crucifigentibus e crucifigere. Die autem Dominica nihil aliud f agendum eſt,niſi Deo vacãdum. Nulla operatio in illa die ſancta agatur: niſi tantum hymnis, & pſalmis, & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur.

Item Innocentius Papa epiſt. 1. ad Decentium, cap. 7.

¶ Quinta feria vltimæ hebdomadæ Quadrageſimæ pœnitentes remiſſionem accipiant. C. XVII.

7⁴ DE pœnitentibus vero qui ſiue ex grauioribus commiſſis g, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo h,quinta feria ante Paſcha eis remittendum i Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Ceterum de pondere æſtimando k delictorum, ſacerdotis eſt iudicare,vt attendat l ad confeſſionem pænitẽtis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sane m ſi quis in ægritudinem inciderit, atque vſque ad deſperationẽ deuenerit, ei eſt ante tempus n Paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat.

i ¶Remittendum.]id eſt,abſoluendum reconciliando:Euchariſtiam concedendo 50 diſ pœnitentes.
k ¶Æſtimando.] arg.23.q.8.occidit.Ioan.
l ¶Attendat.] 26.q.7.de his.
m ¶Sane.]exponit quod dixerat in verbo ægritudo.
n ¶Ante tempus.]id eſt, ante quintam feriam, quæ eſt ante Paſcha.
LItteris veſtris.]Hæc eſt 8. pars diſ. ſecundum Ioan. de Fant. CASVS.Quidam epiſcopi ſingulis annis in cœna Domini nõ conficiebant chriſma,qui in hoc c. reprehenduntur. & præcipitur eis,vt quolibet anno chriſma conficiant, vt vetus chriſma crementur. Sequens cap. patet.
o ¶Et non per ſingulos.]§.de pœ.di.3.ſepties.& 54.di.§.1.& c. Agathoſa.§.di.96.cũ ad verũ.j.di. prox.omni tempore.& c. presbyteri.
p ¶De anno.] j.diſt.3.ſi quis de alio.

Item Fabianus Papa orientibus epiſcopis, epiſt. 2.

¶ Singulis annis quinta feria vltimæ hebdomadæ Quadrageſimæ nouum chriſma conficiatur. C. XVIII.

12 8 SI non ſanctificatur [k] aqua, cum aliqua erroris verba per imperitiam precator effundit, multi non ſolū mali, ſed etiam boni fratres in ipſa eccleſia non ſanctificant aquam. Multorum enim preces emendātur quotidie, ſi doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur, contra catholicam [l] fidem. Nunquid, ſi manifeſtetur aliquos baptizatos, cum illæ præces dictæ ſuper aquā fuiſſent, iubebuntur denuo baptizari? Quid ita? quia plerumque precis vitium ſuperat precantis affectus [m]: & quia illa certa Euangelica verba, ſine quibus non poteſt baptiſmus conſecrari, tantum valent, vt per illa ſic euacuētur, quæcumque in prece vitioſa contra regulam fidei dicuntur: quemadmodū dæmonium Chriſti nomine excluditur. Nam vtique [n] hæreticus ſi afferat [o] precē vitioſam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo poſſit illa imperitia ſuperari) & ideo ſimilis eſt ei, quicūque in ipſa catholica inuidus, & maleuolus, quales arguit

i ¶*Sed per fidem.*] vt legitur de pœ. di. 2. quęrendum. & c. pennata animalia. Io.

SI nō ſanctificatur.] Hæc eſt 11. pars diſti. ſecundum Io. de Fan.

CASVS. Quidā preſbyteri qñ aquam baptiſmatis benedicūt, vitioſas preces per imperitiā proferunt. quare quæſitū fuit ab Augu. vtrum valeat benedictio non obſtāte vitio locutionis, vel ꝗ hæreſim ſapit? & certe probat Augu. ꝙ valet. nā ſi aliquis fuerit baptizatus in forma eccleſię in aqua vbi fuerūt dictæ preces illæ, tñ nō iteratur baptiſmus: & hoc quia precātis affectus ſuperat vitioſā locutionem. & hoc fit p verba Euangelica, ſine quibus baptiſma fieri non pt. Nā ſi hæreticus in forma eccleſiæ baptizat, qui charitatis affectū non habet: licet preces offerat vitioſas: tñ vere baptizat. Idem etiam eſt in quolibet malo ſacerdote qui cū forma baptiſmi profert preces vitioſas ab hęreticis vel ab aliis cōpoſitas. *Quid ita*, i. cur ita eſt? quaſi cur non iubetur denuo? *quia plerumque, &c.* nam vtique hęc locutio ſuſpenſiua eſt vſque ibi, *nec tamen.* Si, i. quāuis.

k ¶*Si nō ſanctificatur.*] pone caſum per illa c.). di. retulerūt. & ſ. diſ. 38. ſedulo.

l ¶ *Contra catholicam fidem.*] i. contra rectam verborum formam in eccleſia catholica cōſtitutam. Vel cum dicit, baptizo te in nomine Trinitatis, & diaboli.

ADDITIO. Hoc etiam fuit dictum Laur. Val. dic contra fidem, i. cōtra bonos mores, quæ ſ. ſapiunt hæreſim: ſed ſacerdos ſimplex imperitus ſic non intelligit, immo credit eas ſanum & rectum intellectum continere. Io. de Fant.

m ¶*Affectus.*] i. bonitas hominis ſuperat vitiū locutionis. qu. d. non, ſed potius verbum Chriſti.

n ¶ *Nam vtiq;.*] Probat quòd vitium precum propter affectum bonum non emendatur in baptiſmo: ſed verbum Chriſti operatur virtutē. nam hæreticus bonum affectum non habet: & quamuis vitium precum afferat, non tamen minus baptiſmus ſuum effectum habebit, quia tantum valent illa certa verba Euangelij, vt quantumcunque preces aliæ vitioſæ ſint, formam tamen a Chriſto inſtitutam non poſſint euacuare: immo potius quātum ſpectat ad baptiſmum, omnes euacuentur ab illis euangelicis verbis. & hoc eſt, nam vtique.

o ¶*Si afferat.*] ſi, i. quamuis.

b De hoc ſ. c. aliud. H.

6 Iuo p. 1. c. 11

† precem dicit ad fontem] orig.

7 ibid.).

8 [Alg. l. 1. c. 13. Iuo p. 1. c. 25. Pan. l. 1 c. 52. & 53.

‖ baptiſmus no vitiatur precū vitio.

a ¶ Cyprianus

a ¶*Cyprianus.*] Cypriano enim & lxxx. epiſcopis viſum eſt baptiſmum Chriſti non poſſe eſſe apud hæreticos, vel apud ſchiſmaticos qui etiam baptiſma hæreticorum lauacrum diaboli appellabant. ſ. ead. diſt. quomodo. & diſt. 32. §. verum.

b ¶*Regulam.*] non enim debent verba cœleſtis Dei reſtringi ſub regulis Donati. 38. diſt. indignum. palea eſt. q. d. ſi virtus verborũ excludit dæmonium, ita & precum vitium.

CASUS. Beneu. ſic ponit hũc caſum. Prædicauerat Aug. ſemel & iterum neophytis: & expoſuerat illis de exorciſmis qui dicuntur & fiunt circa baptizãdos. Hic oſtẽditur qui baptizãtur qualiter interrogentur & reſpondeant de articulis fidei: & qualiter reſponſiones debeãt intelligi. H. vero ſic ponit hũc caſum. In hoc c. oſtẽdit Aug. ſe in ſuperioribus tractaſſe de his quę fiunt pueris in catechiſmo & exorciſmo. Secũdo dicit ſe nunc velle de his tractare, quæ fiũt circa pueros in ipſo baptiſmo, & dicit quod in baptiſmo præcedit interrogatio & reſpõſio de ſymbolo. Inde ſequitur immerſio in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. ſicut docuit Chriſt⁹. ſed quia nõ inuenitur in ſymbolo, ſed credo ſanctã eccleſiam, Aug. credit eſſe repetendum ter, vt dicatur: credo ſanctam eccleſiam ſicut ibi, credo in Deum, &c. Ad vltimum ſubiungit quod in alio ſenſu dicitur, credo in Deũ: & in alio ſenſu dr̃, credo eccleſiã catholicã. Sequẽdo c. plana ſunt.

illic Cyprianus a) afferat etiã, vt fieri ſolet, aliquã precem, in qua loquatur contra regulam b fidei (multi c quippe incuũt in preces non ſolum ab imperitis loquacibus, ſed etiam ab hæreticis compoſitas, & per ignorantiæ ſimplicitatem non eas valẽtes diſcernere, vtuntur eis, arbitrantes quòd bonæ ſint) nec tamen quod in eis peruerſum eſt, euacuat illa, quæ ibi recta ſunt: ſed ab eis potius euacuatur. d

Item Auguſtinus ad Neophytos, homilia 3.

¶Quid ſignificent myſteria, quæ in fonte baptiſmatis celebrantur.

C. LXXIII.

13 [1] PRima igitur, & ſecunda prædicatione de his tantum locuti ſumus, quæ vobis, priuſquam ad fontem ſanctum veniretis, iuxta catholicæ eccleſiæ† inſtituta tradidimus. Et quod ſignificaret vnctio, quæ diuerſis corporis noſtri adhibita partibus diuerſum intellectũ deſignat (prout Domin⁹ donare dignatus eſt) interpretati ſumus: cum oſtenderemus vos per oleum ſanctificationis ad auditum plenæ fidei præparatos, & ad bonum Chriſti odorem vocatos, ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo eſſe commonitos. Nunc vero de interioribus iam myſteriis locuti ſumus, quæ in ipſo ſacro fonte celebrata ſunt. [2] Emiſſa enim certiſſima cautione e, qua vos abrenuntiare omnibus pompis diaboli, & omnibus operibus eius, & omni fornicationi diabolicæ ſpopõdiſtis, deſcendiſtis in fontem ſacrũ, fontem redemptionis, fontẽ ſanctificatum virtute cœleſti. In hoc ergo fonte, antequam vos toto corpore tingeremus, interrogauimus, Credis in Deum patrem omnipotẽtem? Reſpõdiſtis, Credo. Rurſus interrogauimus Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius, qui natus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine? Reſpondiſtis ſinguli, Credo. Iterum interrogauimus, Credis & in ſpiritum ſanctum? Reſpondiſtis ſimiliter, Credo. Hoc autem fecimus iuxta Domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris imperium: qui, cum ad patrem in cœlum aſcenderet, diſcipulis ſuis id eſt Apoſtolis mandauit dicẽs, [Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti.] *Matth 28.*

Item. ¶ Quod autem interrogauimus, Credis a ſanctam eccleſiam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem: non eo modo interrogauimus, vt quomodo in Deum creditur: ſic & in eccleſiã ſanctã catholicã: quæ propterea ſancta & catholica eſt: quia rectè credit in Deum. Non ergo f diximus, vt in eccleſiam, quaſi in Deum g crederetis: ſed intelligite nos dicere, & dixiſſe, vt in eccleſia ſancta catholica conuerſantes in Deum crederetis: crederetis etiam reſurrectionem carnis, quę futura eſt.

a ¶Credis ſanctam.] Legebatur, in ſanctam, Inducta eſt particula, In, ex aliquot vetuſtis, & Iuone. Atque ita loquendum docet ſæpe Auguſtinus.

Item Iſidorus de officiis lib. 2. c. 24.

¶Aliorum fide, & profeſſione paruuli baptizantur. C. LXXIIII.

14 [4] PAruuli alio profitẽte baptizantur: quia adhuc loqui h, vel credere i neſciunt, ſicut etiam ægri; muti k: & ſurdi, quorum vice l alius profitetur, vt pro eis, dum baptizantur, reſpõdeat.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 34. [5]

¶Aliorum teſtimonio ægrotantes tunc baptizandi. C. LXXV.

[6] AEgrotantes ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cũ a voluntas eorum teſtimonium ſui m dixerit n, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum eſt.

c ¶ *Multi.*] parenteſis eſt, id eſt, interpoſitio vſque ibi, nec tamen.

d ¶*Euacuatur.*] argu. quod verba nõ vitiantur per inutilia. ſ. diſ. 37. turbat. ſ. 23. q. 4. quid ergo. C. de do. ſancimus. ſ. 1. q. 1. nõne Sodomitæ. & c. Domin⁹ declarauit. ſ. diſt 37. ſi quid veri. arg. tñ contra. ff. de ac. quot. & æſti. l. 1. §. itẽ quæritur. ſ. di. 23. quorundam. ſ. diſt. 9. ſi ad ſacras. ſ. 3. q. 9, pura.

d ¶ *Euacuatur.*] [1] ex hoc c. colligitur quod nõ vitiatur forma baptiſmi ſi quid in ea apponatur ſuperfluũ: quod admittunt quidam [a]: vt ſi dicatur, baptizo te in nomine patris, & filij. ſpiritus ſancti & diaboli: vel *Arma virumque cano*: vel quod quid ſequatur, baptizatus eſt. arg. contra. ff. de ver. obl. quæ extrinſecus. Idem eſt ſi quid præmittatur ante formam: vt ſi dicatur: *Arma virumque cano.* & ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Si vero aliquid interponatur, vt ſi dicatur, baptizo te, Deus eſt in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, &c. non eſt baptizatus: ar. ff. de teſt. heredes palam. §. vl. vbi diſtinguitur an interponatur actus extraneus. & circa hoc eſt omne verbum extraneum à forma. quod non concedo. qui enim dicit, baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, & omnium ſanctorum, non dicit, baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: quia ſecundum hoc duo diceret, quod eſt impoſſibile: & eadem ratione deberes dicere cũ dicitur, non ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpirit⁹ ſancti, quod eſſet baptizatus, quia verba baptizandi protulit: quod patet falſum eſſe. Sed pone quod mutat ordinem baptizandi, an baptizabit? vt ſi dicat baptizo te in nomine patris, & ſpiritus ſancti & filij, vĩ quod ſic. ext. de reſcr. cauſam. ar. C. de teſt. præpoſteri. nec enim ſcripturæ obſeruandus eſt ordo. ff. de ſolu. nec enim. contrarium tñ dr̃. arg. C. de ſen. & inter. l. prolatam. Dico enim ordinẽ verborũ eſſe de forma. Si aũt mora interponatur naturalis & cõpendioſa, vt de reſpirando vel tuſſiendo vel excreando, nõ obeſt. aliàs contra. C. de teſta. cum antiquitas. & de tẽpore hoc & de actu qui interponitur, diſtingue per l. ff. de duo. re. conſt. duos reos. §. vl. & pe. & de ver. ob. continuus. nam modicũ interuallũ nõ impedit: quod tñ magis intellectu, quàm locutione, &c. ff. de ſol. ratũ. Et hoc etiã attendas circa formã Euchariſtiæ. Pone enĩ quod dicit formã panis, demũ poſt aliquantulũ ſpatiũ, formã vini: nũquid tranſubſtãtiatur ibi panis vel vinum? Reſp. vt præmiſi. tñ quæſtio nõ procederet ſecundum eos qui dñt eſſe duas formas, vt no. ſ. diſt. 2. quia paſſus.

PRima igitur.] Hæc eſt 13. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.

e ¶ *Cautione.*] hic ergo intercedit ſtipulatio, & obligãtur pueri ex promiſſione patrinorum, licet non intelligãt: quod ſpeciale eſt in baptiſmo. illud aũt eſt loco ſtipulationis, credis in Deum? tenetur ergo obſeruare fidem puer factus adultus. 45. di. de Iudæis. & obligantur licet nihil intelligant. C. de falſ. mo. l. 1. immo ſi bene inſpexerimus, potius liberatur à diabolo quàm obligetur. nam ignorans per aliũ bñ liberatur. Itẽ ex eo quod dicit certiſſima, eſt argu. quod ſimplex cautio, idonea cautio dr̃: ſed tñ lex dicit quod cum dicitur idonea cautio, intelligendum eſt pignus vel fideiuſſor, vt ff. de fideic. li. l. 4 §. addici.

f ¶ *Ergo.*] vocabulum ſemel poſitum poteſt accipi proprie & improprie. argu. diſt. 28. presbyterum.

g ¶ *Quaſi in Deum.*] *Crede Deo, credaſque Deum: plus credo valere, Si credas in eum, animo quòd ei, vel eum.*

PArnuli.] Hæc eſt 14. pars diſ. in qua probat per ſex. c. quod ſolus baptiſmus ſufficit paruulis, qui aliàs nõ pñt credere niſi per ſacramẽtũ fidei Io. de Fã.

h ¶*Loqui.*] aliter ſi poſſunt loqui. vnde Aug. in epiſtola ad Renatum epiſcopum. [a] Septennis ætatis pueri & mentiri & verum dicere, confiteri & negare iam poſſunt, & ideo cum baptizantur, iam ſymbolum reddant, & ipſi pro ſe ad interrogationem reſpondeant.

i ¶*Vel credere.*] arg. quòd habet puer fidem, ſed neſcit ea vti, vt extra c. maiores. ver. à pleriſque.

k ¶ *Muti.*] vel etiam furioſi. pupillus enim infans vel infantiæ proximus non multum à furioſo diſtat. inſt. de inut. ſtip. §. pupillus. differentiam tamen dixi inter infantem & furioſum. ſ. ead. hi qui.

l ¶*Vice.*] [b] nam ſatis conueniens eſt, vt qui per alium obligatur, etiã liberetur per alium. ſ. ea. quæris. Item dicit lex quòd pro ignorante fideiubere poſſum. ff. de fideiuſ. fideiubere. & ignoranti etiam actio acquiritur. ff. ſi cer. pet. ſi à furioſo.

m AEgrotantes.] ¶*Sui.*] ſcilicet amici.

n ¶*Dixerit.*] vel dici fecerit vel per ſigna. vel dic ſui, ſcilicet voluntatis.

Margin notes:

† Vtile non debet per inutile vitiari.

[a] Baptiſmi forma an vitietur ſi aliquid ſuperfluũ apponatur, aut interponatur, aut ſi ipſius ordo mutetur.

1 Iuo p. 2. c. 94. Pan. l. 1. c. 55.

† al. regula

a Vt Lau. quod dt verũ ſi aliud oppoſitũ ſubſequatur, vt ſequitur & idẽ cũ hic H. & iſto rõ ſunt hæc ſnĩ. vſque ibi, quod nõ concedo, &c. vbi adde quod hoc fuit tñ lo. vſque ibi, ſed pone, & c. & ſecutus eſt ipſe Io. magiſtrũ Petrũ qui dixit quod in talib⁹ nõ eſt forma ſeruata. Aliud eſt enĩ dicere, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, & diaboli, & aliud ſignatur. Arc.

2 Con 2.

3 Sen. 4. di 6

3 Serm. 181 de temp. c. 12.

[a] Stipulatio intercedit in baptiſmo per quã obligãtur paruuli.

4 Sent. ibid.

[a] cautio idonea quę eſt.

5 Et in Afri. c. 12.

6 Bure. l. 4. c. 36 Iuo p. 1. c. 163. Pann. l. 1. c. 14.

[a] Pueri ſeptennes poſſunt mẽtiri & verum dicere.

[b] obligatus per aliũ, per alium liberari poteſt.

[c] hic pro alio eius voluntatẽ probauit 26. q. 6 qui recedũt. & c. ſi q. de pœ. diſt. 1 multiplex. Arc.

NIhil eſt aliud. CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. quare pro paruulo cum interrogatur, credis in Deum, reſpondeant patrini, credo: cũ paruulus fidei articulos nõ intelligat & reſpondet, quod talis reſponſio adhibetur, vt ſacramentorum ſolennitas impleatur: & propter ſacramentum fidei, per quod paruulus dicitur fidem habere, & credere. vnde fides vocatur, licet fidei veritatem non habeat in actu, ſed in habitu.

a ¶ Quam fidem.] i. ſacramẽti fidei profeſſionẽ, ſed non virtutẽ: ſed ſi nõ hñt charitatem, quo ergo ibunt in patriam poſt mortem[a]? hoc eis datur[b] à Deo. Alij dñt quod hñt eam in habitu. ext. de bapt. & eius effe. c. 1. ſed & per alios dñt credere. j. ea. in eccleſia.

b ¶ Habere.] j. diſt. ca. quæris. ſ. 1. q. 1. §. vt itaque. ſ. diſtin. 1. hoc eſt, quod dicimus.

c ¶ Etſi.] i. quamuis.

d ¶ Sacramentum.] Baptiſmus dicitur ſacramentũ fidei: quia in fide Chriſti conſecratur: & in fide eccleſiæ confertur, vel quia nomine Trinitatis cõfertur, quam offerentes[c] & oblati tenẽtur credere & confiteri. Vel quia ſignum eſt, quod ſuſcipiens fidẽ habeat, ẽt ſi nõ habeat, aliquo impediente.

e ¶ Fidelem.] ſunt qui dñt ipſos fideles dici, quia fidem hñt habitu, non vſu. i. non exercitio, & ſic de alijs virtutib. Iſti ſic illud intelligũt fides illa, quæ &c. non facit fidelem vſu. i. exercitio. j. ead. paruuli. & ſic de alijs.

f ¶ Non rem ipſam.] i. circa virtutem.

a Vt ſ. e. ſolet. b ſ. e. charitas, ſine qua nemo ſaluatur. a Sent. ibid. ... 387. Pan. l. 1. c. ... † al. deſectum. ... † al. celebritatem. a j. e. c. quis. † al. abnuendo.

CVm pro paruulis] CASVS. Dicitur hic quod alij reſpõdent pro paruulis vt ſacramentum celebretur. & valet pro eis talis reſponſio: quia pro ſe reſpondere non poſſunt. ſi autem poſſent pro ſe reſpondere: talis reſponſio non valeret eis. quod probatur auctoritate Euangelij.

g ¶ Reſpondere.] ſic diſtinguit lex. ff. de admin. tut. l. 1. §. vlt.

h ¶ Itidem.] i. tantũ, & hoc quo ad præſumptionem[d]. Arg. quod taciturnitas nõ habetur pro conſenſu. ſ. di. 86. tãta. ſ. di. 27. diaconi[a]. ſ. diſt. 54. ſi ſeruus. Sed contra ſ. 2. q. 6. biduũ.

3 ſ. e. Baptiſmi vicẽ Sen. ib. Iuo p. 1. c. 24. Pan. l. 1. c. 35. Ioan. 9. d Sub qua nõ præſumitur tñ valere quo ad remiſſionem peccatorũ. Io. de Fan. 4 de co. 4 di. Iuo par. 1. c. 194. Pan. l. 1. c. 37. † tacita non contentis. ‖ Baptizandus ter dẽt immergi.

POſtquam.] CASVS. In hoc cap. duplex ratio aſſignatur quare homo ter immergitur in baptiſmo. vna eſt quia baptizatur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Alia eſt, quia Chriſtus tertia die reſurrexit à mortuis, cum quo ẽt moritur in baptiſmo.

i ¶ Poſtquam.] de forma baptizandi & modo tractat vſque ad c. veniſti.

a ¶ Voluntas eorum.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſam in verbo*, dixerit. *Sed in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus, & in concilio Carthaginenſi 3. & in cõcilio Africano in corpore conciliorum tribus tomis impreſſo, & apud Iuonem, qui citat Iſidorum legitur*, Cũ voluntatis eorũ teſtimonium ſui dixerint. *In eodem autem Africano in codice canonũ, & in Carthaginenſi recentiorũ editionis cõciliorum, & apud Burchardum eſt*, Cum voluntatis eorum teſtimonium hi, qui ſuis periculo proprio adfuere, dixerint, *In Carthaginenſi autem Græco*, ...

Item Auguſtin. 23. ad Bonifacium.

¶ Sacramentum fidei, non ipſa fides paruulum facit fidelem.

C. LXXVI.

[1] NIhil eſt aliud credere, quã fidem[a] habere: ac per hoc, cũ reſpõdetur paruulus credere, qui fidei nondũ habet affectũ[b] †, reſpondetur fidẽ habere, propter fidei ſacramẽtum, & conuertere ſe ad Deum propter conuerſionis ſacramentum: quia & ipſa reſpõſio ad celebrationem † pertinet ſacramenti. *Item infra.* ¶ [2] Paruulum etſi[c] nondum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, iam tamen ipſius fidei ſacramentum[d] fidelem[e] facit. Nam ſicut credere reſpondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipſam[f] mente annuendo †, ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo.

Item in lib. 4. de baptiſmo. c. 24.

¶ Alterius profeſſio non valet ei, qui per ſe reſpondere poteſt.

C. LXXVII.

[3] CVm pro paruulis alij reſpõdent, vt impleatur erga eos celebratio ſacramenti, valet vtiq; ad eorum cõſecrationẽ, quia ipſi reſpondere[g] non poſſunt. At ſi pro eo, qui reſpõdere poteſt, alius reſpondeat, non itidem[h] valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictum eſt, quod omnes, cum legitur, naturaliter mouet [Ætatẽ habet: ipſe pro ſe loquatur.

Item Auguſtinus in homilia 3.

¶ Quare trina merſio in baptiſmate celebretur. C. LXXVIII.

[4] POſtquã[i] vos credere promiſiſtis, tertio capita veſtra in ſacro fonte demerſimus. Qui ordo baptiſmatis duplici[k] myſterij ſignificatione celebratur. Recte enim tertio merſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmum in nomine ſanctæ Trinitatis. Recte tertio merſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmum in nomine Ieſu Chriſti, qui die tertia reſurrexit à mortuis. Illa enim tertio repetita demerſio typum Dominicæ exprimit ſepulturæ: perquam Chriſto conſepulti[l] eſtis in baptiſmo, & cum Chriſto reſurrexiſtis in fide: vt peccatis abluti in ſanctitate virtutũ Chriſtum imitando viuatis.

k ¶ Duplici.] etiam ter mergitur: & quia fit inuocatio Trinitatis: & quia Chriſtus tertia die reſurrexit, vt j. ſequitur.

l ¶ Conſepulti.] quantum ad vitia.

SADDITIO. Hoc ſ. e. c. proprie.

SI quis presbyter.] CASVS. Quidam in baptiſmo ſemel tñ hominẽ immergebant & dicebãt, Baptizo te in mortem Domini. dicitur quod tales debent deponi: quia formam non conſequuntur.

m ¶ Trinam merſionẽ.] j. e. c. prox. contra. ſed aliud eſt ſemel immergi ſub illa verborum forma: baptizo te in morte Domini: quod hic interdicitur. Aliud in nomine Trinitatis vnica merſione: quod ibi in eccleſia quibuſdam permittitur.

n ¶ In morte.] i. ad inuocationem[e] mortis eius.

Rom. 6. 5 Burc. l. 4. c. 23. Iuo p. 1. c. 125. Pan. l. 1. c. 38. † presbyter, aut ... e Alias, id eſt in memoriã vel ad imitationem mortis, & ... Io. de Fan. Matth. 28.

Item ex canonibus Apoſtolorum. c. 50.

¶ De his, qui ſemel, non tertio in baptiſmate merguntur.

C. LXXIX.

[5] SI quis presbyter †, aut epiſcopus nõ trinam merſionem[m] vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate (quòd[a] dari à quibuſdam iubetur in morte[n] Domini) deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate: ſed [euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.]

a ¶ Quod dari.] *priſca verſio hoc tantum loco diſcrepat a Gratiano. Sic enim in ea legitur*, quod dari videtur in morte Domini. *eodemque modo apud Burchardum. Iuo habet*, quod dari iubetur in Domini mortem. *Græce autem eſt*, ... *id eſt*, ſed vnicam merſionem, quæ in mortem Domini datur.

DE trina.] Hæc eſt 15. pars diſt. in qua dicitur quod non eſt contra fidẽ ſi ſemel immergitur puer in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti, propter vnionem Trinitatis. Io. de Fan.

CASVS. Quidam in baptiſmo ter immergebãt: quidã ſemel vtrique in forma eccleſiæ. quærebatur quid iuſtius eſſet? & reſpondet, quod bona eſt vtraque conſuetudo: quia trina merſio & eleuatio mortem Chriſti ſignificat, & reſurrectionem tertia die, & trinitatem perſonarũ quæ in vna ſubſtãtia conſiſtũt. vna vero immerſio vnitatem ſubſtantiæ deſignat. Seq. c. patet.

o ¶ Conſuetudo.] ſ. diſt. 11. ſcit ſancta. Ambr. li. 8. de forma. ſ. diſt. 76. c. pen. & vlt.

ADDITIO. Vel dic conſuetudo. ſ. immergendi ſemel, vel ter dummodo forma eccleſiæ obſeruetur. Arc.

p ¶ In tribus.] videtur cõtrariũ huic ca. quod Amb. dicit de Cypriano. ‖ In ſuo ſenſu abũdat Cyprianus, cum ſemel immergat pueros qui quod intelligebat, ſtudioſe adimplebat bonis operib. abundãdo, licet in hoc neſcius delinqueret: ſed poſt correctus à Domino abundauit altiori ſenſu, ter illos immergendo. Sol. forte ille tantum ſemel debere immergere dogmatizabat: vel ibi erat conſuetudo ſemel immergere.

6 Et i Tolet. 4. c. 5. & in Vuorm. c. 5. 7 Sent. ibid. Pol. l. 3. c. 10. Anſ. l. 9. c. 51. Iuo par. 1. c. 130. Pan. l. 1. c. 60. ‖ Cyprianus ſemel tantũ immergebat. † al. ſubſiſtentiis. 8 ad verſ. [vnus dies] 9 Iuo p. 1. c. 131. Pan. l. 1. c. 61.

Item Gregorius Leandro epiſcopo Hiſpaniarum. lib. 1. epiſt. 41.[6]

¶ De eodem. C. LXXX.

[7] DE trina merſione baptiſmatis nihil reſponderi verius poteſt, quàm quod ipſi ſenſiſtis: quia in vna fide nihil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo[o] diuerſa. Nos autẽ, quòd tertio mergimus, triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus, vt dum tertio infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimatur. Quod ſi quis forte etiam pro ſummæ Trinitatis veneratione exiſtimet fieri, neque iſtud aliquid obſiſtit baptizandos ſemel in aquis mergere: quia dum in tribus perſonis † vna ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt infantem in baptiſmate vel ter, vel ſemel immergere: quando & in tribus[p] merſionibus perſonarum trinitas, & in vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari.

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Epheſios, lib. 2. ad c. 4.[9]

¶ De eodem. C. LXXXI.

[9] EOdem modo[q] & in patrẽ, & in filium, & in ſpiritum ſanctum baptizamur, & ter[r] mergimur, vt Trinitatis vnum appareat ſacramentum, & non baptizamur in nominibus patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in vno nomine quod intelligitur Deus. *Item infra.* ¶ Poteſt vnum baptiſma

q EOdem modo.] i. in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

r ¶ Et ter.] id eſt, ter immergitur in baptiſmo: & ita tres merſiones ſunt vnum ſacramentum, ſicut plures voces[f] vnum nomen. argu. extra de reg. iure. omnis.

f Dicẽdo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

Multi

MVlti ſunt.] Casvs. Quidam in Chriſti nomine baptizabant, & ſemel tantum immergebant: qui in hoc c. reprehenduntur, quia iuxta Euangelium ter debemus immergere in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen.

† baptiſmus an poſſit dari in nomine Chriſti.

a ¶ *Multi ſunt.*] † non prohibet baptizari in nomine Chriſti: ſed reprehendit illos qui dicebāt, quod debet baptizari tantum vna immerſione, & tantum ſub vna forma verborū in nomine Chriſti.

b ¶ *Trinitatis.*] explicite.] Nunquid & Græci habēt eandem formā? Sic, quia idem eſt effectus, voces autem non eædem, vt dicit Azo. vnde Græcus huc veniens baptizaret in lingua ſua, & Latinus in Græcia in lingua ſua: quia Apoſtoli variis linguis loquebantur, & iuxta illud, Qui præibāt & qui ſequebantur, clamabāt, Oſanna, & tantū forma realis eſt attendenda, & nō vocalis. j. c. retulerunt. † Item pone quod aliquis dicit baptizato te in nomine genitoris, & nati, & ſancti flaminis, an baptizetur? Videtur quod ſic, quia non refert vtrum ex æquipollentibus quis dixerit. ar. ff. de verb. obl. quæ extrinſecus. & l. ſi ſub vna. & ff. ſi cer. pet. l. certū. quod concedo. & ſub nominib. ſynonymis bene poteſt fieri baptiſm⁹. ſed ſic non baptizatur in nomine paternitatis & filiationis, &c. Itē ſi omittit hoc pronomen ego, & dicit baptizo te, &c. bene baptizat: quia ſubintelligitur pronomē. Arg. C. de fideicom. verbū volo. maxime quoniam nec Chriſtus appoſuit pronomen cum dixit: Ite, baptizate, &c. non eſt contra extr. de bapt. cap. 1. quia ibi etiam verbum emiſit. Sic autem non baptizatur, mergo te in nomine patris, &c. quia non eſt ſynonymum cum illo verbo baptizo, nec per hanc vocem, baptizo te in nomine trium perſonarum.

† Baptiſmi forma apud Græcos & Latinos eſt eadem.

1 Iuo p. 1. c. 161. Pan. l. 1. c. 62.

Ioan. 6.

† Baptizare in noīe genitoris, &c an valeat.

2 Sen. 4. di. 3. Iuo par. 1. c. 169.

a ibi vide quod ibi plene not. per Ioan. Arch.

IN *ſynodo.*] Hæc eſt 16. pars diſt. in qua probat, quòd forma baptizandi debet ſeruari: & qui vnum de Trinitate confeſſus non eſt, ſiue negauerit, non eſt Chriſtianus. Ioan. de Fan.

Casvs. Quidam erant qui in baptiſmo non nominabant omnes tres perſonas, contra quos in ſynodo Anglorum eſt diffinitū, quòd non dicitur aliquis vere baptizatus, niſi in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti amen, fuerit baptizatus. nam ſi quis duas perſonas fuerit confeſſus, & tertiam negauerit, duarum confeſſio nihil ei prodeſt.

3 q. 1. § q. Iuo par. 1. c. 153. Pan. l. 1. c. 64.

& ita dici, quòd licet ter baptizemur propter myſteriū Trinitatis, tamē vnum baptiſma reputetur.

¶ *Locupletatum, & emendatum eſt caput hoc ex originali.*

Item Pelagius Papa, Gaudentio epiſcopo.

¶ De his, qui in nomine Chriſti ſemel tantum mergunt. C. LXXXII.

1 MVlti ſunt a, qui in nomine ſolūmodo Chriſti vna etiā merſione ſe aſſerunt baptizare, Euangelicum vero præceptum ipſo Deo, & dño ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto tradente, nos admonet in nomine Trinitatis b, trina etiam merſione ſanctum baptiſma vnicuique tribuere, dicente Domino diſcipulis ſuis,] Ite baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.]

a ¶ *Spiritus ſancti.*] *Hic videtur ſequi c. Si reuera. ſupra ea.*

Item Zacharias PP. Bonifacio epiſco. in epiſt. cuius initium. [*Sacris liminibus.*]

¶ In inuocatione Trinitatis tertio in baptiſmate mergere debemus. C. LXXXIII.

16 2 IN ſynodo Anglorum decretum, & iudicium firmiſſime præceptum, & diligenter demonſtratum eſſe dinoſcitur, vt quicumque ſine inuocatione Trinitatis merſus fuiſſet, ſacramētum regeneratiōis nō haberet. Quod omnino verū eſt, quia ſi lotus in fonte baptiſmatis quis fuerit ſine inuocatione Trinitatis, perfect⁹ Chriſtianus non eſt, niſi in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti fuerit baptizatus. Hoc quoq; obſeruari in prædicta ſynodo ſacerdotes voluerunt, vt qui vel vnam de Trinitate perſonam in baptiſmo non nominaret, illud baptiſma eſſe verum non poſſet. Quod pro certo verum eſt: quia qui vnā ex ſancta Trinitate confeſſus nō fuerit, perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt. Qui enim confitetur patrem, & filium, ſi confeſſus non fuerit & ſpiritum ſanctum, neque patrem habet, neq; filium, & qui confeſſus fuerit patrem, & ſpiritum ſanctum, & filium non fuerit confeſſus, neque patrem habet, neque ſpiritum ſanctum: ſed vacuus eſt à diuina gratia.

Item Gregorius Quirino epiſcopo in Iberia, lib. 9. epiſt. 61.

¶ Rebaptizentur, qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerint. C. LXXXIIII.

3 HI vero heretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizātur, ſicut ſunt Bonoſiani † c, & Cathaphriges (quia & illi Chriſtum Dominum non credunt: & iſti d ſanctum ſpiritum peruerſo ſenſu eſſe quemdam prauum hominem montanum credunt: quorum ſimiles multi ſunt) & alij tales, cum ad ſanctam eccleſiam veniunt, baptizātur: quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti in ſanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.

HI *vero heretici.*] Casvs. Bonoſiani non credebant filium eſſe Deum, nec Cataphrygæ ſpiritum ſanctum, ideo in nomine Trinitatis non baptizabant ipſi, nec multi alij. vnde ſic baptizatis dicitur, quòd ſi ad eccleſiam venerint, debent baptizari. Sequens c. patet. *Simplam.* ideſt, vnicam vel vniformem.

Item ex concilio Toletano 4. c. 5.

¶ Semel in baptiſmate mergere licet. C. LXXXV.

4 PRopter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis vſum, ſimplam e teneamus baptiſmi merſionem.

Item Zacharias Papa Bonifacio epiſcopo in epiſtola decretali.

¶ De ſacerdote, qui per ignorantiam linguæ latinæ in inuocatione Trinitatis delinquit. C. LXXXVI.

5 REtulerunt nuntij a tui, quòd fuerit in eadem prouincia ſacerdos: qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſciens latini eloquij, infringens linguā diceret, baptizo te in nomine patria, & filia, & ſpiritu ſancta. Ac per hoc tua reuerenda fraternitas conſiderauit eos rebaptizare. Sed ſanctiſſime frater, ſi ille, qui baptizauit, non errorem introducens f, aut hæreſim g: ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, vt ſupra fati ſumus, baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, vt denuo baptizentur.

a ¶ *Nuntij tui.*] *Ita duæ voces additæ videtur à Gratiano (quamquam Virgilius, & Sidonius qui hoc retulerant, proprie nuntij Bonifacij non fuiſſent) ne ea, quæ in epiſtola antecedunt, referre cogeretur: quod tamen Burchardus, & Iuo fecerunt.*

Item Ambroſius de ſacramentis, tractatu. ſeu lib. 1. c. 2.

¶ Quare baptizati à ſacerdote vnguntur. C. LXXXVII.

18 6 VEniſti † h ad fontem, ingreſſus es: cōſidera, quid † videris i: quid locutus ſis, conſidera: repete k diligenter: occurrit tibi Leuita: occurrit presbyter: vnctus es l, quaſi athleta Chriſti: vt g ad baptiſmum catechumenus accedas.

g ¶ *Vt ad baptiſmum.*] *Ita etiam Iuo, & auctor gloſſæ ad ver. vnctus, videtur hoc ſpectaſſe: ſed tota hæc clauſula abeſt ab originali in quo huius loco ſunt verba hæc, quaſi luctamē huius ſæculi luctaturus profeſſus es luctaminis tui certamina.*

c ¶ *Bonoſiani.*] ſ. 24. q. 3. quidā. ver. Bonoſiani. Hi dicebant Chriſtū adoptiuum filium Dei, non proprium.

† al. Bonoſiaci

d ¶ *Et iſti.*] aliàs tamē exprimitur coram error, 24. q. 3. quidā. ver. Cataphrygis. quia auctores ... eorum dixerūt ſpiritum ſanctum in ſe deſcendiſſe, non in Apoſtolos.

e PRopter. ¶ *Simplam.*] Alludit conſuetudini loci. vel ſimplam, i. vniformē. Et ita eſt ar. quod omnes debemus baptizari in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. ſ. c. propre.

REtulerunt.] Casvs. Quidā preſbyter imperitus in arte grammatica, in baptizādo verba baptiſmi & formā corrupte proferebat, ēpiſcopus loci volebat rebaptizare eos, quos ille baptizauerat. vnde ſuper hoc conſulit Papā, qui reſpondet dicens, quod tales non debent iterum, baptizari, ſi ſacerdos ille errorē, vel hæreſim introducere nōn intendebat: ſed tantum ex ignorātia ſic corrupte proferebat. Sequen. c. patent. *Miniſterium*, ideſt, chriſma. *Signaculum*, i. ſacramentum confirmationis. *Sacerdotis*, ideſt, epiſcopi.

4 Iuo p. 1. c. 124. Pan. l. 1. c. 59.

5 Burc. l. 4. c. 41. Iuo p. 1. c. 13. Pan. l. 1. c. 65.

f ¶ *Introducens.*] nam vitius ſyllabæ error nō nocet. ff. de manu. teſt. qui habebat.

g ¶ *Aut hæreſim.*] maxime quia ſi errorem induceret: dummodo in forma eccleſiæ baptizaret, teneret baptiſmus h, vt ſ. e. ſatis.

h Vel dic quod faciet mentionē de errore, quia ſi erraret quod aliud dicere vel facere intēderet. J quid dicat v. l la ciār catholici. talis error impeditur. B. Hiſp.

VEniſti.] Hæc eſt 17. pars diſt. in qua interpretātur verba ſacerdotis, quæ dicit in exorcizando & baptizando & veſtes quid ſignificent. Io. de Fan.

h ¶ *Veniſti.*] de iis quæ in baptiſmi celebratione fiūt, dictum eſt. nunc principaliter ſe ... de iis, quæ poſt lauacrum ſequuntur, ſcilicet, quæ poſt baptiſmum baptizato fieri debeant. & 6. ea. annectit. in poſtremo tamen habetur quæ circa ipſum facta ſunt prius.

6 Iuo p. 1. c. 9. Pan. l. 1. c. 58.

† al. Veniamus

† quæ] tera lectio.

i ¶ *Quid videris.*] ideſt, etiā audieris. nam ſub viſu omnis ſenſus continetur. c

c Ad hoc fa. opt. qd le. & not 3. q. 9. teſtes. 9. d. diaconi ſunt. ver. ipſe &c. & fuit iſta glo. Laur. & Io de Fan.

k ¶ *Repete.*] oſtendit. quæ circa ipſum prius facta ſunt, vſque ad cap. Iudæi.

l ¶ *Vnctus es.*] ſputo, non oleo, ſcilicet in catechiſmo.

2 ¶ Poſt

Item Rabanus de inſt.cler lib.1.c.28.

¶ Quare baptizatus à presbytero vngatur in cerebro. C. LXXXVIII.

[1] POſtquam [a] aſcenderit baptizatus de fonte, ſtatim ſignatur in cerebro à presbytero cum ſacro chriſmate, ſequente ſimul, & oratione: vt regni Chriſti particeps fiat, & à Chriſto Chriſtianus [b] poſſit vocari.

Item Ambroſius de ſacramentis, tract. ſeu lib.2.c.7.

¶ Quid ſuper baptizatum à ſacerdote dicatur. C. LXXXIX.

[2] EMerſiſti [c]: veniſti ad ſacerdotē. Quid tibi dixit? (Deus inquit, pater omnipotens. qui te regenerauit ex aqua, & ſpiritu ſancto, cōceſſitque tibi peccata tua, ipſe te vngat in vitam æternam.] Vide, vbi [d] vnctus es: in vitam, inquit, æternam.

[a] ¶ Emerſiſti.] *Sic apud Iuonem. In originali eſt.* Ergo merſiſti, *eodem ſenſu, quē elicit autor gloſſæ ex verbo.* Emerſiſti. *Frequens autem eſt apud B. Ambroſium iſtius vocabuli in hanc ſententiam vſus.*

Idem in lib.3.de ſacramentis, c.1.& 2.

¶ Quare vnguentum ſuper caput baptizati ponatur. C. XC.

[3] ACcepiſti myſteriū, hoc ē, vnguentum ſupra caput. Quare ſupra caput? quia ſenſus ſapientis in capite [e] eius: & ī c.2. ¶ Sequitur ſpiritale ſignaculum, quod audiſti hodie [f] legi: qa poſt fontem ſupereſt, vt perfectio fiat, quando ad inuocationem ſacerdotis [g] ſpiritus ſanct⁹ infunditur.

Item Rabanus de inſt.cle.lib.1.c.29.

¶ Quare candida veſtis traditur Chriſtianis. C. XCI.

POſt baptiſmū [h] traditur Chriſtiano veſtis cādida, deſignās innocentiam [i], & puritatē Chriſtianam: quam poſt ablutas veteres maculas ſtudio ſanctæ conuerſationis immaculatam ſeruare debet repræſentandam† ante tribunal Chriſti. Cuncti vero renati albis induuntur veſtibus ad myſterium [k] reſurgentis eccleſiæ. *Item ibidem.* ¶ Vtuntur ergo baptizati albis veſtibus: vt quorum primæ natiuitatis faciē† vetuſti erroris pannus fuſcauerat, habitus ſecundæ generationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur enim poſt ſacram vnctionem caput eius myſtico velamine, vt intelligat [l], ſe diademate [m] regni, & ſacerdotali dignitate potiri.

Item Ambroſius in lib. de ijs, qui initiantur myſterijs, c.7.

¶ De eodem. C. XCII.

[4] ACcepiſti poſt baptiſmum veſtimenta candida, vt eſſet indiciū [n], quòd exueris inuolucrum† peccatorum, & indueris innocentiæ caſta velamina [o].

Item ex concilio Agathenſi, c.34.

¶ Quot menſibus Iudæi inter catechumenos habeantur. C. XCIII.

18[5] IVdæi [p], quorum perfidia frequēter ad vomitum redit, ſi ad legem catholicam venire voluerint, octo menſes [q] inter catechumenos [r] eccleſię limen introeant: & ſi pura [s] fide noſcuntur venire, tunc demum baptiſmatis gratiam mereantur. Quòd, ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptum tempus incurrerint, & deſperati fuerint, baptizentur.

Item ex concilio Toletano 4.c.58.

¶ De Iudæis pleriſque frequenter ad iudaiſmum redeuntibus. C. XCIIII.

[6] PLerique ex Iudæis, q dudū ad Chriſtianam fidem promoti ſunt, nūc blaſphemantes in Chriſtum, non ſolum iudaicos ritus perpetraſſe noſcuntur, ſed etiam abominandas circumciſiones [t] exercere præſumpſerūt. De quibus conſultu piiſſimi, ac religioſiſſimi domini noſtri Siſemundi regis hoc ſanctū decreuit concilium, vt huiuſmodi tranſgreſſores pontificali auctoritate correcti ad cultum Chriſtiani dogmatis reuocētur: vt quos propria voluntas nō emēdat, animaduerſio ſacerdotalis coerceat. Eos autem, quos circumciderunt, ſi filij eorū ſunt, à parentum conſortio [u] ſeparentur [x]: ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur [y].

Item Rabanus de inſt. cler. lib.1.c.27.

¶ Ante baptiſmū diabolo, & eius operibus renuntiare debemus. C. XCV.

[7] PRimum interrogatur paganus, ſi abrenuntiat diabolo, & omnibus damnoſis operibus eius, atque fallacibus pompis: vt primum reſpuat errorem: & ſic appropinquet ad veritatem: poſſitque iuxta Apoſtolum [z] deponere veterem hominem ſecundum priſtinam conuerſationem, qui corrumpitur [a] ſecundum deſideria erroris, abnegans impietatem, & ſæcularia deſideria.

Item Auguſtinus in libro de pœnitentia medicina, c.2.

¶ Non tranſit in nouam vitam, quem non pœnitet veteris vitæ. C. XCVI.

[8] OMnis [b], qui iam ſuæ volūtatis fact⁹ eſt arbiter [c], cū accedit ad ſacramenta fideliū, niſi eū pœniteat vitæ veteris [d], nouā

---

a POſtquam.] j.e.diſt.5.nouiſſime.j. ea.presbyteri.c.nullus miniſtrorum.

b ¶ Chriſtianus.] ſ.8.q.1.olim.

c EMerſiſti.] i.merſus fuiſti.

d ¶ Vbi.] i.ad quid.

e ACcepiſti.] ¶ In capite.] i.anima, ſ.de pœ.diſt.3.ille rex. & ita anima habet ſedem in capite, aliàs non bene concordaret litera.

f ¶ Hodie.] ſ.in die Pentecoſtes: qa lecta fuerat epiſtola de aduentu ſpiritus ſancti in Apoſtolos.

g ¶ Sacerdotis.] i. epi, eo qa ſolus eps facit hanc inuocationem. j.diſt.5.manus.

ADDITIO. vt j. e.preſbyteri. & c.ſeq. Arc.

POſt baptiſmum.] CASVS. Quæſitum fuit quid ſignificet veſtis candida, qua baptizatus induitur? Reſp. q ſignificat mundiciā & puritatem, q̄ ablutus à peccatis vſq; in diē iudicij debet ſeruare. ſignificat etiam glorioſam reſurrectionem fidelium, & regnū futurū. tegitur etiā caput eius myſtico velamine. vt intelligat ſe debere potiri corona regni, & dignitate ſacerdotali. Sequentia duo capit. patent.

h ¶ Poſt baptiſmum.] CASVS. Dicitur cuiuſmodi veſtis traditur: quia alba, & quare.

i ¶ Innocentiam.] candor. n. munditiam deſignat. 30 q.vlt. feminæ.

k ¶ Ad myſteriū.] deſignādū per hoc. n. deſignatur futura reſurrectio corporum glorioſa & animarum: vel etiam nunc à peccatis.

l ¶ Vt intelligat.] iſtud ſacramētum eſt regni & ſacerdotij. ſ. Quilibet. n. fidelis rex debet eſſe, & ſacerdos. rex, quia ſe & alios virtutib. regere debet. ſacerdos, qa cor contritum & humiliatum, qđ eſt vera oblatio, i. ſe debet offerre Deo.

m ¶ Diademate.] ſ 12.q. 1.duo ſunt.

n ACcepiſti.] ¶ Indicium.] Qualis veſtis erit, talia corda gerit. 41 diſt ¶.ſi.

o ¶ Velamina.] forte de hoc velamine dixit 24 q.1.quoniam vetus.

IVdæi.] Hæc eſt 18. pars di. in qua dicitur qualiter Iudæi & alij baptizātur, & quæ ſunt dona baptiſmi. Io de Fan.

p ¶ Iudæi.] de baptizādi examinatione vel pœnitētia agit vſque ad c. non plures.

q ¶ Octo menſes.] hoc ca. corrigitur per illud quod ſequitur. j. e. ne quod abſit.

r ¶ Catechumenos.] per hoc cap. intelliguntur omnia illa c. q dicunt q infideles poſſūt eſſe vſq; ad miſſam [b] cathecumenorū in eccleſia. non cōtradicit. 21. diſ. cleros. in ſi qa illud de infidelib. q parati ſunt reprehendere. 43. di. in mādatis. & ita nō dico ea abrogata, ſecundū quòd quidam dicunt. Et eſt ratio quare hoc fiat, vt audientes prædicationem in eccleſia facilius conuertantur. Vel loquitur de præciſis. Io.

s ¶ Et ſi pura.] videtur ergo quòd vſurarius Iudæus nō debeat baptizari, niſi vſuras reſtituat. ſ. de pœ. diſt.5. falſas. quia obligationes in baptiſmo non tolluntur.

PLeriq; ex Iudæis.] CASVS. Aliqui Iudæorum facti fuerunt Chriſtiani, qui poſtea ad ritum Iudæorū reuerſi, filios ſuos & ſeruos circūcidebant: vnde præcipitur hic vt ſi dem ſeruare cogātur: filij vero circuncisi ab eis auferantur: ſerui autem liberi efficiantur.

t ¶ Circuncisiones.] circuncidendo aliquos.

u ¶ Conſortio.] & viris religioſis alēdi tradētur, vt 28.q 1. Iudæorū. de paternis tamen bonis alendi ſunt. C. de alen. lib. l.3.

x ¶ Separentur.] & bonorū proſcriptione & perpetuo exilio dānabuntur, vt C. de Iudæ. & cœl. Iudæi. ſed hoc ſi ſuæ ſectæ ſunt mancipia, aliàs. n. capite puniuntur. C. ne man. Chriſtianum. l. vna. C. de eunu. l.1. [e]

y ¶ Tradantur.] ſ. diſt. 54. c. nulla. & c. fraternitatem. ſed contra. ſ. 17. q. vlt. Iudas.

PRimum.] CASVS. Dicitur hic, q ante baptiſmum debet paganus interrogari ſi abrenūtiat diabolo & omnib. malis operibus, vt ſic ad veritatem poſſit peruenire: & iuxta Apoſtolum veterem hominem deponere, i. vetuſtatem peccati.

z ¶ Apoſtolum.] ad Epheſios ſcribentem.

a ¶ Qui corrumpitur.] ſcilicet vetus homo: de pœni. diſtin. 1. tres ſunt.

OMnis qui.] CASVS. dicitur hic quòd homini intelligenti quando baptizatur, ſi non pœnitet, peccata non dimittuntur. ſed huiuſmodi pænitentia paruulo non eſt neceſſaria: quia libero non vtitur arbitrio, ſed ſacramentum baptiſmi, per quod homines efficiuntur fideles.

b ¶ Omnis.] ſ. de pœn. diſt. 1. tres ſunt.

c ¶ Arbiter.] ſi eſt diſcretus. H.

d ¶ Veteris.] quod hominem reddit vetuſtum. & quidem interior pœnitentia neceſſaria eſt in adulto: exterior non exigitur. j. e. fine.

---

1 Iuo p.1.c. 140. Pann. l.1.c.66.

2 Iuo p.1.c. 141. Pan. l.1. c.67.

3 Iuo p.1 c. 142. Pan l.1. c.68.

Pœ cādor mūditiā deſignat Eccleſ.2.

Pœ fidelis quilibet debet eſſe rex & ſacerdos.

† al. præſentandam

† al. infantiam

a Sub. ibi, olim Chriſti veſtimentū ſuſcepi.

4 Iuo p.1.c. 144. Pan. l.1. c.70

Pœ infideles poſſunt eſſe in eccleſia vſq; ad miſſam catechumenorum.

b De hoc et not. 35.q.5. de his & hi de hoc ſ. e. diſt. 1 ſ. eps nullū. Arc.

† al. voluptatis

† al. voluntate

5 Burc. l.4.c. 81 Iuo p 1. c 275. Pann. l.1.c.71.

6 Burc. l.4 c. 85. Iuo p.1. c.279. Pann. l.1.c.75.

Pœ filij Iudæorum baptizati ſunt à parentibus ſeparandi.

e Dic q Iudæis filios ſuos circūcidere licet: ſi alios circumciderent, pœna caſtrationis tenerentur, vt ff. ad leg. Cor. de ſic. l. circūcidere. Hic autē cū eis mitius agitur q̄ ſ. dictū ſit, qa ad fidē cum pœna reuocantur. Arc.

7 Iuo p.1.c. 78. Pann. l.1. c 76.

Ephes 4. Coloſ. 3. Tit. 2.

8 De pœ. di. 1. tres ſunt] & qs aliqñ. Iuo p 1. c 76 Pan. l 1 c.55.

Agunt homines.CASVS. Dicitur hic quòd homines primo debent agere pœnitētiam,& poſtea baptizari:quod probatur auctoritate Petri dicentis in actibus Apoſtolorum, Agite pœnitentiam,&c.

a ¶ *Pœnitentiam.*]idest, pœnitudinem.

b ¶ *De ſuis prioribus.*] nūquid eſt præceptio vel ſuaſio de hac pœnitentia agenda? ſed cui hoc præciperet? nunquid gentib. iubere potestnō, ſed duntaxat monere. 47. diſt. §. neceſſe.

al pueri

NE, *quod abſit.*] CASVS. Quidam Iudæi volebant baptizari. prohibetur hic ne longa pœnitentia eis imponatur, ſed tātum 40. dierū: ne forte velint à propoſito reſilire. Omnia c. quæ ſequuntur vſque ibi, *vos ante omnia* patēt. c ¶ *Longa.*] octo menſium eſt longa. ſ. ead. diſt. c. Iudæi.

d ¶ *Aut die Dominico.*] nō obuiat quod dictū eſt. ſ. e. c. duo. q tantum bis in anno baptiſmus debet celebrari. illud enim de ſolenni intelligitur, i. quod conſecratur tanta ſolennitate. ſ. e. venerabilis & c. ſeq.

e ¶ *Sine penitentia.*]ſ. ſine ſatisfactiōe exteriori & afflictiōe. quę ſolet exigi in pœnitentia: nam ſine interiori in adultis vacuū eſt baptiſmi myſterium: & ita nō contradicit, de pœ. diſt. 1. tres. ſ. e. omnis q px. c. contra. Sed iſtud generaliter in aliis, quā in Iudæis: illud ſpecialiter hebat quondam in Iudæis, nō propter ſatisfactionem peccati: ſed propter reuerētiam bapt ſmi, quod Iudæi per operationē circumciſionis & aliorum legalium ſacramentorum non adeo appretiabantur.

f ¶ *Gratia.*]ſ. de pœ. di. 7. nullus expectet.

g ¶ *In baptiſmate.*] hoc ideo dicit quia in pœnitentia etſi dimittatur peccatū per cōtritionē, remanet tamen temporalis ſatiſfactio i baptiſmo nō. Nam tanta eſt vis ſacramēti, q nec etiam temporalis ſatisfactio in baptiſmo remanet p o peccatis. ideo nō eſt mirum ſi infamia quælibet ibi dimittatur: quod non eſt in pœnitentia, vt de pæ. d. 1. vlt ſi quis.

ADDITIO. Arg. contra ſ. 32. q. 1. quod autem. in ſi ver. de hoc. & extra de diuort. gaudemus. in ſi. ubi videas. Arch.

IN *catechiſmo.*] hęc eſt 19. pars. diſt. in qua probat quid iuris ſit de patrinis & filiis ſpiritualibus. Ioan de Fan.

h ¶ *In catechiſmo.*] de materia iſta dixi 30 q. 1. peruenit.

i ¶ *Patrinus.*] Baz. dixit in his tantum contrahi compaternitatem, ſed H. dixit in omnibus eam contrahi, quæ baptiſmum præcedunt. Sed tamen compaternitas in catechiſmo contracta non eſt tanti momenti vt matrimonium diſſoluat, cum vix etiam impediat. extra de cogna. ſpi. contracto.

k ¶ *Suſcipiunt.*] & ita latius ſe extenderet charitas. 35. quæſt. 1. cum igitur.

l NOn *plures.*] ſ. 30. qu. 4. quod autem vxor. contra. Sol. ibi.

IN *baptiſmate.*]

m ¶ *Suſcipere.*] Sed quid ſi ſuſcipiat? dicunt quidam, quod non contrahitur compaternitas, ſecus ſi baptizet.

n ¶ *Baptizatus.*] ſi aliter tamen ſit cum baptizare poſſit, non impedi ur baptiſmus. ſed hoc ideo inſtitutum eſt, quia patrini debēt inſtruere filiolos ſuos in ſymbolo & in aliis. ſ. e. vos. hoc facere nō poſſunt qui primo in eis inſtructi non fuerunt, 47. diſt. §. neceſſe.

o NOn *licet.*] Monacho.] ſ. 17 q. 1. p. a. n c communi.

p ¶ *Nec commatres.*] 18. q. 2. peruenit. ſed contra ſ. 16. quę. 1 doctos. & 30. quæ. 1. omnes[a]. cont a. ſed baptizando poſſunt, nō leuando.

MOnachi.]

q ¶ *Nec oſculentur.*] forte tangit conſ etudinem alicuius loci, vbi compatres oſculabantur commatres.

VOs.]CASVS. Dicitur hic q qui ſuſcipit aliquē de ſacro fonte, videtur pro illo apud Deum fideiubere, & ideo debet eum in bonis operib. inſtruere: ſymbolum & orationem Dominicam docere. Seq. tria c. patent.

r ¶ *Fideiuſſores.*] & hæc eſt cauſa quare inſtitutum fuit q in baptiſmo & in catechiſmo & confirmatione qui nō eſt Chriſtianus non offerat puerum. cum enim nobiſcum non teneat articulos fidei, qualiter poteſt eſſe obſes pro puero? & qualiter docebit in iis quæ hic dicuntur: ſed non videtur quòd ſint fideiuſſores pro puero: quia ſi quæratur ab eis, erit iſte bonus? dicerent ſic, vel non. ſ. ead. quæris. ſed ſunt quaſi fideiuſſores. ff. ad mun. l. 2. §. proinde. & ſufficit q puer non contradicat. ff. ſo lu. ma. l. 2. §. vlt. Nam infans furioſo comparatur. 15. qu. 1 §. vlt. & cap. illud peræque. & ita eo ipſo tenentur paruuli, quòd non cōtradicunt infra eadem, quæris. aliâs enim non tenentur fideiuſſores. ff. de fideiuſſo. omnis.

OMnis presbyter.] Hæc eſt 20. pars diſt. ſecundum Io. de Fant, & hoc

non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia, cū baptizantur, ſoli paruuli† immunes ſunt. Nondum enim vti poſſunt libero arbitrio.

Idem ad Seleucianam. epiſt. 108.

¶ Ante baptiſma pœnitentiam agere debemus. C. XCVII.

1 AGunt homines ante baptiſmum pœnitentiā[a] de ſuis prioribus[b] peccatis ita tamen, vt etiam baptizētur, ſicut ſcriptum eſt in actibus Apoſtolorū loquente Petro ad Iudæos, ac dicente [Agite pœnitentiam: & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Domini Ieſu Chriſti.]

Item Greg. Fantino Defenſori, lib. 7. epi. 24.

¶ Quadraginta dierum abſtinentia Iudæis baptizandis indicetur C. XCVIII.

NE quod abſit, longa[c] dilatio Iudæorum, retro poſſit animos reuocare, cum fratre noſtro epiſcopo loci ipſius loquere, vt pœnitētia, ac abſtinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominico[d], aut ſi celeberrima feſtiuitas fortaſſis occurrerit, eos omnipotentis Dei miſericordia protegente baptizes†.

Item Amb. ſuper epiſt. ad Romanos. ad c. 11.

¶ Pœnitentia, non eſt neceſſaria baptizandis. C. XCIX.

2 SIne pœnitentiā[e] ſunt dona, & vocatio Dei, quia gratia[f] Dei in baptiſmate[g] non requirit gemitum: non requirit plāctum, vel opus aliquod, ſed[a] ſolam fidē: & omnia gratis condonat.

a ¶ Sed ſolam fidem.] *Sic in gloſſa ordinaria: vnde potius videtur hoc loco ſumpſiſſe Gratianus, quam ex Ambroſio: apud que legitur, n ſi ſolam ex corde profeſſionem, quemadmodum etiam refertur ſ. de pœniten. diſt. 1. c. quis aliquando. vers. Gratia Dei.*

Item Iginus Papa.

¶ Neceſſitate cogente, in catechiſmo, & confirmatione idem compater eſſe poteſt. C. C.

19 IN catechiſmo[h], & in baptiſmo, & in cōfirmatione vnus patrinus[i] fieri poteſt, ſi neceſſitas cogit. Non eſt tamen conſuetudo Romana: ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt[k].

Item ex decreto Leonis Papæ.

¶ *Ceteri collectores citant ex decreto Leonis Papa apud S. Medardum.*

¶ Non plures, ſed vnus paruulum in baptiſmate ſuſcipiat. C. CI.

4 NOn plures[l] ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantē accedāt, quam vnus, ſiue vir, ſiue mulier. In confirmatione quoque id ipſum fiat.

Idem ex concilio Moguntino.

¶ Qui non eſt baptizatus, nec confirmatus, alium in chriſmate, vel baptiſmate tenere non debet. C. CII.

5 IN baptiſmate, vel in chriſmate nō poteſt alium ſuſcipere[m] in filiolum, qui non eſt ipſe baptizatus,[n] vel confirmatus.

Item ex concilio Antiſiodorenſi. c. 25.

¶ Abbati, vel monacho non licet commatres habere. C. CIII.

6 NOn licet abbati, vel monacho[o] de baptiſmo ſuſcipere filios, nec cōmatres[p] habere.

Item ex libro Capitulorum.

De eodem. C. CIIII.

7 MOnachi ſibi compatres, cōmatresve non faciant: nec oſculentur[q] feminas.

¶ *In indice ſeptimi libri capitulariũ numero 494. (nam capita 105. a 478 vſque ad 558. in volumine quod ex Gallia habitum eſt, deſiderantur) hæc leguntur.* Ne ſibi compatres, & commatres monachi faciant.

Item ex ſermone S. Auguſtini poſt Paſcha, qui ſic incipit [*Hodiernus dies.*

¶ Qui in baptiſmo paruulos ſuſcipiunt, pro eis apud Deum fideiuſſores exiſtunt. C. CV.

8 VOs ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios ī baptiſmo ſuſcepiſtis, moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores[r] apud Deū extitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ideoq; ſemper eos admonete, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiā diligant, charitatem teneant. *& paulo poſt.* ¶ Ante omnia ſymbolum, & orationem Dominicam & vos ipſi tenete, & illis, quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendite.

¶ *Ino etiam recitat ex Dominica prima poſt Paſcha. In ſermone 163. de tempore Apud B. Auguſtinum hæc leguntur.* Quicunque viri quæcumque mulieres de ſacro fonte filios ſpiritaliter ſuſceperunt, cognoſcant ſe pro ipſis fideiuſſores apud Deum extitiſſe: & ideo ſemper illis ſolicitudinem veræ charitatis impendant. *Similia etiam habentur in ſermone 215. qui eſt ſecundus Dominicæ decimæ poſt feſtum Trinitatis.*

Item ex concilio Ilerdenſi†.

¶ Ad baptizandi officium, & ad veſtimenta altaris lauanda ſacerdos propria debet habere vaſa. C. CVI.

ſuperius. ¶Regenerans ergo ſpiritus in maioribꝰ offerẽtibus, & paruulo oblato, renatoq; communis eſt. Ideo per hanc ſocietatẽ vnius eiuſdemque ſpiritus prodeſt offerentium volũtas paruulo oblato. *& infra.* ¶Poteſt eñ & in hoc, & in illo homine eſſe vnus ſpiritus ſanctus, etiam ſi ſe inuicem neſciant: per quem ſit† vtriuſque gratia communis: non autem poteſt ſpiritus vnus eſſe hominis & huius, & illius: per quem peccante altero, & altero non peccante, ſit tamen culpa communis. Ac per hoc poteſt paruulus ſemel ex parentum carne generatus, Dei ſpiritu regenerari, vt ex† illis obligatio cõtracta ſoluatur. Nõ põt autẽ ſemel Dei ſpiritu regeneratus, ex parẽtum carne regenerari: vt obligatio, quæ ſoluta eſt, iterum contrahatur [a]. Et ideo ſemel perceptã & paruulus Chriſti gratiã non amittit, niſi propria impietate [b]. *& paulo poſt.* ¶ Verũtamen recte dicuntur parẽtes, vel quicumque maiores, filios, ſeu quoslibet paruulos baptizatos dæmoniorũ ſacrilegiis obligare conantes, ſpiritaliter homicidæ. Nam in illis quidẽ interfectionẽ non faciunt: ſed quantum in ipſis [c] eſt, interfectores fiũt: recteque illis dicitur, quando ab hoc ſcelere prohibentur, nolite occidere paruulos veſtros. Dicit enim & Apoſtolus [Spiritum nolite extinguere] nõ quia ille extingui poteſt: ſed quãtũ in ipſis eſt, extinctores eius merito dicuntur, qui ſic agũt, vt extinctum velint. Nec illud [d] te moueat, *&c. & infra.* ¶Celebrãtur enim p eos neceſſaria miniſteria. *& infra.* ¶ Offerũtur quippe paruuli ad percipiendã ſpiritalẽ gratiam non tam ab eis, quorum geſtantur manibus (quamuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſunt) q̃ ab vniuerſa ſocietate ſanctorum, atq; fidelium. Ab omnibus namq; offerri recte intelliguntur: quibꝰ placet [e], q offeruntur, & quorum ſancta, atque indiuidua charitate ad communicationem ſancti ſpiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater Eccleſia, quę in ſanctis eſt, facit: quia tota omnes, tota ſingulos parit [f]. *Item infra.* ¶ Difficillimã ſane quæſtionẽ tibi ꝓpoſuiſſe viſus es in extremo inquiſitionis tuæ, ea videlicet intentione, qua ſoles vehementer cauere mendacium. Si conſtituam, inquis, ante te paruulũ, & interrogem, vtrum cum creuerit, futurus ſit caſtus, vel fur, vel non ſit futurus, ſine dubio reſpondebis, neſcio: & vtrum in eadem paruula ætate conſtitutus cogitet aliquid boni, vel mali, dices, neſcio. Si itaq; de moribus eius futuris nihil audes certi promittere, & de eius præſenti cogitatione, quid eſt aliud† [g] quam quando ad baptiſmum offeruntur, pro eis parentes [h]: tamquam fidei auctores† reſpondent, & dicũt illos facere, quod illa ętas cogitare non poteſt, aut ſi poteſt, occultum eſt [i]? Interrogamus enim eos, à quibus offeruntur, & dicimus, Credit in Deum? de illa ętate, quæ vtrum ſit Deus, ignorat. Reſpondent, Credit, & ad cetera ſic reſpõdetur ſingula, quæ quæruntur †. Vnde miror parentes in iſtis rebus tam fidenter pro paruulo reſpondere, vt dicãt eum tanta bona facere, quæ ad horam, qua baptizatur, baptizator interrogat: tamen eadem hora, ſi ſubiiciam, erit caſtus, qui baptizatur, aut non erit fur? neſcio, vtrum audeat dicere aliquis, aliquid horũ erit, aut non erit: ſicut mihi ſine dubitatione reſpõdet, q credat in Deum, & q ſe conuertat ad Deum. *& infra.* ¶ Ecce facio, quantum poſſum. Dominus adiuuet, vt quod poſtulas, poſſim. Nempe ſæpe ita loquimur, vt paſcha propinquante dicamus craſtinam, vel perdiſſenam† [k] vel perendiſſenam [l] eſſe Domini paſſionem: cum ille ante tam multos annos paſſus ſit: nec omnino, niſi ſemel, ipſa paſſio facta ſit. Nempe ipſo die Dominico dicimus, hodie Dominus reſurrexit: cum ex quo reſurrexit, tot anni trãſierũt. Cur nemo tam ineptus eſt, vt nos ita loquẽtes arguat eſſe mẽtitos? niſi quia iſtos dies ſecundũ illorũ, quibus hæc geſta ſunt, ſimilitudinem nũcupamus: vt dicatur [m] ipſe dies, qui non eſt ipſe, ſed reuolutione tẽporis, ſimilis eius: & dicatur illo die fieri propter ſacramenti celebrationẽ, quod nõ illo, ſed iam olim factũ eſt. *& infra.* ¶ Itaq; paruulum [n], *&c. & infra.* ¶ Cũ autem homo ſapere cœperit: non illud ſacramentũ repetit, ſed intelligit: eiuſq; veritati conſona etiam voluntate coaptabitur. Hoc quãdiu nõ poteſt, valebit ſacramẽtum ad eius tutelã aduerſus cõtrarias poteſtates: & tñ valebit, vt ſi ante ratiõis vſum ex hac vita emigrauerit, per ipſum ſacramentũ cõmendãte eccleſiæ charitate, ab illa cõdẽnatione, quæ per vnũ hominẽ intrauit in mundũ, Chriſtiano adiutorio liberetur. Hoc qui nõ credit, & fieri nõ poſſe arbitratur, ꝑfecto infidelis eſt, etſi habeat fidei ſacramẽtum: longeq; melior eſt ille paruulus, qui etiã ſi fidẽ nondũ habeat in cogitatione†, nõ ei tamen obicẽ [o] contrariæ [p] cogitationis opponit. vnde ſacramentum eius ſalubriter percipit.

a ¶ Semel regeneratus.] *Plenius apud B. Aug.* vt ſemel regeneratꝰ per carnalẽ voluptatẽ, cũ ſemel regeneratus fuerit per aliorũ ſpiritalẽ volũtatem, &c. *Multa vero in hoc c. emendata ſunt vbi per gloſſam licuit. Sunt autem ſententiæ ipſæ a collectore arbitratu ſuo tranſpoſitæ.*

Item Bonifacio contra duas epiſtolas Pelagiorum. L. 1. c. 22.

¶ Aliorum fides in baptiſmo paruulos ſaluat. C. CXXX.

4 IN eccleſia Saluatoris per alios [q] paruuli credunt: ſicut ex aliis ea: quæ illis in baptiſmo remittuntur, peccata traxerunt: nec illud cogitetis [r], reos vitam habere non poſſe, qui fuerint expertes corporis [s], & ſanguinis Chriſti, dicente ipſo. [Niſi manducaueritis carnem meam, &c.]

a ¶ Cogitetis.] *Non eſt mutatum ob gloſſam. Sed in vetuſtis codicibus, & originali eſt,* cogitatis, *pendentque hæc omnia ex ſuperioribus:*

a ¶ *Contrahatur.*] arg. q obligatio ſemel extincta amplius nõ renaſcitur, vt 23. q. 4. ſi illic. & ff. de ſol. qui res. §. Aream. Arg. cõtra. 26. q. 7. ab infirmis. ſi. ff. de ſer. vr. præ. ſeruitutes. ff. quemad. ſer. amit. ſi locus.

b ¶ *Niſi propria impietate.*] & ita liberari q poteſt etiam inuitus vel ignorans, ſed non obligari, vt ff. de ſolu. ſolutionem. & l. ſoluere. ff. de neg. ge. l. ſoluendo. & ff. de noua. ſi ſtichum. §. vlt.

c ¶ *In ipſis.*] & ita in maleficiis voluntas ſpectatur, nõ exitus. 2. q. homines. ff. ad l. cor. de ſi. diuus.

d ¶ *Nec illud.*] tacitæ obiectioni reſpõdet.

e ¶ *Placet.*] arg. cõtra. [illegible] præ ulatus.

f ¶ *Parit.*] in ſacramẽtis, vt 32. q. 4. recurrat. de pœn. diſt. 1 ſicut.

g ¶ *Quid eſt aliud.*] q. d. non videtur eſſe aliud illud quod tunc fit, quam reſpondere, & promittere, de moribus eorum futuris.

h ¶ *Parentes.*] i. patrini, qui patres ſpiritua les dicuntur. ſ. 30. q. 3. P. ſtacium.

i ¶ *Occultum eſt.*] quid cogitet.

k ¶ *Vel perdiſſenam.*] i. per ſenum. i. vj. diem.

l ¶ *Perendiſſenam.*] i. perempto die ſeno ſiue ſexto, i. poſt ſex dies vno perempto.

m ¶ *Dicatur.*] q. d. ſicut dicitur, q hodie fit reſurrectio Domini, eo q ſacramentum eius hodie celebratur: ſic dicitur paruulus credere, pp ſacramẽtum, quod recipit.

n ¶ *Itaque paruulum.*] q. d. licet ego reſpondeam, quòd credit in Deum, hoc dico eo q fidei ſuſcipit ſacramẽtum, non quòd reuera adhuc fidẽ habeat. nã in paruulo credere eſt fidei ſacramentum ſuſcipere, vt ſ. e. nihil aliud.

o ¶ *Obicem.*] quia licet non habeat fidem, tñ nõ habet infidelitatẽ.

p ¶ *Contrariæ.*] ſi. ſ. 54. d. ſi. ſi ſeruus. ſic. ff. ad Maced. l. ſi filiusfamilias. ff. de re iur. ſemp.

IN *eccleſia.*] Casvs. Dicitur hic q ſicut paruuli ab aliis peccatum originale contraxerunt, ita per alios baptiſmum recipiũt, per quos dicũtur credere, & fideles eſſe: nec vitam habere pũt q ſũt expertes corporis & ſanguinis Chriſti, id eſt, vnitatis eccleſiæ. & dicit H. quó eſt ibi, non: quia non debet dici non poſſe, ſed poſſe: poteſt tñ & illa littera bene legi.

q ¶ *Per alios.*] & ita ſicut peccauerunt per alios, ita credunt per alios. & ita omnis res per quaſcumque cauſas contrahitur, &c. extra de reg. iur. cap. omnis res.

r ¶ *Cogitetis.*] q. d. non dubitetis, immo certi ſitis, q habere nõ poſſunt ſi ſunt expertes.

s ¶ *Corporis.*] i. vnitatis eccleſiæ, quam illa ſignificant. ſ. ea. non in vobis.

Additio. Ad idẽ ſ. ea. di. 2. quid eſt. quod eſt cum baptizãtur. vnde non ſine cauſa adiungit ſeq. c. in quo idem dicit. Arch.

Obligatio extincta nõ renaſcitur.

† al. ſit

† al. & diui.

a Sub qua alia eſt cũ liberatiõis, & alia obligatiõis, vt ſ. de [illegible] illud, &c.

1. Theſ. 5.

1 ſ. e. nec illud

b Cũ in die Dñico in [illegible] palma rum interrogaueris me, & dices quando erit Paſcha, & ego reſpõdebo, perdiſſenã i. poſt [illegible] dies futuros. & componitur ex per ex dies ſex. At

† illud, quod quando] vera lectio.

† al. doctores] al. fide diſtores ſpondent

† al. geruntur

1 Ibid. p. 1 c. 4.

† v. l. perendiſſenam eſſe] vera lectio.

§ ſ. eo nihil eſt aliud.

† al. cognitione.

4 Beda ad c. 10. Marc. Anſ. l. 9. c. 43

Ioan. 6.

Nullieſt.

NVlli eſt.] Casvs. Dicitur hic, quod ſi quis fuerit baptizatus, particeps eſt corporis & ſanguinis Chriſti, i. vnitatis eccleſiæ, & ſi de hac vita recedit anteq̃ corpus Chriſti & calicẽ ſumat ſacramẽtaliter, tamen effectu illius ſacramenti non priuatur: quia inuenitur habere hoc quod ſignificat ipſum ſacramentum. ſ. vnitatẽ eccleſiæ.

a ¶ *Nulli.*] de efficacia baptiſmi: repetit, vel ſic: ſimis alludat in princ.

1 Bed. 1. Cor. 10. ad verſ. [calix benedictionis]

3 ¶ *Nulli eſt.*] hæc eſt pars illius c. ſ. diſt. 2. quia paſſus.

2 ſ. diſtin. 2. quia paſſus.

b ¶ *Comedat.*] in ſacramento.

§. nulli. Sent. 4. diſt. 9. Pol. l. 3. tit. 10. ex Inn. Auſ. l. 9. c. 13. Iuo p. 2. c. 1.

c ¶ *Corporis.*] id eſt, eccleſiæ ſignificatæ per corpus Chriſti.

d ¶ *Sacramentum eſt.*] id eſt, ſignificat. Ioan.

SI *baptizata eſt.*] Hæc eſt 27. pars diſt. in qua pbat magiſter quod nullus ſaluatur niſi ſit baptizatus, & hoc vſque ad c. nõ ex quo. Ioan. de Fant. Casvs. Probat Augu. in hoc ca. quod natus de baptizata eſt baptizandus, vt poſſit vitare æternã dãnationẽ: quia Chriſtus, qui nõ indigebat baptiſmo, baptizatus eſt, vt nobis daret exẽplũ baptizãdi: & olim circũcidebantur qui de circũciſis nati erãt. Nã ſicut qui nõ dũ natus eſt, mori nõ põt: ita qui nondũ natus eſt à patre, renaſci nõ põt, nec purgari de reliquiis vetuſtatis. nã licet pater in baptiſmo ſit mũdatus, tñ filius a patre cõtrahit cauſam ex qua originale peccatũ innaſcitur ei. vñ ſimiliter niſi renaſcatur dãnabitur. baptiſmus. n. animam à pctõ mũdat, ſed cãm peccati q̃ eſt in corpore, non remouet, *Conficitur.* i. intelligitur.

† al. muenitur

† al. inuenitur

e ¶ *Si baptizata eſt.*] i. ſi Chriſtus baptizatus eſt qui ſine pctõ ſecũdũ carnẽ natus eſt: multo magis quilibet alius baptizari debet, qui ſecundũ carnẽ in peccatis conceptus eſt ſ. ea. diſt. firmiſſime.

Cap. 26.

f ¶ *Propter.*] hic aſſignatur vna rõ quare Chriſtus baptizatus fuit. alia ſ. ea. nũq̃. alia ĩ. c. non regenerabantur.

g ¶ *Mortis.*] i. peccati, vel morti ſubiectæ.

h ¶ *Qui de baptizato.*] arg. filium apoſtatæ baptizandum eſſe inuito patre dum puer eſt. arg. ĩ. e. plerique. in fi. 28. q. 1. Iudæorum.

¶ Filius apoſtatæ eſt baptizãdus inuito patre.

i ¶ *Renaſci.*] arg. contra ff. de ver. ſig. verbum reddendi.

¶ Pr̃ mundus immundum producit.

k ¶ *Qui ab eo.*] ſ. ex mũdo patre immundus naſcitur, ſicut ex frumento purgato naſcitur impurum, ſc. cum palea. 56. diſt. naſci.

l ¶ *Innouatus.*] per gratiam baptiſmi.

m ¶ *Non de nouitate.*] ſpiritus. quia anima nõ extat ex anima, ſicut caro ex carne per traducẽ. 32. q. 2. Moyſes.

quare integer locus perlegendus.

Idem[1].

¶ Corpore & ſanguine Chriſti participat, qui per baptiſma membrum eius efficitur. C. CXXXI.

2 NVlli [a] eſt aliquatenus ambigendũ tũc vnumquemque fidelium corporis, ſanguiniſque Dominici participem fieri, quãdo in baptiſmate membrum Chriſti efficitur, nec alienari ab illius panis, caliciſq; conſortio, etiam ſi, antequã panem illum comedat [b], & calicem bibat, de hoc ſeculo in vnitate corporis [c] Chriſti cõſtitutus abſcedat. Sacramẽti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur, quando ipſe hoc, quod illud ſacramentum eſt [d], inuenit†.

a ¶ Sacramentũ eſt.] *Apud Bedam (nam originale non eſt inuentum) legitur,* ſacramentum ſignificat inuenit. † *vt ſ. diſt. 2. Quia paſſus. ver.* Nulli. *& ita interpretatur nunc auctor gloſſæ verbum,* eſt.

Item de peccatorum merit. & remiſ. & baptiſmo paruulorum, lib. 2. c. 25. & 26.

¶ Quare ſit baptizandus, qui de baptizato naſcitur. C. CXXXII.

27 SI baptizata [e] eſt caro Chriſti, quæ ſine peccato erat, propter [f] exemplum imitationis, quanto magis baptizãda eſt caro mortis [g] propter euitandum iudicium damnationis? Sicut vero in tempore circumciſionis, qui de circũciſo naſcebatur, fuit circũcidendus: ſic nũc, qui de baptizato [h] naſcitur, erit baptizãdus. ¶ Sacramentum enim baptiſmi ſacramentũ eſt regenerationis. Quare ſicut qui nõ vixerit, mori non poteſt: ita, qui natus nõ fuerit, renaſci non poteſt. Ex quo cõficitur, neminem in ſuo parente renaſci [i] potuiſſe non natum. Et quamuis parenti poſt conuerſionem propria peccata non obſunt, tamen illis obſunt, qui ab eo [k] generantur. Parenti propter hoc non obſunt: quia renatus eſt: illis autem, qui de illo nati ſunt, niſi eodem modo renaſcantur, quæ à parente contracta ſunt, oberunt: quia etiam innouatus [l] pater non [m] de nouitate, ſed de reliquis vetuſtatis [n] carnaliter gignit: & filij ex parẽtũ reliqua vetuſtate in peccati carne propagati, dãnationem [o] ſacramẽto regenerationis euadũt.

¶ *Hoc etiam caput confectum eſt ex verbis B. Auguſtini, collectoris tamen arbitratu & immutatis, & tranſpoſitis, & in ſummam redactis. Quod in multis ſequentibus capitibus ita fit, vt neceſſarium omnino ſit ad ipſum adire auctorem. Quare pauca emendata ſunt, (& ea quidem ex vetuſtis fere Gratiani exem-*

n ¶ *Vetuſtatis.*] ſ. de carne in qua remanet cauſa vetuſtatis, i. peccatum quodlibet.

o ¶ *Damnationem.*] contractam ſ. in carne propagata ex reliqua vetuſtate parentum. Io.

VT *oſtenderet.*] Casvs. H. ſic ponit hunc caſum. Auctoritate Apoſtoli probat Augu. quod oẽs gñaliter adulti & paruuli moriuntur quia oẽs qui baptizãtur, in Chriſto baptizantur, & in morte ipſius: & ſi pueri & adulti baptizantur, ergo baptizãtur in morte Chriſti. Seq. c. patet.

aliud eſt concupiſcentia carnis quæ remanet in carne poſt baptiſmum. ſ. e. diſt. c. 1.

pluribus) qua ſcilicet ſenſum valde obſcurabant, nec gloſſa obſtabat.

Idem in Enchiridio, c. 52.

¶ In baptiſmate omnia peccata moriſitur. C. CXXXIII.

VT oſtenderet [p] Apoſtolus nos mortuos eſſe peccato: [An ignoratis, inquit, quoniam quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu [q], in morte [r] ipſius baptizati ſumus?] Si ergo hinc oſtendimur mortui eſſe peccato, quia in morte Chriſti baptizati ſumus, profecto & paruuli, qui baptizantur in Chriſto, peccato moriuntur [s]: quia in morte ipſius baptizantur. Nullo enim excepto dictum eſt,] Quicũque enim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus:] & ideo dictũ eſt, vt probaretur mortuos nos eſſe peccato. Cui autem peccato paruuli renaſcendo moriuntur, niſi quod naſcẽdo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipſos pertinet, quod ſequitur, [[3] Conſepulti enim ſumus illi per baptiſmum in mortem. &c.] ¶ Baptizatis itaque in morte Chriſti, in qua non ſolum maiores, verumetiam paruuli baptizantur, ait: [4] [Sic vos exiſtimate mortuos quidem eſſe peccato, viuẽtes autem Deo in Chriſto Ieſu.

Rom. 6.

Item in eod. c. 43.

¶ Sicut nulli baptiſmus negatur, ita nemo eſt, qui non peccato moriatur. C. CXXXIIII.

5 A Paruulo recens nato vſque ad decrepitum ſenem, ſicut nullus prohibendus [t] eſt à baptiſmo, ita nullus eſt, qui non peccato moriatur [u] in baptiſmo. Sed paruuli tantum originali, maiores autem etiã omnibus iis moriuntur peccatis, quæ male viuẽdo addiderunt ad illud, quod naſcendo traxerunt.

Item in eodem, c. 49.

¶ In baptiſmo Ioannis non erat peccati remiſſio. C. CXXXV.

NOn regenerabantur†, [x] qui baptiſmo [y] Ioannis baptizabantur†: Sed quodam præcurſorio [z] illius miniſterio, qui dicebat [parate viam Domino] huic vni, in quo ſolo, renaſci poterant, parabãtur [b]. Huius enim baptiſmus eſt non in aqua tantum, ſicut fuit Ioannis, verumetiam in ſpiritu ſancto, vt de illo [a] ſpiritu regeneretur, quiſquis in Chriſtũ credit, de quo Chriſtus regenera-

p ¶ *Vt oſtẽderet.*] probat auctoritate Apoſtoli pueros eſſe baptizandos. nam Apoſtolus vniuerſaliter dixit. quicumque baptizati ſumus, &c.

q ¶ *In Chriſto Ieſu.*] i. ſacramẽto Chriſti, vel fide Chriſti in forma inſtructa vel tradita in Chriſto. ſ. ea. proprie. ver. ad cuius. L.

r ¶ *Morte.*] i. ad ſimilitudinem eius mortis: quia ſicut ipſe mortuus fuit, ita nos morimur peccatis.

Additio. Scilicet in baptiſmo. ſ. e. proprie. Arch.

s ¶ *Moriuntur.*] ‖ mors iſta ciuilis eſt. Arg. C. de epi. & cle. Deo nobis. alibi habes de naturali, vt ff. de leg. 2. ſi quis ita teſtamento.

‖ Mors eſt duplex.

3 ibid.

t A *Paruulo.*] ¶ *Prohibendus.*] ſ. 10. q. 3. nec numerus.

u ¶ *Moriatur.*] ſ. ead. tunc valere.

4 ibid.

NOn *regenerabantur.*] Casvs. Hu. ſic ponit hũc caſum, oſtendit Augu. dr̃iam inter baptiſmũ Ioannis & baptiſmũ Chriſti. In illo peccata non dimittebantur, ſed tñ homines exterius abluebãtur, & aſſuefiebant ad ſuſceptionem baptiſmi Chriſti, in quo peccata dimittũtur. Chriſtus vero qui nullum habuit peccatũ, ex humilitate voluit baptizari baptiſmo Iõannis: vt hoc ipſo oſtẽderetur quòd ipſe remiſſione peccatorũ non indigebãt. *De eo.* ſcilicet ſpiritu ſancto.

5 Sen. 4. diſt. 4. Iuo p. 17. cap. 4.

x ¶ *Non regenerabantur.*] quia non fiebat remiſſio peccatorum.

y ¶ *Baptiſmo.*] cuius forma erat in nomine venturi: vt dicitur in quadam glo. Auſt. ſuper Ioã. quòd baptiſmus nõ mundaret ab originali, niſi aliàs eſſet circumciſus: dicebatur tamen baptiſmus pœnitentiæ, quã Ioannes prædicabat dicens: Agite pœnitentiam.

† Aug. addit] *& quo & ipſe baptizatus eſt.*

† *renaſcebantur*] *Eſa. 40. Marc. 1.*

z ¶ *Præcurſorio.*] habiles ad ſuſcipiendum verum baptiſmum.

a ¶ *Parabantur.*] id eſt, abluebãtur exterius.

a ¶ *Qui*

a ¶*Qui regenerationem.*] id eſt, remiſſionem peccatorum, qua non indiguit.
b ¶*Sed humanitas.*] ſ.c. per aquam.
b ¶*Sed humanitas.*] id eſt, benignitas quam pro nobis facit.

l ¶*Nomen eſt.*] ſcilicet hoc nomen fidelis. credere enim eſt fidem habere. ſ. e. nihil.
m ¶*Etiam non pœnitentes.*] non q̀ agant pœnitentiam[b], cum nullam habeant diſcretionem: ſed habent pœnitudinem: id eſt, ſuſcipiunt eam, & faciunt & dicunt per verba geſtantium qualia pœnitentes. Ioan. de Fant.

Regenerante.] Casus. Dicitur hic q̀ originale peccatum carne contrahitur: ſed in baptiſmo tã ipſum quam actuale peccatum deletur. Paruulus vero qui moritur ſine baptiſmo, in æternũ dãnabitur: ſed pœnam mitiſſimam patietur.
c ¶*Peccatum.*] i. cauſa originalis peccati.
d ¶*Originalium.*] no. q̀ licet baptiſmus ad delendum originale peccatum ſuit inſtitutus: [delet tamen etiam actualia cũ originali. vnde eſt ar. purgatione de qua ſ. diſ. 2. ego Berẽgarius.
e ¶*Mitiſſimam.*] reſpectu aliarum pœnarum: & erit hæc pœna, quia erunt in tenebris. j. ea. nulla. & carebunt viſione Dei. ext. de bap. c. 3. ſed tamen dicit Aug. quod mallet ſic eſſe quam non eſſe. Arg. contra. s. e. firmiſſime. & ſ. de pœ. diſt. vlt. c. vlt.

Quiſquis.] Casus. Dicitur hic quòd quicumque de carne naſcitur, duabus de cauſis oportet vt baptizetur, ſ. vt liberetur à peccato, & æternaliter ſaluetur: quia ſicut per Adam mors intrauit, ita ſalus per Chriſtum.
f ¶*Mortis.*] de pœnit. diſt. 1. ſi peccatum.

Paruuli.] Casus. Quærebatur qua re paruulus dicatur fidelis. & reſpon. q̀ baptiſmus facit eum fidelem. ſed cum ad annos diſcretionis peruenerit: ſi non crediderit, nec à peccatis abſtinuerit, baptiſm᷑ nihil ei prodeſt.
g ¶*Fideles.*] ſ. e. nihil. & ca. ſequẽti. contra. ſed hic dicitur de fide offerentium, ibi de fide oblatorum, quorũ adhuc nulla poteſt eſſe fides. & quod dicit quodammodo, ſoluit contrarium.
h ¶*Nihil ei prodeſt.*] quo ad vitam æternam[a]. de pœn. diſt. 3. ſi quis autem charita tem non habens.

Mater.] Casus. Dicitur hic quòd eccleſia paruulos baptizat, qui nondum poſſunt credere vel confiteri: & tamen fideles vocãtur, & pœnitentes: quia, alij reſpondent pro eis, & profitentur, & pro eis diabolo & huic ſæculo abrenuntiant. Sequentia cap. plana ſunt.
i ¶*Os maternum.*] eorum, ſcilicet qui pro eis reſpondent.
k ¶*A credendo.*] id eſt, quia credunt.

† regeneratione non eguit] orig.
† humilitas] orig.
¶ Baptiſmus delet actualia cum originali.
Rom. 5.
a Sententia potius quã verba.
a Sub immo noceat argu
a 2. q. 1. ſanci mus in fin.
a Sũma verborũ B. Au. j. c. proxim. verba ipſa.

...tus regenerationem † [a] non cognouit. *& infra paulo.* ¶ In aqua baptizari voluit à Ioãne: nõ vt eius iniquitas vlla dilueretur: ſed vt magna commendaretur humanitas† [b]. Ita q̀ppe nihil in eo baptiſmus habuit, quod ablueret: ſicut mors nihil, quod puniret, inuenit.

a ¶ *Vt de illo ſpiritu.*] *Reſtitutus eſt ex B. Auguſtino hic locus, in quo gloſſa non impediebat. Antea legebatur,* Vt de illo regeneraretur, ſi qs in Chriſtũ crediderit, de illo Chriſtus regeneratur, qui regenerationem, &c.

Item de baptiſmo paruulorum, ſiue de peccat. mer. l. 1. c. 15. & 16.

¶ Non ſolum originale, ſed etiam actualia peccata remittuntur in baptiſmate.

C. CXXXVI.

Regenerante[a] autẽ carne tantummodo contrahitur peccatum [c] originale. Regenerante autem ſpiritu non ſolum originalium [d], ſed etiam voluntariorum fit remiſſio peccatorum. Proinde recte poteſt dici paruulos ſine baptiſmo de corpore exeũtes in dãnatione omnium mitiſſima [e] futuros. Multum autem fallit, & fallitur, qui eos in damnatione prædicat nõ futuros, dicẽte Apoſtolo [per vnius delictum in omnes homines ad cõdemnationem, &c.]

a ¶ Regenerante autem.] *Declarans B. Auguſtinus, cur ab Apoſtolo dictũ ſit,* Sic & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, *hæc afferebat.* Quia generante carne illud tantummodo trahitur, quod eſt originale peccatum. Regenerante autem ſpiritu nõ ſolum originalis, ſed etiam voluntariorum fit remiſſio peccatorum.

Idem in eodem, c. 16.

¶ Quicumque ex concupiſcentia naſcitur, per baptiſmum regeneratur.

C. CXXXVII.

Quiſquis ex concupiſcentia carnis, & lege peccati & mortis [f] carnaliter generatur, regenerari ſpiritaliter opus habet: vt non ſolum ad regnum Dei perducatur: verumetiam à peccati dãnatione liberetur. [a] Sicut enim per primum hominem in peccato, & morte naſcuntur, ſic etiam per Chriſtum in iuſtitia, & vita æterna in baptiſmo renaſcuntur.

Idem in eodem lib. c. 19.

¶ Offerentium fides paruulos facit fideles.

C. CXXXVIII.

2 Paruuli, fideles [g] recte vocantur: quia fidẽ per verba geſtantium quodammodo profitentur: & per eorumdem verba diabolo, & mundo abrenuntiant. Et hoc fit vi ſacramẽti, & diuinæ gratiæ, quam Dominus donauit eccleſiæ. Paruulus autem, qui baptizatur, ſi ad annos rationales veniens nõ crediderit, nec ab illicitis abſtinuerit, nihil ei prodeſt [h], quod paruulus accepit.

Item Auguſtinus in eod. lib. 1. de merit. & remiſ. peccatorum. c. 25. & 19.

¶ De eodem. C. CXXXIX.

Mater eccleſia os maternũ [i] paruulis præſtat, vt ſacris myſteriis imbuantur: quia nondũ poſſũt corde proprio credere ad iuſtitiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutẽ. [a] Nec ideo tñ eos quiſquã fidelium fideles appellare cũctatur: quod à credendo [k] vtique nomen eſt [l]: quamuis hoc nõ ipſi, ſed alij pro eis inter ſacramenta reſponderint. Si autẽ propterea recte fideles vocãtur, quoniam fidem per verba geſtãtium quodammodo profitẽtur, cur etiam non prius pœnitentes [m] habeantur, cum per eorumdem verba geſtantium, diabolo, & huic ſæculo renuntiare monſtrantur?

Idem in tract. 121. ad c. 20. Ioannis.

¶ Charitas eccleſiæ peccata dimittit, vel tenet. C. CXL.

4 Eccleſiæ [n] charitas, quæ per ſpiritum ſanctum [o] diffunditur in cordibus eorum, qui participes ſunt, peccata [p] dimittit: eorum, qui non ſunt, tenet [q].

Idem de peccat. merit. & remiſſ. l. 1. c. 23.

¶ Solus Chriſtus peccata dimittit.

C. CXLI.

5 Nemo tollit peccata, niſi ſolus [r] Chriſtus, qui eſt agn᷒ tollens peccata mundi. *& infra.* ¶ Tollit autem & dimittẽdo, quę facta ſunt [s] (vbi & originale cõtinetur) & adiuuando [t], ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi fieri omnino non poſſunt.

Idem ibidem. & c. 25.

¶ Præter baptiſma Chriſti paruulis nulla ſalus promittitur. C. CXLII.

6 Vlla præter baptiſmum Chriſti ſalus promittitur infantibus: quia infantes, ſi per ſacramentum, quod ad hoc eſt diuinitus inſtitutum, in credẽtium numerum non tranſeant, profecto in tenebris manent [u].

Idem ibidem. c. 26.

¶ Baptizati in Chriſto incorporãtur, & eius membra fiunt. C. CXLIII.

7 Ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati [x] Chriſto incorporentur, & membra eius habeãtur, & conſepeliantur: & oblati per ſacramẽtum, charitatemque fidelium recõcilientur Deo: vt in illo viui, ſalui liberati, redempti, illuminati fiant.

Idem ibidem. c. 27.

C. CXLIIII.

Decret. iij. pars.

n ¶ *Eccleſiæ.*] i. peccata dimittuntur eis qui participes ſunt eccleſiæ per charitatem eccleſiæ, id eſt, qua ſubſiſtit eccleſia.
o ¶ *Per ſpiritum ſanctum.*] id eſt, quæ vnitur per ſpiritum ſanctum. [fideles enim ſunt in eccleſia, & ea in ipſis. 7. q. 1. ſcire. eccleſiæ charitas tenet peccata: id eſt, ipſa eccleſia, vel eccleſiæ vnitas, i. eis qui in vnitatẽ non ſunt. tenentur peccata, i. non dimittuntur, vt ſ. 2. q. 1. multi. ſ. 32. qu. 7. quemadmodum. ſupra de pœ. diſ. 3. ſane cauendum.
p ¶ *Peccata.*] idẽ eſt, quod alibi dicitur, Si cui peccata remiſeritis, remiſſa erũt: & cui retinueritis, retenta erunt. & alibi. Spiritus ſanctus aut per ſeipſum remiſſionem facit: aut per columbæ membra. ſ. e. quomodo. ſic itaque intelligimus. quod hic dicitur.
q ¶ *Tenet.*] id eſt, non dimittit peccata. 24. q. 1. quicumque.
r ¶ *Nemo.*] ¶ *Solus.*] ſ. 1. q. 1. vt euidenter.
s ¶ *Quæ facta ſunt.*] non autem dimittit futura, quia tractus futuri temporis, &c. ff. de vſur. l. 1. §. 1. [nec de futura iniuria paciſci poſſumus. ff. de pact. ſi vnus. §. pacta. Additio. Sub. & de ratio. de pact. do. conuenire. Archid.
t ¶ *Et adiuuando.*] no. proceſſum. habes primo q̀ dimittit peccata quæ facta ſunt. Secundo, confert gratiam ne fiant. Tertio, perducit ad illam vitam vbi omnino fieri non poterunt à bonis, quia tum confirmati peccare non poterunt. j. diſt. 5. c. 1. ad finem.
u ¶ *Nulla.*] ¶ *Manent.*] id eſt, carent viſione Dei. & hæc eſt pœna & ignis afflictionis: de quo habes ſ. e. firmiſſime.

Ad hoc.] Casus. Quæritur ad quid valeat baptiſmus. & reſpondetur: ad hoc vt homines fiant membra Chriſti, & ſalui. Infantibus autem credere eſt baptizari: non credere, non baptizari.
x ¶ *Vt baptizati.*] ſ. e. nihil.

b immo est hac litera cõfuerit eliel argu. quòd quis tenetur confiteri de originali pctõ, alias ebi non haberet locũ in paruulo. Arch.
¶ fideles sũt in eccleſia, & ipſa in ipſis. Rom. 10.
ſ ſ. c. proxi.
4 Gl. ord. ibi ex Augu. ad ver. [quorũ remiſeritis] & Bed ibid. Sen. 4. diſt. 18.
Rom. 5.
5 Beda in c. 3. 1 Ioãnes, & ibi gl. ibi. Ioan. 1.
Sen 4. di. 18.
¶ Pactum ſu per futura iniuria non valet.
6 Summa verborum.
7 Per epitomam.

Q Vis autem neſciat credere eſſe infantibus baptizari, non credere autem nõ baptizari? c o

Idem de gratia, & libero arbitrio ad Valentinum, c.14.

¶ Gratia non ſolum peccata dimittit, ſed etiam legem implere facit.

C. CXLV.

1 GRatia, quæ per Chriſtum datur, non ſolum peccatorum remiſſionem facit, ſed etiã, vt lex [a] impleatur, vt natura liberetur, ne peccatum dominetur: ſpiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita [b] à Deo conceditur, vt homini petenti & alia concedantur. Nam fides non eſt liberi arbitrij tantum, ſed donum Dei.

Idem de baptiſmo paruulorum, ſiue de peccat. mer. & remiſſ. lib.2.c.7.

¶ Vetus infirmitas in baptiſmo non pœnitus abſumitur, ſed vires amittit.

C. CXLVI.

28 NOn ex quo [c] quiſque baptizatur, omnis vetus infirmitas in eo abſumitur [d]. Sed renouatio incipit à remiſſione omnium peccatorum, & intelligentia, & operatione ſpiritualiũ. Cetera [e] vero in ſpe facta ſunt, donec etiam in re fiant: quod erit in reſurrectione. Nam in baptiſmo, quamuis plena fiat remiſſio peccatorum, nondum tamen plena eſt nouitas, & perfecta mutatio: quia adhuc remanet corruptio [f] non ſolum in corpore, ſed etiam in animo, qui eſt homo interior, in quo ſi perfecta eſſet nouitas, non diceret Apoſtolus, quòd renouatur de die in diẽ. *Item eodem libro c.27.* ¶ Hoc meminiſſe debemus tantummodo omnium peccatorum [g] plenam [h], perfectamq; remiſſionem baptiſmo fieri: hominem vero non totum commutari continuo: ſed in bene proficientibus de die in diem nouitate creſcente commutari quod vetuſtum, & carnale eſt: donec ita renouetur, vt animalis infirmitas corporis ad firmitatẽ ſpiritalem, incorruptamque perueniat [i]. & c.28. ¶ Hęc autem lex peccati, de qua dicit Apoſtolus, [nõ regnet peccatum in veſtro mortali corpore] non ſic manet in membris eorum, qui renati ſunt, tamquam non ſit eius facta remiſſio, vbi omnino plena, & perfecta fit remiſſio peccatorum, omnibus inimicis interfectis, quibus ſeparabamur à Deo: ſed manet in vetuſtate [k] carnis tamquam ſuperatũ, & peremptum, ſi non illicitis cõſenſionibus quodammodo reuiuiſcat [l], & in regnum proprium, dominationemq; reuocetur. Ab hac autem [m] vetuſtate carnis (in qua eſt lex iſta peccati, vel peccatum iam remiſſum) vſque adeo ſpiritus vita diſcernitur, in cuius nouitate baptizati per Dei gratiam reſnaſcuntur, vt tales etiam in præſenti non ſolum non in peccato, ſed etiam nec in carne eſſe dicantur, cuius deſideria non ſequuntur, ſed in ſpiritu. Ipſa vero carne corruptibili bene vtitur [n], qui membra eius ad bene operãdum conuertit, non ſecundum deſideria carnis viuens lege peccati, quod licet iam remiſſum eſt, in vetuſtate tamen carnis manet, qua bene vtuntur fideles coniugati, qui ex eo, quod ſunt in Chriſti nouitate, dominari ſibi libidinem non patiuntur: ex eo autem, quod adhuc trahunt Adæ vetuſtatem, regenerandos [o] immortaliter filios, mortaliter [p] generãt cum ea propagine [q] peccati, qua renati obnoxij non tenentur, & qui naſcuntur, renaſcendo ſoluuntur. *Item paulo inferius.*

¶ Sicut [r] facta, & dicta, & cogitata iniqua animæ [β] & corpori pertinent [s], licet autem quantum ad motus iam præterierunt, & non ſunt, eis tamẽ præteritis reatus eorum manet, niſi peccatum per remiſſionem ſoluatur: ſic cõtra in hac non iam præterita, ſed adhuc manente lege concupiſcẽtiæ reatus eius ſoluitur [t]: & non erit, cum ſit in baptiſmo plena remiſſio peccatorum.

¶ *Quod de multis capitibus tam ſignificatum eſt, ex locis B. Auguſtini eſſe conjecta, ſed aliter diſpoſitis, & in ſummam collectis, id in hoc potiſſimum capite apparet: in quo tamen non pauca ſunt & emendata, & addita.*

α ¶ A remiſſione.] *Antea legebatur*, ad remiſſionem, &c. *Emendatum eſt ex pleriſque vetuſtis exemplaribus, & originali.*

β ¶ Animæ & corpori.] *In originali eſt*, quãtum ad ipſos motus animi, & corporis pertinet, iam præterierunt, & non ſunt: eis tamen præteritis, & non iam exiſtentibus, reatus, eorum manet, &c. *Sed ob gloſſam nõ eſt emendatum.*

Idem in epiſtola 108. ad Seleucianam.

¶ Diſcipuli Chriſti eius baptiſmate creduntur abluti.

C. CXLVII.

29 QVãdo ab Hieroſolymis exiit Ieſus cũ diſcipulis ſuis in Iudæã terrã, & illic morabatur cum eis, baptizabat nõ per

GRatia.] Casvs. Dicitur quòd Chriſti gratia remittit peccata: confert vt fiant eius mandata, & mala vitentur: confert fidẽ, quæ non prouenit ex libertate arbitrij, ſed eſt donum Dei.

a ¶ Vt lex.] mandatorum Dei.

Additio. Quæ adimplere non poteſt ſine gratia. j. ea. placuit. Arc.

b ¶ Non petita.] i. non meréti. nã primã gratiã q̃s mereri nõ pt. j. ea. placuit vt quicũq;. arg. contra. 8. diſt. con ſuetudo. ſed ibi dicitur merui. i. obtinui.

NOn ex quo.] Hęc eſt 28. pars. diſt. in qua dr̃, q licet in baptiſmo omnia peccata dimittãtur, tñ originalia tolluntur in baptiſmo reatu, & remanent actu, ſed in peccato actuali fit econtra. Io. de Fant. Casvs. Hug. ſic ponit hũc caſũ. Licet omne peccatum actuale dimittatur in baptiſmo, tñ originale peccatũ non ita dimittitur vt nõ ſit, ſed remanet in homine ſopitũ & debilitatũ, niſi excitetur & reuocetur in proprium dñium cõſentiendo prauis motib' ex eo ſurgẽtib'. & ita licet hõ renouetur in baptiſmo: tñ nõ ex toto deletur originale: & q̃ntũcũq; renouatio creſcat, tñ nũq̃ in hac vita erit plena & perfecta renouatio in homine, cũ in eo adhuc ſit peccatum, ex quo caro pugnat aduerſus ſpiritũ, & qd hominẽ ſæpe ſtimulat & peccare compellit. ad vltimũ oſtẽdit dr̃iam inter actualia & originalia peccata. Ego autẽ Bar. hoc addo, q originale peccatũ remanet actu, ſed reatu tollitur in baptiſmo. Actuale vero trãſit actu, ſed remanet reatu, niſi à Deo fuerit remiſſũ. Iſte caſus bñ ponitur in apparatu.

c ¶ Nõ ex quo.] Casvs. Licet omne peccatũ actuale & originale dimittatur in baptiſmo, tñ originale non ita dimittitur, ne ſit, ſed remanet in homine debilitatũ & ſopitũ, niſi poſt excitetur & reuocetur in ppriũ dñium conſentiendo prauis motibus ex eo ſurgentib. Sc̃do dicit, q renouatur hõ in baptiſmo, & ad hoc inducit auctoritatẽ Apoſtoli, quantumcũq; creſcat illa renouatio, nũq̃ tñ in hac vita pfecta erit, cũ adhuc peccatũ ſit in hõie, qd ſp pugnat aduerſus ſpiritũ. Tertio ponit q̃dã dñiam inter actuale, & originale. originale. n. tranſit reatu, ſed non actu. Actuale tranſit actu, ſed remanet reatu. Ioan. de Faut.

d ¶ Abſumitur.] i. conſumitur. || Inde ſolet quæri quando peccatum originale cõtrahitur. Et dic quòd in ipſa infuſione animæ, quia tunc tres vires animæ principales debilitantur. De hoc ſ. e. quæris.

e ¶ Cetera.] ſcilicet quæ ſpectant ad perfectionem, vt fiat plena nouitas, & animalis conſumatur infirmitas, vt j. ſequitur.

f ¶ Corruptio.] qualitas quo ad corp', corruptio: pctm̃ quo ad animã. ergo bis pp æquocationẽ pferatur corruptio ſecũdũ Bar. & L.

g ¶ Omnium peccatorũ.] peccatorũ qdẽ omnium actualium.

h ¶ Plenam.] qa quo ad oẽm pœnã originalis peccati, quo ad reatũ mortis æternæ: & relinqtur vtiq;. Originale ad pugnandũ dũ fuerimus in via ſed debilitatũ & ſuperatum, i. ad mortem æternã nõ imputabile. ſ. ea. per baptiſmum.

i ¶ Perueniat.] qđ erit in alia vita, nõ in iſta.

k ¶ Vetuſtate.] quadã

l ¶ Reuiuiſcat.] || ergo reuiuiſcit quod erat peremptũ, ſic propter culpã reuiuiſcit actio, vt 12. q. 2. liberti. ſ. e. quæris. ante med.

m ¶ Ab hac autem] ordo litteræ. Vita ſpiritus, in cuius nouitate baptizati renaſcuntur à Deo diſcernitur ab hac vetuſtate carnis & peccati, &c.

n ¶ Bene vtitur.] ſ. vetuſtate carnis. ſ. 32. q. 1. non enim in ſola.

o ¶ Regenerandos.] per baptiſmum.

p ¶ Mortaliter.] id eſt, cũ mortali peccato.

q ¶ Propagine.] i. corruptione carnis à primis parẽtibus traducta vel propagata, ex qua originale peccatũ innaſcitur animæ.

r ¶ Sicut.] || hic not. dr̃ia inter actuale & originale peccatũ, q illa traſeũt actu, & remanẽt reatu, donec p baptiſmũ vel p pniam ex toto deleantur. originalia vero i baptiſmo remanẽt actu, ſed trãſeunt reatu. remanẽt. n. q̃da pœnalitates, cũ quibus homo pugnat a q. d. ſicut oẽs prauæ cogitatiõs & opat. oẽs tráſeũt actu, & remanẽt reatu, ſic originalis culpa reatu ſoluitur, actu vero ad agonẽ relinquitur. de pœ. di. 1. ſi peccatum.

s ¶ Pertinent.] quantũ ad ea quæ eius miniſterio geruntur.

t ¶ Soluitur.] & ita videtur, q accidentale eſt ei omne peccatũ.

QVãdo ab.] Hæc eſt 29. pars di. in qua q̃ritur vtrũ oẽs apoſtoli fuerĩt baptizati. Io. Casvs. Quia Chriſtus cũ in Iudæa, morabatur, p diſcipulos ſuos baptizabat, credendũ eſt, q fuerũt baptizati baptiſmo Ioannis, vel (qđ melius eſt) Chriſti. Itẽ per hoc qđ Dñs dixit Petro, Qui lotus eſt &c. credendũ eſt Petrũ fuiſſe baptizatũ.

a ¶ Diſci-

Marginal notes: s per Epitomam. — Ephes 3. — 1. Cor. 4. — Rom. 6. — || Peccatum originale quando cõtrahitur. — || Actio propter culpam reuiuiſcit. — || ordo literæ. — || Peccata actualia & originalia differunt. — a Vt ſ. e. per baptiſmum. & videas quod not. extr. de bap. maiores. ibi omnino vide. — a Ivo p. 1. c. 109. Pan. l. 1. c. 104. — Ioan. 3.

a ¶*Diſcipulos.*] arg. q aliud eſt facere per ſe quàm per alium, vt 2. q. 7. accuſatio. ff. de ſol. inter artifices. C. de ca. tol. l. vna. §. ſin aũt. arg. contra ext. de ſen. exc. mulieres. ff. de admi. tu. ita autem. §. geſſiſſe.
b ¶*Magu.*] hoc, magis, correctiue legas.
c ¶*Pedes lauet.*] i. affectum mẽtis puget, q. d. ‖ licet homo abſtinere poſſit à mortalib⁹, tñ puluere terrenæ habitationis inuoluitur, i. venialibus, vñ pœnitẽtia magis * q baptiſmus eſt neceſſaria.

Auguſtini. quod ſequitur, eſt Petri.
m ¶*Depoſitio.*] id eſt, exterior ablutio.
n ¶*Sed conſcientiæ.*] ſ non enim ſufficit baptizando habere bonam conſcientiam, niſi ad interrogationem eccleſiæ ſuam fidem oſtendat. 86. diſt. non ſatis. in princ. Ioan.

‖ Abſtinere à venalib⁹ difficilimũ eſt.

* id eſt, ſæpius neceſſaria. abſolute enim neceſſarius eſt baptiſmus.

Ioan. 13.

S I eos.] Casvs. Quidam nõ credebat aliquẽ baptizatũ, niſi hoc ſcriptum inuenirent. contra quos hic dicitur, q ipſi videntur Apoſtolis calumniari, de quibus neſcimus quando fuerunt baptizati, præterquã de Paulo. tamen eos credimus fuiſſe baptizatos, quia Petro dictum eſt à Domino, Qui lotus eſt, &c.

ſeipſum, ſed per diſcipulos [a] ſuos: quos intelligimus iã fuiſſe baptizatos, ſiue baptiſmo Ioãnis (ſicut nonnulli arbitrantur:) ſiue (quod magis [b] credibile eſt) baptiſmo Chriſti. *Itẽ ibidem.* ¶Reſpõdit Dominus Petro. [Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet [c]: ſed eſt mũdus totus.] Vbi intelligiť, q iam Petrus baptizatus fuerat.

Item ad Vincentium & Victorem. lib. 3. de anima, & eius origine. c. 9.

¶Apoſtoli omnes, Chriſti baptiſmate baptizari creduntur. C. CXLVIII.

1 S I eos, de quibus non ſcriptũ eſt, verum fuerint baptizati, ſine baptiſmo de hac vita receſſiſſe contendimus [d], ipſis calũniamur Apoſtolis: qui præter apoſtolum Paulũ, quando baptizati fuerint, ignoramus.' Sed ipſos baptizatos eſſe per hoc nobis innoteſcere potuit, quod B. Petro apoſtolo Dominus ait, [Qui lotus [e] eſt, nõ indiget, niſi vt pedes [f] lauet.]

Idẽ lib. 4. de baptiſ. contra Donatiſtas. c. 21.

¶Catechumenus catholicus hæretico baptizato præfertur. C. CXLIX.

30 N On dubito catechumenum catholicum diuina charitate flagrantem hæretico baptizato anteponere [g]: ſed etiã in ipſa intus catholica, bonum catechumenum malo baptizato anteponimus. Nec ideo tamen ſacramento baptiſmi, quo iſte nondum, ille iam imbutus eſt, facimus iniuriã. *& paulo poſt.* ¶Melior enim Centurio [h] Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iſte enim & ante baptiſmum ſancto ſpiritu repletus eſt: ille & poſt baptiſmum immundo ſpiritu inflatus eſt. Verumtamẽ Cornelius [i], ſi etiã ſpiritu ſancto iam accepto baptizari noluiſſet, contempti tanti ſacramenti reus fieret. *& infra.* ¶Sicut autẽ bono catechumeno baptiſmus deeſt ad capeſſendum [k] regnum cęlorum, ſic malo baptizato vera conuerſio. Qui enim dixit [Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum] ipſe etiam dixit: [Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.]

Item in lib. ſententiarum Proſperi.

¶Non tam ablutione corporis, quam fide cordis baptiſma conſtat. C. CL.

4 V Erus baptiſmus cõſtat nõ tam ablutione corporis quam fide cordis: queãdmodum Apoſtolica doctrina tradidit dicens [fide mũdans corda eorum,] & alibi [l] [ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio [m] ſordium, ſed conſcientiæ [n] bonæ interrogatio in Deum.]

Item Auguſtinus lib. 1. de baptiſmo. c. 15.

¶Sicut in veteri teſtamento quidam ſpiritales, ita in nouo quidam carnales inueniuntur. C. CLI.

S Icut [o] in ſacramentis veteris teſtamenti viuebant quidam ſpiritales, ad nouum ſcilicet teſtamentum [p] quod tunc occultabatur, occulte pertinẽtes, ſic & nũc in ſacramentis† noui teſtamenti, quod iam reuelatum eſt, plerique viuunt animales: qui proficere ſi nolunt ad percipienda, quæ ſunt ſpiritus Dei, quo eos hortatur ſermo Apoſtolicus [q], ad vetus [r] teſtamentum pertinebunt. Si autem proficiunt, & antequam capiant baptiſmum†, ipſo profectu, & acceſſu ad nouum pertinent: & ſi priuſquam ſpiritales [s] fiãt, ex hac vita rapiantur, cuſtoditi per ſacramenti [t] ſanctitatem in terra viuẽtium cõputantur, vbi eſt ſpes noſtra, & portio Dominus. Nec inuenio, quid verius intelligatur in eo, quod ſcriptũm eſt. Imperfectum meum viderunt oculi tui:] quandoquidem ſequitur] & in libro tuo omnes ſcribentur.] *Item lib. 3. c. 14.* ¶Non intereſt cum de ſacramẽti, integritate, & ſanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus ſit ille, qui accipit ſacramentum. Intereſt quidem plurimum ad ſalutis vitam: ſed ad ſacramenti quæſtionem nihil intereſt. *Item infra.* ¶Manifeſtũ eſt fieri poſſe, vt fide non integra integrũ in quoquã maneat ſacramentum baptiſmi. *Item c. 15.* ¶Si poſſent ſinguli diligenter interrogari [u], tot diuerſitates opinionũ [x] fortaſſis quot homines numerarẽtur. [Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.] Numquid tamen ideo nõ integrum ſacramentũ accipiunt? aut nũquid ideo ſi profecerint, & opinionũ carnalium vanitatẽ emẽdauerint, denuo, quod acceperãt, repetendum eſt? Accipit quiſq; ſecũdum fidem ſuam, ſed quantũ capit, gubernãte illa miſericordia Dei. de qua præſumens idem Apoſtolus dicit [Si quid aliter ſapitis: id quoque vobis Deus reuelabit.]

Item ex concilio Mileuitano [y], *cum inter-*
Decreti. iij. pars.

'a Ioo p. 1. c. 310. Pan. l 2. c. 105.

d ¶*Contendimus.*] no. q ſi dubitatur de baptiſmo viuentis, habetur pro non baptizato, & baptizatur. ſ. ea. cum itaque. ‖ vbi autem dubitatur de baptiſmo mortui, pſumendũ eſt eum eſſe baptizatũ. ext. d preſ. nõ ba. c. 2. & arg. hic.

Act. 9.
‖ Baptiſmus an præſumatur eſſe in aliquo?
2. Pet. epiſtomam.
Ioan. 13.

e ¶*Qui lotus.*] i. purgatus a mortalibus.
f ¶*Niſi vt pedes.*] i. ſordes venialiũ, vel tangit conſuetudinẽ alicuius loci, quæ reprobatur. 1. q. 1. emẽdari.

N On dubito.] Hęc eſt 30. pars. diſt. in qua loqtur de catechumenis, & de credẽtibus. Item de illis qui hodie ſpectant ad vetus vel nouum teſtamentum. Io. de Fã. Casvs. Dicitur in hoc ca. q catechumenus, qui fidem habet præponitur hæretico baptizato, & malo catholicobaptizato: nec propter hoc iniuriam facimus ſacramento baptiſmi. quod probatur exemplo Centurionis, qui ante baptiſmum fuit bonus: ſed Simõ magus poſt baptiſmum fuit malus: & ſicut bono catechumeno baptiſm⁹ eſt neceſſarius, ſic vera confeſſio malo catholico eſt neceſſaria: quod probatur auctoritate Domini. Cẽturio, ſ. Cornelius. Sequens c. patet.

Act. 10.

g ¶*Anteponere.*] ſ. ea. catechumenũ. cõtra. ſed hic loqtur de eo qui habet deſiderium baptizandi. ibi non. ext. eo. maiores. §. ſi.
h ¶*Centurio.*] 16. diſt. deinde. ſ. ead. baptiſmi vicem.
i ¶*Cornelius.*] 2. q. 7. non omnes [a].
k ¶*Capeſſendum.*] i. contemnit accipere baptiſmũ cum poſſit.
V Erus.] ¶*Alibi.*] ſ. in epiſto. Petri [b], & eſt hoc verbũ

Ioan. 3.
Matth. 5.
a Laf. in de ſacram. & ſuis apud B. Aug. tu. 80. ad c. 15. Ioã.
a Et 15. diſt. deinde. ſ. e. baptiſmi. A.
4 Aug. l. 3. c. 6.
Iuo p. 2. c. 9. Pau. l. 3. cap. 110.
b Cap. 3.

S Icut in ſacramentis.] Casvs. H. ſic ponit hunc caſum. licet totũ c. poſſit legi de baptizatis: melius tamen vſque ibi, *non intereſt.* loquitur de adultis non baptizatis: exinde de baptizatis. In prima parte dicitur, q ſicut in veteri teſtã erãt quidam boni, ſic & in nouo ſunt quidã mali, qui ſi incipiant bñ operari dimiſſis malis, & velint baptizari, vel pſecti eſſe: ſi ante decedant q̃ hoc conſequi poſſint, ſaluabũtur. In ſecũda parte oſtẽdit, q qualicũque fide, qs ſuſcipiat baptiſmum: quãtum ad integritatem verũ accipiat baptiſmũ: ſed nõ quantum ad ſalutẽ. niſi bona fide accipiat. ſi ille q ficte & mala fide accipit baptiſma, poſtea emendatur, non ideo reiteratur baptiſmus. Credo q H. hũc caſũ poſuit: q a Beſt. poſitum non inuenit.
o ¶*Sicut in ſacramentis.*] prima pars intelligitur de adultis non baptizatis, vſque ad illud, nõ intereſt, &c. dicitur in cap. ſicut in veteri teſtõ fuerũt q̃dã boni, ita in nouo ſunt quidã mali: qui ſi incipiũt bonum operari dimiſſis malis, & velint baptizari, vel perfecti eſſe: ſi añ decedant q̃ hoc conſequantur, ſaluabũtur. In 2. parte dicitur, q qualicũque fide qs accipiat baptiſmũ, verũ recipit ſacramẽtum, ſed nõ eius ſalutem, ſi ficte accedat. In tertia parte dicitur, q ſi ficte prius pęniteat, nõ ſunt rebaptizandi.
p ¶*Teſtamentum.*] i. ad gratiam, quæ data eſt in nouo teſtamẽto. [c]
q ¶*Apoſtolicus.*] ſ. Iudæ Apoſtoli ibi, quæ ſurſum ſunt ſapite.
r ¶ *Ad vetus teſtamentum.*] id eſt, ad dura ciam veteris teſtam.
s ¶*Spiritales.*] per baptiſmum cum nõ ſtat per eos. [d]
t ¶*Per ſacramenti.*] i. quæ ſolet dari & conferri in ſacramento.
u ¶*Interrogari.*] ſuper articulis fidei, & aliis ad ſalutem animæ pertinentibus.
x ¶*Opinionum.*] quia quot homines, tot opiniones. ar. ff. de arb. non cogendũ §. principaliter. & §. item ſi vnus. arg. 13. q. 2. c. 1. & quælibet prouincia in ſuo ſenſu, &c. 76. diſt. vtinam.

‖ Baptizando non ſufficit habere bonã cõſcientiam.
Act. 15.
1. *Petr.* 3.
† al. ſacramẽtis.
1. *Cor.* 2.
† abeſt ab orig.
Pſal. 141.
Pſal. 138.
c Vel ad beatitudinem æternã. Arc.
1. *Cor.* 2.
d Ad hoc ar. C. qui pet. tu. poſt eum à matribus.
Philip 3.
y Et in Afri. c. 76.

Placuit.] Hæc eſt 31. pars diſt. in qua ponit quaſdam incidentes quæſtiones. Ioan.

Casus. In Mileuitano concilio condemnabatur quædam hæreſis, quæ dicebat Adam mortalem factũ neceſſitate naturę, & non peccati merito. vñ ſiue peccaſſet, ſiue nõ peccaſſet, tñ mortuus fuiſſet.

a ¶ *Mortalem.*] .i. moriendi neceſſitati ſubiectum[a] ſecundum q dicit factum. † erat eñ immortalis. i. potens nõ mori: nõ aũt non potens mori, & ita fuit mortalis, & immortalis. Solet q̃ri quare peccatum originale imputetur animæ, cum illud cõtrahatur tantum ex carnis corruptiõne: ſol. dicit quidam, q ideo q̃a anima delectatur ipſi carni, & ideo ei imputatur. Alia ratio eſt & melior, vt.ſ. ibi quædam digna retributio notetur, quia anima primi hominis prius peccauit, & ita corrupit ipſã carnem. vnde & modo corruptio carnis corrumpit animas.

b ¶ *Naturæ.*] vt cõtra, quia dicit Aug. ſi Adã non peccaſſet, ſenio defeciſſet. ‖ Sed dic, ſenio defeciſſet, id eſt in ſenio, q.d. non perueniſſet ad ſenium, quia ſemper fuiſſet in iuuentute.

Placuit.] Casus. Quidam dicebãt q paruuli ex parẽtib. peccatum non contrahunt: & iõ nõ ſunt baptizãdi: & ſi baptizentur, non ſit in eis vera remiſſio peccatorum. Hæc hæreſis damnatur auctoritate Apoſtoli, & conſtitutione eccleſiæ. Sequens c. planum eſt.

c ¶ *Placuit.*] Casus. Excõicantur quidam hæretici, qui dicebãt paruulos nõ eſſe baptizandos, quia nihil peccati contraxerunt ab Adam, quod in baptiſmo eſſet delendũ. nam q male dicant, probatur auctoritate Apoſtoli.

d ¶ *Vnde fit.*] id eſt, ex hoc ſequitur.

e ¶ *Sed falſa.*] id eſt, ſine effectu.

f Placuit.] ¶ *Ad adiutorium.*] ſ. ead. gratia.

Auditio. In primo ſtatu in quo fuit Adã, potuit homo mori, & potuit nõ mori: hic in ſecũdo ſtatu pt mori, ſed nõ pt nõ mori. q̃ eſt mortalitas, iam eſt neceſſitas. In tertio. ſ. in patria pt nõ mori, & non poteſt mori.

Quiſquis dixerit.] Casus. Eſt igitur caſus iſtius cap. talis. Excommunicãtur hic quidam hæretici, qui dicebant q gratia Dei nõ iuuat nos ad vitationem peccati, niſi quantum ad hoc q dat nobis cognitionem boni, & mali, non autem iuuat nos, vt per eam faciamus bonum vel malum.

g ¶ *Quiſquis.*] quidam volentes vitare correctionem præcedentis cap. inciderunt in aliud malum, & ideo reprehenduntur hic.

¶ Videtur mendum in hoc nomine ▪ Quia nõ fuit an peccatum Adam erat immortalis ‡ in li. de eccle. dogm. c. 33.

‡ Et in Afri ca. 17. & in li. de eccle. dog. c. 24.

‡ Burch. l. 4. c. 34. Iuo p. 1. c. 128. ‖ Adam ſi non peccaſſet. ſemper iuuenis fuiſſet.

† al. vere, ſ. d falſa.

Rom. 5.

‡ in Afr. ca. 78. de eccl. dog. ca. 28. Cæl. epi. 1. c. 10. ‡ Burc l. 20 c. 28. Iuo p. 17. c. 10. † al. in qua

fuit Auguſt. & Anſel. † Romana eccleſia legatus contra Pelagianos. c. 1.

¶ Non naturæ neceſſitate, ſed merito peccati Adam moriturus erat. C. CLII.

31[r] Placuit igitur omnibus epiſcopis, qui fuerũt in hac ſancta ſynodo, conſtituere hæc, quæ in præſenti concilio diffinita ſunt. Vt quicumque dicit Adam primum hominem, mortalem[a] factum, ita vt, ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ[b], anathema ſit.

Item eiuſdem concilij. c. 2.[s]

¶ Paruuli non ſolum pœnam, ſed etiam culpam à parentibus trahunt. C. CLIII.

[3] Placuit[c], vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizãdos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos[a] baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur (vnde[d] fit conſequens vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorũ non vera†, ſed falſa[e] intelligatur,) anathema ſit: quoniam non aliter intelligẽdum eſt, quod ait Apoſtolus [per vnũ hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit. in quo omnes peccauerunt] niſi quemadmodum eccleſia catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

a ¶ *Eos baptizari*] *ſic eſt emendatum ex aliquot veteribus, & ipſis originalibus. Nam antea legebatur,* non baptizari:

Item eiuſdem. c. 3.[4]

¶ Gratia & peccata remittit, & ne reiterẽtur, adiuuat. C. CLIIII.

[5] Placuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua† iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium[f], vt non committantur, anathema ſit.

Placuit.] Hæc eſt 32. pars diſt. in qua dicitur q ſine gratia nullus ſaluatur, quæ etiam adiuuat ad non peccandum. Io. de Fan.

h ¶ *Gratiam.*] ad quid ergo valet liberum arbitrium, cum per illud non poſſit ſaluari? Nam primam gratiam nõ poteſt quis promereri, 23. qu. 4. Nabuchodonoſor? Sed dic q per liberũ arbitrium homo habilem ſe poteſt reddere vt ei Dominus gratiam infundat.

Omnes.] Hæc diſt. diuiditur in xiij. partes. In quarum prima agitur de confirmatione, de ieiuniis, & de aliis. ſecunda ibi, *Numquid.* Tertia ibi, *Omni die.* Quarta ibi, *Conuenit.* Quinta ibi, *Quadrageſima.* Sexta ibi, *Contraria.* Septima ibi, *Quia.* Octaua ibi, *Carnem.* Nona ibi, *In omnib'.* Decima ibi, *Nullus.* Vndecima ibi, *Nõ oportet.* Duodecima ibi, *Fucare.* Tertiadecima ibi, *De ſpiritu.* Io. de Fan.

i ¶ *Omnes.*] Expleto tractatu de baptiſmo ſubiungit magiſter diſt. iſtam, in qua tractat de confirmatione, quæ in fronte fit: & merito vltimo loco de hoc ſacramento, quia vltimum eſt inter alia ſacramenta neceſſitatis, præter vnctionem infirmorum, quæ non ita proprie dicitur ſacramentũ[*], maxime ſecundũ opinionem eorum, qui dñt eam iterari poſſe: nam ſacramenta non iterantur, vt ſ. prox. diſt. oſtenditur. præterea alia ratiõe, quia hoc ſacramẽtũ tamq dignius à ſolis epĩs cõfertur, vt ĩ. ea. c. manus.

ǀ ¶ *Omnes.*] hic ſecundum quoſdam incipit ſ. diſt. ſed cõpetẽtius (vt quidam dicunt) incipit ab illo c. conuenit. ĩ. ea. Nam abinde agit de officiis eccleſiaſticis & ieiuniis.

k ¶ *Poſt baptiſmum.*] vnde hoſtia prius lauabatur in littore, & poſtea offerebatur in holocauſtum.

l ¶ *Vt pleni.*] quia ſi cõtemnerent, peccarent mortaliter hoc de adultis: nam pueros ſufficit baptiſmus. ſ. diſt. proxi. quæris. Ioan. de Fan.

Spiritus Sanctus.] Casus. Dicitur in hoc ca. quod peccata remittuntur in baptiſmo, ſed in confirmatione homo recipit augmentum gratiæ. & quamuis baptiſmus ſufficiat ad ſalutẽ ſtatum morituris, confirmatio tamen victuris eſt neceſſaria vt cõfirmentur & corroborentur contra vitia &

Item eiuſdem. c. 4.

¶ Quid ſit peccatum, gratia docet, & vt videtur, facit. C. CLV.

[6] Quiſquis[g] dixerit eamdem gratiã Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccãdum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema ſit.

Item eiuſdem. c. 5.[7]

¶ Siue grat. a, diuina mandata impleri non poſſunt. C. CLVI.

32[8] Placuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam[h] iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam etiam ſi gratia nõ daretur, nõ quidem facile, ſed tamen poſſimus etiã ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit.

Item Vrbanus Papa omnibus Chriſtianis, epiſt. 1. c. 7.

DISTINCTIO V.

¶ Poſt baptiſma, confirmationis ſacramentum præſtetur. C. I.

Omnes[i] fideles per manus impoſitionẽ epiſcoporum, ſpiritũ ſanctum poſt baptiſmum[k] accipere debent, vt pleni†[l] Chriſtiani inueniãtur: quia, cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.

Item Melchiades Papa in epiſt. ad epiſcopos Hiſp. c. 2.

¶ Quid conferat ſpiritus ſanctus in baptiſmate, quid in confirmatione. C. II.

10 Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcẽdit[m] illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam[n]: in cõfirmatione augmentũ præſtat ad gratiam. Et quia in hoc mũdo tota ætate victuris inter inuiſibiles hoſtes, & pericula gradiendũ eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum cõfirmamur ad pugnã: in baptiſmo abluimur †, poſt baptiſmum roboramur. Et quamuis continuo tranſituris ſufficiant regenerationis peccata, vt poſſint diabolo reſiſtere.

m ¶ *Deſcendit.*] conferendo vim regeneratiuam aquis. ſ. diſt. 4. numquam[b].

n ¶ *Ad innocentiam*] vnde & datur puero veſtis candida poſt baptiſmum, vt ſ. diſt. prox. accepiſti, & c. venit.

f arbitriũ & berum ad quid valet.

f Afr. cap. 79. de dog. c. 29.

6 Burc. ibid. Iuo p. 17. ca. 19.

7 in Afr. ca. 80.

8 Burc. ibid. Iuo p. 17 ca. 30.

* imo & ipſa proprie ſacramentum eſt. can. 1. ſ. pœt iterari ſacramẽ tũ illa, quæ non impr. munt chara ctere S Tr. P. 1 q. 73 ar.

† Confirmã à ſolis epiſcopis conſertur.

9 vol. 3 c. 16. Anſ. l. 9. c. 43 Burc. l. 4. c. 65. Iuo. p. 1. ca. 160. & 196. Pan. l. 1. c. 114.

† plane. Ioã.

10 Euſeb. Emiſſenus in hom. in die Pentecoſtes Pol. l. 3. tit. Anſ. l. 9. c. 35

† al. ainur.

b Vt ſ. diſt. c proxi. per aquam &c. aliud. & ca. aliud. & ca. venit. Ate.

a ¶ *Armat.*]id eſt, inſtituit.
b ¶ *Et inſtruit.*]hic habes ad quid valeat confirmatio.
c ¶ *Non poteſt*]in hac enim vita vel meritum comparamus, vel cul pam. 13 q. 2. tempus.

NOuiſſime.]CASVS. Dicitur hic quod ſpiritus ſanctus traditur homini ab epiſcopo, vt confirmetur ad prædicandum aliis, i. ad donum prædicandi: quod per gratiam in baptiſmate habuit donatus vitæ æternæ. Secundo oſtenditur quid ſignificet quod baptizatus inungitur chriſmate à presbytero in vertice, & ab epiſcopo in frõ

... beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace [a] beati ſæculi recipiendos: confirmatio autem armat [a], & inſtruit [b] ad agones mũdi huius, & prælia reſeruandos. Qui autem poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia non poteſt [c] peccare poſt mortem.

a ¶ Pace beati.]*Sic eſt emendatum ex manu ſcriptis, originali, & Polycarpo. Antea legebatur* pace baptiſmi, vel ſæculi.

Idem ibidem.

¶ Manus impoſitionis ſacramentum dignius eſt ſacramento baptiſmi. C. III.

1 DE his vero, ſuper quibus rogaſtis vos informari, id eſt, vtrum maius eſſet ſacramentum, manus impoſitio epiſcoporum, aut baptiſmus, ſcitote vtrumque magnum eſſe ſacramentum: & ſicut vnum à maioribus fit, id eſt, à ſummis [d] põtificibus, quod a minoribus fieri non poteſt, ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum eſt. Sed ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta, vt ab inuicem (niſi morte præueniẽte) nullatenus poſſint ſegregari: & vnum ſine altero rite perfici [e] non poteſt.

Item Euſebius Papa epiſt. 3. ad epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ.

¶ Non ab aliis, quam ab epiſcopis manus impoſitione ſacramentum perfici poteſt. C. IIII.

2 MAnus quoque impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt: quod ab aliis perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus, nec tempore Apoſtolorũ ab aliis, quam ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur peractũ [f] eſſe: nec ab aliis, quàm ab illis, qui eorum tenẽt [g] locum, vnquam perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum [h] habeatur, & vacuum: & inter eccleſiaſtica numquam reputabitur ſacramenta.

Item Rabanus de inſtitutione clerici l. 1. ca. 30.

¶ Quare confirmationis ſacramentum baptizato tradatur. C. V.

NOuiſſime à ſummo ſacerdote per impoſitionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per ſpiritum ſanctum ad prædicandum [i] aliis idem donũ, quod ipſe in baptiſmate conſecutus eſt per gratiam vitę donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chriſmate per ſacerdotem in capitis ſummitate: per pontificem vero in frõte, vt in priore vnctione ſignificetur ſpiritus ſancti ſuper ipſum deſcenſio ad habitationem [k] Deo conſecrandam: in ſecunda quoque, vt eiuſdem ſpiritus ſancti ſeptiformis gratia cũ omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ, & virtutis venire in hominem declaretur.

Item ex concilio Aurelianenſi, c. [1]

¶ Ad Confirmationem non niſi ieiuni veniant. C. VI.

3 VT ieiuni [l] ad confirmationem veniant perfectæ [m] ætatis, vt moneantur confeſſionẽ facere prius, vt mundi donum ſãcti ſpiritus valeant accipere: & quia numquam erit Chriſtianus [n], niſi confirmatione [o] epiſcopali fuerit chriſmatus.

Item ex concilio Meldenſi, c. 6. [4]

¶ Epiſcopi non niſi ieiuni baptizatos confirment. C. VII.

5 VT epiſcopi [p] non niſi ieiuni per impoſitionem manuum ſpiritum ſanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitãtibus [q]. Sicut autem duobus temporibus, Paſcha videlicet, & Pentecoſte à ieiunis celebrari debet baptiſmus, ita etiam traditionem ſpiritus ſancti à ieiunis [r] põtificibus conuenit celebrari.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 6.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant vt Gratianus. Habetur autem in Cabilonenſi 2. c. 27. vſque ad ver.* Quia bis, *& in capitularibus adiectis c. 53.*

¶ Secundo, vel tertio nullus confirmetur. C. VIII.

6 DIctum eſt nobis, quòd quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amplius, epiſcopis ignorantibus tamen, ab eiſdem epiſcopis confirmentur. Vnde viſum eſt nobis eamdem confirmationem, ſicut nec baptiſma, iterari minime debere: quia bis, vel ter, vel amplius [s] baptizatos, aut confirmatos, non ſæculo, ſed ſoli Deo ſub habitu regulari, vel clericali religioſiſſime famulari decretum eſt.

Item Gregorius tertius, epiſt. 4. ad Bonifacium.

¶ De eodem. C. IX.

DE homine, qui à pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda eſt.

DE his vero.]CASVS. Quæſitum fuit à Melchiade an maius ſit ſacramentum confirmationis, quàm baptiſmi? Et reſpõdet quod vtrũque ſacramentum eſt magnum ſacramentũ: tamẽ confirmationis in maiori veneratione eſt habẽdum, quia non poteſt conferri vel cõfici niſi à maioribus, id eſt, epiſcopis. d ¶ *A ſummis.*]i. epiſcopis: qui ſummi dicũtur, quia vltra eos nullus eſt ordo. nam metropolitani, epiſcopi vocantur. 28. di. ſi epiſcopus. ſed tamen Papa hodie ſummus Põtifex appellatur. Et dic vſq; adeo eſt accõmodatum, quod non niſi à maiorib. &c. Et eſt hic argumentum aliquid dici maius ratione ipſius conferentis. arg. contra 3. diſt. 2. nihil i ſacrificio. de quo ibi notantur. e ¶ *Perfici.*]i. Chriſtianum facere plenum & perfectum, vt 3. ea. diſt. c. 1. Ioan. [a]

MAnus quoque.] CASVS. Dicitur hic quod tempore Apoſtolorum ſoli confirmabant Apoſtoli, & hodie ſucceſſores eorum, i. epiſcopi debẽt confirmare: & ſi alius confirmauerit, ſacramentum nõ tenebit. f ¶ *Peractum.*] contra 95. diſt. c. 2. ſol. ibi. Vel hoc nõ inuenimus de iure communi factũ eſſe: ſecus ex diſpenſatione. g ¶ *Tenent*]] alibi monachi dicũtur tenere locum xij. Apoſtolorum quo ad renuntiationem proprietatis. 16. q. 1. ex auctoritate. alibi ſacerdotes quo ad confectionem Euchariſtiæ. 11. q. 3. abſit. h ¶ *Irritum.*] tamen ex demandatione Papæ quilibet conferre poteſt quod habet. vnde ordinatus ordinẽ quem habet conferre poſſet, & confirmatus cõfirmationem. 3. diſ. prox. nulla ratio. aliás non[d], vt 8. 1. q. 1. gratia & q. 7. Daibertum. Vnde nota quod cum collatio ſacramenti competit alicui ratione ordinis & officij, etiã prohibitus conferre poteſt, vt 9. q. 1. ordinationes 1. q. 1. quod quidam. vbi vero ex adminiculo ordinis & demandatione, & vt confirmatio in fronte ſacerdoti, vel collatio ordinis competit nõ epiſcopis, vt 95. di. per nenit. & 69 diſt. c. 1. in eo caſu prohibitus nihil agit, vt hic in cap. manus.

[Margin:] ¶ Epi dicuntur ſummi. — 1 Poly. ibid. Anſ l. 9 c. 33. Bur. l. 4 c. 61. Iuo p. 1. c. 235. Pan. l. 1 c. 114. — a Ad idẽ j. c. vt ieiuni. vel dic. i. me ritorie ſecus ppi altero cõ ſẽpto. Arc. — ¶ Monachi quo ad renũciationẽ pprietatis tenent locũ Apoſtolorũ. — 2 Poly. ibid. Bur. l. 4. c. 61. Iuo par. 1. c. 257. & 297. Pan. l. 1. c. 113. — ¶ ordinatus ordine quẽ habet, conferre Papa delegante. — b De hoc et not. 9. 3. diſt. puenit. Arc.

... te. Sequentia duo ca. patent, & ſupplentur in principio ca. ſe, ſtatuimus, vel præcipimus, vt ieiuni, &c. i ¶ *Ad prædicandum.*] ar. contra, 16. q. 1. adijcimus. extr. de her. ad abolendam. ſed prædicare dici poteſt dando de ſe bonum exemplum aliis. k ¶ *Ad habitationem.*] bis enim deſcendit ſpiritus ſanctus ſuper Apoſtolos. primo quãdo inſufflauit in eos dicens. Accipite ſpiritum ſanctum. poſtea deſcendit de cælo ſuper eos in igneis linguis. 3. diſt. 4. propriè, &c. [c]

VT ieiuni.] Statutũ eſt ſupple. m ¶ *Perfectæ.*] perfectam vocant ſorte xij. annorũ, quando promoueri poteſt ad ordines minores. 77. diſ. c. 1. vel xxv. annorum. ff. de minor. l. 1. n ¶ *Chriſtianus.*] plenus quo ad omnia ſacramenta. 3. c. omnes. o ¶ *In confirmatione.*] numquid minorem habebit gloriam paruulus non confirmatus quàm cõfirmatus? videtur quod ſic, quia in confirmatione datur augmentum gratię. 3. c. c. 2. quod concedendum eſt, ſi dicatur quod paruulo concedatur gratia in baptiſmo[d].

p VT epiſcopi.]ſupple, ſtatutũ e. q ¶ *Periclitantibus.*]3. diſt. 4. venerabilis. r ¶ *A ieiunis.*] hoc etiam in aliis ſacramẽtis obſeruandum eſt. 3. 22. q. 5. honeſtum. 3. diſt. 2. liquido.

DIctum eſt.]CASVS. Quidã ignorantib. epiſcopis faciebant ſe pluries cõfirmari. vnde ſtatutũ fuit hic, quod ſicut baptiſmus non debet iterari, ita nec confirmatio: & quod bis baptizati vel confirmati debẽt relinquere ſæculum, & Deo ſeruire tantũ. Sequentia 4. c. patẽt. Cruce, id eſt, ſigno crucis. ſed non remouet, quin aliter poſſint ſanctificari, & valere ad remiſſionem peccatorum: ſed refert factũ: nec aliter fit ſolemnis baptiſmus. s ¶ *Amplius.*]3. diſtin. prox. qui bis. contra, ſed hoc cum neceſſitas eccleſiæ exigit: aliàs de iure non poſſet, vt extra de apo. c. 2. Vel licet hic habeãt veſtem clericalem, ſcilicet clauſam, non tamen erunt clerici. 3. 86. diſt. dictum [e].

[Margin:] ¶ Spũſſctũs quando deſcendit in Apoſtolos. — a ſc. die Pentecoſtes. 3. diſt. prox. propriè Arc. — 3 Bur. l. 4. c. 60. Iuo p. 1. c. 154. Pan. l. 1. c. 119. — ¶ Paruulus nõ cõfirmatus minorẽ habebit gloriã — 4 in cap. ad iect. c. 6. In conci. Pariſ. l. 1. 33. — 5 Pol. l. 3. ti. 10. Burc. l. 4. c. 67. Iuo p. 1. ca. 261. Pann. l. 1. ca. 120. — d Hic vide quæ le & no. 3. & c. diſt 4. nihil & quæ ibi dixi Arc. — 6 Bur. l. 4. c. 50. Iuo p. 1. c. 244. Pan. l. 1. c. 121. — e Et 50. diſ. confirmandum. in fin. vbi de hoc.

Num

N *Vnquid.*] Hæc eſt 3. pars diſt. in qua dicitur, quòd omnia myſteria debemus facere cum ſigno crucis. Ioan.
a ¶ *Chriſmata.*] i. ſacramenta, q̃ cum vnctione chriſmatis præſtãtur.
b ¶ *Niſi cruce.*] non remouet quin aliter poſſit ſacrificari, & valere ad remiſſionem peccatorum: ſed refert factum, quia ſic ſit: quia in modum crucis ſit ſolennis baptiſmus: non aliter. ſ. prox. diſt. ſal.
c ¶ *Sine cruce.*] auctoritas illa docet nos facere ſignũ crucis.[a] Egreſſus eius ad patrẽ, excurſus eius vſq; ad inferos, recurſus, vſque ad ſedem Dei. Per dexteram patrẽ, ſedẽ Dei: per ſiniſtrã inferos intellige.

1 Iuo p. 1. c. 124. & p. 2. c. 91.
† al. eucharistia
† al. ministerij
a Vel dic vt not. 11. diſt. eccleſiarũ.

O *Mni die.*] Hæc eſt 3. pars di. in qua dicitur quid iuris ſit de energumenis. ſ. c. di. man°. Io. de Fan.
d ¶ *Energumenis.*] ſ. 23. di. exorciſta. ſiqui. ſc. à dæmõib[a] ſunt obſeſſi. Vel energumenis, ab erge, & eſt labor: & mene, quod eſt defectus: quia. ſ. in defectu lunæ vel mẽſis, aliena tñc mẽtis patiũtur.

2 Burc. l. 2. ca. 123. Iuo p. 6. c. 93.
a Energumeni qui ſunt.

N *Eophyti.*] Quia nuper baptizatos diſſolute viuentes ſolebant dæmones energumenos, i. ſuſceptibiles facere: ideo ſub iungit, à quib. neophyti debeant abſtinere.

3 Burc. l. 4. c. ...u p. 1. c. 207.

C *Onuenit.*] Hæc eſt 4. pars di. in qua dicitur quod orationes & collectas debemus facere ſiue proferre in eccleſia. Ioan.
Casvs. Incipit hic tractare de officiis eccleſiæ, & de ieiuniis. Dicitur ergo hic quẽ ordinẽ clerici debeãt in diuinis officiis obſeruare. Seq. ca. patet.
f ¶ de *Conuenit.*] officiis diuinis & ieiunio tractare incipit: & ponit tria capit.
g ¶ *Aequaliter.*] ſ. 12. diſt. c. vlt.
h ¶ *Collationes.*] i. collectæ: & ſunt quædam capitula quæ dicũtur ab epiſcopis[b].
i ¶ *Collecta.*] i. expleta. nam tunc omnia colliguntur oratione dicta. vel plebs collecta oratione, id eſt, oratio nis cauſa.
k ¶ *Id ſemper.*] ¶ *Profeſatur.*] i. dicatur ſilẽter. vel dic alta voce loco orationis: & hæc erat conſuetudo in primitiua eccleſia ſecundum H.

† al. collationes.
† al. & miſſarum.
† al. capitella.
b ſc. illorum dierum, & le guntur ſine Iube Domine, ac abſque benedictione ſacerdotali, ſ. eundũ Hug.

I *N die reſurrectiõis.*] Casvs. Oſtendit in hoc c. quot pſalmi & lectiones debeant dici quolibet die in matutinis: & reprehenduntur illi, qui in diebus quotidianis tantum tres pſalmos & tres lectiones dicebant in matutinis: & reprehenduntur hic Romani, qui mutauerunt morem ſolitum poſtquã regnum Italiæ Teutonicis fuit conceſſum.

4 Polyc. l. 3. tit. 13. Ant. l. 7. c. 212.
† al. nocturnas.

Item Stephanus Papa quintus.

¶ Omnia ſacramenta crucis ſignaculo perficiuntur. C. X.

2 [1] NVmquid nõ omnia chriſmata† [a] ſacerdotalis myſterij †, crucis figura perficiũtur: Numquid baptiſmatis vnda, niſi cruce [b] ſanctificata, peccata relaxantur? Et, vt cetera prætercam[9], ſine crucis [c] ſignaculo quis ſacerdotij gradus aſcendit?

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 90. & ſequentibus.

¶ Energumeni omnibus diebus exorcizentur. C. XI.

3 [1] OMni die exorciſtæ energumenis [d] manus imponãt. Energumeni vero pauimẽta domorũ Dei verrãt. Quibus aſſidẽtibus in domo Dei victus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur.

Item ex eodem c. 86.

¶ A quibus neophyti abſtinere debent. C. XII.

3 NEophyti [c] aliquando à lautiorib[9] epulis, & ſpectaculis, & coniugibus abſtineant.

Item ex concilio Agathenſi, c. 30.

¶ De ordine officiorum. C. XIII.

4 COnuenit [f] ordinem eccleſiæ ab omnibus æqualiter [g] cuſtodiri. Vnde ſtudẽdum eſt, ſicut vbiq; fit, vt poſt antiphonas collationes† [h] per ordinem ab epiſcopis, vel presbyteris dicãtur, & hymni matutini, vel veſpertini diebus omnibus decantentur: & in concluſiõe matutinarum, vel veſpertinarũ miſſarũ† poſt hymnos capitula† de pſalmis dicãtur, & plebs collecta [i] oratione ad veſperam ab epiſcopo cum benedictione mittatur.

Item ex concilio Gerundenſi, c. 10.

¶ De eodem. C. XIIII.

ID ſemper placuit obſeruari, vt omnibus diebus poſt matutinas, & veſperas oratio Dominica à ſacerdote proferatur [k].

Item Gregorius VII. in generali ſynodo reſidens ſtatuit.

¶ De eodem. C. XV.

4 IN die Reſurrectiõis vſque in ſabbatum in albis, & in die Pentecoſtes vſque in ſabbatum eiuſdem tres [l] pſalmos tãtum ad nocturnas†, treſque lectiones Antiquo more cãtamus, & legimus. Omnibus diebus aliis per totum annum, ſi feſtiuitas eſt, nouẽ pſalmos, & nouẽ lectiones dicimus. Aliis vero diebus duodecim pſalmos, & tres lectiones recitamus. In Dominicis diebus xviij. pſalmos, (excepto die Paſchę, & Pentecoſtes) & nouem lectiones dicimus. Illi autem, qui in quotidianis diebus tres tantummodo pſalmos, & tres lectiones celebrare volunt, non ex regula ſanctorum patrũ, ſed ex faſtidio, & negligẽtia probantur hoc facere. Romani vero diuerſo modo agere cœperunt, maxime à tẽpore quo Teutonicis conceſſum eſt regimen † noſtræ eccleſiæ. Nos autem & ordinem Romanum [m] inueſtigãtes, & antiquuum morem noſtræ eccleſiæ, imitantes antiquos patres ſtatuimus fieri, ſicut ſuperius prænotauimus.

¶ *Iſdem verbis hoc habetur apud Rodulphum propoſitione decima ex Gregorio vij. itemque magna ex parte in Micrologo, c. 54.*

Item ex homilia Gregorij Papæ.

¶ De obſeruatione Quadrageſimæ. C. XVI.

5 [5] QVadrageſima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, vt ieiunium in ea (præter dies Dominicos, qui de abſtinẽtia ſub tracti ſunt) niſi quem infirmitas [n] impedierit, nullatenus ſoluatur: q̃a ipſi dies decimæ ſunt anni. A prima igitur Dominica Quadrageſimæ vſque in Paſcha Domini ſex hebdomadæ computantur [o]: quarum videlicet dies quadraginta, & duo fiunt. Ex quibus dũ ſex Dominici dies abſtinẽtiæ ſubtrahuntur, non plus in abſtinentia, quam triginta, & ſex dies remanent. Verbi gratia, ſi per ccclxv. dies [p] annus voluitur†, & nos per triginta, & ſex dies affligimur, quaſi anni [q] decimas Deo damus. Sed vt ſacer numer[9] quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noſter ſuo ſacro ieiunio cõſecrauit, quattuor dies prioris hebdomadæ ad ſupplementum quadraginta dierũ tollũtur [r], id eſt quarta feria, quæ caput ieiunij ſubnotatur, & quinta feria ſequens, & ſexta, & ſabbatũ. Niſi enim iſtos dies quattuor ſuperioribus triginta ſex adiũxerimus, quadraginta dies in abſtinentia non habemus. Iubemur [s] etiam ab omnipotenti Deo omnium bonorum [t] noſtrorum decimas dare, &c.

¶ *Caput hoc, quomodo à collectoribus refertur, ſumptum quidem aliqua ex parte videri poteſt ex homilia 16. B. Gregorij. Sed multa hic ſunt, quæ ibi nõ leguntur: & viciſſim multa ibi, quæ hic non ſunt.*

Item Euſebius† Papa.

l ¶ *Tres.*] Solet quæri quare diebus iſtis ſeruatur ternarius iſte tam in lectionib. quàm in aliis? Poteſt dici q̃ hoc fit quia per hoc notatur triduana Domini ſepultura. vel hoc fit propter honorem Trinitatis. Vel ideo quia eo tempore per præcedens ieiunium ſunt facti homines emacerati, & afflicti. vnde eis parcitur in illis temporibus & hoc fit cauſa quare expleto hoc volumine non compellantur magiſtri legere decretales.

¶ Pſalmi iij. & lectiones totidem dicuntur I hebdomada Paſchæ & Pentecoſtes.

m ¶ *Romanum.*] arg. q̃ per duo extrema colligitur medium, & reprobatur arg. 35. diſt. ab exordio. arg. contra. 28. diſt. quia ſunt.

Q *Vadrageſima.*] Hæc eſt 5. pars diſt. in qua ponuntur 5. c. de abſtinentia ieiunij. Io.

Casvs. Quæſitum fuit in concilio Greg. Papę, quare xl. dies abſtinentiæ & ieiunio deputẽtur, & nõ plures vel pauciores. & reſp. ideo fit, q̃a iubemur dare decimas omniũ bonorum noſtrorum. & xxxvj. dies ſunt decimæ toti[9] anni: quib. quattuor additi ſunt vt adimpleatur quadragenarius, quem Dominus ſuo ſacro ieiunio cõſecrauit. Seq. c. patet.

† al. regnum.

n ¶ *Infirmitas.*] quæ legi non ſubiacet. ſ. ea. diſt. 1. ſicut non alij.
o ¶ *Computantur.*] ſ. di. 4. Quadrageſima.
p ¶ *Dies.*] ſupple & ſex horas, de quib. ſex horis in vno quadriẽnio vnus dies efficitur. vnde fit biſſextus. nam dies naturalis conſtat ex. 24. horis. & hoc idẽ dicit lex, q̃ annus per tot dies voluitur. ff. de ſta. lib. cum heres. §. ſi Stichus. vnde cũ ieiunamus quaſi decimã partẽ totius anni, p̃ decim a ccclxv. die iũ ieiunamus xxxvj. dies, remanẽt v. dies. & ſex horæ. de iſtis v. dieb. ieiunamus quattuor: ſed alio reſpectu, ſ. vt ſacer numer[9] compleatur. remanet ergo vnus dies indecimatus, & ſex horæ licitæ. & ita ſũt 30. horæ indecimatæ, ſed p̃ decima iſtarũ horarũ in ſabbato maiore tardius cœnamus, immo alio reſpectu ieiunamus, & illi v. dies non videtur q̃ decimẽtur. Et ita eſt ar. q̃ ſi ruſticus habet xv. corbes vini, non debet decimare niſi decem.
q ¶ *Anni.*] ar. q̃ ſi ruſtico poſt decimas datas remanent v. corbes, q̃ de illis non debet dare decimam.
r ¶ *Tolluntur.*] i. accipiuntur.
s ¶ *Iubemur.*] ſ. 16. q. 1. decimas.
t ¶ *Bonorum.*] i. de actionibus & poſſeſſionibus noſtris: quia & illæ in bonis noſtris computantur. ff. de verb. ſign. bonorum.

5 Pol. l. 3. ti. 35. Bur. l. 13. c. 1. Iuo p. 4. c. 34. Pan. l. 1. c. 182.

¶ Annus quot dies habet.

† al. ducitur.

† al. Silueſter.

NOn dico.]CASVS. Non præcipitur, vt per ſeptimanā vel per duos dies ieiunetur ſine cibo: ſed vt quolibet die moderate cibo ſumamur. Sequentia tria c. patēt. *Precepta*. intellige quædam, & non omnia. *Lucubrare*, id eſt, de nocte vigilare.

a ¶ *Non dico hebdomadas*.] eſſe ieiunandas. non ſumpto cibo.

b ¶ *Duplicata*.] ſicut quando abſtinemus duob. diebus cōtinue: quod fieri numquam debet, vt ext. de tem. ord. litteras. Romani vero diuerſo modo agere cœperunt, maxime à tēpore quo Teutonicis conceſſum eſt regnum noſtræ eccleſiæ: de quo habetur 63. di. Hadrianus. in fi.

c ¶ *Sint*.] Ar. cōtra. 35. diſt. ab exordio.

d ¶ *Quotidiana*.] ſno. quod aliquid dicitur continuum, licet ibi ſit aliquod interuallū. nam dicit continua, & tamen diebus Dominicis nō ieiunamus. verba enim ciuili modo ſunt intelligenda. ff. de ſer. l. ſi cui.

e ¶ *Si poſt pariter*.] q.d. ſi tū poſtea vna vice comedas, quantū debe tibi ſufficere trib. vicibus, vel pluribus: quod quidam faciūt.

f ¶ *Obſtruatur*.] i. repleatur poſtea ꝑ crapulā vſq; ad ſummū.

g ¶ *Sint*.] ¶ *Et quotidie*.] & ita videtur, quod non debet per totum diem abſtinere niſi forte ex cauſa, vt 75. di. quod à patrib. quod faciunt Sarraceni.

h ¶ *Sed modico*.] ar. cōtra 35. diſ. ab exordio.

COntraria.] Hæc eſt 6. pars diſ. in qua probat per x. c. quod nō debemus nos multum dare medicinæ, nec multum affligere nos ratiōe medicinæ, nec malos comedere cibos, nec vltra menſuram. Io. de Fan.

i ¶ *Contraria*.] contra 7. q. 1. c. vl. & 26. q. 2. illud.

k ¶ *Lucubrare*.] id eſt, flere peccatum, vel in nocte vigilare[a].

l ¶ *Meditationis*.] cum præſtant, ſuadēt cōtraria Deo, maxime ſanis.

QVinque modis.] CASVS. Dicitur hic, quòd guloſi quinque modis delinquunt: vel quia nimis cito comedunt: vel quia cibos nimis pretioſos vel nimia cura paratos, vel nimium ſuſcipiūt de cibo: vel cum ardore nimio. Seq. c. planum eſt.

m ¶ *Gulæ*.] nam gula à paradiſo expulit quē abſtinētia reuocauit. 5. diſt. 35. ſexto.

n ¶ *Præuenit*.] ſ. e. diſt. 1. ſolent.

o ¶ *Cibos lautiores*.] ſ. diſt. 41. c. 1. 2. & 3.[b]

p ¶ *Expetit*.] ſ. diſt. 30. de his vero. & hoc cū fine cā facit. ſ. di. 41. c. 3.

q ¶ *Quod deſiderat*.] nam ſatius eſt more Domini piſce veſci, &c. 41. diſt. c. 1.

NIhil enim prodeſt.] ad vitā æternā, vt de pœ. di. 3. §. poteſt. & c. ſi quis autē. prodeſt. n. quo ad tēporalia. ſ. 25. q. 2. ſi quælibet

1 Poly. ibid. Burch. l. 13. cap. 17. Iuo p. 4. c. 39. Aug. ſer. 65. de tēpore.

2 Burc. l. 13. c. 22. Iuo p. 4. c. 54.

¶ *continuitate*] Aug

¶ cōtinuum dī quod ē in interuallū h 3.

3 Burc. l. 13. c. 23. Iuo p. 4. c. 5. Pann. l. 2. c. 185.

† *al. obruatur*

4 Burc. l. 13. c. 24. & 25. Iuo p. 4. ca. 56. & 57. Pann. l. 2. ca. 186. 2. Tim. 5.

5 Pol. l. 3. tit. 29.

a Vel ſ. eſt. præſtant, ſecundū pap.

6 Et gl. ord. Gen. 25.

b Iſta capitula vñ contraria ei quod hic dī ſed dic quod hoc intelligitur quō fa. cit ſiue in ſta cā: ſiq ex cā hoc ſicut eſt, vt ibi. mod' enim vtēdi eſt in culpa, nō in cibi natura.

¶ Ieiunia legitima non ſoluantur abſque neceſſitate probabili. C. XVII.

1 IEiunia in eccleſia à ſacerdotibus conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur.

Item Hieronymus.

¶ Quotidiana ieiunia duplicatis, vel triplicatis præferenda. C. XVIII.

2 NOn dico [a] hebdomadas, non duplicata [b], non multiplicata ieiunia, ſed vel ſingulos dies abſque ciborum luxuria † tranſigamus.

Item Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.

¶ De eodem. C. XIX.

3 SInt [c] tibi quotidiana [d] ieiunia: & refectio ſatietatem fugiēs. Nihil ꝓdeſt biduo, triduoq; tranſmiſſo vacuum portare ventrē: ſi poſt pariter [e] obſtruatur† [f].

Idem.

¶ De eodem. C. XX.

4 SInt tibi ieiunia pura, & cōtinua, moderataq;, ideſt, quotidie eſurire, & quotidie [g] prādere. Apoſtolus inquit [Noli adhuc aquam bibere: ſed modico [h] vtere vino propter infirmitates tuas.] Curat enim vulnera delinquētis, curatoſque ſanctificat ieiunium.

¶ *Burchardus citat ex dictis Pimenij eremitæ: & habetur in vitis patrum par. 2 §. 50. ex Pamenio. Apud B. Hieron. mum ad Nepotianum hæc habētur,* Sint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderata, & nō ſupſtitioſa ieiunia.

Item Ambroſius in pſalmum cxviij. ſer. 22. ad ver. [*Concupiui ſalutare.*]

¶ Medicinæ præcepta diuinæ ſunt cognitioni contraria. C. XXI.

6 5 COntraria [i] ſtudioſe ſunt diuinæ cognitioni præcepta medicinæ. A ieiunio reuocāt: lucubrare [k] non ſinunt: ab omni intentione meditationis [l] abducunt. Itaque qui ſe medicis dederit, ſeipſum ſibi abnegat.

Item Gregorius in expoſitione beati Iob, lib. 30. c. 27. [6]

¶ Quot modis vitium gulæ nos tentat. C. XXII.

QVinque modis nos gulæ [m] vitium tētat. Aliquando nāque indigentiæ tēpora præuenit: aliquando vero tempus non præuenit [n], ſed cibos [o] lautiores quærit: aliquando quælibet ſumenda ſint, præparari accuratius expetit [p]: aliquando autem & qualitati ciborum, & tempori congruit, ſed in ipſa quātitate ſumendi mēſurā moderatæ refectionis excedit. Nonnumquam vero & abiectius eſt quod deſiderat [q]: & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij deterius peccat.

Item Pius Papa epiſtola 1. [7]

¶ Abſque puritate mentis ieiunia, & orationes non proſunt. C. XXIII.

8 NIhil enim prodeſt [r] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere: niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Item Hieronymus.

¶ Mediocre bonum non eſt magno præferendum. C. XXIIII.

9 NOn mediocriter errant [s], qui bono magno [t] præferunt mediocre bonum. Nonne rationabilis homo dignitatē amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert ſēſus integritati, vt propter abſtinentiam [a] immoderatam [u], atque indiſcretā pſalmorum, vel officiorum decātationem aut amentiæ aut triſtitiæ [x] notam incurrat? Numquid verborum multitudine flecti Deus [y] vt homo poteſt: Non enim verbis tantum†, ſed corde orandus eſt Deus. Melior eſt quinq; † pſalmorum decantatio cum cordis puritate, & ſerenitate, & ſpiritali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis, & triſtitia. Dum igitur [z] pro cētis† animabus pſalmus, vel miſſa dicitur, nihil minus, quàm ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur. Audiant itaque, qui ea, quæ neceſſaria ſunt corpori ſubtrahunt, illud, quod per prophetam Dominus loquitur. [Ego dominus odio habēs rapinam holocauſtorum.] De rapina vero holocauſtum offert, qui ſiue ciborum nimia egeſtate, vel ſomni penuria corpus immoderate affligit. Videat itaq; quid Apoſtolus dicat, [Carnis curam ne feceritis [a] in concupiſcentiis, &c.]

a ¶ *Abſtinentiam.*] *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis, & Polycarpo. Antea legebatur,* innocentiam.

Item Augu. ſuper Ioannem. tract. 17. [11]

¶ Non à cibis, ſed ab iniquitatibus abſtinere, eſt magnum & generale ieiunium. C. XXV.

IEiunium [b] autem magnum, & generale eſt, abſtinere ab

NOn mediocriter.] CASVS. In hoc c. reprehēduntur quidā nimis ieiunant, orant & vigilant: charitati tamen & eleemoſynis non inſiſtunt. Ex nimia enim pſalmorum decantatione incurritur amētia, vel triſtitia, vel corporis egritudo. Deus etiam magis conſiderat intentionem, quàm multitudinem orationū. Cum ergo pro cētum defunctis oratur, tantum vnicuique cōfertur ac ſi pro vno ſolo oraretur: & ideo nullus in talibus debet corp' ſuum nimis affligere. qd probatur auctoritate Eſaiæ, & Apoſtoli.

s ¶ *Non mediocriter errant*.] nā inter bonos ſemper ſectare meliores. 16. q. 1. ſi clericatꝰ, & ſic viue.

t ¶ *Bono magno*.] ſine quo non poteſt haberi ſalus æterna[c].

v ¶ *Immoderatam*.] ar. quòd idem facit plus quod minus. extra de oſ. cuſto. c. 1. Arg. contra ff de ſer. vr. præ. ſi arborem.

x ¶ *Triſtitiæ*.] melancholiæ, quæ triſtitiam inducit. & ponitur ſymptoma morbi pro morbo.

y ¶ *Deus*.] nam homo flecti poteſt verborū multitudine. nam importunitate quandoque quis obtinet. de pœ. diſ. 1. importuna. Iuſta enim opportune & importune. 14. diſ. ſit rector. immo ēt quandoque à Deo obtinet. 8. q. 1. audacter. Et eſt ar. hic cōtra te ſtium multitudinem. in auth. de referenda r. is. § 2. col. 2.

z ¶ *Dum igitur*.] ſed numquid eſt hoc ita verum? Dicunt quidam quod ſic, & eſt in ſacramētis ſpiciale: hoc propter ſāctum ſpiritum, qui nō datur ad menſuram, Vt ſ. prox. diſt. nec quemquam. ſed omnia facit communia. ſ. prox. di. quæ tis. Vel hoc referas ad ipſum celebrantem: quia tantum valet ei vt miſſam celebret pro centum ſicut pro vno, &c. Vel referas hoc ad caſum in quo canon loquitur, ſc. quod non minus valet vna miſſa cum hilaritate mentis dicta pro centum, quàm ſi pro quolibet diceretur cum anxietate.

a ¶ *Ne feceritis*.] ſcilicet in delicijs & deſiderijs, quaſi dicat ſuperflua prohibet, nō neceſſaria, ſ. di. 5. peruenit.

b IEiunium autem.] CASVS. ſic ponit hunc caſum. In hoc cap. Auguſt. loquitur de ieiunio ſpirituali, quod eſt verū & perfectum ieiunium, & ſemper ab omnib. tenendum toto tempore ipſius vitæ. ſicut enim corporaliter in Quadrageſima ieiunamus ante Paſcha, & poſt Paſcha, in lætitia celebramus quinquageſimā, quaſi accepta mercede præcedentis laboris. ſic in hac vita quaſi in Quadrageſima ieiunamus: poſt hanc vitam in lætitia recepturi mercedēm: cum denarius nobis vitæ æternæ addetur: quadragenarius enim numerus hanc vitam

7 ſ de pœn. diſt 5 nihil prodeſt:

8 Pol l. 3. tit. 25.

c Sub. vt eſt charitas, & ceteræ virtutes, & earū opa, vt credere I Deū, diligere Deū & huiuſmodi Arc.

9 Pol. l. 3 tit. 15. ſine auctoris nota.

† Melancolia triſtitiam inducit.

10 in regula Mona h. apud Hiero. c. de contēplat. orōne & lect.

† ab eſt ab orig.

† al. ſ. pſalmorum 1. Cor. 14.

† al. centum

Eſa. 61.

[Miſſa vna an tm̄. pro. fit olb. quam tum vni.

Rom. 13. Gal. 5.

11 Et ſerm. 14. ad fratres i erem.

vitam laborioſam ſignificat, denarius vitam æternam: qui poſt hanc vitam additur pro mercede. ad quod ſignificandum quinquageſimam, quæ fit ex denario addito quadragenario, in lætitia celebramus. ſeq. duo c. plana ſunt.

¶ *Ieiuniuus.*] Casvs. Tota vita noſtra eſt quædam Quadrageſima: per quam ſi bene ieiunauerimus, accepturi ſumus mercedem, i. denariũ: quod ex eo deſignatur, q̃a denarius adiunctus quadragenario, fit quinquagenarius. vnde cũ labore Quadrageſimã celebram⁹ ante Paſcha: cum lætitia vero quinquageſimam poſt Paſcha, i. accepta mercede, quod etiã ipſe Dominus ſignificauit.

Tit. 2.

a ¶ *Quadraginta diebus.*] ſ. 76. di. §. non autem. & ca. ſcire. cõtra vbi dicitur per l. dies fiunt. Sed ibi l. pro xl. ponuntur.

d *Diſcipulos.* ¶ *Spicas.*] Eſt ergo differẽtia inter furtũ, & furtum. ar. ff. de of. præſi. plebiſcita. non tñ quin furtum ſpicæ committatur, ſed non committitur quo ad pœnam. ar. ex. de fur. ſi quis, in prin.

† al. additur.

c ¶ *Et ederent.*] hoc licebat: ſed non falcem in meſſim alienã mittere. 6 q. 3. ſcriptum. Additio. Quia lex vetus hoc permittebat: ſed Phariſæi reprehẽdebãt eos, quia in ſabbato hoc faciebant. Arch.

Ioan. 14. Act. 1.

d ¶ *Fame.*] neceſſitas famis excuſat à furto, vt hic, & extr. de fur. c. ſi quis. ‖ quia neceſſitas nõ habet legem, vt ſ. di. 1. ſicut. ſic ꝓpter neceſſitatẽ famis, Dauid comedit panes ꝓpoſitionis. 25. q. 1. §. his itaque. nam ob neceſſitatem famis poteſt pater diſtrahere filios, vt C. de patrib. qui filios diſt. l. 2. & eſt ratio, q̃a in neceſſitate omnia debẽt eſſe cõia. vt 47. di. ſicut hi. & maxime cibaria, vt ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. cum in eadem naui. in fin. Item quia ipſe Dominus ex præcepto tenetur paſcere eſurientẽ, vt 86. diſt. paſce. vnde talis fur iuſte potuit credere Dominũ hoc pmiſſurum: & ſic non deliquit, & inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. furtum. ff. de fur. qui.

‖ Neceſſitate vrgente multa licẽt, quæ aliàs non licerẽt.

e *Qvidquid, &c.*] Quaſi dicat, non eſt meritorium. 33. quæſtio. 6. §. ex his. in prin. Vel dic ꝙ id quod propter neceſſitatem fit, cito ſoluitur, ⁊ ſolui cito debet, i. ceſſante neceſſitate. 1. qu. 7. quod pro remedio. Io.

iniquitatibus, & illicitis voluptatibus ſæculi: quod eſt perfectum ieiunium. *&* ĩ. ¶ In hoc ergo ſæculo quaſi Quadrageſimam abſtinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus abſtinemus. Sed quia hæc abſtinẽtia ſine mercede non erit, expectamus beatã illam ſpem, & reuelationẽ gloriæ magni Dei, & Saluatoris Ieſu Chriſti. In illa ſpe, cum fuerit de ſpe facta res, accepturi ſum⁹ mercedẽ denariũ. & ĩ. ¶ Denarius ergo, qui accepit nomen à numero decem, redditur†, & coniunctus quadragenario fit quinquagenarius. Vnde cum labore celebram⁹ Quadrageſimam ante Paſcha: cũ lætitia vero tanquã accepta mercede, Quinquageſimam poſt Paſcha. Nam huic tanquam ſalutari labori boni operis, qui ptinet ad quadragenariũ numerum, additur quietis, & felicitatis denarius, vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipſe Dominus Ieſus multo apertius, quãdo poſt reſurrectionem quadraginta diebus [a] cõuerſatus eſt in terra cum diſcipulis ſuis: quadrageſimo autem die, cum aſcẽdiſſet in cœlum, peractis decem diebus miſit mercedem ſpiritus ſancti.

Item ex dictis Apollonij.

¶ Raptorem, vel furem non facit neceſſitas, vel voluntas. C. XXVI.

Diſcipulos, cum per ſegetes trãſeundo vellerẽt ſpicas [b], & ederent [c], ipſius Chriſti vox innocẽtes vocat, quia coacti fame [d] hoc fecerunt.

Item Hieronymus in c. 7. Oſeæ.

¶ Non neceſſitas, ſed voluntas facit perſeuerentiam. C. XXVII.

Qvidquid [e] enim neceſſitate fit cito ſoluitur: quod volũtate arripitur, perſeuerat.

Item Ioannes os aureum, hom. 29. ad ca. 12. epiſtolæ ad Hebræos.

¶ Ciborum temperantia ſalutem, abundantia contrarium parit. C. XXVIII.

Nihil enim [f] ſic iucũdum eſt, ſicut cibus bene digeſtus, & decoctus. Nihil ſic ſalutem, nihil ſic ſenſuum acumen operatur: nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio, ſufficiẽtia quippe cum nutrimẽto, & ſoſpitatem ſimul procreat, & voluptatem [g]: abũdantia vero morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim [h] fames facit, hoc etiã plenitudo facit ciborum: magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominẽ, & liberat de hac [a] vita pœnali: exceſſus vero ciborum cõſumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna: & tunc cũ morte crudeli conſumit.

a ¶ De hac vita pœnali.] *Abſunt hæc ab originali græco: ſed ſunt in verſione Scholaſtici, quam ſatis tolerabilem ſequitur Gratianus.*

Item Hieronymus aduerſus Iouinianum, libro ſecundo.

¶ Ciborum delitiæ, ſi abundauerint, lædunt. C. XXIX.

Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comeſos, magnos partos, & perditos labore [i] doleamus. Olerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus eſt, & arte, impendiiſque coquorũ non indiget: & ſine cura ſubſtẽtat humanũ corpus: moderateque ſumptus (quia nec auide deuoratur [k], quod irritamenta gulæ non habet) leuiori digeſtione concoquitur. Nemo enim vno [l], aut duobus cibis, hiſque vilibus vſque ad inflationẽ ventris oneratur: quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cum variis nidoribus [m] fumant patinæ, ad eſum ſui, expleta eſurie, quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulæ, vomitu remediantur [n]: &, quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt. ‖ Hippocrates in aphoriſmis [o] docet craſſa, & obeſa [p] corpora, quæ creſcendi menſuram compleuerint, niſi cito ablatione ſanguinis imminuantur, in paralyſim, & peſſima morborum genera erumpere: & idcirco eſſe neceſſarium demptionem, vt rurſus habeant in quæ poſſint creſcere: non enim manere [q] in vno ſtatu naturam corporum, ſed aut creſcere ſemper, aut decreſcere: nec poſſe viuere animal [r], niſi creſcendi capax ſit. Vnde & Galenus vir doctiſſimus Hippocratis [s] interpres athletas, quorum vita [t] & ars ſagina eſt [v], dicit in exhortatiõe me-

Ne tales.] Casvs. Bene. ſic pone hunc caſum. Cõmendatur hic cibi parcitas, & reprehenditur guloſitas: & oſtẽditur quę ſint cõmoda parcitatis & quæ incommoda guloſitatis. Cũ enim homo nimis repletus eſt, ſi ſanguinẽ non minuat (ſecundũ Hippocratẽ) morbũ incurrit. Nam cũ homo nõ poſſit in eodẽ ſtatu manere, oportet eũ q eſt in ſummo, decreſcere. Vnde & Galenus dicit ꝙ athletæ q nimis comedũt diu viuere non poſſunt, nec eſſe aliàs ſubtilis ingenij. *Patinæ*, i. coquinæ vel paropſides magnæ. Ad vſum ſui: aliàs ad vſum ſuæ libidinis explendæ, aliàs ad eſum. *Animal*, i. hominem, aliàs animam.

i ¶ *Labore.*] ne breuis hora conſumat victũ lõgi temporis. extr. de cen. Cum Apoſtolus. Ad hoc inuitat monachos: cum ipſe monachus fuerit, nõ alios. ar. 41. di. non cogãtur.

k ¶ *Deuoratur.*] nõ habet in ſe cauſam auide deuorandi.

l ¶ *Vno*] vel vino.

m ¶ *Nidoribus.*] Nidor proprie dicitur qdam odor carnium aſſatarũ. nidor eſt, eo quod nebula leuatur.

‖ Nidor qd ſignificat.

n ¶ *Remediantur.*] i. remedium habent.

o ¶ *Aphoriſmis.*] ‖ Aphoriſmus dr̃ ab a, qđ eſt de, & phoras, i. terminatio. inde aphoriſmus quaſi determinatio. vel ſermo determinatus. vel dr̃ ab a, qđ eſt ſine, & phoros qđ eſt defect⁹. inde aphoriſmus, quaſi ſermo breuis, pauper verbis: diues ſententiis.

‖ Aphoriſmus vnde dicatur.

‖ Par. 1. Apho.

p ¶ *Obeſa.*] i. rotunda.

q ¶ *Manere.*] nihil. n. eſt qđ mutabilitatẽ ñ ſentiat. in auth. de nõ alie. aut permut. re. §. nos igitur. collat. 2. & quotidie recedunt de corpore noſtro quędã particulæ: & aliæ ſtatim ſuccedunt. ff. de iu. proponebatur.

‖ Mutabilia ſunt omnia

r ¶ *Animal.*] i. hominẽ animatum: & ita in parte intelligitur totum. Arg. contra. ff. de euict. ſi dictum. §. in ſtipulatione. aliàs animam.

s ¶ *Hippocratis.*] vt dicit Hippocrates in aphoriſmis. Repletiones in vltimo exiſtentes difficiles ſunt.

f ¶ *Nihil enim.*] curauit Gratianus animas, modo vult curare corpora. ſ. 15. q. 1. non eſt.

g ¶ *Voluptatem.*] i. hilaritatem.

h ¶ *Quod enim fames, &c.*] ar. ex duob. contrariis eũdem ſeq effectũ.

Nihil enim.] Casvs. Dicitur hic quòd leues & digeſtibiles cibi ſunt ſumendi. Cibus enim moderate ſumptus bene nutrit: ſanum & lętum hominem facit. Cibus autem nimius morbos inducit, & crudelius hominem interficit quàm fames nam fames. hominem cito perimit; nimius vero cibus hominem longa ægritudine macerat.

t ¶ *Quorum vita.*] ad hoc comedere debent vt viuant, non viuere vt comedant.

v ¶ *Sagina eſt.*] Iuuenalis. *Genialis agatur iſta dies, ſtomachum propera laxare ſaginis.*

Legimus quoſdam. CASVS. Quidam cum diuitiis afflueret patiebatur podagram, poſtea amiſſis bonis oportebat eũ vti ſatis tenui dieta. & ſic curatus eſt à podagra. prius enim nocebat ſolicitudo & venus, quæ frangit corpus & animũ. ſimiliter cibus nimius nocebat: quẽ deridet Horatius dicẽs. *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

k ¶ *Violauerit.*] ex hoc colligit H. quòd monachus factus epiſcopus non debet carnes comedere. Alij econtra, cum abſolutus ſit. ar. 18 q. 1. c. vnico.

Nunquam de manu.] CASVS. Dicit Hiero. in hoc c. q monach9 non debet eſſe otioſus: ſed ſemper legere, vel manibus operari: ſicut laborabat Apoſtoli, quãuis de ſua prædicatione viuere poſſent. Monachus igitur inſtrumenta ſibi neceſſaria facere debet: hortos colere: arbores inſerere: apibus aluearia fabricare: & earum opera attendere: & retia texere pro piſc. b. capiendis: libros ſcribere. vnde in Aegipto non recipitur monachus niſi in aliquo opere ſit peritus. Quòd autem de monacho hic dicitur, ad clericos non pertinet. quia de his non agitur. *Fiſcellam.* vas eſt de iuncis, & rotundum. *Scatebris.* id eſt. ebullitionibus. *Fabricare*, deponẽs eſt hic: vel ſupple diſce. ſ. fabricare.

dicinæ, nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe: animaſque eorum ita nimio ſãguine, & adipibus, quaſi luto inuolutas nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemp de carnib. & ructu, & ventris ingluuie cogitare.

Item & idem paulo inferius.

¶ Multorum infirmitates ieiunia ſanant. C. XXX.

Legimus quoſdam morbo articulari [a] & podagræ humoribus laborãtes proſcriptione [b] bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos cõualuiſſe [c]. Caruerant enim ſolicitudine diſpenſandæ domus, & epularũ [d] largitate: quæ & corpus frangũt, & animam. Irridet [e] Horatius appetitum ciborum, qui conſumpti relinquunt pœnitentiam.

Item Gregorius [1] I in ſynodo celebrata Romæ anno ſui pontif. 6. c. 8.

¶ Dies ſabbatorum a carnibus abſtinere debemus. C. XXXI.

7 2 Quia dies ſabbati apud ſãctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus: nos eorumdem auctoritatem ſequentes, ſalubriter admonemus [f], vt quicumque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die (niſi maiori feſtiuitate interueniente, vel infirmitate impediente) abſtineat.

Item Fructuoſus epiſcopus. 3

¶ Monacho carnem guſtare non licet. C. XXXII.

8 Carnem [g] cuiquam monacho [h] nec ſumendi, nec guſtandi eſt conceſſa licentia: non quòd creaturam Dei iudicemus indignam: ſed quod carnis abſtinentia vtilis, & apta monachis æſtimetur: ſeruato [i] tamẽ moderamine pietatis erga ægrotos. *& infra.* ¶ Quòd ſi quis monachus violauerit [k], & contra ſanctionem regulæ, vſumque veterum † veſci carnibus præſumpſerit, ſex menſium ſpacio retruſioni: & pœnitentiæ ſubiacebit.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum de viuendi forma.

¶ De quotidianis operibus monachorum. C. XXXIII.

4 Nunquam [l] de manu tua & oculis tuis recedat liber: diſcatur † pſalterium ad verbum [m]: oratio ſine intermiſſione. Vigil ſenſus ſit, nec vagis † cogitationibus pateat: corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationib9 quæ, ſi pectori inſederint, dominabuntur tui: & te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid [n] operis, vt ſemper te diabolus inueniat occupatum. 5 Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio viuere, laborabant manibus ſuis, ne quem grauarẽt, & aliis tribuebant refrigeria, quorum, pro ſpiritalibus debeant metere carnalia, cur tu in vſus tuos ceſſura nõ præpares? Vel fiſcellam texe iunco: vel caniſtrum lentis plecte viminibus: ſarriatur humus: areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum [o] verſuum ſpectator aſſiſtas.

6 Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicet: illa cadens raucum per læuia murmur
Saxa ciet [p], ſcatebriſque [q] arentia temperat arua.

Inſerãtur infructuoſæ arbores vel gemmis [r], vel ſurculis, vt paruo poſt tẽpore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia ad quas te mittunt Salomonis [s] prouerbia, & monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam in paruis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus. Scribantur libri, vt & manus operetur cibum: & animus lectione [t] ſaturetur. [In deſideriis eſt omnis ocioſus [u] Ægiptiorũ monaſteria hunc morem tenent, vt nullũ abſque operis labore ſuſcipiant: non tam propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutẽ: ne vagetur pernicioſis cogitationibus mens, & inſtar fornicantis Hieruſalem omni trãſeunti diuaricet pedes ſuos. *& in ſequentibus.* ¶ Quid? ergo omnes peribũt, q in vrbibus habitãt? Ecce illi fruuntur ſuis rebus, miniſtrant eccleſiis, adeunt balneas, vnguenta non ſpernunt [x]: & in omnium flore † verſantur. Ad quod & ante reſpondi, & nunc breuiter reſpondeo, me in præ-

a ¶ *Articulari.*] i. gutta artetica, quæ fit in iuncturis: & quando fit in pedibus, dicitur podagra & in manib. dicitur chiragra, & in aliis membris ſimiliter dicitur artetica.
b ¶ *Proſcriptione.* [i. amiſſione. vel quia ipſi ſe priuabãt cibis conſilio medicorum.
c ¶ *Conualuiſſe*] Arg. quòd contraria contrariis curãtur. de pœ. diſt. 2. c. 1.
d ¶ *Epularum.*] aliàs & puellarum.
e ¶ *Irridet.*] dicẽs ſic, 1 *Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.* & a ibi, *Me pinguẽ & nitidũ bene curata cute viſes. Cum ridere voles Epicuri de grege porcum*

Quia dies ſabbati.] Hæc eſt 7. pars diſtinct. in qua probat de æquitate, quòd carnes nõ ſunt comedendæ die ſabbati. Ioan. de Fan.
CASVS. auctoritate sãctorum patrum monemur. in hoc c. abſtinere a carnib. die ſabbati, niſi cauſa infirmitatis, vel niſi ea die magna feſtiuitas interueniat. ſeq. ca. patet.
f ¶ *Admonemus.*] & ita conſilium eſt, niſi vbi conſuetudo eſt q abſtineant: tũc enim eſt præceptum. ext. de obſer. ieiu. cõſilium. Dic de illis vt dixi ſ. d. [illegible] 3. de eſu & 12. diſt. illa.

Carnem.] Hæc eſt 8. p. in diſt. in qua ponitur regula monachis q ſe debent ſemper à carnib. & à panis lineis abſtinere, & ſemper aliquid operari. Ioan. de Fan.
g ¶ *Carnem.*] de abſtinentia & ſtudio monachorum duobus c. interſerit.
h ¶ *Monacho.*] moniales vinum vt venenũ fugiãt 35. [illegible] in palea, [illegible]
i ¶ *Seruato tamen.*] ad uertendum eſt iſtum canonem per Gratianum detrũcatũ fuiſſe. Sic. n. habebat originale, Seruato tñ moderamine pietatis erga ægrotorum neceſſitudines, aut longe profic ſcẽtium, vt ex voluntatib. ſuſtentẽtur, & in longinquo itinere deſtinati. Si iure a principe vel a ſuo inuitentur, p benedictione & obedientia deguſtare non metuant, ſeruantes apud ſe continentiam conſuetam. Quod ſi quis monachus, &c. vt in textu. Teſtes ſunt Benardus Caſſinenſis abbas, & Ioannes de Turre cremata Cardinalis doctor theolog9 ſuper regulã Benedicti.

l ¶ *Nunquam.*] ſcilicet horis conſtitutis. arg. 36 diſt. ſi quis vult.
m ¶ *Ad verbum.* [ideſt, iuxta verbum, ſcilicet vt mens & intentio ad id quod dicitur, dirigatur: non ad alia euagetur: vel ad verbum, ideſt, non tranſcurſu: non tranſiliendo: ſed tractim ſingula dicendo. arg ſ. ead. non mediocriter. arg. ad primum. ſ. diſt. 2. reuera.
n ¶ *Aliquid*] ſ. diſt. 1. quando autem. ſ. 42. diſt. §. 1. contra ibi, ad modicũ. Sed illud intelligitur ſine pietate reſpectu eorum per quæ habetur vita æterna. 87. diſt. nõ ſatis.
o ¶ *Pulcherrimorum.*] verſuum, ſcilicet Virgilij: quibus illud oſtenditur. Argo. contra ſ. 37. diſt. legimus.
p ¶ *Ciet.*] ideſt, mouet.
q ¶ *Scatebriſque.*] id eſt, ebullitionibus.
r ¶ *Vel gemmis*] gemmæ dicuntur nodi virgarum, vnde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, quòd quædam arbores dicuntur gemmales †, vt ff. ſol. mat. diuortio. §. ſi fundum. Surculus eſt nodus. Truncus vbi arbores inſeſũtur. ar. 23 q. 4. ipſa pietas.
s ¶ *Salomonis.*] dicentis, Vade ad apem: & diſce quomodo operatrix ſit, & caſtum opus faciat.
t ¶ *Lectione.*] & dicit lex quòd libertus ſimiliter poteſt p eſtate operas domini is diuertiſq a poteſt ſcribere [illegible] domum alij ff. de operib. libertorum.
v ¶ *Omnis ocioſus.*] Quæritur Egiſtus quare ſit factus adulter? In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. extra de renun. niſi cum pridem.
x ¶ *Non ſpernunt.*] peccant tñ, & epiſcopo tradendi ſunt. ſ. 23. q. 4. c. 1 in om-

¶ Voluptas eſt ſpernenda teſtimonio Horat. 1 Sperne voluptates, &c. ib. 6. regeſti ſui.
2 Poly. l. 5. tit. 5.
3 Smaragd9 in expoſit regulæ S. Benedicti c. 39 ex Fructuoſ.
¶ Moniales vinum non habent.
† al. [illegible]
¶ Additio notab [illegible]. 4 [illegible]
† diſcatur] vox [illegible]
† al. vanis
¶ Monach9 epſ an carnes comedere debeat.
Pſal. 81.
5 Pan. l. 7 c. 178. 1. Teſ. 2. 1. Cor. 9.
6 Virg. Geor. g. l. 1.
Prouerb.
1 Virg. in Georg. [illegible]
Prouerb. 13. ſecundũ 70
¶ Gemmæ ſunt nodi virgarum.
† Geminales.
Ezech. 16.
¶ Libertus [illegible] poteſt [illegible] operibus.
† Sic vetuſtus Hieronymi codex, vulgati habent [ere] Lib. [illegible] Mogũt ſub Carolo. c. 9.

ſenti opuſculo non de clericis diſputare ſed monachū inſtituere.

Item in lib.5.c.115.

¶ Abſque prælati ſui licentia canonicis nihil agere licet. C. XXXIIII.

9[1] IN omnibus [a] igitur (quãtum humana permittit fragilitas) decreuim[9], vt canonici [b], clerici† canonice viuant, obſeruantes diuinæ ſcripturæ doctrinam, & documenta ſanctorum patrum: & nihil ſine licentia epiſcopi ſui, vel magiſtri eorum incompoſite † [c] agere præſumãt, in vnoquoque [d] epiſcopatu vt ſimul manducent, & dormiant [e], vbi his facultas id faciendi ſuppetit: vel qui de rebus eccleſiaſticis ſtipẽdia accipiunt, in ſuo† clauſtro maneãt: & ſingulis diebus mane primo ad lectionem veniant, & audiãt [f], quid eis imperetur. Ad menſam vero ſimiliter lectionem audiant, & obedientiam ſecundũ canones ſuis [g] miniſtris[a] [h] exhibeant.

a ¶ Miniſtris.] *In originali, & apud Iuonem eſt, magiſtris. Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item ex concilio Nannetenſi †, c.10.

¶ Presbyteri, qui ſimul conueniunt, ebrietatem, & comeſſationes ſummopere vitent. C. XXXV.

10[2] NVllus presbyterorum, quando ad anniuerſarium [i] diem trigeſimum, vel ſeptimum, vel tertium alicuius, defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat: nec precatus in amore ſanctorũ, vel alicuius animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere [k], vel ſe aliena precatiõe ingurgitare, nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præſumat: vel turpia ioca, vel vrſo, vel tornatricibus [l] ante ſe fieri patiatur: nec laruas [m] dæmonum ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & a ſacris canonibus prohibitum.

Item ex concilio Laodicenſi, c.41. & 42.

¶ Clericus vel laicus ſine iuſſione epiſcopi non peregrinetur. C. XXXVI.

11[3] NOn oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos præter iuſſionem [n] epiſcopi ad peregrinandum [o] proficiſci. Laicum[a] etiam ſine [p] canonicis litteris, *id eſt, formata.* ¶ Similiter non oportet alicubi proficiſci [q].

a ¶ Laicum etiam.] *In codice græco hic eſt canon quadrageſimus primus, quemadmodum ſuperior huius capitis pars eſt canon 42. Sed in neutro canone fit mẽtio laici ſicuti neque in verſione Dionyſii, quam afferunt Burchardus & Iuo; ſed vtrobique eſt* [Greek] *id eſt*, ſacerdotalem, vel clericum. *In priſca tamen verſione canon 41. ſic habet.* Non oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum.

Item ex eodem, c.54.[4]

¶ Quibus ſpectaculis clericus intereſſe nõ debet. C. XXXVII.

5 NOn oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis [r] aliquibus, quę aut in nuptiis, aut ſcenis† [s] exhibentur, intereſſe: ſed antequam thymelici [t] ingrediantur, ſurgere eos de conuiuio, & abire.

¶ *Hoc caput non eſt in canonũ volumine græco Pariſiis anno 1540. impreſſo. Habetur tamen apud Balſamonem, & videtur indicari c.24. ſextæ ſynodi, Gratianus autem recitat ex priſca verſione.*

Item Auguſtinus ad Poſſidium, & qui cum eo ſunt fratres, epiſt.73.

¶ Colorum fucis mulieres vti non debent. C. XXXVIII.

12 FVcare † [u] figmẽtis, quo vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia eſt: qua non dubito etiam ipſos maritos ſe nolle decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt feminę ornari, ſecundum veniam, nõ ſecundum imperium. Nam verus ornatus, maxime Chriſtianorum, & Chriſtianarum non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem, veſtiſque pompa: ſed mores boni ſunt. [6] Execranda autem ſuperſtitio ligaturarũ (in quibus [x] etiam inaures virorum [y], in ſummis ex vna parte auriculis ſuſpẽſæ deputentur) non ad placẽdum hominibus ſed ad ſeruiẽdum dæmonibus adhibetur.

Item ex ſymbolo Epheſini concilij. cc. epiſcoporum, quòd habitum eſt contra Neſtorium [z 7].

IN omnibus igitur.] Hæc eſt nona pars diſt. in qua dicitur quòd canonici ſimul debent comedere, dormire, & iacere in vno conclaui. Io. de Fan.

CASVS. In hoc c. dicitur qualiter canonici regulares viuere debẽt, Debent enim ſecundum regulam viuere, & documenta ſanctorum patrum ſeruare in epiſcopali eccleſia (ſi fieri poteſt) ſimul manducent & dormiant, & prælatis ſuis obẽdiant. Poteſt etiã hoc intelligi de omnibus clericis collegiatis.

a ¶ *In omnibus.*] de modeſtia clericorum & ſobrietate 4.c. continuant.

b ¶ *Vt canonici.*] regulares.] Nam canon idẽ ſignificatur regula. diſt. 3. canon.

c ¶ *Incompoſite.*] maxime, quoniam & ſi bonum agat, pœnã meretur. ff. de re mil. l.3. §. in bello.

d ¶ *In vnoquoque.*] i. epiſcopali ſede.

e ¶ *Et dormiant.*] s. di. 32. ſi quis contra 1. q. 2. ſacerdos. Sed hic de regularib. Vel eſt derogatum di. 4. leges [a].

f ¶ *Audiant.*] quia cõuiuium eorum non debet eſſe ſine lectione. s. 44. d. ſt. pro reuerentia.

g ¶ *Suis.*] aliàs eſſent acephali. 93. di. nulla.

h ¶ *Miniſtris.*] i. prælatis, quia ſubditis miniſtrant verbum Dei. 36. diſt. ſi quis [b].

NVllus presbyterorum.] Hæc eſt 10. pars diſt. ſecũdum Io. de Fan.

CASVS. Reprehendũtur hic presbyteri, qui in conuiuiis, quæ hebãt pro defunctis, comedebant nimium & bibebãt, turpes cantilenas cantabant, & turpes ludos coram ſe fieri permittebant. *Tornatricibus*, i. ioculatricibus quæ ad modum torni ſe voluũt. Sequentia duo c. patent. *Thymelici.* [‖] thymele Græce Latine dicitur pulpitum. inde thymelici dicũtur hiſtriones & cantores, quia olim in ſcena ſuper pulpitum cantabant, & ſpectaculum ſui corporis præbebant.

i ¶ *Anniuerſarium.*] s. 13. q. 2. quia alij.

k ¶ *Cogere.*] ar. contra Anglicos, vt ext. de vita & ho. cle. à crãpula.

l ¶ *Vel tornatricibus.*] i. ioculatricib. quæ voluuntur vt torni.

m ¶ *Nec laruas.*] extra de vi. & hon. cle. quoniam & c. cum decorem.

NOn oportet.] Hæc eſt 11. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fan.

n ¶ *Iuſſionem.*] nec epiſcopum præter iuſſionẽ patriarchæ.

o ¶ *Ad peregrinandum.*] vt C. de epiſco. & cler. ſi qua per calumniam. in fine.

p ¶ *Sine canonicis litteris.*] hoc de cruce ſignatis, qui debent ire vltra mare. vel de pœnitentib. B.

p ¶ *Sine canonicis litteris.*] in auth. de ſan. epiſc. §. interdicimus. col. 9. extra de voto, magnæ. nec etiam priuatus aliquis principem adire poteſt ſine auctoritate iudicis. C. de decur. ſi quis decurio. libro. 19. Et quòd aliàs fieri dicit iuſſionem, intellige petitam & obtentam. nam epiſcopo contradicente nec clericus nec laicus ire debet. argu. 11. quæſt. 3. quod ergo. nec ad iudicium alterius epiſcopi. 3. quæſt. 6. non licet. de pœn. diſt. 6. placuit. quod eſt contra Grat. qui dixit per l. ff. de iud. l. 2. & ff. de iuriſd. omn. iud. ſi conuenerit. contrarium, quia leges non dedignantur ſacros canones imitari. in authen. vt cle. apud proprios epi. male enim de ſui epiſcopi iudicio præſumit, &c. 11. qu. 1. placuit. & contumeliam facit iudici qui eum omittit, & ad alium vadit. ff. de exce. litigatores.

q ¶ *Proficiſci.*] ſi autem clericus tamdiu abſit quòd dubitetur an viuat an mortuus ſit, deſinit habere liberam adminiſtrationem. inſt. de vſuca. §. quod autem.

NOn oportet.] ¶ *Spectaculis.*] s. d. ſt. 34 presbyteri.

s ¶ *Scenis.*] quid ſit ſcena, Labeo definiuit. ff. de his qui no. infa. l. 2. §. vlt.

t ¶ *Thymelici.*] à thymele, quod eſt pulpitum. [‖] immo Thymelici dicuntur qui miniſtrant ludentibus. ff. de his qui nota. infa. athletas.

FVcare figmentis.] Hæc eſt 12. pars diſtinctio. in qua dicitur, quòd nullus debet ponere vnguentum in faciem, nec ligaturas in aures. Ioã. de Fan.

CASVS. Reprehendũtur hic viri, qui medicamentis & colore quæſito volunt apparere pulchriquia nec mariti volunt ab vxoribus ſic decipi. nam Chriſtiani debẽt moribus ornari, & non falſo colore, nec pretioſa veſte: ſuperſtitioſas vero ligaturas inter quas in aures deputantur, portare nõ debent.

v ¶ *Fucare.*] id eſt, tingere. C. quæ res vend. non poſſunt. l. 1. Verſus:

‖ *Si vitium frontis alienus fucus inauret,*
Gloria frontis obit, cum color hoſpes abit.

x ¶ *In quibus.*] id eſt, inter quas.

y ¶ *Virorum.*] i. à viris datæ. [‖] Sed videtur, quòd nec in talibus teneat donatio: quia dicit lex quòd ſi vir dat vxori margaritas extricatas [e] ſi ipſas perforauerit, tenetur lege Aquil. ff. ad le. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi cum maritus. Sed illud exaudi cũ noluit in eam transferre dominium: alias ſi dat ei vnguẽta vel pecuniã ad ea emẽda, tenet donatio. ff. de do. inter vir. & vxor. quod autẽm. §. 1. Idem eſt ſi dat ei ſino. ornamenta. ff. de aur. & ar. leg. l. argumento. §. ornamento.

z ¶ *Contra Neſtorium.*] CASVS. Dicebat Neſtorius epiſcopus Conſtantin. & etiam Græci dicunt ſpiritum ſanctum à ſolo patre procedere, non a filio. quod volebant arguere ex verbis Domini dicentis ſcilicet de ſpiritu ſancto. Ille me clarificabit, quia patre procedit. Huiuſmodi error extirpatur hic. nam ſynodus interpretatur illa verba Chriſti, Ille me clarificabit, &c. oſtendens ſpiritum ſanctum procedere à patre & à filio. In aliis etiam errauit Neſtorius epiſcopus. 24. q. 3. quidam. ver. Neſtorium.

---

1 Iuo p.6. c. 402.

† al. vel clerici

‖ Canon dicitur regula

† al. compoſite

† al. vno.

a Dic vt ex. de vi. & ho. cle. quoniam vt.

† al. Matiſc. & ſi

b Vt in Euã. qui maior veſtrum eſt, ſit miniſter. veſter Arch.

2 s. diſt. 44. nullus. Burch l. 2. c. 61. Iuo p.6. c.251.

‖ Thymele.

‖ Thymelici

3 Burc. l. 2. c. 41. Iuo p.6. c.146. Cap.41.

‖ Epiſcopi literas habeat qui peregrinari volet.

‖ Clericus gerit adminiſtrationem per diutinã abſentiam.

4 Et in Aqſgran c.73.

5 Iuo p.11. c.78.

‖ Thymelici qui ſint.

† al. [ſcenis] orig.

† Fucari.] ori.

‖ Verſus.

6 26.q.2. illud.

‖ Donatio in aliquibus tenet quàm maritus vxori facit

e id eſt, ab inuicẽ ſeparatas ſecundum Accur.

7 in epiſt. ſynodica Cyrilli, quæ præfixa eſt concilio Epheſino.

De ſpiritu

DE *ſpiritu dicit.*]Hæc eſt 13. pars diſtinct. in qua dicitur, quòd à ſpiritu ſancto omnia perficiuntur, & ſine illo nullum bonum eſt:& ideo Gratian. poſuit in fine iſta duo cap. de ſpiritu ſancto, vt etiam reprobaret quoſdam hæreticos, qui dicunt quòd ſpiritus ſanctus non procedit à filio:qui male dicunt. Ioan. de Fan.

CASVS. Querebatur à Neſtorio hæretico, quare Chriſtus in Euangelio dixerit de ſpiritu ſancto, ille me clarificabit, cum ipſe non indigeat clarificatione alterius: nec ſpiritus ſanctus ſit eo maior, vt ei gratiam dare poſſit. Et reſpondetur, quòd hoc ideo dicitur, quia per opera quæ in virtute ſpiritus ſancti fecit, deitatem ſuam omnibus manifeſtauit, ſicut aliquis virtute propria vel doctrina clarificari dicitur. eius enim ſpiritus idem eſt cum eo in ſubſtantia, & procedit ab eo ſicut à patre. ſpiritus ſanctus per apoſtolos miracula faciens, Chriſtum eis manifeſtauit poſtquam in cœlum aſcendit.

Iuo p. 1. c. 3. Ioan. 16.

¶ Quod ſpiritus ſanctus procedit à patre & filio. C. XXXIX.

13 DE ſpiritu [a] dicit Dominus in Euangelio [ille me clarificabit [b].]Hoc rectiſſime ſentientes, vnum Chriſtum Dominum, & filium, non velut alterius egentem gloria confitemur à ſpiritu ſancto gloriam conſecutum: quia eius ſpiritus nec melior, nec ſuperior ipſo eſt:ſed quia mira opera faciens ad demonſtrationem ſuæ deitatis, virtute proprij ſpiritus vtebatur, ab ipſo dicitur clarificari:quòd virtus ſua [c], vel diſciplina quælibet vnumquemque clarificet. Quamuis enim in ſua ſit ſubſtantia ſpiritus eius, & intelligatur in perſona ꝓprietas [d], iuxta id, quòd ſpiritus eſt, & non filius: attamen ab illo alienus [e] non eſt. Nam ſpiritus appellatus eſt veritatis [f], veritas Chriſtus eſt. Vnde & ab iſto ſimiliter, ſicut ex Deo [g] patre procedit. Denique hic ipſe ſpiritus etiam per manus ſanctorum Apoſtolorum miracula glorioſa perficiens Dominum glorificauit Ieſum Chriſtum, poſtquam aſcendit in cœlum. Nam creditus eſt Chriſtus natura Deus exiſtere †, per ſuum ſpiritum virtutes efficiens: ideoque dicebat [De meo [h] accipiet, & annuntiabit vobis.]

Ioan. 16.

a ¶ *De ſpiritu.*] ‖ cum omnia ſacramenta in virtute ſpiritus ſancti perficiantur, non rite ipſa ſacramenta miniſtrantur, ſi in ſpiritus ſancti proceſſione non recte ſentitur: de qua ſubdit duo c. ſ. diſtin. 2. cum omnem.

‖ Sacra oia in virtute ſpūs ſancti perficiũtur.

b ¶ *Clarificabit.*]ip eſt opera quæ faciam in virtute eius manifeſtabunt me hominibus.

† al. exiſtẽs

c ¶ *Sua.*] ideſt, Chriſti, qui eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum eo.

Ibid.

d ¶ *Proprietas.*] id eſt, diſcretio: quia perſonaliter ab eo eſt diſtinctus.

e ¶ *Alienus.*] id eſt, aliud in eſſentia, immo idem.

a paulo poſt med. inter opa B. Hie.

f ¶ *Veritatis.*]id eſt, à veritate, id eſt, à filio procedens.

Io. 14 & 16

g ¶ *Ex Deo patre.*]mirum eſt cum Epheſinum concilium fuerit in Græcia celebratum, & de quatuor principalibus ſit vnum:vt 15. diſtinct. canones ‖ quomodo Græci audent dicere ſpiritum ſanctum à ſolo patre procedere, cum hic dicitur contra, inducti tamen ſunt ad hoc dicendum duabus de cauſis, ſcilicet, quia Chriſtus loquens de proceſſione ſpiritus ſancti, ſolum patrem nominat dicens: Qui à patre procedit. Item etiam quia in ſymbolo fidei apud eos edito ſimpliciter continetur, Qui à patre procedit. nos addimus, filioque. ſed in fine ſymboli apud eos ſub anathemate prohibetur, vt nullus de fide Trinitatis aliud docere vel aliter prædicare quam ibi continetur, audeat. vnde dicunt nos anathematiatos qui ibi addimus, filioque. ſed Chriſtus ideo ita dixit, quia patri voluit attribuere auctoritatem inſpirandi. Item in anathemate ponitur aliud pro contrario: ſed non eſt contrarium, ſed idem:cum filius cum patre ſit idem in ſubſtantia. ergo quod à patre procedit, & à filio. & ſic non addimus, ſed potius declaramus.

‖ ſpūs ſanct' à patre & filio ꝓcedit, quidquid dicant Græci.

h ¶ *De meo.*]id eſt à me, & à patre meo procedit. C. de ſum. trin. l. inter claras. Ioan. de Fant.

Item Didymus, in lib. 2. de ſpiritu ſancto, contra errores Græcorum. [a]

¶ De eodem. C. XL.

SAluator [a], qui & veritas, ait, [Non enim loquetur à ſemetipſo:]hoc eſt, non ſine me, & ſine meo & patris arbitrio: quia inſeparabilis [i] à mea & patris eſt voluntate [k]. *& amplius.* † [l]. ¶ Quia non ex ſe eſt [m]: ſed ex patre, & me eſt. Hoc enim ipſum, quod ſubſiſtit, & loquitur à patre, & à me illi † eſt. [Ego veritatem loquor,]ideſt, inſpiro, quæ loquitur, ſiquidem ſpiritus veritatis eſt. Dicere autem, & loqui in Trinitate, non ſecundum conſuetudinem noſtram, qua ad nos inuicem ſermocinamur & loquimur, accipiendum, ſed iuxta [n] formam incorporalium naturarum, & maxime Trinitatis, quæ voluntatem ſuam inſerit [o] in corde credentium, & eorum, qui eam audire ſunt digni: hoc eſt dicere, & loqui. *& infra.* ¶ Loqui ergo patrem [p], & audire filium, vel econtrario filio loquente audire patrem, eiuſdem naturæ [q] in patre, & filio, conſenſuſque ſignificatio eſt. Spiritus quoque ſanctus, qui eſt ſpiritus veritatis, & ſpiritus ſapientiæ, non poteſt filio loquente audire, quæ neſcit: cum hoc ipſum ſit, quod profertur à filio, id eſt, procedens à veritate, conſolator manans de conſolatore, Deus de Deo ſpiritus veritatis procedens. Denique ne quis illum à patris & filij voluntate, & ſocietate diſcerneret [r], ſcriptum eſt, [Non enim à ſemetipſo [s] loquetur: ſed ſicut audiet, loquetur.]Cui etiam ſimile de ſeipſo Saluator ait,]Sicut [t] audio, & iudico,]& alibi [Non poteſt filius facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem [u].]

† abſunt ab orig.

† al. illa. Ioan. 14.

Ioan. 16.

Ioan. 5.

a ¶ Saluator.] *In originali hæc antecedunt*, De hinc in conſequentibus de ſpiritu veritatis, qui à patre mittatur, & ſit paracletus, Saluator, &c.

SAluator.]CASVS. iſte ſic conſueuit poni communiter. Loquitur hic Didymus contra Græcos, qui errori Neſtorij adhærentes dicunt ſpiritum ſanctum à filio non procedere, vt colligitur]. ead. ver. denique. & in argumentum ſuum aſſumit auctoritatem Domini dicentis, Non enim loquitur à ſemetipſo:ſed ſicut audit, loquitur. Secundo exponit qualiter iſta verba ſint circa Trinitatem intelligenda, ſcilicet, dicere, loqui, & audire, quia aliter accipiuntur quam ſecundum conſuetudinem, qua nos loquimur. Tertio dicit, quòd ſpiritus ſanctus non poteſt aliquid audire à filio quod ipſe neſciat.

i ¶ *Inſeparabilis.*] per hoc exaudi quod dicitur: ‖ inſeparabilia ſunt opera Trinitatis: vt 18. q. 1. ſic enim. vt intelligatur de inſeparabilitate voluntatis & operationis. nam quod operatur pater, operatur & filius, & ſpiritus ſanctus.

‖ opa Trinitatis qualiter ſunt inſeparabilia.

k ¶ *Voluntate.*] quia vult, alias falſum eſſet quòd gignit pater, non filius: comedit filius, non autem ſpiritus ſanctus. arg. ſ. e. diſt. 3. c. vlt. ‖ Mihi enim videtur eſſe diſtinguendum inter opera operata, & operata operantia: ſed male, niſi intelligas opera operata, ideſt, actus ipſos, vel accidens quod eſt in ſubiecto. Si enim intelligas opera operata ſecundum quòd effectus eſt à ſua cauſa, nil operatur vna perſona quod tota Trinitas non cauſetur, iuxta illud, Actio diſplicuit, paſſio grata fuit.

‖ Opa ſunt diplicia.

l ¶ *Et amplius.*] alia expoſitio eſt Ioan.

m ¶ *Quia non ex ſe eſt.*] id eſt, non procedit ex ſe, id eſt, ex perſona ſua.

n ¶ *Sed iuxta formam, &c.*] ſicut & ad iura corporalia reſtituitur quis, non autem ad incorporalia. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. & ita aliter loquuntur leges de his quàm de illis.

o ¶ *Inſerit.*] quia hoc liquidum eſt hic eſſe, &c.

p ¶ *Patrem.*]in Euangelio tamen exponitur, ‖ pater dicit vel loquitur de filio, id eſt, gignit filium. Pater vel filius loquitur de ſpiritu ſancto, id eſt, inſpirat ſpiritum ſanctum. Filius audit patrem, id eſt, gignitur ab eo. Spiritus audit à patre vel filio, ideſt, inſpiratur ab eo. & hæc expoſitio vſitatior eſt quàm ea quæ hic ponitur.

‖ pater loquitur de filio, quid ſignificat.

q ¶ *Eiuſdem naturæ.*]ſecundario. principaliter enim ſic notatur perſonarum diſtinctio, immo principaliter. nec eſt ibi inuenire prius vel poſterius, & omnia quæ in trinitate perſonas diſtingunt, eſſentiam innuunt, & eſſentialiter intelliguntur, & accipiuntur. Vide Auguſt. Non eſt Deo aliud eſſe perſonam, & aliud eſſe ſubſtantiam, cum hoc nomen perſona principaliter editum ſit ad notandum diſtinctionem perſonarum.

r ¶ *Diſcerneret.*]dicendo quòd non procederet ab eo.

s ¶ *A ſemetipſo.*] legitur in Euangelio Ioan. Cum venerit paracletus ſpiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem. non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt annuntiabit vobis.

t ¶ *Sicut audio.*]i. intelligo & ſcio. dicitur. n. filius ſcientia, & ‖ quidquid habet filius, habet à patre, & ſpiritus ſanctus à patre & filio.

v ¶ *Facientem.*] ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. item & magiſtro diſcipulus. 24. q. 1. cum beatiſſimus. Ioannes.

‖ Filius Idnius quidquid habet, à pře habet

F I N I S.

Immortali Deo immortales gratias

CANONES POENITENTIALES, QVORVM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS EST VALDE NECESSARIA.

Sunt enim quædam regulæ directiuæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

COnſiderandum eſt de canonibus pœnitentialibus: Ad quorum intelligentiam prænotandum eſt, quòd ſicut eſt in ſcientiis practicis, quæ verſantur circa opera, quòd ſermo in vniuerſali eſt incertus & dubius: ſed cum applicatur ad ſingularia incipit quodammodo habere certitudinem, vt qui non conſiderat circunſtantias particulares, potius deuiet quàm ſe rectificet, vt patet in medicina, & ſcientia morali. Sic eſt intelligendum in propoſito, quòd canones inſtruunt in generali quomodo eſt pœnitentia imponenda: ſed deſcenſum ad ſingularia preſbyteris diſcretis relinquunt, qui conſiderant circunſtantias perſonarum attendentes ad canones ſicut ad regulas directiuas: quia ſi contra canones imponant, non recte imponunt. Nulli ergo preſbytero licet facere aliquid, quod poſſit Patrum regulis obuiare diſt. 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur pœnitentia quo ad tempus: & magis quàm quo ad modum: quia illa determinatio eſt certior & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo ſcias qualiter debeat procedere arbitrium preſbyteri, nota regulariter, ſicut dictum eſt ſupra ſeptemnis eſt pro peccato mortali pœnitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem, ſed magis propter ſignificationem. In veteri enim lege Maria ſoror Moyſi lepra percuſſa, ſeparata fuit extra caſtra vij. diebus, Num. 12. Maria ſignificat pœnitentem. Interpretatur enim amarum mare. Hæc pœnituit vij. diebus, ſed nunc pœnitet vij. annis, quod ſignificatum eſt, Ezec. 4. Diem pro anno dedi tibi.

¶ Si quæratur quare pœnitentia ſit aggrauata, cum lex noua ſit lex miſericordiæ? Reſp. quòd hic eſt maior ingratitudo propter maiorē gratiam, & maior contemptus propter maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Chriſti ſanguis eſt effuſus, & grauius peccatum propter ſtatum peccantis, qui debet eſſe perfectior. Et vlterius ſatisfactio in lege noua debet eſſe perfecta, vt in priſtinum ſtatum reducat. Et quia ſol in vna die non redit in idem punctū, ſed in anno: ideo dies conuerſus eſt in annū. Rurſum, Quia perfectum remedium eſt in lege noua: ideo annis multiplicari debet per ſeptem, propter ſeptem dona ſpiritus ſancti recuperāda, & propter ſeptē dotes, ſcilicet tres animæ, & quattuor corporis obtinendas. Huiuſmodi autem pœnitentia non eſt omnibus imponēda, nec tamen eſt infirmanda: ſed eſt inſinuanda, vt cognoſcatur quàm grauis eſt culpa. hæc Bonauentura. Licet autem pro ſingulis peccatis criminalibus ſit ſtatuta talis pœnitentia: debet tamen imponi magis vel minus aſpera prout maioritas vel minoritas criminis cum ceteris circūſtantiis hoc expoſcit, vt in ſequētibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi caſus, in quibus propter dignitatem peccantis vel criminis enormitatem imponitur pœnitentia maior: aliquando etiam ex variis cauſis minor. Ad hoc ergo quòd preſbyter circa pœnitentias diſponendo cautius arbitretur, notandi ſunt caſus, in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur, quos ſcilicet canones tenetur preſbyter ſcire, vt dictum eſt ſupra. Sunt autem iſti.

¶ Primus eſt, quòd ſi preſbyter fornicationem fecerit, pœnitētiam x. annorum faciat hoc modo: ſcilicet, quòd ſit incluſus, ſiue à ceteris in aliquo loco remotus: ſacco indutus & humi proſtratus miſericordiam Dei iugiter implorans. primis tribus menſibus continuis à Veſpere in Veſperam pane & aqua vtatur, exceptis Dominicis diebus, & feſtis præcipuis, in quibus modico vino, piſciculis & leguminibus recreetur. Elapſis autem ſic tribus primis menſibus, de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat ne populus in eum ſcādalizētur. Et per hoc videtur, quòd in publico crimine loquatur. Poſt hoc reſumptis viribus aliquantulū, vnum annum, & dimidium in pane & aqua expleat,

excepe

exceptis Dominicis & aliis præcipuis feſtis, in quibus vino, ſagimine, ouis & caſeo poterit vti. Finito ſic primo anno & dimidio, particeps ſit corporis Domini: & ad pacem veniat, & ad pſalmos cum aliis fratribus canendos in choro vltimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat: ſed minorum ordinum tãtum officia gerat, deinde vſque ad completionẽ ſeptimi anni tres legitimas ferias, ſcilicet ſecundam, quartam & ſextam exceptis diebus Paſchalibus, qui ſunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet. ſecundam tamen feriam vno pſalterio vel denario ſi ſit operarius redimere poterit. Et ſic cum ſeptimum annum compleuerit, poteſt eum epiſcopus ad gradum priſtinum reuocare: ita tamen quòd in tribus annis ſequentibus ſine vlla redemptione omni ſexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pœnitentia imponenda eſt preſbytero de omnibus aliis peccatis, quæ depoſitionem inducunt. Probantur autem hæc omnia. 82. di. preſbyter ſi fornicationem. quod intelligunt quidam de ſimplici fornicatione: alij forte melius ſecundum Rayn. de adulterio vel inceſtu: puta, quia cognouit coniugatam, conſanguineam vel affinem.

Legitimæ feriæ tres.

Secundus caſus eſt, ſi preſbyter cognouit filiam ſuam ſpiritualem, quam ſcilicet baptizauit, vel in baptiſmo vel in cõfirmatione tenuit: vel quæ ſibi confeſſa fuit, debet pœnitentiam agere xij. annis. & etiam debet deponi, ſi crimẽ ſit manifeſtum: & peregrinando xv annis pœniteat. & poſtea monaſterium intret tota vita ſua moraturus ibidem. Epiſcopus vero qui talia commiſit, pœniteat xv. an. Ipſa vero mulier debet omnia relinquere, & res ſuas pauperibus dare, & conuerſa vſque ad mortem in monaſterio Deo ſeruire. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. & c. non debet.

Tertius eſt, quòd quicumque filiam ſuam ſpiritualem vel matrem cognoſcit, ſeptem annis pœniteat, & ſimiliter ei conſentientes. 30. q. 3. non oportet.

Quartus eſt, quòd qui contrahit cum aliqua alij deſponſata per verba de præſenti: ipſa dimiſſa xl. diebus ieiunet in pane & aqua, & ſequentibus ſeptem annis pœniteat. ext. de ſpon. duo. accepiſti.

Quintus eſt, quòd qui cognoſcit duas commatres vel ſorores, ſiue vxor viuat, ſiue non, ad minus vij. annis pœniteat, licet plus deberet. 30. q. 4. ſi preſbyter.

Sextus eſt, quòd qui cognouerit monialem ſiue deuotam, x. ann. pœniteat. & ſimiliter ipſa ſecundum formam traditam. 27. q. 1. de filia. & c. deuotam. In quorum j. c. dicitur, quòd ſi filia epiſcopi, vel preſbyteri, vel diaconi poſt votũ ſolenne contraxerit matrimonium, non admittitur ad communionem, niſi marito defuncto pœnitentiam egerit: ſi autem eo viuente deceſſerit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantum in fine vitæ recipiet eam. In ij. cap. dicitur quòd deuota peccans non eſt recipienda in eccleſia, niſi peccare deſierit: & deſinens egerit pænitentiam x. ann. poſtea recipiatur ad communionem, & antequam in eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Chriſtianæ mulieris accedat.

Septimus eſt, de eo qui ignoranter cognoſcit duas ſorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem: pœniteat vij. annis. Si autem ſcienter, perpetuo priuetur coniugio. 34. q. 1. ſi quis cum duabus.

Octauus eſt, quòd qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat v. ann. 31. q. 1. ſi qua vidua.

Nonus eſt, quòd qui contra naturam peccauit, ſi ſit clericus debet deponi vel religioni tradi, ſi corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si vero ſit laicus à cœtu fidelium vſq; ad cõdignam ſatisfactionem debet fieri alienus. ext. de exceſ. prælat. cleric. Hoc enim vitium maius eſt, quàm cognoſcere matrem. 32. q. 7. adulterij. & hęc Aug. Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu fornicatio. Peius enim eſt cũ matre, quàm cum aliena vxore concumbere: ſed omnium horum peſſimum eſt, quod contra naturam fit, vt vir membro mulieris non ad hoc conceſſo voluerit vti. hæc Augu. Quocumque autem modo tale factum exerceatur præter quam inter virum & feminam ordinate & in vaſe debito, vitium contra naturam & ſodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus eſt, quòd qui coierit cum brutis, pœniteat pluſquam vij. ann. & ſimiliter pro inceſtu. 32. q. 2. hoc ipſum. & 5. ſeq.

Vndecimus eſt, quòd preſbyter qui intereſt clandeſtinis nuptiis triennio ſuſpenditur: & ſi culpa exegerit, grauius punietur. ext. de cland. deſp. cum inhibitio.

Duodecimus eſt, quòd qui votum ſimplex violauerit, pœniteat iij. ann. 27. diſt. ſi vir.

Decimus tertius eſt, quòd qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere. & per ij. iiij. & vj. feriam à vino & carnibus abſtinere. 11. q. 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis habetur diſt. 50. accedens.

Decimus quartus eſt, quòd homicida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis deponitur. & pœniteat vij. ann. 50. diſt. miror.

da erit. Erunt autem tales irregulares ſecūdum Ray. ſi mors inde ſit ſecuta: quia ſcilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimēta negando. tamen ſecundum Ro. ſi in nulla culpa fuiſſent: quia forte nec eleemoſynas quærendo, nec aliter eos alere poſſent, irregulares non eſſent, nec peccarent.

Decimus octauus, eſt, quod qui presbyterum interfecit, pęniteat xij. ann. ext. de pæn. & rem. c. 2. De pænitentia vero eius qui occidit monachum, vel clericum ſubdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De pænitentia autem eius qui machinatur in mortem domini ſui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. ſ. ſi quis.

Decimus nonus eſt, quòd qui iniuſte alium ad mortem accuſat, xl. diebus in pane & aqua per vij. ann. ieiunet & pæniteat, & hoc ſi accuſatus ſit occiſus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pæniteat. extr. de accuſ. accuſaſti. Hoſt. vero & Ioan. de Deo in ieiunando intellexerūt quod primus pæniteat per vij. annos, quolibet anno ieiunando xl. diebus in pane & aqua. ſecundus vero per iij. ann. G. vero Duran. intellexit prout littera magis ſonat, ſcilicet quòd primus ieiunabit xl. diebus in pane & aqua, ſiue continue, ſiue interpollate, & per vij. annos ieiunabit & pænitebit: non tamen in pane & aqua, ſed ad arbitrium presbyteri. ſecundus vero per iij. Quadrageſimas, prima ante natalem Domini ſecunda ante Paſcha, tertia ante ſanctum Ioannem. has enim inſtituit beatus Petrus, vt habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. probantur hæc ſecundum Hoſt. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3.

Quadrageſimæ ſunt tres.

Vigeſimus eſt, quod periurus xl. diebus in pane & aqua ieiunet, & vij. annis ſequentibus pæniteat. & ſemper debet eſſe in pænitentia, ſcilicet interiori. 6. q. 1. quicumque.

Vigeſimus primus eſt, quòd qui compulſus conditionaliter à domino ſcienter peierat, ſi liber ſit, xl. diebus in pane & aqua. & hoc ſecundum gl. intellige vel continue vel interpollate pæniteat vij. ann. ſequentib. non tamen in pane & aqua. vt dicit gl. Si vero ſeruus ſit eius qui eum coegerit trib. Quadrageſimis & legitimis feriis, ſcilicet, ij. iiij. & vj. 22. q. 5. qui compulſus.

Vigeſimus ſecundus eſt, quòd qui peierat in manu epiſcopi vel in cruce cōſecrata, pęniteat iij. an. Si vero in cruce non conſecrata, vno anno. Qui vero coactus & ignorans ignorātia iuris, & poſtea cognoſcit, pæniteat trib. Quadrageſimis. 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda vel qualibet cauſa vel neceſſitate peierat (quia corpus plus quā animam dilexit) tribus quadrageſimis pœniteat. ea. q. 5. c. ſi quis coactus. Alij inducunt tres annos: & vnum ex his in pane & aqua.

Vigeſimus tertius eſt, quòd qui falſum ſcienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus xl. pæniteat in pane & aqua, & vij. ſeq. annis nūquam ſit ſine pænitentia, ſcilicet interiori. Alij etiam ſi conſcij fuerint ſimiliter pœniteant. 22. q. 5. ſi quis conuictus.

Vigeſimus quartus eſt, quod qui menſurat in falſa menſura, xxx. diebus in pane & aqua ieiunet. ext. de contrah. emp. vt menſuræ. De pæna vero falſarij litterarum, habetur extr. eo. ad audientiam. & c. dura. & c. ad falſariorum. & de verb. ſig. nouimus.

Vigeſimus quintus eſt, quòd qui frangunt pænitentiam ſolennem, ſiue redeundo ad crimina priora vel ſimilia: ſiue redeundo ad negotiationem vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta: ſola inter eccleſiam fidelib. oratione iunguntur, à communione ſuſpenduntur, à catholicorum conuiuiis ſeparantur, & pænitere debent x. ann. & communicent in fine vitæ. 33. q. 2. de his vero. & de pænit. diſt. 5. ſi qui vero.

Vigeſimus ſextus eſt, quod qui canit miſſam & non communicat, debet vno anno pænitere, & interim miſſas non cantare. de conſ. diſt. 5. relatum.

Vigeſimus ſeptimus eſt, quod presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pæniteat x. annis, & menſibus v. diaconus vero triennio & dimidio. de conſ. diſtin. 1. nemo per ignorantiam.

Vigeſimus octauus eſt quod qui committit ſacrilegium eccleſiam violando, vel chriſma ſiue calicem ſacrum pollutis manibus accipit, vel ſimilia ſacrilegia committit, pæniteat vij. annis. Primo anno extra cæmeterium quod violauit, conſiſtat. ſecundo anno ante fores eccleſiæ. tertio in eccleſia. & in hoc triennio carnes non comedat: vinum non bibat niſi in Paſcha vel Natali, nō offerat nec communionem accipiat. quarto anno communicabit: & in illo & in v. & vj. & in vij. tribus feriis à carnibus & vino abſtineat ieiunando. 12. q. 2. dæmon. Comburens autem eccleſiam, xv. annis pæniteat, & eam reſtituat. 17. q. 4. ſi quis. ver. maius. De pæna vero raptoris ſiue furis rei eccleſiaſticę, & de pęna furis & effractoris tam clerici quàm laici, habetur e. q. 5. peccata. & c. ſi quis clericus.

Vigeſimus nonus eſt, quòd ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum, à communione triennio ſeparentur: & ſimiliter filij ſi ſint ſi in culpa: ſi tamen filij ſecundum promiſſionem actam

contraxerint, excuſantur vtique, ſcilicet quo ad pœnam eccleſiæ: ſed non quoad reatum ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. 3. ſi qui parentes. arg. de pœn. diſt. 1. ſi cui.

Trigeſimus eſt, quòd qui blaſphemauerit publice Deum vel aliquem Sanctorum: & maxime beatam Virginem, illi debet epiſcopus hanc pœnitentiã iniungere, ſcilicet vt vij. diebus Dominicis præ foribus eccleſiæ in manifeſto dum miſſa cantatur exiſtat, & vltimo illorum dierum dominicorum pallium & calciamẽta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & ſeptem precedentibus ſextis feriis in pane & aqua ieiunet eccleſiam nullatenus ingreſſurus: & quolibet prædictorum dierum tres pauperes vel duos val ſaltem vnum reficiat ſi poteſt: & ſi non poteſt hæc pœna in aliam commutetur. quod ſi renuerit agere omnia ſupradicta, interdicatur ſibi eccleſia, & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura. extra de maled. ſtatuimus. Item blaſphemus ſi diues fuerit, xl. aliquin xxx. vel xx. & ſi ad hoc non ſufficit, quinque ſolidorum vſualis monetæ pœna multetur, nullamque miſericordiam in hoc habiturus, vt dicitur ibidem, ſcilicet quin ſoluat quinque ſolidos, quos ſi non habet, currat per ciuitatem, vel cõmutetur in pœnam aliam temporalem. Hæc autem pœna ſoluetur ei, qui condemnat, id eſt poteſtati ſæculari. hanc enim pœnam temporalem præcipit Papa imponi per poteſtatem temporalem. quod ſi neglexerit, per epiſcopum præcipitur cogi. hæc Hoſt. habet autem prędicta pœna locum ſecundũ Gof. cum quis blaſphemat non ex ira vel ebrietate vel dementia: quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. q. 3. ſi quis iratus. §. notandum. Secundum vero Hoſt. hæc pœna eſt ſpecialiter inducta contra eos, qui Deum blaſphemant ex ira. Nõ enim aliquis de leui blaſphemat Deum niſi iratus. Tanta tamen poſſet eſſe iracundia, quod ęquiparatur dementiæ: & tunc illud quod dicit Gof. locum poſſet habere. hæc Hoſt.

Quid ſi quis iuret per caput, vel per ventrem vel per corpus, vel capillum? Reſp. Hoſt. quòd ſi faciat hoc affirmando vel iurãdo, non habet locũ hæc pœna. ſecus eſt ſi faciat hoc deteſtando vel vituperando, licet iratus. Item ſecũdum Gof. & Hoſt. hæc quæ dicuntur de pœna temporali, fiunt iudice pro tribunali ſedente. In iudicio autem animæ presbyter diſcretus moliẽdo rigorẽ diſpenſare poterit ex cauſa circa pœnam ſpiritualem ſuperiorem. 25. q. 6. pœnitentibus. hæc Hoſt. Item blaſphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam poſtulãdam. quod ſi noluerit, degradetur. diſt. 46. clericus.

Notandum vero quòd blaſphemus ſecundum leges eſt decapitandus, vt in auth. vt non lux. contra nat. cir. med. coll. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradãdus, & laicus excommunicandus. 22. q. 1. ſi quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam ſupradictam, ſcilicet illius canonis, ſtatuimus & hoc ſi publice blaſphemauit. Si enim occulte, non pœnitebit publice, vt puto. Clericus vero hodie eſt corrigendus pœna arbitraria & occulta, non illa quæ eſt publica. Clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit, vel ſæpius hoc commiſerit, locum habet pœna legis, ſcilicet vt laicus decapiterur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, id eſt, eccleſię ingreſſus ſibi interdicatur, & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura. Clericus vero degradetur. hæc Hoſt. tit. de maled.

Trigeſimus primus eſt de preſbitero, qui reuelat confeſſionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ ſuę ignominioſus peregrinari. de pęn. diſt. 6. ſacerdos.

Trigeſimus ſecundus eſt, quòd qui dicendis horis canonicis & aliis officiis diuinis diſcrepat à conſuetudine proprię metropolitanę eccleſię, vj. menſibus priuatur communione, ſi hoc accidat ex contemptu. 17. diſt. de his.

Trigeſimus tertius eſt, quòd epiſcopus, qui ordinat ſine iuſta cauſa clericum inuitum aut reclamantem vel penitus inuitum abſolute ſuſpenditur vno anno. 74. diſt. c. 1.

Trigeſimus quartus eſt, quòd epiſcopus, qui correctionem de venditione miniſteriorum diſſimulat, duobus mẽſibus, preſbyteri iij. diaconus iij. ſubdiaconus, & ceteri ad arbitrium iudicis pęnitere debẽt. 1. q. 1. quidquid inuiſibilis.

Trigeſimns quintus eſt, quòd ſortilegus xl. diebus pęniteat. extr. de ſortil. requiſiſti.

Trigeſimus ſextus eſt, quòd qui videt in aſtrolabio pœniteat duobus ann. extra de ſortil. ex tuarum.

Trigeſimus ſeptimus eſt, de ſtilla ſanguinis altaris cadentis ſuper terram, vel aliquid aliud propter negligentiam preſbyteri, debet preſbyter pœnitere xl. diebus. Si cecidit ſuper pallio altaris pœniteat iiij. diebus. de conſ. diſt. 2. c. ſi per negligentiam.

Trigeſimus octauus eſt, quòd ſi aliquis euomit Euchariſtiam propter ebrietatem & voracitatem: ſi laicus, pœniteat xl. diebus. Si clericus vel monachus vel preſbyter vel diaconus, pœniteat lxx. diebus. Si epiſcopus, pœniteat nonaginta diebus. Et debet euomitura comburi, & iuxta altare colloaari. Si vero cauſa infirmitatis euomuerit, ſeptem diebus pœniteat. de conſe.

diſt

diſtinct.2.ſi qui propter ebrietatem.

Trigeſimus nonus eſt, quando mus corrodit vel comedit corpus Chriſti. de pænitētia huius caſus inquire vbi ſit not. de conſ. diſt. 2. circa fi.

Quadrageſimus eſt, quòd qui domum vel aream voluntarie ſuccendit, ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tribus annis pæniteat. extra de iniu. ſi quis domum. Canon tamen dicit quòd ſi ex odio vel iniuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec abſolui donec ſatisfecerit & iurauerit quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem ſibi vt Hieroſolymam vel in Hiſpaniam vadat in Dei ſeruitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiſſcopus vel epiſcopus hoc relaxauerit, damnum reſtituat, & ab officio epiſcopali per annum abſtineat. 23.q.8. peſſimam. Hodie autē poſtquam ſunt denuntiati non poſſunt citra ſedem Apoſtolicam abſolui. ext. de ſen. exc. tua nos. Immo text. loquitur de incendiariis indiſtinctè poſtquam ſunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expreſſe, & Gratia. ext. de ſent. exc. quicumque. & Goſ. licet Rom. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit: ſi ſit humilis, ſubiicitur beſtiis: ſi ſit in aliquo gradu, decapitatur vel in inſulam relegatur. ff. de incen. rui. nau. l. fi. Qui vero alibi vt in villis vel caſtris remiſſis ibidē ædes poſitas combuſſerit, ſi hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intelligendum ſecundum Hoſt. ſi ſit humilis. Si autem hoc ex ſua negligentia contigerit, reſarciet damnum, vel ſi minus idoneus ſit, parum vel leuiter caſtigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

Quadrageſimus primus eſt, quòd qui dederit vel acceperit communionem ab hęretico, & neſcit hoc eſſe prohibitum ab eccleſia, & poſtea intelligit, pæniteat vno anno. Si autem ſciuit & neglexit, pæniteat x. annis: vel ſecundum quoſdam, vij. vel ſecundum alios, v. Qui vero permittit hæreticum miſſam celebrare in eccleſia catholica per ignorātiam iuris, pæniteat xl. diebus. Si pro reuerentia eius, per annum pæniteat. Si pro damnatione eccleſiæ catholicæ, & pro conſuetudine Romanorum, proiiciatur ab eccleſia ſicut hæreticus, ſi ſit impænitēs: alioquin pæniteat x. annis. Si autem relicta eccleſia ad hæreticos tranſierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat xij. an. iij. extra eccleſiam, vij. inter audientes. ij. extra cōionē. & ſic xij. anno cōionē ſiue oblationē percipiat. 24. q. 1. ſi quis dederit.

Quadrageſimus ſecundus eſt, quòd patronus, qui res eccleſiæ dilapidat, vno anno pœniteat. 16. q. 7. c. filiis.

Quadrageſimus tertius eſt, quòd qui domum ſuā magicis & incantatoribus luſtrat, vel aliud facit, & qui ei hoc conſulit, annis v. pœniteat. 26. q. 5. qui diuinatores. & c. non liceat.

Quadrageſimus quartus eſt, quòd qui pacē cum proximo ſuo non facere iurat, anno vno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 2. qui ſacramēto.

Quadrageſimus quintus eſt, quòd pro periurio, adulterio, homicidio dātur pro pœnitentia regulariter vij. anni, & ſimiliter pro fornicatione: licet non ita aſpera pœnitentia iniungatur. 22. q. 1. prædicandum. 33. q. 1. hoc ipſum. & §. ſeq.

Quadrageſimus ſextus eſt, quòd qui ſcienter rebaptizatur, vij. an. pœniteat, & feria iiij. & vj. in pane & aqua ieiunando tres quadrageſimas facit. & hoc ſi fecit pro hæreſi introducēda. Si autē pro munditia, i. pro ſalute corporis obtinenda vt extr. de apoſt. c. 2. tribus ann. pœniteat. de conſ. di. 4. qui bis. & talis qui bis baptizatur vel cōfirmatur, fit de foro eccleſiæ: & cogitur fieri irregularis. diſt. 84. dictum eſt. De pæna autem talium habetur de conſ. di. 4. eos. Cuius capituli ſententiam prætermitto gratia breuitatis.

Quadrageſimus ſeptimus eſt, quòd qui vxorem adulteram cognoſcit antequā pæniteat, iij. an pæniteat. 21. q. 2. ſi quis. Qui vero cognoſcit eā pænitentem ante pænitentiam peractam, pæniteat ij. annis. e. q. quis primo. Quomodo vero pænitentia iniungenda ſit mulieri partum alterius ſupponenti, vel etiam de non ſuo viro concipienti, habetur ext. de pœn. & rem. officij.

Ad regulas igitur prædictas inſpiciendo poteſt ſtudioſus indagator procedere ad pænitentias pro diuerſis criminibus ſecūdum canones imponendas: & ex cauſa conſideratis circunſtātiis, vt dictū eſt ſupra, moderari poterit eas. Et licet ab ipſo omnes circunſtantię ſint diligenter attendēdę: principaliter tamen qualitates perſonæ, & præcipue vtrū ſit perſona obnoxia alicui aliquo vinculo ſeruitutis. Nā circa tales perſonas cauere debet pro poſſe presbyter ne talē pœnitentiam eis imponat: per quam illis quib. ſunt adſtrictæ præiuditium fiat, maxime circa coniugatos. vnde ſi ſeruus ſit & timore peccauerit, obediens domino ſuo in atrociorib. eſt mitius puniendus. 22. q. 5. qui capillus. obedire tamen non tenebatur in talib. 11. q. 3. ſi Dominus. Si autem voluntarie peccauerit, corpore punietur etiam acrius quā alius. 24. q. 1. qui contra pacem. Nec eſt ſeruo iniūgenda peregrinatio, per quā dominus eius, qui nō eſt in culpa, illius ſeruitio defraudetur. ext. de ſen. exc. relatum. Si vero liber ſit, tota pœnitentia canonis, ſi poteſt facere, debet imponi. 16. q. 1. ſacerdotes pœnitentiā. Sed ex cauſā poterit eā presbyter moderari:

Contrà

: Conſiderandum etiam erit vtrum ſit perſona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi. extr. de pœn. & rem. Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circumſtantiæ: de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ ij. iiij. & vj. diſt. 81. preſbyter. de conſ. diſt. 3. ieiunia. Aliqui tamen vt dicit Rom. pro ij. feria ponunt ſabbatum.

Inſuper notãdum eſt, quòd ſi pœnitentia in pane & aqua imponatur non habenti panem, poteſt loco panis leguminib. & piſciculis veſci: & etiam aliis, ſi neceſſitas illud requirat. ext. de pœn. & rem. licet. in. text. & gl. aliàs non licet.

Notandum etiam ſecundum Ioan. ſi pœnitentia ſit impoſita à canone: liberatur quis à ieiunio dando denarium, vel legẽdo pſalterium propria auctoritate. Innoc. vero dicit, quòd ieiunia neceſſaria, vt quattuor temporum & huiuſmodi, non poſſunt redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa: voluntaria vero redimi poſſunt, etiam ſine auctoritate ſuperioris. ieiunia ad poſſit redimi

Ad hoc ẽt nota, ꝙ vbi imponitur pœnitẽtia aliquot annorũ ſiue quadrageſimarũ, nec additur quõ quis debet pœnitere: hoc relinquitur arbit. preſbiteri, cum pœnitentiæ ſint arbitrariæ, vt dictum eſt ſupra. ipſe enim preſbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam, ſecundũ can. 50. diſt. de his clericis. ext. de hom c. 2. & in multis aliis iur. Et ſic intelligitur illud. extr. de accuſ. accuſaſti. & de ſpon. dilectus. & ſi.

Explicunt Canones Pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM,

Per Clementem à Petro apoſtolo Romæ ordinatum Epiſcopum, in vnum congeſti.

EPiſcopus à duobus aut tribus epiſcopis ordinator.

ij. ¶ Preſbyter ab vno epiſcopo ordinator: item diaconus, & reliqui clerici.

iij. ¶ Si quis epiſcopus aut preſbyter præter ordinationem Domini, quam de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit, vt qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento & vua opportuno tempore. Præterea licitum non eſto aliud quidpiam admouere ad altare, quàm oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

iiij. ¶ Omnium aliorum pomorum primitiæ epiſcopo & preſbyteris domum mittuntor, non ſuper altare. Manifeſtum eſt autem, quòd epiſcopus & preſbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.

v. ¶ Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus vxorem ſuam prætextu religionis non abiicito: ſi abiicit, ſegregator à communione: ſi perſeuerat, deponitor.

vj. ¶ Epiſcopus, aut preſbyter aut diaconus ſæculares curas non ſuſcipito: alioquin deponitor.

vij. ¶ Si quis epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus ſanctum diem Paſchæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

viij. ¶ Si quis epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, aut quicumque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta, non cõmunicauerit, cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tanquã qui populo auctor offenſionis fuerit mota contra eum ſuſpicione, q obtulit.

ix. ¶ Quicunq; fideles eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces & ſanctam communionem permanent: eos tãquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducãt, à cõmunione arceri oportet.

x. ¶ Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iſte communione priuator.

xj. ¶ Si quis cum depoſito clerico, vt cum clerico preces coniunxerit, deponitor & ipſe.

xij. ¶ Si quis clericus, aut laicus à communione ſegregatus, ſeu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, ſine commendatitiis literis receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit, quàm qui receptus eſt. Si excommunicatꝰ fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

xiij. ¶ Epiſcopo qui parochiam ſuam dereliquerit, alteri inſilire nefas eſto, licet à pluribus ad hoc compellatur, niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe quod plus lucri & vtilitatis his, qui illic conſtituti ſint, verbo pietatis conferre poſſit. neque hoc tamen à ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

xiiij. ¶ Si quis preſbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum conſortio, relicta parochia ſua, in aliam conceſſerit, & omnino tranſmigratione facta, præter voluntatem ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit: hunc iubemus, ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ: maximè ſi accerſente ipſum epiſcopo eius redire contemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communionẽ admittitor.

xv. ¶ Quòd ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit, à cõmunione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.

xvj. ¶ Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit; is epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

xvij. ¶ Qui viduã duxit, aut diuortio ſeparatã à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quę publicis mancipatã ſit ſpectaculis: epiſcopus, preſbyter, aut diaconus, aut deniq; ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

xviij. ¶ Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, clericus eſſe non poteſt.

xix. ¶ Clericus, qui fideiuſſiones dat, deponitor.

xx. ¶ Si quis humana violentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutione amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt: efficitor epiſcopus.

xxj. ¶ Qui ſibiipſi virilia amputauit, clericus nõ efficitor: ſui. n. ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

xxij. ¶ Si quis, cum clericus eſſet, virilia ſibiipſi amputauerit, deponitor: homicida etenim ſui ipſius eſt.

xxiij. ¶ Laicus, qui ſeipſum mutilauit, per iij. ann. à communione eiicitor: puta quia ipſe vitę ſuę poſuit inſidias.

Decimus quintus eſt, quòd homicida caſualis pœniteat v.ann.& hoc ſecundùm Ray. ſi culpa caſum præceſſit: aliter non, niſi forte ad cautelam.diſt.50.eos.& duob.c.ſeq.

Decimus ſextus eſt, quòd ſi quis fecerit homicidium propter neceſſitatem euitabilem, pœniteat duob. ann. diſt. 50. c. de his clericis. quæ libet ſi ineuitabilis eſſet, in nullo ſibi imputatur.50.diſt.quia te. Quod verum eſt quo ad culpam: ſed bonum eſſet, ꝙ pœniteret quo ad cautelam & innocentiam ſuam eccleſiæ oſtendendam.extr.de homic.c.2.§. vlt. Et ſecundùm Rayn. forte diſtingui poteſt in homicidio neceſſario ſicut in caſuali.& vtrum culpa præceſſerit neceſſitatem vel non. Arg.diſtin.50. de his not.ext.de homic. interfeciſti. Sed & ſi quis per inſaniam committat homicidium, non ei imputatur.3. q. 4. iudicas. quin etiam qui intuitu diſciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur:ext.de hom.presbyterum.15.q.1. ſi quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur.ext.de homic.ſuſcepimus. Qui autem latronem occultũ occidit, quem viuum cõprehendere potuit, xl.dieb. non intret eccleſiam, & aliàs pœnitere debet, ext.e.ti.c.2.vbi de hoc dicitur.qui vero paganum vel iudæum occidit, pœniteat xl.dieb.diſt. 50. c. qui vero odij.

Quod cũ ſacerdotalis cenſus tenuis eſſe debeat,prohibẽtur eis cõuiuia,ne pinguis venter groſſã mẽtẽ generet,44 vlt.diſt c.vlt.& ſeq 34 presbyteri.

Quod nec epiſcopus nec clericus abſque neceſſitate debet in eccleſia facere conuiuia.42.diſ.nõ oportet.& in cap ſeq

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

CORRECTIO. Quod correctio debet fieri quãtũ pro vniuſcuiuſque gradu atque ſalua pace eccleſiæ fieri poteſt,23 q.4 ecce quiſquis quidã.eſt quiſque. ſicut ipſa pietas quid faciet, circa mediũ.

Quod correctio debet fieri animo medẽdi,nõ ſæuiendi 86.di.odio,23.q 4.ita plane.circa medium.

Quod cum correctio diſtrictius agitur,ex charitate agenda eſt,non ex furore,12.q.2.fraternitas.

Quod correctio debet ex charitate prouenire, & ſecundum diuerſitatem culparũ extendere,24.q 3.corripiantur.

Quod correctio debet eſſe mixta cũ benignitate & aſperitate,45.diſ diſciplina.& ca.ſunt nanque.

Quod qui iuſtè iudicat,ſtateram in manu geſtans in vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat,45 di.omnis.

Quod nõ fruſtra hæc duo iunguntur, homo peccator.quia peccator eſt,corripe.quia homo eſt. miſerere 21 q 4.duo.

Quod correctio quãdoq; plus debet habere mãſuetudinis quàm rigoris,45 di.qui ſyncera.& c licet.

Quod aſperitas nimiæ increpationis nec correctionẽ recipit,nec ſalutẽ, 45.di.cũ beatus.& c. diſciplina.

Quod caſtigatus leuiter reuerentiam exhibet caſtiganti,diſt.45.cum beatus.

Quod correctio quãdoq; plus debet habere de aſperitate quàm de benignitate,12 q.2.fraternitas. 24.q.3.ecce.& cap.ſeq & cap.illud.

Quod ferro neceſſe eſt vt abſcindãtur vulnera quæ fomẽtorũ nõ ſẽtiũt medicinã.82.di.quia aliquãti.

Quod melius eſt cum ſeueritate diligere,quàm cum lenitate decipere,5.q.5 nõ oĩs.& c. nõ oſculatur.

Quod non eſt charitas ſed languor vbi mali mores non corriguntur,23.q 5.non putes & cap. ſeq.

Quod non corripere malos ſed tonere,eſt eos occidere,23.q.5.quis vitiis,45.diſ ſed illud.

Quod falſa & periculoſa miſericordia indulget vbi propter aſperitatẽ vel blandimẽta linguę delinquẽtiũ correctio poſtponitur,50.di ſi quis diaconus.

Quod licet Deũ ſit principaliter corrigere, tamẽ prælatus ſuam correctionem nõ debet negligere,23. q.4 ſicut non eſt.

Quod facientis culpam habet qui eũ poſſit corrigere,negligit emẽdare facientib.culpã,83 di. error.

Quod licet ſciamus neminẽ vltra terminum à Deo præfixũ eſſe victurum,tamẽ omnibus lãguẽtibus nõ incongruè medemur,ſic quamuis nemo ſaluetur niſi prædeſtinatus, omni tamen delinquenti adhibenda eſt correctio.23.quæſt.4.Nabuchodonoſor.§ item qui.

Quod epiſcopus,qui crimina non corrigit,nõ epiſcopus,ſed canis dicitur impudicus,83.di. nemo.

Quod primo ſeipſũ corrigat qui alios nititur corrigere,25.di.primũ,42.di.in ſacerdotib.,81.di.nemo.

Quod prælatus ſi culpas ſubditorũ impune dimittit, grauiter offẽdit,11 q 3 ſi is qui,11.q.5.qui vitiis & alia capitula quæ ſequuntur vſque in fi. quæſt.

Quod ſynodi prælatorum ad hoc debent eſſe vt deprauata quæ emerſerunt corrigantur,18. diſ.peruenit.& c.ſeq.16.q.2.viſis,in fi.

Quod prælatus quando in correctione excedit, nõ tenetur à ſubditis veniam poſtulare,86 diſ. quãdo neceſſitas.

Quod à ſubditis ſenior non eſt increpandus, cum culpa ſua nõ trahit ad interitum corda iuniorum, 2 q.7.Paulus.dicit.

Quod laudabile eſt in ſubditis correctionẽ prælati nulla diſſimulatiõe poſtponere,2 q 7 ſicut inquit.

Quod contẽptores mãdatorũ ſuperiorũ ſic puniẽdi ſũt,vt alij talia cõmittere timeãt,23 q 3.inſtũ.

Quod prælati à ſubditis,docti ab indoctis de publicis exceſſibus corrigi poſſunt,2. q. 7. ſecuti ſunt viã Balaam.& cap.epiſcopi.§.item Ioannes.

Quod priuatum crimen publicè non eſt arguendũ: ſed vbi contingit crimen,ibi moriatur,2. qu. 1. ſi peccauerit.in fi.6.q.2.ſi tantum.

Quod publicam correctionem debet præcedere admonitio,2.q.7.accuſatio.2.ſi.

De hac materia habes vbi agitur de Diſciplina,& vbi agitur de Percuſſione.

CORONA. Quod coronã in capite clerici habẽt ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ,12.q.1.duo.

Quod raſio coronæ in capite ſignat tẽporalium depoſitionem.ibid.

CORPORALIA. Quod corporalia altaris non debẽt eſſẽ de ſerico,ſed de puro panno lineo ab epiſcopo cõſecrato de conſe diſ.1.cõſulto omniũ.

Quod non debeant lauari per fœminas nec tangi. 23.diſt.ſacratas.

CORPORA Quod corpora ſanctorum nullus de loco ad locum ſine licentia epiſcoporum trãsferre præſumat.de conſecra diſ.1.corpora.

Quod corpora modernorum hominum ſunt debiliora antiquorũ, & ideo ipſis eſt compatiendum, 34.diſt.fraternitatis.

CREATVRA Quod creatura quælibet in ſe bona eſt dicitur eſſe vera de pœ diſt.2.ante ſi

Quod creatura quæ mutatur,nõ vera,ſed vana eſſe probatur.de pœ.diſt. 2.ante ſi.

Quod per creaturas iurare,eſt blaſphemare,22.q.1. ſi quis per capillum.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

CREDERE. Quod credere in Deum eſt amãdo in eum tendere.de pœ.diſ 2.charitas eſt.

Quod qui diuinationibus & incãtationibus, credit, fidẽ Chriſti perdit,26.q.5. epiſcopi. ante medium & duobus cap.ſeq.

Quod qui credit ſe cum Diana vel aliis mulieribus in noctis ſilẽtio ſuper beſtias vel aliter multa terrarũ ſpatia tranſire fidem Chriſti euacuat, 26. q. 5.epiſcopi.ante medium.

Quod in teſtimonio quandoque credendũ eſt paucioribus numero 4.q.3.per totum.

Quod innocens ſemper bene credit & bene iudicat de aliis,22.q 4.innocens.

Quod mala de aliis nõ cito neque de facili debemus credere,89.diſ.ſi quid.

Quod malũ de proximo nullus debet credere ante quam probetur,2.q.1.Deus.30.q.5.iudicantẽ,11. q.3.in cunctis.& c.quamuis.

CREDITOR Quod creditor non eſt dicendus vſurarius,20.q.2 caſellas.§.hoc ius.

CRIMEN. Quod crimẽ eſt graue peccatũ accuſatione & donatione digniſſimũ,81.di. apoſtolus.

Quod crimen vocatur criminale peccatum,vel criminalis infamia,25.diſ.vnum orarium.

Quod crimen quãdoque ponitur pro omni delicto ſiue mortali ſiue veniali,25.diſ.vnum orarium. §. nomine autem.

Quod manifeſta crimina accuſatione nõ indigẽt,2. q.1 quæ Lotharius,§.in manifeſtis,& c.ſeq.

Quod magis nocet qui crimen celat,quàm qui illud amicabiliter ad corrigendũ iudicat,5.q.5.nõ vos, & quatuor c ſeq.

Quod frãdulentus reputatur qui cauſa diffamationis vel vindictæ occultum crimen reuelat,5.q 5. qui ambulat,6.q 1.ſumma.

Quod grauiter peccat qui crimẽ quod ſolus nouit, publicat,2 q 1 ſi peccauerit.

Quod meritorium eſt ibi crimen publicare vbi poſſit prodeſſe,22.q 5 hoc videtur.in fi.

Quod nullum crimen maculat neſcientem,23. q.4. omnium ſunt.

Quod crimen paternum nullam maculam poteſt infligere ſucceſſori niſi committat vel cõſentiat, 1.q.4.crimen.

Quod nemini præterquàm de crimine læſę maieſtatis de ſe confeſſo contra alium creditur,15. quæ. 3.nemini.

Quod graui punitur pœna crimen læſæ maieſtatis, 6.q.1.quæro.§.ſi quis

Quod crimen læſæ maieſtatis & vitium ſimoniæ pari pœna punitur,25 q.3.ſane.

CHRISMA. Quod chriſma in cœna dominiquolibet anno eſt conficiendum,& vetus intra eccleſiã eſt exurendum.de conſecra.diſ 3.litteris.

Quod ſolius epiſcopi eſt chriſma cõficere,95.diſ.illud,26 q.6.ſi iubet.

Quod archiepiſcopi ab epiſcopis ſuis, & alij clerici ab archipresbyteris chriſma debent petere,95.di. presbyteri de conſe diſ 4.presbyteri.

Quod clericus vendens chriſma ſimoniã cõmittit, 1.q.3.ſi quis præbendas,1.quæſ. 1. dictum eſt in quibuſdam.

Quod presbyteri chriſma accepturi nil debent dare epiſcopo,1.q.1.ſtatuimus.

Quod omnis presbyter ad baptizandum vadens cũ chriſmate debet progredi,de conſe. diſt.4 nullus miniſtrorum

Quod ſignare in frõte cũ chriſmate eſt tãtũ epiſcoporũ,de cõſe diſ 4.presbyteri.95 di.presbyteros

Quod cum veteri chriſmate non licet inungere niſi in neceſſitate de conſe.diſ.4.ſi quis de alio.

Quod qui in neceſſitate à presbytero non fuit in baptiſmo chriſmatus in vertice,debet per presbyterũ ſuppleri.de conſe diſ.4 nullus miniſtrorum.

CRVDELITAS. Quod crudelitas non eſt crimina punire,ſed pietas,23.q.8 leg.& c ſeq.

Quod falſa manſuetudo eſt crudelitas, quãdo ſcilicet delinquens non corripitur,23.q.4.ipſa pietas.

Quod iudex nõ eſt crudelis qui crudeles iugulat,licet patientibus crudelis eſſe videatur,23.quæſt. 5. non eſt crudelis.

Quod proximi vulnus crudeliter ſiletur, & vt ſanetur miſericorditer indicatur, 5.q.5 non vos.

Quod crudelis eſt qui famam ſuã negligit,12. qu.1. nolo.

Quod vleiſcendi crudelitas iure culpatur, 23. qu.1. quid culpatur.

Quod libidinoſa crudelitas eſt venena ſterilitatis procurare. 32.q 2.aliquando.

Quod crudelitatem omnium prædonũ ſuperat qui res eccleſiæ quæ pauperum ſunt,defraudat, 12.q gloria circa med.

Quod qui pauperẽ fœnore trucidat,& qui diuiti aliqua rapit,æquales ſũt i crudelitate,14 q 4 qd dici.

CRVX

CRVX. Quod crux à cruciatu dicitur, & magnum cruciatũ ſuſtinet qui eam patitur, 3. q. 1. nulli, in fi.

Quod qui diuitias mũdi lutũ reputat, crucẽ Chriſti portat, 11. q. 1. gloria, circa mediũ 12. q. 1. cleric⁹.

Quod ſacerdotalis gradus & alia ſacramẽta crucis figura perficiuntur, de conſecra. diſt. 5. nunquid.

Quod ſalubre eſt fideles crucis ſignaculo inſigniri, 11. diſt. eccleſiaſticarum.

Quod ideo cruce ſignãtur baptizandi & alij, vt diabolus per interemptionis ſuæ ſignum vas ſuum pridtinum ſciat deinceps ſibi eſſe alienum, de cõſ. diſ. 4. poſtea ſignatur.

Quod ignominia eſt Chriſtũ crucifixũ pauperẽ farſis prædicare corporib. trigeſimaquinta di, eccleſiæ.

Quod dominum crucifigunt qui eum in ſacerdotibus ſuis perſequuntur 3. q. 1. nulli.

Quod feſtum inuentionis crucis eſt celebrãdũ quinto nonas Maij, de conſe. di. 3. crucis.

CVPIDITAS. Quod cupiditas eſt mater vſurarum, 47. di. virum.

Quod cupidi ordinari prohibẽtur, quia tales de facili à vero deuiant, 47. diſ. tõ. virũ 8. q. 2. dilectiſſimi.

Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ quæ radix eſt omnium malorũ, non abſcindit. 47. di. bonorum & c. ſeq.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quàm ſolem. 47. diſ. ſicut.

Quod quantumcunque aurum auro cumuletur, ſatietas nunquam aderit cupiditati. 47. diſ. ſicut.

Quod nemo cupiditati damnandi inflammatus deſiderat habere conſortem. 23. qu. 7. quod autem.

Quod cupidi breuem in præſenti poſſidẽt fructum, & poſt æternum incurrũt ſupplicium, 1. q. 1. cum ordinaretur & c. cito.

CVRATOR. Quod curator propter infirmitatẽ datur, 3. q. 7. infames.

CVRIALIS. Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur, 37. diſt. nonne & 51. diſ. qui in aliquo.

Quod curiales nõ ſunt ad ordines admittendi, nec etiã ad religionem, niſi cum magna diſcuſſione, 53. diſt. legem.

Quod curialis nõ debet in epiſcopum ordinari, 50. diſ. non confidant. 51. diſ. qui in aliquo.

Quod curialis qui in ciuilibus cauſis vel pecuniariis officium impẽdit, poteſt in epiſcopum poſtulari. 61. diſt. Oſius. & 9 ſed aliud eſt.

CVRIOSITAS. Quod curioſitas eſt poſtpoſitis diuino & ſanctorum eloquiis ſcriptis Philoſophorũ & poëtarum ratione vanitatis vel delectationis intendere, 37. diſ. ſacerdotes. & c. ſeq.

Quod curioſitas dicitur cũ diuina ſcriptura nõ ſecũdum ſanctorũ expoſitionẽ, ſed ſecũdum ſæcularẽ ſapiẽtiã & ſenſus ſui vanitatem exponitur. 37. diſ. vino.

Quod curioſi dicuntur clerici qui filios ſuos eccleſiaſticis ſumptibus potius ſæcularibus ſcientiis quàm ſalubrioribus erudiunt, 37. legatur.

CVSTODIRE. Quod cuſtodire tenetur Romana ſedes ſtatuta conciliorum quæ ſua auctoritate confirmauit 25. q. 1. cap. 1.

Quod ſi iuriſdictio epiſcopi à ſuperiore nõ ſeruatur, ordo eccleſiaſticus, quẽ ſuperior cuſtodire tenetur, confunditur. 11. peruenit.

Quod prælati bona eccleſiæ non debẽt dare potẽtibus, ſed diligenter cuſtodire. 23. qu. 7. conuenior.

Quod nemo per exteriorem violentiã corrũpitur ſi interior innocentia cuſtodiatur, 11. q. 3. cuſtodi.

DALMATICA. Quod dalmatica nec epiſcopis, nec archidiaconis antiquitus ſine conceſſione Papæ licebat vti, 23. diſt. communis.

Quod licet modo omnes diaconi vtantur dalmatis ex conſuetudine, nõ tamẽ debent ipſis vti niſi in ſolennitate. 76 diſt. de teiunio.

DAMASVS. Quod Damaſus Papa primus accuſatus de adulterio cum 42 epiſcopis ſe purgauit, 2. q. 7. nos ſi incompetenter in fine.

DAMNVM. Quod damnum morum multũ diſtat à dãno temporalium. 6. q. 1. ſũt plurimi. in fin.

Quod deteriores ſunt qui vitam morẽſque bonorũ detrahendo corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiamque diripiunt. 6. q. 1. ex merito.

Quod nulli in alterius damnum eſt ſubueniẽdũ. 14. q. 3. denique. 22. q. 2. primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum 31. q. 6. quod errauerat.

Quod piſſimi rectores reputantur qui in graui ſcelere conſtitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt 23. q. 5. ſi vos.

Quod qui confugientibus ad eccleſiam vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, ſunt excõmunicandi. 17. q. 4. diffiniuit.

Quod inferens dãnũ nõ eſt abſoluẽdus niſi damno ſecũdũ arbitriũ læſi reſtituto 23. q. vlt. peſſimam.

DATVM. Quod datũ aliquod ex pietate præcipuẽ eccleſiæ, nõ poteſt reuocari. 12. q. 2. ſacrorũ 14. q. 6 cõperimus 16. q. 2. viſis & q. 6. illud. 17. q. 3. ſũt q.

Quod date eccleſiæ ꝓpter defectũ hæredis, laudabiliter dãta redduntur habito hærede. 17. q. vlt. c. vlt.

Quod qui res eccleſiis vel monaſteriis in teſtamẽto datas detinẽt pauperũ ſũt necatores. 11. q. 2. clerici.

Quod nõ ſufficit oratio & electio niſi aſſit & eleemoſynæ datio 86 diſ. fratrem & duodecim cap. ſeq.

Quod habenti dari nil aliud eſt quàm perdere 1. q. 2. paſtor.

Quod epiſcopus de bonis eccleſiæ religioſis poteſt dare, 12. q. 2. ſi epiſcopus. & c. ſeq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non poteſt, 1. q. 1. qui perfectionem. & c. ſeq.

DAVID. Quod Dauid qui ex compaſſione omnes refugas recipiebat ponitur in exemplũ quòd patientibus eſt compatiendum 7. q. 1. omnis.

Quod ex eo quòd doluit mali regis chlamydem ſe præcidiſſe, ponitur in exemplum quòd ſubditus quantumcunque ſanctus in malũ prælatum quandiu ſuſtinetur nõ debet inſurgere, 2. q. 7. plerũque. §. item. de pœ. diſ. 2. §. opponitur.

Quod Dauid plen⁹ fuit charitate, per multos effect⁹ inſinuat. de pœ. di. 2. § opponitur. poſt medium.

Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentum frangere, quàm ſanguinem humanum fundere. 22. q. 4. quod Dauid. & c. ſeq.

Quod in eo quòd Saul deprauatũ honorauit propter vnctionẽ innuitur quòd ſacramenta in deprauato non annihilantur, 1. q. 1. ſacramenta.

Quod Dauid prohibit⁹ fuit tẽplũ ædificare, ꝓpter ſãguinẽ quem effuderat de conſe. diſ. 1. §. 1. in prin.

Quod in hoc ꝙ ꝓpter adulteriũ, & homicidiũ ꝑ parabolã dirutic ſentẽtiã cõtra ſe ipſũ dedit, innuitur quòd malus prælatus per ſententiã quã profert in ſubditũ ſeipſũ condemnat. 1. q. 7. ſacerdos.

Quod per pœnitentiã de adulterij & homicidi peccato conſecutus eſt veniã de pœ. diſ. 3. §. Dauid.

Quod in eo quòd poſt peccatum ſpiritum ſanctũ recepit habuit, & in honore permãſit, innuitur quòd lapſi per pœnitentiam in priſtinum ſtatum reparãtur, 50. di. ſi poſt. §. econtra, & ca. ponderet.

Quod occiſo Vria propter adulterium Bethſabeæ ipſã duxit in vxorẽ, modò nõ trahitur in cõſequẽtiam, 31. q. 1. c. ſi qua fuerit vidua § ſed obiicitur.

Quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tã magnũ præbuit teſtimoniũ, innuitur ꝙ & plerique bella exercentes Deo placere poſſunt, 23. q. 1. noli.

DECANVS. Quod decanus non debet fieri niſi primum fuerit presbyter ordinatus, 60. diſ. c. 1. & duobus c. ſeq.

Quod diaconus in decanum electus niſi ſtatim presbyter efficiatur, honore ſuſcepto priuetur, 60. diſ. inuocamus.

Quod nemo in decanum debet eligi niſi qui ætate & moribus eſt maturus, diſ. 60. inuocamus.

DECIMÆ. Quod decimæ ſunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperũ, 16 q. 1. quia.

Quod decimæ ſunt tributa egentium animarum, 16. q. 1. decimæ.

Quod decimæ iubentur dari lege naturali, ſicut paret de Abraham & Iacob, 16. q. 7. decimas Deo.

Itẽ iubẽtur dari leg. Moſaica, 16. q. 1. decimas à populo.

Item iubentur dari ſcriptura prophetica, 16. q. 1. reuertimini & ſeq. 7. c. 1.

Itẽ iubẽtur dari lege canonica, 16. q. 7. c. 1 & c. quicũq;

Quod decimæ ſunt dandæ grano & de vino, de fructibus arborum, de pecoribus de horto, de negotiatione, & venatione, 16. q. 7. quicunque, & c. ſeq.

Quod à laicis fideliter ſunt dandæ, & ab epiſcopis miniſtris eccleſiaſticarum diſcrete diſtribuendæ. 32. di. præter hoc. 16. q. 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, eſt nec plus nec minus offerre, 16. q. 7. quicunque.

Quod dãdæ ſunt illi eccleſiæ vbi baptiſma & alia ſacramenta percipiuntur 16. q. 1. quicũq; c. de decimis & c. in ſacris. 13. q. 1. eccleſias. §. de decimis.

Quod aliis eccleſiis non ſunt dandæ præter cõſenſum epiſcopi. 16. q. 1. ſtatuimus & c. ſeq.

Quod propter nouas eccleſias priori eccleſiæ non ſunt ſubtrahendæ, 16. q. 2. ſi quis laicus. & de decimis. §. ſi ergo.

Quod decimæ concedi poſſunt monaſteriis & hoſpitalibus, 16. q. 1. quoniam.

Quod monachis, de territoriis, quæ propriis manibus excolunt, conceſſæ ſunt decimæ, 16. q. 1. cũ ctis. & de his & c. quæſt.

Quod per donationem prædiorum monachis factã non priuantur eccleſiæ decimis, ſu. 1. 16. q. 1. cũctis de his. in fi.

Quod non fructus ſed ius decimæ vendere velle merè ſimoniacum eſt, 1. q. 3. presbyter.

Quod decimæ à laicis quia pauperum ſunt poſſideri non poſſunt, 17. q. 1. c. vlt. & q. 7. c. 1.

Quod non ſunt à laicis aliquo munere redimẽdæ, 16. q. 7. decimas quas.

Quod propter malitiã ſacerdotis decimæ (quia eccleſiæ ſunt) non ſunt retinendæ, 16. q. 6. ſi epiſcopum.

Quod non dantes decimas poſt admonitionẽ ſunt excommunicandi. 16. q. 7. omnes decimæ.

Quod qui decimas non tribuit, ſacrilegiũ cõmittit, & æternæ dãnationis periculũ incurrit, 16. q. 7. c. 1.

Quod frequenter in rebus tẽporalibus dãnat patitur, q decimas dare negligũt 16. q. 1. reuertimini.

Quod quãti pauperes mortui fame fuerint tot detẽtor decimarũ re⁹ eſt homicidiorũ, 16. q. 1. decimæ.

Quod qui decimas diligenter dat, nõn ſolũ ſanitatẽ corporis, ſed etiam cum temporali fructũ cœleſtia promeretur, 16. q. 1. decimæ.

Quod quadrageſima diligenter in ieiunio obſeruata ſoluuntur Deo decimæ pro tempore totius anni, de conſe. diſ. 5. quadrageſima.

DECRETALES. Quod decretales ſũmorũ Pontificum ſunt eiuſdem auctoritatis ſicut decreta, quæ ſunt in corpore canonum, 19. diſ. per totum.

Quod decretalis epiſtola alia eſt ſpecialis, videlicet q dirigitur ad vnã prouinciã, 35. q. 1. § quod ſcripſi.

Itẽ q dirigitur ad vnã eccleſiã, 16. q. 1. hinc eſt etiam.

Item quæ dirigitur ad vnam perſonã, 7. q. 1. petiſti. & hæc non trahitur ad conſequentiã, ſicut habetur in prædictis cap.

Alia eſt generalis, quæ omnib. dirigitur. 25. q. 1. omnia. & c. ſeq. & hæc quia diffinit, trahitur ad cõſequentiam, 25. q. 1. hæc conſona.

Si imperat vel prohibet, neceſſitatem infert, 14. q. 1. quiſquis.

Si indulget nõ trahitur ad cõſequẽtiã, 14. q. 5. dixit.

Si permittit vel conſulit, liberam habet obſeruantiã, 14. q. 1. quiſquis.

DEDICATIO. Quod dedicatio eccleſiæ debet fieri ab epiſcopo ſine aliqua pactiõe 1. q. 1. ſtatuim⁹.

Quod epiſcopi dedicaturi eccleſias oblata ex deuotione poſſunt accipere, ſed nihil debeant exigere, 1. q. 2. placuit.

Quod prius eſt eccleſia dotãda quàm dedicãda, ibi.

Quod loca ſemel dedicata non poſſunt fieri habitacula ſæcularia, 19. q. 3. quæ ſemel.

Quod ſingulis annis celebranda eſt ſolennitas dedicationis, de conſec. diſ. 1. ſolennitates.

De hac materia require de Conſecratione Eccleſiæ.

DEFENSIO. Quod defenſio poteſt peti à principe cõtra hoſtes eccleſiæ, 23. q. 3. Maximianus. & quæſt. 2. per totum.

Quod eccleſia pro malefactoribus debet intercedere nõ eos defendere, 14. q. 6. ſi quis, 12. q. 5. ſi quis cuiuslibet, & c. ſeq.

Quod lex virtutis eſt patriã & ſocios defendere ab iniuria, 23. q. 3. non in inferenda, & c. fortitudo.

Quod execrabile eſt non tueri quos ſuſcipit defendendos, 87. diſt. religioſam.

Quod qui poteſt & non repellit a ſocio iniuriam, tã eſt in vitio quàm ille qui facit. 23. q. 3. non in inferenda, & c. ſeq.

Quod qui peccantem defendit, acrius arcendus eſt quàm qui peccauit, 11. q. 3. qui conſentit.

Quod qui deſinit obuiare cum poteſt, conſentit, 23. q. 3. tollendu.

Quod perfect⁹ iniuriã propriã & ſuorũ nõ debet defendere, ſi diuino examini reſeruare, 23. q. 1. §. 1. & c. ſeq.

Quod defenſio cuiq; cõceditur in neceſſitate, 23. q. 3. per totum, & q. 5. de occidẽdis. vſque ad fin. quæſt.

Quod qui non defendit veritatem, proditor eſt veritatis, 11. q. 3. nolite.

Quod quilibet ſemper tenetur ad fidei defenſionẽ 23. q. 8. quicunque. §. his ita.

Quod qui pro fide vel fidelium defenſione moritur, cœleſte præmium conſequitur, 23. q. 8. omni.

DEGRADATIO. Quod degradatio & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur, 81. diſ. ſacerdos. & c. ſeq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depoſitione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cum præſentes eſſe non poſſunt, per alium reputantur præſentes, 94. diſ. valde.

Quod delegatus fieri ille cui tenet locũ, eſt honorãdus. 93 diſ. præcipimus. 97. diſ. nobiliſſimus.

Quod debet litteras cõmiſſionis illis ad quos delegatus eſt, demonſtrare, 97. diſ. nobiliſſimus.

Quod iudex delegat⁹ debet dari ad arbitriũ illi⁹ q impetrat auctoritate ſuperioris, 11. q. 1. iudices.

DELIBERATIO. Quod deliberatio omnibus eſt neceſſaria, quæ indiſcretos hominum calores poteſt refrænare, 2. q. 6. anteriorum.

Quod laudabilis eſt cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit, & furor ſibi nihil vendicat, 11. q. 3. illa præpoſitorum, & c. ſeq.
Quod non ſunt præcipitanda conſilia & opera. tempore enim indigemus ad deliberandum, vt maturius agamus, 50. di. ponderet. circa principium.
Quod maximè eccleſiæ negotia cum deliberatione excipienda, 45. di. licet, 1.
Quod iudices diffinitiuã ſententiã cũ magna deliberatione debent proferre, 11. q. 3. cũ apud & ca. ſeq.
Quod intra decem dierum ſpatium appellatione facta vtrum quieſcendum ſit ab ea, eſt deliberandum, 2. q. 6. anteriorum.
Quod qui ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quæ videntur habere cadunt, 17. q. 1. q. bona.
Quod intantum quidam moram deliberationis extendunt, quod bonum quod conſequi intendebant, perdunt, 17. q. 1. qui bona.
Quod pro conuitio non eſt habendum quod ſine deliberatione eſt illatum, 2. q. 3. ſi quis ratus
DELICIÆ. Quod deliciæ abſque deſiderio perceptæ non officiunt. 41. di. deliciæ.
Quod deliciæ ciborum computreſcere faciunt corpus humanum. de conſecra. diſt. 5. nihil. & c. ſeq.
Quod diuites dolore debent ſi propter conſuetudinem non aliter quàm delicatè poſſunt viuere, 41. diſt. non cogantur.
Quod in rebus prætereuntibus non vſus, ſed libido culpatur, 41. di. quiſquis.
Quod aliquando ſine voracitatis vitio pretioſiſſimo ſapiens vtitur cibo, & inſipiens viliſſimum cum gulæ flamma exardeſcit cibum, 41. di. quiſquis.
Quod ignominioſum eſt prælatis & prędicatoribus deliciis affluere, qui Chriſtum pauperem debent prædicare, 35 diſt. eccleſiæ.
Quod epiſcopalis auctoritas plus dẽt vigere in deliciis meritorũ quàm menſarum, 41. di. epiſcopus.
Quod deteſtabile eſt in tugurio ruſticano natum & milio nutritum in religione ſimilam & mella faſtidire, 12. q. 2. gloria epiſcopi.
DEMENTIA. Quod dementia ſi eſt perſeuerans excuſat à culpa in ipſa commiſſa, 5. q. 1. aliquos, 32. q. 7. quemadmodum.
Quod ſi euenit ex propria culpa, poſtquam ad ſanam mentem redierint, imponenda eſt ei pro commiſſa licet minor quàm aliis pœnitentia, 15. q. 1. ſi quis in ſaniens.
Quod non debet promoueri ad ordines maximè in ſacerdotem qui aliquando inſaniuit, 33. diſt. communiter, & duobus c. ſeq. 15. q. 1. c. vlt. §. ſicut.
Quod ſi ſacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit, & poſtea ad ſanitatem redierit, celebrare non poteſt, 15. q. 1. ſi quis inſaniens in ſi. & c. ſeq.
Quod demẽtes vel furioſi cõtinuè, nec matrimonio nec religioni poſſunt oblig. 3. q. 7 neque furioſus.
Quod qui ſani contrahunt, poſtea dementes effecti non ſeparantur, 32. q. 7. hi qui.
DÆMON. Quod dæmones acumine ſenſus & claritate mentis omnia quæcunque animalia excedunt, 26. q. 4 ſciendum.
Quod propter longum tempus vitæ, eorum maior eſt experientia quàm hominum, 26. q. 4. ſciendum.
Quod ex tribus præmiſſis multo ante cogitata prænuntiantes ab hominibus propter terrem ſenſus tarditatem videntur futura prędicere, 26. q. 4. ſciẽdum, per totum c.
Quod dæmones futura de quibus nullum veſtigiũ haberi poteſt, cognoſcere non poſſunt, 26. q. 4. ſciẽdum, poſt medium.
Quod qualí modo fiant quæ per ipſos fiunt cum non ſint, hominibus videntur ſigna & miracula, 26. q. 5. nec mirum à medio vſque in finem ca.
Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dęmonum fallaciam deluditur curioſitas humana dum appetit ſcire quod non conuenit inueſtigare, 26. q. 5 nec mirum. ante medium.
Quod necromãtia, & auguria, & omnis ars magorũ, & diuinationes arte dæmonum eſt inuenta, vt faciat eos ſuę dãnationis participes, 26. q. 2. qui ſine.
Quod an illuſionibus dæmonum quædam mulieres ſceleratæ credant ſe in corpore multa terrarum ſpatia tranſire, vel hoc ſolum ſpiritus infidelis patiatur, 26. q. 5. epiſcopi.
Quod dæmones vt frequenter ſunt miniſtri & vltores iræ Dei, 23. q. 5. non ſolum.
Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad ſacros ordines promoueri, 33 diſt. maritum tribus c. ſeq.
Quod dæmones per ſigna exteriora citiſſimè cogitationes hominum cognoſcunt, 26. q. 4. ſciendum. in ſi. & c quodam loco.
Quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatem ſubiicit, illi ſiue dormienti ſiue vigilanti in diuerſis ſpeciebus ſe oſtendit, & per illas animam hominis deludit, 26. q. 5. epiſcopi, poſt medium.
Quod dæmones hominib. illudere nõ poſſunt niſi Deo permittente, 26. q. 5. nec mirũ. circa mediũ.
De hac materia require vbi agitur de Diabolo, & vbi agitur de Diuinatione.
DEPOSITIO. Quod deponuntur vel degradãtur prælati vel clerici domicilia fœminarum etiã poſt admonitionem frequentantes, 81. diſt. clericus, & cap. archidiaconum.
Item aleis & inhoneſtis ludis & ebrietatib. ſine ceſſatione deſeruientes, 35. diſ. epiſcopus, 34. diſ. quorundam in ſi.
Item tabernas & alia inhoneſta tenentes & mercimonia exercentes, 44. diſ. nullus. 14. q. 4. c. 1 & 3.
Item vſuras exercentes, 48. diſt. c. 1. & ſeq. 14. qu. 4. ſi quis oblatus.
Item cum moniali vel incarcerata vel filia ſpirituali fornicantes, 27. q. 1. ſi quis epiſcopus. & ca. ſi quis rapuerit. 30. q. 1. omnes. & duobus cap. ſeq.
Item publica incontinentia laborantes, 50. diſ. qui ſemel, 81. diſ. Maximianus, & c. ſi quis clericus. & duobus. c. ſeq. & c. ſi quis amodo & trib. cap. ſeq. & 83. diſ. propoſuiſti. 15. q. 8. hi qui altario.
Item qui ſine examinatione promouetur, 24. diſ. ſi quis presbyter, 81. diſ. ſi qui ſine.
Item qui ante promotionem criminoſi fuerunt, 24. diſ. ſi quis presbyter, 81. diſ. tantis. & cap. ſeq. 15. q. 8. ſi quis.
Item qui ſcienter criminoſos ordinauerit, 81. diſ. tãtis, & 41. diſ. aliquantos, in ſi.
Item qui ad pinguiores eccleſias ſine licentia ſuperiorũ trãſeunt, 7. q. 1. ſi quis presbyter, & c. ſi quis epiſcopus. & ca. ſeq.
Item qui in eccleſiã os ponentes contra ſuos ſuperiores contumaciter, inſurgunt. 21. diſ. inantũ, 11. q. 1 ſi quis ſacerdotum, & ĩ cõiurationũ, & c. ſeq.
Item deponitur qui peierauit, aut in homicidio aut in alio magno crimine inuẽtus fuerit, 81. di. presbyter, & ſeq.
Itẽ qui publicè crimẽ in apoſtolicæ totiꝰ eccleſię ſcãdalum fouerit, 2. qu. 1. ſcelus. 11 qu. 3. Teugaldum.
Itẽ qui aliũ in eccleſia ꝑ pecuniã vel alio modo ſupplantauerit, 7. q. 1. præſẽtiũ. & c. factus & ca. ſeq.
Item qui aliena diœceſi vel officia exercere vſurpauerit, 9. q. 2. nullum.
Item qui dilapidator rerum eccleſiaſticarum fuerit, 10. q. 2. quis epiſcopus, 12. q. 2. diaconi. & cap. abbatibus, 17. q. quicunque epiſcoporum
Item qui eccleſiam per manum laicã intrauerit, 16. q. 7. ſi quis deinceps.
Quod epiſcopus ſolus poteſt deponere de beneficio, de ordine verò quem ſolus dedit, ſolus nõ poteſt deponere, 15. q. 7. cap. 1. & vlt.
Quod deponendorum ab ordine cauſa ſi diaconus eſt, à tribus epiſcopis, ſi presbyter, & à ſex, ſi epiſcopus, à duodecim eſt diſcutiẽda, 15. q. 7. ſi quis.
Quod epiſcopus depoſito ab ordine vt non viuat ſecularitér, locũ vbi agat pœnitentiã debet aſſignare, 81. diſ. ſacerdos 50. diſ. accedens. circa finẽ.
Quod depoſitus ex culpa ab ordine, ſi humiliter decẽnalem pœnitentiam expleuerit, poteſt reſtitui. 32. diſ. presbyter.
Quod ſiue iuſtè ſiue iniuſtè depoſitus in reſtitutione ſua debet recipere ea ſucceſſiuè quæ cum ordinaretur perceperat, 11. q. 3. epiſcopus.
Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, ſed datur coadiutor ſibi, 7. q. 1. cap. 1. & tribus cap. ſeq.
Quod deponuntur reges non ſolum ex crimine, ſed propter inſufficientiam. 15. q. 6. alius.
DERISIO. Quod deriſio prælatorũ à ſubditis facta dãnatur, 2. q. 7 ſentẽtia, 15 q. 5. c. 1. in ſi. de pœ. diſ. 2. § opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol deriſit, propter quod ſterilis facta eſt.
Quod humilis habitus pie viuentiũ deridetur, à peruerſis, 21. q. 4. omnis.
DESPERATIO. Quod deſperatio de Dei pietate eſt horrenda impietas, 26. qu. 6. agnouimus.
Quod nemo eſt deſperandus quandiu eſt in hoc corpore conſtitutus, 24 q. 3. corripiantur, 32. q. 2. ancillam. de pœn. diſ. 7. nemo.
Quod plerunque cum peccator propter culpã cõtẽnitur, in deſperationem labitur, 45. diſt. recedite.
Quod pœnitẽtia à confeſſore eſt tẽperanda, ne peccator propter deſperationem cogatur facere deteriora, 26. q. 7. de his. & ca aſſigant.
DETRACTIO. Quod detractor dicitur nõ ſolum ille qui aliis detrahit, ſed etiam qui detrahentes audit, 6 q. 1 ex merito. 11. q. 1. non ſolum.
Quod bonum eſt à detractione linguam cuſtodire, quia tales cuncta quæ de aliis loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur, 6 q. 1. ex merito.
Quod deteriores ſunt qui detrahendo aliorum vitã moreſque corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum ſurripiunt, 6. q. 1 deteriores.
Quod ſumma iniquitas eſt detrahere quia omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt, 6. qu. 1. ſumma. de pœ. diſ 3. homicidiorum.
Quod nemo poteſt minus periculum eſſe alicui detrahendo mentis, quàm ſanguinẽ fundi, 11 q. 3 nemo peritorum.
Quod ſacerdotibus, qui populo benedicunt, non eſt detrahendum. 6. q. 1. ſacerdotẽs
Quod permittit quandoque Deus de bonis detractionẽ fieri, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur, 6. q. 1. oues §. ipſa. & c. ſunt plurimi.
Quod detractores nihil aliud faciunt, niſi in puluerẽ ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant, 11. q. 3. inter.
Quod nihil prodeſt ieiunare, vel orare, vel alia bona facere, niſi mens prius à detractione reuocetur, de conſ. di. 5. nihil enim prodeſt.
Quod qui facilis eſt detrahendum, non admittitur ad accuſandum vel ad teſtificandum, 3. q. 4. detractores. & q. 9. nullus.
Quod detractor niſi ſe correxerit, à vindicibus flammis exuretur. 2. q. 7. accuſatio.
DEVS. Quod Deus vnus eſt, licet tres ſint perſonæ in deitate. de conſecra. diſt. 3. cap. vlt.
Quod licet tres perſonæ ſint vna deitas & vna eſſẽtia, tamẽ aliquid eſt quod ſoli patri attribuitur, aliquid quod ſoli filio, aliquid quod ſoli ſpiritui ſancto. de conſe. diſ. 3. cap. vlt.
Quod Deus animæ & corporis dicitur creator, & continuus operator. 56. diſ. naſci.
Quod occulta opera Dei iudicio ſunt ſeruanda, 6. q. 1. ſi omnia.
Quod quãdo ſcriptura aliquid attribuit Deo quod eſt hominis vel alterius creaturæ, per ſimilitudinẽ loquitur, non per proprietatem, 24 q. 1. odi.
Quod Deus ſpecialius dicitur pater Chriſtianorũ, quàm aliorum, 11. q. 3. ad mentem
DIABOLVS. Quod diabolus non fuit malus creatus. ſed in veritate & charitate. de poen. di. 2. ci tius. §. quod verò vbi inuenies pro & contra.
Quod propter ſuperbiam & præſumptionem de ſui ſtatus excellentia cecidit, de pœ. diſt. 2 § quod vero, ferè per totum.
Quod diabolꝰ poſt caſũ ſuũ conatur vnitatẽ eccleſię ſcindere, & humanũ genus euertere, 16 q. 2. viſis.
Quod ardentiores in Dei ſeruitio & Deo familiares magis impugnat, 3. q. 1. nolli.
Quod verſutus hoſtis dicitur, quia mille modos nocendi habet, 16. q. 2. viſis.
Quod ex ſubtilitate naturæ hoc ꝑpẽdit de hoĩe qđ ipſe homo nõ ꝑpẽdit, 26. q. 5. nec mirũ. poſt med.
Quod vt melius decipiat, in angelũ lucis ſe transformat, 26. q. 5. nec mirum.
Quod diabolus adeo debilis eſt, quòd neminẽ poſſidere poteſt niſi ſe prius peccatorum ære vendiderit, 15 q. 1 non eſt.
Quod ipſe poteſtatem exercet in malis tanquam in ſuo peco re, 24. q. 1. miramur.

De hac materia require vbi agitur de Dæmonibus.

DIACONVS. Quod Diaconus Græce, Latine miniſter dicitur, 21. diſt. cleros.
Quod Apoſtoli poſt aſcẽſionem Domini diaconos ſibi ſtatuerunt in miniſtros, 93 diſt. Dominos.
Quod cõmendantur diaconi reſpectu præfigurationis pacis, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quam debent exercere. 13. diſt. diaconi ſunt quos
Quod diaconi ſunt tanquam oculi epiſcopi oberrãtes & circum luſtrantes, 93 diſt. diaconi eccleſiæ.
Quod diaconi debent aſſiſtere epiſcopo prædicanti, ne ab æmulis infeſtetur, vel verbo Dei detrahatur, 93. diſt. diaconi qui.
Quod non debent præſente epiſcopo vel presbytero niſi de eorum mandato ſacramenta conferre, 93. di. peruenit, & c. diaconi.
Quod officium diaconorum inuenitur, 25. di. perlęctis, ante medium, 93. diſ. diaconi eccleſiæ.
Quod epiſcopus ſine diacono non debet ſolemniter celebrare, nec calicẽ niſi prius porrigatur per diaconum debet auferre. 93. diſt. diaconi ſunt.
Quod abſurdum eſt auditu diaconum extolli ſuper epiſcopum & presbyterum, 93. diſ legimus.
Quod diaconus in quacumque dignitate cõſtitutus, excepta legatione, ſi ſe prefert, à proprio gradu cadere debet, 93. diſ. c. vlt
Quod diaconi debent corporalia & pallas lauare. de conſ. diſ. 1. nemo per ignorantiam.
DIALECTICA. Quod qui dialecticæ arte diebus & noctib. torquentur, in obſcuritate mentis gradiuntur, 37. diſ. nonne.

Qu·!

ted by

Quod dialecticorum tendicula ſunt quædã phantaſmata & vmbræ quæ cito reſoluſitur. 37 di.vino.

Quod garrulitas ranarum quib. percuſſa eſt Ægyptus, garrulitatẽ dialecticorũ & ſophiſtica argumenta deſignat, 37. di.legimus.

Quod non in dialectica placuit Deo ſaluare populũ ſuum, quia regnum Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione. 37. di.omnem.

DIES. Quod dies feſtinandi exprimuntur, de cõſec.di. 3. §. 1.

Quod qui dies ſunt à iudiciis & placitis cuſtodiendi. 15. q. 4. placita.

Quod die dominico nil eſt agendum niſi Deo vacãdum, de conſe.diſ. 3 ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis eſt venerãdus q̃a in ipſo mũdus ſumpſit exordiũ, & per reſurrectionẽ Chriſti vita accepit principium. 75.d.quod die.

Quod die dominico conſecrantur epiſcopi.ibid.

Quod epiſcopus die dominico non debet abeſſe ſuæ eccleſiæ, de conſe. 3 epiſcopus.

Quod die dominico & in feſtis nõ debent flecti genua orationis cauſa. de cõſe.diſ. 3. quoniam ſunt. 30.diſ.ſi quis presbyter

Quod die dominico miſſa ab omnibus vſque ad finem eſt audienda. de conſ.di. 1. miſſas.

Quod nullus epiſcopus vel infra poſitus die dominico cauſas audire præſumat. 15 q. 4. per totũ. de conſe.diſ.3.c.1

Quod die dominico nullus ſuper ſancta Dei Euangelia debet iurare. 22.q.5.decreuit.

Quod die dominico non eſt ieiunãdum. de conſ.di. 3. ieiunium, & cap.ſequen. 30.di.ſi quis presbyter.

Quod die dominico plus ſolito homines carnis deliciis ſolent intendere. 4 di. denique.

Quod Antichriſtus diem dominicum & diẽ ſabbati faciet cuſtodiri, vt ex hoc ſibi Iudæos & Chriſtianos cautius attrahat. de conſe di. 3. peruenit.

Quod die ſabbati abſtinendum eſt à carnibus. de cõſe.d. 5. quia adies.

Quod die Iouis ne ſequamur errores Gentilium, nõ eſt ieiunandum, de conſecra.di. 3 ieiunium.

DIFFINITIO. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari. 25.q. 2. cum pie.

Quod diffinitiua ſententia quæ condemnationem vel abſolutionem non cõtinet pro nulla habetur. 2.q.6. ei qui. § diffinitiua.

DILAPIDATIO. Quod dilapidatio quãdo ſit bona & quando non. require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum eccleſiaſticarũ ſolũ ſuſpectus ſubmouetur, vſque ad diſcuſſionem facti detrahetur. 3.q 3. ſi epiſcopus. § quod ſi. & c. ſeq.

Quod in crimine dilapidatiõis ſpeciale eſt, quòd ſequeſtratur poſſeſſio à poſſeſſore, antequã conuictus ſit. 3.q.2.quia.

Quod ſi epiſcopus vel presbyter qui res eccleſiæ quę ſunt pro neceſſitatibus pauperũ & pro redẽptione captiuorum dilapidauerit, eſt deponendus. 12. q.2.apoſtolicos. 17 q 4. nullus res.

DILECTIO. Quod dilectio Dei eſt pfecta q̃n ipſũ diligim⁹ ex toto corde, & ex tota aĩa, & ex totis viribus, de pœ.diſ.2. ſi quis ſemel. §. charitas eſt.

Quod Deum diligere eſt illi copulari animo, concipere fruendæ viſionis eius affectũ, peccati odiũ, mundi faſtidium. ibid.

Quod ordinem dilectionis peruertunt qui aut mũdum qui contemnendus eſt diligunt, aut corpora ſua minus diligenda plus diligunt, aut proximos ſuos non ſicut ſeipſos, aut Deum pluſquã ſeipſos non diligunt ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facilè reſiſtere, bonis operibus abundare, ſæcularia blandimẽta cõtemnere, & omnia quæ humanæ fragilitati ſunt difficilia perficere de pœnit, diſ.2. §. charitas eſt.

Quod ſi Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati deſideriis ſeruiamus. de pœ.di. 2. §. charitas eſt.

Quod illi Deum pluſquã ſe diligũt, qui pro ei⁹ amore ſalutis ſuæ non parcũt, de pœ.d 2. §. charitas eſt.

Quod homo proximum ſicut ſeipſum diligit, quando quantum poteſt laborat vt eum adducat ad Deum colendum. 23.q.4. debet homo.

Quod tunc proximos diligimus ſicut nos quãdo nõ propter ſperata beneficia, vel propter cõſãguinitatẽ, ſed propter hoc tãtũ quod noſtræ naturẽ ſũt participes diligemus. de pœn. diſ. 2. §. charitas eſt.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorũ perditione doleamus, & ad eorũ correctionẽ quotidie laboremus 23.q.4. non poteſt §.ſeq.

Quod non eſt ſignum veræ dilectionis ad proximũ quando dimittitur peccatum impunitum. 23.q.4. quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod dioeceſis dicitur vbi epiſcopus vel epiſcopatus habetur. 16.q.1. cũ pro vtilitate. & q.1. licet.

Quod quædam ſunt dioeceſes quæ certis limitibus diſtinguntur, quædam verò non. 16.q. 3. licet. §. hoc multipliciter.

Quod extra ſuam dioeceſim nullus debet ſacramẽta aliis participare. 16.q.3. licet in fine.

Quod duæ dioeceſes in vnam redigi poſſunt auctoritate apoſtolica, 16.q 1.& temporis & c ſequen.

Quod quãdo excreuerit fideliũ multitudo, dioeceſes diuidi, & epiſcopi multiplicari auctoritate apoſtolica poſſunt 16.q 1 præcipimus.

Quod quędã dioeceſes p̃ præſcriptionẽ tolli poſſũt, quædã vero nõ. 16.q.3 licet. §. hoc multipliciter.

DISCERE. Quod diſcere debet quilibet antequam doceat. 23.diſ.his. 16.q 1. ſic viue.

Quod qui diſcere aut agere bona recuſat, magis diaboli quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur. 38. di. nullus.

Quod debet eſſe diſcipul⁹ quiſq; doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere q̃d didicit. 16.q.1. ſi clericat⁹.

Quod diſcere debemus triplici de cã, aut ne ignorem⁹ aut negligam⁹, aut vt repudiem⁹. 37. diligim⁹.

Quod tales laudabiliter ſciẽtias ſæculares addiſcũt, qui quod vtile inuenerint, ad vſum ſacræ eruditionis conuertunt. 37. diſ. turbat.

Quod clericis ſacris litteris ſemper debẽt inſiſtere, ne tũc quærant diſcere, cum ex officio alios debet docere. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. §. ecce.

Quod qui ſacrã ſcripturam diſcere contẽnunt, magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt. 24.q.3.quid autem.

Quod diſcendum eſt à minorib. licentiata verecũdia. 38. diſ. nullus. 24.q.3. ſi habes.

Quod ſtultus eſt qui ſe in eo q̃d primum exiſtimat, bona quæ viderit diſcere cõtemnit. 22. di. de Cõſtãtinopolitana. 84. diſ. peruenit. 24.q.3. ſi habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA. Quod diſciplina vltrix eſt malæ vitæ. 23.q.4. ad finem. & c. non putes.

Quod mali vt ad bonam diſciplinam perueniãt, per flagella ſunt corrigendi. 23. quæſ. 4. diſplicet. circa med. & c. vlt.

Quod filius non diligitur, qui non diſciplinatur. 23 q.5. non putes.

Quod qui peccatum coercet aliqua diſciplina, eleemoſynam facit 45. di. & qui.

Quod huic officio hominis inuigilet diſciplina, vide licet epiſcopo regẽti plebẽ ſuã, pauperi regẽti domũ ſuã, diuiti regẽti familiã ſuam, marito regenti coniugem ſuam, patri regenti prolem ſuam, iudici regenti prouinciam ſuam, regi regenti gentem ſuam 23.q.4. duo.

Quod diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur, 45. di. diſciplina.

De hac materia require in Correctione & Aſperitate.

DISCIPVLVS. Quod diſcipulus non debet eſſe ſuper magiſtrum, 6.q.1. ſacerdotes.

Quod miſerum eſt eum fieri magiſtrum, qui nedum didicit eſſe diſcipulus, 48. di. prohibentur. 61. diſt. miſerum. 16.q.1. ſi clericatus.

Quod 72. diſcipuli ab Apoſtolis ſunt electi. 21. di. in nouo in ſi.

DISCORDIA. Quod diſcordia mentium tam inter fratres carnales quàm ſpirituales inducit frequenter ſeparationem corporis. 56. di. Iſmael.

Quod diſciplina perditur deſidia, cum prælatus negligit conuitia. 23.q.3. iuſtum.

Quod diuerſitas cultus plurimum eſt materia diſcordiæ. 90. diſt. perlatum.

Quod qui ſocietatem fraternitatis diſcordiæ peſte commaculat, Deum qui charitas eſt, tanquam Iudas prodit. 11.q.3. abiit.

Quod ideo litigioſi ordinari prohibentur, quia tales ad concordiam non valent prouocare. 90. di. c. 1.

Quod prælatorum intereſt diſcordantes ad concordiam reuocare. 61 diſt. c. vlt. 90. di. diſcordantes.

Quod diſcordantiam munera vel oblationes nec Deus ſuſcipit, nec à ſacerdotibus ſunt ſuſcipiendæ. 90 di. oblationes. 3.q.7. in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

DISCRETIO. Quod diſcretio eſt mater virtutum omnium 1.q.5. præſentium.

Quod diſcretio neceſſaria eſt prælato in corrigendo. 50. di. ponderet.

Quod correctio quandoque habere debet plus de aſperitate quam de benignitate, quandoque debet eſſe mixta cum vtroque. 45. diſt. diſciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod neceſſaria eſt prædicatori in docendo, 43. di. diſpenſatio. §. pariter. in ſi.

Quod debet eſſe doctor diſcretus, vt ne tacenda p̃ferat, aut proferenda reticeſcat. 43. diſt. ſit rector.

Itẽ debet eſſe diſcretus, vt ſecundum capacitatẽ auditoris moderet ſermo p̃dicationis 8.q.1. oportet.

Quod neceſſaria eſt diſcretio confeſſori in ligãdo & ſoluẽdo 23.q.4. ſi is qui, de pœ d.1. §. quẽ pœnitet.

Quod neceſſaria eſt diſcretio omnibus in viuendo, vt ſcilicet virtutes eligamus, & vitia reprobemus. 49. di. hinc etenim.

DISPENSATIO. Quod diſpenſatio non poteſt fieri contra ius naturale niſi forte ad maius malum vitandum. 13. di. §. 1.

Quod neceſſitas inducit diſpenſationem 34. di. fraternitatis, & c. lector.

Quod non debet fieri diſpenſatio niſi vrgente magna anguſtia 55. diſt. priſcis.

Quod non eſt pro regula aſſumendum quod ex diſpenſatione ſpecialiter eſt conceſſum. 56. diſt. Cenomanen 1 q 7 & ſi illa 9. q. 1. ordinationes.

Quod pro neceſſitate temporum fit quandoque diſpenſatio contra decreta. 1.q.7. requiritis. & tribus c. ſeq. & c & ſi illa. 32.q.4 recurrat. §. his itaque.

Quod multa tolerantur ex diſpenſatione, quæ canonis rigor condemnat, 34. di. fraternitatis.

Quod ſicut in procellis merces de nauib. iactantur. propter maius bonum, ſic diſpenſatio quãdoque fit propter maius lucrum. 1. q. 7. diſpenſationes.

Quod ſecundũ diuerſitatẽ exceſſus diſpẽſatio quãdoq; protrahitur, quãdoque acceleratur. 15.q 8 hig

Quod diſpenſatur, quãdoque ratione multitudinis 50. di. vt conſtitueretur. 9. q. 1 ordinationes. in ſi.

Quandoque ratione temporis & vtilitatis, 1. q. 7. diſpenſationes.

Quandoque ratione perſonæ, 1.q. 7. didici. & c tali

Quandoque ratione meriti, & prærogatiuæ ſententiæ. 1.q.7 tali.

Quãdoque ratiõe religionis, 50.d ſi quis diaconus.

Quod quandoque diſpenſatur ad vnum ordinem, & non ad alios, 34 diſt. lector. 9. q. 1. ab excommunicatis.

Quod in caſuali homicidio cum clerico diſpenſatur, vt in ſuſcepto ordine maneat. 50. di. clerico.

Quod cum directe homicida non diſpenſatur [illegible] ſacerdotium. 50. diſt miror. & duobus c. ſeq.

Quod cũ illo diſpenſatur, qui flagellando aliquando preter intentionẽ ſeruum occiderit. 50. di. ſtudeat

Quod an diſpenſat Papa contra Apoſtolum, vt in bigamia. 34 diſt. lector. & vide quæ ibi notantur.

Itẽ diſpenſat contra canones apoſtolorum cum presbytero fornicante, vt poſt decennalem pœnitẽtiã ad priſtinum redeat honorem, 81. diſt presbyter,

Item ſolus Papa diſpenſat in gradu conſanguinitatis & affinitatis, 35 q 3 quædam. § quod ſcripſi.

Item ſolus Papa reſtituit epiſcopos, & diſpenſat cum eiſdem, 2.q.6 ideo.

Item ſolus Papa diſpenſat cum ſimoniaco in ſimonia ſcienter commiſſa, vel ratum habente ſiue [illegible] in ordine, ſiue in beneficio. 1.q.1. erga.

Item ſolus Papa diſpenſat contra canones qui præcipiunt pœnitentiam vel ſatisfactionem pro enormibus criminibus, 12.q.2. de viro.

Item ſolus Papa diſpenſat cum illo qui excommunicatus exequitur officium, vel recipit beneficium, 11.q.3. ſi quis epiſcopus damnatur, & c. ſe

Item ſolus Papa diſpenſat cũ illegitimè natis ad beneficia, quæ ſunt cum cura. 56. diſt. Cœnomanen.

Quod Papa non inuenitur diſpenſaſſe cum his qui ab hæreticis ad ſubuerſionem eccleſiæ ordinantur, 1.q.7. conuenientibus. circa finem.

Item cum eo qui ſcienter à ſimoniaco ſimoniacẽ [illegible] promotus, 9. q. 1. ab excommunicatis.

Item nec cum eo qui ſcienter eſt rebaptizatus vel reordinatus. 1.q 7. ſaluberrimum, in fine, de conſecra.di. 4. quis bis.

Item nec cum eo qui ordinatus eſt ab inuaſore ſedis alterius epiſcopatus, 8.q.1. ordinationes.

Quod diſpenſat epiſcopus cum illo pro quo ignorante parentes, vt promoueretur ad ordines vel ad beneficium, pecuniam dederunt. 1 q. 1. præſentium & c quicunque.

Quod diſpenſat epiſcopus cum clerico vel presbytero ſacrilego vel hæretico vel ſchiſmatico, ne deſperent, 50 diſt. ſi quis presbyter, & c. presbyteros, & c. vt conſtitueretur.

Item diſpenſat epiſcopus in fornicatione clerici, furto periurio, & aliis capitalibus criminibus, dummodo ſint occulta, quia ſi ſunt publica debet deponi. 10 di. de his vero.

Item diſpenſat epiſcopus in pœnitentiis, quas canones ſtatuerunt, 26.q 7 pœnitentibus & c. tempora poenitudinis. & duobus c. ſeq.

Itẽ diſpenſat epiſcopus cũ eo qui prætermiſſo ſubdiaconatu diaconus vel presbyter efficitur, ſupplendo ordinem prætermiſſum, 52 diſ ſolicitudo.

Quod varia diſpenſatio quæ epiſcopis cõceditur coepiſcopis prohibetur, 68. di. quamuis, & c. ſe.

Quod diſpẽſat Abbas cũ monacho vt extra monaſterium

Rerum, tamen ſub ſua obedientia ſpecialem cellam habere poſſit. 10 q. 4 monachum

Item diſpenſat cum monacho, vt carnes comedere poſſit de conſ. diſ. 5 carnem.

DIVITIÆ Quod diuitiæ temporales ſi ſunt cum ſtudio & affectu ſingulari, ignominioſę ſunt. 12 q. 1 gloria

Quod dilectores diuitiarum fortes ſunt in terrenis, debiles in cœleſtibus 47 diſ. omnes.

Quod diues cupidus gratius intuetur aurum quàm ſolem, 47. diſt. ſicut hi.

Quod iniuſte poſſidet diuitias qui ipſis male vtitur. 14. q. 4. quid dicam.

Quod nihil facit diuitias ſic contemni ſicut recordatio pauperis finis & principij 48 diſ. ſic hi.

Quod fideli homini totus mundus eſt diuitiarum, infideli autem nec obolus. 14. q. 4. quid dicam.

Quod diuites in rebus temporalibus ſi abundant iuſtitia, & operibus bonis non ſunt abiiciendi. 30. di. hæc autem ſcripſimus. in fi.

Quod diuitiæ eccleſiarum ſunt bona pauperum, redemptio captiuorum. 12. q. 2. aurum.

Quod diuinatio à Perſis eſt inuēta. 26. q. 4. igitur. circa finem.

Quod ſecundum quoſdā quatuor ſunt genera diuinationis, videlicet ex terra, aqua, igni, aere, 26 qu. 4 c. igitur.

Quod diuini dicuntur qui ex coniecturamentis ſuæ incerta futurorum quaſi vera pronuntiant. 37 di. viro.

Quod multi modi ſunt & multa genera per quæ diuinatores futura inueſtigant, quæ ponuntur. 26. q. 4. igitur. per totum, & q. 5. nec mirum.

Quod dominus per diuinatores illud hominibus permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione ſint firmi. 26. q. 5. nec. in fi.

Quod diuinatores propter deteſtationem criminis accuſatione non admittuntur. 2 q. 8 quiſquis.

Item ſunt excommunicandi. 26 q. 1. §. 1.

Item ſi clerici fuerint, & ſe corrigere noluerint ſunt deponendi. 26 q. 5. ſi quis epiſcopus.

De hoc materia habes vbi agitur de Incantatione.

DIVORTIVM. Quod diuortium propriè dicitur inter carnaliter commiſcentes, vel commiſceri appetentes, vnde inter Mariā & Ioſeph non dicitur diuortium quando Ioanni fuit commendata. 7. q. 2. quod autem. §. item ſi coniuges.

Quod quos Deus coniunxit homo non debet ſeparare, ſubaudi violenter, vel ſine ratione. 33. qu. 2. quos Deus.

Quod fugiditas viri verè probata cauſat diuortium, 2 q. 4. conſuluiſti, §. hoc autem, 27 q. 2. quod autem, 33 q. 1. §. 1.

Quod affinitas poſt contractum matrimonium ſuperueniens non accuſat diuortium, 27. qu. 2. quod autem § proxi.

Quod conuerſus ad fidem poteſt diuortiari ab vxore non conuerſa quæ ipſum nititur à fide Chriſti deducere, 28 q. 1. idololatria, & ſex. c. ſeq.

Quod fornicatio carnalis, & ſpiritualis cauſat diuortium, 28 q. 1. idololatria, c. ſeq.

Quod machinatio in mortem cum effectu propter contrahendum matrimonium cauſat diuortium, 31 q. 1. ſi qua, & 4 ſeq.

Quod diuortium non debet fieri pro quacunque infirmitate, vel deformitate, vel ſenio, vel ſterilitate, 32. q. 5. ſi vxorem, & q. 7. tantum.

Quod cauſa conſanguinitatis non licet quem dimittere vxorem niſi prius conſanguinitas eorum coram epiſcopo approbata fuerit, 35. q. 6. multorum.

Quod adulter vel adultera ab adultero diuortiari non poteſt. 32. q. 6. §. 1.

Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta etiam frequentius iterata non inducit diuortium ſine iudicio, 35. q. 3. extraordinaria.

Quod diuortium ſine iudicio & ſine conſenſu epiſcopi non debet fieri, 27. q. 2. ſi vir, 33. q. 2 ſeculares, 35 q. 6. multorum.

Quod vxor ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa primo reſtituenda eſt antequam de diuortio agatur, 33. q. 2. hiſtoria, & c. ſeq.

Quod vir & mulier quantum ad cauſas diuortij æqualiter iudicantur, 32 q. 5. Chriſtiana.

Quod ſi poſt diuortium propter fragilitatem vir aliam nouerit propter doli præſumptionem compellendus eſt redire ad primum. 35. q. 1. quod autem. in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio infrà.

DOMINIVM Quod dominium rei transfertur ratione ordinis, videlicet ſi quis ſeruus alterius in presbyterum ordinatur. 54 diſ. frequens.

Item ratione conſecrationis vt ſi res conſecrata ab aliquo repetitur non ipſa redditur, ſed compenſatur. 14. q. 6 competimus.

Item propter religionem, cum ſcilicet per religionis ingreſſum contingerit vacare beneficium. 17. q. 2. Gonſaldus

Item ratione Chriſtianitatis, vt ſcilicet cum ſeruus Iudæi, vel pagani Chriſtianus efficitur, 54 diſ. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, ſicut ſedes Conſtantinopolitana licet poſterior ſit quàm Alexandrina, tamen prior in numero debet poni, 22. diſ. renouantes.

Item auctoritate ſuperioris, ſicut quando iubente domino Iudæi theſauros Ægyptiorum deportauerunt. 14. q. 5. dixit dominus.

DONVM De dono require vbi agitur de dato.

DVBIVM. Quod dubium de ordinatore an fuerit epiſcopus, an non facit ordinator reordinati. 68. diſt. presbyteri.

Quod in re dubia auctoritas eccleſiæ eſt requirenda 1. diſ. palam.

Quod in rebus dubiis abſoluté non debet ferri ſententia. 33. diſ. habuiſſe.

Quod quando emergit dubitatio in perſona in facto & in iure, tunc nullo modo procedendum eſt in ſententia, 30. q. 5. iudicantem, & §. ſeq.

Cum emergit in perſona tantum vbi certum eſt ius, & factum, tunc certa datur ſententia. 5. q. 1. quidā.

Cum in facto emergit dubitatio vbi certum eſt ius, & perſona, tunc non poteſt certa ferri ſententia, 5. q. 1. quidam.

Cum iure emergit dubitatio, vbi certum eſt factum, & perſona, tunc conſulenda eſt ſacra ſcriptura, & ſeniores prouincię & papa, 20. diſ. de diebus. 24 q. 4 quoties.

Quod qui dubitat ſe baptizatum, debet baptizari de conſ. diſ. 4. paruulos, & c. ſeq. placuit.

Quod ſi dubium eſt de conſecratione eccleſiæ vel altaris debent conſecrari, de conſ. di. 1. eccleſiæ.

DVPLICITAS. Quod duplex monaſterium pro monachis & monialibus fieri in vno prohibetur, 18. q. 2. diffinimus.

Quod monachus duplex officium ſuæ profeſſioni contrarium non debet exercere, 16. q. 1. nemo & c. de præſentium, & c. presbyteros.

Quod nemo pōt eſſe accuſator & teſtis, 4. q. 4 nullus.

Quod nullus clericus ad duas eccleſias intitulari debet. 21. q. 1. c. 1. 2. & 3 & 16. q. 7 per laicos, in fi.

Quod nulla eccleſia parochialis duos paſtores debet habere. 21. q. 2. ſicut.

Quod qui bene præſunt, duplici honore honorandi ſunt. 95. diſ. ecce.

Quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euentum verba ſua mutat, 22. q. 2 ne quis, in fine.

Quod duplex tribulatio non conſurget ſuper illos qui inter flagella egerunt pœnitentiam, de pœ. diſ. 3. hac auctoritate, 15. q. 5. quid ergo. poſt med.

De duplicitate habes vbi agitur de ſimulatione & Hypocriſi.

DVRITIA. Quod duritia obſtinationis eſt quando quis bonitatem Dei contemnens vſque ad mortem in peccatis perdurat, 93. diſ. diaconi ſunt, in fi.

Quod duro collo ſtamus ſi ſpreta longa Dei pietate in peccatis vſque ad mortem perduramus, 93. diſ. diaconi ſunt, in fi.

De duritia require in aſperitate, in auſteritate, & correctione.

EBRIETAS. Quod ebrietas in principio generis humani ante diluuium ignorabatur, 35. diſt. ſexto die.

Quod ebrietas à Noe inuenta eſt, qui primam vineam plantauit, 35. diſ. 6. die.

Quod ebrietas eſt fomes & nutrix omnium vitiorum. 35. diſ. ante omnia, & 15. q. 1. ſane.

Quod Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, 35. diſ. §. 1.

Quod ebrietas ſuadet ad iurgia & maledicta, ſicut patet in Noe qui obiurgando filium eum maledixit, 35. diſ. ſexto die.

Quod tumultuoſa eſt ebrietas, 35. diſ. luxurioſa.

Quod vbi ebrietas, ibi libido, & furor, 35. diſ. venter.

Quod ebrietas obcæcat conſcientiam, & ſepelit rationem, 15 q. 1. ſane.

Quod proprium eſt ebrietas fœmora denudare, & ad luxuriam incitare, 35. diſ. ſexto.

Quod ebrietas pronum facit ad promittendum, poſt tamen ad exſoluendum. Exemplum de Herode, & Ioanne baptiſta, 22. q. 5. vnuſquiſque

Quod ebrietas excuſat culpam à tanto, ſed non à toto, 15. q. 1. ſane, & c. inebriarunt.

Quod ebrietas aſſuefacta eſt mortale peccatum, 25. diſ. vnum, §. criminis appellatio, aliàs 35. di. epiſcopus.

Quod cum ebrioſis non ſolum cibus non eſt ſumendum, ſed etiam ſunt vitandi, 11 q. 3. ad menſam.

Quod clerici quorum ſenſus vigere debet, maxime ab ebrietate debent abſtinere, 35. diſt. §. 1. & c. ſeq.

Quod epiſcopus aut presbyter ebrioſus deponitur inferiores clerici corona priuātur, 35 di. epiſcopus.

ECCLESIA Quod eccleſia catholica dicitur fidelis multitudo fide & charitate vnita 93. d. legimus. circa med. qu. 1. multæ, in fi. 24 q. 1 loquitur.

Quod omnes epiſcopi & omnes fideles ſunt vna eccleſia, 93. d. legimus, in fi.

Quod ipſa non ſolum ratione virginitatis, ſed etiam ratione omnium fidelium tota virgo dicitur, 27. q. 1. nuptiarum, ante finem.

Quod ſponſa Chriſti dicitur pudica & incorrupta, quæ adulterari non poteſt, 24. q. 1 loquitur. in fine. & c. omnibus.

Quod ipſa habet veraciter dominica ſacramenta. 1 q. 1. ex catholica, 24. q. 1. quia ex ſola.

Quod extra eam ſalus non habetur, 24. q. 1. alienus, & c. quicunque, & c. quia ea.

Quod ſicut præciſus ramus ab arbore non viuit, ita præciſi ab eccleſia, 23 q. 4. ipſa pietas. Notent hoc membra arida per excommunicationem in contumacia obſtinata.

Quod ritus ipſius à ſcriptura & à traditione apoſtolica, & à conſuetudine ſancta pullulauerunt, 11. d. eccleſiaſticarum, & c. catholica.

Quod ſtatus eius alter fuit tempore apoſtolorum & martyrum, alter modo, 12. q. 1. futuram, 23. q. 4. nō inuenitur, poſt prin.

Quod ipſa malos, quibus iuxta eſt, tanquam zizania in medio tritici æquanimiter tolerat, 12 q. 1. exemplum, 23. q. 4. quantus, & c. ſeq. & c. quidam, de conſecra. diſt 4. eſt vnitas.

Quod ipſa propter malorū opera quæ ſunt in ipſa, ſpelūca latronum dicitur, 16. q. 7. & hoc circa me

Quod licite poſſidet facultates temporales, quas non reputat proprias, ſed communes, 12. q. 1. exemplum, & c. habebat.

Quod quandoque ſoluit ſæculari poteſtati tributa, 23. q. 8 conuenior, & c. tributum

Quod ad principes ſpectat ſingulares ſchiſmaticos eccleſiæ comprimere, 23 q. 5. non vos.

Quod eccleſia Romana mater eſt & caput omnium eccleſiarum. 12. diſt. c. 1. & ſeq. 3. q. 6. dudum

Quod ipſa eſt prima ſedes non habens maculam, neque rugam. 21. diſt. quamuis.

Quod ipſa tanquā magiſtra eſt in omnib. ſequenda 11 di. quis, in fine. 12. di. c. 1. c & ſe. 22. diſt. omnes.

Quod ipſa eſt in ſpeculū omnibus, 19. di. enim vero.

Quod qui derogando ei contra ipſam loquitur hæreticus reputatur, 22. diſ. omnes, Notent hoc peruerſi qui cont. nuo ſacrilego ore eccleſiā lacerant.

Quod ipſa habet plenitudinem poteſtatis, aliæ eccleſiæ vocatæ ſunt per ipſam in partem ſolicitudinis, 2 q. 6. multum.

Quod ipſa à tramite apoſtolicæ traditionis nunquam errauit, 24 q. 1. à recta. c. in ſede. c. hæc eſt. & c. cum beatiſſimus

Quod cuſtodit ſtatuta conciliorum quæ ipſa confirmauit, 25 q. 1 de conſe. diſt. 1. baſilicas.

Quod ipſa ſtatuta concil. orum ſecundum euentum temporum vel in toto vel in parte mutat, 25. q. vl. poſtea § his ita.

Quod ſentētias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat, 35 q. 9. ſententiam, & c. ſeq.

Quod ad Romanam eccleſiam omnibus ſine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur, 2. q. 6. & ad Romanam, & tribus c. ſeq. 9. q. 3. cuncta.

Quod ipſa valet oēs iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur 9 q. 3. epiſcopo. §. ſola. 17. q. 4 nemini.

Quod in dubiis & arduis ad ipſam eſt recurrendum. 11 diſt. palam 12. diſt. præceptis.

Quod qui in eccleſia Romana ſacrum ordinem acceperit, ad ſeruiendum remanebit, 1. q. 1 filium.

De hac materia require vbi agitur de Papa & vbi agitur de Apoſtolica ſede.

Quod eccleſia materialis non debet conſtrui ſine conſenſu epiſcopi, 18 q. 2 quicunque, & q. 3. lator, 18. q. 2 quidam, de conſec. di. 1 nemo

Quod propter nullius ſomnia conſtituendæ ſunt eccleſiæ vel altaria, de conſec. diſt. 1. placuit.

Quod propter nouarum eccleſiarum conſtructionem, priores eccleſiæ non debent decimas amittere, 16 q. 1. quicunque.

Quod ſecundum exigentiam populi epiſcopus de eccleſiarum pluralitate, & quantitate debet prouidere, de conſecrat. diſt. 1 omnes baſilicæ.

Quod eccleſia maior debet habere 40 paſſus in circuitu, minor 30. 17 q. 4, ſicut antiquitus.

chidiaconum Florentinum,1.q 6. ego,38.di uẽs.

Quod electus ex elatione audie non eſt ſuſcipienda nec ex deſidia reſpuenda,16.q.1.vos autem.

Quod electione celebrata conſenſus principis eſt requirendus,63.diſ Reatina.

Quod in electione prælatorũ vocatur populus non ad eligendũ,ſed ad conſentiendum,63 diſ.noſſe.

Quod electionem papæ licet dominus ſacerdotibus contulerit,ſibi tamen ſpecialiter reſeruauit, 79. diſt c vlt.

Quod olim electiones Romanorum Pontificum propter ſchiſmaticorum,& hæreticorum diſſentiones fuerunt Imperatoribus traditæ,63.diſ.vota,§.principibus.

Quod Hadrianus Papa,& Leo in concilio tradiderunt Carolo Imperatori poteſtatem eligendi ſummum Pontificem, & inueſtituras epiſcoporum,63 diſt.Hadrianus.

Itẽ Leo papa octauus propter inſolentiã Romanorũ,quã exercebant circa electionem papæ,Ottobus electionem Papæ.& inueſtituras epiſcoporũ, 63 diſ.in ſynodo,& c.cum longe,§.electiones.

Quod tunc electus in Romanum Pontificem non conſecrabatur,niſi primum decretum Imperatori præſentaretur,& conſenſus haberetur,63.diſt. Agatho,& ſex c.ſeq.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerunt priuilegio ſuper prouiſione papæ, volentes vt canonicè eligeretur à Romanis,73.diſt.ſacrorum,§ ex his.

Quod qualiter,& à quibus debet fieri electio papalis,habetur,23.diſt.in nomine,79.per totum,7.q. 1.factus.

Quod nemo eligendus eſt in papam pecunia aut gratia humana,aut militari tumultu,79 diſtin. ſi quis pecunia.

Quod electus canonicè in papam ante conſecrationem habet plenitudinem poteſtatis,23 diſt.in nomine poſt med.79.diſt ſi quis pecunia.

Quod ille qui non canonicè electũ gerit ſe pro papa,non apoſtolicus,ſed apoſtaticus dicitur,79.di. ſi quis apoſtolicæ,& c ſi duo.§.hoc autem,& 2 ſe.

Quod Cardinalibus,& aliis clericis, & etiam laicis conceditur apoſtaticum Papam anathematizare, 79.diſt ſi quis pecunia.

Quod in electione metropolitani oẽs prouinciales epiſcopi debent intereſſe,63.diſ.Metropolitano.

Quod nemo in prælatum ſeipſum eligere poteſt, 24 q 1.didicimus,8.q.1.in ſcripturis,& c. ſi ergo.

Quod in prælatũ eligi debet magis idoneus,nõ cõſanguineus vel amicus, 8.q.1.Moſes,& trib.c.ſeq.

Quod ſi ad ſæcularia officia ſumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur qui ad prælaturas aſſumuntur,59.diſ.ſi officia.

Quod propter malitiam tẽporis aut tumultũ popularem indignus nõ eſt eligendus,61.di. miramur.

Quod eligendus in epiſcopum longa probatione debet vitam ſuam notificare, 61,diſ.in ſacerdotibus,8 q.1,oportet.

Quod in prælatum non debet eligi aliquis criminoſus,25.diſ.primum,6.q 1.c.1.

Item,nec ille qui de incontinentia notatus eſt, 28. diſt.priuſquam,& c.de Syracuſanæ.

Item nec ille cuius vxor,& filij adhuc ſunt ſuper terram,61 diſ.Catinenſis.

Item nec nimium ſimplex vel vſurarius,46.diſtinctione de Petro.

Item nec ille qui non eſt in ſacris,60 diſ.c.vlt.& 61 diſt.§ 1.

Quod antiquis ſubdiaconus,quia tunc non reputabatur ſacerdos non eligebatur in epiſcopum niſi neceſſitate cogente,28.diſt.de Syracuſanæ,§. ecce,40 diſt.c.vlt. & vide ibi notata.

Quod nouus in religione non ſtatim debet eligi in prælatũ,16.q.1 ſi clericatus,19.q.3. monaſteriis.

Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius eſt in prælatum qui poſt caſum pænituit, quam qui nunquam cecidit,quia talis per caſum ſuum aliorum infirmitatibus compati nouit,50. diſt conſiderandum,& c.ſeq.

Quod laici in prælatos non poſſunt eligi, nec religioſis ſunt præficiendi, 61. diſt. ſtatuimus, § his omnibus 19 q.3.monaſteriis.

Quod electus in epiſcopum per ſuum metropolitanum præſentibus ſuffraganeis epiſcopis debet ordinari,24.diſt epiſcopi.

Quod electus in epiſcopum intra tres menſes debet conſecrari,75.diſt.quoniam quidam,63. diſt.obeuntibus,50.diſt poſtquam.

Quod metropolitanus debet illi eccleſiæ prouidere cuius electus intra quinque menſes negligit conſecrari,10.diſt.quoniam quidam,in ſi.

Quod clericus infamatus antequam conſecretur debet ſe expurgare,23.diſt.illud.

Quod electus per conſenſum ſponſus eccleſiæ efficitur,7 q.1.ſicut alterius.

Quod electus caſſatur propter auaritiam, & pſalmorum imperitiam,85 diſt.archi Flo.

Quod electus qui teſte prole longam continentiam conuincitur non habere,caſſatur,28 diſ. priuſquã

Quod ſi poſt electionem quis iuret ſeruare ſtatuta eccleſiæ & alia,non eſt ſimoniacus,8.q.3.per totũ.

Quod differens conſecrare electum compelli debet per ſuperiorem,9.q.3 nunc vero,8 q.3.Attaldus.

Quod vbi bona miſta ſunt malis, naſo diſcretionis virtutes debemus eligere,vitia reprobare,49.diſt. hinc etenim,§.paruo.

Quod inter duo mala id debemus eligere quod minori nexu noſcitur obligari,13.diſt.duo, & c nerui,22.q.4 ſi aliquid,& c.ſeq.

Quod ſicut homo neceſſitate compulſus ibi ſe præcipitat vbi breuior notus ingeritur, ſic inter ineuitabilia peccata minora ſemper eligantur,13.diſ. nerui,ante ſi

Quod inter duo bona maius bonũ mediocri bono eſt præferendũ,de conſe diſt.5 non mediocriter.

EMPHYTEVSIS Quod emphyteuſis quæ in Græco dicitur locatio. in rebus eccleſiæ in caſu permittitur,10.q.2.caſella,§.hoc ius.

Quod vbi abſolutè periculum de rebus eccleſiæ timetur,prohibetur,12.q 2 apoſtolicos.

De hac materia habes vbi agitur de Precariis.

DE STATV EPISCOPI.Quod epiſcopus, ſicut dicit Auguſtinus,nomen eſt operis,non honoris,8.q 1 qui epiſcopatum.

Quod epiſcopus qui Græcè dicitur ſuperintendens,debet illis ſuperintendere quibus præficitur, 8 q.1.qui epiſcopatum, 21.diſt.cleros

Quod ordo epiſcopalis quadripartitur, videlicet in patriarchas archiepiſcopos,metropolitanos,& epiſcopos,21 diſt. cleros.

Quod epiſcopi in locum apoſtolorum ſurrexerunt, & tenent vices eorum,31 diſt in nouo,35. diſtin. eccleſiæ.78.diſt.quorum vices.

Quod epiſcopi non ſunt qui minus quàm à tribus ſunt conſecrati,68 di choreepiſcopi,§. quod autẽ.

Quod viuenti epiſcopo alter nõ ſubſtituitur temerariè,& ſi ſubſtituit,ab omni miniſterio eccleſiaſtico deſtituitur,1.q.1.in primis, poſt med. 3 q 6. accuſatus,& c.dudũ,7.q.1.factus,& plurib c. ſeq.

Quod intruſus per laicam poteſtatem à principalibus epiſcopis non eſt recipiendus, 63.diſt. ſi per ordinationem.

Quod inconſulto Romano pontifice nemo poteſt epiſcopum deponere,3 q.6.accuſatus,& ca.ſeq.

Quod nulli epiſcopo licet ſine conſenſu Romani pontificis ſuam eccleſiam relinquere,vel ad aliam tranſire,7 q 1 non oportet,& multis c. ſeq. vſque ad finem quæſtione.

Quod exigente vtilitate vel neceſſitate auctoritate apoſtolica de ſede ad ſedem mutari poſſunt epiſcopi,7.q 1 mutationes,& duobus c ſeq.

Quod epiſcopus propter infirmitatem vel ſeniũ nõ deſtituitur,ſed dat ei coadiutor,7 q 1. ſcripſit,vſq;ad c.ſicut vir,§ ecce.& c qualiter,& c.quãuis ſit.

Quod epiſcopus quandoque ad propriam inſtantiam abſoluitur ab epiſcopatu 7.q.1.nihil,§.ecce, & c.qualiter,& c quamuis.

Quod neophitus prohibetur promoueri in epiſcopum propter inconuenientiam vitæ,quæ contrariatur officio pontificali,48.diſt. prohibetur.

Quod epiſcopus debet eſſe ſine crimine, vt alios poſſit liberius arguere,25.diſt. primum.

Quod criminoſus epiſcopus magis eſt dicendus canis impedicus quàm epiſcopus,2.qu. 7.qui nec.

Quod non omnis epiſcopus qui dicit,Pax vobis,eſt ſicut columba,ſed potius ſicut coruus audiendus, 2.q 7. non omnis.

Quod epiſcopi debeant eſſe ætate antiqui, fide integri in preſſura probati, & qui magis velint rerum ſuarum proſcriptionem pati,quàm eccleſiam ſuam deſerere,7.q.1. Nouatianus.

Quod epiſcopus propter aduerſitatem non debet gregem relinquere,7.q 1.ſuggeſtum,& duobus c. ſeq.

Quod epiſcopo non licet monachum fieri ſine conſenſu papæ,7.q 1.temporis,§.item.

Quod epiſcopus intrans religionem non reſumitur ad epiſcopatum,7.q.1 hoc,& c.ſeq.

Quod quandoque ſub nomine preſbyteri epiſcopi deſignantur,93 diſt.legimus,in fi.95 diſt.ecce ego,ante finem.

Quod epiſcopi debent ſe ſcire preſbyteros,non dominos,nec debent in clero dominari,95. diſt. eſto,& tribus c.ſeq.

Quod epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpenſatione maiores preſbyteris,95.diſ. olim,in ſi.& duobus c.ſeq.

Quod epiſcopus in eccleſia ſit ſublimior, in domo ſit collega ſacerdotum,55 di.epiſcopus in eccleſia.

Quod epiſcopus ſe ſedente preſbyterum non permittat ſtare diſt.95.epiſcopus in quolibet.

Quod epiſcopo non ſufficit æqualem cum ſubditis gerere vitam:ſed ſicut eſt honore ſuper illos,ſic & vita debet eſſe præſtantior,8 q.1. nec ſufficere.

Quod epiſcopus in eo quod aliis præficitur,non debet ſe præſumere aliis ſanctiorem,8.q 1.aliud inferendum.

Quod plus laudatur patientia epiſcopi in aduerſitate quàm quies in religione,7.q.1.ſuggeſtum.

Quod epiſcopus debet habere maturos viros tam ex clericis quam ex religioſis, tam in cubiculo quàm in monaſterio ſocios propter bonum teſtimonium.q.7.cum paſtoris & duobus cap ſeq. de conſe diſt.1.epiſcopus deo,& c ſeq.

Quod domus epiſcopi debet eſſe circa eccleſiam, vt aptior ſit contemplationi,41.diſt. epiſcopus.

Quod epiſcopus in menſa nõ debet reſplendere vaſis aureis,& argẽteis,ſed fidei meritis,41 di.epiſc.

Quod in menſa epiſcopi nõ debent eſſe fabulæ,ſed lectio ſacræ ſcripturæ,14 diſt pro reuerentia.

Quod non licet epiſcopo intendere venationi, nec conſanguinearum familiaritati,34.diſ.quorundã.

Quod primitiua eccleſia propter paupertatem accipiebant medietatem oblationẽ,10 q 1 antiquos. Poſt ſucceſſiuè terram partem,10 quæſtione,3.de his Tandem habuerunt quartam,12 q.2.quatuor. Modo verò de oblationibus nihil debent habere, ſed aliis contenti eſſe,10.q 3 placuit.

Quod epiſcopus in multis debet requirere conſilium clericorum, videlicet in faciendis clericorum ordinatione,24 diſt.epiſcopus ſine.

Item in cauſarum diffinitione,15 q.7 ſi quid & capitulo epiſcopus nullus,86 diſt.ſi quidem.

Item in eccleſiaſticarum rerum alienatione,12.q. 2. ſine exceptione.

Item in dignitatum collatione,93.diſt.legimus,12. q 1.alienationes.

Item eccleſiaſticarum rerum diſpenſatione,12.q 1. epiſcopus eccleſiaſticarum.

De Monachis & religioſis epiſcopis factis.qualiter debeant ſe habere,habes vbi agitur de Monachis.

DE POSTESTATE EPISCOPI.Quod ſine licentia epiſcopi nullus preſbyter in ſua diœceſi poteſt miſſam cantare vel baptizare vel aliud conſimile facere,16 q 1.cunctis,& c.multis.

Quod ſine conſenſu eius non debet ædificari monaſterium vel oratorium,18 q 2 quidam,& c ſe.

Quod iuriſdictionem habet in religioſorum monaſteriis,18.q 2 c.1.

Quod preſbyteri & clerici religioſi ſuæ diœceſis ipſius ſubiacent poteſtati,18.q.2 quidam.

Quod epiſcopi eſt, in omnibus parochialibus eccleſiis preſbyteros inueſtire,16 q 7.ſane.& c nullus & c.conſtitutiones,& duobus c.ſeq.

Quod epiſcopi eſt monialib.& aliis religioſis fœminis prælatum præficere cum diligenti ipſius examinatione,18.q 2 qui religioſis, & duobus c.ſeq.

Quod iudices vel officiales Papæ de iuriſdictione epiſcopi ideo ſe non debent intromittere ne eccleſiaſticus ordo confundatur,11.q.1 peruenit.

Quod epiſcopus omnem principem excommunicare poteſt,11 q 3 ſi autem.

Quod poteſt falſarium Papæ cuiuſcunque ordinis ſit vſque ad mandatum domini Papæ incarcerare,19 diſt.in memoriam.

Quod non poteſt epiſcopus in aliena diœceſi ſine conſenſu diœceſani pontificalia exercere.92.diſt. non liceat,§.de epiſcopis,& quinque ca. ſeq.

Quod nolens epiſcopus ire ad eccleſiam ſuã,poteſt cogi per cõciliũ prouinciale,92 di ſi qs epiſcopus.

Quod epiſcopus ſolus ſacerdoti honorem dare poteſt ſolus auferre non poteſt,67. diſt. epiſcopus, 15 q.7.fœlix,& c ſeq.

Quod auctoritate epiſcopi prælati iferiores poſſunt ad alias eccleſias trãſferri,7.q. 1. epiſcop9 de loco.

Quod accuſati epiſcopi cauſam archiepiſcopus cũ ſuffraganeis perquirere poteſt, ſed ſine Papa determinare non poteſt,3 q c.accuſatus.

Quod cũ multa diſcuſſione cõtra epiſcopũ dẽt proferri iudiciũ,2.q.7 accuſatio quoque,& quinque c.ſe.

Quod epiſcopi ſunt oculi Dei: ideo à ſubditis non ſunt iudicandi,6 q.1 oues.

Quod epiſcopum ſubditi nec arguere nec accuſare poſſunt,2.q.7 oues,& duobus c ſeq.

Quod epiſcopus inutilis eſt deponendus,nec eſt ei dandus coadiutor,25 q 6.alius,§.quod etiam.

Quod ſine licentia ſui epiſcopi clerici non debent peregrinari,de conſe.diſt.5.non oportet.

ſec.diſt.2 ſi per negligentiam.
Quod tabula lignea ſup. quā ſanguis Chriſti ſtillauerit eſt radenda,& raſura per ignem cinis effectus intra altare eſt recondēda,panni propter idē ter ſunt ſuper calicem lauandi,& aqua circa altare fundenda,de conſe.diſt. 2. ſi per negligentiam.
Quod melius eſt mori ſine euchariſtia,quàm de manu hæretici ſacerdotis cōmunicari 24.q.1. cœpit.
Quod qualem pœnitentiam ferre debeat qui ſcienter vel ignoranter de manu hæretici ſumit euchariſtiam 24.q.1.ſi quis dederit.
Quod euchariſtiæ digna ſumptio eſt pœnarum relaxatio,de con.di.2.cum omne,& c panē de altari.
Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur,quotidie euchariſtia iteratur,de con.di.2.verū & c iteratur.
Quod quandiu euchariſtia non recipitur,cor nō recipientis induratur,82.diſt.preſbyter , circa med.
Quod in tribus feſtis præcipuis,ſcilicet,in Paſcha,& Pētecoſte,& in Natiuitate domini oib. fidelib. cōmunicandū eſt,de con.di 2.& ſi non frequentius.
Quod ſi quis in prædictis tribus feſtis non communicauerit,& cœtu fidelium eſt ſeparandus,de conſ.di.2.ſi quis intrat,& c.ſeq.
Quod in cœna domini eſt etiam à fidelibus Chriſti euchariſtia percipienda,de conſ.diſ.2.in cœna.
Quod excepta neceſſitate euchariſtia ieiunio ſtomacho eſt ſumenda,de conſe.diſt 2 liquido,26 q.6. ſi quis de corpore,& octo c ſeq
Quod ante euch[illegible]ſtiæ ſuſceptionē tribus,quatuor aut octo diebus , ab vxore propria eſt abſtinendum,de conſ.diſ 2 omnis homo,q.4 ſciatis.
Quod ab illis qui in vnione eccleſiæ ſunt , accipitur ſacramentaliter,de conſ diſ.2.quia paſſus,in fin.& c quid eſt,& c.ſeq.& c dupliciter.
Quod licet euchariſtia ſit bona,tamen in malū conuertitur indignè ſumēti,de conſe.diſ.2 & ſancta, & c.ſicut Iudas,& c.quid eſt,& c qui manducant.
Quod indignè ſumens euchariſtiam plus polluitur, quàm purificatur,de conſ.diſ 2.quotidie,& c. qui ſceleratè,& c.qui diſcordat.
Quod homo quantum in ſe eſt , euchariſtiam polluit,cum ad ipſam ſumendam indignè accedit,1. q.1 multi,ante ſi.
Quod in hoc quod Chriſtus euchariſtiā Iudę dedit, innuit,quod occultis peccatorib.cum eam exigūt, nō eſt neganda,de conſe.di.2 nō prohibeat . & c. ſicut Iudas,& 7 q.1.aduerſitas,§ ſi.1.q.1.Chriſt⁹.
Quod illis qui enormiter publicè deliquerunt , euchariſtia non ſtatim eſt danda de conſ.diſ.3.pro dilectione,de pœn diſ.1 in actionem
Item nec raptoribus rerum eccleſiæ,12.q.2.indigne & c de viro.
Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula , vel cogitatione immunda , ab euchariſtia abſtineat.6.diſ.teſtamentū & c. non eſt.
Quod tempore menſtrui , & ante purificationem partus fœminæ poſſunt communicare,5 diſ ad eius vero concubitum.
Quod pœnitentibus in morte euchariſtia non eſt negāda,50 di pœnitētes,27.q.1 virgines,1.q.1 ſi qs hæreticæ,§ ecce,2 q 1 in primis,poſt med 46. di accuſatores.16.q 6 ſi qs de corpore,& 4 c ſeq.
Quod excommunicatis ſatisfacientibus in morte non eſt deneganda euchariſtia 86 diſt ſanta.
Quod his qui in patibulis ſuſpenduntur,ſi pœnituerint,non eſt eis deneganda euchariſtia,nec ſepultura 13 q.2 c quæſitum eſt
Quod abſtinēs ſe quādoque ab euchariſtia propter ſacramenti reuerentiā,non eſt arguendus , neque frequēter ſumens eſt iudicandus,5.di ad eius vero cōcubitū,in ſi.12 di.illa,de conſ.di.2.quotidie.
Quod communio euchariſtiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione,2.q.5. ſæpè.
Quod poſt ſuſceptionem euchariſtiæ , corporalis cibus non ſtatim ſumendus eſt,de conſec. diſt. 2. tribus gradibus
Quod qui propter ebrietatem vomit euchariſtiam, grauiter punitur,propter infirmitatē,minus , quia infirmus ſi nauſeam ſe habere ſciuit , ſumere non debuit,de conſ.diſ.2 ſi quis per ebrietatem
Quod non minus reus eſt qui negligenter verbum Dei audiuit,quàm qui reuerendum corpus Chriſti per negligentiam in terram cadere permittit,1. interrogo
EVNVCHVS. Quod Eunuchus ſi per inſidias hominū factus eſt,vel ſi in perſecutione eius amputata ſunt virilia vel per ægritudinem,vel ſic natus eſt,& eſt dignus , poteſt promoueri etiam ad epiſcopatum,55.diſ.Eunuchus,& c ſeq.
Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel puluerem ſemper ſecum portet,55.diſ.Eunuchus.
Quod nō pōt promoueri qui vt carnis lubricum vitaret ſeipſum caſtrauit,55 diſ.ſi quis abſciderit,& [illegible] c.ſeq.
Quod illi Eunuchi placent Dei quos non caſtrat neceſſitas,ſed voluntas,33.q.5. tunc ſaluabitur , § quæſiuit.
EXACTIO. Quod exactio licitè poteſt fieri in ſubditum,vt ab obſtinatione indebita compeſcatur,23 q 4 iam verò.
Quod epiſcopi propter iura ſua clericos exactionibus grauare non debent,10.q.3.per totum , 16. q.1 prædicator.
Quod illi qui Romipetas,vel alios peregrinos pedagiorum exactionibus grauant , anathema incurrunt.24 q 3. ſi quis Romipetas.
Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per excommunicationem ſunt reprimendi,24.q. 3.illi qui.
EXAMINATIO Quod examinatio cōſciētiæ, & bonæ vitæ debet conſecrationē epiſcopi præcedere,23.diſ qui epiſcopus,24.diſ.epiſcopi.
Quod examinandus eſt de fide quantum ad ea quæ in diuinis Trinitatem & vnitatem perſonarum conſequuntur,23 di.qui epiſcopus.
Item examinari debet de Chriſti incarnatione,& de multis aliis articulis,qui in ſymbolo continentur, 23.di qui epiſcopus,poſt med.
Quod nullus clericus ſine examinatione eſt ordinandus,24 di nullus.
Quod epiſcopus de latere ſuo bonos,& diſcretos viros debet eligere , qui ordinandos clericos in vita,& ſcientia debent examinare.24 di quando.
Quod ſine examinatione ordinati à clero penitus abiiciendi ſunt,81 di. ſi qui ſine
EXCEPTIO. Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi , & probari, 3 q 6.ſi quis epiſcoporum,& §.ſeq.
Quod perēptorias exceptiones ſufficit in principio litis conteſtari. 3 q 6.ſi quis epiſcoporū,& c ſeq.
EXCOMMVNICATIO Quod excommunicatio dicitur extra communionem eccleſiæ ſeparatio,11 q 3 nihil,& c canonica,17. q. 1. viduas, 24.q.3 tam ſacerdotes.
Quod omnis impius ſi non ab eccleſia , tamen à Deo eſt ſeparatus,24.q.4.certum.
Quod excommunicationem eccleſia traxit ab apoſtolo,qui Corinthium ſatanæ tradidit,24.q.3. apoſtolicæ,11.q.3 omnis.
Quod tunc traduntur peccatores ſatanæ ,cum per excommunicationem à corpore Chriſti ſeparantur,11.q.3.audi,& c omnis.
Quod ſicut putridę carnes ſūt reſecādę,& ouis ſcabioſa,ne ceteras inficiat à caulis eſt repellenda,ſic mali ne bonos inficiant per ſententiā extra eccleſiam ſunt ponendi,24.q 1 reſecandæ,& octo c.ſe.
Quod nulla pœna maior eſt in eccleſia quàm excōmunicatio,24.q 3 corripiantur,11.q.3.abſit.
Quod multiplex eſt damnum quod excommunicatio inducit,videlicet quia à Deo ſeparat , 24 q. 3. certum.
Item ſatanæ tradit,11.q.3 audi.
Item peccatorum abſolutionem impedit , 24. q 1. quicunque.
Item ab eccleſia fidelibus remouet,11.q.3 omnis c ſ.
Item à fidelitate iuramenti abſoluit,15.q 6 nos ſanctorum,& c ſeq.
Item omnia bona opera in ea facta mortificat , 2. 3. q 4 ſi quis,& q 7 quemadmodum
Item ſuffragia eccleſiæ ſiue in vita , ſiue poſt mortem tollit , 11 q 3. quicunque intra , 24. q. 2. de communione,& c ſeq.
Item æternam damnationem inducit,11. q 3 nemo epiſcoporum.
Quod excōmunicatio non debet ferri pro leuib.exceſſibus,ſed pro grauibus,11 q.3 nemo epiſcoporū.
Quod non debet eſſe mortalis,ſed medicinalis,2.q. 1.multi,in prin.11.q.3.audi,24.q.3.certum,& c. corripiantur.
Quod excommunicatio non eſt propria propter iniuriam ferenda,13.q 4. inter querelas.
Quod non debet deferri cum impetu, ſed cum deliberatione & cauſæ cognitione,11.q.3.ſi quis epiſcopus,& c.ſeruetur.
Quod excommunicationem trina monitio debet præcedere,2.q.1. Deus omnipotens , § quando autem.12 q.2.indignè.
Quod excommunicatio debet ferri in ſcriptis,2.q. legum,& 4.q.4 nullus.
Quod ferri debet ab epiſcopo ſpecialiter , vnde & mucro epiſcopi dicitur , 16. q. 2. viſis, in ſi 24. q 3 corripiantur.
Quod excommunicatio non eſt contemnenda,11. q.3.nemo contemnat,& duobus c.ſeq.
Quod ideo non eſt contemnenda ,quia non homo ligat,ſed Chriſtus,11.q 3.nemo contemnat.
Quod quando non contemnitur , non eſt vera ligatio,ſed diſciplina 10 q 3.nutandem
[illegible]
da.11.q.3 c.1.& c qui iuſtus.
Quod etiam cum iniuſta contemnitur ,incurritur. 11 q.3.qui iuſtus.
Quod iniuſtæ excommunicationi eſt parendum vſque ad cauſæ cognitionem,11.q. 5. ſi epiſcopus, § præmiſſis,& c iuſtus,& § ſeq.
Quod iniuſta excommunicatio dicitur quæ fit timore terreno 9 q.3. fratres.
Item iniuſta dicitur ex ordine,quando videlicet ordine non ſeruato in ſententia proceditur,11. q.3. ſeruetur.§.item ſententia.
Item iniuſta dicitur ex cauſa , quando ſcilicet nullum ſubeſt crimen , ſed ſolum propter odium iudicis vel aliquem alium fauorem iniuſtum , iuſtus damnatur,11 q.3 non ſolum.§. aliquando , & c. aliquando & c quatuor cum quinque c.ſeq.
Item iniuſta dicitur quæ non lædit eum in quem fertur,ſed à quo fertur.24 q 3.certum , & c.de illicita & c.ſi habes,§.vbi ergo in fine.
Quod iniuſta excommunicatio coram Deo non ligat.11.q.3.quomodo & nouem c.ſeq.
Quod qui patienter fert iniuſtam excommunicationem eccleſiæ meretur coronam,11 q.3 & ſi.
Quod plures ſunt ſpecies excommunicationis.
Quædam enim arcet à liminibus eccleſiæ,& ab Euchariſtiæ perceptione , & hæc dicitur minor Alia vero non ſolum ab his,ſed etiam ſeparat ab omni fidelium communione,& hæc dicitur maior , 11. q.3 ad menſam,§.euidenter,3.q.4 Engeltrudam, 5 q 2 præſenti.
Quod excōmunicatio lata ab epiſcopo morte ſuperueniēte nō remittitur à ſucceſſore,35.q.9.qđ quis.
Quod etiam roboratur à ſucceſſore,35.q.9.loci.
Quod excommunicati ſunt ipſo iure à canone qui ſortilegiis & diuinationibus intendunt,26. q. 5. ſi quis ariolos,& c non oportet,& c. aliquanti.c. ſortes,c ſi quis clericus,& c. augurus.
Item qui manus violentas in clericum vel aliam perſonam religioſam vel eccleſiaſticam iniecerit, 17 q 4 ſi quis ſuadente,24.q 3 ſi quis.
Item violatores eccleſiarum & raptores rerum eccleſiaſticarum,12.q.2. canonica. 17.q. 4. omnes eccleſiæ,& c frater 24 q.3 ſi quis de.
Itē noua telonia imponentes & clericos ſiue Romipetas ſpoliātes,24.q.3 ſi quis Romipetas,& c.ſe.
Item literas Papæ falſificantes,50.di ſi epiſcopus.
Item omnis hæreticus ipſo iure excommunicatus eſt,4 q 1.quod autem.
Item omnis mortaliter peccans eſt extra communionē eccleſiæ donec pœnituerit ſexta q 1, illi qui.
Item ipſo iure excommunicatus eſt , qui mortui epiſcopi res,quæ pro ſucceſſore integræ reſeruari debent diripere præſumit. 12 q.2 illud,& c. ſeq.& c hæc huius placiti.
Quod excommunicandi ſunt epiſcopi qui ad concilium aduocati non veniunt , vel qui concilium impediunt,18.di quoniam,& c.ſi quis,& 4 q.5 c. 1.11.q.3. certum.
Item excommunicandi ſunt,qui præcepta apoſtolicæ ſedis non cuſtodiunt, 19 di nulli.
Item qui eccleſiaſtica priuilegia contemnunt,12 q 2 qui & diuinis & humanis.
Itē epiſcopi & clerici diſſolutè viuentes,35. di.epiſcopus.
Item imperatores & Reges delinquentes ,96. diſt. duo.11 q.3 cum apud.
Quod non poteſt excommunicari niſi Chriſtianus, 24.q.1 audiuimus,poſt med.
Quod aliquid epiſcopus poteſt excommunicare ſubditum alterius epiſcopi ratione criminis quod in eius epiſcopatu commiſit.6.q 3.placuit , 3 q.6. ibi enim,& c.vltimo
Quod negligēter teſtamēta exequentes ſunt excōmunicandi,13.q 2.qui oblationes,& duob c.ſeq.
Item contumax eſt excommunicandus , 17. q. 4 ſi quis deinceps,in fine.
Item incendiarij ſunt excommunicandi , & pro pœnitentia per annum vltra mare tranſmittendi,23. q.vltima peſſimam.
Item homicidæ & falſi teſtes,24 q 3 itaque.
Item hæretici,& ſchiſmatici,& quorum ſcripta hæreſim continent,etiam poſt mortem ſunt excommunicandi.24.q 2 ſanè pro
Quod excommunicatur clericus mortuus in ludis gentilium.23.q.8. quicunque clericus
Item excommunicatur poſt mortem qui hæreticum conſtituit hæredē.24.q 2 ſane profertur.ante me.
Item excommunicantur poſt mortem qui ſe voluntariè occidunt,23.q.5.placuit.
Quod ſacerdos miſſā inchoatā ex temeritate nō finiens,eſt excommunicandus,7.q. 1. nihil in fine.
Quod non vitantes excommunicatos ſunt excommunicandi,11.q.3.ſanctis
Quod nemo eſt nominatim excōmunicandus niſi [illegible]

Quod nullus eſt excommunicandus antequam cauſa probatur, 24 q. 3. de illicita.
Quod nomina publicè excommunicatorum debent ignorantibus intimari, ne per ignorantiam ſe poſſint excuſare, 11. q. 3. curæ ſit.
Quod qui propter facinus ab hæreticis excommunicantur, à fidelibus propter deteſtationem criminis nõ ſunt recipiendi, 24. q. 1. quiſquis, & c. ſe.
Quod indebitè excommunicans per 30. dies à ſacra communione ſuſpenditur, 11. q. 3. audi.
Quod excommunicatus non poteſt eſſe iudex aliorum, 24. q. 1. miramur.
Quod excommunicati non admittuntur ad denunciandum, vel ad accuſandum, 3. q. 4. conſpiratores, & duobus c. ſe. 4. q. 1 per totum, 24. q. 1. miramur, § his auctoritatibus, in fi.
Item infames ſunt, 6. q. 1. infames.
Quod excommunicatus ſi intra annum ſe purgare contempſerit ſi poſt annum, tanquam reus non eſt audiendus, 11 q. 3 rurſus, & c. ſeq.
Quod excommunicati non poſſunt alios excommunicare, vel iudicare, 24. q. 1. audiuimus, & c. ait, & c. ſeq. & c. miramur.
Quod epiſcopus excommunicatus non dicitur ordinare quantum ad executionem, quia quod non habet, dare non poteſt, 1. q. 1 quicunque ſacros, c. qui perfectionem, & c. ventum eſt.
Quod excommunicati celebrantes triennij pœnitentia puniuntur, 11. q. 3. de illis.
Quod excõmunicati in ſacris conſtituti, officio intereſſe nõ debẽt, 11. q. 3. ſi quis epiſcopus, in fine.
Quod excommunicati omnino ſunt vitandi, di. 93. ſi inimicus, & c. ſeq. 6. 1. illi qui, 11. q. 3 ad menſam, & c. rogo, & quatuor c. ſeq.
Quod non eſt communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo, potu, oſculo, aut ſalutatione, 11 q. 3. excommunicatus & c. cum excommunicatio, & c. anteceſſor.
Quod non licet clericis communicare epiſcopo, 93. di. miratus.
Quod nominatim excommunicato non eſt communicandum, ne ſententia tranſeat in tertiam perſonam, 11. q. 3 ſi quis laicus, & c. excellentiſſimus, 24 q. 1 ſane quod.
Quod ideo non eſt communicandum excommunicato, vt confuſus citius laboret reconciliari, 93. diſt. ſi inimicus, & 11 q. 3. audi.
Quod cum pagano magis licet communicare quàm cum excommunicato. 11 q. 3. ad menſam.
Quod quilibet prælatus debet alterius epiſcopi ſubditum excommunicatum vitare, & facere, vt à ſuis vitetur, 11 q. 3. curæ ſit.
Quod ſine culpa communicat excommunicatis vxor, filius, ſeruus ignorans, & neceſſitatem patiens 11. q. 3. quoniã multos, & c. excellentiſſimus.
Item qui communicat propter ſpem correctionis, 11 q. 3. anteceſſor Vnde verſus.
Vtile, lex, humile res ignorata, neceſſe.
Hæc anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe.
Quod viatori, vel peregrino tranſeunti in terra excommunicatorum emere, & pauperi mendicare conceditur, 11 q. 3 quoniam multos.
Quod occultum excommunicatum tantum ſciens tenetur vitare, ac ſi ſciret publicè cum excommunicatum. 6 q. 2 ſi tantum, & c. ſeq.
Quod publicè excommunicato intrante eccleſiam, omnes debent exire, 24. q. 1 omnis qui, & 11. q. 3 ſicut apoſtoli.
Quod preſbyter ſi canonem inchoauit, propter ſuperuenientem excommunicatum, miſſum non debet relinquere imperfectam, 7. q. 1 nihil.
Quod mortuo ſuffragia à viuis non debent exhiberi, qui propter excommunicationem viuis non communicauit 11 q. 3. quicunque intra.
Quod tali excommunicato poſſumus communicare mortuo qui viuens petiuit abſolui, 11. q. 3. de communione, & c. nec quicquam.
Quod communicans excommunicato indebitè, excommunicationem incurrit, 11 q. 3. præcipue, & c. quis epiſcopus, & c. ſeq. & c. ſicut apoſtoli, & c. epiſcopi, & c. placuit.
Quod epiſcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur, 11 q. 3. Teugaldum, & c. quicunque contriſtauerit.
Quod epiſcopus communione priuatur, qui ſoli ſibi cognitũ publicat excõmunicatũ, 6. q. 2. placuit.
Quod excommunicatus antequam abſoluatur debet ſpõdere emẽdã de præterito, & cautelã de futuro, 11 q. 3 cum aliquis, & 12. q. 2. de viro, in fine.
Quod abſoluitur quis ab excommunicatione abſens per litteras, 24 q. 3. comperimus.
Quod abſoluitur poſt mortem, ſi viuens hoc petiit, 24 q. 2. nec quiſquam.
Quod de excommunicatione Papæ quam ſibi reſeruauit nullus niſi in morte poteſt abſoluere, 16. q. 1 frater noſter.
Quod ſolennis excommunicationis & abſolutionis forma ponitur, 11. q. 3 debent.
EXCVSATIO. Quod excuſatio inferioris non valet vbi de rebus eccleſiæ quas illicitè poſſident, vel principes, vel parentes ſe excuſant, 16. q. 1. in canonibus, ante ſi.
Quod auctoritas & præceptũ ſuperiorem excuſant in quibuſdã facta inferiorũ, 14 q. 5. dixit dominus.
Quod auctoritas ſuperioris nõ excuſat inferiores in delictis, 11 q. 3. ſi dominus, & c. ſeq.
Quod Iudæi furto excuſantur Aegyptiorum, quia iubente Deo patrauerunt, 14 q. 5 dixit dominus.
Quod ebrietas excuſat culpam à tanto, ſed non à toto, 15 q. 1. ſane, & c. inebriauerunt.
EXECVTIO. Quod executio ſententiæ iudicis debet differri vſque ad 10. dies propter deliberationem, 15 q. 3 cum apud.
Quod ab executoris ſententia appellare non licet, niſi ipſe modum executionis excedat, 2. q. 6 ſi quando § ab executore.
Quod licet ab executore appellare ſi ipſa ſententia excommunicationis opponatur, 11 q. 3. cum excommunicato.
Quod executores teſtamentorum propter negligentiam debent excommunicari, 13 q. 2. clerici.
EXEMPLVM. Quod exempla ſanctorum tam in ſcriptis quàm in factis perſpicacter ſunt recordanda, 20. di. de quibus, 23 q. 6. vides.
Quod ratio ſana eſt exemplis ponenda, 9 di. ſana.
Quod ſuperiores inferioribus exemplum bonum tenentur dare, 8 q. 1. qualis, 12 q. 1. nolo.
Quod vita paſtoris in exemplum debet eſſe diſcipulis 2 q. 7. cum paſtoris, 81 di. nemo.
Quod prælati tot mortib. digni ſunt quot vitioſa exẽpla ad ſubditos tranſmittunt 11. q. 3. præcipue.
Quod ſenior ibi ſtricta increpatione eſt feriendus vbi iunioribus exemplum ad interitum præbet, 2. q. 7 Paulus dicit, 93 di. peruenit ad nos, in ſi.
Quod in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ſtatus peccator honoratur, 83. di. nemo.
Quod quilibet quantumcumque magnus, ſubditos & minores ſe paratus ſit in bono imitari, 22. diſt. de Conſtantinopolitana.
Quod caſu perfectorum ſuo exemplo multos retrahit à ſtatu perfectionis quem aggredi intendebant, 17 q. 1 qui bona.
Quod mali qui emendari deſpiciunt, ne ſanctos ſuę perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida caro ab omnibus ſunt præſcindi, 24. q. 3. ecce.
Quod ad exemplum domini gratiarum actio poſt menſam debet dici, 44. di. quando autem.
De hac materia habes vbi agit. de Imitatione.
EXEMPTIO. Quod exemptio epiſcopi vel abbatis à ſuo ſuperiori non poteſt fieri niſi per ſolum papam, 16. q. 1 frater, 18 q. 2 luminoſo.
Quod exemptus non poteſt iudicari niſi à ſolo Papa, 16. q. 1. frater.
Quod in monaſteriis exemptis nullus prælatus ſine conſenſu abbatis valet exercere aliquam poteſtatem, 18 q. 2 luminoſo.
Quod prælatus qui exemptioni Papæ inſurgere conatur communione vſque ad extremum vitæ ſuę priuatur, 16 q. 1 frater ante med.
EXEQVIÆ. Quod exequię põpaticę plus sũt ſolatia viuorũ quà in ſubſidia mortuorũ, 13 q. 2. alæ.
Quod apud Deũ nõ perit quidquid pro mortuis in exequiis diligẽtia hominũ perſoluit, 13. q. 2. animę.
Quod quia ignoramus quibus mortuis proſunt vel non proſunt exequiæ, ideo pro nullo debemus eas omittere q. 2 exiſtimemus.
EXHÆREDATIO. Quod exhæredatio aliorum non debet fieri propter eccleſiæ promotionem, 17 q. vlt. c. vlt.
Quod ſucceſſor qui non adimpleuit voluntatem defuncti, debet exhæredari, 13 q. 2. Syluester.
De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.
EXILIVM. Quod exilium eſt canonica pœne quam eccleſia imponit in malitia obſtinatis, 16. q. 1 Probinum, 2. q. 1. in primis.
Quod ſacrilegorum pœna eſt carcer, vel exilium, 17. q. 4 attendendum.
Quod ignobiles pacem eccleſiæ turbantes in perpetuum exilium relegantur, 24. q. 1. qui contra.
EXITVS. Quod exitus malitiæ virtutis operatur ingreſſum, eodemq; ſtudio quo crimẽ excluditur, innocentia copulatur, 32. q. 1. cum renunciatur.
Quod tunc quis ab vnitate eccleſiæ exit, quando à fide & charitate recedit, 24. q. 1. cum aliquis.
Quod tunc boni à malis exire dicuntur, quando etiam cum ipſis corporaliter conuerſantur, mente à factis eorum recedunt, 23. q. 4. tolerandi ſunt, & c. ecce, & c. à malis.
Quod à malis exire eſt facta eorum deteſtando ĩplos de malo corripere, 23. q. 4. recedite.
Quod difficile eſt vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata ſunt principio. 1. q. 1. principatus, & c. fertur, § cum ergo. in fine.
EXPOSITIO. Quod expoſitus cuiuſcunque miſeratione collectus, poſt decem dies à domino non poteſt repeti, 87 di. ſi expoſitus.
Quod expoſitio ſcripturarum accipienda eſt ſecundum proprietatem linguarum, de quibus ſunt tranſlatæ, 38. di. locutio.
Quod exponenda eſt ſcriptura ſecundum varietatem cauſarum, perſonarum, temporum, & locorum 29. di. per totum.
De expoſitione Scripturarum require vbi agitur de Scriptura.
EXORCISTA. Quod exorciſtæ in Græco in Latino adiutantes vocantur, 21 diſt. cleros.
Quod exorciſtæ eſt officium manus ſuper energumenos & cathecumenos in exorcizando imponere, 25. d. perlectis.
FABVLA. quod fabulas ſæcularium negotiorum non decet in menſa clerici, ſed verba ſacræ lectionis recitare. 44 di. conuiuia, & c. ſeq.
Quod in menſis clericorum lectio diuinarum ſcripturarum haberi præcipitur, vt fabuloſa & otioſa vitentur 44. di. pro reuerentia.
Quod quia oblectamenta fabularum nimirum excitant ad incendia libidinum, prohibet Chriſtianus legere figmenta poetarum, 37. di. ideo.
FACILITAS. quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi 23 q. 4 eſt iniuſta. in fine.
FALLACIA. quod fallacia ex voluntate procedens grauior eſt, quàm quæ de infirmitate vel temeritate procedit, 22 q. 2 beatus. § ille ergo.
Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, ſicut patet de Petro & Paulo, 22 q. 2 beatus.
Quod ille falſum iurat, qui ſcit falſum eſſe quod iurat, 22 q. 2 beatus, § ille ergo.
Quod falli in illis quæ non ſunt ad ſalutem, vel nullũ, vel leuiſſimum eſt peccatum, 22. q. 2. in quibus.
Quod minus malũ eſt fallere aliquem in contractibus, quàm falli in articulis fidei, 22. q. 2 in ipſarũ.
Quod falſum teſtimoniũ nemo contra ſe vel proximum dicere debet, 23 q. 4. ſi non. ante medium.
Quod falſi teſtes communione priuantur, ſi clerici fuerint, in monaſterio perpetuo detruduntur, 24. q. 3. itaque, 50. di. ſi epiſcopus.
Quod ſicut veritas perſequitur falſitatẽ, ſic boni in malis nõ perſequũtur niſi malũ, 23. q. 4 qui peccat.
FALSARIVS. quod falſarius dicitur qui literas defert, quæ licet veræ fuerint, tamen de conſcientia Papæ non emanarunt, 17. di. in memoriam. vbi nota glo. quæ innuit diuerſos modos falſandi.
Item falſarius dicitur, qui chartam vel bullam radendo vel mutando falſificat, 50 diſt. ſi epiſcopus.
Item falſarius dicitur, qui falſa ſuggeſtione, vel precibus talis impetrat, 25 q. 2. dicenti.
Quod charta ſuper beneficiis perſonalibus ſi non nẽt datã falſa iudicatur, 25 q. 2 § ſi qua beneficia.
Quod licet epiſcopo ſi fuerit domini Papæ incarcerare, 19 di. in memoriam.
Quod falſarius literarum domini Papæ ſi eſt clericus, eſt ab ordine deponendus, & in monaſterium perpetuò detrudendus, 50 di. ſi epiſcopus.
FALX. Quod falx in alienã meſſem mittitur, quãdo fructus eccleſiæ non à vero ſed alieno paſtore tollitur. 13 q. 1. c. primo, § in diœceſi. ante mediũ.
Quod Deus falcẽ in meſſem mittit, cum vniuſcuiuſcunque vitam temporalem per mortis ſententiam incidit, de pœ. diſt. 1. cum ſanctum circa medium.
FAMA. Quod fama bona neceſſaria eſt nobis propter alios, vndecima q. 3 non ſunt audiendi, 12. q. 1 nolo & q. 2. quatuor. in fine.
Quod quiſquis cuſtodit famam ſuam, etiam in alios eſt miſericors, 11. q. 3. non ſunt audiendi.
Quod clericus de quo mala fama crebreſcit, etiam ſi conuinci non poteſt coram epiſcopo, etiam præſentibus preſbyteris expurgatur, 15. q. 5 c. 1.
Quod prædicator bonus officium ſuum non debet negligere, etiam ſi currat inter infamiam, & bonam famam. 6. q. 1. ſunt plurimi.
De hac materia reqre vbi agitur de Infamia.
FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mundum mittitur, quando pauperibus eleemoſynæ ſubtrahuntur, 16 q. 1 reuertimini. poſt med.
Quod qui fame laborandi non ſuccurrit, graue peccatum incurrit, 86 diſt. non ſatis.
Quod qui fame morientem non pauit, quaſi ipſum propria manu occidit, 86 di. paſce.

Quod

Quod iudex eccleſiæ licet teneatur ſedare panis famem,& ſitim aquæ,magis tamen famem audiẽdi verbum Dei,8.q 2.audacter,in fi.

Quod fames priſtina ſermonis domini pręſẽtia doctrinarum eius & cœleſtis panis ſaturitate compenſabitur,76.diſ.ieiunium,in fi.

Quod fames curat morbos, quos gula infert, de conſ.diſ 5 nullus.

FAMILIA. Quod familia debet per dominum ſuum de malo corrigi, & ad bonum incitari, 47. diſ ſicut hi,§.neceſſe.

Quod non culpatur paterfamilias faciens quod debet,ſi aliquis in familia manet incorrigibilis, 47. diſ quantumlibet.

Quod epiſcopus debet cauere ne aliquem in familia habeat indiſciplinatum,47.diſ.ſicut hi §. neceſſe.

Quod à principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis,47.diſ.quantumlibet.

Quod propter culpam familiæ negligens paterfamilias punitur tam temporaliter quàm æternaliter, ſicut patet de Hely.47.diſ.ſicut hi,§ neceſſe.

Quod domino excommunicato,indebitè fertur ſententia contra familiam,24.q.3.ſi habes,§. vt ergo.

FAMILIARITAS. Quod familiaritas cõtra extraneos repellit teſtẽ,3.q.5.conſanguinei,& c.ſeq.

Quod familiaritas mulierum nimia omnibus clericis, & religioſis prohibetur, 82. diſ. interdicit, & duobus c.ſeq 34.diſ.quorundam, 81. diſ.clericos, vſque ad fin.di 18.q.2.cognouimus,& c.ſeq.

Quod vbi nimia familiaritas eſt mulierum, ſtimuli antiqui hoſtis non deſunt,81.diſ.oportet.

Quod monachi ſacrarum virginũ cuſtodes,ne propter familiaritatẽ ſuſpecti habeantur, à frequenti earum acceſſu,& colloquio arceantur, 18.q.2. in decima,& c.ſeq.

FATVM Quod fatum eſt genus diuinationis, cui qui intendit,damnationem animæ ſuæ incurrit, 26.q.vlt.non obſeruetis.

FAVOR. Quod fauor ſingularis non debet attẽdi in electione prælati.63.diſ.porro.

Quod nec indigni debẽt propter fauorem ad ſacros ordines promoueri,1.q.1 pueri.

Quod illi qui eccleſias indignis ex fauore conferũt, ſacrilegi reputantur,1.q.1.ſunt quidam.

Quod non corrigere peruerſos nihil aliud eſt quàm fauere,83.di.nemo,& c.ſeq.13.q 6 ſi res,poſt med. 23.q.4.quiſquis.

Quod fauere impietati eſt nõ turbare cũ poſſit quis peruerſos,23.q.3.qui poteſt,& c.oſtendit.

Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger eſt in corrigendo,ipſe eis in malitia ſociatur,23.q.5.ita,& c à multis,& c.ſeq.

Quod qui conſentit peccantibus,& defendit delinquentes,apud Deum, & homines eſt maledictus, 11.q.3.qui conſentit

Quod fauorem dantes maleficiis ſunt excommunicandi,21.q.5.placuit,& tribus c.ſeq.

De hac materia require vbi agitur de Conſenſu.

FAX Quod ſicut fax accenſa ſibi detrimentũ præſtat,aliis verò lumẽ in tenebris adminiſtrat,ſic malus prælatus vel prædicator,15.q.8.ſciſcitantibus.

Quod ſicut ſuperuacuis laborat impendiis qui ſolẽ certat faſcib.adiuuare,ſic qui zelũ Dei dicit ſe habere,& in corrigẽdo exequitur Idebitè 6.q 1 ſi oſa.

FOELICITAS. Quod fœlicitate peccantium nihil eſt infœlicius,23.q.1.paratus.

FOEMINA Quod fœmina nõ debet eſſe iudex, 3.q.7.infamis,§ tria.

Quod fœmina propter verecundiam ſexus niſi in ſua & ſuorum cauſa non permittitur pro aliquo aduocare,15.q.3.§.1.& quatuor c.ſeq.

Quod fœmina niſi in crimine læſæ maieſtatis, & in hæreſi,& in ſimonia non permittitur accuſare,15. q.3.certis de cauſis,& tribus c.ſeq.

Quod fœmina quantumcunque docta, & ſancta in conuentu virorum non debet prædicare, 23.diſ. mulier,33.q.vlt.c.vlt.de conſ diſ 3.mulier.

Quod monachæ vel quantumcunque ſanctę fœminæ non licet pallas altaris, vel ſacra vaſa contingere,23.diſ.ſacratas.

An fœmina poſſit ordinem & characterem ordinis recipere,27.q.1 diaconiſſam.

Quod fœmina ſancta mente eſt diligenda, non corporali frequentia,32.diſ.hoſpitiolum.

Quod fœmina extranea non debet clerico cohabitare,81 diſ.cum omnibus,& c.ſeq.

Quod non poſſunt Deo pleno corde coniungi qui fœminarũ acceſſib copulãtur. 32.di hoſpitiolum.

Quod clerico prohibetur cohabitatio fœminarũ,niſi fortè ſint mater,vel ſoror, vel cõſimilis perſona carens ſuſpicione,32 diſ. interdicit,23.diſ his igitur,81.diſ clericus.& c.ſeq.

Quod beatus Auguſtinus etiam cum ſorore habitare noluit propter coniunctarum perſonarum ſocietatem,81.diſ legitur.

Quod religio non permittit vt ſolus cum ſola loquatur,81.di.in omnibus.

Quod vt excludatur mala ſuſpicio, nullus clericus, niſi certis locis, & temporibus debet loqui cum fœmina,81 diſ.in omnibus.

Quod confabulatio clerici cum fœmina, debet eſſe per modica,& compendioſa verba,18 q.2.diffinimus,& c.ſeq

Quod etiam abbati non licet loqui cum fœminis, niſi ſub duorum vel trium monachorum teſtimoniis,18.q.2.in decima.

Quod monachi,& monachæ in vno monaſterio nõ debent cohabitare,18 q.2.diffinimus.

Quod abbatiſſa volens loqui cum aliquo, debet aſſociari per vetulam monachã, 18.q 2.diffinimus.

Quod non licet clericis,& aliis Chriſtianis balneare ſecum fœminis,diſ.81.non oportet.

Quod de formis fœminarum non eſt diſputandum, 42.diſ hoſpitiolum.

Quod fœmina in ſignum ſubiectionis, & verecũdiæ peccati quod induxit,debet velare caput,15.q 3.§. 3.verſ his itaque,33.q.vlt & c.vlt. & c.hæc imago.

Quod fœmina nec comam amputare.nec veſte virili propter luxum vti debet, 30. diſ. ſi qua mulier ſuo,& c quæcunque.

Quod enixæ vel menſtruatæ fœminæ non debet prohiberi introitus eccleſiæ,5.diſ.§.1.& c.ſeq

Quod deterior eſt conditio mulieris quàm viri quãtũ ad ſubiectionem,33.q.5 hæc imago, & c. ſeq.

Item quantum ad voti fractionem, quia vir votũ eius reuocare poteſt,ſed nõ cõtrario,31 q.5.noluit.

Item quantum ad ordinis ſuſceptionem,32 diſ.mulieres,15.q.5.§.3.

Itẽ quãtũ ad accuſationẽ & teſtificationẽ,15.q.3 §.3.

FERIÆ. Quod feriæ legitimæ ad feſtinandum, & non ad placita ſæcularia exercenda ponuntur, 15. q.4 per totum.

Quod feriæ legitimæ ad ieiunandum ſunt ſecũda feria,quarta & ſexta,82.diſ.presbyteri, 11.q vlt de illis,22.q.5 qui compulſus.de conſ diſ. 3. ieiunia

Quod ab aduentu domini vſque ad octauas Epiphaniæ,& alia tẽpora feriata ſũt quo ad celebrationẽ nuptiarũ.33.q.4 non oportet.& tribus c.ſeq Vide quod ſanciuit concil Tridentin.de hac re

Quod qui dies. vel quæ tempora feriãda ſunt per anni circuitum,de conſe.diſ 3 §.1.

FESTIVITAS. Quod feſtiuitas ſanctorũ quãdo ſit feſtiuanda laicis eſt pronuntiandum,de cõſe diſ.3.§.1.

Quod feſtiuitates per anni circulũ ſunt celebrandę, innuitur,de conſ.diſ 3.pronuntiandum. & c.rogationes.

Quod in ſanctorum feſtiuitatibus maximè ſolẽt homines vacare comeſſationib 44 di comeſſationes.

Quod maximè clerici feſtiuitates ſanctorum cum deuotione tenentur peragere,44.diſ.nullus, 15.q. 4.per totum,36 q 7 & hoc diximus.

Quod in feſtiuitatibus prohibendi ſunt laici per ſacerdotes à corearum ſaltationibus,de conſ. diſ.3. irreligioſa.

De hac materia habes vbi agitur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod feſtinantia in quibus ſit bona,& in quibus mala, habes vbi agitur de acceleratione.

FINGERE. Quod decuplex inuenitur de canone fictio conſona cum decem prędicamentis,nam quandoque fingitur eſſe qui non eſt,vt Iacob finxit ſe eſſe Eſau,22.q.2 quæritur,§.opponitur, vbi nota prædicamentum ſubſtantiæ

Item quandoque fingitur eſſe quis minor quàm ſit, 2.q.7 quanquã Exemplum de Auguſtino,& Hieronimo,vbi nota prædicamentum quantitatis.

Item quandoque fingitur quis talis eſſe qualis non eſt,29.q.1 §.1.vbi nota prædicamẽtum qualitatis.

Item quandoque quis fingitur eſſe pater qui nõ eſt, 27 q.2 inſtitutum,§ iuxta vbi Ioſeph dicitur pater Chriſti.vbi nota prædicamentum relationis.

Item quandoque fingitur quis agere quod non agit, 22.q.2.cum humilitatis, vbi nota prædicamentũ actionis.

Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur, 31 quæſ.5 propoſito, vbi nota prædicamentum paſſionis.

Item quandoque fingitur quis eſſe eo tempore quo non eſt,de pœn.diſ.1.periculoſè,vbi nota prædicamentum.

Item quãdoque fingitur ſitum eſſe,quod nõ eſt,13. di.duo,& c.nerui,vbi nota prædicamentum ſitus.

Item quãdoque fingitur nõ habere quod habet.31. di.lex cõtinẽtiæ.vbi nota prædicamentũ habitus.

Item quandoque fingitur eſſe in loco vbi non eſt.7. q.1 mutationes.vbi nota prædicamentum,vbi.

FIDES. Quod fides eſt de non viſis,& ideo habet meritum.de pœn.diſt.4 in domo.

Quod fides eſt quæ per dilectionem operatur, de pœn.diſt 2.firmum Dei fundamentum.

Quod fides quãdoque accipitur pro fidei ſacramẽto aliquando pro habitu mẽtis,de conſ. diſt.4 nihil.

Quod illud apoſtoli, Quidquid non eſt ex fide,peccatum eſt.ſic accipitur quòd quidquid fit contra conſcientiam,ædificat ad gehennam, 28. q 1. omnes,§.ex his.

Quod fides non tantum eſt liberi arbitrij, ſed donum Dei,de conſ diſt.4 gratia.

Quod fides ſine operibus non valet,1 q.1.ſicut viget.& cap ſeruit de pœ.diſt.2 §.non eſt mirum.

Quod fides meritorum ſuorum gradibus proficit & creſcit.de pœn.diſt 1.§ hæc quæ.

Quod articuli fidei,quos firmiter credere debemus, ponuntur.31.diſt.qui epiſcopus.de conſ.diſt. 4.1.

Quod ſymbolum fidei eſt in eccleſia publicè laicis prædicandum de conſe.diſt 4 ſymbolum.

Quod ſymbolum fidei ab electo in archiepiſcopũ ante acceptionem pallij eſt profitendum,100.diſt. optatum.

Quod eſt multiplex effectus fidei,nam fides in vnũ connectit quos diuerſitas meritorum tenet, 43. diſt.ſit rector poſt med.

Itẽ fides omnia purgat,15 q.vlt.c.vlt.24.q.1.ſi Petr⁹.

Item omnes procellas militantis eccleſiæ ſuperat, 24 q 1.non turbatur.in fin.

Item fides rempublicam magis quàm ſudores corporales gubernat,23.q.8.tributum,§.quamuis.

Item vbi humana ratio non poteſt attingere, fides comprehendit,24 q 1 non turbatur.in fine.

Quod fides ſupplet vbi baptiſmus vel aliud ſacramẽtum haberi non poteſt.de conſ.diſt 4.baptiſmi.

Item in baptiſmo prodeſt paruulis fides offerentiũ. de conſe.diſt 4 illud.

Item niſi quis ſoliditatẽ fidei tenuerit, Deũ cognoſcere non poterit,20 q 1.quia

Item vbi ſana fides non eſt,non poteſt eſſe iuſtitia, 24.q 1 vbi.

Quod ſine fide falſa eſt virtus etiam in optimis moribus,28.q 1 omnes,§ ex his.

Quod prælatorum eſt confirmare fidem ſubditorũ. 11 diſt.§ 1.in fin

Quod cum circa fidem in aliquid dubitatur, ad ſedem apoſtolicam.tanquam ad magiſtram recurritur,11 diſt.palam,12.diſt.omnes.

Quod omnes Chriſtiani tenentur fidem Chriſti defendere,96.diſt nos.& c.vbinam.

Quod non habet fidem Chriſti qui corpus ipſius, ideſt,membra eccleſiæ nititur diſtrahere, 24. q.1. aduocat.

Quod illis non eſt credẽdum qui fidem veritatis abiecerunt,2.q 7.non poteſt,81 diſt.epiſcopum.

Quod qui diuinationib.& magicis illuſionibus credit fidem perdit,26.q 5.epiſcopi.

Quod ideo permittit Deus magicis artib. illudi hominibus,vt ipſorum erga Deum fides probetur, 26 q.5 nec mirum.in fine.

Quod fides cum promittitur,etiam hoſti eſt ſeruãda,23.q.1.noli.

Quod in promiſſione ſtultè facta vel vi extorta fides nõ eſt ſeruanda,22.q.4.in malis,15.q 6.c.1.& ſe.

Quod non eſt fides quæ promittitur pro crimine adimplendo,22.q 4 ſi ad peccatum.

Quod ad fidem ſuſcipiendam nullus eſt cogendus, 55 diſt.quid.c.qui ſyncera.& c.de Iudæis

Quod ad ſuſceptum fidem cogitur quis redire,& eã ſeruare,45 di de Iudæis,23 q 5.ad fidem.

FIDELITAS. Quod fidelitas ſeruanda eſt domino temporali 24 quæ. ſi apud.

Quod propter pręceptum eccleſiæ quandoque diſcolis dominis fidelitas non ſeruatur, 15.q. 6. nos ſanctorum,& c.ſeq.

Quod Papa propter exceſſum Domini abſoluit ſubditos à iuramento fidelitatis,15.q.6.alius.

Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatẽ,63. diſt.tibi Domino.

Quod fidelitatis forma ſex requirit ſeruanda,videlicet incolume,tutum,honeſtum,vtile,facile,poſſibile,22.q.5.de forma.

Quod inter fideles & infideles multa debet eſſe diſcretio.2.q.4 alieni.

Quod debet inter eos eſſe diſcretio in accuſatione & teſtificatione,2.q.7.pagani.

Item in matrimonij contractione, 28. q.1.iam nunc & c.ſeq.& c.Iudęi.& § ſeq.

Item in ciborum perceptione,28.q 1 nullus,& c.ſe.

Item in mutua cohabitatione.28 q 1 Iudæ. & [illegible]

bbbb 4 Item

Itē in ieiuniorum obſeruatione, de con. di. 3. ieiuniū.

Item in temporis præſcriptione, 16. q. 3. porro.

Quod non poteſt homini eſſe fidelis, qui Deo extitit infidelis, 1. q. 7. non poteſt.

Quod nō fidelis malè licet ſit numero īra eccleſiā, merito eſt extra, 1. q. 1. vt euidēter, 24. q. vl. de illis ī fi.

Quod talis plus nociuus eſt eccleſiæ, quàm directè infidelis. 11. q. 3. nolite, in fi.

Item peior eſt infideli, 6. q. 1. quæro.

Quod talis Chriſtiani peccatum grauius eſt peccato infidelis, 32. q. 4. in eo.

Quod pœna ipſius pro peccato grauior erit quàm pœna infidelis, 1. q. 1. ſcimus, 1. q. 1. nonne.

Quod talis tolerandus eſt, non imitandus quandiu ab eccleſia per ſententiam non præſciditur, 23. q. 4. fortè. & c. infidelis.

FILIVS. Quod filius dicitur per carnis propagationem per morum imitationem, 22. q. 2. quæritur. § item opponitur.

Quod filij Dei dicuntur tripliciter, vel prædeſtinatione tantum, vel prædeſtinatione & ſpe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præſentis iuſtitiæ, de pœ. di. 4. ſi ex bono.

Quod filij ſpirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per batiſmi immerſionem, aut à baptiſmo per leuationem, aut per confeſſionem, 30. q. 1. omnes, & c. ad limina.

Quod filij diaboli dicuntur, nō per carnis propagationem, ſed per criminis ſucceſſionem, 1. q. 1. cito.

Quod filij liberi dicuntur qui ex libero matrimonio ſunt orti. Naturales autem concubinati filij, quos ſola natura gēuit, nō honeſtas cōiugij, 33. q. 4. c. vl.

Quod illi nō reputantur filij, nec debēt ī bonis ſuccedere patris, q nati ſūt de īceſtu, 35. q. 7. per totum.

Quod filij legitimi dicuntur, qui vel ante baptiſmū, vel poſt de matrimonio nati ſunt, 28. q. 1. nūquid.

Quod filij ſequuntur conditionem ventris, 32. q. 4. c. vlt. 28. q. 1. Iudæi.

Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere, 30. di. ſi quis reliquerit.

Quod tenetur filios ſuos verbo, & exemplo à vitiis ad virtutum ſtudia prouocare, 47. di. ſicut hi, §. neceſſe, vſque in finem.

Quod nō debet ſemper eos oſculari, ſed quādoque propter diſcipliuā caſtigare, 5. q. 5. nō obſculatur.

Quod gloria patris eſt filius ſapiēs, 91. di. eſto, in fine.

Quod tunc pro patribus nati ſunt filij, quando pro apoſtolis ſurrexerunt epiſcopi, 68. di. quorum.

Quod filij presbyterorum ſi paternæ incontinentiæ ſunt imitatores, ad ſacros ordines non ſunt promouendi, 56. di. presbyterorum.

Quod quandoque filiis peccata parentum imputantur, quandoque non, 61. di. per totum.

Quod filij illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum, 15. q. 3. cum multæ.

FISCVS. Quod fiſcus tollit quod nō accipit Chriſtus, 16. q. 7. maiores, & q. 1. decimæ, circa med.

Quod res conuictorum, & vnitati pertinaciter reſiſtentium, fiſco vendicantur, 23. q. 4. nimium, in fi.

FLAGELLVM. Quod flagellum domini quandoque eſt ad vindictam, quandoque ad hominis purgationem, 7. q. 1. cum percuſſio.

Quod ſicut paſtor errantia pecora flagello reducit, ſic homines errantes per flagella ſunt reducendi, 23. q. 4. nimium, poſt medium, & c. diſplicet, per totum. & c. debet.

Quod flagellato non eſt addenda afflictio, 7. q. 1. cum percuſſio.

Quod flagellatio vt proficiat, debet eſſe diſcreta, 45. di. cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de Correctione diſciplinæ, & vbi agitur de Percuſſione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur ſacerdotes Gentilium à filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quaſi filamines, 21. di. cleros, circa med.

Quod apoſtoli in locis, vbi Gentiles primos habuerunt flamines, conſtituerunt patriarchas, vbi verò archiflamines, conſtituerunt archiepiſcopos: & vbi flamines, poſuerunt epiſcopos, 80. diſt. in illis.

FLETVS. Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorū, quia illos per mortē nō amittimus, ſed præmittimus, 13. q. 2. quā p poſteris.

Quod flere mortuum indebitè, prouenit ex deſperatione futuræ reſurrectionis & ex puſillanimitate plus quàm ex pietate, 13. q. 2. vbicunque. & § ſeq.

Quod dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad mundi huius ærumnas reſuſcitandum, 13. q. 2. qui diuina.

Quod Petrus fleuit, & flendo peccata deleuit, de pœn. diſt. 1. circa prin.

Quod peccator flere dēt cogitādo q̄ iniuſtè peccādo Deum ſuum offendit, de pœn. diſt. 5. § deſleat.

Item fleat qui peccatis ſe vltro obtulit, & in ipſis perſeuerauit, de pœn. di. 1. §. 1. circa prin.

Item fleat non ſolum quia peccauit, ſed quia interim virtute ſe priuauit, de pœn. 5. § 1. ver. dolendum.

Item fleat quod proximum ſuum malo exemplo corrupit, de pœn. diſt. 5. §. 1. vel animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES. Quod fomes eſt languor naturæ, qui carnis cōcupiſcentia appellatur, 15. q. 1. §. itaque

Quod fomes carnis concupiſcentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici poteſt, ſed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctione carnis correptione, 15. q. 1. itaque.

Q̄d fomes nō eſt peccatū, ſed pœna peccati, 15. q. 1. §. 1.

Quod fomes in baptiſmo non deletur, ſed debilitatur, de con. diſ. 4. per baptiſmum, & c. non ex quo.

Quod fomes ſemper repugnat legi mentis, etiam in perfectis, 32. q. 5. ſi Paulus.

FONS. Quod fons ſignatus, & puteus aquæ viuæ dicitur eccleſia, 24. q. 1. omnibus, & c. quoniam.

Quod à fonte præciſus riuus areſcit, ſic vnuſquiſque ab vnitate eccleſiæ ſeparat⁹, 24. q. 1. loqui. ſ, ante fi.

Quod ſciēria ſacræ ſcripturæ magis de fonte, quàm de riuulis eſt quærenda, 76. diſ. ieiunium, circa prin.

Quod prælati non vtilia ſaluti prædicantes, dicuntur fontes ſine aqua, 2. q. 7. § ſicut, in fi.

Quod charitas dicit̄ fōs, 8. q. 1. in ſcripturis ante fi.

Quod dicitur fons baptiſma, 32. q. 2. pridem.

FORMA. Quod forma & exemplum dicitur eſſe prælati ſubditorum, 94. di. dictum, 95. di. eſto, 19. q. 1. prædicator, 22. q. 4. præcipimus.

Quod forma eccleſiaſticæ vitæ eſt in clericorum caſtitate, 82. di. propoſuiſti, in fi.

Quod forma perfecta eſt, vt non totum ſibi arripiat, ſed q̄d hēt, cū pauperib. partiat, 86. diſt. in ſingulis.

Quod forma appellationis & apoſtolorum habetur, 2. q. 6. poſt appellationem. § forma.

Item forma reconciliationis excōmunicati, 11. q. vl. quod prædeceſſor, § excommunicationis, & c. ſe.

Item forma fidelitatis iuratur, 22. q. 5. de forma.

Item forma verborum qua tranſubſtantiatur corpus, & ſanguis Chriſti, de conſ. di. 2. quia corpus, & c. qui manducat.

Item forma ſeparationis & reconciliationis coniugum, 35. q. 6. ab iſto, & c. ſeq.

FORNICATIO. Quod fornicatio eſt duplex, ſcilicet, ſpiritualis, & corporalis, ſeu carnalis, 28. q. 1. idololatria, 32. q. 7. non ſolum.

Quod omnis pollutio immunda, eſt carnalis fornicatio, 32. q. 7. per totum.

Quod fornicatio licet videatur eſſe genus cuiuſlibet coitus, tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarum, meretricum, vel concubinarum, 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.

Quod fornicatio carnalis nulli impunè conceditur, 27. q. 1. nubendi.

Quod ſimplex fornicatio, quæ eſt ſoluti cum ſoluta, prohibetur, 32. q. 4. dicat, & c. meretrices.

Quod propter maius malum vitandum, non eſt multum exaggeranda, 32. q. 2. ancillam

Quod fornicatio non eſt diuerſa, ſiue pulchra ſit, ſiue turpis quam quis cognoſcit, 14. q. vlt. c. vlt.

Quod fornicatio maximū peccatum eſt propter templi Dei violationem, 32. q. 4. in eo, & q. 7. non ſolū.

Quod fœminæ fornicantes cum clericis, debent in ſeruitutem redigi, 81. diſt. cum qui.

De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod epiſcopus, vel presbyter fornicans cum ſua filia ſpirituali, ſi publicum eſt, debet deponi, ſi occultum, epiſcopus, 15. annis, & presbyter, 12. debet pœnitere, 30. q. 1. omnes, & duobus, c. ſeq.

Quod maritus ſic continere debet vt non det vxori occaſionem fornicandi, 27. q. 1. nubendi.

Quod propter ſolā cām fornicationis vxor, dimittitur quantū ad cohabitationem, 32. q. 1. dixit dñs.

Quod fornicatio ſpiritualis eſt idololatria, quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio, 28. q. 1. idololatria.

Quod fornicatio animi eſt ſeruitus idolorum, 32. q. 7. non ſolum.

Quod auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus, fornicatio ſpiritualis dicitur, 28. q. 1. idololatria.

Quod fornicatio ſpiritualis dicitur conſenſus mentis ad fornicandum, iuxta illud, Qui viderit mulierem, & c. 32. q. 7. non ſolum.

FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis ſi pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis eſt, 23. q. 3. fortitudo. Exemplū de Moyſe, qui Aegyptum malignantem occidit, 23. q. 3. non in inferenda.

Quod ille prodeſt furi vel piratæ qui fortitudinē mēbrorū ſuorū ne peius agat, debilitat, 23. q. 3. ſi quis.

Quod dilectores huius ſæculi fortes ſunt in iis quæ ſunt ad mundum, & debiles in his quæ ſunt ad Deum, 47. diſt. omnes.

FORVS. Quod forus eſt exercendarū litium locus, ſicut innuitur, 11. q. 1. clericus ſiue.

Quod actor debet ſequi forum pulſati, 11. quæ. 1. ſi quiſquam.

Quod ſiue clericus, ſiue laicus, pro crimine pulſatus non niſi in foro ſuo debet audiri, 11. q. 1. clericus, & c. ſeq.

Quod clericis pulſatis in epiſcopali iudicio forum competit, 11. q. 1. ſi quiſquam.

Quod excepta ſede apoſtolica nemo poteſt trahi extra ſuam diœceſim vel prouinciam pro cauſæ litigio 6. q. 3. & 12. q. 4. ferè per totum.

Quod ratione criminis commiſſi efficitur quis de foro alieno, 3. q. 6. c. vlt.

Quod ibi cauſa agenda eſt, vbi crimen committitur 3. q. 6. peregrina, & ſex. c. ſeq.

Quod ſi quis mutat domicilium, ibi forum iuditij ſubeat vbi habitationem elegit, 15. q. 2. vbicunque. § quia ergo.

Quod qui cauſam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam ad alterius fidei iudicis forum euocat, eſt excommunicandus, 2. q. 6. catholicus.

Quod clericus ab epiſcopo depoſitus ſi principē ſeculatē adeat, amplius non auditur, ſed ſpem recipiēdi grados in futurū amittit, 21. q. 5. c. 1. & c. vlt.

Quod clericus ſi extra prouinciā (excepta ſede apoſtolica) iudicia expectat, eſt deponendus, 3. q. 6. nō liceat, 11. q. 1. ſi quis clericus, & c. ſeq. & cap. moleſta, & c. de diuerſis.

FRATER. Quod dicitur quis frater fide, 2. q. 1. multi. circa medium, 11. q. 3. ad menſam.

Itē frater dicitur cōſanguinitate, 35. q. 3. quædā lex.

Item dicitur frater iuris interpretatione, 28. quæ. 1. nunquid.

Item dicitur frater dignitatis communione, 51. diſt. præterea. de pœn. diſt. 5. fratres noſtros.

Item dicitur frater religione, 16. q. 1. vos autem

Item dicitur frater religionis profeſſione, 10. q. 2. epiſcopus habeat.

Item dicitur frater nomine naturæ, 6. q. 1. ex merito.

Item dicitur frater ſimilitudine, de conſe. diſt. 1. Iacobus frater Domini.

Item dicitur frater facti comparatione, 14. q. immolans, in fi.

FRAVS. Quod fraus propriè committitur quando res ad ſpeciales vſus miſſa retinetur, vel indebitè expenditur, 16. q. 1. reuertimini.

Quod amico rapere furtum eſt, eccleſiámque defraudare ſacrilegium eſt, 12. q. 1. gloria, in fi. 13. q. 2. qui oblationes, in fin.

Quod cū pauperibus eleemoſynā ſubtrahitur Deus qui res ad hoc cōtulit, de ſua parte defraudari conqueritur, 16. q. 1. reuertimini.

Quod qui defraudat panem egentium, homo ſanguinis eſt, 11. q. 3. immolans

Quod q legata morientiū retinēt, egenos & mortuos conſolatione defraudant, 13. q. 2. qui oblationes.

Quod qui defraudat eccleſiæ res, in quadruplum debet reſtituere, 12. q. 2. in aut quis

Quod clericus qui res eccleſiæ, quæ ſunt pauperum defraudat, eſt corripiēdus, ſi verò epiſcopus eſt, deponendus eſt. 10. q. 2. epiſcopus. & c. ſeq.

Quod qui furem & latronem vel raptorem aliena cū poſſit vt reſtituat non compollit, eſt ſocius fraudis vel criminis, 14. q. vlt. ſi res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

FRVCTVS. Quod fructus digni pœnitentiæ ſunt incipientium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere, de pœn. diſt. 5. circa fi. 50. diſt quia ſanctitas.

Quod fructus virtutum ſunt proficientium, quorum eſt de virtute in virtutem progredi, de pæ d. 5. in fi.

Quod fructus ſpiritus ſunt perfectorum, quorum eſt beatitudinibus inſiſtere, videlicet volūtariam paupertatem diligere, manſuetudinē tenere, pro æterno deſiderio lugere, iuſtitiam eſurire & ſitire, miſericordiam & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obſeruatione iuſtitiæ perſecutionem pati, & cæteris fructibus ſpiritus inſiſtere. de pœn. diſt. 2. ſi quis ſemel.

FVGA. Quod fuga peccatorum eſt elongare ſe à terrenis & propinquis, 12. q. 1. c. cui portio.

Quod fugiendi ſunt honores, & fugientibus offerendi 8. q. 1. in ſcripturis.

Quod

Quod ſi à perſecutoribus prælati perſona quæritur, debet fugere: ſi autem ſua vel gregis quæritur, ſe obijcere, q. 1. aduerſitas, & hoc etiam tunc.
Quod qui iudicium fugit, conſtat illum de iuſtitia diffidere, 11. q. Chriſtianis, in fine.
Quod hæretici & ſchiſmatici in prouidentia permanentes ſunt fugiendi, 24. q. 1. omnes.
Quod ad eccleſiam fugientes ſunt ab eccleſia protegendi, 87. d. ſ eos.
FVROR. Quod furor commotionis tempore iuſtū putat omne quod facit, 11. quæ. 3. illa.
Quod laudabile eſt in præpoſitis ſi non furent, ſed ratio dominetur in ipſis, 11. q. 3. illa.
Quod furor in ſapiente talia facit, de quibus poſt multum ſolet pœnitere, 11. q. 3 cum apud.
Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent præcipitare ſententiā, 11. q. 3. ſummopere
Quod qui poſt ſacerdotiū furere inceperit, ſacerdotio non carebit, niſi in furia ſit perſeuerās, 15. q. 1. ſi quis non. in fin.
FVRTVM. Quod furtum eſt omnis illicita alienæ rei alienatio, 14. q. 5 pœnale, 32. q. 4. meretrices, circa fin.
Quod fur reputatur qui volens furari propter timorē humanū nō furatur, de pœn. diſ. 1. ſi propterea.
Quod non permiſit rapinam qui furtum prohibuit, 32. q. 4 meretrices
Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo aufertur illicitè, in prohibitione decalogi continetur, 14. q. 5 pœnale.
Quod quātūcūque parū quis abſtulerit, furti cōmiſerit, 14 q. 6. ſi. de pœn. diſ. 1. vulgatis.
Quod non furtum ſed mens furantis attenditur, 14. quæ. vlt. c. vlt.
Quod furtum non facit neceſſitas, ſed voluntas de conſe. diſ. 5. diſcipulos.
Quod cum pro neceſſitate vitæ alienum tollitur, quia tunc omnia ſunt communia, furtū non cōmittitur. ibi
Quod qui vt eleemoſynam faciat alienum accipit, furtū cōmittit, 14 q. 5 fortè, 32. q. 4 ſic non ſunt.
Quod non eſt furtum accipere ab inuito ſibi debitum, 14 q. 5. non ſanè
Quod res Ægyptiorum aſportando furtum non cōmiſerunt filij Iſrael, quia Domino omniū iubēte paruerunt, 14. q 5 dixit Dominus.
Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, ſed humanitatis cauſa poteſt pro ipſo intercedere, 14 q. 6 c. ſi res, & c. ſi qui
Quod fures vel latrones, quia infames ſunt, nec accuſare, nec teſtes eſſe poſſunt, 3. q. 5. conſtituimus
Quod furtū ex auaritia commiſſum grauius punitur quam quod fit ex inopia, 12. quæ. 2. fraternitas.
Quod epiſcopus rerum eccleſiæ dilapidator tanquā fur à ſuo honore eſt deponendus, 10. q. 2. c. vlt. 12. q. 2. in legibus.
Quod presbyter in furto deprehenſus, ab omni honore deponitur, 82. diſ. presbyter.
Quod prælatus eſt fur, qui non curat de ouibus, vel non intrat per oſtium in officium prælaturæ, 23. q. 4 tres perſonas
Quod furtiua vſurpatio præiudicium non generat, 93. diſt. illud.
FVTVRVM. Quod futura ſcire expedit, & modo debito ſunt inquirenda, 1. quæ. 7 conuenientibus, in prin.
Quod futura non ſunt per ſortilegia inueſtiganda, 26 q. 2 non ſtatim, & duobus c. ſeq.
Quod curioſitas eſt per cōſtellationes futura inueſtigare, 26 q. 7. ſors, § his ita.
Quod futura non ſunt inueſtiganda per augeria vel per aliarum artium magicarum documēta, 26. q. 2. illud.
Quod ōnia prædicta futura inquirere eſt idololatriæ deſeruire 26. q 2. ſed & illud.
Quod aruſpicia & augurationes, oracula & necromantia per quæ homines futura inquirunt, inoleuerunt ex arte dæmoniaca, 26 quæſ 2. qui ſine Saluatore.
Quod ex inſpectione ſcripturarum futura non ſunt quærenda, 26. q. 5. aliquanti
Quod dæmones cum ex acumine ſenſus & ſceleritate motus & ex diuturnitate temporis ipſi ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prædicere, 26. quæſt. 4. ſciendum per totum capitulum

GENERATIO. Quod generatio eſt duplex, videlicet carnalis, quæ eſt à patribus per ſucceſſionem, & ſpiritualis, quæ fit per baptiſmi generationē, 32. q. 4. recurrat, de conſe. d. 4 regenerante.
Quod in generatione carnali quādoque de malis naſcuntur boni, quando de bonis naſcuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32. q. 4 recurrat, 47. diſ. quantumlibet, 56. d. ſ naſci. in fin.
Quod naſci de adulterio non eſt culpa naſcentis, ſed eius qui generauit, 56. diſt. naſci
Quod vndecunque generātur homines, honeſti & ſalui erunt, ſi parentum vitia non ſectantur, 56. di. vndecunque, &c. Dominus noſter
Quod multi ſummi pontifices & epiſcopi ſunt ex presbyteris generati, 56 diſt. c. 1. Oſius.
Quod ideo quidam vſque ad quartam generationē eccleſiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multiplicitèr ſucceſſio generationis aboleat. 1. q. 1. cito.
Quod generatio ſpiritualis quæ eſt per baptiſmum, facit remiſſionem omnium peccatorum. de conſ. di. 4. regenerante.
Quod baptiſmus Ioānis nō erat ſufficiēs ad ſpiritualē generationē. de cōſ. di. 4. nō regenerabātur.
Quod Chriſtus ſuo baptiſmo homines ad ſpiritualē generationem prouocauit. de conſ. diſt. 4. non regenerabantur
GENVA. Quod genua à feſto Paſchæ vſque ad feſtū Pentecoſtes, incluſiuè in ſignum reſurrectionis dominicæ ad horas non ſunt flectenda, 76. diſt. c. ieiunium § non autem. & cap. ſcire, 50 diſt ſi quis presbyter. § ſimiliter.
Quod nec die dominico, nec in alio feſto ſanctorū genua flectenda ſunt orando, 50. diſt. ſi quis presbyter. de conſe. diſt 3. quoniam ſunt
Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent, 16. q. 7. ſi. ...
GESTVS. Quod geſtus exterior corporis qualitatem indicat mentis, 41. d. clericus. § ſicut ergo.
Quod geſtus reprehenſibilis ſi diſſolutus vel multis eſt indicat laſciuiam, ſi fractus, indicat ſuperbiā, ſi citus, indicat impetuoſitatē, ſi tardus, indicat pigritiā, 41. diſt. parſimoniā & c. clericus. § ſicut ergo.
GLADIVS. Quod gladius eſt duplex, ſcilicet, materialis & ſpiritualis, 23. q. 8. § 1. 15 q. 6. auctoritatem. circa fin.
Quod Chriſtus non venit in terram mittere gladiū materialem, ſed ſpiritualem, 33. q. 2. interfectores § in hoc.
Quod in eccleſia non habet niſi ſpiritualem gladiū quia non occidit ſed viuificat, 33. q. 2. inter hæc 16. q. 2. viſis. in fi. 24 q 1. ſi Petrus.
Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, ſpiritualis verò qui eſt verbum Dei exerceri præcipitur, 23 q. 8. § 1. & c. 8. § 1.
Quod eccleſia criminoſos nō materiali ſed ſpirituali gladio feriri iubet, 33. q. 2 interfectores. § in hoc.
Quod prælati eccleſiæ de mādato Papæ poſſunt res eccleſiæ materiali gladio defendere, 15. q. 6. auctoritatem, circa finem
Quod poteſtates ſæculares ideo non ſine cauſa gladium materialem portant qui in malefactores iræ Dei exiſtunt miniſtri, 23. q. 5. non ſolum. & c. ſunt quædam, & q. 4 quæſitum, & c ſicut in ſi.
Quod ſæcularis poteſtas cum gladium vindictæ reſpuit, occaſionem peccandi tribuit, 23. qu quarta, eſt iniuſta.
Quod ille gladium materialem cū culpa accipit, qui ſine poteſtate conceſſa à ſuperiore in ſanguinem alterius armatur, 23 q. 4 ille gladium.
GLORIA. Quod gloria epiſcopi eſt pauperibus ſubuenire, 12. q 1 gloria.
Quod prędicator gloriam ſuam euacuat, quando nō pro æterno, ſed pro fructu temporali laborat, 1. q. 1. ſacerdos. in fi.
Quod in lata gente eſt gloria regis. in diminutione plebis, eſt contritio principis, 1. q 4. eccleſię. § nō David poſt medium.
Quod nihil eſt illo paſtore deterius, qui luporē laudibus gloriatur, 83. diſt nihil. 6. q. 1. ſunt plurimi.
Quod melior eſt in malefactis humilis cōfeſſio, quā in bonis ſuperba gloriatio, 11. q. 3. iniuſtum.
GRATIA. Quod gratia dicitur eo quod gratis datur vel recipitur, gratia aliter non eſt, 1. q. 1. c. 1.
Quod gratia non generis nobilitate, ſed virtute paratur, 40. diſt. illud.
Quod nullus niſi purgetur à vitiis, gratiā Dei poteſt accipere, de pœn. diſt. 1. non poteſt quiſquam.
Quod ſicut ſol æquali luce ſuper omnes radiat, ſic gratia Dei ſine acceptione perſonarum æqualiter omnibus infunditur, de conſec. diſtinct. 4. nec quanquam
Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit cōmendationis augmenta, 6. q. 1 ... omnia.
Quod quantumcunque occulta loca animam ſine gratia ſaluare non poſſunt, quia de paradiſo homo, & angelus de cœlo peccando cecidit, 40. diſt. quælibet.
Quod gratia Dei dat fidem, & facit remiſſionē peccatorum, de conſe diſt. 4 gratia quæ
Quod gratia Chriſti non ſolum facit malum vitare ſed etiam bonum facere, de conſec. diſt 1 placuit. & cap ſeq.
Quod gratias Deo & hominibus pro beneficiis agere debemus, 16. q. 1 ...
Quod de aduerſitatibus & paſſionibus Deo gratias referrere debemus, 21. q vlt. c. vlt.
Quod ſine gratia mandata Dei adimpleri non poſſunt. de conſecr. diſ. 4. c. vlt.
GRADVS. Quod gradus in eccleſia diuerſi, & ſtatus vnitatem eccleſiæ conſeruant. diſtinctione 89 ad hoc. 93. diſ. à ſubdiacono, 50. d 1 in capite.
Quod in ſingulis gradibus ordinem conſerendis, dilationis tempora ſunt obſeruanda, 77. diſ. in ſingulis, & c. ſeq.
Quod ad ſingulos gradus ordinem recipientium ætas eſt ſeruanda; 77. diſ. per totum.
Quod ad gradū diaconatus & ſupra nemo eſt promouendus, niſi præeunte continentia fuerit approbatus, 77. diſ. quicunque.
Quod ad ſuperiorem gradum ſacerdotij nullus debet exponi niſi ab inferiori ordine gradatim aſcēdendo, 59. diſ. per totum
Quod apud Deum nō gradus altior, ſed vitæ melioris actio comprobatur, 23. q 4 ſicut excellentiam
Quod gradus ſunt non ſolum inter virtutem & vitium, ſed etiā in vna eadémq; virtute, de pœn. diſ. 1. § ego ſum panis §. hæc quā & c. cum ſanctam
Quod non ſolum ſunt in virtute gradus, ſed etiam in peccato. de pœ. diſ. 2. ſicut tribus. §. non eſt iterum.
Quod tribus gradib. ad peccatum peruenitur, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu de pœn. diſ. 2. ſciendum, & c. ſicut tribus.
Quod olim vſque ad ſeptimum gradum cōſanguinitatis & affinitatis matrimonium contrahi impediebatur 45. q. 2. contradicimus. & q. 5. per totum.

De computatione conſanguinitatis & affinitatis habes 35. q. 3. contradicimus. & q. 4. & q. 5. per totum.

GRAMMATICA. Quod grāmatica ad meliores vſus aſſumpta animæ ſaluti non infert detrimentū, 37. diſt. ſi quis artem.
Quod epiſcopo vel alij prælato eſt reprehenſibile omiſſo Euangelio vel alia ſacra ſcriptura populo grāmaticam exponere, 37. diſ. ... 9. cum ergo. 86. diſ. cum multa.
Quod epiſcopi vel presbyteri ſi cadunt in grammaticam non ſunt à ſapientibus irridēdi, quia plus ſunt penſanda vitia morum, quàm verborum, 38. diſ. quamuis. § ſed licet, & c. ſedulo.
Quod ſi aliquando ſācti viri loquūtur per barbariſmos & ſolœciſmos, non ſunt propter hoc deſpiciendi, 38 diſ. ſedulo, & c. ſeq. de conſe. di. 4. retulerunt.
Quod indignum eſt verba cœleſtis oraculi reſtringi ſub regulis Donati, 38. indignum. 1. q 1. marchion.
GREX. Quod ſicut grex ex vna morbida oue polluitur, ſic ex prælato immundo plures inficiuntur, 43. diſ. ſed illud. in fin.
Quod prælati tanquam arietes ducatum gregi præbere debent, 7. q. 1 ſcitiſcitaris.
Quod languente paſtores grex inſidiatorum deorſum lamiandos exponitur, 7 q. 1. quamuis.
GVERRA. Quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata, 23. q. 5. remittuntur. per totum, 59. di. ſi gens.

De hac materia require vbi agitur De Bello.

GVLA. Quod gula eſt mater luxuriæ, quia venter genitalia ſunt vicina inſidia, 44 diſ § 1. cum autē. de conſ diſ. 5 nihil.
Quod gula ſic in vilibus vt in pretioſis attenditur, 41. diſ. quiſquis. & c. deliciæ.
Quod quinque ſunt ſpecies gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautiora excogitare. in cibo tēpus præuenire, ad cibum nimium æſtuare, de cibo plus ſumere de conſ. diſ. 5. nunquam.
Quod gula de paradiſo primū hominē expulit, 35. d.
Quod gula groſſum ſenſum generat. 44. diſ. non liceat 4. ſi ergo.
Quod gula morbos facit, moleſtias ingerit, & ęgritudines generat. de conſ. diſ. 5. nihil & cap ne tales.
Quod gulosi non abhorret teſte ſanctorum putātes debere, niſi gulæ deſeruiant, 44. diſ. § ...
Quod ægritudines quas gula infert, ... curat de conſ diſ. 5 legimus.

HABERE. Quod habere poteſt eccleſia proprium exēplo Domini, 12. q. 1. exemplum & c. ſeq.
Quod perfecti proprium non habent nec habere concupiſcunt quinō ſuorum ſed communium ſunt poſſeſſores, 12. q. ...

Quod

Quod religionem profeſſi proprium habere non debẽt, 12.q.1.ſcimus & tribus c. ſeq.& c habebat,& c ſeq.18 q.2 quàm ſit.§.nullus.

Quod habẽtibus eleemoſynã dare nihil aliud eſt quam perdere,1.q 2.paſtor.

HABITATIO. Quod habitatio vera Xp̃i eſt eccleſia, quæ fidẽ ipſius ſeruat, 24.q.1 quæ dignior.

Quod Deus nõ habitat in illis qui per ſuperbiæ ſingularitatem ſe à melioribus diuidunt, 24.q. audimus, ante med.

Quod ſicut filij Iſrael diſperdere non potuerunt Iebuſæos, quin in medio ipſorũ habitarẽt, ſic boni nõ poſſunt euadere falſos Chriſtianos, 11 q.3.non ite recedere.per totum cap.

Quod nõ poſſunt cũ Deo toto corde habitare qui fœminarũ acceſſib.copulãtur, 32.di.hoſpitioſum.

Quod nullus clericus cũ extranea fœmina debet habitare, 81 di.clericos.& 1.c.ſeq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco nõ debẽt habitare, 18.q.2. in nullo loco,& quatuor c.ſe.

Quod habitatores præponũtur extraneis in plurib. in conſtitutione archidiaconi, 93. diſt. legimus.

Item in conſtitutione œconomi, 89 diſ.quia.

Item in epiſcopo eligendo,7.q.1.remoto.

Item in abbatis electione, 17.q.2.q.quàm ſit.

Item in epiſcopi accuſatione, 2.qu. 7 quærendum.

Item in defuncti epiſcopi rerum conſeruatione, 12. q.2 non liceat alicui.

HABITVS. Quod habitus clerici non in veſtib. nec in calceamẽtis decorem debet prætẽdere, 41. diſ.clericus,& §.ſeq.& c parſimoniam.

Quod clerici in habitu ſuo nec ſericis nec aureis intextutis, nec in ſummitate veſtimentorũ vario ſeu in colorum ornamentis vti debent, 21.q.4.omnis iactura.& quatuor c.ſeq.

Quod religioſorum habitus non debent eſſe notabiles, nec diuerſi coloris, ſed conuenientes, pœnitẽtiæ & deuotioni, 20.q.1.vidua.

Quod religioſus habitum profeſſionis ſuæ, tam in lecto quã in aliis locis debet deferre.20.q.1.vidua.

Quod mulier quæ, ꝑpter ludũ habitũ hominis virilẽ aſſumit, anathema incurrit, 30 diſ. ſi qua mulier.

HELI. Quod Heli ſacerdos ſanctus fuit, ſed quia filios non erudiuit, ſupinus cecidit, 37.diſ. legant.

Quod ſicuti propter filiorũ Heli peccatũ homines à ſacrificio Dei detrahebãtur, ſic prauis exẽplis prælatorũ quotidie peiores fiunt, 50. diſ. de his vero.

Quod ſicut ex peccato filiorum Heli in manu hoſtiũ populus corruit, ſic plebs peccata prælatorum luit. 1.q.4.eccleſia.

HELIAS. Quod Helias vt oſtenderet illum verũ Deũ eſſe quem colebat, orauit igne cæleſti quinquagenarios conſumi.83.q.4.ſi illic.§.ſed obiicitur,& cap quod Chriſtus,& c.ea vindicta.

Quod precibus Heliæ cælũ clauſum fuit annis tribus & ſex menſibus, 23.q.4.ſi illic, §. quod tunc.

Quod Helias culturam Baal vindicauit, ſacerdotes eius occidendo.23.qu.4.Guiliſarius, circa finem.

HELISÆVS. Quod Heliſæus aſperſiõe ſalis ſterilitatem aquæ ſanauit, de conſec.diſ.4 aquã ſale.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum vadens, boues & omnem curam domeſticam reliquit, 86.diſ.dominus.

Quod miſit lignum in aquam,& ferrum ſecuris cõtra naturam natauit, de cõſecra.diſ.2. reuera, poſt medium.

HEREDITAS. Quod hereditas ſecundum leges ab indignis ſucceſſoribus poteſt auferri, 12. q. 2.Syluester.

Quod heredi nõ licet ſine cauſa venire cõtra factũ ſui prædeceſſoris, 12.q.2.Syluester, 16.qu.6. illud.

Quod nullus exheredato filio eccleſiam debet facere hæredem, 17.q vlt.c.vlt.23. q. 8.ſi qui iraſcitur.

Quod epiſcopus res quas habuit hereditario iure, liberè poteſt conferre, 12.q.1.epiſcopi.

Quod clerici ſunt funiculi hereditatis Chriſti, 12. q.1.clericus.

HEREMITA. Quod ſunt heremitæ qui verè & purè ſolitariam vitam ducunt, 16.q.qui verè.

Quod Ioannes Baptiſta fuit de vita eremitica, 2.q.7. c.vlt.§.item Ioannes.

Quod eremitica vera ac pugna digna honore iudicatur, 16 q.qui vere.

Quod eremitæ ne videantur eſſe acephali, debẽt ſubeſſe epiſcopis, 93 d.nulla,& c ſeq 11.q.3.ſi autẽ.

Quod eremitæ vtuntur priuilegio clericali ſicut alij religioſi.16.q.1.qui vere.

Quod eremita poteſt habere proprium, & condere teſtamentum.19.q.3.perlatum,§.econtra.

Quod eremitæ ratio proprij imperfectores sũt monachis, quibus proprium nõ licet habere, 19.q. 3. perlatum.§.econtra.

HÆRESIS. Quod hæreſis Græcè ab electione dicitur, quod ſcilicet eã diſciplinã quã ſibi vnuſquiſque legit, putat eſſe meliorem, 24.q.3.hæreſis.

Quod prima hæreſis occaſiõe corporis Chriſti & sãguinis orta eſt in diſcipulis, de conſe.d.2.prima.

Quod poſt illa Ariana quæ ponebat maioritatẽ gradus in perſonis, orta eſt in clericis.16.di. ſexta ſynodus.§.prima.

Quod tunc Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt quando propter fidei perſecutores epiſcopi ad concilia celebranda in vnum non poterant conuenire, 15.diſ.canones.

Diuerſitatem hæreſum & multiplicitatem earũ, habes, 24.q.3.quidam autem hæretici per totum.

Quod inter hæreſim & ſchiſma eſt illa differentia, videlicet quòd hæreſis eſt in peruerſa doctrina, ſed ſchiſma in ſeparatiõe ab eccleſia, 24.q. tertia. inter hæreſim.

Quod largo modo ſimoniaca prauitas dicitur impia hæreſis, 1.q.1 quiſquis.c.cum liqueat.& c.eos.

Quod ſimoniaca hæreſis ortum habuit tempore apoſtolorum, 1.q.1.fertur.

Quod diuina prouidẽtia diuerſi erroris hæreſes eſſe permittit, vt fideles aſtutiores reddãtur, 24.q.vlt. c.vlt.

Quod nullum peccatum eſt grauius hæreſi, 32.q.7. quid in omnibus, 24.q.4. quid autem, 11. quæſtione 2.primum.

Quod an grauius peccat qui hæreſim incurrit ignorans, an quieſciens auaritię deſeruit, 6 q.1.quarto.

Quod pro nullo alio quam pro Papa poteſt cõueniri, 40.diſt.ſi Papa.

HÆRETICVS. Quod hæreticus eſt qui falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur, 24.qu. 3. hæreticus.

Item hæreticus eſt qui aliter ſcripturam ſacram intelligit, quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, 24.q. 3.hæreſis, 38.diſ.quamuis.

Item hæreticus eſt qui præciſus eſt ab vnitate eccleſiæ, 4.q 3.c.1.& ſeq.

Item hæreticus eſt qui in vnam hæreſim damnatam incidit, 24 q.1.Achatius.

Item hæreticus dicitur non qui errat ſed qui errorẽ contumaciter defendit, 24 q.3, qui in eccleſia.

Item largè ſimoniacus dicitur hæreticus, 1.q.1.quiſquis.

Item qui Romanam eccleſiam negat eſſe caput eccleſiarum,& qui auctoritati eius derogat, eſt hæreticus, 22.diſ.omnes.circa fi.

Item ille qui hæreticos defendit, nõ ſolũ hæreticus, ſed hæreſiarcha dicẽdus eſt, 24.q vlt.qui aliorum.

Quod præſumptio ſenſus proprij via eſt ad hæreſim, 24 q 3 quid autem.

Quod qui in expoſitione ſcripturæ locum, tempus, & perſonam non attendit, de facili in erroris labyrinthum cadit, 29.di. ſciendum.

Quod non ſunt inter hæreticos computandi qui errorem, ab aliis recipientes parati ſunt poſtponere, 24.q.3.dixit.

Quod ſicut ipſi hæretici damnati ſunt ab eccleſia, ſic & ſcripturæ eorum, 15.di in primis.§. montanus.

Quod hæretici excommunicati ſunt ipſo iure, 24 q. 1.Achatius.& duobus c.ſeq.

Item poſt mortem excommunicantur, 24.q. 2. ſanè profertur, per totum c.

Quod conſortium & cõmunio hæreticorũ ſunt fugienda, 24.q.1.aduocauit,& c.ſeq.& q.3. clericus.

Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula ſunt appellanda, 24,q.3. clericus.

Quod ſacramenta hæreticorum in forma eccleſiæ tradita ſunt bona, quia non ſunt humana, ſed diuina, 23 q 4 quid facit.

Quod ſciẽter nõ debẽt ab ipſis (ẽt in neceſſitate) ſacramenta recipi, 24.q.1.ſi quẽ forte & duob.c.ſe.

Quod nec danda ſunt ipſis à catholicis ſacramenta, 24.q.2.nec quiſquam.

Quod hæretici non habent ſalutem in ſe, nec poteſtatem in alios, 24. q. 1. quodcunque.& c. vbi.

Item quòd non poſſunt contra fideles teſtificari, 2. q.7.non poteſt.& c pagani.

Item nec ipſos accuſare poſſunt, nec iudicare, 4. q. 1.c.1.25 q omne.

Item nec excommunicare poſſunt, nec condemnare, 24.q.1.ait.& duobus c.ſeq.

Quod hæreticos accuſare etiam infames perſonæ poſſunt, 6.q.1.nos.§ ſed licet. & c ſeq.

Quod hæreticus hæreticum excommunicare poteſt, non catholicum, 24.q.1.miramur.§.1.

Quod hæreticus excõmunicatus ab hæretico propter crimen à catholicis, propter deteſtationẽ culpæ non eſt recipiendus, 24. q. 1 quiſquis & c ſeq.

Quod reges & principes terræ debent hæreticos perſequi,& habent eccleſiam tueri, 23.q 4.non inuenitur,& c ſicut excellentia.

Quod hæretici ſunt cogendi & compellendi ad fidei quam reliquerunt receptionem, 23. q. 4. nimium.vſque ad finem quæſtionis.

Item poſſunt compelli per rerum temporalium ſpoliationem, 8.di.quo iure, poſt medium, 23. q. 4. ipſa pietas, & c.qui peccat.

Item ſunt cogendi vel domandi per corporalem punitionem, 23.q.4 diſplicet.& c.ſeq.& q.5.c.1 & duobus c.ſeq.

Quod in perſecutione eorum non ad res eorum, ſed ad ſalutem reſpectus eſt habendus, 23. q. 4. ipſa pietas in fi.

Quod inuentor hæreſis,& imitator pari damnatione plectuntur, 24 q.1.c.1.

Quod redeũtes debẽt recipi cum ſcriptura quæ cõtinet deteſtationem præteriti erroris.& veræ fidei confeſſionem, 1.q.7. ſi qui voluerint c. quoties,& c.maximum,& c.ſeq.26 q. 6. his qui tempore. in fi.de conſ.di.2.ego Berengarius.

Quod redeuntes, ad priſtinam dignitatem non admittuntur de iuris rigore, 1.q.7 c.1.

Quod humiliter redeuntes, ad priſtinam dignitatem reſtituuntur de benignitate eccleſiæ, 1.q.7.conuenientibus & c.didici.& c maximum, 25.q. 4. ipſa pietas.

Quod redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem.12 diſt 1.q. 7. ſaluberrimum.

HENRICVS. Quod Hẽricus primus Imperator priuilegio renuntiauit quod Romani pontifices propter ſchiſmaticos & hæretico contulerant imperatoribus ſuper prouiſione & ſuper inueſtituris epiſcoporum, 63.di.conſtitutio.

HISTRIO. Quod hiſtrio ad accuſandum non admittitur, quia infamis eſt, 4 q 1 diffinimus.

Quod clerici maximè in ſacris conſtituti in conuiuiis vbi hiſtriones ſunt, non debent intereſſe, 34. di.preſbyteri.

Quod hiſtriones prohibentur ad ordines promoueri, 33.di.maritum.

Quod nec eucharistia in tali ſtatu manentibus dari debet, de conſe.di.2.pro dilectione.

Quod hiſtrionibus propter ſuum officium res ſuas dare, peccatum eſt immane, 86 di. donare.

HOLOCAVSTVM. quod holocauſtum ſpirituale eſt ieiunare, eleemoſynam dare, pudicitiam polliceri, 24.q 1.odi.& proieci.

HOMICIDIVM. quod homicidium tres habet ſpecies, ſunt etenim homicidæ interfectores, detractores,& odium habentes.de pœnitentia, diſ. 5.homicidiorum.& quatuor c.ſeq.

Quod primæ ſpeciei homicida eſt, quia non tantum de facto. ſed etiam de conſilio vel fraude aliquem occidit.de pœ.di.1 periculosè,& c.noli.

Quod omnes vulnerantes tandem mortuum, vel conſiliũ, vel auxilium præbentes, homicidæ iudicantur, 21 q.8.c.vlt.32.q. 2.aliquando.

Quod non habens publicam adminiſtrationem, ſi maleficium vel qualemcunque criminoſum interfecerit, homicida iudicabitur, 23.q.vlt.quicunque percutit.& q.4 ille gladium.

Quod ille miniſter eſt homicida qui ſponte ſua illum occidit, quem ſcit etiam à iudice occidendum, 23.q.5 cum miniſter.

Quod homicida eſt qui abortum viuentis animæ procurat, 32.q 2.quod vero.

Item qui ſibi voluntariè membrum vtile abſciderit 55.di ſi quis abſciderit.

Quod quicunque qualicunque modo ſe occiderit, homicida iudicatur, 23.q.4.diſplicet, poſt med. q. 5.ſi non licet.per totum c.

Quod videtur quòd propter periculum caſtitatis licet ſeipſum occidere, 23.q. 5. non eſt.

Quod Sanſon qui ſeipſum occidit cum aliis per inſtinctum ſpiritus ſancti, de crimine excuſatur, 23. q.5.ſi non licet.ante fi.

Quod pro illis qui ſui ipſius homicidæ ſunt, non eſt orandum, nec ſunt cum fidelibus ſepeliendi 23.q.5.placuit vt hi.

Quod ad homicidium miſcere ſe cum aliis quilibet debet formidare, 23.q. 8. ſi in morte Longobardorum.

Quod nulla lex innocentem occidere concedit, 23. q.5.c.non licet.

Quod homicidia maximè clericorũ per iudices ſeculares ſunt vindicanda, 23 q 5.ſunt quædam.

Quod principi vel iudici iuſtè officium exercenti, homicidium ad culpam non imputatur, 23. q.1, noli.& c.ſeq.q.5.de occidendis,& c.miles.& quatuor c.ſe.& c.non fruſtra,& quinque c. ſeq.

Quod reum non iudex ſed lex occidit, & ſi parcit, contẽptor eſt legis, 23.q.5.miles.& c iudex,& c.ſe.

Quod perimere malos auctoritate principis, non eſt committere homicidium, 23.q. vlt. quicunque percutit,& q.5. miles.

Quod ſancti patres zelo iuſtitiæ occidendo merebantur, 23.q.4.§.ea vindicta.q. 5. remittuntur.& q.8.legi & c.ſeq.

Quod cum impius interficitur, Chriſtus dilatatur, quia abominatio aboletur, 15.q.1.nec ii qui.

Quod

Quod excommunicatos zelo iuſtitiæ occidendo homicidium non incurritur, 23. q. 5. excommunicatorum.

Quod ad depreſſionem inimicorum Chriſti licet clerico hortari laicos, nec ex hoc homicida reputatur, 23. q. 8. igitur, & nouem c. ſeq.

Quod clericus non debet eſſe iudex in cauſa ſanguinis, quia ex hoc efficitur irregularis. 50. di. miror & quatuor ſe. & c. de his, clericis, & c. ſtudeat.

Quod furioſo vel mente alienato homicidiũ ad pœnã non imputatur, 15. q. 1. illud, § itaque, in fin. & cap. aliquos, & c. ſi quis inſaniens.

Quod nec purè caſuale homicidiũ quantũ ad pœnitẽtiam imputatur, 50. diſ. hi qui arborem. & c. ſeq. 15. q. 1. nec iſ. & c. ſi quis, 23. q. 5. de occidẽdis.

Quod nec caſuale imputatur homicidium ad irregularitatem, 50. diſ. clerico, & c. ſeq. & c. eũ qui. & c. hi qui arborem.

Quod pro homicidio inuoluntario vbi ſufficiẽs cautela non adhibetur, ſecundum magis & minus, leuior tamen quàm pro alio homicidio pœnitentia eſt imponenda, 50. di. ſtudeat, & quatuor c. ſeq. 15. q. 1. ſi quis non.

Quod vbi per culpã quis in neceſſitatẽ homicidij venit, de homicidio nõ excuſatur, 15. q. 1. illud, § itaque.

Quod vbi ſine culpa quis ad neceſſitatem peruenit homicidij, non imputatur. 50. diſ. ſæpè.

Item ſi dedit operam rei licitæ, & omnem cautelam adhibuit, non imputatur, 50. diſ. hi qui.

Quod cũ quis defẽdẽdo ſe vel ſociũ homicidiũ cõmittit, minus imputatur, 23. q. 5. nõ eſt iniquitatis.

Quod interpretatiuè homicida dicitur qui cũ poſſit fame morientibus non ſuccurrit, 86. diſ. paſce, 6. q. 1. decimæ. in fi.

Quod paſtor cum delinquentes non arguit, ipſos tacendo occidit, 43. diſ. epheſijs.

Quod qui res epiſcopi vel eccleſiæ rapit, homicida iudicabitur 12. q. 2. qui Chriſti, & c. qui abſtulerit.

Quod vrgens pœnitentiam morienti homicida dicitur, 26. q. 6. cognouimus.

Quod ille qui aliquem ad peierandum ſcienter cõpulerit, dupliciter eſt homicida, id eſt ſui ipſius, & alterius, 22. q. 5. ille.

Quod qui alium occidit, & qui alij detrahit, ſeipſum occidit. de pœ. di. 1. homicidiorum.

Quod homicidæ per eccleſiam cogendi ſunt ad pœnitentiam agendam, 24. q. 3. itaque.

Quod quia diuerſi ſũt modi homicidij, iuxta hoc & diuerſitas culpæ debet pẽſari, 23. q. 5. cum homo.

Quod voluntariè vel furore laicum occidens ſeptẽ annorum pœnitentia eſt puniendus, 50. diſ. ſi quis.

Quod clericum vel religioſum occidẽs punitur pœnitentia grauiori, 17. q. 4. qui occiderit.

Quod occiſor patris vel matris pœnitentia punitur ampliori, 33. q. 2. latorem.

Quod pro vxoris homicidio pœna grauiſſima imponitur, 33. q. 2. admonere.

Quod occidẽs vxorem abſque lege vel ſine cauſa, nõ debet nubere, tamen cum adoleſcente poteſt diſpẽſari, 33. q. 2. interfectores. & duobus. ca. ſeq.

HONOR. Quod honor nõ eſt ſuſcipiendus niſi prius is qui adipiſci deſiderat, vires ſuas cum onere metiatur. 1. q. 1. nõ eſt putada. & c. ſeitis, in fin.

Quod ſi ad honores mundi ſine merito laborãs nõ peruenitur, multo fortius ad honores cœleſtiũ dignitatum. 61. diſ. miramur. in fi.

Quod honor etiam à digno cum metu eſt ſuſcipiẽdus, 1. q. 1. non eſt. in fine. 63. diſ. Valentinianus.

Quod nemo debet ſibi honorem aſſumere niſi à Deo vocatus, 8. q. 1. in ſcripturis.

Quod honor contemnenti & fugienti eſt offerendus. ibidem.

Quod honor per ambitionẽ ſuſceptus vergit ad culpã & ad pœnã, 40. d. multi, 1. q. 6. ſicut, 8. q. 1. ſũt.

Quod prælatus non ſuum ſed honorem eccleſiæ debet cupere, 99. d. ecce.

Quod qui honore eſt maior, in ſanctitate & in ſolicitudine debet eſſe perfectior, 100. diſ. rationis, 8. q. viliſſimus.

Quod nõ qui maior fuerit in honore, eſt iuſtior, ſed qui iuſtior eſt, ille eſt maior, 40. diſtinctione multi, in fine.

Quod tunc prælatus honoratur quando à ſuis ſubditis honor quilibet debitus non negatur, 99. diſ. ecce in fine. & c. nullus.

Quod quanto quis in maiori honore conſtitutus peccat, tanto plus eſt puniendus, 5. qu. 6. quia, 9. presbyteri.

Quod honor indebitè oblatus eſt reſpuendus. 99. di. nullus.

Quod honor ſic ſingulis exhibendus eſt, vt ex hoc nulli derogetur, 99. diſ. ecce, 11. q. 3. qui reſiſtit, 25. q. 1. de eccleſiaſticis.

Quod ſacerdos in perſona Dei cuius miniſter eſt, honoratur, 2. q. 4. habet, in hac.

Quod ſacerdotes ſunt honorandi, quos Deus dicẽs ipſos Deos & angelos honorauit, 11. q. 1. ſacerdotibus.

Quod dilectores huius ſæculi pro honore terreno multa tolerant, pro honore cœleſti pauca, 47. diſ. omnes, in prin.

HOSPITALITAS. Quod hoſpitalitas per ipſum Chriſtum commendatur 42. diſ. § 1.

Quod hoſpitalitas exercenda eſt ad omnes indifferenter. 42. d. ſ. quieſcamus.

Quod hoſpitalitas omnib. exemplo ſanctorum patrum perſuadetur, 42. diſ. § 1.

Quod zelãdũ eſt pro hoſpitib. quia hoſpitalitas etiã apud barbaros inuiolabilis cuſtoditur, 32. q. 7. offerebat.

Quod res clericorum debent eſſe communes, maximè in ſuſceptionem peregrinatorum & hoſpitum, 16. q. 1. quoniam quidquid.

Quod hoſpitalitas maximè à prælatis & religioſis eſt ſeruanda, 89. diſ. volumus, 12. q. 1. quia circa finem. & q. 2. mos.

Quod prælatus domũ ſuam hoſpitib. claudens nõ poteſt eſſe hoſpitalitatis exhortator, 42. diſ. § 1.

Quod electus in epiſcopum, à cõfirmatione repellitur propter inhoſpitalitatem, 86. diſ. archidiaconum Florentinum.

Quod mali hoſpites, qui res exportant hoſpitãtium, ſunt ſicut mus in pera, ignis in ſinu, & ſerpens in gremio, qui male ſuos remunerant hoſpites, 23. q. 1. eccleſias. § ad hæc poſt med.

Quod hoſpitalium conſtructio & gubernatio ſpectat curam epiſcopi, 18. q. 2. quidam.

HOSTIARIVS. Quod hoſtiarij in veteri teſtamẽto idem ſunt quod ianitores. 21. diſt. cleros.

Quod hoſtiarij effectus claues eccleſiæ tenere, & oĩa quæ ſũt intus & extra cuſtodire, 25. diſ. perlectis.

HOSTIS. Quod hoſtis interior eſt mala voluntas, 23. q. 1. paratus. in fi.

Quod exterius hoſtem pugnantem neceſſitas debet premere, non voluntas, 23. q. 1. noli.

Quod capto hoſti miſericordia debetur, niſi pacis perturbatio timeatur. 24. q. 1. noli. in fine.

Quod hoſti fides ſi promittitur, eſt ſeruanda, 23. quæſ. 1. noli.

Quod in iuſto bello nihil refert vtrum hoſtis apertè vel inſidijs expugnetur, 23. q. 2. dominus.

HVMILITAS. Quod humilitas eſt pœnitentiæ fundamentum, de pœn. diſ. 2. c. 1. in prin.

Quod humilitatis exercitia ſunt vilioribus officijs ſe ſubdere, & miniſterijs indignioribus ſe tradere. de pœn. diſt. 2. § 1.

Quod humilitas prælatis eſt cõmendabilis, 99. d. 1.

Quod nihil fulget in epiſcopali ceruice ſplendidius quã humilitas, 100. diſ. contra morem, ante finẽ.

Quod humilitas docendis & diſcendis perſuadetur, 35. diſ. ſedulo, & c. nullus, 40. di. multi. in fi. 24. q. 3. ſi habes.

Quod virginitas cum humilitate eſt admiranda, 30. diſt. hæc autem ſcripſimus.

Quod Chriſtus verbis & factis exemplũ dedit humilitatis, 93. diſ. dominus. 9. q. 3. nulli. ante fi.

Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen eccleſiæ non ſunt aſſumendi, 61. diſ. ſtatuimus. & § 1.

Quod boni paſtores potius per humilitatis mãſuetudinẽ ſtudẽt peccãtes reuocare, quã per auſteritatẽ in foueam perditionis propellere, 45. diſ. recedite.

Quod qui ſibi vult ab alijs humiliter obediri & ipſe ſuo ſuperiori obediat, 2. q. 6. qui ſe ſcit.

Quod cum culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus, 22. diſ. de Conſtantinopolitana.

Quod humilitatis cauſa non eſt in confeſſione mẽtiendum, 22. q. 2. cum humilitatis.

Quod humilitas non eſt vbi eſt falſitas, 22. qu. 2. humilitatis, & c. caue.

Quod ficta humilitas eſt cum ſuperbia miſta, 8. q. 1. in ſcripturis in fi.

Quod nemo prælatis ſuis ſic humilitate debet ſubijci, vt cogatur ipſorũ vitia venerari, 2. q. 7. admonẽdi.

IACOB. Quod Iacob dicendo ſe primogenitum non eſt mentitus, quia non ad natiuitatem, ſed ad ius primogenituræ reſpectum habuit, 22. quæſ. 2. quæritur. § proxi.

Quod nõ præcedens, ſed ſubſequẽs cõſenſus Iacob in Liam fecit eos cõiuges, 29. q. 1. §. ſed obijcitur.

Quod Iacob licet in ſe eſſet bonus, tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit, 32. qu. 4. recurrat.

Quod in hoc quod vidit Angelos aſcendẽtes & deſcendentes, vitam prælatorum actiuam & cõtemplatiuam deſignat, 88. diſ. ſecreuit.

IACTARE. Quod iactare nõ debet ſe quis de ſtatu perfectionis ſuæ, quia & Petrus poſt iactantiam cecidit, 6. q. 1. ex merito.

Quod omni ornatu qui poſſit iactantiam inferre, debent carere clerici, 21. qu. 4. c. 1. 23. diſ. his igitur.

IDOLOLATRIA. Quod idololatria quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio eſt fornicatio ſpiritualis, 28. q. 1. idololatria.

Quod idolorum culturam ſubtilitas dæmonũ adinuenit, 26. q. 4. ſecundum per totum cap.

Quod ille princeps eſt idololatriæ qui res ſuas quas prohibere poteſt, permittit idolis immolari, 26. qu. 2. ſi de area.

Quod eligẽdũ eſt potius fame mori quã ob reuerẽtiã idolorũ idolothyta veſci, 32. q. 4. ſicut ſatius.

Quod Salomõ qui Deo tẽplũ conſtruxerat, excæcatus luxuria tẽplũ idolis fabricauit, 32. q. 4. Salomõ.

Quod idololatra fit quis interpretatiuè multipliciter videlicet per euchariſtiæ perceptionem indignam, 32. diſ. præter hoc. § porro.

Item per rebellem obedientiam, 8. q. 1. ſciendũ. in fi.

Item per æſtuantem auaritiam, 6. q. 1. quarto.

Item per ſacrilegiorum, & diuinationum obſeruantiam, 26. q. 2. ſors § ſeq & c. ſed & illud. & q. 5. 4. c.

IEIVNIVM. Quod ieiunium eſt duplex, ſpirituale & corporale, de conſ. diſ. 5. ieiunium.

Quod magnum & præcipuũ eſt ieiunium ſpirituale, videlicet à peccatis abſtinere. de conſ. diſ. 5. ieiunium, & c. nihil.

Quod ieiunium corporale, quod eſt à cibis abſtinere, eſt auctorizabile, quia primo à Deo in paradiſo eſt præceptum, 35. di. ſexto.

Quod à ſanctis patribus & ab eccleſia eſt inſtitutũ. de conſe. diſ. 5. ieiunia in eccleſia. & tribus c. ſeq.

Quod ieiunium de quo non eſt præceptum, vt ſcãdalũ vitetur, ſecundum morem patriæ eſt ſeruãdum, 12. diſ. illa 76. diſ. vtinam.

Quod ieiunium ab eccleſia inſtitutũ, ſine cauſa non eſt violandum, de conſ. diſ. 5. ieiunia in eccleſia.

Quod ieiunium quadrageſimale, quod eſt pro decima temporis anni, eſt diligenter ſeruandum, 76. diſ. ſtatuimus & duobus c. ſeq. de cõſ. diſ. 1. ſolẽt, 5. diſ. quadrageſima & c. ieiunium.

Quod ieiunium quatuor tẽporũ eſt omnino ab omnibus ſeruandum, 76. diſ. ieiunium & ſex. ca. ſeq.

Quod quib. menſib. & quib. de cauſis ſeruanda ſunt & in veteri lege ſeruata ſunt ieiunia quatuor temporũ, habes 76. diſ. ſtatuimus. & duobus, c. ſeq.

Quod antiquitus primus mẽſis anni Martius computabatur, & de omni alio tempore quãdo quatuor tẽpora ieiunabantur, 76. diſ. ſtatuimus, & ca. ſeq.

Quod à modernis hoc ieiuniũ fit quarta proxima feria poſt diem cinerum, ſecundũ in hebdomada Pentecoſtes, tertium in Septẽbri poſt exaltationẽ ſanctæ Crucis, quartum in Decembri poſt feſtum ſanctæ Luciæ, 79. diſ. ſtatuimus. Vnde verſus.

Dat Crux Lucia, Cinerũ quoq; chriſmata dũa,
Vt ſit in angaria quarta ſequens feria.

Quod dies tres rogationum ante aſcenſionem Domini ſunt ieiunandi. de conſe diſ. 3. rogationes.

Quod ſicut in memoriam paſſionis ſexta feria ieiunatur, ſic & ſabbatum in memoriam ſepulturæ eſt ieiunandum. de conſe. diſ. 5. in ſabbato.

Quod de ieiunio ſabbati videtur mos patriæ ſeruãdus, 12. diſ. illa.

Quod die ſabbati eſt à carnibus abſtinendum. de conſ. diſ. 5. quia dies.

Quod in cœna domini non eſt ſoluendum ieiuniũ. de conſ. diſ. 3. non liceat & c. ſeq.

Quod die dominico ne ſequamur errores infideliũ non eſt ieiunandum, 30. d. ſ. ſi quis tanquam. & c. ſi quis presbyter, 76. diſ. ieiunium. de conſ. diſ. 3. ieiunium. & c. ne quis.

Quod nec ieiunãdũ eſt tẽpore paſchali vſq; ad Pẽtecoſte. 67. diſ. ieiunium § non autem. & cap. ſeq.

Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, non ſunt arguendi, 76. diſ. poſt & c. vtinam.

Quod hora meridiana in ieiunijs eſt comedendum. de conſec. diſ. 1. ſolent.

Quod in quadrageſima ieiunium ſoluit qui antequã veſperas dicit, vel audit, comedit. de conſec. diſ. 1. ſolent.

Quod in ieiunijs quatuor temporum, & in vigilia Paſchæ circa veſpertinã horã eſt celebrãdũ, & poſtea comedendum de conſec. diſ. 1. ſolent.

Quod ordinans, & ordinandus debent eſſe ieiuni. 71. diſ. quod à populus. & c. ſeq.

Quod excepta cauſa infirmitatis non debent cõmunicare ieiuni, de cõſe. diſ. 2. liquido, 50. di. presbyteros, 26. q. 6. ſi qui de corpore, 4. diſ. denique in fin.

Quod moderatio eſt in ieiunijs habenda de conſe. diſ. 5. non dico. & c. ſeq.

Quod in ieiunijs (maxime quadrageſimæ) eſt à magnis piſcibus & cibis laſciuis & potibus abſtinẽdum, 3. diſ. denique.

Quod ieiunium debet eſſe mundum, 18. diſ. habeatur, 86. diſ. quod prodeſt.

Quod

Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio aſtimulatis in cibo. 35. diſt. ſexto.

Quod ieiunii ſi deſit quæ .s vulnera curat, & curatos ſanctificat de conſe. diſt. 5. ſint tibi ieiunia.

Item ſatisfacit pro commiſſis, 76 diſt. vtinam.

Quod viuentium ieiunia ſunt defunctorum auxilia, 13. q. 2. animæ.

Quod ieiunium ex cauſa redimitur eleemoſyna, 28 diſt. presbyter. ante finem.

Quod duorū vel plurium dierum abſq; cibo ieiunia prohibētur. de cōſe. di. 5 nō dico. & duobus ca ſeq.

Quod an melius ieiunas qui ſæpius parum, quam qui ingurgitando rarius tarius comedit. de cōſe. diſt. 5. non dico, & duobus c.

De hac materia require vbi agitur de Abſtinentia.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat ſtupro ſui corporis ad immolandum idolis, 23. q. 4. ſi illic, § quod tunc.

IGNIS. Quod eſt ignis intenſæ deuotionis, qui inflāmat ſacrificia deprecantiū, 1. q. 1. cū ſcriptura.

Quod eſt ignis veræ contritionis, quo igne decoquuntur & purificantur pœnitentes, 27 q. 1 impudicas.

Quod eſt ignis indebitæ vltionis, a quo prohibiti ſunt apoſtoli ne exurgerent Samaritanos, 23. q. 4. quid faciet. in fin & c ſeq.

Quod eſt ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus coniugatus poſitus neſcit ardere, 33. q 4. vir cum propria in fine.

Quod eſt ignis ambitionis & cupiditatis: qui tanquā ignis alienus exurit, & non mundat. de pœn. diſt. 2. inter hæc.

Quod eſt ignis diuinæ conſolationis, qui culpā exurit, non hominem, & ſanat purè confitentes. de pœ diſt. 3. inter hæc.

Quod eſt ignis futuræ purgationis, qui excedit omnē præſentem pœnam, 26. diſt. qui in aliud. de pœ. diſt. 7. nullus expectat.

Quod ignis purgatorius poſt hanc vitam credendus ſit, 25. di. qualis, in fi. 33 q 2. admonere, circa med. 1. q. 3. peruenit. de pœn. diſt. vlt. nullus expectet.

IGNORANTIA. Quod ignorantia eſt triplex, videlicet bona, mala, & indifferēs, 38. diſt. quamuis, & § ſequen.

Quod bona eſt ignorantia eorum qui dant occaſionem ad peccandum, quæ neſcire melius eſt quàm ſcire. 38. diſt. quamuis.

Quod mala eſt ignorantia quando ea quæ Dei ſunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur, 38. di. qui ea

Quod indifferens ingnorantia eſt in his in quibus nihil intereſt ad regnum Dei verum ſciantur an non, 11 q 2. in quibus.

Quod alia eſt ignorantia facti, alia iuris, 1. q. 4. turbatur, § notandum, 22. q 4 innocens.

Item ignorantia facti alia ſimplex, alia probabilis, alia craſſa & ſupina.

Ignorantia ſimplex eſt vera & non ſimulata, in qua peccantibus eſt parcendū, 11. q 3. excellentiſſimus, & c. ſeq 26. q. 2. c. vlt. 1. q 4. §. vlt. vbi agitur de idolothytis.

Ignorantia probabilis eſt quæ probari poteſt ex hoc quod excuſabilis eſt pro tanto. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis

Ignorantia craſſa & ſupina eſt quando factum omnibus publicum ignoratur, quæ neminē excuſat, ſicut Iudæi non excuſantur, quia Chriſtū aduenīſſe ignorāt. 1. q. 4. c. vl. 22. q 2 qui & diuinis, 23. quę pataret. circa med. 11. q. 3. curæ, 8. qu. 1. licet ergo, 20 diſt. ſi decreta. 16. diſt. quod dictis.

Ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis, quæ omnib. adultis & diſcernentibus eſt dānabilis, alia eſt iuris ciuilis & canonici, quæ quibuſdā permittitur ignorare, quibuſdam non, 1. q 4. § vlt. in fine.

Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excuſat à tanto, 34. q. 1. ſi quis dederit, 32. q 6 quemadmodum, 6. q. 1. quarto.

Quod ignorātia iuris ciuilis vel canonici non excuſat à toto, 1. q 4 § vlt. ante fi 28. diſt. presbyterū.

Quod filij Iſrael circa promiſſionem [illegible] habuerunt ignorantiam facti, ſed non iuris, 22 q. 5. innocens, § 1.

Quod ignorantia inuincibilis, quæ eſt ex furore vel dementia ſi eſt ex caſu, non imputatur: ſi autem venit ex culpa, noxia eſt. 15 q. 1. ſi quis inſaniens, ca prox. & c. illud, relatum, § itaque.

Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excuſat à tanto, ſed non à toto, 32. q. 7. quemadmodum.

Quod affectata ignorātia eſt quando quis non vult intelligere vt bene agat, 37 diſt. c vlt.

Quod ignorantia eſt mala & periculoſa, quia mater eſt cunctorum errorum, 38 diſt. ignorantia.

Quod licet laicis ſit noxia, ſacerdotibus tamen qui ducatum præbere debēt alijs, eſt periculoſior, 37. diſt. cap. vlt. § itaque & 38. diſt. c. 1. & ſex. c. ſeq.

Quod ignorans non ſemper errat, 38. diſt. quamuis.

Quod dicitur quis ignorare quando non cognoſcit illud eſſe peccatum quod facit, vel non tamē quātum eſt talis excuſatur pro tanto, ſed non pro toto, 8. diſt. conſuetudo.

Quod qui ignorat modum & qualitatem facti ipſe tunc peccat quando ignorātia iuris laborat, 8. diſ. conſuetudo exemplo de Paulo, ſed tunc non peccat quādo facti ignorātiā habet, 14 q. 1. in lectū.

Quod qui dando operam rei licitæ ignorat quid ex facto ſuo ſit ſecuturū, vt ille qui volēs patrē ſuū à leone liberare, ſagittam mittit, & patrē occidit, non peccat, 23. q. 5. de occidendis. 50. diſt. ſæpè.

Quod licet aliquis ignoret ſe debere continere recipiēdo ordinem, & eo quòd recipit ordinem tenetur continere, 28 diſt. presbyterum.

Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad ſacros tamen ordines non poteſt promoueri, de conſe. diſt. 4. qui bis.

Quod qui patre procurante eccleſiam ſimoniacè licet ignoranter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit, 1. q. 5. eos qui. § ex hac.

IMITATIO. Quod imitatio Chriſti neceſſaria eſt nobis, ne ab ipſius corpore ſeparemur, 50. diſ. Dominus, 81. di. propoſuiſti.

Quod filij Dei ſumus, & ipſum imitari debemus, 50. d ſ. Dominus.

Quod Chriſtus dedit exemplum imitationis in patientia & humilitate, 93. diſt. Dominus

Quod ſuperiores noſtros in bono imitari parati eſſe debemus, 22. diſt. de Conſtantinopolitana, 63. diſt. Valentinianus.

IMITATOR. Quod imitator debet ſe totius virtutis imitatorem oſtendere: 63 diſ. Valentinianus.

IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in litera y.

IMPERATOR. Quod Imperator catholic[us] filius eſt non præſul eccleſiæ, 96. diſt. ſi Imperator.

Quod nihil honorificentius quàm quòd Imperator filius eccleſiæ dicatur, 23. quæſt. octaua, cōuenior. ante fin.

Quod Imperator Conſtantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus conceſſit, 96. diſt. Conſtantinus

Quod nulli Imperatori licet decernere de electione ſūmi pōtificis & de reb. eccleſiaſticis, 96. diſ. § 1.

Quod Imperator, aduocatus, & defenſor debet eſſe eccleſiæ, 97. diſ. eccleſiæ meæ.

Quod Imperator debet iurare fidelitatē Papę, & bona eccleſiæ defēdere, 63. diſtinctione tibi Domino

Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vſurpare, 96. diſ. cum ad verum.

Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio, non Papa ex Imperatoris. 50. diſt. Domino ſancto.

Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare, 93. diſt. Valentinianus. 96. diſt. duo ſunt

Quod Imperator poteſt intereſſe concilio pōtificis confirmatione fidei, alius non, 96. diſt. nos ad fidei alias ca. vbinam. & c. ſatis.

Quod nec ſpectat ad Imperatorē pręlatos eccleſię iudicare, 96. diſt. ſi Imperator. & cap. in ſcripturis.

Quod Imperali iudicio nō poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui, quia Imperator ſub eſt eccleſiæ, 10. diſ. per totum.

Quod ab Imperatore nō poteſt peti cognitio publicorū, iudiciorū, clericorū ſed epiſcopale pō petit, 11. q. 1. placuit vt quicūq; 21 q. 5. ſi quis a proprio.

Quod Papa poteſt imperatorē excōmunicare, quia Gelaſius Papa Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit, 96. di. duo ſunt. Vide quod ibi not

Quod Papa Zacharias depoſito rege Francorū tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris, 15. q. 6. alius.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerūt priuilegio ſuper proſione Papæ, quod ſummi pōtifices propter ſchiſmaticos contulerant Imperatoribus. 63. diſt. per totum & c. præcipue. § ex his.

De materia habes vbi agitur de rege.

IMPOSITIO. Quod impoſitio manus quia nō eſt aliud quam oratio ſuper hominem repeti poteſt, 1. q. 1. manus

Quod hi qui baptiſmum ab hæreticis ſuſceperint, ſunt rebaptizandi, ſed tantum per impoſitionem manus ſunt confirmandi, 1. q. 1. hi qui baptiſma

Quod cum epiſcopo benedictio ſuper caput funditur, omnes epiſcopi præſentes manus imponēdo debent ipſius caput tangere, 23. di. epiſcopus.

Quod epiſcopo presbyterum ordināte, & manū ſuper caput eius ponente omnes præſentes presbyteri debent manus ſuas iuxta manū epiſcopi tenere, 23. presbyter.

Quod diaconus & ſacerdos quando ordinantur, accipiunt manus impoſitionem, 1. q. 6. quia iuxta, 23. diſ. diaconus

Quod epiſcopo manus imponente ſuper ordinandū, & alio orationem dicente nihil agitur, 23. diſ quorumdam.

Quod ſubdiaconus quia in ordinatione ſua impoſitionem manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit, 23. diſt. ſubdiaconus.

Quod abſque impoſitione manus epiſcopi, etiam ſi tonſuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publicè in eccleſia legere, 69. diſ. quoniam.

Quod abbati cui impoſita eſt manus per epiſcopū, & eſt presbyter, licet in proprio monaſterio cōferre duos minores ordines, 69. di. quoniam.

INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artib ſiue ex characterib. proueniēs, ſiue ex cōſultationib. dæmonum, damnabilis eſt, 23. q. 3. illud

Quod attendere manerem ſignorum in cœlo fallaciā in cōiugijs ſociandis, in domibus ædificandis, & in arboribus plantandis incantatio illicita eſt, 26. qu. 5 non liceat.

Quod infideles reputantur matres, quæ pueris ſuis capitale dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter pater noſter & Credo in Deum, quærunt ligaturas ſacrilegas & incantationes, 88. di. quoniam non. ante med.

Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedij præſtant. 26. q. vlt. admoueant.

Quod gemmæ vel herbæ ad infirmos poſſunt portari ſine incantatione, 26. q. vlt. c. vlt.

Quod incātatiōes ab eccleſia ſūt reijciēdę, 26. q. 5. nō oportet. & ca. auguriis. & ca. vlt. , ad moueant

Quod incantatores ſunt infames, 9. quæ. 1 infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. Quod incendiarius dicitur non ſolum qui facit, ſed qui iubet & cōſentit, 23. q vlt. ſi quis membrorum

Quod incēdiarij nocturni præcipue rerum eccleſiaſticarum ſunt grauius puniendi, 12. qu. 2. cum deuotiſſimam

Quod incendiarij ſunt à cōmunione fideliū quouſque ſatisfaciat ſeparādi, 23. q. vlt. ſi quis mēbrorū

Quod incendiarij ex odio vel malitia & ipſis cōſentientes ſunt excommunicandi, 23. q. vlt pesſimam.

Quod incendiarij cum ſatisfactione præteritorum, iuramento de vltra non committendo, debēt abſolui, 33. q. vlt. peſſimam.

Quod quia forma abſolutionis incendiariorum cōſors eſt cum forma abſolutionis excommunicatorum, videtur, quòd à canone ipſo facto ſūt excommunicati. 23 q vlt. peſſimam.

Quod epiſcopus qui pœnitētiā incēdiariorū, quę eſt per annū eſſe vltra more. relaxauerit, ab officio epiſcopali per annū abſtinebit, 23. q. vlt. peſſimam.

Quod incendiarius ſi ſine ſatisfactione & pœnitētia mortuus fuerit, carebit eccleſiaſtica ſepultura, 23. q. vlt. peſſimam.

INCEPTIO. Quod inceptio ſiue inchoatio bonæ vitæ nō poteſt fieri niſi cum charitate. de pœ diſ. 2. § non autem

Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pœn. di. 2. ſi enim inquit. § multi.

INCESTVS. Quod inceſtus eſt conſanguineorum vel affiniū abuſus, 36. q. 1. lex illa. § cū ergo.

Quod virgines quæ poſt cōſecrationē nupſerint nō tam adulteræ quàm inceſtæ ſunt, 27. di. virgines

Quod inceſtum committit qui ſponſam fratris ſui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem, 27 q. 2. ſi quis deſponſauerit.

Quæ ſunt perſonæ conſanguineæ vel affines cum quibus inceſtus cōmittitur, habes, 35. q. 3. de inceſtis, & c. nec eam.

Quod inceſtus quantum ad peccatum grauior eſt adulterio. 32. q. 7 adulterij.

Quod inceſtuoſus nec teſtificari, nec accuſare, pōt, quia infamis, 3 q. 4. cōſāguineorū, 6. q. 1. infames

Item inceſtuoſi à communione fidelium ſunt ſeparandi, 25. q. 8. c. vlt.

Item inceſtuoſi nō debent matrimoniū contrahere, 32. q. 7. quædā. & quinque c. ſeq. 34. q. vlt. in lectū

Quod inceſtum cōmittēs ex ſua culpa poſt mortē viri nō debet cōtrahere, 34. q. vlt. in lectū & c. ſeq.

Quod poſſunt cōtrahere matrimoniū quorū inceſtū excuſat ignorantia, 34. q. vlt. in lectū, & c. ſeq

Quod.

Quod filij de inceſtu procreati non reputantur filij quantum ad paternam ſucceſſionem, 35.q.7.c.1.

INCONSTANTIA. Quod ſtabilitas animi perpēditur quādo epiſcopus vel presbyter dimiſſa ſua eccleſia propria temeritate, ſine cauſa alibi vagatur, 7.quæſt.1.non oportet, vſque ad §.quòd verò.

Quod inconſtans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege ſibi commiſſo ſe elōgat, 7.q.1.ſuggeſtum, & duobus cap.ſeq.

Quod conſtantia in vouentibus caſtitatem & non ſeruantibus reprobatur, 17.q.1.vouentibus.

Item à monachis à profeſſiōe ſui nominis & religionis, & à religione recedentibus, 16.q.1.ſi cupis, & c.placuit, & c iuxta.

Quod inconſtantes ſunt qui bona facere deliberāt, & effectui non mancipant, 17.q.1.qui bona.

INCORRIGIBILITAS Quod incorribilitas in epiſcopo eſt deteſtabilis, 34.di quorūdam.

Quod qui ſacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab eccleſia ſunt ſeparandi, 16.q.1.in canonibus.in fi.

De hæc materia habes, vbi agitur de Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitentiam, 1 qu 7 ſi quis omnem.

Quod bonus eſt Dominus in omnib⁹, & aperta viſcera eius omni homini pœnitēti, 1.q.7.ſi quis omnem poſt medium.

Quod Deus peccatori conuertenti ſe præſtat indulgentiam, de pœnit.diſt 1 facilius. §.hoc idem.

INDVCIÆ Quod induciæ tā actori quàm reo dādæ ſunt à iuce, ne à quacunque parte propere agatur, vel per ſurreptionem, 3.q.3.induciæ.

Quod induciarum tempus quantum ad teſtium vel inſtrumentorum productionem, ſi in eadem prouincialis agitur, tres menſes, ſi verò in alia vicina, tantum ſex, ſi verò in vltra marina, nouem menſes indulgentur, 3 q.3 induciæ.§.1.

De aliarum rerum induciis habes, 3.q.3.induciæ accuſatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia nō de facili debet credi, ſed probata citius vlciſci, 11 quæ.3 in cunctis.

Quod duplex eſt infamia, videlicet iuris canonici, quæ eſt crimen mortalis peccati vel excommonicationis, hæc tollitur quātū ad culpā per pœnitētiam & abſolutionem, 6 q.1 illi qui. ſed quantum ad infamiæ notā, ſi ſunt clerici, nō tollitur niſi per Papam, 2.q.3.Euphemium, §.hinc autem.

Alia eſt infamia iuris ciuilis, quæ multipliter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti. Aliquando genere pœna. Aliquādo genere vtriuſque. Aliquando genere facti, 3 q 7 infames, in fi. & § porro huius infamiæ nota nō poteſt delere niſi ciuilis iudex, cuius intereſt legē cōdere, 2.q.3.Ephemium.§ proximo.

Quod infamiam quādoque incurrūt boni ex diuina diſpoſitione, vt purgentur vel probentur, 6. qu.1. ſunt plurimi.

Quod in infamia ad conſtantiā recurrendum eſt, & ſi nō inuenitur malum quod dicitur in lætitiam debemus proſilire, 11.q 3.inter verba.

Quod in infamia ſi nobis teſtis eſt in cœlo, & teſtis in corde, dimittendi ſunt ſtulti foris loqui quod volunt, 11 q.3 inter verba, & c.ſeq.

Quod non omnes leges canonū ſunt infames quos leges ſeculi infames pronūtiāt, 2.q.3.Euphemiū, § proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, ſecūdum leges ſeculi ſit infamis, ſecundū canones nō eſt infamis, 2 q 3 Euphemium, §.proximo.

Quod multa & varia ſunt crimina quæ reddūt homines infames, quę ponuntur, 3.q 5.cōſtituimus, & 6 q.1 infames.

Quod fidei Chriſtianæ & auctoritatis apoſtolicæ ſtatu præuaricatores ſunt infames, 2. q. 7. alieni..

Item omnis hæreticus & infidelis eſt infamis, 2.q 7 alieni, 6 q.1.infames.

Item ſimoniacus, 15.q.3.ſane.

Item omnis apoſtata qui à tramite propoſiti ſui receſſit, 2 q 7 alieni, 3.q.4.ſi quis à vero.

Item omnis inceſtus macula pollutus, 3.q.4.conſanguineorum.

Item infamis eſt clericus qui ex ſua culpa irregularis efficitur, 6.q.1 omnes verò.

Item infames ſunt qui ſuperiores ſuos calumnioſè impetunt, 3.q 4.conſanguineorum.

Item omnes patrum inuaſores, 1.q.5.omnes.

Item omnes epiſcoporum vel abbatum calumnioſi accuſatores vel conſpiratores, 3.q 4.clericus, & c. ſeq 11 q 1 conſpirationum.

Item omnes qui malitioſè aduerſus ſacerdotes armantur, 6.q.1 ſacerdotes.

Item hiſtriones & omnes turpitudinibus deſeruientes, 4 q 1.diffinimus.

Item ſepulchrorum violatores 6.q.1.infames.

Item eccleſiaſticorum prędiorum direptores, 17.q 4. attendendum.

Quod non eſt cōmunicādū malis, ne infamiā male agentium in nos transferamus, 14. qu.vlt hi qui.

Quod infamis nec aduocatus nec procurator eſſe poteſt, 3 q.7.infamis.

Itē nec accuſator nec teſtis eſſe pōt, 3.q.4 nulli, & q.5.omnes, 4.q.1.diffinimus, 6.q.1.beatus, & c.ſeq.

Quod infamia maximè clericorū propter ſcandalū aliorum inducit purgationē, 2.qu.4.presbyter, & duobus cap.ſeq.

Quod accuſans de crimine & probare non valens, infamis efficitur, 2.q 4 c 1 & 5 q. vlt. omnis qui.

Quod infamatores hominum ſunt peiores direptoribus rerum, 6.q 1.ex merito.c.deteriores.

Quod infamatores hominum ſunt etiā corporaliter affligendi, 5 q.1.c.1.& q 6.delatori & c. ſi quis.

Item infamatores ſunt excōmunicandi, 5.q.1 quidā.

Quod infamis dicitur locus vbi crimen committitur, 11.q.3.tolerabilius.

Quod lupanaria non infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiant.

INFIDELITAS. Quod an infidelitas eſt credere ſe cum multitudine mulierum per multa terrarum ſpacia noctis tempore ſuper quaſdam beſtias equitare, vel huiusmodi phantaſmata à malignis ſpiritibus mentibus & non corporibus irrogentur, 26.q.5 epiſcop.

Quod ſacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia nō talia patitur corpus, ſed infidelis animus. 26.q 5.epiſcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS. Quod infirmitas duplex eſt, videlicet corporis, & animæ, 15 q.5.§ 1 & c. illud. §.itaque, 49.diſt.hinc etenim per totum.

Quod mentis ſiue animæ infirmitas duplicatur, vna eſt quæ vitiū appellatur, qua infirmitate anima à Deo ſeparatur, vt eſt ira & odium & huiuſmodi.

Alia autem infirmitas animæ non eſt peccatum, ſed pœna peccati, vt obliuio & ignorantia, 15. q.1 illud.§ itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur. Eſt enim vt languor naturæ, quæ carnis concupiſcentia ſiue fomes dicitur. Alia eſt quæ propriè corporis infirmitas appellatur, qua elementorum ſeu humorum concordia turbata caro ipſa afficitur, & tandem diſſoluitur 15.q 1.illud § itaque.

Quod infirmitas ſine cauſa à Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur, 7 q 1. cum percuſſio, 15.q.1 illud.§.itaque.

Quod infirmitas corporalis excuſat à pœna iudicis, 17.diſt.placuit vt quotieſcunque.

Quod non poſſe cōparere reputatur qui infirmitate detinetur, 5.q.3 ſi ægrotans. 18. diſt. ſi epiſcopus.

Quod infirmitas mentis, quæ eſt dementia, excuſat à culpa in ipſa perpetrata & pœna, 15.q.1.illud. §. itaque in fi. 3.q.9.inducas.

Quod epiſcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur epiſcopatu, ſed datur ei coadiutor, 7.q.1.fere per totum.

Quod propter infirmitatem mentis ſeu dementiam poteſt alter ei ſubſtitui. 7.q.1.quamuis.

Quod epiſcopus vel presbyter laborans morbo caduco ſuſpēdit à ſacrificio miſſæ, 7.q.1. in litteris.

Quod ceſsāte infirmitate debet reſtitui qui propter infirmitatem eſt deſtitutus vel ſuſpēſus, 7.q.2.dilectus.

Quod vrgente infirmitate reſignans beneficium, vouēs intrare monaſteriū, & vltra nō proceſſit, ſi non intrat, reſtituitur ad beneficium, 17.q 2 c.1.

Quod proprium debet eſſe prælatorum compati infirmitatibus ſubditorum, 14.qu. 1. quæ dignior. in fin.

Quod infirmis non eſt pœnitentia iniūgenda, ſed innoteſcenda, & amicorum orationibus, & eleemoſynis ſubleuanda. 26.q.7 ab infirmis.

INGRATITVDO. Quod ingratitudo eſt reddere malum pro bonis, 25 q 3.ſex.

Quod hoc vitium incurrūt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes à Deo recedunt, de pœ. diſt. 5.conſideret, § dolendum.

Quod ingratitudo auctoritate canonum & legum culpatur, 12.q.2.octaua.

Quod ingratitudo retrudit manumiſſū in ſeruitutē 12.q 2.epiſcopus qui mancipium, c.liberti eccleſiæ. & c.ſeq.

Quod pro ingratitudine poteſt quis à ſuo domino priuari beneficio, 22. q.5. de forma. circa finem.

INIVRIA. Quod iniuria penſanda eſt non ex opere, ſed ex voluntate, 15.q.1.ſi quis nō iratus.

Quod bonis diſpenſatione diuina inferuntur iniuriæ, vt purgentur, 6.q 1 ſunt plurimi.

Quod iniuria propria patienter eſt ſuſtinēda, ſed Dei, vel vlciſcēda, 23.q 4.inter querelas, & §.ſeq.

Quod tempore Heliæ ignis nō fuit pro iniuria prophetę, ſed Domini, cuius cultus ſupernebatur, 23. q.4.ſi illic.§.ſed obiicitur, & c.Guiſlarius.

Quod noſtras & noſtrorum patienter exēplo ſanctorum debemus tolerare iniurias, 23.q.1.per totū.& q.4.qui ſecundum, & q.5.non eſt noſtrum.

Quod iuſtus patienter tolerans iniuriam cœleſtem meretur coronam, 11 qu.3. & ſi.& c. qui iuſtus.

Quod à perfectis licitè nō verberib⁹, ſed verbis moderatis iniuria propulſatur, 23.q.1.paratus.

Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniūtur, 11.q.ſi quis ſacerdotum.

Quod iniuria epiſcoporū eſt iniuria Chriſti, cuius legatione funguntur, q.7.accuſatio quoque in fi.

Quod ſpecies eleemoſynæ eſt iniuriam dimittere, 45.diſt.& qui.& duobus c.ſeq

Quod iniuria ſemel dimiſſa non debet amplius ad animum reuocari, 23.q.4.ſi illic.

Quod iniuriās ſatisfacere tenet̄ læſo, nec cogit̄ quis ſupbo indulgere priuſquā humiliet̄, 23.q.4.ſi illic.

Quod nolens pro iniuria ſatisfactionem accipere media punitur, 95.diſt.ſi quis contriſtatus.

Quod ſecūdū varietatē iniuriarū debet eſſe reſpect⁹ pœnarū, de pœ.diſ.1.vulgaris, & c.pœ.50 diſ.q2.

Quod qui aufert ſua ab inuito, nō iniuriam infert, 14.q.5.non ſane.

Quod cum alterius iniuria nulli eſt ſubueniendum, 15.q.5 & c.denique.

Quod nec Deo gratum eſt obſequium cum iniuria aliorum, 14.q 5 c.1.& 2.

INIVSTITIA. Quod iniuſtitia iniquitate culpatur commiſſa in rebus proximorum, 14.qu 5. immolans & tribus c.ſeq.

Quod culpatur iniuſtitia prælatorum cōmiſſa reſpectu ſubditorum, 24.q 4 ſi quos poſt med

Quod inculpatur iniuſtitia diuitum commiſſa reſpectu pauperum, 42.diſt ſi quis.ante fi.

De iniuſtitia habes vbi agitur de Iuſtitia.

INNOCENTIA Quod quē innocentia adiuuat, dignum eſt, vt alia caſtigatio non affligat, 2. q.4.Meunam.3 q.9 dignum.

Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui ſidē in omnibus eſſe arbitratur, 22.q. 4.innocens.

Quod ad officium innocentis pertinet non ſolum malū non inferre, ſed etiam mala cohibere, 23.q.5 non innocentiæ.

Quod qui nō ex odio ſed amore corripit delinquētē nō ſolū caſtiſſimæ innocētiæ, ſed diligentiſſimę ſeueritatis implenit officiū, 23.q. 4.ita plane.

Quod an innocentes debent præferri in prælatis lapſis pœnitentibus, 12.diſt nos conſuetudinem, 16.q 1.legi.circa princ.

Quod videtur quòd exemplo Petri lapſus pœnitēs innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis ſubditis nouit compati, 50 diſt.conſiderandum & c fidelior.

INOBEDIENTIA. Quod inobedientia eſt peccatū ariolādi, & ſcelus idololatrię nolle acquieſcere, 81.diſ.ſi qui ſūt, 32.diſ.pręter hoc §.porro.

Quod qui præcepto Papæ non obedit, peccatū idololatriæ incurrit, 81.diſ.ſi qui ſunt.

Quod omnes clerici qui non ſunt ſub obedientia epiſcopi, ſunt acephali, 93.diſt nulla & ſeq.

Quod vbi duo ſuperiores mādāt oppoſita, inferiori non eſt obediendum, 11.q.3.qui reſiſtit, & c. ſeq,

Quod inobedientes paternis iuſſionibus, ſæcularib. debent corrigi vindictis, 23.q 3. iuſtum eſt

Quod inobedientia punitur per excommunicationē 18.diſt.decernimus. 34 diſt.quorūdā, in fi.11. q.3.ſi autem.& tribus c.ſeq.

Item punitur per depoſitionem vel degradationem 11 q 1 ſi quis ſacerdotum, q 3.abſit, 34 diſt.quorundam, in fi.

Item punitur per corporalem afflictionem, 11.q.1. ſi quis ſacerdotum, 7.q.1.denique.

Quod propheta ad ſchiſmaticos miſſus propter inobedientiam à leone occiditur, 7.q 1 denique.

IMPOTENTIA. Quod impotentia coeundi ſi poſt carnalem copulam ſuperuenerit, non ſoluit matrimonium, ſi ante venit, liberum facit alterum matrimonio alij copulari, 27. quæſtio. 2. quod autem.§.ecce impoſſibilitas, 33.quæſtio. 1. quod autem.

Quod

Quod propter impotentiam à copula coniugali ſeparatus liberè poteſt ad ordines promoueri, 27. q.2.quod autem.§.1.

Quod naturalis ſiue perpetua impotentia ſoluit matrimonium,accidentalis vero quæ fit per maleficiū,ſi ceſſauerit,ſolutum reſtituit, 33. q. 1. quod autem in ſi & duobus c.ſeq.

Quod impotens coram iudice apparere nō cogitur qui infirmitate detinetur,5.q.3.ſi ægrotans.

IMPVNITAS Quod impunitas culpæ viam facit aliis delinquendi,15 q.9.loci.& 2.q.7.quapropter,93.diſt.peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione & de Pœna.

INQVISITIO.Quod inquiſitio facienda eſt de conditione clericorum priuſquam confirmentur,47.diſt.de Petro,23.diſt.illud.

Item facienda eſt de infamiis ſubditorum antequam credatur,2.q.1.Deus omnipotens,30.q.vlt. nullū.

Itē faciēda eſt de culpa pœnitēdorū priuſquā puniātur,28.diſt.quia ſunt,86.diſt.ſi quid,& cap. tanta.

Item facienda eſt inquiſitio tam ſuper ſtatu clerici quā populi ab epiſcopo , bis in anno concilium celebrando,18.diſt.quoniam.

Quod epiſcopus in ſynodis ſub iuramēto debet pericula inquirere animarum , & inquirenda committere,35.q.6 epiſcopus.

Quod epiſcopi viſitando parochias plus debent inquirere de lucro animarum,quàm de lucro temporalium rerum,18.q.3 cauendum eſt.

Quod inquiſitio ad veritatem facti non poteſt peruenire,niſi diligenter circunſtantiæ inquirantur,23. q 8.occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari: & ordinē rerum plena inquiſitione diſcutere,30.q vlt.c.vlt.

Quod confeſſor debet eſſe ſapiens & diligens inquiſitor de loco , tempore, & de aliis circunſtantiis peccatorum,de pœ.diſt.6 §.1.poſt medium.

Quod veritas diligentius inquiſita magis ſplēdeſcit in lucem,35.q.9.c.graue.

Quod iudici magis neceſſaria eſt leuis inquiſitio, quam atrox punitio.23.q.5 in fin.

INSANIA Quod inſania continuè laborās ſi quid cōmiſerit,non imputatur,15.q.1.ſi quis inſaniens & c.illud,§ cum itaque in fine.

Quod ſicut inſani mente non res ſed phātaſtica rerum vident,ſic mens auari ſemper aurum & ſimilia videt,47 diſt.ſicut.

Quod qui infirmitate vel feruore paſſionis preſſus ſi quid vouerit vel promiſerit,niſi ratum poſtea habeat,non tenebit,17.q. 2.Gonſaldus.

Quod ſacerdos tempore inſaniæ occidens hominē, licet quantum ad culpam innocēs ſit,ab executione tamē officij abſtinebit,15.q.1.ſi quis nō iratus.

Quod ad ſacros ordines nō promouetur qui aliquādo inſaniuit,ſed promot⁹ poſt inſaniā ſanat⁹ celebrabit,5 q 1.ſi quis nō in fin.& 33.diſt.maritum.

Quod epiſcopus inſanus renuntiare non poteſt niſi habeat lucida interualla,7.q.1 quamuis.

De materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inſpiratio ſpiritus ſancti ſoluit à lege ſtatutum,19.q.2.duæ.

Quod vbi ſpiritus ſpirat,etiam prelato ſuo cōtradicente ad meliorem vitam poteſt quis tranſire,19. q.2.duæ.

Quod ſancti patres ea quæ videntur irreprehēſibilia,inſpiratione diuina fecerunt , 23.q.5. ſi non liceat,per totum c.

Quod dominus per occultam inſpirationem reuocat à malo,23.q.6.quod errauerat.

Quod inſpiratione diuina caſtitas habetur,28. diſt. de his.

Quod præſens eccleſia inſpiratione diuina inſtituitur,8.diſt.qui contempta.

Quod qui poſt inſpirationem diuinam & reuelationem in quo errauerat perſeuerat , obſtinatus eſt, 8.di.conſuetudo,21.diſt.nunc.

INSTRVMENTVM.Quod inſtrumēta chartarū debent ſacerdotes cōficere de rebus propriis & eccleſiarum quas de nouo intrant,12.qu.4. c.1.

Quod quia ſæpè proprietati originis obſiſtit lōginquitas temporis ſtipendia de rebus eccleſiarū quę recipiuntur ab epiſcopus,debent reddi in inſtrumentis,12.q 2.ſæpe,& c.longinquitate.

Quod defuncto epiſcopo omnes res ipſius,ne ab eccleſia alienentur,à canonicis debēt conſcribi,12. q.5.ſicubi.

Quod inſtrumenta vi extorta maximè à clericis,nullius ſunt vigoris,15 qu.6.c 1 . & c.auctoritatem.

Quod ſeruus non poteſt inſtrumentum condere teſtamenti,13.q 2.illud etiam.

Quod vbi tabellio ſiue manus publica ad inſtrumēti ſubſcriptionē nō habetur, triū teſtiū ſufficit ſubſcriptio,16.q.3 placuit,& §.is autem.

Quod ſacerdotes pro negotiis ſæcularib. non debēt poni in inſtrumētis pro teſtibus,14 q.2. nnaquā.

INTENTIO.Quod intētio operi in ſufficienti liriem imponit,41.diſt.quiſquis.c deliciæ & c.quod dicit.

Quod bona intentio non excuſat opus malum,1.q. 1.non eſt.per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere, 23.q.5.cum miniſter.

Quod Deus plus reſpicit intentionem & voluntatē quàm actus,15.q.6 ſi quandoque à ſacerdotibus, in ſi. 22.q.5.qui periurare.

Quod iuramēta ſecūdū intentionē præſtātis nō recipientis à Deo iudicantur,22.q.5.humanæ,§.1.

Quod nemo debet conſiderare verba, non enim intētio verbis,ſed verba intētioni debent deſeruire, 22.q.5.humanæ.

Quod ream linguam non facit niſi rea intentio, 22. q.2.homines,& duobus c.ſeq.

Quod ea quæ poſt intentionem cōtingunt,non imputantur,23 q.5 de occidendis, & c. cum homo.

Quod officij vindictæ poſſunt implere boni bona intentione,23.q.5 officia

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene diſpēſet,aggrauatur potiùs quàm iuuatur,1.q.1. nō eſt & 14 q.5.forte.32.4.hi non ſunt.

INTERCESSIO. Quod interceſſio bonorū, quæ eſt pro ſalute proximorum eſt ſuperiori porrigenda,23.p.5 prodeſt.

Quod cum qui diſplicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur,3.qu. 7.in grauibus,49.diſt.§.1.

Quod ſacerdotes in præiudicium aliorū non debēt intercedere,quia qui vincitur,interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur,14 q.5.denique.

Quod clericis proprium eſt pro cōiugiētibus ad eccleſiam intercedere,quia hoc non eſt malos defendere,ſed humanam ſæuitiam reprimere, 14.q. 6 ſi res.17 q 4 reum 23 q 5 reos 14 q vlt. hi qui

INTERPRETATIO Quod interpretatio canonum ſpectat ad eum qui habet ius condendi eos 25.q 1 ideo § his ita.

Quod Romana eccleſia ſic canones cōdidit , quod ipſorum interpretationem ſibi retinuit,25.q. 1.ideo § his ita.

Quod ſi in canonicis libris aliquid veritati cōtrariū inuenimus,vel mendoſum Codicē debemus credere vel nos interpretem nō intelligere,9.di. ego.

Quod eccleſiæ interpretatio ſi habet eloquentiæ venuſtatem eſt diſſimulanda & fugienda,38 diſt.eccleſiaſtica.

Quod omnis lingua habet quædam propria locutionum genera quæ cum in aliam transferuntur videntur abſurda,37.diſt. locutio

Quod qui ſcripturam ſacram aliter interpretatur quàm ſpiritus ſanctus flagitat,hæreticus eſt , 23. q 3.hæreſis,37.diſt.vnio.

INTRVSIO Quod intruſus epiſcopus non eſt habendus pro epiſcopo,nec habet executionem, 62.diſt c 1 & 63 diſt.ſi per.

Quod intruſi prælati vel ſchiſmatici tēporaliter & æternaliter à dño puniūtur,7.q.1 deniq; per totum c.

Quod intruſus priuatur dignitate , 61 .diſt. omnis.

De hac materia habes infra de Inuaſore.

INVASOR.Quod inuaſor ſedis apoſtolicæ anathematizatur,79.diſt.ſi epiſcopis,& c. ſi quis pecuniam.

Quod inuaſor alterius eccleſiæ epiſcopus non eſt dicendus,ſecundus ſed nullus epiſcopus,7.quæſt.1. factus.

Quod inuaſor alterius ſedis ſciēter à miniſterio eccleſiaſtico eſt repellendus & incarcerandus.2q. 1. in primis circa principium,& 7.q.1. præſentium.

Quod prælati ſuis eccleſiis poſt positis alias inuadētes ſunt adulteri & infames. 3 q 1.audiuimus.

Quod ſi inuaſor alterius eccleſiæ ſi admonitus dimittere contempſerit,ſæculari brachio eſt excludendus,11.q.1.petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia materiali,in fine,& ſupra, de Intruſo.

INVENTARIVM Quod inuentarium dicitur ſcriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint,diligēter conſcribuntur,12 q.2.charitatem.

Quod decedente epiſcopo omnes œconomi & canonici eccleſiæ illius in mutua præſentia de omnibus rebus debent inuentarium facere,12.q.2.charitatem,& 12.q.5 ſicubi.

INVIDIA.Quod inuidia eſt mortale ſiue capitale peccatum,25.diſt.vnum.§.alias.

Quod inuidia perſeuerēs habet radicem in interioribus medullis reconditam,de pœnitent. diſtinct. 2.cap.1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit,35 diſt.ſexto.

Quod peius malum non eſt quàm Chriſtianos ſuos ſuis ſacerdotibus inuidere,6 q.1.ſunt.§. verū hæc

Quod qui bonos ex leui ſuſpicione accuſat,hic non charitatis ſed inuidiæ ſtimulis exagitatur,6.q. 1. ſi omnia.

Quod clericis præcipuè conuenit inuidiam non habere,21.diſt his igitur.

Quod q potiꝰ cōſuetudinē quā veritatē fratrib.reuelatā præſumit ſequi,inuidꝰ eſt,8.diſ. qui cōtēpta.

Quod inuidia curatur per ſuum cōtrariū, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus ſe ſeruiendo,de pœ.diſt.2.c.1.

INVITVS.Quod inuitis multa bona præſtātur quando eorum conſulitur vtilitati,45.diſt.& qui. 23.q 4 nimium.per totum c.diſplicet.per totū.

Quod interdū qs vel metu flagellorū,vel Iductu diſputationū de nolēte efficitur volēs,23.q:6.vides.

Quod Iudæus non eſt cogendus fidem accipere inuitus,45 diſt.de Iudæis.

Quod à fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire,23 q 4 diſplicet.per totū,& q.6. per totum. 45.diſt.de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit,non ipſum perſequitur,ſed diligit,23.quæſt.5.non vos. & quæ. 4 ipſa pietas.

Quod nemo poteſt eſſe bonus inuitus , 23. quæſt. ſexta,vides.

Quod licet epiſcopus inuitos non poſſet ordinare, poteſt tamen inferiores ordinatos ipſis contemptoribus præferre,74.diſt.conſuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio,& vbi agitur de Coactione.

IOANNES Quod Ioannes Baptiſta Herodē ab inceſtu prohibens oſtendit coniugia fuiſſe inter infideles,26 diſt vna tantum.§.Ioannes.

Quod Ioannes Euāgeliſta verbo & facto ſchiſmaticos & hereticos docuit vitare, 24 q. 1 .omnis qui.

IOSEPH.Quod Ioſeph qui nō cognouerat Mariam cōceptum ſentiens in ea,ex benignitate voluiteam occultè dimittere,2.q.1.ſi peccauerit.

Quod inter Ioſeph & Mariam quando commendata fuit Ioanni,non videtur fuiſſe diuortium, quia Ioſeph non cognouerat eam,27.q.2. quod autē. & §.ſeq poſt medium.

Quod an inter Ioſeph & Mariam fuerit coniugiū cum ipſa carnalem non ſenſerit copulam,27 q.2. §.1. & c. inſtitutum.§.poteſt.cap quod autem.§. prox.& c.priuſquam.& cap.inuenta.

Quod Ioſeph vēditus à fratribus in Ægypto ab eunucho cōparatus fuit, ſignificat quod qui gratiā ſpiritus ſancti mercatur,viuum ſemen non habet ſiccis genitalibus,1 q. 1.ſicut eunuchus.

Quod Ioſeph non tam per creaturam quàm per auctorem creaturarum iurauit,22.q.1.mouet.§. ſicut etiam cum.

IPOCRISIS De ipocriſi require vbi agitur de y littera circa finem.

IRA Quod ira Dei eſt tranquilla iuſti ſupplicij cōſtitutio.de pœ.diſt.3.§.1.productior.

Quod dæmones appellantur ira & furor,23.q.5. nō ſolum.

Quod propter malitiam hominem ex ira Dei mundus fame & penuria quandoque opprimitur, 16. q.1.reuertimini,poſt med.

Quod vno peccante ira Dei ſuper multos venit,45. d ſt.ſed illud,23.q.5.ſi audieris.

Quod ab ira peccati,qua naturaliter fuimus filij iræ, non liberatur quis niſi per fidem Chriſti. de cōſe.diſt.4.firmiſſimè.

Quod ira hominis eſt concitati animi perturbatio, de pœn diſt.3 productior.

Quod ira hominis ſi longo tempore teneatur , eſt mortale peccatum,25.diſtinct. vnum orarium. §. alias.

Quod apoſtolus prohibuit vindictam perſonæ propriæ dicens,non vos defendentes,ſed date locum iræ,23.q.1.§.1.

Quod ira talia facit committere de quibus poſt multum ſolet homo dolere , 11. quæſtio. 3 .cum apud.

Quod quidquid calore iracundiæ fit vel dicitur, non eſt imputandum,niſi adſit iteratio vel perſeuerantia,2.q.3 ſi quis iratus.de pœ.di.2.vulgaris.§ cogitatio.

Quod præſidens iudicio ab ira debet cauere , quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur,11.q.3.epiſcopus presbyter.in ſi.

Quod iratus commotionis tempore iuſtum putat omne quod facit,11.q.3 ira.

Qu

Quod in præpoſitis laudabile eſt, vt nihil agāt priuſ quā mens concitata per iram, ad tranquillitatem redeat, 11.q.3. illa, 5.q.2. relatum, in fi.
Quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore præcipitare ſententiam, 11.q.3. ſummopere, 5.q.2. relatum.
Quod ira rectorum ſæpè innocentes ad peccatū deducit, quia dum iuſto amplius iraſcuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committūt, 11.q.3. ira.
IRREGVLARITAS Quod irregularitas nō nomen accepit à regula quam ſtatuit apoſtolus ſeruādā circa ordinādos & ordinatos, & cōtrariū eius dicitur irregulare, id eſt, cōtra regulā. 48. diſt. quoniam, diſt. 25. vnum orarium. §. nunc autem.
Quod irregularitas multipliciter cōtrahitur, 33. di. maritum, diſt. præcipimus, & c. ſeq.
Quod irregularitas incurritur contrahendo cū corrupta. 30. diſt. feriatim.
Item ſibi ipſi abſcindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iuſto vel iniuſto timore trūcās, irregularis eſt, 51. diſt. maritum.
Item qui naturalium membrorum aliquem defectū patitur, 51. diſt. qui in aliquo.
Item qui adulteratā vxorem cognouit, 34. di. ſi cuius, & c. ſeq.
Item bigamus, 33. diſt. maritum.
Item ſimoniacus, 33. diſt. maritum, in fi.
Item hæreticus, 51. di. qui in aliquo.
Item qui publicam vel ſolennem pœnitentiam egit, 33. diſt. maritum, 50. diſt. ex pœnitētibus, 51. diſt. qui aliquo.
Item rebaptizatus, 51. diſt. qui in aliquo.
Item filij presbyterorū, vel aliàs illegitimè nati, 56. diſt presbyterorum.
Quod irregularis non debet ad ordines ſine diſpenſatione promoueri, 34. diſt. præcipimus.

De hac materia habes vbi agitur de Diſpenſatione: & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.
IRREVERENTIA. Quod irreuerentia eccleſiarum & oratoriū prohibetur, 42. diſt. non oportet. & trib. c. ſeq.
Quod ſi quis ex irreuerentia eccleſias docet contēnendas, anathematizatur, 30. di. ſi quis per ſuperbiam, & duobus c. ſeq.
Quod irreuerētia ſuperiorū reprobatur, 2.q.1. oues, 7.q.1. ſcite, & 25.q.5. ſi apud carnales.
Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione, 11.q.1. ſi quis ſacerdotum, & cap. coniurationum, & quatuor c. ſeq.
ITERATIO quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ, 15.q.8. hi qui.
Quod illud quod non oſtenditur geſtum, nulla ratiōe videatur iteratum. de conſe. diſt. 4. ſi nulla. & 4. c. præcedentibus.
Quod iterari oportet illud quod male factum eſt. 1. q. vlt. Daibertum.
Quod iteratur ordo, ſi de ordinante vtrum epiſcopus fuerit dubitatur, 68. diſt. presbyteri.
Quod iteratur eccleſiæ conſecratio, ſi igne exuſta aut ſanguinis effuſione aut fornicatione polluta fuerit, 68. diſt. eccleſias.
Quod nec baptiſmus nec confirmatio debent iterari, niſi de receptione vtriuſque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta, 68. diſt. eccleſiis.
Quod iterato baptizatus ſcienter, iterato dominum crucifigit, & non poteſt promoueri. de conſec. diſ. 4. qui bis.
Quod quotidianum ſacrificium euchariſtiæ non eſt iteratio paſſionis, ſed commemoratio, de conſe. d. 2. iteratur.
Quod ſolēnis pœnitētia apud quaſdam eccleſias nō iteratur. de pœn. diſt. 3. nihil poteſt, §. ex perſona.
Quod de hęreſi redeūtes permanēt in ſuis ordinib. ſi tamē ab hæreticis iterata vnctione baptiſmi vel ordinis nō fuerint maculati, 1.q.7. ſaluberrimū.
Quod ab hæreticis in forma eccleſiæ ordinati non debēt iterato ordinari, ſed per manus impoſitionem reconciliari, 1.q.1. manus impoſitio.
Quod ſacramenta ab hæreticis in forma eccleſiæ data iterari non debent. 1.q.7. & ſi illa, §. ſeq. circa med. & 1.q.1. quod quidam.
IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & dānatus quidquid tamen inter apoſtolos egit pro dignitate officij, ratum fuit, 19. diſt. ſecūdum eccleſiæ, 7.q.1. aduerſitas. in fi.
Quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipſe erat & apoſtoli, fluctibus agitabatur, 24.q.1. non turbatur.
Quod Iudas in cœna Domini cum aliis apoſtolis corpus Chriſti ſumpſit, 7.q.1. aduerſitas, in fi. de conſe. diſt. 2. ſicut Iudas
Quod Iudas à venia excluſus non fuiſſet, ſi pœnitētiam à Chriſto poſtulaſſet. de pœ. di. 1. poteſtatis.
Quod nihil profuit Iudæ egiſſe pœnitentiā per quā ſcelus corrigere non potuit. de pœ. di. 3. in falſib.
Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo ſe ſuſpendit. de pœ. diſt. 1. inter hæc ſiricum.
Quod Iudas fuit infelicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dominum, ſed traxit ad laqueum. de pœn. diſt. 3. in falſibus.
Quod Iudas magis peccauit deſperādo, quam Chriſtum tradendo, 23.q.5. ſi non licet.
Quod qui ſe ipſos occidunt cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitum incurrunt, 23.q.5. nō licet, & c. ſeq.
Quod cum ſpiritus ſanctus conſubſtantialis ſit filio, ſimoniaci ſpiritus ſancti gratiam vendentes, Iudæ qui Chriſtum vendidit, comparantur. 1.q.1. eos
Quod clerici res ſacras ſubſtrahentes Iudæ ſcariotis ſimiles æſtimantur, 17.q.4. ſi forte. 23. qu. 4. quid ergo. in fi.
IVDÆVS. Quod Iudæi obedientes non ſunt Chriſtianis moleſtandi, 23.q.8. diſpar.
Quod Iudæis permittitur feſta eorum colere, dummodo ea non exerceant in contemptum eccleſię, 45. diſt. qui ſyncera. in fi.
Quod ſacrilegium faciunt qui Iudæis publica officia committuntur, 17.q.4. conſtituit, 54. diſt. nulla.
Quod fideles non debent cum Iudæis habitare nec, mānducare, nec medicinas ab eis recipere, nec cōſiliū requirere in infirmitate, 28.q.1. nullus. & c. ſeq.
Quod ne religio Chriſtiana à Iudæis polluatur, empti ab eis Chriſtiani à ſeruitute liberantur, 54. di. mācipia, & c. ſeq. de conſecra. diſt. 4. plerique.
Quod Iudæi non ſunt per vim ad fidem compellēdi, 45. diſt. qui ſyncera. & c. de Iudæis.
Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cū octo menſium inſtructione ſunt ad baptiſmum ſuſcipiendi de conſ. diſt. 4. Iudæi, 28.q. ſæpè.
Quod die dominico vel alio die ſolenni debent Iudæi baptizari. de conſ. diſt. 4. ne quod abſit.
Quod ſi Iudæus vel paganus ſeruus, Chriſtianus fieri voluerit, à ſeruitute liberatur, 54. diſt. fraternitatem
Quod iudæorum baptizatorum pueri ne parentū inuoluantur erroribus, ſunt eis auferendi, & monaſteriis aut Chriſti fidelibus ad conuiuendum tradēdi, 28.q.1. Iudæorum, de conſ. diſt. 4. plerique.
Quod vno parente conuerſo, & altero in iudaiſmo permanente, pueri ſequi debent illum qui factus eſt Chriſtianus, 28.q.1. Iudæi.
Quod ex Iudæis conuerſi, quia ad vitia proni ſunt, non debent aliis Iudæis cohabitare, ne eorum participatione ſubuertantur. 28.q. ſæpè
Quod Iudæi à fide apoſtatantes coguntur ad eam redire, 45. diſt. de Iudæis. de conſ. diſt. 4. plerique.
Quod Iudæi præuaricatores fidei quantacūq; pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quoad res filiis non oberit. 1.q.4. Iudæi.
Quod ſi Chriſtianus vel Chriſtiana iudaice præuaricātis carnaliter cōiungatur, à cōmunione eccleſię ſegregentur, 28.q.1. caue. & c. ſi quis iudaicè.
IVDEX. Quod iudex dictus eſt eo quod ius dicat, ſiue quod iure diſceptet, 23.q.2. c. 1.
Quod iudex alius eſt ordinarius, alius eſt arbitrarius, 2.q.6. à iudicibus.
Quod ordinarius iudex eſt, qui ab apoſtolico, vel Imperator legitimā poteſtatē accipit, 2.q.6. à iudicibus. 11.q.1. iudices.
Quod arbitrarius eſt qui nullam poteſtatem habens cū conſenſu litigātium eligitur, 2.q.6. iudicibus.
Quod ad arbitriū rei iudices dādi ſūt, 11.q. iudices.
Quod quidā ſunt qui iudices nō poſſunt fieri etiā ſi petantur, videlicet ſurdus, mutus, perpetuo furioſus, fœminę, ſerui Ipuberes, īfames, 3.q.7. infamis.
Quod ille debet eſſe alterius iudex, qui non habet in ſeipſo quod condemnet, 3.q.7. iudicet.
Quod verus iudex nec pretio, nec ſtupore, nec odio, nec fauore iudicat, 11.q.3. epiſcopus § ſi ergo.
Quod iudex munera nō debet accipere, quia munerū acceptatio veritatis eſt præuaricatio, 11.q.3. qui recte. & c. non licet. 14.q.5. non ſane.
Quod iudex etiam rectè iudicando, ſi tēporale pręmium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11.q.3. qui rectè.
Quod laudabiles ſūt iudices in quib. nec ira nec furor, ſed ratio dominatur, 11.q.3. illa. & trib. c. ſeq.
Quod Papa eſt iudex omnium, ſed nemo ipſius, 9.q.3. patet. & c. ſeq.
Quod bonus iudex nihil arbitrio ſuo facit, ſed iuxta leges & iura pronunciat, 3.q.7. iudicet.
In quo capitulo ponuntur plura quæ debet habere bonus iudex, 30.q. vlt. iudicantem.
Quod nō eſt iudex in quo nō eſt iuſtitia, 23.q.2. iuſtū
Quod criminoſus iudex cum ſentētiam in alterius crimen profert, ſeipſum cōdēnat, 3.q.7. ſacerdos. §. item in euangelio.
Quod iudex cuius vita cum loco iudicij nō cōcordat ſæpè immeritos damnat, 11.q.3. plerunque
Quod iudex cupidus cito vendit iudicium, 11.q.3. pauper.
Quod naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, 3.q.5. quod ſuſpecti.
Quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quam intelligat, 19. diſt. ſecundum.
Quod iudex circunſtantias debet rimari, & ordinē rerū inquirere, 30.q.5. iudicantem. 2.q.1. in primis. de pœ. diſt. 5. §. 1. poſt med.
Quod iudex nec debet eſſe facilis ad credendū, nec ad vindictam ferendam, 86. diſt. ſi quid, 11.qu.4. quamuis, 15.q.7. ſi quid.
Quod iudex ſine accuſatione damnare nō debet, 15. q.4. ſi quis poteſtatem.
Quod idem non debet eſſe iudex & accuſator vel teſtis, 2.q.1. multi. 4.q.4. c. 1.
Quod iudex nō debet eſſe ſuſpectus, 3.q.5. c. vltim.
Quod iniquum eſt velle iudicare, & nō iudicari. 3.q.6. iniquum.
Quod iudex plus legibus quàm ſuæ voluntati obtemperare debet, 3.q.7. iudicet.
Quod iudex in loco iudicij debet conſcientiā quā de domo portauit deponere, & ſecūdum allegata & probata procedere, 3.q.7. iudicet.
Quod nullus iudicū ſine licentia ſuperioris debet aliquē clericū condemnare, 11.q.1. nullus iudicū.
Quod iudex reum puniendo reddit bonū pro malo, 15.q.3. ſex differentiæ.
Quod iudex ſecundum leges damnando iniquum nō peccat, quia non ipſe damnat, ſed lex, 23.q.5. iudex. & c. ſeq.
Quod humanum eſt illū vereri iudicem, qui deprimere & erigere poteſt, 16.q.1. c. 1. circa medium.
Quod nemo debet dedignari iudicē habere cōtra ſe cuius approbauit arbitriū, 2.q.8. accuſatores §. cuius.
Quod inferior iudex non poteſt ſuperiorē iudicare, nec debet, 21. diſt. inferior. & quinque c. ſeq.
Quod ad ſæcularem iudicem non licet clerico confugere, 21.q.5. placuit.
Quod iudex laicus nō debet ſe intromittere de clerico præcipuè de ſacerdote iudicando, 96. diſt. in ſcripturis. & c. ſeq. 16.q.7. in nona actione.
Quod licet iudici ſubditum alterum defēſare & fouere, ſed non iudicare, 6.q.5. ſcriptum.
Quod iudex poteſt alterius ſubditū iudicare ratione criminis cōmiſſi in ſua poteſtate, 6.q.3. placuit & c. ſeq.
Quod cauſam ſuam amittit qui rem etiam ſibi debitam præter iudicis ſententiam inuadit, 16.q.6. c. 1. in fin.
Quod iudex ſpiritualis, ſcilicet confeſſor debet habere munus ſciētiæ, vt ſciat cognoſcere quidquid debet iudicare, de pœn. diſt. 6. c. 1. poſt medium.
IVDICIVM. Quod iudicium duplex eſt, videlicet diuinum, & humanū, 6.q.1. ſi omnia. 15.q.6. ſi quādoque à ſacerdotibus. circa med.
Quod diuinum iudicium valde eſt timendum, quia ipſe iudex eſt & teſtis, 9.q.3. aliorum.
Quod diuinum iudicium vſurpat qui certa & dubia iudicat, 2.q.1. nomen presbyteri
Quod ſecretorum cognitor & iudex eſt Deus, 32. diem beſcant.
Quod ſolius Dei eſt iudicare de occultis, qui ſolus nouit corda hominum, 2.q.1. conſuluiſti. poſt med.
Quod homines multa de Dei iudicio ignorāt, quia forſitan quæ nos laudamus, ipſe reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipſe laudauit, 11.q.1. ſacerdotibus. in fine.
Quod homines Dei iudicio per peiores ſe flagellantur, 36. diſt. ſi gens. in fine.
Quod Dei iudicio homines in præſenti vita flagellantur, vt futuro non puniantur, 23.q.4. quid ergo per totum c.
Quod Dei iudicio aduerſa bonis eueniuntur, vt ex hoc magis humilientur & mereantur, 6. quæſt. 1. §. ipſa.
Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23.q.4. Nabuchodonoſor.
Quod non poteſt humano cōdēnari examine quod Deus ſuo reſeruauit iudicio, 15.q.6. ſi quandoque à ſacerdotibus.
Quod facta Papæ à ſolo Deo iudicantur, 9. quæſt. 3. facta.
Quod Deus aliorum cauſas voluit per homines terminari, ſed ſummi pontificis cauſam ſibi ipſi examinandam & terminandā reſeruauit, 9.q.3. aliorū.
Quod nemo ſcit qualis in iudicio Dei futurus ſit, 11.q.1. ſacerdotibus in fin.
Quod qualiſcunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræſentatur, 15. diſt. qualis.

Quod

Quod qualem inuenit dominus cum vocat, talē pariter & iudicat, de pœn. d. 1. nunquid Cain.
Item in futuro Dei iudicium locum nō haberet ſi in hoc ſęculo omnia iudicāda eſſent. 6. q. 1. ſi omnia. 15. q. 6. ſi quandoque à ſacerdotibus.
Quod quē ſacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius perſonam gerit, de pœ. di. 3. in ſalicib⁹, §. his auctoritatibus, ver. ſed quem.
Quod qui ſemel à ſacerdote ꝓ peccato punitur, nō iterum à Deo pro peccato iudicabitur, ibid.
Quod Deus nō bis iudicat in idipſum quod iuſtè in præſenti eſt punitum. de pœ diſt. 2. ſunt plures, §. auctoritas.
Quod humanū iudiciū eſt duplex videlicet priuatū & publicū, ſiue contentioſum, 3. q. 7. poſtulatus.
Quod priuatum iudicium exercet quando ſeipſum iudicat, de pœ. diſt. 1. in actionem.
Quod verum iudicium eſt iudicare prius cōſcientiā propriam, demum culpam alienam, 3 q. 7. poſtulatus, & c ſeq.
Quod non eſt curandum iudicium hominū vbi eſt bona conſcientia, quia tale iudicium eſt temerarium, 11. q. 3. temerarium, & duobus c. ſeq.
Quod temerarium iudicium eſt quod procedit ex ſuſpicione, 2. q. 1. multi. ante fin.
Quod lapſi à baptiſmi innocentia proprio iudicio ſe accuſantes per pœnitentiam reſtituuntur, de pœ. diſt. 1. c. multiplex.
Quod homo debet ſeipſum iudicare dum poteſt in melius mores commutando, ne cum poſſe amiſerit, à domino iudicetur. de pœn. diſt. 1. in actionē, §. ſeq.
Quod publicum iudicium ſiue cōtentioſum inſtitutum eſt vt innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2. q. 1. quæ Lotharius.
Quod hoc iudicium integrum eſt, quod plurimorū ſententiis confirmatur, 64. diſt. extra.
Item debet ſecundum auctoritatem decretorum, & ſanctorum patrum diffiniri, 20. diſt. de libellis.
Item debet eſſe ſine tumultu contentionum, 3. q. 4. in loco.
Item hoc iudicium debet poni in loco tuto & cōmuni, 3. q. 9. hortamur. 33. q. 2. ſiue.
Quod in omni tali iudicio debent eſſe quatuor perſonę, videlicet iudex, accuſator, defenſor, & teſtis, 4 q. 4. c. nullus vnqua & c. nullus introducatur.
Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri conuentionalis libellus, 3. q 3. induciæ. § offeratur.
Quod ſpoliati nō debent ad iudiciū trahi niſi prius in integrum reſtituātur, 2. q. 2. nullus epiſcoporū. & tribus c. ſeq. 3. q. 2. electis, & c. ſeq 3. q. 2. ſi primates.
Quod de ſuſpicione vel extorta confeſſione peſſimū eſt iudicium, 15. q. 6. ſi quādoque à ſacerdotibus.
Quod ordo iudiciarius in publico iudicio eſt ſeruādus niſi forte adeo culpa ſit notoria, quòd ſe omnium oculis ingerat, 2. q. 1. quæ Lotharius, & duobus c. ſeq.
Quod an in manifeſtis ſit ordo iudicarius ſeruandus, 2. q. 1 per totum.
Quod abſente reo in iudicio non eſt procedendum. 3 q 9. accuſatori, vſque ad finem quæſtionis.
Quod diuinæ & humanæ leges prohibent vt abſens quis iudicetur, 3. q. 8. accuſatores.
Quod cōtumax abſēs iudicatur, 3 q 9. c. decreuim⁹.
Quod iudicium refugit qui de iuſtitia diffidit, 11. q. 1. Chriſtianis.
Quod quatuor modis humanū peruertitur iudiciū. videlicet timore, cupiditate, odio, & amore, 11 q. 3. quatuor, & duobus c ſeq. 3. q. 5 accuſatores, 2.
Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti, 23. q. 4 eſt iniuſta.
Quod candentis ferri & aquæ feruētis iudiciū à ſanctis eſt prohibitum, 2 q 4 conſuluiſti.
Quod in dubium abſolutum nō debet eſſe iudiciū, 33. diſt. habuiſſe 2. q 4 conſuluiſti.
Quod iudicium miſtum debet eſſe rigore & lenitate, 45. diſt. diſciplina. c. omnis, & c. ſunt.
Quod libertini poſſunt trahere dominos ſuos ad iudicium 12. q. 2. epiſcopus, § ſi ſine venia.
Quod eccleſia nō iudicat niſi de publicis in ordine iudiciario probatis, 2. q. 4 conſuluiſti. & q. vlt. nec illud, §. is itaque, & c. ſeq 2. q. multi. in fine.
Quod an eccleſia quādoque in ſuo iudicio decipitur, vt ille q intra ipſā eſt, per eā excluditur, & qui foris eſt, intromittitur, 24. q. 3. ſi quis, & c. cū aliquis.
Quod monachi & monachæ ſpectāt ad iudiciū epiſcopi. 1 q. 1. de perſona.
Quod clerici ſuum epiſcopum contēnentes traduntur iudici ſęculari, 11. q. 1. ſi quis ſacerdotū, & duobus c. ſeq.
Quod clericis prohibetur iudicium ſanguinis, 23. q. 8 ſæpe & c ſeq.
Quod diebus feriatis & die dominico nō ſunt exercenda iudicia, 15 q. 4. placita, 22. qu. 5. decreuit de conſe. diſt 3 §. 1.

De materia habes vbi agitur. de Sententia.

IVRAMENTVM. Quod iuramētū legitur De⁹ crebro feciſſe, 22 q. 4. incommutabilis.
Quod iuramentum homini nō prohibetur tāquam malum, ſed eius aſſuefactio vel libido prohibitur, 22. q. non eſt contra
Quod iurare Dei eſt à ſeipſo ordinata nullaten⁹ cōuellere, 22. q. 4 incommutabilis.
Quod dum vſus iuramentis habetur de facili periurium incurritur, 22 q. 1. non eſt contra.
Quod iuramentum non dicitur malū eſſe, ſed à malo eſſe, ſcilicet infirmitatis eorum quibus aliquid ſuadet, 22 q. 1 ita ergo.
Quod in ſcripturis non eſt prohibitum ab alio recipere iuramentum, 22. q. 1. quamuis.
Quod iurare non eſt peccatum, 22. q 1. §. 1. & c. vt noueritis.
Quod iuramentum non eſt inſtitutū vt eſſet iniquitatis vinculum, vel cuiuſcunque criminis, 22. q. 4. inter cetera.
Quod hæc eſt cauſa inſtitutionis iuramenti, vt omnis iurans ad hoc iuret, vt quod verum eſt loquatur, 22. q. 5. iuramenti.
Item alia cauſa eſt iuramenti inſtitutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere, 22. qu. 1. ſi peccatum.
Item eſt alia cauſa, deteſtatio idolorum, nam ideo cōceditur per Deum iurare, ne per idola iuretur, 22. q. 1. conſidera.
Quod in iuramento nō debet intentio verbis, ſed verba intentioni deſeruire, 22. q 5 humanæ.
Quod iuramentum debet habere tres comites, videlicet veritatem, iudicium, & iuſtitiam, 22. q. 1. & iurabunt, & q 2. animaduertendum.
Quod iuramentum veritatem habet vbi non aliter corde quàm ore iuratur, 22. quęſt 5. iuramenti, & c. quacunque.
Quod iuſtitiam habet quando licitum & iuſtum eſt quod iuratur, non tendens ad mortale peccatum, 22. q. 4. innocens. §. illicitum.
Quod iudicio iuratur quādo cū diſcretione & cautela iuratur etiam in licitis, 2. q. 4. ſacramētū. 22. q 4. innocens. § illicitum. circa med.
Quod iuramentum fit dupliciter, videlicet per creatorem, & per ea quæ habent reſpectum ad creatorē, vel per creaturas, 22. q. 1. conſidera. & duobus c. ſeq.
Quod per creatoris capillū vel caput iurare eſt blaſphemare. 22 q. 1. ſi quis per capillum.
Quod minus peccatū eſt per falſos Deos iurare verum quàm per verum Deum iurare falſum, 22. q. 1. mouet. circa med.
Quod per ea quæ reſpectum habent ad creatorem, ſicut eſt Crux, Euāgelia, & ſāctorū reliquiæ & ſimilia, falſum iurare eſt peierare, 22. q. vlt. qui cōpulſus, & c. ſeq.
Quod electus in epiſcopum repellitur à confirmatione, qui publice iurauerat ſuper Euāgelia Dei, 35. diſt. archidiaconum Florentinum.
Quod ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent, 2. q 5 ſi quis presbyter.
Quod qui per lapidē vel aliam creaturam iurat falſum periurus eſt, 22 q vlt ecce.
Quod an q iurās ſuper lapidē putans ſuper Euāgelia iurare obligatur, 22. q. 5. humanæ § proximo.
Quod primum eſt nequiter decipere credētē, 22. q. 2. c. 1.
Quod ſophiſticè iurans, periurus eſt, 22. q. 5. quacūque, & duobus c ſeq.
Quod Deus accipit iuramentum ſicut ille cui iuratur intelligit, 22 q 5. quacumque.
Quod qui paratus eſt ad peierandum, antequam iuret periurus eſt, 22. q. qui peierare.
Quod qui dicit iurando pluit, & ſcit non pluiſſe, periurus eſt. 22. q. 2. homines.
Quod Saul quia de morte Ionathæ quam iurauerat ſententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus nō fuit. 22. q. 2. c. vlt. § item opponitur ante fi.
Quod non peierat qui compulſus iuramentum nō implerit. 22 q 5 anteceſſor.
Quod qui aliū cogit peierare, etiam ſi dominus iurātis ſit reus ſit periurij, 22. q 4 inter cetera. & q. 5. qui compulſus, & c. ſi coactus. & quatuor c. ſeq.
Quod illud eſt deflendum quod quis commiſit illicitè per iuramentum coactū, 22. q. 4 inter cetera.
Quod ille qui alium cogit ſcienter ad periuriū, vincit homicidam, ſcilicet quantum ad damnū, quia ille damnificat animam, iſte corpus, 22. q. 5. ille.
Quod illicitum iuramētum magis peccatum eſt adimplere, quam periurium incurrere, 22. q. 4. vnuſquiſque.
Quod iuramentum factum contra præceptum domini culpatur, & non tenet, 22. q 4 inter cetera.

Quod omne iuramentum eſt ſeruandū niſi in peiorem vergat exitum & ſalutis detrimētum. 22 qu 4. quod Dauid & ferè vſq; ad finem quæſtionis.
Quod nemo ante ætatem legitimam, id eſt, ante annos quatuordecim cogēdus eſt iurare, 22. q. 5. paruuli & duobus c. ſeq.
Quod in diebus dominicis à ſeptuageſima vſque ad octauam Paſchæ, & ab aduentu vſque ad octauā epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in litania maiori, & in diebus rogationum niſi pro concordia & pace nullus ſolenniter iurare præſumat, 22. q. 5 decreuit.
Quod decens eſt vt iuramentum à ieiunis præſtetur, 22. q. 5. honeſtum.
Quod forma iuramenti inuenitur ſecundū diuerſorum ſtatus temporum & hominum.
Quod in tempore veteris legis iurabāt, viuit dominus, viuit anima mea, 22. q. 1. & iurabunt.
Quod anima in primitiua eccleſia iurabāt, teſtis eſt mihi Deus, & teſtis eſt mihi conſcientia mea, 22. q. 1. ſi peccatum.
Quod modernorum eſt iuramentum, ſic me vel te Deus adiuuet, & iſtæ reliquiæ ſanctorū, vel cōſimile, 32 q. 6. de parentela. & quatuor c. ſeq. 1. q. 7. quoties 22. quæſt. 1. habemus.
Quod forma iuramenti ab hęreſi vel à ſchiſmate redeūtium eſt ſpecialis, 1. q. 7. quoties. de cōſec. di. 2. ego Berengarius.
Quod in forma iuramenti fidelitatis ſex requiruntur de hoc habes vbi agitur de fidelitate.
Quod ab epiſcopo vel presbytero non exigitur cōmunis forma iuramenti, ſed per ſanctā conſecrationē tātū interrogari debēt, q. 4 ſi qs presbyter.
Quod infideles & idololatrę iurant per creaturas, 22. q. 1. & iurabunt.
Quod ideo Xp̄s nō prohibuit iurare per Deū, ſed ꝑ creaturas, ne videlicet per cōtēptum creaturarum deteraretur, vel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur, 22. q 1 mouet. §. item Chriſtus.
Quod illicitum iuramentum non eſt complendum, 13. diſt. duo. & c. ſeq.
Quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitū, videlicet ex perſona iurantis, vt ſunt impuberes, quorū iuramētū nō tenet, 22. q. 5. paruuli & c. ſeq.
Item eſt illicitum ex perſona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet, 22. quæſt. 5. cap. nullus.
Item ex re eſt illicitum iuramētum, vt ſi res per quā iuratur, non eſt ſacra, 24 q. 1. clericum.
Item ex fine eſt illicitū, vt ſi iuratur propter electionem & ante electionem, 8. q. 3. Arnaldus.
Item ex cauſa, ſcilicet obligatoria, ad hoc impellēte, exemplum de Herode & ſaltatrice, 22. q. 4. vnuſquiſque.
Item ex modo eſt illicitū, vt ſi temerè vel indiſcretè vel ſine neceſſitate, exemplum de lepte qui indiſcretè iurauit, 22. q 4. vnuſquiſque, & q 1. ita ergo.
Item ex tempore eſt illicitum vt ſi dominicis dieb. vel aliis prohibitis iuratur, 22. q. 5. decreuit. Vnde verſus de omni ſupradictis.

Quis, quid, cui, per quid, ad quid, cui, quo modo, quando.

Quod licitum iuramentum fit in ſex caſibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione, 22 q 1 c. 1.
Item pro infamiæ expurgatione, 2. q. 4. presbyter. & tribus c. ſeq
Item pro fide & fidelitate. de conſe diſt. 2. ego Berengarius, 15 q 6. alius.
Item pro obedientia ſiue reuerentia, 63. diſt. quamquam.
Item pro veritate inquirenda, ſiue in teſtibus, ſiue in aliis, 14. q 2 quamquam. 22. q. 1. omne.
Item pro damno dato vel dādo, 2. q. 1 in primis. circa medium Vnde verſus,

Pax fama, fides, reuerentia, cautio damni,
Defectus verbi ſibi poſcunt ſacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari poſſunt, videlicet à Papa, 15. q. 6. auctoritatem
Item ſeruorum à domino ſuo, 54. diſtin. ſi ſeruus ſciente.
Item vxoris à marito ſuo, 33. q. 5. manifeſtum.
Item monachi iuramentum à ſuo abbate, 20. qu. 4. monachum.
Quod ſolus Papa à iuramēto licito abſoluit, 15. qu. 6. alius.
Quod abſoluit ſubditos excōmunicatorum excōmunicationem contemnentium à iuramento fidelitatis, 15. q. 6. nos.
Quod antequam incendiarij abſoluantur, cautio iuratoria requiritur, 23. q vlt. peſſimam.
Quod grauior infligitur pœna peieranti, quàm conſentienti, 22 q. 5 ſi quis conuictus.
Quod eadē pœna eſt pro periurio & homicidio, 22 q 1 prædicandum.

r -

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iuriſdictio clericorũ, & epiſcoporum quæ eſt circa curam animarum, ab abbatib. non eſt vſurpanda, 16. q. 1. interdicimus.
Quod nec metropolitanus vel epiſcopus intromittere ſe debet de iuriſdictione alterius epiſcopi ſine ſcitu ipſius, 9. q. 3. nullus primas.
Quod primas vel patriarcha non habet iuriſdictionem in epiſcopos, ſed tantum in archiepiſcopos, 9. q. 3. conqueſtus.
Quod extra propriam iuriſdictionem nullus debet iudicari, 3. q. 6. peregrina, & quatuor c. ſeq.
Quod crimẽ cõmiſſum inducit iuriſdictionẽ in extraneũ, 3. q. 6. ibi ſẽper, & c. vl. 6. q. 3. placuit, & c. ſe.
Quod qui canonicam habet prælaturam electionẽ habet & iuriſdictionem, 11. q. 1. experientiæ tuæ.
Quod laici habuerunt quandoque, & habent intra eccleſiam de eccleſiaſticis iuriſdictionem, habuerunt enim electionem ſummorum pontificum, & inueſtituras epiſcoporum, 63. diſt. Hadrianus, & §. principibus, & c. in ſynodo.
Quod poſſunt in cõcilio intereſſe præcipuè vbi agitur de fide, 96. di. nos ad fidẽ, & c. vbi nã, & c. ſatis.
Item datur eis iuriſdictio perſonas incorrigibiles corrigendi, 32. diſt. eos qui.
Item datur eis iuriſdictio in fidei vel epiſcoporum contemptores morte affligendi, 23. q. 5. principes, 16. diſt. nec licuit, 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum.
Item in eos qui ſchiſma faciunt vel excommunicationem contemnunt, 23. q. 5. de liguribus.
Itẽ datur eis iuriſdictio vbicunque eccleſiaſtica poteſtas nõ valet exercere diſciplinã, 23. q. 5. principes.
IVS. Quod ius generale nomen eſt, quod iuſtum requirit, & inde ius dictum eſt, 1. diſt. ius generale. Iſidorus lib. Etym. c. 3.
Quod ius in duo, ſcilicet in ius naturale, & ius poſitiuum diuerſificatur, 1. diſt. humanum genus.
Quod ius naturale innuitur in Euãgelio vbi dicitur, Quæcunque vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis, & econuerſo, ibi.
Quod ius naturale iuri poſitiuo antefertur, videlicet quia prius, & dignius, 5. diſt. §. 1. 8. diſt. quo iure, §. dignitate vero.
Item quia ei cedit omnis conſuetudo, vel conſtitutio, 9. diſt. per totum.
Item quia contra ius naturale non admittitur diſpenſatio niſi ad maius malum vitandum, 13. diſ. §. 1. & 7. diſt non eſt peccatum, §. his itaque.
Itẽ quod ius naturale vult omnia eſſe cõmunia, poſitiuũ verò reſtringit ad meũ & tuũ, 7. d. 1. & c ſeq.
Quod ius poſitiuum ſiue humanum diuerſas habet ſpecies, quia aut eſt ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, id eſt Romanorum, de quibus 1. diſt. per totum.
Quod iure diuino, & humano res poſſidentur, ſed differenter, 23. q. 7. c. 1.
Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, id eſt ciuili.
Quod mulierem reddit infamem ſi mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium, 2. q. 3. Euphemium, §. ſeq.
Quod ius interpretãdi canones habet qui poteſtatẽ habet condẽdi, 25. q. 1. ſicut enim, §. ex his omnib.
Quod iudex dictus eſt ex eo quòd ius dicat populo, ſiue de iure diſceptet 23. q. 2. c. 1.
Quod qui eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam committit, 22. diſt. omne.
IVSTITIA. Quod iuſtitia eſt ſummum bonum colere ac vnicuique iura ſeruare, 22. q. 2. cum deuotiſſimam, poſt med.
Quod iuſtitia eſt æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia, 41. diſtinctio. quod dicit.
Quod iuſtitia eſt patriam, & ſocios defendere, 23. q. 3. fortitudo.
Quod vbi fides & charitas deeſt, iuſtitia eſſe non poteſt, 24. q. 1. vbi.
Quod iuſtus miſeris compatitur, 45. di. vera iuſtitia.
Itẽ nõ odio ſed bono zelo eſt exercenda, 23. q. 5. ſex.
Quod ſemper eſt miſericordia temperanda, 45. diſt. diſciplina, c. omnis, & c. vera, & c. ſeq.
Quod iuſtitiam aurum & munus violant, 11. q. 3. qui rectè. 1. q. 3. vendentes.
Quod cultum ſuũ iuſtitia perdit quãdo ſilẽtia iudicij oſtrepentiũ turbo confundit, 5. q. 4. in loco.
Quod iuſtus quoties cadit toties reſurgit, de pœ. d. 3. ſepties.
Kalendæ. quod Kalendæ Ianuarij iuxta ritũ gentiliũ prohibẽtur Chriſtianis obſeruari, 26. q. vl. non licet, c. non ſeruetis, & c. ſi quis Kalẽdas Ianuarij.
Quod presbyteri cũ per Kalendas conueniunt, quãuis ſemiplenum ventrẽ habeant, & lucris honeſtis ſtudeant, 45 diſt. quoniam presbyteri, & c. nullus presbyterorum

De hac materia habes vbi ponitur C.

LABIA. quod labia ſacerdotis debent ſcientiam cuſtodire, 11. q. 1. ſacerdotibus, 43. diſt. in ſectore, ante med
LABOR. Quod labor bonus eſt in virtutibus & ſpiritualibus exercitiis, 23. q. 4. quis nos poteſt.
Quod labor malus eſt in mundi delectabilibus & peccatis, 21. q. 7. quemadmodum.
Quod labor indifferens eſt in neceſſitatibus corporis, de conſ. diſt. 5. nunquam.
Quod merces felicitatis non acquiritur niſi per laborem virtutis de conſ. diſt. 5. ieiunium.
Quod ſæculi dilectores fortes ſunt in labore malo, debiles in labore bono, diſt 47. omnes.
Quod apoſtolus ne quemquam grauaret propriis manibus laborabat, 1. q. 2. ſacerdos
Quod boni laboris ſui non in præſenti, ſed in futuro quærunt fructum recipere, 1. q. 2. ſacerdos.
Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus ſine fructu laborat, ad alios vt proficiat ſe transferat, 7. q. 1. c. vlt. 8. q. 1. olim.
Quod iuſtum eſt vt illi conſequantur ſtipendium qui laboris impendunt obſequium. 1. q. 2. ſacerdos, in fin. 12. q. 2. charitatem.
Quod laborantes pro eccleſia ſtipendia debent accipere ab eccleſia, 12. q. 2. eccleſiaſticis.
LAC. Quod lac Abraham non vinũ angelis hoſpitio receptis propinauit, 35. diſt. ſexta die, in fin.
Quod ſicut incongruum eſt, non paſcentem gregem, lac gregis vſurpare, ſic eſt militantium ſtipendia non militãdo ſubripere 13. q. 1. c. 1. ante ſi.
LACHRYMA. Quod lachryma amariſſima Petri peccatũ deleuit negationis, 50. diſt. ponderet
Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius, & nõ alia ſatisfactio legit, de pœ. di. 1. Petrus doluit.
Quod lachrymæ lauant delictũ quod pudor eſt cõfiteri, quod non eſt intelligendũ ſine confeſſione, ſed peccatũ ſi adeo graue eſt vt cum pudore cõfiteatur, non ideo eſt deſperandum, quia lachrymæ lauant, de pœn diſt. 1. menſuram, §. proximo.
Quod nõ eſt mũdus, qui poſt lachrymas repetit ea, quæ defleuit, de pœ. di. 3. irriſor eſt, & tribus c. ſeq.
Quod non excuſatur, qui lachrymas habuit pro temporali damno, & non poteſt habere pro peccato deflendo, de pœ. diſt. 3. ſunt plures.
Quod lachrymas multi indefinẽter fundũt, & tamẽ peccare nõ deſinunt, de pæ. di. 3. irriſor eſt. ante ſi.
Quod lachrymæ debent eſſe arma clericorum, 23. q. 8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus eccleſiæ non debet ſe intromittere, nec ſibi ſunt committendæ, 89. diſt. indicatum
Quod epiſcopus qui decimas & alias res eccleſiæ conſanguineis vel aliis laicis diſtribuit, tanquam ſimoniacus, & inter præcipuos hæreticos vt antichriſtus habeatur, 1. q. 3. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iuriſdictione, & vbi agitur de Iudicio.

LAPSVS. Quod lapſus duplex inuenitur, videlicet à fide, qui fit per hæreſim, & à moribus, qui fit per mortale peccatum, 1. q. 7. ſi quis omnẽ.
An epiſcopus vel clericꝰ p hęreſim lapſus poſt reuerſionẽ poſſit reſtitui, & qualiter, 1. q. 7. ferè per totũ.
Vtrum epiſcopus vel clericus poſt peccatũ lapſum per dignam pœnitentiam reparari poſſit, & quatenus, 50. diſt. per totum, vſque ad §. quod verò.
Quod cum magna diſcretione & conſilio lapſi ſunt reſtituendi, 50. diſt. de eo autem.
LARVA. Quod laruas dæmonum ante ſe ferri presbyteri non conſentiant, 44. diſt. nullus presbyterorum, de conſ diſt. 5. nullus.
LATRO. Quod latro vnius momenti pœnitentia, meruit eſſe in paradiſo, 26. q. 6. presbyter.
Item idem latro in Cruce pendens præmium æternum amiſiſſet, ſi ipſum vnius horæ pœnitentia non iuuaſſet, 36. q. 6. agnouimus.
Quod latro non eſt pro nomine Chriſti, ſed pro ſuis facinoribus crucifixus, ſed dum patitur, credit, de conſ. diſt. 4. baptiſmi
Quod latronis pœnitẽtia quæ ſera fuit, innuit quod vera cõuerſio in vltimis poſitorũ mẽte potius æſtimanda eſt, quàm tempore, 26. q. 6. agnouimus.
Quod ſicut in latrone defectum baptiſmi benignitas Chriſti ſuppleuit, ita ſupplet idem in pueris tempore baptiſmi, quam profiteri non poſſunt. de conſe. diſt. 4. baptiſmi per totum c.
Quod epiſcopus rerum eccleſiaſticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur, 10. q. 2. c. vl.
Quod licet latro ſuſpendendus crudelem iudicem putet, non propter hoc eſt crudelis, quia crudelem iugulat, 23. q. 5. non eſt crudelis.
Quod qui latronem in membris debilitat, prodeſt latroni, quia ipſius malitiam pro tanto compeſcit, 23. q. 5. ſi quis fortitudinem.
Quod latroni ad latrocinia aſpiranti parcere non eſt miſericordia, ſed iniuſtitia, 23. q. 4. eſt iniuſta.
LAVACRVM. Quod lauacrum commune Chriſtianum & præcipuè clericum non conuenit habere cum mulieribus, 81. di. non oportet.
Quod ſicut lixiuium per cinerem fluens lauat & non lauatur, ſic doctrina per doctorem animas credentium lauat à ſordibus peccatorum, 83. diſt. nihil illo paſtore, §. quanquam.
Quod exemplo Ioannis Euangeliſtæ poſſumus vti lauacro corporali, 24. q. 1. omnis.
Quod corporalia & pallæ à diaconis & miniſtris debent lauari, de conſ. di. 1. nemo per ignorantiam
LAVS. Quod laus Deo pro ſuis beneficiis à nobis eſt impendenda, 16. q. 1. reuertimini. circa ſi.
Quod non bene conueniunt in vno ore laus Chriſti, & laudes Iouis, 86. di. cum multa.
Quod de verbis laudantium nos non multum debemus curare, 11. q. 3. inter verba.
Quod velle laudari & dare hiſtrionibus vt laudemur vitium eſt, 86. di. donare.
Quod ſunt aliqui qui non niſi pro humana laude litigantur, & ſolummodo de hoc retributionem quærunt, 11. q. 1. ſunt nonnulli, & q. 3. non ſolum.
Quod nihil illo paſtore miſerabilius qui luporum gloriatur laudibus, 83. di. nihil.
Quod periculum eſt indignum laudare, quia dum male facta laudibus efferuntur, augmentantur, 46. di. ſunt nonnulli.
Quod qui ſcienter indignũ laudat, Chriſtum cuius mẽbra ſumus violat, 11. q. 3. ſi qs hominẽ, & c. ſeq.
Quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab aliis permittit in accuſationem venire, vt culpa ex laude contracta ſuffocetur, 6. q. 1. ſunt plurimi.
LECTIO. quod lectio diuinarum ſcripturarum non fabulæ debet inſeri in menſis clericorum, 44. di. pro reuerentia, & c. conuiuia.
Quod clerici & prælati debent inſiſtere lectioni, 36. di. qui eccleſiaſticis, § ecce
Quod epiſcopus debet intendere lectioni, orationi & doctrinæ, quia ſibi non ſufficit ſanctitas vitæ, niſi adſit & ſcientia doctrinæ, 36. d. qui eccleſiaſticis, § ecce, & 87. di. c. 1.
Quod ſicut ſtellam non obſcurat nox, ſic inhærentes firmamento ſacræ ſcripturæ non obſcurat mundana iniquitas, 38. di. ſicut.
Quod qui amat ſcientiam ſanctarum ſcripturarum, carnis vitia non ambit de conſ. di. vl. nunquam.
Qui libri ſunt in quibus epiſcopus præcipuè & ſacerdotes legere debent, habes, 38. di. nulli, & quatuor c. ſeq. de conſ di. vl. nunquam.
Quod libri & quæ lectiões & homiliæ i eccleſia legi debent, habes, 15. di. ſancta Romana, & 3. ſeq.
Quod clerici & præcipuè epiſcopi in gentilium libris, & maximè qui ad luxuriam & vanitatem prouocant non debent legere, 37 di. per totum, & 86. di cum multa.
Quod cũ beatus Hierõymus libros gẽtiliũ legeret, ab angelo eſt duriſſimè correptus, 37. di. legimus.
LECTOR. Quod lectores dicti ſunt à legendo, 21 di. cleros.
Quod lectorum officium eſt lectiones pronuntiare, 25 di. perlectis.
LEGATVS. Quod legatus honorandus eſt loco illius cuius legatione fungitur, 92. di. c. vl.
Quod legatus ſiue ſedis apoſtolicæ ſiue cuiuſcunque, litteras debet ſecum portare legationis ſuæ, 97. d. nobiliſſimus.
Quod legatus Papæ iuriſdictionem epiſcopi non debet eneruare, 11. q. 1. peruenit.
Quod legatus à latere Papæ miſſus inter terminos legationis ſuæ poteſt cauſas ad ſe per appellationem deuolutas audire & terminare, 2. q. 6. decreto.
Quod an legatus Papæ poteſt generale conciliũ celebrare, 17 diſt. ſynodum.
Quod plura concilia generalia per legatos Papę mãdante Papa ſunt celebrata, 63 di. Hadrianus, & 1. q. 7. conuenientibus.
Quod ſubdiaconi poſſunt eſſe legati domini Papæ à latere miſſi ad omnia negotia perpetranda, 10. q. 3. relatum.
Quod omnes epiſcopi & ſacerdotes ſunt honorandi, quia legatione Chriſti funguntur, 7. q. 1. omnis.
Quod legatus ſecundũ locorũ legationis ſuæ exigentiã dẽt in expẽſis eſſe cõtentus, 10 q. 3. relatũ.

LEPRA. Quod lepra cutis, lepra veſtis, lepra domus iubẽtur ſacerdotib. oſtẽdi, quia peccata ſacerdotibus debent reuelari, de pœ. diſ. 1 §. Moyſi.

Quod leproſum qui deſcendit de monte Chriſtus ſanauit, & priuſquam ſanaretur clamauit, ſignificatur quòd in ſanatione ſpirituali confeſſio non debet contemni, de pæ. diſt. 1. §. Chriſtus quoque.

Quod in hoc quòd Chriſtus leproſos mundatos ad ſacerdotes miſit, legalia approbauit, 1. q. 1. nonne.

Quod in hoc quòd leproſi antequã ad ſacerdotes peruenirent mũdati ſunt, innuitur quòd peccator in ſola contritione mũdatur, vbi confeſſionẽ neceſſitatis articulus excludit, de pæ. diſt. 1. §. hoc idem.

Quod confeſſor debet habere ſcientiam diſcernendi inter lepram, & lepram, 20. di. §. 1.

Quod in hoc quòd Maria ſoror Aaron pro peccato lepra percutitur, & poſt per pœnitentiam reſtituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. di. ſi poſt. §. econtra.

Quod in hoc quòd Maria propter murmur in Moſen leprã incurrit, innuitur quòd inſurgens contra prælatũ grauiter delinquit, 2. q. 7. plerunque, § itẽ obijcitur. Et de accuſatione prælatorũ ibi tractatur.

Quod in hoc quòd rex Oſias ſacerdotum officia vſurpans lepra in tẽplo percutitur, ſacrilegorum culpa & pœna exaggeratur, 2. q. 7. nos ſi, § ſed notandũ.

Quod qui ſimoniacè aliquem ordinat, lepram non officium confert, 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod ſicut Giezi propter pecuniam lepram incurrit, ſic pecunia male conquiſita corpus & animam commaculat, 1. q. 1. cito.

LEVITA. Quod leuitæ ex nomine auctoris vocati ſunt, de Leui enim exorti ſunt, hi Græcè diacon. Latinè miniſtri dicuntur, 21. diſt. cleros.

De purificatione leuitarum & domus purificatione, habes, de conſ. diſt. 4. nec quenquam.

Quod in leuitis ſacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50. diſt. & purgabit.

LEX. Quod lex multiplex eſt, videlicet diuina, quæ natura cõſtat, d. 1. omnes leges, Iſi. l. 2. ety. c. 5.

Item lex humana eſt quæ moribus conſtat, diſt. 1. omnes leges, Iſidorus ibid.

Item lex vetus, quæ dicitur teſtamentum, 6. diſt. teſtamentum.

Item lex naturæ quæ facit omnia communia, quæ lex humana facit ſingularia, dicens meum & tuum, 8. diſt. quo iure. & 12. q. dilectiſſimis.

Item lex ſpiritus, quæ inſtinctu ſpiritusſancti cordi inſeritur, 19. q. 2. duæ.

Item lex carnis, quæ abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, 16. q. 1. ſi concupiſcentia, 32. q. 5. ſi Paulus.

Item lex priuata, quæ idem eſt quòd lex ſpiritus, 19. q. 2. duæ.

Item lex publica, quæ à ſanctis patribus eſt tradita, vt eſt lex canonum, 19. q. 2. duæ.

Item lex coniugij, quæ in baptiſmo non ſoluitur 26. diſt. vna.

Item lex eſt conſtitutio ſcripta. 7. diſt. Moyſes, Iſid. lib. 5. Etym. 3. luo. q. 4. c. 20.

Item lex eſt omne quod ratione conſtat, duntaxat quod religioni congruat quod diſciplinæ conueniat, & quod ſaluti proficiat, 1. diſt. conſuetudo.

Item lex eſt conſtitutio populi, quam maiores natu ſanxerunt, 2. diſt. lex.

Quod leges humanæ vel publicæ ſecundũ diſpoſitiones terrarũ variantur, 1. d. omnes, & 31. d. alter.

Quod diuerſæ diuerſis temporib. emanarunt, quæ nomina à ſuis auctorib. traxerunt, 2. di. quædam.

Quod diuerſi inuentores legum & nomina eorum ponuntur, 7. diſt. Moyſes.

Quod leges factæ ſunt vt humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia, 4. diſ. factæ ſunt, 23. q. 5. non fruſtra, & c. ad fidem.

Quod lex, aut permittit, aut vetat, aut punit, aut præcipit, 3. diſt. omnis autem.

Quod lex non debet ſtatui pro priuato commodo, ſed pro vtilitate communi, 4. diſt. erit autem.

Quod leges inſtituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. d. in iſtis, § proxi.

Quod lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, vtilis, loco temporiq; conueniens d. 4. erit autem lex.

Quod licet cõditor legis ſolutus ſit à legibus, tamẽ honeſtum eſt præ cæteris ſecundum leges quas ſtatuit viuat, 25. q. 1. confidimus, & c. ideo.

Quod Chriſtus qui legem dedit, legem impleuit, 25. q. 1. ideo, § his itaque.

Quod ſancta eccleſia non conſtringitur legibus, 11. diſt. catholica.

Quod leges ſæculi non dedignantur canones ſequi, 2. q. 1. Euphemium, §. j. in fi.

Quod lex, quæ obuiat ſacræ ſcripturæ & decretis papæ, & bonis moribus, nullius debet eſſe momenti, 11. diſt. non licet, & quatuor c. ſeq.

Quod lex diuina & canonica ſuperior eſt lege ciuili, 10. diſt. lege.

Quod illud quod legibus præcipuè eccleſiaſticis eſt diffinitum, in iudicijs eſt tenendum, 6. q. 4. ſi inter, 11. q. 3. ſummopere.

Quod non conuenit iudicare de legibus, 4. diſt. erit, § proxi. & c. ſeq.

Quod illa quæ contra legem facta ſunt, pro infectis debent haberi, 25. q. 2. imperiali.

Quod lex ſtatuit pœnam malis, & præmia bonis, 23. q. 5. non vos.

Quod qui lege priuata ducitur nulla ratio exigit, vt a publica lege conſtringatur, 19. q. 2. duæ.

Quod lex eſt à domino, præuaricatio legis à diabolo, 35. diſt. ſexto.

LIBELLVS. Quod libellus famoſus eſt qui in infamiam alicuius conſcribitur, 5. q. 1. c. 1. & 2.

Quod libellũ famoſũ quicũq; ſcripſerit, & publicauerit, anathematizãdus eſt, 5. q. 1. ſi q. & c. pcedẽti.

Quod ſecundum leges imperatoris famoſũ libellũ inueniẽs, & non ſtatim eum deuaſtans, ſed publicans, tanquã auctor capite punitur, 5. q. §. ſi quis.

Quod libellus cõuentionalis dẽt offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3. q. 3. induciæ. § offeratur.

LIBER. Quod liber vitæ quid ſit, & quid ſit ſcribi in ipſo, habes infra vbi agitur de ſcriptura.

LIBERALITAS. Quod liberalitas pro sãcta fide tã loco quàm tpe cõmendatur, 86. di. nõ ſatis.

Quod approbanda eſt liberalitas, quæ circa proximos & conſanguineos pro neceſſitate exercetur, 86. diſt. non ſatis. §. eſt etiam.

Item liberalitas pulchra eſt, quæ indigentibus temperatè, & non ſuperfluè impenditur, 86. diſt. non ſatis, § item perfecta, & ſupra, § dominus.

Quod epiſcopus dẽt eſſe liberalis, alioquin in vacuũ portabit nomen epiſcopi, 86. d. nõ ſatis, § liberaliẽ.

Quod dare hiſtrionibus & prohibitis venatoribus, & perſonis turpibus non eſt largitas, ſed vitium, 86. di. donare, & c. ſeq.

LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcuſſa antequam vinum inueniretur, quia Noe primus per ebrietatem violauit, 35. diſt. ſexto.

Quod pium eſt & meritorium Chriſtianos ſuæ libertati reſtituere, quos Chriſtus ſuo redemit ſanguine, 12. q. 2. cum redemptor.

Quod bonũ propoſitum non eſt prohibendũ, quia vbi ſpiritusſanctus eſt ibi libertas, 19. q. 2. duæ, i. ſi.

Quod mala voluntas non eſt permittenda ſuæ libertati vbi poteſt prohiberi, 23. q. 4. diſplicet.

Exemplum de Paulo.

Quod nemo ex praua conſuetudine libertatem eccleſiæ debet infringere, 12. diſt. omnia.

Quod ſerui eccleſiæ non debent ordinari niſi prius per epiſcopum habeant libertatem, 54. di. admittuntur. § de ſeruis.

Quod abbas vel monachus ſeruũ monaſterij liberũ facere non poteſt, qui enim propriũ non habet, rei alienæ libertatẽ dare nõ põt, 54. d. abbati.

De hac materia habes vbi agitur de Manumiſſione.

LIBERTVS. Quod libertus eſt qui ex ſeruili ſtatu traditus eſt libertati, 12. q. 2. de libertis.

Quod libertus manumiſſus à principali patrono non ſingulis debet reuerentiam exhibere, 12. q. 2. epiſcopus qui, §. ſi vero.

Quod libertus ſine licentia ſuperioris patronum accuſare non poteſt, 12. q. 2. epiſcopus qui, § libertus, & § in patronos.

Quod liberti eccleſiæ tempore ſuæ manumiſſionis debent per ſcriptum profiteri ſe eſſe de familia eccleſiæ, & de obſequijs eius nunquam velle recedere, 12. q. 2. de libertis, § ne vero.

Quod nouo epiſcopo ſurgente liberti eccleſiæ, & ab eis geniti ſuã conditionẽ præſente epiſcopo in chartulis debent proteſtari, 12. q. 2. longinquitate.

Quod liberti eccleſię ad ſacros ordines pmoti, à ſeruitus eccleſię nõ debẽt ſeparari, 12. q. 2. de libertis.

Quod liberti eccleſię ſi negotia ipſius facere cõtẽpſerint, vel contra eccleſiam inſurrexerint, in priſtinam ſeruitutem reuocantur, 12. q. 2. diaconi & c. epiſcopus qui mancipiũ, & c. liberti, & octo c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Manumiſſione.

LICENTIA. Quod eſt licentia præſumptionis, vt cum quis propria auctoritate à ſuperiore commiſſa dimittit, 11. q. 2. placuit.

Quod eſt licentia diſpenſationis, vt quando ſimoniacus ignoranter ordinem recepit, exequendi officium ſibi licentia datur, 1. q. 5. c. vlt.

Itẽ eſt licẽtia occaſionis, vt cũ ex cõtinẽtia viri vxori datur licentia fornicandi, 27. q. 2. ſi tu abſtines.

Item eſt licẽtia permiſſionis, vt quãdo Iudæis celebrãdi cæremonias licẽtia datur, 45. d. qui ſyncera.

Item eſt licentia approbationis, ſicut eſt licentia nubendi data ab apoſtolo, 28. diſt. de his, in fin.

LIGNVM. Quod de lignis eccleſiæ habes vbi agitur de eccleſia materiali.

LINGVA. Quod lingua qualibet habet quædam locutionum propria genera, quæ cum in aliã transferuntur, videntur abſurda, 38. d. locutio.

Quod ſuper apoſtolos ſpiritusſanctus in linguarum ſpecie ſedit, quia quos replet, de ſe loqui facit, 38. di. locutio.

Quod opera ſacerdotis ſiue prædicatoris cum linguæ ſonitu concordare debent, 43. diſt. ſit rector, poſt medium.

Quod in cœlũ os ponere, & linguam in terra tranſire eſt prælatis ſuis derogare. 21. diſt. in tantum.

Quod propter detrahentes linguas correctio peccantis à prælato non debet omitti, 45. diſt. ſed illud, 50. di. ſi quis diaconus. ante fin.

Quod nihil prodeſt ieiunare vel orare niſi lingua à detractionibus cohibeatur, de con. d. 5. nihil enim.

Quod non refrænans linguam ſuam, huius vana eſt religio, 5. q. 4. in loco.

Quod cuicunque non ſufficit oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam, quia qui de alijs loquuntur ſua ſententia iudicabuntur, 6. q. 1. ex merito.

Quod in condemnatione perſonæ non minus periculoſa eſt lingua in verbis mentiens, quàm manus ſanguinem fundens, 11. q. 3. nemo peritorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatem nutrit, 41. diſt. §. 1.

Quod litigioſus ideo ordinari prohibetur, quia talis ſeminare diſcordiam nunquam ceſſat, 46. diſ. hoc habet, §. ecce.

Quod epiſcopus pro rebus tranſitoriis non per ſe, ſed per alium in iudicio litigare debet, 14. q. c. 1.

Quod lite pẽdente res litigioſa in nulla parte transferri debet ante cauſæ cognitionem, 11. q. 1. c. vlt. 92. di. ſi quis ordinatus, & c. ſeq.

Quod ſacerdorum officium eſt litem habentes ad pacem reuocare, 90. diſt. placuit.

Quod lis iudicialis debet conteſtari, 3. q. 3. induciæ, § libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioſo.

LITTERÆ. Quod commendatitiæ litteræ vocantur. 73. diſt. § 1.

Quod nõ de facili epiſcopus dimiſſorias litteras clerico dare debet, 72. di. epiſcopus, 19. q. 2. duæ.

Quod clericus vnius epiſcopi ab alio epiſcopo propter hoſpitalitatis cauſam non eſt ſuſcipiendus, nec ordinandus, nec in beneficio eſt inſtituendus, 71. di. per totum.

Quod extraneo clerico ſine commendatitijs litteris ſui epiſcopi non licet miniſtrare, 81. di. extraneo.

Quod nullus peregrinus clericus abſque formata in alia diœceſi ſuſcipi debet, 71. diſt. nullum.

Quod iuxta ſtatuta Nicæni concilij, olim formatæ habebant interpoſitas græcas litteras, ne de facili falſificarentur, 73. di. ſanctiſſimo.

Quod exemplar litteræ dimiſſoriæ vel formatæ ponitur, 73. di. in nomine, §. 1. & c. ſeq.

LOCVTIO. Quod locutio eſt duplex, videlicet Dei, & hominis, de conſ. 5. c. vlt.

Quod locutio Dei non eſt ſecundum modum locutionis hominis, ſed inſpiratio qua voluntatẽ ſuã ingerit in corde credentium, de conſ. diſt. 5. c. vlt.

Quod locutio hõis ideo eſt inſtituta, vt cogitationes ſuas in alterius notitiã proferat, 22. q. 2. is aũt.

Quod locutio hominis debet eſſe ſana, vt fidem conſolidet. 45. diſt. c. vlt.

Item debet eſſe cauta, vt ordinatè loquens vulnere erroris corda audientium non feriat, 43. di. ſit rector. circa medium.

Item debet eſſe diſcreta, ne tacenda proferat, & proferẽda reticeſcat, 43. d. i. ſit rector, 22. q. vl. quoties.

Item debet eſſe ponderoſa, vt loquendo nullum lædat, 50. diſt. ponderet.

Item debet eſſe vera, vt ſicut gerit mente, ſic loquatur ore, 22. q. 5. iuramenti.

Item non debet eſſe otioſa, quia de omni verbo otioſo reddenda eſt ratio, 22. q. vlt. quoties.

Item non debet eſſe maledicta, quia ſæpe maledictio reuertitur in illum qui eam mittit, 11. q. 3. illud, in fi. 24. q. 3. qui negligunt.

Item non debet eſſe detractoria, 6. q. 1. ſunt plurimi, & duobus c. ſeq.

LOCVS. Quod locus non ſanctificat hominem, ſed homo locum, 40. diſ. multi.

Quod non ſanctorum filij ſunt qui tenent loca ſanctorũ, ſed qui imitantur opera eorũ, 40. di. nõ eſt.

Quod qui pſunt nõ ex locorũ dignitate, ſed honoris nobilitate innoteſcere debent, 40. di. non loca qui.

Quod non loca homines Deo proximos faciunt, ſed bona merita, 40. diſt. non loca.

Quod miſerabilis eſt rector qui gubernaculū locum occupauit,& remum tenere non nouit, 40. diſt ante omnia.

Quod qui locis,& temporibus conueniat diligenter eſt attendendum,41. diſt quiſquis.

Quod non ideo approbanda eſt conſuetudo mala, quia locus bonus eſt,quia non pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt,12.diſt.nouit.

Quod quantumcumque ſunt occulta loca ſine gratia ſaluare non poſſunt,40.diſt.qualibet. Vbi nota exemplum de angelo,& de cælo, & de Adam & paradiſo,de Loth,& de monte.

Quod in hoc quòd Adam propter peccatum de paradiſo eiectus eſt,innuitur quòd propter peccatum meretur quis nobili loco priuari,40.diſ.Adā.

Quod quandoque prodeſt conuerſis mutatio loci, quia plerumque dum mutatur locus,mutatur & mentis affectus,86 di.fratrem, & 81.di. valet.

Quod non expedit locum viſitare in quo quis peccauit,ne facti memoria reuocetur,81. diſt. valet, 15.q.1.mulier.

Quod loca in nomine domini ædificata ſunt honoranda.41.diſt.parſimoniam.

Quod locus tutus pro diſcuſſione cauſæ debeat aſſignari,11.q.2 ſiue,& 3.q 9.hortamur.

Quod his qui in peccato mortali decedunt, ſacra loca pro ſepultura non proſunt, 13. q.2.quibus.

Quod qui in peccato mortali moriuntur,ad maiorem cumulum damnationis in ſacris locis ſepeliuntur,13 q.2.cum grauis,in fi.

Quod in pænitentia vel cum leuib.peccatis decedētib.prodeſt i ſacris locis ſepeliri, 13.q.2.cū grauis.

L O C V L V S. Quod loculus eſt diminutiuum à loco,& quandoque ponitur pro parua burſa,quam & Chriſtus habuit pro expenſis reponendis,12.q.1.exemplum.

Quod Chriſtus loculos ſuos opib. aliorum implebat vt indigentibus diſtribueret,23 qu.4 duo iſta.

Item ideo loculos habuit, vt innueret eccleſiam ſuam loculos habituram,12.q.1 exemplum.

L O D O V I C V S. Quod Lodouicus imperator primus cōfirmauit Paſchali Papæ donationē Romanæ ciuitatis cū pertinētiis,& totū patrimonium ſancti Petri,& electionem ſummi pontificis liberā fieri à Romanis,63.d.ego Lodouic[9].

Item quod nullus poſſeſſor de agro eccleſiæ debet cenſum perſoluere,23 q 8.ſecundum

L O T H Quod quia Loth p̄ hoſpitalitatis opera Deo placuit,angelos recipere meruit,42.diſt.§.1.

Quod Loth ideo filias ſuas pro angelis ſodomitis obtulit vt hoſpitalitas non violaretur, & maius peccatum vitaretur,32.q.7. offerebat.

Quod filiæ ipſius Loth, patrem inebriauerunt, vt eis commiſceretur,35 di ſexto die.

Quod ideo Loth filiæ ipſius accubuerunt,quia totum genus humanum ſubmerſum, & ſe cauſa propagationis ſeruatas crediderunt,32 q.4. dixit.

Quod non ſemper ſolitaria loca proſunt,quia Loth in ciuitate iuſtus fuit,in monte ſolitarius peccauit,40.diſt. qualibet.

L V C R V M Quod lucrū nō debet eccleſia querere cū dāno aliorū,12.q 2.fraternitas,& q.5.c.pen.

Quod Chriſtus deflet eccleſiā,quæ facta fuerat domus orationis,& p̄pter turpia lucra facta eſt domus latronum,16 q.7.& hoc diximus,poſt med.

Quod ſimonia eſt ſacramenta pro lucro temporali conferre,1 q 1.ſi quis epiſcopus

Quod qui ſeruit Deo amore lucri temporalis, mercenarius eſt,8.q.1.ſunt in eccleſia.

Quod nemo in electione prælati ſpeciale lucrū,ſed bonū cōmune debet proſpicere,8.q.1 dilectiſſimi.

Quod Chriſtus prælatos oues paſcere docuit, non terrenis lucris delectari,16 q 1 nolli,& c.ſeq.

Quod prælati debent lucris intendere animarum non temporalium rerum, 16.q.1.prædicator.

Quod exceptis Iudæis & aliorum infidelium colloquia, & menſam vitamus, Chriſto eos lucrari non poſſumus,23.q.4.infideles.

Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi, 13 q.4.ſi quis oblitus,& 6.c.ſeq.

Quod an quæſtus honeſtus vel inhoneſtus,ſit qualitas lucri,negotiantem aut excuſat,aut accuſat, de pæ di. 5 qualitas.

Quod res reſtituuntur hæredibus quando quis ex circumuentione lucri ad religionem recipitur, 16. q.7. conſtituit.

Quod turpe lucrum ſequitur qui minus emit vt plus vendat,14 q.4.quicunque tempore.

Quod cum peccatis homines aliqua lucrantur ea pauperibus iuſte erogantur,ſicut mathematicus futura prædicendo, vel meretrix turpia exercendo,14. q.5 qui habetis.

Quod de malo lucro vbi cōpetit repetitio,eleemoſyna vel oblatio fieri non dēt,14.q.5. per totum.

Quod medicus vel ſeruus lucrum ſuū ab inuito detentore non iniurioſe recipit, 14. q.5.non ſane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

L V C I F E R. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei,de pæn.diſt.2.c. principium.

Item dicitur Beemoth.

Item dicitur Cherub, quaſi plenitudo ſapientiæ.

Quod lucifer non ad Dei ſimilitudinē ſicut homo, ſed ſignaculū ſimilitudinis Dei creatus aſſeritur, quaſi magis ei aliquid tributum ſit, vt quo ſubtilior eſt natura,eo in illum ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa,de pæ. diſt. 2.iuxta ſi.c.multi,§. hinc enim reſponſum.

Quod Deus fecit eum eminentiorē ceteris angelis.

Itē fecit eū ſpecioſum in multis condenſis frondib.

Quod cedri nō fuerūt altiores illo in paradiſo Dei.

Quod omne lignum pretioſum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum ei,& pulchritudini eius.

Quod protegens & extentus in monte ſancto Dei fuiſſe perhibetur.

Quod omnis lapis pretioſus operimentū eius fuit.

Quod omnes angelos quaſi veſtem, & ornamentum ſuum habuit.

Quod i medio lapidū ignitorū perfectus ambulauit.

Quod lucifer quia magnus ſine comparatione creatus eſt,ideo peccans ſine venia damnatus eſt, de pæ.diſt. 2.principium.

L V C T V S. Quod tempus luctus legis tempore,alij vſque ad triceſimum diem, alij vſque ad quadrageſimum obſeruabant,13.q.2.quia.

Quod fæmina intra tempus luctus nubens ſecundum leges ciuiles infamis eſt,ſed non ſecundum canones,2.q.3.Euphemium,§ proximo,in fin.

Quod fideles mortui nō ſūt lugēdi,cū ſciamus eos nō amitti,ſed præmitti,13.q.2.quàm præpoſterū.

Quod lugere mortuos non prohibentur ex pietate, ſed ex reſurrectionis deſperatione, 13. q.ult. vbicunque,& duobus c.ſeq.

Quod doctrina ſchiſmatici panis luctus dicitur, 1. 1.1 dominus declarauit.

L V D V S. Quod ludus & ſaltatio in ſanctorum ſolennibus præcipue diuina officia obſtrepens eſt irreligioſus,de conſ.diſt.3. irreligioſa.

Quod verè pænitens debet ſe cohibere à ludis ſæculi & à ſpectaculis,de pæn diſt.5.§ j. in fin.

Quod ad ordines non debent promoueri qui ludis turpibus deſeruiunt,33.diſt maritum.

Quod epiſcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deſeruiens niſi deſinat,eſt deponendus,35.diſt.epiſcopus,& 46. diſt clericum.

Quod an ludendo ſub certa forma baptizati debeant pro verè baptizatis haberi,1.q.1.ſpiritus,§. ecce,de conſ.diſt.4. ſolet quæri.

L V P V S. Quod lupus dicitur paſtor mercenarius cui non eſt cura de ouibus,23.q.4.tres.

Quod lupi dicūtur laici ſubditi, quia aliquando dicuntur oues,83.diſt.nihil,2.q.7.oues.

Quod lupi dicuntur dæmones,hæretici,81.d.oportet,& 43 diſt.§.1 & c.ſeq.

Quod lupi arcendi ſunt latratu canum, & baculo paſtorum,43. diſt.§.1.

Quod qui propter timorē recta loqui pertimeſcit,hic velut mercenari[9] veniēte lupo fugit,42.d.ſi rector.

Qđ null[9] paſtor placere lupis,& ouib.pōt,83.d.nihil.

Quod illo paſtore nihil eſt miſerabilius qui luporum gloriatur laudibus,83 diſt. nihil.

Quod ſicut lupus fruſtatim comedit agnum, ſic mali paſtores ſucceſſiuè conſumunt bona eccleſiaſtica,12.q.1 c.1. ante med.

Quod ideo ad ſedem apoſtolicam eſt recurrendum per appellationem,nè lupi,qui ſub ſpecie ouium intrant,beſtiali ſæuitia quoſdam lacerare præſumant,2.q.6.decreto,in fin.

L V X. Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras, de pæ. di.1 reſuſcitatus,§. ſi autem.

Quod lux mundi ſunt ſacerdotes.63.di. ſacerdotes.

Quod lux veritatis illi ſubtrahitur qui arrogantia ſapientiæ ſeu iuſtitiæ velut albugine oculi excæcatur,49.diſt hinc etenim,circa med.

Quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras,Dei tamen oculos cuncta perſpicientes latere non poteſt,18.q.2.pernicioſam, de pæ.diſt. 1.porro,§. ſi ante.

Quod cum factum notorium inculpatur,luce clarius conſtare dicitur,2.q.1.ſciſcitaris.

L V X V R I A. Quod luxuria inter alia peccata maximè templum Dei(ideſt corpus humanum) polluit.32.q.7.non ſolum.

Quod luxuria fomentum recipit à vino, ideo dicitur,Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria, 35. diſt. vinolentum, & duobus c.ſeq.

Quod pauci inueniuntur ſine carnis luxuria,50.di. quia ſanctitas tua,ante fi.

Quod luxuria,ſapientes infatuat exemplum de Salomone,32.q.4.Salomon,3 q 7. ſacerdotes.

Itē ſanctos proſternit.Exemplum de Dauid. de pæ. di.3.ſepties,§.Dauid quoque,3.q.7. ſacerdos,§. Item Dauid.

Item fortes vincit Exemplum de Samſone,23. q 5. ſi non,ante fin.

Item ingem ſcabiem habet cui carnis luxuria ſine ceſſatione dominatur,49.d.hinc etenim. poſt me.

Quod delectationi luxuriæ diuerſæ turpitudinis voluptates iunguntur,32.q 7. non ſolum.

Quod nomine luxuria omnis inordinata pollutio intelligitur,32.q.4. in eo.

De diuerſis modis & gradibus luxuriæ, 32. q.7. quemadmodum,§.1 27.q.1.nec aliqua.

Quod ſolo conſenſu mentis ſine tactu corporis luxuria exercetur,32.q.5. nec ſolo.

Quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione dominatur,46. diſtinctione,hinc etenim,poſt med.

Quod excellētia epiſcopi vel presbyteri vilificat̄ dū voluptatib.luxuriæ coinquinatur,32 d.c.1.in fine.

Quod epiſcopus vel ſacerdos luxurioſus dignitate officij eſt puniendus,15.q. 8. hi qui.

Quod abuſus luxuriæ grauior eſt cū propria vxore quàm cū meretrice,32.q.4.origo,& q.7.adulterij.

Quod fæmina præter coitum debitum ex diuerſis partibus corporis corrumpi poteſt, ſicut per oſcula,& ſimilia,27 q 1.nec aliqua.

Quod aliquæ excedunt pecora in libidine,quia pecora poſt conceptum coitum non admittunt,32. q 7.non ſolum,& q 4. origo. in fi.

Quod crudelis libido reperitur vbi propter luxuriā ſterilitatis venena procurarunt,32.q 2.aliquando.

Quod luxuria plus iuris habet aliquando quàm caſtitas,14. diſt. fraternitatis.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione,& Caſtitate,& Pollutione.

M A C E R A T I O. Quod maceratio carnis vt eius concupiſcentia compeſcatur, conſiſtit in ieiuniis & vigiliis,& laboribus & caſtigationibus,32.q.5. ſi Paulus.

De hac materia habes vbi agitur de Abſtinentia & de Ieiuniis.

M A C V L A Quod macula corporis notabilis remouet à miniſterio altaris, 49. diſt. hinc etenim,1.q.1 ſacerdos.

Quod eccleſia Chriſti eſt ſine ruga & macula,32.q. 4.recurrat in fin.& 24.q.1 omnib.

Quod ſicut per vnū membrū macula in omne corpus diffunditur,ſic in omnē eccleſiam videtur diffundere q corpus ſuū maculat,26 q.2 ſed & illud.

Quod ſacramenta eccleſiæ per malos miniſtros maculari non poſſunt, 1.q.1.ſic autem.

Quod ſedes Romana ſemper manſit extra maculam hæreticæ prauitatis, 24.q.1. in ſede.

Quod macula diſcordiæ vel odij perſeuerans nec paſſione nec morte pro nomine Chriſti ſuſcepta purgatur, nec ſanguine abluitur, 90.diſt neque.

M A G I S T E R. Quod magiſter nullus debet eſſe prius,quàm diſcipulus,16.q 1.ſi clericatus,61. diſt. miſerunt.

Quod ideo neophyti prohibentur ordinari,ne ſiāt magiſtri antequam fuerint diſcipuli,48. diſt. §.1.

De hac materia habes vbi agitur de Diſcipulis.

Quod magiſtros & doctores epiſcopi congruis conſtituant locis,qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſiduè doceant,quia in his maximè diuina manifeſtantur atque declarantur mandata,37. di.de quibuſdam.

Quod magiſtri imperiti iniuriam faciunt cathedræ, 40.di.multi.

Quod magiſtris imperiti non ſunt præferendi,61. d. ſtatuimus.

Quod magiſtro impunitas debetur, ſi cauſa correctionis diſcipulum verberet,de pæ.diſt.1.§.3.& c. aut facta.

M A G V S. Quod magi ſunt qui vulgo malefici ob facinorū magnitudinē nūcupātur,16.q 5.nec mirū.

Quod magi tria munera obtulerunt domino, in quibus tres partes philoſophiæ intelliguntur, videlicet,moralis,naturalis,& rationalis,37 d.legimus,§.hinc etiam filius.

Quod ars magorum inuenta eſt ex traditione malorum angelorum,26.q. 2. qui ſine.

Quod præſtigia magorum non poſſunt turbare mentes bonorum, qui talia non credunt, ſed mentes infidelium,26 q 5.nec mirum

Quod in nouarum formarum & in conſimilium repræſentatione fictionē habent,& non veritatem, 26.q.5.nec mirum.

Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud Græcos licet ſecundas nuptias facere propter notam bigamiæ, 33. diſt. ſi quis poſt.
Quod puellam quæ per verba de præſenti alteri contraxit, alter ducere non poteſt, 27. q. vlt. c. vlt.
Quod modus contrahendi matrimonium ponitur, 30. q. 5. aliter.
Quod multa ſunt quæ in cõtractu matrimonij ſunt attendenda, 30. q. vlt aliter. & c. qualis, & c. ſeq.
Quod velum, annulum, & alia quæ exhibentur dum fœminæ maritantur, ſingula ſpecialem habent ſignificationem, 30. q. 5. fœminæ.
Quod ſine dote ſi poteſt haberi non debet contrahi matrimonium, 30. q. 5. nullum ſine dote.
Quod clandeſtinè nõ debẽt matrimonia contrahi, & licet in foro conſcientiæ ligent, in iudicio tamẽ eccleſiæ pro infectis habentur, 30. q. 5. per totum.
Quod matrimonium non poteſt contrahi ad tempus, 32. q. 2. ſolus quæri, & c. ſeq.
Quod à ſeptuageſima vſque ad octauam paſchæ, & tribus hebdomadis ante feſtum Ioannis Baptiſtæ, & ab aduentu domini, matrimonia non debent ſolenniter contrahi. 34. q. 4. non oportet, Vide Conſ. Tridem. de hac re.
Quod in matrimonio conſtituti certis temporibus debent à coitu abſtinere, videlicet tempore communicationis, 33. q. 4. c. 1.
Item in die Natiuitatis Chriſti, & in aliis feſtiuis diebus, 33. q. 4. quotieſcunque.
Itẽ in tẽpore ieiuniorũ, 33. q. 4. ſi eã, & duob. c. ſeq.
Item tempore conceptus, & ablactationis pueri, 5. diſt. ad eius verò concubitum.
Item tempore menſtruorum, ibi.
Quod tamen continentia non debet fieri ab vno ſine conſenſu alterius, 33. q. 4. apoſtolus, & c. ſeq.
Quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem perſonæ, vt ſi putatur eſſe Virgilius, & eſt Plato. 29. q. 1. §. j.
Item per errorem conditionis, vt quando putatur eſſe liber, & eſt ſeruus, 29. q. 1. §. j.
Item per iuſtitiam publicæ honeſtatis, 27. q. 2. qui deſponſatam, 35. q. 3. porro.
Quod non debet contrahi cum hæretica, & infideli perſona, 28. q. 1. caue, & duobus c. ſeq.
Item nec cum conſanguinea, 3. q. 4. conſanguineorum, 35. q. 1. c. 2. § his ita.
Item nec cum affine, 27. q. 2. qui deſponſatam, in fi. & 35. q. 2. nullum, & c. æqualiter, & pluribus c. ſeq.
Item nec cum moniali, 26. q. 1. hi ergo, & duobus c. ſec. 36. q. 2. raptores.
Item nec cum diacõniſſa, 27. q. 1. diaconiſſam.
Item nec cum religionẽ profeſſis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, 27. q. 1. vt lex, 27. d. preſbyteris.
Item nec cũ furioſis & dementib. niſi habeãt lucida interualla, vel niſi furioſus, vel furioſa cõtraxerit. tales enim nõ ſunt ſeparãdi, 23. q. 7. neq; furioſus.
Quod vno cõiuge viuo quãtocũque tẽpore abſente alter cõtrahere nõ poteſt, 34. q. vl. ſi qs neceſſitate.
Quod ſi credens mortuum contrahit, non adulteratur, ſed redeuntem tenetur recipere, 34. q. 1. c. 1.
Quod dubitans mortuum, ſi contrahit licet non debeat contrahere, debet tamen debitum reddere quouſque certificetur, 34. q. 1. c. 1.
Quod ſi non credens mortuũ, & tamẽ eſt mortuus. contrahit, non ſeparatur, ſed pœnitentia tanquã pro adulterio imponitur, arg. 22. q. 2. homines.
Quod ſi poſt duorum fidelium coniunctionem in aliquo ipſorum hæreſis ſuperuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari, 28. q. 2. c. vl. §. vlt.
Quod ſeparatus ob fornicationem viuente reliquo non poteſt cum altera copulari, 32. q. 7. c. 1. & octo c. ſeq, & c. hi verò.
Quod nemo cogendus eſt ad matrimoniũ, & coactus ſeparatur, 31. q. 2. ſi verũ, & c. ſe. 32. q. 2. c. vlt.
Quod preſbyter vxorem ducens, ab ordine debet deponi, 28. diſt. preſbyter.
Quod nec Latini nec Greci in ſacris ordinibus poſſunt contrahere, ſed volẽtes Greci vxores habere, in minoribus conſtituti contrahunt, & ſic in matrimonio vlterius promouentur, 31. diſt. Nicæna.
Quod ducens in vxorẽ quã prius habuit concubinam etiã virginem, non videtur poſſe promoueri, 32. d. maritũ, & 34. d. precipimus, & 30. q. 5. qualis.
Quod vxor promoti ad ſacros ordines ipſa conſentiente non poteſt etiam ipſo mortuo matrimonium contrahere, 28. diſt. quia ſunt.
Quod error fortunę vt cum putatur diues qui pauper eſt, non impedit matrimonium, 29. q. 1. §. j.
Item nec error qualitatis, vt cum putatur quis bonus qui malus eſt, 29. q. 1. § j.
Quod poſt pœnitentiam cũ illa poteſt contrahere quam prius polluit per adulterium, niſi in morte viri machinatio, vel fides adulteræ data fuit cum eſſ. ??, 31. q. 1. c. 1. & c. denique, & quatuor c. ſeq.
Quod fidelis dimiſſus ab infideli non baptizato non impeditur contrahere cum alio, 28. q. 2. c. vlt.
Quod cũ filio matris ſpiritualis põt cõtrahi matrimonium, & pater cum filia carnali filij ſpiritualis, ſed filius cum filia patris ſui non poteſt, quia cognatio ſpiritualis deſcendit à patre in filium, non aſcendit à filio in patrem. 30. q. 3. c. vlt.
Quod filij poſſunt contrahere cum filiabus compatrum, excepta illa mediante qua contrahitur cognatio ſpiritualis, 30. q. ſuper quibus.
Quod propter inceſtũ efficitur qs indignus ad matrimoniũ contrahendum, ſed poſt pœnitentiam poteſt cum talibus diſpenſari, 32. q. 7. quædam, & quinque c. ſe. 33. q. 2. ſi quis cum duabus, & c. ſe.
Quod vxoricida ſine diſpenſatione non poteſt contrahere, 32. q. 2. interfectores, c. admonere, & c. ſi quid. & c. ſeq.
Quod diſpenſatur in matrimonio circa gradus à canone prohibitos, 35. q. 3. quædam lex, & c. ſeq. & q. 8. de gradibus.
Quod de conſanguinitate gradus diſtinguuntur, 35. q. 5. per totum.
Quod gradus affinitatis exprimitur, 35. q. 6. porro.

DE STATV CONIVGVM IN MATRIMONIO.

Quod prima nocte coniuges debent abſtinere propter reuerentiam ſacerdotali benedictionis, 23. diſt. ſponſus, 30. q. 5. ſponſus.
Quod non debent ſe coniuges libidinosè diligere, 32. q. 4. origio.
Quod cum commiſcetur quis in matrimonio cauſa prolis procreandæ, non eſt peccatum, 25. d. vnum, §. alias, ante fi.
Itẽ cã reddẽdi debitũ nõ eſt peccatũ. 27. q. 2. ſi tu.
Item cauſa fornicationis vitandæ, & eſt veniale peccatum, 32. q. 2. quidquid, 33. q. 2. in adoleſcentia, & q. 4. vir cum propria.
Itẽ cũ cauſa libidinis explendæ tanquam cũ adultera vel cum meretrice eſt peccatum mortale, 32. q. 4. origo, & c. liberorũ Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij, 32. q. 7. adulterii.
Quod abſtinẽtia ĩputatur ad peccatũ ſi ꝑpter hoc alter coniugum in peccatum labitur, 27. q. 2. ſi tu.
Quod vxor marito leproſo, vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum tenetur, 32. q. 5. horrendus, & c. ſeq.
Quod vnus ſine alterius voluntate continentiam vouere non poteſt, 33. q. 5. 2. c. 1. & 5. c. ſeq.
Quod nec poteſt religionẽ ingredi niſi propter fornicationem vnus ab altero per ſententiam epiſcopi ſit ſeparatus, 27. q. 2. ſunt qui ſeptem, & c. ſe.
Quod conſentiens vouenti, & non vouens, nõ põt cũ altera contrahere niſi poſt mortem vouentis, 27. q. 2. ſi quis cõiugatus, 33. q. 5. qđ Deo, & c. ſe.
Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionem altero inuito, 27. q. 2. ſcripſit nobis, §. ecce, & c. ſeq.
Quod an dormiens cum ſorore vxoris ſuæ poteſt reddere debitum, 27. q. 2. qui dormierit.
Quod vxorati non debent in eccleſia, & præcipue circa altare deſeruire, 27. q. 2. multorum.
Qđ i veteri lege vxore ſterili pmanẽte licitè ex ancillis liberos procreabant, 23. q. 4. §. j. & trib. c. ſeq.
Quod neuter coniugum poteſt alteri crimen obijcere, quando vtrumque crimen conſtringit, 34. q. 2. in lectum.
DE DIVORTIO. Quod diuortiũ matrimonij ſine cõſenſu epiſcopi nõ debet fieri, 17. q. 2. ſi vir.
Quod ante cauſæ cognitionẽ ſpoliatus vel ſpoliata primo debet reſtitui, 33. q. 2. biſtona, & duob. c. ſe.
Quod matrimonium inter fratres ſpirituales vel adoptiuos dirimitur, 30. q. 3. c. 1. & quatuor c. ſeq.
Item cum matre vel ſpirituali filia ſimile, 30. q. 1. de eo.
Quod diuortium factum propter maleficium ſi ceſſat, reſtituitur, 33. q. 1. ſi per ſortiarias.
Quod affinitas remanet licet ille moriatur per quem contracta eſt, 35. q. 10. §. j. c. 1.
Quod ante diuortium conſanguinei propinqui debent citari, & teſtificari de matrimonio, vel ſenes & antiqui quibus nota poteſt eſſe conſanguinitas, 35. q. 1. c. 1. & duobus c. ſeq.
Quod forma iuramenti teſtificantium ponitur, 35. q. 6. de parentela, & 3. c. ſeq.
Item forma iuramenti ſeparationis propter conſanguinitatem, vel affinitatem, 35. q. 6. ab iſto.
Item forma iuramenti illius qui recipit dimiſſam, 35. q. 6. c. vlt.
Quod matrimonium non dirimitur per votum ſimplex antecedens, 27. diſt. c. 1. & duobus c. ſeq.
Item nec propter compaternitatem vel propter commaternitatem ſuperuenientem, 30. q. 1. noſſe, & quatuor c. ſeq.
Item nec propter ſeruitudinem domini debitam, 29. q. vlt. c. vlt.
Quod qui ſcienter contraxit cum perſona ſeruilis conditionis ab ipſa diuortiari non poteſt, 29. q. 2. ſi quis liber.
Quod cum vterque coniugum ſeruilis conditionis matrimonium contrahit, non ſeparantur, 29. q. vl. c. vlt.
Quod non ſeparatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris ſororem, 32. q. 7. qui dormierit.
Quod extraordinaria pollutio quãuis ſit criminoſa nõ ſeparat matrimoniũ, 35. q. 3. extraordinaria.
Quod ſiue propter adulteriũ ſiue propter aliud inter coniuges fiat diuortium, non propter hoc rumpitur matrimonium, 32. q. 7. interueniente, & ſex c. ſe. 33. q. 5. quod Deo.

De hac materia habes vbi agitur de diuortio.

Quod matrimonium ſpirituale eſt coniunctio Chriſti, & eccleſiæ, 27. q. 2. cum ſocietas.
Quod matrimonium per carnalem copulam non perfectum, non eſt ſacramentum Chriſti & eccleſiæ, 27. q. 2. cum ſocietas.
Item ſpirituale matrimoniũ contrahitur inter prælatum eccleſiæ, & eius eccleſiam, 7. q. 1. ſicut vir.
Item ſpirituale matrimoniũ eſt inter Chriſtũ & ſpiritualẽ animã, 27. q. 2. quæ Chriſto, & c. nuptiarũ.
MOECHIA. Quod mœchia eſt duplex, videlicet ſpiritualis & carnalis, 28. q. 1. non ſolum.
Quod mœchia ſpiritualis eſt idola facere, vel idolis ſacrificare. 28. q. 1. non ſolum.
Quod mœchatio eſt omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus viſus, 32. q. meretrices, in fi.
Quod ſtrictè ſumi mœchiam non niſi pro adulterio ponitur, 32. q. 4. meretrices.
Item pro conſenſu peccati quia qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, 32. q. 7. non ſolum.
Quod mœchus dicitur, qui dimiſſa vxore ob cauſã fornicationis aliam duxit, 32. q. 7. quemadmodũ.
MEDICINA. Quod medicina eſt duplex, ſpiritualis, & corporalis, 29. diſt. neceſſe.
Quod medicorum conſilia diuinæ conditioni ſunt contraria, quia nec ieiunare nec flere, nec conſimilia ſinunt, de conſ. diſt. 5. contraria.
Quod medico corporali ſalarium non eſt negandum, 14. q. 5. non ſane.
Quod nec clerici nec religioſi pro medicina munera debent accipere, 35. diſt. his igitur.
Quod medicina ſpiritualis eſt pœnitentia, 50. diſt. vt conſtitueretur, 33. q. 1. ſi per ſortiarias.
Item medicina ſpiritualis eſt omnia eccleſiaſtica ſacramenta de pœn. diſt. 1. in actione de conſ. diſt. 2. ſi quotieſcunque, 23. diſt. his igitur.
Item medicina ſpiritualis eſt miſericordiæ opera. de pœ. diſt. 1. medicina.
Quod Chriſtus eſt ſpiritualis medicus, qui paratus eſt centies curare, ſi toties homo per peccatum infirmatus eum requirit, de pœ. di. 3. Naum prophetam
Item prælati ſunt ſpirituales medici, quia dant ſubditis correctionis medicinam, 86. d. inferiorum, & c. ſe. 5. q. 5. non vos, 45. d. recedite, 23. q. 4. quid faciet.
Quod magis prælatus occidit quam curat, qui nec pro peccatis ſuis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit, 50. diſt. abſit.
Quod ſicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, ſic prælatus vel prædicator diuerſorum hominum vulneribus diuerſis doctrinis medetur, 29. diſt. neceſſe.
MEMORIA. Quod memoria vltionis diuinæ ſeueritæ in peccatores, terrorem futurum incutere debet, ne conſimilia attentent, 7. q. 1. denique.
Quod quibuſdã in memoriam exceſſus ſigna relinquũtur, 19. q. 3. mãdamus, de conſ. diſt. 2. & dixit.
Quod ideo quibuſdam occaſio peccati præteriti, vel per loci mutationem vel aliter eſt ſubtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incaleſcat, 15. q. 1. mulier, 81. diſt. valet.
Quod nullũ inuenitur delictorũ tale remediũ, ſicut. eorũ cõtinua memoria, de pœ. d. 3. Iudas pœnituit.
MENDACIVM. Quod mẽdaciũ eſt falſę vocis ſignificatio, cũ volũtate fallẽdi, 22. q. 2. beat⁹, §. ille.
Quod octo ſunt genera mendaciorum, quorũ quia primũ grauius eſt, tãto minus quiſque mẽtiendo peccat, quanto à primo recedit, 22. q. 2. primum
Quod primum genus mendacij eſt in doctrina fidei cum intentione ſubuertendi.
Secundum eſt, quod prodeſt nulli & obeſt alicui, vt eſt mendacium detractionis, & falſi teſtis in cauſa criminali.
Tertium eſt quod prodeſt vni, & obeſt alteri, vt eſt mendacium in cauſa pecuniaria.
Quartũ eſt qđ ſolũ mẽtiẽdi fallendiq́ue libidine fit.
Quintum eſt quod fit placendi cupiditate de ſuaui colloquio, quod eſt adulterorum

Sextum eſt, quod nulli obeſt, & prodeſt alicui, vt cum quis ſe neſcire mentiatur pecuniam eſſe alterius, quam ſcit iniuſtè tollendam.

Septimum eſt, quod nulli prodeſt, & obeſt alicui, vt cum quis hominem vult prodere ad mortem.

Octauum eſt, quod nulli obeſt, & prodeſt ad hoc vt caſtitas conſeruetur.

Quod primum genus dicitur pernicioſum, ad quod nulla conditione poteſt quis adduci.

Quod quodlibet aliorum eſt vel pernicioſum vel officioſum, vel iocoſum mendacium, quæ poſt primum minorem ſecundum maius & minus culpam habent, 22. q. 2. ne quis. & c. quod autem ſit, & c. ſi quælibet. 9. diſt. ſi ad ſcripturas.

Quod mendaciũ eſt graue peccatum, quia os quod mentitur, occidit animam, 22. q. 2. nec artificioſo.

Quod omne mendacium cauendum eſt, maximè perfectis. 22. q. 2. ne quis, c. omne. & c. ſi quis per vetus teſtamentum, & 22. q. 5. cauete fratres.

Quod perfectus pro nullius vita ſeruanda debet mentiri. 22. q. ne quis.

Quod nullus ducendus eſt ad ſalutem mendacio opitulante, 22. q. primum, in ſi.

Quod Abraham dicendo vxorem ſororem ſuam eſſe, & Iacob dicendo ſe primogenitum, excuſantur de mendacio, 22. q. 2. quæritur. § proximo.

Quod mendacium eſt epiſcopum vel ſacerdotem vel religioſum ſe profiteri, & contraria ſuo ordini operari, 22. q. cauete fratres.

Quod nemo cauſa humilitatis debet mentiri, quia ſi non erat peccator, ex hoc meretur quod non erat. 22. q. non ita.

Quod ille mentitur qui putans falſum dicit verum, vel econuerſo, 22. q. 2. homines, & c. ſeq.

Quod non omnis falſum dicens mentitur, 22. q. 2. is autem, & c. beatus, & c. ſi quælibet, § Abraham.

Quod facere contra promiſſum, non ſemper eſt mentiri, 22. q. beatus Paulus, & c. ne quis, in ſi.

Quod aliquod iocoſum mendacium non videtur eſſe graue peccatum. Exemplum de Ioſeph, 22. q. 2. quod autem ſit.

Quod mendacium præcipue in mercatoribus eſt quia mercator ſine mendacio & periurio eſſe non poteſt. diſt. 88 eiiciens, & c. ſeq.

Quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant, quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat, 11 q. 3. quiſquis.

Quod mendacium etiam in præſenti inuenitur grauiter punitum, 12. q. 1. dilectiſſimus, poſt med. Exemplum, ibidem de Anania, & Saphira.

Quod mendax debet carere impetratis, & quibus ſcriptis, ſcripta diriguntur, ſunt puniendi ſi preces mendacia non arguunt, 25. q. vlt. dicenti.

Quod circa impetrationem reſcriptorum contingit mentiri tripliciter, 25. q. vlt. § ſi legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. Quod mendicitas clericorum eſt ignominia epiſcoporũ. 93. diſ. diaconi.

Quod in tantum excreuit auaritia quorundam Epiſcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mendicare.

Quod illi qui aliter habere poſſunt, grauiter peccant ſi mendicant, quia vnde pauper victurus erat accipiunt, 1. q. 2. paſtor.

Quod eleemoſyna panis egentiũ eſt, & qui defraudat eum, homo ſanguinis eſt, 14. q. 5. c. immolans.

MENSA. Quod menſa clericorum non debet abundare fabularum relatione, ſed ſacræ ſcripturæ locutione, 44. diſt. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. Quod menſtrua mulierum ſunt ex naturali ſuperfluitate ſanguinis, & ideo culpa carent, 5. diſt. ad eius.

Quod menſtrua patienti non debent eccleſiæ introitus denegari, 5. diſt. ad eius.

Quod ſicut mulier menſtrua patiens, Chriſti veſtimentum laudabiliter tetigit, ita eccleſiam menſtruata laudabiliter intrare poterit.

Quod ad mulierem menſtruatam quiſque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur, 5. diſ. ad eius.

MENSVRA. Quod mẽſura miſericordiæ Dei non poteſt æſtimari, de pœn. di. 1. ſerpens, ante ſi.

Quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia menſura temporis, quantum doloris, de pœ. diſt. 1. menſuram, & c. præcedenti, & c. in actione.

MERCATIO. Quod mercatio poteſt eſſe honeſta & turpis, de pœn. diſt. 5. qualitas.

Quod quælibet mercatio eſt periculoſa, quia difficile eſt inter vendentis, & ementis commercium non interuenire peccatum.

Quod mercator ſine peccato & periurio eſſe non poteſt, 88. diſt. eiiciens, & c. ſeq.

Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4. canonum, 16. q. 7. & hoc diximus.

Quod qui propter cupiditatem ante granum vilius emit vt carius vendat, turpe lucrum committit, 14. q. 4. quicumque.

Quod in ſacro loco vbi eſt orationib. vacãdũ, mercationes exerceri nõ debẽt, 16. q. 7. & hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam ſi ab iniuſto detentore recipit mercedem ſuam, non committit iniuriam, 14. q. 5. non ſane.

Quod qui defraudat mercenariũ mercede, reus eſt, ac ſi ipſius ſanguinem funderet, 14. q. 6. immolãs.

Quod prælatus non diligens propter Deum, ſed propter temporale lucrum, mercenarius eſt, 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

Quod ille rector non paſcit, ſed mercenarij vice deſeruit, qui gratiam hominum amittere formidans loqui recta pertimeſcit, 43. diſt. ſit rector.

Quod mercenarius eſt prælatus, qui plus diligens proprium commodum quàm ouium, videns lupum oues relinquit, 7. q. 1. aduerſitas.

MERETRIX. Quod meretrix eſt quæ multorum libidini patet, 34. diſt. vidua.

Quod meretrices eſſe, & ad meretrices accedere eſt diuinitus prohibitum, 32. q. 4. meretrices.

Quod fornicator in eo eſt magis criminoſus, quia tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis, 32. q. 4. in eo.

Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabili⁹ vxore, 32. q. 7. adulterij.

Quod contrahens cum meretrice, ad ſacros ordines non poteſt promoueri, 34. diſt. ſi quis viduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus à menſura ciuitatum quibus præeſt, dictus eſt, 21. diſt. c. cleros, poſt prin.

Quod metropolitanus debet decem vel vndecim ciuitates & totidem epiſcopos ſub ſe habere, 6. q. 3. ſcitote.

Quod abſque metropolitani licentia nullus epiſcopus curiam Imperatoris debet adire, 23. q. vlt. ſi quis epiſcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiſcopo.

MICHAEL. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo ponitur in exemplum vt à maledicto parcamus, 24. q. 3. ſi igitur Michael.

MILITIA. Q̃d militia ẽ duplex, videlicet ſæcularis & ſpiritualis, 59. d. officia, 23. q. 8. reprehẽſibile.

Quod militia ſæcularis non culpatur, ſed abuſus, 23. q. 1. per totum.

Quod militia inſtituta eſt propter duo, videlicet ad iniuriam propulſandam, & vindictam inferendam, 23. q. 1. c. 1. in ſi.

Quod ius militare in multis cõſiſtit, 1. d. ius militare.

Quod in militia ſæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciſcendi, & cupiditas nocendi, 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod in hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur, 23. q. 1. apud. & c. ſeq.

Quod plerique ſancti patres ſæcularem militiam laudabiliter exercuerunt, 23. q. 1. noli exiſtimare.

Quod ſumma laus eſt militiæ communi vtilitati intendere, 23. q. 1. ſumma.

Quod boni milites vltra ſtipendia ſua nihil debent vſurpare, 23. q. 1. militare.

Quod miles nõ eſt reus homicidij, q̃ legitima auctoritate ſuperioris hominẽ occidit, 23. q. 5. miles.

Quod miles ſæcularis grauius peccat ſimoniã cõmittẽdo quàm clericus, 1. q. 3. Saluator, circa me.

Quod miles ſæcularis propter periculoſum ſtatum quem habet, abſque diſpenſatione papæ ad ſacros ordines non debet promoueri, 50. d. ſi quis poteſt.

Quod ſi in militia ſeculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia ſpirituali, 59. diſt. ſi officia, & c. ſeq.

Quod non debet eſſe ligatus aliis qui ſpiritualis militiæ eſt aggregandus, 54. diſt. nullus.

Quod Chriſtus ad ſeruiendum voluntarium militem habere vult, 15. q. 1. non eſt.

Quod nihil beatius quàm vt quomodo imperator noſter Chriſtus iuſſit militetur, 40. d. ante omnia.

Quod militũ Chriſti arma ſũt lachrymæ, & orationes, 23. q. 8. reprehẽſibile, & c. cõuenior, circa me.

MINISTER. Quod miniſter dicitur quidquid ſuperior mandat, exercet, 23. q. 2. dominus noſter, 23. q. 5. non ſolum, & q. vlt. quicunque percutit.

Quod miniſter iudicis etiam damnatum, ſi ex libidine occidit, homicida eſt, q. 5. cum miniſter.

Quod miniſter Chriſti non debet eſſe ſuperbus, qui a tali diabolo comparatur, 2. q. 7. ſi iuſtus fuerit.

Quod Chriſt⁹ miniſtros ſuos docuit aliis miniſtrare, non temporalib. lucris intendere, 16. q. 1. nulli.

Quod in miniſtris eccleſiæ ſicut eſt in ſacerdote miniſtratio, ſic & in diacono ſacramenti diſpenſatio, 93. diſt. diaconi.

Quod vbi paterfamilias largus eſt, miniſter non debet eſſe tenax, 16. q. 7. allegant, in ſi.

De miniſtris eccleſiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de eccleſia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculum eſt opus arduum & inſolitum ſupra ſpem & facultatem conſiſtens admirantis ſicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuiſio, & alia plura quæ ponuntur de conſ. di. 2. reuera circa med.

Quod miracula facere eſt ſpeciale donum ſpiritus ſancti. de pœ. di. 2. ſi quis ſemel, §. quorundam.

Quod quantumcumque ſunt aliqui ſancti, miracula facere non poſſunt quando volunt, niſi quando ſpeciali dono ſpiritus ſancti perfunditur. de pœn. di. 2. ſi quis ſemel § quærendum.

Quod miracula ſanctorum ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda, 2. q. 7. nos ſi poſt medium.

Quod quidam habent prophetiæ ſpiritum, qui non habent vitæ meritum, 1. q. 1. prophetauit, exemplum ibi de Saul.

Quod multi faciunt miracula extra charitatem conſtituti, qui in charitate poſiti facere non poſſunt, 1. q. 1. teneamus.

Quod magi & dæmones non faciunt miracula, ſed mira, quia non ſunt ſupra naturam, ſed ſunt hominibus inſolita, 26. q. 4. ſciendum.

De malo culpæ habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vbi agitur de Magis.

MISSA. Quod miſſa propriè dicitur euchariſtiæ conſecratio & confectio, reliqua omnia quæ ſacerdos vel chorus canit gratiarum actiones ſunt, vel certæ obſecrationes. de conſ. di. 2. vtrum.

Quod Iacobus apoſtolus frater domini & Baſilius Cæſarienſis tradiderunt modum Miſſam celebrandi. de conſ. di. 1. Iacobus.

Qui tamen modus nec alius in decreto per ordinem habetur, ſed tamen ego plura quæ in Miſſæ officio exercentur, propriis capitulis aſſignaui, vt infra patebit.

Quod Miſſa ſine ſacratis veſtibus non debet cantari. de conſ. di. 1. veſtimenta.

Quod nullus debet Miſſam ſine ſtola & manipulo cantare. 23 di. eccleſiaſtica.

Quod in ſolenni Miſſa miniſtri & præcipuè diaconus & ſubdiaconus debent haberi, de conſe. di. 1. epiſcopus Deo & duobus c. ſeq.

Quod in primitiua eccleſia in principio Miſſæ pſalmi legebantur, ſed poſt pſalmi in cantum ſunt conuerſi, vnde introitus Miſſæ, & gradualia, & offertoria & communio quæ cantantur, penè omnia de pſalmis ſunt ſumpta, 92. di. cantantes, § ab officio, & c. in ſancta in fine.

Quod ille verſiculus, Gloria patri, quem Damaſus Papa ad preces Hieronymi inſtituit poſt pſalmos repetendum, qui cantatur poſt introitum ponitur. de conſ. diſ. 1. de hymnis.

Quod Kyrie eleyſon, & Pater noſter ponitur, 11. q. 3. cum aliquis.

Quod Gloria in excelſis, & Alleluia, qui duo hymni ab angelis ſunt cantati, & à nobis in ſolennitatibus ſunt decantandi, ponuntur de conſe. diſt. 1. de hymnis, & c. hi duo.

Quod hi duo hymni a ſeptuageſima quando lapſus primi hominis recitatur, intermittuntur vſque ad paſcha, quando Chriſtus reſurgens ex mortuis triſtitiam in gaudium vertens, Alleluia nobis reddidit. de conſ. di. 1. hi duo.

Quod epiſcopus in Miſſa ante collectam, vt oſtẽdat ſe vicariũ Chriſti, ſicut Chriſtus apoſtolos, ſic ſalutat populũ dicens Pax vobis, 2. q. 7. non omnes

Item vt oſtendat ſe de numero aliorum ſacerdotum dicit Dominus vobiſcum, quod ponitur de conſ. di. 1. hoc quoque.

De orationibus ſiue collectis dicendis habes de conſ. di. 1. de hymnis. in ſi.

Quod poſt orationes reſpondendum eſt Amen, habes, 58 di. ſedulo.

Quod epiſtola & Euangelia legenda ſunt in Miſſa habes de conſ. di. 2 omnes ſideles

De offertorio quod debet fieri in Miſſa, habes de conſ. di. 1. omnis.

Quod poſt offertur in calice vinum & aqua à ſacerdote. de conſ. di. 1. in ſacramento.

De qua materia habes vbi agitur de Euchariſtia.

Quod ante præfationem, Surſum corda, dicere monemur, & tunc præcipuè mentem ad dominum dirigere debemus, de conſ. diſt. 1. quando autem.

De præfatione, quæ poſtea primo ſequitur, habes, de conſ. diſt. 1. inuenimus.

Quod pax debet dari ante communionem, habes de conſ. diſt. 2. pacem.

Quod poſt Miſſam, ſi non eſt epiſcopus ſacerdos qui cantauit debet dare benedictionem, de conſ. diſt. 1. Miſſas.

Quod in Miſſa ſiue viui, ſiue mortui populo poſſunt recommendari, ſed in canone miſſæ vbi ſoli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, ſub generali commendatione orare debemus, de conſ. diſt. 1. viſum, & c. de nominibus.

Quod nõ niſi in ſacris locis, vel vbi epiſcopus permiſerit, Miſſa debet celebrari, de conſ. di. 1. Miſſarũ.

Quod ſub dio ſuper tabula conſecrata lapidea poteſt Miſſa cantari, de conſe. diſt. 1. concedimus.

Quod epiſcopus ne monachus in officio impediat non debet in monaſterio ſuo ſolenniter celebrare, 18. q. 2. luminoſo.

Quod non ſolum epiſcopus, ſed etiam populus diebus dominicis, & ſolennibus ab eccleſia ſua non debet ſe ſubtrahere, de con. d. 3. epiſcopus, & c. ſe.

Quod ſuper altari in quo epiſcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare, de con. diſt. 1. c. vlt.

Quod in natiuitate domini quando tres Miſſæ ſunt celebrandæ, prima Miſſa in profunda nocte ſolenniter eſt celebranda, de conſ. diſt. 1. nocte.

Quod in quadrageſima non debet quis manducare niſi audita prius Miſſa, & veſpertinis officiis, de conſ. diſt. 1. diſt. ſolent.

Quod propter populi deuotionem Miſſa poteſt in aurora cantari, de conſ. diſt. 1. ſolent plures, § 1.

Quod poſt clericorũ ordinationes in ieiuniis quatuor tẽporũ poſt mediam noctem Miſſa debet cantari, & præcipuè in ſabbato ſancto, quia tunc verſus noctẽ debet cantari, de con. d. 1. ſolent, § in ieiuniis.

Quod nemo pranſus Miſſa cãtare debet, 7. q. 1. nihil.

Quod qui pro pecuniis vel hominum complacentiis vnam vel plures Miſſas celebrat, æternam ſibi damnationem comparat, de conſ. diſt. 1. ſufficit.

Quod excepta natiuitate Chriſti vnam Miſſam cantare ſufficit ſacerdoti.

Quod valde fœlix eſt qui vnã Miſſã dignè põt celebrare.

Quod dominicis & feſtiuis diebus laici Miſſam vſque ad finem debent audire, de conſ. diſt. 1. Miſſa, & c. ſeq. & c. & hoc.

Quod epiſcopus ſolenniter celebrando ſemper dẽt habere teſtes, de cõ. d. 1. epiſcop⁹ Deo, & c. iubem⁹.

Quod presbyter niſi duobus ad minus præſentibus Miſſam non debet celebrare, vt competat ſib. dicere Dominus vobiſcum, & Orate pro me, de conſ. diſt. 1. quoque.

Quod ſacerdos propter euentus varios ſine adiutore qui poſſit eum ſubſtentare, non poſſit Miſſam cantare, 7. q. 1. illud.

Quod presbyter qui Miſſã incipit: niſi infirmitas impediat, debet eã finire, de con. d. 1. nullus epiſcop⁹.

Quod ſi presbyter propter caſualem infirmitatem Miſſam inceptam finire non poterit, alter vbi dimiſit perficiat, 7. q. nihil.

Quod laborans morbo caduco vel conſimili, Miſſam non debet cantare, 7. q. 1. in literis.

Quod presbyter nunquam Miſſam cantet niſi communicet, de conſ. diſt. 2. relatum, & c. relatum.

Quod presbyter in Miſſa de mortali peccato habẽs conſcientiam, cum contritione, & propoſito cõfitendi poteſt communicare, de conſ. d. 2. quotidie.

Quod Miſſa mali ſacerdotis vel infamati non eſt reſpuenda, niſi ſit per ſententiam condemnatus, 15. q. 8. c. vlt. diſt. 32. c. nullus, & c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione & Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod miſericordia eſt plenitudo, & perfecta forma virtutũ, 86. d. in ſingulis.

Quod duplex eſt miſericordia, videlicet diuina & humana.

Quod multiplex eſt miſericordia Dei, quæ lapſis hominibus ſubuenit, de pœ. di. 1. ſerpens.

Quod miſericordiæ Dei nec menſuras ponere poſſumus, nec tẽpora diffinire, apud quem nullas patitur moras veniæ cõuerſio, de pœ. d. 1. ſerpẽs, ante fi.

Quod Deus ex miſericordia expectat peccatores vt conuertantur. 93. d. diaconi ſunt, ante fi.

Quod aſſiduè peccare volentium non miſeretur Deus. 93. d. diaconi ſunt, in fi. de pœ. d. 1. Deus, § poteſt etiam, & d. 7. circa fi.

Quod miſericordia ad proximum eſt duplex, videlicet corporalis, & ſpiritualis, 45. d. tria.

Quod ſpiritualis eſt triplex, videlicet offenſas vel iniurias dimittere, 45. d. tria, & 50. d. conſiderandũ.

Item delinquentes corrigere, 45. d. tria.

Item bona docere & iuſta conſulere, 45. d. diſciplina.

Quod corporalis miſericordia conſiſtit in ſeptem operib. miſericordiæ, quæ in hoc verſu continentur.

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo,

Quorum plura ex his ponuntur, 86. diſt. non ſatis.

De modo habendi vel exhibendi prædicta Officia miſericordiæ.

Quod miſericordia ſpiritualis ad proximum debet eſſe iuſta in corrigendo, vt ſcilicet non deſit vinũ auſteritatis, nec oleum pietatis, 45. d. diſciplina.

Item diſcreta in docendo vel conſulendo, ne erudiendi in errorem deducantur, 43. d. ſit rector.

Item debet eſſe prompta offenſas relaxando, maximè quando pœnitent offendentes, 23. q. 4. non poteſt, § proximo.

Quod miſericordia corporalis debet eſſe iuſta in exhibendo, quia debet eſſe de proprio, non de alieno, 1. q. 1. non eſt, 14. q. 5. per totum.

Quod debet eſſe diſcreta in ſubueniẽdo, quia vni omnia non ſunt danda, 68. d. non ſatis, & c. dominus.

Item ordinata in diſtribuendo, quia primo dandum eſt propinquis, & poſt aliis, 86. d. eſt probanda & c. in ſingulis, in fi. excepta neceſſitate, tunc potius dandum eſt iuſtis quàm peccatoribus, 86. d. fratrem noſtrum, § in ipſa.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia.

Quod miſericordiæ officia omnibus ſunt præcepta, 86. d. in ſingulis.

Quod qui negant miſericordiam faciendam, ipſum Chriſtum qui eſt miſericordia negant, 7. q. 1. oĩs.

Quod miſericordia maior eſt omnibus holocauſtomatibus, d. 50. ponderet, in fi.

Quod melius eſt in cauſis prætendere miſericordiã quàm in clementiã, 86. d. non ſatis, 26. q. vlt. alligãt.

Quod ſententia quæ miſericordiam vetat, eſt eſſu giẽda, 50. d. ponderet, in fi. 1. q. 7. exigunt.

Quod capto hoſti debetur miſericordia, niſi maior turbatio timeatur, 23. q. 1. noli.

Quod crudelis eſt miſericordia parcere vni in diſcrimen multorum, 45. d. ſed illud.

Quod non eſt miſericors qui parcit vitiis, vt non conturbet delinquentes, 23. q. 5. qui vitiis.

MYSTERIVM. Quod myſterium ex illo dicitur quòd ſecretam, & reconditam habet diſpenſationem. 1. q. 1. multi, circa med.

Quod eccleſiaſtica ſiue diuina ſacramenta propriè dicuntur myſteria, 1. q. 1. multi, ante med.

Quod indignis & non intelligentibus ſecreta myſteria non ſunt communicanda, 43. d. 3. vl. & c. in mandatis.

MOYSES. Quod Moyſes qui congregauit omnem ſynagogam, repræſentat, quòd in fideli anima omnis multitudo ſenſuum & cogitationum ad meditandum de Deo intra ſacrarium cordis debet conuenire, 8. q. 1. licet.

Quod in hoc quòd non fuit Moyſi permiſſum à Deo de ſucceſſore ordinare, datur intelligi quod ad Deum non ad homines ſpectat electio prælati, 8. q. 1. ſi ergo.

Quod Moyſes negauit ſe filium filiæ Pharaonis, & quòd Ægyptium ſabulo obruit, & quòd Ægyptũ dereliquit, & quòd filios Iſrael de Aegypto eduxit, habes de pœ. d. 3. vt cognouerũt, § opponitur.

Quod Moyſes ponitur in exemplum quòd prælati non armis, ſed orationibus contra aduerſarios debent pugnare, quomodo ipſe pugnauit contra Amalech, 36. d. ſi quis vult.

Quod ſicut inter Moyſen & Aaron fuit quædam maioritatis diſcretio, ſic fuit inter apoſtolos, 21. d. ſacroſancta, & 12. d. § 1.

Quod Moyſes cum pro peccato populi orauit non ſtatim veniam impetrauit, 50. d. ſi quis præpoſtera, in fine.

Quod Moyſes potius voluit de lib. vitæ deleri, quàm noxam populo non dimitti, 23. q. 4. quid crudele.

Quod quia Moyſes Aethiopiſſam duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percuſſa fuit, 2. q. 7. plerumque. c. item obiicitur.

Quod Moyſes propter reuerentiam loci calceamentum pedis ſoluit, de pœ. d. 1. ſunt qui arbitrantur.

Quod Moyſes quandoque Chriſtum ſignificat, de pœ. d. 2. inter hæc ſiquidem.

MONACHVS. Quod monachus dicitur à monos Græcè, qd Latinè dicitur ſolus, & achos qđ Latinè dicit triſtis, quaſi ſolitari⁹, & triſtis. 16. q. 1. placuit.

Quod monachus ideo ſingularis dicitur, quia debet vitare hominum multitudines, 16. q. 1. ſi cupis.

Quod ſicut piſcis ſine aqua, ſic monachus ſine monaſterio vel cella caret vita, 16. q. 1. placuit cõmuni.

Quod monachus ad hoc debet intendere vt ſtatus eius concordet cum nomine, 16. q. 1. placuit.

Quod omnis monachus vel religioſus debet eſſe vel de regula Sancti Benedicti, vel de regula Baſilij, vel de regula Auguſtini, 18. q. 2. perniciosam.

Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Auguſtini ſunt profeſſi, 18. q. 2. perniciosam.

Quod nullus ſeruus debet eſſe monachus niſi à domino ſuo licentiatus, 16. q. 1. qui vere.

Quod monachi & monachæ ſemper & vbique debent deferre veſtes profeſſionis ſuæ, 33. d. ſanctimonialis, 20. q. 1. vidua.

Item excepta infirmitate nunquam debet carnes comedere, de conſ. d. 5. carnem.

Item debent abbatibus ſuis obedire, ac res laboribus ſuis acquiſitas vel qualeſcunque ſine licentia abbatis non debent retinere, 18. q. 2. abbates.

Quod nullus debet monachus ſpe abbatiæ promiſſæ fieri, 16. q. 7. per laicos, 18. q. 2. peruenit.

Quod vltra tepus in monaſterio ſtantes & nolẽtes profiteri debent expelli, 18. q. 2. peruenit ad nos.

Quod teſtamentum facere non poſſunt, 19. q. 3. qui a, & c. ſeq.

Quod ſine licentia abbatis vouere non poſſunt, 20. q. 4. monacho.

Quod ad arctiorem vitam petita licentia tranſire poſſunt. 20. q. 4. c. 1. monachum.

Quod compulſus ſiue à parentibus, ſiue ab aliis fieri monachus, niſi prius conſentiat, non tenetur, 20. q. 3. præſens.

Quod monachi de licentia abbatis ex cauſa legitima poſſunt ad ſolitarias cellas tranſire, 18. q. 2. nullus monachus, 20. q. vl. c. vlt.

Quod non debent cauſas vel negotia ſæcularia agere niſi ex licentia abbatis pro monaſterio, 16. q. 1. adiicimus, in fi. & c. de præſcriptione, & c. ſunt nonnulli, & c. monachi.

Quod frequenter loquens de pecunia potius dicendus eſt inſtitor quàm monachus, 16. q. 1. ſi cupis.

Quod monachi nunquam debẽt vacare, ſed ſemper vel orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis debent intendere, de conſ. d. 5. nunquam.

Quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarum ſe alienare, 18. q. 2. peruenit ad nos, & 3. c. ſeq.

Quod nec in vno, nec in vicino monaſterio cum monialibus debent habitare, 18. q. 2. diffinimus, & duobus c. ſeq.

Quod nec ſudariolos, nec zonas, nec alia munuſcula à mulieribus debent accipere, 27. q. 1. monacho.

Quod monachi quamuis recipiendo ordinem recipiunt officij poteſtatem, non tamen executionem, niſi occaſione populi de licentia epiſcopi, 16. q. 1. monachi, & c. ſe. & ſic viue, & c. ſi clericatus & c. ſeq.

Quod nec pœnitentiam aliis dare, nec prædicare niſi in clauſtro ſuo debent, 16. q. 1. placuit vniuerſis, & c. monachus. & c. iuxta, & c. adiicimus.

Quod nec baptizare debẽt, nec fieri cõpatres, 18. q. 2. peruenit ad nos, de cõ. d. 4. non licet abbati, & c. ſeq.

Quod præter confratrem in clauſtro, & præter eum qui elegerit, nullum debent ſepelire, 16. q. 1. c. 1. c. Agapitus & c. placuit.

Quod monachi debent ſubeſſe epiſcopis inquantum per Papam non ſunt exempti, 16. q. 1. peruenit, 18. q. 2. Abbas, & quatuor c. ſeq.

Quod vitandi ſunt per epiſcopos & corrigendi, 18. q. 2. viſitandi.

Quod iura epiſcopalia debent epiſcopis perſoluere, 18. q. 2. Eleutherius, & c. ſeq.

Quod non debent decimas vel eccleſias à laicis ſine conſenſu epiſcopi recipere, 16. q. 7. decimas.

Quod epiſcopos ex charitate poſſunt accuſare, 2. q. 7. nullus, § proximo.

Quod monachi bonorum operum in clericos & epiſcopos promoueri poſſunt, 16. q. 1. ſi clericatus, & 7. c. ſeq. & tribus c. præcedentibus.

Quod non debent ſine abbatum licentia epiſcopatus recipere, 18. q. 2. quàm ſit, § nullus, 16. q. 1. ſi quis monachus, & c. ſeq. § ſeq.

Quod facti epiſcopi abſoluuntur à iugo profeſſionis, 18. q. 1. c. 1.

Quod facti epiſcopi non debent mutare habitum nec ordinis ſui ritum quo ad ſubſtantialia, 16. q. 1. de monachis, & § ſeq.

Quod facti epiſcopi ſuccedunt in bonis paternis, & eccleſiæ ſuæ relinquunt, 18. q. 1. c. 1.

MONASTERIVM. Quod monaſterium duplex pro monachis & monialibus in vno loco fieri prohibetur, 18. q. 2. diffinimus.

Quod monaſteria conſtruenda ſunt in ſolitudine, ne populari acceſſu deuotio religionis impediatur, 18. q. 2. luminoſo.

Quod monachorum monaſteria ſubſunt epiſcopo in cuius territorio ſunt, 18. q. 2. monaſteria.

Quod monaſteriũ exemptum eſt à lege diœceſana in plurib. videlicet quantum ad cathedraticæ præſentationem vel præſtationẽ, 18. q. 2. ...

Item quantum ad quartæ partis dimiſſionem,16.q.1 cum pro vtilitate.

Item quantũ ad grauẽ exactionem,17.q 2 quàm ſit.

Item quantum ad publicæ Miſſæ celebrationem, quia ſine conſenſu abbatis epiſcopus non debet facere,18.q.2 abbas,& c.luminoſo.

Quod monaſteria non debent fieri ſine licentia epiſcoporum,18.q.2 quidam,& 4.c.ſeq.

Quod mulieres monaſteria religioſorum intrare non debent,18.q.2 peruenit ad nos.

Quod monaſteria religioſorum non debent conuerti in habitacula ſæcularium clericorum, nec debent regi per ſæcularem, 18. q. 2. peruenit ad nos,& c dudum,19.q 3.quæ ſemel,& c ſeq.

Quod in parochialibus eccleſiæ monaſteriorum de conſenſu epiſcopi debent presbyteri inſtitui, vel remoueri,16 q 2 viſis,& c ſeq.

Quod abbas ſine epiſcopo, & epiſcopus per ſe res monaſterij alienare non poſſunt,17.q 4.in venditionibus.18.q.2 quam ſit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis,& vbi agitur de Religione.

MONIALIS. Quod monialis eſt quæ profeſſa eſt ſe velle viuere ſecundum regulam Benedicti,vel ſecundum regulam Baſilij,vel ſecundum regulam Sancti Auguſtini, 18. q 2 pernicioſam.

Quod moniales non debent habere ſingularia domicilia,18.q.2 pernicioſam.

Quod puella duodecim annos habens ſi voluntariè monialis effecta eſt etiam ante conſecrationem recedere non poterit,20 q 1.puellæ.

Quod moniales ſubſunt ordinationi,& correctioni epiſcopi,18.q 2 cognouimus.

Quod præponendus monialibus primum eſt per epiſcopum examinandus,18.q 2. qui religioſi.

Quod conueniens eſt reguntur per viros ſpirituales quàm ſæculares,18 q.2.in decima

Quod monaſteria monialium non debent eſſe vicina monaſterijs monachorum,18.q 2.diffinimus,& 2 c ſeq

Quod monialis nunquam debet loqui cum monacho vel alio viro ſine bono teſtimonio, 18. q. 2. diffinimus,& c. in decima.

Quod moniales in vno choro cũ monachis vel alijs clericis cantare non debent,18.q 2. pernicioſam.

Quod nõ debẽt vaſa ſacra,& pallã,& corporalia cõtingere,23 d.ſanctimoniales,§.vaſa,c.ſacratas.

Quod non poſſunt matrimonia contrahere,& contrahentes ſunt per epiſcopum compellendæ ad votũ redire,27.q.1.de viduis& puellis,vſque ad ſi.

Quod moniales in vitium carnis prolapſæ grauiter puniuntur,17 q 1.impudicas, & ferè per totum.

Quod peccantes cum ipſis ipſo facto videntur excommunicati,27.q 1.ſi qua virgo, & c.eos.

De conſecratione monialium habes ſupra vbi agitur de conſecratione.

MORS. Quod mors eſt triplex,videlicet corporalis,ſpiritualis,& gehennalis,de pœ di.vl.

Quod mors corporalis omnibus eſt communis, 13.q.2. in eccleſiaſtico.

Quod in memoria ab oĩbus eſt ſemper habenda,ib.

Quod non videntur eſſe perfecti qui cum à domino vocantur,non moriuntur voluntariè,ſed inuiti,13 q.vlt.quàm præpoſterum.

Quod ſacramenta morientibus concedi debent,26. q 1.Aurelius,& c ſeq.

Quod ſi volentẽ contriti mors,antequam ad ſacerdotem peruenerat præoccupauerit,non debet ſibi denegari eccleſiaſtica ſepultura,26 q 6 ſi aliquis.

Quod q fame morientẽ nõ paſcit occidit,86.d paſce.

Quod mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum poſſit non excludit,83 diſt. §.1.

Quod qui mortui ſunt,in Dei iudicio non ab hominibus ſunt iudicandi,24 di. quorundam.

Quod poſt hominum mortem animæ locantur ſecundum quod meruerunt,13 q 2.tempus.

Quod mortui iuuandi ſunt oblationibus,eleemoſynis & orationibus, etiam ſi dubitatur de eorum ſalute,13.q.2.non æſtimemus,& pluribus c. ſeq.

Itẽ quod fit pro omnib.mortuis tantũ valet cuilibet, ac ſi pro vno ſolo fieret,de cõ.d.5 nõ mediocriter.

Quod indignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit moriturum,de pœn diſt.7.§. vlt.

Quod morientibus in peccatis mortalibus,nec oblationes nec orationes viuorum nec mortuorum, nec ſepulturæ ſacrorum locorum proſunt.13.q.2. quibus,& ſeptem c ſeq.

Quod nemo debet cõtriſtari de morte ſuorum charorum,cum ipſos non amittamus, ſed præmittamus,13.q.vlt.quàm præpoſterum,& tribus c. ſeq.

Quod illi qui nimis triſtantur de morte ſuorum,videntur deſperare de felicitate futurorum bonorum,13 q.vlt. habent.

Quod in hoc quòd Dominus fleuit Lazarum, non fleuit mortuum,ſed ad huius vitæ miſerias reſuſcitandũ,innuitur quod pro mortuis plus eſt gaudendum,quàm triſtandum,13 q.vlt.qui diuina.

Quod mortui huius mundi facta poſſunt ſcire vel per decedentium relationem, vel per angelorum reuelationem, vel per ſpecialem conceſſionem, quia ipſis quandoque conceditur, vt poſt mortem viuis appareant.13.q.2 fatendum.

Quod quãdoque mortui ex diabolica illuſione phãtaſticè creduntur apparere,26.q.5.nec mirũ,ante me.

Quod eccleſia nec ligare nec ſoluere põt mortuos de peccatis,quia nõ ſũt de foro eius,24 q.2 legat.

Quod iniuſtè excommunicatus etiam poſt mortem poteſt abſolui,24 q.2 ſane quod.

Quod hæretici poſt mortem poſſunt excommunicari propter facti deteſtationẽ 24 q 2 ſane pfect.

Quod fideles nõ debẽt cõmunicare mortuis quib. non communicauerunt viuis, 24 q 2.de cetone.

Quod mors ſpiritualis eſt duplex,bona & mala,bona eſt quando quis ſiue per baptiſmum, ſiue per pœnitentiam moritur peccato, vt viuat Chriſto. de conſ.diſt.4 vt oſtenderet,& 2 ſeq.

Quod ſpecies diuerſæ huius mortis deſignantur per tres mortuos quos Chriſtus ſuſcitauit, de pœn.diſt.1.quem pœnitet.

Quod mors ſpiritualis mala eſt quãdo quis moritur per peccatũ mortale,ſicut per peccatũ infidelitatis, 26.q 2 quiſ ſine,11 q.3 non ſolum,§.idẽ timẽdo.

Item per hypocriſim, quia hypocrita viuens mortuus eſt,12.q.1.nolo,ante ſi

Item per auaritiam,14 q.4 ſi quis vſuram.

Item per quodlibet aliud mortale peccatum,de pœ. diſt.4.§.dicens.§.intermittentes ſermonem.

Quod mors gehennalis mors dicitur æternalis,quia ibi nunquam mors moritur,26. q 2.qui ſine, de pæ.diſt vlt.in ſin.

De hac materia habes vbi agitũ de Sepulturis.

MORES. Quod mos long. conſuetudo eſt,de moribus tractatur,1.diſt. mos.

Quod legem mores faciunt, & commune ius legibus.& moribus conſtat,1 d ſi omnes

Quod plus facit famoſum merum nobilitas,quàm generis dignitas,40 diſt.nos,& c. ſeq.

Quod illud quod non eſt contra fidem & bonos mores indifferenter habendum eſt,12 diſt.illa.

Quod multũ diſtãt dãna morũ à damnis rerũ tẽporalium,6.q.1 ſunt plurimi,§ verũ,& c. deteriores.

De hac materia habes vbi agitũ de Coſuetudine.

MVLIER. De muliere habes ſuprà vbi agitur de fœmina.

MVLTITVDO. Quod multitudo inutiliũ perſonarũ maximè clericorum eſt vitanda,23.d.tales.

Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur maximè in prælatis,& clericis,59.d ſi officia.

Quod non poteſt eſſe ſalubris à multis correctio, niſi cum ille corripitur qui non habet multitudinem,33.q.4.non poteſt.

Quod in correctione multitudinis cautè eſt incedendum,44 diſt. comeſſationes.

Quod cum contagium peccandi multitudinem inuaſerit,diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia neceſſaria eſt,23 q 4. non poteſt.

Quod paucitas eſt aſperè corrigenda,ſed multitudo leuiſſimis admonitionibus frangenda, 44. diſt. comeſſationes.

Quod propter peccantium multitudinem detrahendum eſt ſeueritati,44.diſt comeſſationes,50.diſt. vt conſtitueretur,9 q. 1. ordinationes.

Quod non debet deferri multitudini in mali prælati electione vel approbatione,18.q 2. ſi quis.

Quod multas medicinas inuenire cogunt multæ experientiæ morborum,50.diſt.vt conſtitueretur.

Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet, 2. q.1. multi,in ſin.

Quod tempore apoſtolorum multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Deo,12. q.1 dilectiſſimis,8.diſt.§.1.

Quando aliquando multitudo propter vnius delictũ punitur,45 diſt.ſed illud,24.q.1. nõ turbatur.

MVNDITIA. Quod munditia eſt duplex, ſcilicet corporalis,& ſpiritualis,31.diſt. lex.

Quod munditia carnalis eſt quæ inficitur per luxuriam,& ideo clericis in ſacris prohibetur,vt competentius valeant diuinis vacare obſequijs & orationibus 31.di c.1.§.cauſa.

Quòd ſpiritualiter mundatur qui à ſorde peccatorum per pœnitentiam purgatur,50 di & purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Caſtitate, vbi agitur de Luxuria,& vbi agitur de Maculs.

MVNVS. Quod munus eſt triplex,videlicet ab obſequiis, quod eſt ſeruitus indebitè impenſa.

Item munus à manu,quod eſt pecunia.

Itẽ munus à lingua,qđ eſt fauor,1.q.1 ſũt nonnulli

Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare à iuſtitia,11.q.3 pauper.& c. qui rectè.

Quod ille manus ab omni munere excutit,qui non ſolum pecuniam vel obſequium,ſed nec etiam humanum fauorem inquirit,1.q.1 ſunt nonnulli,11. q.3 qui rectè.

Quod non timetur culpa, vbi redemptio ſperatur per munera.11.q. 3. pauper.

Quod meritoriè trahitur quis ad fidem vel ad meliorem ſtatum per munera, 23.q.4.c.vlt.

Quod clericus eccleſiam ſuſcipiens vel ſpiritualia dans,per munera deſtruitur,7.q.1.ſancitum, 13. q.1.obſeruatilum,12 q.2.queſta.

MVRMVRATIO. Quod murmuratio diſſuadetur,quia murmurans opus quod facit perdit 92.d.alienus.

Quod murmurans & contentioſus pari pœna puniuntur,90.diſt.ſi quis monachus.

Quod filij Iſrael murmurantes à ſerpentibus perierunt,90. diſt alienus.

Quod Maria propter murmur contra Moyſem lepram incurrit,2 q 7 plerunque, §.item obijcitur.

MVTATIO. Quod mutatio non debet in his fieri quæ rationabiliter & vtiliter ſunt à patribus diffinita,25.q 2.cum piè,& c. eccleſiaſticè.

Quod Deus mutabilitatẽ neſcit,omnis autẽ creatura vitioſa eſt,quia mutabilis eſt.de pœ.di.2.cũ ſi.

Quod licet Deus ſit incõmutabilis,tamẽ ſæpè mutat promiſſa,cum ex miſericordia temperat ſententiam.22,q.4.incõmutabilis, & c non ſemper.

Quod Deus nouit mutare ſententiam quando de malo in melius homines mutantur de pœ. d. 1. ſi agamus,& §. ſeq. Exemplum de Niniue,& de Ezechia rege, cui quindecim annos addidit.

Quod Romana eccleſia ſtatuta ſua ſecundum temporis exigentiam quandoque mutat,25.q.vlt.poſteaquam,§.his ita & §. vlt & c.ita nos.

Quod illa quæ non ſunt contra Euangelia aut ſanctorum decreta,pro neceſſitate temporum quandoque mutantur,44.d.c.vl.25.q.vl.priuilegia,& c. amputato.

Quod mutantur reges propter negligentiam regiminis,15.q 6.alius.

Item epiſcopi vel alij prælati de loco ad locum propter exigẽtiã tẽporis mutantur,7.q. 1.mutationes.

Quod ſedes epiſcopales mutantur,vel duæ in vnam rediguntur cauſa hoſtilitatis vel paupertatis, 25. q.2.3.humilitatis,& c. ita nos.

Quod priuilegia, quia pro neceſſitate corrigendorum vitiorum dantur,& quandoque penitus immutantur,25.q.2.§ his,c.poſteaquam.

Item mutantur incautè promiſſa,22.q.4.in malis,& c ſeq.

Item mutantur in melius conſilia & propoſita, 22. q 2 certè.vbi Auguſtinus mutauit conſilium,22. q.2.beatus.vbi Paulus propoſitum eundi ad Hiſpaniam mutauit.

Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam, 22.q. 4.innocens credit.ex his, vbi de Ioſue & Gabaonitis,23.q.5.c.1.circa med.

Quod non ſufficit peccatori mores in melius commutare,ſed etiam debet de præteritis ſatisfacere. de pœ diſt.1.§.Chriſtus.

Quod Nabuchodonoſor rex non corporaliter ſed mentaliter in beſtiam mutatus eſt, quia credens ſe beſtiam, ab hominibus ſecedens cum beſtijs morabatur,23 q.5 remittuntur.

MVTILATIO. Quod mutilatio membrorũ latronũ proficit eis,quia debilitata membra nequeunt exercere conſueta.23 q.3. ſi quis fortitudinẽ.

Quod mutilatus vel abſciſus per ſe vel per alium excluſa decenti cauſa non poteſt promoueri,55. d.maritum,& 36.d c illiteratos.

Quod qui ſibi ipſi virilia mutilauerit, non ſolum non promouetur, ſed etiam ſuſpitius homicida reputatur,50.d.ſi quis abſciderit,& c. ſeq

Quod qui volens partem digiti ſui mutilauerit, ab ordinibus abſtinebit,45 d.qui partem.

Quod mutilator alterius nõ dẽt promoueri,55.d.c.vl.

Quod ſi qui per medicos caſtrati vel mutilati eſſent propter infirmitatem, aut à Barbaris propter infidelitatem,aut à dominis vt eunuchi fierent, ſi aliàs inueniuntur digni,poſſunt promoueri,55 d. ſi quis à medicis.

MVTVS. Quod mutus per ſigna baptiſmum & pœnitentiam & alia ſacramenta petere poteſt, 26.q 6 qui recedunt,& c.ſeq.

Quod prælatus qui non redarguit vitia ſubditorum, canis mutus dicitur,43 d ſit rector

NABATH. Quod Nabath fuit pater Hieroboam, qui regnum appetens in populo Dei ſchiſma fecit,7 q.1.denique

Quod Nabath vineam ſuam in ortum olerum commutare noluit,23.q.8. conuenior

NABVCHODONOSOR. Quod Nabuchodonoſor Danielem de lacu leonum & perſecutionibus liberauit, 23.q.5.ſi propter ea.

Quod Deus malos per Nabuchodonoſor flagellauit, & poſt propter ſuperbiam mutatus mente in beſtiam, cum beſtiis vixit, 23.q.5.§.1. circa med. & q.5. remittuntur.§.hinc, circa med.

Quod Nabuchodonoſor propter ſuperbiam in bouem ex homine eſt mutatus, 17.q.4. miror.

Quod quia Nabuchodonoſor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur, innuitur, quòd medicinæ ſalutis non operantur in ſingulis, 23.q.4. Nabuchodonoſor.

NATIVITAS. Quod natiuitas eſt triplex, videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quod natiuitas naturæ prima eſt in vtero, iuxta illud, Quod enim in ea natum eſt de qua natiuitate. de conſ. d.4. firmiſſimè.

Item alia eſt naturæ ex vtero, ſcilicet quando puer innoreſcit, iuxta illud. Natus eſt homo in mundũ, de qua de cõ d.4. quiſquis, c. qui in maternis.

Quod natiuitas gloriæ eſt quando depoſita vetuſtate pœnæ naſcitur homo ad gloriam, de conſe. d.4. poſt Baptiſmum. Sic mors ſanctorum natalis dicitur, 24.q.2. ſanè quòd.

Quod natiuitas gratiæ eſt quando quis naſcitur per baptiſmum iuxta illud, Oportet naſci denuo de conſ. d.4. qui in maternis.

NATVRA. Quod natura condidit omnib. nationib. ius cõmune, ſicut eſt maris & fœminæ coniũctio, puerorũ ſucceſſio & educatio. 1.d. ius naturale.

Quod cõtra naturã coitus ſẽper fuit illicitus & dãnabilis, 32.q.7. vſus, 35.q.3. nec eã, §. naturę, & c. ſe.

Quod violaſ diuina ſocietas eſt natura cui⁹ ipſe auctor eſt, libidinis peruerſitate polluſ, 32.q.7. flagitia.

Quod naturali iure omnia ſunt communia & quòd conſuetudo induxit meum & tuum, 8.d. differt.

Quod præſciẽtia vel prædeſtinatio diuina nullã naturæ infert neceſſitatẽ, 23.q.4. Nabuchodonoſor.

Quod in culpam cadere naturale eſt, doluiſſe virtutis. de pœ. diſt. 3. ille rex.

Quod natura dæmonum in plurib. ſubtilior & nobilior eſt quàm natura hominum, 26.q.4. ſcſendũ.

Quod ſancti cum ex naturæ fragilitate corruerint, acriores ad currendum curſum ſalutis reſurgunt, de pœ. diſt. 3. ille rex.

NAVIS. Quod nauis quæ propter Ionæ fugam immergebatur, ſignificat quòd propter exceſſus maiorum contingit affl. ctio minorum, 1.q.4. eccleſia.§. his ita poſt medium.

Item in hoc quòd multà merita apoſtolorum nauigabant, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur, innuitur quòd propter vnius malitiam multi boni puniuntur, 24.q.1. non turbatur.

Quod Paulo cauſa prædicationis in Italiam veniente nauis concutitur, innuitur, quòd aduerſitas bonis viris obiicitur, 7.q.1. aduerſitas.

Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcuſſa ſtetit, conſtantiam prædicatoris in aduerſitate innuit, 7.q.1. aduerſitas.

Quod ſicut nauigans multis periculis ſe exponit, ſic qui vxorem ducit, 17.q.2. nos.

Quod ſicut nil intereſt, vtrũ nauis vno grãdi fluctu, aut per rimas paulatim aqua intrãte ſubmergatur, ſic parua peccata multiplicata tãtũ opprimũt vt vnum grande. de pœ. d. medicina. circa medium.

NECESSITAS. Quod neceſſitas eſt duplex, videlicet ſimplex, vt eſt neceſſe omnes homines mori, 23.q.4. Nabuchodonoſor.

Alia eſt conditionis, vt cum quis ſcit aliquẽ ambulare neceſſe eſt eum ambulare. Sicut nulla neceſſitas cogit incedere volentem, tamen neceſſe eſt eum incedere, ſic quæ ex nulla neceſſitate naturæ, ſed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet & neceſſe eſt ea eſſe, 23.q.4. Nabuchodonoſor.

Quod neceſſe eſt prædeſtinata adimpleri, ibidem.

Quod non eſt culpabile quod neceſſitas infert. 30.q.1. ad lumina.

Quod neceſſitas non habet legem, q.1. remiſſionẽ.

Quod neceſſitas facit licitũ qđ aliàs nõ eſſet licitũ, vt patet in tranſlationib. epiſcoporũ, 7.q.1. mutatiões.

Quod tranſlationes epiſcoporũ vel cõmunis vtilitas vel neceſſitas dẽt perſuadere, 7.q.1. ſcias, & 4.c. ſe.

Quod opera neceſſitate vrgente facta non ſunt laudabilia, 57 d. ſi quis.

Quod adultus neceſſitate cogente baptizatus non eſt ordinandus, ibid.

Quod id quod ex neceſſitate conceditur, ceſſante neceſſitate debet ſolui de conſ. di. 5. quidquid.

Quod illud quod ex neceſſitate fit, non fit ex ordine legitimo, ſed vſurpatur vnde ceſſante neceſſitate debet ceſſare & id quod pro neceſſitate ſtatutum eſt, 1.q.7. quod pro remedio. 9 q 1. ordinationes, in fin.

Quod in neceſſitate extrema pœnitentib. ſacramenta non ſunt neganda, 26 q.7. tẽpora pœnitudinis.

Quod in neceſſitate patri ſiue matri ſiue omnibus aliis baptizare permittitur, 30.q 1 ad lumina.

Quod neceſſitas facit aliena propria, quia tẽpore neceſſitatis omnia ſunt cõmunia, 47 d. ſicut in fine.

Quod clericus raptor eſt qui vltra neceſſaria pauperibus non erogat, 16 q.1. c. quoniam.

Quod tempore neceſſitatis prius ſubueniendum eſt propinquo quàm alieno, 86.d. non ſatis.

Item alieno prius iuſto quam peccatori, 86. d. fratrem.§. in ipſa. & c. non ſatis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. Quod negatio Chriſti nõ tantũ fit in verbis, ſed etiam in factis, 11 q 3. exiſtimant.

Quod ille negat Chriſtum qui (cum ſit) ſe negat eſſe Chriſtianum, 11.q.3. non ſolum.

Quod quoties vitiis vincimur & peccamus, toties Deum negamus, 11.q 3 exiſtimant.

Quod qui veritatem pro pecunia negant, Deum qui veritas eſt vendunt, 11 q.3. abiit.

Quod qui negant miſericordiam faciendam patentibus, ipſum Chriſtum qui miſericordia eſt, negant, 7.quæ.1. omnis.

Quod quãta vita eſt confiteri Chriſtum, tanta mors eſt negare ipſum, 11.q.3 non ſolũ, §. idẽ timendo.

Quod Petrus negauit Chriſtum, cum ſe negauit eius diſcipulum, 11 q.3. non ſolum.

Quod illi errant qui Petrum de negatione Chriſti excuſant, 11.q.3. non ſolum.§. idem timendo.

Quod de vno negatur, de pluribus, conceditur. ibid.

Quod negatiua probari non poteſt, 6.q.5 § vlt.

NEGLIGENTIA. Quod negligentia eſt eruditionis nouerca, 83.diſt. nihil.

Quod negligentia arguitur in excuſatione boni operis, 94.d. peruenit.

Item in ſubueniendo miſeris, 12.q 2. aurum, & c. ſe 86.d. fratrem.

Item in corripiendis peruerſis, 83.d. error. 2.q.7. ſicut inquit, c. negligere.

Itẽ i eruditiõe pdicatiõis, 83 d. nihil, 43.d. ſit rector.

Itẽ i defẽſiõe pauperis, 84.d § 1. & c peruenit. & c. ſe.

Quod negligentia prælatorum cedit in diſcrimen ſubditorum, 40.d. ſi Papa.

Quod negligentia correctionis perdit diſciplinam in ſubditis, 23.q.5. iuſtum.

Quod negligentes rectores multas ſæpe nutriunt peſtilentias, dum diſſimulant adhibere diſciplinam, 86.d. interitorem, 45 d ſed illud.

Quod negligere & non perturbare peruerſos nil aliud eſt quàm fouere, 83.d. error.

Quod ſi negligẽter quæ male vſurpãtur corrigũtur, excedẽdi via aliis aperitur, 93.d. peruenit ad nos.

Quod non ſufficit clericis turbis negligentibus adæquari, 8.q 1 c. vlt.

Quod deſolatio debet eſſe prælato vbi clericos videt eſſe negligentiores in bono quàm laicos, 8.q.1 quid autem, 25.q.1. nulli.

Quod prælati de negligentia arguuntur & puniuntur 22.q.2. ſi quis, 27 q.1 ſi cuſtos.

Quod negligentia poſt admonitionem aggrauatur quantum ad culpam & quantum ad pœnam, 1.q.2. indigne.

Quod prælati pœna de negligentia eſt depoſitio, 81. diſt. dictum, 11.q.3. placuit.

Quod negligentia inferiorum ſuppleri debet per ſuperiores, 2.q.3. Arnaldus, 9.q.3. cum ſimus.

NEGOTIATIO. Quod negotiatio non eſt in ſe mala, 88.d. quoniam non.

Quod duplex eſt negotiatio, videlicet licita & illicita, 88.d. fornicari.

Quod negotiatio ſine periculo minimè exerceri poteſt, de pæ.d 5. qualitas.

Quod negotiationem excuſat vel arguit qualitas negotij, de pæ d.5. qualitas.

Quod de ſubſtantia mali negotiatoris nouiſſimè non remanet niſi ſolum peccatum, 88.d eiiciens.

Quod negotiatio inhoneſta clericis eſt interdicta, 88.d. conſequens. Nam nemo militans Deo, implicat ſe ſecularibus negotiis.

Quod negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge, 88.d. negotiatorem.

Quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis, 88. d. decreuit, 14.q.4. clerici. & c. canonum.

Quod negotiatio pietatis vt inde ſubueniatur viduis & pupillis, permittitur clericis, 78.d decreuit.

NEGOTIVM. Quod negotia circa maiora cautius & diligentius ſunt diſcutienda, 42.di. quieſcamus.

Quod pleraque ſunt negotia quæ ſine peccato aut vix aut nunquam exerceri poſſunt, de pæ.d.5. negotium.

Quod perfectis non eſt peccatum repetere negotium quod ante ſine peccato exercuerunt de pæn. d.5. negotium.

NEOPHYTVS. Quod neophytus dicitur qui nouiter eſt i ſide vel religione plãtatus, 47.d ſicut.

Quod non debet in epiſcopum ordinari, ne in ſuperbiam erigatur, quia talis neſcit humilitatem obſeruare, 48 d. §.1.

Quod ſimonia neophytorum hæreſis dicitur, quia aliquando dabant pecuniam vt citius promouerentur, 1.q.1. quiſquis.

Quod neophytis expedit pluſquam aliis cibis delicatis a vanitatib. abſtinere, de con. d. 5 neophyti.

NECROMANTIA. Quod necromantia eſt quando per incantationes videntur reſuſcitari mortui, diuinare, & ad interrogata reſpondere, 26.q.5 nec mirum.

Quod quando necromantia fit, cruor aquæ miſcetur vt colore ſanguinis dæmones inuocati facilius prouocentur ibid.

De hac materia habes vbi agitur de dæmonibus.

NOBILITAS. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum, 40.diſt. nos.

Quod nec loci nec generis nobilitate, ſed virtute Chriſti acquiritur gratia, 40.d. illud, & c. ſeq.

Quod quia Adam nobilitatem Dei per peccatum abiecit nobilitate priuatus fuit, 40 d. Adam.

Quod nobilitati defertur in pœnę impoſitione pro exceſſu, 24.q.1. qui contra.

NOMEN. Quod nomen aliquando propter facti deteſtationem deprauatur, 17 diſt multis.

Quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter eſt aduertenda, 12.q.1. clericis qui, 3 1.c.1.

Quod à Chriſto Chriſtiani nominantur, de conſ. di. 4. poſtquam aſcendit.

Quod ſola nominatio non ſufficit ad condemnationem, quia ſępe innocentes in falſo crimine nominantur, 2.q.1 multi. in ſi.

Quod ſophiſticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicit ſe Virgilium cum ſit Plato, dirimit matrimonium, 29 q 1.§.1.

NOTORIVM. Quod notorium nec accuſationem nec probationem requirit, 2 q 1. de manifeſta. & c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

NOVITIVS. Quod nouitij in fide ſiue in religione auſteriores aliis debent viuere, de conſ. dis. neophyti.

Quod in religionem intrans tempus probationis vnius anni debet habere, 17.q.2. Gonſaldus.

Quod incognitus ante triennium non debet recipi ad profeſſionem, & intra hoc tempus ſi ſit ſeruus aut vxoratus, debet repeti, 17.q.2. ſi quis, 19.q.3. monaſteriis.

Quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri, 48.d. ſicut.

Quod in multis deferendum eſt eis, ne ratione nimiæ auſteritatis tanquam minus indicati retro cedant, 25 q.3. c. quędam lex §. quod ipſi.

NVPTIÆ. Quod nuptię dicuntur à nubendo, eo quòd puellæ pudoris gratia caput obnubere vel velare ſoleant. 30.q vlt. nec illud.

Quod nuptiæ terram implent, virginitas paradiſum, 32.q.1. nuptiæ.

Quod velle nubere poſt votum caſtitatis damnabile eſt, 27.q.1. nuptiarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, & vbi agitur de Diuortio, & vbi agitur de Bigamis.

OBEDIENTIA. Quod obedientia eſt quidquid à ſuperiore vtiliter imperatum fuerit obtemperare, 33.q 1 ſumma.

Quod obedientia ſola fidei meritum poſſidet, ſine qua quiſquis fidelis conuincitur, & infidelis eſſe iudicatur, 8.q 1 ſciendum, in ſi.

Quod obedientia in ſcriptis debet promitti, 23. diſt. Quanquam.

Quod obediendo in deſideratis, & obediendo in contrariis præter voluntatem, nulla eſt obedientia, 8.q.1 ſciendum.

Quod obedientia propria voluntate mactatur, 8.q. 1. ſciendum.

Quod obedientia quia cogit eſſe ſub aliena poteſtate, nihil debet habere proprium, 7.q.1. non dicatis.

Quod obedientia eſt fructuoſa, quia per ipſam in præſenti meretur gratiam Dei, 93 di. nulla. & cap. ſeq.

Item futuram per ipſam meremur ſalutem, 93. d. ſi inimicus, 11 q.3. quid ergo.

Quod ſine ipſa incurrimus æternam reprobationem, 93 d nulla & c. ſeq.

Quod propter obedientiam eſt bonum omittendum, ſed nunquam malum mortalis culpæ committendum, 11.q.3. quid ergo.

Quod

Quod aliis præpoſitus non debet ferre moleſtè aliquem ſibi prælatum eſſe, ſed obedientiam quam exigit ab aliis, ipſe impendat, 23.d.quanquam, 2.q.6.qui ſcit.

Quod vbi duo ſuperiores mandant vel præcipiunt oppoſita, nō eſt obediēdū, 1.q.3. ſi is, 8.d.q̄ cōtra.

Quod in dubiis ſemper eſt obediendum, 23.q.1.qui culpatur, ante fi.

Quod non eſt ſemper malum non obedire quia cum præcipitur aliquid contra Deum, prælato non eſt obediendum, 11.q.3.non ſemper, & 8.c.ſe.

Quod ſeruus obediens domino ſuo malo, excuſatur pro tanto, quia ſeruus, ſed non pro toto, 22.q.5.qui compulſus, 86.d.qui prodeſt.

Quod ſuperioribus ſeſtinantur eſt obediendum, 93.d.ſi inimicus.

Quod Deo principaliter obediendum, 8.d.quæ contra, 11.q.3.imperatores.

Item poſt Deum Romanæ eccleſiæ diligentius, 12.d.præceptis, 93.d.obedientiam.

Item epiſcopis, 7.q.1.quis frater.

Item ſæcularibus poteſtatibus 8.d.quæ contra.

Item abbatibus religioſis, 18.q.2.abbates.

Item quilibet ſuo ſuperiori, 93.d.à ſubdiacono.

Quod ideò Deo principaliter eſt obediendum, quia ſicut poteſtas maioribus præponitur ad obediendū, ſic Deus omnibus hominibus, 8.d.quæ cōtra.

Quod poſt Deū ideo Romanæ eccleſiæ eſt obediendum, quia ipſa eſt caput & mater omniū eccleſiarum, 12.d.non decet, & c.ſe, 93.d.ſi inimicus.

Quod epiſcopo à clericis & ſacerdotibus ſuæ diœceſis eſt obediendum & reuerentia debet eis exhiberi, 7.q.1.quia.

Quod ſæcularibus poteſtatibus ſic eſt obediendum, vt Deus non offendatur, 8.d.quæ contra, 15.q.6.nos, & c.ſeq.

Quod abbatibus monachi & alij religioſi ſpecialius ſuo prælato in his quæ ſpectāt ad regulam, quàm epiſcopo tenentur obedire, ſicut clericus tenetur plus ſuo epiſcopo obedire, quam archiepiſcopo, 18.q.2.quàm ſit, § nullus & c.abbates, 9.q.3.conqueſtus.

Quod omnibus ſuperioribus, dummodo non ſint hæretici, licet ſint aliàs mali, quamdiu tolerat eos eccleſia, eſt eis obediendum, 2.q.7.ſacerdotes.

Quod ſi lex obediendo poteſtati legitimæ ſi quempiam occiderit, non culpatur, 23.q.5.Miles, & c.cum homo.

OBLATIO. Quod oblatio eſt duplex, videlicet ſpiritualis, quæ eſt corpus & ſanguis Chriſti, & temporalis, quæ fit ex reb.mūdi.de cō.d.2.tribus.in fi.

Quod oblatio euchariſtiæ quæ ꝓpriè ſpiritualis eſt, omnem oblationem præcellit.de conſ.d.2.nihil.

Quod ab omni ſorde purgati debēt hanc oblationē offerre, 50.d.& purgabit, 81.d.oportet.in fine.

Quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 81.d.propoſuiſti.

Quod licet hæc oblatio ſancta ſit, non tamen indignè offerens eam ſanctificatur, ſed plus polluitur, 1.q.1.prophetauit.

Quod in oblatione rerū temporaliū Deus plus pēſat voluntatē offerentium quam oblatū, 24.q.1.odi.14.q.5.ſcriptum, 45.d.duæ, 13.q.2.c.1.§.ſeq.

Quod quilibet Chriſtianus videtur teneri offerre in feſtiuitatibus.de conſec.d.1.omnis Chriſtianus.

Quod oblatio ex iniquo eſt maculata, & ideo infructuoſa, 14.q.5.immolans.

Quod oblationes iniquorū nō reſpicit Deus, ſicut ad munera Cain non reſpexit, 3.q.7.in gradibus.

Quod quidquid in ſacrificio Dei ex ſcelere offertur, non placat ipſius iracundiam, ſed irritat, 1.q.1.non eſt putanda.

Quod oblationes diſcordantium, & pauperes opprimentium, non ſunt recipiendæ, 90.d.oblationes.& c.ſeq.7.q.4.c.mirror.

Quod retinentes oblationes defunctorū, necatores ſunt pauperū, 13.q.2.qui oblationes, & duob.c.ſe.

Quod laici oblationes altariū & præcipuè beati Petri & ſanctæ Mariæ rotūdæ accipere ſub anathemate prohibētur, 10.q.1.quia, & c.ſe, 12.q.1.nulli.

Quod olim de oblationibus fiebant quatuor partes, 12.q.2.vobis, & c.vulteranæ, & 7.c.ſeq.

Quod voluntariè oblata poſſunt accipi ſine peccato, 1.q.2.q.& c.poſtquā, & c.ſe.18.d.de eulogiis.

Quod indignum eſt offerre Deo quod dedignatur homo, 49.d.c.vl.in fi.

Quod illi oblationes non debent percipere, qui vix valent pro ſe nec prò alio orare, 10.q.1.hanc.

OBLIGATIO. Quod obligatio fit propter futuram cautelam, 1.q.7.quoties cordis.

Quod oblatio quādoq; fit ſub pœna excommunicationis, 1.q.7.quotieſcūq; de con.d.2.ego Berēgarius.

Quod coram Deo tantum obligat ſimplex verbum quantum iuramentum, 22.q.5.iuramenti.

Quod bona eccleſiarum laicis obligari non debent, 86.d.peruenit.

Quod obligati ad ratiocinia non debent ad ordines promoueri, 55.d.priſcis.

OBSTINATIO. Quod obſtinatio eſt conſiliis ſalutaribus nolle acquieſcere, 48.d.quod ad.

Quod obſtinatus eſt qui poſt inſpirationem vel reuelationem ſibi factam in eo quod errauerat, perſeuerat, 8.d.conſuetudo.

Quod obſtinatis in malitia Deus nūquā miſeratus fuit nec miſerebitur, 23.q.2.legatur, & c.dānationis.

Quod ideo obſtinati indigni ſunt venia, quia peccāt ex certa malitia, 8.d.conſuetudo, 82.d.quia.in fi.

OCCASIO. Quod occaſio non eſt danda alicui per malum exemplum, 12.q.1.nolo.

Item nec per fauorem nec per auxilium, 14.q.6.c.1.circa medium.

Quod ſacerdos dat puero occaſionem damnationis cum propter ſuam auaritiam moritur non baptizatus, 1.q.1.placuit vt vnuſquiſque.

Quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet debet alicui occaſionem mala committendi, culpantur, 23.q.5.de occidendis, & c.non fruſtra.

Quod qui in ludo licito vel alio modo alterius fuerit præter intentionem occaſio mortis non culpatur, 50.d.cum qui & 4.c.ſeq.

OTIVM. Quod otiū hoc commodū propriū nemo vtilitati eccleſiæ dēt præponere, ſed vocatus ad regimē in corde dēt obtemperare, 16.q.1.vos.

Quod prælatus plus tenetur cunb.cōmiſſis quàm otio contemplationis intendere, 7.q.1.ſuggeſtum.

Quod nemo debet in loco orationis attendere fabulis otioſis, 1.d.n.§.aliàs ante fi.

Quod de omni verbo otioſo reddenda eſt ratio, 22.q.5.quoties.

Quod incōgruū eſt otioſū eſſe, & de alieno labore victū quærere, 13.q.1.eccleſias.§.proximo in fine.

Quod ſēper aliquid operis facito vt te diabolus ſemper inueniat occupatum, de con.d.5.nunquam.

Quod ꝓdeſt malefactores truſcare, quia ab inſana vita ad lauandū orā diriguntur, 23.q.5.c.1.circa me.

Quod non licet Chriſtianis in Calēdis otiis vacare, & ſuperſtitionibus intendere, 26.q.vl.non licet.

OCCIDERE. Quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, de pœ.d.1.homicidium.

Item odio in corde.ibid.

Item detractione in ore, ibid.

Itē panis ſubtractione, 86.d.paſce.14.q.5.immolās.

Item in delinquentium non correctione, quia cum paſtor delinquentes non arguit, tacendo, occidit, 43.d.Epheſus.

OCVLVS. Quod oculus impudicus impudici cordis eſt nuntius, 32.q.5.nec ſolo.

Quod non tantum ſufficit oculos caſtos cuſtodire, ſed etiam linguam, 6.q.1.ex merito.in fi.

Quod præcipuè clerici non debent incedere vagis oculis nec lingua effrænata, 23.d.his.circa medium.

Quod qui miniſtros eius tangit, velut pupillam domini tangit, 2.q.7.accuſatio quoque.

Quod epiſcopi ſunt oculi Dei, 6.q.1.oues.

Quod diaconi, qui non dicuntur archidiaconi, ſunt oculi epiſcopi, quia vice ipſius debent totam diœceſim perluſtrare, 93.d.diaconi eccleſiæ.

Quod priuatus oculo qualicumque ex cauſa priuatur ſacerdotij iure, 55.d.ſi Euangelica.

ODIVM. Quod odium fraternum & homicidiū pari culpa iudicantur, de pœ.d.prima homicidiū.

Quod odio debent haberi peccata, non homines, 85.d.odio, 23.q.4.duo.

Quod clerici maximè debent odium & æmulationes fugere, 21.d.his igitur.

Quod nemo poteſt veram pœnitentiam agere, nec gratiā baptiſmi recipere, niſi primū dimittat odiū in corde, de pœ.d.5.falſas.de cō.d.4.quomodo.i fi.

Quod qui diuturnum odium non dimittit admonitione præmiſſa per presbyteros, à cœtu fidelium eſt expellendus, d.90.placuit.

Quod probatur odiſſe vitia qui arguit delinquentes, 26.d.inferiorum.

OFFICIVM. Quod officium aliud eſt ſæculare, aliud diuinum ſiue eccleſiaſticum, 19.d.ſi officia.

Quod officium ſæculare aliud eſt licitum, quod ſci licet caret peccato, aliud illicitum, quod ſine peccato exerceri non poteſt, de pœ.d.5.falſas.

Quod officiū illicitū eſt deſerendum, quia exiſtendo in ipſo pœnitentia nō poteſt agi, de pœ.d.5.falſas.

Quod occupantes ſe illicitis officiis, ab eccleſiæ officiis ſunt expellendi, 81.d.conſequens eſt.

Quod clericis arte licita licet victum quærere abſque diuini officij detrimento, 91.d.clericus & c.ſeq.

Quod officium diuinum ſiue eccleſiaſticū eſt diligēter exequendum, 12.d.de iis, 91.d.presbyter.

Quod officium Metropolitanæ eccleſiæ obſeruandū eſt per prouinciā, 12.d.de iis.de cōſ.d.2.inſtitutio.

Quod diuinum officium, præcipuè miſſa, ſecurius cum pluribus exequitur, 7.q.1.illud.

Quod ordinem officij in matutinis & in miſſa, & aliis horis conuenit omnibus clericis cuſtodire, de conſ.d.5.conuenit, & duob.c.ſeq.

Quod poſt matutinas & poſt veſperas, ſemper pater noſter, eſt dicendum.de conſ.d.5.ut ſemper.

Quod tenetur eſt clericorum ſeptem horarum officia qualibet die perſoluere, 91.d.presbyter.

Quod ſeptem horæ ibidem enumerantur.

Quod clerici in ſacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina, 92.d.c.vl.

Quod prælati officium diuinum aut per ſe aut per clericos debent explere, 91.d.presbyter.

Quod clericus diuinum officium non explens debet deponi, 92.d.c.vlt.

Quod officium diuinum plus corde quàm voce eſt exercendum & exequendum, 92.d.cantantes.

Quod publicus concubinarius Miſſam & alia diuina officia exequi non debet, 32.d.præter hoc.

Quod officium ſimoniacorum & in fornicatione iacentium ſcienter non eſt audiendum, 32.d.præter hoc.§.verum.in fi.

Miniſtros officia eccleſiæ exercentes, ſicut lectores, acolythos, ſubdiaconos, ſacerdotes, & archiepiſcopos, & epiſcopos, & alios, habes quoſlibet in hoc opere in ſuo loco cum ſuo officio declaratos.

Quod officia eccleſiaſtica ſingula ſingulis perſonis ſunt diſtribuenda, 89.d.c.1.

Quod quantæcūque exercitatæ perſonæ duo officia vno tempore non ſunt cōmittenda, 89.d.ſingula.

Quod in eccleſiæ officiis vitanda eſt conſanguinitatis ſucceſſio, ne hæreditario iure credant ſe ea vendicare.8.q.1.apoſtolica.

Quod potius ſunt danda extraneis bonis quàm propinquis malis, 8.q.1.Moyſes.

De officiis eccleſiæ habes vbi agitur de Beneficiis. & vbi agitur de Eccleſia.

De officio diuino habes, & vbi agitur de Cantu & celebratione, & vbi agitur de euchariſtia, & vbi agitur de Miſſa & de ordine.

OMISSIO. Quod omiſſio caſu vel per errorem contingens cautè eſt ſupplenda, 1.q.1.ſpiritus.§.proximo, 7.q.1.nihil.52.d.ſolicitudo.

Quod quando ſubſtantiale omittitur, non valet quod agitur, de conſ.d.4.in ſynodo, 22.q.2.animaduertendum, de pœ.d.5.fratres.

Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur, non contemptus, ſed prouidentia cenſetur, 63.d.Hadrianus.

OPERA. Quod opera bona vigilanter ſunt facienda, 86.d.fratrem.

Quod quotieſcumque bonum agimus, Deum confitemur, ſicut econtra malum faciendo ipſum negamus, 11.q.3.æſtimant.

Quod Deus in operib.bonū plus reſpicit animū quàm actum, 15.q.6.quandoque à iacentibus, in fi.

Quod vbi Chriſtus non eſt fundamentū, nullius boni operis poteſt eſſe ædificium, 1.q.1.cum.Paulus.

Quod Deus de malis actibus hominum bona operari conſueuit, 23.q.5.relegentes.

Quod opera non ſunt præcipitanda, ſicut nec conſilia, 50.d.ponderet.

Quod non ſolum reſpicienda ſunt opera, ſed etiam circunſtantiæ operum, videlicet tempus, cauſa, voluntas, perſonarum differentia, 15.q.8.occidit, de pœ.d.1.vt cognouerunt, §.opponitur.in fi.

Quantum ad tempus reſpicienda ſunt, quia multa permittebantur olim, quæ non modo, & modo, quæ non olim, 32.q.4.quis ignoret, & c.ſe.35.q.1.c.1.34.d.fraternitas.

Quantum ad cauſam, ſicut quia Phinees non occidit propter perſonæ odium, ſed propter legis zelum, 23.q.8.legi & c.ſeq.23.q.6.cum homo.

Quantum ad voluntatē, quia qui præter voluntatē occidit, non ſic culpatur ſicut voluntatē habēs, 50.d.cum qui, & 4.c.ſeq.15.q.1.non eſt, & tribus c.ſeq.

Quantum ad perſonarum differentiam, videlicet vtrum ſit perſona nobilis vel ignobilis, vtrum ſit ſapiens vel ſtultus, 40.d.homo Chriſtianus.

Quod ſanctorum filii non dicuntur qui tenent loca eorum, ſed qui eorum exercent opera, 40.d.nō eſt.

Quod bona opera ꝓſunt ad dignitatis ſublimationem, 56.d.quia.

Item ad irregularitatis diſpenſationem, 1.q.7.tali.

Quod mediocri bonum opus maiori non eſt præferendum, de conſ.d.5.non mediocriter.

Quod culpa pia operatione ſolet purgari, 22.q.2.quæ libet. Exemplum ibi de obſtetricibus.

Quod aliquando ſunt facienda ad quæ non tenemur, & illa ſunt gratuita, 28.q.1.iam, poſt medium Exēplū ibi de Xpō qui tributū ſoluit cū nō teneret.

Quod bona opera mortificantur per peccatum mortale, de pœ.d.4.§.finis circa medium.

Quod

Quod reuiuiſcunt per pœnitentiam
Quod per opera bona teguntur peccata,45.d ſed illud.
Quod opera facta extra fidem & charitatem non valent ad ſalutem,24.q.1.od & c ſe.de conſ.di.5 nihil enim.
Quod licet malis bona opera non proſint ad ſalutem,non tamen ſunt omnino inutilia,quia proſunt ad alia,14 q.5 qui habetis,& ſ ſeq.
Quod licet quædã opera ſunt inde [illegible] in ipſis quis demereri põt & mereri,23.q 5 [illegible] & c ſeq
Quod opus male inchoatum bonum finem habere non poteſt,1.q 1.principatus
Quod ſicut peccatum opus ſine voluntate non facit,ita & iuſtitia ex opere non conſummatur, niſi voluntas affuerit,32.q.5 ſicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de eleemoſyna.

OPPRESSIO Quod oppreſſio dicitur quæ fit in pauperes contra iuſtitiã & veritatẽ,11.q.3 pauper.
Quod omnis oppreſſio & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt.de pœn.diſt.1.omnis.
Quod oblatio oppreſſorum pauperum non eſt recipienda,90.di.oblationes,& c eorum.
ORATIO Quod oratio eſt pij animi affectus,omnia in Deum prætendens. de conſ.diſt.1. quando autem ſtamus.
Quod non verbis tantum, ſed corde orandum eſt domino de conſ.di.5 non mediocriter.
Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus, quàm id de quo deprecatur de con.d.1.quando.
Quod cum quolibet verbo orationis debet concors eſſe ſenſus cogitationis de conſ.diſt.4.nunquam.
Quod orationis voces ad aures Dei non dirigun tur niſi cum animi affectu,17 di.ſedulo.
Quod melius eſt quinque pſalmorum cantatio cũ deuotione, quam totius pſalterij modulatio cum anxietate,de conſ.di.5.non mediocriter.
Quod verſus orientẽ eſt orandũ,& per conſequens oratoria ſunt facienda,11 diſt.eccleſiaſticarum.
Quod in ſignum reſurrectionis Chriſti diebus dominicis & tempore paſchali non eſt orandum cum proſtratione, 20.diſt.ſi quis presbyter
Quod oratio dominica ſcilicet Pater noſter,poſt alias horas ſemper eſt dicẽda.de cõſ.d.5 id ſemper.
Quod orandum eſt ſine intermiſſione,de con.di.5. nunquam.
Quod prælati præcipuè orationi debent eſſe intenti,quia non tantum pro ſe,ſed etiam pro ſubditis tenentur orare,36.di.ſi quis vult.
Item clerici & religioſi,12.q.1. duo.
Quod prælatis non ſufficit oratio,niſi & adſit eleemoſynæ largitio,86.di.fratrem
Quod oratio eſt peccatorum purgamentum, 1. ipſi ſacerdotes
Quod ideo ſacerdotes dicuntur peccata hominum comedere,quia ea ſuis orationibus delent atque conſumunt,1.q.1.ipſi.
Quod oratio eſt contra viſibiles & inuiſibiles hoſtes efficax munimentum,36. diſt. ſi quis vult.
Quod per orationem diuina ſecreta reuelantur,8. q.1 ſi ergo.
Quod homines ſiue mortui,ſiue viui orationib adiuuantur,13.q.2.non æſtimemus,& quattuor c.ſe.
Quod quia à Papa ſalus dependet omnium, ab omnibus pro ipſo eſt orandum, 40. diſt.ſi Papa.
Quod pro illis qui ſeipſos interficiunt, vel pro illis qui pro ſuis ſceleribus interfecti ſine confeſſione decedunt,non eſt orandum,23,q.5. placuit.
Quod quando oratio à meliori porrigitur, tanto citius exauditur,1.q.1.ipſi,24.q 5.ſcriptum.
Quod Deum prouocans proprijs peccatis non bene poteſt intercedere pro alienis,1.q.1. fertur, §. vulneratos,& q.6.ego,in fin. 3 q 7. in grauibus.
Quod cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur,irati animus ad deteriora prouocatur,3 q. 7. in grauibus
Quod orationis tempore ab opere coniugali eſt abſtinendum,33 q 4 per totum.
Quod quia ſacerdotibus ſemper eſt orandum,ideo ipſis à mulieribus ſemper cauendũ, 11.d.ſi laicus.
Quod plus aliis ad orandum obligantur,qui aliorum eleemoſynis vtuntur,10 q.1.quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio,& vbi agitur de Miſſa.

ORDO Quod ordo eſt duplex,videlicet triumphantis eccleſiæ,& militantis,89. diſt. c. ad hoc.
Quod nullius vniuerſitatis gereretur adminiſtratio,quæ ſubſiſtere poſſet,niſi eam magnus differentiæ ordo ſeruaret, 89 .diſt.ad hoc.
Quod triumphantis eccleſiæ nouem ſunt ordines angelorum ſub octo generibus lapidum deſignati,de pœ.diſt. 2.principium,§.omnis lapis.
Quod in militanti eccleſia nil debet eſſe inordinatum,61 diſt. murmur.
Quod ordo familiæ Dei nutabit ſi quod requiritur in corpore,non inuenitur in capite,61.miramur.
Quod nouem ordinum gradus ſunt in eccleſia militanti,videlicet pſalmiſta,oſtiarius,lector exorciſta,acolythus ſubdiaconus, diaconus presbyter, epiſcopus quorum nominum derivationes & officia ipſis conſignificantia habes,21 di cleros.Et in hoc opere habes vnumquodque poſitum in loco ſuo ſecundum ordinem alphabeti.
Quod ordo epiſcoporum quadripartitus eſt,vt habes ſupra vbi agitur de epiſcopis.
Quod omnes prædicti ordines dicuntur ſacri,præcipuè tres,videlicet ſubdiaconatus,diaconatus,& presbyteratus,32.diſt.erubeſcant.
Quod antiquitus ſubdiaconatus non reputabatur ſacer ordo vnde in epiſcopum eligi non poterat niſi cum diſpenſatione,40.d.nullus in epiſcopatum,21.d.§.2 in fi. Vide quod ibi notatur.
Quod modo ordinandus in ſubdiaconum debet vouere caſtitatem,27.d.diaconus,& 28 nullum, & c.decernimus, & c.de his.
Quod pueri nullatenus ad ſacros ordines ſunt promouendi,1.q 1 pueri.
Quod infantes videlicet ſeptem annos habentes poſſunt tonſurari in clericos, & beneficia eccleſiaſtica per conſequens habere,28.diſt. de his.
Quod ordinãdus in lectorem vel exorciſtam, xij. annorum debet eſſe, 28.di de his
Item ordinandus in acolythum ad minus debet eſſe duodecim ann.77.di.in ſingulis
Quod nemo niſi 18.anno cũpleto & caſtitate ꝓmiſſa,debet in ſubdiaconum ordinari, 28.di.de his
Quod in diaconum ordinandus xxx. annos debet habere,28.diſt.de his.
Quod excepta neceſſitate nec in presbyterũ nec in epiſcopũ quis dẽt ordinari niſi tricesimo anno cõpleto,77.d c.epiſcopus,&c. ſe.78. di. per totum
Quod à minoribus ordinibus incipiendo debet gradatim aſcendere in presbyterum vel epiſcopum ordinandus,77 diſt.c 1.& c.ſeq.
Quod qui prætermiſſis aliquibus ordinibus epiſcopus efficitur,illos ordines quos non habet, aliis dare non poteſt,1.q.gratia,de conſ.diſ 5 quando ab Hieroſolymis.
De modo ordinãdi epiſcopũ habes,23.d.epiſcopus.
De modo ordinandi presbyterum habes, 2. diſtin presbyter,& c eccleſiaſtica.
Quod epiſcopus ordinando presbyterum dicit hæc verba, Conſecrentur & ſanctificentur domine, manus iſtæ,et quidquid conſecrauerint,conſecratum ſit,& quæcunque benedixerint, benedicta ſint,16 q.1. generaliter,in [illegible]
De modo ordinandi diaconum habes,23.diſt. diaconus.& c.ſeq.
De modo ordinandi ſubdiaconum habes, 23.diſt. ſubdiaconus.
De modo ordinãdi acolythũ habes,23.d.acolythus.
De modo ordinãdi exorciſtã habes,23.d.exorciſta.
De modo ordinandi oſtiariũ habes,23 d. oſtiarius.
De modo ordinandi lectorem habes,23.diſt.lector.
De modo ordinãdi pſalmiſtã habes,23.d. pſalmiſta.
Quod in ordinando ſolũ diacono & presbytero ab epiſcopo manus imponuntur,23.diſ.quorundam
Quod ſi epiſcopus manum tantum ſuper ordinandos ponat,& alter verba conſecrationis proferat, nihil fit,23.di quorundam.
Quod duos primos ordines minores in ſuo monaſterio poſſunt conferre abbates,69.diſt.quoniam.
Quod ordinandi ſiue ſint epiſcopi ſiue alij clerici, ſunt prius diligenter examinandi,24.diſt.per totum,76 diſt.ſi quis.& c ſeq.
Quod ordinatus vel per ſe,vel coram ſe per fide dignos tribus diebus ante ordinationem ordinandos debet in fide,moribus, & fama examinare, 24 d quando epiſcopus,& c ſe 77. d monachus.
Quod ad ordinationem clerici ſufficit teſtimonium epiſcopi proprij ſine examinatione, 16 q.ſi quis.
Quod in examinatione monachi teſtimonium ſufficit proprij abbatis ſine examinatione ordinantis, 16 q.1.monachi.
Quod ſine examinatione ordinatus debet deponi, 24 diſt.ſi quis presbyter,50 di.ex pœnitentibus.
Quod tempus ordinationis ſacerdotum & aliorum clericorum eſt ſabbatum quatuor temporum, & ſabbatum præcedens dominicam paſſionis, & ſabbatum ſanctum,63.d litteras,75.di.quoniam, § cæterum vſque ad finem,76.di.per totum.
Quod mane dominici diei ſequentis continuato ieiunio poſſunt fieri ordinationes 75.diſt. quod à patribus.& c.ſeq.
Quod epiſcopi die dominico,& alij clerici die ſabbati præter dominicam debent ordinari ſicut ab apoſtolis traditum inuenitur,75.diſ quod die.
Quod epiſcopus faciens ordines ſabbato,poſt nonam ,miſſam decantare debet, quia officium ad dominicam ſpectat,75 di.c.vlt.
Qd ꝓpter dignitatẽ diei dominicæ ſtatutũ eſt ordines fieri illo die, quia Deus illũ diem maximis operibus quæ fecit,conſecrauit, 75.diſ quod die.
Quod ordinantes & ordinandi debent eſſe ieiuni, 75.di.quod a patribus,& c.ſeq
Quod ordinandi promiſſionem debent epiſcopo facere ſub iuratoria cautione de obedientia & alijs honeſtis,23.di. quanquam.
Quod nullus ſine certo titulo eſt ordinandus, & ſi ordinatus, vacua & irrita eſt quantum ad executionem eius ordinatio,70 di neminem.& c ſeq.
Quod monachus etiã ſi non profeſſus fuit,vel quilibet alter religioſus ſub titulo monaſterij ordinatus ad ſeruiendum ibidem perpetuo obligatur.
Quod nemo debet coactus ordinari,quia,vt videtur, talis non recipit characterem, 74 di.per totum.
Quod nullus debet pretio vel fauore ſed ex vitæ merito ordinari,1.q 1.pueri.
Quod ordinandus debet eſſe ſobrius,non violentus,15 di.per totum.
Item debet eſſe hoſpitalis,42 di. §.1.
Item debet eſſe prudens in ſacra ſcientia,36. di. vſque ad 38 di.per totum.
Item debet eſſe domui benè præpoſitus,vt pote qui familiam ſuam benè educauerit,47 diſ.ſicut hi. §. neceſſe,& c.ſeq.
Quod multi faciũt ſe ordinari nõ ꝓpter deuotionẽ, ſed propter ſupplendã penuriã, 77.d.monachus.
Quod beneficiati vt ordinentur per epiſcopum ſunt compellendi,70.d.innouamus.
Quod ſicut inuitus qui ordinari renuit ſacris altaribus eſt amouendus, ſic ambiens vltro ſe offerens eſt repellendus,1.q.6.ſicut.
Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos ſtatus requirit per epiſcopum, honore ſunt priuand., 60.diſ.innouamus.
Quod nõ dẽt ordinari niſi diaconus in archidiaconũ,& presbyter in archipresbyterum,& in decanum non niſi presbyter,60 di §.1.& tribus c. ſeq.
De multis generibus hominum non ordinandorum habes,54.di.præcipimus,& quatuor c.ſe.50 di.ex pœnitentibus,50.d per totum
Item de bigamis non ordinandis habes,33 d per totum & habes ſupra vbi agitur de Bigamia
Quod habens vxorem ante baptiſmum & aliã poſt, ſiue vxorem ſiue concubinam, non eſt ordinandus,niſi cum diſpenſatione,33 d.ſi quis & c. maritum & c.habuiſſe.& 34.d.c. fraternitatis.
Quod bigamus ad ſubdiaconatum & ſupra ordinari non poteſt,32 d. ſeriatim.
Qd nemo coniugatꝰ ordinari dẽt niſi vxore requiſita,& caſtitate p̃ſẽte epiſcopo promiſſa,76 d epiſcopus
Quod in orientali eccleſia ordinandi etiã ad ſacros ordines heirẽ contrahunt,ſed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur,31 d.alter.
Qd corrũpẽs virginẽ & poſt cõtrahẽs cũ eadẽ,vẽ ꝙ non poſſit ordinari,34 d ci randum,& c ſeq.
Quod an in ordine lapſus poſt peractam pœnitentiam in ſuo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conſcendere,50 d.per totum.
Quod vſurarij & cupidi,quia tales de facili à vero deuiant,ordinari prohibentur,47 d per totum.
Quod homicidium ſiue pagani,ſiue Chriſtiani, ſiue publicum, ſiue priuatum, etiam poſt peractam pœnitentiam impedit ordinandum, & ordinati officium exequendum,50.di.miror.& c.ſeq.
Quod ſerui niſi libertati fuerint dati, non ſunt ordinandi,54.di.per totum.
Quod mulier non debet ordinari,32.d.mulieres.
Item illegitimi,niſi ſint in religione,abſque diſpenſatione non debent ordinari, maximè ad curam animarum,56 d. per totum.
Quod ordinandus debet recipere litteras ſuæ ordinationis,1.q 1 legum.
Quod non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt,15.q.2.ſi quis.
Quod ordinatus in presbyterum prætermiſſo ordine vno de minoribus, non debet exequi officium,59.diſt.ſi officia,& duobus c ſeq.
Quod ordinati ab hæreticis ſuſpenſis & interdictis in forma eccleſiæ,recipiunt characterem,ſed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem,qua carent,1.q.1.ſi qui à ſimoniacis.
Quod ordinatus ab hæretico non eſt reordinandus, 12 di.ſecundum
Quod ordinati ab hæreticis,ſi aliàs digni ſunt, tolerantur,niſi ſe fecerint reordinari ab ipſis, 1.q.7. ſaluberrimum in fin.
Item niſi ſe ſimoniacè à ſimoniaco fecerint ordinari 9 q 1.excommunicatis.
Itẽ niſi ſe fecerint rebaptizari de con. d.4 eos quos
Item tãſi in contemptum fidei,& eccleſiæ ſe fecerint ab hæreticis baptizari,1.q.7. conuenientibus.
Vnde verſus.

Si te bis, ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur,
Vel ſi præſtetur, vt vtrumque Simō operetur,
Seu vt euertatur fidei ſtatus, ordo petatur,
Vt diſpenſetur; ſpes irrita prorſus habetur.

Quod qui coactus ab hæretico vel ſimoniaca ordinem receperit, conſequitur executionem, 1.q 1. conſtat.
Quod ficté ordinatus vel in mortali peccato, non eſt reordinandus, 68.diſt. ſicut.
Quod ordinati ad ſacros vxor poſt mortem eius non poteſt contrahere, 28 diſt. quia ſunt culpæ.
Quod epiſcopus ordinans ſcienter indignum punitur, 34.diſt. quando. in fi. & 50.diſt. ex pœnitentibus, & 59.diſt. qui eccleſiaſticis.
Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis, vt cum ſeruus alterius ordinatur, & tunc ordinans condemnatur in duplum, 54.diſt. ſi ſeruus.
Item ratione ætatis, & tunc ordinatus deponitur, 77.diſt. ſubdiaconus.
Item ratione temporis, ſicut quatuor tempora, & quæ ſunt legitimè ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur, & ordinandi poteſtate priuatur, 77. diſt. ſubdiaconus
Item ratione carentiæ beneficij, & tunc ad iniuriam epiſcopi deponitur, 70 diſt. neminem.
Item ratione bigamiæ vel alterius irregularitatis, & tūc epiſcopus ordinādi poteſtate priuat, & ordinatus ordine ſpoliatur, 50. diſt. ex pœnitentibus.
Item ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur, 51. diſt. aliquantos.
Item ratione inſcientiæ, & tunc ordinator ordinandi poteſtate priuatur, & ordinatus ordine ſpoliatur, 36 diſt. qui eccleſiaſticis.
Quod de electione epiſcopi & aliorum Prælatorum non debet ſe intromittere, 63. diſt. Hadrianus.
Quod princeps debet reuereri epiſcopos, qui principum colla debent ſubmitti genibus ſacerdotum, 63. diſ. Valentinianus, 96 diſ. duo. in fi.
Item de bono ſtatu eccleſiæ debet prouidere, 96 diſ. boni, 23.q.5. principes, & c inceſtuoſi.
Item debet intendere ad tuitionem viduarum, & pupillorum protectionem, & raptorum refrænationem, 23.q.5. adminiſtratores.
Quod leges principum non poſſunt infringere ſtatuta pontificum, 10. diſ. per totum.
Item iudicantur & excommunicantur ab epiſcopis, 96 diſt. duo. & duobus c. ſeq.
De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus, & de poteſtate, & De Regibus.
PRINCIPIVM. Quod principium malum difficiliter bonum finem conſequitur, quia difficile eſt vt bono peragantur exitu, quæ malo incoata ſunt principio, 1.q.1. principatus & duobus c ſeq.
De hac materia habes vbi agitur de Exitu.
PRIVILEGIVM. Quod priuilegium dictum eſt eo quòd in priuato feratur, 3.d. priuilegia
Quod priuilegia ſunt leges priuatorum.
Quod priuilegium ſpeciale derogat generali, 25.q.1 c. vl. circa finem.
Quod priuilegium quandoque conceditur vni prouinciæ, 35 q.5. quædam lex, §. quod ſcripſi.
Item conceditur vni eccleſiæ, 16.q.1. hinc eſt.
Item quandoque vni perſonæ, 7 q.1. petiſt.
Quod perſonale priuilegium ad alium non extenditur, 7 q.1. petiſti. poſt med.
Quod priuilegium ſigillatim conceſſum omnibus non conuenit, 16.q.1. hinc eſt.
Quod priuilegia paucorum non faciunt legem communem, 25.q.1 c. vl. poſt med.
Quod ſemper cum pallio conceditur priuilegium ſpeciale, 100. diſ rationis.
Quod priuilegia conceſſa per ſuperiores per inferiores non poſſunt nec debent infringi, 9.q.3. conqueſtus, 22.q.2. vulneraſti, 25 q.2. priuilegia.
Quod eccleſia Romana aliarum eccleſiarum priuilegia debet conſeruare, 25.q.1. per totum.
Quod an poſteriora priuilegia derogent prioribus, 25.q. vl priuilegia, & 6.c ſe.
Quod Romana eccleſia põt alijs cõceſſa vel mutare vel penitus reuocare, 25 q. vl poſtea quàm, § his ita
Vtrum priuilegium valeat contra ſtatuta patrum, & dicta ſanctorum, 25.q.1. per totum, & q.2. poſtea § his ita.
Quod qui allegat priuilegium, debet monſtrare quod allegat, 100. diſ. contra morem.
Quod priuilegium meretetur amittere qui conceſſa abutitur poteſtate, 11.q.3 priuilegium, 25.q. vl poſteaquàm, § his ita.
Quod priuatur quis priuilegio propter ſcandalum, 5 q 6 hæc quippe.
Item propter fauorem alterius loci vel perſonæ, 22. diſt renouantes.
Item propter atrocitatem criminis, 11.q.3. ita, 9.q.3. conqueſtus.
Item propter renunciationem expreſſam, 7.q.1. quàm periculoſum.
Quod abutitur quis priuilegij poteſtate multipliciter videlicet quando quis ſuperior inferiorem totaliter inuitum compellit ad dignitatem, 74 d vbi.
Item qui eam exercent non ad ſubditorum vtilitatem, ſed ad ſuam voluntatem, 11.q.3. priuilegium.
Item qui eam non habet, ſed aſſumit propria temeritate, 25 q 2 poſtea, §. his ita, in ſi & c. ſeq.
PROBATIO. Quod probatio eſt duplex, videlicet diuina & humana 26.q.5 nec mirũ, ante me. & poſt.
Quod Deus permittit mala vt boni qui vident probentur vtrum verè ipſum diligant, 26.q.5. nec mirum, ante finem, & in fi.
Quod aduerſitas quæ bonis viris obiicitur, probatio virtutis eſt, non indicium reprobationis, 7.q.1. aduerſitas.
Quod mortem probatur infligere qui hanc cum poſſit non excludit, 83 diſt. § 1.
Quod in humanis iudicijs onus probationis reo non incumbit, 6 q.5 quod autem.

Quod ſi reus laborat infamia & ſi nõ poteſt probari propter ſcandalum tenetur ſe purgare, 6.q.5.§.vlt.

Quod accuſatus non negationẽ ſed exceptione probare debet, 6.q.5. quod autem. §. item accuſatus.

Quod probatur crimen ſine aliud factũ n implicíter, videlicet per confeſſionem, 15.q.5. presbyter.

Item per rei euidentiam, vt cum quis in crimine deprehenditur & comprobatur, vt 50. diſ. ſi quis diaconus, 81. diſ ſi quis clericus, & c presbyter.

Item cum quid ita notorium eſt vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, 2.q.1 de manifeſta, & duob c.ſe.

Item per famam, 4.q.3. placuit, § item in criminali.

Item per præſcriptionem, 18. diſ. peruenit, & 44. diſ. multis.

Item per iuramentum, 16.q.3. dilectio.

Item per inſtrumentum, 16.q.3. placuit, § poteſt.

Quod per vnum teſtem nihil probatur niſi cum miraculo, 4.q.3. in ſi. §. ſed obiicitur. Exemplum ibi de ſancto Bricio.

Quod proponens calumniam & non probans punitur, 5.q.6. quia iuſta, & c. ſeq.

Quod probationis tempus, & religionis habes vbi agitur de profeſſione, & vbi agitur de monachis.

De hac materia habes vbi agitur de Teſtibus.

PROCVRATIO. Quod procuratio epiſcopi vel archidiaconi tẽpore viſitationis non debet eſſe grauis ſed modeſta, 10.q.3. cauendum, & duob. c. ſeq.

Quod procuratio non debet fieri niſi vno die, & hoc cum moderata ſocietate, 13.q. vlt. inter.

Quod ſi epiſcopus vel archidiaconus nõ viſitat nomine procurationis nil dẽt exigere, 10.q.1. relata.

PROCVRATOR. Quod procurator dicitur defenſor eccleſiæ, 1.q.3. Saluator, circa med.

Quod infamis nõ poſſit eſſe pcurator, 3.q.7. infam.

Quod in capitali ſiue in criminali cauſa nõ per procuratorem, ſed per ſe agendum eſt, 2.q.6. ſi quis in quacunque, §. cum autem, & c ſi quando

De hac materia habes vbi agitur de Aduocatis.

PRODITIO. Quod proditio ad mortem maius peccatum eſt homicidio, de pœn. diſ 1 periculoſè.

Quod qui veritatem non defendit vel pronunciat, proditor eſt veritatis, 11 q.3. noli timere.

Quod qui nulli cognitum peccatum publicat non correptor, ſed proditor eſt, 2 q.1 ſi peccauerit.

Quod qui hominem prodit ipſum interficit, de pœ. diſ 1. periculoſè.

Quod clericus proditionibus vacãs degradatur, 46. diſ. clericũs

PROFESSIO. Quod profeſſio religionis facta infra annos diſcretionis nõ tenet, 20.q.2. c. 1. & 1 ſe.

Quod profeſſio regularis fit per ſcripturã vel per aliquod ſignũ ſubſcriptũ, 29.q.2. c vl. 27.q.1. omnes

Quod nemo debet recipi ante annũ probationis ad profeſſionẽ, 17.q.2 Gõſaldus, 19.q.3 monaſterijs.

Quod laicus incognitus ante profeſſionem probari debet per triẽnium, ne forte ſit ſeru⁹, vel ratiociniis obligatus, 17.q.2 ſi quis incognitus, 53. diſ. legẽ.

Quod clericus incognitus probari debet per biennium, 19.q.3. monaſterijs.

Quod non eſt tempus probationis annus, vt 17.q. 2. Gonſaldus, & 20.q.2. puella.

Quod regularis ſemper & vbique profeſſionis veſtibus debet vti, 20 q.1. c. vlt. 27.q 1. omnes.

Quod religioſus ſi ordinatur ſub titulo monaſterij etiã ſi aliter nõ eſt profeſſus, hoc facto tãquã pfeſſus illi monaſterio perpetuo obligat, 70 d. ſanctorũ

PROHIBITIO. Quod prohibitio Dei eſt diligentius ſeruanda quàm hominum, 10. diſ. lege.

Quod prohibitio prælati ſi propter neceſſitatẽ rũpitur non culpatur, 13.q.3. anteceſſor, & c ſeq.

Quod illud quod non eſt prohibitum, videtur eſſe conceſſum, 30.q.3 poſt vxoris.

Quod non omne quod non prohibetur conceditur 30 q.4. quod autem.

Quod illud officium non eſt prohibitum pro quo licet accipere ſalarium, 23.q.1. militare

Quod prohibetur ſimpliciter bonũ propter multa, videlicet propter lapſus cautelam, 17 q 1. ſunt qui. Nota ibi de matrimonio, & de religione.

Itẽ propter vitandam iactantiam, 21. di denique vbi prohibetur ſacerdos benedicere epiſcopo pręſẽte.

Item propter mali occaſionem, ſicut frequenter iurare, quia talis peierat, 22 q.1. non eſt. & c ita ergo.

Item propter ſcandalum, 27.q.2. ſi quis ſponſam.

Quod prohibentur Chriſtiani, ne figmenta poetarũ legant, quia prouocant ad luxuriam, 37. diſ. ideo.

PROMISSIO. Quod promiſſio eſt impia quæ ſcelere adimpletur, vnde in malis promiſſis fides eſt reſcindenda, 22.q.4. in malis.

Quod inhoneſtum non eſt promittendum, 22.q.4. vnuſquiſque.

Quod peius eſt adimplere illicitũ promiſſum, quàm periurare, 22 q 4. vnuſquiſque.

Exemplum ibi de Herode & ſaltatrice, 12. diſ dno.

Quod non eſt mendacium venire contra promiſſum, 22.q.2 beatus Paulus.

Quod cum noxia promiſſa complemus, Dei iuſſa contemnimus, 13 diſ. duo

Quod nõ eſt trãſgreſſor promiſſi qui vt ne impleat, neceſſitate prohibetur, 11.q.3. anteceſſor, & c ſeq.

Quod in promiſſis plus eſt ſub intelligendum quàm quod exprimatur, 22 q.2. beatus Paulus, & 11.q.2. anteceſſor

Quod à Deo nõ ſtatim conceditur quòd à ſanctis impetrandum promittitur, 50. diſ. ſi quis præpoſtera. Exemplum ibi de Moyſe, qui orans pro populo non impetrauit.

PROMOTIO. Quod promotio eſt de minoribus ad maius, 93. diſ. legimus, in ſi. & 50. diſ ſi officia, & c. ordinatos.

Quod in ſpirituali promotione quandoque poſſunt interuenire pacta honeſta, 18.q.2. Eleutherius, 10 q vlt. c. vlt.

Quod in promotione inhoneſta pacta prohibentur 1.q 2 quam pro, in fin.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſiis, & ordinibus, & de Simonia.

PROPHETA. Quod propheta largo nomine dicitur prædicator & doctor, 43. di. in rector

Quod propheta dicitur qui futura denuntiat, 22 q. 2 ſi quælibet, § Abraham.

Quod propheta de futuris quandoque pronunciat quod ignorat, 22.q.2 ſi quælibet § Abraham.

Quod quantumcunque ſit verus propheta, ſi annũciat aliquid quod eſt contra Deum, non eſt ei credendum, 26.q.5 nec mirum, ante fin.

Quod mali quandoque prophetizant, 1.q.1. prophetauit. Exemplum ibi de Saul

Quod mali prophetæ habent ſpiritum prophetiæ, non meritum.

quod mali prophetæ donum prophetiæ vendebant 1 q. 1 iudices, & c. nunquam.

quod veri prophetæ populum propter malitiam eius non deſerebant, ſed ipſum de malitia arguebant, 23.q 4. tolerandi ſunt.

PROPRIETAS. quod proprietas inducta eſt propter iniquitatem hominum cum prius eſſent omnia cõmunia ſicut aer, & lux, 12.q.1. dilectiſſimis.

quod proprietas perſonalis non dicitur eſſe in facultatibus eccleſiæ, quia ſunt communes, 12.q.1. expedit, & c res eccleſiæ.

quod de rebus eccleſiæ nullus poteſt dicere, hęc res mea eſt, 12.q.1. nulli, §. ſi ergo

quod an epiſcopi vel clerici dicantur proprium habere, 12.q.1. per totum.

quod ignominia eſt epiſcopi ſtudere proprietati, 12 q 2. gloria.

quod epiſcopi in rebus eccleſiæ ſunt pauperum diſpenſatores, 12.q 1 expedit.

quod clerici in rebus eccleſiaſticis nil habent proprietatis, 12 q.1. duo ſunt.

quod clerici facientes proprium de rebus eccleſię delendi ſunt de tabula clericali, 12 q.1 nolo.

quod regulares nil debẽt habere propriũ, 12 q 1. nolo.

quod qui nihil habent proprium non poſſunt facere teſtamentum.

quod licet perfectis non conueniat habere propriũ, poſſunt tamen eſſe rerum eccleſiaſticarum diſpenſatores, 12.q.1 expedit.

quod regularis habens proprium viuẽs mortuus eſt.

PROSPERITAS. Quod proſperitas malorum reſultat in caput eorum, de pœn. diſ. 3. §. quàquam & c. quid ergo turbamur.

quod boni non debent perturbari de proſperitate malorum ſicut nec de aduerſitate eorum.

quod nihil infelicius proſperitate peccantium, 23.q. 1. paratus, in ſi.

quod mali propter bona quæ faciunt præſentẽ proſperitatem in retributionem recipiunt, de pœn. diſ. 3 §. quanquam, & c. quid ergo turbantur.

PROVINCIA. Quod prouincia dr̃ q̃ habet decẽ vel vndecim ciuitates, & vnũ regẽ, 6.q.3 ſcitote.

Quod non licet habere iudicem alterius prouinciæ niſi detur per ſuperiorem, 6 q.3. §. 1. 11. q. 1. iudices

quod reus nõ dẽt trahi extra prouinciã niſi ratione rei quæ dẽt diluci vbi cõtingit, 3.q.6. neminem.

Item ratione appellationis, 3. q. 6 peregrina, 6.q.3. ſcitote, 2 q.6. qui ſe ſcit.

Item ratione mãdati maioris iudicis, 3. q.6 vnaquæque.

Item ratione criminis, 17.q.4. ſi quis ſuadente.

Item ratione quæſtionis & dubitationis circa fidem vbi recurritur ad Papam, 24.q 1. quoties.

Itẽ ratione perſonæ, ſicut eſt epiſcopus de quo non diffiniendum ſine Papa, 3.q.6. quamuis, 11. q. 1 iudices.

PROXIMVS. Quod proximus diligitur cum à malo retrahitur, & ad Deum colendum perducitur, 23.q.4 c. vlt.

Quod prælatus non debet ſecretum ſuum præponere vtilitati proximorum, 8 q.1. in ſcripturis, & c qui epiſcopatum.

Quod nos proximos Deo loca non faciunt, ſed merita 40 diſ. non loca.

De Proximo habes vbi agitur de Dilectione proximi.

PRVDENTIA Quod prudentia maxime debet eſſe in prælatis, 36. diſ. §. 1.

Quod prudentia prælatorum debet eſſe non ſolum in literarum peritia, ſed etiam in negotiorũ ſecularium ſolertia. ibidem & 38. diſ. §. 1.

PSALMISTA quod pſalmiſtæ pſalmis à canendis dicti ſunt, 25 diſ perfectis, 21. diſ clericos.

Quod pſalmiſtę officiũ eſt canere reſpõſoria, & quid quid pertinet ad cãtandi peritiam, 25. d. perfectis.

PVBERTAS. Quod pubertas maſculi ſunt, xiiij. anni, & fœminæ duodecim, 20.q.2. puellæ, §. cum ergo. & q 2 ſi in qualibet.

Quod infra pubertatis annos nec ad religionẽ nec ad matrimonium ſi quis obligatur, 20.q 1. addidiſti & q 2. ſi in qualibet & c. puella.

Quod propter publicam honeſtatẽ nemo poteſt ſpõſam alterius conſanguinei ducere, & ducens ſeparatur, 35 q.1. §. porro.

PVDICITIA Quod pudicitia eſt animæ virtus, quæ plus vult quæcũq. mala tolerare, quam malo cõſentire, 32 q.5. ita ne. Exemplũ ibi de Lucretia.

Quod nemo pudicitiam ſeruat in corpore niſi prius ſpiritum ſua caſtitate, 32 q.5. ita ne.

Quod pudicitia ſi mente ſeruatur propter corporis violentiã nõ violatur, 32.q.5. magis, & c. ſi autem

Quod animus pudicus non habet oculum impudicum, 32.q.5 nec ſolo.

Quod pudici filij paternam verecundiã contegunt, 96. diſ. in ſcripturis. Exemplum ibi de filiis Noe.

De hac materia habes vbi agitur de Caſtitate.

PVNITIO Quod punitio parentum qui delinquunt, in quartam generationem dilata, eſt ſignum diuinæ clementiæ dum ſemper expectat ad pœnitentiam, 1 q.4. homini qui, § econtra.

Quod Deus punit peccata per neſcientes ſicut per Sẽnacherib. vnde propheta, Virga furoris mei Aſſur

Quod quia nõ Deo ſed viribus ſuis attribuit, dictũ eſt ei, Nũquid gloriabitur ſecuris, & c. 23 q.5. §. vl.

Item per Nabuchodonoſor, vnde Dominus, quid dabo ei qui ſeruiuit mihi apud tyrum? & tamen idẽ poſtea inde ſuperbiens factus eſt bos.

Itẽ per Antiochũ, qui ſuis viribus hęc aſcribẽs audiuit, Effunde irã tuam in gẽtes quæ te nõ nouerũt.

Item per Romanos qui necẽ Chriſti in Iudæos vindicauerũt, quod quia ſibi aſcripſerũt, dictũ eſt eis Eleua man⁹ tuas ſuper gẽtes quæ te nõ nouerũt.

Itẽ punit Deus per ſciẽtes, ſcilicet filios Iſrael qui ex mãdato occiderunt Amorrhæos ibid. poſt mediũ

Item punit per quoſcunque vbi iuſtum bellum geritur, & vires Deo aſcribuntur. ibi circa finem, & c. ſunt quædam, 15.q.1. non eſt.

Quod punitur ſola attentatio, 36. quæſtione 2. ſi quis virginem

Quod punitur ſola voluntas, 27 q.1. nuptiarum.

Item punitur ſola ſpes vel expectatio, 14 quæſt. 3. ſi fœnerauer s.

Item punitur ſola cogitatio, 47. diſ. quoniam multi.

Item punitur ſola aggreſſio, de pœn. diſ. 1. ſi quis.

Itẽ punitur ſola aggreſſio, de pæ. d. 1. ſi quis necãdi.

Item punitur ſolus auſus. de pæ d. 1 ſi quis pulſatus.

Item punitur ſola ſolicitatio, 36. quæ. 1. ſi quis non dicam.

PVRGATIO. Quod purgatio eſt quadruplex, videlicet ſpiritualis, canonica, vulgaris, & purgatorij ignis.

Quod ſpiritualis purgatio, quæ eſt à peccatis, fit per fidei feruorem, 15.q. vlt. c. vlt

Item fit per baptiſmum & pœnitentiam, de conſe. diſ. 4. non poteſt.

Item Euchariſtiæ & aliorum ſacramentorum acceptionem.

Itẽ fit per quælibet opera pietatis, 22.q 2. ſi quælibet

Item fit per aduerſitatem & tribulationum tolerantiam, 50. diſ. & purgabit.

Item in hoc quod Eſaias fuit purgatus calculo ſorte quàm miſſus, innuitur quod nõ niſi purgatus dẽt ſecreta cœleſtia aliis nuntiare, 8.q.1 in ſcripturis

Quod canonica purgatio fit per iuramenti ſacramentum, 2.q.5. presbyter vel quilibet.

Item indicitur quando quis infamatur apud bonas & graues perſonas, ſiue per inimicos, ſiue per alios :

q.5.preſbyter ſi,& c.omnibus,6.q.vlt per totum.

Quod non inducitur purgatio quādo apud viles perſonas quacunque præſumptione infamatus fuerit,2.q.5.omnibus.

Quod cum certo numero manuū debeat fieri purgatio,iudicis tamē arbitrio relinquitur,2.q 5.preſbyter ſi c.omnibus.

Item debet fieri purgatio apud quos eſt infamatus vt ibi moriatur malum vbi contingit,de conſ diſ. 2 ego Berengarius,in ſi.

Quod purgatio in manifeſtis & notoriis non requiritur,11.q. 3.curæ ſit.

Quod canonica purgatio diuerſimode exercetur in clericis,2.q.5 per totum.

Quod ſummus pontifex propter ſcandalum ſedandum ſine præiudicio aliorum pontificum purgat quandoque ſemetipſum,2 q.5 auditum.& § ſeq.

Quod Leo papa purgauit ſe cū duodecim epiſcopis. 2.q 5.omnibus,circa ſi.

Quod Sixtus papa purgauit ſeipſum in cōcilio,2.q.4. mandaſtis.

Item Damaſus papa cum quadraginta duobus epiſcopis in concilio ſe purgauit, 2 q 7.nos,circa ſi.

Quod epiſcopus vel electus infamatur cū quinque vel ſeptem epiſcopis debet ſe purgare,25.diſ.illud.

Quod epiſcop⁹ vel presbyter poteſt ſe purgare per iuramentū ſuper altare vel euangelia,2 q 5.habet, & c.Mennam,& omnibus c.ſeq.

Quod purgatus coram ſuperiori ſine litteris expurgationis non debet redire,8 q.5.quilibet.

Quod clericus infamatus ſi non poteſt conuinci,tenetur ſe per iuramentum purgare,2.q 5 presbyter. c.omnibus,& c.ſeq vſque ad fin. [illegible]

Quod clericorum purgatio debet fieri coram epiſcopo vel coram datis ab epiſcopo,15 q 5.c 2 2 q. 5 presbyteri ſi.

Quod ſuſpicio epiſcopi cōtra presbyterū vel clericū inducit purgationē,2.q.5 omnibus,poſt medium.

Quod presbyter cum ſeptem ſacerdotibus debet ſe purgare 2.q.5 ſeq [illegible],& duobus c ſeq.

Quod epiſcopus numerum expurgantiū poteſt minuere,vel augere,2 q.5 presbyter ſi,& c.oib.circa ſi.

Quod purgatio religioſorum ſuper furtis, ſiebat olim per Euchariſtiæ receptionem,2 q.5 ſæpe.

Quod purgatio vulgaris quæ ſit per aquam frigidā vel feruentem,vel ignitum ferrum, vel per duellū, firmiter prohibetur,quia ibi tentatur Deus,2.q.5. Mennam,& conſuluiſti,& c monomachiam.

Quod purgatio zelotypiæ, quæ olim in lege veteri ſiebat modo non obſeruatur,2.q.5.conſuluiſti.

Quod purgatorij pœna licet non ſit æterna,excedit tamen omnem præſentem pœnam,25. diſ qui in aliud de pœn.diſ vlt.circa fin.

Quod venialia peccata, quæ deportantur illuc, ibi purgantur,25.diſ qualis.

Item de grauibus hic per pœnitentiam dimiſſis, ſed non plene ſatis factis ibi grauiſſime purgantur,de pœn diſ vlt.circa ſi c.nullus.

PVRIFICATIO Quod purificatio mulieris poſt partum in lege deſcripta ſeruabatur,5.diſ.§.1.

Quod modo ſi mulier non completo tempore purificationis vult intrare eccleſiam,non eſt prohibenda diſ eadem enixa,& c ſi mulier.

QVADRAGESIMA. Quod quadrageſima eſt decima dierum totius anni : nam qui vnum diem vel plures frangit, dierum non exſoluit,de conſ,diſ 5.quadrageſima.

Quod excepta cauſa neceſſitatis eſt ab omnib ſeruanda,de conſ.diſ.3 non liceat,& duobus c.ſeq.

Quod quadrageſimam abſtinētiæ bene celebramus, cum bene viuimus de conſ diſ 5 ieiunium.

Quod in quadrageſima ſicut à cibis ita & ab aliis nociuis animæ eſt abſtinendum,4 diſ denique.

Quod clerici in obſeruatione eius laicos debēt præcedere,4 diſ ſtatuimus.

Quod non ſolum à carnibus, ſed etiam à caſeo & ouis eſt in ea abſtinendum,4.diſ.denique.

Quod ſumptuoſiora cibaria quā carniſi in quadrageſima non ſunt præparanda,4.diſ denique, in ſi.

Quod in quadrageſima niſi dictis veſperis nō eſt comedendum,de,conſ.diſ.1.ſolent.

Quod nuptiæ conuiuia non ſunt in ea exercenda, 33 q.4.nec vxorem,& tribus c.præcedentibus.

Quod in capite quadrageſimæ pœnitentes ſe debēt epiſcopo præſentare,50.diſ in capite.

Quod quatuor tēpora quō olim ſeruabātur & quo nunc,habes vbi agitur de ieiunio, & de Miſſa.

QVÆSTIO.Quod quæſtio criminalis præiudicat ciuilis,3.q.9.non eſt credendum.

Item eum ciuilis quæſtio aliquando præiudicat ciuili,& etiam criminali.

Item vbi eſt perplexa quæſtio de ſacra ſcriptura ad ſanctorum ſcriptura vel ad plurimum ſeniorum reſponſum recurrendum eſt,10.q.de quibus.

Quod facilius inuenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur.

QVÆSTVS. Quod quæſtus eſt duplex, videlicet honeſtus & turpis,de pœ diſ.5 qualitas.

Quod prælati quæſtum pietatem putant, qui pro ſtructuris eccleſiarum lucris illicitis,vacant, 16. q 7.& hoc diximus.

Quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quæſtum,74.diſ conſuluit.

Quod illi ſunt ſua quærentes, qui non Deum propter Deum ſed propter temporalia quærunt, 8.q. 1.ſunt in eccleſia.

QVIES.Quod quies,oratio, & labor manuū debet eſſe in monaſterio,16 q.1.de præſentium.

Quod prælatus quies contemplationis cordi eſt appetenda,& tamen pro lucro animarum quandoque poſtponenda,8.q.1.in ſcripturis.

QVINQVAGESIMA. Quod quinquageſima pars cēſus eccleſiæ poteſt dari epiſcopo pro monaſterij cōſtructione,& cēteſima pro eccleſia, 12 q 1.,oriæ.

Quod ſacerdotes & clerici āte quadrageſimā à quinquageſima ieiunium debent inchoare,4 d. deniq;.

Quod a quinquaſima vſque ad octauas paſchæ cauſæ non ſunt audiendæ,15 q 4 placita.

RATIO.Quod ratio ſana exemplis eſt anteponenda,9.diſ.ſana.

Quod rationem prælati tutius reddent de miſericordia quàm de crudelitate, 16 q. vlt.alligant.

Quod illud quod caret ratione,neceſſe eſt extirpare, 63.diſ.chorepiſcopi.

Item quod ratione conſtat lex eſt,1.diſ conſuetudo.

Quod ea quæ carent ratione de factis ſuis, non reddent rationem,15 q 1.firmiſſime.§ ex eo.

Quod homo qui rationalis eſt, de factis ſuis reddet Deo rationem.

Item de omni verbo otioſo,22 q.vlt.quoties.

Item de negligenter commiſſis, 23.q 4. quandoque.

Quod à principibus ſæcularibus,& prælatis eccleſiaſticis grauis à Deo exigitur ratio,23.q 5. principes.

Quōd inferiores ſuperioribus de cura commiſſa tenentur reddere rationem,16.q 2.tanc.

RADIX.Quod radix arboris ſicut vigorem dat multis ramis,ſic eccleſia in beato Petro fundata cęteris apoſtolis,& aliis prælatis virtutem adminiſtrat ſpiritualē,25 q.1 loquitur,23.q.5. ipſa pietas poſt medium.

Quod radix omnium malorum eſt auaritia, 47.diſt. bonorum.

Quod ſicut radix omnium malorum eſt cupiditas,ſic radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt,de pœn.diſ.2 § ex præmiſſis.

Quod niſi vna radix euulſa fuerit, alia plantari non poteſt,quia fruſtrà ramus inciditur, ſi radix nō euellatur.

RAPINA.Quod rapina dupliciter dicitur fieri,vel quando res rapitur,vel quando vſus rei violenter eripitur,36 q.1.c.vl.circa.fin.§.ex hac.

Quod rapinam nō permiſit qui furtum prohibuit, 14 q.5 pœnale.

Quod rapina prohibent,14 q 5 pœnale.

Quod raptor propriè dicitur qui violenter & publicè tulit aliena.

Quod raptor eſt vſurarum fœnerator, 14 q 4 ſi quis vſuram.

Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor. 14 q.5.ſi quid,& c.ſeq.

Item raptor eſt prælatus rerum eccleſiaſticarum dilapidator,12 q 2.ſi quis epiſcopus.

Quod raptor dicitur qui vltra ſibi neceſſaria retinere probatur,42.diſ.hoſpitalem,47.diſ ſicut hi.

Item raptor dicitur famæ alterius deprauator, 6 q. 1.deteriores.

Quod raptor magis delinq̄t quā fur,14 q.5. pœnale.

quod raptores ſunt infames,3 q.4. conſanguineorū & q 5.conſtituimus.

RAPTVS Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptiis nil ante conſtiterat,violenter abducitur,27. q.vlt.lex illa.

Item raptus eſt illicitus coitus à rapiendo,id eſt,corrumpendo dictus,27.q.vlt.raptus,& 36.q.1 c.1.

Item raptum committit qui florem virginitatis puellę violenter eripit,36.q.1.de raptorib⁹,§ ſeq. in ſin.

Quod an raptum committat qui fœminam promiſſionibus abducit,36 q 1 per totum.

quod an raptor raptam poteſt ducere vxorem. 36.q. 2.eos qui.

quod ſi raptor cum rapta ad eccleſiam confugit,ab ipſa debet tueri.36.q.1.lex.

Quod raptor publica pœnitentia punitur,27.q.2.raptor.

Quod ſi rapta non redditur excommunicatur, 27.q. 2 Agathoſa,36 q.2 per totum.

RARITAS.Quod raritas facit pretioſitatē, 59.diſt.ſi officia,in ſin.93.diſ.legimus.

Quod rarum dicitur vnde quod magnum eſt,1.q.7. in tantum.

Quod omne quod eſt rarum plus appetitur,93 .diſt. legimus poſt medium.exemplum ibi de pulegio quod apud Indos carius eſt pipere.

RATIHABITIO Quod ratihabitio confirmat malè poſſeſſa,16 q.1 quoniam quidquid,16.q.1. placuit.§ poteſt etiam,1 q 6.hæc quippe.

RECESSVS Quod receſſus bonorū à malis mente ſemper debet eſſe,licet quandoque non fiat corpore,23.q.4 tolerandi,& octo c.ſeq.

Quod quando prælatus debet recedere à malis ſubditis,& quando non,habes.7.q.1 aduerſitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

RECIDIVATIO.Quod recidiuatio eſt de bono redire ad malū de pœ.diſt.2.per totū.& d. per totū.

Quod poſt bonum caſtitatis vel religionis recidiuare eſt ſacrilegium committere,28. diſ. de his

Quod recidiuare poſt votum caſtitatis eſt inceſtum committere,27.diſt.virgines.

Quod recidiuans comparatur illi qui manum mittit aratrum & retro aſpicit.de pœ.di 2. quærēdū.

Quod an aliquis verè pœnituit & recidiuant.de pœ. diſt.2.& 13.per totum.

Quod an recidiuanti poſt pœnitentiam iterato ſit pœnitentia iniungenda.de pœniten.diſt.3 ſceleratiori.§ his auctoritatibus.

RECONCILIATIO. Quod recōciliatio eſt ad primum ſtatum reſtitutio,2.q.1 notum ſit.

Quod reconciliatio ſolennis in ſcriptis fieri debet,2. q.1 legum,1 q 7 ſi qui voluerint.

Quod epiſcopi officium eſt reconciliare pœnitentes,26 q 6.c.1.& c.qui recedunt.& c.ſeq.

Quod excepta vltima neceſſitate presbyter nō debet reconciliare ſolenniter pœnitentes,ſed epiſcopus 26 q 6.c.vlt.

Quod quem epiſcopus excōmunicat,presbyter ſine conſenſu epiſcopi reconciliare non poteſt,26 q 6. miniſtrare,§.proxi & omnibus c.ſeq vſque ad fin.

De [illegible] excommunicati habes,11.q.vl. debent & duobus c ſeq

Quod perſeuerans in malitia reconciliari nō debet, 4.q 2.legatur.c.damnationis.

Quod in extrema neceſſitate nulli pœnitenti recōciliatio eſt deneganda,26.q.6.his,& c ſeq.

Quod eccleſiæ per ſanguinē vel fornicationē pollutæ ſunt reconciliandæ.de cōſ d.1.ſi motum c ſeq.

De forma reconciliationis coniugum habes 35.q.6.cap.vlt.

RECONVENTIO.Quod reconuentio inhibetur, accuſatio,in pari crimine priuſquam ſe de crimine quō accuſat⁹ eſt,exuerit,3 q 11.negāda.& c ſe.

Quod ſecundum canones cōdemnatus de crimine amodo nō poteſt conuenire nec ſuum nec extraneum,6 q 1.qui crimen.

Quod maiori crimine poteſt accuſatus recōuenire puta accuſatus de fornicatione poteſt de homicidio vel ſimonia reconuenire,3.q.11 nō eſt,§ hoc autē vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem & criminalem quæſtionem.

REDEMPTIO.Quod Chriſti paſſio fuit redēptio viuorum & mortuorum de con d .2.ſemel.

Quod pro opera miſericordiæ peccata propria redimuntur,89 diſt.eſt probanda.

Quod multa ſunt alia bona,quib. poſſunt homines peccata redimere,de pœn diſt 1 medicina,in prin.

Quod captiuos & oppreſſos tenemur redimere,86. diſ non ſatis,in ſi.

Quod etiam ornatus eccleſiarum redēptio eſt captiuorum,12.q 2.aurum.

Quod vaſa eccleſiæ & res propriè ſpectant ad redēptionem captiuorum.12.q 2.apoſtolicos,86 di. pulchra.

REDDERE.Quod reddenda non ſunt mala pro bonis,23.q 3 differentia.

Quod debemus reddere pro malis bona,23. q. ſex. differentiæ.

Quod reddēda eſt Deo ratio.15.q 1 firmiſſimè,§.ex eo

Quod ſerui ſine cōſenſu domini clerici vel monachi facti,reddendi ſunt,54 diſt.generalis.

quod pro rebus Deo cōſecratis,licet fuerint alienatę,non illæ ſed aliæ redduntur,14 q 6 cōperimus.

quod eccleſiæ ablata reddi debēt,& ipſa ſine augmēto debet recipere,12.q 2 fraternitas.

quod quandoque ſimpliciter,quandoque in quadruplum quandoque in amplius ablata redduntur;12 q 2.in antiqu,& tribus c.ſeq.

quod res eccleſiæ propter delictum epiſcopi ablatę, reddendæ ſunt,16.q 6.ſi epiſcopum.

quod eccleſia potiſſimè debet reddere aliena, quia nihil petere credimus eccleſiaſticis vtilitatibus ſi ea quæ ſunt aliena redduntur,54 diſt.generalis.

quod nō remittitur peccatū,niſi reſtituatur ablatū

quod fingitur pœnitentia vbi cum poſſit non redditur alienum,14.q.6.ſi res.

Quod qui rem eccleſiæ præter ē poſſidet, ſi non reddit eam, repetitur, & anathema incurrit, 12 q. 2. apoſtolicos.

Quod qui inuentam rem nõ reddit, fur & rapto exiſtit, 14. q. 5 ſi quid.

Quod commune ciuitatis tenetur cogere ciues ad reddendum aliena, 23 q. 2. dominus noſter.

Quod nõ habẽs vnde reddat, nõ tenet. 14 q. 6 ſi res.

Quod qui non eſt reddendo, maior pro culpa imponenda eſt ei corporalis afflictio, 14. q. 6. 1.

Quod particeps eſt criminis qui fouet aliena non reddentem, 14 q. 6. c. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Reſtitutione.

REDIRE. Quod pœnitens non debet redire ad peccatum, ſicut & canis ad vomitum, & ſus ad luti volutabrum, de pœ. d. 3. irriſor eſt.

An peccata dimiſſa redeant propter peccatum aut non de pœ. d. 3. ferè per totum.

REGENERATIO. Quod regeneratio eſt duplex, videlicet carnalis, per quam peccatum originale contrahitur, & ſpiritualis, per quam non ſolum originale, verum etiam voluntarium peccatum deletur, de conſ. d. 4 regenerante.

De hac materia habes vbi agitur de Generatione.

REGIMEN. Quod in creaturis ſine regimine, rectè non poteſt conſiſtere adminiſtratio, 89. d. ad hoc.

Quod cœleſtis militia, in qua angeli & archangeli præſunt, nobis etiam exemplificat quod nulla alia vniuerſitas ſine regimine poteſt conſiſtere.

Quod etiam bruta animalia ſub regimine viuunt, 7. q. 1. in apibus.

Quod etiam omnis ordo eccleſiaſticus ſuis innititur rectoribus, ſicut apibus & gruibus vnus rector eſt, 7 q. 1. in apibus.

Quod qui non ſunt ſub certis regiminis, ſunt acephali, 93 di. nulla, 18 q. 2. abbatibus.

Quod non ſolum neceſſarium eſt regimen epiſcopo regenti plebem ſuam, vel etiam pauperi regenti domum ſuam, ſed diuiti gentem ſuam, & regi regenti gentem ſuam, 23. q. 4. duo.

Quod epiſcopi maiores ſunt presbyteris, tamen vtrique in communi regimine eccleſiæ debent intendere, 95 d. olim, in fi.

Quod talis ponendus eſt in regimine, qui non ſolum de ſalute animarum, verum etiam de exterioribus ſit ſolicitus, 13. di. Petrus.

Itẽ talis qui valetudinẽ habeat corporis ad exequẽdum quod debet, 80 d. archidiaconũ Florentinũ.

Quod regimini derogatur cum prælati ad ſubditos nimia humilitas monſtratur, 86. diſ. quando.

De hac materia habes vbi agitur de Prælatis.

REGVLA. Quod regula dicitur, eo quod rectè agat vel rectam rectè viuendi præbeat, 3 d. regula.

Quod omnis eccleſia eſt regulanda ſecundum Romanam eccleſiam ex qua habet principium, 11. d. conſequens, & c. ſeq.

Quod iuſtũ eſt vt vnuſquiſque ſumat regulas magiſtri vnde honoris cõſecrationẽ accepit, 12 d. ſcias.

Quod ad regulam ſeruandam cogendi ſunt ſubditi, 11 q. de iis, in fi.

Quod regula apoſtoli, quæ debet in ordinandis ſeruari, incipit, 25 d. vnum orarium, & nunc autem.

REX. Quod prauus rex non dicitur veraciter rex, 2. q. 1. ſcelus.

Quod regis officium eſt iuſta præcipere, & illicita prohibere, 23. q. 4. ſi eccleſia, in fi.

Quod rex aliter ſeruit quia homo, aliter quia rex eſt, nam vt homo ſeruit fideliter viuendo, vt rex ſeruit leges iuſtas exequendo, 23. q. 4. ſi eccleſia, l fi.

Quod regia poteſtas eſt inſtituta vt mali à malo coerceantur, & boni quietè inter malos viuant, 23. q. 5. non fruſtra, & c. regũ, & q. 4 qui peccat, ante finẽ.

Quod Nabuchodonoſor, qui prius ad idololatriam compulit, & poſt idololatras puniuit, duplicem ſtatum, videlicet eccleſiæ primitiuæ & modernæ repræſentat, 23 q. 4 non inuenitur, & c. quando.

Quod regum eſt propriè facere iudicium, & iuſtitiam 24. q. 4. regum officium eſt.

Item debet eccleſiam defendere, 23 q. 5. Maximianus, & duob. c. ſeq.

Item perſonas eccleſiaſticas, 11 q. 1. Chriſtianis.

Item debet hæreſes repellere, 23 q. 4. quando, & c. ſi eccleſiam, in fi.

Item debet oppreſſos releuare. 23. q. 5 regum.

Quod generale pactum eſt ſocietatis humanæ ſuis regibus obtemperare, 8. di. quæ contra.

Item regibus debetur fidelitas, 2. q. 5. ſi apud.

Item debetur eis ſubiectio, & tributi ſolutio, 11. q. 1. ſi tributum, & c. magnum, & q. 3. ſi dominus, & c. ſeq. 28. q. 8. tributum.

Quod debet præcipuè Deum blaſphemantes punire, 23. q. 4 non inuenitur.

Quod ſalubre eſt eis epiſcopis & presbyteris ſua colla ſubdere, 10. d. certum eſt, 63. d. Valentinianus.

Quod reges dicuntur clerici ſe & alios bene regentes, 12 q. 2. duo.

Quod peccatum dicitur regnare in homine, 32. q. 7. non ſolum.

RELIGIO. Quod intrantes religionem diligenter ſunt examinandi ſuper conditione generis, & ſuper ſtatu præterito, 55. di. priſcis.

Quod pro ingreſſu religionis nõ licet pecuniã exigere, ſed põt recipi voluntariè oblata, 1. q. 1. § 3. & c. placuit vt nullus, & c. ſeq. & c. placuit vt, de cõ. d. 1.

Quod intrans religionem vel monaſterium ſi habet hæredes, & eſt illectus, totum ſuum datur hæredibus 10. q. 3 conſtituit.

Item ſi habet herẽdes & non eſt illectus, heredes legitimam habebunt partem, & monaſterio det tantum quantum vni ex filiis, 19. q. 3. ſi quis.

Item ſi non habet hæredes & non eſt illectus totum cedit monaſterio, 19. q. 3. perlatum.

Quod non ſufficit parentum oblatione religionem ſi in adulta ætate pueri non conſenſerint, 20. q. 1. § 1. & q. 2. ſi in qualibet.

Quod non licet pueris reſilire ab oblatione parẽtũ ad religionẽ poſtquam in ætate legitima mutuũ adhibuerit cõſenſũ, 20 q. 1. firma, & quatuor c. ſe.

Quod quilibet intrans religionem abſolutè intra annum eidem poteſt exire, 20. q. 2 puella.

Quod coactus quandocunque vult põt recedere ſi poſtea ſane nõ acceſſerit conſenſus, 20 q. 3. ſicut.

Quod adoleſcentes eam intrantes non poſſunt à parentibus extrahi, 20. q. 2 puella.

Quod promiſſionibus ad religionis ingreſſum illecti religioſi eſſe tenentur, licet res propinquis ſit reſtituenda, 20 q. 3 præſens in fi.

Quod ante annos .xiiii. maſculus, vel ante .xii. puella, eam intrans poteſt à parentibus reuocari, 20 q. 2 ſi in qualibet, & c. ſeq.

Quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitum nunquam conſenſerit, 20 q. 3. præſens.

Quod vt non loquatur contradictio ipſam intrantes non furtiue ſed ſub presbyterorum teſtimonio ſunt recipiendi, 20 q. 2 oportet.

Quod ſeruus ſine conſenſu domini ſui ad religionem non debet recipi, 16 q. 1. qui verè.

Quod coniuges ad religionem intrare volentes ſunt coram epiſcopo ſeparandi, & in diuerſis monaſteriis ponendi, 27 q. 2 ſi vir. 28. q. 2. diffinimus.

Quod religio non liberat à iugo ſeruitutis inuito domino, 54. d. generalis, & c. ſi ſeruus ſciente, 17. q. 2. ſi quis incognitus.

Quod nulli licet aliã religionẽ, vel aliud monaſteriũ, niſi petita licẽtia ſui plati intrare, 20. q. 4 monachũ.

Quod ſine licentia ſui prælati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur, 19 q. 3 nullus, & c. ſeq.

Quod ideo de religione ad religionem tranſeuntes licentiam debent petere, ne leuitas animi vel euagationis auſus eis imponatur, 20 q. 4 § vlt.

Quod religioſi ad auſteriorem vitam primo petita à prælato licentia etiam non obtenta poſſunt tranſire, 20. q. 4 monachum, & 19. q. 2 duæ, in fi.

Quod canonici ſine clerici etiam epiſcopo contradicente poſſunt religionem intrare, qui vbi ſpiritus Dei ibi libertas, 19 q. 2. duæ.

Quod religioſi præ aliis diuinis officiis debent inuigilare, 11 q. 1 quia tua.

Quod propter pecuniam receptus ad religionem tenetur quidem in ipſa remanere, res verò hæredibus ſunt reſtituendæ, 20 q. 3 conſtituit.

Quod intra tempus probationis poteſt quis probari in habitu laudabilis, 54. d. multos, 17 q. 1 ſi quis.

Quod poſt ingreſſum religionis & tempus probationis poteſt quis liberis ſuis, & propinquis bona diuidere, 19. q. vl. ſi qua mulier.

Quod recedẽs à religiõe intra tẽpus religiõis omnia quæ eccleſiæ tradidit põt depoſitare, 17 q. 2 ſi quis.

Quod clericus religionem intrans, & intra annũ ſi exiẽs põt ſuũ repetere bñficiũ, 17 q. 2. Gonſaldus.

Quod religio tollit proprietatẽ & propriam voluntatẽ, 12. q. 1 nõ dicatis, & c. expedit, & c. cui portio.

Item aſtringit ad caſtitatem, 27. q. 1. impudicas.

Quod communem vitam debent habere, nec denarium nec aliquam rem priuatam debent poſſidere ſi cum Anania nolunt interire, 12. q. 1. dilectiſſimis, & c. ſcimus, & c. nolo, in fi.

Itẽ non debent aliquis à beneficia eccleſiaſtica, vel ad ſacros ordines promoueri ſine licentia prælati, 58. d. per totũ, & 16. q. 1 ſi quis monachus, & 3. c. ſ.

Itẽ nõ licet eis ſine prælato vouere, & vota talia per prælatos eorum franguntur, 20. q. 4. monachos.

Item religioſo ſine licentia ſui prælati non licet aliquid accipere, 12 q. non dicatis.

Quod religioſi teſtamentum facere non poſſunt, 12. q. 1. nolo, in fi. 19. q. 3 quia.

Quod fœmina in religione caput & faciem debet velare 7 q. 1. omnis.

quod officia clamoſa non conuenit eis exercere, 16 q. 1 de præſentium.

quod quantumcumque religioſa ſit congregatio inueniuntur in ea mali, 47 di quantumlibet.

Quod qui in religione ſæculariter viuit, nõ ſæculum fugit ſed imitatur, 53 di. legem.

Quod deteſtabile eſt pauperem in ſeculo delicatum eſſe in religione, & ibi mella faſtidire, 12. q. gloria.

Quod mali religioſi quia nomen ſanctitatis habẽt, per ſe agendo amplius nocent in eccleſia quàm alij, 83. di. nemo, 19. q. 3. monaſteriis.

Quod deficientes in religione ſunt peſſimi, & proficientes optimi, 47 di. quantumlibet.

Quod quandoque mutatio loci prodeſt religioſis, quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 81. d. valet.

Quod exceſſus religioſorum propter maius ſcandalum ſunt occultandi, 96 di. in ſcripturis.

Quod religioſi verè præ aliis ſunt honorandi, 16. q. qui verè.

Quod facilius diſpenſatur cum religioſa perſona, quàm cum alia, 66 d. monachus.

Quod in fauorem religionis poteſt quis ſine interſtitio ad ordines promoueri, ibidem.

Quod in aliis ad ordinẽ indigni, propter religionẽ admittuntur, 56. di. c. vl. c. presbyterorum 57. diſt.

Quod religioſi niſi per Papam fuerint exempti, tenentur epiſcopo ſubeſſe, 16. q. 1 qui verè.

Quod locus religioſorum ſine conſenſu epiſcopi non debet mutari, 16. q. 7. ſi quis vult.

Quod epiſcopi & alij prælati religioſos conſilio & auxilio debent fouere, 11 q. 1 religioſam.

De hac materia habes vbi agitur de monachis & de monaſterio.

REMISSIO. quod remiſſio peccati fit non tantum in præſenti, ſed etiam in futuro, 25. d. qualis hinc. & c. ſeq.

quod remiſſio peccati fit per auctoritatem, & ſic fit à ſolo Deo, 1 q. 1 ita fit. & c. vt euidenter, de pœ. di. 2. § opponitur.

Item fit per officium, ſic fit ab omni prælato tam bono quàm malo. 23. q. 5. remittuntur.

Item fit per miniſtri meritum, ſic fit tantum per bonum 1 q. 1 remiſſionem. de conſ. d. 4. quomodo.

De remiſſione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO. quod epiſcopus vel ſuperior prælatus non remouetur de epiſcopatu niſi per ſolum Papam, 7 q. 1 mutationes.

Item remouetur propter crimen, 50. di. ſi epiſcopus, & c. ſeq. 7 q. 1 remotio.

Item remouetur propter vtilitatẽ, 7 q. 1 mutationes.

Item propter ſenectutem, 7. q. 1 petiſti.

Item propter neceſſitatem, 74. d. ſi epiſcoporum.

quod remouet ſe quis de loco ad locum propter leuitatem, 7. q. 1 non oportet. & pluribus c. ſeq.

Item propter ambitionem, 7. q. 1. ſi quis de. & pluribus c. ſeq.

REMVNERATIO. quod quilibet remuneratur à Deo ſecundum merita, 15. q. 1 ſi cum ſimilitudine, § ex eo, in fi. 23 q. 4 diſplicet ante finem.

quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat, 11 q. 2. ſi quælibet.

quod nemo debet quærere pro bono quod agit temporalẽ remunerationẽ, de pœn. d. 4 § quanquam.

quod qui pro bono quod agit tẽporaliter remuneratus non erit, talibus Deus merces erit, 32 q. 4 dicat. Exemplum iiii de Abraham de con. d. 5. ieiuniũ.

quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur, de pœ. d. 3. § ex hoc, & § ſeq.

quod mali qui pro paucis bonis quæ faciunt, in præſenti remunerantur, in futuro plenius punientur, de pœ. d. 3 § quamquam.

RENVNCIATIO. quod quilibet poteſt ſuo iuri renunciare, 7 q. 1. quam periculoſum.

quod furioſus ſi habeat lucida interualla, renunciare non poteſt, 7 q. 1 quamuis ſit triſte.

quod non tenet renunciatio niſi illi fiat cuius eſt inſtitutio, 17. q. 2. Gonſaldus.

quod prælati non poſſunt renuntiare niſi de licentia ſuperioris, 7 q. 1. ſi quis presbyter.

quod renunciatio epiſcopatuum tantum debet fieri domino Papæ, 7 q. 1. quàm periculoſũ, & c. qualiter.

quod renunciatio prælaturæ non debet admitti de facili, 7 q. 1 quàm periculoſum, & c. quamuis.

quod quando renunciatio admittitur, debet fieri pro magna vtilitate vel ſtrenuitate, 7 q. 1. qualiter, & c. ſe.

quod renunciatio prælationis fienda eſt in ſcriptis, 7 q. 1. ſicut, § ecce.

quod renũciãs vlterius nõ põt repetere illud quod renun-

renunciauit,7.q.1 quam periculoſum,& c.hoc ne quaquam,21 q.2.ſi quis.
Quod renunciãs videtur poſſe repetere,22.q.4.magna
Quod eccleſia vel ſuperior poteſt repetere renunciantis,7.q.1.non oportet,& c.ſi qui vero.& c.ſeq.
REPETITIO. Quod debitum benignè remiſſum non iniquè repetitur,14.q.1.quod debetis.
Quod cum dominus dixit, ſi quis abſtulerit tibi tunicam,non repetas, non præcipiendo ſed exhortando dixit,14.q.1.epiſcopus,§.ita,in fin.
Quod epiſcopus, vel alius prælatus res tranſitorias tumultuoſè & litigioſè non debet repetere, 14.q.1.c.3.& c ſeq 88.diſ.inutile.
Quod prælati quantumcunque perfecti tenẽtur res ablatas modeſtè repetere,quia res pauperum ſunt quas poſſident,& epiſcopi tantum ſunt diſpenſatores,14.q.1 epiſcopus,§.his ita.
Quod vbi non poteſt eſſe redditio,ſuperſedenda eſt repetitio,14.q.6.c.1.
Quod pro iudicio vel pro alio quod venale eſſe non debet pecunia iniuſtè repellitur,16.q.5 nõ ſane.
Quod res eccleſiæ pro captiuis & pauperibus erogatæ nõ debent ab erogatore repeti,12 q 2.ſacrorũ.
REPREHENSIO. Quod reprehenſio tunc eſt iuſta quando primo fit in ſe, & poſtea exercetur in aliũ,3.q 7.qui ſine,& c iudices,c. & poſtulatus.
Quod eſt reprehẽſio auctoritatis, quæ ſoliũ maioribus conuenit,& hęc debet fieri cum beneuolentia,45.diſ.licet,86.diſ.quando.
Item eſt reprehenſio zeli,quæ minoribus conceditur in maiores,& hæc debet fieri cũ reuerẽtia. 21. diſ.nolite,2.q.7.ſi quis ſuper his,§ proximo
Item reprehenſio temeraria, quæ vergit ad infamiã, & hæc nec prælato ad ſubditum, nec ſubdito ad prælatum conceditur,21 diſ.nolite,2.q.7. plerunque,& c.quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de accuſatione,& corruptione.

REPVLSIO. An repellere vim ſit peccatum, 23.q.1.§ 3.
Quod perfectus debet patienter iniuriam ſuſtinere ab his quos optat bonos eſſe,23.q.1.paratus, 11.q.3.ita ſæpè.
Quod perfectis licet iniuriam verbis,& non verberib.repellere,23.q.1.parat⁹.Exẽplũ ibi de Chriſto.
Quod qualiter quibet licet iniuriam repellere, & qualiter non,habes 23 q.3.ſex differentiæ,§.ſed.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia de Tolerantia,& de Inuidia.

RESCRIPTVM. Quod reſcriptum principis quamuis præcipiat reprehenſibile, dummodo non ſit contra fidem recipiendũ,100. diſ.contra morem,19 diſ in memoriam
Quod reſcriptũ apoſtolicũ contra euangeliũ,& cõtra apoſtolos admittitur,25.q.1.ſunt quidã,& c ſe.
Quod reſcriptum contra ius commune factum, ab omnibus eſt refutandum,25.q.2.reſcripta
Quod reſcriptum poſterius arctat eos quibus dirigitur,19.diſ.in memoriam.
Quod in arduis nõ ſcripta,ſed ipſa originalia manu principis ſubſcripta debent monſtrari,25 q.2 ſancimus.
Quod reſcripta perſonalia ſine die & conſule facta carent auctoritate,25 q.2.§ ſi qua
Quod reſcriptum caſſatur ſi à curia non emanauit, 19.diſ.in memoriam.
Item caſſatur ſi tacita veritate fuit impetratum, 25.q.2.decenti.
Item caſſatur ſi non fuerit honeſtum,iuſtum,poſſibile,tẽpori & loco conueniens,4.diſ. erit autẽ lex.
Item caſſatur ſi non habet ſubſcriptionem petitionis,81 diſ.Maximianus.
Item ſi expreſſe non continet in ſe,ſi preces veritate nitantur 25 q 2.§ vniuerſa.
Item ſi non expreſſe continet nomen eius qui vult committere,2.q 3 quiſquis,§ vlt.
Item ſi obſcurum fuerit, ita vt plenè intelligi non poſſit,4.diſ erit autem.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

RESIDENTIA Quod epiſcopi qui curã gregis debẽt gerere,præcipuè debẽt reſidere,7 q 1 ponti.
Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas abeſſe,7.q.1 ſi quis in clero.
Quod propter negotia eccleſiæ vel propter ægritudinẽ de reſidẽtia quilibet excuſat,35 q.1.præſentium.
Quod in eccleſia ſine legitima cauſa non reſidenti, iuſtè alter ſubſtituitur,7.q præſentium.
RESISTENTIA. Quòd poſſe reſiſtere peruerſis,& nõ facere,eſt ipſis cõſentire,23 q. 3 qui põt.
Quod ruſticitas ſancta quantum ex vitæ merito eccleſiam Dei ædificat,tantum nocet ſi deſtruentib. non reſiſtit,2 q 7.ſancta quippe.
Quod reſiſtere malis manu armata maximè perfectis ſit peccatum,23 q.3 per totum.
Quod de prælatorum prouiſione principes ſæculi perſecutoribus pauperum debent reſiſtere, 23 q.3 ab Imperatoribus,& c Maximianus.
Quod cum dicitur reſiſtere malo,non mali coerctio ſed propriæ vindictæ executio prohibetur, 23.q.5.de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia & vbi agitur de Iniuria,& vbi agitur de Tolerantia.

RESPONDERE. Quod bonum eſt quandocũque reſpondere auditoribus,ne æſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, 43. diſ in mandatis,& tribus c.ſeq.
Quod propter hoc nemo debet reſpondere, vt plus videatur ſcire quàm ſciat,quia eſſet iactantia,44.diſ.diſpenſatio,§ pariter.
Quod garrulos & procuratores prudentia eſt reſponſionibus eludere,24 diſ.in mandatis.
RESTITVTIO. Quod reſtitutio in integrum eſt quando quis honoribus,& ordinibus & ceteris reſtituitur,2.q 3.c.vlt.in fin.
Item cum princeps in integrum reſtituit, infamiam tollit,3.q.3.c.vl.in fin.
Quod ante litis ingreſſum ſpoliatus eſt in integrũ reſtituendus,2.q.2 per totum
Quod etiam prædo eſt ante iudicium reſtituendus, 3 q 1.Deus.
Quod antequam in cauſa iudicij procedatur mulier eſt primo reſtituenda,33.q 2.ſiue de coniugio.
Quod ſex menſium dantur induciæ reſtitutis antequam reſpondeant,3.q 2.electis.
Quod reſtitutio rerum quandoque fit in ſimplum, 14 q.5.non ſane.
Idem quandoque in duplum,89.diſ.decẽter.12.q.2.
Item quandoque in quadruplum, 12.q 2.cum deuotiſſimam.
Item quãdoque in nouẽ partibus,17.q 4.quiſquis.
Item quandoque in decuplum,12.q 2 in legibus.
Quod non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.14.q.6.ſi res.
Quod non verè pœnitet qui ablata non reſtituit cũ poteſt,14.q 6 ſi res,15.q.9.peſſimam.
Quod non eſt ſuper reſtitutione moleſtandus, cui non eſt vnde ſoluat,14.q 6.ſi res.
Quod qui rem alienam Deo conſecrat,non rem ſed æſtimationem reſtituat,14.q.vl.comperimus
Quod de reſtitutione lapſorum habes, 50 diſ. ferè per totum.Et in hoc opere vbi agitur de Lapſis.
Quod in reſtitutione lapſorũ cõſideranda eſt quãtitas criminis vtrũ ſit enorme,vel mediocre,quia quãto minus tãto facili⁹ reſtituitur,50 d quia ſanctitas
Item qualitas criminis,vtrũ,ſcilicet ſit publicum vel occultum,nam publicatio multis impedit reſtitutionem,50.diſ.ſacerdos ſi & c.ſeq.
Item modus redeundi, ſcilicet vtrum ſit conuictus, vel ſponte confeſſus,nam minus agitur cum ſpõte confeſſis,50.diſ.ſi quis præpoſtera.
Item modus ſatisfactionis, an ſcilicet ſit verus vel fictus nã verè cõtritis facilius parcitur,50.d bene.
Quod reſtituitur quis vt poſſit ad omnia promoueri,50.diſ.conſiderandum,vbi agitur quomodo Petrus apoſtolus poſt negationem reſtitutus fuit.
Item reſtituitur quis vt maneat tantũ in ſuſceptis,vt reuertẽtes ab hæreticorũ errore,1.q.7.ſaluberrimũ
Item reſtituitur quis vt tantũ miniſtret in minorib. vt ſcienter ſimoniaci,1.q.5.c.1.
Item reſtituitur quis vt laicam tantum habeat cõmunionem, vt doctor & auctor hæreticorum, 1.qu 7.cap 1.
RESVRRECTIO. Quod eccleſia gaudium reſurrectionis inſinuet à paſcha vſque ad pentecoſtem non ieiunat,50.diſ.ſi quis presbyter, 76. diſ. ſcire debet.
Quod olim baptiſmus ideo tẽpore reſurrectionis fiebat, vt ſicut Chriſtus reſurrexit à mortuis, ſic nos in nouitate vitæ ambulemus,de conſ diſt. 4. propriè.
REVERENTIA. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis vel ſuperioris poteſtatis 16 q.2.viſis.
Quod inutili prælato quandiu ſuſtinetur reuerentia eſt exhibenda,16.q.6.ſi forſitan.
Quod ſubditi debẽt prælatos reuereri cũ affectu dilectionis,57.diſt.eſto,2.quæſt.5 habet.
Itẽ ipſis obediendo,93.d.§. 1 & c ſeq 2.q 7 ſacerdo.
Item ipſis obſequendo,95.diſ.non oportet.
Item eorum officium temeratie non vſurpando,95.diſ.presbyter.
Item eorum ſtatuta ſeruando,7.q 1.quia.
Item eos temeratie non arguendo vel iudicando 21.diſ.nolite
Itẽ delicta eorũ non reuelando,ſed potius cooperiendo,86 diſt.in ſcripturis.
REVELATIO. Quod reuelatio diuina inſtruit in agendis,8.q.1.ſi ergo.
Itẽ reuelatio diuina dirigit in ſcripturis,9.di.noli.
Quod confeſſio peccat occulti nulli penitus eſt reuelanda.1 q 1 ſi peccauerit.
Quod fraudulẽtus eſt qui reuelat arcana,5.q. 5.qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de Inſpiratione.

RIGOR. Quod ex conſideratione temporum & ætatum rigor canonum quandoque temperatur, 14.diſ.ſicut quædam.
Item vbi ſtrages multorum timetur,detrahendũ eſt rigori,50.d vt cõſtitueretur,1.q.7.quoties à populis
Quod multi canones conſtituti ſunt in rigorem diſciplinæ.50 diſt.vt conſtitueretur.
ROGATIO. Quod rogationum tres dies ieiunandi ſunt & ſeruandi. de conſe. diſt. 3. pronunciandum,& c.rogationes.
Quod tribus diebus rogationum ſerui & ancillæ ab opere ſeruili debent eſſe liberi.de conſe diſt. 3.rogationes.
Quod in triduo rogationum, quadrageſimali cibo eſt vtendum
ROMA Quod roma caput & principatum obtinet nationum,2.q.7.beati.
Quod iura Romanorum aliis gentibus non conueniunt 1 diſt.ius Quiritum.
Quod qui Romanam eccleſiam annihilat,ipſe ſe hæreticum inſinuat,22.diſt.omnes.
Quod Romana eccleſia eſt principium omnium eccleſiarum.21 diſt.quamuis.

De Eccleſia Romana habes vbi agitur de Papa,& vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM. Quod die ſabbati non eſt feſtiuandum,ne Iudaizare videamur,de conſ diſt. 3. peruenit
Quod antichriſtus ideo faciet ſabbatum & diẽ dominicum obſeruari,vt per obſeruationem ſabbati Iudæos & propter obſeruationẽ dominicæ Chriſtianos ſibi attrahat.de conſe.diſt.3 peruenit
Quod ſabbatum non vbique ſed ſecundum aliqua loca ieiunatur,12.diſt.illa, Exemplum ibi de matre Auguſtini.
Quod die ſabbati niſi propter feſtiuitatem aut propter infirmitatem à carnibus eſt abſtinendum de conſe diſt. 5.quia.
SACERDOS. Quod ſacerdos nomen habet cõpoſitum ex Græco & Latino, quaſi ſacrum dans, 21.diſ.cleros,antè medium.
Quod ſacerdotalis ordo incepit à ſancto Petro, 21. diſt. 2.in nouo.
Quod maiores ſacerdotes in apoſtolis, & minores in ſeptuaginta duobus diſcipulis ſunt deſignati, 21.d.§.1.poſt med.
Quod ſacerdotes angeli & dij nuncupantur, 11. q 1.ſacerdotibus.
Quod ordo ſacerdotalis præeminet dignitati regali,96.diſt.2 in principio & in fi
Quod ipſe Chriſtus eis reuerentiam exhibuit dum ad eos leproſos remiſit,1.q.1 nonne
Quod etiam exẽpla gentium inducũt Chriſtianos ad reuerentiam ſacerdotum,11 q 1 ſacerdotibus
Quod miniſterio ſacerdotis & non alterius Chriſti corpus conſecratur,95.di.ecce ego,circa medium.
Item benedictio populis & gratia diuina datur, 1.q.1.dictum eſt,6.q.1 ſacerdotes.
Item peccata delentur,1.q.1 ipſi ſacerdotes.
Item merito officij eorum futura reuelantur,1.q.1. dictum eſt à Domino.Exemplum ibi de Caipha.
Item ſacerdotes ſunt lumen mũdi,92.d.ſacerdotes.
Itẽ ſunt omnium patres & magiſtri,86.d.quis dubitet.
Quod debent eſſe corpore & mente mundi, quia diuino officio & ſacrificio debent eſſe intenti, 1 q. 1.neceſſe,3.q.7.in grauibus,& duobus ca.ſequen.
Item ſobrij.35 di.vinolentum.
Item diſcreti & docti,47 diſt.per totum, 38. diſt. in pluribus capitulis.
Itẽ debẽt eſſe in officio ſuo cauti,14.q.6.ca 1. in fi.
Item in veſtibus & geſtu debent eſſe maturi, 41 diſ. clericus.
Quod ſacerdotes inſtituuntur ad laudandum Deũ & ad exemplũ bonæ actionis,5.q.3.quia epiſco.
Quod ſacerdotes ratione oblationum tenentur orare pro populo,1.q.1.ſacerdotes.
Quod ſacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis,videlicet precibus & orationib. peccata conſumendo,1.q.1 ipſi ſacerdotes.
Item oblatis pro peccatis vtendo,1 q 2.paſtor.
Itẽ aliena peccata per cõſenſum incorporãdo, in fi.
Quod ſacerdotes horas canonicas hoſpitalitatem & viſitationes infirmorum ſolenè exercere debent,81.di preſbyter.

Quod nõ de facili eſt ſuſpicandũ malũ de ſacerdotib. ex quo corpus Chriſti conficiſſit, 11. q. 3. abſit.

Quod ordo ſacerdotalis nõ datur propter ordinatũ tantum, ſed etiam propter alios quorum miniſter eſſe debet, & ideo mundior eſt ſuſcipiẽdus quàm alij ordines, 1 q 1. ſi qui epiſcopi talẽ, §. proximo

Quod ſacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet, 49 di. § 1.

Quod ſacerdotes propter multitudinem ſunt contemptibiles, 93. di. legimus, in fi.

Quod multi ſunt ſacerdotes nomine, pauci opere, 40. di. multi.

Quod non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram.

Quod nemo in eccleſia Dei nocet plus quàm qui peruerſè agẽs nomen ſacerdotis hẽt, 83. d. nemo.

Quod malus ſacerdos de ordine ſuo crimen & iudicium acquirit.

Quod mali ſacerdotes nomẽn Dei in quantum in eis eſt, deſpiciunt, & panem pollutum offerunt, 49. di. ſacerdotes.

Quod magnum inconueniens eſt ſacerdotem corpus Chriſti conficientem immundum eſſe, 1. q. 1. ſacroſancta, & c ſeq.

Quod ignominioſus eſt ſacerdos qui ſtudet diuitijs, 12. q glotta.

Quod ſacerdos qui aliorum debet audire confeſſiones debet eſſe in ſcientia diſcretus, & in vita bonus, de pœ. di 6. § 1.

Quod malus ſacerdos comparatur ſimiæ, 1. q. 1 ſi quis inquit.

Quod mali ſacerdotes ſunt audiendi, non imitandi, 1. q. 1 ſignificaſtis, & c ſeq.

Quod an promotus in ſacerdotẽ in mortali peccato poſſit exequi officium ſuum, 15 q vl. per totũ.

Quod peccatum eſt detrahere ſacerdotibus, 6. q. 1. ſacerdotes.

Quod grane peccatum eſt inuidere ſacerdotibus, 6. q. 1 ſunt plurimi, §. proximo.

Quod nemo debet audire Miſſam à ſacerdote, quem ſcit indubitanter habere concubinam, 32. d. nullus, vbi exponit gl. Ioan. quòd hoc eſt indubitanter ſcire, quod ſcitur ſcientia iuris, & non facti, & ad hoc expreſsè faciunt multa iura, vt 15. q. 8. ſciſcitantibus, 83. d. nihil. §. quanquam, 1. q. 1. multi, 30. q 5. c. nec illud, § is ita, & c. nullum. Nam ante ſcientiam à nullo eſt recedendum, 8 q. 4. nonne.

Quod autem ſacramenta à malis ſacerdotib. tradita quandiu tolerantur non ſunt contemnenda, plura docent capitula, qui ipſi non ſuis ſed Chriſti verbis ſacramenta conficiunt, de conſ. di. 2. panis eſt, 1. q. 1. ſignificaſtis, & c Chriſtus. & c ſeq.

Quod ſacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata, 1. q. 1 dedit.

Quod ſibi iudicium tantum manducant, & bibunt, 1. q 1. per Eſaiam.

Quod ſacramẽta ſicut nec ſola locis immundis per quæ trãſit, ab ipſis nõ iquñt, 19. d. ſecũdũ eccleſiæ.

Quia ipſi ſicut fax accenſa alijs lucent, quamuis ſibi noceant, 15. q. vlt c. vlt.

Quod ipſi velut lixiuium lauant, & non lauantur, 83. di nihil, § ſeq.

Quod ſacerdos licitè poteſt operas ſuas alijs locare, 10 q 2. precariæ, 1.

Quod ſacerdos non debet alijs irrogare ſupplicium, 22. q 5 hoc videtur, 1.

Quod promotus in ſacerdotem tenetur vxori de neceſſarijs prouidere, non tamen tenetur debitum reddere, 31. di. omnino

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. Quod ſacramentum inuiſibilis gratiæ eſt viſibilis forma, de conſ. d 2 ſacrificium.

Quod ſacramẽta dicuntur quia ſub tegmento corporalium rerũ diuina virtus eorumdẽ ſacramẽtorum ſalutem operatur, vnde à ſecretis virtutib vel ſacris ſacramenta dicuntur, 1. q. 1. multi, circa me

Quod inter ſeptẽ ſacramẽta eccleſiæ quædã dicũtur neceſſitatis, vt Baptiſmus, de con. d. 4. nulla præter.

Item confirmatio, de conſ d. 4. nullus miniſtrorum,

Item Eucharistia, de conſ. d. ſt. 1. omnis Chriſtianus.

Item extrema vnctio, 26. q 7. c. 1.

Item pœnitentia, de pœ d 1. non poteſt

Quod alia duo ſacramenta ſunt voluntatis, videlicet ordo, 74 di. vbi iſta.

Item matrimonium, 10. q. 1. vbi non eſt.

Quod baptiſmus eſt ſacramentum intrantium, de conſ d. 4 nulla præter, § porro, ante fi.

Quod confirmatio eſt ſacramentum pugnantium, de conſ di. 5. ſpiritus ſanctus

Quod Euchariſtia eſt ſacramenta progredientium, propter quod & viaticum dicitur, 26 q. 6. qui recedunt, & c. de his.

Quod pœnitentia eſt ſacramentum redeuntium, 26. q. 7. his qui, de pœ. d. 3. c.

Quod extrema vnctio eſt ſacramẽtum exeuntium, 26. q 7. c ab infirmis.

Item ſubiecto, vt Euchariſtia, 95. di. ecce.

Item ſignificatione, vt matrimonium, 27. q. 2 cum ſocietas.

Item miniſtri dignitatis, vt confirmatio, de conſ. d. 5 de his, & duob c. ſeq. 68 di. quamuis.

Vnde verſus.

Maior in effectu baptiſmus, corpus in eſſe.
Coniugium ſigno, maiori chriſma miniſtro.

Quod ſacramenta à ſuis parochianis ſunt recipienda 16. q. 1 interdicimus.

Quod per presbyterum non per minorem clericum debent ſacramenta exhiberi, de con. d. 4 presbyteri qui.

Quod ſpiritus ſanctus det ſacramentis efficaciam per quoſcunque miniſtrentur, 1. q. 1. multæ, & c. ita ſit, & quatuor c. ſeq & c. non nocet.

Quod ſacramenta ab immundis miniſtris coinquinari non poſſunt, 1. q. 1. remiſſionem.

Quod hominum malitia ſacramenta non profanat, 1 q. 1. nonne.

Quod ſacramenta à malis miniſtris ſunt accipienda quandiu tolerantur, 1. q. 1. neque, & c. omnia, & c. multi, & c per Eſaiam, 15 q vl. c vlt

Quod ſacramenta ab hæretico ſcienter non ſunt recipienda, 1 q. 1. c. vl

Quod ab ipſis in forma eccleſiæ data ſacramenta virtutem habent, 19. d ſecundum, 1. q. 1. ſi autem, & tribus c. ſeq & c. ſicut, & c. quod.

Quod ſacramenta ab ipſis in forma eccleſiæ non data virtute carent, 1 q. 1. qui, §. ſed notandum.

Quod virtutem amittunt ſi per malum miniſtrũ in forma eccleſiæ exhibẽtur, 32 d. præter hoc, §. verũ.

Quod ſacramẽta collata in forma eccleſiæ ab hæreticis, & ſchiſmaticis, ſimoniacis, & depoſitis, interdictis, excommunicatis, data ſunt quoad characterem, ſed non quoad executionem, 32 d c præter hoc, § porro, 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis.

Quod ſacramentum datum ab hæreticis non eſt iterandum, ſed virtus ſacramenti dabitur per manus impoſitionem, 32. d §. ad hoc vero, & §. porro, 24. q. 1. miramur, §. his auctoritatibus.

Quod Deus in adminiſtratione ſacramentorum nõ penſat merita adminiſtrantiũ, 1. q 1. cũ ſcriptura.

Quod ſacramenta affectum ſuſcipientium, & mentis deuotionem exigunt, 8. q. 1. licet, poſt med.

Quod ſacramenta contra interdictũ prælatorũ ſuorũ accepta, dãnoſa ſũt, 32. d. ad hoc verò, § porro.

Quod non ſunt danda impœnitentibus, 26 q 7. ferè per totum.

Item non ſunt danda à grauibus peccatis ſubito reuertentibus, de pœ. d. 1 in actionem.

Item non ſunt danda illis qui non ſubſunt alicui, 18. q. 2. abbatibus.

Quod non eſt vera conuerſio ad Deũ vbi ſacramẽta eccleſiæ cõmittuntur, de con. d. 4. in. poſtq; vicẽ.

Quod ſacramentum quod in ſe bonum eſt, cedit malo in malum, 1. q. 1 quod quidam, § opponitur, ante me. vbi de exemplo de Iuda.

Quod ſacramenta Chriſti pretioſum extrinſecum ornatum non requirunt, 12 q. 2 aurum, ante med.

De ſacramentis habes ſuprà vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes ſpecialiter poſitum ſecundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. Quod ſacrificium altaris orationum, & eleemoſynarum eſt, 13. q 2. nõ æſtimemus

Item eſt ſacrificium cordis contribulati, de pœ. d. 1. in actionem, poſt med.

Quod magnum Deo ſacrificium offertur cum mali, qui in ſua & aliorum pernicie dilatantur, comprecuntur, 23. q. 5. quali.

Quod omnia ſacrificia præcellit corpus & ſanguis Chriſti, de conſ. di 2. nihil.

Quod non ſacrificiorum magnitudinem, ſed merita offerentium Deus diiudicat, 24. q 1 odi.

Quod illud ſacrificium ſolum Deus acceptat quod intra eccleſiam catholicam ſibi offertur, 24. q. 1. quia ex ſola.

Quod mortui multiplici ſacrificio lauari poſſunt, videlicet altaris, orationum, & eleemoſynarũ, 13. q. 2 nõ æſtimemus. & c. pro obeuntibus. & c. animæ.

De hac materia habes vbi ponitur Cilatio.

SACRILEGIVM. Quod ſacrilegium committitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacrõ, vel ſacrũ de non ſacro, 17 q 4. quiſquis.

Quod ſacrilegium eſt inuadere aut auferre res eccléſiæ, 12. q 2. prædia, & c. indigne, & c hæc, 13. q. 2. qui oblationes, 16. q 1. in canonibus, 17. q. 4. qui rapit, & c. quiſquis.

Quod ſacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit, 17. q. 4. ſi quis contumax

Quod ſacrilegium eſt ſi quis quod venerabilib. locis datur, ſibi ſtuduit retinere, 17. q. 4. ſacrilegium

SACRILEGVS. Quod ſacrilegus dicit qui res eccleſiæ indebitè vendit, 50 diſt ſi quis presbyter:

Item qui habens ſufficiens patrimonium res eccleſiæ ad ſuperfluitatem recipit, 16 q 1. quoniã. in fi.

Item ſacrilegus dicitur qui perſonam eccleſiaſticam lædit, 17 q 4. ſicut, & c. quiſquis.

Item qui fugientem violenter de eccleſia trahit, 17. q 4 nullus, & c. ſi quis contumax.

Item qui conſtitutiones ſanctorum patrum infringit, 17 q 4 ſi quis ſuadente, § qui autem.

Item qui arti magicæ intendit, 26 q. 2. illud, in fi

Item qui alios temerariè rebaptizat. 13. q. 5. ſi vos:

Item qui infringit eccleſiam, 16. q. 4. quiſquis.

Quod vendere & comparare ſpiritualia ſacrilegium eſt, q 3. audiuimus.

Quod dubitare de illo quẽ princeps elegit an dignus ſit, ſacrilegiũ eſt, 17. q. 4. ſi qs ſuadẽte. §. proximo.

Quod ſacrilegium Chriſtiani committunt cum Iudæorum cibis vtuntur, 28 q. 1. omnes.

Quod ſacrilegium committit qui Iudæis publica officia committit, 17 q 4 conſtituit.

Quod ſacerdos ſacrilegiũ committit qui pro matrimonio adulterium benedicit, 27 q. vl. de coniugali.

Quod qui cum ea quæ caſtitatem vouit contrahit, vel contrà facit. ſacrilegiũ incurrit, 27. q. 1 ſpudicas.

Quod ſacrilegus in rebus eccleſiæ Iudæ proditori comparatur, 13. q 4 quid ergo.

Quod ſacrilegi pœna eſt infamia, 6. q. 1. infames.

Item excommunicatio minor, 17. q. 4. quiſquis.

Item anathematizatio, 12. q. 2. indignè.

Itẽ depoſitio, 12 q. 4. ſi qs deinceps, 13 q. 2. indignè.

Item publica pœnitentia, 17. q. 4. ſi quis contumax.

Quod imponitur ſacrilego pœna legalis, ſcilicet decapitatio. 17. q. 4. ſi quis autem.

Quod aliquando imponitur ſacrilego pœna legalis & canonica, ſcilicet pœna pecuniaria & infamia, 17 q. 4. attendendum, & c. ſi quis.

SACRISTA. Quod ſacriſta idem eſt quod theſaurarius, cuius officiũ exprimitur, 25. d. perlectis,

SAL. Quod Chriſtus dicens Salem habere in vobis, ſapientiam verbi deſignauit, 44. diſt. ſit rector, poſt med.

Quod prælati & ſacerdotes dicuntur ſal terræ, 93. d. ſacerdotes.

Quod malus prælatus dicitur ſal infatuatum, 3. q. 7. ſacerdos. § item in euangelio, 1. q. 7. non omne.

Quod ſal infatuatum à porcis conculcatur, 2. q. 7. ſecuti. § quia

Quod ſal ſapientiæ in cunctis noſtris ſacrificiis offerri debet, de conſ. di. 4 ſal.

Quod aqua ſale aſperſa, & per ſacerdotem conſecrata ſanctificat populum de conſ. di 3. æqualem.

SALOMON. Quod Salomon Rex templum domino conſtruxit, & illud conſecrando magnum feſtum fecit, de conſ. di. 1. § 1.

Quod non diuitias, non longa tempora vitæ, ſed ſapientiam à Deo petit, 36. di. qui, §. ecce.

Quod regina venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, 8. q 1. vereor.

Quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus, quoſdam exorciſmos inuenit, 21. d. §. 1.

Quod Salomon amore mulierum Deos gentilium coluit, & idolis templa conſtruxit, 3. q. 7 § vl. 32. q. 4 Salomon

SAMVEL. Quod Samuel qui ſanctè vixit, & ſanctus de hac vita exiuit, non ſic potuit eſſe ſub diaboli poteſtate vt arte diabolica per pythoniſſam ſuſcitaretur, 26. q. 5. nec mirum, poſt med

SANCTITAS. Quod eſt ſanctitas innocentiæ quæ tantum bonis conuenit, & ſanctitas ſacramentalis quæ quandoque malis conuenit, 1. q. 1. dominus, poſt me. Exemplum ibi de Saul.

Quod non ex generis nobilitate vel dignitate ſanctitas innoteſcit, ſed ex fidei puritate, & morum honeſtate, 40 di non qui.

Quod vbi Chriſtus per boni operationem infunditur, & abominatio peccati abſtergitur, ſanctitas conſectatur, 15. q. 1. nec is qui.

Quod ſanctum illum credere qui non eſt ſanctus, periculoſum eſt, 11 q 3. ſi quis hominem.

Quod ſanctus non debet dubitari quem apex papalis dignitatis attollit, 40 diſ. non nos.

Quod omnis ſanctificatio eſt in ſpiritu ſancto, 75. di. ordinationes.

SANITAS. Quod ſanitatem corporis efficit moderata refectio, de conſ. di. 5 nihil

Quod exceſſus ciborum putreſcere faciunt corpus, ibid.

Quod impoſſibile eſt illos ſanos eſſe & diu viuere qui carnium adipibus continue inuoluuntur, de conſ di. 5. ne tales.

Quod abſtinentia ſanat morbos quos ſuperfluitas

ciborum

ciborum contraxit,de conſ.di.5.legimus.
SAPIENTIA. Quod ſi ſine vera ſapientia quis eſtimat ſe prudentem poſſe fieri, non prudens ſed ſtultus eſt,3.q.7.qui ſine.
Quod ſapientia cum ſobrietate eſt habenda, quia non oportet plus ſapere quàm ſapere ad ſobrietatem,43.di.ſit rector.poſt medium.
Quod tunc iuſtificatur ſapientia à filiis hominum quando oſtendit nec in manducando nec in abſtinendo eſſe iuſtitiam,ſed in æquanimitate tolerandi inopiam.41.di quod dicit
Quod ſapiens nunquam nocere intendit,6.q.1.ſapiens.
Quod ſapiens ſine peccato pretioſis vti cognouit,41.di. quiſquis.
Quod ſapiens prælationi & gubernationi competit,84.di. porro.
Quod ſtultus in culpa ſapiens erit in pœna,38.d.qui ea.
SATISFACTIO. Quod ſatisfactio pœnitentiæ eſt peccatorum cauſas excidere,nec earũ ſuggeſtionibus aditũ indulgere.de pœ.d.3.circa principiũ
Quod ſatisfactio eſt,vade,& amplius noli peccare. de pœ.di.3.quamuis caute,§ hac. auctoritate
Quod peccator tunc ſatisfacit,dum pœnam iudicio eccleſiæ impoſitam factis exequitur. de pœ. d. 1. c.facilius,§.hoc idem.
Quod tres ſunt partes ſatisfactionis, eleemoſyna, ieiunium, & oratio.de pœ. d 6,§.1.de quibus tribus habes in ſuis locis.
Quod ſecundum quantitatem delicti ſatisfactio debet imponi,12.q.2.fraternitas.de pœ.d. c falſas.
Quod publicè peccantes publicè ſatisfacere debent, 11.q.vi.canonica.
Quod an quis poſſit ſatisfacere de vno peccato ſine ſatisfactione aliorum,de pœ.d.3.ſcelerattor,§.his auctoritatibus
Quod an ſola contritione ſine confeſſione quis poſſit Deo ſatisfacere, de pœ. di. 1.c.cui etiam, & multis, §. ſequentibus

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

SAVL Quod Saul,licet fuerit à Domino reprobatus tamen Dauid ſanctus reuerebatur eum,2.q. 7.plerunque,§.de his.
Quod per Saulem intelliguntur prælati,& per Dauid ſubditi,2.q.7.c.pleromque,§.item per Saulem.
Quod in hoc quod Saul reprobatus populum iudicabat, innuitur quòd prælatus malus non eſt contemnendus quandiu toleratur,1.q. 7 c. vl.
SCANDALVM Quod propter ſcandalum conſuetudines terrarum (dummodò non ſint contra animæ ſalutem)ſunt ſeruandæ,12.di. illa. Exemplum ibi de matre Auguſtini.
Quod Chriſtus ſoluit tributum propter ſcandalum, 11.q.3.inter verba.
Quod aliquãdo aliquid conceditur propter ſcãdalũ.
Quod aliquid aliquãdo cõceditur propter ſcãdalũ, quod alias non concederetur, 93 di presbyteros
Quod propter ſcandalũ quandoque aliquid omittitur,quod de iure eſſet faciendũ,51.d. aliquantos.
Quod ſcandalum quandoque ſurgit ex doctrina ſana,11.q.3.inter verba.
Quod potius eſt à qualibet eſca abſtinendum,quàm cum aliorum ſcandalũ edendum,23.q.tertia,§.1 ante ſi.
Quod quandoque propter ſcandalum inconſueta tolerantur,91 di.peruenit.
Quod grauiter peccat qui proximum indebitè ſcandalizat,10.q 3 cauendum.
Quod qui prælatum ſuum ſcandalizat, Deum cuius vicarius eſt ſcandalizat,93.d.illo proculdubio.
Quod dantes occaſionem ſcandali ſunt rei eorum qui pereunt ſcandalo,1.q.1.hi quoſcunque
Quod myſticè loquendo membrum ſcandalizans ſicut vxor vel propinquos,eſt amputandum, 24. q.3.illud.28.q 1 vxor.
Quod peruerſus prædicator & doctor in Deum ſcandalizatur,91 di.ille proculdubio.
Quod infames prælati ſunt propter populi ſcandalum remouendi,50.di de his verò.
Quod an perfectis liceat repetere ſua propter ſcandalum,14 q.4.1 ante ſi.
SCIENTIA. Quod vera ſcientia eſt per quã Chriſtus inuenitur & noſcitur.37.d.legimus.
Quod omnis ratio ſupernæ ſcientiæ vel terrenæ creaturæ in Deo eſt,qui earum caput & auctor, qui hunc inuenit, nihil vltra quærat quia quidquid alibi quæritur,in ipſo perfectè inuenitur,37. di.legimus,poſt medium,
Quod ſcientia pietatis eſt ſcire & intelligere nouum & vetus teſtamentum,37.diſt.ſi quis artem.
Quod quia ſacerdotes ſunt duces aliorum, eis ſcientia ſummè neceſſaria eſt,& quæ ſunt,quæ præcipuè ſcire debent,habes,38.di.quæ ipſis.
Quod ſciẽtiæ quæ curã animæ nõ habẽt,mittũt in furorẽ & nõ valent ad ſalutẽ,37 di legimus,in ſi.
Quod licet ſcientia triuij & quadriuij habeat in ſe veritatem,non tamen eſt ſcientia pietatis,37.d. quis artem.
Quod in vanitate ſenſus ambulant qui ſcientiis ſæcularib.tantũ intendunt,37 d c nonne circa med.
Quod ſcientia liberaliũ artium valet ad ſacrã ſcripturã intelligẽdam,37 d.de qu buſdã.& c turbat.
Quod ſcientia philoſophorum & poetarum non eſt legenda propter delectationem vel ornatum verborum,37.di.turbat,§ cur ergo
Quod illud dicitur quis verè ſcire quod audiuit vel vidit vel alias conſcius fuit, & talis poteſt ferre teſtimonium,22 q 5.hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA.Quod ſchiſma nomen Græcum eſt,& ſciſuram ſonat,24.q.1. ſchiſma
Quod ſi quis ab apoſtolica ſede diuiſus eſt,ſchiſmaticus eſt,23 q.5.non vos ante medium.
Quod ſchiſmatici eccleſiam Dei lacerant,23.q.5. de Liguribus.24.q.1.adorent,& c.ibi.
Quod ſchiſmaticus indiſciſſam domini tunicam in fruſta dirumpit.23.q.1.quoniam.
Quod hæc eſt differentia inter ſchiſma & hæreſim, quia ſchiſma ab eccleſia recedit, ſed hæreſis peruerſum dogma defendit, 24.q 3 inter hæreſim
Quod ſchiſmatici ſunt æquales paganis & etiam peiores,7.q.1.denique,poſt med,24.q 1.nõ afferamus,7.q.1.denique,poſt med 24.q 1 nõ afferam.
Item ſunt in ſtatu perditionis,24 q.1. quicunque
Itẽ ſunt extra eccleſiã & corpus Chriſti,7. q 1 ſcire.
Quod ſchiſmatici non habent ſui officij executionem,quia non habent eccleſiæ vnitatem,7.q.1.factus,& duobus c.ſe 24.q. 1. didicimus.
Quod ſchiſmatici infructuosè ſibi corpus Chriſti conficiunt,24.q 1.ſchiſma,& c pudenda.
Quod ſchiſmatici quia ſpiritum ſanctum non habent, remiſſionem peccatorum dare non poſſunt, 24 q 1 didicimus.
Quod ſchiſmatici ſunt damnandi & excommunicandi,23 q 5 de Liguribus.
Item per principes ſæculares coercẽri debent,23. q. 5.non nos.
Item vt ad vnitatem eccleſiæ reuertantur ſunt cogendi,23.q 4 · pſa.in ſi.
Quod de ſchiſmate reuertentes nõ ſunt ad ordines promouẽdi,ſed in ſuſceptis tolerãdi,1.q.1.omnib.
Quod ſchiſmatici dignitate & officio priuãtur,11.q 3 ſi quis preſbyter,23.q.5.non vos,circa medium.
Item temporalibus ſpoliantur, 23. q 1.qui contra, 23.q 5 de Liguribus.
Item pœnis corporalibus puniantur,7 q.1.denique, circa ſi 23.q.5. de Liguribus
Item in exilium relegantur, 23.q.5.de Liguribus.
Item non eſt eis communicandum, 24.q.1 omnis, & c.ſeq.7.q.1.denique,1.q.1.ſi quis inquit.
Quod vnitati non communicat qui ſchiſmaticis communicat,24 q 1 ſchiſma.
Quod fautores ſchiſmaticorum eadem pœna qua & ipſi ſunt plectendi, 24 q 1 didicimus
SCRIPTVRA Quod ſcriptura ſacra eſt nouum & vetus teſtamentum,9. diſ quis neſciat.
Quod in ea nil eſt improbãdũ vel reſpuẽdũ,4.d.deniq.
Quod non eſt trahenda ad cõſenſum ad quem ſibi quiſque præſumit,ſed ex ipſa ſcriptura ſenſum oportet capere veritatis,37.di relatum,& c. vino.
Quod ſcripturã ſacrã debet quis intelligere ex cauſa,ex perſona,ex loco,& ex tẽpore,ſi non vult in labyrinthum impingere,29. di.ſciendum,& c.ſeq.
Quod diſtinguenda ſunt tempora vt concordetur ſcriptura,2.q.1.ſi peccauerit.
Quod ſcriptura qua quis ſcribitur in libro vitæ, fit ſecundum præſentem iuſtitiam vel præſcientiam, de pœ di.4 §.finis.
Quod ſecundum præſcientiam ſcribi eſt ad vitam æternam præordinari.ibid.
quod ſecundũ iuſtitiam ſcribi eſt ea operari quorũ merito ſit dignus æterna ſalute.de pœ.d 4 §.porro.
quod ſcriptura ſacra accipienda eſt & exponenda, ſecundum proprietatem linguarum in qua eſt edita,38.di.locutio.
quod non arctatur ſub regulis grammaticæ artis, 38 di locutio.
quod non ſemper ad litterã,ſed quandoque eſt myſticè intelligenda,23.q.1.niſi.
Quod ſcripturæ ſenſus eſt quadruplex,videlicet hiſtoricus,quando ſcriptura intelligitur ſicut littera ſonat,ſicut ſunt Iudæorum hiſtoria 23 q 1 niſi.
Item allegoricus,quando per id quod dicitur ſignificatur quod iam factum eſt vel futurum eſt. ibid.
Item tropologicus vel moralis quando ſcriptura ad mores conuertitur,37 d.vino.
Item allegoricus, quando ſcriptura ad ſuperiora & ad cœleſtia reducitur,76.di ieiunium circa finem.
quod ſcriptura conciliorum & Romanorum Pontificum pro authentica eſt habenda,15 diſ.ſancta, 19.di.per totum:
Quod multa ſeruat vſus eccleſiæ licet in ſcriptura non inueniantur,11.diſt. eccle ſiaſticarum.
Quod Deus quandoque reuelat, aliter quàm ſcriptura ſanctorum tradidit,9.di.noli. in ſi.
Quod amans ſcripturas ſacras, carnis vitia non amabit de,conſ.di.5 nunquam.
Quod omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ elocutionis, quælibet varietas decore pronunciationis ornata,à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium,37.di.legimus, § 2.
Quod an liceat clericis ſtudere in ſcripturis philoſophorum & poetarum,37.di.per totum.
Quod qui aliter ſacram ſcripturam intelligit quàm ſpiritus ſanct⁹ flagitat,hæretic⁹ eſt,24.q.3.hæreſis.
Item ipſam malè exponentes dicuntur falſi prophetæ,37.di.vino.
Quod ſecundum eam grauia vel leuia penſantur, quia eſt ſtatera,24.q.1 non afferamus.
Quod ſcriptura requiritur in multis,videlicet,in hæreſis abiuratione,de conſ.di.2.ego Berengarius,2. q 1.legum.
Item in legatione,vbi requiritur ſcriptura miſſionis, 97.di.nobiliſſimus.
Item in electione quæ debet fieri in ſcriptis & protectis,63.di.quanto, 2 q.1.legum.
Item in excommunicatione,quæ debet fieri in ſcriptis,11 q.curæ, 2.q.1.legum.
Item in ſententiæ prolatione, quia aliter ſententia non habet vigorem,2.q.1.in primis,§. ſi quis, in fi & c.ſtatutis,& c.legum.
Item in publici criminis accuſatione,2.q.8.quiſquis & q. 1.legum.
Item in ciuili contentione,3.q 5.offeratur.
Item in appellatione,2 q 6.poſt appellationem.
Item in extraneorum clericorum ſuſceptione, 98. di.nullus,& c tranſmarinos.
Item in rerum eccleſiaſticarum venditione,12. q.2. ſine exceptione,10.q.2. caſellas
Item baptizandorum ſuſceptione,vbi nomen ſcriptis dari debet,2.q.legum,de conſ.di.4.baptizandi.
Item in regularis voti profeſſione,27.q.1.omnes fœminæ,20.q.1.vidua.
Item in expoſitorum puerorum collectione,87 diſ.expoſitus
Item in pœnitentiæ datione, 30. q 5.qualis,in fine
Item in prælatorum ad ſynodum non venientium excuſatione,18 d.placuit.
Item in illorum qui impetuntur citatione,5.q.2.§.1 & c.1.
Item in prælaturæ renuntiatione,7.q.1.ſicut vir.§.ec.
Item in ſeruorum ordinatione,54 di.nulli.
Item in reconciliatione,1.q.1.legum.
Item in ordinatione, quia ordinari debent ſcripturam quæ formata dicitur, ab ordinatore accipere, 73 di.per totum.
Item in conſtitutionis promulgatione,25.q.9 quod quis,96.di.bene quidem, circa med.
Item in ſeruorum ab epiſcopo manumiſſione,12.q. 2.epiſcopus qui mancipium.

De ſcriptura habes vbi agitur de Sententia, & de Suſcriptione.

SCRVTINIVM. De ſcrutinio habes vbi agitur de examinatione.
SECVRITAS.Quod vbi eſt perfecta dilectio,ibi eſt ſecuritas,24.q.1.non turbatur.
Quod ſecuritas conſcientiæ in tribulationibus releuat,24.q.1.non turbatur.
Quod in vltimo fine pœnitentibus de conſecutione æternæ fœlicitatis ſecuritatem dare non poſſumus,de pœ.di.7.circa prin.
SEDES. Quod ſedes apoſtolica eſt prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena ſit prior tempore,21.d.nunc autem,24.q.1.rogamus, 9 q. 3.nemo,& c ſeq.
Quod ipſa eſt maior in iudiciis auctoritate, 9.q.3. pater,&c. ipſi ſunt.
Quod conſtitutiones huius ſedis ab omnibus ſunt ſeruandæ,11.di. conſequens.
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare,17 q.4.nemini,21.di. nunc autem.
Quod Chriſtianus peccatum infidelitatis incurrit, qui ſed. apoſtolicæ obedire contemnit, 81.diſt.ſi qui,in fine,93.di.qui cathedram.
Quod in dubiis & arduis ad ſedem apoſtolicam eſt recurrendum,17 d.nec licuit,& duobus c.ſeq 16 q.1.frater,poſt med 24 q 1 rogamus
Quod in libris & opuſculis quidquid approbauit ſedes apoſtolica eſt tenendum, 19 diſt. ſi Romanorum, vſque ad c. ita.
Quod ſine auctoritate ſedis ipſius generale non celebratur concilium,17. diſt.per totum

Quod immediatè ſedi apoſtolicæ ſubiecti (maximè qui propinqui ſunt) annue ſe debent præſentare, 93.diſ.iuxta,& § præcedenti
Quod ſine ſedis huiuſmodi iudicio epiſcopi non poſſunt condemnari, 3.q 6.accuſatus,& c. ſeq. 9. q.3.antiquis
Quod male damnati per ipſam reſtituuntur, 9.q.3. fuit,& c.frattes.
Quod ſine ſedis apoſtolicæ auctoritate nullus epiſcopus ſedem ſuā audet mutare.7.q.1.mutationes

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia Romana, de papa; & Apoſtolica ſede.

Item hæc ſunt quæ reſeruantur eccleſiæ Romanæ, & Apoſtolicæ ſedi.
Iudicium epiſcoporum,3.q 6.dudum.
Item reſtitutio depoſitorum,2.q.6.ideo huic
Item congregatio conciliorum,3.q.6. dudum.
Item reſtitutio clericorum,1.q 7.conuenientibus.
Item exemptio epiſcoporum,16.q.1.frater, 18 q.2 luminoſo.
Item quæſtio fidei,23.q.1.quoties
Item abrenunciatio epiſcopatus,6.q 1 denique.
Item mutatio epiſcoporum,7.q.1. mutationes.
Item epiſcopatuū diuiſio & vnio,16.q.1.& tēporis.
Item pallij datio,100.di.quoniam.
Item abſolutio excommunicationis factæ ex ſede,21. di.inferior,16.q.1 frater.
Item antiquorum canonum & ſcripturarum interpretatio,17.di nec licuit
Itē famæ reſtitutio,2.q 3 Paulū,§.hinc aūt colligit
Item cum ſimoniacis diſpenſatio,2 q 3 Paulum
Item maiorum & difficilium quæſtionum diſcuſſio, 17.diſ.multis.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia Romana, & de Papa, & de Diſpenſatione.

Quod ſedes quatuor patriarchalium eccleſiarū ſunt iſtæ Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hieroſolymitana, 22.diſt.renouantes.
Quod Conſtantinopolitana ſedes licet vltima fuerit tempore, tamen propter dignitatem tranſlati imperij ex ſtatuto concilij poſt Romanam ſedem primum obtinet locum, 22.d.ſacroſanctam. § i ac,& c.ſeq. § hinc,& § diffinimus.
Quod Alexandrina ſedes, quam beatus Marcus euangeliſta ad honorem ſancti Petri inſtituit, olim poſt Romanam prior fuit, & poſt illam ſecunda fuit Antiochena, in qua ſederat beatus Petrus antequam Romam veniſſet, 22 diſt.ſacroſancto.
Quod ſedes epiſcopales non in villis vel caſtellis, ſed in maioribus locis debent conſt. 80.d.per totum.
Quod beatus Petrus apoſtolus vbi pagani habebant archiflamines, fecit iſtitui archiepiſcopos, 80.d.illis
Quod ſedes epiſcoporum nō longo interuallo debēt diſtare, vt ad conſecrationem archiepiſcopi citius poſſint venire, 80.d.non debere. §. ſedes.& c. ſeq.
Quod vbi non fuit ſedes epiſcopalis de nouo non debet inſtitui, niſi fidelium excreuerit multitudo, 16.q 1.præcipimus,& c ſel x.
Itē niſi gens noua ad fidem cōuertatur.99.d nulli.
Quod epiſcopales ſedes ex cauſa auctoritate apo[illegible] mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incurſionem, 7 q 1.temporis.
Item ex cauſa vniuntur, videlicet propter alterius loci deſolationem, 16.q.1.& temporis.& c.ſeq
Item ex culpa auferuntur, videlicet propter epiſcopi receſſionem, 25.q. 2 c vl.

SENES. Quod ſenes in ſcriptura ſacra dicuntur ſapientes, 84.d ſi potio.
Qd primus, Abrahā dict⁹ eſt presbyter, id eſt ſenior
Q[illegible] propter ſenectutē vel decrepitam ætatē [illegible] propter ſapientiam presbyteri dicuntur ſenes.
[illegible] ſenum eſt canities, & canities ſapientiam deſignat.
Quod [illegible]uplex eſt ſenium, videlicet naturæ, & [illegible]ctum, 86 d tanta, 13 q.2 illud.
Item [illegible], 84 diſt potio. vbi dicitur, quòd canities ſenum prudentia eſt, & hoc ſenium ad [illegible] 20.d.de quibus, 32 q.2.ancillā.
Item [illegible], & hoc ducit ad interitum, 2 q [illegible] Paulus dicit
Item eſt ſenium æternæ gloriæ, & hoc ducit ad æternum præmium de quo dicitur, Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.
Quod ſenes quanto morti viciniores, tanto debent eſſe puriores, 8 3 di tanta nequitia.
Quod mali ſenes à ſuis prælatis ſunt durius arguendi, 86 di tanta.
Quod præſumendum eſt de ſene bonum, 18.q.2 diffinimus.
Quod ſenectus aufert incontinentiæ ſuſpicionem, 34.diſ. fraternitatis.
Quod ſenectus decrepita reddit ad epiſcopatum inutilem, 2[illegible] diſt.[illegible]

De Senio & Senectute habes vbi agitur de Antiquitate.

SENTENTIA. Quod ſentētiā Papa cū magna deliberatiōne debet proferre, 35.q 9.apoſtolicæ.
Quod ſententia aut pro conſideratione temporum, vel ætatum, vel propter ſubreptionem, vel grauem neceſſitatem poteſt in melius commutari, 35.q.9. ſententiam,& c veniam.
Item Papa ſententiam ſuorum prædeceſſorum poteſt in melius cōmutare, 35.q.9.loci.§ his ita in fi.
Quod ſententia quæ in ſe non valet, confirmata per ſuperiorem valet. 16.q.6.ſi epiſcopum.
Quod ſententia debet dari in ſcriptis, 2. q.1.in primis, in fine.& c.legum.
Quod ad ſententiam dandam pro modicis cauſis non requiritur ſcriptura, 11 q.1 ſi quis cum.
Quod non ſecundum propriam voluntatem, ſed ſecundum leges eſt proferenda, 11 q.3.ſummopere.
Quod etiam præſentib. partib. ante plenam negotij diſcuſſionē nō eſt ſētētia ferēda, 30 q vl.iudicatē.
Quod in re dubia non debet dari certa ſententia, 11.q.1 graue.
Quod non eſt danda ſententia niſi poſt plenam inueſtigationem veritatis, 11.q.3.ſummopere,& c. graue.& quatuor c.ſeq.
Quod ſententia rite data ab omnibus eſt tenenda, 6.q 4 ſi Metropolitanus, §.ſed & c.ſi quis epiſcopus, 35.q.9 c.1. 11.q.3.nemo contemnat.
Quod iudex debet eam ferre cum mentis tranquillitate, non in furore, 11.q 3 illa & tribus c. ſe.
Quod ſententia ſub conditione non eſt proferenda, 2.q 6.biduum.
Quod ſententia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatæ, 2.q 6.biduum, ante finem.
Quod ſētētia priorū dēt præualere, 76.di.ſi tráſitus.
Quod ſententia quandoque eſt iniuſta ex animo proferentis, ſed iuſta eſt ordine & cauſa, & aliquando iuſta eſt ex animo, ſed non ordine vel cauſa, & aliquando eſt iuſta ex animo & ordine, ſed nō ex cauſā, 11.q.3 epiſcopus presbyter.§.ſeq.
Quod ſententia lata quandoque non tenet, videlicet quando per appellationem intra certum tempus releuatur, 35.q.9.loci §.ſeq.
Item quando in arduis cauſis in ſcriptis non datur, 2.q.1.in primis.in fi.
Item quando à non ſuo iudice fertur, 3 q.8 accuſatores, 9.q.2 c.1 & c epiſcopū, 11 q.1.in clericorū.
Item quando ab vno ſolo iudicum, cum duo fuerint delegati, fertur, 2.q.4.ſi quando,§. diffinitiua.
Item ſi contra ius ſcriptum fertur.
Item ſi iudices fines ſtatuti vel mandati excedunt.
Item ſi contra prius iudicata lata fuerit.
Item ſi iudex pretio corruptus eam tulerit.
Item ſi parte non contumaciter abſente lata fuerit, 3.q 9 per totum.
Quod non debet ſuſtinere pœnā canonicam in quē nō eſt prolata canonica ſententia, 21 q 1. nō dēt.
Quod iniqua ſententia eſt reuocanda, 24 q.2.ſane profertur.
Item ſi per falſas probationes & per ſubreptionem lata eſt, eſt retrahenda, 35.q.9.veniam,& u b c. ſe.
Quod ſententia excommunicationis ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt, 11.q.3.quibus,& c.epiſcopus, & §.ſi ergo.
Quod iniuſta nocet potius ferenti quàm patienti, 11.q 3.illud, 24.q.vl ſi quis non.& quatuor c ſeq.
Quod non eſt ferenda ſententia quando multitudo eſt in cauſa, 23 q 4 c ſi quis poteſtatē.§ ſi mulier.
Quod eſt ſententia ſuſpenſionis quantum ad officium & beneficium, 7 q.1 ſi quis in.

De hac materia habes vbi agitur de Suſpenſione.

Quod differtur ſententia & executio per triginta dies cum princeps vel aliquis alter aliquem ad mortem condemnant, 11.q 3.cum apud.
Item differtur per decem dies quoties appellatio admittitur, 2.q.6. anteriorum.
Item quouſque grauida ad mortem condemnata pariat, quia inter committeretur homicidium, 2. q.4 conſuluiſti, in fi. 3 2 q 2. quòd vero non formatum.
Item quouſque princeps aſſignauerit inſulam illi cui in exilium debet relegari, 2 q.6 biduum, poſt med.
Item quouſque condemnatus ſeruus reddat Domino ſuo de peculio rationem, 54 di generalia.
Qd De⁹ nō mutat ſentētiā, 22 q.4.vnuſquiſque.
Quod Deus non mutat ſententiam in homines ſed in opera, quibus hominibus non irraſcitur, 3.d virtus, de pœ.du.ſi tegamus.

De hac ſententia habes vbi agitur de Excommunicatione, & de Iudicio.

SEPARATIO. Quod hæretici & ſchiſmatici ab eccleſia ſunt ſeparati, & ideo non habent [illegible] ſanctum [illegible]

Quod mali Chriſtiani corporaliter ſunt in eccleſia, ſed per peſſimam vitam ſeparantur.
Quod tunc peccatores à Chriſti corpore ſeparātur cū per excommunicationem traduntur Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſanus fiat, 11.q 3. an.
Item aliqui ſeparantur ab eccleſia per ſententiam, qui ſunt extra, 24.q.vl.cum aliquis.
Quod nil ſic debent formidare Chriſtiani quàm ſeparari à corpore Chriſti, quia hoc non eſt membrum eius, 11.q 3. nihil.
Quod ſeparati à corpore Chriſti ſicut membrum præciſum virtutem ſpiritualem non habent, 1.q. 1.corporalia. Notent hoc obſtinati in malitia
Quod nos debemus ſeparari à malis præcepto Domini, qui dicit. Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus, 2.q.1 ſi peccauerit.
Itē mandato apoſtoli qui dixit, hæreticū poſt primā & ſecundam correctionem deuita, 24.q.3 dixit.
Itē cōſilio Moyſi qui dixit, Separamini à tabernaculis impiorū, ne pereatis, 1.q 1 ſi quis inquit, ante fi.
Item ſtatuto concilij quod ſeparat Iudæos à Chriſtianis, 28.q.1 Iudæi.
Item exemplo Cypriani, qui ſeparatus fuit à Lucifero hæretico, 24.q.1 aduocauit.
Item exemplo Polycarpi martyris, qui à Cherintho & Marchione ſeparatus fuit, 24 q.1.omnis qui.

De hac materia habes vbi agitur de Excommunicatione.

SEPVLTVRA. Quod nomine ſepulturæ aliquando ſignificatur terra pro ampliatione cœmeterij & ſepulturæ, & licet pro ea accipere, 12.q 1.autum, 24 q.8 ſecundum canonicam.
Item nomine ſepulturæ quandoque ſignificatur officium ſepeliendi, & non licet aliquid accipere, 13.q.2 præcipiendum.
Item nomine ſepulturæ quandoque ſignificatur terra cœmeterij, & pro illo non licet aliquid accipere, 13 q.2.quæſta.& tribus ca.ſeq. 1.q 1.dictum eſt ſolere in quibuſdam.
Quod ius ſepulturæ eſt ius competens eccleſiæ ad ſepeliendum in cœmeterio ſuo, & prouenit ex epiſcopi aſſignatione, 12.q.1. eccleſias.
Item hoc ſpectat parochialibus eccleſiis, vel quibus iure vel priuilegio eſt conceſſum, 13.q.1.eccleſias.
Quod vbicumque ſepeliatur, domini eſt terra & plenitudo eius, 13.q.vl. vbicumque.
Quod officium deuotæ ſepulturæ, bonæ fidei eſt teſtimonium, 13 q.2.non æſtimemus, ante fi.
Quod in ſepulturis Chriſtianorum requies eſt defunctorum, 13 q.2 ante finem
Quod prodeſt mortuis habere ſigna ſepulturæ ſuæ quæ inſpicientes amici pro eis preces effundant domino, 13.q 2 cum grauia.
Quod intra eccleſiam & maxime iuxta altare vbi corpus Chriſti conficitur, nullus eſt ſepeliendus, 13.q.2 præcipiendum.
Quod poſſūt in eccleſia epiſcopi ſepeliri, vel abbates vel eminētis vitæ presbyteri vel laici, 13 q.2.null⁹
Quod prodeſt homini inter bonos & iuſtos defunctos ſepeliri, 13 q 2 cum grauia,& c. animæ,& c. non æſtimemus, in fi.
Quod peccatoribus plus obeſt ſepeliri in ſacris locis quam prodeſt, 13 q 2 quibus,& c.cum grauia.
Quod quocumque modo ſeipſos occidentes non ſolum carent eccleſiaſtica ſepultura, ſed etiam nec in pſalmis nec in aliis debet eis aliqua ſolennitas exhiberi, 13 q.2 placuit.
Item ſimiliter debet pro illis fieri qui ſine pœnitentia pro ſuis ſceleribus occiduntur, c fatendum
Item vſurarius excommunicatus etiam minori excommunicatione, ſi abſolutionem viuens non petiuit, 14.q ſane.
Item prædones manifeſti etiā ſi pœnitentes moriātur, ſi h bēt vnde ſatisfacere poſſunt, nec ipſi nec hæredes ſatisfacere pro eis volunt, 24 q.2.ſane
Quod quilibet in peccato mortali moriens, in cœmeterio non eſt ſepeliendus, 13 q.2.quibus.
Quod in patibulo mortis, ſi pœnituerint, non eſt neganda ſepultura, 13 q. vl c vl.
quod ſepultura poteſt eligi, 13.q 2 bonæ.
quod ad eligendam ſepulturam locus debet inducere ſolennior, ſicut eſt epiſcopatus, vel religioſorum monaſterium, 13 q 2.vbicumque temporum
quod epiſcopus etiam in minori & minus religioſa eccleſia poteſt eligere ſepulturam, 13 q 2 bonæ
quod nullus debet ſepulturam parentum ſuperbia vel odio deſerere, 13.q. 2. placuit.
quod filij emancipati à patribus liberè eligunt ſepulturam, 3.q.2.§. econtra.
quod an eccleſia in qua parentes ſepulti ſunt, poſſet vendicare corpora filiorum, 13.q.2.Ebron & c.ſeq.
quod coniugati (vt videtur) in vno ſepulchro debent ſepeliri, 13.q.2.c.2 § nunc.& c Ebron.
quod vxor [illegible] ſi non eligerit ſepulturam, cum [illegible] debet ſepe[illegible] 13 q. 2 [illegible]

quæritur,& c.Ebron.& c vna quæ
Quod mulier ſi plures viros habuit, & ſepulturam non elegerit, videtur quòd cum vltimo viro debeat ſepeliri,13 q 2 vnaquæque
Quod extraneus quilibet vbi elegerit,ibi ſepelietur, 13.q.2 vbicumque, & quis.
Quod extraneus ſi non elegerit, in epiſcopatu vel parochia ſepelietur,13.q.2 vbicumque
Quod indigena ſi elegit locũ magis religioſum, ibi ſepelietur,13.q.2 illud.§.quia, & c. vbicumque
Itẽ ſi elegit minus religioſũ quia videtur hoc facere ex odio vel ſuperbia,non habebit,13.q.2 placuit.
Quod indigena ſi de corpore non diſpoſuit ſepelietur cum propinquis,vel vbi decimas perſoluebat, 13.q.2 Ebron.& c. vbicumque.
Quod violãs ſepulturã infamis efficitur.6.q.1.infames.
Quod qui ſepelit corpus alienum,non ſolum ſepulturam ſed omnia quæ conſequenter habuit,tenetur reſtituere,2.q 2.omnes.
Quod eccleſia parochialis vbi ſacramẽta participauit de mortuo alibi ſepulto debet ius ſuum habere,idẽ,canonicã portionẽ,13.q.2.eccleſias,p totũ.
Quod canonica portio eſt danda ſecundum conſuetudinem terrarum,vt vitetur ſcandalum,arg. 12.di.illa,76.diſ vtinam.
SEQVESTRATIO.Quod lite pẽdẽte fruct⁹ ſequeſtrantur,2.q.6.quoties poſt,11 q.1.quia res.
Quod ſequeſtrantur res [illegible] um appellatur ab executione,2 q.quoties poſt.
Item cũ aduerſarius fructus dilapidat,3.q 2.quia ca.
Item legitimè appellanti,2.q 6.biduum.
Item de adulterio accuſanti,4.q.4 § aliquando.
SERVITVS.Quod duplex eſt ſeruitus,videlicet corporalis & ſpiritualis,12.q.2.cum redemptor.
Quod ſeruitus inducta eſt ex iure gentium,& 1 diſ. ius gentium.
Item de iure diuino,35.d.vinolentiam.
Item iure conſtitutionis,7.d.§.1.vbi de ſeruo empto agitur, de quo ſtatutum fuit quòd ſex annis ſeruire debuit, & in ſeptimo anno liber exire.
Itẽ iure canonico eſt approbata,17.q.4 id cõſtituim⁹.
Quod ante diluuium inconcuſſa ſuit libertas, nec obſequia ſeruitutis à conſortibus exigebantur, 35.di.in.poſt med.
Quod ſeruitus non eſſet ſi ebrietas nõ fuiſſet ibidẽ.
Quod clericus epiſcopo ſuo inſidias vel iniurias inferens,in ſeruitutem perpetuam curiæ eſt tradendus,11.q.1.ſtatuimus,3.q.4 clericus.
Quod concubina diaconi vel ſacerdotis à principe in ſeruitutem eſt redigenda,32 di.eos qui.
Quod meritorium eſt libertatem dare ſeruis,12. q. 2 cum redemptor.
Quod ſerui eccleſiæ angariis ſecularium iudicum moleſtari non debent,12.q.2 eccleſiarum.
Quod eccleſiæ ſerui etiam bene meriti ſine compenſatione non debent dari libertati, 12. q 2. ſi quis,& c.epiſcopus qui.
Quod ſerui miniſtris eiuſdem eccleſiæ gratis poſſunt dari,12.q. 2. eccleſiaſticis
Quod libertati dati ſi non fuerint grati, in ſeruitutem redigantur,12 q. 2 epiſcopus qui.
Quod & equẽt⁹ fugitiui poſſũt vẽdi,12 q 2.fugitiui
Quod ſi ſeruus promouetur ſciente domino & non contradicente,remanebit in ordine promotus,ſed epiſcopus vel qui eum præſentauit,duplum reſtituet,54 diſ.ſi ſeruus abſente.
Item ſi præſens eſt Dominus & conſentit, eo ipſo ſeruus liber efficitur,54.diſ.ſi ſeruus ſciente.
Item ſi Dominus eſt abſens ſiue præſens, & ſcit & tacet, videtur conſentire.ibid.
Quod ſi Dominus neſcit promotionem ſerui intra annum poterit reclamare & reuocare ibidem.
Quod ſeruus indebitè promotus ſi infra diaconatum fuerit degradatus,ad priſtinum ſtatum reducitur,54 di.nullus.& c ſe.& c. ſi quis obligatus,& c.de rebus.& cæterum.
Quod ſeruus monachus factus inſcio Domino,intra triennium non debet profiteri, intra quod tempus ſi non requiritur,liberè monachus remanebit,54 d ſi ſeruus ſciente.
De hac materia habes vbi agitur de Ordine,& de Clericis.
De Seruitute habes vbi agitur de Libertate, & de Libertis, & de Manumiſſione.
Quod ſpiritualis ſeruitus peccati relaxata eſt per incarnationem Chriſti,12.q.2.cum redem ptor.
Quod [illegible] altari ſeruit, de altari viuere debet,12 q 1.clericus qui,& c. ſeq.
Item bona propria decedentium ab inteſtato ſi non habent filios vel nepotes, ſunt eccleſiarum in quibus miniſtrant, 12. q. 5. quicumque, & q. 5. c. vlt. & q. 2. epiſcopus qui filios.

Quod in teſtamento Chriſtus ſemper pro vno filiorum reputandus eſt, 13. q. 2. ſi quis iraſcitur.

Quod teſtamentorum non executores ſunt ſacrilegi fures, 13. q. 2. qui oblationes, 17. q. 4. ſacr. legium.

Item ſunt egenorum homicidæ, 13. q. 2. clerici.

Item ſunt excommunicandi, ibid.

Quod ſucceſſor non ſeruans defuncti teſtamentum eſt exheredandus, 13. q. 1. Silueſter.

T E S T I S. Quod triplex eſt teſtis, videlicet ſuperior, ſcilicet Deus, 11. q. 3. inter verba, vbi dicitur, Ecce in cœlo teſtis meus, & 22. q. 1. ſi peccatum.

Item eſt teſtis interior, videlicet conſcientia, 11. q. 3. inter verba, vbi dicitur Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ & c. cuſtodi.

Item eſt teſtis exterior, ſcilicet proximus, de conſ. d. 1. iubemus, 11. q. 3. non ſunt, 22. q. 1. nolo vt.

Quod eſt teſtimonium non ſolum verbale, ſed etiam reale, ſcilicet facti euidentia, 28. di. priuſquam. 82. diſt. propoſuiſti. 33. q. 2. de his verò

Quod apoſtoli verbo & opere ſunt teſtes Chriſti in Hieruſalē & in omni iudæa, 11. q. 3. exiſtimāt, 16

Quod voluntas morientis etiam ſine inſtrumento probari poteſt ex circumſtantium teſtimonium, 16. q. 6. hiſ. qui tempore.

Quod in teſtimonio eſt attendenda, diuerſitas locorum & temporum, 35. q. 5. de parentela.

Quod ad probationem ingenuitatis ſoli teſtes non ſufficiunt niſi inſtrumentis & argumentis adiuuentur. 4. q. 4. placuit. § item in criminali, poſt me.

Quod nulluſ pōt eſſe iudex & teſtis, 4. q. 4. nulluſ vnquā.

Quod teſtib. non teſtimoniis per ſcripturam delatis credendū eſt, 3. q. 9. teſtes. § proxi. & c. hortamur.

Quod de illo eſt verū teſtimonīū quod in præſentia teſtificātiū cōtigiſſe phibetur, 3. q. 9. teſtes. § de his.

Quod etiam non rogati, dummodo interfuerint, teſtes eſſe poſſunt, 4. q. 3. placuit, § item in criminali.

Quod teſtes ſuper vno facto in tempore & loco diſcrepantes repellantur, 3. q. 9. teſtes. § ſeq.

Quod illi teſtes ſunt grauiter puniendi quos temporum diuerſitas ſimul facto non interfuiſſe oſtendit 3. q. 8. nihilominus.

Quod in cauſa criminali teſtimonium debet eſſe de viſis, notis, & auditis, 3. q. 9 teſtes.

Quod in teſtibus attendenda eſt ſtatus dignitas, fidei puritas, & morum grauitas, 4. q. 3. teſtes, §. ſeq.

Quod illi præcipuè recipiendi ſunt in teſtes, de quibus præſumitur quòd veritatem facti magis ſciant, 35. q. 6. c. 1.

Quod licet ſimplici verbo iudicis credendum ſit, tamen ſi ab ipſo appellatur, non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis, 16. q. 1. ſtatuendum.

Quod ad vnius teſtimonīū nemo condēnatur, niſi fortè fama publica contra eū laboret, 3. q. 3. teſtes. §. ſeq. 35. q. 6. §. vl. 33. q. 2. admonere, 2. q. 5. ſi mala.

Item nec ad teſtimonium vnius, etiam ſi ſit epiſcopus. 6. q. 2. per totum, 4. q. 3. teſtes, §. ſe. ver. vnius.

Quod ex hoc epiſcopo vel alteri prælato iniuria non infertur, cum ubi ſoli in teſtimonium non creditur, 6. q. 2. c. vlt.

Quod ad probandum duo teſtes ſufficiunt, vel tres niſi in aliquibus caſib. ſingularibus vbi plures requiruntur, 4. q. 3. teſtes, § ſeq. poſt med 2. q. 4. § 1.

Quod præſul non damnatur niſi, 72. teſtibus, preſbyter autem niſi, 44. diaconus verò cardinalis niſi viginti tribus, inferioris autem gradus clerici niſi ſeptem teſtibus conuicti, non debent condemnari, ſecunda q. 4. præſul

Quod nullus eſt idoneus teſtis in cauſa propria, 35. q. 1. ſane in fine

Quod nec iure nec in cauſa propria quis ad teſtificandum admittitur, 4. q. 3. teſtes § ſe poſt mediū.

Quod contra ſe quiſque teſtari poteſt, pro ſe verò ... 34. q. 2. § 1.

Quod propter inimicitias pōt quis repellere teſtes contra ſe ... pro ſe ... non, 4. q. 3. teſtes § ſe ...

Quod qui agit, non poteſt à reo petere teſtimonium, 4. q. 2. teſtes. ver. item qui intendit.

Quod teſtes non videntur idonei, quibus poteſt imperare, 4. q. 3. teſtes. § ſe. ante medium.

Quod teſtis videtur ſuſpectus ſi ſit de domo iudicis, 4. q. 1. contra

Quod nullus debet cogi, vt ferat teſtimonium contra conſanguineum vel affinem, 4. q. 3. teſtes, § ſe. ver. item lege Iulia.

Quod nec parentes nec liberi inuicem aduerſos ſe teſtificari poſſunt, 4. q. 3. teſtes. ver. item codicem.

Quod pater & filius & duo fratres in eadem cauſa teſtes eſſe poſſunt, 4. q. 3. teſtes, §. ſeq.

Quod in alieno negotio plures teſtes produci poſſunt ex eadem domo, 4. q. 3. teſtes. § ſeq. circa medium.

Item teſtis domeſticus admittitur in cauſa eccleſiaſtica. 14. q. 2. ſuper.

Item in cauſa matrimoniali, 35. q. 6 de parentela.

Item admittitur in cauſa ciuili, ſed non in criminali. 4. q. 3. teſtes. §. ſe. ver. quos accuſatori, 14. q. 2. per totum.

Quod hæreticus pro Chriſtiano poteſt teſtificari contra hæreticum, ſed non contra Chriſtianum, 24. q. 1. miramur. § ſeq

Quod inhabilis ad ſacerdotiū, contra ſacerdotē nō pōt teſtificari i cauſa criminali, 2. q. 7. ipſi apoſtoli.

Quod an clericus ad teſtificandum poſſit compelli, 2. q. 6. ſtatutum.

Quod epiſcopus vel preſbyter niſi in cauſa quæ aliter ſciri non poſſit aduocatur in teſtem, quia ex hoc ſacerdotiū dehoneſtatur, 14. q. 1. teſtimoniū.

Quod epiſcopus vel preſbyter in neceſſitate teſtimonium perhibens non debet iurare ſicut alij ſuper librum, ſed tantum videre librum in fine.

Quod epiſcopus vel preſbyter poteſt loco iuramenti per ſanctam conſecrationem dicere, 2. q. 4. ſi quis preſbyter.

Quod omnes alij teſtes debent primo iurare de veritate dicenda tactis ſacroſanctis Euangeliis, 3. q. 9. hortamur, 4. q. 3. teſtes. § proximo.

Quod iudex debet teſtibus prouidere de loci ſecuritate, 5. q. 9. hortamur.

Quod teſtibus expenſæ ſunt miniſtrandæ, 4. q. 3. teſtes. § ſeq.

Quod epiſcopus ſiue preſbyter pro eccleſiæ ſuæ negotio poteſt ferre teſtimonium, 14. q. 1. ſuper.

Quod clericus non debet eſſe teſtis contra laicum in criminali cauſa, ſed in ciuili, 11. q. 1. teſtimonium, 14. q. 2. ſuper.

Quod in conficiendis inſtrumentis ſæcularium, preſbyteri non debent ferre teſtimonium niſi de mandato epiſcopi, 14. q. 2. ſuper, in fi. ibid.

Quod teſti honeſtiori maior fides eſt adhibēda, 4. q. 3. teſtes. ver. item iuſiurandi.

Quod vtrum hermaphroditus poſſit fieri teſtis, qualitas incaleſcentis ſexus declarabit, 4. q. 3. teſtes, ver. item hermaphroditus.

Quod mulier poteſt eſſe teſtis p̄ parentib. & amicis & conſanguineis, & pro crimine læſæ maieſtatis, & contra hæreſim & ſimoniam, 15. q. 3. de crimine.

Quod de vnoquoque minus eſt dubitādū vbi prior vita qualis fuerit teſtimoniū reddit, 61. d. miramur.

Quod teſtes debēt eſſe bonæ opinionis, 2. q. 1. ſi primis, circa med 3. q. 5. ſuſpectos, 4. q. 1. teſtes. §. 1.

Quod ad teſtificandum non admittuntur aliàs inimici, 2. q. 1. in primis, circa med.

Item nec ſerui pro domino ſuo, nec minor viginti annis, 4. q. 1. teſtes.

Item nec infideles, 2. q. 7. nō poteſt, 3. q. 5 ſuſpectos.

Item nec à fide apoſtatantes, 2. q. 7. non poteſt.

Item nec infames, 2. q. 7. teſtes, 3. q. 5. ſimiliter, & c ſeq. 6. q. 1. qui crimen.

Item nec criminoſi. 2. q. 7. teſtes. 3. q. 5. conſtituimus.

Item nec complices in crimine quando illud de ſe confitentur, 15. q. 3. c. vl. 4. q. 3. teſtes, §. ſeq.

Item nec nimia paupertate laborantes, 4. q. 3. teſtes, § ſeq.

Item nec conſanguinei vel propinqui, niſi cum contra ſeipſos mutuo teſtificari voluerint, 2. q. 5. c. 1.

Item nec familiares, ſcilicet de propria domo prodeuntes, 3. q. 5. c. 1. & c. accuſatores.

Item nec affines, 3. q. 9. abſens, 6. q. 1. ſimiliter.

Item nec litigioſi, 3. q. 5. ſuſpectos, & c ſeq.

Item nec impuberes qui intra quartum decimum annum conſiſtunt, 4. q. 3. teſtes § ſeq.

Item nec liberti contra eccleſiam vel contra dominum cuius fuerunt ſerui, 12. q. 2. epiſcopus qui mancipium, & vl. 4. q. 3. teſtes, § ſe. ver. item patroni & ver. item liberti.

Item nec ... niſi dum aliqui teſtes deficiunt, 4. q. 3. teſtes. § ſeq. ante finem.

Item nec ille cui iudex vel aſſeſſor vel aduocatus fuerit in eadem cauſa, 16. q. 1. ... ſtatuendum.

Item quicumque ad accuſandum non admittuntur, nec ad teſtificandum, 4. q. 4. c. 1.

Quod teſtimonium nunquam eſt vendendum, 14. q. 5. non ſane.

Quod non teſtificans veritatem grauiter peccat. 11. q. 3. vnicuique, §. ſic quoque.

Quod falſus teſtis eſt qui etiam contra ſeipſum falſum dicit, & pro hoc Deum qui eſt veritas, vendit, 11. q. 3. abſit.

Quod preſbyteri vel diaconi in falſo teſtimonio inuenti, per tres annos ab officio ſuſpenſi in monaſterio debent pœnitere, 5. q. 6. quia, in fine.

Quod quilibet falſus teſtis ſeptem annorum pœnitentia punitur, 22. q. 5. ſi quis periurauerit.

Quod infamis fit, & à teſtimonio repellitur, 22. q. 5. ſi quis conuictus

Quod inducens ad falſum teſtimonium grauiter peccat, & conſimili pœna punitur, 22. q. 5. ſi quis periurauerit, & c. ſi quis conuictus.

T I M O R. Quod timor eſt multiplex, videlicet ſeruilis, quando quis timore pœnæ facit quod facit, 23. q. 4. hæc autem, § ſeq. in fi.

Item eſt timor initialis, qui ſicut ſeta introducit filum, ita & ipſe charitatem, de pœ. diſ. 2. ſicut ſeta.

Item eſt timor filialis, qui etiam timor ſanctus vel caſtus dicitur, & hic eſt perfectorum, 23. q. 6. ſcīſmatici, & §. vl. in fi.

Item eſt timor naturalis quem etiam ipſe Chriſtus habuit, & alij perfecti, 7. q. 1. c. vl. circa finem.

Item eſt timor mundanus quando peccatur timore temporalium, 47. diſ. ſicut, 11. q. 3. quiſquis.

Item eſt timor mundanus quo quis peccat timore pellis propriæ, 11. q. 3. nolite.

Quod humanum eſt timere eum qui poteſt opprimere vel erigere, 16. q. 2. c. 1. poſt med.

Quod timendum eſt de ſero pœnitente, de pœ. di. 7. poſt med.

Quod amor carnalis & timor atque auaritia ſenſum hominis hebetant, 3. q. 5. accuſatores vel teſtes, 11. q. 4. quatuor.

Item ibi vææ eſt vbi timoratus periit à terra, 16. q. 7 & hoc ... poſt med.

T I T V L V S. Quod titulus dicitur principium poſſeſſionis ſine quo nemo verè poſſidet, 16. q. 3. dilectio, §. poteſt, ante med. & 17 q. 4. quæſiti

Item dicitur titulus vexillum vel ſignum pro re vēdicanda poſitum, 16. q. conſuetudo, 12. q. 2. non habenti 6.

Item dicitur titulus breuis adnotatio ſequentis operis, 15 diſ. ſancta & c. in primis, ante med.

Item titulus dicitur beneficium eccleſiæ, ſub quo quis ordinatur, & vbi tenetur ſeruire quamdiu viuit ... ſanctorum.

Quod nemo ſine titulo ordinari debet, ibid.

T O L E R A N T I A. Quod tolerantur à bonis mali in ipſis conſueta nō denegando, 4. d. denique.

Item debilitati quantum ad labores condeſcendendo, 47 diſ. omnes in fi.

Item ipſorum defectus ad infamiam non detegendo, 95 diſ. in ſcripturis.

Item commiſſa eorum propter ſpem correctionis patienter ſupportando, 45 diſ. licet.

Exemplum ibi de Petro quem dominus poſt negationem non damnauit 3. q. recedite, & 50 d conſiderandū. vbi dicitur quod ideo dominus Petrum tolerauit, vt poſtea aliorum defectus toleraret.

Item tolerantur à bonis mali ipſorum detractiones, & falſa iudicia æquanimiter tolerando, 6. q. 1. deteriores, & c ſe. c ex merito.

Item tolerantur à bonis ipſorum verba, & alias perſecutiones patienter ſuſtinendo, 6. q. 1. quieſcite.

Item tolerantur de omnibus ipſorum iniuriis ſe non vleiſcendo, 23. q. 3. lex diuinæ ſententiæ, & q. 8 conuenior.

Quod qui malos non tolerat ipſe ſibi per hoc teſtis eſt, quia bonus non eſt, 23. q. 4. hæc autem.

Quod mali à bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non poſſunt, 23. q. 7. c. 1. in fi.

De tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

T O N S V R A. Quod tonſura clericalis in circuitu & in ſummitate capitis in modum ſphæræ debet fieri 23. d. ſ prohibere.

Quod hæc tonſura deſignat in clericis contemptum temporalium ... 12. q. 1. duo

Quod hæc tonſura prius debet fieri per epiſcopum niſi ſint regulares, quibus per abbatem fieri ... ſi eſt preſbyter, poteſt dari, 69 diſ quoniam.

Quod prima tōſura facit clericū 23. d. clerici & eſt, ōrdo, qui dicitur pſalmiſtatus, 23. diſ. pſalmiſta.

Quod nō habētes tōſurā clericalē lectiones in eccleſia publicè i pulpito nō debēt legere 69. di qm̄.

Quod tonſura clericalis ſic debet tonderi vt ſit ſuperior ... 23. d ſi non liceat cuilibet.

Quod

Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconum ſunt compellendi, 13. diſt. ſi quis.

Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debeant tonſuram portare, ſi clericali priuilegio volunt gaudere, 84. diſt. quiſquis.

Quod clericus contrahens cum corrupta, quia videtur renunciare priuilegio clericali communem cum laicis tonſuram deportabit ibid.

TORMENTVM. Quod tormentum quandoque damnis, quandoque verberibus infertur, 12. q. 2. fraternitatis.

Quod quilibet iudex etiam eccleſiaſticus poteſt torquere ſuſpectos, vt veritatem facti poſſit exquirere. 5. q. 5. illi qui.

Quod quilibet ſuperior malefactorem ſibi ſubditum, ſecundum magis & minus excedentem poteſt tormentare, 23. q. 5. c. 1. in fine.

Quod prælatus non debet per ſe, ſed per alios delinquentem tormentare, 86. diſt. non liceat.

TRANSACTIO. Quod tranſactio eſt cum aliquo dato vel retendo vel promiſſo ab actione litigij recedere, 45. diſt. generalis, circa finem.

Quod tranſactio debet fieri de ſcitu iudicis vel ſuperioris, 23. q. 4. ſi illuc.

Quod propriè loquendo tranſactio non poteſt fieri in ſpiritualibus, 1. q. 2. quam pio 14. q. 5. denique, 16. q. 7. decimas, 13. q. 2. in eccleſiaſtico.

Quod quando ſeruus diaconus effectus aliā perſonā pro ſe reſtituat in tali trāſactione nō committitur ſimonia, quia non pro ordine ſed pro ſeruitio ſit reſtitutio 54. d. ex antiquis, in ſi. & c. generalis.

TRANSITVS Quod in ſucceſſores res tranſit cum onere ſuo. 11. q. 1. Siluester.

Quod ſpiritualis tranſitus eſt de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de terrenis ad cœleſtia. de conſ. diſt. 4. per aquam.

De Tranſitu religioſorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

TRANSLATIO. Quod trāsferri poſſunt prælati de eccleſia ad eccleſiam propter neceſſitatem vel vtilitatem. 7. q. 1. mutationes, & tribus c. ſeq.

Quod ſicut vir ducens alteram præter ſuam vxorem, dicitur adulter, ſic prælatus qui propter temeritatē ſe transfert ad aliam eccleſiā, 7. q. 1. ſicut.

Quod tranſlatio ſit de minori eccleſia ad maiorem, & non econuerſo, 93. d. legimus, circa med. 7. q. 1. mutationes.

Quod Petrus de Anthiochia Romā tanquā ad maiorem eccleſiam eſt tranſlatus, 7. q. 1. mutationes.

Quod ambitio præſumitur vbi de minori eccleſia ad maiorem ſua temeritate quis transfertur, 7. q. 1. ſi quis epiſcopus, & c. ſeq.

Quod tranſlatio vtilitatis plurimorum vnius vtilitati præferenda eſt, 8. q. ſcias.

Quod tranſlatus nihil iuris in priori eccleſia retinet, 13. q. 2. ſi quis.

Quod tranſlatus non priuatur prima eccleſia niſi poſſeſſionem habeat in ſecunda, 92. d. ſi quis epiſcopus, & c. ſi quis epiſcopi.

Quod tranſlatus cauſa neceſſitatis, ceſſante neceſſitate debet ad primum locum redire, 7. q. 1. paſtoralis, q. 1. quod pro neceſſitate.

Quod ſolus Papa eſt transferre epiſcopos. 7. q. 1. mutationes & c. ſicut alterius, in ſi.

Quod presbyteri ſiue inferiores prælati de eccleſia ad eccleſiam non debent transferri niſi auctoritate epiſcopi, 7. q. 1. epiſcopus de loco.

Quod ad aliam eccleſiam ſua temeritate ſe transferentes fruſtrantur habita & non habita, 7. q. 1. ſi quis epiſcopus, & c. ſeq.

Quod in tranſlatione clericorum vel rerū eccleſiaſticarū epiſcopus debet requirere cōſiliū capituli, quia ſit quædā alienatio, 12. q. 2. ſine exceptione.

De Tranſlatione habes vbi agitur de Mutatione & de Permutatione.

TREVGA. Quod treuga eſt ſecuritas pſtita reb. & perſonis diſcordia nondum finita, 24. q. vlt. illi.

Quod archiepiſcopi & alij ad faciendam treugam debent intendere, 24. q. vlt. illi, 90. diſt. per totum.

Quod frangentes treugas ſunt excommunicandi. 24. q. vlt.

TRIBVTVM Quod licitè datur tributum etiā ab eccleſia, videlicet intuitu pacis, 23. q. 1. quid.

Item datur intuitu ſubiectionis, 11. q. 1. magnum. Nota exemplum de Chriſto, qui dedit tributum.

Item intuitu ſolius quod quis poſſidet, 13. q. 8. tributum, & c. ſeq.

Item datur intuitu impenſi officij vel impendendi, 11. q. 1. Eleutherius.

Item datur intuitu cathedratici, 10. q. 1. per totum.

Item datur obtentu longæ conſuetudinis, 1. q. 4. quæſitum, ante finem.

Quod nulla eccleſia conſtruenda eſt ſub tributaria conditione de conſ. d. 1. ſi quis baſilicam.

TRIBVLATIO. Quod tribulatio patienter eſt toleranda, ne per impatientiam meritum mereatur in culpam, 7. q. 1. cum percuſſio.

Quod Deus ſæpe ſuis mordaciſſimum genus tribulationis immittit ad animæ medicamentū, 5. q. 5. non omnis. Exemplum ibi de ſtimulo carnis Pauli.

Item mittit ad virtutis augmentū, 7. q. 1. aduerſitas. Exemplum ibi de naufragio Petri, 11. q. 3. incūctis.

Item mittit ad puniendum crimen commiſſum, 6. q. 1. ſunt plurimi, 7. q. 1. cum percuſſio.

Item mittit ad conſequendum æternum præmium, 7. q. 1. ſuggeſtum.

Quod facit mundi honorem contemnere, 23. q. 4. diſplicet, ante med.

Item facit ad bonum feſtinare, 23. q. 4. c. vlt. in ſi.

Item tribulatio facit peccata deſerere, 23. q. 4. qui peccat. in fine.

Quod quando non grex nec fides, ſed paſtor quæritur, tribulatio eſt declinanda. 7. q. 1. ſcitcitatus.

De hac materia habes vbi agitur de Aduerſitate.

TRISTITIA. Quod nullus pro ſua nec ſuorum morte triſtari debet, 13. q. 2. quàm præpoſterum.

Quod illi qui de morte contriſtantur, videntur de ſpe reſurrectionis dubitare, 13. q. 2. vbicumque, §. ſeq. & c. ſeq.

TVTOR. Quod tutor propriè dicitur pupilli vel orphani, vel à parentibus emancipati, 87. diſt. defenſionis.

Quod triplex eſt tutela, videlicet teſtamentaria, quæ ex teſtamento conſtituitur, & legitima, quæ propter propinquitatem aſſumitur, & datiua, quæ cuicumque confertur, 16. q. 1. generaliter.

Quod tutela pupillorum in duobus conſiſtit, videlicet vt vita à criminibus, & res ab iniuria impiorum ſeruetur, 12. q. 1. c. 1.

Quod ipſe Deus iuſſit pupillis & egenis tuitionem impendi, 87. diſt. defenſionis.

Quod epiſcopus tanquam iudex tuitionem teſtamentariam non debet ſuſcipere, & ſuſceptam propter neceſſitatem, non per ſe, ſed per archipreſbyterum debet agere, 88. diſ. epiſcopus, & duobus c. ſeq.

Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam teſtamentariam vel legitimam vel datiuam, ad cautelam tamen miſerabilium perſonarum omnes tenentur 86. diſ. peruenit, 87. diſ. licet, 16. q. 1. generaliter.

Quod clerici per epiſcopum poſſunt cogi ad egenorum tutelæ ſuſceptionem, 88. diſt. decreuit.

VACATIO. Quod eccleſia cathedralis vltra tres menſes non debet vacare paſtore, 50. diſt. poſtquam, 64. diſt. obeuntibus.

Quod propter gregis periculum poſt tres menſes electionis alij tres menſes dantur pro petenda conſ. 50. diſt. poſtquam.

Quod percipiendæ atque intuendæ veritati vacandum eſt, 8. q. 1. qui epiſcopatum.

Quod clerici qui diuinis officiis debent eſſe obligati, non debent terrenis actibus vacare, 21. q. 3. militiis.

Quod vacatio contemplationis corde appetenda eſt, ſed aliquando pro multorum ſalute poſtponenda eſt, 8. q. 1. in ſcripturis.

Quod diabolus per incuriam vacantes facilius opprimit, & in una vitiorum proſternit, de pœ. diſt. 4. quæcumque.

VAGARI. Quod epiſcopus vacabundus niſi reſipiſcat, primo excommunicatur, poſtea in monaſterium retruditur, 7. q. 1. peruenit, & c. ſeq.

Quod clerici ab eccleſia non ſunt habendi, qui vagando ſub nullius epiſcopi diligentia conſiſtunt, 93. diſt. nulla.

Quod monachi vagari prohibentur, 16. q. 1. iuxta, & c. ſeq.

Quod religioſi vagantes vt monaſteria ſua redeant, ſunt compellendi, 16. q. 1. quidam, 18. q. 2. abbates.

Quod vaganti religioſo ſine ſui ſuperioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare. 16. q. 1. monachi, & c. ſeq.

Quod ſi quid religioſus vagando acquiſierit, totum monaſterij vbi profeſſus fuerit, erit, 18. q. 2. abbates.

Quod vagabundi religioſi poſt contemptum admonitionis, auxilio epiſcopi ſunt carceribus tradendi, 18. q. 2. abbates.

VANITAS. Quod nomen Dei non eſt in vanum aſſumendum, 22. q. 1. animaduertendum.

Quod vanitas gentilium, poetarum, vel philoſophorum, ipſorum auctoritatibus redarguitur, 37. d. ſi quis.

Quod in prædicatione poſtponere auctoritatem prophetarum, & adducere auctoritatem philoſophorum vanitas eſt & curioſitas ſacrilega, 37. d. ſi quis artem, & c. ſeq.

Quod omnis ſcientia quæ ad tropologiam, id eſt mores non conuertit, in vanitatem & in ſenſus obſcuritatem deducit, 37. diſt. nonne.

VAS Quod in eccleſia ad baptizandum & ad corporalia & pallas lauandum ſpecialia vaſa debent haberi, de conſ. d. 4. omnis presbyter, & d. 1. nemo per ignorantiam, & quatuor c. ſeq.

Quod vaſa ſacrata non debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare, 23. diſt. ſacratas, & c. non oportet.

Quod vaſa ſacrata & eccleſiaſtica inueterata debent comburi, & cineres vbi conculcari non poſſint, reponi, de conſ. diſt. 1. altaris.

Quod vaſa eccleſiæ pro liberatione captiuorum & egeſtate miſerorum ſunt exponenda, quia melius eſt vaſa viuentium ſeruare, quàm metallorum. q. 5. aurum.

Quod Paulus dicitur vas electionis, 12. q. 5. ſi Paulus.

Quod vaſis iræ Deus nunquam redderet interitum ſi non inueniretur homo ſpontaneum habere peccatum 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

VATES. Quod vates à viuendis appellatur, qui modo ſacerdotem, modo prophetam, modo poetam ſignificat, 21. diſt. cleros.

Quod illud quod vates gentilium de Chriſto prædixerunt, valet ad conuincendam paganorum vanitatem, ſed non dat auctoritatem, 37. diſt. ſi quid.

VELVM. Quod eſt velum profeſſionis: quod datur fœminis anno duodecimo, 20. q. 2. puella.

Item eſt velum conſecrationis, quod datur anno viceſimoquinto, 20. q. 1. placuit.

Item eſt velum prælationis, quod datur anno ſexageſimo, 20. q. 1. iuuenculas.

Item eſt velum ordinationis, quod datur anno quadrageſimo, 27. q. 1. diaconiſſam.

Item eſt velum continentiæ obſeruationis, & hoc eſt viduarum, 27. q. 1. viduas.

Quod ad epiſ. ſpectat virgines velare, 20. q. 1. deuotis.

Quod excepta ægritudine epiſcopus virgini velum non debet imponere, niſi in feſto epiphaniæ, & per totas octauas Paſchæ, & in feſtis apoſtolorū.

Quod nec abbatiſſæ nec alteri moniali aliquam velare licet, 20. q. 2. ſtatuimus.

Quod viduam nullus pontifex velare debet, q. 1. deuotis.

Quod vidua ab altari velamen continentiæ poteſt ſuſcipere, 27. q. 1. viduas.

Quod velatæ voto profeſſionis, ſiue virgines ſiue viduæ matrimonium non poſſunt contrahere, & contractum dirimitur, 27. q. 1. ſi quis facto, & c. ſeq.

VENATIO. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur, & aliqua conceditur.

Quod venatio arenaria qua quis pugnat cum beſtia detenta in arena, prohibetur non ſolum facientibus ſed etiam aſpicientibus, 86. d. qui venatoribus, & c. ſeq.

Item hac venationem exercens non ſolum infamis efficitur, ſed etiam ab actione in iudicio repellitur, 3. q. 7. c. 1. § tria poſt princip.

Quod venatio ſaltuoſa, quæ fit in ſaltibus, vel ſyluis, ſi ſit tempore debito, non prohibetur, ſi ſit propter vtilitatem non delectationem, laicis non clericis permittitur, 86. d. quid prodeſt, 24. d. quorumdam.

Quod maximè Germaniæ prælati venationi ſaltuoſæ implicantur ibid.

Quod venatio quæ fit ſine ſtrepitu, ſicut ponere rete vel laqueum, non ſolum laicis ſed etiam clericis conceditur, quod ſimilis eſt piſcationi, 76. d. Eſau de conſ. diſt. 5. nunquam.

Quod venator inquantum venator non legitur ſanctus, 54. diſt. quorundam, 86. diſt. Eſau.

Quod qui videt venationem ad delectationem tradidit Chriſtum ad contriſtandum, 86. diſt. videat.

Quod parum prodeſt ieiunare in cibis, & delectari in venationibus, 86. diſt. quid prodeſt.

Quod fauore venatorem propter artem ſuam, eſt peccatum, 86. diſ. qui venatoribus.

VENDITIO Quod emēdi vilius & vēdēdi carius ſtudiū maximè clericis prohibetur, 14. q. 4. canonū.

Quod clericis permittitur vt pro mutuatis ab ipſis denariis res aliās ſtatuto tempore prout venduntur, recipiant, 14. q. 4. ſi quis clericus.

Quod turpe lucrum ſequitur qui ex cupiditate tempore meſſis vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4. quicumque tempore.

Quod qui falsū iurādo pro pecunia veritatem vēdit, Chriſtū, q. veritas eſt, ſicut Iudas vēdit. 11. q. 3. abiit.

Quod ſicut iudex non debet vendere verum iudicium, ſic nec teſtis verum teſtimonium, 14. q. 5. non ſanè. 11. q. 3. non licet.

Quod

Quod ſicut iudex non debet vendere verum iudicium, ſic nec teſtis verum teſtimonium, 14. q. 5. non ſanè, 11. q. 3. non licet.

Quod ſicut iuriſperitus poteſt vendere iuſtum conſilium, ſic aduocatus iuſtum patrocinium. ibid.

Quod nullũ diabolus tanquã ſeruum poſſidet, niſi qui ſe ſibi peccatorũ ære vẽdiderit, 15. q. 1. non eſt.

De venditione ſpiritualium habes vbi agitur de Simonia.

Quod Chriſtus eiecit de templo vendentes, & ementes, 16 q. 7. & hoc diximus.

V E N I A. Quod apud Deum nullam patitur moras veniæ conuerſio, de pœ. di. 1. ſerpens, in fi.

Quod Deus non dat veniam errore durantibus, ſed ſe corrigentibus, 24. q. legatur.

Quod cũ in confeſſione peccati erubeſcentiam vincit timor Dei, fit venia criminis, de pœ. d. 1. quem pœnitet.

Quod fit dignus venia ex deſiderio ſacerdotis, quem habere non valens ſocio confitetur turpitudinem criminis, de pœ. diſ. 6. § 1.

Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23 q. 4 eſt iniuſta, in fi & c. ſi ea, & c. ſeq. 26. q. 9. loci, 86. di. interiorum.

Quod non oportet prælatum, ſi excidit in correctione à ſubdito veniam quærere, 8e di quando.

V E N I A L E. Quod venalia peccata dicuntur quotidiana, quia quotidie ſubrepunt, de pœ. diſt. 1. medic. 25. § tres ſunt actiones.

Quod ſi veniale in confeſſione quod fuit criminale in operatione de pœ. di. 1 quem pœnitet.

Quod quæ ſunt venialia peccata habes, 25. diſ. vnum orarium, § ultra autem.

V E R B E R A. Quod fides verberibus non eſt exigenda, 45. diſ c. 1.

Quod eccleſia quoſdam damnis, quoſdam verberibus caſtigat, 12. q 2 fraternitas.

Quod ad correctionem ſubditorum vitg arum verbera e contrà cuſtodiuntur, 1 q 5 c 1 in fi.

Quod ſiue monachi, ſiue alij clerici de ſuis exceſſib. poſſunt verberibus coerceri, 20 q. vlt. monachum.

Quod epiſcopus nullum ſuis manibus debet verberare, 86 di. non licet.

Quod miſeri ſunt prælati, qui verberibus tantum volunt timeri 45 d ſi 1.

De hac materia habes vbi agitur de Tormentis & de Correctione.

V E R B A. Quod omnium rerum creatio & hominum recreatio fuit in verbo, 1 q 1 intra catholicã.

Quod in verbis ſacramenta Chriſti conſiciuntur, ibi & c. detrahere.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum, 1. q. 1 detrahe.

Quod an non minus eſt reus qui negligenter verbum Dei audit, quàm qui corpus Chriſti in terram cadere permittit, 1. q. 1. interrogo.

Quod qui exit dum verbum Dei proponitur, excommunicetur, de conſ. di. 1. ſacerdotes.

Quod verba ideo ſunt inſtituta vt homines cogitationes in notitiam aliorum proferant, 22. q. 2. his autem.

Quod verba non ſemper ſunt accipienda ſicut ſonant, 25 q 1 paratus, ante med.

Quod Deus verba ſecundum proferentium intentionem accipit, 22 q 5 humanæ.

V E R E C V N D I A. Quod eſt verecundia virginalis, quæ eſt naturaliter in virginibus, 20. q. 5. nec illud. Exemplum ibi de Rebecca.

Item eſt verecundia vidualis, quæ verecundiam promittunt antequam iterato nubant, 33. quæ. 2. non omnis.

Item eſt verecundia ſemiconfitentis dum quis erubeſcit aliqua peccata confiteri, de pœ. diſ. 3. § ſiue autem, ver. inter hæc. 1.

Item eſt verecundia plenè confitentis, & hæc eſt magna pars ſatisfactionis, quia de mortali facit veniale, de pœ. diſ. 1 quem pœnitet, & c. quamuis.

Quod propter verecundiam bonum non eſt dimittendum, de pœ. di. 1. in actionem, in fi.

V E R I T A S. Quod veritas eſt cum illud aſſeritur quod eſt, 22. q. 2. cum humilitatis.

Quod tunc exit aliquis à veritate Dei, cum à fide & charitate exit, 24. q. 3. cum aliquis.

Quod veritas ſacramentorum in ſola eccleſia habetur catholica, 24 q 1 quia.

Quod in quibus nil intereſt ad habendum regnum Dei vtrum vera putentur vel falſa non refert, 22. q. 2 in quibus.

Quod veritas præfertur etiam conſuetudini, quia Chriſtus non dixit. Ego ſum conſuetudo, ſed veritas, 58. d veritate, & quatuor c. ſeq.

Quod ille non ſolum proditor eſt veritatis qui mendacium dicit, ſed etiam qui veritatem liberè non pronunciat, 11. q. 3 noli timere.

Quod veritatem pro pecunia negantes Deum negant, 11. q. 3. abiit.

Quod qui veritatem non defendit quam defendere cõuenit, proditor eſt veritatis, 11 q 3. nolite timere.

Quod veritas non eſt in homine cum quis dicit ſe peccatorem eſſe cum non eſt, 22. q 2. cum humilitatis & duobus c ſeq.

Quod non eſt ſic vitanda arrogantia, vt veritas relinquatur, 22 q. 2. non ita.

Quod non poteſt veritas occultari, 22 q. 2. ſi quis.

Quod vbi de fide vel ſalute agitur, qui veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, 11. q. 3. quiſquis, & c. nolite timere.

Quod melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione conſequi beneficium, 11. q. 3. nemo perniciorum.

Quod veritas cum non defenditur, opprimitur, 83. di. error.

Quod tria ſolent impedire veritatem, videlicet carnalis amor, timor, atque auaritia, 3. q. 5. accuſatores vel teſtes, 35. q 6 epiſcopus.

Quod à ſacerdotibus & à prædicatorib. veritas liberè eſt prædicanda, 11. q. 3 nolite timere, circa me.

Quod veritas bonæ vitæ propter nullum eſt dimittenda, 32 q 5 ita ne, & c. ſeq.

VESTIS. Quod veſtes ſunt multiplices, videlicet, epiſcoporũ, quæ tã in veteri lege quàm in noua variæ ſunt, & ex multis virtutib. dẽt reſplẽdere vita pontificis, 40. di. § 1. 43. d ſit rector poſt medium.

Item ſunt veſtes miniſtrorum eccleſiaſticorum, & hæ ſunt variæ, deſignantes varias virtutes quas debent habere, 40 di § 1.

Quod cultus veſtium miniſtrorum eccleſiæ primo ornatus actionis debet conuenire, 100. di. rationis.

Item ſunt veſtes clericorum, quæ nec ſordidæ nec fulgidæ debent eſſe, 41. d. § 1 & c parſimoniam, & c. clericus, & § ſeq 21. q 4 per totum.

Quod clerici ſiue intra ſiue extra nõ laical b. ſed clericalibus debent vti, & non ſeruantes grauiter debent puniri, 21 q. 4 nullus eorum. & tribus c. ſeq.

Item ſunt veſtes religioſorum, quæ debent eſſe humiles & deſpectæ, non diuerſi & nobilis coloris, 20 q. 1. c vlt. 21. q. 4 c. 1.

Quod religioſi veſtem profeſſionis ſuæ nunquam debent deponere, 21 q. 3. vidua.

Item nec exiſtens in ſcholis veſtem debet mutare religionis, 21. q. 4. nullus eorum.

Item ſunt veſtes laicorum, quę cum ſecundum conſuetudinem terræ deferuntur, à ſuperſtitioſis non ſunt iudicandæ, 30. di. ſi quis virorum.

Item ſunt veſtes pœnitentium, ſicut cilicium, & ſimilia, di. 50. pœnitentes.

Item ſunt veſtes ſacræ eccleſiarum, quæ debent honeſtè ſeruari, & alteri viui non ſunt applicandæ, de conſ. di. 1. veſtimenta.

Quod veſtibus ſacris non debent alij homines vti, quàm ſacrati, ibid.

Quod nullus prætextu pietatis inuoluat mortuum veſtibus ſacris, de con. d. 1. nemo per ignorantiam.

Quod vetera veſtimenta eccleſiæ debent comburi, & cineres in pariete vel aliàs vbi conculcari non poſſunt, debent poni, de conſ di. 1, altaris.

V I A. Quod via excellentior eſt charitas, quia ſine ea ambulare non poſſunt homines, ſed errare, de pœ. di. 2. c. ſi quis ſemel § hæc eſt charitas.

Quod viam abſque ductore non ingrediaris quam nunquam ingreſſus es, 16. q. 1. ſi clericatus.

Quod Deus docet manſuetos vias ſuas, 16. q. 1. vos autem.

V I A T I C V M. Quod viaticum dicitur eucharistia, 50. di. de his vero.

Quod viaticum nulli pœnitenti in morte eſt denegandum, 50. d pœnitentes, 27. q. 2. virginibus.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

V I C A R I V S. Quod vicarius cuiuſcunque prælati in loco capituli tanquam eius vices gerens debet honorari, 64. di. c. vlt.

Quod ſubdiacono vices prælati poſſunt committi, 64. di. c. 1.

Quod non debet eſſe laicus vicarius, quia indecorum eſt laicos iudicare, 16. q. 7. in noua.

Quod omnes epiſcopi ſunt vicarij apoſtolorum, 63. di. quorum vices.

Quod qui contemnit vicarium, contemnit & illum qui poſuit eum, 21. di. in nouo.

V I C E D O M I N V S. Quod in quolibet epiſcopatu debet eſſe vicedominus, qui & hoſpitibus & caſibus ſuperuenientibus loco epiſcopi poſſit ſatisfacere, 9. di. volumus.

Quod epiſcopi intereſt vicedominum conſtituere, ibidem.

Quod officium vicedomini debet eſſe de epiſcopatu diſponere, 84 d diaconum.

V I T I V M. Quod multiplex eſt vitium, videlicet morum, verborum, & corporum.

Quod vitia morum, quia obſunt animæ, ſunt euitanda, 38. d. quamuis errare, § ſed licet, & c. ſedulo.

Quod vitia morum dependent à voluntate, 56 diſt. naſci, in fine.

Quod vitia ſæpe ſe virtutes eſſe mentiuntur, 41. di. ſæpe.

Quod vitia verborum ſunt toleranda, ſicut in ſanctis hominibus corruptio grammaticalis, quia non ſunt voces ad aures Dei, ſed animi affectus, 38. di. ſedulo, & c. ſeq.

Quod vitia corporum ſunt diſcutienda, nec debent eſſe in ſacerdote, & maxime in prælato, 49. d hinc.

Quod quidam vitiati corpore non debent promoueri ad ſacros, 55 d. per totum.

Item vitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur propriè abſciſſi non caſu ſed propria voluntate, 55. di. ſi quis abſciderit.

Item vitiati corpore propria abſciſſione homicidæ ſui iudicantur, & ſuæ conditionis inimici, ibid.

Quod ſeipſos in corpore vitiantes, non promouentur, ſed etiam promoti deiiciuntur, 55. diſt. ſi quis pro ægritudine, & c. ſeq.

Quod carens quocunque caſu oculo, quia eſt membrum notabile, non debet promoueri, 55 diſt. ſi Euangelica.

Quod eunuchus per inſidias factus, vel ita natus, poteſt promoueri vitio corporis non obſtante, 55. di. eunuchus.

Quod cum propter ægritudinem, vel violentiam, vel caſu, quis corpore vitiatur, dummodo non ſit cum magna deformitate, non priuatur ordine habito vel habendo, 55. diſt. qui partem, & c. ſi quis pro ægritudine. & c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Mutilatione.

V I C T V S. Quod victus vincitur cui licentia peccandi tollitur, 23. q. 1. paratus, in fine.

quod victo debetur miſericordia, dummodo non timeatur turbatio futura, 23. q 1 noli.

De hac materia habes vbi agitur de Bello, de Patientia, & de Hoſte.

V I D V A. quod vidua eſt quæ poſt ſolenne fœdus nuptiarum morte intercurrente à viro ſuo dimiſſa fuerit, 34. diſt preſbyteri, § ſeq.

quod debent viduæ aliud eccleſiam Dei bonis operibus & orationibus adiuuare, 81 di c vl.

Item debent ſtipendiis eccleſiæ ſuſtentari, 81. diſt. viduæ.

quod clericis & religioſis non debent eſſe multum familiares, 81. di. clericus, & c ſeq.

quod epiſcopi & aliarum eccleſiarum prælati, præcipuè viduarum ſuſtentationi & protectioni debent intendere, 87. di. per totum.

Item debent viduis imperatores & reges idem facere, 23. q. 3. ab imperatoribus, & q 5 regnum.

De viduis habes vbi agitur de Bigamia, & in multis aliis locis.

V I G I L I A. quod veſpera ſanctorum vigilia dicitur, quia olim pro reuerentia ſolennitatis in orationibus pernoctabant, 76. di. noſſe.

quod in ſeruitio etiam diuino vigiliæ immoderatæ quæ ſenſus integritatem diminuunt, non laudantur, de conſ. di 5 non mediocriter.

quod vigilia natalis domini cum ieiunio quattuor temporum ante celebrari debent, 76. diſt. de ieiunio in hac.

quod vigilia Pentecoſtes ſicut vigilia Paſchæ in ieiunio eſt obſeruanda, 76 di. noſſe.

V I N C V L V M. quod eſt vinculum curæ paſtoralis, quod non ſoluitur niſi per ſuperiorem, 7. q 1. ſicut alterius ibid.

Item eſt vinculum ſtatus matrimonialis, quod non ſoluitur, niſi per mortem alterius.

Item eſt vinculum ſententiæ excommunicationis, quod ſoluitur ab alligante, 11. q. 3. nemo contemnat vincula, & pluribus c. ſeq & c. cœpiſti.

V I N D I C T A. quod triplex eſt vindicta, videlicet ſpiritualis, vt excommunicatio, degradatio ſuſpenſio, depoſitio in monaſterium & in carcerem detruſio, & à publicis actibus repulſio, hæc locum habent in eccleſia, 23 q 4. forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item eſt vindicta pecuniariæ actionis, hæc etiam habet in eccleſia locum vbi bannum præceſſit, 16. q. 1 ſtatuimus, vbi ſecundum æſtimationem iniuriæ pecunia recipitur, 17. q. 4 quiſquis, & c. ſi quis contumax.

Item eſt corporalis vindicta punitionis, hæc conuenit iudicibus eccleſiæ & ſeculi, ſed non æqualiter, 23. q. 5. c. 1. 5. q. 5. illi.

Quod vindicta corporalis detruncationis & occiſionis eſt tantum ſæcularium, 23. q. 5. reos & c. ſeq. & q 8 præterea & duob. c. ſeq.

Quod vindicta non eſt inferenda, 23. q. 4. §. j.

Quod ſi non iniuria, vel propter propulſandam iniuriam vel propter vindictam inferendam, inſtituta eſt. 23. q. 5. c. 3.

Quod vindicta aut infertur animo corrigendi, aut animo vlciſcendi. ſi animo corrigendi, licitè infertur, niſi [illegible] habeat multitudinem, quia tunc non poteſt ſalubriter eſſe vindicta, 23. q. 4. non poteſt, 1. 0. 9. ſi. vt conſtitueretur, in ſi.

Item ſi timeatur obſtinatio, 7. q. 1. aduerſitas, §. cum itaque.

Item ſi timeatur ſchiſmaticum periculum, 23. q. 4. quiſquis, vel quod.

Item ſi timeatur maius malum ex vindicta, 50. di. vt conſtitueretur.

Item ſi reatus occultus non eſt manifeſtatus per iudicium. 2. q. 4. totie.

Item ſi crimen ſoli iudici ſit notum, quia tunc ex vindicta fit proditor, 2. q. 1. ſi peccauerit.

Quod vindicta animo vlciſcendi omnibus prohibetur, 23. q. 4. ita plane, 40. d. ſeditionarios, 24. q. 1. quod debetur.

Quod vindicta priuata Deo eſt ſeruanda, qui dicit, Mihi vindictam, & ego retribuam, 23. q. 1. § j poſt medium.

Quod vindicta propria prohibetur, quæ eſt ad vltionem. 23. q. 1. nihil, & c. paratus, & q. 4. hæc autem, §. ecce hic.

Quod illa quæ eſt ad correctionem, iudicibus exequenda præcipitur, 23. q. 4. eſt iniuſta, & c. ſeq. vſque ad c. & vindicta.

Item exequenda eſt ab eis vindicta non zelo propriæ iniuriæ, ſed zelo iuſtitiæ, 23. q. 4. & ita plane, & q. 5. prodeſt.

Item non exequentes vindictam correctionis grauiter offendunt, 23. q. 4. ſi is qui, & c. in eccleſia, & c. eſt iniuſta.

Item non vindicando dant alijs incentiuum delinquendi, 23. q. 4. eſt iniuſtum ſi.

Item non vindicantes non ſolum contra ſe, ſed contra populum [illegible], 45. d. ſed illud, 23. q. 4. ſi quos, & [illegible].

Quod quandoque in paucos vindicta exercetur, vt multitudo timeat, 23. q. 4. quid faciet, in ſi. & c. ſe.

Quod diaconi & prælati non de facili debeant ad vindictam accendi, 86. di. ſi quid.

Quod non debemus delectari vindicta quæ animum paſcit alieno malo, 23. q. 5. de occidendis.

Quod in eo quod Chriſtus compeſcuit diſcipulos a vindicta Samaritanorum, innuitur quòd non ſemper procedendum eſt ad vindictam peccatorum, 23. q. 4. c. Chriſtus.

De hac materia habes vbi agitur de pœna & de Punitione.

VINVM. Quod vinum eſt luxuriæ incentiuum, 35. di. luxurioſa, & per totam di.

De vino habes vbi agitur de Ebrietate.

VIOLENTIA. Quod violentia eſt legibus inimica, 11. q. 1. Conſtantinus in ſi.

Quod clerici a laicis per violentiam opprimi non debent, ibid.

Quod eccleſiæ res non violentia ſed ratione debent exquiri, 16. q. 6. c. 1. & c. placuit.

Quod violenta confeſſio, vel promiſſio non obligat, q. 1. c. 1. & 2.

Quod violentias præcipuè perſonales in eodem inſtanti licet repellere, & clerico non euadendo ſed defendendo, 23. q. 2. quid.

Quod violentia abſoluta excuſat à toto, 34. q. 2. non ſatis, 32. q. 5. § j. & c. ſeq.

Quod violentia conditionalis excuſat à tanto, ſed non à toto, 2. q. 3. in prin. ante me. ver. glorioſus.

De hac materia habes vbi agitur de Conſtitutione, & Repulſione.

VIR. Quod vir aliquando ponitur pro ſexu, 32. q. 7. vxor.

Item vir aliquando ponitur pro virtute, 3. diſ. ſi quis virorum.

Item aliquando ponitur pro ætate, 76. di. epiſcopus. Vnde verſus

Vir notat ætatem, vir ſexum, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris eſt vir, melius debet viuere vir, & præcedere in omnibus factis bonis vxorem, 32. q. 6. c. vl.

VIRGA. Quod Chriſtus ſine pecunia & ſine virga miſit apoſtolos, vt incentiua litis, & vt inſtrumenta eriperet vltionis, 11. q. 3. ita, in ſi.

Quod ideo dominus virgam non ferendam apoſtolis in via præcepit, vt nulli violentia inferatur, 10. q. 1. præſens, poſt med.

Quod diſciplina patris vel magiſtri non debet eſſe in alijs tormentis quàm in virgarum verberibus, 1. j. q. 3. c. 2. ante ſi. & q. 4. diſplicet, circa med.

Quod Aſſur fuit Virga furoris domini, quia per eum innumeras gentes diuina iuſtitia flagellauit, 23. q. 5. remittuntur, §. proximo, circa prin.

VIRGINITAS. Quod eſt virginitas corporis & non mentis quando caſto corpore fornicantur vel adulterantur mente, 32. q. 5. ſicut enim. & c. ſic Paulus.

Item eſt virginitas mentis & non corporis quando ſine conſenſu quis tolerat quod alius operatur, 32. q. 5. imagis, & c. ſeq. & c. tolerabilis.

Item virginitas corporis & mentis quam complectitur voluntas, & hæc dicitur glorioſa virginitas, 32. q. 5. ſicut enim.

Quod virginitas non eſt in præcepto, ſed in conſilio ſuaderi poteſt, non imperari, 32. q. 1. integritas.

Quod virginitas cum humilitate eſt admirabilis & Deo acceptabilis, 30. diſt. hæc autem ſcripſimus.

Quod virginitas antefertur nuptijs, 32. q. 1. nuptiæ.

Quod virginitas non debet venerari matrimonium deteſtando, 30. diſt. ſi quis propter Deum, & c. ſe.

Quod ſicut nuptiæ terram, ſic virginitas implet paradiſum, 32. q. 1. nuptiæ.

Quod prodeſt parentibus ad ſalutem ſi eorum proles in virginitate perſeueret, 33. q. 5. tūc ſaluabitur.

Quod virginitas ſine bonis operibus non ſaluat, ibid.

Quod cum virginitas ſine conſenſu corrumpitur, merita caſtitatis duplicantur, 32. q. 5. § 1.

Quod virgo ſic corrupta inter alias virgines non conſecratur, 15. q. 1. c. vl.

Quod cum Deus omnia poſſit, virginem corruptam non poteſt facere incorruptam, 32. q. 5. ſi Paulus.

De hac materia habes vbi agitur de Caſtitate, & de Continentia.

VIRTVS. Quod Deus eſt virtus & ſapientia quæ in vtero virginis ædificauit ſibi domum, 50. d. naſ.

Quod ſunt tres virtutes theologicæ, fides, ſpes, & charitas, de conſ. d. 2. quia paſſus.

Quod de virtute in virtutem ſunt gradus, quia vnaquæque virtus, quaſi quibuſdam gradibus augetur, de pæ. di. 2. § cum ſanctam, vſque ad 3. ſeq.

Quod virtutes ſunt animæ ornamentum, de pæ. d. 2. § Romanos. in ſi.

Quod hoc ornamento virtutum maximè clerici, & prælati debent vti, 40. di. § j.

Quod ſunt quaſi picturæ ad animæ ornamentum, quia illa anima a Deo depingitur quæ habet in ſe virtutum gratiam retinentem, de pæ. diſ. 2. Romanos, poſt med. & c. illa anima.

Quod non ex parentib. ſed ex voluntate ſua naſcentis cauſa eſt virtutum, atque vitiorum, 56. d. naſci.

Quod ille eſt virtute Dei mirabilis, qui ex parentibus profluus a virtute alienis natus ex virtute reſplendet, 56. di. nunquam, in ſi.

Quod qui propria virtute decoratur, parentum ſuorum non dedecoratur opprobrijs, 56. d. nunquam.

Quod nō vitia ſed virtutes parētū debet ali[illegible] amplecti.

Quod virtute non generis nobilitate gratia comparatur, 40. di. illud.

Quod nec ad virtutem nec ad vitia neceſſitate quis trahitur, ſed libero arbitrio, de pæ. d. 2. §. item opponitur, poſt med.

Item non virtus quòd fit ex neceſſitate.

Quod virtus ſimul cum vitijs haberi non poteſt, de pæ. di. 2. § ex præmiſſis.

Quod virtus per vitia, & peccata priuatur, de pæ. d. 2. conſideret, & dolendum.

Quod virtus adiſpicitur cum [illegible] ingreſſus cum malitiæ, virtutis operatur ingreſſum, 2. q. 3. cum renunciatur.

Quod virtus in aduerſitate probatur, 7. q. 1. aduerſitas & c. ſeq.

Quod virtutes negantur eſſe verè apud infideles, quia non promerentur gratiam, 28. q. 1. omnes, §. ex his, circa ſi.

Quod vbi deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis falſa virtus eſt etiam in optimis moribus, ib. § proximo.

VISIO. Quod viſio eſt duplex, videlicet ſpiritualis, qua per fidem Deus aſpicitur, 24. q. 1. quia.

Quod viſio ſpiritualis obſcuratur per malam, & maximè per carnalem [illegible] ionem, 46. di. hinc, circa me. ver. lippus.

Item per arrogantiam & ſcientiæ præſumptionem, quia talis charitate veræ viſionis ſe excludit, 49. di. hinc verſ. albuginem.

